Acquired with the assiſtance of the

Sophia Augusta Brown

Fund

John Carter Brown Library

11223/mOE1

3000—


THEATRI EVROPÆO-GERMANICI
Facies Latina.
Hoc eſt:
Rerum Germanicarum et externarum
noſtri temporis
HISTORIA UNIVERSALIS
ab Anno M DC XVII. ad noſtra
usq; tempora Congeſta.
FRANCOFVRTI AD MOENVM,
impenſis
MATTHÆI MERIANI.

RPJCB

JO. PETRI LOTICHII RERUM GERMANICARUM,


Sub

MATTHIA, FERDINANDIS II. & III. Impp. geſtarum,

LIBRI LV.

QUIBUS DICTA, FACTAQUE, MEMORABILIA, quæ quidem in Imperio Romano-Germanico, externiſque Regnis, ac provincijs, ab Anno MDCXVII. ſive Bohemicorum motuum initijs, ad Annum uſque MDCXXXIII. ſive Exceſſum Guſtavi, Sueciæ Regis, acciderunt, ordine recenſentur.

ADIECTIS ICONIBUS PERSONARUM GENUINIS, FIGURIS item & deſcriptionibus præliorum, obſidionum, &c. in æs inciſis, ab iis, qui pleraque oculis hausêre, fideliter communicatis.



FRANCOFURTI AD MOENUM,

Typis exſcripti Wolfgangi Hoffmanni, Impensâ MATTHÆI MERIANI.

ANNO à NATO CHRISTO MDCXXXXVI.

RPJCB

SACRATISSIMO, INVICTISSIMOQUE,
Domino Noſtro,
IMPERATORI,
DIVO FERDINANDO III.

Romanorum	CÆSARI:
Germaniæ,	
Hungariæ,	
Bohemiæ,	
Croatiæ,	
Dalmatiæ,	
Illyrici,	
Slavoniæ, &c.	REGI:
Auſtriæ	ARCHIDUCI:
Burgundiæ,	
Stiriæ,	
Carinthiæ,	
Carniolæ,	
Hiſtriæ, &c.	DUCI:
Alſatiæ,	
Habſpurgi,	
Tyrolis, &c.	PRINCIPI.

Sacratiſsime IMPERATOR! CÆSAR Auguſtiſsime!

DE Divo Auguſto Imp. tàm Militaribus victoriis, quàm Litterarum triumphis, utrinq; ſplendidiſsimo, in commentarios relatum eſt, recenſente vel P. Crinito, illum ſui ſeculi ſcriptores, poëtaſque, quorum amicitijs intemperanter delectabatur, & impendiò, toties conceptiſſimis verbis cohortari cœpiſſe. Nempè hoc agerent. Id eſt, Auguſti Cæſaris famam litterarum monumentis identidem proferrent. Sic, ut etiam codicillis, qui in medio extant, eruditè, & eleganter, ſcriptis, cum autoribus inſuper expoſtulâſſe legatur, ſi fortè Auguſti nomen operibus ſuis prætérijſſent. Auguſti, Imp. illius maximi, imitatione, idem in more fuiſſe Theodoſio Imperatori, Gratiani Imp. parenti, claret evidentiſſimè. Etiam hic Imperator, tàm bellicoſus, quàm litteris excultus, ſequeſtrato more, cæteris Principibus ſolito, codicillis familiaribus autographis dedit ad Auſonium, virum conſularem, ſcriptorem diſertiſſimum. Ne libellorum ſuorum lectione ſeſe fraudaret. Quorum utiq; deſiderio afficeretur tenerrimè. De Æl. Vero, Antonino Philoſopho, Arcadio, Honorio, alijſq; Rom. Imperatoribus, litterarum, litteratorumq;, amantiſſimis, veteribus illis, lubens ſuperſedeo. Ut exteros Reges, ac Magnates, hocce ad choragium accerſere velle minùs neceſſe ſit.

De Cæſarea Tua Majeſt.

Cæsar Sacratiſſime!

ità verò eſt. Ut nihil quoq; humilimè dubitem, quin, pro ea, qua quidem Triregia illa Austriaca Tua Familia, à continuis aliquot ſeculis, tàm Armorum, quàm Litterarum, abundantiſſimè refulget, gloriâ, Cæſ. Tua Maj. optimæ notæ autoribus indulgentiſſimè faveat. Cùm enim toto terrarum orbe ſplendidiſſimum Austriacum Nomen jam-dudùm ſive Augusti, ſive Antoninorum, decus, ac gloriam, multis antevertat paraſangis. Ut tàm Victoriis Bellicis, quàm Litterarum Pæanibus, tùm ipſamet tot ſeculorum diuturnitate, omnes ferè Cæsarum ſuperiorum Familias, tametſi generoſiſſimas, multùm ſuperet. Quis ambigat, etiam Cæſaream Tuam Majeſt. (cuius quidem

ſicut

ſicut cæteræ VIRTUTES ſunt AUSTRIACÆ, hoc eſt, plusquàm regiæ, ità pariter conſummata in litteris humanioribus Eruditio ad ſupremum pervénit apicem) in venuſtiora ſtudia clementiſſimè inclinare? Vt haud dubiè, cum præcitato Divo Theodoſio Imp.

——Prælia Muſis
Temperet, & rigidum moderetur Apolline Martem.

Nihilque potiùs agat, quàm

—— Quantùm ceſſat de tempore belli,
Incumbat Latiis tantùm inter caſtra Camœnis.

Quo nomine devotus ego humilimam in ſpem conſurgo, fore, ut, quemadmodum, more Majorum Glorioſiſſimorum, his illis iſtis ſtudiis Cæſarea Tua Maj. velut innutriri cœpit, etiam optimos quoſq; autores, præſertim Annalium ſcriptores, minimè averſetur. Si enim Cæſarea Tua Maj. retrò ad Rodolphum I. Albertos, Sigiſmundos, Maximilianos, Carolos, Imperatores Auſtriacos, bellatores ingentes, reſpiciat, non poterit non bellorũ ſplendorem, quibus illi univerſum terrarum orbem impleverunt, imitari. Si rursùs ad Sigiſmundum, Maximilianum Primum, & Secundum, Rodolphum Secundum, Ferdinandum Primum, & Secundum, alioſq; Imperatores Auſtriacos, Litterarum gloria fulgentiſſimos, convertat oculos, non ſuſtinebit, tametſi velit, communium illorum ſtudiorum amorem ſequeſtrare. Ut tantò minùs ſubvereri in mentem veniat, præſentes hujusce temporis Annales, à me multo cum labore eò uſque deductos, quibus Invictiſſimi illius FERDINANDI II. IMPERATORIS, Cæſar. Tuæ Majeſt. parentis, poteſtate Cæſaris, virtute Victoris, religione Pontificis, pietate Patriarchæ, laudes, ac res geſtæ, memorantur, Cæſareæ Tuæ Majeſt. futuros ingratos. Ut magis Cæſ. Tuæ Majeſt. hoc, quicquid eſt, Hiſtorici operis, humilimè deberi, arbitrer. Præſertim, cùm vel Cæſ. Tuæ Maj. VIRTUS BELLICA, ac res geſtæ, hoc opere præliminari, ex parte, referantur. Et deinceps, DEO vota ſecundante, commemorandæ veniant.

Per fidem! Si Alexander, Philippi filius, non tàm heroicis illis auſis, quàm philoſophicis ſtudiis, autore Plutarcho, imẽnſus, Ariſtoteli, Acroamata philoſophica, ſibi ſub diſciplina antè tradita, indeq; ad ſe ſpectantia, publicanti, exprobravit, malè egiſſe Philoſophũ, quòd res, ad ſe pertinentes, publicâſſet, aliiſq;, ſe præterito, nuncupâſſet. Næ hæc ingens (cujusmodi jam mox in trigintà integros excurrit annos) hujus tempeſtatis Hiſtoria ad Cæſ. Tuam Majeſtatem pertinere ritè, atq; ordine, videbitur. Utique, quę ſacratiſſimę FAMILIÆ AUSTRIACÆ, ſancti parentis, & Cæſareæ Tuę Majeſt. quoque, magnitudinem, gloriam, res geſtas, VICTORIAS-

RIASQUE, deſcribit. Ut rectiſſimè fontes ad ſuos, undè quidem profecta eſt, redire debeat.

Prolixiori hîc,

CÆSAR Auguſtiſſime!

in laudes AUSTRIACAS, excurrerem oratione. Niſi me immenſa deterreret, immò obrueret, copia. Quis enim ſolus, & unicus, autor ſtylo aggrederetur tot Rodolphos, tot Albertos, tot Sigiſmundos, tot Maximilianos, tot Carolos, tot Ferdinandos, Matthiaſq;, quorum res geſtæ unico hoc Europæ orbe haud continentur? Ut quadruplicis impleant confinia mundi? Quis tot Auguſtorum laudes, gloriamq;, deſcriberet? Cùm vix FERDINANDI SECUNDI, & TERTII, IMPERATORUM, cum tot Regibus hoc tempore graviſſima bella gerentium, virtutibus, laudibuſque, hoc ſeculum, totidemque autores, ſufficiant?

Quid ergò eſt,

IMPERATOR AUSTRIACE Sacratiſſime?

Tanta AUSTRIACÆ TUÆ FAMILIÆ, continuatâ à tot ſeculis (quæ nullis Auguſtis, nullis Antoninis, contigit) ſucceſſione, ſiquidem ſit Pietas, Virtus, Bonitas, Clementia, Humanitas, Fortitudo, Eruditio, immò Moderatio, & Sanctitas, ut ipſæ VIRTUTES vero illo, & velut proprio, epitheto, AUSTRIACÆ nuncupari poſſint-velint, faciam, quod illi ſolent, qui quidem DEUM votis venerantur. Nimirùm, illi copioſiùs ſentiunt, quàm loquuntur. Idem ego imitabor, ô IMPERATOR! Scilicet, quod opis meæ eſt, prolixiùs ſentiendo, quàm loquendo, Cæſareæ Tuæ Majeſt. numen venerabor. Nec enim per omnes appellationes tuas, quas VIRTUS dedit, quas FORTUNA conceſſit, tametſi libeat, gentilium more veterum, ire queam. Si enim Te vocem Germanicum, multò hæc laus eſt anguſtior, olim quoque Auguſti Imp. privigno data, quàm ut Tuæ VIRTUTI, Tuæ FORTUNÆ, par ſit. Anne nominabo Vngaricum? Anne Bohemicùm? Anne Dalmaticum? Etiam hęc nomina: quantumvis regia, FORTUNA tuâ ſunt inferiora. Igitur omnia tàm VIRTUTIS merita, quàm FELICITATIS cognomina, in unum conjungam. Et Te non Auguſtum, non Antoninum, ſed AUSTRIACUM, κατ' ἐξοχὴν, appellitabo. Hac unâ, inquam, compendiariâ, totius Imperii, totius Europę, Majeſtas, Virtus, Splendor, Fortuna, Bonitas, Humanitaſque, &, ut paucis dicam, τὰ πάντα, (ſicut veteres vocârunt) continentur.

Quòd ergò Splendidiſſimis omnium ætatum CÆSARIBUS, AUSTRIACIS, inquam, hęreditate congenitum, virtutis imita-

tione

tione proprium, uſu familiare, & conſuetum, eſt, ut ſint mites, clementes, benigni. Age,

Sacratiſſime IMPERATOR!

etiam AUSTRIACÆ illius bonitatis, clementiæ, indulgentiæque, ex imperiali ſacrario tuo, ad Cæſareæ Tuæ Maj. devotum commigret ſcintillula. Ut, ſicut Cæſarea Tua Maj. ſplendore virtutis triregiæ, univerſum hunc illuſtrat orbem, ſic pars ego, licet infimus ſorte, cultu tamen, ac devotione, nulli ſecundus, AUSTRIACÆ indulgentiæ irradiatione hunc animum, hunc calamum, obfirmem. Quo deinceps ſtylum, poſt Sanctiſſ. Imperatoris, parentis, inuſitatas laudes, etiam in Cæſareæ Tuæ Maj. virtutes, ac res geſtas, DEO ſecundante, proferre quitus ſim. Quodſi, hoc temporis articulo, huius meæ devotionis, huius humilimi cultus, rudimentum non uſque quaque placere poteſt, dùm tantum opus, tanti labores, ſecundùm Poëtam,

——tempus non habuêre ſuum,

Promitto,

IMPERATOR Inviçtiſſime!

me deinceps emendaturum pœnitentiam. Stylum ad incudem vocaturum. Hoc opus pumice levigaturum. Ut digniùs aliquantò, hæc poſt principia, Cæſareæ Tuæ Majeſt. omniumque bonorum, in conſpectum venire mereatur. Hàc ratione humilimè placebo, ſi culpam emendare, ſi Cæſaream Tuam Majeſtatem decentiùs venerari, potero. Prout enim olim farre litabant, qui molâ ſalsâ deſtituebantur. Aquas, è profluente hauſtas, Regibus offerebant, qui auro, cæteriſque donariis, excludebantur. Pariter ego quoque,

IMPERATOR Maxime!

parvo ſub munere, res interim non niſi maximas, & quidem Tuas, deſcribente, Cæſaream Tuam Majeſtatem ſubmiſſo poplite inclinabundus veneror. Quo ſi non Cæſareæ Tuæ Majeſt. faſtigio humilis ſtyli genere ſatisfacio, excuſabit, ſpero, voti reum AUSTRIACA illa, toto orbe collaudatiſſima, CLEMENTIA, & BONITAS. Ut, quem in modum DEO Opt. Max. gratior eſſe ſolet affectus, & pietas, præ operoſo ſacrificio, ſic Cæſ. Tuæ Majeſt. plus probetur hæc humilimi animi devotio, ac cultus, præ ambitioſis, ac phaleratis, aliorum lautioris conditionis hominum, muneribus.

Quo quidem nomine, tametſi hac quoque tempeſtate ferè innumeri Germanorum noſtrorum ſive Centurionis, ſive Tribuni, officio apud militiam tuam fungantur. Eâque operâ gratiam, honores, opeſque, ſectentur. Næ ego quoque,

CÆSAR Inviçtiſſime!

aliquam clementiæ, Auſtriacæque benignitatis, tuæ ſcintillam his

litteratis armis, his rerum bellicarum laborioſis non minùs enarrationibus humilimo ſtudio promereri annitor. Dùm illi quidem agentium partes repræſentare contendunt. Ego verò ſcribentis, commemorantiſque, vices implere laboro.

Quod ſupereſt,

CÆSAR noſter, IMPERATOR noſter, AUGUSTE ô AUSTRIACE noſter, FERDINANDE, DOMINE noſter, DEUS Te ſervet! DEUS, tuo ſub Imperio, tuis temporibus, pacem nobis reddat! DEUS te conſervet! VALEAS, VINCAS, multis annis feliciter IMPERES! Gloriamque AUSTRIACAM, ultrà Europam, Aſiamque, immane patentem, porrò Tuâ VIRTUTE, Tuâ FELICITATE, ampliſſimè dilates! DEUS hoc nomen perpetuet! DEUS Imperio, totique Chriſtiano orbi, diu, atque diu, AUSTRIACUS SANGUIS feliciſſimè ut præſit, pacem, tranquillitatemque, ab alto reſtituat!

Francofurti ad Mœnum, Cal. Sextil. Anno MDCXLV.

S. Cæſareæ Majeſtatis Tuæ

devotiſſimus

Jo. Petrus Lotichius.

EMI-

EMINENTISSIMIS,
SERENISSIMIS, AC PRÆPO-
TENTISSIMIS, PRINCIPIBUS:

Dn. Dn. ANSELMO CASIMIRO, S. Sedis Moguntinenſis Archiepiſcopo, Sacri Romani Imperij per Germaniam Archicancellario, & Principi Electori, &c. &c.

Dn. Dn. PHILIPPO CHRISTOPHORO, S. Sedis Trevirenſis Archiepiſcopo, S. Rom. Imp. per Galliam Archicancellario, & Principi Electori, Epiſcopo Spirenſi, &c. &c.

Dn. Dn. FERDINANDO, S. Sedis Colonienſis Archiepiſcopo, S. Rom. Imp. per Italiam Archicancellario, & Principi Electori, Comiti Palatino Rheni, Utriuſque Bavariæ Duci: Leodienſium, Monaſterienſium, Padebornenſium, Hildeſienſiũ, &c. Epiſcopo, &c. &c.

Dn. Dn. MAXIMILIANO, S. Rom. Imp. Archidapifero, & Principi Electori, Comiti Palatino Rheni, Utriuſque Bavariæ Duci, &c. &c.

Dn. Dn. JOANNI GEORGIO, S. Rom. Imp. Archimareſchallo, & Principi Electori, Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ, Montium, &c. Duci: Thuringiæ Landgravio: Miſniæ Marchioni, &c. &c.

Dn. Dn. FRIDERICO GUILIELMO, S. Rom. Imp. Archicamerario, & Principi Electori, Pruſſiæ, Juliæ, Cliviæ, Montium, Stetini, Pomeraniæ, Caſſubiorum, Vandalorum, &c. Duci, &c. &c.

PRINCIPIBUS, ET DOMINIS,
MEIS CLEMENTISSIMIS.

Eminentiſsimi ELECTORES, SEPTEMVIRI Sereniſsimi!

HERCVLIS olim, & Muſarum, aras fuiſſe contiguas, præter cæteros autores vetuſtos, vel à Plutarcho accepimus. Scilicet aiunt, eam utrinque fuiſſe amicitiam, & ſocietatem, & fidem, Hercules ut, heroum omnium nomine, res fortiter faceret, Muſæ verò ſcriptorum monumentis æternitati facta conſecrarent. Fallor? an hinc ab antiquo huc uſque obtinuit, ut illi ſumma ob id eſſent cum exiſtimatione, qui quidem ſcribenda facerent. Iiſque non minùs fama conſervaretur, qui legenda ſcriberent. Tametſi verò potiori is loco habendus veniat, qui res præclariſſimas gerit fortiter, quàm qui geſtas diligenter, & curioſè, deſcribit. Nihilo-minùs vix tantus audiret Græcus ille, & celebratiſsimus, Achilles, niſi illum Homeri ingens extuliſſet ingenium. Vix incomparabilis foret Alexander, Philippi filius, niſi eum Q. Curtius, Diod. Siculus, Plutarchus, aliique autores, ſuper omnes, ſine pari, poſuiſſent. Nequicquam pius, ac laudatus, haberetur Æneas, (unà cum Antenore, aliâs Trojæ proditor à Dionyſ. Halycarnaſſæo vocatus) niſi divinum Virgilium inveniſſet præconem. Vt eo pacto multùm referat, quem quiſque ſive Rex, ſive heros, virtutum ſuarum prædicatorem nactus fuerit.

De hiſtoriæ aliâs, & annalium, ſive præſtantia, ſive utilitate, multi multa, ad tædium uſque, & cramben, quod aiunt, bis coctam, in præfationibus ſuis inculcant. De illis, arbitror, eò uſque eſſe decantatiſſimum, ut ego quidem honeſto abuti ocio videri queam, ſicubi quandam velut exegeſin, & illud gladiatorum τὸ Repete, ſubinferre aggrediar. Interim, non poſſum tamen, quin aliquid etiam in rem præſentem adiiciam. Si enim non eſſent, qui fortia, qui memoranda, immò iniqua etiam, & pudenda, facerent, profectò ne quidem ſcriptoribus opus eſſet, qui talia in litteras, atque annales, referrent. Vſque adeò verò, inquam, rebus maximis, exemplis ampliſſimis, corollariis utiliſſimis, pugnis graviſſimis, victoriis luculentiſſimis, cladibus atrociſſimis, redundat HÆC noſtra HISTORIA, ut parem facilè inveniat nullam. Quotusquiſque non exhorreſcit tot populorum motus, tot Gentium rebelliones, tot Regnorum mutationes, tot Principatuum everſiones, tot Magnatum, præcipuè conſanguineorum, colliſiones? Quis, inquam, neſcius eſt, tot fœdera coiiſſe, tot Reges, tot Duces, tot Reſpublicas, in verba iurâſſe, tot ſocietates, partim natas, partim omninò interruptas, fractaſque, eſſe? Superiora nempè tempora notârunt ſibi graviſſimum Caroli V. Imp. cum Electore Saxoniæ, Heſſiæ Landgravio, cæteriſque Proteſtantibus, bellum, initiis parvum, incrementis vehemens, exodio recrudeſcens, & rursùs in ſe collapſum. At (pace ſuperioris ævi loquor!) quid, te rogo, & quantulum illud eſt, BELLVM, inquam, ſicubi huic ceu univerſali illi Imperij totius, immò Europæ, tumultui, & PLVS QVAM BELLO, (prout de illis Pompeij, & Cæſaris, olim tumultibus, ſine dubio etiam his illis iſtis motibus longè inferioribus, ingerit Florus) immò communi

ni veluti

ni veluti cataclyſmo, comparetur? Illic unicus Imperator, unicus Elector, duo, vel tres, Principes, cum Civitatibus aliquot, erant in partibus. Hîc ecce! tres ordine Imperatores, quinque, vel ſex, Reges, Electores Imperij omnes, tot Rom. Eccleſiæ Cardinales, Imperij Archiepiſcopi, Epiſcopi, Duces, Principeſque, ferè omnes, Dynaſtæ, & Equeſtres, plerique omnes, Civitates quaſi omnes, provinciæ, regiones, agrique omnes, omnes, inquam, in luctuoſam belli ſcenam venerunt. Vt vix angulus ſit reliquus, quem non Mars furens, ac truculentus, immò ipſæ Peſtes, ac Furiæ, pervaſiſſent. Jllic vix toto triennio quadriennioque, bellum ſeriò circumactum eſt. Hîc pluribus luſtris, atque illic annis, bella, undique bella, horrenda, & cruenta, geri cœperunt.

Quis Regna, quis Provincias, in quibus hic furor ſæviit, ſævitque, hei dolor! adhuc, latéque ſanguine Chriſtiano paſcitur, extemporali volubilitate omnia, omneſque, recenſeat? An obſcurum eſt, Bohemiæ regnum, tanquam mali ejus fontem, unà cum ſororiantibus Moraviæ, Sileſiæ, & Luſatiæ, provinciis, funeſta iſtius luis elementa præbuiſſe? An clàm eſt, incendium indè in Auſtriam, Vngariam, Tranſylvaniam, Turcos, Tartaroſque, commigráſſe, ibidemque diutiùs obhæſiſſe? Quis inficias it, Palatinatum utrumque, ſuper. & inferiorem, penè non everſos eſſe? Quis non Franconiam, Alſatiam, Sueviam, Bavariamque, laceratas eſſe novit? Quis minùs Moguntiacos, Treviranos, Vbioſque, affligi cœpiſſe, didicit? Cui occultum eſt, Saxoniam ſuperiorem inprimis tot pugnis, ac cladibus, apud Lipſiam commiſſis, non minori cum damno ſuo, recèns nobilitatam fuiſſe? Quis denique Thuringiam, Heſſiam, Gueſtphaliam, Brunſvicenſes, Lüneburgicos, Magdeburgicos, Anhaltinos, Megapolitanos, Brandeburgicos, Pomeranos, Holſatos, Iutios, Ditmarſos, Friſios, uſque ad limites Maris Balthici, (& quos non populos?) hoc flagello ad incitas rediiſſe negabit? Profectò, inquam, vel unicum, & ſolum, Cæſareæ illius nuper, eiuſdemque magnificæ, ac vetuſtæ, ad Albim civitatis MAGDEBVRGICÆ excidium, & haloſis, ad implendam huius ſeculi tragœdiam, NOVA, & altera ſub Germania, TROIA, ſufficere poſſit!

De Jtalia, Gallia, Hiſpania, Portugallia, Catalonia, Belgio, Anglia, Dania, Polonia, regnis extrà nos poſitis, ſuperſedeo dicere. Iſtud unicum dicam. Nempè BELLVM hoc illud præſens perduellionibus fœdum, caſibus ſtupendum, pugnis inæſtimabile, cladibus memorandum, converſionibus fatale, exemplis magnificum, Cæſaribus, Regibuſque, ſplendidum, documentis illuſtre, ruinis abominandum, & diuturnitate ferreum, (cui utinam! poſt hos integros XXIIX. Annos, tandem DEVS, Pater D.N. JESV CHRISTI, ab alto ſuorum miſertus, felicem, ô utinam! imponat clauſulam!) vocare poſsis.

Agedùm, Homero patre præeunte, Græci prædicent Theſeos, Iaſones, Achilles, Neſtores, Vlyſſes, Agamemnones, Aiaces, & ulteriùs Hercules, alioſque id genus bellatores famoſiſſimos! Age, commendante totâ autorum veterum coronâ, Romani extollant ſuos illos Romulos, Tullos, Tarquinios, Brutos, Horatios, Valerios, itemque Scipiones, Hannibales, Fabios, Marcellos, Torquatos, Papirios, Decios, Fabricios, Corvos, Catones, Pompejos, Iulios, Auguſtos, Traianos, Hadrianos, Veſpaſianos, Antoninos, & innumeros penè heroas alios maximos, quos omnes recenſere velle nimis ſit prolixum. Ecquis, inquam, noſtri temporis non laudabit Ferdinandos, Philippos, Ludovicos, Chriſtianos, Guſtavos, Maximilianos, Georgios, Guilielmos, Leopoldos, Bernhardos, Turrianos, Schlicktos, Bucquoios, Tampierios, Spinolas, Mauritios, Thillyos, Pappenheimios, Piccolomineos, Cordubas, Verdugonios, Mansfel-

dios, Fridlandos, Galaſſios, Altringerios, Hatzfeldios, Götzenios, Gronsfeldios, Geleenios, Arnhemios, Hornios, Richelios, Longevillanos, Coeureos, Anguienneos, Baneros, Dorſtenſonios, VVerthios, Mercios, Rheingravios, Roſas, alioſque? Vt ex innumero penè illo numero hunc veluti florem decerpamus, nomina his, & ſecuturis, ſeculis futura notiſſima. Quis enim hodieque tot Auguſtos Imperatores, tot inclytos Reges, tot magnanimos Electores, tot præcipuos Principes, tot fortiſſimos heroas, priſcis illis ſive Græcis, ſive Romanis, comparandos eſſe, inficias ibit?

Ovidianas fortè, vel novas, deſiderat aliquis metamorphoſes? Næ illi hoc ſeculum ſuppeditabit copioſiſſimas. Quis enim tot formas rerum recentes, tot Regum, Principumque, tropica, tot monſtra, tot portenta, paſſim territantia, dinumerabit? Ecce! Phaëtontis caſum, Argonautas, Danaën, naviculam Deucalionis, Dædalum, Icarum, Peſtem, Famemque, immò ἀὐλόλατον, *& Cimmerium Chaos, habes. Quæ omnia, aliaque plura, ſingulatim explicâſſe, nihil expedit. Prout enim hodieq; multa Aſtrologi, ſub obſcuris involucris, ſuo more, divinando involvunt, ne cuiquam veniant moleſti. Ità multa, remotâ explicare velle laciniâ, abs re fuerit. Quàm enim difficile eſſet eos apud homines, qui cum poteſtate ſunt, veritatem, remotâ omni laciniâ, dicere, etiam ſuâ illâ tempeſtate expertus eſſe videtur Romanus Salluſtius. Vt iuxtà, coætaneus eius, M. Tullius, eandem (ſcil. veritatem) odium, ac ſimultatem, parere edixerit. Qui volet, ipſe calculum ponat. Et perſonas Tragico-Comœdiæ iſtius contempletur.*

Cæterùm, ad

V.V.V.V.V.V. Sereniſſimas Celſitudines

humilimè me converto,

ELECTORES Splendidiſſimi,

SEPTEMVIRI Sereniſſimi!

Et, cùm non niſi magni operis ille eſſet labor, quem quidem in deſcribenda huius illius temporis HISTORIA poſui, meritiſſimo quoque iure de patronis non niſi maximis cogitare cœpi. Illis enim mihi opus eſſe prævideo. Quò me ſic contrà invidiæ virulentiam muniam. Mirabuntur dubio procul hos meos conatus, hos labores, multi. Alij, ut mos fert, ſcio, carpent, & ſugillabunt, innumera, domi, & in ſuis operibus Tireſiæ, & talpæ, foris, & ubi aliorum ad lucubrationes ventum eſt, lynce, & ſerpente quovis Epidaurio, oculatiores. Sed iſtis vel ego repono tantillum. Tametſi verò, inquam, hoc iſto nimis duro, ac ſanguinario, ſeculo, ſperata, debitaque, honeſtioribus ſtudiis præmia ſic ferè negentur. Vt bonis ingeniis adverſa magis, ac novercalis, fortuna, iuxtaq; incredibilis hominum faſtus, & ambitio, obſtent. Nihilo-minùs tamen, hunc ipſum ob abuſum, honeſtas ideò diſciplinas odio proſequi non ſuſtineo. Aliis alij quæſtibus, prædis, & expilationibus, dent operam, quibus diteſcant, caputque extollant. Equidem ità ſum comparatus, ut, dùm pleriq; hac è tempeſtate aut gloriolam, aut prædam, velut ſitire videntur, ſic me pariter his ſub bellis geram, ut & meam non minùs patriæ operam debeam, probemque. Quod niſi hæc ſtudia hæſiſſent animo penitiùs, fortè etiam in armis, dùm Sacratiſſimi Cæſaris noſtri caſtra, ab annis aliquammultis, vocatus, & requiſitus, ſequi cœperam, tyrocinia, aut ſpecimina, dare potuiſſem. Sed etiam inter fera id genus arma iſthæc ſtudiorum arma humaniſſima excolenda fuerunt. Ne fors non numerus tantùm eſſet, qui facerent, ſed ne etiam deeſſent, qui ſcriberent.

Et, niſi me omninò fallit hic animus, ſpero utique futurum, ut hominibus paulò venuſtioribus, acetoque lotis pectoribus, hi labores mei non diſpliceant. Vt, gratiam

tiam aliquam etiam mihi deberi, profiteri non repugnent. Dum enim, ſub tam adverſa, & crudeli, Academiarum, ſtudiorumque, fortuna, & defectis præmijs, multi tantum non deſperant, & vadimonia deſerunt. Næ ego culpari haud merebor, qui, rebus humanitatis, tametſi fere inclinatis, nihilominus honeſtas litteras, & illas præcipuè partes, quæ ſcribendo temporibus, melioribuſque diſciplinis, inſerviunt, ſuſcipio. Quo in ſtadio tametſi illis, qui aliorum labores ociosè ſpectant, ipſi nihil eiuſmodi ſcribendo efficiunt, fortè non ſatisfaciam, parum laboro. Ita enim ſentio. Vt famam potius elegantibus ſtudiorum, ac diverſis ſcribendi generibus, conſectari, quàm fœdis artibus, invidioſæque adulationis fuco, turpem quæſtum facere, malim.

Atque hoc nomine iam diu, etiam ab horum civilium bellorum penè initijs, conſtitueram, vel Carminibus experiri. Vel in morem ſive Flori, ſive Val. Maximi, res Romanas erudito ſtyli Laconiſmo perſequentium, motus iſtos ſive Bohemicos, ſive Germanicos, ſive nunc tantum non univerſales, tentare. Verum, ubi hactenus ille in Carmina calor, ſub temporis, Mecænatiſque, defectu, deferbuiſſet. Tum alij quoque eſſent, qui hunc Martem antè me per viam compendiariam commentariis editis calcâſſent. Ingenti quantumvis rei, totius nempè hiſtoriæ deductioni, ſtylo perſequendæ, animum adjeci. Ea igitur, quæ nuper vulgari idiomate, & publico ſapore, ſine ullo ferè ordine, & ornatu, ſparſa, atque tumultuariò edita, erant, hunc in ordinem coëgi. Multa, incivilius, & atrocius, dicta, diſpunxi. Non pauca etiam de meo vivis è fontibus, narrationibuſque, hauſta, ſuperaddidi. Vtinam verò multis, inprimis Magnatibus, quorum res potiſſimùm, fide hiſtoricâ, ſine fuco, deſcribuntur, cæteriſq; bonæ mentis amantibus, ad palatum hæc! Prius enim, qui in culina, ut ajunt, habitant, benè olebunt, quàm ego placere queam omnibus. Vt neque Therſiticis ingenijs probari valdè cupiam. Quàm autem labor ille meus futurus ſit utilis, lubens æquis ſtudiorum æſtimatoribus dijudicandum utique relinquo.

Etenim, ſi neque priſci, neq; veteres, illi Annalium autores ſuorum nobis temporum hiſtorias reliquiſſent, næ vel rudibus iſtis, atque antiquiſſimis, Germaniæ noſtræ populis rudiores eſſemus. Quibus, quòd, autore Tacito, maiorum hiſtorijs, inprimis ſcriptoribus, deſtituerentur, cantilenæ pro annalibus erant. Vtpote quibus iſtorum ſeculorum laudibus, ad heroas ſpectantibus, parentarent. Verum enim verum, honeſtarum nobis diſciplinarum, tametſi exulantibus præmijs, nulla eſt penuria. Vt frigida hac excuſatione non niſi furioſi, ac feriantes, uti evaleant.

De Sereniſſimis V. V. V. V. V. V. Celſitudd.

SEPTEMVIRI Sapientiſſimi!

ita eſt. Vt ad veſtros pedes labores hoſce hiſtoricos, humilima animi cum ſubmiſſione, deponere, quàm alterius, tametſi ſive potentis, ſive privati etiam, hominis favorem illis auſpicari, malim. Vos enim modò non excelſum humani faſtigij locum virtute veſtra conſcendiſtis. Vos modò non dignitate ELECTORES, autoritate REGES, ſapientiâ Triſmegiſti, fortitudine Herculei, regionibus, populiſque, præpotentes; opibus, ac fortunâ, ſplendidi, fulgetis. Sed inprimis hanc luculentam, tantumque non REGIAM SVBLIMITATEM, iuxtà avitam, ac vetuſtam, Familiæ nobilitatem, ſingularis non minus, ac reconditæ, tàm SAPIENTIÆ, quàm DOCTRINÆ, nomine, conſecuti videmini. Vt ad vos humilimè confugiam. Veſtræ Pietati, Sapientiæ, Virtuti, Fortitudini, Humanitatique, præſens laborum meorum tyrocinium, ſubmiſſa devoti animi cum ſubiectione, offeram. Sub ſpe, ſicut Rom. Imperium, totumque orbem Chriſtianum ingentibus meritis, rebus geſtis ampliſſimis, regiiſque victorijs, ac

triumphis,

triumphis, uberrimè illuſtrâſtis, bellaque tot immortali cum fama confeciſtis diu, at paſſim, graviſsima, futurum, ut hæc, quæ ſubmiſſo genu offero, VIRTUTUM, LAUDUMQUE, veſtrarum præconia, in ſacraria veſtra clementiſsimè ſitis admiſſuri. Artes, ſcio, inquam, Hiſtoriamque, & hos Annales, non illibenter cognoſcetis. Eſtis enim tantùm non VIRTUTIBUS, ſed etiam ARTIBUS, HEROES illuſtriſsimi. Studium, ſpero, non improbabitis hoc meum,

SEPTEMVIRI Præpotentiſsimi!

Non, quòd ipſe mihi ſim Suffenus. Et Sereniſsimis V. V. V. V. V. V. Celſitudd. ſic placere queam. Aut hic ſtylus, hic labor, meus ridere valeat. Sed, ut hæ res geſtæ, tot nempe Auguſti Cæſares noſtri, tot Inclyti Reges, tot ſplendidi Electores, tot eminentiſsimi R. E. Cardinales, tot magni Epiſcopi, ac Principes, quibus de ſermo inſtituitur, minùs diſplicere ſuſtineant. Quibus addo ego, (quod omnes omnium mortalium cogitationes quàm longiſsimè excedit) nimirum DEUM ter Opt. ter Max. tot prodigijs, è cœlo, nubibus, aëre, ventis, tempeſtatibus, terrâque, marique, diu, & paſsim, oſtenſis, ab initijs belli iſtius, quod Græci olim ἄσπονδον vocârunt, nos penè irreconciliabile dixerimus, hunc uſque in diem ſignificantiſſimè fuiſſe in partibus. Hic enim totius mundi diſpenſator, Monarcha, & Rex Regum, altiſſimus, peccatis tàm noſtris, quàm maiorum noſtrorum, offenſus, regna transfert, tropica, & converſiones, inducit, victoriaſque, cui vult, indulget. Ut dubitandum penè eveniat, an ultimis his ſeculis luculentiora cœleſtis providentiæ ſigna, ac veſtigia, apparuerint. Atque his ipſis temporibus noſtris. Ut eò minùs de ſumma iſtorum Annalium dignitate ambigendum veniat. Dùm ter ſanctum, & cœleſte, illud NUMEN his bellis œcumenicis ab alto intereſſe, piè, ſignificanterque, & diſcimus, & docemus.

Secundùm hæc, ut in

Sereniſs. V. V. V. V. V. V. Celſitudd.

VIRTUTES, LAUDESQUE, regias, eaſque ingentes, atque immenſas, curioſiùs velim deſcendere, non eſt. Iam-dudùm enim & Eos, & Heſperus, antiquiſſima veſtra ſtemmata, atavis Regibus oriunda, memorant. Jamdudùm gloriam, fortitudinem, reſque, tàm Pacis, quàm Belli, temporibus, operosè geſtas, inprimis tot victorias hoc tempore ſplendidas, non Rhenus, non Albis, non Viadrus, non Iſter, ſaltèm prædicant. Sed ipſe Tanais, ipſe Helleſpontus, ipſe pater Oceanus, laudes veſtras, merita veſtra, præconia veſtra, victorias veſtras, continuis ipſam ad, terrarum facilè ultimam, Thulen undis deferunt.

Quod igitur pictoribus in uſu eſt, ut, dùm homines innumeros in tabula ſimul repræſentare nequeunt, ſaltèm tot capita appingant. Umbrâque toties utantur. Conſimiliter ego quidem ſummè mihi gratulabor,

ô SEPTEMVIRI Eminentiſſimi!

ELECTORES Fortiſſimi!

ſi tot ingentium veſtrarum VIRTUTUM, MERITORUMQUE, & EPINICIORUM, ſupremos duntaxat apices attigiſſe videbor. Ita fiet, ut, humilimæ huius venerationis ſecurus, iniquos cenſores non extimeſcam. Sed faſtigio, ſed autoritate, ſed protectione, veſtra fretus, meliora ſperem. Exſpectemq;, veſtra ſub gratia mihi ut favor concilietur.

Sunt quippe hodieque litteratores notæ non infimæ, qui eius generis hiſtorias non amant ſolùm, ſed ſcribunt etiam. Illos, ob facundiam, & orationis puritatem, ego meritò veneror. Interim, dùm alteri partium, qui res gerunt, tantùm ſtudent, alteram modis

penè

penè omnibus, ob Religionis fortè diſcriminationem, execrantur, ob id ſit, hos mores, hunc genium, ut minùs imitandum, præſertim hiſtorico cenſeam. Iiſdem neque fortaſſis ego placeo. Dùm enim & Divorum Imperatorum noſtrorum divinas refero laudes. Cæterorumque Regum, ac Principum, quantumvis hoſtium, elogia interiungo. Iniurius fortè in Cæſares noſtros videri poſſum. Eò, quòd etiam hoſtes, fortiter facientes, ſic, ex hiſtoriæ lege, laudandos ſuſcipio. Rectè quippe cordati hodieque vel in triviis aliâs occinunt milites noſtri: Neque hoſtem, ajentes, temerè vituperandum eſſe. Idem ego ſequor. Et omninò arbitror, eò maiorem, ſplendidioremque, iuxtà Divorum Cæſarum noſtrorũ fortunam, gloriamque, veſtram fore præeminentiam. Sicubi cum tot, & tàm ſplendidiſſimis non minùs, quàm fortiſſimis, Regibus, Cardinalibus, Magnatibus, Principibuſque, bella geſſiſſetis diuturna, ac graviſſima. Victoreſque nihilo-minùs evaſiſſetis. Si enim hiſtoriæ, ut ajunt, anima eſt veritas. Certè, neque ea, quæ verè geſta ſunt, niſi oppidò pudenda, & turpia, de jure reticenda ſunt. Vera, inquam, maximè, quæcunque vel illa ſunt, occultanda, aut falsò interpretanda, non veniunt. Quo nomine ſi quid fortè, præter opinionem, falſi, ſi quid inconcinni, his meis irrepſit commentariis, veniam hanc deprecor, non ut ego finxiſſe velim, ſed aliorum ut fide referam, ac falſa, minùſque graviter, ac convenienter, dicta, deinceps emendare geſtiam. Ità

V. V. V. V. V. V. Sereniſſimis Celſitudinibus,

SEPTEMVIRI Inclyti,

placebo, ubi me tyrocinij huius culpam detergere permiſeritis. Quia noviſtis VIRTVTES veſtras, non indelectabimini, opto, hoc ſtudio, hac devotione mea. Quia ſemper cum SAPIENTIA, ut ait Satyricus Romanus, loquimini, dabitis erranti, ſpero, veniã. Tango oculos meos. Et conceptiſſimis verbis juro, Sereniſs. V. V. V. V. V. V. Celſitudd. me humilimum eſſe cultorem, modò hanc non faſtidiatis devotionem.

DEVS faxit, ut, quanto BELLVM fervore geritur, tanto favore, applauſu, dulcedine, ac conſtantia, PAX, rerũ optima, refloreſcat. Hoc ego cum voto finio. Et vos,

ô ELECTORES Sereniſsimi!

SEPTEMVIRI Præpotentiſſimi!

in ſpẽ Imperij inclinantis, patriæ gementis, pacis reſtaurãdæ, TRIN-VNI OPT. MAX. (cuius in manibus Imperia, patria, atque hæc, quæ efflictim, tantos poſt tumultus, deperimus, PACIS BONA ſunt) intimis, ſupplicibuſque votis commendo. Secundet ô utinã Altiſſimus ille, ut, armis infauſti, & homicidæ, Martis in Turcos, Getaſque, emigrantibus, VERA, & SINCERA, inter vos CONCORDIA, ſolidus, ac fraternus, amor, Imperij, paciſque, ſtudium, in partes veniant. Nec non humanitatis, & litterarum, arma rursùs emergant. Noſque humiles & DEO ſoſpitatori gratias, & Cæſari Victori epinicia, & Sereniſſimis V. V. V. V. V. V. Celſitudd. tanquam Pietatis, Virtutis, honeſtarumque diſciplinarum Protectoribus, pro meritis, exquiſitas peragere, ac canere, laudes ſufficiamus.

Audiat hæc Genitor, qui ſydera fulcit, & axem!

Dabantur, apud Mœno-Francofurtum, Anno MDCXLV. poſtridie Non. Sextil.

Sereniſsimarum V. V. V. V. V. V. Celſitudd.

humilimus admirator, & cultor,

Jo. Petrus Lotichius.

LECTORI MEO
ΧΑΙΡΕΙΝ.

VETUS illud priſcorum ſapientum eſt, gratioſe Lector: Lunæ tunicam aptam fabricari non poſſe. Illa enim modò pleno orbe, modò naſcens, modò creſcens, modò corniculata, modò denaſcens, modòque decreſcens, nobis notari ſolet. Ità ut in ſeptimanas quaslibet, immò in dies ferè, vultus mutanti Cynthiæ, alias, aliaſque, veſtes fabricari neceſſum ſit. Idem, inquam, mihi penè de huius operis cenſoribus præcogitandum in mentem venit. Ut difficilimum, immò ἀδύνατον velut, ſit futurum, eam hîc calcare viam, eas inire rationes, eum ponere calculum, undè, ſub multiplici, ac numeroſa, ingeniorum, judiciorumque, varietate, cuiuslibet palato, & guſtui, ſatisfacere liceat. Tantùm abeſt, ut Commentariorum illorum, ſive huius temporis Hiſtoriæ univerſalis, hæc antecœna, hæc promulſis, noſtra ſapiat omnibus.

Quidam enim delicatas tantùm, longéque quæſitas, alio penè ex orbe, deſiderant dapes. Sicut antè mutationem Reipublicæ, à Iulio Cæſare introductam, apud Romanos obtinuiſſe hanc Sybariticam rationem, inter cæteros, inculcavit Petronius Arbiter. Ut, dùm in continente eſſent, conchylia, oſtrea, & id genus maritima, requirerent. Dùm apud maria hoſpitarentur, longè ultrà ſcopulos, & Alpes Gallicas, delicias cibarias peterent. Et hi citiùs Hiſtoricum ferent, ſi vel ex ulteriori ſive Hiſpania, ſive Sarmatia, emergat.

——Sordent, quæ poſſunt ſemper haberi.

Contrà,

Quicquid quæritur, optimum videtur.

Quidam pædotribas, ac triſtium ferularum ſceptrigeros, tanquam in apicibus litterarum unguiculos rodentes, præſens ad litteraturæ genus ſatis armatos, inſtructoſque, arbitrabuntur. Eò, quòd magna non niſi cum curioſitate, addo & obſcuritate, Latinè intelligant. Tanquam id genus homines umbratici, qui velut in caveis educantur, neque legem Hiſtoriæ norunt, tantùm abeſt, rebus forenſibus exercitatos ut ſenſus habeant, hanc ad gymnaſticam ſeſe accingere ſufficiant.

Alij obiicient, ſeriem nimis amplam, diffuſamque, atque iccircò tædioſam, eſſe. Tanquam res ingentes, maximæque, prout pictores pugnas in tabulis repræſentant, unico ſub oculi intuitu, calamo-tenùs referri poſſint. Iſti Livium redarguant licet. Qui, dùm res Romanorum ampliſſimas prolixo pariter ſcribendi genere perſecutus eſt, ocioſis ob id, aut ignavis, non arridet. Ergò, tanquam ſuper menſa, prout inculcat Plutarchus in quæſtionibus convivalibus, in compendio, & abſque verborum circuitu, omnia, vel pleraque, decerpere, ac ſummatim delibare, fas erit?

Alij prolixas, ut fit, epiſtolas, aut declamationes, cauſſabuntur. Tanquam oppidò ingratas. Cuiuſmodi in compendiariam redigi potuiſſent. His Herodotum, Thrucydidem, Dionyſ. Halicarnaſſæum, Q. Curtium, alioſque, oppono. Quales quidem id genus interlocutionibus exundare comperiuntur.

Plurimi hiſtoriam prætendent ità quidem, ad vulgi errorem, ſcribendam eſſe, nihil ut addas, nihil ut detrahas. Saltèm ut res geſtæ ſicut nudæ, ut aiunt, & veluti geſtæ ſunt, inſtar Dianæ illius Ovidianæ, in balneo conſpicuæ, abſque ulla aliena linea, emineant. Tantò minùs ut corollarium unum, atque alterum, inter manus fortè obvium, illuſtrandum veniat. His oppidò, contradico. Immò etiam, atque etiam, confirmo, morem illum optimæ notæ, ſcriptoribus de induſtria indè uſque obſervatum eſſe, ut facta militaria orationum floſculis illuſtrent, ſententias, ac corollaria politica, iuxtà inſtillent, adeóque ſcribendo ſimul legentes commonefaciant, erudiantque. Huius farinæ oblocutores iubeo ire ad Polybium, ſententiarum, ac problematum, utiliſſimorum,

morum, inter cæteros, fontem uberrimum. Si itaque ſic ſcribenda eſt hiſtoria, ut nulla adhibeantur orationum ornamenta, nulli flores, illi nunquam vel legerunt, vel intellexerunt, inter cæteros, Val. Maximum. Quid verò ille? Hic, inquam, ſub erudito tametſi Laconiſmo, & compendio, ſuo, dùm nihil niſi corollaria, & problemata, tractat, eâ utitur verborum nihilominùs eleganti ſtructura, ut nunquam vel incipiat, vel finiat, abſque ſententia, ſeſamo, ac papavere, ſparſa. Ergone ſic quidem hiſtoria ſcribenda iſtis fuerit, tanquam ſive Picæ, ſive Pſittaci, εὖγε, & χαῖρε, illud ſuum garrire didicerunt? Minimè verò! Nunquam enim vel plebeus ſartor tunicam fabricat, niſi laciniam, inſtitâ, fimbriamque, attexat, oramque veſti inducat. De ſui temporis moribus haud diſſimilibus eadem ferè conqueſtus legitur Taurus Philoſophus, apud A. Gellium. Narrat enim, diſcipulos ἀθεωρήτους, ἀμούσους, ἀγεωμετρήτους, illotis pedibus ad Philoſophos non modò divertiſſe, ſed legem etiam dediſſe, qua philoſophari diſcerent. Alium dixiſſe: Hoc me primùm doce. Et alium: Hoc volo, ſubintuliſſe, diſcere, iſtud nolo. Idem quoque, antè Tauri, Gellijque, tempora, edidit Agamemnon Scholaſticus apud Petronium. Ait enim ſuo tēpore obtinuiſſe, ut Eloquētiæ magiſter, niſi inſidias auribus feciſſet, eamq́; , tanquam piſcator, impoſuiſſet hamis eſcam, quam ſcierit appetituros eſſe piſciculos, ſine ſpe prædæ moraretur in ſcopulo, ſolusque in ſcholis relinqueretur. Quid, ſi eodem ſapore ſive commentarii, ſive annales, ſcribendi fuerint? Ut alius dicat, de Bohemis volo audire. Alius ſubinferat, de Sueco malo diſcere, & alius, de Dano, aut Gallo, mihi narra. Ecce! quis omnium ſive auribus, ſive guſtibus, niſi turpis aſſentator, ſatisfacere poſſit? Sed apage mihi illum ſcriptorem, qui lectoribus has inſidias ſtruere, aut cuiuslibet ad arbitrium ſe componere, ac Protea fingere, debeat?

Cæterùm, neque deerunt ex accuſatoribus, qui ſugillabunt, multa hoc eſſe ſub Opere, cuiuſmodi è publicatis antè Germanicis contextibus deſumpta, atque illos in commentarios traducta, forent. Iſtud equidem lubens profiteor. Et regero, me, dùm Annales ſcribere fert animus, tantam rerum ſeriem memoriâ complecti haud potuiſſe. Tantùm abeſt, ut regiones, civitates, loca, homines, accuſationes, refutationes, cōflictus, prælia, clades, obſidiones arcium, oppidorumque, & id genus particularia non pauca, aut fingere auſim, aut meo ex ingenio, tanquam è ſomnio, proponere debeam. Per fidem! nullus facilè proſtabit rerum bellicarum commentator, qui tàm exacta, ac divina, polleat memoriâ, ut abſque adverſarijs hanc aleam jeciſſe ſit compertus. Niſi ſæpiſſimè figmenta pro veris tradere velit. Ut neque Florus, neque Val. Maximus, tametſi autores ſuccincti, ac compendiarii, abſque manuductione neceſſaria, hanc viam calcâſſe perhibendi veniant. Tantùm abeſt, ut Livius hiſtoriam ſuam, abſque pandectis deduxiſſe arbitrandus ſit. Prout illi igitur, qui antè me Germanica iſta evulgârunt, uſi ſunt documentis, ut vocant, ſive ſemeſtralibus, ſive anniverſarijs. Ità ego quoq; pari operâ illorum præſcriptionibus, plerumque opus habui. Plerùmque inquam. Quis enim alterius ad arbitrium, ubi aut fallitur, aut fallit, aut haud rarò odioſè dicam, an ocioſè, conviciatur, ſcribere vellet?

Interim, pergunt, ſuo more, vellicare alij. Scilicet Principum archiva penetranda, conſilia ſecretiſſima indaganda, fuiſſe. Ità enim tùm demùm veram naſci hiſtoriā. Iſtis equidem totidem verbis ſatisfactum volo. Me videlicet huius temporis hiſtorias, ac res geſtas, non ſecreta Principum, ſcribere aggreſſum eſſe. Ut diſcriminatio inter archivarium, ſive illum, qui à ſecretis Principum eſt, & illum, qui annales conſcribit, meritò conſtituenda videatur. Scilicet hoc clivo noſter anhelat equus: Ut res geſtæ, id eſt, quæ facta ſunt, quæ in medio ſunt, quæ evidentia ſunt, ad rei memoriam exponantur, atque ordine referantur. Hæc ergò deductio prorsùs ab effectis, prout in ſcholis loquuntur, militat. Tametſi & cauſſæ, & occaſiones, eò uſque rem deducentes, legitimo ordine plerùmque præmittantur. Quò minùs igitur, quid negotiorum ſecretiſſimorum tractent ſive Imperator, ſive Reges, ſive Electores, Principeſque, cæteri, an hic, vel ille, abſolutum affectet dominatum, vel quid in auriculam Iupiter loquatur Iunoni, curioſa ſpeculatione indagare velle, Hiſtorici partes fuerint. Ut magis ad Politici, vel curioſi alicuius Ariſtarchi, officium hæc reijcienda ſint.

Secundùm hæc, quòd Divis Imperatoribus noſtris, quòd eminentiſſimis Electoribus, Principibuſque, ſubmiſsè, & reverenter, aſſurgo, fucum me, vel inſidias, auribus facere, corruptus, & externorum amore faſcinatus, livor inſimulabit. Ergone, inquam, ego, quod in Ludovico XI. Galliarum Rege, tanquam morum aliquis, vitæque caſtigator, executus eſt Philip. Cominæus, celebris ille ſive Hiſtoricus, ſive Politicus, ſtylum

¶¶¶ 2

lum in ſacratiſſima acuam capita? Neque pium hoc, iuſtumque, eſſe arbitror. Faxit, Iudæus apella. Non ego. Ergo ego pietati, virtutibus, victoriis, non tribuam, quod DEus, quod Victoriæ, quod Homines, antè contribuerunt? Ergone in Chriſtiani orbis, Imperii, Germaniæque, caput, in Germanos Principes, Germanum autorem ſtringere fas eſſet calamum, qui ne quidem exteros Reges, Magnateſque, laudibus fraudare ſuis, amore veritatis, virtutiſque, ex hiſtoriæ lege, præcogitavit? Aretinus ille, Italorum olim Principum maſtix, aut alius aliquis, dicteria in Magnates evomat. Non ego.

Tandem, inter cætera multa, etiam hoc ſciolus forte carpet. Veteres hanc ad ſcenam à me vocari interdum autores. Ajo hoc. Et lubens velim, hanc me præſentium noſtræ ætatis annalium telam ſic quidem deducere, & abſolvere, poſſe. Ut pateat, quo pacto hæc, quæ nunc in mundi theatro luditur, fabula, cum illis olim gentilium theatralibus componi queat. Ergone non Dion. Halicarnaſſæus, non Polybius, alijq; ſcriptores ampliſſimi, alios in conſenſum adducunt autores, aut aberrantes forte refutant? Ergone minus ſive Seneca, ſive Petronius, autores illi ſubactiſſimi, Homeri, Ciceronis, Virgilij, Ovidij, Horatijque, ſententijs interdum, tanquam rariſſimæ notæ floſculis, aut, ſicut hodieque è Turcis habent, ſive Aſide terra, Tulipis, utuntur? Quid inquis?

Hæc, & alia plura, cum obijci poſſe prævideam, ità animum confirmare cœpi, ut vulgi judicium (quod omnium, & quidem optimorum, autorum de conſenſu, nullum, contemnendumque, eſt) nihili, aut parvi, faciam. Illi enim forte neque de his commẽtariis ſententiam, niſi ineptam, ferre poterunt. Ne mihi, quod Hippomachi, pugilatus magiſtri, diſcipulo, apud Ælianum, accidiſſe ſcribitur, uſuveniat. Eum enim in publico artis ſpecimen edentem, ubi laudaſſet populus, virgâ percuſſit Nicomachus, adiectis his verbis: Tu autem, inquit, perperàm, neque ex lege, feciſti, ſicut quidem par erat. Si enim artificioſè quiddam feciſſes, non hi tibi plauſum facerent. Hoc modo ad optimos quoſque cordato autori reſpiciendum arbitror. Ut, cum Tullio, præſtet, ab uno aliquo laudari Catone, quàm à multis Zoilis, Therſitibus, & ignavis, reprehendi. De Alexandro illo, Philippi filio, innotuit, illum unius Homeri, tanquam Poëtarum maximi, ingenium invidiſſe Achillis laudibus. Ut præ uno hoc Homero tot Chœrilos ne tantivis fecerit. Idem, ſuo in genere Annaliũ ſcriptori imitandum benè, feliciterq;, eveniat. Ut, dum omnibus placere nec poteſt, nec optat; (quis enim à peſſimis commendari velit?) duntaxat optimis, pauciſque, qui æqua mente aliorum ad labores accedunt, ſtudia ſua comprobet. Illud ſiquidem ego quoque his commentarijs conſequi queam præmium, ſat commendationis utique retuliſſe videbor. Sic, cum omnibus placere neque poſſim, neque velim, ſaltèm optimis

Si modò non potero diſplicuiſſe, ſat eſt.

Per fidem! ipſe ego, quàm multis non omninò hoc opere placere poſſim, facilè tã ſcio, quàm prævideo. Neque enim hic labor mihi ipſi ſatis, ubi foràs prodiit, placere cœpit. Scio, quid tanti ponderis rebus geſtis, quid orationi huic meæ, deſit. Multa, inquam, limâ, multa emendatione, digna ſunt. Neque enim ille ego ſum, tantas ut res, ac tàm ingentes, tàm anguſto temporis ſpatio, ſub lima, deproperare ſuſtinuerim. Si igitur his in ampliſſimis rerum geſtarum campis, quæ aut decentius, aut modeſtius, dici tùm debebãt, tùm poterant, occurrent, veniam dabis, lector humaniſſime, huic libertati meę. Cui, ad tanti operis emendationem, ſat temporis utique conceſſum non eſt. Ut etiam typothetæ haud raro feſtinationem præſcripſerint. Interim, ſi quid ſtyli intemperantia peccatum eſt, dùm aut res geſtas, itemque declamationes, tàm increpatorias, quàm criminatorias, non mea, ſed aliorum, fide, recenſeo, ignoſce. Ut, ſi quid inconcinnius, præter inſtitutum, irrepſit, hoc iuxtà benignè excuſes. Prout enim annalium animã, fidem, inquam, omni induſtria ſector, datâque operâ caveo, ne, quod in more multis eſt, convitia pro rebus geſtis, ſcribam. Ità nolim cuiquam ſtyli intemperantia moleſtus eſſe. Quo nomine, promitto, me operam daturum, ne quiſquam deinceps iure conqueri poſſit. Vale, Lector! Et, dùm de his tute cogitas, DEo ſecundante, brevi huius operis partem alteram exſpecta!



Jo. PETRUS (P. SECUNDI
é fratre pronepos) LOTICHIUS.

PRIMUS, quos tulerat quondam GERMANIA, VATES
LOTICHIUS ſola voce SECUNDUS erat.
ALTER LOTICHIUS, poſt hunc, GERMANIA, VATES
Et merito nunc, et voce, SECUNDUS erit.

D. Heinsius. f.
An: 1635.

Sebaſtian Furck ſculpsit

AD NOBILEM, EXCELLENTISSIMUM, DOCTISſimumque, VIRUM,

D. JOAN. PETRVM LOTICHIVM, MEDICVM,

Poëtam, Philologum, & Polyhiſtorem egregium:

NOSTRI ÆVI HISTORIAM, INSIGNE, ET IMMORTALE, Opus, meditantem-parantem.

I.

ARduum Opus, IAN-PETRE, quidem moliris, & ingens,
LOTICHIO dignum at nomine, & ingenio.
Condere quando paras noſtri, doctiſſimus, ævi
HISTORIAM, innumera fertilis hiſtoria.
Eſt aliis tentata quidem (res novimus) antè,
Ex voto ceſſit ſed tamen iſta parùm.
Ingenio hic caruit; doctrina profundior illum,
Iſtum deſtituit Suada ſed eloquii.
Iudicii ille parùm, planè nihil attulit iſte
Tanto (vera loquor) conveniens operi.
Deeſt pleriſque fides (anima ipſamet Hiſtoriarum)
Deeſt pleriſque, inquam, ſed genuina, fides.
Indulgent (quis enim neget hoc?) affectibus omnes,
Quò mens quemque rapit. Hic magis, ille minùs:
Ne dicam graviora. Quibus ſua nomina ſæpè
Scriptorum turpat natio vaniloquûm.
Quo fit, ut, in dubio, quid utri, quantumque, quouſque,
Credendum: Lector pendeat uſque bonus.
Vtque malè Hiſtoricûm, nullo diſcrimine penè,
Et vulgo, & doctis, audiat omne genus.
Nec terrere tuam tamen hæc pote ſingula mentem;
Nec remoram cœptis gnaviter inijcere.
Ha benè! Cur etenim magnis inſcitia fraudi
Auſibus, aut reliquûm Stultitia, oro, ſiet?
Quippe tibi ingenium ſummis par rebus: acumen
Ingens ingenij cœlitùs atque datum eſt.
Notitia omnigenûm concurrit nobilis artîum,
Multiplicis Linguæ dives itemque penu.
Propria quîs prudens decus experientia confert,
(Auro gemma velut adijcit) egregium.
Omnia Dexteritas animi regit, Integritaſque,
Candoris ſtudium, Veri amor atque pius.
Ambit virtutum reliquus chorus, addere geſtit
Tàm magno promptas quin operi ipſe manus.
His inſtrumentis, his adjutoribus, ergo,
Quin cuncta, indubium eſt, res cadat orſa benè.
Perge igitur, pergis veluti, vir Magne, laboris,
Exorſus benè quæ, abſolvere penſa tui:
Vitam ſufficiat, voveo, vireſque benignè,
Cuius facta refers grandia, mira, DEVS!
Quodſi præſentis forſan te gratia ſecli
Parva manet, magnam at poſtera ſecla ferent.
Hæc grates, laudeſque, tibi, quoſcunque licebit,
LOTICHIDE, exſolvent ſeculum in omne, modo.

Melioris ominis ergò gratulabundo pectore
F. JO. GEORGIUS STYRTZEL, Auguſta-
Vindelicus, apud Rotenburgum ad
Tubarim Conſularis.

II.

TEmpora dùm tractas certos digeſta per annos,
Ac ævi noſtri colligis hiſtorias.
Vivis ad exemplum IANI bifrontis, & antè, &
Retrorsùm, mentis reſpicis omne bonum,
Scilicet hoc fert ingenium, quod divite cultu eſt
Ornatum, ut repleat Solis utramque domum.
Ingeniumque tuum, laudeſque, decuſque, loquetur
Fama ſecuturæ poſteritatis anus.
Quam tibi devinxti meritæ ad præconia laudis
Dùm puerum, puer ut deſinat eſſe, doces.
Hiſtorias neſcire quid eſt? Puerum eſſe ſenilem,
Scribit ut eloquij Tullius umbo ſacri.
Hiſtorias neſcire quid eſt? Hominem eſſe ſenilem:
Quum fors vitæ adſint tempora prima tuæ,
Liberat è tenebris homines celebris Polyhiſtor,
Conſervans curis abdita quæque ſuis.

Nominis celebritate motus, gratulationis causâ, pangebat Cal. Februarij, MDCXLIV. GEORG. CHRISTOPHORUS WALTHER, D. & Reip. Rotenburgenſis ad Tubarim Conſiliarius.

III.

AMphitryoniades doctas ſibi dicitur olim
Fœdere Parnaſſi conciliâſſe Deas.
Vt, quæ perficeret vægrandia geſta, per orbem
Carminibus vellent explicuiſſe ſuis.
Scilicet hoc unum eſt, quo poſt ſua funera perſtant
Heroes, vatum vivere poſſe libris.
Namque decennali quæ ſcirent ſecula bello
Laomedontæas interijſſe domos?
Quis magnum Æacidem? ſævum quis & Hectora, noſſet?
Atque Anchiſiadem, Dulichiumque, duces?
Carminibus legeres horum niſi geſta virorum,
Clare Andine, tuis, Mæonideſve, tuis?
Fortis Alexander (niſi Curtius iſta) ſilenti
Neſcius æternum ſuccubuiſſet humo.
Factus in hoc voti vel compos: Vivus Homerum
Tempore dùm doluit non ſupereſſe ſuo.
O Ter felices vos ergo, quaterque, Monarchas,
Et, qui geſſiſtis Teutona bella, Duces!
Dùm, qui vos memorat, ſupereſt, & veſtra perennat
Nomina, Lotichius, geſtaque veſtra canit.
Major Mæonide, qui tot mendacia ſcriptis
Prodidit. Hunc veras res memorâſſe juvat.
Materies major, perituræ mœnia Trojæ,
Bellaque Dardanidum tanta nec eſſe queunt.
Quàm quæ Lotichius triginta bella per annos
Germanum ſcribit ſuſtinuiſſe ſolum.
Tres etenim pennâ Romanos ille Monarchas,
Bis totidem Reges (res operoſa!) refert.
Tot repetit clades, tot mœnia diruta, flammas,
Cætera quæ tellus ſigna, poluſque, dedit.
Omnia ſunt turbis, armiſque referta, viriſque:
Vix fuerant priſcis iſta legenda libris.
Et te Lotichium, claris natalibus ortum,
Admiror tanti ferre laboris onus.

Sint

Sint proavi veſtri magna cum laude Poëtæ,
Queîs neq; tu verſu (credo) ſecundus eris.
Per te Lotichidum tamen iſthæc gloria creſcet,
Maior in hiſtoriis efficiêre tuis.
Te (ſcio) Teutonicas diffundet fama per oras,
Anglus & in terris, Gallus, Iberque, ſuis.
Perge bonis avibus cœptum proferre laborem,
(Viribus aſt vires da Pater alme novas!)
Hinc tua congeſtum ſuperabunt nomina Olympum,
In cunctis mundi non moritura plagis.

Ità Clar. & Excellentiſ. Dn. Autori, Medico, Poëtæ, Philologo, & Polyhiſtori, celebratiſſimo, fautori, & affini, ſuo æternùm colendo, de Opere hoc verè mirando, & ſtupendo, ſic exigente debitæ ſuæ ergà illum obſervantiæ jure, gratulari voluit, Anno MDCXLV. M. Cunradus Faber, Eccleſiaſtes Butzbacenſis.

IV.

Dic mihi, cur quondam priſcorum ſecula Muſas,
Ceu non mortales excoluêre Deas?
An, quia non fuerant morituro ſemine natæ?
An, quia patrabant neſcia facta mori?
Scilicet in totum penetrabant carmine mundum,
Heroumque dabant grandia geſta libris.
Quicquid in excelſo proſpectabatur Olympo,
Et quicquid terræ machina vaſta dabat.
Omnia cantabant. Hinc magno fœnore famam,
Thuraque nunc aliis, nunc peperêre ſibi.
Quisquis Teutonicis Muſas vult cernere in agris,
Hûc eat. Et cernet grande laboris Opus.
Non equidem ter tres natas Helicone ſorores:
Lotichius Muſis præſtat Apollo novem.
Diviſum imperium, diviſaque munera Muſis,
Non quævis quidvis ut memoraret, erant.
Cuncta ſed ingenio præſtat Lotichius uno,
Atque novem ſolus munera tanta ſubit.
En! quod ter decies dignum memoratur in annos,
Perque Europæos quicquid habetur agros:
Omne refert. Nullus naturæ vultus in orbe,
Qui ſcriptis huius neſciat indè legi.
Tot memoras Reges, Romanorumque Monarchas,
Lotichi, fortes tot repetiſque Duces.
Auſtria nota tibi eſt, tibi mundi gloria Roma
Cognita, & Hadryacis Vrbs habitata vadis.
Iam calamo ſtringis clarorum geſta virorum,
Et tot magnanimos tollis ad aſtra duces.
Mœnia iam triſti clamas everſa boatu,
Et portenta, polus quæ dedit, ecce! refers.
Quid loquar Ætnæos vomitus, vel Tartara, flammis
Italiæ pulchrum quæ rapuêre ſolum?
Mox inteſtini luges incendia belli,
Qualia vix Marius, vix Catilina, dedit.
Obſtupui, quoties tantos perferre labores
Te vidi, Herculeis æquiparande modis!
Sic tibi cuncta patent, libris ſic omnia mandas,
Nonne ergò Muſis tu quoque major eris?

Felices

Felices Reges! Qui te præcone tenebunt
Nomina, ſpumoſum dùm ſubit unda ſalum.
Te fortunatum! Tanto qui ſolus honore
Te facis æternos vivere poſſe dies.
Quid refero? Centum numero nunc temporis annos,
Quos Phœbus curſu condidit ipſe ſuo.
Quando Lotichium nomen clareſcere cœpit
Verſibus, & mundo lumina magna dedit.
Ergo ſecuturos illis quid prædico honores,
Qui ſatis hoc noſtro tempore laudis habet?
Me quoque vel fauſtum! Quòd veſtros verſibus auſus
Muſa mihi paucis explicuiſſe dedit.
O Redeant nobis felicia tempora pacis,
Quæ tandem poſſint his poſuiſſe manum!
Omnia feciſſes: Et pacis amabile nomen
Splendidius veſtrum, crede, paràſſet opus.
Intereà nobis terrarum gloria ſalve,
Lotichi, proavis major abinde tuis!
Et Muſæ ſcriptis fuerant ſi numina terris,
Nunc Europæis tu quoque numen eris.

Sic Nobili & Clariſ. Dn. Autori, Hiſtorico, Poetæ, & Philologo, incomparabili, Socero ſuo æternùm honorando, de tanti Operis ſucceſſu, gratulari debuit Anno MDCXLV. IOANNES FACHIUS, Art. Medicæ Licentiatus.

V.

QVisquis ſcribendis ſimul, & ſimul evulgandis,
Conſilium, atque animum, conſecrat Hiſtoriis:
Magnum opus aggreditur, meritò quod Cæſia Æthenæ,
Appendatque ſuis Diva Moneta tholis.
Magnum opus, ingemino. Sed non diſcriminis exſors,
Vel catus hic autor, quod vereatur, habet.
Lector adeſt: frontemque libri vix lumine ſignat,
En! tibi Ariſtarchum, non tamen æquus, agit.
Cenſuræque rotas nullo ſufflamine ſiſtens
Impingit chartis omnibus ille dicam.
In verbis Venerem, rebuſque requirit Alethen,
Ingeniumque alibi, iudiciumque alibi.
Iam queritur, quòd penna ſuis obnoxia currens
Partibus à vero tramite flectat iter.
Protinùs hinc obeli cynicumque paratur acetum,
Tinctaque mordaci ſpicula felle volant.
Non hæc LOTICHIO metuenda eſt alea noſtro.
Veſter ô Aonides ſurgite, Phœbus adeſt!
Qui ſua tot geſtis aſſignat tempora rebus,
Teutonicoque orbi nobile pandit Opus.
Quod Peitho, quod cana fides, quod nobile verum,
Vindicat à lingua, Zoile ſpurce, tua.
Heròaſque refert meritis, & fortibus auſis,
Inſignes, patriæ lumina clara ſuæ.
Nec tantùm Heroas, ſed prælia. Prælia quondam
Quæ malè pacatis Moldava fovit aquis.
Dùm taco Albentem conſpexit Marte Leonem
Erigere iratas in mala bella iubas:
Proſcripſitque ſuam maleſuada Rebellio pacem,
Primaque Gradivi facta FENESTRA via eſt.

Quæque alia in noſtris graſſata incendia campis,
Dùm ſua Lipſiacus fulmina ſenſit ager.
Et Nicer, & quicquid Rhenus metitur, & Albis,
Et quæcunque ſuo nectare fluxit aqua.
O calamus felix, & par induſtria, Famæ
Remigio æthereas molliter ite vias.
Vt doctas lacerent hoc tempore vulnera Muſas,
Proque ſuo Phœbo Mars Helicona regat.
Non vos tempus edax, non vulnera lenta laceſſent
Cimicis, & Cymicæ claſſica vana tubæ.

Boni ominis ergò, fecit Ioan. Martinus Rauſcher, in Acad. Tubingenſi Hiſtoriar. Oratoriæ, & Poëtices Prof. p.

V I.

Parodia, Od. XVI. lib. II. Horatij.

GLoriam præceps petit in profundo
Nauta Syrenum, ſimul explicavit
Nube ſubducta, dubius futuræ
Carbaſa ſortis:
Gloriam bello furioſa Amazon:
Gloriam Heroes meritis decori:
Nomen, haud gemmis, neque purpurâ ve-
nale nec auro.
Non Arabs gazâ, neque bellicoſus
Submovet Hector gelidas ſecures
Mortis, & tumbas putrefacta clauſtris
Oſſa prementes.
VIVITVR SCRIPTIS BENE, Livius cui
Obtigit, verſu gravis aut Homerus,
Hunc luti, ac lethes ſtylus, & Camæna,
Sordibus aufert.
Pro ſacris quid digladiamur aris
Multa? Quid terras alio calentes
Sole mutamus? Niſi conſtat orbi
Maſcula virtus?
Avolat luxu carioſa pennis
Vita, regreſſus ſibi nec relinquit
Ocyor lynce, &, pluvias ciente,
Ocyor Auſtro.
Gloriæ vivax animus! Quod ultrà eſt
Neſciat durare. At honeſta vitæ
Geſta fatis eripiunt Poëtæ,
Hiſtoricique.
Auferet nunquam fera mors Thuanum:
Nec, dedit quæ Sleida virum, ſenectus:
LOTICHI nec TE TVVM OPVS perenni
Eximet ævo.
Laureæ centum, totidemque ſertis
Te manent baccæ. Tibi plaudit aureis
Fama quadrigis, amor atque Veri. Hinc
Murice tinctæ
Te ambiunt lanæ. Tibi tanta dona, &
TER DECEM ANNORVM HISTORIÆ, brabaeum hoc
Aura non fallax dedit, & laborum
Findere ſulcos.

Obſervantiæ causâ facta, à M. JOAN. HENRICO RISIO, Auguſta-Vindelico, P. L. Cæl. Diacono Rotenburgico.

VII. Glo-

VII.

GLoria Lotichidûm ſalve, Germania qualem
    Vix habet ingenio nobiliore virum.
Seu conjux croceo ſcandat Tithonia curru
    Æthera, ſeu niveas Heſperus intret aquas.
Sive petas Tanain, Venetas luſtreſque paludes,
    Regnaque te Patriâ ſede remota trahant.
Vel quâ cœruleus Gyndes, quâ Medus Hydaſpes,
    Quâve ſinus Phrygiam murmure pulſat humum.
Te tamen ingenti complexus amore recordor,
    Et tua luminibus currit imago meis.
Candida nam reliquos ſuperat tua Muſa Poëtas,
    Quantum ſidereas ſplendida luna faces.
Qui ſuperas Thamyram, dictat cui carmina Phœbus;
    Carmina Cecropiis anteferenda thymis.
Nemo Machaonias callet quo rectius artes,
    Sive ſit Hippocrates, ſive Galenus erit.
Blanda licet clarum facundia tollat Vlyſſem,
    Hector & innumeris ſe mihi iactet avis.
Attamen his longè te, fax radioſa, manebunt
    Nomina poſt triſtes nobiliora rogos.
Nam cantas veteres Regumque ducumque triumphos;
    Qui tum Cæſareâ ſceptra tulêre manu.
Tot profers acies, tot inhoſpita ſaxa, tot alpes,
    Totque triumphanti prælia facta manu.
Prælia picta canens, moliris laude labores,
    Nectis & hiſtoricæ nobile laudis opus.
Gemmea Phidiaco cui ficta toreumata cælo
    Cedunt, & Lybici nobile dentis ebur.
Nam pereunt gemmæ, pereunt miracula Romæ,
    Quicquid & aurifluis congerit Hermus aquis.
Frangit & abſumit validiſſima quæque vetuſtas;
    Hæc rigidos lapides, hæc adamanta terit.
Sed tua fama viret, tua morte trophæa carebunt,
    Vlla nec his ætas, bella nec ulla nocent.
Ergò Caſtalides verno de flore corollas
    Imponent capiti, ſtella coruſca, tuo.
Teque duces tollent iunctis ſuper æthera cygnis,
    Scilicet & largas experiere manus.
His nam dona ferunt, his aurea præmia præbent,
    A quibus hiſtoricæ munera laudis habent.
Quis veteres Thebas, quis prælia nôſſet Achillis,
    Talia nî ſimili munere nota forent.
Intereà Pyliam ducat tibi Parca ſenectam,
    Longaque felici penſa voluta manu.
Quò ferat ingenuas per te Germania laudes,
    Dum tua conſpicuis fama triumphat equis.
Et poſt perpeſſas moles, poſt magna laborum
    Tædia, grandiloquo reddito thura Iovi.
Nauta canit veluti, mediis iactata procellis
    Cùm tetigit portum panda carina ſuum.
Tandem, ne tenui creſcant mea carmina verſu,
    Hæc videas operi vota favere tuo.
Quique Theoninis tibi vulnera morſibus infert,
    Cedat, & infernis corpora ponat aquis.

JOAN. THEODORUS SPRENGERUS, Philoſophiæ, & rei Poëtices, Studioſus F.

ELENCHUS

Autorum Nov-Antiquorum. Quorum Exemplis præſens HISTORIA *GERMANICA illuſtratur.*

ÆL. Lampridius.
Æl. Spartianus.
Alex.ab Alexandro.
Annius Viterbius.
Appianus.
Ariſtophanes.
Athenæus.
Aul. Gellius.
Aurel. Victor.
Bodinus.
Caſp. Peucerus.
Catullus.
Cicero.
Claudianus.
Dictys Cretenſis.
Diodor. Siculus.
Diog. Laërtius.
Dion. Caſſius.
Dion. Halycarnaſſæus.
Euripides.
Florus.
Herodianus.
Herodotus.
Hippocrates.
Homerus.
Horatius.
Joan. Boardius.
Jo. Petrus Lotichius.
Jornandes.
Jul. Cæſar.
Jul. Capitolinus.
Juſtinus.
Juvenalis.
Livius.
Lucanus.
Lucretius.
Macrobius.
Max. Tyrius.
Melch. Goldaſtus.
Minut. Felix.
Nicol Machiavellus.
Orpheus.
Ovidius.
Paul. Diaconus.
Pauſanias.
Petronius.
Petrus Crinitus.
Petrus Lotichius Secundus.
Plautus.
Plinius.
Plutarchus.
Polybius.
Procopius.
Q. Calaber.
Q. Curtius.
Richardus Dinothus.
Salluſtius.
Seneca.
Sophocles.
Stobæus.
Suetonius.
Tacitus.
Theocritus.
Thucydides.
Val. Flaccus.
Val. Maximus.
Vegetius.
Virgilius.
Xenophon.

ELEN-

ELENCHUS RERUM MEMORABILIUM:

Quæ

Sub his ANNALIBUS per LIBROS, & CAPITA, proponuntur.

LIBRI PRIMI.

De Religione. Et exinde natis diſſidijs. Cap.1.
Externa. *De perſecutione, in cauſſa Religionis, apud Belgas, Anglos, Gallos.*
De Prodigijs, bellum Bohemicum, ſive totius Germaniæ, præſignificantibus. Cap.2.
De Motibus Bohemicis. Eorundemque cauſſis, & autoribus. Cap.3.
Externa. *De conjuratione apud Venetos detecta: Belloque Sabaudico, &c.*
De Ferdinandi II. Imp. coronatione in Regem Vngariæ. Cap.4.
Motuum Bohemicorum ulterior enarratio. Cap.5.
Externa. *De Bohemorum, ad Bavariæ Ducem, & Elector. Saxoniæ legationibus, &c.*
De bello iam flagrante inter Cæſarem, & Bohemos. Cap.6.
Externa. *De motibus Rheticis.*

LIBRI SECUNDI.

De Maximiliani Archiducis, & Annæ Imperatricis exceſſu. Cap.1.
Externa. *De virorum illuſtrium obitu, & prodigijs concurrentibus.*
De Matthiæ Imp. vita, atque exceſſu. Cap.2.
De Ominibus, circà Matthiæ Imp. exceſſum contingentibus. Cap.3.
De auſpicijs regiminis Ferdinandi Regis, ab exceſſu Matthiæ Imp. Cap.4.
De novis Bohemorum exundationibus. Atque cum Moraviæ Ordinibus, aliiſque, coniunctionibus. Cap.5.
De Bohemorum ad tempus ſucceſſibus. Atque obſidione Viennæ, ſedis Cæſareæ. Cap.6.
De Ferdinandi Regis coronatione in Regem Romanorum. Eiuſdemque præparatoriis. Cap.7.
De Ominibus, circà inaugurationem Ferdinandi Cæſaris, contingentibus. Cap.8.

LIBRI TERTII.

De Bohemis, Ferdinandum Regem repudiantibus. Cap.1.
De Bohemis, Fridericum V. Electorem Palatinum, in Regem eligentibus, vocantibuſque. Cap.2.
De dehortationibus, ne oblatam regni Bohemiæ coronam acceptaret, Friderico, Electori Palatino, factis. Cap.3.
De Friderici Palatini aſſenſu, ſuper receptione electionis regiæ, Bohemis facto. Cap.4.
De Friderici Palatini, in Bohemiam progreſſu. Coronationiſque regiæ ſolennibus. Cap.5.

LIBRI QUARTI.

De Motibus, per Vngariam, ipſamque Tranſylvaniam, gliſcentibus. Cap.1.
De rebus Moravicis. Cap.2.
De Sileſiæ rebus. Cap.3.
De varijs, circà reditum Ferdinandi Imp. Viennam, velitationibus, & commiſſis utrinque prælis. Cap.4.
De Vnioniſtarum conventu apud Noribergam. Cap.5.
De rebus, per Gueſtphaliam, Vngariam, Bohemiamque, &c. porrò gliſcentibus. Cap.6.
Externa. *De Ordine Equitum militiæ Chriſtianæ. Itemque Arminij ſecta, &c.*
De Bethleni, & Friderici Palatini, ad tempus progreſſibus. Cap.7.
Externa. *De Metenſium civitatis periclitatione. &c.*

LIBRI QUINTI.

De auxiliis, à Ferdinando Imp. adverſus Fridericum Palatinum conquiſitis. Cap.1.

De Iacobo, Angliæ Rege, in nuptias regij filij, cum Maria, Hiſpaniarum Regis ſorore, contrahendas, propendente. Cap. 7.
De induciis, inter Cæſarem, Bethlenum, iterato pactis. Cap. 8.
Externa. *De conjuratione Barnefeldiana, &c.*

Libri Decimi Quarti.

Frider. Palatinus litteris denuò interpellat Electores, ac Principes, Imperij, dictos Proteſtantes. Cap. 1.
Externa. *De rebus Indicis apud Mexicanos. Itemque Polono-Turcicis.*
De Iacobi, Angliæ Regis, ſeria tandem armorum præparatione. Cap. 2.
De VValliæ Principis, cum Henrietta Maria, Galliarum Regis ſorore, matrimonio. Pariterque novo Angliæ, & Galliæ, Regum, fœdere. Cap. 3.
Externa. *De rebus Rheticis.*
De Reformatione Religionis Auguſtanæ per Auſtriam. Cap. 4.
De Iacobi, Angliæ Regis, exceſſu. Itemque Caroli Principis, filij, in Regem inauguratione. Cap. 5.
Externa. *De rebus Hiſpano-Batavis.*

Libri Decimi Quinti.

De Daniæ Rege, arma adversùs Cæſarem, ſive Thyllium, præparante. Cap. 1.
Externa *varij generis.*
De novo Cæſaris exercitu, Fridlandiæque Ducis expeditione. Cap. 2.
Externa. *De rebus Hiſpano-Anglo-Batavis.*
De Daniæ Regis in Gueſtphaliam expeditione. Cap. 3.
Externa. *De rebus Italicis, Rheticiſque.*
De Thillij, per Saxoniam inferiorem actionibus. Et altera apud Brunſvigam diæta provinciali. Cap. 4.
Externa *mixti generis.*
De Daniæ Regis, & Mansfeldij, coniunctione. Itemque utriuſque tàm Mansfeldij, quàm Regis, clade. Cap. 5.

Libri Decimi Sexti.

De motibus, & bello Ruſticanorum per Auſtriam. Cap. 1.
De novis, Bethleni operâ, per Vngariam motuum recidivis. Cap. 2.
De Io. Erneſto, Vinarienſi Duce, adversùs Cæſarem, per Sileſios arma proferente. Cap. 3.
De Imperatore, ſuper Maximiliani, Electoris Bavariæ, recèns creati, admiſſione interiori, Electorem Brandeburgicum interpellante. Cap. 4.
De Chriſtiani Brunſvicenſis, Ioan. Erneſti Vinarienſis, & Erneſti Mansfeldij, &c. obitu. Cap. 5.
De Ioannis Schvvickhardi, Electoris, & Archiepiſcopi, Moguntinenſis, & Ludovici, Heſſorum Landgravij, exceſſu. Cap. 6.

Libri Decimi Septimi.

De Thyllio, Holſatos, ac Megapolitanos, pro Cæſare, interpellante. Cap. 1.
De Daniæ Regis, & Saxoniæ Electoris, ſuper pacis reproductione, deliberationibus. Cap. 2.
De Daniæ Rege, VVolferbyti à præſidiariis exonerationem negante. Aliiſque id genus accidentibus. Cap. 3.
De Fürſtenbergio, nomine Thillij, Northemium expugnante. Cap. 4.
De pacificationis, inter Daniæ Regem, & Saxon. Electorem, reaſſumptione. Cap. 5.

Libri Decimi Octavi.

De Cæſareanorum per Holſatiam, Iutiamque, progreſſibus. Cap. 1.
De Daniæ regni proceribus, Fridlandum interpellantibus. Cap. 2.
De Danicis, & Archiepiſcopatu Bremano, itemque VVolferbyto, ac Nyenburgo, ejectis. Cap. 3.
De Electoris Brandeburgici in Cæſaris partes tranſitu. Itemque Cæſareanorum per Pomeraniam hybernationibus. Cap. 4.
De Danicorum, & Cæſareanorum, per Sileſiam actionibus. Cap. 5.

Libri Decimi Noni.

De novo, alteroque, apud Mülhuſium Thuringorum, Electorum conventu. Cap. 1.
De Electoris Moguntini, ſub Mülhuſino conventu, itemque Chriſtianiſſimi Regis per legatum, propoſitionibus. Cap. 2.
De diæta, apud Colmariam, ſuper Friderici Palatini, reconciliatione, aperta. Cap. 3.
De Cæſaris, ad Palatini legatorum oblationes, declaratione. Cap. 4.
De bonorum Eccleſiaſticorum quorundam repetitione ab Argentinenſibus. Cap. 5.
Externa. *De pacis inter Cæſarem, & Turcum, renovatione. Itemque rebus Turcicis aliis.*

Libri

LIBRI VIGESIMI.

De Georgij, Heſſiæ Landgravij, Et Sophiæ Eleonoræ, Ioan. Georgij, Electoris Saxoniæ, filiæ, nuptiis. Cap. I.
De amica, inter Guilielmum, & Georgium, Heſſiæ, illum Caſſellanæ, hunc Darmſtadinæ, lineæ, Landgravios, tranſactione. Cap. 2.
Externa. *De mutuis inter Galliæ, Angliæque, Reges colliſionibus. Indeque ſubſecuto bello.*
De Cæſare, Maritimas per Imperium Civitates, commerciorum cauſſâ, interpellante. Cap. 3.
Externa. *Henricus Fridericus Vranius Crollium civitatem Hiſpanis eripit.*
De ſupplicijs, à Ruſticorum per Auſtriam perduellibus, ſumptis. Cap. 4.
Externa. *De Polonorum, & Suecorum, certaminibus.*
II. De Rebus Rheticis,
III. De actionibus Turcicis.
IV. Illuſtrium virorum emortuales.

LIBRI VIGESIMI PRIMI.

De Civitatum Maritimarum conventu, apud Lübeccam coacto. Et altera Cæſaris legatorum propoſitione. Cap. I.
De Ducatus Megapolitani in Fridlandum translatione. Cap. 2.
De Pomeraniæ Ducis periclitatione. Pariterque Saxoniæ Electoris, ſuper milite Cæſareano, querimonia. Cap. 3.
De Fridlando, Straleſundam infeſtante. Cap. 4.

LIBRI VIGESIMI SECUNDI.

De Thillyo, Stadam expugnante. Cap. I.
Externa. *De rebus Italicis. Et quidem Ducatus Mantuani ſucceſſionem concernentibus.*
II. Vbi tandem Dux Nivernenſis Cæſari ſe permittit.
De actis, decretiſque, ſecundi illius Electorum, apud Mülhuſium, conventus. Cap. 2.
De Daniæ regni Proceribus, Cæſarem, pro pace, interpellantibus. Cap. 3.
Externa. *Angliæ Rex Roſſilionenſes admittit in protectionem.*
De nova, ab Archiepiſcopatus Magdeburgici Capitularibus facta, electione, & poſtulatione. Cap. 4.

LIBRI VIGESIMI TERTII.

De nova Daniæ Regis armorum præparatione. Cap. I.
De Fridlando, Roſtochium ſubiugante. Cap. 2.
Externa. *Rex Galliarum obſidione cingit Roſſilionem.*
II. Eamque victor intrat.
De Daniæ Regis, ſuper pace, declaratione. Vnde tandem inter Cæſarem, Regemque, emerſit pacificatio. Cap. 3.
Externa. *De dividiis inter Galliarum Regem, & Epiſcopum Verdunenſem.*
II. De Rohano Duce, Montem Peſſulanum per proditionem tentante.
III. De Caleto, proditione laborante.
De comitiis per Sileſiam, Moraviamque, indictis. Cap. 4.
Externa. *I. Batavi victorias Cæſaris reformidant.*
II. Petrus Heinius Hiſpanis, à ſe devictis, per mare ingentem extorquet auri vim.

LIBRI VIGESIMI QUARTI.

De Fridlando, alterâ vice Straleſundam infeſtante. Et Guſtavo, Sueciæ Rege, in belli ſocietatem veniente. Cap. I.
Externa. *De rebus Polonorum, Dantiſcanorum, & Suecorum.*
De Religionis, paſſim per Imperium enovatione. Et Edicti Reformatorij præliminaribus. Cap. 2.
De rebus raris, monſtroſis, ac fatalibus, hoc Anno MDCXXVIII. contingentibus. Cap. 3.
Externa. *I. Conjuratio apud Genuates detegitur.*
II. Bückingamus, Dux Anglicanus, necatur.

LIBRI VIGESIMI QUINTI.

De Electorum, Principum, Ordinumque, Catholicorum, querelis. Super bonis Eccleſiaſticis, poſt Paſſavienſem Tranſactionem, interceptis. Cap. I.
Ferdinandus II. Imp. auditis utrinque ſententiis, Edictum, ſuper reſtituendis bonis illis Eccleſiaſticis, divulgat. Cap. 2.
De Saxoniæ Electoris, adversùs ſuperius Edictum Cæſareum, exceptione, ac contraventione. Cap. 3.
De Cæſaris Conſiliariorum, ad Saxoniæ Electoris objectiones, reſponſionibus. Cap. 4.
De legatis Cæſareis, executioni Edictali præpoſitis. Eorundemque inſtructionibus. Cap. 5.

LIBRI VIGESIMI SEXTI.

De initijs Reformationis, apud Auguſtam Vindelicorum, iactis. Cap. I.
De Saxoniæ Electore, Confeſſionem Auguſtanam, aliâs PVPILLAM dictam, recens publicante. Catholicisque opponente. Qua demonſtrat, ſe antiquâ, atque incorrupta, illa Auguſtana Confeſſione etiamnunc uti frui. Ideoque Pace Religioſa privandum non eſſe. Cap. 2.
De Reformationis, aliis ſub locis, progreſſibus. Cap. 3.
De Circuli Suevici, ac Franconici, Principum, Ordinumque, adversus Edictum Cæſaris, in cauſſa Religionis, exceptionibus. Cap. 4.
De cauſſæ Hildeſienſis, Halberſtatenſis, & Magdeburgenſis, itemque Bremenſis, Eccleſiarum, deciſionibus. Cap. 5.

LIBRI VIGESIMI SEPTIMI.

De Ligarianorum, apud Heydelbergam, conventu. Eorumque decretis. Cap I.
De turbis primis Magdeburgenſibus. Eiuſque fatalis ſubſequentis belli cauſſis, ac præludiis. Cap. 2.
Cæſar cauſſas, ſub reſcripto, publicat. Quas ob Ioan. Albertum, & Adolphum Fridericum, fratres, Duces Megapolitanos, è poſſeſſionibus ejeciſſet. Cap. 3.
De Daniæ Rege, pro Megapolitanis Ducibus, in exilium ejectis, apud Cæſarē interveniente. Cap. 4.
Ioan. Albertus, Dux Megapolitanus, à Cæſare, in amiſſas poſſeſſiones reſtitutionem demiſsè flagitat. Cap. 5.
Externa. Henricus Vranius oppugnat Sylvam Ducis. Eademque, ſicut & Veſaliâ, potitur.

LIBRI VIGESIMI OCTAVI.

Guſtavus, Sueciæ Rex, nonnullis de cauſſis offenſus, arma in Cæſareanos decernit. Cap. I.
De Cæſareanorum, Polonorum, ac Suecorum, per Boruſſiam, actionibus militaribus. Cap. 2.
De Sueciæ Rege, Electorem Brandeburgicum litteris interpellante. Cap. 3.
De induciis, inter Poloniæ, Sueciæque, Reges, pactis. Cap. 4.
De Guſtavo, Sueciæ Rege, rebus domi confirmatis, in Cæſarem, Germaniamque, expeditionem ſuſcipiente. Cap. 5.
De colliſionibus, ſuper exercitu Cæſareo, in Boruſſiam dimiſſo, inter Sigiſmundum, Poloniæ Regem, & Fridlandum, naſcentibus. Cap. 6.
Externa. Ferdinandus II. Imp. in cauſſa Ducatus Mantuani, exercitum mittit in Italiam.

LIBRI VIGESIMI NONI.

De Circuli Suevici, ſuper Edicti Cæſarei executione, exactionibuſque militaribus, querelis. Cap. I.
De Saxoniæ Electore, per legatos Cæſari onera Ordinum Proteſtantium aperiente. Cap. 2.
De Electoris Brandeburgici, aliorumque Imperij Ordinum, eiuſdem notæ conqueſtionibus. Cap. 3.
Examen Edicti illius Cæſarei divulgatur. Cap. 4.

LIBRI TRIGESIMI.

De Hanoviæ obſidione. Eiuſdemque liberatione. Itemque de Bethleni, Tranſylvaniæ Principis, obitu. Cap. I.
De Electorum Catholicorum, ſuper Fridlando, querelis, ac deliberationibus. Cap. 2.
De Sueciæ Rege, Electores interpellante. Rugiamque inſulam occupante. Cap. 3.
De Cæſaris, ad diætam Ratiſponenſem profectione. Eiuſdemque ibidem propoſitione. Cap. 4.
De Electorum, ad Cæſaris propoſitionem, reſponſis. Principumque, ſuper Fridlandi militia, querelis pluribus. Cap. 5.
De Saxoniæ Electore, Cæſarem, ſuper Sueciæ Regis in Imperium impreſſione, erudiente. Cap. 6.
Externa. De Daniæ Regis, & Reipubl. Hammaburgenſis, diſceptationibus.

LIBRI TRIGESIMI PRIMI.

Fridlando imperium militare abrogatur. Cap. I.
De rerum Palatinarum reaſſumptione. Cap. 2.
De Cæſare, & Electoribus, ſub comitiis, bellum in Sueciæ Regem decernentibus. Cap. 3.
Super novo Exercitus Cæſareani Imperatore deliberatur. Cap. 4.
De remediis ineundæ tranſactionis. Super Edicto Cæſareo, inter Imperij Ordines Catholicos, & Proteſtantes, ſub comitiis propoſitis. Cap. 5.
De Comitiorum Ratiſponenſium Receſſibus. Cap. 6.
Externa. De rebus Italicis. Itemque Mantuæ à Cæſareanis expugnatione.

LIBRI TRIGESIMI SECUNDI.

De Guſtavi, Sueciæ Regis, adventu in Germaniam. Eiuſdemque virtute, viribus, copiis. Cap. I.
Guſtavi, Sueciæ Regis, deductio cauſſarum. Quas ob præſentem in Germanos expeditionem ſuſcepiſſet. Cap. 2.
De Guſtavi, Sueciæ Regis, vero in Germaniam adventu. Cap. 3.

De Po-

De Pomeraniæ Ducis, cum Sueciæ Rege, tranſactione. Cap.4.
De Sueciæ Regis, in Ducatum Megapolitanum, excurſu. Cap.5.
Externa. De rebus Italicis.
II. Galliarum Regis per Sabaudiam progreſſibus.
III. Hiſpanorum, & Gallorum ſuper Caſali, tranſactionibus.
IV. Itemque perſonato Cacodæmone, dicto Duce de Mammone.

LIBRI TRIGESIMI TERTII.

De Sueciæ Regis, ad Ferdinandi II. Imp. declaratorias, reſponſo. Cap.1.
Guſtavus, Sueciæ Rex, expeditionem ſuam, in Germaniam ſuſceptam, Rom. Imperij Electoribus etiam-nunc excuſat. Cap.2.
De Cæſareanorum, & Suecorum, conflictibus. Deque clade Savellij, ductoris Cæſarei. Aliiſque Suecorum progreſſibus. Cap.3.
De Magdeburgenſibus, ob Cæſaris Edictum, in cauſſa Religionis, ad Sueciæ Regem tranſeuntibus. Cap.4.
De Magdeburgi nova à Cæſareanis concluſione. Itemque illuſtrium virorum captivitate, & obitu. Cap.5.
De Saxoniæ Electore, conventum apud Torgam celebrante. Cap.6.
Externa. De Daniæ Regis, & Hammaburgenſium.
II. Itemque Hiſpanorum, & Batavorum, digladiationibus.

LIBRI TRIGESIMI QUARTI.

De Ferdinandi III. Vngariæ Regis, cum Maria, Philippi III. Hiſpaniarum Regis, filia, Hymenæo. Cap.1.
De Saxoniæ Electoris, ſub conventu Lipſienſi, propoſitione. Eiuſdemque diætæ actis. Cap.2.
De Electorum, Principum, Ordinumque, codicillis, ad Cæſarem dimiſſis. Quibus Lipſienſis illius Conventus decreta aperiuntur. Cap.3.
De Electorum, Principum, Ordinumque, reſcripto. E Lipſia ad Electores quatuor Catholicos dimiſſo. Cap.4.
De Lipſienſis conventus Receſſu, ſolenniter publicato. Cap.5.

LIBRI TRIGESIMI QUINTI.

De Cæſaris dehortatione. Tam per litteras, quàm legatos, Saxoniæ Electori objecta. Cap.1.
De Saxoniæ Electoris, ad Cæſaris poſtulata, declarationibus. Cap.2.
De Cæſaris, ad Saxoniæ Electoris reſponſionem, replicatione. Cap.3.
De Electorum Catholicorum, ad intimationem Lipſienſis decreti, reſponſo. Cap.4.
De Cæſaris mandato, tam Monitorio, quàm Avocatorio. Quo Electores, Ordineſque, Proteſtantes, ab armis adverſis diſcedere jubentur. Cap.5.
De particularibus quibuſdam Mandatis, dictis Avocatoriis. Quibus Cæſar Civitates Imperiales à fœdere Lipſico recedere iuſſit. Cap.6.
De Cæſaris Avocatoriis. Quibus Imperij Ordinibus Equeſtribus obedientiam inculcavit. Cap.7.

LIBRI TRIGESIMI SEXTI.

De Guſtavi, Sueciæ Regis, cum Ludovico XIII. Galliarum Rege, novo fœdere. Cap.1.
De Sueciæ Regis, per Marchionatum Brandeburgicum, progreſſibus. Eiuſdemque nova in Ducatum Megapolitanum expeditione. Cap.2.
De Thillij in Megapolitanos expeditione. Cap.3.
Francofordia ad Viadrum à Sueciæ Rege expugnatur. Cap.4.
De Sueciæ Regis, cum Electore Brandeburgico, tranſactione. Qua præeunte, in Magdeburgi liberationem incumbit. Cap.5.

LIBRI TRIGESIMI SEPTIMI.

De Magdeburgenſium, & Marchionis Brandeburgici, dicti Adminiſtratoris, rebus novis. Factique confidentia. Cap.1.
De vera Magdeburgi, ſub Pappenheimio, ipſoque Thillyo, obſidione. Cap.2.
Thillyus, miſſis per tubicinem in urbem codicillis, Magdeburgenſibus, ſub ſpe veniæ, deditionem inculcat. Cap.3.
De Thillyo, tertium deditionem humaniſſimis verbis urgente. Cap.4.
De flebili Civitatis Magdeburgenſis tam expugnatione, quàm conflagratione. Cap.5.
De Vaticiniis, Ominibus, ac Prodigiis, Magdeburgi Excidium præſignificantibus. Cap.6.
De Magdeburgenſium diſſidiis, & ſeditionibus domeſticis. Cap.7.
De Guſtavi, Sueciæ Regis, ſuper Magdeburgi everſione, Apologetico. Cap.8.
Thillyus expugnationem Magdeburgi Saxoniæ Electori ſignificat. Cui hic reſpondet. Cap.9.

Libri Trigesimi Octavi.

De Electoris Brandeburgici, cum Sueciæ Rege tranſactione. Cap. 1.
De Ferdinandi II. Imp. ad Electoris Brandeburgici Apologeticum, reſponſo. Cap. 2.
De Saxoniæ Inferioris Ordinibus Proteſtantibus. Apud Lübeccam, quouſque decretum conventus illius Lipſienſis admittendum eſſet, deliberantibus. Cap. 3.
De Reformationis per Sileſios executione. Cap. 4.
Externa. *I. Cæſar Daniæ Regi conciliare ſtudet Hammaburgios.*
II. Dividiæ inter Reginam matrem, Regem Chriſtianiſſimum, & Gaſtonem, fratrem.

Libri Trigesimi Noni.

De Suevico, & Franconico, Circulis, fœderi Lipſico renunciantibus. Cap. 1.
De Electore Saxoniæ, conſtantiam ſuam, quoad decretum Lipſienſe, proferente. Diætamque novam apud Dreſdam aperiente. Cap. 2.
De Saxoniæ Electore, ad Catholicorum Electorum, ſuper decreto Lipſienſi, interpellationem, vices reddente. Cap. 3.
De Carolo, Angliæ Rege, per legatum, apud Viennam, pro Palatinatus reſtitutione, denuò ſolicitante. Cap. 4.
Poſt liberatam per Suecos univerſam à Cæſareanis Pomeraniam: Duces Megapolitani quoque, ſolenniſſima cum pompa, revertuntur in patriam. Cap. 5.

Libri Quadragesimi.

Thillyus cum exercitu dirigit in Thuringos, & Heſſos ſed, Guſtavo, Sueciæ Rege, ſuperante Albim, revocatur. Cap. 1.
De Thillyo, in Electorem Saxoniæ arma convertente. Cap. 2.
De Saxon. Electoris, ad Thillyanorũ, nomine Cæſaris, legatorũ propoſitiones, declarationibus. Cap. 3.
De Saxoniæ Electore, vires cum Sueciæ Rege ſociante. Cap. 4.
De Cæſareanorum, ſub Thillyo, apud Lipſiam, clade. Et memorabili Guſtavi, Sueciæ Regis, victoria. Cap. 5.
De Ominibus, Cæſareanorum cladem apud Lipſiam præſagientibus. Suecorumque progreſſibus. Cap. 6.
Externa. *De rebus Batavo-Gallicis, & Portugallicis.*

Libri Quadragesimi Primi.

De Compoſitionis diæta, inter Catholicos, Proteſtanteſque, Ordines, in cauſſa bonorum Eccleſiaſticorum, apud Francofurtum indicta. Cap. 1.
De Actionibus, inter Catholicos, Proteſtanteſque, eo ſub conventu, emergentibus. Cap. 2.
Guſtavo, Sueciæ Rege, poſt victoriam Lipſicam, per Imperium progrediente, tractationes apud Francofurtum abrumpuntur. Cap. 3.
De Thillyo, poſt cladem apud Lipſiam acceptam, versùs Viſurgim, & Heſſiam, ſe recipiente. Cap. 4.
De Guſtavo, Sueciæ Rege, Erphordiam obtinente. Et quibus utrinque conditionibus tranſactum ſit. Cap. 5.

Libri Quadragesimi Secundi.

De Guſtavo, Sueciæ Rege, Franconiam invadente. Cap. 1.
De Sueciæ Rege, Ducatum Herbipolitanum novas ſub leges vocante. Hanoviamque arte intercipiente. Cap. 2.
De Francofurto, in Regis poteſtatem veniente. Cap. 3.
De Rege Sueciæ, Rhenum ſuperante. Et Moguntiacum capiente. Cap. 4.
De Civitatibus ulterioribus, intrà Palatinatum Inferiorem, Franconiam, VVeteraviamque, ſitis, Suecorum in poteſtatem venientibus. Cap. 5.

Libri Quadragesimi Tertii.

De Thillij rebus. Legatoque Hiſpanico, nomine Ferdinandi II. Imp. cum Saxoniæ Electore, ſuper pace, communicante. Cap. 1.
De Saxoniæ Electore, copias in Bohemiam producente. Pragamque occupante. Cap. 2.
De actionibus per Saxoniam Inferiorem, inter Cæſareanos, Suecicoſque, evenientibus. Cap. 3.
De Saxoniæ Inferioris Circulo, in Suecos inclinante. Et actionibus Gueſtphalicis. Cap. 4.

Libri Quadragesimi Quarti.

De Ferdinando II. Imp. Fridlandum ad militiam revocante. Cap. 1.
De Galliarum Rege, in Auſtraſiam movente. Liberiſque Rom. Imperij urbibus fortunam Suecicam ſequentibus. Cap. 2.
Externa. *De rebus Gallico-Italico-Rheticis. Itemque Batavis.*
De mortibus hominum illuſtrium. Itemque rebus novis, monſtroſis, ac prodigioſis, hoc Anno 1631. *contingentibus.* Cap. 3.

Externa.

Externa. *De prodigioſa Veſuvij montis, apud Neapolim, exæſtuatione. Variiſque indè civitatum, oppidorumque, natis excidiis.*

LIBRI QUADRAGESIMI QUINTI.

De Galliarum, & Sueciæ, Regum, ſuper Rom. Imperio debellando, conjunctionibus. Itemque induciis, inter Sueciæ Regem, & Ligarianos, ad tempus provenientibus. Cap. 1.
De Electore Trevirenſi, Galliarum Regis protectionem admittente. Cap. 2.
De Duce Palatino-Neoburgico. Itemque S. P. Q. Colonienſi, Regem Sueciæ, pro pace, interpellantibus. Cap. 3.
De Sueciæ Regis, & Ragotſij, Tranſylvaniæ Principis, conjunctionibus. Cap. 4.
Externa. *De actionibus Polono-Suecicis.*
II. De comitiis Polonicis, apud VVarſaviam celebratis.
III. De Sigiſmundi, Poloniæ Regis, exceſſu. Noviſque Procerum deliberationibus.
IV. De Electoris Brandeburgici, ad Poloniæ Proceres directis, poſtulatis. Et Vladislai Principis, in Regem ſublimandi, virtutibus.

LIBRI QUADRAGESIMI SEXTI.

De nova Cæſaris armatura. Et Fridlando ad imperium militare revertente. Cap. 1.
De Sueciæ Rege, Palatinatum Inferiorem recuperante. Cap. 2.
De Thillyo, Papebergam, paulò antè à Guſtavo Hornio occupatam vindicante. Cap. 3.
De Sueciæ Rege, è Francofurto cum exercitu in Franconiam, adversùs Thillyum, proficiſcente. Cap. 4.
De Sueciæ Regis, ad Electorem Saxoniæ, parænetìcis. Aliiſque, pro commerciorum libero uſu, publicatis diplomatibus. Cap. 5.
Externa. *Galliarum Rex cum Rege Africano paciſcitur.*

LIBRI QUADRAGESIMI SEPTIMI.

De Sueciæ Rege, cum exercitu in Noricos, Bavaroſque, penetrante. Eiuſdemque intrà Noribergam adventu. Cap. 1.
De Sueciæ Rege, Donavverthàm occupante. Thillyumque, ad Lycum, ſecunda vice profligante. Quo ſub conflictu vulneratus Thyllius paulò poſt vitæ finem fecit. Cap. 2.
De Sueciæ Rege Auguſtam Vindelicorum obtinente. Atque intrante. Cap. 3.
De Sueciæ Rege, Ingolſtadam petente. Cap. 4.
De Bavariæ Electore Ratiſponam intercipiente. Cap. 5.
De Sueciæ Rege Monachium deditione capiente. Cap. 6.

LIBRI QUADRAGESIMI OCTAVI.

De Pappenheimio, Magdeburgum, à Suecis obſeſſum, vindicante. Cap. 1.
De Guilielmo, Duce Vinarienſi, Göttingam expugnante. Cap. 2.
De Pappenheimio, Volckmarſam, Einbeccam, Stadamque, civitates, vindicante, & occupante. Cap. 3.

LIBRI QUADRAGECIMI NONI.

De Principum, Ordinumque, Sileſiæ, apud Vratislaviam, conventu. Et quantum ab illis novo Cæſaris, ſub Fridlando, exercitui auxiliorum acceſſerit. Cap. 1.
De Suecorum per Sueviam, VVürtenbergicam, Alſatiamque, progreſſibus. Cap. 2.
De Suecorum, & Hiſpanorum, ſub Palatinatu inferiori, congreſſibus. Cap. 3.
De Sueciæ Rege, Helvetios, ſuper fœdere, interpellante. Cap. 4.
De Saxonum, & Cæſareanorum, per Bohemiam velitationibus. Cap. 5.
De Suecorum, & Bavarorum, per Sueviam ſuperiorem, Franconiam, Palatinatumque, certaminibus. Cap. 6.

LIBRI QUINQUAGESIMI.

De Fridlando, novo ſub exercitu, progrediente. Bohemiamque à Saxonibus repurgante. Cap. 1.
De Bavarici Electoris, & Fridlandi, apud Egram, conjunctionibus. Regiſque Sueciæ, apud Noribergam caſtramentatione. Cap. 2.
De Fridlando, Sueciæ Regem, apud Noribergam, concludente. Cap. 3.
De confœderatis Imperij Principibus, Sueciæ Regi, apud Noribergam, ſuccurrentibus. Cap. 4.
Externa. *I. De Duce Aureliano, Regis Chriſtianiſſimi fratre, arma inferente. II. De Chriſtianiſſimi Regis fulmine. Quo Aurelianum fratrem, eiuſque copias, percuſſit. III. De Montmorancij Ducis ſupplicio. Vndè Aurelianus denuò regno exceſſit.*

LIBRI QUINQUAGESIMI PRIMI.

De Pappenheimio, per Heſſiam, Gueſtphaliamque, fulminante. Cap. 1.
De Gallis, ex Archiepiſcopatu Trevirenſi, Hiſpanos eijcientibus. Cap. 2.

De corollariis, inter Cæſareanos, & Suecos, per Alſatiam naſcentibus. Cap. 3.
De Cæſareanorum, Saxonum, & Suecorum, conflictibus per Sileſiam. Cap. 4.

Externa. *I. De Batavis, Venloum, & Ruremündam, occupantibus. II. De Henrici, Comitis Montani, ſeceſſione ab Hiſpanis. III. Hiſpaniarum Infantis ad provinciarum Ordines, ſuper Henrici, Comitis Montani, actionibus, dehortatoria. IV. De Batavis, Trajectum ad Moſam obſidentibus. V. Trajectum ad Moſam deditur Henrico Vranio. VI. De Batavis, Limpurgum occupantibus. VII. De Ordinum Batavorum ſuaſoria. Et tentatis inter Hiſpanos, Batavoſque, induciis.*

LIBRI QUINQUAGESIMI SECUNDI.

De Cæſareanis, in Saxoniam, & quidem Variſcos, moventibus. Cap. I.
De Sueciæ Rege, denuò cum Helvetiis fœderis rationem diducente. Cap. 2.
De dividiis, ac diſcriminibus, ipſos inter Helvetios naſcentibus. Cap. 3.
De novis inter Bernates, ac Solothurios, litium ſeminibus. Cap. 4.
De novis, in cauſſa Religionis, inter Tigurinos, ac Lucernates, &c. per Turgoviam recrudeſcentibus, odiis. Itemque de Sueciæ Rege, obſervationem iuris neutralis urgente. Cap. 5.
De Galliarum Rege, Auſtraſiam in ordinem redigente. Cap. 6.
De eodem Rege Chriſtianiſſimo, Treverim occupante. Cap. 7.

Externa. *De rebus Polonorum, ad novi Regis electionem ſpectantibus.*

LIBRI QUINQUAGESIMI TERTII.

De Sueciæ Rege, è Norico copias producente. Vbi à Tartarorum legatis ſalutatur. Cap. 1.
De Cæſareanis, Bavariciſque, è Norico versùs Saxoniam progredientibus. Cap. 2.
De Pappenheimio, Hildeſium occupante. Et in Saxoniam movente. Cap. 3.
De Fridlando, copias in Saxoniam porrò infundente. Lipſiamque occupante. Cap. 4.
De Sueciæ Rege, in Saxoniam, Electoris cauſſa, producente. Naumburgumque recuperante. Cap. 5.
De magna, ac memorabili, apud Lüzam, pugna. Qua ſub tàm Guſtavus, Sueciæ Rex, quàm Pappenheimius, cecidit. Cap. 6.
De Ominibus, cladem Lüzenſem, Regiſque, ac Pappenheimij, necem, præſignificantibus. Cap. 7.

LIBRI QUINQUAGESIMI QUARTI.

De Suecis, auxilia Saxonica excipientibus. Fridlandoque recedente, Lipſiam, aliaſque civitates, occupantibus. Cap. 1.
De Oxenſtirno, Cancellario regio, directionem copiarum Suecicarum ſuſcipiente. Suecorumque per Alſatiam, ſub Benfeldæ occupatione, progreſſibus. Cap. 2.
Seletſtadium, Colmaria, atque Haganoa, à Suecis occupantur. Cap. 3.
De Bavaricis, per Sueviam præpollentibus. Itemque Saxonicorum per Sileſiam actionibus. Cap. 4.
De Suecis, ſub Baudiſio, Archiepiſcopatum Colonienſem, eademque Operâ Tuitium, infeſtantibus. Cap. 5.

Externa. *I. Inter Chriſtianum, Daniæ Regem, & Rempubl. Hammaburgenſium, Belgij confœderati Ordines pacem reducere tentant. II. Rex Chriſtianiſſimus, per legatum, Bruxellas emiſſum, Reginæ matris Confeſſarij, alteriuſque, cervices petit. Sed deditio negatur. III. Imp. Turcicus, ingenti conquiſito exercitu, Babylonem, Chaldæorum metropolim, expugnare nititur fruſtrà. IV. De quibuſdam alterius notæ corollariis Turcicis.*

LIBRI QUINQUAGESIMI QUINTI.

De Friderici Archipalatini, apud Moguntiam, exceſſu. Cap. I.
De Mauritij, Heſſorum Landgravij, vita, ſtudijs, & emortualibus. Cap. 2.
De illuſtrium virorum, complurium inferiis. Rerumque, notatu dignarum, hoc Anno MDCXXXII. contingentium, caſibus. Cap. 3.

AUTOR OPERIS AD Lectorem.

HUMANISSIME Lector! In omni ſive Tragica, ſive Comica, fabula indè uſque ab antiquo obtinuit. Ut perſonæ, in theatrum, ſive ſcenam, prodeuntes, fabulamque aut primitùs agentes, aut poſtliminiò repræſentantes, in frontiſpicio præponerentur. Quarum intuitu, ſuper argumento, ac pondere, Dramatis, ſignificantiùs cognoſci amet. Eodem inſtituto etiam nos provecti, illos tàm ſuperioris, quàm intermediæ, & inferioris, notæ heroas, videlicet Pontifices Maximos, Imperatores, Reges, Electores, Duces, Principes, cæteroſque dynaſtas, ac bellatores, viroſque illuſtres, tabellis hiſce præliminaribus modò non nomine, ſed ære, ac facie-tenùs, cælatoris induſtriâ, ad vivum effictos, tibi hîc exhibemus. Ut, quorum tàm conſiliis, quàm viribus, operiſque, luctuoſa bellorum civilium fabula, ac cathena, iſta, tot per annos, ſub luculento, ac ſpatioſo, univerſæ propemodùm Europæ theatro, hactenùs acta eſſet, accuratiùs contemplari. Immò omnes, vel pleroſque, nimirùm maximè illuſtres, ſplendidoſque, œcumenicæ huius (quæ proh dolor! per orbem Chriſtianũ adhucdùm luditur) Tragico-Comœdiæ actores, uno velut intuitu, inſpicere, ac conſiderare, poſſes. Per fidem! ſi magnos (quod in triviis ajunt) magna decent. Etiam ab ingentibus illis Chriſtiani orbis Magnatibus, difficili, operoſo, ac diuturno, bello implicitis, non niſi magna, & ingentia, exſpectari potuiſſe, vel cute cognoſcis. Quæ utinam eſſent tàm amica, & fauſta, quàm ſunt oppidò triſtia, ac funeſta! Quis enim ignorat, rectiùs cum Chriſtiano orbe agi, ſi tantos inter Principes, potiùs amore, ac benevolentiâ, quàm ſimultatibus, armiſque, certaretur? Quibus ſequeſtratis, utinam pace, rerum, quas quidem homini noviſſe contigit, optimâ, ſubintrante, aut enſes converterentur in falces! Aut, ſi omninò hic placet impetus. Bellique ſtudium, ac continuatio, Quiritibus noſtris tanti eſt. Odia, armaque, in Turcos, Getaſque, utique iuratos Chriſtiani nominis hoſtes, etiam hac tempeſtate (quâ omnia penè ultima conjurâſſe videntur,) velut provocantes, proferrentur! Vale, & ſalve, Lector!

INFOR-

INFORMATIO PRO BIBLIOPEGO.

Europa.	*ad Pag.* 1.
Germania.	*ibid.*
Bohemia.	10.
Vdenhemium, modò Philippiburgum.	22.
Pilſena.	36.
Plurſium.	44.
Budiſſina.	185.
Caſtra Vnitorum ad Oppenhemium.	188.
Acies Cæſareanorum & Bohemicorum in Monte albo Pragenſi.	208.
Prælij Pragenſis Tabula. I. & II.	211.
Francothalia.	269.
Mons Albanus.	295.
Prælium ad VVimpinam.	305.
Prælium Höchſtanum ad Mœnum.	309.
Heydelberga.	319.
Prælium ad Floreacum.	326.
BergenopZooma.	328.
Prettigovia & Meyenfeldij tractus.	349.
Prælium in Epiſcopatu Monaſterienſi.	358.
Breda.	412.
Prælium ad Pontem Deſſavienſem.	449.
VVolfferbytum.	503.
Grolla.	539.
Stralſundia.	560.
Caſale.	567.
VVolgaſtum.	585.
Rupella.	596.
Sylva Ducis.	676.
Veſalia.	680.
Rugia.	733.
Francofurtum ad Viadrum.	858.
Magdeburgum.	874.
VVerbena.	920.
Prælium Lipſiacum.	931.
Francofurtum ad Mœnum.	961.
Rheni-trajectus ad Oppenhemium.	963.
Pyramis in memoriam huius trajectus.	*ibid.*
Moguntia.	964.
Veſuvius.	986.
Crucenacum.	1010.
Guſtaviburgum.	1011.
Donavverda.	1020.
Prælium ad Licum.	1022.
Auguſta Vindelicorum.	1023.
Ingolſtadium.	1025.
Monachium.	1029.
Conflictus Suecorum cum Hiſpanis.	1040.
Noriberga.	1050.
Caſtra Suecica & Fridlandica prope Noribergam.	1055.
Moſæ traiectus.	1082.
Acies Suecicorum & Fridlandicorum prope Luzzenam.	1121.
Prælium Luzzenſe.	1122.

RPJCB


GROENLANDIÆ PARS
OCEANVS SEPTENTRIONALIS
Circulus Arcticus
ISLANDIA
Frisland
OCEANVS DEVCALEDONVS
OCEANVS OCCIDENTALIS
HIBERNIA
SCOTIA
ANGLIA
NOORT ZEE
OCEANVS BRITANNICVS
GALLIA
HISPANIA
MARE ATLANTICVM
Estrecho de Gibraltar
Madera
Porto Santo
Palma
Tenerifa
Canaria
FESSA
MAROCHO
BARBARIA
AFRICA


EVROPA
Noua Delineatio
MYRMANSKOY
MORE
LAPPIA
ALBVM
MARE
RVSSIA
MOSCOVIA
Bulgaria
ASIÆ
TARTARIÆ
PARS
PARS
Cazan reg
Czermisse
Mordua
Rezania
Wologda
Rostowa
Sudalia
Wlodimiria
Samogitia
LITVANIA
Prussen
Livonia
Curlandia
Finlandia
DVCATVS
SEVERIENSIS
Przecopensis Tartaria
Mæotis Palus
PONTVS EVXINVS
Moldauia
Transilsua
Walachia
HVNGARIA
BVLGARIA
Romania
GRECIA
Morea
ASIA MINOR
NATOLIA
Pamphylium Mare
Cyprus
Candia ol. Creta
Sicilia
Malta Ins.
MARE MEDITERRANEVM
MARMARICA
PARS
ÆGYPTVS
Alexandria
Cairo
Aleppo
Tripoli
Damiata

RPJCB

Io. Petri Lotichij

RERVM GERMANICARVM

LIBER I.

CAPVT I.

De Religione.

MEMORATV cumprimis, & quod ad omnem caneſcat poſteritatem, dignum occurrit, ſuperiori illo ſeculo, eodem penè *Anno*, primitùs acerbas ſub *Imperio Romano-Germanico* occœpiſſe digladiationes, quo hac tempeſtate odiis, viribuſque, à tanto utrinque tempore auctis, turbæ, & motus, veluti ſeculares, in univerſales deinceps tumultus deſpumaturi, cum eviluiſſe videri potuiſſent, recruduerunt. Illic, videlicet ſub *Annum M.D.XVII.* per *Saxoniam ſuperiorem*, ob *Religionis* initio gliſcentes dividias, in diſceptationes, in turbas, inque arma, itum fuit. Hoc verò ſeculo, eodem ferè *Anno M. DC.XVII.* ſopitos ſuprà, non tamen extinctos, ſed latentes, ſub cineribus, in *Religionis* cauſſa, ignes, à *Bohemis*, populis *Saxonibus* finitimis, recens ſufflari, inq; incendium, ſuperiori illo longè gravius, latius, diuturniuſque, univerſum *Imperium*, vicinaque *Regna*, ac *Provincias*, depopulaturum, excitari contigit. Ut neque tantùm *Germaniam*, ſive etiam *Bohemiam*, ſive *Vngariam*, hanc in cladem pertrahi acciderit. Ut etiam externi illi dominatus, ac provinciæ, videl. *Tranſylvania*, *Polonia*, *Dacia*, *Turciaque*, rurſuſque *Italia*, *Hiſpania*, *Gallia*, *Belgium*, itemque *Dania*, *Suecia*, totoque diviſa orbe *Anglia*, cum *Scotia*, & *Hybernia*, & ſi quæ ſunt alia intrà *Europam*, partemque *Aſiæ*, regna, tanquam per fomentum, ac contagium, funeſtam in belli, ac turbulenta litium commercia, ſucceſſivè venerint.

Num autem alio diſcordiarum genere hoc tempore *Germania*, communis patria noſtra, inquietari, &, ſicut olim, jam denuò collidi, potuiſſet, quàm *Religionis Chriſtianæ* diſcriminationibus, haud adeò expeditum dictu eſt. Ejus enim diſſenſionis ſeminibus ſeculo ſuperiori, & quod excurrit, longè, lateq;, diſperſis, intervenientibus partiũ licet tranſactionibus, tametſi armis, & gladiis, à quinquaginta circiter annis, bellum quidem geſtum non eſt, intùs tamen, odiis, ac diſſenſionibus, opinionibuſque heterogeneis, indeſinenter, & ſine miſſione, clàm palàm pugnatum eſſe, conſtat. Accedit, ut à non paucis, quos intùs latrandi, mordẽdiq; vexat morbus, & cacoëthe, ſeditioſis in vulgus ſermonibus minimè ſit temperatum. Ut inſuper per tot luſtra, induciis pacta, annorumq; circuitus, ſeditionibus certè, atq; internorũ motuum incentivis, libellis inquam, ceu vocant, famoſis, maximè per omnes ferè literatorum hominum circulos, atq; ordines, effuſis, *bellum*, ut ſic appellem, ſive *papyraceum*, ſive *calamarium*, & *velitationes chartaceæ*, intercesſerint. Quouſq; in verã tandẽ belli neceſſitatẽ, calamitateq;, res fuit deducta. Accẽſis igitur tã vulgi undiq;, q̃procerum, principumq;, velut claſſico, animis, à multis retrò annis dicteriis, injuriis, contumeliiſque, ſævitũ eſt. Donec paulò poſt minas gliſcere, confœderationes ordinum coire, offenſioneſque, atque apertas colliſiones, exaſperari, obſervatum. Quòd itaque pro unaquaque parte, *Religionis* ſtaret reſpectus, magno, imò, ſummo, Judice ſeſe quiſque tuebatur. Tantoque vehementiùs, ac cordatiùs, rem agebat. Quoad opportunè abſentivo *Matthiâ Imperatore*, apud *Bohemos*, gentem *Religionis* diſſidiis jam à ſeculo, belliſque civilibus, aſſuetam, paraſceve hujus per *Imperium*, cõmunis belli cataclyſmi, & tragicæ inundationis, datâ commodâ occaſione, facta. Atque in theatrum, ſive ſcenam, inſtar fabulæ ſubſequentis ceu cujuſdam promulſidis, primitùs introduci cœpta. Ex antiquis gentilibus, vel *Lucretius falſæ Græcorum Religioni*, *Iphigeniã*, regiam puellam, pro felici claſſis reditu, immolantium, plurima damna, atq; infortunia, aſſcripſiſſe legitur, hoc ipſo verſiculo abuſus:

 Tantùm

Tantùm RELLIGIO potuit ſuadere malorum!
Interim,cùm etiam *Romanos* veteres,gentiles illos, *Religionis*,quantumvis falſiſſimæ,obſervantiſſimos, teſtibus *Livio*,& *Val.Max.* fuiſſe,conſtet,utique,qui humanarum rerum imperia tùm demùm rectè adminiſtrata judicârunt, ſicubi divinæ potentiæ benè, ac conſtanter, fuiſſent famulata: quidnî *Chriſtianis* maximè gentibus conveniat, pro veræ *Religionis* cultu,quem quiſque animis imbibit,ac firmiter complexus eſt,potiùs depugnare. Quam conſcientiã,(quæ magis blandimentis, ac rationibus, quàm tyrannide,atque armis,expugnanda eſt) vulneratam circumferre? Tametſi (quòd præfiſcini dicendum eſt!)in multis,quoad res ſacras illas,plus etiam in opinionibus,quàm ipſis rei fundamentis, peccetur.Tantùm valet animorum obſtinatio,atque aſperitas, immò contradicendi,oppugnandique,libidinatio.

II.

Confeſſio Auguſtana.

A*Vguſtana* certè *Confeſſio*, quâ quidem *Principes*, ceu vocant,*Proteſtantes, Monachorum*, *Româ* emiſſorum traditionibus, ſuperiori ſeculò offenſi, indicium faciente *Martino Luthero*, à *Pontificum Romanorum* placitis, ſeceſſionem fecêre, publicisque tabulis in auguſto *Caroli,Cæſaris* illius magnanimi, conſeſſu,ac comitiis, voce præconis,promulgatis, conteſtati ſunt, ſe quidem magis divinæ paginæ conformẽ doctrinam,quàm *Pontificis,Conciliorumque*, decretis, profeſſuros deinceps: hem! quos, quantoſque, motus paſſim excitâſſe viſa fuit. Ut vel totum *Imperium* hoc *Romano-Germanicum*, tanquam fulmine, ſive gladio,ſciſſum, diviſumque,in partes abiret, & periculoſum iſtum binarium,offenſionis originem, amplecteretur.

III.

Confœderatio Schmalcaldica & bellum, inter Carolum V. Imperatorem, & Principes Proteſtantes.

EMerſit ex hac *confœderatio, Schmalcaldica* dicta, defectioque ad *Proteſtantes*,tot populorum,tot Civitatũ.Ut fruſtrà celebratis à *Carolo*, ejus nominis V.*Cæſare*,comitiis,fruſtrà tentatis,totidẽ recõciliationis,in *Religionis* negotio,remediis, tandem funeſtiſſimum exarſerit, inter prædictum *Carolum Imp. & Ioan.Fridericum, Saxoniæ Electorem*,nec non *Philippum*, *Heſſiæ Landgravium*, confœderationis capita,bellum. Ut juxtà tot pulcerrimarum regionum depopulationes, cladeſque, acceptas, tandem *Principum* debellatorum captivitas, & deditio,colophonem tanto diſcrimini imponeret.

IV.

Bellum renatum inter Mauritium, novum Saxoniæ Electorem, & Confœderatos,cum Carolo V. Imperatore.

SOpitis iſtis,belli fatalis initiis,mox alius,gravior propemodum, bello turbo erupit. Quòd enim *Principes* captivi, quos *Cæſar* diutiùs attinebat, non redderentur, ipſe verò *Mauritius* fidem datam iberandis illis implere nequiret, exarſit mox novus belli motus,ut conſcripto paſſim,& circà *Magdeburgi* tum obſidionem collecto, juſto exercitu, datiſque filiis obſidibus, in auxilium evocato *Galliarum Rege,Mauritius*, per *Auguſtam Vindelicorum*, in *Alpium* uſque *Tyrolenſium*,fauces,atque *Oenipontana* clauſtra,cum milite penetraret. Adeóque tàm cuſtoditos juſtò diutiùs *Principes* agnatos, quàm *tranſactionem* illam *Paſſavienſem* à *Ferdinando*, *Bohemiæ Rege,Caroli Imp. fratre*, velut extorqueret.

V.

Alberti, Marchionis Brandeburgici, Perſecutio.

REbus eò uſque in *Imperio*, remedio *Tranſactionis*,compoſitis, *Albertus Brandeburgicus*, nihilominùs per *Germaniam* ſuperiorem, ſive intermediam,licenter ſuâ cum manu graſſabatur, exactionibus,ſpoliis, cædibuſque, rem agens.Ut etiam *Epiſcopatus,civitates,regioneſque* integras, paſſim invaderet,diriperet,expilaret. Quouſque tandem ab ipſis *Principibus Proteſtantibus*, *Mauritio* præeunte, aliiſque auxiliaribus,oppreſſus eſt.

VI.

Confœderationum origo. Vndè inter Catholicos LIGA, inter Proteſtantes, VNIO, natæ.

HIs ità jactis magnorum per *Germaniam* motuum fundamentis, animiſque tùm *Cæſaris*, *Principumque*, tùm *Civitatum*, populique, abalienatis, ac divulſis, tanquam lenta tabes, & morboſa diſpoſitio,hæc *Imperiũ* eò uſque tenuit.Quòd enim pars utraque tàm *Catholici*,quàm *Proteſtantes*,ità dicti,bonitati cauſæ, viribuſque, tàm ſuis, quàm ſociorum, confideret,factum eſt,ut,pendente velut utrinque armorum æquilibrio, induciæ potiùs, quàm pax ſolida, & vera,extraherentur.Interim, creſcente animorum utrinq; diffidentiâ, in fœdera,& partes, denuò itum eſt.Pro *Catholicis* ſtabat *Imperator*,cum *Pontifice,Regibusq;, Hiſpano, & Polono.* Quibus reſpondebant *Belgium Hiſpanicum*, *Magnus Dux Hetruriæ*, *Ducatus Mediolanenſis*, Aliique, extrà *Imperium*. Intrà *Imperium*, *Archiepiſcopi Electores*, cumq; illis *Bambergenſis,Herbipolenſis*, *Saltzburgicus*, *Aichſtetanus, Duces,atque Epiſcopi*, cum *Ducibus Bavariæ*, *Palatino Neoburgico*, Aliis, partes gerebant. A quibus tùm *Dux* (nunc *Elector*) *Bavariæ,Catholici* illius, prout appellant, *LIGARIANI* dicti,fœderis, caput, & *Imperator* dictus eſt. E *Proteſtantibus* agmen ducebant *Fridericus, Elector Palatinus*, *Dux VVürtenbergicus*, *Mauritius, Heſſiæ Landgravius, Erneſtus Onolſpacenſis*, *Fridericus Durlacenſis*, *Marchiones*, *Chriſtianus,Princeps Anhaltinus*, Alii. Cum quibus faciebant pleræque *civitates Imperiales*, *videlicet Argentina*, *Noriberga*, *Vlma*, *Auguſta Vindel.VVormatia*, *Spira,&c.* Ut hæc altera *Confœderatorum* pars *VNIONIS* nomine veniret: faſces illius gerente *Friderico V. Electore Palatino*,ſub auſpiciis *Chriſtiani*, *Anhaltini Principis*. Quibus,extrà *Imperium*, favebant *Batavi*, *Britanni,Scoti.* Ut etiam, tanquàm globo facto, accederent *Bohemi*, *Moravi*, *Sileſii*, *Luſati*,

Vngari, Tranſſylvaniquè. Intermedium locum tenebant, *Electores, Saxo, & Brandeburgicus*, dicti *Neutrales*: Ità tamen, ut in partes magis *Imperatoris*, quàm *Principum unitorum*, inclinantiores propendere viderentur.

VII.

Paraſceve adfuturum, atq; imminens, Germaniæ, bellum.

AD bellum igitur, ad bellum, inquam, ſpectabant denuò omnia. Duces nominati, vires recenſitæ, ſumptus in æraria collati, exercitus in codicillis deſcripti, occaſio duntaxat excæcatis propè mentibus, abeſſe videbatur. Quàm non pauci nimis avidè hei dolor! præſtolabantur, magno ſuo malo, calidiùs, quàm cautiùs, arrepturi. Utraque igitur pars vel provocari velle videbatur. Ut igitur mora omnis hominibus, bella cupientibus, ingrata: ità auditæ tot in *Imperii comitiis* querelæ, tot litteris, vocibuſque, quæſitæ, datæque offenſiones, ut etiam tot concionibus in vulgus, tot criminationibus, minisq;, clàm palàm ſeminatis, totidem inſuper *libellis, picturis*, atque id genus irritamentis, famoſis, minimè parſum ſit. Quibus omnibus, tanquam claſſico, ad arma paſſim conclamari ſubindè cœptum eſt.

VIII.

Belli initia in inferiori ad Iuliacum, itemq; ſuperiori, Germania, per Alſatiam, commiſſa.

INtervenientibus interim inter *Philippum Tertiū, Hiſpaniarum Regem, & Confœderatos Hollandiæ ordines*, induciis duodecennalibus, obliquè, atque è cuniculis, *Germania* ad bellum, ejuſq; initia, pertracta eſt. Vacantibus enim *Iulia, Clivia, & Montium, Ducatibus*, *Hiſpanici* exercitus *Dux, Spinola, Marchio*, redactis antè nomine *Cæſaris* vi proſcriptionis in ordinem *Veſaliâ, Durâ, & Aquiſgrano, Imperii Civitatibus*, complanatoq; novo illo fortalitio *Mulhemiano*, quod, propter *Rhenum*, infra *Coloniam Vbiorum*, fabricari cœptum erat, ecce *Iuliacum, Ducatus*, cognominis *Metropolim*, pro *Duce Palatino-Neoburgico*, occupavit. Quà de re veriti *Principes uniti*, inprimis, *ordines Hollandici*, ne *Hiſpaniarum Regis* potentatus, acceſſione tàm luculentarum regionum, & quidem finitimis illis locis, accreſceret; ſub *Chriſtiano, Anhaltino, & Mauritio, Auraico, Principibus*, collatis armis, viribuſq;, etiam à Gallia accitis, numeroſum exercitum educentes, communi fidelia *Iuliacum* illud expugnarunt, recuperaruntque.

Pari lege adverſus copias, à *Leopoldo, Auſtriæ Archiduce*, ad *Paſſavium*, *ſaltusq; Bohemicos*, coactas, nomine *Principum unitorum*, juſto cum exercitu profectus *Marchio Onolſpaccenſis, Dachſteinium, & Moltzhemium*, civitates, in *Alſatiâ*, probè munitas, invaſit, ac deditione cepit. Quòd autem nondùm fatalis communis hujuſce belli impetus, juſtùmque furoris, & malorum, velut tempus appropinquaſſet, paulò poſt ab armis utrinque diſceſſum eſt. Ut velut magnorum motuum, deinceps impendentium, præliminaria, atq; incentiva, hæc videri poſſent.

IX.

Donaverda, Civitas Imperialis, intercipitur à Ligarianis: Vdenhemium ab Elect. Palatino deſtruitur.

GLiſcentibus proindè partium odiis, *Donaverda* porrò, *Civitas Imperialis*, à præterlabentis *Danubii* initiis nomen adepta, per *Bavariæ Ducem, Ligarianorū Imperatorem*, tanquam finibus ſuis adjacēs, & propinqua, armis occupata, atq; intercepta eſt. Etiam *Religionis Auguſtanæ* exercitio (erat enim *Proteſtantium* partium) indè exulare juſſo. Quæ res *Principes, ac Status unitos*, haud parùm torſit. Pariter *Philippus, Epiſcopus Spirenſis*, poſtmodùm *Elector Treviranus, Vdenhemium*, arcem ſuam, hodieq; *Philippopolim* nuncupatam, loco opportuno, atq; in meditullio regionis *Archipalatinæ*, ſitam, parvi temporis ſpacio, data opera, in eam molem exſtrui, communiriq;, curavit, ut vel præcipuis fortalitiis, ac munitionibus, certare putaretur. Quòd igitur *Electori Palatino*, atq; *Co-unitis* hæc res, & moles, tàm præcipiti cura eouſq; educta, vehementer ſuſpecta, metuſq; eſſet, ne aureus imber, (prout eſt in fabula Danaës) mox *Iupiter* ipſe, ſive miles *Hiſpanicus*, eam in arcem, vel per impluvium, deſcenderet, regnaretq;; *Fridericus, Archipalatinus*, aſſumpta quantò ocius ſociorum manu, molimen iſtud, ſive munitionis opus, medio ſub fervore, à fundamentis deſtruxit.

X.

Tandem inter Cæſaris, & Bohemiæ regni, Proceres incendia gliſcunt. Quæ tamen litteris, ut vocant, Majeſtatis cohibentur.

TAndem, fatis viam invenientibus, in intimis *Imperii*, ac *Cæſaris*, viſceribus, & fibris, *Praga*, inquam, Urbe nempè *Cæſarea, Bohemiæ* metropoli, fatalis, ac funeſtæ, iſtius inundationis, procellæque bellicæ, incendia poſita ſunt. Siquidem verò *Cæſaris* miniſtri regii, *Imperii*, & regni *Bohemici*, Dynaſtæ, *Religionis* diſſidiis inter ſeſe flagrarent acerrimis, aliis pro *Catholicis*, ut vocant, *Romanis*, aliis pro *Evangelicis*, dictis *Proteſtantibus*, rem ſtrenuè gerentibus: Interventu *Cæſarei* diplomatis, (*Majeſtatis* appellabant *litteras*) quo quidem indulta, & privilegia, *Proteſtantibus* per *Bohemiam* conceſſa, continebantur: aliquò uſq; talis qualis compoſitio locum habuiſſe videri potuit.

XI.

Ædes Brunaviæ ab Evangelicis ædificata, à Catholicis, atq; Abbate ejus loci, deſtruitur.

BRunaviæ quapropter, freti literis illis, ut vocāt, *Majeſtaticis, Evangelici*, oppido, ejus loci *Abbatis* juriſdictioni ſubjecto, templum moliebantur. Jamque etiam, *Abbate* inconſulto, ædem erexerant. Qua de re *Abbas* apud *Matthiam Cæſarem*, ſuper Inſolentia hæreticorum, ut vocant, quiritare, crimen læſi dominii allegare, urgere, operiſq; temerè cœpti, demolitionem enixè exorare. *Cæſar*, graviſſimis

A 2 Imperii

Imperii negotiis, adeóque adoptioni ſucceſſoris, quòd illiberis eſſet, intentus, autores ejuſce fabricę citavit, atque, donec cauſa interim inſpiceretur, ab opere deſiſtere juſſit. Quibus, ut ajunt, parùm ſive *Cæſari*, ſive *Regi*, ſuo, obſequentibus, poſtquàm & claves tradere coràm detrectâſſent, indignatio *Cæſaris* uſque eò provocata eſt, ut, quibusdam ex illis moratoribus cuſtodiæ datis, ædes funditùs dirueretur.

XII.

Abſente Matthiâ Cæſare, Pragæ tumultus exoritur inter regni Proceres. Vndè quidam ex illis, novo, atque infauſto, exemplo, è feneſtris exturbantur.

ITa abſentivo, velut vi fati, *Matthiâ Cæſare*, omnia *Pragæ*, tanquàm ſine *Domino*, & Rectore, licentius, tumultuoſiusque, peragebantur. *Cæſar*, per reſcriptum injunxerat *Guilielmo Slavvatæ*, *Cameræ Bohemicæ Præſidi*, *Iarolsliæ Borz iramo*, regni *Mareſchallo*, & *Philippo Fabritio*, *Secretario*, irent, atque intempeſtivam iſtam inſolentiam, *Evangelicis* dictis, *Dynaſtis*, atque miniſtris, nomine *Cæſaris*, exprobrarent. Juxtáq; , nè quid res regia interim detrimenti pateretur, providerent. Si quid ſecùs accideret, id omne ad ſe, qui, quantò ociùs in regnum rediturus eſſet, reiicerent. Parent, ut par eſt, regiis illi mandatis, atque rem juſſam exequuntur. Sed, quid fit? Tantùm abeſt, ut juſſa regia locum apud delinquentes invenerint. Ut magis in furias exaſperati animi in ipſam penè rabiem degenerârint. Autore igitur, faceſque præferente, *Matthia Comite Turriano*, manus confœderatorum *Regiam Pragenſem* invadit, inque *Curiam*, atq; *archigrammatophylacium* ſummum, locum, ac receptum, nempè tutiſſimum, penetrat. Neque hoc ſatis. Sed ſuprà nominatos tres illos regios *Dynaſtas*, ac *Conſiliarios*, medios arreptos, ſive *Romano*, ſive novo, certè nimis funeſto, exemplo, è feneſtris patentibus, tanquam è *Tarpeja* rupe, ut eſt penès *Livium*, vel ſicut ajunt, de ponte, deiiciunt, ac præcipitant. Indè cheu! factum, ut pace velut ipsâ projectâ, furor bellorum, inſanique Martis, tanquàm apertas per feneſtras illas *Pragenſes*, animos, menteſque, plerorumq; omninò ſubierit, ac conturbârit. E præcitato *Livio* notum eſt, *Carthaginenſibus* olim, belli cupiditate ferocientibus, ubi à *Q. Fabio*, legato *Romano* interrogarentur, pacem ne, an bellum, eligerent? Bellum omninò præferentibus, *à Romano*, ceu ſinu facto, bellum datum, effuſumque, fuiſſe? Quis hîc non ſinu bellum effuſum, ſed patentibus etiam feneſtris, *Bohemis*, bellum, motus, furores, omneque malum, largiſſimè admiſſum, receptumq;, eſſe, negabit? Dùm igitur hoc loco *Bohemi*, belli cupiditate ebrij, atque furentes, militem conſcribunt, miniſtros regios abdicant, omniaq;, quæ armorum, ac belli furor, ſuadet, præcipites agunt, eandem cum *Carthaginenſibus* ſortem, everſionem nempe fortunarum ſuarum, experti ſunt. Hoc, hoc, inquam, erat, bellum, etiam per feneſtras, admittere? cùm potiùs virgis (ut Veteres famem extrudere, atque foràs, eliminare, ſolebant) furcilliſque, omnibus angulis temeraria belli cupiditas, eiicienda fuiſſet? Itáque, hei dolor! à viginti, & pluribus, annis, per hos continuos belli furores, totis feneſtris, totiſq; foribus, admiſſos, innumeri penè dynaſtæ, ac Magnates, tantùm non è feneſtris præcipitati, ſed è patriâ, laribus, bonis, regionibuſque, paſſim ejecti, exturbatique, fuêre. Ut (quod ſeriis, atque ardentibus, votis deprecandum eſt) nec dùm tantis malis, dùm hæc ſcribimus, finis adſit ullus.

****

Externa.

I.

Perſecutio, cauſâ Religionis, ſub Albano Duce, & motus, in Belgio.

REligionis, animorumq;, per *Imperium* atq; *Germaniam*, diſſidiis, uſq; quaq; flagrantibus, minores haud quaquam motus, quoad res ſacras, in *Belgio* ſuſcitati ſunt. Cùm enim *Hiſpaniarum Rex*, *Philippus III.* inſtinctu *Eccleſiaſticorum*, quos vocant, ordinum, *Inquiſitionis* axioma, & rigorem, per regiones ſuas, præſertim *Imperio*, & *Germaniæ*, finitimas, edictis ſanciret, acerriméq; urgeret, factum eſt, ut ſub *Albano Duce*, *Belgii* gubernatore, magna cum ſeveritate, hoc ageretur, ut omnes, à *Pontificiæ Religionis* regulis vel latum unguem declinantes, adeóque vel ob id ſuſpecti ſaltē, ſub capitis ſupplicio, acerbiſſimiſq; mortis generibus, luerent. Neq; magno numero in plebem, aut populares, ſupertollendis, ut ajunt, è medio hereticis, duntaxat cædes, ac perſecutio iſta, exercebatur, imò verò ne nobiliſſimis quidem in eo hominibus parſum fuit. Ut pariter illuſtri ſanguine nati, nempè *Princeps Gaureus*, *Egmondanus* itemq;, atq; *Hornanus*, *Comites*, ultimo ſupplicio afficerentur. Quæ aſperitas *Albani*, atq; *Manlianum*, ut vocant, imperium, tantùm abeſt, ut locupletiſſimas *Provincias* tàm Religioni, dictę *Pontificiæ*, quàm *Regi ipſi*, *Catholico* appellato, cōciliârit, ut potiùs omninò, uſq; ad manifeſtam rebellionem, atq; abdicationem, abalienârit. *Albanus* enim, dùm rigore iſto, atq; terrore, mentes hominum obligatiſſimas & *Regi*, & ſibi, reddere etentavit, hoc indè incommodi tulit, ut, ſub auſpiciis Guilielmi, *Principis Auraici*, ſplendidiſſimæ tot *Provinciæ*, *Regi* fidelitatem, atque homagii ſacrum, renunciantes, in libertatem ſe vindicarent.

II.

Edicta Caroli, Gallorum Regis, in Reformatos Itemq; Nuptiæ Pariſienſes ſanguinariæ.

EAdem tempeſtate *Carolus*, *Gallorum Rex*, variis, iiſq; graviſſimis, edictis in *Religionis Reformatæ* homines per *Gallias* animadvertebat, multis eo nomine accuſatis, & rigore *Inquiſitionis*, ut vocant, in necem adactis. Uſque eò autem odium, atque exacerbatio, *Catholicorum* in *Proteſtantes* ſeviebat, ut ſub ſplendido amabilium *Nuptiarum*, *Henrici*, junioris, *regis Navarræi*, titulo, *Pariſiis*, inq; finitimis aliquot civitatibus, pluſquàm triginta hominū millia, inſtar ovium, aut pecudum, miſerè mactarentur: *Caſpare Colignio*, *Admirali*, *Comite Caſtilionæo*, eius genero, viriſque aliis nobiliſſimis, violatis naturæ, cōvivarum, atque hoſpitum, juribus, factioſa, ac nefaria,

ria,manu,victimarum more,contrucidatis. Et ſic quoque ſanctum,atque amabiliſſimum,illud ab omni ætate *Nuptiarum* nomen,Illuſtrium tot hominum,innoceter interfectorum coëffuſo ſanguine, horribiliter infamatum; atque *Gallorum* immanitate,vel ipſomet Thuano; homine; & ſcriptore *Gallicano*,teſte; omni poſteritati acerbum redditũ.

III.

Inquiſitionis fulmen per Angliam. Buceri,& Fagÿ,corpora,è tumulis eruta,atque exuſta.

AD *Anglos* etiam hoc perſecutionis in *Reformatos* contagium ultrà maria commigravit. Ab obitu enim *Edoardi,Regis* mitis, & placidi; *Inquiſitionis* fulmen *Britanniam* inſuper infeſtare cœpit. Numeroſâ,hominum turbâ,ob *Religionis* diſcrimen, capite plexâ. Multis autem tàm vitæ, quàm eruditionis ſpectatæ viris,verbi gr. *Rogerio*, *Hoppero*, *Taylero*, *Saundero*,*Ferrario*,*Ridleio*,*Larimero*,*Crammero*, atque aliis,vivis exuſtis. Neque tamen hìc furor iſte acquievit,ſed etiam ipſos in mortuos graſſari perrexit. Undè *Buceri*,*ac Fagii*, jam antè tumulatorum, reliquiæ, atque oſſa, è ſepulcris effoſſa; ignibus poſtliminiò, tanquam ad extinguendum furoris ignem,data ſunt. Profectò,inquam,ſi apud *Diod. Siculum*,ridetur *Xerxes*, quòd ſcuticâ mare caſtigaſſet,ob pontem à procellis laxatum, diſruptumque. Si *Pauſanias in Eliacis*, reprehendit iſtum, qui ſtatuas etiam flagris cædere inſtituiſſet; tanquàm in lapide ipſum viventem ulciſceretur; Etiam hi quidem non ridendi, ſed magis execrandi, deteſtandique,veniunt,qui,tanquam viventes mordere poſſent, in defunctorum corpora,aliâs ab urſis, aliiſque brutis,tuta,atque intacta, more canum, aut felium ſævire,vel communi mortalitatis nomine,atque admonitione,non abhorrent.

IV.

Ludovicus XIII. Rex Galliarum, moturus adverſus Imperatorem, Civitates, Reformatis, ut vocant,per Galliam ſubjectas, expugnat. Coniungitque vires ſuas cum Guſtavo Adolpho,Rege Sueciæ,pro Proteſtantibus,inſtituto planè contrario.

SVperioribus annis *Ludovicus XIII. Rex Galliarum*, florentiſſimus,contrario planè inſtituto, antequàm vires ſuas cum *Guſtavo Adolpho*, *Sueciæ Rege*, pro *Proteſtantibus*,conjungeret,eò fine,ut *Auſtriacæ Hiſpanicæque*, domus potentia retunderetur, omni prius operâ regnum ſuum firmare, pacemque velut domi intrà muros conſtituere,annisus eſt. Neque hæc res illi infeliciter cecidit. *Roſſilionem* enim (ſive Rupellam) *Montaubanum*,aliaſque civitater,in *Galliis* munitiſſimas, ſub *Reformatorum* (quos *Hugenottas* appellant) arbitrio,ac potentia,florentes adhibitis, juſto exercitu, belliqùe machinis, feliciter expugnavit. Eò uſque, ut à capta *Roſſilione*, civitate,maritima, potente, atque inſtructiſſima, formamque peninſulæ repræſentante (quam alij *Galliæ Reges* velut *Partheniam*,ac *Virginem*, intactam, reliquerunt, futuræ, ac conceptæ, adverſus *Imperatorem* noſtrum, expeditionis auſpicia velut ſumpta ſint.

CAP. II.

De prodigiis, Bellum Bohemicum, ſivè totius Germaniæ, præſignificantibus.

DIvinæ providentiæ (cujus vel gentiles præſentiam,ac guſtum, experti ſunt) motu,nutuque,hoc in mundo, etiam res exiguas,atque minimas,regi, *Chriſtiana* noſtra affirmat pietas. Atque ita,credere & fas,& condignum, eſt. Quò magis res evidentes,ac magnas, inprimis populorum ſeditiones,ac tumultus, regionũ everſiones, regnorumque,atque imperiorum,translationes, ſine ſupremi illius *Numinis* arbitrio, minimè omnium evenire,arbitrandum venit. Oportet enim, teſtibus ſacroſanctis vaticiniis noſtris, ut in mundo ſeditiones,hæreſes,bella, atque id genus mala, exſurgant. Malè iſtis interim accidat; neceſſe eſt; per quos ſcelera hæc,atque alia, emergunt. Prout igitur inſignes civitatum,populorum,provinciarumque,converſiones,haud quaquàm ſubitò,atque ex inopinato,nihil tale expectantibus,ſupervenire amant,quin *Dei Opt. Max.* mortales ad pœnitentiam evocantis,miſericordiâ,ac paterna præmonitione, de cœlo ſigna,itemque in meteoris, atque elementis,præludia,manifeſtentur: (Cujuſmodi oſtenta, atque prodigia,tùm ante *Diluvium*, cladem verò, atque haloſin,maximè *Hieroſolymitanam*, ſancti codices annotarunt,tùm circà univerſalem,illum *Romanorum*,& gentium,tempeſtate *Cæſaris*,ac *Pompeii*, tumultum,inter cætera, à gentilium ſcriptoribus, curioſè recenſentur) ecquis,te rogo,iſta ultimi hujus ſeculi tropica,ſeditiones,mutationes,clades,atque everſiones,inopinatò accidiſſe,minusque præſignificata fuiſſe,dubitare aut debebit, aut poterit. Rectè itaque,ac ſapienter,proditum, vel ab *Herodoto*. Videlicet,*quoties ingentes ſunt eventuræ calamitates, vel civitati, vel nationi, ſolere SIGNIS prænunciari.*

I.

Civium Mœno Francofurtenſium, adverſus Senatum,ſeditio.

ATque,ut nonnulla hujus per *Imperium Romanum*,inſtantis nuper, univerſalis perturbationis prodigia,colligamus, dubium quidem fit nullum,particularem iſtam *Civium Mœno Francofurtenſium*,adversùs *Magiſtratum* ſuum,ſeditionem, generali illi ſubſecutæ per *Germaniam* commotioni, præludium præbuiſſe. Sicut enim plebs; atque ex iſtis infimi civium opifices,circiter *Annum*, M. DC. XV. *neſcio* quæ adversùs *Senatum* criminantes, eò proceſſerunt impotentis inſolentiæ, ut curiam

facto globo invaderent, legitimum *Magiſtratum* abdicarent, novum è media plebe civitatis præfectum, ac libertatis vindicem, *Vincentium Fettmilch*, piſtorem dulciarium, atque alios infimæ ejuſdem fecis complices, eligerent, modicìſque rei peſſimæ (prout fieri amat) ſucceſſibus ducti, tumultuari, domus, ac fortunas, ſibi reſiſtentium invadere, *Iudæorum* turbam omnem cum vi, atque impetu, diſpoliare, immò in univerſum è domibus, ac civitate, ejicere, immò ipſius *Matthiæ Cæſaris*, totiuſque inclyti *Septemviratus Electoralis*, monitis, dehortationibus, mandatis, comminationibuſque, præ ſupina rabie, locum nullum relinquere, parùm verecundarentur: ità ferè poſtmodùm eodem & vincente, & regnante, *Matthiâ Imperatore*, apud *Bohemos* hei dolor! accidiſſe, compertum eſt. Ut *Dynaſtæ*, ſuper *Rege*, ac *Domino*, ſuo, neſcio quæ non quiritarent, *Cæſareos* conſiliarios è feneſtris proturbarent, in arma infeſta ruerent, *Magiſtratui* legitimo repudium, atque abdicationem, intentarent, novum evocarent, ac ſubſtituerent. Adeóque neque compoſitionis, neque honeſtæ pacis, conditiones admitterent. Undè miſerrima iſta cataſtrophe, cujuſmodi civitate *Francofurtenſi*, ab *Electoribus Principibus* occupatâ, furioſæ iſtius ſeditionis machinatores ſub furca, & graviſſimis ſuppliciorum generibus, tandem excepit, etiam eheu! poſt *cladem Pragenſem*, captâ regiâ civitate, ſeditionis ac motus, iſtius *Bohemici* autores, dynaſtas alioquin, & viros ſpectatos, in ultimam necis, cruciſque, neceſſitatem uſque, coegit. *Fettmilchii* quidem ædes, ultimo, ac vario, necis genere affecti; licet à fundamentis deſtructæ ſunt, erectâ eo loci, atque inſcriptâ, perpetuæ ignominiæ ſtatuâ. Quæ tametſi vituperii macula *Bohemici* motus autoribus, viris ſanè magnis, & generoſis, haud quidem ſit intentata, nonnulli tamen illuſtri, nobilique, ſanguine nati, tàm exilio, quàm bonis, ac capite, hancce velut ſuam deſtructionem luerunt.

II.

Par Aquenſium Civium tumultuatio.

EAdem peſtis, & pluſquàm πολυπραγμοσύνη, invaſit plebem, populumque, civitatis *Aquenſis*, *Aquisgranum* vocant. Iſti enim pari furore, atque impotentiâ, inſurgentes, infelici *Francofurtenſium* imitatione, *Senatum* quoq; loco moverunt, omnique injuriæ, ac conviciorum, genere affecerunt. Sed idem exitium ſeditionis fabricatores, quod illi ſub carnificis manibus, ac tormentis, incurrerunt. Et niſi iſte ſeditioſorum civium furor in herba, quod ajunt, maturius fuiſſet oppreſſus, jam tùm velut contagio naſcente alias, aliaſque, civitates, tumultuationibus id genus ſimiliter inhiantes, ſine dubio ea labes perdidiſſet. Plebe etiã *Vangionum* apud *VVormatienſes* jam tùm eaſdem ſeditionis machinas agitante, tantùmque non priſcam *Iudæorum* ſedem eo loci datâ operâ infeſtante, atque dilacerare incipiente. Sed, tanquam anguis viatorem pedibus fortè impingentem, terrere ſolet, ità ſupplicium, de ſeditioſis *Francofurti* ſumptum, multorum crudeles extinxit conatus. Tanti refert, rebellandi, conſpirandique, libidinem, ab initiis retundere, neque, donec adoleſcant, matureſcantque, flagitia, connivere velle.

III.

Plurſium, Rhetiæ oppidum, monte opprimitur.

SEd prodigium, inquam, ſine exemplo, horrendum, inauditum, maximumque, illud videri debet, quod in *Italiæ* finibus accidit. Erat in ſaltibus *Rheticis* oppidum *Plurſium* dictum, ab *Italis* mercatoribus, ob loci opportunitatem, quà palatia, quà hortorum delicias, magnificè extructum, excultumque, hoſpitibus, ac peregrinis, illàc tranſeuntibus, ante hàc non inſuavem divertendi commoditatem exhibens. Super illud, inquam, ſub finem æſtatis *Anni M. DC. XIIX.* montis aſtantis jugum, horribili cum fragore, in momento ſuperincubuit, adeòque non tantum ædificia, omnemque ſive ornatum, ſive apparatum, ſed omnes ad unum incolas, duobus exceptis famulis, in agro fortè abſentivis, omninò oppreſſit, ac complanavit. Ferût, oppidi cives nonnullos, eâ æſtate in *Thermis Rheticis* foris valetudinem curantes, tanquam ſi domum evocari eos contigiſſet, eodem die cum familiaribus ad oppidum retrò properâſſe, adeóque vel omnes ad idem, ac commune, ſive cæmiterium, ſive ſepulchrum, velut concurriſſe, ut partem ex illis, etiam in via hærentem, ſeriùſque paulò accelerantem, vel pulvis è montis mole, ac caſu, excitatus, iſque denſus, atque immenſus, ilicet ſuffocârit, penitùſque ſpiritu intercluſo perdiderit. Torrens, qui labendo oppidum diviſit anteà, interveniente montis ruinâ, confeſtim interceptus, ſubſtitit, inque modum ſtagnantis lacus ibi colligi cœpit. Mirentur omnes tàm inuſitatum ſive oſtentum, ſive prodigium! Cui par, aut ſimile, vix tot ſuperiorum temporum ætates hactenus cognoverunt: Ut igitur divina iracundia in mortales animadvertere velit, etiam humanam in perniciem vel montes properare comperiuntur.

IV.

Tragicus Cometæ aſpectus.

AT illud in terris oſtentum horrendum, atque ingens, quis non expaveſcat? Quis verò ad criniti, pariterq; metuendi, ſyderis, è cœlo territantis, *Cometæ*, inquam, aſpectum non conſternetur? In cœlis certè fax, antè quidem, ſed nunquam impunè, ac ſine exitio, cognita, eodem *Anno M. DC. XIIX.* flagrantem *Dei* omnipotentis iram abundè mortalibus indicare cœpit. Illud divinum, inquam, flagellum, ſeditiones, bella, famem, peſtem, regionũ, provinciarumque, everſiones, atq; id genus innumera mala, promptè ſubindicare, haud quidem opus eſt, ut è veterum autorum, ſive etiã *Lucani*, ſive *Claudiani*, monumentis, petamus, ut vel ipſimet, quantum vis *Tragici* ſyderis iſta poſſit, atque innuat, ab experientia, doloris magiſtra, docere, ac confirmatiſſimum poſteris tradere, ſufficiamus. Interim memoriæ, metuendæ iſtius, ac flammantis, è cœlo facis, quod ab initiis horum motuum deſtinatum à me fuit *Epigramma*, hîc locum inveniat. Quod tale eſt:

Et quis adhûc ſuperi convexa negabit Olympi
Stare velut ſummo viribus orba polo?

At ni-

Ac nihil humanis portendere ſydera rebus,
Seu vaga ſint, certis ſeu quoque fixa plagis?
Præcipuè torvo fulgentes crine Cometas
Ecquis in obſcurum pondus habere neget?
En! noviter longâ metuendus in æthere caudâ
Aſpicit Eôas manè Cometa plagas:
Terret & obliquum, ceu tranans lancea, cœlum,
Nubila dum rutilo diſcutit atra polo.
Credibile eſt, reliquas à fronte recedere ſtellas,
Pallida nam trepidis Luna paveſcit equis.
Si memini, rapidis exarſit in aëre flammis
Hæc quoties certi nuncia forma mali:
Tabida lethiferæ toties contagia peſtis
Orta, vel atrocis fulmina Martis erant.
Dum loquor, hei! dubio turget Germania bello,
Et patitur proavis vix meditata ſuis.
Ipſe, caput mundi, Cæſar modò prælia verſat,
Per regni Proceres ſollicitata ſui.
Quæ quò Teutonicum ceſſent mala mota per orbem,
Et præſaga bono ſydere fine cadant.
Iratum placare Deum prece convenit, Aſtra
Dirigit hic nutu regna, Ducesq; ſuo.

V.

Terræmotus per Germaniam.

PLuribus in locis per *Germaniam Veſta*, ſive terra, tremuit. Sicut *Anno M. DC. XX.* ad partes *Rheni*, circa *Poppartũ*, *Veſaliam ſuperiorem*, *S. Goarum*, oppida, nec non in agro *Naſſovico*, atque in *Heſſiæ* partibus, apud *Giſſanum* fortalitium obſervatum eſt. Pariter eo tempore *Terræmotus Viennam Auſtriæ* terruit. Pariter, infrà *Francofurtum*, ad radices montium, *VVetteraviam* dividentium (vulgus *Altitudinem*, vernaculè die Höhe / ob planitiem adjacentis agri, vocat) circiter *Königſteiniam*, *Cronburgium*, aliaque adjacentia oppidula, incolarum mẽtes percuſſit. Iiſdem annis per *Palatinatũ* inferiorem, atque in confinibus domus *Starckenburgicæ*: itidemq; in diœceſi *Butadica*, ſub *Oldenburgico Comitatu*, terrã tremuiſſe compertum eſt. Memoratu verò inprimis horribilis eſt iſte *Terræmotus*, qualis circiter *Annum CIↃ IↃC. XXV. Epiſcopatum Bambergenſem* afflixit. Illo enim in tractu intrà pagos *Ebermanſtat*, & *Geiſſeldorff*, horis antemeridianis, mons adjacens, *Truchleiden* dictus, inſigni cum fragore dehiſcere animadverſus eſt. Quo oſtento incolas vehementer confuſos, attonitoſque, fuiſſe, conſtat. Qui mox montem, modò dictum, à vertice conſediſſe, ac prolapſum eſſe, eâdem, imò majori, mentis cõſternatione aſpexerunt. Quo quidem prolapſu, caſuque, iſto ſuo, viginti circiter adjacentium agrorum jugera in altum ſuſtulit, unàque cum arboribus conſitis, aliorsũm tranſpoſuit, eò uſque, ut ſemita, vel regia via, ante hâc ponte montem ducens, deinceps ad prænominatum pagum *Geiſſeldorff* tralata, ſtrataque, fuerit. Sunt, qui, antequam mons dehiſceret, inſolitos eo loci ignes illuxiſſe, obſervârunt.

VI.

Murium per Germaniam agmina, formæ, & numerus, inuſitata.

DUm de *Terræmotibus* ſermo eſt, quis neſcit, fatalis huiuſce belli calamitatis nuncios fuiſſe vel tantùm *Mures*, ſive *Muſculos*, è terris per *Heſſiam*, *Veteraviamque*, nunc pictos, variegatosque, nunc magno agmine, ac globo, ſub humo coëuntes, cuniculos agentes, grana, ac frumenta, conſumentes, nunc aquis ſupervenientibus aliquando repentè ſuffocatos, nunc aliis, noviſque, formis, ac coloribus, veſtitos, ac poſtliminiò alios prorumpentes, per integrum biennium, atque ultrà, tàm ignotis coloribus, quàm frumentorum populationibus, agrorum itemque ſubverſionibus, paganos noſtros territantes? Scilicet tàm excors, ac ſtupidus, nemo ruſticanorum fuit, qui non prodigii loco haberet, qui non vel annonæ caritatem, vel milites, gentesque peregrinas, deſuper venturas, divinaret.

VII.

AVES peregrinæ, ac variæ.

QUis, in quam, *ſub AERE*, ignorat, *AVES* paſſim paſſimque per omnem ferè *Germaniam* diverſicolores, peregrinas, hoſpitas, inuſitatas, parvaſque, magnaſque, videri, capique, cœpiſſe? Ut etiam *Aquilæ* tranſalpinæ, etiam *Olores* ultramarini, vel cum numero incedentes, apud noſtrates notati ſint? Per raras autem, inuſitataſque, alites agmina militum peregrinorum indicari, vel pueris fortè notum eſt noſtris. Senibus, id genus prodigii non ſemel haud fruſtrà fuiſſe, toties obſervantibus.

VIII.

Pluviæ ſanguineæ ſimileſque cruentationes.

T*Erram* præterea, immò, *Meteora*, & *Pluvias*, cruoris manifeſti, ac prodigioſi, ſigna dediſſe, multis in locis notatum eſt. Ut etiam *Anno CIↃ. IↃC. XXIII.* in *Bohemia* ditionis *Podibraciæ* per triduum cruor è fonte ebullierit. Alibi verò, ſub præfectura *Bocksberg*, domus cuiuſdam fornax, parietes, ac ſedilia, ſanguinem, uſque ad fluorem, exſudârint. In agro *Heſſo Darmſtadiano* pluribus in locis, pagiſque, *pluvia ſanguineæ* in tectis, lapidibus, dumetis, arborumque foliis, ſigna prominuerunt. Apud *Rhetiæ* incolas *Mayenfeldenſes*, & *Malancanos*, ruſticis, fœniſecio intentis, falces, aliaque, ad fœniſecium pertinentia, inſtrumenta, cruore maduerunt. Ut etiam cumuli, è fœno ſecto collecti, manus fortè iniicientium purpurârint. In pluribus non minus *Ducatus VVurtenbergici* pagis, eodem *Anno M. DC. XXIII. XVII. Cal. Auguſti*, *Herbrechtingæ*, *Hemmeringæ*, itemque *Gingenæ*, ac *Gundelfingiæ*, iiſque in finibus, ſanguine cœlum pluit, ut ruſticis, inter operas, manus, veſteſque, illinc tinctæ, tùm in lapidibus, frugibusque, ſanguinis ſtillæ, guttæque, ſint deprehenſæ. Imò lacus *Aldenſingenſis* agri *Tigurini* prorſus in cruorem tranſmutari cœpit. Imò verò foſſæ urbis triregiæ *Viennenſis* per octiduum cruentari animadverſæ ſunt.

* *
*

IX.

Pluvia mellis. Et Pila ignea, deſuper prolapſa.

QVòd autem inauditum, magisque inſolitum, videri poſſit, in *Hungariæ* partibus, circà *Granũ*, ad diſtrictum trium milliarium, *melle* pluit. Eadem regione *Globus*, ſeu pila ignea, ex Aëre ſupernè decidit.

X.

Aquarum inundationes.

NEque *cælo, terrâ*, atque *aëre*, tantùm prodigiis certatum eſt. Etiam *aquis*, etiam *ventis*, etiam ignibus, divinæ iracundiæ documenta porrò proruperunt. Hoc modo *Anno* CIↃ IↃC.XIX. per *Miſniam*, ac *Thuringiam*, *Saxoniæ* provincias, immenſa vis aquarum pluviarum ſupernè integro menſe *Iunio* præcipitata eſt. Ut ingens indè inundatio confluxerit, frugesque, ac vites, peſſundederit. Pariter, inter cætera, *Viennæ Auſtriorum*, *Anno M. DC. XX.* effuſas poſt pluvias, aquis per agros defluentibus, *ſulphureum* quiddam colligi cœpit. Quod prunis injectum odorem, ſulphuri ſimilimum, exhalavit. Ingens verò aquarum inundatio illa cenſenda venit, quæ quidem per *Franconiam*, *M.DC.XXVII.* tanquam nubes ſupernè decidiſſet, diverſis in locis, pagos, integros, atq; oppidula, in iisq; jumēta, homines, atque ædificia, miſerè abſumpſit, adobruitque.

XI.

Fluviorum exſiccationes, ac ſtagnationes.

FLuviorum præterea, ac torrentium, curſus, prodigiosè, ac contrà naturam, fuiſſe interceptos, inque ſtagna collectos, indicat tragicus, ac prodigioſus, *Plurſenſis* in *Rhetia* nuper oppidi, à monte ſuperincumbente oppreſſi, caſus. Sic in *Apulia* lacus, *Leſina* dictus, aliquot locis, ad exſiccationem uſque, curſum ſtitit, ut piſces in ſicco reperti ſint. Ajunt autem, vi ingentis illius (de quo ſuprà) *Terræmotus*, *Lacum* iſtum in ſublime emotum eſſe. Aliis per immenſum hiatum, ac voraginem, civitatem, ejus loci cognominem, abſorptam fuiſſe, perhibentibus.

XII.

Tempeſtates inſolitæ.

TEmpeſtas inſuper *fatorum*, *ventorum*, ac *grandinum*, tempeſtates non uno in loco concitavit. *Caſſellis* enim *M. DC. XXI. Iunio menſe*, circà auroram, tàm ſæva, atque ingens, tempeſtas, cum fulgure, & tonitrubus, ſubitò incubuit, ut vel ultima ſicut ajunt, extremi *Iudicii* comitia adveniſſe putaretur. Grandines adeò vægrandes imber iſte ejaculavit, ut tantùm non iſtis feneſtræ comminuerentur, fruges attererentur, quin immò oves patentibus in ſtabulis enecarentur, arboresque, cum fœtib. ſuis, diſperderentur. Similis tempeſtas eodem *Anno*, & *Menſe*, agrum *Auguſtanum*, & *Thonavvertanũ*, afflixit, grandine ovorum gallinaceorum, anſerinorumque, magnitudine, etiam fruges, etiam jumenta numeroſa, perdente. *Anno M. DC. XXIII.* tempeſtas *Viennæ* enormiter deſęviens, vermiculos luteos, atque auricolores, hactenùs incognitos, infantuloſque, faſciis obvolutos, repræſentantes, depoſuit, humique reliquit.

XIII.

Incendia varia.

QVid varia denique memorabo *incendia*, à prodigioſis tot tempeſtatibus excitata? Eorum autem (quæ quidem in *Oeniponte*, infrà *Vbiorum Coloniam*, *Argentorati*, *Ratiſponæ*, *Culmbacci*, *Limpurgi Bohemorum*, *Ilmenaviæ Thuringorum*, *Vſingæ VVeteravorum*, apud *Glatzam Sileſiorum*, *Moguntiæ*, *Bremæ*, *Bruxellis*, aliisque in locis, penè innumeris, non ſine tot turrium, ædificiorumque, cœlitus tactorum, conflagratione, totidemque mortalium internecione, acciderunt,) omnia, ac ſingula, momenta enumerare velle, nimis, me judice, prolixum ſit futurum.

XIV.

Balæna, & Piſces, inſoliti, Germanis oſtenſi.

ADde, quòd neque *Elementa*, neque *Meteora*, *Fulgura*, *Grandines*, atque id genus vel infrà, vel ſuprà, nos, ominoſo, prodigiòſoque, more evenientia, paſſim, atque ubivis locorum, exhibita, divinã, huic ultimo ſeculo incumbentem, vindictam, ſatis declarâſſe velut videri potuerint; Ut etiam ab *Aquatilibus*, *Piſcibusq;*, indicia caſuum impendentium deſumi oportuerit. Sic in *Albi canes marini*, in *Viſurgi*, *Rheno*, *Mœnoque*, nobiliſſimis *Germaniæ* fluminibus, *ſturiones*, atque alij, id genus *piſces*, magni, inſolitique, in conſpectum, retia, culinasque venerunt. Apud *Pomeranos* verò, circa *Annum M. DC.XX. Maio menſe*, ingens *Balæna*, ſed mortua, ſed cœli fulmine (lapide, ut vocant, fulminari in cadavere reperto) enecta, è mari ad littus, vēto velificante, ejecta eſt. Cujus adeps totidem doliis ceſſit mercatoribus. Exuviæ verò, ac crates balænatij, ab aula *Pomeraniæ Ducis* excepti, memoriæque causâ, ſuſpenſi aſſervantur.

XV.

Vaticinia Hominum, œſtro correptorum.

DE *Terreſtribus*, *Volatilibus*, *Pelagiisq;*, portentis, prævisum eſt. Ut etiam de *Hominibus*, in regnis, provinciis, ac civitatibus, mirè prodigioſis, ac prodigiosè ſeditioſis, prælibatum ſit. An igitur plus hac tempeſtate in *Animalibus*, quàm *Hominibus* ipſiſmet, prodigiorum obſervatum ſit, dubitari poſſit? Certè, ſi *Xenophonti* creditur, plus ſeditionis, plus prodigii, in his, quàm illis, eſſe deprehenditur. Nunquam enim compertum eſt, greges ſive boum, ſive jumentorum, in Paſtores, ac dominos, conſurrexiſſe. Id quod toties ab hominibus quidem fieri conſuevit. Sicubi igitur tot

Homi-

Homines, tot Vates, & quidem plebeos, ultrà vomerem, ligones, ac raſtra, ſapientes, intuebimur, extrà ordinem œſtro, neſcio quo, complures, percitos fuiſſe, evidens fiet. Ut facilè perſuaſum utique habeam, magnam partem id genus homines fuiſſe ecſtaticos, ſomniatores, melancholicos, triſtes, impoſtores, ac falſarios. Nihilo-minùs tamen, unum ex iis, alterumque, certas revelationes, habuiſſe, multaque vera, atque ipſomet eventu comprobata, prædixiſſe, notari cœpit. Quo nomine videtur mihi non poſſe non aliquid tribui *Ioanni Förſtero, Veteravo*, homini ſimplici, probo, turris ſpeculatori, atque è media plebe. Illi cùm miraculoſa contigiſſet, circà *Annum M.DC.XVI.* revelatio, tantùm non inſtantes per *Imperiũ* mot⁹ prædicere ammonitus fuit, ut hujus rei nunci⁹ finitimas ad *Civitates*, pſamque *Vbiorum Coloniam*, ire juſſus ſit. Quo quidem in itinere (ſicut coràm referebat) non pauca, admiratione digna, contigêre. Idem *Frid. Palatino*, tùm apud *Bohemos Regi*, fugam, datis *Pragam* literis, prædixit. Ut etiam multa *de Galliarum Rege*, in *Cæſarem* armis ituro, (quæ tùm videri nova poterant) aliaque, eventu ipſo confirmata, prodiderit. Certè, ut ut bona hominum hodieque pars aſſerat, *novos* etiam nunc *Prophetas*, non dari amplius, quis auſit, inquam, *Dei Opt. Max. omnipotentis* manum, potentiamque, vel priſcis duntaxat temporibus alligare? Dùm ergò *PATREM* noſtrum veneramur *DEVM* omnipræſentem, quis niſi profanus, & impius, his ultimis ſub temporibus, noſtri curam abjeciſſe, garriet?

Externa.

I.

Terræmotus per Siciliam, ſive Apuliam.

Sed, quicquid ſuprà de *Germania* dixi *Terræmotibus*, minùs eſt. Longè graviora, atque atrociora, de iis, qui per regnum *Neapolitanum*, ſive *Apuliam, Anno M.DC.XXVII. prid. Cal. Auguſti*, evenerunt, dicenda ſuperſunt. Tantus verò, ac tàm horrendus, *Terræmotus Apuliam*, inquam, provinciam concuſſit, ut quinque horarum duntaxat ſpacio, durante horribili prodigio, integra penè provincia, inprimis *S. Severo* appellata, civitas, à fundamentis ſit emota, turribus, ædibus, palatiiſque, ad unum penè omnibus, dejectis, atque abſorptis. Ut poſtmodùm ne viarum quidem domiciliorumque, indicia, aut ſigna, animadverti potuerint. Commotus, ac concuſſus, eſt provinciæ illius diſtrictus, ac circulus, ad ducenta circiter milliaria, ſeptendecim deſideratis hominum millibus. Præter civitatem *S. Severo* dictam, *Puglia* regio, *Termini, Serra Capriola, S. Paulo, Torre Maggiore, Caſtello Nuovo, Rignanò, Dragonara, Santo Licandro, Melanico, Riga alta, Aſcoli, Bovino, Troia, Trani, Andria, Foggia, Forrore, Campomarino, Remiti, Guaſto, Francavilla, Hortona, Lanciano, Caſtellazzo, Teregnola, Canoſa*, civitates, cũ regione, dicta de *Provincia*, aliiſque oppidis, ac locis, compluribus, horribiliter concuſſæ, laceratæ, funditùſque unà intereuntibus incolis, deletæ perhibentur. Sed miraculi aliquis loco habeat, quòd immenſi, ac multiplicis, iſtius prodigii ſcriptor, *Ioannes Boardius, Bononienſis*, prodidit, *Epiſcopum* ſcil. *Venturium* nomine, *S. Severi* civitatis præſidê, eumque valetudinarium, lectoque decumbentem fortè, inter miſerrimã iſtã calamitatê, divina providentia ſervatum, atque illæſum, evaſiſſe, corruentibus licet domus, in quà erat, conclaviſq; proprii tabulatis, ac fundamentis, unàque miniſtris aliquot occumbentibus. Haud ſecus *Moniales*, itemque *PP. Capucinos*, paucis exceptis, è ruinis iſtis omnes ereptos incolumes ſupervixiſſe, idem affirmat.

II.

Balæna, in Mari Gallicano capta.

Vt etiam in *piſcium* genealogia, oſtentis exhibitis, hoc impetuoſum, ac ferreum, ſeculum haud quaquam vacaret, ecce! vel è *piſcium* inuſitatorum captura, cœleſtis indignationis ſigna data ſunt. In mari quippe *Gallicano* circà *Caletum* fortalitium, ingens, atque horrendum, maris monſtrum, *Balæna*, inquam, navigantibus obvia, ac metuenda, poſtquàm machinis bellicis exploſis tacta fuiſſet, capta eſt. Id portentum, ubi globo ignito intrà viſcera adacto, ſe læſum comperiſſet, magno, atque in piſcium eo genere inaudito, ululatu edito, totam latè viciniam conterruit. Belluæ immenſæ ſceleton, atque exuvias, iſtius, per ſuperiorem eo tempore *Germaniam*, ſpectaculi, prodigiique, igitur, circumlatas eſſe, meminimus. Cujus longitudo ad centum & octo, latitudo viginti & ſeptem, pedes excucurrit. *Linguâ, Iecore, membro obſcœno, teſtiumque pari, ſingulis tercentum pondo æquantibus.*

III.

Piſcis mirè prodigioſus in Viſtula, Polonorum, flumine, captus.

IN *Viſtula Polonorum* flumine, *Anno M. DC. XXIII. VI. Id. Septembr.* apud *Varſaviam*, *Piſcis* ingens, inſolitus prorſus, & mirè prodigioſus, capi cœpit. Ejus *caput* erat humano ſimilimũ. In faucibus *crux* eminebat ſanguinea, in capite *corona* carnea, in collo, ac cauda, extabant *ſquamæ*, inſtar cornuum eduræ, in dorſo *machina bellica*, in pinnis *pilæ plumbeæ*, cumque pyrio pulvere decenter, more id genus *faſciculorum*, præparatæ, eminebant. A lateribus prodibant *haſtæ*, ac *lanceæ*, deſuper *vexilla*, & ſigna, militaria, unà cum *enſibus*, ac *ſclopetis* parvis manuariis. Denique conſpicua erant *caput mortuum*, itemque *puſtulæ*, atque *ulcera*, altero pede *Aquilam*, altero *Leonem*, repræſentante. Hoc portentum, fœdumque monſtrum, non ſine omnium ſtupore, mentes, oculoſque, aſpicientium impendio demoratum eſt.

***

CAP. III.

De motibus Bohemicis, eorundemq; cauſſis, atque autoribus.

TAmetſi, in limine hujus operis, præmiſſum eſt, *Religionis* diſſidium, ac diſcrepantiam inteſtini, civilis, ac diuturni, quo eheu! ultrà viginti & ſeptem annos, *Imperium Romano-Germanicum* adhùc dùm concutitur, tumultus iſtius bellici originem ſuppeditâſſe: operæ precium eſſe nihilo-minùs arbitror, ut, quibus cauſis, ac prætenſionibus; quibusque autoribus, atque occaſionibus, in meditullio regni *Bohemiæ*, regiâque urbe *Pragenſi*, incendia tanti furoris exoriri cœperint, uberiùs, tanquam in fonte, inſpiciamus, ac penſiculatiùs, excutiamus. Quemadmodum enim, *Polybio* teſte, ſine cauſarum cognitione ægrotis *Medici noſtri* prodeſſe nihil poſſunt. Ità, qui circà res geſtas verſantur, omni prorſus utilitate carent. Niſi & loci, & temporis, & cauſarum, & occaſionum, rationem expediant. Cauſarum igitur, in deſcriptione rerum bellicarum, traditio inprimis neceſſaria.

I.

Bohemiæ regnum ab antiquo Religionis Novationibus, ac diſſidiis, aſſuetum.

ILlud autem extrà controverſiam, atque in propatulo eſt, *Bohemiæ* gentes, ex quo tempore, gentilium idololatriæ, ac ſuperſtitionibus, renunciantes, *Chriſtianæ Fidei* acceſſerunt, identidem variis ſectis, & ſchiſmatibus, conturbari, agitarique, cœpiſſe. Quis enim neſcit, poſt *Pontificiæ*, ſive, ut vocant, *Catholicæ, Religionis* introductionem, prorupiſſe *VValdenſes, Piccardos, Huſſitas, Thaboritas, Orphanos*, atque id genus ſectarios alios? Ut novum, atque inſolens, haud quaquam cenſendum veniat; his ultimis tempeſtatibus, odia, diſſidia, tumultus, atq; manifeſta bella, per iſtud regnũ nata, auctaq; fuiſſe. Cùm nihilo-ſegniùs, ſuperioribus illis ſeculis calamitates, clades, perſecutionesque bellicæ, tanquam globo facto, diſſidentes, in *Religionis* negotio *Bohemos*, toties fatigârint. Id quod vel è motibus illis *Huſſiticis*, & *Ziſcæ* ducis tumultuationibus, cuivis manifeſtum eſſe ſuſtinet.

II.

Inſurgente contra Pontificios Martino Luthero, Bohemi, magnam partem doctrinam, ut vocant, Lutheranam amplectuntur. Vndè SVB VTRAQVE, Catholici verò ſub VNA, diſcriminandi cauſa, dici cœperunt.

POſteaquàm igitur *Indulgentiarum*, prout vocant, *Pontificiarum*, per *Germaniam* publicationibus, aliiſque tùm temporis *Monachorum* ineruditiorum dogmatibus, offenſus *Martinus Lutherus*, anteà vel ipſe *Monachus*, id genus emiſſarios deteſtari, aliamque adverſùs iſtos doctrinam tot ſcriptis diſſeminare, cœpiſſet: ecce! neque hîc, ſegnes *Bohemos* extitiſſe, compertum eſt. Utpote, qui utraque, ut ajunt, manu, novè emergentis hujus, & *Lutheranæ* dictæ, doctrinæ axioma amplecti perrexerunt. Interim non defuêre, quibus poſteà *Zvvinglii* & *Calvini*, partes magis arriſerint. Ità tamen, ut bona, vel potior, regni pars *Pontificiæ*, ſive *Catholicæ* dictæ, *Confeſſioni* addicta, remanſerit. Atque hi quidem, quòd ſacramentum *Cœnæ Dominicæ* tantùm ſub pane conſecrato *Laicis* adminiſtrari ſanciunt; *SVB VNA*, diſcriminandi cauſâ, vocari cœperunt: illi verò ſub *Pane*, & *Calice*, ſacrum participantes *SVB VTRAQVE*, dicti ſunt.

III.

Dicti SVB VTRAQVE Regni Proceres, Religionis, ut vocant, Auguſtanæ liberum à Divis noſtris Cæſaribus exercitium exorant. Atque primum ejus guſtum à Maximiliano Imp. impetrant.

CÆterùm regni *Bohemiæ Dynaſtæ*, & *Proceres, SVB VTRAQVE* dicti, exemplo quorundam *Imperii Electorum*, ac *Principum*, in *Comitiis Auguſtanis* liberrima profeſſione à *Catholicis*, ità dictis *Pontificiis*, ſeceſſionem facientium, ut eadem libertate confeſſionis agnitæ ſacra, ſine offendiculo, atque impedimentis, adverſæ partis, exercere ſufficerent, ſtatuerunt hanc in rem literas ſecuritatis, vel immunitates, ac privilegia, à ſupremo Magiſtratu, *Divo* videl. *Imperatore*, exorare, iiſdemque ſe, ſuosque, tanquàm ſcuto, deinceps communire. Neque hoc illis propoſitum infeliciter cecidit. Quòd enim ſuperiores *Bohemiæ* reges *Catholicæ*, vel *Romanæ, Eccleſiæ* addicti, pugnantibus quantumvis inter ſeſe quà *Religionis* negotium, Proceribus, ac ſubditis, hactenùs feliciter præfuiſſent nihilo minùs, tùm diverſi, ac magni, motus, tàm ſacra diverſa concernentes, haud ſemel uſuveniſſent, cõmuni conſilio ſtatutum eſt, ſuper libero *Confeſſionis* agnitæ, & receptæ, exercitio, *Invictiſſ. Cæſaris*, Regiſque, ſui, confirmationem impetrare. Permiſſu igitur *Maximiliani Imp. M. DLXXV.* obtentum, indultumque fuit, ut confeſſionis ſuæ exercitium, ſed in lingua duntaxat vernacula, & *Bohemica*, liberè facerent.

IV.

Literas Majeſtaticas, à Rodolpho II. Imp. diu urgent, ſed fruſtrà. Quas tandem per occaſionem luculentiſſimas exorant.

PRovectis hoc initio Proceribus, ſub auſpiciis porrò *Rodolphi II. Imp.* eò allaboratum eſt, quò non tàm in *Bohemica*, quàm *Teutonica*, lingua liberrimum porrò ſuæ *Religionis*, commercium facere quiti eſſent, tùm pro ſe, poſteriſq; ſuis hujus rei perpetuam immunitatem, literis, ſigilloque, *Cæſaris* ſufficienter corroboratam, ab ipſomet *Imperatore* erogarent, obtinerentque. Id quod ubi ad votum non ſuccederet, opportu-


BOHEMIA
Miliaria Germanica communia.
MISNIÆ PARS
VOITLANDIÆ PARS
PALATINATUS BAVARIÆ PARS
OCCI.
SEP
MERI.
Praga
Leithomeritz
Satzer
Schlaner krais
Elbog
Pilsner
Rakoniker kraiß
Podberder kraiß
Muldaw
Prachenscher krais
Budweis
Karlsbad
Egra
Pilsen
Klatow
Prachatitz
Passauer Walt
Rasburg
Glaucha
Plauen
Annaberg
Freyberg
Augustuberg
Chemitz
Frauenstein
Lauenstein
Konigstein
Kretzberg
Tolenstein
Schandau
Aussig
Launi
Melnick
Brandeiß
Kaur
Beraun
Karlstein
Rokisan
Tauschkow
Klatau
Horatzdegowicze
Pisek
Wodnani
Krumau
Deckendorff
Osterhoven
Regen
Zwidel
Cham
Waldmunchen
Schwanburg
Wolckstein
Neustadt
Tepla
Königswart
Egra
Falckenau
Weiden
Wernberg
Neuburg
Schontal
Freyung
Rossenberg
Grauenau
Schonberg
Bohmisch Rhor
Albis flu:
Misa flu:
Regen flu:
Donau flu:
Moldaw flu:



38
39
ORIENS
Greiffenstein
Fridberg
Greiffenberg
Fridlandt
Lissa
Neiße flu.
Zack flu.
Nimmesat
Kupferberg
Kleperhoff
Warmbat
Smidberg
Sweinitz
Freyberg
Gorka
SILESIÆ
Golsberg
Waldberg
Landhut
Leutmansdorf
Bober flu.
MONTES GIGANTIUM
Ribenzal
Neuwda
PARS
Richenbach
Reichenheig
Nawarow
Lieben
Krzesow
Freidlant
Petersdorf
Silberberg
Adersbach
Warta
Camenz
Steina flu.
Eiche
Fridstein
Robozeb
Swigan
Hoelb
Brauna
Forst
Pilnikow
Polis
Staresstetl
Winschelburg
Steina flu.
Reichstein
Partscha
Tornow
Skall
Semile
Skaly
Woleschnus
Trantno
Glatz
COMITATUS.
Waltstein
Woleczow
Trolki
Paca
König
Rickers
Swadesat
Landeck
Freyberg
Biela
Zwirzetis
Kosti
Rumburg
Miletin
Konigshoff
Homole
Reiners
Lewin
Colnaw
GLACENSIS
Sabotka
Gitschin
Aulibitz
Haradist
Horschitz
Rismberg
Nachod
Haberswerdt
Kaltestein
Lede
Altenburg
Kopidelno
Wostonurs
Cerekwiz
Smirsebiz
Lacomirz
Dubrowitz
Brodtze
grætz
Sadowic
Rotschdialowitz
Neuschof
Nowiemesto
Metuiza flu.
Krulich
Pelrowitz
Kralowihradetz
Hulsiz
Bydschoff
Mitwalt
Dobrusko
Ronow
Dimokurio
Koniggrætz
Kunsebiz
Opotschno
Trebochoff
kraiß
Nimburg
Clumetz
Bohdantz
Solnitz
Rokytnitz
Hradistko
Orlitz flu.
Schebonuic
Albis flu.
Cschastolowitz
Reichenow
Liititz
Prischerow
Podibrod
Konarowitz
Teynetz
Hora
Boruhradek
Mladkoff
Kostelets
Bamberg
Brandeis
Austi
schimer
Kolin
Przelautsch
Pardubitz
Chrast
Kaurzim
Sedletz
Chrudim
Chrudinka flu.
Choeznie
Dschbanetz
Schapag
Iablonek
Krispeck
Kuttenberg
Zehusitz
Meistetz
herzman
Teinetz
Roßenberg
Bohmischtreiba
Procop
Czaslaw
Kreblet
Ronoff
Chru
dimer
Stolan
Slaupitz
Landskron
Schilberg
Ianowitz
Lichtenberg
Leutomisst
Lipka
Skutz
Czasslin
Wilimowo
Richenburg
Neuberg
Sternberg
Mlodoutz
Setscb
Ienikow
Studenz
Politzka
Lesebnik
Switta
Neustatt
Sazawa flu.
Srutz
Czaslawer kraiß
Krutzburg
Swartka
kraiß
Lemberg
Marischetrieba
Ledetsch
Heralt
Litta
Habr
Cohtiebortz
Mistetzwognu
Wrzissi
Swaganow
Tirnow
Lhoto
Marawia flu.
Gradisch
Fistritz
Trzebitz
Biela
Frischow
Swoysch
Bistri
Brysen
Padwein
Olmuntz
Roscomitz
Senosebat
Lipnitz
Humboletz
Krena
Gewitsch
Iarmitz
Deutschenbrodt
Neustetl
Olsnitz
Subrstein
Lotowitz
Kamenitz
Tranowitz
Theuß
Patzow
Scheliff
Heralets
Primslis
Sdiar
Bistritz
Boscowitz
Switauska
Brostnitz
Stein
Rzeczicze
Sofra
Wostrow
Nedwditz
Brumlaw
Stock
Aussow
Pelisrzimow
Polin
Poln
Wesely
Herrnstein
Lissitz
Schwarzburg
Ragetz
Lomnitz
Loboschitz
Krupin
Richnow
Bodalow
Mireino
MO
Wolssi
Muncowitz
Czernowitz
Czerekwitz
Strzitesch
Krzizanow
Dawbraunik
Ratzitz
Polan
Wischa
Eibanowitz
Markowitz
Kremsier
Iglaw
Kamenitz
Meserisch
Bitesch
Tißnow
Blanska
Habowani
Gricowitz
Brankwitz
chyner
Potziaski
Petzinow
Iglaflu.
Stonacziow
Tal
ow
Bitiska
Kaurzim
Brin
Pratce
Puforitz
Wutschowitz
Litenschitz
S. Danumki
Zirowitz
RA
V
IÆ
Pudwikow
Rositz
Modrzicc
Patschowitz
Czimburg
Kardaßowa
Czeteritce
Trebitz
Sellßitz
Neuhauß
Bertnitz
Kinrotstein
Oslawani
Menes
Auslerlitz
S. Dauit
Opatow
Sadeck
Mislibowitz
Ewantitz
Birsitz
Korecan
Teleze
Partowitz
Buskopitz
Krumlo
Bokowitz
PARS
Mosislau
Menischitz
Bobußlawitz
Slawanitz
Dateschitz
Bokoscht
Budweitz
Winisticitz
Schilowitz
Geyen
Bezenec
Lanstein
Kurzan
Budkow
Treebolowitz
Wischowe
Pohorcalitz
Danowitz
Aupßpitz
Scheretitz
Milotitz
Altstatt
Mirehartz
Pisting
Rantzar
Freidnach
Olbram
Plauetz
Mascowitz
Grinsperg
Dobrau
Pawlowick
Kobily
Goding
Soitz
Ungershutz
Freyen
Suaim
Laha
Kostel
Neudorf
Taxin
Rapß
Dirna
Iostwitz
Rorhoff
Schalckedorf
Stats
Niclasburg
Lanshut
Teja
Karlstein
Dresen
Drosendorff
Liechtenberg
Lenick
Retz
Vrbau
Willersdorf
Hodersdorf
Bulgern
Walbouen
Alenberg
S. Bernhart
Hern
Selckndorf
Wilschlershoven
Weitra
Ditmar
Eißenthor
Swetl
Altenburg
Meilberg
Entzendorf
Walteßkirch
Eisgrub
Schratehal
Wulfendorf
Hohenouen
Gmund
Schrenß
Dobra
Krumlow
Egenberg
Holbrun
Niedorff
Mistelbach
Rapoldenstein
Graf
Gutersdorf

R.P.J.

nam aliquam occaſionem præſpeculati ; rejecerunt hanc rogationem in *Annum* uſque *M. D C. VIII.* Eò enim tempore *Matthia Archiduce* regnum *Vngariæ* ſibi poſtulante, adeòque juſto cum exercitu *Pragam*, unàque *Rudolphum Imp.* premente, evenit, ut *Rudolphus*, vi iſta compulſus, *Procerum* regni opem imploraret. Nacti igitur occaſionem idoneam *Proceres*, omnia ſua, hoc eſt, facultates, vitamque, *Imperatori* libenter obtulerunt, modò ſuprà petitum, *Auguſtanæ Confeſſionis* exercitium, tàm *Bohemo*, quàm *Germano*, idiomate liberrrimè tractandum, permitteretur, tùm oneribus nonnullis politicis medela adhiberetur: Quibus obtentis, nihil dubitarent omnia, vel ultima, *Cæſari* præſtare.

Cæſar, prout res tum ferebat, tempori obſecundans, confeſtim alterius petiti, quoad gravamina publica, ac ſecularia, compotes fecit. Alterum verò, altioris utique indaginis, quod *Religionis* exercitium concernebat, in ſuſpenſo relinquens, temporis anguſtia præventus, ad diætam provincialem, eamque inſtantem, extraxit. Diæta ergò prædicta, *An. M.DC. IX.* ſub *Ianuario*, durant, antequam *Imperatoris* poſtulatis ſubſcriberetur, Proceres, *S V B V T R A Q V E* dicti, inprimis per omnes regni *Bohemiæ* fines liberrimum *Religionis* illius ſuæ exercitium, ſive commercium, concedi ſibi denuò petierunt. Illis *Cæſar* ſuam ſententiam, literis obſignatis declarari fecit. Quæ tamen ſub illis conditionibus diſtinebatur, ut appareret, *Imperatorem* conſiliis adverſæ partis inductum, *Proceribus S V B V T R A Q V E* indulgere minùs voluiſſe. Quòd autem *Proceres*, accepto tàm obſcuro reſponſo, acquieſcere haud poſſent, denuò in vota, preceſque novas, itum eſt. Simulàtque *Imperatori* literæ ſecùritatis, ità dictæ, à *Maximiliano Cæſare*, *Anno M. D. LXXV.* Statibus regni collatæ, atq; indultæ, unàq; ſimilis commatis chyrographum *Cæſareum*, ad præcipuum quendam *Bohemiæ Dynaſtam*, *Lazarum Schvvendium*, propria *Cæſaris* manu exaratum (quo *Cæſar* hoc ipſum confirmabat, permiſſurum, ut intrà *Bohemiæ* fines, quiſquis ſaltèm eſſet, quà *Religionem*, quà conſcientiam, gravari nullus aut poſſet, aut deberet) produci cœpêre. Illis, loco evictionis, annectebant: Confeſſionem hanc ſuam verbo *D E I* ſufficienter eſſe fundatam; Undè nec hæreſeως, nec novitatis, accuſari quiret. Sed prorsùs eandem eſſe, cujuſmodi, *Anno M. D. LXXV. Maximiliano Cæſari*, ab anteceſſoribus ſuis, quorum pars adhûc in vivis ageret, fuiſſet oblata, tùm ab ipſo *Cæſare* admiſſa. Adde, quòd uſu hæc confeſſio, cum *Auguſtana* illa, ſicut vocant, prorsùs congrueret, illaque ſicut in *Germania*, tanquam univerſo corpore *Imperii*, toleraretur, ità hæc in *Bohemiæ* regno tanquàm præcipuo *Electoratu*, admitti, multóque minùs excludi, deberet. Poſſe hoc (prætereà adiiciebant) indultum, ſicut à *Divo Maximiliano* factum eſſet, à moderno *Imperatore*, abſque *Pontificis Romani* voluntate, atque aſſenſu, liberrimè ſibi concedi, tùm maximè optimi, ac ſaluberrimi, remedii loco hoc ipſum evenire, quo quidem diſſenſiones, atque odiorum ſemina, inter regni *Proces*, tàm *ſub V N A*, quàm *ſub V T R A Q V E*, prorsùs è medio tolli, contrà verò animi utrinque ſolida, ac firma; ferruminatione conſolidari quirent. Et ſiquidem hoc ipſum ſanctum *Religionis* negotium hanc in *Diætam*, ſive comitia provincialia, anteà ab ipſo *Cæſare* clementer foret rejectũ, extrà cujus etiam deciſionem *Proceres* ne quidem tenerentur propoſitionibus regiis ſatisfacere, eò confidentius, eò attentius, inſtabatur, ut ante omnia hic cardo rei ſacerrimæ deciſionem ſuam, ac ſcopum, aſſequeretur. Quæ cùm omnia, ordine petita, in puncto *Religionis*, eſſent æquiſſima, & *Chriſtianis* hominibus maximè digna; tùm *Cæſaris* conſcientiæ, ac juribus, minimè repugnantia, utique qui æquè *Religionis* libertatem, reſtitutionem *Conſiſtorii*, & *Academiæ Pragenſis*, ſibi indulgere poſſet, atque olim *Maximilianus Cæſar* eorundem ſacrorum *S V B V T R A Q V E* participandorum, immunitatem contuliſſet, inſtare, ac conceptis verbis denuò flagitare, ſeſe, ſui ut honeſta haberetur hac in parte ratio. In eventum, ſecùs res ſicubi caſura, atque diæta prædicta abſque deciſione hujus cauſæ, finitura ſit, ſolennibus verbis *Deum*, hominumque fidem obteſtari, ſeſe quidèm *Cæſaream*, & *Regiam*, *Maieſtatem*; tanquam humiles, devotos, atque officioſos, ſubditos, nullatenùs accuſare, ſed, ſi quid ſiniſtri, poſtliminiò evenire contingat, omnem culpam, malorumque omnium radicem, ac cauſſam, iſtis imputare, qui quidem adverſis conſiliis *Cæſarem* abalienare, atque quò minùs huic arduæ, & juxtà juſtiſſimæ, cauſſæ ſatisfieret; impedire remis, quod ajunt, veliſque anniſi eſſent.

Inter hæc, pars adverſa; *Conſiliarii ſcilicet Cæſarei*, *Catholici* dicti, omnem lapidem moverunt; quò *Statuum S V B V T R A Q V E* petitionibus nullatenùs ab *Imperatore* ſatisfieret, cauſſati, hoc pacto conſtitutiones *Imperii*; tùm *Iuramentum regium*, labefactari. *Maximiliani* verò *Imp.* literas, de ſecuritate *Religionis* conceſſas, non eſſe latiùs interpretandas, utpote quæ concernerent tantùm eos, qui *Euchariſtiæ* ſacroſanctum *S V B V T R A Q V E* quidem participant; interim *Pontificem Romanum Eccleſiæ Chriſtianæ* caput, & præſidem, agnoſcunt.

His ità, ultrò, citróque, ventilatis, *Proceres S V B V T R A Q V E* haud ſubſtiterunt, ſed per legatos ad *Regem Hungariæ*, *Electoreſque*, & *Principes Imperii*, dictos *Proteſtantes*, emiſſos, hoc egerunt; ut, cùm neceſſariæ, & ſanctæ, illius in *Religionis* cauſſa libertatis per ſe quidem apud *Imperatorem* compotes fieri haud poſſent, ſaltèm hoc, intervenientibus regiis, ac Sereniſſ. *Principum*, literis interceſſoriis, eò feliciùs obtinere ſufficerent. Quæ ubi *Cæſari* patefacta innotuiſſent, tantum abfuit, ut calida conſiliariorum interiorum, & *Catholicorum*, conſilia approbare; ut potius illis ſuccenſere, viſus ſit. Denuò itáque per ſpeciale reſcriptum *Cæſareum* nova Diæta ſub certo die publicatur, ad quam *Proceres S V B V T R A Q V E*, quorum cauſſa inibi, *Religionis* negotium concernens; decidenda foret; invitantur. Sed quid fit? Hoc ut edictum, in vulgus publicãdum, expectatur, ecce! adverſarii aliud aliquid, & contrariũ, machinati, ſubſtituerunt diploma ſi-

ma ſi-

ma fictitium, ejus ſc. tenoris, abſtinerent ſe *Proceres SVB VTRAQVE* conventibus, deliberationibuſque. Undè haud leves per regiam *Pragam* tumultuationes naſci contigit. Donec tandem *Cæſar* expergefactus *Comitia* Provincialia *VIII. Cal. Iunii*, tàm ob *Religionis* controverſiam, quàm aliarum rerum, non minùs gravium, neceſſitatem, concelebranda publicè indixit. Excurrentibus quapropter præfatis illis comitiis, neque tamen Proceribus *SVB VTRAQVE* tot precibus expetitum, ac deſideratum, ſcopum aſſequentibus, tandem *Cæſari* demiſsè, atque unanimi ſuffragio, renunciatum eſt, hanc ferè in ſententiã: Videre ac re ipſa *Proceres* jam compertum habere, eò tendere adverſæ partis machinas, ipſi ut eludantur, inprimis verba & promiſſa *Cæſarea* infringãtur. Seſe autem hanc iniuriam diutiùs nõ toleraturos, imò verò non neſcientes, per *Bavariam*, regioneſque finitimas, militem colligi, multaque id genus ſuſpecta, ac pericuLoſa, fabricari, animatos eſſe, neceſſariæ, & licitę, defenſionis modum invenire, exercitumque idoneum colligere, quò, re ità poſtulante, & regi ſuo, & ſibimetipſis, non deeſſe, ſed vim illatam propulſare, evaleant. Hæc dùm inter *Bohemos* aguntur, evenit, ut legati pariter *Principum*, ac *Statuum, Sileſiorum, Pragæ* eſſent, pro eodemque *Religionis* exercitio libero, *Cæſari* ſupplicarent. Quibus utriſque rem eandem arduamque, ſolicitantibus, convenit, ut, confœderationis loco, mutua auxilia utrinque repromitterent, ut, ſi ab adverſariis metuendum eſſet, & *Bohemis Sileſii*, & *Sileſiis Bohemi*, auxiliaribus copiis ſubvenirent. Re itaque penè deſperata, & nulla idonea reſponſione à partibus *Cæſaris* pro Proceribus interveniẽte, *Proceres* copis tàm equeſtres, quàm pedeſtres, collectas, in ipſam urbem *Pragenſem* receperunt, atque immiſerunt. Quòd igitur eodem temporis articulo *Electoris Saxoniæ* legati, pro cauſſa *Procerum* diligenter intercederent, factum tandem eſt, ut ad illorum inſtantias, *Cæſar* emollitus, *Anno M. DC. IX. V. Id. Quintil. Procerum ſub VTRAQVE* votis ac deſideriis, annueret, adeóq; diu quęſitum *Religionis*, liberè exercendæ, commercium per omnes *Bohemiæ* fines, clementiſſimè concederet, *literiſq;*, ut vocant, *Maieſtaticis* ſolenniſſimè *confirmaret*.

V.

Bohemiæ Proceres, obtenta Religionis libertate, etiam Sileſiis, pro eadem impetranda, adjumento ſunt.

POſteaquàm igitur votis Procerum *SVB VTRAQVE* eventus tandem reſpondiſſet, *Religionis* libertate jam *literis Cæſareis*, quas *Majeſtaticas* appellant, abundè confirmata, factum eſt, ut apertâ æde *Huſsitica, Pragæ*, eò uſque occluſâ, *XVII. Kal. Auguſti*, prima, ac publica, concio, & quidem idiomate *Germanico*, juxta tenorem, ac formam, *Confeſsionis Auguſtanæ*, haberetur. Sed neque hoc tempore, tametſi optato, quoad ſacra, ſucceſſu potiti, *Proceres Bohemici* militem, quem conſcripſerant, exauctorare, ſive dimittere, cogitabant, uſque dùm *Sileſiis* quoque *Statibus* par, eademque, *Religionis*, per ſuos illos fines, exercendæ, libertas *à Cæſare* totidem verbis indulta, obſignataque, fuiſſet. Quâ illis paulò poſt etiam liberrimè conceſsâ, & literis majeſtaticis paribus confirmatâ, tùm demùm *Proceres Bohemiæ* militi ſuo miſsionem dederunt.

VI.

Gaudium, ſuper literis Majeſtaticis Procerum, diu haud fuit conſtãs, ſed mox, intervẽtu partis adverſæ, fragile. Adeóq; magni iſtius ſubſequentis motus, ac rebellionis, principium, atque origo.

SIcut autem veteri *proverbio* dolor, & voluptas, invicem cedunt, major tamen plerumque voluptatem dolor excipit: Ità ferè gaudium illud *Procerum* ſuper impetratis literis, & diplomatibus, dictis *Maieſtaticis*, haud fuit ſolidum, ac diuturnum, immò graviſsimarum cædium, exilii, bellorum, euerſionumque per tot annos materiem, cauſamque præbuit. Intervenerunt enim, ex parte adverſa, machinæ, atque impedimenta, quæ quidem mutare non fuit illis integrum, uſque eò, ut libertas paulò antè indulta modò non obliteraretur, verùm enim verò magna *Procerum* pars vel ob id capite lueret, multis tàm è regno, quàm bonis, ac facultatibus, ſuis profugientibus, atque in exilii neceſsitatem adactis. Tale autem civilis iſtius, ſive motus, ſive incendii, extitit initium: Poſteaquàm *Proceres ſub VTRAQVE*, vigore *Privilegiorum Cæſareorum*, hincindè per *Bohemiam*, ſub magiſtratibus ſecularibus, templa aperirent, accidit, ut etiam incolæ oppidi *Brunavii* dicti, quod ſub juriſdictionem ejus *Cœnobii Abbatis* pertinebat, ædem ſacram extruere inciperent. Quod itáque *Catholici ordines* indultum *Literarum Majeſtaticarum* tantùm iſtis, qui ſeculari poteſtati ſubeſſent, templa ſcilicet erigendi, conceſſum eſſe interpretarentur: ſubditis verò *Eccleſiaſticorum*, ſive *Clericorum*, idem licitum eſſe, ſeriò impugnarent: immò Privilegium prædictum *Status* duntaxat ſeculares (qui ſoli illo includerentur) minùs verò eorundẽ ſubditos, minimè denique ſubditos *Eccleſiaſticorum*, concernere contenderent, aſſeverarentque: propterea præfatus *Brunavienſis Abbas* omnibus, quod ajunt, copiis ſubditorum ſuorum inſtitutum impedire cœpit. Eo autem fruſtrà obnitente, tandem ad *Matthiam Cæſarem*, *Anno M. DC. XII.* regni *Bohemiæ* regimen auſpicantem, hæc querela delata eſt. *Qui*, ut ab ædis antedictæ exſtructione deſiſteretur, mandavit. Intereà *Brunavienſes*, adversùs hocce mandatum, implorabant opem *Defenſorum è Proceribus SVB VTRAQVE, Pragæ* jus dicentium. Qui illicò evocatis *Provinciarum officialibus, Conſiliariis Cæſareis*, atque ex quaque Provincia *Sexviris*, rem omnem dijudicandam propoſuerunt. Illis rem juſtam, legitimamque, juxta tenorem *Reſcripti* illius *Majeſtatici*, pronunciantibus, ut etiam *Ordinum Eccleſiaſticorum* ſubditi templa extruendi poteſtate gaudere, atque uti frui, deberent, poſſentque, *Brunavienſes*, cœptum opus ut gnaviter proſequerentur, admoniti ſunt: quorum hi auxiliis, ac ſuffragiis, freti, ædificium, ſemel inchoatum, ſtrenuè urſerunt. Quandoquidẽ verò, ab aliquo deinceps tẽpore, ad *Abbatis* inſtantiam, atque efflagitationem, *Cæſar* juſsiſſet ædem *Abbati* cedere, ejuſdemque claves

Dica-

Dicaſterio, ut vocant, *Bohemico* inferre: nihilominùs *Brunavienſes* novis Procerum *ſub VTRAQVE*, iuxtà vigorem *Privilegiorum* ſuorum, decretis, *Anno M. DC. XV.* corroborati, nedùm ab incœpto remittere, nedùm claves tradere, animum induxerunt: undè Primores eorum (*Brunavienſium* videlicet) *Pragam* in cuſtodiam relati, ædes verò vi iniecta occludi cœpta eſt.

VII.

Ædes oppidi Cloſtergrab dicti, ab Archiepiſcopo Pragenſi, à fundamentis deſtruitur.

HÆc dùm aguntur, ædes quoque oppidi, dicti *Cloſtergrab*, à *Proceribus ſub VTRAQVE*, collatis ad id operis *Electorũ & Principum Imperij* pecuniis, non contemnendis, erecta, per *Archiepiſcopum Pragenſem*, oppiduli dominum, occupata, atque à fundamentis deiecta eſt.

VIII.

Matthia Cæſare abſentiuo, atque in ſucceſſionem Ferdinandi Archiducis intento, querelæ ſuperiores exaſperantur. Adeoque comitia Bohemica Pragæ per Proceres Proteſtantes celebrantur.

EO tempore *Matthias Imperator Viennæ Auſtriæ* ſubſiſtebat. Quòd enim ratione valetudinis, ætatis, impendentiumque caſuum, habita, fragilitatis humanæ ſibi benè conſcius eſſet, hoc agendum ſibi unicè reſtare diſpiciebat *Imperator*, ut de ſucceſſore, in regnis *Vngariæ*, & *Bohemiæ*, maturè proſpiceret, certuſque eſſet, maximè cùm ſine hærede aliquando excedendum ſibi videret. Itaque *Ferdinandum Archiducem* conſanguineũ nominauit, qui *propridie Calend. Iulii*, *Anno M. DC. XVII.* à *Statibus Bohemicis* in *Regem* electus, coronatuſq; immò paulò pòſt, ut *in Regem Vngariæ* quoque inaugurari poſſet, profectus eſt. Cui quidem inaugurationi, ut eò vicinor eſſet *Imperator*, aulam, ac ſedem, intereà *Viennæ* conſtituit, quòd, valetudinis igitur, remotior indè eſſe nec vellet, ne poſſet. *Cæſare* ità abſentiuo, intereà querelæ ſuper demolitionibus ædium ſacrarum, tàm apud *Brunavienſes*, quàm *Cloſtergrabianos*, recrudeſcentes deferuntur ad *Defenſores Bohemicos*, *ſub VTRAQVE* nuncupatos. Qui quidem, facto velut agmine, poſteaquàm hæ, atque aliæ, difficultates *Proteſtantibus* à *Catholicis* ſuperveniſſent, Vicarium, & Conſiliarios Cæſareos, conveniunt, gravamina exponunt, remediumque tempeſtivum, inprimis captivorum *Brunavicenſium* manumiſſionem, orantque, urgentque. Inter hæc conventus *Procerum Bohemiæ Proteſtantium Pragæ*, apud *Collegium Caroli IV. Imperat.* celebrandus, indicitur, citantur omnes ad *XII. Calend. Iunii*, *Anni M. DC. XIIX.* quotquot *Reformatæ Confeſſioni* erant addicti, ut, cùm cauſſa *Religionis*, & *Privilegia*, *Proceribus ſub VTRAQVE ab Imperat.* indulta, ab aduerſariis unicè peterentur, ultimumque velut diſcrimen à præparatis tot exercitibus imminere videretur, è medio conſulerent. *Imperator* huius rei per ſuos, quos *Pragæ* reliquerat, *Vicarios*, ac *Conſiliarios*, certior factus, vehementer convocationem *Ordinum*, ſe inſalutato factam, improbare: hi contrà, emiſſis ad *Cæſarem* codicillis, rem excuſare, immò obtendere, nihil ſeſe extrà limites *Diplomatis Maieſtatici*, *Diætæque Provincialis* receſſus, atque Pacta, *Regni* commiſiſſe, ſed, præeunte jure ſuo, eò adactos eſſe, tantùm abeſt, ut quoquo pacto *Cæſari* præjudicaſſe voluiſſent. Ad quæ, non abſque ſtomachatione, ad ſuos *Pragam* reſcripſit *Imperator*, cognouiſſe ſe ex relationibus illorum, quid nimirùm in conventu *Pragenſi*, apud *Collegium Carolinum* coacto, actum, deliberatumque, foret. Re ipſâ autem intellexiſſe, prædictum *Conventum* manifeſtè contrà ſe *Cæſarem*, *Regemque*, coiiſſe, utpote, cùm demolitiones ædis illius, tàm *Brunauienſis*, quàm *Cloſtergrabiani*, ſicut & cuſtodiam, delinquentibus poſitam, conſtet, à nemine, præterquàm à ſe *Cæſare* ipſo, demandatã eſſe. Quod ad alterum membrum, ſive argumentum, *Procerum Proteſtantium* attinet, demonſtrat *Imperator*, Proceres extrà limites conceſſi priuilegii feciſſe, ſubditos ordinum *Eccleſiaſticorum*, nullo jure ſibi devinctos, contrà proprios dominos, ipſumque *Imperatorem*, ſupremum utique Magiſtratum, de facto irritâſſe, hancque enormem, peſſimamque, cauſam etiam defendere, cœpiſſe. Secundùm hæc, publicis iſtis, conventum indicantibus, literis, *Cæſaris Maieſtatem*, ac famam, non parùm læſam eſſe, additum eſt, vel indè, quòd publicis iſtis literis *Cæſarem* inſimulâſſent, atque ille priuilegia, *literaſque* prædictas *Maieſtaticas*, infringere, exercitibuſque *Bohemiam* invadere, etentâſſet: *Quibus* falſis, fictiſque, narratis nihilominùs hoc ageretur, *ut Cæſaris* pietas, ac fama, penès ſubditos in diſcrimen, atque invidiam, adduceretur: Undè variis tumultibus, multiplicibuſque ſeditionibus, ac turbis, occaſio, ac feneſtra, aperiri poſſet. Quę omnia contrà tenorem, mentem, ac propoſitum, *Imperatoris*, & qui meliora de *Proceribus*, ſibi promiſiſſet, omninò accidere, hiſce obteſtabatur. Quòd igitur *Proceres* clementiâ, & benignitate, *Cæſaris* abuterentur, limites *codicillorum* illorum *Maieſtaticorum* tranſcenderent, ſui eſſe officii, maturè his turbis obviàm ire, atque, ut ſeditionis iſtius fauilla, antequàm in ignem erumperet, extinguatur, providere. Quam in rem conſultum eſſe, in hæc, atque id genus, curioſius, prout decet, inquirere, in facinoriſque authores, pro meritis cuiuſcunque, deinceps animadvertere. Priuſquàm autem plenius ſuper hoc negotio, maturiuſque, deliberare licitum eſſet, viderent *Vicarius*, ac *Conſiliarii Cæſarei*, curarentque, ut iſti, quorum inſtinctu, atque operâ, cæteri ad conventum convocati eſſent, coràm ſeſe comparerent, vigore huius edicti *Cæſarei*, tantiſper à conventibus, ac Collegiis, ſeſe abſtinerent, in alienos ſubditos dominium ne uſurparent, nedùm turbis, tumultuationibuſque, ulterioribus, fomenta præberent, quoad *Imperator* in regnum poſtliminiò eſſet reverſus, inſpectâque cauſâ, partes diſſidentes, ſecundùm leges, conciliâſſet. Secundùm hæc, *Vicarii Cæſarei* porrò providerent, ne convocati Status, ac ſubditi, tametſi publicis literis citati, comparerent, præſertim cauſſâ ad id nullâ illos impellente, nedùm ipſis ab *Imperatore*, aut veniâ aut con-

ceſſione, impetratâ. In delinquentes pro authoritate *Cæſareâ* ſummâ, pœnam irrogaturum, in reſiſtentes verò memorem, gratioſumque futurum eſſe.

IX.

Literis Cæſareis dehortatoriis, Proceres SVB VTRAQVE modò non cohibentur, ſed, ad furorem uſque, exacerbantur. Ità ut iniectis manibus Conſiliarios Cæſareos è feneſtris proiicerent.

PRæmiſſis illis *Cæſaris* dehortatoriis, tantùm abfuit, ut animi *Procerum* exacerbati ad frugem redierint, cohibitique ſint, ut magis illos exaſperari contigerit. Uſque dùm in verum demùm furorem, ac penè rabiem, præcipites abrepti ſunt. Illi enim ne latum quidem, quod dicitur, unguem à propoſito declinantes, vehementiùs rem cœptam conventuſque, ſemel coactos, urſerunt, conceptis verbis iuxtà obteſtantes, ut, quicquid inauſpicati his è diſſidiis impendere poſſet, metuendumque eſſet, adverſæ partis, tanquam malorum omnium cauſſæ, ac fontis, cervicibus incumberet in eoſque redundaret. Intereà conventus novus *XII. Calend. Iunii*, denuò, & ſolenniter, indictus, cui ad maiorem ſolennitatem, gratiamque conciliandam, pridie eius diei *Pragæ* per omnes *Evangelicorum Eccleſias*, tàm *Teutonico*, quàm *Bohemico*, idiomate publicè è ſugeſtibus conciones fieri iuſſerunt, & quidem in hanc in ſententiam: Scirent omnes, ac ſinguli, poſtquàm *Dei opt. Max.* beneficio, poſt varia exanthlata *in Religionis* negotio diſcrimina, temporibus *Imperat. Rodolphi II.* omnes tres *Status* regni *Bohemiæ*, reliquique ejuſdem confeſſionis aſſeclæ, liberum *Religionis Evangelicæ* exercitium aſſecuti eſſent, confirmantibus hanc libertatem *literis Maieſtaticis dictis*, ut etiam moderni *Imperatoris* diplomatibus: ſeſe iam, ab aliquot annis, commodâ tranquillitate, ac quiete, uſos eſſe. Adverſarios verò hanc pacis publicæ opportunitatem, ac velut beatitudinem, à *DEO* conceſſam, valgis, atque invidis oculis tantùm non reſpexiſſe, ſed etiam publicè conturbaſſe. Et nunc innotuiſſe *Proceribus*, æmulos quoſdam eò data opera per hoc regnum allaborare, quò omnis hæc pacata quies, ac tranquillitas, præſertim in cauſſa *Religionis*, interturbaretur, templa, ſacris uſibus deſtinata, atque aperta, diruerentur, hominesque, *Evangelicæ Confeſſioni* addicti, ad defectiones, ac carceres, iniecta vi compellerentur, ad ſummam, libertas *Chriſtianæ Religionis*, à *Divis Cæſaribus* indulta, ac confirmata, penitùs everteretur. Quibus hoſtibus, ac machinis, ut temporiùs iretur obviàm, *Defenſores* diuerſis vicibus apud *Cæſarem* enixè eſſe ea de re conqueſtos, atque expectaſſe huius exulcerationis remedium, ac conſolidationem. Verùm enim verùm hoc agentes, pejus ab adverſariis apud *Cæſarem*, ac ſi adversùs ſupremum *Imperii*, ac regni, caput coirent, coniurarentque, delatos eſſe. Conteſtari autem verbis religioſiſſimis ſeſe, nunquam quicquam eiuſmodi ſibi in mentem veniſſe, tantùm abeſt, ut contrà *Cæſarem* vultus elevaſſe, aut quicquam animis præſumſiſſe, convinci poſſint. Cauſſam eſſe *DEI*, ideóque ſanctiſſimam, iuſtiſſimamque. Quam utique, iuxtà conceſſum *diplomatis*



Maieſtatici vigorem, tueri, ſartam tectamque & tranquillè conſervare, unicè cupiant. Atque hæc eſſe præcipua capita, qualia, præeunte concionatoris voce omnibus intimare, ac nota facere, præcogitarint *Proceres*. Non aliam ob cauſſam, niſi ut cœtus, ſi quid adverſa pars, more ſuo, tanquam adverſus *Cæſarem* conſpiraretur, oggerere vellet, confirmatiſſimum habeant, ſeſe nihil contrà *Imperii*, & Patriæ, caput auſuros, ſed omnia in honorem *Diuini* numinis, legitimam defenſionem eorum, qui, ſub cauſa *Religionis*, opprimantur, facturos: eoque nomine in ſequentem etiam diem novos denuò conventus ordinum indictos eſſe. Supplicarent igitur omnes *Deo Opt. Max.* ut is *Cæſareæ Maieſtatis* mentem, cogitationeſque, ergà *Proceres* regni, *SVB VTRAQVE* dictos, ità inclinare, ac flectere, dignaretur, quò omnia ad felicem, optatumque, eventum dirigi, tùm *Cæſaris*, tùm *Procerum*, hoſtes confundi, atque ad ſummam, pœnitentiæ emendationem adigi, ſicque diu, ac diu, omnes, ſub priſtina *Evangelicæ* libertatis tranquillitate, florere unà, inprimis DEO inſervire, poſſint.

Illis præmiſſis, in diem inſequentem dictus *Conventus in Collegio Carolino Pragæ* celebrari cœpit. Ad quem *Proceres* regni, & *dynaſtæ*, pariterque cives, trium civitatum, *Pragenſium*, magno numero confluxerunt. Antequam autem ad deliberationes itum eſt, à cantu *Pſalmorum Davidicorum*, & ſermone per concionatorem *Bohemicum*, habito, auſpicia facta. Indè deliberari cœptum, quo pacto *Auguſtanæ Religionis* exercitium tantùm non per *Pragenſium* civitates, ſed omnes etiam regni fines, interrupto tenore, conſervari, tùm adverſæ parti obviàm iri, poſſet. Facto hoc, ſive decreto, ſive ſenatusconſulto, poſtero die, qui in *X. Calend. Iunii*, incidebat, *Proceres* omnes in equis, aſſumptis ſingulis miniſtris, gladijs, ſclopetiſque, inſtructis, ad Arcem contenderunt, inibique apud *Vicarios Cæſareos* gravamina ſua deponentes, eorum emendationem petiverunt. Ad quorum inſtantiam ubi *Adamus à Sternberg Burggravius ſupremus*, & *Poppelius Baro*, ſeſe non difficiles, ſed propenſos, exhibuiſſent, ab illis autem diverſum ſentire, atque refragari, cœpiſſent, *Guilielmus Slavvata*, ſupremus *Provincialis Iudex*, & *Comes de Martinitz* alias *Smeſanskyus* dictus, prioribus illis duobus, à *Proceribus Bohemicis* ad partem ſecedere juſſis, impetus in *Slavvatam. Smeſanskyum*, & *Phil. Fabricium*, *Secretarium*, ilicet factus eſt, ità ut arreptos illoſtres, ſicut erant palliis, gladiiſque accincti, è *Dicaſterio*, ut vocant, per feneſtras deſuper in foſſam ſubiectam injectis manibus exturbarint, ac præcipitarint. Qui quia ſingulari aſpirante fortuna, deſuper in fimetum prolapſi fuiſſent, ſine vitæ, corporiſque (mirum!) diſpendio, in pedes poplitibus excepti, evaſerũt. Et tametſi exploſis etiam ſclopetis, ubi ſalvi ſupereſſe cogniti ſunt, petiti fuerint, inventis latebris ſeſe occultantes, fuga poſtmodùm vitæ ſuæ conſuluêre.

* *
*

X.

Cæſareanorum è feneſtris facta proiectione, Pragæ deinceps omnia verè tumultuari, atque ad manifeſtum bellum ſpectare, cœperunt.

E Feneſtris, more *Bohemico*, proiectis *Cæſareis Conſiliariis*, tùm demùm per omnem *Aulam, Pragamque*, verus tumultus, terrorque, exoriri cœpit. Quibus componendis *Henricus Matthæus, Comes Turrenſis*, unà cum Proceribus quibuſdam, per *Pragam Veterem* obequitans, populum monuit, quieſcerent modò, nec turbarentur, nihil adeſſe periculi, ſeſeque facti ac proiectionis iſtius, exculpationem apud *Cæſarem* ſcriptotenùs communituros eſſe. Sedatis ità turbis, *Proceres Burggravium ſupremum* domum deducentes, *Capitaneum* aulicum, cum milite ſuo, adeoque tres *Pragenſium* civitates, in verba ſua iurare coegerunt.

Interim *Smiſanſius*, rebus ità periculoſis, *Pragæ* ſeſe, tenere conſultum non ratus, comite *Secretario*, clàm *Viennam* pervenit, ubi apud *Imperatorem* rem geſtam etiam exaſperando facere graviorem, inque delinquentes, *imperii* caput maſculè irritare, cœpit. *Slavvata* verò aliquantiſper in Arce, atque ædibus *Cancellarii* ſuperioris, tùm temporis *Viennæ* ſubſiſtentis, cuſtodientibus duodecim ſclopetariis, pariterque *Burggravius*, propriis in laribus, duodecim ei adiunctis lancearиis, deindè aſſervati, atque detenti.

Secundùm hæc, *Proceres* tùm demùm aſſiduè, ſub excubiis octoginta ſclopetariorum, quotidie conventus celebrare, de rei ſumma diſpicere, in nova, atque arctiora, fœdera coire, ſeſeque mutuis iuramentis, contrà *Dei*, *Regis* ſui, *literarumque Maieſtaticarum*, omnibus tàm vitæ, quàm fortunæ, bonis ciuium, unum in diſcrimen collatis, atque adductis, commaſculare, militem tàm pedeſtris, quàm equeſtris, armaturæ (quod hoſtilis exercitus, citrà aleam iam nunc in viſcera regni admittendus videretur) conſcribere: clauſtra, & carceres, reſerare: *Brunavienſes*, alioſque, citrà iuſtam cauſam detentos, manumittere: contrà verò haud faventes, cuſtodiæ mancipare, aut mulctis, impoſitis emungere, cœperunt. Summæ huic rei, in tanta rerum omnium perturbatione, ordine etiam aliquo ſuperſtite, præfecti *triginta Reguli, Directores* dicti, ex omnibus regni ordinibus delecti. Quorũ conſiliis, atque autoritate, intrà civitates, *Pragenſes* ſeſe domi tenentium res univerſæ tàm domi, quàm foris, ritè, ſapienterque, gubernarentur.

XI.

Vt autem, tanquam in cauſa iuſta, ac legitima, arma, defenſionis igitur, ſuſcipere viderentur, Apologiam eam in rem divulgarunt.

NE itaque, in tanta *Regni* commotione, contrà *Regem* ſuum *Proceres* inſurgere, ſed tanquam in cauſa *Religionis* ſancta, ac iuſta, arma, defenſionis igitur, parare, ac capere, viderentur, viſum fuit

fuit ère omninũ, publico aliquo, & ſatis diffuſo, reſcripto, (*Apologiam* vocant) cauſſæ, atque innocentiæ, ſuæ exculpationem publicare: Ne adverſus ſummum *Imperij*, *Regnique*, caput temerariæ coniurationis, conſpirationiſque, inſimilari quirent.

Expeditis igitur literis iſtis *Apologeticis* dictis, iuxtà quoque ad *Principes*, ac *Status*, *Sileſiæ*, *Moraviæ*, *Luſatiæ*, *&c.* legatos, tàm exculpandi, ſuiſque auxilia, iuxtà confœderationis leges, erogandi ergò, dimiſerunt. E quibus *Ioan. Ieſſenius*, *Medicus*, *&* *Philoſophus* celebris, ad *Hungariæ Provinciales*, iter dirigens, à *Cæſareanis* interceptus, *Viennamq;* delatus, & cuſtodiæ datus eſt.

Iuxtà reſcriptum illud *Apologeticum* additum fuit aliud (ſcriptum) confirmatorium quoque dictum. Quo cautum erat, *Eccleſiaſticorum* ordinum ſubditi, ſecundùm vigorem literarum *Maieſtaticarum*, ac pacta *Ordinum* regni, æquè poſſent templa aperire, *Deoque*, & *Religioni* ſuæ, vacare, atque idipſum cæteris *Imperatoris* ipſius ſubditis indultum fuiſſet. Quas omnes clauſulas, ſive Reſcriptorum formulas, iſthic recenſere velle, extrà rationem inſtituti huius fuerit. Hæc *Apologia*, unà cum *Appendice*, à *Proceribus Bohemicis* etiam *Viennam* ipſi *Cæſari XVII. Calend. Iunii*, tranſmiſſa eſt, additis unà ſequentis argumenti literis: *Cæſar*, ex *Apologia*, atque *Appendice*, cognoſceret, quibus ipſi ingentibus cauſſis moti, nuperrimè in *Guilhelmum Slavvatam*, *Smeſanſium*, & *Philip. Fabricium*, tanquam pacis communis turbatores, quos ob intentatas fraudulentas machinationes, *Proceres* diutius ferre ne quidem potuiſſent, eò quòd literas illas à *Rodolpho II. Imperat.* indultas, & à *Cæſare* moderno confirmatas, *Maieſtaticas*, aliaque in *Religionis* negotio pacta, & conventa, annihilare, & corrumpere, etentaſſent (undè neceſſaria totius regni everſio inſtaret) iuxtà atrocia ipſorum propoſita, animadvertiſſent, pariterque reliquis eiuſdem coniurationis complicibus ultima velut neceſſitate eò adacti, pœnas irrogaſſent. Iam periculorum ità imminentium, machinationũmque, id genus, intuitu, quibus prædicti pacis conturbatores animati eſſent, tàm *Cæſarem* regnis ſuis, quàm *Proceres Magiſtratu* poſt *Deum* ſummo, iuxtaque in negotio *Religionis* privilegiis, priuare, neceſſariæ defenſionis modum iniiſſe ſeſe, adeoq; ex omnibus tribus ordinibus certos ſive *Regulos*, ſive *Directores*, conſtituiſſe, quorum eſſet apud Pragæ civitates domi occupari, atque omnia, quæ ad *Cæſaris* ſupremã authoritatem, *Procerum* verò, eorundemque ſubditorum, pariterque *Reſcripti* illius *Maieſtatici*, aliorumque id genus privilegiorum, defenſionem, requirerentur, omnium ordinum nomine, ſeriò procurare, ac providere.

Quæ atque id genus alia, ſiquidem non eò tendant, ut Cæſarem offendere, ſive aliis pacis amantibus, cognatiſque, his *ſub VNA* (modò hi ipſimet ſint tranquillitatis ſtudioſi) ullo pacto incommodare præcogitent: ſed inprimis ad emolumentum tàm *Cæſaris*, quàm proprium *Procerum* commodum, vergant. Utique, nullos ſe dubitare, quin *Cæſar* ſeſe, actioneſque ſuas, excuſatas habere, adverſariis verò omnia in peiorem ſenſum interpretaturis, fidem hac in parte denegare, iiſdemque minùs favere, magis verò iſtos, atque id genus pacis turbatores, reipſa damnare, ac debitis pœnis afficere, vellet.

Quibus obtentis, *Proceres ſub VTRAQVE* ità eſſe animatos, paratoſque, adiecerunt, ut quidvis non pro *Cæſare*, etiam fortunas, vitamque, impendere, adeoque fideles ſubditi, perſeverare, ſtudeant, cogitentque.

Has ad *Procerum* literas *Apologeticas Cæſar Pragam* reſcripſit *XIV. Cal. Iulii*, hanc ferè in ſententiam: *Cæſarem* nempè actum iſtum, quẽ *Proceres* quidem in *Vicarium* & *Secretarium*, *Cæſareos* miniſtros, præcipuè in *Aula*, & *Arce*, *Regia* ſua, in *Dicaſterio* ſcilicet *Bohemico*, loco certè meritò ſacerrimo, tutiſſimoque, exercuiſſent, neutiquam gentium approbare poſſe.

Poſitis autem conditionibus, illos, *in Regni* pernitiem, has, aliaſque, machinas agitaſſe, nihilominùs nullo iuris colore excuſari poſſe, quod ſine illa cauſæ legitima inſpectione, ac cognitione, tàm ſubitò in id genus homines, ſævirent, pariterque, pacatis maximè temporibus, invito, inſcioque, *Cæſare*, exercitus, propria authoritate, conſcribillarent, eoque turbine fideles ſubditos in ultimam neceſſitatem adducerent: & reliqua, quæ iuxtà ipſorum literas uſuveniſſent, attentarent. Interim, quòd vitam, facultateſque, & quidvis non, pro *Cæſare*, tanquam fideles, impendere velint, *Cæſarem* Edictum mittere in patenti forma per omnes regni fines publicandum. Secundùm quod mãdet, in officio fidelitatis omnes & ſinguli permanerent, collectos milites exauthorarent, omneſque exercitus, ſiue conſcribendi, ſiue ſubditos ad arma adigendi, anſas præciderent, contrà iura nihil etentarent, adeoque in reliquis omnibus *Cæſaris* diſpoſitionem expectarent. Alioquin ubi per *Cæſaris* regnum illud militem fovere comperti eſſent, *Cæſarem*, ſalva ſumma authoritate, & *Cæſareo* reſpectu, ſecùs facere haud poſſe, quin, defenſionis loco, exercitus conſcribere itidem teneatur. Meliora autem *Cæſarem* dẽ *Proceribus* ſibi promittere, omninóque perſuaſum habere, potiùs eos pacis conſilia, quàm armorum contrarietatem, inituros eſſe.

XII.

Edicti Cæſarei formula, pro placandis Bohemiæ motibus, publicanda Pragam mittitur.

SEcundùm hæc, edicti *Cæſarei* formula, patens dicta, literis prioribus adiuncta, in *Bohemiam*, publicandi ergò mittitur, cuius contenta erant ferè iſta: *Proceribus ſub VTRAQVE*, & omnibus, notiſſimum eſſe, quæ *X. Calend. Iunii* currentis huius anni *M. DC. XIIX.* partim, quà *Vicarium*, & *Secretarium*, miniſtros *Cæſareos*, in arce *Pragenſi*, partim quà negotia alia, non minùs gravia, hoc, & ſubſequentibus, diebus, tranſacta forent. Quandoquidem autem ea omnia iſto colore peragerentur, tanquam

tanquam *literarum Maieſtaticarum* exauctoratio peteretur, ideóque *Cæſarem* omnibus teſtatiſſimum facere, nihil minùs ipſum *Cæſarem*, ſive miniſtros *Cæſareos*, quàm illarum literarum, aliorumque id genus privilegiorum, pactorumque, expunctionem, cogitâſſe. Nuper, atque adhuc dùm *Cæſarem* animum obfirmâſſe, *Proceribus* tàm *ſub VNA*, quàm *ſub VTRAQVE*, Privilegia, ſemel indulta, conſtabilire, & conſervare. Secùs mentem *Cæſaris* interpretaturos tàm coram DEO, quàm hominibus, graviſſimam ſibi iniuriam intentare. Interim, de fidelium Statuum fiducia ergà ſe, *Cæſarem* nihil dubitare. *Qui*, ſi per valetudinem, & graviſſima negotia, licuiſſet, maluiſſet *Pragã* reverti, adeóque præſens vel ipſe partes diſſidentes conciliare. Propediem iccircò venturis præcipuis ad componendum has controverſias legatis ſuis locum darent, inprimis militi conſcripto, hoſte non occurrente, miſſionem concederent. Patere omnibus iura, ac priuilegiâ ſua conſueta. Iuxtà illa viverent vtrinque, neque in propria cauſa iudices, neque defenſionis nimis cupidi, eſſe, nemine vim inferente, vellent. Sed potiùs tàm verbis, quàm factis, iniurioſis, *Cæſare* ex æquo, & legibus, ius omnibus dicturo, ſeſe abſtinerent. Simulatque igitur *proceres* militem dimiſiſſent, ilicet quoque *Cæſarem* exercitum ſuum, *Procerum* ob turbas conſcriptum, exautoraturum. E contrario illis aduerſus *Cæſarem* in armis perſeveraturis, ſe utique legitimum *Regem*, & dominum, remedia inventurum, quibus autoritas, illudque faſtigium ſuum, conſervari queat. Obteſtari igitur coram *Deo*, atque hominibus, *Cæſarem*, quicquid malorum, ac calamitatum, imminere, atque inſequi poſſit, ſe tantùm non cauſſam, atque fomitem, iſti incendio minimè ſuppeditare, ſed potiùs omnem anſam ſeriò præcidere, voluiſſe. Quicunque ergò huic edicto publicato, fidem, atque obſequium, præſtituri eſſent, eorum *Cæſarem*, regia ac ſingulari, cum clementia, rationem, protectionemque, habiturum.

XIII.

A Proceribus autem, inhibita illa publicatione, edictum aliud in Patres Societatis, è regno exterminandos, ſubſtituitur, publicaturque.

AVocatorio illi edicto *Cæſareo Proceres ſub VTRAQVE* quòd aduerſæ partis machinationes, atque cuniculos, nimis exploratos ſeſe habere, neque ſic fidendum eſſe, putarent, reſtitêre, eiuſque inhibita publicatione, ſubſtituêre contrà, ſive *Senatuſconſultũ*, ſive *Decretum, in Patres Societatis*, fabricatum, Quoquidem *P. P. Societatis*, inter octidui ſpacium, regno *Bohemiæ* exire, neque unquam redire, iubebantur. Interim, ne plebis furoribus, ſiue iniuriis, obnoxii eſſent, proſpectum eſt cuſtodiâ quinquaginta circiter ſclopetariorum, qui ad collegia, ac fana, ſecuritatis cauſâ, excubarent. Diploma autem, ſuper *Patrum* illorum exterminatione, huiuſmodi erat: In propatulo eſſe, notumque omnibus, quibus periculorum procellis *Bohemiæ* regnum inde uſque iactatum eſſet. Et quàm incolarum fortunæ variis tumultuum, ac tropicorum, generibus fluctuâſſent, ex quo *Secta Ieſuitica* introduci cœpiſſet.

Exindè igitur, tanquam omnium malorum fonte, omnis generis, quod notiſſimæ eſſet veritatis, fraudem, technarumque, cuniculis, emergentibus, facilimè falſam, ſimulatamque ſectariorum, id genus ſanctitatem deprehendi poſſe. Utpote quibus hic ſolus labor, iſtud unicum ſit ſtudium, ut ſedes *Pontificia*, ac *Romana*, conſtabiliatur, omniaque poteſtati eorũ ſubiiciantur, *Reges*, ac *Magnates* mutuis inter ſeſe odiis exacerbentur *ordines*, *proceresque*, præſertim in *Religionis* axiomate diſcrepantes, conturbentur, *Magiſtratus* contra ſubditos, ſubditique contra *Magiſtratus*, irritentur, ſicarii in *Reges*, ſibi adverſantes, ſub promiſſione æternæ ſalutis, liberationiſque ex *igne purgatorio*, armentur, ex amiciſſimis hominibus inimiciſſimi reddantur, conſcientiis laquei iniiciantur, confeſſionis tormento arcana exprimantur, imitatione *Templariorum* magnæ opes ab eis corradantur, in regimen ſeculare *ipſi Patres* immittantur, adeóque omnibus, à *Pontificia Religione* diuerſum ſentientibus, tùm hæreticis, fides, iuxtà traditiones iſtorum, denegetur. Has ſcilicet eſſe elegantes iſtorum *Patrum* artes, hanc fictam pietatem, hanc ſeditionis, & parricidii plenam, ac theatralem, doctrinam. *Quibus* omnibus, magno, itemque proprio, ſuo cum damno, per *Galliam, Angliam, Hungariam, Tranſſylvaniam, Venetos, Belgas*, aliaſque complures *Nationes*, cuniculis factis graſſati ante, ſed partim et ignominioſè eiecti eſſent. Eaſdem fraudes, technas, inſidiaſque, iſtos modò diſſeminâſſe, atque excogitâſſe, in *Bohemiæ* regno quoque, nimirùm *literas Maieſtaticas* illas, à Proceribus, contrà furores *ſectæ huius Ieſuiticæ*, pro libero *Religionis* ſuæ exercitio, impetratas, confirmataſque, atque id genus pacta ordinum, tàm *SVB VNA*, quàm *SVB VTRAQVE*, dictorum, in dubium vocâſſe, verba, privilegiis inſerta, alium in ſenſum detorſiſſe: *Proceres* hæreſews accuſâſſe, *Regem*, abſque *Pontificis* aſſenſu, *ordinibus Confeſſionis* novæ, jura indulgere haud poſſe, tradidiſſe: immò verò *Cæſarẽ* eò impuliſſe, quò *ordinum ſub VNA* ſubditi ad *Pontificiã Religionẽ* adigerentur: tẽpla *Proteſtantiũ* clauderentur, diruerenturq;: exercitia *Religionis* interdicerentur: officia aulica *ordinibus ſub VNA* tantùm conferrentur: *Ordines SVB VTRAQVE* contrà cum ignominiâ removerentur: Ad ſummam, paucis quibuſdam *Catholicis* dictis, & quidem patriæ proditoribus, totius regni adminiſtratio, habenæq;, cederentur: Quibus omnibus pernicioſa iſta ſecta, regnum, patriamque, in vltimum periculum adducere, *Ordines ſub VTRAQVE* denique, eorumque fautores, penitùs convellere, ac tantùm non exſcindere, etentâſſet.

His ita ſeſe habentibus, non eſſe, vt tàm pernicioſi, ac fatales, patriæ homines, vtique totius regni peſtes, diutius tolerentur: ſed, cùm, abſque iſtorum exterminatione, pacari fines haud poſſint, omninò excludãtur. Vnanimi igitur facto *Senatusconſulto* decretum eſſe, addunt, *Patres Societatis* ex regni oiujɹʌueo in æternum exirent, ac ne unquam

 quidem,

quidem, quoviſcunque modo illud ſaltem fieri, aut excogitari, poſſet, reverterentur, niſi ipſi, eorumque detentores, tanquam communis pacis turbatores, vltima experiri mavelint. Denique hoc quoque ſancitum, atque diplomati inſertum eſt: *Ieſuitas* iſtos nullius ſive *Pontificis*, ſive *Regis*, interceſſionibus, ſive quoviſcunq; ſub prætextu, ac colore, in regnum recipiendos fore: Illoſque, ſi qui fortè è *proceribus* interuenire, ac rogare, velint, hoſtium, paciſque turbatorum, loco futuros eſſe. Interim, reliquos *Ordines ſub VNA*, adeoque *Clericos* quoſcunque, hoc *decretum*, ſive fulmen, non attingere, ſed ſolos, atque vnicos *Ieſuiticæ ſectæ patres*, quos etiam è quibuſdam regnis, regionibuſque, aliis, excludi pridem contigiſſet, in præſentiarum damnari.

XIV.

Patrum Societatis, ad accuſationes, ſupra propoſitas, excuſatio Apologetica.

SVperiori *Senatuſconſulto*, atq; edicto, *Patribus Societatis* per curiates exhibito, paſſimque publicato, ilicet collectis ſarcinulis, *patres* ſtato tempore è *Bohemiæ* finibus, palantibus ſimiles, in diverſas regiones diſcedentes, innocentiam ſuam contrà publicare literis velut *apologeticis*, ſicut ſequitur, nō deſtitère. Inprimis, ſuper crimine intentato, *Proceribus*, more ingenij *Chriſtiani*, condonant, atque ignoſcunt. Mox proteſtantur, *Proceres* illos *Bohemicos* neque hac in cauſa, neque ſibi, aliàs, tanquam *Religioſis*, judices datos eſſe, cùm, extra *Regem*, cujus, & aliorum eius prædeceſſorum, clementiâ, in regnum, vnà accedente & trium regni *Statuum* conſenſu, recepti eſſent, illis minimè jus dicere liceat. Vt eò minùs, *Rege* abſentivo, imperium penès illos ſit, vtpote, qui *Burggravium*, regium Vicarium, exautorantes antè, ſeſe nunc quoque eâdem ſive animi impotentiâ, ſive licentiâ, eiicerent. Non licere illis, inſcio, atque invito, *Cæſare*, res novas agere, &, ſub colore defenſorum literarum illarum *Majeſtaticarum*, in patres innocentes, vtpote qui privilegia illa nunquam impugnâſſent, contrà fas, piumque, ſævire, nedùm, cauſâ nullatenus inſpectâ, damnare, mox, temerè damnatos, è finibus eiicere, eiectoſque, præciſâ redeundi veniâ, æterno exilio mulctare, ac proſcribere: quorum omnium eventum non eſſe penès ipſos, ſed ſuperiores, ipſumque potius *Regem*. Quod objectum eſſet *Patribus*, ſuper litium, ac diſcordiarum, ſeminibus, ab ipſis diſperſis, non prorsùs diffitendum eſſe, ſub vno, eodemque, regno vigentibus diverſæ *Religionis* exercitiis, vix abeſſe poſſe colliſiones. Inprimis iis, qui *Catholicam Religionem* auctam cuperent, apud adverſam partē oſores minimè defore, multaque ſupervenire id genus impedimenta, cujuſmodi, ſub prætextu amplificandæ divinæ gloriæ, ab æmulis iniicerentur.

Patres interim hac in parte immunes culpæ intervenire, neque, præ aliis *Catholicis*, acerbiùs peti meruiſſe, eò, quòd in propugnatione cultus divini, atque ſcholaſticæ Iuventutis ædificatione, ſedulò occuparentur. Tantò minus crimen atrox iſtud, quod *Regum*, ac *Magnatum*, vitæ per ſicarios inſidiarentur, in ſe cudi poſſe, melioribus documētis hac de re, in ſcriptis ſuis, occurrentibus. Temporibus *Venceſlai Regis*, antequam *ſocietatis* hujus regula emerſiſſet, *Bohemos*, tùm etiam, ſuo more, *Senatores Pragenſes* è feneſtris præcipitâſſe: *Thaboritas* tàm contrà *Regem* ſuum, quàm *Cæſarem*, inſurrexiſſe, *Ziskianitas* vltimis, ac diris modis in *Catholicos* ſæviiſſe: *Bohemos* ab *Imp. Ferdinando* primò deſciviſſe: Tempeſtate *Rodolphi II.* per ingentes coortos motus, *literas majeſtaticas* extorſiſſe. Etiam quoque impræſentiarum populum, adversùs *Catholicos*, præeuntibus concionibus, criminationibuſque, publicè factis vehementer eſſe exacerbatum. *Conſiliarios regios* è feneſtris projectos. Hæc, atque iſta, omnia, utrùm jam per *Ieſuitas*, aut ipſorum diſcipulos, patrata ſint, ipſi cenſerent, modò æquiores eſſe vellent, aut aliis, naſo præditis, dijudicanda relinquerent. *Pontificis* poteſtati (quod porrò objectum fuiſſet) ſeſe omnia ſubiicere neque velle, neque, illis etiam qui à *Romana Eccleſia* ſeceſſionem feciſſent, tanquam hæreticis fidem haud eſſe ſervandam, docere, regulis, & ſcriptis *Patrum* reclamantibus. Interim *Pontifici* in dominiis ſuis juriſdictionem ſecularem, ex profeſſo, vt ajunt, ſeſe tribuere, immò feriis tàm votis, quàm nixibus, eò allaborare, atque in honorem *Dei*, hominumque, ſalutem, cooperari, venirent modò omnes, quà quà *Chriſtiani* nominis reverētia patet, *Nationes*, immò vniverſus ſuperaccederet terrarum orbis, ac ſeſe *Eccleſiaſticæ Rom. Pontificis* poteſtati, atque obedientiæ, ſubmitteret. Atque hanc illam iſtam non novam eſſe, ſed à quindecim indè vſque ſeculis, agitatam doctrinam, optioneque antiquam, ac receptam. *Quâ* ſuper ſiue *patres*, *ſiue* doctores ipſorum veteres, *Eccleſiaſtici* dicti, ordine, ac rectiùs conſuli poſſent. Non omnes eos ſe pro hæreticis habere, qui *Romanæ Eccleſiæ* obedientiam negarent, præſertim ſi cauſæ ſeculares, & quidam *Religionis* articuli, abſque tamen fidei jactura, in controverſiam vocarentur: ſed pleroſque omnes iſtos, quicunque in veritate rectiùs informati, adeóque convicti, eſſent, nihilominus è ſupina contumacia *Eccleſiæ Romanæ* ſeſe opponerent, tanquam genuinos, & veros, hæreticos ſe damnare. Tantùm igitur abeſſe, ut & hoc doceant, *hæreticis fidem non eſſe ſervandam*, ut potiùs hoc inculcent, omnia pacta, ac promiſſa, modò iuribus, atque honeſtati, non aduerſentur, rata habenda eſſe, vel iuxtà *commentarios R. P. Martini Becani, de fide, hæreticis ſeruandâ.* Quòd compendio *confeſſionis* auricularis, ſecreta elicerent, conſcientiaſque flagellarent, longè ſecùs rem habere. Interim, ut confitentes audirent, atque iſtis peccatorum remiſſionem indulgerent, hòc ipſum eſſe, quod à *Deo*, & *Magiſtratu*, officii loco, ſibi foret indultum. Dum igitur confitentes in poſterum à perpetratis facinoribus, ac delictis, dehortarentur, ipſiſque meliorem frugem amplectēdam, pœnitentiamque emendandam, iniungerent, non eſſe hoc idem, atque homines ad graviora mala deducere vellent, niſi hoc ipſum ſibi, criminis loco, imputari debeat, quòd homines *ſub VTRAQVE* dictos, ad *Religionem Catholicam* reducere tentarent, librorum vetitorum, atque interdictorum, lectionem exulare optarent. Atque hoc ipſo, ſuâ quidem ſententiâ, minimè ſe peccare, neque beneficio confeſſionis, arcana compendifacere, regulis eorū

aliud

aliud pręcipientibus. Ut etiam vi adegiſſe ad *Catholicam Religionem* adverſæ partis homines per *Bohemiam*, multò minùs templa intercepiſſe *Proteſtantium*, comperti eſſent.

Porrò *patrum* quidem officii hoc eſſe, è verbo *Dei*, regulisque ſuis omnes *hæreſes*, atque *ſectas*, convellere, atque extirpare. Ut autem *Magiſtratus* ſeculares gerant, ſibi neutiquam convenire: utpote quibus res *Eccleſiaſticas* tractare, *Templa Scholaſq;* curare, in caſibus quoque, conſcientiam concernentibus, *Principibus* tàm conſilio, quàm ſolatio, prodeſſe, licitum ſit, magiſtratus verò faſces, ſecureſq; gerere, licitum ſit minimè. Figmenti locum habere, per *Bohemiam* in illos *ſub VTRAQVE*, *Religionis* cauſsâ, fuiſſe animadverſum: contrarium verò ipſo facto pluribus exemplis deprehendi, dum *Catholicorum* ſubditi alioquin delinquentes, eò, quòd debitis pœnis afficerentur, tanquàm *Religionis* cauſsâ, paterentur, vulgò prætendi cœpiſſet. Pari modo etiam hoc fidem haud mereri, *Patres ſocietatis*, exemplo *Templariorum*, magnas opes invadere, adeóque poteſtatem ſecularem affectare. In toto enim *Bohemiæ* regno, ultrà quinque *collegia*, *patribus* conceſſa, non extare: in quibus, præter advenas, ſuprà tantùm centum ſeptuaginta ordinarios, haud alerentur, reditibus omnium conjunctim quinque *Collegiorum*, ære etiam alieno obrutorum, ultrà ſummam centum mille aureorum, non excurrentibus.

Secundùm hæc, *Patres* alienis in negotiis haud eſſe curioſos, quippe regulis ordinis ſui prohibitos, quibus conformes ſatisfacerent, etiam à ſupremo *Magiſtratu* teſtimonio ob id cohoneſtati. Suſpicionem autem indè emergere, quòd *Patres* cum *Regibus*, *Principibusque*, *Catholicis*, quorum agunt *confeſſarios*, familiariter congrederentur, ubi non negandum eſſet, *Patres* in rebus, conſcientiam, ac ſalutem, *Religionemque*, concernentibus, admonitionibus, conſilio, ſolatioque, *Magnatibus*, divini honoris, *Religionisq;* ſuæ amplificãdæ, igitur, haud rarò ſuccurrere, atq; intervenire. Multas *Nationes* impoſturas ejus ſui ordinis declamare, falſiſſimam eſſe criminationem. Quòd innocentia *Patrum* rectiſſima exiſtat huius accuſationis diribitrix, quâ quidẽ ſeſe tueri, abũdè ſit proclive. Ejuſdem cõmatis eſſe, quòd falsò obiiceretur, tanquàm, quâ conciones, quâ ſcripta, quâ diſputationes publicas, *literas* illas *Maieſtaticas* impugnâſſent. Hominis privati fortè potuiſſe intervenire querelas: interim ut tota *ſocietas* ideoque è regno excluderetur, cauſam ſufficientem haud eſſe.

Denique *Proceres Bohemicos*, præmiſſis iſtis accuſationibus, hũc velut cumulũ addere, *Literas Maieſtaticas*, *Patrum* de ſentẽtia, abſq; aſſenſu *Romani Epiſcopi*, haud potuiſſe concedi, utique *Epiſcopo* nedũ in *Proceres*, nedum *Regem* ipſum, juris aliquid habente. Sed *Proceribus* nihilominùs hoc ipſum conſiderandum venire, *Patres* quidem nullatenùs diſceptare, quid *Rodolphum Cæſarem*, tùm à *Proceribus ſub VTRAQVE* velut cinctum, atque adactum, metu gravioris mali, ad expeditionem indulti *Maieſtatici* impuliſſet. *Quod ſi* tamen de re ipſa, nudè, & ſimpliciter, abſque harum circumſtantiarum interventu, ſicut quidem geſta fuiſſet, ſententiam ferre requirerentur, hoc ſe ſe domi, atque intùs, ſentire, omnes *Religionis* negotium tangentes, controverſias, inprimis, atque antè omnia, ad *Pontificem*, tanquam ſummum *Eccleſiæ* his in terris caput, & *Regem*, referri oportere, ità ut abſque hujus deciſione, ſtatus *Religionis* nullibi interverti, ac mutari, ſuſtineat; Atque hanc *Patrum*, compluriumque, à multis retrò ſeculis pientiſſimorum *Regum*, ac *Cæſarum*, mentem eſſe. Falli itaque *Proceres SVB VTRAQVE*, ſecùs ſtatuentes, tanquàm *Pontificis* obedientiæ alligati non eſſent: maximè, cùm tantùm non *Catholici*, ſed etiam *hæretici*, atque omnes iſti, quicunque ab *Eccleſia Romana* in diverſum abirent, eo ipſo *Romano Pontifici* obedientiam debeant, quo ſacri *Baptiſmatis* Lavacro *Chriſtianis* cœtibus initiati forent, &c. Hactenus illi.

XV.

Patribus Societatis, regno excluſis, reliquorum nihilominus ordinum Eccleſiaſticorum commoda habetur ratio.

Excluſis ità è regno *Bohemiæ Ieſuitis*, reliqui *ordines*, ſive *Monachorum*, ſive *Eccleſiaſticorum*, ne injuriis, vulgique petulantiæ, obiicerentur, in *Procerum SVB VTRAQVE* protectionem admiſſi: *Comite* inprimis *Turriano P.P. Capucinis*, quotidie ſive diætam, ſive diaria ſua, liberali manu contribuente.

XVI.

Matthiæ Imperatoris reſcriptum cauſas Bohemicorum illorum motuum continens, poſtliminiò publicatur.

Quæ cùm omnia à *Proceribus* regni, de facto tentata, atq; domi, quà Patres Societatis, quâ alia, enovata, ad aures *Matthiæ Imp.* perveniſſent, *Imperator* cauſſas motuum iſtorum *Bohemicorum* peculiari reſcripto deducendas, publicandasque, eſſe, operæ pretium iudicavit. Ita ea, tanquam in quadam anacephalæoſi, ut dicunt, totius rei controverſia, ac cardo, velut ab ovo, denuò prodiit: Poſteaquàm *Cæſar Anno M. DC. XI. in Regem Bohemiæ* ungi cœpiſſet, *Abbatem monaſterii Brunavienſis*, conqueſtum eſſe, de ſubditis ſuis, abſque ullo conſenſu ſuo, ſe etiam interdicente, novum templum exædificantibus, & quidem in oppidulo, ſuæ propriæ juriſdictioni ſubjecto. Iſtis igitur inſuper habito ſui, tanquam directi, ac legitimi, domini, interdicto, nihilominùs rem ſtrenuè, ac ſine miſſione, urgentibus, *Abbatem* regiam autoritatem interpellaſſe, ut ſubditi, qui *Abbatis*, domini ſui, mandatis minùs obtemperarent, autoritate ſive *Cæſareâ*, ſive *Regiâ*, ad obedientiam magis revocarentur, á queædis exſtructione, ſubditis nullo jure licitâ, ſeſe abſtinerent. Eam ſive querelam, ſive petitionem, utique juſtam, æquamque *Abbatis*, ubi *Cæſar* probâſſet, injunxiſſe *Brunavienſibus*, facti illius ſui rationem *Cæſari* redderent, tantiſper autem, ab exſtructione ædis, per inducias veluti quieſcerent. Illi neutrum facientes, neque *Cæſarem* ſuum reſponſo condignari, multò min⁹ inducias ratas habere, ſed *defenſores* dictos *Pragenſes* potiùs implorare, cœperunt. A quib. animati, ſive

ſiue etiam ſtimulati, tantò impenſiùs rem cœptam urſerunt, quantò autoritate, atque auxiliis *Procerum*, quidvis non obtentu ſibi facile fore, arbitrati ſunt. *Proceres* non tantùm non intra verba manentes, etiam ſcriptotenùs factum illorum approbarunt, utque confidenter, atque enixè, ſicut cœpiſſent, non obſtantibus regiis interdictis quibuſcunque, perficerent, hortati ſunt. Quæ res utique *Abbati* gravis, nec ferenda, viſa fuit. Intereà *Cæſarem*, graviſſimorum negotiorum cauſâ profectum, reverſum autem in regnum, *Anno. M. DC. XVI.* tametſi in refractarios animadvertere potuiſſet, nihilominus *literas Majeſtaticas*, pactaque, & conventa, *ordinum*, tàm *ſub VNA*, quàm *ſub VTRAQVE*, reaſſumpſiſſe, atque iis diligenter examinatis, deprehendiſſe, duntaxat, ac tantùm, *Proceribus*, templa extruendi copiam factam eſſe: ſubditorum autem potiſſimùm *Magiſtratui Eccleſiaſtico* ſubjectorum, mentionem nullam fieri. Tranſactionem igitur pertinere, atque attingere, ſubditos regios, & cum diſcrimine, ut juribus tertij intervenientis nihil quicquam decedat. Secundùm hæc, *Cæſarem Comiti Turriano*, duobuſque defenſoribus aliis, remonſtraſſe, ſubditos *Eccleſiaſticorum*, neque è *literis Majeſtaticis*, neque *Tranſactionibus* aliis, templorum exſtruendorum poteſtatem conceſſam probare poſſe, pariterque eos, qui ſubditos rebelles inflammarent, ſatis cauſæ non habere. At, poſthabitâ hac *Cæſaris* declaratione, *Defenſores* conveniſſe, novaſque ejuſce rei explicationes finxiſſe, adeòque omnia, quæcunque regiis, regnique ſubditis, privilegia non tàm à *Rege* quàm tertio, indulta eſſent, ad bona ordinum *Eccleſiaſticorum* reſtringere, quòd ea *monaſteria*, & dominia, *Eccleſiaſtica*, *Regi* privatim cederent, adeóque fiſci, & Cameræ regiæ, bona hæreditaria aliàs dicta eſſent. Atque hac incongrua *Procerum* ſententiâ effectum eſſe, ut *Brunavienſes* indurati, poſtpoſitis etiam edictis regiis, neque à propoſito ceſſarent, neque claves ædis erectæ traderent, donec ex iſtis præcipui in cuſtodiam adigerentur. Par novandæ rei exemplum accidiſſe in pago *Cloſtergrabiano*, cum *Epiſcopi Pragenſis* ſubditis. Illis enim eâdem inſolentiâ, invito domino, inſurgentibus, *Epiſcopum*, ædem à fundamentis deſtruxiſſe. Qua de re, tanquam ſigno ſublato, *Proceres* efferatos, novos cõventus indixiſſe, eo prætextu, manifeſtè peti, lædique, privilegia, ſubornatos eſſe exercitus, ac pericula, ferè ultima, impendere, quibus, niſi caveat, ac provideant, incauti opprimantur. Excitatis inde turbis, ſparſiſque ſeditioſis in vulgus ſermonibus, quantopere offenſus fuiſſet *Cæſar*, teſtes eſſe literas, eo tempore ad *Vicarium*, & aulicos miniſtros, emiſſas, quibus omnem ſecuritatem, protectionemque, quibuscunque regni ſubditis, modò obedientiæ ſtuderent, conventuſque ſuſpectos amolirentur, promiſiſſet, pariterque mandato indixiſſet, ſiquidem ulteriores in puncto *Religionis* inter *Proceres* controverſiæ, componi, tolliq; haud poſſent, expectarent utique *Cæſaris* reditum, tàm à ſuſpicionibus, quàm colliſionibus, ſe abſtinerent, omneſque juribus, ac privilegiis, conceſſis intereà gauderent.

Admonitionibus illis, atque aliis, duro, ac minaci, ſupercilio contemptis, *Defenſores*, *XII. Cal. Iunij*, poſteaquàm pridie, tanquam Claſſico præeunte, ſeditioſis è ſuggeſtu concionibus, populum in furias, igneſque ruentem, inquietâſſent, majori numero conveniſſe, & conſilia damnoſa fabricâſſe, cujuſmodi poſtridie ipſo eventu, ſeditionis pleno, fuiſſent detecta. Irruiſſe enim manu armata tantùm non in *Aulam* regiam *Proceres*, ſed etiam in *Dicaſterium*, penetrâſſe, inibi præcipuos Conſiliarios, atque à præclaris majoribus ortos, contrà omnia, tàm divina, quàm humana, jura, injectâ vi; manuque, ſumma cum violentia, etiam inauditos, more prorſus barbarico, crudeliter è feneſtris præcipitâſſe. Neque ſic tamen furorem iſtorum hominum reſediſſe. Sed eò audaciæ proceſſiſſe, ut *Aulæ Regiæ Capitaneum*, unà cum militibus, aliiſque tàm Arcis, quàm *Civitatum Pragenſium*, incolis, in verba ſua jurare cogerent, gravibus de cauſis quoſdam antè in cuſtodiam redactos, propria autoritate manumitterent, econtrà alios regios miniſtros in carceres adigerent, alios verò tàm mulctis gravibus exercerent, quàm bonis omnibus diſpoliarent. His furoribus, tanquam cumulum, acceſſiſſe, ut tàm *Regis*, quàm totius regni, nomine, vocatos, *Burggravium*, alioſque regios miniſtros, exautorarent, fortalitium *Carolſtein*, locum, ac receptum, regium, non tàm tutiſſimum, quàm corona, theſauro, ac privilegiis regiis, munitiſſimum, ſumma cum iniquitate interciperent: reditus regni, alioſque ad finium, fortalitiorumque, *Hungariæ* conſervationem, ac tutelam, diſpoſitos, cenſus abalienarent: à *Rege*, regnique, *ordinibus*, conſtitutos *Provincialium* collectarum *Proviſores* deponerent, alioſque, pro lubitu, eorum in locum ſubſtituerent. Præfatas *Provinciarum* collectas, quas ne quidem *Regi* ipſi attingere integrum fuiſſet, alios ad uſus transferrent: tàm equeſtris, quàm pedeſtris, armaturæ militem conſcriberent: fideles *Regi* ſubditos, in partes ſuas vi, miniſque, compellerent, refractarios autem gravius inflammarent: bona tàm *Eccleſiaſtica*, quàm *Scholaſtica*, in exilium actis hominibus literatis, lacerarent: *Burggravium* denique tanquam alterum à *Rege* & *Vicarium*, ab officio deponerent, inque ædibus propriis, injectâ militum cuſtodiâ, concluderent. Iſta, atq; alia id genus, enormia ſatis, facta, nullo alio prætextu colorare eos poſſe, niſi hoc ſub quæſito frigido colore, tendere hæc, atque alia, neceſſariò, in *Religionis*, indulti *Majeſtatici*, *Regnique*, emolumentum, pariterque in *Cæſareæ, Regiæque, Maieſtatis*, autoritatem, fieri debuiſſe: Interim, hoſtem iſtos ne nominare quidem poſſe, cujus intuitu, ità omnia conturbare adeoq; ima ſumis pmutare, neceſſe fuiſſet. Eorum *Apologiam* mentionem quidem ingerere quatuor potiſſimùm hominum, quos ipſi regni *Turbatores* vocarent: interim illorum cauſâ, (maximè, cùm nec cauſam dixiſſent, nec convicti eſſent) non eſſe iccircò excutiendam omnem, ſive obedientiâ, ſive modeſtiam, non eſſe iccircò ſeditiosè agendum, ſtatumque atque ordinem, univerſum conturbandum: non eſſe inſontes regni ſubditos bello temerario implicandos: non eſſe exterorum *Regum, Electorumque*, ac *Principum*, auxilia, tanquam hujus rebellionis fomenta futura, per certos etiam emiſſos legatos ſolicitanda, immò denique versùs *Cæſarem* plurimorum hominum animos non eſſe exacerbandos.

Vice verſa, omnibus tàm notum, quàm notiſſimum,

ſimum, eſſe, *Procerum Privilegiis*, literiſque *Maieſtaticis*, ne hilum quidem derogatum fuiſſe. Nec etiam, vel per ſomnium quidem, *Cæſari* in mentem veniſſe, vel unicam duntaxat literulam eorum omnium, quæ tranſacta, conformataque antè forent, vel convellere, vel in dubium vocare: Interim interpretationem, deciſionemque articulorum dubiorum, & quæcunque in *Privilegiis* antedictis haud continẽtur, ideóque extrà dubitandi aleam poſita eſſent, uni litigantium parti non incumbere, ſed litis ſive determinationem, ſive eventum, *Cæſari*, eiuſque legitimæ diſpenſationi, deberi. Frigidum iccircò eſſe, frivolumque, tàm enormibus factis, *Religionem*, tanquam carbaſum, prætendere conari, quibus ipſe *Cæſar*, eiuſque dignitas, peteretur. Tametſi ſibi igitur, neque animus, neque facultas, deſit, autoritatem ſupremam tueri, juxtaque merita, tàm atrociter delinquentium, debitas pœnas exigere: nihilominùs, ex innata manſuetudine regia, ex animis ſibi dolore, tàm luculẽtum regnum, totque inſontes ſubditos, nolentes volentes, in tàm inexplicabiles labyrinthos, ac mæandros, adeóque calamitoſam belli neceſſitatem, præcipitari. Hanc ob rem, coràm *Deo*, hominibuſque, *Cæſarem*, conceptiſſimis, religioſiſſimiſque, verbis ſanctè conteſtari, ſeſe nihil aliud antiquius, priuſque habere, quàm ut juxtà ſaluberrima *Imperii* decreta cauſa inſpiciatur, indeque latæ ſententię utrinque ſatisfiat. Intereà exercitibus miſſio detur, atque ultimis regni periculis, per viam, ac remedia, Iuris, Iuſtitiæque, obviam eatur. Hûcuſque *Cæſar*: itemque de cauſis *Motuum Bohemicorum*.

****

Externa.

I.

Conjuratio nova, Venetiis detecta.

IVxtà prædictos *Bohemiæ*, atque *Imperii* interioris, motus, ingens quoque & fœda, coniuratio, *Venetias*, maris *Adriatici*, ſive Vrbium etiam hodieque totius facilè *Italiæ*, *Reginam* illam, penè non oppreſſit. Intrà urbem enim, maris dominam, nulliſque mœnibus utentem, certis locis, clàm palàm diſpoſiti è variis gentibus, *Italis*, *Gallis*, *Hiſpanis*, ipſiſque *Venetis*, ſeſe tenebant circiter LX. tribuni militum, concurrentibus ſeptingentis ſicariis, conjurationis ſociis. Iſtis convenerat, ut ampliſſimo *Senatu*, totaque penè urbe, in adventum *Sereniſſimi Principis* ſui, nuper apud exercitum in *Iſtria* legati, jam tùm in abſentia *in Ducem Venetorum* electi, & renunciati, intentis, atque occupatis, conjurati, ſtato tempore, *Baſilicam D. Marci* invaderent, purpuratoſque, ac *Senatores*, ad unum omnes, contrucidarent. Hem facinus infame, atque horrendum! Quod ut eo, faciliùs patrari, inque effectum deduci, poſſet, turba, ac multitudo, lixarum calonumque, per triremes, ac navigia, ſparſa, præeunte pacto, auxilio adeſſe, primitùſque variis, atque artificioſis, tædarũ, nitro, ac ſulphure, infectarum, generibus armati, argyropæon, ſive officinam monetariam, peteret: Indè *Armamentariũ* regiũ, inter cætera, illud variis hypogæis, lini oleo, pice, ac lychnis, refertiſſimum, progreſſu facto, incenderet. Sic, inquam Vrbes incendiis, tumultibus, ac direptionibus, commotas ac confuſa, etiam pontes tàm lapidei, quàm lignei porrò, magno numero paſſim extantes, cooperantibus è certis navigiis, ac triremibus, tormentis æneis, deiicerẽtur, Quibus eò magis civibus, atq; incolis, concurrendi, opisq; ferendæ, facultas omnis præcideretur. Quid machinæ, quid cõſpirationes, poſſint, certè eo tẽpore, ſi unquã alias, Venetis intellectũ fuit. Et, ſine dubio, in deterrimã cladẽ, calamitatemq;, *regia* illa *Reſpublica*, à mille retrò annis intacta, & ſplendida, devolvi potuiſſet, niſi maturè tàm crudeles machinæ, ac conatus, fuiſſent detecti, atque ipſa, quod dicitur, in herba, oppreſſi. Quidã enim, ex ipſis conjurationis complicibus, ob aliud delictum, fortè carceribus detentus, ultima metuens, rem *Proceribus* aperuit, lege *Veneta*, illectus, qua etiam capitis damnati, non tàm ſceleris, ac vitę, immunitate donantur, quàm præmio inſuper afficiũtur, ſicubi in rem *Reipublicæ*, ac patriæ, utilia, ac profutura, & tradere, & manifeſtare, ſatagant. Neque hic ſpe præconcepta, licet inſontica maximè cauſa, fruſtratus eſt. Tametſi enim, re ſubodorata, è conjuratis plurimi ſint dilapſi, interim tamẽ bona pars eorum juxtà indicium factum, deprehendi cœpit. E quibus nonnulli cervicibus, multi pedibus tenùs, in furcam acti, plurimi deniq; ex hominibus *Italis*, generis, atque agnationis, ratione habita, de noctu aquis *Hadriaticis* immerſi, perierunt. *Capitaneo* quoque *Gallicano* per triremem è malo pedibus tenùs ſuſpenſo, ac longam literam faciente. Ipſe autẽ, qui è conjuratis indicium fecerat, tantùm abeſt, ut ſupplicio ſit affectus, ut magis pro *lege Veneta*, dignus ſit habitus, in quem, præmii loco ingens pecuniæ ſumma præſtò à *Patribus* conferretur, tùm cenſus annui, ad poſteritatem tranſeuntes, redirent. *Princeps* igitur, cum *Purpuratis*, operæ precium judicavit, ob cladis illius, ſive calamitatis, impendentis, magnitudinem, divina providentia irritam factã, tanquàm ſuper ingenti, ac ſolenni, victoria, feſtum publico nomine aperire, detectæ conjurationis dictum. Quod cùm præſens tùm *Anno* CIↃ.IↃC. XIIX. XVII. *Calend. Novembr.* ſolenni *Reipub.* proceſſione facta, variiſque ſupplicationibus, itemq; põpæ, ac lætitiæ, generibus, celebrari intuitus eſſem, ſequens *Epigramma* memoriæ, licet infamis, prodigioſæ tamen, iſtius *conjurationis*, tùm peregrinus deſtinaveram. Quod hoc loco ſuperinducere nõ ſit prorſus inane futurum:

Dum Priulus Venetæ Princeps nova ſuſcipit urbis,
Non niſi grandæva ſceptra regenda manu.
Hadriacis plauſus Nereus teſtatur in undis,
Concitat & magnis æquora vaſta ſonis.
Vndique clarorum Patrum, lectique Senatus,
Occurrit cymbis obvia turba ſuis:
Semideosque Duci cano gratatur honores,
Et regimen felix, imperiumque bonum,
Splendida ſolennes illuſtrant atria flammæ,
Perque vias mixtæ, marmora perque, faces,
Interea, (facinus!) prægnans furialibus auſis,
Intentat magnum perfida turba malum,
Diſponens amplas incendia miſta per ædes,
Vnde foret multis certa ruina locis,
Sic, ubi ſulphureis flagrarent ſingula tædis,
Nequicquam lentam ferret & omnis opem:

Ipſa

Ipſa Harpyarum gazis illecta propago
Fulvum Phrynææ vellus haberet ovis,
Iſta ſed invitis mala coniuratio Divis
Propoſiti votis excidit orba ſui,
Concilio poſtquàm Patrum patefacta, cruenta,
Et merita, autores tradidit ipſa neci,
Indè quòd haud modicum cepiſſet regia caſum,
Per prædatrices diſpoliata manus:
Feſta dies agitur Venetis: Memorabile quò tàm
Pendeat à ſera poſteritate ſcelus,
Summa licet teneat regnum faſtigia, damnum
Nil minùs in promptu, ni Deus adſit, habes,
Ipſe ſuprà ſortem quamvis videare, ruinam
Sortis, & inſtabiles diſce timere vices.

II.

Motus bellici, inter Sabaudiæ, Mantuæque, Duces, & Mediolani Gubernatorem.

Circiter, *Annum* CIↃ.IↃC. *XVI.* magnis inter ſeſe irarum, bellorumque, motibus diſſidebant *Sabaudiæ, Mantuæque, Duces*, & nomine *Hiſpaniarum Regis*, *Gubernator Mediolanenſis*: Cauſante *Sabaudiæ Duce*, annuas ſibi penſiones, dotis loco, *Catharinæ, Hiſpaniarum Infanti, Philippi. II. Hiſpaniarum Regis*, filiæ, vxori ſuæ, promiſſas, ab aliquot annis haud eſſe numeratas: tùm *Margarethæ* filiæ ſuæ, natu maximæ, ab obitu *Franciſci, Montis ferrati*, (è quo filiam unicam ſuſceperat, viduæ relictæ, *Domus* eius, ac ſanguinis, ultimæ) *Ducatum Mantuæ*, ac *Montisferrati*, aliis hæreditatem invadentibus, quaſi è faucibus bolum, eripi; Quo nomine *Dux* ſtatuit, jus ſuum, filiæque, collecto exercitu, quanto maximo poterat, armis vindicare, atque experiri. Contrà quem *Ferdinandus*, *Dux Mantuæ*, (qui depoſita purpura, & dignitate *Cardinalitia*, *Ducatum* ſecularemque poteſtatem, occupaverat) itemque *Mediolanenſis Gubernator*, eduxerunt. Cum igitur variis ab aliquot annis, tàm præliis, quàm depopulationibus, hinc indè ſævitum eſſet, modòque *Sabaudus Trinum, Albam*, aliaſque tàm *Ducatus Montisferratenſis*, quàm *Mediolanenſis*, civitates, intercepiſſet, modò *Hiſpanicus* exercitus *Vercellas, Aſtium*, pluresque *Sabaudiæ* ac præcipuas urbes expugnaſſet, tandem interpoſitione atque autoritate *Matthiæ Cæſaris*, *Anno M. DC. XIX.* ſub certis articulis, ac conditionibus, inter partes tranſactum, belloque atque inimicitiis, interveniente pacis compoſitione, renunciatum eſt.

III.

Fridericus V. Elector Palatinus, Vdenheimium, Epiſcopi Spirenſis Arcem, quà muros, ac fortalitium, deiicit.

PAulò antequàm fatales iſti in *Bohemia* motus gliſcerent, *Philippus*, *Epiſcopus Spirenſis*, *Arcem* ſive ſedem *Epiſcopalem*, unàque oppidum, *Vdenheimium* dictum, anteà muris non vulgaribus, itemque foſſis, & plaudibus, haud obiter munitum, data opera educere, inque formam fortalitij præcipui, uberius vallo, propugnaculis, foſſisque profundioribus, communire cœpit. Quæ opera, cùm *Friderico V. Electori Palatino*, & *Civitati Imperiali Spirenſi* (in cuius finibus trium miliarium diſtantia, ne fortalitium exſtruatur, privilegiis *Cæſareis* cautum eſt) non poſſet non eſſe ſuſpecta; miſſum eſt ad *Epiſcopum*, ſub interdicto, ab operis, ſive molis iſtius, eductione ſe abſtineret. Qui cùm ſurdas præbens aures, cœptum nihilòſecius urgeret, *juxtaque* fama eſſet, *Spinolam, Marchionem* præſentem fabricam illam tantùm non inſpexiſſe, ſed eius de conſilio opus perfici, vt proximè etiam eo loci præſidiarios collocare conſtituerit, præeunte *Electoris*, atque *Principum unitorum*, conventu, *Heilbronnæ* habito, miſſi ſunt legati cum copiis, ac turmis militaribus, mediam phalangem facientibus, unàque ſuprà mille foſſores cunicularij, qui opus cœptum demolirentur. Illis igitur, *M. DC. XIIX. XVII. Cal. Iulii*, ſub noctis conticinio, ſummo manè ad arcem, ſive oppidum inopinatò ſupervenientibus, deditio eius loci poſtulata eſt: ſub comminatione, niſi aperirent, præſtò futurum, ut portæ illicò baliſtis, machiniſque, conſuetis præſentibus, effringerentur.

Secundùm has comminationes, illicò portis bipatentibus, miles citrà ullius ſclopeti exploſionem, intromiſſus eſt. Quo manus iniiciente, tàm vallum, quàm propugnacula, ſine mora, dirui, deiicique, cœperunt, foſſis, maceria, aggeribuſque reductis, atque oppletis. Atque hujus demolitionis cauſas, quibus ad id inductus fuiſſet, proximè publicatis codicillis, *Elector* promulgavit. Neque *Epiſcopo* quoque argumenta defuêre, quibus itidem vice verſa evulgatis, propoſitum iſtud ſuum tueri conatus eſt.

CAP. IV.

De Ferdinandi II. Imp. coronatione in Regem Vngariæ.

PAulò antè præmiſſum eſt, *Matthiam Imp.* propter res *Vngaricas*, atque ſucceſſionem in regnis, ac deinceps *Imperio*, confirmandas, *Praga Viennam* ſeſe contuliſſe, vt eò vicinior rebus, præſentiam eius velut exigentibus, adeſſe poſſet. Is *Ferdinandum* nominavit, eùmque ad *Diætam Vngaricam* eapropter ablegatum, Proceribus *Regni*, in *Regem* declarandum, ſtitit. Propoſitio autem *Cæſarea*, rationeſque, quibus *Proceres* eam in rem urgebantur, hujus fermè erant ſententiæ: Scirent videl. *Proceres*, quibus difficultatibus, impenſis, & diſcriminibus, à tot annis, *Cæſar* eò allaboraſſet, quò *Vngariæ* regnum è faucibus *Turcæ* eriperetur, ab omnibus internis motibus liberaretur, ab ipſo quoque interitu præſervatum, in antiquum, priſtinumque vigorem, ac ſtatū, vindicaretur. Plenam benevolentiæ, & pluſquam paternam hanc *Cæſaris* curam pluribus argumentis, documētiſque, ſupra abūdè innotuiſſe omnibus, dum *Cæſar*, etiam vita propria, fortunę

RPJCB


RHENVS FLU
Knautenheim.
Straß von Gemeesheim
Die Veſtung —
Jetz genandt —
Oc.
M
S
Or.
PROPUGNACVLUM
UDENHEIM, HODIÉ CAST,
RUM PHILIPPI DICTUM.
A
Straß nach Graben.
A. Arx Principis
B. Turris rubra
C. Turris alba
D. Turris cochleata
E. Turris riuo peruia
F. Domus Fontana
Die Bach.


Der Rhein.
Fiſcher hauſer.
Vdenheim.
Philipsburg.
die Vorſtatt.
Die Statt.
Pfaltz gleit ſtraß.
A. Das Fürſtlich Schloß.
B. Der Rohte thurn.
C. Der Weyſſe thurn.
D. Schnecken thurn.
E. Bachthurn.
F. Brunnenhauß.
G. Der Zoll.

RPJCB

fortunæ expoſitâ, etiam autoritate ſupremâ *Cæſa-
rea*, ſeſe velut remittente, nihil antiquius habuiſ-
ſet, quàm induciis cum *Barbaris* pactis, pacem, ſe-
queſtratis, ac ſublatis, quibuſcunque internis diſ-
ſidiis, lucemque reddere, ſeſeque verum patrem,
regniq; illius legitimum defenſorem, comproba-
re. In hoc itaq; etiam nunc *Cæſarem* eſſe totum, ut
tranquillitas iſthæc denuò introducta, ac reſtaura-
ta, tanquàm ſemper viva quædam planta, deinceps
conſtanter florere, contrà verò pacta, & fœdera, &
quæcunq; pacificationi huic cōſtabiliendæ adver-
ſari poſſent, remedium idoneum inveniri, poſſet.
Iā autē *Cæſarem*, ætatis provectæ, communiſq; hu-
juſce mortalitatis memorem, ſapienter præcogi-
taſſe, quibus hocce regnum fluctibus, ac procellis,
obnoxium futurum ſit, ſicubi, abſque legitimi ſuc-
ceſſoris conſtitutione, ſibi aliquid humanitùs ac-
cidiſſet. Interregna enim veteri conſuetudine, non
niſi variorum motuum, tumultuationumque,
cauſſas præbere. Vt inprimis huic regno omnia
infeſta præmetuenda ſint, utpote, quòd hoſtem
tàm potentem, quàm irreconciliabilem, in fini-
bus habeat, eumque verè *Barbarum*, tùm finiti-
mis quoque Magnatibus, non minùs ſuſpectis,
cinctū exiſtat. Malle itaq; *Cæſarem* hæc, atque alia,
Proceres, atque *ordines*, penſiculatiùs conſideraſſe,
quàm (quod abominandum!) ſuo magno infor-
tunio expertos eſſe. Eam in rem prædeceſſorum
laudatiſſimis veſtigiis inhærentem, quò immi-
nenti id genus calamitati in tempore medicina
fieri quiret; *Cæſarem*, adhucdum illiberem, ſuc-
ceſſorem unicè, & cupere, & optare. Tametſi
autem tàm *Maximilianus*, quàm *Albertus*, uter-
que *Auſtriæ Areſii Dux*, ordine tanquam *Cæſaris*
germani, priores, eaque ratione, pro more re-
gni, ſucceſſionis inprimis compotes, eſſent, quòd
tamen ambo, etiam codicillis conſignatis, juribus
iſtis, ac prærogativæ ſuæ, tùm quòd ſenectæ æta-
tis, tùm, quòd pariter illiberes, forent, renun-
ciâſſent, *Cæſarem* communis boni, ipſius inpri-
mis regni, cauſsa, ſolicitum, commendare inpri-
mis *Ferdinandum Archiducem Bohemiæ Regem*, utique
quem ob heroicas, excelſaſque, virtutes, *Cæſar*,
tanquam filium, adoptaſſet. Hunc eſſe non tàm
juſtæ ætatis, quàm hæredibus, regno dignis, in-
primis propria virtute, imò provinciis hæredita-
riis, iiſque ampliſſimis, inſignem, ità, ut alium re-
gem magis idoneum, magiſque eminentem, ac tā-
to officio cōdignum, nedùm nominare ipſis queat.
Poſtulare ergò *Cæſarem, Proceres*, hoc nomine coi-
rent, maturèque deliberarent, adeòque petitis illis
Cæſareis ſatisfacerent. Vtique qui requirente debi-
ta, ac ſubmiſsa gratitudine, ad hoc ipſum forent
obligati, maximè, cùm *Cæſar*, pro regni huius con-
ſervatione, nullis nedùm vigiliis, nedùm ſumpti-
bus, pepercïſſet, tùm ſemetipſum tot populoſiſſi-
mis *Mahometanorum* exercitibus toties objeciſſet,
ingentem pecuniarum vim è propriis reditibus e-
mergentem, pro defenſione fortalitiorum, in *Vn-
gariæ* finibus periclitantium, impendiſſet, internos
motus, ac diſſenſiones, compoſuiſſet, quicquid
non è vera, ac paterna, ſolicitudine, ſingularique
ergà hanc *Nationem* animi propenſione, procuraſ-
ſet, quod ad huius regni tranquillitatem, commu-
nis boni emolumentum, optatamque omnium cō-
moditatem, vergere ſuſtineret. È quibus omnibus
intelligerent *Proceres*, non tàm propenſam, ac pro-
lixam, ergà ſe *Cæſaris* voluntatem, ſed eò clarius
documentum jam, ſpecimeque, hoc ipſo illis à ſe
exhiberi, dum *Cæſar*, pro regni ſucceſſore, eum, &
quidem tantum, *Principem*, deſignaret, qui non mi-
nùs, quàm ipſe *Cæſar*, è ſanguine *S. Stephani, Regis*
illius, oriundus, imò ad regnorum gubernationem,
ab ipſa velut natura, factus eſſet. Ad ſummam, eam
eſſe *Ferdinandi Regis* pietatem, modeſtiam, ſapien-
tiam, invictamque magnanimitatē, ut, quà regios
etiam hæredes, quà virtutes, eo faſtigio maximè
dignas, deſiderari nihil debeat; quod illum non eo
honore, ac ſceptro, digniſſimum faxit. Eſſe porrò
provincias hæreditarias, regno *Vngariæ* finitimas.
Eſſe exterorum, & quidem potentiſſimorum, *Prin-
cipum*, amicitias, atque affinitates: Quibus ſubſidiis,
atque adminiculis, *Chriſtiani* nominis hoſtibus ob-
viàm ire, potentiuſque *Vngariæ* regni pomœria, cō-
munire liceat. Irent igitur, & cupidè talem *Regem*, e-
ligerent, ſuper quo ipſi deinceps, ſicut *Bohemi* quo-
que, ſibi gratulari, atque omnia fauſta, & felicia,
promittere poſſent. Intereà, quoad *Cæſar* vive-
ret, *Ferdinandum* nihil juris in regnum, præter titu-
li regii axioma, uſurpaturum, niſi aliter *Cæſar* hac
de re deinceps diſpoſuiſſet, aut ipſi humanitùs
quid accidiſſet, atque hoc ipſum certo *Reſcripto
Ferdinandum Proceribus*, pro fide ſua, depoſiturum,
promiſſurumque, eſſe. Vt eò minùs dubitan-
dum illis ſit, ſuper privilegiis, indultis, atque
immunitatibus, regni. Quæ omnia, more anteceſ-
ſorum, *Vngariæ Regum*, tantùm non tueri, ac
conſervare, ſed etiam, ſi liceat, extendere, at-
que amplificare, debeat. Atque hæc eſſe, de qui-
bus *Cæſar*, anteà deliberaverit. Iam, ut grato
animo eadem agnoſcentes, ſucceſſionis hoc tàm
luculentum, ac neceſſarium, negotium, *Proceres*
tàm maturare, quàm optatum in effectum dedu-
cere, vellent, etiam, etiamque, autorem ſe illis
eſſe.

II.

*Ad Cæſaream propoſitionem Procerum Vnga-
riæ declaratio.*

C*Æſaris* illa propoſitio, ſive rogatio, ità ab
Hungariæ Proceribus acceptata eſt, ut illicò,
ſententiæ *Cæſareæ* ſubſcribentes, *Ferdinandum, Vn-
gariæ Regem* deſignarent, & quidem illis ſub condi-
tionibus:

Rex compromitteret, omnia, ac ſingula re-
gni privilegia, immunitatis, indulta, atque ſta-
tuta, ut etiam tranſactionem *Viennenſem*, in ea-
que allegatos articulos, univerſos, juxtaque antè
Matthiæ Cæſaris coronationem, ſive *regiam*, ſive
Cæſaream, *Annis*, *M. DC. VIII. & M. DC. IX.* fa-
ctas concluſiones, omninò tueri, ac ſervare.
Gravamina, quæcunque ex hoc, uſque ad re-
giam gubernationem, incluſivè emergerent, in li-
mine aditi regni, illicò componeret. Iſta autem fa-
ſtidia, quæ deinceps, ab adita regia gubernatione,
naſcerentur, ad diætā provincialem reiiceret. Sic-
ubi de ſocietatibus, rebuſque *Vngaricis*, diſcepta-
retur, per indigenas, atq; homines *Vngaros*, juxtà
concluſionem *M.DC.VIII. M.DC.IX. & M.DC.X.* p-

actam

actam tranſigeretur. *Regni Vngariæ* ſubditi nullum aliud forum, in cauſâ litium, præter patrium, agnoſcerent. Officia *Vicarij*, & tribunorum militum, ſicut etiam *Centurionatus Vngariæ*, juxtà undecimum articulum *M. DC. VIII.* ex pacto conſtituerentur. Pro adminiſtrandâ *Iuſtitiâ*, obſervaretur vetus, ac laudata, regni conſuetudo, in exercendis, pacis tempore, *Iudiciis, Octavialibus* dictis, ſecundùm conſtitutionem *M. DC. IX. Regum* verò, *Iudiciiq; Appellationis* dicti, *Iudices*, abſque *Religionis* diſcrimine ac reſpectu, ordinarentur. Vt nec legitimos *Executoriales* proceſſus quoquo pacto impediri contingeret. *Religionis* exercitium per univerſum *Vngariæ* regnum, tenore tranſactionis illius *Viennenſis*, liberrimum eſſet, *nulloque ſive* colore, ſive prætextu, in diſcrimen vocaretur: *Palatinus Vngariæ*, juxtà leges, & conuenta, antè allegata, formulamque *Iuramenti* conſuetam, eligeretur. Iura *Baronatuum*, civitatumque liberarum, intacta ſervarentur: ut & fortalitia, in finibus regni, ſecũdùm leges, ac pacta, cuſtodirentur. *Corona Vngarica* è regno haud transferretur, ſed, pro veteri conſuetudine, & privilegio, per certos utriusque *Religionis*, & ſeculares, miniſtros, in Arce regiâ cuſtodiretur. Controverſiæ cum *Polonis, Sileſiis, Moravis, Auſtriis, Stiriis, Carinthiis*, & *Carniolanis*, deciderentur. Ex adverſo confœderationes cum *Bohemis*, & *Transſylvanis*, confirmarentur. Fidelitatis, & devotionis, *Vngarorum* ergà *Domum Auſtriacam*, & *Cæſarem*, hucusque luculentis documentis demonſtratæ, ac deinceps demonſtrandæ, ea haberetur ratio, ut, præeunte *Regis* liberalitate, & auxilio, aliquot municipia ab *Auſtriis*, *Vngariæ*, & quidem gratis, reſtituerentur: utpote, è quibus jam bono tempore reditus ad ſe nihil redundâſſet. *Munimentum*, ſive fortalitium, *Liblo* dictum, unà cum XIII. ad id pertinentibus oppidis, à *Polonis*, non ſine diſpendio ſuo, *hactenus* detentum, in libertatem priſtinam vindicaretur. *Liberis* & nobil. *Heyduccanis*, privilegia *Cæſarea*, quibus gaudent, ab initio aditi regni, conſtabilirentur: & tandem vivente *Matthiâ Cæſare*, extrà expreſſam *Cæſaris* deſignationem, *Procerumque* conſenſum, à regni gubernatione ſe abſtineret.

III.

Ferdinandi Regis replicatio.

ACceptis illis, lectiſque, conditionibus, *Ferdinandus*, *Proceribus* reſcripſit, gravaminum id genus deciſionem, præſertim primi, atque poſtremi, ad *Cæſarem* reiiciendam eſſe, nec ſe dubitare, quin petitis eorum *Cæſar* favere velit. Modò ſibi non licere, quicquam ſuper illis propriâ autoritate diſponere. Et rei cardinem in eo verſari, ut antè omnia *Proceres Cæſareæ* rogationi locum darent, coronationemque regiam quantò ocyus, ematurarent. *Cæſarem* ſine dubio viciſſim rebus regni pro æquanimitate ſua, haud defuturum. Quæ declaratio *Regis* ſicubi *ordinibus* nimis lata, ac generalis, viſa eſſet, placuit illis, literis hac de cauſa ad *Cæſarem* datis ſpecialibus, rem omnem dilucidiùs aperire, atq; urgere. *Cæſar* igitur *Procerum* deſideriis impendiò favens talem, atque oppidò clementem, ſeſe præbuit, ut omnia illa, quæcunque demiſsè poſtulata eſſent, rata habere, & facere ex æquo & bono, promitteret. Quâ *Cæſareâ* indulgentiâ *Proceres* erecti, ubi porrò per omne *Vngariæ Regnum*, *Religionis Reformatæ* exercitium, codicillis confirmatum, obtinuiſſent, de cætero nihil diſceptantes, unanimi conſenſu *Ferdinandum*, *Vngariæ Regem*, *Comitem* verò *Forgatſchium*, *Vngariæ Palatinum*, elegerunt, & deſignarunt.

IV.

Solennia, in coronatione Regis Vngariæ.

VBi ergò dies, regiæ huic ſolennitati indictus, feliciter illuxiſſet, horâ ſeptimâ matutinâ *Proceres* ab Arce *coronam regiam* exquiſitâ cum Pompa, manuque militum, ædi *Baſilicæ* inferentes, ſummo eius altari ſuperimpoſuere. Elapſâ horâ, *Ferdinandus Rex* purpureis, *Vngarico* ritu, veſtibus inſignis, in adytum, ſive locum ſecretiorem, ejuſce ædis deductus, eumque *Maximilianus*, *Auſtriæ Archidux*, pariter *Vngaricè* veſtitus, ponè ſecutus eſt. Viis, quibus pompa deducebatur, aſſeribus ſtratis, pannisque è rubro, viridique, colore diſtinctis, contectis, inprimis militaribus cohortibus, ordine circumquaque, ſplendidèque diſpoſitis, ac coruſcantibus. Exindè *Rex* per mediam templi aream, præeuntibus X. Vngaricis dynaſtis, (quorum alter *vexillum regium* manu præferebat, exhibens regnorum quorundam nomenclaturam, cujuſmodi olim *Vngariæ* regno fuiſſent ſubdita) progredi cœpit: Excipientibus à tergo aliis dynaſtis, quorũ alter *crucis* interſigniũ, alter *gladium*, alius *pacis ſimulacrũ*, alius *regni globũ*, alius deniq; *coronã*, aliiq; alia, id genus plura, inſignia regalia, ſublatis manibus, ferebant. Ad altare vbi ventũ eſt, *Rex* in genua procidens, regiis ornamentis induitur, conſuetisque ceremoniis ungitur, coronaturque. Paulò antè actum ipſum, dum intereà *S. Sancti Evangelij*, atque *Epiſtolaris*, lectio peragitur, *Palatinus*, ſive regni *Vicarius*, *Sigiſmundus Forgatshius*, *coronam* manu prætendens, ſublatâ voce, ter populum inclamavit: Vellentne huic coronam regni impertiri? Quibus totidem verbis, velle ſeſe, reſpondentibus: *Ferdinandus*, coronâ impoſitâ, coronari cœpit, universâ multitudine fauſtis acclamationibus fremente, atque illud Iò *VIVAT REX*, ingerente. Secundùm hæc, *Rex*, ſacrâ *Euchariſtia* roboratus, evaginatum *gladium* ter, manu ictus, ſub crucis inciſurâ, imitante, evibravit. Moxque pompâ cum *Rege*, ad *D. Franciſci* progrediente, viæ aureis, argenteisque projectis nummis, ſub hâc inſcriptione: *Ferdinandus. II. coronatur in Regem Vngariæ, die Primo Iulii, M. DC. XIIX.* tanquam imbre verè aureo, conſpergi, plures autem è dynaſtis, equeſtri dignitate, à Rege in ante inaugurari, cœperunt. A convivio regio, *Rex*, in tumulum quendam à *Proceribus Vngariæ* deductus, inibique fauſtis acclamationibus, *Latino* ſermonis genere peractis, illuſtrium puerorum voce, conſalutatus eſt. Altera dies, circà veſperam, variis ludicris, utpote flammis, è ſulphure crepitantibus, in aëra artificioſè ejaculatis, modò *Danubii* latices infrà, ſupraque attingenti-

gentibus, modò ruri turmas equeſtres repræſentantibus, modò *Dracones* iſtos volatiles, imitantibus, illuſtris fuit. Vt de pluribus id genus gymnaſticis, tanquam lætitiæ, & feſtivitatis, regiæ indicibus, nihil ſuperaddi neceſſe ſit. Quibus omnibus, debita ſolennitate feliciter conſummatis, *Rex. Maximiliano Archiduce*, & *Cleſelio Cardinali*, deducentibus, *Viennam* rediit.

CAP. V.

Motuum Bohemicorum ulterior enarratio.

I.

SVprà, de incentivis, hoc eſt, cauſis, atq; autoribus, quibus velut ſtipulis, nitro, ac ſulphure, concurrentibus, graviſſimorum civilis belli motuum rudimēta, atque initia, jacta ſunt, præmiſſum. Iam verò de natis ipſiſmet incendiis, ignibus, flammiſque, *Vulcano* ſæviente ſuſcitatis, atq; ſucceſſivè, per latus *Bohemiæ*, univerſum *Imperium* depaſcentibus, porrò videbimus. Vtinam verò quod *Euripides, poëta Tragicus, Archelao Regi, Tragœdiam* olim expetenti, ſubintuliſſe fertur, tàm tragicorum caſuum, & furorum deſcribendorum, ne quidem daretur materia, profectò melius cum hac mundi ſenecta ageretur, cùm humanæ mentis petulantia, atque excœcata aſperitas, nedum meliorem ad frugem, & pietatem, revocari, etiam mediis hiſce flagellis, ſive velle, ſive poſſe, videri queat.

II.

Bohemiæ Proceres ſub VTRAQVE omnibus copiis bellum promovent, militeſque conſcribunt.

INtereà, *Bohemiæ Directores*, ſive *Proceres ſub VTRAQVE*, dicti, præeunte, ac faces præferente, *Henrico Matthæo, Comite Turriano*, in arma ruere, exercitus colligere, delectus facere, præſidia diſponere, fines tueri, *Cæſareanos* eiicere, noviſque à *Cæſare* conſcriptis copiis, *Bohemiam* ſubjugare tentaturis, obviàm ire. Civitatibus igitur, *Buda alba*, & *Crumavia*, præſidiis *Cæſareanis* abundè inſtructis, *Turrianus* è re ſua ratus, (utpote penès quem, tanquam *Generalem locumtenentem*, totius rei, militiæque *Bohemicæ*, ſumma eſſet) ſicubi ſuſpectum militem, præſidiumque, è regno exturbaret, aliquot legiones, eò locorum adduxit, pariterque *Crumavienſibus* præſidarios iſtos ſuos, ut dimitterent, haud difficulter perſuaſit. *Budiſſinæ* autem, quòd *Catholici* eſſent plerique omnes, itemque tàm milite, quàm loci bonitate, armati, propoſitas conditiones non admittentibus, minis parùm proficiens, caſtra admovit, inter manus confluente ad ſe, atque in juſti exercitus molem excreſcente, militum numero.

III.

Imperator non ſegniùs arma, exercituſque expedit. Adeoque Bohemis, quid deſignet illis, indicat.

NEque hæc dum fiunt, à parte *Cæſaris*, ab armis, militibusque, colligendis, feriatum eſt. Adverſariis enim *Bohemorum*, miniſtriſque aulicis, qui autoritate, ac gratia, prævalebant, oleum, quod dicitur, camino addentibus, *Cæſareamque* indignationem inflammantibus, eò res eheu! redacta eſt, ut, excluſis pacificationis, excuſpationiſque, & mitibus illis, mediis, etiam *Imperator*, per viam armorum, injuriam ſibi, ſuiſque, illatam, vindicare aggrederetur. Legiones itaque, hinc indè conſcriptæ, iam colligebantur, iam delectu probabantur, iam counitæ in *Bohemiam* ductores, atque imperia, expectabant. Illis, valida cum manu, è *Belgio Hiſpanico* adventans, *Carolus Bucquoius, Comes*, ab *Alberto Archiduce*, ob fortitudinem, atque experientiam, militarem, commendatus, tanquam ſupremus ductor, præfectus: ſecundus verò *Henricus Tampierus Comes*, ab *Vngarica*, ac *Veneta*, militia nobiliatus, in exercitu partes habere juſſus eſt. Quorum auſpicia *Henricus Iulius, Dux Lavvenburgicus, Balthaſar de Marradas, Comes de Buchaimb, Colaltonius*, atque alii, legionum ductores, inſecuti.

Expeditis iſtis, inſtructiſque, copiis, antequàm in *Bohemiam* moveretur, *Cæſar*, pro æquanimitate ſua, denique *Ordines ſub VTRAQVE*, & quidem, hanc ferè in ſententiam, interpellavit: E ſuperioribus literis, inquit, quanta clementi indulgentia, quanta paterna propenſione, ac ſolicitudine, *Cæſar*, ſequeſtrato omni armorum apparatu, maluiſſet, intervenientibus æquis conditionibus, motibus iſtis remedium fieri, notum eſſet omnibus. Intereà, nihilominùs famam narrare, *Turrianum*, cum exercitu profectum, urgere *Budiſſinum*, ac *Crumaviam*, ad defectionem, etiam ſub minis, atque edictis, iſtis tyrannicis, niſi dicto audientes forent, etiam embryonibus, noudùm in lucem à matribus editis, tantò magis gravidis, infantibuſque, parſurum eſſe minimè. Quæ quidem inſolentia, cùm nec *Turriano*, neque aliis, ſatis conveniens ſit, *Cæſarem* miſſurum cum exercitu, iam delectu probato, qui ſubditorum fidelium, ne injuſtis iſtorum armis opprimantur, curam habituri eſſent. *Ordines* igitur adhucdùm paternis admonitionibus locum darent, longèque procellas, atque tàm regni, quàm ſuarum rerum, everſiones amolirentur, neque properarent, patriæ, patriique regni, deſtructores deinceps tàm eſſe, quàm nominari: Fideles interim *Cæſaris*, regnique, ſubditi, bona fide, ſibi promitterent, nullatenus, hancce neceſſariam expeditionem in illos dirigi, ſed eò potiùs collimare, ut ab omni injuria militari, modò ipſi arma infeſta non caperent, vindicari, protegique ſuſtineant.

IV.

Procerum Bohemiæ ad Cæſarem facti prioris excuſatio; Vnaque ne exercitus mitteretur in Bohemiam, deprecatio.

INter illas *Cæſaris* admonitiones, ab aulicis quoque *Cæſaris*, tanquàm parte adverſa, actiones, *Procerum ſub VTRAQVE*, nimr. initia, progreſſus, atq; augmenta, motuũ *Pragenſium*, tanquàm peculiari libello accuſatorio, ordine, ac ſolemnibus verbis, ſeriatim publicari cœperunt. Quibus, ſub uno velut oculi intuitu, unicuique innoteſcentibus, quid de *Bohemorum* iſtis furoribus ſtatuendum eſſet, in propatulo conſtaret. *Proceres* nimirùm *ſub VTRAQVE* dictos, inordinato animi impetu in tranſverſum raptos: *Cæſaris Vicarium*, ac *Secretarium*, nullo crimine convictos, aut damnatos, è feneſtris, manibus, & vi, injectis, projeciſſe. Milites, in arce prætorianos, in verba ſua juramento adegiſſe; *Aulæ Cæſareæ*, ſive *regiæ*, novas leges præſcripſiſſe. *Vicarium Cæſaris* alterum, reliquoſque miniſtros *regios*, domibus ſuis, addita etiam cuſtodia militari, incluſiſſe. Conſiliis, ac deliberationis mediis, ipſimet interdixiſſe: Milites, autoritate propria, conſcripſiſſe: Regiminis ſtatum, pro voluntate, & libitu, invertiſſe: *Patres Societatis*, à *Ferdinando Cæſare*, cum *Regni* conſenſu, introductos, in exilium ejeciſſe, abrogatis etiam eorum Collegiis, *Arcem Carolſtein* (Saxi *Carolini*) cum Regalibus, & theſauro, intercepiſſe. Admonitiones *Cæſareas*, literis, conceptiſſimiſque verbis, non tàm, ſuper conſervatione *literarum* illarum, quas vocant *Majeſtaticas*, liberoque *Religionis*, ſecundùm pacta, exercitio, ſed etiam politicarum difficultatum cæterarum, æquiſſima compoſitione, toties factas, inſuper habuiſſe: Imò verò regias *Civitates*, ſub comminatione interficiendorum infantium, etiam nondum editorum, ad defectionem ſolicitaſſe: *Cæſareaſque*, ſive *regias*, ditiones occupaſſe: aliaque, non inferiora, complura, de facto patraſſe. E quibus, quo ſpiritu ipſi conturbarentur, omnibus ſingulis illuceſceret. Iſtis, atque id genus *Cæſareanorum* accuſationibus, *Proceres ſub VTRAQVE*, poſteaquàm tantùm non particulari reſponſo obviàm iiſſent, ſed etiam ampliſſima iſta deductione, *Apologia Bohemica* dicta, (quæ omnia hîc interjungere velle, non quidem *Epitomes* hujus, ſed prolixi *Commentarii*, loco, futura ſit) omnes motuum iſtorum *Bohemicorum* origines, cauſas, atque rationes, fusè explicaſſent, tandem ad ſuperiores *Cæſaris* literas, ne in *Bohemiam* exercitus mitteretur, reſpondentes, ſic exceperunt: E *Cæſareis* literis illis, *Directores Bohemicos* intellexiſſe, *Cæſarem* exercitus in *Bohemiã* mittendi rationẽ inire. Intercedere autẽ ſe, & deprecari, *Cæſar* allegatas illas, per totam *Apologiam* ſuam, cauſas, diligentiùs examinaret. Futurum, ut cognoſcat, apparatus hoſce bellicos, à ſe, defenſionis igitur, inſtitutos, neutiquam adverſus *Cæſarem*, ſed, pro regno aſſerendo, excurrere. Eoque nomine, è re haud eſſe, ut ulterior exercitus à *Cæſare* in regnum expediatur. *Proceres* hoc egiſſe, ut peregrinum militem, contrà provinciarum ſtatuta, in civitates quaſdam introductum, è regni limitibus exigerent: Eóque nomine *Turrianum* moderatè illos compellaſſe, ut etiam *Crumavienſibus*, q̃ dicto promptè audientes fuiſſent, damnum illatum ſit nullum. *Budiſſinis* autem, refractariis, &, velut hoſtili more, ſeſe opponentibus, quòd *Turrianus* duriuſculè interminatus eſſet, mirum adeò haud debere videri. Aſperitate enim militari magis, quàm tanti infortunij, iſtis accerſendi, cauſa, id ipſum factum eſſe. Non igitur præexiſtente tantæ rei momento, nec cauſa ſufficiente, ut, *Budiſſinorum* in gratiam, mittatur exercitus, inſtanter, atque humiliter, ſeſe deprecari, ne *Cæſar* adverſariorum conſiliis acquieſceret, præſertim *Catholicis*, *ſub VNA* dictis, hactenus ſingulari cura ſua, intrà regnum, nullo pacto, factoque, læſis, nimium indulgeret. Quòd ſi tamen contrà *Provinciarum* ſtatuta, à *Cæſare* contingat regnum milite extraneo urgeri, præmetuere ſeſe, ne plebs commota, excuſſis hactenùs procuratæ defenſionis repagulis, in *Monaſteria*, *Clericoſque*, faciat impetum, ſanguinemque innocentem fundat. Cui malo ſibi non ſuppetere remedium. Iſtos igitur, qui exercitum peregrinum adduxiſſent, utique tãtę cladis autores, & ſonticos, rationem crudelitatis daturos, Seſe verò, ut adverſus hanc vim conſiſtere liceat, aliundè auxilia, & ſuppetias, quæſituros eſſe. Confidere igitur adhuc dùm, *Cæſarem*, in gratiam eorum, tàm ſanguinaria conſilia cudẽtium, in ultimam uſque neceſſitatem, rem haud deducturum.

V.

Cæſaris ad Bohemorum Comminatorias, exceptio. Eorundemque replicatio.

QVo animo *Cæſar* iſtud *Procerum* reſponſum, etiam ſub comminatione non frigida aculeatum, ſuſceperit, mox patebit. Ità enim denuò ex *Aula* reſcriptum eſt. *Cæſarem*, contrà ſe typis etiam evulgatam *Procerum* deductionem, unà cum literis præmiſſis, accepiſſe. Atque adeò ipſo opere, & facto, jam demùm quàm paternæ, & clementes, ſuæ admonitiones, dehortationes, atque edicta, omnia ſingula, hactenus fruſtra fuiſſent, percepiſſe. Vſque eò obedientiam omnem apud ſubditos ſuos in furorem verſam videri. Vt, ſub colore plebis tumultuantis, ipſi *Proceres* bona *Eccleſiaſtica*, clericoſque, in vaſuri, atque aliundè auxiliares in regnum copias adducturi, viderentur, niſi ipſe *Cæſar* ab expeditione in *Bohemiam* præconcepta, ſe abſtineret. Certum eſſe nihilominùs, *Cæſarem*, fideles ſubditos ſuos, utique nullo facto, ne per ſomnium quidem, læſos, rabiem iſtam delinquentium minimè approbaturos, ſed inſtitutum *Cæſareum*, utpote qui, in tàm ferociter ſeſe opponentes, exercitum quidem, ſed minimè extraneum, ſed per *Imperium*, & *Provincias* hæreditarias, collectum, ſuperinducere cogeretur, adjuturos, eſſe. Diu ſe ab armis, atque remediis iſtis violentis, abſtinentem, nihil antiquiùs habuiſſe, quàm ut ex æquo, & bono, controverſia iſta, quæcunque eſſet, decideretur. *Proceres* autem, ejurata obedientia, atque humanitate, violenta elegiſſe, ſeq; in armis opponentes, provocaſſe. Quòd igitur laceſſitus *Cæſar*, arma paraſſet,

parâſſet, quibus ſubditos fideles, tàm *Clericos*, quã *Seculares*, defendere vellet, in tàm evidenti, ac juſta cauſa divinum auxilium ſibi non defuturum, eò confidentius ſperare, actionibus *Procerum*, cum omni ratione, juribus, conſuetudinibus, etiam pactis utrinque, & literis illis majeſtaticis, evulgatis, è diametro pugnantibus. Ipſi quidem de animadverſione in pacis turbatores ſubindè narrarent. Sed ſibi, tanquam juſto, legitimoque *Regi*, hoc potiſſimùm manus incumbere, ut ea in parte reis, ſed convictis, ſed damnatis, pœnas irrogaret. Quòd porrò, ſub comminatione accerſendi auxilii extranei, allegaſſent, hoc ipſum in praxi, & reipſa, jam pridem iſtos egiſſe. *Cæſarem* autem certò ſtatuere, nullum chriſtianè affectum *Principem*, *Magiſtratumque*, actiones id genus *Procerum* turbulentas, probaturum, multò minùs, ob rem peſſimi exempli, ſubditis, contrà *Regem*, fomenta, atque auxilia, præbiturum. Eandem enim à ſubditis propriis, quam quidem in aliis probarent, expectandam deinceps fore petulantiam. Cæterùm neque iſtis *Cæſaris* objectionibus conterriti, *Proceres* manum inhibuerunt. Verùm enim verùm cauſam ſuam propugnare deinceps ſequentibus perrexerunt: Hucûſque *Proceres*, adverſus id genus ſonticos homines, cujuſmodi in *Regis* contemptum, regnique damnum ſtrenuè laboraſſent, remedium expectaſſe. Hactenùs autem nihil minùs obtinuiſſe, ut etiam è *Cæſaris* poſtremis literis intelligant, *Cæſarem* adhûc dùm in id genus peſtilentium ſyderum partes inclinare, nedùm, ut *Statuum* fidelium ingenua conſilia complacere poſſint, quorum etiam ſincera propoſita jam comminationum loco haberi contingat. Quod enim de commotione plebis, ſicubi extraneus in regnum miles adduci debeat, inſontiſque cleri expiationibus, attuliſſent, illud omne, quodcunque eſſet, ex ſingulari, fucatoque, ergà *Cæſarem*, affectu, tùm verſùs *Status*, reliquoſque *ſub VNA*, vera benevolentia, profectum eſſe. Vtique quos imminentis mali metus nõ parùm angat, pacis verò, & concordiæ, ſpes hactenus foveat. Dùm ergò *Cæſar* privilegia, immunitateſque qualcunque, *Proceribus* indultas, infringere ne cogitaſſet quidem, eò minùs ſeſe ſperaſſe, *Cæſarem* immiſſo exercitu leges ſibi dicere, ſed magis datis mediatoribus, atque arbitris, negocium componere, voluiſſe. Nunc autem aliud ex alio, atque, ablata perſona, rei veritatem, emergere, nimirum *Cæſaris*, vigore literarum, eum eſſe animum, ut ipſi, tanquam ſontes, ac rei, puniantur. Hoc ſcil. eſſe illud egregium præmium, quo quidem *Cæſar*, adverſæ partis conſiliis inflammatus, *Statuum* fideliam multis graviſſimis in occaſionibus, ſub vitæ, & ſanguinis, periculo, conteſtatam, remunerare cogitet. Illud ſeſe enixè deprecari, ne in numero patriæ turbatorum, ſed loco fidelium *Bohemorum*, divinæ veritatis amantium, patriæque libertatis defenſorum habeantur. Adverſarios legum Provincialium, quibus *Cæſar* juramento ſe aſtrinxiſſet, ſenſum vel eo invertere, quòd *Cæſar* licere putet, milite per *Imperium*, vel *Provincias* hæreditarias, collecto, *Bohemos* in ordinem redigere. Iſtud autem cum juramento regio è diametro pugnare, quo ſtante, minimè *Cæſaris* eſſet partium, *Ordines*, conſcripto per *Imperium* exercitu, mulctare, ſed eoſdem potiùs, unà cum regno, vigore Iuris, & privilegiorum, ſartos tectos tueri, & præſervare. Atque hunc illum eſſe legum provincialium verum ſenſum, omnes illos, quicunque armis, atque cum exercitu regnum peterent, hoſtium loco declarandos, atque habendos. Inter cætera, *Cæſarem* porrò excuſare, quàm invito animo, atque ad *Bohemorum* provocationem, ad arma veniſſet, eo fine, ut inſontes tàm *Clericos*, quàm *ſeculares*, ſubditos ſuos ab omni injuria protegeret: Se verò *Cæſari* ex adverſo confirmare, modò noxiorum hominum conſilia amoliretur, vice verſa fidelium ſubditorum ingenuas ſolicitudines admitteret, rẽ omnem facili brachio, abſque armorum intervẽtu, conſopiri poſſe. Vt juxta etiam, ſuperpondij loco, videri debeat, cauſam, atque protectionem, *Eccleſiaſticorum* prætendi velle, cùm illis in officio ſeſe continentibus, fraus, aut injuria, prorsùs nulla intendatur. Ejuſdem eſſe commatis, quòd actiones *Procerum* dicerentur cum omni conſuetudine, pactis, legibus, privilegiis, atque exemplis, omninò, ac directè, pugnare: Seſe autem, quàm multa veritati, *literis Majeſtaticis*, pactis, ac conventis, provincialibus, è diverſo rectà intercederent, & noſſe, & *Cæſari*, aliiſque, veri amantibus, penſiculanda relinquere. *Cæſarem* quidem pacis turbatores inſuper in ordinem redigere velle, per ſe laudem mereri. Sed hoc in antè requiri, ut iſti ſint ordine auditi, convicti, ac damnati. Secus executionem, ſecundũ leges, haud procedere. Illud verò coràm Cæſare ſe obteſtari, ſicubi *Procerum ſub VTRAQVE* à tot annis, in tot diætis, ac conventibus provincialibus, querelæ, codicilliq; ſupplices, locum inveniſſent, pro jure, & legibus, non ex adverſæ partis odiis, pro privilegiis, pactis, *literiſque* illis *Majeſtaticis*, reſponſum fuiſſet, nullam iſtis præſentibus difficultatibus nedùm anſam, feneſtramque, quod ajunt, patuiſſe. Poſteaquàm ergò curvum, vt ferunt, recto præferri, adverſariorum autem aſperitas exacerbari, cœpiſſet, nedùm minis, nedùm verbis atrocibus, temperatum iſtis fuiſſe, fore brevi aliquando, clamantibus, ut ipſis adverſùm *Proceres ſub VTRAQVE* judicibus efflorеſcentibus, non tantùm *Literæ Majeſtaticæ* abolerentur, verùm multi, tanquàm una aliqua cervix, ſub carnificis manibus perirent. Eò nomine ne fuiſſe quidem opus, ſive conſultum, diutiùs tempus litibus id genus extrahere, ſed jure, meritoque, (quo ſupplicium ad paucos, terror verò, atque exempli abominatio, ad plures perveniret,) Impatientia juſta ſtimulante, in pacis, ac privilegiorum communium, turbatores, delictis id genus peſtium clementiorem proceſſum non emerẽtibus, animadvertiſſe, eôſque præcipites dediſſe. Iã autem ſe iſtos tantùm non pro reis, ſed etiam damnatis, habuiſſe; idque vigore *literarum Majeſtaticarum*, quæ luculentis verbis hoc vellent, omnes eos, quoſcunque contrà delinquere in confeſſo foret, pro ipſiſſimis pacis turbatoribus, habendos, adeóque, ſine ulla juris diſquiſitione, extrà ordinem puniendos venire. Ad ſummam, pro clauſula, *Cæſarem* præſupponere, nullum inter *Chriſtianos Magiſtratum Bohemorum* actiones, ſive conſilio, ſive re, aut operâ, adjuturum eſſe: Confirmatiſſimum habere ſeſe, actiones ſuas minimè eſſe inconcinnas, ideóque tàm cauſæ bonitati, quàm plurimorum favori, ſeſe confidere. Vtut autem, de Conſiliis nocentiſſimorum capitum, impetus in regnum con-

tingeret; *Deo* inprimis *Proceres* cauſæ illius ſuæ patrocinium commendare, atque ſupernè, quò hoſtibus fortiter reſiſtere liceat, opem, auxiliumque, præſtolari. Inter hæc, etiam nunc *Cæſarem* ſe obteſtari, atrocia id genus conſilia amoliretur, fidelium verò ſubditorum rationes, preceſque, immò etiam defenſionem, contrà id genus pacis inquietatores, admitteret: Futurum indè, ut *Deo* inprimis, totique *Imperio*, res accideret gratiſſima, privilegia regni conſervarentur, infortuniis quibuſcunque iretur obviàm, *Cæſaris* etiam dignitas conſtabiliretur. Niſi itaque *Cæſar*, juxtà literas, talia promittentes, omnem compoſitionem faſtidiat, mitteret legatos, atque arbitros, ampliſſimos, vel juxtà *Electorum Saxonis, ac Palatini*, propoſitiones, tanto diſcrimini remedium, ſive ultimam manum, quod facile ſit, imponeret. In omnem eventum, ſicubi *Cæſar* excluſo hoc voto, conſilia malevolorum ſinceroribus illis ſuffragiis præponderare jubeat, coràm *Deo*, atque hominibus, ſeſe obteſtari, quicquid deinceps mali, infortuniique, acciderit, iſtius expiationem minimè ſibi, ſed iſtis, qui quidem autores *Tragœdiæ* extitiſſent, acceptam ferendam eſſe.

VI.

Ordines Auſtriæ, apud Cæſarem, pro Bohemis interveniunt.

HÆc ubi ſeriò utrinque agerentur, & jam pateret, *Cæſaris* exercitum in *Bohemos* moturũ eſſe, *Ordines*, ſive *Status*, *Auſtriæ*, ne res ad aciem, quod dici ſolet, novaculæ, atque præſentem belli neceſſitatẽ, deveniret, pro *Bohemis* conceptiſſimis verbis intervenerunt. Præcipua autem iſtius ſcripti capita fuêre iſta: *Bohemos*, ſuper crimine, ipſis objecto, nondum eſſe ſatis, decenterque, auditos, nedùm, tametſi reos fortè, damnandos. *Cæſarem*, tametſi in *Bohemos* cum exercitu moveret, *Victorque* rediret, nihil obtinere aliud, niſi quod ſuum fuiſſet anteà. Ea expeditione non tàm regnum opulentum, pulcrumque devaſtaret, quàm æris alieni mole gravaretur. Intereſſe tantùm non ipſius *Cæſaris*, eiuſque *Provinciarum* hæreditariarum, ut hoc regnum conſervaretur, ſed totius *Imperii*, inprimis tuendorum finium regni *Vngariæ*, negocium periclitari. A *Rege Ferdinando* olim *Bohemos* quidem fuiſſe victos, ſed non debellatos. Initium belli quidem eſſe blandum, medium periculi, & difficultatis plenum, finem denique incertum. Non eſſe fidendum externis auxiliis. *Cæſarem* eſſe provectæ ætatis, &, ſi quid illi accidiſſet, eò majores tumultus expectandos. Coronationem, reſque *Ferdinandi Regis* nondùm eſſe eò uſque confirmatas, ut *Bohemi* non ſint regnum ad exterum aliquem translaturi, atque alienaturi: id quod toties anteà factum eſſet. *Bohemos*, caſu poſito, prout humanæ res variant, victoria potientes, *Auſtriacas Provincias* graviſſimè afflicturos, victos verò ad deſperationes, atque omnia ultima, perventuros. *Bohemos* tertia vice à *familia Auſtriaca* defeciſſe, poſt exceſſum *Regis Rodolphi II.* & *Ducis Friderici pulchri*, itemq; *Regis Ladulai*. Neq; multũ abfuiſſe, quin quartùm idem fieret ab exceſſu *Regis Ludovici*, ubi *Ferdinandus Imp.* opponentibus ſeſe *Saxone*, & *Bavaro*, circà ſummam rei, Regnique, periclitatus eſſet. Eoſdem motus per *Vngariam* expectandos, qui jàm in *Bohemis* gliſcerent. *Vngaros* enim ſi contrà *Bohemos* educi contingat, cognito *Religionis* negocio, recalcitraturos, eodemque facilè tumultus excitaturos. Abalienato *Bohemiæ* regno, periclitari non tàm *Imperium*, quàm ipſius *Imperatoris*, *Majeſtatem*, etiam ob reditus illi neceſſarios. *Monarchas* agere conſultiùs, ſi ſeditiones, rebellioneſque, non quidem armis ſuperinductis, quod utrinque periculi plenum, ſed conſiliis conſopirent. *Regis* illius *Bohemorum* olim è *familia Luzenburgica cœci* dicti, ſed militis ſtrenui, exemplo, doceri poſſe, arma Statuum, ac ſubditorum, etiam *Regi* aliquando prævalere poſſe. Eum enim, cum uxore, ad regni fines propulſum, interveniente tùm *Imperatore*, vel media compoſitionis armorum diſcriminibus prætuliſſe. Præter cætera, defectionem ſuperiori tempore *Provinciarum Belgicarum* à *Philippo, Rege Hiſpaniarum*, abundè conteſtari, quantum diſtent à moderatis conſiliis, olim *Manliana* dicta, nunc *Albana* vocanda, *imperia, Ducem* enim *Albanum* intempeſtiva ſua aſperitate, ac ſævitia, exulare juſſa moderatione omni, incomparabile damnum, deperditis tot florentiſſimis *Provinciis*, *Hiſpaniarũ regibus* intuliſſe. Præſtare *Imperatori*, ſi ſubditos remediis mitibus, quàm vehementibus iſtis, atque atrocibus, ad obedientiam reducat. *Imperatorem* quidem, tanquam caput *Iuſtitiæ*, teneri *Legibus*, ut in delinquentes, pro meritis, animadvertat, *Maieſtatemque*, aut autoritatem ſupremam tueatur. Sed paucos fortè in *Bohemis* eſſe, qui *Cæſarem* offendant. An igitur reliqui omnes, tot mille, & quidem inſontes, omnia graviſſima, atque ultima, paterentur? Satiùs eſſe, centum delinquentes impunitos dimittere, quàm unum aliquem juſtum, atque inſontem, damnare. *Bohemos*, ex metu delicti potiùs, quàm offendendi animo, militem conſcripſiſſe. Longè ſuperiorem eſſe *Cæſaris Majeſtatem*, cauſæque bonitatẽ, quàm ut, eorundem pro more, armis experiri velit, cũ jure poſſit melius, ſaltemque vel autoritate ſua, litem iſtam dirimere ſuſtineat. Immò verò periculum eſſe, ſicubi *Cæſar* armis *Bohemiam* ſubjugare perſeveret, ne alij per *Auſtriam, Moraviam, Sileſiam, Hungariamque, Status*, ac ſubditi, tanquàm ſub una cervice perdomandi, iſthanc cauſam faciant ſuam, certoque perſuaſum habeant, omnes ſub iſta cauſa, *Reformatæ Religioni* addictos, itidem peti. Atque his, aliiſque, argumentis, *Ordines Auſtriæ Cæſarem*, pro *Bohemis* interpellantes, conati ſunt placare, atque, ut ab expeditione inſtanti abſtineret, aliquà mitigare.

VII.

Cæſar, publicatis per Imperium Bohemorum ſeditionibus, milites pro Bohemis conſcribi vetat.

INtereà *Cæſar* cognitum habens, *Bohemos* paſſim hinc indè per *Imperium* milites ſtipendiis adigere, atque conſcribere, publicis literis per *Germaniam* furores illorum tàm publicare, quàm *Electores*, *Principeſque*, & *Reſpublicas*, pariter, ne in finibus ſuis milites pro *Bohemis* conſcribi paterentur, dehortari cœpit, actionibus illorum, & quæ contrà

trà *Cæſarem*, *Regemque* ſuum, patraſſent, injuriiſque, ſicut ſuprà magnam partem præmiſſum, ordine recenſitis. Sed non diſſimulandum illud eſt, *Palatinum*, atque *Saxonem*, *Electores*, eademque opera *Principes*, *Ordineſque Sileſios*, apud *Cæſarem* porrò interveniſſe, permitteret *Cæſar*, ut, depoſitis utrinque armis, remedia compoſitionis locum haberent, *Bohemique*, *Regi* ſuo reconciliarentur. Sed, quòd aliter ſive in fatis, ſive in fatalibus *Conſiliariorum Cæſaris* conſiliis, ut tùm quidem videri poterat, eſſet, ſuſcepta tractatio fine ſuo fruſtrari, cœpit, unàque omnia turbulentis, atque crudelibus, belli machinis involvi viſa ſint.

VIII.

Tampierius primus in Bohemos educit. Cui Turrianus obviàm it.

ITaque *Tampierius* collecta manu, primus in *Bohemiæ* fines ducit. Quos ut penetraret, aliquot oppida finium uniendorum cauſa, præſidiis *Bohemicis* inſtructa, *Landſteinam* ſcil. *Biſtritium*, & *Neubuſam* partim aſſultibus conterruit, partim intercepit. Id quod ubi *Turriano*, ad *Budiſſinam* cum exercitu *Bohemico* excubanti, nunciatum eſſet, promotis caſtris in hoſtes ilicet movit. Quos in paludibus ad *Biſtritium* caſtra communientes, ſuppetiaſque *Bucquoii* præſtolantes, ob loci iniquitatem, urgere ulterius deſtitit.

IX.

Bohemi à Cæſaris Feciali Rebelles declarantur.

SEcundùm hunc *Tampierii* ad fines *Bohemiæ* progreſsũ, *Cæſar* miſſo, ſive *Feciali*, ſive *Legato*, *Kaano* dicto, *Bohemiæ Proceres ſub VTRAQVE*, eademque operâ, ipſis militantes, publicis hinc indè affixis diplomatibus, *perduellionis* crimine notari juſſit. Qui, *Polna*, *Arce*, atque oppido, occupatis, inquilinos in arcem evocatos, adhibitis *Patribus Societatis*, pleroſque *Auguſtanæ Confeſſioni* addictos, in verba *Catholicorum* juramento adigere etentavit. Illis autem maſculè reſiſtentibus, *Religionemque* ſuam etiam quibuſvis bonis mundanis anteferentibus, rumor, nec levis ſuſpicio, increbuit, tanquàm hic ſolus, atque unicus, expeditionis illius *Cæſareanæ* cardo, ac ſcopus, eſſet, omnes ſingulos *Reformatæ Religioni* addictos, ſub eadem cauſa, ſive opprimere, ſive ad adverſam *Religionem* cogere, velle.

X.

Bucquoius ex alia parte Bohemiam invadit.

POſt *Tampierium* paulò poſt etiam *Bucquoius* alia parte, qua *Moraviæ* ſunt confines *Bohemi*, *Cæſareanis* cum copiis invaſit, & oppida nonnulla in poteſtatem redegit. Tametſi autem præcogitaſſet primo uſque ad ipſam *Pragam* impetu penetrare, adeòque ad montem, *D. Laurentio* ſacrum, caſtra ponere, eò, quòd *Bohemos* milite tumultuario domeſtico, eoque haud ſatis exercitato, malè inſtructos eſſe, rumor *Auſtriam* percrebuiſſet: nihilominùs, cùm ſub initia, ac compendia, iſthæc, ſecus experiretur, *Bohemos* nempè integro exercitu, militibuſque idoneis, ac fortibus, valere, neque tàm dicto loco *Pragam* communire, quàm etiam vel deſiderare adventum *Cæſareanorum*, paulò poſt, ſententiâ mutatâ, alia conſilia agitare cœpit. Inprimis verò vbi *Tampieriani* militis per *Bohemiã*, variis inquilinorum cædibus, latrociniis, ſpoliis, atque incendiis, extrà ordinem bacchari inaudiſſet, confeſtim furores iſtos frænis, pœniſque, compeſcuit.

XI.

Bohemi à Cæſare pacis media orant, mediatoreſque, atque arbitros, erogant.

POſteaquàm igitur enſes, atque incendia, in patria ſua, *Bohemia*, iam nunc graſſari, multaque latè depaſci, *Proceres* intuerentur, maſculè quidem inſultus, ac velitationes, hoſtiles exceperunt: Nihilominùs tamen ſummæ rei tanquàm parùm fidentes, *Electores*, *Palatinum*, & *Saxonem*, unàque *Principes Sileſios*, exorarunt, venirent, ac tanquàm cauſæ ſuæ ſive patronos, ac tutores, ſive compoſitionis inter *Cæſarem*, ac ſe, arbitros, agerent. Pari ſtudio ſupplicarunt *Regi Ferdinando*, ac *Maximiliano Archiduci*, intervenirent etiam illi, ac cauſam, exculpationemque, ſuam penès *Cæſarem*, promoverent. Tandem etiam *Cæſarem* ipſum literis, hanc in ſententiã exaratis, interpellarunt: Verba illa (quæ per imprudentiam fortè ſuperioribus literis, ad *Cæſarem* datis, irrepſiſſent) ſuper plebis in *Eccleſiaſticos* commotione, ſine dubio *Cæſarem* exaſperare, atque ſiniſteriorem in ſenſum detorqueri, cœpiſſe. Interim grave ſibi accidere, quòd *Tampierius Bohemiam* hoſtiliter invaderet, *Ioannes Euſebius Kaanus* quoque, eum non tàm militari manu, quàm diplomatibus, inſequens, fulminaret, & quidẽ in ſe, quippe qui *Cæſaris* ſubditi & eſſe, & fideles permanere, cogitent. Nihil priùs ſeſe habere, quàm pacem. Hanc ſe deſiderare, Vtque conſequi poſſint, orare *Cæſarem*, armis, atque invaſionibus, ut & diplomatibus, id genus, parceret, compoſitioniſque media promoveret. Paratiſſimos ſeſe eſſe modò *Religionis*, ac *Privilegiorum*, ſecuritatem obtinerent, quicquid non *Cæſaris* cauſa, & velle, & facere.

Ad iſta *Cæſar* reſcripſit, hæc ferè in verba: Poſteaquã *Cæſaris* paternæ admonitiones omnes ſingulæ fruſtrà fuiſſent, *Proceresque* primitùs in armis inſurrexiſſent, undè non infimum infortunium in ſubditos inundaſſet, *Cæſarem*, neceſſitatis lege, adactum, ſimul arma paraſſe, itemque in *Bohemiam*, præveniendi gravioris mali igitur, eduxiſſe. Breviter: iſtos omnis mali fontes, atque autores eſſe. Si ſeriò dicerent, velle ſe *Cæſari* obſequentes eſſe, regimine abirent, militem exautorarent, atque, acquieſcerent, edictiſque parérent, tùm nominaturum certos ſeſe homines, qui rem omnem componerent, juxtàque ad interceſſiones tàm *Ferdinandi Regis*, quàm *Imperii Electorum*, ſe ità declaraturum, ut pietas, ac manſuetudo, *Cæſaris* univerſo terrarum orbi innoteſcere debeat. Nomen patriæ hoſtis odiſſe *Cæſarem*. Velle *Procerum* privilegia ſarta tecta conſerva-

ſervare. Eos verò, quibus vis, atque injuria, inferretur, protegere. Atque hoc nomine aliàs quoque exercitui ſuo inculcatum eſſe, parceret ſubditis fidelibus omninò, nihilque quicquam incommodi crearet. Quicunque autem ſeditionis iſtius complices, per inobedientiam belli caſibus ſeſe involverent, iſtos nemini hominum, niſi ſibimetipſis, perditionis ſuæ cauſam debituros eſſe.

XII.

Ordines Moraviæ, inprimis Sileſiæ, Bohemorum partibus accedunt, auxiliareſque copias ſubmittunt, tanquàm in cauſa Religionis communi.

INter literarum præmiſſarum, ipſiuſque *Ferdinandi Regis* reſponſoriarum, ultrò citròque factas, miſſiculationes, *Ordines Moraviæ*, *Legatos Pragam* emiſerunt, pacis rationem, ac media, ſuadentes: ſub hac exceptione: *Moraviæ Marchionatum* auxilia petita *Bohemis* erogare haud poſſe, niſi priùs ſuper re omni ſufficientes *Ordines* eſſent eruditi. Quo fine *Deductio*, ſive *Apologia Magna* dicta, *Bohemica*, informationis loco, ipſis oblata. Interim *Sileſiæ utriuſque Ordines*, ſuper turbis *Bohemicis* non minùs ſoliciti, *Vratiſlaviæ* conventum indixerunt: Factis igitur deliberationibus, concluſum ità fuit: Quòd ſimul etiam ipſi per *Siſileam* à bono tempore, *Catholicorum* importunitate, inquietati forent, rei, temporiſque, momentum, poſtulare, ut equeſtris, pedeſtriſque, militiæ millia aliquot conſcriberentur, delectuque facto, certa manus auxiliorum pro *Bohemis* mitteretur. Interim, ſolo *Religionis* intuitu, reſpectivè, ratione pactæ *Vnionis*, auxilia promiſſa, quæ, quàm primùm inter partes ſecuris conditionibus foret tranſactum, revocarentur. Antequàm verò auxiliares illas copias educerent, non tantùm per *Legatos* monuerunt *Bohemos*, moderata conſilia, mitiaque remedia, armis, ac violentiæ, anteferrent: Sed etiam *Cæſari*, miſſa *Legatione* ampliſſima (cujus caput *Ioan. Chriſtianus, Dux Lignicii, & Briegæ*, ducentorum hominum corona ſtipatus, extitit) tùm difficultates quoque ſuas, tùm, in puncto *Religionis*, onera, demiſsè inſinuarunt. Quibus ut *Cæſar* mederetur, juxtàque, quà motus iſtos *Bohemicos*, clementer, & mitius, ageret, propoſitis, atque deſuper, inductis, variis argumentis, quibus etiam *Cæſari* periculi magnitudinem, inverſionem, atque abalienationem, luculentarum *Provinciarum*, antehàc exemplis non ſemel notatam, tùm omnimodam everſionem, & quæcunque incommoda, infortuniaque plura, atque innumera, pro belli more, omnia perturbantis, tàm ſubditis, quàm ipſis principatibus, & regionibus, evenire poſſent, remonſtrantes, demiſsè, enixèque, deprecati ſunt. Imò cùm *Electores Imperii*, atque alij *Magnates*, juxtà quoque ſolenniter intercederent, eò magis orare etiam, atque etiam, *Cæſarem* perſtitêre, ea, mitia nimirùm, & facilia, remedia adhibere pateretur, quibus procellæ iſtæ ſedari, quies contrà introduci poſſent. Quibus *Ordinum* petitis intellectis, *Cæſar* novum conventum, *Vratiſlaviæ* habendum, celebrari juſſit, in quo maturius, atque uberius, res iſta, ſive cauſa, *Bohemorum* inſpiceretur, diſceptareturque.

Principibus igitur, atque *Ordinibus*, modò congregatis, ecce! nunciatur, *Cæſaris* exercitum nihilominùs in *Bohemiam* movere. Placuit ergò hac de re ſcripto *Cæſarem* interpellari; quod fuit ejuſmodi: *Cæſar* dignaretur turbas illas *Bohemicas* per remedia magis placida, quàm violenta, pacare, eamque in rem exercitum, eò uſque eductum, revocare, atque omnes iſtos motus interveniente clementi compoſitione, è medio tollere. Secundùm hoc, *Cæſar* haud graviter ferret, ſicubi ratione pactorum, ſuper puncto *Religionis*, initorum, pariterque intuitu promiſſi auxilij, *Sileſii* ſatagerent, jamque *Bohemicis* confœderatis ſubſidia mitterent. *Cæſar* verò per miſſos eò *Legatos*, retrò indicavit, *Principibus*, *Ordinibuſque*, factiones *Bohemicas* non quidem è cauſa *Religionis*, ſed noxis, atque exceſſibus, aliis ſecularibus, oriundas eſſe: eamque ob rem, ratione allegatæ *Vnionis*, quoad ferendum *Bohemis* auxilium, in tàm enormi iſtorum delicto, abundè illos excuſari. Verùm enim verùm *Principes, Ordineſque, Sileſiæ*, replicando *Cæſari* conteſtati ſunt, ſeſe ex omnibus id genus *Bohemorum* turbis, atque actionibus, aliud nihil colligere, præterquàm omnia ea, quæ facta hactenùs eſſent, è *Religionis* perturbatione, tanquàm fonte, propullulare, ut in communi hac cauſâ ferendarum ſuppetiarum neceſſitatem, ſalvo fœdere, declinare ne quidem ſuſtineant. Quam ſuam mentem, juxtaque impoſitam mittendi auxilii neceſſitatem, intereà, cõcepta idonea deductione, publicârunt. Quæ omnia hanc in epitomen adducere nimis prolixum futurum ſit, rationibus magnam partem jam antè delibatis.

XIII.

Bohemi Turcas in auxilium evocaſſe inſimulantur. Cuius facti exculpationem inſinuant, juxtàque, ad conditiones pacis, Imperatorem provocant.

DVm iſta à *Sileſiæ Principibus*, ac *Statibus*, tanquàm intermiſſionis loco, & mediatoribus, peraguntur, ecce! rumor ſpargitur, *Bohemos* à *Turcis* erogaſſe auxiliares exercitus, quibus in *Vngariam* emiſſis *Imperatoris* vires diſtraherentur. Quod cùm, inſtar calumniæ, ipſis ægrè accideret, ejuſce falſæ inſimulationis exculpationem, purgationemque, conceptis literis ad *Saxoniæ Electorem* direxêre: Interim, quòd à *Mauritio, Principe Auraico*, atque *Ordinibus* confœderati *Belgii*, auxilia non tàm expetiiſſent, quàm impetraſſent, eapropter, ſicut fama erat, rumor, ac calumnia, ſparſerat, ab ipſis *Turcis* ſuppetias eiſdem expectari.

Secun-

Secundùm hæc, cùm miles *Cæſareanus* per *Bohemiam* tàm ferro, quàm ſpoliis, atque incendiis, licenter graſſaretur, omniaque ultima metuenda inſtarent, *Proceres ſub VTRAQVE* iſtis denuò literis *Cæſarem* interpellarunt: Quis eſſet regni *Bohemiæ*, & quidem miſerabilis, ſtatus, quibuſque modis licentia militis *Cæſareani* omnia conturbaret, *Cæſari* ſuperioribus ſuis ſeſe intimaſſe, iuxtàque, quòd tàm compoſitionis, quàm pacis, adhùc dùm eſſent amantes, modò *Cæſaris* fides interveniret, pendentibus illis compoſitionis tractationibus, extrà periculum *Proceres* futuros, neque à milite adverſo ſiniſtri quid paſſuros, ſubindicaſſe. Antequàm autem ex aula *Cæſarea* reſponſum ſibi datum eſſet, ſuperveniſſe *Ordinum Moraviæ Legatos*, ſibique notum feciſſe, prædictos *Ordines*, utpote *Bohemiæ* regni membrum, de ſalute *Bohemorum* non tàm ſolicitos eſſe, quàm *Cæſarem* regno illi ſuo conciliare velle: quò ità *Cæſar* cum ſubditis in gratiam rediret, clementiam rigori præferret, adeóque *Bohemiæ* anguſtiis, quibus diſtineretur, mederi pateretur. Hanc *Ordinum Moraviæ* curam, ac ſolicitudinem, gratanter ſeſe excepiſſe: tametſi quidem ab illis etiam aliquà accuſari viderentur, tanquam iſtis in turbis limites debitæ erga *Cæſarem*, ac *Regem*, reverentiæ: *Proceres* ſupergreſſi eſſent. Illis ſeſe hanc purgationem ſui reponere: Nihilominùs ſibi unquam in mentem veniſſe, quàm ut *Cæſari* ſuo diſplicere, nedùm refragari, cogitaſſent. Interim caſus quoſdam, & quidem ſubitos, neceſſarioſque, interveniſſe, quos quidem mutare ſibi integrum haud fuiſſet, cùm aliter vix fieri aut debuerit, aut potuerit. Nihilominùs ſalvum *Cæſaris, Regis*, ac *Domini*, ſui, integrumque, reſpectum ſibi perpetuò remanſiſſe. Atque hac de re *Cæſarem* ſeſe monuiſſe, oraſſeque, vellet *Cæſar Regis*, & *Domini*, vicem, ac clementiam, impertiri. Id quod adhùc dùm inſtanter rogarent, ſi quà *Cæſarem*, turbulentis iſtis temporibus, etiam contrà voluntatem, ac propoſitum quodcunque ſuum, ad iram, atque offenſionem, provocaſſent, ignoſceret, noxamque remitteret.

Quandoquidem igitur rumores, & querelæ, ſuper ſupina omnis generis ſævitia, ac tyrannide, militis adverſi, quotidie per regnum increbeſcerent, tùm æquè *Ordines ſub VNA*, eorumque bona, & ſubditi, quàm *ſub VTRAQVE*, rapinis, ferro, atque incendiis, paſſim expoſiti eſſent, ità, ut metuendum foret, niſi huic calamitati temporiùs obviàm eatur, ipſam, atque ultimam, totiùs regni ruinam imminere: proinde etiam, etiamque, demiſſè *Cæſarem* ſeſe rogare, regnum, eiuſque fideles ſubditos, *Cæſar* clementibus oculis reſpiceret, infortunium iſtud ex paterno affectu ad animum admitteret, neve militi ſuo, ad ulteriorem regni, ſanguiniſque humani, perditionem, porrò conniveret, ſed potiùs, ſine ulteriori damni illatione, exercitum deduceret, interim in pacis media, ac compoſitionem, conſentiret, arbitroſque *Electores*, & *Principes, Imperij*, prænominatos admitteret, atque confirmaret. Sicubi igitur à *Cæſare Electorum* interpoſitione, *Proceres*, contrà quæcunque adverſa obtinuiſſent fidem, ſecuritatiſque certitudinem, uti etiam gravaminum ſuorum convenientem relevationé, tunc ſeſe militem, defenſionis igitur, conſcriptum, exautoraturos, directioni, ac congregationibus, renunciaturos, eſſe, certa ſub fiducia, & *Cæſarem* paria facturum, exercitumque dimiſſurum. Hactenùs *Bohemi*. Illis autem *Cæſar* tùm hæc in verba reſcripſit: Tametſi *Cæſar*, quas prætenderent *Proceres*, excuſationes invalidas, neque ſic admittendas, iudicaret: nihilominùs tamen, intuitu inſontium ſubditorum, his in turbis afflictorum, commotum, etiam, antequàm literæ ſuperiores adveniſſent, egiſſe cum *Electoribus, Moguntino, Palatino, Saxone*, & *Bavariæ Duce*, ut hac in re arbitri intervenirent. A quibus ubi reſponſorias recepiſſet, tùm ipſi *Bohemiæ Ordines* intereà, reipſa obedientiam ſuam declaraſſent, ſe de loco, temporeque opportunis, atque ad inſtantem *tranſactionem* convenientibus, cogitaturum, cum illiſque in gratiam, ac clementiam, rediturum, eſſe. Modò ipſi primitùs militem, etiam prima vice conſcriptum, dimitterent, regimine ſuo abirent, mandatiſque *Cæſareis* conformes ſe gererent. Hoc facto, *Cæſarem* exercitum proprium ad certum, atque idoneum, locum, inter *Bohemiæ* regnum, collocaturum, ubi militibus ſtipendia, & commeatus, pro parata pecunia, eroganda eſſent. Iniquum enim eſſe, ut *Bohemis*, iſtius inquietationis, ac turbarum, autoribus exiſtentibus, *Moraviæ*, atque *Auſtriæ*, ſubditis fidelioribus, hac in re moleſtia crearetur. Quæ omnia *Electoribus* iam antè tranſcripta, illis proximè poſſent innoteſcere. Iam ſe confidere, futurum, ut *Cæſari Ordines* debitam obedientiam præſtent, atque inſtantium calamitatum anſas, cauſſaſque, ipſimet præcidant.

****

Externa.

I.

Bohemi, ad Maximilianum, Bavariæ Ducem in cauſſa ſua, mittunt Legatos, abindeque reſponſum referunt.

EXtrà has *motuum Bohemicorum* origines, tanquam fontes ipſos, *Externa* velut videri poſſint, quæ, corollarii vice, iuxtà intervenêre. Iſtis enim ultrò citróque inter *Cæſarem*, ac *Bohemos*, tranſactis, ad *Maximilianum*, *Bavariæ Ducem*, ſuper iſtis turbis rectiùs informandum, emittunt *Legatos Bohemi*. Quo abſentivo, conſiliariis *Ducatibus* adventus ſui cauſſas, & rationes, explicant. Aiunt autem, nullatenus ſe dubitare, quin *Bavariæ Dux* abundè intellexiſſet, quæcunque hactenus, circà *Religionis* exercitium, apud ſe contigiſſent, atque adhùc dùm uſu venirent. De quo quidem, cùm varii paſſim ſermones, prout fieri amat, ſeminarentur, eaque de cauſſa rerum ignorantes facilè in ſiniſtram, atque deteriorem, opinionem flecti poſſint, adeſſe ſeſe, tanquam veram iſtius mali originem, ac fontem, detecturi. Zelum itaque *Religionis*, à DEO, & *natura*, mortalibus omnibus inditum, eò *Ordines Bohemiæ, ſub VTRAQVE* dictos, adegiſſe,

ut, ob *Religionis* exercitium, tàm ab omni imminenti periculo ſequeſtrandum, quàm ad poſteros propagandum, atque in *Teutonica*, *Vernaculaque* lingua promulgandum, *Literas* illas, ſive ſecuritatis, ſiue *Maieſtaticas*, dictas, à *Rodolpho Cæſare* impetrarint. Eas confirmaſſe tantùm non *Matthiam Cæſarem* modernum, ſed etiam, ſub iuramento, eiuſce protectionem ſuſcepiſſe. Indè eſſe, ut ſuper hoc *Religionis* ſuæ exercitio ſecuri, ne cogitaſſent quidem, futurum, ut contrà tàm luculenta privilegia ſua, quiſquam ſive facturus, ſive compoſitionem inter *Ordines*, tàm *ſub VNA*, quàm *ſub VTRAQVE*, tranſactam, in diſcrimen vocaturus, eſſet: Hoc enim cum *Regni* ſui conſtitutionibus è diametro pugnare. Nihilominùs inventos eſſe nonnullos, qui id, quicquid eſt, conturbare fuiſſent auſi. Atque eò uſque audaciam, & machinationes, id genus, hominum proceſſiſſe, ut, niſi divina ope dolus revelatus foret, de privilegiis illis ſuis jam actum fuiſſet. *Vicarios* enim, inter eos, quos quidem *Cæſar Pragæ* reliquiſſet, tantùm non mandatorum limites, præter debitum, egreſſos eſſe, immò verò *Patrum Societatis* auxiliis, *Cæſarem* in partes ſuas induxiſſe, uſque eò, ut ſub titulo ſplendidi Cæſarei illius nominis, quidvis non audentes, Ordinibus *ſub VTRAQVE* aditus ad *Cæſarem* præcluderent, querelas iuſtas inverterent, atque eo colore denigrarent, ut pro ſolatio, clementiqueq reſponſo, minas referrent ipſi. Hanc praxin ſuam *Patres Societatis* remis, veliſque, promoviſſe, neque ullo pacto acquieviſſe, donec hæc incendia ſuſcitaſſent. Iſtos inſuper, tantùm non pro concionibus, ſed publicis editis commentariis, in *Proceres* ſeſe acerbis, atque iniurioſis, verbis invectos eſſe: *Religionem* profanaſſe, atque enormis hæreſeos, utique, quæ *S. S. Trinitatem* negaret, neque verbo *DEI*, neque *Sacramentis* niteretur, coniugii copulam inhiberet, inque omnia tàm ſacra, quàm profana, iura, legeſque, ferro graſſaretur, atrociter inſimulaſſe: Neque hîc ſubſediſſe iſtorum libidinem, ac pertinaciam, ſed uſque eò nequitiæ, impotentiæque, claſſem in altum provectam eſſe, ut clamarent, *Proceres ſub VTRAQVE*, horrendam, atque teterrimam, ob hæreſin infamatos, dignos eſſe, qui ferro, atque ignibus, è medio tollerentur. Iſtis adde, *Religioſos* iſtos homines, eò *Vicarios*, *Cæſaris*, tanquàm neceſſarios ſuos, impuliſſe, ut abſque *Patrum* horum conſiliis, nihil etentare, nedùm efficere, auſi forent. Atque has eſſe cauſſas, hunc fontem, è quo tantorum malorum lerna, ac colluvies, emanaſſet in *Bohemos*, ut etiam bonam partem *Romano-Catholicorum* id genus actus, ac procedendi modos, minimè gentium approbaſſe conſtet. Viderent igitur *Conſiliarii Bavarici*, id genus adverſæ partis machinationes, ſibi, nempè *Proceribus ſub VTRAQVE*, neceſſitatem impoſuiſſe, ut diutius iſtorum attentatis minùs connivere, ſed magis iſtis reſiſtere, atque regnum in meliorem ſtatum, priſtinamque libertatem, vindicare, debuerint; Prout prolixiùs, & quo pacto cum quibuſdam ſuſpectæ fidei hominibus procedendum fuiſſet, *Apologia* ſua doceret. Abſque eo, ut quicquam tamen *Patribus* iſtis damni ſit irrogatum. Quæcunque ergò à ſe eo in genere facta eſſent, ea omnia, tanquam in manifeſtos pacis turbatores, optimo iure, ac titulo, ſecundùm vigorem *Literarum Maieſtaticarum*, pacta tranſactionis, diætæ Provincialis decretæ, & regni denique ipſius conſtitutiones fundamentales, peracta & eſſe, & excuſationem mereri. Invitos quidem ſeſe ad violentum iſtud remedii genus deſcendiſſe, ſed communis ſalutis, neceſſitatiſque igitur, adactos eſſe.

Quantùm igitur ad ſuſceptum defenſionis negocium attineret, hoc ſeſe conteſtari, nullius id hominis, cuiuſcunque modò ſit, ſive *Religionis*, ſive conditionis, in præiudicium vergere, tantò minùs eſſe, ut *Cæſari* opponere ſeſe cogitent, utique in cuius, ſicut & patriæ, ſecuritatem omnia peragerentur, quò ità *Religionis* privilegiatæ turbatoribus, obviàm iretur, iſtique talium, tantorumque, motuum autores, *ſub VNA* dictos, bona cum pace, & *DEO*, & *Cæſari*, ſervire ſuſtineant. Atque hoc ipſum ardentiùs iam deſiderare, poſteaquàm inimicorum ſuorum impulſu, *Cæſar* inductus, valido exercitu *Bohemiam* inundaſſet, ut hac neceſſitatis lege, tàm libertatem ſuam, quàm uxores, atque liberos, tueri requirantur. E quibus omnibus, ſiquidem manifeſtum evaderet, ſatis ſe habuiſſe cauſſarum, ut eò uſque in adverſarios ſuos eorundemque flabella, *Patres Societatis*, tanquam communis quietis, ac pacis, hoſtes, animadverterent: Defenſionis verò ſuſceptæ negocium, non quidem contrà *Cæſarem*, ſed hoſtes, tàm *Cæſaris*, quàm Patriæ, militaret, quo *Tragœdiæ* iſtius autores meritis pœnis afficiantur, ſicut hac in parte, *Ordines ſub VNA* unanimiter ſibi eſſent conſentientes: Ideòque *Bavariæ Ducem* minimè permiſſurum eſſe, ut *Proceres ſub VTRAQVE* diutius citrà meritum, iſtis belli periculis, ac perſecutionibus, affligi debeant. Hanc in rem demiſſè *Proceres* intercedere, ne pateretur *Dux*, in *Provincia* ſua militem conſcribi, nedùm copias alias per latus ſuum contrà *Bohemos* educi, ideòque potius *Bohemiæ Ordines* in commendatis haberet, pro iiſdemque apud *Cæſarem* intercederet, eòque rem promoveret, ut *Ordinibus* in priſtinam libertatem reſtitutis, & privilegia ab oneribus ſublevarentur, & pacis turbatoribus debitæ pœnæ irrogarentur. Atque hanc eſſe illam viam, qua in regnũ priſtinus nitor, & ſplendor, introduci, *Cæſarique* perennis laus, ac gloria, aſſcribi ſuſtineat, &c. Hactenùs illi. Illa verò *Bavariæ Ducis*, reducis facti, reſponſio tùm extitit: Procedendi modum cum *Vicarius*, & *Conſiliariis*, *Cæſaris*, *Pragæ* relictis, prorſus eſſe inſolentem, nulloque colore excuſandum. Poſito in caſu, ſive illos, ſive *Patres Societatis*, alioſque *Romano-Catholicos*, adverſas *literas* illas *Maieſtaticas*, pacta, ac decreta, provincialia, deliquiſſe, conſtaret, nihilominùs *Procerum ſub VTRAQVE* non fuiſſe, ut vel aliquid ſaltem in iſtos decernerent, multò minùs ut vim, manuſque, inferrent: Sed rem ordine agi, ac ſecundùm leges, proceſſum formari, debuiſſe. Secundùm hæc, neque ipſis convenire, homines religioſos, utique à *Rege Ferdinando*, cùm *Provinciæ* conſenſu, introductos, ac *ſcriptis publicis, fidem adverſæ Religionis partibus habendam eſſe, profeſſos*, ſubitò, nedùm ullo pacto priùs auditos, è regni finibus eiicere: Etiam manifeſtis reis, de iure naturali, hoc largiendum eſſe beneficium, ut, antequàm ſufficienter audiantur, legitiméque damnẽtur, in eos executio locum minimè habeat, delictis quantumvis notoriis, ac manifeſtis, exiſtentibus.

Hanc

Hanc ob cauſſam, etiam vel ipſos *Proceres* conqueri, ſuper prædictis *Cæſareanis Vicariis*, ac *Conſiliariis*, tanquam & illi, in propria cauſſa, ſe judices geſſiſſent, directionem de facto invaſiſſent, nulloque ſervato *Iuris*, juſtitiæque, ordine, *Proceres ſub VTRAQVE* inaudita cauſſa, damnaſſent. Ipſos igitur proprio perire, ac cadere, gladio. Sicubi enim in eo à *Vicariis Cæſareis* aberratum ſit, ut præter iuris, ac legum, ordinem agentes, digni extiterint, in quos inſurgerent *Proceres ſub VTRAQVE*: certè eo ipſo quoque ipſos *Proceres* dictos neceſſariò, ac graviter, peccaſſe, dùm extrà omnem legum ordinem, ac proceſſum, ab executione, & quidem atroci, cœpiſſent: cùm magis vias de iure naturali, & omnium gentium conſuetudine, uſitatas calcare, accuſare, audire, convincere, convictos damnare, damnatos denique legitimè, pœnis debitis coërcere, debuiſſent. Quo nomine neque ullus *aliquis iudex, quiſquis* ſit, iniuſtam ferens ſententiam, defendi ſeu debet, ſeu poteſt, tametſi alius ſit, qui hoc commiſerit. Verùm enim verùm ipſe facto proprio errorem, ac prævaricationem, alteriùs corrigere, adeóque, loco iuſtitiæ, haud præſtitæ, ipſe iuſtitiam adimplere rectiùs tenetur, &c.

I I.

Electoris Saxoniæ admonitio. Qua Bohemos, ad obedientiam, Cæſari præſtandam, invitat. Eorundemque replicatio.

PAulò antè facta erat mentio reſcripti *Cæſarei*, ad *Electores Imperii*, ſuper compoſitione rerum *Bohemicorum*, emiſſi. Illud igitur, quod ad *Saxonem* directum fuerat, eiuſce extitit argumenti: *Cæſarem*, iam tandem ab immorigeris, ac refractariis, ſubditis, literas accepiſſe, quibus iſti paulò aliter, ſcilicet frugi, ac bonæ mentis, cupidos ſeſe declaraſſent. Cùm igitur nihil reliqui eſſet, niſi ut verbis conteſtatam obedientiam, ipſo facto adimplerent, ſeſeque clementia *Cæſaris* condignos exhiberent, ut hoc pacto interpoſitionis mediis, locum dare *Cæſar* pateretur, ea propter modò allegatæ interpoſitionis medium ſe non recuſare. Proindè, ut hoc ipſum ad effectum ſpectare poſſit, hanc in rem *Electores, Moguntinum, Palatinum, Ducemque Bavariæ*, pariter literis compellaſſe. In eo autem verſari totius actionis cardinem, ut, poſteaquàm *Cæſar* debitæ ſubditorum ſubmiſſionis certior redditus foret, tùm locus, tempuſque, tractationis mutuæ indicerentur. Vellet igitur, iuxtà alios ſuos Collegas, *Elector* hanc Provinciam in ſe recipere, paratuſque eſſe, ut ad futuram denominationem loco deſtinato, ipſemet non tàm comparere, quàm cætera, quæ *Cæſar* indicari curaſſet, tranſigere, quitus eſſet. Quò ſic turbæ per *Bohemiam* conſopiri, vice verſa pax deſiderata, rerumque optima dicta, recuparari, ſuſtineret.

Illis acceptis, ilicet *Saxo Elector* ad *Ordines Bohemiæ* rem omnem, & quidem ſequentibus, detulit: *Cæſarem* iam tandem, ad improbè factas, tàm ſuas, quàm Collegarum ſuorum, petitiones, atque inſtantias, decreviſſe tranſactionis illius amicæ negocium, tàm ſibi, quàm *Electoribus, Moguntino, & Palatino*, ut & *Bavariæ Duci*, deferre, proximéque locum, tempus, modumque, ac viam, ineundæ compoſitionis denominare. Ea commonefactione nihil gratiùs ſibi quidem accidere poſſe, velle etiam, quantum quidem eius in ſe eſſet, rem illam ad effectum deducere. Quòd autem *Cæſar* denominationem loci, & temporis, differret adhuc, ſe minimè intermiſiſſe, quin peteret, evitandi maioris periculi igitur, quamprimùm denominatio iſta emanararetur. Supremas *Ordinum* literas, non parum *Cæſaris* animum inflexiſſe, ſicut colligere facile eſſet. Monere igitur, atque urgere, ſe, vellent literis declaratam obedientiam ipſo facto conſignare, ut ità *Cæſar* cum illis in clementiam rediret, paxque, & tranquillitas, priſtina redintegraretur. Ad has *Saxonis* literas ita reſcripſêre *Bohemi*: Cum gaudio ſeſe cognoviſſe, ad interceſſionem tàm *Saxoniæ Electoris*, quàm aliorum *Septemvirorum, Principumque*, *Cæſarem* eò inclinare, ut petitæ tranſactioni deferre, tempuſque, & locum, rebus agendis idonea, quamprimùm nominare velit. Ea propter *Deum Opt. Max.* ſeſe venerari, *Cæſaris* animum eò flectere pateretur, quò omnia ad felicem effectum ſpectare queant. Interim è *Cæſaris* ad *Saxonem* literis, illum odorem ſeſe ſuſcipere, ut inſtans iſta ſive tractatio, ſive interpoſitio, libera futura non ſit, neque ultrò, citróque, prolatis argumentis niti debeat, Sed *Cæſaris* intentionem illam eſſe, ut, tùm demùm diæta iſthæc indiceretur, poſteaquàm *Ordines* prius ſeſe ſubmiſiſſent. Iam ſeſe per *Deum*, atque ipſius *Electoris*, caput, ſanctè obteſtari, ſemper eius fuiſſe animi, atque adhûc dùm eſſe, ac perſeverare, ut *Cæſarem* cultu ſubmiſiſſimo, venerati, pro *Rege*, ac *Domino*, ſuo ſolo, atque unico, colerent, adeóque omnia, quæcunque ſubditorum ſunt, *Magiſtratui* ſuo perſolverent. Quòd ſi verò, ſub hoc debitæ ſubiectionis colore, ab ipſorum inimicis, ſicut ſuſpicio eſſet, aliud quiddam ageretur, ut *Ordines* ad iſtorum turpem revocationem, quæ quidem ipſi nunquam patraſſent, adigi deberent, tunc ſeſe peregrinorum delictorum reos, ac participes, minimè futuros, ſed æquum arbitrari, ut potiùs, vigore legum, adverſùs confeſſionis ſuæ hoſtes experirentur, quàm id genus ſubmiſſionem, præeunte nulla rei cognitione, turpiter reciperent. Quanquam tamen hac in parte *Cæſarem* extrà, adverſarios verò ſuos intrà, culpam eſſe, ſciant, ſtatutúmque habeant. Proindè *Electorem* ſeſe orare, ut tractationis illius ematurationem promovere, econtrà verò maculam aliquam inſontibus inuri, ne pateretur. Quantum ad *Pilſæ* civitatis prænominationem faceret, ità ſe iudicare, locum illum ſuſcipiendæ rei minùs idoneum eſſe, tùm, quòd incolæ *Romano-Catholicæ*, aduerſæque tùm *Religionis*, quàm mentis, ergà *Bohemiæ Ordines*, forent, tùm abſentibus, *Directoribus, Pragâ*, milite hoſtico intereà minimè ferias agente, facilè in diſcrimen venire, ac ſub prætextu compoſitionis, lanienam ſubire, queat: Hoſti enim omnia circùm circà infeſtanti, occupanti, ac cruentanti, quò minùs fidendum ſit, experientiam magiſtram commonefacere.

***

III.

Sigiſmundi III. Polonorum Regis, ad Bohemiæ Ordines, ſuper armis deponendis, admonitoriales. Ipſorumque ad Regem reſponſoriæ.

E Cæteris *Regibus*, ac *Principibus*, qui motus iſtos *Bohemicos*, interveniente partium reconciliatione, lubentes conſopiviſſent, hoc tempore ſe quoque obtulit *Sigiſmundus III. Polonorum Rex.* Cujus *ad Bohemos* literæ extant ferè illæ: *Regni Bohemiæ* triſtem faciem non ſemel, ac perfunctoriè, ad animum ſe admittere, immò ne quidem dubitare, quin à DEO turbarum id genus autores brevi pœnis debitis in ordinem redigi debeant. Nunquam ſibi in mentem, ne per ſomnium quidem, veniſſe, *Ordines* adverſùs *Cæſarem*, *Regemque*, vultus rebelles, ſeditioſoſque elevaturos eſſe, ut tantùm non in legitimi, & ſummi, Magiſtratus caput arma inferre, ſed depoſita omni humanitate, ac fide, etiam quæcunque reconciliationis, ac gratiæ, inveniendæ, media inſuper habere, atque explodere, comperiantur. Maximam laudis partem penès ſubditos in fideli, ac conſtanti, ergà ſuperiores, devotione, verſari. Contrà, turbas, ac res novas, agere, mandatis Magiſtratus repugnare, fideles atque obedientes, ſubditos alios lædere, nihil eſſe aliud, quàm concordiam, ac pacem publicam, conturbare, fidem tollere, atque, quod omnium eſſet fœdiſſimum, DEO ipſi, legibuſque divinis, iniuriam, ac vim, afferre. Si ſaperent igitur *Ordines*, etiam etiamque diſpicerent, quid agant, quid deliberent, quæ conſilia agitent, atque in quæ diſcrimina & regnum, & ſemetipſos, præcipitēt. Iniurias enim id genus, quæ quidem regia nomina læderent plerumque difficulter expiari conſueviſſe. Proindè ſe illis autorem, atque hortatorem, accedere, quàmprimùm à bello, malo prætextu ſuſcepto, deſiſterent, *Cæſaris* clementiæ ſe dederent, adeóque tàm ſemetipſos, quàm communem patriam, poſteroſque, paci, reſtituerent, ac tranquillitati. Patere adhûc dùm, ac dari, occaſionem. Quam ut capillatam arripiant, ipſorum intereſſe, antequàm conclamatum ſit. Seram enim pœnitentiam raro clementiam, gratiamque, operari. Ut magis graviores pœnas provocaſſe animadverſa ſit. Quòd ſi igitur huic regiæ admonitioni locum relinquere negent, fore, ut conſanguinitatis, fœderisque, lege, *Cæſari Rex* ſuppetias ferat. Sin ex adverſo morem, benè monenti, gerant, ab inceptoque reſiliant, tùm regiâ illis gratiâ, clementiâque, nunquam defuturum.

Bohemorum verò ad *Regis* interpellationem, reſponſum fuit eiuſmodi. *E Regis* literis intellexiſſe *Ordines*, illum rerum *Bohemicarum* ſufficientem cognitionem nondùm aſſecutum. Id quod tantoperè mirandum non foret. Maximè, cum *Ordines* etiam penès *Cæſarem*, *Electores*, *Principes*, *Statuſque*, *Imperii*, ab adverſariis innocenter ſint traducti, ut niſi maturiùs ipſi exculpationem ſui promulgaſſent, parùm abfuerit, quin rebellium anathemate fuiſſent perculſi. Atque hoſce ipſos adverſarios, quātùm in iſtis eſt, ſe tantùm non multis gravare figmentis, cuiuſmodi nunquam ſibi ne quidem concepta, cogitataque eſſent, ſed etiam totum *Chriſtianorum* orbem irritare, quò ità regnum deſtruatur, pacificatio, ac concordia, *Ordinum SVB VNA* atque *ſub VTRAQVE*, per *literas Maieſtaticas*, tot privilegia, ac pacta, confirmata, tollantur, illorumque iura, atque immunitates, annihilentur. Quæ fraus, atque injuria, ut tàm *Cæſari*, quàm cuivis bono, ob oculos poni, ac liquere, poſſit, *Ordines Apologiam* typis publicaſſe, totieſque *Cæſarem* conceptiſſimis verbis rogaſſe, vellet adverſariis iſtis ſuis, & delatoribus, fidem derogare. *Deum* enim ſeſe conteſtari, nunquam quicquam eorum, quorum falsò inſimularentur, ſibi animos ſubiiſſe. Quicquid autem cum pacis turbatoribus anteà factum eſſet, hoc neceſſitatem, ſibi impoſitam, feciſſe, cauſatamque, eſſe: quò ità graviter delinquentes etiam notabili, gravique, pœnæ genere, coercerentur. Iſtos enim ſanctiſſima inter *Cæſarem*, atque *Ordines*, pacta violaſſe, templa *Evangelicorum* partim diruiſſe, partim concluſiſſe: pios, bonoſque, in carceres conieciſſe: *Ordines* inſontes, nec dùm auditos, damnaſſe, quodque omnium potiſſimum eſt, aditum ad *Cæſarem*, rectiùs informandum, præcluſiſſe. Tandem eò pervicaciæ, arrogantiæque, deveniſſe, ut omnia, ſub ſpecioſo *Regis* titulo, contrà ipſa *Regni* iura, non ſine regiæ maieſtatis eluſione, liberè, atque impunè, factitarent. Indè mirum quidem haud eſſe, *Ordines*, divino zelo commotos, in præcipuos iſtorum, & coryphæos, iuſta cum ſeveritate, animadvertiſſe. Cæterùm, quod *Ordines* accuſentur, tanquam omnem ad clementiam viam, ac regreſſum, excluderent, perſuaſiſſimum *Regi* eſſe oportere, *Ordines* unicè, ac mirificè, *à Cæſare* deſiderare, quò per interpoſitionem *Electorum*, *Principumque Imperii*, iſthæc controverſia placidis remediis, & mitibus, componatur. Quam in ſpem tametſi anteà fuerint erecti, iam tamen inquietos, & peſſimæ notæ homines de novo omnia turbare: Atque hoc ſaltem de induſtria agere, ut negocium interpoſitionis tàm ſalutare extrahatur, interim *Ordines*, ſpecie futuræ tractationis, ineſcati, ſibique confidentes redditi, ex inopinato invadantur, omniaque, tàm ferro, quàm igni, devaſtentur. Bonam eſſe cauſſam ſuam. Huicce *Ordines*, tanquam muro aheneo, niti, *Deoque* confidere. Quibus ducibus, neceſſitatis lege, hoſtibus ſeſe opponere cogantur, ea tamen ſub reſtrictione, ut nunquam nō DEO, & *Cæſari*, pro recuperanda pace, ſupplicent. Id quod *Rex* ipſemet è literis proximè datis ad *Cæſarem*, exemplo earum hîc adiuncto, haud gravatim doceri poſſit. Rogare igitur *Ordines*, *Rex* pro ſua ergà *Bohemiæ* regnum humanitate, apud *Cæſarem* intercederet, quò deſiderio ſuo ex æquo ſatisfiat. Ut ut autem hoſtes, paciſque turbatores, neglectis, ac valere iuſſis, interpoſitionis, compoſitioniſque, mediis iſtis, tàm à *Rege*, quàm ab aliis, pro *Cæſare* auxilia erogaturi eſſent, confidere ſeſe, *Regem*, bonæ utique cauſę huius memorem, vel ipſum iſtos ad pacem, ac quietem, commonefacturum.

IV.

Vnitorum per Imperium Principum, his in turbis, curæ, & ſolicitudines.

INtereà turbæ iſtæ per *Bohemiam* exortæ non minùs *Principes* per *Imperium*, *VNIONIS* nomine confœ-

confœderatos; momorderunt. Cùm igitur *Rotenburgi ad Tubarim* diætam celebrarent, hanc in ſententiam ad *Cæſarem* dederunt: Qua perturbatione animorum turbas iſtas *Bohemicas* intellexiſſent, quaque ſolicitudine, ne flamma proximi parietis in ſe exundaret, verſarentur ipſi, prolixa inductione habere minimè opus, Maximè, cùm, tàm natura, quàm experientia, quàm nobile *DEI* munus pax foret, conteſtentur. Iam ab initiis turbæ iſtius ſeſe ſperaſſe, *Cæſarem* non admiſſurum, ut hoc regnum tàm ſanguinario, ac crudeli, bello implicaretur, potiùs verò ea remedia paraturum, quibus authoritas eius, debitus ſubditorum reſpectus (quem & nunc *Bohemi* præ ſe ferrent) pariterque quies, ac tranquillitas, regni, ſarta tecta conſervari, quita eſſent. Interim, inſuper, ac neglectim, habitis iſtis omnibus, tribunos *Cæſareanos* ſuperinducto milite, *Bohemiam* invaſiſſe, loca, atque oppida, nonnulla occupaſſe, támque ferro, quàm incendiis, crudeliter rem egiſſe, ut etiam neque imbecillo, ac favorabili, *Mulierum* ſexui, nedùm ipſis infantibus, ætatis teneritate miſericordiam aliàs provocantibus, parſum, neque etiam portentoſa id genus ſævitia ſuperioribus ſeculis inter *Chriſtianos* comperta ſit. *Cæſarem* quidem ſe hac in parte indemnem, atque infrà culpam, iudicare; Eos verò reprehenſione dignos eſſe, qui inimicitiarum, ac belli, ſatagentes, magis propriis, ac peregrinorum commodis, quàm *Cæſaris*, atque *Imperii*, proſperitati, addicti, iſtorum motuum authores exiſterent. Eam eſſe *Bohemiæ* conditionem, ut, niſi maturè huic malo eatur obviàm, res ad deſperationem apud *Bohemos*, apud finitimos verò ac propinquos, *Ordines*, ad ſeditionem, reſque novas, ſpectare videatur. Non ignotum *Cæſari* eſſe, quid è *Religionis*, & id genus, gravaminibus, niſi remedium in tempore adhibeatur, emergere ſoleat. Dùm igitur *Bohemi*, ſuper multis adverſitatibus, quibus in *Religionis* exercitio libero premerentur, conquerantur, non dubitare ſe, *Cæſarem* eas examinaturum, ponderaturumque. Ut etiam reſpectum devotionis, ergà ſe continuandæ, habiturum, ut hoc nomine conceptam indignationem, remittere, pacemque revocare, paſſurus ſit, præſertim *Imperii Electoribus*, *Principibuſque*, ſuper hac tranſactione mutua, operas ſuas promittentibus. Atque eo ipſo volupe ſibi fuiſſe, quòd intellexiſſent, *Cæſarem* ultrò, & benignè, ad id compoſitionis genus, extrà quod non eſſet remedium aliud ullum, propendére. Proindè intercedere ſeſe, atque orare, *Cæſar* amica compoſitionis media maturaret, pacem, ac tranquillitatem, publicam, redintegraret, exercituſque deduceret. Hanc viam eſſe ad revocandam *Imperio* quietem. Hoc nomine diffidentiæ, ac ſuſpicioni, tanquàm *Cæſar* ſub eadem *Bohemorum* cauſſa, & colore, *Religionis* exercitium per totum *Imperium* extirpare, atque eliminare, conſtituiſſet, ſanguis mitteretur, immò, ne alii *Status*, ſuper iuſta, ac licita, defenſione, coëant, medicina & præſervatio ſalutaris adhiberetur. Iſtud quoque, periculi non contemnendi loco, proſpiciendum eſſe. Ne, gliſcentibus iſtis, inteſtinis, ac civilibus, incendiis, *Turcicis* aſſultibus anſa, foreſque, quod ajunt, aperirentur. Verùm enim verùm certos ſeſe eſſe, *Cæſarem* in iſtam neceſſitatem rem non deducturum, ſed ſalutaribus potiùs admonitionibus locum relicturum, eſſe, quò ità *Bohemiæ* regnum, turbis non exiguis agitatum, à ruina præſervari, pax reſtaurari, gravaminibus *Evangelicorum* medicina fieri, omniſque denique per *Imperium* diffidentia, aboleri, ſuſtineat.

Eandem ferè in ſententiam *couniti Principes* iſti tàm *Electorem Saxonem*, quàm *inferioris Saxoniæ Principes*, literis compellarunt: Videlicet, *Motus iſtos Bohemicos* commune *Religionis* exercitium concernere, ideoque cautela, ac vigilantia, opus eſſe, ne ſub eadem cauſſa, omnes *Evangelici* per *Imperium*, *Principes*, atque *Ordines*, obruantur: maximè cùm *Cæſareani militis* per *Bohemiam* tàm barbara, ac portentoſa, eſſet ſævitia, ut truculentior eſſe vix quita ſit. Alia pacis recuperandæ media, niſi mutuæ compoſitionis, nulla dari. Hæc *Cæſar*, hæc *Saxo*, hæc cæteri *Electores*, *Principeſque*, unicè, ac ſedulò, urgerent, procurarentque. Procraſtinatis verò illis, *Electores Evangelici*, aliique *Status*, coirent, de fœderibus, atque auxiliis, vicino, atque ab antiquo confœderato, *Bohemiæ*, ſive *regno*, ſive *Electoratui* ſuppeditandis, deliberarent, eademque operâ externis exercitibus, per tractus *Imperii* irrupturis, aut ſimile quid, in perniciem *Bohemorum* tentaturis, vias, adituſque, intercluderent.

Non minùs ex altera parte, iidem *Couniti* ad *Bohemos* dederunt: Seſe *Bohemorum* literis, ſuper *præſenti* calamitate, edoctos, his, aliiſque, de cauſſis, præſentem conventum, atque comitia, indixiſſe. Cùm igitur nihil antiquius habeant, quàm ut ſanguinariis iſtis diſſidiis, ac certaminibus, medelam aliquam afferre poſſint, ideóque *Cæſarem* per literas interpellaſſe, ac, quàm dulce eſſet, pacem armis præferre, ſubintuliſſe; Eandem rem, & cauſſam, *Bohemorum* ſeſe diligenter cùm aliis *Imperii Principibus*, atque *Ordinibus*, acturos eſſe: Sub ſpe, etiam ipſos, *Bohemos* ſcilicet, ſicut hactenus, ità deinceps, ergà *Cæſarem*, utique *Regem*, ac *Dominum*, ſuum, quoque omnem obedientiam debitam, declaraturos, neque indè vel latum, quod dicitur, unguem diſceſſuros, iuxtà verò compoſitionis negocium, quoquo modo, ac via, promoturos, eſſe. Quò ità pericula, quæcunque immineant, evitari, regnum, finitimæque provincię, pacari, ſolidáque, recuperata pace, uti frui, evaleant. Sicubi verò, citrà expectationem, uſuveniat, ut æquæ, rectæque, conditiones, locum inveniant nullum, è contrario per *Bohemiam* incendiis, cædibus, atque id genus crudelitate, res porrò agatur, atque *Religionis* negocium periclitetur, tùm demùm ſeſe (*Counitos*) cum cæteris, *Electoribus*, *Principibuſque*, atque *Ordinibus*, *Imperii*, ſuper neceſſariis, deliberaturos. Interim, hoc ultrò ſe illis largiri, ut delectus, tranſituſque, militum, contrà *Bohemos* conſcriptorum, in ſuis quidem *Provinciis*, ac territoriis, pro virili impedire affecti ſint.

***

CAP.

CAP. VI.

De bello jam flagrante inter Cæſarem, & Bohemos.

POſteaquàm igitur, iam bono tempore, literis, codicilliſque, inter *Cæſarem* & *Bohemos*, (ſicut in bello fieri amat, ut uterque cauſſam ſuam priùs literis, poſteà armis, acerrimè defendat) mutuis hinc inde abundè miſſiculatis, fruſtrà res acta fuiſſet, tùm modicis, ac præſertim equeſtribus, ſiue pugnis, ſive velitationibus, uterque hoſtilis exercitus vires ſuas exploraſſet, tandem in veras offenſas, apertamque hoſtilitatem, res degenerare cœpit. Quòd enim *Bohemi*, & quidem ante inchoatam tractationem, armis abire, contrà exercitus *Cæſareanus* integer, & intrà *Bohemiæ* quidem limites, ſubſiſtere iuberentur ſine miſſione, donec prædicta tractatio vel finem etiam ſuum aſſecuta fuiſſet, neque is quidem intereà ab inſultibus hoſtilibus feriaretur, tandem eam in ſententiam, facto vel *Senatuſconſulto*, à *Bohemis* pedibus itum eſt; *Cæſareanos* deinceps maſculè excipiendos, adeòque pro veris, atque extremis, hoſtibus, nullo ulteriùs prohibente, vel quoviſcunque, reſpectu, declarandos, habendoſque, eſſe.

I. I.

Mansfeldii natales, in Bohemiam adventus. Atque Pilſenæ Ciuitatis expugnatio.

BOhemis itaque, ſub *Turriano* duce, excercitus ſuos roborantibus, adductis etiam *Iägerndorffii Marchionis* copiis, *Cæſareani*, ſub *Bucquoio*, rebus ſuis diffidentes, *Budam albam* recedere cœperunt. Eos verò *Bohemis* iuſto cum exercitu inſequentibus, tandem in ſaltibus, circà *Gmnitrium* civitatem, per quos *Bucquoius* ducebat, res ad conflictum devenit. In quo utrinque aliquot centum milites deſiderati, è *Cæſareanis* autem *Griechingenſis Comes*, fortiter pugnans, occubuit.

Intereà *Erneſtus*, *Comes Mansfeldius*, cum manu militari, *Bohemis* auxiliator acceſſit. Erat is (quo de plura per hanc hiſtoriam dicentur) *Petri Erneſti*, *Comitis Mansfeldii, Belgii, & Ducatus Lutzemburgici, Gubernatoris* illius, qui ab ineunte ætate, uſque ad annum *Climactericum* illum *Magnum*, nempe tertiũ ſuprà ſexageſimum, ſacratiſs. *Domui Auſtriacæ* per *Aragoniam, Gallias*, & *Belgium* magna cum nominis fortitudiniſque prædicatione, operam militarem navaverat) filius naturalis. Hic ſub fratre, *Carolo Mansfeldio*, in *Hungaria* militiæ tyrocinia depoſuit. Abhinc ſub *Leopoldo Auſtriaco*, tempore turbarum *Alſaticarum*, pro tribuno meruit. Deinceps, neſcio, quo pacto, à *Catholicis* abalienatus, adverſaſque partes ſecutus, pro *Sabaudo Duce* contrà *Hiſpanos Mediolanenſes*, ordines duxit. Quorum diſſidiis finitis *Sabaudo* ſumptus ſubminiſtrante, partibuſque *Electoris Palatini* impendio favente, cum bis mille militibus, in *Germaniã* appulit. Ubi à *Comitiis Principibus*, ad ferendum *Bohemis* auxilium, dimiſſus eſt. *Bohemi* igitur illum rei tormentariæ præfectum, ac *Generalem*, iuxtaque legionum aliquot ducem, declarantes, miſerunt, ut *Pilſenam* occuparet, locum *Germaniæ* opportunum, firmumque, adeòque militia olim *Huſsitica* famigeratum. Ea nempè civitas, tametſi ab initio *Proceribus Bohemiæ* favere velle præ ſe ferret, paulò poſt *Cæſaris* literis admonita, ad priſtinam obedientiam rediit, *Bohemiſque*, valere iuſſis, nuncium remiſit. Atque hæc ipſa erat cauſſa, ut, quòd partim *motus Bohemicos* non approbaret, partim *Germaniæ* in *Bohemos* clavis loco eſſet, obſidione digna, atque expugnanda, illis videretur. *Mansfeldio* proindè obſidionem tentante, urbaniſque, etiam ſuburbana ædificia pulcherrima, ut rectiùs reſiſtere quiti eſſent, ipſiſmet diruentibus, *Cæſar* rem compertam indigniſſimè ferens, *Saxoniæ Electorem* literis compellavit, legatus eius *Iacobus à Grunthal* qui eò miſſus erat, ut *Ordinibus Bohemiæ* obedientiam præſtandam, *Cæſari* verò benignam compoſitionem, perſuaderet) hoc apud *Bohemos* ageret, ut quàm primum ab obſidione diſcederetur. Nec minùs *Bavariæ Dux* conceptis verbis intervenit, datiſque ad *Bohemos* literis, obſidionis ſolutionem, miſſionemque, urſit. Cui quid illi repoſuerint, ordine, ac ſigillatim, recenſere velle, nimis prolixum ſit futurum.

Antequàm autem *Mansfeldius*, obſidionem ſeriò urgens, ad ultimos iſtos impetus, aſſultuſque, deveniret, præmiſſi ſunt à *Bohemiæ Directoribus*, legati, qui ſub certis, & mediocribus, conditionibus, tùm deditionẽ oppidanis perſuaderent, tùm inter partes tranſigerent. Sed conditionibus id genus ab oppidanis inſuper hab tis, *Mansfeldius*, admotis machinis, arietibuſque, civitatem magna cum violentia aggreſſus, tandem per ſcalas, à milite mœnibus iniectas, feliciter, non tamen abſque difficultate, expugnavit, celebratiſque, Victoriæ, pro more, ſolennibus, oppidanos in verba *Procerum ſub VTRAQVE* jurejurando adegit.

Quibus omnibus per *Mansfeldium* peractis, *Bohemi* nihilominus eiuſce facti excuſationem literis conceptis ad *Cæſarem* direxerunt, cauſſantes ſcilicet, inter cætera, conditiones illas, quas pro ineunda pacificatione, *Cæſar* præſcripſiſſet, nimirũ, ut *Ordines* omnium primùm exercitum exauctorarent, ac dimitterent, contrà *Cæſareani* milites omnium velut in armis potirentur, ſibi, quantumvis pacis, cõpoſitioniſque, cupidis, nimis duras, immò intolerabiles, ac manifeſti periculi plenas, viſas eſſe. Non poſſe ſe regno, ſibique, in tàm manifeſto diſcrimine, deeſſe, ut etiam *Sileſiæ Statuum* ſub eadem *Religionis* cauſſa, ſecum confœderatorum, copiaſque iungentium, conſenſum hac in re impetrare nequeant. *Pilſenæ* autem *Civitatis* incolarum eam eſſe malitiam, ut, neceſſitate velut ipſamet urgente, ad eiuſce oppidi occupationem ſint compulſi. Eos enim non tantùm à ſe, ſuiſque, defeciſſe, ſed etiam minis, iniuriis, atque id genus atrocibus factis, in ſe, vicinoſque, ſeminatis, perpetratiſque, *Mansfeldium* provocaſſe, ut tametſi ab *Ordinibus* avocatus, ſua cum manu ab oppido receſſiſſet, nihilominùs ad iſtorum inſolentiam, vicinorumque, ſub onere gemen-

gementium, inſtantias, fuerit denuò ad obſidionem revocatus. Oppidanos porrò, manifeſto protervíæ indicio, ædes ſuburbanas diruiſſe, tanquam hoſtem provocare auſos; immò, antè expugnationem, deditionis faciendæ media, acconditiones, à legatis ſuis propoſitas, reſpuiſſe. Ut aliter cum iſtis, tametſi quidem voluiſſent *Ordines*, agi ne potuiſſet quidem. E quibus, atque id genus aliis, *Cæſar* neceſſariam velut hujus loci occupationem cognoſcere, atque agnoſcere, poſſet. Rogare, atque demiſsè, ſeſe nihilominùs, ſicut antea, inſtare, dignaretur *Cæſar*, ad propoſitam interpoſitionem clementer progredi, tolerabiliores conditiones elargiri, atque coëffuſioni tàm plurimorum inſontium ſanguinis parcere, juxtà verò regno, ac patriæ, pacem, ac tranquillitatem, ſeque adeò ipſum, ſuis reddere.

III.

Mansfeldius banni fulmine feritur.

HÆc, atque alia, tametſi *Ordines*, pro colorandâ *Pilſenæ* expugnatione, curioſè accerſerent, atque in ſcriptis dimitterent: nihilominùs *Cæſarem* ab adversâ parte ab alienatum, parùm, aut nihil, moverunt. Ut etiam *Erneſtum* illum *Mansfeldium*, tanquam *Pilſenianæ* occupationis autorem, *banni imperialis* fulmine feriret, ac proſcriberet, proſcriptumque, publicè affixis tabellis eliminaret; adeòque cuiviſcunque impunè occidendum publicaret.

IV.

Ordinum Auſtriæ SVB VTRAQVE gravamina.

SÆvientibus ità procellis *Bohemicis*; *Cæſar Ordines Auſtriæ*, pro inveniendo tantæ calamitati remedio, convocari fecit. E quibus *Ordines, ſub VTRAQVE* dicti antequàm ad deliberationis negotium fieret progreſſus, moram injecerunt; fune, vel catenâ, querelarum (gravamina vocant) injectâ, atque præmiſsâ, quarum præcipuæ *Religionis* negotium erant concernentes. Illis *Cæſar* ſingulatim, & clementer, reſpondit, quantuinque res, temporiſque ratio, permittebat, ſatisfecit. *Ordines* igitur *Sub VTRAQVE* illi *Cæſaris* voluntati eò uſque aquieſcẽtes à factâ in conventu propoſitione, *Proceres SVB VNA*, mediante ſcripto, ilicet requiſiverunt: Utrũ *Collegæ SVB VNA*, ſe, ſuosque *SVB VTRAQVE* dictos, quoad indultum *Maximiliani II. itemque Matthiæ Imp.* confirmationem, vellent indemnes tueri; nec ullo pacto contravenire, nedùm, cauſsâ *Religionis*, perturbare: juxtàque ad Conſiſtorium Univerſale (ſive judicium) ideq; ęquale, ẽt ſuos admittere? Illis à *Catholicis* reſpõſum eſt. *Ordines SVB VNA* dictos, pleraſque abſentivos eſſe; Ideóque tanti ponderis, ac negotii, molem, ut pauci in ſe reciperent, minimè convenire: Velle interim ſe collegas literis evocare, & abindè eâ de re proximè deliberare. Sed *Ordines Evangelici* dicti ulterius conqueri, enarratiſque quibuſdam, ſibi intentatis, gravaminibus, atque injuriis, porrò intimare cœperunt: ſe, ſuosque, ejus animi eſſe, ut conſocios *Catholicos*, *Religionis* intuitu, neque verbis, nedùm operibus, lædere, perſequi, aut eiicere, ſed illis potius fideliter aſſiſtere, velint, hac ſub conditione; ſiquis contrà facere auſit, iſte tanquam proditor accuſaretur, privilegiisque patriis excuſſus, è medio bonorum in exilium prorſus eiiceretur. Igitur, (quod mutua poſtulet æquitas) *Catholili* idem facerent, eandemque reciprocam ergà ſe fidelitatem declararent. Quæ ut eò rectior, conſtantiorque, habenda foret, literis conſignari, comprehendique, debeat. Atque hoc ipſum, niſi prius ratum habeatur, non poſſe ſecum illis ad mutuas deliberationes progredi. Ad hæc denuò *Catholici* reſcripſerunt: Quòd de moleſtiis, atque iniuriis, ſibi intentatis, conquererentur, de iſtis nihil ſe cognitum habere. Pleraſque interim, ab ipſis allatas, querelas, potius patriæ patrem, ac *Principem*, quàm *Ordines*, concernere. Ad quem, ſi quid tale accidiſſet, remitti de jure par eſſet. De dicaſterio, vel Iudicio, æquali quod ſuggererent, nedùm hactenus, ſive ſuper perſonarum numero, ſive proceſſus modò, aliquid eſſe definitum. Ut, quo pacto certas perſonas ad id denominare potuerint, haud videant. Sicubi igitur, omnia iſta prius rata haberentur; tunc ſeſe loco, atque officio, ſuo, quantùm ad rem ipſam, atque effectum, attineret, non defuturos. Haſce, & id genus ſuſpiciones, differentiaſque, non aliundè, niſi ex altâ diffidentiâ, eſſe oriundas, quas quidem *Evangelici*, ergà ſe *Catholicos*, foverent. Eſſe ſeſe adhûc dùm illius animi, ſicut *Anno M. DC. X.* literis declaraſſent, immò, ſuperpondii loco, hoc adiicere, ſe *Evangelicos Ordines*, eorumque ſocios, contrà conventa, ac pacta, ante hâc mutuò data, non perturbaturos, perſecuturoſque, eſſe. Quo nomine *Evangelici* nihil, niſi ſinceram, germanam, atque optimã, voluntatem, fidem, atque amicitiam, de *Catholicis* ſibi polliceri debeant. Atque jam rei cardinem in eo verſari, ut depoſitis iſtis ſuſpicionibus, atque differentiis, utrinque id è medio deliberare, ac conſulere, debeant, quò adversâ iſthâc, & bellicâ impendente procellâ, patriæ ſuccurri ſit opportunum. Verùm enim verùm, neque etiam iſthæc, & quidem dilucida, *Catholicorum* expectoratio *Evangelicos* placavit. Denuò igitur, & quidem per literas objecerunt: Sicubi *Catholici* tàm ſincerè, candidèque, ergà ſe forent affecti; ſicut ipſi ergà eaſdem; remotâ laciniâ; animos detegiſſent, nihil obſtare, quin totidem, & germanis; verbis, categoricos, & bona fide, abſque ulla hæſitatione, profeſſionem edituri eſſent; ſicuti quidem ipſi in antè feciſſent. Illud enim, quod quiſpiam reapſe præſtare ſit animatus, haud difficulter, ut literis conſignari queat, permiſſurum. Seſe proindè, ſi ità res habeat, hancce reciprocam ſtipulationem literis confirmari cupere, Eſſe enim literas verbis, undè, atque obiter, prolatis, paulò validiores, idque ſe, vel proprio ſuo, hâc ipsâ in re facto, experimento didiciſſe.

Iſtas inter logomachias, ac verborum digladiationes, interim tempus, deliberationibus dandum, abſque fructu extractum eſt, donec exercitus *Bohemorum* in *Auſtriam* uſque penetravit. Quorum jam graſſante impetu, denuò *Cæſar*, ut *Ordines*, utrinque ſepoſitis interim controverſiis ſine ulteriori morâ ad conſultationes pergerent, publicamque cauſ-

ſam privatæ anteponerent, ſeriò adhortari cœpit.

V.

Bohemiæ exercitu in Auſtriam penetrante, Schlickius Comes Zuethelium occupat.

CÆterùm, poſtquàm *Cæſariani* exploratum habuêre, *Bohemos*, collectis viribus, ſeſe invaſuros eſſe, ilicet ad *Bohemiæ* uſque fines ſeceſſum facientes, impedimenta, cum ſarcinis, manubiiſque, ſive belli præmiis, in *Auſtriam* præmiſerunt. Illud intelligentes *Bohemi*, bipartito exercitu, cujus pars *Turriano*, par *Schlikio*, ceſſit, diverſis itineribus *Auſtriam* ingreſſi, partem prædæ, in *Bohemia* collectæ, *Cæſareanis* rursùs extorſerũt. Intereà *Schlickius* cum ſuâ manu, è *Bohemis*, ac *Sileſiis*, conſtante *Zuethelium*, *Auſtriæ* civitatem, noctu invaſit, portiſq; machinarum artificio confractis, apertiſque, occupavit. In cujus viciniâ paulò antè impedimenta complura, ſpoliis, atque argento, onuſta, interceperat.

VI.

Turriani Comitis, ad Auſtriæ Ordines, literæ, ſuper adventu ſuo.

PRopter iſthanc in *Auſtriam* irruptionem, *Turrianus* ad *Ordines* talibus perſcripſit. *Deo* inprimis, & bonæ mentis hominibus, notum eſſe, quomodo in hanc *Provinciam* militari cum manu egredi cogantur, ſanguinariis id genus conſiliis, nullam pacis rationem ineuntibus, ſed omnia bello miſcentibus, ut etiam *Bohemiæ* regnum evertere conentur, ad id acti. Iſta incendia niſi maturè reſtinguantur, majores in vires, & flammas, eſſe abitura. Tacitè ſeſe eouſque cum exercitu moviſſe, ne hoſtis reſciſceret. Ideòque rogare, ne ſiniſtrè quiſquam hoc interpretaretur. Veniſſe enim ſe, ut hoſtes, versùs ſe congregãtes, diſpergeret, vice versâ amicos, contrà vim, atque iniurias quaſcunque, protegeret. Pro annonâ milites præſente pecuniâ ſatisfacturos. *Religioſis* verò, *& Clericis*, quanquam *Religionis* reformatæ perſecutoribus, modò intrà officij limites conſiſtant, nihil damni illaturos, eſſe. Ut cauſas, hæc ad arma impellentes, prolixius recenſere laboret, fruſtrà eſſe. *Apologiam Bohemicam* proſtare. Hanc verbis ſuis abundè loqui. Vt etiam cauſa ſua, nimir. *Bohemorum*, jam pridem à *Sileſiæ Principibus, Statibusque*, tum *Imperii, Electoribus, Principibusque*, aliis, approbata ſit, iiſdem ſibi communi operâ faventibus. Literas ſecuritatis, ceu vocant, impræſentiarũ ſeſe tàm *Arcibus*, quàm *Oppidis*, eorum impertiri, nemiles, quicunq; ſaltem ſit, quicquã adverſi præſumere auſit. Iſtum omnia cum moderatione facturũ, ne deſuper accuſari queat. Reos enim, & delinquẽtes, neutiquam impunè laturos. Si quid contrà hoc edictum mutire, atq; obeſſe, tentent, iſtos ſeſe tàm temporalibus, quàm æternis, pœnis devovere. Atq; hæc, quæcunq; armis agerentur, eò tendere, ut *Ordines* nihil prius habeant, quàm Conſcientiæ libertatem, *literarumq; Maieſtaticarum* confirmationem, obtinere, ac conſequi, evaleant.

VII.

Matthiæ Imp. ad Lignicii Principem, ſuper Bohemorum invaſione, literæ. Eiuſdemq; reſpõſio.

MAtthias verò *Cæſar*, ubi de invaſione *Bohemorũ*, atq; per *Auſtriam* graſſationibus, cognoviſſet, has ad *Ducem Lignicii, Ioan. Chriſtianum*, dedit. Cùm turbæ, & motus, in *Bohemis* increbeſcerent, eò uſque, ut tantùm non *Cæſareani* paſſi aliquid ſint, ſed etiam in *Auſtriam* uſque ſeditioſorum furor progreſſus fuerit, inprimis copiis *Sileſiis* ſtrenuè tàm invaſionem, illam, quàm diſpoliationem, depopulationemque, adjuvantibus, jam ſufficienter cõſtare, rem penès *Bohemos*, iſtos, ſicut quidem *Principibus* anteà fuiſſet perſuaſum, non in terminis amplius defenſionis verſari, ſed manifeſtam læſionem, offenſionemque, intervenire. Seſe rectius, ſuper *Principum Sileſiæ* voluntate, ſperaſſe, quã ut à mercenario illorum milite infeſtari debuiſſet. Ea propter in mandatis dare, copias, *Bohemis* in auxilium ſubmiſſas, revocarent, ab hoſtilitate ſe abſtinerent, patientiâ *Cæſaris* diutius haud abuterentur, ſed potius contrà rebelles *Bohemos* opem ferrent.

Ad hæc *Dux Lignicii* his talibus reſpondit: Iam antea *Cæſari* ſubmiſsè ſignificatum eſſe, inquit, quibus cõditionibus auxilia *Sileſica, Bohemis* eſſent ſubminiſtrata, nimirum, ut *Confœderationi, à Cæſare* cõfirmatæ, quâ quidem *Bohemiæ Ordinibus, SVB VTRAQVE* obligati forẽt, ſatisfieret, querelisque, in cauſsâ *Religionis*, tandem remedium daretur. Eandem adhûc dùm ſibi mentem conſtare, nec permittere velle, miles ut ſuus hos limites trãsgrediatur. Quicquid autem de *Sileſii* militis ſui importunitate *Cæſar* indicaſſet, iſtud ſibi, cæteriſq; *Principibus, Statibusq;*, prorſus novum accidere. Velle nihilominùs in rem omnem diligentius, rectiuſque, inquirere, atque abindè officii ſui rationem inire.

VIII.

Ducis Lignicii cum Bohemis communicatio ſuper poſtulato Cæſaris.

SEcundùm hæc, *Dux Lignicii* literis *Cæſareanis*, cũ *Bohemis cõmunicatis* iſta ſuperaddidit: Ad Epiſtolã, & poſtulatum, *Cæſaris*, aliud ſe nihil reponere potuiſſe, niſi hoc, inquiſiturum ſe, ſuper *Bohemorum* in *Auſtriam* irruptione, quâ de anteà ſibi conſtitiſſet nihil. Præter rem igitur eſſe, ut omnia illa hîc reproducantur, quæcunque anteà *Boh. Ordines*, pro legitimâ armorum apprehenſione, conteſtati forent, nempè, omnia eò conſilia eorum ſpectare, ut intrà juſtæ, ac licitæ defenſionis terminos conſiſterent: quo nomine etiam *Sileſiæ Principes, Ordinesque*, auxilia ipſis erogâſſent. Itaque adhûc dùm certam eſſe ſpem illos legem libertatis *Religionis, unionisque à Cæſare* confirmatæ, non transgreſſuros, nec auxiliis ſuis adversùs ipſum *Cæſarem, Cæſariſque* ſubditos, abuſuros; Interim, re omni ſuper eorum in *Auſtriam* invaſione, ſibi novâ, atque incognitâ exiſtente, cupere, ut quamprimùm deſuper certior fieret, quò ità ad *Cæſaris* poſtulata reſpondere, cæteriſque *Proteſtantibus Ordinibus* negocii illius cardinem, manifeſtare, liceat. *Bohemorum* ergò reſponſum fuit ejuſmodi: Non abſque admiratione ſibi eveniſſe, quòd intelligant, adventum in *Auſtriam* ſuum penès *Cæſarem* ab adverſariis, tam nigro, ut ajunt, thetâ jugulari. Inprimis verò ſe gratas grates, tàm *Principibus*, quàm *counitis* reliquis *Statibus Proteſtantibus*, deponere, quòd in præcedente *diæta Provinciali*, tantùm non priſtinâ ſententiam cordatè aſſeruiſſent, quàm *Cæſarianorum legatorum* argumenta, quibus diverſum illis perſuadere etentârint, ſolidè refutaſſent. Undè cauſſæ ſuæ non minimæ favoris acceſ-

acceſſio,ſive fax,ſive patrocinium,emerſerit. Atq; hanc ſibi præſtitam gratiam penès *Electores*,ac *Principes,Ordineſq́; Imperii*, cæteros,debitis laudibus ſeſe allegaturos eſſe. Optantes, is ut ſuper re *Evangelicâ* zelus cœlitùs largo divinę benedictionis imbre remuneretur. Interim ſe ſpe optimâ juxtà niti,futurum,ut *Sileſiæ Proceres* ab hâc Confœderationis lege,ac norma,nullis adverſæ partis inductionibus, inflecti,ac ſeduci,poſſint. Quod ad *Abbatiam Zuethelii*, ſpectet,ejus rei indicium per literas ad *Ducem* ſe in antè detuliſſe. Sed intelligere è prioribus, nondum illud ad manus ejus perveniſſe. Ita autem negocium ſeſe habere: Ductores militum ſuorum à bono tempore exploratum habuiſſe,quibus modis hoſtiles turmæ,poſt omnis generis perpetratam crudelitatem, ſpolia, prædas, opesque à *Bohemiæ* populis coactas,in *Auſtriam*,& quidem loca *Religioſa*, ſive *Cœnobia*, atq; inter iſta,*Zuethelium*,tranſtuliſſent,undè velut è clauſtris, erumpere, in *Bohemiamque*,annonam,militem,atq; id genus ſupplementa,in regnum educere,illudque infeſtare; ſuſtinerent. *Tribunos* proindè,*duceſque*, ſuos ex lege militari aliter ne quidem poſſe; quàm hoſti ſuo huncce locum intercipere.Ejuſque in regnum excurſus, atque irruptiones,retundere. Id enim rationem,legeſque bellicas,exigere,ut nulla occaſio, quâ hoſti noceri queat,præteriri debeat. Maximè, cùm is tractationis, pacificationiſque, media procraſtinaret de induſtriâ, eoque pacto regiam in gravius diſcrimen adduceret. Eapropter vitio ſibi verti minùs poſſe,quòd,obſervatâ talionis lege, ipſi cum copiis ſuis in *Auſtriam* veniant. Eâ enim ratione adverſæ partis conatus,*Religionis* liberatem impedientis,aliâsque tam pecuniarias, quàm militares,ſuppetias,eâdemque operâ quæſitas iſtorum cum *Auſtriacis* conjunctiones, impediri oportere. Multos eſſe etiam inter *Auſtriacos*,qui cum *Bohemiæ Ordinibus*, antè quadriennium,in fœdera coire, aliaſque hoc in genere commoditates, aperire deſideraſſent. In illorum gratiam, ſe jam quoque appuliſſe. Ut portis veluti bipatentibus; jam illud, quod diu ſecretò coxiſſent, jam in propatulo, ac palàm,in effectum ducere poſſint. Atque has iſtas eſſe veras in *Auſtriam* cum exercitu progreſſus ſui cauſſas. E quibus,quàm *Cæſarem*, alioſque bonos, lædere minimè gentium affecti ſint, liquere queat. Adverſarios ſuos hoc loco, more antiquo,nihil reliqui facturos,niſi,ut ſeſe acerbiſſimis calumniis proſcindant. Se autem bonâ tàm cauſsâ,quàm cõſcientiâ,fretos,de uberioris expeditionis ſuſceptæ ſucceſſib. benè ſperare. Maximè cũ nunciatũ eſſet, *Moraviæ Ordines VVallenſteinium Tribunum* cum ſuo *locumtenente ſupremo*,quâ militaria officia, exautoraſſe,inque vices eorum homines *Evangelicos* ità dictos,*Dieterichſteinium*, & *Svvanbeccium*, *Capitaneos* ſurrogaſſe. Eâ,prout videretur,intentione, ſuas ut vires cum *Bohemis*, aliiſque regno cohærentibus *Ordinibus*, conjungere quiti eſſent. Ab *Auſtriæ Superioris*, atque *Inferioris*, *Statibus* commodam ſeſe proximè declarationem præſtolari. Nimir. illorum tribunos haud peccaſſe,quod *Sileſias* copias, tanquam in cauſsâ communi,cum ſuis conjunxiſſent. Æquum enim,& de jure militiæ,licitum eſſe,hoſti ſuo, quacunque id ratione fieri ſuſtineat, incommodare. Quominùs etiam hoc damnandum foret, quòd catholicam, atque univerſalem,*Religionis* libertatem,ſecuritatemque conſtabilire,in cohærẽtibus regni *Bohemiæ* provinciis,unicè diſcuperent.

IX.

Matthias Cæſar adhuc dum Bohemis rei controverſæ compoſitionem proponit, effectumque inſtanter urget.

POſteaquàm etiam *Inferioris Auſtriæ Ordines,Evangelici* dicti, multis *Cæſari* adductis rationibus, remonſtraſſent, *Cæſareos* conſiliarios in eo imprudentius egiſſe,quòd non antè civilis iſtius belli ortum,atque natum,incendium, convocatis regnorum,ac provinciarum, *Ordinibus*, ſuper rei iſtius, magni utiq; ponderis,ſummâ,dięta m,deliberationeſque,aperuiſſent. Conſtare enim illas conſultationes,quas *Cæſar* in id genus magni momenti reb. cum *Ordinibus Provinciarum* ſuſcepiſſet, raro, aut nunquàm, felici eventu fruſtratas fuiſſe. Prout vel è *Tranſactione Turcica* ſuperioribus annis uſuveniſſet,ut ea,etiam contrà multorum mentem, ſucceſſu ſuo non caruerit,nedum *Tranſſylvaniæ Principatus è Chriſtianorum* faucibus ereptus ſit. His,aliiſq; de cauſis,compluribus, inprimis belli civilis flammis iſtis,urgentibus,*Cæſar* inductus, ſtatuit tandẽ, omnibus,quod ajunt,copiis,anniti, quò trãſactio quàm primùm maturari, & poſitis diſſidiis pax vera,ac ſolida,reduci quiret. Denique itaq; nihil dubitavit, *Bohemis* illis, hanc in ſententiam velut obviàm ire: Illis haud quaquàm,inquit; ignotum eſſe,quibus modis *Cæſar* illud ſemper,atque unicè, ſpectaſſet,quò pax non tam per *Imperium*; quàm *provincias* hæreditarias,conſolidari quita eſſet. Atque hinc ſuæ ſolicitudini ità non defuiſſe divinam benedictionem,ut ad hunc uſque diem regiminis ſui pax alma,altaque,& proſperitas optata,affulſiſſet. Nuper autem quod contigiſſet, *Bohemiæ* regnũ motibus,haud infimis, concuti; unde & regia,& indigenæ,magnum paſſi eſſent infortunium, ob id *Cæſarem* cum pio affectu illis condolere. Voluiſſe autem ſeriò,atque in tempore, his exulcerationibus mederi,conteſtantibus id ipſum paternis, ac creberrimis,admonitionibus ſuis.Sed partem illorum fidele conſilium iſtud ſuum inſuper habuiſſe, & præter jam collectum militem, alia ſupplementa conſcripſiſſe, indeque, *Budam albam* civitatem oppugnaſſe. Ut *Cæſar*, neceſſitatis telo inductus, etiam exercitum ſuum educere coactus eſſet. Interim,ad eorum petitiones,ſicut etiam *Imperii Electorum,Principumq́;* interceſſiones, *Palatinum*, ac *Saxonem*,ut & *Moguntinum Electores*, cum *Duce Bavariæ*, per literas,legatoſque,corrogaſſe, illi ut hâc in cõtroverſiâ arbitri intervenirent,ſibique pro re natâ referrent. Iam quòd interpoſitionis actus ille eouſq; in effectum haud quidem foret deductus, per ſe non ſtetiſſe,ſed moram in ipſos arbitros reijciẽdam eſſe,utique quorum pars ab initio ejus controverſiæ,diſceptationem,atque arbitriũ, ſubterfugiſſent,pars coràm cõparere detrectaſſent, ad id negocium,oppidò arduum, legatos remiſſuri. His ita ſeſe habentibus,*Cæſarem* de novo; cum prædictis interponentibus, egiſſe, ut remoto ulteriori obſtaculo,atque excuſatione,de loci, & temporis, certitudine,inter ſeſe tranſigerent,atq; ad rem ipsã quantò ocyus manum admoverent. Id quòd ut

quàm primùm fiat, *Cæſarem* unicè deſiderare. Secundùm hæc, ſiquidem *Ordines* maturationem interpoſitionis anteà, juxtaque ſuſpenſionem armorum, ſecuritatemque, expetiiſſent, *Cæſarem* proinde, *Saxoniæ Electori* fidem dediſſe, illos hâc de re confirmaret, atque ſecuros redderet, imò id genus cõditiones, quibus *tranſactionis* initia, auſpicari oporteat, proponeret. *Cæſarem* enim pleraq; facturum. Tametſi in eo etiam vel de *Mauſtate* ſuâ remittere non nihil videretur. Nihilominùs, pendentibus illis tranſactiónis mediis, *Ordines* peregrinum militem in patriam ſuperinduxiſſe, *Civitatem Pilſenam*, poſt obſidionem, expugnaſſe, in *Auſtriam* irruptionem feciſſe, *Zuethelium*, aliaque loca, intercepiſſe, provincias hæreditarias in *Cæſarem* irritaſſe, aliaq; id genus inconvenientia perpetraſſe. Ut igitur toti mundo conſpicuum evadat, à parte *Cæſaris*, pro pace recuperandâ, bonitatis, ac clementiæ, eſſe affatim: contrà *Cæſarem* minus credulum eſſe, omnes ex *Ordinibus* in tantum furorem abripi poſſe, ſe *Electori Saxoni* ad certum tempus armiſtitii libertatem feciſſe, ille ut ad complacitum hîc ageret. Verbis diu, atq; abundè, certatum eſſe. *Cæſarem* verò, poſt tantas controverſias, rem, atque effectum, ſeriò cupere. Iam *Ordinum* eſſe, modò pacis ſint amantes, mentem, oculoſque, adhibere, *Cæſaris* voluntatem, ipſiſque, & maioribus ipſorum, exhibita ampliſſima beneficia, reſpicere, juramenti, ac fidelitatis, debitæ, commeminiſſe, è contrà exactiones prorſus intolerabiles, quibus ſubditi torquerentur, remittere, adeòque illis, quæ *Elector* è medio conſulturus eſſet, aures præbere, ut pericula, & difficultates, removeri, pax verò priſtina, ac ſolida, ſubintrare ſufficiat.

Vt ut autem hæc, tanquam fabellæ loco, omnia, & ſingula, ſurdo cani, *Provinciaſq;* & ſubditos ſuos, ulterius affligi, pluſque inſontium ſanguinis fundi, contingat: tunc ſe *Cæſarem* certâ fiduciâ niti, *DEVM OPT. MAX.* utique *Magiſtratuum* protectorem, judicemq; juſtiſſimum, ſibi haud defuturum, eoq; fine compelli, de id genus mediis proſpiciendi, quibus hucuſque ſuperſediſſet. Nihilominùs Deum, atq; hominum, fidem ſe obteſtari, quàm invitus eò abripiatur, autoribus tantorum malorum rationem malitiæ ſuo tempore reddituris.

X.

Saxo Cæſaris voluntatem, atque arbitrii ſibi factam copiam, Bohemis denunciat. Cui illi reſpondent.

HIs *Cæſaris* mandatis *Saxo* inſtructus, per legatũ ſuum, *Iacobum à Grünthal*, apud *Bohemos* illud enixè agere cœpit, ut armiſtitium utrinque procuraretur. Qui, *Pragam* profectus, *Bohemicis Directorib.* ſequentia propoſuit. Primum *Cæſarem* ad duos menſes armorum ſuſpenſionem cupere. Cui *Cæſaris* voluntati ſicubi *Ordines* ſuffragari *graventur*, per menſem duntaxat ſanciri poſſe. A parte *Cæſaris*, ilicet *Bucquoium* arma *ſequeſtraturum*, idque ex *Cæſareo* interdicto. Diætam compoſitioni indictam, *Egræ* eſſe celebrandam. *Electores, Moguntinum ſcilicet, Palatinum, Saxonem, Bavariæque Ducem*, arbitros futuros. Eam in rem *dimiſſos caduceatores*, diemq; conventus intimaturos. Ut ut eventualiter, non ſinguli, atque omnes, hi arbitri perſonaliter convenirent, interim *Palatinum, ac Saxonem*, huic rei tranſigendæ ſuffecturos. *Cæſarem* jam verba precantis pacem afferre, nullumque ſive ex *Italia*, ſive *Hiſpania*, militem evocaturum, tametſi ut venirent, jam anteà indicari curaſſet. Hanc armorum ſuſpenſionem *Sileſiis* non poſſe non acceptam eſſe. De *Cæſaris* fide non dubitandum eſſe. Præſertim ipſo *Cæſare* velut ſe ſubmittente, aliquidque pati nõ detrectante. Iam optatam præ manibus, & quidem capillatam, arripiendam *occaſionem*, *Cæſare* adeò molliter in partes deſcendente. Ut igitur tranſactionis aurea iſta media recuſarent, cauſſam eſſe nullam.

Atque iſtæ tùm fuêre *Saxonici Legati*, propoſitiones, *Bohemis* factæ. Quibus illi tandem, tanquam fato aliquo, & fortunâ ad tempus blandiente, occœcati, poſt amplum certè intervallum, ſic reſcripſerunt, nodum veluti in ſcirpo, quod ajunt, quærentes: Quod diutius legatum *Electoris*, ſub turbis iſtis (decem enim ſeptimanis detentus fuerat) remorati eſſent, iſtam interveniſſe cauſſam, nimirũ voluntatem, ac conſenſum, confœderatorum ſuorum requirendum fuiſſe. Illis igitur longius abſentibus, reſponſa moramque, eò uſque eſſe extracta. Secundùm hæc, præ ſe tulerunt, in armiſtitium ſe libenter conſenſuros, modò de indemnitate, atque agendorum fide, eſſent ſecuri. *Bucquoium* peregrinum, *Imperii* legibus minus ſubjectum eſſe. Qui, ſicubi limites tranſiret, coërceri vix poſſet, quod inantè etiam aliquot interdictis minùs paruiſſet. *Tampierium* pariter, tempore motuum *Auſtriacorum*, induciarum rationem non habuiſſe, neque eapropter niſi ſuperficialiter, ac frigidè, reprehendi meruiſſe. Ignoſceret itaque & videret *Elector*, fidem ipſius ſolius non ſufficere. Rogare proindè, alia ratio, induciarum faciendarum iniretur, quâ hâc in parte extrà ſcrupulum ſibi eſſe liceat. Quibus *Elector* denuò reddidit iſta: Nihil ſibi antiquius fuiſſe, quàm ut maturè ab illis reſponſum habuiſſet. Dùm autem tot precibus, tot inſtantiis, expetitam, deſideratamque, tam à *Cæſare*, quàm *Electoribus*, tranſactionem jam jam inſtantem, diutius ſuſpendere, atque extrahere, adeòq; ad confœderatos reiicere, vellent, ſe quidem infrà culpam fore. Incommodorum itaque rationem, quæcunque decem, vel undecim, ſeptimanarum ſpacio interveniſſent, ſeſe non redditurum. Acceptaſſent illi antè hoc intervallum conditiones, à *Cæſare* oblatas, jam ſine dubio haud procul à pace, tranſactaque omni controverſiâ, rem futuram. Siquidẽ ergò is animus *Cæſari* adhucdum, eademque mens, eſſet, *Electores*, quoque, ac *Principes*, in hoc conſpirarent, per *Ordines* jam ſtare, quò omnia minùs in meliorem ſtatum revocarentur. Si igitur accederet his omnibus eorum voluntas, eam in rem *XVIII. Cal. Maii*, nominare, eo die *Egræ* ſeſe, ſiſterent. Illîc enim reliquos interpoſitores expectandos eſſe. Inducias quod concerneret, apparere, conditiones ab ipſis allatas, ejus generis eſſe, ut moram, ulterioremque protractionem, reſpectu confœderatorum, inducere aptæ ſint. Quæ res caput actionis mirum quãtum retardatura, ſumptus conduplicatura, atque id genus mille difficultates, cauſſatura, ſit. Suadere ergò, tergiverſationes illæ, procraſtinationeſque extra vagantes omnes, præciderentur, atque in dictam illam diætam reiicerentur. Sub ſpe, futurum,

ſicubi

ſicubi conventus coiret,tantum non armorum, in quantum,ſuſpenſionem, ſed plenariam depoſitionem,caſſationemque,locum inventuram. Verùm enim verùm,illa,quam modò retulimus, *Electoris* interpoſitio,*Bohemis* placere ne tum poterat quidē. Illi enim,tantum abeſt,ut amica hæc, & pluſquam benigna,à *Cæſare*,& *Saxone*,propoſita tranſactionis media amplexi ſint,ut magis inquietati publicis edictis univerſalem conventum in *Aulâ Pragenſi* habendum,indixerint:tum è populo vigeſimū quenque ad claſſica comparere;*Dynaſtas* verò &*Equeſtres*, armis, equis,miniſtriſque, inſtructos,adeſſe juſſerint,ſub hâc cautela,atq; exclamatione:Quoniā ex *Electore* cognoviſſent,tùm demùm,ſub *Egrana* diætâ,de induciis agendum,cùm intereà hoſtis per regnum incendiis, ſpoliis, atq; omnis generis tyrannide,etiam *Cæſaris* interdicto inſuper habito, rem ageret,ipſeque *Tampierius*, conquiſitis magnis copiis,irruptionem minaretur, adeòque inimici nihil aliud in votis haberent,quàm ut *Ordines Bohemiæ* in diſcrimen vitæ,famæ, privilegiorum, *literarum Maieſtaticarum*,uxorum,liberorumque, adeòq; omnium ſimul fortunarum,naufragium, inducere, peregriniſque *Bohemiam* nationibus exponere;evaleant,hanc ob cauſſam legem neceſſitatis pro ſe orare,vigilarent omnes,etiam,atque etiam, & omni datâ operâ, quæcunque ad privilegiorum ſuorum defenſionem pertinebunt, tanquam in ultimis conſtituti,procurarent.

****

Externa.

I.

Motus per Rhetiam gliſcentes.

CIrcà annum M. DC. XVII. per *Rhetiam* turbæ quoque ac motus civiles, gliſcere cœperunt. Temporibus enim belli inter *Sabaudos*,& *Venetos*,geſti, variæ militum conſcribendorum per *Helvetios* confœderatos rationes inibantur, ità ut *Helvetici Proceres*,ſuper peregrinarum nationum irruptione,ſoliciti,indictâ *diæta* de modo tranſitus per clauſtra ſua, decernerent. Eo *Senatuſconſulto* ſuſque deque habito, *Petrus de Toledo*,*gubernator Mediolanenſis*,ab aliquot nihilominus *Cantonibus*, ut vocant,pro quatuor mille pedeſtris,& mille equeſtris,armaturæ militibus,tranſitum impetravit. Ut multos in ſuas partes pertraheret, eòque pactò apud *Curiam*,ejus provinciæ civitatem præcipuam, fautores,ac complices,acquireret.

Indè,per tres *Cantones* exortâ ſeditione,concurſus ad ſigna,& claſſica, factus, qui è *Meyenfelda*,& *Churvvaldia*,facto globo ad *Curiam* tendebant, ut eos,qui contrà fœdera res novas moliebantur interciperent.

Iſtos motus,inter *Rhetos* gliſcentes,ut componerent, *Tigurini*,*Bernates*,*Glareani*, & *Schaphuſienſes*, omnem lapidem movebant,ne ſeditioſa iſta manus, ſub ſignis collecta,è Curia domum relegeret. Nihilominùs *Cenſores* nominati,qui in legum patriarum tranſgreſſores animadverterent.

Sed& iſti officio,atque autoritate,conceſſa,plurifariàm abuti cœperunt.

II.

Poſt ſeditionem Curianam, tumultus apud Engaddinos fit. Unde Iudicium Cenſorium, in patriæ proditores,aperitur.

DIsjectis illis ſeditionis *Curianæ* favillis,ac fomitibus,poſteaquam *Cantones* ad *Tolaſium* celebratis Comitiis, ſummè diſcordes ſeceſſionem feciſſent,novæ ſeditionis inter *Engadinos* incendia nata ſunt. Iſti autem globo facto, ſub ſignis ad ædes *Capitanei Provincialis*, *Rudolphi Planteni*, educentes, prædictas illas ædes, unà cum aliis, à fundamentis deſtruxerunt. Indè aſſumptâ ſociorum manu, *Curiam* moverunt,ubi ſicut & *Thuſis*,comitia celebrarunt. Hoc in conventu,juxtà ſtatuta alia, recèns in codicillos relata, novum judicium è *Cenſoribus* aperuerunt,cui ſinguli *Cantones* viginti duos *iudices*, novem *Corycæos*,duos *fiſcales*,*archivarium* unum,duoſque *miniſtros* (quibus adjuncti novem *ſacerdotes*, extrajudicialiter ſubſiſtentes, aſſignarunt. Atque hi omnes,& ſinguli,ſub juramento requiſiti, in ante depoſuerunt, nullo extraneo *Principi* ſalario ſe obligatos,iſtos autem, quoſcunq; muneribus corrumpi cognoviſſent,deinceps bonâ fide iudicaturos eſſe.

III.

Rhetici Cenſores in ſuſpectos, muneribuſque ab extraneis Principibus corruptos,criminaliter procedunt.

PRima igitur *Cenſorum*,& quidem criminalis, actio inſtituta in *Io. Baptiſtam Zambram*, utiq; inter iſtos,primarium, qui, muneribus corruptus *Hiſpanas* partes fovere cenſebatur. Tametſi igitur hic ſenex, ſeptuagenario major, podagriciſq; paſſionibus afflictus,eſſet,nihilominus ad quæſtiones rapi,miſereque lacerari, cœpit. Nihil confeſſus, proprio *Chirographo* convictus eſt. Negare ergò nō ſuſtinuit, ſeſe inter complices, ac ſocios,autorem fuiſſe,quò *Fortalitium* iſtud celebre, *Fuentanum* appellatum, in finibus *Rheticis*, provinciæ iſti nimis ſuſpectum,excitaretur. Illud enim *Mediolanenſis Gubernator*, *Comes de Fuentes* dictus,in *Rhetiæ* finibus, ubi ſeſe *Adda* fluvius exonerat, in colliculo, quem ſuâ linguâ *Montechio* appellant, ponè *lacum Comenſem*,M. DC. V. poſuit. Cujus operâ deinceps *Rhetia*, *Vallis Tellina*,*Comitatus Clevicus*,*VVormatia*, aliæque regiones,& loca,per *Hiſpanos*,atque *Auſtriacos*, intercepta, *Rhetiſque* adempta,ſunt. Dùm ergò *caſtrum* illud erigeretur,*Cantoneſque* quod cum receſſibus, *Mediolani* pactis,pugnaret hæc machinatio, armatâ manu operis exſtructionem impedire animati eſſent,hic *Zambra* obſtiterat,proditoriæ fraudi neſcio quem colorem obducens,iſtoſque retundens,contrà *Mediolanenſes*,cœptum,ut enixè urgerent,exhortatus. Secundùm hæc,inter cætera,ſub quæſtionibus affirmabat,ſeſe cum non nullis malæ fidei hominibus,ab extraneis *Principibus* aurum, ac pecunias,accepiſſe, promiſſis verò factis ampliſſimis haud ſatisfeciſſe. Itaque,ſuper ipſo, tanquam vero patriæ proditore,ſolenniter ſententia lata eſt, ut vivus in quatuor partes diſcerperetur, domus eius à fundamentis deſtrueretur, inque auream va-

cantem duæ vituperii,atque infamiæ, columnæ in fiſcũ redactis bonis omnibus,reponerentur. Quòd autem ſenectæ ætatis,liberorum novem , totiuſq; cognationis,ratio haberetur,Pœnæ ſeveritate mitigatâ,capite plexus eſt. Domo, ac bonis, hæredibus conſervatis,modiciſque ſumptibus redemptis.

IV.

Idem proceſſus in alios cuditur.

EAdem actio criminalis intentata eſt *Pompeio*,& *Rudolpho*,*Plantenis*,*Io. Antonio Gogiero*, & *Lucio de Monte*, *Iudici Provinciali*. Sed illi in tempore fugâ vitæ conſuluêre, timore, juxtà *Poetam*, pedibus alas addente. In fugitivis interim,præeunte citatione, ſententia,tanquam,in banni fulmine proſcriptos, lata eſt,ſub depoſito,quiſquis vivum ex iſtis cœpiſſet,tradidiſſetque,mille coronatorum, mortui verò caput qui protuliſſet, quingentorum , munus obtineret. Secundùm hæc , actio in *Archiſacerdotem Sonderſanum*, *Nicolaum Ruſcam*, formari cœpit. Qui crimina intentata pernegans , ad quæſtiones ſub carnifice adactus eſt. Cùm ergò jam alterâ vice tormentis excarnificaretur,dentibus linguæ,ad cruorem uſque,impactis,non ſine conſtantiæ indiciis, *Dei*,hominumque, fidem , ac miſericordiam, inclamando,ſub flebili quæſtionum furcâ, expiravit. Cadaver,non abſque plebis muſſitationibus, ſub patibulo per carnificem conditum , deinceps verò noctu in *Cœnobium Fabarienſium* tralatum.

Nec minus hic furor in *Epiſcopum Curiæ* ſæviit. Qui maturè ubi profugiſſet,ſub perpetuâ proſcriptione,damnatus eſt, dignitate ipſi per decretum ablata,boniſque propriis in fiſcum publicum redactis.

V.

Proſcripti ad Lucernates confugiunt. Cauſæque ſuæ cognitionem in univerſali confœderatorum diæta Badenſi obtinent. Vndè Rheti jubentur,ſub interminatione,id genus proceſſibus criminalibus ſeſe abſtinere.

HÆc tumultuantium *Rhetorum* crudelis fama, ubi paſſim percrebuiſſet, pro colorandis iſtis proceſſibus ſuis, *Apologiam* iſti, *M.DC.XIIX. XVIII. Cal. Octobr.* conceptis verbis promulgarunt,publicatis rigoris ſui cauſis,ex amore libertatis, neceſſitatiſque legibus,deductis.

Interim proſcripti ad *Lucernates* profugientes, cõceptiſſimis, quęſitiſſimiſque,verbis,ſuper furiis *Cenſorum* novellorum, quiritare non deſtiterunt. Indè factum , ut ad audiendam decidendumque, hanc litem,*Badenæ* cõfœderatis comitia indicerentur. In illis proſcripti patrios *Cenſores* iſtos acerbiſſimè accuſare,ex adverſâ parte *Rhetorum* legati,facti evidentiam,ac neceſſitatem , ex amore libertatis, natam,allegare,ac vindicare, auditi ſunt. Quibus ultrò citròque diſcuſſis,nomine totius ſociæ confœderationis, injunctum eſt *Rheticis* legatis,cenſoribus iſtis criminalibus,totiq; *Conſiſtorio* novo,miſſionem illicò darent,accuſatis legitimum *Iuris Ordinarii* modum,ac proceſſum,indulgerent, ſecuritatis,atque indemnitatis,fidem procurarent , adeóq; legibus maiorum ſuorum conformes ſententias ferrent. Atque hic ſive,*comitiorum* receſſus,ſive decretum, *Proceribus Rheticis* communicatum eſt , ſub hâc etiam *Clauſulâ*,futurum , ut,ſicubi legitimum judicium,abrogatis iſtis *Cenſoribus*, non ſint aperturi,modum,ac viam , *Confœderati* ſcilicet cõmuni ac deditâ,operâ,inirent,quâ turbulentum iſtud, & præpoſterum,tribunal aboleri queat.

Io. Petri Lotichij RERVM GERMANICARVM LIBER II.

CAPVT I.

De Maximiliani Archiducis,& Annæ Imperatricis,exceſſu.

IN *hiſtoriis* temporum non minimum locum vitas, atq; obitus,virorum, virtute, ſapientiâ,eruditione , re militari,atq; autoritate,pręſtantium,inprimis *Regum*, atque *Heroũ*,ſibi vendicare , cui incognitum? Ut etiam ſcriptores omnis penè ævi graviſſimos vel huic tantũ materiæ ex profeſſo,quod ajunt,exemplo *Diog. Laërti*, *Plutarchi*, *Q. Curtii*, *Suetonii*, *Spartiani*, *P. Diaconi*, *P. Criniti*,& aliorum,vacaſſe,in confeſſo ſit? Cùm igitur ex hujus ſeculi,& quæ prædeceſſerunt,*Heroibus*, auguſta *Cæſarum* familia illa, *Auſtriaca*, inquã , neq; *Sacratiſſima Octaviani Auguſti*,neq; glorioſæ *Antoninorum*,domui,quicquam concedat,de *Maximiliani*

Archiducis Auſtriaci, exceſſu, hoc capite videbimus.

Deceſſit ille *M. DC. XIIX. IV. Non. Novembr.* ætatis anno ſexageſimo, poſteaquàm paucis diebus decumbere cœpiſſet. Ejus obitus tantùm non per *Auſtriam, Bohemiamque*, dictis *Catholicis*, ſed et *Reformatæ Religionis* hominibus, dolendus accidit: Ut etiam ipſi *Imperatrici*, jam tùm ægrotanti, luctũ attulerit. Viſcera, juxta parentis, *Maximiliani II. Imp.* exuvias, *Viennæ, ad D. Stephani*, condita. Corpus verò veſte pullâ ſuperinducto pallio candido, cum inſignibus *Ordinis Teutonici*, indutum, *Oenipontem, Comitatus Tirolenſis Metropolim, deductum eſt.*

II.

Natales eius Archiducis.

NAtalis eius incidit in *III. Id. Octob.* ipſum diem *Maximiliani, M.D.LVIII. Neapoli Auſtriorum.* Iuvenis, *M. D. LXXXV. in Magiſtrum Ordinis Teutonici*, qui per *Germaniam*, & *Italiam*, colligitur, apud *Boruſſos* electus eſt.

III.

In Poloniæ Regem eligitur.

AB exceſſu *Poloniæ Regis, Stephani Batoræi, à Proceribus Regni*, in *Poloniæ Regem*, vocatus eſt, concurrente *Sigiſmundo, Succiæ Rege*, ejuſce dignitatis *Regiæ* æmulo, ac corrivali. Itaque, vocationem hanc amplectens, in *Regiam* quidem pervenit, nihilominus à factione contrariâ, pro *Rege Sigiſmundo, Magno Poloniæ Cancellario*, rem ſtrenuè agente, variis exanthlatis præliis, cladibuſque, apud *Pershimium* captus, inque *Poloniam* ductus, mox verò interveniente *Bethonienſi* tranſactione, dimiſſus eſt.

IV.

Eius cum Turcis conflictus, & merita.

ABhinc gubernationem *Stiriæ*, vicinarumque *Provinciarum, Anno M.DC.XCIV.* ſuſcipiẽs, munitiſſimum *Turcarum* fortalitium, *Berteniam* vocant, dejecit. Biennio poſt, *Cæſareani* exercitus ductor, *Hatvvanum*, munimentum *Turcicum*, expugnavit. Memorabilis autem fuit illa huius *Maximiliani* victoria, quâ *Amurathem, Turcorum Tyrannum*, apud *Erlavium*, feliciter cæcidit. Militibus verò plus prædæ, prout fieri amat, quàm hoſtium fugæ, inhiantibus, evenit, ut, dùm frui mavult miles, uti victoriâ minus potuerit. Pari fortitudine, ac felicitate, *Pappam* occupavit. Cujus ductu, & auſpiciis, *Schvvartzeburgicus Comes* peculiari ſtratagemate profectus, *Raabam* fortalitium illud finitimum, & præcipuum, intercepit.

V.

Vita, ac Mores.

IDem regimen per *Alſatiam, Auſtriam Inferiorem, Tyrolenſemq;* tractum, *Anno M.DC.* adiit. Princeps fuit naturâ, atque ingenio, pacificus, manſuetus, ac tractabilis, moribus *Maximiliano Imp.* laudatiſſ. memoriæ parenti, omnia par, & ſimilis.

VI.

Annæ Imperatricis exceſſus.

MAximiliani illius obitum *Anna Imperatrix, Matthiæ Cæſaris* uxor, *Ferdinandi Auſtriaci Ferdinandi* ſcilicet ejus nominis *Primi, Imperatoris* filii, filia, haud lentis paſſibus inſequi cœpit. Hæc enim eodem anno *M. DC. XVIII. Cal. Ianuarii, Viennæ*, Intrà nonam, & decimam, matutinam, ſpiritum *Deo Conditori* reddidit. Corpus atratâ veſte circumamictum, dextrâ *coronam Imperialem*, ſceptrum, orbitamque, lævâ, diademata, *Hungaricum* ſcil. ac *Bohemicum*, illis è ligno fabricatis, auroque obductis, comprehendente, tridui ſpacio, omnium oculis, ac conſpectui, ubi patuiſſet, apud *Reginæ monaſterium* contumulatum fuit.

Externa.

I.

Obitus Smirtzicii, Baronis Bohemi.

SUperiori Anno *M. DC. XIIX. XIV. Cal. Decemb. Albertus Ioannes Smirtzicius, è Bohemis Baro*, ſicut opibus ſplendidus, ità animi bonis, inprimis literis, humanioribus, & poëticis, egregiè excultus, poſteaquàm cum *Æmyliâ, Hanoviæ Comitiſſa*, ſponſalia celebraſſet, cum ingenti literarum, literatorumque, luctu, in humanis eſſe deſiit. Specimina *Epigrammatum* ab ipſo non tàm cum acumine, quàm eruditâ *elegantiâ*, ſcriptorum, communicavit nobiſcum, *Dominicus Porſius, Baronis* illius olim *Ephorus*, morũ, eruditioniſque, formator. Sub quo *Magiſtro* id genus lactea rudimenta depoſuit, teſtatum facietia, quid à ſubacto ejus ingenio deinceps ſperandum fuiſſet, ſicubi vitali hâc aurâ diutius veſci potuiſſet.

II.

Virorum Clarorum mortes.

POrrò è numero virorum, eruditionis nomine celeberrimorum, ad plures, hoc ipſo anno, cõmigrârunt, *Gothofredus Antonii, I. C. Andreas Laurentius, Regis Galliæ, & Ludovicus Gravius, Electoris Palatini, Medicus.*

III.

Prodigium, & ruina Montis ſuper Plurſium, Rhetiæ oppidum.

POſt motus iſtos, & ſeditiones, in *Rhetiæ* finibus excitatos (quibus de paulò antè viſum) ecce! prodigiũ omni loco, & poſteritati, expaveſcendũ, horrendum, ac ingens, cum *Plurſio*, ejuſdem regionis oppido, ſupervenit. Id quod, tametſi ſuprà, inter cætera ejus tempeſtatis oſtenta, annotatum eſt, nihil tamen nocuerit, iſthîc, ob miraculi, atq; evẽtus, magnitudinem, paulò accuratius reproducere. Illud, inquam, Oppidum, ad radices montis *Contonii* poſitum, itinere mediæ horæ, à *Clavennâ* civitate, diſtans, magnificis templis, ædificiis, hortiſque, extructum, cõdecoratumq; extitit, ut terreſtris penè paradiſi loco (hortos enim hoc nomine illuſtres, apud *Perſas, Paradiſos* vocari, autor eſt *Xenophon*) videri poſſet. Quod autem in momento, atque oculi, ut ajunt, ictu, unà cum adjacente pago *Schilan*, à *monte*, deſuper incumbente, oppreſſum, penituſque complanatum, ſit, nemine ferè tàm ex hominum, quàm cæterorum animalium,

malium, genere evadente, divinæ illius iræ, ac vindictæ, peccatis hominum graviter iraſcentis, luculentiſſimum exhibet ſpectaculum. Circumſtantiæ horrendi iſtius *Terræmotus* extitêre ejuſmodi: *Anno*, *M. DC. XIIX. VIII. Cal. Septemb.* obortam pluviam, mox effuſus imber, cum tonitrubus, & fulgetris, inſequutus eſt. Qui uſque ad penultimam ejuſce menſis continuavit. Is dies ſine nube, & fece, ſerenus fuit, nocte nihilominus imbrem concitatum reducente, atque in triduum extrahete. Hæc nova per diem rurſus ſerenitas excepit, quæ incidit, pridie *Non. Septembr.* Eâ itaque luce, & quidem horis pomeridianis, ad ſiniſtram *Mayræ* fluvii, de monte *Contonio*, decem abhinc annis rictûs dehiſcendo oſtendente, cuniculis quadantenus ſubtûs, operâ hominum, excitatis, globus terræ procidere cœpit, qui quidem vineas nonnullas, è regione *Clavenæ civitatis*, ad *Schilanenſes* paganos ſpectantes, adobruit. Quòd autem terræ procidentia dicto loco proveniens, ab aquâ pluvia imbri ſtagnante ſicut vulgò putabatur, oriunda videretur, *Plurſiani*, maximè diſtantiâ loci ſecuriores, parùm ob id commoti ſunt. Interim rusticani, in planitie fœniſecio intenti, terram ſub pedibus ſuis intremuiſſe, notarunt. Sunt, qui litteris prodiderunt, pridie ejus diei inſolitum fœtorem viciniam affeciſſe. Immò verò ruſticani Urbanos commonuerunt, rebus, & ſarcinis, collectis, exirent indè. Imminere enim infortunium haud dubiè, neſcio quod, notatu dignum. Sed iſti, ſive fato, ſive mentis errore, excæcati, monitores illos, & conſultores, tempeſtivos maniæ, ac mendacis prophetiæ, inſimulârunt, adeoque tanquam fabuloſos, res ſuas ſibi habere juſſerunt. Veſperâ exactâ, horiſque in preces veſpertinas inſumptis, noctem jam Lunæ orbe ac facie illuſtrante, tempeſtate concurrente ſerenâ, ecce! de monte *Cantonio* in momento facta, horrenda, ac ſtupenda, terræ revolutio, non tantum Schilanum pagum, ſeptuaginta octo fam liis conſtante, ſed & pulcerrimâ *Plurſii* urbeculam, centum, & viginti quinque, ædificiis illuſtrem, oppreſſis, ac ſuffocatis, noningentis, ac triginta, mortalibus, concuſſit, penituſque contrivit, excitato tanto fragore, ac ſtrepitu, ut incolæ machinas bellicas tormentarias ingentes, eaſque numeroſas, conjunctim, ſimulque, explodi cœpiſſe, confuſis ſenſibus, arbitrarentur, pulvere fumo, ignibuſque, ſulphure miſtis, in cœli uſque altitudinem, evolutis, rotatiſque.

Interceptus è tàm prodigioſa ruinâ *Mayræ* torrentis curſus, per bihorium ſubſtitit, atque in lacum, amplitudine dimidii miliaris *Italici*, colligi cœpit. *Clavenatibus* igitur ſtatorem fluvium perhorreſcentibus, tandem ſtagnans aqua perrupit, priorique alveo recepta eſt; Lacu nihilominùs ad mille paſſus relicto.

Cladis iſtius nuncii velut ſuperfuêre, famulus mutus, foris ex arbore mala *Perſica* decerpens. Ei, ex arbore laboranti, inſignis iſte tremor terræ calceos è pedibus excuſſit. Alius *Franciſcus Formanius*, nomine, foris itidem ad cavam vinariam, quam ſub rupe habebat, pro vino in cœnam promendo, egreſſus, ruinam communem evaſit. Itemque alius, *Ioan. Peter VVertemanus* dictus, cum familiâ in montem ad fœniſcium exſpaciatus, periculo ſubtractus fuit. Dùm verò filiam, foribus, quas abies neglexerat, occludendis remiſit, eandem mediam in charybdim immiſit, atque amiſit.

Quid? quòd oppidani, locis abindè peregrinis mercaturam exercentes, atque abſentivi, eodem tempore, tanquam ad commune aliquod ſepulcrum, eodem redierant. Alii verò ex *Bergamenſibus Italiæ* nundinis reduces, tametſi domum, atque ad lares, velut fato properantes, nondum perveniſſent, in viâ tamen ruinâ, pulvere, terræmotibus, oppreſſi, ad unum, omnes perierunt.

Die inſequenti è viciniâ mercenarii emiſſi ſunt, qui in oppreſſos tàm homines, quàm terris obrutas opes, ſcaphis inquirerent. Ibi ecce! repertæ puellæ duæ, in ſummitate ruinæ hærentes. Quarum altera ejus loci *prætoris*, altera *Ioan. Antonii Galiſonis* filia agnita, utraque mortua, reliquis omnibus, abſque veſtigio, terrâ obrutis, ac contritis. Scaphis in terram injectis, ruinâ obruti, variis modis, prout quiſque infortunio oppreſſus fuit, inventi ſunt. E cæteris ancilla producta eſt, gallinam, pennis depilem, manu, ore verò bucellam panis, tenens. Multi à multis menſibus dehinc eruti, atque effoſſi. Foſſoribus, ob fœtoris gravitatem, atque intolerantiâ, oppidò ſuffocatis, atque interemptis. Sunt, qui lapidis, eo loci reperti, meminerunt, qui *Hebraico* idiomate inciſa repræſentârit iſta, *Theone Hubero, Theologo Lucernate*, itâ exponente: *Ità dicit Dominus; Nunquid verbum meum velut ignis eſt, & inſtar mallei, petras diſcutientis? Exite è Babylone! Vniuſquiſque vitam ſervet ſuam! Nemo peccatis eorum conniveat, pœna enim Domini ſuper eos revertetur, & malitia iſtorum retribuet.* Hactenus *de prodigio*, iſto antehàc pene inaudito, & tremendo.


[*Declaratio Numerorum Æri inciſorum.*

1. *AEdes D. Iohannis.*
2. *Arx Beccariorum.*
3. *Petri Moren voluptuaria Domus.*
4. *Templum D. Mariæ.*
5. *Fodinæ ſive Foſſæ, quas vulgo Lavezzas appellant.*
6. *Verdemanni Ædes.*
7. *Palatium Abr. Brochi.*
8. *Poteſtatis ſeu Prætoris Palatium.*
9. *Macellum.*
10. *Templum D. Caſsiani Metropolitanum.*
11. *Ad D. Antonium.*
12. *S. Abondio.*
13. *Fanum D. Mariæ in Proſto.*
14. *Palatium Verdemanni in Rongalia.*
15. *Æſtiva in Seilano.*
16. *Viridarium Verdemanni.*]

IV.

Cometa.


Quis autem oſtentum illud, è *Cœli* culmine, toti penè *Europæ*, ob oculos poſitum, *Cometam*, inquam, & facem, è cœlo ardentem, non expaveſcat? Tanquam buccinatorem, concionatoremque, deſuper ex ipſis *Aſtris* mortales ad pœnitentiã ſeriò vocantem, *Deus OPT. MAX.* flagellum igneũ iſtud poſuit. Quo quidem, quanta diffidia, proditiones, rebelliones, latrocinia, invaſiones, anxietates, & miſeriæ, itemque bella, peſtes, fames, morbiq; multiplices, & varii, imò *Regum, Principũq;* obitus,



Eigentlich Vorbildung des ſchönen Fleckens Plurs, vnd wie derſelbe nach ſeinem ſchröcklichen vndergang beſchaffen. 1618.



RPJCB



obitus, regionum everſiones, mutationeſque, ac tropicorum introductiones, atque id genus mala ſexcenta alia, nobis præſignificata ſint, nemo uſpiã quiſquam eſt, qui contrà mutire auſit. Is anno *M. DC. XIIX.* circà *VII. Cal. Novembr.* veteris, circà *VIII. Id. Novemb. novi ſtyli*, è cœlò prominere animadverſus eſt, tametſi non omnibus eodem temporis articulo oſtenſus. Primùm igitur in ſigno *Scorpii* emicuit, caudam inter *ſpicam Virginis, & Arcturum*, ad *Polum ſeptentrionalem*, obvertens. Indè ad *Libræ* interſignium tranſiens, curſumque ab *Eccliptica*, ad *Tropicum Cancri* dirigens, à *Meridie*, ſive *Oriente*, ad *Septentrionem* perrexit, ubi radiis ſuis flammantibus *Booten* omninò penetravit, diſſecuitque, adeòque ad *Vrſæ Maioris* pedium anterius uſque excucurrit. Illius curſus, motusque, ſicut extitiſſe viſus eſt celerrimus, ideòque in aërea regione terræ vicinior *Luna* fuiſſe creditur. Quò de qui ex profeſſo cognoſcere cupit, *Mathematicos* hujus temporis adeat. Duravit ejus curſus ad dies *XXVII.* vel alibi, ad menſem integrum, cœlo ſudo, antè matutinum crepuſculum, conſpectu maximè notabilis.

CAP. II.

De Matthiæ Cæſaris vita, atque exceſſu.

NOn poſtremam *Hiſtoriæ* particulam eſſe virorum ſummorum, atque Illuſtrium, vitæ, obituſque, deſcriptionẽ attingere, palàm fit. Ut hoc nomine potiſſimùm *Reges*, atque *Imperatores*, venerari oporteat, utpote quorũ actiones, dicta, factaque, tantò majori curioſitate tradendæ veniunt, quantò id genus ſummorum hominum rebus magni eouſque momenti plerunque occupari ſolet, tùm virtutes, ac vitia, in edito atque excelſo, poſita habet, ut vel ab omnibus, ſi regiè ſeſe gerant, plenis, ut ajunt, tibiis collaudentur, vel, ſi in vitia devolvantur, criminationibus promptius exponãtur. Prout igitur *Muſas* cum *Hercule* pepigiſſe, antiquos apud autores, fama eſt, ille ut res magnas, egregiaſque faciat: hæ, res præclarè geſtas, ut dignis laudibus proſequentes ad poſteritatem uſque trãſcribant. Ità ſummorum id genus *Heroum* eſt, mundum, genus, imperium, ætatemq; illuſtribus factis implere. Noſtrarum verò partium, (qui *Muſas*, id eſt, doctrinam elegantiorem ſequimur) ut, quantis poſſumus facultatibus, *He oas* ab oblivione, atque ipſa, ſi liceat, morte ad poſteritatem velut vindicemus.

I.

Matthiæ natales.

NAtus eſt igitur felicibus auſpiciis *Matthias Auſtriacus, Viennæ, Anno, M.D.LVII. VI. Cal. Martias*, in feriis *D. Matthiæ, Apoſtoli* cognominis, ſub crepuſculum veſpertinum. Parente Invictiſſimo illo, laudatiſſimoque *Imperatore, Maximiliano*, ejus nominis *II.* Cujus divini *Principis* gloriam vel attigiſſe ſaltem, ſit laudaſſe.

II.

Expeditiones militares.

ADoleſcens, pietate, ac regiis virtutibus, doctrinaq; haud vulgariter, vel ſplendidiſſimi parẽtis, exemplo, excultus, res ingentes, quibus gloriam à *Maioribus* abundantiſſimè partam, factis illuſtribus etiam propriam, ac ſuam, facere, atq; porrò extendere, poſſet, animis complexus eſt. Itaque contrà *Turcam, Hungariæ* partes infeſtãtem, eduxit. Quo ad *Albam Græcam* generosè devicto, cæſisque copiis hoſtilibus, *Novigradum* occupavit. Apud

Gomor-

Gomorrham porrò exercitus *Turcici* præfectum (quē linguâ ſuâ barbari *Baſſam* nuncupant) in turpem fugam conjecit, eoque felici progreſſu; *Arcem Grani*, *& Vicegradum*, ultricibus armis expugnavit; *Budamque* magnis aſſultibus conterruit. Idem *Imperatori Othomannico*, *Heomati Mahometi*, *Anno M. DC. VI.* viginti annorum inducias, vi tranſactionis, extorſit.

III.

Auſtriam, ac Moraviam, Provincias; itemquē Hungariæ regnum, obtinet.

EX ultroneâ fratris abdicatione, *Anno M. DC. VI.* Dominium *Auſtriæ, ac Moraviæ*, provinciarum, obtinuit. Ut etiam in *Regem Bohemiæ*, jam tùm deſignatus, circà exodium ejuſdem anni, *XIII. Cal. Decembris*, Comitiis *Presburgi* celebratis, in *Regem Hungariæ* ſolenniſſimè ſit inauguratus.

IV.

Rex Bohemiæ, itemque, Imperator Romanus, creatur.

PRagæ verò, *Anno M. DC. XI. IX. Cal. Iunias*, *in Bohemiæ Regem*, *numero vigeſimum quartum*: paulò poſt ab obitu *Rodolphi II. fratris*, *M. DC. XII. VIII. Cal. Iulias*, in *Imperatorem Romano-Germanicum*, *à Primo Iulio Cæſare*; *numero Centeſimum Vigeſimum Primum*, vel (aliorum opinione) *centeſimum & decimum nonum*: *à Carolo Magno verò* numero excurrente, *quadrageſimum ſextum*: *Auſtriacæ familiæ* denique *undecimum*: unctus, coronatus, ſolenniſſimiſque ceremoniis inauguratus eſt. *Nuptiale* ſacrum concelebravit cum *Anna VII. Auſtriæ Archiduciſſâ*, *M. DC. XI.* pridie *Non. Decembr.*

V.

Exceſſus.

MAximi hujus *Principis* exceſſus incidit in *VI. Id. Martii*, *Anni M. DC. XIX.* Deceſſit *Viennæ Auſtriorum*, intrà horam ſeptimam, atque octavam, matutinam, ætatis *LXII.* cum diebus *XV.* omnibus eo acerbiore ejus fato obveniente, quo initia motuum *Bohemicorum*, perturbationiſq; per *Imperium* generalis, ac fatalis, iſtius, atrocius fremerent. Corpore per Iatraliptas aperto, atque eviſcerato, *Cerebrum* cum *pulmonibus* labem contraxiſſe, *Cor* verò cum *Hepate* intemeratum extitiſſe, cognitum eſt. Peractâ ex *præſcripto Medicorum* conditurâ, *Magnatibus* uſitatâ, corpus regiâ, ſed pullâ veſte indutum, fulcro per atrium pullis, & porrò ſuperinjectis attalicis, tapetibus impoſitum, à *XII. Cal. Maii*, *ad VIII. Cal. Iunii*, omnibus intrò admiſſis, publico conſpectui ſalutandum exhibebatur. *Caput Pileus* ex holoſerico nigro, *cervicem* cervicalia ex auro, & ſerico nigro, intertexta, itemque *collare Hiſpanicum*, totum verò corpus *pallium* è panno pullo, manus denique crucis in morem complicatas, *imago crucifigi* Domini noſtri, aurea, excepêre. Ponè caput ad dextram, *corona*, & *ſceptrum*, *Imperii*, ad lævam *Vngariæ & Bohemiæ* coronæ, reponebantur. Inferius *Aureo vellere*, enſeque, ac pugione, ſub pullis ex holoſerico vaginis, ſuper pulvinaribus pariter auratis, ordine extantibus, juxtaque à quatuor angulis, quatuor luculētis *facibus*, ac magnis, circumcirciter verò è cerâ albiſſimâ luminaribus parvis, argenteis candelabris impoſitis, coruſcantibuſque.

Idibus Martiis, appetente veſperâ, exindè humeris dynaſtarum, quos *Camerarios* vocant, per *D. Auguſtini* in regium *Monialium Cœnobium*, comitantibus variis *Eccleſiaſticorum Patrum* ordinibus, itemq; *legatis*, *Conſiliariis Cæſareis*, *Statibusque*, atque *Auguſtalibus Auſtriæ miniſtris*, elatus eſt. Celebratis *Aprili menſe*, proximè inſequenti, eâdem in regiâ *Veſtalium* æde exequiis pluſquam regiis, atq; exquiſitiſſimis, erectoque *Doloris*, ut vocant *caſtro* ſumptuoſiſſimo.

Externa.

Matthiæ Imperatori honorarium in Galliis ſepulchrum excitatum.

EIuſdem *Matthiæ Imperatoris*, modò defuncti, memoriam *Pariſiis* celebravit *Rex Chriſtianiſſimus*. In æde ſiquidem *Deiparæ Virginis*, confluentibus ad numerum viris *Illuſtriſſimis*, *& nobiliſſimis*, honorarium *Cæſari*, & ſolenne, regium ſepulchrum ſivè, ut vocant, doloris caſtrū, non ſine magnifico apparatu, excitatum eſt. Templi enim illius parietes, undiquaquè pullo panno ſuperinducto ejuſdem coloris holoſerico, ſupereminentibus *Imperii*, atque *Inclytæ domus Auſtriacæ*, *Aquilâ*, atque *Armis*, auro, coronaque, præfulgentibus, luctus præ ſe ferebant, tanto *Imperatore* condignos.

In propylæo, ſive templi veſtibulo, ædicula alia panno pariter, holoſericoque pullo inducta, *Cæſariſque Aquilâ*, atque *Armis*, inſignita, conſpicienda aperiebatur: ſarcophago in ejus medio extante, nigroque holoſerico contecto: quem media *crux alba* ſcutulata, ſive ſerica, diſtinguebat, veritate ità repræſentatâ, ut veræ *Cæſaris* eo loci exuviæ velut depoſitæ eſſe viderentur. In interiori porrò ædis ſacrario, immò totius templi ambitu, ingens cereorum numerus coruſcantium, diem, noctemque, eripiebant. *Archiepiſcopo Miſſæ* ſacrum illud, alioque juxta *Epiſcopo* de *Angier Orationem parentalem* peragentibus. Finita eſt iſta regia exequialis ſolennitas, variis, regiiſq;, muſicis concentibus, ad luctum accommodatis. Utq; eò ſolennior, nitidiorq;, accideret actus iſte, bis ducenti pauperes, pullis veſtibus ſumptu regio amicti, certaq; *Elemoſynâ* liberaliter ducti, *cereos* accenſos bilibres, *Armis Cæſareis* inveſtitos, circumtulerunt. Ità ut univerſa exequialis hujus actus pompa ab octava matutina, ad horam uſque ſecundam pomeridianam, extracta fuerit.

CAP. III.

De ominib. circa Matthię Imperatoris exceſſum, contingentibus.

VAria olim, circà gentilium illorum *Imperatorum*, *Iulii Cæſaris*, *Auguſti*, *Tiberii*, atque aliorum, exceſ-

ſus,

ſus *omina* contigiſſe, coſque velut præſignificâſſe, è *Suetonio Spartiano, Iul. Capitolino, Aur. Victore, P. Dracono*, atque id genus autoribus, evidens fit. Quò minus ambigendum fuerit etiam huius *Auguſti Imperatoris Matthiæ* exceſſum, hâcce ultimâ, & perturbatiſſimâ, noſtrâ tempeſtate; ominibus, atque prodigiis, clarum, memorabilemque, extitiſſe.

I.

Tres Irides, totidemque Soles, ſimul oſtenſi.

PRæter autem horrendum *tragici* iſtius ſyderis, *Cometæ*, inquam, aſpectum (quo de ſuprà viſum eſt *Cap. II.*) complura tum *omina*, tum *prodigia* concurriſſe, jam videbimus. Inter cetera, *tres* in ſimul aërisin regione *Irides*, totidemque numero *Soles, Anno M. DC. XIX.* apparuiſſe, literis traditum eſt.

II.

Aqua, & Glacies, in Hungaria ſuperiore, in ſanguinem mutatæ.

EOdem anno, civitatem *Hungariæ ſuperioris*, *Sixto* dictam (qui locus à prælio inter *Chriſtianos*, & *Turcas*, *Anno M. DC. XXXIIX.* ibidem commiſſo, celebris) fluvius labendo dividens, in *ſanguinem* mutari cœpit, glacie pariter etiam cruentatâ: Quaſi variæ ad loca novitatis, atque oſtenti, cauſsâ, hinc indè fuit tranſmiſſa.

III.

Maris reciprocatio inſolita.

POrrò apud famoſum illud fortalitium, vulgò *Calis Malus* appellatum, *Maris reciprocatio*, ſive fluxus, uno, eodemque die, more prorſus inſolito, *septies* recidivavit.

IV.

Aqua dulcis in Mari Gallicano.

IN *Cherſoneſo* illa *Gallicanâ*, dicta *Roſſilione*, ſub ſalo, ſive mari, id eſt, aquis ſalſis, etiam *aquas dulces*, potulentas, invenire, atque experiri, contigit. Id quod, *prodigii* loco, habitum.

V.

Niddæ, VVetteraviæ, fluvij, curſus interceptus.

PRæter verò *terræmotum*, qui ad radices montium illorum, *VVetteraviam* terminantium, propè *Francofurtum*, accidit (quo de actum *Cap. I.*) fluvius ille, *Nidda* vocatus, *VVetteraviam* interſecans, *Arce*, & *Armis*, *Heſſiæ Principum*, nobilitatus, ſubitò aquis omninò defectis, ſubſtitit. Ità, ut ab aliquot horarum intervallo, molendina immota ſtetiſſe, compertum ſit.

Externa.

I.

Characteres in Polonis inſolentes, & prodigioſi.

SEd inſolens valdè illud eſt, prodigioque ſtupendo haud vacat, quod quidem in *Poloniâ* accidit. Feruntautem præcipuorum ejus gentis hominum palatia, *characteribus* rubri, cœrulei, luteique, coloris variegata, ſignataque, fuiſſe. Cuiuſmodi nullis ſpongiis, pumicibuſque, detergi poterant. Poſteaquàm ergò *dynaſta* quidam *Polonus* hâc inſolenti novitate confuſus, atque offenſus, feneſtram, fortè id genus ſcripturâ diverſicolore variegatam, tollere juſſiſſet, mox in foribus notæ, ac ſignaturæ, prædictæ comparuerunt. Illis de voluntate patrisfamiliâs, in ignes conjectis, mox in mensâ, quod in valvis damnaverat, notare cœpit. Proindè mensâ ipsâ inſuper ignibus combuſtâ, prodigioſi iſti *characteres* tandem prædicti *Poloni* frontem invaſerũt. Unde neque expungi, neq; ignibus expiari, commodè poterant.

CAP. IV.

De auſpiciis regiminis Ferdinandi Regis, ab exceſſu Matthię Imp.

I.

Ferdinandus Rex, Auſtriacarum Provinciarum regimen, ab obitu Alberti Archiducis, auſpicatur.

ANtequàm *Albertus Archidux* naturæ, & communi hujus lucis uſuræ, valediceret, *Ferdinando Regi* adminiſtrationem Provinciarum *Auſtriæ*, lege teſtamenti, tũ addixerat, codicillis ejuſce tenoris Publicè extantibus: *Albertum* nempè *Ferdinando Vngariæ, ac Bohemiæ, Regi*, ceſſiſſe jus ſucceſſionis plenarium, quò, ab obitu ſuo, in *Auſtriæ Vtriuſque Archiducatibus* uti frui poſſet, deberet. Itaque ſine ullâ contradictione, atque hæſitatione, *Ordines Ferdinando* homagium, ac debitam ſubmiſſionem, præſtarent. Ille verò adminiſtrationẽ legitimâ in ſe reciperet, provinciis provideret, deque provinciis, juxtà beneplacitum, regionumque commodum, diſponeret. Hæc omnia, ac ſingula, verbis *Archiduce* dignis, ex bona fide, ſeſe velle, jubere, atque rata habere. Eoque nomine tàm *Eccleſiaſticis*, quàm *Secularibus*, *Ordinibus*, *Statibusq;* quibuſcunque, ſeriò injungere, *Ferdinando Regi* tanquam *Domino* ſuo, obtemperarent. Vbi itaque *Albertus* exceſſiſſet, *Ferdinandus* literas illas teſtamentarias *Vtriuſq; Auſtriæ Archiducatus Ordinibus*, partim *Viennæ* coactis, partim per legatos, aliâs diſtribuit, iiſque uti ſatisfacere vellent, indixit.

II.

Ejuſdem, ab exceſſu Matthiæ Imp. literæ ad Bohemiæ Vicarium.

INtereà, ubi juxtà quoque *Matthias Imp.* fatis conceſſiſſet, *Ferdinandus* ad *Bohemiæ Vicarium* ſic dedit: Poſteaquàm *Deus OPT. MAX.* interveniente fatali, mortis neceſſitate, *Matthiam Imp.* è terris ad cœlites evocaſſet, jam rem eò deveniſſe, ut tàm *Regni Bohemiæ*, quàm conjunctarum *Provinciarum*, potentatus, atque gubernatio, tantùm ad ſeſe ſpectarent. Hanc ob cauſſam, ab *Imp. Matthia*, conſtitutos officiales vicarios, eouſque ſe toleraturum, quouſque aliter viſum eſſet. Illis autem jam ſignificaro, ſu-

re, ſuper exceſſu *Matthiæ Imp.* reliquos *Conſiliarios*, ac miniſtros, certiores facerent, omniaque, quæcunque ad id genus luctus ſolennitatem pertineat, proſpicerent. Intereà omnes illi, quorum interſit, confirmatum haberent, ſe omnia illa privilegia, quæcunque ſub coronatione, ſarta tecta ſervaturum anteà recepiſſet, adhuc dùm inviolata præſtiturum, eoque datâ operâ collimaturum eſſe, quò diſſidia intrà *Bohemiā* orta, tollantur, pax, & cōcordia, reſtituatur, juſtitia reducta, vigeat, interque ſubditos quies, & benevolētia, redintegrari queat. Atque hanc voluntatem regiam proximis literis ad *Burggravium ſupremum* dandis, ad amuſſim confirmatam iri. Proindè optimâ ſeſe ſpeniti, ſiquidem omnibus ſuis, *Bohemiæ Ordinibus* anteà factis, promiſſis, ſatisfacturus eſſet, futurum, ut illi vice verſâ, juramenti quoque, atque homagii; memores, debitam ſubmiſſionem, atque obedientiam, *Regi* ſuo exhibere nihil dubitarent.

III.

Regis Ferdinandi Privilegiorum Bohemicorum Confirmatoriæ.

SEcundùm iſta, ilicet *Rex Ferdinandus*, ſuper privilegiis, atque immunitatibus, *Bohemiæ* regni, literas confirmatorias publicavit, ſequentes: Notum facimus præſentibus, nos, prout condiximus, regnum *Bohemiæ* protecturos, *Status, nobilitatem*, cives *Pragenſes*, aliarumque civitatum regni *Reſpublicas*, afferturos, omniaque, ac ſingula, eorum jura, Statuta, *literas Maieſtaticas*, privilegia, immunitates, indultaque, tàm in *Religionis*, quàm Rerum ſecularium negociis, conceſſa, confirmaturos. Quo nomine ſtatuta pariter, in diætis provincialibus, maximè *Annis*, *M.DC.VIII. & M.DC.X.* inter *Proceres SVB VNA*, atque *SVB VTRAQVE*, lata, & decreta, pariterque inter *Ordines Bohemiæ* cum *Principibus, Ordinibusq́, Sileſiæ, Anno M.DC.IX.* in communi *Religionis* cauſſa, tranſactiones, & pacta, modò illa, ut ajunt, contrà *Catholicam* fidem nō pugnarent, ſeriò conſtabilimus, omniaque, & ſingula, reliqua *Regni* conventa, pactaque vetera, inprimis verò indulta regia, regum vid. veterum *Ottocari, Iohannis, Caroli Cæſaris, Regis Venceslai, Cæſaris Sigiſmundi, Regis Alberti, Ladislai, Georgii, Vladulai, Ferdinandi, Maximiliani, Rudolphi, & Matthiæ*, ſacratiſſimæ memoriæ, *Impp. Anteceſſorum*, reſpectivè agnati, & parentis, clementiſſimi, abſque ullâ contradictione, rata, ac confirmata, eſſe jubemus, ac volumus.

Iuxtà hæc, *Arcis Saxi Carolini* coronæ *Regiæ*, gazęque provincialis, itemque tabularum *Bohemicarum*, unàque privilegiorum, cuſtodiam, nemini, citrà *Dynaſtarum, Equeſtrium, & Civitatum Pragenſium*, conſenſum, quantum quidem ejus rei ad illos pertinere videbitur, non commiſſuri. Sicut etiam regni *Bohemiæ* ſtatuta, & conſuetudines, ab antiquo introductas, atque receptas, ſartas tectas habituri ſumus. Porrò, exteros, atque peregrinos, ad officia, tàm *Eccleſiaſtica*, quàm *ſecularia*, præteritis *Bohemis*, atque indigenis, nullos admiſſuri, multò minùs ad *Arcium, Civitatumque*, gubernationem, recepturi ſumus, inconſultis regni *Ordinibus*. Atque hac via in reliquis *Provinciis*, regno adjunctis, eadem obſervabitur, prout temporibus *Caroli Cæſaris*, aliorumque *Regum*, atque *Anteceſſorum* noſtrorum, hactenùs moris, ac conſuetudinis, fuit: Haud ſecus promittimus, nos nullas *Provincias, Principatus, civitates, Arces, ſedesque* & *bona* id genus quæ vis alia, quæcunque ad regnum *Bohemiæ* ſpectant, ullo modo alienaturos. Contrà verò iſta, quæ regiæ coronæ adempta ſunt, recuperaturos. Conſimiliter, monetæ regiæ, abſque totius provinciæ arbitrio, nihil detracturos, ſed, vigore valoris, & privilegiorum, in regno conſtitutorum, jus illud monetarium conſervaturos.

Quibuſcunque *Anteceſſorum* noſtrorum liberalitas *Cæſarum, Regumque Bohemiæ*, donativa indulſit, eorumque loco uni, ac pluribus, *Ordinum* hypothecæ vicem regia bona tàm Eccleſiaſtica, quàm ſecularia, aſſignavit, ea omnia quoque condicimus, nos rata habituros, modò tamen hoc *Vladulai Regis, Ordinumque Regni Privilegiis*, atque exemptionibus, non contraveniat.

Denique, fidem publicam damus, nos unum quęque ex *Ordinibus*, ſeparatim, atque in ſpecie, intellectum, ſalvis juribus, ſtatutis, privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, conſuetudinibus, indultisque, quibuſcunque, quantum eorum ad unum quemque indè redundabit, protecturos eſſe.

IV.

Bohemis Confirmatio Privilegiorum, à Ferdinando Rege promulgata, haud ſatisfacit.

QUibus illis regiis verbis, bonâ fide ſtipulatis, tametſi *Rex Ferdinandus* nihil aliud perſuaſum habuiſſet, quàm conditiones illas *Bohemos* ambabus, quod dicitur, manibus amplexaturos, continuòque ab armis diſceſſuros, eſſe: Nihilominùs longè aliter evenit. *Bohemi* enim, ſive adverſæ parti, ſive cauſſæ ſuæ, minùs fidentes, aliudque ex alio, tanquam funiculum, nectentes, cauſſari cœperūt, neque ſic res ſuas loco ſatis tutò futuras, maximè, cùm ſeditionum, cladium, cruoriſque effuſi, autores, jam demum ad officia priſtina admitterentur, *Bucquoio Bohemiam* cum milite extraneo, ſine causâ, hoſtiliter etiam nunc infeſtante, adeòque omnia, quę ferri furor, ex licentia militis, dictēt, crudeliter perſequente. Hæc enim clementiæ illius modò oſtenſæ in literis, ſignum, indiciumque exhibere nullum, ut aliundè etiam ab amicis, atque extraneis, per nuncios admonerentur, viderent *Bohemi*, quid agerent, rebusque ſuis accuratius, proſpicerent, cùm per *Italiam, Belgiumque Hiſpanicum*, inprimis *Imperium Germanicum*, paſſim pro *Ferdinando* novæ copiæ, novi milites, conſcribantur. Illud enim belli aſperioris, graviuſque continuandi, documentum eſſe, ut inprimis *Patres Societatis*, aliiq; id genus *Miniſtri Hiſpanici*, tanquam civilis iſtius incendii flabella, ſuperaccedant, omniaq;, antiquo more, ſubvertant, immò *Evangelicis* dictis extremū exitium fabricare comperiantur. Atque hæc ejus eſſe ponderis argumenta, ut conditionibus, à *Ferdinando* propoſitis, aſſentiri haud quaquam ſuſtineant. Ut potius conclaſſare, atque ad arma, *Bohemos* omnes, inquilinos, ſocioſque, convocare, neceſſariò, impellantur. Itaque ſic plenis,

plenis, ut ajunt, tibiis. *Quirites*, ſub edicto, tanquam claſſico facto, & ſub publica tubâ, convocare, ac conclaſſare cœperunt: Poſteaquàm *Dei OPT. MAX.* voluntate *Matthias Imp.* ac *Rex* ſuus, mortalitatis legem impleviſſet, hoſtes verò per *Bohemiam* ferro, atque incendiis, rem crudeliter, & ſtrenuè, agerent, ut etiam externi, ac peregrè advenientes, exercitus magis extimeſcendi ſint; eam in rem, tres *Bohemiæ Ordines* utique *Dei*, & patriæ, amantes, per univerſos totius regni fines, omnes vires, viroſque viritim conclamare, atque ad commune periculum evocare, parati omnes, omnique momento ad Imperia accipienda, præſtò eſſent. Itâ enim ultimam ſacrorum, patriæ, ſui, ſuorumque, neceſſitatem proprio nomine efflagitare.

V.

Poſtulata, & gravamina, Bohemorum, in eventum tranſactionis, innumera.

CAEterùm, ne omnem pacis, aut compoſitionis, ſpem abiicere viderentur *Bohemi*, jam ab exceſſu *Matthiæ Imp.* liberiores facti, in eventum futuræ ſive compoſitionis, ſive tranſactionis infinitas, atque eduras, conditiones inter ſeſe fabricârunt, quibus, ubi de pace agendum eſſet, ſtarent.

Inprimis autem cùm hoſtilis in *Bohemiam* irruptio, atque aſſultus, tantis motibus anſam præbuiſſet, jamque exceſſus *Matthiæ Imper.* novi *Regis* electioni materiam ingereret: in eventum futuræ pacis, cautelam eam adhibendam eſſe, ſive *Rex*, ſive *Cæſar*, ſive alius, in motus iſtos nequidem inquirere auderet, ſed omnibus realem indemnitatem præſtaret. Secus ſi futurum ſit, *Ordinibus* alium, atque novum, *Regem* eligendi copia, ac poteſtas, foret. Confœderatio *Regni Bohemiæ* cum *Auſtriaca domo* omninò tolleretur.

Quòd autem non multo temporis intervallò per *Auſtriacos* tot impetus hoſtiles in *Bohemos*, non ſine regni depopulatione, intervenerint, opus eſſe, ut *Bohemia Auſtria* eo pacto plus obligaretur, melior que ordinis ratio iniretur. Quicunque ſociorum *Ordines ſub VTRAQVE*, *Bohemiæque* regnum, reliquiſſent, illi in æternum excluderentur, bonis eorum *Ordinum* poteſtati, atque arbitrio, ſubjectis. Malæ fidei homines, paciſque communis turbatores, tanquam patriæ proditores, capite plecterentur, bonis pariter de *Ordinum* arbitrio, in fiſcum, vel aliò, redactis. Iſti, qui primitùs partes *Ordinum* foviſſent, deinde ſeceſſionem feciſſent, omninò regno excluderentur, fortunis omnibus ad *Ordines* redeuntibus. Neutrales verò, atque tepidi, quicunque *Ordinibus* minus fideliter, & operam, & conſilium, impediſſent, certam mulctam pecuniariam dependerent, ſive etiam in exilium mitterentur. Quid cum iſtis agendum eſſet, qui è numero *Ordinum* contrà patriæ hoſtes armare, armatoſque emittere, detrectâſſent, tempus commonefacturum. *Archiepiſcopus*, atque *Abbas*, *Strohofanus*, aliique *Eccleſiaſtici*, patriæ infideles, quòd è regno profugiſſent, nullo alio, niſi malâ conſcientiâ, impellente, nunquam reciperentur, alij verò, & quidem natione *Bohemi*, ad iſtorum munia, atque officia, admitterentur. Omnes iſti, quicunque machinationibus id genus, per regnū obortis, aut conniviſſent, aut aliquà acceſſiſſent, ab officiis deponerentur, & in militiæ ſive pretium, ſive ſtipendium, certam pecuniæ ſummam conferrent. Templa, *ab Ordinibus ſub VTRAQVE* extructa, ab *Ordinibus* verò *ſub VNA* diruta, à deſtructoribus reædificarentur. *Sacerdotes*, paſtoreſque, *ſub VTRAQVE*, quicunque ab *Ordinibus ſub VNA*, cum tot aliis *Dynaſtis*, ſive è regno ejecti, ſive cum ſubditis ad adverſam *Religionem* adacti eſſent, in futurū ejus moleſtiæ haberentur immunes, atque expertes. Quod ſi quis *Bohemiæ Rex* poſtliminiò idem tentaret, ei purpura, & corona, regia detraheretur. *Patres Societatis* nullo pacto in regnum reciperentur, bonis eorum *Conſiſtorio* inferiori, templis verò *Monachis* cedentibus. *Budalbani*, ob enormia delicta, pro turbatoribus, atque infidelibus, patriæ, declararentur, quos contrà totius regni vires inſurgant, eoſq;, exempli loco, ad pœnam rapiant. Niſi fortè cōtingat, illos, ſupplices factos, pœnitentiam e mendare, ac gratiæ locum facere. Quo eventu, in ſolutionem ſtipendij militaris, *Academiæque Pragenſis* emolumentum quæcunque prædia, villas, pagoſq; ſuos, *Ordinum* arbitrio ſubiicientes, reconciliari fortè queant. Itâ tamen, ut, ab eo temporis articulo, in eorum civitate fundos, domoſque coëmere, templaque, & parochias, extruere, ſicut & apud *Pilſenates*, *Ordinibus Proteſtantibus* copia fiat plenaria. Conventus *circulorum* regni, more veteri, deinceps celebrarentur. In *Iudiciis provincialibus* ſupremis *Aſſeſſores*, *judiceſque* miſti alternarentur, ità ut ſecundū *Burggravium ſub VNA*, *Magiſter aulæ provincialis dictus ſub VTRAQVE*, & ſic conſequenter alterius locum habeat. *Capitanei* tàm *Arcis*, quàm trium *Civitatum Pragenſium*, eſſent *Religionis*, *ſub VTRAQVE* dictæ. Pariter *Cameræ Regiæ* miniſtri ejuſdem *Confeſſionis ſub VTRAQVE* forent. In civitatibus regiis *judices* exularent. Rei frumentariæ negociationem, ſive emptionem, *Rex dynaſtis* regni prohibere nequiret. Debita regni (æs alienum vocant) è bonis *Archiepiſcopi* aliorumque id genus *Præſulum Eccleſiaſticorum*, nec non reditibus *Cameralibus*, cujuſmodi à menſâ regia exempti forent, penderentur. Summa pecuniaria illa, è collectis provinciarum *Cleſelio Cardinali* promiſſa, ulteriùs ne quidem præſtaretur. Intrà civitates *Pragenſes*, more per *Imperium* recepto, *Academia* aperiretur. *Calendarium Gregorianum*, & *Pontificium*, quoniam apud *Chriſtianos* multarum difficultatū anſam præbeat, abrogaretur. Eius enim confuſione accidere, ut *Bohemis* feſtum *S. Paſchatos* celebrantibus, *Imperij Principes* aliquando ſub *Bacchanalibus* eſſent. In eventū tranſactionis, *Directores Bohemiæ* de induciis paciſcerentur, ſi *Elector Saxoniæ* fidem interponat, futurum ſe à partibus illorum, quicunque pacta induciarum haud forent tranſgreſſi. Idem *Elector* literas ſalvi conductûs, à *Cæſare* impetratas, apud *Directores* deponeret. Idem, ac par, ſe cum militiæ ſuæ ducibus facturos. *Cæſareani* iis in locis, ubi caſtra habeant, permanentes, haud ulterius progrederentur. Pariter *Bohemi* in locis, per *Auſtriam* occupatis, facerent. Conceptiſſimis verbis cautum eſſet, ne *Cæſareani* pendentibus induciis, ullam vel in *Bohemia*, vel in counitis Provinciis, *Moravia*, *Sileſia*, *Luſatia*, *Auſtriaque*, & id genus locis finitimis, violentiam inferant, damnique alicujus autores ſint. Id

quod ab alterâ parte idem facturos ſe recipiant. Tribunis, gregariiſque militibus, intereà ſub ultimâ pœnâ interdiceretur, ne in caſtris conveniant, aut commercij aliquid habeant, undè inducias labefactari facile ſit. Novorum auxiliorum accerſendorum, ſicut etiam militum ulterius conſcribẽdorum, utrinq; facultas nulla eſſet. Vt tamen antè inducias cohortes conſcriptæ emendari, reſtaurarique, poſſint. Induciis publicatis, caſtra, munimẽta, atq; id genus loca, jam poſſeſſa, ne amplius cõmunirentur. *Electoru Saxoniæ* legatus, durantibus induciis, locum occuparet inter Vtræque caſtra mediũ, atque opportunum, eo fine, ne turbæ excitentur, partes collidantur, aut totus rei cardo effectu fruſtretur. Iſtis inſuper conſectaria acceſſerunt ſequẽtia: Omnes, & ſinguli, tàm *Ordines Proteſtantes*, quã ſubditi, tametſi ſub *Eccleſiaſtica* jurisdictione habitantes, gauderent privilegiis *literarum Majeſtaticarum*, à *Rodolpho Cæſare* datarum, itemque *Tranſactionibus* inter partes *ſub VNA*, & *ſub VTRAQVE*, factis, pariterq; ſtatutis provincialibus, eorundemque à *Cæſaribus* præmiſſis confirmationibus. Vnio inter *Bohemiæ Ordines, Principeſque*, & *Status*, *Sileſiæ* in negocio *Religionis*, primitùs orta, ſecundũ omnes clauſulas, ſarta, tecta, conſervaretur, *Proteſtantibus*, tametſi ſub *Eccleſiaſtica* juriſdictione habitantibus, tẽpla, ſcholaſque aperiẽdi copia eſſet. Omnia a. verò, hactenus, ab adverſa parte in contrarium quæſita, factaque, annihilarentur. *Patres Societatis*, vigore publicati decreti, nullo tempore, nullo colore, reciperentur unquam. Privilegia verò eorum, per ſub, & obreptionem, in *tabulas Bohemicas* relata, delerentur, bonis in *Ordinum* poteſtatẽ redactis. *Fœderis* cum *Vngaris*, *Auſtriis*, *Moravis*, *Sileſiis*, *Luſatiſque*, firmi, ac ſolidi, juxtàque defenſionis mutuæ, atq; univerſalis, ratio iniretur. Re novatio *hæreditariæ confœderationis*, cum *Electoribus*, & *Principibus Imperii*, perennaret. Certorum quorundam hominum è regno ejectio, ſicut etiam inprimis ab officiis remotio, abſque exceptione, haberet locum.

Iſtis, tanquam cumuli loco, à *Directoribus* ſuperacceſſerunt. Quoniam cum *literis Majeſtaticis* pugnet, *Archiepiſcopum Pragenſem* jus ſibi arrogare in regias quaſcunq; *Eccleſias*, eaſque *ſacerdotibus Catholicis* inveſtire, hæc novatio è medio tolleretur. Ex adverſo verò *Conſiſtorium Pragenſe* redintegraretur, atque ad *Paſtores Proteſtãtes* rediret. Cùm *literarũ Majeſtaticarum* cæterorumq; pactorum, vis ea ſit, ut etiam *Eccleſiaſticæ* juriſdictionis ſubditis, *Religione ſub VTRAQVE* addictis, liceat illis in locis tẽpla, ſcholaſque, aperire, libereq; rem divinam facere, illud jus, ac privilegium, in ſecula perpetrandum, revocaretur, ac conſtabiliretur. Oppidanis *Cloſtergrabienſibus* ſiquidem *Pragenſis Archiepiſcopus* ædem à fundamentis deſtruxiſſet, illis intereà templa civitatis cederentur uſque dùm ædes illa diruta foret reædificata. Par jus in perpetuum eſſet *Brunavienſibus* in ædem ſuam. Templa poſt impetratas *literas Majeſtaticas*, apud *Pragam* exædificata, nempè ad *SS. Trinitatis*, ad *Salvatoris*, & ad *S. Simeonis*, & *Iudæ*, unà cũ *Sacellis*, in *diæta provinciali* referrentur in *tabulas Bohemicas*, tanquam fundum proprietarium, nevè ullo unquam tempore è manibus *Ordinum Proteſtantium*, quorum operâ poſita eſſent, eriperentur. *Academia Pragenſis* à *Rudolpho*, *Cæſ. Ordinibus ſub VTRAQVE*, cum omnibus requiſitis, ac pertinentiis, conceſſa, maneret in illorum poteſtate, Ità ut pluribus eam ſive beneficiis, ſive reditibus, amplificare liberum relinquatur. Liberũ etiã eſſet *Ordinibus*, in *diætis Provincialibus*, pro conſervatio ne *Academiæ* collectas, ſicut vocant, inſtituere, eaſq; à *Defenſoribus* deindè exigere. Neq; *Regi*, neq; *Reginæ*, plures è *Clericis* accerſendi in regnum facultas foret, extrà eos, quos in præſentiarum regnũ foveat. Legati, quoſcunque *Rex* ad *diætam Provincialem* miſſurus eſſet, voluntatem *Regis* propoſituri, ſive ſit *Cancellarius* ſuperior, ſive *præſes*, ſive *Conſiliarii Camerales*, ſive quiſpiam alius, ubi rem, ſibi injunctam propoſuiſſent, cunctarentur ulterius haudquaquam, ſed ab *Ordinibus* reſponſum præſtolarentur. Sententiâ ab *Ordinibus* in diætis ſemel decreta, firma haberetur, *Regique* referretur, nullo habito replicationis reſpectu. Si tamen replicatio ulla producatur, eã *Ordines* reiicerent, diætamq; ſolverent, ad id, quod cũque reliqui fortè concluſiſſent, ne quicquã obligati. *Diæta Provincialis* nulla, ultrà dies XIV. extraheretur, niſi fortè *Ordines* datâ operâ aſſenſerint. *Dicaſterii Secretarii*, *Religioni* utique *Evangelicæ* addicti, more ſuperioris temporis, eligerentur. In *Pragenſibus* civitatibus *Vicarius Regis* nullus toleraretur. Pariter neq; apud *Pragenſes*, neq; alias regias *Civitates*, eſſet *Iudex Regius*. Poſteaquã *Ordines ſub VTRAQVE*, requirentibus regni, patriæq;, ultimis neceſſitatibus, pro conſcribendo, conſervandoq;, milite, ingentem pecuniarum ſummã, interpoſitâ fide propriâ, conflâſſent, illud omne è proditorum patriæ, fugitivorumq; bonis, & fortunis, reſarciretur. Vt ità etiam iſti, qui tantorũ motuum, bellorum, depopulationum, ſanguiniſque effuſi, autores fuiſſent, lege talionis æquiſſima luerent. Regia quoq; bona (extrà ea, quæ *menſæ regiæ* propria, modò venire nequirent) tanquam ære alieno onerata, *Ordinumque* fide interveniente oppignorata, venundarentur. Si quid exindè extrà oppignoratæ fidei, militariſque ſtipendii, ſolutionem, ſuperfuiſſet, id omne creditoribus regiis, tùm regni incolis, militaribus exactionibus, rapiniſq; enervatis, in emolumentum vergeret. Bona, atq; mobilia, *Eccleſiaſtica*, quocunq; exigente belli neceſſitate, aut oppignorata, aut vendita, ſint, aut porrò vendi poſſint, nũquam reſtituerentur, tanquàm in rem patriam inſumpta.

Interim *Clericorum* ea nihilominùs haberetur ratio, ut de victu neceſſariò ipſis conſtet. *Camera Bohemica* legibus *Cameræ Regiæ*, mandatiſque omninò eximeretur. *Pragenſium* civitatibus mœnia reædificarentur, *Iuriſdictioque* in *Eccleſiaſticos* reſtitueretur. Ex unàque reliquæ Civitates, tertium, & liberum, regni ſtatum, ſive *Ordinem*, conſtituentes, nequaquam deinceps ſub nomen & titulum, bonorũ regiorum Cameralium, (prout quidem per fraudem in *Tabulas Bohemicas* relatum foret) venirent. Quid in duas illas regni civitates, ſcil. *Budam albam*, & *Pilſenam*, utpote refractarias, hoſtiles, in regni, patriæ, ſubditorumque, perniciem, hactenus ſe gerentes, decernendum ſit, deinceps deliberaretur. Interim prædictis Civitatibus, unàque *Gradiſca regia* in poteſtatem *Ordinum* redactis, imponerentur *Arces*, & *præſidia*, ad regni totius res neceſſaria. Hęc, atque, id genus, alia, in eventum tranſactionis tunc *Ordinum* Bohemiæ fuère poſtulata, *Regi Ferdinando* objecta, atque propoſita.

Externa

****

Externa.

Patres Societatis è Moravia eiiciuntur.

REbus inter *Ferdinandum Regem*, & *Bohemos*, ad tardam, vel nullam, compoſitionem ſpectantibus, *Patres Societatis* intereà, tanquàm qui belli inteſtini faces, & tubæ, credebantur, imitatione *Bohemorum*, è *Moravia*, quoque epulare juſſi ſunt, perpetuò videl. exilio illis indicto. Quòd enim *Moraviæ Ordines* ex deductione, atque *Bohemorum Apologia*, didiciſſent, tùm toti penè orbi innotuiſſet, prædictos *Patres* tantùm non intrà fines regni *Bohemiæ*, ſed etiam in adjunctis *Provinciis*, diſſidiorum, machinationum, plurimorumque malorum, autores, incendiarioſque, eſſe, quorum ſecretâ crudelitate, complures *Reges*, *Principeſque* forent, immiſſis ſicariis, è medio ſublati, tū bella furoreſque ſanguinarii, paſſim excitarentur, eam in rem *Ordines Moraviæ*, eos, pro veris iſtorum motuum flabellis, agnoſcentes, digniſſimos declarârunt, qui tanquam rerum novarum, etiam per *Moraviam* ſtudioſi, patriæque communis turbatores, è provincia, præciſâ omni redeundi poteſtate, exturbarentur illicò. Proinde legatis ob id mandata habentibus confeſtim *Templorum*, *Collegiorumque* claves traderent, *Provincia* exirent, neque vllo unquam tempore, quoviſcunque ſive prætextu, ſive colore, reditum molirentur. Quicunque contrà hoc edictum mutire, aut facere, auſus foret, iſte deprehenſus illicò temeritatis pœnas capite lueret. Iſto rigoroſi edicti fulmine attoniti *Patres*, collectis ſarcinulis *Moraviæ* valedixerūt. Poſtquàm autem illis paullò antè profectis, in ſuburbano *Brunæ* incendium ſubortum, plura, quàm centum ædificia flammis abſumſiſſet, etiam hæc illis ſive culpa, ſive rabies, tribui cœpit. Miſſis igitur celerrimis curſorib⁹, triginta, & duo è numero *Patrū* capti, reductique. Illi tamen, diligenti inſtitutâ inquiſitione, ubi indemnes cogniti, paulò poſt ad ſuos redierunt.

II.

Iidem Patres Soc. è Sileſia proſcribuntur.

NEque melior *Patrum* per *Sileſiam* conditio fuit. In illos *Ioanne Chriſtiano, Lignicij Duce*, totius *Sileſiæ Capitaneo, generali*, per edicta pariter tonante. Illius hæc ferè erant contenta: Nullatenus ſeſe dubitare, quin *Principes*, & *Ordines*, *Sileſiæ vtriuſque*, recenti memoriâ tenerent, quid ſuperiore anno *M. DCVI. IV. II. Martias*, præeunte unanimi *decreto*, conceptiſſimis religioſiſſimiſque verbis ab *Imperatore* petiiſſent, atque ſolicitaſſent, videl. ut damnoſa *Ieſuitarum*, & intolerabilis, iſta ſecta intrà *Sileſiæ*, ac patriæ, ſuæ fines nequicquam admitteretur. Eas enim eſſe machinas, technas, rabiemque, ſeditioſorū id genus hominum, ut omnia tàm ſacra, quàm profana, perturbare, communis politiæ Ordinis, paciſque, vincula labefactare, atque diſſolvere, conentur. Egregias, ſi *Diis* placet inquietorum iſtorum *Patrum* actiones paſſim tàm cognitas eſſe, quàm cognitiſſimas. Vt nullâ amplius deductione opus habere videantur. Majoribus itaque eam ob rem ſolicitis, ne peſtis illa *Sileſiam*; quoque contagio inficeret ſuo, omniaque, cum poſteritatis dolore, latè devaſtaret, nihil minus ſibi quoq; hâc tempeſtate incumbere, ut plagam iſtam, terris ſuis minantem, ſtudio quàm maximo procul amolirentur.

Siquidem igitur *Cæſar* tū temporis, motus *Principum & Ordinum*, inductionibus, ulterius hanc rem non urſiſſet, in eo cardine rem jam verſari, ut paullò immunes, & ſecuri, ea in parte eſſe quiti ſint. Quòd enim *Bohemi* vicini id genus hominibus premerentur, ſibi, ſuiſque, in proximo proſpiciendū, evigilandumque, eſſe; Ne contagium & tabes, exindè iſta ad ſe commigret, & ſerpat, tot ac tantis, paſſim extantibus eorum ſectariorum furoribus, unde non niſi horribiles, totique Chriſtianæ genti metuendi, effectus, propullarent.

Prout igitur cæterarum *Provinciarum Ordines* antè hâc ſuper ejectione iſtorum hominū, decreviſſent, conſimiliter ſibi, *Maiorum* imitatione, in hoc enitendum eſſe, ne iſti intrà *Sileſiæ* fines unquā recipiātur. Melius enim eſſe infeſtos id genus homines omninò non admittere, quàm fortè (quod abominandum) admiſſos exterminare velle. Interim, quod adhùc extrà regionis limites exiſtant, rem omnem iccircò neutiquam in vado eſſe.

Quòd enim ſuperiori tempore conati forent in *Sileſiam* quoq; irrepere, jam nullū intervenire dubium, quin eundem animum foveant, eoſdē arietes adhibeant, quibus velut è cuniculis, furtimq; hanc in *Provinciam* prorumpant, poſteaquàm facto globo latè pergraſſentur. Inquietos iſtos nunquam à machinationibus id genus ferias agere, tum habere etiam per *Sileſios* certos, ſuæque Confeſſioni addictos, fautores, quorum adminicul s ejuſmodi quiddam tentare, atque audere, queant. Mandare itaque verbis ſeveriſſimis, ſancire, ac injungere, vigore hujuſce edicti, ut, quicunq; literis hiſce publicatis è funeſto *Patrum Soc.* numero *Sileſiam* pedibus attingere deinceps auſus foret, deprehenſus illicò, ultimo ſupplicio afficeretur, fautores verò atque hoſpites iſtorum, ſub honoris, famæ, omniumque fortunarum, amiſſione, plecterentur.

Quòd itaque certò conſideret, omnibus per *Sileſiam* pacis, ac tranquillitatis, amantibus, tametſi *Catholicis*, iſthoc *Principis*, *Ordinumque Proteſtantium*, exemplo Majorum, pium, ac ſanctum propoſitum, quo quidem omnis boni ordinis, rerum divinarū, humanarumq;, immò totius humanitatis, ſocietatiſque, pacis denique, ac concordiæ (quorū omniū *Patres* iſti *Loiolitici* deſtructores, everſoresq;, exiſterent) nervi, ac vincula, contineantur, diſplicere haud poſſe. Ideóque ad inſtantiam reliquorū *Principum*, *Ordinumque*, ſeſe aliam viam non habuiſſe, niſi hanc, ut requirente id officio ſuópte, decretum iſthoc, unanimibus ſuffragiis latum, ac ſancitū, publici juris faceret, adeóque ad omnium notitiam promulgaret. Proindè *Principes*, atque *Ordines*, cæteri, ſuo quiſque loco, providerent, ne quid in cōtrarium tentetur; ſuæ jurisdictioni verò ſubjecti obſequentes eſſent. Secùs facturis, infamiam, pœnā, fortunarumque naufragium, fine dubio oppidò fore parata.

III.

Iiſdem Patribus per Hungariam exilium indicitur.

EOdem infelici aſtro *Patres Societatis per Hungariam* percuſſi ſunt. Antequàm enim prædicto modo *Sileſiâ* ipſis interdiceretur, *Ordines Hungariæ Proteſtantes*, offenſi variis, iſtorum tribulationibus, remedio alio exonerationis affulgente nullo, ſuper eodem, ac parili, decreto unanimines convenēre. Nimirum *Loiolæ* genus ex *Hungariæ* regni finibus, ſine tergiverſatione, exiret. Vtique qui per regnum illud inſuper multorum infortuniorum machinatores, autoreſque, fuiſſent. Inprimis autē vitio iſtis vertebatur, quod, per *Belgioioſam* quendā, in partibus *Hungariæ ſuperioris*, *Chriſtiani* in ſanguinis lanienam furorem ſuum exoneràſſent, juxtàque violatis ordinis, ac Privilegiorum, juribus, in *Caſſovia metropolitana*, occluſis templis, ac *Scholis*, *Proteſtantium*, ad unum omnibus, *paſtoribus, præceptoribus*, & *diſcipulis*, in exilium ejectis, aliiſque id genus perpetratis, barbaro, trucique more, ſæviiſſent. Iſtis, aliiſque, eo edicto allegatis, de cauſis, publicatis, per præconem affixis, literis tum proſcripti ſunt.

CAP. V.

De novis Bohemorum exundationibus. Atque cū Moraviæ Ordinibus, aliiſque, cōjunctionibus.

I.

Turrianus cum Bohemico milite Moraviam invadit.

INter ſuperius allegatas iſtas *Ferdinandi Regis*, & *Bohemorum*, literarum, poſtulatorumque, Miſſiculationes, ac propoſitiones, intereà *Bucquoius*, è *Budæ albæ*, & *Crumaviæ, obſidionibus*, ferro, igne, ac depopulationibus, ſtrenuè rem egit. Cui *Kinskius* tribunus, à partibus *Bohemorum*, equitum, ſclopetariorum, & *Heyduccorum*, manū feliciter objecit, donec ipſa *Bohemorum* caſtra in proximo *Cæſareanis* opponi cœperunt. Dùm autem admonitiones *Bohemiæ Directorum*, *Auſtriæ* partes ſuprà *Amaſū*, itemque *Luſatiæ utriuſque Proceres* in fœdera coiiſſent, *Moraviæ autem Ordines* ab hac confœderatione prohiberentur, eò quod *Dieterichſteinius Cardinalis* & *Lichtēſteinius Princeps*, aliiq; *Proceres Catholici*, copiis militaribus inſtructi, *Moravorum* cupiditatibus habenas iniiceret, ea propter, *Directorum* juſſu, *Turrianus* juſto cum exercitu in *Moraviam* perrexit, ad *Cōfœderationis* iſtius, velut interceptæ, ematurationē. Atque initio quidem *Iglaviam* civitatē, nemine ferè opponente, (ab *Igla* flumine in finibus regionis nomen habentem) promptè cœpit. Indè in ulteriorē regionem ingreſſus, *Znambram* quoq; civitatē occupavit. Ex alterâ parte, confirmatis *Troppaviæ Principatus* rebus, *Sileſii* duas iſtas *Moraviæ* civitates, *Lipnicium*, & *Rebnicium*, interceperunt, mox præcipuâ quoque civitate *Olmutzâ*, potiti.

II.

Lobcovitius, à Turriano cauſas invaſionis in Moraviam expoſcit. Cui hic reſpondet.

DIeterichſteinius itaque *Cardinalis* exploratum habens, ſe ſuoſque, copiis iſtis *Bohemicis Sileſiciſque*, longè inferiores eſſe, quàm ut reſiſtere poſſit, *Turriano* ſignificari fecit, confœderationi mutuæ minimè refragari ſe, modò illa in *Regē Ferdinandum* non cuderetur. Pariter *Lichtenſteinius Princeps*, cæterique *Proceres Catholici*, contenderunt à *Turriano*, liceret ipſis, ſub fide ſecuritatis, *Prünnam* emigrare, ubi, ſuper modò dictæ confœderationis articulis, deliberaturi eſſent. Inprimis verò *Lobcovitius Princeps*, *Moraviæ*, ceu vocant, *Capitaneus Generalis*, ad *Turrianum* literas internuncias dedit, rationē depoſcens, quam ob ille cum exercitu *Moraviam* eſſet ingreſſus? Illi *Turrianus* ſic reddidit; ſe, quicquid faceret, juſſu *Directorum*, facere. Immò adducere ſeſe totius *Bohemiæ* regni nobilitatem, utique agnatos, affines, atque conſanguineos, per *Moraviam* diſperſos, interviſentem amicè, ac benignè. Quoſcunque igitur inventuri eſſent, fideles, pacis, patriæque, amantes, cum his τὰ πάντα, ut ajunt, vitam, fortunaſque, communicaturos eſſe. E converſo autem iſtis, quicunque parti adverſæ militarent, omniaque per *Bohemiam* prædis, depopulationibus, ferro, atque igni, miſcerent, hoſtes futuros, injuriaſque, ac damna illata, omni etiam deditâ, operâ, vindicaturos, eſſe. Videret itaque *Lobcovitius*, locoque ſuo ità præeſſet, quod honorem, laudemque, indè referre, ac mereri, fas ſit.

III.

Moraviæ Proceres Znambræ, poſteaque Pirnaviæ, comitia celebrant. VVallenſteinii, regii tribuni, exactione, & violentia, irritati.

ABhinc *Moraviæ Proceres Znambræ* convenēre, ulterius *Prinnaviam*, ad comitia, perrecturi. Quòd autem *VVallenſteinius*, tribunus regius, neſcio quas inſidias, agitare videretur, *Turrianus*, cognitis iſtis, *Proceres*, ne irent, aut ad minus copiis inſtructi incederent, adhortari cœpit. *VVallenſteinius* autem cùm ſua cum manu, neſcio quid, clàm meditaretur, ſociis verò, ac cōmilitonibus, aliò dilabentibus, effectu ferè deſtitueretur, tandē, ne nihil ageret, hoc egit. *Olmutii* aſſumptâ parva manu, tēpore ſerotino, in ædes *Penſionarii* irrupit, clavesque, ſub necis intentatione, extorquens, ingentem pecuniæ ſummam è loculis publicis abſtulit, nocteq; intempeſta elapſus, *Viennam* pervenit, *Regique Ferdinando* pecunias obtulit. Eo facto offenſi *Proceres Proteſtantes*, aſſumptis acto equitum cohortibus, *Znambra Pirnaviam* uſque, perrēxere, cohorte unâ in urbem admiſsâ, reliquis forâs excubantibus. Ibi, per horæ ſpacium, poſtquàm ſenatu coacto deliberàſſent, *Lundenbergius Baro* è feneſtris cives inclamans, an cum *Ordinibus Proteſtantibus* facturi eſſent, ſciſcitari cœpit? Quibus unanimiter velle ſe, acclamantibus omnibus, ilicet, mediantibus claſſicis pulſis,

pulſis, omnes ad arma conclamati, portæque, cum totâ Vrbe, immiſſis reliquis cohortibus equitum, occupatæ ſunt. Præſidiis itaque diſpoſitis, ab *Ordinibus*, civibuſque, patente ſub cœlo, in foro carbonario, in fœderis, juramentique, formulam, juratum eſt. Secundùm hæc, ad palatium *Cardinalis* itum, interrogatum, an illi de inſidiis *VVallenſteinii* conſtaret? Eo negante, ut officium *Generalatus* (quod vocant) illicò deponeret, poſtulatum fuit. Reſpondit attonitus, parcerent ſibi, nullarum inſidiarum conſcio, officium paucos intrà dies, (tantillum moræ honori ſuo modò indulgerent) ſe ipſum mox reſignaturum, adeòque ſeſe rationibus *Ordinum* compoſiturum: Parcerent modò, nec manus ſibi inferrent. Paribus poſtulatis, minisque, tum *Tſcherotinium Baronem* urſerunt, ad *Lichtenſteinium Principem* profugientem, qui quidem uterque *Ordinibus*, nihil contrà auſuros eſſe, fidem dederunt. Cæterùm milite præſidiario, à *Senatu* exautorato, atque in *Ordinum* verba adacto, illicò *Claves*, tam ad caſtrũ, quã *Civitatem*, ſpectantes, à *Magiſtratu Ordinibus* traditæ, *Senatu* & civium multitudine, haud modicas diſcordias exercentib. Vt parũ abfuerit, quin ejus loci *Conſul*, & *Syndicus*, more, *Bohemico*, è feneſtris recens proturbarentur. Poſtero die, duodecimviri ad *Cardinalem* miſſi, ab eo fidem acceperunt, invitis *Ordinibus* eo ex loco ne diſcederet. Quam ſtipulationem, vel intervenientibus lacrymis, ipſis depoſuit. Vbi ergò omnia in poteſtate *Ordinum* acquieſcerent, coacto novo *Senatuſconſulto*, *Senatores Catholicos* ab officiis deponentes, omniaque munera, muniaque, publica novis officialibus immutantes, novos militum tribunos elegerunt, *Patres Societatis* (ſicut ſuprà præmiſſum) proſcripſerunt, legatiſque *Auſtriæ Procerum* locum dederunt. Quibus, cùm ſupervenientes *Bohemorum* legati in *Curia Provinciali* admiſſi, auditique, eſſent, nimirùm hoc poſtulantes, ut cum *Bohemiæ Ordinibus Moraviæ Proceres* counirentur, counitique exercitus conjungerent, adeoque deinceps in commune commodum, de rei utrobique ſummâ, deliberarent, confeſtim communibus omnium ſuffragiis acclamatum eſt, confœderationem cum *Bohemis* ſibi neceſſariam, prorſuſque ſalutarem, futuram.

IV.

Iidem Moraviæ Proceres, Directores Provinciæ ſuæ nominant. Novos militiæ Duces conſtituunt. Adeòque cum Bohemis mutuum fœdus feriunt.

POſtquàm igitur haud ſegniùs per *Moraviam* turbæ, motuſque, gliſcerent, *Proceres*, coacto concilio, viginti quatuor *Dynaſtas*, judicio, atque autoritate florentes, *Bohemorum* imitatione, *Directores* nominârunt, quorum muneris eſſet, omnia ex uſu Provinciæ providere, atque ordinare, inprimis in patriæ, paciſque, turbatores, juſtâ cum ſeveritate, animadvertere. Secundùm hoc, edicto cavebatur, ne deinceps *Epiſcopus Olmutzanus*, aut quivis alius *Eccleſiaſticus Præſul*, in *Ordinum* numero haberetur, nedùm in diætis, & conventibus, ſecularibus, ad ſuffragium admitteretur, ſed rerum ſuarum proventuumque, ſatageret. Eadem ratio cum *Eccleſiaſticis* hominibus per *Auſtriam ſuperiorem*, pariter inita, tametſi illis oppidò ingrata. Exautoratis præterea prioribus militiæ ducibus, inprimis *VVallenſteinio* tribuno, *Fridericus Tieffenbachius* & *Ladiſlaus Tſcherotinus*, noviter duces ſuffecti ſunt. Quid autem ad petitionem *Legatorum Bohemicorum*, ſuper ineundo fœdere, *Proceres Moraviæ* modò *Directores*, reſcripſerint, hîc enarrare opportunum fuerit. Reſcriptum autem ejuſmodi extitit: Seſe *Legatorum Bohemiæ* propoſitionem, qua quidem cuperent, ut *Proceres Moraviæ* cum *Bohemiæ*, conjunctarumque *Provinciarum Ordinibus*, fœdere mutuo coirent, vires, ac copias militares, unirent, & de cætero proſpicerent, accepiſſe, ac penſiculatiùs examinâſſe. Primùm igitur hoc meritò condolendum ſibi accidere, quod intelligerent, *Bohemiæ* regnum à bono tempore variis, & maximis, cum belli diſcriminibus, conflictari, nec dùm furiarum iſtarum finem affulgere. Iuxtà illud, ſecundum hoc eſſe, ut non minus ſint ſoliciti, ne, impulſu malæ mentis, atque ſeditioſorum hominum, incendium quoque *Bohemicum* ad ſe in *Moraviam* uſque commigret, patriamque inelùctabili periculo, ac diſcrimine, pariter involvat. Proindè datæ fidei ſeſe eſſe memores, eóque, naturâ duce, patriæ amore comite, ſponte inclinare, ut infortunium à patriâ, & propriis capitibus, operâ quantâ maximâ poſſint, declinarent, tùm, laboranti *Bohemiæ* regno, agnatiſque, ac conſanguineis, ſuis, iſthoc manifeſtæ neceſſitatis tempore ſuccurrere, atque opitulari, tenerentur. Publicè itaque iſthoc præ ſe ferre, ac profiteri, ſeſe eam *confœderationem*, *conjunctionemque*, ſuperioribus annis à *Matthia Cæſare* approbatam, ſine præjudicio quorumcunque, unius, vel alterius, Provinciæ, privilegiorum, ſartam tectam habituros, eundem in effectum inſimul cõſpiraturos, immò etiam copias conjuncturos, eſſe. Ità, ut jam, & deinceps, tàm *Bohemiæ* regnum, quàm *Marchionatus Moraviæ*, pro unâ, & communi, utrinque ſalute, ſtarent, atque evincerent. Interim, quò illis hæc ſua mens firmiùs conſtaret, tùm mutuum fœdus ſolenniter corroborari poſſet, mittere ſeſe eum in finem è numero, ac latere, ſuo, *Guilielmum*, *Baronem de Ruppa*, *Marchionatus Moraviæ Camerarium* ſuperiorem, *Chriſtophorum* de *Rſchitzan*, *Ioannem Tſcheinke*, *de Obranvvitz*, *Henricum*, *Modietzkii*, *de Chemnik*, omnes *Marchionatus Officiales*, è civitatibus verò *Abrahamum Kalckreuter de Znambra*, & *Martinum Lepoldum* de *Veelhaus*, literis, ac diplomatibus, fidei teſtibus, inſtructos, ut, nomine ſuo, tanquam ipſimet eſſent præſentes, cum *Ordinibus Bohemiæ*, unitarumque *Provinciarum*, coire, in fœdus deſcendere, illudque conſtabilire, ac quæcunque porrò ad reſtitutionem pacis, ſecuritatiſque, communis, requiri videbuntur, agere, deliberare, ac confirmare, bonâ fide, & poſſint, & debeant.

***

Externa.

Tſchernembelius, Baro Auſtriacus, media compoſitionis, ac pacis, Ferdinando Regi privatim demiſsè proponit.

HOc tempore Regi *Ferdinando*, Vir exercitatæ prudentiæ, *Tſchernembelius, Baro*, media compoſitionis, ac pacis, privatim, & demiſsè, per literas aperuit. *Capita* ſuaſoriæ eius *Epiſtolæ* erant præcipuè iſta: Poſteaquàm res, inquit, inter *Auſtriacam* domum, & *Bohemiæ Ordines*, eò uſque intricatæ, bellorumque procellis involutæ, eſſent, pro eâ, quâ ipſe *Sereniſſimis Auſtriæ Archiducibus* fide, atque obedientiâ, obligaretur, nihil prius, nihil antiquius, ſibi videri, quàm ut *Rex* eos errores, cujuſmodi fortè à partibus *Matthiæ Cæſaris* contigiſſent, minùs ad ſeſe pertinere arbitraretur. Inprimis autem regnorum, ac Provinciarum regimen indè auſpicaretur, ut, miſſis conſultoribus externis, ac peregrinis, more antiquo, & patrio, per hæreditarias Provincias virorum graviſſimorum, fide, genere, virtute, ac ſapientiâ, ſpectatiſſimorum, delectus cogeret, quo illi de ſummâ tantarum rerum deliberarent, ex æquo & bono ſtatuerent, atque utrinque decernerent. Hoc, more *Auſtriaco*, atque antiquo, animos diffidentiâ colliſos, ac ſaucios, poſſe mitigari, hoc poſſe in ordinem, atque ad temperiem, reduci. *Electoribus*, atque *Imperii Septemviris*, minimè ad hujus negocii compoſitionem eſſe opus. Vt hæc res magis per privatos velut tranſigi, atque ad reconciliationem uſque, miteſcere queat. Huic conſectarium eſſe, *Regem*, abſque armorum proviſione, atque interventu, majori cum regiæ autoritatis reſpectu, adverſam partem, per ipſos illos delectos *Provinciarum Ordines*, & diribitores, faciliùs ad priſtinam obedientiam revocaturum, quàm ſi in armis contrà tendat, iſtoſque debellare aggrediatur. Autoritatem regiam maximè à principiis formidabilem, atque venerandam eſſe. Ejus itaque momenta, belli in limine, curioſiùs penſiculanda venire: Quòd, ſub armorum progreſſu, atque eventu, plerunque ponderis aliquid ſoleat indè decedere. Rei totius cardinem, & ſummam, autem in eo verti, ut, quod *Provinciarum Proceres* fideliter anteà ſuggeſſiſſent, *Rex* modò, ad quem ſucceſſio legitimè ſit per manus devoluta, nihil aliud quærat, niſi ut *regna* ac *Provincias*, pacare, pacataſque, benignè, more Majorum, regere, atque ad regios hæredes, ſine offenſione regionum, tranſmittere ſuſtineat. Quid ad *Regem* ea actio pertineret, cujuſmodi antè ſub *Matthiæ Imperio* proruppiſſet? Errores multos diſſimulando tegi, atque evaneſcere. Quos, ſi quis impenſiùs emendare nitatur, exacerbari contingat. Eſſe etiam vulnera, *Chyronia* dicta, *Medicorum* teſtimonio, quæ vel curando fierent deteriora, immò immedicabilia. Abſque his mitiſſimis remediis, ſi res eſſet, atque ad novaculæ, quod dicitur, aciem porrò devolveretur, quis ſciat, an per deſperationem *Bohemiæ* regnum (quod quidem abominandum!) in externi alicujus *Principis* poteſtatem devenire, adeóque à regiâ *Domo Auſtriaca* alienari, valeat? Eo eventu laborare *Maieſtatem Auſtriacam*, ut abſque contumeliâ, hoc diſpendium tolerare nequeat. Si itaque ulla adhuc cum *Bohemis* pacis ineundæ ratio reliqua ſit, hoc ageret *Rex*, omnibus, quibus militem tàm intrà, quàm extrà, *Imperij* fines conſcribendi facultas eſt facta, miſſionem daret, exercitus è *Bohemia*, atque *Auſtria*, revocaret, exautoraretque, hâcque mitiſſimâ vincendi ratione uſus, irritatos, furenteſque, animos *Bohemorum* magis regiâ majeſtate, quàm armis, terreret, ſubjugaretque. Nullum enim dubium eſſe, ſicubi *Rex* illud faxit, quin *Bohemi* pudore, & verecundiâ, præſtricti, *Regiſque* humanitate præventi, protinùs ab armis ſint diſceſſuri, nihilque ad pacis ſolidæ compoſitionem, ferruminationemque, reliqui facturi, immò ipſimet viam commonſtraturi, quâ, per compendium, ad veram tranquillitatem eundum ſit. Si ſecus accidat, hujuſque ſalutaris remedii occaſio è manibus elabatur, metuere ſeſe, ne univerſæ *Provinciæ Auſtriacæ* idem faxint, quod *Bohemi*, totuſq; conſequenter *Imperii* ſtatus variis, ac graviſſimis, motibus concutiatur. Quo quidem periculo non ſit damnoſius quicquam, quâ confuſione non fœdius futurum aliud.

CAP. VI.

De Bohemorum ad tempus ſucceſsibus, atque obſidione Viennæ, ſedis Cæſareæ.

I.

Turrianus in Auſtriam inferiorem movet, diverſaque loca occupat.

FOedere inter *Bohemiæ*, ac *Moraviæ, Ordines*, icto, confirmatoque, confeſtim *Turrianus* in *Auſtriam inferiorē* induxit, locaq; nōnulla ſive oppida, occupavit. *Auſtriacis* igitur, dictis *Proteſtantibus*, ubi cum *Catholicis* proceribus diu, atque abundè, ſed abſque effectu, de rebus publicis egiſſent, rem ſeriò agi, ſeque cum *Bohemis* conjungendi tempus, atque occaſionem, adeſſe, proſpicientibus, placuit, capillatâ arreptâ occaſione, *Legatos* ad *Turrianum* emittere, mandatis idoneis inſtructos, *Rege* nihilominùs antè ſalutato. Summa miſſionis, ſive legationis, iſta fuit: Interrogarent, quid cauſæ eſſet, quod *Turrianus* infeſto cum exercitu in inſontem *Provinciam* moviſſet, prædiaque, & fortunas, eorum, qui nihil deliquiſſent adverſus *Bohemos*, depopularetur? Deduceret itaq; militem

litem

item ab inſontibus. Secundùm hæc, ſignificarent: Literas quidem *Bohemiæ Ordinum* ad manus ſuas pervenifſe; Quò minus autem reſpondiſſent temporius, obſtitiſſe *Auſtriæ* huius *inferioris Proceres Catholicos*, quibus cum ſibi hactenus interceſſiſſet tractatio: Illos enim diem de die extraxiſſe, nec dùm ad poſtulata ſua, abſque circuitu, categoricis verbis, promulgâſſe. Quâ illorum declaratione irritâ factâ, iam ſeſe incedere in eo, ut hæc ipſa cum *Bohemis* ineunda confœderatio ſibi diſplicere haud poſſit, præſertim, cùm *Matthias Imp. Budæ albæ*, *Anno M.DC. XIV. Ordinibus* per decretum licentiam fecerit, ut, ſequenti anno *M.DC.XV.* ad *diætam provincialem* delectos ſuos *Pragam* emittere, adeóque confœderationem eandem conſummare, illis integrũ foret. Illis igitur *Cæſareis* indultibus fultos, inpræſentiarum *Legatos* ſuos, cum mandatis ſolenniſſimis, comparere, quò confœderatio illa reipſâ coeat, ac contrahatur, hac tamen ſub exceptione, ne in illâ adverſus domum *Auſtriacam*. *Proceresſque Catholicos*, laboretur. Præſens autem legatio à *Dynaſtis*, ſive Quinquevíratu *Baronum*, Quinque *equeſtris*, & Quinque *Civici* ordinis, viris, ſuſcepta tùm, & peracta, eſt.

II.

Ordines Auſtriæ Inferioris Catholici, etiam ſuos ad Turrianum mittunt. Quibus ille reſpondet.

INterim in caſtra *Turriani* eiuſdem *Auſtriæ Inferioris Ordines*, & quidem *Catholici*, ſuos quoque miſerunt, ſub *Altheimio Comite*, Legationis capite. Is hanc in ſententiam, præmiſſis illis communibus, cum *Turriano* conferre cœpit: *Catholicos Ordines*, inquit, nunquam quicquam ſive adverſus *Comitem* præſentem, ſive *Proceres Bohemiæ*, tentâſſe, necdum, hoc ut fiat, in votis habere. E diverſo autem pacis promovendæ ſtudium fideliter commendâſſe. Itaque deprecari *Ordines*, vellet *Comes*, militem ab obſidione *Zvethelii*, & *Labaviæ*, deducere. Quod ad *Confœderationem* attineret; nondum ſibi omninò cum *Proteſtantibus Ordinibus* conveniſſe; Parùm autem ad rei ſummam deeſſe, ſive unicum adhuc deſiderari. De quo quàm primùm conveniri debeat. Deduceret igitur ex illis partibus exercitum, & in fœdera coire paratis parceret.

Adhæc *Turrianus*: *Bohemos* ad ea, quæ quidem fieri contigiſſet, ipſâ neceſſitate liquidò fuiſſe adactos, nec dum eum ſibi eſſe animum, ut ſine cauſſâ quidpiam conari velit. Milites delectos, atque conſcriptos, ſeſe perſequi, alioquin pacis, & Concordiæ, cupidum eſſe, ut oppreſſis in auxilium eò uſque advenerit. Hoſtem igitur ſe quærere, quem vel uſque ad ſanctam *Hieroſolymæ* Urbem inſequi foret animus. Inter *Catholicos*, atque *Proteſtantes*, paritatem fundandam eſſe; Haud quaquàm convenire, aut operæ precium eſſe, ut *Catholici* plus ſibi arrogent. Eiuſdem bonitatis, ac prærogativæ, eſſe *Proteſtantes*, cuius eſſent *Catholici*, & vice verſâ. Ut ut enim à bono tempore *Catholici* inſtar olei, aquæ innatantis, præ *Proteſtantibus* præeminuiſſent, illoſque tantùm non contemptui habuiſſent, ut etiam vel opprimere conati forent, illud certè nullo colore probari poſſe; Ut *Proteſtantes* hanc ſive iniuriam, ſive contemptum, ulterius haud ſint paſſuri. Proinde neceſſariam eſſe, abſque *Religionis* diſcrimine, æqualitatem, ut, quod huic parti liceret, alteri pariter eſſet integrum. Quò ità animi, utrinque habiles, ac præparati, in firmam concordiæ, paciſque, ferruminationem coaleſcere quiti ſint. Atque hoc pacto futurum, ut *Princeps Provinciæ* deinceps maiori cum autoritate, tranquillitateque, ſubditis præeſſe queat, occaſione, ac fomite extincto, unde hic, vel ille, ex impotentiâ inquietare, patriamque conturbare, auſit. Se ſemetipſum, cauſſamque ſuam, iam pridem omninò DEO commendâſſe. Hunc toto pectore ſe rogare, vellet hoc *Chriſtianum*, iuſtumque, & legitimum, propoſitum ſuum, provehere, gloriam ſuam vindicare, ſibique animum fortem, atque heroicum, in hæc facinora, intrà præcordia, commaſculare. Hoc nomine nolle ſe cuiquam loco, aut *Ordini*, vim afferre, niſi milites ibi offendat, tanquam offenſionis materiam. In repugnantes nonniſi, atque præſidia foventes, id eſt, armatos, ſe bellum gerere: inermibus haud iraſci: Secùs ſeſe intrà limites tenentibus incommodare nolle. Atque hoc reſponſo interrogatores à ſe dimiſit.

III.

Ordinum Auſtriæ Infer. Proteſtantium, ſuper Turriani reſponſo, ad Ferdinandum Regem relatio.

CÆterùm, *Auſtriæ Infer. Ordines*, dicti *Proteſtantes*, ad *Ferdinandum Regem*, ſuper iis, quæ cum *Turriano* acta eſſent, retulerunt. Nimirùm legatos ſuos reduces expoſuiſſe, *Turrianum* non ſecus, atque admirabundum, ſuſcepiſſe orationem illorum, quo pacto, quibuſq; mediis, pax, ac reconciliatio, introduci ſuſtineret, interrogantium. Itaque, cum non obſcurâ mentis commotione, obieciſſe, *Cæſareanum*, in *Bohemiam* emiſſum, militem, eò uſque horrendæ, execrandæque, ac barbaræ, crudelitatis, provectum, hactenus eſſe, ut infeſtius *Turca* prædo, *Chriſtiani* nominis iuratus hoſtis, debacchari vix, ac ne vix quidem, ſuſtinuiſſet. Iſtos enim nullo habito (qui barbaros quoque animos emollire potens eſſet,) reſpectu, in fœtus, nondùm editos, gravidaſque, ſæviiſſe, fœminas, puellaſque, ſive inſpicientibus, ſive crudeliter mutilatis, viris, ac parentibus, conſtuprâſſe, immò neque viduis, neque puerperis, perſonis utique extrà iniuriam omni ævo habitis, nulli que ſive ætati, ſive ſexui, ſive ordini, pepercíſſe. His, conſectarii loco, accedere, *Bohemos* minimè ignorare, peregrinas, feraſque, nationes, ac gentes, cõplures, in exitium ipſorum, paſſim conſcriptas, vocataſque, eſſe. A quibus nihil aliud quàm omnis generis cædes, lanienæ, divini, humanique, iuris violationes, ac barbaricæ crudelitates, expectandæ venirent, Eò uſque iſtorum ſemivirorum (modò *Centauri* id genus homines dici poſſint) audaciam auctam eſſe, ut vel natura ipſa (quâ homo aliâs hominem odiſſe, ac deſtruere, non animatur,) creaturiſque innata φιλανθρωπία, prorſus ſtupeat, atque in horrorem abripiatur. Uſque adeò omnem ſive *Religionis*, ſive *Ordinis*, honorem, & reſpectum, interiiſſe, ut etiam in res diuinas, deique *Opt. Max.* templa, atque aras, omni immanitatis genere debacchatum ſit.

Deinde, pariter cognitiſſimum eſſe *Bohemis* ſuis, adverſam partem omnem movere lapidem, omnem inſumere induſtriam; quò negocium ſuſceptæ confœderationis annihiletur, impediaturque. Niſi igitur huic obſtaculo remediũ fiat, copiæ *Vngaricæ*, cæteræque, deducantur, externus miles in locis, jam occupatis, detineatur, adeóque confœderatio omni meliori modo ocyus promoveatur, neceſſariò, tametſi invitos, ſeſe cogi, his atque id genus, malis, remedium quærere, cuneumque cuneo trudere. Irent igitur; & idoneum reſponſum ematurarent. Secus ſi eveniat, initurum ſe rationes, ut aliquid tale effici poſſit. Ex illis nunc patére *Regi*, ac liquidò conſtare, tantum non hâc in cauſſâ elegans *Bohemiæ*, ac florentiſſimum *regnum*, ſed omnes adiunctas, vicinaſque, *Provincias*, periclitari, atque ad interitum, ruinamque, ſpectare. *Bohemos* interim, quantum ſibi colligere proclive ſit, eò ſpectare, quò *Provinciæ* hæ iunctim, ac ſimul, ſub *Auſtriacorum* potentatu, eminere, ac florere, queant. Hanc in rem ſupplices ſeſe intercedere, vellet *Rex* ea omnia clementer, ac penſiculatè, ponderare, inprimis, propriæ, Regiæque, perſonæ, unàque *Alberti Archiduces*, indeque dependentis totius *Sereniſſ.* familiæ *Auſtriacæ*; exactam rationem inire, neque minùs *Catholicorum Ordinum*, per *Provincias* ſparſim habitantium, tùm in genere omnium cæterorum, ſine cauſſâ ſonticâ hanc depopulationem, ac ruinam, metuentium, meminiſſe, adeóque propter, atque ob divinæ miſericordiæ intuitum, atque amorem, *Chriſtiani* ſanguinis lanienam iſtam, effuſionemque, qualis vel, coràm extremo *D. & S. N. Chriſti* tribunali, excuſari non poſſit, procul, ac procul, à capitibus ſuis amoliri, mediaque, ac remedia, mitia illa, ſeveris, ac rigoroſis, omninò anteferre. Si ſecus (quod abominandum,) uſuveniat, certiſſimum eſſe ante fores totius patriæ interitum, atque excidium. Intereà, ſibi vitio verti haud poſſe, ſicubi (de quo conceptiſſimis, religioſiſſimiſque, verbis coràm *DEO*, atque poſteritate, inprimis, *Rege*, & regiâ *Auſtriaca familia*, proteſtarentur) pro aris, focisque, ipſiſque coniugibus, liberis, ſubditis, omnibuſque fortunis, ab interitu vindicandis, iuſtè, legitiméque, atque omni iure licitæ, defenſionis modum invenirent. Id quod ſummum poſtulare, atque inſtantiſſimum, periculum, ut *Turrianus* inſuper utique modò qui cogere poſſint, præciſa omni morâ, ultimam, ac categoricam, ſententiam ab ipſis expectet, imò, exigat. *Rex* igitur, quod denuò ſupplices deprecarentur, conſilio, operâ, inprimis reſponſo clementi, atque idoneo, neceſſitati, & partibus ſuis, occurreret.

IV.

Turrianus Labaviam occupat, caſtraque ad Viennam admovet.

INtereà *Turrianus Labaviam* civitatem, ſeptem *Viennâ* milliaribus diſtantem, præſidioque regio munitam, aggreſſus, vi expugnavit, præſidiariis ad tẽpus ſtrenuè reſiſtentibus, ſed ad deditionem faciendam, coactis. Illi tantiſper *Bohemicum* præſidium erat impoſitum, quouſque *Ordines Auſtriaci* ſuo, ad defenſionem conſcripto, milite oppidum firmaret. Abindè, tanquam ad ſponſæ, ut aiunt, legitimæ nuptias, feſtinans, *Viennæ*, regiæ Urbi, ſedique *Cæſareæ*, caſtra admovit. Cùm igitur poſtridie *Cal. Iun.* ponèpontem ad loricas urbis, ſatis validas, cum exercitu appropinquâſſet, è via ad lævam, versùs *Danubium*, deflexit, traiectoque milite, ad id operis obſequente, & morigero, apud *oppidum* adiacens, à *Piſcatoribus* nomen adeptum, ope ſcapharum, naviculárumque, adiutus, tridui ſpacio, omnem tàm equeſtris, quàm pedeſtris, armaturæ exercitum, cum impedimentis, omnique apparatu bellico, traduxit. Hæc dum peraguntur, contigit, quinque *Vngarorum* centurias, ad *Bucquoium* ſpectantes, poſt varias in tranſitu creatas paganis inſolentias, à cohorte equitum *Bohemicorum* fundi, profligarique. *VIII. Id. Iunias*, ſuburbana *Viennæ* occupávit *Turrianus*. Undè, tanquam capta in Urbe, excitatis querelis, & terroribus, ex mandato *Regis*, portæ regiæ urbis claudi cœpêre, tribus ſaltem relictis, ut inquilini, ruſticanique, ſibi de rebus neceſſariis proſpicere quiti eſſent, patentibus. *VI. Id Iunias*, per urbem congregati *Auſtriaci Ordines*, volente *Rege*, denuò extra Mœnia ad *Turrianum* legatos emiſerunt, utique, qui hoſpitum id genus adventitiorum præſentiâ carere, ſi optio daretur, mallent. Denuò itaque, interrogando ſolicitarunt, cur *Turrianus*, & quidem tàm inſtructo exercitu, ad urbem veniſſet, tanquam contrà *Bohemos* hactenus nihil delinquentem? Ut ut enim error, diſcordia, atque animorum colliſio, orta eſſet, hanc æquis, legitimiſque, remediis intervenientibus, denuò emendari, tollique, poſſe. Quibus illis totidem verbis *Turrianus* præmiſſi ſuprà reſponſi capita, & tenorem, denuò inculcavit. Nempè ſermones illos novos, atque inconſideratos, adhûc dùm ſibi videri, atque accidere, præſertim cum *Ordinibus* prædatrix *Vngarorum* natio ſuperinducta, latrociniis, prædis, ferro, atque incendiis, tam immania damna intulerit, ut *Mahometanus* vel ipſo *Turca*, atrocius ſævire haud quidem ſufficiat. Iſtos *Vngaros* inquam) fœtibus, nondùm editis, gravidiſque, manus intuliſſe, matronas, ac puellas, vi iniectâ, conſtupráſſe, viros contrucidâſſe, partim manibus, pedibuſque ligatos ad tanti facinoris conſpectum oculos conſcelerare coegiſſe: puerperii iura violâſſe. Sicut inter cætera, vel *Beniſchaviæ* patratum ſit. Adhæc innotuiſſe *Bohemis*, complures exteras, feraſque gentes advocari, à quibus ſi non ſuperior, par tamen, crudelitas expectanda ſit. Vix animo concipi poſſe, tantùm, ac tàm infame ſcelus in hominem cadere, ut depoſito, atque eiurato, omni humanitatis affectu, in proximum diris iſtis modis ſævire, atque omnia ultima, atrociſſimaque, ſibi licere, præſumere ſuſtineat. Naturam ipſam, ipſamque hominibus inditam, humanitatis legem, obſtupeſcere, homines eò malitiæ deveniſſe, ut, nullo habito humanitatis, ſocietatis, religionis, ordinis, ſexuſque, reſpectu, fœdis laniatibus omnia complectantur, etiam templa, iuraque divina, paſſim violentur. His omnibus affine illud eſſe, ut omni induſtriâ adverſa pars hoc agat, quò ſalutaris illius *confœderationis* effectus reddatur irritus. Irent itaque, copiaſque *Vngaricas* deducerent, nullaſque ſuperinducentes, externum militem, eo loco, quo eſt, detinerent. Sequiorem in eventum, tametſi invi-

invitum, ſe eò adigi, ut, quò pacto *Bohemos* ſuos ab hâc neceſſitate exonerare poſſit, ſeriò diſpiciat, conſiliumque ex tempore capiat. Si igitur monitionibus adhûcdùm locum relinquerent, hortari ſe, atque urgere, idoneo, categoricoque, reſponſo, finem huic diſceptationi imponerent, antequàm ipſemet id, quod facto opus ſit, etentet.

V.

Turriano Viennam obſidente, regii Vicarii, ac miniſtri, per Bohemiam, Moraviamque, interim ab officiis deponuntur.

HÆc, atque id genus alia, *Turriani* poſtulata, ſub evidenti iſta neceſſitate, atque urbis *Regiæ*, *Cæſareæque*, obſidione reproducta, poſteaquàm *Regi Ferdinando Ordines Auſtriaci*, ſupplicando, fatigandoque, cumulatè, inprimis ſummum periculum, quod, ob moræ extractionem, facilè id genus in casibus impendere ſolet, remonſtraſſent, nec via, quâ ſeſe ex tantis difficultatibus extricare fas eſſet, inveniretur: ecce! accidit, ut intereà Vicarii, miniſtrique, regii tam per *Bohemiam*, quàm *Moraviam*, ab officiis deponerentur. Iuſſu enim *Bohemiæ Directorum*, *Carolus Zerotinius Baro*, manu quinquaginta ſclopetariorum, *è Prinnavia Pragam* deductus eſt. Ibi cùm, iuxtà *Poppelium Baronem*, ab officio remotus foret, ſub certis conditionibus domum remitti cœpit. *Dieterichſteinio Cardinali*, omnibus fortunis expilatis, mille duntaxat floreni, in annuos reditus, relicti. Ut cæteris pariter *Eccleſiaſticis præſulibus*, *tribuſque*, omnis pompa, luxuriandique facultas, præciſa ſit, indultis tantùm ad vitæ ſubſidia neceſſariis. Atque, hoc novandi vetera inſtituta propoſito, factum, ut, circà *Calend. Iunii*, mandato *Directorum*, in tribus *Pragenſium* civitatibus, *Magiſtratus*, *Senatuſque*, *Religionis* diſcrimine, dicti *Catholici*, *pariter* ab officiis diſcedere iuberentur, *Proteſtantibus* eorundem in loca ſubſtitutis. Hoc pacto *Catholici* in verba novi iuriſiurãdi adacti *Eccleſiaſtici* ex aulis eiecti, *Moniales* verò *è Cœnobiis* quoque, certis de cauſſis, exire iuſſæ, ut etiam omnibus *Ludimagiſtris Catholicis* exercitio ſuo interdictum ſit.

VI.

Bohemos Sileſii imitantur, in officiorum, novationibus. Ad quos placandos emittit Rex. Eorum excuſatio.

NIhilò ſegniùs, in enovatione officiorum, deponendiſque regiis miniſtris, ac *Catholicis*, *Magiſtratibus*, *Bohemos* imitari cœpêre *Sileſii*, ad quos mitigandos, *Rex Ottonem Melandrum Iur. Conſultum*, miſit, hac cum inſtructione: Quandoquidem, ab exceſſu *Matthiæ Imperat.* regium regimen ad ſe devolutum eſſet, proclivem eſſe *Regem*, ratione revertium, in limine editi regiminis huius, omnium tam *Principum*, quàm *Ordinum*, *Sileſiæ* privilegia, atque immunitates, tàm generales, quàm ſpeciales, omneſque conceſſiones, conſuetudines, & literas *Maieſtaticas*, antehâc *à Ferdinando*, *Maximiliano*, *Rudolpho*, *& Matthia*, *Bohemiæ Regibus*, datas, indultaſque, confirmare: Quo nomine originales hæ confirmatoriæ, modò in actum productæ, unà mitterentur. Quorum autem privilegiorum ſpecialium origines, ob viarum diſcrimina, nec mitti, nec exhiberi, iam poſſint, hunc legatum in mandatis habere, ut vel coràm, adiuncta ſibi, *Cameræ Bohemicæ*, vel ſolâ illâ, originalia proponerentur: ex iiſque tranſſumpta, quamprimùm, in realem, efficacemque, confirmationis actum, deducerentur.

Nonminùs, cùm *Rex* diſſenſionibus inter *Catholicos*, *Proteſtanteſque*, obortis, mederi, *Vicariatum* regium confirmare, utque homagium ſolenniter præſtari poſſit, providere, tùm onus æris alieni *Sileſiæ Provinciæ* incumbens, in ſe recipere vellet, ſperare quoque de *Principibus*, atq; *Ordinibus*, futurum, ut, ipſimet obedientiæ, debitæque ſubiectionis, memores, collectas, per *Provinciam* promiſſas, dependere non recuſent. Hoc nomine cauſſas ſe habiturum, quibus non ſe Regem illis, ſed mitem, verumque, patrem, reipſâ exhibeat; tùm *Bohemos*, utique quibus iam anteà par privilegiorum confirmatio data ſit facilius, ſimultate depoſitâ, ad obſequium redituros, eſſe. Atque hoc modo fore, ut, remotis diſceptationibus totis, regnum priſtino flori, pacique, reſtituatur.

Verùm iſta regia clementia, atque indulgentia, eâ tempeſtate, etiam apud *Sileſios*, parùm promovit. Quibus legato regio ità reſpondere viſum eſt: Tametſi in votis habuiſſent, ut, antequàm *Matthias Imperat.* fatis ceſſiſſet, *Regnis*, ac *Provinciis*, de certo capite, ac ſucceſſore, fuiſſet proſpectum, quò, omnibus diſſidiorum, diffidentiæque, cauſſis è medio ſublatis, pax, & tranquillitas, conſtabiliri, conſolidarique, potuerit: Nihilominùs ſeſe haud quidem dememiniſſe, ſucceſſionem illam ad *Ferdinandum Regem* modò eſſe devolutam, quippe qui ſub certis, ſtipulatiſque, conditionibus, regio diademate eſſet inauguratus. Hîc ſibi minimè quidem excidiſſe, tùm quæ *Rex Ordinibus* eſſet ex pacto pollicitus, tùm quæ ipſi, quoad ſubiectionem, præſtare teneantur. Optandum fuiſſe, ut *Cæſaris* exceſſus incidiſſet in id tempus, quo regionibus, pace altâ gaudentibus, etiam de privilegiis, ac iuribus, acquiſitis, ſecuris eſſe licuiſſet, tùm *Rex*, quà ſucceſſionem, omnia, iuxtà complacitum, extrà diſcriminis interventionem, ſalva habuiſſet. Eo tempore, eâ rerum facie affulgente, potuiſſe ſeſe *Regis*, ſuper privilegiis ipſorum, tàm generalibus, quàm ſpecialibus, modò miſſas, confirmatorias, ambabus, quod dicitur, manibus amplecti, debitâque cum reverentiâ, ac ſubmiſſione, *Regi* ſuo obviàm ire. Gratanter ſeſe agnoſcere, *Regem* pactorum etiam nunc eſſe memorem, adeóque ſtipulationibus factis iam tandem ex parte ſatisfacere velle. Nihilominùs parùm ſe dubitare, *Regi*, regni *Bohemiæ*, adiunctarumque *Provinciarum*, miſerabilem impræſentiarum ſtatum, ob oculos verſari. Eius furoris ignes uſque eò exacerbatos, ſparſoſque, eſſe, ut tàm facili, licet deditâ, operâ extingui vix queant: Tempora hæc ab illis eſſe diverſiſſima, quibus *Rex* deſignatus in regem fuiſſet. Illa fuiſſe pacata, quietaque, omninò, hæc evaſiſſe periculoſa, &, per interventum armorum, nimis funeſta, atque acerba. Eo ipſo fieri, ut poſtliminiò jam tandem exhi-

exhibita priuilegiorum, antè dictorum, confirmatio parùm proficiat, ut ingentes ſubortas id genus procellas reſtinguere, ac ſedare, minùs evaleat. Reclamare jam ipſum *Patulcium*, id eſt, fores belli apertas, tùm priuilegiorum, quâ *Religionis* exercitium, captioſa interpretamenta, excitataſque controverſias, ut iam illa confirmatio nervis, ac pondere ſuo, velut deſtituatur. Reipsâ potiùs hoc tempore agendum, quàm verbis. Non promiſſa amplius ſpectari, ſed facta ipſa. Regiæ deſignationis tempore, per regnum *Bohemiæ*, coniunctaſque *Provincias*, omnia altâ pace floruiſſe. Iam alteram rerum, furioſique Martis, cruentam faciem emerſiſſe, ità, vel iuxtà *Poetam*,

Scilicet ut Niobe Niobe iam diſtet ab illa:

aliaque tempora alios mores inferant. Magni, & præcipui, in regni alicuius, regiminiſque, aditu, momenti eſſe, ut vetuſtæ, ſalutareſque, conſtitutiones revocentur, ac reſtituantur. Temporibus pacatis regiæque deſignationis illius, ſeſe ultrò, atque ex animo, neutiquàm verò, *Bohemorum* reſpectu, *Regem*, pro *magno Sileſiorum Duce*, ſuſcepiſſe. Iam, ſub iſtis turbis, rem ſecus habere. Ut, in cæterarum *Provinciarum* præiudicium, ne quidem ad gubernationis regimen, atque auſpicia, admittere quiti ſint. *Regi* facilè eſſe divinare, arma impræſentiarum haud admittere, ut ſibi in privilegiis ſcriptis, ſive ſcripto confirmatis, acquieſcendum ſit. Hoc modo difficultates, quæ ad ſummum perveniſſent, ſanari non poſſe. Neque promiſſis amplius locum relinqui. Cùm modò omnia ad effectum ſpectent. Ità quidem ſentire *Sileſios*: Rationem meritò tantarum in *Regno*, & *Provinciis*, perturbationum ſibi habendam eſſe. Eò uſque igitur acquieſcendum ſibi, donec *Rex regni Bohemiæ* gubernationem auſpicaretur, inprimis motus iſtos componeret, *Provinciaſque*, vigore privilegiorum, in priſtinam felicitatem vindicaret. Ità tùm demùm priuilegiorum confirmatorum quietâ, ac verâ, poſſeſſione uti frui poſſe. Quod ut eò faciliùs in effectum deduci poſſit, *Rex* armis renunciaret, omnia, ac ſingula, quæ in *Religionis* negocio à maioribus eſſent conceſſa, & poſſeſſa, conſtabiliret, eamque ſolidam cautionem adhiberet, quo tàm ipſi, quàm poſteri ipſorum, deinceps *Religionis* exercitio, ac conſcientiarum pace, ſecurè, atque in ſinu, domi gaudere ſuſtineant. Huius ad effectus conſecutionem interpoſitione ne quidem ullâ fore opus. Solum, atque unicum, privilegiorum effectû eum eſſe, qui pacis optatiſſimæ commoditatem afferre, atque muro aheneo potentius, corroborare queat. Ad hunc igitur *Rex* reſpiceret, regnique *Bohemiæ* poſſeſſionem ab eo fonte auſpicaretur. Tunc ſe quoque operam daturos, ut ne quidem, quoad fidelitatem, obedientiamque, in ſe quicquam deſiderari debeat.

VII.

Mansfeldii copiæ, à Bucquojo cæduntur.

B*Vcquoio Budam albam, Bohemiæ* civitatem, tenente, inibique exercitum octo millium colligente, *Bohemi*, his conatibus obſtare, caſtraque civitati opponere, cœperunt. Illo verò indies numerum copiarum regiarum adaugente, ut *Bohemis* etiam metus accederet, ne in caſtris ab hoſte opprimerentur, *Mansfeldium* cum manu ſua è *Pilſena* in auxilium evocarunt. Intereà variâ fortunâ apud *Budam albam* utrinque, variis commiſſis velitationibus, ac præliis, pugnatum eſt. Inprimis autem *Bohemis tranſitum* quendam *Paſſavium* versùs, cuſtodientibus, eiuſque in defenſionem ſepimentum, ſive loricam, fabricantibus, *Bucquoius*, eleganti ſtratagemate uſus, conatus iſtorum ſic eluſit. Cùm *Bohemi* eo loci per ſaltus loricam exſtruxiſſent, *Bucquoius* ruſticanam manum, unàque quatuor millia peditum, adducens, circumcirciter coronâ factâ, ſummâ cum feſtinatione, ſylveſtres arbores cæcidit, hoſteſque velut maceriâ illâ concluſit. Quibus fruſtrà per aliquot dies per ſylvam cæduam enitentibus, annonâque laborantibus, tandem, cùm globos arborum detruncatarum ſuperare nequirent, relictis impedimentis, aliiſque neceſſariis, fugâ ſibi conſuluêre. *Mansfeldius autem, Pilſenâ* octo peditum cohortes, ac quinque equitum turmas, educens, movit *Bohemos* verſùs. Illud propridie *Bucquoius* cognitum habens, mille gravis armaturæ equites, ſive cataphractos, *Vngaroſque*, ac *Belgas*, nuperrimè adventantes, numero circiter quinque millia æquantes, aſſumſit, iſtam *Mansfeldii* cum *Bohemis* coniunctionem impediturus. Neque iſtud ipſi infeliciter cecidit. Poſtquàm enim *Mansfeldiarum* copiarum emiſſarios *Gallo-Belgæ*, & *Hungari*, in pago, *Kotelitz* dicto, concludentes, ad unum omnes cæcidiſſent, accidit, ut *Mansfeldius*, reliquis cum cohortibus, in *Vngaros* incideret.

Quorum parte maſculè exceptâ, ac fusâ, mox ipſo *Bucquoii* ingruente exercitu, ſenſit, tantæ multitudini ſuſtinendæ parem ſe quidem haud eſſe. Pedem igitur referens *Mansfeldius*, atque in pago alio animi, viriumque, cauſſâ, moram trahens, ecce! ſuperveniente *Bucquoio* cingitur. Ille igitur conſcenſo ocyus equo ſuos in planiciem eduxit, caſtraque carris, ſive impedimentis, communivit: Acies ipſius talis erat: A tergo pagus, in longitudine ſeſe extendens, aciem firmabat. Equitum alæ in fronte, inſtar trianguli, collocabantur: præſtò, ad ſibi invicem opem ferendam, diſpoſitæ. Medium occupabant impedimenta. Poſt hæc peditum ſigna, ſuccedebant, quatuor ad dextram, tribus ad ſiniſtram, cohortibus, excubantibus, unàque antè impedimenta collocatâ. Acie ita diſpoſitâ, *Mansfeldius* primam in *Vngaros* impreſſionem fecit. Quarum bonâ parte cadente, nihilominùs cataphracti regii ſupervenientes *Mansfeldii* ordines turbant, confunduntque, partemque in fugam coniiciunt, ac profligant. Ille autem, recollectis copiis equeſtribus, re velut acciſa, per medias *Hungarorum* alas ferro viam ſibi aperuit, atque evaſit. Interim, cùm relictis pedeſtribus cohortibus, *Bucquoianis* res erat. Quibus fortiter pugnantibus, cùm à *Mansfeldio*, duce ſuo, qui è *Buda alba*, ad accerſendum auxilia curſores antè dimiſerat, ſupplementa expectarent, fruſtrà aliquoties à regio feciali, ſive tubicine, ad deditionem faciendam, admoniti, tandem pulvere pyrio, aliiſque defenſionis ulterioris mediis defectis, ad multam veſperam receptui cecinerunt, atque certis ſub conditionibus, in poteſtatem hoſtium venerunt.

***

VIII. Vi-

VIII.

Victoria illius regiorum, ſuper Mansfeldio reportatæ, momenta, ſpolia, ac commoda.

SPolia, quæ quidem, hâc ſuper *Mansfeldiorum* clade, regiis opima, & luculenta, fuerunt, numeratis quatuordecim vexillis, centum cupis vino plenis, mulabus quatuor, re argentaria *Mansfeldii* oneratis, & duobus tormentis æneis, ut de multitudine omnis generis elegantis armaturæ militaris, per devictos in acie relictis, nihil dicam, quibus hanc *Mansfeldii* manum facilè è *Bohemiæ* triariis fuiſſe, evincebatur: Tametſi itaque hæc quidem victoria, reſpectu copiarum *Mansfeldicarum*, ab initio uſque eò ſingularis momenti, haud quidem eſſe videretur, nihilominùs *Ferdinandi Regis* fortunam uſque eò provexit, ut *Turrianum*, ab obſidione *Viennæ*, deterreret, *Regiſque* ipſius animum rectiùs ſperare iuberet.

IX.

Poſt cladem Mansfeldicam, Turrianus obſidionem Viennenſem diſſoluit.

QVanquam autem *Mansfeldius Pilſenam* reverſus, diſperſos, milites, menſiſque ſpacio, duas pelitum legiones, turmaſque equitum, præſtò collegiſſet, interim tamen Directores *Bohemiæ*, ob cladem iſtam ſoliciti, per univerſum regnum ferè omnes ſubditos viritim in armis per edictum eſſe iuſſerunt, ità, ut *Vrbi Pragenſi* quoque metuentes, locis novis eam communirent. Secundùm hæc, per diſpoſitos curſores *Turrianus in Bohemiam* revocatus eſt, ut, relictâ *Viennâ*, patriæ curam ſuſciperet, *Bucquoio* civitates, arceſque, per multas, abſque difficultate, occupante, ut mox *Pragæ* pomœriis imminere putaretur. *Turrianus* triſti hoc nuncio conſuſus, utique qui, metu huius obſidionis, plurimùm commodi *Bohemis* afferre ſperâſſet, illicò vaſa conclamavit, cumque *Tieffenbachium Baronem*, fœderis cauſſâ, ad *Hungaros* emiſſum, rebus feliciter peractis, reducem habuiſſet, retrò in *Bohemiam* reduxit, exercitumque *Zabislaviæ*, cum reliquis *Bohemorum* copiis, coniunxit, *Bucquoio*, interim omni induſtriâ victoriæ effectum, fructumque, ulterius proſequente.

Externa.

HOc temporis articulo, *Ferdinandus Rex* denuò *Bohemos* (quod velut externum videri queat) literis internunciis urgere cœpit, ad obedientiam redirent, homagiique, ac datæ fidei, meminiſſent. *Bohemi* autem perſpectum habentes, ſe quidem ad armorum depoſitionem identidem ſolicitari, nihilominùs peregrinas in armis contrà ſe ſævientes gentes, ac copias, ad ultimam crudelitatem, nihil reliqui facere, mediaque pacis acquirendæ ferè nulla oſtendi, ne quidem ad reſcriptum illud regium reſpondere operæ precium duxerunt, ſed hæc, atque id genus alia, in *diætam Provincialem*, proximè aperiendam, reiecerunt: *Tſchernembelio* interim *Barone* denuò per Epiſtolam, luculentaſque inductiones, *Regi* pacis acquirendæ media, remediaque, prudenter proponente.

CAP. VII.

De Ferdinandi Regis coronatione in Regẽ Romanorũ, eiuſdemque præparatorijs.

I.

Fridericus V. Elector Palatinus, Saxoniæ Electorem interpellat, ſuper prolongatione Electionis Imperatoris.

CUm electionem novi in *Imperio* ſucceſſoris, atque *Cæſaris*, ematurari videret *Fridericus*, *Elector Palatinus*, omnibus, quod aiunt, copiis eniti cœpit, quò terminus indictæ electionis prorogari poſſet. Quâ de re cum *Archiepiſcopo Moguntino*, *Electore primario ac Cancellario*, *egit*. Sed hoc in procraſtinationem nullatenus aures præbente, eam in rem *Saxoniæ Electorem* literis interpellavit. Non videre ſe, inquiens, quo pacto, quove emolumento, rebus omnibus per *Imperium* turbatis, *Electores*, media tanquam inter arma, ſuper novi *Imperatoris* electione, convenire, ac deliberare, ſuſtineant. Aut hoc negocium præcipitandum, aut ad tempus, ſuâ quidem opinione, extrahendum, eſſe. Privatam utilitatem ſe nequicquam penſi habere, ut novi capitis deſignationem, aut interregnum, protrahere haud cupiat, ut magis oculos, cogitationeſque ſuas, ad commune bonum, totiuſque *Reipublicæ Imperii* ſalutem, coniiciat. Neque ſe *Imperialem* illam dignitatem, ac prærogativam, alteri, qui iam tùm vota reliquorũ ſine dubiò occupâſſet, invidere: modò, ſecundùm leges *Imperii*, *Electorumq;* ſanctiones, procedatur, ac, tanquã feſtinabunda ſummi capitis, ſub iſta rerũ cõfuſione, ac turbine, ſuſcepta deſignatio accuſari queat. *Electionẽ* debere eſſe, iuxtà leges, liberrimã. Iã aũt regionibus, atq; *Imperii* meditullio, armis hoſtilibus laborante, coactam illã *Cæſaris* electionẽ videri poſſe: Quo nihil eſſet *Imperii*, atque *Electorum*, libertati magis adverſum, nihil illorum dignitate magis indignum. Hâc de cauſſâ ſolicitum ſe, legeque officii, ſibi incumbentis, *Electoralis* ſcil. adactum eò eſſe, ut, ne quâ ſolemne, & ſplendidũ, hocce munus ſive curioſitatis, ſive futilitatis, maculâ notari queat, provideat, inprimis recuperationẽ pacis, ac trãquillitatis, urgeat. Videret itaq; & ipſe *Elector Saxoniæ*, nunquid ex uſu ſit, ſicubi, ad tẽpus electione ſubductâ, rationes ineantur *Imperii* pacandi. Quicquid igitur placere ipſi poſſit, & quidẽ de perſonali ad *Electorum* colle-

collegium adventu, proximè ſe præſtolari. Interim hâc quoque de re cum Electoribus, Colonienſi, & Trevirenſi, ſe per literas cum Moguntino verò per internuncios, acturum. Exercitum Burgundicum, extraneis in provinciis collectum, iam per Alſatiam, Sueviam, atque Bavariam, moventem, imminere ditioni Paſſavienſi. Immò delectus fieri complures, tàm in Belgio, quàm intrà Imperium, ut etiam Moguntinus, & Herbipolenſis, militem conſcribere perhibeantur. Hoc modo Electionem Francofurti peragendam, tanquam ſub coronâ, & armis, circiter adductis, laborare, & coactam videri poſſe. Inſuper, apud Italos, Hiſpanoſque, parari copias, haud contemnendas, quę iam tùm tranſitum apud Helvetios enixè ſolicitent. Undique in hoc Imperium vires conſpirare. Ut, niſi Deus Opt. Max. conatibus obſtet, magnum aliquod malum, atque, ut aiunt, ipſe Hannibal antè portas, excubias agat, & facilè Imperii Principes, eorumque Provincias, crebris iſtis exercituum immiſſionibus, enervari proclive ſit. Quàm cupidè, ſoliciteque, ipſe, unà cum Saxoniæ Electore, pacis reſtaurationem quæſiverit, tàm notum eſſe, quàm quod notiſſimũ. Quàm frigidè autem à multis hoc agatur, contrà diluceſcere. Sicubi, dùm Electionis, negocium procedat, pacis compoſitio ſuſpendi debeat, omnia interea ſurſum deorſumque miſceri poſſe: Sique novis, atque novis, exercituum ſuperinductionibus finis nullus expectandus, ſeſe, tanquam Rhenanis, Belgiciſque diſtrictibus, finitimum, flammiſque id genus graſſantibus in proximo poſitum, cum confœderatis, Heilbrunnæ congregatis, rationes inituꝛum, quò ſe in ſecuritatem vindicare poſſint. Eo enim nomine diætam inſtitutam illic eſſe, ut pax, & tranquillitas, revocari, eiuſdemque commodis unuſquiſque gaudere, deinceps potis ſit.

II.

Ferdinandi Regis, ad Electionis conventum, Francofurtum profectio, &c.

IStis, atque id genus, Electoris Palatini præoccupationibus, inſuper habitis, indicto tempore, Electores cæteri Francofurtum perrexêre, inprimis Ferdinandus Rex, V. Id. Iulias cum comitatu regio, Viennâ Francofurtum iter direxit, Leopoldo Archiduce, fratre, Vicario poſt ſe relicto. Qui ſtatim cives, in Curiam Viennenſem convocatos, omnis generis arma domeſtica comportare, ac tradere, iuſſit, licet valdè repugnantes, neceſſariamque, ratione militis ſuburbana infeſtantis, ſui defenſionem allegantes. Magiſtratus etiam, pro armorum hâc reſtitutione, Archiduci ſupplex factus, nihilominus repulſam tulit. Rex interim magnis itineribus progreſſus, XV. Cal. Auguſti, Francofurtum, pervenit. In regio comitatu fuerunt VVolffgangus Sigiſmundus de Loſenſtein, Gothofridus de Stadel, Polycarpus Scheidius, Gundackerus de Polheim, Io. Vlricus Eccenbergius, Leonhardus Helfricus de Meggavv, Maximilianus de Trautmansdorff, Bernhardus de Herbenſtein, Ioan. Iacobus Riſlius: Quibus acceſſerunt, Io. Georgius Hohenzolleranus, Gundacker de Lichtenſtein, Vratislaus Furſtenbergius, Maximilianus Dieterichſteinius, Bruno Mansfeldius, Carolus de Portia, Comites: Ioan. Chriſtophorus de Paar, Marquardus VVeſenbeccus, Io. Erneſtus Fugger, Io. Fugger, Iunior, Georg. Seller, Georg. de Nachot, Gothofridus de Salnburg, Guilhel. Vratislaus, Maximil. VVallenſteinius, Io. Iacob. Curtius, Venceſl. Bernſteinius, Venceſl. de VVurben, Henr. Colubratius, Carolus Santelierius, Frider. Caurianus, Carol. Hannibal de Donavv, Sdenco Poppelius de Lobkovviz, Bertholdus Buſubutus, Barones, Ioan. Phil. Fuchſio, Leonhardo Gutzio, Ioan. Barpitio, Ruprechto Hegenmullero, Hieronymo Elvario, Ottone de Noſtitz, Ottone Melandro, Ioanne Fuchſio, aliiſque regiis conſiliariis, atque officialibus, pluribus, itemque miniſtris, agmen hocce claudentibus. Numerus eorum excucurrit ad tres centurias, & ſeptuaginta, qui in urbem intromiſſi ſunt, reliquis minorum, ut aiunt, gentium diis, & quidem, ut Plautus vocat, patellariis, foris, in agro Mœnofrancofurtenſi, hoſpitantibus.

III.

Electorum, legatorumque, apud Francofurtum, adventus.

ANtequàm verò Rex, prout dictum, appuliſſet, Electores iàm tùm Francofurtum convenerant: E quibus Archiepiſcopus Moguntinus, VI. Id. Iulii, quadraginta octo lancearIis ſtipatus, intravit. Inter comites illius recenſentur Io. Reinhardus, Comes Hanovicus, Iac. de Eltz, Ioan. Reinhardus de Metternich, Ludovicus ab Vlm, Petrus Erneſtus de Stralendorff, Adamus Philippus Gronbergius, Lamoralius de Taxis, Ferdinandus de Muckenthal, Ioan. Phil. Hoheneccius, Ioan. Carolus de Schonburg, Ioan. Fridericus Landsbergius, Io. Phil. Knebel, Ioan. Phil. Rodenſteinius, Henricus Greiffenklavv de Volraths, Ioan. Henricus de Eltz, Daniel VValpottus de Baſſenhein, Ioan. Daniel Cronburgius, Ioan. Eberhardus Knebel, Ioan. Valentinus Fauſt, Ioan. Phil. Speth, à Sviſtalt, Ioan. Ludov. à Kerpen, Ioan. VVolffgangus de Leyen, Phil. Iulius de VVetter, Daniel de Gutten, Gothofridus Riedeſel, Henricus Erneſtus de Kerpen, Ioan. Adolphus Spies, Fridericus Vlnerus, Philippus à Rodenſtein, Ioan. Svvichardus à Sickingen, Melchior Hatzfeldius, &c. Barones, Capitulares, Conſiliarii, Nobiles, atque Officiales, extrà illos, quorum nomina tum non aſcripta extant, univerſo numero, ad centum triginta quinque, homines excurrente. Eodem die Saxoniæ Electoris legati advenerunt, ſub VVolffgango, Mansfeldiæ Comite, legationis capite. Eiuſce comites, ac ſocii, extitêre Eſaias à Brandenſtein, VVolffgangus Luttichavv, Gabriel Tuntzel, Anshelmus Arnoldus, & cæteri, Conſiliarii, & Secretarii, ſumma omnium quadraginta circiter perſonas efficiente.

Quinto Id. Iulii, Friderici, Electoris Palatini, legati ſupervenêre, ſub Io. Alberto, Comite Solmenſi: Quorum nomina ſunt iſta: Io. Chriſtoph. à Grün, Volradus à Pleſſen, Henricus Dietericus à Schönberg, Ludovicus Camerarius, Andreas Pauli, Io. Fridericus Schlöer, Georg Fridericus Paſtor, Ioachimus à Rusdorff, Io. Eberhardus ab Eltz, Ioan. VVendelinus à Steinfels, Io. Cunradus Plarer à Geigersberg, Io. Albertus Iunior, Comes Solmenſis, Ioach. Georgius à Grün, Iuſtus Paulus à Gotzloff, Laurentius à Reventlavv, Io. Dietericus à Tſelch, Fridericus Landſchad à Steinach, Iulius à Damm: Abrahamus Scultetus, Martinus Hauſmannus, Erneſtus Aichbrunn, aliique complures.

IV. Id. Iulias, Ioan. Sigiſmundi, Electoris Brandeburgici, inſecuti ſunt legati. E quibus referuntur Adam Gans, Baro de Putlitz, Fridericus Pruckmannus, Chriſtianus à Bellien, Samuel à VVinterfeld, Ioach. Fridericus

Gans,

Gans, Baro de Putzlitz, Levinus Ludolphus de Almenſleben, Io. Georgius de Pudefels, Adamus à Bahre, Ioannes à Dalvvitz, Dietericus à Bellien, Buſo de Almensleben, Adamus à VVinterfeld, aliique: numero omnium octogenarium ſuperante.

Propridie *Id. Iulias, Ferdinandus, Archiepiſcopus*, atque *Elector, Colonienſis*, ſuperacceſſit. Inter familiares eius erant *Eitelius Fridericus, Comes de Hohenzollern, Erneſtus à Linden, Stephanus de VVerda, Arnoldus à Buckholtz, Dietericus à Reck, Ego, Comes de Fürſtenberg, Volradus Comes de VValdeck, Erneſtus Fridericus Comes de Salm, Erneſtus, Comes de Marcka, Philippus Dietericus, Comes à Manderſchied, Carolus Erneſtus Vice Comes in Dornal, Carolus de Barck, Baro in Rade, Henricus à Diſtilling, Senior, Dionyſius à Potiers, Baro de Fenff, Eberhardus à Cell, Vice-Comes de Inherenne, Melchior à Mülſchede, Alolphus Ratz de Frentz, Adolphus Sigiſmundus Ratz de Frentz, Dietericus à Velen, Fridericus de VVeſtphal*, aliique: Omnium ſub ſumma recenſitis quadringentis quadraginta ſex capitibus: parte eorum extra *Francofurtum* proximis in pagis ſubſiſtente.

Ipſis *Idibus Iulij*, denique, ſupervenit quoque *Archiepiſcopus*, atque *Elector, Treviranus*. Adduxit is, inter cæteros officiales, conſiliarios, ac miniſtros, *Carolum de Manderſchied, Chriſtophorum de Leyningen, Carolum de Lenoncourt, Comites: Io. Henricum, Baronem de Reiffenberg, Dietericum ab Horſt, Carolum à Metternich, Emmericum à Metternich, Ioannem Zand à Merle, Io. de Görtz*, dictum *Sintzig, Guilielmum à Metternich, Io. Iac. in Eltz, Lubertum ab Heyden, Io. Rupertum de Kaſſelſtatt, Io. Caſparum à Leyen, Dietericum Ludovicum à Bulich, Ioan. Guilielmum ab Hunolſtein, Nicol. Simſon. ab Hagen, Lotharium à Metternich*, pluresque alios, inferioris ordinis, quorum numerus ad ducentos & ſeptuaginta, excreuit.

IV.

Electores, de ſumma rei, conveniunt, atque deliberant.

ITaque *XVI. & XIV. Cal. Auguſti*, ipſiſque *Calendis*, itemque tertio, & *Prid. Non. Auguſti*, Seſſiones, ſive conventus, celebrabantur. Quòd autem legati *Electorum ſecularium* ſufficientibus mandatis nondum eſſent inſtructi, per curſores dipoſitos, à tribus *Archiepiſcopis Electoribus* ad *Palatinum*, & *Saxonem*, diverſis itineribus miſſum eſt. Intereà *Rex Ferdinandus*, cum *Electore Colonienſi*, & *Ludovico*, *Haſſiæ Landgravio, Niddam, Homburgum*, atque *Darmſtadiū*, excurrens, venationibus tempus fefellit, unde pridie *Id. Sextil. Francofurtum* rediit.

XVI. Cal. Septemb. novâ ſeſſione habitâ, *Regi* indicatum eſt, proximo die *Lunæ Rex Electoribus* adeſſet, *Oppidanis* homagium, vigore bullæ aureæ, præſtituris.

XV. Cal. Septemb. Saxoniæ Electoris ad ſuos mandatum, ſive inſtructio plenaria, per curſores defertur. Unde, die ſequenti, Magiſtratus civicus *curiam* in *Romanam* evocatus, deinde ipſi cives, atque oppidani, tertioque miles præſidiarius, in iuramenti verba adigi cœperunt: Præcone, ſive tubicine, cum adiuncto civitatis archivario, per omnes vias, plateaſque publicè proclamante, *ne quis peregrinus, exceptis Electorum, legatorumque, miniſtris, intrà mœnia deprehenderetur, ſed omnes exirent*. Ex eo die, uſque ad quartum *Cal. Sept.* ſubinde *Electores* convênere. Dicto autem die, ab horâ ſeptimâ matutinâ, ad octavam uſque, per campanam maiorem ſigno dato, *Rex*, cum *Electoribus*, atque *legatis*, ad *curiam Romanam*, rhedis quiſque uſus, devectus eſt. Indè cultu *Electorali* ornatus, intrà, armatos, ac diſpoſitos, ordine civium cuneos, *Moguntino*, ac *Trevirano*, præeuntibus, *Colonienſi* verò, atque ipſo *Rege*, diademate ſplendido, unionibuſque interdiſtincto, inſequentibus, legatiſque *Electorum* reliquorum latus claudentibus, ad *D. Bartholomæi* baſilicam, cuius atrium, atque, ſicut vocant, conclave, aulæis, ſtragulìſque veſtibus, magnificentiſſimè inductum erat, omnes in equis perrexerunt, ad *Electionis* ſolemnia, iuxtà *Aureæ Bullæ* decretum, progreſſuri. Electio autem; horâ undecimâ peracta, in *Ferdinandum Regem* incidit.

V.

Ferdinandus Rex in Imp. Romanum electus.

SEcundùm hæc, illicò ſolenniſſimis verbis proclamatum eſt: *Vivat, Vivat Rex*. Mox hymnus cõſuetus: *Te Deum Laudamus*: fauſtæ congratulationis igitur, à *Cantoribus, fidicinibuſq;*, per *Baſilicam* perſtrepentibus, ſuccini cœpit, campanis per Urbem omnibus, machiniſque bellicis per mœnia, ingenti cum lætitiæ teſtificatione, incitatis, atque exploſis, horrendùmq; aſſonantibus. Horâ XII. *Rex* è *Baſilica* ad *Palatium* proprium deductus eſt. Præceſſit *Archiepiſcopus Treviranus*. Eum à tergo *Electorum ſecularium* legati, *pomum Imperiale, ſceptrum, ac gladium*, geſtantes, inſecuti. Iſtos *Rex*: *Regem* verò *Moguntinus*, & *Colonienſis*, excepêrunt.

Altero die, curſoribus *Aquiſgranum, & Norinbergam*, emiſſis, *Corona, ſceptrum*, aliaq; inaugurationis *inſignia*, accerſebantur. Intereà *Heſſiæ Landgravius, Legati Hiſpanici*, aliique id genus *Dynaſtæ*, in Urbem redeuntes, novos *Regi*, auguſtos illos, honores, demiſſè congratulati ſunt.

VI.

Coronationis in Regem Romanum, ſive Imperatorem, ſolennia.

DIe, coronationi conſtituto, appropinquante, omnis generis per Urbem præparatoriis, requiſitiſq;, in medium producẽdis, certatum eſt. Inprimis *Baſilica D. Bartholomæi* aulæis, ſellæ holoſerico, area, ac pavimentum, panno rubro, exornari cœpêre. In medio templi, ſub *Imagine* crucifixi *D. & S. N.* pro *Rege*, ſuperimpendente teſtudine, thronus ſplendidè ſternebatur. Pariter *Ara*, coronationi deſtinata, exornabatur, unà cum ſubſellio, *Regis* precibus conſecrato. Meridiem verſùs *theatrum*, ſive *Proſcenium*, exſtructum, rubroq; panno exornatum, eminuit, in quo à *Rege*, thronum, occupante, *dignitas equeſtris* conferebatur. Intereà duæ *officinæ culinariæ*, alterâ *Tauro*, in foro Romano torrendo, alterâ ponè *curiam Romanam* epulis *Regiis*, deſtinatâ, exædificatæ. *Fons* verò aquas in *foro Romano* ſurſum eiaculans, inſtar petræ alicuius pulcerrimę, adornari cœptus: à fronte *Aquila* bicipite, eaq; coronatâ, à lateribus utrinque duobus *Leonibus Imperii* inſignia oſtentantibus, fiſtuliſq; ſive tubulis, diverſis, vinum album, rubellumq;, eiaculantibus. Via, à ſumma ęde, ad *Curiam Romanam*, exedris, ſive *ponte* è tabulis, aſſeribuſq; deducta, *panno rubello* conveſtiebatur. Atrio *Palatii Romani*, in quo *Rex* epulatur, variis aulæis at-

læis, attalicisq;,& phrygiis, tapetibus, undiq; quæſitiſſime illuſtrato. *Menſa regia* ſublimior, & tribus gradibus à reliquis *Electorum* menſis, utrinque, ad latera poſitis diſtincta erat: *Trevirenſis*, mēſâ in medio extante, ſingulis verò (reliquis menſis) *vaſis argenteis* inauratis, ſuperimpendentibusque umbellis, illuſtribus, refulgentibusque.

Die inaugurationis exorto, pridie *Cal. Sept.* poſteaquàm ex *Aquiſgrano*, & *Noriberga*, inſignia *Imperii* adveniſſent, omnes Urbis portæ claudi, milites in vallum, & mœnia educi, cives verò cuneo facto, à *Palatio Regio*, ad *Baſilicam D. Bartholomæi*, itemque ad tabulatum, ſive ponte ſtratam, viam, utrinque coronâ ceu quadam, collocari, cœperunt.

Intrà ſextam, & ſeptimam, horam, tres *Electores, Archiepiſcopi*, quiſque ſuo loco, ædem ſummam intrârunt, inibique depoſito *Electorali* cultu, *veſtem Archiepiſcopalem* ſumpſerunt, *Regemq;* præſtolati ſunt. Is, horam circiter octavam, ſequenti ordine, ac comitatu, eòdem adequitavit: Primum præceſſerunt regii *Conſiliarii, Dynaſtæ, Nobileſque varii*, mox *Ludovici, Heſſiæ Landgravii, filii*, mox ipſe *Landgravius* Pater, unà cum *Philippo*, fratre, mox quinque feciales, abindè *Palatini, Saxonis*, & *Brandeburgici*, *Electorum, Legati*, cum *pomo Imperii, Gladio*, & *Sceptro*, deniqueRex ipſe, veſte *Electorali*, coronâque, radians, teſtudine, atque umbellâ, ſuperincumbente, à ſex-viris conſularibus, nomine Senatus *Francofurtenſis*, geſtatâ, ordine inſecuti ſunt.

Regem ità ad *Baſilicam* adventantem, tres *Electores Archiepiſcopi*, pontificaliter, ceu vocant, conveſtiti, ab interiori templi parte obviàm progredientes, exceperunt, eundemque ad Aram uſque deduxerunt, ubi *Rex* ſubſellium, precibus peragendis poſitum, occupavit, atque in poplites procubuit. Abindè, antequam res divina ab *Archiepiſcopo Moguntino* fieret, Hymnus ille: *GLORIA IN EXCELSIS*: perſonuit. Mox *Archiepiſcopi, Legatique Electorum, Regem* ad aras deduxerunt, *Moguntino* benedictionem *Regi* impertiente, ac conſecrante, inq; *thronum Regem* collocante. Inde res divina facta, reliquique *Electores, ac Legati*, ad ſua quiſque ſubſellia reverſi. Paulò poſt *Rex*, *Electorali* habitu reaſſumpto, denuò ad aram, locumque, precibus deſtinatum, adductus eſt. Ubi tàm *Rex*, quàm *Moguntinus*, utque *Conſecrator*, unà cum coronâ aſtante, in genua procubuit, fuſiſque ibi precibus, ad interrogata quædam ubi affirmativè *Rex* reſpondiſſet, ſeſe poſtulata facturum, *Conſecratori*, ad *Electores* converſo, atque, an *Regi* deinceps ſe ſubmittere, regimen eius conſtabilire, debitamque obedientiam exhibere vellent, interroganti, cùm *FIAT, FIAT*, magnâ voce ſucclamatum fuiſſet, denuò in ſubſellio, precibus ſacro, *Rex*, procubuit. Itaque benedictionis verbis ubi *Regem* Conſecrator allocutus eſſet, deinceps *verticem capitis* ad *nucham*, intrà *ſcapulas*, partemque in *pectore*, & *carpo manus dextræ* diverſis vicibus, inunxit, ad unamquamque inunctionem hæc verba: *VNGO TE IN REGEM DE OLEO SANCTIFICATO, IN NOMINE PATRIS, & FILII, & SPIRITVS SANCTI*: præfatus.

His factis, *Rex*, ab *Archiepiſcopis Electoribus*, è ſubſellio exceptus, per atrium templi in ſacrarium interius deductus, atque ab illitronibus deterſus eſt. Illic veſtibus antiquis *Cæſareis*, &, ut aiunt, *Pontificalibus*, denuò circumamictus *Diaconi* habitu refulſit. Quo cultu antè aras, ad ſubſellium reductus, poſt reiterata benedictionis verba, evaginatum *Caroli Magni Enſem, coronamq;*, & *ſceptrum*, anteà ſuper arā depoſita, in manus accepit, verbis neſcio quibus in ſingula prolatis, rurſuſq; *enſis*, in vaginam reconditus, *Regis* lateri adaptatus fuit. Inde *ſceptrum Regiū, pomumq;*, ſive *orbita, Imperii*, ab aris ablata ſunt. E quibus *ſceptrum*, dextræ, *orbita* verò ſiniſtræ, ceſſit, tandemq; *corona Imperialis*, conferentibus tribus illis *Archiep. Electoribus*, *Regis* capiti impoſita, his ſub verbis: *ACCIPE CORONAM REGNI, &c.* Poſtquàm a. *Pomum*, ac *ſceptrum, Palatino & Brandeburgico, Legatis*, reddidiſſet, eo habitu ad *Aram* propius admotus, conceptis verbis in conſuetam iuriſiurandi formulam iuravit.

Peractis coronationis ceremoniis, res divina pertrahi, *Evangelium* recitari, *muſici concentus* clangere, moduliſq; *Symbolum Apoſtolicum* figurari, cœpêre, Quibus ſub Actibus, *Rex*, ad ſacrificium accedens, ſacram *Euchariſtiam* percepit. Exindè *Archiep. Moguntinus*, utpote *conſecratorem*, præcedentem, *Treviranus*, & *Colonienſ.* ſecuti, *Regem* ad *Tabulatum* illud ſublimius, verſùs meridiē exſtructum, deduxerunt: *Legatis Electorū* reliquorū, cum inſignibus conſuetis, antè prægreſſis. Eo loco *Rex* in *thronum*, *Carolo Magno Imp. Aquis* excitatum, immiſſus, hymnuſq; ille: *TE DEVM LAVDAMVS*: modò variis inſtrumentis *Muſicis*, modò tubis, claſſiciſq;, alternatim perſtrepentibus, auditus eſt: *Moguntino*, tàm ſuo, quàm cæterorum *Electorum*, nomine, ſuper *Imperiali* faſtigio, ac regimine, conceptiſſimis verbis congratulante, *Imperiiq;* curam commendante.

Deſcendētibus è tabulato *Electoribus*, veſtitumq; *Archiepiſcopalem* deponentibus, *Imper.* in *throno* remanens, *Illuſtribus, nobiliſſimiſq;*, viris aliquot, mediante *Caroli Magni gladio, equeſtrē dignitatem* contulit: Eoq; facto, deſcendit, ſequenti ordine in *Palatium Romanum* deductus. Primū prægredientibus miniſtris, familiaribuſq;, aulicis, mox *Conſiliarii Regis, Electorū, Principumq;*, & *Viri prænobiles*, mox *Principes, Comites, Baroneſq;*, itemq; quinq; *feciales*, chorū duxerunt. Hos excepit *Archiep. Treviran. Electorali* habitu circumamictus, *Legatis Electorum ſecularium*, cū *orbita Imperii, ſceptro*, & *gladio*, inſequentibus. Poſt illos ſupervenit *Rex*, coronâ, *Cæſareaq;* vetuſti operis *purpura*, refulgens, teſtudinem, prout dictum, ſuperincumbentem *Senatoribus Civitatis* geſtantib', *Moguntino* verò, ac *Colonienſi*, *Electoribus*, agmē claudētibus, omnibuſq; ac ſingulis pedib' incedentib'.

Hoc ordine ſuper *pontem ligneum, panno rubro* ſtratum, uſq; ad *Curiā*, itum eſt, ponè in equis, *miniſtris tribus*, quadruplicis generis, tàm aureas, q̃ argenteas, monetas in vulgus, hominumq; turbā, eiaculantibus. Quarū duæ maiores ex alterâ parte brachiū, è nubibus eminens, coronamq; ferens, ſub hac inſcriptione: LEGITIME CERTANTIBUS: ex altera verò parte, haſce literas: FERDINANDUS II. HUNGARIÆ, AC BOHEMIÆ, REX, CORONATUS IN REGEM ROMANORUM, *IV. Id. Septemb. M. DC. XIX.* exhibuerunt. E minoribus, altera facies literâ, F. coronâ ſuperincumbente, alterâ coronâ tantùm, repræſentavit, infrà ſcriptis his literis: CORONATUS IN REGEM ROMANORUM, *IV. Id. Sept. An. M. DC. XIX.* Iſta nummorum proiectio in populo magni tumultus cauſſa extitit. Miniſtri n. illi, tametſi in equis exiſtētes, pro hominū multitudine, ac ferocia, vix penetrare

netrare poterant. Ut etiam *panni rubri*, pontibus inſtrati, ſimul atque pedibus incedentium *magnatum* vacârunt, publici iuris facti, oppidò diſcerperentur. *Rege Romanorum* in *Curiam Auguſtam*, atriumque, delato, mox quiſque *è Legatis Electorum ſecularium*, iuxtà tenorem *Bullæ Aureæ*, munus ſuum obivit. E quibus *Pappenheimius*, *Mareſchallus* hæreditarius, in *Curiâ Auguſtali*, equo conſcenſo, in *avenæ cumulos*, de induſtriâ ibi factos, delatus, *modio* ex argento facto, *avenam* excepit, miniſtroque dedit, & diſceſſit. Quo facto impetus vulgi in *avenam* factus, ut pars eam vel ſacculis auferent, pars diſſiparent, ac diſperderent.

Abindè *Legatus Brandeburgicus*, *è Curiâ Auguſtâ*, ad culinam, in quâ *Bos Troianus* (*Athenæus*, *&* Petro*nius*, ſuis temporibus *porcos Troianos gravidatos* celebrant) torrebatur, adequitans, *gutturnium*, ſive *aquiminale argenteum*, cum cirnea, vel *poculo anſato*, *mappaque* lineâ, accepit, rurſuſque domum illam *Auguſtalem* repetiit.

Eos mox excepit *Legatus Palatinus*, pariter è curia *Auguſta* equo *culinam* illam petens, quatuorque *paropſides* argenteas, eduliis refertas, in *Palatium* devexit: unicuique horum, dum obequitant, tubicinibus claſſicum ſuccinentibus.

Iſtud, ſimul atque, more veteri, peractum eſt, ecce! ibi confeſtim vulgus, globo facto, *culinam* invaſit, *Taurumque* illum *Troianum gravidatum*, ſicut antiqui vocabant, intus omnis generis animalibus, volatilibuſque, farctum, toſtumque, diripuit, ut etiam ipſi culinæ, operique, minimè ſit parſum, aſſeribus, ipſoque gurguſtio, oppidò dirutis, ac deſtructis.

Intereà *fons* ille, antè *Palatium Auguſtale*, diſpoſitis tubulis, ſive fiſtulis, *ſpacio trium horarum*, tàm album, quàm purpureum, *vinum* eiaculavit. In quem ab initio, manus vulgi irruentis æquè, atque in gurgûſtium iſtud culinare, ſæviiſſet, niſi ſtipatores armati impreſſionem inhibuiſſent. Tandem turbâ ferociente, *Petra* ſuper fontem exſtructa, unà cum *Aquilâ*, *Leonibus*, cæteriſque inſignibus, deſtrui, in parteſque diſcerpi, cœpit.

Epulis denique regiis, in atrio *Palatii Auguſti*, ſplendidiſſimè litatum eſt. Ubi ſingulis *Electoribus* præſentibus, ſingulæ *menſæ* poſitæ, tribus pedibus à regia menſâ diſtinctæ, atque inferiores. Eodem in atrio diverſis, remotioribusque locis, cæteri *Principes*, *Comites*, *Barones*, *Legatique*, ſive *Principum*, ſive *Civitatum*, *Imperii*, diſpoſiti, epuliſque refecti, ſunt: *muſicis concentibus*, omniſque generis regiæ feſtivitatis ſolennitatibus, admiſſis, atque introductis. Poſt horam quintam, epulis quiete datâ, *Rex Cæſareâ coronâ*, *purpurâque* veteris, dennò indutus, è *Curiâ Auguſtali*: ad *Palatium* ſuum, adequitavit, ponè ſequente, ac deducente, *Electorum*, *Principum*, *Legatorum*, *Comitum*, *Barenumque*, *&* *Nobilium*, coronâ.

Dies inſequentes *haſtiludiis*, variiſque *exercitiis equeſtribus*, dati ſunt.

Quibus omnibus ordine, ſolenniſſiméque, concelebratis, ac peractis, *Electores*, *Legati*, cæterique *Principes*, *Comites*, *Baroneſque*, ordine quiſque ſuo, patriam repetiêrunt. *Cæſar* verò conſummatis rebus omnibus, *VI. Id. Septemb.* veteris, cum comitatu, ac familiaribus ſuis, *Francofurto* feliciter diſceſſit.

CAP. VIII.

De ominibus, circà inaugurationem Ferdinandi Cæſaris, contingentibus.

SAnè *Ferdinandi Cæſaris Imperium*, cùm, inteſtinorum, & civilium, bellorum temporibus, cœperit, *prodigiis oſtentis*, variiſque, ac magnis, *eventibus*, celeberrimum extiterit, ſub eoque variæ, atque ingentes, regnorum, Principatuum, regionumque, converſiones, ac mutationes, obortæ ſint, credibile eſt, etiam inaugurationis ſolennia, dum tantis ſub diſcriminibus, in *Cæſarem Francofurti* eligeretur, coronareturque, *ominibus*, *ac prodigiis*, haud quidem caruiſſe.

I.

Examen Apum, Francofurti, ante Palatium, Romanum dictum, in foro conſedit.

ET quidem, inter cætera oſtenta, primarium velut locum hîc poſtulare ſibi videtur id, quod, paullò antè inaugurationem *Cæſaream*, in *foro Romano Francofurti*, antè *Curiam Auguſtalem*, interdiu, ac ſole adulto, ſub multorum hominum oculis, ac conſpectu, accidit. Ecce! autem *Apum Examen* foris adveniens, ipſo meridie, ante *curiam Auguſtalem*, ſive *Romanam*, loco maximè illuſtri, conſedit, multitudinemque, oſtentum hoc conſiderantem, in admirationem, immò ſtuporem, rapuit. Ab aliquot ſeculis ſimile quid vix cognitum eſſe, vel hiſtoricos evolventi, fiet planiſſimum. Antè mille enim, ſexcentoſque, annos, vel *Cicero*, vir ille *Conſularis*, ac *Romanorum* eloquentiſſimus, prodidit, *Dionyſii* cuiuſdam *Equum*, in flumen dimiſſum, voragine ſubmerſum eſſe. Quem cùm, maximâ contentione anniſus, non potuiſſet extrahere, diſceſſiſſe, ægréque tuliſſe, ſcribit. Poſtquàm autem aliquantulum progreſſus eſſet, addit, ſubitò exaudiviſſe hinnitum, reſpexiſſe, equumque alacrem cum lætitiâ aſpexiſſe, cuius in iuba *Examen Apum* conſidebat. Sicubi igitur hoc *oſtentum* eam vim (ipſo porrò arguente *Tullio*) habuit, ut *Dionyſius* paucis poſt diebus regnare cœperit: quis, inquam, negabit, meâ quidem ſententiâ, *Ferdinando Regi*, oſtenti feliciſſimi loco, illud eveniſſe, quòd in *Foro Romani Palatii*, *Examen* illud conſederat. Tametſi enim *Apum grex*, ac politia, monentibus antiquis, rerum georgicarum ſcriptoribus, regimen politicum, veréque *Regiam aulam*, omnibus ordine miniſteriis diſpoſitis, repræſentet, ut novi alicuius *Regis* Imperio ſuperventuri indicium (id quod contigit) perhibere potuerit: nihilominùs, cùm agmen illud ſive *Apum examen*, eò uſque publico in foro conſe-

diſſet, ut accedente curâ *Patritii* cuiuſdam, ac viri Senatorii, *Francofurtenſis*, alveolo adducto capi ſuſtinuerit, quis dubitet, eundem eventum *Imperatori* futuro ſignificatum fuiſſe, ut, ſuper *Rege* altero, in *Regiâ Bohemica* fuſo, fugatoque, ac tantum non capto, triumphum canere potuerit.

II.

Regis equus, ante Baſilicam D. Bartholomæi, ferramentum è calce excutit.

ANtiquos illos *Romanos pedum offenſiones*, præſertim in limine, vel ingreſſus, vel egreſſus, itemque *corrigiarum abruptiones*, nec non *ſternutamenta, in ominibus, ac prodigiis*, habuiſſe, è nov-antiquis illis, *Plauto* ſcilicet, *Ovidio*, *Plinio*, *Alex. ab Alexandro*, atque aliis, autoribus, ſatis claret. Quo nomine *prodigii*, atque *ominis*, vicem implêſſe, iſtîc dicimus, quòd, regius *Ferdinandi* equus, *Rege*, cum *Electoribus*, ad *D. Bartholomæi*, ſolenniſſima cũ pompa, adequitante, *ferramentum*, ſive ferream ſoleam, dum greſſus glomerat, excuſſit, atque, quò videri, atq; evidenter notari, poſſet, in ſublime proiecit. Hîc autem excuſatio nulla præparari idonea queat, tanquam *Regii* illius *equi* ferramenta, atque ungulæ, anteà à ſtabuli magiſtro eiuſque famulis, haud fuiſſent inſpectæ, ac probè curatæ.

III.

Porca intrà regii equi umbilicum tranſit.

EIuſdem commatis eſt, quòd fama tum ſparſit, *porcam* ſubtus regium equum, *Rege*, ſive *ad Electionis*, ſive *Coronationis*, ſolennia, pergente, mediam turbam penetrantem, ſeſe inſinuâſſe, atque illâc tranſitum inveniſſe.

Io. Petri Lotichij RERUM GERMANICARUM LIBER III.

CAPUT I.

De Bohemis, Ferdinandum Regem repudiantibus.

I.

Bohemi, litteris, ad Electorem Saxoniæ datis, ægrè, ac graviter, ferunt, Ferdinandum Regem ab Electorali Collegio Francofurtum evocatum eſſe.

INtereà, dum *Ferdinandus Rex*, ab *Electoribus Francofurtum* invitatus erat, antequàm creationis in *Cæſarem* actus ille ſolenniſſimus interveniret, *Bohemi* omnibus, quod aiunt, copiis eò allaborârunt, quò coronatio impediri, priuſque controverſiæ deciſio, paciſque reductio, locum invenire, poſſet. Quòd enim facilè præſumerent, *Ferdinandũ Regem*, eò uſque etiam ab *Electoribus* in *Cæſarem* evectum, maiori vi, ac contentione, deinceps bellum, adverſus ſeſe ſemel cœptum, promoturũ, maximè verò, *Patribus Societatis* ad hoc inflammantibus, libertatem religionis ſibi, ſociiſque, intercepturum, eſſe, opportunum arbitrati ſunt, ſicubi, ſeſe maturius huic inſtanti rictui obiicientes, prætenſiones *Regis*, quibus ad regni, *Cæſareiq;* tituli, vel potius *Electoralis* ſedis, locique, occupationem, ſeſe ingerere qviret, oppugnare tentarent. Eo itaq; nomine *Cal. Iuniis* ad *Saxoniæ Electorem* dederunt: Quandoquidẽ *Ferdinandus Rex* ab *Archiepiſcopo Mogunt.* ad electionis *Cæſareæ* diætam evocatus foret, huic verò electorali ſolemnitati intereſſe ipſe haud quitus eſſet, quòd nondum in regni poſſeſſionem, & quidem quietam, perveniſſet, quòd iura *Bullæ Carolinæ* non admitterent perſonam, extrà rem, id eſt, *Regem*, abſque poſſeſſione, & quidem pacifica regni gubernatione, ſed ab *Electorali Conſiſtorio* excluderent: ea ꝓpter *Electorem Bohemiæ* Proceres reverenter interpellare, dignaretur ille, rebus ita periculosè ſeſe habentibus, conſilio, atq; operâ, ipſis ſubvenire, tum eò negotium dirigere, ne *Bohemiæ* regnum, contrà legem *Bullæ* illius *Carolinæ*, dictæ *Aureæ*, aliaſque ſanctiones, ac conſuetudines, in diſcrimen, ac præiudiciũ, vocaretur. Quibus *Saxo* iſta paucis repoſuit: Nihil ſe dubitare, quin *Elector Mogũtinus*, eorũ, quibus de hoc in negotio diſpoſuiſſet, evidentem, atque accuratam, rationem reddere ſufficeret. Quod ad petitum itaq; attineat, iſtud eiuſce ponderis, ac difficultatis, quidem eſſe, ut potius ad univerſum *Electorale* collegium, quàm ſeſe ſolum, atq; unicum, ſpectare videri queat. Ideóq; de hoc, prout foret, ad *Electores*, collegas ſuos, ſe relaturum: à quibus deinceps pro re natâ reſponſum utique eſſet expectandum.

II. Bo-

II.

Bohemi legatos Francofurtum mittunt. Qui, coram Electoribus, ſuper adventu, ac præſentiâ Ferdinandi Regis, conqueruntur.

SAxone hoc pacto in partes *Bohemorum* non deſcẽdente, facilè, erat *Bohemis* iudicare, ſicubi controverſia ſua antè coronationem *Cæſaream* minùs ventilaretur, è medioque tolleretur, deinceps, ſub naſcente graviori incẽdio, res ſuas deteriori omninò loco futuras eſſe. Qua de re operæ pretiũ viſum fuit, porrò univerſum *Electorum collegium*, dimiſſis eò certis legatis, prehendere, coronationiſq; inſtãtis inauguralem actum, quantum quidem poſſent, retardare, atque extrahere. Eo nomine *Chriſtianũ Averſpachium Berkam, Ioan. Schmiliũ de Michalovvitz,* & *Ioan. Arnoldum Adlingerum*, cum codicillis proteſtatoriis, ceu vacant, ad collegium *Electorale*, *Francofurti* congregatum, legatos ſuos, dimiſerunt. Hi iſti autem quòd mœnibus, & hoſpitio, urbis *Cæſareæ* excluderentur, *Hanoviam* deflexerunt: Undè literas *Bohemiæ Directorum*, *Electori Moguntino* inſcriptas, ſub *III. Id. Iulii* datas, ad eundem tranſmiſerunt. Argumentum illorum erat huiuſmodi: Innotuiſſe ſibi, quo pacto *Elector Moguntinus*, poſt exceſſum *Matthiæ Imp.* ad novi electionem *Cæſaris*, *Ferdinandum Regem*, juxtà *Electores* alios, *Francofurtum* invitâſſet, eo fine, ille, ut, tanquam *Rex*, atque *Elector*, *Bohemiæ*, diætæ huic inaugurali adeſſet, idque omne in medium proponere, deliberare, & concludere, vellet, quodcunque ad *Imperii* emolumentum, inſtantemq; *Cæſaris Electionem*, adeóque ſanctiones, conſtitutioneſq; *Imperiales*, neceſſarium, convenïens, atque utile, ſuperinduci quiret. Iam ſeſe nihil aliud magis in votis habere, quàm ut conditio, ac ſtatus, inpræſentiarum regni *Bohemiæ* talis eſſe ſuſtineret, qualis ille, temporibus *Maximiliani*, *Rudolphi*, aliorumq; *Bohemiæ Regum* pacificorum, tùm q̄dem extitiſſet: quò ità denique *Regem* ſuum verè, ac poſſeſſione *Regem*, regnantemque, legitimè electũ, cæteriſque à provinciis ſociis ſolenniter receptum, ad diætam illam inauguralem demiſſè comitari, ipſique ab officiis eſſe, quiti eſſent, quàm ut ſuper ipſomet quiritare opus haberent. Secundùm hæc, inprimis ſe bonâ ſpe niti, *Electorem*, ex actibus *Bohemicis*, præcipuè codicillis, antè electionem *Caroli V. Cæſaris*, conceptis, ut ex actibus aliis, denunciatoriis dictis, præcognitum habere, tametſi eo tempore *Reges* in reali *regni*, atque *Electoratus*, *Bohemiæ* poſſeſſione, conſtituti, ab omnibuſq; provinciæ ſociis unanimi conſenſu approbati, forent, nihilominùs, ſi fortè extrà regiam *Pragenſem* eos abſentivos eſſe contigiſſet, id genus *Electorales* ſive citationes, ſive invitationes, primitùs ad *Vicarium*, ac regni *Bohemiæ Officiales*, ſive *Proceres*, apud regiam *Pragam* ſeſe tenẽtes, directas, miſſiculataſq;, fuiſſe. Abindè demum *Regi*, ſive *Viennæ*, ſive *Budæ*, aulam habenti, invitatorias illas tramitti cœpiſſe. Ideóque, quò minùs ad regiam *Pragenſem* iam quoq; invitatorię iſtę directę fuiſſent, id ꝙ ſanctioni, & conſuetudini, receptæ derogaret, ſalvo iure ſuo, ſeſe ꝓteſtando intervenire. Quæ aũt requiſita cuiq; *Electorum* neceſſaria eſſent, ut ex collegio adeſſe, & electionẽ conſummare, queat, hoc è *Bulla Carolina* liquidiſſimum emergere, ut toti mundo incognitum eſſe haud quidem ſuſtineat. *Reges Bohemiæ* æquè, atque alios *Electores*, virtute regii, ac *Principatuũ* ſuorum, dignitatem, vocem, & iura Electoralia, in electione *Regis Romanorum*, obtinere, atq; exercere. *Imperii* hoc idem decreta, tàm ante, quàm poſt, *Bullæ Carolinæ* ꝓmulgationem lata, ad amuſſim confirmare: Ut ẽt in cauſſa *Ruperti Palatini ſenioris*, & ex fratre nepotis ſui, *Ruperti Palatini iunioris*, à *Carolo Quarto*, tùm *Cæſare*, *Electoribuſq;* cæteris, parem, atq; eandem, ſententiã ferri contigerit. Tametſi .n. *Rupertus* hic *Iunior*, ratione, primogenituræ, *Patruo* ſuo, de iure prævaleret, nihilominùs tamen, ꝙ ille, *Rupertus Senior* ſc. in poſſeſſione, ac dignitate, *Electoratus* (ſuper quo vox, & electio, *Comitatus Palatini* fundata eſt) conſtitutus foret, illi, tametſi primogenituræ iuribus priori, præferri cœpit. Adde, ꝙ in recentiori memoria verſetur, vel hoc quoq; ſive decretũ, ſive præiudicium, quo *Io. Palatinus Rheni*, & *Dux Bipontinus*, *Patruo* ſuo, *Philippo Ludovico*, *Palatino Neoburgico*, eadem ratione, ob acquiſitã realem poſſeſſionẽ, ac dignitatem, adminiſtrationis *Electoralis*, de ſententia *Rudolphi Imp. Electoris* ipſiuſmet *Moguntini*, huius, cæterorumq; *Septemvirorum*, prælatus eſt. Id genus exempla in *Archiepiſcopatibus*, *Epiſcopatibuſq;*, cæteriſq; *Electoratibus Imp.* complura ſuppetere, atque hanc in arenã ꝓduci poſſe, q̃bus oppidò evincere liceat, controverſias, atque exercitia iuriũ Electoralium, tantũ iuxtà verã, ac realem, poſſeſſionem, præeminere, ac præferri oportere. Eadem ſub cauſa *Ioan. Comitem Lücenburgenſem*, tanq̃ verum *Regẽ Bohemiæ*, tempore electionis *Ludovici Bavari, Imper.* præ *Henrico, Carinthiæ Duce*, ad *Electorale* collegiũ admiſſum eſſe, tametſi hic in *Regẽ Bohemiæ* tantum non renunciatus & coronatus: ſed ẽt reali regni, cum unanimi *Procerũ* conſenſu, poſſeſſione aliquot annis, uſus, eſſet, tùm tẽporis v. tàm regno, q̃ poſſeſſione, excluderetur. E quibus dilucèſceret, iura illa *Electoralia* non eſſe ꝑſonalia, ſive ad ꝑſonam, coronationẽq;, reſtricta, ſed eſſe merè realia, id eſt, à poſſeſſione, dignitate, ipſaque regni, & vera, gubernatione, inſeparabili nexu depẽdentia, tamq; firmiſſimis vinculis aſtricta, ut, ſalvis fundamentalibus *Imp.* legib⁹, extrà verã, ac realem, poſſeſſionẽ, illis nemo uti frui poſſit. Illis, ſuperpondii vice, accedere, iura illa *Electoralia Bohemica*, extrà ordinẽ, ꝓprie *Proceribus* eſſe collata, ꝓut donationibus, aliiſq; indultis *Cæſarum* confirmatoriis, doceri liceat, uſq; eò, ut in caſu *Regis Bohemiæ*, adhuc minorennis (quo tẽpore hæredi iuribus *Electoralibus* uti interdictum ſit) adminiſtratio, gubernatioq;, regni, nõ ad agnatos proximos, ſed ad Proceres regni tantùm, devoluta fuerit.

Atq; hoc ipſum vel oppidò doceri poſſe ex actu *Electionis Caroli V. Imp.* illius. Tum .n. tametſi *Sigiſm. Rex Poloniæ*, utiq; agnatus, & Patruus, *Ludovici Regis Bohemiæ*, adminiſtrationẽ, titulumq; regni *Bohemiæ*, ſub controverſiã vocâſſet, nihilominùs regni *Boh.* *Legatũ*, tã *Procerũ*, q̃ *Regis* iunioris, nomine, & poteſtate ampliſſima, miſſum, à *Collegio Electorali* ad omnes actus *Electionis* admiſſum eſſe, eâ de cauſſâ, ꝙ defectũ, reſpectu *Regis* adoleſcentis, & minorennis, interventu *Procerum*, adimpleri contigiſſet.

Iam verò omnibus, proh dolor! tàm notũ eſſe, q̃ notiſſimum, quibus periculorum, perſecutionũque procellis, ac fluctibus, res inpræſentiarum *Bohemiæ* regni, coniunctarumq; *Provinciarum*, agitentur, tum per univerſi *Imperii* limites haud ignorari, *Ferdinandum Regem* ad verã, realemq;, regni poſſeſ-

ſionem, nunq̃ perveniſſe, tantùm abeſt, ut commoda, neceſſitatemq; regni pẽſi habuerit, ut potiùs contrà requiſita, ac pacta, regiæ, ceu vocat, capitulationis, manifeſtè deliquerit: Quo nomine, vigore *Bullæ Carolinæ*, *Electionẽ*, abſq; reali Electoratus poſſeſſione, nõ admittentis, excludendus utiq; ſit. Has ob cauſſas, ſanè graviſſimas, citrà *Imperii* leges, atq; obſervantiã, iuraq; regni *Bohemiæ*, modò uſuvenire velle, ut *Iura Electoralia Bohemica*, à poſſeſſione, & realitate, diſiungi, tantumq; ad perſonam, ſive nudas creationis ceremonias, novo exẽplo reſtringi, debeant. Eo igitur pacto non tantũ *Bullæ Carolinæ*, ſed *Iuribus*, ac *Decretis*, Collegii *Electoralis*, antiquiſq; conſuetudinibus, vim velut afferri, multumq; derogari, ut ẽt *Bohemiæ Proceribus* Ius ſpeciale, & quæſitum, tàm quà actus *Electionis*, q̃ ſucceſſionis, intercipiatur. Quippe ſic privilegium, ac libertatẽ, ſupplendorum defectuum, in puncto inhabilitatis, ſibi negari, tùm uſum, atq; adminiſtrationem, *Iurium Electoralium* pręcidi, contraq; conſenſum, ac voluntatẽ, ſuam, ad *Ferdinandum Regẽ* devolvi, utiq; quo cum, ꝓpter crudeles eius in *Regnum Boh.* factas incurſiones, depopulationeſq;, ſibi minimè hac tempeſtate conveniat. Iret potiùs *Rex*, regnumq; à milite, atq; iniuriis, aſſereret, ſi modò *Iuribus Electoralibus*, conſentientibus *Proceribus*, gaudere vellet.

Proindè, iuramenti, ac conſcientiæ, memores, quibus patriæ addicti forent *Proceres*, intermittere haud debuiſſe, quin *Electori* datâ operâ ꝓlixiuſculè rem omnem, ꝓut eſſet, remonſtrarent, ẽt atque ẽt rogantes, ut, intuitu præiudiciorum, nullitatumq; notabilium, hæc omnia cum collegis *Septemviris* ruminaret, immò ꝓvideret, quò diæta *Electionis*, iã literis intimata, uſque dùm pacis reſtitutio, ſediſq; *Electoratus Bohemici* redintegratio, præceſſiſſet, tantiſper extraheretur. Hoc ad deſideriũ, magni momenti loco, acceſſurum eſſe, ſicubi *Electores, Imperiique Vicarii*, cæterique *Principes*, minùs ſuſpecti, pro ſumma autoritate ſua, hoc agerẽt, ut interpoſitione eorũ laudatiſſimâ, *Electoratus Bohemicus*, cum *Proceribus*, ac ſubditis, ab imminenti iugo, ac ſervitute, vindicari, privilegiis, iuribus, indultis, ac conſuetudinibus, inprimis quæſitæ, & obtentæ, *Religionis* libertate, quietè, ac pacificè, conſtanterq; uti, frui, evaleant. Hanc eſſe viam, qua ad *Electionẽ* ire facilè, ac, ſine contradictione, proclive eſſet. Hoc remedium unicum requiri, quo flagrans iſtud per *Imperium*, funeſtumq;, incendium extingui ſatagat.

Ut ut autem *Electioni* præfixus, & pręſcriptus, revocari nequeat, terminus, ſeſe, vigore *Bullæ* illius *Carolinæ*, allegatorũmq; privilegiorum, rectà intercedere, vellet *Elector* rectius *Bohemiæ Proceres* ad *Electionis* inſtantis diætam literis invitare, neve maiori contradictioni, proteſtationique, feneſtram aperire.

III.

Moguntinus paucis reſpondet ad interpellationem Bohemorum.

QUibus illis paucis repoſuit *Mogunt.* ſeſe, vigore illius *Bullæ Carolinæ*, veteriſq; conſuetudinis, *Regem*, requiſitis, ac ſolenniſſimis, cum ceremoniis, publicè electum, coronatum, inveſtitumque, ſicut loquuntur, cui utique *Proceres* iuramentum præſtitiſſent, quemq; *Electores* ſuſcepiſſent, ad indictæ *Electionis* diætam literis evocâſſe, atq; hoc, quicquid eſt, coràm DEO, omnibuſq;, quorũ intereſſet, tueri tàm velle, q̃ poſſe. *Bohemiæ* regni miſerabilem ſtatũ, nunq̃ ſeſe non invito, ægroq;, animo cognoviſſe, ut ẽt ergà eos, qui indignè hac in parte gravarentur, Chriſtianæ mentis condolentiã afficiatur. Quicquid igitur, ꝓ compoſitione huius controverſiæ, ac mali, ipſe facere, ac cooperari, poſſit, nihil quicq̃ in ſe deſiderari paſſurũ eſſe. *Ferdin. Regis* animũ, moreſq;, ita ſibi eſſe pſpectos, ut certò ſciat, modò ipſi pacis eſſet cupidi, debitæq; ergà eũ obedientiæ non ꝓrſus immemores, illum ad defenſionẽ privilegiorum, ſemel conceſſorum, nihil reliqui facturũ. Suſpenſionem v. *Electionis* diætæ ꝗ attineret, atque ut, *Rege* præterito, *Proceres Bohemiæ* ad hoc ſolemniſſimum *Imp.* negotiũ potiùs literis invitare debuerit, hoc ipſum petitum ita quidẽ comparatũ eſſe, ut ipſe nedùm ſatisfacere, nedùm ad id reſpondere, quitus eſſet. Imò ſub vereri quoq;, ſicubi hæc *Ferdinando Regi* innoteſcant, futurum, ut pacis tranſactionem demorari, ac magis conturbare, compꝛriantur.

IV.

Bohemorum legati, ſuper electione Ferdinandi, proteſtantur.

HAc *Mogunt.* declaratione cùm legatis *Bohemorũ* nullaten⁹ ſatisfieret, ad *Directores*, ac *Proceres*, regni, de omnibus ꝑ litteras illi retulerunt. *Proceres* igitur, nihil morati, ad univerſum *Electorale* collegium, literas, ſuper privilegiis, exceptionibus, ac gravaminibus, ſuis, ꝓlixè extẽſas, dederunt. Quas ordine recitare velle, cũ eiuſdẽ cum ſuperiorib. legatorũ obiectionibus ſint argumẽti, extrà huius operis inſtitutum futurũ ſit. Quòd igitur neq; huic ẽt deductioni *Bohem.* faveret eminentiſſimus *Imp. Septemvir. Senatus*, reb⁹, ad *Electionẽ Cæſaris* neceſſariis, nihilominùs magna cũ diligentia, ac cõtentione, ad effectum ſpectãtibus, operã, & ſudorem, ꝑdidiſſe, rati, ad ſuos redire legati decreverunt. Interim, iter retrò ingreſſi, è *Marpurgo Heſſorũ* codicillos, ꝓteſtationis, ut vocant, plenos, *V. Cal. Sept.* ad *Senatũ Electoralẽ*, *Francofurtũ* emiſerunt: quorum iſta ferè erãt contenta. Tametſi ſub optimâ ſpe exſpectâſſent, deſiderio ſuo, iuſtæq; petitioni, ꝑ *Electorẽ Mogunt.* in ipſo ſolicitationis limine, ſibi ſatisfactum iri, tùm v. litteris, à *Bohemiæ Procerib.* ad *Electorale Collegiũ* ſuꝑvenientibus, locum futurum eſſe, ne ſibi ulterior quiritandi, ꝓteſtandiq;, occaſio aperiretur, nihilominùs, nõ ſine iuſto animi dolore, cognitum ſibi eſſe, hactenus ne quidẽ convenienti reſponſo ſe dignatos, ut ẽt in manifeſtum iurium regni *Boh.* præiudicium, *Bullæq; Carolinæ*, atque conſuetudinis veteris, derogationẽ, omnia tendere videantur. Quæ cùm oĩa de facto, ut aiunt, ꝑagantur, ipſoque Iure manifeſtæ nullitatis cõvinci poſſint, ſeſe inpræſentiarũ, remedio alio non apparente, cũ expreſſâ *Boh. Procerũ* reſervatione, omniumque tã divini, q̃ humani, iuris beneficiorum exceptione, in medio relinquere. Interim tñ, ut tàm mandatis, quibus inſtructi eſſent, q̃ patrię legibus, quibus obligarentur, obſecundarent, teneri ſe ad id, ut, remediis aliis fatiſcentibus, iura, privilegiaque, *Boh. Procerũ* aſſerant, inprimis, in optima Iuris forma, id genus actib⁹, in ſummũ ſuorum pręiudicium vergẽtibus, ſolenniter contradicant, deſuꝑ cõceptiſſimis verbis ꝓteſtantes, ſuorumque, quà *Electionẽ Cæſaris*, ius *Electorale*, quæſitum, omni meliori modo vindicãtes, ac tuẽtes. Quo nomine, cũ non motu, aut caſu, aliquo fortuito, hãc ad neceſſitatẽ, quæ ſibi eſſet impoſita, adigantur, cõfidere ob id, fore, ut *Senatus Electoralis* ſe, tanq̃ legatos, & miniſtros, excuſatos habere patiatur, utique, q̃

patriæ

patriæ leges, mandatorumque fines, hoc pacto tráſgreſſi haud forent. Scriptum, ſive reſponſum, ab *Electoribus* ad regni *Proceres* ſibi datum, & cõmiſſum, ità conſignatum, ſartum tectumq;, ad dominos ſuos ſeſe quidem bonâ fide perlaturos; Nihilominùs, dùm ipſi quoq; nullo reſponſo condigni habeantur, quomodocunq; id ſolicitarint, hoc ipſum eſſe, qp concoquere non ſuſtineant. Siquidem igitur reipſa intelligant, ſibi modò nõ in limine, ſed deinceps, & iã magis magiſq;, aditum intercludi, expectationẽ omnẽ præconceptã præcidi, eoq; pacto ad ſcopum illũ ſuũ, cuius gratiâ à tàm præcipuo regno, tanq̃ prænobili *Imp.* mẽbro, forent ablegati, ſe collimare haud poſſe, omnibus ẽt uſq; adeò, ut audiri, ad deliberationes, deciſioneſq;, *Electionis Cæſareæ*, admitti queant, mediis, remediiſq;, omninò interceptis, atq; è medio ſublatis: ea propter ſtare ſententiam, ab harum literarum inſinuatione, ut ẽt præmiſſis illis *Interpoſitionis*, *Appellationis*, *Procurationis*, & *Proteſtationis*, à ſe ordine allatis, atq; pductis, actibus, vela pandere, domumque recurrere, adeóq; *Proceres* ſuos, ſup rebus omnibus erudire, velle. Atq; hoc ipſum eſſe, quòd *Senatui Electorali*, antè abitum, notum, teſtatumq, prius facere, conſultum viſum eſſet. Iam ſe denique inſtanter non poſſe non deprecari, *Electores* hoc agerent, atq; amantiſſimæ illius patriæ ſuæ res, periculi plenas, exceptiones graviſſimas, ad animum admitterent, imò ſuper eo deliberarẽt, quo pacto prænobilis illius *Imperii* membri iura, iuxtà vigorem *Bullæ Carolinæ*, inviolata conſervari, *Proceres*, adverſus privilegia quæſita, atq; in uſum ducta, ne quidẽ onerari, imò verò vice verſâ omnia iſta, quæcunq; ad *Imperii* dignitatẽ, pacis, concordiæ, ac bonæ fidei, *Bullæq; Carolinæ*, & uniuſcuiuſcunq; libertatis, atq; immunitatis, revocationem, reſtaurationemq;, requiri videbuntur, omni operâ, atque diligentiâ, reducerentur.

V.

Electorum, pro pacis compoſitione, propoſitiones, Bohemis tranſcriptæ.

PAulò antè mentio facta eſt litterarum, ſive reſpõſi, qp *Electores Eccleſiaſtici* tres, accedente *ſecularium Electorum* Legatorum calculo, ad *Bohemiæ Proceres* dirigere cœperunt. Illud autem fuit huiuſmodi. Siquidem *Electores* hactenus ſub ſpe fuiſſent, motus iſtos, atq; inteſtina regni *Bohemiæ* incẽdia bellica, iam pridem ſuſcitata, ſicubi non omninò, ac prorſus, componi, aut tolli, poſſint, ad minimum vel eò uſq; leniri potuiſſe, ut, abſq; gravioris periculi metu, ad pacem contendere, ac collimare, liceat, præſertim, cùm iam abhinc interpoſitiones ampliſſimorum aliquot *Imp. Electorum* locum invenerint: nihiloſeciùs ſingulari animi cũ ægritudine ſibi illud accidiſſe, quod intelligerent, famâ voto orbe percrebeſcente, etiam in dies furores iſtos bellicos augmenta, ac robur, ſumere, ut, niſi tantæ calamitati in tempore medicina adhibeatur, totius *Bohemiæ* regni exitium, ac deſolatio, iuxtaq; *Imperii* univerſi conquaſſatio, expectanda ſit. Cùm igitur ſibi, tanquam ſuper electione novi *Cæſaris*, & capitis, congregatis, ex lege officii, tàm à *DEO Opt. Max.* quàm hominibus, impoſiti, incumbat, ut turbis iſtis periculoſiſſimis, ne ulteriùs progrediantur, tempeſtivum remedium adhibeant, hocq;, tanquam *Septemviri*, atque *Imperii* fulcra, provideant, quo pacto *Imperium* cum mẽbris ſuis in gratiã redire, omneq; incommodũ lõgiſſimè arceri, ſuſtineat: Proindè ſeſe omnes eò unanimi cõtentione collimare, ſerióq; hanc litẽ, hãc atrocẽ cõtroverſiã, cõponere, ac decidere, velle, quò tandẽ ſub *Matthia Cæſare* inchoata, jam ſub *Ferdinando Rege* cum *Proceribus* regni *Bohemiæ* aucta, diſſenſio, atque hoſtilitas, remediis æquis, & decentibus, curari, atque ad ſanitatem priſtinam reduci, queat. Hanc in rem, finẽque ſalutarem, requirere, vellent *Bohemiæ Ordines*, ad *IV. Id. Sextiles*, *Ratubonæ* præſtò eſſe, ſuæque, *Electorum* nimir. interpoſitionis inſtantis fructum expectare, atque excipere. Sub ſpe optimâ, futurum, ut hæc conciliationis mutuæ ratio, ac via, illis haud quidem diſplicere queat, ut potiùs animati ſint, omnes remoras, atque obſtacula, quantacunque, intereà removere, quò abſque ulteriori difficultate, ad ſcopum exoptatæ, præſpeculatæque, reconciliationis pervenire liceat.

VI.

Ferdinandus Rex, media compoſitionis, ab Electoribus propoſita, admittit. Bohemi verò inſuper habent.

HÆc ab *Electoribus* propoſita, compoſitionis, reconciliationiſq;, media, *Ferdinandus Rex* lubens admiſit, rataque habuit, ut dicto tempore ſi ipſe *Ratiſbonæ* eſſe nequiret, legatos tamen, poteſtate pleniſſimâ inſtructos, eò mitteret, ne quid res, ſaluſq; publica, detrimenti pateretur. Quæ *Regis* optima voluntas *Bohemis* itidẽ reſcripto *Electorum* ſignificari cœpit, adjectis etiam adhortantibus verbis, conſilia ſua eò dirigerent, *Bohemi*, mediaq; neceſſariæ interpoſitionis illa arriperent, ne, illis excluſis, in graviores labyrinthos incurrerent, undè ſe tandẽ extricare nefas eſſet. Quid verò *Bohemi*? Illi, cognitum habentes, res, atq; prætenſiones, ſuas nequidẽ, antè *Electionis* ſolennia, locũ, cõpoſitionemq; invẽturas, tùm verò *Imperatore* novo, recèns creato, difficiliùs ſeſe id, qp intendebant, aſſecuturos, eſſe, concilio *Pragæ* coacto, res novas agitare, adeóq; propoſitionem, pro pace invenienda, ab *Electoribus* ſcripto comprehenſam, tranſmiſſamq;, inſuper habere, cœperunt, uſq; eò ut ne quidem *Electoribus* reſponſo, ad poſtulata illa, obviàm ire, vel aures præbere, dignati fuerint.

VII.

Ferdinandi Cæſ. ad Bohemorum objectiones reſponſum.

INtereà neque ſic *Ferdinandus Rex*, ad objectiones *Bohemorum*, contradictioneſq;, ſilentiarium egit, ut non omnes, ac ſingulas, confutârit. Poſteaquàm n. jam in *Cæſarẽ* evectus eſſet, prolixâ exegeſei, atq; deductione, tùm motus inteſtinos à *Bohemis* excitatos, tùm egregiam, ac paternam, ergà ſubditos illius regni ſuos voluntatẽ, quin etiam *iura regia*, quibus in *Regem* electus, deſignatus, inauguratuſq; atque, ut vocant, ſolenniſſimè inveſtitus, tùm ab *Electorali Collegio* etiam *Francofurtum* evocatus, eſſet, publicare, ac tueri, cœpit.

Atq; inter id genus cætera multa, quantũ ad *Bohemorum* contraventionẽ attinet, quâ obtinere conatur, intimationem, prout vocant, quâ *Bohemiæ Rex*, atq; *Elector*, ad *Electionis* ſolennia, à *Moguntino*, *Imperii Archicancellario*, *Francofurtum* evocatur, debuiſſe *Pragam*, non quidem *Viennam* expediri, prout, antè ſeculum, tempore *Ludovici Regis*, uſuveniſſet. Ad hoc

reſcripſit *Imperator*, & *Rex*, *Ferdinandus*, *Moguntini legatos Anno M.D.XIX. Pragam*, cum invitationis mandatis, veniſſe. Vbi autem *Regem*, tùm abſentivum, eſſe, cognoviſſent, proteſtatos quidem civiliter eſſe, ſeſe non teneri de jure extrà regnum ad *Regem* abſentem hac in cauſa excurrere, interim, honoris ergò, benevolentiæque *Electoris* ſui in *Regem* conteſtandæ, minùs verò conſequentiæ inferendę igitur, ſeſe paratos eſſe etiam ulteriùs ad *Regẽ* ipſum pergere. Cùm igitur tùm licuerit *Moguntino* legatos, etiã extrà *Bohemiæ* regnum, *Budam* uſque emittere, quid obſtet, quò minùs etiam vel hoc tempore *Viennam* expedire poſſit. Vt de eo parum aſpergatur, diverſiſſimam hac tempeſtate regni *Bohemiæ* eſſe conditionem ab illa, quæ tùm erat. Vt ut enim *Moguntinus Pragam*, ſuos emiſiſſet, apud quos potiſſimum prædictam intimationem peragere potuiſſet, rebus omnibus inteſtinis motibus, ac diſſidiis, conturbatis, confuſiſque. Ergò ne legati profecti eſſent ad ſeditioſos illos *Bohemiæ Directores*, qui ceu propria autoritate faſces regni invaſiſſent? Certè, ad regni *Vicarium*, cũ mandatis invitatoriis, pergere ne potuiſſent quidem, poteſtate, atque autoritate, eorum, per refractorios, furioſoſque iſtos regni uſurpatores, ſive *Directores*, prorſus abrogatâ, abolitaque. Quòd ſi verò maximè ad ſeditioſos iſtos *Proceres* invitatoriæ literæ perveniſſent, ecquis exiſtimare poſſit, iſtos hanc intimationem non potiùs ſupprimere, quàm ad *Regem* ſuum, exemplo *Procerum*, tempore *Ludovici Regis*, facientium, trãſmittere, voluiſſe, cũ omnia aliâs jam tùm autoritati regię è diametro adverſa, ac pugnantia, etentarint. Quòd ad poſſeſſionis articulum facit, quem è *Bulla Carolina*, aliisquid genus privilegiis, quàm maximâ contentione poſſunt, urgent *Directores*: primùm ex ipſamet, *Bulla Carolina*, dicta *Aurea*, refulgere, eum ad regni nimir. electionem, citrà contradictionẽ, admittendum eſſe, qui quidem ordinarius hęres, ac ſucceſſor exiſtat. Iam a. evidens, & liquidum eſt, *Bohemos Ferdinandum Regẽ*, tanquam ordinariũ ſucceſſorem, utiq; *Regis Ferdinandi, Annæq; reginæ*, nepotem, in *Regẽ* elegiſſe, declarâſſe, atq; publicâſſe, in diæta tùm Provinciali Ordinibus *Bohemiæ*, ipſiſq; iſtis *Directoribus* magnò numero congregatis, ac decreto facto ſubſcribentibus. Antequam igitur inauguratio perageretur, à *Burggravio ſuperiori*, de more, *Ordines* interrogatos eſſe publicis verbis, *Ferdinandumne Archiducẽ* pro *Rege* ſuo agnoſcerent, eidemq; fidelitatẽ, obedientiã, atq; ſubjectionem, præſtare animati forent, illumq; porrò in *Regẽ* inaugurare, vellent. Illis unanimi acclamatione, velle ſe reſpõdentibus, ilicet tàm coronationis, quàm homagij præſtiti, ſolennia inſecuta eſſe. Quî igitur, quove colore, jam poſtliminiò *Regẽ* ſuum electum, unctum, & ſub juramento ſuſceptum, confirmatumq;, ab *Electionis* actibus excluſum cuperent?

Secundùm hæc, Privilegia, jura *Electoralia*, *Pincernæq; Imperii*, propria eſſe *Bohemiæ Regum*, ipſorumq; hæredum. Prout è privilegio *Rudolphi. I.* quod à *Carolo IV. Electorumq; Senatu*, confirmari cœpit, diluceſcit. Iam a. *Ferdinandus Rex*, tanquam legitimus hæres, atq; ſucceſſor, ſine contradictione *in Regẽ* receptus eſt. Quo pacto igitur jus *Electionis* ipſi denegari poſſit? Illis conſectariũ eſt, ꝙ, *Anno M.CCCC. LXXIX.* cũ *Vladislao Rege*, omnibuſq; eius hæredibus & regni ſucceſſoribus, à *Bertholdo*, *Moguntino*, *Hermanno*, *Colonienſi*, & *Ioanne*, *Treverano*, *Archiepiſcopis*, itemque *Philippo*, *Palatino*, *Friderico*, *Saxone*, & *Ioanne*, *Marchione Brandeburgico*, *Electoribus*, tàm pro ſeſe, quàm poſteritate, ſua, ſcripto interveniente, pactũ, conventumq;, eſt, ſub pœnâ quingentarum, auri marcarum factâ obligatione, ac depoſito, ut, ſi cõtingat *Bohemiæ Regem ad Electionis* negotiũ haud invitari, neq; ipſi illi *Electores*, quantumvis vocati, etiam cõparere velint, nedũ teneantur, ut neq; ſic in contrarium ullũ proſtet exẽplum, quo probari poſſit, extrà *Regẽ* ipſum, quemcunq; alium ad *Electionẽ* evocari contigiſſe. Accedit, ꝙ, p̃ſtito juramento, apprehenſio, ſive aditio, poſſeſſionis territorij, &c, jurium territorialiũ omniũ, demonſtratur. Iã verò, ſicut p̃miſſum eſt, juxtà actum coronationis, etiam *Regi*, tãquã ordinario domino, omnis honor, ſubmiſſioque debita, exhiberi cœpit. Idq; tantùm abeſt, ut duntaxat antè motus iſtos *Bohemicos* factum, ut etiã medio ſub turbarũ, ac ſeditionis iſtius, æſtu idẽ obſervatum ſit: litteris *Bohemiæ Ordinum*, etiam tẽporibus *Matthiæ Imp. Viennã* emiſſis, atq; extantibus, quib⁹, ſub ipſo tumultuationis augmento, vel ipſi *Directores* iſti *Ferdinandum*, *Vngariæ*, ac *Bohemiæ Regem*, *Dominumq; Clemẽtiſſimum*, appellitare, ſubditorũq; more, ſubſcribere, nihil dubitarunt. Quâ ratione, quove colore, jam, poſt principia titulos, honoreſque, debitos, & regios, ſibi denegarent? Qvartò, pro confirmatione regiæ dignitatis ejuſce, vel illud facit, collectas regias, coronæq; proprias, quales utiq; ſoli *Regi* conceduntur, ſibi quoq;, cõſenſu *Ordinum*, erogatas, tributaſq; eſſe: regij regiminis exercitiũ, uſq; ad *Matthiæ Cæſ.* exceſſum, in ſuſpenſo quidẽ fuiſſe, ſed illicò ab ejus exceſſu locũ habuiſſe. Ab *Imp. Matthiæ* obitu inveſtiturã, prout vocãt, tã *Regni*, quã *Electoratus*, itemq; exercendi illius juris poteſtatem, legitimè ſibi collatã eſſe. Vt ipſe deniq; *Imp.* & *Rex Ferdinandus* ab exceſſu *Matthiæ Cæſ.* tantùm ad privilegiorum *Bohemiæ* confirmationẽ, quàm juſto ac debito, tempore expeditam, *Burggravio ſuperiori* emiſiſſet, obligatus fuerit. Eſto nunc, ſubditos eſſe ſeditioſos, ac rebelles, per fidem! illud nequicquã *Electori*, quà officium, quà jura *Electoralia*, ipſamque poſſeſſionẽ, derogare ſufficit. Sicut n. nihil *Matthiæ Cæſ.* in eo vel dignitatis, vel juriũ, deceſſit, ꝙ *Bohemi* contrà eum inſurgerent, vultuſq; efferatos elevarent: pariterq; & ſibi parum, nihilq; obeſſe poſſe, *Bohemos*, hactenus contrà ſeſe tàm in armis, quàm actionib⁹ reliquis refractariis, ſeſe de facto oppoſuiſſe. Quòd ſi maximè conſtet, *Bohemos* unquã *Regi*, *Electoriq;*, *Bohemiæ*, contraveniſſe, ejuſdemq; juribus refragatos fuiſſe, illud ipſum eſſe, ꝙ magis legitima animadverſione, ac pœna, quã imitatione, aut laude, condignũ audiat. Sicubi igitur, ob ipſorum malitiam, contumaciæq; labẽ, inſuper habitis tot graviſſimis *Regis* ſui exhortationibus, contingat regionẽ patriam variis diſcriminib⁹ exponi, certè, in ipſos cudendã, ut ajunt, eſſe fabam, damnumq; accerſitũ, admiſſumq; iſtorũ furori, ac libidini, deberi. Quintò, notorium eſſe, complures eſſe, è *Bohemis*, tàm *Catholicos*, quàm *ſub utraq;* dictos, qui quidẽ minis ſuppliciiſq; propoſitis, omni vi, atq; injuria, ad comunem rebellionem, rabiemq; adigantur, quam ut ultrò in id genus furias abripi eos accidat. Illis ſeſe de induſtria providere, novumq; militẽ cogere, ſicut, etiam certo, humaniſſimoq;, reſcripto ſignificare, conſiderent modò, ac reliquorum ſeditioſorum mania-

maniacis conſiliis haud miſcerentur, fore, ut eorum decens, honeſtaque, tùm ratio, tùm vindicatio, habeatur. Sextò, quò etiã exẽplis à *Directoribus* magna cum confidẽtia ſuperinductis, ritè occurratur, præſciendum inprimis eſſe, exempla iſta, ſi penitus inſpiciantur, ſatis frigida, eſſe, minusq; hunc ad locũ quadrare. Quis n. neſcit, controverſias illas, quibus de agitur, inter *Principes*, atque agnatos, neutiquam verò inter *Regẽ*, ſive dominum, ac ſubditos, extitiſſe. Totum n. *Bullæ Carolinæ* ſive ſyſtema, ſive legem, ordinemq; à *Carolo IV.* ſancitum, eò collimare, ut diſſenſiones, atq; diffidia, inter *Electores*, ac *Principes*, minimè autem inter *Principes*, ac ſubditos, deciderentur. Inſtituto itaq; *Caroli* fundatoris è diametro repugnare, ſi ea, quæ ad cõtroverſias *Electorum* pertineant, ad ſubditos, aliumq; ſenſum detorqueatur.

Septimò deniq; erudiendos *Bohemos* eſſe, miſſiculationem legatorum, tẽpore *Ludovici Imp.* factã, tantùm à *Rege*, utiq; qui ſolus, atq; unicus, ad *Electionem* eſſet vocatus, proceſſiſſe. Vt etiã à *Rege* litteras ſalvi conductus attulerint, quorũ intuitu (ſicuti ex literarum, ſacrarum, ſive honorariarum, ut vocant, à *Rege* acceptarum) apud collegium *Electorale* admiſſi ſint. Tametſi verò tùm tẽporis legati, pariter ab *Ordinibus Bohemiæ* literas, ſuper poteſtate plenariâ exaratas, exhibuerint, nihilominùs exactis, atq; adverſariis, *Electoralibus*, liquere, illas (literas), tanquã ſuper controverſia, à *Sigiſmundo, Rege Bohemiæ*, in cauſa proximi *Agnati*, ac *Tutoris*, contrà *Regem*, atq, *Ordines*, mota, attendendas eſſe. Sicut è legatorũ, utrinque tùm productis, diſceptationibus, probari, queat. Accedente a. illorum eâdem in *Electionis* diæta (legatorum) conciliatione, tùm demum, vigore actorum, *Vratislaum, Baronem de Sternberg*, tanquã primarium *Regis* legatum, ad *Electionis* ſolennitatẽ, admitti cœpiſſe. Proindè, à caſu heterogeneo, ac ſingulari, diverſiſſimaq; prorſus in cauſa excitato, in præjudicium, ac derogationem *Regis*, concludi, inferriq; neq; poſſe, neq; debere. Quis n. non intelligit, rem cum *Ferdinando Rege* longè ſecus habere, &, quòd haud minorennis exiſtat, &, quod aliæ difficultates obſtent nullæ, imò ipſemet, tanquàm perſona requiſita, ac principalis, præſens adſit?

Hæc nunc, atq; id genus alia, à *Bohemis*, in contẽptum tàm *Regis*, quã *Electoralis Senatus*, in medium producta objecta, itemq; provocationes, proteſtationeſq;, ſiquidem manifeſtiſſimè pugnent cum juribus regni fundamentalibꝰ, ipſius *Regis* electione, coronatione, atq; inveſtitura, utique legatos iſtos obreptitios, cauſam ſatis urgentem habuiſſe nullã, quã ob ſeſe tàm *Regi* ſuo, quàm *Septemviris Imperii*, opponerent, adeóq;, ſuper privilegiis, ac Iuribus, ſibi denegatis, magnâ voce quiritarent. Vſque adeò *Directores* ſolos eſſe, qui magnâ cum contumacia, & furore, in *Regem*, & *Magiſtratum*, ſuum inſurgant, ut reliqui *Ordines Catholici*, multiq; etiam *ſub VTRAQVE* dicti, furioſa id genus conſilia, haudquaquàm amplectantur, ut etiam iccircò totius regni, regiæque, ratio, ab iſtius farinæ rebellibus, petenda non ſit. Atq; hoc ipſo nomine ſole meridiano clariorem eſſe iſtorum proterviam. Qui quidem aſtutè, at ſubdolè, cauſſentur, tanquàm omnes, & ſinguli, res nimir. *Bohemiæ Ordines*, importunæ iſti legationi, ſubſcripſiſſent, cùm partim *Catholici Ordines* reipſa diverſum ſentiãt, partim ex *Ordinibus ſub VTRAQVE* multi etiam exploratæ fidei, ac conſtantiæ, homines, diſcrepare, potiuſque vi, quàm induſtria, eò compelli, comperiantur.

VIII.

Bohemorum, cum Moravis, Sileſiis. &c. arctior Confœderatio.

QVòd igitur *Bohemi*, *Electorum Imperii* ſuper pacis introductione, ſuſq; deque habitâ propoſitione, interim *Pragæ, X. Cal. Auguſti*, concilium coegiſſent, ꝙ uſque ad *IV. Cal. Septembres*, duravit, jam tùm illis unica cura fuit, quo pacto cum *Moraviæ, Sileſiæ, Luſatiæ, Auſtriæq;*, ſub, & infrà *Anaſum*, legatis, ſufficienti cum inſtructione, ac poteſtate, advolãtibus, arctiorem mutuæ confœderationis rationẽ, legemque, inire, ſancireque, poſſent.

Rationes itaq;, quibus ſeſe mutuò ad novum, arctiuſq; hoc fœdus comaſcularent, fuẽre inſequẽtes. Poſteaquàm cõjunctã operâ diligenter ad animos revocaſſent, quo pacto ſuperioribus annis, cũ regni *Bohemiæ Proceres*, ad inſtantiã, & rogationẽ *Rodolphi Imperatoris, Matthiam Archiducẽ* primum in *Regem* & dominum ſuum, elegiſſent, coronâſſentq;, eo tempore, inter cætera, ut cum *Vngariæ, Auſtriæq;*, *Ordinibus* in fœdera coirent, ab *Imperatore* ſibi permiſſum eſſet: nullum alium in finem, niſi ut quæq; Provincia *Religionis* exercitio, ac libertate, uti frui, tũ *Deo*, & *Magiſtratui*, ſub pacis præſidio, inſervire ſatageret. Secundũ hæc, ſuperveniſſe homines malignos, invidoſq;, utiq; quorum labor eſſet *Magiſtratum* in ſubditos, provinciarumq; indigenas, irritare, qui quidem privilegia acquiſita corrupiſſent, litium, ac diſcordiarum ſemina ſparſiſſent, ad ſummã, non tã ſubditos, quã dominos, magno cum periculo in inextricabiles meandros, cruentaſq; difficultates præcipitaſſent. Paulò poſt rem eò deveniſſe, ut *Rex* ipſe *Proceribus* indulſerit, indictâ diætâ *Provinciarum* generali, præmemoratã confœderationem mutuã in effectum deducere. Sed eos ipſos peſſimę notę, malæq; mentis, homines, atq; inter iſtos, quoſdã è *Cõſiliariis Catholicis*, machinis, obreptionibuſq;, ſuis, tantùm non commemoratã confœderationẽ impediiſſe, ſed in ipſa diæta provinciali, contrà expreſsũ *Regis* indultum, manifeſtorũ hoſtiũ vultus induiſſe, omnem regiã poteſtatem ſibi arrogâſſe, literas illas *Rudolphiacas*, ſive *Maieſtaticas*, ut & alias tractationes mutuas, oppugnâſſe, conſcientias, in cauſa *Religionis*, ſauciâſſe, imò etiam omnem ad *Cæſarẽ* aditum intercepiſſe. Quibus itã malis, machiniſq; adverſæ partis, vires indies ſumentibus, cùm ſibi aliud remedium, quò quidem peſtem iſtã profligarent, ſuppeteret nullum, tandem, re velut deſperatâ, tanquã extremis in morbis, more *Medicorum*, ad extrema auxilia deveniſſe, iſtoſq; in pacis turbatores manu injectâ animadvertiſſe, juxtàq; legitimæ defenſionis modum, quo ſeſe cum ſacris focíſq;, juribuſque, ac privilegiis, ut etiam uxoribus, atq; omnibus fortunis, contrà iſtorum furorem, haud dubiè belli neceſſitatẽ illâturũ, ſtare, ac tueri, quitieſſẽt inveniſſe. Quàm mentem ſuam, ſuper legitimâ, licitâque, defenſione paranda, tametſi in limine *Regi* ſuo ſignificâſſent, aliud nihil eo prætextu à ſe quæri, niſi ut *Regis*, regniq;, dignitas, tum cuiq; *Religionis*, privilegiorumq;, uſus, ac libertas, conſtaret, nihilominùs adverſariorum ſuorum inſtinctu, ac fraudibus, *Cæſarem, Regemque*, ſuum, uſque eò exacerbari

conti-

contigiſſe,ut,collectâ, immiſſaque *in Bohemiã* manu militari,bonam partem regni graviſſimè afflixerit,perdideritq;,tùm omnes indigenas,crudelitate horribili,tyrannicaq; lacerârit.Abſque remediis igitur,id eſt, armis,defenſionis loco,ſuſceptis, fuiſſet hiſce,jamdudum hoſtes iſti pro ſua libidine, univerſam patriam,patriæq; amantes, peſſum dediſſent.Hoſtili quapropter exercitu iſto,etiam, ab exceſſu *Matthiæ Imp.* nunc *Bohemiam* lacerante,imò, gravius,atrociusq;,vel adhortante *Ferdinando Rege*, prout fama eſſet,ſæviente,ut etiam totum regnum militi in prædã expoſitum eſſe videri queat,ad ſummã,nullo alio ſecundum *Deum*,ab hac atroci tyrannide liberationis medio in oculos incurrente, utiq; ſeſe,neceſſitate,ac calamitate,ipſamet exclamante, evitandi ultimi periculi ergò,hâc in rem, concilio coacto,conveniſſe,quò , mutuâ confœderatione coeuntes,iſtorum,atq; id genus cæterorum , hoſtium,inſultûs,jugumq;,excutere ſufficiant. Quæ cũ ità ſint,jam *Bohemiæ Proceres* cum *Principum, Ordinũque, Moraviæ,Sileſiæ,Luſatiæ, & Auſtriæ utriuſque* legatis,datâ operâ eo conſpirare,ut tot votis expetitæ, neceſſariæque,confœderationis ſcopum , effectũque,conſequi evaleant.

IX.

Conditiones,quibus fœdus iſtud ſolenne ictũ eſt.

VT ergò,quibus articulis, cõditionibusq;, confœderatio iſta coaluerit,cõſtet,hæ tales fuêre. Vt hæc pro *Religionis* negotio ſuſcepta defenſio inprimis *Deo Opt.Max.* cõplaceat,neceſſariò omnes *Evangelicæ* Confeſſioni addicti , vitæ ſanctiori aſſueſcentes,peccata quævis enormia certo cum propoſito fugerent,ut hanc rem,ac pietatem, tã ſacerdotes è ſuggeſtu diligenter inculcare,quã *Magiſtratus* delinquentes etiã pœnis coercere,debeant. *Regem* ſicubi privilegia,hujusq; fœderis, pacta,ſarta tecta ſervaret,eumq; juxtà tenorem regimen conformaret,ſicut etiam utriuſque *Religionis* parilem tutelã ſuſciperet,eandem ſub confœderationẽ admittendum eſſe.Is *Ieſuitas*,alioſque extraneos, ad conſilia, legationes,atq; id genus officia , ne admitteret. Id genus *Patres*,in exilium acti,eorumq; diſcipuli,nũquã reciperentur,bonis eorum in fiſcum redactis, nominibuſque è *bulla*,vel codice,provinciali,eraſis. Præter receptos jam antè,nulli *Ordines novitii* in regnum introducerentur.*Reditus Eccleſiaſtici*,ad nullos alios,niſi pios,uſus adhiberentur. *Rex litteras Maieſtaticas* illas,ſecundũ omnes clauſulas,tueretur. *Tẽpla ſacra* , quæcunq; ſub *Proteſtantibus* modò eſſent, etiam deinceps ſub illorum protectione permanerent. *Moraviæ, Luſatiæq; Ordines* beneficiis *litterarum Maieſtaticarum* gauderent. Omnibus Provinciarum incolis exercitium *Religionis* liberum permitteretur. *Eccleſiaſtica* beneficia nulli exterorum conferrẽtur. *Catholico-Romani* omnes,Provinciarum cõfœderatarũ incolæ,conceptiſſimis verbis decretis *Concilii Tridentini*,nimir. *Hæreticis fidem ſervandam non eſſe*, renunciarent,inprimis etiam promitterent,ſeſe contrà *litteras Majeſtaticas,Religioniſq;* exercitium , nihil tentâturos deinceps.E *Catholico-Romanis* nullus ad officia publica admitteretur,niſi hæc in *cõfœderationis* hujuſce capita juret. Sicut etiã nequidem intra regni fines toleraretur,quicunq; iſtis articulis haud ſubſcripſiſſet. Nullus è *Romano Catholicis*,& quidem *Clericis*,præſumeret,in cauſa *Evangelicorũ* eccleſiaſtica, *ordinariã* iuriſdictionẽ,multò minus poteſtatem ſecularẽ,ſibi arrogare.*Officiales* Provinciarũ *Religioni* reformatę addicti eſſent.Atq;ut viri idonei ad munia eligantur, denominatio perſonarũ apud *Ordines Provinciarũ*,confirmatio autẽ penès *Regem*,foret. Vbicunq; locorũ *Senatus* conſtat è *Catholicis* , deinceps divideretur inter *Catholicos*,atq; *Proteſtantes*, utrinq; æqualiter,ità tamen ut *Præſes* eſſet *Reformatæ Evangelicæ Confeſſionis.Senatus* verò è pluribus *Evangelicorum* conſtitutus;deinceps totus ex *Evangelicis* cõbinaretur. Privilegia quæcunq;, pro *Evangelicorũ* oppreſſione,quęſita nullius eſſent valoris. Vt & unaquæq; *Provincia* ſuis privilegiis,juribus,ac conſuetudinibus,gauderet. Quòd *Provinciæ* hæ, minimè hæreditariæ, *Electionis* juribus gaudent,ne auderet *Rex*, in præjudicium illorum quicquã cõminiſci.Deinceps,vivẽte adhuc *Rege* legitimo,abſtineretur à deſignatione, & creatione *Regis* alterius novi , niſi ità neceſſariũ, atq; ex uſu videatur regni *Proceribus*.Eo pacto deinceps juramentũ ad ſolum, atq; unicum, *Regẽ*, minimè verò,ad hæredes regios,reſtringeretur.Pacta illa nupera inter regnũ *Bohemiæ , Domumque Hiſpanicã*,omninò tollerentur.Sicubi novus *Rex* eligẽdus ſit, actus illi à *Bohemis,Moravis,Sileſiis, Luſatis*, inſimul,&comuni operâ,peragerentur , neque abſque horũ omniũ præſentia,expediri poſsẽt , niſi contingat,*Provinciam*,aliquam gravi de cauſa comparere,aut ſuos mittere, haud poſſe. Sicubi *Rex* ſit eligendus,deſignati *Defenſores* dictis provinciis per *diætam generalẽ* hoc ſignificarent,eaſque *Pragam* convocarẽt.Electio regia ſex votis peragereretur, quarũ primum foret,penès Bohemos,ſecundum penès *Moravos*,tertium penès *Sileſios*,quartum penès *Luſatos ſuperiores*,quintũ penès *Luſatos inferiores*,ſextũ denuò ad *Bohemos* rediret.Et ſi maximè votis non cõveniat,deciſio per ſortem exſpectaretur. Sicubi *Rex* hæc privilegia confirmet,iiſq; ſe cõformem gerat, uteretur univerſalibus iſtis contrà hoſtes auxiliis ſuis. Vice verſâ ſi fortè *Rex* contraveniat,ut *Provinciæ* ad neceſſariã ſui defenſionem cõpellantur,tùnc *Ordines* ipſo facto à juramento eſſent abſoluti, imò etiã, quicquid deinceps eveniat,minimè ad læſionẽ *Regis* pertinere videretur.*Rex* abſq; *Ordinum* conſenſu , bellum ne indiceret , neque delectum faceret , neque commeatum , tranſitumque , permitteret. Sic quoque , extrà conſenſum , fortilitium ne excitaret.Neq; *Provincias* ære alieno oneraret,nedùm *Ordines* ad vadimonia cogeret. *Dicaſterii* Bohemici ſalarium quodcunq; eſſet, idem etiam *Provinciæ* reliquæ penderent.E præfato *Dicaſterio* ne licitum eſſet edicta,decreta,aut epiſtolia , ulla expedire,qualia *litteris Maieſtaticis*,regni cõſtitutionibus,juribus,atq; indultis, contraveniant,quæ ſi quà emitti cõtingat fortè,ea omnia nullius prorſus valoris haberentur.Iuxtà quoq;diplomata , ac codicillos regios,ad *Ordines* emiſſos, ſub certa moderatione,more antiquo,exararentur , abque eo, ut ulla,ſuper offenſa,gratiæ, clementiæque, regiæ, mentio ingerenda ſit. Vnaquæq; *Provinciarum* exercitio juriſdictionis,juriumq; ſuorum, gauderet. Hæreditates de *Provincia* in *Provinciam* ad hæredes legitimos mutuò tranſirent.E ſubditis nulli , extrà litteras manumiſſionis,è *Provincia* in *Provinciam* reciperentur.Nemo ex unitis *Provinciis*,ſub *Regis* nomine,in *Bohemiam* , ſub quacunq; pœnâ , evocaretur:ſi verò contingat, quendã urgentibus de cauſis citandum eſſe, ille quantò ocius dimitteretur,aut, ſi ultrà duarum ſeptimanarum ſpatium detineatur,

liberri-

berrimè domum,abſq;ulla etiam veniæ impetra-
one, reverteretur.Si qui citati ſint,cũ iis honeſtè
gerctur,maturrimè audirentur,eiſq;advocati,ne-
eſſarii q;quò eò faciliùs ad cauſæ ſuæ effectũ, per-
enire liceat,concederentur.Res,actusq; , cōmiſ-
onis vulgò nomine veniẽtes,cujuſvis *Provinciæ* in-
igenis deferrẽtur.Indigenis liberrimũ eſſet,id ge-
us cōmiſſionis actibus ſe ſubiicere,vel iiſdẽ ſubdu-
ere:quo nomine ad forum competens provocare
oſſit.In *Dicaſterio Bohemico* querelæ ſuper alterius
rovinciæ indigenis non admitterentur,nedùm de-
retum hoc in caſu locum haberet : ſed quæcunq;
d ſuas *Provincias* remitterentur.Edicta, decretaq;
ontrà *Provinciarum* privilegia promulgata,annihi-
arentur.*Romano-Catholici* iiſdem privilegiis, ac tu-
ẽlis,fruerẽtur, modò in hos articulos jurent.Cō-
œderationis illius hujuſce tùm vis, uſusq;,eſſet,ſi
ontingat, à *litteris Maieſtaticis*,privilegiisq; ,atq;id
enus ſtipulationibus,ſeceſſionem fieri.Si tàm ſu-
erioris,quàm inferioris,ſubſellij miniſtri, ex lege
aud conſtituerentur.Si *Catholico-Romani* in *litteras*
Maieſtaticas,aliaſq; circà *Religionem* cōceſſiones,mi-
ùs jurare,contrà verò exceptionem illam *Hæreticis*
on eſſe ſervandam fidẽ: fovere comperirentur.Si qui-
am contrà *Religionis* libertatem machinari : aut
Catholici Proteſtantes in ceremoniis Eccleſiaſticis p-
urbare,deprehenderentur.Si concilia,& conven-
is,*Proteſtantium*,ſive etiam *Defenſorum* , impediri
elle, accideret.Aut ſi quis hanc cōfœderationem
iſſolvere,aut infringere,auſus eſſet.Aut ſi *Provin-*
am quandam pactis contravenire accideret. Aut
Provincia quædam bello peteretur,Aut ſi denique
ex contrà *Provincias* aliquid ejuſmodi tentaret,co-
oremq; aliundè prætẽderet.Quò itaq; omnia cer-
s defenſionis mediis,ac cancellis, includãtur, cō-
œderati omnes,hoc modo arctiſſimè couniti,tan-
uã pro uno aliquo capite, viritim decertarẽt, vi-
,fortuniſq; omnibus, inſimul,ac fideliſſimè, col-
tis.Interim,inter *Provincias* confœderatas , nulla
ovatio,præcedẽtia,aut prioritas,præter hactenùs
onſuetudinẽ,uſu tritã,exſurgeret. Neq; altera al-
erã,ſuper juribus , atq; im̃unitatibus, antiquatis,
onturbaret.Vtiq; neque adverſus leges dictæ cō-
œderationis quicquã fingeret. Sic una quæq; *Pro-*
incia ſuos ſibi haberet *Defenſores* , confœderationi
er juramentum addictos.Eorum è numero quo-
iã obeunte,quã primum in locum vacantem alius
ubſtitueretur.Illi , ſecundùm cujusq; *Provinciæ* le-
es procedentes, quotannis convẽtum celebrarẽt:
Difficultatibus fortè ſuperveniẽtibus, res,ſi neceſ-
taspoſtulet,ad *Regẽ*,ſive *Vicarios* regios,deferretur:
ui,intrà ſex ſeptimanarum intervallum, litẽ diri-
nerent.Rebus eo ſpacio nondum definitis, ad *De-*
fenſores veniretur.*Regni Bohemiæ Defẽſoribus* poteſtas
ſſet reliquos *Provinciarum Defenſores* convocan-
i:prout infrà declarabitur:Illã autem convocatio-
em neq; *Regi*,neq; cuiquam alteri,infringere lice-
et,ut quæ *Pragæ*,ſive,alio pro ratione tẽporis, loco
doneo,celebrari tũ poſſit,tũ debeat.Eo tẽpore,lo-
oq;,in cōmune fideliter conſilia ſua cōferrent,ne-
otiaq; quantò ocius expedirent.Et tunc quidẽ *De-*
fenſores, eius *Provinciæ*,quæ defenſione opus habeat,
irectionis prærogativâ,jureq; cōvocãdi reliquos,
teretur.Omnia priùs tentarentur, antequã ad ex-
rema,id eſt,arma,trãſeatur. Defenſionẽ generalẽ
uod concernit, *Provinciæ* alteri altera per auxilia

promiſſa,in caſu neceſſitatis, ſuccederet.Im̃mò verò *Provinciæ* providerent,quò auxilia hinc indè petita,ac decreta,ſpacio ſex ſeptimanarũ, mitti poſſint.Quò militum,& quidem in armis, manus ſuppetat,ſubditi tùm in civitatibus,tũ pagis, diligẽter exercerentur.Interim paganorum arma penès *Magiſtratus* eſſent. Quotannis ad *Defenſores* referretur, quousq; in iſtis armorum exercitationib⁹ progreſſus factus,quoq;modo loco quocunq;cum iis actũ ſit.*Provincia* alteri altera intrà menſem, auxilia deberet.Exempli gratiâ, *Bohemi* mitterent *Sileſiis*, ac *Moravis*,mille equites,&ter mille pedites,*Luſatis* inferioribus centum equites,ducentos pedites, & ſic vice versâ.Auxiliis primis non ſufficientibus , unaquæque *Provincia* ultima quæq; impenderet. *Dux* quidam per omnes *Provincias Generalis*, per ſingulas verò *Locum tenens Generalis*,crearetur. Coëuntibus *Provinciarum* exercitibus,*Generalis Dux* ille imperia omnibus divideret,reliqui verò *Officiales ſingulares* eo ordine, quo *Provinciæ* collocatæ ſunt,ingrederẽtur.Si contingat,eodẽ tẽpore unam,alteramq; *Provinciam* ſimul,ſemelq;,infeſtari,illæ,quarũ intereſt, copias ſuas ſubducerent,retinerentq;,reliquę verò, à periculis jam tùm exemptæ,copias dividerent,diviſimq;,quà neceſſitas vocat,mitterent.Pariter,ſicubi hoſtis duobus,tribuſque,locis ingruat, totidẽ in numeros copiæ diſtribueretur. Ejus *Provinciæ*, quæ bello petitur,*Locum tenens generalis*, in abſentia *Ducis generalis*,imperium plenarium obiret.In tempore de armamentario,ejuſque requiſitis,provideretur.Ad ſumptus bellicos , maximè ab initio,omnes è *cerevíſia* reditus,aliiq;,referrentur, quouſq; de pace conventum ſit.*Prælaturæ*,quæcunq; in verba articuli XII.haud jurent, in fiſcum redigerẽtur, cenſuſque in bellum abſumerentur. *Epiſcopatus. v.* atque *Ordines* per eadem verba non jurantes , pro *Ordinibus* amplius ne haberentur.Ex *Ordinibus* ſicubi etiam aliquis hiſce conventionibus, ac pactis, adverſetur, iſte vi compelleretur. Par ratio cæterorum Statuum,membrorumq;,per quamcunque *Provinciam*,iniretur.Collectæ pecuniariæ quotannis deponerentur.De his verò,abſq; conſenſu confœderatarum *Provinciarum*,nihil adeò,niſi ad communem defenſionem,erogaretur.*Defenſores* in cōciliis ſuis ſuper ærario fideliter ſeſe mutuò erudirẽt. Super quibus controverſiis conventum ſit in *diætis Provincialibus*,illud ratum eò uſque haberetur , ut etiam *Rex* ipſe redarguere nequidem poſſit. *Diætæ Provincialis* nulla ultrà dies XIV.extraheretur , niſi *Proceribus* aliter videatur.*Catholici-Romani*, ſemel è *Provinciis* ejecti,atque ab officiis remoti, in perpetuum non reciperentur. Quicquid autem in præſentiarum , vel deinceps ab *Ordinibus* hac ſuper rẽ concludatur, illud poſtmodùm, legis inſtar eſſet. Denique de eo deliberaretur, quò pacto *Confœderationes* illæ *hæreditariæ* cum *Electoribus*,*Principibuſque* finitimis , renovari queant. Atque hi inſuper confœderationis articuli nulli *Provinciarum* quà jura,quà privilegia , antiquaſque conſuetudines, derogare aut poſſent,aut deberent.

Atque iſta nunc fuêre confœderationis iſtius ſolennis,atque arctioris dictæ,capita. Quibus tùm delecti *Procerum Bohemicorum*,tùm cæterarum *Provinciarum* legati,ordine ſubſcripſerunt.Quanquam etiam cùm partibus,*Proceribuſque*, *utriuſque Auſtriæ*, peculiares nonnullæ conditiones,(illis tamẽ haud

abſi-

abſimiles) initæ, confirmatæque, legantur. Cujuſmodi, cùm ferè ſint ejuſdem monetæ, hunc in campum curioſè accenſere parùm, aut nihil, attinebit.

X.

Bohemi, poſt initam illam novam confœderationem Ferdinandum Regem repudiant.

COnclufis iccircò, obſignatis, cõfirmatisq́;, novæ, arctiorisq́; illius confœderationis capitib᾽, atque tabellis, eò demũ præeunte hac catenâ adamantinâ, à *Provinciarũ* legatis allaborari cœpit, quâ operâ, ac viâ, repudiato *Ferdinando Rege*, novum *Regem* ſuperinducere, atq́; eligere, quiti eſſent. Hoc enim neceſſitatem vel ipſam cõmuni nomine omniũ flagitare, ut, cum mole tantorum periculorũ urgeantur, de novo ſive *Rege*, ſive capite, rebus ſuis proſpicerent. E rationibus, quibus prædictum *Ferdinãdum Regem* excluſerunt, allegari poſſunt inſequẽtes: Obiiciebant autem, *Ferdinandum Regem* juramẽto, legibuſque regiis, quibus juramento obligatus foret, modò non ſatisfeciſſe. Sed omnibus è diametro, quod ajunt, contraveniſſe, undè non tantum causâ, & jure ſuo, ſed etiam univerſa totius regni adminiſtratione, excidiſſet. Deindè additum eſt, *Bohemiæ* regnum ab antiquo fuiſſe, atque adhucdũ eſſe, merè electivum, regni privilegiis, eorumq́; uſu, illud luculenter confirmantibus, ut etiam hoc ipſum conteſtari poſſit actus ille ſuperiori *Anno M. DC. VIII.* inter *Rodolphum Imp.* & *Matthiam Archiducem*, reproductus. Vbi *Procerum* ſuffragia à *Cæſare* imperata, diætiſque provincialibus, *Cæſareiſque* codicillis reverſalibus, rem cõſtabilitam fuiſſe, notiſſimum ſit. Ejuſdem valoris, ac monetæ, eſſe *Tranſactiones* mutuas ſuper *pace Religionis, Ordinum ſub una, & ſub utraque*, dictorum, *Cæſare*, ac *Rege*, permittentibus, factas, ac peractas. Quibus, & id genus argumentis, pluribus, *Bohemi*, *Ferdinandum Regem*, è regno, ejuſdemq́; adminiſtratione, excludere, immò repudiare omninò, poſſe, ſibi videbantur.

CAP. II.

De Bohemis, Fridericũ V. Electorem Palatinum, in Regem eligentibus, vocãtibuſque.

I.

SVb libello repudij, excluſo, inſuperq́; habito, *Ferdinando Rege*, Proceres *Bohemiæ*, ſuper electione *Regis*, capitisq́;, novi, conſilia agitare cœperunt, arbitrati, ſeſe, vigore jurium, poſtulationumque ſúarum, has ad res novas quò minùs tranſirẽt, prohiberi non poſſe. Decreto itaq́; facto, omnes tã *Catholicos*, quàm *Proteſtantium* partis, *Ordines*, tùm abſentivos, citandos, inque verba, juramentumq́;, confœderationis ſuperioris, adigẽdos, eſſe, ad executionem, ſemel agitatæ, præcogitatæq́;, iſtius novationis, nihil reliquum fecêre.

II.

Poppelius Baro, conſilia & res novas, Bohemorum improbat.

REbus ità ad ſeditionem, novique *Regis* electionẽ ſpectãtibus, *Poppelius à Lobcovvitz, Baro*, planè in diverſum abiit. Hic enim calida, immò, flammantia, ita concilia tantùm abeſt, ut approbârit, ut magis manifeſtè diſſentire ſit animadverſus. Remonſtravit autem, hanc haudquaquam ad pacis compendia viam, ſed opus periculoſæ plenum eſſe aleæ. Quòd enim, præeunte legitimâ electione, *Ferdinandus* in *Regem*, & dominum declaratus, ſuſceptuſque, foret, aliis itineribus minùs ſpinoſis, aſperiſque, ad conciliationis ſcopum, perveniendũ eſſe, dixit. Cui tùm reſponſum eſt: Ità rem in ultimis quidem eſſe, ut præmeditatæ novi *Regis*, ejuſdemque pacifici, atque idonei, electioni nihil præverti debeat, utique manifeſtæ neceſſitatis lege ſic efflagitante.

III.

Fridericus Palatinus eligitur Rex Bohemiæ.

POſtquàm igitur nihil prius, nihil antiquius, eſſet *Bohemis*, quàm ut quantò ocius hoc ematuraretur, quod cordi ipſis erat, præmiſſis precum, ſupplicationumque publicarum, auſpiciis, ſolenne electionis novæ negotium *VII. Cal. Septembr.* indictum eſt. Eo igitur die *Pragæ* in conclavi provinciali à *Directoribus*, cæterarumque regionum legatis, conventum. Vbi, poſteaquàm precibus, *Pſalmoque* illi: *Deus in adjutorium noſtrum*: litatum tàm *Bohemico*, quàm *Germanico*, idiomate, fuiſſet, illicet in vota nova ire cœperunt. Calculis autem omnium incredibili penè conſenſu, *Fridericus Palatinus* oppidò approbari, *Rexque* ſalutari, cœpit. Quo facto *Senatuſconſulto*, omnibus incredibilis lætitia oborta eſt, ut, in ſignum ſolemnis velut tripudij, triumphalis ille *Pſalmus*: *Te Deum laudamus* &c. plenis, ut ajunt, buccis, fidibuſque ſymphonicè clangentibus, concini, tùm tormentorum, omnis generis exploſiones audiri, tanquam fuſo ſuper hoſtili exercitu, contigerit. Fremente igitur, præ gaudio, *Procerum*, legatorumque, coronâ, illicò quoque hanc in ſententiam collatis ſuffragiis itum eſt, decretum, electionemque hanc novam *Electori Friderico*, per legationem decentem, ac ſplendidam, ſignificandam eſſe.

IV.

Pœna in iſtos decernitur, qui, repudiationi Ferdinandi Regis, novæque electioni Friderici Palatino, minus aſtipularentur.

REgi per electionem deſignato novo ne quis refragari auderet, decreto ſanxêre, pœna, non exigua, in iſtos conſtitutâ, qui contrà vel mutirẽt. Decretum autem fuit ejuſmodi: Quicunque è *Bohemiæ*, conjunctarumque *Provinciarum* ſive *Ordinibus*, ſive ſubditis tùm confœderationi, ſuprà recenſitæ, tùm abdicationi *Ferdinandi Regis*, tùm electioni *Friderici Palatini*, factiſque Senatusconſultis, ac de-

ac decretis, reniti, atque obſtare, ſive verbo factoque ullo contravenire, tentaret, eum pro patriæ hoſte, paciſque turbatore, tantum non proclamandum, ſed etiam ſub capitis, fortunarumq; omnium, amiſſione, damnandum, eſſe. Eadem pœnâ, ultimoque ſupplicio, teneretur is, quicunque contrà pacta, ac conventa, hoſti ſeſe ſubmitteret, ſive patrocinium, opemque ejus, imploraret, ſive litteras, ab hoſtili parte, tàm clàm, quã palàm, miſſiculatas, ſupprimeret, aut quippiam tale machinaretur, quod hoſti prodeſſe poſſit. Tãetſi igitur quidam è *Proceribus* ad hoc *Senatuſconſultum* non conveniſſent, quidam verò convenientes quidem poſtliminiò abſentivi facti eſſent, tũ civitates quoque minùs comparuiſſent, iſti omnes, lege decreti facti, intrà menſis ſpatium, citati primùm coràm *Directoribus*, abundè coràm *Defenſoribus*, regni *Bohemiæ*, ſiſterentur, tamque verbis, quã litteris, ſigillo obfirmatis, ſeſe confœderationis capitibus, decretiſque, abſque tergiverſatione, acceſſuros eſſe, deponerent. Quòd ſi quempiam, qui ſtatutis, ac legibus illis, contraveniat, contingat deprehendi, is patriæ hoſtis, ac proditor, haberetur, juxtàque tàm corpore, quàm ære, lueret. Eadem operâ *Catholici, ſub una* dicti, ex iiſque *Proceres* apud *Directores, Defenſoreſque*, reliqui inferioris cõditionis apud *conſules* cujuſque civitatis, in verba ſuperioris confœderationis, adigerentur, juramentoque & conceptiſſimis verbis caverent, ſeſe contrà *litteras Majeſtaticas*, liberum *Religionis* exercitium, reliquaque id genus pacta, & conventa, nequicquam molituros, contrà legibus, modò latis, conformes præſtituros eſſe, pœnâ in delinquentes conſtitutâ ultrici, atque apprimè rigoroſâ.

V.

Uberior deductio cauſſarum repudiationis Ferdinandi Regis.

TAmetſi autem paulò ſuprà quædam argumenta, quorum objectu *Bohemi Ferdinandum Regem* repudiarunt, perfunctoriè allegavimus, hic porrò de induſtria uberiorem iſtorum ceu cumulum ſuperinducere fert animus. Ex illis igitur primum, ac præcipuum hunc, tanquam arietem, objecerunt, *Bohemiæ* regnum ab antiquo eſſe electivum, minimè verò hæreditarium, *Proceribus* ejuſdem à tot ſeculis jus liberrimæ electionis poſſidentibus. Hoc ut clarius omninò demonſtretur, notandum venire, tres eſſe potiſſimùm vias, quibus ad regni alicujus regimen pervenire fas ſit, videlicet, *jus Electionis*, Proceribus proprium, ac permiſſum, tùm *ſucceſſionem hæreditariam*, tùm *occupationem, vi armorum factam*. Iam verò, *Provincias Bohemicas* nulli *Principi*, jure hæreditatis, deberi, ſed ab antiquo electionis jure prævaluiſſe, vel è moribus nationis *Slavonicæ*, ejuſque in regnũ *Bohemiæ* invaſionibus, conſtare poſſe, qui quòd *Boios, Marcomannoſque*, eieciſſent, aliâs nulli *Regi*, aut *Principi*, jure hæreditatis, paruiſſe, vel è *Procopio, & Bodino*, liquere queat. *Slavis* autem aliquouſque *Bohemiæ* regnum detinentibus, ob varios motus, turbaſque excitatas, deinceps conveniſſe, ut *Rex* aliquis inter eos ſummę rerum habenas capeſſeret, ac præeſſet. Quo nomine etiam inſuper habito *Zecchi*, prioris domini agnatis ſuperſtitibus, *Crocum* quendam, *Regem* eſſe, juſſerunt. Unde quidem electionis fundamẽtum deduci proclive eveniat. Secundùm hæc, complures meræ electionis actus, non tàm in Regio ſanguine, ſed externis etiam *Principum* familiis, celebrari cœperunt. Ut tametſi in *Croci* illius proſapia triginta, ordine ſeſe inſequentes, electionis ſolennitates, celebrari contigerit, eas tamen omnes à *Procerum* unanimi conſenſu, liberrimæque electionis exercitio, dependiſſe.

Immò verò idipſum, vel exemplo *Imperii Romano-Germanici*, declarari poſſe. In quo tametſi, ab exceſſu *Sigiſmundi Imp.* ab *Anno M. CCCC. LXXXVII.* tantùm è familia *Archiducum Auſtriæ*, ad illud faſtigium, & quidem numero novem ordine *Cæſares*, admiſſi fuerint, nihilominùs eo ipſo libertati electionis, in *Imperio*, receptæ, minimè gentium derogari. Eandem electionis libertatem, per *Bohemiam* continuatam, ab exſpiratione hæredis maſculi, à *Libuſſa*, eiuſque agnato, *Croco*, originem ducentis, neutiquam deſiiſſe, ſed, continuata uſque ad *Matthiam Cæſarem* ſucceſſione, ſeriem duxiſſe, ità ut per integros quadraginta actus electio hactenus proceſſerit, tàm extraneis *Principum* familiis per poſtulationem, ut vocant, introductis, quàm *Bohemico*, regioque, ſanguine, ab integris novem ſeculis, in ſerie ſucceſſionis retento.

Adde, ſolennia iſthæc electionis quęſitæ iura luculentiori documento doceri vix poſſe, quã ipſorummet *Cæſarum* confirmationibus, litteris feudalibus, atq; indultis. Ut etiam *Reges* per viam electionis ſuccedentes, atque accerſiti, pro legitimis *Bohemiæ Regibus* uſu venerint. Tantùm abeſt, ut eadem electionis, prærogativa intrà *Bohemiæ* limites latitare, aut à *Regibus, Principibuſq;*, extorta eſſe, videri queat, ut magis ab ipſis *Cæſaribus*, aliiſque *Regibus* externis, rata habita, ſolenniterque expetita, ſit.

Intereà, adverſæ partis obiectiones illas eſſe, nimirũ de iuribus regni *Bohemiæ*, electivis antiquam audiri fabulam, regno illo, cũ *Provinciis* ſociis, iamdudùm ſub hęreditatem *Auſtriæ Archiducum* vocato. Alii, hac in parte mitiùs ſentientes, arguunt, tùm demùm penès *Bohemos* iura *Electionis* locum, ac vim, habere, ubi è proſapia *Auſtriaca* hæres maſculus ſuperſit planè nullus. Iſtis vel hoc adde, iam in diæta *Mœno Francofurtenſi* recenti memoriâ *Ferdinandum Regem* ab *Electorali Septemvirorum Imperii Senatu*, pro legitimo *Bohemiæ Rege*, atq; *Electore*, habitum, ſolenniterque admiſſum, eſſe.

Iſtis ut ſatis fiat, notandum eſt, minimè illud quidem vocari in dubium, familiam *Auſtriacam*, ab eo tempore, quò *Ottocarum, Bohemiæ Regem*, debellavit *Rodolphus Imp.* eò remis, quod dicitur, veliſque, allaboraſſe, quo *Bohemiæ* regnum ad ſe, ſuamque hæreditatem, pertraheret, proſtantibus id genus codicillis, ac tranſactionibus, intentionem, ac machinationes, *Auſtriacorum* luculenter confirmantibus.

Interim id genus ſtudia, atque attentata, eſſe exigui, immò nullius, prorſus valoris, quòd antè hos ducentos annos pactis iſtis foret cõtradictum, ut etiam penès illos, quibus cum tractatio ſuſcepta, poteſtas tranſigendi fuerit nulla, tantum abeſt, ut *Annæ* reginæ ius hæreditatis prætenſæ momentum aliquod habeat, ut potius per eiuſdem filios, nepoteſque, per electionem in regno ſuccedentes, ſcil. *Maximilianum, Rudolphum,* ac *Matthiam, Cæſares*, a-

ctuſque contrarios, illi prætenſioni oppidò derogatum ſit, immò verò ab ipſiuſmet coniuge, & *Ferdinando Cæſare*, antè hos annos nonaginta, ſub certa renunciatione, irrita facta ſint omnia.

Quantum ad argumenta ſpecialia, ipſiuſque moderni *Ferdinandi Cæſaris* perſonam tangentia, attinet, omnia ea teneri ſub proclamatione, coronatione, atq; inveſtitura, prout vocant. Iam autem ea, atque id genus alia, ab electione *Procerum* libera dependere, quis ignorat? Illam autem vel ipſam electionem, non voluntariam, ac iuxtà tenorem privilegiorum, nedùm in præſentia *Provinciarum* ſociarum, eveniſſe, ſed coactam, partimque minis, partim verò interventu munerum, extortam fuiſſe. Iam autem illud, quicquid cum privilegiis regni pugnat, ipſo iure nullum habetur: Sicut hanc in rē uberior deductio ex *Apologia Bohemica* peti poſſit. Iſtis accedit, *Ferdinandum Regem*, actum electionis eò uſque exoſum habuiſſe, ut titulum *Regis* electi ſit abominatus, potiuſque hæreditatem ſibi in eo, abſolutumque dominatum, vindicaſſe, animadverſus ſit. E quibus ipſis innoteſcat, vel proclamationem regiam nullius efficaciæ futuram.

Eiuſdem eſſe commatis, alteram illam prætenſionem, nimirum coronationem regiam. Eam *Procerum* ac regni iuribus quæſitis, æquè nihil derogare poſſe, quòd ipſis tantò minùs ſucceſſionem hæreditariam *Auſtriacis* concedere licitum ſit, quantò magis *Ferdinandus* electionis libertati contravenire geſtiat. Dùm autem complures apud *Bohemiam Reges*, atque illa illius coronationis, unctioniſque, ſolennitate, rerum ſummæ nihilominùs præfuiſſent, ſolum coronationis actum, utique qui pro requiſito ſubſtantiali allegari velle videatur, prò neceſſaria regni abindè translatione, invalidum eſſe.

Inveſtituram pariter laborare: Eam enim ſecundùm morem antiquum, ne quicquam factam: tantum abeſt, ut vivente *Matthia Cæſare*, *Ferdinando in Bohem.* regnum poteſtas, aut immiſſio, conceſſa ſit.

Illud quidem negari non poſſe, ab initio civilis huius belli, *Proceres Ferdinandi*, tanquam *Regis* deſignati, interceſſionem, penès *Matthiam Cæſarem*, imploráſſe: Quanquam hoc tamen multorum partim ab ignorantia, partim blanditiis, atque adulatione, profectum ſit, ſperantium, eo modo *Ferdinandum* in partes *Procerum* commodius adductum iri. Eſto autem! *Ferdinandum* ipſa reali poſſeſſione *Regem Bohemiæ* fuiſſe, immò etiam *Rodolphi* illius *Cæſaris* diutinam in regno gubernationem eò uſque extraxiſſe, nihiloſecius cùm is ipſe *Ferdinandus*, tametſi in vera, ac diuturna, regni poſſeſſione conſtitutus, traditum ſibi regnum, patriamque ſuam, id genus crudelibus armis lacerare compertus eſſet, ſeſe aliam viam minimè quidem, ſed eandem tenere tum compulſos fuiſſe, ut neceſſitate ipsâ, legibuſq; ſuis, clamantibus, eundem à regio faſtigio, atque officio, deponere, atque reiicere, ſatis cauſſarum, atque abundè, habuiſſe videri queant.

Iam, quòd *Ferdinandus*, in *diæta Francofurtenſi*, in locum *Regis, Electoriſque Bohemiæ, à Collegio Septemvirorum* admiſſus foret, repugnare privilegiis, ac iuribus ſuis, patriis, ſuprà inductis; Qua de re etiam nunc ſeſe ad prægreſſas ſuas *Interventiones, contradictiones*, ac *Proteſtationes*, provocare, omnibuſque, quæ privilegiis patriis derogent, contradicere.

Proindè ſatis diffuſe iam demonſtratum eſſe, prout *Bohemiæ Proceres* à noningentis annis hactenus exercitio liberæ electionis gauderent: ita *Auſtriacos Archiduces* hæreditariæ ſucceſſionis iura, catenamque, probare haud quidem ſufficere, ut hâc lege quicquam ipſis debeatur. Quo nomine haud eſſe, ut *Proceribus* regni *Bohemici Provinciarumque* ſociarum, vitio verti poſſit, ſicubi, pro vindicanda *Religionis*, iuriſque ſui, libertate, iuxtaque excutiendo iugo *Hiſpanico*, præſentem ad neceſſitatem devenientes, abdicato *Ferdinando Regi, Regem* modò, ac recens, deſignatum, ſubſtituerent.

Cæterùm, cùm dubitari poſſit, utrùm *Bohemiæ Proceres*, de iure, abdicationem *Ferdinandi Regis* urgere, ac introducere, quiti ſint? notorium eſſe aliàs, ſicubi magiſtratus aliquis pactis, cum ordinibus, regni, regiminiſque, membris, initiò conſtitutis, cōtraveniat, tunc ipſo iure & privilegiis, ipſoque regno, faſtigioque regio, excidere, ità ut neq; electionem, neque coronationem, ulterius attendi accidat.

Ea enim, quæ quidem mutuo conſenſu contrahuntur, mutuo viciſſim diſſenſu diſſolvi ſolent. Neque hac parte alterius partis verbalis ille diſſenſus venit exſpectandus, dum ipſa facti atrocitas, atque evidentiſſima impugnatio, realiter demonſtretur, atque in effecto conventionis mutuæ vincula diſrumpi uſuveniat. Itaque εἰς ἀμοιβὴν ſeſe illud habere: Prout *Ordines*, ſubditique, *Bohemiæ* regni, ab aliquot ſeculis ius *Regis* eligendi obtinuiſſent plenarium, conſimiliter, ex lege oppoſitorum, etiā iuris abdicandi, neceſſitate id ultimâ flagitante, poteſtatem haberent ampliſſimam. Inter cætera, ſiquidem inſpectio, cura, cognitioque, tàm cauſſarum *Eccleſiaſticarum*, quàm *Politicarum*, pertineat ad *Proceres Bohemiæ*: pariter iiſdem incumberet, ut non tàm ad defenſionem *Religionis*, patriæque libertatis, reſpicerent, immò verò omnia porrò, quæcunque in regni, regiorumque privilegiorum, detrimentum, quàquà vergere poſſunt, eliminarent, ipſumque vel eo nomine *Regem*, ſicubi refractarius, ac tyrannus, eſſe velit, more maiorum, prorſus abdicarent.

Porrò, quantum ad quæſtionem illam attinet, quâ interrogatur: *Vtrùm Bohemi abdicationis Ferdinandi Regis ſatis iuſtas, prægnanteſque cauſſas habuerint, necne?* Reſpondetur, ſicubi *Ferdinandus* perſecutioni, in negotio *Religionis*, ſuperſediſſet, *literas Maieſtaticas*, datam *Religionis* pacem, ſecuritatemque, minùs infregiſſet, ius, à tot ſeculis quæſitū, ſcil. electionis, ratum habuiſſet, contrà verò, intolerabile iſtud *Hiſpanicum* iugum, unàque *Auſtriacæ* hæreditatis prætenſionem, per vim armorum, introducere, haud etentaſſet, conſiliariis iſtis peſſimæ notæ, *Bohemiæ* totius, omniſque patriæ libertatis, ac ſinceritatis, peſtibus, iugi *Hiſpanici* ſeminatoribus, minùs aures præbuiſſet, ſimulque, atque inprimis, capita regiæ, prout vocant, capitulationis ſervaſſet, à tyrannide, totiuſque regni *Bohemiæ* hoſtili, ac barbara, laceratione, ſeſe abſtinuiſſet, pro bellis pacē, pro furoribus, ac depopulationibus, benevolentiā, ac tranquillitatem, conciliaſſet, tunc quidem nunquam ad hæc ultima, hancque abdicationis neceſſitatem, ſibi impoſitam, rē devolvi potuiſſe. Quòd autem omnia his pactis, his conventis, his iuribus, atque

atque inſtitutis, eveniſſent contraria, excuſſis omnibus, tàm precibus, quàm remediis mitioribus, ea propter, vel iuxtà *Medicorum* canonem, *extremis morbis extrema remedia* quærenda fuiſſe, ut, abdicato *Ferdinando Rege*, alius *Rex*, novuſque defenſor tàm *Religionis*, quàm patriæ libertatis, inveniendus fuerit.

Denique alia quæſtio, inter curioſos, naſcitur: ſtantibus illis conditionibus, ut ut *Bohemiæ Proceribus Ferdinandum Regem*, repudiandi cauſſarum ſatis, atque abundè, fuerit, *utrum etiam Proceres, abſque citatione, ac cognitione, Imperii Septemvirorum, Principumque, propriâ autoritate, Ferdinandum excluſiſſimum reddere, potuerint?* Vel *utrùm Ferdinando, tanquam Bohemiæ Regi, coronato, atque uncto, cui Proceres iuramento obligati forent, in armis occurrere, ac reſiſtere, licuerit?* Et utrum etiam, ad exemplum *Suecorum*, inprimis *Ferdinandum Regem* citare, cauſamque inſpicere, aliterque proceſſum formare, debuerint? Iſtis hunc in modum obviàm eundum eſſe: Non ignorari, regnum quidem *Bohemiæ*, quà *Electoratum*, ac feuda, *Imperio* obligatum eſſe; Nihilominùs certis, atque propriis, privilegiis gaudere, ut etiam ab evocationibus Iuriſdictionis peregrinæ prorſus exemptum ſit. *Maieſtatem*, ac faſtigium, *Imperij*, à temporibus *Caroli Magni Imp.* huc uſque comiter obſervari contigiſſe, ut etiam ſub protectione eius, ſalvis tamen legibus propriis, acquieverint. *Bohemis* enim indè uſque ab initiis ſua fuiſſe privilegia, quæ quidem non ab *Imperatoribus*, ſed, à multis retrò ſeculis, à maioribus, *Regibus, Principibusque Bohemicis*, conſecuti forent. Tantùm igitur abeſſe, ut hæcce acquiſita privilegia unquam ſint illis præciſa, ut magis ea confirmari, augerique, acciderit. Ut denique neque à *Cæſaribus*, *Regibuſque*, nedùm *Electoribus*, *Principibuſque*, dependere debeant. Quemadmodum igitur liberrimæ electionis poteſtas penès ſe quidem eſſet, pari paſſu abdicationem *Regis* ambulare, atque in ſua manu verti. Quam utique abdicationis poteſtatem iam quoque exercere, re ità urgente, animati ſint, tantum abeſt, ut ipſam inſuper habere, atque amittere, velint.

Suecos quidem *Regem* ſuum citâſſe, ſicubi verò contigiſſet, eos à *Poloniæ Rege* & tanto, & tàm hoſtili, cum exercitu, peti, prout *Bohemis à Ferdinando Rege*, nunc uſuveniat, quis dubitat, etiam eos haud diu deliberationibus tempus extracturos, ſed potiùs in armis occurſuros, fuiſſe? Ut ut enim in abdicando *Rege*, his, aliiſque, ceremoniis operam impendere, voluiſſent, certè extremum patriæ, libertatiſque communis, periculum hâc in parte, ut eſſent curioſi, paſſum haud eſſe, ut etiam de iure ſe ad id teneri, culpare nemo queat.

Utcunque igitur triſte, ac grave, quibuſdam videri poſſit, ſeſe *Ferdinando Cæſari* in armis opponere: conceptis verbis ſe proteſtari, non quidem adverſus ſive *Imperatorem*, ſive *Imperium*, ſeſe belligerare, ſed tantùm contrà *Archiducem Auſtrium*, utique libertatis ſuæ abrogatorem, militem educere, qui jamdudùm, quà deſignationem, coronationemque, in *Bohemiæ Regem*, cauſſâ ſuâ cecidiſſet. Atque hinc eſſe, ut tàm *Proceres*, quàm ſubditi, ſub certis conditionibus, ab ipſo minùs adimpletis, homagio, atque iuramento, antè præſtito, exempti ſint: Adeóque *DEO & Patriæ*, plus obligentur. Hoc ipſo nunc intuitu, reſpectuque, *Bohemiæ, Provinciarumque* ſociarum, *Ordines* arma ſumpſiſſe, hoſtileſque impetus amoliri cœpiſſe. Eademque fidelia confidere, futùrum, ut nemo ipſis violati iuramenti vituperium, ac crimen, intentare poſſit.

VI.

Ferdinandus Cæſar, ſucceſſionis hæreditariæ, in Bohemiæ regno, deductionem pariter promulgat.

PUblicatis iſtis *Bohemiæ Procerum*, ſuper repudiatione *Ferdinandi Regis*, codicillis, minùs etiam à parte *Cæſaris* feriatum eſt. Ilicet enim *Ferdinandus Cæſar* jus hæreditarium, ab aliquot ſeculis familiæ *Auſtriacæ* quæſitum, in literas referre, pariterque, contrà *Bohemos*, promulgari, iuſſit. Quæ deductio ſiquidem nimis latè pateat, huiusque *Commentarij* cancellis coërceri ex merito vix poſſit, benignum lectorem ad deductionem illam *Auſtriacam*, vel etiam inter cætera, *Melch. Goldaſti Heimmiſfeldii Commentarios Bohemicos*, amicæ brevitatis ſtudio, amandamus.

VII.

Bohemorum ad Fridericum Palatinum literæ. Quibus eum electum Bohemiæ Regem ſalutant.

ANtequàm verò *Bohemi* in *Regem* elegiſſent, variis ad id rationibus inducti, *Fridericum Palatinum*, in antè etiam ſuper *Saxoniæ Electore, Carolo Emanuele, Sabaudiæ Duce*, aliiſque, tàm *Regibus*, quàm *Principibus*, deliberatum eſt. Incredibili verò conſenſu, nemine dubitante, ac ferè ne hæſitante quidem, votis omnium in *Fridericum Palatinum* collatis, ſingulari, atque ingenti cum applauſu, prout ſuperiùs promiſſum, is electus eſt. Quibus non ſine fatali cooperatione, ut videri tùm potuit, ſolenniter peractis, *Proceres* regni, reliquarumque *Provinciarum* legati, quin opportunè, ac maturè, hanc electionis regiæ prærogativam illi per epiſtolam, conceptis verbis exaratam, ſignificarent, nullatenùs intermittendum, procraſtinandumque, eſſe, duxerunt. Epiſtola erat iſtius ferè ſaporis: *Sereniſſime*, ac *Præpotentiſſime Rex*, atque *Elector*, Domine clementiſſime. Nihil dubitamus, quin iam pridem ad aures tuas pervenerit, è quibus iuſtiſſimis cauſſis nos *Sereniſſimum* pariter & *Præpotentiſſimum Principem*, ac *Dominum*, *D. Ferdinandum, Auſtriæ Archiducem*, tanquam coronatum *Bohemiæ*, ſed ſub certis conditionibus admiſſum, *Regem*, qui quidem ipſo facto à præſtiti iuramenti ſanctitudine nos abſolvit, communibus ſuffragiis abdicare, eumque throno regio excludere, inducti ſimus.

Poſtquàm igitur, celebratis ſolennibus comitiis, remedium ſalutarius aliud non occurriſſet ullum, quàm ut, implorato divini *Numinis* auxilio, iſthuic periculorum per patriam noſtram, immanè hianti, rictui, novum aliquem, eumque iuſtum, pacificum, & ſapientem, *Regem, Dominumque*, opponere ſuſtineremus, ecce! intimis noſtris ſuſpiriis, legitimiſque, ſecundùm privilegiorum noſtrorum antiquam, incorruptamque, poſſeſſionem, initis conſiliis vi tantum ab alto divina benedixit miſericordia, (cuius in hiſce periculorum, ac perſecu-

 tionum,

tionum, procellis, aliàs mitem providentiam, aſſiſtentiamque, non una, ac ſimplici, vice nobis notavimus) ut, incredibili communium ſuffragiorum conſpirante conſenſu, electio regia in Te directè inciderit. Quàm incredibili, atque intimo, animorum applauſu, ac ſingularis lætitiæ intùs cõteſtatione, hoc acciderit, dictu quidem nobis difficile; Tibi intelligere, atque agnoſcere promptum, eveniat. Ex hac parte occurrebant, Tuæ virtutes illæ heroicæ, ac planè præſtantes. Ex illa humanitas ſumma, cum propenſione, ac zelo, ergà hance *Evangelicam Confeſsionem* noſtram, tanto *Principe* dignis, præcipuum locum ſibi vendicabat. Qui ergò, cum ſis regio faſtigio digniſſimus, te non eligeremus? Quî, divina non ſine benedictione ſolenniter electum, non denique *Regem* ſalutaremus? Quî non denique omnis generis devotæ obſervantiæ officiis, ac miniſteriis, Te demerendum iremus? Certè, cœlo, & ſyderibus, debemus, quòd nos hæc in vota fata coniungant. Iam igitur partium erit, noſtrarum, divino *Numine* obtingentem illam vocationem, demiſſè interim Tibi aperire, quò uſque, ſolenni aliquâ, propediem ematurandâ, legatione hanc in rem obviàm, ac congratulatum, *eamus*. Accipe igitur, *Rex ſereniſſime*, quæ tibi divino munere, regnique, ac Provinciarum ſociarum, favore, datur hîc, coronam! Neque noſtræ tantùm opis hoc eſſe, ſed cœlitùs te vocari, agnoſcere velles. Cauſſa, ut facias illud, pro nobis intercedit iuſtiſſima, patriæ dulcis *libertas*, immò verò, tutiſſima illa virtus, *Pietas*, & *Relligio*, te invitant, te, ut noſtri curam, ac rationem, immò ſui ipſius, habeas, ſuis nominibus, exorant. Quid ergò cunctaberis *Rex Inclyte*, *Rex optimè*! Ecce! paratiſſima habes in omnes eventus officia noſtra. *Regnum* ipſum, ac *Provinciæ*, hanc ad te legationem præliminarem obeunt, venias patriæ liberator, fidei defenſor, pacis, tranquillitatiſque, reſtaurator! Pium, & pio *Principe* condignam rem facies, ſi *DEO* obſequeris, glorioſum tibi, tuiſque, ſi regiam dignitatem in familiam admiſeris, nobis omnibus exoptatum, ſi auxiliator, ac protector, acceſſeris. Adſis igitur, *Rex optime*, optimâ & ſplendidâ iſtâ, vocatione fretus! Venies, non tanquam *Rex*, ſed veluti totius *Imperii* iubar, ſed & conſcientiarum afflictarum curator, ſed & totius *Bohemiæ*, ſplendidiſſimarumque tot *Provinciarum*, liberator. Tu ſacratiori, vel aheneo potiori, nos muro circumdabis. Tu non unicæ regioni ſuccurres, ſed *Proceres* ægrotantes, complures *Provincias* afflictas, ſubditos periclitantes, preſſoſque, libertatem labantem, curabis, ſolaberis, iuvabis, eriges: Ipſe futurus patriæ liberator, privilegiorum vindex, legum cuſtos, *Religionis* ſervator, pacis conciliator. Hæc, & τὰ πάντα, *Rex*, protector, iudex, vindex, ultor, ſervator, nobis eris, ubi veneris. *Regnum* non obſcurum, *Provinciæ* non incelebres, tot hominum millia, non negligenda, rogant, ſolicitant, quiritant, ne detrectes: Quod ut ne auſis etiam, *Numen* vetat, *Pietas* obſtat, *Religio* prohibet. Hanc in rem te ſollicitè exſpectamus. Atque ut te exſpectatiſſimum nobis fore cognoſcas, ſcito te à futuro ſeculo magnam initurum laudem, à nobis gratiam, qui te proximè exquiſitâ legatione veneraturi, ipſis, ſi liceret, hiſce humeris, è *Rheno* ad *Moldam*, ex *Electorali* dignitate ad hoc *regium* faſtigium, evocaturi porrò, ac deportaturi ſumus. Adeſto igitur cum divina benedictione *Rex*, cum *Regia* filia, *Eliſabetha*, cum filiis regiis, cum familia antiqua, ſereniſſimaque! Cœlum tibi indulget, ſydera favent, hæc regia rogat, *Provinciæ* flagitant, populus applaudit, terræ præſtolantur. Neque unquam tibi facilè auguſtius, neque nobis optatius, feceris, ubi has preces admiſeris, te nobis dederis, tibi nos iunxeris, Vale.

CAP. III.

De dehortationibus, ne oblatam regni Bohemiæ coronam acceptaret, Friderico, Electori Palatino, factis.

I.

Electores Catholici, cum Saxone, & Brandeburgico, ſeriò acceptationem coronæ Bohemicæ diſſuadent.

Poſteaquàm multorum animos *diæta Pragenſis*, quam non tàm *Bohemiæ Proceres*, quàm reliquarum *Provinciarum* legati, celebrabant, ob eventum eiuſce rei, ſuſpenſos tenuiſſet, tandem rumor percrebuit, *Ferdinandum Regem*, facto ſolenni decreto, repudiatum, atque excluſum, contrà *Fridericum Palatinum Regem Bohemiæ* nominatum, electumque, eſſe. Quæ rei novitas cùm ad aures *Imperii Electorum* reliquorum perlata eſſet, operæ pretium, neceſſitatiſque legem, poſtulare arbitrati ſunt, maturrimè ut malo naſcenti occurrerent, ac communibus ſuffragiis exaratis literis dehortatoriis, *Friderico, Electori Palatino*, hanc mentem excuterent, hanc coronæ, atque electionis *Bohemicæ* acceptationem ſeriis verbis unà diſſuaderent. Ità autem dederunt illi ad hunc: Non ſibi duntaxat, ſed omnibus, tàm extrà, quàm intrà *Imperium* mortalibus, innotuiſſe, quibus turbis, motibuſque, fremẽtes *Bohemi* tandem eò abrepti eſſent, ut *Ferdinandũ*, *Regem* utique electum, coronatum, unctumque, ſub variis prætenſionum coloribus, quibus is cauſâ ſuâ, ac regio faſtigio excidiſſet ultrò, damnantes, repudianteſque, ad novam uſque electionem de facto eſſent progreſſi, ut etiam *Palatinum Electorem* futurum *Bohemiæ Regem* iam tùm deſignârint, evocârintque. Tametſi autem is animus ſibi non ſit lites illas *Bohemorum*, turbarumq; excitatarum cauſſas, & quæcunque eò ſpectãt, in præſentiarum aſſumere, ac decidere, neque ſic etiam conſtitutum habeant, illi, quid agẽdum foret, præſcribere, atque inculcare, velle, ſed potius confidant, eum, pro ingenio, cœlitúſq; dato intellectu, rẽ omnem, ſanè arduam, ac longè graviſſimam, penſiculatius examinatu-

naturum,ponderaturumq; eſſe, tàm in ſe, ſicut ſe
quidem haberet, quàm ea omnia, quæcunque non
tantum in *Imperii*, eiuſque membrorum, detrimẽ-
tum,ac periculum,iuxtà verò in particulari, in *Ele-*
ctoralis ſive ipſius familiæ diſpendium,ac caſum, in-
clinare, ac vergere, poſſint: nihilominùs tamen,
requirente officio,ac præeminentiâ, cum *Imperio*,
eiuſque, atque indè dependentium, ſaluti provi-
dere, obligati ſint,naſcentibus malis maturè,atque
in principio, medicinam ut faciant, tùm plagam il-
lam *Imperio*, atq; *Statibus*, infortunium paratũ mi-
nantem,quàm longiſſimè propellant, non potuiſſe
non has,animi ſui teſtes;literas ad illũ dare,curarũ,
ac ſolicitudinis interioris, plenas, quas pro ſua æ-
quanimitate, boni,æquique conſuleret. Itaque co-
ronæ *Bohemicæ* acceptationem (quâ de agitur) eam
eſſe labem,eam malorum lernam,ex qua, tanquàm
ex abyſſo, immenſæ clades, humanique ſanguinis
profuſiones,exſpectandæ veniant. Ut etiam totius
Imperii conquaſſatio, ac ruina ipſa, ſubſequi ſuſti-
neat. Vigilantiâ ſuâ opus eſſe quàm maximè,ne ma-
lum hoc,dùm adhûc naſcens eſt,radices agat,vireſ-
que acquirat,omneſque,ſub eadem calamitate,*Im-*
perii Ordines obruat,ac peſſundet. Duos eſſe,& præ-
cipuos,*Imperii Electores*,*Bohemum*,& *Palatinum*, qua-
les ità quidem collidantur,ac in ſemet irruant, ut,
abſq; multorum internecione,populorum ſeditio-
ne,provinciarum everſione, ac *Reipublicæ*, commu-
nisq; *Imperii*,ſalutis deꝑditione,*Tragœdia* iſta peragi
ne quidẽ valeat. Fidei,atq; mutuę amicitię,ſeſe lege
moneri,atq; adigi,ut *Electores Electorem*,collegę col-
legam,admoneant,atq; aberranti fortè,vel violen-
tis aliorum conſiliis in devia,ac præcipitia,acto,viã
commonſtrent,adeóq;, ne caſum faxit,ſuccurrant.
Piam,ac fidelem, ſecum intercedere benevolentiã.
Quâ comite,ac duce,nihil dubitent, cum ipſo lite-
ris cõmunicare,remq; omnẽ paulò altiùs expende-
re,rogantes,hanc mentẽ,hanc amicam admonitio-
nem,ne ægrè ferat,ſed intrò ad animum admittat.

Quantùm igitur à *Bohemiæ Proceribus* de facto in-
ſtitutam novam electionem ſpectet,magni eſſe illã
momenti,ſedis quidem eo in regno vacantiã nullã,
ſed potiùs *Ferdin. Cæſ.* in *Bohemiæ Regem* eſſe publicè
deſignatum,coronatumq;,cui *Proceres*, ſubditique,
ſub homagii ſacramento,obligati forent. Eum tã-
tùm non à *Bohemiæ Ordinibus*,ſed & externis *Regibus*,
Principibuſq;,ſed & toto *Imperii Septemvirorum* colle-
gio,pro vero,& legitimo, *Rege* declaratum, admiſ-
ſum,cohonoratumque, eſſe. Iam, utrùm per *Bohe-*
miæ Ordines ſtare poſſit, quò illis *Regem*, & *Dominum*
ſuum,ſemel agnitum,pro arbitrio, ac beneplacito
ſuo,reiicere,liceat,unuſquiſq;,cui ſyncipüt ſanum,
iudicaret. Tùm reiectionem in eo utiq; ſubiecto,
in *Imp.* ſuperiorem non recognoſcẽte, locum haud
quidem habere. Ut,quid ex id genus proceſſu no-
vo, atq; intolerando, inter ſubditos, ad libertatis
ſtudia aliâs proclives, oriundum deinceps, exſpe-
ctandumq;,uſuveniat, nemo non perſpicere ſuffi-
ceret. Quod ſi contingat, (id quod coniunctis vo-
cibus abominentur) *Palatinum Electorem* tantùm
non *Ferdinandi Regis* reiectionem approbare, ſed
inſuper novam electionem, ad ſe eatenùs delatam,
gratam habere, nullum fieri dubium,quin hocce in-
ſtitutum omnibus bonis, qui quidem motuum id
genus *Bohemicorum* initia,progreſſuſq;, diligentiùs
conſideraſſent,improbandum eveniat. Eſto enim,

proceſſum Reiectionis, novæq; *Electionis*, alioquin per ſe graviſſimum,nullo pacto excuſari,tolerariq;, poſſe: illud tamen paulò maioris momenti eſſe videri quiret,eum, tanquam præcipuum *Imperii Electorem*,& quidem *à Matthia Imp.* ipſoque *Ferdinando Rege*, eò uſq; in honore, atq; exiſtimatione,habitũ, ut etiam motuum iſtorum *Bohemicorum* inſpectio, ac deciſio,in eum,& quidem volentem, delata fuerit,abſque ullâ datâ,prægreſſâq; *Domus Auſtriacæ* offensâ,eò delabi,ut pro pace reſtauranda, ipſe belli ſemina uberiùs diſpergat,pro ſeditionis,ac turbarũ *Bohemicarum* ignibus extinguendis, ipſe graviorum periculorum, tumultuationumq;, incẽdia excitet, pro compeſcendis ſeditioſis populorum furoribus, ipſe graviorum tumultuationum, ac tempeſtatum fax,& tuba,eſſe velit. Contrarium potiùs, atq; ampliſſimum,eius,utiq; *Electoris*,contrà ſe perorare, ac cauſam dicere,officiũ. Eius enim eſſe munus illud, illud ab eo poſtulari, ut reliquis *Electoribus* ſeſe coniungat,ac, iuxtà leges *Bullæ Carolinæ*, eò reſpiciat, quò unuſquiſq; poſſeſſionibus ſuis, iuribuſq;, gaudere,queat, tantò minùs,ut ſummo *Imp.* magiſtratui,autoritas atq; honor, à *DEO*, hominibuſq; collata,non conſtare,ſed abrogari,debeant. Si itaq; ipſe ſubditos,quos ꝑ autoritate ſuâ coërcere potiùs teneatur,contrà *Regem*, ac *Dominum* ſuum, inflammare,imò *Regnum*, *Provinciaſq;*, alteri debitas, ipſe intercipere, imò ipſi capiti,cui utiq; omnes *Electores*, ipſeq; per legatos, iuramento forent obligati, reſpectum,honorẽ, atq; autoritatẽ ſummam, detrahere,ſit animat⁹,quis inde turbo,ꝗ chaos,quæque rerũ,boniq; ordinis, perturbatio, ſubſequi ament,diuinare difficile haud futurum. Avaritiæ præterea ſpeciem ceu quandam hoc præ ſe ferre, videri poſſe. Ut n. qui domi habeat,in alienas ditiones graſſetur,certè albis calculis approbari haud poſſe. Ut illud inprimis nullo pietatis colore exculpari ſuſtineat,tanta, ac tàm atrocia, per univerſum *Imp.* fovere,ac diſpergere bellorum, periculorũq; incendia,quibus parietes tantũ non,ſed ipſa *Imperii Domus* interior,imò omnes eiuſdẽ columnæ, atque penè fundamenta,conquaſſari, dirui,ac confundi, integrũ ſit. Ab eventu,atq; effectis, conſilia ſibi data,nimis flammantia,ſicubi ꝓbare velit,nimis ſerũ hoc fore. Principiis in ipſis diſpiciendum eſſe, an conducat, an expediat, ꝗ conſultores perſuadere ſtudent. Ut præcipuè in rebus novis, turbiſq; iſtis, nulla ſanitas in ſuaſoriis hominũ ſeditioſorum exſpectanda,aut præconcipiẽda, ſit. Inquietis hominibus,atq; ad res novas ſpectantibus,rarò, conſtãtiam adeſſe. Faciliùs eſſe,rem arduam tentare, quã exequi. Difficilius bella finiri,q̃ ſuſcipi. Turpiùs eſſe,veterem *Regem* eiicere,q̃ novum admittere. Tãtam eſſe rem, & tàm immenſi periculi plenam, q̃ adire cogitet, ut etiam domeſticorum ſuorũ deliberationes meritò ſuſpectas habere debeat. Quid? quòd *Ferdinandi* rationes potiùs in contrarium militent,cauſſa,utiq; *Regis*,potior, dignitas ac deliberatio conſtantior,præſumantur? Is inobedientiæ, ſeditioniſque,cùm eos convincat,pacis, compoſitioniſq;,media hactenus exhibeat, arbitrio, ac diſpoſitioni *Electorum* ſe,remque omnem, permittat, regionumq; depopulationem averſetur, & meliora,mitioraq;,remedia volens admittat, quis nõ attentata iſta,tanquam extrema, atque ultima, non toto pectore exhorreat, atque ad eorum omnium

mentionem expalleſcat? Immò, utcunq; *Palatinus* in regnum quidem aſcendat, utcunq; alicuius temporis belli ſive ſucceſſu, ſive novo, dubio tamen, regio honore fruatur, neq; ſic tamen rem ilicet omnẽ actam fore. Quò ſplendidiùs *Fortuna* rideat, eò magis extimeſcendam eſſe, ne terga præbeat, atque in præcipitiis hærentẽ derelinquat. Eſſe *Ferdinando* cauſſam contrà refractarios ſubditos & ſpecioſam, & omnibus *Regibus* communem, ac metuendam. Hanc, velut hydrã, ab initiis reſecandam eſſe, hoc venenum forti alexipharmaco expugnandum. Adde, eidem *Ferdinando Provincias* ſuppetere ampliſſimas, vires dari validas, exercitũ in armis iam tũ eſſe inſtructum, favere agnatos, conſanguineos, affinesq;, interq; eos tot *Reges*, totidemq; *Principes*, lege coniunctionis, ac neceſſitudinis, ipſi obligari, ut ẽt univerſum *Imp.* cauſſam *Cæſaris*, ac capitis, ſui aſſumere, omnes quin imò reliqui *Electores*, ac *Status*, in partes illius deſcendere, ipſo iure adigãtur. Annon putet aleam, & diſcrimen, belli, iam tùm abundè periculi plenum, omninò perículoſiſſimum evadere poſſe? An *Ferdinando Cæſari* facultas deeſſet undique maiores vires contrahere, totum *Imp.* in arma ultricia ciere, undiq; conclaſſare? Quis prohiberet illi copias vel è *Belgio*, vel ex *Italia*, ulterioriſq; *Sicilia*, vel ab ultima etiam *Hiſpania*, aliiſq; *regnis*, ac *Provinciis*, evocare? Si tunc bello cadat *Palatinus*, (prout in bellis incerta quidem omnia) fore, ut infortunium illius, & caſum, probent omnes, cauſam verò, atque inſurrectionem iſtam, ne quidem ullus probet, ſed deteſtentur oẽs. Tunc eo eventu non tantùm nullum nomen memorabile, nullã gloriã exſpectandam venire, ſed pœnæ loco, etiam iacturâ quavis gravius, ludibrium, ac contumeliam, in foribus excubare. Ut ut autem omnia adhuc eſſent, videriq; poſſent, ſtante utraq; hoſtili acie, dubia, illud tamen certiſſimum, indubitatumq;, habendũ eſſe, magnam cladem *Imp.* eiuſq; membris, ac *Principibus*, extimeſcendam impendere. Illam eſſe *Auſtriacæ* familiæ, & quidem à ſeculis aliquot confirmatam, potentiam, illam indè acceptam gravem iniuriam, illa, quoad hæreditariam ẽt regni *Bohemiæ*, quam ipſi prætendant, ſucceſſionem, iura, illos illis excelſos animos, regiumq; ſanguinem, illos agnatos, ac cõſanguineos ampliſſimos, ut omni conatu, vi, induſtriâ, virtute, atq; auxilio, hoc acturi ſint, quò interceptum *Bohemiæ* regnum recuperare, hoſtes fundere, ſubditoſq; ad obedientiam inque ordinem redigere, fas ſit. Interim utut ex adverſa parte, neque exercitus, neque vires, neq; confœderationes, neq; auxilia, fortè deſiderari, contingat, præſertim rebus *Vngariæ* inſuper ad motus, ac res novas, ſpectantibus, ut, poſito calculo, omnia etiã prævalere poſſe videantur, nihilominùs altiùs quoddam principium, nimirũ divinã diſpoſitionẽ, inprimis penſi habendã eſſe, quæ liberrimè, & minimè iuxtà arbitriũ hominũ, agat, ac diſpenſet. Interim tẽpus prætereà multa concoquere, mutationes varias afferre, populorum conſilia, ac mentes, conturbare, ut iſta, quæquidẽ nunc manibus tanq̃ alicuius ponderis, obſervantur, exiſtant momentanea, fluxa, & puerilibꝰ ſimilia crepundiis. Sic quoq; *Rom. Imp.* autoritatẽ eam eſſe, ut, ſicubi *Imp. Ordines* conclaſſare velit, auxiliũ, haud quidẽ pœnitẽdum, erogare poſſit. Neq; eo in caſu neceſſitatis caput *Imp.* huius aut inſuꝑ haberi, aut derelinqui, conveniens fore, ut multi ẽt ultrò operas ſuas conferre, atq; impẽdere, velint. *Imp.* anteà *Turcos* quidem cõcuſſiſſe. Sed iam ab indigenis, ac civibus, plus periculi inſtare *Imper.* igitur hoc in gravi caſu auxilium denegare, vituperio rem dignã, & piaculi plenam, eſſe, ut citiùs *Reges* exteri ad opẽ ferendã impellendi ſint, q̃ ut iniuriã ac vim illatã *Cæſar* vindicare haud ſuffecturus ſit. Eo pacto facilè uſuvenire poſſe, ut *Turca Mahometanus*, iam tùm ꝑ *Gabr. Bethlenium* non pauca in *Chriſtianis* molitus, occaſionem invadendi *Imp.* arripiat, exteriq; *Potentatus*, in *Germ.* Provincias alliciantur, quos deinceps amoliri, atq; rurſus eiicere, haud facile ſit. Ità *Germ.* à tot ſeculis, cum omnium populorum admiratione, hactenus florentem, poſtq̃ hinc *Turcis*, indè *Regibus* exteris, in partes accitis, exponeretur, rapinarũ pretium, ac ſpolii loco, futuram. Ità iura tã divina, q̃ humana, interitura, ità ſacerrimum *Electorũ* per *Imper.* inſtitutum, atque *Ordinẽ* collapſurum, ità *Principũ*, atq; illuſtrium ſtirpium, familias, inter civilis belli incendia iſta, perituras, ut, tanq̃ in media, atq; ultima, barbarie, deinceps neq̃; antiquis tot ſtirpibus honor conſervari, neq, illuſtriũ heroũ natales, ac nomina, abſq; ignominia, ac contumeliâ, ſupereſſe queant. Atque hæc, hactenus recenſita, publicam concernere ſalutem. Quid interim, quantumq;, in particulari ipſimet *Palatino*, è tanta rerũ perturbatione, cõmodi ſperandũ, quidq; in illis ſpei ponendũ, ſit, qui iam, fortunâ vitreâ, ac ſplendente, omnia plenis applauſibus ꝓmitterent, eventũ fortè, ſed nimis ſerò, demonſtratũ eſſe. Imò verò præmetuendum venire, eũ belli tàm infelicis, ac civilis, exodiũ, vitâ intereà eluente haud viſurum, contrà verò hæredibus ſuis, loco pacis, ac ſecuritatis, funeſtum bellũ, totq; pręponentes hoſtes, ſuperinducturũ, quibus reſiſtere ipſis facultas deeſſet. Ut igitur tantã communi *Imp.* ac *Patriæ*, deſolationẽ, ꝑditionem, atq; peſtem, qui *Germ.* ſanguinis *Princeps*, *Imperiiq; Elector*, hactenuſq; pacis amans, cognitus, eſſet, ſuꝑinducturus ſit, hoc ipſum eſſe, ꝙ ab ipſo, & quidẽ collega, ſperare, ac ſibi polliceri, nunq̃ cœpiſſent. Itaq; reciprocè hoc ab eo exſpectare, futurũ, ut, amicæ huius admonitionis memor, turbis id genus *Bohemicis* renunciet, electionẽ illam, tanq̃ ineſcationẽ, ac toxicum, fugiat, contrà *Archiduces Auſtriacos*, in aliorum gratiã, nihil hoſtilitatis ſuſcipiat, tantamq;, ac tàm miſerrimã, calamitatẽ longè à *Germaniæ* limitibus abarceat. Hoc hoc ſeſe conceptiſſimis verbis, tanq̃ fideles, amicos, ac ſincerè ergà eum affectos, *Collegas*, ac *Con-Electores*, inſtãter, ac ſolicitè, deprecari, tutiorẽ, mitioremq;, viam amplecteretur, motuſq;, ac tumultus ꝑ *Boh.* exortos, ꝓut anteà, mitibus ac facilibus, remediis conſopire adiuvaret. Sic futurum, ut gratiam ab *Imperatore*, in viã leniorem ꝑ ſe inclinãte, laudẽ à *poſteritate*, honorẽ ab *Imp.* & benefactoris nomen ab ipſis tumultuũ autoribus, aſſequatur. Ità pacẽ, tot piorũ corculorũ deſideriis, & lacrymis, petitam, denuò aſpiraturã, ità tranquillitatẽ. Poſtliminiò afflictis affulſuram, iuribus, ordiniq;, ſuum honorẽ cõſtituturũ, ità deniq;, eũ neq; ulliꝰ privati emolumenti, neq; honoris, aut ambitionis, ulliꝰ, ſed pacis ac concordiæ, rationẽ unicè habuiſſe, meridianâ atq; adultâ luce clarius futurũ. Denique, ſi nihil aliud, inter cętera tot innumera, penſi habeat, vel illa, quæ ſequuntur, ad animũ admittere pateretur, *Chriſtianæ* dilectioni è diametro repugnare, *DEI* præceptis adverſari, *Cæſaream Maieſtatem*, (q̃ ipſe nuꝑ eam ad dignitatem iuxtà evexiſſet) violare,

debi-

debitum *Imperatori*, ac *Magiſtratui*, ſuo, honorem, ac reſpectũ, reclamare, agnationis, ac neceſſitudinis, arctæ vinculum laborare, imò ſeſe denique illis honoribus, conceſſionibus, protectioniſque, atq; aliis ab *Auſtriaca* familia dependentium beneficiorum, generibus, ſe indignum, ingratumq; exhibiturum, ſicubi inſuper habitis tàm divini, quàm humani, iuris vinculis, eum, à quo ne quidem vel verbo, vel facto ullo, læſus ſit, armis hoſtilibus petere, extremãque tùm toti *Imperio*, tum maximè ſibi, ſuiſq;, ruinã accerſere perſeveret. Omninò, ergò perſuaſiſſimũ haberet ipſam, tàm divinitùs patefactam, quã humanâ ſapientiâ fundatam, iuſtitiam, æquitatemq;, hanc legationem, pro communi ſalute, obire, rogare, atq; inſtare, vellet *DEO*, atq; hominibus, honorem, debitum aliàs, illum deferre, adeóque mentẽ, ac propoſitum in melius commutare. Illud eſſe, quod *DEO* placere, *Imperio* conducere, preſſos reficere, in ſuſpenſo viventes erigere, inprimis familiam propriam amplificare, ſemetipſum deniq; veræ laudis, immortaliſque gloriæ, coronâ, eâq; ſempiternùm florente mactare, poſſit, ac poſſit, &c.

II.

Maximilianus, Dux Bavariæ, Fridericum, Electorem Palatinum, ne electioni Bohemicæ aſſentiri vellet, dehortatur.

ACceptis *Bohemorum* literis, electionem regiam ſignificantibus, *Fridericus, Elector Palatinus*, diu, regiam illam, ac ſpecioſam conditionem, repudiaret, an v. ſuſciperet, dubitare viſus eſt. Non .n. protinus literis, legatiſque ad ſe, eam in rem, miſſis, aſtipulari, ſed, collectis agnatorum ſuffragiis, aliquantiſper, tanquàm ſuper re inſigniter ardua, hærere, ac velut ſubſiſtere, cœpit. Cùm igitur, inter cæteros *Principes*, neceſſitudine ſibi coniunctos etiam *Maximilianum Bavariæ Ducem*, in conſilium adhibuiſſet, ille tantùm non rem omnem diſſuaſit, ſed etiam ſeriis verbis dehortatus eſt, literis, hac de re, *VIII. Cal. Octobres*, conceptis, fidem facientibus: Quæ tales ſunt: Rumorem quoq; ad aures ſuas perveniſſe, inquit, quo pacto, etiam ſe iuxtà cum ignorantiſſimis exiſtente, *Palatinum Bohemi* in novum *Regem* elegiſſent, ut iure meritiſſimo, in re tàm ingentis momẽti, adhucdum cunctari, ne dùm aſſentiri aut velle, aut poſſe, videatur. Rectè hoc! Nam, quò penitiùs turbas, tumultuſq; iſtos *Bohemicos* inſpecturus foret, eò difficiliùs inventurum, quid faciat, quo modo tantis procellis, ac fluctibus, caput ſuum committere poſſit. Quamquàm autem certò certiùs confidat, illum, tanquàm pacis, æquitatiſq;, amantem *Principem, Electorẽ*, iuxtà, atq; *Imperii* columnã, præeminentem, pro ſua prudentia, aliàs cognitiſſimum habere, ſecumq; penitiùs deliberare, quo in loco turbæ iſtę civiles, per *Bohemiam, Vngariamq;*, ac finitimas *Provincias*, gliſcentes, habendæ forent, tũ quid *Imperio*, ipſiq; *Imp. Auguſtaq; Auſtriacæ* familiæ, deberetur, tùm quid ad neceſſariam pacis conſtabiliendæ reproductionem, verſuſq; inſultus *Turcicos* communiendos fines, requireretur: nihilominùs ex eo affectu, agnationiſq; proximæ vinculo, & quod *Palatinum* nomen, tanq; ſibi conſanguinitate coniunctiſſimum, ſemper florentiſſimũ eſſe optaſſet, teneri, immò obligari, ſeſe, re, ac neceſſitate ſic poſtulante, in partes deſcendere, veriq; agnati, immò ẽt monitoris, vices aſſumere, atque induere. Eũ n. ſtatum, in quo quidem *Palatinus* conſiſteret, eam viam, quã in præſentiarum calcaret, multiplicibus, atq; ingentibus tàm periculis, quàm infortuniis, plenã eſſe, ut ipſe fortè cum ſuis procellas, ac tempeſtatẽ imminentem, eamque horrendam, ac præcipitem, minùs videat, alii, qui extrà navim eſſent, videant rectiùs. Rem non ſolùm unius *Principis, Electoriſque*, in diſcrimen vocari, ſed totius *Imperii* intereſſe, in tempore tanto malo remedium proſpicere. Quò magis ſibi curæ eſſet, rebus adhucdùm integris, & agnato fidele conſilium fide optimâ ſubminiſtrare, &, ſi patiatur, arctæ neceſſitudinis lege, pauca ipſi in memoriam revocare.

Et quidem principiò, *Boh.* regnum, reſpectu *Provinciarum* coniunctarum, eſſe præcipuum, ac præpotens, eſſe *Imp. Electoratum* inſignẽ, eſſe ẽt quidem in cõmuni patria, *Germania*, poſitum: quo nomine tàm quà eminentiã, quàm potentiam, ſitumq;, minimè ſit contemnendum. Interim ſicut non oĩa, ceu vulgò loquuntur, renidentia, ac ſplendentia, ex auro ſolido, atq; obryzo, exiſterent, ità prefatũ hoc quoque, aliàs luculentum, regnum ſuis quoq; difficultatibus haud quidẽ vacare. Superiores *Boh. Reges*, tã indigenas, quàm foris in regnum vocatos, nunquàm ferè tranquillè, ac quietè, egiſſe. Ut ẽt finitimas regiones bellis inundarunt, fœdârintq;. Hiſtorias id loqui, ut ipſe alioquin regnum id genus ſibi tàm propinquum, quàm amicitiâ, ac benevolentiâ, iunctum, accuſare, affectus quidem haud ſit. Iam ſe nõ parùm dubitare, utrùm, poſitâ conditione, ſicubi *Palatinus* in electionẽ conſentiat, quies ipſi expectanda ſit, cùm vice verſâ omnia ſibi, ſuiſq;, contraria veniant extimeſcenda. Peregrinus n. cum ſit, magis illi de colliſionibus metuendum eſſe, vel annalibus *Bohemicis* confirmantibus, plerumque foris accerſitos *Reges* haud ſatis quietò, cõmodoq;, apud eos loco fuiſſe.

Illam difficultatem vel indè augeri, quòd *Bohemis* in more eſſet, *Reges* futuros in certas conditiones, legeſq;, adigere, earum denique adimpletionem ſeverè exigere. E qua regiæ autoritatis reſtrictionẽ non niſi offenſæ, colliſioneſq;, ſubnaſci ſit proclive.

Deindè, rem iſtam ſuſpicione haud quaquàm vacare, cinereſq; eſſe doloſos, latentibus intùs favillis, atq; ignibus. Nam, frementibus hiſce *Bohemiæ* motibus, *Turco* elegantem aperiri occaſionem, per *Gabrielem Bethlenum*, Vaſallum, ac mancipium, ſuũ, invadendi *Vngariam*, iam tùm quoq; opportunè diffidentem, per cuius veluti latus in finitimam *Moraviã*, ipſumque deniq; *Boh.* regnum, licentius graſſari, illudq; ſubiugare ſucceſſivè, quitus ſit. Antè hâc *Vngariæ*, ac *Bohemiæ*, regna, ſicut etiam nunc, ſub eodem domino fuiſſe. Illis interiacentes, ac finitimas, eſſe *Auſtriam, Moraviamq;*, Provincias. Si iam *Barbarus* eò uſque voto ſuo potiri, atque in *Bohemiam* excurrere poſſit, quis iſtum ab invaſione *Imperii* ulterioris, facilè prohiberet? Ut ut de pace cum eo cõveniri queat, *Barbarum* tamen ſuo more iſtud ſemper agere, ut pacem tàm diu fingat, ac ſimulet, quoùſq;, præſpeculatâ idoneâ occaſione, omnia divini, humaniq;, iuris ſacra, ac vincula, fœdè diſrumpat, ac violet. Quod quàm opportunum tùm quidem futurum ſit, ubi (quod abominandum) luculenta illorum regnorum acceſſione, viribus auctior, ſuperiorque, evaſerit. Nimis ſerò tunc *Chriſtianos Principes* deploraturos ſive odia, ſive ignavia

ſua,ubi barbaricis agminibus in *Imperii* meditullio ſævientibus ſiſtere vix ſufficerent. *Regnum Vngariæ* hactenùs adverſus tyrannidem *Turcicam* murum eſſe illum aheneum. Si eo contingat *Turcum* potiri,tùm effractis illis,quib⁹ tenebatur,clauſtris, effuſis velut habenis,in ulteriorem *Germaniam* educere poſſe.Tametſi autẽ vel *Mahometanum* nõ accidat vires ſuas,occupatis luculentis iſtis regnis , ac Provinciis,extendere,nihilominùs *Vngariæ* , *Bohemiæq;*,regnis adverſus *Imperatorẽ*, *Imperiumq;*,vultus elevantibus,non liquere,quo idoneo apparatu impetus tã potentis,ac barbari,hoſtis,retundi poſſet, *Imperio* civilibus bellis implicito,atq;antè ,dùm vires omnes conjunxiſſet,vix reſiſtere ſufficiente. Inteſtina iſta odia,ac digladiationes,plerũq; peregrini dominatus fomenta,ac p̃ludia,eſſe.Quo in periculo verſarentur res *Venetæ*, aliàs à *Mahometanis* afflictæ,ſicubi accidat regna,ac provincias *Auſtriacas* ità diſcerpi,à barbariſq; ſubjugari, non eſſe obſcurum. *Tranſylvanos*,*Moldavos*,ac *VValacchos*,iis jam tũ diſcriminibus aliàs laborare , ut *Turco* in *Vngariam* uſque aſcendente , prorſus de illis actum eſſet , *Tyranno*, more victoris , acerbiſſimas leges præſcripturo , atque omnia tàm ſacra, quàm prophana, conturbaturo. Quis futurus foret eo caſu tùm *Imperii*, tùm *Principum* , ſtatus , facilè divinari poſſe , cùm *Barbari* iſtius iſte mos ſit , primò quidem , ſub ſpecie tranſactionis , atque amicitię, potentioribus abblandiri , paulò poſt,occaſione captata , illuſtriſſimas quaſque familias radicitùs exſcindere,neq; repullulare ampliùs queant,in ipſa ſtirpe delere.*Græcos Principes* tyrannidem iſtam *Turcicam* jam dudum, ad internecionem uſque expertos eſſe,illoſque *Reges*,*Reguloſque* , *Turciæ* finitimos, adhucdùm indies experiri,ut, his qui longius abſint, forſan amicitia *Turcica* , ipſo alioquin vel nomine, atque auditu , deteſtanda ,ridere ne quidem poſſit.Pœnitentiam autem iſtos omnes oppidò emendaturos eſſe , ſine ullo dubio , quicunque res *Barbarorum* accuratiùs inſpicerent, diligentiuſque deponderarent.

Tertiò,*Bohemos* quidem,more ſuo , jus regiæ electionis allegare.Interim neq; hoc prorſus negari poſſe,ex parte regnum illud *Auſtriacis* hæreditariũ factum eſſe.Toties enim uſuveniſſe,ut,ſi quà anteà regni electio ad peregrinos delata fuiſſet, immẽſæ digladiationes,turbæ,motusq; indè excitati, haud priùs ſubſederint,donec ad priorem , regno utentem,proſapiam regni ſucceſſio revoluta eſſet.

Pro quarto,nuper *Ferdinandum Cæſarem* in *Regem Bohemiæ*,ipſarummet *Ordinum* ſuffragiis, electum, coronatumq;,adeoq; omnibus ceremoniis, ac requiſitis,confirmatũ,eſſe,eâ duntaxat ſub exceptione ſolâ,vivente ac ſuperſtite , *Matthia Cæſare*,à gubernatione ſe ut abſtineret.Iam rẽ novã videri, neque antiquitùs ità fuiſſe , ut *Rege* electo , ac coronato,exiſtente,alius,& peregrinus , favore quorũdam *Ordinum*,poſtliminiò eligi,ac ſupervenire velit,poſſitq;,ut veri,ac legitimi,illius *Regis* jura, poſſeſſionem, ſtatumq;,evertere aggrediatur. Hoc ipſum quã ſine prioris injuria,deſpectu,offenſaque ultima,fieri haud ſuſtineat,probatione egere penitùs nulla.Potiùs igitur uſuveniat,ut *Rex* aliquis omnes fortunas ſuas,vitamq;ipſam,effundere cupiat,quã ut ignominiã,& dedecus iſtud, pati debeat; Si in ſubditorũ iſtud arbitrio,atq;voluntate, poſitum ſit,ut obortis fortè,quà eccleſiaſtica,quà politica,diſſenſionib⁹, ilicet *Regi* , *Principiq;*, ſuo magiſtratũ ne abrogare poſſint , ecquis poſthâc *Principũ* ab iſta injuria tutus exiſtat?Quid,ſi hoc *Palatinatus* utriuſq; ſubditi conarẽtur,ipſe *Elector* faceret?Dubio procul opus,utiq;peſſimę ſeditionis plenũ,minimè approbaret. Olim,rebus *Imperii* altâ pace , ac quiete,florentibus,ſolioq; in *Bohemia* regio vacãte, nec tantis diſcriminib⁹ occurrentib⁹,etiam *Maiores* ſuos,è *Bavaria*,ad *Regiũ* iſtud faſtigiũ evocari contigiſſe.Quanquã igitur vel tùm tẽporis, obſtaculis id genus haud obviis,dominatũ,ac potentiã ſuã,illius regni acceſſione,extendere licuiſſet,eos tamẽ, cõditionibus aliis diligentiùs penſi habitis , potius hunc delatum honorem gratanter recuſaſſe, quàm admiſiſſe.

Quintò ſuperpondij loco,accedere, nuperrimè *Ferdinandum Cæſarẽ* ab *Electorali* collegio,tanquã legitimum *Bohemiæ Regẽ*,*Electoremq;*,ad electionis diętam *Francofurtũ* eſſe vocatũ , in electionis conclave introductũ,ad ſeſſionẽ,vocẽ,votumq;,*Bohemis* rejectis,admiſſum,imò deinceps in ſupremũ *Imperii*, *Chriſtianiq; Orbis*,caput exaltatum,eſſe.Iã autem res *Bohemicas*,ipſo non recuſante *Cæſare*,in aliã,ac particularẽ,diætam,reiici contigiſſe. Sicut autẽ leges *Imperii* depoſtulent,ut *Electorũ* unuſquiſq; ab antiquo conceſſa ſibi præeminentiâ,juribus , ac cõceſſionib⁹,ſuis gauderet,ità viceverſa æquiſſimũ eſſe, *Imp.Rom.*(cui omnes *Electores* , ipſe etiam *Palatinus*, ſacramentũ feciſſent) majeſtas, honor ſum̃us,autoritaſq;ſua conſtaret.Nihil minùs itaq; *Ferdinandum Cæſ.* præcogitare , quàm ut *Elector* aliquis *motus Bohemicos* aſſumere,deterioreſq; reddere, quàm iſtis cõponendis operas jungere,velit. Vt eò minùs perſuaſum habeat,fore,ut *Palatinus* regnum è manibus ipſius eripiat,ſibique vi,atq; armis, vindicet.

Pro Sexto,ſi is *Palatini* ſit animus,electionẽ novã ratã habere,regnumq; ſibi aſſerere, nihil aliud exſpectãdum illi eſſe,quàm *Auſtriacos*,pro ea,qua polleant,potentia,omnia,etiam ultima, cõjunctis viribus,tentaturos eſſe,& ſine miſſione quouſq; injuriã hanc à capitib⁹ ſuis propellere, regnumque, ac *Provincias*,ablatas,recuperare,detur. Atque hoc quidem intuitu , nihil ſibi ad ſummas difficultates, capitales tantæ familiæ inimicitias, periculoſaſque mutationes,ac converſiones, reliqui futurũ.Principium regiminis jam tùm eſſe inquietum, ac ſolicitudinis , plenum. Indè, quid de belli progreſſu, imò eventu ipſo,valdè dubio , ſperandum ſit , in proclivi eſſe.Etiam inter manus fortunam blandientem vultus corrugare ſolere. Vt iſti *Deæ* lubricæ non ſtandum ſit.Etiam uſuvenire amare, ut , dùm is opulentam in proximo prædam captat,fortunas jã paratas,ac quietas,domi confundat,liberiſq; , ꝓ pace,ac ſplendore avito,belli flagellum,incertamque hæreditatẽ,poſt ſe relinquat.Vt,ad ſummam, nullo colore hæc via calcãda ſit,quæ minimè ad *Imperii* pacificationẽ,ſed ruinam,ac depopulationem, deducat.Secundùm hæc,ſeptimò,hoc quoq; nonnullius ponderis occurrere , *Bohemi* ſuo cum *Rege* diſſidentes,hactenùs,*Electorum* interpoſitione,quò ad obedientiam priſtinam revocarentur,allaboratum eſſe.Ea in re inprimis quoq;*Palatinum* & conſilium, & operã laudabiliter,unà cõtuliſſe. Imò ipsũ per legatos *Britanniæ Regem*,quò *Regi* ſuo *Ordines* reconciliati unirentur,æquiſſimũ judicaſſe.Quid? ſi

jam

m *Palatinus* ex arbitro,& mediatore, hoſtis ipſe,
ugeret. Si,qui partes conciliare volebat,bellum
vile exaſperare,immò *Elector*,&quidem ea in cau-
,*Cæſari* ſeſe armis opponere,vellet?
In hoc certè (pro octavo) communem cauſam
erti,atq; omnium *Regum* intereſſe. ut prævideant,
e par inſolētia ipſis,ordine electis,coronatis, ſuc-
edentibusq;,à ſubditis intentetur,ſi, indicta cau-
,*Reges* deponere,veteresq; reiicere, novos contrà
lſciſcere,atq; veteribus opponere,fas ſit. Neminē
el è privatis,abſque legitimo juris proceſſu, cauſā
ndiſcuſſā,condemnari,tantùm abeſt,ut,ſummum
nperii caput,ipſe *Cæſar*,contrà leges, extrà ordinē,
um ignominia,tractari mereatur.
Super cauſis,quibus *Ferdinandus Cæſar* regno pri-
andus foret,ſuum judicare non eſſe. Interim hoc
bi innotuiſſe,*Matthiam Cæſarem*, abſque intuitu
rorum quorum cumq; *Ordinum* in privilegiorū,
terarum Majeſtaticarum,aliorumq; jurium,ad *Ordi-
s* pertinentiū,conſervationē plenariam, animis
ropendiſſe,ut etiam militē deducere,locumq;,tē-
us,& perſonas,tranſactioni opportunas, cōſtitu-
re,& determinare, jam tū cœperit. Contrà verò
ohemi militis ſui deductionem dùm detrectant,dū
mpliores,arctioreſque,*Provinciarum*, confœdera-
ones exquirunt,dū ſociorum,longiùs diſſitorum,
onſenſum prętendunt,immò etiam, inter cætera
l genus,*Electori Saxoniæ*,utique hoc in negotio ab
nperatore conſtituto cum poteſtate pleniſſima ar-
itro, ac diribitori,fidem habendam eſſe negant,
que id genus excuſationum varios funiculos ac
athenas,nectunt,accidit,ut temporis opportuni,
eiq;agendę,occaſione effluente,malum, quotidie
rpens,eas in tricas deniq; adactum ſit,nudè expli-
ari ampliùs facultas detur ferè nulla. Fuiſſet *Saxo*
le,cui *Cæſar* tutò res ſuas committere dignatus ſit,
uid *Bohemis* obſtitiſſet, ut eum,tantum *Electorem*,
epudiare debuerint?Certè,ſi vel eo momento *Bo-
emi* rebus tàm propriis,quàm communi *Reipublicæ*
luti,conſulere voluiſſent, occaſio ipſis affulſiſſet
omodiſſima.Vt etiam vel *Saxo*, ſi per *Imperatorem*
qua partium tranſactio fuiſſet impedita, ſeſe *Bo-
emis*,tanquàm parti læſæ,adjungere, *Cæſarique* un-
uis,quod dicunt,in oculo eſſe,ſuſtinuerit.
Ad militum exceſſus, de quibus tantoperè qui-
itari ſoleat,quod attinet,dubio procul utrinque à
ilite,more ejus hominū generis,peccari. Neque
nperatorem,familiamq; *Auſtriacam*,ſic cognitā ha-
enus eſſe,ut latrocinia mandent,cœdes jubeant,
ubditorumq;,maximè inſontiū,malis, atq; exitio,
audeant.Particulariū hominū intervenire auda-
iā,ſævitiamq;,undè iſti quidem in populū furores
manent.Neq; id omne non auribus *Auſtriacis* in-
ratū,imò in ſuis acerbè vindicandū,accidere poſ-
e.Interim tanti vel hanc etiam objectionem haud
ſſe,ut iccircò ad deſperata conſilia, omniaq; ulti-
na,deveniendū ſit.Remedia mitia,ac facilia, ad-
ūc invenienda eſſe, quibus offēſionibus animo-
um obviàm iri,tàm *Regis*,quàm *Ordinum*, jura,pri-
ilegia,ac ſtatuta,ab injuriis vindicari,ſartatectaq;
onſervari,quirent.Iam non ita planū eſſe, utrùm
æc omnia *Palatinus* rectiùs agere,iiſdemq; morbis
nederi,poſſit,quàm *Ferdinandus* ipſe, utiq; ad hoc
lectus, coronatus,itemque potens.
Nedùm ipſum vires deſtituere, ſuper cujus aliâs
otentia cōnſtet,nedùm animum, voluntatéque,
deſiderari,tàm commendata jam pridem exiſten-
tè *Auſtriacorum Principum* benevolentiâ. Dū itaque
novus aliquis *Rex*,iſta,quæ *Ferdinando* faciēda ſunt,
in illo regno,jam maximè diffidente, ſuſcipiat, è
diametro futurum eſſe, ut acerbiores diſſenſiones
excitet,tot innocentium ſanguinem fundat, tot
clades,ac lanienas,inferat, immò totum *Imperium*,
univerſamque *Germaniam*,ad excidium uſque, cō-
turbet.An igitur *Cæſar*, an *Archiduces*, hanc ſui,
ſuorumque, ſive rejectionem, ſive contemptum
(quo nihil *Regibus* magis indignum ſit) impunè fe-
rent?An jura,autoritatemque illam regiam, quā-
tis poſſunt viribus,non vindicabunt? An in armis
ultricibus,uſque ad ultimam neceſſitatem, non re-
ſiſtent?Certè,tantæ molis erit, *Cæſaream* illam atq;
auguſtam,domum ad incitas redigere, aut omni-
nò,ne reſurgere poſſint,opprimere.
Superioribus temporibus etiam paulò gravio-
res,inter *Reges*,*Proceresque*,ac ſubditos, exarſiſſe di-
gladiationes,ità ut pars ex iis etiam victa, fugataq;
ſit.Nihilominùs locum inveniſſe etiam poſtlimi-
niò conventiones, ut & pleniſſimam litium trāſ-
actionem partiſque,tametſi fugatæ, alterius in in-
tegrum reſtitutionem inſequi contigerit.Quò mi-
nùs hac in re eò extremorum deventum eſſe,ut re-
conciliatio tentari,aut exulceratis mentibus medi-
cina fieri,nequeat.Immò ne opus quidem novis,ac
peregrè accitis,remediis,cùm domi alexipharmaca
ſint in promptu.Eā in rem ab exceſſu *Matthiæ Imp.*
Ferdinandum idonea,ac mitia, remedia jam tùm in
medium contuliſſe,privilegia,ac *literas Maieſtaticas*
illas,confirmâſſe,interpoſitionem *Electorum* admi-
ſiſſe,& jam tandem eorundem *Septemvirorum* col-
legio,tàm inſpectionē, quàm deciſionem, cauſæ
ſuæ detuliſſe.Quid itaq; ulteriùs ab illo requirere-
tur?Sicut illud quidem vulgatum eſſet: *Partem cu-
rationis eſſe:velle ſanari*:ità per *Bohemos* ſtaret, qui cu-
rationem propoſitam recuſarent.
Deniq; *Palatino* non incognitum eſſe,quò in di-
ſcrimine,ſub civilis belli incendiis, finitima loca
depaſcentibus,etiam res *Bavariæ Ducis* propriæ,in-
præſentiarum verſerentur. *Auſtriacas* quidē copias
per *Provinciā* ſuā cōmeatum,tranſitumq;, ſecundū
leges *Imperii*,aliquoties rogâſſe.Illis, cùm id negare
non debuerit,refragari haud potuiſſe. Contrà mi-
litē,à *Bohemis* conſcriptū,atq; aliundè accerſitū, ꝑ
Imperii regiones,abſque ulla legis obſervantia, de-
duci cœpiſſe,undè *Catholicæ* partis *Ordinibus* haud
parū moleſtiæ acceſſerit.Quas querelas jā ſuo loco
relinquat.Iā neceſſitate urgente,ſibi improbari nō
poſſe,ꝙ,ipſe,licitæ defenſionis igitur, manū mili-
tarē colligat,ſibiq;ne invaſionibus exponatur,pro-
videat.Eas eſſe flammas ardentis *Bohemiæ*, ut facilè
in proximo à favillis,ſcintilliſque,volantibus, peti
poſſit,maximè eò adhuc incendii,majoris fomite,
ac pabulo accreſcente,dùm novus nimirum *Rex* in
Bohemiam venturus eſſe putaretur. *Bavariam* velut
inter utraſq; partes interjacere mediā,ut contagiū
vereri, tū militare quoq; officium ſuū,quò *Ligæ Ca-
tholicæ* eſſet obligatus,requirere,militē ut cōſcribe-
re debeat.Sedē belli in finitimis eò uſq;ſe deteſtari,
ut,dùm remediis benignioribus locus nullus relin-
qui velit, ipſe quoque rationem iniret, quā tan-
tam procellam à ſe ſuiſque declinare quitus eſſet.
Iam ſi animus omninò perſtet *Palatino*, alienum il-
lud regnum adire,rogare ſeſe,hoc agat,lege agna-
tionis

tionis, ac arctioris illius mutuæ conſanguinitatis, ne ipſe gravius quid pati poſſit, nec patiatur læſioni, quocunque modo intentatæ, ſibi colorem, ac prætextum, præparare. Inprimis verò illud poſtliminiò conceptiſſimis verbis deprecari, atq; urgere, eligeret tale remedium, quod de plano, ac facili, ad pacem deducat, abominaretur contrà, amolireturque conſilium, quod difficultates, ac tempeſtates, plurimas, accerſat.

Tandem, quod ad rumorem attineret, quo quidem inferioris *Saxoniæ Principes* inflammarentur, tanquàm *Catholici Status* per *Imperium* hoc agant, *Proteſtantes* ſub eâdem cauſa ut opprimant, ſeſe illi, illisdemque confirmatiſſimum facere, atque optimâ fide conteſtari, rem longè aliter, atque ex adverſo, ſeſe habere. Vt enim de damnis nihil afferat, quæ *Catholicis* partibus à milite, in *Bohemiã* movẽte, illata ſunt, tùm de eo parùm, aut nihil, meminerit, quantæ copiæ ab *Vnionis* confœderatis acceſſerint *Bohemis*, illud pluſquâm exploratum, certoq; certius, eſſe, *Catholicos* pacis, ſecuritatiſq;, eſſe amãtiſſimos, ut de neceſſariæ ſaltem defenſionis mediis, ſicubi lædi eos accidat, deliberent.

Atque hæc eſſe illa, atq; ità comparata, in mediũ ſuprà allata, è quibus *Elector*, animum *Bavari*, ergà ſe minimè fucatum, ſed fidelem, ſed ſincerum, haurire, ac plenius, cognoſcere ſuſtineat. Illius nunc partium eſſe, ingenuum, ac fidele, agnati conſilium, ex debito datum, amplecti, novam electionem totidẽ verbis *Bohemis* reddere, quid *Imperio*, quid *Germaniæ*, ſalutare, atque honorificum, quid ſibi, ſuiſque honeſtum, atque utile, diſpicere. Ergà *Catholicos Ordines* ſimultatem, atq; offenſam, tanquàm ex mala hypotheſei ortam, dùm fovet, hanc in meliùs emendaret, amorem *Imperii*, dulciſque P*atriæ*, & tot *Principum*, quorum intereſt, ſolicitudinem, violentis, atque extremis, iſtis remediis præferret, pacẽ, omnibus deſideratam, pro ſua virili reſtitueret, *Imperatori*, tanquàm capiti, nihil aliud, quàm æqua, ac licita, pacis media, cupienti gratificaretur, omniaq; maturo potiùs conſilio, quàm armis, quietis ſectator, bellorum oſor, experiretur.

III.

Palatinus reſpondet Bavaro.

AD illam *Bavari* epiſtolam ità *Palatinus* reſcriſit: Nihil minùs ſe dubitare, inquit, quin ea omnia, qualia continerentur ſuperiorib' literis, à *Bavariæ Duce* ſincerâ, ac germanâ, fide, profecta eſſent. Quibus id ageretur, ut in amplectenda electione *Bohemica*, communis boni igitur, cautiùs mercaretur, & ſapientiùs omnia circumſpiceret. Diſſuaviari ſe proindè candorem agnati *Bavari*, atq; in eo totum eſſe, ac conteſtari velle, intelligat, rem ſibi abundè gratam factam eſſe, neq; diverſum ſe, atq; aliud, ab agnato tali, tamq; arctæ neceſſitudinis, exſpectare debuiſſe. Conſideret igitur, ſe ἐς ἀμοιβὴν, nihil officij, mutuæq; humanitatis, omiſſurum, quo aliquid id genus fidelitatis in ſe quoq; deſiderari debeat.

Interim, quibus ipſe *Palatinus*, initiò gliſcentibus illis *Bohemiæ* motibus, partim litterarum, partim legatorum, miſſiculationibus ignes illos, ſub cineribus adhuc deliteſcentes, conſopire etentârit, neq; *Bavaro*, neq; ulli per *Imperium Principi* alteri, obſcurum eſſe poſſe. Omninò enim ſe providiſſe, viã, quæ ad pacẽ, leniendosq; tàm furentes animos, deduceret, per arma non inventu eſſe facilẽ. Tantũ verò abeſſe, ut ipſe in propriũ commodũ, familiæque ſuæ *Electoralis* ampliationem, occupari voluerit, ut magis, publicæ ſalutis causâ ſaltèm defatigari cœperit. Interim vel hoc pręſtitiſſe, conſiliis integerrimis locum dare, neque omnis generis admiſſis crudelitatibus, (è quibus ultima quæque expectanda ſunt) connivere velle. Iam proh dolor! eò extremitatis deventum eſſe, ut amplius verbis minimè, ſed re ipſa, ſatisfieri debeat. Quo unico eventu offenſæ hominum mentes deliniri poſſint, ut perſuaſum ipſis fiat, exceſſus id genus militares ex animo, vindictæ cupido, nequaquàm, ſed ex errore belli, ac militum, commiſſos eſſe. Secundùm hæc, ſe *Bavari* fidem, memoriamque, appellare, quibus verbis *Palatinus* feſtinabundam illam, calentemq;, novi *Imperatoris*, *Electionem* diſſuaſiſſet, futurum, ut præcoce hac illius rei ematuratione, diſſidium haud emendaretur, ut potiùs exaſperari contingeret. Iam ipſum eventum prognoſtico ſuo fidem facere, *Bohemorum* legatis ab electionis actibus contrà ſuam, aliorumque, propoſitionem, factis excluſiſſimis.

Quo contemptu iſtos, aliâs res novas agitantes, eatenùs exaſperari accidiſſe, ut jam dubio procul acerbiùs fremant. Seſe, animo, pacis unicè cupido, legatis ſuis, ad *Diætam Francofurtenſem* profecturis, conceptis verbis teſtatũ eſſe, neq; *Ferdinandi Regis*, juribus, neque *Bohemiæ Procerum* privilegiis, ſe refragari, ſed rem utrinque in medio relinquere. Interim ut exceptiones *Bohemorum*, literæque, *Electoribus* exhibitæ, ne quidem in deliberationem, unquam tùm ſint admiſſæ, illud eſſe, quod ſibi quidem, ut & aliis, placere non potuerit. Indè uſuveniſſe, ut, oleo velut camino, quod ajunt, ſuperaddito, excandeſcentes animi eò progreſſi ſint, ut ſe, ne quicquàm exſpectantem, ac ne præcognoſcentem quidem, multò minùs, teſte conſcientiâ ſua, ex cuniculis, ac furtim, hoc agentem, in futurum elegerint *Regem*. Quòd igitur illud omne, præter mentem, ſibi eveniſſet, luculentam divini *Numinis* providentiam præcipuas in partes hîc venire, ut tantò minùs ſive à *Bavaro*, ſive à quoviſcunque, vitio ſibi verti debeat, ſicubi divinam illam vocationem non inſuper, ac perfunctoriè, habeat, ſed penitùs ad animum admittat. Hoc quidem ità eſſe, ſicut *Bavarus* accuratâ ſuâ deductione attuliſſet, ut ſibi odia, difficultates, magnamque inquietationem, præparata videat. Interim ut divinam hanc quoque, prout foret, vocationem è manibus dimittere, adeóque autor eſſe, velit, ut hæc *Bohemica* natio, expeditionibus olim in *Turciã* factis celebratiſſima, in peregrini, ac barbari, *Principis* poteſtatẽ venire, adeoq; ab *Imperio* avelli, debeat, hoc quidẽ eſſe altiori conſideratione condignum. Semel n. frementib' *Bohemorum* ex indignatione animis eam exſtare ſententiam, citiùs piceam futuram fœcundam, quàm ipſi ſub *Auſtriacæ Domus* jugum priſtinum ſint redituri. Quid ſuper ſuperiori electione, *Bohemi* quærerentur, quaſque abdicationis *Ferdinandi Regis* cauſas producerent, ſe in medio relinquere, deductionibus illorum proſtantibus. Interim *Hiſtoricos* ſuper cauſis repudiationis *Alberti Bavariæ Ducis*, non idem ſentire, prout ſibi quidem eſſet, relatum. Vt

hic

ìe mos regnorum , electionis juribus,gauden-
ium, ab antiquo extiterit, *Regum*, cum laude, &
ubditorum commodo faſces tenentium, hæredes
naſculos ſe tanquàm alicujus gratitudinis igitur,
orrò ad regnum, ſucceſſionemque regiam, ad-
nittere,neque temerè eos tranſcendere, exem-
lo *Ladiſlai, Alberti Regis* filij,idem evincente.

Princeps Tranſylvaniæ quid moliretur,quoque lo-
o ejus,atque *Ordinum Vngariæ* res forent, de iſtis
xactè ſibi haud conſtare. Interim hoc innotuiſſe,
ræfatos *Vngariæ Ordines*, pariter ſuper variis, tàm
d res *Eccleſiaſticas*,quàm ſeculares, ſpectantibus,
njuriis,ſibi illatis, gemere,ac quiritare. Vt privile-
iis,ac conceſſionibus, eorundem toties adverſari
ontigerit. Huic vel eo locorum turbas, & motus,
ccepiſſe,privilegiis,ac juribus,ſuis violatis, forta-
tiiſque *Vngariæ*, in finibus regni poſitis, idoneis
ræſidiis,commeatuque,denudatis. Hanc eſſe illam
auſam,cur aliundè præſidium,auxiliumque accer-
ant,ac ſe tueri conentur: nimirùm hoc illud eſſe,
t conceſſiones,pacta, ordinibuſque indulta, ſar-
,& tecta,ſerventur. Exindè enim tanquàm è fon-
e,varios motus pullulare,prout etiam intrà *Impe-*
i limites accidat,nuperque in *Diæta Francofurtenſi*,
egatis *Bohemorum* rejectis,uſu veniſſet. Iam,ut,re-
us ità ſeſe habentibus, *Bavarus*, de idoneo milite,
c præſidio, *Provinciæ* ſuæ proſpiciat, ſe non recla-
nare. Sicut autem nunquàm hactenùs ejus animi
alatinus fuiſſet, quicquam determinare, aut ſuſci-
ere,quod in diſpendium agnati ſui quàquà ver-
eret,ita etiam nunc eidem propoſito firmiter in-
ærere,ut ut res deinceps ſint eventuræ, omnem
noturus lapidem, quò intelligat *Bavarus*,ſeſe a-
nati fidelis,ac conſtantis,partes re ipsâ adimplere
oluiſſe. Quo nomine parem fidem à *Bavaro*, ſibi re
romitteret,penituſque juxtà confideret, futurũ,
t graviores per *Imperium* difficultates haud qua-
uàm naſcantur,modò ipſe, cum *Principibus* cõfœ-
eratis,eò reſpiciat,quò illorum cupiditati, qui o-
nnia pro lubitu in *Imperio*,& quidvis nõ,agunt,ha-
enæ iniiciantur, commeatuſque & per *Provincias*
ermanicas militum tranſitus,intercludantur. Id
uod ipſe ſuo loco facturus ſit.

Quòd denique *Bavaro* moleſtum eſſet, *Principes*,
axoniæ inferioris,alioſque *Status* informari,tanquã
atholici per *Imperium* id agant,ut *Proteſtantium* cau-
a cadat,undè & *couniti Principes* exercitum parent.
Contrà,quàm anteà conventum eſſet: illud verò
tiam nunc ità comparatum eſſe, ut *Co-unitis* hâc
empeſtate abundè cauſarum & ſuſpicionis ſuppe-
itetur, ſuper neceſſariâ armorum defenſione, ſo-
citos eſſe,præſertim cùm *Catholici* jam pridem co-
ias cogant, atque tantùm non provocare velle
ideantur. Tametſi autem neque ipſe *Palatinus*,ne-
ue *Co-uniti*,hac in parte fidem *Bavari*, conſtantiã-
ue,accuſent,interim dari alios id genus homines,
 conſiliis,ac machinationibus,ſatis calentes, flã-
nanteſque, quorum cujuſmodi eſſet inſtitutum,
tiam publicis ſcriptis emergeret. *Principes Saxoniæ*
nferioris, ſua quidem opinione, reſpicere ad actus
los,in *Iuliacenſi*,ac *VVeſtphalica*, *Provinciis*,hactenùs
ntroduci cœptos. Cùmque,metu invaſionis *Hiſpa-*
icæ,neſcio quid,metuant,ideóque rationem tem-
eſtivæ defenſionis inire. Vt autem *Imperium* con-
urbaturi ſint,modò ipſi in poſſeſſionibus ſuis non
inquietentur,cauſam ſibi apparére nullam. Hactenùs *Palatinus*.

C A P. I V.

De Friderici Palatini aſſenſu, ſuper receptione electionis regiæ, Bohemis facto.

I.

Fridericus Palatinus electionem, dignitatemque,regiam,à Bohemis oblatam,admittit.

HVcuſque multorum animos ſuſpenſos tenebat expectatio ſuper *Electore Palatino*,utrùm novæ *Bohemorum* electioni acceſſurus, an potiùs renunciaturus, eſſet. Evicit tandem ſpecioſum tituli regij axioma. Quanquàm enim à non paucis (prout, ex parte, ſuperiori capite, videre eſt) iiſque *Principibus* ſplendidiſſimis, ſeriis verbis admoneri cœpiſſet, animum rebus illis novis ſubduceret, neve ulterioris per *Imperium* colliſionis cauſam præberet. Non poſſe enim non indè bellorum,jam tùm flagrantium, ſanguinolentas neceſſitates exaſperari, atque omnia ultima imminere. Nihilominùs,ſive fato impulſus, ſive conſiliariorum ſuorum (quorum paucos etiam rem, periculi pleniſſimam, diſſuaſiſſe accepimus) conſiliis, nimis eheu! calidis, inflammatus, aleam jecit. Cùmque domi ſummo loco, & quiete, reſplendere, ac multis terrori eſſe,potuiſſet, procellis *Bohemicis* faſtigiũ, celſitudinem,atque autoritatem,immò ſemetipsũ, ſuoſque hæredes, ſeſe committere maluit. Quo ipſo horribilium belli tempeſtatum, totiuſque *Imperii Romano-Germanici*,depopulationis, jacta ſunt fundamenta.

Poſteaquàm igitur per *Archipalatinatum* rebus, ut videbatur, neceſſariis proſpexiſſet, *Ioanne*, *Duce* Bipontino, *Heydelbergæ Vicario*, & *Ioanne ſeniori*, *Comite Naſſovico*, militiæ duce, conſtitutis, circà *Calendas Octobres*, aſſumpta familiâ, comitatu ſplendido ſtipatus, *Ambergam* movit,ferunt, ſupremam hanc velut valedictionem non ſine omine, illis,qui tùm coràm obſervarunt, eveniſſe. Cũ enim tota civitas *Heydelbergenſis*, partim in ſpem erectis, partim neſcio quid præmetuentibus animis,coronâ factâ, viis patentibus ſeſe effudiſſet, abeunti in tempeſtatem *Bohemicam Electori* ſuo ut benè precaretur, *Principem*, naturâ parùm ferocem, aut malum, inſpectâ multitudine, lacrymis maduiſſe, compertum fuit. Quod igitur de *Alexandro Imperatoris Severi* filio,

filio, *Principe* pro magis, quàm bellicoſo, in expeditionem *Perſicam*, non abſque lacrymis, abeunte, ejuſque calamitoſis ſucceſſibus, narravit *Herodianus*. Idem ferè, ab ipſo edocti eventu, de hoc *Palatini Electoris*, ſatis infelici, in *Bohemiam* expeditione, adiicere fas eſto. In abeuntem è Patria tùm *Electorem*, ejuſque familiares, ac cohortes, procubuit non minùs imber effuſiſſimus. Vt neque ſegniùs cives, atque inquilini, proficiſcentemq; Principem, inque ipſa bellorum, ac periculorum, præcipitia tranſeuntem, lacrymis, ac ſingultibus, malorum præſagis, proſequerentur.

II.

Litteræ Palatini ad Saxoniæ Electorem.

AMbergæ igitur, *Palatinatus ſuperioris* metropoli, ſubſiſtens in itinere, ſequentes ad *Electorem Saxoniæ* emiſit: Quot, quantique, motus hactenùs intra *Bohemiæ* regnum naſci contigiſſet, quot itemque machinis *Patres Societatis*, *litteras* illas *Maieſtaticas*, à *Rodolpho Imp.* *Bohemiæ Proceribus* indultas, labefactare, ac lacerare, omni induſtria conati eſſent, ut cuiuis perſpectu facilè evadat, iſtos ſaltem hoc omnibus, quod ajunt, copiis unicè quærere, quò *Bohemiæ* regnum, *Provinciæque ſociæ*, poſtliminiò jugo *Pontificio*, abſolutoque dominatui, ſubijcerentur, longiori inductâ oratione reproducere velle, omninò ſupervacaneum videri poſſe. Eo ipſo factum eſſe, ut *Procerum* patientiâ tantoperè læsâ, ac degenerante, *Patres* iſtos è regno exterminari acciderit, viâ aliâ, quâ ad privilegiorum ſuorum certitudinem pervenire liceat, *Proceribus* vix affulgente. *Patres* autem tantùm non *Cæſareos* conſiliarios, ipſumque uſque adeò *Cæſarem*, impotentibus conſiliis inflammare agreſſos, hoc egiſſe, ut cùm mitibus remediis in regnum reſtitutionem ſibi ademptam viderent, armis, ac cum violentia, id perficerent, quod ſibi curæ erat. Secundùm hæc, non ignorare *Saxonem*, quâ hucuſque *Palatinus*, toto tempore Electoralis ſui regiminis, ſol icitudinein pacis conſilia propendiſſet, quò, incendio iſti, ſub cineribus adhuc latenti, maturè obviàm iriquiret. Abſque igitur calentibus adverſæ partis inſtigationibus, animorumque paſſionibus, fuiſſet, tantis militum exceſſibus, cladibus, animorumque atrocibus id genus aliâs colliſionibus, maturè tempeſtivum remedium inveniri potuiſſet.

Eâdem operâ, curâque, non poſtremâ, nuperrimè, cùm electio novi *Imperatoris* urgeretur, ſe provectum, reliquis *Con-Electoribus* id conſilij ſubminiſtrâſſe, viderent, ut res *Bohemiæ*, componerentur, priuſquàm in electionem *Cæſaris* iretur. Itâ enim futurum, ut, extracto electionis negotio, *Bohemiæ* motibus remedium adhiberetur, ſicque incendium jam tùm obortum, aquis magis, quàm oleo, deſuper affuſo, reſtingui poſſet. Quis enim, non vel perfunctoriè ſapiens, malum iſtud, excluſis idoneis remediis, incurabile, & tanquàm lethale, futurum, haud prævidere, ac ſub prognoſtico divinare, potuiſſet? Iam, ſuper accedente etiam legatorum *Bohemiæ* rejectione, morbum eóuſque exaſperatum eſſe, ut ad ultima deventum ſit, ſe in *Regem* futurum recens inſuper electo, & ſolenniſſimè vocato.

Quandoquidem autem illud ipſum contrà ſpé, atque exſpectationem, accidiſſet, ut nihil minùs egerit, quàm per cuniculos electionem illam furtim ſibi procuraret, utique cùm plus laboris, ac periculi, quàm privatæ utilitatis, atque emolumenti, ſibi relictum in eo intelligat: itaque *Electorem Saxoniæ* obteſtari, eum adhûc animum ſibi perſtare, ut, ſi credere fas ſit, hâc ſuâ novæ illius dignitatis recuſatione, morbum iſtum, penè deſperatum, ſanari poſſe, utique affectus ſit quantò ociùs ab incœpto deſiſtere, *Bohemiſque* nuncium remittere. Interim hoc ſe ſcrupulo angi, *Bohemos*, etiam ſub juramento, ac *Senatuſconſulto*, eò redactos, priùs omnia vltima, ipſumque Acheronta, quod dicitur moturos, quàm ad jugum priſtinum redituros, eſſe. Id genus conſilia, ferè deſperabunda, quorſum abeant, quæque finitimis *Provinciis*, ſub introductione peregrini *Regis*, minentur, nemini in obſcuro eſſe. Vt juxtà etiam vel ſibi in particulari divinæ intervenientis vocationis illius prævaricatio, ac tranſgreſſio, obiici quita ſit. Hanc in rem opportunum ſibi viſum eſſe, intereà, dum *Bohemorum* legatos exſpéctet, ſuper electione nova ſe poſtulaturos, cum *Saxone* bona fide agere, illiuſque fidele, ac ſanum, conſilium, exquirere. Se quidem ità animatum eſſe, proximè, proutcunque res ceciderit, pleniùs ad ipſum referre, adeóque pro virili procurare, quò pax in *Imperio* recomponi, hoſtilitas verò, & belli fomes, extingui queat. Id quod ſalutare propoſitum tùm demùm in effectum deduci poſſe, ſi *Rex Hiſpaniarum*, cæterique *Principes Catholici*, nominatimque *Dux Bavariæ* (quo cum aliâs hac de re egiſſet) ab armis feriari, ſeſeque abſtinere, velint. In omnem eventum, ſicubi contrà ſpem uſuveniat, tùm quoque ſibi, ac *Counitis*, externis auxiliatoribus rem agendam eſſe.

Ad ſummam denique, qui motus etiam nunc per *Vngariam* gliſcere cœpiſſent, *Saxonem* haud fugere. Quanquam autem *Palatinus* earum rerum exactam cognitionem nondùm aſſecutus eſſet, interim hoc incidenter penetrâſſe, eandem illis, cum *Bohemis*, turbarum cauſam eſſe. Quòd *Patres* iſti *Societatis* hactenùs privilegia, ac conceſſiones, eius regni *Proceribus* collatas, pari operâ, paribuſque machinis, impugnâſſe comperti ſint. Cùm igitur milite, armaturaque ſua, *in Bohemos* eductâ, regnum, regnique fortalitia iſta, *Turcis* objecta, denudari, deſtituique, proclive ſit, deliberare regni *Ordines*, ſuper mediis, quibus in ſecuritatem ſeſe vindicare liceat. Ejuſce rei cùm tempus porrò maturitatem producturum ſit, plura, per occaſionem ubi recognoverit, Saxoni utique ſeſe tempeſtivè indicaturum.

III.

Saxoniæ Electoris, ad interpellationem Palatini, reſponſio.

QVæ autem fuerit *Saxonis*, ad præcedentem *Palatini* interpellationem reſponſio, jam ſequitur. Itâ verò *Saxo* reſcribere cœpit: Neque ſe velle, inquit, curioſè, aut prolixè, allegare, quouſque turbæ *Bohemicæ* redactæ forent, quidve ipſi, pro componendis id genus diſſidiis, operæ navatum

tum eſſet, inprimis quid legatis ſuis, ad electionis illam diætam, *Francofurtum*, profecturis, commiſiſſet, Siquidem omnes, ab ipſo profectæ, miſſiculationes, epiſtolæ, intimationes, atque adhortationes, preceſque, publicè proſtent, peneſque archivum *Moguntinenſe*, hujus rei teſtimonium perhibeant.

Proindè etiam minùs ſibi placere, ac ridere, poſſe, operas, ac labores, ſuos, anxiè ſuſceptos, incaſſum, ac fruſtrà, fuiſſe. Ut etiam ſiniſteriùs optimam intentionem illam ſuam intorqueri contigerit. Atque hinc uſuveniſſe, ut, variis intervenientibus obſtaculis, contrà voluntatem ſuam interpoſitio ad effectum non ſpectârit, ut etiam *Matthias Imp.* intereà humanis exceſſerit, reſq; in eum, quo nunc ſunt, ſtatum devolutæ ſint.

Quibus fundamentis quidem *Bohemi*, repudiũ *Ferdinando Cæſari* intentantes, *Electorem Palatinum* jam novum *Regem* deſignavit, ſe libenter in medio relinquere, juribus regni, electionem liberam concernentibus, ut & pactis, reverſalibuſque cum familia *Auſtriaca* initis, ſibi non ſatis cognitis. Interim, cùm neminem clam eſſe poſſit, quo vultu hanc regni abalienationem *Auſtriaca domus* intuitura, quidque contrà allatura, ſit, tunc verò hanc viam non eſſe pateat, quâ ad pacem eatur, ſed potius res in inexplicabiles bellorum mæandros oppidò, excluſis etiam remediis penè omnibus, deducatur, extrà dubium eſſe, immò, *Cæſarem*, familiamque *Auſtriacam*, omnia ultima citiùs experturos, quàm repudiationem iſtam æquo animo laturos, eſſe.

Se quidem, quà factam recèns electionem, *Palatino* neque ſuadendo, neque diſſuadendo, moleſtum eſſe velle. Ne vel novam, illi oblatam, dignitatem invidere, aut *Ordinum* regni privilegia, electionem concernentia, in dubium vocare, videri poſſit. Nihilominùs has animo ſuo inhærere cogitationes, extrà cujuſcunque præjudicium poſitas, fore, ut, ſicubi rationes, pro, & contrà, ſicut aiunt, militantes, in bilance ponerentur, diſſvaſoriæ reliquis longè prævalere debeant. *Palatini* partium eſſe, pro ſuo judicio, rem ad genus arduam, ſecundùm omnes circumſtãtias, exactiùs trutinare, juxtaque exempla majorum, quibus etiam altiores dignitates offerri contigiſſet, eorumque conſilia, in memoriam revocare, juxtaque fidele amici conſilium eo candore, quo quidem profectum eſſet, altiùs ad animum admittere.

Quantum ſibi in eo tàm ſereretur, quàm meteretur, divinæ providentiæ ſeſe acquieſcere. Nihilque prius in votis habere, quàm *Palatinum* ea inire conſilia, quibus dignitas tàm *Electoris*, quàm *Regia*, implicari, quies regionum emolumentumq; promoveri, *Imperii* ſalus reparari, *Bohemiæ*, ſociarumq; *Provinciarum*, decus, ac commoditas, inſtaurari, immò verò, & ad ſummam, ulteriores turbæ, clades, ac perturbationes, in totum reſcindi, ſuſtineant.

De motibus *Vngaricis* ſibi aliquid innotuiſſe. Tãtſi autem intrinſecam, ac juſtam, turbarum id genus notitiam nondùm aſſecutus ſit, nihilominùs ex epiſtolis, è *Tranſylvaniæ* partibus natis, ex iiſdemque indè redditis reſponſis, quæ res iſtîc agitetur, luculentum evadere. Neque ſic *Tranſylvaniæ* Principis ad *Moraviæ Proceres* factas, ſive propoſitiones, ſive poſtulationes, ſtare, ut res iſtæ in obſcuro eſſe, amplius videri queant. Pro epiſtolæ clauſulâ, *DEVM Opt. Max.* ſe venerari, ut clementer avertat, ne, ſub iſtis, in medio verſantibus, occaſionibus, *Getis, Turciſque*, diu prĉſpeculatam barbaram intentionem, ac cupiditatem, efficiendi, feneſtræ, valvæque, aperiantur.

IV.

Palatinus, electionem Bohemicam acceptaturus, Duci Bavariæ hanc ſuam mentem exponit.

VBi ergò in eandem ferè ſententiam *Palatinus* ad *Poloniæ Regem, Rempublicam Venetam, Sabaudiæ Ducem*, alioſque *Principes*, tàm extrà, quàm intrà *Imperium* florentes, dediſſet, denuò *Ducem Bavariæ* ſic, novâ internunciâ epiſtolâ, compellare cœpit, ſub ipſis *Nonis Octobribus*: Siquidem, inquit, à tempore præmiſſarum ſuarum, ex inferiori *Palatinatu* ſuo, hanc in ſuperiorem regionem, cum familia, moviſſet, intereàque electionem illam *Bohemicam*, non ſecus ac divinam aliquam vocationem, ad animum altiùs admiſiſſet, eoque ipſo nomine, ſuper recipienda coronâ *Bohemica*, in *Dei* nomine, animũ jam nunc confirmaſſet, præſertim, dùm palàm fieret, certis in locis conſilia violenta, armorumque, fabricationes, prævalere, adeóque illud agi, quò, ſub cauſſa *Bohemiæ* opprimendæ reliquis *Imperii* membris, ac *Provinciis*, invidia, ac periculum, creetur, undè vel ipſi quoque *Bavariæ Duci* ejuſmodi aliquid accidere poſſit, operæ pretium ſibi viſum eſſe, hac de re agnatum ſuum certiorem facere, illique confirmatiſſimum reddere, nulla quidem ex parte, ſe, ſub iſta novi honoris acceſſione, privatis commodis inhiare, nedum *Catholicorum Principum*, aut per *Bohemiam Ordinum*, partibus adverſari, ſed magis in illos, quà jura, quà privilegia acquiſita, cum favore propendere, modò, rerum illi ſuarum ſatagentes, novis turbis cauſam, materiamque, haud præbeant. Secundùm hæc, fidem, *Bavaro* antè datam, ſe inprĉſentiarum penitiùs conſtabilire, futurum, ut à capite, & limitibus agnati ſui quæcunque incommoda, ac diſpendia, à militibus metuenda, longè abarceat, neque hoſtile quicquam, ſive è *Palatinatus*, ſive *Bohemiæ*, partibus, in eum torqueri, patiatur. Eandem benevolentiam ſibi ab illo viciſſim repromittere, ut quacunque ratione, ſive colore, *Provincias* ſuas infeſtari accidat, *Bavarus* eam hoſtilitatem tantùm non admittat, ſed etiam propellat. Eo verò reſpectu *Bavarus* ſibi, ſuiſque, quàm optimè conſulere poſſit, ſicubi exteris nationibus, ſive *Italicis*, ſive *Burgundionibus*, aliiſque id genus copiis, commeatus intercludat. Ità futurum, ut ex adverſo nihil quicquam ipſi extimeſcendum uſuveniat. Immò, ſi quid ejuſmodi, p̃ter omnẽ opinionẽ, accidat, ſe in omnẽ eventũ ſuo ipſi auxilio minimè defuturũ. Proindè nihil ſeſe dubitare, quin *Bavarus* hiſce in turbis neutralitati, ceu vocant, velificari queant. Utique cùm res *Bohemiæ* ità quidem ſibi comparatæ eſſe videantur, ut minimè neceſſe ſit *Imperii Principes* hanc cauſam velut ſuam facere, adeóque omnia inter ſeſe conturbare velle. Eo ipſo quoque pacto *Catholicos* per *Imperium Ordines* optimè rebus ſuis eſſe conſulturos, ſi pacis, ac quietis, ſatagentes, à rebus *Bohemicis*, armiſque inferendis, ſeſe abſtinerent, tranquillitatemque, proventuum utique fœcundam matrem, bello ante-

ferrent. A quo ſiniſtro propoſito quàm illos opportunè dehortari queat *Bavarus*, intràque cancellos continere, ſibi minimè eſſe obſcurum, ut etiam, quò id faxit, enixè juxtà rogare haud deſinat. De *Hiſpanicis* auxiliis ità eſſe. In ea parte conſilia minimè eſſe præcipitanda, ne gravioribus *Imperium* procellis, ac fluctibus, concutiatur. Atque hæc illa eſſe, quæ poſtliminiò *Bavaro* (quo cum neceſſitudinis mutuæ jura uſq; quaq; inviolata eſſe cupiat) bonâ, ac ſincera fide conteſtari voluiſſet. Majorem in modum rogans, ſe jam in *Bohemiam* movente, ille regionum, ſubditorumque ſuorum, curam ſuſcipere, cum *Vicario* ſuo, *Ioanne, Duce Palatino*, cæteriſque ſuperioris *Palatinatus Directoribus*, amicè, ac benignè, agere, adeóque *protectoris* vice, adeſſe, vellet. Hoc iſtos pari affectu, humanitatiſque ſtudiis, gratanter laturos, ac, lege talionis, officiosè relaturos eſſe. Se quoque, ne finitimis *Principibus* ſuſpicionem, aut ſtomachum, moveret, non ità multas copias poſt ſe in ditionibus illis hæreditariis reliquiſſe, ut ab ulteriori conclaſſatione, atque exercitus collectione, omninò manum abſtinuerit.

V.

Ducis Bavariæ, ad expectorationem Palatini illam, reſcriptio.

ITà autem denuò, ad *Palatini* inſtantiam, reddidit *Bavarus*: Nihil aut parum ſe dubitaſſe, rationum tot, tantarumque, momentis ſuprà allatis, quin *Palatinus*, dùm cunctari, atque hærere anteà viſus eſſet, circà admiſſionem electionis *Bohemicæ*, prorſus ſubſtitiſſet, ac, præ mole periculorum inſtantium, animum ab illis cogitationibus prorſus ſubduxiſſet. Optaſſe ſe juxtà, ut corà in omnem laciniam ipſi detegere, ac multò etiam graviora aperire, in ſinumque ejus deponere, licuiſſet. Sub ſpe, futurum, ut inquietam, nimiſque incommodam, iſtam electionem omninò repudiaſſet. Rem certè ità ſe habere: nempè *Ferdinandum Cæſarem* eſſe *Regem* inauguratum, atque unctũ. Potius itaque hoc fuiſſe, diſſidia inter *Regem* illum legitimum, & *Ordines*, cõponere, pacis, quietiſque, deperditæ remedia quærere, quàm tabem illam in *Imperio* fovere, atque ex unico incommodo, periculoque, malorum apothecam, ac myriadem, accerſere. Siquidem autem illa jam *Palatino* conſtet ſententia, alienam illam, & variis ſpinis nexam, coronam recipiendi, adeóque jam tùm eo animo in via ſit, ut directè, ejus rei gratiâ, *Pragam* petat, nihil ſe ferè habere, quod amplius adiiciat. Interim ſibi rationem nullam hoc proceſſu oſtendi, quâ (ſicut ſuprà conventum foret) ad propoſitum ſcopum perveniri, pax, & alma quies, poſtliminiò reduci, animorum per *Imperium* colliſio ferruminari, conſolidarique, ſuſtineat. Magis itaque eſſe, ut malũ malo, periculumq; periculo, cumuletur, quàm ut ſalutaribus amplius conſiliis res decidenda ſit. Quo nomine ſe priora repetere conſilia, religioſiſſimiſque verbis conteſtari juxtà, ſeſe omnia ea, quæ fidelem, & candidum, *Imperii Principem*, patriæque; ac communis ſalutis, amantem, decent, omnibus, quod ajunt, copiis in medium nuper attuliſſe, quo imminenti tanto *Germaniæ* rictui obviàm iretur. Quæcunque igitur hanc iſtam novationem incõmoda deinceps exceptura forent, de iis ille videret, qui melioribus conſiliis minùs obtemperaret, ac veluti contrà ipſa prout veteres dixerunt) auſpicia profectionem ſuſciperet. Sibi ſanè ea omnia contrà rationem, ſententiamque, prorſus uſuvenire. Neque ſic quidem in promptu eſſe ſibi, diſpicere, quibus mediis *Palatinus* præcavere deinceps poſſit, quò minus ipſe *Bavarus*, utique incendiis iſtis pluſquàm civilibus finitimus, ac proximus, in ſua *Provincia* infeſtari debeat. Præſertim *Palatino* ſeſe eò uſque tot bellorum fluctibus immergente, undè ipſe vix ſeſe extricare, nedùm aliis ſuppetias ferre, quitus eſſet. Sic pariter copiis, juxtà leges *Imperii* per regionẽ ſuam tranſituris, obſtare ſe neq; poſſe, neq; velle. Quod n. *Imperii* leges ſartas tectaſq; eſſe cupiat, vel hac in parte repugnare non debere. Tantum abeſt, ut *Cæſari*, utique ſupremo capiti, contravenire fas ſit. Eam mentem ſuam vel ante hâc *Bohemis*, aliiſque *Statibus*, abſque fuco, aperuiſſe, futurum, ut ipſe *Auſtriacas*, *Cæſareaſque*, copias tranſitu prohibere non poſſit, ne ſibi oppoſitione illa ſive damnum, ſive hoſtes, accerſat, ac ſuperinducat. Et, cùm idem ab ipſo *Palatino* obſervatum foret, ut copiæ, *Bohemis* in auxilium adductæ, per ipſius *Provincias* impunè moverent, non liquere, quo pacto illud vitio ſibi eſſe debeat, quod ab aliis jam uſurpari eadem in cauſa cœperit. Libenter ſe neutralitatis, ceu vocant, rationem inire voluiſſe, modò *Ordines Bohemiæ* cum *Rege ſuo* fuiſſent reconciliati, majuſque incendium per *Bohemiam* de novo ne quidem ſuſcitaretur. De conſiliis, quibus *Palatinus* nuper attuliſſet, *Cæſarem, Auſtriacoſque*, ſive *Catholicos Principes*, inflammari, ut, velut per *Bohemiæ* latus, *Imperio*, *counitiſque Statibus*, nocere, atque incommodare, velint, poſſintque, nihil dùm ſibi conſtare. Nec ſe, tot in medio extantibus *Auſtriacorum* declarationibus, eò adduci poſſe, ut, aliquid tale fabricari, perſuaſum habeat. *Palatini* potiùs conſultores id genus conſilia *Satyrica*, ac flammantia, cudere, quibus ipſi fucum hunc faxint. Se fidem ſuam adhuc dùm conteſtari, quam quidem ſuprà ſufficienter edidiſſet, nimirum, ſi quid contrà *Imperii* libertatem ageretur, nullatenus hoc ſe approbaturum; qua de re prolixior eſſe nolit.

Cæterùm, quòd arma pararent etiam *Principes*, *Ordineſque*, *Catholici*, hoc illis fraudi eſſe non debere. Quòd ità, lege velut neceſſitatis, variiſque per *Herbipolenſem*, alioſque *Epiſcopatus*, à copiis, in *Bohemiam* moventibus, prægreſſis exactionibus, ad id teneantur. Ne itaque denuò, ſub iiſdem coloribus, ipſis adverſæ partis miles imponere poſſit, præſidia iſta neceſſaria eſſe, non, ut quenquam irritent, atque offendant, ſed quiete, ac tranquillitate, ſi liceat, fruantur. Eam eſſe *Catholicorum* in præſentiarum conditionem, ac ſolicitudinem, ut, flagrantibus iſtis per *Bohemiam, Vngariamque*, furoribus, ſuper *Religionis* ſuæ perſecutione, atque oppreſſionibus, ſibi metuendum, vigilandumque, eveniat. Interim gratam non eſſe non poſſe *Palatini* illam declarationem. Quâ depoſuerit, ſe quidem cum *Catholicis*, tàm per *Bohemiam*, quàm alias regiones, juribus ſuis utentibus, nequicquam cum rigore, aut ſævitia, acturum, ſed magis, ſuarum rerum ſicubi ſatagant, curam, ac protectionẽ, eorum ſuſceptorum, eſſe. Hanc illius mentem, ſeſe utraque, quòd ajunt, manu amplecti. Præſertim, cum nuper *Ca-*

ſchoviæ,

ſovia,re ſacrâ peractâ,*Religioſos* duos, unà cum mi-
niſtratore pućro, medio foro,barbarico prorſus
furore,decollari contigerit.Id genus furoris,atque
immolationis nefandæ, ſi (quod abominandum)
n uſum porrò duci velit,non ſe videre, quò pacto
Catholicis,per *Bohemiam*, *Vngariam*, ſociaſque *Pro-
vincias*,fundamentum libertatis,*Conſcientiæ*, *Religio-
niſque* ſuæ exercitii, aut conſtare, aut conſervari,
deinceps queat.

Denique,quòd *Palatinus* cupiat mutuam neceſ-
ſitudinem cõſtanter,ac fideliter,tueri, juxtà quoq;
Bavariæ Provinciis neceſſitatem bellicam,pro ſua vi-
rili,propellere,gratanter hoc ſe recognoſcere. Idē
officium ſe tantùm non ipſi *Palatino Electori*, ſed il-
lius etiam *Vicario*,ac *conſiliariis*, pari fide repromit-
tere: nequicquam dubitans,*Palatinum*,per ſua,quâ
hactenùs polleat,humanitate,ac prudentia, de o-
mnibus,quæ in contrarium emergere queant, dif-
ficultatibus, bonâ fide, diligenterque, curatu-
rum,proviſurumque.

CAP. V.

De Friderici Palatini,in Bohemiam, progreſſu, coronationiſq; regiæ ſolennibus.

I.

Ad Sylvam Saxonicam,oppidum ſic dictum, legati Bohemorum excurrunt ad deductionem Friderici Palatini.

QUòd igitur eò uſq; jeciſſet aleam *Fridericus Palatinus*, *Anno M.DC.XIX.V.Idus Octobres*, unà cum familia comitatuq; ampliſſimo, *Sylvam Saxonicam*, oppidū ſic dictum,progredi cœpit. Cujus eò uſq; adventum ubi *Bohemorum*, *Provinciarumq;* ſociarum,legati,*Egræ* tantiſper ſubſiſtentes,præſtolati eſſent,indè,re compertâ,octodecim rhedis, ſingulis,tribus equorum paribus inſtructis, in occurſum,uſq; ad *Sylvam Saxonicam*,ſolverunt. *Bohemorū* tres anteriores,quartam, quintamque, numero, *Moravorum* ac *Sileſiorū*,legatis,reliquas equeſtribus, ac miniſtris,ordine occupantibus. Advenientibus illis,antè oppidum,*Elector Palatinus*, *Achatiū à Dona*, cum dynaſtarum,& equeſtrium,manu, in occurſū emiſit. Quibus ſplendidè exceptis, atq; in hoſpitia diſpoſita deductis,mox ad ſein conclave admittēdis,ipſe *Palatinus*,fratre,*Duce Simmerano*,filio primigenito,itemq; *Chriſtiano*,*Principe Anhaltino*,cæteriſque aulicis,ſtipatus,aperto capite,dexteram, amicitiæ,fidei,& ſalutationis,ſymbolū,obvi⁹ porrexit.

II.

Andreæ Comitis à Schlyck,ad Fridericum Palatinum,oratio. Eiuſdemq; reſponſio.

ADmiſſis igitur in inferiora ſolenniter legatis, *Ioach. Andreas, Comes à Schlick*, ſequentibus verbis *Electorem Palatinum*, *Regem* utique deſignatum, ſalutare cœpit. Primū reproductis ab ovo, ut ajūt, cauſſis,quib. regni *Bohemiæ Proceres* adducti, *Ferdinandum Cæſarem* repudiaſſent,ejuſq; loco *Fridericū*, *Electorem Palatinum*,futurum utiq; *Regem* ſuum,deſignaſſent,(quod quidem fortè ne per ſomnium ēt *Electori* in mentem obrepere potuerit,ut tantò magis,tanquam merum divinæ providentiæ opus hoc præſens recognoſcere debeat) rogare cœpit,ad *Procerum* inſtantias,porrò ad regiam *Pragam*,literis antè tamen,ex more,reverſalibus depoſitis, pergere ne gravaretur.

Ad cujus propoſitionē,*Rex* ſic tùm excepit. Nomine regni *Bohemiæ* adjunctarumq; *Provinciarū*, ꝙ mihi quidem proponi cœpit, id omne intellexi rectiſſimè. Gratanter itaq; accipio,atq; hanc regni *Bohemiæ*,dictarumq; *Provinciarum*,benevolentiam, quâ quidem me honorare cõtendunt,recognoſco. Daturus,*DEO* propitio,operam,ut votis,ac deſideriis,illorum ſatisfacere quitus ſim. Quod verò ad negotii,petitiq;, caput ſpectat,tametſi graves,atq; arduæ,plus ſatis,cauſſæ me ab hocce propoſito abſterrere poterant,ipſe tamen conſiliis,atq; ope,neceſſariorum meorum provectus,intuitu divinæ illius vocationis,en! adſum vobis,votiſq; veſtris accedo,præſertim in eo,quod me corona,ac faſcibus regiis,condignari,præeligere,atq; ſolenniſſ. vocare,voluiſtis,morem geſturus. Ut n. *DEO* evocanti repugnem,non debeo: ut vobis exorantib. me negem,non ſuſtineo. Qui igitur hujuſce vocationis autor eſt,*Deus*,inquam,communibus precib. exorandus venit,ut hoc preſens negotium in divini ſui nominis gloriā dirigere ex alto velit. Ego interim *fide Germana*, tanquam *Germani ſanguinis Princeps*, dico,& addico,me regni *Bohemiæ*,ſociarumque *Provinciarum*, jura,ac privilegia,eo modo obſervaturū, atq; omni induſtria defenſurū, juxtaq; regios faſces eâ moderatione cū *DEO*, ſuſcepturum,eſſe,ut *Provinciis* omnib. ac ſingulis,diſplicere nō debeam. Quo nomine bonâ fide auxilia *Ordinum* mihi reciprocè repromitto,nihil dubitans,eos in hoc fideliter mecum cooperaturos,quò belli difficultates, per *Provincias* obortæ,propelli,contrà pax alma, ac ſalutaris,reduci,poſſit. Pro eâ autem, quâ quidem *Provinciarum Ordines* humanitate me proſequi cœperunt,hoc agam,ne illos officii ergà me ſui pœnitere queat. Eò uſq; enim,cum *Poeta* noſtri temporis: *Semper inoblitus muneris huius ero.*

His ultrò,citroque, peractis ſalutationis ſolennibus,legati *Electoris*,fratris *Ducis*,filii primogeniti, itemq; *Anhaltini Principis*,dexteras diſſuaviati,dictâ pace,ad *Palatini* conjugem,deflexêre.

III.

Venceslaus Guilielmus à Ruppa, Elect. Palatini conjugem ſalutat. Eiuſque exceptio.

EX illis autem *Venceslaus Guilielmus à Ruppa*, *Eliſabetham*, *Angliæ Regis* filiam, *Frid. Electoris* conjugē, *Gallico* idiomate,hęc ferè in verba allocutus eſt: *Regni Bohemiæ*,inquit,*Moraviæ*,*Sileſiæ*, *Luſatiæ utriuſque*, legati,ô *Sereniſſima*,pro felici adventu,*DEO* inprimis deponunt gratias. Dein etiam tibi omnia ſua propemodum demiſsâ cum obſervātia,debere ſe,confitentur. Tuâ enim (novimus) ſive operâ,ſive ſuaſoriâ,evenit,ut *Sereniſſimus Princeps* maritus omnibus ſingularū *Provinciarum* votis,ac deſideriis, acquieverit. Benedicat deinceps Altiſſimus, ut hoc per pium,ac regium,diu feliciter florere,conſtantique perennaturæ proſperitatis aurâ provehi, queat. Quo voto hanc demiſſam noſtram obſervantiam conte-

conteſtamur,humilimaque ſtudia ut in commendatis deinceps habere patiaris,corrogamus.

Ad quæ itemq; verbis *Gallicanis* ſic excepit *Palatina Princeps Electrix*: Domine,quodcunque à me,in divini *Numinis* gloriam, *Religioniſq;* communis emolumentum,fieri cœpit, ecce! è bonæ mentis ductu profectum eſt.Itaque ſic deinceps etiam agam , ne aliquid,quà favorem , quà benevolentiam meam, deſiderare poſſitis. Quod ut,ità eſſe,firmiter credatis,ecce! bonâ fide vobis omnibus promitto.

IV.

Frid. Elect. Palatini, literæ reverſales , ut vocant,legatis datæ.

PEractis illis mutuæ ſalutationis communibus, ac ſolennibus, *Fridericus Palatinus*,unà cum *Principibus*,ſuprà nominatis,aulicisq; miniſtris, per diſpoſitos ordine militum cuneos ad ſacrû perrexit, *Eccleſiaſte* ipſius aulico è *Pſalmo XX.* concionem peragente. Eâ finitâ ad prandium itum eſt , legatis *Provinciarum Palatini* menſâ familiariter adhibitis. Ubi epulis quies data, *Palatinus* diu , ſermone extracto, coràm egit cum legatis. Abindè per *Io. Albertum Comitem Solmenſem*, aulæ magiſtrum ſupremum, *Achatium à Dona*,& *Ludovicum Camerarium* , literas, ceu vocant,reverſales, *Latinis* verbis,more *Bohemico*,expedire,legatisq; tradere,juſſit. Quibus illi acceptis, itineri ſe dantes, *Egram* relegerunt. Tenor autem literarum præmiſſarum hic fermè erat iſte: Nos *Fridericus*, DEI gratiâ,elect⁹, *Bohemiæ* Rex, *Palatinus Rheni*, *S. Rom. Imperii Elector*, *Dux Bavariæ*, *Marchio Moraviæ*, *Dux Sileſiæ*, *Marchio Luſatiæ utriusq;* &c. notum, & teſtatum,facimus,vigore præſentium literarum, quibuſcunque , maximè verò illis, quorum intereſt. Poſteaquàm omnes tres regni *Bohemiæ*, *Moraviæ*, *Sileſiæ*, *ac Luſatiæ utriuſque*, *Ordines*,luculentis,& præclaris,mandatis pleniſſimè inſtructi, in diæta univerſali, *Pragæ* celebrata,hoc *Anno M. DC. XIX. à X. Cal. Auguſti*,ad *Cal. Septembres*,excurrente, de jure, ac poſſeſſione , privilegiorum ſuorû antiquorû, ut & noviter pactæ,initæque,confœderationis , nos in *Bohemiæ Regem*, præeunte liberrima voluntate,incredibili cõſenſu,elegiſſent,ac proclamaſſent, ſed, ſub hac exceptione,ut,antè ſolenniſſ. coronationis actum,more majorum , à ſuperiorum temporum *Regibus* confirmato,juramentum deponeremus,adeoq; regni *Bohemiæ*,conjunctarumq; *Provinciarum*, jura ac privilegia , ſtato tempore confirmaremus, &c. Proindè,nos *Fridericus*, *Rex Bohemiæ*,liberrimâ illam regni *Bohemiæ*,conjunctarumq; *Provinciarum*, in nos devolutam,electionem,inprimis divinæ vocationis concurrentem providentiam , ad animum gratanter admittimus,clementerque , ac benignè, verbis hiſce regiis,promittimus , eam officioſam. *Ordinum* humanitatem , quibuſcunq; regiæ benevolentiæ generibus,fieri poſſit,deinceps promereri,ac compenſare. Ea propter verbis regiis,ac vigore præſentium literarum,omnibus tribus *Ordinibus* condicimus,& promittimus,nos antè coronationis ſolemnia,more majorum noſtrorum,ſuperiorû *Bohemiæ Regum*,juramentum præſtituros,actu verò coronationis (quod felix,& fauſtum,eveniat!) cõſummato,intrà menſis ſpatium , omnia & ſingula, privilegia,conceſſiones,jura,ac ſtatuta, veteresque conſuetudines, tàm privatas,quàm publicas, præcipuè res regni in particulari, ſcil. *literas Maieſtaticas* ſuper *Religionis* libertate,indultas,itemq; pacta, inter *Ordines ſub Vtraque* tantùm, ut & confœderationes præmiſſas , nec non ſpeciales regni *Bohemiæ* articulos,ſuperiori *diæta Provinciali* introductos,cû omnibus requiſitis,ac clauſulis , citrà ullam exceptionem,clementiſſimè confirmaturos , ſarta, tectaque,omnia,habituros. Cujus ſinceræ,atq; indubitatæ,fidei loco,nos præſentes regias *Maieſtaticas*,à nobis, & ſecuturis *Regibus*, religiosè obſervandas, manu noſtra regiâ ſubſcribentes,cõſignavimus, ſigilloque regio communitas , dictis illis *Ordinibus* tribus,impertiri fecimus.

V.

Palatini iter,& adventus,Pragam.

IDibus *Octobribus* *Palatinus*,ſuo cum comitatu,è *Sylva Saxonica*, *Egram* promovit. Cujus antè mœnia à *Provinciarum* legatis, civibuſque , *Senatui* civico, oppidanis in armis, corona facta , excubantibus, ſub exploſione machinarum muralium , ſalutatus, exceptuſque. Indè *Falkenaviam*, ſedem *Ioannis Albini*, *Comitis de Schlyck*,indeq; *Ginsbyium*, oppidum ad *Felſium Baronem* ſpectans,perrexit. *XVI. Cal. Novembres Xanthum* pervenit. Poſteaquàm à *Steinbacho*, *viro nobiliſſimo*,unà univerſo cum comitatu , ſub dio illuſtribus epulis(quod *Democriti* patrem *Xerxis* exercitui feciſſe,narrat *Val. Max.*)honoratus fuiſſet. Apud *Xanthum*, *Senatu* extrà mœnia obviàm eunte, oratione prolixâ,claviumq; oblatione , itemq; cãpanarum clangoribus,ac ſonitu , ſolenniſſimè exceptus eſt: Ut etiam nymphis,ac matronis,oppidanis,extrà portas prodeuntibus, *Regia Palatini* cõjux pariter conſalutata,atq; in oppidum deducta , ſit. Intùs,atque in civitatis foro,duo ſigna civium armatorum,coloribus *Bohemici Leonis*,cæruleo , candidoque,interdiſtincta,geminata ſclopetorum exoneratione,plauſum fecerunt: totâ per vias omnes multitudine,ob novi *Regis* adventum , in vota, ac congratulationes,effuſâ,ac perſtrepente. *XV. Cal. Novembres*, *Launam*,urbeculam regiam,attigit: ibique noctem exegit. *XIV. Cal. Nov. Sclanum* , oppidum pariter regium, & *XIII. Cal. Nov. Buſſieratum*, ſedem *Dynaſtarum* à *Colobrat*,tetigit. Ità ut, *XII. Cal. Novembr.* iter omne hoc feliciter abſolvens, ab horâ tertiâ pomeridianâ ad quintâ uſque, ipſam *Pragam*,regni metropolim , intrare cœperit. Poſteaquàm enim apud *Stellam* (ſive regium ferarum vivarium,ità dictum) à regia *Praga* quingentis paſſibus diſtantem,pranſus foret, *Directores* regni,unàq; *Provinciarum* legati, cum regni *Bohemiæ Proceribus*, equeſtrique manu,in equis ſuperbientes,ad conſalutandum,deducendumq; *Regem*,egreſſi ſunt. Eos trium *Pragæ* civitatum turmæ delectæ, cædemq; in equis curiosè refulgentes,inſecutæ, campo patente in conſpectu *Stellæ*,ordines explicuerunt. Illis omnibus *Regem* exſpectãtibus, *Palatinus*, relictâ rhedâ,equum conſcendens,poſteaquàm ab *Ordinibus* regni humiliter conſalutatus,atque receptus, antè fuiſſet , *Pragam* intrare cœpit , alis tàm *Procerum*, quàm equeſtris,civiciſque ordinis,equitum , præeuntibus,mox cohorte ſive regia , ſive prætoriâ, ut vocant, umbilicum conſtituente,itemque *Centuria* peditum hoc agmen claudente. Nec minus in urbis interioribus cohortes maximè pedeſtres,

è civi-

è civibus collectas,per vias,areaſque patentes, diſpoſitas intueri erat. *Triplici urbe regiâ*, præ pompâ, lætitia,atque congratulatione, omnibus etiam angulis fremente. Uſque eò,ut,nequà, inter tot feſtivos multitudinis innumeræ plauſus, incendium per triplicis ampliſſimæ urbis ſpacia oboriri poſſet, aliquot *Iudæorum* centuriæ ad puteos, aquarumq; ſcaturigines, inſtrumentis,ac vaſibus, idoneis inſtructi,diſtinctis manipulis,collocarentur. Quà quà *Rex* dirigebat, omnes viæ civibus,eleganter armatis,uſque ad regium *Palatium* diſtinctæ erant, Ut,inter arma,civeſque armatos,*Rex* medius undique ingrederetur, velutique humeris applaudentium in arcem uſque eveheretur. Ità nec locus per ampliſſimam illam,trigeminamque urbem, armatis hominum manipulis vacavit, areâ maximè ante *Arcem* regiam,aliiſq; tàm partis,quàm locis, ſignis, manipuliſque,militaribus, magnificè coruſcantibus. Quid? quòd imitatione *Ziſcæ ducis*,veterumque *Bohemorum*, manipuli quatuor veteranorum, veteri ſigno *calicem*,*ac panem azymum*, præferentes, thoracibus æneis,galeis,clypeis,atque id genus antiqui operis armis *Bohemicis*, inſtructi, tanquam acie pugnaturi,*Regem*,*Reginamque*,tranſeuntes, demorati ſunt, *Centurione* iſtorum *Latino idiomate* in vota,ac congratulationes,abeunte, adeoque magnâ voce illud:*VIVAT FRIDERICVS REX!* ingeminante. Quo ſermone ſimul ac finito,illicò,in morem pugnæ, acies iſta veteranorum concucurrit, ſtrepituque armorum obſoletorum, immenſo excitato, riſum omnibus, feſtivumque pugnæ præludium,movit.

VI.

Ejuſdem Palatini,in Bohemiæ Regem ſolennis creatio. In partem coronationis hocce regiæ, etiam Palatini conjuge ſuccedente.

OMnibus ità,circà adventum, ingreſſumque, *Regis*,ordine,ſolenniter,feliciterque,peractis, *Directores*,*Vicarii*,*Provincialeſque conſiliarii*, *Pragæ* generalem *diatam*, in præſentia trium regni *Bohemiæ Ordinum*, celebrarunt. In qua quidem, ſuper ſequentibus articulis,deliberari cœpit: *Bohemiæ Proceres Regi*, recèns deſignato,redituum,cenſuumque annuorū,partes duas,*Reginæ* verò partē unâ,decernerent: Omnibus regni *Ordinibus*,atque indigenis, ad *D. Georgii* ferias,pro ſua,ut vocant,quota in cōmune collaturis. *Rege* jam rerum potiente,*Directores* ab imperio,ac juriſdictione, diſcederent, juramento quiſque ſuo abſolutus. Æs alienum verò, & nomina, quæcunque *Directores* interregno illo ſuo contraxiſſent, illa omnia quo pacto diſſolvi queant, de hoc conſultaretur. Adminiſtratio rei militaris atque exercituum,*Regi* pleniſſima deferretur,ſicut *Bohemiæ* regnum, *Provinciaſque* ſocias, defendat. Interim conſiliis *ſuperiorum* regni miniſtrorum minimè neglectis, aut inſuper habitis.Per legatos inſpiceretur,quid,quantumve,damni,hoc belli turbine,diverſis regni circulis,accidiſſet.Quibus de proximis regni *comitiis* ad *Regem* referretur, ut de mediis,quibus ſubditis id genus afflictis ſuccurri poſſit,juxtà deliberetur. *Coronam* regni,atq; privilegia,à *Directoribus* certis de cauſis è caſtro *Saxi Carolini Pragæ* depoſita,tantiſper eo loci, adhibitâ juxtà diligenti cuſtodiâ,relinquerentur, quoad ſecus viſum foret. *Procerum ſub Vna* utique *Catholicorum* dictorum,confirmatio privilegiorum,atque immunitatum quarumcumque, à *Rege*, à die coronationis,intrà menſem,publicanda,ut ad ſe, ſuoſque, incluſivè extendatur, enixè deprecantium, petitioni,utpote juſtæ, ingenuæque ſubſcriberetur,iiſdemq; uti frui concederetur.

Hæc inter *Procerum* conſilia,intereà per *Baſilicam Pragenſem*,pro inſtanti regiæ coronationis actu, omnia adornabantur. Hominibus,aliqua ſaltem ſuſpectis,diligenter remotis, cuniculiſq; quibuſcunque curioſè perveſtigatis, ut etiam *Clericos* ex hac æde ſuprema,ac baſilica,alium in locum,ſacris obeundis idoneum, transferri accideret. Secundùm hæc(mirum!) etiam *Auguſtæ* familiæ *Auſtriacæ* inſignia,in ſaxis,ſtatuariorum operâ,extantia, eradi contigit,*Palatino Leone*,in *Aquilæ Auſtriacæ* locum,artificis manu,ſuccedente.Die coronationis feliciter illuceſcente,*pridie Idus Novembres*, ſtylo novo, per *tergeminam Pragam* civium armatorum ordines, ac manipuli,per vias hinc indè diſponi, mox cohors, ſive prætoria,ſive regia, cùm milite ſtipendiario, *antè Arcem* collocari,cœpit.

Indè coronationis actus ſic ſe habuit. Initiò *Directoribus*,atq; *Ordine* equeſtri, *Provinciarum* legatis, conſiliariiſq; regiis,in atrio,ſive triclinio, magno convenientibus,*Cancellarius Bohemicus Latini ſermonis* genere exorſus,inprimis ad *equeſtres* direxit. Sciret videlicet,quid *Regi* novo,quid privilegiis antiquiſſimis,deberetur.Indè,ſublatâ voce, *An Palatinū Regem*,*& Dominū, vellent*? percōtari cœpit. Quib. ſingulari ergà *Palatinum* atq; humili animi ſignificatione,velle ſe, reſpondētib. unanimi aſſenſu,*VIVAT FRIDERICVS REX BOHEMIAE*,ſucclamatū eſt.

Præmiſſis hiſce præliminaribus, comitante *Procerum* turbâ,*Palatinus* in *Baſilicam*,ac deinceps *D. Venceslai* ædiculam,deductus,regioq; cultu exornatus, eſt.Egredientem ædiculâ quadraginta *Sacerdotes*,in albis veſtibus,anteceſſerunt, quos cæruleis circūamicti palliis,totidemq; vittis ejuſdem coloris, ſeptem,exceperunt. Iſtos regni *Bohemiæ* miniſtri, atque officiales,inſecuti,regni regalia ferentes.Ex illis regni *Archipincernâ* cadum aureum,*miniſtrator poculi* regii *cadum* argenteum, duo alii *phialas* aureas, *Magiſter aulæ provincialis ſupremus ſceptrum*, *Iudex provincialis* ſupremus *pomū*, vel *orbitam*,regni,*Burggravius ſupremus* utraque manu *coronam*, præ ſeſe tulerunt.Indè *regni caduceator*,*virgam* candidam tenens, indè *Directores*,ex iiſq; *Mareſchallus hæreditarius*,*enſem* regio electoralem, vaginâ è rubro holoſerico reconditum,geſtans,ordine ſecuti ſint.

Illis omnibus,adoperto capite, pedibus ambulans,ſucceſſit *Palatinus*, inter collegii *Bohemici Adminiſtratorem*,& *Sacerdotem* alium,*Bohemicum*, utrūque holoſerico rubro circumamictum, exceptus. Ab his ad aram adductus eſt. Cum quibus ibidem in genua procumbens adoravit.Peractis votis, ab ara retrò ad *Sellā*,ſive *thronū*, ex holoſerico impluviato inductum,reduci cœpit,illis ad arā poſtliminiò redeuntibus; E quib. *Adminiſtrator* actū coronationis *Latino* ſermone auſpicatus eſt,tubis, tympanis,claſſiciſque,feſtivitatis tantæ gratiâ,immenſum clangētibus.Exindè *hymnis* aliquot ſacro ſanctis mediante cōcordiâ muſicâ, emodulatis, *Adminiſtrator* è *Pſalmo XX.* verbis *Bohemicis*, concionem,

habuit. Eâ peractâ, *Epiſtolæ D. Pauli ad Timotheum, caput. II.* uſque ad *verſiculum ſeptimum*, recitavit. Simulatque novam, atque in rem præſentem conceptâ, precatione, qua quidem *Regi*, recens creando regimen à *Deo* felix, atque auſpicatum, vovebat, finiit.

Abindè *Adminiſtrator*, ſive *Senior*, *Electorem* ad aram reduxit, ibidemque, inclinatis ad terram poplitibus, utraque conprecatus eſt. Ab his precibus *Burggravius ſupremus* ter ſeſe ad multitudinem obvertere, terque interrogare, cœpit: *Vellentne Electorem in Regem ſuum coronari.* Illis totidem vicibus, velle ſe, regerentibus, *Liber* allatus eſt, ſuper quo, impoſitis digitis duobus, prælegente *Burggravio ſuperiori Proceribus*, regni cõſuetam jurisjurandi formulam juravit: *Adminiſtratore* in hæc benedictionis verba prorumpente: *Omnipotens, æterne, pater! ſicut tu quidem in omnibus tuis promiſſionibus verax, ac fidelis, es, ità, ut mortales quicunque, præſertim illi, qui in re tàm Eccleſiaſtica, quàm politica, præſunt, debitam tibi obedientiam præſtent, utique poſtulas. Fac, pater cœleſtis, ut hic Rex noſter electus ſuper nos bonum, æquumque, regimen exerceat. Nos verò convenientem, conſtantemque, obedientiam ipſi exhibentes, tibi æterno Regi, & capiti, noſtro, ſecundùm verba tua, ſerviamus: per, & propter, te, eundem Dominum noſtrum, IESVM CHRISTVM.*

Intereà *Palatinus* antè aram in genua procumbens, ab *Adminiſtratore* ex aureo ſive alabaſtro, ſive pixide, deprompto *oleo*, in vertice capitis, inungi cœpit, his verbis illo interjungente: *Rex clementiſſimè! Quod Reges Hebræorum, in populo Dei, olim quoque ungi eſſent ſoliti, unctione illa divinæ vocationis, adeòque internæ illius unctionis, (qua quidem Deus Reges pios, & bonos ad vitam, à Chriſto D.N. partam, præparat,) ſigno exiſtente, ecce! idem ſimiliter Deus, in virtute SS. Spiritus, te ungat, ut verus Dei unctus, divinam voluntatem, regulamque, impleas, in nomina D. N. IESV CHRISTI.*

Peractâ unctione, *Mareſchallus Adminiſtratori* enſem porrexit. Qui ſub illis illum verbis *Regi* in manus tradidit: *Accipe, electe à Deo Rex, hunc ENSEM! Es enim Dei miniſter, ad hoc vocatus, ut enſem haud fruſtrà geras, ſed eius medio bonos tuendo, malos verò puniendo, voluntatem, ac iuſtitiam, omnipotentis exerceas.*

Pariter, *annulo Regi* collato, prodidit: *Accipe ANNVLVM, divinæ vocationis utique teſtem, arrabonemque obedientiæ, quam Deo præſtare teneris. Confirmet te Spir. S. qui hæreditatis noſtræ cœleſtis obſes, & pignus, eſt, per, & propter, D. N. IESVM CHRISTVM.*

Poſteà, *ſceptrum* porrigens, totidem verbis adjecit: *Princeps clementiſſime! Accipe SCEPTRVM quoque, ſicut Enſem præaccepiſti. Regiam enim Maieſtatem decet, tantùm non gladio, atque armis, ſed ſceptro etiam, & præſidio bonarum legum, ornatum eſſe. Nimir. ut tàm Belli, quàm pacis, temporibus convenienter ſe moderetur, bonos videlicet protegendo, malos pœnis afficiendo, labantibus dextram porrigendo, humiles refocillando, ſuperbos, atque impotentes, humiliando.*

Pomum, ſive regni orbitam, cùm traderet, ſuperaddidit: *Accipe POMVM REGNI aureum! Illud, ſicut regiam deſignat potentiam, ita regnorum pariter tropica, & viciſſitudines, inſinuat. Illius ergò intuitu, monentur Reges mortales, in univerſum omnes, ſepoſitis rerum humanarum, mundanarumque, caducis momentis, ad ea bona reſpicerent, quæ quidem æterna, atque inviolabilia, perſtant.*

Arreptam denique in manus *Coronam*, eâdem, ac conjunctâ operâ, *Burggravius ſupremus, Aulæ Magiſter provincialis ſupremus, Camerarius provincialis ſupremus*, itemque præfatus ille *Adminiſtrator*, ſive *Senior*, capiti *Regis* impoſuerunt: *Seniore* hæc in verba itidem præfante: *Accipe, Rex ô electe, regni huius CORONAM! Quam, in nomine SS. & individuæ, Trinitatis, ex mero, atque incredibili conſenſu, & praelectione, Ordines regni, divinâ moderante providentia, capiti imponunt tuo. Illa divinæ bonitatis, in te recèns collatæ, myſterium, illa, te, per adminiſtrationem iuſtitiæ humanæ in terris, cœleſtis illius, ac divinæ, quodammodo præeminentiæ participem fieri debere, indicio eſt. Sicubi igitur divinæ voluntati conformem vitam egeris, fiet, ut denique, unà cũ electis omnibus, coronam immortalitatis (quam D. N. IESVS CHRISTVS omnibus in eum credentibus, adventumque ſuum glorioſum piè expectantibus, contribuet) aſſequâre.*

Peracto etiam vero coronationis illius actu, *Rex* novus *ad thronum* priorem reduci cœpit. *Burggravio* intereà ad *Ordines*, ſic profante: *Rex veſter, utique legitimè, & ritè, electus, coronatuſque, ſiquidem in verba privilegiorum regni, quæ nobis ſarta tecta ſervare condixit, iuravit, uti vos quoque Regi veſtro paria faciatis, iuramentoque fidem veſtram obſtringatis, conveniens eſt.* Quotquot igitur veſtrûm hûc ad *thronum* regium propius accedere datur, unuſquiſque duobus digitis, *coronæ* ſuperimpoſitis, reliqui digitis in altum elevatis, conceptiſſimis verbis, more majorum, juret. Secundùm hæc verba, *pomum* regni, unáque dexteram *Regis*, deoſculatus, digitis duobus *coronam* tetigit. Quem reliqui maiorum gentium *Ordines* inſecuti, pariterque imitati, reliquis, longius diſtantibus, geminos digitos in altum etollentibus.

Pro complemento tantæ feſtivitatis, *hymnus* ille conſuetus: *TE DEVM LAVDAMVS*: &c. variis ſymphoniacis, muſicisque, concentibus, perſonare cœpit: *Adminiſtratore* inſuper in preces effuſo, atque enixiſſimè deprecante, vellet *Pater omnipotens Regi* regimen tàm felix, quàm ſapiens, ac diuturnum, unàque vitam longævam, impertiri.

Poſteaquàm igitur *Rex* novus Quintumviris Illuſtribus *Equeſtris dignitatis* axioma ſolenniter contribuiſſet, omnibus, per regiam *Aulam*, triplicemq; *Pragam*, campanis aſſonantibus, pariterque machinis bellicis undiquaque tribus vicibus horrendum, atque immane, perſtrepentibus, aliiſque id genus ſolennis lætitiæ, ac feſtivitatis, generibus in uſum ductis, *Rex* eà pompâ, eoque ordine quo quidem *Baſilicã* intraverat, egredi, deducique, cœpit, *MONETIS AVREIS, ARGENTEISQVE*, per vias in populum ſperſis. Fonte quoque in *Arcis* regiæ area, *vino albo, rubroque*, ad ſatietatem, profluente. Abindè, poſtquàm ad *Tabulas Provinciales*, ità dictas, pro more, *Rex* juramentum inſuper depoſuiſſet, cum *coniuge regia*, regio uterque cultu illuſtrior, ſingulari menſæ accubuit. Reliquis menſis, omni epularũ genere inſtructiſſimis, *Principes, Proceresque*, magno numero congregatos, ſuo quosque loco, excipientibus.

IV. Kal. Decembres, ſtyl. novo, regia *Palatini* uxor *Eliſabetha* iiſdem Solennibus, ac ceremoniis, in *Reginam* uncta, coronataque, eſt. Quâ feſtivitate peractâ, in triclinio provinciali regiæ epulæ reſtaurari cœpére, *Rege* cum *Regina* menſâ paulò auguſtiori, reliquis *Principibus*, ac *Dynaſtis*, reliquas ordine menſas occupantibus.

Inter cætera honoraria, regiis illis conjugibus, recèns inauguratis, oblata, die ſequenti, *Hebræi Pragenſes Aquiminale* cum *trulla*, ſive *gutturnio*, utrumque ingentis pretij, *Reginæ* verò *Naviculam* inauratam, cum nummorum *Portugallenſium* viginti paribus, inferri curârunt.

VII.

Friderici, Bohemiæ Regis, pro coronæ, noviter acceptatæ, exculpatione, litteræ Apologeticæ.

COronationis ſolemnibus feliciter exactis, cõſummatiſque, *Fridericus, Rex Bohemiæ*, omnibus tàm intrà, quàm extrà, *Imperium, Regibus, Principibus, Ordinibuſque*, cauſſas, quibus de, ad regiæ illius dignitatis, ſibi oblatæ, acceptationem, provectus fuiſſet, publico aliquo ſcripto ſibi reddendas eſſe, tempeſtivum arbitratus eſt. Sequentibus itaque literis, tanquam *Apologeticis*, propoſitum ſuum tueri cœpit: *Nos Fridericus*, DEI gratia, *Bohemiæ Rex, Palatinus Rheni, Elector*, &c. Quibuſcunq; *Regibus Chriſtianis, Electoribus, liberis Principibus*, & *Rebuspublicis*, juxta officiorum, amicitiæ, benevolentiæque, intimationem, notum, teſtatumque facimus, nullatenùs dubitantes, jam pridem rumorem, ac famam ad omnium aures perveniſſe, quo nimir. regni *Bohemiæ*, utpote præcipui *Rom. Imperii* membri, ſociarumque *Provinciarum*, periculorum, haud contemnendorum, cardine res verſentur, quoq; genere hoſtilitatis, calamitatis, diſpoliationis, ferro, atque igne, depulationis, *Chriſtiani* ſanguinis profuſionis, ac cædium, conſtuprationis honeſtarum virginũ, matronarumque, ut etiam infantes, nullâ ætatis, ſexuſque, ratione habita, tenerrimos ab uberibus rapi, atq; in fruſta diſſecari, contigerit, hactenus à bono tempore bacchatum, deſævitumque, ſit. Ex illis actibus omninò tyrannicis, barbariſque, uſuvenit, ut, hominibus prorſus inquietis, *Reges* contrà ſubditos inflammantibus, eò extremorum res redierit, ut vix etiam remedium tantis calamitatibus affulgere viſum ſit. Iam autem exulceratis hiſce temporibus, quibus in rebus ſacris diverſæ opiniones emerſerunt, innotuit, conſcientias humanas vincula, ac loqueos, minimè pati, adeóque, quoties cum rigore in illas ſævire tentatum eſt, acerrimas inde populorum colliſiones, regnorumque concuſſiones, natas eſſe. Nihilominus ſuperiori tempore pernicioſis hominibus ſectariis in *Imperio* furtim irrepentibus, ac *Magnatibus*, eorundemque conſiliariis, ac *Proceribus*, ſub ſpecie ſanctitatis, neſcio quid non perſuadentibus, ignes, ſtimulique, addi cœperunt, quò diverſæ opinionis homines, ac *Religionis* libertate, in *Imperio* receptæ, gaudentes, retrò ad jugum *Pontificum*, ſemel à majoribus noſtris excuſſum, tantùm non blanditiis, ſed injecta vi, manuq;, metu perſecutionis, reduci poſſint. Id quod diſſidium ſapienter prævidentes ſuperiores *Bohemiæ Reges*, pro communi inter diverſarum opinionum ſubditos tranquillitatis conſervatione, eò omni conatu allaborarunt, ut diſſidentes, in *Religionis* negotio, animos, vinculo indultorum, conceſſionumque, tanquàm remedio, ac ferrumine, ſaluberrimo, coniurent, atque tanquam, ſub bilancis alicujus æquilibrio, coæquarent. Interim noxiis id genus hominibus laxiores juxtà habenæ permiſſæ ſunt. Ut rebus novis, more ingenii ſui, ſubindè ſtudentes, tantùm non ſcriptis, publicè proſtantibus, omnes, quà *Religionis* negotium, indultas *Cæſareas, Regiaſq;*, conceſſiones, pacta, obligationes, ipſaque iuramenta, pericoloſis diſceptationibus involvere, immò etiam facto, & re ipſa, violare, reſcindere, ac prorſus convellere, etentârint.

Ut autem omnia ea, quæ quidem per *Rom. Imperii* fines à tot annis, malis iſtorum hominum moribus, furoribuſque, diſſeminari cœperunt, inpræſentiarum, haud attingamus, (quod iſta ſuo, atque opportuno, loco commemoranda veniant) ecce! modò de eo ſermonem paulò altius inſtituamus, quæ quidem ſpecialiter per *Bohemiæ* regnum, ſociaſque *Provincias*, hactenùs, adhibitis cuniculis, occultiſque machinis, agitata ſunt. Initiò igitur extrà controverſiam poſitum eſt, *Pontificiæ*, ceu vocant, *Religionis* uſum, exercitiumque, penès *Bohemos*, eorumque ſocios, *Evangelii* luce è tenebris clariſſimè emergente, non ſine multis diſcriminibus, ſucceſſivè evluiſſe. Diſſenſionibus ergò, turbiſque, id genus quò, tanquam à principio, obviàm iri poſſet, eò allaboratum eſſe, ut, conceſſa *Religionis* utrinq; libertate, collatiſque eam in rem immunitatibus, atque, indultis, ſocietas hominum, ſub eodem *Rege* viventium, tanquàm amabili, idoneoque, vinculo, mutuæ concordiæ ergò, contineretur. Quàm diu æquis, atque amicis, id genus legibus res ſtetit, tàm diu utrinque floruêre omnia. Impotentibus autem hominibus eam felicitatem regno invidentibus, accidit, ut, iſtis autoribus, omnia è ſtatu compoſito, ac tranquillo, retròferrentur, adeóque ad aciem novaculæ, quod ajunt, ultimamque neceſſitatem, revolverentur: iſtis vel hoc unicè accuſantibus, nihil intentatum relinquendum deinceps, ſed omni ſibi induſtriâ, quò omnia ſub priſtinum *Pontificis Rom.* jugum, ac dominatum, quantò ocius reducantur, enitendum, eſſe. Ex hoc fonte, ac capite, tanquam lernâ quadam, quoad *Religionem*, indies majores, gravioreſque, exortæ querelæ, ut etiam *literis Maieſtaticis*, ità dictis, minimè ſit parſum, ut etiam templorum, ad *Proteſtantes* ſpectantium, demolitiones emerſerint, etiam excluſis neceſſariꝫ defenſionis, ademptiſque, remediis, in ſubditos ſævitum ſit, ipſoſque ſucceſſivè potentiores, ac regni *Proceres*, omnibus tàm fortunæ, facultatumque, quàm vitæ, *Religioniſque* ſanctæ, bonis, ac poſſeſſionibus, ſub arbitrium, perſecutionem, ac libidinem, id genus malè feriatorum vocatis. Neque ſic tamen furores peſſimæ notæ hominum reſederunt, ſed potiùs, ubi pars læſa, objectis legitimis, licitùſque, defenſionis mediis, ſe contrà tueri viſa eſt, eò impotentis impudentiæ, feritatiſque proceſſêre, ut, diſpoſitis inteſtinorum motuum igniculis, per totum *Bohemiæ* regnum, civium, ac tragici, iſtius belli incendia, ſufflata ſint, patriâ indè *Bohemorum*, unitarumque *Provinciarum*, per hoſtiles exercitus, omni crudelitatis manifeſtæ genere, ferro, atque ignibus, paſſim horribiliter laceratâ, uſtulatâque. Accedit, hanc *Bohemicam* nationem aliis hederis, quibus pro meritis ſuis inſigniri debeat, condignâ exiſtere. Eâ enim à multis ſeculis, inprimis annis paulò ſuperioribus, pro libertate *Vngariæ*, contrà *Turcam*, hoſtem utique tàm potentiſſimum, quàm inſigniter barbarum, animis, armiſque victricibus,

ſtante,ac depugnante,certè iniquum fuerat,*Vngariæ* modò vires, ipſorumque fortalitiorum in regni ejus finibus,quibus *Barbaris* iſtis reſiſtitur, proventus, ac neceſſaria, eò deducere, ut iiſdem jam nunc inſontes *Bohemi* petantur, atque opprimantur.

Cùm igitur munimenta, id genus, *Turcis* objecta, tantùm non rebus neceſſariis defraudentur,alienumq;, atq; in *Imperii* mēbrorum, noxium,uſum convertantur, pecuniis nihilominùs,cenſibuſque,per *Imperium*, ad iſtorum conſervationem deſtinatis,hoc etiam nūc, ut & ſuperiori,tempore improbè,undiquaque, & cum rigore, collectis, exactiſque,nemini non clarum eſſe, rem eò ſpectare,ut,labefactatis *Vngariæ* muris iſtis,*Turcis in Imperium* deinceps pateat aditus, *Vngarica* natio caſui,ac deprædationi,reddatur opportuna,per ejuſdemque latus *Bohemi* inprimis,unà cum ſociis, pars utique *Imperii* hujus potiſſima,juguletur, atq; ſub jugum,interitumque,vocetur.

Iam,quo pacto,quibuſque rationibus,ac conſiliis,juxtà alios *Imperii Con-Electores*,excubias egerimus,in medium propoſuerimus,fideliterque conſuluerimus,mitioribus, ac lenibus illis,ad pacem introducendam,remediis utendum eſſe unicè, ſequeſtratis violentis iſtis,ac tyrannicis, extrà omnē dubitationis aleam, paſſim paſſimque famâ præcognitum eſſe,arbitramur.Quò nomine longè ſalutarius quidem hoc fuiſſet, ab ipſis motuum initiis,per *Regni, Provinciarumq;, Ordines*,potius,quàm longè disjunctos *Principes*,ac *Magnates*(undè negotium tàm ſalutaris compoſitionis tantum dilatatur,extrahiturque) rei controverſæ compoſitionem ſedulò promoviſſe,atque incendium,ne ulteriùs ſerpere potuiſſet, aquis, ipſoque lacte,ſuperinfuſis,reſtinxiſſe.E diametro,circumſtantias ipſas loqui,quantum temporis intervallum,ſuper unius armiſtitii deliberatione,effluxerit, quas vires interea hoſtis collegerit,quæ procraſtinationes, ſub interpoſitionis colore,intervenerint. Cùm potius de eo maturiùs diſpicere neceſſarium fuiſſet, quibus rationibus hoſtilitas cohiberi, interpoſitionis medium ematurari, vadimonium, ſive fideiuſſio, ſufficiens,atque idonea, procurari, ipſiusdemque armiſtitij verus,ac ſalutaris,effectus introduci,potuiſſet.Certè,*Matthia Imp.* adhùc vivente opportuna,atque exoptata,pacem reducendi occaſio, uſq; eò nullum invenit locum,contrà nitentibus, atq; in armis omnia maxima collocantibus, pacis iſtis turbatoribus,ut *Magnatum*,optimè conſulentium, intrà *Imperium*,ipſiuſque patriæ amantium, conſiliis inſuper habitis,iſtorum duntaxat voces, votaque prævalerent,quibuſcunque ſtatus *Reipubl.* magis confuſus,ac turbatus,quàm tranquillus, ac cōpoſitus,complacere ſuſtinet.

Indè accidit,ut,loco ſatisfactionis, ſecuritatiſque,realis,tantoperè privilegiatæ, atque obligantis,papyraceæ duntaxat promiſſiones, confirmationeſque,chartis comprehenſæ,emergerent, atq; offerrentur,interim gubernatio,poſſeſſioque, gubernationis regiæ,vi adiretur, leges fundamentales,privilegiaque provincialia,cum eorundem legitimo uſu,& conſuetudine (tanquam in quibus totius rei cardo vertitur)ſegregarentur, *Provinciæ*, jus regiæ electionis ab antiquo obtinentes, tanquā hæreditatis nexu aſtrictæ, ſub jugum mitterentur, ad ſummam, omnia ſub poteſtatem redigerentur, atque,ſub colore pœnæ, certis delinquentibus irrogandæ,tot millia inſontium miſerorum in manifeſtam perniciem devolverentur. Iſtis adde, peregrinus,*Imperioque* huic, ejuſdemque *Principibus*, infenſas nationes,turmatim, & globo facto, per *Germaniam*,neglectis *Imperii*(quas etiam *Imperatori*, citrà *Electorum* conſenſum,infringere nefas) legibus,irrumpere,in *Bohemiam*, affineſque *Provincias*, ſub integris legionibus,educi, nullo alio fine, niſi ut regiones cultiſſimæ dilacerentur,iſtique, ad furoris uſque ſatietatem, ſpoliis,rapiniſque, licenter coactis,diteſcant. E contrario, ſicubi, vero pacis amore,ac ſtudio,etiam ipſo in limine, arma ſequeſtrata,autoreſque, atque horum furorum incendiarii,fuiſſent remoti, contrà ipſis *Provinciarum Proceribus* controverſiarum inſpectio, ac compoſitio,ceſſiſſet,privilegia violata in ordinem, uſumq; legitimum,rediiſſent, inprimis etiam ſufficiens fidejuſſio,ac cautio,interveniſſet, tùm quidē viam, quâ ad pacis felicitatem abſque circuitu per compendium itur,inventu facilem fuiſſe. Iam tùm verò,omnibus contrario eventu progredientibus, animiſque *Bohemorum* plus æquò exulceratis, contigiſſe,ut tot malis irretitæ,tantumque non oppreſſæ,*Provinciæ*,eò conſilia direxerint,quò à tanta periculorum,calamitatumque,mole deinceps ſublevari,defenſionis viceversâ à *DEO* & *Natura*,conceſſæ,motum inire ſufficerent. Hunc in modum arctioris confœderationis vinculum mutuo quæſitum,atque obtentum,immò eò rerum deventum, eſſe,ut,prorſus res novas agitantes,ſuper nova electione inſtituendâ, *Senatusconſultum*,fecerint. Poſteaquàm igitur vel hoc agerent *Bohemiæ* noſtræ *Proceres*,ut,mediante electione, novum *Regem* ſibi accerſerent,omninò hoc enitendum ſibi eſſe perſpexerunt,ut prius *Iurium*,privilegiorumque, antiquitùs indultorum, *deductionem* ampliſſimam cuiviſcunque,plenâ,quod ajunt, amyſtide propinarent,evulgarentque. Quâ hoc ipſum, in quo toti erant,ſummo ſibi jure licere,ſatiſque ſuperque,cōprobarunt. Illis omnibus, in vulgus extantibus, ut diutius,quòd jurium,privilegiorumque, confirmationem,immorari hoc loco velimus, cauſſa quidem nulla eſt: rerum fundamentis, ipſiuſque regiæ electionis libertate,à tot ſeculis obtenta,ſufficienter pro ſeſe loquentibus.

Secundùm hæc,meminimus,tùm temporis electionis *Cæſareæ* comitia *Francofurti* celebrari cœpiſſe. Ibi quanta ſolicitudo noſtra intervenerit, ut, ſequeſtrata ad tempus *Cæſarea* proclamatione, antè omnia turbæ,per *Bohemiam* ſuſcitatæ,componerentur,dictu quidem haud facile eſt. Id ipſum uſque eò in votis habuimus,ut deinceps legatis etiā noſtris,ad prædicta comitia profecturis, cōceptiſſimis verbis inculcaverimus,viderent illi,eòque allaborarent,quò regni *Bohemiæ* legati ritè audirētur, mediis ex iſtorum propoſitione licitis, æquiſque, emergentibus, priſtinæ tranquillitati reſtituerentur. Fidelibus interim conſiliis,ac monitis,noſtris neutiquam tùm admiſſis, locumque invenientibus, iſtud ſaltem nobis reliquum eſſe viſum fuit, ut,ſingulis procedentibus actibus, unicuique jus ſuum ſartum tectumque, interveniente decenti proteſtatione,conceptis verbis, conſervaremus, nihil *Bohemiæ* regno,nihil *Provinciis* cæteris, præjudicii

dicij quàquà cauſſantes. Et ſic quoque, pro cauſa, & libertate, *Imperii*, ſalvo jure, excepimus, ſubveriti, ne rejectis omninò è comitiis *Bohemorum* legatis, res ad vera tropica, regnique commutationem, (abſque eo, quòd electionem novam in nos devolvendam, ne quidem vel per ſomnium tùm videre potuimus) oppidò devolveretur: ſicut jam ipſo facto uſuvenit.

Proindè electione regia *Bohemica*, adjunctarumque *Provinciarum*, in nos, incredibili omnium *Ordinum*, ſub comitiis Provincialibus congregatorum, aſſenſu, applauſuque, devoluta, inprimis *Deum Patrem Opt. Max.* conſcientiâque noſtram, religioſiſſimis verbis obteſtamur, tantùm abeſſe, ut ſuperiores unquam dignitates affectaverimus, ut potius honoribus illis *Electoralibus*, atque hæreditariis, contenti intrà cuticulam, quod ajunt, manere voluerimus. Quo nomine vel ad ipſos *Bohemiæ Proceres*, hujuſce rei utique teſtes, provocamus, nullum nos inter pactum, aut conventum, interceſſiſſe, quo hanc regiam dignitatem vel exoraremus, vel emercaremur.

Adde, neque illam eſſe iniquiſſimorum temporum ſerenitatem, ut vel hoc onus deſiderare poſſimus. Vt potiùs de remedio inveniendo, quo pax alma reducatur, laborare debeamus: Sub *corona* iſthac *Bohemica* omnis generis curas, difficultates, pericula, & ſolicitudines, deliteſcere, quem fugit? Tantò hercule, de opinione *Sapientum*, gravius eſt, oblatam, ſub iſta difficultatum mole, coronam admittere, quàm pacatum regnum recuſare. Hiſtoriis in regiæ dignitatis detrectatores tòt elogia conferentibus. Secundùm hæc, bona fide, ſinceraque conſcientia condicimus, & præ nobis utique ferimus, modò alia ad exoptatæ ac tàm neceſſariæ pacis redintegrationem, media ſeſe obtuliſſent, quibus *Bohemiæ* hæc ruptura, ac vulnus, ſanari potuiſſet, libenter nos, à propoſito, diſcedere voluiſſe. Nequeaiquis putet, tantùm nos penès momentum acceſſionem regni illius habuiſſe honoris, optima, religioſiſſimaque, fide, deponimus, reſpectum totius hujus ne quidem mundi opum, deliciarumque, etiam nos penès inveniſſe locum, quo quidem, animo reſtaurandæ per *Imperium* pacis, ad ſuſceptionem regij axiomatis, unicè profecti ſumus. Quo fine procul abeſt, ut in ſuſcipienda tàm ardua, ſicut jam tùm eſt, provincia, præcipitanter, ac feſtinabundè egerimus, ut inprimis *Deum Opt. Max.* (in cujus manu eſt regna adimere, & tradere) ſuppliciter venerati, veram, bonamque, hac in parte, mentem, exoraverimus. Neque ſic etiam ab hac neceſſaria deliberatione *Principes* cognatos, amicoſque noſtros, omneſque quorum intereſt, excluſimus. Vt potiùs inito ſecretiori conſilio, deprênſum ſit, *Dei* providentiam hoc in negotio miraculosè concurrentem, tùm *Religionis* orthodoxæ, communiſque patriæ libertatis, cauſam, rogare, inſtare, urgere. Qui igitur divinæ diſpenſationi, ac voluntati, repugnaremus? Qui tot eminùs, comminuſque, ſub militari iſta perſecutione quiritantibus populis, nos ſubtraheremus? Vt de eo porrò parum, aut nihil, dicatur, nos domi, ac nobiſcum, hoc eſt, intus, atque in viſceribus noſtris, vel hoc ratum, confirmatiſſimumque habere, *Bohemiæ* regni, conjunctorumq; *Principatuum*, *Ordines*, vigore jurium, privilegiorum, libertatiſque, ab aliquot ſeculis derivatæ, novam regni electionem, mutationemque, ſuſcipere, inchoare, atque perficere, tàm poſſe, quàm ſolere. Vt ut igitur jus electionis illius, ab adverſa parte accuſari, atq;, hæreditatis titulo infringi, voluerit, nihilominùs ſtantibus *Bohemiæ* regni, *Principatuumq;* legibus, atque immunitatibus, inconcuſſis, nos hic legitimam, æquamq; juſtamque, atque à *Deo* oblatam, cauſam fovere, nemo, cui ſynciput ſanum, negabit, hiſtoriis tàm *Eccleſiaſticis*, quàm *ſecularibus*, liquidò evincentibus. Neque verò is nobis animus eſt, ut in alterius poſſeſſiones, bona, ac jura, citrà leges, veniamus. Verùm enim verùm cum *Bohemiæ* regni, reliquarumque *Provinciarum Proceres*, conceſſis & *Religionis*, & libertatis, ab antiquo juribus, utantur, adeóque hoc tempore, ſedis regni interveniat vacantia, ac ſine capite, illud ſaltèm nobis licere putamus, ut, ipſorum votis annuentes, ſedi vacanti accedamus, vi adverſa, violentiaque militari, oppreſſos aſſeramus, tot egregios *Principatus*, totidemque hominum elegantium myriadas, quantum ejus quidem in nobis eſt, protegamus, àque injuriis, quibuſcunque ſeriò vindicemus.

Siquidem igitur, hoc agentes, ad divitias, voluptates, deliciaſque, mundanas, minimè oculos coniiciamus, ſed magis divini *Numinis* gloriam, ſub perſecutionibus gementium vota, ac preces, conſervationemque tot *Provinciarum*, tot hominũ, penſi habeamus, confidimus, fore, ut divinitùs, cõtrà multorum exſpectationem, cœleſte affulgeat auxilium, cujus parata aſſiſtentia, ac benedictione, omnia, quantumvis difficilima, ac periculoſiſſima, exſuperare, ſed inſuper ea, quæ altiſſimus in enarrabili ſua potentia, ac bonitate, hoc rerum in paſſu jamdiu abindè decrevit, exſequi, atque ad ſcopum præſpeculatum feliciter perducere queamus. Illi divinæ voluntati, vocationique; ut pareamus, tàm juſtum, æquumque fuerit, quàm grave, atque intolerabile ſit, ob hanc ipſam divinæ voluntatis tranſgreſſionem, viam, pœnamque *Dei Soſpitatoris* provocare.

Inter cæteras porrò animi ſolicitudines, etiam hæc nos cura momordit, ſicubi prædictæ illi divinę vocationi cervices noſtras ſubtraheremus, in tàm luculenta occaſione, præter decorum, tergiverſantes, vel hoc etiã præmetuendum eſſe, ne nobis carnificina, tot hominum cædes, tot *Principatuum* laceratio, inprimis rei *Evangelicæ* oppreſſio, imputari poſſint. Eò inſuper adverſariorum conatibus, tanquàm in ſcopum, tela ſua acuentibus, ut, quamprimùm *Bohemiæ* regnum, cum ſociis illis *Principatibus*, ſuccubuiſſet, tunc ordo quoque *Electorale* noſtrum *Palatinatum*, cæteroſque *Principes Proteſtantes*, tangeret, omneſque, ut vocant, hæreticos, ſub eadem velut cervice, perderet. Hanc eſſe egregiam illam ſeditioſorum (quibus de ſuprà) hominum doctrinam, ut nullis vigiliis, nullis laboribus, parcant, uſque dùm furoribus ſuis omnia ſubiiciant, ſummiſq; infima miſceant, quis ambigit?

Prætereà neque iſtud nulla conſideratione condignum viſum eſt, ſicubi flagranti per *Bohemiam* incendio iſti haud maturè iremus

obviàm,

obviàm, periculum eſſe, ne præcipuum *Imperii* membrum, murusque ille adverſus barbaras gentes omninò ab *Imperio*, atque ad peregrinos, deſciſceret, undè deinceps ad hoc *Imperium* reduci nequiret, plurimum autem *Imperii Principatibus*, *Electorali Palatinatui* inprimis, utique cui *Bohemiæ* regnum ab antiquo, hæreditariæ confœderationis lege, conjunctum, cognatumque, eſt negotij, incommodique, faceſſeret.

Quis igitur, vel hoc ſaltem nomine, quòd vicini, ac confœderati, eius regni, curam ſuſcipimus, tanquam ad hoc legitimè electi, ac vocati, vitio verterit? Proindè (quòd felix utique, fortunatumque eveniat) tot *Bohemiæ Procerum* votis, precibusque exorati, tot litteris, conceptiſſimis, humilimiſque, verbis ſcriptis, evocati, tot legationibus ſplendidis ſolicitati, exceptique tandem, cum *Deo*, in propagationem cœleſtis gloriæ, aſſertionem tot hominum ſine numero ſub perſecutionibus gementium, communis *Religionis*, *Libertatiſque*, vindicationem, aliiſque de cauſis juxtà graviſſimis, tandem nobis perſuaderi paſſi ſumus, illam regiam vocationem, ſolenniter decretam inſtanterque oblatam, ne reiiceremus, ſed communi patriæ, omnium bonorumque, ex voto, in nos reciperemus. Cui fini ſuperioribus diebus ex *Archipalatinatu* noſtro, unà cum dilectiſſima conjuge, magnæ *Britanniæ Regis* filia, hûc *Pragam* uſque pervenimus, ubi uterque noſtrûm incredibili tàm *Procerum*, multitudiniſque, applauſu, ac fremitu, admiſſi, quæ deinceps ſolenniſſimis ceremoniis in *Reges* uncti, coronatique, inque regio *Throno* poſiti, ſumus. Illud faſtigium *Omnipotens* ſuo numine, nutuque, ut nobis longum confirmet, eſt ut intimis, quibus poſſumus, conceptis ſuſpiriis, ac precibus, enixiſſimè ſupplicemus.

Quod ſupereſt, teſtamur *Deum*, hominumque, fidem, omnes illos, quicunque *Catholicæ*, ità dictæ, *Religioni* addicti ſunt, (modò ſeſe legibus regni, *litteriſque Majeſtaticis*, conformes gerant) nullo nos pacto gravaturos, læſuroſque, ut etiam, quoad exercitia, atque *Religionis* ſuæ uſus, haud quaquam turbaturos, eſſe. Quod enim illi magno numero tantum non confœderationibus, nuper recèns pactis, ſubſcripſiſſent, ſed etiam in electionem, coronationemque, noſtram conſenſiſſent, ut viciſſim juribus ſuis, noſtraque regia protectione, utantur fruantur, æquum, decenſque, eſto!

Cùm igitur omnibus, quod ajunt, copiis eò allaborare ferat animus, ut quamprimum pax, optima rerum, per *Dei* benedictionem, in *regnum* noſtrum, cæteraſque *Provincias*, reduci, militares occaſiones, moleſtiæque, exulare, inque ipſo *Imperio* ſerenior fides, benevolentia, atque animorũ conſolidatio, introduci, poſſit, ecce! confidimus, *Magnates*, *Principeſque*, reliquos, hoc pium noſtrũ propoſitum juxtà amplexuros, atque, quò minùs ad effectum ſpectare queat, non interturbaturos. Modò iſti, quorum intereſt, more ſuo, alieniores eſſe, aut nodum, quod dicitur, in ſcirpo quærere, non velint. Quo nomine quibuſcunque *Regibus Chriſtiani* nominis, *Electoribus*, *liberis Principibus*, & *Rebuſpublicis*, amicitiam noſtram offerimus, præcipuè verò finitimis, ac vicinis *Statibus* in commendatis eſſe cupimus. Reciprocam ab illis omnibus, ac ſingulis, benevolentiam exſpectantes, ſub ſpe, juſtam hanc cauſam noſtram ut calculis ſuis approbent, tùm conſilio, operaque neceſſitatis caſu fortè urgente, nobis adeſſe ne detractent. Id quod amicis, feriiſque, precibus contendimus. Viciſſim omnibus, ac ſingulis, officia, ac ſtudia, noſtra, fide optima, repromittentes.

VIII.

Ejuſdem Friderici Regis intimatio, ad Poloniæ Regem, Remp. Venetam, Principeſque Italiæ, directa.

EVulgato ſuperiori *Apologetico*, *Fridericus*, *Bohemiæ Rex*, porrò non deſtitit, emiſſis id genus intimationibus aliis, *Regis Poloniæ*, *Reipubl. Venetæ*, *Italiæque Principum*, benevolentiam, ac favorem, ſibi conciliare. Litteræ erant ejuſce ferè argumenti: Non ignotum illis eſſe poſſe, inquit, quibus initiis, progreſſibuſque motus per *Bohemiam* provecti eſſent. Vt neque iſtud clàm, atque in abdito, eſſe ſuſtineat, quàm atroces clades, calamitateſque, inde in *Chriſtianas* gentes redundaſſe contigerit. Poſteaquàm igitur regni *Bohemiæ*, ſociorumque *Principatuum*, *Proceres* ad ultimam penè neceſſitatem redacti forent, viam, ac modum, iniiſſe, quo intolerabile iſtud jugum à cervicibus ſuis declinarent, contrà verò, pro aſſerendis, vindicandiſque, privilegiis ſuis antiquiſſimis, more majorum, novum, ſuiſque partibus faventem, *Regem* eligerent.

Cùm igitur hæc electio in ſeſe, nihil tale exſpectantem, incidiſſet, hæſiſſe ſe quidem initiò, tanquam in re ardua, atque intricata, dubium. Mox, intuitu divinæ vocationis, confirmato pauliſper animo, votis, ac deſideriis, regni *Bohemiæ*, adjunctarumque *Provinciarum*, acquieviſſe, electionem admiſiſſe, ſolenniſſimiſque deinceps ceremoniis regiam coronationem, incredibili omnium cum applauſu, peractam in *Aula Pragenſi* recepiſſe. Iam ſuarum partium eſſe, ut notum, conteſtatumque, faxit, nullius privatæ utilitatis, aut emolumenti cauſa, honores illos regios induiſſe, ſed, vindicandæ libertatis publicæ, preſſoſque ſubditos aſſerendi, igitur, hoc omne, quicquid eſt, effeciſſe. *Catholici* itaque, ſic dicti, firmiter perſuaſum haberent, ſeſe, conceſſo utrinque *Religionis* exercitio libero, nullatenus illorum partibus defuturum, è contrario verò, (ſiquidem etiam illi liberè, atque ultrò ſub fide juramenti, *Procerum* eos actus, novamque regiam electionem, approbaſſent) eoſdem in protectionem regiam ſingularem ſuſcepturum eſſe. Atque hæc inter cætera, eſſe, quæ illis intimare viſum fuiſſet operæ pretium. Sub ſpe, futurum, hanc ut ſuam dignitatem ſereno, placidoque, animo ſuſcipiant, immò congratulatione, ac muneribus conſuetis, illuſtriorem faxint, tùm, urgente neceſſitate, adverſus hoſtes, conſiliis, ſuppetiiſque, roborare condignentur. Illud omne grataner ſe recogniturum, dataque

dataque opportuna occaſione, etiam retributurum, eſſe.

IX.

Ejuſdem, ſuper admiſſa coronatione regia, literæ poſtliminares, ad Maximilianum, Bavariæ Ducem.

EAdem intimatio, ſuper admiſſa coronatione *Bohemica*, tantùm non ad præfatos, extrà *Imperium* regnantes, *Magnates*, ſed ipſum etiam *Maximilianum*, *Bavariæ Ducem*, utique *militiæ Ligarianæ Generalem*, ac caput, expediri cœpit. Quod autem ejuſce *Principis* tàm autoritas per *Imperium*, quàm potentia, præcipua eſſet, ità denuò etiam, ad ſuprà præmiſſas *Bavari* litteras tanquam poſtliminiò, reſpondere placuit. Quandoquidem inquit, eò res redierit, ut, admiſſa antè electione *Bohemica*, *VIII. Calend. Novembr.* ipſius etiam *regiæ coronationis* actus tàm ſolenniter, quàm feliciter, conſummatus foret, nullùm ſe dubitare, admiſſa ad animum præſentiſſima divini *Numinis* providentiâ, ac vocatione, cui repugnare nefas ſit, etiam *Bavariæ Ducem* honores illos regios invidere nolle, ut potiùs affectum eſſe perſuaſum habeat, eò ſecum ſtudioſè conniti, ac reſpicere, quò hoc regnum ſuum, cum adjunctis *Provinciis*, ad priſtinam pacem, tranquillitatemque, reduci, in vado eſſe, contrà, bella, cædes, furoreſque, hoſtiles ad *Garamantas* uſque, ipſamque *Thulen*, quàm longiſſimè, profligari poſſint. Eſſe quoſdam, qui, ſub privatis prætenſionibus, omnia per *Imperium* ſibi arrogent, atque conturbent. Omniaque, quantû quidem in ipſis eſt, pacis, reconciliationiſque, redintegrandæ, media poſtponant. Iſtis libidinum ſuarum eò uſque laxas habenas permittendas haud eſſe. Inprimis autem ſe non ignorare, quantum *Bavarus* momenti ad hoc afferre poſſit, ut conatus illorum retundantur. Poſſe eum plurimum hac in parte, modò velle velit. Eaque ratione ingentem nomini ſuo gloriam inducere quitum eſſe. Quòd autem maturiùs *Bavaro* regiam illam inaugurationem ſuam haud intimaſſet, eo conſilio factum fuiſſe, ut ſperarit, luculentiorem ſibi, quàm per literas, occaſionem affulſuram, qua quidem de his, & aliis, ejuſdem ponderis, coràm agere ſuſtineat. Quæ ſuperioribus literis ultrò, citròque, mutuò communicare uterque cœpiſſet, ea ſibi adhûcdùm ſarta tecta eſſe, præſentim, cùm agnoſcat, conſilia *Bavari*, multa tàm ſapientiâ, quàm experientiâ, concepta, & nata, ſingularem animi integritatem redolere, optimique, atque amiciſſimi, ſaporis eſſe.

Quod rei, prout nunc eſt, ſummam, caputque, concerneret, ſeſe in memoriam revocare, quibus ſtudiis, quibus miſſiculationibus, ac legationibus, antè laboràſſet, ut pacem per *Bohemiam*, finitimaſque *Provincias*, deperditam, pro ſua virili, reſtaurare, ac revocare, poſſet. Sed optima, ac ſaluberrima, conſilia fruſtrà toties fuiſſe, quicquid ipſe ſaltèm, ſuper extremis, atque eventu, anxius in tempore admonuiſſet.

Siquidem igitur, pace, remediiſque ſalutaribus, inſuper hab itis, furoris bellici incendium in dies augeri contigerit, in proximis *Francofurtenſibus* comitiis *Bohemicæ Ordinum* legati, ab omni aditu excluſiſſimi, abſque omni cauſa, prætenſionum, petitionumque, ſuarum inſpectione, rejecti fuerint, ut nequidem ad deliberationes urgentiſſima eorum poſtulata admiſſa ſint, tandem impatientiam *Bohemorum*, ſociorumque, exarſiſſe, impoſitaque velut neceſſitatis lege, ad extrema veniſſe, ut omnia potiùs ſibi etentanda eſſe putarint, quàm ut ſub priſtini jugi aſperitatem redire voluerint. Poſtliminiò quidem chartis, & literis tenùs, promiſſiones ipſis factas eſſe, ſed nimis ſeriò. Alium enim tùm rerum ſtatum alia remedia poſtulâſſe.

In *Imperio* quidem ità comparatum eſſe, ut conſilia, pacem, ac ſecuritatem, ſuadentia, minimè attendantur, tantùm abeſt, ut ratio, & modus, ineatur, quò animi diffidentes conciliari, ac velut ferrumine conſolidari, queant. In eo autem quoſdam eſſe totos, ut ſuperinductis peregrinis, & ſemibarbaris, gentibus, *Imperium* debilitetur, ac perturbetur. Quibus ut reſiſti poſſit, dandam eſſe deinceps operam, ut in motuum iſtorum autores iſtos meritò omnia mala, turmatim evenientia, referenda ſint. Interim pacis, quietiſque, amantibus vitio verti non oportere, ſicubi libertatis aureæ, ac pretioſiſſimæ, ſtudio, licitis mediis ſeſe communiant, defenſioniſque legem, ſibi impoſitam, non negligant.

Cæterùm, præmiſſis anteà ſtipulationibus illis ſuis etiamnunc illam ſeſe addere fidem, ut confirmatiſſimum ipſi faxit, nulla quidem ex parte futurum, ut *Palatinus*, prò ea tàm luculenta *Regni*, *Provinciarumque*, acceſſione, rebus, provinciiſque, *Bavari* quicquam incommodare præſumat. Modò idem *Bavarus* conſtanter intendat, nec (quod abominandum) mutuæ colliſioni auſam præbeat.

Commeatus, tranſituſque, copiis hinc indè adverſus *Bohemos* ingruentibus, opportunè *Bavarum*, ſi velit, negare poſſe. Neque eſſe, ut hoc unquam *Imperii Principi* diſpendio eſſe queat, utique, cùm neque omni periculo vacet, inſtructos exercitus intrà fines ſuos admittere, tùm verò, legibus *Imperii*, *Cæſareiſque* ſtipulationibus, adverſetur, *Imperium* ad lubitum ità peregrinis gentibus pervium, ac venale facere. Ipſe ille, qui copias cogit, per *Provincias* proprias potiùs ducat, quàm ut aliis *Principibus* moleſtus ſit. Se quidem, & *confœderatos*, etiam exiguo numero militem per *Catholicorum*, ſic dictorum, ditiones, cùm ſecus fieri ne quidem potuerit, eduxiſſe. Interim diverſiſſimam eſſe rationem, neque actus iſtos ullo modo comparandos. In eo ſe pedibus ire in ſententiam *Bavari*, ſicubi maturiùs tumultuationibus id genus medicina fuiſſet adhibita, nunquam rerum omnium perturbationes eò uſque invaleſcere potuiſſe. Iam autem, divina ſorte, ac vocatione, in ſe devoluta, certò confidere, futurum, ut nullus per *Imperium Princeps* hanc cauſam faxit ſuam, ſeque in eo, quo divinitus eſſet collocatus, ſtatu, ac faſtigio, conturbare velit. Vt ut autem militem hinc indè colligi, duceſque deſignari, accidat, in

medio

medio ſeſe relinquere. Vt ipſe etiam legitimæ defenſionis modum, unà cum *confœderatis* ſuis; inire adigatur. Tametſi verò præcognitum habeat, paſſim, paſſimque numeroſum militem à *Catholicis*, ità nuncupatis, cogi, nihilominùs; quòd per certos legatos *Bavarus Ordines* confœderatos, *Norıbergæ* congregatos, confirmaſſet, omniaque, ſub fidei ſinceritate, moderata promiſiſſet; ſe, cum *Ordinibus* illis, gratanter hæc ad animum admiſiſſe, officioſa talionis lege; eadem que illi, pacis amore, ac cupiditate, repromittere.

Ad *Rom. Catholicos*, ſic appellatos, quòd denique attineret, eundem ſecum perſeverare affectum, ut eos, per *Bohemiæ* regnum, conjunctaſque *Provincias*, habitantes, omnibus potius clementiæ, benevolentiæque, generibus placare, ac fovere, quàm moleſtiis, damniſve, afficere, animatus ſit. Si quid, verò antehâc, iſtas inter exacerbationes, ſiniſtri illis hinc indè accidiſſet, id ſibi ingratum, iſtis verò, qui autores extitiſſent, acceptum ferendum, eſſe. Diem docere, quid, & læſa, & degenerante, patientia, furoris emergere amet. Quòd ſupereſt, officioſa *Bavari* intimatione, & quod ex fide tàm neceſſitudinis arctæ; quàm amica vicinitatis, lege, ſecum agere cupiat, tantùm abeſſe, ut aliquà diſplicere poſſit; ut potius fideliter redhoſtire, conſtanterque *Bavaro* gratificari; affectus ſit.

Io. Petri Lotichij

RERVM GERMANICARVM

LIBER IV.

CAPVT I.

De motibus, per Vngariam, ipſamque Tranſylvaniam, gliſcentibus.

I.

Querelæ, ſuper inſolentia Clericorum, Motibus per Vngariam fomitem, ac cauſam, dederunt.

VEluti naſcente incendio ignis furor in vicina, atque adjacentia, ædificia deſævit, partemq; poſt partem, impellente Noto, depaſcitur: ità civiles per *Bohemiam* motus, poſteaquàm contagio ſuo vicinas *Provincias*, *Moraviam* videlicet, *Sileſiam*, *Luſatiamque*; tanquam in proximo, inflammaſſent, deinceps etiam, impulſu, ac vitio gentis humanæ, per *Auſtriam* in *Vngariam*, ipſamque, *Barbaris* adjacentem, *Tranſylvaniam*, effluvia, ac ſeminia; ſua ſucceſſivè ſpargere cœperunt. Quòd enim *Bohemiæ Ordines*, publicatis codicillis, prætenderent, odio *Religionis*; ſeſe à *Catholicis*, ità dictis, à bono tempore infeſtari, multaque adverſa paſſos eſſe, neque hanc cauſam ſuam videri à reliquorum *Regnorum*; ac *Provinciarum*, in quibus *Religionis Auguſtanæ*, ceu vocant; exercitium efflorеſceret, periculis ſequeſtrari, ſed, tanquàm per *Bohemiæ* latus; omnes in univerſum *Proteſtantium* circulos peti: his, aliiſque, rationibus offenſi quoq; *Hungariæ Proceres*, maluerũt temporiùs ſocia, ac communia; arma expedire; quàm incendij iſtius; in finitimo *Bohemiæ* regno gliſcentis; inſurgentiſque, ocioſos ſpectatores agere.

Cùm igitur è partibus *Proteſtantium* alios alii ſtimularent, ut pro aris, fociſque, quod dicitur, potius depugnare, pulcramque per honeſta vulnera mortem oppetere, quàm proculcatâ, ſemel agnitâ, rectâ *Religione*, ad *Pontificum* traditiones poſtliminiò, juguinque conſcientiarum, redire, eligerent: operæ pretium facturus equidem videor, ſi, quibus, in publico extantibus, ſtimulis, ac calcaribus, potiſſimùm provecti ſunt, hîc præmittam. Iſti autem, publicatis tabulis ſequentibus, tàm ſeſe mutuò, adverſus *Clericos*; oppidò *Proteſtantibus* infeſtos, commaſculare, quàm *Principes*, *Statuſque Evangelicos*, dictos, extraneos, in communem, ſuper *Religioſis*; ut vocant, ſive *Monarchis*, exigendam vindictam, irritare aggreſſi ſunt.

In propatulo (ajunt) eſt, ultima iſthæc tempora eà eſſe, quibus, de ſententia ſancti *Martyris* illius, *Irenæi*, interveniente totius humani generis hoſtis, Cacodæmonis; extremâ tyrannide, ac furiis; &, quod

quod defunctis invideant, habent vivẽtes, &, quod viventibus condoleant, defunctis abundè ſuppetit. Ità enim funeſtis fluctibus vita iſthæc truditur, periclitaturq;, ut illi, qui in vivis ſunt, inter mortuos habitare deſiderent, iſti verò, qui jam abhinc inter vivos eſſe deſierunt, vitam, viventeſque, eâdem operâ perhorreſcant, atque, ne tot malis diutius ſuperſtites torqueri queant, inviſam iſtis lucem devoveant, ſecumque ſepultos potius cæteros omnes eſſe, præoptent. Quò magis adventus *D. & S. N. CHRISTI* ad *Iudicium*, & totius mundi exodium, appropinquare videtur: hoc magis inquietus, ac verſutus, iſte ſpiritus, cœlum, ſi poſſit, terris miſcere, virtutem, honeſtatemque, omnem vitiorum, flagitiorumque, nubibus involvere, pacemque, ac concordiam, bellis, ac digladiationibus, civilibus perturbare, atque omninò tollere, connititur. Idq; haudquaquam ſegniter, aut lentè, agere compertus eſt, ut omni induſtria, omnibuſque copiis, toto in auxilium evocato *Acheronte*, in humani generis interitum, inſurgat, totiſq; nequitiæ claſſibus, relictis lintribus, ac phaſelis, invehatur. Quid, quantũque, calamitatis μισάνϑρωπος, iſte, & ſanguinarius, ſpiritus, jam tùm aliis, & finitimis, gentibus intulerit, ſatius eſt ſilendo præterire. Interim *Vngaris* nobiſmet pluſquàm exploratum habentibus, quo loco, quod dicitur, pedem noſtrum calceus urgeat, rem compendifacientes, quibus cum incommodis, tàm intrinſeci, atque oppidò pernicioſi, hoſtis machinationibus, & quidem ab initiis fermè regij hujus regiminis, conflictati fuerimus, lineâ velut ductâ, digito duntaxat præmonſtrare fert animus. Ità autem eſt: Vt *Vngariam*, dulciſſimam patriam noſtram, ad interitum uſque, variis calamitatum, bellorumque civilium, inundationibus laceraret, ecce! proletariorum, aut capite cenſorũ, quos vocant, hominum genere, nequaquam, ſed viris, ſanctitate, atque eruditione, conſpicuis, *Clericis*, inquam, uti cœpit *Sathanas*. Iſtis, tanquam organis, ac flabellis, nihil non, ſub ſplendido *Religionis*, pietatiſque, prætextu, incautæ plebi obtrulit, ac perſuaſit, ut lacrymis, etiam ſanguine manantibus, afflictę patriæ convulſio, ac tot cladibus involutio, defleri vix ſatagat.

Opportunè hîc triſtem illam *Achabi*, *Regis Iſraëlitici*, hiſtoriam in memoriam revocamus. Quam quidem, in *Regum* codice, allegavit ſacra pagina. Ibi enim cùm *Achabi* regiam dignitatem *Sathanas* everſurus foret, nullis adminiculis aliis, nullis eam in rem inſtrumentis, præterquàm *Sacerdotibus* (quorum utique apud *Regem* autoritas tũ præcipua) uſus, ſive abuſus, fertur. Poſtquàm igitur *Achabus*, præter *Dei* mandatum, temerario ſeſe implicaret bello, patriamque perturbaret, non hoc quidem, *Sathana* inſtigante ipſomet, funeſtum opus ſuſcepit. Sed, *Dei* permiſſu, hoc potiùs agebat *Sathanas*, ut, *Sacerdotũ* regiorũ mentes præoccupans exindè, tanquam è cuniculis, ritè, atque tempeſtivè, fabrefactis, *Regem* oppugnaret, inque omnium fortunarum, ipſiuſque vitæ, everſionem præcipitaret.

Eandem eheu! fabulam, noſtris hiſce temporibus, ſuper *Vngariæ* regno, olim florentiſſimo, in ſcenam traduxit. Vix enim tàm ovum ovo ſimile, quàm hæc *Vngariæ* facies *Achabi* regiæ apprimè conferri quita eſt. Exempla in promptu proſtant plurima. Innumerorum verò vicem facilè implere poſſit, quod cum Vladiſlao *Rege* contigit. Nunquid enim verſutus, ac falſarius, *Spiritus*, per os, ac verba, *Iuliani*, *Cardinalis* iſtius, locutus, *Regi* juveni impoſuit, uſque eò, ut fidem *Amurathi*, *Turcarum Imperatori*, ſub juriſiurandi ſacramento, datam, oppignoratamque, frangeret, ac perfidiæ iſtius pœnam, vindicem *Dei Opt. Max.* iram, in ſe, ſuóſque, provocaret, immò, cum ultima penè tàm exercitus, quàm totius regni, everſione, propriique ſanguinis, ac vitæ, coeffuſione, ſcelus expiaret? Eat nunc, ſi libet, *Iulianus*, *Regique* ſuo, vel penès inferos, egregiam iſtam cantilenam accinat: *Hæreticis non eſſe ſervandam fidem.* Certè, niſi adverſus evidentem, ac luculentam, veritatis lucem, cæcutire, ac pugnare, fert animus, ut omnia, & ſingula, quanta maxima incommoda, diſpendiaque, perturbationes inſuper, calamitateſque, graviſſimas, à primis ferè regni incunabulis hûcuſque excurrentes, ſolis per *Vngariam*, & quidem furioſis, *Sacerdotibus* unicè accepta feramus, omninò neceſſum eſt. Iſtorum, ſiquidem in ore, ac ſermonibus, tàm fœcundus, facunduſque, hoſpitatur *Sathanas*, mendaciorum ſpiritus, ut quidvis non, pro lubitu ſuopte, per eos machinetur, mentiatur, proloquatur. Cujus rei quò ſpecimen aliquod in medio ponamus, ut telam quidem ab exactis antehàc temporibus ordiamur, opus haud eſt, ut magis ſufficiat, ſicubi ea, quæcunque hac iſta noſtra tempeſtate patrata ſunt, duntaxat recolligamus.

Noſtrâ adhûc memoria, ſuperiori ætate, cùm potentiſſimus *Turcarum Tyrannus* hocce *Vngariæ* regnum tantùm non colliſiſſet, ut viribus penè omnibus eſſet defectum, adeóque ab exteris *Chriſtiani* nominis *Regibus*, *Principibuſque*, auxilia erogare nobis neceſſum foret, ecce! tum *Sacerdotum* iſta per hoc regnum cohors, copias, pro patriæ defenſione, ſubmiſſas, variis excogitatis artibus, doliſque, in ipſa regni, patriæque, viſcera ſævire juſſit, adegitque. Ejuſmodi nempè genus hominum ſunt *Clerici*, qui tantum non, præ ſupina inquietudine, ſed etiam contrà ſanctum *Evangelii* nomen invidiâ, odiiſque, præconceptis, ipſius denique communis patriæ ſalutis contemptu, ringere, atque ilia rumpere, velle videri poſſunt. Poſtquàm igitur dolis *Clericorum* abalienatus ille exercitus, vitio gentis militaris ſponte ſua ſpoliis inhians, à pio propoſito dejectus, arma, ac furorem, in regni incolas, præſertim paganos, convertiſſet, uſque eò fortunas privatorum omnes, nemine prohibente, paſſim depopulari cœpit, ut exorta, maximè per *Tranſylvaniæ* principatum, extrema famis neceſſitate, cadavera è patibulo ſuſpenſorum, caneſque mortui, etiam putredine, & vermiculis ſcatentes, fœtenteſq;, loco cibi, fam elico, ac latranti, ventri avidè ingererẽtur, carnibus etiam hominum peremptorum ſuillinis, bubuliſque, mixtim magno, & horrendo, compendio in dapes aſſcitis. Inprimis autem turmæ *GalloBelgicæ* plurimis tantùm non jus libertatis omne interceperunt, ſed cum liberis uxores abactas, in conſpectu maritorum, conſtuprare, villas, prædiaque equeſtrium incendiis perdere, alios captivos abducere, aliosque exquiſitis tormentorum generibus excarnificare, certarunt, ut eorum omnium,

vel cordatiſſimo homini recordatio veras, atque amaras, exprimere lacrymas ſufficiat. Quodſi miſerabilem *Hungariæ* noſtræ, *Religioniſque* maximè, ſtatum paulò altius repetere libeat, certò conſtabit, præter ſolum *Deum*, nemini in conſcientias imperium, ac dominatum, eſſe conceſſum. Nihilominùs hoc unicè egerunt iſti *Clerici*, quò *Religionis Evangelicæ* ac *reformatæ*, nomen à ſtirpe exſcindere, ac delere funditus, eva[illegible]ent. Modò enim *Evangelicos* templis prohibuerunt. Modò paſtores in exilium ejecerunt. Modò infantes, ac parvulos à Baptiſmo, regenerationis lavacro, excluſerunt. Modò defunctis jus ſepulturæ, omnibus utique mortalibus, & mortuis commune, vel negarunt omninò, vel ſonitu campanarum ipſoque cœmiterio, interdixerunt. Modò quoque, inter cætera, in pios patresfamiliâs, domeſticis ſuis verbum *Dei*, atque *Evangelica*, ſaltèm prælegentes, mulctis ſeverioribus animadverterunt. Iſtis adde, in diæta provinciali, ſuperiori *Anno M. DC. XVI. Presburgi* coacta, à *Clericis*, ſuper *Religione Evangelica*, à fundamentis delenda, atque exſcindenda, conjuratum eſſe. Vt, reliquos inter articulos, tùm diſceptatos, hic quoque in tabulas, *Evangelicis* juxtà ignorantiſſimis exiſtentibus irrepſerit.

E quibus, nitidiſſimo tanquam ſpeculo, qui ſint *Clericorum* mores, qui doli, fraudes, furoreſque, evidentiſſimum evadere proclive eſt. His nunc, atque id genus, extremis, *Hungari*, præſertim *Reformatæ* confeſſioni addicti, conflictati calamitatibus, ſiquidem remedium aliud ſuppeteret prorſus nullum, fama, bonis omnibus, vitaque ipſa, paribus, iiſdemque periculoſiſſimis, ambulantibus paſſibus, ecce! unicum in armis præſidium ſupereſſe viſum eſt, quo, ſi non tantis procellis ilicet eximerentur, unà cum *Religionis*, libertatis, fortunarumque, amiſſione, vitam maximè ipſam honeſtiùs effunderent. Sed nihilo mitior, immò longè truculentior, hanc in armis ſuſceptam defenſionem turbo excepit. Tantùm enim abeſt, ut de furore ſuo quicquam remiſerint frementes iſti *Clerici*, ut magis ipſam in rabiem exaſperati degenerarint. Colliſis itaque inter ſeſe tantùm non regni incolis, ac civibus, ſed extraneis etiam militibus, ecce! tum demùm omnis generis horrendæ execrationes, diræque, ſolutis omnis pudoris, honeſtatiſque, vinculis, in vulgus emanarunt, auditæ voces, minæque, pluſquàm barbaræ, ferrum, enſes, ignes, rotas, omnigenaque ſupplicia, deſpumantes. Sic commiſſis civilibus armis (quorum impiam, ac barbaram, ad recordationem, comæ non ſine horrore arriguntur, vox faucibus hæret) uſque adeò canis capitibus, venerandæque ſenectæ, minimè parſum eſt, nihil nobilitas, nihil matronalis decor, nihil infantilis, atque inſons, ætatula prærogativæ meruit, ſed omnes in univerſum promiſcuè, ac catervatim, tanquam communem ad lanienam abrepti, enectique, ſunt. Illic maritus ab uxoris amplexu, opem implorantis, divulſus: uxor, in viri conſpectu, conſtuprata, interque ejus latus, poſtmodum obtruncata: parvuli ab uberibus matrum vi rapti, matribuſque inſpectantibus, trucidati: Poſtmodùm, globo velut facto, in carros conjecti, partimque, indè dependentes, rotis contuſi, partim è carris delapſi, equorum ungulis diſtriti. Sic neque pater filio, neque filius patri, nedùm mater filiæ, nedùm filia matri, neq; frater fratri, ſororque ſororibus, opem, manumque auxiliatricem, commodare ſuſtinebat. Vtriuſque ſexus plebeculâ, inſtar pecudum, oviumque, gregalium, in forum venalitium deductâ, ac vili pretio divenditâ. Quot tùm tenerrimæ, ætatis puellæ per vim vitiatę? Quot itidem, poſt prægreſſam violentam deflorationem, equorum ſive jubis, ſive caudis, alligatæ, & per ſaxa, per hirta, tractæ, laniatæq;? Quis, diras inter, atq; Eumenidas, iſtas, magna voce non exclamaſſet? ô crudelia tempora! ô perditã, ac barbaram, *Clericorum*, tot triſtia patrantium, audaciam, & temeritatem! Interim, iſtos inter furores, medios, tandem *Deus* ab alto populi ſui, tot diris vexati, miſertus, enſem fulmineum, flammantemque, repreſſit; adeóque *Rodolpho II. Imperatori*, ac domino, noſtro, eam mentem inſtillavit, ea pacis, ac concordiæ, ſemina, ac conſilia, præparavit, ut res patriæ penè deperditas, priſtinæ tranquillitati reſtituiſſe videri potuerit. Abindè, amica finitimorũ *Regum, Principumque*, conſpiratione, ſequeſtratis furioſi Martis homicidiis, pax, rerum altrix, optimaque, ſimulque *Religionis Reformatæ* exercitium refloreſcere cœpit. Itaque inter *Provincias*, capitali odio diſſidentes, pax ſolida recens coaluit, libertas patriæ, multo ſanguine parta, priſtino vigori reſtituta eſt. Vt etiam, præter omnium opinionem, vel ipſis *Clericis*, utique tantorum malorum autoribus, ex mera gratia, dignitas ſua ſit ſervata. Tametſi enim quod fomenta, ac flabella, fuiſſent motuum iſtorũ civilium, *Vngariæ Proceres* juſta indignatione *Clericos*, tanquam patriæ purgamenta, ac peſtes, omninò in exilium ejicere, aut quovis alio ſeveriori modo, plectere, potuiſſent: Nihilominùs ea fuit *Procerum* noſtrorũ humanitas, ut priſtinam eis dignitatem haud inviderent, ſperantes, futurum, ut, & ipſi belli furores, rigoremque, experti, pœnitentiã deinceps emendarent, adeóque in inſontes graſſari deſiſterent.

Verùm enim verùm, quænam, inquam, te rogo, vel pœnitẽtiæ mica iſtos poſtliminiò invaſit? Quęnam emendationis ſcintillula animadverti potuit? Tantùm abeſt, ut gratiam illam, ſibi, præter omne meritum, à *Proceribus* factam, gratanter habuerint, tantùm abeſt, ut, flagitiis renunciantes, patriæ cõmodis ſtuduerint, ut denuò, tanquam canis ad vomitum, ad ingenium redeuntes, longè graviùs, atrociúſque, peccare, ac bacchari, inſtituerint. Rectiſſimè, in id genus peſſimè feriatos, vetus illa quadrabit cantilena, quam quidem in ſemetipſis efficacem eſſe, iſti comprobant:

Cum ſenio crines mutat lupus ordine. Pellem,
Non tamen, aut mores exuit ille feros.
Scilicet improbitas ipſis ſuccreſcit ab armis:
Hinc tener, hinc vetulus, raptor uterque, lupus.

Ecquis enim, te rogo, denuò, ſopitas quaſi cineribus furoris favillas, reſuſcitavit, interque patriæ mœnia, ac cives, novarum diſcordiarum incendia poſuit? *Clerici*, verò! Quis *Divo Imperatori* noſtro perſuaſit, ut pacis illam tranſactionem, ipſomet *Cæſare* præſente, *Viennæ* pactam, & quidẽ publico diplomate confirmatam, infirmam haberet? *Clerici* verò! Quis axioma illud, tanquam ſive fidei articulum, ſive canonem, introduxit? *Hominibus, Evangelicæ confeſſioni addictis*, (quos odioſo

nomine

nomine *hereticos* appellant) *fidem, induciaſque, ſer-vandas non eſſe. Clerici*, inquimus! Quis impedit, ut neque pacta, neque promiſſa, nobiſmet im-pertita, rata habeantur? *Clerici*, ajunt! Quis *Ferdinando Regi*, citrà conſuetudinem regni *Vn-gariæ* vetuſtam, autor fuit, ut, abſque prægreſ-ſa poſtulatione, eaque ſolenni, tempore minùs commodo, *Ordinibuſque* nondùm præparatis, ipſe ſuperveniret? *Clerici*, ajunt! Quis *Palatini* ele-ctionem, contrà legem præſcriptam, introduxit? *Clerici*, ajunt! Quis porrò conſiliator fuit, ut *Bohemorum* legatus, *Ioannes Ieſſenius*, *Medicus*, ad diætam provincialem *Vngaricam Presburgum* miſ-ſus, contrà gentium jura, interciperetur? *Cleri-ci*, ajunt! Quis pariter cauſa eſt, ut legati qui-cunque, atque undecunque illi ſint, apud noſmet ſuarum, nihilque, aut efficiant, aut efficere auſint? *Clerici*, ajunt! Et quis denique, te amo, fax, & claſſiarius iſte, extitit, ut regni *Vngariæ Iudex Ca-meralis*, ſub proximè præcedente diæta provincia-li, *Presburgi*, prout dictum, habita, nomine *Or-dinum Romano-Catholicorum* (quos ſic vocant) ad-verſus *Evangelicos*, ſolenniſſimis verbis proteſtan-do intervenerit, liberoque *Religionis* noſtræ exer-citio contradixerit? *Clerici*, ajunt!

Quantùm ad pacis tranſactiones, tàm *Viennæ*, quàm *Presburgi*, celebratas, jam facit, ſiquidem eæ tàm *Cæſareo*, quam *Regio*, nomine peractæ, non niſi in ſacratiſſimis haberi debuiſſent, adeò pro-ritæ, contemptæque, eſſe cœperunt, ut, inſtar purgamenti, ac luti, tantùm non pedibus procul-cari cœperint. Vt ut enim, ſuper primo ejuſce tranſactionis articulo, quo liberum *Religionis* ex-ercitium *Proteſtantibus* indulgetur, diſpiciamus, annon *Catholici*, ità dicti, *Clericorum* inſtinctu, protinùs directè contravenêre? Mox illis, qui *Re-ligioni Reformatæ* operam dabant, templa vi injecta præcludi cœpêre. Indè reditus, ad ſacrorum u-ſus collati, omnes intercepti. Indè parochis ſala-ria adempta. Indè pars eorum ſannis, ac contume-liis, divexati: pars rerum penuria, ac fame, enecti: pars denique aut in exilium, aut ipſam mortis ne-ceſſitatem, adacti.

Prætereà, in iiſdem tranſactionis articulis, di-ſertiſſimis verbis continetur, *Imperatori* noſtro, abſque *Vngariæ Ordinum* aſſenſu, bellum indice-re, peregrinumque militem ſuperinducere, haud quidem eſſe integrum. Sed, quàm temerè, quàm protervè, contrà itum ſit, ipſi legum, tranſactionumque, tranſgreſſores teſtabuntur. Quæ omnia prolixa inductione, exempliſque in contrarium manifeſtè militantibus, declarare vel-le hoc loco ſupervacaneum fuerit. Sub tertio præ-dictæ tranſactionis articulo, cautum eſt, *Impera-torem*, in rebus, *Vngariæ* regnum, ejuſque *Proce-res*, atque incolas, concernentibus, lege teneri, omnia illa negotia per *Palatinum*, & *Conſiliarios*, o-mnes gente *Vngaros*, determinaturum, ac deciſu-rum. Quoties autem contrarium uſuvenerit, quo-tieſque hæc *Vngariæ* regia, cum indigenis, contur-bari, ludibrio haberi, atque in perniciem devol-vi, cœperit, res, atque acta, adulto ſole lucidiora, in medio loquuntur.

Cæterùm, ut tanquam ad fontem, propiùs adnavigemus, ſub iiſdem tranſactionis articulis, *Viennæ* cautum eſt, ne per *Vngariæ* regnum propriis poſſeſſionibus *Patribus Societatis* uti frui liceat. Ea ſcil. lege *Vngariæ Proceres* providerunt, ne *Patribus* iſtis ulla per hocce regnum deinceps ſtatio, habi-tatioque, permitteretur. Interim, ſub variis, iiſque excogitatiſſimis, coloribus, eò res quidem redacta eſt, ut, tametſi reali prædiorum poſſeſſione exclu-derentur, nihiloſeciùs per *Vngariæ* urbes, oppida, ac diſtrictus, habitationibus iccircò minùs illis in-terdiceretur. Atque hinc factum eſt, ut, pertur-bato articuli illius vero, legitimoque, ſenſu, in *Co-mitum* deinceps, *Dynaſtarumque*, arces, oppidaque, more anguium, *Patres* ſeſe poſtliminiò inſinua-re potuerint. Exemplo eſſe poſſit vel *Tirnavia*, in-ter cæteras *Vngariæ* civitates præcipua. In quam, ſerpentina prorſus aſtutia, ſuccedere, atque irrepe-re, eo illis prætextu datum eſt. Ea ſimulatque rece-pti, minimè, vitio gentis clericalis, deſtiterunt res novas agere, Rempubl. conturbare, civium, aliàs pacis amantium, animos, ad ſeditiones, atque tu-multus, irritare, atque id genus incitamentis pluri-mis, jus omne, piumque, perrumpere. Interim, quę, te rogo, hîc ingeritur heterogenea, ac perverſa, re-rum interpretatio? Ideóne *Vngariæ Proceres Patri-bus* illis exilium indixerunt, ut iccircò bonis *Eccleſia-ſticis*, anteà à *Patribus* poſſeſſis, ipſimet fruerentur? An verò, ut, imitatione *Reipub. Venetæ*, aliorumque *Regnorum*, ac *Principatuum*, omninò *Patres* è regio-nibus exterminarentur? Certè, vel omnem extrà controverſiam hoc eſt, haud peti poſſeſſiones id genus *Eccleſiaſticorum*, utique quæ nihil delinquant, ſed in ipſos iſtos *Patres* fabam, ut ajunt, cudi, nimi-rum, quòd omnium malorum, rerumque novarũ, autores perhibeantur. E quorum jam numero, in-ter cæteros, *Petrus Patzmannus*, haud in poſtremis eſſe cœpit. Qui cum ſibi aditum, occaſionemque, ad confeſſionem, libertatemque *Evangelii* oppri-mendam, ità quidem difficulter patêre, judicaſſet, data opera *Societatem*, ſive ordinem *Lojolitarum Pa-trum*, cui quidem ſeſe anteà per omnem vitam, et-iam ſub juramenti ſanctitudine, devinxerat, reli-quit, aliaſque res agere cœpit, quò deinceps, tan-quam viribus longè auctioribus, eleganti ſtratage-mate, *Eccleſiam Chriſti* valentiùs arietare, atque op-pugnare, ſufficeret. Neque hoc ipſi infeliciter ſuc-ceſſit. Factus enim primùm totius *Vngariæ* primas, mox ad altiorem, maximèque eminentem, & qui-dem ab *Vngariæ Rege* ſecundam, nimir. *Archiepiſcopa-lem* illam *Granenſem*, dignitatem, incredibili *Patrum* ſolertia, evectus eſt. Hoc quàm *Superioris Vngariæ Ordines*, atque *Dynaſtas*, vehementer pupugerit, fa-cilè dijudicari poteſt vel ex eo, dùm iſtum quidem hominem, *Religioni*, atque ſaluti, ſuæ infeſtiſſimum, etiam invidendis illis in patria honoribus cumula-tum, intueri, ac ferre, debuerunt. Atque hic qui-dem is erat, qui facto cum *Cleſelio Cardinale*, & *Be-nedicto Packaino*, homine leviſſimo, regni *Iudice Ca-merali*, pacto, in perniciem noſtram conſpirarunt. Hic, inquam, is ipſe eſt, qui, contrà debitam pa-triæ fidem, ex clancularia iſta, mutuaque, conju-ratione, omnes propoſitiones, deliberationeſque, *Regi* noſtro oblatas, in perverſum, nobiſque oppi-dò contrarium, ſenſum detorquere, ſuiſque ſali-vationibus conſpurcare, haud verecundatus eſt. Vice verſa, more aſtutæ, atque annoſæ, vulpecu-læ, ubi, in comitiis regni provincialibus res exi-gui momenti diſceptari, cognovit, ibi oppidò,

captata ſtudioſè benevolentia, ſuffragio ſuopte ultrò in partes *Ordinum* tranſiit. E converſo, rebus magni ponderis occurſantibus, hic tàm induſtriè vota, ac calculos, *Præſulum*, *Clericorumque*, *Packainus* autem *Baronum*, ac *Dynaſtarum ſecularium*, ſuffragia venari, atque emendicare, ſategit. Interim, ſicubi aliquando tamen uſuveniſſet, conjuratum iſtud par, *Procerum*, patriæ amantium, calculis pluribus retundi, atque ſuperari, ibi tùm vidiſſes alterum ænigmatibus philoſophicis, alterum aliis fabellis, atque id genus problematibus ludicris, ſtrenuè rem agere. Quibus illis logomachiis, ac quæſtiunculis, decidendis, convincendiſque, haud rarò triduum, quatriduumque, abſumptum eſt, ut etiam integras in ſeptimanas controverſiam extrahi acciderit. Vbi verò neque ſic conventum, negotiumque deciſum, eſt, ilicet commaſculatis vultibus in minas, atque fulmina, progreſſus factus, quoad edictis regiis, ad *Ordines* intervenientibus, tandem id, quod omnium primum animis peregerant, aſſecuti ſunt. Vndè factum, ut in regni id genus comitia, ad quatuor, pluresque aliquando menſes extracta, immenſi ſumptus, quibus ardua, aliàs, ac neceſſaria, negotia expediri, ac confici, potuiſſent, fruſtrà ſint collati.

Quandoquidem igitur vel eò res redierit, ut, inter cætera, heroici, ac maſculi (quorum virtus tàm literis, quàm armis, ſpectata) animi, ad dignitates, atque officia honorata, rarò, aut nunquã, admittantur, contrà improbæ notæ, atque indignis, hominibus, modò *Religioni Pontificiæ* ſint addicti, ad clavum, ac gubernacula, Reipubl. ſedētibus, omnia liceant, fit, ut in præſentiarum neque virtutis, neq; fortitudinis, neque eruditionis, ampliùs habeatur ratio, ſed omnibus ingenuis, ac bonis, iſte ordinariò præferatur, qui ipſis vitiis innaſci cœpit, nulloque penè bonorum favore condignus eſt, modò *Pontificum* dogmata adorare didicerit.

Itane tandem hoc celebre, ac famoſum, *Vngariæ* regnum, inſtar abjectæ alicujus *Provinciæ*, futurum eſt, ut non, niſi ad importunorum *Clericorum* nutus, ridere, ſed acerbam ſervitutē ſervire, debeat? Itane hodieque cum feudis, ac privilegiis, noſtris per *Vngariam* agitur, ut nemo, prout vocant, inveſtituram feudorum impetrare poſſit ampliùs, niſi ſub iſthac clauſula: *Iurisdictionem Eccleſiaſticam ſub Regis poteſtate futuram eſſe*? Itane, tanquam aves, caveis incluſæ, agemus deinceps *Vngari*, ut nemini noſtrûm fas ſit vel ad nuptiales neceſſariorum ſolennitates, vel ſympoſia amicorum privata, concedere, abſque metu alicujus obſervatoris? Vſque eò vel etiam loquendi, confabulandique, libertate omni interdici cœpit, ut mox neque ſomniare debeamus, adeóque cogitationes vel ipſimet noſtras ſuſpectas habere, ac metuere, jubeamur? Eadem opera, ne quis in *Tranſylvaniam*, vel neceſſariorum, vel prædiorum, cauſa, abſque ſuperiorum permiſſu, excurrere poſſit, interdictum. Itineribus ex adverſo in *Polonos*, *Moſchoſque*, ſive *Ruthenos*, liberrimè unicuique indultis, ac patentibus. Ità certè eſt, ut, qui *Evangelicam Religionem* profitentur, acerbum ſervitium, jugumque, tanquam mancipia, experiãtur. *Pontificiis* ex adverſo dogmatibus adhærentibus, pro libidine, ac nequitia, liberrimè agentibus omnia.

E quibus nunc, aliiſque, quæ, brevitatis amore præterimus, (ut tandem feliciter hiſce querelis clauſulam imponamus) unicuique tandem, cui ſynciput ſanum, quo loco, nempè deterrimo, nobiſcum boni ſint, mali verò bonos opprimant, ludibrioque habeant, diluceſcere ſatagit. Nemini enim, ſicut ſeſe quidem nunc res habent niſi CHRISTI, ejuſque *Eccleſiæ*, atrox anteà extiterit perſecutor, ad honores, dignitateſque, patet aditus. Tàm demùm verò, ubi *Clericorum* ſectatus aliquis ſit tyrannidem, omnia, etiam maxima, præmia ſperare, ac conſequi, poterit. Tametſi ergò graviſſimis etiã argumentis, atque inductionibus, aliis hæc ipſa diſſertatio uberrimè extendi quita ſit; nihiloſeciùs tamen, pro ratione inſtituti hujus, nihil aliud nobis quæritur, niſi ut inter utriuſque *Religionis* confeſſores æquilibrium atque conformitas, conſervetur, utque, ſicut ſub initiis *Reformationis* introductum, *Religionis* per hoc *Vngariæ* regnum exercitium liberum redintegretur. Huic conſectaria accedunt illa. Vt dignitates, atque officia regia, abſq; odioſo *Religionis* reſpectu, ſive prætextu, in benè meritos, cujuſcunque tandem illi ſint confeſſionis, conferantur. Inprimis etiam homines *Eccleſiaſtici* rerum ſuarum, juxtà CHRISTI, *D. & S. N.* præceptum, ſatagant, neque falcem, quod dicitur, alienam in meſſem, hoc eſt, *Magiſtratus*, ac *Iudices*, immittant: triti illius memores, quod hocce, quod ſequitur, diſticho exprimere viſum eſt.

Arma gerat MILES, duris nutritus in armis:
CLERICVS in templis cantet, ametque preces:

Ità enim certò futurum ſperamus, ut nulla *Religionis* ſive prærogativa, ſive æmulatione, interveniente, pax inter regni, patriæque, hujus cives integra tùm naſci, tùm enata conſolidari, quita ſit.

Denique, hæc collectim eò tendunt, eumque in finem publicis iſtis tabellis à nobis promulgari cœperunt, ut, quibus atrocibus afflictionibus, anguſtiis, ac calamitatibus, ab agnitæ noſtræ *Religionis* oſoribus, circumveniamur, preſſique attineamur, *Rex* penitiùs tandem expenderet, cauſſamque, ac dolores, noſtros, inſpiceret, immò jam quoque, ſicubi intolerabile jugum iſtud à cervicibus noſtris amoliri ſtudeamus, anniſque ex neceſſitate paratis, hoſtibus occurrere aggrediamur, cognoſceret utique, atque ignoſceret.

Ad cæteros verò *Europæos* utpote *Chriſtiani* ſanguinis, *Principes*, *Statuſque* liberos, confœderatos utique, vicinos, fratreſque, noſtros, hæc noſtra ſeſe convertit oratio, diligenter illi etiamque etiamque conſiderarent, quibus prægnantibus de cauſis, pro recuperatione divini, humanique, juris adacti, ſimus. *Clericis* enim in ſterquilinio voluptatum, concubinarumque, ſuarum ſeſe volutantibus, fortuniſque, atque honoribus, aliorum, ſub prætextu defenſionis regiæ, inſidiantibus, ecquis non vel ipſam nobis, tanquam *Laicis*, neceſſitatem imponere legem negabit, ut pro defenſione *Religionis*, patriæque libertatis, fortunas omnes, vitamq; ipſam, ac cariſſima quæque, impendamus? Proindè, quod ſupereſt, liceat ſic magna voce exclamare: Veſtrarum, ô *Principes*, *Heroeſque*, magnanimi, veſtrarum, inquimus, erit partium, magno, immò ingēti, huic per *Vngariæ* regnum rictui, voſmet fortiter opponere. Et dùm adhûc res, tempuſque, ſinunt, maturis veſtris auxiliis nobis accedere; certò perſuaſis, ſicubi

ſicubi nobiſcum, ſuper *Religione*, ac libertate, actum, conclamatumque, ſit, tùm etiam vobis ipſis *Hannibalem* (quod dici olim ſolebat) in foribus eſſe, voſque, eadem ſub cauſa, etiam veſtris in *Provinciis* laborare, ac fluctuare. Quod ſi ergò vel nos, vicinos utique, ac confœderatos, veſtros, contemptim atq; indignos, habetis, quibus opem maturè conferatis, ſcitote, *Barbaros* hac in vicinia ad latus excubare, qui quidem ſicubi ſedibus hiſce (quod *Deus* avertat!) noſtris potiri queant, neque *Religionis*, neq; *Iuſtitiæ*, humanitatiſque, *Chriſtianæ*, rationes ullas unquam inire animati ſint.

II.

Vngari, pariter diſſidentes, Gabrielem Bethlenum, Tranſylvaniæ Principem, captant. Quem Bohemi porrò in auxilium ſolicitant.

EO modo, ſicut prolixâ modò inductione probatum eſt, *Vngariæ* quoque *Dynaſtis* res novas, *Bohemorum* imitatione, agentibus, ſaltem dux, & caput, cujus ſub auſpiciis & ipſi ad arma quoq; progrederentur, deeſſe videbatur. Placuit igitur finitimum *Tranſylvaniæ Principem, Gabrielem Bethlenum*, utique ſociæ *Religioni* pariter operam dantem, captare, adeóque, tanquam inſtantis fabulæ autorē, actoremque, in ſcenam deducere. Tametſi autem jam tùm *Bohemi* paulò antè *Fridericum, Electorem Palatinum*, in novum *Bohemiæ Regem*, contrà *Ferdinandum Cæſarem*, elegiſſent, ac vocaſſent, nihilominùs, *Vngarorum* antè precibus, quereliſque, præparatū, ac facilem, *Bethlenum*, miſſis literis in auxilium etiam hi evocare cœperunt.

III.

Gabriel. Bethleni, ad Bohemorum ſolicitationem, reſponſio.

IStam ad *Bohemorum* ſolicitationem, *Bethlenus*, aliàs ab adoleſcentia armis innutritus, ac provocari facilis, ſic quidem reſcripſit: Omnibus bonæ mē tis exoptandum eſſe, inquit, motus iſtos *Bohemicos* (quibus de ipſe ſua in *Provincia*, procul diſſita, varios, atq; incertos, rumores percepiſſet) illicò ab initiis, atq; in ipſa, quod ajūt, herba, à finitimis *Principibus* altius ad animum vocatos, adeóque conſopitos, fuiſſe, ut, priuſquàm ipſe nuncium ejuſce rei acciperet, jam tùm omnia ad priſtinam tranquillitatem forent antè reducta. Quandoquidem verò ex eo tempore neq; *Ferdinandi Regis* indulgentia, neque *Principum* cæterorum ſolicitudines, obtinuiſſent, ut, ſub orbis *Chriſtiani* gubernatione, noxium id genus incendium, remediis quibuſcunq; exquiſitis, atq; idoneis, reſtinguere potuerint, cū notoriū exiſtat, animorum, utrinq; diſſidentium, offenſas, atq; odia, de die in diē ſufflari, exacerbariq;, adeóque morbum iſthunc, ſive contagium, magis magiſq; eundo vires acquirere. Eo nomine, an ipſe, dū tā periculoſo incendij genere *Chriſtianus* deflagrat orbis, in finitimo conſtitutus, paries dū proximus ardet, ferias agere, atq; ignavū ſpectatorem repræſentare, an potiùs eò collatis armis allaborare, debeat, quò periculoſo iſti morbi generi per remedia tēpeſtiva occurri queat, omnib⁹ ex æquo dijudicādū relinquere. Quòd n. patria, ac provincia, ſua in pice, ac finib⁹ *Turcarū Imperatoris* poſita eſſet, quos inſtar æſtus, ac procellarū, maris, ſemper inquietari, atq; exæſtuare, præſertim, ex leviſſima quaq; *Chriſtianorū* colliſione, bellorum inferendorum, etiam contrà pacta, occaſionē captare, contingeret, jā cō gravius, præſentiuſq;, periculum in foribus eſſe, *Turcis* per *Aſiam, Perſiamq;*, ab armis feriantibus aliudq; per *Europam* bellum, niſi *Germanicum* illud, ignorantibus. Ad duo igitur capita potiſſimū ſibi reſpiciendum venire, nimir. *Imp. Turcici* benevolentiam maturè ut ambiat, eaq; prehensâ, ne in *Chriſtianum* orbem impetum faxit, præcaveat. Deindè, ut, quo loco res *Bohemorum*, quoq; animo ergà ſe affecti ſint regni dynaſtæ, pleniùs intelligat.

Quòd autem intereà de utroq; hoc poſtulato, videl. candida, ac ſincera, *Bohemorum* ergà ſe benevolētia, teſtib⁹ eorū literis, *XIX. Kal. Septēb.* exaratis, tùm de *Turcici Imp.* induciis, ultrò, ac citrà exſpectationem, apud aulam *Ottomannicam* ſibi indultis, certior fieri cœperit, jam ſeſe, utiq; zelo divini honoris, *Bohemorumq;*, ſibi ſtipulatæ, ac promiſſæ, fidelitatis reſpectu, motum, poſtpoſitæ etiam *Auſtriacæ Domus, Romani Pontificis*, aliorumq; *Magnatum*, autoritate, in eo totum eſſe, ut, præciſâ mora omni, in *Dei* nomine, quantò ociùs exercitum præparet, atque educat, uſq; eò, ut, niſi per *Vngariam* impedimentum ſibi obiici contingat, ad *Septembrem* proximū, in *Moraviam* uſque, movere ſit animatus.

Proindè *Bohemi*, etiam etiamq; præmoniti, omninò caverent, neq; ullā intereà cum hoſte tractationem inirent, ſed contrà in armis, quantâ maximâ poſſent, vi, ac facultate, ſeſe tuerentur, ſimulatque ſe, cum exercitu adventurum, præſtolarentur. Ità futurum eſſe, *Deo* fortunante, ut tàm conſiliis, quàm armis, cooperantes, faciliùs hoſtes, atque antehâc factum ſit, diſiicere, ac fundere, poſſint. Id quod commune propoſitum ne quà optatis ſucceſſibus fruſtrari uſu veniat, *Deūm* utique intimis precibus ſolicitandum eſſe.

IV.

Bohemorum, ad Bethleni literas, replicatio.

LIteris illis *Bethleni*, humanitat's, ac benevolentiæ, plenis, *Bohemi* mirificè exhilarati, atq; geſtientes, tàm amplam ſeſe offerentem novi belli materiam, nequaquā negligendam eſſe, rati, novū pariter ducem incentivis, formentiſq;, ſuis excitare, adeóque in *Imperii*, atq; *Auſtriacæ* familiæ, diſpendium cōmaſculare proporrò cœperunt. Inprimis verò ſequentibus illi denuò obviàm ire, conſultiſſimū judicaverunt: *Deo* ſeſe hanc felicitatem utiq; ſummè debere, ajunt, quòd, ejus providentiâ, ac velut manuductione, contingat, *Bethlenum* eâ, nondùm ſibi promeritâ, ergà ſe benevolentiâ ardere, adeóq; nihil antiquius habere, quàm ut *Bohemiæ* regni libertatem aſſerere, *Eccleſiæq; Evangelicæ* propagationem extendere, quitus ſit. Prout igitur mutuâ, ac reciprocâ, animorum inclinatione, de ſtudio, ergà illū eſſent affecti, ità *Deum* ſupplices juxtà venerari, ille pios, atq; heroicos, conatus felicibus incrementorum ſucceſſibus nobilitare, ac coronare, patiatur. Neq; dubitandum eſſe, *Deum*, utiq; conſiliorum tā ſalutarium inſtillatorem, defuturum eſſe, quò felici velificatione intentio tā nobilis ad effectū perduci ſuſtineat. Iret igitur, atque hanc rem animosè ageret, deque *Bohemorum* fide, ac conſtantia, omninò certus, & confidentior, antè inſtantē hyemem, adveniret cum exercitu, quo ità conjunctis, counitiſque, viribus hoſtes debellare, èque finibus

 eiicere,

ejicere, fas ſit. Diutiùs enim ſicubi cunctari eum contingat, periculũ eſſe, ne hoſtis interim copias, jam tùm ſuis numero prævalentes, in dies augeat, remque communem gravius in diſcrimẽ adducat.

Secundùm hæc, neque commodè celare ſe aut poſſe, aut velle, quo pacto cum *Ordinibus Moraviæ, Sileſiæ, & Luſatiæ*, itemq; *Auſtriæ* utriuſq;, novam, ac ſolenniſſimam, denuò pepigerint confœderationem. Quà ſtante, prægnantibus, & magni momenti, arduiſque, rationibus obtineri poſſe, quàm abſque ultimis diſcriminibus, ſub omnium juriũ, privilegiorumque amiſſione, *veræq; Religionis* extirpatione, *Ferdinandum Regem*, in regni, ac Provinciarũ, poſſeſſionem admittere non ſuſtinuerint. Proindè, incredibili omnium cum conſenſu, *Ferdinandum* è regia gubernatione excluſum, ex adverſo verò *Fridericum, Electorem Palatinum*, in ejus locum ſuffectum, novumque *Regem* electum, eſſe.

Facti eius ſui legitimas, juſtiſſimaſq;, cauſas ſicubi ab ovo, ut ajunt, uſque ad mala inpræſentiarũ ſuperinducere velint, nimis operoſum, ac prolixũ, futurum eſſe, nedùm epiſtolare compendiũ iſtud ferre. Interim, tanquam uno ſub oculi intuitu, quibus præcipuis de cauſis *Ferdinandum* reiici uſuveniſſet, ad ſummam ſequentia delibari poſſe. *Ferdinandum* igitur, vivente adhûc dùm *Matthia Cæſare, Rege* ſuo, paucorum ſuffragiis, quos munerib[9] partim corrupiſſet, partim minis adegiſſet, dolosè magis, quàm ex lege, & merito, libero ſcil. omniũ conſenſu, ad regni coronationem viam feciſſe. Eundẽ, contrà juramenti, ſub actu coronationis præſtiti, ſanctitudinem, literaſque, ceu vocant, reverſales (quibus cautum erat, ne, vivente *Matthia Cæſare*, regni adminiſtrationem obiret) egiſſe. Eum enim *Cleſelium Cardinalem, Senatus* interioris præſidem, (cujus opera omnium *Provinciarum*, præſertim *Bohemiæ* regni, cauſæ ventilabantur) etiam invito *Cæſare*, ab officio removiſſe, inque locum ejuſdem ſemetipſ m ſurrogaſſe. Abindè bellum cruentum, & civile, ſub ſpecioſo Cæſarei nominis titulo, patriæ ſuæ, *Bohemiæ*, inutiliſſe, *Cæſare* ut plurimùm ignorante, copias, quas *Gradiſcæ* habuiſſet, mediam in *Bohemiam* eduxiſſe: militi, per regnum ferro, atque igni, jam tùm graſſanti, imperia, vel propria autoritate, *Cæſare* etiam præterito, diviſiſſe. Atque hæc, & ſimilia, ſub *Matthiæ Cæſ.* inſpectione, facta eſſe.

Ab exceſſu verò *Matthiæ*, longè atrociùs per *Bohemiam, Moraviamq;*, ferro, atque incendiis, abſque ullo vel ætatis, vel ſexus, diſcrimine, poſtmodùm ſævire perrexiſſe: clàm regni *Ordinibus* cum *Hiſpano* hæreditaria, ut vocant, pacta iniiſſe, ea lege, ut, ſi quid *Ferdinando* illiberi accideret, tùm *Vngariæ, Bohemiæq;*, regna, ſociis cum *Provinciis*, nullo ſuperſtite hærede maſculo, ad *Hiſpanos* redirent.

Atque iſtis, *breviter* enarratis, uſuvenit, ſe, ut *Ferdinandus* coronatione regia, tametſi vel maximè regularis, ac legitima, fuiſſet illa, ab juramenti, ac literarum reverſalium, tranſgreſſionem, exciderit, *Proceresq;* regni ipſo facto ab homagij religione abſolverit.

Quibus porrò urgentiſſimis, graviſſimiſque, de cauſis, inducti *Bohemiæ Proceres, Fridericum Palatinum* novum in *Regem* elegiſſent, illud utique toti *Chriſtiano* orbi ſine dubio, atque nec ipſi quidem *Bethleno*, obſcurum eſſe poſſe. Pro illius, novi ſcil. *Regis* ſui, ſalute, atque auſpiciis, ut *Regum Regi* ſupplicent, *Bethlenum* verò, quò tàm ſibi, quàm *Regi* ſuo, noviter electo, auxilia, ac ſuppetias, erogare velit, exorent, partium utique ſuarum jam eſſe.

V.

Bethlenus, exercitu collecto, inſtructoque, in Vngariam movet.

IStas inter, ultrò citróque miſſiculatas literas, *Gabriel Bethlenus* intereà per *Tranſylvaniam* ad arma conclaſſavit. Vndè paulò poſt confluente multitudine apud *Nicoleopolin* tàm equeſtris, quàm pedeſtris, militiæ exercitum collegit. Ne fortè autem, rebus nondùm confirmatis, inſtitutum hocce ejus interturbari cõtingeret, tanquam has copias, cauſâ *Ferdinandi Regis*, adverſus *Bohemos*, contraheret, præ ſe tulit. Idque verbis haud obſcuris regio per *Vngariam ſuperiorem* locũtenenti, *Andreæ Docio, Caſchaviæ* imperanti, ſignificari curavit. Sed progreſſus, eventuſque, paulò poſt inſtitutum, oppidò contrarium, detexit. Confirmatis enim rebus, numeroſo, atque idoneo, exercitu, octodecim juxtà tormentis bellicis, inſtructis, morâ omni præciſa, magnis itineribus per clauſtra *Leangivoriana* in *Vngariam ſuperiorem* provectus, ibidem *Dynaſtarum Vngarorum*, ſponte ſe ipſi adjungentium, manum excepit. E diverſo verò *Georg. Humanaius*, tribunus regius, quòd à partibus *Regis* ſui conſtanter excubaret, ac contrà datâ operâ niteretur, fuga ſeſe in *Poloniam* ſubducere coactus eſt.

VI.

Bethlenus, per legatos ſuos, Caſchaviam intercipit.

SEcundùm hæc, *Bethlenus* legatos ſuos, *Redeium Ferentium*, Tribunum, & *Serſchium Georgium*, cũ exercitu, octodecim millibus conſtante, contrà *Caſchaviam* emittit. Quibus civitatem coronâ cingentibus, atque *Docium*, tribunum, ac prætorio præfectum, *Religionis Reformatæ* perſecutorem, ſibi tradi poſtulantibus, ſub interminatione, niſi iſte tradatur, futurum, ut fœtibus, etiam nondùm editis, haud parceretur: *Caſchavienſes*, ultima veriti hominem tradiderunt. Iſte, hoſtium in manus ſimulatque perveniſſet, licet veſtibustenùs à milite nudari, atque in *Tranſylvaniam* mitti cœpit. Vbi infelicis vitæ finem fecit. Oppidani verò, rebus, atque ſuppetiis, deſperatis *Nonis Septembribus, Bethleno*, facta deditione, homagium depoſuerunt.

VII.

Tranſylvanorum in Clericos per Hungariam ſævitia.

IMperata hac à *Bethleno* in *Vngariam* facta impreſſione, ſubitaneus, magnuſq; timor *Vngaros*, inprimis *Religioſos*, ceu vocant, conterruit. Quibus ergò datum eſt, quamprimùm fortunas ſuas in loca quæque munitiſſima convectarunt. Milite interim *Tranſylvano* ſupina pet *Epiſcopatus*, ac *Monaſteria*, cùm licentia per cædes, rapinaſque, rem agente, *Monachos* verò, (quod dictu fœdum, atq; atrox!) *Deliacorum* inſtar, quò caſtitati, ac votis, recti[9] litare quiti eſſent, caſtrãte, tantus terror *Eccleſiaſticos* circiter omnes invaſit, ut fugæ beneficio ſalutem quærere adigeretur. Quòd autem, è *Patribus Societ.* numero acto, *Decreto*, per *Vngariam* publicato, inſuper habito, apud *Caſchaviã* re-

remanſiſſent, illi omnes ab *Iazygibus*, ſive *Tranſylvanis*, fruſtulatim diſſecti, inque cloacas abjecti, ſunt.

IIX.

Tranſylvani expugnant Neohuſaliam.

REbus ità per *Caſchaviam*, è voto *Bethleni*, præparatis, civitatibus juxtà metalliferis eandem in ſententiam ſuccedentibus, legati illi *Redeius Ferentius*, & *Setſchius Georgius*, cum exercitu, & tormẽtis duodecim, ulterius moventes, in tranſitu, cætera inter oppida, *Fileccam* fortalitium occuparũt, Eo è loco, miſtis hincindè codicillis, undique regni incolas hortari cœperũt, ne in armis reſiſterent, ſed potius in partes tranſierent. Expeditionem n. præſentem, de conſilio, ac voluntate, ſummorum *Chriſtiani* orbis *Magnatum*, ſuſceptã eſſe. Si qui in armis ſe ſe opponerent, in eos cædibus, ignibuſq; , animadverti cum rigore oportere. Atq, hac operâ effectum eſt, ut oppida, arces, ac fortalitia, plurima, è quibus *VVenzena, Turnavia, S. Georgii, Neutra, Novigradum, Poſingena, &c.* ad deditionem compellerentur.

Qui *Iarmathio* verò oppido præfectus, erat, *Philipp Morgenthalerus, Centurio*, quod *Tranſylvanus* ſeſe opponeret, à propria cohorte in caſtra hoſtica elatus eſt, fortalitio hoſtibus deditione voluntariâ cedente.

Eadem, ac par, fortuna *Kotharium Petrum, Neohuſalia Colonellum*, adobruit. Eo n. deditionem negãte, præſidiarii fortalitium *Setſchio Georgio* ultrò aperuêre. Quo facto, *Colonellus* in compedes cõjectus, fortunis maximè omnibus diſpoliatus, *Catſchoviamq;* ductus, eſt.

Comorrha interim, & *Raaba*, propugnacula illa præcipua, à *Regis* ſui fide ne latum unguem quidem ſeceſsêre. Tametſi enim copiæ *Heyducorum* (ità pedeſtris *Vngariæ* miles vocatur) pro *Auſtriacis Archiducibus* inibi delectu probatæ, ultrò ad *Iazyges* deficerent, nihilominus tamen intrà fidem illis manſum eſt. Repulſam iſtîc hoſtis paſſus, intereà *Inſulam, Schutt* dictam, penetravit, præoccupatiſque clauſtris, curſum recto, *Presburgum*, ſive *Paſſonium*, ac *Viennam* verſus, dirigere cœpit.

IX.

Vngariæ Palatinus dehortatur Bethlenum, ut à propoſito recedat.

HAs inter turbas novas, *Vngariæ Palatinus* ad *Bethlenum* dedit, juxtaque eum ab id genus inſultibus, adverſus jura gentium, conſuetamque belli denunciationem, factis, conceptiſſimis verbis dehortari haud deſtitit. Revocaret nimir. *Bethlenus* in memoriam, quam fidem juxtà iſtas confœderationes, & *Cæſari*, ex patriæ, deberet. Simulque, quibus procellis, ac calamitatibus, communes *Provincias* involveret, penſiculatiùs conſideraret.

Eâdem fideliâ cum *Redeio Ferentio, Bethleni* tribunò, per legatos, hanc fermè in ſententiam, egit: Siquidem *Hiſpaniarum Rex*, longè potentiſſimus, ex *Auſtriaca* familia oriundus, pariterque *Rex Chriſtianiſſimus* utique affinitate *Archiducibus* conjunctus, *Cæſari* uterque omnem operam eſſet pollicitus, nec non *Imperii Electores, Principeſque*, paucis exceptis, ad unum omnes, pro, & cum, *Cæſare*, ſtarent, omniaque ultima facturi eſſent, viderent illi, cautiuſque, quid agant, diſpicerent. Neque enim *Vngaros* iſtas tumultuationes, iſtos furores, atque impetus, impunè laturos eſſe.

X.

Redeii Ferentii, legatis Palatini data, reſponſio.

QUibus illis hæc in verba repoſuit *Redeius*: Tametſi & ipſimet haud ignorent, *Hiſpanum*, ac *Gallum, Reges*, alioſque, familiæ *Auſtriacæ* faventes, *Magnates*, auxilia contrà ſeſe præparaturos eſſe: interim, antequàm iſta ad effectum ſpectare poſſint, ſeſe, ità loquendo, ſive cibos, ſive aſparagos, ſuos, elixos, præparatoſque, habituros eſſe. Excipientibus verò legatis, *Cæſarem* neque verbis, nedum factis, ullis *Tranſylvanum* læſiſſe, tantùm abeſſe, ut in armis illum offendiſſet, ut ex adverſo patriæ, vel proprii ſanguinis impensâ, ſi res poſtulet, ſalutem, ac, fines tueri, affectus ſit: tùm, extrà *Imperii* regimen hactenus conſtitutus, ne potuerit quidem: reddidit *Redeius*: *Imperatori* quidem culpam eorum, quæ patrata eſſent, antè, imputari haud poſſe. Nihilominùs exempla horrenda, & pluſquàm tyrannica, in medio extare, cuius generis, per exercitus *Cæſareanos*, in *Bohemiâ*, ac *Moraviâ*, depopulationibus uſuveniſſent. *Cæſareanos* enim non hoc agere, ut hoſtem ſuum profligent, ut ſpoliis potiùs, cædibuſque, itemque incendiis, aliiſque inmontium tàm fœminarum, quàm infantium (quos utique tàm ſexus, quàm ætas, faxit indemnes) contrucidationibus furiosè debacchentur. Indè eſſe, ut intuitu exceſſuum tàm barbaricorum, animi ſubditorum omninò abalienati ipſam in deſperationem abripêrentur.

Quæ cum in *Bohemiæ*, ac *Moraviæ*, partibus natione utique *Cæſari* proxima, ac finitima, exempla, dictu horrenda, inuſitataque, fieri contigiſſet, ſeſe, confœderatoſque ſuos, anxios, ſolicitoſque, eſſe, ne millies atrociora, ordine poſt illos ad ſe quoque pertingente, experiri cogantur. Nuper, in *comitiis* inſuper *Provincialibus*, graviſſimæ, ſecum exercendæ, perſecutionis ſemina, ac fundamenta, jam tùm jacta eſſe. Quoſdam enim inflatos, ambitioſoſque, *Thraſones* communi tranquillitati inſidias ſtruentes, *Ordines Proteſtantes* uſque eò aſperis, atque atrocibus, verbis aggreſſos eſſe, ut palàm minas iſtas ſpirare, atque effutire, ſint auditi: *Tandem*, (noſtros illos) *niſi ſponte aſſentiantur, compellendos eſſe*: Itemque: *Rem eò rediiſſe, ut aliis mediis ſatisfieri nequeat, niſi alter ut alteri manus in barbas iniiciat*. Iſtis, tanquàm cumulum aliquem, ſuperaccedere: Poſtquàm *Provinciæ*, mutuæ animorum conciliationis, ac benevolentiæ, conſtabiliendæ igitur, ad *Palatinum* legatos emiſiſſent, utriuſque *Religionis* axioma profitentibus jus commune, more majorũ, petituros, ibi tùm ecce! *Provinciarum* legatos illos tàm indigno reſpõſo, inhumaniſſimiſq; verbis, exceptos eſſe, ut ad porcellos, haramque, potius, quàm homines, & quidẽ

regni alicujus dynaſtas, ac cives, illiberalis iſta pertineat oratio. Eodem, ac ſimili, rigore tractationes, tàm à *Clericis*, quàm *Secularibus*, mutuæ concordiæ ergò, ſuſceptas, eludi, reprimiq; , contigiſſe, eò dũtaxat fine, ut pacis hoſtes intereà invidiam ſuã, per aliorũ damna, exercere, atq; unguis, quod dicitur, in oculo eſſe, potuerint. Atque has intervenire cauſſas præcipuas, has illas eſſe ingentes ſolicitudines, quas ob à *confœderatis* ſuis ſeſe evocari accidiſſet. Omninò enim ſibi præmetuendum inſtare, ne, dum ità enormiter cum *Bohemis, Moraviſque*, agitur, centuplo deterior eventus, ac perſecutio, ſuis illis cervicibus impendeat. Nihilominùs etiam *Palatinũ* hac in parte excuſari poſſe, ut cæteris, pacis, atque concordiæ, hoſtibus, cum tempore manifeſtandis, tempeſtas iſta tribui debeat.

Iret igitur *Palatinus*, *Cæſari* utique, & *Provinciis*, juramenti ſanctitudine devinctiſſimus, & melioré viam componendæ iſtius litis quæreret. Semel acinace ſcythico ſeſe latera accinctos ſtare, neque, velut *Botskaii* temporibus, more *Heyduccorum*, ſpoliis, incendiiſque, inhiare: ſed pro gentilitia libertate, priſcæque nobilitatis juribus, inprimis pro aris, ac *Religionis* immunitate, ex iuſta offenſione, dimicaturos eſſe. Hæc locutus *Redeius*, ſimulatq; ab ultima parte verbi vexillum prætorium, è ſerico rubro damaſceno, produci juſſit. In cujus umbilico, picturâ imitante, armati duo eminebant, utroq; ſuper galeâ *coronam* regium inſigne, geſtante, dexteraſq; in fœdus jungẽte, verbis illis circiter aſſcriptis: *CONFOEDERATIO, ET CONCORDIA.*

CAP. II.

De rebus Moravicis.

I.

Moraviæ Ordines, à Leopoldo Archiduce, Cæſaris apud Viennam vicario, ne à Tampierio infeſtentur, contendunt.

REbus per *Vngariam* turbarum plenis, *Huſſari*, ſive Ungari, qui ſub *Bucquoio* merebant, ſive eos à gente ſua avocari, ſive prædis ditatos eſſe, contigiſſet, magno numero clàm palàm ſigna relinquere, atque ad ſuos ſe ſubducere, cœperunt. Eo igitur tempore, rebus non nihil intricatis, poſteaquam *Turrianus* quoq; *Theinam* civitatem intercepiſſet, *Bucquoius*, graviora veritus, in profugos iſtos, ſpoliis onuſtos, animadvertere decrevit. Vbi igitur *tribunus* quidã *Vngarus*, *Homadius* dictus, aſſumptis quinq; equitum turmis, idem tentaret, à cataphractis equib. *VVallenſteinianis* opportuno loco interceptus, pœnas dedit.

Hæc dùm fiunt, *Moraviæ Ordines*, compertum habentes, ob ictum cum *Bohemis* fœdus, & quòd *Patres Societ.* ejeciſſent, ſeſe à *Cæſareanis*, & quidem *Tampierio*, peti, ne impreſſio in eos fieret, ad *Leopoldum Archiducem*, in abſentia *Cæſaris*, *Viennæ Vicarium*, ſic dederunt. E diverſis partib. rumorem ad ſe deferri, exercitum *Cæſareanum* finib. ſuis imminere ſub eo propoſito, ut igne, ac ferro, *Moraviam* perdere cupiat. Quanquam igitur meliora ſperent, nihilominùs *Archiducem*, *Cæſaris* utiq; *Vicarium*, obteſtari, dignaretur ille periculum præſens quantumcunq; à cervicibus ſuis, ut pote qui eò uſq; in *Cæſaris* fide, ac tutela, permanſiſſent, amoliri. Eò confidentiùs hoc ſeſe contendere, atque, quin obtinere poſſint, nihil dubitare, maximè, cùm è provinciæ ſuæ depopulatione nihil ad *Cæſarem* utilitatis redeat, ut potius damno ſit, patriam ſuam hoſtiliter infeſtari, & *DEO* aliquando, à mali huius ſuaſoribus, reddenda incumbat ratio. Pro congenitâ igitur, atq; *Auſtriacâ*, clementiâ facturus eſſet *Archidux*, ſiquidem illud, quicquid eſt, præcaveret.

II.

Leopoldi Archiducis reſponſio.

QUibus illis hæc in verba ab *Archiduce* reſponſum eſt. Quòd, tanquam non agnoſcerent fabulam, iſta allegaſſent, ſuper *Cæſaris* exercitu, mirari utiq; ſe. An igitur illis excidiſſet, quibus modis haud licitis, provinciæ ſuæ dominatum invaſiſſent, in quas neceſſitates *Capitaneum Provincialem*, alioſq; officiales *Cæſareos*, conjeciſſent, complureſq; ex *Ordinibus*, tanquam contrà *Cæſarem* minimè iretur, variis perſuaſionibus, ut turbis, praviſq; conſiliis, iſtis ſuis aſtipularentur, induxiſſent.

Præter iſta, cum *Bohemis* ſeditioſis, præterito, invitoq; Rege, ac domino ſuo, in fœdera coiiſſe, copias *Moravicas Bohemicis* conjunxiſſe, counitiſq; ità virib. ipſam *Cæſaris* ſedem, aulamque, *Viennam* nẽpè, petiiſſe, ſpoliis, ac rapinis, omniſq; generis hoſtilib. exceſſibus, rem ſtrenuè egiſſe, adverſus, *Regẽ* ſuũ copias porrò in *Bohemiam* eduxiſſe, viritim decimum quemq; ad arma conclamaſſe, multaque id genus atrocia alia, *Cæſare* nequicq̃ in eos delinquẽte, patraſſe. Quæ omnia quo modo cum *Imperii*, ac patriæ, ſecuritate, fideliumq; ſubditorum officio, quadrent, in oculis omnium eſſe.

Nihilominùs parum ſe dubitare, multos, ẽt hos inter turbatores, ipſos, inveniri, quib. iſta conſpiratio minimè probetur, tantùm abeſt, ut cõplacere poſſit. Ut omnib. etiam, *Auſtriacam* clementiã implorantibus, locus gratiæ pateat. Hanc in rem *Tampierium* eſſe miſſum, fideles, ac *Cæſaris* amantes, ſubditos armis ut tueatur, refractarios autem, & ſeditioſos, in ordinem redigat.

Quò autem imminenti malo temporiùs medicina fieri poſſit, ſe utique, nomine *Cæſaris*, ad *Capitaneum Provincialem*, pro indicendo conventu, dediſſe, locum ut ipſe eligeret, reb. tractandis idoneũ, ac cõmodũ. Si igitur in effectu, ac reipsâ, illi eſſent, quales ſe quidẽ eſſe literis declaraſſent, operæ pretiũ facerent, ſicubi quãtò ociùs prædicto *Capitaneo Provinciali*, aliiſque miniſtris regiis, ſeſe conformes gererent, ab invaſione dominatus per *Provinciã* illiciti diſcederent, aliiſq; id genus factis inſolentibus renunciarent, Atq; hoc nomine rectè facturos, ſi è numero ſuò delectos quoſdã, mandatis pleniſſimis inſtructos, ad *Archiducem* ſe emitterent, quib. ipſe, ut tutò ire, ac redire, queant, ſuper ſalvo, ut vocant, conductu, foret proſpecturus. Immò verò eo ſe eſſe animo, ut certè *Moraviæ* adverſis, ac calamitatibus, minus gaudeat, modò ipſi adverſus commoda propria, quod ajunt, laborare haud quidem deinceps deprehendantur.

III.

Tampierius, in Moravos movet. A quibus cum damno excipitur.

ILlis a. nẽpè *Moravis*, parũ obtẽ perantib⁹, *Tãpieri⁹* cũ manu, ex octo millib⁹, tã pedeſtris, q̃ equeſtris,

ſtris,armaturæ conſtante,impreſſionem fecit, arcemque *Ioſevitiam* in poteſtatem redegit. Mox eâdem facilitate arcem *Lichtenſteinii Principis* intercepturo præſidiarii *Moravorum*, eum locum gnaviter defendentes,obſtitêre. Parem repulſam, ubi ditionem *Tiſſenbachii Baronis*,ac *Nicoleopolim*,tentaret, pati cœpit.

Cùm autem *Tampierii* miles in ſubditos licenter fureret,*Moravi*,facto *Senatusconſulto*, tanquam adverſus hoſtem,fortiter contrà educere,ac pro aris, ocisque,omnes fortunas impendere, decreverũt. Collecto igitur,milite provinciali, obtentiſque è *Bohemia* auxiliaribus,duce *Friderico*,*Barone Tiſſenbachio*,cum quatuor millibus ſeſe oppoſuerunt. *Tampierio* enim,*Lundeburgum* petenti,paſſimque, vitiò gentis militaris,prædas agenti,in occurſum tetendit *Tiſſenbachius*,impetus ejus retardaturus. Utroq; igitur exercitu in conſpectu mutuò movente, accidit,ut copiæ *Moravicæ*,celeritate prætervectæ,pago,locoque magis opportuno,potirentur.*Tampierius*, commodam ſibi in hoſtes impreſſionem eâ parte denegari,probè conſpicatus, alas equitum campo in aperto,aciemque explicavit, tantumque non *Moravicos* provocavit. Ibi ecce! vidiſſes eo calore,ac robore,*Moravos* equites in *Tampierianos* impetum facere,ut, ſex horarum ſpatiò pugna extracta,ſclopetorum uſu fatiſcente, ad manus, enſesque,comminùs deventum ſit,adeóque *Moravis* victoria ceſſerit,mille,& quingentis,à *Tampierii* partibus deſideratis. Quo agone repreſſa aliquantiſper eſt *Tampierii* ferocia. Uſque dum copiis poſtliminiò novis auctus,præmiſſiſque aliquot velitaribus pugnis,tandem *Lundeburgi* tàm oppido, quàm arce,potiri cœpit.

IV.

Moraviæ Ordinum comitia,& decreta.

ANno M.DC.XIX.circà *Calendas Auguſti*, *Moraviæ Ordines*,conventu *Prinnæ* habito, omnes illas conditiones,quaſcunque in ſuperiori diæta *Pragẽſi* proponi contigiſſet, ratas eſſe juſſerunt. Cõcluſum bindè eſt, ut uberiores cõſcriberẽtur copiæ,illiſq; *Schleiniticis* præficeretur tribunus. Sententia, in patriæ deſertores,& profugos,lata,obtineret, nimirùm,ſub pœnâ relegationis,homines,bona verò, ſub fiſci rigore,damnarentur. *Capitulum Eccleſiaſticum Olmucenſe*,ac *Prinnenſe*, unà cùm *Præſulibus* cæteris, iquidem *Ordinibus* auxilia negent,bonis iccircò omnibus,tàm *Epiſcoporum*,quàm *Monaſteriorum*, propriis,exuerentur,ſubditi verò à fidelitatis juramẽto abſolverentur. *Abbatibus*, *Præpoſitis*, *Monachis*, atq; id genus *Clericis*,quantùm ad vitæ hujus ſuſtẽtationem ſat eſt,ſubminiſtraretur, *Monialibus* verò, ſi quibus nubere dulce ſit,dos diſtribueretur. *Monaſteria*,ac cellæ *Clericorum*,excuterentur.Inventæ,atque erutæ,cum armis,pecuniæ,in patriæ, bellique neceſſitatem,vergerent. *Collegia Senatorum*,ſive *Magiſtratuum*,denique ex *Evangelicis*,ità dictis, conſtarent omnia ſingula.

V.

Bucquoii progreſſus,atque in Auſtriam deductio.

HÆc dum per *Moraviam* deliberantur, intereà *Bucquoius* arcem *Vechinam* in *Bohemis* occupavit. Indè ad *Piſſeccam* civitatem eduxit. Quòd autem ejus loci *Capitaneus* civitatem tradere repugnaret, ilicet injectis ignibus ſuburbana conflagrarunt. Mox è quatuor angulis civitas furioſis aſſultib. invaditur,ut,tametſi præſidiarii intrà mœnia fortiter reſiſterent,oppidum tandem expugnaretur, *Capitaneo* in furcam,inſtar uvæ penſilis, adacto, militibus limitaneis verò ad unum omnibus, contrucidatis. Sicut autem miles ſpoliis,ità *Bucquoius*,inibi repertis,machinis bellicis gaudere cœpit.

Hoc temporis articulo *Bohemi Budam albã*, *Bohemiæ* civitatem haud poſtremam,obſidione cinxêre. *Bucquoii* verò copiis ſupplementa ſupervenêre. Qui dum *Thaboritas*,ſive *Thaborium* civitatem, intercipere conatur,à *Bohemorum* exercitu ſuperveniente turbatus eſt. Ille tamen manu,ac copiis,utiq; ſuperior,*Bohemos* in aciem,pugnamque,protrahere nititur,ſed fruſtrà: iſtis intrà ſepta ſe continentibus, *Mansfeldiumque*, ſua cum manu, ad ſe evocantibus. Ne quid igitur tentaret *Bucquoius*,non animis, nec voluntate,ſed agendarum rerum occaſione, fruſtrari cœpit. Ecce! enim *Bethleno* inſtructo cum exercitu adveniente,ilicet *Bucquoius* in *Auſtriam inferiorem*, *ab Leopoldo Archiduce* evocatur. Is igitur, munitiſſimis quibuſque locis præſidio impoſito firmatis, è *Bohemia* ſic promovit,ut,ne quà hoſtes à tergo incommodare quiti eſſent, ſylvas cæſim ſterneret,ſicque aditum intercluderet.

VI.

Bucquoio abſente Bohemi triumphant.

BVcquoio cum exercitu in *Auſtriam* digrediente, *Bohemi* tantùm non reſpirant, ſed liberrimè quidvis non agunt. Tantùm non enim *Vechinam*, & *Theinam*, civitates,expugnando recuperant, ut etiam *Vinterbergam*, *Pragadicium*, oppidaque alia, vi ſubegerint, præſidiariis interfectis omnibus. Eo terrore perculſæ civitates finitimæ,aliarum exemplis cautiores,ſpiritus *Bohemis* ſubmittere cœperũt.

VII.

Auſtriæ Ordines, dicti Catholici, Evangelicos ad conventum, Viennæ celebrandum, invitant.

BEthleni expeditione *Auſtrios* haud mediocriter perturbante,*Ordines* ejuſce provinciæ infra *Anaſum*, *Catholici* dicti, conſocios *Dynaſtas*, vocatos *Evangelicos*,ad *XVII. Kal. Octobres Hornam* invitarũt, ſub hac,illis tùm facta,propoſitione: Viderent nẽpe ſocii *Ordines*,quibus armis,quibuſque furiis, atque atrocibus inſultibus, *Bethlenus* in vicinam nuperrimè *Vngariam* graſſari cœpiſſet. Quòd igitur ſub barbaricis id genus exceſſibus omnia tàm divina,quàm humana, jura, *Religio* videl. *Chriſtiana*, *Principis* ſui reſpectus,omneſque fortunæ unà totis cum familiis,uxoribus,& liberis,extremo periculo involverentur,ideóq; omnes,ac ſingulos, lege naturæ,communiſq; amore patriæ,teneri, ſolennis, univerſaliſque,defenſionis,ſopitis,ac remotis,quibuſcunque ſimultatibus,rationes inire.

Siquidem enim barbarici iſti tumultus haud quidem *Religionem*, ſed manifeſtam *Rebellionem*, ſpectent,

ſpectent, adeóque in perniciem ſereniſ. *Domus Auſtriacæ, Provinciarum*, hominumque, interitũ, *Chriſtianæq;* fidei extirpationem, omnia conſpirent, neceſſitatis legem poſtulare, illi ut, *Viennæ* convenientes, hac de re, ſummè neceſſariâ, ſecum maturrimè deliberare vellent. Ità ſe ſe, *Catholicos* ſcilicet, ergà conſocios *Ordines* eſſe affectos, ut in his, aliiſque, rebus ſecularibus, patriamque concernentibus, tanquam pro una, quod ajunt, cervice conſiſtere, vitâ, fortunaſque omnes, pro, & cum, illis unà coëffundere parati ſint. Neq; verò hîc ſeſe aliquid auribus dare, aut verbis duntaxat agere, ſed reipsâ, ac bona fide, experiri velle, uſque eò, ut eventus ipſe, quàm ſibi concordiâ, pace, atq; amicitiâ, mutuâ, omni penitùs exclusâ ſimultate, nihil priùs, antiquiùſque, ſit, conteſtari debeat.

IIX.

Catholicis reſpondent Proteſtantes.

AD quam *Ordinum Catholicorum* ſolicitudinem, ac petitionem, ſic reſcriptum tùm quidem eſt à *Proteſtantibus*: Se quoque non minus perturbatis, ac dolentibus, animis, quibus armis, copiiſque, in *Vngariam*, impreſſionem feciſſet *Bethlenus*, omniaq; cædibus, ſpoliis, incendiiſque, miſceret, *Caſchaviam* civitatem, *Andrea Docio*, gubernatore, in vincula, ac compedes, conjecto, inſuper expugnaſſet, intellexiſſe. Vereri itaque ſe haud temerè, ne ſucceſſivè, hoc infortunium *Auſtriam* pariter corripiat, cædibus, rapinis, atque incendiis, æquè omnia involvat. Quo nomine defenſio univerſalis, ac ſeria, impendiò foret neceſſaria. Interim, certò ſeſe ſtatuere, confirmatumque habere, ſicubi *Catholicis*, ad officia regia, ac ſuprema, vocatis, conſilia, ac deliberationes ſuæ, à patriæ, Principiſq; ſui, amantibus, ſincerâ, optimâque fide profectæ, placere ſuprà potuiſſent, jampridem periculoſiſſimos id genus per *Bohemiam* exortos, indieſq; vires acquirentes, motus, ac furores, omninò exſtingui potuiſſe. Ut hac vice tumultuarium neceſſariæ defenſionis modum inire opus haud quidem fuerit. Nuper etiam, ac paulò antè, eandem ſibi adhûcdum fuiſſe mentem, omnia cum *Catholicis* impendere, ac conferre, quęcunq; ex uſu tàm patriæ, quàm patris patriæ, fuiſſent. Iam tùm autem per *Catholicos*, utique moratores, ſtetiſſe, quò minùs *Proteſtantes* idoneo, ac categorico, reſponſo potiri cõtigerit. Interim neque etiam tùm temporis aliquid à ſe quidem intermiſſum eſſe, quin illa, quæ in communem *Principis* ſui, patriæque, ſalutem vergere poſſent, indicarent, ſcriptoque comprehenderent, ac teſtata facerent. Verùm enim verùm optima, ſalutariaque, hæc cõſilia, tantùm abeſſe, ut locum invenerint, ut potius benignus ac clemens, *Cæſaris* animus per *Catholicos* conſiliarios, populares utique ſuos, in vindictam magis, quàm reconciliationem, irritari cœperit. Indè gentes, copiaſque, externas in *Imperium*, *Provinciamque* ſuam, inductas, adeò ſæviiſſe, inprimis *Gallo-Belgicas*, ut ad extremam rabiem, regioniſque devaſtationem, nihil fecerint reliqui. Indè ſanè tàm infelicis ſimultatis, cunctationiſque, iſtos emergere fructus, ut, quod diu antè prædictum, vaticinatumque, fuiſſet, inpræſentiarum *Iazyges*, ac *Tranſylvani*, in *Vngariam* irruentes, *Turcis* vel ipſis immaniores, efficiant, ac patrent. Uſque eò, ut vel centeſima tàm barbar. orum exceſſuum pars, immò mentio, animum percellere, éque ſede ſua dimovere, ſatagat. Illi igitur, qui quidem in culpa, moraque, fuiſſent, quo pacto tàm coràm *DEO*, quàm *Rege*, ac *Domo Auſtriaca*, errorem iſtum, longè graviſſimum, excuſare ſatagant, viderent.

Ut autem jam nunc poſtliminiò, occaſione elapsâ, cum *Catholicis* communis defenſionis viam inire, *Viennamque* vel ipſimet excurrere, vel legatos emittere, debeant, rem nõ amplius eſſe integram, neque ſibi, tametſi volupe ſit, hoc pro tempore licere. Eò enim rem deveniſſe, ut, poſtquàm toties *Catholicorum Ordinum* amicitiam, ac confœderationem, etiam nuperrimè, & denuò, miſſis ad *Leopoldum Archiducem* legatis, fruſtrà expetierint, jam ſui juris amplius haud quidem ſint, ſed à confœderatis ſuis dependeant. Gratum ſibi quidem accidere, *Catholicos* bonâ fide, quà res ſeculares, ſecum fortunas, vitamque, impenſuros eſſe. Interim, cùm de *Religionis* exercitio, bono utique, rebus humanis quibuſcunque anteferendo, ne literam quidem ſuperaddant, eo ipſo reſpectu ſibi nondum ſatisfieri poſſe.

Quòd igitur, vel ſuperiori etiam tempore, uſuveniſſet, *Catholicos* eandem fidem, atque amicitiâ, ſibi offerre, quæ tamen, nedùm quà res politica, fuiſſet obſervata, nimir. dum *Catholici*, excluſis etiam *Proteſtantibus*, tametſi numero potioribus, introducto, in ſui præjudicium, actu ſolenni, privilegiorum confirmationem, inprimis homagii præſtationem, celebraſſent, in cives *Viennenſes* peſſus prorſus inſolitos ab executione exercuiſſent, aliiſque præjudiciis, ſequeſtrationibus, ſannis, ac contumeliis, inſontes in *Proteſtantes* provecti eſſent: utique ſatis cauſſarum, excuſationis abundè, jam ſibi ſuppeditari, ſicubi in communem cum ipſis patriæ defenſionem coire nequeant. Uſque dùm realem, veram, atq; etiam ſufficientem, ſatisfactionem impetraſſent.

Interim, rebus patriæ exigentibus, nihilominùs neceſſariæ, ac legitimæ, defenſionis modum inveniendum eſſe. *Catholici* igitur quantum in ipſis eſt, conſervationem periclitantis patriæ, juxtaque familiæ *Auſtriacæ* dignitatem, ad animum admitterent, penſique haberent. Par, atque idem, ſuo ſe loco facturos eſſe. Quem in finem ſiquidem nihil dubitent, quin *Catholici*, parandæ neceſſarię defenſionis igitur, pecuniis, haud modicis, opus habeant, eâ lege, ut è communi ærario depromant, ſeſe admittere, ut tamen idem & ſibi ſit licitum.

Atque hæc eſſe, quæ *Proteſtantes* ad *Catholicorum* interrogationem, reponere tàm voluiſſent, quàm debuiſſent. Videl. ſeparationem, jam tùm cauſſatam, ſibi obſtare, quò minùs petitis illorum aſſentiri ſit integrum. Interim, *DEVM*, fidemque equeſtrium, ſeſe obteſtari, ità ſe quidem affectos eſſe, ut omnem benevolentiam, ac fidelitatem, in illos cõferre velint, fide *Germanâ*, ac ſincerâ, ut paria ab illis, re ipsâ confirmanda, unicè exſpectent.

IX. Bethle-

IX.

Bethlenus copias ſuas cum Moravis, atque Bohemis, conjungit.

IStas inter tractationes, *Bucquoius Hornã, Auſtriæ inferioris* civitatẽ, occupans, mox, ubi tueri locũ vel
nollet, vel minus ſufficeret, dereliquit, præſidioque
deſtituit. Interim in *Moraviam* movens, *Znambram*
tentare cœpit. Illa autem *Bethleni, Bohemorumq;* cõ-
unctionis, tùm inſtantis, ſecura, conatus ejus elu-
it. *Bucquoius* igitur, ut *Tampierio* occurreret, feſti-
natò opus habuit. Ne fortè ſocium militiæ ducem,
ab hoſtium conjunctionibus opprimi continge-
ret. Poſteaquàm enim Ungariæ inſulam, *Schütt*
vocatam, *Bethlemis* intercepiſſet, jam tùm oppor-
unè *Moravis*, ac *Bohemis*, abſque impedimento, con-
ungi poterat. Magnâ ergò utriuſque exercitus
ongratulatione, machinarumque ac ſclope-
orum, exploſionibus, copias iunxêre. Quibus, u-
iqueiam numero prævalentibus, confiſus *Turria-
us, Cæſareanos* ad conflictum, ac pugnam, ſolicita-
it. Illis verò, tutiora conſilia præferentibus, ad *Da-
ubii* uſq; pontem, receſſum eſt. Quib. in locis plu-
imæ poſtmodum velitares pugnæ intervenêre, ità,
t aliquot diebus variâ inter utroſq; exercitus for-
unâ pugnatum ſit, donec *Cæſariani*, deſideratis ali-
uot millibus, proximè ad *Viennam* duxerunt, ibi-
emque per agrum *Viennenſem* copias diſpertiri
œperunt.

X.

Bethlenus Presburgum obtinet.

INterim *Bethlenus* ipſe, cognitum habens, *Bucquo-
ium* cum *Tampierio è Bohemia* evocatos, ſibi in oc-
urſum tendere, cum reſidua exercitus parte, ver-
ùs *Auſtriam*, potiùs contrà illos, obviàm duxit. Ita-
ue *Presburgum* pergens, arcem *Petronellam* per ſuos
xpugnavit, cædibuſque, atq; incendiis, delevit.
nterim *Bucquoius* tres veteranorum cohortes, cum
ormentis aliquot bellicis, *Presburgum* emiſit. Eos a.
octu intempeſtâ ingreſſos ſuburbium, imbribus,
ſſitudine, ſomnoq; ſepultos, *Iazyges*, atq; *Vngari*,
enè omnes, factâ incurſione, cæcidêre. *Rodolpho
iffenbachio*, tribuno, cum paucis, naviũ beneficio,
ilapſo. Secũdùm hæc, *Bethlenus*, arcem, civitatẽq;,
resburgicam dedi ſibi poſtulavit. *Palatinus* autem,
nito cum *Palſio*, aliiſq; *Dynaſtis Vngaricis*, conſilio, ſi-
uidem in armis reſiſtere vix quitus eſſet, arcem, cũ
rbe, tradidit. In eam *Bethlenus* ſplendidè invectus,
III. *Kal. Novembr.* in æde baſilica, loco gratiarum a-
tionis, inſtitutæ concioni interfuit. Indè in *Arcem*
ontendens, ubi corona regia aſſervatur, inſpectiſ-
ue diligenter omnibus, denuò, comitantibus *Pa-
tino*, atque *Vngariæ dynaſtis*, civitatem repetiit, ibi-
emque epulis inſtructis genio ſuperbè litavit.

Externa.

lades Ruſticanorum apud Marpurgum in Heſſis.

HOc anno, nempè *M. DC. XIX.* æſtate in autumnum vergente, in diœceſi *Amœneburgenſi*, quatuor mille paſſibus *Marpurgo, Haſſiæ* civitate, *Academiâ* celebri, diſtante, magna, ac funeſta, ſuper paganos clades incubuit. Sicubi enim quatuor equitũ, in *Bohemiam* properantium, turmæ, ſive cohortes, circiter *Amœneburgũ*, oppidum in edito ſitum, diœceſeos illîc *Moguntinæ* caput, appuliſſent, per noctẽ ſtativa petentes, ecce! oppidò à ruſticanis, & magna cum confidentiâ, reiiciuntur. Neque iſthoc ſatis. Sed plebè, ac paganis, ilicet conclaſſantibus, globus ruſticorum, millenarium æquantium, confluxit. Equeſtres ergò turmas, in campo ſeſe explicantes, viſum fuit tumultuariæ, atq; inconſultæ, plebi aperto Marte promptè, ac temerè, adoriri. Quibus militarium legum inexpertis, ſimul ac ſemel omnia, quibus inſtructi erant, ſclopeta exonerantibus, equeſtres turmæ, agmine tripartito, inter fumos, ac caligines, ſupervenientes, partem oppidò cæciderunt, partem in profluentem è profugis ſubmerſerunt, partemque vulneribus miſerè exceptos, exanimârunt. Signifero ruſticano vexillo, cui præfect⁹ erat, ſe ſe involvente, ac mortem, jam non contumelioſam, per contumaciam oppetẽte. Præſtitiſſet igitur, rudibus, ac præfractæ frontis, paganis, diviſiſſe inter equeſtres panem, vinumque, ſive Zythũ, hoſpitaleſq; fuiſſe, quàm, ſine cauſſa, ſanitatẽ, ſpiritum, vitamque, tanquam res vacuas, impendiſſe.

CAP. III.

De Sileſiæ rebus.

I.

Sileſii, habitis comitiis confœderationem Pragenſem confirmant.

REcenſitis ſuprà periculis, ac velitationibus, *Moraviam* infeſtantibus, ordo, ac tempus monet, ut de rebus, quæ tùm per *Sileſiam* agitari cœperunt, diſpiciamus. Finitâ igitur, ac coſummatâ, *Pragenſi* diæta, legatiſque *Provinciarum* domum reverſis, ac deſuper articulis cõfœderationis novæ, ex lege, referentibus, viſum eſt *Principibus*, atq; *Ordinibus Sileſiæ*, comitia apud *Vratilaviam* indicere. In illis quæ proponi, tranſigique, cœperint, è tabulis, tùm publicatis, oppidò diluceſcit. Conventus autem, ſive comitia, hæc eò tendebant, ut illa, quæ, ſuper patriæ defenſione, *Pragæ* ventilata, ac concluſa, fuerant, breviter velut recapitularentur, confirmarenturque. Quæ talia fuêre. *Confœderationem* illam, *Matthiæ* temporibus naſcentem, iam tãdem cum *Provinciis Auſtriacis*, aliiſque, ad *Bohemiæ* regnum pertinentibus, in effectum deductam, certiſq; ſub articulis comprehenſam, eſſe, juxtaque, de mutatione regii axiomatis, deliberari cœpiſſe, *Ferdinandum* enim *Regem* regni *Bohemiæ*, ſociarumq; Provinciarũ gubernatione, excidiſſe. *Ordineſq;*, ac ſubditos, eo ipſo facto ab juramenti, anteà præſtiti, ſacramento abſolviſſe. Indè eſſe, ut *Ordines* novæ electionis rationes iniiſſent, atq; communi *Provinciarum* approbatione, ac conſenſu, *Fridericum, Electorem Palatinum*, in futurum utiq; *Regẽ*, iam tùm oppidò elegiſſent. Seſe quidem nihil magis in votis habuiſſe, quàm ſi, totius mundi illius ter optimi, ter maximi, gubernatoris de voluntate, ab exceſſu *Matthiæ Imp.* contigiſſet, *Ferdinandi Regis* animum eò inclinari, ut

mitibus

mitibus,ac placidis,conſiliis invectus, ſimultatem illam,reſq; inter *Matthiam Imp.* ac *Bohemos*,præ greſſas,oppidò odioſas,omninò diſpunxiſſet, ab armis abſtinens violentis id genus conſiliariis,utique tragœdiæ totius autoribus,reſtitiſſet, regiam gubernationem,more *Regum* cæterorum, adminiſtraſſet, temporis injuriæ aliquid dediſſet, inprimis privilegia, *Religionis* negotium concernentia, (extrà, quæ mutuam animorum concordiam,ac conciliationẽ, ſtare haud poſſe etiam *Matthiæ Imp.* temporibus,injectâ ſolenni proteſtatione, præoccupari cœperit) conſtabiliviſſet. Si itaque conceſſionibus, ac privilegiis id genus,non verbis tantũ,ac literis,ſed ipſomet facto ſatisfeciſſet,cauſſam litis,ac belli, ſaltem ad *Matthiæ Imp.* autoritatem ſpectantis, atque cum ejuſdem exceſſu exſpirantis,ſuſtuliſſet, futurum utique fuiſſe,ut,poſthabitis arbitris extraneis,res inter Regem & ſubditos, facili manu omninò componi,ac tranſigi, potuerit. Verùm enim verùm, cùm legibus,votiſque contraria evenerint omnia, *Ferdinandus Rex*,impulſu conſiliariorum maleferiatorum,etiam *Matthia Imp.* adhùc dùm vivente, adverſus pacta,regni gubernationem uſurpârit,tùm, ab exceſſu *Imperatoris*, initia regiæ gubernationis ſub armis gliſcentibus cædibus,incendiis,ac regionum devaſtationibus,auſpicatus ſit, ſubditos, vel contrà privilegia multimodè gravatos, verbalibus ſaltem promiſſis lactârit,nihilque eorum, quæ ex lege requirebantur, præſtiterit,nedum vel ullum ſaltem realis ſatisfactionis colorem præ ſe tulerit, ut potius,variis ſuperinductis machinis,cum *Hiſpaniæ Rege* colludere,adeóque omnium patriæ privilegiorum,immunitatum, & jurium, everſionem moliri,contrà dominatus,ac jugi iſtius, *Hiſpanici* (quod omnes utique Nationes,atque gentes,communi invidiâ abominantur) introductionem fabricare compertus ſit. His,aliiſque,graviſſimi momenti de cauſſis, exortum eſſe,ut nemo bonus, nemo ingenuus,ſalvo honore,ac conſcientiâ,abrogatis,atque everſis tàm eccleſiaſticis, quàm ſecularibus,privilegiis,ad unum omnibus,ſub tali & Rege, & regimine,vivere aut poſſit,aut debeat. Relationem inter dominum,ac ſubditos, naturalem, atq; antiquatam eſſe. Ut magis inter *Regem*,ac *Proceres*, regni,utique privilegiis,legibuſque fundamentalibus,à priſcis iſtis temporibus pollentes, certa correlatio locum habeat. *Rege* igitur legibus,ac pactis, haud ſtante,non novum,aut inſolens,eſſe, *Procerũ*, ſubditorumque,obedientiam tùm vacillare. Sicut quidem vel olim vice haud ſimplici uſuveniſſet. Ut vel tùm quoque majoris momẽti res videri debeat. ſicubi *Magiſtratus* ipſe privilegia, ſuper *Religionis* libertate,aut ab anteceſſore,aut ſemetipſo, recèns conceſſa (adverſus quæ,vigore ipſiuſmet *Reſcripti*, neque *Rex* aliud agere,neque ſubditi *Regi* ſuo,ex pacto,quicquam debere,tenentur) de induſtria labefactare,atque annihilare,auſus ſit. Pariter, poſteritatis amore,atque intuitu,minimè excuſari poſſe,ſicubi *Hiſpanicam* hæreditatem in provincias ſuapte incuriâ introduci eveniat. Eam enim nihil eſſe aliud,niſi conſcientiarum flagellum, privilegiorũ haloſin,atque excidium, ſervitutiſque jugum intolerabile. Abſque eo igitur eſſe,ut nunquàm, *Sileſios Proceres*,eiuſmodi aliquid,in detrimentum patriæ libertatis, admiſiſſe doceri queat. Ut potiùs notorium exiſtat,omnes ſcriptores, *Politicos* dictos, atque,inter eos, iſtos etiam, qui *ſtatus* ſive *Monarchici*,ſive *Tyrannici*,impotentiam defendunt, communibus in hoc conſpirare ſuffragiis, ut tùm demùm, ſicubi leges *Provinciæ* fundamentales everti contingat, ſubditorum obedientia ceſſet, aliumque dominum ſuperinducere liceat. Tùm verò hoc ſpecialiter, loco prærogativæ alicuius haud infimæ,intervenire,ità cum *Rodolpho*, ac *Matthia Impp.* ipſoque *Ferdinando Rege*, tranſactum eſſe,ut *Religionis* libertas, ac privilegia,omnẽ obedientiam,ac ſubjectionem,trãſcenderent, iiſdemque ius *Regis* in ſubditos poſthaberetur. Et cùm denique nullum inter dominum,ſubditoſque,vinculum firmum eſſe accidat,ſicubi pacta, ac promiſſa, nudis duntaxat verbis,abſque ulla vera, ac reali,ſatisfactione,conſtare deprehendantur: *Principes*, atque *Ordines,Sileſiæ* ex his,& ſimilis commatis, actibus, facilè determinare potuiſſe, aliis provinciis ſub ferro,atque igne,miſerè,gementibus, meliorem ſui rationem,ac conditionem, minimè fore. Undè,tanquam communi in cauſſa, ad alia tranſire conſilia opus habuerint.

Remediis proinde aliis minimè affulgentibus,aliorum regnorum,provinciarumque,more, atque exemplo,viam ſeſe iniiſſe,nimirum hanc, ut co-unitis,coniunctiſque fœderibus,viribuſque, cò collimarent,quò ſemetipſos, ab id genus perſecutionibus vindicarent,jura,privilegia,legeſque fundamentales,ab interitu eriperent,communem patriæ incolumitatem conjunctis tàm animis,quàm conſiliis,armiſque, tuerentur, itemque ad poſteros tranſmitterent,ad ſummam, firmam, atque ſolidam,patriæ pacem reſtituerent.

Atq; mutuam hancce ad coniunctionẽ haud noviter, haud incõſultò,vel temerè,ſeſe accedere, ſed regni *Bohemiæ,Moraviæ,Sileſiæ,Luſatiæq;* Provinciarũ, fœdera jam olim,atq; à ſeculis, ſapienter coaluiſſe, conteſtati ſunt. Ut,tanquam unius ad corporis cõſtitutionem omnes illæ regiones faxint, *ſocialis*,atque antiquata,illa *confœderatio*, veluti quædam inſitio,aut,prout vulgato nomine uſuvenit, *Incorporatio*,dici cœperit. Quibus accedit,diverſis temporibus,ſuper defenſione mutuâ,illas inter regiones tranſactum,pactumque,eſſe,ut etiam turbulenti *Botskay* temporibus,*Vngari* ad mutuam illam conjunctionem acceſſerint,immò *Sileſios* cum *Vngari* *Auſtriis,Moraviſque, Anno M. DC.VIII.* ſuper *Religioni* libertate,paciſci contigerit. Id quod pactum, ub in comitiis provincialibus *M. DC.XIV.* autoritate *Matthiæ Imp.* confirmandum eſſet,malitiâ conſiliariorum quorundam, effectu ſuo fruſtrari cœpit Proindè ſummè neceſſarium viſum eſſe,in novam ac ſolennem,pro tempore confœderationem coi re,quâ Reip. ſalus,legumque fundamentalium in demnitas,conſervari quita eſſet.

Tametſi enim literis,ac promiſſionibus, novis excluſo illo fœdere,deinceps uti, iniri que voluiſ ſent,experientiam ipſam, rerum atque eventuum magiſtram,oppidò reclamaſſe,poſteaquam vel *li teras,Maieſtaticas* dictas,violari accidiſſet, tùm,ſu per *Religionis* exercitio,perinde minimè ſecuris eſſ licuiſſet. Cùm igitur,in armis identidem excuba re,moleſtum foret, tùm poſt *Ferdinandi* ſive regia ſive cæſaream,coronationem,quoad dictæ fidei,a religionis,ſecuritatem, omnia viderentur incerta neque ipſis inſuper juramentis ſtare liceret, dùm

par

ars hæc,invitâ alterâ,ac ſociâ,à juramento abſol-
i poſſit , altera ex debito ad obligationem ex ad-
erſo adigatur,hocque pacto juramenti cujuſcun-
ue quomodocunque,inter Regem , & ſubditos,
acti ſacramentum,ac fides, omninò exulent : ne-
eſſitate ipſa flagitante,ſibi de alio capite,novoque
Rege,quem,more majorum , regionibus præfice-
ent,diſpiciendum fuiſſe.

Intereà,nullos ſe ignorare,ſiquidem, juxtà pro-
erbialem formulam,*omnis mutatio certo haud vacet*
ericulo,rem apprimè arduam, oppidóque pericu-
oſam , quæque abſque ſanguinis humani profu-
ione,immenſiſque ſumptibus,obtineri haud eva-
eat,ſeſe moliri. Quòd autem *Principes*, *Ordineſque*,
nagis divini nominis honorem penſi habeant,
uàm ut mundana hæc cœleſtibus præponere , ju-
taque conſcientiam,honorem,ac famam , ipſam-
ue poſteritatem,negligere debeant,potius eſſe,ut
emel belli,utique legitimi,ac juſti, aleam jaciant,
acemque recuperent,quàm ut tantis ſub tormen-
is ſine fine gemere,ac quiritare,mavelint.

Hoc fine,hoc reſpectu, omnia , ac ſingula,iſta,
uæcunque *Pragæ* , novella ſub hac *confœderatione*,
onclusa,tùm ſuper *Friderici Palatini* nova in *Regem*
lectione,decreta forent,*Sileſiæ Principes*,atque *Or-*
ines,& approbaſſe,& eò, quò mediis quibuſcunq;
citis in effectum duci poſſint , collaborare decre-
iſſe. Quam rem ut ſibi ſeriò agi conſtet,jam tùm
uoque codicillos,ad *Regem* exaratos, communiq;
mnium provinciarum ſigillo roboratos, emiſiſſe,
nmò legationem etiam decreviſſe, *Henrico VVen-*
slao, Duce Munſterbergenſi, Io. Vlrico Schafgotſchio, Ba-
ne Drachenburgico, Alberto de Rhor, & Stein , &c. ad
l muneris ſolenniter delectis. Eos ad *XVII. Kl. No-*
embres Brandusii conventuros,unàque *Pragam* ex-
urſuros eſſe. Pari,eâdemque,operâ, novam illam
egis electionem omnibus per provinciam univer-
m *Statibus* ſignificatam eſſe,ſub hoc edicto,cura-
ent omnes & ſinguli hanc rem voce concionato-
s è ſuggeſtu ſubditis ſuis denunciari , *Deumque*
pt. Max. pro felici ſucceſſu , tàmque Religionis,
uàm regionum,incremento,itemque pacis redu-
tione,in vota,preceſque,vocari.

Prætereà,ſiquidem ſolennis iſthęc,ac nova,mu-
a *Confœderatio*, loco legis alicuius fundamenta-
s , deinceps habenda ſit,neque tantum *Proteſtan-*
s, ſed etiam *Catholicos*, collectim concernat,ope-
æ pretium , neceſſariumque , eſſe , illis articulis,
oſque *Religionis* reſpectu , omnes ut ſubſcribe-
ent. Cujus rei quoniam jam antè tàm in comi-
is illis *Pragenſibus* , quàm præſenti hoc conven-
u *Vratislavienſi* , per *Proteſtantes* auſpicia ſumpta
nt, æquitatem ipſam poſtulare , omnes ut patriæ
deles idem faxint,eademque in verba jurent.

Capitanei proindè *Provinciales* , aliique *officiales*
niverſi, primùm in *confœderationis* antedictæ ver-
a jurarent : *Capitanei* verò , reliquique infe-
oris ordinis miniſtri , ad *XII. Kl. Novembr.* apud
ratislaviam , coràm *Defenſorum* collegio , idem
cerent. Omnes verò *Eccleſiaſtici* ordinis *Præ-*
ules, Abbates , *Capitulareſque* , atque id genus mi-
oris conditionis *Clerici* , pariter *Vratislaviæ*
onvenientes , in verba *Confœderationis* adige-
entur. Niſi dicto audientes ſint , bonis , poſ-
eſſionibuſque quibuſcunque omninò privaren-
tur. Secundùm hoc , iiſdem illis , ſub pœna ducentorum ducatorum , ſeverè interdiceretur, ne *Epiſcopo* , in *Provinciæ* , *Religioniſque reformatæ*, diſpendium , collectas pecuniarias cogerent,elargirenturque,ſed id , quicquid eſt, in patriæ commodum converterent.

Illis, juxtà tenorem dicti fœderis , conſectaria eſſe , ut in *Principatibus* hæreditariis eligerentur *Capitanei* , *Auguſtanæ* , ſive reformatæ, confeſſioni addicti. Itaque illis in partibus , hac ex lege , *Catholici* ab officiis recederent , *Reformati* verò , eorum loco , ſubſtituerentur. Pariter , ſi qua in civitate *Senatus* ex omnibus conſtet *Catholicis* , in partem dimidiam ſuccenturiarentur *Evangelici* , ità tamen , ut quotannis crearentur *Conſules Evangelici*. Quæ utraque ratio conſtituendi *Senatus* apud *Oppelam* , & *Ratiborium*, *Principatus*,exactè obſervaretur.

Ad *Gloggaviam maiorem* , civitatem illam, quod quidem attinet, *fœdere* cautum eſſe, ut *Senatus* , atque officia, ejuſce, in qua *Catholicis Evangelici* numero prævalent , è puris putis *Evangelicis* deinceps conſtituerentur.Id quod cum hoc quoq; loco uſuveniat , è decreto fœderis ad amuſſim omnia tranſigerentur.

Quæ omnia nunc , ac ſingula , ſub œcumenici illius fœderis articulis comprehenſa , ut verum ad actum,effectumque (quo ſine inanis ſit tractatio , & concluſio , omnis) ſpectare queant, certos *Defenſores* , ſive *legum cuſtodes* , nominatos eſſe , videlicet *Ioan. Georgium* , *Marchionem Brandeburgicum* , *Georgium Rudolphum* , *Sileſiæ Ducem*, *Henricum VVenceslaum* , & *Carolum* , fratres, *Munſterbergii Duces*, *Ioachimum Maltzanum* , *Baronem VVartenbergium* , & *Ioan. Vlricum Schafgotſchium* , *Baronem Drachenbergium*. Quibus è *Principatibus hæreditariis* , ad hoc officium dicti, nuncupatique , accederent *Capitanei* ſinguli. Eorum verò , fortè abſentivorum , vicem adimplerent è civitatibus pariter delecti , ac nominati, videlicet *Ioannes Vurthenius*, *Elias Heldius*, *Nicolaus Leipertus*, aliique. Iſti omnes, ac ſinguli , ad *XIII. Kl. Novembr. Vratislaviæ* convenientes , juramentum pro novo hoc *Defenſorum* munere deponerent. Eoque ritè peracto , *Præſules* , *Abbates* , *Capitulareſque* omnes per *Vratislaviam* obvios , in verba præfati fœderis ilicet adigerent.

II.

Iuramenti formula, Capitularibus apud Vratislaviam propoſita.

TAlis autem fuit *iuramenti* formula , *Clericis* apud *Vratislaviam* propoſita : Iuro per nomen *DEI* omnipotentis , me omnes,ac ſingulos illius,apud *Pragam* nuper initæ , *Vnionis* articulos , tàm in genere , quàm ſpecie , ac perpetuâ , fide obſervaturũ,omniaque ea , quorum peragitur mentio,integrè,ac fideliter , procuraturum , inprimis verò ergà homines, *Evangelicos* dictos , omnes extrà machinas , fraudeſque animo pacifico , quietoque, futurum,contrà literas *Maieſtaticas*,aliaſque, ſuper *Religionis* exercitio,indultas conceſſiones, nihil de-

ſignaturum. Quorum in fidem, non obſtantibus *Regum*, *Principumque*, inferiorisque ordinis hominum, ſive gratiâ, ſive ingratiis, ſive amicitiâ, ſive inimicitiâ, ſive muneribus, ſive promiſſionibus, multò minus conſtitutionibus, à juramento abſolutionibus, aut decretis Eccleſiaſticis quibuſcunque, ſive *Conciliorum*, ſive *Patrum* novellorum canonibus, atque in ſpecie exceptione iſtâ: *Hæreticis non eſſe ſervandam fidem*: ſive aliis quibuſcunque, ingenio hominum excogitatis, dolis, impoſturiſque, ullis, me haud contrà venturum eſſe, ſanctè promitto. Idque, ſub pœna perjurii, omniumque beneficiorum, fortunarum, jurium, ac facultatum, quantiſcunque per *Sileſiam* utor, fruorque: *Ità me DEVS benè iuvet!*

III.

Caroli Archiducis, Brixienſis, atque Vratislavienſis, Epiſcopi,
ad
Ioan. Chriſtianum, Lignicii Ducem, litteræ.

Rebus per *Sileſiam* ità conturbatis, *Carolus Archidux, Brixienſium*, atque *Vratislavienſium, Epiſcopus*, periculi evitandi ergò, in *Poloniam* emigravit. Eo abſentivo, poſteaquàm *Capitularibus*, ac *Clericis*, per *Vratislaviam* proventus tantùm non intercíperentur, ſed *Niſſa* etiam, ſedes utique *Epiſcopalis*, mandato *Sileſiæ Principum*, *Ordinumque*, immiſſis duobus peditum ſignis, præoccuparetur, *Evangelico* inſuper concionatore in cathedrali eius civitatis *Eccleſia*, ſummo multitudinis cum applauſu ſacra peragente, præfatus *Carolus Epiſcopus*, iſta ægrè ferens, ſequentibus ad *Ioan. Chriſtianum, Lignicii Ducem*, è *Polonis* dedit: Notum ſibi feciſſe *Capitulares*, inquit, *Conſiliarioſque* ſuos, quo pacto, prædictum *Capitulum* in *confœderationis Bohemicæ* verba jurare adigeretur, tùm *Niſſa*, ſedes *Epiſcopalis* ſua, immiſſo præſidio, interciperetur. Quanquàm autem à *Principibus*, *Ordinibuſque*, eandem, lege talionis, fidem, quam ipſe patriæ præſtitiſſet, indubiè exſpectaſſet, præſertim cùm turbarum *Bohemicarum* particeps haud ſit, tùm, qua rem *Niſſenſem*, ex æquo tranſigere velit. Nihilominùs ægrè ſibi accidiſſe, ſive *Capitulum*, ſive collegium ſuum, tanquam immediatè ſibi ſubjectum, ſe prorſus inſalutato, ac rerum omnium neſcio, in fœderis, ac juramenti, verba adigi velle. Id quod cùm, ſe invito, illis non liceat, tum hoc, ſicut etiam occupatio ſedis *Epiſcopalis*, cùm *Provinciæ* totius libertate, ac legibus, pugnare, novitatemque, atque altiorem indaginem ſapere videatur, deprecari utique ſibi ut, rectiùs de patria merito, hac in parte parcere, ac mutua potiùs benevolentia gratificari, vellent.

* * *

IV.

Sigiſmundi, Poloniæ Regis, ad eundem Ioan. Chriſtianum, Ducem, epiſtola.

Eodem *Carolo Archiduce* apud *Sigiſmundum, Poloniæ Regem*, ſuper *Sileſiæ Principum*, *Ordinumque*, violentiâ, conquerente, pari operâ Rex eundem *Lignicii Ducem* litteris interpellare, ac pro cauſſa *Epiſcopi*, intervenire, non deſtitit. Non dubitare ſe, inquit, quin *Lignicii Dux* probè meminerit, quibus ſtudiis anno ſuperiori *Rex* gliſcentes per *Bohemiam* turbas componere, diſſidenteſque partes conciliare, anniſus fuerit. Eâdem fideliâ monuiſſe *Sileſios*, rerum illi ſuarum ſatagerent, neque iſtis, qui contrà autoritatem *Principis* ſui delinquunt, aſtipularentur. Illis igitur, in fide ergà *Principem* ſuum manſuros eſſe, tùm promittentibus, *Regem* neutiquam dubitaſſe, quin hoc ageretur ſeriò, atque ex animo. Iam autem prorſus emergere contrarium, ut unà cum *Bohemis* adverſus *Magiſtratum* ordinarium in armis ſeſe opponentes, ac tumultuantes, deprehendantur. Quæ cùm res nova malique exempli, plures poſt ſe difficultates neceſſariò ſuperinducat, *Regem* utique, lege tàm viciniæ, quàm amicitiæ, confœderationiſque, ergò, ipſorum causâ, ſolicitum eſſe, eoque ultro inclinare, ut per legatos inter *Cæſarem*, & *Bohemos*, conciliationem promovere, affectus ſit. Modò *Sileſii* antè, quid animi ſibi, quamque hæc futura tractatio grata eſſe poſſit, declararent. Infrugiferam hanc voluntatem ſuam *Sileſiis* eſſe vix poſſe. Cùm dubium nullum ſit, *Ferdinandum Cæſarem* hoc gratanter laturum, *Regique* rei ſummam ultrò commiſſurum, modò illi refractarii eſſe nollent. Ob id *Ducis Lignicii* autoritate utpote apud *Sileſios* præcipuâ, ad huius negotii ematurationem, opus eſſe. Illum eſſe, qui rem labantem erigere, animoſque, furore abreptos, in viam revocare, adeòque cruentos, triſteſque, eventus, id genus tumultuationes ſequi ſolitos, antevertere ſuſtineret.

Secundùm hæc, *Regi* porrò cognitum eſſe, quo pacto *Sileſii*, ſub ultimis interminationibus, *Capitulares Vratislavienſes*, in verba, articuloſque, fœderis *Bohemici*, cum juribus tàm divinis, quàm humanis, pugnantis, adigere tentaſſent, pariterque, ab emigratione *Caroli Archiducis*, *Niſſæ* præſidiarios impoſuiſſent. Tametſi igitur his actibu[s] color alienus prætendi cœperit, tanquam, in abſentia *Archiducis*, civitatis defenſio intenderetur, civibus id ipſum improbè ſolicitantibus. Nihilominùs innotuiſſe, rem à temeritate potius, re[-]bellandique cupiditate, originem duxiſſe. I[d] quod cùm nonniſi in ſummum *Archiducis, Vratisla[-]vienſium Epiſcopi*, vergat præjudicium, tùm Capitu[-]lum prædictæ civitatis, ex priſca *Regum Polonoru[m]* fundatione, ſub tutelam regiam, atq; *Archiepiſcopa[-]tum Gniſenſem*, ſpectet, ipſe judicaret *Dux*, an fier[i] poſſit, ut, læſis *Epiſcopatibus* illis, poſſeſſionibuſqu[e] *Eccleſiaſticis*, mutuam illam confœderationem vio[-]lari non æquè contingeret? *Dux* proindè conſoci[is] *Proceribus* autor eſſet, ne maiorib. ſeſe ſubindè diffi[-]cultatib. implicarent, *Capitularibus*, eorundēq; po[ſ-]ſeſſio

ceſſionibus, parcerent, magiſque ad pacis recuperationem, quàm offenſionum, litiumque conduplicationem, oculos conjicerent. Alias non poſſe, non atrociſſimas digladiationes, effectuſque horrendos, hancce cauſſam excipere.

V.

Idem Poloniæ Rex Sigiſmundus, mutuum pacis deſiderium Sileſiis ordinibus inculcat.

EAndem penè in ſententiam Rex tùm ad *Sileſiæ Ordines* dirigere cœpit: Poſteaquàm ſuperiori anno, inquit, fœdæ rebellionis nomen à temerariis quibuſdam *Bohemis* ſuſceptæ, inaudiſſet, jam tùm, ne contagium iſtud ad *Sileſios* quoque ſerperet, ſubvereri cœpiſſe. Siquidem enim iſtud malum ità quidem affectum eſſe ſoleat, ut in *Principem* legitimum, ac naturalem, arma moveat, ejus virulentiæ intuitu, illicò tùm *Regem* aliquoties cum *Sileſiis*, utique viciniâ, & fœdere, ſibi conjunctis, per literas egiſſe, à peſte iſta, cane pejùs, quod dicunt, & angue, caverent, pacemque potiùs eligerent. Atque tùm quidem optimam ſibi ſpem natam eſſe, fore, ut, juxtà factam declarationem, ab obedientia debita haud diſcederent. Iam verò contrario modo evenire omnia, periculumque inſtare, quod ipſe ab initio præmetuiſſet. Dolere ſe, juxtaque admirari, vicinos, confœderatoſque, ſuos, ſibi utique multifariàm devinctos, ea iniiſſe conſilia, quæ plerumque cum pernicioſo, atque infelici, eventu ſoleant eſſe conjuncta. *Magiſtratum* à *DEO* eſſe, eiuſque vices in terris gerere. Ut apud cœleſtem, hujus honoris vindicem, illi, qui obedientiæ, ac ſubiectionis, debitæ repagula perfringant, nihil aliud, niſi triſte rerum ſuarum naufragium, exſpectare poſſint. Quòd ſi maximè è læſione, atque iniuria, quadam enormi hanc offenſionem naſci contigiſſet, faciliùs fortè colorem induci poſſe. Dùm verò laudatiſſima *Auſtriaca* proſapia ab antiquo imperium ſuum clementiâ, ac benignitate, temperaſſet, cur obedientiæ illius tàm molle jugum excutere vellent, cauſſam eſſe nullam. Quanta igitur veſania ſit, ultrò, ac de induſtria, in *Scyllam* ſeſe præcipitare, cùm extra vel *Charibdim*, omneque periculum, eſſe poſſit, judicarent omnes. Quid? quòd iſte naturalis *Principis* deſpectus, ſemel infeliciter inchoatus, magis magiſque in pejus labi videatur, vel ab eo, dùm novo, minimèque excuſando, more in *Capitulares Vratiſlavienſes* graſſarentur, ſub ultimæ violentiæ interminatione, niſi in *confœderationis Bohemicæ, DEO*, & hominibus, contrariæ, articulos jurarent, fore, ut vi ad ea (quæ ſalvâ conſcientiâ admittere nequeunt) compellantur.

Iſtis cumuli loco, accedere, ab emigratione *Caroli Archiducis*, porrò, inſtinctu ſubditorum, rerum novarum, rebellioniſque cupidorum, *Niſſæ* civitati præſidiarios eſſe impoſitos, claveſque, in ſummum *Archiducis* præiudicium, intercipi contigiſſe. Tanquam hoc colore loci defenſio, ac ſecuritas, quærerentr. Interim *Sileſiis* obſcurum eſſe haud poſſe, eam *ædem* ab *Vladislao*, *Poloniæ Rege*, anteceſſore ſuo, primitùs fundatam, apertamque fuiſſe. Atque hoc nomine ad tutelam, ac patrocinium ſuum, ſpectare.

Iccircò, an, abſque mutuorum pactorum violatione, proceſſus iſte fabricari queat, ipſi viderint. Se quidem monitorem illis eſſe, ne uberiùs eam rem turbent, niſi graviores procellas excitare ipſis volupe, ac dulce, ſit. Scirent, baſilicam *Vratislavienſem* eſſe filiam, *Geiſenam* verò in *Poloniæ* regno matrem. Iam, quicquid ſiniſtri accideret filiæ, haud dubiè ipſam in matrem redundare. Pariter haud ignorari, tàm arctam intercedere neceſſitudinem, ut *Auſtriæ Archiducum*, *Regumque*, fortuna cum *Poloniæ Regibus* conjuncta, ac communis, videri quita ſit.

Atque hæc iſta eſſe, quibus de illos admonere operæ pretium judicaſſet, eo fine, viderent ſcilicet, quæ mens *Regis* eſſet, rebus ita perturbatis, & quibus conatibus, ſequeſtratis conſiliis iſtis furentibus, in viam meliorem, bonamque frugem, iſtos reducere laboraret. Veteres illos *Sileſios* ſub *Imperatoribus*, *Regibuſque Auſtriacis*, à multo tempore feliciter, & commodè, habuiſſe. Eandem felicitatem etiam modernos experiri, multaſque, quas bellum utique inducit, difficultates amoliri poſſe, modò periculoſis conſiliis renunciare, ac, ſub obedientiæ limitibus, acquieſcere vellent.

Quandoquidem ergò legationem ſolennem ad *Bohemiæ Ordines* emittere, juxtaque in pacis reductionem, depulſis nubilis, procelloſiſque turbinibus, operam ſuam conferre decreverit, jam opportunum fore, ut ipſi inprimis hæc pacis mutuæ remedia amplectentes, conſiliis potiùs ſalubribus, quàm armis, litem dirimerent. De *Ferdinando Cæſare* dubium, ſcrupulumque, eſſe nullum, quin *Regis* in ſententiam ſit pedibus iturus, hancque viam libenter prælaturus. *Sileſii* igitur, cujus ſint animi, candidè aperirent. Omniaque confirmatum haberent, hæc omnia, in medium utique allata, ex affectu pacis, & concordiæ, cupido, promanare. Illorum ſalutem ſibi curæ eſſe. Ut diſplicere ſibi debeat, ſiquidem contingat eos hunc in ſcopulum impingere, quem nullus, abſque evidenti naufragio, hactenùs ſupervectus eſſet. Ad extremum, libenter ſe deniqùe libereque conteſtari, ſe illis proximitatis, ac fœderis, lege obligatum eſſe, neque commodè hoc vinculum mutuum tolli poſſe, modò ipſimet ſeſe ab omnium gentium juribus, humanitatis, ac benevolentiæ, generibus eximere, ac ſegregare, non perſeverent.

***

CAP. IV.

De variis circa reditum Ferdinandi Imper. Viennam, velitationibus, & commiſsis utrinque prælijs.

I.

Ferdinandus Imper. recens inauguratus, per Auguſtam, & Monachium, feliciter Viennam redit.

REbus ad inaugurationem *Ferdinandi*, recens creati *Cæſaris*, ſpectantibus, feliciter conſummatis, *Imperator*, relicto *Francofurto*, *Auguſtam Vindelicorum* iter direxit. Ubi à *S. P. Q. Auguſtano* exquiſitis omnis generis cum ceremoniis, pompaque ſolenni, exceptus eſt. Civibus autem proceribuſque *Auguſtanis* in verba *Imperatoris* jurantibus, *Monachium Bavarorum* indè perrexit. Ubi pari cum ſolennitate, ac ſplendore, introduci cœpit. Indè *Gracium*, & paulò poſt, nempe poſtridiè *Cal. Octobres*, citrà omnium ſpem, atque exſpectationem, *Viennam*, ſummo cum populi applauſu, circà veſperam, feliciter rediit. *Leopoldo Archiduce*, cum manu equeſtri, in occurſum, effuſo, *Cæſaremque*, pro eâ temporis conditione, in urbem regiam, excitatis omnis generis lætitiæ, ac feſtivitatis, generibus, ſplendidiſſimè deducente.

II.

Bethlenus, & Turrianus, cum exercitu Viennam infeſtant.

COgnito ſimulatque *Cæſaris* reditu, ilicet *Bethlenus*, & *Turrianus*, novum hoc *Cæſareanis* gaudium interturbare aggreſſi, interceptis *Viſcheto*, atque *Arce Ebersdorfia*, rectà copias ac *Viennam* adducunt, oppidulis, ac pagis, in tranſitu per *Vngaros* expilatis, ac direptis, paganis verò non paucis miſerè contrucidatis. Laborabat tùm temporis *Vienna annonâ*, ac *fame*, haud obiter. Paganis in urbem undique confluentibus, locíſque circiter ab hoſtili incurſu infeſtis omnibus.

III.

Mox autem, accepto ſuper clade Ragotſii tribuni nuncio, militem, mutato propoſito, deducunt.

SEd non diu ſtetit hæc iſtorum inſolentia. Tametſi enim eo temporis articulo urbs regia, adducto propiùs hoſtili exercitu, majores in anguſtias coniici fortè potuiſſet, nihilominùs clades, *Ragotſii* à *Cæſareanis* opportunè tùm illata, mox ſeceſſionis, atque emigrationis neceſſitatem hoſtibus impoſuit. Ità autem evenit. *Humanaius* quidam, *Dynaſta Vngarus*, paulò antè, ubi *Bethlenus* in *Vngariam ſuperiorem* impreſſionem feciſſet, tentaverat, collecto octo millium hominum exercitu, *Bethleno* in occurſum ducere, atque reſiſtere. Qui cùm eo fine *Zipſam* eduxiſſet, ecce! à *Bethleni* tribuno, *Caſchaviæ* in ſupplementum relicto, ex improviſo paulò validioribus cum copiis ſupervcniente, invaditur, inque anguſtiis, editâ *Polonorum* ſtrage non minimâ, cæditur, atque fugatur. *Humanaius* itaque maculam, cladem q; illatam, deterſurus, adiutus ope *VValachorum VVeyvvodæ*, & *Altheimii Comitis*, denuò per *Polonos* ad decem millia hominum coëgit. Quibus idoneè præparatus, atq; inſtructus, *Ragotſium*, tribunum *Bethlenianum*, nihil tale exſpectantem, ſubitò, ac feliciter, adoriri cœpit. *Ragotſio* autem maſculè etiam per biduum reſiſtente, *Polonis* hoc ſtratagema profuit. Illis enim fugam ſimulantibus, ruptis ordinibus *Vngari*, interque eos *Heyducci*, nimis præcoces, ut fit, plerumque prædis inhiare cœperunt. Quibus mutato repentè curſu ſupervenientes *Poloni*, quadripartito agmine in *Vngaros* impetum fecêre, cæſiſque pœnè ad unum omnibus pedeſtribus copiis, interim *Huſſaris* ſive equeſtribus, fugâ dilapſis, inſignem victoriam hoc tempore reportârunt. *Ragotſium* celerrimis equis intercipere tentârunt. Sed iſte, cum quinque miniſtris, fugâ elapſus, impediri tùm non potuit.

Hæc iſta clades ubi *Bethleno* nunciaretur, ilicet, mutato inſtituto, *Viennam* relinquens, partem exercitus ſub *Redeio Ferentio* in *Vngariam ſuperiorem* emiſit, partem verò reliquam ipſe verſus *Presburgum* reduxit, in itinere, ſive tranſitu, *Edenburgo* intercepto, inque prædam militibus expoſito.

IV.

Ordines Auſtriæ ſuprà Anaſum, Imperatori homagium denegantes, à ſuperveniente exercitu Bavarico compelluntur.

SEcundùm hæc, *Ferdinandus Imp. Ordines Auſtriæ ſuprà Anaſum* denuò literis, atque edictis, interpellavit. Scirent nimir. omnes, ab exceſſu *Alberti Archiducis*, utrumq; *Auſtriæ Archiducatum, ſuprà*, atq; *infrà, Anaſum*, ad ſe, pleno hæreditatis ac ceſſionis iure, devolutum eſſe. Ideóq; mitterent legatos, fide, ac poteſtate plenariâ inſtructos, qui more antiquo homagium, nomine *Provinciarum*, præſtarent, & de cætero, quod immineret, periculo caverent. Se non domini partes, ſuſcipere, ſed parentis ergà ſubditos animum induere, velle.

Illi verò tantùm abeſt ut *Imperatorem* reſponſo dignati ſint, ut potiùs in armis reſiſtere, copiaſque ſuas in *Auſtriam inferiorem* educere, comperti fuerint. Quâ iſtorum inſolentiâ offenſus *Imperator*, nihilominùs emiſſis ad eos alterâ vice litteris, humaniſſimè ſcriptis, ab impotentia ad obedientiam ſic reducere tentavit. Quandoquidem ad priores *Imperatoris* literas monitoriales, nequidem reſponſum superveniſſet, immò potiùs nunciatum foret,

ɔret, iſtos cum manu ſua *inferiorem Auſtriam* invaſſe, civitates, oppida, pagoſque, more prorſus hoili, de facto occupâſſe: hoc iſtud eſſe; quod ſibi, ınquam legitimo *Provinciarum Principi*, ac domio, minimè ferendum eſſet; neque ad concoriam, pacemque ſpectaret, ſed manifeſtam hoſtitatem redoleret. Superpondii loco igitur; jam enuò *Imperatorem*, ipſorum cauſsâ ſolicitum, moitorem accedere, mitterent nimir. delectos, cum ıandatis inſtructos, juxtaque ab armis hoſtilibus, tque id genus exceſſibus præpoſteris; diſcedeent, ſecus, ſi in armis, illegitimè ſumptis, perſeveent, cogitandum ac deliberandum ſibi, utique ɛgitimo *Principi* eſſe de mediis, quibus, à Deo, naura, ipſiſque juribus, adjutus, ferociam, ac laſciam temeritatem iſtam, retundere quitus foret.

Ad quas illas tandem *Ordines* ſic paucis reſcripsêe: De litteris *Imperatoris*, in proximo ſuo conven-ı, ad *XVII. Cal. Februar.* indicto, ſeſe viſuros, atue prolixè reſcripturos, eſſe. *Imperator* igitur nil cunctatus, ad finem *Ianuarii*, litteris ſalvi, ceu ocant, conductus, quò terrâ marique ſecurè leati, delectique, *Viennam* ire, ac redire, poſſent, roſpexit. Iſti verò, ad ingenium redeuntes, ùm ſibi, ſuper illis poſtulatis, prout cauſſabantur, ntè homagium requiſitis, nondum cautum, ſaisfactumque, foret, paritionem lubentes volentes e die in diem extraxerunt. Quibuſque tandem *Maximiliani, Bavariæ Ducis*; copiis ſupervenientiɩus, compelli cœperunt.

V.

Mansfeldius occupat Piſſeccam.

T*Vrriano* cum *Vngaris*, *Bucquoio*, ac *Tampierio*, ductoribus *Cæſaris*, inhiantibus, interim ea loa quæ in *Bohemia* anteà *Bucquoius* expugnaverat, *Mansfeldius* omni conatu intercipere aggreſſus eſt. nter quæ *Piſſeccam* civitatem, annonâ, atque apɔaratu bellico, defectam, ad deditionem coëgit. Gubernator eius loci, *Martinus*, *Comes Hiſpanus*, tātſi auxilia, ac ſuppetias omnes, deſperaſſet, niıilominùs per menſem integrum acerrimè partes ſuas defendit, ut etiam irruptionibus caſtris hoſtilibus damna inferret, neque in deditionem conſentiret, donec ab ipſis præſidiariis in cavam coniectus, factaque ſe invito deditione, ab hoſtibus, civitate potitis, *Pilſenam* abductus eſt.

VI.

Feſtivitas Pragenſis, ſuper Friderici Palatini recèns nato filiolo.

HOc tempore *Bohemi*, & *Pragenſes*, novum *Regem*, *Reginamque*, omnibus ſtudiis ſibi, rebuſque ſuis, conciliare enixè contendebant. Inter cætera enim donaria, in feriis *Eliſabethæ*, matronæ *Pragenſes cunis* è ligno ebeno artificioſè fabrefactis, argentoque inaurato inductis, atque id genus aliis *arculis*, *ſupellectilibuſque*, ad rem puerperam facientibus, *Reginam* veneratæ ſunt. Ut etiam Proceres trium *Pragæ* civitatum *phialâ*, monetâ ex auro Ungarico eminenti, & regia plena, eandem demulcere ſatagerint. Inſecutum eſt *XIII. Cal. Ianuar.* ipſum *Reginæ* puerperium, edito in lucem filiolo, dicto *Ruperto*. Teſtes baptiſmi fuêre, (quæ ſolennitas pridie *Cal. Apriles* celebrari cœpit) *Marchio Iagerndorffius*, nomine *Ducis VVürtenbergici*, & *Ducatuum Sileſiæ*, *Emericus Turzo*, *Comes de Falba*, nomine *Bethleni*, *Tranſylvaniæ Principis*, *Burggravius ſupremus*, *Scriba Provincialis ſupremus*, & *veteris Pragæ conſul*, nomine regni *Bohemiæ*: *Ladislaus Guilhelmus Tſcherotinus*, *Moraviæ Capitaneus Provincialis*; & *Baro de Ruppa* nomine *Marchionatus Moraviæ*: *Kitlicius*, aliique, nomine *Luſatiæ* utriuſque. Ut de variis feſtivitatis, pompæ, convivationis; itemque numerum, magnam auri ſummam conſtituentium generibus, otioſè nihil aſpergam.

CAP. V.

De Vnioniſtarum conventu apud Noribergam.

I.

Friderico Palatino Bohemiæ regnum non reddente, variæ, & magnæ, per Imperium, in armis præparationes.

FRiderico Palatino *Bohemorum*, ſuorumque, perſuaſionibus inducto, ut *Bohemiæ* regnum tantùm non occuparet, ſed etiam reddere detrectaret, immò verò hoc ſibi ſuiſque proprium, atque hæreditarium, intervenientibus tàm ſui ipſius, quàm coniugis *Eliſabethæ*, regiis coronationibus, efficere contenderet, ecce! tùm per *Imperium*, atque adjacentes Provincias, omnia commoveri, inque arma, atque hoſtiles præparationes, ruere, cœpêre. Uſque adeò, ut eandem ob cauſſam bellum funeſtum, atque, ut *Græci* vocant, ἄρϖοντον, inſtare videretur. Maximè, cùm *Imperator*, & *Auſtriaci Principes Bohemiæ* regnum, eo modo interceptum, omni vi, ac conatu, recuperare eniterentur.

Vice verſâ, *Bohemi*, cum *Palatinatu*, ſociiſque, ac confœderatis, provinciis, *Regem*, nuper electum, recenſque ſuperinductum, omnibus, quod ajunt, copiis in ſolio ſuo confirmare, atque adverſus *Cæſareanos*, aſſerere conabantur.

Eâ utrinque pendente belli fortunâ, res eò extremorum rediiſſe videbatur, ut, niſi alterius partis manifeſto interitu, ac ruinâ, tantæ litis exodium exſpectandum haud quidem eſſet. Quòd igitur partes utræque cum agnatis, ſociis, ac confœderatis, ad inſtantem tragicam aliquam cataſtrophen ſeſe impendiò præpararent, factum eſt, ut penè tùm per *Europam lituis* claſſicis, armis, ac, tumul-

tuationibus, omnia fremerent, utque eò, ut ea, quæ apud *Bohemos* initiò armis agi cœpiſſet fabula, totum *Chriſtianum* orbem, mutatis ſubindè perſonis, inundatura, & magno cum impetu ad triſtia tropica feſtinatura, videretur. Inprimis verò, tantos utrinque inter armorum motus, diffidentia, animorumque ingens colliſio, inter *Principes Catholicos*, ac *Proteſtantes*, per *Imperium*, jam pridem gliſcens, exacerbari cœpit, ut hanc controverſiã, ac ſimultatem, abſq; armorum definitione, ęgrè componi, ac detumeſcere, poſſe, facilè appareret.

II.

Vnioniſtæ apud Norimbergam conventum ſuis indicunt. -

QUa de re ut quantò ociùs, ſuper defenſione tàm communis patriæ: quàm Religionis, ac libertatis, deliberarent, *Principes, Ordineſque,* per *Imperium, Vnionis* nomine dicti, *IV. Non. Novẽbr.* conventum apud Norimbergam, civitatem utique *Bohemiæ* opportunam, ac finitimam, ſolenniter indixerunt.

Ex illorum numero, codicillis, ad conventum invitatoriis, ſubſcripsêre, extiterunt *Fridericus Elector Palatinus, Ioach. Erneſtus, Marchio Onolſpaccenſis, Ioan. Fridericus, Dux VVurtenbergicus, Mauricius, Heſſiæ Landgravius, Georg. Fridericus, Marchio Badenſis,* & *Chriſtianus, Princeps Anhaltinus* &c. Codicilli, autem *VII. Id. Septembr.* evulgati, erant hi tales: Apud *Proteſtantes* utique *Ordines* laborioſâ inductione opus, haud quidem eſſe, quibus jam dudum ſub anguſtiis, oneribus, ac periculis, verſarentur. A multis retrò annis in diætis *Imperialibus*, nominatim verò *Anno M. DC. XIII. Ratiſponenſibus* in comitiis, ad *Imperatorem* eandem, ac veterem, querelam, delatam eſſe. *Cæſarem* igitur, intuitu rerum, *Imperio* uſui futurarum, in id remedii genus, nimir. (*compoſitionis diætam*) quod à ſuperioribus *Imperatoribus*, cum fructu partium, admiſſum, atque indultum, fuiſſet, tùm ad animorum utrinque diſſidentium, ferruminationem faceret, inclinâſſe, ac propendiſſe, quo interveniente, inter partes controverſas mutua concordia revocari, atque ad poſteritatem tranſmitti, poſſit. *Proteſtantibus*, ac *counitis*, rem eſſe liquidiſſimam, per quos *Cæſaris* voluntas, & propenſio, irrita facta eſſet, ut etiam libelli, publicè extantes, hoc odium divulgârint, tùm res, atque affecta, partis adverſæ, conteſtentur, quàm immane *Imperator* à concepta, atque exoptata, iſta compoſitione abfuerit, ut nihil minùs quàm in prædictam mutuam tranſactionem conſpiraſſe animadverſus ſit. Hanc illam animorum abalienationem, ſimultatemque, eò uſque protractam eſſe, uſque ad *Imperatoris* exceſſum. Ab exceſſu *Imperatoris* tùm demùm conſilia, atq; actiones, ſuſpectas periculoſaſque, promanare cœpiſſe, cùm jam tùm, vivente adhuc *Cæſare*, exercitus, & copiæ, paſſim etiam conſcriberentur, inque *Imperii* meditullia inducerentur. Quòd itaque, defuncto *Cæſare*, omnia vergerent in pejus, novi ſubindè exercitus, ac peregrini, ſuperinducerentur, *Proteſtantium* regiones, abſque venia impetrata, tranſitu, miniſque, infeſtarentur, *Catholici* inſuper *Electores*, ac *Principes*, milites clàm palàm conſcriberent, uſque eò, ut ſuperioribus annis inter *Imperii Ordines* obſervatum *Religionis* æquilibrium prorſus caderet, conſtitutiones *Imperiales*, juraque *Provinciarum*, exſpirarent, immò verò ipſum ſanctæ *Iuſtitiæ* nomen pro vi ſi eſſet, ſub pedibuſque jaceret, his, aliiſque de cauſſis, utique prægnantiſſimis, *Principes Proteſtantes*, ac *counitos*, ſuper remediis, indicto publico conventu, maturiùs ac ſeriùs, eſſe deliberaturos, quibus tantæ neceſſitati obviam ire, ſeſeque tàm quà ſacras, ac *Religionem* concernentes, quàm quà res *Politicas*, dominiumque ſeculare attinentes, tueri quiti eſſent.

Nuper, ſub *Auguſto* menſe, *Mülhuſianam* in *Thuringis* civitatem prædicto conventui fuiſſe deſtinatam. Quòd autem *Ordines* quidam indè abeſſent longiùs, quàm ut ſtatuto tempore comparere potuiſſent, tùm Electio, inauguratioque *Cæſaris Francofurti* celebrata, aliaque tàm impedimenta, quàm pericula, interveniſſent, propoſitũ neceſſariò immutandum fuiſſe. Iam, cùm omnia per *Imperium* periculis novis magis magiſque gliſcerẽt, diffidentia animorum ingraveſceret, perque omnem latè *Bohemiam* furiis, ſpoliis, incendiis, cædibuſque, omnia miſcerentur, inſuper, ſuperinducto jam novo *Imperii* capite, res eò ſpectare videretur, ut pars adverſa viribus, atq; armis, ea, quę jamdudum propoſuiſſent, efficere, ac penetrare, certa ſit: neceſſitatẽ ipſam modò non poſtulare, ſed flagitare, *Principes, Ordineſque Proteſtantes*, unanimiter coirẽt, ſuper rebus id genus arduis, ac moram non ferentibus, in tempore diſpicerent, quò pacto oneribus, ac gravaminibus tot, & tantis, ſeſe exonerare, vim illatam excipere, ac propulſare, alter alteri auxiliis & copiis ſubvenire, inprimis *Patriæ Religioniſque*, à majoribus multo cum ſanguine, ac ſumptibus, partæ libertatem aſſerere, ac vindicare, per *Bohemiam* denique pacem conſtabilire, *Turciſque*, ac *Mahometanis*, ne *Imperium* hoc conturbare hac tempeſtate auſint, vias intercludere, ſuſtineant.

Eum in finem præſentibus codicillis invitari, erogarique, *Principes, Ordineſque, counitos*, ac *Proteſtantes*, ne gravarentur, tàm honoris divini conſervandi, quàm *Reipubl. Evangelicæ*, aſſerendæ, cauſſâ, *IV. Non. Novembr. Norimbergæ* (quæ civitas utique rebus *Bohemicis*, finitima, atque opportuna, tùm extrà periculum, alibi metuendum fortè, conſtituta eſſet) vel perſonaliter, vel per legatos, poteſtate plenaria inſtructos, comparere, tùm de rebus *Evangelicis*, ſummoperè periclitantibus, in medium conſulere. Seſe quod attineat, jam animis in itinere, & in omnem eventum paratos eſſe. Nihilque dubitare, ſicubi reliqui *Principes, Ordineſque, couniti*, quibus hactenùs oneribus, difficultatibuſque, communis ſalutis igitur, diſtinerentur, accuratiùs penſihabeant, minimè gentium, ut hanc gravem, arduamque, provinciam ſoli humeris ſuis deinceps gerant, ac ſuffulciant, commiſſuros, ac nequicquam à recta, ac ſincera, fide, atq; amicitia, alienum ſibi perſuaſuros eſſe.

III.

Elenchus Principum, Ordinumque, counitorum, qui apud Noricos conventum celebrarunt.

EXacto tẽpore, indictiq; die *conventus* appropinquante, *Noribergam* appulit *Fridericus Palatinus, Elector,*

Elector, *Rex Bohemiæ.* Qui more Regio, à *Principibus*, jam tùm præſentibus civitatiſque *Senatu*, obviàm emiſſis duobus equitum ſignis, in urbem deductus eſt. Eodem convenerunt *Ioach. Erneſtus Brandeburgicus*, *Marchio Onolſpaccenſis*, *Mauritius*, *Heſſiæ Landgravius*, *Duces*, numero tres, *Saxo Vinarienſes*, *Duces*, pariter tres, *VVürtenbergenſes.* Per legatos comparuêre *Elector Brandeburgicus*, *Dux Lûneburgicus*, *Marchio Brandeburgius Culmbaccenſis*, *Marchio Durlacenſis*, *Comites ab Oetingen*, *Comites ab Hohenloe*, *Comites Franconici*, *Comites VVetteravici*, *ordo equeſtris Franconicus*, *ordo equeſtr: dictus ab Altmubl*, *ordo equ. dictus à Steigervvald*, *Civitates Imperiales*, *Argentina*, *Francofurtum*, *Noriberga*, *Vlma*, *VVormatia*, *Spira*, *Nordlinga*, *Rotenburgum*, *Hala Svvevorum*, *VVimpfena*, *Schvvinfurtam*, *Landavia*, aliæ. Quibus acceſſerunt inſuper etiam legati *Auſtriæ ſuperioris.* Seſſiones verò, apud *D. Auguſtini Cœnobium*, Curiâ nova civitatis nondùm exædificatâ, atque ſub opere fervente, celebrari cœpêre.

IV.

Comitis Hohenzollerenſis, *Legati Cæſarei*, *ad Principes*, *Ordineſque Counitos*, *peroratio.*

FAmâ indicti iſtius apud *Noribergam* conventus ad *Cæſaris* uſque aures delatâ, *Cæſar Ioan. Georgium*, *Comitem Hohenzolleranum*, *Conſiliarium*, & *Dicaſterii Aulæ Cæſareæ Præſidem*, ad *Noricos* emittit, qui, nomine *Cæſaris*, ad *Electores*, *Principes*, *Ordineſque*, *Counitos* ſequentibus perorare cœpit: Poſteaquàm *Cæſar*, inquit, ſuper conventu hocce, relatum foret, nihil aliud ilicet cogitare potuit, debuitque, præterquam hunc congreſſum de motibus, *Imperium*, præſertim regnum *Bohemiæ*, conturbantibus, inſtitutum eſſe. Siquidem verò *Cæſar* ad animum revocâſſet, quanta, inter *Principes*, *Ordineſque*, *Imperii*, diffidentia hactenùs ſuccreviſſet, tùm hominum malè feriatorum ſufflaminationibus, praviſque perſuaſionibus, identidem augeretur, ac vires ſumeret: eam ob rem *Cæſar* ſuarum partium eſſe arbitratus eſt, iſtis, & periculoſis, id genus motibus curioſum applicare oculum, ſapienterque providere, quò cauſæ, & obſtacula, hanc tantam diffidentiam generantia, è medio removeri, tùm periculis gliſcentibus medicina fieri, poſſet. Quem in finem à *Cæſare* in mandatis habere legatum, *Principibus*, *Statibuſque*, eo nomine pium ſincerumque, *Cæſaris* affectum omni meliori modo conteſtari.

Cæſarem proindè optimâ, ac Cæſareâ, fide, *Principes*, *Statuſque* omnes ſingulos, obteſtari, certò illi confiderent, ſibi, ab adita *Imperii* gubernatione, nihil antiquius, priuſque, eſſe, niſi ut inter *Imperii* membra, harmonia, concinnitas, cõfidentia, pax, atque amicitia, reduci, confirmarique, quàm primùm ſuſtineat. Eam eſſe, & benignã, *Cæſaris* mentem, ut unicuique, cujuſcunque tandẽ ille ſit ordinis, ſuum jus ſartum tectumque eſſe velit, tantò magis, ut *Electoribus*, *Principibus*, aliiſque *Ordinibus*, adverſus privilegia, conceſſioneſque antiquas nequicquam derogare cupiat, ut omni operâ, ac conatu tranſactionem ſuper rebus tam ſacris, quàm profanis, ſancitam, inviolatam, præſtare, adeóque oneribus publicis manum, opemque, adhibere, affectus ſit.

Reciproca proindè talionis lege *Cæſarem* ſibi promittere, futurum, ut *Electores*, *Principes*, *Ordineſque*, hoc in affectu ſecum conſpirare, nihilque aliud, niſi mutuam reconciliationem, atque amicitiam fovere, deprehendantur. Quo nomine monitorem ſe illis accedere, ne quòd falſis perſuaſionibus inducti, *Cæſarem* impio propoſito impediant, majoreſque pernicioſas oppidò per *Imperium* turbas, undè tota hæc ſacri *Imperii* auguſta moles labefactari poſſit, concitare præſumant.

Ad motus *Bohemiæ* quod attineret, *Cæſarem* confidere, tàm è codicillis *Cæſareis*, paulò antè ad diætam, *Rotenburgi ad Tubarim* celebratam, emiſſis, quã *Francofurti ad Mœnum* publicato libello informatorio, rem omnem eſſe clariſſimam, quo pacto per regnum *Bohemiæ* ſubditi refractarij inconcinnis querelis *Cæſarem* onerarent, malæque cauſæ velũ, coloremque, obducere etentarent. Ex iis enim liquidò, & varo varius, apperere, ad *Cæſarem*, ab exceſſu *Matthiæ Imp.* regni *Bohemiæ* gubernationem eſſe, devolutam; omniaque, ad *quæ Cæſar*, vigore coronationis, literarumque reverſalium, tenebatur, ordine perſoluta eſſe. Quòd quòd *Cæſar*, animo, atque intentione, pacis abundè cupidâ, toties conceptiſſimis verbis ergà *Bohemos* declararit, ſeſe toto corde devaſtationem regni illius ſui averſari, contrà quietam, ac pacificam, regiminis inchoationem deſiderare, omniaque ſuo ordini, juribus, ac privilegiis, priſtinis, reſtituere, itemque oneribus publicis ex voto mederi velle, adjectis paternis hiſce admonitionibus, parcerent modò illi & *Cæſari*, & ſibi atque, ad obedientiæ declarationem, ab armis diſcederent. Idem ex altera parte æquè facturum *Cæſarem*, litiſque, & rei controverſæ, compoſitioni operam daturum eſſe.

Iſta omnia ut ex animo, & ſincerè, agere videretur *Cæſar*, inducias, atque armiſtitium, *Bucquoio*, exercitibuſque, injunxiſſe, ſub ſpe, futurum, idem oppidò, ut cum ſuis quoque copiis exequerentur *Bohemi*, eorumque anteſignani. Tantùm verò abfuiſſe, ut paternam hanc *Cæſaris* curam admonitionemque ſuper pace reducenda, ad animos admiſerint *Bohemi*, ut inducias, armorumque ſuſpenſionem, atque amabilem tranſactionem, inſuper habentes, neque *Cæſarem* reſponſo dignati ſint, copias verò *Cæſareas*, ſub ipſis induciis, infeſtarint, ad ſummam denique omnivariis, ex vægrandibus, exceſſibus provecti hactenùs ad hoc uſque momẽtum omnia perturbarint, ac fœdarint denuò. Quorum numerum ſuperinducere velle res eſſet honeſto otio abutentis.

Quanquam verò *Bohemi* turbis, ac rebellionibus, iſtis, pro more, *Religionis* colorem, ac prætextũ, ſuperinducere perſeverent: nihilominùs rem manifeſtam, atque indubiam eſſe, *Religionis* negotium neutiquam à *Cæſare* petito nomine etiam *Cæſarem Electoribus*, *Principibus*, *Ordinibuſque*, fidem dare, nullo pacto vel in poſterum etiam *Cæſarem* per *Bohemiam Religionis* ſacro vim, injuriamque ullam, facturum. Vt potiùs conceſſiones, & litteras *Maieſtaticas*, à prædeceſſoribus ſuis indultas, nullo modo infringere, aut in dubium vocare, voluerit, velit-

que etiam nunc. Eſto autem, eiuſmodi aliquid, tẽporibus *Matthiæ Imperatoris* paulò antè agitari cœpiſſe, iſtud tamen ejuſce generis eſſe, ut neque huic *Ferdinando Imp.* imputari, vitioque verti, aut ob id ab illo animos ſubditorum abalienare, debeat.

Ex hac ſolenni, veraque rei totius enarratione, jam denique *Cæſaris* egregium, ac pacis unicè amantem, affectum, ac ſolicitudinem, *Electoribus, Principibus, Ordinibuſque*, reddi manifeſtiſſimam. Irent nunc igitur, ipſique judicarent, utrùm, quà turbas iſtas *Bohemicas*, *Cæſar*, abſque autoritatis ſuæ diſcrimine, majorem ſive indulgentiam, ſive benevolentiam ergà ſubditos deponere potuerit. E quibus facilè juxtà liqueat, in quos cauſa diſſidii, illegitimique belli, recumbat, cùm à *Cæſare* vel oblatas induciarum, ac pacis, conditiones *Bohemi* detrectarint, adeóque majoris mali ultrò autores eſſe, ſtuduerint.

Quod ſupereſt, proindè *Cæſarem* ab *Electoribus, Principibus, Ordinibuſque*, clementer, ac paternè, contendere, illi hunc animum, hanc ſinceram veramque mentem, atque affectum, penſi haberent, verbis *Cæſareis*, ac promiſſionibus, præ adverſariorum inconcinnis perſuaſionibus, locum, ac fidem, darent, inprimis verò neque à *Bohemis*, nedùm adverſariis aliis, contrà *Imperatorem* commoveri ſe paterentur, ſed potiùs datâ omni operâ ſalutaribus conſiliis, & votis, eò collimarent, undè ulterior motus, & perturbatio, cujuſmodi rebus per *Bohemiam* ità afflictis neceſſitate quadam exſpectãda ſit impediri, & ne nominis *Chriſtiani* hoſtibus, *Turcis*, in hæc *Imperii* pomœria graſſandi aperiretur feneſtra, maturè, præcaveri, tùm ſibi, tanquam *Imperii* à *Deo* conſtituto capiti, debitus honor, atque obſervantia conſervari poſſit.

V.

Legato Cæſareo reſpondetur à Counitis.

Ad illam verò *Cæſaream* intimationem ſic quidem reſponſum eſt à *Counitis*. Prout à *Cæſare* res acu, ut ajunt, eſſet tacta, conventum præſentem, intuitu motuum in *Imperio* gliſcentium, indictum, natumque eſſe, conſimiliter *Regis*, *Principum*, *Ordinumque*, curam, ac ſolicitudinem, in eo verti, quò *Imperii* hujus majeſtas, dignitaſque, propagari, *Ordinum* verò, velut membrorum, harmonia, ac ſanitas, conſervari queat. Quò magis rem auribus ſuis jucundam accidere, quando intelligant, ſummum *Imperii* caput eundem ſcopum habere præſpeculatum. Ad *Imperii* alicujus conſervationem utique *Imperatoris*, ceu ſummi capitis, *Principumque*, tanquam membrorum, harmoniâ ac ſymphoniâ, tantum nõ utile, ſed neceſſariâ, eſſe. Vt ſine paſtore oves eunt palantes, ſine rectore navis in ſcopulos impingit, ità ſine capite, atque *Imperatore*, *Principes* redduntur diſcordes. Pari ferè, eademque, ratione, *Principibus*, *Imperii* membris, cum capite ut conveniat operæ pretium eſt. Hoc reſpectu, atque intuitu, jam ſeſe in eo fuiſſe totos, ut ultrò, legatione ad *Cæſarem* directo, hunc animum, deſideriumque ſuum, declararent, tùm codicillis illis *Cæſareis*, *Roteburgum* emiſſis, cùm hoc ipſum, injuria temporis antè expediri haud potuerit, ſatisfacerent.

Siquidem igitur is *Cæſaris* quoque ſit animus, ut, poſt aditam *Imperii* dignitatem, nihil prius habeat, quàm ut diſſidentes in puncto *Religionis*, *Imperii Principes*, parteſque, exule diffidentia, mutuò ſibi reconcilientur, eademque opera periculoſis hinc indè naſcentibus motibus medicina fiat, ut etiam de remediis inveniendis ſit ſolicitus, etiam de oneribus, gravaminibuſque, publicis, toties allegatis, manum auxiliarem adhibere velit. Ea ipſa eſſe, quæ gratanter, & demiſsè, ad animum admitterent *Rex*, *Principes*, *Ordineſque*, *Counitì*, unanimiter voventes, ut optima hæc *Cæſaris* voluntas quantò ociùs verum in effectum deduceretur.

Ad rem ipſam quod ſpectaret, ità quidem comparatum eſſe, ut jam, ultrà annos quadraginta integros, *Principes*, *Ordineſque*, *Proteſtantes*, coràm *Imperatoribus*, ſuper variis in ſeſe ac præpoſteris cuſis proceſſibus, tàm *Religionis*, quàm *Iuſtitiæ*, paciſque publicæ, negotia concernentibus, quiritàrint.

Inprimis autem, temporibus *Rodolphi*, ac *Matthiæ*, *Imperatorum*, variis, ac pretioſis, legationibus, ſedulò remedium tanto rictui, ac diſſenſioni, quæſitum eſſe, ſicut *Anni M. D. XCI. M. DC. I. M. DC. IX.* inter cætera, acta, & legationes teſtari poſſint. Immò verò hanc querelam veterem, totieſque repetitam eſſe in *Imperii* comitiis, videlicet *Anno M. D. LXXXII. M. D. XCIV. M. D. XCVIII. M. DC. III. M. DC. VIII.* & tandem *M. DC. XIII. & M. DC. XV. Proteſtantes* autem identidem, atque in particulari, litteris, verbis tùm conceptiſſimis exaratis, *Cæſarem* deprecari cœpiſſe, *Cæſar*, laudabili *Ferdinandi* anteceſſoris ſui exemplo provectus, certos *Imperii Proceres*, pacis, ac concordiæ, amantes, mediatores, atque arbitros, eligeret, quorum interpoſitione res controverſæ, æquâ moderationis bilance, trutinari, ac conciliari, quitæ eſſent. Eo *Proteſtantes*, & quidem mutuæ pacis cupido, eſſe animo, ut *Cæſar* reipſa compertum habere debeat, nihil ſeſe ad optimam tranſactionem, reconciliationemque procurandam, omninò reliqui facturos eſſe.

Pace *Cæſaris* ſi loqui liceat, veterem quidem, ac toties reiteratam eſſe à *Cæſaribus*, ſuper reducendis in ordinem controverſiis iſtis, promiſſionem, neque ullum eſſe dubium, quin hoc *Cæſaribus* curæ ſit, iidemque loquantur ex animo. Nihilominùs, vel paulò antè, *Matthiæ Imp. temporibus*, qui quidem ſpecialiter, *Anno M. DC. XIII.* hanc promiſſionem confirmatitactumque deducere, propoſitum habuerit, hùc uſque remoras, variaque, ac multiplicia, obſtacula, inprimis etiam à partibus *Catholicorum* enormes executiones, ac proceſſus, interveniſſe, libelloſque famoſos publicari, tùm miniſtros etiam *Cæſareos* magnatum confidentia reſiſtere, cœpiſſe, ut ad hunc uſque diem, *Cæſare* intereà ex humanis excedente, tanti malis remedium idoneum adhiberi contigerit nullum.

Iſtis conſectarium eſſe, ab exceſſu *Matthiæ Imp.* *Principes*, *Ordineſque Catholicos*, in exercitibus conſcribendis, viciniſque territoriis, traduction[e] tot legionum, infeſtandis, feriò occupari cœpiſſe. Anne igitur hic armorum ſtrepitus, hæc illa con[-]

claſſ[-]

claſſatio, *Proteſtantibus* non meritò ſuſpecta eſſe debuerit, judicaret *Imperator* ipſe? Abſque iſtis enim armorum motibus fuiſſe, ut *Proteſtantes* nihil minùs, quàm de militibus, ex adverſo colligendis, cogitarint quidem.

Quandoquidem igitur *Cæſar* pacem tàm res ſacras, quàm politicas, concernentem, ſartam tectamque tueri, tùm *Proteſtantes* ſive querelis, ſive gravaminibus, variis exonerare, promittat, benè eſſe. Iſtas autem controverſias componendi rationem, partim in manu, ac poteſtate, *Imperatoris* verſari, partim verò ità comparatum eſſe, ut abſque partium controvertentium objectionibus, ac reſponſionibus, negotium decidi haud poſſit. Ea propter *Cæſarem* enixè corrogari à *Proteſtantibus*, dignaretur inprimis, atque antè omnia collapſam à tot annis in *Imperio* Iuſtitiam reſtaurare, *Dicaſterii* apud *Aulam Cæſaream*, rigorem, atque nimis latè ſeſe extendentem, potentiam, injectis habenis, refrænare, econtrà dignitatem, autoritatemque priſtinam *Cameræ Imperiali* reſtituere, adeóque omnia, quæcunque adverſus *Principum*, *Ordinumque*, *Proteſtantium*, jura, privilegia, ac conceſſiones, ab adverſa parte, tentari cœpiſſent, tempeſtivè recidere, atque è medio tollere. Ad *Aulam Cæſaream* cauſas, *Religionis* pacem concernentes, haud ſpectare, nec quemquam hoc in paſſu proceſſibus, aut ſententia, onerandum eſſe. Beneficia, vt vocant, *appellationis*, quibus etiam quicunque infimæ ſortis homines gaudere debent, libera eſſent. Pariter *Interpretationes*, & *Declarationes*, *Aureæ Bullæ* præſertim in juribus ſucceſſionis tàm *Electoralis*, quàm *Dynaſtarum* intermitterentur. Executiones *Ordinibus*, extrà circulos, & provincias, poſitis, haud committerentur. Interque cætera multa, civitas *Donavverthana Imperio* redderetur. Ad ſummam, omnia, ac ſingula, quæcunque *Proteſtantibus*, eorumque privilegiis, adverſa, ac moleſta, forent, removerentur. Quo nomine, ſicubi *Cæſar* modernus, eas leges, quas quidem *Matthias Imp.* ſuper dicaſterio *Aulæ Cæſareæ*, tuliſſet, cum *Proteſtantibus* etiam communicaret, ex uſu utique futurum eſſe.

Secundùm hæc, quantùm in particulari ad onera, ac gravamina, *Proteſtantium*, attinet, *Cæſar*, prout eſt in votis, provideret, quò *Ordines Catholici* promiſſionibus, à *Matthia Imp.* factis, modernoque *Cæſare* etiam nunc repetitis, ſeſe conformes gerant, ab armis, primitùs ſumptis, abſque tergiverſatione, diſcedant, ulterioribuſque belli apparatibus, præparationibuſque, ſeſe abſtineant. Ità futurum, ut *Proteſtantes* reipſa commonſtraturi ſint quàm ipſis pax, ac concordia, cordi ſit, quamque ſolidâ, ac ſincerâ, amicitiâ, nihil prius, nihil antiquius, habeant. Proindè hæc *Proteſtantium* vota, has preces, hìc intervenire, *Cæſar* eas, tàm à Majoribus ſuis, quàm ſemetipſo, datas, reiteratasque, pollicitationes, ipſo tandem facto adimplere dignaretur. Ità deſideratam partium diſſidentium harmoniam introduci, beneque ac beatè, mediante hac tranquillitate, tranſigi, communis denique ac dilecta patria, ab excidio, & ruina, eripi, vindicarique, poſſit, ſecùs, ſi remedium tempeſtivum maturiùs huicce morbo non adhiberi, ex adverſo verò omnia magis exaſperari, ſicut hactenùs, uſuveniat, *Cæſar Proteſtantibus* vitio vertere haud queat, ſicubi hi cauſæ ſuæ bonitatem *Deo* committentes, ejus auxilio, legitimam, atque Naturæ lege licitam, in armis defenſionem ſuſcipiant, eandemque proferre ſtudeant. Vt de eo nihil dicant, ſi forte (quod abominandum) ſperatæ pacis media excluſa exulent omnia, parùm indè ad *Cæſarem* quidem vtilitatis, ad eos verò, peregrinorum hominum, patriæque minùs faventium, conſiliis utentes, incommodi, damnique, plurimum rediturum.

Quantùm ad res *Bohemicas* facit, *Principes, Ordineſque, Proteſtantes*, eorum motuum initia, ac Progreſſus, ægerrimè tuliſſe. Idque eò magis, quòd ejus regni, tanquàm *Imperii* membri principalis, *Ordines Evangelici*, vigore *Litterarum Maieſtaticarum*, à *Rodolpho Imp.* conceſſarum, pace *Religionis* dicta, gauderent, eiuſque immunitatis facti eſſent participes. Multos, patriæ amantes, ab initiis, moderata, ac mitia, remedia, propoſuiſſe, utque interpoſitiones, ultrò oblatæ, locum haberent, in medium conſuluiſſe. Ab exceſſu *Matthiæ Imp.* capillatam utique occaſionem fuiſſe ſuppeditatam, excuſſis conſiliis bellicis, mitiſſima remedia amplectendi, tantiſque motibus pacem, ac quietem, anteferendi. Quî autem factum ſit, ut violenta moderatis præponi contigerit, in medio relinquendum eſſe.

Interim totum prohdolor! in armis fremere *Imperium*, *Provincias* ferè omnes, præſertim *Catholicorum*, militibus redundare, eóque tumultus iſtos potiùs, quàm bellum ſpectare, ut totum ſucceſſivè *Imperium* armis civilibus peſſundetur, ejuſque in meditullio fortè fatalis belli ſedes ſtatuatur. Iam de eo non temerè dubitandum venire, utrùm, rebus ità omnibus paſſim confuſis, ac perturbatis, tantæ *Imperatoris* vires & eſſe, & ſufficere poſſint, ut componendis decumanis id genus tumultibus pares eſſe valeant. Exempla per *Bohemiam*, atque *Auſtriam* recenti in memoria eſſe, quid cum milite, tàm *Paſſavienſi*, quàm peregrè aſcito, actum ſit, ut major deductio haud requiratur.

Proteſtantes itaque, hoc rerum intuitu, excuſandos eſſe, ſicubi, re poſtulante, *Catholicis* arma primitùs tentantibus, etiam ipſimet copias conſcribentes ſeſe contrà hoſtiles incurſiones communirent, licitumque defenſionis modum ac viam, inirent. Quodſi ergò unum, alterumque, ex illorum numero, præſertim hac rerum facie, *Bohemiæ Regem*, maximè in provinciis hæreditariis, infeſtari contingat, tùm verò, lege conſtitutionum *Imperialium*, mutuæque confœderationis, reliquos *Principes*, *Ordineſque*, hancce, non ſecùs, ac ſingulis illatam, injuriam, pro virili vindicaturos eſſe.

His ità ſeſe, prout relatum eſt, habentibus, *Regem*, *Principes*, *Ordineſque Proteſtantes*, eorundemque legatos, à *Cæſare* enixè, ac demiſsè, contendere, pateretur *Cæſar*, hoc in turbulento *Bohemiæ* ſtatu, eò reſpicere, quò præcipuum illud utique *Imperii* membrum armis porrò hoſtilibus nec infeſtetur, nec ad ultima redigatur. *Proteſtantes* conſimiliter fidem daturos

eſſe,

eſſe, ſeſe alienis, atque adverſis, perſuaſionibus locum, aureſque minimè largituros. Atque ſic certam ſibi ſpem relinqui. *Cæſarem* peregrinorum, & qui *Germaniæ* patriæ nationes externas præferre, amant, conſilia, non valdè, approbaturum quin immò rectiùs *Electoribus, Principibus, Ordinibuſque, Imperii*, aures, fidemque, præbiturum. Eorum enim hominum, qui nihil priùs habent, quã ut lites, diſcordiaſque, inter *Germanos*, ſeminent, adeóque falſo nomine dictos hæreticos eliminent, voces audiendas haudquam eſſe, niſi in *Syrtes*, ac ſcopulos, *Imperator Reipubl.* navem de induſtria deducere, atque allidere, mavelit.

V I.

Comitis Hohenzollerenſis ad Senatum Noribergenſem oratio.

Idem *Comes Hohenzolleranus* ex mandato, & particulatim quoque, *Cæſaris* nomine, *Senatum Noribergenſem* ſic compellare cœpit: *Cæſarem*, inquit, per hunc ſuum *Conſiliarium*, *Senatui* proponere, ac fidem, dare, juſſiſſe, ſe omnia illa, quæcunque ad *Principes*, *Ordineſque*, *Proteſtantes* antè relata forent, certò certiùs ſentire, præſtareque velle, immò, extrà communem *Imperii* pacem, ac tranquillitatem, nihil impenſiùs deſiderare. Vt tamen aliquid novi, atque inſoliti, permittere debeat, hoc ipſum eſſe, quod cum dignitate *Cæſarea* repugnet. Sicut ex adverſo ea, quæ à Majoribus olim conceſſa fuiſſent, optima, regiaque, fide implere unicè cupiat. Ea propter admodùm moleſtè *Cæſari* accidere, complures hinc indè reperiri, qui quidem ſumma ergà eum diffidentia flagrent, ac ferantur. Illa fuiſſe pia, & è vera animi humilitate nata *Cæſari*, atque ad legatum facta, verba: irent *Imperii Ordines*, atque de *Cæſaris* benevolentia periculum facientes, peterent modò. Sicubi tunc quidem *Cæſar* deeſſet, illique repulſam ferrent, opportunè deinceps optimam ſuam voluntatem in dubium vocari, accuſarique, tàm poſſe, quàm debere. *Civitatem Noribergenſem* eo loco apud *Cæſarem* eſſe, ut optimè illi cupiat, juxtaque certò confidat, fore, ut illa præpoſteris perſuaſionibus aures haud præbeat, ſed, majorum imitatione, ergà *Imperatorem* cum fidelitate, ac devotione, perſeveret. Hoc eſſe, quod *Cæſar*, non ſine clementi propenſione agnoſcere, atque ad animum admittere, cupiat. In itinere, ſive reditu, cùm *Francofurto* nupertimè *Viennam* repetiiſſet, *Cæſarem* datâ operâ, præteritâ *Auguſta*, *Noribergam* cogitaſſe. Verùm enim verùm, conſiliariis ſuis aliter viſum eſſe, quòd via illa narraretur milite hoſtili inſeſſa eſſe, vndè *Cæſari* aliquid accidere potuiſſet. Paulò poſt tamen intellectum fuiſſe, rumorem iſtum, temerè fictum, pondus non habuiſſe ſuum. Irent igitur, atque, hancce animi *Cæſaris* piam, intimamque ſignificationem, aliis civitatibus *Imperialibus* teſtatam ipſi quoque facerent.

Cæterùm, *Cæſarem* ſpe optimâ niti, *Rempublicam* hancce alienis, ac ſeditioſis, motibus haud acceſſuram, neque opis aliquid allaturam eſſe, quò *Principes* contrà *Religionis Paciſque* tranſactionem, alioſque *Imperii Ordines*, inſurgere poſſe animentur. Neque enim hanc rem illi laudabilem, multò minùs fructuoſam, fore, tametſi etiam contingat, eam, *Epiſcopatu*, vel *Monaſterio*, uno, alioque ad tempus potiri poſſe. Id ipſum enim eſſe, quod *Cæſar* nec ferre debeat, nec poſſit, ut potiùs omnem lapidem movere, variaque, & ſufficientia, auxilia erogare teneatur, quibus per vim ablata legitimis dominis reſtituat. Proindè cupere *Cæſarem*, *Reſpublica*, ſive *Senatus*, hoc ageret, quò rerum alienarum cupiditates refrænarentur, pax in *Imperio* reſtitueretur, diffidentiaque animorum tolleretur, ſub hac *Cæſarea* conditione, ſincerâque reproductione, futurum, ſi hanc viam inirent, ut ab *Imperio* univerſo, boniſque omnibus, laudem, ab *Imperatore* gratiam, memoremque benefactorum recordationem reportent.

De rebus *Bohemicis* eundem eſſe *Cæſaris* animum, ac votum, *Reſpublica* illis turbis animum ne adiiceret. Semel enim *Cæſari* ſtare ſententiam *Regnum* illud ſibi vindicare. *Electori* vitio magnoperè, quòd illi ſeſe accinxerit, dari vix poſſe, maximè, ſi eò animo hoc onus ſuſceperit, ut graviora præcavere, ac declinare, voluerit. *Legatum* enim hoc libenter confiteri, ſi abſque *Electoribus* ſive *Palatino*, ſive *Saxone*, ſive etiam *Bethleno Tranſylvano*, fuiſſet, *Bohemos* utique, ultimæ deſperationis homines, ad *Turcos*, *Tartaroſve*, facilè deficere, iſtiſque barbaris regiam aperire potuiſſe. Interim, amplam *Palatino* eſſe occaſionem, quâ quidem de univerſo *Imperio*, inprimis *Auſtriaca familia*, æternam, tantùm non gratiam, ſed immortale nomen, decuſque, reportare, ac mereri, quitus eſſet. Modò regnum in manus *Imperatoris* reſtitueret, ſicubi hoc verò (de quo quidem dubium eſſet) æquis conditionibus obtineri haud poſſit, agedum, quieſcerent alij, *Cæſari* hoc curæ fore, eventumque rerum, dubiorum magiſtrum, inter *Cæſarem*, & *Palatinum*, rectiſſimum futurum cauſæ definitorem, executoremque.

V II.

Conventus ejuſdem Norici receſſus, ſive definitiva.

Habitis, celebratiſque, hoc prædicto ſub *Conventu* aliquot ſeſſionibus, ut, vocant, rebuſque neceſſariis maturè in deliberationem admiſſis, tandem hæc definitiva, ſive receſſus, publicari cœpit: Notum, atque in propatulo, ſit, poſteaquàm *Ordines* per *Imperium*, *Vnionis* nomine dicti, ad animos admiſiſſent, quibus modis diffidentia inter *Imperii* membra vires acquireret, ex eoque capite ſimultas ad ſummum veniſſet augmentum, dùm à partibus *Catholicorum*, vel in limine hujus *Anni M. DC. XIX.* abſque ulla alterius partis data offenſione, omnia armis, fremerent, hanc ob rem ſeriò ſibi fuiſſe diſpiciendum, quo non ſegnius ab hac parte *Ordines Couniti*, tã animis, quã auxiliis, armiſq; pariter convenientes, viã, modumq;, inirẽt, ſe ſeq; adverſus offẽdicula, atq; onera, tàm

ra, tàm res ſacras, quàm politicas, concernentia, cujuſmodi innumera hactenùs fuiſſent perpeſſi, conjunctis viribus, communirent. Exempla majorum ſuorum ſibi ob oculos eſſe, quibus incitati pa- ria facere, ſuperque licita, legitimaque, defenſione cogitare tenerentur. Indè factum eſſe, ut, præcedē- te menſe *Auguſto*, apud *Mulhuſium Thuringorum*, pri- mùm indictus fuerit conventus. Qui tamen, impe- dimentis intereà diverſis, maximè comitiis illis, e- lectionis *Cæſareæ* negotium attinentibus, objectis, impediri cœperit.

Intereà exercitibus tàm domeſticis, quàm *Hiſpa- nis*, atque exteris, ſine pauſa, ab adverſa parte in *Imperii* fines immiſſis, creſcentibus periculis neceſ- ſitatem ipſam creſcere, atque dictare, viderent *Cou- niti*, quid, quantumque, agerent, quomodo de- fenſionem inirent. Menſe itaque *Septembri* è *Rote- burgo ad Tubarim* ad omnes, & ſingulos *Counitorum Ordines* codicillos emitti cœpiſſe, poſtridie ſub *Cal. Novembr.* apud *Noribergam*, aut ipſi convenirent, aut legatos, ſufficienter inſtructos, mitterent.

Omnes igitur, legitimè invitatos, *Ordines*, par- tim conveniſſe ipſoſmet, partim per legatos com- paruiſſe, inprimis verò in hoc ſingulos amicè con- ſpiraſſe, omnia illa, quæcunque inſtanti ſub con- ventu deliberata, decretaque, forent, rata ha- bituros, remque, ceu vocant, *Evangelicam*, pro virili adjuturos, eſſe. Sed articuli, quibus de con- cluſum tùm erat, ſunt inſequentes.

Et primò quidem deliberari cœptum eſt, quid agendum maximè foret, *Counitis*, ſuper gravami- nibus: de quorum compoſitione inpræſentiarum ſpes affulgeret longè minor, atque antehàc aliàs unquam? Annè igitur tolerari diutiùs debeat *Ca- tholicorum*, privilegia *Proteſtantium* invadentium, inſolentia? An verò, more Majorum, Gentium- que finitimarum exemplis, per viam armorum reſiſtendum? Scilicet abundè hactenùs verborum, abundè promiſſorum, datum eſſe. Rem ad ludi- brium, non effectum, ſpectare. Eò, *Dei* nutu & permiſſione, deventum jam tandem eſſe, ut ne- que per viam juris ampliùs, neque per modum a- micæ compoſitionis, controverſia iſta componi poſſit. Vel è comitiis proximis *Anni M. DC. XIII*, atque etiam nunc, innotuiſſe, *Catholicos* dictos iſtud præ ſe ferre, ut prædicta *Proteſtantium* gra- vamina non legibus, atque æquanimitate, ſed rigore armorum determinare affecti ſint. Nullâ ergò humanitatis ſpe reliqua, in arma quoque ar- ma arma, abeundum eſſe. Et jam tùm etiam op- portunè *Proteſtantibus* non deeſſe media, auxilia, ſubſidiaque, quibus, pro ratione temporis, uti ſui ſuſtineant. *Lüneburgenſium, Brunſvvicenſiumque*, legatos adhæc indicaſſe, iſtas provincias tàm ar- ma, quàm militem, præparata habere. Itaque, de ſupplementis exercituum, porrò, ac deinceps, u- nicè cogitandum, aliaſque, atque alias, copias abindè, conquirendas eſſe. Inprimis prenſandos *Saxoniæ Inferioris Principes* eoſque hoc ad *Vnionis* ſyn- tagma trahendos eſſe. Illi *Circulo* ſuo comitia indi- cerent, *Civitateſque*, *Maritimæ* dictæ, idem face- rent, tùm quidem ſe rem factam habituros, etiam cum utriſque, delectos per legatos, ſuper rerum neceſſariarum certitudine ac definitione, diligen- ter acturos.

Secundùm hæc, majori *Ordinum Counitorum* parte eam in ſententiam pedibus eunte, inter hancce armorum præparationem, præeligendam mitiorem, viam, *Cæſaremque* ante omnia, pro complemento, ut finem tantis diſcriminibus im- ponere vellet, conceptiſſimis verbis exorandum, juxtaque ab *Ordinibus Catholicis*, quid hoc in com- poſitionis articulo ab ipſis maximè ſperandum fo- ret, interrogandum, eſſe. Opportunè accidiſ- ſe, atque in tempore, ut *Cæſar*, miſſo certo lega- to, ultrò, ad negotii iſtius, admodùm contro- verſi, atque odioſi emendationem, gravaminum- que, è medio tollendorum, medelam, operam ſuam clementer obtulerit. Par, eodem tempo- re, à *Bavaro*, totius *Ligarianæ* confœderationis nomine, eſſe itidem factum; *Proteſtantibuſque*, ſo- lenni more, intimari cœptum. Vt ad manus veniē- te occaſione tàm opportuna, atq; optata, tū *Cæſari*, quā *Bavaro*, utrinque conventus ſignificari illius ne- ceſſitas, ac decretum, commodè potuerit.

Abindè, pariter deliberatum eſt, *Electorem Bran- deburgicum* corrogandum eſſe, ille, ut, opera *Prin- cipum Saxoniæ ſuperioris*, adjutus, *Saxoniæ Electorem* tentaret, propoſitiſque totius rei *Evangelicæ* peri- culis, eò induceret, quò per prædictum *Saxoniæ ſuperioris* circulum eadem opera comitia indice- rentur, diuque deſiderata illa omnium *Proteſtan- tium* conjunctio emergeret. Quem eundem in finem inſuper *Ioan. Caſimirus*, *Dux Saxoniæ*, inter- pellari cœpit, ille idem ut negotio in eodem con- ſpirare, atque cooperari, pateretur.

De *Comitibus VVetteravicis*, ac *Franconicis*, eo- rundemque ſymbolâ conferendâ, videret *Onolſ- baccenſis Marchio*, hanc in rem delectus, ac nomina- tus, è cæteris verò *Proteſtantium* gravaminibus, hæc concluſio uſque quaque confirmata obtineret, ſic- ubi *Imperii* comitia brevi, celebranda ſint, tùm ab hujuſce conventus definitivis ne latum quidem unguem recederetur, multò minùs externis auxi- liis, conferendiſque in medium cenſibus pecunia- riis, (odioſo hodieque vocabulo *Contributionem* vocant) locus daretur ullus. Porrò, quantùm ad commeatus, tranſituſque copiarum partis ad- verſæ facit, iſti importunitati, atque inſolentiæ, *Catholicorum*, ità dictorum, conjunctis viribus, quantis maximè fieri queat, obviàm eundum, re- ſiſtendumque deinceps. Nedùm committendum, eſſe, ut, ſub illa exactionis, vexationiſq;, ſpecie, ul- lus ſociorum pati debeat.

De re *Bohemica*, *Regique* novo imminentibus fortè periculis, ità eſſe, communem omnium ſen- tentiam in hoc conſpirare, ut hoc negotium, tan- quam quo, communis omnium ſalus vertitur, mi- nimè in neglectis haberetur, ſed collatis viribus, armiſque, unanimiter defenderetur.

De cæteris particularibus *Principum*, *Ordinumq;*, oneribus, gravaminibuſque mutuis, quantùm hu- jus tàm temporis, quàm conventus, occaſio per- mitit, ibidem actum eſt, ut tandem ſingula iſta ad ulteriorem deponderationem remitti cœpe- rint.

VIII.

Vnioniſtarum, ſuper hoc ſuo Conventu, relatio ad Bavariæ Ducem.

ANtequàm à prædicto *Conventu* diſcederetur, viſum eſt legatos ad *Bavariæ Ducem, Ligæ*, ut vo- cant,

cant, *Catholica* generalem, emittere, ſuperque gravaminibus *Proteſtantium*, tanquam loco epiphonematis alicujus, admonere: E legatis fuère *Fridericus, Comes Solmenſis, Volradus à Pleſſen*, aliique à *S.P.Q. Noribergenſi* adjuncti. Legationis autem ſumma, ac capita, fuère hæc talia: *Sereniſſime Princeps, Rex, Principes, Ordineſque, Couniti*, cum legatis cæteris, in conventu *Norico* congregati, per certos legatos erudiri cœperunt, arma, ac præparationes, *Principum Catholicorum*, ità dictorum, defenſionis, haud offenſionis, cauſa, coactas, intelligẽdaſque eſſe. Quo nomine idem ità in effectu eſſe, & gaudent, & ſincera fide ad animos admittunt. Prout igitur hanc mentem, hanc optimam pacis, ac concordiæ conſtabiliendæ, intentionem agnoſcunt, quò gliſcens iſtud per *Imperium* armorum, ac diffidiorum, incendium, dùm adhùc ſub cinerib⁹ latitat, conſopiri, pax aurea, jamdudùm vacillans, confirmari, atque ad poſteritatem propagari, poſſit, ità gratanter lubentes intelligunt, *Ducem* ab utiliſſimo, ac maximè ſalutari, conſilio, ſcopoq́; haudquaquã deflectere. Ad ſe quod attinet, idem illos *Teutonica*, optimaque, fide, repromittere, nihil, poſt *Deum*, his in terris aliud niſi *Religionis*, ſemel agnitæ, ſecuritatem, paciſque, ac concordiæ mutuæ ferruminationem, ſibi quæri, ideóque pariſſimè in armis nequaquam offenſionis, ſed neceſſariæ, licitæque defenſionis, igitur, ſeſe verſari. Tãtùm enim abeſſe, ut *confœderatione* illa ſua quicquam *Catholicis* nocere, ac damni inferre, cupiant, ut ſaltem viam quærant, qua ſeſe contrà injurias tueri, ac munire, integrum ſit.

Interim *Ducem* haud fugere, quibus, poſt *tranſactionem Paſſavienſem* hucuſque oneribus, ac querelis, jam ab integris quadraginta annis, *Proteſtantes* moleſtari, ac premi, contigerit, ut tot precibus, tot miſſis pretioſis legationibus, jamdudùm ſint defatigati. Identidem quotannis ſeſe exſpectaſſe iſtius mali remedium, utque diffidentiæ, ac ſimultati, per *Imperium*, inter *Principes, Ordineſque*, auctæ, conſuleretur, exoptaſſe. Præſertim, cùm in comitiis, *Anno M.DC.XIII.* celebratis, tot interveniſſent luculentæ promiſſiones *Cæſareæ*, quibus unicè nixi eſſent. Nihilominùs ſumma animorum patientia hiantes velut fruſtrà hujus morbi curationem exoptaſſe, tametſi omnia, quæcũque à partibus ſuis, pro concordiæ, ac pacis, conſervatione, cædiumque ac bellorum amolitione præſtari potuiſſent, impleri contigiſſet. Iſtis malis, quantumvis graviſſimis, jam tandem, cumuli loco, superveniſſe, tot contrà *Proteſtantes* evulgata conſilia, mandata, executiones, atque interminationes, aliaque id genus clàm palàm diſſeminata, ſcripta odioſa, famoſaque, de quibus integer libellus, ſi neceſſitas poſtulet, conſcribi poſſit. Quæ cùm omnibus nota, atque in propatulo, extent, tùm juxtà conſtet, per quos à *Cæſare* tot precibus flagitatam, *Compoſitionis* dictam, diætam, impediri contigerit, ea omnia, & ſingula, *Dei Opt. Max.* judicio ſeſe lubentes permittere, atque in medio relinquere.

Poſteaquàm ergò proh dolor! eò extremorum nunc ſit deventum, ut tot, totidemque, onera, atque gravamina, tot lites, ac difficultates, jam tandẽ, prout videri poſſit, ſine cæde, & ſanguine, ampliùs componi vix queant, *Catholicis* maximè in armis manifeſtè inſurgentibus, varias, magnaſque, præparationes bellicas inchoantibus, duces nominantibus, exercituſque magno numero, abſque ullâ datâ, vel prægreſſa, offenſione, conſcribentibus, ſuſque deque habitis *Proteſtantium*, leges fundamentales, circulorumque *Imperii* conſtitutiones, ac tranſactiones, obiicientium, admonitionibus: *Duci* utique, pro ſua prudentia, facilimum judicatu eſſe, *Proteſtantes* tàm periculoſis iſtis temporibus loco ſuo deeſſe, licitaque, atque à *Deo*, & natura, conceſſa, defenſionis media, pro *Religionis, libertatiſque* patriæ, vindicatione, abiicere haud poſſe. Tantas enim eſſe etiamnunc *Catholicorum* impreſſiones, militiſque peregrini, atque *Hiſpani*, in *Imperium* ſuperinductiones, ut univerſis legionibus ſimul, ac ſemel, tranſitus per Provincias de facto quærantur.

Quæ cùm ità ſint, in omnibus morborum utiq; curationibus, antè omnia cauſæ remotionem primam ſuppeditare *Medicis* indicationem, eamque ſui ablationem neceſſitate quadam poſtulare. Hâc, hac in paſſione, atque affectu, aliam non ſuppeditari, niſi ut *Proteſtantium* gravamina, ac preſſuræ, ab initio removeantur, interque ordines *Catholicos*, ac *Proteſtantes*, paritas, atque æquilibrium, cõſtituatur. Hanc eſſe veram illam materiam peccantem, ſive litis originem, cauſamque, ſine qua non vocatam, abſque cujus, tanquam vitalis facultatis, conſervatione, impedimentorumque, tanquam ſymptomatum, cæterorum moderatione, tanti, atque tàm oppidò periculoſi, morbi curatio feliciter perfici haud quidem ſuſtineat, neceſſumque ſit, aliis incaſſum, extrà hæc, adhibitis remediis quibuſcunque, malum prorſus fieri incurabile. *Ducis* igitur elegantes, atque omni laude condignas, partes fore illas, ſicubi hanc neceſſitatem maturè ad animum admiſerit, *Catholiciſque Ordinibus*, utique primitùs in armis inſurgentibus, autor fuerit, illi copiis conſcriptis primi rurſus ut dent miſſionem, ulteriùs ne conclaſſent, neue *Proteſtantes* nihil tale promeritos, in ſumptus ingentes, neceſſariamque defenſionem, ac præparationem armorum adigant, aut coniiciant. Inter cætera verò, gravaminum id genus capita, præcipua eſſe iſta: In dicaſterio aulæ *Cæſareæ, Cameræque Imperialis*, tàm quoad *Præſidentem & Aſſiſſores*, quàm *Viſitatores*, atque *Reviſores*, eundem, paremque, numerum, abſque *Religionis* reſpectu, tenendum eſſe. Idem in poſtulationibus *Præſulatuum*, ordinariiſq; *Viſitationibus*, itemque *Poſſeſſionibus Eccleſiarum*, ac *Cœnobiorum*, *Auguſtanam confeſſionem* amplectentium, ritè obſervandum, certiſque, fideiuſſionibus cavendum, eſſe. Abſque iſtis ſiquidem, quibus *Proteſtantes* hactenùs exagitari accidiſſet, conditionibus, pacem ſolidam, ac firmam, haud exſpectandã, ac ne quidem optandam, venire. Hactenùs verbis, & promiſſis eſſe actum, jam tempus poſtulare, ut rebus ipſiſmet, ac vera ſatisfactione, ſatisfiat. *Cæſarem, Ducemque*, fidem nuper ſuam interpoſuiſſe. Hanc *Proteſtantes* enixè exſpectare, utque in effectum deducatur, unicè deſiderare. Diæta itaque, *Compoſitionis*, toties rogatæ, nomine dicta, pari utrinque *Ordinum* numero, coiret, realemque ſortiretur tandem eventum. Hoc ipſum eſſe, quo de modo *Cæſarem*, per legatum, *Comitem Zolleranum*, enixè corrogaſſent. Hoc, hoc, inquam, eſſe,

eſſe etiam ſuper quo eodem ſuo deſiderio nunc *Ducem* itidem interpellarent. Verbis igitur ac promiſſionibus, ulteriùs locum non invenientibus, eò rem rediiſſe, ut, niſi duorum menſium intervallo, *Catholici* ultimam, categoricamque, reſponſionem reddant *Proteſtantibus*, procraſtinationibus porrò locus non futurus ſit.

Interim *Regem*, *Principeſque*, atque *Ordines Proteſtantes*, coràm Deo hominibuſque conceptiſſimis verbis conteſtari, nihil ſibi quicquam ingratius accidere, quàm ut ſui cauſa per *Imperium* ulli motus excitari, aliiſque *Ordinibus* noceri debeant. Vice verſa optima ſeſe ſpe niti, creſcentibus iſtis enarratorum gravaminum momentis, ac periculis, neminem fore, qui incumbentis, ac licitæ defenſionis impoſitam ſibi neceſſitatem ſiniſtrè interpretari velit, ut magis, magiſque vires, animoſque, conjungere, proque aris, fociſque, depugnare impellantur. Tanti nimir. *Principes* eſſe, quantum pro *Religionis*, ac *Patriæ* libertate impendere, ac contendere, auſint. Tanti eſſe liberos homines, quantum, pro amoliendo acerbæ ſervitutis jugo, ſint ſoliciti. Atque hæc eo à ſe animo, eâ curioſa debitæ ſolicitudinis lege, allegari, ut coràm cordium inſpectore illo, *Deo Opt. Max.* in ultimi illius & ſeveri judicii die, hujus facti rationem reddere haud detrectent.

Sicubi igitur *Dux* his, & ſuprà inductis argumentis aliis, locum dare, immò plura in medium, concludendi vim habentia, afferre vellet, quò ità, remotis gravaminibus, ac moleſtiis, *Proteſtantes* acquieſcere, ſcopumque deſideratum, aſſequi poſſint, nullum dubium relinqui, quin graviſſimis fortè imminentibus procellis, ac lanienis, obviàm iri, è contrà verò, ſequeſtratis maturè armis, confidentia, ac concordia, reduci queant. Atque hoc illlud eſſe, quo quidem *Dux*, interpoſito laudabili mediatoris opere, immortale ſibi deinceps nomen à poſteritate acquirere, tùm *Imperium* univerſum, inprimis *Proteſtantium* coronam, inſignibus ſibi meritis devincere quitus ſit. Iamque in eo hujus cupitæ compoſitionis mutuæ cardinem verti, ut, modò *Duci* non diſplicere hæc ratio poſſit ſuper *Diæta*, aut *Conventu*, deliberetur, quo per, ex utriſque *Ordinibus* delectos, *Principes*, legatoſque, hæc, tanta quanta, controverſia ventilari, iremusque, modò humanitùs datum ſit, ſanari tandem ſuſtineat.

IX.

Ducis Bavariæ, ad Vnioniſtarum intimationem, reſponſio.

HÆc cùm ad *Ducem Bavariæ* per legatos *Proteſtantium* fuiſſent relata, ſequentibus ille reſponſum dedit: Quæ fuiſſent *Proteſtantium Ordinum*, *Noribergæ* congregatorum, propoſita, ac concluſa, hæc *Ducem*, ex ore legatorum, percepiſſe. Inprimis auditu volupe ſibi eſſe, illorum intentionem eo ſpectare, quò fides, fidelitaſque antiqua & *Germana*, reſtaurari, offenſiones verò, animorumque extremitates, præcaveri, abolerique, queant.

Eandem prorſus *Ducis* hûcuſque pariter fuiſſe, atque etiamnunc eſſe, mentem. Certòque *Proteſtantibus Ordinibus* ſeſe confirmare, etiam deinceps futurum, ut ab hoc pio, ſolidòque propoſito, deflectere, nolit, niſi res, tempuſque, ac locus, aliud requirant. Interim nullum ſe dubitare, ſicubi hactenùs, è candido animo profectis, diverſiſque vicibus reiteratis, conſiliis, atque intimationibus, ſuis locum dediſſent *Proteſtantes*, rem nequaquam eò extremorum deventuram fuiſſe, ut pugnas, cædes, regionumque, & populorum, everſiones, alioſque id genus exceſſus, & tropica, graviſſima eundum, & delabendum, fuerit. Multa utrinque, concordiæ, ac pacis, cauſa, tolerari, juxtàque motus iſtos, per finitima regna, & provincias, inſurgentes, aliis ac mitioribus, remediis pacari, potuiſſe. Quò minùs autem, optimis, utiliſſimiſque, conſiliis poſthabitis, novarum rerum ſtudium ſit repreſſum, ſed totius *Imperii* pernicies potiùs ſuperinduci cœperit harmonia, libertate, ac dignitate, *Germaniæ*, titulis, ac *Cæſareis* inſignibus, hactenùs à tot annorum ſeculis, ad hanc noſtram uſque tempeſtatem, florentis, ac triumphantis, omninò noſtrûm incuria, injuriaque, peſſum euntibus, hoc ipſum eſſe, quod ſibi ex animo doleat, inprimis, dilectæ poſteritatis amore, atque intuitu, excuſari haud poſſit. Illis ſuperaccedere, nos in noſtra damna, & pericula, ingenioſos, exteriſque gentibus, ac populis, in prædam futuros, eſſe. Id quod cùm, abſque ingenti commotione, ad animum admittere haud ſufficiat, neque per ſe, ſuaque operâ, tempeſtatem impendentem mutare quitus ſit, *Deo* utique omnia ſeſe committere. Qui tandem à turbarum id genus autoribus ſeveras rationes, nullis tùm per cauſam inductis frigidis excuſationibus locum inventuris, exacturus utique ſit.

Quantum, ſuper *Catholicorum* ſincerâ fide, actionibuſque, ad offenſionem nequicquam ſpectantibus, *Dux* per legatos *Proteſtantibus* intimari curâſſet, hanc eandem illis adhûcdùm mentem, intentionemque, perſtare. Illos etiam nunc nihil minùs cogitare, quàm ut per *Imperium* motibus ſtudeant, *Proteſtanteſque*, ac *Counitos*, adoriantur, niſi contingat eos hanc ad neceſſitatem, vi illatâ, datiſque hoſtilibus offenſionibus compelli. *Proteſtantes* quidem hactenùs, atque etiam nunc, ſuper fide, ac ſinceritate, ſuâ ergà *Catholicos* multos eſſe. Iam verò obrepentes comminationes, verbaque aſpera, diverſi, omninò ſaporis emergere, *Catholicoſque Electores, ac Principes*, ſub indictione certi reſponſi, intrà breve tempus ferendi, cogi velle. Niſi hoc præſtò fiat, illos ultima omnia, viribus, auxiliis, ſuppetiis, hinc indè conquiſitis, auctiſque, pro *Religione*, ac *Libertate*, tentaturos, tantumque non à gravaminibus, quæ prætenderent, ſeſe exoneraturos, immò *Catholicos*, tametſi quietem, ac concordiam ſpirantes, hoſtium loco, illicò tùm habituros eſſe; *Ducem* nihilominùs non ad verba, tàm aſpera, quàm mentem *Proteſtantium*, tot declarationibus eleganter conteſtatam, reſpicere, melioraque ſibi de illis promittere, maximè, cùm notoriæ hoc ipſum æquitati repugnet, *Catholicos*, ſicubi non omnia illicò, quæcunque ab iis poſtulentur, præſtare poſ-

ſint, de facto invadere, atque opprimere, velle. *Proteſtantes*, in ſuis quæſtionibus, ac poſtulatis, omnem vim, ac coactionis modum, ſeriò deteſtari. Interim *Catholicis* illud jugum, quod ipſi abominantur, imponere, dùm eos articulos, ſuper quibus controvertunt, ſtricto jure, ſub indicto certo menſium termino, requirunt, ſuperadditâ hac etiam comminatione, niſi voto potiantur, de facto potituros eſſe. Quid, quòd ea quidem, à *Proteſtantibus* allegata, gravamina adhùc nondùm definita, ſed valdè ambigua, ac controverſa, ſine, *Catholicis Ordinibus* totidem verbis ſuper gravaminibus, exceſſibuſque, à tempore *tranſactionis Paſſavienſis*, ſibi plurifariam intentatis, afflictim gementibus, opemque, & *Quirites*, implorantibus. Re itaque pendente utrinque dubiâ, ac variâ, alteri alteram partem per ſe, ſuâque operâ, prævalere haud debere, ut magis litis, diſceptationiſque, eventus exſpectandus veniat. Eo enim pacto ſi, re nondùm judicatâ, pars alterutra armis alteram petere, atque opprimere, tentet, quid aliud hoc eſſet, quàm leges, *Iuſtitiamque*, evertere, ſalutareſque *Imperii* conſtitutiones confundere?

Interim *Ducem* hanc cauſam non facere omninò ſuam, ut pro aliis *Ordinibus Catholicis* reſpondere haud quidem teneatur. Nihilominùs illas, ſiannis infeſtari accidat, ex lege confœderationis, more *Proteſtantium* quoque recepto, armis tueri ac defendere, hoc quidem muneris, atque officij ſui, eſſe. De civitate *Donevvertana* itа eſſe: *Ducem* nihil aliud, præter expenſas, deſiderare. Quas ſimulatque refundi uſuveniat, præſtò ſeſe redditurum civitatem, ſub ſpe, fore, ut de eo ulteriùs, niſi adimpletis conditionibus, nihil requiratur, aut præſtare jubeatur. Iuribus gravaminum, à *Proteſtantibus* allegatorum, ſuſpenſio veniat aſſcribenda potiſſimùm, iſtud quidem *Ducem* latere. Interim hoc eundem clàm non eſſe, apud diverſos *Cæſares*, tàm in *Comitiis*, quàm *Camera Imperiali*, toties etiam *Catholicos*, ſuper *Proteſtantium* injuriis, conqueſtos eſſe: querelis illorum in medio abundè præſtantibus.

Tametſi autem, de compoſitionis diæta, ab *Imperatore*, prout ajunt, indulta, *Catholicis* nihil conſtet, hæcque iis ignaris conceſſa fortè eſſe poſſit: nihilominùs, intuitu miſeræ iſtius, ac flebilis, per *Imperium* confuſionis, ne quà concordiæ, ac pacis, ſuſpenſio, imputari ſibi ſuſtineat, in prænominatam compoſitionem conſentire cœpiſſe, hac tamen ſub exceptione, *Proteſtantes* primitùs, ſuper certis quibuſdam articulis, ſeſe expectarent, ac compromitterent. Quæ ſicubi à partibus illorum imperari hactenùs haud potuerint, iccircò non eſſe, ut impedimentum, ac mora hæc, in *Catholicos* rejectari valeat.

De conſiliis adverſis, inſolentiis, typiſque evulgatis dicteriis, ac criminationibus, atque id genus, ad *Ducis* notitiam parùm aut nihil, perveniſſe. Neque curanda magnoperè ea quodlibetica, ac corollaria, eſſe, cujuſmodi à particularibus, certiſque perſonis, ſpargerentur. Aliud eſſe, *Electores, Principeſque*, hæc, atque illa, publicis reſcriptis conteſtari, ac confirmare. Aliudque, ac diverſi ſaporis, particularem quendam, ac privatum, animi cauſa, ludere, ac trudere. Si igitur dicteriis tabelliſque, in vulgus ſparſis, odioſis, ac famoſis dictis, ſtandum ſit, longè plures id genus calumnias in *Catholicos* emerſiſſe. Etenim codicillos extare publicè, quibus *Eccleſiaſticorum* collegia, ac bona, jampridèm, temerè poſito calculo, inter *Proteſtantes* eorumque aſſeclas, diſparita legantur. Econtrà *Counitorum* vires, copiæ, immò ſigna, ſymbolaque, ad unguem recenſcantur, modo etiam, ac velut Senatuſconſulto, adjecto, quo quidem ductores, ac Colonelli, *Proteſtantium*, è bonis, ac reditibus, *Eccleſiaſticorum*, ſtipendia, laborumque, & militiæ, præmia, exſpectare debeant. Vetus iſtud eſſe concluſum: *Catholicos, tanquam ſaxea corda gerentes, cum flecti non poſſint, ideoque opprimendos eſſe.*

De comminationibus iſtis, quod dicitur, gravamina id genus non niſi cæde, ac ſanguine, finiri poſſe, brutam illam, non humanam, videri vocem, neque hujus generis fulmen à *Catholicis* hactenùs inaudiri cœpiſſe. Illa enim, manifeſtum opprimendi conſilium, ac conatum, ſpirare. Semel itaque hoc ſtatuerent *Counitі*, facilè etiam è *Catholicorum* partibus emergere fortè poſſe *Martis* pullos, qui quidem tanquam ſine cæde, & ſanguine, hæc fabula peragi haud queat, & ipſi interpretaturi ſint. *Ducem*, inter hæc tamen, ſicut aliâs, meliora ſperare, atque malorum emendationem exſpectare. *Catholicos* ſuos eò uſque extremorum nunquam deveniſſe, ut cædem, & ſanguinem, interminati comperiantur. Interim, ut juſtæ defenſionis modùm ineant, copiaſque conſcribant, ab adverſa parte, magnopere exercitùs contrahente, motuſque per *Bohemiam* ſufflaminante, ac tàm peditum, quam equitum, ſigna, inſalutatis dominis, identidem de facto traducente, variiſque moleſtiis laceſſente, ſeſe provocari, inflammarique, uſuveniſſe. Vt igitur cuicunque ſignifero, aut *Colonello*, neſcio quæ dira, atque horrida, minanti, effutientique, templaque, ac ſacra ipſa, infeſtanti, connivere debeant, atque ignoſcere, hoc illud eſſe, quod quidem *Principes, Ordineſque*, ſalvo reſpectu, ferre nequeant. Ideoque, armis, defenſionis ergò, ſumptis, ſeſe tueri cœpiſſe. Proximo enim (ut eſt apud *Poetam*) ardente *Vcalegone*, etiam proximo parieti proſpiciendum venire. Hac de cauſa, inter cæteros, motum *Ducem*, atque *Epiſcopum Herbipolitanum*, quò injuriis, ſibi ab adverſæ partis militibus, aliiſque, ob litem quandam, ceu vocant, pendentem, impreſſionibus, intentatis, obviàm ire, ac reſiſtere, quitus eſſet, copias certas maturiùs contraxiſſe. Id quòd cùm antè à *Counitis* fieri cœpiſſet, tùm ipſe, ab initio manu militari deſtitutus, variis inſolentiis fuiſſet objectus, his, aliiſque, de cauſis, utique juſtiſſimis excuſandum illum videri. Vt enim *Proteſtantes Catholicis*, atque inter eos, *Eccleſiaſticis*, perſonis (quorum plerumque poteſtas eſſet unà ſecularis) jus conſcribendi milites interdictum eſſe velint, probari haud poſſe, cùm vigore legum *Imperii* huc defenſionis media ſint conceſſa, tùm ſuperiori ætate cum *Cæſaribus* noſtris etiam *Princeps Eccleſiaſtici* expeditionibus, in *Turcos* ſuſceptis toties interfuerint. *Catholicos* pleroſque ita quidem pacis, ac quietis, amantes eſſe, ut niſi (quod his in turbis toties magno eorum cum periculo eveniſſet) ab adver-

idverſariis infeſtentur, facilè arma, bellumque, ejurare, nedùm vel ſemel claſſicum canere ſint af-ecti. Quid *Cæſar*, *Auſtriacique Archiduces*, agant, quot, quantaſque, copias ducant, horum nihil id ſe pertinere. Nec enim ſe illum eſſe, qui, ob-tante debitâ devotione, atque ergà *Imperii* caput everentiâ, hoc ipſum aut reprehendere, aut pro-ibere, debeat. Interim hoc quoque atteſtari oſſe ſe, copias *Cæſareas* hactenùs per ſuam, a-iaſque *Provincias*, impletis conſtitutionibus Im-perialibus, ac præſtitis præſtandis, traductas eſſe. Si itaque ſuper *Cæſareano* milite, tanquam ex *Hi-ſpanis*, *Italis*, *Croatiſque*, atque aliis peregrinis, con-tante, valdè conquerantur, viderint ipſi, quid le *Anglis*, *Scotiſque*, à ſe in *Imperium* adductis, im-mò de *Iazygibus*, ac *Tranſylvanis*, *Turcis*, barbariſ-que, ſævioribus, totamque penè *Vngariam* cru-deliter depopulantibus, dici poſſit. Iſtorum ut ninæ, furiæque, retundi queant, & *Cæſarem* ma-oribus auxiliis habere opus, & *Ducem*, unà cum *Principibus Catholicis*, neceſſariam defenſionem pa-are.

Vt autem (quod ſupereſt,) vigore factæ pro-poſitionis, *Dux* à *Catholicis* ſequentia poſtulata, aque ſatis dura, impetrare debeat, nimir. I. *Ca-holici* ab armis ut diſcedant: II. Copias ulterius ne onſcribant: III. Gravaminibus purè, excluſa o-nni tranſactione, medeantur: IV. Super iis cau-ionem non verbalem, ſed realem præſtent: V. In-raque menſium duorum ſpatium, categoricôs, quid ſibi exſpectandum ſit, reſpondeant: iſta qui-lem talia eſſe, de quibus ipſe promittere nihil aut oſſit, aut debeat, præſertim cùm in ſua poteſta-e, ac manu, haud ſint, neque ipſe cæteros has n aſperas conditiones, ſubitò, ac præcipitanter mplendas, adigere queat. Imprudentibus igi-ur illis hæc excidiſſe, ſeque id genus oneris impo-itionem neutiquam exſpectâſſe.

Cæteras ad comminationes, annexaſque, au-itu graves, conditiones quod concernit, nem-è, I. Niſi, abſque dilatione, categoricum redda-ur reſponſum, *Proteſtantes* omnia ultima tentatu-os. II. Culpam omnem inſequentium eventuum, c procellarum, in *Catholicos* translaturos, eſſe. III. mmò controverſiam iſthanc, abſque cæde, & anguine, componi deinceps non poſſe: has por-ò ejus generis eſſe, ut manifeſtam hoſtilitatem, ppreſſionemque, ſapiant. *Catholicos* anteà *Pro-eſtantibus*, confirmâſſe, arma, ac præparationes uas, tantùm ad defenſionem ſpectare. Idem epromiſiſſe *Proteſtantes Catholicis*. Extrà hos ter-minos nondùm deventum eſſe. Cùm ergò pars traque hanc in rem compromiſiſſet, iniquum vi-eri, ut altera alteram deſuper hoſtiliter invadere, ut leges præſcribere velit, quibus coerceri de-cat.

Deindè, etiam de hoc dubitari poſſe, an, quod *ouniti* hoc in conventu pro concluſo haberent, manifeſtaſque in iſtas comminationes deſpumâ-t, cæteris *Auguſtanæ Confeſſionis Principibus* placere ucat. Vnius corporis, *Imperii* ſcilicet, utroſque um *Catholicos*, quæ *Proteſtantes*, membra eſſe. Vt itur vel potiſſima *Proteſtantium* pars in hæc extre-ma, conſpirare velit, inexploratum, ancepſque, ideri poſſe.

Tametſi igitur præſens tractatio tanta quantà ad univerſos *Catholicorum* ordines potiùs, quàm ad *Ducem*, pertineat, quo nomine à ſe remitti eò poſ-ſit, nihiloſeciùs, cùm hactenùs *Proteſtantes* conſi-liis, optimæque ſuæ voluntati, quâ quidem, rebus in licitis, libenter illis gratificari velit, aliquid tri-buere ſoliti ſint, eo reſpectu, ac reciprocâ confi-dentiâ, *Ducem*, ſuo tantùm nomine, uſum, ami-cè, ac clementer, illis autorem, monitoremque, accedere, à perículoſo id genus propoſito diſce-derent, omneſque eventus, exindè naſci procli-ves, deponderarent. Belli utique fortunam mo-mentaneam, occaſioneſque dubias, eſſe. Et to-ties uſuvenire, ut, qui armis videatur inſtructiſſi-mus, ſuccumbat. Eum jam tùm eſſe *Imperii*, adja-centiumque regnorum, & *Provinciarum*, calami-toſum, ac flebilem, ſtatum, ut inſurgentibus per *Bohemiam*, *Auſtriam*, reliqumque *Imperium*, inte-ſtinis incendiis, potiùs ad furoris iſtius ignes ſup-primendos, quàm ulteriùs ſuſcitandos, omnibus *Imperii* membris reſpiciendum ſit. Quòd *Proteſtan-tes Hiſpanorum* jugum tantoperè extimeſcere præ ſe ferant, iiſdem animis *Catholicos Turcorum* barba-riem reformidare. Vt pari paſſu tàm pro *Religio-ne*, quàm patriæ ſuæ *Libertate*, etiam *Catholici* o-mnes fortunas, vitamque, impendere ſint anima-ti. Stantibus igitur utrinque extremorum pericu-lis, nihil aliud, quàm totius *Imperii*, ac *Germaniæ*, rupturam, convulſionemque, exſpectandam, le-gumque & Provinciarum, everſionem extime-ſcendam eſſe. Quam quidem peſtem toto animo devovere, atque abominari, jamdudùm ſoleat.

CAP. VI.

De rebus, per Weſtphaliam, Vngariam, Bohemiamque, &c. Porrò gliſcentibus.

I.

Ordines VVeſtphaliæ, ſuper confœderatione, deliberant: ſed fruſtra.

DVm hæc, taliaque ultrò, citròque, inter *Proteſtantes*, & *Bavarum*, diverſis vicibus tractantur: intereà per *VVeſtphaliam* quoque, ſuper *unione*, ac *confœderatione*, inter *Principes*, *Comiteſque*, deliberari cœptum eſt. *Germania* enim *ſuperiori* civilibus bellorumque incendiis conflagrante, metus ſubiit etiam *VVeſtphalicot Proceres*, ne ignium illorum favillæ etiam ad ſeſe, vento, ac fortunâ, agitantibus, devolverentur, præſertim cùm præſide, ac capite, cujus opera temporibus tàm neceſſariis, uti queant, deſtituerentur,

tùm auxilia, quibus mutuas ſibi ſuppetias ferre ſuſtineant, deeſſent. Ex illis autem *Proceribus*, *Auguſtanæ Confeſſioni* addictis, qui quidem hanc in *confœderationem* trahendi eſſent, enumerantur, *Epiſcopus Mindenſis*, *Aptiſſa*, & *Princeps*, *Herfortenſis*, *Erneſtus*, *Imperii Princeps*, *Holſatiæ*, *& Schaumburgi Comes*, *Comes Lippiæ*, *Comes Oldenburgicus*, *Comes Friſiæ Orientalis*, *Comitiſſa Delmenhorſti*, vidua, *Comes Bentheimius*, cum *Teckelnburgico*, & *Steinfurtenſi*, fratribus, *Comes Pirmunti*, *Comes Schawvenburgicus*, *in Gehmen*, *Comes VValdecciæ*, *Comes Culenbergicus*, *Mauritius*, *Vraniæ Princeps*, nomine *Comitatus Mörſici*, *Comes in Styrum*, *Baro in Kniphauſen*, itemque *Baro in Büren*, cum civitatibus, *Suſato*, *Dortmunda*, *Herfordia*, *Lemgovio*, *Oſnabrucca*, *Minda* ad *Viſurgim*, aliiſque.

Quòd autem partibus, ſuper propoſita hac *confœderatione*, quam tentabant, haud conveniret, fruſtrà fuit iſtud conſilium, adeòque ſine effectu cura, ac labor, iſte elanguit.

II.

Vngari, ac Tranſylvani, cum Bohemis, eorumque ſociis, mutuam confœderationem deſiderant.

POſteaquàm *Fridericus Palatinus* in *Regem Bohemiæ* inauguratus eſſet, paulò deinceps *Bethlenus Gabriel*, cum *Proceribus Vngariæ*, *Pragam* legatos emiſit, iſta petentes: Primùm: inter *Vngaros*, ac *Tranſylvanos*, præeunte *Bethleno Principe*, cum *Bohemis*, eorumque ſociis, mutua confœderatio definiretur, iſtis ſub verbis; ſingulæ hæ gentes, pro communi ſalute, vitam, fortunaſque omnes, ſimul, ſemelque, mutuis operis impenderent.

Deindè, nulli harum ſive gentium, ſive provinciarum, licitum foret, aut bellum indicere, aut pacem reducere, abſque omnium, ac ſingularum, conſenſu. Inprimis verò cum *Auſtriacis Archiducibus* nulla, alterius in detrimentum, ſuper pace, ageret. Si autem accideret has, aut illas, *Provincias*, aliis cum *Regibus*, *Principibuſque*, fœdus inire velle, hoc ipſum omnium collectis ſuffragiis, peragеretur.

Tertiò, bellum, adverſus *Auſtriacos Archiduces* cœptum, communibus operis, auxiliiſque, ad finem, ac ſcopum propoſitum, perduceretur.

Quartò, ad *Bohemorum* inſtantiam, *Bethleno* in armis inſurgente, tantoſque hanc expeditionem ſumptus erogante, *Bohemi*, alicujus recognitionis auxiliique igitur, ſummam centum mille *Imperialium* (hoc eſt, *Thalerorum*) dependerent.

Quintò, inducias, ab *Auſtriacis* cum *Turcorum Imp.* ad viginti annos pactas, præter *Bethlenum*, à nemine hoc tempore ſartas tectaſque ſervari poſſe. Ne quà igitur barbaris, hac ſub tractatione, ſuſpicio oboriri valeat, operæ pretium eſſe, unà cum *Vngariæ Proceribus*, etiam *Bohemi*, ſuo, ſociorumque, nomine, legatos ad *Portam Ottomannicam*, ceu vocant, emitterent, pacemque, atque inducias iſtas, prorogarent. Quodſi *Bohemos* ad hoc negotium perficiendum faciles intellexerit *Bethlenus*, cum tantùm non ad *Turcos* aditum præparaturum, ſed, totius *Reipublicæ Chriſtianæ* commodo, rem omnem, laboremque, in ſe recepturum eſſe.

Sextò, quandoquidem antehâc *Vngariæ* ac *Bohemiæ*, regna ſub eodem *Rege*, & quidem è familia *Auſtriaca* oriundo, fuiſſent, quo tempore *Bohemi* annonam, ſumptus, pecuniaſque, contuliſſent, jam autem ſub diverſis *Regibus* ea omnia *Vngariæ* regno auxilia ſubtrahantur, totius *Chriſtianæ Reipublicæ* intereſſe, fortalitia, in finibus *Vngariæ* poſita, datâ operâ ut conſervarentur. Cui bono *Bohemi* cum ſociis, ut ſummam ter centum mille florenorum conferrent, neceſſum utique eſſe.

Septimò, notum ſibi eſſe, *Vngariæ* regnum, poſt exanthlatas tot bellorum tempeſtates, viribus, pecuniiſque, exhauſtum eſſe, ut irruentibus fortè *Turcis* ne quidem reſiſtere, multò minùs regiæ aulæ ſplendorem ſuſtinere, poſſit. Hanc in rem cupere ſe, ſi quando contingat (quod à *Deo* unicè peteret) communibus viribus *Auſtriacos* ex hæreditariis provinciis eiici, tùm *Auſtriaca* illa patrimonia, videlicet utraque *Auſtria*, cum *Stiria*, *Carinthia*, & *Carniola*, ad *Vngariæ* regnum redirent.

Octavò, inter *Ferdinandum Cæſ.* & *Poloniæ Regem*, affinitatis vinculum ac neceſſitudinem, eſſe. Sicubi igitur accidat, cauſa *Ferdinandi*, à *Polono* infeſtari *Bethlenum*, omnes, & ſinguli, confœderatorum, hanc cauſam ceu propriam facientes, *Bethleno* omni conatu, ope, atque induſtria, aſſiſterent. Hanc in legem, pro nono, *Rex Bohemiæ* quoque compromitteret.

Decimò, ut igitur *Bethlenus* eorum omnium petitorum certitudinem, ac confirmationem, habere quitus eſſet, *Ordines* omnes, ac ſinguli, certis ſub codicillis, ac diplomatibus, caverent, *Bethlenoque* illas, ſecuritatis dictas, litteras quantò ociùs remitterent. Ea annexa ſub ſtipulatione, futurum, ut, ſi ſuper his omnibus ritè caveretur, de fide *Bethleni*, ab eoque ſuſcepta communis patriæ libertatis defenſione, nequicquam porrò dubitare debeant.

III.

Bohemorum, in abſentia Friderici Regis, reſponſio.

BEthleni igitur legatis, cum poſtulatis, ſuprà recenſitis, *Pragam* adventantibus, *Fridericus Rex* tùm aberat, paulò antè ad conventum *Noribergenſem* (quo de antè viſum eſt) profectus. *Ordines* ergò, *Rege* ſic abſentivo, nihil definitivè acturi, hoc interim, benevolentiæ conteſtandæ cauſa, reſponſi legatis dedêre: Iucundum utique, pergratumque, ſibi accidere, *Bethlenum*, atque *Vngariæ Proceres*, veteris illius, ac mutui, fœderis memores, mutua *Bohemis*, ſociiſque, auxilia offerre, ac promittere. Hoc itaque ſemel ſtatuerent, futurum, ut hanc amicitiam *Bohemi*, *ſociique*, gratis animis tàm admitterent, quàm lege pactorum, reciproca auxilia, officiaque, illis bona fide præſtarent.

Inte-

Interim, quòd inpræſentiarum petitis illis definitivè haud ſatisfacerent, nimirùm hanc eſſe cauſam, quòd hoc tempore, inconſulto *Rege*, ac capite, ſuo, & quidem abſentivo, prohibeantur. Simulatque verò *Rex* è *Noricis* rediiſſet; ſeſe cauſam hanc diligenter ponderaturos; &; quodcunque definitum eſſet, per legatos ſuos; *Presburgum* dimiſſos, quantò ociùs declaraturos eſſe, enixè corrogantes, *Principes*; *Proceresſque*; hanc qualemcunque intereà morulam ægrè haud ferrent.

IV.

Sigiſmundus, Polonorum Rex, Ferdinando Caſ. adverſus Bohemos, auxilia promittit.

SEcundùm hæc, inter *Polonorum Regem*, & *Bohemos*, diverſis litterarum miſſiculationibus, atque interpellationibus, certatum eſt. *Rex* inprimis obiicere *Bohemis* haud deſtitit, inprudenter illos, ac ſeditioſè egiſſe, dùm, exule; ejurataque fide, atque obedientiâ, *Ferdinandum Cæſarem*, utique legitimum *Regem* ſuum, repudiare; eique novum *Regem* ſuperinducere; auſi eſſent. Prout igitur tàm enorme factum nullo verò colore excuſari poſſit, itâ ſe quidem, urgente hac cauſa juſtiſſima, unâque affinitate, ac neceſſitudine, mutuâ, *Ferdinando Cæſari*, *Auſtriaciſque Archiducibus*, ope, atque auxiliis, tàm neceſſario tempore, deeſſe non poſſe.

Bohemi, è contrario, factum iſthoc excuſare, juxtàque, ſuâ quidem ſententiâ, cauſas allegare graviſſimas; conati ſunt, rogantes, *Rex*, veterum utique pactorum memor, nihil in ſe hoſtile decerneret. Id quod antehâc itidem à *Bohemis* ſtudioſè obſervari contigiſſet.

V.

Regem Proceres Poloniæ, ne Ferdinando Imperatori accedat, iſtique negotio Bohemico ſe miſceat, dehortantur. Interim Rex Cæſari auxiliator accedit.

REgem hoc modò, in partes *Cæſaris* inclinantem; præcipui *Poloniæ Proceres* dehortari, ac trahere velut; cœpêre. Inter cæteros verò, præcipuus quidam; & *Religione Romano-Catholicus*, *Dynaſta*; in medium allatis ſeptuaginta argumentis diſſuaſoriis; uſque graviſſimis; quibus de cauſis *Poloniæ* regnum, adverſus *Vngaros Bohemoſque*; utique vicinos ſuos; hac tempeſtate in armis inſurgere; militemque educere debeat; uſus eſſe fertur. E quibus pauca ...; inter præcipua ejus diſſuaſoriæ capita; referri cœperunt: Nimirum tùm; cùm inter *Polonos*; atque *Maximilianum Archiducem*; belli alea jacta foret; ad rogationem fratris *Rodolphi Imperatoris*, *Bohemos* ea in cauſa auxilia purè denegâſſe. Immò verò *Bohemis*; ſociiſque eorum, hodieque cum *Turcis*, atque *Tartaris*; optimè convenire, ut etiam *Vngari* pariter, *Belgæ*; *Angli*, *Dani*, *Sueci*, aliique *Principes*, ac *Dynaſtæ*, amicitiæ, ac fœderis, lege, *Bohemis* ſint devincti. Vndè belli catena, vel funis, trahi, regnoque *Poloniæ* periculum ſuperinduci facilè poſſit.

Eandem in ſententiam *Senatores* regni *Poloniæ* cæteri, *Regis* animum, *Imperatoris* partibus faventem, compertum habentes; iſtis quoque *Regem* dehortati ſunt: Inprimis *Rex* incrementum, ſalutemque; regni ad animum admitteret; periculumque, quod patriæ à *Turcis*, aliiſque gentibus; imminere facilè poſſet; penſi haberet; maximè, cùm in diverſis regni *Poloniæ* diſcriminibus, ac controverſiis, ab *Auſtriacis Archiducibus* opis, auxiliique, parùm, aut nihil ſit allatum. Quo nomine abs re foret, ſi, in regni præjudicium, *Auſtriacis Rex* accederet, veteremque illam cum *Bohemis*, eorumque ſociis, amicitiam; ac confœderationem, hactenùs ſartam tectamque habitam, ſine cauſa legitima, poſtponeret. Videret itaque *Rex*, cautiuſque ageret, *Proceribus* regni paucis hanc in rem ſuffragaturis. Adhæc, inter cætera, conſiderandum venire, bellum hoc præſens, non quidem primariò, *Religionis* cauſa, ſuſceptum eſſe, ſed, indè, quòd vetera atque antiqua *Bohemorum* privilegia, juſque electionis regiæ, ab *Ordinibus* liberrimè celebratum, peteretur, originem duxiſſe. Si itaque *Poloni* contrà *Bohemos* hac in cauſa educturi eſſent, fieri poſſe juſto *Dei* judicio, ut, ſi *Bohemi*, ratione juris, regiæque olim acquiſitæ electionis, ſubjugari debeant, etiam deinceps aliquando in *Polonos* hæc faba cuderetur, illique pariter juribus, ac privilegiis, ſuis privari poſſint: Id quòd cum tot clariſſimi *Poloniæ Proceres* nedùm admittere, nedùm apud deſideratam poſteritatem exculpare ſufficiant; ideoque hanc expeditionem commodè nec ſuaderi, nec ſuſcipi, poſſe.

Cæterùm, ad ſuperiores *Procerum* objectiones, *Rex* reſpondit: ſeſe actiones *Bohemorum*, turbaſque, adverſus *Ferdinandum Cæſarem* ſuſceptas, probare minimè gentium poſſe. Quibus iſti animis, quoque impetu, in *Catholicos*, *Eccleſiaſticoſque*, efferentur, notorium, eſſe, atque in propatulo. Si itaque his in inſolentiis *Bohemos* perſeverare contingeret, *Cæſari*, affini utique ſuo, tàm juſto, & neceſſario, tempore, ſe deeſſe, neque velle, neque poſſe.

Poſtquàm igitur *Cæſar* cum *Rege* per legatum, *Comitem Altheimium*, pluribus egiſſet, inprimis atrociſſimas ſibi, *Regi* legitimo, à *Bohemis*, intentatas, injurias prolixè remonſtrâſſet, utpote qui à *Cæſare* oblatam Cæſaream clementiam, gratiamque, ac veterum privilegiorum confirmationem, tanquà rabie quadam perciti, omnem, omnem repudiâſſent, abſque difficultate ulteriori promptè obtinuit, ut *Cæſari* contrà *Bohemos Rex* auxilia petita decerneret, præſtòque emitteret.

VI.

Fridericus Palatinus, Rex Bohemorum, in Baſilica Pragenſi Imagines ſacras abominatur, tectaſque eſſe jubet.

FRidericus Palatinus, Bohemorum Rex, ubi è diæta Noribergenſi Pragam rediiſſet, in Arcis æde baſilica Cruces, Imagineſque, ſacras, non tàm è conſpectu ſuo removeri, quàm ne cujuſquam oculis paterent, velis ſuperinducere, ac tegere, juſſit. Ejuſce facti rationem *Abrahamo Sculteto*, concionatore aulico, pro ſuggeſtu reddente. Præ ſe tulit autem *Rex*, ſe quidem in loco, orationibus, precibuſque, ſacro, notâſſe ſibi toties homines, *Pontificiæ Religioni* addictos, hinc inde coràm *Crucibus, Imaginibus, Altaribuſque*, in genua procidiſſe, cultuque idololatrico ſacrarium profanâſſe. Id quod cùm *Regi* non tàm grave, quàm inſolitum, intolerandumque, accideret, ideóque idololatriam id genus ferre neque poſſe, neque debere. Vt igitur frequens, ac communis iſta peccandi, idololatriamque committendi, & quidem conſpectu in ſuo, occaſio præcideretur, ſibique hac parte deinceps ſtomachus non moveretur, *Idola*, atque *Imagines* iſtæ ociùs quò removerentur, occaſione adorandi ligna, & lapides, omni præciſa, in mandatis dediſſe.

****

Externa.

I.

Ordo Equitum militiæ Chriſtianæ, à Duce Nivernenſi, & Comite Altheimio, recens apertus.

HAs inter turbas, paſſim per orbem *Chriſtianum* gliſcentes à *Carolo Gonzaga, Duce Nivernenſi*, & *Rhetelenſi*, itemq; *Adolpho, Comite Altheimio, Olmuzæ in Moravis* ordo novus *Equitum militiæ Chriſtianæ*, ſub protectione *Divæ Mariæ, Virginis Deiparæ*, & *Divi Michaelis Archangeli*, naſci cœpit. Pro cujus auſpiciis, ſolennique introductione, varij, ac diverſi. *Principes, Comites, Baroneſque, Romano-Catholici*, hoc *Anno M. DC. XIX. VIII. Id. Mart.* in prædictum ordinem ſolenniter admitti, recipique, cœperunt. Illi, peractis ſacris, ſub dio genibus in terram, aulæis ſtratam, procumbentes, adorarunt, indè, humo ſeſe levantes, evaginatis gladiis ternis ictibus, ſub crucis inciſurâ, atque imitatione, aerem diverberarunt, mox gladios recondentes, iterumque in genua procidentes, duobus primoribus digitis, ſuper libellum ſanctum atque Evangelium, impoſitis, in verba, regulamque, *Ordinis*, ità jurarunt: Ego N. teſtor coràm Altiſſimo, juroque ſub fide gentilitia, me *Ordinis Chriſtianæ* militiæ, ſub protectione *B. Mariæ Deiparæ*, & *S. Michaelis Archangeli*, regulam fideliter obſervaturum. Et inprimis quidem, omnibus viis, modiſque, licitis, inter *Chriſtiani* nominis *Principes* pacem mutuam procurare conabor. Secundùm hoc, omni induſtriâ laborabo, quò *Chriſtiani*, à barbaris, atque infidelibus, capti, detentique, liberari, reſtituique, poſſint. Tertiò, in fide, atque ſubjectione, ſive *Regis*, ſiue *Principis* mei conſtanter perſeverabo. Idque ſub pœna rejectionis, repudiationiſque, hoc ex ordine equeſtri. Quartò, interſignium *Ordinis*, nempè *Crucem*, perpetuò geſtabo. Et quintò denique hujuſce *Ordinis* ſive ſuperioribus, ſive præfectis, in rebus, hunc ad *Ordinem* pertinentibus, libenter morem geram, atque obediens ero. Quo nomine ſic juro utique, voveoque.

Peractis juramenti ſolennibus, in templum reverſum eſt, ubi *Cruces*, deinceps è collo geſtandæ, unàque habitus equeſtris, conferri cœperunt. Singuli autem, inter quos *Cruces*, *Veſteſque*, diſpertitæ ſunt, hac ſalutationis formulâ excepti: Recipimus te in ordinem *Equitum militiæ Chriſtianæ*, ſub protectione *B. Virginis*, & *S. Michaelis*, ut ipſorum interceſſione *SS. Trinitas* te confirmet in gloria nominis ſui, ad pacem *Chriſtianorum*, & liberationem eorum, qui ſunt oppreſſi ab infidelibus, *Amen*.

Nomina eorum, qui albo hujus *Ordinis* tùm inſcribi cœperunt, ſunt illa: *Radulius, VValachorum Princeps, Iulius Henricus, Dux SaxoLavvenburgicus, Samuel, Dux Koreskyus, Albertus, Dux Ratzivilius, Georgius, Comes de Humanay*, ſupremus *Vngariæ* regni præfectus, *Stanulaus Labomierskyus, Palatinus S. Domieri, Lucas Opalinskius, Caſtellanus Vngariæ, Io. Vincentius, Comes de Arcon, Henricus Vallenſis, Comes de Dampier, Io. Chriſtophorus, Comes de Buchaimb, Emanuel de Sabaudia, Marchio de Villars, Ludovicus Gotanus, Marchio Rovillachius, Nicol. Petraskus, VValachorum VVeyvvoda, Abrahamus, Marchio Mirovanus, Ioannes, Comes Conopaskius, Eraſmus S. Stephani, Franciſcus Tegnagel, Stephanus, Baro de Kendy, Paulus Lieſneuvolskyus, Fridericus de Geisberg, Guſtavus, Baro de Sparr, Marcus Antonius Scotus, Comes de Dagazan, Petrus Tanorskius, Martinus, Baro de Stroſaldo, Petrus Braniskyus, Comes de Ruſca, Rodolphus, Baro Oppersdorffius, Caſpar Neuheuſer, Paulus, Baro de Spavur, Burckhardus de Saldern*: quibus, elapſis paucis diebus, actuque hoc ſolenniter introducto, *Ferdinandus, Dux Mantuanus*, etiam nomen, ſymbolamque ſuam, adjecit. Inter cæteras *Ordinis* regulas, etiam ſequentes allegantur. Ab omnibus illis, qui hunc in *Ordinem* admitti cupiant, poſtulabatur, honeſtæ vitæ, famæque, eſſent, infamiâ, aut turpitudine, minimè laborarent, neque ultrà facultates ſuas obærati tenerentur. Deindè legitimo thoro omnes nati forent. Exceptis his in paſſibus *Cæſare, Regibus, Principumque* præcipuorum filiis. Tertiò, genus, ac nobilitatem ſuam, in quartam uſque progeniem, demonſtrarent. Aut ſi hoc nequeant, *Parentes* ſuos *ductoris, tribunique* militaris munere, aut alia inſigni ſive dignitate, ſive virtute, eminuiſſe, probarent.

Illi, quicunque genus nobile non docere, conträ virtutem, fortitudinemque, vitamque honeſtam, inprimis, præ ſe ferre poſſent, nihilominùs, tanquam, *Fratres*, reciperentur. Quartò, equites *Or-*

tes *Ordinis* duplicem *crucem*, ſive *Crucis* ſignum, geſtarent. Quarum prima ex auro puro eſſet, ex altera parte *B. Deiparam* virginem, *Salvatorem* puerum ulnis geſtantem, ex altera, verò *S. Michaëlis* imaginem, habens. Hæc, autem è tænia, è filo ſerico cæruleo, auroque, intexta, è collo promineret. Secunda *Crux*, è ſerico cœruleo, auroque, texta, in medio imaginem *B. Mariæ*, aureis ſtellulis circiter radiantem, caput duodecim ſtellis coruſcum, ſiniſtrà *IESVM* puellum, dextrà ſceptrum, infraq; pedes *Lunam* falcatam, repræſentantem, exhiberet. Ex quatuor huiuſce *Crucis* angulis, ſive apicibus, ſtellulæ, ſive flammulæ, prodirent, hæcque è pallii parte ſiniſtra affixa locum haberet. Habitus, ſive veſtis equeſtris, eſſet candida, gladii capulum argentò ſuperinductum, candidum, cingulum, & vagina, candida, toga, veſtibus ſuperimpoſita, candida, pallium undulatum, oblongum, deſuper verò palliolum è ſerico cœrulei coloris, uſque ad cubiti flexuram pertingens, infrà quod excurreret *Crux* in ſecundo pallio conſpicua. His adderentur, *ocreæ* cœrulei coloris, *pileus* verò è colore nigro, *ſpira*, ſive tænia, *pilei*, denique coloris candidi. Qui proindè, tanquam *fratres*, in *Ordinem* forent admiſſi, illi *Crucem*, ultimò delineatam, è ſerico, auroque, intertextam, de tænia, è ſerico cœrulei coloris conſtante, pendentem, ferrent. *Crux* verò ad pallii ſiniſtram è ſerico cœrulei coloris tantùm, non verò ex auro, ſicut *equitibus*, contexta, affigeretur.

Atque hic quidem *ordo Equitum militiæ Chriſtianæ* poſtmodùm, *Anno M. DC. XXIV. VIII. Id. Februar.* ab *Vrbano VIII.* hujus nominis, *Pont. Max.* ſolenniter confirmari cœpit.

II.

Fœdus inter Daniæ, & Sueciæ, Reges renovatur.

DUm præfatus *Ordo equitum militiæ Chriſtianæ* apud *Moravos* aperitur, ecce! *Philippus tertius*, *Hiſpaniarum Rex*, ingentem per mare claſſem tùm præparare cœpit. Quam in rem *Rex Angliæ*, *Ordines Batavi*, *Reſp. Veneta*, incolæque *Barbariæ*, tàm terreſtribus, quàm maritimis in locis, rerũ ſuarum ſatagentes, magnâ curâ vigilarunt, *Veneti* inprimis per mare *Hadriacum* claſſem, non contemnendam, *Hiſpanis* obiicere tentarunt.

Iſtis, aliiſque, paſſim bellorum inſurgentibus motibus, ac præparatoriis, quibus *Reges* etiam commoveri, ac ſolicitos eſſe, accidebat, commodùm uvenit, ut *Chriſtianus*, ejus nominis *Quartus Daniæ*, & *Guſtavus Adolphus*, *Sueciæ*, *Reges*, mutui, & veteris, illius inter ſe fœderis renovationem procurarent. Quo nomine, in finibus regni utriuſque à proceribus, ac conſiliariis, regiis conventum eſt. Conſiliarii *Danici* fuêre illi: *Chriſtianus Frieſs*, *Cancellarius Regius*, *Eques*, *Steen Brahe*, *Olo Roſenſpar*, *Iacobus Vlfeldius*, *Andreas Bille*, *Oligerius Koſencrantz*. A partibus *Sueciæ Regis* hi numerantur: *Axelius Oxenſtirn*, *Cancellarius Regius*, *Caſpar Maſſon Cruſs*, *Nicolaus Bielke*, *Boo Ritbing*, *Ioannes Slytte*, *Gabriel Oxenſtirn*.

Pactis igitur inter utroſque novis *fœderis* illius induciis, in finibus ipſimet *Reges*, apud oppidum, *Halmſtatt* dictum, utramque regiam diſtinguens, convenêre. Et primùm quidem in campis patentibus, ſub dio, familiariter congreſſi, mox in oppidum ſplendidè invecti, pacta fœderis autoritate regiâ ipſi confirmârunt. Abindè, ubi per ſeptimanam penè integram ſuavi convictu, variiſque animi recreationibus uſi eſſent, dictâ, acceptâque, ſalute, ac venia, feliciter ſeceſſerunt.

III.

Arminii hæreſis. Vndè motus in Belgio naſcentes.

INtereà nec ſic quoque *Belgium* quietum fuit. In eo enim, vel quà *Religionis* negotium, inprimis articulum de *prædeſtinatione*, ingens, ac fœda, controverſia, ſub *Iacobo Arminio*, *Acad. Lugdunenſis profeſſore*, *hæreſiarcha*, naſci, ac protuberare, cœpit. Capita novæ ejus doctrinæ allegantur hæc præcipua: *A DEO* homines quoſdam ad æternam damnationẽ creatos, ordinatoſque, eſſe. Undè vel peccandi neceſſitas iſtis à *DEO* ipſo ſit impoſita, atque indita. Dein, quoſdam quidem à *DEO*, ad ſalutis participationem, vocatos, nequicquam tamen electos, eſſe. Tertiò, hominem ſuapte induſtriâ, viribuſque, atque operibus à *Natura* profectis, æternam ſalutem operari poſſe. Iſta tunc verò, tanquam hæretica, atque oppidò erronea, doctrina nigris calculis damnata eſt.

Nihilominùs non defuêre, qui crudelem, ac damnoſam, iſtam opinionem ſint amplexi. Ut etiam inter *Hollandiæ*, ac *Friſiæ*, *Ordines* non pauci eundem errorem errare cœperint. Novæ iſtius ſectæ aſſeclæ, ac complices, *Arminiani* ſive *Remonſtrantes*, reliqui verò, *Calvini* dogma retinentes, *Gomariani*, ſive *Gomaro-Calviniani*, nuncupati ſunt. Vixit autem *Gomarus* temporibus quidem *Arminii*, ſed *Calvini*, ac *Bezæ*, dogmatum retinentior, *Arminio* reſtitit, undè ejus quoque ſecutuleii *contra Remonſtrantes* dicti: Ex iſta proindè *Religionis* colliſione, ac controverſia, per *Batavas Provincias*, *civitateſque*, varios ac magnos, motus naſci contigit, ut ferocientis, tumultuantiſque plebis, cauſsâ, magiſtratus hinc indè copias conſcribere, tumultuſque compeſcere, coacti ſint. *Arminianis* autem per varias civitates, (quas inter enumerabantur *Briel*, *Scheidamum*, *Roterodamum*, *Dortracum*, *Gorcum*, *Neomagium*, & complures aliæ) omnia turbantibus, *Mauricius*, *Princeps Auriacus*, contrà eas eduxit, illiſque in poteſtatem redactis, *Arminianos Senatu*, locoque movit, è contrà *Gomaro-Calvinianos* reſtituit. Cùmque, inter cæteras, *Vltraiectum*, & *Lugdunum*, civitates præcipuæ, adhûc dùm aliquid monſtri, novarumque rerum, alere, compertum eſſet, eaſdem illas ſucceſſivè *Mauricius*, immiſſo milite, partem minis, partem autoritate, conterruit, inque ordinem redegit.

***

IV.

Barnefeldii nex & ſupplicium.

MAuritio *Vltraiectum* occupante, ejuſce Senatus *Secretarius*, dictus *Ledenbergius*, rerum novarum cupidus, fugâ ſibi, inter cæteras, conſulere cœpit. Qui tamen paulò poſt in cuſtodiam relatus, atque *Hagæ Comitis* quæſtionibus ſubjectus, in carcere ſemetipſum manu illatâ metu graviorum, iugulavit. Eodem tempore magnus ille *Hollandiæ Advocatus, Ioannes ab OldenBarnefeld*, unàq; *Hogerbetus, Reip. Leydenſis Syndicus*, *Hagæ Comitis* ad carceres damnari cœperunt. E quibus *Barnefeldius* paulò poſt *III. Id. Maii*, ſententiâ in eum latâ, capite plexus eſt. Funeſtum ſupplicii theatrum in *aula Mauritiana* extruebatur, arena conſperſum. In illud, diſpoſitis militum ſignis, *Barnefeldius*, antè *Iudices, Examinatoreſque* deductus, ſub coronâ aliquot mille hominum, flebilem in caput ſuum ſententiam tulit. Pullâ itaque veſte holoſericâ amictus, vir ætatis, annorum LXXIII. baculo nixus, miniſtroque, & ſacerdote, comitatus, ubi, ad arenam deductus, in genua procideret, ad cives in ipſo ſupplicii limine, hiſce verbis perorare cœpit: *Non morior, ô Cives, tanquam patriæ proditor, ſed verus ac fidelis, civis.* Cumque hæc intuliſſet, *Domine, in manus tuas commendo ſpiritum meum*: caput collo tenùs per carnificem reciſſum eſt.

Ejus itaque viri, ſummâ apud ſuos nuper autoritate florentis, tùm ſenio venerandi, cùm, ſuper flebili ſupplicii genere, variæ, (ut in populo fieri amat) ferrentur opiniones, *Ordines Hollandiæ*, publicatis codicillis, cauſſas tragœdiæ ejus evulgarunt.

Neque verò unicum hac tempeſtate *Barnefeldiū* triſte iſthoc fatum perdidit. In *Imperio, Regniſque*, ac *Provinciis*, variis (quod prodigii aliquis loco habeat) diverſi *Megiſtânes*, homineſque, ab infima ſorte penè, ad ſummas dignitates evecti, *Regumq́*, amici, idem vitæ, fortunarumque ſuarum, naufragiū fecerunt. Quis enim ignorat, *Cleſelium Cardinalem* eodem tempore, poſtquam ex obſcuris natalibus ad *Cardinalitiam* dignitatem emerſiſſet, aulæq; *Imperatoriæ Præſidem* ſe ſe gereret; invidiâ Fortunæ, jubentibus *Matthia Caſ.* & *Ferdinando Rege, Oenipontem* traductum, in cuſtodiam relatum, dignitateque illâ *Cardinalitiâ*, exutum fuiſſe? Cui obſcurum, paulò antè *Anchoritanum Marchionem*, è famulatus infima conditione ad ſtupendos honores, opéſque, evectum, ſplendidéque & ferociter elatum, in conſpectu *Ludovici XIII. Galliarum Regis* à ſatellitibus confoſſum, adeóque per vias tractum, uncoque laceratum. Parem penè eventum, non tamen æquè crudelem, expertus *Buckingamus*, *Dux Anglicanus*. Hic ubi pariter, ex obſcuro loco oriūdus, in intimā gratiam *Regis Iacobi* ſeſe inſinuaſſet, ut apud hunc *Regem*, ſicut *proverbialis* veteres ſermone uſi ſunt, τὰ πάντα, eſſet, id eſt, amicus, familiaris, conſiliarius, legatus, princeps, tandem, everſâ fortunæ rotâ, ad τὸ οὐδέν, id eſt, nihil, redactus eſt. Apud *Venetos* denique, illuſtri genere natus, *Donatus patricius*, eiuſdē *Reipubl.* ad *Sabaudiæ Ducem*, legatus, eodem hoc *anno M. DC. XIX. Venetiis*, è ponte illo, maximæ, & invidendæ ſtructuræ, *Rialtio* dicto, publicâ præconis voce, ſub tympani ſonitu, banni fulmine ictus, atque æternùm exilio damnatus eſt. Aliquot, mille coronatis ei, qui caput proſcripti *Senatui* offerret, præmii loco, depoſitis, ac promiſſis. Videant igitur *Regum, Principumque*, amiciſſimi, quid *Fortunæ* indignatio poſſit. Quæ tollit, ut mergat, evehit, ut præcipitet, blanditur, ut noceat, ridet, *Crocodili* more, ut mordeat, immò peſſundet, devoretque.

V.

Synodus, Gomaro-Calvinianorum, contra Arminianos, apud Dordrechtum celebrata.

INtereà, dum cum captivis illis, ſive in cuſtodiam redactis, res eſt, *Ordines Hollandiæ*, quò, ſuper *Religionis* controverſiis, tranſigeretur, *Synodum*, id eſt, conventum, *Theologorum Gomaro-Calvinianorum*, adverſus *Arminianos*, ſive *Remonſtrantes*, eamque apud *Dordrechtum* habendam, decreverunt, coëgeruntque, *Anno M. DC. XIIX. Menſe Novembri*, utique auſpicandam. Eò per litteras invitati convenêre ex *Anglia*, *Germaniaque*, itemque *Helvetia*, nec non *civitatibus* quibuſdam præcipuis, *Theologi Calvinianæ*, tantam litem communib. ſuffragiis cōpoſituri.

Tametſi autem, apud *Ludovicum XIII. Galliarum Regem*, ſolicitari cœpiſſet, ille pariter ut per regnum ſuum diſperſis ejuſdem *Calvinianæ* profeſſionis *Theologis* ad prædictam *Synodum* commigrandi poteſtatem faceret, nequicquam tamen hoc ipſum à ſe impetrari paſſus eſt.

Arminiani igitur (quorum cauſſa ventilanda erat) inprimis *Dordrechtum* invitati, cōparuêre quidem, ſed, ſub proteſtatione, hæc in verba excipientes: Se ſe huic *Synodo* parére, aut ſubjectos eſſe, non poſſe, quòd potiſſima pars, ut vocant, prædicantium & perſonam accuſantis, & judicis, ſuſtineret, tùm litteris, odioſè ſcriptis, invecti, magiſtratus contrà ſeſe concitâſſent. Iſtos igitur tantùm non præſcribere, ſed cogere, velle, ipſi ut à confeſſione ſua, in verbo divino fundata, atque ſub quinque articulis comprehenſa, recedant. Quæ cùm ità ſe ſe haberent, neque *Arminiani* hoc pacto à *contra Remonſtrantibus* illis legitimè & audiri, & judicari, quiti eſſent, utique ſe reditum domum verſus inſtituiſſe, fuiſſe autem ab adverſariis, injectâ arreſti morâ, contrà voluntatem, detentos. Interea *Synodum* (cuius *Præſes* eſſet *Ioannes Bogermannus, paſtor Levvardenſis*, electus) coiiſſe. Quæ poſteà, in limine *Maij* menſis, *Anno M. DC. XIX.* cum damnatione confeſſionis, & doctrinæ, *Arminianorum*, finiri cœpiſſet.

CAP. VII.

De Bethleni, & Friderici Palatini, ad tempus progreſsibus.

I.

Conventus Vngariæ Procerum, apud Presburgum. Eiuſq́, rei legato Cæſareo reddita ratio.

IMitatione, atque exemplo, *Bohemorum*, circa exodium *Anni M. DC. XIX. Vngariæ* dynaſtæ apud *Presburgum* conventum coëgêre. Ad quem cùm, inter

ter cæteros, appuliſſet etiam legatus *Cæſareus*, interpellanti illi, poſtridie *Kal. Ianuarias*, *Anni* inchoantis M. DC. XX. à *Proceribus*, hanc in ſententiam, reſponſum eſt. Primùm, *Cæſari*, temporibus *Matthiæ Imp.* regni *Vngariæ* onera, ac gravamina, jam tùm fuiſſe cognitiſſima. Ere igitur fuiſſet, ſi quamprimùm, ab adita regnorum, provinciarūque, ſucceſſione, ac gubernatione, iſtis idoneum foret quæſitum remedium. Deindè, tametſi *Cæſar*, ratione condicti, intrà ſex menſium ſpatium, diætam Provincialem aperuiſſet, nihilominùs oneribus, ac gravaminibus, ideò medicinam factam non fuiſſe. Mandatum etiam, *Palatino Vngariæ* indultum, certis limitibus fuiſſe circumſcriptum, ità ut is aliquid tùm determinandi poteſtate, aut autoritate, nullâ fuerit inſtructus, ut magis per mandata contraria, civitates metalliferas, fineſque regni, concernentia, his in actionibus ſit impeditus. Porrò, ſiquidem cùm *Cæſar* duodecim rationes, ſub *confœderationibus* pactas, inſuper habuiſſet, immò verò, contrà ſolennem *Ordinum* proteſtationem, preceſque, ac contradictionem, copias, partim è regni fortalitiis, in finibus poſitis, partim è cæteris locis, adverſus provincias confœderatas eduxiſſet; immò, exercitus, copiaſque *Vngaricas*, alienas in provincias eductas, non abſque nationis illius inſigni cordolio, atque deſpectu, immiſſis propriis agminibus, laniari, ac contrucidari, paſſus foret: Litteras, inſuper, legatoſque, à confœderatis ſuis, in *Vngariam* miſſos, directoſque, intercipi, opprimique, antè curaſſet, nec non per *Clericos*, in ſuperiori diæta provinciali articulos propoſitos, non obſtante *Ordinum* proteſtatione, ac reclamatione, poſtpoſitâ publicatione ſolitâ, annihilari permiſiſſet: His, aliiſque, de cauſis, *Vngaros*, rerum ſuarum ſatagentes, deſperatis mediis, & remediis, mitioribus, *Tranſylvaniæ Principem*, tanquam patronum, atque auxiliatorem, implorafſe. Eodem tempore fortalitia, regni in finibus poſita, è *Cæſare* ſeceſſionem feciſſe, ſtipendiariis, præmiiſque, prorſus deficientibus, ac neceſſitate ultimâ aliud exigente, (quæ penè militibus præſidiariis aliò eductis, deſtituta, atque orbata, eſſe, contigerat.) Ut igitur pro hac *Tranſylvaniæ Principis*, ipſis declaratâ, neceſſitatis tempore, promptâ voluntate, gratum, memoremque, conteſtarentur animum, certas *Principi* jam tùm obtuliſſe conditiones, à quibus recedere ſibi non ampliùs foret integrum. Pari ratione, quam cum *Bohemis* paulò antè confœderationem iniiſſent, ratam tectamque ſibi conſervandam eſſe. His omnibus accedere, modò à *Polonis* irruentibus *Vngariæ* partibus non infimæ notæ damnum eſſe illatum. Id quod, niſi *Cæſar* annuat, haud factu facile, atque opportunum, ſit.

Viderent igitur, & cognoſcerent, legati *Cæſaris*, propoſitiones, *Cæſaris* nomine, modò factas, nimis ſeriò, atque, ut ajunt, poſt principia, interveniſſe. De cætero, ſi quid in mandatis habeāt, viamque monſtrare queant, quâ pax introduci, *Chriſtiani* verò ſanguinis profuſio, ac laniena, prohiberi poſſit, utique vel hoc ſine mora in medium afferrent.

II.

Bethlenus Vngariæ Princeps declaratur.

PRout igitur in præmiſſis eſt, eodem in conventu *Proceres Bethlenum Vngariæ Principem* nominārunt, ſimulque de modo, mediiſque adminiſtrationis tàm politicæ, quàm bellicæ, deliberare cœperunt. Quæ omnia tùm *Caſchaviæ, XXIIX. Februar.* per *Bethlenum* admiſſa, & confirmata ſunt.

III.

Proceres Vngariæ publicato diplomate, cur Ferdinandum Regem repudiarint, cauſſas dicunt.

NE ergò ſoli hac tempeſtate eſſent *Bohemi*, qui *Cæſari*, ac *Regi*, ſuo repudium dicerent, ecce! *Vngari* quoque, novarum rerum, alienique dominatus, pariter cupidi, publicato, ceu vocant, *Apologetico*, cur eundem *Ferdinandum Regem* rejeciſſent, cauſſas explicarunt. Ejuſce autem prolixæ accuſationis ſumma, & capita præcipua, fuēre hæc talia: *Electionem* nimirum *Ferdinandi Archiducis* in *Regem Vngariæ* multis modis fuiſſe ſuſpectam, coactamque. Pari atque inverſo ordine, regni gubernationem initam, ſuſceptamque. Immò denique adverſus regni leges, pacta, ac conventa, variis, ac multiplicibus, modis actiones inſtitutas, inprimis fidem, rerum, ac contractuum, omnium vinculum, violatam eſſe. Quibus de cauſſis, utique ſatis, prægnantibus, alium ſive *Principem*, ſive *Regem*, ſuperinducere ipſis fuiſſet conceſſum, atque opportunum.

IV.

Vngariæ Proceres, cum Bohemis, eorumque ſociis, confœderationem mutuam ineunt.

SUprà *confœderationis*, à *Bethleno*, atque *Vngariæ* dynaſtis, per legatos à *Bohemis* petitæ, facta mentio. Quibus igitur ſivè capitibus, ſive articulis, fœdus iſtud mutuò tranſactum ſit, jam diſpiciemus: Confœderatos inter convenit, ut omnes, fœderis participes, vitam Chriſtianam ſanctamque, viverent, peccata omni de induſtria fugerent, plecterentque, & ſalutare *Iuſtitiæ* regimen, abſque *Religionis* diſcrimine, exercerent: Utque hæc *confœderatio* extendi poſſit, omni operâ providerent; Super mediis defenſionis generalis, eorumque præparatione neceſſaria, conveniretur; Ea defenſio contrà hoſtes quoſcunque, maximè, ſi quis è confœderatis patiatur, dirigeretur: Si quis è *confœderatis* huic fœderi renunciet, ſive ſocios oppugnare, auſit, is communibus viribus debellandus, in ordinem redigendus, atque ad expenſarum, belliqueſumptuum, refuſionem cogendus eſſet. Abſque unanimi confœderatorum

rum conſenſu,nulli liceret bellum ciere , militem ſcribere,peregrinas copias admittere,neque legionibus,neque ſignis,commeatum , aut alio quoviſcunque modo tumultibus feneſtram,aperire. Pari lege nulli *confœderatorum* cum hoſte paciſci , ac tranſigere , fas eſſet, niſi omnes in idem antè conſenſiſſent. Quicunque *confœderationum* autores, ampliatoreſque , fuiſſent , illorum ſingulari cum honoris,gloriæque allegatione, nomina referrentur in codicillos,ad rei memoriam , bonorumque, ac facultatum illorum confirmationem : Si quem, huiuſce confœderationis cauſſa , contingat damnis,cõmodiſque,aut hoſtilibus modis,pati,affligique,ei *Confœderati* diſpendia reſarcirent,omniaque , quæ ad familiæ ſuſtentationem pertinent, refunderent. Hæc iſta *Confœderatio* ad omne ævum , hæredeſque , ac poſteros , inviolata tranſiret. Conſimiliter, ſingulis quinquenniis convẽtus generalis,indiceretur,cujus beneficio querelæ, atque onera , confœderatorum maturè componi, juxtaque,ſi ex uſu videatur, fœderis *articuli* extendi,ampliarique,poſſint : Cùm abſque fortalitiorum in finibus *Vngariæ* poſitorum , conſervatione ſit,ut regno,provinciiſque , confœderatis,ſecuris eſſe non liceat,*Rex Bohemiæ* , *Proceres* regni , ſociæque provinciæ,quotannis ſummam illam pecuniariam ante hâc erogari ſolitam,tantùm non,abſque tergiverſatione,dependere,ſed quinquaginta mille *Thalerorum* additamento augerent. Tametſi autem hac belli tempeſtate,quâ omnia forent incerta,regnumque *Bohemiæ* ſub hoſtili milite adhuc gemeret,cauſſæ ſuppeterent valdè luculentæ, de quibus auxilia iſta vel negare,vel differre,poſſent : nihilominùs , conteſtandæ mutuæ fidelitatis igitur, atque ut appareat , quàm ſibi mutui illius fœderis conjunctio cordi ſit,ſe ſe libenter,meritóque,hanc in amicam conditionem deſcendere. Itá tamen, ut hęc ſuperaccedens ſumma , atque ſuperpondiũ, ex mero affectu,optimaque voluntate magis profectum, quã debitum,videri debeat. Iuxtaque pecuniæ nullum alium in uſum , niſi fortalitiorum, prædictorum neceſſitatem,inſummantur.Legatio generalis,ac ſolennis, nomine omnium confœderatorum , ad *Turcos,portamque Ottomannicam* dictã, decerneretur. Ita enim rerum præſentium ſtatum flagitare,tantùm non ut fœdus cum *Turco* renovetur,ſed prorogetur , atque inviolabile porrò conſervetur. *Bethlenus* igitur hanc provinciam in ſe reciperet,ita tamen,ut regni *Bohemiæ* , ſociorumque, legati,ipſi adjungantur,pariterque , de honorariis dividendis,diſpiciant. Res , inter *Moravos,Sileſios, Auſtriacoſque*,cum paribus *Vngariæ*,ad litem ſpectantes,per legatos , confœderatarum provinciarum, primo ſtatim vere,niſi ardua aliqua neceſſitas obluctetur , deciderentur. Ad rogationem *Bethleni, Procerumque Vngariæ*,ditiones,ac bona, ab *Auſtriacis Archiducibus*, in regni illius præjudicium hactenùs poſſeſſa,deinceps ad *Vngariam* redirent. Ad conſtabiliendam fortiùs confœderatarum regionum concordiam , eadem moneta, idemque valor , omnibus eſſet communis. Naſcentes fortè , inter confœderatos,lites,delecti è provinciis certo & loco,& tempore, coeuntes , diligenter dirimerent. Cauſſas verò arduas , ac difficiles,*Rex Vngariæ*,cum *Palatino* , & conſiliariis apud *Bohemos* verò *Directores* regni, inſpicerent. Præmiſſo , in æternum uſque duraturo , *Senatusconſulto* , ac decreto , intrà *Provincias* confœderatas , *Ieſuiticæ* ſectæ addictus , nullus toleraretur. Tantùm abeſt , ut id genus homines ad legationes , adminiſtrationeſque tàm rerum eccleſiaſticarum quàm politicarum , admittendi ſint, ſub pœna perduellionis , ac banni perpetui , à *Provinciis* , ſive *Proceribus* , irroganda. Copiæ auxiliares , neceſſitatis tempore collectæ , à *Rege Bohemiæ* , *Burggravio* ſupremo , aliiſque Ducibus , dependerent, Expeditioneſque,in hoſtem,ſuſcipiendæ,communi de conſilio præpararentur : ſicut etiam milites, quacunque in *Provincia* forent conſcripti,in eadem exautorarentur. Exules , ac proſcripti , ex una aliqua *Provinciarũ*, ab omnibus pariter haberentur proſcripti:neque in gratiam , niſi omniũ approbatione,reciperentur.Ità tamen , ut *Regibus* , *Principibuſque*,non invitis *Proceribus*,iſtos in integrum reſtituere liceat. Quicunque igitur *Rex*, *Princepſque*,has mutuæ confœderationis leges admittere,in uſumque ducere,voluerit , eidem contrà hoſtes quoſcunque auxilia decernerentur , ac reipsâ conſtarent. Secùs verò adverſus *Religionem* , *Iura* , ac *Privilegia* , de facto aliquid tentaturo , ità *Proceres* illicò , rebus periculo non vacantibus , à juramento abſoluti,contrà id genus ſive *Regem* , ſive *Principem* , in armis inſurgerent , abſque eo tamen , ut crimen *læſæ Maieſtatis* ipſis intentari poſſit. Quoque hæc ipſa confœderatio durabilior, maioriſque eſſet ponderis , *Rex* ad coronationis illud ſolenne,niſi in hæc huius fœderis verba antè juraſſet,haud admitteretur.

V.

Iſtius fœderis ſolennis confirmatio apud Pragam peragitur.

ISti,aliique , *fœderis* articuli cùm *Presburgi* concepti eſſent , *Pragæ* deinceps à *Friderico* , *Bohemiæ Rege* , ſolennibus cum ceremoniis,confirmari cœperunt.

Itaque legatis *Vngaricis* , ſub *Thurſone Comite*, *Pragam* adventantibus , in aulamque regiam ſplendidè receptis, illicò *Baſilicæ* , ſive regii templi , campanarum ſub ſonitu , ſignum datum eſt,*Rexque* , prout ſequitur , ordine , ac comitatu,in ædem egreſſus eſt.

Primò prodeuntes regni *Bohemiæ Proceres* , ſociarumque *Provinciarum* legatos , mox *Ioan.Georgius* , *Marchio Iägerndorfius*,duo *Duces* , alter *Saxo-Vinarienſis*,alter *Saxo-Lavvenburgicus* , itemque frater *Regis* , *Ludovicus* Philippus , *Dux Palatinus*, *Regis* promogenitum manu ducens,omnes *Principes* , ſecuti ſunt.

Illos illicò excepit *Thurſo Comes* ; cum *Feciali* regni , ſub habitu conſueto , ac *Marſchallo* , *gladium* evaginatum , præferente, mox *Rege* ipſomet, inſequentibus. Ibi , poſt concentus muſicos, *Abraham Scultetus* , concionator Regius , ſuper *fœderis* legibus , exemplo *Salomonis* , & *Hyrami*, *Regum* , concionem habuit. Quâ finita , rurſus cantibus , fidibuſque,litatum eſt.His peractis, *Latino* ſermone,cauſſas, quas ob *Regnorum* , ac *Provinciarum*,legati,hoc loco conveniſſent, peroravit,

Thur-

Thurſo Comes, *Rege* eundem ſermonem *Latinis* verbis excipiente. Indè legibus, articuliſque, *fœderis* exertâ voce publicatis, codicilli duo, charta, pergamena exarati, ac patentes, utrinque manibus partium porrecti, mutuoque traditi, confirmatique, ſunt. Quibus omnibus, immò inſuper ſolenni, ac triumphali, hymno: *Te Deum Laudamus*: temque explosione tormentorum, actus hic finitus eſt.

VI.

Friderico Palatino Ordines Moraviæ homagium deponunt.

SVb finem *Ianuarii*, *Fridericus Palatinus*, *Rex*, aſſumpto fratre, atque cataphractorum alâ, *Pragâ* n *Moraviam* progreſſus eſt, homagii exigendi cauſâ. *Brinnæ* igitur à *Dynaſtis*, ac *Senatu*, ſolenniſſimè cceptus, inque *Patrum Societatis* ædem, ſub umbeli regia, deductus eſt. Re ſacrâ peractâ, inque *Paitium Rege* reducto, homagii ſolennitas ritè celerari, ipſeque de *Privilegiis*, *Iuribuſque*, Provinciæ, onfirmandis, agere cœpit.

VI.

'ridericus Palatinus, Rex, Vratislaviam pergit.

REbus apud *Moravos* ex ſententia confectis, *Fridericus Palatinus Rex*, comitiorum indicendoım cauſsâ, *Vratislaviam* perrexit. Antè urbem ıb dio, ab obviis *Principibus*, *Proceribuſque Sileſiæ*, ı. *Chriſtiano*, *Lignicii*, & *Brigæ*, *Duce*, orationem, ro felici *Regis* adventu, habente, ſplendidiſſimè xceptus eſt, campanis urbis è turribus ad unum mnibus, itemque è vallo tormentis undique aeneis, horrendùm intonantibus. *Rex*, inter ɔt ſigna equitum, peditumque, comitanteſque, : deducentes, *portam honorariam*, ſive *triumphalem*, ı *D. Eliſabethæ* baſilicam progreſſus eſt. Ubi à *D. acharia Hermanno* nomine reliquorum ſacerdoım, *Latino* ſermone demiſsè ſalutari, atq; ad throım antè aram ſuperiorem, collocatum, deduci, æpit.

Peractis rebus ſacris, muſiciſque concentibus, idem pompâ reductus eſt, omnis generis ſolennitibus haud, quaquam intermiſſis. Biduo elapſo, que in congratulationes adſumpto, *Rex* denuò, ım *Principibus*, *Ordinibuſque*, ad *D. Eliſabethæ* venit, nuóque precibus factis, in *Palatium*, ſive *Caſtrum* bis, reverſus, à ſubditis homagium ſolenniter cgit.

Hoc ſolenni ritè exacto, per *portam triumphalem* x reverſus, inque *Caſtrum* ſolenniſſimis ceremois, prout anteà, reductus, tùm denique epulis, adbitis ad menſam *Principibus*, *Ordinibuſque*, vacare epit. Sequentibus diebus *Prælati*, *Abbates*, *Capituleſque*, itemq; *Ordines civici*, in juramenti verba adti ſunt.

Porrò, *Rex*, urbis præcipuas partes, atque adminda, ubi perluſtrâſſet, adeóque ad *D. Ioannis* perniſſet, à *Canonicis*, *Cleriſique*, præeunte ore ac ſerone *D. Gebaneri*, exceptus, rogatuſque eſt, *Clericos* ſuis juribus uti frui ut permitteret. Ibi ecce! *Rex*, hæc in verba, brevibus ſubjecit: *Aedes*, inquit, *veſtras*, *Regio more, inviſere cupio: Privilegia confirmabo: confirmata habetote, dum modò ſitis fideles.*

VII.

Frid. Palatini, Regis, propoſitio, Sileſiis facta.

PRæſtito homagio, *Rex*, *Principibus*, *Ordinibuſque*, *Sileſiæ*, ſequentem propoſitionem, litteris conceptam, intimari fecit: Se nimir. regia, ac ſingulari, cum clementia, *Principum*, *Ordinumque*, obedientiam, benevolentiamque, expertum eſſe, dùm, ad mandatum regium tantùm non præſtò comparere, ſed *Regem* etiam more, rituque, antiquo, excipere, ac deducere, voluiſſent. Iam ſe ex intimâ, modò non regiâ, ſed paternâ, ergà regnum, confœderataſque provincias, gratiâ, curâque inclinare, ac ferri, ut ipſis notum facere debeat, *Ferdinandum Cæſarem* apud omnes penè *Europæos Reges*, *ac Magnates*, adverſus ſeſe auxilia, pecunias, militeſque, erogare, quibus in *Bohemos*, ſociosque, vindicibus armis irruere, eoſque, ſi liceat, opprimere poſſit. Quantum enim periculi jam tùm ab invaſionibus *Polonorum* ſuccreverit, atque deinceps extimeſcendum ſit, haud in obſcuro eſſe. Ut de *Turcis* etiam, aliiſque gentibus, quas hanc in rem ſolicitari contigiſſet, nihil dicatur. Neceſſitatem proindè flagitare ipſammet, conjunctis animis, fideque ſanctâ, atque intemeratâ, dieſque noctesq; hoc agerent, in hoc ſolummodò incumberent, quò implorato divino auxilio, ea media, auxiliaque, ociùs comparentur, quibus hoſtis è provinciis ſuis profligari, bellique ſedes aliò transferri, queant. Iamque cùm in horas *Bucquoii*, ac *Tampierii*, inſultus in *Bohemos*, ſive *Moravos*, præmetuendi eſſent: idcóque rem intimiùs ad animos admitterent, ſuppetiaſque, antè promiſſas, præpararent, illis ut quantò ocius, ad oppreſſorum vindicationem hoſteſque retundendos, uti frui liceat.

De rebus *Polonicis* idem ſe monere, defenſionis ſuper mediis itidem ut deliberarent, hoſtemque conjunctis viribus non tàm eiicerent, quàm in finibus ipſi reſiſterent, aditumque intercluderent.

Salutem regni, *Provinciarumque* ſociarum, juxtà *Religionis Evangelicæ* negotium, tàm ſibi curæ eſſe, ut neque propriæ perſonæ, nedum vitæ, multò minùs ſumptibus, parcat, dùm, in abſentia ſua, per alios *Electoratum*, ac *Provincias* ſuas, adminiſtrari curet, próque illis conſevandis exercitus conſcribere, ac conquirere, teneatur.

Prout igitur ex vero ac ſincero, erga bonum publicum, in primis etiam regnum *Bohemiæ*, adjunctaſque *Provincias*, affectu, etiam relictâ patriâ, ac quietâ, poſſeſſione, ſeſe, unà cum regia conjuge, & liberis, in inquietum, maximéque periculoſum, ſtatum, curas, ac ſolicitudines, intromiſiſſet, ità ſeſe certò confidere, hoc ipſum *Principes Ordineſque*, fideliter expenſuros, adeóque omni collatâ induſtriâ laboraturos, eſſe, quò, juxtà *DEI* gloriam, etiam honor, dignitas, ac reſpectus, *Regi* conſtare, patria defendi, atque hoſtes reprimi poſſint. Quæ ut eò certiùs in a-

ctum

ctum deducere eſſet proclive, eoſdem articulos, anteà *Moraviæ* legatis apud *Brinnam* propoſitos, ſeſe illis inculcare, de iis ut certi aliquid determinarent, juxtaque, quid de *Polonorum* irruptionibus fieri debeat, aut commodè poſſit, decernerent. Utrum igitur *Poloniæ Rex*, ejuſque *Senatores*, ſive per legatos, ſive per litteras, conceptiſſimis verbis ſcriptas, interpellandus ſit, an verò *Evangelicæ* libertati faventes ejus regni certique *Proceres* conveniendi, tentandique, forent, curioſâ diligentiâ diſpicerent. Siquidem verò etiam, ſub tractatione fœderis *Vngarici*, illud in concluſionem veniſſet, ſine mora ut legatio ad *portam Ottomannicam*, *Conſtantinopolim* versùs, pro induciarum prorogatione, & ne *Ferdinando Cæſari*, reliquiſque *Bohemiæ* hoſtibus, auxilia decernantur, expediretur, utique autorem ſe illis eſſe, hocce neceſſarium propoſitū ne inſuper haberent, ſed de perſonis, ad hoc muneris deligendis, præmiiſque, inter *Turcos* dividendis, maturè conſultarent. Atque hæc eſſe, quæ ad rem, expeditionemque bellicam, faxint.

De rebus *Provincialibus* quod ſupereſt, innotuiſſe, *Regi*, *Cameram Sileſiam* plurimo ære alieno tantùm non preſſam eſſe. Quanquam igitur ipſe in culpa ſit minimè, neque aliquid indè ad ſe redierit, nihilominùs ſolicitum ſe eſſe, quibus conditionibus fidejuſſoribus, creditoribuſque, ex æquo, & bono, ſatisfieri queat. *Reditus cereviſiarios*, ſuperioribus antehàc *Regibus* permiſſos, jam ad tempus in patriæ defenſionem converti. Hoc illud eſſe, quod haud improbare debeat. Interim, ut, illorum vice, alio quopiam ſubſidio ſibi occurrere velint, quo regiam dignitatē, aulam, menſamque, abſque propriorum ſumptuum collatione, tueri rectius, itineraque ſuſcipere, deinceps, evaleat, monere debuiſſe.

Hæc, atque id genus alia, in verba ubi *Fridericus Rex* propoſitionem, ceu vocant, fieri curaſſet, relictis eam in rem legatis, *V. Non. Mart.* in *Bohemiam* receſſit. Quanquam autem etiam in *Luſatiam*, homagii exigendi igitur, curſum deſtinaſſet, audito *Bucquoii* in *Bohemiam* recèns irruentis exercitu, atque impetu, mutato ilicet propoſito, rectà *Pragam* deflexit.

IX.

Principum, Ordinumque, Sileſiæ, ad Friderici Regis poſtulata, reſponſio.

TAlis autem erat *Principum, Ordinumque, Sileſiæ*, ad novi *Regis* propoſita, declaratio, ac reſpōſio. Sicut, *Rex*, quòd *Principes*, *Ordineſque*, tàm frequentes, ad comitia conveniſſent, ſimulque ritu, antiquitùs recepto, *Regem* conſalutaſſent, deduxiſſentque, clementi animi cum ſignificatione, lubens agnoſceret: ità vice versâ ſeſe, intuitu electionis, liberrimè ad *Regem* devolutæ, nihil aliud feciſſe, niſi quod fides, atque obedientia, reſpectuſque debitus, antè poſtulaſſent. *DEO* potiùs reddendas gratias, cœloque imputandum, quod *Regis* animus, præeunte liberrimâ electione, eò inclinarit, ut, poſtpoſitis ſui ipſius, regiæque conjugis, ac dulciſſimorum pignorum, ſtatu illuſtri, quieto, ac florenti, non obſtantibus quibuſcunque dehortationibus, periculiſque, glorioſam, illam, atque ab omni poſteritate memorabilem, heroicam animi intentionem conceperit, quò divini Numinis gloriam, boni publici curam, *Religioniſque Evangelicæ*, protectionem, tùm regni *Bohemiæ*, *Provinciarumque* ſociarum, in ultimis diſcriminibus, &, quod dicunt, acie novaculæ verſantium, vindicationem, tot obſtaculis, injectiſque remoris, longum valere juſſis, procuraret, ac præferet.

DEI hoc opus omninò eſſe. In cuius dextera regnorum converſiones, ac tropica, verſentur. Seſeque nihil dubitare, immò cum omni affectu precari, idem *DEVS Opt. Max.* utique verus totius atque ingentis hujus negotii autor, ac director, vellet *Regi* porrò ex alto benedicere, juxtaque vitam felicem, ac longævam, omniaq; quæcunque ad divini nominis ſui gloriam, *Eccleſiæ*, & boni publici, emolumentum, inprimis etiam regni, ac provinciarum oppreſſarum, vindicationem, hoſtiumque profligationem, faciant, largâ manu cœlitùs conferre. Qua de re cùm idem prorſus *Regis* eſſet animus, idem propoſitum, quod quidem diu antè & *Principes, Ordineſque*, foviſſent, nimir. divino *Numini* honor & cultus, quò conſtet, *Religio Evangelica* protegatur, Iuraque, ac privilegia, provinciarum conſerventur, utpote tam Chriſtiano, quoque, homine dignis, auſis, cœptiſque, tantò certiùs divinæ benedictionis auram, aſpiraturam eſſe. Quo nomine dubitandum non eſſe, unumquemque, patriæ amantem, quibus periculis, curis, ac ſolicitudinibus, ſeſe *Rex* obieciſſet, intimiùs ad animum admiſſurum, unàque cum *Rege*, eâdem laudabili intentione, vitam, fortunaſque omnes, inſumpturum eſſe.

Rex itaque *Principibus, Ordinibuſque*, certò confideret, futurum, ut eum, cum patria, nunquam deſerant, ſed potius omni induſtriâ fideliter procurent, quò *DEO* honor, *Regi* dignitas, patriæ libertas, ſibi verò obedientia, conſtare debeat. Ingentes interim, maioreſque, ſeſe grates tàm verbis agere, quàm animis habere, *Regem* prætereà etiam nec proprię vitæ, nec ſumptibus copiiſque, domeſticis, parcere velle, quò hoc regnum, hæ *Provinciæ*, ab hoſtibus vindicari queant. Ideoque vel eò magis *Regi Principes, Ordinesque*, omnia lubentes volentes, ἐς ἀμοιβήν, & offerre, & debere.

Cæterùm, cùm, juxtà preces, divinique nominis ſeriam invocationem, etiam humanis eſſet utendū præſidiis, tanquam mediis, quibus *DEVS* res ſæpenumerò ingentes efficeret, utique auxilia, à *Rege* poſtulata, ad proximam quamque occaſionem, præparata, ac præſtò futura, eſſe. Tametſi enim, juxtà articulum *confœderationis LXXXVIII.* auxilia hæc aut differre, aut intrà fines proprios retinere, poſſint, præſertim, cum à *Polonis* ſibi metuendum ſit, tùm *Sileſiæ* fines tàm latè disjuncti hoſtibus faciliùs, quàm vel *Bohemorum*, vel *Moravorum*, pateāt: nihiloſeciùs, non obſtante reſpectu quoviſcunque, copias certas decretas eſſe, quas ad primam quamque occaſionem ſive *Rex*, ſive generalis exercituum ductor, obtinere quitus eſſet. Sub hac tamen proviſione, ut, ſicubi *Sileſios* infeſtari fortè contingat, oppidò reddantur.

De articulis, *Moraviæ* legatis apud *Brinnam* propoſitis, diligenter, ſeſe pariter deliberaturos, curamque tàm patriæ, quàm *Regiæ* autoritatis, boniq; publici, habituros eſſe. De legationibus tàm ad

Polonos,

Polonos quàm *Turcos*, ac *Portam* dictam *Ottomanni-*
am, dirigẽdis, ſuper quibus, regni, provinciarum-
que, causâ, tantoperè & laudabiliter *Rex* eſſet ſolici-
tus, eâdem eſſe ſuam ſententiã, omninoq; neceſſa-
riam hanc fore expeditionem. Ut autem cum *Po-*
onis per litteras agant, haud conſultum videri, cum
ad illas nemo fortè reſcribat, ut per legatos omnia
rectiùs curari poſſint. Et jam opportunam, ſub
Comitiis Cracovienſibus, captandam eſſe occaſionem,
quâ per legatos idoneos regni *Senatores* ſint pren-
sandi.

Super expedienda in *Turciam* legatione, ejuſ-
que requiſitis, ſeſe pariter deliberare. Iamque in-
ventum eſſe hominem, admodum idoneum, qui a-
pud *Perſas*, *Turcoſque*, itemque *Conſtantinopolim*, ali-
quot annis vixiſſet, linguæque *Turcicæ* callentiſſi-
mus foret. Eum, ſi ità *Regi* viſum ſit, quamprimùm,
cæteris cum legatis, mittendum eſſe.

Ad res provinciales quod attinet, nihil eſſe cer-
tius, quàm *Cameræ Sileſiacæ* obærationem, hanc-
que, extrà *Regis* culpam, accidiſſe. Ut ergò vel huic
ictui remedium afferri ſuſtineat, indicem nomi-
num ſeſe diligenter inſpecturos, examinaturoſ-
que, immò, quò curari hic morb. poſſit, ſucceſſivè
omnem operam daturos eſſe.

De reditibus cereviſiariis, ità eſſe, ut pro *Provin-*
ciæ, patriæque, defenſione, pecunias has erogari
hactenus uſuvenerit. Nihil itaque *Principes*, *Ordi-*
neſque, magis in votis habere, quàm ut res eo in ſta-
tu, quo antehac, floreret, *Regique* in omnibus ad
nutum, ac beneplacitum, obviàm ire ſatagerent.
Interim, rebus quantumvis difficilibus, eam eſſe
erga *Regem*, *Principum*, *Ordinumque*, mentem, atque
inclinationem, ut debiti affectus conteſtandi igi-
tur, pro ſubſidio tàm aulæ, quàm menſæ, regiæ, hoc
anno, quadraginta Thalerorum millia conferre,
ſingulíſque anni quadrantibus, decem ejuſce mo-
netæ millia, numerare, decreverint. Immò verò,
quò ſingularem, atque integerrimam, devotionem
ſuam, ſuperpondii igitur, conteſtari liceat, inſuper
ſexaginta *Thalerorum* millium ſummam ſeſe *Regi*
offerre, eâdemq; ipſi aſſurgere, cujus dimidia pars
ad ferias *D. Bartholomæi*, altera verò, antè feſtum
Nativitatis D. & Servatoris noſtri, numerari debeat.
Etiam atque etiam impendiò rogantes, *Rex* intuitu
præſentis tempeſtatis, hanc ſymbolam ſuam, regia
cum æquanimitate, optimè conſuleret.

Externa.

I.

Metenſium, ſive Mediomatricum civitas, ab Arcis præfecto periclitatur.

QUo tempore per *Batavos* civilium di-
ſcordiarum ſemina ſpargi cœperant,
eodem etiam *Mediomatricum* civitas,
in *Lotharingiæ* finibus poſita, olim à
Metio, duce Romano, occupata, (undè
& hodieque *Metis*, ſive *Metium*: dicitur) non pa-
rum periclitari animadverſa eſt. Poſteaquam e-
nim *Henricus IV. Rex Galliarum*, (qui, *Anno M.DC.*
IX. manu ſicarii *Monachi* interfectus eſt) *ditionis*
Angulemiæ non tantùm, ſed etiam *Mediomatricum*,
aliorumque locorum, gubernationem *Duci Eſper-*
nonio, ejuſdemque hæredibus maſculis, modò ido-
nei forent, tradidiſſet, donaſſetque: *Regis* prædi-
cti ſucceſſor, ac filius, *Ludovicus XIII.* aliis de cauſſis,
hanc patris conceſſionem mutare, aliiſque, ab obi-
tu *Eſpernonii*, eandem promittere dignitatem cœ-
pit. Hac de cauſſa factum, ut, *Cives Metenſes Eſper-*
nonii illius filium, *Marchionem Valettanum*, ex *Arce* e-
jecturi, conventu inito, de ſumma rei deliberarent.
Quo iſtorum propoſito maturè per diſpoſitos ad
Marchionem perlato, maturè hic, è *Lotharingia* aſci-
tis militibus, inque *Arcem* clàm immiſſis, rebus
ſuis proſpexit. Cùm itaque res ad effectum ſpe-
ctaret, civeſque *Arcem* invadere tentarent, *Marchio*
ilicet, tormentis verſus civitatem converſis, mili-
tibus verò, novè aſcitis, magno cum impetu, fini-
ſtrâ manu faces, eâdẽ ſub axilla faſces ſtramineos,
ſub cingulo verò bipennes, ferentibus, in urbem
dimiſſis, omniaque, dura, ſub ignibus, ac ferro,
comminantibus, tantum terrorem incuſſit, ut ci-
ves, oppidò perterrefacti, arma militibus trade-
rent, palinodiamque canere inciperent. Armis i-
gitur in *Arcem* civium relatis, poſtridie, præter ar-
ma, inſuper ſuppellectilem auream argẽteamque,
pœnæ loco, contradere, atque in *Arcem* conferre,
civitatẽque annonâ, ac propugnaculis, communi-
re, juſſi, coacti, ſunt. Quæ cùm ad aures *Regis* per-
veniſſent, illico *Rex* conclaſſare, atque educere, juſ-
ſit. Regiis autem conſiliariis diverſum ſentienti-
bus, hanc rẽ non viribus, ſed arte, & conſilio, agen-
dam eſſe, complacuit hæc ratio, ut cum *Marchione*
tranſigeretur, potius, quàm ut eo, in armis, locoque
munitiſſimo, reſiſtente, fortalitium illud præcipuũ
è *Regis* faucibus intercipi, externoque fortè domi-
nio ſubiici, deberet.

II.

Caſparis Schioppii Claſſicum belli ſacri.

HIſce temporibus, antequàm *Fridericus Palatinus*
regnum *Bohemiæ* demoraretur, *Caſpar Schiop-*
pius, vir litteris, pariter atque audaciâ plenus, *Hiſpa-*
nicus, *Auſtriacuſque*, conſiliarius, in *Palatinatu* ſupe-
riori obſcuris parentib. natus, libellum ſuum, ver-
bis, ad ſeditionem ſpectantibus, pleniſſimum,
eumque *Claſſicum belli ſacri* dictum, typis publica-
vit. Eo, ad *Matthiam Cæſarem* directo, ſumma cum
importunitate, ac vehementia, ab *Imperatore* poſtu-
lavit, Cæſarei is officii ut memor omnes eos, qui-
cunque à *Romana Eccleſia* ſeceſſionem feciſſent, puta
Electores, *Principes*, *Comites*, *Barones*, *Nobiles*, *ignobiles*,
tanquam hæreticos excommunicatos, extemplò
è medio tolleret, deleret, immò in crucem, furcam-
que patibularem, adigeret, hoc ipſo, è ſacris
noſtris fontibus Ioſuæ dicto abuſus: Tolle cun-
ctos Principes populi, & ſuſpende eos contrà ſo-
lem è patibulis, &c.

Atque iſtud ſcriptum claſſicum hinc inde, at-
que undique, id genus ſanguinaria irritamenta
deſpumat. Imprimis *capite ſecundo*, ab initio ad fi-
nem, inculcatur, omnes ad vnum *Proteſtantes*; tan-

quàm *hæreticos*, è vita in necem adigendos, ex *Imperio* proſcribendos, confeſtim opprimendos, omnibuſque fortunis, in homines *Catholicos*, ità dictos, dividendis, ſpoliandos eſſe.

Capitulo ſexto, inter cætera, *Granvellani Cardinalis* conſilia moderata, antehàc *Carolo V. Imp.* communicata, damnantur, ſimulatque *Lutherani*, pœnæ gladii ſubiiciuntur. Atque, cùm *Proteſtantes* univerſi à *Pontifice Rom.* excommunicati, hocque pacto civiliter jam tùm eſſent mortui, *Capitulo XIIX.* ſub iſtis verbis audacter *Cæſarem* alloquitur: *Porrò*, inquit, *lucrum, quod ex ſiniſtra ſua Clementia facturus erat* (*Rex Achab*,) *his Prophetæ verbis continetur*: *Hæc dicit Dominus*: *Quia dimiſiſti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo eius.* Ubi ſic concludit: Ea propter, *ô Imperator, Proteſtantes ut vivant, ne permitte, niſi ipſe velis mortis eſſe filius.*

Capitulo XIX. prolixè demonſtrat, *Imperatorem* cum *Turcis*, *Barbaris*, ac *Iudæis*, fœdus liberè inire poſſe, cum hæreticis, ità dictis, non poſſe. Ubi denuò hæc in verba concludit: *Quare*, inquit, *cùm eos Deus in manus tuas tradiderit, percuties eos uſque ad internecionem, non inibis cum iis fœdus, nec miſereberis eorum.*

Hæc, & plura, id genus ſanguinaria, ac tyrannica, conſilia, contrà *Evangelicos* dictos: eodem libello paſſim famoſus is autor diſperſit, ut *bovis* potius, quàm hominis, vox iſta putanda eveniat. Illud inprimis multos, bonæ mentis amantes, haud parum momordit, *ſanguinarium* iſtud *conſilium*, *conſenſu ſuperiorum*, ſicut frons libelli promittit, publicis typis evulgatum eſſe. Proſtat enim in medio libellus. Ad quem, compendii ergò, lectorem amandamus.

Io. Petri Lotichij

RERVM GERMANICARVM

LIBER V.

CAPVT I.

De auxiliis, à Ferdinando Imp. adverſus Fridericum Palatinum, erogatis.

I.

Ferdinandus Imp. miſſis ad Electores Imp. legatis, ſuper Friderici Palatini, itemque Bohemorum, Vngarorumque, iniuriis, conqueritur.

FErdinandus Imp. ubi, elapſo ſufficienti temporis ſpatio, cognitiſſimum, perſpectiſſimumque, haberet, *Fridericum Palatinum* nihil minùs, quàm de reddendo *Bohemiæ* regno, cogitare, quibus rationibus res deperditas, ablataſque, vindicare poſſet, ſerias agitare conſiderationes cœpit. Quo fine, in limine *Anni M. DC. XX. Henricum Iulium, Ducem Saxo-Lavvenburgicum*, & *Hieronymum ab Elvern*, aulæ *Cæſareæ* conſiliarium, *Viennâ*, ad quinque reliquos *Imperii Electores*, dimiſit, quiritatum, quibus hactenùs à *Friderico Palatino*, *Bohemis*, *Vngariſque*, ſeditiosè tumultuantibus, injuriis *Cæſar* affectus eſſet. Deliberarent ergò omni iuduſtria *Electores*, ſuper mediis, quibus id genus inſolentiis, ſive exceſſibus, obviàm iri, tùm *Imperio* pax reſtitui, poſſit.

Secundùm hæc, *Electores*, officii, rerumque ſuarum, ſatagentes, ad proximum menſem *Februarium* apud *Mülhuſium Thuringorum*, conventum indixerunt: quo de paulò infrà.

II.

Imperator, publicatis codicillis, Electionem, coronationemque, Bohemicam iſtam, damnat, deſuperque proteſtatur.

INterim, neque ſic acquievit *Imperator*, regnis, ac provinciis, ſuis bellorum incendio latè confla-

gran-

grantibus, quin ipſe etiam evigilaret, rebuſque, ac
uribus, ſuis proſpecturus, publicatis codicillis no-
vam, atque à *Friderico Palatino* admiſſam, electio-
nem, coronationemque, *Bohemicam*, deſuper pro-
ceſtando, annihilaret, damnaretque. Tenor autem
codicillorum, eum in finem publicatorum, fuit e-
uſmodi.

Tametſi nequicquam dubitamus, tàm extrà,
quàm intrà hujus *Imperii* fines, abundè innotuiſſe
omnibus, in quem miſerrimum ſtatum *Bohemiæ* re-
gnum noſtrum, utique *Romani* hujus *Imperii*, *Electo-*
ratus, & membrum præcipuum, unà cum *Provinciis*
ociis, aliiſque hæreditariis *Ducatibus*, noſtris, de-
volutum fuerit, quibuſque hoſtilibus inibi exci-
tatis, motibus, atque exceſſibus, inſontes noſtri
ubditi hactenus affligi cœperint: interim, quò
era iſtorum motuum origo, tanquam à fonte, co-
noſci, contrariis verò ex adverſo opinionibus,
erſuaſionibuſque, occurri, queat, paulò altius, pe-
titiiſq;, tumultuationis iſtius tela retexenda fue-
it. Itaque ſic ſeſe res habet. Temporibus *Mat-*
thiæ Imp. utique pariter *Bohemiæ regis*, contigit, ut
uidam *Bohemicorum Procerum*, ſub colore, ac præ-
textu, *Religionis*, tanquam adverſus eorum pri-
ilegia, *litteraſque*, dictas *Maieſtaticas*, aliquid paſ-
eſſent, in abſentia *Cæſaris*, furore inuſitato, in-
uditoque, perciti, *Vicarium*, alioſque *Cæſareos* con-
liarios, viros præcipuos, de facto è feneſtris præci-
itârint, in arma primitùs deſcenderint, *Cæſareos*
eteros conſiliarios, atque miniſtros aulicos, invi-
o, atque inſalutato, *Imperatore*, ab officiis re-
edere juſſerint, regni jura, ac regalia, inva-
rint, novas regnandi leges præſcripſerint, ad-
òque è numero ſuorum, omni *Imperatoris*, *Re-*
giſque, ſui reſpectu, ac reverentiâ, procul ex-
uſis, *Directores*, qui regno præeſſent, elege-
nt. Hoc modo cùm limites allegatæ *Religionis*
efenſionis, (modò illis, vigore litterarum
Maieſtaticarum, defenſio ulla indulta, ac conceſ-
, ſit,) longè exceſſerint, utique tàm libidi-
oſa ſubditorum attentatio nihil aliud, præter-
iàm mera, & vera, ergà dominum, ac Magi-
ratum ſuum, perduellio cenſeri debebit. Inte-
n, quantùm ad gravamina, in *Apologetico Ordi-*
num, *ſub Vtraque* dictorum, publicata, attinet,
quidem, ut ut ſe ſe habeant, in medio relin-
uimus, non ignorantes, quantum privati ali-
ius hominis errores, ac delicta, ſupremo ma-
ſtratui præjudicare poſſint, cùm inſtitutum no-
rum haud quidem ſit, eorum, quæ antè nos,
ſque noſtrâ etiam culpa, contigerunt, cauſſam
cere noſtram, ut ea nobis etiam de jure impu-
ri haud æquum ſit. Quo nomine ab omnibus
onæ, ac germanæ, mentis amantibus, nobis
omittimus, haud dubitantes, eos omnes è
ntinuis hucuſque motibus bellicis, eorumque,
bis evulgatis, documentis, didiciſſe, quàm, juxtà
vinas, humanaſque, ac fundamentales, *Imperii*
ges, inconveniens, atque abſonum, ſit, excluſis
ediis mitioribus omnibus, eò extremæ proter-
e, ac temeritatis, prorumpere, patriam u-
erſam, ſuperinductis cædibus, ac lanienis, in
imam perniciem præcipitare, contraque magi-
atum factioſis, ac rebellibus armis inſurgere,
nque nolentem-volentem, in ultionem, ac vindictam, perduellibus debitam, pertrahere velle. Eſto enim, in *litteris Maieſtaticis* allegatam, ſeſe defendendi, licentiam primitùs indultam, poſtmodùm verò abrogari cœptam, eſſe, immò verò omnes vias, quibus ad jus ſuum pertingerent, intercipi contigiſſe, nihilominùs eum in eventum, valdè adhûc incertum, dubiumque, minimè defuturi fuiſſent tàm *Electores*, quàm *Principes* præcipui, qui quidem pro *Bohemis*, eorundemque juribus, intervenientes, haud quaquam paſſi forent rem hanc ad ultimam devolui calamitatem.

Poſteaquàm ergò à *Directoribus*, de facto creatis, eorumque complicibus, præeunte ſanguinario fœdere, hoc actum eſt, ut, poſt præcipitationem *Vicarii*, reliquorumque *Conſiliariorum Cæſareanorum*, *Ordinibus* fidelibus eo inuſitato facinore, ac ſpectaculo, terror incuteretur, illique, ad omnia deinceps licentiùs perpetranda, ſibi firmiùs devincerentur, ilicet in arma hoſtilia ruere, copias conſcribere, confœderationes augere, omniaque, aut pleraque, ſeditioſè agere, cœperunt, quò *Ordines* pariter reliquos, tàm *ſub Vtraque*, quàm *ſub Vna*, dictos, opprimere, pœnam, perduellibus debitam, effugere, adeóque conſilia, ſua nimis funeſta, jam pridem clàm agitata, palàm in effectum deducere evalerent. His, aliiſque, de cauſſis, ſine dubio graviſſimis, *Imperatoris* partes illæ fuerunt, hanc rabiem, utpote quæ, excuſſis omnium legum repagulis, inſuperque habitis tot paternis admonitionibus, de die in diem ſerpere, adeóque contagio, ac virulentiâ ſuâ, etiam provincias hæreditarias, corrumpere perrexit, ulteriùs inultam haud ferre, ſed juſto armorum apparatu retundere. Nihilominùs, tametſi jam etiam in armis *Cæſareæ* vires creviſſent, ſatiſque copiarum eſſet libidinationem ac temeritatem *Bohemorum* infringere, in ipſo tamen bellici apparatus æſtu, *Imperator* clementiæ, ac humanitatis ſuæ memor, cædeſque tot inſontium hominum toto pectore averſatus, *Imperii Septemviris*, ac *Principibus*, hoc in mandatis dedit, viderent nimirum, atque imterpoſitione ſuâ, tanquam arbitri, efficerent, quò utrinque poſitis armis mutuam in concordiam, ac gratiam, redire liceret. Sed quàm iniqui, immorigerique, præter omnem exſpectationem, tùm fuerint *Bohemi*, quamque abſurdas conditiones extorquere etentarint, publicis codicillis, ac diplomatibus, in lucem editis, ſufficienter conſtare. Intereà *Matthiâ Cæſ.* fatis concedente, atque, vigore coronationis regiæ, præſtitique à regni *Bohemiæ*, adjunctarumque *Provinciarum Ordinibus*, homagii, regia regni illius *Bohemiæ*, reliquorumque *Principatuum*, ſucceſſio ad nos pleno jure eſſet devoluta, ecce! neque tunc aliquid in nobis, deſiderari paſſi ſumus, quinimmò ilicet, ſine mora, regiæ capitulationis memores, intrà menſem confirmationem legum provincialium *Burggravio ſuperiori* tradi curavimus, annexa ſub hac conditione, nos proviſuros, quò pax in regnum *Bohemiæ* reduci, ac confirmari, juſtitia pariter omnibus erogari poſſit. Tametſi igitur neque, ad hanc noſtram clementem animi ſignificationem, vel ſubditi illi noſtri reſcripſerint quidem, nihilo-ſeciùs prædictam pri-

 vilegio-

privilegiorum confirmationem, prout illa à *Matthia Imperatore*, prædeceſſore noſtro, facta eſſet, per certum curſorem, *Pragam* in duplo ad *Burggravium ſuperior.* emiſimus, ſimulque litteris incolas *Pragenſes* tàm dynaſtas, quàm equeſtris, & civici, ordinis, compellavimus, ritéque illis intimari fecimus, nequicquam dubitantes, fore, ut & ipſi ſubditi reciprocam ergà *Regem* ſuum, ſolenniſſimè creatum, ſubmiſſionem eſſent declaraturi. Verùm enim verùm contraria evenêre omnia. Litteræ enim confirmatoriæ tantùm non à refractariis iſtis admiſſæ ſunt, ut etiam inducias propoſitas, militique noſtro indictas, repudiârint, etiam ad petita noſtra, dùm arbitros quoſdam, atque delectos, pacis redintegrandæ igitur, ad nos emitti poſtulavimus, ne reſcribere quidem dignati ſint. Ecce! igitur, furioſorum more, per totius regni fines, conclaſſare, milites delectu probare, ordines *Moraviæ* ad defectionem ſolicitare, eorum copias, defenſionis ergò, collectas, ad ſe pertrahere, *Brunnam* civitatem ſubitò invadere, in eaque *Capitaneum Provincialem*, alioſque miniſtros, malè exceptos, in cuſtodiã arripere, *Olmütium*, regionis metropolim, de facto occupare, *Senatũ* loco movere, in æde baſilica novũ *Religionis* exercitiũ introducere, *Clericos* eiicere, bona eccleſiaſtica compilare, homines Monaſticos votis abſolvere, provinciæ *Proceres*, juramenti, ac fidelitatis ſuæ, ſatagentes, inſtar patriæ proditorum, proſcribere, cœperunt.

Neque verò iſtis furor acquievit. Sed, poſtquam bellorum incendia per *Moraviam* poſuiſſent, etiam ſeditione *Auſtriam* inflammarunt. Indè *Laam* civitatem in finibus obſidione cinxerunt, indè mox temerario conatu ad *Viennam* moverunt, *Arcemque Cæſaream*, atque *Archiducalem*, noſtram, tormentorum exploſionibus petierunt. Quo igitur animo hæc omnia ſingula ſuſcepta ſint, bonæ mentis amantibus diiudicandum relinquimus. Iſtis ſuperaccedit, ſæpè nominatos *Bohemos*, apud diætam *Imperialem Francofurtenſem*, ad quam ordine, & ex lege, vocati eramus, electoralem noſtram ſeſſionem, votum, ac ſuffragium, per delegatos ſuos in dubium vocare conatos eſſe, abſque conſenſu noſtro ſubditos noſtros, hæreditario jure nobis devinctos, in ſua verba jurare juſſiſſe, adeóque, ad novam electionem regiam, omnis juramenti, fidei, ac reſpectus, oblitos, dùm nos *Septemvirorum Imperii* unanimibus ſuffragiis ad ſupremam huius *Imperii, Imperatoriſque*, dignitatem proveheremur, temerè progreſſos eſſe. Adde quòd, ab electione, & coronatione noſtra *Cæſarea*, minimè ceſsârunt *Vngaros* eandem in ſeditionem pertrahere, *Bethlenumque* evocare, qui tum *Caſchaviam*, fortalitium, totamque *Vngariam ſuperiorem*, occupavit. His peractis, cum exercitu ad *Viennam* regreſſi, id, quod diu antè in animis habuerant, efficere tentarunt. Sed ab exercitibus noſtris repreſſi de novo hæreditarias noſtras provincias cædibus, rapinis, atque expilationibus, vaſtare cœperunt. Ad ſummam, adverſus legitimum ſuum Magiſtratum, abſque ulla data acceptaque offenſa, ità quidem diris modis, atque exceſſibus, ſævierunt, ut crudelius ne potuerint quidem. Inprimis verò hæc conſilia, hæc facinora, per *Directores*, quos nominant, eorumque complices, nata ſunt. Iſti enim, abſque dignitatis *Cæſareæ, regiæque* reſpectu ullo, atrocibus injuriis, ac calumniis, inſurgere, regiam noſtram electionem, coronationem, ac publicationem, infamare, ſuper regia ſtipulatione, tanquam à nobis neglecta, pactiſque, tanquam in regni præjudicium, à nobis introductis, multa, & perverſa, ſeminare non deſtiterunt.

Quas inter calumnias, ac ſugillationes, brevi poſt tempore eò extremorum res recidit, ut, everſis legibus patriæ fundamentalibus, octingentorumque annorum continuis obſervationibus, regni novam formam, novamque faciem, ſua pro libidine cudere perrexerint. Neque enim ſanctiones illæ *Carolinæ* inſuper (*Auream bullam* vocant) illique annexæ *Friderici II. Imp. Privilegiorum* declarationes, ab id genus novatoribus tutæ fuerunt, ut jam demum, poſt ducentorum, & ſeptuaginta duorum, annorum, interſtitium, in dubium vocari debuerint. Uſque eò enim rabies ſeditioſorum proceſſit, ut etiam famam laudatiſſimi illius *Imperatoris*, pariterque *Bohemiæ Regis*, immò rerum *Bohemicarum* exaltatoris, lacerare comperti ſint, tanquam ille *Bohemorum* privilegia, in gratiam poſterorum, ac hæredum ſuorum, detorſiſſet, latiuſque, quàm de jure, & lege *bullæ Carolinæ*, facere potuerit, extendiſſet, cùm tamen privilegium illud conſenſu *Electorum Imperii*, omniumque *Bohemiæ Ordinum*, latum, ab *Ordinibuſque* receptum, ſit, ut ſupinam iſtam refractariorum noſtrorum ſubditorum protcrviam non ſatis admirari, ſed perhorreſcere, liceat.

Quanquam autem neque hoc unquam præcogitare, nedum ſperare, potuerimus, per hos iſtos motus, ſeditionis, ac manifeſtæ perduellionis pleniſſimos, fore, ut aliquis hujus *Imperii Princeps*, (cui æquè ſubditi forent, utique à quibus dubio procul motus ſeditioſos ejuſmodi libenter minimè gentium exſpectare vellet,) abſque legitima cauſſæ cognitione, hanc perduellionem approbare, Domus, ac familiæ noſtræ, iura, privilegiaque, involare, adeóque de facto tentatam, factioſamque novam electionem regiam, in ſe recipere, eſſet auſus, nihilominùs contrà tàm noſtram, quàm cæterorum *Imperii Electorum*, opinionem, dehortationemque, idipſum uſuveniſſe, conſtat.

Cùm igitur, vel inter *Turcos*, *Tartaroſque*, Regibus, ac Magiſtratibus ſua conſtet dignitas, atque ſubditorum obedientia, hi verò (*Bohemi*) perduelles omnem obedientiam, ſubmiſſionem, jusjurandum, ac fidem datam, ejurarint, tùm *Palatinus* contrà manifeſta jura, leges fundamentales, paciſque tranſactiones, ac ſanctiones, novo, pernicioſoque, exemplo, regnum noſtrum invaſerit, ſubditos perduelles, juramento nobis obſtrictos, in ſua verba jurare juſſerit, bonique ordinis, legum, ac pietatis, limites tranſgreſſus fuerit, nihil dubitamus, DEVM *Opt. Max.* tranſgreſſionis illius futurum vindicem, cæteros verò tantùm non *Chriſtianos Reges*, *Principes*, ac

es,ac *Magnates*,ſed etiam *Turcos*, *Tartaroſque*, ac cæteros barbaros *Potentatus*, enorme, atque irregulare, iſtud factum, omnes ſingulos, detetaturos eſſe. Quo colore enim *Palatinus* nuſitatum, horribilemque, id genus procedendi modum colorare poſſit, ipſe viderit. ſte enim nos antea pro coronato, & legitino, *Bohemiæ Rege* ipſe habuit, ejuſce dignitatis intuitu, ad electionem *Regis Romani* ipſe dmiſit, ipſe ab initiis motuum *Bohemicorum*, ſe e, tanquam arbitrum, modò non obtulit, ſed ontinuo operè præbuit, ipſe codicillis, ab *Electorum collegio* in cauſa *Bohemica* decretis, ſubcripſit, ipſe nedum verbis, nedum factis, à obis læſus, aut laceſſitus eſt. Ut ut igitur æc libidinatio iſtius, atque id genus compliu m, ſtare, ac defendi, poſſit, eventus dabit. Certè divinam vindictam, qui factis atrocibus n ſua capita irritarunt, effugere haud quidem oterunt.

Interim, ne ſilentium in conſenſum, aut præudicium, trahi contingat, aut electio, coronaioque noſtra in *Bohemiæ Regem*, in controverſiam, aut dubium, vocari poſſit, proindè ex oteſtate *Cæſarea*, *Regiaque*, ampliſſima, pleniſſiaque, ſummoque jure, novam, factioſamue, iſtam electionem, coronationemque, *ohemicam*, illiuſque regni noſtri indè procedentem occupationem, ac detentionem, ſolenniſſimè impugnamus, damnamuſque, immò anihilamus, atque expungimus.

Ex adverſo nobis, laudatiſſimæq; noſtræ familiæ omnia Iuris, armorumq;, media, ac beneficia, ipſamque realem vindicationem, nec non, ıxtà *Imperii*, regnique, *Bohemiæ*, conſtitutioes, in perduelles pœnarum, ac ſuppliciorum, rogationem, omni meliori modo, verbis conceptiſſimis reſervantes. *DEVM* quapropter, uiverſumque mundum, teſtamur, prout hactenus nihil prius, atque antiquius, habuimus, uàm ut pacem deperditam per regna, & proincias noſtras, reſtauraremus, ſubditoſque oſtros ab interitu, ac flebili ruina, vindicareus, immò etiam regna, provinciaſque, teerariis auſis interceptas, recuperaremus, illud ſum, inquàm, propoſitum adhûc dum, & einceps, nobis unicè curæ futurum eſſe. Ex dverſo ægerrimè nobis accidit, hactenus culà ſeditioſorum hominum, utpote qui ſub *Religionis* fuco rebellionem colorant, multa atque nnumera in ſubditos noſtros damna atq; infornia, detorta eſſe. De quibus ſanctè proteamur, nos id genus cædium, lanienarum, ac alamitatum, immunes eſſe, cauſſamque ultiis illis calamitatitibus dediſſe nullam, ut ad ea ltem, ad quæ ſummo Magiſtratus ex officio bligamur, reſpexerimus.

Eſto etiam, nos unius alicuius impotentiæ, ſi criminis, hoc in paſſu convinci, aut meniſſe, poſſe, ſanctè condicimus, ac promittius, nos oppidò erroris illius pœnitentiam eendaturos, neque ex *Ordinibus* quenquam, adrſus privilegia ſua, gravaturos eſſe. Neque inus porrò conteſtatum eſſe volumus, ſicuà copiis, atque exercitibus noſtris, contrà leges militares, delinqui, ſubditos diſpoliari, inſontes necari, feminas, virgineſque, inceſtari, aliiſque exceſſibus peccari, contigerit, iſta omnia, tanquam contrà omnem intentionem noſtram evenientia, nos ad animum altius admittere, atque ſic affectos eſſe, ut, ſi modò querelæ ſuper genus facinoribus ad nos in tempore fuiſſent delatæ, vel adhûc deferri contingeret, nos juſtis ſuppliciorum generibus non tàm in gregarios, quàm officiales, milites, cum rigore animadverſuros eſſe. E diametro, & vice verſà, ad id obligati tenemur, neque à quoviſcunque hoc nobis vitio verti debet, quòd regna, ac provincias noſtras, cum omnibus pertinentibus, contrà omnes omnium injurias aſſerere, in iiſque ſuſcitatos perduellionis fomites omni vi, atque induſtria, exſtinguere, ſubditos, miſerrimè oppreſſos, in priſtinam libertatem reponere, per vim, ac media illicita regiones oblatas, vi, mediiſque licitis, recuperare, ad ſummam, noſtra, familiæque noſtræ laudatiſſimæ, jura, libertatem, ac privilegia, ad ultimam uſque ſanguinis guttulam, vindicare annitimur.

Quandoquidem igitur cauſſam foveamus abundè iuſtiſſimam, res iſta ſubditos perduelles in *Cæſarem*, *Regemque*, ſuum armis hoſtilibus inſurgere, omniaque barbaricis exceſſibus replere, deplorati, ac peſſimi omninò, exempli futura ſit, divini inprimis *Numinis* auxilium minimè nobis defuturum eſſe, certò confidimus. Deindè verò, cùm communis omnium *Regum*, *Principumque*, cauſa hîc vertatur, ſperamus fore, hæc ut perduellio, & temeritas ſubditorum, omnibus ad unum *Regibus*, *Ducibus*, *Principibus*, magiſtratibuſque, prorſus, & cum abominatione, diſpliceat.

Ad *Electores* deniquè *Imperii* huius quod attinet, eùm, quoad novam iſtam, & factioſam, electionem *Bohemicam*, autoritas, honor, ac dignitas, illorum patiatur, humaniſſimis verbis ab ipſis contendimus, illi, tanquàm in neceſſaria, & communi, cauſſa nobis aſſiſtant, atque opitulentur: è contrà à nobis, tàm quà res eccleſiaſticas, quàm politicas, *Cæſaream* protectionem, præſidiumque, ſibi promittant. Ità in eo, ut ajunt, clivo labor noſter ſudabit, quò omni animorum diffidentia reſcindi, ex adverſo ſincera pax, & concordia, per omnes regiones tàm redintegrari, quàm conſervari, ſuſtineat.

III.

Eadem, quæ ſuprà, legatio ab Imperatore dirigitur ad Daniæ Regem.

SEcundùm hanc deductionem, proteſtationem, atque annihilationem, novæ iſtius coronationis *Bohemicæ*, etiam, ſuper hæreditariis, regnum *Bohemiæ*, à parte *Archiducum Auſtriacorum*, concernentibus, iuribus informationem publicavit *Imperator*.

Quem in modum autem *Electorum Imperii* auxilia erogaverat, pro vindicanda *Imperii*, *Cæſariſque*,

riſque, itemque *regnorum*, *Provinciarumque*, alienatarum, dignitate ac reſtitutione, eandem in ſententiam, præfatum *Ducem Saxo-Lavvenburgicum*, itemque *Hieronymum ab Elvern*, legatos, ad *Chriſtianum IV. Daniæ Regem*, itemque *Principes*, *Ordineſque Saxoniæ* tàm *ſuperioris*, quàm *inferioris*, dirigere, deductioneſque illas, ſcripto comprehenſas, illis intimari curavit.

Hoc autem ideò agebatur ab *Imperatore*, ne forte *Rex*, *Principeſque*, incognitâ cauſsâ, ſub ſpecioſo *Religionis* titulo, *Palatini* partibus accederent, bellique molem aggravarent. Intereà, εἰς ἀμοιβὴν, repromiſit, fidemque dedit, *Imperator*, fore, ut ſi ſeſe rebus iſtis abſtinerent, nihil illis quicquam indè accidat incommodi, tùm verò *Imperii* gravaminibus, ſi quæ eſſent, quàm primùm medicina adhiberetur.

IV.

Chriſtiani IV. Daniæ Regis, legatis data, reſponſio.

AD illam prædictam *Cæſareorum legatorum* propoſitionem, ſequentibus reſpondere cœpit *Rex Daniæ*: *Cæſaris* ſalutationem, benevolamque animi conteſtationem, ſingulari cum voluptate ſibi uſuveniſſe. Ex altera verò parte dolenter ſibi accidere, *Cæſarem*; etiam in limine aditæ ſucceſſionis tàm *Cæſareæ*, quàm *Regiæ*, per motus à ſanguinariis iſtis *Bohemis*, *Vngariſque*, excitatos, in belli inteſtini diſcrimina, incidiſſe, prout à legatis prolixè eſſet declaratum. Optare itaque ſeſe, ne unquam ad hanc bellorum extremitatem res recidiſſet, ſed *Cæſari* potiùs feliciſſima regiminis auſpicia eveniſſent. Quo nomine *Regem* inpræſentiarum illud tantùm unicè deſiderare, quò *DEI* benedictione media atque remedia affulgerent, quibus tumor belli iſtius civilis reſidere, ex adverſo verò pax, & concordia, reduci poſſint.

Quòd igitur, è legatorum relatione, ille *Cæſari* eſſet animus, ea ſolicitudo, fore, ut ipſe cum reliquis *Imperii Septemviris* certo, atque idoneo, loco conventurus, ſuper ſuſpicionibus, ac controverſiis, inter *Principes Proteſtantes* obortis, diſpicere, pacemque reſtaurare, juxtaque *Imperii* gravaminibus mederi, vellet, hac in re *Regem* autorem, ac conſiliatorem, accedere, *Cæſar* quantò ociùs hoc ageret, quò diſſidia, *Religionis* cauſsâ, nata, inter *Principes* maturè componi, meliorque harmoniæ, ac concentus, intervenire ſuſtineat.

Hoc nomine *Regem* antiquam illam majorum ſuorum cum *Cæſaribus Romanis*, *Auſtriæ Archiducibus*, amicitiam, ſartam tectam, ad animum revocare, pariterque, ut hæc mutua animorum proventio ulterius extendatur, cupere. Seſe enim anteceſſorum ſuorum veſtigia calcaturum, nihilque eorum, quæcunque ad conteſtandam ſinceram amicitiam pertinere videbuntur, deinceps intermiſſurum eſſe.

V.

Friderici Vlrici, Ducis Brunſvvicenſis, ſuo, cæterorumque Principum, nomine, reſponſio.

SEquentibus verò, ad orationẽ *Cæſar.* legatorum *Vlricus Fridericus, Dux Brunſvvicenſis*, excipere cœpit: Quandoquidem *Cæſar*, idemque *Rex Vngariæ*, ac *Bohemiæ*, per legatos ità ſplendidos, motuum, per *Vngariam*, ac *Bohemiam*, ſuſcitatorum, originem, atque informationem, ſecum communicare dignatus eſſet, juxtaque anteceſſorum ſuorum, *Ducum Brunſvvicenſium*, inprimis *Henrici Iulii*, *Ducis*, parentis ſui, officia, ac merita, ergà ſuperiores *Cæſares*, inprimis *Rodolphum II. Imperatorem*, declarata, ad animum revocaret, unàque non minùs ſpecioſo honorario, *Cæſareæ* uſque ergà familiam *Brunſvvicenſem* clementiæ arrhabone certiſſimo, ſeſe afficeret, hoc iſtud eſſe, quod toto vitæ ſuæ curriculo deinceps, officiis integerrimis, ac paratiſſimis, ſumma animi cum gratitudine, tanquam *Princeps, Imperio, & Cæſari*, fidelis, atque addictus, promereri cogitaret. Ex ipſa autem porrò, à legatis ornatiſſimis verbis peracta, oratione illibenter *Ducem* motus, tumultuationeſque, per *Vngariæ, & Bohemiæ*, regna, ſociaſque *Provincias*, natas, obortaſque, intellexiſſe. Ex adverſo autem auditu ſibi gratiſſimum uſuvenire, *Cæſarem*, ex gentilitia clementia, ſingularique ergà hanc *Germaniam* amore, atque indulgentiâ, eò inclinare, ut cum *Electoribus*, cæteriſque *Principibus*, pacis amantibus, comitia celebrare, unaque, atque eâdem operâ, quò diſſidia, ac bella, iſta, per *Imperium* gliſcentia, intervenientibus conciliationis mitibus remediis, conſopiri, protectoria verò, ſuper bonis eccleſiaſticis, tàm antè, quam poſt *Tranſactionem Paſſavienſem* occupatis, diplomata expediri, poſſint, peculiarem *dietam, compoſitionis* dictam, aperire affectus ſit. Ex illis nunc præclaram *Cæſaris* integerrimamque affectionem & quàm paternè ergà *Imperii Ordines* animatus ſit, dilucidiſſimè cuivis patere. Prout ergò majores antehàc ſui ſemper à partibus ſupremi illius Magiſtratus, *Cæſarum* nēpe *Auſtriacorum*, ſtetiſſent fideles, atque immoti, hiſtoriis *Maximiliani*, *Caroli V.* & nuper *Rodolphi II. Imperatoris* glorioſi, conteſtantibus, conſimiliter etiam hunc *Ducem* ergà modernum *Cæſarem*, officia ſua cum omni affectu, ac cultu, ſumma cum fidelitate, declaraturum, adeóque ad ſummam omnia libenter facturum eſſe, quæcunque ad *Imperii*, ac *Cæſaris*, emolumentum, ac dignitatem, pacis verò deperditæ reſtaurationem, pertinere videri poſſunt. Neque eſſe, ut *Cæſar* hanc ſuam obſervantiam in dubium vocare debeat, cùm ab adverſæ partis conſiliis, atque actionibus (ſicut etiam in *conventu Noribergenſi* nuper indicaſſet) tantùm abſit, ut, ad extremum vitæ halitum, hac in concepta animi, affectuſque, integritate ergà *Cæſarem* perſeverare cupiat.

Ex alte-

Ex altera parte *Ducem* demiſsè admittere, confidenterque ſtatuere, *Cæſarem*, juxtà factam declarationem, unumquemque *Imperii* fidelem *Principem*, ſecundùm jura, ac privilegia, acquiſita, pactaque tàm religioſa, quàm politica, minimè perturbaturum eſſe: ut etiam præparationes bellicæ, tàm à partibus *Cæſaris*, quàm *Ligarianorum*, ſub opere ferventes, non ad recuperationem bonorum eccleſiaſticorum, (quorum quidem nulla, aut pauca, vel à ſex ordine, ac ſucceſſivè, *Imperatoribus* ſibi indulta, ac privilegiis confirmata, *Dux* quidem poſſideat) ſed licitam, legitimamque ſui defenſionem, ſpectent. *Ducem* proindè eum eſſe, qui ab *Imperatore* humilimis verbis contendat, dignaretur *Imperator*, pro regia ſua clementiâ, ſe, cum tota *Ducum Brunſvvicenſum* familia, in protectionem, ac tutelam, admittere, àque injuſtis armorum hoſtilium divexationibus immunem facere.

Iiſdem illis, totidemque, verbis, cæteri *Principes*, *Ordineſque*, ad quos *Cæſarei* legati pervenêre, ordine reſcribere cœperunt, *Cæſari* ſe, ſuoſque, tanquàm protectori, commendantes, atque ab eodem omnem clementiam, favoremque, exule quavis hoſtilitate, ſibi promittentes.

CAP. II.

De primo apud Lipſiam conventu, atque Electoris Saxoniæ in armis præparatione.

I.

IOanne Georgio, *Saxoniæ Electore*, exploratum habente, quibus excurſionibus, commeatibus, copiarumque diverſarum ſtativis, atque hybernationibus, paſſim res agerentur, ipſe quoque ſuper mediis, ac præparatoriis, quibus *Provinciam* ſuam tueretur, diſpicere cœpit. Itaque copias colligere, delectuſque facere, haud deſtitit. Quibus concurrentibus viginti millia hominum numerata ſunt, *Iacobo de Grünthal* iſtis præpoſito legato.

Intereà, apud *Lipſiam* pridie *Calend. Apriles*, penultimam *Martii*, Ordinibus circuli *Saxoniæ ſuperioris* conventus indicitur. Ad quem invitati, præter ipſius *Electoris* miniſtros, cæterum *Saxoniæ Ducum*, itemque *Ducum Pomeraniæ* diverſorum, *Principum Anhaltinorum*, *Aptiſſæ Quedlinburgicæ*, *Comitum Schvvartzburgenſium*, *Mansfeldenſium*, *Stollbergenſium*, *Dynaſtarum in Reinthein*, *Reuſſen*, & *Schönburg*, legati comparuêre. Qui quidem, ad propoſitionem electoralem *Saxonicam*, poſt prægreſſas deliberationes, ſic quidem reſpondere ac ſententiam ferre, cœperunt: Principiò, Ordines, conſiliarii, atque legati, quibus hac tempeſtate procellis *Imperium* concuteretur, quamque ſine divini *Numinis* extraordinaria diſpoſitione, facilè omnia per *Germaniam*, patriam noſtram, ad extremam ruinam, ipſaſque, quod ajunt, incitas, declinare poſſint, ad animos admiſerunt. Quòd igitur armis omnia paſſim circumquaque fremerent, exercitus, hinc indè præparati, identidem commeatus poſtularent, adeóque modò non ſigna, atque ordines, ſed integras legiones, per unam, alteramque, provinciam, immò, caſtrorum more, univerſas copias, deducere tentarent, immò comminationes etiam ſuperaddi contigerit, niſi tranſitus daretur, futurum, ut vi injectâ aditum patefaciant: his, aliiſque, extremitatibus, diligenter trutinatis, hanc in ſententiam pedibus itum eſt. Scilicet, ut *circulorum* quæque partes ſuis copiis inſtruerentur, neque variis militum incurſionibus, atque injuriis, ampliùs paterent deinceps, idque juxtà leges *circulorum*, ſub *Anno M. D. XXXCIIX.* pactas. Deindè, cùm, rebus ità urgentibus, ſimplici auxiliorum collatione parum effici queat, ut etiam dupla, immò, tripla, eorundem congeminatione opus ſit, auxiliorum iſtas erogationes, præſertim pecuniarias, apud *Lipſiam* conferendas, deponendaſque, inprimis hujuſce negotij directionem ad *Electorem Saxoniæ* remittendam eſſe, ille, ut, ex lege, hac in neceſſitate diſponeret, collectas per ſuos exigeret, laborantibuſque provinciis maturis auxiliis ſuccurreret.

Porrò, cùm ab obitu *Ioan. Georgii*, *Principis Anhaltini*, officium illius, quod antè geſſerat, exſpiraſſet, eius verò defuncti in locum *Ioan. Philippus*, *Dux Saxoniæ*, ſurrogatus eſſet, illud illi quamprimùm intimaretur, adhibitis etiam precibus, *Dux* oblatam hancce provinciam ne detrectare, ſed ſub juramenti fide datâ, proximè confirmare, vellet. Secundùm hæc, quò uterque *Saxoniæ*, nempè *ſuperior*, atque *inferior*, circulus, mediante confœderatione mutuâ, uniri proximè, conjungique, poſſint, deliberatum eſt. Quò ità, rebus utrinque unitis, ingruentibus periculis, atque exercitibus modò non reſiſtere, ſed, ſicubi neceſſitas exigat, obviàm iri, vimque illatam vi repellere liceat. Hic igitur articulus, tanquam ſummè utilis, ac neceſſarius, quàm primùm per delectos homines in effectum duceretur. *Cæſari*, tametſi ad hunc *Senatum* non emiſiſſet legatos, ſi tamen à certis quibuſdam *Ducibus* neſcio quæ rogaturus eſſet, reſponderetur ab illis juxtà leges, tàm circuli, quàm temporis hujus neceſſitatem. De cætero, quod ad turbas *Bohemicas* attinet, caverent circuli huius *Ordines*, ne quà tricis iſtis intricari eos accidat. Quo ut neutralitatem ità dictam, omnes commendatam habeant, operæ pretium eſſe. De commeatibus ità eſſe. Permittatur hic partibus utriſque, ea tamen lege, ut mo-

re debito licentiam petant, ſecundùm *Imperii* conſtitutiones ſigna, atque alas, non legiones, deducant, deque ſumptibus, atque damnis, caveant.

Quod, ſi contingat has leges, rationeſque, inſuper haberi, copiaſque legionatim deduci, atque vi penetrare velle, tùm quidem negandum iſthoc, deprecandumque, adeóque ſuper id genus mediis ſeriò diſpiciendum, eſſe, quibus invaſiones iſtæ retundi queant. Cùmque ex *inferiori Saxonia* primitùs hæc excurſionum, atque irruptionum, labes has ad regiones ſerpere cœperit, ſuper ejus mali curatione cum circuli illius *Principibus*, *Ordinibuſque*, proximè agi debere.

Quantum denique ad varias, graves, ac multiplices, *Monetæ* adulterationes facit, notiſſimum eſſe, iſtam fori, & Reipublicæ, tabem hactenùs plus ferè, quàm bellum ipſum, belluam iſtam peſtiferam, ſubintuliſſe. Vt igitur ampliationi, permutationi, atque ad peregrinas regiones, *Monetæ*, inquam, præſertim regiorum illorum, atque auguſtiorum muniſmatum commerciis, atque devectionibus, habenæ iniiciantur, operæ pretium, ipſorumque commerciorum uſum, ac neceſſitatem, poſtulare, ut, cupreis, plumbeiſque, atque adulteratis, iſtis rejectis, atque ſub ſeverâ vitæ, ac fortunarum amiſſionis pœnâ, interdictis, argenteæ, ac ſolidæ, monetæ reducantur, *Thalero Ferdinandico* duos florenos, & quadrantem, *Philippico*, duos florenos, cum ſemiſſe, *aureo* pariter duos florenos, cum ſemiſſe, *Ducato* verò, tres florenos, unàque ſeptem groſſos, valere juſſis: & ſic conſequenter.

II.

Bohemi, à Saxoniæ Electore auxilia corrogant.

HAs inter deliberationes *Bohemorum* legati, nomine trium regni *Evangelicorum Ordinum*, advenêre, ſciſcitatum, quorſum armatura illa *Saxonica* ſpectaret, qui, juxtà enarrationem caſuum ſuorum, in re ancipiti, ab *Electore*, pariterque *Ordinibus* illius circuli *Saxonici*, conſilium, opem, auxiliumque, enixè ſolicitare, pariterque, ſuper *Bethleni Tranſylvani* conatibus, erudire cœpêre.

Quæ cùm *Bohemorum* interpellatio citrà exſpectationem *Legatis*, delectiſque *Saxonicis*, accidiſſet, ut propriâ autoritate iſtis reſpondere haud poſſent, illicò hancce rogationem ad *Electorem* ſuum rejecerunt.

III.

Saxoniæ Electoris, ad Bohemorum interpellationem, reſponſum.

ITà verò *Elector* excepit: Inclinationem, mentemque, ſuam ergà *Bohemiæ* regnum, citrà omne dubium, plurimis in occaſionibus, præſertim verò illinc, abundè innotuiſſe, quòd, ab ipſis motuum incunabulis, hanc ad uſque miſerrimam cataſtraphen, ac faciem, *Elector*, nihil antiquius habuerit, quàm ut, mediis idoneis intervenientibus, belli furor, atque incendium, exſtingui, vice verſa pax, ac concordia, recuperari, regnumque *Bohemiæ* priſtinum in ſtatum reponi, potuiſſet. Ejuſce ad effectus conſecutionem ſeſe neque laboribus, neque ſumptibus, peperciſſe. Vt etiam fideliter admonendo, interveniendoque, defatigari cœperit.

Quò minus autem res ad effectum propoſitum, exoptatumque, deduci potuerit, utique *Electorem*, ſuâ quidem ſententiâ, indemnem, iſtos verò potiùs in culpa eſſe, quibus interpoſitio illa, primùm propoſita, dein permiſſa, placere noluerit. Vt, quæſitis omnibus remoris, atque obſtaculis, optimè conſulentibus terga obverterint, quouſque has in procellas res deducta ſit. Seſe ſemper, ac conſtanter, ab initio judicaſſe, ſuſceptam iſtam mutationem, & quæ porrò ad illam ſpectant, à pace, & reconciliatione, procul abeſſe, ut non niſi horribilem lanienam ſuperinducere queat.

Et jam quoque vel ab effectis ipſos *Bohemiæ* Ordines, dùm conſilia, atque auxilia, *Saxonum* implorent, deprehendere, quas in tricas, ac periculorum labyrinthos, ſeſe conjeciſſent. Sed nimis ſerò ejus auxilia, cujus antè conſilia inſuper habuiſſent, iſtos corrogare. Ab initiis, dùm morbo occurri poteſt, remedia applicanda eſſe. Vbi ſymptomata, malumque, invaluerint, etiam *Medicos* manum deſperatis negare. Te pariter, multis de cauſis, hoc in agone, auxilia ipſis impertiri haud poſſe, tùm, quòd res, & controverſia, ipſum *Cæſarem*, utique caput *Imperii*, regnique ac fœdorum *Bohemiæ* dominum, utpote adverſus quem inſurgere omnes leges, omnia fœdera, prohibeant, concernat, tùm res ipſa aliis oculis, atque anteà, jam reſpicienda veniat.

Cæterùm, *Electorem* de copiis colligendis cogitare, neque hoc inficias ire. Tametſi autem rationem ejus facti reddere minimè teneatur, utpote qui coràm *Deo*, ſupremoque *Magiſtratu*, adeóque in vniverſum omnibus, cauſſam legitimam fovere cupiat; nihilominùs neceſſitatem hanc vel indè ſibi imponi, quòd pacis pro nunc, & concordiæ, mediis exulantibus omnibus, omnis vicinia, regioneſque adjacentes, armis perſtrepant, copiæ, apud exteras gentes conſcriptæ, his locis immineant, quæ non turmatim, ſed legionatim, commeatum urgeant, immò, ſi hoc non impetrare illis liceat, de facto, ac manu injecta, penetrare auſint, velintque.

Cùm itaque neceſſaria hęc armorum præparatio ad defenſionem patriæ, provinciæque, ſuæ ſpectet, ideóque copias diſpertiri ſe non poſſe. Fruſtrà hoc pacto *Bohemos* eſſe, quibus auxilia commodare non quitus ſit, ut etiam à *Pro-*

vincia-

Vinciarum ſuarum *Dynaſtis*, ac *Proceribus*, prohibeatur.

Interim hoc certò ſtatuerent *Evangelici*, *Electorem*, more majorum, *Confeßionem* illam *Auguſtanam*, ſcriptis *Propheticis*, atque *Apoſtolicis*, ad amuſſim fundatam, ac confirmatam, omni operâ, tanquam legitimum defenſorem, curaturum, atque, inſtar pupillæ, in oculis habiturum, eſſe.

De turbis *Vngaricis*, & *Bethleno*, *Tranſylvaniæ Principe*, quod ſuggerant, ſuper eo diſceptare ſe nolle. Siquidem autem notorium exiſtat, *Bethlenum* utique *Turcorum Sultani* vaſallum eſſe, cujus conſenſu, ac voluntate, hanc impreſſionem ſuſceperit: eventum deinceps, cui fini iſte, exercitum eduxerit, declaraturum eſſe.

Se quidem nihil aliud præmetuere, niſi ut anguis in herba lateat, ac tandem quoſvis obvios mordicùs corripiat.

CAP. III.

De conventu Electorum, apud Mulhuſium coacto.

I.

Electores apud Mulhuſium Thuringorum conveniunt.

VBi hos inter tumultus tempus diætæ, apud *Mulhuſium* indictæ, adveniſſet, convenerunt eo loco *Io. Svveickhardus*, *Archiepiſcopus Moguntinus*, *Elector Ferdinandus*, *Archiepiſcopus Colonienſis*, *Ioan. Georgius*, *Elector Saxoniæ*, & *Ludovicus*, *Heßiæ Landgravius*: Per legatos verò comparuêre *Lotharius*, *Archiepiſcopus Treviranus*, & *Maximilianus*, *Dux Bavariæ*.

II.

Mauritius, *Heſſiæ Landgravius*, *pacis recuperandæ gratia*, *pro Bohemis intervenit*, *atque*, *per legatum*, *ab Electore Saxoniæ*, *nè Catholicis dictis Principibus aſtipulari velit*, *contendit*.

INter cæteros verò, hac tempeſtate, *Mauritius*, *Heßiæ Landgravius*, pro recuperanda per *Germaniam* pace, magnam, ac præcipuam ſolicitudinem præ ſe tulit. Qua de re ad *Electorem Moguntinum*, jam in *Thuringiam*, ac prædictum *Mulhuſium*, curſum dirigentem, *Caſſellis Iſenacum* excurrens, convenit, atque, inter cætera, humaniſſimis ab ipſo verbis contendit, pateretur *Archiepiſcopus* omnia ſua conſilia, atque inprimis apud inſtantem conventum, eò dirigere, quò per vias mites, ac placidas, *Germaniæ* pax exoptata reſtitui, abominanda verò utrinque diffidentia è medio tolli, ſuſtineat.

Qui cùm poſteà compertum haberet, *Electorem Saxoniæ* ad præfatum conventum ipſummet appuliſſe, nihil dubitavit *Conſiliarium* ſuum ſecretiorem, atque aulæ *Marſchallum*, *Dietericum de VVerder*, ad *Saxonem* ablegare. Qui quidem, nomine illius *Principis* ſui, hæc talia proponere cœpit: Siquidem *Principi Mauritio* cognitum eſſet, *Electorem Saxoniæ* ad conventum illum conſtitutum perveniſſe, nulluſque dubitaret, quin eò in tot *Electorum Imperii* auguſtali congreſſu, de ea ſive materia, ſive themate, agendum foret, à quo *Romani Imperii* (quod *Deus* avertat!) ſive totalis ruina, ſive ejuſdem reſtauratio (quam utinam *Deus* elargiri vellet) dependeat: maluiſſe ſe quidem ſuper rebus id genus, oppidò graviſſimis, coràm cum *Electore* agere, multaque in ſinum deponere, ſi res atque occaſio, tuliſſet. Cùm autem ipſe prohibeatur *Princeps*, quò minùs hûc viam inſtituat, utique placuit illi me interprete uti, qui *Electori* ejuſce vicem referre, &, quæ ſecum ſecretiori mentis ſcrinio conſilia concepiſſet, aperire debeam. Initiò autem veniam hanc præfatur *Princeps* ille meus, inſtitutum ſuum non eſſe, ut *Electori*, tot heroicis virtutibus prædito, quicquam præſcribere, aut conſilia ejus hac in parte aliqua turbare velit, ut potiùs, lege confœderationis illius hæreditariæ, obligatum ſeſe ſentiat, damna, & impendentia, pericula, cujuſmodi facilè poſt præfatum hunc conventum exſpectari poſſint, digito velut præmonſtrare, ac, dùm præcaveri multa adhûc queant, amicè admonere.

Eum igitur hunc eſſe, inquit, conventum, à quo totius rei *Evangelicæ* vel interitus, vel emolumentum, exſpectari debeat. Quo nomine *Electorem Princeps* meus per & propter divini *Numinis* honorem, per amorem poſteritatis, populorum, ac provinciarum propriarum, immò verò per hujus & mundanæ, & æternæ ſalutis, memoriam, obteſtatur, orat, rogatque, ne pateretur *Elector* hoc præſenti ſub agone *Pontificiis*, eorumque calidis, ſanguinariiſque, conſiliis, nihil aliud, quàm pugnas, ac cædes, ſpirantibus, aſtipulari, enſemque, quem, pro *Patriæ*, *Religioniſque*, defenſione, *Dei* munere, gerit, in veritatis divinæ aſſertores, propriæque confeſſionis illius ſocios, ſtringere, atque inſontium cruore fœdare.

Ne autem obiter, aut temerè, in hæcce verbà prorupiſſe videri queat, cauſas *Princeps* ille meus, quibus nititur, induxit ſequentes: Si enim *Electorem* accedere *Pontificiorum* placitis, armiſque *Evangelicos* petere, accidat, non poſſe non ingentem rem *Evangelicam* pati rictum. Quem omnes reliqui *Proteſtantes*, tanquam à *Saxoniæ Electore* profectum, abominaturi utique ſint. Ex hac *Electoris* ſeparatione *Proteſtantibus* ineluctabile damnum uſuvenire. Cujus ratio inprimis *Deo*, tùm *Evangelicis Ordinibus*, reddenda veniat. Si itaque hoc pacto res *Proteſtantium* cadat, futu-

rum

rum, ut ordine, ultimò, & *Electorem*, more *Cyclopis Homerici*, *Pontificii* petant. Hunc enim *Concilii* iſtius *Tridentini* ſcopum, hunc finem, eſſe, ut, diſiunctis invicem *Proteſtantium* viribus alteri parti tamdiu faveant *Pontificii*, quouſque alteram oppreſſerint.

Eſto autem, *Pontificios* ſingulari ex humanitate cum *Electore* acturos eſſe! Interim in hæredes, ac poſteritatem ſuam, hanc monetam, fabamque, cudendam fore. Noto enim notius, & vero verius, iſthoc eſſe, *Pontificiorum* hanc mentem, hoc quidem inſtitutum, eſſe, ut, tametſi *Evangelico*, qualiſcunque tandem ille ſit, ad tempus ob evidentem utilitatem, conniveant, minimè tamen deinceps illi parcant, niſi in naſſam ſuam, horribilemque idolomaniam pertraxerint. Secundùm hæc, altiùs, niſi grave eſſet, expenderet *Elector*: Si ille cum *Saxonibus* ſuis ad opprimendum novum, electum, ac coronatum, *Regem*, ejuſque ſubditos, verè credentes, educeret, futurum, ut *Bohemi*, vindictæ ergà hunc *Saxonem* tanquam eundem & ſociæ *Religionis*, & hoſtem ſimul, cupidiſſimi, omni datâ operâ hoſtiles impetus convertant, molemque belli (quod abominandum) facilè in *Saxoniam* devolvant. Vt de eo nihil dicat, vatiniano, quod ajunt, pejus, atque immedicabile, odium, colliſionemque perpetuam, ac fatalem, inter *Palatinum* & *Saxonem* hoc pacto oriundam eſſe. *Palatinum* enim, qui utique, ſingulari *Dei* providentia, ad *Bohemiæ* regnum, utpote quod per ſomnium ne quidem ipſi antè, litteris teſtibus, in mentem veniſſet, vocatus fuiſſet, aliter hæc via interpretari poſſe, quàm hanc illi exaltationem, dignitatemque, ex mera æmulatione, ac ſimultate, invideri velle. Cùm magis hoc in pio rem *Evangelicam*, in *Bohemia* periclitantem, vindicandi propoſito, *Saxonis*, applauſum, quàm offenſam, ſuccurſum, quàm incurſum, exſpectare debuiſſet. Certè, ſicubi regia illa in *Saxonem* electio incidiſſet, nullum dubium eſſe, quin *Palatinus* tantùm non æquo tuliſſet animo, ſed iſthoc negotium omni ſtudio adjutum iviſſet.

His, aliiſque, graviſſimis *Imperii* convulſionibus, ſua quidem fideliter ſentientis opinione, occurri poſſe, ſiquidem *Elector*, ſicut hactenùs, in terminis pacificis bona fide perſeveraret, conſiliiſque *Pontificiorum* ſuſpectis aures, aſſenſumque negaret. Potiùs igitur eſſe, ut omnia pacis recuperandæ mitia, ac placida, media denuò tentarentur, quò in *Imperio* ſecuritas reſtituatur, *Religio* oppreſſa aſſeratur, è contrà tàm in eccleſiaſtico, quàm ſeculari, regimine diſſidia, colliſiones, odia, interitus, ruinæque, præcaveantur. Pro ſua autoritate, & loco, *Electorem* plurimum poſſe, immò etiam de conſcientia ad id teneri. Vt ingentem, ac raram, ab hoc, futuroque, ſeculo gratiam, gloriamque, exſpectare certò debeat.

Tametſi autem, has turbas minimè *Religionis* cauſa natas eſſe, opponi queat. Negari tamen minimè poterit, primitùs apud *Bohemos*, ob veritatis oppreſſionem, iſtos ignes, iſtos tumultus, emerſiſſe. Quos itidem, non niſi alterius partis excidio, extingui poſſe, metuendum evenit. Vt etiam *Elector* ſuper eo ſolicitus, anxiuſque eſſe haud debeat, tanquam adverſus *Imperatorem* ferre arma, abſque prævaricatione, atque injuria, haud liceat. Eò enim omniū reliquorū *Proteſtantium* defenſiones ſpectare, ut niſi *Religionis* libertas offēſivè hactenùs petita foret, quidvis aliud facturi eſſent, quàm ut *Imperatori* non obedientes eſſe vellent. Quos, unà cùm *Electore*, cum toties codicillis, in medio extantibus, hanc ſuam mentem, ſuam obedientiam, publicè, atque abundè, conteſtatos eſſe, planum ſit, utique hac de re *Electorem* quoque ſecurum eſſe poſſe. Mediorum pacis ineundæ adhûc dùm tàm extrà, quàm intrà, *Imperium* abundè ſuppetere, ut neque de mediatoribus inſuper dubitare æquum ſit, præſertim, cùm *Galliæ*, atque *Angliæ*, *Reges*, pro componendis iſtis difficultatibus, jam tùm operas ſuas per litteras offerre cœperint. Si iſta, cæteraque omnia, inſuper haberi contingat, facilè *Electorem* divinare poſſe, quibus deinceps prætermiſſæ hujus, tàm luculentæ, occaſionis aut ratio, aut facti pœnitentia reddenda, emendandaque, ſit.

Atque hæc illa eſſe, quæ *Mauritius Princeps*, ductu tàm conſcientiæ, quàm lege fœderis, hæreditarii mutui, amore quoque familiæ *Electoralis Saxonicæ*, ex integerrimo cordis affectu, *Electori* aperire tàm debuerit, quàm voluerit. Partium nunc eſſe *Electoris*, hanc ut ſincerâ, atque optimâ, fide profectam communicationem, in patriæ, reique *Evangelicæ*, juxtàque *Electoralis Saxon.* familiæ emolumentum, ad animum admitteret, æqui bonique conſuleret, adeóque, annon adhûcdùm, mediis utrinque convenientibus, pax reſtaurari evaleat, expenderet: id quod verbis ab ipſo humaniſſimis etiam, etiamque contendit.

III.

Electoris Saxoniæ, ad Mauritii, Heſſiæ Principis, communicationem, reſponſum.

ISta *Mauritii, Heſſiæ Principis*, adhortatio, ſicubi *Electori Saxoniæ* præter opinionem objecta, ſtomachum moviſſet, ſequentibus hic tùm reſcripſit: Conſiliarium tuum, *Princeps Illuſtriſſime*, aulæque *Marſchallum*, *Dietericum de VVerder*, prout petebat, ſeorſim audivimus, quidque ille, tuo nomine exponeret, percepimus. Prout igitur illi datum, ad nos ferendum, ſalutationis honorem, gratanter accipimus, ita, eadem opera, quæ nobis, ob præſentem conventum *Mulhuſianum*, ſuggerere viſum eſt, è bonæ mentis ductu profecta eſſe, perſuaſum habemus.

Siquidem autem nequaquam cum id genus hominibus, qui conſilia periculoſa fabricant, ſed cum *Imperii Septemviris*, illis nempè *Magnatibus*, quibus adminiſtratio, ac cura, *Imperii*, reductioque communis patriæ pacis, ac tranquillitatis, juxtàque ut tàm regnum *Bohemiæ*, cæteræque *Provinciæ*, ab inteſtinorum bellorum incendiis vindicari, quàm *Imperatori* majeſtas, ac ſuprema dignitas, conſervari, poſſit, ſibi res ſit, eoque cum *Electoribus* collegis non è motu proprio

prio feratur, ſed lege juramenti, fideique aſtringatur, utique admonitionem iſtam & ſupervacuam, & gravem, moleſtamque ſibi uſuvenire. Vt igitur officij illius ſui rationes inire, adeoque ab omnibus tàm hujus, quàm futuri ſeculi, excuſari poſſint, non voluptatis, ſed neceſſitatis, ergò, *Electores* jam tùm conveniſſe. Hactenùs, noſtro quidem loco, iis uſi ſumus, conſiliis, quæ, ad pacis, patriæque libertatis, conſervationem, unicè collimarunt. Vt vel hujus rei teſtimonia ab ipſis invidis collegerimus. Vt tantò magis parænesin iſtam, interminationibus etiam intempeſtivis aculeatam, graviter, atque moleſtè, feramus. Illud verò, in electorali noſtra gubernatione, tantumque animi bonitate, uſuque, & experientiâ magiſtrâ, edocti ſumus, ut intempeſtivâ id genus alterius commonefactione, quid, quantumque, periculoſa hac rerum facie, agendum ſit, erudiri non debeamus.

Interim, hoc, quicquid eſt, in medio relinquentes, injuriæ iſtius temporis aſcribimus, atque in eo toti ſumus, ut, quod coràm *Deo*, *Imperatore*, ſupremo utique magiſtratu, cæteriſque *Imperii* fidelibus *Ordinibus*, tueri licet, hic, alibique, agamus. Tuarum partium fuerit, alios potius, ac diverſum ſentientes, admonere, cogitarent iſti, quibus rationibus *Imperium*, unà cum membris ſuis, ſartum, tectumque ſervari, *Imperatori* verò majeſtas, autoritaſque, ſua, reſtitui valeat. Hanc eſſe ad pacem viam. Hoc iter ad concordiæ templum calcandum eſſe. Ex adverſo, præter bella, atque inquietationes, nihil præſtolandum venire. Quibus diſcriminibus quantò ociùs ut occurri ſuſtineat, nos utique loco noſtro, ſicut *Electorem* fidelem condecet, haud defuturi ſumus.

IV.

Conventus Electoralis, ſenatuſque Mulhuſiani, Decreta.

POſteaquàm ergò congregati apud *Mülhuſium Electores*, *Principeſque*, atque abſentium legati, ſuper rei tantæ ſumma, quibus modis, mediiſque id genus motibus, colliſionibus, *Imperiique* conquaſſationibus, medicina fieri, paxque omnibus exoptata, redintegrari, evaleret, tandem, rebus compendiò deliberatis, atque trutinatis, facto ſive *Senatuſconſulto*, ſive decreto, concluſum eſt, *Ferdinando Cæſari*, communibus collatis viribus, auxilia decernerentur, quibus illius majeſtatem ab injuriis vindicare, regnaque, & provincias abalienatas, cum laude, ac dignitate, recuperare, fas let.

Pro ejuſce rei fine conſequendo, opus eſſe, ut aliqui ordines *Proteſtantes*, ac *Couniti*, litteris, apprimè ſcriptis, moneantur, manus à turbis illis *Bohemicis* abſtinerent. Secundùm hos, *Principes*, *Statuſque*, circuli utriuſque *Saxonici* confirmarentur, nihil utriſque ab armis *Electorum*, *Principumque Catholicorum*, ſiniſtri metuendum eſſe: quis enim ignorat, *Proteſtantes Principes*, *Ordineſque*, hoc inprimis revereri, ne quà *Pontificiorum* arma, ac præparationes, ſub colore, tanquam *Cæſar* contra *Bohemos* adjuvandus eſſet, eò tenderent, ut bona eccleſiaſtica, *Bohemia* antè ſub jugum, ac leges, miſſâ, eo pacto recuperarentur? *Electoribus* proinde, *Principibuſque*, hoc in conventu congregatis, præſentanei remedij loco viſum eſſe, ſicubi à *Pontificiis*, certo diplomate, tranſactionē *Paſſavienſem*, bonorumque eccleſiaſticorum poſſeſſionem, *Proteſtantibus* quantò ociùs confirmari contingeret. Idque, quò dubitantium, hæſitantiumque, animi placarentur, itemque acquieſcerent, abſque morâ, *VI. Id. Mart.* eo, quo conſtitutum erat, tenore publicari cœpit.

V.

Publico diplomate, quà Religionis pacificationem, quà bonorum Eccleſiaſticorum poſſeſſionem à Pontificiis denuo cavetur Proteſtantibus.

LItteræ autem ſecuritatis, ut vocant, à *Pontificiis* datæ *Proteſtantibus*, fuere hujuſmodi. Nos, Dei gratiâ, *Ioan. Schvveickhardus*, & *Ferdinandus*, *Archiepiſcopi*, atque *Electores*, itemque *Maximiliani*, *Ducis Bavariæ*, legati, præſentium vigore tàm pro nobis, quàm poſteris noſtris, ſimulque omnibus *Principibus*, *Ordinibuſque*, *Catholicis*, teſtatum facimus: Poſteaquàm hoc in conventu *Mulhuſiano*, unà cum Illuſtriſſimis Principibus, *Ioanne Georgio*, *Saxoniæ Electore*, & *Ludovico*, *Haſſiæ Landgravio*, congregati, ſeditiones, ac turbas illas per *Bohemiæ* regnum, adjunctaſque provincias, exortas, ac jam ſuperveniente *Bethleno*, *Turcorum vaſallo*, præter hanc *Germaniam*, etiam per *Vngariam* uſque furoris ſui ignes diſſeminantes ad animum diligenter admiſimus, variaſque, ac ſerias, deliberationes inſtituere cœpimus, hæc tandem nobis via rectiſſima viſa eſt, ut, cùm excluſis remediis omnibus pacificis, ac mitibus, locus amplius eſſet nullus, hoc inprimis, atque ante omnia, ageremus, quo graviſſimis impellentibus cauſſis, *Ferdinandus Cæſar*, idemque *Hungariæ*, ac *Bohemiæ*, *Rex*, adjutus neceſſariis *Electorum*, *Principumque* auxiliis, in *Imperii*, ac *regnorum*, ritè acquiſitorum, dignitate confirmari, majeſtatemque, atque autoritatem, per *Imperium* hoc ſummam, juxtàque jura, privilegia, atque immunitates tueri poſſet. Ad hujus itaque tàm neceſſarii, atque ardui, muneris expeditionem tantùm non *Catholicorum*, arma ſufficere, ſed reliquos *Imperii Principes*, *Ordineſque*, dictos *Proteſtantes*, ut ſuas conferant copias, ac ſuppetias, accerſendos eſſe, prævidimus.

Interim diffidiis, ac diffidentiâ inter utriuſque *Religionis Ordines* à bono tempore altas radices agentibus, de conſilio ejuſdem Illuſtriſ. Principis, *Io. Georgii Saxoniæ Electoris*, præſentius remedium aliud, quo quidem animi utrinque dehiſcentes, atque irritati, placari, unirique, queant, dari nullum, animadvertimus, niſi ut per utriuſque *ſuperioris* ſcilicet atque *Inferioris*, *Saxoniæ* circulos, publico, evidentique, diplomate, ſecuritas *pacis Religioſæ*, *bonorumque Eccleſiaſticorum* poſſeſſionis, cōceptis verbis publicari confirmarique, deberet. Præ ſe ferre enim, ac ſubvereri aliâs, utriuſque circuli

culi *Principes*, *Ordineſque*, ne *Catholicorum* arma, viresque, ac copiæ, eò tendant, ut, ſubjugato *Bohemiæ* regno, quàm primùm facto agmine in *Proteſtantes* eatur. Quæ cùm ratio demulcendi, ac devinciendi, cæteros *Principes*, nobis etiam commodiſſima vita eſſet, tùm hac in parte *Electoris Saxoniæ*, collegæ noſtri, voluntati ſubſcribentes, nihil prius haberemus, quàm ut animum reliquorum *Principum*, *Ordinumque*, *Imperio* fidelium, votis, ac petitis, favere poſſimus, ea propter præfati utriuſque circuli *Saxonici Principibus*, *Ordinibuſque*, ſecuritatem *pacis Religioſæ*, bonorumque eccleſiaſticorum poſſeſſionis, ità facimus, ac confirmamus: futurum, ſi prædicti *Proteſtantes* his in turbis, motibuſque, paſſim invaleſcentibus, aliiſque id genus jam, & deinceps, neceſſariis occaſionibus, *Imperatori* fideliter ſuccurrant, conſtitutiones, conceſſioneſque *Imperii*, adverſus machinas quaſcunque quorumcunque, vindicent, *Catholicos Principes*, *Ordineſque*, neque conſilio, neque operâ bellũ quoviscunque ſaltem modo, lædant, bona illorũ, inprimis eccleſiaſtica, haud intercipiant, ut olim ſive *Archiepiſcopatuum*, ſive *Epiſcopatuum*, interceptorum poſſeſſionibus, abſque offenſa, ac perturbatione, uti frui poſſint, neque à *Catholicis* ſive opere, ſive facto ullo, moleſtari debeant. Vt igitur vel ab ipſomet *Imperatore* hæc conceſſio noſtra litteris *protectoriis* denuò confirmari poſſit, haud refragamur. Nihilominùs *ſeſſionem*, *vota*, ac *ſuffragia*, in quibuſcunque *Imperii* comitiis, diætis, ac conventibus, nobis priſtino, receptoque, ritu reſervantes.

In veram, & ſolennem, præmiſſorum confirmationem, nos ambo *Electores*, pro nobis, ſucceſſoribuſque noſtris, reliquiſque *Catholicis Ordinibus*, hoſce codicillos ſubſcriptionibus propria manu factis, & ſigillis noſtris, corroboravimus. Actum, in *conventu Mulhuſiano*, *Anno M. DC. XX. VI. Id. Mart.*

CAP. IV.

Electorum, ad Imperii Principes, Ordineſque monitoriales.

I.

Electores, conventus Mulhuſiani decretum Friderico Palatino per litteras aperiunt.

PRæeunte hac collegii *Electoralis* velut unione, ac confœderatione, cæteriſque *Proteſtantium Ordinibus* placatis, ac confirmatis, *Electores* porrò conventus illius ſui ſive *Senatuſconſultum*, ſive *decretum*, diverſis per *Imperium Principibus*, *Ordinibuſque* quicunque *Bohemorum* turbas, ac ſeditiones, fovere videbantur, per litteras, hinc indè dimiſſas, aperire cœperunt.

E quibus ad *Fridericum Palatinum*, *Bohemiæ* regnum etiamnunc detinentem, hæ tales datæ ſunt: Amicè, ac benevolè, notum facimus, ſuperioribus illis diebus *Ferdinandum Imperatorem* tabellas ad nos dediſſe, novam iſtam *Bohemorum* electionem, ac coronationem, ſolenniſſima ſub proteſtatione, annihilantes, ac proſcribentes. Iuxtàque, ut quàprimùm per univerſas hujus *Imperii* provincias, civitateſque, publicarentur, monuiſſe. Siquidem igitur aliâs iiſdem de cauſis *Imperii*, ac *Germaniæ*, patriæ noſtræ, ſalutem concernentibus, hîc collegialiter conveniſſemus, ſecus facere haud quidem potuimus, quin tabellas illas, voluntatemque *Imperatoris*, ad animos admitteremus, haud dubitantes, eorum memoriam, quæ à nobis hactenùs, ſuper turbis *Bohemicis*, novâque electione, totiuſque *Reip.* juxtàque ipſius familiæ *Palatinæ*, commodis, amicæ admonitionis igitur, profecta ſunt, adhûc tibi conſtare. Vt autem, poſthabitis curis, ac ſolicitudinibus noſtris, contrà plurimorum, patriæ amantium, vota, atque deſideria, electio illa, ac deinceps coronatio, admiſſa ſit, adverſus regios primùm miniſtros, mox ipſum *Imperatorem* arma ſumi, novum regimen inſtitui, atque id genus alias res novas introduci, contigerit, iſta quidem, & quæcunque ad hæc impellere potuerunt, in medio relinquimus. Interim, tametſi ſub ſpe fuimus, fore, ut, juxtà factas conteſtationes, reſpectus, ac conſervatio, tàm vetuſti, *Imperioque* adjuncti, *Bohemiæ* regni præ cæteris ſimultatibus, pluris valere, quàm ut, pace excluſiſſimâ, *Imperium* univerſum in præſentem neceſſitatem, imminentemque ruinam, ac deſolationem, præcipitari debuerit: nihilominùs tamen procellis id genus, ac motibus, per *Bohemiam*, cæteraſque *Provincias*, ſævientibus, immò magis magiſque increſcentibus, ſicubi hactenùs medela, ac curatio, nulla ſit adhibita, *Electorali* utique officio requirente, partium facit noſtrarum, ad iſtas, paſſim graſſantes, tumultuationes, non ſolum curioſum applicare oculum, ſed inprimis, ne *Reſpublica* hæc *Chriſtiana* detrimentum immedicabile accipiat, maturis conſiliis, ac deliberationibus, præcavere. Ne quà igitur, hac tua, prout videri poteſt, *Bohemiæ* regnum detinendi perſeverantia, præter *Vngariæ*, aliarumque partium, ac regionum, ſeditiones, etiam *Mahometanis*, jam diù *Chriſtianum* hunc ſanguinem ſitientibus, extremiſque, atque univerſalibus, perturbationibus, fores, ac feneſtræ, aperiantur, denuò collegialiter, atq; amicè, intercedimus, atq; monemus, patiaris paulò altiùs tecũ exacta rationis bilãce trutinare, atque expendere, nimir. tùm, cũ *Electio Bohemica* perageretur, utique ſedis vacantiam fuiſſe nullam, ſed *Ferdinandum* potiùs *Archiducem*, in *Bohemiæ*, *Regem* ritè electum, coronatumque, ac ſub *Ordinum* homagio confirmatum, paſſimque, præſertim ab exceſſu *Matthiæ Imp.* pro *Rege* vero, ac legitimo, ab omnibus ferè *Chriſtiani* orbis *Regibus*, ac *Principibus*, honoratum eſſe. Quibus accedit, etiam abs te ipſo, juxtà cum *Electoribus* cæteris omnibus, ac ſingulis, eundem pro *Rege*, atque *Electore*, agnitum, eoque nomine ad *Imperii* comitia *Francofurtum* litteris invitari, ad *Collegium Electorale*

admitti;

ıdmitti, adeóque tandem ad ſummam *Imperii* ma-ieſtatem, dignitatemque, evehi cœpiſſe.

Vtrumne igitur, rebus itâ ſeſe habentibus, *Bohe-mis* coronatum, unctumque *Regem*, ac legitimum lominum ſuum, quem etiam, ipſis ſub turbis iſtis, *Regem* ſuum litteris appellare, & recognoſcere, ſo-iti erant, temerè, excuſſa omni fide, ac juramen-o, abſque ulla cauſæ cognitione, de facto, novo lanè, atque hactenùs inaudito exemplo, ſum-no cum contemptu, reiicere, licitum fuerit, & itrum rejectio iſta in feudo *Imperii*, ſuperiorem ecognoſcente, inſaluto feudi domino, *Electorum-que* collegio, locum habeat, cuivis, qui ſynciput n calcaneis non gerit, dijudicandum relinqui-nus. Accedit, ſi iſthæc novatio, & temeritas, à ubditis *Palatinatus* tibi intentata foret, minimè ioc æquo animo te paſſurum eſſe. Vt porrò hoc xemplum, ſicubi in *Imperio* ſemel admiſſum ſit, in pſam facilè barbariem, ac conſequentiam deter-imam, degenerare ſuſtineat. Vt illa porrò non ninùs conſideratione ſeriâ ſint digniſſima, *Ferdi-andum Imp.* nec verbo, nec facto ullo, hanc ho-ilitatem provocâſſe, ut potiùs omni cum hono-ificentiâ te, ceu præcipuum in *Imperii Septemvi-um*, habuerit, ipſi tibi, & quidem volenti, arbi-rium hac in cauſa *Bohemica*, obtulerit, ipſe, ele-toralis officii intuitu, ad id obligatus ſis, ut unà obiſcum, *Collegis* utique tuis, ſolicitè proſpi-as, quo pacto motus in *Imperio* fortè naſcentes, onciliatione partium, conſopiri, *Imperatori* in-rimis etiam, nobis *Electoribus*, cæteriſque *Principi-is*, ſua majeſtas, dignitaſque, atque incolumi-s, ſarta tecta ſervari queant. E diametro cer-, ſicubi iniquos id genus rejectionis, novæque ectionis, proceſſus, porrò approbare, ipſamque gni detentionem continuare, volueris, inver-, ac turbato, ordine, omnia ut corruant, leges ndamentales ut evertantur, conſtitutiones *Im-rii* ut pedibus conculcentur, neceſſe eſt. Vt per *perium* hoc omne, regnaque, & provincias fi-timas, inprimis *Bohemiam* ipſam nihil aliud, niſi orribilis lanicna, exſpectari poſſit, tuque v-verſæ huic patriæ, *Germaniæ*, ipſique poſteritati, ominationem, nominiſque tui infelicem me-oriam, relicturus eſſe videare. Prætereà quid te, quid familia, quid liberi tui, damni indè re-uri ſint, facilè coniicere poſſis, ubi cauſæ ini-itatem, *Auſtriæ Archiducum* potentiam, *Impera-is* autoritatem, juxtàque indignationem, pen-ulatiùs examinaveris. Qui quidem omnes vi-s impendet, omnes *Reges*, agnatoſque finitimos, ncitabit, neque unquam acquieſcet, quouſque te ablatum, & detentum, *Bohemiæ* regnum à ijoribus ſuis longa, & continua, ſerie ad ſe de-lutum, hæreditarioque velut jure familiæ ſuæ oprium, debitumque, recuperare ſufficiat.

Tametſi igitur calculum ponas, auxiliaque ex verſo ſufficientia præparata habere te putes, ut ic potentiæ, huic autoritati, *Auſtriacæ* reſiſtere que obluctari poſſis, nihilominùs autores tibi ſu-is, potiùs ad *Dei* voluntatem, ac diſpoſitionem, àm confœderatorum promiſſiones, agnatorum udia, *Ordinum* inconſtantiam, ſubditorum-, & vulgi inanem applauſum, reſpicere velles. ita eſt *Imperatoris*, hûcuſque à *Regibus*, ac *Ma-gnatibus*, paſſim obſervata, autoritas, ut, modò non *Imperii Principes*, ſi admoneantur, illi manus auxiliares collaturi ſint, ut inſuper *Reges* exteros, tanquam in cauſa communi, pro compeſcendis ſubditis rebellibus, facilè in conſenſum attrahere quitus ſit.

Vt ut tandem res iſta cadere poſſit, certo cer-tius hoc quidem eſt, regiones, populoſque, ever-ti, ac devaſtari, Chriſtianum ſanguinem fundi, *Imperiumque Turcis, Getiſque*, aperiri, ut hæc patria noſtra barbaris prædæ loco futura, hæc libertas in ſervitutem horribilem tranſitura ſit. Ad te autem parùm, aut nihil indè redibit, niſi ut ami-corum, ſerò cognitorum, conſilia damnare, for-tunæ fallaciam accuſare, hominumque & vulgi lubricitatem deteſtari poſſis. Finem profectò, prout nunc eſt, hujus inteſtini belli, & miſerrimæ confuſionis, vix oculis tuis aſpicies. Quam verò liberis, poſt te, neceſſitatem, oneriſque magnitu-dinem, impoſueris, ipſi videbunt.

Quæ omnia cùm ità, ut eſt præmiſſum, com-parata ſint, iteratò, ac denuò, amicè abs te con-tendimus, ea ut altiùs in animum dimitteres, ma-joris diſcriminis, & periculorum, cauſam ne fove-res, ſed conſilia tua eò dirigeres, quò ab *Ordinibus Bohemiæ* arma, illegitimè ſumpta, deponantur, conclaſſationes, copiarumque præparationes, in-termittantur, *Imperatori* verò regnum, cum pro-vinciis, juſto titulo acquiſitum, reſtituatur. Ità denique futurum eſt, ut loco digladiationum ſæ-viſſimarum pax alma, ut felix, redeat, cædes, at-que homicidia, reducta conciliatione & con-cordiâ, exulent, eoque pacto, te & *Imperii* & pa-triæ tuæ, bonique publici potiùs, quam privati commodi, curam, atque reſpectum, habuiſſe, omnibus palàm, ac conteſtatum, fiat.

II.

Electorum, ad Proteſtantes per Imperium Prin-cipes, Ordineſque, parænesis.

POſt hanc ad *Fridericum Palatinum* dimiſſam de-hortatoriam, *Electores* ſequentibus quoq; *Prin-cipes*, atq; e *Ordines*, per *Imperium Proteſtantes*, officii ſui ammonere perrexerunt: Abundè, ac plus ſatis, vobis cognitum eſt, quouſque infelices iſtę per *Bo-hemiam* turbæ deſpumarint, ut tantùm non incen-dio, contagioque, ſuo adjunctas *Provincias*, ſed etiam *Vngariæ* regnum, aheneum illum, atque uni-cum *Chriſtiani* orbis murum, immò verò univer-ſum jam penè hoc *Imperium*, inundarint, ut, niſi cœlitus ſingulare affulgeat remedium, nihil aliud, niſi totalis *Bohemiæ*, ſociarumque *Provinciarum*, de-vaſtatio, juxtàque *Vngariæ* regni deperditio, & tan-dem quoque *Imperii* ipſius tropicus, atque everſio, præ oculis obverſentur.

Quanquàm autem nihil dubitamus, omnes & ſingulos, *Imperii Principes, Ordinesque*, id genus pro-ceſſus novos, exectrandoſque, minùs probare, ma-gis averſari, non amare, ſed damnare, ut potiùs af-fecti ſint *Imperatori, Vngariæque* & *Bohemiæ Regi*, o-mnibus, quod dicitur, copiis, ſuccurrere, quàm detentum, abalienatumque *Bohemiæ* regnum, cum ſuis provinciis, demorari, liteſque iſtas exaſpera-

N re, velle,

re, velle. Omnia enim *Imperii* membra *Imperatori* ſuo, tanquam capiti, obedientiam, ſubjectionemque, ex lege, debent, ut etiam in periculis ipſi ſubvenire, autoritatemque, ac dignitatem, ejus labantem, erigere, ac confirmare, contrà rerum novarum autores, machinatoreſque, ac ſubditos rebelles, de communi magiſtratus officio, & nomine, coercere, teneantur. Vtique illis omnibus, ac ſingulis æqua judicij, ac rationis bilance trutinandum proponimus, annon futurum ſit, ſicubi *Bohemos* temerariam illam *Ferdinandi Regis* rejectionem, novamque, atque inconſideratam, *Palatini* electionem, proferre, atque extendere, contingat, mille periculorum, ac procellarum colluvies, unà cum regni *Bohemiæ* depopulatione, *Vngariæ* deperditione, ipſiuſque hujus *Imperii* confuſione, ut exſpectanda veniant.

Eam in rem, ex amore ergà communem patriam, bonumque publicum, paciſque reducendæ ſtudio, *Palatinum*, eâdemque operâ, regni *Bohemiæ*, adjunctarumque *Provinciarum*, *Ordines*, conceptiſſimis ſeriiſque verbis cohortati ſumus, viderent nimir. & præſentium periculorum ſatagentes, id agerent, quò arma, contrà *Imperatorem* ſumpta, quantò ociùs deponi, omnes offenſæ, ac læſiones, exſpirare, *Imperatori* regna, & *Provinciæ*, violento modo interceptæ, reddi, pax, optima rerum, recuperari, bellique aſperitas, ac confuſio retundi, queant.

Proindè ad vos hæc noſtra ſpectat oratio, illam datâ, conjunctâque, operâ nobiſcum inirctis viam, inprimis *Palatino, Bohemiæque Ordinibus*, autores eſſe velletis, iſti ut, de periculis ſuis minimè ſecuri, ab incœpto quamprimùm recedant, novis, & pernicioſis, omnibuſque omnium populorum magiſtratibus abominandis, exemplis, atque exceſſibus, ſe abſtineant, quantumque in ipſis eſt, ne *Imperii* hæc magnificentia ſub jugum, ac ſervitutem barbarorum infauſtam adigatur, *Principibus, Ordinibuſque*, culpa, juſtusq; dolor, inducatur, poſteris verò acerbi plorat us, planctuſque, relinquant, omni induſtriâ præcavere allaborent.

III.

Eorundem, ad Vngariæ, Auſtriæque, Ordines, litteræ.

TOtidem verbis *Electores* præfati, ad *Vngariæ, Auſtriæque*, *Ordines*, tùm è *Mülhuſio* dederunt. Tametſi miſerrima iſta, in regnum *Bohemiæ* per *Ordines* ipſoſmet introducta, cataſtrophe, dùm *Regem*, & dominum, ſuum, præelectum, & coronatum, temerè reiicere, novumque infelici exemplo ſuperinducere, auſi ſunt, omnibus bonis, ob varias excitatas calamitates, antè oculos, ſacra, nimir. horribiliſque, ſit, utpote in quàm abominandam larvam omnia regna, & provinciæ, oculos defigere, neque tàm frivolè adverſus magiſtratus ſuos inſurgere, debeant, ea prop ter bonâ ſpe nitimur, fore, ut & vobis iſta ſive inſolentia, ſive impotentia, verè diſpliceat, ut eò minùs prædictis turbis iſtis *Bohemicis* aſtipulari, ſed è converſo potiùs *Imperatorem, Regemque*, veſtrum adverſus vim, atque injurias, tueri, bonorumque, & fidelium, ſubditorum officio fungi, velitis.

Rebus interim, *Vngariæ* ità quidem periculoſè affectis, metuendum uſuvenit, ut, ſi peſſimis id genus conſiliatoribus, privatis ſuis commodis, inſuper habito bono publico, inhiantibus, ulteriùs locus detur, facilè futurum eſſe, ut *Vngariæ* regnum iiſdem cum *Bohemia* procellis implicari, in ultimam devaſtationem devolvi, ac tandem hic murus, hoc *Chriſtiani* orbis commune propugnaculum, in *Turcorum*, *Scytharumque*, manus redigi, poſſit. Cogitarent igitur *Ordines*, ac ſolicitè deſpicerent, quid agendum ſibi incumbat, ſimulque expenderent, ſi (quod abominandum) uſuveniat, hoc regnum, multo *Chriſtianorum* ſanguine hactenùs retentum, in poteſtatem *Turcicam* devenire, quæ ratio legum, juſtitiæ, ac boni ordinis, quæ converſio *Religionis* in *Mahometiſmum*, quæ tyrannis ſub acinace iſto *Turcico*, omniſque calamitatis, atque infelicitatis, lerna, ac colluvies, erumpere poſſint. Certè ſive ignavia, ſive inſania, & digladiatio iſta, impotentium *Ordinum*, qui blaſphemas *Turcicas* gentes in patriam, aras, focoſque, intromittant, à ſera poſteritate accuſanda, immò non niſi diris devovenda fuerit.

Cùm igitur exploratum habeamus, *Imperatorem* apud *Vngariam* comitia indixiſſe, in quibus dubio procul futuri ſunt peſſimæ notæ, & ſeditionis amantes, homines, cujuſmodi *Vngaros* cum *Bohemis* communibus periculis involvere, ac neſcio quo ſub colore contrà *Imperatorem* accendere auſint: conſultò vobis inculcamus, nè ſanguinariis iſtorum conſiliis vos ſeduci, ſed potiùs ſuper pace, atque debito *Imperatori* reddendo honore, deliberare, patiamini. Hoc pacto, quod *Eccleſiæ*, & patriæ, ſalutare, publico bono utile, paci reducendæ tempeſtivum, *Imperatori*, & *Regi*, veſtro tàm debitum, quàm gratum, hoſtibus ignitum, vobis etiam nunc, & apud poſteros, honorificum, futurum utique eſt, effectum dabitis.

IV.

Eadem eorundem intimatio, Bohemis, ſociarumque Provinciarum, Ordinibus, facta.

INprimis verò *Bohemis*, eorumque *ſociis*, ſic bonæ mentis ſtudium tùm *Electores* inculcârunt. Tametſi nihil dubitavimus, fore, ut, bellis per *Bohemiam* flagrantibus, quibus, *Regem* electû, coronatum, legitimèque, ſub homagii ſacro, receptum, repudiando, novum verò, temerè, & pro lubitu, prodigioſo more, atque exemplo, ſuperinducendo, univerſam patriam veſtram, adhærenteſque *Provincias*, miſerè conturbaſtis, tandem ab eventus id genus truculentia, atque atrocitate, ad meliorem frugem redire, eaque quæ vobis, bonoque publico, utilia, ac ſalutaria, eſſent, eligere, contrà inquietis, calidiſque, ac flammantibus, conſiliis valedicere, velitis: nihilominùs, contrà noſtram, omniumque bonorum, mentem, atque exſpectationem, prohdolor! experimur, voſmet adhûcdùm à periculoſis iſtis machinis ne latum, quod dicitur, unguem recede-

ecedere, immò antiquum obtinere, immò eò magis magiſque conſpirare, quò magnificentiſſimum hoc hujus *Imperii* corpus tantùm non confundere, ſed, inſtar fabuloſi *Penthei*, lacerare, c, ſi liceret, elegantem ipſius harmoniam è medio tollere, ſitis animati. Præſtaret profectò, neliuſque vobiſcum ageretur, ſicubi ergà legitinum *Regem*, ac dominum, homagij, atque obelientiæ debitæ, memores, palinodiam inſtitueetis, *Imperatoris*, *Regiſque*, veſtri offenſam, inlignationemque, precibus magis, quàm arnis, mitigaretis, adeóque, ad ſummam, illud juod paſſim hiſtoriæ tàm ſacræ, quàm profanæ, erhibent, penſi haberetis, iſtos, nimirum ſublitos, quicunque versùs *Magiſtratum* ſuum ſeditioos elevarunt vultus, tàm gratiâ apud *Deum*, quàm ucceſſu in rebus ipſis, temerè ſuſceptis, excidiſſe, c caruiſſe.

Quæ cùm attentata ejus quidẽ ſint generis, quaa à vobis, inſalutato *Imperii*, *regnique* capite, iemque *Electorali* collegio, de jure in tàm vetuo, & præcipuo, regno, atque electoratu, inroduci neque debent, neque poſſunt, niſi veliuus, ut tantùm non hæc *Bohemiæ* regia everti, requumque *Imperium* miſerè confundi, atque dicerpi, oporteat. Proindè, ex Imperii, nobis icumbente, autoritate, autores vobis ſumus, criis, ac conceptis, verbis monentes, tandem liquando è ſuſceptæ hactenùs inobedientiæ, c temeritatis, crapula evigilantes, ad ſanam onamque mentem redeatis, *Imperatori*, *ac Regi* eſtro debitam obedientiam exhibeatis, *Imperim* ampliùs ne perturbetis, adeóque à capitibus eſtris ipſiſmet aleam belli, periculorum pleniſmam, declinare diſcatis. Iiſdem, ac totidem, erbis, ad *Palatinum* dedimus, ſub ſpe, ut ipſe meora admittens, flammantibus conſiliis ſe abſtieat, nobiſcunque, inprimis cum *Cæſare* atque *nperio*, in gratiam revertatur.

Vt ut autem hæc ſincera, ac paterna, noſtra lmonitio vobis placere non poſſit, potiuſque deat, iſthanc viam, periculis plenam, ſemel merè calcatam, ampliùs tenere, privata comoda publicæ utilitati præponere, tantùmque on *Bohemiam*, ſed hoc *Imperium*, hanc *Germanim*, patriam noſtram, præcipitare, velle. Proctò iſti conatus, iſtæ veſtræ actiones, ſunt es modi, ut diutiùs à fidelibus *Imperii Principis* tolerari haud debeant. Vt neceſſitate quaim in partes *Imperatoris*, auxilia rogantis, deendere, adeóque de mediis, quibus iſthæc vea inſolentia, ac tumultuatio, coërceatur, *Imratori* dignitas reſtituatur, *Imperio* ipſi quies, ac x, reddatur, cogitare obligati ſimus.

V.

dem intimatio fit VVetteraviæ, ac Sveviæ, Comitibus, Ordinique circuli Rhenani equeſtri.

Aulò mitiorem in ſententiam ad correſpondentes *VVetteraviæ*, *Sveviæque*, *Comites*, iteme *equeſtres ad Rhenum*, ſcribi cœpit. Scirent nimirum omnes, quibus vinculis, feudiſque, ac legibus, *Imperio*, *Imperatorique*, eſſent devincti, quamque capiti, ac Magiſtratui ſupremo, reverentiam, obedientiamque, deberent. Siquidem igitur haud obſcurum ſit, *Bohemos* temeritati, peſſimæque ſuæ cauſæ, undique patronos quærere, adeóque etiam *Counitos Comites*, *Ordineſque equeſtres*, naſſam, in ſuam more piſcantium, hamo ceu quodam, attrahere velle. Ideóque *Comites*, *Equeſtreſque*, fidei ſuæ ergà *Imperatorem* memores, etiam atque etiam viderent, quid agant, potiùſque ad ſe, ſubditoſque ſuos, reſpicientes, vultum haud mutarent, quin immò ſeditioſis, ac flammantibus perduellium conſiliis, inſuper habitis, in fide, atque obedientia, *Imperatori* debita, ſine fuco perſeverarent.

Atque hanc porrò in ſententiam ad civitates *Imperii* liberas, *Argentinam*, ſcilicet *Noribergam*, *Vlmam*, *Spiram*, *VVormatiamque*, perſcriptum.

CAP. V.

De Friderici Palatini, & Bohemorum, &c. exceptionibus.

I.

Friderici Palatini, ad Electorum è conventu Mulhuſiano monitoriales, exceptio.

QVid autem *Fridericus Palatinus* ad ſuperiores *Electorum* exprobratorias, avocatoriaſque, reddiderit, jam ſequitur. Reſcriptum ejus tale fuit. Superioribus illis diebus, per curſores *Francofurtenſes*, litteræ ad nos pervenêre, ſed regii tituli noſtri exules, quo quidem hactenùs à diverſis *Regibus*, atque *Religionis* utriuſque *Principibus*, hoc caput honorari contigit. Eas nihilominùs, ſub reſervatione juris noſtri, reſignavimus, ac perlegimus.

Veſtras autem illas monitoriales in medio relinquentes, idem planè profiteamur, actionum noſtrarum alium ſcopum planè nullum eſſe, niſi ut à dilecta, ac communi, patria noſtra, omne malum, ac periculum, propulſari queat. Quo nomine apud poſteritatem hunc noſtrum quidem conatum fore laude dignum, ſpes eſt.

Quanquàm autem grave nobis accidit, dùm *Decretum Imperatoris* expendimus, eundem, & quidem in propria cauſa, & accuſatoris, & judicis, partes ſibi vindicare, tùm paucos etiam *Electores*, inaudita parte alterâ, illicò cauſam noſtram damnare, dùm cæteri etiam *Electores*, quàm *Principes*, quibus utique æquè tàm *Imperatoris* re-

ſpectus, quàm *Imperii* dignitas, curæ eſt, longè à vobis diverſum ſentiant, nedùm in nos præpoſteris id genus ſententiis, aut præjudiciis, ferantur, nihilominùs, ut, ſicut res eſt, famam nominis hujus vindicemus, pauca reſcribere viſum fuit opportunum.

Aliis itaque, & melioribus, mediis agendum fuerat, hæc ut controverſia componeretur, modò adverſa pars eandem nobiſcum in voluntatem deſcendat. Quæ utique priùs eò flecti debuerat. Subitaneam proindè, nobis intentatam, id genus Edicti libertatem, quo partam hujus coronæ regiæ poſſeſſionem abdicare jubemur, tantùm abeſt, ut non ægrè ferant, ut potiùs eò, quod quidem ſuprà cum *Rodolpho II. Imp.* uſuvenit, reſpiciendum eſſe cenſeamus. *Matthias* enim *Archidux* vel inſuper habitâ triginta annorum poſſeſſione, eò *Imperatorem*, & fratrem, armis adegit, ut tàm *Vngariæ*, quàm *Bohemiæ*, regnorum coronas ei reddere cogeretur. Quis, vos rogo, tùm contradixit? Quis edictorum fulmina detorſit? Vt taceamus, *Ferdinandum Imperatorem* nondùm in regni hujuſce poſſeſſionem veniſſe.

Siquidem ergò iſthæc res, magni utique momenti, tàm, in particulari, famam, honorem, dignitatemque, noſtram, quàm alias quoque non paucos alios tàm intrà, quàm extrà *Imperium*, poſitos, *Principes*, *Ordineſque*, atque ex iis quoſdam etiam *Catholicos* dictos, concernat, utique noſtrûm erit, hanc cauſam communem communibus agere ſuffragiis, adeóque, proxima ſub diæta provinciali, cum regni noſtri, aliarumque regiorum, *Ordinibus*, excutere.

Quò eventu, quid nobis, porrò ſit animi, proximè declaraturi, atque ità remonſtraturi ſumus, ut pateat, nos neque *Turcis* hoc in *Imperium* viam præparare, neque patriam noſtram inteſtinis, ac civilibus, bellis conturbare, affectos eſſe. Vt in contrarium actiones noſtræ, ſub hoc regimine regio ſuſceptæ, nos nihil aliud, quàm quod & jurium, & temporum, ratio dictavit, ſpectâſſe, apertè conteſtari debeant. Interim de vobis hoc nobis amicè promittimus, fore, ut nos ulteriùs haud infeſtare, ac damnare, periculumque periculo, atque ignes ignibus, ſuperaddere, velitis, ut potiùs cauſas evidentes, ac juſtas, à nobis exſpectare, ſiniſtris id genus impreſſionibus renunciare, cogitetis. Nos enim, juxtà cauſæ hujus, uberiùs deducendæ, bonitatem, vocationi divinæ acquieſcimus, ſuper qua quidem ſi qui ſint, qui nos porrò laceſſere auſint, illis ſatisfacere, inprimis verò eventum *Deo* committere, decretum eſt.

II.

Bohemiæ Ordinum exceptio.

TAlis autem fuit *Bohemiæ Ordinum* ad edictum *Mulhuſianum* reſponſio. Litteras, è conventu *Mulhuſiano* ad electum coronatum, unctumque, ſubque homagij fide receptum, *Regem* noſtrum, unàque ad nos, datas, rectè accepimus. Dolet autem, *Electores*, non ad animum antè admiſſis deductionibus, atque apolegiticis, noſtris, contrariis impreſſionibus, perſuaſionibuſque, ità aures hactenù ſpræbuiſſe, ut licitam legitimamque, & nobis tàm à *Deo*, quàm *Natura*, conceſſam, defenſionis viam, juxtàque privilegiorum, jurium, atque indultorum, olim acquiſitorum, exercitium, in dubium vocare, juxtàque, lege regni, introductam novam regiam electionem, coronationemque, quantum quidem in ipſis eſt, eliminare contendant. Ad illas, prout vocant, monitoriales conceptis oppidò verbis reſcribere vellemus, niſi hæc, utique magni momenti, res, ſicut religionem, conſcientiam, honorem, & famam, immò ipſam noſtrûm ſalutem, concernit, priùs, ad ſociarum *Provinciarum* Proceres, transferenda eſſet. Sicut enim communi hujus tàm *regni*, quàm reliquarum *Provinciarum*, conſenſu, atque aſtipulatione, *Rex* noſter electus, approbatus, coronatus, atque introductus, eſt: pariter ut in re tàm ardua, abſque reliquorum *Ordinum* ſuffragiis, aliquid reſpondere, atque in mutuæ confœderationis pacta peccare, debeamus, ex lege prohibemur. Interim, legatis *Provinciarum*, jam nobiſcum in diæta provinciarum generali congregatis, litteras, ad *Provincias* ſingulas directas, ſingulis commiſſimus; qui quoque, ſuis quique locis, eas diſtribuere non negligent.

Simulatque igitur à ſociis, ac confœderatis, noſtris, quid ipſis animi ſit, acceperimus, abſque morâ, illud curabimus, ut, juxtà plenarii legitimæ cauſæ noſtræ deductionem, animos noſtros, ad pacem, ac concordiam, inclinantiſſimos, & quàm procul à cædium, bellorum civilium, & id genus machinationum, ſtudiis, abſimus, cognoſcere liceat. Hoc hoc, inquimus, de *Rege* noſtro confirmatiſſimum facere poſſumus, eum nihil minùs, quàm lanienæ, motuum bellicorum, exceſſuumque tyrannicorum, (cujuſmodi quidem nos ab adverſæ partis milite per biennium abundè paſſi ſumus) ſtudioſum eſſe, nihil magis verò, quàm pacis, mutuæque conciliationis auſpicia, animorumque ferruminationem, deſiderare. Vtut autem nos ſimus pacis ſtudioſi, ac cupidi, nunquam tamen factioſa *Ieſuitici* agminis turba facilè acquieſcet.

Quò nomine enixè rogamus, qualemcunque moram *Electores* haud graviter ferant, quouſque communi omnium ore reſpondere quiti ſimus rogantes, ne velitis regnum hocce, eique adhærentes *Provincias*, anteà plus ſatis à *Turcis*, *Polonis*, *Tartaris*, *Croatis*, aliiſque id genus ſanguinariis, ac barbaris, gentibus, infeſtatas, ulteriùs urgere, ſed hanc ipſa regiam, utpote, *Electoratum* præcipuum, regnumque, in medium collatis *Imperii* circulorumque, auxiliis potiùs tueri, atque à jurium privilegiorumque, antiquorum ſuppreſſione, aſſerere, ac vindicare.

III. Prin

III.

Principum, Ordinumque, per Imperium Co-unitorum, reſponſoriales.

SEcundùm hęc, à *Principibus, Ordinibuſque*, per *Imperium Co-unitis*, eam ferè in ſententiam, reſponſum eſt: Celare utique ſeſe haud poſſe, motus, ac digladiationes, hactenùs per *Bohemiam* naſcentes, in diemque vires acquirentes, tantumque non *Bohemiæ* regno, ſed & huic *Imperio*, ſed & *Imperii Principibus*, atque *Ordinibus*, metuendas, non ſemel cum ſingulari ſolicitudine ad animos admiſiſſe, utpote quarum turbarum cauſa hactenùs haud parum in ditionibus ſuis jam tùm paſſi forent.

Ab initiis itaque, quod conjunctis animis, votiſque exoptaſſent, iſti malo occurrendum fuiſſe. Satiùs enim eſſe, prunas, ac carbones, ſub cineribus latentes, ſuperfuſis aquis præſtò exſtinguere, quàm exindè, interveniente *Æolo*, flammis inſurgentibus, ſubortiſque incendiis, tùm demùm magno non ſine labore, ac periculo, reſiſtere velle. Quò nomine ægrè, ac graviter, ſibi accidere, ſub comitiis *Imperii*, *Imperatoriſque*, electionem concernentibus, atq; apud *Francofurtum* celebratis, *Bohemiæ* regni legatos, ad diætam non admiſſos, non auditos, ſed omninò à limine judicij rejectos fuiſſe. Vndè eos, jam tùm novarum erũ cupidos, eò deveniſſe credibile ſit, ut, repulſæ ejus dolore, ea conſilia fabricârint, atque inierint, quibus novum Regem ſuperinducerent. Abſque eo igitur, ſua quidem ſententiâ, fuiſſet, ut nunquam eò extremorum prolapſi forent, aliiſque, ac clementioribus, remediis ab ipſiſmet *Bohemis* propoſitis, hic impetus, hic morbus, curari potuiſſet.

Iam verò cùm impetuoſis, ac flammantibus, conſiliis prævalentibus, eò quidem res deducta ſit, ut calamitoſam, miſerrimamque, omnia faciem præ ſe ferant, ſuadere quidem ſeſe utilia poſſe, mederi non poſſe. Viderent igitur illi, quorum interfuit malo huic tempeſtivè accurrere. Hoc quidem libenter, ſemperque, profiteri ſeſe, ingens iſtud eſſe tormentum, in rebus, conſcientiam concernentibus, diu, atque impunè, torqueri, neque auxiliatorem, neque judicem, invenire. Initiis igitur morborum remedia applicari rectiùs, quàm morbo jam invaleſcente, ægroque ſanitatem deſperante.

Vtrùm verò apud *Bohemos* rejectio nupera, receſque ſuperinducta electio, juxtà leges patrias, facta ſit, aut tolerari poſſit, diſquirere non eſſe ſuum. Illud ſaltem ſeſe regerere, in re tam ſummi, maximique, momenti, meritò cum vel vniverſis, vel plurimis, *Imperii Ordinibus*, deliberandum fuiſſe, quàm ut paucorum ſuffragiis omnia determinari, atque in præſentem, horribilemque, neceſſitatem devolvi, debuerint. Ad cauſæ itaque bonitatem quod attinet iſtius negotii *Bohemici*, in eam inquirere anixè ſe nolle, præſertim cùm omnia laborent in ultimis. Vt potiùs res, prout nunc quidem eſt, in medio relinquenda ſit. Interim ità quoque affectos eſſe, ut *Cæſaris*, tanquam ſupremi ſui capitis, dignitati, autoritatique, ſecundùm *Deum*, quæ ſibi æquè, juxtà leges patrias, conſtitutioneſque, ac juxtà, *Imperii*, curæ eſſet, omnia poſtponant. Quò nomine etiam ſivè *Vnio*, ſive confœderatio, ſua pro *Cæſare* militet. Quam quidem inpræſentiarum paulò arctiùs ſancire, ac cuſtodire, abundè cauſarum habeant, cùm media illa, quibus in *Imperio* pax reduci, tùm oneribus publicis ſatisfieri poſſit, omnia jam penè defecta ſint.

Vtrùm verò, rebus ità ultimè ſeſe habentibus, novis armorum, à *Collegio Electorali* decretis, præparationibus, extremis utique remediis, extremus, ſicut videtur, iſte morbus curari queat, valdè dubium eſſe. Seſe autem in tanta rerum, animorumque, exulceratione, quid hîc maximè præſtare poſſint, haud videre. Quò magis moleſtum eſſe, ab *Electoribus* tanta cum curioſitate inculcari fidem, obedientiam, juſtitiæque, adminiſtrationem, tanquam hactenùs ad divini nominis honorem, *Imperii* emolumentum, bonique publici ſalutem, immò inter *Imperii Ordines* reducendam animorum conciliationem nihil ab ipſis quidem ſit tentatum, ut deinceps etiam, abſque ſimultate, ac privato reſpectu, eoſdem ad ſcopos collimare teneamur.

IV.

Reipubl. Argentinenſis ad eundem Senatum Electoralem reſcriptum.

NOmine tàm proprio, quàm cæterarum *Imp.* civitatum, ſic quoque tùm reſcriptum eſt ab *Argentinenſibus*: Seſe quoque, nihil aliud, his ſub truculentis temporibus, cogitare, niſi ut in priſtina, eaque debita, ergà *Imperatorem*, totumque *Imperium*, atque *Collegium Electorale*, obſervantia, ac ſtudio, perſeverent. Hactenùs quidem communem dictitare rumorem, hos motus, hos iſtos per *Bohemiam* tumultus, *Religionis* cauſa, motos eſſe.

Interim ab eventu cognitum eſſe, *Bohemos*, iiſque adhærentes, *Moravos*, pejus egiſſe cum *Catholicis*, quàm vel *Cæſareani* milites, in locis, à ſe his ſub motibus occupatis, attentare cœperint. Volupe igitur ſibi fuiſſe, *Electorum* apud *Thuringiam* conventum, ab *Imperatore* eo fine inductum eſſe, quò *Imperio*, & patriæ, libertas, ac pax, recuperari ſuſtineat. Hoc hoc, ajunt, unicè ſibi in votis, cordique eſſe, hocce ut ſalutari remedio rebus tàm ægris, morboque invaleſcenti, ac graviſſimo, occurratur.

Quòd ergò ipſis nihil æquè curæ ſit, quàm ut *Imperatori*, ſupremo capiti ſuo, debitus reddatur honor, ac reſpectus, tùm ut civitatis ſuæ, in finibus poſitæ, diligenter rationem habeant, ne vel *Imperio*, vel ſibimetipſis, detrimenti quicquam hac tempeſtate accidat, ideóque non eſſe, ut ſive *Cæſar*, ſive *Electores*, ſuper fide, atque obſervantiâ ſuâ, dubitare debeant. Non enim, abſque intimo cordolio, fatum ſeſe tàm vægrande *Bohemiæ* ad animos ſemper admiſiſſe, ſemperque unicè optaſſe, tàm periculoſi incendii fomites in ipſo, ut ajunt, cinere opprimerentur. Vt eò magis igni-

businteſtinorum bellorum in dies augeſcentibus, & *Imperio*, *Ordinibuſque*, ut etiam ſuæ *Reipublicæ* præmetuendum eſſe videant, maximè, cum, propter tranſitus, delectuſque copiarum, ſuo in territorio factos, haud parùm detrimenti paſſi forent antea. Olim anteceſſores ſuos liberrimè hoc ad *Imperium* acceſſiſſe, abſque eo, ut unquam homagij ſanctitudine obligati fuerint. Vt nihilominùs, graviſſimis in occaſionibus, *Imperio* fidem ſuam, etiam erogatis in auxilia *Turcica* ſubſidiis pecuniariis, non contemnendis, tùm finibus *Imperii* (cujus utique *Argentina* pro *clavi* eſſet) tuendis, officio ſuo abundè ſeſe functos eſſe, toties, in medio extantibus *Imperatorum Regumque Romanorum*, indultis, ac conceſſionibus, conteſtatum extet. Iam etiam, ſicut olim, nihil curioſiùs ſeſe in oculis gerere, quàm ut *Imperii*, familiæque *Auſtriacæ*, in gratiam, fines defendant, *Rhenique* nobilem illum tractum cuſtodiant, atque obſervent.

Inter cætera verò, ſic quidem per *Civitatem*, ſubditoſque ſuos, *Iuſtitiæ* ſanctitudinem adminiſtrâſſe, *Bohemis* hodieque, eorumque tumultuationibus, ſeſe haud applicâſſe, aliàs etiam ergà *Imperium* ità geſſiſſe, ut clementiam ab *Imperatore*, ab *Electoribus* gratiam, à *Principibus*, *Ordinibuſque*, favorem, atque amicitiam, liberrimamque commerciorum ſuorum copiam, ac poteſtatem, ſibi repromittant.

Vtut igitur, difficilibus iſtis temporibus, quicquam de ſe controverti, præſumi, atque in dubium vocari, poſſit; impendiò rogare, ne id genus inſimulationibus locus detur, ſed potiùs hęc ipſa ingenua, & diſerta, declaratio pondere ſuo ne deſtituatur.

CAP. VI.

Ferdinandi Imp. Edicta, ac Mandata, res Bohemicas, novamque Regis electionẽ, ſpectantia.

I.

Ferdinandi Imp. ad Fridericum Palatinum, monitoriale Edictum.

PRæmiſſis illis tanquam præliminaribus, mox *Ferdinandus Imp.* per ſpecialo ad *Fridericum Palatinum* emiſſum, Edictum monitoriale, ſic porrò inſtitit. Quandoquidem in propatulo eſt, notiſſimumque omnibus, nos anno præterito *M. DC. XIX.* in feriis *D. Auguſtini*, *V. Calend. Septembr.* *Dei* providentia, *Imperiique Septemvirorum* (quorum in numero etiam, tanquam *Elector Palatinus*, per legatos ſuos, tùm fuit, atque, præeunte juramento, veteri de more, ad ea, quæ vigore *Bullæ Carolinæ* expedienda erant, admiſſus eſt unanimi conſenſu, primùm in *Regem Romanorum*, tùm *Imperatorem* legitimè & eligi, &, *V. Septembris*, ſolemniſſimis cum ceremoniis coronari, cœpiſſe. Quo tempore, ſicubi nihil minùs cogitaremus, quàm *Palatinum*, more reliquorum *Electorum*, eam ergà nos, tanquam *Imperatorem*, & caput, declaraturum, obſervantiam debitam, unàque eò nobiſcum collimaturum eſſe, quò per hoc *Imperium*, hanc, *Germaniam*, ſinguloſque *Electoratus*, *Principatuſque*, pax, nuper deperdita, reſtaurari, ſeditio, ac rebellio, ſub *Matthia Imp.* per potiſſimum *Imperii Electoratum*, ſcilicet *Bohemiæ* regnum, nata, ac ſuſcitata, conſopiri, animorumque vehemens iſta colliſio, interveniente conciliatione, tolli poſſit. Tametſi autem, in limine regiminis, ſucceſſioniſque noſtræ, tanquam legitimè coronatus *Rex*, atque *Elector*, *Bohemiæ*, motus iſtos, à *Bohemis* cauſatos, collegio *Electorali*, ipſique *Palatino*, commiſſimus, ſub ſpe, futurum, ut illorum interpoſitione, atque arbitrio, diſſidia, iſta componerentur. Nihilominùs tamen contrarium, atque multis ordine à ſeculis inauditum, accidit, ut, ſub actu *Cæſareæ* noſtræ inaugurationis, *Palatinus* rebellibus iſtis *Bohemis* ſeſe applicaret, ab iiſdemque intempeſtivam oblatam regiam dignitatem, contrà omnia *Imperii* jura, privilegia, legeſque, ac conſtitutiones, fundamentales, tantùm non admitteret, ſed etiam ipſe in *Bohemiam* aſcenderet, ipſe regiam inaugurationem reciperet, ipſe à ſubditis noſtris homagii fidem exigeret, ipſe tantùm non *Regnum* noſtrum, adhærenteſque *Provincias*, interciperet, ac detineret, immò verò ipſe armis hanc libidinationem ſuam tueri conaretur. Quæ cùm omnia è diametro divinæ ordinationi adverſentur, regio noſtro ſanguini, derogent, juribus, ac legibus, repugnent, legitimam noſtram regni, ac provinciarum, poſſeſſionem conturbent, manifeſtæque rebellionis abominabile crimen redoleant, utique autoritate *Cæſarea* inpræſentiarum uti, pœnaſque, ſeditionis tàm horribilis autoribus debitas, ilicet irrogare, juxtàque, ſecundùm *Imperii* leges, in eum animadvertere, atque executivè agere, poteramus.

Interim, ut etiam hanc, in tàm atroci cauſa, animi noſtri lenitatem præferamus, monitorium inſuper iſthoc præmittere decrevimus. Itaque, ex autoritate, ac poteſtate, *Rom. Imperatoris* auguſta, ac Cæſarea, feriiſque, ac conceptiſſimis, verbis, *Palatinum Electorem* monemus, jubemuſque, è *Bohemiæ* regno noſtro, reliquiſque *Provinciis*, intrà *Calendas Iunias* incluſivè, excedere, nobiſque poſſeſſiones illas noſtras, unà, prout ajunt, cum pulviſculo reſtituere. Niſi hoc is faxit, in pœnas illas, cujuſmodi perduellionibus de *Iure* noſtro, ac legibus *Imperii*, olim à majoribus noſtris decretæ ſunt, præeunte reſcripto noſtrò decretorio, condemnabitur, tantam audaciam, ac, temeritatem, haudquaquam impunè laturus.

II.

Imperatoris, ad Principes, Ordineſque Imperii, Bohemis adhærentes, Edictum monitorium.

EIus autem ſententiæ fuerunt litteræ monitoriales, ab *Imperatore* ad *Principes*, *Ordineſque Imperii* nonnullos, directę: Nos *Ferdinandus*, &c. omnibus illis per *Imperium Principibus, Ordinibuſque*, quicunque turbis per *Bohemiæ* regnum noſtrum, adhęrenteſque *Provincias*, à perduellibus ſubditis noſtris concitatis, quoquo pacto, aut colore, accedentes ſeſe miſcuerunt, notum facimus: Poſteaquàm per *Imperii* fines innotuit, quibus modis nos, tanquàm *Imperator Romanus*, per tabellas, ut vocant, patentes, quas ab exceſſu *Matthiæ Imp. M.DC. XIIX.* ultima *Iunii*, publicavimus, deinceps verò, *XIIX. Cal. Februar.* reiteravimus, omnibus, ac ſingulis, conteſtati ſumus, atque interdiximus, ne quis per *Principatus, Comitatus, ac Dynaſtias*, ſuos rebelles, ac furioſos *Bohemos*, ſub pœna, quam leges, ac conſtitutiones, *Imperii* in id genus refractarios, ac tranſgreſſores, decernunt, ſivè militum collectionibus, ſivè armis, aut id genus apparatu quoviſcunque, juvet, foveatque, idque ſub interminatione pœnæ prædictæ, noſtræque ſeveræ indignationis, prout fuſius habetur præcommemoratis in tabellis. Nihiloſeciùs è diametro intelligimus, mandatis illis noſtris ſuſque deque habitis, hactenùs à diverſis *Imperii Principibus*, *Ordinibuſque*, haud ſatisfactum eſſe. Ut potius datâ operâ *Bohemis* perduellibus iſtis, ſubditis noſtris, inprimis *Palatino Electori*, utique perduellium coryphæo, ac capiti, (cui, fide, atque obedientiâ, omni ejurarâ, horribilique, atque inaudito penè, exemplo regiam illam dignitatem, actu nullo, atque ipſo iure interdicto, obtulerunt, iſte verò inſigni animi impotentiâ lubens eum honorem admiſit, ut velut de induſtria petiiſſe videri poſſit) omnibus, quod aiunt, copiis auxiliari, ac ſuppetias ferre, cœperint. Hoc pacto exercitibus noſtris, cauſſæque juſtiſſimæ, tantum non omnis generis impedimenta abjecta ſunt, ut etiam commeatibus ab illis militi noſtro interdictum ſit toties. Tametſi ergò adverſus id genus æquè perduelles, utique qui notorios iſtos *Bohemiæ* nova[t]ores reipsâ, operaque ſuâ, ſuppeditatis contrà nos fomentis, in temeritate ſua corroborare, atque commaſculare, non verentur, de jure noſtro, legibuſq; *Imperii* illicò animadvertere, ſeveraſque, ac promeritas, pœnas decernere, poſſimus, utique qui per vim, atque injurias, *Bohemiæ* regnum, cæteraſque *Provincias*, nobis ab[la]tas, hactenuſque de facto detentas, ulterius [ab]alienare, atque intercipere, contendunt: interim tamen, ſuperpondii loco, rigori indulgentiam præferre etiam nunc elegimus.

Seriò igitur, ac peremptoriè, mandamus, atque injungimus, omnibus & ſingulis illis, qui hactenus refragari conati ſunt, confeſtim, ac ſine mora perduellibus *Bohemis*, eorundemque actionibus ſeſe abſtinerent, ab ipſo etiam *Palatino Electore*, utique perduellium duce, ac capite, ſeceſſionem facerent, adeóque, præeunte fide, atque obedientiâ, debitâ, in gratiam nobiſcum reverterentur. Id niſi faxint, rei læſæ Majeſtatis Cæſareæ, turbatores pacis publicæ, prævaricatores legum, ac conſtitutionum Imperialium, (quibus, præcipuè ſub *Anno M. D. LIX.* & *LXIV.* ne quis *Imperii Ordinum* contrà dignitatem *Cæſaream* iret, aut hoſtes *Cæſaris* juvaret, ſancitum eſt,) oppidò peragentur, pœniſque, in capita eorum decretis paratâ ſub executionis rigore, ſubiicientur.

III.

Edictum monitorium ad duces, tribunos, officialeſque, militiæ Bohemicæ reſpiciens.

TOtidem ferè verbis, ceu fulmine, ab *Imperatore* in *Principes, Generales, Comites, Baroneſque*, *tribunos*, ductoreſque, atque militiæ *Bohemicæ* officiales, tùm quidem itum eſt. Nuper quoque *Ferdinandum Imp.* contrà duces, generales, tribunos, ductoreſque, atq; officiales militares, quicunque ſub *Bohemis* iſtis, *Cæſaris* ſubditis perduellibus, mererent, ſivè quoviſcunque modo non tàm iſtis, quàm *Electori Palatino*, perduellium id genus anteſignano, ac capiti, adhærerent, eorum nomine milites conſcriberent, delectu probarent, auxilia adducerent, ſuppetiaſque ferrent, edictum publicaſſe, oppidò ut, ab intimatione ejus mandati, ab armis, ac ſtipendiis, diſcederent, perduellibuſque, atque eorum actionibus, longum vale dicerent: nihilominùs contrà hûcuſque, edicto *Cæſaris* poſthabito, laboratum, factitatumque, fuiſſe.

Tametſi igitur, jam tùm pœnas tàm ipſis perduellibus, quàm eorum complicibus, debitas, in iſtos omnes oppidò decernere, eoſque banni fulmine omnes, ac ſingulos, ferire, ac proſcribere, poſſit: malle ſe tamen innatam regii animi clementiam ſeveritati anteferre.

Proindè denuò, ac peremptoriè, omnibus, atq; ſingulis, id genus generalibus præfectis, tribunis, magiſtris equitum, centurionibus, reliquiſque ordine, officialibus, tàm ſub *Bohemis* perduellibus, quàm ſub *Electore Palatino*, perduellium duce, ac capite, jam tùm æra merentibus, ſive deinceps merituris, ſeveris verbis *Cæſarem* mandare, atque injungere ſemel pro ſemper, confeſtim iſti omnes ab armis diſcedant, militiâ ac ſtipendiis abeant, nulloque pacto iſtis adhæreant, opem ferant, conniveâtque. Niſi itaque dicto audientes fuerint, iſti omnes, quicunque ſub *Imperio* nati ſint, ex autoritate, potentiaq; *Cæſarea*, proſcriptione jurium, nataliũ, privilegiorum, bonorumq; privatione, damnandos, cæteros verò, atque peregrinos, capitis pœnâ plectendos eſſe. Ita enim futurum eſſe, ut per vim, atque impotentiam, regna, provinciæque, ablata, & detenta, quantò ocius recuperari, paxque, atque quies, pro tumultuationibus, ac furoribus, reduci ſuſtineat.

IV.

Idemmet Edictum Cæſareum ad Civitates Imperiales directum.

INprimis verò præmiſſum *Cæſaris* edictum per *Imperii civitates* denuò publicari eodem tenore cœpit: *Cæſarem* nimirum indignanter, inclementerque, ferre, ſuperioribus per *Imperium* publicatis mandatis, atque interdictis, quibus cautum eſt, *Imperii Principes*, *Ordineſque*, perduellibus alio-

alioquin *Bohemis*, eorumque capiti, *Palatino Electori*, adhærentes, opemque ferentes, illicò militibus ſuis miſſionem dare, ab armis diſcedere, opemque, ac ſuppetias, negare debere, hactenùs, prout fideles *Imperii Ordines* decet, morem minimè geſtum eſſe. Siquidem igitur *Cæſar* exploratum habeat, *Ordines* illos, atque inter eos, *Imperii civitates*, nihil minùs agere, quàm ut à perduellibus manum abſtineant, ut potius pecuniis, reditibuſque, *Imperio* alioquin debitis, ſuppetiiſque, ac commeatibuſque, iſtos adjuvent, juxtaque contrà jura gentium, leges fundamentales, *Imperiique* conſtitutiones, improbè prægreſſam electionem, coronationemque regiam, juxtaque regni, ac provinciarum ſuarum, interceptionem, quantum quidem in ipſis eſt, approbent, foveant, ac promoveant: ideòque, juſta *Cæſarem* indignatione provectum, ex lege *Imperii* in illos ſeverè animadvertere jam tùm potuiſſe.

Ut tamen conſtet, magis gratiæ, quàm pœnæ, *Cæſarem* amantem, ac cupidum, eſſe, iteratò, ac peremptoriis verbis, mandare, ac ſancire, confeſtim edictis *Cæſareis* morem gerant, à perduellibus, eorumque actionibus, procul abeant, ſeſeque de cætero, prout fideles decet, reipsâ gerant. Secùs ſi accidat, in moratores, refractarios, ac degeneres, perduellium utique, perduellionumque, amantes, pœnas, de more, ac legibus *Imperii* conſtitutas, quàm primùm, ſine miſſione, deſignandas eſſe.

CAP. VII.

De Friderici Palatini, adverſus Edictum illud Cæſareum, reſcriptis.

I.

Ad Edictum monitoriale Cæſareum Frider. Palatini reſponſum.

Contrà iſtud fulmen *Cæſareum*, utique ſatis edurum, ſic quidem contravenire, atque inſurgere, auſus eſt *Fridericus Palatinus*: Notum, ac conteſtatum, reddimus univerſis, ac ſingulis, ſub *Cæſaris* nomine, atrocia, atque odioſa, inuſitatique moris, mandata, in noſtri contemptum, ac præjudicium, publicari cœpiſſe. In iſtis, ſiquidem per falſas enarrationes, atque inductiones ſatis imbecillas, illa *Bohemiæ* regni, adhærentiumque *Provinciarum*, in nos unanimi conſenſu, abſque ulla prægreſſa noſtra præſcientiâ, devoluta, electio, præſcribi, annihilarique, voluerit, tùm in cæteros *Imperii Principes*, *Ordineſque*, quicunque, ex Chriſtiana ſympathia, tot per *Bohemiam* prægreſſis barbaris perſecutionibus, cædibus, ſpoliis, rapinis, atque exactionibus, occurrere, ac reſiſtere, opemque oppreſſis ferre, conati ſunt, diris execrationibus, pœnarumque neſcio quarum, interminationibus, ſævitum ſit, utique opportunum viſum eſt id genus deteſtandis, in nos cuſis, edictis obviam ire, cauſſæque noſtræ bonitatem in mediū afferre. Atque, quod nimis, durum, ac præpoſterum, videri debet, à regni *Bohemiæ* poſſeſſione, legitimè à nobis acquiſita, nos, intrà certum terminum excedere jubet, ut juxtà *Principibus*, *Ordinibuſque*, confœderatis noſtris, niſi à nobis ſeceſſionem, ſegregationemque, faxint, omnia dira, atque ultima, *Cæſar* intentare ſit haud veritus. Principiò autem, quæcunque in noſtri, *Ordinumque Bohemiæ*, contemptum, allegantur, in medio relinquimus. Ad iſtam verò *Archiducum Auſtriæ* prætenſionem hæreditariam reſpondemus, *Caroli IV. Imp.* contrà liberam *Bohemiæ Ordinum* electionem, declarationem fuiſſe domeſticam, atque invalidam. Ut etiam *Vladiſlai Regis* privata conteſtatio nulla, atque inofficioſa, extiterit. Tum etiam per meram vim coactus diætæ provincialis *Pragenſis* receſſus exiſtimandus ſit; Ac denique ſucceſſio illa, ab octingentis annis obſervata atque allegata, nullius ponderis videri debeat: prout prolixis inductionibus, ſolidiſque fundamentis, in *Bohemorum Apologetico* iſta omnia ad amuſſim excuſſa, ac ſufficienter antè refutata ſunt. Ut hanc eandē confutationem denuò ſuſcipere velle, ſupervacaneum futurum ſit. Ad nos in particulari quod attinet, nullatenus dubitamus, eos omnes, quicunque abſque bile, atque acrimonia, ſententiam ferunt, *Ordinumque Bohemiæ* deductiones inſpiciunt, abundè intelligere, quibus urgentiſſimis de cauſſis, poſt tot exanthlatas calamitates, pericula, atque procellas, illatamque defenſionis naturalis, ac licitæ, neceſſitatem, *Bohemiæ*, *cæterarumque Provinciarum*, *Ordines*, *Ferdinando Imp.* repudium intentare adacti fuerint. Ea prægreſſâ, omnium Ordinum *Bohemiæ*, reliquarumq; *Provinciarum*, unanimi de cōſenſu, repudiatione, cùm acciderit, ut ſecundùm regni *Bohemiæ* leges fundamētales, jura, ac privilegia, antiqua, in nos, nihil tale exſpectantes, inciderit electio, eoque modo in ſedem vacantem venerimus, non liquet, undè tanta cùm impotentia ſententia in nos, cauſâ nondum deciſâ, ac definitâ, ferri queat. Iſtud denique, ac conſtanter, profitemur, ſi abſque divini inprimis Numinis profanatione, patriæ everſione, hujuſce regni, atque electoratus, deſtructione, tot piorum, atque inſontium, hominum, ſub bellis, ac cædibus, gementium, lacrymis ac deſideriis, fuiſſet, nunquā nos tantæ molis opus, ſuſcipere, nedum id genus procellis caput obiicere, voluiſſe. Libēter igitur ab initio manum huic arduo negotio ſubduxiſſemus, modò certis eſſe licuiſſet, abinde incendia, per *Bohemiam* flagrātia, lateq; depaſcentia, iſta extingui, *Religionis* perſecutiones tolli, privilegia, iam tùm cadentia, erigi, *Provinciarum* oppreſſiones finiri, totumque juxtà *Imperium*, cum finitimis regionibus, paci, ac quieti, reſtitui potuiſſe. Quæ cùm ad communem patriæ trāquillitatem, ſemper intenta, voluntas, ac proclivitas, noſtro, pateat facilè omnibus, ut admonitionibus, interventionibus, aliiſque id genus laboribus, ac ſolicitudinibus, quibus pax, & concordia, reduci, ac ſtabiliri, potuiſſet, nequicquam pepercerimus, certè, in eo quis non errorem, haud poſtremum, admiſſum eſſe, deprehendat, dùm in comitiis *Imperialibus*, apud *Francofurtum*

cofurium celebratis, quiritantes, cauſſæque ſuæ inſpectionem flagitantes, *Bohemiæ* regni legatos, non tàm à limine collegii *Electoralis*, ſumma cum turpitudine, inaudito penè exemplo, reiici, nedùm in urbem admitti, contigit? ſanè id ipſum quàm nobis, legatiſque noſtris, tùm aliis *Imperii Principibus*, diſplicuerit factum novum, atque inſolens, nullâ uberiori declaratione indiget, ut acta, atque adverſaria, comitiorum prædictorum, teſtimonium abundè perhibere ſufficiant, ſcilicet legatos noſtros tàm ſuper hac *Bohemiæ* legatorum repudiatione, quàm *Ferdinandi Imp.* ad collegium *Electorale* admiſſione, ſolenniter proteſtari cœpiſſe. Antequam enim de novo agitur *Imperii* capite, leges, ac ſanctiones, noſtræ hoc volunt, prius de turbarum, ac diſſenſionum, fortè per *Imperium* ſuſcitatarum, neceſſaria compoſitione proſpiceretur. Id quod toties conceptiſſimis verbis, inculcare haud neglexìmus, ſed fruſtrà narratur fabula ſurdis.

Poſteaquàm igitur *Bohemorum* miſſio, ac petitio, locum invenit nullum, cauſſæ ejuſdem inſpectio, ſive propoſitio, ſive ventilatio, nullatenus admitti cœpit, ut potiùs, contrà omnium gentium jura, ac conſuetudinem, nedum audiri eos, ſed, cum tupitudine oppidò reiici, contigerit, certè, noſtrâ quidem ſententiâ, quis vitio verterit tùm *Bohemis*, non admiſſis, non auditis, ſed repudiatis, ſed inofficiosè rejectis, ſed, deſperatis legitimis, mitibuſque, remediis, in ultimis conſtitutis, ut, juxtà leges regni fundamentales, juraque, ac privilegia, antiqua dè novo capite, ac *Rege*, ſuperinducendo, ſoliciti forent? Quis non illis jure meritoque, culpam omnem aſſcribat, quibus, ab initio horum motuum, arma potiùs, cladeſque, quàm pacificationis media, arriſêre, ut etiam *Bohemorum* legatos, poſtliminiò ſeſe ſiſtentes, cauſſæque inſpectionem petentes, ac deſiderantes, turpi cum repulſa, abegerint, repudiârint, rejecerint? Profectò ſive error iſte, ſive inſolens factum, quod quidem hanc in neceſſariam *Bohemos* ſententiam adegit, nobis imputari minimè ęquum fuerit. Ut vel de eo parum, aut nihil, aſpergamus, apud adverſam partem pacis amorem ità quidem exulare, ut ab initio propoſitis à nobis, de ſumma rei, pacificationis mediis locus fuerit nullus. Iam, dùm, poſt luculentum intervallum, *Imperator* clamat, hanc electionem, ſucceſſionemque, regiam noſtram, de jure vetitam, ac nullam eſſe, cum pacis publicæ tranſgreſſione factam eſſe, armis rebellibus regnum, provinciaſque, ipſi, debitas, nos intercipere, ac morari, ſanè injuriam nobis facit, utpote, qui univerſis, ac ſingulis, liberè dijudicandum relinquimus, annon, juxtà evidentiſſimas, luculentiſſimaſque, *Ordinum Bohemiæ* publicationes, legeſque regni fundamentales, ipſis licuerit, jugum inſolens excutere, novumque caput, ac *Regem*, pro vindicanda tàm *Religionis*, quàm patriæ, libertate, introducere? Abſq; eo fuiſſet, jam jam *Bohemiæ* regnum ſub jugum ineluctabile rediiſſet, externique dominatus impotentes leges ferre debuiſſet.

Eſto igitur, *Imperatorem*, ex mera, ac falſa, hypotheſei, variiſque præſuppoſitis prætenſionibus, de facto electionem noſtram tantùm non improbare, ſed annihilare, ſed damnare, ſed proſcribere: quis, vos rogo, non videt, eundem & accuſatoris, & judicis, partes ſimul ſemelque, & quidem in propria cauſſa, ſibi arrogare? Hæc enim controverſia, quæ illi nobiſcum intercedit, non ad *Imperatorem*, ſed eum tanquam *Archiducem*, ſpectat. Ergone potior illi erit ſive poteſtas, ſive licentia, ac fuerat ſuperioribus illis *Impp. Friderico*, *Carolo*, *Rodolpho*, aliiſque *Cæſaribus*, qui quidem in controverſiis particularibus accuſatoris, ac judicis, perſonam non exercuêre. Accedit, regni *Bohemiæ*, cæterarumque *Provinciarum*, *Ordines Imperii* legibus minimè teneri, ut neque *Cameræ Imperialis*, neque *aulæ Cæſareæ*, dicaſterio ſint ſubjecti, ut potius certis, ac patriis, iiſque provincialibus, legibus, privilegiis, ac conſuetudinibus, utantur fruantur. Quò magis abſonum eſt, *Conſiliarios Cæſareos*, utique minimè hoc ad negotium ordinatos, atque idoneos, immò etiam domeſticos, ac ſuſpectos, cauſſæ inſpectionem, ac definitionem, ſibi venditare, cùm iſtis in *Principes Imperii* ſententiam ferre haud liceat, *Imperator* verò, tanquam *Archidux*, forum competens ſequi debeat, ſique ſuper *Auſtriacis* præconceptis prætenſionibus, de iure experiri velit, juxtà regni hujus privilegia, non coràm domeſticis illis, ſed *Bohemiæ* regni judicibus, comparere, litemque formare, teneatur. Tantum enim abeſt, ut *Imperatori*, in cauſſa particulari, ac privata, contrà *Ordines Imperii Iudicis* partes ſumere liceat, ut è contrà *Imperator*, ex lege *bullæ Carolinæ*, coràm *Electore Palatino*, agere, eumque iudicem recognoſcere, obligatus ſit.

Prout nunc ergò unuſquiſque edicta id genus monitoria nullo loco, numeroque, habiturus eſt, ità nemo noſtrûm minas iſtas, abſque iuris fundamento ullo, in nos, noſtroſque confœderatos, detortas, ullius aſſis, aut valoris, faciet. Id genus enim proceſſus, ex animo inquieto, exulceratoque, abſque ulla cauſſæ legitima cognitione, dùm iudicium, ac ſententia, fertur in proxima cauſſa, proficiſcitur. Ut etiam, nullo juris colore, ſtabiliri poſſit, Cùm adverſus ipſas fundamentales *Imperii* conſtitutiones, torqueatur, tùm eo ipſo tempore *Cæſar* viam facti, atque armorum, præelegerit, nihilque ad omnis generis injurias inferendas reliqui fecerit. Immò verò *Cæſarem*, adverſus capitulationem, à ſe factam, manifeſtè delinquere patet, quando conceptiſſimis verbis ità juravit. Nullum ſe neque *Electorem*, neque *Principem*, neque *Præſulem*, neque *Comitem*, neque *Baronem*, neque ullum alium ex *Imperii Ordinibus* quemviſcunque, vi illatâ, aut per ſe, aut per alios, gravaturum, ſed, ſicubi ipſi, in particulari, cum illorum quopiam controverſia ſit, illud negotium ordine, atque ex legum præſcripto, tranſacturum eſſe, ſine ulla interveniente armorum, invaſionum, motuumque, importunitate. Ejuſdem commatis eſt, dum ſimiliter, ſub pari juramento, cavit: Nullum prædictorum *Imperii* ordinum ſe banni fulmine proſcripturum, ſed modum, viamque, in *Imperii* conſtitutionibus, *Cameræque Spirenſis* legibus, expreſſam, etiam, atque etiam, obſervaturum, eſſe.

Quan-

Quandoquidem ergò, vel vigore *bullæ Carolinæ*, *Cæſari* haud licitum ſit, in *Imperii Ordines* edictis rigoroſis ſævire: eâque conditione, ſi quid tale ab ipſo præſumatur, ipſo jure invalidum, ac nullum, habendum eveniat: tùm hac in controverſia nobis non cum *Cæſare*, ſed cum *Auſtriæ Archiduce*, res ſit, nedum, ex præſcripto legum *Bohemicarum*, hac in cauſſa particulari, nobis cum proceſſus iſte formari cœperit: utique confidenter ſperamus, futurum, ut, dum Edicto id genus irregulari, atque tàm juxtà *bullam Carolinam*, quàm cæteras *Imperii* leges, invalido, penituſque nullo, morem haud geſſerimus, abundè excuſari mereamur. Quo nomine nihil dubitamus, cæteros *Imperii Principes*, *Ordineſque*, quicunque dominatui *Hiſpanico* ſeſe haud mancipârunt, ſed unà nobiſcum ſub perſecutione tàm graviſſima acerbè gementibus *Bohemis*, eorumque ſociis, opem ferre, amore *Religionis*, patriæque, atque avitæ libertatis, non gravati ſunt, id genus prætoria edicta, ſed invalida, ſed cum *Imperii* legibus ex oppoſito pugnantia, ſuſque deque habituros eſſe. Cùm enim fulmina, & interminationes, iſtæ, contrà conſtitutionum, legumque, *Imperii* ordinem, profluxerint, cauſſa hæc non *Imperatorem*, ſed *Archiducem*, utique concernat, omnis generis armorum, cædium, exceſſuumque barbaricorum, injuriis deſævitum ſit, adeóque defenſionem hanc noſtrâ ipſo facto extorqueri, contigerit, utique nullo iuris colore hîc ulla legum prævaricatio imputari nobis poterit. Cæterùm, ſicubi is *Cæſari* animus, ea ſedeat ſententia, inſuper habitâ jurisjurandi ſanctitudine, etiam deinceps propriâ autoritate, propriaque in hac cauſſa, nos, noſtroſque confœderatos, id genus edictis, proſcriptionibus, ac banni fulminibus, urgere, armis, injuriiſque, laceſſere, leges fundamentales evertere, paceinque per *Imperium* publicam confundere, ac perturbare, velle, certè illud omne, quicquid eſt ejuſmodi, patienter ferre, auxiliumque à *DEO* exſpectare, parati ſumus. Qui quidem ſicut his in turbis divina ſua bonitate (id quod evidenter obſervare nobis licuit) præſto fuit, ità deinceps, quò contrà vim illatam, barbaramq; ſævitiã, ſubſiſtere queamus, nos haud derelictur⁹ eſt. Quemquidem in eventũ, ſicubi uſu veniat, id genus irregularibus, atque inſolentibus, proceſſibus majores, immò longè maximas, per *Imperium* omne paſſim concitari turbas, religioſiſſimis verbis deſuper proteſtamur, cauſſas id genus univerſaliũ perturbationum nobis minimè imputari debere, maximè verò fabam hanc, ſicut ajunt, in *Cæſaris* conſiliarios cudendam eſſe, qui quidem, poſthabitis juramento, ac capitulatione *Cæſarea*, flammantibus conſiliis, regnandique per *Bohemiam* cupiditate, cœlũ, ut eſt in *proverbio*, terris miſcere nihil verètur.

Atque hæc quidem hactenus ſunt, quæ, neceſſitate ipsâ poſtulante, omnibus in univerſum nota, ac teſtata, facere tàm voluimus, quàm debuimus. Iam confœderatorum, omniumque bonorum, ad quos hæc ſpectat reſponſio, eſt, edictis id genus, cõtrà leges fundamentales, ipſamque *Cæſaris* capitulationem, ac juramentum, promulgatis, locũ nullum dare, præſertim cùm hæc controverſia non *Cæſarem*, quà *Cæſarem*, ſed in particulari, *Archiducem* duntaxat, concernat. Cùmque præterea *Achiduces* ab oneribus *Imperii*, ſumptibuſque, ab executionis proceſſu proficiſcẽtibus, de facto ſeſe eximere, cõtenderint, eò minus quiſpiam tàm excœcatæ mentis fuerit, ut in gratiã privatarum *Archiducum* prætenſionum obtinendarum, id oneris ſibi imponi ſit paſſurus. Eoque nomine ut, eorum in gratiam, in nos, noſtroſque, confœderatos, deinceps quiſquam inſurgat, fore haud ſperamus, ut potiùs opem, juxtà *Imperii*, ac *circulorum*, ſanctiones, à finitimis, *Principibus*, *Ordinibuſque*, nobis, tàm neceſſario tempore, certò, adverſus hoſtes iſtos, nobis polliceamur, noſtra viciſſim officia, atque auxilia, caſu in ſimili, illis omnibus, ac ſingulis, eâdem fideliâ repromittentes.

II.

Frider. Palatini, ad Bavariæ Ducem, ſuper detentione coronæ Bohemicæ, litteræ poſtliminares.

EO temporis articulo, cùm durante adhûc cõventu *Mülhuſiano*, *Fridericus Palatinus* præcognitum haberet, parum utilitatis exindè ad ſe rediturum eſſe, omnibus, ut ajunt, copiis eò allaborare cœpit, quò *Maximilianum*, *Bavariæ Ducem*, partibus ſuis temporiùs conciliaret, ne ſibi ab ipſo, tanquam *Ligarianorum* archiſtratego generali, adverſi quippiam metuendum foret. Quam in rem, ut, apud *Imperatorem*, arbitri partes ſuſcipere, paceinque ex æquo bonoque, utrinque procurare, vellet, ſequentibus litteris, *Idibus Martiis* emiſſis, illum compellare cœpit: *Bavaro*, ſicut toti ferè orbi *Chriſtiano*, motuum per *Bohemiæ* regnum ſuum initia, ac progreſsus, exacerbationeſque, eſſe cognitiſſima. Ut etiam è publicatis hinc indè tabulis, quibus de cauſſis hanc ad regiam dignitatem provectus ſit, ac jam demùm, exacto per provincias à ſubditis homagio, verâ, ac plenâ, poſſeſſione utatur, haud obſcurum videri poſſit. Se quidem ab omnibus, rectè ſentientibus, ipſaque poſteritate, hanc famam exſpectare, hoc nomine præclarè auditurum eſſe, quo quidem, à bellorum iſtorum incunabulis, nihil priùs habuiſſet, juxtaque omnem lapidem moviſſet, ut omnia in priſtinum, ac tranquillum, ſtatum reducerentur. Idque etiam nunc unicè deſiderare quò poſtliminiò pax redintegraretur, animi diffidentium conciliarentur, omnique poſthabitâ ſimultate, ab inductione peregrinarum, ac ſemibarbararum, gentium deinceps feriæ eſſe poſſent. Ab adverſa interim parte tantùm abeſſe, ut pax quæratur, ut magis exercitibus, cædibus, rapinis, ſpoliiſque, ac tyrannicis edictis, res agatur, omniaque ultima locum habeant. Hac de re *regni* ſui, adhærentiumque *Provinciarum*, *Proceres*, multipliciter alioquin læſos, de confœderatione cum finitimis regnis, ac regionibus, ineunda, eſſe ſolicitos, quâ ſtante, multo ſanguine partam, *Religionis*, patriæque, jurium, ac litterarum *Maieſtaticarum*, libertatem tueri ſuſtineant. Superiori itaque anno *Bethlenum*, *Tranſylvaniæ Principem*, præfatam cõfœderationem pariter iniiſſe, ac confirmaſſe. Cujus actiones id declarent, quàm ille haud quidẽ, privati emolumẽti igitur, aut ut *Turcis* rem

rem compendifaciat, foreſque *Vngariæ* aperiat, in armis provectus ſit, ut regnorum, *Provinciarumque* oppreſſarum, neceſſitati inſerviat, ac militet potiuſque *Turco* aditum omnem intercludat. Eo fine cùm *Imperatore* in inducias libenter eum deſcendiſſe, ſimulque, ut à reliquis confœderatis idem præſtaretur, poſtulaſſe. Quanquam nihilominùs ab altera parte hoſtilibus invaſionibus, exceſſibuſque, minimè ſit parſum. Quæ cùm induciarum, ac ſucceſſivè pacis inveniendæ, ratio ſibi quoque haud diſpliceat, ut hoc medium jam tùm amplexus unà ſit, jam in eo rei cardinem verti, ut, quid ab adverſa parte exſpectandum ſit, pleniùs liqueat. *Bavarum* itaque, tanquam hactenùs cognitum concordiæ, ac pacis, amantem, hoc nomine ſeſe confidenter atque amicè, interpellare, vellet ille, ſicut poſſet, apud *Imperatorem* intervenientibus verbis, in rem compoſitiſſimis, hoc effectum dare, quò intercà ergà has regiones belli rigor, ac ſævitia, mitigari, invaſionibus *Polonicis*, aliarumque gentium peregrinorum, habenæ iniici, cædibus abſtineri, & conſequenter *Imperium* ab irruptionibus barbarorum liberari, conſtitutionibus denique imperialibus, ipſiſque Cæſareis capitulationibus, ſatisfieri, inprimis etiam induciæ, cum *Bethleno* pactæ, ſartæ tectæ ſervari, poſſint. Secùs futurum, ut hæc *regna*, hæ *Provinciæ*, ſpe pacis, præſente nullâ, in ulteriorem deſperationem, remediis affulgentibus nullis, præcipitentur, *Bethlenus* quoque, ex lege fœderis, acquieſcere haud queat. Ex adverſo, ſicubi contingat hos illas ſinceras admonitiones eſſe ſine pondere, latiuſque hoſtiles irruptiones extendi, utique ſe *Deum*, homineſque, obteſtari, quàm illibenter eò adigatur, ut unà cum confœderatis ſuis, quantis maximè poſſit, viribus ſeſe opponat, atque reſiſtat.

Interim de *Bavari* ſincero, ac fideli, animo hoc ſibi polliceri, fore, ut ille, poſthabitis male feriatorum perſuaſionibus, rem potiùs, pacis amore, compendifaciat, quàm in graviores per *Imperium* labyrinthos præcipitet, potiuſque pacis ineundæ, quàm belli propagandi, conſilia agitet. Atque hoc ipſum eſſe, undè *Bavarus* æternam nominis gloriam à poſteritate conſequi, bonum publicum multipliciter augere, *DEO* inprimis, pacis autori, placere, *Imperio*, reliquiſque regnis, ac provinciis, reipsâ prodeſſe, ſuoſque à periculis juxtà liberare, poſſit, ac poſſit. Ità ſe quidem, quod ſupereſt, in particulari, ergà illum affectum eſſe, ut, quibuſcunque occaſionibus ſeſe offerentibus, ad conteſtandam, declarandamque, mentem, fidem, atque amicitiam ſinceram, germanamque, nihil quicquam reliqui ſit facturus.

III.

Maximiliani, Bavariæ Ducis, ad Frider. Palatini litteras, reſcriptum.

AD illas, ſuper pacis deſiderio, *Frider. Palatini* præmiſſas litteras, ſic quidem *Maximilianus, Bavariæ Dux*, promptè excipere cœpit: Seſe, initio turbarum *Bohemicarum*, nihil aliud, quàm tot regnorum, Provinciarumque, depopulationes, ipſius & *Imperii* convulſionem, *Turcicique* dominatus manifeſtationem, tanquam in ſpeculo, intuitum fuiſſe. Ut toties *Bohemorum* legatis, ad ſe emiſſis, nihil aliud, quàm pacis amorem, debitæque ergà ſupremum magiſtratum obedientiæ fidem inculcare ſategerit. Siquidem enim *Matthiæ Imp.* temporibus, *Bohemi* primi in armis inſurrexiſſent, *Vicarios*, conſiliarioſque, *Cæſareos*, de facto infeſtantes, manu injecta è feneſtris projeciſſent, regimen aulæ *Cæſareæ*, civitatumque *Pragenſium*, affectaſſent, comitia, directoria, diætas provinciales, præparationeſque bellicas, ſuperinduxiſſent, *Regem*, ſibi à *DEO* præpoſitum, electum, coronatum, unctumque, rejeciſſent, novumq; caput ſubſtituiſſent, antè omnia æquum, decenſq; eſſe, iſti primitùs ab armis, ac ſeditionibus, ut diſcederent, promiſſis, verbiſque, *Cæſareis* fidem haberent, regnum, Provinciaſque adhærentes, ab imminentibus periculis eriperent, *Cæſariſque* ultionem, ac vindictam, haud provocarent. His admonitionibus, illiſque conſiliis, ſicubi *Bohemi* acquieviſſent, aut *Saxoniæ* juxtà *Electoris*, nomine *Cæſaris*, interpoſitionibus locum dediſſent, confœderationibus ſuſpectis, ac contrà morem *Germani* ſanguinis, ſemi-*Turcicis*, ſeſe abſtinuiſſent, futurum tùm quidem fuiſſe, ut nunquam eam in calamitatem, neceſſitatemque, penè ultimam, res foret redacta. Quo pacto enim verbis regiis, ac *Cæſareis*, *Electorumque Imperii*, nullus locus, nulla fides, tribuenda ſint; iſti viderint, qui hanc *Regibus*, *Cæſaribuſque*, autoritatem, ac fidem, in dubium vocant, ac contemnunt, ut juxtà *DEO* aliquando vindici iſtius multiplicis prævaricationis rationes reddere debeant. Cauſſas autem illas, quibus *Palatinus* inductus, ac permotus, regiam electionem, ſibi delatam, admiſiſſet, quod attinet, earumque publicationes, eas libenter in medio ſeſe relinquere. Iuxtà verò non minùs eorum omnium, quæ ex amico, ac ſincero, affectu, conſilii ergò, antè attuliſſet, memoriam ipſi refricare. Non tantùm enim *Cæſari*, tanquam capiti ſupremo, obligatum ſe eſſe, ſed etiam cognationis jure ergà *Palatinum* teneri, ut utilia, & fructuoſa, illi ſuadere, vice verſâ verò periculoſa, ac damnoſa (prout hæc utique regiæ dignitatis admiſſio futura eſſet) omninò diſſuadere debeat.

Sicut igitur *Matthias Imperator*, ubi ſupervixiſſet, haud paſſus foret proprias, hæreditariaſque provincias, ſibi auferri, ità pariter neque hic *Ferdinandus Imper.* utique à *Bohemis* unctus, coronatuſque, *Rex*, poſſeſſiones, regna, ac provincias, ſibi debitas, abalienari, atque intercipi, velle, unquam admiſſurus erit, ut, ſi intervenientibus compoſitionis remediis locus nullus detur, armis ſe ſuaque tueri, ac recuperare, non intermittat. Quis enim ſubditis ſuis illud indulgebit, ut, indictâ, nullaque legitimâ præexiſtente, cauſſa, ex mera rerum novarum affectatione, ſeditiosè agât, *Regem* ſuum repudient, coronam, dignitatemque regiam, in alium, & quidem extraneum, transferant? Profectò neque ipſe *Palatinus*, neque *Bavarus*, ſicubi ſubditi verſus ſe eo modo inſurgant, connivere volet? Hoc ſe teſtatum facere, ſicubi

cum *Imperatore*, præeunte debitâ ſubmiſſione, conveniſſet *Ordinibus*, *Cæſarem* certo certius jura, privilegia, litteraſque illas, *Maieſtaticas* dictas, quibus de jam incerti, & dubii, eſſent, confirmaturum fuiſſe. Confœderationem, quàm pepigiſſent *Bohemi* cum *Tranſylvanis*, & *ſemi-Turcis* iſtis, *Imperio* multis modis ſuſpectam non eſſe non poſſe, præſertim cùm *Bethlenus Turcorum* utique vaſallus, ac mancipium, litteris teſtibus, impreſſionem iſtam, ceu vocant, *Turcorum* de conſilio, ac voluntate, ſuſceperit, dubio procul, ut *Imperium* in ſervitutem, jugumque *Turcicum* præcipitare deinceps ſufficiat.

Proindè à *Palatino*, tanquam *Electore*, & *Principe* Chriſtiani ſanguinis, *Imperiique* columna præcipua, conceptis verbis ſeſe contendere, ſuſpectis illis, barbaris, *Turcicíſque*, fœderibus renunciaret, alioſque, ne idem faxint, dehortaretur. Interim penes *Imperatorem* omnem ſe navaturum operam, quò, excluſâ omni hoſtilitate, ac rigore militari, mediis adductis facilibus, æquis, ac mitibus, pax ſincera, ac tuta, recomponi, cum *Bethleno* pactæ, induciæ abſque labe ſervari, extremaque, atq; ultima quæcunque, præcaveri queant. Hoc ſaltem ſe monere, *Palatinus* id ex animo loquatur, paulóque evidentiora pacis media in medium proponat. Ne hæc ejus rogatio eum in finem directa videatur, ipſe ut intereà vires ſuas, maioreſque copias, augere poſſit. Quodſi fortè etiam ipſe, ac *Bohemi*, hoc velint, *Imperator* primitùs exercitus, immenſis ſumptibus collectos, ut manumittere, armaque ponere, debeat, regno, & provinciis, nihilominùs in manibus *Bohemorum* detentis, ac remanentibus, per Herculem! eiuſce tractationis fructum nullum tùm ſperari poſſe, cùm *Imperator* hoc nunquàm facturus ſit, ut potius iſti, qui in armis prius inſurrexiſſent, conſiliarioſque Cæſareos ab alto præcipitâſſent, primi omniũ etiam palinodiam canere, atque ab armis diſcedere teneantur. Nemo enim tenetur viam compoſitionis inire, niſi res ablata prius ſit reſtituta. Quocirca, cum *Palatinus* honeſtorum, & facilium, pacificationis mutuæ mediorum meminiſſet, ac deinceps ſub fide ſincera, ac germanâ, ſecum ulteriùs foret communicaturus, rogare utique ſe, ne diſpliceat media, ac remedia, paulò ſpecialiora, proponere, quibus utrinque reconciliatio & tentari, & perfici, poſſit. Ibi enim hoc ipſo nihil gratius, atque in quo fidelem operam navare velit, nihil prius eſſe poſſe. E converſo, ſicubi hanc rem contingat procraſtinari, extrema omnia exacerbari, *Turcos*, barbaroſque, in *Imperium* vocari, intereà quoque *Cæſar Electorum* opem, atque auxilia, requirat, futurum eſſe, ut, tantis ſub neceſſitatibus, *Imperatori* ſuo *Imperii Principes* deeſſe nequeant. Et jam etiam eò quidem ventum eſſe, ut *Vnioniſtæ*, atque, eorum è numero, *Marchio Badenſis*, cum exercitu per *Catholicorum Principum* territoria, & fines, nemine antè ſalutato, licenter graſſetur, ac quidvis non licere ſibi perſuadeat. Ut etiam jam tùm in *Briſgoviam* eduxerit, rapinis, incurſionibus, omnia infeſtet, adeóque etiam copiis *Bavaricis* apertam hoſtilitatem, atque omnia ultima, interminari, auſus fuerit. Quæ cum via illa non ſit, per quam ad pacem perveniri poſſit, utique nihil hîc aliud exſpectandum eſſe, quàm, ut *Catholi Principes*, ipſeque *Dux Bavariæ*, modum inire cogantur, quo intentatis id genus hoſtilibus invaſionibus occurrere, ſeſeque tàm intempeſtivo dominatu *Vnioniſtarum* exonerare evaleant. Interim dolentiſſimè ſibi accidere, tot fideles cohortationes, atque interventiones, fruſtrà fuiſſe, ſinceram fidem, atque amicitiam, quà *Palatino* quàm optimè cupiat, eo pacto intercidere, ſeſeque nolentem volentem hanc in arenam, hanc in aciẽ, pertrahi. Ut ut igitur uſu veniat, ſpe omni everſâ, ſeſe, contrà voluntatem, eò adigi, ut *Imperatori*, rebuſque *Imperii* labantibus, ſuccurrere, provinciaſque tàm ſuas, quàm ſociorum, contrà invaſiones hoſtiles, aſſerere, requiratur. Certè Deûm, hominumque, fidem ſeſe obteſtari, quàm ingratum hoc ſibi onus futurum ſit, quàmq; aliis hæc, ſibi impoſita, neceſſitas, dãnaq;, ac incõmoda, imputari poſthâc debeant. Ad finem, impendiò, etiam, atque ẽt, ſe à *Palatino* contendere, videret ille, diligenterque omnes circumſtantias, expenderet, quin immò *regni Bohemiæ*, cæterarumque *Provinciarum*, immò totius *Imperii Rom.* impendentem revolutionem, ac cataſtrophen, penſi haberet, immò verò, quibus idoneis remediis ad pacem ſine mora, communemque patriæ tranquillitatem, perveniri poſſit, ex tempore conſilium caperet.

IV.

Pace protracta, & non interveniente, Bavarus, pro Imperatore Ferdinando, exercitum educit.

HÆc dùm utrinque inter *Palatinum*, & *Bavarum*, ſuper pacis deliberatione, eiuſque mediis, fruſtrà, litteris aguntur, & quidem negotio tàm ſalutari longiùs extracto, tandem, per *Imperium*, pleraſque provincias, bellorum, periculorumque, mole ingraveſcente, *Bavarus*, quo pacto, in ſubſidium rebus *Ferdinandi Imp.* inſtructum exercitum quantò ociùs educere quitus eſſet, ſerias agitare cœpit cogitationes. Antequàm igitur, rebus omnibus præparatis, in armis progrederetur, denuò datâ operâ, omnes priores actiones, litteris inchoatas, tanquã in anacephaleoſi, ac ſpeculo, reproduxit, videret nimir. *Palatinus*, quid ageret, quam rem injuſtam foveret, quibus modis *Imperatori*, ſupremo capiti, ſeſe opponeret, *Imperium* omne conturbaret, *Turcis* in *Germaniam*, per *Vngaros*, & *ſemi-Turcos*, viam ſterneret, quàmque inconſultò, ubi cum honore pacem, & reconciliationem, præferre poſſet, fortunas, ſe, ſuoſque, ſuaque, crederet, adeóque omnia in aciem, quod dicunt, novaculæ poneret. Iam ſe in armis nolentem ſtare, atque *Imperatori* deeſſe non poſſe. Itaque vel adhûc pacem, (qua de anteà ſubintuliſſet) amplecteretur, tantumque, ac tàm ſalutare, bonum capillatâ fronte arripiens è manibus ne dimitteret. Niſi hoc conſilium placere poſſit, non poſſe ſe non pro *Cæſare* educere, atque aciem experiri. Tantum ſe denuò, ut cognatum, ut amicum, voluiſſe.

***

CAP.

CAP. VIII.

De Ligarianorum conventu apud Herbipolim.

I.

Ligariani apud Herbipolim conveniunt: & de rei ſumma deliberant.

CO-*unitis*, prout vocant, ac *Proteſtantibus, Principibus*, pleraq; , ſicut tùm quidem videri poterat, imperioſè, atque cum impetu, agentibus, *Ligariani* quoque, *Catholici* dicti confœderati, paulo poſt apud *Herbipolim* conventum, menſe *Februario*, celebrare cœperunt. Articuli, ſive capita propoſitionis, quibus de deliberandum erat, extitêre hæc talia: Siquidem interceptio regni *Bohemiæ* non ſine notabili, ac magno, *Catholicorum* diſpendio tolerari poſſit, viderent *Ordines*, quibus mediis illud regnum, cũ provinciis, vindicari quiret. Receſſum *diætæ Eichſtettenſis* quidem illum eſſe, *Catholici* intrà defenſionis terminos ſe ſe tenerent. Iam autem aliis, atque amplioribus, in armis præparationibus, opus eſſe, cùm defenſio ulterius locum non habeat, maxime, cum *Imperatoris, Imperiique*, autoritas, tùm *Principum, Ordinumque Catholicorum* in univerſum patrimonia manifeſtè periclitarentur. Quibus modis autem ſubſidia ampliora, apparatuſque rei tormentariæ, comparari queant, atque utrum, mediis non ſufficientibus ordinariis, ad extraordinaria, & quidem *Canonicorum*, cæterorumque *Clericorum*, decimationes, tranſeundum ſit, diſpiceretur. Unuſquiſque juxtà, *Ordinum* vires, militeſque ſuos, jam tùm recenſeret, atque, ut ſociis, & quidẽ finitimis, neceſſitatis tempore, ſuccurrere poſſit, indicaret. Secundùm hæc, *Ligariani* fœderis apud exteros ampliatio, atque extenſio, quæreretur. Simulque *Principes Imperii Proteſtantes*, dicti *Neutrales*, ſi non *Catholicis* ipſo opere opitulari velint, ſaltem copias cum *Co-unitis* illis ne conjungant, vel litteris, vel legatis, interpellarentur. Denique, rebus *Imperatoris, Catholicorumque Principum*, ſummum hoc tempeſtate in diſcrimen adductis, *Ordinum* quilibet ea auxilia in medium conferret, quibus, pro aſſerenda rerum ſumma, & zelo pietatis, & loco ſuo, ſatisfacere quitus eſſet.

II.

Ad interpellationem Co-unitorum, Noribergæ conventum celebrantium, Ligarianorum reſcriptum.

PAulò ſuprà de diæta *Co-unitorum*, apud *Norinbergam* celebratâ, viſum eſt. Eo ex loco cùm, miſſis legatis, à *Maximiliano, Bavariæ Duce*, *Ligarianæ* militiæ præfecto generali, verbis paulò aſperioribus, quæſitum eſſet, *Ligariani* ab armis ut diſcederent, milites ne conſcriberent, inprimis oneribus, ac gravaminibus, mederentur, eumque in eventũ, de non offendendo, fideliter, ac ſufficienter, *Co-unitis* caverent, *Maximilianus* eam rogationem ad conventum ſociorum rejecit, pollicitus, intrà duorum mẽſium ſpatium, integrum, certumque, reſponſum, ſe à ſuis impetraturum, redditurumque, eſſe. Eam autem in ſententiam *III. Non. Martias* reſcriptum eſt. Quæ *Co-uniti* per legatos, ad *Maximilianum*, *Bavariæ Ducem*, è conventu *Norico* emiſſos, rogârint, ea ſeſe, *Ligarianos* nimir. *Ordines*, communicante *Bavaro*, hac *Herbipolenſi* ſub diæta cognoviſſe: *Co-unitos* ſcilicet præ ſe ferre, præparationes, confœderationeſque, ſuas ad nullius offenſionem, ſed puram licitamque, ſui defenſionem, comparatas eſſe. De gravaminibus autem apud *Cæſarem*, ac comitia *Imperii*, toties ſeſe querelis fruſtrà defatigatos, imò executionũ, atque id genus aſperis proceſſibus, hactenùs ſic afflictos eſſe, ut ulteriùs hæc onera ſufferre, has iſtas injurias tolerare, ne poſſint quidẽ. Imprimis cauſſam tantorum per *Imperium* excitatorum motuum *Catholicis* aſſcribendam eſſe. Hos primitùs in armis inſurrexiſſe, hos milites conſcripſiſſe initiò, hos delectus feciſſe, hos offenſionis, ac belli inteſtini, originem præbuiſſe; hos per alienas ditones copias ſuas imperioſè traduxiſſe, ut eapropter primi ab armis, contrà legem ſumptis, diſcedere, milites exautorare, ſumptuſque cedere, inſolentiâ, ac copiarum traductione, cauſſatos, refundere teneantur. Iſtis cõſectaria accedere plura, & penè graviora, hæc: gravamina, ſcil. de quibus *Co-uniti*, hactenus cõqueſti ſint, è medio tollerentur, ſufficienterque illis, de non offendendo, caveretur. Inprimis, etiam inſalutatis *Imperatore*, & ceteris *Imperii* membris, apud *Cameram Spirenſem* totidem admitterentur *Aſſeſſores, Auguſtanæ* confeſſioni addicti, quot illic eſſent profeſſione *Catholici*. Idem modus, ex via, introduceretur cum *Reviſoribus*, ac *Viſitatoribus*. Ut etiã poſſeſſores hodieq; ſive *Archiepiſcopatuũ*, ſive *Epiſcopatuum*, abſque *Religionis* reſpectu, ad ordinarias viſitationes invitarentur, bonaque hæc, atque id genus, eccleſiaſtica, etiam poſt *tranſactionem Paſſavienſem* acquiſita, ſecurè tenerent. Tandem verò cetera onera, ac gravamina, mediante certâ compoſitionis diætâ, ex utriuſque *Religionis* arbitris equè conſtante, abſque ulteriori procraſtinotione, talerẽtur. Sub hac annexa clauſulâ, ſiquidem hactenùs intrà verba ſolùm res fuerit, neque amplius promiſſis ſtandum ſit, futurum, ut, niſi intrà duos menſes incluſivè *Catholici* categoricè reſcripſerint, *Co-unitos* in armis, ſubſidiiſque comparandis, perſeveraturos, intereà ad *Imperii* comitia haud venturos, ſed omni induſtriâ, cõquiſitis hinc indè, conjunctiſq; viribus, effecturos eſſe, quò ſemet ipſos à gravaminibus, toties allegatis, exonerare, inque Reipubl. Religioniſque, libertatem proximè vindicare ſuſtineant.

Ad iſta nunc, ſi Diis placet, elegantia, hactenùs in *Imperio* inuſitata, atq; inſolentia, propoſita, cùm *Catholici Ordines* præſentem indixiſſent cõventum, non, quod *Co-unitorum* tanta ſit, ac prævalens, autoritas, ut leges ab ipſis, contrà tot ſeculorum obſervationes, atq; antiquam conſuetudinem, exſpectare, intrà præfixum imperioſè terminum reſpõdere, atq; ſuperiores velut illos recognoſcere, debeant, (prout tam in rem conceptiſſimis verbis proteſta-

ri, contradicere, juraq; ſua, ab antiquis temporibus hûc uſque ſarta tecta habita, deinceps conſervare, ac propagare, ſint animati) ſed ut, ſepoſitis parũ ad latus odioſis diſceptationibus, proximâ viâ ad pacẽ, cõcordiamque, in *Imperio*, flebiles pro nunc rictus, ac concuſſiones, patiente, pervenire, atq; optimam hanc intentionem ſuam, ematurare quiti forẽt. Ad primum igitur articulum excipiẽtes, hoc repoſuerunt, *Maximiliano, Duci Bavariæ*, tantis in *Imperio* ſævientibus inteſtinorum bellorum incendiis, quòd copias præparatas haberet, vitio verti haud quidem poſſe, cùm jam diu antè à *Co-unitis* idem fieri cœperit. Illud verò, quod ſubjungerent, *Catholicos* in armis primos inſurrexiſſe, proceſſus in illos varios cuſiſſe, gravamina duplicaſſe, præſentiumq; motuũ radices, ac cauſſas, haberi, illud verò ex eorum numero eſſe, quod non abſque magna animi ægritudine, concoquere poſſint. Ut hoc potiùs extraordinarium, abſonum, atq; in *Imperio* hactenùs inſolens, tolerari non queat, eò *Co-unitos* impotentiæ prolapſos eſſe, ut, ſub inſolenti communicationum genere, *Catholicis* leges pręſcribere, &, niſi dicto ſint audientes, armis eos adigere pręſumant. An nõ hoc erat imperium ſibi temerè, contrà leges *Imperii* fundamentales, arrogare, pro libitu agere, atque, ad quidvis faciendum, *Catholicos* aſtringere velle?

De compoſitione inter *Ordines* diſſidentes mutua, cujuſmodi prætenditur, nihil, aut parum, ſibi conſtare. Interim hoc quoſdam ex iis meminiſſe, *Matthiam Imperatorem*, ſi ſupervixiſſet, eò propendiſſe, ut, ſublatis colliſionibus, *Ordines* ad conciliationem quantò ociùs reduceret: eum verò, intervenientibus *Bohemorum* tumultuationibus, oppidò fuiſſe prohibitum. Ut neq; de moderni *Imperatoris* clementi eam in rem inclinatione quicquam dubitandum veniat, Qui pariter fidem, egregiaſque cõteſtationes, *Co-unitis*, apud *Noricos* nuper congregatis, factos, ad effectum deducere paratus ſit. Tantùm igitur abeſſe *Catholicis*, ut gravaminum allegatorum prolongationem unquam cauſſati ſint, ut potiùs eorundem reciſſionem, expeditionemque, in quibuſcunque *Imperii* comitiis, datâ operâ identidem pariter ſolicitare cœperint. Quam cùm litis ejus deciſionem extrahi, tùm ſeſe bonis interceptis diutiùs carere, contigerit, nihilominùs hanc morã, almæ pacis ſtudio, patienter tuliſſe. Quis primitùs in armis inſurrexerit, abindè evidenter liquere, ſicubi motuum *Bohemicorum* origines excutiantur, copiarum collectiones inſpiciantur, turmatarumque, ac legionum, hinc indè conſcriptarum, & per *Catholicorum* fines in *Bohemiam* uſque eductarum inſolentiæ penſi habeantur. Iampridem *Bavarum* ſuæ militiæ rationes, ac quo pacto præparationes illæ ſuæ accipiendæ eſſent, abundè reddidiſſe. Ut ipſi nihil ſuperaddere poſſint, niſi hoc, ſe nimir. iſtud, lege conſtitutionum imperialium unicè reſpexiſſe, tantum copiarum ut conquirerent, quò ab invaſionib. hoſtilibus immunes eſſe queant. *Colonienſem* quidem *Electorem*, ad *Imperii* comitia, apud *Francofurtum* habenda, dirigentem, priùs militem coëgiſſe, tantùm, ut fines ſuos propter *Rhenum*, ac per *VVeſtphaliam*, ab inſultibus, ac deprędationibus, tueretur. *Co-unitos* autem longè in antè conclaſſationibus operam dediſſe, longè ante, inſalutatis *Catholicis*, copias à *Belgio* in ſuperiorem hanc *Germaniam*, ipſamque *Bohemiam*, traduxiſſe, ut per *Colonienſem*, *Monaſterienſem*, *Padebornenſem*, *Moguntinenſem*, *Vormatienſem*, *Spirenſem*, *Herbipolenſem*, *Aichſtettanum*, *Auguſtanum*, *Ratiſponenſem*, *Elvvanganum*, *Leuchtenbergicum*, alioſque, *Epiſcopatus*, ac ditiones eccleſiaſticas, duxerint, ſubditis eorũ, loco mercedis debitæ ſub verberibus, prædis, exactionibus, aliiſque id genus hoſtilibus exceſſibus, divexatis, ut vix ab ipſiſmet hoſtibus graviora pati potuerint.

Per *Archiepiſcopatum Moguntinum* à turmis equitum ità in ruſticanos, contrà renitentes, atque in campos loco apportuno evocatos, ſævitum eſſe, ut cæſis aliquot centum è plebeiis inſontibus, viduæ mulieres, cum pupillis, tàm tragicum caſum adhûcdùm ingemiſcant. Quantum detrimenti per *Vormatienſem*; *Spirenſem*, *Herbipolenſem*, *Aichſtettanum*, *Ratiſponenſem*, *Elvvanganum*, *Epiſcopatus* illos, fineſque *Landgravii Leuchtenburgici*, paſſim illatũ ſit, acta docere, ſubditos meminiſſe, annales loqui. Anne igitur *Catholici* non arma, non defenſionis media, præpararent? An ſubditos ſuos, ſeſeque juxtà ipſos, prædis, ac diſpoliationibus, exponerent? Profectò, ipsâ flagitante neceſſitate, ſuis deeſſe neq; poterant, neque debebant. *Co-uniti* quidem, eo ſub prætextu, paſſim copias ſuas, hinc indè collectas, inſinuârunt, tanquam præſidiarios conſcriberent. Sed eventus mox docuit, eas turbas, in *Bohemiam* uſque emiſſas, ac contrà *Cæſarem*, *Imperii* caput, tùm quò *Catholici Ordines* coërceri, atque à delectibus faciendis impediri poſſint, conductas fuiſſe.

Quòd *Bambergenſis*, atque *Herbipolenſis*, *Epiſcopi*, militem coëgerint, *Marchionem Brandeburgicum*, & quidem *Byrbutanum*, amplam ſuppeditaſſe occaſionem, hoc *Catholicis Ordinibus* toties inſultante, ac minis territante, fore, ut iis, qui intrà circulum *Franconium* diverſum à *Proteſtantibus* ſentirent, copiæ militares ſuperinducerentur, quoad in ordinem eos redigi contingat.

De præparationibus *Bavari* jam antè viſum eſſe. Eum nimirum motuum *Bohemicorum*, paſſim invaleſcentium, incendiis accenſum, tùm *Co-unitis*, eorumque ſociis, arma corripientibus, provocari cœpiſſe. Ut tumultus iſti juxtà per *Vngariam*, finitimaſque provincias, gliſcentes, maximè finibus *Bavaricis*, tanquam in proximo poſitis, ſint metuẽdi. Ergone *Bavarus* ſuam provinciam direptionibus exponeret, hoſtibuſque, paſſim globos facientibus, arma, quibus ſe, ſuoſque, defendat, aperiret, cederetque? Minimè verò! ſuper fide *Bavari*, de non offendendo latâ, *Co-uniti* facilè poterant acquieſcere. Maximè, cùm *Catholicis Ordinibus* armis laceſſere, nedùm pacis publicæ vincula diſſolvere, nunquam fuerit animus. Aliâs auxilia præparata in *Cæſaris*, utique *Imperii* capitis, hoſtes acuere, ac ſtringere, ſummo jure poterant. Ita enim, inter cæteras leges, ſanctionibus pragmaticis de Annis *M.D.XXV. M.D.XXVI. M.D.XXIX. M.D.XXX.* & *M.D.XL.* cautum fuit, *Imperator*, *Imperiique Principes*, atque *Ordines*, ità mutuis vinculis ſibi eſſent devincti, ut utrinque, pro alterutrius partis defenſione, ac vindicatione, alterutra pars etiã regna, provincias, ditioneſque, ſi ità res exigat, inſumere debeat, utque eò, ut iſti etiam, qui contrà *Imperatorem* vel a-

pud

pud exteros militare comperti forent; pœnâ ſub graviſſimâ damnari debeant. Nihilominùs Catholicis, vel legibus illis etiam ſepoſitis, nihil prius fuiſſe, quàm ut pace, utique re multis, ſecundum *Poetam*, innumeriſque, triũphis potiori, gaudere poſſent: ut etiam non, niſi laceſſiti, de militibus cogendis cogitârint. Interim *Co-unitis* eò inuſitatæ hactenùs inſolẽtiæ provectis, ut ſub imperioſâ admodum certi termini indictione; leges *Catholicis* præſcribere, eoſque cogere, velint, quantum res ita nova ſibi creârit faſtidium, intellectu eſſe perfacile. Ut enim, contrà tot ſeculorum morem antiquarum, totidem ſive Aſſeſſores, ſive conſiliarios, *Auguſtanæ* confeſſioni addictos, admittãt; poſſeſſores *Epiſcopatuum*, ac bonorum eccleſiaſticorum, ab ordinariis illis viſitationibus haud excludant; ad ſummam, ſuper cæteris, in medium allatis; gravaminibus, pro eorum lubitu, tranſigant; iſta quidem omnia altioris eſſe indaginis, ut hæc lis tàm facili brachio perfunctoriè componi vix poſſit. *Cæſarem* quidem rationem aliquando iniiſſe, quâ inter *Ordines Imperii* conciliatio utrinque introduci quiret: interim hæc conſilia, hanc actionem, *Cæſaris* ità fuiſsè moderatam, ut neutri partium vincula, ſive habenas, iniicere voluerit, prout hîc quidem *Co-uniti* omnia cum imperio, atque acerba ſeveritate igerent. Cùm igitur in *Ligarianorum Ordinum* poteſtate non ſit, ſuper illis poſtulatis, quæ coram *Cæſare*, atque reliquis *Electoribus, Ordinibuſque Imperii*, inſtar ſanctionis pragmaticæ; in comitiis tranſigi debent, diſponere, aut quicquam novitatis introducere, viderent ipſimet *Co-uniti*, tametſi etiam (quod abominantur) hoc ipſum effectum vellent, quàm præpoſterum, fragile, nulliuſque momenti, hoc futurum ſit. Certè neq; *Cæſar*, neq; reliqui *Proteſtantes*, dicti *Neutrales*, hanc novationem, factumque irregulare, admitterent, ut etiam de jure ſuo vel ne latum unguem, quidem, quod dicitur, recedere velle haud præſumantur.

Gravamina quod attinet, ſiquidem iſta ex tranſactione *Paſſavienſi* radices agant; adeòque coram *Imperatore*, atque univerſis *Imperii Ordinibus*, ventilanda ſint, pariter abſonum; atque extrà viam; videri, ſicubi hæc inter paucos *Ordines* ſtrangulari, ac perire, debeant.

Quæ cùm ità ſint, nec *Catholici*, confœderati ordines quicquam, extrà leges, largiri aut poſſint, aut debeant, tùm ab initiis turbarum *Bohemicarum*, quò per *Imperium* pax, ac tranquillitas, refloreſcere poſſint, hûcuſque ex animis optarint, tùm eum in ſcopum adhûcdum omnes ſuas actiones dirigant, rogare ideóque, atque à *Co-unitis* ſeſe cõtendere, parerent iſti imperioſis id genus, aſperis, minarumque plenis, interpellationibus, juxtaque ergà ſe, utque pacis, quietiſque, amantes, haud educerent.

Secùs ſicubi ruptis mutuæ humanitatis, ſocietatis, legum fundamentalium, *Imperiique* conſtitutionum, vinculis, in ſeſe porrò minis, ipſiſque armis, ac actis hoſtilibus, iri accidat, Deum, hominumque idem ſeſe obteſtantes, quàm inviti hanc ad digladiationem pertrahantur, etiam, etiamque, præfari, ſt quicquid incommodi inſequi, quicunque caſus hanc neceſſitatem excipere, poſſit, in capita eorum, ſcilicet tragœdiæ huius autorum revolveretur. Interim eâ ſpe ſeſe niti, *Deum Opt. Max.* boni ordinis, pacisque, largitorem, rebus ſuis nequaquam defuturum, tùm ipſam quoque poſteritatem huic evidenti, ac juſtæ cauſſæ ſuæ, derogaturam haud eſſe.

CAP. IX.

De Marchione Durlacenſi, educente in Briſgoviam, aliiſq; id genus inter Unioniſtarum, Ligarianorumq;, exercitus, tractatibus.

I.

Durlacenſis cum parte exercitus Unioniſtarum movet in Briſgoviam.

Quæ fuerit *Ligarianorum*, ad *Co-unitorum* poſtulata, reſponſum, liquet è præmiſſis: Iſta ergò remonſtratio *Co-unitis* ubi placere nõ poſſet, perſuaſum habentibus, gravamina illa, quibus de toties erant conqueſti, de induſtria ab illis ſic extrahi, ut locus ſperatæ compoſitioni relinqueretur deinceps nullus, majori conatu, deditaq; operâ, id armis efficere, atque obtinere, laborârũt; quod litteris, legatiſque, impetrare erat nefas.

Quo nomine cùm *Briſgoviæ* tractus, utique intrà *Rauracos*, atque *Alſatios*, interjacens, huic rei opportunus videretur, *Durlacenſis*, cum parte exercitus *Co-unitorum*, eò eduxit, intraque *Briſacum*, & *Friburgum*, conſedit, exercitu eius, re tormentaria, carriſque ad caſtrametationes idoneis, ſingularique artificio factis, abũdè inſtructo, ad octo millia militum ſeſe extendente. Cui ab *Helvetiis* reformatis auxilia acceſsêre.

II.

Catholici confœderati, ſive Ligariani, expeditionis iſtius cauſſam interrogant.

Ligarianis hæc res cùm non poſſet non eſſe ſuſpecta, per legatos facti ejus cauſam; & cur eò loco caſtra poſuiſſet, quidve de ejus copiis ſibi exſpectandum foret, interrogare cœperunt. Quibus *Marchio*. A *Co-unitis* ſuis in mãdatis ſe habere, inq̃t, copiis è *Belgio*; ac *Burgundionibus*, hâc tranſituris, vias ut intercluderet. Monere igitur, ne illarum commodis ſtuderent, alioquin ſe ità certum, affectumque, eſſe, ut deditâ operâ, etiam cum patrimonii, ac regionis ſuæ, periculo, mandatum iſtud in effectum deducere velit.

III.

Tandem Ligarianorum copiæ à Durlacenſi tranſitum impetrant.

INtereà, copiæ ex *Hiſpanis, Burgundionibus*, atque *Auſtraſionibus*, ſive à *Bavaro*, ſive à *Leopoldo Archiduce*, conſcriptæ, ſuperiorem *Alſatiam* attigerant, in *Bavariam*, ſi liceret, progreſſuræ. *Durlacenſi* autem temporiùs trajectum illum, apud *Briſacum* fortalitium, intercipiente, atque montem, *Rheno* opportunum, inſidente, hocque pacto inter *Argentoratum*, ac *Baſilæam*, commeatum impediente, aliquouſque ſubſiſtendum iſtis fuit. Poſteaquàm autem à *Leopoldo* remonſtari cœpiſſet, *Cæſarem*, ob moræ periculum, militis iſtius retardationem ægrè ferre, juxtaque *Alſatiæ* ſuæ, à partibus *Archiducis*, ingens damnum induci, tandem conſenſit *Marchio*, & quidem ſub hac fide, ac cautela, ne cuiuſquàm è *Co-unitis* fines aut attingerent, nedùm turbarent, ſed rectis citiſque paſſibus in *Bavariam* pergerent.

IV.

Aliæ Ligarianorum copiæ apud Coloniam Vbiorum collectæ, in Bavariam educuntur. Vbi pars eorum, ſignis direptis, ad Co-unitos deficit, ac dilabitur.

CIrcà *Vbios*, ac tractum *Colonienſem*, pro *Ligarianis*, omni operâ miles conſcribi cœpit, *Philippo*, *Comite Lippiæ*, & *Lādſpergio* tribuno, ductoribus. Qui cùm, uſque in *Franconiam* eductus, à *Co-unitis* eo locorum commeatu fuiſſet prohibitus, tandem à *Bavaro*, ſub multis conditionibus impetratum eſt, ut, *Co-unitorum* pace, in *Bavariam* uſque penetraret. Qui cùm in *Aichſtettanam* diœceſin perveniſſet, ſeque, tribunis clàm dilapſis, copiis *Bavaricis* in ſupplementum fore, intellexiſſet, bona pars eorum, vexillis direptis, partim ad *Co-unitorum* caſtra defecit, partim fugâ exceſſit.

V.

Bavarus cum exercitu movet. Cui Onolſpachianus in occurſum ducit.

SEcundùm hæc, ubi exercitum jam tùm, optimè inſtructum, re tormentaria, cæteroq; apparatu bellico, confirmaſſet *Bavarus*, eduxit, juxtaq; *Danubii* ripas, *Donavverthạm* nimirum, *Rainam*, & *VVindigenam*, caſtra metatus eſt. Illi in occurſum, cum tredecim hominum millibus, movit *Onolſpachianus Marchio* è *Rotenburgo* ad *Tubarim*, *Dünckelſpilium*, & porrò *Vlmam* uſque, progreſſus. Ubi pariter, caſtris poſitis, conſedit, excubiis ità vicinis, ut mutuò ſeſe ſalutare quirent. Qui cùm novis ſubvenientibus ſuppetiis etiam copias ſuas corroboraſſet, diu res ſub acie novaculæ utrinq; pependit.

VI.

Co-uniti apud Vlmam conventum celebrant. Ibidemq; cum Ligarianis tranſigunt.

REbus ità ſeſe habentibus, *Co-uniti* apud *Vlmanos* conventum indixêre. Ad eum legati *Regis Galliarum*, pro componendis *Germaniæ* rebus dimiſſi, advenêre, ſub *Duce Angolemio*, aliquot *Marchionibus*, *Comitibus*, ac *Baronibus*, itemque quadringentis hominibus, comitato. Quibus *Bavariæ Ducis* ſupervenit legatio, ſub *Albino*, *Comite in Sultz*, legationis capite. Illîc ergò, legatorum *Gallicanorum* interpoſitione, tandem eò res rediit, ut utrinque pacis conditiones proponerentur, deque illis hanc in ſententiam tranſigeretur: Nos *Maximilianus*, *Comes Palatinus Rheni*, *Dux Bavariæ* &c. & nos *Ioachimus-Erneſtus*, *Marchio Brandeburgicus*, præſentibus codicillis publicè conteſtamur. Poſteaquàm per *Imperium* hoc, Provinciaſque finitimas, à bono tempore, excitatis inteſtinis motibus, tàm *Catholici* dicti, quàm *Proteſtantes*, *Principes*, neceſſariæ defenſionis modum ineuntes, exercitus utrinque conſcripsêre, ſubortiſque invicem diſſenſſionibus, eò res inclinare cœpit, ut, copiis utrinque auctis, ac confirmatis, majores per *Imperium* turbæ concitari poſſent, *Regis Galliarum* legatis intervenientibus, quò mutua iſta animorum diffidentium ſimultas aboleri, contrà reconciliatio, ferruminatioque, locum habere, ſuſtineret, ità tranſigi cœptum eſt: Primùm nos *Maximilianus*, *Dux Bavariæ*, *Ligarianæ* militiæ præfectus generalis, & nos *Ioach. Erneſtus*, *Marchio Brandeburgicus*, *Co-unitorum* ordinum generalis locum tenens, pro noſtris utrinque confœderatis, bonâ, ſinceraque, fide, omni meliori modo, ſolenniſſimè, & conceptiſſimis verbis, compromittimus, futurum, ut nulla pars alteram quovis pacto, ſub quoviſcunque prætextu, ac colore, offendat, alteriuſque partis, ac ſociorum ejuſdem unionis, fines, ditiones, hæreditateſque, ac poſſeſſiones, contrà tranſactionem *Paſſavienſem*, turbet, infeſtetque, ſed *Catholici* cum *Evangelicis*, atque *Evangelici* cum *Catholicis*, optimâ fide reconciliati, pro bello pacem, pro hoſtilitate amicitiam, concordiamque, colant, atq; obſervet.

Hæc compromiſſio ut eò ſolidior, firmiorque, inter utriuſque *Religionis Electores*, ac *Principes*, juxtà leges *Imperii*, ad effectum ſpectare queat, utriuſque *Vnionis* copiæ eo è loco, ubi nunc ſunt, ſine alterius partis offenſa, deducerentur. Deindè, inter partes ſic convenit, ut, ſicubi alterutrius partis exercitus *tranſitum* petat idoneo tempore, ac ſub certa cautione, utrinque illud liceat, ità tamen, ut hæc rogatio, copiis jam tùm imminentibus, ex improviſo, atque abrupto, locum habere haud debeat. Tertiò, ſiquidem hæc mutua compromiſſio concernat provincias *Electorum*, *Principum*, *Ordinumque*, utrinque ſub *Imperio* poſitas, res *Bohemiæ* verò, ſociarumque *Provinciarum*, tanquam extraneæ, hanc ad tractationem haud quidem ſpectent, ſed ſuis autoribus relinquendæ veniant, utiq; illæ conceptis verbis iſthîc excipiuntur. Eo modo, quartò, cum gravaminibus, totis in comitiis *Imperii* propoſitis, jam, abſque conſenſu *Imperatoris*, omniumque *Ordinum*, ſatisfieri haud quidem poſſit, ea rogatio in idoneū, magiſque opportunum, tempus reiiceretur. De damnis, quintò, ab utriuſq; partis exercitibus huic viciniæ illatis, debitaque refuſione, deinceps, suo tempore, ex æquo bonoque, ageretur.

Quæ ubi utrinque, ſub mutua fide, ac compromiſſione, pacta, tranſactaque, eſſent, *Onolſpachianus* copias *Co-unitorum*, verſus *Palatinatum inferiorem*, reduxit. *Bavaro*, cujus inſtituto prægreſſa tractatio

ſtatio apprimè favebat, ſuo cum exercitu, ſecundo *Danubii* flumine, in Provinciam ſuprà *Anaſum* movente.

VII.

Balthaſaris Marradii legiones, ſive apud Italos, ſive Hiſpanos, conſcriptæ, contrà Bohemos tendunt.

REbus ità inter utriuſque *Vnionis* exercitus compoſitis, ac tranſactis, aliquot legiones; in *Ducatu Mediolanenſi* ſcriptæ, per comitatus *Tyrolenſis* fauces eductæ, ſub *Balthaſare Marradio*, tribuno nominatiſſimo, porrò in *Bohemiam* moverũt. Quæ; cùm in itinere, loco non unico; commeatu prohiberentur, acceptis à *Cæſare* codicillis, (quibus *Bohemiæ* regni incolis, cæterorum perduellium ſive vi, ſive minis, ad eandem periculoſam ſeditionem adactis, ſicubi facti pœnitentiam emendarent, legionibuſque, unà cum ductore *Marradio*, humanitatis officia, juxtaque *Cæſari*, inprimis, utpote *Regi*, ac domino ſuo, uncto, legitimo, proprioque, debitam obedientiam, poſtliminiò præſtarent, immunitas, ac ſalus, promittebatur, tandem feliciter in *Bohemiam* progreſſæ, *Cæſareanis* exercitibus adjungi cœperunt.

CAP. X.

De Induciis inter Ferdinãdum Imp. & Bethlenum, Tranſilvaniæ Principem, pactis. Itemq; Vngariæ Procerum comitiis.

I.

Induciæ inter Imperatorem, & Bethlenum; interveniunt.

SUprà, ubi de rebus *Vngariæ* diſpiceretur, meminimus, *Bethlenum*; nunciatâ *Ragotſii*, tribuni ſui, clade, *Viennæ* obſidionem ſolviſſe. Quo facto; intervenientibus arbitris *Valentino Lepeſio*; *Rabæ Archiepiſcopo*, *Leonhardo Helfrido*; *Comite in Meggavv*, *Sigfrido-Chriſtophoro Preuner*; *Thoma Nadaſeo*, *Sigiſmundo Forgatſchio*, aliiſque, inter *Imp.* & *Bethlenum* ſuper induciis, hanc in ſententiam; conventum; tranſactumque, eſt. Primùm, tàm per *Vngariam*, quã *Provincias* finitimas, ipſumque, *Poloniæ* regnũ; miſſio armorum daretur, induciis uſque ad ferias *D. Michaëlis* durantibus. Stantibus induciis, ſtatus *Vngariæ* regni, prout nunc eſt, eodem tenore cõtinuaretur; ità ut, quæ ſub *Imperatoris* ſunt poteſtate, manerent ſub ea, quæ verò *Bethlenus* occupaſſet; ſub eiuſdẽ manu eſſent. Pariter dynaſtiæ, arces, oppida; fortalitiaq; à *Bethleno* intercepta; intereà ſub eodẽ eſſent. Secundùm hæc; diæta per *Vngariam* apud *Neoſaliam*, conſenſu *Imperatoris* proximè indiceretur. Ad quàm tantùm nõ *Palatinus*, ſed Ordines regni cæteri, comparere obligarentur. In ea autem de diſſenſionibus, gravaminibuſque, mutuis, è medio removendis, inter *Imperatorem*, *Clericoſque*, ab unâ, atque inter *Ordines* regni, ex altera parte, hactenus intervenĩetibus, ageretur. Interim commercia per illud regnum, dictaſque provincias, libera forent. *Polonicæ* verò turmæ, atque excurſiones, in regnum *Vngariæ*, omninò cohiberentur. Hæcque, ità pacta, atque tranſacta, utrinque fide ſincerâ, optimâque, ſarta tecta præſtarentur.

II.

Diætæ Vngaricæ ſolennia.

PRout igitur anteà ſub induciis conventum pactumque, erat, diæta deinceps apud *Neoſaliam*; circà calendas *Iunias*, celebrari cœpit. Quò primùm *Bethlenus*, *Vngariæ Procerib.* comitatus, aſſumptis aliquot legionibus, appulit. Eum ſubſecuti *Cæſarei*, *Bohemici*, *Auſtriaci*, *Sileſii*, *Moravici*, *Polonici*, aliiq;; legati. E quibus *Polonici*, circà menſis medium, duabus; tribuſve, equitum turmis ſtipati, intrârunt, atque à *Palatino* excepti ſunt.

Interim, durantib. hiſce comitiis, ac pace ſequeſtra, turmæ equeſtres è *Polonia* in *Vngariam* impreſſionem fecerunt. Sed, clade acceptâ, multi, eorum cæſi, multi *Neoſaliam* deducti, atq; in vincula, ac cõpedes, conjecti, ſunt. Quæ cùm inſolentia *Polonico* legato exprobrari, ille verò, contrà mentẽ *Regis* ſui hoc patratũ eſſe, excipere, cœpiſſet, nihil tamẽ obtinere valuit, quò minùs ſub indicto arreſto attineretur. Litteræ n. quib. *Rex Poloniæ*, ſe prò *Imperatore* has turmas conſcripſiſſe, nunciârat, eandemque in ſententiam *Humanaius* ad *Altheimium Comitem* dederat, captivos apud *Polonos* interceptę fuerant. Nihilominùs *VI. Id. Quintil.* adventantibus *Cæſaris* legatis, *Davide Paulo*; *Epiſcopo Tinienſi*, *Georgio Teuffel*, *Barone*; & *VVolfgango-VVilhelmo Lamingero*; *Barone*; atque *Oratore*, ea fuit *Polonorum* audacia, ut, arreſto inſuper habito, aliquot equitũ manipulis; rhediſque, aſſumptis, obviam illis proceſſuri eſſent. Qui cùm in foro *Bethleni* palatium jamjtùm tranſirent, *Bethlenus* ipſe è feneſtra proſpiciẽs, ad hoſpitiũ iſtos reverti juſſit, miſſoq; ſtabuli magiſtro, non ſine dedecore, ab incœpto deſiſtere coëgit.

III.

Cæſaris legatorum in diæta Vngarica propoſitio.

INterim, *Cæſarei* legati; ad *Vngarorum* diætam admiſſi, paucis, quæ in rem videbantur; proponere exorſi ſunt. *Cæſarem* nempè perturbatum regni *Vngariæ* ſtatum, non abſque paterna, atque curiosâ, ſolicitudine, ad animum admittere. Monere itaq; *Ordines*, illi à *Cæſare*, *Rege*, ac domino ſuo; ſeceſſionẽ ne facerent, nec ſeſe ad id à refractariis induci paterẽtur. Vice versâ hoc certò ſtatuerent, *Cæſarem* illis tantùm non antiquata, ac priſtina, regni privilegia confirmaturum, ſed etiam alia, ac potiora, datis occaſionibus, elargiturum eſſe. Quòd autem hi illi legati ſufficientib. mandatis nondum forent inſtructi; alios mox ſuperventuros eſſe; pleniſſimâ fide pollentes, prodiderunt.

IV.

Ordinum Vngariæ nova confœderatio.

INtereà regni *Proceres* deliberationes, anteà præmeditatas, non deſtiterūt in effectum deducere. Quibus cùm *Cæſareani*, inprimis *Sigiſmundus Forgatſchius, Vngariæ Palatinus*, atque ſummæ inter illos autoritatis, ſicut & confeſſione *Pontificius*, & idem *Auſtriacæ* familiæ addictus, valdè repugnarent, tandem ipſomet *Forgatſchio* in partes deſcendente, trāſigi cœptum eſt. In unionem igitur mutuam coire, inprimis *Clericos* per *Vngariā* deinceps votis, ac ſuffragiis, privare, minimè deſtiterunt, abſentibus omninò ſub proſcriptione, bonorumque amiſſione, damnatis. Quibus iſtorum rebus novis, fœderibuſque contrà leges initis, tametſi à *Cæſareanis* impendiò repugnaretur, nihilominùs iſti, præeunte *Palatino*, in verba mutua jurantes, pridie *Id. Quintil.* novi fœderis tabulas centum, ſexaginta quinque, chyrographis confirmarunt.

V.

Legati Turcici, adventus, & apud diætam hanc expeditio.

SEquenti die *Bethlenus Cæſareos, Polonicoſque*, legatos convivio ſplendido excepit. Quo quidē legatus *Turcicus, Mehemetus Aga*, anteà legatos cæteros adventu ſuo præveniens, *Pragam* ad *Regem* ubi excurriſſet, *Neoſaliam* rediit. Ejus reditum mox alius *Ottomannicus* legatus, è *Buda* miſſus, excepit. Qui tùm, tàm litteris fiduciariis exhibitis, quàm palam iſtis verbis, ad *Bethlenum* perorare cœpit: *Cæſarem Ottomannicum* videl. ſuper *Bethleni* progreſſibus, abundè, ac mirificè, lætari. Iuxtaque adhortari, *Bethlenus* cœptum gnaviter urgeret. Imprimis autem nedùm cum *Imperatore Rom.* neque cum *Hiſpaniarum Rege*, pacis conditiones feriret. Coronam verò regni *Vngariæ*, ſicubi offerri contingat, ambabus manibus amplecteretur, futurum, ut cum eo, provinciiſque cōfœderatis, ſuper perpetua pacis extenſione, certò acturus, tùm eum adverſus hoſtes potentiſſimè defenſurus, ſimulque, impreſſione in *Poloniam*, jam tùm decretâ, ejuſce rei certitudinem reapſe comprobaturus, ſit.

VI.

Novis Cæſaris legatis ſupervenientibus, Vngari magis efferantur. Bethlenumque Vngariæ Regem pronunciant.

INtereà, legatis *Cæſareis* fide, ac mandatis plenariis, inſtructis, nondùm adventantibus, cùm res hæc eò ſpectare videretur, quò hæc diæta ſaltem extrahi poſſet, *Bethlenus*, moræ impatiens, præſentibus *Cæſareanis* injunxit, *Viennā* ſine mora perſcriberent, alioſque legatos, cum mandatis pleniſſimis, intrà decimum, & quintum, diem incluſivè evocarent. Niſi intrà dictum tempus iſtos adeſſe contingat, futurum, ut huic diætæ clauſula, ſive definitiva, imponatur. Secundùm hæc, quo pacto bellum deinceps prorogari, atque extrahi, poſſet, deliberatum utique eſt.

Tandem, ſub *Colaltonio Comite*, legatis *Cæſaris* novis ſupervenientibus, lege inversâ, accidit, ut hi ad *Vngariæ Proceres*, pro dicenda cauſsâ, non *Ordines* verò, more veteri, ad *Cæſaris* oratores, inducerentur. Cui rei novæ tametſi *Cæſareani* repugnarent oppidò, tandem tamen *Vngaros* ſequi neceſſe habuerunt. Talis autem, & quidem ſub anteactorum recapitulatione, ac interminatione, illorum fuit oratio. Niſi à rebellium confœderationibus ſeſe abſtinerent, *Clericiſque*, tàm bona propria, quàm in regni conventibus, locum, ac ſeſſionem, redderent, alioſque ergà *Imperatorem* vultus indurent, ſcirent, Cæſari illa fore conſilia, illas vires, quibus coërceri debeant. Inſtructionem ſuam illam quidem eſſe, ut cum *Bethleno Principe, Vngariæque Ordinibus*, ſive ſuper pace, ſive induciis, agere poſſint. Nihilominùs, cùm provinciarum confœderatarum in tabulis ſuis nulla extaret mentio, cum iſtis ſeſe contrahere ideóque haud poſſe.

Quibus intellectis, renunciatū ipſis eſt, eos pro legatis, ut vocāt, plenipotētiariis, agnoſcēdos haud eſſe. Irent igitur, cum pace, *Viennam*, plenariamque poteſtatem in litteris aut referrent, aut, quod perindè foret, emanerent. Intereà nihilominùs ab *Ordinibus* id, quod quidem ex uſu, eſſet, ſtatuendum, decernendumque.

VII.

Bethlenus, in Vngariæ Regem eligitur.

DImiſſis igitur *Cæſareis, Gallicanis, Polonicis, Turciciſque*, legatis, è contrà confœderatarum provinciarum oratores remanſêre, conſiliis omnium eò animiſque inclinantibus, ut novum *Vngariæ Regem*, more *Bohemorum*, ſuperinducerent. Quanquam autem unus, atque alter ex *Vngariæ* dynaſtis huic inſtituto reſtiterit, ut parum abeſſet, quin, more *Pragenſi, Cæſareani*, etiam maximè renitentes, è feneſtris præcipitarentur: tandem tamen animis, ſuffragiiſque, coaleſcentibus, *Bethlenus, Tranſylvaniæ Princeps*, & *Siculorum Comes*, in *Vngariæ Regem* ſolenniter electus eſt. Quo facto, *VIII. Cal. Septembres*, electio ſic tùm quidem publicari cœpit: Horâ nimirum ſeptimâ matutinâ, *Ordines* regni, apud *Palatinum* convenientes, per regni *Cancellarium*, quibus nimirum hoc regnum ſub *Archiducibus Auſtriacis* hactenùs difficultatibus obnoxium fuiſſet; quibuſque de cauſſis *Ferdinandum Imp.* repudiare, novumque *Regem*, & quidem *Bethlenum*, ſuperinducere, adacti forent; proclamare juſſerunt. Universâ populi coronâ per omnes civitatis vias illud Iò, *vivat Rex*! ſucclamante. Secundùm hoc *Ordines*, in *Principis* palatio congregati, ex interiori conclavi, inter legatos provinciarum confœderatarum, electum *Regem* in atrium eduxêre. Qui in thronum ex holoſerico rubro, auro intertexto, medius collocatus eſt, dextram provinciarum legatis, ſiniſtram regni *Vngariæ* proceribus, claudentibus. Indè *Palatinus* brevem ſermonem *Vngarico* idiomate exorſus eſt. Quem *Emericus Thurzo, Comes*, eleganti, ac prolixa, pariterque *Vngaricâ*, oratione inſecutus, novū *Regem Ordinibus*, totiq; coronæ, ſtitit. Mox magnus *Tranſylvaniæ Cancellarius*, nomine *electi Regis*, *Principis* ſui, excepit, *Ordinumque Vngariæ* ſuffragia, factamque electionem, approbavit, *Comite Emerico Thurzone* denuò exertâ voce intonante illud. *Vivat Sereniſſimus Rex Gabriel*! Quâ repetitâ acclamatione ab omnib. cū applauſu & totidē verbis exceptâ *Regis* novi dextrâ *Ordines*, legatique, præſentes diſſua-

viari

viari cœpêre. Præmiſſis illis proclamationis ſolennibus, *Rex* ad ſacra celebranda adequitavit. Vbi per concionatorem *Pſalmo* illo: *Dixit Dominus Domino meo*: ſub concione excuſſo, unàque hymno illo triumphali, *Te Deum laudamus*, muſicis concẽtibus clãgente, atque ſymphonicè peracto, brevi ſermone gratiarum actio perſolvi cœpit. In *Palatium* redeunti cohortes prætoriæ, ex *Heyduccis* conſtantes, ſignaque civium, in armis circumſtantium, cùm centuria metallifoſſorum, exploſis ad unum ſclopetis omnibus, tormentiſque muralibus horrendùm intonantibus, regium applauſum reddiderunt illuſtriorem.

VIII.

Bethleni natales, & perſonalia.

FVit *Bethlenus* equeſtri loco natus, ab incũte ætate bellis aſſuetus. Ætatis n. anno decimo ſeptimo jam tùm nomen militiæ dedit: in aula *Gabrielis Bathorii, Tranſylvaniæ Principis*, pariterq; apud *Conſtãtinopolim* aliquot annis, educatus. Quadraginta duabus vicibus, ubi cùm hoſte acie decerneretur, ipſe interfuit. Dicebat, ante hos viginti annos, adeò inopem ſe fuiſſe, ut à mercatore quodam *Caſchavienſi* ne quidem centum *Thaleros*, quos cùm petierat, accipere mutuò potuerit. Pollebat tàm judicio, quàm memoria, fautor litteratorum, quos libẽter ferebat. *Latino* enim ſermone identidem utebatur, quanquam non eâdem ſemper elegantiâ. Serius, ac ſeverus, erat, ſed minùs (ſicut rumor ajebat) tyrannicus? Omnes facilè ferebat, promptèque alloquentes comiter excipiebat, *Religionis*, dictæ *Reformatæ*, qua de etiam diſſerere ſæpiculè ſolebat, perſtudioſus. Statura ipſi decenter longa, corpus obeſum, frons lata, facies oblonga, naſus ſupinus, ac retortus, os magnum, oculi ampli, multa albugine conſpicui, color faciei jucundus, naturâ contigerant. Arte verò crines, more *Vngarico* raſos, ſuperinjecto capillitio, barbam, naturâ nigram, denſamque, more tùm *Gallicano* rotundatam, veſteſque *Vngaricas* fluentes, pretioſas, auroque, & gemnis ad oculorum uſque ſtuporem coruſcantes alebat. Valetudine utebatur firmâ, & ſolidâ: niſi quod ex *Renum* calculis interdum laborabat. Conjunx ipſi cõtigit, nobili genere nata, precibus, ac rei domeſticæ, dedita, quæ etiam culinaribus, & coquis ac promis condis interdum ſupervenire haud dedignabatur, optimæ matrisfamiliâs (quam veteres, autore *Val. Max. Cajam* dicere ſolebant) munere functa.

IX.

Tranſylvani quoque mutuo Vngarorum, cæterorumque ſociorum, fœderi accedunt.

VI *Cal. Septembr.* ad mutuum *Vngariæ Ordinum*, cum *Bohemis*, cæteriſque *Provinciis*, fœdus acceſſerunt etiam *Tranſylvani*, polliciti, urgente neceſſitate, exercitum, ad viginti quinque millia excurrentem, in auxilium confœderatis ſeſe educturos. Ità, ut hoc pacto *Bohemis*, ex *Vngariæ, Trãſylvaniæque*, ſuppetiis, copiæ haudquaquam contemnẽdæ exſpectandæ eſſent. Intereà *Bethlenus*, induciis mox exſpiraturis, omnia in præſentem expeditionem ſubſidia contraxit, paulò poſt in *Stiriã* manum emiſſurus, ipſe verò ad exercitum prætorium ſive regium, *Bohemis* acceſſurus, ut etiam tàm *Bavariæ*, quàm *Saxoniæ*, finibus interminari videretur. Eius cùm vires, prout tùm erat, non ſpernendæ eſſent, *Viennenſes, Auguſtanæ Confeſſioni* addicti, *Imperatore* non invito, litteris deprecari cœperunt, parceret regiæ urbi, uxoribuſque, atque liberis, inſontibus, ut & regionis incolis, potiuſque cum armatis, quàm inermibus, bellò decerneret.

****

Externa.

I.

Imperator Turcicus Poloniæ Regis legatum altero oculo privare, atque exoculare, juſſit.

EA tempeſtate *Poloniæ Rex*, ſuper pace componendâ, ad *Turcorum Imperatorem*, legatum emiſit. *Tyranno* igitur *Turcico* pacis certitudinem, & quo pacto, ſuper invaſionibus *Polonorum*, quos vulgò *Coſſaccos* nuncupant, ſecurus eſſe poſſit, ſymbolum requirente, legatus imprudens per caput, vitamque ſuam juravit, tale quid (quo de ſollicitus eſſet *Turcus*) minimè eventurum eſſe. Quid fit? Paulò poſt prædicti *Coſſacci* navim *Turcicam* in *Propontide* intercipientes, in *Aſiæ* littus trajecêre, prædæ ſcil. eo loco adaugendæ propoſito. Quo nomine quingentos ad navim excubitores relinquentes, cũ reliqua manu, quater millibus hominũ conſtante, ulteriorem in *Aſiæ* continentem movere cœperunt. *Vezirius, Turcorum* præfectus, re cognitâ, ilicet bellicũ canere, naves recuperare, excubitoreſque ſub acinace obtruncare juſſit. Mox manu validâ inſtructus in reliquos, prædæ inhiantes, invectus, omnes oppreſſit. Facti eius famâ ad *Turcorum Imp.* nunciatâ, iſte confeſtim *Polonicum* legatũ ad ſe vocari juſſit. Cui cùm corã, quę facta eſſent, exprobraſſet *Turcus*, eiq; capitis (cujus diſcrimen ultrò ſubiiſſet) pœnam interminari cœpiſſet, ecce ille, rei ſive novitate, ſive periculi gravitate, confuſus, ne verbulũ quidem ſuperaddidit. *Tyrannus* ergò hâc velut injuriâ, ſibi recèns factam, indignè ferens, cùm totum perdere potuiſſet, altero oculo legatum excœcatũ, exoculatumq;, in *Poloniam* remiſit, *Regi* ſuo nunciaturum, ſeſe brevi cum exercitu ipſi affuturum, eandemque injuriam vindicaturum, eſſe.

CAP. XI.

De Auſtriæ Ordinum, cum Imp. tractatibus.

I.

Auſtriæ inferioris querelæ ad Cæſarem, ſuper variis Polonici militis, aliorumque, inſolentiis.

POſteaquàm *Auſtriæ* inferioris provincia à *Cæſareo* milite, cõtrà refractarios, ac perduelles, inducto, *GalloBelgicis* nimir. & *Polonicis*, copiis, (*Coſſaccos* vocãt) miris, diriſque, modis exerceretur, tãdẽ *Ordines* litteris, *VII. Id. Maias* ſcriptis, *Cæſarẽ* interpellarũt hæc ferè in verba: Irruptiones, inquiunt, calamitates, cladeſq;, quib⁹ indeſinẽter, & ſine miſ-

ſione,infelices iſti *Poloni* ſęvirēt in ditiones *Cæſareas*, excitatis omnis generis ſpoliis, incēdiis,cædibuſq;, in cauſa,eſſe,ut,ſecundū *Deū*,denuò ad *Cæſarē* cōfugiant,priores quiritationes repetant, remediumq; tàm ultimis malis expetant. Quanquam enim aliàs *Cæſari* in animum toties revocâſſent,quibus modis provincia affligeretur,cives,ac dynaſtæ,diſpoliarētur,ruſticani partim trucidarentur, partim exulare,ac profugere,juberentur,agri,vineęq; abſq;cultoribus relinquerentur,cōmercia caderent, alimēta deficerent,juventus ac,pubertas, interiret, honeſtas,ac pudor,extingueretur,juſtitia elangueret, è contrà facto agmine vitia,delicta,exceſſuſq;barbarici,regnarent, ut *Cæſar* etiam ſupremis militiæ præfectis emendationē tot perturbationū ſedulò injunxerit:nihilominùs tantùm abeſſe,ut præfatas inſolentias hactenùs tolli contigerit,ut omnia etiā graviùs ferocire,ac graſſari,cōperiantur. Ad ſummā,tàm atrocia,ac nefanda,paſſim,ſine diſcrimine, cōmitti delicta,ac crimina,quorum ne quidē nomina ad animū,nedùm ad *Cæſaris* cognitionem,admittere debeant.Siquidē igitur tanta,ac tàm enormis,exiſtat furioſorū militū,præſertim *Coſaccorum*, rabies,ut etiam ab aliquibus excuſari velit, quam quidem abſque crimine,ac conſcientiæ ſuæ laceratione,reticere ne poſſint quidem,præſertim, reſpectu ſubditorum ſuorum magiſtratus hoc officio dùm fungantur,ut non niſi paterno cum affectu, ꝓ ſalute populi ſoliciti eſſe debeant: eam in rem,ſubmiſſimis verbis intercedere,ignoſceret clementiſſimum *Cæſaris*, *Auſtriacis* congenitum,pectus, ſicubi tàm terræ calamitatis abominandas, lineas, larvamque,paulò apertiùs repræſentent.

Prout igitur copiis *Gallo-belgicis*, aliiſque,initiale, ac velut puerile,fuiſſet,initiò ſpoliis,incendiis, cædibuſque,pergraſſari, ità, vitiis velut adoleſcentibus,ferociam,ac temeritatem iſtorum unà ſuccreſcere viſam eſſe,ut integris pagis,oppiduliſque,devaſtandis,incendiiſque perdendis,nobiliumque,ac dynaſtarum,arcibus depopulandis, minimè parſum ſit. Quis referat,quot inſontes fame perierint, quot matronæ,virgineſque honeſtæ, vim, ac ſtuprum,paſſæ ſint,quot raptu tolli acciderit, quot omnium ætatum,utriuſque ſexus,homines dirismodis excarnificari cœperint?Multi funibus in capita rotatis,adactiſq;,multi aſſeribus,ac ligneis bacillis, torti, multi adactis in carnes forcipibus laniati, multi terebris in mandibulas,tibias,popliteſq;, infixis,excruciati,multi(honor auribus eſto!)peculio tenùs in furcam acti,ſunt. Vt etiam fœminæ, innuptæq; atq; inter eas,puellæ infrà ætatem,atq; injuriam,exiſtentes,ad mortem uſq;,fœdis pollutionibus ſint oppreſſæ,gravidis, ignibus ventri adhibitis,fœtus excuſſi,aliiq; tàm clerici,quā ſeculares, tā ſenes,quā juvenes,tā nobiles,quàm plebeii, perq; domus,perq; vias, miſerrimis modis excruciati,laniatiq;,fuerint,ut vel tot,totidemq;,inuſitatę ſęvitiæ genera vel tantū referre velle,crudele velut videri poſſit. Quapropter,cū nulli ignorent,quā gravis atrociū tot exceſſuum fama, ac recordatio, *Cæſari* futura ſit,quàmq;,ſi remedium, profligati iſtius mali differri accidat,difficilis tandem curatio eveniat,ut non modò totiùs *Provinciæ* everſio exſpectāda veniat,ſed res,ac calamitas, iſta in præjudicium famæ,nominiſq; *Auſtriaci*,vergere ſuſtineat:ideóq; per divinam miſericordiam,meritumq; pretioſum dulciſſimi noſtri *Servatoris*,ac *domini*,religioſiſſimis, devotiſſimiſque, precibus ſeſe obteſtari,pateretur *Cæſar* in gratiam ſecum reverti,paternum effectum inducere, fideliumque Ordinum,ac ſubditorum, clementer meminiſſe,adeóque ultimò id genus afflictionibus manum applicare,ſimulatq; in antè *V. Nonis Maijs* remedia,ſubmiſiſſimè ꝓpoſita, amplecti,denique antiquorum privilegiorum,ac jurium, confirmationem ratam facere.

II.

Cæſaris,ad Ordinum Auſtriæ Inferioris ſupplicationes,reſponſio.

AD illam *Ordinum* ſupplicationem, (qui quidē, inter cætera,à *Cæſare* petierant, ut *Religionis* ſibi exercitium eſſet liberum, ſimulq; foret integrum cum *Bohemis*,ſuper mutuo fœdere,ſicut illi, etiam adjectis interminationibus,poſtulabant,paciſci) ſic quidē tùm *Cæſar* reſpondere cœpit: Vt hæc, atq; alia,valdè inconcinna,*Ordines*, ſibi concedi peterēt, *Cæſarem* nullatenùs ab illis, tanquā ſubditis,exſpectâſſe. Vt enim in confœderationē cum perduellibus ineundā,utiq; quæ juribus tàm divinis, quàm humanis,legibuſq; *Imperii* fundamentalibus,repugnet,conſentire debeat,hoc iſtud eſſe,quod cū fide ſubditorum hæreditariorū, nomine & gloria *Auſtriacorum Archiducum*, ipſius regionis Principe, ac domino,pariterque ipſa poſteritate, manifeſtiſſimè peccet, Id genus ſive cum perduellibus confœderationē,ſive veriùs conſpirationem, neq; *Matthiam Imp.* neq;ullum antehâc *Cæſarem* unquam approbâſſe,tantùm abeſt,ut hodieq; modernus *Imp.* ulluſq; *Chriſtiani* ſanguinis *Princeps*, indulgere,ac ne ferre quidem,ſuſtineat. Atq; eo ipſo, quòd cū perduellibus fœdere jungi cupiant, ſcrupulum quàm maximum *Cæſari* oboriri,ut niſi conjunctionem iſtam,manifeſtamq; conſpirationem, ejurent, illis ex animo nedùm fidere,nedùm favere,poſſit. Irent igitur *Ordines Auguſtanæ* confeſſioni dediti,atq;ſine mora exitioſam id genus confœderationē deſponderent,atq;abiicerent,ejuſq; facti certa documenta ederent. Ità futurum eſſe,ut illis *Cæſar* tantùm nō jura,ac leges antiquas,cōfirmet,ſed inſuper eâ clementiâ illis ſeſe ſiſtat,ut meritò conqueri deinceps haud quiti ſint. Eoſdem probè cognitum habere, quantum ex hujus rei mora,atq; extractione, ſibi, ſuiſq;,periculi,damniq;,immineat. Quantò ociùs igitur hoc agerent,*Cæſari*,prout par eſt,obediētes, ac morigeri,forent,patriā ab hoſtibus vindicarent, tranquillitatem reducerēt,animorumq;, hactenùs ſeſe collidentiū,ferruminationem,ac confidentiā, mutuam poſtliminiò redintegrarent.

III.

Cæſaris, pro Auguſtanæ Confeſſionis exercitio, altera declaratio.

QVæ cùm à *Cæſare Ordinibus Auſtriæ inferioris* per reſponſum fuiſſent reddita,*Ordines*, *Cæſar* ne inclementer interpellationes,ac petita, eorum ferret,juxtà verò *Religionis* ſuæ exercitium permitteret liberum,deprecari cœperunt.

Ad quam *Ordinum* inſtantiam, ità denuò *Cæſar* oretenùs regeſſit: Audivimus,inquit,*Imperator*,quę nomine *Ordinum*, *Auguſtanæ confeßioni* addictorū, in medium propoſita ſunt. Et, quantùm ad codicillos ſuppli-

ipplices attinet, eos in medio relinquimus. Ad *Auguſtanæ* verò *confeßionis* exercitium, quod petitur, os uſque adeò regiis, *Cæſare*, *Principe* atque *Heroe*, ondignis, verbis condicimus, fore, ut eâ confeſſionis veſtræ libertate, atque exercitio, ſecurè fruamini, ſicut videl. tempore *Matthiæ Imp.* uti frui ſolebatis. Neque eſt, ut hûc de nobis quicquam ſuſpicari deeatis. Credite ſaltèm verbis noſtris. Omnia enim i, & ſingula, fide *Cæſareâ*, atque *Archiducali*, (ità nos *Deus* benè juvet,) reipsâ præſtare, juxtàque vos digere, parati ſumus, non ſecùs, ac pater, gneſium fium amare ſolet. Vt etiam hac optimâ erga vos voluntate uſque ad mortem perſeverare velimus.

Quibus auditis, *Ordines*, hanc promiſſionem, atque indulgentiam, *Cæſaream* litteris conſignari peerunt. Annuit *Imperator*. Atque eâdem adhûc veperâ codicillis illa conſignari, tradique *Ordinibus* præcepit. Qua fide *Cæſaris* intellectâ, acceptâque, *Ordines* nihil dubitarunt ilicet, ſuper homagio exibendo, tùm compromittere.

IV.

Ordines Auſtriæ inferioris ſolenniter homagium Imperatori, tanquam Archiduci ſuo, deponunt.

PRægreſsâ itaque cum *Bohemis* mutuæ iſtius confœderationis renunciatione, *III. Idus Quintil.* *Ordines Auſtriæ* inferioris tàm *Catholici*, quàm *Proteſtantes*, magno numero apud aulam Cæſaream convenêre. Horâ octavâ antemeridianâ *Imperator* ad *D. Stephani* ſequenti pompâ, ſolenniter adequitavit: Primùm pedibus inceſſêre *Henricus Iulius, Dux Saxo-Lavvenburgicus*, *Carolus, Princeps Lichtenſteinius*, cum *Comitibus, & Baronibus* benè multis, atque univerſis *Auſtriæ* infer. *Proceribus*. Illos exceperunt in equis tres feciales, *Vngaricus* à dextra, *Bohemicus* à ſiniſtra, & *Auſtriacus* intermedius. Hos duobus aliis *Imperii* fecialibus inſequentibus. Poſt hos *Leonhardus Helfricus, Comes in Meggavv*, enſifer; mox ipſe *Imperator*, ſucceſſit. In templi veſtibulo *Auſtriæ* dynaſtæ, atque miniſtri hæreditarii, unuſquiſque cum inſignibus ſuis *Imperatorem* præſtolati, intrò deduxêre. Sacris peractis, eodem ordine in aulam reditum eſt, uſque ad conclave *Cæſarem* dynaſtis deducentibus. Mox *Cæſar* ad ſe intrò vocatos præcipuos *Ordinum*, an liberè, voluntarièque, ac bona fide, jurare vellent, interrogare cœpit? Illis affirmantibus, ilicet *Cæſar* in atrium, equeſtrium dictum, egreſſus, atque in thronum, auro intertextum, poſitus, dynaſtis *Auſtriæ* hæreditariis, ſuo quolibet munere, fungentibus, per *Verdam*, Cancellarium aulicû, homagium requirere juſſit: *Bernhardo Veſenpechio, Mareſchallo provinciali*, nomine *Ordinum*, excipiente, illoſque gratiæ Cæſareæ percômendante. Indè *Cæſar* verbis ſuiſmet hæc ad *Ordines* ſuperaddidit: Quæ eſſet voluntas mea, inquit, ſufficienter intelligere potuiſtis. Et quòd tàm frequentes adeſtis, gratum utique eſt. Prout igitur antehâc identidem conteſtatus ſum, me tantùm non privilegia, jura, atque immunitates veſtras, confirmaturum, ſed etiam ſarta tectaq; conſervaturum, voſque in protectionem meam recepturum, eſſe: ità jam quoque à præſtito homagio, confeſtim me facturum polliceor, nihil dubitans, quin deinceps, ſicut fideles, atq; hæreditarios ſubditos decet, vos fideliter omnia præſtare affecti ſitis. Equidem verò in rebus, occaſionibuſq; quibuſcunq;, legitimis, clementiſſimus veſter Princeps, ac pater uſq; ad vitæ hujus exodium, perſeverare cupio.

Secundùm hæc verba, *Cancellarius* aulicus verba homagii recitavit: in quæ *Ordines* unanimiter tùm jurârunt. Exacto juramento, ilicet præfatus *Cancellarius* privilegiorum confirmationem, chartâ pergamenâ inſcriptam, ſignatamq;, *Mareſchallo Provinciali* porrexit. Vndè *Cæſari Ordines*, dextrâ quiſq; injectâ, ſtipulari, hique actus ſolenni gratiarû actione, concentibus muſicis, ſclopetorum, tormentorumque muralium, exploſionibus, finiri cœpêre.

Pro complemento ejuſce ſolennitatis, *Cæſar* in artium prædictû poſtliminiò reverſus, epulas celebravit, *Ordinibuſque* menſas, (quorû numerus intrà centum & quadraginta dynaſtas, equeſtreſq; fuit,) dapeſque diſtribuit, ſymphoniis muſicis, variiſque lætitiæ generibus, diem, prandiumq; illuſtrâtibus. Officia *Auſtriæ Archiducatus* hęreditaria ſunt illa: *Paulus Si Ptus, Comes Trautſonius*, erat aulæ magiſter provincialis hęreditarius. *Loneh. Helfricus Comes à Meggavv*, Mareſchallus provincial. hæreditarius. *Carolus Comes ab Harrach*, ſtabuli magiſter provincial. hæreditarius. *Sigfridus* Preuner, *Baro*, camerarius hæreditarius. *Georg. Fridericus, Comes ab Hardeck*, pocillator hæreditarius. *Bernhardus, Baro à Buchhaim*, caduceator hęreditarius. *Erneſt. Baro* à *Buchhaim*, Archidapifer hęreditarius. *Georg. Ehrnric. Baro à Zinzendorff*, rei venatoriæ præfectus provincial. hæreditarius, & *Ioachimus à Schonkirchen*, janitor hęreditarius. E quibus hæreditariorum officialium muneribus amplitudo, ac dignitas, illius *Auſtriæ* Provinciæ æſtimari poſſit.

V.

Ordines Auſtriæ inferioris refractarii pro perduellibus declarantur ac proſcribuntur.

INterim, cæteris *Auſtriæ inferioris Ordinibus* refractariis, intrà duas ſeptimanas ut comparerent, ac juſta, ſive juramenta deponerent, ſub termino, peremptoriè indicto, denunciatû eſt. Quibus hanc citationê inſuper habentibus, atq; apud *Retzium* convenientibus, ità, ut manifeſtè cû *Bohemis* facere viderentur, *Imperator* decretû, in capita eorû, latû, per feciale *Auſtriacum*, ſub duobus æneatoribus, duodecim verò tubicinibus, per omnes urbis *Viennenſis* vias publicari fecit. Decretû, ſive ſententia, erat ejuſmodi: Poſtquam *Imperator* ab exceſſu *Alberti Archiducis Auſtriæ Archiducatus* ſucceſſionê hæreditariâ pleno jure adiiſſet, nihilq; pace, ac concordiâ, prius habuiſſet, eo fine illicò *Ordines* conſcripſiſſe, terminos côparitionis indixiſſe, eoſdê prolôgâſſe, omnê clementiâ, gratiamq;, unâq; privilegiorû côfirmationem, illis obtuliſſe, ac reâpſe decreviſſe. Non a. omnes *Provinciæ Ordines*, dicto fuiſſe audientes, ſed complures comparuiſſe, homagiumque debitum depoſuiſſe. Siquidem verò è prædictis *Auſtriæ inferioris Proceribus* adhûc dùm non pauci, ſuſque deque habitis Cæſareâ gratiâ, mandato, terminoque inſuper peremptoriè præfixo, res novas agere, cum *Bohemis*, utique manifeſtis *Imperatoris* hoſtibus, perduellibuſque, conſilia, atque arma, ſociare, ex animi præfracta, atque intoleranda, impotentia, elegiſſent, utique *Imperatorem* in id genus homines non poſſe non de jure, ac ſeveris legibus,

dein-

deinceps animadvertere. Ea propter omnes iſtos, ac ſingulos, quicunque mandata *Principis* ſui explodere, hoſtibus, perduellibuſque, accedere, auſi forent, atque, inter iſtos, nominatim, *Henricum Matthæum Turrianum, Georg. Andream ab Hoffkirchen, Ludovicum, & Martinum, Starenbergios, Guilhelmum, & Io. Bernhardum ab Hoffkirchen, Georgium, & Eraſmum, à Landavv, Andream ſeniorem, Richardumque, & Dietericum, à Buchaim, Io. Bernhardum à Fünffkirchen Rudolphum Marackſchium, Andream Thomudl, Io. Georg. à Stadel, Io. Georgium Strein, Melchiorem Sturmband, Georg. Henricum à Roggendorff, Io. Bernhardum Turrianum, Io. Georg. à Neydeck, Amandum à Gera, VVolfgangum Steger, VVolfgangum Chriſtoph. Romer, Caſparum Artſtätter, Matthiam VVolzogen, Io. Sebaſtianum Spett, Georg. Chriſtophorum Rauber, Helmhardum, & Carolū, à Fridesheim, Leonhardum à Lemſitz, Zachariam Startzer, majeſtatis* reos, *Cæſaris*, patriæque, hoſtes manifeſtoſque; & flebili nomine dictos perduelles, in præſentiarum ſolenniter pronunciari, ac proclamari utique quorum vita, famaque, ac bona quæcunque, jam tùm fiſco obnoxia. Iſtos iteratò damnari, certiſque, ac jam quoque conſtitutis, pœnis reſervari. Omnibus exindè provinciæ illius *Ordinibus*, ac ſubditis, ſeriò injungi, cum iſtis proſcriptis, damnatis, ac perduellibus, nihil ampliùs quoviſcunq; modo habeant commercii. Sed potiùs id genus communis patriæ hoſtes pro virili perſequantur, perſecutos intercipiant, interceptos *Imperatori*, quò digna ſuis meritis ſupplicia referant, abſque mora ſiſtant. In ſecus facturos, atque contrà hoc præſens edictum delinquentes, eadem, quin ipſos perduelles, pœna conſtituta eſto.

Externa.

I.

Vtrum Principes Proteſtantes Imperatori, in cauſa adverſus Bohemos, auxiliari debeant? Quæſtiones ab Erneſto Duce Saxon. Theologis Acadd. Ienenſ. & VVitebergenſ. propoſitæ.

BEllorum incendiis per *Bohemiæ* latus vniverſum penè per *Imperium* exundantibus; *Imperator* haud deſtitit tantùm non à *Pontifice Max.* ſed *Electoribus, Principibuſque*, auxilia corrogare. Quos inter cùm *Proteſtantes* quoque, contrà *Bohemos*, tanquam ejuſdem confeſſionis, *Proceres*, ſolicitarentur, fuêre, qui, utrùm hac in cauſa *Imperatori* ſuppetias ferre poſſent, dubitare cœperunt. E quibus *Erneſtus, Dux Saxo-Vinarienſis*, eam in rem *Ioannem Maiorem*, & *Ioan. Gerhardum, Theologos, & Profeſſores*, ex *Acad. Ienenſi*, ad *Acad. VVitebergenſis Decanum, & Doctores* facultatis *Theologicæ*, ablegare, cœpit. Conſultarent nimir. unà &, ſuper articulis ſive quæſtionibus, in ſequentibus, reſponderent: I. Sicubi *Imperator* illos bello peteret, qui ſanctè confirmant, nihil ſibi prius eſſe, quàm ut *Religionis* exercitium, certis pactis, ac transactionibus, permiſſum anteà, unàque conſcientiæ libertatem, defendant; quid *Proteſtantibus Principibus Ordinibuſque* faciendum eſſet? II. Anne *Evangelicus Princeps* contrà *Evangelicos* duceret. Eoſque, ſub illa *Religionis* cauſa, tàm vera, ac ſincera, ipſe opprimeret? III. An illos, qui *Religionis* pacificatione gaudent, IV. Ad ordinarium Iuris proceſſum provocant? V. Cum quibus certa pacta, atque tranſacta, intervenêre: armis perſequi juſtum atq; operæ pretium, foret? VI. Scilicet illis quidem, qui *Cæſari* è *Proteſtantibus* militant, cum *Pontifice, Hiſpanis, Italis, Gallo Belgis*, atque id genus *Evangelicæ* confeſſionis hoſtibus, veſti-contubernium inire neceſſe eſt. VII. Accedit, metuendum eſſe, devictis, debellatiſq;, *Evangelicis, Pontificem* decreta, ac rigorem, *Concilii Tridentini* introducturum. IIX. Tùm illud etiam imminere, ut, dùm alius, aliuſq; *Imperatori* militat, intereà domi, atq; in patrimonio ſuo, patiatur. IX. Deniq;, ſuperinductione peregrinorum exercituum, cùm conſtitutiones *Imperii* fundamentales labefactari accidat: anne, *Imperii Principes*, quò minùs *Imperatoris* expeditioni accedant, ſeſe excuſare, capitaque ſubducere, quirent?

II.

Theologorum VVitteberg. & Ienenſium, concluſiones negativæ.

Illas ad propoſitas quæſtiones à prædictis illis *Theologis* hanc in ſentētiā reſpōderi cœpit: E verbo divino, ſuo olim tēpore, *Lutherū* ità quidē ꝓblematib' illis jā tū ſatisfeciſſe, ut ꝓnunciatione illius illa acquieſcere tā poſſint, quàm bonâ cōſcientiâ debeāt. Interim hoc ſeſe tantùm ſuperaddere, in dilectione *Dei*, & proximi, verti cardinem totius legis, & *Prophetarum*. Iam autem arbitramur, (inquiebant illi) ſi *Evangelicus* iret in *Evangelicos*, hoc non poſſe non oppidò pugnare cum dilectibus *Dei*, & proximi.

Lutheri verba, quibus ad propoſitam quęſtionem reſpondebant dicti *Theologi*, deſumpta ſunt è *Tomo Ienenſi. VI.* vbi *Germanis* fol. 252. ità inculcatur; Cauſa prima, ob quam hac in re *Cæſari* neq; obedire, neq; militare, debes, hæc eſt: Tu quia æquè, ac *Cæſar*, ſub baptiſmatis ſacramēto, fidejuſſiſti, te *Chriſti Evangelium* defenſurum, non oppugnaturum, nedùm bello perſecuturū. Iam te clàm non eſt, *Imperatorem* à *Pontifice* inflammari, adverſus *Chriſti Evangelium* ut inſurgat. Apud *Auguſtanos* enim clariſſimè patuit, doctrinam noſtram, quā quidē profitemur, *Evangelium* verū, paginæq; ſacræ conformem, eſſe. Proindè ad tribunos ſive *Cæſaris*, ſive *Principis* tū ità perorabis: Immò verò, mi *Cæſar*, mi *Princeps* ſiquidē juramentum, ac fidē, ſub baptiſmate datā, tute ſervaveris, tunc equidē liberè te dominū ſequar meū, ſive in militiam abire, ſive aliquid aliud exequi, juſſeris. Si verò contingat vos juramenti, fœderiſque, ac fidei veſtræ quā *Chriſto* utiq; dediſtis, dememiniſſe, *Chriſtumq;* oppugnare, jā nequam, aut furcifer, vobis morē pro me geſſerit. Equidē, cauſa vel veſtra in *Deum* haud eroblaſphemus, verbum ejus haud perſequar, vobiſcum, veſtroque impulſu, in *Acherontem* me haud præcipitabo.

Atque prima hæc cauſa, alias inſuper, & quidem ingentes, horribileſq; cōprehendit cauſas cōplures. Ille enim, qui oppugnat *Evangelium*, eâdē operâ cōtrà *Deum, Patrem, D. & S.N. IESVM CHRISTVM*, ipſumque etiam *SS. Spiritum*, immò contrà pretioſum ſanguinē *CHRISTI*, ejus & mortē, & meritum, contrà verbū *Dei*, contrà omnes *ſymboli Apoſtolici* articulos, cōtrà omnia ſacramēta, cōtra doctrinā, quę per *Evangelium* datur, confirmaturq;, ad ſummam, contrà omnes angelos, ſanctoſque, contrà cœlum terramque omneſque in univerſum creaturas, pugnat. Qui n. contrà *Deum* pugnat, is etiam, contra

omnia

ɔmnia, quæ *Dei* ſunt, itidem delinquit. Tàm a-rox ergò factum quis finis denique excipiat, tute ɔericulo tuo exploratum habebis. Quod verò ho-um peſſimum eſt, pugna illa contrà conſcientiam it. Fateris enim, & intelligis, hanc doctrinam ·ſſe *Evangelii*, *Turci* autem, & *Tartari*, *Dei* hòc ver-ɔum eſſe, ignorant, eapropter vel juſtior multò te *urcus* erit. Tuque in abyſſum *Turcis*, *Tartaris*, *ræcis*, *Iudæiſque*, profundiùs, præcipitaberis. Ha-tenùs *Lutherus*. Illis *Lutheri* verbis *VVitebergenſes*, *ac enenſes*, *Theologi*, hæc tùm, ſuperpondii loco, ad-ecerunt. Verùm enim verùm, cùm *Catholici*, ità licti, remis veliſque, quòd dicitur, in diſcrimen dductis, vita, famâque, ac fortunis omnibus, *Dei* ıonorem, prout quidem opinantur, provehere nnitantur: quanto veriùs nobis, incumbit, ſan-ctæ illius veritatis, antè hos centum annos, *Germa-nis* nobis, inprimis *Saxonibus*, cœlitùs per *M. Luthe-um* revelatæ, commendatæque, myſterium haud ıuidem oppugnare, ſed propagare.

Deindè, hanc militiam, hæc auxilia, contrà lilectionem proximi pugnare, indubium eſt. Illi e-ıim ſcilicet *Evangelii*, contrà quos mil[illegible]us, no-ɔiſcum unum, eundemque, habent *Deum*, patrem *D. N. IESV CHRISTI*, eundem Dominum *IESVM CHRISTVM*, eundem baptiſmum, eandem, & haud nutilatam, cœnam dominicam, nimir. verum cor-ɔus, ac ſanguinem, *IESV CHRISTI*. Ejuſdem nobiſ-cum corporis membra ſunt: quo de *Apoſtoli ad Co-inthios* erat parænesis, *Dei* ſpiritu plena.

Vnuſquiſque, qui ſynciput in calcaneis, prout ıjunt, haud gerit, omni pacto evitat, ac declinat, ıe proprii corporis membro quoquo pacto noce-ıt. Quò magis piis, ac Chriſtianis, incumbit, ne corpus *D. N. IESV CHRISTI*, tanquam veram ſince-amque *Eccleſiam*, neque in minimis, nedùm in naximis principalibuſque, membris quà quà vel ædamus, vel oppugnemus. Ad id ſcilicet, ut pro ıobis omnibus mutuò oremus, atque interceda-nus, ſanctâ dominicâ oratione, ſancto ſymbolo A-ɔoſtolico, quotidie nos impellentibus.

Et cui cognitum eſſet, quarum precum intuitu, *Deus* hûcuſque *Turcorum* manus, atque irruptio-ıes, aliaſque id genus graves patriæ calamitates, clementer amoliri dignatus ſit? Quò faciunt verba *D. Pauli Apoſtoli*, I. *ad* Corinthios, *cap.* XII. *v.* XXI. & *D. Ioannis*, *epiſt.* III. *v.* XVI. Vt, quod *proverbio* dici ſolet, hîc quoque locum inveniat: *Si non paviſti, occidiſti: Si non defendiſti, obruiſti.* Vt de eo nihil dica-nus, ſcandalum iſthîc dari, accipique, ſicubi ini-nici, atque hoſtes, noſtræ *Confeſſionis* intueantur, *Evangelicos* contrà *Evangelicos*, & quidem in cauſa, *Evangelii*, militare. Scilicet facilè uſuveniat, *Chriſtia-nos* quoſdam ex fide imbecilla turbari, miſſaque *E-vangelica Religione* ad *Pontificios* relabi. Quo pacto e-nim filius *Dei* væ ſuper illos, qui quidem ſcandala præbent, proclamârit, è ſacris fontibus cognitiſſi-num ſit. Ea, cùm vel exindè hoſtes in erroribus ſuis ndurari accidat, eò gravioris momenti deniq; fu-tura ſunt. Proindè concludimus, rebus ità ſeſe ha-bentibus, *Principem*, *Auguſtanæ* confeſſioni addictũ, prudenter, atque opportunè facere, ſicubi an *Cæſa-ri*, inſtinctu pacis oſorum, *Evangelicos* oppugnan-ti, auxiliari poſſit, ac debeat, exactiùs antè ponde-ret, examinetque, ſcilicet facturus eſt, rectiùs, ſic-ubi admonitionibus, interceſſionibuſque, ac preci-bus, amore compoſitionis interveniet, rationemq; oppreſſorum, quantam maximam poteſt, habebit. Eam mentem omnibus ut *Deus*, pater *D. N. IESV CHRISTI*, per *SS. Spiritum*, inſpirare velit, oramus, & ſuſpiramus.

III.

Arx Gutſchinenſis, apud Bohemos, incenſo fortè pulvere pyrio, miſerrimè à fundamentis diſii-citur.

QVò tempore *legatus Turcicus*, unà cùm choro *Tranſylvaniæ*, *Vngariæque*, dynaſtarum, *Pragam* appulit, æterni, ut ajebant, ex parte *Turcarum Ty-ranni*, cum *Bohemis*, eorumque confœderatis, feriẽ-di fœderis ergò: tragicus maximè caſus cum *Arce Gütſchinenſi*, apud *Bohemos*, multis & exitio, & terro-ri, fuit. Ab obitu enim *Alberti Ioannis*, *Baronis Smir-tzicii* illius opulentiſſimi, uſuvenit, ut inter *Henricum Slavvatam*, *Baronem*, qui *Smirtzicii* germanam jü-niorem matrimonio ſibi juxerat, omnemque hæ-reditatem ſibi ſoli petierat, & *VVartenbergium Comi-tem*, germanæ natu majoris maritum, ſuper hære-ditate, ac patrimonio illo ampliſſimo, impendiò controverteretur. Cùm igitur matrona *VVarten-bergica* nec juri, nec loco ſuo, cederet, ſed *oppidi*, *ar-ciſque*, *Gütſchinenſis* ſubditos, impoſito præſidio, in juramenti, ac ſua, verba adigeret, factum, ut *Fride-ricus Palatinũ*, tùm *Rex Bohemiæ*, *VVartenbergium Pra-gæ* ſub arreſto detineret, atque interim ad inſpici-endam cauſam legatos *Gütſchinum* emitteret. Illis dictum ad locum adventantibus, poſſeſſionemque *VVartenbergicæ* intercepturis, reſtitit matrona acri-ter, præſidiarioſque cohortata, ne arcem traderent, quò meliorem illis animum adderet, vino operam dare juſſit. Præſidiariis, pro more, ut fieri amat, ſemi-ebriis per arcem diſcurrentibus, atque è cava copia uberiorem tormentarii iſtius pulveris in rem ſuam accepturis, ecce! malâ fortunâ accidit, ut ſcintilla è funiculo accenſo, quorum operâ ſclopeta explodũ-tur, in vas, pyrio pulvere plenum, incidẽte, reliquũ-que ejuſdem pulveris apparatum inflammante, in momento tantus fragor excitatus fuerit, ut non ſolùm arcis partes anteriores, cum turribus, ædifi-ciiſque proximis, à fundamentis concuti, deiiciq; cœperint, ut etiam legati *Pragenſes*, cum omni mini-ſtrantium turba, itemque *Barone Slavvata*, matrona *VVartenbergica*, totoque gynæceo, famulitio, præſi-diariorumq, grege, oppidò ad unum omnes horri-bili mortis genere perierint. Per oppidum etiam *Gütſchinenſe* feneſtris, ac fornacibus, plurimis eo fragore corruentibus, ac proſtratis. Infelici igitur id genus, ſuper hæreditate, & bonis fortuitis, alter-catione, accidit, ut vita digladiantium cum fortuna iiſdem, paribuſque paſſibus, horribili intervenien-te, & multorũ juxtà hominũ inſontiũ infortunio, præſentiſſimũ in exitiũ præcipitata ſit. Rectè hoc, rectiſſimè, inquam, cum *Patroniano* illo, exclamare poſſimus hoc loco: *Hæc ſunt conſilia mortalium, hæc vo-ta magnarum cogitationum. En! homo quemadmodum na-tat. Qui paulò antè jactabas vires imperii tui, de tàm ma-gna nave ne tabulam quidem naufragus habes. Ite nunc mortales, & magnis cogitationibus pectora implete! Ite, & opes, fraudibus captas, per mille annos diſponite. Nempè hic proxima luce patrimonii ſuir ationes inſpexit: nempè diem etiam, quo liberè omnia poſſeſſurus eſſet, animo ſuo finxit. Dii, Deæq, quàm longè à deſtinatione ſua uterque jacet.*

IO. Petri

Io. Petri Lotichij

RERVM GERMANICARVM

LIBER VI.

CAPVT I.

Iacobus, Angliæ Rex, Frid. Palatino auxilia promittit. Galliarum Rege Imperatori, contrà Bohemos, idem officii genus negante.

I.

Iacobus, Angliæ Rex, Frid. Palatino auxilia decernit.

QVanquam ſuper *Iacobo, Angliæ Rege* ſapientiſſimo, hac tempeſtate varii inciderent ſermones, multis non infimæ autoritatis viris, eum *Friderici Palatini* ad *Bohemos*, regiamque electionem tranſitum ullo pacto communi Regum cauſa, approbare, confidenter negantibus, nihilominùs tamen, ſucceſſum temporis, ab eventu contrarium patuit. Nimirum, ubi *Rex* intellexit, etiam *Palatinatum*, patrimonium videl. generi, ac nepotum ſuorum, velle periclitari, ſtatuit conquiſitis, quantis poſſet, copiis res Palatinas aſſerere. Illud præcognitum habens legatus *Hiſpanicus*, inductis variis argumentis, & quidem, inter cætera, iſthoc, tàm electionem, quàm coronationem, *Palatini* nullam eſſe, à propoſito *Regem* divertere tentavit. Sed fruſtrà fuit. Rex enim obiicienti regeſſit, jam demùm, ſuper re tota, ſeſe ſufficienter informari cœpiſſe, atque reapſe intelligere, *Deum*, qui regna prout vult, transfert, fortunamque, *Palatino* ex mera, ac pura, benignitate, cùm aliter res componi ne potuiſſet quidem, coronam illam regiam contradidiſſe. Hac de re, conſcientiæ ergò, ſeſe teneri, tàm generum, quàm filiam, legitimam regni in poſſeſſionem venientes ſuis auxiliis non defraudare. Quo nomine, in cauſa tàm æqua, ſeſe omnes *Palatini* hoſtes, ſuos facere, quicunque in ditionibus electoralibus, ac propriis, illum oppugnaturi eſſent.

Secundùm hanc declarationem, *Rex* militaris ordinis præfectos convocare, atque de eo, quibus mediis copiæ non contemnendæ, apparatu tormentario ſufficienter inſtructæ, præpari poſſint, deliberare haud deſtitit. Quam in rem à regni *Magnatibus* ingens pecuniæ ſumma collecta, atque bonam partem in *Bohemiam* tranſmiſſa eſt.

Nihilominùs, dùm arma interim præparantur, etiam mediis compoſitionis inter *Imperatorem* & *Palatinum* priùs experiri viſum eſt. Sic autem *Iacobus Rex* per legatum paciſci volebat: *Palatinus* ut in regni *Bohemiæ* poſſeſſione moneret, *Imperatori* verò aliter ſatisfieret. Eoque nomine legatus *Anglicanus* ad *Imperatorem* in *Auſtriam* profectus, nihil retulit, niſi hoc: *Imperatorem* ità ſentire: Donec vita ſuperſit, ſeſe injuriarum, à *Palatino*, & *Bohemis*, acceptarum, de meminiſſe haud poſſe, neque illum, neque illos impunè laturos.

II.

Rex Chriſtianiſſimus inclinat in partes Regis Anglicani.

EOdem tempore inter homines *Gallicanos*, ſuper rebus *Bohemicis*, varias in ſententias itum eſt. Quidam è re *Catholicorum* eſſe, *Rex* ut *Galliarum Imperatori* ferret ſuppetias, cenſuerunt, cùm niſi id fiat, magnum *Eccleſiæ Catholicæ* immineat detrimẽtum. Alij, è converſo, judicarunt, rectius factu rum *Regem Chriſtianiſſimum*, ſicubi motibus illis, *Germaniam* concernentibus, minùs accederet, ſed, Neutralis, ſicut vocant, exiſtens, tàm ærario, & ſumptibus, parceret, quàm *Germaniæ Principes*, inprimis *Palatinos*, utique de *Gallia* optimè meritos, haud offenderet. In quarum ſententiarum ultimam tandem *Ludovicus, Rex Galliarum*, pedibus ivit, eoque fine cum *Angliæ Rege*, ſub renovatione anti-

qui fœ-

qui fœderis, pepigit, ſe, quoad res *Bohemicas*, fu- ırum neutrum.

Interim, ne nomen, tituloſque, *Regis Chri- aniſsimi* fruſtrà gereret, ſuper motibus *Bohemi- s*, ſerias ſuſcepit cogitationes. Quo nomine de- ıceps ſolennem ad *Germanos* direxit legationem. âque, ut diſſidentes *Germaniæ Principes*, jam jam- ue cum exercitibus ſibi mutuò occurrentes, a- ıd conventum, *Vlmæ* habitum, conciliarentur, fecit.

III.

egati Pontificij, Hiſpanique, Galliarum Re- gem, pro Imperatore, fruſtrà interpellant.

a ſententia cùm ſederet *Galliarum Regi*, *Nun- tius Pontificius*, *Hiſpanicuſque Orator* apud *Gal- um* ordinarius, omnibus copiis à *Chriſtianiſsimo ge*, ut *Imperatori* contrà *Bohemos* ſuppetias ferret, ontendere cœperunt. Quibus hoc reſponſi da- ın eſt. Iam tùm *Regem* in *Germaniam* legatos e- iſiſſe, illi, quoquo modo poſſent, inter partes anſactionem procurarent. Illis verò denuò ex- pientibus, eò extremorum inter *Imperatorem*, *Bohemos*, deventum eſſe, ut abſque armis con- overſia componi haud quidem, poſſit ut eo ɔmine, *Rex Chriſtianiſsimus*, vel reſpectu tituli ſui, l ferendam opem depoſceretur: nihilominùs tùm ſenſum haud fuit.

IV.

ibellus, Gallicano idiomate publicatus, qui- bus Rex Chriſtianiſſimus Bohemis concilia- batur.

VT igitur *Rex*, aliquatenùs in partes *Bohemo- rum*, ac *Palatini*, inclinabundus, magis ma- ſque hac in ſententia confirmaretur, adeóque lverſus *Imperatorem* inflammaretur, invectiva, *allicano* idiomate publicari cœpit, quanquàm *chiducum Auſtriæ* familia, tùm *Hiſpanicæ*, tùm *rmanicæ*, proſapiæ, regnandi cupida eſſet, quàm ıpendiò totius orbis dominatum, regimenque u quintum monarchicum, affectaret. In eo ım multa in odium *Imperatoris*, *Regum Hiſpania- m*, etiam *Pontificis*, etiam *Clericorum*, odioſè tis detorqueantur, ne ſummis illis *Principibus* ıicquam, eorumque majeſtati, derogare videri ſſimus, obſervantiâ, ac cultu, quo ſummos agiſtratus humilimè, ac meritò veneramur, i- ıd, quicquid eſt, prætermimus. Non enim con- tia, non ſatyras, ſed hiſtorias, ſcribere, nobis de- etum eſt.

CAP. II.

Philippus, Rex Hiſpaniarum, in rem Imperatoris, exercitum in Belgio conſcribit, inque Palatinatum emittit, ſub manu Ambroſ. Spinolæ, Marchionis.

I.

Philippus, Rex Hiſpaniarum, adverſus Palatinatum, exercitum præparat.

TAmetſi igitur in partes *Cæſaris* ſub id tempus *Rex Galliarum* flecti non poſſet, nihilominùs à *Pontifice Rom.* ipſoque *Philippo*, *Hiſpaniarum Rege*, omnibus, quod ajunt, copiis, quò *Bohemi* debellarentur, certatum eſt. Quam in rem, ubi *claſsis Hiſpanica*, ſive expeditio qu. *Argonantica*, aureo vellere onuſta, ex *India occidentali* feliciter appuliſſet, *Philippus III. Hiſpaniarum Rex*, tres auri milliones in exercitum, contrà *Fridericum Palatinum Bohemiæ* tùm *Regem*, conſcribendum, illicò impendere juſſit.

Ejus de voluntate *Albertus Archidux*, *Belgii* gubernator, ultrà copias jam coactas, porrò numeroſum exercitum contraxit, ductu atque auſpiciis *Ambroſii Spinolæ, Marchionis*.

II.

Mauritius, Vraniæ Princeps, ſuper hoc apparatu Hiſpanico, movet Germaniæ Principes Co-unitos.

EO exiſtente, & quidem tanto, apparatu bellico apud *Belgium Hiſpanicum*, quantus ferè à tot annis haud compertus erat, durantibuſque tùm opportunè inter *Regem Hiſpaniarum*, & *Ordines Hollandiæ* confœderatos, induciis duodecennalibus, facile erat colligere, eas copias contrà *Palatini Electoris* patrimonia in *Germaniam* educendas eſſe. Ea propter, rerum ſuarum ut ſatagerent, *Mauritius Vranius Co-unitos Germaniæ Principes* cohortari cœpit, ſuper exercitu *Hiſpanico* certiores illos reddens, hacque phraſei militari tùm uſus: apud *Hiſpanos* id genus fila, ac ſtamina, peſſimæ notæ duci, undè poſtmodùm in *Germania* pannificia ejuſdem commatis contexenda eſſent.

III.

Principes Co-uniti, ſuper prædicta expeditione Hiſpanica, Saxoniæ Electorem interpellant.

QVa de re, prout videri poterat, confuſi ac ſoliciti, *Principes Co-uniti*, *Saxoniæ Electorem* litteris interpellârunt ſequentibus. Celare non poſſumus, inquiunt, quàm magno, ſumptuoſoque, exercitu, in *Belgio* contracto, *Spinola Marchio*, hanc in *Germaniam*, & quidem *Electoralem Palatinatum*, movere contendat.

Iam ſupervacaneum arbitramur pluribus allegare, quàm hæc peregrini militis, *Germaniſque* noſtris infeſti, inductio cum *Cæſareis* capitulationibus,

nibus, legibuſque hujus *Imperii*, pugnet, quàm miſera, atque atrox, laniena per *Imperium* excitetur, quàm horrendæ perſecutiones, cladeſque, vix à *Barbaris, Turciſque*, excogitatæ, cujuſmodi *Auſtriacas* provincias jampridèm exercuerunt, exſpectandæ ſint, & quibus bellorum incendiis omnis vicinia exponenda fuerit.

Quod ad ſummam, caputque, controverſiæ totius facit, cujus cauſa præſens expeditio ſuſcepta ſit, de eo inpræſentiarum haud laboramus. Tantùm hoc non apparet, cur in dilectam patriam noſtram, videl. *Germaniam*, hi ignes, hæc bellorum incendia, uſque ad totalem everſionem, admitti debeant.

Siquidem igitur unuſquiſque, cui tàm patriæ, quàm *Imperii*, ſalus curæ eſt, contrà id genus flammas, omnia depaſcentes, omnibus viis, mediiſque, pugnare teneatur, eòque tàm *Dei*, quàm patriæ, amore adigatur: utique eò tendit hæc interpellatio, videret nimirum *Elector*, ſalutaribuſque intervenientibus admonitionibus hoc ageret, quò iſthæc expeditio fine ſuo fruſtretur, pacis turbatio per *Imperium* impediatur, cædes, cladeſque tollantur, inſontes provinciæ, ſubditique, aſſerantur, inprimis res *Evangelica*, cum pacis redintegratione, ab interitu vindicetur.

IV.

Electoris Saxoniæ ad Co-unitos Principes reſponſio.

ACceptis illis *Co-unitorum* codicillis, hæc ferè in verba reſpondit *Elector*: Quæ, inquit, ſuper *Spinolæ Marchionis* expeditione, aliiſque id genus annexis corollariis, ad nos dediſtis, ea ad animum admiſimus. Sciatis autem, de præfati *Marchionis* expeditione, nihil certi nobis conſtare, extrà id, quod vulgò fama, & rumor, narrat. Vt hac de re aliquid ſolidi ad vos tranſſcribere haud ſit integrum. Eſto autem, expeditionem illam ità, prout rumor habet, comparatam eſſe, divinare aliter non poſſumus, indè hoc eſſe, nempè, quòd *Albertus Archidux*, cognitum habens, provincias *Auſtriacas* illas hæreditarias, ab officio, atque obedientia, tàm ſibi, quàm *Imperatori*, debita, receſſiſſe, *Auſtriamque inferiorem* à *Bohemis* interceptam, ac peſſundatam, eſſe, hanc injuriam vindicare ſit affectus, armaque, quæ caperent utique alij, ideóque ultricia præparet.

Quantùm ad nos ſpectat, notum vobis, atque in propatulo eſt, nos hactenùs curis, ſolicitudinibus, admonitionibuſque ad ravim uſque, haud quaquam peperciſſe, tametſi (quod deplorandum) toties fuerimus fruſtrà, ingratuſque hic labor noſter extiterit. Iuxtà verò haud parùm dolemus, quando, cum reliquis, hanc patriam noſtram paſſim civilibus ardere, ac perire, bellis, intuemur.

Interim, tot inter mala, ſolatii velut loco, uſuvenit, nobis prorſus invitis, ac contrà nitentibus, id genus tropica accidere. Certi proindè ſumus, ſicubi alij nobiſcum tàm ſtudioſè eundem moviſſent lapidem, nunquam eò extremorum rem fuiſſe devolutam. Iam verò denique cùm omnia paſſim injectis ignibus conflagrent, reſque in ultimis ſit iſta, nemoque ſeriam facti pœnitentiam ſuſcipiat, non videmus, quibus humanis præſidiis malo, tàm conclamato, medicina fieri poſſit. Interim, neque de eo dubitamus, futurum, ut divinitùs cœleſte aliquid ἀπὸ μηχανῆς, ut ajunt, affulgeat remedium, ſi modò hæc *Romani Imperii* moles diutiùs conſervari debeat, ut ſi non meliorem, attamen tolerabilem, in ſtatum reduci ſuſtineat.

V.

Spinolæ Marchionis conatus deteguntur.

SEcundùm hæc, oppidò conatus *Spinolæ* detegi cœperunt. Cui cùm & annonæ militaris præfecto ſuo non conveniret, dicto *Carpentirio*, ociùs hic mutatâ mente ad *Batavos* defecit. Comparatâ enim ingentis pecuniæ apud *Antuerpianos* ſummâ, is, unà cum fratre, ad confœderatos *Hollandiæ* Ordines emigravit, ubi *Hiſpanorum* conatus *Mauritio Vranio* detexit.

VI.

Mauritii Vranii ſolicitudo, ad litteræ ad Ioach. Erneſtum, Marchionem Onoltzpaccenſem.

INtellectis illis, *Mauritius Vranius*, ad omnem belli fortunam intentus, inprimis finitimis *Friſiæ* civitatibus, proſpicere cœpit. Iuxtà verò ad *Ioach. Erneſtum*, *Marchionem Onoltzpaccenſem*, ſequentibus dedit: *Spinolæ Marchionis*, profectio, inquit, tametſi differatur, nihilominùs certum, eſſe, propediem, atque ex abrupto, illum copias educturum. Inter eundem *Marchionem*, atque annonæ militaris præfectum, colliſionem ortam eſſe. Atque indè eſſe, hic ut, unà cum fratre, ad *Batavos* ſeceſſerit, omneſque *Spinolæ* conatus propalârit. Quàm primùm ergo miles ex *Italia*, ac *Burgundionibus*, ſuperveniſſet, ſecundo *Moſellæ* flumine ad *Confluentes* moturum eſſe. Cui eo loci mox *Spinola* copias ſimulatque ſuas juncturus foret. Pontem portatilem jam paratum eſſe, qui eo loci *Rheno* ſit ſuperimponendus. Vt *Spinola* jam tùm *VVormatiam* affectare perhibeatur. In quam, ceu penuarium, commeatum ſit illaturus.

VII.

Spinola, cum exercitu, movet, mittitque nomine Alberti Archiducis, ad Mauritium, Heſſiæ Principem, codicillos.

MAuritii *Vranii* præſagium mox eventus, ipſe excepit. Circà enim *VI. Id. Auguſti, Alberto Archiduci* valedicens, cum exercitu inſtructiſſimo, *Confluentes* verſus, movere cœpit *Spinola*, tanto incedens omnis generis apparatu bellico, quantus à tot annis in *Belgio Hiſpanico*, non fuerat obſervatus. Intereà *Ludovicum de Velaſco* cum copiis, haud contemnendis, pro cuſtodiendis adverſus *Mauritium Vranium* finibus, domi poſt ſe reliquit. Vbi ergò *Confluentibus* appuliſſet, *Rhenum* ponte ſternens, copias trajecit, litteraſque, nomine *Alberti Archiducis*, ad *Mauritium*, *Heſſiæ Landgravium*, ejuſ-

juſce tenoris, emiſit: Poſteaquàm *Rex Hiſpaniarum*, atque *Archidux* ipſe, ipſo facto experti fo-ent, quàm iniquis modis, atque ullum citrà me-itum, res totius *Archiducalis* familiæ periclitaren-ur, ſuarum partium fuiſſe, in cauſa hac commu-ii, diutius haud dormitare, ac connivere, ſed, ne xitio omnia involvantur, maturiùs evigilare. Quo omine cùm inſtructum verſus *Electoralem Palatinatũ*, cæteroſq; perduelles, exercitũ eduxerit, amicè ntercedere, ac monere, vellet *Landgravius Imperatoris* partibus accedere, aut ad minimum *Palatino*, juſque complicibus, haud auxiliari. Iuſtiſſimam ſſe *Imperatoris* cauſam. Quam utique mundus pprobet univerſus. Vt ex adverſo, contrà o-nnia tàm divina, quàm humana, jura *Palatinus*, *ohemiæ* regnum intercipiendo, peccârit. Quibus ccedit, nedùm ab ipſomet *Imperatore*, nedùm *Archiducibus Auſtriacis*, ullo pacto *Landgravium* of-enſum, læſumque, eſſe, ut hanc cauſam ſuam acere ideò non debeat. Vice verſa ſeſe tàm *Hiſpaiarum Regis*, quàm proprio, nomine, *Landgravio* onteſtatiſſimum facere, futurum, ut, ſi *Imperatoris* cauſæ aut favere, aut ad minùs neuter, ut vo-ant, eſſe, vellet, tàm has præſentes, quàm inpo-terum exſpectandas, contrà *Palatinum*, ejuſque ocios, copias nullam *Landgravio*, ejuſque ſubdi-is, noxam illaturas, ſeſe verò cum illo, ſub ami-itiæ mutuæ fide, atque obligatione, deinceps ontinuaturum, perſeveraturumque, eſſe.

VIII.

Spinolæ Marchionis, ad Durlacenſem Marchionem, litteræ.

IPſe verò *Spinola* ad *Durlacenſem*, ſic dedit: Simul-atque, inquit, cum exercitu è *Burgundionibus Belgicis* pro *Imperatore*, ab *Alberto Archiduce* col-ecto, his in finibus appuliſſet, intermittere on potuiſſe, quin hanc in rem certiorem illum edderet. Illud autem ab *Imperatore* ſeriis ver-is ſibi eſſe injunctum, *Durlachii* provinciæ, ſub-itiſque, parceret, potiuſque cum eo amiciti-m iniret, coleretque.

Ideóque ἐς ἀμοιβὴν, ut ajunt, hoc ſibi promit-ere, fore, ut *Durlachius* eandem in intentionem nclinet, *Imperatorique*, cauſam utique juſtiſſi-iam foventi, vel accederet, vel ad minùs reſiſte-e, ac contrariari, nollet. Quo eventu, nomine *Cæſaris*, ſeſe illi confirmare, ac promittere, à ſuo uidem exercitu nequicquam adverſi exſpectan-um eſſe.

IX.

Spinolæ litteræ, ad Senatum Mœno-Francofurtenſem.

Idem, cùm rumor increbuiſſet, hac expeditio-ne ſuâ *Francofurtum* peti, talibus ſeſe *S. P. Q. Mœno-Francofurtenſi* exculpavit: Se ſe quidem cum xercitu hoc *Hiſpanico*, ſive *Burgundico*, pro *Imperatore* ab *Alberto Archiduce* conſcripto, in fini-us appuliſſe, tantùm verò abeſſe, ut contrà ci-itatem quicquam moliatur, atque in mandatis habeat. Vt potiùs tàm ipſis, quàm eorum ſubditis omnem benevolentiam declarare, de voluntate *Imperatoris*, & debeat, & velit. Si itaque, quod ſibi quidem ab illis promittat, in fide ergà *Imperatorem* deinceps perſeverent, , benè eſſe, nec quicquam periculi præmetuendum venire.

X.

Senatus P. Q. Francofurtenſis, litteras ſecuritatis, ut vocant, à Spinola Marchione & petit, & impetrat.

EA *Spinolæ*, litteris conteſtata, declaratio ubi à *S. P. Q. Francofurtenſi* gratanter eſſet accepta, mox, per legatos, ulteriùs contendere ab illo cœperunt, commeatu, tranſituque, quamdiu cum exercitu in *Imperio*, futurus eſſet, parceret, hancque in rem litteras, ceu vocant, ſecuritatis impertiretur.

Quam eorum in petitionem ille pedibus ivit, illiſque ferè verbis immunitatem tùm rogantibus conceſſit: Bonâ fide, inquit, verbiſque, Principe dignis, ſeſe promittere, ac condicere, fore, ut ſub nullo quoviſcunque colore, aut prætextu, *Francofurtenſium* ſive civitati, ſive bonis, cum exercitu nocere, neque hoſtile quicquam in eos admittere, aut præſidio, ipſis obtruſo, gravis eſſe, velit. Id quod certo certius *Conſules*, *Senatuſque*, ſtatuerent. Quarum in fidem vel conceptis hiſce verbis, litteriſque obſignatis, cavere voluerit.

XI.

Eædem ſecuritatis litteræ tàm ab Imperatore, quàm Alberto Archiduce, Francofurtenſibus conferuntur.

EAndem in ſententiam, quamvis verbis paulò prolixioribus, *Imperator* ipſe *Francofurtenſibus* confirmavit, ſeſe juſtâ in perduelles vindictâ ferri, adeóque de neceſſitate animadvertere teneri. *Francofurtenſibus*, cæteriſque *Imperii*, *Principibus*, *Ordinibuſque*, nihil periculi ſubeſſe. Modò in fide, atque obedientia, permaneant. *Cæſarem* enim, juxtà *Imperii* leges, ac conſtitutiones, cõventuſque *Mülhuſini* decreta, omninò cum exercitibus acturum, progreſſurumque, eſſe. Vt potiùs, ſi quis in eos inſurgere auſit, à *Spinolæ* copiis auxilium, quàm damnum, exſpectare debeat. Par, eademque, codicillis facta, declaratio fuit *Alberti Archiducis, Belgii Hiſpanici* gubernatoris. Quæ omnia ejuſdem ſaporis huic loco attexere velle, ſupervacaneum ſit futurum.

XII.

Ad Mauritii, Heſſiæ Landgravii, ſuper expeditione illa Hiſpanica, monitoriales, Electoris Saxoniæ reſponſum.

CÆterùm ſuper exercitu illo *Hiſpanico*, contrà *Palatinatum* ingruente, *Mauritius*, *Heſſiæ Landgravius*, *Electorem Saxoniæ* monere haud deſtitit: cui *Saxo* ſic ferè repoſuit: *Spinolam Marchionem*, inquit, cum exercitu, jam tùm apud *Francofurtum* appu-

liſſe,

liſſe, ſeſe ex fama diſcere. Aliundè verò atque ab ipſoſmet *Alberto Archiduce*, ſeſe habere, expeditionem illam eò tendere, quò *Imperator* regnum, provinciaſque, contrà juſque piumque omne, omnemque cauſæ cognitionem, interceptas, recuperare queat. Interim, eam mentem neque *Imperatoris*, neque *Hiſpanicæ* illius expeditionis, eſſe, quenquam *Imperii* ſive *Principum*, ſive *Ordinum*, eo ſub prætextu, onerare. Niſi ſint, qui ejuſce expeditionis curſum inhibere, contràque *Imperatorem* adverſæ parti accedere, auſint. Quo nomine tàm ab ipſomet *Imperatore*, quàm *Archiduce*, atque *Spinola*, dubio procul cautum utique eſſet.

Quandoquidem igitur illi incognitum haud ſit, quibus à biennio graviſſimis injuriis, atque exceſſibus, à *Bohemis*, eorumque ſociis, ſævitum eſſet, quàm injuſtè, indignèque, *Imperatorem*, antè in *Regem* ſuum electum, coronatum, unctumque, atque homagij ſacramento confirmatum, immò etiam ſub comitiis *Francofurtenſibus*, ab *Electorum* collegio miſſum, in conclave, ac ſeſſionem, introductum, citrà ullam cauſæ cognitionē, rejeciſſent, novam contrà electionem deſignâſſent, in novas, inſolitas, *Turcicaſque*, confœderationes, pro peſſimæ cauſæ ſuæ patrocinio, tranſiiſſent, utique nemini hoc mirum videri poſſe, ſicubi *Imperator*, omni jure licitam, defenſionem arripiat, eòque omnibus viribus allaboret, quò regnum, provinciaſque interceptas, recuperare poſſit. Eo ſenſu neque agnatis *Cæſareis*, neque fidelibus *Imperii* membris, vitio verti debere, ſicubi, tàm neceſſario tempore, *imperatori*, tot difficultatibus, hoſtibuſque, implicito, ſuccurrere, eidemque ablatas tàm indignè provincias, juſto titulo acquiſitas, vindicare, atque aſſerere, annitantur.

Quem in finem, præeuntibus ipſius *Alberti Archiducis* intimationibus, cùm expeditio *Spinolæ* dirigatur, non liquere, quo pacto *Landgravii* ditionibus quicquam metuendum ſit, niſi ſeſe *Cæſari* opponere, Cæſareiſque hoſtibus adjungere, malit. Seſe quidem meliorem hujus temporis ſtatum, ac faciem, peroptâſſe, admonitionibus, interventionibuſque crebris, urgere minimè deſiiſſe. Quò minùs autem voto hoc potiri æquum fuerit, non quidem per ſe, ſed per illos, ſtetiſſe, qui oleū, ut ajunt, camino, ſive ignibus, addere didiciſſent. Fruſtrà ergò cùm ſuo loco ſit laboratum, alij verò jam hos ignes, atque incendia, quibus *Imperium* nunc ardeat, ſufflaminârint, ſe ſolum extinguendis flammis iſtis haud ſufficere, adeòque, quomodocunque alea deinceps ceciderit, *Deo*, & fortunæ rem committere, præſertim, cùm omnia, præter voluntatem ſuam, eveniant, ſibique imputari haud ſuſtineant. *Deū* quapropter ſe orare, ut meliora cōſilia ſuggerere, reſque ad finem, benè complacitū, dirigere, velit. De confœderatione hæreditaria, quod moneat, benè eſſe. Neque ſe ejus, modò *Landgravius* intrà terminos ſe contineat, immemorem fore.

XIII.

Ejuſdem Saxoniæ Electoris, ad ejuſdem commatis intimationem Ioannis Palatini, Ducis Bipontini, Vicarii Heydelbergenſis, reſcriptum.

QVantùm autem, *Spinola* cum exercitu intrà ditionem, ac fines, recepto, tùm ab inſontibus *Electoralis Palatinatus* incolis trepidari cœptū ſit, facilis conjectura eſt. Qua de re ſolicitus quoq; *Ioannes Palatinus, Dux Bipontinus, Vicarius Heydelbergenſis*, conſilij cauſa, *Saxoniæ Electorem* interpellavit. Is autem hujuſce modi reſponſum tulit. Quod ad expeditionem *Alberti, Archiducis* attineret, varios hûcuſque, ſed incertos, ad ſe rumores delatos eſſe, ut ſolidi aliquid determinare vix potuerit. Iam verò, cis paucos dies, ſe ab *Alberto Archiduce* ipſomet erudiri cœpiſſe, quem in finem exercitus ille conſcriptus, emiſſuſque, ſit, ut alium ſcopū præ ſe non ferat, niſi ut *Imperatori, Archiducumque* familiæ, autoritas, provinciæque debitæ, conſerventur. Quorſum autem, & adverſus quos, exercitus ille potiſſimùm dirigatur, iſtud ſibi quidem in particulari indicatum haud eſſe. Interim procul abeſſe, ut contrà fideles *Imperii Principes*, tranſactionemque pacis *Religioſæ*, hæc acies dirigatur. Vt etiam *Bipontinus* in eo ſuaviter erret, dùm arbitratur, ejuſmodi, decretum è *conventu Mülhuſino* emerſiſſe, cùm bonâ fide teſtari poſſit, neque tùm vel mentionem quidem *expeditionis* hujuſce *Hiſpanicæ* incidiſſe, actis pro ſe abundè loquentibus.

Illud verò, illud, inquit, judicatu fuiſſe facile, *Archiduces Auſtriacos* has illas iſtas injurias *Bohemorum*, ſanè atroces, hos iſtos triſtes, inuſitatoſque exceſſus, proceſſuſque, haud, abſque ulciſcendi animo, intuituros, toleraturoſque, eſſe. Vt neque *Imperator* oſcitanter agere, aut connivere, poſſit, quin regnum, provinciaſque, juſto titulo acquiſitas, ultricibus armis aſſerere, immò etiam provincias *Auſtriacas* hæreditarias, à fide, atque obedientia, recedentes, ſeſeque hoſtilibus fœderibus mancipantes, aliaque id genus, ſeditionis plena, negotia agitantes, impunè dimittere debeat. In ipſo limine ſe ſalutaria *Palatino Electori* ſuggeſſiſſe conſilia, parceret nimir. calido, ac flammanti propoſito, ſegniùſque ad ea flecteretur, quæ nullo jure eſſent conceſſa.

Vt jam cauſam, *Bohemorum*, quo jure, quaque injuria, ad novam electionem forent progreſſi, ventilare velit, neque ſui propoſiti, neque hujus loci eſſe, ut etiam *Bipontino*, diverſum ſentienti, aſſentiri nequeat. *Apologeticas* utrinque deductiones proſtare, quas in medio relinquat. Vt nedùm ſuper hoc dubitet, tàm in *Imperatorem*, quàm *Auſtriacos*, rebus ſuis eſſe defuturos.

Quid in *conventu Mülhuſino*, poſt dilgentem cauſæ inſpectionem, deliberatum fuerit, codicillos, ad *Electorem Palatinum*, *Ordines Bohemiæ*, ſociarumque *Provinciarum*, dimiſſos, evidentes eſſe teſtes. Certè totius *Imperii*, *Electorumque* intereſſe, ut, quantis maximis fieri poteſt viribus, tumultuationibus id genus periculoſis, maturiùs eant obviàm, cùm aliâs, niſi, cauſis urgentibus abundè graviſſimis hoc agant, à cæteris *Chriſtiani* nominis *Magnatibus*, unàque ſera poſteritate, hanc ob ſomnolentiam ſuam excuſari ne poſſint quidem.

Nihil ſibi priùs, antiquiuſque, eſſe, quàm

uto-

ut omnia ad priſtinam tranquillitatem queant reduci. Hanc in rem modò non conſilia, ſed opetas, toties locâſſe. Remediis autem, mediiſque caſu velut in deſperato, nihil ampliùs proficientibus, incendiiſque bellicis omnia populantibus, ut humanâ penè ope tantum vulnus ſanari non poſſit, præſertim, cùm id genus homines dentur, qui ignibus plus olei, quàm aquæ, pleno modio ſuperaffundant, utique tempeſtatem iſtam abominari ſe poſſe, emendare haud poſſe.

Interim, cùm ipſe *Elector* incendiis, ac procellis, iſtis cauſam, fomitemque dederit nullum, ut potiùs contrà præſentem rictum ſeſe toties objecerit, adeóque jam deniqve ipſe, tametſi invitus, arma parare adigatur, unicam ſpem ſupereſſe, *Deum*, pro omnipotentia ſua, tandem interventurum,, cauſæ piæque, bonæque, ab alto patrocinaturum, adeóque lernam iſtam tandem, prout ſalutare utrinque ac commodum utique futurum ſit, expugnaturum, eſſe.

XIV.

Imperator, Ordines Saxoniæ inferioris, ſuper exercitu Spinolæ, confirmat.

POſteaquàm igitur *Imperator*, prout viſum eſt ſupra, præeunte legatione ſplendidâ, cujus *Saxo-Lavvenburgicus* caput erat, *Daniæ Regi, Principibuſque Saxoniæ inferioris*, injurias, quibus à *Bohemis*, eorumque complicibus, in abalienãdis regnis, provinciiſque, juſto titulo ſibi acquiſitis, peteretur, intimari curâſſet, mox etiam *Ottonem Melandrum*, C. conſiliarium, miſit inſuper, qui, ſuper expeditione *Hiſpanica*, aliiſque armorum apparatibus, eundem *Daniæ Regem, Saxoniæque inferior. Principes*, erudiret. Scopus autem, ſive contenta, legationis illius erant illa: *Imperatorem* nempè verbis, *Cæſare* dignis, *Daniæ Regi, Principibuſque Saxoniæ inferioris*, confirmare, expeditione illa *Hiſpanica*, aliiſque apparatibus bellicis, nihil magis à ſe quæri, niſi ut regnum, provinciaſque, per ſeditionem, ac ſim ablatas, interceptaſque, recuperare quitus ſit. Tantùm igitur abeſſe, ut vel in *Imperii* leges, conſtitutioneſque, peccare, vel pacis *Religioſæ* trãſactionem labefactare, aut quenquam, *Imperii Principum*, niſi is *Bohemis*, cæteriſque perduellibus, adhæreat, offendere cupiat. Vt potiùs, ſecundùm conventus *Mülhuſini* decreta, agere, fideleſque *Imperii Principes, Ordineſque*, ſi opus ſit, tueri, ac defendere, ſit affectus.

Quæ intimatio *Cæſaris* cùm *Daniæ Regi*, cæteriſque *Principibus*, non ingrata eſſet, reſponderunt, ſe ſimulatque, à majoribus ſuis cum *Archiducum Auſtriæ* familia ſancitam amicitiam, fidemque, atque obedientiam, ſartam tectamque conſervare, nihilque ad ſinceri affectus, officiorumque, contestationemque reliqui facere velle.

XV.

Idem Equeſtribus ad Rhenum, & per VVetteraviam, litteras ſecuritatis indulget.

VIcubi *Imperator*, ſuper expeditione *Spinolæ*, ejuſqueſcopo, *Principes Imperii* erudiiſſet, confirmâſſetque, etiam *Equeſtribus ad Rheni*, *VVetteraviæque* partes, *Cæſaris* tutelam, ac protectionem, implorantibus, modò ſeſe nunc, & in poſterum, perduellibus *Bohemis*, eorumque aſſeclis, ac coryphæo, contrà jus, piumque, omne, faſces regios uſurpanti, abſtinerent, litteras protectorias ſequentes indulſit: *Imperatorem* notum facere *Imperii Electoribus, Principibus, Ordinibus*, ſubditiſque in univerſum omnibus, itemque militiæ præfectis, tribunis, atque officialibus, quibuſcunque, ſingularibus de cauſis *Equeſtres* ad *Rheni, VVetteraviæque* partes, unà cum bonis, ædibus, reliquiſque ad eos pertinentibus, in tutelam, ac protectionem, ſuam ſe recepiſſe, ità, ut hoc protectorio, hoc indulto, donec per *Imperium* turbæ iſtæ bellicæ deſæviant, uti frui debeant. Ità tamen, ut copias *Cæſareas*, illâc tranſeuntes, commeatu, conſilio, operâque, juxtà leges *Imperii*, juvare obligati eſſent.

Quæ quidem protectio *Cæſarea* ut in actum deduci, atque obſervari, poſſit, liceret omnibus, ac ſingulis, ſub *Aquilæ, Cæſariſque*, inſignibus, domus, prædiaque ſua velut obſignare, ac communire. Denuò itaque *Imperatorem* omnibus, & ſingulis, antedictis, mandare, *Equeſtres* illos, vigore ejus protectorij, nullo modo turbarent, læderentque, pœnâ in delinquentes quinquaginta marcarum auri puri conſtitutâ, parte fiſco *Cameræ Imperialis*, parte *Equeſtribus* antedictis, cedente.

Secundùm hoc diploma, *Imperator* porrò, cõdicillis, ad *Spinolam* exaratis, illi pariter ſeverè interdixit, parceret nempè *Equeſtribus Rheni*, ac *VVetteraviæ*, Ordinibus, tanquam *Imperii* membris, ac ſubditis, eoſdemque, modò in obedientia, ac fide, ergà *Cæſarem* permaneant, priſtinæ libertati reſtitueret, atque, ſub *Aquilæ* umbrâ prædicto protectorio gaudere permitteret. In refractarios, verò perduellibuſque adhærentes, ſecundùm ſeveras, armorum, bellique, leges, ſuo tempore, & loco, animadverteret.

CAP. III.

Ferdinandi Imperatoris adverſus Bohemos, ad Electorem Saxonem, rogatio.

I.

Imperator, ſuper proſcriptionis, ſive banni, fulmine, adverſus Fridericum Palatinum, deliberat.

FRiderico *Palatino* interceptum *Bohemiæ* regnum, unà cum adjunctis provinciis, inſuper habitis tot ad illum tam *Imperatoris*,

quàm *Electorum*, emiſſis dehortatoriis, increpatoriiſque, per contumaciã tantũ non demorante, ſed etiam primogenitum ſuum, *Henricum Fridericum*, favore *Procerum*, ſucceſſorem regni jam tùm declarare, *Imperator*, ceſſione utique deſperatâ, quantò ociùs ſive banni, ſive proſcriptionis, fulmine in *Palatinum* ut animadverteret, deliberare cœpit. Quem in eventum, poſt *Idus Majas*, *Io. Georgium*, *Comitem Hohenzolleranum*, ad *Saxoniæ Electorem*, *Bavariæque Ducem*, ablegavit, modò non, ſuper proſcriptione *Palatini*, cum illis ageret, ſed, ut exercitus, pro *Imperatore*, contrà *Bohemos*, ſocioſque quàm maturrimè educerent, illis autor eſſet. Eadem operâ ad *Moguntinum* dedit. Nempè etiam hic *Elector* in medium conſuleret, quid de proſcriptione fieri debeat, utrum è re eſſet, *Imperii Ordinibus* comitia indicere. Vel utrùm abſque eâ conventus *Ordinum* publicatione, proceſſus formari poſſet? Si conventum indicendum putaret *Elector*, *Cæſarem* de neceſſariis ad eum præparatoriis proviturum eſſe. Et jam ad *Saxonem*, *Bavarumque*, legatum præmiſiſſe, ille conſilia, menteſque, eorum ut exploraret adeóque, cum ſuppetiis ferendis ulteriùs ne cunctarentur, ſolicitaret. Quo reſpectu cùm *Saxo*, intuitu *Proteſtantium*, videri poſſit cunctabundus, ac tardior, operæ pretium eſſe, ejus ut haberetur inprimis ratio, caveretur que ſuper eo, *Confeſſionem Auguſtanam* nullo quidem pacto ſub periculo, ac diſcrimine futuram.

II.

Imperator Saxoni confirmat, rem Evangelicam, id eſt, Confeſſionis Auguſtanæ axioma, extra diſcrimen futurum.

Atque, hoc nomine, *Imperator*, *VIII. Non. Iunias*, datâ induſtriâ, *Saxoni* hunc ſcrupulum eximere cœpit: Cùm, tantis ſub difficultatibus, eâ ergà *Saxonem* animi confidentiâ, atque affectu, feratur, ut omnia ſibi de eo promittat, quæcunque *Imperator*, urgente rei neceſſitate, ab *Electore Imperii* fideli, *Rex Bohemiæ* verò à finitimo, veterique atque antiquo, fœdere conjuncto, *Principe*, expectare poſſit, ac viciſſim eodem in caſu illi repromittere, debeat. Hanc in rem ſe illi fide bonâ, germanâ, ac ſincerâ, conteſtari, hanc ipſius, cæterorumque, expeditiones, verſus *Bohemos* ſuſcipendas, minime eò tendere, ut *Auguſtanæ Confeſſioni*, addicti, periclitentur. Sed ut ſeditioſi, ac perduelles opprimantur. Ex adverſo verò apud obedientes, fideleſque, ſubditos *litteræ Maieſtaticæ*, *Religioniſque Evangelicæ* exercitia, revocentur.

Interim, neque *Imperatoris*, neque *Saxonis*, rebus quicquam proficere, ſi *Calviniani*, *Imperii* hoſtes, per *Bohemiam*, aliaſque provincias, criſtas tollant, ſubque prætextu *litterarum Majeſtaticarum* periculoſa conſilia fabricent, omniaque tàm ſacra, quàm profana, perturbent. Semel hoc *Imperatorem Saxoni* conteſtaſſimum etiam, atque etiam, facere, omnia, quà *Religionis* tranſactionem, promiſſa, pacta, ac decreta, ad amuſſim rata, atque reapſe ſarta tecta, futura eſſe. Vt etiam veteres *Hußitæ*, ſuam juxtà tranſactionem illam, priſtinis privilegiis gaudere debeant. Quo nomine ad ſinceram, conſtantemque amicitiam, ac benevolentiam, *Saxoni* deinceps declarandam, quovis tempore, locoque, *Imperatorem* nihil reliqui facturum.

III.

Imperatoris rogationi Saxo aſſentitur.

PRæeuntibus illis *Cæſaris* conteſtationibus *Saxo* permotus ulteriùs haud reſtitit, quin *Bohemiæ* regnum, ſociis cum provinciis, priſtino ſuo domino, nempè *Cæſari*, teſtituere conniteretur. Interim, ut *Bavarus* prius educeret, optâſſe viſus eſt. Quòd autem *Imperator* urgeret in *Sileſios*, ſive *Luſatos*, expeditionem ſuam dirigeret, *Saxo*, aliquantiſper dubitare cœpit. Ne ſive *Bohemi*, ſive *Co-uniti*, in *Saxoniam* intereà impreſſionem facerent, præſertim, cùm copiæ *Anglicanæ* iis in finibus tantùm appuliſſent. Hac de re vel *Cæſari*, ut proſcriptionis fulmine in *Palatinum* tùm uteretur, autor eſſe noluit, cùm iſta publicatio, abſque executione præſente, foret irrita, ac penè proſtitutæ autoritatis. Ne itaque invito *Saxone* quicquam tùm ſuſciperet in publicis *Cæſar*, datâ operâ & cavere, & proſcriptionem extrahere, maluit.

IV.

Mandatoriæ Cæſaris litteræ. Quibus Saxoni expeditionem in Bohemos committit.

NE autem vel æmulatione (quod multis tùm videri poterat) vel invidiâ ductus *Saxo* in *Bohemos*, ejuſdem ſecum confeſſionis homines, moveret, ſatiùs eſſe duxit, ſi *Cæſaris* mandato juxtà ſeſe adverſus invidiam armaret. Tales autem *Cæſaris* erant mandatoriæ; In quod perturbationum, inquit, periculorumque barathrum tàm *Bohemiæ* regnum, quàm provinciæ cæteræ, ſeſe præcipitârint hactenùs, ſubditique perduelles, inſuper habitis quibuſcunque admonitionibus, conceſſionibuſque, citrà omnem honoris, famæ, pudoriſq; reſpectum, recalcitrare, atque hoſtilibus in armis ſeſe opponere, auſi fuerint, prolixiori inductione velut recapitulare, opus quidem haud eſt. Cùm igitur certum ſit, niſi malorum iſti lernæ tempeſtivum quæratur remedium, mox alias aliaſq; provincias illud contagium corrupturum, totique *Imperio* extremam noxam illaturum eſſe; ideóque omnes nervos, vireſque, illuc intendere decretiſſimum eſt, quouſque ſubditos perduelles in ordinem reductos, regnumq;, ac ꝓvincias, vi, doloq;, interceptas, recuperatas videamus. Quaꝓpter nos hæredeſq; noſtri, intervẽtione fœderis, ac cõpactorũ hereditariorum, *Bohemiæ* regnũ, *Electoralemq́ Saxoniã*, concernentium, tùm jure feudorum *Bohemiæ*, ſiquidem ſingulari, præcipuaq; ergà te confidentiâ afficiamur, non potuimus non hanc tuis humeris provinciam imponere, daret nempè *Elector* operam, ut ignes tumultuationum id genus graviſſimarum iis in finibus, in quibus primitùs excitati ſunt, poſtliminiò, conſopiantur, paxque, tot votis expetita, in triumphum ducatur. Quo nomine poteſtatem facimus, concedimuſque ampliſſimam, expeditio tua adverſus *Bohemiam*, quocunq; loco opportunũ fuerit, quãtò ociùs dirigeretur, omniaq; ea, quæ in rẽ noſtram

oſtram videbuntur,efficerentur.Sic arces , oppi-
a,civitates,pagoſque occupabis,perduelles , cum
mnibus complicibus,fundes,diſperges,perſeque-
s,veniam deprecantes fideleſque,ſive *ſub Vna*,ſive
b Vtraque fuerint,in gratiam admittes, defendeſ-
ue,in ordinem ſive verbis,ſive armis redactos,no-
ro nomine,cum reſervatione homagii noſtri hæ-
editarii,juramento aſtringes , refractarios verò,
 pœnitentiam non emendantes,ſeveris belli legi-
us compeſces.Ad ſummam,ea omnia , quæcunq;
l recuperandum *Bohemiæ* regnum noſtrum, redu-
endos ad officium ſubditos, paciſque triumphan-
s reſtaurationem,è re noſtra videbuntur, efficies.

V.

*nperatoris,ad utriuſque Sileſiæ Principes, Or-
dineſque,Monitoriales litteræ.*

Odem tempore,ad *Sileſios*, totidemque verbis
Luſatos,Imperator emiſit monitoriales.Quarum
a fermè fuit ſententia:Poſteaquàm optimè com-
eminiſtis, inquit , quo modo nos , temporibus
atthiæ Imp. & *Regis*,tanquam *Ferdinandi Imp. Bohe-
æ,Regis*,atque *Annæ* reginæ,regni , *Bohemiæ* hære-
s, nepotem,tenore,ac decreto,diætæ veſtræ pro-
ncialis,pro *Rege*,ac ſummo *Duce* , veſtro deſigna-
s,publicaſtiſque,unáque tàm nobis,quàm hære-
bus noſtris,homagium hæreditarium , tanquam
legitimo,& unico ſucceſſori veſtro, unanimiter,
que ordine,pręſtitiſtis:quo nomine nos vice ver-
,ab exceſſu agnati,ac parentis, illius noſtri , qui
idem,ad extremum uſque vitæ halitum , vobis
æfuit , vobis,juxtà datam obligationem, privile-
 veſtra, per peculiarem ad conventum veſtrum
atulavienſem,miſſum,delegatum , cōfirmare cœ-
nus , ſicut & tùm quidem à vobis acceptatum,
indéque hunc uſque in diem ratum,fuit. Secun-
m hæc,parùm,nihilque,dubitatum eſt,vos,mo-
atq; exemplo,majorum veſtrorum , hodieque,
O inprimis debitum honorem,nobis verò , *Regi*
ſtro legitimo,juxtà tenorem jurium tàm divino-
m,quàm humanorum,obedientiam , præſtitu-
s, *Auſtriacæ* familiæ noſtræ clemens regimen , be-
gnamque tractationem , à tot annis continua-
n,ad animos admiſſuros , adeóque condignam
nſtantibus ſubditis,vaſalliſque,fidem declaratu-
s fuiſſe. Sed eventus oppidò contraria docuit.
um,vel in limine aditi noſtri regiminis,non vere-
ndati eſtis,nobis certas præſcribere conditiones,
reditariam noſtram in *Bohemiæ* regno , cæteriſq;
ncipatibus noſtris hæreditariis,ſucceſſionem (quā
idem majores veſtri ſummâ conſtantiâ aſſerere,
que,contrà oppugnantes,omnibus tàm vitæ,quâ
tunæ,bonis defendere, ſoliti ſunt) in dubium
care,fidem,jusjurandumque,*Ferdinando Imp.* ac
gi ejuſque hæredibus,præſtitum,violare,privile-
,magnam partem à familia noſtra olim collata,
que deque habere,ac tandem , ſequeſtratis fide,
edientiâ,ac ſubmiſſione,omni, crimen , & rea-
n,tàm Cæſ. quam regiæ,majeſtatis læſæ, vos ul-
 præcipitare,hoſteſque manifeſtos,pro ſubditis,
ræſentare.

Quanquam autem jampridem in vos, ob perti-
cem id genus perduellionem debitarum pœna-
n irrogatione,animadvertere potuiſſemus , ni-
hilominùs tamen hûcuſque ſeveras executionis le-
ges poſthabuimus,non ignorantes , veſtrûm pau-
ciſſimos hanc in ſeditioſam factionem conjuraſſe,
unáque,ejuratis iuramento,ac fide,concluſiones i-
ſtas *Pragenſes* confirmaſſe.Intereà dùm nobis, tan-
quam *Imperatori,Regi*,ac domino,veſtro, incumbit,
ſubditorum id genus adverſus ſupremum,& legiti-
mum,magiſtratum ſuum , perduelliones non tàm
coërcere,quàm hæreditariam ac congenitam mā-
ſuetudinem,fovere.Hoc fine intermittere non po-
tuimus,quin *Electori Saxoniæ*,legato utique noſtro,
poteſtatem plenariam faceremus , ille noſtro no-
mine,educto juſto exercitu in perduelles iſtos ut a-
nimadverteret,tàmque pœnas ſeditioſis , ac refra-
ctariis,irrogaret , quàm cum obedientibus in gra-
tiam rediret.

Quocircà omnibus,& ſingulis,utriuſq; tàm *Si-
leſiæ*,quàm *Luſatiæ*,incolis,mandamus, iſti omnes in
univerſum ad edictum *Saxoniæ Electoris* illicò com-
parerent, dicto audientes eſſent , propriæ ſalutis
meminiſſent,neq; ampliùs ſeſe ſeduci paterentur.
Inprimis verò iſthoc in memoriā revocarent, pau-
cos numero eſſe,ſeditionum , perduellionumque,
autores , & vomicas , quorū cauſsâ univerſi pericli-
tentur. Cùm illis igitur , quicunque inpræſentiarū
pœnitentiam emendantes, dictoque audientes , e-
runt, *Elector*,noſtro nomine,redibit in gratiam , cū
cæteris verò perduellibus,ac pertinaciter refracta-
riis, lege belli , ſeverè experietur. Id quod jam ipſe
effectus dabit.

Et ne quis denique,ſive conſpirationes, ſive cō-
fœderationes, mutuóque datas , obligationes id
genus,cauſſari poſſit,ecce! omnia iſta pacta, ac cō-
venta,tanquam nos contrà , *Regem* , dominiumque
hæreditarium pugnantia , omninò irrita facimus,
annihilamuſque, ad ſummam , autoritate *Cæſarea*
quoſcunque à juramento,fideque,contrà iura da-
ta,pleniſſimè abſolvimus,pariterque,veniam peti-
turis,ſuper perjurii crimine, firmiter cavemus. Iſta
enim iſtius fœderis extractio , nihil aliud eſt , niſi
perduellionis,perjuriique turpiſſimi, confirmatio.

CAP. IV.

Ad Saxoniæ Electorem quorundam Luſatiorum dehortatoriæ.

I.

Ex Luſatis Evangelici quidam Equeſtrium, Saxoniæ Electorem,ne in proximos , Evangelicoſque , moveret , prolixa inductione dehortantur.

QUâ prolixâ inductione è *Luſatis* quidam *Equeſtrium* uſi ſint , *Electori Saxoniæ* hanc mentem in ſe,utiq; vicinos, ejuſdéq; confeſſionis addictos exercitum educendi,ut excuterent, unáque inſtantem expeditionem retardarent, jam diſpiciemus. Tales autē fuêre deprecatoriæ, ſive quiritatoriæ,illorū : Nunciū ſatis triſte ſe perturbaſſe,

 quòd

quòd *Elector Saxoniæ* contrà vicinas provincias educere, eaſque ſeveris armorum legibus coërcere, conſtituiſſet. Idque non alia de cauſſa, quàm quòd ab *Imperatore* hoc ipſum, tanquam legatus, in mandatis habeat, videri natum eſſe. Iam, ipſo in limine, longè inferiores eſſe ſeſe, quàm ut ſuper tanti momenti, ac ponderis, rebus quicquam interfari, ac cognoſcere, debeant. Ut etiã ſatius ſit futurum, ſi reſpectu totius *Imperii* ad animum admiſſo, digito labella compeſcant, illiſque *Harpocratis*, ſivè *Sigalionis*, ſigillum imprimant. Superiorum etiam ſuorũ, nimirum *Regis, Ordinumque*, has eſſe partes, huic Provinciæ ut proſpiciant, ut neque illis hoc loco prævaricari auſint. Interim, cùm ea expeditio in ſe, ſuoſque, utique in finitimis, ſive limitibus, poſitos, ſuſcipiatur, ut tàm de vita omnium ſuorum, quàm qualibuſcunque, hoc triſti tempore relictis, facultatibus, agatur, manifeſtamque, atque ultimam, ruinam inſtare, præcogitent, neceſſitatem evidentem poſtulare, ut, antequàm opprimantur, cum humilis modeſtiæ præfatione, quiritent, inque *Electoris* ſinum, utpote à quo potius protectionem, quàm hoſtilitatem, exſpectent, triſtes ſuas querimonias, ac lamentationes, effundant, ſub ſpe, futurum, ut, dùm quicquàm præſcribere nunquam in animum induxerint, *Elector* ſuſpiria, & lacrymas, ſub rerum id genus inſtantium triſti, eventu gementium, atque afflictorum hominum, ac clientum, reiicere à limine gratiæ ne velit.

Initiò, ex hiſtoricorum, politicorumque, monumentis, inprimis verò ſacroſanctis oraculis noſtris, cognitum eſſe, in expeditionibus bellicis antè omnia ad cauſſæ bonitatem reſpiciendum venire. Tanti enim eſſe bellum, bellique fortunam, quantum cauſſæ æquitate valeat. Succeſſu plerumque arma carere conſueſſe, quæ, citrà cauſſæ bonitatẽ, cum impetu acciperentur, niterenturque perſuaſionibus. Ut *Chriſtiano* militi coràm *DEO* aliquando cum tremore ratio reddenda ſuperſit.

Hoc intuitu, non liquere, cur *Elector* has provincias oppugnare velit, cùm ne pacto quidem ullo irritatus, offenſuſque, ſit. Ut etiam ne ſuſpicari quidem liceat, undè eveniat, ut inſons hæc vicinia tantam impreſſionem, perſecutionemque, exſpectare debeat. Inter *Electorales* & has provincias, antiquam eſſe, reciprocamque, confidentiam, ac benevolentiam, ut non tàm commerciis, hinc indè ſubditorum cum fructu exercitis, ſed etiam matrimoniis utrinque, ad *Suevi* ripas, coaleſcentibus, cõfirmari contigerit. Hæc vicinitas, hæc affinitas, hæc cognatio mutua, ut ab ipſis cognatis, affinibuſque, tantùm non perturbari, ſed nec infeſtari, nec oppugnari, nedum funditùs tolli, debeat, ipſos nepotes, ſeramq; poſteritatem, hanc calamitatem acerbiſſimis lacrymis deplorare ſatis vix ſufficere. Vulnera, quæ manibus cognatorum infliguntur, memoriam plerumque acerbiſſimam poſt ſe relinquere. Coràm *DEO*, autore *Chryſoſtomo*, plus valere guttulam ſanguinis *Chriſtiani*, ab inſonte profuſi, quàm univerſum aliquẽ principatum. Ut tot mille inſontium cruorem, ſpumanteſque cædes, (ſicut in bello uſuvenit) quos pretioſa ſua morte D. & S. noſter redemit, in cœlum uſq; quiritare eveniat, præcipuè cognatorum manibus, abſque ulla data offenſione, in tàm crudelem lanienam properantibus.

Non jam *Electori* ſeſe in memoriam revocare veterem illam *Bohemiæ* regni, & *Saxoniæ*, confœderationem, tanquam abundè cognitiſſimam. Saltem illud, exempli loco, *Elector* ad animum admitteret, quod *M. D. XLVII.* accidit. Cùm enim *Ferdinandus Rex*, majoribus ſuis, *Ordinibus Bohemiæ*, injungeret, adverſus *Ioan. Fridericum, Electorem*, pro *Carolo V. Imp.* ut educerent, omninò illi reſtiterunt, confœderationem mutuam allegantes, cuius intuitu *Regi* obſecundare ne poſſint quidem, niſi pariter honoris, fidelitatis, atque famæ, jacturam facere, *Deumque* in perjurii vindictam provocare, velint. Excipienti verò *Regi*, conceptiſque verbis urgenti, *Imperatori*, tanquam capiti ſui, *Ordines* omnem obedientiam debere, neque illi officio ſeſe ſubducere quitos eſſe: cordat[illegible] reſponderunt, ſatiùs utique eſſe, *Chriſtianis*, vitam ſpiritumque, impendere, quàm, contrà jura, fœdera, ac privilegia, vetuſta delinquere, inſontiumq ſanguinem fundere. Ægrè quidem accidere ſibi dùm *Regis* voluntati parére non poſſint, cui aliâs ſecundùm *DEVM*, omnia debeant. Interim præſtare, in hominis, quàm *DEI*, offenſam incurrere *Regis* iram hominis iram eſſe. Quam retundere *DEO* ſit facilimum. *DEI* verò indignationem eſ ſe pariter ineluctabilem, intolerabilemque. E[illegible] igitur ſeſe eſſe animo, ut hominis offenſâ poſt habitâ, ad *DEVM* reſpiciant, libertatemque ac iuſtitiam, *DEO* protectore, etiam ſub vitæ fortunarumque periclitatione, aſſerere præcogitent.

Secundùm hæc, emphatica illa verba eſſe, qua ad *Regis* interpellationem alteram, ſive inſtantiam protrudere nulli dubitârunt. Nempè, ſi *Bohemi* ipſi met contrà *Saxones*, utpote unà ſecum *corpus* & *ſanguinem* D. & S. noſtri *IESV CHRISTI*, ſub utraqu ſpecie participantes, & hactenùs huius ſalutari doctrinæ aſſertores, educerent, nihil ſibi aliud quàm horribilem vindictam ejus facti, dùm fra tres, ac ſyſymbolos ſuos, occiderent, deſuper præ ſtolandam eſſe. Illis potiùs omnia officia, ac benevolentiam, deberi, vel etiam ea de cauſſa, quò in expeditionibus contrà *Turcos* maſculè ſeſe adjuviſſent. Si igitur in eos movere, eorum confratrum ſanguinem fundere, auſi eſſent, non poſ non *DEVM* iſtius ingentis prævaricationis, perjurii, atque homicidii, pœnas à ſe exigere, aliqu magnoque deinceps immiſſo infortunio hun reatum, hoc nefas, expiare. *Elector* igitur (quo impendiò rogarent) cordata illa, & *Chriſtiano* zel pleniſſima, verba non negligeret.

Famam quidem narrare, *Electorem* tantùm oculos in *Imperatorem*, ejuſque commiſſionem, coniicere, utpote cuius mandatis refragari nefas eſſet. Ho quidem laude dignum eſſe, *Cæſarem*, tanquam caput *Imperii*, inprimis cum venerari. Ut nihilominùs tamen altero oculo abuſus intueri, ac reſpicere oporteat, cuiuſmodi ſub nomine illo *Cæſareo* paſſim irrepere conſueviſſent. Illud n. vel lippis, tõſoribu que, ꝙ aiũt, innotuiſſe, controverſiã eã, qualis inte *Cæſarẽ*, & *Bohemos*, ac cõſequenter hãc quoq; ꝓvinciã, agitaretur, non ꝓpriè, aut directè, ad ipſum *Cæſarem*, ſed *Auſtriæ Archiducem*, ſpectare. Tùm verò turbas id genus *Bohemicas* motas, nataſque, eſſe antequàm *Imperator* fuiſſet inauguratus. Iam ſeſe tanquam rudes, legumque imperitos, nihilo

minùs

iinùs haud videre, quo jure, quibuſque legi-
ùs, *Imperator* in propria cauſſa, & actoris, &
idicis perſonam, ſimul, ac ſemel, tueri poſ-
t, tùm *Imperii* liberis *Electoribus*, *Principibuſque*,
xtrà *Imperii* axioma illud, ſibi nequaquam ſub-
ctis, leges præſcribere, in eos edicta torquere;
anni fulmine detonare, aliaſque ſanguinolentas
xecutiones cudere, tantùmque nõ in privata hac,
t dictum, cauſſa, *Cæſareo* nomine, ac titulo, abuti,
uitus ſit.

Cùm ergò executio, vel imploratio auxilii, præ-
pponat cognitionem cauſſæ, quo pacto *Imperator*,
in propria, & nondùm excuſſa, cauſſa, implorare
oſſet? Quò pacto imploratio, & cognitio, in eo-
em ſubjecto, concurrere quirent? Quo pacto non
iſi à judice pars implorare evaleret Hac viâ il-
d abſurdum inſequi neceſſariò, ut, dùm *Cæſar* in
ivatis cum *Principe* alio litigat, & ipſe ſententiam
o ſe ferat, & ipſe auxilium ſibi præſtet, atque aliũ-
è imploret, omninóque ipſe pro lubitu liberrimè
xit. Videret proindè *Elector*, quo præjudicio, qua
rvitute, graventur *Imperii Principes*, ſicubi *Cæſari*,
privatis controvertenti, illicò parére, exercitus
ducere, vitamque, & fortunas ſuas, in diſcrimen
care debeant. Pari paſſu contrà *Vngaros*, *Venetos*,
oſque finitimos populos, ſi bellum inferant, *Cæ-*
r Principes evocare poſſit, ſicubi illius edicta ſint
ta habenda; *Electorque*, aut *Princeps*, contrà ne
ſcere quidem auſit

Ex hiſtoriis ſuperiorum temporum innoteſce-
, olim quoque inter *Maximilianum I. Imp.* & *Ludo-*
cum Palatinum, dictum *Ingenuum*, in cauſſa hære-
tatis, vel ſucceſſionis *Bavaricæ*, tantùm non col-
ionem, ſed bellum quoque, exoriri cœpiſſe. Ibi
æſarem quidem de facto *Palatinum* proſcripſiſſe,
que ab *Imperii Proceribus* auxilia poſtulaſſe. Quid
? Complures eo argumento *Imperatori* auxilia
m negârunt, quòd privata hæc *Cæſaris* cauſſa
terveniret. Ut etiam *Bohemi*, contrà *Cæſarem* tùm
latino opem, ac ſuppetias, tulerint. Tandem in-
r partes æquis conditionibus tranſactum fuit. E
ibus hoc conſectarium elicitur, *Cæſarem* moder-
m, *Imperii Principibus*, tanquam inſtrumentis exe-
tivis, abuti non poſſe, cùm ipſi hac in cauſſa ne-
e cognitio, multominùs executio, competat.

Si itaque *Cæſar*, tanquàm putativus *Rex Bohemiæ*,
provincias, tanquam rebellantes, ſub executione
imadvertere velit, non evidens eſſe, quâ viâ, abſ-
e ſufficienti cauſſæ excuſſione, hic proceſſus for-
ari, tùm vel *Imperii Elector*, ac *Princeps*, iſtâ expedi-
one tàm præſtò onerari, poſſit. Cùm ne quidem
bito loco, ac foro competente, cauſſa ventilata
erit. Id quod, de jure gentium, antè executionem
ragi neceſſe eſſet.

In ſanctionibus *Cameræ Imperialis* modum præ-
riptum eſſe, quo mediante *Princeps*, magiſtratuſ-
e, executionis impoſitam hanc provinciam ex-
tere queat. Ut etiam quæcunque id genus execu-
ria mandata, maximè adversùs *DEVM*, conſcien-
m, religionem, dilectionem proximi, fœderum
ſervantiam, pugnantia, confeſtim acceptanda
ud quidem veniant. *Ionathas*, *Sauli*, parenti, &
gi, omnem extrà dubium, & quidem duplici no-
ine, debebat, obedientiam. Ut autem *Davidem* in-
ntem perderet, aut ad minùs fugeret, etiam mi-
s adigi non potuit. Idem *Saul* miniſtris ſuis injun-
xerat, myſtas, ac ſacerdotes, domini ut occiderent.
Sed illi repugnârunt. Plura hanc in rem tàm ſacra, quàm profana, ſuperinduci poſſint exempla. Sed ad rem. Cum intimis cordoliis, lacrymiſque, ſeſe non poſſe non deplorare, quando illa verba *Cæſarea* in memoriam revocarent, quibus *Cæſar*, ſub inaugurationis ſolenni capitulatione, ſeſe *Imperii Electoribus*, *Principibus*, ac membris, *aſtrinxiſſet*: Nempè *leges, ſanctioneſque, Imperii ſartas tectaſque obſervaturum: nullum Imperii Ordinum gravaturum: unicuique iuſtitiam adminiſtraturum: Proſcriptionis fulmine in neminem animadverſurum: Peregrinum militem in Imperium non adducturum.* Et quæ plura id genus alia in capitulatione illa *Cæſarea* continentur.

Electorem neutiquam fugere, quo flammanti fervore ejus patruus magnus, *Elector Mauritius*, primùm pro *Carolo Imp.* provincias, vitam, fortunaſque omnes, impendiſſet, novoque exemplo, contrà ejuſdem confeſſionis ſocios pugnans, in honoris, famæque, diſcrimen, veniſſet. Hoc exemplum, extrà dubium, nunc imitari *Electorem*, hoc ipſum agere. Sed, ſi non grave ſit, expenderet *Elector*, quæ, qualiaque, tandem, mutatâ ſententiâ, depoſuiſſet *Mauritius*. Nempè, *malè ſibi ſeducto variiſque perſuaſionibus inducto, promiſſa nullo modo ſervari accidiſſe.* Nempè, ſub *Anno M.D.LII.* publico ſub reſcripto palàm profiteri non dubitavit, *Pontificios nihil antiquiùs habuiſſe, quàm ut ſe, & conſanguineos, inter ſe committerent. Quo nomine modò his Religionem, modò aliis aliud, obieciſſe, quouſque tandem effectum hoc dederint, illoſque, etiam armis intervenientibus, colliſerint.*

Hanc eandem fabulam hodieque, ſub præſenti *Electoris* illa expeditione, repræſentari. Uſque adeò vel *Patrum Societatis*, quos *Ieſuitas* vocant, canonem iſtum, eſſe: *Hæreticos nullâ faciliori viâ extirpari poſſe, quàm ſi ipſimet mutuis armis inter ſeſe committantur. Hoc pacto futurùm, ut ſeſe mutuò vel conficiat, vel ad minùs debilitent. Vt deinceps enervati iugo Hiſpanico ſubtrahere cervices haud poßint, ſed prædæ loco palantes ferantur.* Nẽpè iſtam iſtorum eſſe elegantem doctrinam. Quam quidem, inter cæteros, *Paulus VVindeccerus*, *in Cõſilio, de hæreticorum extirpatione*, diligenter inculcaſſet. Iuxtaque ſuis gratulari cœpiſſet, quàm apprimè cum *Mauritio Electore*, ac conſanguineis, res illa ceciderit, ut iteratò piâ hac, ſicut loquuntur, fraude deinceps utendum veniat. Quod igitur Altiſſimus avertere velit, præmetuendum eſſe, ne iidem iſti *Hiſpanici* ſive alumni, ſive *Ieſuitici Patres*, *Electori* imponere, eũque in pares caſſes, ac difficultates coniicere ſtudeant. Abſque hac *Electoris*, à reliquis *Co unitis*, & *Proteſtantibus*, ſeparatione jamdudum fuiſſet, *Pontificii* pro nunc ne petere quidem auſi eſſent, quod ſummo ipſis iure denegari poterat. Modò vultum ergà iſtos aut corrugaſſet, aut paulò inclementiùs hos iſtos miſſarios excepiſſet, ſanè cum universâ per *Imperium Republica Evangelica nunc præclariùs ageretur.*

Quid in *Iuliacenſi* ſive cauſſa, ſive ſucceſſione, acciderit, quæ, qualeſque, aureæ promiſſiones initio factæ eſſent huic *Electori*, poſtmodũ verò quo modò, ſuperinductis aliis, aliiſque, perplexitatibus, eũ eludi huc-uſque contigerit, planum, atq; in propatulo, eſſe. Quid, *Guolfgango Guilhelmo Palatino*, ad *Pontificios* trãſeunte, mutationis intervenerit, favorique priſtino derogatum ſit, in medio conſtare.

E qui-

E quibus,cæteriſque omnibus, liquidum evadere, quid,quantumque, *Pontificiorum* mellitis verborũ globulis,ſermonibuſque ſeſamo,ac papavere,ſparſis,tribuendum utique fuerit.

Notum eſſe, *Saxonicam Electoralem* familiã haud facilè interceſſorias ad *Imperatoriam* aulam implorantibus diſtribuiſſe. Nihilo-ſeciùs apud *Archivum Cæſareum* aliquot numero ejus commatis codicillos invenire eſſe,cuiuſmodi ab hoc *Electore*, ejuſq; fratre germano,in rebus graviſſimis, juxtaq; æquiſſimis,ad *Cæſarem* extent. Quantùm ergò emolumenti illis in commune illatum ſit, eſſe experientiam pro teſte.

Anno M.D.XC. Elector Chriſtianus I. cooperantibus duobus reliquis *Electoribus* ſecularibus,ad aulam *Cæſaream* ſplendidam expedivit legationem,ſuper *Ordinum Imperii Proteſtantium* oneribus,quibus gravarentur. Ergone vel minima eorum relevatio, aut exoneratio,inſequi obſervata eſt?

Idem, *Anno M.D.C.XVI.* ab ipſomet *Electore*, denuò,& binis vicibus,iteratũ eſt petitum, *Cæſar* gravaminibus, *Imperii Principum*, civitatumq; *Imperialium*,tandem mederetur. Sed ſurdo narrata eſt fabula. E quibus innoteſceret, *Electoris* tùm quidem haberi apud *Cæſarem* reſpectum,ſicubi *Papiſmus* foret relevandus, dominatuſque *Hiſpanicus* introducendus. In rebus verò *Proteſtantium* aliquà ſublevandis, æquè *Electoris* nomen, tanquam hæretici, ſordere.

Quod ſupereſt,cauſſari quoſdam poſſe malefeñatos, periculoſam iſtam, magnique momenti, expeditionem vel ideò *Electorem* detrectare haud debere, quòd *Calvini* dogmatibus haud pauci *Luſatorum* adhæreant, utique quibus, tanquam *Religionis* pacificatione excluſis, fidendum non ſit. An ergò *Elector Lutheranos*,dictos *Evangelicos*,ob *Calvini* aſſeclas,unà perderet,inque exitium, inter illos,ſe quoque confeſſioni *Saxonicæ* addictiſſimos,præcipitaret?

Longè ſe quidem inferiores eſſe, quàm ut remonſtrare debeant, hæc tempora diſſidium inter *Lutheranos*,ac *Calvinianos*, haud admittere. Iſthoc verò apodicticũ, evidẽtiſſimũque,eſſe, ab integro ſeculo tantam opprimendi *Proteſtantes* occaſionem *Pontificiis* haud quidem ſuppeditari accidiſſe,atque etiam nunc,ſicubi contingat, *Lutheranos* & *Calvinianos* inter ſeſe acerbiùs committi. Tametſi igitur *Syrenum* concordia quoſdam *Evangelicos* cantu ſuo ſoporare,ac ſecuros reddere,quita ſit,ſub hoc colore, *Calvinianos* inpræſentiarum,non *Lutheranos*, (tanquam ſub clypeo tranſactionis religioſæ tutos) peti,crederet *Elector*, ſeſe ambulare ſuper cineribus doloſis,neque dogmata *Ieſuitica*,diſcrimen hîc admittere. Utroſque ſub eodem prædicamento laborare,utroſque eodem nomine hæreticos appellitari. *Romaniſtas* à *Pontifice* etiam ſub juramento adigi,hæreticos omnes,quantùm in ipſis eſt, uſque ad extremum halitum,perſequerentur. Canonem apud iſtos,ſive rubricam,ineluctabilem,haberi: *Hæreticis quibuſcunque fidem ſervandam non eſſe. Immò verò Religionis pacificationem, (quam vocant) tàm diu ratam habendam, quàm diu ex uſu Eccleſiæ Romanæ foret.* Ea occaſione ſapienter à *Maximiliano Imp. Anno M.D.LXVI.* inculcatum fuiſſe *Lutheranis Principibus*, è *Religionis* pacificatione *Calvinianos* excludere cupientibus: *Neſcire eos,quid petant.* Neceſſariam inter utroſque unionem, ac copulam, tacitè coarguente.

Calvini quidem dogmata,& errores, ſe ſe deteſtari,neque probare poſſe. Interim negari non poſſe,in rebus ſecularibus,magnam inter illos, & *Pontificios*,diſcrimen intercedere. Hiſtoricâ n. fide demonſtrari vix poſſe, *Calvinianos* pactis non ſtetiſſe, fidem,ac jusjurandum,violaſſe, æquivocationibus operam dediſſe. Ex adverſo hæc omnia cadere in *Pontificios*. Ità, ut nulla ſive obligatio, ſive vinculum, tàm ſolidum,firmumque,futurum ſit, quod non *Ieſuiticis* fallaciis,ac coloribꝰ,labefactari queat. Negari non poſſe, *Calvinianos* per *Gallias*, *Britanniã*, *Belgium*, *Helvetiam*, *Germaniamque*,in negotio repurgationis *Evangelicæ*,quibuſdam in locis, utiliorem ipſiſmet *Lutheranis* operam navaſſe. Immò indubitatum eſſe,eoſdem cordatâ ſuâ contradictione fermentum,erroreſque, *Pontificiorum*, ità in ordinem redegiſſe,ut *Lutheranis*, quâ nitidiùs progrederentur,via,ac lux,affulſerint. Satius igitur eſſe, ſi *Lutherani* cjus officii memores,pejori ſaltem loco illos non habeant,quàm reliquos, qui quidem omnes adhiberent machinas, quò *Ordines Evangelicos* tantum non confundere,ſed etiam,unà cum pulviſculo,penitùs perdere, jugoque *Hiſpanico* ſubmittere, liceat.

Semel jam aleam jactam eſſe, ſicubi igitur ru-gientes, hianteſque iſtos, ſemel votis potiri ac-cidat, antè hujus ſeculi conſummationem, vi[x] *Calviniana*, vix *Lutheranæ* confeſſionis per *Imperium* hoc exercitium reliquum futurum, ſed graviſſimum conſcientiarum jugum, compedes, ex-ſpectandas eſſe.

Tandem, ſi *Elector* inſtantem expeditionem e[o] argumento evincere vellet, nempè *Bohemos*, i-pſoſque conſequenter *Luſatos*, deteſtando per-duellionis crimine, ac contagio, corruptos, ideó-que helleboro iſto, ſive extremo remedio, opu[s] habere. Ad eam inſtantiam ſe probationem fa-cti petere,utrùm nempè famoſi id genus crimini[s] ſufficienter ſeſe convinci uſuveniſſet? Utrùm publicatæ eorum defenſionales coràm foro, a[c] judice, competente, admiſſæ, excuſſæque, fo-rent? Utrùm à judice legitimo, minimè qu[e] ſuſpecto, jam tùm, ſententiam ferri contigiſ-ſet? Utrùm adverſus *Imperatorem*, quà *Imperato-rem*, perpetrati perduellionis rei agi poſſent? A[n] magis *Ferdinandus Archidux* hunc reatum, hoc cri-men, ſibi tribuere quitus eſſet? An *Imperato[ri]* liceret, regiis, ſive provinciarum hæreditaria-rum ſubditis, perduellionis crimine notatis, a[c] ſuſpectis, eo nomine *Imperii Principes* evocare, iiſ-dem executionis onus,pœnaſque,injungere, cùm ad ea minimè quidem teneantur? ſicubi his in oc-caſionibus erudiri ſeſe contingat, tunc æquiore[s] hoc in paſſu futuros.

Quibus ſuperaccedit, eas etiam copias ſuum ſuorumque in interitum,torqueri velle, quæ qui-dem apud *Lipſiã* habitâ ſuperiori diætâ communi-bus operis communis defenſionis igitur coacta[e] fuiſſent. An igitur hoc ideò *Ordinibus Provinciaru[m]* placere poſſit,hîc adverſus inſtitutum ſuum labo-rari,viderint alii.

Atq; hæc ferè illa eſſe,quæ neceſſitate ipsâ,dur[o] utique telo, exprimente, in medium demiſſ[a]

afferr

ſferre debuiſſent, non eo quidem inſtituto, tan-
uam *Electori*, quid hiſce turbis agendum ſit,
ræſcribere auſint, aut quicquam ejus ſapientiam
torum, quæ adducta eſſent, fugere poſſit. Cum
nimis afflictis ità comparatum eſſe, ut quere-
:, lacrymiſque, deſuper coëxffuſis, tumor ille,
uo cor, velut oppreſſum, ac ſtrangulatum, æſtuat,
olut remolleſcat. Itaque cùm in armis reſiſte-
nec velint, nec poſſint, precibus denuò rem a-
ere, *Electorique* ſupplicare, penitiùs atque accura-
ìs paulò rem omnem ad animum admitteret,
ibus, & mille inſontibus illâ expeditione noce-
t, quo modo *Evangelicos*, quos, majorum exem-
o, tueri debuerat, perſequeretur, vicinos, ac con-
nguineos, perderet, vitaſque, & fortunas eorum,
quibus nunquam foret provocatus, in ultimum
duceret diſcrimen. Potius proinde eſſet, ſicubi
ſceptam expeditionem clementer inhibere, vi-
ıis ſe abſtinere, preſſis aliâs parcere, ex adverſo
rò pacem, ac tranquillitatem, armis anteferre,
llet.

CAP. V.

Fridericus Palatinus, Rex Bohemiæ, juxtaque Ordines Boh. ab Electore Saxoniæ armorum ſive ſuſpenſionem, ſive neutralitatem, petunt.

I.

idericus Palatinus, Rex Bohemiæ, ab Electore Saxoniæ neutralitatem petit.

SUperiorem illam declamationem diſ-
ſuaſoriam, de conſenſu *Friderici Pala-
tini, Bohemiæ Regis*, profectam eſſe, col-
ligere opportunum, ac facile, eveniat.
Ipſe enim *Frid. Palatinus*, quòd manū
conis præmetueret, paulò poſt, operâ trium *Bo-
niæ Ordinum Evangelicorum*, eandem in rem, lega-
in *Saxoniam* dimittere, ac ſequentia proponere,
pit. Hactenùs ſe quidem, inquit, ſub ſpe fuiſſe,
coniæ Electorem futurum, ut loquũntur, neutrum.
n verò rumorem contrarium narrare, illum in-
ncto cum exercitu ſive in *Bohemiam*, ſive ſociarū
ovinciarum aliquam, hoſtilem impreſſionem fa-
rum. Famæ iſti nondum ſe habere fidem. Ideò-
e legatos, nempè *VVenceslaum ſeniorem à Bercka,
n. in Dauba, & Leip. Fridericum de Bila, in Rzelo-
tz, & Chotomirs*, itemque *Georgium Havvenſchild*,
illo fine mittere, quid animi eſſet *Electori*, ple-
s ut perciperent. Etiam nunc bona ſpe ſe niti,
pectu pactorum inter *Bohemiam Saxoniamque*
hæreditariorum, nec non feudorum, à regno de-
pendentium, *Electorem* ejuſmodi aliquid haud de-
ſignaturum.

II.

Electoris Saxoniæ reſponſum, legatis datum.

ILlis ſic repoſuit *Elector*: Regem eorum, inquit,
apprimè meminiſſe, quibus, quà univerſum *Im-
perium*, quà *familiam* etiam *Palatinam*, fidelibus ad-
monitionibus *Elector* toties defatigatus, evidenter-
que conteſtatus, fuiſſet, perduellionis iſtius con-
ſortem, ac ſocium, ſe minimè, ſed inter utraſq; par-
tes neutrum, ceu vocant, futurum eſſe. Sufficien-
ter interim à ſociis *Electoribus* demonſtrari cœpiſſe,
legitimam illam vocationem, electioneque, haud
eſſe, neque illum in *Regem* admitti poſſe. Nihil itaq;
conſultius, nihil deliberatius, fuiſſe, quàm ut id ge-
nus diſſuaſoriis locum dediſſet. Illis omnibus ſuſq;
deque habitis, uſuveniſſe, ut *Imperator*, idemq; *Vn-
gariæ, ac Bohemiæ, Rex, Electori*, ſub inculcatione fidei,
officiique, juxtaque pactorum inter *Bohemiam*, &
Saxoniam, hæreditariorum, pariterque regni feu-
dorum, hanc provinciam demandârit, quò in *Bohe-
mos, Cæſari* rebellantes, educeret. Earum rerum, ob-
ligationumque, quibus *Cæſari*, pariterque *Vngariæ,
ac Bohemiæ Regi*, devinctus eſſet, intuitu, *Electorem* a-
liter facere haud quidem poſſe, quàm ut injunctam
executionem, quantò ocius fideliter maturaret,
perduelles, *DEO* fortunante, in ordinem redigeret,
cum obedientibus verò pœnitentiamque emendā-
tibus, in gratiam rediret. Parentis ſe, non hoſtis, a-
nimo adventare. Ac deditiis parcere paratum
eſſe. Ut modò præveniſſet *Palatinus*, hac expeditio-
ne non foret opus. Interim majorem totius rei pu-
blicæ, quàm privatæ utilitatis, habendam eſſe ra-
tionem.

III.

*Legati, nomine Ordinum, inſtant. Quibus Ele-
ctor ſatisfacit.*

LEgatis, nomine *Regis* ſui, parum efficientibus, ve-
nit in mentem cauſſam *Ordinum Bohemiæ Evan-
gelicorum* aſſumere, *Electorique* veterum illorum, &
quidem hæreditariorum, pactorum, memoriam
refricare. Parceret igitur tàm *Bohemis*, quàm *Provin-
ciis* cæteris, nec non *Moravis* arma intercepta reſti-
tueret.

Ad quam legatorum inſtantiam viſum eſt *Electo-
ri* per codicillos, & reſcriptum, ſic ferè reſpondere:
Electorem pactorum illorum veterum, & hæredita-
riorum, quæ nimirum inter regni *Bohemiæ* veros,
legitimoſque, poſſeſſores, & *Saxonicam Electoralem*
intercederent, hactenuſque optimâ utrinque cum
obſervantia vigerent, exactè commeminiſſe. Itaq;
à partibus ſuis ne vel latum vnguem ab iſtorum fi-
deli uſu, atque obſervantia, diſceſſum eſſe. Ut po-
tiùs omnis induſtria, in conſervando tàm ſalutari
vicinorum populorum vinculo, poſita ſit, ipſiſmet
Bohemiæ Ordinibus Electoris in eo conſtantiam profi-
tentibus, gratitudinemque debentibus. Inprimis
autē, à majorib. ad ſe devolutam, propenſam animi
volũtatē, ſub nuperis iſtis, atq; adhuc excurrētib⁹,
Bohemicis motibus, ſeſe *Ordinibus Evangelicis* prolixè
admodū vel eo conteſtatū eſſe, dū eos à deterrimo,
atque

atque in excuſabili, id genus propoſito ad frugem meliorem, quantis maximis potuiſſet ſtudiis; reducere toties ctentaſſet. Tantùm autem abfuiſſe, ut illi, pactorum præallegatorum memores, conſiliis, adhortationibuſque, ſuis locum reliquerint, ut ejuratâ velut bonâ mente, fideque veteri, res ſuperinducere, auſi ſint.

Secundùm hæc, *Ordinibus* abundè cognitiſſimũ eſſe, quo ardore *Elector* motuum iſtorum *Bohemicorum* compoſitionem deſiderârit, nihilque non tentârit, quod ad huius rei finem conſequendum attinere viſum eſt. Quam gratiam autem abindè retulerit, hoc ab illis protractum, interpoſitionis negotium declaraſſe. Ut *Matth am Imp.* antè ex hac vita excedere contigerit, quàm *Ordinibus* hoc ſalutare, ac pium, propoſitum placere potuiſſet. Tametſi autem eadem interpoſitionis via iteratò ab *Electore Collegiſque Septemviris* reliquis, reaſſumpta ſit, cui utique *Imperator* modernus, idemque *Vngariæ*, *ac Bohemiæ*, *Rex*, ſubſcripſiſſet, nihilo-ſeciùs ſolenne hoc remedium ab induratis mentibus denuò repudiatum eſſe, ut etiam præfatum *Imperatorem*, *Regemque*, ſuum, ſine ulla cauſſæ, ac litis, cognitione, novo exemplo, reiicere, novamque electionem, coronationemque, inducere, nequicquam ſint verecundati. Eo ipſo igitur, facto nempè inuſitato, minimèque tolerando, iſtos teſtatũ feciſſe, quàm ſibi pax, & reconciliatio, placeret minùs, turbæ verò, ac tumultuationes exorbitantes, cordi eſſent, placerentque magis. Ut enim hanc cauſſæ iniquitatem diutiùs, atque impunè, extrahere poſſent, excogitatas eſſe varias confœderationes, immò verò cum iſtis fœdera ſancita eſſe, qui quidem barbari, ac ſemi-*Turci*, ſanguiniſque *Chriſtiani* hoſtes extremi, hactenùs habiti forent. Adverſus eos cùm olim, & nuper, majores noſtri omnibus copiis, quod ajunt, viribuſque pugnârint, & quamlongiſſimè à *Chriſtiano* hoc orbe rejecerint, jam *Bohemos* non tantùm allicere iſtos, ſed pactis etiam fœderib⁹, in mediam *Germaniam* attrahere, communemque *Chriſtianis* omnibus interitum procurare.

Re itaque omni deſperatâ, *Bohemis* nempè pro pace, & tranquillitate, graviores in dies tumultuationes, excuſſis quibuſque conſiliis ſaluberrimis, ſitientibus, *Elector*, ut pote qui conſulere optima poterat, emendare, ac procurare, non poterat, de fervore ſuo nolens-volens remittere cœpit, tempeſtatemque iſtam detonare, ac deſævire, permiſit. Interim hac fiducia animum conſolatur, omnia illa, quæcunque ad pacis reductionem opportuna videbantur, ſe executum eſſe. Ut eius pii propoſiti laudē vel à poſteritate deinceps exſpectare debeat. Ne autem provinciæ ſuæ inter turbas periclitarentur, *Imperatori Romano* è contrà debitus, vel etiam ab *Electoribus*, juxtaq; ſemet ipſo, honor, ac reſpectus, conſtaret, tùm à *Turcorum*, barbarorumque, incurſibus ſecuris eſſe, redintegratâque pace uti frui liceret, neceſſariam in armis præparationem ſeſe ſuſcepiſſe, eo fine, quò, cooperantibus cæteris fidelibus *Imperii* membris, *Imperatori* majeſtas, autoritaſque, conſervari, turbæ *Bohemicæ* conſopiri, ſecuritas, & pax, poſtliminiò, recuperari, ſuſtineant.

Poſteaquàm igitur optima quæcunque pacis media tentata, *Bohemis* fuiſſent ingrata, hæc ipſa verò inſolentia, ac velut inſultatio, fidelibus *Imperii* membris, inprimis *Septemviris* gravis, ac diutiùs ferenda haud eſſet, ideòque vitio ſibi verti haud poſſe, ſicubi juramentorum, fideique ſuæ, memores, hoc neceſſario tempore, *Imperatori* ſuccurrant, utique cùm ſub hac cauſſa totius *Imperii* cardo vertatur, *Imperatoris*, *Chriſtiani* orbis capitis, majeſtas periclitetur, ſeptimus, & præcipuus, *Imperii*, ſub *Bohemiæ* regno, *Electoratus* patiatur, ac laboret, juxtaq; inauditum ſit, abſque conſenſu ſupremi feudi domini, aliquod feudum abalienari, ut collegio *Electorali*, indè natum præjudicium neq; tolerari, neque apud poſteros excuſari, debeat.

Prout ergò *Elector* nunquam bellorum, ſanguiniſq; fundendi, fuiſſet cupidus, ſed, ab initiis regiminis ſui, hucuſque, in pacis conſervationem, & quò magiſtratibus ſubditorum obedientia conſtaret, animis propendiſſet, ità vel hanc expeditionē, ab *Imperatore*, eodemque *Vngariæ*, *ac Bohemiæ*, *Rege*, ſibi eſſe injunctam, non alium in finem, quàm ut pax, & tranquillitas, poſtliminiò, revocaretur, *Confeſſionis Auguſtanæ* primæ illius, atque intemeratæ, axioma, *Anno M. D. XXX.* fundatæ, unàque quæcunque *Imperii Ordinum* jura, ac privilegia, redintegrarentur, certa ſub ſpe fore, ut hęc ipſa expeditio abſque cæde, & ſanguine, perfici queat, modò *Bohemiæ Ordines* obedire magis, quàm recalcitrare, modò furori, & digladiationibus, pacem præferre, malint.

Sicubi igitur hæc pacifica intentio *Electoris* etiam-nunc *Bohemiæ Ordinibus* placere poſſit, adhucdùm illis viam, quâ ad pacem, tranquillitatemque, ire quiti ſint, aperiri. Vellent modò, alcæ belli poſthabitâ, magis *Cæſaris* gratiæ, quam fortunæ volubili, ac lubricæ, armiſque, temerè ſumptis, acquieſcere, ac confidere. Ex adverſo verò, ſicubi hoc animis firmiter ſedeat, belli aleam, ſemel jactam, experiri, tumultuationibuſq;, ac depopulationibus, abſq; miſſione, deinceps etiam velle dare operam, atque optima quæque conſilia, vel inpræſentiarum, ſuperpondii loco, allata, ventis, pro more, cōmittere, ſeſe aliter facere haud poſſe, quàm ut hanc ipſis benignam mentem adhuc-dùm declaret, ſuper obſtinatis, induratiſque, iſtorum animis, proteſtetur, *Deoque*, ſi quid ſecùs eveniat, rem omnem committat. Certè admonitionum huc-uſque, quibus *Elector* illis benè cupiiſſet, fuiſſe abundè.

Arma, quod ſupereſt, *Moravis* in ſua Provincia nuper intercepta, libenter ſeſe jam tùm rediiſſe, niſi hoc cum edictis, à *Cæſare* publicatis, ſuaque ergà *Cæſarem* obſequentia, ac fidelitate, pugnaret. Quòd igitur, abſque *Electoris* præſcitu, civitatibuſque, quarum illud eſt telonium, inſalutatis, arma hoc tempore è *Saxonia* tranſportari acciderit, ægrè ſibi eſſe, quòd illorum petitis modò ſubſcribere nequeat.

CAP. VI.

De Saxonis expeditio-ne, atque executione, adverſus Luſatiam.

I.

[I]mperator, pro executione faciendâ, urget Saxonem.

HÆc dùm inter *Bohemos*, & *Saxonem*,
ultrò citròque peraguntur, intereà
Bavarus in provinciam *Auſtriacam* ſu-
prà *Anaſum*; cum exercitu verò *Hi-
ſpanico* in *Palatinatum* promovit *Spi-
[no]la*. Quò igitur conjunctis exercitibus *Bohemi*, co-
[ru]mq; complices, premerentur, *Imperator*, ſimul ſe-
[m]elq; *Saxo* ut educere vellet, urgere cœpit. Et qui-
[d]em ſub talibus *VI. Cal. Septembr.* exaratis litteris: Iã
[de]nuò *Imperatorem*, pro *Saxonis* ergà *Auſtriacam* fa-
[m]iliam propenſione, gratas agere grates. *Bavarum*
[ve]rò jam tùm *Archiducalem ſuprà Anaſum* provinciã,
[ha]ctenùs rebellantem, ad obedientiam reduxiſſe,
ces, oppida, munimenta, impoſito pręſidio, in de-
tionem veniſſe, copiaſque *Ordinum* ſuſpectorum
ercitui ſuo junxiſſe, adeoq; jam tùm quoq; *Bohe-
[m]os* ex parte disjunxiſſe. Neq; ſegniùs altera ex par-
agere cùm exercitu *Hiſpanicô Spinolam*; jam tùm
oq; *Palatinatui* inhærentem. Contrà quem cùm
-*unitorum* vires educantur, *Saxoni* neq; à *Bohemis*,
que à *Co-unitis* illis, quicquam metuendum eſſe,
[An]gelicano etiam milite è *Luſatia* aliò abducto. Tem-
s igitur, ipſamque rei opportunitatem, monere,
[Sa]xo diutiùs haud cunctaretur, ſed quàm maturri-
è, niſi jam tùm in via eſſet, ſimul educeret. Non
bitandum eſſe, prout res eſſent jam comparatæ,
undùm *DEUM*, optimum diverſis in locis ſperan-
m eſſe effectum.

Quod ad proſcriptionis perduellium fulmen at-
eret, libenter *Imperatorem* hactenus *Saxonis* ſen-
tiam amplexum eſſe, ſine nervis illam futuram,
i paratâ executione roborari poſſit. Tùm *Electo-
[ru]m* conventum hoc difficili tempore neq; cogen-
n, neq; exſpectandum, eſſe. Iam igitur ſiquidem
erſis à partib. executio pręſens, ac parata, inſtet,
a videre *Imperatorem*, cur illa diutius extrahen-
ſit. Interim proviſurum, ut, juxtà *Imperii* leges,
antò ociùs ematurari, atque, abſq; tam *Saxonis*,
àm *Bavari*, præjudicio, promulgari poſſit.

E diæta *Ungarorum*, apud *Neoſaliam* celebrata, le-
ôs re infectâ rediiſſe. *Bethlenum* enim cum perju-
ætu ſuo, pacis tranſactionem nullam admittere,
admiſſis antè *Bohemis*. Iſtum in eo eſſe, ut præpa-
is ſupplementis quamprimùm in *Auſtriacas* pro-
cias impreſſionẽ faxit. Eo nomine jam tùm cis
[Da]nubium regiam adminiſtrationem de facto uſur-
e, mox, niſi per *Bohemiam* rictus interveniat, ipſã
Coronationem regiam progreſſurum. Hanc in
illum modò non *Presburgum*, ſed *Danubii* etiam
trajectum præmunire. Iſtius conatibus ſe cum fide-
libus *Ungariæ*, cæterarumque *Provinciarum* dynaſtis,
abſque exercitus *Bohemici* enervatione, objecturũ
copias, quibus cum experiri armis poſſit.

Intereà nullum affulgere præſentius remedium,
quàm ut conjuncta, ac plenaria, executio, ſine mo-
ra, ad effectum ſpectet, quâ felicem eventum aſſe-
quente, perduellium inconſtantia confundi; mu-
ruſque ille contrà *Turcos* pluſquam aheneus dein-
ceps conſtabiliri ſuſtineat.

II.

Saxo Cæſaris evocationi paret; atque in Luſatiam educit.

HAnc ad iteratam *Cæſaris* parænesin *Saxo* collectis copiis in *Luſatiam ſuperiorem* movit, injunctę ſibi executioni quàm primùm daturus operam. Quo nomine ad *Capitaneum* provincialem, *Adolfum à Gerſdorff*, dedit. Ille *Ordines*, ſive *Proceres*, regionis *Budiſſinam* convocaret, utique quibus *Cæſarea* voluntas intimanda ſit. Ille autem per diſpoſitas curſores rem omnem *Pragam* detulit. Undè à *Ioanne Georgio*, *Iägerndorffio Marchione*, nuncium recepit, nequaquam *Proceres* convocaret, neque ullo pacto cum *Saxonibus* paciſceretur. Intereà, *Iacobo à Grünthal*, conſiliario, & tribuno, *Saxonico*, cum codicillis patentibus, ut vocant, *Cæſareis*, atque inſtructione *Electoris*, *Budiſſinam* adventante, cum *Capitaneo* illo *provinciali Proceres* quidam tractationis initia jecerunt. Quibus cum manu, è ſex millibus conflata, ſuperveniens *Iägerndorffius*, portâ civitatis ex inopinato potitus eſt. Introducto igitur milite, mœnibus præſidium impoſuit; civeſque ab armis diſcedere juſſit. Mox *Grünthalium*, cum *Auguſtino Schmidio*, *Agente Cæſareo*, *Capitaneo Provinciali*, aliiſque *Proceribus*, arreſto interceptos, *Sittaviam* remiſit; *Budiſſino*, *Görlicio*, aliiſque præcipuis civitatibus; ſufficienti præſidio communitis, populoque, majoris ſecuritatis igitur, in jurisjurandi verba adacto.

III.

Saxonis ad Luſatiæ ſuperioris Proceres exhortatoria.

SAxo verò, ad *Luſatiæ ſuperioris Proceres*, *IV. Cal. Septembr.* ex arce *Stolpena*, ſequentes dedit: Quæ nobis, inquit, commiſſio verſus *Luſatiam ſuperiorem* ab *Imperatore* injuncta ſit; iſtud litteræ præſentes, gratias mittimus, conteſtamur, ſub manu, ac fide, *Notarii*, ex originali tranſumptæ. Quanquam autẽ id genus mandato libentiùs manum ſubduxiſſem⁹, nihilominùs *Imperatori*, ſupremo utique magiſtratui, obſecundare æquum erat, præſertim in præſentibus difficultatibus *Bohemicis*, dùm is etiam ſub comitiis *Mœno-Francofurtenſibus*, pro *Bohemiæ Rege*, atque *Electore*, agnitus eſt, ut jure ipſi, pro recuperandis regno, & provinciis, *Imperii* juxtà fideles *Ordines* cæteros, ſuffragari teneamur. Atque eò libentiùs hâc provinciam nobis imponi paſſi ſumus, quòd alias, præcognitum, habeamus, *Imperatorem* cum iis ſubditis, quicunq; obedientiam debitam operaturi eſſent, oppidò in gratiam redire, mediiſque inclementioribus ſe abſtinere, affectum eſſe.

Ideóque in eo negotii cardinem verti, hanc ut gratiam maturè amplecterentur, paratamq; illam clementiam obviis, quod dicitur, ulnis exciperent.

Veſtrûm nunc eſt, impoſitam, hanc nobis executionem, ejuſq; contenta univerſa, intimiùs ad animos admittere, exindéq; ea, quæ vobis, uxoribus, liberiſque, itemque bonis, ac facultatibus, profutura ſunt, dùm licet, eligere.

Hac de re, hanc in viciniam, cum exercitu, progreſſi ſumus, ut vobis mentē, clementiāque, *Cæſaris* antè omnia notā faceremus, ſub ſpe, vos occaſionē hāc haud prætermiſſuros, ſed gratanter, & demiſsè, acceptaturos eſſe. Ea n. quæcunq; adverſus perſonam, dignitatem, officiū, ac majeſtatem, temerè patrata ſunt, *Cæſar* paterno ex affectu vobis remittere proclivis eſt, ut gratiam *Cæſaream*, *regiamque*, adhucdùm armis anteferre velit. Modò vos multimodè læſam ejus majeſtatem placare, mediaq; executionis parata declinare, cupiatis. Nullo alio luculentiori remedio inclementiā *Cæſaream*, regiāque, retundi, expeditionemque, omnia obvia devaſtantem, præcaveri, poſſe, quàm ut inclementiæ *Cæſaris*, *Regiſque*, tùm veſtræ obedientiæ, queat ſatisfieri. Iſthoc n. ſemel vobis expendendum erit, cauſſas ſufficientes vos nullas habuiſſe, nec ullo pacto læſos eſſe, ut à *Cæſare*, ac *Rege* veſtro, tàm turpiter deficeretis. Nunc igitur cùm arma, & præſens iſta expeditio, moram haud patiantur, conſiliaq; vobis ex tempore capienda ſint ſalutaria, triduum vobis, ab harum litterarum intimatione, largimur, intereà, quid vobis, veſtriſque uxoribus, liberiſque, iteq; bonis, ac poſſeſſionibus, ex uſu ſit futurum, deſignetis. Omninò autem fideliter conſulimus, huic *Cæſareo* mandato ne repugnetis, locum gratiæ, vobis oblatæ, faciatis, vos, veſtraſq; familias, ab interitu præſervetis, *Religionemque Chriſtianam*, & defæcatam, conſervetis.

Ab hoc pio, ac ſalutari, propoſito neq; cōfœderatio iſta *Bohemica*, per ſe nulla, atq; à *Cæſare* proſcripta, neq; reſpectus quicūq; alius, vos abſterrere debent. Ut potiùs à nobis, nomine *Cæſaris*, omnē protectionē, privilegiorū, ac juriū, inprimis veræ *Religionis*, ſecuritatem, exſpectare liceat. Modò, prævaricationes veſtras agnoſcentes, & vos ſubmittentes, hanc gratiam nō repudietis. Id ꝙ vobis tantùm nō jucundū, ac fructuoſum, ſed etiam gratanter à nobis recognoſcendum, eveniet. Hoc, coràm DEO, per conſcientiam noſtram, obteſtamur, nō hoſtili, ſed parentis, animo, cum exercitu nos de mandato *Cæſaris*, adveniſſe. Illi igitur ſumus, nēpè vicini veſtri, qui vobis non nocere, ſed fideliter prodeſſe, non perturbare, ſed vos liberare, atq; exhilarare, immò ab onere levare, ac protegere, ſicut hucuſq; identidem operam dedimus, ità jam, & deinceps, daturi ſumus. Si jam, quod in manib. utiq; veſtris eſt, hoc medium arripitis, habetis, quod deſiderare poteſtis. Sin minùs (quod ſeriò abominamur) adhucdū recalcitrare, hanc gratiam *Cæſaream*, *regiamque* vobis oblatā, effundere, vobiſque, ac veſtris familiis, pro protectione everſionem, pro gaudio fletus, ac lamentationes, proq; ſalutarib. auxiliis infortunatos exitus, eligere mavultis, agedùm conceptis verbis proteſtamur, invitos nos ad hanc executionem impelli. Quā ut ſtudioſè, atq; impendiò, præcaveatis, tàm veſtrâ intereſt, ut ēt poſteris hujus facti rationē reddere teneamini. Quid igitur animi vobis ſit, ſub verbis rotundis, germanis, inaffectatiſque, ac ſine ambagibus, à vobis exſpectamus.

IV.

Ordinum Bohemiæ ad Saxonem deprecatoria.

IGitur, & *Saxone*, & *Bavaro*, eodem tempore, in rē
Cæſaris, educentibus, *Bohemis* facile erat intellige-
re, quàm res ſeriò ageretur, quibuſq; ipſi procellis
obiicerentur. Itaq; denuò, ſub nomine præfectorū
provincialium, atq; aſſeſſorum dicaſterii *Bohemiæ*,
Electoris gratiam etentandam eſſe, arbitrati ſunt, an
ipſum hac à ſententia dimovere quiti eſſent. Litte-
ræ autem, *prid. Non. Septembr.* conceptis verbis exa-
ratæ, fuêre hæ tales: Ab *Adolpho Gersdorffio*, inquiunt,
Luſatiæ ſuperioris Capitaneo Provinciali, ſeſe didiciſſe,
Electorem ejus provinciæ ordines convocaſſe, illis ut
commiſſionem *Cæſaream* intimaret, ſimulátq; cum
exercitu ad fines progreſſum eſſe.

Iam conicctura facilē eſſe, quorſum hęc ſpectet
res, ut etiam ex ultima *Electoris*, nuper apud *Dreſdam*
itidem data, declaratione, quibus ab adverſa parte
perſuaſionib. ineſcatus eſſet, diverſumq; ſentiret,
atque ab initio, promptè intelligant. Immò verò j
nunc quoq; evidens eſſe, quàm *Electori Apologetic*
Bohemorum, ac deductiones antehâc publicatæ, nū
quam hactenùs eſſent intimatæ, alioquin minim
illum hanc mentem induere potuiſſe. Eſſe n. im-
poſſibile, eo reſpectu, ut *Elector*, tanquam *Evangelico*
rum Principum præcipuus, utique cuius majores ad
verſus *Pontificiam*, *Hiſpanicamque*, tyrannidem, ma
ſculè ſteterint, tantiſq; ſudoribus *Evangelii* liber
tatem pepererint, poſthabitis etiam luculētis, à re
gno *Bohemiæ* ſibi conceſſis, feudis, id genus expedi
tionem, per *Pontificios*, *Hiſpanicoſq;* cōſiliarios ab *Im*
peratore extortam, ſibi imponi pateretur, idemq; e
ſet, quantum mutatus ab illis anteceſſorib. ſuis, qui
adverſus *Evangelicos*, *Tridentini* iſtius, *Cōcilii* decreta
ac concluſiones, velit ad effectum jam olim ab iſti
ſperatum, deducere. Hoc illud eſſe, quod ſcriptor
pontificii jamdudùm libellis editis propalare n
dubitarint quidem: *Sectarios ſectariorum auxiliis o*
primēdos eſſe. Hoc iſtud eſſe, quod praxis quotidian
Pontificiorum, proceſſuſque, cum *Donavvertha*, *Veſ*
lia, aliiſque locis, itemq; *laniena Veltlinenſis*, ſive *Rh*
tica, ejuſdemq; liberæ gentis oppreſſio, loquerētu
Hoc iſtud eſſe, ꝙ litteræ, *Româ* emiſſæ, præ ſe ferrē
Ligarianos ſcil. motibus *Bohemicis* directè ſeſe hau
objecturos, niſi prius *Elector Saxoniæ* in partib. eſſe
ſeſeq; *Pontificiorū* ſuffragiis per majora cōponere

Semel itaq; rei ſummā in eo verti, *Elector* pēſi h
beret, nempè, quib. armis inſontium, & quidē *Ev*
gelicorum, ſanguinē funderet, quo pacto propriæ,
Saxonicæ, confeſſionis homines opprimeret. Adh
non apparere, quibus iuribus hæc executio, verſ
regnum *Bohemiæ* locū habere poſſit, cū notori⁹ i
terveniat hîc iuriſdictionis defectus, cōtrà omn
tàm divina, q̃ humana, iura inprimis *Imperii* capit
lationes, regni v. *Bohemiæ* exemptiones, ac leges fu
damentales, è diametro peccetur, tùm inauditu
ſit, *Imperatorem*, in cauſſa propria, ac privata, po
ſuſtinere ſimul ſemelque perſonam & *partis*, & *Iu*
cis, & *Executoris*. Publicam verò hanc eſſe *Ordin*
Bohemiæ actionem, ideóque publicis *Imperii* con
tiis decidendam. Id n. quod tangit omnes ab om
bus tractari oportet. Viderent igitur *Imperii Prin*
pes, eam fabulam, quam nunc *Hiſpanica* factio cu

regi

regno *Bohemiæ* in ſcenam prodeat, aliquando, occaſione captata, cum ipſo *Imperio*, dominatui *Iberico* ſubjugando, introducendam eſſe.

His quidem in anguſtiis voluntati divinæ, ſe, ſuaque, permittere: deſuperque opem exſpectare. Interim neque à *Bohemiæ Rege*, neq; ab *Ordinibus*, *Electorem* offendi quoquo modo accidiſſe. Ut eum omnibus rationibus amandum, colendumque ſibi propoſuerint, multaſque egregias hac tempeſtate belli occaſiones, ejus in gratiam, elabi paſſi ſint.

Quòd confœderationes pepigiſſent, ſub *Ferdinandi* abdicatione, novum *Regem* elegiſſent, atque hactenus defenſionis viam iniiſſent: ampliſſimis, juſtiſſimiſque, de cauſis eò ſeſe provectos eſſe, velleque, & poſſe, hæc omnia, modò coram Iudice, & foro competente, hæc cauſſa ventilanda eſſet, ſummo iure tueri.

Interim quod olim à gentilium tyrannis *Chriſtianis* cœtibus intentatum eſſet, omnia ſub iſta tēpeſtate propullulantia infortunia illis ut, ſub fœdis calumniis, adſcriberentur; hoc ipſum hoc tempore itidem uſuvenire, ut vix calumnia naſci, fingique, amet, quæ non in *Bohemos* detorqueatur. Ita n. calumniam narrare, ſeſe, etiam cum *Turcis* veſticōtubernium facere, ut hoſtem *Chriſtiani* nominis, ſub fœderum prætextu, in hæc *Imperii* viſcera alliciant. Sed tantùm abeſſe, ut hoc unquam in mentem ipſis venerit, ut magis, rei *Chriſtianæ* bono, cum *Turcis* paciſcantur, caveantque, ne tale quid accidat. Et ſi maximè, poſito caſu, faxint iſthoc, fœduſque iſtis cum infidelibus pangant, ſcilicet etiam vel *Imperatori*, atque *Auſtriacis*, rem novam non eſſe, poſthabitis *Imperii Ordinibus*, cùm *Turcis*, tam ſuper induciis, quàm pace, tranſigere. Immò contrarium manifeſtum eſſe, miniſtros *Cæſareos* hactenùs apud portam *Ottomannicam*, propoſitis præmiis ampliſſimis, ſolicitaſſe *Turcos*, iſti ut in *Vngariam* educerent, novumque *Regem* eâdem operâ opprimerent. Iam ſi *Turcos*, *Cæſare* atque *Hiſpano*, regnum *Bohemiæ*, cum ſociis provinciis, ſubjugare percupientibus, iſtis expeditionibus offendi, ſibique neſcio quid præmetuere, contingat, ut arreptâ eâ ſimultate in hoc *Imperium* educant, eo eventu ſeſe tunc fore exculpatiſſimos, ut quib. illa calamitas imputari haud quidē debeat.

Eapropter *Electorem*, Principem utique nō tam ſapientem, quàm potentem, eundemque *Evangelicum*, ſeſe demiſsè venerari, omnia illa penſiculatiùs excuteret, inſontib. parceret, regnum, ejuſq; provincias, haudquaquam infeſtaret, neque divinam indignationem, dùm hominib. placere cupit, provocaret. In omnem verò eventum ſicubi, armis cū *Bohemis*, cæteriſque *Provinciis*, experiri, decretiſſimū ipſi ſit, neceſſitate ipsâ exigente, ſibi tandem quoq; de mediis diſpiciendum eſſe, quibus cauſſam juſtamque piamque defendant, novum *Regem* propugnent, libertatem, atque inprimis rem *Evangelicam*, aſſerant. Quo nomine neque divinam opem, neq; confœderatorum, novique *Regis Vngarici*, manum, ſociorumque auxilia, ſibi defutura eſſe. Quid cum *Auſtriæ Ordinibus*, in ordinem redactis, factum eſſet, quā violentia à *Bavaro* opprimi eos, juraque ac privilegia, incerta nunc eſſe, accidiſſet, immò verò iſti ſumptus militares, inſolentiamque præſidiariorum ferre didiciſſent, plus ſatis innotuiſſe. Ut ad intolerabilis id genus, jugi impomentum nihil reliqui factum ſit. Hoc, hoc, jugum, utpote & Deo, & hominibus, exoſum, ſeſe toto corde deteſtari, neque unquam admittere, velle, quamdiu divino præſidio, viribuſque, niti evaleant.

Quòd ſi itaque tot inſontium hominum quiritationes fruſtrà ſint futuræ, citiùs eas nubila, & cœlos, quàm aſpera hominum corda, eſſe penetraturas. Ut vel præ hominibus inexorabilibus, lapides in mœnibus conclamare, trabeſque in contignationibus illis verba reddere, debeant. Interim, hanc ut ultimam neceſſitatem *Elector* ſibi comprecetur, ſeſe nullos arbitrari velle.

V.

Vlrici Friderici, & Chriſtiani, Ducum Brunſvvicenſium, ad Saxon. Electorem, interpellatoriæ.

ILlas juxtà *Bohemiæ Ordinum* interpellatorias, porrò præfecti *Provinciales*, ac *Iudicii* regii aſſeſſores, ad *Saxoniæ* tàm *Proceres*, quàm *civitates*, eiuſdem cōmatis deprecatorias dederunt. Quæ quidem tantùm profecerunt, ut *Equeſtres* per *Saxoniam* contrà *Bohemos* in armis conſiſtere noluerint. *Elector* autē, ſuſque deque habitis, id genus dehortatoriis, inſtar ſcopuli, immobilis permanſit, neque ab incœpto ſeſe dimoveri paſſus eſt.

Ubi igitur iam iam ab arce *Stolpena*, *Luſatiam* verſus moveret, ab *Vlrico-Friderico*, & *Chriſtiano*, *Ducibus Brunſvvicenſibus*, & *Luneburgenſibus*, interpellatoriæ intervenēre, cuiuſmodi *Electorem* ſi non à propoſito dimoverent, ſaltem cunctantiorem redderent. Eæ autem extitēre eiuſce generis: Turbatum *Imperii Rom.* ſtatum ex animis ſibi dolere. Hanc ob rem & tanti quidem momenti, ſeſe *Electorem* corrogare, dignaretur id genus tumultuationibus, adductis præcipuorum *Imperii Principum* ſuffragiis, remediū quærere, locum, & tempus, compoſitioni deſtinare, ac deinceps de modo procedendi determinare. Inter cætera, inprimis hoc, inſtar magni ponderis corollarii, urgere non deſtiterunt, ſub comitiis *Mœno-Francofurtenſibus*, atque electoralibus, re adhucdùm integrâ, *Bohemos* à limine ſive iudicii, ſive collegii *Electoralis*, non fuiſſe repellendos, immò cauſſam ipſorum, quoad diverſa poſtulata, modò veris, atque ſufficientibus, documentis niti potuiſſent, fuiſſe tùm inſpiciendam. Si igitur eâ parte ipſis ſatisfieri, accidiſſet, iiſdemque durantibus comitiis *Imperator* oneribus *Imperii Ordinum* pro virili ſua opem tuliſſet, utique iſtam, iamdudùm inter partes fomentatam, diffidentiam eò uſque neque auctam, neque ultimam ad præſentem neceſſitatem deventum eſſe.

VI.

Saxo reſpondet Brunſvvicenſibus.

QUibus hæc in verba *Saxo* repoſuit: Ex eorum litteris ſingularem, ſuper præſentibus *Imperii* perturbationibus, ſolicitudinē diluceſcere. Ut *Elector* illorum ſententiæ ultrò accedat, iſtam perturbationem & tantam, & talem, eſſe, undè elegantis illius, hactenus benè conſtitutæ, ſymphoniæ, ſi non totalis interitus, ſaltem diſcidium, ac diſmembrationem, inſequi neceſſe ſit. Autoritatem nempè, ac reſpectum, *Cæſaris* cecidiſſe, *Imperii* leges, ac conſtitutiones, iuxtà cuiuſcunque perſuaſiones, detorqueri, inprimis inter *Ordines* diffidentiam tantam increviſſe, ut nulla pars, cui fidendum ſit, nec ne,

certa eſſe poſſit. Hanc autem malorum lernam pręſentibus è *Bohemiæ* motibus ad ſummū uſq; evaſiſſe, dùm, ſub propriæ defenſionis colore unuſquiſque arma expediat, neq; compoſitionis amicabilis ſtudiis ultrà locum relinquat. Sicut quidem, è conventu *Norico* uſuvenerit, ut à *Co-unitis* minæ eſſent auditæ. Quà de re *Ligarianos* tantos armorum facere apparatus accidat, quanti à nullo tempore inter eos fuiſſent comperti. Iam quibus remediis tot, tantiſque colliſionibus, ac diſſidiis, medicina afferri poſſit, libentius ſe quidem ex illis cognoſcere, quàm in medium proponere, velle.

Cæterùm, opinari illos, ſiquidem tempore comitiorum *Francofurtenſium*, *Bohemiæ Ordinibus*, juxtà antiquas eorum immunitates, ac privilegia, cōmoda data ſatisfactio, pariterque oneribus *Imperii*, pro virili *Cæſaris*, tùm cura eſſet adhibita, nequaquam in iſtas ſive dividias, ſive extremitates, rem degeneraſſe. Hæc tametſi in medio relinquat *Elector*, nihiloſeciùs tamen confirmatiſſimum illis perhibere poteſt, variis, iiſque fidelibus, interpoſitionib. rem tentatam, actamque, eſſe, nempè, quò *Cæſaris*, *ac Regis*, ſummi utique magiſtratus, cōſervaretur reſpectus, exceſſus inſolentes removerentur, *Ordinibuſque* litteræ Majeſtaticæ, jura, ac privilegia, conſtarent ſarta tecta. Sed tantùm abfuit, ut admonitiones, interventioneſque, ullæ, fruſtrà toties, & quidem à nobis collatę, locum invenerint, ut potius, deſperatis pręvalentibus conſiliis, in *Turcorum*, *Tartarorumque*, fœdera, atque auxilia, iſtis tranſitum ſit, modò *Cæſari*, ac *Ligarianis* terrori eſſe ſuſtineant. Atq; vel exindè factum, ut nihil vota, nihil preces, nihil admonitiones, totius etiam *Collegii Electoralis* valuerint, dies in diem, tempuſque ſubindè, variis ambagibus, extrahi cœperint, interponentes, malam gratiam retulerint, *Electoralis* collegii interpoſitionem ex tempore repudiari, aliamque, & novam electionem regiam, ſuſcipi, contigerit, eo, ut videtur, prorſus inſtituto, ut tot admonitionibus, interceſſionibuſque, deinceps obex velut obiiceretur, ne amplius vel quidē tentari poſſet compoſitio. Ex adverſo *Imperator*, ac *Rex*, cauſſam ſuam, eiuſque inſpectionem, *Electoribus* permiſit, itemque, ab exceſſu *Matthiæ Imp. Ordinibus* indulta, ac privilegia ſua, ritè cōfirmavit, ut per illum haud ſteterit, quò minùs tranſigi uſuvenerit.

Quæ cum ità miſerrimè comparata ſint, ut tanto malo medicina proſtet nulla, non ſine perturbatione, ad animum ſe admittere, homines impotentes, ac feroces, eò cæcitatis delabi, ut jura, privilegia, immunitateſque ſuas, immò verò *Religionis Evangelicæ* axioma, tanquam præcipuum theſaurum, incertæ belli aleæ committere, ſive, ut aiunt, in novaculæ acie ponere, quàm amicabili compoſitioni ſeſe ſubmittere, velint. *DEVM* igitur orandum eſſe, illis meliorem mentem ut largiretur, iſtique ſive ad frugem redirent, ſive pœnitentiam emendarent.

De oneribus *Imperii Ordinum* ità eſſe: *Electorem* animitùs optare, vel ut nulla, vel ut, mediante trāſactione, omnia cōpoſita eſſent. Se neq; hoc in paſſu quicquam intermiſiſſe laboris, aut officii, ſpemque, haud dubiam, cōcepiſſe, niſi *Matthias Imp.* maturiùs exceſſiſſet, tùm turbæ iſtæ *Bohemicæ*, omnia perturbantes, interveniſſent, magnam partem de iſtis jam fuiſſe tranſactam. Quò minus autem nuperis illis ſub comitiis *Francofurtenſibus* ea de re tractatio inſtitui potuerit, in cauſſa eſſe quorundam *Electorum* tàm abſentiam, quàm *Imperatoris*, recèns inaugurati, informationem haud ſufficientem. Interim *Principibus Co-unitis*, apud *Noricum* congregatis, *Imperatorem*, per *Comitem Hohenzolleranum*, legatum, conteſtatum, eſſe, ſeſe, quàmprimùm ejus liceat, gravaminibus id genus mederi velle. Quæ declaratio ſicut tùm ſatisfecerit *Co-unitis*, ità nullum dubium eſſe, poſtmodum *Imperatori*, ubi præſentibus è tricis evaſerit, eam cordi futuram.

Ligarianos autem haud parum ab *Co-unitis*, ſub præſcriptione certi termini, intrà quē categoricôs reſpondere tenerentur, offendi contigiſſe, ut etiam inofficioſas armorum interminationes ægrè tulerint. Interim, ſub *diæta Vlmenſi* hanc litem partim deciſam, partim commodius in tēpus extractā, eſſe.

Remedium hac atroci tempeſtate, quocunque trutinam propellamus, præſentius intuemur nullū, quàm ut nobiſcum cæteri *Imperii Principes*, *Ordineſque*, tàm neceſſario tempore, *Cæſari* ſuppetias ferāt, motus iſtos *Bohemicos*, tanquam omnis mali officinam, ac materiā, compeſcant, *Cæſari* autoritatem, honoremque, conſervent, oppreſſaque lernâ *Bohemica*, reſtituto in integrum *Cæſare*, tùm demùm, de gravaminibus *Imperii* deliberent, ac videant. Hac via, hoc ordine, magiſtratui obedientia, ſubditis jura, ac privilegia, conſervabuntur, cædibus, ac laniénis, obviàm ibitur, integrorumque populorum, ac regionum, devaſtationibus, everſionibuſq; occaſio præcidetur, veræque, ac defæcatæ *Religionis* noſtræ libertas ad poſteros propagabitur.

Hunc ergò præſentis noſtræ expeditionis unicū, & verum, ſcopum eſſe *DEVM* & conſcientiā noſtrā, teſtamur, ſicut eo fine *Luſatiæ ſuper.* proceribus expeditionis hui⁹ *Cæſareæ*, ac *Regiæ*, contenta, fideliter intimari fecimus: ſub ſpe, fururum, ut *Cæſaream*, *Regiamque*, clementiam, etiam nunc illis oblatā, utraque manu arripiant, ſalutemq; exitio præferre diſcant. Quam illis mentem ex animis apprecamur.

Quod reſtat, amicè à vobis contendimus, hoc noſtrum inſtitutum meliorem in partem interpretari, juxtaque ſupremo magiſtratui inſerviēndi ſtudium, iſtis ſub *Cæſaris* difficultatibus, intueri, ac cōprobare, nec non conſilio, operaque, anniti velletis, quò dilecta hęc patria, totumq; *Imperium*, ab omnibus periculis eripi, paciſque almæ nobile bonum poſtliminiò reduci, poſſit. Atq; hoc pacto pręſentem expeditionem noſtram ad animum admittere, noſtrumque inſtitutum, adverſus malevolorū injurias, excuſpare, ſi velitis, rem utiq; non ingratam præſtabitis.

C A P. VII.

De progreſſu Saxonis, atque expugnatione Budiſsinæ.

I.

Saxo Budiſſinam oppugnat.

AD haſce ſuperiores *Saxonis* adhortatorias cùm *Luſatiæ Proceres* tergiverſarentur, caſtra *Budiſſinæ*, ejuſce regionis civitati metropolitanæ, admoveri cœperunt,

perunt. Primùm enim ex arce *Stolpena Biſchofsvverdham*, mox ad *Budiſſinam*, promovit. Exercitus conſtabat ex duodecim tàm equeſtris, quàm pedeſtris, armaturæ millibus, vario belli apparatu abundè inſtructus. Cives *Budiſſini*, ad reiteratas *Saxonis* admonitoriales, dicto libenter fuiſſent audientes, niſi præſidiarii, à *Iägerndorffio* immiſſi, vetuiſſent.

Nonis itaque *Septembribus*, *Fridericus*, *Dux Saxo-Altenburgicus*, civitatem coronâ cinxit, lociſq; idoneis loricis excitatis, ejaculatione ignium, tormentorũque, anguſtare cœpit. Ex adverſo, præſidiarii maſculè reſiſtentes, tàm tormẽtorum in caſtra exploſionibus, quàm aliquot tentatis impreſſionibus, ſuo officio non defuêre. Nec ſegniùs egerunt *Sileſii* equites, diverſis velitationibus, ac præliis, quid hoſtis poſſet, experti. Interim, miles *Saxonicus* per agrũ *Budiſſinum* paſſim prædas agere, omnia depopulari, varii generis pecora abigere, mactare, caſaſque ſuas pellibus inducere, atque, ad ſummam, more militari, inſolenter agere. Quâ de re plebs ruſticana, delectu facto, in caſtra emiſit, qui, *Electori* ſupplices facti, clementiam implorarent, ſeſeque in protectionem dederent: undè illis, ſicut aliâs dedititiis, parſum eſt.

Secundùm hæc, macceriâ, foſſis, ſepimentiſque, circiter eductis, ex omnibus ferè angulis civitas vehementius oppugnari cœpit, obſeſſis non minus è baliſtis, ſclopetiſque, inter ſucclamationes venatorias, reſpondentibus.

II.

Iägerndorffii ſuppetiæ cæduntur, ac fugantur.

IAEgerndorffius, quòd divinaret, occupato *Budiſſino*, reliquas *Luſatiæ* civitates haud fore intactas, tantùm non in tumulo apud *Görlicium* propugnaculũ erexit, quò civitatem defenderet, ſed aliquot equitum, peditumque, cohortes in finitima oppida dimiſit. Eas *Saxonici*, fortè prædas agentes, interceperunt, conflictuque cum illis ad bihorium extracto, cæſis utrinque non paucis in *Lubbaviæ* uſque ſuburbium fugarunt, quo incenſo, reliquiæ in civitatem receptæ ſunt.

III.

Budiſſinæ deditio.

X. *Cal. Octobres*, ubi hactenus tot *Electoris*, pro deditione facienda, admonitiones fuiſſent fruſtrà, oppidanique cum multis, ut fieri amat, opprobriis contumaciter reniterentur, *Elector* admotis baliſtis, ſive tormentis ingentibus, partem muri dejecit, incenſiſque ædificiis, magnam ſtragem edidit. Quo durante incendio, poſteaquàm *Saxones* ſuburbano, valloque, ac loricâ, paulò antè ab obſeſſis extructâ, eſſent potiti, jamque ferro, atque igne prædominarentur, præſidiarii, ſpiritus ſubmittentes, ſe ditionem obtulêre. Quo intellecto, illicò ab armis, inſultibuſque, feriatum eſt, ſignoq; per tympanotribam dato, *Mansfeldius* receptui canere juſſit. Deinde tubicini in civitatem immiſſo, hoc pacto reſponderunt, duo militares præfecti ad portas mitterentur, cum illis ſeſe de deditionis mediis acturos fore.

IV.

Deditionis iſtius articuli.

MIſſis igitur duobus Centurionibus, ſuper deditione facienda ſequentibus articulis conventum eſt: Loco *Saxonici* illius legati, *Iacobi à Grünthal*, ſociorumque, *Chriſtophorus de Cornertzkÿ*, itemque *Adamus à Geysler*, centuriones obſidum vice forent, quouſque prædictus legatus, unà cum comitibus, dimiſſus eſſet. Præſidiarii, aſſumptis vaſculis, reculiſque, armati gladiis, ſclopetiſque, vexillis obvolutis, abſque funiculis ardentibus, *VII. Kal. Octob.* educerent. *Centuriones* verò prædicti vexilla *Electori* traderent. A quo, ſingularis conteſtandæ ergò gratiæ, preſtò illis reddita ſunt. Ægri, vulneratique, intrà ſeptimanæ ſpatium, avocarentur. Omnes, & ſinguli, militum præfecti, trium menſium ſpatio, contrà *Saxonem* ne militarent. Captivi, ſoluto menſtruo ſalario, utrinque dimitterentur. Cum civibus, juxtà tenorem cõmiſſionis *Cæſareæ*, ageretur, ſtatimque, militibus dimiſſis, *Conſulum*, obviàm procedentiũ, manibus, *Electori* claves offerrentur. Deniq; Arx regia, omni cum apparatu ſive bellico, ſive domeſtico *Electori* traderetur. His ità pactis, conſummatiſque, *VII. Cal. Octobr.* præſidiariis excedentibus, *Magiſtratus Electori* obviàm, & ſupplex, factus, claves contradidit. Ex adverſo *Fridericus*, *Dux Saxoniæ*, ſuos ſub lituis, & claſſicis, ordine introduxit.

V.

Budiſſinæ civitatis infortunium.

HOc pacto civitas *Budiſſina* tormentorum ejaculationibꝰ, ignibuſque, miſerè defœdari cœpit. Ut ſuprà mille centum, & triginta ſex, ædificia, tàm publica, quàm privata, flammis conſumpta fuerint. Damno, tùm illato, quatuor auri milliones æquante. *Elector*, pro ædium reparatione, architectos, & mechanicos, conſcribere, civeſque macerie, atque ſupplementis, juvare juſſit.

VI.

Electori homagium deponunt Budiſſini.

III. *Id. Octobr.* in atrio curię civitatis thronus holoſerico nigro ſtratꝰ, poni cœpit. Super quo *Elector* reſidens, ad dextram *Guolfgangum*, *Comitem Mansfeldium*, alioſque tribunos, à læva verò conſiliarios ſecretiores, admiſit. *Senatu*, *Coſſ. P. Q. Budiſſino*, admiſſis, eleganti ſermone *Schonbergius* peroravit, graviter quidem eos in *Cæſarem*, *Electoremque*, *legatum Cæſareum*, deliquiſſe, inquiens, interim, ad ſupplicationes factas, hanc illis noxam eſſe remiſsã. Modò jàm obedientiæ debitæ, atq; officii ſui, ſatagerent, *Electorem* proviſurum, tantùm non *Evangelica* confeſſione deinceps ut gaudere, ſed etiam à *Cæſare* cõfirmationem impetrare, poſſint. De iniuriis, quæ, tempore obſidionis, ſibi intẽtatæ fuiſſent, pariter *Electorem*, præeunte diligenti inquiſitione, viſurum. Secundum hæc *S. P. Q. Budiſſinus* flexo poplite in certam juramenti formulam juravit. Poſteà, ſinguli, humo ſeſe levãtes, dexteris injectis jurarũt. Eo actu feliciter peracto, *Matthias Hoeus*, concionator *Electoralis*, ſuper illis verbis, apud *Salomonis Eccleſiaſtem*, *cap. VIII.* proſtantibus. *Teneo ego verba Regis, Deique iusiurandum:* ſermocinatus eſt, *hymno* triumphali illo: *Te DEUM laudamus*: fidibus, muſiciſque concentibus, feſtivum in morem clangente.

VII.

Saxonis Progreſſus.

CIvitate *Budiſſina* in ordinem redactâ, *Elector*

fecialem cum litteris *Sittaviam* emiſit, illud præ ſe ferentibus, cives rerum ſuarum ſatagentes, voluntati *Cæſareæ* parérent, neve inobedentia ſua *Electorē* provocarent, quò civitatem, admotis armis, machiniſque, expugnare teneretur. Illis igitur veniam facti, & quod ſub poteſtate *Iágerndorſii*, eiuſque præſidio, eſſent, ſuppliciter deprecantibus, eo tempore parſum eſt. Intereà, *Graditium*, in finibus *Görlicenſiū* ſitum, *Saxones* tentârunt. Pręſidiariis autem fortiter reſiſtentibus, admotis tormētis, mox oppidum expugnari, & cùm opportuno loco poſitum eſſet, propugnaculis, præſidioque certo, communiri, cœpit. Paulò poſt, eodem ſucceſſu *Barutum*, *Forſtla*, *Luba*, & *Guba*, civitates, copiis *Saxonicis* aliquouſque renitentes, deditionem fecerunt, cumque *Electore* in gratiam redierunt.

CAP. VIII.

De Friderici Pal. Bohemiæ Regis, ad Saxonem increpatoriis.

I.

Fridericus Pal. Boh. Rex, ſub feudorum renunciatione, in Saxonem invehitur,

BVdiſſini expugnatio ubi ad aures *Friderici Pal. Bohemiæ Regis*, perveniſſet, indignanter ille hanc *Saxoniæ Electoris* invaſionem ferre, ſimulátque edictis, quibus eum feudis *Bohemiæ*, privaret, fulminare, cœpit. Itaque *Voigtlandiæ*, aliarumq; partium, ſubditis, poſt juramenti exolutionem, ne *Saxoni*, tanquam regni *Bohemiæ* hoſti, ſive pecuniarū, ſive armorum, nedùm hominum, ſubſidiis, nedùm commeatu, neve alio modo quoviſcunque opem ferrent, conceptiſſimis verbis interdixit, ſub interminatione, niſi dicto audientes ſint, ſub ferri, atque ignis, rigore, in contravenientes animadverſurum eſſe. Eadem aſperitate, ne è *Bohemia* in *Saxones Electorales* frumenta tranſportarentur, ſub interdicto, prohibuit. *Elector* verò, ex adverſo, *Bohemis* ſalis uſum, & commercia, cum *Saxonibus*, negavit.

II.

Friderici, Boh. Regis, ad Ioan. Caſimirum, & Ioan. Erneſtum, fratres, Duces Saxoniæ, illum Coburgicum, hunc Iſenacenſem, mandatoriæ.

AB id genus interdictorum publicatione, porrò *Fridericus, Boh. Rex, Duces Saxoniæ, Coburgicæ*, atq; *Iſenacenſis*, lineæ, mandatis, ſatis aſperis, *Electorem Saxoniæ* ſpectantibus, urgere non deſtitit. Litteræ autem erant iſtius, & quidem ingrati, ſaporis: Notum vobis utique facimus, inquit, *Saxoniæ Electorē*, poſteaquàm paulò in antè, ex impulſu, *Bohemiæ* transfugarum, aliorumque tàm Clericalium, quàm ſecularium, ſicariorum, nec non *Ligarianorum*, *Hiſpanicæq;* conſpirationis, veteratorum, contrà hoc *Bohemiæ* regnum, ſociaſque *Provincias*, hoſtile fœdus iniiſſet, conventuſq; iſtius *Mulhuſiani* ſanguinaria, ac clancularia, decreta, in effectum deducere, ſtipulatus eſſet, cis paucos dies, mediocri cum exercitu in *Marchionatum ſuper. Luſatiæ*, tanquam regni noſtri ſociū membrum, impreſſionē feciſſe, atque, antè omnia, proceres eius provinciæ, præeuntibus machinis, proditionibuſque, contrà faſque piumque, abalienare conatum eſſe. Iſtis autem attentatis diluceſcētibus, eiuſq; impoſtoribus, atque emiſſariis, in cuſtodiam redactis, poſthabitis *Procerum* ad eū emiſſis litteris, ac remonſtrationibus, affatim deprecatoriis, etiam *Budiſſinum*, civitatem noſtram, oppugnare ne verecundatus quidem eſt. Quanquam hactenus fruſtrà fuerit, atque deinceps, *DEO* ſecundante, nihil effecturus ſit.

Quo facto ſiquidem contrà juramentum, quo nobis, ſuper diverſis, à regno noſtro ipſi olim collatis feudis, obligatus eſt, peccârit, eaque re omnibus illis *feudis, regalibus, iuribuſque*, ipſo eventu exciderit, ut juſta ex indignatione cum exercitu educere, feudaque nobis vindicare, ſubditoſq; ad obedientiam adigere, poſſimus, nihilominùs inſontiū ſubditorum, utpote quib. ſuperiorum errores imputari non æquum eſt, ratione habitâ, iſtos debitæ nobis obedientiæ admonere, vobis verò idem indicare, viſum eſt, inſtanter contendentes, ſeriò inculcantes, ac ſine miſſione admonentes, ab huius diplomatis intimatione, quam primùm eas regiones, tanquam feuda à regno hoc dependentes, ſubditis jam tùm à nobis iuramentis-tenùs abſolutis, ex regia autoritate, ac potentia, noſtra, avocare, citare, atq; ad obedientiam, nobis debitā, ſive verbis, ſive armis reducere velletis. Idque ſub amiſſione, ac privatione, eorum ipſorum feudorum, quæ pariter regni noſtri indulgentiâ vobis conceſſa ſunt. Atque hoc modo neque *Electori*, neque *Ligarianis*, utique hoſtibus noſtris, ulla in re, ſive commeatu, ſive copiis, ſive ſubſidiis, ſive quomodocūq; id fieri queat, opem feretis. Hoc ipſum eſt, ꝙ nobis ità futurum promittimus, viciſſim amicâ talionis lege vobis devincti, adeóq;, in caſu neceſſitatis, ſub exercitu, feſtinanter educendó, vitæ, ſanguinis, fortunarumq; omnium, periclitatione, haud defuturi.

III.

Electoris, ad intimationem Saxoniæ Ducum, reſcriptum.

IStas invectivas ſimulátque receperunt ambo *Saxoniæ Duces*, illicò rē omnē ad *Electorem* detulerūt. Qui, ſub *III. Id. Octobr.* eiuſmodi reſcriptum dedit: Gratias ſe agere, inquit, pro cōmunicatione facta. Ac, prout indè ſinceram illorum benevolentiam intelligere volupe eſſet, ità illos inſtitutum ſuum, atq; in *Luſatiam*, cum exercitu, progreſſum, celare nolle. Antequàm autem cum copiis moveret, idem ſibi ſcriptum à tribus regni *Bohemiæ Ordinibus*, eiuſdemq; tenoris, cuiuſmodi modò ab illis communicari accidiſſet, ad ſe fuiſſe, perlatum.

E quibus notorium fiat, pacificas ſuas intentiones illas, &, quòd conſervationem *Religionis Evāgelicæ*, tùm autoritatis *Cæſareæ* redintegrationem, intenderet, conſilia ſua, *Bohemis* adverſa, atque inimica, fuiſſe. Indè eſſe, ut *Elector* publicis *Palatini* diplo-

diplomatibus prò hoſte ſit renunciatus, omnibuſque *Bohemi* cum *Saxonibus* commerciis prohibiti ſint. Cùm is tamen, omnis hoſtilis ſuſpicionis evitandæ gratiâ, per *Capitaneum Provincialem, Adamum à Gerſdorff*, *Proceres Luſatiæ* convocari curaſſet, illi commiſſionem *Cæſaream* ut audire, eidemque morem gerere, atque in gratiam reverti, vellent.

Intereà copiis *Iagerdorffianis* civitatem invadentibus, legatos intercipientibus, proceres regionis abalienantibus, variiſq; exceſſuum generibus delinquentibus, non potuiſſe denique non, pro vindicanda tùm *Cæſaris*, tùm propriâ, autoritate, aliter facere, quin civitatem, vigore allegatæ commiſſionis, armis in poteſtatem ſuam, quanquàm non citrà damnum, redigeret. Abſque iſta tamen obſtinata contraventione fuiſſet, ut ultimis iſtis remediis ſuperſedere libēter voluerit. Sua enim ex parte ad ravim uſq; admonitionibꝰ defatigatũ eſſe. Quàm fruſtrà autem illis laboraverit, tot interpoſitiones irritas, ac protractas, totidem tractationes ejuratas, declarare. Vt etiam in fœdera cum *Chriſtiani* ſanguinis hoſtibus conſpiratum ſit, *Imperatoris*, utique ſupremi magiſtratus, autoritatem labefactari, juſiuranda violari, omniaque in *Imperio*, tanquàm ſine capite, atque ordine, ferri, contigerit. Hæc omnia, ac ſingula, ſicut & acta, & facta, loquuntur, illis incognita eſſe non poſſe. Vt de remedio, quo quidem hæc ingens *Imperii* ruptura conſolidari, ſanarique, queat, facilè deſperet, magiſq; ab aliis edoceri, quàm modum præſcribere, cupiat. Semel autem id genus homines magis, magiſque, furiis inquietari, vel è præſentibus *Palatini* edictis pateſcere. Quando nec adhúcdùm quieſcere iſtis integrum ſit, quin in fideles *Imperii Principes*, utiq; quibus *Cæſaris*, autoritas, legumque fundamentalium conſervatio, curæ eſt, verbis atrocibus debacchentur. Eaque ab invitis extorquere cogitent, quæ contrà omnia jura, tàm divina, quàm humana, è diametro pugnant, nedùm ſalvo ordine, ac pietate, admitti poſſunt. Cæterùm, de communicationibus benè eſſe: Et viciſſim in pari, vel majori officiorum genere reſpondere paratum eſſe. Id quod certò illud hiſce deponat, ac promittat. Interim, edictorum *Palatini*, falſiſſimis hypotheſibus nitentium, rigorem mirari ſatis vix poſſe. Cùm ea ſibi imponantur, quorum nullo tempore reatus imputari quitus eſſet. Quà contumeliâ enim *conventum Mülhuſinum* appellitârit conciliabulum ſanguinarium, ac clancularium, ipſe viderit. Profectò *Electores*, quorum autoritas, ac virtus, pariterq; ſuper turbatiſſimo hoc *Imperii* ſtatu, benè merendi ſtudiũ, ſufficienter omnibus bonis perſpecta, pro ipſis loquuntur. Vt, requirente illorũ officio ſplendido, fideque, ac juramento, quibus utique *Imperio* obligantur, ſecùs facere haud potuerint quidem, quin immani iſti in *Imperio*, per regnum *Bohemiæ*, *Imperii* nempè præcipuum *Electoratum*, oborto rictui ſeſe opponerent, incendiis, latè graſſantibus, obſtaret, *Imperatoris autoritatem*, debitumque reſpectum, tuerentur, ſubditos ad obedientiam revocarent, adeòque pacem, ac ſecuritatem, conjunctis tàm cõſiliis, quàm viribus, reproducerent. Neque ſolos *Electores* eo conventu coiiſſe. Sed etiam *Maximilianum, Bavariæ Ducem*, ſed etiam *Ludovicum Heſſiæ Lādgravium*, præcipuos, & fideles, *Imperii Principes*, omni ſollatâ induſtriâ ad pacis redintegrationē cooperari tùm cœpiſſe. Eò ſub *Electorum, Principumque*, conventu nihil deceptum eſſe aliud, quàm *Electorē Palatinum*, per quævis penetrantia, convenientiaque verba, & media, eam in ſententiam perducere, quò regno *Bohemiæ*, cum ſociis provinciis, antè intercepto, abiret, illudque *Regi* ſuo, diu antè electo, coronatoque, atque à *Matthia Imp.* omnibuſque *Electoribus*, confirmato, reſtitueret, unàque regiones, ac provincias, in armis renitentes, ad obedientiam *Cæſaris* reduceret. Hoc niſi fieri queat, nō poſſe *Electores*, ac *Principes*, *Imperio* fideles, diutiùs hanc perturbationem ferre, *Imperatoris* autoritatem protritam intueri, adeòque *Bohemiæ, Regem*, coronatum, unctumque, atque ab ipſo *Electore Palatino* agnitum, admiſſumque, deſerere, atque ut ab *Imperio* præcipuus ille *Bohemiæ Electoratus* ſequeſtraretur, pati. Hic nunc ſive receſſus, ſive decretum, *Elect. Palatino*, ordinibuſque *Bohemicis*, quantò ociùs intimari, omniumque ad notitiam publicari, cœpit. Quo colore igitur, pacis componendæ, ac reducendæ, ſtudio, ab *Electoribus, Principibuſque*, latum illud ſalutare decretum clancularium, ſanguinariumque, perhiberi poſſit, omnes ſanæ, bonæq; mentis amantes, judicarent. Se quidem per conſcientiam obteſtari poſſe, aliud nihil tùm quidem actum eſſe. Si igitur *Electores, & Principes*, de fide, cōſtantia, & fortitudine, ſatis cogniti, ac præſtantes, quòd *Imperio* pacem, ac quietem, reſtituere, *Imperatori*, capiti ſuo, honorem conſervare, ſubditorũque jura, ac privilegia, aſſerere, unicè incumbunt, eamque in rem publicos conventus celebrant, ideòque culpandi ſunt, dùm bono publico utilem operam navant, quid de iſtis fiet, qui privata publicis anteferentes, in aliorum poſſeſſiones veniunt, turbiſque, & motibus, dant operam?

Quòd de triplici juramento, quò *Electori Palatino*, ratione feudorum à regno *Bohemiæ* dependētium, obligatus eſſet, obiicitur, in eo *Palatinum*, ſuauiter errare, ac more ſuo facere. Illud quidem negari non poſſe, certa quædam feuda, à regno *Bohemiæ* dependentia, *Electorem* recognoſcere. Ità tamē, ut à *Rege Bohemiæ*, legitimè electo, coronato, atque ab *Imperatore*, ſive *Electoribus Imperii*, approbato, ea confirmari petat. Tantùm verò abeſt, ut *Elect. Palatinum* hactenùs pro legitimo *Bohemiæ Rege* habeat, ut hunc ei honorem, titulumque, deferre nunquam induci potuerit. Cauſæ enim obſtant, inter cæteras, illæ graviſſimæ. Nempè *Imperatorem* hunc modernum *Elect. Palatinus* ipſe *Bohemiæ Regem* ſalutavit. Nempè ipſe in *Imperii* comitiis, in conclave *Electorale*, & ſeſſionem, admiſit. Nempè ipſe tandem, inter cæteros *Electores*, ad *Imperii* apicem, majeſtatemque evexit. Nempè ipſe deniquè ſe ipſummet *Imperatoris* feudatariũ ſtitit. Vndè factum, ut feuda iſta *Bohemica* à nullo alio, quàm *Imperatore* ſibi eroganda, confirmandaque, eſſent. Rectiùs igitur faceret *Palatinus*, ſicubi priùs legitimũ ſe *Regem* probaret, atque evinceret, antequàm de feudis renunciandis vellet ſolicitus eſſe. Atque hoc modo triplex iſtud juramentum, quod erat objectum, ſponte ſua corruere, cum ne quidem unico, ac ſimplici, juramento ipſi obligetur, tantùm abeſt, ut triplici illi ſit obnoxius. Nunquam enim à ſe pro *Rege Bohemiæ* haberi cœpiſſe. Cùm ipſe *Palatinus*, unà cum cæteris *Electoribus*, *Imperatorem*, tanquā *Regē Bohemiæ* ritè ſalutârit, ejuſdemque inauguratio-

gurationem approbarit. E quibus omnibus facilè fit evidens, quàm inconſultò, ac præpoſterè, invehatur *Palatinus*, quàmque illius edicta fundamentis ſatis lubricis ſuperſtructa ſint. Quo nomine ſicubi porrò vobis moleſtus eſſe non deſinat, nihil ſe dubitare, abundè illis ſuppetere, quibus errori eius obviàm eant. Tùm inprimis confœderationem illam hæreditariam, quæ utrinque intercedit, tàm arctam, ac firmam eſſe, ut ſub quocunque colore violari nequeat. Quo quidem arctiſſimo neceſſitatis, ac fœderis illius, vinculo, *Electorem Ducibus* viciſſim conſtanter adhærere, ac cupere ut conſilia, atque actiones, ſuæ, in ſalutem *Imperii* directæ, à quoviſcunque bonæ mentis ſtudioſo, tàm videri, quàm cenſeri, queant. Ità enim agere decet, ut neque *Deum* in indignationem provoces, neque hominum judicia extimeſcas. Vt neque per *Pontificios*, neque *Calvinianos*, ſtare deinceps debeat, *Elector* ut *Evangelicam* ſuam confeſſionem, ſub qua naſci, atque educari, contigerit, opprimendam, aut conculcandam, eſſe, pati velit. Vt potiùs, exemplo majorum, & vitam, fortunaſque omnes, pro ejuſce vindicatione, impendere ſit affectus. Hanc mentem ſuam eſſe. Vt idem illis perſuaſiſſimum, cæteriſque omnibus certiſſimum, eſſe, debeat.

Io. Petri Lotichij
RERVM GERMANICARVM
LIBER VII.

CAPVT I.

De Vnioniſtarum concurſu apud Francofurtum.

I.

Vnioniſtæ, apud Oppenheimium, caſtra metantur.

POſtquàm ſuperiori libro tàm de *Spinolæ*, quàm *Saxoniæ Electoris*, expeditionibus vidimus, tempus monet, ut, quid cum *Vnioniſtis*, *Bavaricíſque* copiis, actum ſit, juxtà quoque exponamus. *Co-uniti* igitur, à tranſactione *Vlmenſi*, in *Palatinatum* recedentes, in colle apud *Oppenheimium* caſtra poſuerunt, & quidem loco ſatis iniquo. Vbi cùm aquarum incideret defectus, diu multitudinem hæc penuria fatigavit. Tandem hic defectus agricolæ cujuſdam ingenio emendari cœpit. Repertus enim homo plebejus, qui, monſtrato compendio, per foſſas, ſcrobeſque, atque id genus aquæ ductus, aquarum in edito copiam exhibuit. Quæ res tàm feliciter illis cecidit, ut abundè militi ſuppeteret; undè aquarentur. Vt haud rarò etiam ruſticani, etiam olitores, ac foſſores, opportuna ſuppeditare conſilia, vel hocce exemplo, evincantur. Scilicet univerſus hìc ab unius, & quidem plebeii, hominis operâ exercitus pendebat. Apud quem tot *Germani* ſanguinis *Principes*, tot dynaſtæ, videlicet, è quibus *Ioach. Erneſtus, Marchio Brandeburgicus*, Generalis locum-tenens, *Io. Fridericus, Dux VVürtenbergicus, Georg. Fridericus, Marchio Durlacēſis, Iulius Dux VVürtenbergicus, Carolus, Marchio Badenſis, Fridericus, & Philippus, Comites, Solmenſes, Ioannes, Comes Naſſovius*, aliique, viri præcipui, congregabantur.

DECLARATIO LITERARVM ET Numerorum æri inciſorum.

- A. *Locum-tenens Generalis.*
- B. *Summus equitatus Præfectus.*
- C. *Humus paludoſa.*
- D. *Comes Fridericus Solmenſis.*
- E. *Commiſſarius Generalis Helmſtetterus.*
- F. *Diverſi Primates.*
- G. *Conſilium Bellicum ſeu eius Aſſeſſores.*
- H. *Metator Generalis.*
- I. *Scribæ & Fiſcalis.*
- K. *Generalis rerum capitalium Præfectus, Commiſſarii & alij officiarij.*
- L. *Tres cohortes 200. peditū, cum Domini Brackelii 250.*
- M. *Totidem peditum ſigna.*
- N. *Sex militum ducentorum, cohortes abſq; Officiariis.*
- O. *Carrago, ſeu curruum locus.*
- P. *Vexilla ſex 200. armatorum.*
- Q. *Annonarii.*
- R. *Paludes.*

1. Tor

Tormenta, ſive machinæ fulminales.
Materialia.
Equi, rei tormentariæ & curribus vehendis, deſtinati.
Cunicularii.
Lignarii, Cæmentarii, Ferrarii & cæteri mechanici.
Generalis Locumtenens.
Eiuſdem diverſorium.
Munitor, Conductor, antigraphus.
Subminiſtratores, ad rem tormentariam pertinentes.
Machinatores & baliſtrarii.
Commeatus tormentarius & annona.

II.

Co-uniti ad Francofurtum educunt.

Nfra *Confluentes* exercitum *Hiſpanicum* in adver-
ām *Rheni* ripam traiiciente *Spinola*, *Palatinatum-*
e per fauces montium *Abnobiorum*, ſive *Cæſiorum*,
tente, rumor increbuit, *Francofurto* timendum
e. Qua de re *Fridericus Solmenſis*, aſſumptis e-
itum, peditumque, legionibus aliquot, *III. Id.*
guſti noctu, ſuperato *Rheni* agmine, promovit,
moque manè in finibus & conſpectu, *Francofur-*
ſium, militem expoſuit. Indè per pontem ligneā
ue compactilem in alteram *Mœni* ripam co-
ıs trajecit, inque campo, quod à furca, ſive
tibulo, nomen habet, locum, caſtris idoneū,
git, loricíſque ſuperinductis communire cœ-
.Eum die inſequenti *Principes*, cum tota exerci-
s mole, apparatuque bellico uſque ad *Mœni* tra-
ctum, inſecuti ſunt, equeſtribus copiis per ſyl-
m *Francofurtenſem* diſpoſitis. Cùm autem cis,
tràque *Mœnum*, caſtra duplicare, res laborioſa
deretur, copiæ, primitùs trajectæ, reduci, inq;
a *Mœni* ripa, qua parte *Francofurtum* à vetuſtis *Sa-*
nibus appellatum eſt, caſtra poni, cœperunt.

III.

inola Oppenheimium petit, intereaque Crucē-
nacum intercipit.

Nterea *Spinola* apud *Moguntiacum* exercitum tra-
iciente, *Onoltzpaccenſis Marchio* ilicet vaſa con-
mare juſſit. Et, poſtquàm agro *Francofurtenſi*
mnum haud modicum intuliſſet, noctu magnis
neribus perrexit, veritus, ne, ſe abſentivo,
inola, pontem, ſive trajectum, ad *Oppenheimi-*
interciperet. Itaque hac celeritate *Onoltzpa-*
anus, *Spinolam* antevertit. Intereà omnibus
piis propè *Moguntiacum* trajectis, *Spinola*, relicto
o *Archiepiſcopali*, rectà in *Palatinatum* promo-
. Qui cum ipſe verſus caſtra *Unitorum* progre-
etur, intereà *Guilhelmum ab Eſſern*, cum aliquot
ionibus, additis etiam tormentis, miſit, *Cruce-*
um, inferioris *Palatinatus* civitatem ferè præci-
am, præſidio non ità firmo munitam, ut occu-
ret. Is mandatis parens, circà veſperam apud
ucenacum appulit, ductiſque ex tempore loricis,
mentiſque præparatis, ilicet deditionem po-
lavit. Quo intellecto *Senatus* oppidanus, uſ-
e in diem ſequentem, deliberandi ſpatium pe-
. *Hiſpanis* autem ſine mora deditionem urgen-
us, *S. P. Q. Crucenacenſis* denuò deliberare cœ-
. Auxiliis autem, ac defenſionis mediis, ap-
rentibus ferè nullis, *Capitaneus* provincialis, ejus loci præſidiariis præfectus, ex *Arce* ter factis tormentorum exploſionibus, tanquam teſſerâ datâ, explorare voluit, an aliquid ſuppetiarum à ſuperioribus exſpectandum eſſet. *Hiſpani* intereà totâ nocte apud civitatem loricis, cuniculiſque, deducendis, occupati, ſimulatque oppidanorum teſſeram iſtam perceperunt, tormentorum glandibus, bono numero exploſis, civitatem, arcemque, terrere, extremaſque ſuburbii portas flammis abſumere, cœperunt. *Senatus* igitur, unà cum præfectis provincialibus, re deliberatâ, remediis liberationis affulgentibus nullis, *pridie Calend. Septembr. Hiſpanis* deditionem fecerunt. Ingredientibus civitatem *Hiſpanis*, cœtus fœminarum, ſenum, puerorumque imbellium, agmine miſerabili facto, per adverſas portas aufugere, montibuſque, ac ſylvis, ſalutem ſuam citius, quàm hominibus, credere tentavit. Mox autem ubi ſecuritas ipſis eſſet data, retroceſſit. Cives, arma tradere juſſi, præeunte *Senatu*, nomine *Imperatoris* in verba *Marchionum Badenſium, lineæ Edoardicæ*, jurare adacti ſunt.

IV.

Co-uniti, derelicto Oppenheimio, movent Vormatiam.

PRæoccupato, *Crucenaco*, idoneoque è *Gallo-Belgis*, *Burgundionibus*, atque *Alemannis*, impoſito præſidio, paulò poſt *Altzeiam* civitatem *Palatinam*, in armis reſiſtere non potentem, *copiæ Hiſpanicæ* deditionem facere coegerunt. Eo facto, rumor in caſtris *Unitorum* percrebuit, *Spinolam* cum exercitu *Vormatiam* petere. Qua de re, *Oppenheimio* relicto, ponte verò trans *Rhenum* ablato, caſtriſque incenſis, *Vormatiam Onoltzpaccenſis* celerrimè eduxit.

V.

Michaelis Obertrautii, Equ. Palatini, fortitudo.

HAnc inter exercitus *Unitorum Vormatiam* emigrationem, *Michaël ab Obertraut*, *Eq. Palatinus*, militiæ equeſtris apud *Unitos* tribunus, in proximo cohortem cataphractorum, ſub *Principe de Eſpinoy*, *Hiſpanis* militantem, ex inopinato adortus, intercepit, partem fudit, partem verò majorem, unà ipſomet cum *Principe*, in poteſtatem redegit, *Unitorumque* caſtris ſtitit, atque intulit.

VI.

Oppenheimium deditur Hiſpanis.

CÆterùm, *Oppenhemio*, ab emigratione *Unitorum*, derelicto, nulloque penè, aut invalido, præſidio, roborato, *Spinola*, præſentem hanc occaſionem haud negligens, validiſſimis cum copiis, apparatu bellico inſtructis, eò movit, ſummoque manè clangore tubicinum deditionem poſtulavit. Oppidani integro exercitu ubi repugnare non ſuſtinerent, paucas intrà horas deditioné fecerunt. Itaque hic locus deinceps militaribus ſepimentis, foſſiſque, atque *Rheno* ſuperimpoſito ponte, ab *Hiſpanis* cōmuniri cœpit. Cōditiones, quibus oppidū traditum, fuêre hæ tales: Nobiles, oppidanique,

Impe-

Imperatori fideles, faventeſque, deinceps eſſent, omnibuſque legitimis ſive ſucceſſoribus, ſive legatis *Cæſareis*, omnem honorem, obedientiamq; præſtarent, pariterque, nomine *Imperatoris*, illorum mandatis abſque tergiverſatione obſecundarent. Vice verſa, ſub *Imperatoris*, *Imperiique*, protectione, eſſent, iiſdemque conſcientiarum, *Religioniſque*, in *Imperio* admiſſæ, libertas permitteretur. Secundùm hoc, commercia cuicunque vel intrà, vel extrà, oppidum forent libera, liceretque cuilibet patrimonium ſive incolere, ſive divendere, privilegiis, juribus, atque immunitatibus, ſalvis, veterique more exercendis quibuſcunque.

CAP. II.

Co-uniti, multis modis ſuſpecti, ignaviæ accuſantur.

I.

Vniti Principes, tanquam ſuſpecti, accuſantur.

SIc, ubi *Spinola* per inferiorem *Palatinatum* liberè, licenterque, graſſaretur, unumque, poſtaliud, oppidum invaderet, præſertim verò, abſque ulla *Vnitorum* repugnantia, etiam *Oppenhemio*, prædæ expoſito, potitus eſſet, multi, prout fieri amat, tùm vel de fide *Vnitorum* ſuſpicari, plurimis verò non quidem exercitum, ſed duces eorũ, atque imperatores, ignaviæ accuſare cœperunt. Cùm enim *Palatina Provincia*, in iiſque conſcriptæ, ac diſpoſitæ, copiæ, tantùm non vel hoſtem provocare, ac deſiderare, velle viderentur, multi verò multa, tàm ſuper *Vnitorum Principum* fortitudine, quàm exercitus viribus, ſibi pollicerentur, uſuvenit, ut *Principibus*, eò, quòd *Hiſpanis* regionẽ liberam permitterent, accuſatores, calumniatoreſque, minimè deeſſent. Rectè alioquin à probatiſſimis *Politicorum*, olim inculcatum eſſe, legimus: fœdera tàm diu firma, ac valida fore, quàm diu felicitatis vinculo continentur. Vt, ex adverſo, ingruente clade, atque infortunio, confœderatorum partes, veluti ſagittæ, perfractâ pharetrâ, diſſiliant, unoquoque ſuarum rerum, omiſſa conſideratione boni publici, tùm ſatagente. Sive igitur *Imperatoris* reverentia, tacituſque reſpectus, ſive pollicitationes *Hiſpanicæ*, ſive infelicitas, jàm tùm *Bohemis* ſuperincumbens, atque extimeſcẽda, *Principes*, quò minùs in *Hiſpanos* irent, retraxerit, in medio relinquimus. Profectò, illud pro indubitato fuiſſe, neceſſe eſt tantos viros, atque heroes, dùm poſſent, ac ſufficerent, non ſine momentoſis prægnantium cauſarum rationibus, ſeſe armis, præliiſque, abſtinuiſſe.

II.

Vnionis Principes, ſive Directores, publicis libellis perſtringuntur.

TAles ergò, tantique, cùm eſſent *Spinolæ* per *Palatinatum inferiorem* progreſſus, *Vnionis* illius, exercituſque *Directores*, tantùm non publicis codicillis notari, perſtringique, animadverſum eſt. E quibus cùm *Ioachimi Ruſdorfii*, nobilis Poëæ *Germani*, Elegia, nomine *Friderici Palatini*, tùm *Bohemiæ Regis*, patriam, ac patrimonium ſuum, *Vnioni*, atque amicis, commendantis, ac deſuper quiritantis, elegantibus numeris ſcripta, non indigna ſit, quæ à rei metricæ amantibus legatur, eam hîc, ex autoris operibus, nuper publicatis, (quibus compluribus hodieque *Germaniæ Poëtis* caliginem induxit) ſuperattexere viſum eſt operæ pretium. Illa verò hæc eſt.

Querela FRIDERICI, miſſa VNIONI. Anno M. DC. XXI.

SIccine me dominum pellex perjura maritum
Deſeris, Hiſpano ſuccuba facta viro?
Siccine, quæ quondam pepigiſti fœdera mecum,
Rumpis, Germanam proſtituiſque fidem?
Nec metuis thalamos furtis temerare jugales,
Aut pia polliciti fallere jura thori?
Quod ſcelus, ut noſtras delatum venit ad aures,
Protinùs obriguit mens ſtupefacta metu.
Credere non potui. Nec enim, quæ credita lædunt,
Inveniunt facilem, perſpicuamque, fidem.
Nunc ubi pacta thori, commiſſaque dextera dextræ,
Linguaq; cœleſtem teſtificata Deum?
Nunc ubi perpetuos ſociatum fœdus in annos,
Quod mihi conjugij nobile pignus erat.
Quò tuus ivit amor promiſſis Numine teſte?
Quo tua, Teutonica conjuge digna, fides?
Quo potes infamem prætexere nomine culpam.
Anne potes fœdum juſtificare nefas?
Quæ peccat, pretio, vel vi, vel fraude, vel aſtu,
Peccat, vel blanda capta puella prece.
Qualibet admiſſi cauſatur criminis anſam:
Omnis, quo titulo ſe tueatur, habet.
Nam faciles reperit fallax facundia cauſas,
Hæc eſt in culpas ingenioſa ſuas.
Tu tamen infandum nullo velamine factum
Tutari, cauſas nec reperire, potes.
Non te blanditiis, non te corrupit adulter
Muneribus, non te nec prece, nec pretio.
Non te vi, non te ferro violavit inermem:
Nec potuit mœchi forma movere viri.
Sponte tua, rabidæ furiata libidinis œſtro,
In ſcelus, in facinus propudioſa ruis.
Tu prior inceſtum ſupplex, humiliſque, rogaſti,
Nec pudor invitum ſollicitare fuit.
Legiſti validum Veneris, virtutis inanem,
Vt flammam poſſes exſatiare tuam,
Egreſſa es patriis laſciva penatibus, inque
Auſa peregrino es ſtupra nefanda ſolo.
Tu tu Rhenanum properaſti intrare lupanar,
Notum erat antiquis quod tibi nequitiis.
Corporis ipſa tui tu perfida lena fuiſti,
Es quod paſſa, pati cura rogare fuit.
Te, lupa, ſubſtraſti nullo diſcrimine cunctis,
Sive peregrinis, ſeu quoque militibus.

Incu

ncuſtodito peccaſti limine, crimen
Aſpexit medio plebs numeroſa die.
gnoto meretrix corpus junctura Quiriti:
Oppoſita populum ſubmovet antè ſera.
u tua proſtituis turpis poſt cænia vitæ,
Tu probra, tu patras ſtupra nefanda palàm.
e mœchus, populo ſpectante, ſubegit Iberus,
Obſcœnum Rhenus ludere vidit opus,
e doceant ſaltem communia ſcorta pudorem:
Abſcondit turpes clauſa taberna lupas.
on tua ſelegit juvenem laſcivia mœchum,
Aut cujus poterat forma placere tibi.
ed, quem deformat macies, quem nota libido
Commendat, quo nil turpius orbis habet.
ui nimis in fœdos (ignoſcite! prurit amores,
Præfertq; humanis ſtupra ferina thoris.
ujus perpetuis gaudet fortuna rapinis,
Et nequit expleri dira cupido lucri.
ui libertatem famulis vexare cathenis,
Liberaq; è medio tollere jura ſolet.
ui ſimulare fidem, fraudes prætexere riſu,
Norit, & incautos fallere fœderibus.
ui ſervile jugum populis imponere cunctis,
Quærit, & indomitum nil putat eſſe ſibi.
uic potes amplexus, huic pruris jungere corpus,
Hunc & legitimis præpoſuiſſe thoris.
ùm tibi eram præſens, manſiſti corpore caſtà,
Attamen, apparet, mens ſcelerata fuit.
e tibi turpe nihil licuit cuſtode patrare,
Namq; tuæ fueram cara pudicitiæ.
ſt ubi diſceſſi, te conſuadente, Bohemis,
Cognatiſq; tuis ferre paratus opem.
uàm ſubitò cœpit converti in tædia noſtri
Priſtinus ille tuus ſed ſimulatus, amor?
um tua cognati ſubolerent crimina noſtri,
Servares ſanctam te monuere fidem.
nglus te monuit, te infracto robore Belga,
Et qui promiſit Danus amicus opem.
on me juviſti, quamvis pugnare videbas
Pro aris, pro te, pro religione tua.
ui mihi moverunt, faviſti, bella cruenta:
Ipſo poſtpoſitum me hoſte fuiſſe queror.
uem peregrinorum numeroſo milite cinctum.
Vidiſti in noſtras approperare neces.
patriam penetrare meam, penetrare penates,
Siviſti, & faciles ire, redire vias.
h quoties illi potuiſſes claudere callem,
Arcere ah quoties limitibuſq; meis.
umq; illo quoties pepigiſti fœdera, per te
Ah illi quoties eſt patefacta via.
u patrios ſervare deos, ſervare penates,
Tuq; Palatini mœnia cara ſoli.
u populos noſtros forti defendere dextra
Iuraſti, & dubiis eripuiſſe malis:
epè mihi jurans dixiſti, care marite,
Semper erit noſtri fidus amoris amor:
ntè fretum linquet nudos in littore piſces,
Antè Nicer liquidis in caput ibit aquis.
uàm veſtri ſubeant animos oblivia noſtros,
Quàm virtus noſtro pectore veſtra cadat.
u mihi ſemper eris fixus, Friderice, medullis,
Tu meus ardor eris, tu meus ignis eris.
uo te fata vocant, i felix, curre Bohemis
Oppreſſis celerem ferre ſalutis opem.
nanimis Procerum votis ad ſceptra vocaris,
Quæ tibi nunc defert, accipe regna, Deus.

Cognatos ſervando meos, ſervabis in illis
Me quoq;. Cur tardas carpere lentus iter.
Salva domi, timeas nil abſens, cuncta manebunt,
Ipſa tuis rebus cura fidelis ero.
Tu confide meæ, conjux cariſſime, flammæ,
Tecum dulce mihi vivere, dulce mori eſt.
Vt decet uxorem, curabo domeſtica. Faxo,
Ne queat ulla domi res tua damna pati.
Non triſtis fortuna meos mutabit amores,
Offenſive meam Cæſaris ira fidem.
Semper in officio pietas, probitaſq;, manebit,
Et, quæ promiſi fœdera ſancta, colam.
Si te Cæſareum proſcribit numen, ad omne
Conſtans ſufficiam munus amicitiæ.
Cuncta ſed hæc ſtygiis nunc ſunt demerſa ſub undis,
Cunctaq; carbaſei diripuêre Noti.
Tu Zephyro vento, tu vernâ vanior aurâ,
Pulvere tu levior, mobiliorq; rota.
Tu, ſcelerata, tui promiſſi oblita, nefando
Fœdere es auſa tuam dedecorare fidem.
Iurataq; tuæ caruerunt pondere voces,
Et ſine veridica verba fuêre fide.
Non mea nunc conjux audis, non caſta marita,
Non libertatis dextera Teutonica.
Fœda peregrinæ pellex, & adultera, turbæ
Diceris, Hiſpani ſuccuba ſerva jugi.
Es lupa communis, meretrix es publica vulgi,
Qui te corrupit, ſpernit adulter amans.
Dum ſtetimus, noſtriſq; fuit bona copia terris,
Speſq; auri, poteras qua ſatiare famem.
Dum ſtetimus, noſtris & dum nil defuit oris,
Incoluitque meos aurea Chloris agros.
Non erat in toto nobis ſtudioſior orbe:
Non erat obſequio junctior ulla mihi.
Noſtra acceſſiſti devoto limina vultu,
Abs te mirifico cultus honore fui.
Meque ſalutaſti demiſſa voce maritum,
Me Regem, dominum me venerata tuum.
Aſt ubi me immeritum proſcripſit Cæſaris ira,
Afflixitque meam triſtior aura ratem.
Tu mala deſertrix cœpiſti vertere terga,
Et tuus à nobis illicò fugit amor.
O ſcelus! in medios duxiſti perfida fluctus,
Quàm nunc abjuras, deſtituiſque, ratem.
Non domini, non me dignaris nomine Regis,
Sed titulis tentas me ſpoliare meis.
Tempus ubi nunc eſt, omni quo dote placebam,
Et quo te dici juvit, & eſſe, meam?
Eſt ubi, jactabas, quo te me conjuge, tempus.
Nec puduit nomen diſſimulare meum.
Nemo tuo fuerat tùm dignior igne maritus,
Quemve tuum malles eſſe, vir alter erat.
At nunc cùm Regis proſcripti diceris uxor,
Turpe putas, noſtram teque fuiſſe pudet.
Grande putas crimen ſociaſſe cubilia mecum,
Inq; meos nuptam pœnitet iſte thoros.
Sed noſter dolor eſt obfactum juſtior illud,
Illius nil te pœnituiſſe poteſt.
Tu mihi probroſæ cladis, triſtiſque ruinæ,
Auctrix, & noſtri proxima cauſa mali es.
Me tua cum noſtro colluſio perdidit hoſte,
A me plus fidei, plus & honoris, habes.
O utinam nunquam conjux mihi ducta fuiſſes,
Nec noſſem lecti pacta maligna tui.

Haud premerer tanta depreſſus mole malorum
Vterer & fato propitiore Dei.
Dic mihi, quo merui fieri tibi crimine vilis?
Te potui culpa demeruiſſe mea?
Num prior inceſti violavi jura cubilis?
Inſcendive alios perfidus antè thoros?
Nullos abſque tuis unquam meus ardor amores
Novit, ſed tantùm vixit in igne tuo.
Nil ego commiſi, niſi quod ſapienter amavi,
Solaque me fidum culpa fuiſſe fuit.
Credidimus blandis, quorum tibi copia, verbis,
Credidimus fidei, Numinibuſque tuis.
In te confidi nimiùm. Cauſa indè ruinæ,
Prò dolor! indè mei fluxit origo mali.
Quos ſuſcepiſti ſervandos, improba, cives
Ipſa ſuis auſa es diſpoliare bonis.
Ipſa, ſub efficta ſpecioſi nominis umbra,
Suppoſito villas igne cremare meas.
Regnaſti noſtra perjura licentiùs aulâ,
Quas tibi commiſi, es rebus abuſa meis.
Et ſine reſpectu divini Numinis, omne
Quod libuit facinus nectere ludus erat.
Ludus erat, ſpoliare viros, & vivere rapto,
Ludus erat, ſocios depopulare lares.
Non benè divitias condebant ciſta nec arca,
Non benè ſervabant ferrea clauſtra Iovem.
Auri ſacra fames, rapiendi dira libido,
In te nequaquam ſcivit habere modum.
Ludus erat, portas vi, vi perfringere rectes,
Ludus & impoſito rumpere fuſte ſeras.
Omnes ignavo vaſtaſti milite terras,
Iſta fuit belli gloria ſumma tui.
Supplicis immiti contemnens aure querelas,
Dixiſti, meritò, quod pateris, pateris.
Cur tuus accepit dominus diadema Bohemum?
Illius facti pœna luenda tibi eſt.
Te fuit in noſtros cives clementior hoſtis,
Plus tu ſævitiæ, plus feritatis, habes.
Quoſque tenebaris bello defendere, bello
Perdere privato mens, ſtudiumq́; fuit.
Manſuetos animos violenta à tigride diſce:
Parcit pignoribus ſæva leæna ſuis.
Cùm vel conſilio, vel rebus adeſſe gerendis,
Noſſe vel Imperii facta neceſſe fuit.
Detenta in ſeras extractis luſibus horas
Hora tibi, ad melius nulla vocabat opus.
Vel matutino ſumptus de tempore ſomnus,
Vel coma, vel veſtis, cauſa fuere moræ
Et tibi cura cutis plus quàm reſpublica cura,
Et potior cunctis alea rebus erat.
Cùm mea juraſti defendere regna, probabas,
Prælia pro patriis ſuſcipienda focis.
Gloria magna tibi pro me decernere bello,
Pro me pugnandi maximus ardor erat.
At nunc ſecedis poſitis imbellis ab armis.
Et mihi ſuppetias improba ferre negas.
Siccine deluſus ludentis victima dicar!
Prædaque deceptus decipientis ero?
Si nunc vis noſtri deponere, perfida, curam,
Illa tibi nunquam ſuſcipienda fuit.
Quam ſemel excepit, nunquam Podalirius ægro,
Pollicitam medicæ non tulit artis opem.
Perfidus eſt, ſumptis quiſquis diſcedit ab armis:
Transfuga, quiſquis abit de ſtatione ſua.
Quodſi nunc quæro, quare pugnare recuſes:
Pugna nocet, dices, ſed juvat alma quies.
Cur mihi ſuſcipio curas, & jurgia belli,
Poſſum ſola mea vivere tuta domi?
Tutius eſt, manſiſſe domi, mollique cubili,
Qua tuba non rumpat, ſomnia poſſe ſequi.
Luſibus & variis tempus conſumere, cunctis
Cæſare deliciis non prohibente frui.
Quam ſtrictos ſtrictis mucronibus ire per enſes,
Mollibus aut galeas impoſuiſſe comis.
Quàm ſe cum magno vitæ diſcrimine velle
Alterius dubiis implicuiſſe malis.
Quàm pro bannitis, patriaque extorribus, arma
Sumere, & invito Cæſare caſtra ſequi.
Te metuenda putas vitaſſe pericula ſalvam,
Cunctaque placato Cæſare tuta fore?
Littoraque incolumi credis tetigiſſe carina,
At nunquam propior caſibus illa fuit.
Imminet Hiſpano triſtis ſubmilite lapſus,
Et, quod fugiſti, mox patiêre jugum.
Sit, mihi ſuppetias nolit ſocer ire Britannus,
Cauſa tamen crimen non levat iſta tuum.
Quò mage deſerimur, tantò conſtantior eſſe
Debebas. Dictat ſic ſocialis amor.
Excoquitur fulvum flamma crepitante metallum;
Non minùs exercent tempora dura fidem.
Quò magis adverſis preſſum relevamus amicum:
Noſtra magis pietas conſpicienda venit.
Cùm fortuna tonat, non ſe ſubducere nimbo,
Sed dare luctanti per freta ſurda manum.
Id demùm ſincerus amor, probitaſque perennis,
Illaque perpetua eſt laude canenda fides.
Si violata metu, ſi vi ſtuprata fuiſſes,
Vi tuus aut victus ſuccubuiſſet amor.
In te noſtra foret rabies patientior, inque
Pœnas ſæviret lenior ira tuas.
Sed tibi non ſatis eſt ſanctum temeraſſe cubile,
Non ſatis eſt miſerum deſeruiſſe virum.
Sed quoque, proh facinus! noſtra lætare ruina,
Et mea fata meis inferiora cupis.
Quàm potes ipſe pati, cur inſultare ruinæ
Non metuis, fatis imperioſa meis?
Non adeò cecidi, quamvis contemnar, ut omnis
Surgenti penitùs ſpes ſit adempta mihi.
Sæpè coruſcifero refloruit ulmus ab ictu
Pulcrior, umbroſas explicuitque comas.
Quaſſa quidem noſtra eſt, ſed non eſt obruta, navis,
Vtq; caret portu, ſic tamen exſtat aquis.
Per varios caſus multos limantur in uſus,
Succreſcunt vires per mea damna mihi.
Clarior à caſu, melior, majorque, reſurgam:
Nube ſolet pulſa pulcrior eſſe dies.
Sic ilex, duris detenſa bipennibus, ipſo
A ferro validas per mala ducit opes.
Quò plus noſtra fuit per te contempta ruina,
Plus tibi honorandus, pluſque timendus ero.
Omnia ſupremum Numen mihi jura reliquit,
A Regno tantùm cogor abeſſe meo.
Illud mox ſociis iterùm acquiremus in armis,
Inceptis veniet mitior aura meis.
Tum mihi vindicta non deerit, mœcha, facultas,
In pœnam ultrices attrahet ira manus.
Contemptus noſtri, ſpretique injuria pacti,
Heu tibi perpetui cauſa timoris erunt.
Haud tantùm tua re periuram ſecula noſcent:
Ventura crimen poſteritatis eris.

III.

Co-Vniti Principes cauſſas tarditatis ſuæ Apologetico reddunt.

NE autem calumnia hæc, multorum in vulgo animos tùm præoccupans, in immenſum creſceret, nimiùmque ſibi permitteret, atque ſub eodem nomine omnes in univerſum *Principes*, *Vnionis* nomine confœderatos, inundaret, eo tempore, inſtar alicuius *Apologetici*, epiſtola, vulgari idiomate, dubio procul ſive iubentibus, ſive conſentientibus, illis *Principibus*, prodiit: Quâ quidem *Principes*, cur progreſſus *Spinolæ* non retuderint, excuſantur, vulgique præpoſtera iudicandi, damnandique, ratio taxatur: Quæ eſt eiuſmodi: Nullum mihi dubium ſit, ô bone, quin apud vos, ſicut vel hîc etiam, atque in vicinia, multi ſiniſtrâ ferant ſententiam, quid rei ſit, quòd *Principes Co-Vniti*, tàm numeroſo, atque generoſo, exercitu inſtructi, nihilominùs in *Spinolam* haud educant, ſed, tanquam in clauſtris reſidentes, ei, alias, aliaſque, civitates occupanti, conniveant, tantùmque non univerſam provinciam conterreant, ac proſtituant, ut omnes, qui modò pedibus valent, fugâ ſalutem accerſendam arbitrentur. Iam verò res illa foret optima, res illa tutiſſima, ſi nemo in *Magnatum*, ac *Principum*, conſilia, deliberationeſque, extrà eos, quibus id muneris incumbit, & quidem cum impetu, ferretur, ſed intrà vocationis ſuæ, in qua educatus, verſatuſque, eſt, itemque iudicio valet, limites ſeſe teneret. Nihiloſeciùs tamen, experientia pro teſte eſt, unumquemque aliena ad negotia perquirenda ſingularem afferre curioſitatem, ut etiam altiora, & ſuprà crepidam, quod aiunt, verſantia, tantùm non rimari, ſed etiam cenſere, præſumat. Inprimis verò iſthoc vitium vulgi, in triviis garrientis, uſque adeò videtur eſſe proprium, ut, tametſi litteras, atque elementa ipſa ſcientiarum, plebeii ignorent, ſenſibuſque valeant parum exercitatis, ipſiſque ſuis oculis cœcutiant, nihilominùs vel lynce, aut ſerpente *Epidaurio*, acutiùs proſpicere, Principumque ac Magnatum actiones, longè ſuprà ſe poſitas, divinare, ac perſtringere, cupiant.

Tutoris genius ultrà crepidas, ocreaſque, non aſſurgit: Sartoris iudicium intrà ceram, & veſtes, eſt; Figulus ſuper olla, manus ſuæ opere, inquirit: Ad ſummam, unuſquiſque in ea arte, qua pollet, ſuper eo opere, quod producere poteſt, conſulendus fuerit. Ut etiam, ſi quem aliâs ſua in profeſſione periclitari contingat, is cenſores facile, admittat nullos, eiuſdem niſi artis peritos, atque, ut vocant, iuratos.

Itaque, neque *Princeps*, neque *Magiſtratus*, ſuper eo artificio, quod neque cognoſcit, neque intelligit, ſententiam præcipitat, ſed artificii autores, ac peritos, iudicare iubet. Cùm ex adverſo vel abiectiſſimus quiſque opifex falcem ſuam in *Principum*, ſuperiorumque, deliberationes temerè mittat, eaque virulento amarore perſtringat, quorum ne quidem micam intelligit. Mercatura verò, atque opificium, ſi quis attendat, paucis annis addiſcuntur, Imperandi verò, populiſque, ac regionibus, difficili maximè tempore, conſulendi, ars ne quidem multorum annorum exercitio, atque uſu, ſufficienter acquiritur.

Hæc vel ob id de induſtria prolixiuſculè præſtructa ſunt, ut diluceſcat, quàm iniquè cum iſtis comparatum ſit, quibus volupe eſt temerariis, ac præpoſteris, præiudiciis laudatæ illius *Vnionis Principes* onerare, ac lacerare; Tanquam illorum ſive ignaviâ, ſive incuriâ, acciderit, magnam *Palatinatus infer.* partem ab *Hiſpanis* interceptam, ineluctabilique cum damno fors ne unquam quidem recuperandam, eſſe. Id genus, inquam, hominum in maleferiatorum neque initia, neque medium, neque finem, ſuper quibus cauſa fundata eſt, capiunt. Certè eventus quidem, atque effectum, in oculos incurrit, cauſſæ verò in abdito latentes, atque obſcuræ, ſunt: Quas ſi quis ignorat, ſciat etiam, neque ſibi in re, utique ignota, ſententiam ferendam eſſe.

Ut igitur, vel perfunctoriè ſaltem, ratio reddatur, quàm iniquiſſimis modis optimi *Principes* proſcindantur, mearum eſſe partium arbitratus ſum, famam, atque autoritatem, illorum, quantum eius quidem in me eſt, mihique permittitur, in meliorem hominum exiſtimationem vindicare, ac tribus, quod aiunt, verbis rem omnem, & verè, dilucidare; Sub ſpe, futurum, ut tempus, veritatis genetrix, *Principum* fideles, atque incorruptas actiones, de die in diem manifeſtiſſimus faxit, eorumque deliberationes, ab ipſamet poſteritate deprædicandas in perpetuam, ſolennemque, illorum gloriam, atque honorem, dirigat. Sed ad rem.

Tres, prout quidem cognitum eſt, in vulgus obaudiuntur querelæ cardinales, & præcipuæ; Quarum iſthæc primo loco eſt: *Spinolam*, cum exercitu, in montium *Abnobiorum* faucibus, quod ſpatium ferè inter *Confluentes*, & *Bodobrigam* (vulgus hodieque *Peppartum* vocat) intercurrit, opprimendum fuiſſe, tanquam loco noſtratibus valdè opportuno. Alterum eſt, hoſtem apud *Moguntiacum* præveniendum, atque utile, fuiſſe, in alieno territorio ſedem belli figere. Ad minimum verò (quod tertio obiicitur loco) hoſtem, ſi maximè extrà *Palatinatum* cohiberi non potuiſſet, intrà Provinciæ, patriæque, viſcera, ita quidem haud eſſe tolerandum, ut pro lubitu, ac tyrannide ſua, quævis licenter agat.

Iſthæc nunc omnia eum colorem præ ſe quidem ferunt, ut vera, iuſtaque, eſſe, nemo in dubiũ vocet. Interim, ſi vocationem *Principum Vnitorum* (quod rei caput eſt) inſpicias, faciliùs verbis illam enunciare, quàm ipſo opere, atque effecto, penſiculare queas. Enimverò *Vnio* nihil aliud eſt, quàm defenſio, non quidem eum præfixum habens ſcopum, ut offendat, ſed ut potiùs *Co-unitos Principes, Ordineſque*, adversùs iniurias, afferat, iuraque, privilegia, ac dominia, acquiſita, adversùs quaſcunque inſolentias, ſub pace, ac ſecuritate, tueatur. Hoſtem igitur neſcit *Vnio*, niſi qui laceſſat, niſi qui provocet. Qui igitur neque verbis ſe hoſtem profitetur, neque factis hoſtilibus pacem turbat, bellumque infert, hoſtis utique dicendus haut erit.

Hoc ut in rem præſentem deducam, quis ignorat, *Ambroſ. Spinolam, Marchionem*, è *Belgio* hanc in

Germaniam cum exercitu aſcendiſſe, nomine ſupremi illius magiſtratus, ſcilicet *Imperatoris Romani*? Quem autem iuxtà fugit, *Imperatorem*, ſub diæta *Norinbergenſi*, clementiſſimis verbis *Principibus*, *Ordinibuſque*, *Co-unitis*, confirmâſſe, ſeſe per *Imperium*, privatæ prætenſionis igitur, nullas turbas excitaturum, ſed id potiùs operam daturum, quò tàm *Vnitis*, quàm *Ligarianis*, utrinque benè, ac pacificè, eſſe poſſit, diffidentia inter utroſque ordines tandem tollatur, eiuſque in locum fides, atque amicitia, ſubeant? Ea *Cæſaris* intimatio non potuit, *Co-unitis* non ad amuſſim videre, atque accepta eſſe, ſub ſpe, futurum, ut *Cæſar* ea, quæ promittit, ipſo effecto præſtare velit; *Regum* enim, ut aiunt, verba æquè, ac iuramenta, convenit eſſe ſancta.

Poſteaquàm igitur *Spinola*, nomine *Imperatoris* à *Co-unitis* commeatum, ac tranſitum, abſque ullius læſione, ſub oblata etiam cautione ſufficienti, rogâſſet, negârunt illi quidem hoc, tanquam rem novam, peregrinarumque gentium in *Imperium*, iuxtà conſtitutiones, ac capitulationes, *Imperii* inductionem de iure admittere recuſarunt. Interim, ut *Spinolam* hoſtiliter aggrederentur, ſat cauſſæ nondùm habuerunt, præſertim, cùm ille conceptis verbis toties conteſtatus eſſet, ſeſe nihil minùs aut cogitare, aut in mandatis habere, quàm ut ſive *Imperium*, ſive *Principem* quemcunque, læderet: Prout iam antè *Imperator*, ſub *diæta Norica*, *Vnitis* fidem dederat. Undè, & cur, igitur *Vniti* in *Spinolam* iviſſent, huicque impreſſioni hoſtili cauſſam ſatis prægnantem, atque idoneam, præparaſſent? In rebus proindè arduis haudquaque opinionibus, ſed ſolidis fundamentis, evidentibuſq; rationibus, nitendum eſt. Quò etiam apud poſteritatem temeritatis omnis macula eluatur, quæ certè, ſicubi in *Spinolam* impreſſio fuiſſet facta, præcaveri haud poſſet.

Quibus accedit, *Principes Co-unitos* nequaquam tàm imprudentes, rerumque inexpertos, fuiſſe, ut aſtutias, fraudeſque, *Spinolæ* ſubodorari haud potuerint. Ut etiam tàm conſiliis, quàm mediis, utiliſſimis eos caruiſſe cenſendum ſit minimè. Interim, *Iacobum, Magnæ Britanniæ Regem*, quò minùs in *Spinolam* impreſſiones facerent, notoriè obſtitiſſe, certum eſt. Dùm is, miſſo etiam Legato coràm *Principibus* hæc in verba deſuper proteſtari cœpiſſet: Siquidem *Principes* invaderent *Spinolam*, antequàm iſte *Palatinatum*, generi ſui patrimonium, infeſtâſſet, omnes non tantùm ſuas ſe copias ilicet revocaturum, ſed ne quidem poſthâc cum ipſis commercii quicquam facturum.

Quid facerent ergò *Principes*, quàm, quod fecerunt, aliud? An etiam *Britanniarum Regem* laceſſerent, multis modis ſibi ſtudioſè conciliandum, ac fovendum? ſcilicet *Spinolæ* invaſio *in Palatinatū* omnibus erat antè oculos. Iſtam igitur de induſtria fieri permiſerunt, quò *Regi*, totique orbi, diluceſceret, quantùm tàm in hoc, quàm aliis negotiis, familiæ *Burgundicæ* fidendum eſſet. Iſtud ſemel certò ſtatuas, velim, tantâ, ac tàm exercitatâ, prudentiâ *Principes* hoc in paſſu uſos eſſe, ut potiùs conſideratione, quàm peroratione, res ſit digniſſima. Sicut unuſquiſque, qui ſynciput ſanum, ſenſuſque in rebus politicis ſubactos, habet, facilè ingenio aſſequetur. Quod mihi hoc loco, pro compendio utique fuerit.

Hoc unicum, quin ſuperinducam, mittere non poſſum, *Onoltzpachianum* ſcilicet *Marchionem*, cognitâ *Spinolæ* invaſione, hæc in verba exclamâſſe: *Quid verò ad hæc dicet Rex Angliæ*? Ad quæ ſubintulit Legatus regius, ſermone ad *Principes* converſo: *Hactenus ſatisfactum eſt Regi meo, nunc vos videte!*

Eam inter *Spinolæ* invaſionem, non ſine numine, accidiſſe arbitrandum venit, ut *Obertrautus tribunus*, prælio cum *Hiſpanis* commiſſo, *Ducem Eſpinoium* ſuis cum cohortibus, fuderit, ceperitque, per quos, *Spinolæ Vormatiæ* inhiare, tùm innotuit. Abſque eo conflictu fuiſſet, *Spinola* tantùm non *Vormatiâ* foret potitus, ſed etiam *Francothalium*, atque *Heydelberga*, fuiſſent in ultimis, neque ullâ ope vindicandæ. Tantus enim tùm terror invaſerat civitates, ut facilè adventanti alæ equitum, aut cohorti, unicæ, claves tradidiſſent. Eam in rem tùm *Principes* conſultò, relicto *Oppenhemio*, moverunt *Vormatiam*, in itinere, ſi licuiſſet, in *Spinolam* impreſſionem facturi. Sed ille, re compertâ, ad ſiniſtram deflectens, per ſylvas, ſaltuſque, *Oppenhemi*[um] duxit, quod, paucæ ruſticanorum cohortes loci præſidii, oppido impoſitæ, cùm reſiſtendo non eſſent, *Principibus* non invitis, ilicet tradiderunt.

Atque hæc quidem ſummaria, ac vera, eſt enarratio, quin factum ſit, ut *Spinola*, conniventibus velut *Principibus* illis, quaſdam civitates interceperit, ſcilicet, haud quàm inconſideratè egiſſe *Principes*, indè fit evidens, cùm vix aliter commodè facere tùm liceret, tùm certa deliberatione *Spinol*[æ] aliquid permittendum foret, quò multorum, ſuſpicione laborantium, corda, aliâs obſcura, manifeſtarentur. Eat nunc *Britannus*, &, quid *Burgundionibus* fidere poſſit, videat. Eat, inquam, & qui de matrimonio, iam pridem extracto, ſibi promittere debeat, diſpiciat? Ad ſummam, eat, & quàn[ti] fuerit illis, ergà ſe exiſtentibus ſubdolis, ac fallacibus, credulus, poſtliminiò, diiudicet.

Eant nunc omnes, &, quâ fide *Clerici* tranſactionem *Vlmenſem* ſervârint, colligant? Ad ſummam universus orbis eat, & cognoſcat, *Principes* in interitum patriæ nihil deſignâſſe, ſed ab adverſari[is] hoc vulnus inſontibus infligi cœpiſſe, ſicubi igitu[r] *Principes* primi illi fuiſſent, qui in hoſtes impreſſionem feciſſent, omnium malorum materia, & fon[s] utique in illos redundaret. Nunc verò bonâ, [ac] quietâ antè *Deum*, antè homines, fruuntur conſcientiâ, ut vel ob id immarceſcibilem ab ipſa poſteritate huius innocentiæ famam exſpectare debeant.

CAP. III.

Henrici Friderici Uranii in Palatinatum adventus.

I. Hen

I.

Henr. Fridericus Vranius, cum copiis in Palatinatum movet.

EA tametſi, pro excuſandis *Vnionis Principibus*, ſpecioſè afferrentur, nihilominùs multis haud quaquam ſatisfecerunt, contrariam magis ipſis ſive alienationem, ſive ſocordiam, imputantibus, nec ſatis cauſſæ, cur res *Palatini*, tanquam *Vnionis* capitis, utique quas defendendas ſuſcepiſſent, pro derelictis haberent, videntibus.

Quibus rebus ita *Palatini* fractis, *Henricus Fridericus Vranius*, à *Mauritio*, fratre copiis pedeſtribus *Anglicanis*, equeſtribus verò *Belgicis* benè multis, inſtructus, in auxilium tetendit. Qui cùm apud *Confluentes* appuliſſet, *Rheno* traiecto, per montes pariter *Abnobios*, ac *Veteraviam*, progreſſus, mox intrà *Francofurtum*, atque *Hanoviam*, loco idoneo, *Mœnum* penetravit, undè paulò poſt apud *Vormatiam Co-unitis* iungi cœpit. Tentaverat quidem *Spinola*, emiſſa ex *Oppenhemio* valida manu, illas copias *Batavas* intercipere, eâque intentione, infrà *Francofurtum*, *Mœni* traiectum, circà *Höchſtariam*, tranſire in occurſum iuſſerat: Quod autem *Hiſpani* locorum eſſent non ſatis gnari, parte, cum carris, ſubmerſâ aquis, reliqui ad ſuos, re infecta, redierunt.

II.

Terror apud Heydelbergenſes ingens.

ABhinc *Spinola*, rebus, ac ſucceſſibus, noviſque pariter copiis, auctus, apud *Oppenhemium* pontem *Rheno* impoſuerat. Per quem cùm equitum turmas aliquot versùs *Heydelberga* confinia emiſiſſet, *Vniti* quoque unam, alteramque, legionem illàc deſtinàrunt, quæ inductis paſſim ſepimentis, ericiſque, eas partes per *Intuergos* tutaretur. Interim *Heydelbergenſes* tantus terror invadere cœpit, ut *Illuſtriſſima vidua Electrix*, unà cum conſiliariis, incoliſque præcipuis, præ panico metu, aliorſum ſeſe reciperet, donec *ſoles* affulgerent candidiores. *Franckenthalenſes* verò, quòd loco eſſent munitiore, in hostem coniurarunt, pro patria, ariſque, fociſque, omnes vires, fortunaſque, ſpirituſque, & vitam ipſam, impenſuri.

III.

Baccheracum Hiſpanis deditur.

ISto progreſſu *Spinola* haud quidem contentus, mox militibus in naves impoſitis, copiiſque ex altera continentis parte, unà cum apparatu bellico, moventibus, terrâ, aquiſque, *Baccheracum* oppidum (vulgò à *Bacchi ara*, quam iuxtà in *Rheno* extare, adeóque æſtivo, & ſudo, cœlo prominere, incolæ aiunt) ob pretium generoſiſſimi, ibi naſcentis, vini, nominatiſſimum, infeſtavit. Oppidani igitur ex inopinato coronâ militari cincti, cùm in armis repugnare non ſufficerent, urbeculam dediderunt.

Abindè *Palatium*, ſive *Arx Palatina* (in *Rheni* peninſula poſita) olim *Pallas* dicta, undè regioni *Palatinæ* ſine dubio nomen eſt, unàque ex adverſo *Cauba*, oppidum, cum adiuncto caſtro, poſt qualeſcunque velitares pugnas, *Hiſpanis* ceſſerunt.

IV.

Bockelheimia Arx, maſculè reſiſtens, tandem expugnatoribus cedit.

IIſdem ferè, vel haud minoribus, copiis arx *Bockelheimia* expugnari cœpta eſt. Eius loci *Capitaneus*, ruſticanorum, delectibus præfectus, adeò maſculè *Hiſpanis* ſeſe obiecit, ut ducentis hoſtium occiſis, centum vulneratis, maiorem ediderit ſtragem, quàm per totum hoc tempore *Palatinatum* fuiſſet compertum. Tandem, cùm viribus, auxiliiſque, defectis, *Hiſpanicæ* potentiæ reſiſtere diutius vix poſſet, ea ſub conditione paciſci cœpit, ipſe, cum cohorte, liberrimè ut dimitteretur. Datum hoc illi, ſed ipſo eventu violari cœptum, eſt. Rumor enim ait, præſidiarios, vixdùm dimiſſos, interceptos, ac iugulatos, *Capitaneum* verò, in vincula abductum, lytro caput, vitamque, redemiſſe.

V.

Co-uniti cum Spinola tandem acie decernere tentant.

CÆterùm, tametſi multas in tractu propter *Moſellam* cepiſſet urbeculas *Spinola*, nihilominùs ſeſe cum exercitu intrà *Oppenhemium*, *Crucenacum*, & *Altzeiam*, tenebat. Ità ut in eum educere *Co-unitis* non eſſet opportunum, equitatu quidem, ſed minùs peditatu, prævalentibus. Itaque, quocunque movebat ille, continuò *Principes* in eum aciem dirigebant, ſed fruſtrà, Anguillæ enim inſtar, elabi, iſtoſque eludere didicerat. Proindè *Altzeiam* intercipere illis conſtitutum erat. Qua de re *Vormatiâ* cum exercitu educentes, eò viam accelerabant. Moventibus autem propter *Oppenhemium* nuncium affertur, *Spinolam*, *Altzeiam* tendere, oppugnationem eius impediturum. Lætati igitur *Principes*, affulſiſſe optatam confligendi cum hoſte occaſionem, inter caſtra, atque exercitum, iſtius intervenire conati ſunt, ut armis eò rectiùs cum eo experiri evalerent. Sed etiam hæc ſpes decollavit. Cognito enim *Principum* propoſito, illicò *Spinola* in caſtra reduxit, collemque vitiferum occupans, ſepimentis, tormentiſque diſpoſitis, ſeſe communivit. Qua de re acie compoſitâ, tametſi, provocandi inſtituto, in conſpectum *Hiſpanorum* educerent *Principes*, illo intrà caſtra, ac munimenta, latente, nihil effecerunt, ut, etiam tormentorum apparatu defecto, *Altzeiam* haud tentarent, veſperâ, noctiſque tenebris, ulteriores conatus fruſtrantibus.

VI.

Cauſſam Marchionum Badenſium, lineæ Edo-

articæ, Imperatori commendat Archiepiſcopus Moguntinus.

UNà cum exercitu *Hiſpanico* in *Germaniam* aſcẽderunt *Marchiones Badenſes*, lineæ *Edoartica*, hactenùs *Bruxellis* in antè ſeſe tenentes. Qui cùm *Moguntiacum* appuliſſent, ſuper detentione patrimonii ſui, à *Marchione Durlachiano*, *Georgio Friderico* intercepti, quiritantes, quò cauſſa hæc ſua, utique pupillaris, *Imperatori* ab *Archiepiſcopo Electore* etiam, atque etiam, commendaretur, contendere haud deſtiterunt. Eorum deſideriis annuens *Elector Moguntinus*, ut in cauſſa hac pupillari, ac favorabili, ſub præſente *Spinolæ* expeditione, quantò ociùs iuvari poſſent, demiſſè *Cæſarem* exorare cœpit.

VII.

Rex Angliæ generi ſui patrimonium, non admodùm rigoroſè defendit.

SUper illis autem *Spinolæ* per *Palatinatum* progreſſibus ubi per *Achatium à Donavv*, *Principum Vnitorum* legatum, erudiretur *Iacobus, Rex Britanniæ*, mediocriter ſeſe commovere viſus eſt, ut etiam datis ad *Hiſpaniarum Regem*, atque *Albertum*, *Belgii* gubernatorem, litteris, quàm ſiniſtrè ſecum actũ eſſet, velut exprobraret. Quibus nihil, aut parum, ſeſe commoventibus, *Principes Vnitos* adhortari cœpit, pergerent, animiſque confirmatis hoſtibus reſiſterent, quouſque ipſe intereà præparato exercitu eos adiuvaret: Interim ne ſic quidem, neceſſitate ipſa flagitante, exercitum idoneum, pro recuperando generi patrimonio, inſtruxit. Ut potiùs copiis, ac legionibus, interdùm, ſive pecuniarum collectis, rem ageret, quàm ut exercitu, debitâque expeditione, experiretur. Quo nomine magis arbitrum ſeſe inter *Imperatorem*, & *Palatinum*, generum ſuum, ſtitit, quàm ut hoſtilem, atque vindicem, animum indueret.

CAP. IV.

De Bavari expeditione in Auſtriam.

I.

Tampierius, Presburgum intercepturus, occumbit.

ANtequàm ad *Bavari* expeditionẽ per *Auſtrios* calamum admoveamus, priùs vel tribus, quod aiunt, verbis, de *Vngarorum* tumultuationibus, præfandum iſthîc eſt. Induciis igitur, inter *Cæſarem*, ac *Bethlenum*, uſque ad ferias *D. Michaëlis* pactis, iamque finitis, *Bethlenus*, utpote qui diu antè ſeſe ad omnem tyrannidem præparâſſet, eductis *Iazygibus*, *Vngariſque*, varia, ac diverſa, oppida, ferro, ignibuſque, ſubegit, prædiſque, ſpoliis, ac cædibus, rem egit. Eius mores *Poloni*, quos *Coſaggos* vocant, imitati, partim in *Vngariam*, partim in *Sileſiam*, factis irruptionibus, ſpoliis, ac rapinis, operam dederunt, ut bona pars eorum intercepta, ſub ultricibus gladiis perierit.

Intereà, poſt aliquot prægreſſas cum *Cæſareanis* velitationes, ubi *Bethlenus Haimburgo*, *Edinburgo*, *Lackenbachæ*, & *Günſio*, civitatibus, immineret, illas ſubiugaturus, ecce! *Tampierio* in mentem venit, *Presburgum*, non ità robuſto præſidio munitum, unà cum *Arce*, qua regni *Vngariæ* corona aſſervatur, intercipere. Itaque, *VIII. Id. Octobr.* octonis hominum millibus, quadraginta navibus, neceſſarioque armorum apparatu, inſtructus, noctu promovit, multis dynaſtis, proceribuſque, comitatus.

Tametſi autem, in limine expeditionis, ad pontem *Viennenſem*, infelici prorſus omine, tres naviculæ, apparatu bellico inſtructæ, aquarum tempeſtate colliſæ mergerentur, hominibus, equiſque pariter pereuntibus, nihilominùs propoſitum ille non mutavit. Manè igitur *VII. Id. Octobr.* impreſſionem faciens, ſuburbanum, loricaſque, ad ripam *Danubii* excitatas, unà cum tormentis, ibidem diſpoſitis, feliciter occupavit, pontemque, è navibus compactilem, deſtruxit. Indè cum manu ſclopetariorum ad arcem properans, poſteaquàm ſambucas, ſive machinas perruptorias, portis adhibendas eſſe, ſignum ſuis evaginato gladio dediſſet, à præſidiariis *Moravis*, arcem cuſtodientibus, agnitus eſt. Iſtis igitur glandes, ſine miſtione, inſtar grandinis, in eum eiaculantibus, accidit, ut oppidò feriretur, atque in terram exanimis procideret. Quo caſu ſclopetariis confuſis, ac retrocedentibus, præſidiarii ſupervenêre, è quibus *Vngarus* falcato acinace caput mortuo amputavit, trunco in arcem relato. Atque hunc exitum vitæ *Tampierius*, natione *Gallicanus*, miles expeditus, ac ſtrenuus, ſed paulò, ut aiebant, inhumanior, ac ſævior, poſtquàm copias *Cæſareanas* diu antè, atque in his *Bohemicis* motibus, duxiſſet, ſortitus eſt.

Ductore igitur hoc ſuo orbatæ copiæ, non ſine damno, inde pedem retulêre, *Bethleno* quàm celerrimè *Presburgum* properante, multoſque, proditionis ſuſpectos, in vincula coniiciente. Interim caput *Tampierii* à cervice reciſum, per ſuturas trunco reſtitui, iubens, exequias tanto & milite, & duce, dignas, in præſentia legatorum *Gallicanorum*, quàm honeſtiſſimas peregit.

II.

Bavari expeditio in Auſtriam.

PActâ, ac conſummatâ, tranſactione *Vlmenſi*, qua de ſuprà, auctuſque copiis *Leopoldi Archiducis*, *Bavarus*, cum exercitu, apparatuque inſtructiſſimo, ad *Cæſaris* evocationem, paruit, rectâque ſecundo *Danubio* in *Auſtriam ſupra Anaſum* movit. Exercitus viginti quinque millibus, & quingentis, peditibus, itemque quinque millibus, & quingentis, equeſtribus, conſtabat. Cui *Ioannes Tſcherclaes*, *dominus de Tilly*, gente *Gallicanus*, miles, ac ductor, ſtrenuus, atque exercitatus, præficiebatur. Movente exercitu, *Bavarus*, quatuor *Principibus*, nempè *Vaudemontio*, *Eboino*, *Lotharingo*, *Duce Teſchenio*, *Sileſio*, *Virginio Vrſino*, *Italo*, ſplendidoque comitatu, ſtipatus, *Pataviam*, aliâs *Paſſaviam*, perrexit. In

itinere

itinere ubi à *Ratiſponenſium* legatis: ſolitis honorariis affectus eſſet, *Auſtrios ſuprà Anaſum* in armis excubare, occupatâque *Starenbergiorum* arce, ſeſe opponere velle, nunciatum eſt.

Paulò poſt, *VII. Id. Quintil.* eiuſdem *Auſtriæ Ordines*, cum codicillis, miſerunt, qui, quicquid ſub hac expeditione ſibi exſpectandum foret, interrogarent. Seſe quidem amicitiæ, inter vicinos uſitatæ, leges haudquaquam violâſſe. Eaque de re hoſtilitatem, quàm utique non meruiſſent, minùs exſpectare. Interim, hoc ſibi præmetuendum eſſe, adiecerunt, ne, ſicubi *Ducem* cum exercitu progredi contingat, in patria ſua turbę, ac tumultuationes oriantur, ſicut paulò antè ruſticorum globi tùm coiiſſent, ad *Procerũ* verò dehortationes à propoſito receſſiſſent. Itaque, ut exercitum à finibus amoliretur, ſeſe deprecari: niſi novas turbas ciere, manuſque in armis ſeſe opponentium experiri, mavelit.

Ad quæ reddidit *Bavarus*: Seſe iam in eo totum eſſe, inquit, ut legatos ad *Auſtriæ* Proceres, apud *Lintzium* congregatos, mitteret, deque omnibus erudiret. Qua de re *Laurentium VVenſinum*, & *Reinaccherum Capitaneum*, eò dimiſit, illi ut *Imperatoris Ferdinandi* edictum, litteraſque *Cæſareas*, *Proceribus* intimarent: quæ quidem fuerunt eius argumenti:

Poſteaquàm per *Bohemiam* civiles iſti motus ardere cœpiſſent, etiam, temporibus *Matthiæ Imperatoris*, *Auſtriæ Ordines* ipſo in limine perduellibus acceſſiſſe, excuſſiſque utiliſſimis admonitionibus, terrâ marique, infeſtis in armis ſeſe oppoſuiſſe, adeóque eò deveniſſe, ut *Cæſareos* miniſtros tantùm non ab omnibus conventibus, ſed & muneribus, excluſiſſimos fecerint, adeóque contrà ſupremum magiſtratum atrociter deliquerint. Ab exceſſu *Matthiæ Imp.* enim contrà *Albertum Archiducem* perduellionis crimen continuantes *Lintziũ*, ſedem, atque arcem, *Archiducis*, invaſiſſe, clauſtra, ac vias, provinciæ, in gratiam *Bohemorum* archiperduellium, inſediſſe, adeóque contrà omnem fidem, faſque piumque, dominii regimen ſibi arrogâſſe. Poſtquàm *Alberto*, fatis concedente, ſucceſſio, ac gubernatio *Provinciæ* ad *Cæſarem*, pleno iure rediiſſet, tunc inprimis arctiores confœderationes cum perduellibus pepigiſſe, impreſſiones in *Auſtriam inferiorem* feciſſe, civitates, arces, monaſteria, & pagos, ſubditorum, intrà officium ſeſe continentium, invaſiſſe, occupaſſe, diripuiſſe: perfidos inſuper *Bohemos*, *Viennam* coronâ cingentes, armis, ſumptibus, copiiſque, adiuviſſe, nunquàm eò bonæ mentis, ut legitimo *Principi*, ac magiſtratui, ſuo parérent, debitamque fidem, atque obedientiam, deponerent, deveniſſe, ſed potiùs leges, modumque, præſcripſiſſe, quibus temeritati ſuæ velificari poſſent.

Quibus omnibus ſiquidem manifeſtum læſæ maieſtatis crimen ipſo facto incurriſſent, pridemque debitis coerceri pœnis debuiſſent, nihilominùs *Principem*, ac patriæ patrem, clementiæ connatæ memorem, non omnem ſpem abieciſſe, fore, ut facti aliquando pœnitentiam emendantes ad frugem, bonamque mentem, reverterentur. Sed in tantum etiam hanc ſpem decollâſſe, ut in diem peiores multò evaſerint. In propatulo enim eſſe, à nonnullis eorum eaſdem fuiſſe adhibitas machinas, quibus regna, ac provinciæ *Auſtriacæ* abalienarentur, ac realiter deficerent. Ut etiam illos in ſocietatem, ac contubernium, receperint, qui quidem *Chriſtiani* nominis hoſtibus, *Turciſque*, ſunt gemelli ac ſimilimi.

Hanc igitur illam eſſe expeditionem, hunc eò tendere exercitum, ut de mandato *Cæſaris* quibuſcunque modis *Bavarus* in ordinem perduelles redigeret, pœnitentiam verò ſponte emendantibus ac ſeſe ſubmittentibus, gratiæ locum faceret, ac pro re nata liberrimè diſponeret.

Cæſarem igitur ſeriò velle, ac mandare, *Ordines Bavariæ Ducis* poſtulatis, abſque ambagibus, ac recalcitratione, obedirent, *Lintzium* reſtituerent, clauſtra, ac propugnacula, dederent, præſidiariis miſſionem darent, confœderationibus externis, pluſquam ſuſpectis, renunciarent, *Bavaro* intereà fidem darent, quoad deinceps *Cæſari*, principi utique hæreditario, homagium deponeretur. Si qui ergò refractarii eſſe porrò, ac repugnare, vellent, in iſtos ſeſe datâ operâ nunc animadverſurum, cæteris verò ſeſe debitò more ſubmittentibus ad gratiam fores aperturum.

Hoc fine, ne quis ſive pacta, ſive fœdera, cum perduellibus inita, cauſſari, aliquamque indè obligationem prætendere, auſit, *Cæſarem*, præſentis vigore mandati, fœdera iſta omnia, & ſingula, tanquam adversùs legitimum dominum, iuſque, fidemque, pugnantia, omninò exautorare, omneſque, ac ſingulos, iuramentis exſolvere. Interim diſcrimen, ac delectum habendum eſſe cum illis, qui quidem minis, viqueiniecta, ad perduellionis crimen adacti forent, hancque ſuam noxam anteà deprecari, atque in viam redire, cœpiſſent. Ut longè maior iſtorum culpa cenſenda fuerit, qui quidem datâ induſtriâ hoc ad perduellionis crimẽ ultrò veniſſent, imò duces, atque anteſignanos, ſeſe exhibuiſſent.

III.

Ordines Auſtriæ ſuperioris quinque dierum inducias, ac deliberandi ſpatium, rogant.

QUæ cùm *Ordinibus Auſtriæ ſuperioris* per legatos fuiſſent expoſità, ad quinque dies deliberandi ſpatium rogare cœperunt. Annuit *Bavarus*, ſed ſub hac conditione, niſi, eo intervallo elapſo, morem gerant, hoſtium tunc loco futuros eſſe. Se enim mandati *Cæſarei* executionem extrahere diutiùs haud poſſe. Tametſi igitur iſtos termini prolongationem per legatos urgere porrò accideret, nihiloſeciùs fruſtrà fuêre.

Hoc intrà quinque dierum induciarum intervallum, in caſtris *Bavaricis* anxiè deliberari cœptũ eſt, utrum expediret, præmiſſâ exercitus parte, vel manu, clauſtra, ac vias, provinciæ præoccupare, an verò exodium induciarum, *Ordinumque*, lege pacti, reſponſa præſtolari. Quòd autem res ſuſpicione, ac periculo, haud vacaret, quin *Ordines* intereà confœderatorum auxilia ſolicitarent, undè maior difficultas foret exſpectanda, plurimorum ſuffragiis collectis, ut provinciæ tranſitus maturè interciperentur, concluſum eſt. Quo fine præmiſſâ per *Haslingium* manu militari, ſufficienti appa-

ratu inſtructâ, id effectum eſt, ſub hac tamen moderatione, neminem ille, niſi temerè renitentem, laceſſeret, læderetque. Atque hoc quidem utiliſſimum fuiſſe tùm conſilium, eventus docuit. Sicubi enim diutiùs iſtis connivere voluiſſet *Bavarus*, intereà evocatis iſti confœderatis, atque auxiliaribus, quibus mediis exercitum *Bavaricum* vel retundere, vel impedire, potuiſſent, proſpexiſſent.

IV.

Ordines Auſtriæ ſuperioris auxilia Vngarorum, ac Bethleni, implorant.

HÆc dùm fiunt, *Ordines ſuperior. Auſtriæ* clàm mittunt, qui à confœderatis, *Vngaris* ſcilicet, ac *Bethleno*, auxilia erogarent. Ibi tùm *Bethleno*, *Neoſaliæ* conventum agente, intimatum eſt, quibus in periculis, atque extremitatibus, verſarentur *Auſtrii*, nempè etiam de *Inferiori Auſtria* ſimul actum eſſe, ſicubi ſe ſubiugari accidat, ut etiam provinciæ confœderatæ cæteræ, ipſaque *Vngaria*, in ultimis deinceps ſit, ſub *Cæſaris*que dominatum, reduci omnes debeant, niſi iam maturiùs ſuccurratur. Interroganti *Bethleno*, quantus eſſet exercitus *Bavaricus*? Reſponſum eſt à Legatis, (ità enim ex rumore didicerant) conſtare ſex legionibus peditum, & bis mille equitibus. Ad quæ ille: Tanti copias iſtas haud eſſe, inquit, ut non remedium detur. *Ordines* uxores, liberoſque, in loca munitiora transferrent: plebeii verò montes, ac ſaltus, peterent, cætera *Deo* committentes. Regiones, ac populos, identidem acquiri poſſe, modò vita, ac caput, redimeretur. Neque hoſtes eos eſſe, ut, inſtar boli, aut pilulæ, alicuius, unicâ vice omnes provincias deglutire queant. Intereà ſe cum *Vngaris* maturè futurum in partibus, &c, quid in armis poſſit, declaraturum. Iam tùm *Setſchium*, *Turzonem*, ac *Ragotium*, tribunos ſuos, in mandatis habere, copias ut educant. Intrà duarum ſeptimanarũ ſpatium, ſeſe in *Stiriam* impreſſionem facturum. Sicubi tunc quoque *Bohemi* exercitum educerent, ſub colore, tanquam *Viennam* peterent, futurum eſſe, ut *Bucquoius* caſtra mutet, locoque idoneo decedat.

Quò ergò ſeriò ità velle videretur *Bethlenus*, id genus increpatorias ſimulátque ad *Bavarum* dedit: Ne tentaret in *Auſtriam* educere *Bavarus*. Alioquin ſe ultricibus armis *Bavariæ* affuturum eſſe. Sed tantùm abfuit, ut minis iſtis quicquam efficeret *Bethlenus*, ut ne quidem reſponſo dignus ſit habitus. Itaque celeritate multa pericula antevertuntur. Quâ niſi *Bavarus*, *Haslingio* duce, eſſet in tempore uſus, facilè ab adverſa parte difficultates necti, obiicique, eveniſſet. *Haslingius* enim tranſitus, ac viarum clauſtra, à ruſticanis inſeſſa, ferro aperuit, inſeſſoreſque fudit, ac diſperſit. Ruſticani ex adverſo *Bavaricos*, in poteſtatem redactos, duriſſimè habuerunt, ut etiam villas, pagoſque, indè ab ultoribus incendi contingeret, quanquàm non ſine iuſta *Ducis Bavari* indignatione.

V.

Erneſtus-Ludovicus, Dux Saxo-Lavvenburgicus, trucidatur à ruſticis.

THillyo, poſt *Haslingium*, cum legionibus aliquot, in *Auſtriam* movente, etiam *Dux de Croy* *Pataviam* versùs eduxit, *Vngarorum*, eo loci graſſantium, impetus enervaturus. Eo tempore, cùm *Erneſtus Ludovicus*, *Dux Lavvenburgicus*, ſecundo *Danubio Viennam* dirigeret pro *Cæſare* militaturus, in itinere ſuprà *Lintzium*, in pago quodam *Aſchavv* dicto, unà cum miniſtro nobili, ac famulo, à tumultuantibus ruſticanis oppreſſus, ac cæſus, eſt. Nullâ aliâ de cauſſâ, quàm quòd, ſuper menſa, ad plebeios furioſos hæc in verba dixiſſet: *Irent modò, ac tripudiarent, mox in foribus futuros hoſpites, quorum quidem adventu iſtis minùs foret exultandum.*

VI.

Ordinum Auſtriæ ad Bavarum legatio, ac petitio.

POſteaquàm arcem unam, atque alteram, locaque varia, præoccupâſſet *Haslingius*, atque etiam *Starenbergiorum* caſtro, ac ſede, potitus eſſet, ibidem appulit *Dux Bavariæ*, ad quem tum à *Bucquoio* miſſus erat *Comes à Meggavv*, de omnibus *Ducem* eruditurus. Altero die ab *Ordinibus Auſtriæ* litteræ advenerunt, quibus ſecuritatem ultrò citróque commeandi erogabant, id quod illis non denegatum eſt. Itaque, cùm *Dux* ulteriùs pergeret, *Ordinum* delegatos, adventum ſuum præſtolatos, reperit. Illis, impetratâ ſermonis copiâ, multa, ſuper exercitus huius *Bavarici* progreſſibus, præfantibus, multaque, quæ quidem in ſe litteris *Cæſareis* torquerentur, excuſantibus, *Dux* nunciari iuſſit, ſe quidem animo ſive diſputandi, ſive litigandi, neutiquam adeſſe, ſed mandatum *Cæſareum* in effectum deducere velle. Abſque circuitu igitur profiterentur, utrùm *Cæſari*, debitam iuxtà obedientiam, homagium deponere cuperent, nec ne? Si quid de cætero eſſet, quod illos tangeret, iſthoc litteris mandarent. Qua de re legati litteris, verbiſque conceptis, inter cætera, hæc poſtularunt: Antè omnia, ea, ſuper quibus à *Cæſare* accuſabantur, extenuare, atque excuſare, ſtudebant. Abindè privilegiorum, iurium, ac conceſſionum, à temporibus *Maximiliani II. Imp.* indultorum, confirmationem, tàm in eccleſiaſticis, quàm ſecularibus, rogârunt. Secundùm hæc, ut præſidia, militeſque, & totus ab *Auſtria* exercitus deduceretur, iuxtàque omnes, ac ſinguli, admiſſorum veniam impetrarent, ſolicitârunt. Illis *Bavarus* reddidit: De ſententiis, cuiuſmodi in illos ferri contigiſſet, ſe nullatenùs diſceptaturum. Intereà *Lintzium* pergerent, ibidemque ſe exſpectarent. Acturum enim eſſe cum illis, ea æquitate, quàm ſtatus cauſſæ huius u-tique ferre quitus eſſet.

VII.

Bavarus Lintzium (olim Aredatum) movet.

POſt varia in itinere occupata, atque obedientiam priſtinam reducta, loca, *Bavarus* rect- *Lintzium*

ſitium movere perrexit. Exercitus igitur pri-
nitias agnoſcentes eius loci *Proceres*, in occurſum
niſerunt, qui nunciarent *Duci*, paucos ex *Ordini-
us* pro tempore eſſe in loco, ideóque pro dignita-
e, ſicut vellet, *Ducem* excipere haud quidem poſſe.
Et cùm *Provinciæ prætor* in *Arce* eſſet, omniaque
rivilegia, atque indulta, ad *Auſtriæ Archiducatum*
pectantia, poſſideret, interrogabant, utrùm illi
o in loco ſubſiſtendum eſſet, nec ne? Iſtis regeſſit
Dux: Apparatu, quo ſe quidem excipere cogita-
ent, opus eſſe nullo. Non enim hîc tripudium, ſe,
ed alias res, meditari. Privilegia eo, quo eſſent lo-
o, manerent. Vicarius verò intereà, dùm *Arcem*
Dux teneret, de aliis in civitate ædibus commodis
bi proſpiceret. Secundùm hæc pedeſtriũ copia-
um octodecim millia, urbem velut coronâ cinxe-
unt, equeſtribus iuxtà per agros diſpoſitis, tor-
nentiſque opportuno loco inductis. Quibus il-
s, aliiſque, præordinatis, *Dux*, urbem ingreſſus,
equentia, *Ordinibus* proponi curavit: Primùm o-
mnium, tàm præſentium, quàm abſentivorum,
ynaſtarum nomenclaturam exhiberent. Dein,
umerum copiarum, à ſe conſcriptarum, inirent:
liſque, ſe inſcio, miſſionem ne darent. Denique
e quis, indictâ pace, clanculum diſcederet, ut et-
m abſentivi citarentur, præſentes verò, ſuper
hematibus, in medium proponendis, quàm ma-
urrimè deliberarent.

VIII.

Ordines Auſtriæ ſeſe Bavaro ſubmittunt.

Tametſi igitur fruſtrà fuiſſet *Fridericus Palat.* &
Bohemi, nihilominùs miſſis codicillis *Auſtrios*,
xhortari cœperunt, viderent, nempè, quibuſ-
unque modis contrà *Bavarum* in armis ſeſe tuta-
entur. Iam enim in eo rem eſſe, ut in auxilium i-
ſius educere, ac *Bavarum* in patriam ſuam reiice-
, velint. Nihilominùs interceptæ litteræ, *Bava-
ca* vi prævalente, duntaxat intrà verba conſtite-
unt. Itaque rem ſeriò ſecum agi perſpicientes
ynaſtæ *Auſtrii*, initâ deliberatione, mandatis, po-
ulatiſque, *Bavaricis* parendum ſibi eſſe, concluſe-
ũt, hac unicâ ſub exceptione, à præſidiariis ut
ſe ſibi liceret immunibus. Sed hæc ſpes iſtos fe-
llit. *Bavarici* enim perſpicientes, abſque præſidio
rovinciam facilè commoveri denuò poſſe, id i-
ſum negârunt.

IX.

Copiæ Auſtriacæ Bavaro ceduntur.

Rebus hunc in modum compoſitis, ſuper co-
piis porrò *Auſtriacis*, exercitui *Bavarico* iun-
ndis, actum eſt. Itaque turbæ, ac cohortes, *Au-
riæ Bavaro* ceſſerunt. Quales quidem, loco præ-
diariorum, per provinciam diſpoſitorum, inter
gna militaria diſpergi, exercituique uniri, cœ-
erunt.

Sed, tantùm abfuit, ut miles *Auſtrius* ſponte iu-
enti *Bavaro* ceſſerit, ut in armis obluctans, niſi
rænumerato ſtipendio, parere repugnaverit. Qui
cùm aliqua etiam depoſitâ ſtipendii parte conten-
tus eſſe detrectaret, globus è mille quingentis co-
iit, imperiumque recuſavit. Quos illos duobus pe-
ditum millibus, turmâque equeſtri, cingere, ac niſi
dicto audientes ſint, iniectâ vi in ordinem redige-
re, *Bavarus* iuſſit. Iſti igitur, quo in loco res eſſent
ſuæ, videntes, maluerunt de gemino menſtruo ſti-
pendio paciſci, quàm ultima experiri. Quorum
exemplorum cæteri quoque, hinc indè diſpoſiti,
cautiùs mercari didicerunt.

X.

Ab Auſtriæ Ordinibus homagium requiritur, ac deponitur.

Abindè *Dux Ordines*, nomine *Cæſaris*, ſibi ho-
magium deponerent, cohortari cœpit. Quod
autem præ ſe tuliſſent, edicto *Cæſareo* gravari ſeſe,
itemque privilegiorum, iurium, ac conceſſionum,
confirmationem, nec non admiſſorum veniam,
petiiſſent, hoc quidem eius generis eſſe, quòd ma-
gis ad *Imperatorem*, quã ſe, ſpectaret. Interim *Cæ-
ſarem* his de omnibus curaturum. Cui quid foret
animi, vellet indagare.

Hanc ubi *Ducis* ſententiam excepiſſent, denuò
in formulam iuramenti inquirere non deſtitere.
Si enim *Cæſari*, tanquam *Principi* hæreditario, iu-
ramentum depoſituri eſſent, illud alio modo pera-
gi de more non poſſe, niſi anteà *Archidux Ordini-
bus* privilegia, iura, ac conceſſiones, quas, indul-
gentiâ *Maximiliani II. & Matthiæ, Impp.* accepiſſent,
inprimis *Religionis* libertatem, confirmaſſet.

Ad quæ die ſequenti hæc in verba prolixiuſcu-
lè reſponſum dedit *Bavarus*: Cauſſam, inquit,
quam foverent, à ſe neque inſpiciendam, neque
determinandam, eſſe. Gratiùs accidere ſibi, modò
hoc onere potuiſſet ſubleuari. Pariter ſatiùs eſſe,
eò rem ab *Ordinibus* non fuiſſe devolutam, his ut
remediis opus ſit.

Itaque eò ſe tantùm, atque unicè, reſpicere, quò
Cæſareo mandato ſatisfacere quitus eſſet, ab eo ne
latum quidem unguem declinaturus. *Ordines* aliàs,
ſuper gravaminibus ſuis, *Cæſarem* ordine, ac debi-
tè, deprecarentur. Nullum dubium eſſe, *Cæſa-
rem*, clementiæ *Auſtriacæ* memorem, excuſſis cir-
cumſtantiis variis, ergà *Ordines* ſeſe ità declaratu-
rum, ut liqueat, illi ſalutem, atque emolumentum,
tàm *Archiducatus*, quàm *Ordinum*, ac ſubditorum,
cordi eſſe. Hanc felicitatem ſe pariter illis ex ani-
mo vovere. Nec intermiſſurum, quin *Cæſari* ſub-
miſſam eorum voluntatem, ergà ſe conteſtatam,
tàm huius provinciæ tranquillitatem, proximè
conceptis verbis commendaret. Inprimis, quòd
Cæſari, tanquàm *Archiduci*, & domino hæreditario,
fidem, obedientiamque omnem, uſque ad extre-
mum vitæ halitum, promitterent, hoc illud eſſe,
quod inprimis prædicare præcogitet. Interim, ſic-
ut hanc devotionem illorum haud fictam, fucatã-
que, ſed veram, ſed indubitatam, eſſe arbitraretur,
ità operæ pretium facturos, ſicubi, pro confirma-
tione huiuſce ſubmiſſionis, ſine ambagibus in fidẽ
Cæſaris Bavaro tantiſper iurarent, quoad ipſe *Cæſar*
poſtliminiò iuramentũ ab ipſis req̃reret. Prout n.
ſuperiori tẽpore *Cæſari*, iuramentũ requirenti, ſub

variis præpoſitis conditionibus, *Ordines* repugnâſſent, eâque obſtinatione rem hanc in neceſſitatem deduxiſſent : ità iàm nunc remedium ſalutarius nullum affulgere, niſi ut, id genus miſſis exceptionibus, abſque mora, edicto *Cæſareo* morem gerant. Perduellium quorundam iſta eſſe conſilia. Quibus niſi maturrimè ſeſe ſubducant, *Cæſarique* obedientes ſint, nihil aliud exſpectandum eſſe, niſi ut ipſos magis, magiſque, unà cum univerſa provincia, periclitari contingat.

Inſtructionem, ac commiſſionem, ſuam, ſuper privilegiorum, quæ allegarent, confirmatione, ne quidem iota, quod aiunt, habere. Hanc rem illis tùm, ubi *Cæſari* ipſimet, tanquam *Archiduci*, hæreditatis cauſſâ, homagium depoſituri eſſent, commodiùs urgendam eſſe. Hoc ſolùm iam reſtare, *Cæſari* ſeſe ſubmitterent omninò, ac dederent, fidelitatiſque iuramentum intereà deponerent. Rem enim ità quidem eſſe comparatam, ut diutiùs extrahenda non ſit. Velle itaque, ac mandare, nomine *Cæſaris*, hoc ut agerent.

Quod præſidiarios concerneret, hac tempeſtate neceſſitatem ipſam poſtulare, ut civitates, arceſque, nonnullæ præſidiis firmentur. Quòd autem exercitus nondùm eſſet è *Provincia* deductus, hoc ſibi moleſtum accidere, ut per ipſos *Ordines* ſtet, copiis ſuis miſſionem non concedentes. In illorũ ergò poteſtate eſſet, pacem, tranquillitatemque, eligere, ac militibus præferre velle. Simulátque enim militem proprium exautorare, edictoque *Cæſareo* ſatisfacere, eſſent comperti, illicò ſe omnem exercitum deducturum.

Denique ſe hoc quoque velle, confœderationes, adverſus hæreditarium *Principem* ſuum pactas, oppidò reſcinderent, ſigilla codicillorum annihilarent, atque certo loco deponerent. Eam rem factu fore eò faciliorem, quòd ipſi *Ordines* non diffiterentur, fœdus iſtud per *Cæſarem* ſummo iure eſſe exautoratum. Tantùm abeſſe, ſi, pactis iniuſtis renunciantes, in gratiam cũ legitimo domino ſuo redirent, legibuſque tàm divinis, quàm humanis, conforme ſeſe gererent, ut hoc illis fraudi, ac crimini, eſſe poſſit, ut potiùs, apud omnes rectè, ac ſapienter, iudicantes, laudem, atq; honorem exſpectare indè debeant. Iuramenta, ſicut hæc à *Bohemis*, vi extorta, neque *DEO*, neque hominibus, unquã placuiſſe. Iuſtiſſimam igitur cauſſam eſſe, immò *Cæſarem*, ſummâ ſuâ autoritate, legitimè, ac directè, intervenire, immò, velle, ac præcipere, coacta illa pacta, ac iuramenta, ut omninò reſcindantur. Si quis igitur abhinc ſive maculam, ſive infamiam, illis affricare auſit, certò ſibi promitterent, neque *Cæſarem*, neque *Bavarum*, honori ſuo defuturum, ut etiam contrà pacis id genus turbatores omnibus, quod aiunt, copiis aſſerere eos ſint affecti.

Super delictorum venia, atque indemnitate, quàm omnes ex æquo cuperent, nihil ſe quidem diſpenſare quitum eſſe, ſiquidem hoc opus ſolius ſit *Cæſaris*. Quòd autem fidem, atque obedientiam, *Cæſari* repromitterent, eoque nomine commendari peterent, ſe verbis illorum hanc rem bonâ fide diligentiſſimè peracturum. Tametſi autem adhucdùm oblatis codicillis deprecarentur *Ordines*, antè privilegiorum confirmationem, ſeſe in verba fidelitatis nondùm iurare, nedùm etiam pactam cum *Bohemis* confœderationem violare, poſſe, nihilominùs confœderationis iſtius diplomata, à *Bohemiæ* cæteriſque directoribus, ſigillis, ſubſcriptionibuſque, corroborata, produxerunt. Quòd autem *Dux* urgentiſſimis verbis denuò iniungeret *Ordinibus*, abſque mora, præciſiſque omnibus, hactenùs ventilatis, obiectionibus, edicto *Cæſareo* parérent, ſibique, ad alia properanti, in mora diutiùs ne eſſent, tandem, *IV. Id. Auguſti*, primùm à *Clericis*, dein *Equeſtribus*, itemque *Civibus*, hæc in verba iuratum eſt: omnia, & ſingula, ſcil. quæ, vigore edicti *Cæſarei*, *Bavarus* iniunxiſſet, ſeſe fideliter præſtituros: quoad *Cæſar* ſuo tempore, hæreditatis nomine, homagium exacturus eſſet.

Atque hoc modo, iuramento feliciter conſummato, copiæ *Auſtriacæ Valentino Schmidio*, tribuno, ceſſerunt, *Herbersdorfio* per provinciam *Vicario* conſtituto.

CAP. V.

De Bavari expeditione in Bohemiam.

I.

Bavarus movet in Bohemiam, divulgatque edictum Cæſareum, ſuper Spartâ ſibi commiſſâ.

Conſummatis ità feliciter, inque ordinem redactis, rebus *Auſtriacis*, *Bavarus*, ubi, ob præcipitatas eo tempore pluvias, aliquot dies detentus fuiſſet, in *Bohemiam* movens, *Freyſtadium* primùm appulit. Ibi, à loci magiſtratu ſolenniter exceptus, fortè incidit in *Balthaſarem Marradium*, tribunum *Hiſpanum*, cuius virtus militaris *Cæſari* multis in occaſionibus, & quidem poſtrema vice apud *Budorgim*, antiquitùs ità dictam, hodieque *Budam albam*, ſatis erat ſpectata. Quo cum poſteaquàm rebus ſuper neceſſariis contuliſſet, intereà militem ex itinere reficere, carros, impedimenta, ac tormenta bellica, ſimulátque reparare, iuſſit.

Ea è loco per *Bohemos*, *Moravos*, *Sileſioſque*, immò ipſummet ad *Palatinum*, fecialem dimiſit, quidque à *Cæſare* haberet in mandatis, exponi ſingulis curavit. Inprimis autem ſequentia, litteris expreſſa, *Bohemis* intimari fecit: A *Romanorum Imperatore*, eodemque *Vngariæ*, ac *Bohemiæ*, *Rege*, inquit, arduam humeris ſuis provinciam, ſuper rebus *Bohemorum*, *confœderatarumque* provinciarum, impoſitam eſſe.

Exanimis proindè ſibi dolere, tot, & toties repetitas, ingenuas admonitiones, ab *Electoribus*, ac *Principibus*, factas, fruſtrà fuiſſe, ut etiam ipſemet tot vicibus conſiliator, ac monitor repulſam tulerit. Toties autem ſolidis, veriſque fundamentis, inter cæteros, vel ſe duntaxat remonſtrâſſe, quibus pericu-

ericulis, procellis, ac calamitatibus, modò non *ohemiæ* regnum, cæteraſque ſocias *Provincias*, im-nò univerſum *Imperium*, involverent, remque eò leducerent, ut, excluſis conſiliis, remediiſque mi-ibus, atque ordinariis, iam, more *Chyrurgorum*, ancrum, aut ulcus aliquod incurabile, tractantiū, d dura, eaque extrema remedia, nempè ferrum, ſciam, ſerramque, deveniendum ſit, quò exciſâ, eſectâque parte immedicabili, corpus reliquum o interitu vindicare liceat. Tanti igitur, ac tàm ravis, remedii applicationem, abſque hæmor-nagia, ac coeffuſione ſanguinis, peragi haud poſ-. Quo nomine tædioſam hanc, ac difficilem fun-ionem lubens recuſâſſet, niſi ſupremi illius, atq; *DEO* ipſomet inſtituti, magiſtratus, cui negare hil poſſit, reſpectus requireret aliud. Ea propter os codicillos, hanc, ſibi iniunctam, expeditionē r *Bohemiam*, adiunctaſque *Provincias*, publicari iſſe, ut conſtaret, adhucdùm illis omnibus apud *æſarem* fores gratiæ pateſcere, modò legitimum agiſtratum, præeunte debitâ ſubmiſſione, agno-ere, ulteriuſque adverſus ſtimulum, quod dicũt, lcitrare nolint. Niſi igitur pœnam, quàm gratiā, gere malint, irent, atque, ab accepta hac inti-atione, *Cæſari* obedientiam præſtarent, eius cle-entiam prævenirent, ſummumque, atque ulti-am, ſibi ſuiſque impendens, periculum altiùs ad imum admitterent, rebus ſuis rectiùs conſule-nt, nec ſeſe ab obedientia legitimi magiſtratus luci paterentur. Regnum, ultimo velut ſub ago-, iam vix ſpiritum ducere, ut hiantibus faucibus *riſtiani* nominis iurati hoſtes illud, tāquam præ-m, aut bolum, exſpectent. Si itaque *Scythicam* il-n barbariem, qua *Turci*, *Reges*, *Principeſque*, ſub-os, excarnificare, ac duriſſimo iugo premere, nſuêſſent, paulò penitiùs deponderarent, futu-n eſſe, ut tanquam è diuturna crapula, veter-que, evigilantes, ad verum, ac legitimum, *Regē* m, ſacro oleo unctum, nempè, *Cæſarem*, redire piant. Illi iam pridem ſanctiſſimo iuramento igatos eſſe, ut omnem obedientiam vel indè eant. Si iam pacem, tanquam ad ſe introeun-, virgis cædere, furcilliſque ampliùs eiicere, p-erent, certam, ac triſtem, ruinam ſeſe tantùm regno, ſed propriis etiam capitibus, familiis, uniſque omnibus, ſuperinducturos, adeóque ſteritate infamiam huius pertinaciæ, huius il-ſeditionis, conſecuturos.

Occaſionem igitur, tempuſque opportunum, inpræſentiarum exhiberi, dum *Dux* cum exer-in *Bohemiam* promoveat. Hanc iſtos, utique illatam, dùm adhucdùm fores gratiæ pateſcāt, onte arripere poſſe. Sicubi etiam hac vice ob-m *Cæſaris* gratiam non amplecterentur, conſi-nque iſthoc integerrimum, fortè ultimum, re-liarent, eventurum eſſe, ut pulcerrimum illud num exteris gentibus in prædam ſit futurum, verò cum familiis, fortunis, atque honoribus, um ituri ſint. Providerent igitur, ne, *Phrygum* re, *Bohemi* ſerò ſaperent, novoque ſive prover-, ſive fabulæ, nomen facerent.

II.

enor commiſſionis Cæſareæ, Bavaro indultæ.

Ius generis autem fuerunt litteræ, patentes di-ctæ, à *Cæſare*, pro coercendis *Bohemis Bavaro* in-dultæ: Nempè *Ordines* in memoriam facilè revo-caturos eſſe, quid *Anno* ſuperiori *M. DC. XIIX.* fa-ctum eſſet, ubi crudeli, atque inaudito, facinore ex iſtis quidam duos *Cæſaris Vicarios*, cum *Secretario*, è dicaſterio regio per patentes feneſtras in foſſam arcis præcipitare, ad iſtius facti evictionem milites conſcribere, atque alia id genus, in regni interitum vergentia, ſcelera patrare, auſi fuiſſent. Quæ cum ad aures *Matthiæ Imp.* perveniſſent, tùm abſentivi, quò temporiùs tāti mali barathro fauces obſtrue-rentur, *Cæſarem* per codicillos, ut vocant, patentes à tàm præpoſtero, peſſimique exempli propoſito, *Ordines* dehortari cœpiſſe, ſub hac clementi obla-tione, miſſurum eſſe legatos, qui, nomine *Cæſaris*, cauſſam inſpicerent, tranſigerent, ſimulque con-dicerent, regni privilegia, prærogativas, atque im-munitates, iuxtaque inprimis litteras illas Maieſta-ticas, futuras eſſe ſartas tectas. Illis verò paternis, atque integerrimis, admonitionibus, promiſſio-nibus, atque obteſtationibus, clàm, ne ad noti-tiam populi venirent, ſuppreſſis, cùm aliud nihil efficeretur, niſi ut duræ, atque obſtinatæ, cervicis perduelles tantùm non indurarentur, ſed etiam magis magiſque efferarentur, dùm, novam regni, regiique regiminis, formam cudentes, triginta re-gni vicarios, directores appellatos, crearent, præ-ſidiarios hinc indè diſponerent, ſubditos exactio-nibus exercerent, multorum bona vi iniectâ inter-ciperent, regias præfecturas, annuoſque reditus, invaderent, immò verò, non ſine ſumma *Cæſaris*, *Regiſque* ſui, iniuriâ, ac famæ periclitatione, apolo-geticos, libelloſque, ceu vocant, famoſos tantùm non per regnum, ſed *Imperium* univerſum, diſſemi-narent, aliaque id genus, non inferiora, multa co-narentur.

Iſtis omnibus *Cæſaris* animum haud medioeri-ter vulnerantibus, poſt *D. Iacobi* ferias, alterum ad *Ordines* emiſſum eſſe mandatum, quo, præeunte tot horrendarum actionum enarratione, ſeriis verbis iniungebatur, ab impiis, ac furioſis, id genus con-ſiliis abirent, ſub comminatione, iſtos omnes, qui-cunque, ab huiuſce mandati intimatione, ilicet, abſentes verò, intrà quatuordecim dies, ad obedi-entiam, *Cæſari* debitam, haud redirent, perduelliū, patriæque hoſtium, loco futuros eſſe. Sed neque hac interminatione quicquam fuiſſe effectum, ut potiùs diffidentes, ac furioſos, animos in ipſam denique rabiem exaſperari, ac degenerare, uſuve-nerit.

Intereà, ab exceſſu *Matthiæ Imp.* *Ferdinandum*, utique ſucceſſorem, atque hæredem, optimam ſpem concepiſſe, unà cum novo Principe, ac regi-mine, novoſque ſubditos, nuper tumultuantes, a-lios animos inducturos, debitamque ac ſolennem ergà coronatum Regem, dominumque hæredita-rium, obedientiam conteſtaturos eſſe, præſertim, cum nulla ex parte ſive offenſi, ſive læſi, eſſent, ut potiùs litteris, clementiâ *Cæſarea* pleniſſimis, ſub confirmatione privilegiorum, litterarumque Ma-ieſtaticarum, ad *Burggravium* ſuperiorem emiſſis, il-lis gratificatum abundè fuerit. Sicubi igitur tunc inducias dediſſent, copias conſcriptas dimiſiſ-ſent, vel evidente aliquo ſigno ſaltem ſe ad pa-cem, atque obedientiam, redituros, demon-ſtrâſſent, utique *Cæſarem* fuiſſe paratum, per arbitros litem hanc dirimere, noxam ſontibus re-

mittere,

mittere, adeóque tanquam mitem, ac pacificum, *Imperatorem*, omnem lapidem, quod aiunt, movere, quò iſtis pacis, atque obedientiæ, amorem inſtillare velut quitus eſſet. Quid fit? Tantùm abeſt, ut effrænes, lymphati, & pertinaces, animi, de furore ſuo quicquam remiſerint, ut ne quidem *Imperatorem, Regemque* ſuum, reſponſo dignati ſint, ut potiùs, *Imperatoris* adhortatione poſthabitâ, copias magis magiſque auxerint, ſubditos conclaſſârint, exercitum eduxerint, *Moravôſque* partim aſtu, partim vi in partes tranſire coëgerint. Mox iſtos globo facto *Laam, Auſtriæ* inferior. oppidum, expugnâſſe, mox ad ipſam regiã urbẽ, *Viennenſem* ſc. caſtra admoviſſe, multaq; dictu fœda, atq; hoſtilia ꝑpetrâſſe. Inde ſcriptis improbis *Cæſaris* famã laceraſſe, exteraſq; penès nationes ꝓſtituiſſe. Tametſi v. hi tales patriæ, paciſq;, hoſtes, quibus cũ *Cæſar* in gratiã rediret, forent indigniſſimi, nihiloſeciùs clementiam benigniſſimi *Cæſaris* maiorem perſtitiſſe, quàm ut perduellium furore, ac pertinacia, expugnari potuerit. Inde factum, ut denuò, *pridie Non. Iunias*, ſub *Anno M.DC.XIX. Cæſar* per codicillos novos gratiæ iſtis locum fecerit, omneſque ad priſtinam obedientiam invitârit, nempè omnes, quicũque ad devotionem, ac gremium, legitimi *Regis* ſui redituri eſſent, illi *Bucquoio*, ductori *Cæſareo*, ſeſe ſiſterent, eoque pacto in gratiam reciperentur.

Perduelles verò, nullâ neque clementiâ, neque gratiâ, dignos, oblatam humanitatem *Cæſaream*, more ſuo, omninò repudiâſſe, dc die in diem peiores ſpiritus ſumpſiſſe, datâque operâ *Regis* indignationem proritare ſtuduiſſe. Tandem, depoſito pudore, ac perfrictis frontibus, eò delapſos eſſe, ut, poſteaquàm *Archiepiſcopus Moguntinus, Imp. Rom. Elector*, atque *Archicancellarius, Ferdinandum, Vngariæ, ac Bohemiæ, Regem*, tãquam *Electoralis* collegii membrum, ſecundùm cæteros *Electores*, ad XIII. *Cal. Sextil. M.DC.XIX. Francofurtum*, pro electione *Regis Romanorum*, evocâſſet, atque ille, pro more, compar uiſſet, tàm per litteras, quàm legatos, corona regia privare, adeóque ſede, collegioque *Electorali* excludere, etentârint. Sed fruſtrà tùm fuiſſe latratûs, ut, citrà exſpectationem, cum ignominia iſtos reiici, *Ferdinandum* verò tantùm non, ſicut *Regem* verum, ac legitimum, introduci, ſed etiam *V. Cal. Septembr.* in feriis *D. Auguſtini*, divinâ moderante gratiâ, unanimibus votis, ac ſuffragiis, ſolenniſſimiſq; cum ceremoniis, in *Regem Romanorum*, poſtmodum in *Imperatorem*, evchi, ac *V. Id. Septembr.* triumphantis in morem, coronari, uſuvenerit. Illis actibus feliciter conſummatis, tametſi *Imperator* iuſtis, atque innumeris, de cauſſis, perduellibus omnem gratiã negare potuiſſet, nihilominùs ut exemplum, monumentumque, ſingularis ſuæ clementiæ propalã proſtaret, ad petitionem *Electorum*, ſequeſtratis atrocibus iſtis iniuriis, cauſſam illam communi illorum arbitrio, ac iudicio, ſubmiſiſſe. Sed neque iſthoc etiam ſalutare compoſitionis remediũ placere potuiſſe. Perduelles enim *Bohemos*, furiiſque inquietatos, præter cæteras provincias, magnam regni *Vngariæ* partem ad ſociam belli ſeditionem pertraxiſſe, *Pragæ* conventum indixiſſe, novas cõfœderationes pepigiſſe, adeóque omnem, iam diu intrà viſcera ſtabulantem, virulentiam collectim unicâ vice eructâſſe. Indè factum eſſe, ut, exule pietate, fide, atque obedientiâ, proculcatoque iuramento, ac pudore, omni, ſuper novo eligendo *Rege*, pronunciârint, iiſdemque excæcatis mentibus, ſuffragiiſque, *Fridericum, Palatinum Rheni, Electorem*, loco veri, ac legitimi, illegitimum *Regem* deſignârint, repudiatoque *Ferdinando*, regni caput eſſe iuſſerint.

Hanc iſtam illegitimam, irritamque, electionẽ *Palatinum* approbâſſe, atque acceptâſſe, neque pẽſi habuiſſe, quod paulò antè in comitiis *Francofurtenſibus Ferdinandum*, iuxtà cæteros *Electores*, pro vero *Bohemiæ Rege*, per legatos ſuos, admiſiſſet, immò ad *Imperii* dignitatem unà evexiſſet. Eum igitur non ſecus, ac perſonatum, atque in fabulis introductũ, ſcenicum *Regem* ſeſe geſſiſſe, coronatumque eſſe, nec non regni *Bohemiæ*, ſociarumque provinciarũ, incolas per iuramentum in verba ſua adegiſſe, omniaque, contrà fasque piumque, quæ verum, & genuinum, *Regem* decent, deſignâſſe.

Quanquam autem inſontis plebis initâ ratione, neque hoc tempore omnem clementiam *Cæſar* eiurâſſet, ac proindè *IV. Id. Decembr. M.DC. XIX.* ultimum mandatum expediviſſet, eiuſce temporis, omnes, ac ſingulos, hactenus perduelles, ac refractarios, etiamnunc *Cæſarem* invitare, eiſque gratiæ locũm facere, modò ad obedientiam priſtinam reverterentur, ac factorũ pœnitentiam emendarent: ſed etiam ſurdis cantatam fuiſſe hanc fabulam. Igitur ne diutius, vitiis, flagitiiſque, connivendo, divinam in ſe, ſuoſque, prævocaret vindictam, *Cæſarem* tandem, neceſſitate urgente, ſuper id genus remediis, quibus atrociſſimas iſtas iniurias vindicare, alienatumque *Bohemiæ* regnum recuperare, quitus eſſet, deliberare cœpiſſe.

Quæ inter cum *Cæſar Imperii Electorum, Principumque* fidelium, fide, atque auxiliis, plurimũ mitteretur, inter cæteros, *Maximiliano, Bavariæ Duci*, ex autoritate, ac poteſtate, *Cæſarea*, hanc facultatẽ dediſſe, ille idoneo cum exercitu in *Bohemos* moveret, perduelleſque, ac furioſos, in ordinem redigeret. Quicunque ergò ſub hac ipſius expeditione citati non comparerent, *Cæſarem* pro legitimo *Rege*, ac domino, non recognoſcerent, neque à perduellibus ſegregarentur, in iſtos omnes ferro, ac lege militari ſeverâ, animadverteret. Ex adverſo morigeros, atque obedientes, nomine *Cæſaris*, in gratiam, atque protectionem, admitteret, vitas, familias, ac fortunas, illorum, quantis poteſt viribus, tueretur, ac defenderet.

Eapropter *Cæſarem* magna voce omnibus regni *Bohemiæ* incolas inclamare, iuxtaque ſeveriſſimis verbis mandare, omnes, & ſinguli, à *Bavariæ Duce* citati, loco, & tempore, conſtitutis, advolarent, voluntati, atque edicto eius obtemperarent, rerũ, ac fortunarum, ſuarum ſatagerent, perduellibus longum valedicerent, patriæque, ac ſui ipſius, interitum amolirentur. Et ne quis, ad ſummam, pactorum, fœderumque, obligationem prætendere, ac ſubvereri, queat, utique *Cæſarem* omnes iſtas tranſactiones, confœderationeſque, adverſus tàm *DEVM*, quàm *Cæſarem*, legitimum *Regem*, & magiſtratum, ſuum à perduellibus, & cum perduellibus temerè initas, deſignataſque, hiſce omninò annihilare, irritaſque facere, omneſque ſubditos, quibuſcunque modis illi in perduellium verba adacti eſſent, iuramentis omninò exonerare, prorſuſque abſolvere. Quicunque ergò dicto

audi-

udientes fuerint, illis iura, ac privilegia, ſuâ futu-
a ſarta tecta. Id quod optimâ fide, re ipſâ præſtan-
lum, ſanctéque pro mittitur.

III.

*avari ad Fridericum Palatinum increpa-
toriæ.*

PRæeunte mandato illo *Cæſareo*, atque ad regni
Bohemiæ Ordines iuxtà directo monitorio, illis
orrò criminatoriis, atque obiurgatoriis, in *Fri-
ricum Palatinum* invectus eſt, *Bavarus*. Sciret nem-
è, inquit, *Palatinus*, immò apprimè ſciret, quàm
delibus, integerrimis, atque è *Germano*, ſolicito-
ue, animo profectis, verbis ipſe *Dux Bavariæ*, tàm
ntè, quàm poſt illegitimam novi *Bohemiæ Regis* e-
ctionem, diverſis vicibus, ſub expreſſa præfigu-
tione præſentis calamitatis, tot emiſſis codicillis
hortatus eſſet, abſtineret ſe nimir. ab alterius
gni corona, iam-pridem alteri impoſita, ac de-
ta, neve à *Turcis*, vel *Turcorum* vaſallis, auxilia ex-
aret, ut *Germanicæ* gentis, per *Europam* potiſſi-
æ, libertatem affligere poſſet. Pari paſſu parce-
t per id genus omnibus *Regibus*, *Principibuſque*,
iosam, ſuſpectamque, electionem, vivente, ac
gnante adhûc *Rege* legitimo, duo ſimul pulcerri-
a regna, *Imperii* & *Germaniæ*, propugnacula, quæ
ctenus coëffuſione Chriſtiani ſanguinis immen-
que ſumptibus, hocce *Imperium* tueri cœpiſſent,
à cum provinciis *Auſtriacis* lectiſſimis, in extre-
um exitium, iugumque *Turcicum*, nunquam fa-
è excutiendum, præcipitare. Parceret per inter-
s, ac civiles ſuſcitatos motus, tumultus, ac defe-
ones, univerſum *Imperium* turbare, ac convel-
c, adeóque peregrinis deinceps gentibus in præ-
m exponere. Parceret immò verò ſemetipſum,
ìs facultatibus, atque autoritate, florentem,
ſque, unàque complures alios, certæ, ac mani-
tæ, ruinæ involvere.

Quàm maximè *Palatinum* nomen, honorem, de-
que, dedecere, ut ipſius prævaricatione, & cul-
nobiliſſima regna, ac provinciæ, tàm flebilibus
dis, undique conſcriptis, ac conquiſitis, exerci-
us, ſub *Chriſtianorum* populorum laniena, va-
i, ac penitùs interire, debeant. Naturæ legem
minerit hæc inculcare: *Quod tibi non vis fieri, al-
ne feceris. Palatinum*, utique *Imperii Electorem*,
s condecere, regnum, fortè interceptum legi-
o domino ut reſtitueret, perduelleſque ſubdi-
coerceret, inprimis, imitatione fortiſſimi illius
ois, *Philippi Palatini*, *Chriſtianorum* rempubli-
n adverſus infidelium, ac *Turcorum*, intolerabile
um, omnibus viribus defenderet, aque infami
ſervitute eriperet.

Hæc, atque eiuſce commatis in verba, poſt-
àm *Bavarus* aliquoties *Palatinum* fuiſſet dehor-
us, invito velut ſibi hanc cautionem, ac clauſu-
, inter manus natam eſſe: Nempè, ſicubi acci-
et, poſthabitis conſiliis ſalutaribus, *Palatinum*
udato propoſito deinceps inſiſtere, *Cæſarem* at-
e *Imperium*, conturbare, maioribuſque pericu-
nvolvere, *Bavarumque*, iuxtà *Electores*, ad opem
no publico impertiendam, ſolicitari, tunc utiq;
non poſſe *Imperatori*, tanquam ſupremo capiti,
edientiam negare, manumque ſubducere, quin
collapſam rem publicam, atque in deliquio animi verſans *Imperium*, pro ſeque opem flagitans, omnibus viribus, remediiſque, reſtauraret, adeóque fidem, *Imperio*, ac patriæ, debitam, conſanguinitatis iuribus præferret. Denuò igitur *Palatinum*, tanquam conſanguineum, lege cognationis, neceſſitudinis, ac proximitatis, mutuæ, ſe commonefacere, tandem, ad animum admiſſis dehortationibus his, & aliis, privatim, publicéque factis, ad ſe rediret, rebus novis, reipublicæque perturbationibus noxiis, ſe abſtineret, tandemque, quàm ſincerè, ac candidè, *Bavarus* hactenus in medium cõſuluiſſet, agnoſceret. Tametſi autem nuper ipſe *Palatinus* palàm, teſtibus litteris, hanc *Bavari* mentem fidam, atque ingenuam, hæc conſilia, ex integerrimo pectore profecta, viſus eſſet deprædicâſſe, atque agnoviſſe: nihilominùs illum ad priſtinos errores relabi, atque in iſtis etiamnunc perſeverare, ut res *Chriſtiani Imperii* magis magiſque conturbet, atque affligat, omniaque, ac ſummam rei in acie novaculæ, ſive gladii, exponat. Indè *Imperatorem*, rei ſive indignitate, ſive neceſſitate, præventum, auxilia paſſim erogâſſe, iamque in eo eſſe, ut *Bavarum* militiæ, atque expeditionis, illius, in *Bohemos* ſuſcipiendæ, caput, ac ductorem, deſignârit. Hanc illam eſſe nunc, tàm arduam, oppidò tædioſam, & difficilem, ſibi impoſitam, provinciam, ſub cuius onere meritò, non abſque ſuſpiriis, ingemiſceret, ex animoque doleret, morbis urgentibus extremis, ad extrema remedia deveniendum eſſe.

Si quid igitur preces, & vota, valerent, adhûcdùm inſtare *Bavarum*, adhûcdùm ex omni affectu fideliter inculcare, ne properaret *Palatinus* in extremam ſui ipſius perniciem, ſed fidelium *Electorum, Principumque*, optima conſilia ad animum admitteret, ſed coronam regiam legitimo, atque antehâc coronato, *Regi*, dominoque hæreditario, reſtitueret, ſed deſperata, ac noxia, inque ipſam barbaricam, *Turcicamque* ſubiugationem militantia, conſilia eiuraret, ſed, cum reliquis *Imperii* membris, tyrannidem *Turcicam*, quantis poſſit viribus, retunderet, atque exarmaret, adeóque emolumẽtum, ſalutem, pacemque, ac tranquillitatem, orbi *Chriſtiano* poſtliminiò, reduceret. Hoc illud eſſe ſplendidum medium, quo ſe, ſuaſque provincias, amplificare, vicinis regnis, ac regionibus, benefacere, totique *Imperio*, ac *Germaniæ*, patriæ noſtræ, prodeſſe poſſit. Hoc hoc illud eſſe, quod DEO, magiſtratuum vindici, gratum, ſubditis ſalutare, ſibi, ſuiſque,glorioſum, atque utile, futurum ſit.

Quod ſi verò (quod abominandum) hæc ſuclamatio, fortè extrema, apud cæcos, atque effaſcinatos, nihildùm proficiat, *Bohemoſque* expeditioni, ac commiſſioni, huic ſuæ obluctari accidat, utique vel nolentem ſe eò impelli, *Cæſaris* voluntati, ac mandato, ut ſatisfaciat. Aut igitur cum *Bohemis* iſtis, ſi ſibi conſultum velint, ſe in gratiam, nomine *Cæſaris*, rediturum, aut, ſi omnia ſint fruſtrà, Marte experturum. Iam paulò antè *Ordines Auſtriacos*, cum *Bohemis* tumultuantes, poſteaquam ad obedientiam rediiſſent, in gratiam receptos eſſe. Si quid, dùm iſti cunctarentur, ab exercitu paſſi forent, hoc illorum culpâ, non ſuâ, uſuveniſſe. Eandem *Bohemorum* deditionem ſe pariter modò, non optare, ſed & ſperare, velle.

IV. Bo-

IV.

Bohemorum, ad Bavari criminationem, reſponſio.

QUid autem ad criminationem iſtam reſcripſerint *Bohemi*, iam ſequitur. Ità enim illi, dũ neque flecti, neque emolliri, poterant, *Bavaro* reddiderunt: Tàm è *Ferdinandi Cæſaris* edictis, inquiunt, ac codicillis, quàm *Bavari* increpatoriis, quibus criminibus, atque accuſationibus, onerentur, non ſinè commotione, ſeſe didiciſſe. Iſta omnia, quanta quanta eſſent, in diffamationem tantùm non omnium *Bohemiæ ordinum*, ſed etiam *Regis* ipſius, vergere, eóque ſpectare, ut invidia apud exteros ſibi concilietur, dùm iſta rogarentur, quę admittere nullo pacto foret integrum. E reſcriptis igitur tàm *Regis* ſui, quàm ipſorum *Ordinum*, prorſus evinci contrarium, nempè iuribus, ac priuilegiis, à tot ſeculis quæſitis, hanc cauſſam ſuam niti. Exindè evidentiſſimum eſſe, id omne, quod ſuſceptum, peractumque, ab *ordinibus* foret, iuxtà leges regni, ordinem, ac conſuetudinem, unanimi *Provinciarum* de conſenſu, ſolenniter peractum fuiſſe. Quorum omnium rationem coràm DEO, iudice ſupremo, tùm omnibus, ſine felle, rem ex æquo penſitantibus, reddere ſint parati.

Secundùm hæc, neque *Regem*, neque *Ordines*, *Bavaro* unquam fuiſſe moleſtos, tantùm abeſt, ut amicitiæ, ac proximitatis, iura violârint. Confiderent ea propter, futurum, ut *Bavarus*, *Imperii Principum* facilè præcipuus, bonæque mentis, neq; in *Palatinum*, *Regem* ſuum, neque in ſe, confœderatoſque ſuos, aliquid hoſtile deſignet, *Cæſariſque* edictum, etiam ſub proprio periculo, iniectâ vi in effectum deducere cupiat. Siquidem verò, citrà exſpectationem, uſuveniat, ut ab eo hoſtiliter infeſtentur, eam neceſſitatem ſe maſculè excepturos, adeóque, iuxtà leges patrias, tàm *Ordines*, quàm univerſos regni incolas, ſub profuſione ſanguinis, vitæ, fortunarumque omnium, pro patriæ libertate, coniunctis viribus dimicaturos eſſe. Neque aliter ſeſe poſſe, quin *Palatinum*, communibus omnium *Ordinum*, ſociarumque *Provinciarum*, ſuffragiis, ſecundùm regni leges, ſtatuta, ac vetuſtas conſuetudines, dictum, electum, coronatumque, *Regem* ſuum, coniunctis tàm animis, quàm viribus, unà cum patria, contrà quoſcunque hoſtiles impetus, defenderent, ac tuerentur. Siquidem igitur *Bavarum* haud provocâſſent, eò promptius divinum auxilium ſe præſtolari, eventumque DEO, & fortunæ, committere. Quo nomine *Cæſaris* illud edictum ſicut admittere haud quidem poſſint, hoc in præſentiarum eâdem operâ ipſi remittere.

V.

Friderici Pal. reſponſio.

TOtidem ferè, eiuſdemque ſaporis, verbis, ad *Bavarum* reſcripſit, ſuo nomine, *Frid. Palatinus*: E diverſis antehâc, inquit, ultrò citróque miſſiculatis epiſtolis, *Bavaro* haud incognitum eſſe, quibus de cauſſis oblatam *Regis Bohemiæ* dignitatem admiſiſſet. Illæ cùm eius momenti, ac ponderis, hucuſque viſæ eſſent, ut ea propter conſilia ſua mutare non fuerit operæ pretium, proindè extrà regulam ſibi accidere, quod rogaret *Bavarus*, præſertim, cùm in eius amicitiam, fidemque, hactenus oculos coniecerit, multumque ſibi ſuper eodem promiſerit.

Pariter non ignorare *Bavarum*, quibus rationum, legumque, momentis, ac fundamentis, *Bohemiæ*, ſociarumque *Provinciarum*, *Ordines*, cauſſæ ſuæ bonitatem, nimir. quòd ipſo iure reiecto *Ferdinando* novum *Regem* ſubſtituiſſent, deduxerint, partiſque adverſæ obiectionibus qualibuſcunque ſatisfecerint, ſicut, ſuperpondii loco, etiamnunc, ex adiecto *Ordinum* faſciculo, liqueat.

Hoc hoc eſſe, quod novum ſit, atque concoquere nequeat, quo iure, contrà omnia *Imperii* iura, ac decreta, *Cæſar* ex aula *Cæſarea*, in cauſſa propria, ac priuata, iudicis officium adverſus *Palatinum* exercere aut velit, aut poſſit, *Palatinum* enim, itemque regnum *Bohemiæ*, cæteris cum *Provinciis*, cum *Cæſare* minimè litem fovere, ſed cum *Archiducibus* ſibi rem eſſe, utique regnum *Bohemiæ*, tanquàm hæreditarium, ſubiugare conantibus.

De cætero, quod ſibi obiiceretur, tanquam, deſperatis conſiliis inhians, cum infidelibus, ac *Turcis*, contrà *Imperium*, patriamque, conſpiret, atque barbarorum hac ratione, ſub ſpe auxilii, tyrannidi, ac ſervituti, duo regna, cum tot provinciis, ſubmittere cogitet, meram eſſe fabulam. Nunquã hoc ſibi in mentem veniſſe: Cuius rei certiſſimum teſtem habeat utique conſcientiã. *Bavarus* potius, aliique complices, ſine cauſſa, in *Bohemos*, confœderatoſque, educentes, viderent, ne, ſub publico nomine, rem privatam agerent, *Chriſtianamque* Rempublicam, per civiles, atque internos, motus convellerent, *Turciſque* in prædam obiicerent, *Deumque* (cui omnia hæc utique committenda forent) vindicem provocarent.

CAP. VI.

De Bavarorum, & Cæſareanorum coniunctionibus.

I.

Bavarus in ulteriorem Bohemiam promovet.

ID genus toties miſſiculatis codicilli[s], cùm verbis fruſtrà eſſet *Bavarus*, dein[ceps] armis agere, atque experiri, ſta[tuit]. Præmiſſâ igitur ſub *Herlembergi[o]* & *Haimhauſio*, tribunis, integrâ pha[lange], *Bavarus*, promotis caſtris, ulteriorem in *Bo[hemiam]* perrexit. In *Mansfeldium*, fortè occurre[n]tem, ut educerent, illi in mandatis habebant. Se[d] hi

hic, ſuſtinere *Bavaricas* copias haud potens, ſeſe ſubduxit. Intereà, circiter *Calend. Septembres*, exercitus uterque, tàm *Cæſareus*, quàm *Bavaricus*, mutuò ſibi in occurſum ducentes, uniri, ac coniungi, cœperunt. Poſtquàm enim *Bavarus*, per *Zvvethelium* movens, arcem *Greilſteiniam* expugnâſſet, *Bucquoium*, cum *Cæſareanis* obviàm educentem, humaniſſimis verbis excepit, ſibique iunxit.

Peractâ feliciter hac utriuſque exercitus coniunctione, primâ quaque occaſione *Bavarus*, in *Bohemis* ubicunque movere poſſet, acie experiri, ſimulque, ac ſemel, pugnâ decernere, affectus erat. ſed commeatu, cùm deſtitueretur, hoc votum differre cœpit. *Auſtrius* enim ager, quod vaſtatus, ac derelictus, eſſet, nihil ſuppeditabat: *Bohemi* verò, ne quid hoſtibus cederet, obluctabantur.

II.

Bavarus Pragam unicè expeditionem dirigit.

CÆſareanis, *Bavariſque*, in progreſſu, arcibus, oppidiſque, ſibi obviis, potiuntibus, *Bohemi* n *Moravos* deflexerunt, tanquam de induſtria hoſtes è *Bohemia* ſive in *Auſtrios*, ſive *Morauos*, pellecturi. Tametſi igitur *Bucquoio* viſum erat, iſtos perſequi, atque in *Moraviam* educere, illud tamen *Bavaro* conſilium placere non poterat. Hic enim antè omnia, *Pragam*, tanquam regni, totiuſque rei, caput, petendam eſſe, omninò propoſuerat. Qua de ſententia cùm dimoveri non poſſet, *Bucquoius* quoque ulteriùs repugnare non debuit. Et per *Herculem*! ſapientiſſimum hoc fuiſſe conſilium, ab eventu patuit. Sicubi enim in *Moravos* moviſſent *Cæſareani*, & commeatus difficultas incidiſſet, & *Bohemis*, inſtante brumâ, ſpatium fuiſſet, fines ſuos, regiamque urbem, rectiùs communiendi, atque auxilia contrahendi. Satius ergò erat, iſtis nequicquam moræ, ſpatiique, quo reſpirarent, indulgere, ſed urgere, ſed turbare, regnique, & novi *Regis*, totiuſque cardinis, pupillam, *Pragam* ſcilicet, petere, hanc expugnare, hanc in ordinem redigere, & ſic verum ſcopum ferire: Undè hac ipſa celeritate magnum inſtanti victoriæ momentum acceſſit. Itaque, per *Auſtrios inferiores*, *Budorgim*, *Bohemiæ* civitatem, indè *Bodniam*, mox *Pragaditium*, mox *ieſſeccam*, eduxerunt, oppida prædicta, cùm in armis præſidiarii reſiſterent, iniectâ vi, machiniſque adhibitis, expugnantes.

III.

Balthaſar Marradius, relictas in finibus, copias, è Bavaria, in Bohemiam adducit.

ANtequàm exercitum *Bavarus* educeret, more militari, etiam, pro finibus cuſtodiendis, quaſdam domi copias reliquerat. Illas, ut adduceret in *Bohemiam*, cum turmis equeſtribus, *Balthaſar Marradius*, *Hiſpanus*, tribunus nominatiſſimus, mitti, cœpit. Quo eò dirigente, atque, inter cætera, oppidum *Schuttenhofen* intercipiente, mox, per *Tieſſenbachium*, *VVinterbergâ*, & *Valeriâ*, in deditionem venientibus, fines *Bavariæ*, *Paſaviæ*, atque *Auſtriæ*, ab invaſionibus *Bohemorum* indemnes eſſe cœperunt. Secundùm hæc, *Grünberga*, *Riſenburgo*, ac *Tauſâ*, oppidis, à *Bavaris*, ac *Marradio*, partim vi, partim ſtrategematibus, occupatis, uterque exercitus *Pilſenam* petiit.

IV.

Haslangius, tribunus, ab Vngaris interceptus, occumbit.

BOhemis ex adverſo ad duo millia paſſuum caſtra habentibus, quibus *Fridericus Rex* intererat, *Cæſareani*, *Bavariq;*, cum impedimentis, & calonibus, ægros ſuos ad *Bavariæ*, *Auſtriæque*, fines remittentes, omnes in unum agmen undecunque copias, quò eò rectiùs hoſtes perſequerentur, contraxerunt. Eo tempore *Haslangius*, tribunus *Bavarus*, ex febri decumbens, cùm, curationis ergò, retrò in *Bavariã* cogitaret, ab *Vngaris*, ſaltus inſidentibus, interceptus eſt. Eius comitibus, partim cæſis, partim fugatis. Cætera prædæ fuerunt. Ipſe verò *Haslangius* in equum ſublatus, vinculiſque alligatus, in caſtra *Bohemica* deduci cœpit. Quâre cognitâ *Bavarus* ad *Palatinum* miſit, pateretur tribunum præfatum, tanquam ægrotantem, ad ſe remittere, ſub hac conditione, eundem, ſicubi reconvaluiſſet, ex pacto in *Bohemorum* poteſtatem rediturum. *Palatinus* verò, quòd neque in ſua, neque *Bohemorum*, ſed *Vngarorum*, poteſtate eſſet, excuſare cœpit. Ità tribunus ille, in *Vngarorum* caſtris detentus, paulò poſt circa *Cal. Novembr.* vitæ finem fecit.

V.

Mansfeldii dolus.

CÆſareanis, *Bavariſque*, per circulum *Pilſenicum* ſtativa habentibus, *Mansfeldius*, tanquam partibus *Bohemorum* diffideret, datâ operâ ex alto ſimulabat. Itaque neque ſe commovebat, neque commeatum hoſtilibus copiis negabat, omninóque videri cupiebat, tanquam in partes *Cæſareanorum* declinare vellet. Quò nomine *Bucquoius* ingens ipſi pretium offerebat. *Bavarus* verò interceptos eius prætorianos abſque lytro dimittebat. Hæc autem ſtudio fingebantur à *Mansfeldio*, ut *Cæſareanos* turbaret, moraque injectâ, ne ulteriùs pergerent, inprimis *Pilſenam* ne attingerent, cauſſaretur. Intereà *Bohemi Pilſenam* educebant, commeatum *Bavarorum* eo loco intercepturi, ſed *Bavari* circumſpectio iſtis obſtitit. *Linteloo* enim tribuno, apud commeatum excubias agenti, in mandatis dedit, diligenter rerum ſuarum ſatageret, & ne res annonaria detrimentum capiat, provideret. Cuius providentia factum, ut hoſtium tùm conſilia ſint facta irrita.

CAP. VII.

De Ominibus, Cladem Pragenſem, à parti-

bus Bohemorũ, præſignificantibus.

I.

Principis Anhaltini confuſio.

OLim, antequàm committerent acies, multimodè belli *omina*, ſive bona, ſive mala, tàm apud *Græcos*, & *Romanos*, quàm penès *Gallos*, *Germanoſque*, modò è *pullis*, modò *ſternutatione*, modò *pedum offenſione*, modò è *volucribus*, modò *ab extis*, modò è *duellis* utrinque commiſſi militis, modò è *tripudiis*, ſive truci *cantu*, (quem barritum vocant) aliiſque id genus ſignis, præludiis, prodigiiſque, deſumi conſueviſſe, ex lectione veterum autorum innoteſcit. Si igitur etiam *terror panicus*, ex inopinato invadens, & magnus, mali *ominis*, ac *prodigii*, loco, erat: ſi veteres *Pallori*, *Timori*, *Paupertati*, ac *Senectæ*, tanquam numinibus noxiis, extrà civitatem templa, ac ſedes, aſſignârunt, tanquam quæ procul amolienda eſſent: ecquis magnoperè dubitabit, dùm, intellectâ *Bavarorum* cum *Cæſarianis* coniunctione, *Chriſtianum*, *Principem Anhaltinum*, militiæ *Bohemicæ* caput, conſternari, ac confundi, (ut narrant) contigit, iſthanc *ominis*, & quidem haud felicis, indicinam fuiſſe exhibitam? Si enim T[illegible] creditur, *plus in Duce reponitur, quàm in exerci*t[illegible]ctè iudicâſſe cenſetur *Florus*, certè: *Tanti*, inquit, *erit exercitus, quanti quidem fuerit Imperator.*

II.

Fridericus Palatinus primogenitum ſuum è Bohemia, ſecuritatis igitur, ablegat.

EXercitus ſui imperatorem, iam quodammodo confuſum, triſtemque, ſi non prævenit, rebus ſuis metuens, *Fridericus Palatin. Bohemiæ Rex*, certè æquis paſſibus ſecutus eſſe videtur. Is enim ſuper potentiâ *Cæſarea* per *Bavaricum* ſupervenientem exercitum abundè auctâ, dùm ſibi, ſuiſque, malè ominatur, ac confidit, filium primogenitum, iam anteà quoque *Bohemiæ Regem* deſignatum, ſecuritatis ergò, è regno in *Belgium* ablegavit. Quod ſicubi rectiùs de rebus ſuis ſperâſſet, haud facturus utique fuiſſet.

III.

Fridericus Palatinus expetit alloquium Bavari.

EAdem diffidentiâ, ac ſolicitudine, accidiſſe, veriſimile eſt, ut *Fridericus Palatinus*, *Cæſareanis*, *Bavariſque*, per *Bohemiam* prævalentibus, primùm per tubicinem, deinceps *Schlammersdorfium*, *Aurbachii* præfectum, eo nomine ablegatum, alloquium *Bavari* deſiderârit, antequàm res utrinque ad manus, vel aciem, deveniret. Talis autem tùm *Palatini*, per legatum, fuit ſive propoſitio, ſive rogatio: Quanquam, ait, divinâ ità moderante providentiâ, iſthoc anni decurſu, multa adverſa ſibi uſuveniſſent, dùm amicos, ac conſanguineos, ſuos, etiam ſub periculo proprio, ad ampliores dignitates provehere conatus eſſet: iſtos enim per regnum, & provincias ſuas, hoſtium more, ſeſe ferre: nihiloſeciùs tàm affectus ſui conteſtandi, quàm conſanguinitatis, neceſſitudiniſque, ergò, intermittere ſe haud potuiſſe, quin *Bavarum* ſui ſtatus certiorem faceret; ab eoque retrò erudiri cuperet. Ex *Haslangio* tribuno ſe cognoviſſe, non ingratum fore *Bavaro*, ſi ambo coràm convenire, &, ſuper noxiorum armorum ſequeſtratione, colloqui, *germanaque*, atque optimâ, fide deliberare, quiti eſſent. An fortè remedium inveniri poſſit, ægrotanti bono publico tantoperè ſalutare. Si itaque hæc conditio *Bavaro* haud diſplicere queat, ſe ità affectum eſſe, ut cum *Bavaro* coràm agere malit. Sub ſpe, futurum, ut hoc mutuo *Principum* alloquio res, in *Imperio* collapſa, in priſtinum ſtatum reſtitui, tùm *Chriſtianus* orbis ab interitu eripi, queat. Quid igitur animi eſſet *Bavaro*, quo die, loco, & tempore, quibuſque conditionibus, hic conventus peragi poſſet, mallet *Palatinus* antè cognoſcere. De cætero, ſiquidem ſive edictis, ſive *Cæſareæ* commiſſioni, *Bavaro* impoſitæ, foret inſertum, cum omnibus, qui quidem ultrò ad obedientiam redituri eſſent, *Cæſarem* in gratiam reverſurum, cæteros verò, nempè refractarios, hoſtium loco futuros, rebelliumque pœnis coercendos, eſſe, eo loco, ſub clauſula, hæc verba extare: *Cum Palatino rem aliter ſeſe habere: quantum perſonam illius concerneret.* Averet ex eo, (ſi non grave eſſet) cognoſcere, quid hæc ſibi verba vellent, aut ſignificarent.

Ad quam interrogationem hunc in modum ſic tùm reſcripſit *Bavarus*: Adhucdùm, inquit, *Palatinum* optimè meminiſſe, quo fideli, integerrimoque, animi affectu eum proſecutus eſſet *Bavarus*. Et quàm diu inantè, proximæ neceſſitudinis ergò, & quidem toties, ob inſtans periculum, commonefeciſſet. Neque in præſentiarum aliud antiquiùs ſibi eſſe, quàm ut ſinceræ id genus admonitiones tùm inveniſſent locum. Se neque odio, neque indignatione, ſive æmulatione, verſùs hoc *Bohemiæ* regnum, hanc ſuſcepiſſe expeditionem, ſed hanc neceſſitatem tùm conventus illius *Mülhuſiani* decreta, tùm voluntatem, ac mandatum *Cæſaris*, iuxtaque curam boni publici, ſibimet impoſuiſſe. Quod ad colloquium ſpectet, nihil ſibi gratius eſſe, quàm ut illud in boni publici emolumentum, regni, & provinciarum, *Cæſari* debitarum, refuſionem, *Palatini* verò ipſius, ſuorumque, commodum, collimare ſuſtineat. Cùm autem *Cæſaris* animus in eo ſibi ſit perſpectus, neque ulla partium tranſactio hîc locum habeat, antequàm *Bohemiæ* regnum, cum *Provinciis*, *Cæſari* fuerit reſtitutum, quem in finem hæc militet expeditio: utique neceſſarium eſſe, *Palatinus* antè, quàm convenirent, expectoraret ſeſe, quid vellet, ne fruſtrà utrumque congredi contingat. Clauſulam illam, ſuper qua interrogaret, nihil aliud velle, quàm *Cæſarem* omnes, ad obedientiam, ac gremium ſuum, confugientes, in gratiam admiſſurum, in cæteros verò ferro, ac pœnis, animadverſurum, eſſe.

IV. Vn-

IV.

Vngari, malè morigeri, antè pugnam, à Cæſareanis cæduntur.

NEque *Vngari*, malæ ſuperincumbentis regni *Bohemiæ* rebus fortunæ, manifeſtum non documentum perhibere potuêre. Iſti enim nullius ſuum imperium agnoſcere volentes, tanquam extrà omne forent periculum, hoſte in foribus exiſtente, ſecurè tripudiare, veſtibuſque, tanquam inermia ſub pace, aut triumpho, ſepoſitis, altùm ſtertere cœperunt. Hoc ubi exploratum haberet *Bucquoius*, equeſtrium *Gallo-Belgarum* tribuno ſuo, *Gauchiero*, in mandatis dedit, ille ſuper *Vngaros* iſtos oculos coniiceret, quantiſque poſſit viribus iſtos oculos quacunque occaſione affligeret. Paret hic mandato ducis, commodâque uſus occaſione in *Vngaros*, per pagum diſperſos, nihilque tale exſpectantes, impreſſionem faciens, ducentos cæcidit, mille equis in prædam redactis. Quæ, parva licet ſive velitaris pugna, ſive impreſſio, victoriæ tamen inſtanti *Cæſareæ* magnum momentum attulit, ut mediâ, vel vix ineunte, ſub pugna *Pragenſi*, *Vngaris*, tanquam ſine cuſtode itidem diffugientibus, *Bohemorum* aciem terror prehenderit, cauſſamque tantæ cladis, inter cætera, intulerit, promoveritque.

V.

Ignis, ſive flamma, lambens, in ſigno prætorio Cæſareano notata.

VEteres ſive *Poetæ*, ſive Naturalis *hiſtoriæ* ſcriptores, *flammas*, ſive *ignes, lambentes*, cuiuſmodi ſive in capitibus, ſive capillis, hominum, innoxiè tamen, apparent, felicitatem portendere arbitrantur. Ab exemplis res fiet evidentior. Autoribus *Livio*, & *Val. Max. Servio Tullo*, adhucdùm puerulo, dormienti, CIRCA CAPVT FLAMMAM emicuiſſe, domeſtici notârunt. Quod prodigium *Priſci*, *Tarquinii Regis*, uxor, *Tanaquil*, admirata, *Servium*, ſervâ natum, in modum filii educârit, *& AD REGIVM FASTIGIVM EVEXIT*. Talis fuit *LVMEN*, ſive FLAMMA, *LAMBENS*, apud *Virgilium*, quæ *Aſcanii*, *Ænææ* filio, comas, & tempora, attigit. Undè læto hoc prodigio exultans *Anchiſes* ſenex, *Deos* precatur, bonũ hoc omen ut confirment. Nautæ pariter, ſi *geminus ignis duplici flamma* in iiſdem *navium* antennis, vel malis, adhærcat: pro lætiſſimo, feliciſſimoque navigationis omine, habent. Veteres gentiles *Caſtorem*, *& Pollucem*, patronos navigantium, per *geminum* hunc *ignem* invocare, atque inde bene ominari, erant ſoliti. Sed in viam! Itaque ſimilis, *flamma lambens*, ſub *Guilielmi Verdugonis*, *Ductoris Hiſpani*, Legione, vexillum cohortis prætoriæ, quod antè illius fixum erat tentorium, primumq; omnium contrà *Bohemos* in aciem prælatum eſt, corripuit, ut ardere videretur, bono tempore, ad modum facis, refulgens, & conſpicua: Quo ſive *omine*, ſive *prodigio*, *Cæſarianis* præſignificatam eſſe felicitatem, & victoriam, quis ambigat?

VI.

In Dominicâ XXIII. ſecundùm Evang. Matt. XXII. (Sunt ſua Cæſaribus, ſunt ſua danda Deo:) incidit pugna Pragenſis.

SEd inprimis non tàm admiratione, quàm æternâ memoriâ, condignum eſſe videtur, in eum diem *cladem Pragenſem* incidiſſe, hoc eſt, *Bohemos*, cum novo *Rege* ſuo, memorabili Victoriâ ſuperatos, victos, cæſos, fugatos, diſperſoſque, eſſe, eâ ipſâ nempè *Dominicâ*, quâ quidem in *Eccleſia Chriſtiana*, (nimir. poſt feſtum *SS. Trinitatis*, *Dominicâ* XXIII.) *Evangeliũ*, è *D. Matthæi cap.* XXII. *DATE CÆSARI, QVÆ CÆSARIS SVNT, ET DEO, QVÆ DEI SVNT, &c.* publicis ad populum concionibus proponi, atque illuſtrari, ſolitum eſt. Quis ergò neget, *Bohemos*, novo, & ſecundò, cum *Rege* ſuo, divinitùs, ac fataliter, eſſe victos, cùm *DEVS* ipſe in *Cæſaris* fuerit partibus, tùm *SS. Evangelium* contrà *Bohemos* pugnârit? Quis ergò, reſiſteret DEO, & *SS.* DEI *EVANGELIO*? Gentiles olim dementem, vocârunt,

——*Contrà qui movet arma Deos*:

Quò magis nos *Chriſtiani* ſonticos, dixerimus iſtos, qui adverſùs *DEVM*, manifeſtatumque eius verbum, armis, ac militia, prævalere contendunt.

VII.

Vaticinium Ioannis Förſteri, hominis proletarii.

INter complures eiuſce tempeſtatis falſarios, ac plauſtra mendaciorum evomentes, Vates, aliquid tribuendum videbatur, homini *Veteravo*, probo, ac devoto, *Ioanni Förſtero*, turris ſpeculatori. Qui cùm integro antè motus iſtos *Bohemicos* anno, civile iſtud & fatale, bellum, divino, ut videbatur, œſtro plenus, multaque, ab eventu vera, ac memoratu digna, anticipando prædixiſſet, inter cætera, etiam *Palatino*, tùm *Bohemiæ Regi*, iuſſus eſt fugam, mox inſtantem, litteris, à ſe ſcriptis, indicare. Aiebat autem, omiſſo regio ſive nomine, ſive titulo, vulgari appellatione, tanquam homini privato loqueretur, ſe uſum eſſe, inter cætera, & quidem, atque ex mandato, hæc ferè in verba: *Palatinus* miſſis præcaſiatis atque anguſtis, mollibuſque id genus calceariis calopodia ſive feneſtrata, ſive latiora, atque ad curſum apta, præpararet, fore enim, ut mox illis indigeat. Neque eventus fefellit.

Aſſeverabat alioquin homo ille conſtantiſſimè, primum ſibi, ſub crepuſculum veſpertinum, in lectulo exiſtenti, nihilque tale unquam aut cogitanti, aut credenti, cum ingenti conſternatione, hanc vocationem divinitùs eſſe patefactam, iret in finitimas civitates, atque brevi inſtantia bella, ac tropica, prædiceret, voce ſibi, in auriculam, inſtar præduræ, ac perforantis, terebræ, ſeſe inſinuante. Quò de cuique liberum eſto iudicium.

CAP. VIII.

De velitationibus inter Cæſareanos, & Bohemicos, itemque Cladis Pragenſis prę-paratoriis.

I.

Bavarus Bohemis inſtat.

CIRCA *XVI. Cal. Novembr. Bavarus*, è *Cralovio Sennatum* perrexit, à quo *Bohemorum* caſtra vix quingentis aberant paſſibus, apud *Raconizam* ſtativa habentium. Hi igitur *Bavari* curſum, *Pragam* contendentis, impedituri, è ſaltibus aliquot equitum turmas præmiſerunt, qui *Bavaris* negotium faceſſerent. *Bavarus* autem, hoſtes antevertens, tumulum eo loci præoccupavit. His in locis unoquoque exercitu locum, conflictui idoneum, eligente, *XV. Cal. Novembr.* prælium intervenit, quo *Bohemorum* ducenti, *Bavarorum* octodecim, ceciderunt.

XIII. Cal. Novembr. per caſtra *Bohemica*, ſub tormenti exploſione, ſigno dato, *Bavarus* ſciſcitatum emiſit, quid ſibi vellet hoſtis. *Bohemis* igitur in *Bavaros* moventibus, inſignis pugna velitaris interceſſit, cohortibus utrinque in auxilium tendentibus, ut mox hoc præludium iuſtam adæquare pugnam poſſet. Tandem *Bohemi* montem, ſaltuſque, quos inſederant, dereliquerunt: *Bavaris* vexillum prætorium, auro intertextum, quod *Anhaltini Principis* fuiſſe putabatur, intercipientibus. Quot utrinque gregarii milites deſiderati ſint, haud conſtat: è *Bohemis, Theodoro de Dona*, è *Cæſareanis* verò, *Aquavivâ Neapolitano*, tribunis, occumbentibus. Hoc loco res *Bohemorum* iam tùm vacillare viſa eſt, ut ſi *Bavari*, cum *Cæſareanis* coniungi, in illoſque eâdem operâ educere, potuiſſent, facilè de rei ſumma fuiſſet actum.

Nocte ingruente, *Bohemi* alium locum, quem occuparent, eligentes, à *Bavaris* ſupervenientibus pelluntur.

XII. Cal. Novembr. res utrinque tormentis ſtrenuè acta eſt, multis utrinque cadentibus è *Cæſareanis* verò *Marco Philippo Fuggero* deſiderato.

II.

Bavarus, cum Cæſareanis, ſuper pugna deliberat, Pragamque movet.

BOhemis tùm, loco opportuno caſtra metantibus, pugnæ ſeſe committere non placebat. Quâ illorum detrectatione cognitâ, *Bavarus, Senatu* militari habito, an in *Bohemos* rectà educendum eſſet, deliberare iuſſit. Pleriſque autem, in *Bohemos* loco, probè communito, ſeſe tenentes, abſque damno moveri non poſſe, præſertim illis, locorum gnaris, &, tametſi fugarentur, per ſaltus ſeſe facilè collecturis, viſum tandem eſt *Bavaro*, non tàm omni ingenio *Bohemos* ad pugnam laceſſere, quàm ſententiam ſuam, diu antè præconceptam, exequi, adeóque rectà, ad rei caput, nimir. *Pragam*, promovere. Quo fine *VIII. Calend. Novembr.* indixit, omnes ſeſe itineri, *Pragam* verſus ſuſcipiendo, præpararent.

III.

Bohemi, ſtatione relictâ, Pragam pariter educunt.

ANhaltinus, *Bavari* intentione, atque eductione, prævisâ, relictâ *Raconizâ*, pariter promovere cœpit, *ponè Bavaros* ad dextram educens, *Turrianumque*, cum manu equeſtri, pedeſtrique, magnis itineribus *Pragam* præmittens, pro *Arcis*, civitatiſque, defenſione ematurandâ. Ipſe interim, reliquo cum exercitu, per loca difficilia, atque anfractuoſa, incommodam viam emenſus, *VI. Cal. Novemb. apud Anhorſtum* appulit, non ſine magna defatigatione. Eo loci vires illo recolligente, atque impedimenta *Braunam* remittente, *Fridericus Rex Pragam* ſe recepit, de neceſſariis caſtrorum requiſitis proviſurus. Veſperâ ingruente, aciem ità diſpoſuit, copiis pedeſtribus in medio, à dextrâ turmis equeſtribus *Teutonicis*, à læva *Vngaricis*, collocatis.

IV.


Bavarus urget Bohemos.

BAvarus, ad locum, utrique exercitui deſtinatum, ubi perrexiſſet, aliquot horis *Cæſareanos* præſtolari cœpit. *Bohemos* autem, è caſtris prodeuntes, atque è collibus ſeſe oſtentantes, perſequi iuſſit illicò. *Bavari* igitur, fugatis iſtis, tumulos occupantes, animadverterunt *Bohemos* in proximis campis aciem explicuiſſe. Quo nuncio lætatus *Bavarus*, ſuos quoque diſpoſuit, ſimulque, *Bucquoio* qui annunciarent, miſit, occaſionem cum *Bohemis* acie decernendi, diu deſideratam, iam iam affulgere, maturaret igitur ad ſe iter. *Bucquoio* autem ſerius, ac ſub veſperam tandem, superveniente, *Bavarus* ſtomachabundus in craſtinum extraxit conflictum, omniaque ad inſtantem pugnam præparare iuſſit.

Vix horâ elapſâ, ſpeculatores referunt, *Bohemos* celerrimè, ac confusè velut, caſtra promovere. Qua de re, ſenatu *Quiritium* convocato, an hoſtes oppidò, perſequendi eſſent, deliberatum eſt. *Bucquoius* autem, copias ſuas ex itinere defeſſas eſſe, primum excuſans, quàm quod cum commodo denuò educi poſſint, tandem ubi ab aliis occaſionis opportunitatem didiciſſet, ſententiam mutavit, & ipſe confeſtim eduxit. Plenâ igitur nocte, præparatis omnibus, *Bavarus*, con-

ſecu-

Eigentliche Delineation der Kayſ: vnd Böhmiſchen Schlacht ordnung auf dem Weiſſē berg bei Prag. Anno 1620.



JCB

ſcenſo equo, promovit, ut manè, *IV. Cal. Novembr.* proximè *Bohemos* attingeret.

V.

Bavarus, cum Cæſareanis, ſuper conflictu, denuò conſultat: Ubi Verdugonius Hiſpanus ſententiam dicit.

PRimis igitur *Bavarorum* ordinibus in *Bohemos* apud pagum invehentibus, *Thillyus*, *Anholtinum*, qui ſuppetias ferret ſuis, emittens, ipſe quoque, ut locorum conditionem præſpecularetur, antecesſit. Ibi poſtquàm pagi principia locum, aciei explicandæ opportunum, ſibi notâſſet, *Bavaro*, ac *Bucquoio*, id indicare non diſtulit. Cùm igitur, ſuper pugna ineunda, denuò deliberaretur, *Bucquoius* eo die, unà cum quibuſdam aliis, rem diſſuadere videbatur, quòd copiæ continuis, & longis, ex itineribus forent defatigatæ. Sed prævaluit ſententia *Verdugonis Hiſpani*. Ille enim remonſtrans, moram omnem paratis noxiam, victoriamque è manibus non dimittendam, eſſe. Pariter hoſtem, metu præventum, tumulum quidem occupâſſe, ſed caſtra nondùm communiviſſe, *Vngaros*, nuper *Gauthierii* manus expertos, diffuſos, ordinis impatientes, aciem vix toleraturos. Vice verſâ, *Cæſareanos* non eò uſque defectos, ut collem, non valdè, editum, ſed declivem, ſuperare queant. Copias nihil aliud, niſi pugnam, animis concipere, ac deſiderare. Viderent igitur, ne hic ardor militaris, dubio procul divinitus infuſus, extractione temporis, inofficioſâque procraſtinatione, elangueret, exſpiraretque. Hoſtem iam iam urgendum eſſe: Ne, morâ quantacunque interveniente, caſtra communire, atque è vicina *Praga* de neceſſariis ſibi proſpicere, poſſit: Hoſtes denique, milites ſuos variis itineribus conſumptos, ac tantùm non attritos, reputantes, ubi alacritatem, virileſque impreſſiones, animadverſuri forent, terga potiùs, quàm arma, obverſuros, eſſe: Denique, ut appareat, non ſolùm exercitum, ſed ſe inprimis etiam, conflictus unicè cupidum eſſe, primores ordines ſeſe in hoſtes ilicet educturum, factâque maſculâ impreſſione, quàm haud iniquum illis ſuppeditâſſet, conſilium, demonſtraturum. His, atque id genus, rationum momentis, omnes ductores, ac tribunos, in ſuam ſententiam pertraxit.

CAP. IX.

De infelici Bohemorum pugna, & Clade Pragenſi.

I.

Bavari aciem diſponunt, atque explicant.

VErdugonio, ità maſculè ſententiam ferenti, cætera ductorum, ac tribunorum, cohors facilè aſſenſit. Quâ concluſione ratâ, *Bucquoius*, ut cis pagum, qui interiacebat, acies explicaretur, autor fuit. *Tillyo* verò, trans pagum hoc ut fieret, conſultius videbatur, ne acies, ſive legiones, ſive turmæ, interſecante pago, rurſus divellerentur. Itaque trans pagum *Bavaricæ* copiæ traductæ, in conſpectu *Bohemorum*, aciem formabant. *Bohemi* autem, pontem obvium tenentes, mox, *Anholtio* ſupervenientes retrocedentes, *Bavaricis*, pontem, alioſque in proximo tumulos, ceſſerunt.

Hoc loco exercituum ductores idem haud ſentiebant. *Bucquoius* audaciam *Bavarorum* carpebat, utique qui faciliùs à *Bohemicis* fundi, quàm illis *Cæſaream* adeſſe, potuiſſent. E contrà *Bavari* tarditatem *Cæſareanorum* accuſabant, utpote qui cunctatione hoc cauſſarentur, ut *Bohemicis* tàm loca idonea occupare, quàm caſtra communire, integrum foret. Atque hac quidem occaſione ſicubi *Bohemici* uti voluiſſent, dubio procul, multorum de ſententia, *Bavaricos*, in abſentia *Cæſarianorum*, eoſque nimis ſecuros, vel fundere, vel ad minimum turbare, aut confundere, potuiſſent. Atque idem hoc ſuis conſilium *Anhaltinus* tùm ſuppeditâſſe fertur, uterentur *Bohemi* hac opportunitate, ſed *Hohenloius* illi reſtitit.

II.

Bohemi aciem formant.

NUnc itaque *Bohemorum* contemplabimur aciem. Illi poſtquàm in *Monte Albo* conveniſſent, *Anhaltinus*, ſummo manè loci genio perſpecto, in tumulo pugnæ locum deſignavit. Ut igitur omnes tribuni partibus ſuis adeſſent, portæ verò *Pragenſes* nemini, extrà illos, qui, ſub manus ſuæ ſubſcriptione, ſchedium afferrent, reſerarentur, mandavit. Acies talis erat: *Vngaris* poſt principia admiſſis, in medio agmen, ſive pedites, collocabat, utrinque ſex equeſtrium legionibus, inſtar alarum, appenſis. Porrò in oblongum alternatim poſuit ſex peditum, ac ſex equitum, cohortes, non unicâ, ſed pluribus vicibus, ſeſe excipientes, ità ut pedeſtre agmen ſub *Turriano* iuniore, *Schlickio*, *Hohenloio*, atque aliis, circiter triginta, ac ſeptem, cohortes conſtitueret. Turmæ equeſtres, ſub *Anhaltino* iuniore, *Hohenloio*, *Styrumio*, atque aliis, quinquaginta cohortibus conſtantes, in vivario regio ſeſe tenebant. *Vngarorum* alæ numerum phalangis, ſive octo millium, æquabant. Ab utraque denique aciei parte tria tormenta excubabant: Loricis caſtrorum, tormentis quoque communiendis, inchoatis ſaltem, necdùm, pugnæ tempore, conſummatis.

III.

Montis Albi deſcriptio.

MOntis albi, œcumenicâ illâ ſive clade, ſive victoria, *Pragenſi* nominatiſſimi, delineatio iſta eſt? Eius altitudo non eminens, ſed inæqualis, & iugoſa, mox in foſſas, mox in colliculos, paſſim verò in arenas, abit. A fronte *Pragam* verſus protenditur, à tergo in pontem (quo de ſupra) deſinit. In edito montis ad lævam *Palatium* eſt regium, *ad Stellam* dictum, ubi vivarium. In longitudinem mille paſſibus excurrit. In apice via declivis, *Pragam* ducens, in vallem deſinit. Hoc loco *Bohemorum* acies, loricis caſtra circumvallatura, pependit.

IV.

Cæſareanorum, ſive Bucquoi, acies.

BAvarus igitur, quo loco *Bohemorum* res eſſent, præcognitum habens, unà cum *Thillyo*, *Bucquoium*, ut accelerarct, caſtriſque caſtra coniungeret, ſolicitare cœpit: Ne, ſi res extraheretur, hoſtes intereà caſtra communirent, pugnandique occaſionem eriperent. Ad hæc *Bucquoius* copias eduxit, atque hoc modo aciem ordinavit: Tres autem diſtinctas formavit acies, ſcilicet primam, mediam, atque ultimam. Prima conſtabat duplici peditum agmine utrinque è lateribus alis ſclopetariorum appendentibus. Hæc duo agmina ſex mille conficiebant. Alæ ſclopetariorum rurſus alis equeſtrium tribus, numero mille, & quingentos conflante, fulciebantur. Media phalanx, ſive acies, è *Neapolitanorum* tribus millibus, & duabus equitum alis, conflabatur. Ultima acies, priori omninò erat ſimilis, extrà hoc, quòd à tergo equites *Polonici* huic accederent.

V.

A Cæſareanis, Bavariciſque, quo pacto impreſſio in Bohemicos facienda ſit, rurſus deliberatur.

CÆterùm, ubi iam iam omnia ad pugnam, ac conflictum, ſpectarent, non convenit inter partes, ſcilicet, quo pacto, impreſſio in *Bohemicos* facienda eſſet, inprimis, quo loco, quoque tempore, hoc foret auſpicandum. Iam enim *Bohemi* intrà caſtra, loco opportuno poſita, erant, loricis ſeſe circumveſtientes, novaſque *Pragâ* copias advocantes. Ea propter multis *Bucquoi* ſententia diſplicere vix poterat, conſulentis, *Pragam* educendum, declinandumque, eſſe. Ità futurum, ut *Bohemi* caſtra, locumque opportunum, relinquere teneantur. Hæc dùm ultrò citròque diſcutiuntur, ut nondum, quid fieri debeat, exactum eſſet, ecce! commodùm intervenit tribunus, *Mottanus* dictus, qui intereà caſtra, loricaſque, *Bohemorum* obſervaverat. Illo autem aſſeverante, loricas, foſſaſque, caſtrorum *Bohemicorum* ità comparatas haud quidem eſſe, ut conflictus opportunitas è manibus dimittenda iccircò ſit, ſuperaddens, eo ex loco à tormentis minus periculi, quàm ſi ex altera parte *Pragam* moveretur, ſimulátque uſuvenire poſſe: placuit tandem hæc ratio, ut tàm *Cæſareani*, quàm *Bavarici*, eam illius in ſententiam pedibus irent, nimir. impreſſionem in hoſtes illicò ſuſcipiendam eſſe.

VI.

Pugna ad Pragam, in Monte albo. Vbi Bohemi vincuntur, funduntur que.

FActo hoc militari ſenatus conſulto, ilicet tàm è *Cæſareanis*, quàm *Bavaricis*, duo peditum agmina, ſufficienti equitatu inſtructa, expediri cœperunt, quæ quidem in hoſtes impreſſionem facerent. *Bavarus* ſuis, pro teſſera militari *Sanctæ Mariæ* nomen inculcabat: cuius imago ſignum eius prætorianum illuſtrabat. Agmen *Bavaricum Thillyus*, *Cæſareanum* verò *Tieffenbachius*, educebat, *Cæſareanis* dextram, *Bavaricis* lævam, tenentibus. In ſubſidium catervæ, ſive manipuli, tres diſponebantur, ut, ubicunque res urgeret, opitularentur.

Rebus ità omnibus præparatis, tandem, intrà horam duodecimam, & primam, in hoſtes animoſè eductum eſt. Iſtis ex adverſo impetus fortiter excipientibus, tormentiſque horrendùm intonantibus, ſuaſque partes agentibus. Intrà horæ ſemiſſem dubia pependit utrinque victoria. Tantâ contentione ac fortitudine, partium dimicantium. Et primùm quidem *Cæſareani* vacillare viſi ſunt, *Anhaltino iuniore* tanto cum ardore in illos movente, ut impetus eius haud ſuſtinerent. Undè accidit, ut *Preuneriana*, & *Tieffenbachiana*, legiones, terrore perculſæ, confunderentur, *Preunero*, tribuno ſuo, intercepto.

Hanc ſuorum fortunam, atque inclinationem, proſpiciens *Thillyus*, *Cratzium* tribunum, itemque *Lichtenſteinianam*, ac *Baverianam*, legiones, *Anhaltino* obiecit. A quibus legio *Bohemica*, decem equeſtribus cohortibus conſtans, cæſa, fuſaque, eſt, *Anhaltino*, vulneribus confecto, ex equo procidente, perque *Verdugonium* intercepto.

Vngari, rem ſeriò agi videntes, primi è collis declivitate in fugam effundi cœperunt, timore pedibus, ſive mannis eorum, alas conciliante. Exindè cæteræ *Bohemorum* legiones confusè agere, potiuſque in fugam, quàm pugnam, intentæ eſſe perrexerunt. Quæ ſicubi *Bavarus*, *Bucquoiuſque*, obſervâſſent, collectis viribus, totâque exercituum mole, in *Bohemorum* caſtra invecti, univerſam *Bohemorum* aciem perruperunt, fuderunt, diſſipâruntque. Pugna ultrà unius horæ ſpatium vix duravit. *Bavaricis* ſeptem, *Cæſareanis* tria, tormenta bellica ceſſerunt, cum vexillis, ad centum uſque. De numero cæſorum variè varii. Potiſſima pars, novem millia cecidiſſe, affirmatiſſimum habet.

E quibus ipſa in pugna ſex millia præſentem mor-

ortem oppetiiſſe, reliquum numerum ſive per varium regium, fugâ ſibi conſulentem, periiſſe, e *Moldaviæ* voragine, atque aquis, abſumptum ſe, (in quibus *Vngari* præeminebant) fama re-rt. Inter captivos fuêre *Anhaltinus, Princeps iu-r, Turrianus iunior, Styrumius, Rheingraffius, Co-tes*, itemque *Dux Saxo-Vinarienſis*, cum tribunis is, gregariiſque, pluribus.

A partibus *Cæſareanorum, Bavaricorumque* ultrà centos, & quinquaginta, haud cecidiſſe, inno-it. E quibus *Tribuni* quidam, ac *Capitanei*, fuê-præcipui nominis.

Tanta autem ab hominum memoria, vix inter *riſtiani* nominis homines, cognita eſt clades. ormentis, apparatuque bellico omni, in manus ſtorum devenientibus. Tametſi enim à *Capi-neis*, militumque *Bohemicorum* præfectis, quibuſ-m, in fuga inculcatum eſſet, apud *Brunduſium* ofugi ſeſe recolligerent, ſiſterentque, nihilo-nus univerſus exercitus totaliter deſtructus, diſ-atuſque, eſt, ut, in facie regiæ urbis, de recolle-one omnes illicò deſperârint.

VII.

hillij, & Verdugonis, hac in pugna laudes præ-cipuæ.

Nter cæteros multos, qui quidem autores tàm plendidæ victoriæ virtute, ac fortitudine, ſuâ ſſe perhibentur, præcipuæ partes fuêre *Thillii, Verdugonis Hiſpani. Thillyus* enim egregii ducis inus obequitando, partibuſque labantibus au-ia dividendo, inſtigandoque, obivit, ut mani-lis, iam vacillantibus, opportuniſſimè *Cratzium* bunum, aliaſque legiones, ſubmiſerit, hacque tàm virtute, quàm vigilantiâ, tantùm non a-m reſtituerit, ſed inſequentis victoriæ, ac tri-phi ſplendidiſſimi, autor extiterit.

Sunt, qui *Verdugoni Hiſpano*, præcipuam hu-illuſtris victoriæ cauſſam aſſcripſêre. Hic e-n tantùm non conſilio maſculo, ſed forti, & licosâ, dextra, præſtans, potiſſimam ho-um molem cum *Gallo-Belgis* ſuis ſuſtinuit, ſed am diſiecit, ut porrò *Anhaltinum iuniorem, ncipem*, caperet, ut vexillum ex hoſte propriâ nu referret, ut primus tria *Bohemorum* tormen-in poteſtatem redigeret, eademque in hoſtes verteret, hocque inſigni, atque heroico, faci-re *Bohemicum* exercitum confunderet.

Idem *Verdugonius* pretioſas, atque elegantes, nubias, nimirum interſigne *Ordinis* illius eque-is *Anglicani*, (qui de *Faſciis cruralibus* nomen ha-bet) perlis, auroque, interdiſtinctum, at-que à *Friderico Palatino, Rege*, in fuga derelictum, conſecutus, *Ma-ximiliano, Bavariæ Duci*, dono obtulit.

***

DECLARATIO LITERARVM INCISARVM

Tabulæ I.

- A. *Pugnæ initium, cui faciendo duo Cæſareorum ac totidem Bavaricorum peditum agmina, unà cum equitatu, deſtinata fuerant, Cæſareis ad dextram, Bavaricis autem ad lævam pugnare iuſſis.*
- B. *Cæſareorum Equitum Peditumque confuſi ordines, qua occaſione tribunus Breunerus interceptus eſt.*
- C. *Cratzianus Equitatus, cuius virtute fugientibus ſubventum eſt.*
- D. *Bohemorum Exercitus.*
- E. *Copiæ Hungaricæ.*
- F. *Bohemorum Propugnacula & machinæ.*
- G. *Vivarium, cui nomen à Stella inditum.*
- H. *Praga Bohemorum metropolis.*

Tabulæ II.

- A. *Cæſareani Bavaricique Exercitus univerſa agmina, prout ultimùm inſtant.*
- B. *Propugnaculorum expugnatio.*
- C. *Praga, metropolis.*
- D. *Fuga Hungarorum.*
- E. *Equitatus Bohemicus.*
- F. *Eiuſdem nationis militia pedeſtris.*
- G. *Vivarium.*
- H. *Comitis de Turre Legio, quæ omnium fortiſſimè & ultimò pugnavit.*

CAP. X.

De victoriæ Pragenſis ſucceſsibus, totiuſque regni Bohemiæ deditione.

I.

Fridericus Palatinus XXIV. horarum inducias à Bavaro petit.

DE *Pragenſi clade* viſum eſt. Iam de ſucceſſibus *victoriæ* illius *Cæſareanæ*, & totius regni *Bohemiæ* deditione, videbimus.

Cæſareanis igitur, *Bavaricisque*, illuſtrem, ac ſplendidiſſimam, victoriam conſecutis, *Bavarus* ad *Pragam*, regni caput, caſtra promovere imperavit. Undè factum, ut eâdem veſperâ agmina peditum urbis mœnia, velut coronâ, cinxerint, per noctemque vigilias egerint.

Turrianus, & *Hohenloius*, rem conclamatam, perditamque, animadvertentes, in urbem ſe receperunt, *Regique Friderico* autores *fuerunt*, ad *Bavarum* mitteret, ac XXIV. horarum inducias impetraret. Sed *Bavarus* octo horarum ſpatium duntaxat indulſit. Intereà, an è regno diſcedere, omnibuſque in univerſum prætenſionibus renunciare velit, *Palatinus* reſponderet. Ad quæ nihil ille regeſſit, ſed eâdem adhuc veſperâ *Arce* è regia in veterem *Pragam* emigravit, ſummo poſt diluculo cum coniuge, liberis, ac familia, omnibuſque, quæ ſub tanta feſtinatione convaſari poterant, ſarcinulis, *Pragâ Vratislaviam* movit, *Turriano ſeniore, Hohenloio, Ruppa*, aliiſque dynaſtis *Bohemicis* pluribus, hanc fugam communem ſibi facientibus.

II.

Arx regia, cum Pragenſibus civitatibus, deditur.

FRiderico Palatino, Rege, longum *Pragæ* valedicente, *Arx regia* confeſtim deditur, præſidiariis in *Cæſaris* verba iurantibus. Eâdem facilitate civitas minor *Pragenſis*, *Bavaro* deditionem obtulit, deprecata, ne militis furori exponeretur. *Bavarus* igitur in civitatem ipſe venit, ne direptioni, ac prædæ, ſubiiceretur, proſpecturus. Intereà *Nova, ac vetus, Praga* miſit, deditionemque promiſit, modò tridui ſpatium deliberandi daretur. Sed neque trihorium *Bavarus* ipſis indulſit, continuóque portis integras admovit legiones, militibuſque, ipſiſque tribunis, ſub gladii pœna, ne quis ſigna relinqueret, aut direptionibus ſeſe daret, interdixit.

A meridie *Bavarus* ponè *Arcem regiam* in civitatem pergens, apud ædem *PP. Capucinorum* ſacris interfuit. Peracto ſacro, illi ex *Ordinibus* obviàm egreſſus *Guilielmus Poppelius*, cum dynaſtis quinque aliis, codicillos obtulit, quibus ſequentia à *Bavaro* poſtulabantur: *Religionis* exercitium liberum eſſet. *Privilegia* manerent ſarta tecta. Militum violentiæ ne exponerentur. Omnes in univerſum veniam conſequerentur. In *Novam, veteremque, Pragam* præſidia ne venirent. Quibus ordine intellectis, *Dux*, ſub illis verbis obiurgatoriis, ac penetrantibus, in eos invectus eſt, ut obortis lacrymis genas rigare animadverſi ſint.

III.

Deditio militis Bohemici intrà Pragam.

IV *Id. Novembr.* cum reliquiis exercitus *Bohemici*, intrà urbem ſe recipientis, ſuper miſſione, actum eſt. Ad eos igitur *Heimbuſanus tribunus* ex mandato introivit. Hic, poſtquàm in foro concionem convocâſſet, hæc in verba in iſtos perorare cœpit: *Bavaro* ſatis remediorum, cauſarumque, ſuppetere, quibus in perduelles, eorumque complices, animadverteret. Parumque abeſſe, quin reliquias militum perduellibus adhærentium, iamque, lege victoriæ, in poteſtatem redactorum, perdere deberet. Nihilominùs certis de cauſſis, & quod antè petiiſſent, ipſi miſſionem hanc ſingulari è gratia conceſſam eſ ſe, ea tamen ſub lege, ilicet, ac confeſtim, urb omnes excederent. Ad quæ milites ſubintule runt: Seſe quidem miſſionem, antè rogatam, ac ceptare, ſed hac ſub conditione, ut ſtipendii, al *Ordinibus* pacti, ac reſtantis, fierent compotes quo nomine etiam miſſionem petiiſſent. Inſta rent ergò, *Dux Bavariæ* hanc ſolutionem *Ordini bus* iniungeret. Alioquin urbe, ac poſſeſſione, ſ exire non poſſe. Hæc in tribunum concione re trò iaciente, ac iurante, niſi ſtipendio potirentur ceſſuros haud eſſe: Permitteret modò *Bavarus*, v ex illorum *Ordinum*, à quibus eſſent conſcript prædiis damnum reſarcire liceret. *Heimbuſius* quamquam medio foro coronâ cinctus, denu regeſſit: *Ordines* contrà leges deliquiſſe, dùm exe citum contrà legitimum, coronatum, atque a *Imperii Septemviris* approbatum, *Regem*, nempè *C ſarem*, conſcribillâſſent. Dein, milites, à clac ſuperſtites, in victoris poteſtatem redactos, h ſtium loco eſſe. Niſi igitur miſſionem, antè r gatam, gratanter admitterent, non deeſſe *Bava* remedia, quibus vi iniecta compelli, atque eiic poſſint. Quâ ſententiâ illi perceptâ, tandem a quieſcere, atque liberè exire cœperunt.

IV.

Trium Pragenſium civitatum deditio.

SEcundùm hæc, eodem die, cum magiſtratibu cives trium *Pragenſium* civitatum, nomine *C ſaris*, conceptiſſimis verbis iurare iuſſi ſunt. Qu magno numero confluentes, præeunte iurame to, ſeſe deinceps *Regi* ſuo, *Ferdinando Cæſari*, mnem obedientiam, fidem, ac ſubmiſſionem, d poſituros, ex adverſo fœderibus quibuſcunqu contrà hunc *Regem* pugnantibus, renunciatur eſſe, ſtipulati ſunt. Atque hæc iuramenti formul ſcripto comprehenſa, triumque *Ordinum* ſigil roborata, abſque ulla privilegiorum mention *Bavaro* oblata eſt.

Quanquam autem *Ordines* ab initio, cùm cit rentur, privilegiorum, iurium, ac conſuetud num, mentionem, veniæque, omnibus ex æq impertiendæ, mentionem inieciſſent, nihilom nùs iſtis *Bavarus* hæc in verba reſponderi iuſſ Iam cum privilegiis rem ſibi non eſſe, neque iſt à *Cæſare* in mandatis ſe habere, ut de privileg hic actio inſtitueretur. Iſtos omnem gratiam clementiamque, ab initiis, à *Rege* & *Cæſare*, obl tam, proieciſſe, atque eò uſque delapſos eſſe, hanc ad armorum extremitatem res devolvi co perit. Miſſis igitur conditionibus quibuſcu que, iam *Cæſari* ſeſe ſubmitterent, deinceps verò de privilegiis, veniâque, atque id genus, licitarent.

* * *

V. Cur

V.

Cum Ordinibus regni tranſigitur.

)Ridie *Id. Novembr.* omnes *Ordines*, *Dynaſtaque*, quotquot *Pragæ* fuêre, itemque Equeſtris contionis, coràm *Bavaro* comparuerunt. Eorum nnium nomine *Guilielmus Poppelius* ſequentem ıbuit ſermonem: Quem in modum, inquit, ones, quicunque è *Bohemiæ Ordinibus* forent præ ıtes, rectè intelligerent, publicéque confiteren r, quàm graviter, multipliciterque, in *Ferdinan m II. Vngariæ, & Bohemiæ Regem, Romanorum Imp.* liquiſſent, omnibuſque, exindè pullulantibus, gladiationibus, calamitatibuſque, fomitem, ſamque, præbuiſſent: ità eam rem ſibi quàm ıximè, totoque pectore, (*Poppelio* hæc, non e lacrymis, enunciante) dolere. Itaque ſub ıiſſimis precibus tàm à *Cæſare*, quàm *Bavaro*, ıtiam, delictique, veniam, exorare. Atque hoc idem nomine *Bavaro Ordines* ſupplicare, pate ur apud *Cæſarem* patroni faventiſſimi partes in ere, omniumque reatus deprecari, quo ità cum *ſare* in gratiam reverti queant. Illud ſeſe una ni & corde, & voce, conteſtari, nullum ſeſe a m, ſive *Regem*, ſive dominum, præter *Ferdinan m II. Cæſarem*, recognituros, habituros, hono uros, cui deinceps omnem obedientiam, fidem c, deberent lubentes.

Poppelio, finem deprecàndi ubi feciſſet, ſic qui m *Iohan. Chriſtophorus Freyſingius*, *Landshuti* præ ctus, *Bavariæ Ducis* nomine, repoſuit: Ab *Ordi us* haud malè actum eſſe, quòd confiterentur, e contrà faſque piumque deliquiſſe, deinceps ò nullum, extrà *Ferdinandum Cæſarem*, pro le imo, hæreditario, coronatoque, *Rege*, habitu s eſſe alium, cui omnem fidem, atque obedien m, præſtare forent paratiſſimi. Antè reliqua ò neceſſarium hoc eſſe, ut omnia, ac ſingula, n pacta, quàm fœdera, codicillis iſtorum mo ım temporibus, confirmata, producerent, ori ıalia, ac ſigilla, *Duci* exhiberent, uſque omni s coràm, ac conſtantiſſimè renunciarent, quò poſtliminiò pax in regnum introduci, atque ınia pacari queant. Intereà *Cæſari* iuramen n, ſub fide, atque obedientia, deponerent, ouſque de cætero proviſio, ac diſpenſatio, fie .

Ad hæc omnium animis in iuramentum, illicò ponendum, propendentibus, nihilominùs, pter abſentivos, actus ille extrahi cœpit. Pro ſitâ igitur dilatione, omnes corrogârunt, di tionibus, invaſionibuſque, ſibi, domeſticiſque s, parceretur à milite. Id quod cùm *Dux* ha et ratum, iuſſit, ut hanc in rem *Bucquoij* etiam nſenſum impetrarent, quem ipſe alioquin in pellaturus eſſet.

Diebus ſequentibus, præeunte tranſactione, quenti numero convenêre *Ordines*. E qui s primùm *Clerici Bavarum* adeuntes, iuxtà ſo nem tantæ victoriæ congratulationem, codi los obtulerunt, quibus in protectionem *Cæſaris* cipi, ſimulàtque bona, ſibi intercepta, reſtitui, tierunt. Illis *Bavarus* reddidit, ſe rogationes eorum ad *Cæſarem* delaturum, ſimulque pro illis interceſſurum, eſſe.

Secundùm hos, *Barones, Equiteſque, Catholici* dicti, *ſeculares*, coràm *Duce*, ità quidem confeſſi, conteſtatique, ſunt, ſeſe ad ea omnia, quæcunque contrà *Regem*, ac *Cæſarem*, deſignâſſent, invitis prorſus animis adactos eſſe. De cætero nihil eſſe, in quo non *Regi, Cæſarique*, fidem, atque obedientiam, ſuam probâſſent. His in eadem ferè verba, quibus *Clericis* ſatisfactum anteà, reſponderi cœpit.

Intereà *Ordines* reliquos, magno numero confluentes, *Bavarus* interrogari iuſſit, an inſtrumenta obligatoria, quibus fœdera cum extraneis pacti eſſent, ad manus haberent? Illi affirmativè reſpondentes, iuxtà, in purgationem anteactorum, adducere non deſtitêre, ex *Ordinibus* eſſe plurimos, qui quidem, *Evangelici* exiſtentes, cum *Anabaptiſtis, Piccardis*, & *Calvinianis*, nihil haberent commercii. Atque his omnibus hanc iſtam à *Rege*, & *Cæſare*, prægreſſam defectionem ex animis dolere. Multa ab aliis acta, atque tranſacta, fuiſſe, de quibus ipſis nihil eſſet præſignificatum. Atque hanc quidem innocentiam ſuam ulteriori ſermone in præſentiarum ſe declaraturos eſſe, modò *Dux* pateretur. Quibus reſponſum eſt, aliam brevi fore opportunitatem, quâ hæc expediri poſſint.

His peractis, *Bavarus* ad ſe *Bucquoio*, & *Lichtenſteinio Principi*, vocatis, per *Ordines Bohemiæ* pactorum, fœderumque, codicillos offerri iuſſit. Eorum numero ſex porrigebantur, fœdus cum *Bethleno*, cum *Auſtriis ſupra Anaſum*, cum *Sileſiis*, cum *Moravis*, cum *Luſatis*, &c. teſtificantes. Quibus ordine traditis, *Ordines* ea, quæ coràm *Bavaro* in ſui exculpationem producturi fuerant, allegare cupientes, per *Freyſingium* differre iuſſi ſunt.

Tandem iuramenti formula illis prælegi cœpit, hæc in verba: *Ordines* inſimul omnes confiteri, quàm graviter peccâſſent, dùm illos à *Cæſare Ferdinando II.* legitimo, hæreditario, coronato, uncto, áque ſupremo *Imperii Senatu* approbato, *Rege* ſuo deficere eos, contraque eundem inſurgere, contigiſſet. Hunc reatum ex animis ſibi dolere, velleque, & optare, nunquam eiuſmodi aliquid deſignatum eſſe. Deinceps verò nullum alium extrà *Ferdinandum II.* pro legitimo, verò, & gneſio, *Bohemiæ Rege*, recognituros, ſuſcepturos, honoraturos, eique omnem fidem, obedientiam, ac ſubmiſſionem, præſtituros eſſe. Hoc nomine pariter ſe iuramentis, pactis, & fœderibus, omnibus, contrà *Ferdinandum* fabricatis, pari operâ ipſo facto renunciare: ſicut hæc, & præmiſſa, ſub iuramenti ſolennitate, iàm publicè facerent confirmatiſſima. Atque hæc ipſa formula tàm *Latino*, quàm *Teutonico*, idiomate concepta, tantùm non prælecta, ſed ſcripto ab *Ordinibus* comprehenſa, offerri cœpit. Qui, abſque ulla tergiverſatione, in *Cæſaris* verba iurârunt. Immò hæc ipſa pariter formula, codicillis reverſalibus, *Cæſari* exhibendis, inſerta eſt.

Hæc cùm ordine eſſent peracta, *coronam regiam*, cum inſignibus ad eam ſpectantibus, *Bavarus* è curia *Pragæ veteris* ad *D. Venceslai*, locum nempè conſecratum, conſuetumque, referri iuſſit.

VI. Ba-

VI.

Bavarus, re glorioſè peractâ, in Bavariam revertitur.

Bohemiæ ità regno victricibus armis per *Bavarum Ferdinando Cæſari* recuperato, ſplendidâ præeunte victoriâ, rebus omnibus priſtinum in ordinem redactis, *Bavarus*, partâ ſibi inſigni gloriâ, ſuper reditu in patriam, deliberare cœpit. Quò igitur cætera, quæ ſupererant, ad obedientiam redigerentur, *Lichtenſteinium Principem Bohemiæ Vicarium* conſtituit, eidemque *Thillyum*, unà cum copiis, adiunxit. Ipſe verò, poſteaquàm ſuper omnibus ad *Cæſarem* referri curâſſet, *XV. Cal. Decembr.* in *Bavariam* ſuam reverti, ſplendidiſque ubique locorum, per quæ tranſitum faciebat, epiniciis, & triumphis, honorari, cœpit.

CAP. XI.

De Catholicorum, ſuper Victoria Pragenſi, exultatione.

I.

Pro victoria Pragenſi, gratitudo, ac proceſſiones ſolennes, Ferdinandi II. Imp.

Sicut vel è *Thucydidis, Xenophontis, Diod. Siculi*, aliorumque priſcorum, hiſtoriis liquet, olim obtinuiſſe, ut vel exigua ſuper, dubiaque, victoriâ, ilicet trophæa erigerentur, omniaque, lætitiâ, licentiâque, fremerent: ità quis hodieque *Catholicis* in univerſum, inprimis *Cæſareanis*, vitio verterit, ſi ſuper ſplendida, atque incomparabili, penè, apud *Pragam* partâ, victoriâ, in gaudia effuſi impendiò exultârint? Certè *Ferdinandus II. Imperat.* quem moribus parthenium, pietate ſanctum, fuiſſe, accepimus, potiùs precibus, ſacrificiis, proceſſionibuſque, ut vocant, ſolennibus, loco debitæ ergà *DEVM* gratiarum actionis, operam dediſſe, quàm choreis, tripudiis, epuliſque, aut poculis, atque aliis id genus ludicris, vacâſſe, evincitur.

Ille igitur, faſtigio *Imperator*, devotione ſacerdos, ſanctitate patriarcha, ſive pontifex, non abſque religioſa devotione, non ſine mitiſſima, humilimâque, ſubmiſſione, *Clericorum* choris miſtus, à ſplendore aulico ſequeſtratus, proceſſiones ſuo more ſacras celebravit, *Dieterichſteinio Cardinali*, pro concione, in gratias, *DEO*, victoriæ largitori, cæteriſque in epinicia, in εὐχαριςικὰ, in hymnos, egredientibus.

Ex adverſo, prout infelicitatis comes eſſe ſolet contemptus, ita non defuerunt, qui in *Palatinum*, *Regem* profugum, dicteriis, rythmis, picturis, paginiſq; contumelioſis, laſcivirent. Quorum mentionem hîc ingerere, operæ pretium haud eſt.

II.

Bavarus hanc victoriam Catholicorum per litteras Pont. Max. aperit.

Raram illam, atque incomparabilem penè, *Victoriam Bavarus* tantùm non *Imperatori* ſignificavit, ſed etiam conceptis verbis *Pont. Maximo* transſcripſit. Litteræ, *pridie Id. Novembr.* datæ, erant eiuſmodi: Sanctiſſime Pater! Notum, inquit, utique S. V. facio, *DEVM* optimum maximum, *Eccleſiæ* ſuæ memorem, hoſtes noſtros diſſipâſſe, eorumque vires contudiſſe, dum illuſtrem ac præclaram, *Victoriam* elargitus eſt, qua de, vere gloriari licet, eſſe *Domini victoriam*. Equidem illûc *VENI*, & *VIDI*, pugnæque interfui: Sed *VICIT DEVS*, cui utique omnis debetur gloria. Profectò ità eſt: Dextera *DEI* nobiſcum fuit. Quæ hoſtes tàm potentes, locoque munito fortiter pugnantes, confecit. Neque ſine *Numine*, ac providentia divina, hoc factum eſſe, fit evidens: octiduo enim poſt *omnium Sanctorum*, nimirum *Dominica*, poſt *SS. Trinitatis, XXII.* pugnatum eſt: quâ ſecundùm *D. Matthæi Evangelium*, ſequentia verba coràm *Eccleſia*, pro concionibus explicari ſunt ſolita. *DATE CÆSARI, QVÆ SVNT CÆSARIS*, &c. Scilicet hoc, tametſi invitus, *Palatinus Elector*, ingratiis etiam ſuis, tùm effectum dare debuit. Is enim, clade acceptâ, unà cum coniuge, *Pragâ*, regnoque *Bohemiæ*, exceſſit. Quo ipſo, *Catholicos* nunc evaſiſſe ſuperiores, conteſtatum utique reliquit, &c.

Eiuſdem ad eundem poſtſcriptum ità habet: *Pugna* per horam extracta eſt: Inciditque in proximam *Dominicam* poſt *omnium Sanctorum*, ſicut præſignificatum eſt. Eâ hoſtes noſtros egregiè ulti ſumus. Sequenti die, *V. Id. Novembr. Pragenſes*, deditionem offerentes, ſe poſthac in *Cæſaris* poteſtate futuros, ſpoponderunt.

III.

Pont. Max. reſponſum.

Ad illam *Bavari* denunciationem; *Pont. Max. III. Non. Decembr.* hiſce talibus reſponſum dedit: Nobiliſſime Domine, fili cariſſime! Simul atque epiſtolam tuam legimus, in *Domino* totis animis in gaudium effuſi, ad *S. Mariæ Maioris* introivimus, humilimoque poplite procumbentes, *DEO*, omnium datori, glorioſiſſimæque *Matri*, *Matri Miſericordiæ*, & omnium ſanctorum *Reginæ* (à cuius feſto *Dominicâ* proximâ victoriam obtinuiſti,) pro illuſtri hoc beneficio, cùm lacrymis (è gaudio utique promanantibus) gratias perſolvimus. Nullum dubium eſt, cœlorum exercitus tibi, pro gloria *DEI* dimicanti, opem tuliſſe, &c.

Secun-

Secundùm hæc, meminit etiam *Pontifex Max.* ſe *ma*, in memoriam tàm illuſtris *Victoriæ*, ſolen- em indixiſſe proceſſionem, à templo *S. Mariæ ſu- à Minervam*, ad *S. Mariæ de Anima.* Quam in æ- m cùm intrâſſet, in honorem *DEI*, ſignumque atitudinis, ſacrum ſe peregiſſe, addidit.

IV.

tres Societatis Pragam poſtliminiò revertun- tur.

HAs inter congratulationes, vota, atque epi- nicia, quantū *Patribus Societatis*, antehac è *Bo- nia* amarulentis characteribus proſcriptis, læti- ſubnaſci cœperit, ubi, hoſtes ſuos victos, fuga- que eſſe, intellexerunt, cogitatu facilius, quàm tu eveniat. Illi igitur globo facto *Pragam*, vete- ad ſedes, oppidò remeare, priſtiniſque mune- us reſtitui, cœperunt.

CAP. XII.

De Moravorum deditione.

I.

oraviæ Ordines, pro venia eroganda, ad Cæ- ſarem legatos mittunt.

VErè hîc uſuveniſſe videri poteſt, *Electori Palatino*, quod quidem ab *Imperii* cæteris *Septemviris*, antequàm regni *Bohemiæ* coronam acceptaret, velut ſub prognoſtico, præmoneri conti- Nempè, tametſi, calculo poſito, *Cæſareis* ſe viri- reſiſtere poſſe, judicaret, nihilominùs *Deum* r nos negotium curare, tempus, & horam, ta incommoda, clades, calamitateſque, ho- i afferre, ut *Bohemorum*, ſociorumque, in limi- rocibus animis, qui fortunâ inclinante faci- iuxtà inclinare, fidemque mutare, ſoleant, ſque ſtandum non ſit. Simulátque enim, e acceptâ, *Palatinus Pragam* reliquit, ilicet mo- on civitates *Pragenſes*, modò non oppida, alitiaque regni, paucis exceptis, omnia ſingu- editionem ultrò fecerunt, ſed etiam *Ordines*, *ſtaque*, & collegia hominum reliqua, ſponte ſubmittere, deprecari, fidemque, *Palatino* an- tam, eiurare, ſunt deprehenſi.

Hanc cum fortunâ ſtantem, cadentemque, fi- , præter *Bohemos*, quaſi contagio populante, etiam *Moraviæ Ordines* deponere, atque exue- iſi ſunt. Qui, cùm *Victoria* partâ, *Cæſareanos* n in provinciam proximè educturos eſſe, præ- uerent, habito ſenatu, *Carolum Tſcherotinum*, *nem*, ad deprecandum veniam, ſine mora, *nam* præmiſerunt. Is igitur, coràm *Cæſare* ad- us, talem ſermonem habuit: Tametſi perduellium copiæ, inſtinctu quorundam inquietorum, per provinciam ſuam congregarentur; nihilominùs *Proceres* ità affectos eſſe, ut, poſthabito reſpectu quoviſcunque, cum *Cæſare* in gratiam reverti, veniamque impetrare, humilimè deſiderent. Ea propter, celebrato *Brinnæ* conventu, *XV. Calend. Ianuar. Ordines* decreviſſe legationem, quàm maturrimè ad *Cæſarem* expediendam: Cuius utique hæc eſſent contenta, ſive capita: Legati, præciſâ omni morâ, irent *Viennam*, penéſque *Regem*, ac *Cæſarem* ſuum, præeunte humilima ſubmiſſione, illicò admitti ſolicitarent. Admiſſi, coràm *Cæſare*, *Ordinum* humilima, devotiſſimaque, officia, iuxtà apprecationem diuturnæ incolumitatis, proſperitatiſque, atque in complures annos duraturi regiminis, glorioſæque hoſtium omnium debellationis, ac victoriæ, intimarent, ſimulque, ſubmiſſiſſima animorum cum ſignificatione, conteſtatum facerent, quo pacto, quibuſque modis, ſummis cordoliis, animis utique confuſis, ac turbatiſſimis, plurimùm, ac vehementer, dolerent, *Ordines*, ſeditioſorum, inquietorumque, quorundam hominum furiis factum eſſe, ut huius *Moraviæ* incolæ in ultimos angores, neceſſitates, calamitateſque, ambobus, quod dicitur, pedibus inciderint, totaque provincia tàm triſtia perpeſſa ſit, ad quorum omnium enarrationem, ut aiunt, cor, quantumvis è pumice, ſive petra, conflatum, emolliri queat.

Quæ cùm omnia utique *Cæſari* antè ſint præcognita, prolixâ inductione uti ſtudio ſuperſederent. Tantùm ab *Imperatore*, humilima ſub proiectione, ac ſubmiſſione, *Ordines* contendere, *Cæſar* utique *Auſtriaci*, ac mitiſſimi, illius ſanguinis *Princeps*, tàm *Ordinibus*, quàm indigenis, omnibus, ſingulíſque in individuo, noxiam illam, à ſe patratam, ac commiſſam, remitteret, condonaret, prorſuſque aboleret, econtrà *Cæſareos*, paternoſque, vultus indueret, gratiamque, & clementiam, vigori, ac ſeveritati, anteferret. Paucos enim eſſe, qui deliquiſſent, tumultuationis iſtius autores, plures perduellium armis coactos eſſe, plurimos verò, maximamque partem inſontes, delictorum, imprudenter, & coactè, admiſſorum, veniam deprecari, pœnitentiæque emendationem profiteri. Atque eo nomine *Cæſarem*, pro ordinario, electo, confirmatoque, *Bohemiæ Rege*, *Moravorumque Marchione*, ſeſe profiteri, agnoſcere, habere, habituroſq; deinceps, abſque contraventione, eſſe, ſicut primitùs in verba eius à ſe quidem iuratum ſit. Intereà homagio, fideique, *Friderico Electori*, *Palatino Rheni*, nuper per errorem datæ, ſimulque confœderationi, cum *Bohemis* initæ, omninò renunciare, contradicere, eaque omnia quantacunque irrita facere, & annihilare, ſubiectiſſimè compromittentes, omnem poſthac fidem, atque obedientiam, *Cæſari* debituros, ſpirituſque, vitam ipſam, omneſque fortunas, ſi opus ſit, pro eodem domino ſuo, proiecturos eſſe.

Quò autem *Cæſar* rerum omnium anteactorum notitiam habere, ſibique eò indulgentiùs ignoſcere, poſſit, legati, quàm nihil deſperatè, malitioſéque, à ſe deſignatum ſit, religioſiſſimis verbis remonſtrarent, inprimis, quo ordine tumultuatio iſta ſuſcitata, nataque, ſit, docerent. Ità

autem

autem eſt. Toties regni *Bohemiæ Ordines Moraviæ Ordines* ſolicitare, atque urgere, cœpiſſe, ſecum facerent, ſecum confœderationes inirent. Sed totidẽ verbis toties *Moravos*, pro virili, repugnâſſe, etiam litteris renunciâſſe, etiam verbis paulò aſperioribus hoc illis negâſſe: Ut, teſtibus aliquot conventus, ſenatuſque, conſultis, maximè, ſub *Anno M. DC.XIIX.* huius rei fidem luculentam facientibus, etiam optimâ ſub conſcientiâ, (quam utique *Deus* antè omnia reliqua penſi habere ſoleat) quàm invitis eos ad motus pertracti ſint animis, manifeſtum evadere queat. Furore autem ac potentiâ, invaleſcente, accidiſſe, ut *Bohemi* ſuis cum copiis in *Moraviam* penetrarint, nonnullos ſive vi, ſive aſtu, ſibi conciliarint, milites noſtros attraxerint, magiſtratibus, primoribuſque, noſtris, abrogatis, atque ab officio cedere iuſſis, civitates interceperint, *Vicario Provinciali*, ipſique *Cæſaris* locumtenenti, *Dieterichſteinio Principi*, ac *Cardinali*, haud pepercerint, partim blanditiis, partim minis, uſi, eandem, quam conſiliarii regii, *Pragæ* è feneſtris proiecti, ſubiiſſent pœnam, intentare nihil dubitarint. Quibus omnibus tunc quidem effectum eſſe, ut in illorum verba iurare, in eorundem caſtra tranſire, adacti ſint. E cæteris, vel *Carolum Tſcherotinum*, teſtem eſſe oculatiſſimum, luculentiſſimumque, nihil *Moravorum* preces, nihil exceptiones, nihil admonitiones, potuiſſe, ut vel ipſum *Tſcherotinum*, ſuper impendentibus periculis, caſibuſque, quàm modeſtiſſimis verbis præfatum, mox in *Bohemiam*, ipſoſque carceres, abduci, ultimaque experiri, cõtigerit. Quid alii paſſi ſint, quantùmque abfuerit, ut è gradibus domus *Lichtenſteinii Cardinalis* plures præcipitari mox uſuvenerit, eoſdem, qui quidem interfuerunt, optimè commeminiſſe. Ad ſummã, neque Iuris, neque Iuſtitiæ, rationem, tumultuantes apud *Bohemos*, habitam eſſe ullam, ut identidem, ſuper æquo bonoque, interrogati, manibus ad gladios, ac capula, reiectis, hæc iura ſua, has leges provinciales, eſſe, dictitaſſe, comperti ſint.

Prætereà omni cum ſedulitate inculcarent legati, *Moravos*, è Provinciis, *Bohemiæ* ſociis, ultimò in *confœderationem* veniſſe, adeóque tantum abeſſe, ut hoc ultrò fecerint, ut vi iniectâ, ad hoc compulſi ſint. Quòd igitur *Bohemis*, ſe improbè urgentibus, reſiſtendo non eſſent, multaque, clàm palàm tractata, neſcirent, imprudentes velut, atque ignorantes, in pedicas ac retia, improborum ſeſe præcipitaſſe. Autores, ac machinatores, potentiâ auctos, à ſe digreſſos, in *Bohemiamq;* profectos, eſſe, conſtare. Ad ſummam, violentè, ſubdolè, ac ſub veſticontubernio, per duos, treſque, coryphæos, tractari tùm omnia cœpiſſe, concione, ac collegiis, vel nihil iſtorum, quæ agerentur, vel parùm admodùm præcognitum habentibus. Sicut igitur res *Pragæ* ſub impetu, ac violentia, nata eſſet, ità aliquouſque paribus paſſibus extrahi cœpiſſe. Iſti furori ſeſe opponere, ac nedùm vel contradicere, auſum eſſe quenquam, niſi illicò vel capitis periculum mallet ſubire, aut intrà proprias ædes ſicarios præſtolari. Fallaces falſarios, patriæ proditores, per opprobrium illos, qui interdùm obluctarentur, appellitare, nimis iſtis vulgare, ac tritum, fuiſſe. Ut de aliis id genus ſervitutibus, exactionibus, ſibique velut impoſitis, cuſtodiis, nihil dicatur, ut tùm etiam *Moraviæ* provincia reſpectivè tàm anguſtis limitibus ſit circumſcripta, quæ reliquis provinciis, ſanè amplis, & populoſis, conferri non poſſit, tantùm abeſt, ut in armis obluctari quita ſit.

Quæ omnia nunc, pluraque alia, (cuiuſmodi, prolixitatis evitandæ gratiâ, datâ operâ prætereantur,) ſicubi *Cæſar* intimiùs ad animum admittere dignabitur, haud difficulter perſpiciet, non propriè incolas huius *Moraviæ* vultus elevâſſe, ſed iſtos apodicticè, atque evidenter, omnium malorum materiam, ac cauſſam, eſſe, qui quidem ſollicitationibus, dolis, miniſque, immò manibus velut iniectis, eò iniquitatis adegerunt.

Veram igitur, ſeriamque, cum ſuſcipiant actorum potentiam, reatum ſuum confiteantur, ex adverſo *Cæſaris* clementiam implorent, petantque enixiſſimè, *Cæſar*, omnibus iſtis, quibus hanc in iniquitatem adacti eſſent, circumſtantiis, aliiſque ab exercitibus *Cæſareis* exanthlatis difficultatibus, ac animum admiſſis, tanquam, ſecundùm *DEUM* ſummus, ac glorioſus, his in terris *Princeps*, *Deiqu* vicarius, hunc reatum, hæc ipſa commiſſa, ac delicta, condonare, ac remittere, vellet. *Deum* ſontibus, quantumvis maximis, ignoſcere, modò pœnitentiam emendent, *Chriſtianæ* pietatis eſſe. Eam, ſ non parem, certè ſimilem, atque analogam, *Cæſarem*, decere bonitatem, ſubditis ſuis, & quidem delicta ex animis confitentibus, & dolentibus, i gnoſceret. Si nos peccavimus, (inquiunt) cert maiores noſtri tantò magis fide, virtute, atq; obedientiâ, ſuâ, *Auſtriacorum Cæſarum* clementiam promeruerunt. Et certè, niſi deliquiſſemus, idque imprudenter, non tàm luculenta tibi, *Cæſar* optime exhiberetur occaſio, quâ clementiam, familiæ *Auſtriacæ*, tibique, penè propriam, conteſtatam tot mundo reddere poſſis. Cognoſce ergò, & ignoſc Ubi ignoveris, nempè, ſine diſcrimine, omnibus & ſingulis, ſcito, nos ad veram virtutem, fidem, at que obedientiam, deinceps non ſolùm excitabi ſed ut tanto te, & tàm magnanimo, mitiſſimoqu *Cæſare*, condignos poſſimus ſuſcipere ſpiritus, per quàm gratos, memoreſque, efficies. Quid igitu eſt, inquis, ô *Cæſar* maxime, quod vos à mea gratia, à mea pietate, abalienare potuerit? Quid eſt quòd contrà perduelles *Bohemos* auxilium *Cæſar* veſtri non implorâſtis, non ſolicitâſtis? ſcilicet (u quod res eſt, verè, atque ingenuè, confiteamu *Religio* eſt, quam iſti prætendebant, nempè anim cibum illum nobis eripi velle, ſub cauſſa, dubi procul admodùm ſpecioſâ, variiſque coloribus pi cta, paſſi ſumus (eheu,) nobis imponi: Non quò Te oderimus, *Cæſarum* deſideratiſſime! Sed, quò *DEO, & Religionis*, omnia his in terris humana, no que ipſoſmet, poſthaberemus. Hanc nobis ut re ſtituas, oramus, huius priſtinum, liberumqu exercitium ut indulgeas, ſupplicamus. Sicubi ho dabis, Te nobis, nos Tibi, in æternum aheneâ pluſquàm fide devinctos, eâdemque opera OMNIA, dabis.

* *
*

II. Cæſa

II.

eſaris, ad Moraviæ Ordinum ſupplicationem, reſponſoriæ.

A D illas *Moraviæ Ordinum* deprecatorias ſic tùm excipere juſſit *Imperator*: *Vngariæ*, *Bohemiæque*, *gem*, ſimulque *Cæſarem*, intellexiſſe, quæcunque r legatos, nomine trium *Moraviæ Ordinum*, humi-na cum ſubmiſſione, forent propoſita. Tametſi tem *Imperatori* ſatis, atque abundè, cauſarum fu-t, legatos non admittere, ſed à limine gratiæ re-ere, eò, quòd, abſque legitimis rationum mo-entis, hactenùs à fide, obedientiâ, ac ſubmiſ-ne, recedentes, in partes perduellium *Bohemo-n* tranſiiſſent, ipſoque facto in pœnas criminis *æ Maieſtatis* incidiſſent, cum perduellibus iſtis, ſthabitis quibuſcunque dehortationibus, eò que tàm diu ſeſe conjunxiſſent, conſpirâſſentq; ullo-ſecius tamen *Cæſarem*, intuitu gratiæ, & cle-entiæ, ſibi hæreditariæ, illos admiſiſſe, atque au-re dignatum eſſe. *Bohemos* iſtos tàm fœdæ, ac pœ-coercendæ, perduellionis autores fuiſſe, adeó-e non tantùm in *Matthiam Imp.* à quo publica-diplomatibus perduelles nominari meruerunt, ltus elevâſſe, ſed etiam modernum in *Imperato-n*, perduellionem extrahendo, ſæviiſſe. Inte-n, cùm jam tandem *Moraviæ* incolæ reatum ſu-n ad animos admittant, doleant, inque omnes ces deſcendant, utique hanc iſtorum conteſta-nem *Cæſari* non ingratam accidere, ut etiam ſu-r provinciæ illius ſuæ depopulationibus, ac da-nis, condoleat.

Siquidem autem legati paucarum quarundam quietarum cervicum, à quibus perduellio etiam *Moravos* propagata ſit, mentionem injeciſſent, óque *Cæſarem Dieterichſteinio Cardinali*, aliâs per *raviam* jam tùm legato *Cæſareo*, poteſtatem fe-ſe, ille, ſuper omnibus, quæ, turbarum tem-re, patrata eſſent, cognoſceret, ac de provincię ute foret ſolicitus. Prout igitur res ſeſe habue-t, *Cæſarem*, clementiâ præeunte, ex æquo bo-que, cum ſubditis ſuis acturum, eodemque in otectionem ſuam recepturum, eſſe. Irent ergò, ſuis hæc referrent.

Externa.

I.

lliſio inter Daniæ Regem, & Hamburgenſes.

E Odem hoc anno *M. DC. XX. inferioris* quoque *Saxoniæ* partes diſſidiis inquietari cœperunt. Poſteaquàm enim paulò antè inter *Duces Brunſvicenſes*, & *Lüneburgenſes*, itemque *Hamburgum*, & *eccam*, civitates maritimas, ſubortis controver-, etiam ad arma deventum eſſet, paulò poſt, in-veniente eius rei compoſitione, *Rex Daniæ* ſto-chari, atque *Hamburgenſibus* indignari, comper-eſt. *Rex* enim merces ex *Islandia* in *Hamburgum* importari vetabat, immò etiam mercatoribus eorum infrà *Coldingam*, ne negotiarentur, interdixerat, ut alias etiam per *Albim* res novas agitaret.

II.

Hamburgenſes ad Regem legatos expediunt.

HIs, aliiſque, ſuper neceſſitatibus, *Hamburgenſes* legatos ad *Regem* expediunt, ſuper novationibus iſtis quiritaturos. Eorum igitur oratio talis erat: *Senatum, P. Q. Hamburgenſem*, ſubmiſſa animorum cum recordatione, priſtinam illam *Daniæ Regum* clementiam, quam quidem ergà ſe non tàm ſuperiores *Daniæ Reges*, declaraſſent, quàm etiam præſens *Rex Chriſtianus*, in limine regii regiminis, & deinceps, ergà ſe conteſtatus utique eſſet, gratanter deprędicare. Eo igitur nomine firmam ſeſe ſpē concepiſſe, fore, ut *Rex* eandem clementiam perſeverare vellet. Iam verò ex adverſo dolenter ſibi uſuvenire, dùm *Rex*, merces *Islandicas* in civitatē importari, vetuiſſet; pariterque infrà *Coldingam* ſuis, ne negotiarentur, interdixiſſet, immò juribus ad *Albim* antiquatis ſuis contraveniret. His aliiſque, indiciis non poſſe non colligi, *Regem*, per hujus civitatis oſores, alienatum, citràque culpā ſuam, offenſum eſſe. Quò igitur *Regi* hanc adverſam mentem emollire, atque ad priſtinam clemētiam reducere, quiti eſſent, *S. P. Q. Hamburgenſem* hos legatos miſiſſe, per eos humilimè deprecantes, *Rex* edictum, ſuper inhibitione *Islandicarum* mercium, exautoraret, commercia infrà *Coldingam* admitteret, aliaſque res novas ſuper *Albim*, cū juribus ac privilegiis, ſuis pugnantes, remitteret. Non ab unico quidem, ſed pluribus ſeculis, *Albis* poſſeſſionem ſeſe quietè, ac pacificè, continuaſſe, ut à diverſis *Imperatoribus*, *Regibuſque Romanis*, indultis, privilegiiſque, conceſſis gaudeant, eumque in finem apud *Neomagum* turrim, ſive ſpeculam, hujus ſuæ poſſeſſionis indicem, ædificârint.

III.

Daniæ Regis reſponſio.

AT tale fuit *Regis* reſponſum: Merces *Islandicas* inquit, quod attineret, regni ſui incolas illis inprimis indigere, ideóque ut ſibi hac in parte legem imponere velint, *Hamburgenſes* fruſtrà eſſe. Negotiationis, ac commeatuum, jus infrà *Coldingam* regni regale eſſe, ac per manus hæreditatis ad ſe devolutum. Ideóque quibus eo loci gratificari velit, ſibi eſſe liberum. De *Albis* poſſeſſione, quam prætenderent, ità eſſe: *Senatui P. Q. Hamburgenſi* fortè excidiſſe, quid temporibus *Friderici Regis*, parentis ſui, ratione *Albis*, accidiſſet. Ex quo actu poſſeſſionem *Albis*, ab ipſorum partibus, malè fundatā eſſe, dilueſceret. Quòd autem *Hamburgenſes* naves per *Albim* diſponerent, de facto eſſe, neque poſſeſſionem illam confirmare. Multas enim naves ſive militares, ſive actuarias, & quidem magno numero, in finibus *Danicis* inveniri, interim tantùm abeſſe, ut jus dominii ſibi arrogare auſint. Pariter ſe rem habere cum cupis, ſive doliis, quæ *Hamburgenſes* fluento *Albis* ſuo nempè in territorio, imponerent. Eam enim rem *Hamburgenſibus*, tanquam *Holſatiæ* ſuæ ſubditis, non poſſeſſionis, aut prærogati-

væ, alicujus, ſed oneris, loco, indulgeri. Sicut pariter cives *Coppenhagani* dolia plurima diſponerent, abſque eo, ut quicquam indè poſſeſſionis ſibi arrogare præſumant.

Cæterùm *Hamburgenſibus* nulla à *Cæſaribus Romanis*, quoad jus doliorum ponendorum, privilegia uſuveniſſe, tùm ipſos, tùm ipſorum legatos, coràm *Rege* depoſuiſſe. Vt ut autem ſit, cùm præſens negotium tantùm non *Regem*, ſed omnes *Holſatiæ Principes*, concernat, de iis deinceps communicato conſilio diſpiciendum eſſe. Interim, quòd arguant, *Regis* gratiâ ſeſe excidiſſe, in eo ſuaviter iſtos errare. *Hamburgenſes* modò, devotionis priſtinæ memores, moderatis uterentur conſiliis, quorum utilitate hactenùs Rempublicam auxiſſent, atque deinceps officium ſubditorum, juramento devinctorum, facerent, eâ lege & *Regem, Principem, dominumque*, clementem, faventemque, experturos eſſe.

IV.

Hamburgenſes, ſuper Daniæ Regis actionibus, apud Principes circuli Saxoniæ infer. queruntur.

NOn longè poſt *Daniæ Rex* naves duas militares, tanquàm præſidii loco, *Albi* impoſuit. Vndè commerciis *Hamburgenſium* plurimum acceſſit incommodi. Illi igitur, quòd à navibus iſtis regiis vix ſeptem mille paſſibus à civitate abſentibus, majorem in modum, quoad negotiationis curſum, impedirentur, querelam hanc ſuam ad *Principes Saxoniæ inferioris* detulerunt, cauſſantes inſuper, architalaſſum regium prætereuntes naves ſuas, etiam vela, reverentiæ ergò, ſubmittentes, tormentorum exploſionibus petiiſſe.

V.

Saxoniæ inferior. Principes, apud Regem, pro Hamburgenſibus, interveniunt.

AD hæc, nomine circuli *Saxonici*, ad *Regem* dederunt *Chriſtianus Guilielmus, Marchio, Adminiſtrator Magdeburgicus*, & *Vlricus-Fridericus, Dux Brunſvicenſis*, corrogantes, pateretur *Rex*, aliâs *Imperio Romano* motibus bellicis diſtricto, duas illas naves prætorias deducere, commercia reſtituere, atque his, aliiſque, occaſionibus, ſeſe ergà *Hamburgenſes* ità quidem declarare, ut *Principum* interceſſionem fuiſſe haud fruſtraneam, appareat. Ex adverſo recipiebant, ſeſe *Hamburgenſibus* illud quoque inculcaturos, debitum illi *Regi* honorem haberent, offenſionis anſam præciderent, ad pacem conſilia dirigerent, atque, ut in poſterum colliſiones præcaveri poſſint, providerent.

VI.

Regis, ad Principum interpellationem, reſcriptum.

QVibus illis *Principum* interpellatoriis *Rex* ità ſatisfecit: Tametſi neque *Hamburgenſibus*, illis, neque aliis quibuſcunque, actionum ſuarum per *Albim*, quouſq; *Holſatiæ* ſuæ Ducatus porrigeretur, rationem reddere teneatur, nihilo-minùs ſe illi
certò conteſtari, neque *Hamburgenſibus*, neque alii
quibuſcunque, navibus illis ſuis incommodare vel-
le. Intereà *Gambriviorum* ſe deteſtari monopolia
qui, inſtar lienis, ſive fiſci, alicujus, omniũ reliquarũ
civitatum, regionumq;, commercia, & ſuccum, ac
ſe unicè pertrahere, ſibique vindicare, atque obli-
gare, diſcupiant. Amicè proindè *Regem* ab illis pe-
tere, ne *Gambriviorum* inſimulationibus fidẽ habe-
rent, ſed potiùs de *Rege* hoc ſibi promitterent, nun-
quam ſibi, quò commercia impedirentur, in ment
veniſſe, ut magis cupidus ſit, ſuper illis etiam medii
deliberare, quibus motus, per *Imperium Germanicum*
naſcentes, conſopiri, pax reduci, ac firmari, atq; hu-
jus *Saxoniæ infer.* circulus commoda tranquillitat
gaudere, poſſint.

VII.

Regis, ad Gambrivios, criminatoriæ.

NE autem *Gambrivii* fruſtrà *Regem* accuſaſſe vi
deri poſſent, *Rex* illis criminatoriis in illos tùn
invectus eſt: Nihil minùs *Regem*, quàm *Gambriviori*
ſubditorum ſuorum hæreditariorum, querela
diffamationeſque, exſpectare debuiſſe. Nunquan
enim ſibi animum ſubiiſſe, ſive *Gambrivios*, mod
intrà leges ſeſe tenerent, ſive alios quoſcunq;, abſ
data cauſa, perturbare, ut nedùm commercia inte
cipere ſit affectus. Iſtas calumnias neq; iſtos, neq; a
lios quoſcunq, bonæ mentis, comprobare poſſe. Ir
terim hoc ſibi reſervatum, omnium gentiũ de jur
ac conſuetudine, ſartum tectumque eſſe debere, u
cæterarum gentium naves, coràm prætorianis, a
regiis, ſuis, vela ſubmitterent, eâque lege *Gambri*
vios, tanquàm ſubditos hæreditarios, inprimis, pe
tiùſque, præ aliis, obligari, ut per *Albim, Regi* abſqu
controverſia, dominii jure, debitum, cum honc
rem exhibeant, teneri.

Cùm igitur, quàm diu prætoriæ *Regis Albim* te
nuiſſent, nullam unquam naviculam infeſtari acc
diſſet, moleſtum ſibi eſſe ſupinam arrogantiam *Ga*
briviorum, ſubditorum ſuorum, qui *Regem* convitii
ac traductionibus, onerare laſciviiſſent. Hoc quic
uſuvenire potuiſſe, ut *Gambriviorum* naviculatore
de induſtria prætorianis illis ſuis reverentiam, ſu
velorum ſubmiſſione, negantes, iccircò, ob conte
ptum, ac prævaricationem, iſtam, ſub machinaru
exoneratione, reprehendi promeruerint. Id quo
haud quidem *Regi*, ſed iſtorum laſciviæ, imputar
dum veniat. Eſſe enim hoc toto orbe notoriun
atque antiqui moris, naves quæcunque actuari
in conſpectum prætorianarum venientes, cont
nuò reverentiam ut exhibeant, velaque ſubmittã
Quam quidem prævaricationem in ſuis obiter
perfunctoriè reprehendi contigiſſe, notum ut
que ſit.

Vt igitur *Rex* à ſubditis ſuis ob id differri rum
ribus debeat, hoc quidem illud eſſe, quòd in m
dio relinquat, &, ſi deinceps ob id genus falſis cr
minationibus temperare ſibi nolint, in autores
liquando redundaturum ſit. Intereà rerum ſu
rum ſatagerent, *Regi* debitam reverentiam
præſtarent, offenſioneſque, ac diſſidia
tanquam ſcopulos, prætervehe-
herentur.

CA

CAP. XIII.

De Sileſiorum tranſactione.

I.

axoniæ Elector, ad obedientiam Imperatoris, Sileſios reducit.

Oſt *Moravorum* ſubmiſſionem, ultrò, ac ſponte, præeunte *Ordinum* legatione, ac deprecatione, *Cæſari* oblatam, nihil intermiſit *Saxoniæ Elector*, quò pariter *Sileſios* ad obedientiam priſtinam educeret. Proindè ſequentes illis articulos, ſuper uibus eſſet tranſigendum, nomine *Cæſaris* propoit: *Principes*, atque *Ordines*, *Sileſiæ*, ſeſe graviter rraſſe, ac deliquiſſe, dùm in *Cæſarem*, tanquàm nagnum *Sileſiæ Ducem*, inſurrexiſſent, confiteretur. ndè veniam corrogarent. Indè *Ferdinandum Cæſaem* deinceps pro *Rege* legitimo, electo, coronato, nctoque, ſeſe habituros eſſe, deponerent. Idque, b juramenti reiteratione, confirmarent. *Catholis* non perturbarent. *Cæſari*, in ſtipendia, pro exertibus, dimidiam millionem penderent. Confœerationibuſque cum *Vngaris*, *Iazygibus*, *Auſtriiſque* actis, renunciarent.

Exadverſo *Saxo* illis ſequentia repromiſit: Niirùm curabit, ut *Principes*, *Ordineſque*, *Sileſiæ*, vigoe commiſſionis *Cæſareæ*, in gratiam cum *Cæſare* reertantur. Veniam illis erogabit. Confirmationē *tterarum Majeſtaticarum*, privilegiorumque, impeabit. Simulatque, ne militaribus copiis urgeātur, vebit. Tandemque, ſicubi eveniat illos ſuper orodoxâ vera, puraque, *Religione*, *confeſſione* ſcil. *Auſtana*, antehâc *Anno M.D.XXX. Carolo V. Imp.* obla, inque ſcriptis tàm *Prophetarum*, quàm *Apoſtolorū*, ndata, infeſtari, *Principibus*, *Ordinibuſque*, auxiliam, ſubſidiariamque, operam navabit.

II.

Sileſii, ad obedientiam Cæſaris, revertuntur.

leſiæ itaque *Principibus*, *Ordinibuſque*, quo ſub agone res periclitarentur, perſpectum habentis, *Saxoniæ Electoris* admonitionibus, declarationiſque, ne malūm malo cumularent, relinquere, cum adque *Cæſaris* obedientiam redire, decrevent. Quo nomine legationem ſplendidam, ſub *rolo-Friderico*, *Münſterbergenſium Duce*, ad *Electorem xoniæ Dreſdam* expediverunt. Vbi tandem, poſt utinam tranſactionem, pacis compoſitio conclu, codicillis confirmari, ibidemque in *Curia* promari, cœpit, in hæc verba: *Principibus*, *Ordinibuſe*, *Sileſiæ ſuperioris*, atque *inferioris*, nomine *Cæſaris*, rorum, commiſſorumque, veniam, impetratam, nceſſamque, eſſe, tàm ſummæ, quàm infimæ, cōtionis, ad unum omnibus, & ſingulis. Illos *Ferdindum Cæſarem* pro legitimo, electo, coronato, ctoque, *Rege*, & *Magno Duce Sileſiæ*, recognoſcere, nerari, idque ſub jurameti reiteratione, tā velle, àm debere. *Cæſari*, intrà anni ſpatium, tribus dinctis vicibus, pro refuſione ſumptuum bellicorum, *Sileſios* tria talenta, ſive tres auri tonnas, ut vocant, perſoluturos, *Electori Palatino*, itemque pactis cum *Vngaris*, *Bohemis*, *Moravis*, *Tranſylvanis*, aliiſque, fœderibus renunciaturos, atq; ut hæc omnia præſtò aboleri queant, codicillos, ut vocant, originales ad *Saxonem*, miſſuros. Copiis ſuis quàm primū miſſionem daturos, reſervatis ſaltem, pro Provinciæ defenſione, mille equeſtribus, & ter mille pedeſtribus, uſque dùm præſentis belli furor deſæviat. Sic tamen, ut hoc, tanquam præſidio, neque contrà *Cæſarem*, neque *Saxonem*, abutantur. Exadverſo, *Elector* militem è ditione *Principum*, *Saganenſium* deducturus, apud *Cæſarem*, pro confirmatione *litterarum Majeſtaticarum*, aliorumq; privilegiorum, nec non commerciorum, cum *Bohemis*, ac *Moravis*, exercendorum, libertate, interceſſurus, adeóque ſi contingat *Sileſios* ſuper *confeſſione Auguſtana* infeſtari, propugnaturus, eſt.

Si *Chriſtianus*, *Dux Lignicii*, *Sileſiæ Capitaneus Provincialis*, intrà ſex ſeptimanarum ſpatium, huic tranſactioni accedere, ac ſubſcribere, velit, ei liberum eſſet. Secùs ſi eveniat, penès *Cæſarem* eſſet, quid cum eo fieri velit. Interim *Ioan. Georgius*, *Marchio Brandeburgicus*, & *Chriſtianus*, *Princeps Anhaltinus*, anteà à *Cæſare* banni fulmine proſcripti, ab hac tranſactione excluderentur. Atque hæc quidem tranſactio, codicillis extenſa, ac comprehenſa, ab *Electore Saxoniæ*, itemque *Burggravio Magdeburgenſi*, pariterque *Carolo-Friderico*, *Duce Münſterbergenſi*, aliiſque, tàm ſubſcriptionibus, quàm ſigillis, confirmari cœpit.

III.

Saxoniæ Electori, pro tranſactione, atque hoſpitalitate, Sileſiorum legati ſolennes deponunt gratias.

TRanſactionis illius articulis publicè prælectis, *Carolus Schönbergius*, acceptos in manus originales codicillos, *Duci Münſterbergenſi* tradidit, ſub his verbis: Hiſce, inquit, præſens *Elector* meus clementiſſimus, tibi, ô *Dux*, reliquiſque legatis, litteras tranſactionis originales, contradere, juxtaque omnia felicia, ac pacifica, comprecari, jubet. Qui *Duci* amicitiam, legatis reliquis gratiam ſuam, promittit.

Secundùm hæc, *Syndicus Vratislavienſis*, *D. Roſſa*, nomine legationis, gratiarum actionem hæc in verba, pergit: *Sereniſſime Elector!* Pro eo, quòd *Deus Opt. Max. Ferdinandi Cæſaris*, magni *Sileſiæ Ducis*, domini noſtri clementiſſimi, animum inclinavit, ut, pro reducendis pace, ac tranquillitate *Electori Saxoniæ*, cum *Principibus*, *Ordinibuſq́*, *Sileſiæ*, tranſigendi poteſtatem fecerit, *Elector* verò, juxtà integerrimā adhortationem, cū *Proceribus* noſtris communicarit, noſque ſub *Carolo-Friderico*, *Duce Münſterbergenſi*, legationis capite, hûc emiſſos, apud aulam *Electoralem* amicè ac clementer audierit, per tot, & multiplices, prægreſſas deliberationes, tandem rem hanc ad tranſactionem deduxerit, pro eo, inquam, beneficio, inprimis *Deo Opt. Max.* gloriam, & honorē, *Cæſari* verò, atque *Electori*, humilimas, devotaſque gratias, debemus, ac deponimus.

Libenter, & meritò, profitemur, ô *Elector*, præter divini nominis gloriam, *Cæſaris*, atque *Imperii*, autoritatem, in genere pacem, & quietem, quà nos verò, ſalutem, atque emolumentum noſtrum, atq;

uſque adeò nihil non laudabile, univerſa ſub hac tractatione, te penſi habuiſſe. Immortalem igitur nominis famam, atque à poſteritate coronandam, retuliſti, pacem, & reconciliationem, reduxiſti, multorumque *Chriſtianorum* ſanguinem, hæc inter arma, ac diſſidia, fundendum, præſervaſti. Parta eſt corona civica ampliſſima. Quàm omnipotens ille diſpenſator tibi, tuiſque, tàm temporalibus, quã ſempiternis, bonis cumulabit. Nos verò quod attinet, niſi pro tantis beneficiis, quibus nos perpetua fide aſtrinxiſti, pro hoſpitalitatis honore, ac munere, quo hactenùs uſi, refotique, ſumus, immortales & haberemus, & ageremus, gratias, ingratiſſimi omnium gentium certè futuri ſimus. In præſens cũ præter vota, & gratias, nihil habeamus, in futurum laudes, atque præconia, differamus, immò verò *Proceres* noſtros pari gaudio, qui nos hûc miſerunt, perfundere geſtiamus, age, liceat nobis, tuâ pace, ô *Elector*, quàm primùm in patriam reverti. Hæc ubi dicta eſſent, *Carolus Dux*, legatique cæteri, *Electoris* dexteram diſſuaviati, benignè, ac clementer, dimiſſi ſunt.

****

Externa.

I.

Diſſidia inter Ludovicum, Galliarum Regem, & matrem Reginam.

NE *Imperium* duntaxat *Germanicum* furiis inquietaretur, ecce! *Mars* ſuo more per *Gallias Eridu* pomum iſtud ſpargebat quoque. Itaque vel inter *Reginam* matrem, *Regemque* filium, litis, bellique inteſtini ſemina, legeſque, exoriri cœpêre. Ægrè ferebat *Regina* mater ab imperio, & regimine, ſe velut haberi excluſiſſimam. Ejus igitur in partes cùm pedibus irent, *Comes Soiſſonius, Vendonius, Mayennus, Longevillius, Roanus, Nemurſius, Duces*, cauſis neſcio quibus à *Rege* alienati, aulam regiam relinquentes, res novas agere videbantur. Cùm ergò *Regina* mater apud *Angerſium* ſeſe teneret, favoremque per *Normandiam, Champagniam, Guiennenſem* atque *Anguleſmienſem*, provincias, hominum poſſideret, *Rex* operæ pretium arbitratus, hos ignes, ſive favillas, cineribus latentes, maturè opprimere, in *Normandiam* primùm eduxit, utpote locum, bello opportunum. *Roanam* igitur movens, habito ſenatu, *Longevillium* à *Normannia* præfectura ſuſpendit, cæteroſque, res novas agitantes, ab officiis removit. Indè arcem *Caenam*, præſidiariis ultrò cedentibus, veniamque impetrantibus, occupans, ad aliam arcem, *Pontem de Sè* dictã, caſtra promovit. Illa autem in armis repugnante, res ad conflictum devenit ingentem, copiis regiis ſub *Crequyo* victoriam reportantibus. Abindè arce deditionem offerente, pax inter *Reginam* matrem, *Regemque* filium, renaſci cœpit. Ibi *Rex*, matre *Regina*, quàm humaniſſimis verbis compellatã, omnibus illius petitis annuebat, juxtàque arcibus receptis, copiiſque dimiſſis, omnibus illis *Proceribus*, qui matris *Reginæ* in partibus fuerant, ignovit, dignitatibus, officiiſque, eiſdem reſtitutis.

II.

Rex Galliarum, Hugenottas, ſive Calvinianos, expugnare incipit.

IN gratiam cum matre reverſus, *Rex* cum exercitu in regionem *Bearenſium*, qui *Calvini* dogmata ſequebantur, progreſſus eſt. Occupatis igitur arcibus, lociſque præcipuis, ac munitiſſimis, abrogatoque *Calvini* dogmate, quo per ſeptuaginta tres annos uſi fuerant, axioma pontificium introduxit, *Patribus Societatis* collegia aperuit, præfectoſque *Catholicos* ſubſtituit. Vndè factum, ut aliquot reformatæ, ceu vocant, *Religionis* millibus è regno emigrantibus, cæteræ civitates *Hugenotticæ*, quas appellant, conſpirare, apud *Roßilionem* civitatem maritimam, ac potentem, conventus agere, novaſque belli cauſas ſuppeditari, occœperint. De quibus infrà videbitur in progreſſu.

III.

Induciæ inter Hiſpanos, & Batavos, finiuntur. Novumque Rheno à Batavis fortalitium apud Bonnam imponitur.

INduciis duodecennalibus ad finem ſpectantibus *Hiſpaniſque* pariter, ac *Batavis* in *Palatinatum* uſque, egreſſis, facilè erat partium, collisionem præmetuere. Itaque utrinque copiæ collectæ, atq in omnem occaſionem, ſive eventum, eductæ. Inprimis verò *Mauritius Vranius*, circà medium *Auguſtum*, caſtra promovit, infraque *Veſaliam* conſtitit. Illi obviàm eduxit *Ludovicus de Valaſco*, *Hiſpanus*, intrà *Rheinbergam*, & *Veſaliam*, paulò altiùs, caſtris poſitis. Vbi cùm aliquantiſper hoſtiles ſeſe tenuiſſent exercitus, nihilque mutuò tentaſſent præterquàm quòd *Veſalia* fortiori præſidio firmari cœpit, ſine colliſione partium, diſceſſum eſt.

IV.

Mauritius Vranius, contrà Bonnam, propugnaculum Rheno imponit.

INtereà *Mauritius Vranius* præcognitum habens *Spinolam*, pluribus *Palatinatus* civitatibus, lociſque, præoccupatis, ſine impedimento, *Rheni* trajectu uſque ad *Vbiorum Coloniam*, immò *Veſaliam*, liberè uti frui poſſe, quò illius cupiditatibus velut frænum iniiceret, in *Rheni* inſula contrà *Bonnam*, miſſis aliquot peditum cohortibus, ſub manu *Gorgiani Centurionis*, propugnaculum exſtrui curavit. Vulgus *perſpecillum Flaminum* hodieque nuncupat. Ne autem hoc *Caſtellum* in *Archiepiſcoporum* finitimorum offenſionem, ac contemptum, vergere videretur, deinceps quatuor angulis, *mitram*, ſive *Bardocucullum*, *Flaminum* appellari fecit, omnis generis annonã, tormentis, apparatuque bellico, illum in locum, defenſionis igitur, illatis.

***

CAP

CAP. XIV.

De Ferdin. Imp. contrà Bethlenum, pro Rege Vngariæ ſeſe gerentem, Edictoq; abrogatorio.

I.

'erdinandus Imp. per Edictum Bethleno Vngariæ Regis titulum abrogat.

B*ethlenum* à ſeditioſis pariter, ac perduellibus, *Vngariæ* dynaſtis, more *Bohemico*, in *Regem* eligi contigiſſe, ſuprà vidimus. Qui cùm etiam, vel poſt *victoriam* illam *Pragenſem*, titulum reium haud ſequeſtraret, à *Ferdinando Imp.* per *Edictum* hæc ei uſurpata dignitas abrogata eſt. Editum tale eſt.

Ferdinandus: &c. Quæ perduellionis incendia, ırores, ac motus civiles, quæque cædes, rapinæ, : depopulationes, *Vngariæ* regnum noſtrum inunārint, omniſq; generis infortuniis ferè ſubmerſe- nt, omnibus eſt palàm, atque in propatulo. Quāuam autem non ſine ſummo cordolio calamitatē ılecti illius regni noſtri hiſce velut oculis corā inıemur, tùm oppreſſionem finitimi tyranni, quam ı foribus eſſe abominamur, ad animum admittius, nihilo-minùs tùm innocentiæ noſtræ puritas, conſcientia, tùm hoc inprimis, conſolatur, quòd l patriæ illius interitum, ac ruinam nequicquam uſæ, operæque, à nobis allatum eſt. Vſque adeò ınc in rem vel ipſius *Vngariæ* ad *Proceres*, provocare ɔſſumus, qui quidem, ſub regni receſſibus, hoc ɔbis teſtimonium perhibere ſuſtinent. Etenim ɔs initio ad coronam, regnique dignitatem, non r vim, arma, aut viam illicitam, ſed licitam, ordiriamque, optimo titulo pervenimus. Teſtibus tur *Vngariæ* regni receſſibus de *Anno M. DC.XIIX.* ıanimi *Procerum* de conſenſu, ſub invocatione vini nominis, nos pro *Vngariæ Rege*, ac domino, iciter eligi, dein proclamari, mox etiam coronacœpiſſe, ipſi *Proceres* libenter confitentur, ut hāc ım confeſſionem inter receſſus regni referri à *ıtthia Imp.* conceptis verbis contenderint. Siquim ergò publicam illam conteſtationem animis ɔditorum noſtrorum omninò excidiſſe, haud idem ſit veriſimile, ſed potiùs hoc præſupponaıs, complures iſtam patriæ oppreſſionem deteſtaplurimos autem à *Bethleno*, & rerum novarum dioſis, præventos, ea, quæ libenter vellent, proſare haud auſos eſſe.

In adminiſtratione regii illius noſtri regiminis, *Dei* gratiam, eâ moderatione ſumus uſi, ut con- patriæ leges nihil deſignantes, nemini noceriıs, ſicut ab exceſſu *Matthiæ Imp. Anno M. DC.XIX.* *I. Cal. April.* ſub adito regimine, comitia ad *VII. Cal. Iun.* indiximus. Quo tempore cùm ad electionē novi *Imp.* ab *Electore Moguntino Francofurtum* nos invitari uſuveniſſet, de conſenſu omnium *Ordinum*, *Vngariæ* noſtræ *Palatino*, *Sigiſmundo Forgatſchio*, noſtras vices demandantes, omnem poteſtatē, ſimulàtque omniū privilegiorū, jurium, atq; immunitatum, conceſſionem indulſimus. Vndè eodē *Anno M. DC.XIX.* ſub comitiorum receſſibus, *Idib. Auguſti*, eā laudem, atq; teſtimonium, plenis omniū ſuffragiis retulimus, ut *Ordines*, ſuper clementia, gratiâq;, omnibus etiam cumulatè à nobis exhibita, in laudes, gratiarumque actiones, ſeſe tùm effunderent.

Illis *Ordinum* ſplendidis teſtimoniis cùm unicè niteremur, nihilq; minùs, quā ſeditionem, perduellionemq; metueremus, eo ipſo tempore, quo, unanimi *Imp. Septemvirorum* conſenſu, ad *Romani Imp.* faſtigium evecti ſumus, unius hominis, dominatus cupidi operâ, qui potentum & magnorū, *Magnatū* ſtudia ſibi conciliavit, cumq; *Bohemis*, perduellibus noſtris, veſticontuberniū fecit) fœda, atque ingēs, perduellio naſci cœpit. Cujus perjuræ conſpirationis non tàm principium, ac progreſſus, quàm finis, atq; exodium, omni tyrannide pleniſſimum, exitioſum, atque abominabile, extitit.

Poſteaquàm enim *Bethlenus*, copiis *Turcicis* benè multis inſtructus, in *Tranſylvaniam* impreſſionem feciſſet, dominoq; ſuo, cui ſanctitudine juramenti erat devinctus, nempè *Stephano Bathorio*, & provinciam, & vitam, eripuiſſet, de ſecuritatis mediis, quibus in vado eſſe poſſet, diſpicere cœpit. Itaq; *Anno M.DC.XV. Matthiam Imp.* ſibi conciliavit, cum eoq; ſuper pace tranſegit. Tranſactionis articuli non tā ab ipſo *Bethleno*, quā omnibus *Tranſylvaniæ Ordinibus* propriis manibus, adjectiſq; ſigillis, tùm confirmati ſunt. In illis autē diſertiſſimis, conceptiſſimiſque, verbis habetur, neq; *Bethlenum*, neq; *Iazyges*, adverſus *Imp.* illius legitimos ſucceſſores, *Vngariæ Reges*, *Auſtriæ Archiduces*, omniaque regna, & provincias, quibus cum *Imp.* intercedit fœdus, unquam hoſtile quicquam ſeu admiſſuros, ſeu permiſſuros, eſſe. Vt contrà *Vngariæ* regni privilegia, ac jura, pacem, ac quietem, quicquam deſignari debeat. Quid? quòd ipſe *Bethlenus*, ſe, ſucceſſores ſuos, omneſq; *Trāſylvaniæ Ordines* ex pacto obligavit, contrà omnes *Imp.* ejuſq; ſucceſſorum, *Vngariæ Regum*, hoſtes, exceptis *Turcis*, quandocunq; neceſſitas poſtulaverit, in armis conſtitutos, opemq;, ac manus auxiliares, collaturos eſſe. Quæ omnia tandē, ſub *Anno M.DC.XIX.* de novo confirmari cœpta ſunt; *Bethleno* per fidem ſuam, *Iazygibus* autē per *Chriſtianam confeſſionem*, pro ſe, poſteriſque ſuis, jurantibus. Quis iſta fœdera nunc, & pacta, habuiſſet frivola, atq; irrita? Quis, inquā, *Bethlenum Vngariæ* hoſtem exſpectâſſet? Sed vix paucis menſibus, à tranſacto fœdere, fidem ſervavit iſte, dū in regnum *Vngariæ* irrupit, cum perjuris dynaſtis, ſubditiſq;, machinas, fraudeſq;, fabricavit, ut etiam *Bohemorum* perfidiæ, & perduellioni, conſiliiſq; *Palatini ad Rhenum*, acceſſerit. Ne autem clandeſtinum iſtius inſtitutū, antequā ſufficiētibus copiis foret inſtructus, temporiùs manifeſtaretur, ad præfectos *Vngariæ* noſtræ aliquoties litteris emiſſis, ſubdolè dedit, nondùm ſibi memoriam pacti cum *Cæſare* fœderis excidiſſe, ſed hoc magis curæ eſſe, quò datæ tùm fidei ſatisfacere, atque neceſſario hoc tempore *Cæſari* adverſus *Bohemos* opem ferre, poſſit. Hoc etiam nomine, ſive colore,

apud *Iazyges* ſuos uſus eſt, nempè pro *Cæſare* ſeſe expeditionem meditari, quò eos, ratione fœderis, experiretur faventiores. Quid fit? Vbi iſte ſuis hoc pacto impoſuiſſet, & jam nunc milite, cum omni apparatu, abundaret, ad tegendam ulteriùs perfidiam, *Andream Docium*, *Vngariæ* noſtræ præfectum generalem, denuò litteris interpellavit, ejus tenoris: Nullum eſſe dubium, inquit, quin ab invidis de expeditione *Bethleni* varij ſeminarentur rumores, tanquàm in *Vngariam ſuperiorem* educere cogitet. Illis autem ne fidem adhiberet, ſed ſibi ſanctitudinem cum *Cæſare* pacti fœderis firmam perſtare, probèque antè oculos eſſe, quid *Cæſari* præſtare teneatur, penſi haberet. Quibus iſtis ſubdolis, fraudulentiſque, verbis præfecto noſtro omnem ſuſpicionem excuſſit, utique altâ ſecuritate ociaretur, effecit. Quóuſque paulò poſt, rebus omnibus præparatis, depoſito pudore, *Caſchaviam*, per proditionem, intercepit, *Dociumque*, in poteſtatem redactum, in *Tranſylvaniam* ablegavit.

Hoc facinore viam præſternens, poſtmodùm haud dolosè, ſed furiosè, in cædes, rapinas, graſſationeſque, efferatus, in *Vngariam ſuper.* impreſſionem fecit, omnis generis homines, tàm clericos, quàm ſeculares, oppreſſit, templa bonaque eccleſiaſtica, inceſtavit, partem, *Regi* ſuo fidem ſervantem, aut fugavit, aut cæcidit, aut ſpoliavit, dynaſtias regni, ſub titulo *Vngariæ Principis*, ad ſe rapuit, tandemque, *Presburgo* occupato, noſtrum, regnique *Palatinum*, ut eo loci comitia indiceret, adegit.

Eo loci, abſentia ſub noſtra, omnia cùm minis, & ſub tyrannide, fremerent, reperti ſunt ejuſdem ferè notæ proditores, & complices, qui, more barbarico, & inaudito, *Bethlenum Regem* ſalutare, *Procereſq́, Eccleſiaſticos* dignitate, atq; officiis, privare, haud erubuerunt. Hoc proceſſu in omnes illos, qui rebus novis ſtudere nolebant, cum impetu, tā quam in patriæ proditores, itum eſt, ut etiam proſcriptionis fulmine in eos adnimadvertere voluiſſe, cognitum ſit. Tandem, præſtructâ hac viâ, cum *Bohemis* perduellibus arma ſociare, in *Auſtriam* movere, *Viennamque* coronâ cingere, perrexit.

Tametſi igitur eo tēpore conſiliis optimis haud quidem deſtitueremur, iſtiſq; furioſis, atque perduellibus, reſiſtere tùm licuerit, nihilo-minùs, hæreditariæ noſtræ clementiæ memores, armis datâ operâ ad tempus abſtinuimus, an fortè *Bethlenus*, unà cum ſeditioſâ ſua cohorte, meliorem animū inducere, atque aliquam ad frugem redire vellet. Atque hoc fine per legatos noſtros, *Presburgum* emiſſos, non modò ſubditis omnem clementiā cū privilegiorū quorumcunq; ſecura poſſeſſione, offerre, ſed ipſi etiam *Bethleno*, quantùm leges *Vngariæ* regni admitterent, omne emolumentum promittere, juſſimus. Quòd autem tùm temporis vires nondùm ſatis confirmâſſet, ut eâdem fideliâ & *Turcorum* favorem, & *Tranſylvaniæ* ſecuritatem, obtinere quitus eſſet, tùm *Polonis* haud fideret, ut etiam ſuper *Bohemorum* ſucceſſibus certi aliquid ſibi promittere haud quidem poſſet, ſubdolè præ ſe tulit, nimir. curaturum, ut regnum *Vngariæ* ad obedientiā *Cæſaris* quantò ociùs reduceretur. Intereà, ad placandos quorundam animos, morâ opus eſſe, donec fervor iſte reſideat. Induciæ igitur, ad uſq; *D. Michaëlis* ferias, pangerentur, conſenſit, ità tamen, ut eo ſtatu, quo nunc *Vngariæ* res eſſent, omnia permanerent.

Quanquam autem vel hoc loco ſubodorari potuerimus, lupum ut ajunt, vetulum pilos quidē, ſed haud animum, mutare. Nihilo-minùs gratiam etiamnunc rigori præferentes, certis ſub legibus, in inducias conſenſimus, ut, ſi *Bohemi* quoque has conditiones admittere velint, ſub induciis iiſdem continerentur. Vix pactis induciis, omnem iſte lapidem movit, quò, falſis apud *Conſtantinopolim* ſeminatis rumoribus, contrà nos *Turcos* excitaret, ut etiam multa in leges induciarias delinqueret. Mox, induciarum, pactorumque, impatiens, coacto paucorum perduellium globo, *VII. Calend. Auguſti*, magnis ſub tumultuationibus, *Vngariæ Regem* ſe proclamari curavit. Indè, ruptis induciis, *Neutram* occupavit, *Auſtriamque* invadens, ſpoliis, cædibuſque, rem egit, parique furore oppida, arceſque nonnullas, intercepit. Neque iſtis acquievit, ſed, quò *Turcos* ſibi redderet obſequentiores, fortalitia quædam, *Tranſylvaniæ* in finibus poſita, antehâc immenſis *Imperii* ſumptibus à *Bathorio* expugnata, *Turcis* contradidit, ut etiam *Vngariæ* propugnacula iſtis promiſerit, nuperque jam tùm *VVaitzenam* fortalitium præſtò dediderit.

Quòd igitur falsò nos criminatur, tanquam *VVeitzenam Turcis* obtuliſſemus, tùm per cauſam *Vngariæ Ordinum* querelas nectit, ac ſi eos, circà jura, ac privilegia, patria, *Religioniſque* exercitium, onerari accidat, gerræ ſunt, nugæque. Illud enim, quod de *VVeitzena* nobis affinxit, monſtroſum eſt. Vt regni conſtitutiones, paulò antè *Bethleni* invaſionem, *Anno M.DC.XIX.* publicatæ, longè diverſum perhibeant. Porrò, etiam hoc obiicit, militem noſtrum *Polonicum*, contrà induciarum leges, *Vngariam* aliquot locis invaſiſſe, legatos noſtros *Neoſaliam* ſeriùs miſſos, neq; ſufficiēti poteſtate inſtructos, fuiſſe. Quæ omnia eius quidem ſunt cōmatis, ut facilè pateat, criminandi anſam omni ſtudio quæſitam. Etenim, lege induciarum, hinc inde movendi unicuique factâ copiâ, *Poloni*, edictum noſtrum antevertentes, in *Vngariam* venerunt. Ibi cùm in eos, hoſtium more, multorum ad internecionem, ſævitum foret, tàm naturali quàm communi gentium jure, uti, reſiſtere, ferroque ſibi viam aperire, cœperunt. Legatos quidem noſtros paulò ſeriùs miſimus, ſed non abſque cauſa. Receperat enim *Bethlenus*, antè comitiorum inchoationem, ad nos ſe legatos præmiſſurum, qui de rebus nonnullis, ut videbatur, tùm neceſſariis, antè deliberarent. Illorum adventum præſtolati, ac ſecundùm propoſitiones prægreſſas informationem noſtram præſcripturi, *Bethlenum*, propoſitum mutâſſe, paulò ſeriùs ac conventum erat, deprehendimus. Codicillos verò, poteſtate plenariâ inſtructos, veteri more, juxtà rerum *Vngaricarum* compoſitionem, formari curavimus.

Quæ cùm omnia ità ſeſe habeant, & ne noſtrorum in regno ſucceſſorum, cuiquam, regia *Bethleni* electio, ac ſub titulo regio captata, falſa, atque illegitima, gubernatio, imponere, aut in præjudicium vergere, poſſit, utique inprimis prædictam hancce electionē illegitimā, coactā, injuſtā, ſeditio-

ſam

m, contraque omnes regni conſtitutiones, pu-
nantem, ac tentatam, è poteſtate regia, declara-
us. Quo nomine omnia iſta, quæcunque, ſub
nventu *Neoſaliano*, contra leges, immunitates,
tereſque regni *Vngariæ* conſuetudines, patrata,
creta, & concluſa, ſunt, in præſentiarum, vigore
nius diplomatis, abolemus, annihilamus, at-
ue tanquam rem injuſtam, irritam, ac nullam,
onunciamus, nullatenus admiſſuri, ut iſtorum
l minima particula, cujuſmodi prædicto ſub
nventu in concluſionem venerunt, valere, ac
ta eſſe, debeat. Ea enim eſt priſca regni *Vnga-
æ* lex, ut nullus conventus, nulluſque receſſus,
ii non à *Rege*, legitimè coronato, ſit ſuſceptus, ul-
is ſive momenti, ſive valoris, eſſe queat.

Cæterum, ſiquidem *Bethleno*, certis ſub conditio-
bus, nomen, titulumque, *Vngariæ Principis* ante-
ic conceſſerimus, ſicubi *Vngariæ* regnum ad obe-
entiam noſtram reduxiſſet, iſte autem, poſthabi-
illis conditionibus, cõtrario prorſus modo per-
rus evaſerit, potiuſque integrum *Vngariæ* regnum
bis eripere tentârit, ea propter conceſſum *Vnga-
Principis* titulum in totum, & pleniſſimè, hiſce il-
abrogamus, atque annihilamus.

Cùm itaque, vigore juramenti, quo veteri more
gno *Vngariæ* obligati ſumus, tùm dignitatis regiæ
endæ igitur, teneamur, omne illud, quod no-
s per vim ablatum eſt, recuperare, ac vindica-
, hactenùs verò omnia ea, quæ ad mitigandos
rioſorũ animos ſpectare videbantur, fruſtrà ten-
verimus, itaque ſtat ſententia, jura noſtra, per
am armorum, dùm aliter haud licet, corrobora-
, regna, ac ditiones noſtras, ab hoſtili oppreſſiõ-
aſſerere, ablata reſtituere, ſubditos noſtros, ſub
rannicis furoribus preſſos, ac gementes, in priſti-
m libertatem, hactenùs amiſſam, vindicare, illis,
ibus bona, ac facultates, intercepta, ſuccurrere,
rores, atque rebelliones, extinguere, omniaque
optatam tranquillitatem, quietemque, poſtli-
iniò reproducere.

Id quod, ſub ſpe exoptatæ victoriæ, quàmpri-
um in effectum deducere fert animus, quando
ploratum habemus, lenitate noſtrâ omnia labi in
terius, ut etiam *Turci Vngariæ* regnum hoc no-
um, tanquam bolum pinguem, hiantibus fau-
bus jam tùm exſpectent, ac deglutire avidè cu-
ant.

Intereà, non abſque ingenti animi ægritudine,
ſe oculis intuemur, ob paucos quoſdã perduel-
, tot cædes, rapinas, ac depopulationes, cujuſmo-
ex inteſtinis motibus propullulare amant, in in-
ntes tot ſubditos redundare. Quo nomine nos
lemnes eſſe, tàm pro nunc, quàm deinceps,
nceptiſſimis verbis proteſtantes, in iſtos, qui qui-
m furoris, atque incendiorum id genus, auctores
erunt, quique rerum novarum cupiditate, atque
minatus ambitione, civiles, ac domeſticos ignes
flare cœperunt, cauſſam omnem reiicimus. Ni-
lominus certâ ſpe nitimur, fore, ut *DEVS* ſuper
rduelles, ac perjuros, vindicem oculũ conijciat,
quidem tàm è verbo divino, quàm hiſtoriis, ex-
npliſque, evincatur, iſtos, qui quidem in magi-
atum ordinarium inſurgunt, in *DEVM* ipſum in-
rgere, ac peſſum ire.

Proindè ad *Vngariæ* noſtræ *Palatinum*, reliquoſ-
que regios conſiliarios, juramenti ſanctitu-
dine nobis devinctos, noſtra hæc ſpectat ora-
tio. Illi juramenti, nobis præſtiti, memores, ſub i-
ſtis regni, ac patriæ, perturbationibus, ità ſeſe gere-
rent, ne coràm *DEO*, & nobis, immò toto ter-
rarum orbe, tanquam officio, & loco, ſuo de-
fuiſſent, deinceps accuſari queant. Prætereà o-
mnes regni *Ordines* cæteros, omnes ſubditos, at-
que incolas, itemque milites, ſive præſidiarios, ſive
equeſtres, ſeriis verbis adhortamur, juramenti, no-
bis præſtiti, vinculum illud indiſſolubile ad animos
admittentes, cùm perduellibus nihil haberent cõ-
mercii, ſed iſtis, neque conſilio, neque re, nedum
pecuniis, armiſque aſſiſtentes, ullam opem ferrent,
verùm enim verùm, copiis noſtris, reducendæ pa-
cis igitur, in *Vngariam* miſſis, quovis pacto, ſive
conſilio, ſive auxilio, prodeſſent. Secundùm hæc,
liberæ tàm civitates, quàm equeſtris conditionis
homines, meminerint ſanctiſſimi illius homagii,
nobis, tanquam legitimo illorum *Regi*, depoſi-
ti, juxtaque omnia illa beneficia, jura, ac pri-
vilegia, cujuſmodi quidem à noſtra regia familia
partim antè conſecuti ſunt, partim à nobis de-
inceps, tanquam *Principe*, cuius nomen, ge-
nus, virtus, bonitaſque, ſunt laudatiſſima, con-
ſequi poſſunt in memoriã revocarent. *Auſtriaco* i-
gitur ſanguini nemo, niſi furioſus, perjurum ho-
minem præpoſuerit.

Tandem mentem ſubeant jura tàm divina,
quàm humana, qualia ſubditis omnem obedien-
tiam, fidemque, etiam ſub periclitatione fortu-
næ, vitæque, inculcant. Ut multis hanc in rem
hiſtoriarum, cuivis notiſſimarum, inductionibus,
opus haud ſit, cum vel hoc tempore aliis in lo-
cis, adverſus nos concitatæ, perduelliones, quo
fine tragœdiam novam impleverint, inſtar fabu-
læ, referri dignæ ſint. Quod ſupereſt, *DEVM*,
utique cordium omnium ſcrutatorem, obteſta-
mur, nobis nihil unquam antiquius fuiſſe, quàm
ut hoc in paſſu *Vngariæ* regnum à finitimi iſtius ho-
ſtis, nimirum *Turcorum* tyranni, faucibus eri-
peremus, in priſtinæ potentiæ, ac dignitatis, flo-
rem vindicaremus, ſimulque, poſt tot exanthla-
tas adverſitates, & tropica, in auream tranquilli-
tatem poſtliminio reduceremus.

Externa.

I.

Guſtavus-Adolphus, Rex Sueciæ, Mariam-Eleonoram, Marchioniſſam Brandeburgicam, matrimonio ſibi jungit.

Sub æſtate *Anni M. DC. XX. Guſtavus-Adolphus*, *Sueciæ Rex*, *Mariam Eleonoram*, *Georgii-Guilielmi*, *Marchionis Brandeburgici*, *Electoris*, ſororem, matrimonio ſibi junxit. Illa igitur, cum matre vidua illuſtrima, circà *Cal. Novembres*, in *Sueciam* movit. Ubi à *Rege*, ſub octodecim

equeſtrium cohortium, ac quinque mille peditum, conglomeratione, *Stochomliam* deduci, pactiſque nuptiis, regio more, ſolenniſſimis cum ceremoniis, coronari cœpit. Poſt coronationis actum, monetæ ex auro, argentoque, in populum ſparſæ ſunt. Quarum in medio manus è nubibus, coronam tenens, eminebat, ſub illis verbis: *A DEO DESTINATA.* Ex altera monetæ parte extabant hæc: *GVSTAVO-ADOLPHO REGI IVNGITVR MARIA-ELEONORA, REGINA SVECIAE, CORONATVR IV. Cal. Decembr. STOCHOLM.*

II.

Pluviæ cruentæ per Poloniam magnæ calamitatis indices.

HOc tempore per *Poloniam omina*, magnam calamitatem præſignificantia, notata ſunt. *Imber* enim *cruentus* præcipitatus eſt. Ut vel è tectis cruẽtationes deſtillarint. Unde, quę paulò poſt inſecuta ſunt, infortunia divinare licuit.

III.

Poſt Polonorum in Turciam invaſiones, Turcus concitat Tartaros, adeoque per fecialem Polonis bellum denunciat.

POſteaquàm *Poloni* ab aliquo tempore, *Turciam* infeſtantes, prædas, rapinaſque, convectaſſent, *Imperator Turcicus* aliquoties *Poloniæ Regem*, furori iſtorum ut mederetur, interpellavit. Cùm autem fruſtrà fuiſſet, nec *Poloni* acquieſcerent, *Turcus*, miſſo feciali, bellum *Regi* denunciari fecit. Interim, dùm exercitum domi parat, *Tartaros* concitavit, qui quadraginta millibus per *Moldaviam* in *Podoliam* irruentes impreſſionem fecerunt, tantâ excitatâ ſtrage, quanta ab hominum memoria vix eſt cognita. Gubernator provincialis, collectâ ex tempore trium millium manu, obviam quidem iſtis eduxit, ſed, coronâ cinctus, omnibus ad unum propè occiſis, vix quatuor cum miniſtris dilapſus eſt. Paulò antè *Poloniæ Rex* ſuppetias *Cæſari* contrà *Bohemos* ferre deſtinârat, ut eo nomine jam mille *Coſaggorum* in *Auſtriam* præverterent. Sed, cognitâ *Tartarorum*, *Turcorumque*, invaſionibus, *Rex* illicò equeſtres iſtas turmas revocavit, atque cum reliquo exercitu in hoſtes patriæ movere juſſit.

V.

Sigiſmundus, Poloniæ Rex, ob Turcorum denunciationem, Varſaviæ comitia indicit.

REigitur urgente, *Sigiſmundus*, *Rex Polonorum*, ad *III. Non. Novembr. Varſaviæ* comitia indixit. Poſtquàm interminationes *Turcicas* ad omnes antè regni præfecturas emiſiſſet. Capita, quibus de deliberandum erat, iſta proponebantur: Ad animos revocarent *Poloni*, quibus injuriis legatus regius à *Turcu*, *Tartariſque*, affectus, dimiſſuſque, eſſet. Præcipuè verò meminiſſent, ſibi rem eſſe eo cum hoſte, cuius tyrannis, ac potentia, tantùm non *Polonis* ſuperioribus, ſed toti orbi *Chriſtiano*, hactenùs fuiſſet intolerabilis. Qua de re non tantùm de mediis defenſionis, ſed etiam offenſionis, hoſtemque intrà *Turciam* invadendi, diſpicerent. Cùm *Polonorum* finitimi, *Vngari*, nimirum, poſthabitis pacis, ac tranſactionis, mediis omnibus, ſervitutem *Turcicã* deinduſtria affectarent, quieſque exſpectanda nulla eſſet, quouſque *Bethlenus* fureret. Arces ideóque finitimas, inprimis *Cracoviam*, præſidiis firmandas eſſe. Pariter rem ſeſe habere cum *Bohemis*. Qui: enim eſt, ſi proximus ardeat paries, qui propriis ædibus haud metuat? Eâdem operâ, quo pacto jus *Polonorum*, quod ipſis in *Sileſios* eſt, conſerva ri queat, deliberaretur. Iſtos enim in limitibu regni tantùm non milites alere, quod juribus re pugnet, ſed ſupina ex laſcivia litteras regias, un cum curſore, intercepiſſe, ac reſignaſſe, imm per *Poloniam* in nobiles limitaneos impetum feciſ ſe, eoſque ſpoliaſſe. Porrò induciis *Suecicis*, a exodium properantibus, diſpiciendum eſſe, qu pacto *Livonia* adverſus *Suecorum* invaſiones defen di quiret. *Ruthenis* etiam æmulis nihil æquè deſide rantibus, quàm ut *Polonia à Turcis* laceretur, con ſulerent *Proceres*, quid cum Provincia *Smolentze niana* agendum, ac quibus armis illa tutanda eſſe Neceſſarium igitur fore, ut de perpetuandis armo rum apparatibus, continuandiſque ſupplementi: ageretur.

V.

Turcorum, & Polonorum, conflictus.

PAulò poſt *Turci* cum nonaginta hominum mil libus in *Poloniam* moverunt. Quibus magnu regni *Cancellarius* cum duodecim hominum milli bus, obviàm proceſſit, feliciterque cum tant multitudine congreſſus ingentem intulit ſtragem victorque receſſit. Suadentibus interim *Poloni* copias noctu deducendas eſſe, quòd tantæ bar barorum colluviei progreſſu temporis reſiſtere fo ret impoſſibile, reſtitit *Cancellarius*, ſatiùs eſ arbitratus, ſpiritum inter arma impendere, quàr turpi fugâ, famam, vitamque, maculare. Id quo & ipſi pro voto accidit. Ubi enim tribuni quidam præ metu, aſſumptis aliquammultis cohortibu: dilaberentur, ille impedimentis caſtra munivi *Turciſque* ſe objecit. Mox militẽm eo è loco dedu cturus, *Polonos* in itinere in fugitivos ſuos inve ctos prædiſque dantes operam, ordineſque relin quentes, nulla, quamvis curiosâ, ac feriâ, admoni tione coërcere potuit. Hac re cognitâ *Turci*, veſti gia legentes, ingentibus agminibus ſuperveniun *Polonoſque* ad unum ferè omnes cædunt, fundunt que. *Cancellarii* truncus, abſque capite, à *Turcis* rec ſo, ac *Conſtantinopolim* miſſo, repertus, atque in *Po loniam* devectus eſt. Tanto per regnum ex hac clad ſuborto terrore, ut ferè, cum *Auguſto Imp.* olim cun exercitu *Varum* (prout eſt apud *Vellei. Paterculum* cæſum inclamante, *Rex* quiritare potuiſſet: *Cancel larie redde legiones.*

VI.

Poloni, novo exercitu inſtructi, Tartaros fun dunt, Turciamque populantur.

INterim *Rex* finitimorum *Regum* ope imploratâ novum, expeditumque, exercitum, ſub *Chotkibi* ti

ductore,inſtauravit. Quo in *Dacos*, ſive *Valachos*, ...ucente,duodecim *Tartarorum* millia , oportuno ...co intercepta,perierunt.Hoc ſucceſſu animati *Po-* ...*ni* contrà *Turcos* perrexerunt.Ex altera verò parte ...*ſaggi*,ad *Boſphorum Thracium* triremibus *Turcicis* in- ...rceptis, verſus *Byzantium* prædis , ac populatio- ...bus, operam dare , ac diverſas civitates expu- ...nare, cœperunt; *Turco* ad furorem uſque excan- ...ſcente,atque omnia ultima in iſtos tentante.

VII.

Regi Polonorum nex intentatur à ſicario.

...Ed notatu dignum eſt periculum,quod *Regi* in- ...tentatum eſt. Nam paulò poſt circà finem *No-* ...*mbris Polonorum Rex* in manifeſtum vitæ diſcri- ...en incidit. Et enim, magnâ *Procerum* comitante ...tervâ, ad ſacram ædem pergenti,*Regis* primoge- ...to cum dynaſtis quibuſdam ponè ſequente , ac ...ſcio quid aliud agente,ſive confabulante , ecce! ... angulo,ponè fores,irrumpens ſicarius, nomine ...*ſanſcius*,nobilis *Polonus*,dolabrâ *Polonica* ictum in- ...ntat,haud dubiè *Regē*,ſi licuiſſet,occiſurus. Quo ...u,ob capitis velamenta pellicea , haud fortiter ...preſſo, ac declinante,mox alterâ vice ſicarius i- ...um geminavit. Sed itidem fruſtrà. Plaga enim ... forium partem incidit,ità tamen,ut *Rex* in fron- ...ad tempora percuſſus, moribundo ſimilis , altâ ...ce,dulciſſimo D. & S.noſtri nomine prolato,ex- ...amaret. Undè *Proceres*,qui præibant, accurren- ...s,ſicarium proſtraverunt. Nec multùm aberat, ...in evaginatis enſibus oppidò interemiſſent. Niſi ...induſtriâ gravioribus pœnis , ac quæſtionibus, ...aluiſſent reſervare.Intereà, dùm cum ſicario res ..., *Rex*, ab acceptis plagis, vertigine prehendi,at- ...e in turba prolabi,cœpit. Qui mox à miniſtris ...vatus,atque in Sacellum proximum ad obligan- ...m vulnera, quorũ in capite alterũ, in dorſo verò ...erum,extabat, deportatus,eſt.Tanto exſurgen- ...à multitudine tumultu,ut *Regina*,paulò antè *Ora-* ...*rium* ingreſſa,præ conſternatione, animo defice- ...t,totaque urbs in mutuas digladiationes, cædeſ- ...ue,*Regem* interemptũ arbitrata,deſpumaret. Ita- ...e,quò tumultus ſedaretur,opera *Procerum*, ipſe- ...e *Rex*,è feneſtris proſpiciens,ac,ſe vivere,multi- ...dini confeſſus,intervenit.

Sicarius,in vincula redactus, tantùm abeſt , ut ...leris pœnitentiam egerit, ut magis , ſe fruſtrà ...ſſe,queſtus ſit.Undè,quæſtionibus ſubjectus,la- ...que ſententiâ, *IV.Cal.Decembr.* priùs ignitis forci- ...bus in pectore exceptus,mox,amputatis dextrâ, ...gitiſq; ſiniſtræ,admiſſis equis in partes diſcerptus ... Trunco, partibuſque,in cineres redactis, atq; ...r aërem diſperſis.

CAP. XV.

De Hiſpanici exercitus progreſſibus, atque Veteraviæ occupatione.

I.

Henricus Frid. Vranius,re infectâ , in Belgium regreditur.

Poſt varias intercurrentes actiones , antequàm huic libello colophonem imponamus,ad *Co-unitos* relabimur , progreſſus *Spinolæ* , ſive exercitus *Hiſpanici*, poſtliminiò inſpecturi.Poſtquàm igitur compertũ haberet *Henricus Vranius*,*Vnitos Principes* ſeriò haud agere,neq; *Spinolæ* curſum impedire velle , copiis *Anglicanis Horatio Veero* traditis, cum equeſtriũ manu ſuorum ad *Batavos* receſſit,quod dicitur , & ſudorem,ſe perdidiſſe,ratus.Tametſi enim,quod rumor tum ferebat,*Co-uniti* non unicâ occaſione opportuniſſimâ in *Hiſpanos* ire,eoſq; fundere, potuiſſent,nihilominus à *Ioachimo-Erneſto*, *Marchione Onolzſpaccenſi*,exercitus capite, nunc has, nunc illas, cauſſas,funiculi more,nectente,ut ajunt,prohibiti ſunt.*Hiſpanis* interim ſe ſubducentibus, rerumque magis magiſque potiuntibus.

II.

Hiſpani Veteraviam ſubjugant.

DIſcedente *Henrico Vranio*, *Vniti* militem deducunt, apud *Wormatiam*, atque in illis *Vangionum* finibus,hybernaturi. Idem ab *Hiſpanis* factum , *Spinola*,magnam *Palatinatus* partem,præcipuaſque civitates,inter exercitus ſui *Proceres* dividente.

Cùm igitur omnia illis in partibus,locíſque finitimis,parerent *Hiſpanis*,nemine impediente , quaquà lubitum erat,impunè ferebantur. Ne ergò vel *Veteravia*, (væ miſero *Palatinatui* nimis vicina) non pateretur manes quoque ſuos,ecce! circà exodium *Anni M. DC. XX. Erneſtus Iſenburgicus* , tribunus *Hiſpanus* , cum *Guilielmo Ferdinando Effernio* , legato , jubente *Spinola*, ad *Fridbergam* , *Veteraviæ* metropolim,duxit,oppidum , unà cum *Caſtro*, præſidio firmaturus. Quid agerent *Caſtrenſes*,equeſtris ordinis homines?quid ſenatus civicus ? An hi ſeſe opponerent illis , quibus quidem repugnare velle nefas videbatur?Itaque,pactis,pviiſque, certis conditionib.preſidium *Hiſpanicum* admitti coëgit. Pari lege cum *Vetzflaria*, *Gelnhuſa*, arce *Brunfelſana*,aliiſque oppidis adjacentibus, actum eſt. Tùm primùm quàm importuna , ac fœda bellum labes foret,regionibus illis addiſcentibus.

Externa.

I.

De Laniena Rhetica: quâ,ob Evangelicæ Religionis confeſſionem,aliquot hominum millia,per Rhetiam obtruncata.

Rhetica , confœderationis *Helveticæ* pars,inter *Alpes* locis munitiſſimis ſita, ab *Hiſpanis* , *Gallis* , *Venetiſque*, populis potentiſſimis adjacentibus, inſtar novæ nuptæ, improbè deſiderata , hactenus variis , iiſque graviſſimis , motibus obnoxia eſſe conſuevit. Incolæ, bellis

bellis, laboribuſque, & cœlo rigido, aſſueti, in arma, turbas, ſeditioneſque, plerumque proclives ſunt. A finitimis illis, ac contrariis, gentibus pecuniis, corruptionibuſque, identidem ſollicitati. Undè fit, ut in patriæ proditores (quorum apud illos larga meſſis) aut ſeverâ lege animadvertant, aut ſi profugos aſſequi non poſſint, eos proſcribant, exilioque mulctent. Imprimis v. iſtos inter *Religionis* diſcrimnatio crebras parere ſolet colliſiones. Ut haud raro hæc ſimultas in cædes, horribileſque lanienas, deſpumare comperta ſit. Poſteaquàm igitur, præeuntibus variis, atque acerbis, dividiis, *Catholici*, ità dicti, ſive *Pontificii*, in *Reformatos*, ſive *Evangelicos*, exardeſcentes, & in rabiem uſque efferati, in *Reformatorum* cædes, atque interitum, conjuraſſent, primùm globo facto *Anno M. DC. XIX.* ſub *Maio* menſe, in *Valle Tellina*, in templum armati impetum fecerunt, omneſque ſub concione congregatos *Evangelicos*, unà cum concionatore, miſerè trucidârunt. Hac ſævitia, ſive fuſo ſanguine, immaniores facti, cùm neque ampliùs magiſtratum, nedùm jura ſive divina, ſive humana, penſi haberent, conjurati, mediante campanarum ſonitu conclamare ſoliti, apud *Tiranum* porrò omnes *Reformatæ Religioni* addictos, nullo prorſus ſive ætatis, ſive ſexus, ſive dignitatis, ſive cognationis, ſive amicitiæ, ac vicinitatis, interveniente reſpectu, perque vias, perque domus, undique proſternere, ferire, præcipitare, lacerare, multiſque, atque inter *Chriſtianos* homines ferè inauditis, modis diſcerpere, atque excarnificare, perrexerunt. Quorum omnium nomina, factaque, execranda, ac pluſquam barbarica, ſigillatim referre, extrà inſtitutum eſt noſtrum.

Eadem horrenda, & miſerabilis, laniena, furore in dies accreſcente, manuque proſcriptorum in partes veniente, apud *Tellinos*, *Sonderſanos*, *Berbennenſes*, *Caſpanos*, *Trahonanos*, *Bruſios*, patrata eſt, multis, hominum millibus, ſub furioſorum carnificina, cadentibus, martyriique coronam reportantibus. Si qui *bullas Pontificum*, ac *Miſſæ* ſacrum, metu cædis, ſeſe recepturos profiterentur, illis tantùm rabies parcebat, carnificibus paſſim, inter cædes, illud ſucclamantibus: *Hæreticis non eſt ſervanda fides.*

Eò uſque autem cædes, ac lanienæ id genus nefandæ, ac penè *Gallicanis* illis *nuptiis* atrociores, per univerſam penè *Rhetiam* vires ſumpſerant, ut tametſi è confœderatis *Helvetiis*, *Tigurini*, ac *Bernates*, miſſis aliquot legionibus, furioſos coërcere laborârint, nihil tamen, aut parùm, effectum ſit conſpirantium globis loca quæque munitiſſima præoccupantibus, inſidentibuſque, tùm *Hiſpanorum* auxiliis prævalentibus, *Helvetiorumque* manipulos, ac tyrones, profligantibus. Ut tandem, re infecta, *Tigurini*, cum *Bernatibus*, militem, cum damno exceptum, revocare tenerentur.

II.

Prodigia, poſt Lanienam Rheticam, obſervata.

Poſt horrendam iſtam *Rheticam* lanienam, varia *prodigia* notari cœperunt. Apud *Tellinos*, & *Tyranenſes*, per ædem *Evangelicorum* vox toties audita eſt: *Væ, væ vobis! Vindicta divina, ob inſontis ſanguinis coëffuſionem, vobis ſuperveniet.*

In æde *Tyranenſi* eo ipſo tempore, quo parochus *Evangelicus* concionari erat ſolitus, campanæ ultrò nemine impellente, ſonitus dederunt, voce *Antonii Baſſi*, concionatoris, ibidem obtruncati, exaudità &c.

III.

Monetæ per Imperium auctio, atque adulteratio, notatu digna.

Hac tempeſtate, per univerſam *Germaniam*, *Monetæ*, inprimis argenteæ, tanta invaluit adulteratio, atque auctio, ut unico aureo, in immane pretium aucto, multa venum irent. Hoc pecuniarum contagio plus ipſis bellorum initiis paſſim injuriarum afferente.

Io. Pe

Io. Petri Lotichij

RERVM GERMANICARVM

LIBER VIII.

CAPVT I.

De Friderici Palatini, & Bethleni, ſuper rupta confœderatione, querelis, noviſque in armis præparationibus.

I.

ologeticus, pro Friderico Palatino, ſub Angli- cani cuiuſdam Equitis nomine, divulgatus.

POſt fatalem illam rerum *Bohemicarum* cataſtrophen, *Cæſareanis*, & *Catholicis*, ob victoriam glorioſã, exultantibus, *Friderıcus Palatinus*, cum ſuis, ob cladem acceptam, vulnuſque immedicabile *Cæſaris*, ac *Bavari*, armis inflictum, ſolum tere, ac tantùm non exulare, cœpit.

Prodiit eo tempore *Apologeticus*, in favorem *Fri- ci Pal. Regis*, ſub nomine *Anglicani* cuiuſdam *Equi- criptus*. In quo præfati *Palatini* ergà *Bohemos* lium, credulitas, fidelitas, rebuſque in agendis uſtria, ac ſapientia, commendantur, contrà *Bo- orum* inconſtantia, ſecuritas, ſuperbia, præſer- rebus inclinantibus infidelitas, moreſq; dege- es, damnantur. Quanquam igitur, inquit, juxtà *lianum* illud, conſilia non ab eventu, ſed ex ani- ide, penſiculanda, eveniant, *Bohemiſque* vitio i poſſit, quòd non, antè *Bavari* adventum, in *riam* eduxiſſent, copiaſque hoſtiles, antequam ntum exercitum confluere poſſent, fudiſſent, lominùs, ſepoſitis cauſſis illis ſecundis, ad cauſ- primam, *DEVM* nempè, reſpiciẽdum eſſe, mo- utique, qui *Bohemorum* faſtum, inſolentiam, a- ue vitia decumana, per *Cæſareanos*, *Bavaricoſque*, a ſub pœna, ac vindicta, coërcere voluiſſe, no- liter animadverſus ſit.

Narrat, *Fridericum Regem*, *Anhaltinumque Princi-*, tanquam vicarium, proregem, & rei militaris fectum ſupremum, longè antea cladem immi- tem divinaſſe, ſocordiamque *Bohemiæ Procerum*, ui neque de annona militari, neq; de apparatu armorum, neque de ſtipendiorum ſolutionibus, tribus utique apud exercitum requiſitis principalibus, debitam curam, ac ſolicitudinem, ad animum admitterent, prehendiſſe. Tametſi enim, curioſã *Regis* vigilantiã, ac ſedulitate, effectum ſit, ut regni *Proceres*, indicto conventu, de rebus neceſſariis, deliberare, ac determinare, cœperint, nihilominùs languore, ac ſupinã ſocordiã, rem potiùs extractã, quàm in effectum deductam, eſſe. A *Regis* partibus nihil unquam fidei, ſtudii, ac vigilantiæ intermiſſum eſſe, uſque eò, ut omnia cumulatè, atque optimã fide, præſtiterit, quæcunque unquam proviſiſſet anteà. Illum nempè è *Palatinatu* in *Bohemiam* apparatus bellicos, pluſquam ducenta florenorum millia pretiò æquantes, importaſſe, nempè ſeptem peditum millia, & mille ducentos equeſtrium, propriis ſumptibus conſcripſiſſe, ac florenis pluſquam octoginta millibus in ſingulos menſes numeratis, aluiſſe, nempè ter centum florenorum millia *Bohemis* mutuò dediſſe, ipſummet, in caſtra, & militiam, egreſſum eſſe, tantaque virtutis, ac fortitudinis, ſpecimina dediſſe, ut toties, regio quò parceret capiti, admoneri à ſuis cœperit. Interim *Bohemiæ Proceres*, tanquam ſub alta ſive pace, ſive victoriã, genio, conviviis, ac voluptatibus, vacaſſe, neque de commeatu, neque ſtipendiis, neque *Pragæ*, civitatis regiæ, communitione, ſolicitos fuiſſe. Immò complures coràm *Rege* externam obedientiam, intùs verò, atque in cute, vel promiſſionibus *Cæſareanorum*, vel cognatorum perſuaſionibus, inductos, proditionem, ac fraudem, foviſſe. Ut etiam, ſub ipſo conflictu *Pragenſi*, intrà urbem tripudiis, epulis, ac commeſſationibus, ſtrenuè litatum ſit. Inſuper, *Regem*, à *Bohemis* electum, ac vocatũ, electivo ſub regno, velut precariò regnaſſe, Procerib. nunc hîc, nunc illîc, privilegia,

legia, ac libertatem ſuam, allegantibus, nunc manifeſtè edictis, ac juſſis ipſius, refragantibus. Multos, ſicubi, *Rex* militatum iret ipſe, tunc demùm operas ſuas pollicitos eſſe, multos ſuper prærogativâ inter æquales cõtrovertiſſe, alios ſeſe protritè haberi, atque, à conſiliis ſecretioribus excludi, conqueſtos eſſe, paucos denique, *Regem*, in caſtra euntem, comitari cœpiſſe, vixque urbem egreſſos ad ſuos, atque ingenium, reverſos eſſe. Ad ſummam, quod inter cætera, rei militaris caput eſt, nullam inter militem diſciplinam, è defectu ſtipendiorum, rerumque aliarum neceſſariarum, ſervari potuiſſe, tantâ *Anhaltini* ſapientiâ, atq; induſtriâ, interveniente, ut abſque eo fuiſſet, jamdudùm res *Bohemicæ* conſiſtere non potuiſſent. Multos de *Bavaro* multa ſibi promiſiſſe, cui aut ex malitia pleraque, aut fatuitate, revelarint. Omnibus ferè de *Saxone*, in rem ſuam, optimè ſperantibus. Sed eventum omnia docuiſſe contraria.

Ad pugnam ipſam ubi deventum fuerat, addit, tantâ, ſicut aliâs, induſtriâ, ac circumſpectione, *Anhaltinum* fuiſſe uſum, ut tàm urbem *Pragenſem*, totius regni caput, communiret, quàm juxtà caſtra loco opportuniſſimo, munitiſſimoque, poneret. Sed militum prævaluiſſe faſtidia, novis ex itineribus defatigatorum, ut cùm *Anhaltinus*, rebus ſumma ſub experientia, ac prudentia, præparatis, certam victoriam ſibi promittere debuerit, milite inofficioſo, ac recalcitrante, uſus, è manibus victoriam, ſubintrante clade, perdiderit.

Vngaris igitur ne ad conflictum quidem pertingentibus, in primo ferè pugnæ limine, turmas equeſtres in fugam effuſas, reliquas legiones, ob ſtipendiorum defectus recalcitrantes, poſt ſe traxiſſe. Quæ ſicubi *Anhaltini* junioris, *Stirumii*, & *Stubenvolli*, tribunorum, virtutem, maſculam in hoſtes impreſſionem facientium, ſequi maluiſſent, certè victoriam, quam ſocordiâ ſuâ perdiderunt, ſub tãto duce, *Bohemi* reportare debuiſſent. Sed aliter erat in fatis. Tantâ igitur clade acceptâ, quid faceret *Fridericus Rex*? Anne penès eos maneret, fortunâ ac victoriâ in partes *Cæſaris* inclinante, apud quos, rebus adhuc integris, ac florentibus, vix ſecurus eſſe poterat? Scilicet *Bohemi*, ubi *Fridericum Electorem* in *Regem* eligerent, & vocarent, ſanctiſſimè compromittebant, ſeſe ad unum omnes, tàm fortunas omnes, quàm ſpiritum, vitamque, pro *Rege* ſuo, in omnem eventum, profuſuros eſſe. An verò hoc ab illis præſtitum? Certè, quicquid in tanti criminis purgationẽ afferre voluerint *Bohemiæ Proceres*, perjurii reatu ſe ſe nunquam, dùm *Bohemia* erit, exonerare poterunt, quòd, fortunâ *Regis* inclinante, etiam fidem, illi datam, inclinârint, fregerintque, omniq; operâ, ac ſtudio, cum *Cæſare* victore in gratiã reverti enixiſſimè flagitârint. Quid ergò aliud faceret *Fridericus Rex*, quàm quòd fecit, atque hûc in *Sileſios* emigravit, cùm tantùm non à domeſticis eſſet proditus, tantùm non contraditus? Illa igitur innocentia *Friderici Regis*, illa magis in rem publicam, quàm privatam, animi propenſio, (addit) me conſolatur, ut confidam, *DEVM*, poſt *Bohemos* in ordinem, ob faſtum, ac ſocordiam, redactos, ad animi illius piam intentionem reſpecturum, meliorique deinceps fortunâ mactaturum, eſſe. Atque hucuſque ferè *Apologeticus* ille.

II.

Fridericus Palatinus Bethlenum confœderati- nis, ac conſtantiæ, admonet: promittitque n vum exercitum.

INtereà *Fridericus Palatinus*, poſt infelicem illa
pugnam *Pragenſem*, ubi in *Sileſios* ſe ſubduxiſſe
atque indè ulteriùs in *Marchionatum Brandeburgicu*
ſecedens, *Belgium*, tanquam exilii portum, peterc
comperit, non tantùm *Bohemos*, non tantùm etia
Moravos, ad *Cæſarem* defeciſſe, ſed inſuper *Sileſ*
quoque, pacta cum *Saxoniæ Electore* tranſactione,
partes tranſiiſſe. Rebus igitur tametſi anguſtis,
perturbatis, penè omnibus, *Bohemiæ* curã nondù
omnem depoſuit, ſed, quò jam magis injuriam,
perfidiam, ſive *Bohemorum*, ſive *Sileſiorum*, ſibi illat
vindicare, quàm *Cæſari* reſiſtere, poſſet, medit
viſus eſt. Qua de re, fortunam, ac credulitatem, ſ
accuſans, *Bethlenum*, qui inter tot confœderatos
nicè adhuc in armis obluctabatur, conſtantiæ,
mutuæ confœderationis, ſub his verbis, admone
cœpit: Quanto maximo dolore, inquit, ob jactu
ſuam apud *Bohemos* modò perpeſſam, tùm patrin
nii ſui, *Palatinæ* nempè regionis, periclitatione
afficeretur, *DEO* inprimis, cordium ſcrutatori
mniſcio, notiſſimum eſſe, tùm *Bethleno* dijudicand
relinquere. Poſtquàm enim, cum comitatu ſu
ſub exodium *Anni M.DC.XX.* è *Sileſia* in *Marchion*
tum, bellum quò poſtliminiò præpararet, ac rec
queret, ſeceſſiſſet, nihil aliud ſibi in mentem ven
ſe, quàm *Sileſios*, ſubditos ſuos, tantùm non hom
gii, ſibi, utique *Regi*, ac magiſtratui, præpoſito, pr
ſtiti, ſed etiam pactæ, ac ſancitæ, mutuæ confœd
rationis, memores futuros, fideque, ac ſacrament
nihil prius habituros, eſſe. Nihilominùs certò
erudiri cœpiſſe, quàm illi, nempè *Sileſii*, pietatis,
deique, ac pudoris, turpiter obliti, ſe invito, atq
inſcio, *Saxoniæ Electori*, nomine *Cæſaris*, cervices ſu
miſiſſent, certiſque ſub conditionibus, *Cæſari*
conciliati eſſent. Iſtos igitur, more *Moravorum*, pa
paſſu perjurorum, ac perfidorum, non urgen
adeò magna, atque evidenti, neceſſitate, cùm fo
tuna vultum, fidemque, mutaſſe, perjuriique, c
men, quo non inter *Chriſtianos* eſſet atrocius, ac fo
dius, ullum, commiſiſſe, ut ob ſummam, atque
normem, iſthanc perfidiam, *DEI* vindicis manu
atque indignationem, effugere haud debeant.

Quanquam autem nihil magis in votis hacten
habuerit, quàm ut aurea, totque precibus, ac ſuſp
riis, deſiderata, à multis verò ſanguinariis homin
bus oppreſſa, pax, poſtliminiò in *Germaniam* p
triam, quæ jam nihil niſi bella, ac prælia, ſpiret, r
duci, ibidemq; radices agere, ac refloreſcere, que
ex adverſo civilibus id genus bellis, furoribus, c
dibus, rapinis, regionum everſionibus, expilation
bus, ſtupris, inceſtibus, infanticidiis, atque id gen
malis ſexcentis, miſſio dari, atque ſelectus ille *Poe*
verſiculus (quem hîc integro ſub diſticho, redd
re placuit) locum habere, ſuſtineat:

Redde tuis almam tandem, Pater optime, pacem!
Et proculà noſtris finibus arma fuga!

nihiloſecius ſiquidem ità divinâ providentiâ o
dinatum ſit, ut modò non *Bohemiæ* regnum ſuu
ur

à cum adjunctis provinciis , ſed etiam *Electora-*
n , ac proprium patrimonium , ultricibus ar-
s poſtliminiò in poteſtatem redigere teneatur,
que ſe legi divinæ meritò parére , in eoque
um eſſe , quò arma , paulùm ſequeſtrata,
ſſumere , perjuroſque id genus ſubditos ſuos
ie , ac ferro , coërcere , atque ad obedien-
m priſtinam reducere , quitus ſit. Cùm e-
n præſens tempeſtas ſecùs non ſit comparata,
àm ut in armis jus ſummum quæratur , ſe
oque , *DEO* duce , cogitare de mediis , qui-
s regnum , cum provinciis , armis , ac perfi-
, ablatum , patrimonium *Hiſpanorum* tyran-
le interceptum , afflictumque, armis victri-
us recuperare , armis *Palatinatum* è faucibus
panorum , atque *Auſtriacorum* , eripere, juxta-
e *Religionem Chriſtianam* puram , veramque,
nis vindicare, atque aſſerere , rem utique o-
ibus *Chriſtianis Principibus* æmulandam , atque
ipſa poſteritate deprædicandam,evaleat.

Quam in rem , omni induſtriâ , cùm *DEI* be-
dictione, multorumque *Regum* , ac *Principum*,
tentiſſimorum , auxiliis , adjutus , incum-
: , rectà ſe *Bethlenum* interpellare , atque exo-
e,ille,pro fide,atque amicitiâ , hactenùs utrin-
e ſine fuco , ac nævo , ſociatâ, hoc tàm neceſ-
io tempore, tàm conſilio , quàm re , ipſaque o-
â , obviàm moveret. Ut ſub hoc ſymbolo,
ceræ , illibatæque fidei , ac fœderis , pignore
que certiſſimo , amiciſſimi , ac confœderati,
ncipis conſtantiam (ſuper qua quidem dubitare
il velit) deprehendere liceat. Iret igitur *Beth-*
us, atque omnibus,quod ajunt,copiis per *Vnga-*
m bellum contrà *Cæſarem* reſtauraret , quò ità
ſtriam,Stiriam,ac Carinthiam , vaſtari, *Moraviam*
ò , & *Sileſiam*, perfidiæ pœnas dare , uſu ve-
t.

Sibi jam tùm,ope,& auxiliis , *Angliæ* , *Daniæque*,
ùm , *Principumque inferioris Saxoniæ*, exercitum
: , ad viginti hominum millia excurrentem. Ut
otidie hunc numerum augere, atque amplifica-
velit. Eo ſeſe , inter unius , atque alterius,
nſis ſpatium , in *Bohemiam* moturum eſſe , ubi
tùm *Mansfeldius* , partibus ſuis impendiò fa-
is, & fidelis, cùm mitite loca idonea inſideret,
niaque , in exercitus huius adventum,præpa-
et. Recuperatâ itaque *Bohemia* , *Batavorum* , ac
unitorum Principum , ſubſidiis , ſeſe quantò o-
s *Palatinatum*, è faucibus *Hiſpanorum* erepturum,
ue priſtinam libertatem vindicaturum.

Quæ quò tàm feliciter in effectum duci poſſint,
àm fideliter,ac ſeriò,ſuſcepta ſint , ecce ! denuò
Bethlenum per *Chriſtianam Religionem* , atque o-
ia ſacra, obteſtari enixiſſimè, ille conſiliis, vi-
uſque , omnibus in rem communem collatis,
ue adductis , hoc ageret,quò maculam, non ſi-
damno , apud *Bohemos* acceptam , eluere,ſe,po-
roſque ſuos , in vera *Religione* tutari , adeóque è
annide *Hiſpanorum*, *Auſtriacorumque* , atque in li-
tate ponere,ſufficiat.

III.

thleni,ad confœderatos ſuos,pro ſe,& Frid. Pa-
latino,exhortatoria.

NOn deſtitit autem ipſe *Bethlenus* , poſtquam
fœdam illam apud *Pragam* ſociorum cladem
intellexiſſet, confœderatos animare , eiſque tàm fœderis ſanctitudinem , quàm conſtantiæ fidem, inculcare,ſequentibus.

Gabriel, DEI gratia, electus *Vngariæ Rex* , &c. Verborum non ſatis nobis eſt,inquit,quibus dolorem, ob cladem ſociorum, confœderatorumque , noſtrorum,apud *Pragam* acceptam,conteſtari , litteriſque exprimere,queamus. Siquidem autem hoc flagellum,peccatis noſtris debitum, à *DEO* immittatur,partium erit noſtrarum,non modò hanc calamitatem patienter ferre, ſed etiam gratis animis recognoſcere. Sub ſpe hac in dubiâ , *DEVM* deinceps hanc pœnam clementer leniturum , hoſtium cupiditatibus habenas injecturum,electis ſuis majorem, atque ferre poſſint , perſecutionem haud quidem immiſſurum,eſſe.

Ne autem animum his in adverſis abiicianus, ſed reaſſumentes laceſſentibus fortiter obviàm eamus,nos,eum in finem, *Zachariam Starzerum*, *Ordinum Auſtriæ inferioris* , atque aulæ noſtræ, legatum, mittimus,ille vobis omnibus animos adderet , juxtaque confirmaret,nos neque rebus ſecundis, neque adverſis,à pacta mutua confœderatione,vel latum unguem receſſuros eſſe. Ille, quàm exercitus noſter hucuſque nobis conſervatus ſit , & jam in procinctu,in hoſtes moturus, exiſtat , ſimulátque aliundè nobis copias uberiores contrahere facilè ſit,vos erudiet.

Hæc,atque alia,tàm neceſſaria , quàm utilia,in rem præſentem præfatus ille coràm vobis exponet. Cui ut fidem habeatis,& quantò ocius,reſponſo idoneo inſtructum,remittatis,æquum fuerit.

Inprimis, & antè omnia,ſeriò vos,atque amicè, exhortamur,perque fidem veræ *Religionis* rogamus, ne,intuitu præſentis infortunii,ſumptuumq; haud exiguorum,à fœdere,ac conjunctione, diſcedatis, ſed,pro fide , ac confeſſione , more *Chriſtianorum*, conſtanter , uſque ad ultimam ſanguinis ſtillam, depugnetis. Sub ſpe firmiſſima,eum,qui corda noſtra,ob peccata propria,ſauciavit, vuln' iſtud oleo infinitæ ſuæ miſericordiæ obligaturum, acceptâq; triſtitiam in gaudium commutaturum eſſe.

Secundùm hæc,celare non poſſumus,exercitum noſtrum jam tùm *Moraviæ* finibus imminere. Eo fine,ut ſi fors hoſtes ſive in nos,ſive in *Moravos*, movere comperiantur,iſtis obviàm occurramus.

Ut autem hæc intentio noſtra in ſperatum effectum deduci poſſit,etiam atque etiam,impendiò à vobis cōtẽdimus, nobis, confœderatiſque noſtris, defectu *Germani* militis laborantibus,ad minimum copiarum pedeſtrium legionem,cum decem cataphractorum millibus,ſubmittere maturetis. Non vanâ ſpe nitimur,præſens gelu, *brumamque*, noſtro inſtituto multum commodi , ex adverſo hoſtibus damni,illaturam eſſe. Itaque conſultum erit,eò omnia noſtra conſilia,operaſque,dirigere , ut nullis ſociorum,confœderatorumque,partibus, abſque alterius conſenſu,aliquid deſignare liceat, quò ità actionum noſtrarum principium felix,medium felicius , exitus denique feliciſſimus excipere ſuſtineant.

Hæc nunc conſilia , atque inſtituta , noſtra an vobis diſplicere queant , trutinare , & quid nobis ſperãdum ſit,lege pactę cõfœderationis,ſignificare quàm primùm,velitis. In nobis mora non erit ulla. Ut ea,quæ cauſſæ noſtræ caput reſpiciunt , ac

provehere poſſunt, in effectum deducere geſtiamus.

IV.

Bethlenus coronam, atque inſignia, Vngariæ, è Presburgo aliò transfert.

ILlis *Bethleni* litteris, illa legatione, parum effectum eſt. *Confœderati* enim partim jam tùm *Cæſari* cervices ſubmiſerant, partim felicitate, ac victoriâ *Cæſaris* confuſi, rebus ſuis metuebant, partim denique actionum prægreſſarum pœnitentiam emendantes, ad *Cæſaris* gratiam, reconciliationemque, anhelabant. Quòd itaque *Bethlenus* non ſatis *Presburgo* crederet, coronam, cæteraque *Vngariæ* regni inſignia, indè *Altenſolium* transferri juſſit. Intereà, *Henricum Matthæum Turrianum* illum copiis *Vngaricis* præficiens, omni operâ, adverſus *Cæſarem* bellum reſtaurabat.

V.

Bethleni ad Maravos criminatoriæ.

CÆterùm, ubi, *Moravos* ad *Cæſarem* defeciſſe, idẽ *Bethlenus* cognitum habuit, *VI. Id. Ianuar. Anno M.DC.XXI.* non ſine indignatione, hiſce ad illos dedit: Nunquam ſe neque credere, multò minùs ſperare, potuiſſe, provinciam, populoſque, Chriſtianam religionem profitentes, eò perfidiæ delapſos eſſe, ut more ferè in audito, fidem, mediante juramento, *DEO*, *Chriſtianiſque Regibus*, ac *Principibus*, datam, abſque urgentis, ac legitimæ, cauſæ interventu, turpiter violare, fœdus rumpere, ac ſe, ſuoſque poſteros, fœdo perjurii, ac perfidiæ, crimine contaminare, auſi ſint. Id nunc crimen graviſſimum complures, ac præcipuos, *Moraviæ Proceres* patraſſe, jurisjurandi ſui, quo quidem ſanctæ confœderationis in verba juraſſent, turpiter oblivìſci, ut etiam ſponte, atque ultrò, hoſtibus deditionem offerant, immò verò conjunctis viribus, armis, ac ſumptibus, iſtos iuvent, confœderatoſq; vice verſa ſuos reipsâ oppugnent. Illud facinus tàm enorme, atque horrendum, eſſe, ut nullo colore palliari queat. Maximè, cùm *Bethlenus* omni fide, ac ſedulitate, iſtis ſuccurrere annìſus ſit, jamque cum exercitu, abundè inſtructo, in libertatem vindicare, èque hoſtium faucibus eripere, propoſuerit.

Ut ut autem à *Cæſare* ad confœderatos reſilire nolint, certè, hoc indè difficulter haud ſe colligere, ſapientiam virorum, & qui in futurum proſpicere poſſint, penuriâ iſtos laborare. Alioquin hoc nunquam uſuvenire potuiſſe. Ut ut autem ſit, *DEVM* omni operâ conjunctis votis orarent, quò inter *Cæſarem*, hocque *Vngariæ* regnum, propediem commodè transigi poſſit. Alioquin, ſi ſecùs accidat, propediem, quo loco perjurium, ac perfidia, eſſe debeat, ſe interveniente, experturos. De cæteris, quæ in militum ſtipendia, ex pacto, deberent, *Moravi*, ſumptibus, itidem darent operam, ut quàm primùm ſummam illam penderent. Niſi ſe cum exercitu, intrà provinciæ fines, quàm maturrimè exſpectare mavelint.

CAP. II.

Mansfeldius Friderici Palatini res perditas, ac labantes, reſtaurare conatur.

I.

Mansfeldius abſentis Friderici Palatini partes tuetur.

VEluti magno ædificio aliquo conflagrante, tametſi incendia aquis interfuſis, vel ipsâ ſive domo, ſive inſulâ corruente, tandem delentur, nihilo ſeciùs tamen, finito licet incendio plures per dies æſtuantes adhuc cineres notare eſt cujuſmodi ſucceſſivâ denique operâ de novo extinguendi veniunt: ità ferè cum *Friderico Palatino*, ejuſque caſu, eveniſſe, videri poteſt. Ille enim cùm non modò potens, ſed etiam inter ſuos magnæ eſſet autoritatis, *Princeps*, ut etiam *Regibus* ſummiſque Magnatibus, cognatione foret junctus, tametſi caſum feciſſet, ingentem, non tamen prorſus ita defecit, ut non reſurgere, bellique, infelicem ſibi, ſuiſque, aleam retentare, vellet. Sicut igitur neque *Magnates* deerant, qui, ſuper clade acceptâ eum cõſolarentur, atque in ſpem erigerent, pariter, è militum ductoribus, ſuperfuerunt, qui, rebus licet anguſtis, conſtanter adhærentes, tantùm non *Bohemiæ* regni recuperationem ipſi promitterent. I[n] quibus cùm facilè primas teneret *Erneſtus Mansfeldius*, cæteris ferè, poſt deditam *Pragam*, civitatibus circuliſque, omnibus, ad *Cæſaris* obedientiam redeuntibus, hic *Pilſenam*, & *Thaborinum*, pro *Rege* ſuo reſervavit, convectatiſque intrò neceſſariis, obſidionem ſuſtinere & velle, & poſſe, præ ſe tulit.

II.

Cæſareani Mansfeldium pecuniis propoſitis tentant, an è Bohemia exire velit.

E *Pilſena* igitur *Mansfeldio* rerum potiente, atqu[e] in finitima loca ferro, igne, inprimis prædis, a[c] populationibus, graſſante, evenit, ut *Cæſareani*, tùm fortitudinem, tùm militares artes, ſive ſtratagemata, hominis formidantes, cùm armis cum eo experiri grave eſſet, auro eum tentarent, propoſitaqu[e] ingenti pecuniæ ſummâ, ſi è *Bohemiæ* finibus militem deducere vellet, licitarentur. Simulavit ergò tanquam vellet. Vndè aliquot ſeptimanarum in[...] duciæ pactæ, atque extractæ. Exindè, ad ingeniun[...] reverſus, *Cæſareanoſque* ſpe conceptâ fruſtratus *Mansfeldius*, finitimis complanatis oppidis, in mul[...] tos equeſtres, & dynaſtas, eò, quòd à *Friderico Reg[e]*

defe

:feciſſent, acriter animadvertitit. Nec ſic acquie-ens, *Schlackenvaldam*, & *Tachaviam*, *Bohemiæ* oppi-ı, expugnavit. Modicique temporis progreſſu s vires corraſit, paſſimque, jam à *Friderico*, *Rege* o, copiarum *Marſchallus* declaratus, loca finitima :actionibus, populationibuſque, exhauſit, ut jam m *Pragæ*, mox intercipiendæ, minari occi-:ret.

III.

:rdinandus Imp. in caput Mansfeldii, ingen-tem pecuniarum ſummam, decernit.

)Oſteaquàm igitur *Mansfeldius* neque auro, ne-dùm armis, facilè expugnari poſſet, *Cæſar*, ab eo ıſus, quò *Bohemiæ* depopulationibus mederetur, gentem pecuniarum ſummam in caput *Mansfeldii* crevit, illi, qui vivum interciperet, centum flore-›rum millibus, qui verò cæſi, ac mortui, caput af-:ret, decem millibus, præmii loco, propoſitis.

IV.

ihilominùs Mansfeldius, Cæſaris minas parum veritus, rapinis, atque per Bohemiam exactio-nibus, dat operam.

Ed *Mansfeldius*, inſuper habitis *Cæſaris* intermi-nationibus, per omnem *Tachavienſium* circulum, eſque, exactionibus rem ſtrenuè egit. Ut in-læ, modò ferrum, ignemque, declinare poſſent, ınia ultima in eum conferrent, &, niſi promptè cuniis omnia redimerent, militum expilationi-s, ac libidini, exponerentur. Et, licet *Cæſareani* › circulo *Elnbogiano*, pariter rapinis, ſpoliiſque, o-ıia infeſtarent, nihilominùs illis ſub tractibus *ınsfeldiani* reflorеſcere, nuncque *Cæſareanorum*, nc *Polonorum*, turmas perſequi, ac fundere, ſunt ımadverſi. Indè *Ruppaviam*, indè *Dopelium*, in-ıdiis perdentes, *Schlackenvaldam* moverunt. ıæ civitas, ne ultima omnia experiretur, pe-ıiis intervenientibus, ſe ab interitu redemit. lè porrò *Schlackenvertham*, indè *Elnbogium*, at-: in *Vallem Ioachimicam*, educentes, finitima lo-ſubjugare, prædiſque pingueſcere, perrexêre.

V.

ſareani, loca quædam, à Mansfeldio intercepta, recuperant.

A *Mansfeldiorum* debacchatio cùm ad aures *'Maximiliani, Bavariæ Ducis*, perveniſſet, quin-: millia, tàm equeſtris, quàm pedeſtris, arma-æ, militum in *Bohemiam* direxit. Quibus bis le è *Praga*, unà cum tormentis, apparatuque lico, acceſsêre. His igitur copiis, certis ſub tri-ıis, in *Mansfeldianos* moventibus, accidit, ut par-e corum cæsâ, *Tachavia*, *Schlackenvalda*, aliæ-que civitates, denuò expugna-rentur.

***

VI.

Egra deditur Cæſari. Omniaque Pragæ, antehac à Friderico Palatino acta, ſive in foro iudica-ta, reſcinduntur & abolentur.

INtereà, interpellante *Saxoniæ Electore*, *Egra* civi-tas ad obedientiam, gremiumque, *Imperatoris* ſe-ſe recepit, præſidio tàm equeſtri intra urbem, quàm peditibus in ſuburbanum, adimiſſis.

Eo tempore *Pragæ*, publicatis, affixiſque codicil-lis, omnia illa, quæcunque ab & ſub *Friderico Palati-no*, acta, deliberata, atque in cauſſis forenſibus de-creta fuiſſent, abrogabantur, & annihilabantur. Ut ſic vel veſtigia hoſtica, ultimè exoſa, è medio tol-lerentur.

CAP. III.

A Cæſare Fridericus Palatinus, Io. Georgius Brandeburgicus, Chriſtianus Anhaltinus, Georg. Fridericus Hohenloius, &c. banni, ac proſcriptionis, fulmine feriuntur.

I.

Fridericus Palatinus, tametſi victus, arma reco-quit. Ideoque, unà cum cæteris, à Cæſare pro-ſcribitur.

HActenùs *Ferdinando Imp.* circiter vi-ctoriam res fuit. Iam de victis agi-tur. Quòd igitur *Fridericus Palati-nus*, apud *Pragam* victus, fugatuſq;, nihilominùs in armis ultricibus in-ſurgeret, ac denuò novas præpararet verſus *Bohe-miam* copias, operæ pretium ſe facturum ratus *Fer-dinandus Imp.* ſi, interveniente banni fulmine, ac proſcriptione, in eum, ſocioſque, animadverteret, unoque velut ictu, ſive telo, conatus ipſius retunde-ret. Proſcriptionis formula in *Palatinum* detorta, paſſimque per *Imperium* affixis diplomatibus publi-cata, talis erat:

Ferdinandus &c. Iam tandem per omnes *Imperii Rom.* provincias, regna, populos, genteſque exteras, finitimas, diſſitaſque, undique propalàm innotuit,

quæ fœda rebellio, ſuperiori *Anno M. DC.XVII.* imperante *Matthia, Cæſare Auguſto*, parente, ac patruo, noſtro, felicis recordationis, dulciſſimo, hæreditarium noſtrum *Bohemiæ* regnum, *Imperii* hujus præcipuum *Electoratum*, invaſerit, in reliquaſque adhærentes provincias, propagari cœperit. Quibuſque curis, ac ſolicitudinibus, pro extinguendo hoc civili incendio, vindicandis ab interitu tot regionibus, ſubditiſque, tùm *Matthias Imp.* uſus, etiam *Electoribus* certis, hoc urgentibus, (quo in numero *Fridericus* ille *Palatinus* inter primos extitit) tanquam arbitris, ac mediatoribus, huius litis inſpectionem, deciſionemque, commiſerit, rebelleſque, pœnitẽtiam emendantes, atque ad obedientiam debitam redeuntes, in gratiam poſtliminiò admittere decreverit. Poſtquàm verò præfatus *Matthias Imp.* antequàm hæc res ad effectum ſpectaret, humanis exceſſiſſet, regni *Bohemiæ*, ſociarumque provinciarũ, ſucceſſio, ac faſces, ad nos, tanquam, illo adhucdùm vivente, atque imperante, *Bohemiæ Regem*, atque *Electorem*, ordine admiſſum, coronatum, unctum, approbatumque, legitimè devoluti eſſent, ut hac ſub totius *Imperii* approbatione ad comitia, *Francofurti* indicta, pro ſubſtituendo novo *Imperatore*, ex lege *Carolina*, nos ordine vocari, ab omnibus *Imperii Electoribus*, ipſiuſque *Palatini*, utique *Electoris*, cõſiliariis, ac legatis, recognoſci, ad electionis actum admitti, in conclave, ſeſſionem, ac ſuffragia, recipi, poſteaque, divinâ moderante providentiâ, ad faſtigium *Romani Imperatoris*, unanimi omnium *Electorũ*, *legatorumque*, de conſenſu, extolli, in *Imperatorem* eligi, proclamari, ac ſolenniſſimis cum ceremoniis inaugurari, uſuvenerit. Utique pro declarandâ paternâ, ac pacificâ, noſtrâ animi propenſione, reducendâ pace, atque animorum exulceratorum ferruminatione, nihil nobis antiquiꝰ, nihil prius, fuit, quàm ut *Bohemiæ* regni *dynaſtis*, ſubditiſque, more recepto, quæcunque illis, olim, atque nuper, indulta, privilegia, jura, immunitates, litteraſque, dictas *Maieſtaticas*, confirmaremus, eaque omnia, quæ à *Rege* requiruntur, data induſtriâ impleremus. Atque, ut prorſus nihil invidia in nobis deſiderare quita eſſet, univerſo tùm, apud *Francofurtum*, *Electorali* collegio, ſeriis illud verbis flagitanti, complacitam illam nuper *Matthiæ Imp.* compoſitionem, reaſſumentes libenter detulimus, tametſi ea, quæ ſub *Matthia Imp.* nata eſſet perduellio, ad nos non pertineret, ut etiam manum iſtis motibus ſubtraxerimus, ut etiam inducias copiis noſtris indixerimus, etiam amabilia reconciliationis media amplexi ſimus, etiam collegio *Electorali* omnem ex æquo, bonoque, tranſigendi poteſtatem tàm ore, quàm ſcripto, comprehenſam, ilicet fecerimus.

Tametſi ergò nihil omninò dubitaremus, quàm ut hæc cauſſæ *Bohemicæ* ventilatio quàmprimum ab univerſis *Septemviris*, ipſoque *Palatino*, id ipſum etiam atque etiam requirentibus, in actum deducenda eſſet, quo fine tùm quidem ab *Electorali* collegio conceptis litteris id ipſum inſtitutum *Bohemiæ* regni dynaſtis, ac ſubditis, noſtris, ſignificatum eſt, illi, nempè ſub *Anno M. DC. XIX. XII. Cal. Septembr. Ratiſponam* emitterent, communique tranſactionis diætæ, ibidem indictæ, adeſſent. Nihilominùs, contrà omnem expectationem noſtram, accidit, omnibuſque per *Chriſtianam* orbitam innotuit, eo ipſo tempore, cùm ad *Imperii* hujus excelſitatem eveheremur, tùm *Bohemiæ* perduelles, j diu clàm agitatas, machinas, juramenti nobis præ ſtiti, juriumque omnium, tàm divinorum, quàn humanorum, omnis fidei, pietatiſque, immò leg *Carolinarum*, conſtitutionum fundamentalium, pa triarumque, omnium, turpiter oblitos, cum *Frideri co Palatino*, coxiſſe, eundemque, prorſus illicito, no vo, barbaricoque, more, atque impetu, in *Bohemi Regem*, de facto, deſignaſſe, elegiſſe, vocaſſe, & co ronaſſe. Quæ res cùm tàm à *Bohemis* perduellibus in noſtram, regiæque noſtræ familiæ, contumeliã diffamationem, detrimentumque, vergat, tùm *Palatino*, perduellionis duce, ac capite, non tàm ap probata, quàm fomentata, ac ſuſcitata, fuerit, nec iſti perduelles hunc eligere, ac vocare, reformida runt, neque hic perduellibus favere, ac parére, con traque *Cæſarem*, ac dominum, ſuum, inſurgere, vul tuſque elevare, erubuit. Tantùm enim non iſte *Regis* titulum, injuſtè illegitiméque oblatum, non re jecit, ſed acceptavit, ſed, loco arbitri, ac mediatori in hoſtem ſe transformavit, ſed in *Bohemiam Diis*, o mnibus, ut ajunt, iratis, infauſtiſq; auſpiciis, veni poſſeſſiones noſtras turbavit, contrà omnes *Imperi* gentium, jurium, atque humanitatis, leges, regnũ provinciaſque, intercepit, adeóque ne unquà quidem, niſi armis victricibus coactus, reddere co gitavit.

Eo ipſo igitur cùm tantùm non perduelliũ cau ſam, quam ipſe anteà, inter cæteros *Electores*, com ponere annitus erat, apprôbârit, ſed ipſum ſeſe an teſignanum, ducem, caputque, perduellionis præ buerit, arma, injuſtæque cõſpirationis defenſioné adverſum nos ſuſceperit, per vim poſſeſſionem oc cupatam tueri voluerit, in *Auſtriacas* noſtras hære ditarias, ac patrimoniales, provincias porrò hoſti les impreſſiones fecerit, cùm aliis quibuſdã *Imperi Principibus*, ac *Comitibus*, complicibus utique ſuis perduellium copias in nos converterit, adeóq; re giam noſtram urbem *Viennenſem*, in conſpectu no ſtro, coronâ invadere, aliaque id genus plurima, i noſtri contemptum, detrimentumque, vergentia patrare, non ſit verecundatus, certè, nos eam in ne ceſſitatem conjecit, ea media, & quidem violenta, nobis extorſit, quibus, ſi licuiſſet, ſuperſedere ma luiſſemus.

Putaret quiſpiã, hæc, quæ relata ſunt, abundè pro deteſtanda *Palatini* laſcivia, ſuppetere. Sed neq minora, neq; minùs abominanda, quæ iſte machi natus eſt, ſuperſunt. Nempè iſte porrò *Palatinus*, ci perduellium manipulis, contrà nos, tanquam *Cæſa rem*, *Regem*, ac dominum, ſuum, apertè cõjurare, no xias, ac ſuſpectas, confœderationes, inire, immò *Turcis*, œcumenicis illis *Chriſtiani* ſanguinis hoſtibꝰ regna, ac provincias noſtras, *Rom. Imperii* muros vi del. & propugnacula, obiicere, ac prodere, non du bitavit.

Quem in modum autem tantùm non initiò, re bus adhuc ſecundis, in noſtri, tanquam *Cæſaris*, a domini ſui, ſupinum contemptum, ac contume liam, copias perduellium educere, regnum, & pro vincias, intercipere, armiſque, ac machinis nefan dis, furorem ſuum propugnare, conatus eſt: hau ſecùs, ubi, juſto *DEI* judicio, apud *Pragam* à nobis vi ctus, turpemque in fugam conjectus eſt, nihilomi nùs minimè ceſſavit ad ingenium redire, loca qua dam per *Bohemiam* noſtram præſidiis firmare, nova

machi-

achinas,fraudeſque,agitare,per Provinciam no-:am,Sileſiam,conventus indicere, perduelles de ›vo commaſculare,ab illis,adverſum nos, opem, que auxilia,erogare, in nos verbis injurius eſſe, ctoque ipſo titulum regium noſtrum uſurpare, l ſummam,omnem lapidem,quòd ajunt, move-,quò face velut ſublatâ,bellum in nos reſuſcitare, ditioniſque favillas, jam penè moribundas,in a-'rtos ignes ſufflare,poſſet.

Quæ cùm *Palatini* illius tentata,actiones, erro-s,& crimina,ſint notoria, toti orbi cognita, ob-:mata,ac pertinacia,atque ità comparata, ut iſtis nnibus crimen læſæ *Maieſtatis* plurifariam, inci-:rit,inque pœnas,legibus *Imperii* expreſſas, ipſo cto,impegerit,præſertim,dum in comitiis *Fran-furtenſibus*,inter cæteros *Electores*, nobis quidem *iperatoris* digni atem,ac titulum,contulit, clàm rò contrà perſonã,regna, & provincias noſtras, ›ſtramq; dignitatem, jura hęreditaria,atque ac-uiſita,inſidias,machinaſque, fabricavit, eaque, æ in minorum gentium feudi alicujus dominum oliri interdictum eſt,in *Rom. Imperatorem* ſtruxit, ntum maximum præjudicium, quantum unquã *iperatori Rom.* contigit,unà cum perduellibus ſub-tis noſtris,in nos ſuſcepit,omnibus, quod ajunt, ›piis nos,tanquam feudi dominum ſuum, oppu-iare,eiicere,profligare, ac perturbare,conatus t,omnes fortunas noſtras intercipere contendit, bditos noſtros,jure hæreditatis, atque homagii, ›bis devinctos, juramentis legitimis abſol-t, contrà in verba ſua, contrà fas, jurare a-git, cum iſtis in nos hoſtiliter conjuravit, ti-lo regio, inſignibuſque noſtris, abuſus eſt, aximè verò in pr.vilegia, *Bohem iæ* regno, re-ectu *Electoratus*, à *Rodolpho I. Imp.* collata, à *Carolo .Imp.* confirmata,itemque à majoribus ſuis, *Ru-to Palatino, Electore*,reproducta,in legib. *Carolinis*, uam *bullam* vocant *auream*) fundata,nec non in *dislai Regis* declarationem,& *Ferdinandi Cæſaris* re-rſalia, (quibus omnibus cavetur,quamdiu, ex gia *Regum Bohemiæ* familia,hęres ſuppetit,tàm diu :olis electionem interdictam eſſe) per accepta-›nem temerariæ,factioſæ,perfidæ, atq; ipſo jure titæ,electionis,peccavit,*Imperii* leges, & funda-:nta,tanquam ipſas baſes,commovere, ac con-llere, præſumpſit,ſæpè nominatum *Bohemiæ* re-um noſtrum,cum provinciis adhærentibus, in-ſit,per viam armorum, confœderationumque, ſtrarumque provinciarum patrimonialium alie-tionem,conſpiravit,contrà leges *Imperii*, bullæ-e *Carolinæ* ſanctiones,pacem publicam turbavit, ſthabitis reliquorum *Electorum* dehortatoriis, ſtriſque,ſuperpondii loco,ad eundem *Palatinum* ectis, avocatoriis,nihilominùs poſſeſſiones no-ıs detinuit, adeóque, omnibus undique con-iſitis viribus, hanc ſuam temeritatem fulcire, ıſtanter præſumpſit. Quibus omnibus ſuperac-lit,*Palatinum*,unà cæteris cum *Electoribus*, nobis, ıquam *Imperii* capiti,ac *Cæſari*, de jure obedien-n debere,ut neque quicquam vel verbis,nedum tis,contrà magiſtratum ſuum,deſignare, adeó-e ne quidem conſiliis,adverſum noſtram perſo-n,dignitatem,ac prærogativam,fabricandis,in-eſſe,auſit,ut magis omnia illa, quæ in *Imperii* e-lumentum cedere poſſint,promovere,vice verſâ damnoſa, atque infrugifera, pro virili, præcavere, atque eliminare, obligetur. Adde, illum pacis communis leges enormiter conturbaſſe, ac violaſſe, quibus cautum eſt, omnes eos, quicunque pacem publicam turbant, in *Imperatorem*, ſive alium denique quemcunque fidelem *Imperii Principem*, proprio motu, impetuque, arma arripiunt, bella inferunt, lædunt, infeſtantque, omnibus privilegiis, regalibus, juribus, gratiis, ac protectionibus, privandos, ſeveréque coërcendos, eſſe. Ut tãto magis iſte, qui contrà *Cæſarem* tàm clandeſtinis cõſiliis inſurgit, quàm hoſtilibus armis laceſſit, immò regna, ac provincias, intercipit, neque unquam reddere præſumit, gravioribus omninò pœnis dignus ſit, ut ipſo facto, abſq; ulla ſive proceſſus formatione, ſive declaratione aliâ, ilicet banni fulmine feriendus, ac proſcribendus, veniat. Si enim illi, qui, extrà *Imperatoris*, *Electorumque*, conſenſum, in armis inſurgunt, perduellibus ſeſe conjungunt, aut ipſi perduelles exiſtunt, peregrinas gentes, ac copias, in *Imperium* inducunt, publicamque pacem turbant, atque *Ordines* duntaxat *Imperii* infeſtant, certis, atque atrocibus, pœnis in ordinem redigendi ſunt, quid cum his fiet, qui in *Imperatorem*, *Electoreſque* inſurgentes, legeſque fundamentales omnes enervantes, etiam cum *Turcis* ac barbaris, totius in *Chriſtiani* orbis interitum, & rupturam, conſpirant, fœdera ineunt, auxilia accerſunt?

Quandoquidem igitur eò, vigore juramenti, atque ſupremi, officii noſtri, legùmque fundamentalium, requiramur, ut pacem, tranquillitatemque, publicam tueamur, ſeditiones, motus, perduellioneſque, per hoc *Imperium* retundamus, fœdera, ac conjurationes ſuſpectas, annihilemus, inprimis *Imperii* emolumentum, atque exaltationem, immò ſalutem populi, quam ſupremam legem eſſe, ajunt, procuremus. Utique, flagitante neceſſitate ipsâ, iſtis tàm atrocibus, & enormibus, *Palatini* delictis, dùm nempè perduellibus accedit, eorum regium titulum uſurpat, in *Imperatorem* armis hoſtilibus impetum facit, regna, & provincias, hæreditarios in eum populos, ac ſubditos, concitat, cum *Turcis*, barbariſque, fœdera init, leges *Imperii*, pacemque publicam, ſubvertit, adeóque elegantem harmoniam deſtruit, connivere neque poſſumus, neque debemus.

Proindè, dictum *Palatinum Electorem*, tanquam eum, qui perduellium caput, & dux, factus eſt, crimen læſæ majeſtatis patravit, pacem publicam turbavit, leges *Imperii* fundamentales violavit, harum vigore, ex autoritate *Cæſarea*, & ſuprema, renunciamus, declaramus, publicamuſque, eumque banno, omnibuſque, ac ſingulis, illis pœnis, quæcunque inſtitutionibus *Imperii* comprehenduntur, ſubiicimus, pace privamus, bello exponimus, atque ut, ipſo effecto, quibuſcunque pœnis illis coërceri, ſeveraque lege, tanquam *Imperii, Imperatoriſque*, hoſtis, proſcriptus, atque excommunicatus, puniri queat, operam dabimus. Eo nomine pacem, deperditam, in *Imperium*, ab intrinſecis hoſtibus convulſam, revocare, ac confirmare, *Iuſtitiam*, penè deploratè habentem, reſtaurare, libertatemque *Germanicam* in integrum reſtituere, fert animus.

Secundùm hæc, omnibus, ac ſingulis, *Electoribus, Principibus, Ordinibuſque Imperii*, mandamus, atque injungimus, ut, pro eâ fide, obſequio, obedientia, ac juribus, immunitatibuſque quibuſcunque, quibus nobis obligati ſunt, ac in provinciis, ditionibuſque ſuis, gaudent, proſcriptum *Fridericum*, qui ſe *Palatinum Rheni* appellat, neque ſuſcipiant, neque foveant, multò minus conſilio, re, operâ, armis, ſumptibus, militibus, aut alio quoviſcunque modo, aut colore, juvent. Ad iſtos, qui ſub eo militant, hoc ſpectat interdictum noſtrum; oppidò, ac præſtò, iſti omnes, ac ſinguli, ſeceſſionem faxint, ſigna iſtius relinquant, ſeditioſaque id genus arma fugiant, & deteſtentur. Inprimis etiam proſcripti iſtius conſanguineis, agnatis, vaſallis, ſubditiſque, indicimus, ut neque operas ſuas, atque auxilia, in eùm conferant, aut quoquo pacto morem gerere, obedientiamque præſtare, auſint. Niſi eaſdem graviſſimas pœnas, in proſcriptos, eorumque complices, latas, pariter incurrere velint. Quo nomine quæcunque vincula, fœderaque ac pacta, cum refractario, infido, ac publicę pacis turbatore, proſcripto iſto, fortè inita, ac concluſa, prorſus, ex autoritate *Cæſarea*, reſcindimus, abrogamus, tollimus, annihilamuſque, ut etiam vaſallos, ſubditoſque, omnes à juramentis, atque obligationibus, abſolvamus, liberos pronunciemus, inque protectionem noſtram recipiamus. Neque eſt, ut, contrà hanc ſententiam noſtram, ulla gratia, jus, conceſſio, privilegium, indultum, fides publica, conſuetudo, immunitas ſive vetus, ſive nova, ſive olim à *Rom. Imperatoribus*, aliiſque *Principibus*, ſive recens, indulta, proſcriptum illum *Fridericum*, qui ſe *Palatinum Rheni* vocat, ejuſque complices, tutari, ac ſervare, poſſint, ut potius omnibus ſubſidiis, officiiſque, atque igni (quòd dicunt) & aqua, iſtis interdictum eſſe conveniat. Si qui ſecus facere comperiantur, eaſdem cum perduellibus, ac proſcriptis, pœnas luent. Id quod, autoritate *Cæſarea*, ne quis ignorantiam allegare auſit, poſſitque, hiſce ſancimus, decernimus, atque, ut ad omnium tàm notitiam, quàm cautelam, pertingat, publicatum volumus.

II.

Ioan. Georgius Brandeburgicus, Chriſtianus Anhaltinus, Georg. Fridericus Hohenloius &c. itidem proſcribuntur.

MEmorabile, ac ſcitu dignum, apud *Macrobium* occurrit illud *Pollionis*, (cùm in eum *Auguſtus Cæſar* feſcenninos ſcripſiſſet) dicentis: *Non eſt facile in eum ſcribere, qui poteſt proſcribere.* Eâdem, ac pari ferè, ratione, de *Palatino, Brandeburgico, Anhaltino*, & *Hohenloio*, dixerimus, haud facile eſſe in eum armis, copiiſque, licet exquiſitiſſimis, movere, qui vel in armis invictis, *Imperatorio*, atque *Auguſto*, nomine condignis, ſuperior eſſe, aut, prævalente majeſtate, dignitateque, inferioris conditionis homines, vel ſolâ autoritate ſuâ confundere, aut ex lege proſcribere, atque eliminare, poſſit. Hoc certè, ſi quibuſcunque aliis, *Friderico Palatino*, nec non *Ioan. Georgio Brandeburgico, Chriſtiano Anhaltino, Georg. Friderico Ho*[…] *henloio*, &c. uſuvenit. Totidem enim verbis, qu[…] bus *Fridericus, Palatinus Rheni*, fulmine percuſſu[…] atque proſcriptus, eſt, ſimulátque cæteri, ejusſc[…] cii, ac complices pro re nata, proſcripti, atque i[…] triſte exilium abire juſſi ſunt. *Electore Saxoniæ*, a[…] verſus *Ioan. Georgium, Iâgerndorfium*, itemque *A*[…] *haltinum, Bavaro*, adverſus *Palatinum*, in ſuperior[…] *Alberto, Archiduce*, in inferiori *Palatinatu*, itemq[…] *Epiſcopo Bambergenſi*, atque *Herbipolenſi*, contrà *H*[…] *henloium*, executionem ilicet ſuſcipientibus.

CAP. IV.

Bohemiæ Directores, i[…] cuſtodiam rediguntur.

I.

Iuſſu Imperatoris, Bohemiæ Directores, præſe[…]*tes, in cuſtodiam adiguntur. Abſentes v*[…] *citantur.*

POſt *Friderici Palatini, Iâgerndorfii, Anha*[…]*tini*, tanquam majorum gentium *Pri*[…]*pum*, proſcriptionem, *Bohemiæ Dir*[…]*ctores*, quotquot, perduellionis a[…] tores, erant præſentes, porrò in cuſtodiam r[…] digi cœperunt; *Cæſare*, ut per certos legat[…] in eorum delicta inquireretur, proceſſuſq[…] criminalis formaretur, ſanciente, hæc in ve[…] ba: Poſteaquàm *Imperator*, idemque *Vngari*[…] *ac Bohemiæ, Rex*, neceſſitate poſtulante, d[…] creviſſet, contrà ſubditos *Bohemiæ* perduelle[…] eorum perſonas, fortunas, vitaſque, quant[…] ociùs proceſſum criminalem aperire, & pro qu[…] litate cuiuſque delinquentis, crimenque læ[…] Majeſtatis incurrentis, inquirere, utique ha[…] in rem nominaſſe *Carolum Lichtenſteinii Princ*[…]*pem, Conſiliarium ſecretiorem, & Camerarium* tanquam judicii præſidem, itemque *Adamu*[…] *VVallenſteinium, de Hardeck, & Lofraſitz, Frid*[…]*ricum à Tholenberg, Chriſtophorum Vratislavium* […] *Mitrovitz, Volfgangum-Guilielmum Leunungeru*[…] *de Albenreil, Ottonem Melandrum, Ioannem VVentz*[…]*lium*, omnes aulæ, ac dicaſterii Cæſarei, co[…] ſiliarios, & reſpective *Camerarios*, nec non *Me*[…]*chiorem Gnieſenium à Khobach, Venceslaum à Flu*[…]*ſenbach*, & *Danielem Cæſarem, Doctores*, & re[…] gni *Bohemiæ* appellationum conſiliarios, deni[…] que *Caſparum Schvabanicum*, & *Paulum de Ell*[…] *Doctores, Auſtriæ inferioris* conſiliarios, quàm pri[…] mùm illi conjunctis operis id agerent, *Cæſariſqu*[…] voluntatem in effectum deducturi, apud *Pragam* *Bohemiæ* metropolim, convenirent, ſufficientiqu[…] informatione inſtructi, præfatum proceſſum cri[…] minalem inchoarent, eundemque ſine mora abſo[…] verent.

II. Car[…]

II.

arolus, Princeps Lichtenſteinius Bohemiæ perduelles abſentivos Pragam citat.

Lli mandato *Cæſareo* ut ſatisfieret, *Carolus, Princeps Lichtenſteinius*, turbarum *Bohemicarum* autores, ùm abſentivos, publicatis codicillis, ità citari uravit: Nos, Dei gratiâ, *Carolus*, *Lichtenſteinii rinceps*, *Sileſiæ* apud *Troppaviam*, *Dux*, Conſilia-ius *Cæſareus*, *Camerarius*, &pro tēpore per regnum *ohemiæ* legatus, notum facimus omnibus, ac ſin-ulis, à *Ferdinando Cæſare*, itemque *Vngariæ*, *ac Bo-mia*, *Rege*, nobis injunctum eſſe, ut in motuum *ohemicorum* autores, perduelleſque, atque hære-itarios, ſubditos, quamprimùm proceſſum ape-remus criminalem, unáque, cum collegis, ac ūc ad actum deputatis, in delicta inquireremus, ɔſentes verò, ac fugitivos, citaremus. Quò igitur nandato *Cæſareo* ſatisfiat, ratione officii, à *Divo Fer-nando Cæſare* nobis injuncti, invitamus, ac cita-ius, te *Henricum-Matthæum*, *Comitem Turrianum*, *anielem Schkrettam*, *Paulum Kaplerum*, *Ioach. An-eam*, & *Ioan. Albinum*, *Schlickios*, *Comites*, *Eliam Ro-num*, *juniorem*, *Ernfridum Berbisdorfium*, *VVenceſ-um Berkam*, *Samuelem de Valeslavia*, *Ioannem Múl-rum*, *Radislaum à Vnitz*, *Paulum Geschinum*, *Ioan. rſinoskium*, *Ioan. de Bubna*, *Gotliebum Berkam*, *Ven-slaum Piſeccium*, *Petrum Mülnerum*, *Venceslaum-uilielmum à Ruppa*, *Ioan. Felicem Goliathum*, *Schmi-um de Michalovitz*, *Vlricum Erdenium*, *Ioan. Ba-iſtam Ciſeccium*, *Adelspachium Berkam*, *Paulum Kut-uerum*, *Adamum Lucſchanium*, *Ioannem Knodiū*, *njaminum Früvein*, *Fridericum Georgi*, *Schmielum odegnoſcium*, *Iacobum Hufnagelium*, cæteroſque o-nes, ac ſingulos, quicunque poſt victoriam *Pra-nſem* è regno *Bohemiæ* profugerunt, nedùm in erba *Cæſaris* noſtrí jurarunt, eos omnes, nemine cepto, tanquam propriis hîc nominibus aſſcri-i eſſent, invitamus, citamuſque, ut, intra ſex ſe-imanarum ſpatium, (quem utique terminum bis primum, ſecundum, tertiumque, atque ul-num judicialemque, præfigimus) hîc apud *Pra-m*, regiam *Bohemiæ* ſedem, compareatis, atque ea, æcunque ſuper admiſſa perduellione, ac perfidia vos decernentur, audiatis, & diſpiciatis. Vt uti-tur aut adeſſe, aut abeſſe porrò, eligatis, nihilo inùs ſententiæ Cæſareæ, eidemque executoriali, isfiet. Hæc, ut non ignoraretis, ſignificare vo-imus.

III.

Profugi Bohemiæ Directores proſcribuntur.

Ed profugi, *Alcibiadis*, ducis illius *Græcanici*, (qui ut eſt apud *Thucydidem*, capitis damnatus, & *Athe-s* citatus, comparere noluit) ſententiam imitati, citationem prægreſſam, maluerunt in exilium, quàm comparére, præſentemq; in capita ſua cō-mnationem expectare. Poſteaquàm ergo cita-ones non tàm publicatis diplomatibus per regnū *hemiæ*, apud *Pragam*, aliaſq; civitates, fuiſſent affi-, quàm pariter privatim domeſticis iſtorum intimatæ; ut ità excuſatio ignorantiæ afferri nullà poſſet, tàm judicij illius criminalis fiſcalis, ſive procurator ordinarius, ac juratus, *Pribiccius Geniſchecoius de Augeſot*, in contumaciam procedens, proclamationem porrò per omnes *Pragenſium* civitates, ſolēni more, impetrâſſet, fieriq; curâſſet, tùm, ſuper delictis id genus enormibus, articulos, ceu vocāt, judiciales obtuliſſet, juxtaq; ſuper violatæ pacis publicæ, perduellionis, læſæq; Majeſtatis, criminibus, notoriis, paratamq; condemnationem, atq; executionem, præ ſe ferentibus, documentis, ac probationibus, utiq; manifeſtiſſimis, ac clariſſimis evincentibus, ſententiam, abſq; ambagibus, definitivam diligenter rogâſſet, utiq; judices, re omni deliberata, *Nonis April.* banni, ſive proſcriptionis, fulmen, per omnes *Pragenſium* civitatum circulos, viaſque regias, ac patentes, proclamantibus duobus fecialibus, ſub manu, & cohorte, militari, ſolenniter publicari fecerunt, in vitas, honores, fortunaſq; omnes, profugorum publicatâ ſententiâ, ut cuivis eos impunè occidere licitum eſſet, bona verò extemplò fiſco *Cæſareo* addicerentur.

IV.

Bohemiæ Directorum, ac perduellium, jam defunctorum, memoria, & bona, damnantur.

NEque tantùm in vivos, perduellionis autores, eoſq; profugos, ſed jam tùm fato functos, atq; ereptos, proſcriptionis fulmen locum habuit. Pari enim ferè modo, atque ordine, ſub edicto, ut vocānt, citatorio, defunctorum perduelliū hæredes, intrà menſis ſpatium, *Pragam* invitari cœperunt, viderent nimir. atq; audirent, quibus modis id genus hominum memoriam damnari, tū bona, fortunaſq; omnes, fiſco Cæſareo, ſive regio, adjudicari, contigiſſet. Interim præfatus *Pribiccius*, Iudicii hujus criminalis ſive fiſcalis, ſive procurator ordinarius, in id geuus defunctorum perduellium hæredes, magnam partem ſeſe ſiſtentes, libellum accuſatorium obtulit, ſubmiſsè petens, ſiquidem crimen violatæ pacis publicæ, perduellionis, ac læſæ Majeſtatis, notorium, manifeſtum, ac toti terrarum ferè orbi cōgnitum, eſſet, atq; exindè paratam tam condemnationem, quàm executionem, poſt ſe traheret, utiq; Iudices hoc agerent; nempè defunctorum memoriam damnarent, bonaq; relicta, ematuratâ quantò ociùs ſententiâ, fiſco addicerent. Eo fiſcalis accuſatorio libello de verbo ad verbum publicè recitato, hæredumq; exceptionibus admiſſis, inprimis tàm atrocium criminum documentis notoriis, ac evidentiſſimis, exiſtentibus, à *Iudicibus* in memoriam revocatis, ſententia lata eſt tàm in perſonas, quàm fortunas, videl. *Petri de Schvanberg*, *Leonhardi Colonis à Fels*, *Alberti Ioannis Smirzicii*, *Rodolphi de Stubenberg*, *Henrici Buriani de Guttenſtein*, *Vlrici à Vchinitz*, *& Tetav*, *Vlrici Gersdorfii à Gersdorf*, *Alberti Pfefferkornii*, *Venceslai Varleichii à Bubna*, &c. nēpè ut iſtorū omniù, criminis perduellionis, & læſæ Majeſtatis, reorum, fato ſurreptorum, memoria in æternum horribilis, atra, ac damnata, eſſet, bona verò extemplò in fiſcum redigerentur. Interim *Cæſaris* ea intervenit ſingularis gratia, ut hæredibus hæc nominum memoriæque, ſive parentum, ſive agnatorum, proſcriptio, ac damnatio,

præjudicare, ac damnoſa, eſſe haud debeat. Quo nomine *Iudices* etiam illis, exceptâ & damnatione, & confiſcatione, paratâ, famam ſervare erant obligati.

V.

Auſtriæ utriuſque Dynaſtæ, perduellionis rei in cuſtodiam rediguntur.

CÆterùm, per *Auſtriam* quoque in pacis publicæ turbatores, ac perduelles, inquiri cœptum eſt. Cùm enim ob expeditionem illam ſuſceptam, feliciterque recuperatam *Bohemiam*, *Bavarus*, loco alicujus hypothecæ, vel pignoris, *Auſtriam* intereà teneret, præſidi provinciæ, à ſe conſtituto, apud *Linzium* ſive *Aredatum*, vicario, in mandatis dedit, ille ut in reos ſuo loco pariter inquireret, eoſdemque in cuſtodiam redigeret. Is igitur ſequentes dynaſtas, nempè *Gothardum Schaftenberg*, *Gundackerum à Starenberg*, *Volfgangum à Gera*, *Eraſmum à Gera*, &c. ad præeuntem citationem ſponte cōparentes, gladiis diſcinctos, in cuſtodiam remiſit. Cæteris verò profugis, ſive extorribus, nempè *Eraſmo à Landavv*, *Eraſmo à Tſchernembel*, *Carolo Iörger*, *Andreæ Vngnad*, atque aliis, oppidò dominia, bonaque, intercepta, atque fiſco adjudicata ſunt, parochis Evangelicis indè dimiſſis.

VI.

Ioach. Andreas, Comes de Schlick, à Saxonibus interceptus, Pragam mittitur.

III *Id. Maias*, *Ioach. Andreas*, *Comes de Schlyck*, qui paulò antè, nimir. *XV. Cal. Mart.* à *Saxonicis* interceptus ac *Dreſdam* in cuſtodiam relatus, fuerat, noctu, cum manu militari, in *Bohemiam* deductus, *Cæſareaniſque*, apud *Petersvaldam*, traditus, ac *Pragam* porrò, brevi pœnas ſub funeſto ſupplicii theatro, daturus, emiſſus eſt.

VII.

Fridericus, Baro à Tiffenbach, apud Oenipontem primus ſupplicio afficitur.

E *Moraviæ Dynaſtis*, *Fridericus Baro à Tiffenbach*, *Evangelicæ*, ceu vocant, *Religionis* propugnator acerrimus, primus, apud *Oenipontem*, capitis ſupplicio affici cœpit. Qui, cùm militiæ *Moravicæ*, inter cæteros, tribunus, duabus pugnis *Tampierium*, ductorem Cæſareanum, ſuperâſſet, *Nicoleopolim* expugnâſſet, & contrà *Cæſarem*, pro favore & Religionis, & patriæ, in armis ſtetiſſet, infirmitate corporis, ſive paralyſi pedum, præventus, curandæ valetudinis igitur, in thermas *Piperinas*, in *Rhetia*, ſub diœceſi *Curienſi*, ſitas, emigravit, lecticâ uſus.

Eo loci, *Medici* & duodecim miniſtrorum, operâ adjutus, per aliquot dies valetudini reducendæ vacavit, abſq; ullo diſcrimine. Interim *Iodocus Hálmlinus*, *Senator Lucernas*, ac tùm præfectus provincialis apud *Sarganſium*, de mandato quatuor *Helvetiæ* cōfœderatæ *Cantonum*, ceu vocant, nempè *Lucernatū*, *Svicenſium*, *Vndervaldenſium*, & *Zugiorum*, aſſumptis ſclopetariorum quatuor manipulis, conſentiente *Abbate*, thermarum domino, *Tiffenbachium*, unà cum miniſtris, intercepit, vinculiſque injectis, tanquam hominem facinoroſum, conſtrinxit, ſputiſque, & ſibilis, exceptum, in *Serganſinam* arcem abduxit. Eundem *Tiffenbachium* per diſpoſitos apud *Feldkirchēſes* milites opperiri juſſerat *Leopoldus Archidux*, ſimulatq; ut à *Lucernatibus* traditus ad *Cæſarem*, vel *Pragam*, deduceretur. Interim *Evangelicis* per provinciā hæc res non parum diſplicebat. Vt etiam, ad arma concurrentes, captivum vinculis exſolvere niterentur. Quo fine etiā *Tigurini*, *Sarganſii* con-protectores, miſſo legato, cum *Lucernatibus* expoſtulabant, obiicientes, rē iſtam, cum *Tiffenbachio* ſuſceptā, per *Helvetios* eò uſque inuſitatam, novamq; nec convenienſ, eſſe, ut cum hominibus peregrinis, maximè honoratis, hic proceſſus introduceretur. Patriæ communi rectiùs conſultum fore, ſi, præeunte humanitate, melior advenarum habeatur ratio. Ideóque nullatenùs ſeſe hoc inſolens factum approbare, neque admittere, poſſe. Vt inſons, abſque cauſa præcognitione, ſic in vinculis abduceretur. *Lucernates*, utique, qui *Tigurinis* negare nihil poterant, rogati à ſociis, admiſerunt, captivus ut dimitteretur. Itaq; *Rappersvailam* abductus, ſub lytro centū coronatorum, ac ſeptingentis, in ſumptus collatis, argenteis (*thaleros* vocant) ſic liberè dimitti cœpit, ità tamen, ut ſub tutela, ac recognitione, ſeptem *Cantonum* eſſet.

Eo intellecto, *Comes HohenEmbſenſis*, diſpoſitis copiis, eò emiſſis litteris præfectos incitavit, veniteque, vix dùm dimiſſum *Tiffenbachium*, in vincula ut reduceret. Qui cū ſcaphâ *Vallenſtadium* modò foret digreſſus, ecce! ſuprà dictus *Sanganſii* pfectus, lintre eum perſecutus, intercipere, ac retrahere, cœpit. Ea tamen legatis *Glareanis* datâ fide, futurum, ut *Tiffenbachius* nullis, quicunque peterent, dederetur, ſed intereà publica eſſet ſub protectione. Intereà *Tigurinorum*, & *Glareanorum*, legatis, pro liberando *Tiffenbachio*, intervenientibus, eundemque, apud *Tigurum* ſiſtendum eſſe, contendentibus, *Lucernatum*, cæterorumque *Cantonum*, præfecti, cauſam illam ſub inſtanti diæta *Badenſi* inſpiciendam, ac eo reiiciendam, eſſe, regeſſerunt. Eam igitur ad diætam reſervatus, *Medicum*, ſanitatis cuſtodem, miſit, qui ſuper injuriis, contrà jus gentium ſibi per vim, ac violentiam, illatis, quereretur. Sed præoccupavit illum *Leopoldi Archiducis* legatus, ſub comitiis illis publicâ voce remonſtrans, quàm atrocis perduellionis ille reus, *Cæſarique* pergratum futurum eſſet, ubi in poteſtatem *Archiducis* dederetur. Nullâ ergò penè liberationis ſpe reliquâ, ex compoſito eveniſſe videbatur, ut exorto per hoſpitium, in quo attinebatur *Tiffenbachius*, tumultu, cuſtodes, ac vigiles, ex ædibus procurrerent, relicto ſolo intùs *Tiffenbachio*, unàque cauponis famulo. Pacto igitur, numeratoque centum florenorum pretio, famulus eum per mœnium hiatum, ſive rictum, dimiſit, dorſoque exceptum per foſſam urbanam traducens, equo impoſuit, ac ſaluti jam conſulere juſſit. Qui, poſtquàm in ſtabulo ſub fœno aliquantiſper latuiſſet, ab anicula ſuperveniente proditus, militibus redditus, atque exindè *Oenipontem* miſſus eſt. Vbi, poſt diuturnos perpeſſos carceres, à legatis *Cæſareis* damnari cœpit. Multis perfidiam *Helmlini*, præfecti provincialis, quòd contrà datam fidem, tàm publicam, quàm privatam, egiſſet, acceptoque lytro nihilominùs dimiſſum perſecutus eſſet, accuſantibus.

Proceſ-

Proceſſus ſupplicii talis fuit: In funeſtum thea-
um, cò, quòd lumbis, cruribuſque, foret ſolutis,
:portatus, ſellæ impoſitus eſt. Vbi ardētibus *Deo* ſe
ccibus commendavit, voce eius, inter clangores,
claſſica pulſa, non quidem intellectâ, nec exaudi-
, ſed è geſtibus animo prominente, & ſeſe inſinu-
ite. Indè ultrò ſurgens, atque è theatri quodam
gulo ad aſtantes prolixâ oratione invectus, ob
mpanorum concitatos ſtrepitus, audiri non qui-
s eſt. Tandem à carnifice in ſellam reducto caput
ıputatum eſt. Singularis conſtantiæ, ac patientię,
emplo in eo annotato.

CAP. V.

)e Tragœdia, & ſuppliciis apud Pragā ſumptis.

I.

Executio Pragenſis indicitur.

Beneficiis, ac pœnis, res publicas conſervari; non unicus olim edixit ſapiens. Apud *Ciceron.* enim, & *Stobæum*, interrogatus *Solon*, quid ad Reipubl. ſalutem faceret? Si boni præmiis afficetur, mali autem pœnis coercerentur, reſpondit.
:iter ferè cum *Bohemis*, aliiſque, in *Ferdinandum*
lriacum, *Regem* ſuum, inſurgentibus, uſuvenire
cri poteſt. Illi enim, quos neque natura, neq; re-
ctus regius, in officio continere potuit, paulò
t, interveniente *Pragenſi Victoria*, victi, atque in
cula redacti, didicerunt, ſub magnitudine pœ-
, affectus refrænare, atque antè actorum pœni-
tiam emendare. Interim optimus *Princeps* non
ectatur pœnis, ut fruatur, ut, ſecundùm *Poëtam*,
iùs doleat, quoties cogitur eſſe nocens. Sufficiat
ur, veteri gentilium more, dùm multi delique-
t, ut, juxtà *Livii*, aliorumque ſcriptorum, men-
, pœna redeat ad paucos, terror ad multos. Cre-
:quidem, commendatam optimā alioquin *Im-*
toru, bonitatem, ſicubi aliter ſanari hic ſubdi-
ım, morbus tùm potuiſſet, violentis id genus,
ue extremis, ſub carnificis aſperitate, libenter
erſedere voluiſſe remediis. Sed ad rem ipſam!
ò igitur adeſſet regula peccatis, quæ pœnas ir-
et æquas: *Imperator Lichtenſteinio Principi*, cæte-
ue judicibus criminalibus, in mandatis dedit;
(L. Cal. Iulias; executione, ut vocant, ſuſceptâ;
plicia de damnatis ſumerentur.

II.

aſceve, ſive præparatoria, inſtantis tragœdiæ.

Tergò quàm primùm impleretur lacrymoſā
tragœdia, ecce! ad *XV. Cal. Iulias*, ſeptem eque-
um cohortes, ſub manu *Ducis Saxo-Lavenburgici*,
gam appulerunt. Quarum numero quinque per
:rem, duæ per novam *Pragam*, diſtribui cœpêre,
d curiam veteris (*Pragæ*), ſub integris cohorti-
, vigiliis diviſis. Sequenti die novum ſupplicii
atrum ad Curiam veteris applicatum, ità ut prę-
dicta è Curia introitus, ſive fores, paterent in proſcenium, Cujus latitudo quatuor erat ulnarum, latitudine, & longitudine, duos, & viginti paſſus æquantibus, cancellis, exedriiſq;, ſeptum. *XIII. Cal. Iulias*, illi, qui tàm in nova, quàm veteri, *Praga*, cuſtodiebantur, rei adhibitis rhedis, manuque militari, in arcem regiam, ubi reliqui dynaſtæ, atque equeſtres, attinebantur, deducti ſunt.

III.

Modus proceſſus huius criminalis.

PRoceſſus autem, ſive ſententia, capitalis, ſuprà archivum, ſive officinam codicillariam, in atrio dicaſterii Cæſarei, ſive regii, *Lichtenſteinio Principe*, ſuper throno, holoſerico amethyſtino cōſtrato; præſidente, reliquis aſſeſſoribus ad latera diviſis, formari, ac peragi, cœpit.

Indè in unumquemq;, ordine extractum, reum, *Procurator Cæſareus*, coràm judicibus, criminaliter invectus eſt tàm *Alemanno*, quàm *Bohemico*, idiomate, inſtanter orans, paterentur *Iudices* jàm tandem ſententiam capitalem promulgare. Ad quæ *Melander IC.* reſpondit: Sententiam jam tùm latam, nihilque aliud hoc in foro exſpectandum eſſe; niſi quod leges, & jura, dictarent, tùm *Cæſaris* juxtà poſtularet autoritas. Quæ *Capperus IC.* linguâ *Bohemica* totidem verbis pronunciavit. Exin Proceſſus executivus, ſive ſententia criminalis, per miniſtrum Cæſareum, tàm *Germanico*, quàm *Bohemico*, idiomate publicari cœpit.

IV.

E quadraginta, & tribus, damnatis, quidam ad perpetuos ſive carceres, ſive ergaſtula, quidam in exilium, mittuntur.

ITaq; damnatorum numero erant quadraginta, & tres. Quorum qui mitioribus pœnis afficerentur, primùm enarrabimus. Ex iſtis fuêre *Guilielmus Poppelius à Lobcovitz*, ſingulari *Cæſaris* de gratia carceribus reſervatus: *Paulo Rchitſchanio*, *Ioanne Voſtrovecio*, *Felice Vēceslao Pretibeſcio*, & *Matthia Borbonio*, uſq; ad ratificationem *Cæſaris*, in carceres itidē remiſſis.

Sequentes ad ergaſtula, apud *Rabam*, *Vngariæ* fortalitiū, perpetua damnati ſunt, nempè *Lucas Carabonius*, *Volfgangus Haslaverus*, *Melchior Deubrechtus*, *Georgius Iavetanus*, & *Nicolaus Diebiſus*, veteris *Pragæ* Cōſulis miniſtrator. Qui per horam linguâtenus ad furcam affixus, in cōpedes, atque ergaſtula, *Rabam* mittebatur. Hi verò partim virgis cæſi, (nempè duo *Procuratores Bohemici*) partim in carceres remiſſi, partim in temporale, & perpetuū, exilium ejecti ſunt, nempè *Paulus Priska*, *Caſparus Vslerus*, *Venceslaus Poſſchetzcius*, *Ioſephus Cubinus*, *Ioannes Schvelanus*, & *Ioan. Cammerritus*.

V.

Elenchus eorum, qui pœna capitis affecti ſunt.

EX illis, qui pœnâ gladii, vel capitis, plexi fuêre; ſunt ſequentes, & quidem *ex ordine Dynaſtarum*, nempè *Ioach. Andreas, Comes Schlickius*, regni *Bohemiæ Iudex* provincialis *ſupremus, & Director*, per gratiam ſingularem, gravioribus in ipſum pœnis publicatis, obtinuit, ut cum dextera, caput amputatum; in edito portæ ad pontem *Danubii* ſtipiti infigeretur. *Venceslaus à Budovitz*, *ſenior*, *Appel-*

Appellationum præſes,& *Director*, eandem, quã *Schliſkius*,tulit ſententiam,ità ut caput ibidem palo,ſive ſtipiti,datum ſit,tulit.Itemque *Chriſtophorus ab Harrant*,*Cameræ* regiæ *Præſes*,& *Director*, pœnam gladii tantùm ſubiit.

Ex *Equeſtrium* catalogo, *Bohuſlaus Michalovitius*, *Burggravius* circuli *Grätiani*, & *Director*,*Caſparus Caplicius*,*Scriba* provincialis, & *Director*, ſenex octogenarius,*Henricus-Otto à Loſſ*,apud *Carlſteinium Burggravius* inferior,& *Director*,*Procopius Dvorſeſcius*, *Camerarius* provincialis inferior,& *Fridericus Bilavius*, ambo *Directores*,gravioribus pœnis ex gratia remiſſis, idem cum *Schickio Comite*, & cæteris, ſuppliciũ tulêre.Cervicibus,& dexteris,reciſis,paliſque in edito portæ antepontanæ affixis. Duobus duntaxat illis,*Guilielmo Rege de Klumbsku*,*Directore*, & *Dionyſio Tſcherino*,arcis *Pragenſis Capitaneo*,capite luentibus.

Ex ordine civico,*Valentinus Kochanus*,*Tobias Schafgeccus*,*Chriſtopherus Coberus*, ſenior, & *Io. Theodorus Sixtinus*,*directores*,in eaſdem capitis, & pali ad portam, pœnas damnati ſunt. *Ioannis* verò *Pratoris*, primatis *Kuttenbergici*,& *Maximiliani Hoſtelicii*, primatis *Satzenſis*, capita à cervice reciſa ſunt,illius apud *Kuttenbergenſes*,hujus penès *Satzenſes*,ad palum affixo.Quid autem *Ioannem Ieſſenium* referam, *Medicum*,& *Oratorem*,ſcriptis editis celebrem,eundemq; *Collegii Carolini* apud veterem *Pragam Profeſſorem*,& *Rectorem*.Virum certè, ob elegans, ac fertile, ingenium, tàm horribili, tragicoque, caſu indignum? Hic ſi,poſt *Iuſti Ionæ* caſum, ac ſupplicium, ejus admonitionis memor, fugiſſet, ceu peſtem,τὴν πολυπραγμοσύνην, itemque exemplo *Caſpar Peuceri*, per decennium ſub carceribus periclitantis, ſpreviſſet, celſa potentum atria eruditione, ac loco, ſatis felix fuiſſet.Vt in Artibus illis medendi, dicendique contrà alios quoſcunque *Bohemos*, regnare facile potuerit. Sed fata ſæpè hominibus, tametſi induſtriis,& ſapientibus,bonam mentem eripiunt. Vt dùm honoris, ac rerum domeſticarum emolumẽtum ſperant,fortunarum,vitæque,naufragium incurrant.Dumque faſtigia, ac molimina,ingenio ſectantur, manifeſtum interdùm in præcipitium, ſive,quod dictu triſte,atque ultimum, eſt,aliquando etiam fœdum in ſupplicium,ruant.

Ecce! ille igitur,inquam,*Ieſſenius*,quòd cõtrà datam *Archiducibus* antè fidem, litteraſque dictas reverſales,in *Ferdinandum Cæſarem*,*Bohemiæ Regem*,peroraſſet,legationeſque obiiſſet,primùm quidẽ ſub acerbiſſimo mortis genere damnatus, vivus linguâ prius exſectâ, ut in quatuor partes diſcinderetur. Sed,gratiâ interveniente,vivo quidem lingua reciſa eſt, poſt caput reſectum, truncuſque in partes quatuor diviſus, ſtipitibuſque ſive furcis diverſis, antè portam patibularem,appenſus, capite è turri apud pontem in editum ſublevato. Ecce hanc vitæ miſerrimam cataſtrophem ſubacti ingenii homo expertus eſt.

Inſequentes,nempè *Venceslaus Maſchirofscius*, *Hẽricus Tragus*,*Elias Roſinus ſenior*,*Elias Kotzavius*, *Georgius Stzetziſchius*,*Michaël Vidmannus*,& *Simo Vockatſchius*, ſub gladii pœnâ tantùm,perierunt.Interim, *Ioannes Kuttenavius*,veteris *Pragæ Capitaneus*, & *Simo Suſitzcius*,Senator,& collegii Patrum Societatis præfectus,è trabe, è curia veteris *Pragæ* ad feneſtram, aptatâ,ſuſpenſi ambo longas,ut ajunt,litteras fecerunt.Pariter *Nathanael Vodnianſcius* in furcâ ſub foro veteris (*Pragæ*) actus uvam penſilem repræſentavit.

Hæc dùm ſententia in omnes,& ſingulos, pronunciata eſt, ſingulis vicibus pariter fortunæ,ac bona,reorum,cum honoris,vitæq;,naufragio,damnari,ac proclamari,adeóq; in fiſcum redigi, cœperunt.Exceptis illuſtrium quarundam matronarum dotibus, quæ illis,inſtanter deprecantibus redditæ.

VI.

Poſt ſententiam, in capita latam, damnati, ad preces,in cuſtodiam remittuntur.

PVblicatâ,ac finitâ,hac capitali ſententiâ, *Procurator Cæſareus Iudicii præſidi*,cæteriſq; *Aſſeſſoribus* tàm *Germanicis*,quàm *Bohemicis*, verbis, pro enatu ratâ,publicatâq;,ſententiâ,gratias egit.Vndè *Iudices*,quiſq;ſuo loco,domum reverſi ſunt.Damnatos verò,in carceres remiſſos,ut, quicunq; vellẽt,liberè omnes alloquerentur,permiſſum. *Patribus Societatis*,facto velut agmine, ad illos,qui *Auguſtanæ* cõfeſſioni addicti erant,introeuntibus,atque, utrum aliquos in ſuam ſententiam pertrahere quirent tentantibus. Verùm enim verùm fruſtrà fuit eorum conatus. Vt etiam in *Ieſſenium* argumentis pugnantes,maſculè ſint excepti,ac rejecti.

VII.

Damnatorum ſuperiorum cumulo duo inſuper accedunt.

DAmnatis iſtis,ſuprà recenſitis,duo porrò, cumuli vice,acceſſerũt,nempè *Leander Ruppelius* conſiliarius *Ar. bipalatinus*, itemque *Georgius Haverſchildius*, Appellationum cõſiliarius. His ambobus cum ſeorſim in cuſtodia detinerentur,publicatâ in cæteros,ac recitatâ,ſententiâ, codicilli, condẽnationem præ ſe ferentes,etiam noctu, in carceres utrinque,emiſſi ſunt,inſtante ſupplicii iſtis termino præſignificato.Itaque utrique caput,cum dextra, receſſum,in editam iſtam turrim (qua de paulò antè) ſpectaculi flebilis ergò, tolli,ſtipitiq; affigi accidit.

VIII.

Pro damnatis uxores,liberi, agnatique ſupplices intercedunt,ſed fruſtrà.

XII Cal.Iulias, bono manè cõplures damnatorum uxores, liberi, agnatique, apud *Lichtenſteinium Principem*, pro maritis, parentibus ac conſanguineis,flebilibus modis, ſupplices facti intercesserunt,ut,ſicubi gratiæ locus non eſſet, ſaltèm pœnæ gravitas mitigaretur. Sed fruſtrà fuêre. Circà veſperam enim theatrum ſupplicii panno pullo,atratoque,inſterni, damnati verò octo rhedis,ſub præſidio tàm equeſtrium, quàm pedeſtris armaturæ militum,ex *Arce* in veterem *Pragam* deduci cœpêre,cæteris, quæ apud *Pragam* novam cuſtodiebantur, eadem operâ eundem ad locum relatis.Vbi noctem illam ultimam precibus, cantibuſque ſacris,piè fregerunt.

IX.

Pragæ duæ irides notantur, antequàm damnati morerentur.

XI *Calend.Iulias*, ſummo manè, antequàm damnati ad funeſtam ſupplicij aram deducerentur, ſuper *Pragam* duæ *Irides*, *Crucis* in formam ſeſe interſecantes, notatæ ſunt. Qu[...]
quic[...]

d voluerint, aut portenderint, uſque dùm in ſcuro eſt, ut ſoli *Deo* ſit cognitiſſimum.

X.

A damnatis ſupplicium ſumitur.

O manè, auditâ nempè horâ quintâ, ſignum, explosione tormenti bellici, datum eſt. Vndè tis urbis occluſis, vexilliſque militum diſpoſitis, xecutionem itum eſt, *Iudicibus Cæſareis, Senatuq; gæ veteris*, per theatrum conſidentibus. Appari- es, ſive *Iudices* civici, è condemnatis unum poſt rum in proſcenium deduxerunt, ſic tamen, ut, rà vincula, liberrimè incederent, ſuperque atra- n in pavimento pannum procumbentes, capitis plicium luerent. Tympanis autem, ſive pulſis licis, immane perſtrepentibus cautum eſt, ne erelæ, voceſque, neci deſtinatorum, exaudiren-

Et primùm quidem *Comes Schlickius*, tunicâ pul- ombycinâ indutus, manu libellum ſacrũ præ- ens, præſenti animo, non tamen abſque gemitu, er hypethrum aſcendit. Ei, cùm miniſter ami- o pectus denudâſſet, ſuper pannum procumbẽ- *Deumque* junctis palmis invocanti, carnifex ex- itis manibus caput decuſſit. Hoc facto, præfatus iſter dextram trunco admovit, quæ à carnifice runcata & cum capite, reſervata, eſt. Cadaver no pullo, ſuper quo procubuerat, involutum, rſonatis ſex miniſtris elatum, ſepulcroque con- m fuit, carnifice nihil ejus, extrà caput, & de- m, attingente. Atque hic *quidem* flebilis pro- ſus cum XXIV. reliquis, gladii pœnam ſubeun- is, tùm obſervari cœpit. Miniſtris iſtis perſona- adavera, pannis obvoluta, identidem efferenti- , aliosque ſubindè pannos ſubſternentibus.

XI.

Ieſſenii, aliorumque, ſupplicia graviſſima.

ſſenio verò, ubi prodiiſſet, carnifex extemplò anus ad terga revinxit, moxque procumbenti guam, hamulo protractam, abſcidit, mox ca- amputavit. Quæ omnia, inter ardentes ad *De-* eſfuſas preces, conſtanter pertulit.

ndè carnifex duos, vinculis impeditos, è trabe à Curiæ feneſtram ſuſpendit, tertium verò in am egit. Tàm expeditâ funeſti officii celerita- ſus, ut, intrà horas quatuor cum ſemiſſe, vi- ti ſeptem homines, interque eos quoſdam pro- tæ ætatis, obtruncaret, laniaretque.

XII.

odecim cervices, ſpectaculi cauſa, in edito tur- ris ſuffixæ, cum quatuor dexteris.

damnatis, ſupplicioque affectis, XII. cervices, utrinque ſex, nimir. *Schlickii Comitis, Budovitii, halovitii, Kaplitii, Ovorſetzcii, Loſoni, Bilavii, Ko- ni, Steffetzicii, Coberi, Ieſſenii, & Hauenſchildii*, in to turris ad pontem ſuffigi, cœperunt, *dexteris* i- que ejuſdem *Schlickii, Michalovitii, Ruppelii*, & *enſchildii*, juxtà mediantibus clavis adactis, ac natis. *Ieſſenii* verò truncus, in quatuor partes diſ- us, per que vias, ad furcam deducentes, quadri- partitò diviſus eſt. Pariter *Nicolaus Debieſius*, manè inſequenti, linguâ ad furcam affixâ, per integram horam miſerrimum humanæ calamitatis ſpectacu- lum præbuit. Qui cùm *Rabam* porrò in compedes, atque ergaſtula, mittendus eſſet, ingenti dolore ex- carnificatus, ſpiritum antè, quàm duceretur, pro- jecit.

XIII.

Procuratori Fruhvvein, è turri, metu ſupplicii, ſe præcipitanti atque examini, pœnæ nihilo- minùs irrogantur.

Ntequàm ſuppliciorum id genus tragica ne- ceſſitas impleretur, *Procurator* quidam, nomine *Frühvvein*, id eſt, vinum præmaturum referens, me- tu ſupplicii, mortem præmaturam, è turri dùm ſe præcipitat, pœnis prætulit. Nihilo-ſeciùs à carni- fice cadaver ſacco inditum, currui impoſitum, atq; in *Montem album* apud *Pragam* deductum, humique projectum, eſt. Caput igitur, cum dextra, reſectũ, in furcam novæ *Pragæ* clavis actum, trunco reliquo in quatuor partes diſſecto, totidemque furcillis ſuſpenſo.

XIV.

Flebilis Tragœdiæ iſtius epilogus.

Atque hic quidem flebilis admodùm, luctuo- ſiſſimuſque, ſub carnifice, eventus rerum no- varum amantes, ac ſtudioſos, id genus *Directores Bohemiæ*, ac *conſiliarios*, qui quidem in armis con- trà *Regem* ſuum ſeſe opponere, novumque *Regem*, rejecto *Ferdinando Cæſare*, creare etentârunt, exce- pit. E quibus nunc omnibus, quàm initiò dulces ſint res novæ, imprudentibuſque ſeditiones blan- diantur, atque imponant, fit evidens, exitu per- duellionis ut plurimùm amariſſimo felle, ſub fur- ca, ac carnificis manu, amariore inſequente. *Schlyckii* quidem *Comitis* vidua, matrona illuſtris, functi mariti caput ex infami loco lacrymis, pre- cibuſque, redemit, ſed tantus, inter *matronas* cæ- teras, liberoſque, obortus hac è maritorum, pa- rentumque, laniena, dolor eſt, ut complures, præ inuſitato luctu, ſpiritus, tanquam res vacuas, pro- jecerint.

XV.

Bona tàm mobilia, quàm immobilia, damnato- torum, publico ſub Edicto, confiſcantur.

PEractâ flebili iſtâ tragœdiâ, *Lichtenſteinius Prin- ceps*, nomine *Cæſaris*, per litteras, ut vocant, patentes omnes eos, qui vel damnatis illis quic- quam deberent, aut alios debere præcognoviſ- ſent, tùm mobilia, ex auro, argentoque, atque id genus pretioſis, alicubi depoſita, ſcirent, cita- vit, ut, quicquid fortè in obſcuro eſſet, propala- retur. Sed cùm nemo ex indicibus prodiret, aut quicquam prodere vellet, denuò, publicato ſeve- riori edicto, hoc actum eſt, ut intrà menſem præ- ciſè omnes, quibus eorum quiddam cognitum eſ- ſet, prodirent. Niſi hoc faxint, & ſcientes eſſe in- terim comperiantur, futurum, ut deprehenſi tri- plum, pœnæ loco, eorum, quæ reticuiſſent, pende- re debeant, indicibus verò ultroneis, ſub ſilentii fi- de, tertia pars rerum indicatarum è contrà, præmii vice, cederetur.

XVI. Bohe-

XVI.

Bohemici ſacerdotes, eò, quòd ſub concionibus perduellionem foviſſent, atque accendiſſent, exilio damnantur.

INter cæteros, neque à damnatione imunes prorſus extitêre *Bohemiæ* ſacerdotes. Hi enim, quòd tā ſub concionibus publicis, quàm precationumquotidianorum formulis etiam typis evulgatis, ac proſtantibus, non tantùm in *Ferdinandū Regem*, ac *Cæſarem*, ſuum, declamâſſent, ſed furioſorum, ac perduellium, animos, ſuperadditis ſtimulis, ac calcaribus, inflammâſſent, ut etiam eo tempore, cùm, barbarico more, *Cæſaris* conſiliarii è feneſtris præcipitarentur, tùm, cùm in confœderationes, novique *Regis* electionem, conſpiraretur, ſermonibus, publicè habitis, tantùm non ſeditioſos *Proceres*, quàm cives, & plebem, animâſſent, ideóq; tametſi gravioribus pœnis condigni haberentur, publicato programmate, nihilo-minùs perpetuo exilio, damnati ſunt. Intrà tridùum ergò omnes è *Praga* abirent. Reliqui intrà *Bohemiam*, octidui ſpatio, emigrarent, mobilibus, ut vocant, ac pretioſis rebus ſecum aſſumptis, edictum eſt. Immobilia, ceu vocant, bona, intrà trium menſium intervallum, vænirent. Si qui ex iſtis, ultrà expreſſum in programmate terminum, ſive intrà *Bohemiam*, ſive regna, ac provincias *Auſtriacas*, fortè deprehenderentur, iſti omnes, unà cum hoſpitibus, eos excipientibus, ad graviores pœnas reducerentur, ſervarenturque.

Quinquaginta ergò *Pragâ*, *Bohemiâque* cæterâ, paſtores *Evangelici*, non ſine ſuorum deſiderio, exceſsêre. Reliquis *Theologis Germanis*, atque *Evangelicis*, ad tempus *Pragæ* quidem relictis, & ſacra ſua peragentibus, ſed paulò poſt, interveniente reformatione, itidem dimiſſis.

XVII.

Sententia, in Moraviæ Proceres, ſeditionis autores, inſuper publicata.

PEractis iſtis intrà regnum *Bohemiæ* damnationibus, ac ſuppliciis, ordo quoque *Moravos* ſucceſſivè tetigit. In eos itaque, qui quidem per *Moraviā Bohemis* perduellibus acceſſiſſent, apud *Prinnam* ſolenni more, hæc ſententia publicari, atque in executionem deduci, cœpit:

Et quidem è *Dynaſtis*, *Moraviæ Mareſchallus*, ſub pœna capitis, ac dextræ, itemque bonorum publicatione, damnatus, ſed ex gratia ad perpetuos carceres remiſſus, eſt. Pariter *Chriſtophorus Ritzanus*, *Rudolphus Schleunitius*, *Sdenco Vallenſteinius*, *Fridericus*, & *Carolus*, Kaunitii, *Venceslaus Mallius*, *Bernhardus Schöſterſchiſtlius*, *Georgius Zaradetzcius*, omnes *Moraviæ dynaſtæ*, ſub pœna capitis, ac dextræ damnari quidem, ſed, interveniente gratiâ, partim ad perpetuos, partim aliquot annorum, carceres remitti, cœperunt. Eandem damnationem, remiſſis gravioribus ſuppliciis, ad perpetuos, annuoſque, carceres ex *Equeſtribus* experti nempè *Chriſtophorus Plecktanus*, *Ludovicus* Krackerutius, *Vaditzcius*, *Vatzlaus Rechenbergerus*, Kellerſchinus, & *Andræas Seitlius*. E quibus, modò dictus, *Seitlius* per gratiam hoc obtinuit, ut apud baſilicam *D. Iacobi* per integrum annum eleemoſynas colligere teneretur.

E civitatibus *Moraviæ*, porrò, *Io. Adamus Olmutius*, *Vitus Auſtriacus*, *Ioannes*, *Tornus*, *Martinus Leopoldi*, *Ioannes Hinconius*, *Fridericus Mainrathus*, *Fridericus Truſchiccus*, *Ioannes Lanſtranſcius*, ſub pœna capitis, & bonorum, damnati quidem ſunt, ſed per gratiam pars ad carceres, pars ad ergaſtula, ablegari cœperunt.

CAP. VI.

Principes Co-uniti cū Cæſare paciſcuntur, exercitumque dimittunt. Curâ Palatinatus defendēdi ad Horatium de Veer, & Michaelem ab Obētraut, redeunte.

I.

Per Palatinatum Principibus Cò-unitis ferian-tibus, omnia retrò labuntur.

INtereà, dùm tempeſtas iſta tragica apud *Pragam* deſævit, non minùs per *Palatinatum*, abſque vllo *Provinciæ* emolumento, ampullatum eſt. *Spinola* e-nim tantùm non hoſtem egit, ut fer-à defenſoribus plus hoſtilitatis illatum ſit. Exemplo ſint *VVeſt-* & *Oſthofium*, *Palatinatus* illius oppidula contigua. In quæ cùm, ſub integris legionibus, emiſſariorum manum direxiſſet *Hiſpanus*, ne-mine, extrà paucos præſidiarios equeſtres, in oc-curſum educente, haud difficilis locorum erat ex-pugnatio. Victores igitur *Iberici* ingentem victi-indixêre mulctam, ſub interminatione, niſi ci-paucos dies ſummam conſtitutam penderent, fo-re, ut in reditu utrumque ſive oppidulum, ſiv-pagum, flammis, ferroque, perderent. Quo co-gnito, *Co-uniti*, metuentes, ne *Hiſpanus* eum loc-adverſus ſe, in vicinia *Vormatiæ*, communiret, mi-ſis cohortibus, utrumque pagum funditùs delere, ac diſpoſitis ignib. perdere, juſſerunt. Hoc inſign-(ſi Diis placet) opere hoſtium crudelitatem de in-duſtria prævenientes. Quas gratias miſerrimi pa-gani, & paſſim flebilibus modis palantes, defenſo-ribus iſtis ſuis perſolverint, ac quæ in vota, hoſtibus interficiendis apta, deſcenderint, facilè, cui bonæ mentis mica ſupereſt, augurabitur.

II. Co-u

II.

o-uniti Palatinatum defendere, inprimis Ferdinandum Imp. offendere, metuunt.

TAmetſi igitur è *Palatinis* haud raro *Obentrau-*
tus, tribunus ille, ſi quis alius, fortiſſimus, pa-
iæ, ac militiæ, amans, in *Hiſpanos* felices ſubindè
ipreſſiones faceret, nihilque antiquius haberet,
ſi ut cum hoſtibus acie decerneretur, nihilomi-
ıs *Co-uniti*, ſuo more, cunctabundi, & civiliter
gentes, nihil minùs, quàm pugnam, deſiderare
debantur. Hoc cùm ab initiis agerent, rebus
huc *Friderici Palatini* per *Bohemiam* florentibus,
iis invideat, illos, *Palatino* iam, apud *Pragam*,
cto, fugatoque, immò à *Cæſare* poſtmodum pro-
ipto, ſpiritus, manuſque, ſubmiſiſſe: Iacobus
idem, *Britanniarum Rex*, *Philoſophus* ſapientiſſi-
ıs, ſed nihil minùs, quàm miles, nunc cum *Cæ-*
e de rebus *Palatini*, generi ſui, paciſci, cupiebat,
ıc, indignanti ſimilis, armis nepotum ſuorum
trimonia vindicare velle videbatur. Ubi igitur
-unitos, iam tùm *Cæſaris* victoris in partes incli-
bundos, apud *Heylbrunnam* conventum indixiſ-
didicit, emiſſo *Mortonio Equite*, legato, tantùm
n illos, ut *Palatinatus* reſiduam partem tutari,
panoque in armis obviàm educere, vellent, ad-
rtari cœpit, ut etiam pro recuperando illo ſuo-
n patrimonio, integrum, inſtructumque, exer-
ım, promitteret. Inter cætera, legatus, in ſe-
um *Principum* admiſſus, quàm iam tandem ſe-
Rex arma expediret, conceptis verbis perora-

Ut non tàm diverſivè, quàm averſivè, non
ı defenſivè, quàm offenſivè, atque etiam inva-
, educere, & *Palatinatum*, ab *Hiſpanis* interce-
m, recuperare affectus eſſet. Sed *Principes*, an-
ıum obtinentes, maluerunt oblatam, ac pro-
ıtem, *Cæſaris* gratiam civiliter amplecti, quàm
s ultramarini, legiones exſpectare.

III.

ar civitates Imperiales, Vnioni, (ità dicto fœderi) ut renuncient, hortatur.

COnfœderatione iſta, per *Imperium* famigera-
tiſſimâ, *Vnionis* nomine dictâ, ſenſim exſpi-
e, atque in exodium ſpectante, *Cæſar*, miſſis
ivitates liberas dehortatoriis, ut tàm *Vnionis*
eri, quàm rebus *Palatini*, renunciarent, ſub o-
um hucuſque adverſùm ſe actorum indemni-
propoſita, inculcavit, datâ, & conceſſa, hanc
em *Electori Moguntino*, & *Ludovico*, *Haſſiæ Land-*
io, tranſigendi cum civitatibus poteſtate ple-
a.

ot igitur, unà cum *Bohemiæ* regno, ad gremiũ
ris ſeſe conferentibus poſtliminiò provinciis,
l ferè tùm ſupereſſe videbatur refloreſcenti-
ebus *Cæſareis*, nempè, ut tàm civitates *Impe-*
, (quarum non ità vana potentia) quàm *Prin-*
Vniti, ſub anteactorum omnium oblata, ἀμνη-
placarentur, atque mitioribus remediis in viã
ıcerentur. Quo nomine *Cæſaris* dehortatorias,
vitates directas, hoc loco ſuperinducere, haud
e futurum eſt. Ità autem *Cæſar* ad illas: Clemẽ-
ter, ac benignè, vobis notum facimus, inquit, ut etiam iam abhinc didiciſſe potueritis, quâ *Cæſareâ*, paternâque, in pacem propenſione, *Ludovico*, *Heſſiæ Landgravio*, iampridem ſponte ſuâ in tàm ſalutari negotio aliàs operam laudabilem offerenti, impẽdentique, arbitri, ac mediatoris, vices impoſuerimus. Ille cœptum opus ut porrò inſtanter urgeret, civitateſque in viam reduceret. Intereà, quanquã diverſas numero, ac luculentas, *DEI* providentiâ, retulerimus victorias, copiiſque tàm propriis, quã aliundè à conſanguineis noſtris accerſitis, triumphantium more, prævaleamus, malumus tamen mediis vobiſcum lenibus, ac moderatis, uti, quàm ferro, atque armis, experiri.

Quæ cùm *Heſſiæ Landgravii*, dicti *fidelis*, frugifera, ac ſpontanea, animi inclinatio, non poſſit non in rem veſtram eſſe, ſicut & vobis idem, nempè commodum veſtrum, clementer inculcamus, ecce! hac adhucdùm, & quidem peremptoriâ, ultimâque, vice, vos exhortamur, ut, unà cum civitatibus ſociis, quamprimùm ab armis diſcederetis, rebus *Palatinis*, ipſique fœderi veſtro, *Vnionis* nomine venienti, iam iamque ad finem (ſicut è cõdicillis, *Pragæ* repertis, innotuit) ſpectanti, renunciaretis, neque ullam illius facti extractionem præſumeretis.

Qua in re ſicubi, iuxtà confidentiam noſtram, arma ſubmiſeritis, fœderi, ipſique *Palatino*, vale dixeritis, nedùm exercitibus noſtris recalcitraveritis, omnibus vobis, hoc intuitu, omnẽ *Cæſaream* clementiam offerimus, ac ſanctè repromittimus, confirmatiſſimum facientes, omnia iſta, quæcunq; à vobis, veſtriſque, in nos, atque anteceſſores noſtros, *Cæſares* defunctos, unquam tentata, facta, ac patrata, hucuſque ſunt, tanquàm unquam neque *Vnio* veſtra, neque arma veſtra, fuiſſent, ſopita, deleta, abolita, ac mortua, futura eſſe. Quo nomine non ſolùm cives veſtros, ſed conſiliarios, ac miniſtros, ad unum omnes, comprehendimus, omnibus illis omnia in nos, noſtramque regiam familiam, ſive verbis, ſive factis, prolata, ſive etiam ſcriptis cõcepta, remittentes, veniamque, atque reatus indemnitatem, ſpondentes.

Prætereà, unicuique ſive *Principum*, ſive *Ordinũ*, *Co-unitorum*, ſub fide *Cæſarea*, promittimus, fore, ut ab exercitibus noſtris, tàm *Auſtriacis*, quàm *Burgundicis*, cæteriſque *Catholicis*, ac *Ligarianis*, non infeſtẽtur, nullâque impreſſione graventur. Ut potiùs, urgente neceſſitate, à nobis, noſtriſq; copiis iuvari, & in protectionem admitti, debeant. Secundũ hæc, unicuique civitati privilegia, iura, conceſſiones, immunitateſq;, quibuſcunque ſive veteribus, ſive novis, gaudent, de integro confirmabimus. In quem evẽtum, ne quid eius generis deſiderari poſſit, *Ioanni Svickhardo*, *Electori Moguntino*, & *Ludovico*, *Heſſiæ Landgravio*, hanc poteſtatem pleniſſimam fecimus, illi, quicquid defectuum emergere fortè queat, autoritate ſua ſupplerent.

Quæ cùm ità ſint, nihil dubitamus, futurum, ut hanc vobis obviam, *Cæſaream* gratiam, faventemque benevolentiam, nequicquam proiiciatis, ſed, in veſtri, veſtrorumque civium, emolumentum, amplectamini. Quo nomine à quibuſcunque ſive fœderibus, ſive actionibus, *Vnionis* axioma iſtius ſpectantibus, renunciantes, ad has *Imperii* leges, ac conſtitutiones, redibitis, tranſactionem pacis tàm

religioſæ, quàm prophanæ, admittetis, adeóque, ad ſummam, quid animi vobis ſit, rotundis, ac categoricis, verbis declarabitis.

IV.

Reipubl. Noribergenſis ad Electorem Moguntinum, & Ludovicum Heſſiæ Landgravium, reſponſio.

AD illas *Cæſaris* dehortatorias, per *Electorem Moguntinum*, & *Heſſiæ Landgravium*, ad *Imperii* civitates, emiſſas, inter cæteras urbes conſocias, ſic quidem *S. P. Q. Noribergenſis* reſcripſit: Quandoquidem, inquit, ſub periculoſis hiſce, motibus, ac perturbationibus, ſecundùm *DEVM*, nihil ſibi gratius, acceptiuſque, evenire queat, quàm ut *Cæſaris* gratiam ſibi certò promittere poſſint, ſuper quã iamdudùm curioſos iniecìſſent oculos, nihilque hactenus habuiſſent antiquius: utique ſeſe in eo totos eſſe, ut cum ſociis civitatibus, quarum legatos propediem expectent, deliberarent, factoque unanimi concluſo, eum in modum *Cæſari* demiſſa cum obedientia, atque obſervantia, obviàm irent, ſicut ab *Imperii* membris fidelibus, ac devotis, requireretur. Sub ſpe, futurum, ut non tàm *Cæſari*, quàm *Electori* ac *Principi*, demiſſa hæc ſua voluntas, complacere ac ſatisfacere debeat.

V.

Co-uniti in compoſitionem inclinant.

ANtequàm, ſuper abolendo *Vnionis* fœdere, cum *Imperii civitatibus* liberis, ageretur, iam tùm *Ludovicus*, *Heſſiæ Landgravius*, ſingulari pietatis, paciſque, zelo motus, *Ioach. Erneſtum*, *Marchionem Onolſpaccenſem*, & *Ioh. Fridericum*, *Ducem VVürtenbergicum*, *utique Vnionis* capita, litteris interpellarat, propoſitis mediis, ac conditionibus, ſaluberrimis, quibus pax revocari, bellum funeſtum profligari, *Cæſariſque* autoritas conſervari, poſſit.

Ad quæ quidem ſic exceptum eſt à *Principibus*: Nunquam *Co-unitos Principes* adverſus *Cæſarem* inſurrexiſſe, ſed, ex merito, omnem obſervantiam, ac cultum, illi debere. Hoc nomine neque cum *Bohemis* ſibi negotii quicquam fuiſſe, ſed pacta, atque tranſacta, *Vlmenſia* ſtudioſè obſervâſſe. Quò minùs autem ab armis diſcederent, in cauſſa eſſe *Spinolam Marchionem*. Hunc enim vocationis ſuæ limites excedere, hunc oppida, locaque, complura, quibus neque cum *Bohemis*, neque cum *Vnione*, quicquam commune eſſet, expugnare, hunc ſubditos, ad oſſa, ac medullas, uſque, exactionibus urgere, ut neceſſaria à defenſione recedere ne quidem ſuſtineant. *Landgravius* proindè apud *Cæſarem* hoc ageret, *Spinola* ut militem ex *Imperio* deduceret, & quidvis non facturos, tunc ſeſe ad *Cæſarem* redituros, eſſe. Id quod ut ematurari poſſit, diætâ opus eſſe, quâ quidem de pacis reproducendæ mediis opportuniùs deliberari queat.

* * *

VI.

Inter Principes Co-unitos, apud Moguntiacum & Spinolam Marchionem, tranſigitur.

CIvitatibus igitur *Imperii liberis*, ad *Cæſaris* exho
tationem, *Vnionis* axiomati renunciantibu
paulò poſt etiam *Principibus Co-unitis* ille anim
venit in præcordia, ut miſſo ad *Cæſarem* legato, *F*
derico, *Comite Solmenſi*, ſuper tranſactionis medi
diſpicerent.

Intereà, nomine *Cæſaris*, *Electore Moguntino*,
Ludovico, *Heſſiæ Landgravio*, tranſactionem prop
nentibus, *Ioach. Erneſtus*, *Marchio Onoltzpaccenſis*,
Io. Fridericus, *Dux VVürtenbergicus*, *Moguntiacu*
pervenêre. Illic inter *Principes Vnitos*, ab una, & *An*
broſ. Spinolam Marchionem, ex altera parte, tranſ
ctum eſt. Nempè *Vniti Principes*, iam ad finem ſp
ctanti, *Vnionis* axiomati, nuncium remitterent,
mulátque *Friderico Palatino*, tanquam *Cæſaris* ho
nullo pacto, tàm directè, quàm indirectè, ope
ferrent, ſed, copiis miſſionem dantes, cum *Cæſa*
in gratiam reverterentur.

Vice verſâ *Hiſpanus* deinceps nihil hoſtile
Principes, *Statuſque*, *Vnitos*, deſignaret, omnibuſq
illorum tribunis, officialibus, miniſtris, ſubditi
que, iuxtaque arcibus, oppidis, totiſq; provincii
exactionibus, expilationibus, populationibuſqu
parceret. Atque hac ſub tranſactione, omnes i
Electores, *Principes*, *Civitates*, *Equeſtreſque*, tàm *Cath*
lici, quàm *Proteſtantes*, comprehenderentur, quib
de actum in diæta *Vlmana*, ità tamen, ut res *Iuli*
cenſes huc non pertineant.

Ad *Fridericum Palatinum* quod attinet, qui hac
tractatione expreſſis verbis excluderetur, promi
Hiſpanus, ad rogationem *Iacobi*, *Britanniarum Reg*
ſe uſque ad *Idus Maias* inducias facturum, executi
nemque in *Palatinatum* ſuſceptam ſuſpenſurun
hac ſub lege, *Principes Vniti*, quò intereà copiæ *P*
latini, ſeorſim ſeſe tenentes, ab omni iniuria inf
renda feriarentur, curare vellent.

VII.

Pariter Mauritius, Heſſiæ Landgravius, Vnion valedicit: Cumque Ambroſ. Spinola, Mar chione, tranſigit.

PRæeunte illâ apud *Moguntiacum* tranſactione
Mauritius, *Heſſiæ Landgravius*, *Vnionis* illius,
fœderis, ſatur, ſuos quoque *Bingium* emiſit legato
Eitelium à Berlepſch, *Iuſtum-Chriſtophorum*, *à Boin*
burg, *Ioan. Brandium à Dalvig*, *Valentinum Purgoltu*
& *Chriſtophorum Deishnianum*, IC. Qui dicto lo
cum *Hiſpani*, *Spinolæ* illius, deputatis, nempè *Io. C*
rolo à Schönberg, *Chriſtophoro ab Etten*, & *Petro de Alz*
mora, congreſſi, ſub ſequentibus corollariis, (po
eaquàm *Principis* illius ſui animum, variis adduct
magni momenti rationibus, & perſuaſionibus,
pacis compendium inclinâſſent) tranſactione
pepigerunt: Nempè *Mauritius*, *Heſſiæ Landgravi*
neque *Fridericum Palatinum*, neque alios *Cæſaris* h
ſtes, deinceps aut conſilio, aut re, operâque, ſ
quoviſcunque colore, ac prætextu, iuvaret, ſed
fide, atque obſervantia, ergà *Cæſarem* debit
tanquam fidelis *Imperio Princeps*, perſeverar
Secundùm hoc, miſſionem copiis ſuis dar

Item

mque ab *Vnione*, ſic dicto fœdere, iam ſub *Maio* nſe ad finem ſpectante, ſeſe abſtineret, nedùm, deinceps in favorem *Palatini*, contraque *Cæſa-ri*, ulla nova cathena, aut confœderatio, coire ſſit, autor eſſet.

Ex adverſo condixit *Hiſpanus*, ſe bonâ fide cura-um, ne *Mauritius*, *Heßiæ Landgravius*, tàm quà *ncipatus, Comitatus*, & *Dyaſteias*, ſuas, omneſque, lè dependentes, reditus, quàm quà vaſallos, nſiliarios, miniſtros, ſubditoſque, in univer-n omnes, ſalvis manentibus iuribus, ac privile-s, quibuſcunque, per hunc ſuum exercitum, & i deinceps ſub ſua futurus ſit manu, onerari, varique, ullo pacto debeat.

Atque hæc tranſactio codicillis comprehendi, nuque, ac ſigillo, *Mauritii Principis*, itemque *broſ. Spinolæ, Marchionis*, tùm corroborari cœ-ità tamen, ut à *Ferdinando Cæſare*, & *Alberto Ar-luce, Belgii Gubernatore*, ſuperaccederet confir-tio.

VIII.

incipum Co-unitorum, legati apud Cæſarem, pro Palatini reconciliatione, intercedunt.

Ræeunte illâ *Principum Vnitorum* cum *Spinola* tranſactione, *Legati*, ad *Cæſarem* miſſi, porrò, er *Friderici Palatini* reconciliatione, ut & loco-n in tractibus ad *Moſellam*, vulgò Hundsrück vo-t, itemque per *Veteraviam*, ab *Hiſpanis* occupa-um reſtitutione, tàm rogare, quàm conqueri, perunt. Ad quæ *Imperator* illis regeſſit: Quòd *uniti Principes* confœderationi, itemque *Fride-Palatino*, proſcripto, nuncium remittere, & cũ *are* in gratiam redire, vellent, operæ pretium eo) illos facere, & pacis reſtitutionem maturare. autem *Cæſar* proſcripto *Palatino*, nondùm ſe mittenti, multò minùs deprecanti, ſed in armis n palàm reſtaurandis occupato, ignoſcere, ac nivere, debeat, hoc eius generis eſſe, ut & legi-*Imperii* repugnet, & *Cæſaris* autoritati, iuribuſ-, in hoſtem exercendis, deroget. Ut enim *Cæ-* càm diu executionem pacatam ſuſpendere de-t, cauſſam nullam eſſe. Hoc enim pacto pro-ptum intereà vires, copiaſque, conquirere, *Im-umque* denuò infeſtare, poſſe.

Quod autem ad locorum in tractu *Moſellano*, que *Veteraviam*, ab *Hiſpanis* occupatorum, reſti-onem attineret, *Cæſarem* iam dudùm edictis iſſe, ne innocentes, quantum eius poſſibile fo-, gravarentur. Interim, *Cæſarem* intelligere, lta in illis loca eſſe, hoſti, commeatibuſque, op-tuna, quibus interceptis proſcriptus, adhuc-n arma recoquens, abuti, atque *Imperium* infe-c, poſſit. *Principes* itaque reſtitutionem prædi-rum locorum quantò ociùs ematuraturos eſſe, ibi executioni, in proſcriptum paratæ, non im-pedimento ſint, ſed potiùs hoc enitantur, quò *Cæ-ſar*, & *Imperium*, contrà proſcripti, eiuſque compli-cum, invaſiones, in vado, quod aiunt, eſſe queant. Antehàc fuiſſe nonnullos, qui, abſque ulla recti, iuriſque, ſpecie, civitates *Imperii* intercepiſſent. Ut *Imperatori* eò minùs vitio verti debeat, ſi tempo-re hoc neceſſario quibuſdam *liberis civitatibus*, in *Imperii* commodum, ne ab hoſtibus invaderentur, uti velit.

IX.

Principes Co-uniti cõfœderationem diſſolvunt, copiaſque exautorant.

ATque hucuſq; duravit confœderatio illa *Prin-cipum, civitatumque liberarum*, *Vnionis* nomine dicta, famoſa, ac ſpecioſa magis, quàm fructuoſa. *Principes* enim, *civitateſque*, intervenientibus tranſ-actionibus, non tàm fœderi, & *Palatino*, renuncia-runt, quàm militi, ac copiis, ilicet miſſionem dede-runt. Ità cura, ac defenſio, *Palatinatus* ad duos illos tribunos, *Horatium Veterum*, *Anglum*, & *Michaëlem Obentrautum*, *Germanum*, redacta eſt, ſub copiis *Pa-latini* propriis, cum *Anglorum*, *Batavorumque*, ma-nu, patriæ protectionem ſuſcepturos.

Quis nunc igitur, à *Politicis* olim ſcriptoribus ſapienter proditum eſſe, negabit, *Fœdera tàm diu ſi-bi conſtare, quàm diu eundem ſervet Fortuna vultum?* Certè, evidens illius hîc corollarii ſuppeditatur ex-emplum. Ecce! (quis hoc credat?) inclinante tan-tùm, ac fracta, *Friderici Palatini* fortunâ, è tot ami-cis, confœderatiſque, vix ſuperfuit, qui partes & victi, & infelicis, per *Bohemiam, Germaniamque*, tue-ri vellet. Hæccine (ut infert *Satyricus*) conſilia mor-talium? Hæccine vota magnarum cogitationum? En! fœdus quemadmodùm natat? Ecce! de tàm magna nave ne tabulam quidem (*Palatinus*) nau-fragus habet. Ite nunc, inquam, mortales, & ſplen-didis cogitationibus præcordia implete! Ite, & de-inceps fœderibus credite! ſcilicet hic exactè cal-culum poſuit, hic regnum ſibi promiſit, hic patriã tutam, damnique immunem fore, ſibi finxit. Ecce! quàm procul à deſtinatione ſua iacet. Dii, Deæq;: quàm unico Fortunæ novercantis ictu, tot illu-ſtria pectora, amicitiæ glutine ligata, vultus mu-tant: Itane ſors probat amicitias, ut, inſtar *Lydii* a-licuius lapidis, neceſſitatis tempore, futura ſit? Hæc, dùm ridet, amicos conciliat, redditque fa-ventes, dùm tonat, etiam coniunctiſſimos quoſ-que haud rarò terret, fugatque. Ubi igitur fœderi, fideique, malè creditur, modò bonitas cauſ-ſæ triumphet, ſat eſt. Quæ ſi pariter ex-ulet, non eſt, ut ſpes recta, & ido-nea, ſuperſit.

***

Io. Petri Lotichij

RERUM GERMANICARUM LIBER IX.

CAP. I.

De Danię Regis comitiis apud Segebergam, bel[…]lique novi ſeminibus.

I.

Chriſtianus Rex Daniæ, apud Segebergam in Holſatis, conventum celebrat.

DIXISSET, poſt victum, fugatumque, *Fridericum Palatinum*, diſſolutaſque tot populorum, tot principum, confœderationes, actum eſſe de bello intrà *Imperium Germanicum*. Sed ecce! dũ alterum vixdùm finitũ eſt, alterius, & novi, belli initia gliſcunt. Uſque adeò *Tullianum* illud verum eſſe, vel hîc deprehenditur, *Bellum, quò evadat, neminem certum eſſe poſſe*. Ne igitur *Cæſar*, & *Germania*, eſſent porrò ſine bello, *Danus* effecit. Hic ægrè ferens, *Hiſpanos* per *Palatinatum*, finitimoſque *Principatus*, nemine ferè prohibente, impunè, ac licenter, ferri, conventum, apud *Segebergam Holſatiorum*, indixit, varioſque, inprimis *Saxoniæ inferioris*, *Principes*, eódem invitavit. Mittebat ſimulátque legatos *Rex Angliæ* præſentem ad diætam: *Digbio Equite* interim *Bruxellas* amandato, atque *Palatinus* reſtitutionem poſtulante. Ea ſub diæta ad *Imperatorem* decreta fuit legatio, quàm, ſub *Henrico Rantzovio Equ. Rex* tùm expedivit.

II.

Chriſtiani, Daniæ Regis, increpatoriæ ad Spinolam, Marchionem.

INterim irritatus *Rex Daniæ* ſequentem invectivam ad *Spinolam* tàm ſuo, quàm *Brunſvicenſium* ac *Luneburgenſium*, *Ducum* nomine, direxit. Non abſque ſingulari animi commotione, ac dolore, tàm ex pervulgato rumore, quàm diverſorum *Imperii Principum*, agnatorum noſtrorum litteris, ac querelis, didicimus, quo pacto per exercitum *Hiſpan*[…]
cum, in *Imperium* introductum, tantùm non m[…]
gnam *Germaniæ* partem, nempè tot arces, civitat[…]
atque oppida, ad *Palatinatum* ſpectantia, occup[…]
veris, partim vi, partim deditione, ceperis, atq[…]
etiam nunc ſub poteſtate retineas, ſed etiam fini[…]
morum *Principum*, ac *Dynaſtarum*, regiones invaſ[…]
ris, adeóque eorum, qui ne unquam quidem co[…]
trà *Imperatorem* vultus elevare auſi ſunt, pupillo[…]
nimir. & viduarum, patrimonia, expugnaveris, […]
veriſque, atq; hoſtilibus, exactionibus magis, m[…]
giſque, exhaurias, ac premas. Accedit, ut & co[…]
fœderatis, viciniſq;, cæteris *Principibus*, eadem i[…]
preſſio intentari cœperit, ſub interminatione il[…]
facta, niſi à defenſionis, omni iure tàm divino, q[…]
humano, licitæ, mediis recedant, fœderibuſque
legibus *Imperii*, bullaque, ut vocant, *Carolinæ*, a[…]
probatis, nuncium mittant, arces, oppida, clauſt[…]
pro libidinatione *Hiſpani* militis, dedant, atque […]
ponant, fore, ut itidem cogi poſſint, ac debeant.

Quæ cùm omnia ex diametro cum conſtituti[…]
nibus *Imperii*, tranſactione pacis tàm *Religioſæ*, q[…]
profanæ, itemque libertate *Germanica*, nec non […]
timationibus, à *Ferdinando Imperatore* ad nos dat[…]
pugnent palàm, neque ullo pacto committendu[…]
ſit, ut tàm diverſi *Imperii Principes*, & quidem agn[…]
noſtri, ſub tantis oppreſſionibus gementes, om[…]
auxilio deſtitui debeant.

Ea de re amicè intervenimus, rogantes, ut t[…]
operâ res potiùs ad æquam compoſitionem, (q[…]
quidem collimat hæc intentio noſtra) quàm […]
armorum, novique belli, apparatum licitum, di[…]
gi queat. Neque enim ſic agnatis, atque amicis, […]
ſtris, quiritantibus, & gementibus, tàm neceſſa[…]
tempore, deeſſe, pium, æquumque, fuerit. Re[…]
igitur feceris, ſi deinceps ab id genus hoſtili i[…]
preſſione abſtinueris, inprimis inſontibus *Prin*[…]
pibus, Statibuſque, loca, per vim ablata, reſtitueri[…]

Atque id ipſum eſt, quo tibi nomen, & de[…]
humani, ac ſapientis, *Principis*, noſtrumque, […]

cæ[…]

æterorum *Imperii Principum*, favorem, conciliare
oſſis. Vale.

III.

'æſar Ducem Brunſvicenſem, ne bellum novum foveat, dehortatur.

Irca *diata Holſatia* illius exodium, cùm variis
locis armorum peragerentur præparationes,
vulgus, ſicut fieri amat, varii rumores emanâ-
nt. Pars, *Saxoniæ Inferioris Principes* hoc agere, ut,
fenſionis ergò, arma, copiaſque paratas, habe-
it, ut ut res ferat, divinârunt. Pars, *Saxones* illos
idericum Palatinum in patrimonium ſuum, nem-
Palatinatum, reſtituere velle, perhibuerunt.
uicquid autem eius rei eſſet, certè ab eventu pa-
it, *Daniæ Regis* legatos, ad *Cæſarem* miſſos, hoc ro-
ſſe, nempè *Palatinus* patrimoniis ſuis reddere-
, *Spinola* verò, unà cum *Hiſpanis Imperii* finibus
cederet.

Hæc ubi rumoribus differrentur; *Danicique* le-
ti *Viennam* peterent, intereà *Cæſar Ducem Brun-
cenſem* ab armorum præparatione ſequentibus
hortari cœpit: Nempè *Cæſari* ignotum eſſe, nec
am hactenùs querelam, ab *Imperii Principibus* fi-
ibus, de exercitu hoc, vel illo, *Cæſareano*, querē-
us, ad aures ſuas perveniſſe. Atque hoc ipſum
idem eſſe, quod *Cæſar* verbis conceptiſſimis antè
s inculcâſſet, ſanxiſſetque, omninò providerent
rcitus, ne quis, inter *Imperii Principes, Statuſque,*
ons, ac fidelior, fortè premeretur. Nihilominùs
dverſo dari homines maleferiatos, & quicquid
dolosè fabricantes, perſuadenteſque, qui qui-
n *Spinolæ Marchionis* actiones ſuo ex ingenio fin-
e, accuſare, & peſſimis coloribus denigrare,
ſumant, tanquam ille, *Cæſare* volente, ſubiuga-
Palatini patrimonio, porrò in *Saxoniam inferio-*
educere, bonaque eccleſiaſtica ad gremium
leſiæ reducere, laboret. Hanc in rem *Saxones*
a ciere, hanc in rem militem cogere. Hæ cùm
mniæ, *DEO*, hominibuſque exoſæ, *Cæſaris* mē-
, conſcientiamque, vehementer vulnerent,
inprimis, ante data, *Cæſaris* fides etiamnunc
rveniat, ac confirmatiſſimum faxit, nempè fu-
m eſſe, ut *Cæſar* contrà leges fundamentales,
erii conſtitutiones, ipſamque pacis, tàm reli-
ſæ, quàm profanæ, tranſactionem, deſignare
il cupiat, utique iàm tùm *Spinolam* in mandatis
ere, is militem ex *Veteravia, Principumque* finiti-
rum territoriis, deduceret. Quæ cùm ità ſint,
ris verbis, ſyncerationibuſque, iteratò factis,
fidem adhiberet, perſuaſionibus id genus fi-
locum haud daret, ab armis inprimis, ac ſum-
us, feriaretur, eamque, quam à maioribus per
lucem accepiſſet, ergà *Cæſares Auſtriacos* bene-
entiam, atque obſervantiam, perſeverare vel-
et. Iſthoc *Cæſari* volupe, ac gratum, *Duci*
verò utile, ac fructuoſum, fu-
turum eſſe.

* * *

IV.

Electoris Moguntini, ad eundem Ducem Brunſvicenſem, diſſuaſoria.

TOtidem verbis *Elector Moguntinus* dedit ad *Brunſvicenſem*. Seriò dehortatus, cùm iam tùm inter *Principes*, nuper *Co-unitos*, & *Spinolam*, tranſactio feliciter pacta eſſet, tùm quà res *Palatinas*, *Hiſpanus* inducias feciſſet, quàm inſperata, inconveniens, ac damnoſa, expeditio futura eſſet, ſicubi è *Saxonia Inferiori*, ſicut rumor differret, in *Palatinatum* exercitus educendus foret, nemini non fore obſcurum. Eo enim pacto ſalutare tranſactionis opus tantùm non perturbari, ſed omnia retrò ferri, ac lapſura eſſe, de quibus iam ordine conveniſſet. Ne igitur novum belli incendium, vix ſopitis facibus civilibus, è *Saxonia* illis partibus erumpere quitum ſit, maiorem in modum *Electorem* à *Duce* contendere, pateretur illius circuli ſui *Principes* placare, atque, ne in detrimentum tranſactionis illius mutuæ, (quæ ſub totius *Imperii* contineantur *Principes*) tùm in periclitationem *Imperii*, aliquid eiuſmodi deſignetur, præcavere.

V.

Danicorum legatorum in aula Cæſarea, ſuper exculpatione Friderici Palatini, propoſitio.

SEd *Daniæ Regis* legatorum, in aula *Cæſarea*, propoſitio fuit eius modi: Nempè *Regem* ſuum bellicas illas perturbationes, clades, ac lanienas, per diverſas *Imperii* provincias hucuſque ſævientes, non abſque inſigni ægritudine animum admiſiſſe, nihilque magis cogitâſſe, quàm *Imperii Principes Proteſtantes*, iuxtà declarationem *Cæſaream*, præſertim eos, qui motibus *Bohemorum* perduellium ſeſe haud miſcuiſſent, ab omni militari iniuria, atque offenſa, immunes fore. Iam autem *Cæſarem*, poſt recuperatam regni *Bohemiæ* poſſeſſionem, modò non *Electorem Palatinum*, adversùs formulam capitulationis *Cæſareæ*, proſcripſiſſe, modò non exercitus haudquaquam dimiſiſſe, ut etiam ulteriùs bellum hinc indè promoveat, perque *Hiſpanos* magnam *Palatinatus* partem expugnet, iamque *Principes, Statuſque, Imperii* cæteros, quibus neque cum turbis iſtis *Bohemicis*, nedùm *Unionis* confœderatione, res fuit, oppidò infeſtet.

Quæ cum declarationibus *Cæſareis*, conſtitutionibus *Imperii*, prædictiſque capitulationibus, ſiquidem manifeſtè pugnare videantur, tùm eò ſpectent, ut cœteris, *Imperii Principibus*, adhucdùm quietis, ac pacificis, præmetuendum ſit, ne belli furor, atque incendium, viciniam populans, ad ſe quoque ſucceſſivè commigret, multiſque gravioribus perplexitatibus anſam præbeat, utique *Regem* pro *Imperii* ſalute ſolicitum, non poſſe non hanc amicam interponere admonitionem. Primùm enim *Palatinum Electorem*, ut è patrimonio ſuo eiici prorsùs debeat, haud quidem eſſe paſſurum, ut auxilio tàm confœderatorum, quàm *Regum, Principumque*, externorum, adiutus, reſtitutionem in integrum ſperare debeat. Abhinc, metuendum eſſe, ne, graſſante bellorum iſto contagio, gentes exteræ in *Germaniam*, tanquàm in

theatrum, veniant, ſcenamque illam lacrymoſam, ſive tragœdiam, abſolvant. Quas ſemel intrà *Imperii* fines exceptas deinceps eiicere factu difficilè futurum eſſet. *Cæſar* itaque, dùm licet, hoc ageret, exercitibus miſſionem daret, pacem bello præferret, *Palatini* proſcriptionem abrogaret, litem, atque ab illo acceptam, offenſam, arbitris committeret. Hac viâ *Regem* curaturum, ac cum *Electore Palatino* acturum, quò media compoſitionis idonea, debita cum ſubmiſſione, admittere, belloque, pace reducta, clauſulam imponere debeat. Si pariter *Cæſar* cum cæteris, eodem banni fulmine percuſſis, nempè *Iägerndorffio*, & *Anhaltino*, *Principibus*, in gratiam reverti vellet, hoc illud eſſe, quod *Rex* utrâque manu amplecti, & gratanter recognoſcere, cupiat.

V I.

Cæſar reſpondet Danicis.

Superiorem legatorum *Danicorum* inſinuationem ubi *Cæſar* ad *Electores Imperii* dimiſiſſet, tale illis reſponſum reddidit: *Regem*, quod ſuper malo, ac perturbatione communi, condoleret, amicè, ac benignè, facere. Interim motus iſtos per *Imperium* perduellium, ipſiuſque *Palatini*, itâ quidem comparatos eſſe, ut, tametſi obtentâ luculentâ apud *Pragam* victoriâ, *Cæſar* in priſtinam *Bohemiæ* poſſeſſionem veniſſet, nihilominùs exercitus exautorare haud poſſit, præſertim *Palatino* tantùm non ullam pœnitentiæ micam præ ſe ferente, ſed de novo arma cruenta præparante, ut modò non totum infeſtare *Imperium* laboret, ſed *Turcis*, barbariſque, comite *Gabriele Bethleno*, vaſallo *Turcico*, proſtituere conetur. De *Spinolæ* verò expeditione itá eſſe: *Cæſarem* nimirùm inhærere legibus *Imperii*, atque officii, ſibi impoſiti, nihilque aliud, quàm quod ſub diæta *Mülhuſina* pactum eſſet, deſignare. Tantùm abeſt, ut adversùs litteras, declarationeſque, proprias, aliquid præſumere cogitet. Prout igitur *Rex* in ſuo regno contrà perduelles, in ſimili cauſſa, iturus eſſet, itá hîc *Cæſarem* agere, *Palatinique* proſcriptionem non tanquam *Archiducem*, privatim, ſed, publico *Imperii* nomine, tanquam *Cæſarem* æquum, ac iuſtum, exercere. Stante itaque banni æquitate, expeditionem certè, in *Palatinatum* ſuſceptam, ſtare, locumque habituram eſſe. Ut, ſuâ quidem opinione, *Cæſar* non videat, cur *Rex Imperio* legem præſcribere velit, cùm ne *Cæſar* quidem *Regi* ſua ſub iuriſdictione, moleſtus, ac gravis, eſſe præſumat. Hoc loco *Maieſtatis* iura labefactari, quæ ut contrà perduelles intacta ſerventur, omnium *Regum* intereſſe. Interim, extrà *Palatinatum*, cæteros *Principes*, qui neque cum *Bohemis* perduellibus, nedùm cum *Vnionis* ſocietate, quicquam habuiſſent commercii, armis *Cæſareanorum* infeſtari, novum videri *Cæſari*, utique ad quem nullæ ea de re perlatæ forent querelæ: Ut ſic *Rex* plus petat, quàm res exigat. *Spinolam* etiam, ſub hac ſua expeditione, illa quidem moderatione eſſe uſum, ut etiam ipſiſmet *Principibus*, contrà ſe antè in armis ſtantibus, ſit in oculis, tùm cauſſaru[m]
ſuarum arbitrum ipſimet accerſant.

Eoſdem *Co-unitos Principes*, re diligentiùs i[n]
ſpectà, cùm in *Cæſarem*, utique caput ſuum, a[r]
ma ferre non licitum, decenſque, eſſe, cognoſc[e]
rent, nuper, interveniente cum *Spinola* tranſ[a]
ctione, fœdus illud diſſolviſſe, copiiſque miſſio
nem dediſſe. An ergò inſurgerent inferioris *Sax[o]*
niæ Principes, litemque hanc ſuam facerent, pac[e]
iam in proximo aſtante, omninò excluſiſſim[a]
Cæſarem porrò illis, qui inſidias auribus facere, [a]
peſſimis conſiliis nocere, didiciſſent, haudqu[a]
quàm vacare, ut nihil antiquius habeat, quàm [ut]
clementiam, familiæ ſuæ congenitam, exercea[t]
eiuſque bonitatis laudes ab *Electoribus*, *Principibu[s]*
que ſicut, hactenus, reportet.

Eo nomine *Palatinum* nuper non ſolùm ab *El[e]*
ctoribus, ſed ipſomet *Cæſare*, eſſe præmonitum,
fœdo, & deteſtando, illo perduellionis crimi[ne]
abiret. Qui ſi agnatis proximis, minimè ver[o]
conſultoribus noxiis, aures præbuiſſet, nunqua[m]
certè ad ultima iſta deventum foret. Iàm cùn
DEI providentiâ, motus iſti, nuper per *Bohemia[m]*
ſævientes, interveniente *Pragenſi* victoria, ſi[nt]
ſublati, non eſſe, cur vel *Rex*, vel *Principes Saxon[iæ]*
Inferioris, rebus ſuis quicquam metuere debean[t].
Niſi fortè ſint, qui alienis negotiis accedere, be[l]
lumque paci refloreſcenti anteferre, adéoque pro
ſcriptum tueri, meditentur. Quo nomine (ſiqu[i]
dem *Cæſar* proſcriptioni, iuribuſque, ut vocant
Maieſtatis, inhærere omninò affectus ſit) perpl[e]
xitates, à *Rege* allegatas, extimeſcendas eſſe.

Proindè *Cæſarem* amicè contendere, *Rex* tan
quam præcipuum *Imperii* membrum, potiùs ſalu
tem, commodum, ac pacem, *Imperii*, quàm affini
tatis reſpectum, penſi haberet, neve autor eſſe
Cæſari, ut ea, quæ per Senatuſconſultum ordin
decreta ſunt, abrogarentur, aut, tanquam illegi
timè concluſa, annihilarentur. Proſcriptu[s]
modò non ullam facti pœnitentiam præ ſe ferre
ut omnis generis hoſtilitates de induſtria conti
nuet, *Imperioque*, ſi poſſit, ruinam minetur. Si i
gitur *Cæſarem* iſtius actionibus connivere uſuve
niat, quid aliud hoc eſſet, quàm ſpatium, ac tem
pus, iſti impertiri, quò magis furori ſuo litare, a
machinationibus velificari, queat, præſertim
cùm in *Bohemia* fortalitia nonnulla adhucdù[m]
poſſideat, è quibus metuendus ſit? Cùm erg[o]
cæteri inferioris *Saxoniæ Principes*, apud *Lünebur*
gum conventum celebrantes, armaque, defenſio
nis igitur, præparantes, à legatis *Cæſareis*, illuc di
miſſis, requiſiti, reſpondiſſent, ſibi nihil ſanctiu[s]
priuſque, eſſe, quàm ut in debita ergà *Imperato*
rem obedientia, atque obſervantia, perſeveren[t]
ea propter *Imperatorem* confidere, eundem futu
rum *Regis* animum, ut potiùs exercitum pro ipſ[o]
Imperatore, quàm in rem proſcripti, conſcribere af
fectus ſit.

De cæteris *Imperii Principum* ſive oneribus, pro
viſurum eſſe *Cæſarem*. Ut ſub comitiis, proximè a[d]
ultimam *Auguſti* habendis, omninò tranſigi, ani
morumque exulceratio ad ſanitatem perduc[i]
poſſit. *Regem* igitur rectè facturum, ſi opus, tàn

ſalu

utare, magis provehere, quàm intempeſtiva ar- orum præparatione interturbare, affectet.

VII.

Ad Cæſaris reſponſum replicatio Danicorum.

HAnc in ſententiam cùm legatis *Danicis* à *Cæſare* reſponſum eſſet redditum, non deſtite- nt illi replicando rurſus excipere, atque ſequen- , reponere: Quæ *Cæſar* legatorum ad præfatio- m reſpondiſſet, illos intellexiſſe. Ut, omnia c velle reproducere, extrà inſtitutum futurum

Interim, non poſſe non ſe, *Regis* ſui nomine, licando ſupervenire, atque indicare, cauſſam tuum id genus *Bohemicorum*, & quicunque la- næ tàm horribilis fuiſſent autores, *Regem* in dio relinquere, tot ſuper his turbis, ac contro- ſiis, in publico extantibus codicillis, ac diplo- tibus, ut unuſquiſque facilè, quid ſtatuere de- t, citrà præiudicium, affirmare ſuſtineat. Pro- gitur *Rex* turbis id genus nunquàm acceſſiſſet, etiamnunc illi propoſito inhærere, ac tantùm, ſis ambagibus, urgere, quâ viâ, quibuſque me- s facilibus, atque idoneis, inter *Imperii* caput, nembra, reconciliatio, ac pax, redintegrari, nera animorum curari, ſecuritas utrinque fir- ri, *Cæſarque*, ſub *Imperio* quieto, ac pacifico, re- eſcere, queat.

Extrema illa remedia, quibus iretur in *Electo-* ac *Principes*, *Regi* nimis videri aſpera, & multis oſa, ſuſpectaque. Ut à manſuetudine, atque nentia plus emolumenti, ac laudis exſpectan- n ſit. Hæc *Regem* libenter eo fine proponere, orte animum *Cæſaris* ad lenitatem inclinare, ue ab ultimis iſtis in viam revocare, queat. ius enim orbis *Chriſtiani* intereſſe, ut *Cæſar* *Electore Palatino* in gratiam revertatur, nego- nque tranſactionis ematuretur. Undè tur- *Bohemicæ*, & quibus è fontibus, promanârint iò, *Regem* non fugere. Ut ſuper eò diſcepta- ut, utrum *Palatini Electoris* proſcriptio rata ha- da ſit, nec ne, diſquirere nolit.

Quanquam verò, ex applicatione ultimorum enus remediorum, maiores difficultates e- gere ſoleant, ut omnia peiùs intricentur, ni- minùs ſepoſito hocce *Regem* nihil aliud in me- n afferre, niſi quod paci, utrinque reducendæ, peſtivum, atque utile, futurum eſſet. In ventu certè *Mülhuſano* de proſcriptionis pro- nihil actum tùm fuiſſe, ut poſteà cum *Electo-* *xoniæ*, ſuper eius ematuratione, tractari uſu- erit. Quo loco *Regem*, pro prudentia ſua, gè antè, qui eventus tàm luculentam victo- inſecuturi eſſent, divinâſſe, ut ob id perſua- ibus induci opus habeat minimè.

De *Spinolæ* expeditione ità eſſe. Ut is, nomi- *egis Hiſpaniarum*, & *Alberti Archiducis*, in *Im- m* venerit. Tantùmque non *Palatinatus* inam partem expugnârit, ſed alios, & fini- os, *Principes*, *Statusque*, quibus cum perduel- s, ipſoque *Unionis* axiomate, nihil commune ſit, infeſtârit, exactionibuſque duriſſimis preſ- ſerit.

Quid *Mauritius*, *Heſſorum Landgravius*, quid *Hanovienſis Comitiſſa*, vidua, ac tutrix, (quæ ingentem pecuniæ ſummam *Hiſpano* pendere coacta ſit,) conqueri cœperint, in propatulo eſſe. Ut, tametſi ad *Imperatoris* aures hæ quiritationes nondùm pervenerint, interim tamen veræ, & notoriæ, exiſtant.

Utrùm *Principes*, nuper *Uniti* cum *Hiſpano* liberè, an coactè, apud *Moguntiacum* tranſegerint, *Spinolæque*, hoſtiliter omnia infeſtantis, etiam *Imperatoris* edictis non parere velle, præ ſe ferentis, humanitati multùm debeant, hoc adhuc ſub iudice eſſe. Interim, ut *Rex Electori Palatino* omnem opem negare debeat, hoc illud eſſe, quod *Regi* interdici nequeat. Ut illud longè potius ſit eventurum, ſicubi *Cæſar* ab executione, atque ultimis id genus remediis, ſeſe abſtineat, pacemque anteferat, invidiæ ſuum ſanguinem mitti poſſe. Indè enim *Imperatori* immortale nomenque decuſque à poſteritate exſpectandum eſſe, ſi liqueat, illum à conſiliis ſuſpectis, atque odioſis, minùs dependere, ſed liberrimè agere, ſed toti *Imperio* ſolem, ſalemque, quod aiunt, id eſt, pacem ſalutarem, neceſſariamque, reducere.

Regi porrò, cùm *Cæſar* tot exercitibus victorioſis inſtructus ſit, haud parùm, neque de nihilo, in vicinia timendum eſſe. Ut neque illud, dùm pro *Palatino Electore*, cæteriſque *Principibus*, intercedit, reconciliationemque, ac pacem *Imperio* reſtaurare annittitur, ſibi vitio vertendum, aut, tanquam alienis ſe negotiis inferat, interpretandum, ſit. Ut enim *Rex* æquo animo ferat, ſicubi agnati ipſius ad incitas, atque extremam depoſſeſſionem redigantur, procul eſſe oportere. *Cæſar* igitur, interiùs ad animum admiſſo calamitoſo *Imperii* ſtatu, hoc ageret, nimirum exercitus hinc indè exautoraret, diſſoluta *Unione*, *Ligarianam* confœderationem æquè diſſolveret, extremis illis remediis renunciaret, *Electorem Palatinum*, ſalvis privilegiis religioſis, prophaniſque, in gratiam admitteret, patrimonium, ab *Hiſpanis* interceptum, redderet, ſumptus refunderet, ac tranquillitatem *Imperio* recuperaret. Eâ ſub lege etiam *Palatinum Electorem* regno *Bohemiæ*, ſociiſque *Provinciis*, tàm ſuo, quàm ſuorum, nomine, in univerſum omnimodè renunciaturum penitùs. Si quid de cætero ſit, aut reſtet, quod animos exulceratos mordere, aut torquere, poſſit, æquis, ac mitibus, compoſitionis mediis hoc ipſum diſpungendum eſſe. Olim apud gentiles *Romanos civicas* meruiſſe *Coronas*, ſi qui cives ſervâſſent, ultimoque exitio eripuiſſent. Ut magni *Cæſaris Iulii* vox æſtimanda ſit, qui, (præter *Gracchi*, & *Clodii*, leges, quibus civis plus quingentis æſtimabatur iugeribus, eique, qui civem intereміſſet, aquâ, & igni interdicebatur) etiam ſub *bello Pompeiano*, exclamavit: *Miles parce civibus!* Cùm enim, *Pax una triumphis Innumeris potior*, ut etiam quandoque pax, tametſi iniqua, iuſto bello ſit præponenda, *Cæſar*, in memoriam revocatis tot caſibus humanis, in quibus fortuna ludere, victoremque victo non ſemel ſubmittere, comperta eſt,

fallaci tàm victoriæ, quàm fortunæ, non plus ultrà credat, quàm par, aut conveniens, eſt. In *Belgio* ſuperiori tempeſtate aſpera, & extrema, remedia, quantum, & quàm crudele, atque hodiernum uſque in diem extractum, bellum moverint, palàm eſſe. *Venetos*, à *Paulo V. Pont. Max.* proſcriptos, tantùm non exacerbatos in arma prorupiſſe, ut interpoſitione *Henrici II. Galliarum Regis*, ab extremis illis ad reconciliationem, atque à bello ad pacem, converſi ſint. Uſque adeò aſperitatem regiminis fomitem, ac tanquam ventilabrum, eſſe, quo belli ſeminia excitantur, incendia verò latiùs diſperguntur, ut *Reges, Principeſque*, à manſuetudine, atque humanitate, tantùm non honorem, exiſtimationemque, immò totius *Reipublicæ* incrementum, toties perceperint. Hanc, (nempè manſuetudinem) elogia ad poſteritatem transferre, cùm ex adverſo aſperitatis, ac ſeveritatis, nomen, tàm præſenti ævo, quàm venturis ſeculis, grave, atque exoſum, accidat, raróque non cruentos, ac tragicos, eventus poſt ſe trahat.

Quod ſupereſt, *Regem* hoc velut ſtipulatò confirmare, nempè *Electorem Palatinum*, quamprimùm is *Cæſareæ* reconciliationis certior eſſe queat, nihil prius habiturum, quàm ut, præeunte debita ſubmiſſione, *Cæſaris* gratiam, favoremque, amplectatur. Eo ipſo momento omnia iſta, quæ de *Mansfeldii*, aliorumque, armis, ac præparationibus obſtare poſſunt, ac tædium afferre, protinùs corritura eſſe.

De *Regis, Principumque Inferioris Saxoniæ*, armis, ac præparatoriis, cùm nullum in finem, niſi ad ſui, patriæque defenſionem ſpectent, *Cæſarem* ſecurum eſſe, neque ſiniſtri quicquam prætimeſcendum venire. Interim, ut *Cæſar* graviſſimi momẽti cauſſam hanc ad *Imperii*, atque *Electorum*, comitia reiicere cogitet, rem ſuſpicione haud quidem vacare. Cùm eo in conventu *Proceres Catholici*, prout vocant, per maiora ſuffragia (quibus de iàm tùm, ſuper actu proſcriptionis, congratulari ſibi occœpiſſent) ituri, ſudoremque, atque operam, fruſtrà inſumpturi, ſint.

Siquidem igitur *Rex* nihildùm hoſtile in *Cæſarem* meditetur, inprimis in cauſſa reſtitutionis quà *Electorem Palatinum*, cùm banni abrogationis, quà *Iägerndorffium*, & *Anhaltinum*, *Principes*, certior eſſe cupiat, legatiſque diſceſſum, atque abitionem, iniungat, utique, *Regis* nomine, ſeſe placitum, categoricumque, ut vocant, ſive abſolutùm, reſponſum urgere, atque interim, donec *Regi* rem omnem nunciare queant, executionis ſuſpenſionem, ac ſequeſtrationem, corrogare.

VIII.

Cæſaris, ad Danicorum replicationem, altera definitiva, & reſponſio.

AD illam verò *Danicorum* inſtantiam ſic rurſus à *Cæſare* excipi cœpit: Tametſi *Cæſar* ſperâſſet, futurum, ut legatis antè data declaratio, nomine *Regis* ſui, ſatisfacere potuiſſet, cùm aliter, ſalvâ autoritate, ne quidem *Cæſar* facere, neque maieſtatem protritam reddere, queat, inprimi verò regiis petitis, ſi res ferret, libenter deferr cupiat, utique nihilominùs ex inſtantia legato rum, in medium allatâ, quàm de induſtria ad *Cæ ſaris* argumenta ſingula obiectiones movere in ſtructi forent, diluceſcere.

Ad quæ cùm ſingulatim deductionem con trà inſtituere non ſit difficilè, prætermiſſis ta men illis, ad apicem, & ſummam, replicatio nis illius *Cæſarem* reſpicere, nedùm opinari po ſe, *Regis* illud conſilium, illud inſtitutum, eſſ ut *Cæſar*, *Imperii* caput, proſcripto *Palatino* utique qui tàm enormiſſimis modis læſiſſet, qu abſque ulla data cauſſa, regna, & provincias, ripuiſſet, qui, interveniente iuſta DEI vindict tametſi victus, fugatuſque, nihiloſeciùs etiam nunc hoſtilia arma retractet, ac quævis ultim minari auſit, obviàm ire, reatum remittere, r conciliationemque offerre debeat. An erg *Cæſar*, hoſtem ſuum, etiam non petentem, gratiam admitteret? An *Cæſar* exercitibus ſ is, tantis cum laboribus, ſumptibuſque, acqu ſitis, miſſionem daret, hoſtibuſque ſuis ſe proſt tueret.

Quid, ſi ne tunc quidem, ubi copiæ dimiſſæ e ſæ eſſent, proſcriptus acquieſceret? Undè tùm *Cæ ſari* facultas foret, armis depoſitis, cum hoſtib paciſci.

Ergone etiam *Cæſar*, exautoratis militibu *Turcis*, barbariſque, per *Bethleni* latus, *Hungar* regnum infeſtantibus, non reſiſteret? An *Lig rianis*, eorumque fœderi, miſſionem daret? A etiam proſcriptis ſumptus refunderet, ipſe ta tùm non hoſtilibus fœderibus, ac conſpiratio nibus, circumſeptus, ipſe tantùm non ſumpt bus, in tot exercitus erogandis, exhauſtus? A *Cæſar* priùs omnia in favorem victorum, ac pro ſcriptorum, hoſtium deſignaret, & tandem exp riretur, quo pacto, quibuſque eventibus, pla dubiis, *Palatinus* ſe ſubmittere, ac deprecar velit?

Certè eam conditionem, qua quidem prop nitur, *Palatinum* tàm ſuo, quàm hæredum, n mine, *Bohemiæ* regno, ſociiſque provinciis, repu ciaturum eſſe, ut cætera ſi quæ ſint exulcerato rùm animorum vulnera, habitâ compoſition diætâ, ad cicatricem, ac ſanitatem, redire poſſi prorsùs inſufficientem videri. An *Cæſar* igitu dùm *Bohemiæ* regnum, anteà hæreditarium, ia per viam armorum in abſolutam poteſtatem r degiſſet, exſpectaret conſenſum *Palatini*, nullo i re regnùm nuper invadentis.

Has nunc, atque id genus, eſſe conditione oppidò aſperas, ac difficiles, quas nec *Principi*, lo gè inferiori, obtrudere æquum eſſet. Nuper nitorum *Principum* legatos, quamquam maio ſub moderatione, etiam *Cæſari* propoſuiſſe r tiones, quibus *Palatinus* proſcriptus in gratia recipiendus eſſet. Verùm enim verùm, comm nicato cum *Electoribus* conſilio, reiectam fuiſſe e rum rogationem, tanquam intempeſtivam. Ut e nim *Cæſar* priùs proſcripti in partes abire, &, qu abindè iſte deſignare velit, exſpectare debeat, i regulare videri.

Siqu

Siquidem ergò conditiones, ſuprà allatæ, cum
toritate *Cæſarea* manifeſtè pugnent, cum peri-
tatione regnorum, & provinciarum hæredita-
rum, coniunctæ ſint, ut de ſumptibus, in exer-
us, ac bellum, inſumptis, nihil afferatur, pro-
ctò *Cæſarem* nihil minùs, quàm illas, admittere
itum eſſe, eóque nomine, quin apud *Regem, Prin-
eſque* cæteros, excuſari poſſit, haud diffidere.
alle quidem *Cæſarem* occaſionem ſibi eſſe, quâ
gi gratificari queat. Interim, cùm tàm enormiſ-
nis modis à *Palatino* proſcripto læſus ſit, illique
hil minùs, quàm deprecanti, atque pœniten-
m emendanti, connivere haud debeat, pari ra-
ne cæteris complicibus, ac proſcriptis, etiam-
nc omnia hoſtilia machinantibus, nec facti ve-
um petentibus, indulgere non poſſit, *Regem* hanc
gativam æqui bonique conſulturum eſſe.

Interim *Cæſari* gratum accidere, ità affectum
e *Regem*, ut ad demonſtrandam ſuam ergà *Cæſa-*
optimam voluntatem, paciſque in *Imperio* e-
iturandam reproductionem, nihil facturus ſit
iqui. Ut etiam copias, iam conſcriptas, in nul-
s offenſionem educere, ſed defenſionis nudæ
gò, fovere, conſtitutum habeat. Defenſionem
nc tamen ad regias provincias, non ad proſcri-
orum regiones, ſpectare, *Cæſarem* arbitrari
le.

De comitiis denique, apud *Ratiſponam* indictis,
n eſſe, ut *Rex* maiora ſuffragia ſubvereri debeat.
m enim conventum eò ſpectare, ut *Imperii* vul-
ribus idonea quærantur remedia. Ut porrò de
torum, Principumque clariſſimorum, fide nequic-
am dubitandum accidat. Ipſum verò iuxtà *Cæ-
em* ità affectum eſſe, ut nihil non, ſalutis *Imperii*,
oni publici, cauſſa, velit, atque meditetur.

CAP. II.

hriſtianus, Rex Daniæ, Erneſtũ, Schaũburgi ſive Comitem, ſive Principem, infeſtat.

I.

niæ Rex in Comitatum Schaumburgicum educit.

IRRITATUS *Cæſaris* reſponſo videbatur *Rex*. Itaque, cum apertè in *Cæſarem*, domi præparato exercitu, ire, ac movere, nondùm conſtituiſſet, tanquam per circuitus hanc rem agere us eſt. *Erneſto* igitur, Comite *Holſato-Schaumgico*, heroe opulento, atque ad magnificenm nato, factoque, apud *Cæſarem* tùm *Principis* ioma, ac titulum, unàque ius *Academiæ Rintelanæ*, impetrante, pupugit hæc novatio *Regem*. Tanquam ergò iſta *Comitis*, & quidem *Holſati*, exaltatio in præiudicium *Ducum Holſatiæ*, ipſiuſque *Regis*, vergeret, color quæſitus, & repertus, eſt. Proindè, non admittere novos *Holſatiæ Principes*, decretiſſimum erat *Regi*. Urget indè ſcriptis *Cæſarem*, & *Schaumburgicum* vocari *Holſatiæ Principem* negat, prohibet, contradicit. Cui cum oppidò *Cæſar* petito non ſatisfaceret, *Rex* educto exercitu in regionem *Schaumburgicam* aſcendit, omniaque paſſim depopulatur. *Schaumburgicus*, animo quidem excelſus, ſed tanto *Regi*, & tàm potenti, viribus longè inferior, cum armis reſiſtere nequiret, pecuniis milites placavit. Et, cùm aliter *Regis* indignationem emendare non ſufficeret, eiurato *Holſatiæ Principis* titulo, ut deinceps *Imperii Princeps* nominaretur, pactus eſt. Sic, non abſque ingenti *Schaumburgicæ* ditionis damno, miles tandem reduci cœpit.

II.

Cæſaris, ad Daniæ Regem, pro Comitis Schaumburgici exaltatione, Epiſtola.

UT autem totius controverſiæ ſumma cuivis antè oculos, atque in conſpectu extare poſſit, eccam *Imperatoris* ad *Daniæ Regem*, hanc in rem, epiſtolam. Talis autem illa eſt: *Ferdinandus II. Imperator, Chriſtiano, Daniæ Regi*, Salutem: Nos litteris veſtris, *III. Id. Novembr. Anno M. DC.XX.* in *Arce Flensburgica* datis, acceptis, lectiſque, quàm gravis, ac moleſta, ſit *Erneſti, Comitis Schaumburgici* ad dignitatem *Principis* evectio, atque exaltatio, à nobis initio imperialis noſtræ dignitatis in eum collata, intelleximus. Quod cùm in *Ducum Holſatiæ* tranſactiones hæreditarias, renunciationes, multiplices, ut vocant, inveſtituras, obſervantias antiquas, ius quæſitum, regalia, ac præeminentiam, peccare, videri poſſit, ut hanc, modò collatam, *Principis* dignitatem ipſi denuò abrogaremus, ſolenniter petitum eſt. Quem in modum autem, à limine *Cæſareæ* noſtræ dignitatis, veſtram in nos, maioreſque noſtros, ſuperiores *Cæſares*, benevolam affectionem ſemper magni, teſtibus codicillis vel noſtris, huc uſque fecimus, ità, dùm prædictum *Schaumburgicum* pro *Principe* declaravimus, minimè gentium illud nobis quæſitum eſt, ut familiæ veſtræ, nimir. *Ducibus Holſatiæ*, quicquam detraheretur. Proindè, *Principis* dignitatem impertientes, cùm eò reſpexerimus, nempè luculentis teſtimoniis nobis comprobantibus, præfatum *Schaumburgicum Comitem* à maioribus, *Principum* dignitate, atque axiomate, refulgentibus, deſcendere, bonis animi, corporis, atque fortunæ, refulgere, extraque *Holſatiæ* regiones, *Comiti* ex parte hæreditarias, alio, & luculento, patrimonio locupletatum eſſe, circumſtantiis, his illis iſtis, ad animum admiſſis, utique quæ ſuperioris ſeculi *Cæſaribus*, magni ponderis loco, fuêre, & autoritate throni noſtri *Cæſarei*, ad eminentiores illum honores, iuſtis, atque evidentibus, de cauſſis, proveximus.

Ea enim eſt auguſti, ac *Cæſarei*, throni noſtri benignitas, atque indulgentia, eaque debet eſſe

inclinatio, atque indulgentia, ut illuſtres, ac præclaras, familias exaltare, & ſi quæ temporis fortè diuturnitate, atque iniuriâ, obliteratæ forent, è tenebris eripere, lucique, ac nitori priſtino, reſtituere debeat. Quo nomine tantùm abeſt, ut familiæ *Ducum Holſatiæ* quicquam derogandum ſibi in mentem venerit.

Quam in rem etiam atque etiam abs regia humanitate contendimus, impendiò rogantes, ut, intuitu *Schaumburgici* illius ſive *Comitis*, ſive *Principis*, præconceptam animi alienationem ergà nos haud quidem fovere, ſed in melius emendare, patiatur. Hæc quò rectâ animi noſtri ſignificatio ulterius locum invenire poſſit, ecce! de omnibus illis, quæ *Regi* moleſta eſſe poterant, *Schaumburgicum* admonuimus. A quo ſimulátque reſponſum habuerimus, utique, præeuntibus litteris noſtris, non celabitur, Vale.

III.

Cæſari Rex reſpondet.

AD illos *Cæſaris* codicillos talia repoſuit *Rex. Chriſtianus, Daniæ Rex*, *Ferdinando II. Imperatori*, ſalutem. Invictiſſime *Cæſar*! E veſtris verò litteris, inquit, promotionem *Comitis Schaumburgici* ſpectantibus, quàm hæc illa illius exaltatio in præiudicium familiæ noſtræ *Holſatiæ* maximè vergat, prælibatum nobis eſt. Quo nomine cùm *Cæſaream* mentem, ac benevolentiam, ergà nos, noſtramque familiam *Holſaticam*, antè conteſtatam, iam tùm conſtantem, ac ſinceram, perſpiciamus, utique utrâque, quod aiunt, manu gratam illam declarationem, quovis officii genere demerendam, amplectimur. Non ignoramus autem, tantùm abeſt, ut impugnemus, *Cæſarei* officii, ac præeminentiæ auguſtæ, hocce velut proprium eſſe, illuſtres, ac præclari, viri maiores ad dignitates ut evocentur, ut etiam *Regibus* aliis, & quidem *Daniæ* regni anteceſſoribus noſtris, hoc antiquum ſit, à quibus à quinque antè integris ſeculis *Comites* in *Duces* evectos eſſe, innotuit.

Quandoquidem verò *Schaumburgicus* reſtitutionem dignitatis principalis prætendit, notum facimus, nullis veris documentis probari poſſe, *Comites* prædictos *Holſatiæ Principes* (cuius ille titulum de facto prætendit) extitiſſe. Verùm enim verùm hiſtoriæ, & quidem deductiones genealogicæ, declarant, moderni *Comitis Schaumburgici* prædeceſſores, uſque ad primum *Comitatus Holſatiæ* acquirentem, nempè *Adolphum I. Holſatiæ Comitem*, à *Lothario Cæſare* in feudum impetrantem, tàm in aſcendente, quàm deſcendente, lineâ, continuâ ſerie, ſine ulla interruptione, uſque ad præſens, tempus, *Comites* & fuiſſe, & permanſiſſe. Ità, ut inſuper *Otto Comes*, qui *Chriſtiano*) *Daniæ Regi*, pro certâ prænumeratâ pecuniæ ſummâ, ius ſuum, quâ *Holſatiæ*, & *Stormariæ*, *Comitatus*, plenariè ceſſit, ſeſe equeſtrem, ſive nobilem, *Ottonem*, nominârit, ſubſcripſeritque.

Cùm igitur reſtitutio dignitatis principalis, præſertim, quà *Holſatiam*, ipſi minimè compe- tat, dùm iura, & privilegia, prædicta ceſſit, tùm arces, atque oppida, ad *Albim* poſita, quovis tempore *Regibus* per via, atque aperta, ità tamen, ut damnoſum ſibi hoc onus haud foret, reſervavit, tàm operam, atque officia ſua, *Regibus* addixit, patet, eundem titulum, illum iuxta prætenſionem, hactenus evileſcentem, inprimis *Holſatiæ Principis*, inofficioſè petere. Quibu accedit, *Holſatiæ Comitatum*, maiorum temporibus, ſemper remanſiſſe *Comitatum*, quoad cedente ius ſuum præfato *Ottone Comite*, *Fridericus Imperator*, *Holſatiæ*, ac *Stormariæ*, *Comitatus* co-unitos *Ditmarſicis* ſociavit, adcóque ex his tribus *Ducatun* conſtituit, aperuitque.

Secundùm hæc, notorium eſt, prædeceſſore noſtros, quà *Holſatiæ Ducatum*, à *Romanis Imperato ribus*, eò ſemper, tanquam *Imperii* feudo, inveſti tos eſſe, excluſis omninò *Comitibus* illis *Schaumbur gicis*. Ità, ut hucuſque neque in *Saxoniæ inferio ris* comitiis ſeſſionem habuerint, neque aliter i matricula *Imperii*, niſi *Comites Schaumburgici*, ap pellati fuerint. Si igitur neque axioma *Comi tum Holſatiæ* ipſis competit, multò minùs *Princip Holſatiæ* (quem fruſtrà iactat) titulus ipſi deferen dus.

Interim, ut res omnis, ſicut eſt, penitiùs di lucidetur, negari quidem haud poteſt, hoc ipſ è ſtemmate paucos quoſdam ad *Principum* al tiores dignitates evectos fuiſſe. Ex illis tame modernus iſte *Comes*, tanquam à progenitori bus, minimè deſcendit, ut in remotiori line collateralis gradu illos duntaxat attingat. quibus fuit *Gerhardus III. Comes*, qui à *Vildima Rege* in *Ducem Sleſvigiæ* exaltari cœpit. Hic poſ modum *Ducatui* renuncians, unà cum hæredi bus, *Holſatiæ Comitis* titulo contentus, fuit. Qu ad *Erico*, *Duce Sleſvigiæ*, illiberi decedente, à *Ma garetha Regina*, præfati *Gerhardi Comitis* nepos eiuſdem cognominis, *Gerhardus*, rurſus in *Duce* ſuffectus, eſt. Illius hæredes poſtquàm ergà *E ricum Regem*, feudi dominum, iniurii, ac refracta rii, fuiſſent, interveniente *Sigiſmundo Imperator* tanquam iudice, atque arbitro, rurſus *Ducatu* il excidentes privati ſunt.

Nihilo-ſeciùs cùm veniam erroris, ac delict coràm *Rege*, flexo humi poplite, ſupplices depr cari cœpiſſent, ſeſeque *Regum Daniæ Principes* m rigeros ſtitiſſent, interveniente tranſaction *Rex Adolpho Comiti Ducatus Sleſvigiæ* partem, qua tam tùm poſſidebat, ad dies vitæ, lubens co ceſſit. Cuius *Erici Regis* exceſſum denuò à *Chr ſtophoro Rege* hoc ceu feudum obtinuit, ut etia à *Chriſtiano I. Rege* poſtliminiò idem ius feudi co firmari cœperit.

Tandem *Adolpho Duce*, *Gerhardi* illius è lin ultimo, ſine hæredibus, fatis cedente, *Ducatus* *Chriſtianum I.* tanquam feudi dominum, revol tus eſt. Undè huc-uſque, abſque interrupti ne, apud regiam familiam noſtram perma ſit.

E quibus nunc omnibus ſatis claret, mode ni *Comitis Schaumburgici* maiores nunquam *Im perii*, *Holſatiæque Duces*, ſed *Duces Sleſvigiæ*, & r

gni n

ii noſtri vaſallos, fuiſſe, omnemque illam, illis nceſſam, prærogativam, cum *Adolphi* morte, petùs exſpiráſſe. Ut admirari liceat, qua fronte, iâque audaciâ, prædictus *Comes* ab *Imperatore* retutionem dignitatis Principalis, ipſi nunquam bitam, petere, tùm in particulari, *Holſatiæ Principis* titulum ſibi arrogare, auſit.

Et ſi maximè hæc prætenſio, intuitu, lineæ colteralis, locum habere quita ſit, potiùs ſtirps rantiqua *Comitum Oldenburgicorum*, itemque *henzolleranorum*, è quorum ſanguine *Daniæ Re-*, *Sleſvigiæ*, & *Holſatiæ*, *Duces*, itemque reſpecti- *Electores*, & *Marchiones*, *Brandeburgenſes*, oriundi it, reſtitutionem tàm regiæ, quàm electoralis, caliſque, dignitatis petere poſſint. Quàm exordinem verò, adeóque abſonum, hoc futun ſit, nunquam etiam ab illis tentatum, tàm gularem *Schaumburgici* præſumptionem ſuperiire, quis non animadvertit.

Quandoquidem igitur tantus ſit *Schaumbur-*iltius faſtus, audacia, atque inſolentia, ut ſe *ncipem*, ut vocant, regentem, *Holſatiæ*, & *aumburgi*, conceptis verbis nominare haud veundatus ſit, quâ quidem arrogantiâ nunquam *Holſatiæ Duces*, agnati noſtri, tametſi feudataoſtri, abuſi ſunt, hanc illam iſtam ſuperbi *Co-is* præſumptionem in præiudicium *Ducalis* no- *Holſaticæ* familiæ vergere, nemo non præet.

Proindè eò hæc noſtra ſpectat oratio, *Impera-* magis cauſſam noſtram legitimam, quàm libiantis *Comitis* proterviam, penſi haberet, innis, quo titulo *Holſatiæ Principis* in totum reiciet, illi ſeverâ lege iniungeret. Abſque eo n futurum eſt, niſi tempeſtiva hic medicina m inveniat, ut quibuſcunque modis licitis c ſive iniuriam, ſive *Holſaticæ Ducalis* familiæ ræ deceſſionem, vindicemus, atque aſſera-. Vale *Imp. inviciſsime.*

CAP. III.

e Friderico Palatino, nova auxilia conquirente.

I.

ericus Palatinus abſentivus Mansfeldii nſtantiam probat. Eundemque, ut fidem ſibi operam porrò navare velit, hortaur.

SUPRA de *Mansfeldio* præmiſſum. Eum nimirum, pro *Friderico Rege*, rebus quantumvis deperditis, per *Bohemiam* utilem operam navaſſe. Quod cùm *Fridericus Palatinus*, per indices, famamque, compertum haberet, è *Volferbyto* ſic illum datis litteris exhortari cœpit: Volupe nobis fuit intelligere, ô Amantiſſime Ite & iuramenti, & fidei, memorem, hactenùs in rem noſtram ea diligenter per *Bohemiæ* regnum noſtrum executum eſſe, civitates, arces, oppidaque, è manibus hoſtium eripuiſſe, ac nobis vindicâſſe, ſicut hominem & *Regis* ſui, & virtutis, bonæque militiæ, amantem condecet.

Siquidem ergò ea nobis perſtet ſententia, omnibus copiis, quod dicitur, elaborare, quò à *DEO* nobis conceſſum, ac iure debitum, *Bohemiæ* regnum armis ultricibus recuperemus, ac conſtabiliamus: Eum in finem benignè contendimus, laudatum illum ergà nos affectum, fidemque, conſtanter urgeres, noſtraſque partes deinceps tuereris, inprimis, pro recuperando *Bohemiæ* regno noſtro, nullis laboribus, ſumptibuſque, parceres.

Eò ipſo rem *DEO* gratam, nobis utilem, toti mundo commendatam, tibique, honorificam, feceris. Ut etiam à nobis tàm copias, quàm ſumptus, hanc in expeditionem neceſſarios, certò exſpectare, tùm ſingularem, ac regiam gratitudinem, polliceri tibi, tuiſque, debeas. Iam in eo toti ſumus, ut exercitum inſtruamus, non priùs acquieturi, donec, ope *Iudicis* ſupremi, multorumque *Regum* auxiliis, hoſtes ulciſcamur, & confundamus. Firma igitur ſpes hæc eſt, eventurum, ut proximè hoc effectum demus, quod *DEO* complaciturum, hoſtes *Evangelii* peſſum daturum, totius verò terrarum in orbis oculis admirandum futurum ſit.

Uſque adeò nihil eſt, quod nobis hanc mentem, hanc ſententiam decretiſſimam, intervertere evaleat, ut priùs fortunas omnes, vitam, ſpirituſque, impendere, quàm hoſtes multos relinquere, ratum, certumque, ſit. Vale, & hæc, ut facis, cura.

II.

Thillyus Pilſenam auro expugnat.

INtereà *Thillyus* cum exercitu movit in *Bohemiam*, *Pilſenam*, fortalitium, quod tenebat *Mansfeldius*, in poteſtatem redacturus, antequam vires, ac copias, ille confirmâſſet. Sed cùm locus eſſet munitiſſimus, qui abſque multorum capitum impenſâ expugnari haud poſſet, ad ſtratagemata ſeſe convertit *Thillyus*. Occaſionem huic rei idoneam præbebant eiuſce loci præſidiarii. Cùm enim, abſentivo *Mansfeldio*, ſeptem cohortes, pro fortalitii defenſione, intùs eſſent, magna autem pars, ob defectum pecuniæ, ad ſeditionem ſpectaret, *Thillyus*, captâtâ occaſione capillatâ, præfectorum animos pecuniis tentavit, atque exarmavit.

Tametſi igitur cohortes quatuor in proditionem, haud conſentirent, nihilominùs officiali-

bus, re-

bus, reliquiſque cohortibus, in partes tranſeuntibus, *Thillyo* locus munitiſſimus ceſſit abſque ſanguine. Videte, quid in bello, & præſidiis, poſſit pecuniæ promiſſæ penuria, militumque animi ad res novas inclinantes! Illi igitur, qui fidem præferebant nummis, unà cum ſarcinulis, liberè ad *Mansfeldium* dimiſſi, reliqui verò, ob rem malè geſtam, *Bavaricis* illis ſeſe ſociârunt.

III.

Falckenavia, atque Elnbogium, deduntur Bavaricis.

POſt occupatam *Pilſenam*, *Mansfeldianorum* caput, haud difficile fuit reliqua loca ſucceſſivâ operâ intercipere, iacto hoc fundamento. Itaque *Saxonici Falckenaviam*, *Bavarici* verò *Elnbogium* obſidione cinxerunt. E quibus *Saxones*, operâ metalliſſoſſorum, *Falckenaviam*, *Mansfeldii* auxiliis defectam, promptè expugnârunt. *Elnbogium* verò, *Henrico, Comite Ortenburgico*, intùs cum præſidiariis fortiſſimè reſiſtente, maiorem expugnandi difficultatem iniecit. Tametſi verò *Mansfeldius*, collectâ integrâ phalange, in occurſum, ac ſubſidium, obſeſſis tandem tenderet, nihiloſeciùs, quòd paulò tardiùs eduxiſſet, iamque civitas penuriâ pulveris tormentarii laboraret, *Ortenburgicus*, more militari, ſolennem fecit deditionem, ſignis erectis, funiculis ardentibus, pilulíſque bombardariis, in ore retentis, unâque aſſumptis impedimentis, ſarcinulíſque omnibus, militem liberrimè deducens.

IV.

Verlinga, & Klingenberga, deduntur Marradaſio Hiſpano.

NEque minùs *Verlingam*, *Klingenbergamque*, præſidiis *Mansfeldicis* munitas, *Balthaſar Marradaſius*, tribunus ille *Hiſpanus*, urgere cœpit. Cui, tametſi bono tempore obſeſſi ſtrenuè repugnâſſent, tandem, factâ deditione, herbam, quod aiunt, porrexerunt. Illorum tamen exemplo haudquaquam territi, qui *Thaborinum*, & *Vittingaviam*, tenebant, *Mansfeldici*, locis circumquaque communitis, omnia ultima experiri decreverunt.

V.

Fridericus Palatinus, ex Haga Comitis, litteris interpellat Electores, ad comitia, apud Ratiſponam celebranda, invitatos.

HÆc dùm per *Bohemiam* aguntur, intereà *Fridericus Palatinus*, unà cum coniuge, liberis, dynaſtiſque *Bohemicis*, totoque comitatu ſuo, per *Veſtphaliam* digreſſus, *XVIII. Kalend. Maii Hagæ*
Comitis, apud *Batavos*, appulit. Illi *Mauriti*
Princeps Vranicus, unà cum tùm temporis apud a
lam ſuam præſentibus *Principibus*, *Comitibus*, *D*
naſtis, immò *Regum Angliæ*, *Daniæ*, *Sueciæque*, leg
tis, obviàm proceſſit, huncque illi adventum co
gratulari, iſtam verò iuxtà fortunam condole
animo conteſtari, cœpit.

Quo ex loco, cùm illic regio ſeſe more ten
ret, (*Fridericus Palatinus*) ad *Imperii Electores*, *R*
tiſponam ad comitia vocatos, ſequentes dire
codicillos: Siquidem bonâ fide nobis relatu
ſit, inquit, ab *Imperatore Electores*, ac *Principes*, *R*
tiſponam proximo ſub menſe *Iunio*, invitatos e
eum in finem, ut pax in dulcem patriam n
ſtram, *Germaniam*, reduci, regionumque, ſu
lato bello, everſiones cohiberi ſuſtineant. Eo r
mine, cùm mentes occupârit perſuaſio, tanqu
nos optimis illis inſtitutis repugnantes bell
potiùs tranquillitati, atque arma paci, antefe
mus: non poſſumus non, omni remotâ lacin
vobis nudam mentem aperire, & quàm à ſang
nariis iſtis motibus, ac lanienis, procul abſim
declarare.

Etiam atque etiam impendiò obteſtantes, n
lâ neque ambitione, neque privatæ utilitatis
piditate, in præſentes difficultates nos coniec
eſſe, ſed vocationi ordinariæ, licitæque defen
ni, operam dediſſe, ut etiam iuxtà *Imperat*
tanquàm capiti, debitum reſpectum negare p
poſitum haud ſit. Cùm autem intereà non ta
tùm *Electorales*, ac patrimoniales, noſtras provi
cias, ſed totius ferè *Imperii Principes*, ac *Status*, d
ficili bello implicari, citrà omnem exſpectat
nem noſtram, uſuveniſſet, utique hanc illam
ſtam *Imperii* colliſionem ex animis dolemus, n
ignorantes, quanta, ſub his inteſtinis motibus,
ti *Chriſtianæ Reipublicæ* tempeſtas à *Turcis* extin
ſcenda veniat.

In *DEO Optimo Maximo* proindè ſpem firmi
mam reponentes, confidimus, ſub prædictis
mitiis, *Imperatoris*, atque *Electorum*, mentes eò i
clinaturas eſſe, eóque conſiliis collatis ſpecta
ras, quò pax grata, communis, ac ſecura, recu
rari, exulceratis quoque animis idonea medici
ac curatio, præparari, poſſit. Undè non t
Imperium gaudere, quàm *Principes*, *Statusque*,
terveniente mutua reconciliatione, ſibi gratula
& denique poſteritas gratas laudes, animiq; co
teſtationes, deponere, ſatagerent.

Nullum ergò cùm dubium faciamus, illis
comitiis inprimis & hanc vobis curam futur
eſſe, quibus legibus cum *Imperatore* in gratiam r
redire, bellique præſentis difficultatibus renu
ciare, queamus, utique vobis conteſtatum fa
mus, diverſos *Reges*, agnatos noſtros, eò lega
quoque ſuos dimiſſuros eſſe, qui quidem, pub
ci boni cauſſâ, nihil ad exactam diligentiam
paciſque reducendæ ſtudium, facient re
qui.

Quæ cũ in honorem *Imperatoris*, & *Reipublicæ* r
ſtaurationem, militent, utiq; & nos ſic quidẽ af
cti ſumus, ut modis, mediiſq;, quibuſcunq; licit
cu

m *Imperatore* in gratiam reverti geſtiamus, modò ʒio & conſcientiæ, & exiſtimationis, noſtræ ha- atur, extrà quam neque ſalutis, neque vitæ hu- s, dignitatem, curamque, reliquam eſſe, haud ioramus. Proindè, omnibus teſtatum, facimus, *Imperatoris* autoritatem convelleremus, nunquã mentem nobis veniſſe, ut magis omnem obſer- ntiam, reſpectumque, prout requirunt leges im- riales, ipſiq; libenter debeamus. Secundùm hæc, nfidimus, futurum, ut *Imperator* publicatâ am- ſtiâ, ceu vocant, univerſali, motibus iſtis ex fun- mento mederi, amicis, cognatis, neceſſariiſq;, ſubditis, noſtris jugum militis peregrini demere, ineque inſtans, atque impendens, periculum è edio removere, omnia in priſtinum ſtatum reſti- ere, antiquã priſcamq; fidem, ac confidentiã, re- care, vulnera animorum ſauciorum ſanare, ad- que penè impendenti *Imperii* ruinæ, ac deſolatio- obviàm ire velit.

Particulares id genus quorundam *Electorum*, ac ncipum, conventus, non comitia, videri poſſe. óque ſuſpicione haud vacare. Omnium *Princi- n, Statuumque*, adeóque univerſi *Imperii*, intereſſe, cc congreſſus ut ordine, ex lege, atque in nullius ejudicium, aperiatur. Illud ſemel, ſemperq; no- quidem decretiſſimum eſt, ſicubi aliquid ejuſ- odi in nos, caputq; noſtrum, decerni velit, cujus ritò pœnitere, atq; ratione nominis, atque exi- nationis, impomentum ferre, debeamus, juxa- e in contumeliam tã hæredum, quã agnatorum, iuſq; *Palatinæ* familiæ, maculam, ut & communis ertatis *Imperii* detrimentum, poſterorumq; tur- udinem, ac dedecus, cedere poſſit, utiq; ità qui- ufectos eſſe, ut citiùs ultimaqueq;, ipſáq; noviſ- ã mortis neceſſitatẽ, adire, quàm notam iſtam, abem, exſpectare, multò minùs nobis, noſtriſq;, ponere præſumamus.

Hanc cùm nobis neceſſitatem velut inſtare vi- mus, ut etiam de provinciis hæreditariis, & pa- ionio noſtro, dubitare debeamus, profectò in lis *Dei Opt. Max.* & omnium bonæ mentis homi- n, hanc demiſſam noſtram declarationem reii- , vobis grave futurum eſt. Cùm ne quidem ul- æ ſortis ſive proletario, ſive capitecenſo, de jure ari poſſit. Quòd ut nobis, hac hujus in cauſæ tæ inſpectione ut uſuveniat, conceptis verbis tendimus. Abſq; eo igitur ſi fuerit, ut & decla- o, & petitio, hæc noſtra locum non inveniat, um, hominumq;, fidem conteſtamur, nos de eo, d motuum, bellorumq;, atq; devaſtationum, reſt, deinceps rationem nullã reddituros eſſe. onidis loco, etiã atq; etiam contendimus, hanc ſſariam noſtram declarationem meliorem in em interpretari, eoq; rem omnem dirigere, ne ectetis, quò, majori interveniente moderatio- otius orbis *Chriſtiani* ſalus, *Imperii* conſervatio, ſque dilectæ reproductio, quibuſcunque re- tibus cæteris, prævalere queant, ac queant.

VI.

Turcus auxilia Friderico Palatino offert.

tellecta clade *Pragenſi*, & *Friderici*, *Bohemiæ Regis*, ofligatione, *Turcarum Tyrannus* altùm ingemu- ertur. Non autem ea fuit barbari vel pietas, vel , ut *Friderici Regis* rebus benè voluerit. Ut ſaltẽ, *Rom. Imperatorem* tàm felicis victoriæ ſucceſſibus auctum eſſe, invidiâ laborârit. *Vezirius* inprimis, aulæ *Mahometanæ* conſiliarius præcipuus, *Palatini, Bohemiæ Regis*, fortunam dolenter tulit. *Imperatorique* ſuo hanc cauſam, tametſi inclinantem, impendiò commendavit. Ejus igitur impulſu *Turcorum Imperator* inductus eſt, ut codicillos, auratis litteris chartâ pergamenâ exaratas, ad *Fridericum Regem* dederit, quibus (ſicut rumor ferebat) & *Dei* viventis nomen, & *Mahometum*, magnum Prophetam, obteſtatus, ducenta hominum millia, auxilii cauſa, ſi vellet, *Palatino* ſe ſubmiſſurum eſſe, ſtipulatus erat. Sed maluit *Palatinus* aliis, & rectioribus, remediis uti, quàm *Mahometanos*, ac barbaros, in *Chriſtianæ* gentis perniciem, ſuperinducere. Cùm enim ſuperiori ſeculo, *Turcico Tyranno Viennam Auſtriæ* premente, *Palatini Electores*, in cędendis, ac profligandis, barbaris, *Chriſtianæ Reipubl.* utilem operam, ſumma cum laude, præſtitiſſent, quam ipſe nomini gentilitio, ſi ex adverſo *Turcos* in *Imperium* evocaret, notam, ac vituperium, ſuperinducturus eſſet, evidenter ac facilè, prævidit.

VII.

Super hocce Turcico auxilio, variantes hominum ſententiæ.

Interim variis inter homines curioſos, prout fieri amat, ſententiis, utrum *Palatinus* auxilia *Turcica* admittere debuerit, necne, tùm quidem certatum eſt. Pars licitum eſſe, in caſu neceſſitatis, opem *Turcicam* ſuperinducere, cenſuit. Quòd *Veneti*, iidemq; *Chriſtiani*, & *Catholici*, etiam adverſus *Catholicos*, copiis *Turcicis* uſi forent. Pars verò, è diametro, huic ſententiæ adverſa, nullo neque colore, neque caſu, *Mahometanorum* ſuppetiis nitendum eſſe, decretiſſimum habuit. Cùm enim *Turci Chriſtianorum* ſint hoſtes ἄσπαντοι, & irreconciliabiles, immò, ſinè diſcrimine, quoſcunque in ſervitutem barbaram rapiant, utique iſtis, tanquam œcumenicis, ac fatalibus, adverſariis fidendum nequaquam eſſe, pręſupponitur. Siquidem enim, ſicut eſt in proverbio, ἐχθρῶν τὰ δῶρα ἄωρα aliâs ſint, ecquis *Mahometanis*, ac barbaris fidat, qui quidem *Chriſtianis*, niſi ut noceant iiſdem, opitulari nunquam comperiantur. Sed neque hæc ſententia omnibus placere potuit. Fuerunt enim, præterea, qui citiùs *Turcorum* ſeſe fidei, quàm hodieque *Hiſpanorum* immanitati, atque impotentiæ, credere mallent. Ajunt autem, *Turcos* è lumine Naturæ, iſtis virtutibus, gentilium more, præditos eſſe, ut fœdera, fidemque datam, deceptamque nunquam, aut rarenter, neque abſque magni momenti cauſis, fallant, frangantque. Multos porrò (addunt) per *Aſiam Chriſtianos*, hodieque ſub imperio *Turcico*, abſque periculo, vivere. Ut etiam univerſus *Tranſylvaniæ* principatus, ſub protectione *Turcica*, tàm *Religionis*, quàm legum patriarum, libertate, paciſque compendio, gaudeat. Contrà, *Hiſpanorum* eam eſſe impotentiam, prætendunt, ut tantùm non potentiam affectent monarchicam, ſed regnorum, ac provinciarum, cauſa, juſiurandum, juxtà vetus *Euripidis* illud, (quod in vita *Iul. Cæſaris* allegavit *Suetonius*) ſæpiuſcule fallant, adeóque in hæreticos, ità dictos *Chriſtianos*, à ſua confeſſione

recedentes, ferro, atque ignibus, crudeliſſimè ſæviant. *Turcorum* igitur copiis, tametſi ſint ſuſpectæ, ità prudens dux militiæ uti poſſit, ut iſtas, per ordines, legioneſque, diviſas, inducere, ac ſine periculo evidenti, hoſtibus objicere ſuſtineat. Iam, quæ iſtarum opinionum præferenda eſſet, unuſquiſq;, pro ingenio ſuo, & colligere, & eligere, poterit.

IIX.

Fridericus Palatinus, exilium ſuum piè, ac modeſtè, tulit.

HOc loco non me abſtinere poſſum, quin, ex lege hiſtoriæ, quæ unicuique ſuum contribuit, in laudem *Friderici Palatini* interjungam, quod quidem ab illuſtri *Barone, Io. Bernhardo* Kunovitio, *Moravo*, homine erudito, & fide digno, non ſemel hiſce auribus hauſeram. *Scilicet*, ajebat ille, tantam fuiſſe *Friderici*, apud *Batavos* ubi lateret, moderationem, pietatemque, ut, tametſi regiè etiam tùm ſeſe gereret, nihilo-minùs exilij ſui probè ac modeſtè identidem meminerit. Cujus rei igitur aureum nūmum, in quo fuga *Deiparæ virginis Mariæ*, cum *IESV parvulo*, & *Ioſepho*, *Ægyptum* petenti, ſculpta erat, è collo appenſum, geſtare ſolitus erat. Ejuſce orbem hoc verſiculo, eleganter accommodato, ambiente.

EXVLIS AVXILIVM, qui fuit Exul, erit.

CAP. IV.

De Bethleni, cum Cæſareanis, Vngariam præliis, & conflictibus. Quibus Bucquoius, Dux Cæſareanus occubuit.

I.

Bethlenus vires hinc indè colligit, Cæſareanoſque urget.

DVm *Fridericus Palatinus*, unà cum *Manſfeldio*, ultricia arma expedit, *Batavis*, *Danis*, *Saxonibuſque* inferioribus, in bellæ pariter inſurgentibus, ecce! inprimis *Bethlenus* per *Vngariam* inſtructo cum exercitu fulminat, remq; ſtrenuè agit. Tametſi enim *Cæſar* nihil ad exquiſitam diligentiam reliqui faceret, quò *Vngarorum* animos ſibi conciliaret, & cum *Bethleno* paciſceretur, nihilo-minùs fruſtrà laboratum eſt. *Bucquoius* igitur, tranſitu partium deſperato, unicè id, atq; induſtriè, agebat, *Presburgum* ut interciperet. Sed *Bethlenus*, intellecto ejus inſtituto, inſtructum contrà eduxit exercitum, conatibuſque *Bucquoii* repreſſis, firmiori præſidio civitatē regiam cōmunivit. Intereà *Redeius Ferentius*, *Bethleni* legatus, alium ex *Vngaris*, *Turcis*, *Tartariſque*, exercitum præparabat, quo in *Bohemiam* impreſſionem facturus erat.

II.

Bethleni epiſtola, ad Tartariæ Principem dat.

HOs inter furores, bellique, undique gliſcenti
ac recrudeſcentis, motus, quæ fuerit, *Bethlen*
ad *Tartariæ Principis* interpellationem, reſponſio,
interjungere fert animus. E qua *Bethleni* ſtudium
mens, ac militandi ratio, tanquam in numiſmat
exprimitur. Illa autem talis eſt: *Gabriel Bethlenus*,
lectus *Vngariæ Rex*, *Princeps Tranſylvaniæ*, & *S cu'oru*
Comes, *Tartarorum Principi* Salutem. Illuſtriſſin
Princeps, amice, ac frater dilecte! Altiſſimus egr
giis illis tuis intentionibus cœlitùs benedicat,
mneſque hoſtes acie acinacis, ac gladii, peſſunde
inprimis verò vitæ tuę terminos longùm proroge
ac producat. Legati tui ad *VII. Cal. Apriles* ad n
pervenerunt. Quibus ſalutem ad nos ferendam
multis nominibus gratam, acceptamque, unà cu
arcu, & ſagitta, dediſti. Litteras igitur cùm vol
ptate perlegimus, benevolentiam grato anim
excepimus, munera cupidè, ac gratanter, admi
mus. Super hoc verò, quòd tantus *Princeps* ad n
in regionibus procul diſſitis legatos, litteraſque,
mittit, immò verò copias auxiliares offert, eſt,
Deo omniregenti, gratias agamus, tibi, pro tàm fr
terna affectione, & benevolentiâ, viciſſim officia
ac ſtudia, noſtra debeamus.

Cæterùm, quòd juſſu potentiſſimi *Turcorum In*
peratoris, *Polonos* nuper, *Thraciam* infeſtantes, inſtr
cto cum exercitu invectus, cæcideris, interempti
que præcipuis eorum ducibus, fugâris, illud qui
nuncium nobis fuit gratiſſimum. Eóque ipſo lon
acceptius, quòd inſignem illam victoriam tantù
non ex fama, jampridem apud nos hac de re perſ
nante, ſed litteris præeuntibus, didicerimus. *De*
pater cœlipotens, faxit, ut omnes potentiſſ. *Turc*
rum Imp. & noſtrûm omnium, hoſtes ſimile in ex
tium præcipitentur, atque id genus glorioſa victo
riâ ſæpius perfruamur. *Poloni* nobiſcum incivilit
agunt. Quibus tametſi nunquam nocuerimus,
potiùs, educto ſuperioribus annis in *Moldaviam* ex
ercitu noſtro, arbitri partes interponendô, magn
cum labore partes conciliaverimus, nihilo-mini
pactis iſti minimè ſteterunt, ſed rurſus potentiſ
Imperatoris tractus infeſtarunt. Cùm igitur cont
datam, acceptamque, fidem libidinantes egerin
profuerit, iſtis, vitulorum more laſcivientes, n
tabili ob id clade affectos & caſtigatos, eſſe.

Anno elapſo cùm ſedem, regiamque civitate
Imperatoris Teutonici, coronâ penè cingeremus, pr
fati *Poloni* in regnum noſtrum impreſſiones fec
runt. Sed non id ferent impunè. Eos jam-tùm ve
ſus *Turcorum Imp.* inſtructiſſimas cogere copias, f
ma eſt. Si igitur cum *Imperatore Teutonico* in gratia
redire vellemus, certè ab hoc *Poloni* tot legionib
juvari poſſent. Interim, ut *Poloni* metuantur, cau
nulla eſt. Domi enim & linguâ tenùs, ubi labra Zy
tho rigârunt, ſtrenui ſunt ſuper mēſa bellatores.
aciem verò egreſſi, hoſtibuſque obverſi, mētis re
duntur inopes, vel eâ tantùm de cauſa, quòd à *De*
ob impotentiam, ac ſupinum faſtū, confunduntu

Quantas autem jam vires coëgerint, famâ pr
cognitu

gnitum eſt. Nos copias iſtorum è viginti lancearum, decem Coſaggorum, & viginti pedeſtris naturæ, millibus, conſtare, didicimus. Equeſtres quidem copias facilè cogent. Pedeſtres verò, cum *Imperatore Teutonico* nos tranſigamus, colere haud quiti ſunt. Quàm enim pedites *Poloni* illius ſint valoris, extrà omne dubium eſt.

De noſtra militia ità quidem eſt. Tametſi, per menſes viginti duos, cum *Imp. Teutonici*, *Regis Hiſpaniarum*, & *Pontificis*, *Romani* exercitibus, numeroſis, & fortiſſimis, nobis res fuerit, nihilo-minus, *Dei* benedictione, hactenùs ſemper victores extitimus. Vſque adeò ne numerum quidem, quoties prælijs, juſtiſque pugnis, decertatum nobis definire poſſumus. Hoc tantùm, nimirum ultrà quinquaginta hoſtium noſtrorum millia nos cæcidiſſe, affirmare poſſumus. Apud *Pragam* quidem *Rex Bohemiæ* damnum paſſus eſt. Vt jam hoſtium vires in nos convertantur. Et jam à quatuor menſibus, in ſemiſſe, in conſpectu hoſtiũ, caſtra tenemus, intermiſſione dieſq;, noctesq; præliantes. Vt jam etiam ſuper tranſactione res ſit. Interim, nos inſidias iſtorum auribus facimus, tempuſque datâ operâ extrahimus, quoad *Imperatoris Turcici* auxiliis potentis opulentas hoſtium provincias expugnemus. Si itaque decem mille delectos nobis milites, unà cum ductore exercitato, & præſtante nobis in auxilium emittere velles, eò faciliùs, cum *Deo*, hoſtib⁹ illis noſtris ſuperiores futuri ſumus. Quodſi præſentem hoc in agmine intueri liceret, gratius nobis accidere nihil poſſet. Vt etiam *Imperatori Turcico* rem abundè acceptiſſimam præſtiturus ſis. Profectò, inquam, plus gloriæ è victoriis *Germanicis* ad te redundabit, quàm ſi *Polonos* cædas.

Hoc nomine, ut venias, te rogamus. Vt feliciter vincere poſſis, optamus. Scilicet per opulenta regna, provinciaſque ditiſſimas, *Tartaricis* militibus nunquam viſas, te ducemus, in quibus militi tuo gloria dabitur, militi verò auri, atque argenti, mancipiorumque, abundè erit. Itaque viginti equeſtrium millia adducas, te rogamus. Et nobis duo millia lancceariorum, viginti millia pedeſtrium, ut etiam ab *Imperatore Turcico* quinquaginta millia exſpectemus. Illis *Rex Bohemiæ* de triginta armatorum millia adijciet. His illis copiis ubi ſufficienter erimus inſtructi, hoſtes tendo haud futuri, ſed terga daturi, ſunt. Et verò tàm opulentis regnis, ac provinciis, ad ætatem uſque, potiemur. Sed de his omnibus fuſiùs intimabit legatus noſter, viva epiſtola. Vt fidem adhibeas, noſtroſque hos conatus juves, impendiò te rogamus. Has inter bellicas expeditiones, quæ per anguſtiam temporis acquirere licuit, unà tranſmittimus. Quæ ut ſis fide, atque affectu, quàm valore, aut pretio penſiculentur, precamur. Iam, quod ſupereſt, in caſtris ſumus, ſi *Deus* velit, veſtrum adventum nobis promittentes. Vtique qui è vobis verſi ſumus. *Deus Opt. Max.* te diu nobis ſervet incolumem. Vale. E regia noſtra civitate, *Tyrnavia.*

III.

Comitia, & Vngarorum à Bethleno defectio.

HÆc ubi *Bethleni* epiſtola in *Vngariæ* dynaſtarum manus incidiſſet, illi offenſionem præ ſe ferre, indignari, paulatimque res alias agere, atque ad *Imperatorem* reſpicere, cœperunt. Cùm igitur apud *Haymburgum*, *Vngariæ* civitatem, comitia celebrarentur, jamque innotuiſſet, *Sileſios* in partes *Imperatoris*, per tranſactionem, iviſſe, *Vngariæ* quoque *Proceres*, è quibus *Setſchius Georgius*, *Boſniacus Thomas*, & *Palfius*, cum *Cæſare* in gratiam reverſi ſunt, veniâ clàm erogata, atque impetratâ. In *Bethlenum* verò, quòd, propoſitas tranſactionis conditiones inſuper habens, generalem provinciarum, ut vocant, amneſtiam rogâſſet, immò à *Turcis*, *Tartariſque*, auxilia ſolicitâſſet, bellum decretum fuit, *Bucquoio* expeditionis duce electo, & præfecto.

IV.

Redeius Ferentius, à Setſchio Georgio interceptus, præ metu exanimatur.

INterea *Setſchius Georgius*, *Cæſari*, inſcio *Bethleno*, reconciliatus, ex improviſo *Redeium Ferentium*, nuper conſocium ſuum, adortus intercepit, inque poteſtatem ſuam redegit. Quo factò ſummè ille confuſus, conſternatuſque, eſt, ut mox ſpiritum, vitamque, projecerit. Ejus caſum inopinatum adeò impatienter tulit *Bethlenus*, ut in defectores minis fureret, nihilque aliud, niſi vindictam, meditaretur. Qua de re, *Presburgo*, *Tyrna*, *Neohuſalia*, aliiſque locis præſidiis neceſſariis communitis, in *Tranſylvaniam* digreſſus eſt, ut, evocatis *Turcorum*, *Tartarorumque*, auxiliis, exercitum de novo inſtructiſſimum educere poſſet.

V.

Bucquoius corona cingit Presburgum, atque recuperat.

BEthleno ſic abſentivo, *Setſchius Georgius Fillecam* fortalitium occupavit, præſidiariis *Bethlenianis* ad unum omnibus contrucidatis. Qui hoc nomine *Cæſari* commendatus novas contrahebat copias. Ità *Bethleni* gratia, ac favor, apud complures cœpit ſeneſcere, rebus ad caſum inclinantibus.

Bucquoius verò à *Cæſare*, magna ſingularis gratiæ cum ſignificatione, dimiſſus, cum inſtructo exercitu *Presburgum* movit, civitatemque regiam ilicet corona cinxit. Obſeſſi, præcipuè *Arcis* præſidiarii, tametſi ad tempus ſtrenuè reniterentur, nihilominùs *Bucquoio* obſidionem acerrimè urgente, mox inſecuta eſt deditio, militibus *Teutonicis* cum *Vngaris* intùs diffidentibus, fruſtraque opem abſentis *Bethleni* implorantibus.

Expugnato feliciter *Presburgo*, rebuſque diligenter diſpoſitis, populationibus porrò per *Vngariam* rem egit *Bucquoius*, ut, terrore paſſim prævalente, *Tirnaviam*, *Altenburgum*, totumque illum tractum, *Schütt* vulgò appellatum, paulò poſt in poteſtatem redigeret.

VI.

Bucquoius Neohuſaliam oppugnat, ſed fruſtrà. Ibidemque cæditur.

SVpererat eo loci *Neohuſalia*. Hanc porrò obſidione cincturus *Bucquoius*, omni cum apparatu

bellico eò properabat. Obſeſſi, quatuor millibus *Vngarorum* aucti, ſtrenuè repugnabant, factiſque ſive inſultibus, ſive impreſſionibus, *Cæſareanorum* circiter mille trucidarunt. Cùm igitur difficilis hujus loci expugnatio diutiùs extraheretur, interim, confirmatis *Bethlenus* copiis inſtructiſſimum eduxit exercitum, è triginta hominum, prout tùm fama ferebat, millibus conſtantem. Illis viribus ubi in *Boſniacum, Thomam, & Stephanum, Palfios, Hornatum Ferentium*, alioſque, incidiſſet, dynaſtas *Vngaricos*, cum copiis ſe ſe obiicientes, partem eorum ſuperavit, partem cæcidit, reliquos in fugam conjecit. Quibus victoriæ præludiis provectus *Bethlenus*, civitates illas, metallis illuſtres, in verba ſua rurſus jurare juſſit, compulitque.

Interim *Bucquoius*, in expugnanda civitate ſtrenuè occupatus, quò citiùs rem deſtinatam efficere poſſet, è caſtris, non ità propè ſitis, paucis comitatus, egredi cœpit, civitatis loca, expugnationi opportuna, recogniturus. Poſuerat autem in inſidiis turmas quaſdam, ut ſi ex urbe in illum fieret inſultus, parati eſſent, qui eum vindicarent. Sed aliter, & ex tranſverſo, juxtà *Petronium*, quicquid non exſpectas contingit. Præſidiarii enim, parvâ manu extrà mœnia primùm progreſſi, in *Bucquoium* inciderunt: Quibus cum dùm ille, paulò longius à ſuis provectus, præliatur, ac manus conſerit, ecce! ex inopinato oppidani denuò novam in eum impreſſionem faciunt, coronaque interceptum cingunt. Qui tametſi ſe à ſuis deſertum, videret, equo, globulis transfixo, excuſſus, bombardis illis manuariis, gladioque, fortiſſimè pugnans, tàm diu hoſtibus reſtitit, quoad ſedecim vulneribus confectus, lanceaque tandem perfoſſus, occubuit. Hunc vitæ exitum ſortitus eſt miles, & dux, non è multis, tot præliis, tot victoriis, illuſtris idemque *Cæſari* fidelis, *Bucquoius*. Vndè verum eſſe patet, ut, quæ aliquando tuta ſunt cuidam, non tuta ſint cuivis. Ejus corpus, multis juxtà tribunis præcipuis mortem oppetentibus, ab *Vngaris* quinam eſſet, inſciis relictum, à *Cæſareanis* verò recuperatum, *Viennamque* devectum eſt, exequiis, non ſine ipſius *Imperatoris*, totiuſque aulæ *Cæſareæ*, gemitu, militari more, ſolenniſſime concelebratis.

VII.

Cæſareanus exercitus, Duce amiſſo, obſidionem ſolvit.

DVce exercitus cæſo, annonaque deficiente, tribuni *Cæſareani*, re deliberata, exercitum, ſolutâ obſidione, deduxêre. Quòd enim *Turrianus, Hofkirchus, & Landavius*, cum principiis exercitus *Bethleniani*, in proximo eſſent, metus erat, ne *Cæſareani* omninò coronâ cingerentur, receptuque excluderentur. Collectis igitur ſarcinulis exercitus, medios inter imbres, è cœlo præcipitatos, ſeduci cœpit, ſorte inter tribunos jactâ, qui, dùm exercitus receptu potiretur, intereà *Bethlenianos* tranſitu, loco idoneo, prohiberet. Sorte igitur in *Maxiranum* tribunum incidente, *Vngari*, re compertâ, furiis velut ſtimulati, irruentes, tribunum cum cohortibus ſuis funditùs deleverunt, interceptis etiam *Cæſareanorum* tormentis, impedimentiſque, plurimis, poſt principia inſequentibus. Quâ factâ impreſſione, itineribuſque peractis maximis, *Cæſareæ* copiæ uſque eo debilitari viſæ ſunt, ut, caſtris ſeſe tenere nequeuntes, per *Presburgum, Raabam, Gomorrhamque* ſecuritatis causâ, dividi cœperint.

CAP. V.

De Iagerndorfio, novi exercitum pro Friderico Palatino, Rege colligente.

I.

Iagerndorfius pro Frid. Palatino, exercitum cogit.

PRæter *Mansfeldium*, etiam *Iágerndorfius* res *Friderici Palatini*, *Regis* exulis labantes reſtituere conatus eſt. Qui cùm, coactis quibuſdam per *Sileſiam* copiis, *Nyſſam*, ſedem epiſcopalem initio veris, magis minis, quàm armis, expugnaſſet, poſtmodùm *Glazam* fortalitium intercipiens immiſſo præſidio firmavit. Hæc dùm novi belli primordia feliciter cedunt, acceptis à *Friderico Palatino* codicillis, quibus rei militaris *Mareſchallus*, ac *Legatus*, denominatur, opportunè perduellium ruſticanorum aſſumptâ, ac conjunctâ, manu, in *Bohemiam* movit, opulentique illius *Baronis*, nuper fato functi, *Smirtzicii*, ditiones invaſit. Vbi occupato *Coſtolitio*, aliiſque in proximo locis *Pontificiæ* converſionis homines acriter exercuit, argentoque, & peculio datâ operâ emunxit.

II.

Idem Epiſcopatum Nyſſenſem exactionibus exercet. Et per Sileſiam, ſuper Pragenſi executione, contrà Cæſarem, diplomata evulgat.

ILlis in locis poſteaquàm magnam pecuniæ vim ab *Eccleſiaſticis* hominibus extorſiſſet, expilato *Nyſſenſi* epiſcopatu, *Glazam*, immiſſa integra legione, præſidio firmavit, aſſumptiſque ſecum loci obſidibus, *Troppaviam*, verſus *Vngariæ* fines, promovit. Antequàm verò copias educeret, per *utramque Sileſiam*, ad *Ordines*, ut vocant, *Evangelicos*, ſequens diploma dimiſit & publicavit: in quo amariſſimis verbis præcipuè crudelitatem Tragœdiæ illius, apud *Pragam* geſtæ, perſtrinxit. Ejus autem hæc ferè erant contenta: Sereniſſimi ac Dei gratia Potentiſſimi, *Friderici Bohemiæ Regis*, &c. Generalis militiæ tribunus, ac *Legatus*, Dei gratia, *Ioan. Georgius*, ſenior, *Marchio Brandeburgicus*, omnibus, & ſingulis, per *Sileſiam utramque*, Ordinibus, & Civitatibus, Rebuſpublicis, ſalutem. Notum vobis, ſed non abſque ingenti animi dolore, inquit, facimus, vera veriora eſſe, quæ ſuper horrendâ, execrâdâ laniena nuperrim

ıperrimè apud regiam *Pragam* patrata ; hactenùs
ma nunciavit. Itane bonæ mentis homines ,
que in Religione Evangelica conſtantes, inſtar
ium , pecudumque , abſque ullius clementiæ
terventu, capitis damnari , ac mactari, dignum
it? *Deus* inſontis effuſi ſanguinis juſtus vindex ſuo
npore in immiſericordes, tantæque lanienæ au-
res , animadvertet. Iam quoque in eo res eſt,
out fert rumor, ut propediem alias per provin-
ıs confœderatas inquiſitio inſtituēda, maximè a-
d *Vratislaviam*, eadem Tragœdia, multis exitium
inetur, Niſi igitur *Deus* avertat , neque perſona-
n, neque ætatis, habebitur ratio. Vt nedùm pa-
ı, atque tranſacta, reſpectum invenire debeant.
re me fortè fingere ſi quis putet , narro vobis,
er cæteros, *Neapolitanos* quoſdam , ſuperioribus
bus interceptos, hoc indicium feciſſe. Qui ſup-
cium, proditoribus dignum, apud *Nyſſam* luerũt.
Quæ cùm conſcientiarum tyrannis atque in-
iſitio *Hiſpanica*, eò quidem ſpectet , quo lux *E-*
ngelii, ejuſdemque confeſſores, extirpentur , ſic-
ın propatulo eſt. Hanc in rem omnes, ac ſingulos
inque *Sileſiæ* Ordines , inprimis *Vratislaviæ* , &
ınicii, cives, paternè, ac cum affectu , admone-
ıs, rerum illi ſuarum ſatagerent , aliorumq; exē-
s cautiores, quantùm poſſunt, & perſonatos ob-
antes ſecum corycæos vitarent, ſuppliciumq; ef-
gerent, ex adverſo verò ad **Fridericum Boh. Regem,**
amenti, ac fidei, memores, redeuntes, tyrannidis
us à *Deo* remedium proximè præſtolarentur. Et,
procul animo ſuſpendere , ſpemque extrahere,
ıs ſit, aſpicite quàm armorum, mediorumque ,
ıoc onus excutiendi, jam tùm abundè ſit, ut feli-
uper eventu deſperandũ minimè veniat. Quodſi
jue dicto audientes, neque periculorum inſtan-
m ſatagentes , fueritis, ſcitote vos cum damno
erturos, modò quod inſuper habetis , ut vobis,
ar turdi, quod dicitur malum cauſſatos eſſe , i-
net perhibere debeatis. Noſtis vetus illud: *Felix,*
n faciunt aliena pericula cautum. Tantùm, ne igno-
tis, vobis ſignificandum erit.

III.

Georgius, Elector Saxoniæ, Sileſios contrà , ut Iagerdorfium fugiant, confirmat.

a *Iägerndorfii* criminatio , apud *Nyſſam* publi-
ta, poſtquàm ad manus *Electoris Saxoniæ* perve-
et , officij ſui habita ratione , nequicquam in-
niſit, quin illicò ad utriuſque *Sileſiæ Principes, Or-*
ſque, datis litteris , *Iägerndorfii* criminationibus
iàm iret , juſtoque ſupplicio perduelles, & cri-
is læſæ Majeſtatis reos , apud *Pragam* affectos
, doceret, atque evinceret. Cùm igitur ne-
tranſactionis , neque pactorum , fore locum,
ı ad ſimile ſupplicium rapiendi eſſent *Sileſii*,
chio callidè propoſuiſſet, datâ operâ , nugas i-
atque irritamenta , eſſe, quibus incautos op-
ıere tentaret, probatum eſt. Vtque tranſactio-
mel initæ, certò fiderent, atque id genus falſis
eſſionibus, coloribuſque, ſeduci ſe ne pateren-
nculcari cœpit. De calumniis in *Imperatorem*
is atrociſſimis, ipſum *Imperatorem* ſuo tempore
as ſumpturum eſſe. Cujus clementiæ, & quidē
uſtriaco ſanguine connatæ , tot extarent teſti-
ıa aliàs luculentiſſima. Tantùm verò abeſſe, ut
pita *Sileſiorum* , contrà tranſactionis tabulas ,
interceſſione *Electoris* , unà cum omnibus juribus, ac privilegiis, ab ipſomet *Cæſare* confirmatas, quicquam ſiniſtri decretum , decernendumque, reſtet. Vt meræ ſint nugæ, fabulæ, gerræque, quas , *Syrene* pejor, captator iſte effundat, ac ſeminet. Ne igitur triſte quiddam ſubvereri, ac ne ſuſpicari quidem , poſſint, *Electorem* rectà intercedere, tranſactionemque prædictam, optimâ, ſincerâque, fide, denuò ratam facere.

Irent igitur, & conjunctis armis, viribuſq; patriæ turbatores id genus eiicerent, *Sileſiæ* fines munirēt, cuſtodias diſponerent, ſuſpectos novatores paſſim interciperent, fabulis, ac mendaciis, ne crederent , *Cæſariq;*, ac *Regi*, ſuo legitimo conſtanter adhærerēt. *Deum Opt. Max.* ità , utique qui ſemel juſtam *Cæſaris* cauſam eleganti victoriâ nuper approbaſſet , jam quoque, & deinceps perduelles, ac novatores , ſeverâ lege , ad pœnas promeritas , debitaque ſupplicia, rapturum, eorundemque impios , ac crudeles, conatus extincturum, eſſe. Quam in rem ut patriæ curam exactius habere , & tempeſtati imminenti obviàm ire rectius, poſſint, ſeſe legionem pedeſtrem, aliquotque inſuper equitum alis, illis ſubmittere, his ut quavis occaſione , quolibet tempore, in rem ſuam, liberrimè uterentur.

IV.

Eadem Ferdinandi Imp. Sileſiis facta declaratio.

NE autem nova iſta labes, per *Sileſios* gliſcens, ulterius ſerperet , *Ferdinandus Imp.* quàm maturrimè furori obviàm ire, animoſque , ne in devium rurſus abriperentur , humaniſſima interveniente declaratione, tàm conciliare ſibi , quàm confirmare, cœpit. Initio autem, quàm furiosè, audacter, & temerè, proſcriptus iſte *Ioan. Georgius*, ſenior, qui ſe *Brandeburgicum Marchionem* nominat , calumniatus eſſet, in perduellionis iſtius *Bohemicæ* autores , & capita, ſub tyrannicis ſuppliciis , animadverſum , *Confeſſioniſque Auguſtanæ* axioma , laceratum eſſe , præfatus eſt, ut iſtum porrò novarum rerum ſatagentem, & ſeditioſum , idem exitium *Sileſiis* & quidem apud *Vratislaviam*, abſque ullo vel tranſactionis, pactorumque, reſpectu, imminere , maligni, ac venenati, oris ſpiritu, horribiliter ementitum evanuiſſe, conteſtatus ſit.

Secundùm hæc, peſſimos id genus mores à puero aluiſſe *Brandeburgium* demonſtrari cœpit, ut etiam temporibus *Rudolphi, & Matthiæ , Impp.* jam tùm rebus novis ſtuduiſſe, *Cæſaribus* oblatrâſſe, patriam nō unicâ vice perturbaſſe , adeóque manifeſtam , ac notoriam, perduellionem foviſſe, hûc-uſque compertus fuerit. Quæ igitur per impotentiam de executione, apud *Pragam* factâ, garriat, effutiatque, iſta ejus generis eſſe , ut ſupinam ejus maledicendi conſuetudinem arguant , ut à nemine bonæ mentis, & qui cerebrum in calcaneis haud geſtat, neceſſarius ille exercite juſtitiæ actus culpari meritò poſſit. *Imp.* nihil antiquius fuiſſe, niſi ut omnibus parcere potuiſſet. Iam verò perduellionis, civilis belli, incendia, læſæque Majeſtatis criminis reatum , tanta fuiſſe, & tàm peſtilentia flagitia, quibus modò non univerſus orbis concuſſus ſit, ut etiam *Im*[illegible]*p.* de ſalute *Imperii*; totque regnis , ac provi[illegible]ciis hæreditariis , graviſſimè periclitari cœperit. Anne ergò tā atrociſſima delicta dimitterentur penitus impunita? An

in autores perduellionum, & læſæ Majeſtatis reo ſupplicia non haberent lo:um? Scilicet leges fruſtrà eſſent latæ, gladius magiſtratui fruſtrà à *Deo* datus? Certè, ſi maximè parcere voluiſſet *Imp. Deus* ne quidem *Imp.* pepercisset, quòd reos foveret impunitos, homicidas, latrones, ſeditioſos, pacis, ac patriæ, turbatores, paſceret. Itaque legibus actum eſt. Iuxtà leges, tot Illuſtribus, nobilibus, ac legum gnaris, hominibus, judicium exercentibus, proceſſum eſt. Immò verò leges plus pœnarũ damnatis irrogarunt, quàm *Imp.* admiſerit. Qui etiam media ſub funeſtorum ſuppliciorum ſcena *Auſtriacæ*, & hæreditariæ, clementiæ haud obliviſci voluit. Iſtis adde, tot hominum millia, vel per *Bohemiam* tantũ, temerè peccaſſe. Si crudelis, ſi tyrannus, fuiſſet *Imperator*, certè vel *Hannibalis*, vel *Voleſi*, vel *Piſonis*, aut cujuſvis antiquorum ferocioris, more, omnes, ſub eadem cauſa ſontica, oppreſſiſſet, omnes ſub manu carnificis gemere juſſiſſet. Cùm autem ea ſit virtus regia *Imperatoris, Imperiique* hujus rectoris, ſuppliciis haud delectari, ut potiùs animo doleat, quando nocens eſſe, & juſtitiæ ſatisfacere, cogitur, ità paucorum pœnis, quibus leges ignoſcere nullo modo poterant, reipublicę ſaluti litatum eſt, quò, vel preeunte *Livio*, ſupplicium ad paucos, terror ad multos, rediret. Nempè ubi gangræna, vel ſphacelus, corpus invaſit, pars mortua enſe recidenda eſt, ne integrum ſubjectum, contagio protracto, pereat. Itidem agitur cum *Republica*. Quæ peſtilenti aliquo ſydere afflicta, curari nequit, niſi ulcus iſtud removeatur. Proindè, quod de ſuppliciis proſcript. porrò ſive de *Bohemis*, ſive *Sileſiis*, apud *Vratislaviam*, ſumendis, evomit, meras calumnias, nugas, gerraſque eſſe. Tantùm enim abeſſe, inquit *Imp.* ut, juxtà *Religionis* diſcrimen, pœnas cuiquã irrogare cupiat, ut tranſactionem, à *Saxoniæ Electore* ſolenniter procuratam, omninò ratã, confirmatamq;, eſſe, & non ſolum ad illuſtres perſonas, ſed privatũ quemviis, extendere, velit, jubeat. Iam *Principum, Ordinumq;*, *Sileſiæ* partes illas fore, tranſactioni prædictæ ſatiſfacerent, proſcripti *Brandeburgici* machinis, fraudibuſque, ne fiderent, pacis, patriæq; turbatorem eiicerent, unàq; cum complicibus delerent. Quò patria, ac Reſpublica, ab id genus vomicis purgari, paciſque optata tandem reſtitutio introduci, queat. Atque hæc fermè eſſe, de quibus *Imperator Sileſios* ſuos confirmare, atque ſi in fide permaneant, in protectionem ſuſcipere, præcogitet.

V.

Saxoniæ Elector, nomine Imperatoris, à Sileſiis homagium exigit.

INtereà, *Sileſiæ Ducibus, Ordinibuſque, Cæſareis, Saxonicisque*, monitis acquieſcentibus, ſuper homagio exigẽdo, deliberatũ eſt. Quam in rẽ, *XI. Cal. Novẽbr: Elector Saxoniæ*, ſplendido ſtipatus comitatu, *Vratislaviam* perrexit. Qui cum à *Sileſiæ Principibus, Ordinibuſque*, cum equeſtri manu, *S. P. Q. Vratislavienſi*, obviàm egreſſis, ſolenniſſimis cum ceremoniis, exceptus, deductuſque, eſſet, in ſequentem diẽ propoſitio, nomine *Cæſaris* deponenda, extracta eſt. Ea autem talis ferè fuit ſententiæ: *Cæſarem Sileſiæ utriuſque Principum, Ordinumque*, obſervantiam, atq; officioſam congregationẽ, gratanter recognoſcere, nihilque prius habere, quàm ut coràm, & præſens, clementiam illis ſuam impertiri potuiſſet.

Quòd autem, negotiis ſatis arduis impedito *Cæſa*
ri ipſi adeſſe negatum foret, hanc in rem *Saxoniæ E*
lectorem, tanquam legatum ſuum, miſiſſe, eo fine,
Cæſaris partes, hac ſub diæta principali, impleret
&, quod facto opus, interim adminiſtraret. Id quo
Elector, aliâs in *Sileſios* ſingulari cum propenſion
inclinabundus, officium utique lubens in ſeſe re
cepiſſet. Principio autem unicè in votis fuiſſe *Cæſa*
ri, hæc ut *Provincia*, nunquam in nuperas illas bell
civilis procellas incidiſſet, ſed ſuperiori illâ fortu
nâ, ac proſperitate, quâ quidem ſub anteceſſoribu
illis ſuis, *Romanis Cæſaribus*, floruit, ſine interruptio
ne, uti frui quita eſſet. Siquidem autem *Deus* ha
pœnas nuper immiſiſſet, eoque deventum eſſet
ut iſti, qui quidem, ſub colore *Religionis*, res nova
agunt, aliorumq; infortuniis fortunas ſuas cumu
lant, tantam, ac tàm immanem, perduellionen
concitârint, *Cæſaris*, ejuſdemque *Regis*, ſubditos, an
tehâc fideles, contrà datam fidem, & gentium ju
ra, turbârint, è tot luculentis provinciis ſpolia, a
prædas, convectarint, cum *Turcis, Tartariſque*, fœ
dera pepigerint, inſontes ſubditos periculis, ſervi
tutibuſque, expoſuerint, utique *Cæſarem* inprimi
hac illam iſtam curam momordiſſe, nihilque a
ſummam diligentiam reliqui factum eſſe, quoad
divinâ aſpirante gratiâ, *Cæſariſque* affulgente man
ſuetudine, in *Sileſia* principatus, hæ partes, in pri
ſtinum pacis, ac tranquillitatis, ſtatum, abſq; ma
gno belli onere, reduci cœperint.

Proindè, cũ eam in rẽ *Cæſari* nullum ſit dubium
quin *Principes, Ordineſque*, conſtantem deinceps fi
delitatem, ergà caput ſuum, declaraturi, ac quid
vis non facturi, ſint, utique neceſſitatem in præſen
tiarum poſtulare, *Cæſari*, pro hoſtibus, qui ſuper
ſunt, profligandis, auxilia ut decernant. Vt igitu
quingenta *Thalerorum*, ut vocant, millia erogarent
è re eſſe, præſertim, cum provinciæ aliæ, magis ex
hauſtæ, atque inferiores, pro virili, *Cæſari* foren
gratificatæ. Secundùm hæc, cùm in fortalitiorum
in *Vngariæ* finibus poſitorum, conſervationem, *Si*
leſii, ſuperioribus temporibus, fideliter cenſus ſuo
contuliſſent, idemque eæ partes magis, quàm an
tehâc unquam, periclitentur, ut per integrum ſe
xennium quotannis centum millia *Thalerorum* col
ligerent, opus eſſe. De collectis pariter, more vete
ri, cereviſiariis, ærario *Cæſaris* inſigniter bellis civi
libus iſtis exhauſto, idem eſſe petitum, ut illas, ſin
detractione, per decennium, penderent.

De cætero, cùm *Principibus, Ordinibuſque*, optan
dum veniat, belli ſedes ut à *Sileſiæ* finibus quã lon
giſſimè removeatur, *Cæſarem*, ſuperpondii loco
ab illis contendere, militẽ ſuum, finibus, ac fortali
tiis, probè communitis, quamprimũ cum *Cæſarean*
exercitibus conjungerent, in hoſteſq; communib
operis educerent. Ità futurum eſſe, ut *Cæſar* han
Principum, Ordinumq;, maturationem, ſtudium, atq
operam, gratanter ad animum ſit admiſſurus, hæc
que, ſive congiaria, ſive donativa, extrà ordinem, r
urgente, eſſe impertita, conceptis verbis conteſtar
velit, ne *Sileſiorum* juribus, privilegiis, ac conceſſio
nibus, hac in parte quicquam decedere quitum ſit

Tametſi autem eo ipſo tẽpore à *Iagerndorfio* pe
miſſos tubicines ſuperveniſſent litteræ cõminato
riæ, quibus ille confœderationis mutuæ nuper ini
tæ, datæq;, & acceptæ, fidei, admonebat, nihilo
minùs *Principes*, *Ordineſque*, *Cæſaris*, *Saxoniſque*
dicti

tis audientes fuêre, conſultius rati, cum *Cæſare*, *mperio*, facere, quàm exulum, ac proſcriptorum, es ſequi. Itaque ad rogationes *Saxonis*, nomine *aris* factas, quater centena *Thalerorum* millia, cer- temporibus, per vices annuatim numeranda, omiſerunt. Pariter, pro *Vngaria* fortalitiorum cō- vatione, quotannis ſeptuaginta *Thalerorum* mil- per ſexennium ſolvenda, ſtipulati ſunt. Ut etiā collectis cerevisiariis, per decennium pēdendis, iſenſerint. Ad copias, *Cæſari* erogandas, quod at- et, libenter, quantum temporis ratio admitte- ſeſe gratificaturos itidem eſſe, declararunt. His ita ordine propoſitis, deliberatis, promiſſis, eptiſque, *Elector* ſequenti die in *Arcem*, ſive *Ca- m*, quod *Vratulaviæ* eſt, ſolenniſſima cum pom- deducentibus *Principibus*, *Ordinibuſque*, *Sileſiis*, cę- ſque cohortibus diſpoſitis, invectus, manè, poſt actum ſacrum, homagium tàm à *Principibus*, *Or- buſq;* itidem, quàm civium globis, debitis cū ce- oniis exegit, manuum ſive ſtipulatione, ſive ploſione, juramenti vices ſupplente.

VI.

Iagerndorfii ad Sileſios comminatoria.

A dùm fiunt, iſta fuit *Iāgerndorfii* exulis confi- dentia, ut, miſſis ex *Vngaria* per tubicines litte- *Sileſiis* confœderationem priſtinam inculcaret, ulàtque, ſuper auxiliis *Turcicis*, eoſdem erudiret. s autem ſaporis erant litteræ: De iis, inquit, quę *erator Turcicus* per legatum nunciari juſſit *Vnga- legi*, jamdudùm vos, ſicut & de tranſactione *Po- æ*, erudiiſſem, niſi in itinere uſuveniret epiſto- intercipi, aut ſolutis ſive filis, ſive ceris, retrò ti. Iam cùm aliquot *Turcorum* millia in auxilium ris acceſſerint, pro eâ, quâ quidem vos proſe- r, benevolentiâ, quin ſignificarem, intermitte- eque debui, neque potui. Siquidem igitur hic orum apparatus, hæ copiæ, eò ſpectent, quò fœderatio illa noſtra, verbis religioſiſſimis jū- , ſarta, tectaq;, ſervetur, tùm fides mutua in diſ- bili vinculo perſtet, hanc in rem, pro meo er- atriam, ac vos omnes, amore, autor vobis ſum uò, à confœderatione ne quibuſcunque per- onibus reſiliretis, nedum patriam ultimis cala- itibus, barbariſque gentibus in prædam, expo- tis, ſed legitimis ceremoniis electo *Friderico*, *Re- ſtro*, conſtanter adhæreretis. Sicubi enim pa- n ultimis illis neceſſitatibus involvi accidat, n grave non ſolùm univerſæ confœderationis ibris, mihi inprimis, id eventurum ſit, vix vi- ſatis deplorare poſſe. Etenim cùm is ſim, qui rimo patriæ dilectæ amore tenear, tùm unicè enus datâ operâ effecerim, quò *Sileſia* adverſus es hoſtiles impreſſiones tuta eſſet, utique quā c caſum, non abſque ſumma commotione, ad um admittere quitus ſim, illis judicare facile quibus fides mea, atque ergà communem pa- n integritas, nota eſt, atque perſpecta. Res er- oſtquàm eò ſpectet, ut & *DEO*, & fœderi, ſatis- debeat, etiam atque etiam adhortor, ut intrà um ſeptimanarum ſpatium, tàm ad *Vngariæ Re-* quàm *Friderici Boh. Regis* me legatum, veſtros ines amandaretis, eâdemque operâ, quid de s exſpectandum ſit, ingenuè deponeretis. Quòd ſi vobis fœdifragis alia jam mens (quod abo- minor) ſedeat, patriæ calamitati ut condoleam, ju- xtà verò ut tàm conſcientiæ, quàm fidei, meæ, *Reg* datæ, ſatisfaciam, neceſſe eſt. Interim illi, qui priva- tis fortunis è patriæ infortunio velificantur, vide- rint. Ruinam, ac neceſſitatem, quam aliis impone- re ſtudent, ipſimet, experturi. Valete, &, ſi ſapitis, cavete.

****

Externa.

I.

Vniverſitatis privilegia, à Ferdinando II. Imp. ſolenniſſimè conferuntur Argentinenſibus.

EXtrà hiſtoriæ noſtræ militaris filum cùm multa hiſce temporibus, etiam memoratu digna, per *Germaniam*, aliaſque provincias, uſuveniſſent, àgedum fas ſit ea, inſtar appendiculæ, bellis illis civilibus attexere, atque, velut externa, ſi licet, in hiſce commentariis ſuperinducere. Ne igitur *Marte* per *Imperium* omne furente, compluresq; *Academias* evertente, *Muſis* hac tempeſtate honor omnis eriperetur, ampliſſima illa per *Germaniam ſuperiorem*, atq; florentiſſima, *Argentinenſiū* Reſpublica, ſuo loco, eoque ſatis, opportuno, providit. Hæc ſapientiſſimis provecta conſiliis, tàm duro tempore, *Muſis*, paſſim palantibus, intrà mœnia, vixdùm vel *Regibus* expugnanda, aſylum, atque halcyonia tutiſſima, aperuit. Tametſi enim ea urbs, *Maximiliani Imp* privilegiis dotata, hactenus gremio ſuo *Academiam*, atque optimarum artium ſtudia, foveret, ut etiā *Baccalaureatus*, & *Magiſterii philoſophici*, titulis inſignitos, bene multos è ſinu ſuo emitteret. Nihilominus, multis hoc tempore ad ruinam ſpectantibus, quas vocant, *Vniverſitatibus*, ſuper illud curam injecit, quò beneficio, ac liberalitate *Ferdinandi II. Imp.* olim acquiſitis illis privilegiis quendam velut cumulum adiiceret, adeóque immunitates atque prærogativas conferendi nempè gradus illos ſuperiores, *Doctoratus*, *Licentiæ*, *Magiſterii*, ac *Laureæ poeticæ*, unaque privilegia, cæteris per *Imperium Vniverſitatibus* concedi ſolita, pleniſſimè impetraret. Id quod illi feliciſſimè evenit.

II.

Solennia, pro inauguratione Vniverſitatis Argentinenſis.

ITaque *V. Non. Auguſti*, nomine *Senatus Ampliſſimi*, diploma, *Latinis* verbis conceptum, per urbem affigi cœpit, quo quidem novorum illorum privilegiorum promulgatio, ad *XIX. Cal. Septembr.* ſolenniſſimis cum ceremoniis introducēda, publicabatur, *Principibus*, *Comitibus*, *Baronibus*, *Equeſtribus*, *Studioſis*, *Civibus*, atque inquilinis, immò etiam finitimis gentibus, hunc ad actum, invitatis & cōvocatis.

Paraſceven inaugurationis per ſeptem urbis templa pridie *Idus Auguſti* auſpicati ſunt, concionibus ad populum habitis, paſtores *Eccleſiaſtici*, primò *Danielis Prophetæ* capite, *de officio Magiſtratus*, *de ordine* docen-

docentium,de cœtu diſcentium,de examine,populi Iſraelitici,quadripartito, ac ſub concionibus propoſito, ubi multa,de recto,& genuino,*Scholarum* uſu,allata,variiſque objectionibus datâ operâ reſponſa,atque argumenta,ſolida oppoſita,ſunt. Singulis concionibus,ſub ſymphonia, & muſicis concentibus, finientibus.

Mox,*XIX.Cal. Septembr.* actus ſolennis publicationis privilegiorum *Academicorum* ſequenti ordine peragi cœpit:

Principiò,par *Principum*,provectæ ætatis,& quidem cum imperio ſubditis præpoſitorum,indè par *Principum* minorennium, mox *Comitum,Baronûque*, octo paria,præceſſerunt. Illos *Tribuni militares,Equites,Equitum* magiſtri,*Capitanei*,aliiq; officiales militares,exceperunt. Indè *Studioſus* progreſſus eſt, novum *Academicum Sceptrum* dexterâ prætendens. Indè equeſtris dignitatis adoleſcens *Privilegium Cæſareũ*, pulvinari holoſerico Attalico,ſuperimpoſitum,geſtavit. Privilegii prælaturam *Senatus Argentinenſis*, cum præfectis,ac miniſtris præcipuis,ſingulis onus bigam conſtituentibus,inſequi cœpit. Horum veſtigia legerunt *Pedellus Academiæ,Vetus Academiæ Sceptrum*,& equeſtris juvenis, vetus *Privilegium* ſuper pulvinar,auro intertextum, præ ſe ferentes. Ponè inſequuti ſunt duo *Studioſi* ſelectiores, quorum alter *Claves*,tæniâ ſericâ pendulas, alter *Sigilla Academiæ*,&*Facultatũ*,paropſide inauratâ excepta,tenuit. Indè quinq; *Studioſi*,quorum unus *Academiæ*, reliqui *Facultatum quatuor*,*matriculas*,oſtenderunt,perrexêre. Hos omnes excepit *Academiæ Rector*, *Decanis* quatuor,cæteriſq; *Doctoribus*,ac *Profeſſoribus publicis*, (quorum tùm erant numero novendecim) ordine ſtipatus.

Hac coronâ ubi in *Baſilicam* tapetibus *Alexandrinis* ac picturis,illuſtrem,ventum eſſet, muſicis concentibus certatum eſt. Quibus peractis,ſacerdos, præeunte ſuccinctâ oratione exhortatoriâ, in preces deſcendit, muſicâ ſymphoniâ iterum actum illuſtrante. In adytis templi,ad menſam, (quam ſuper novum *Academiæ,& ſceptrum*,&*privilegium*,poſita erant) acceſsêre *Georg. Iacobus Vormbſer*, *ab Vdenheim*,civitatis magiſter,ſive præpoſitus, *Vlricus Murſelius*,Conſul, *Antonius Valſius*,*& Ioan. Hartmanni*,civitatis Advocati. Ad alteram menſam, ad ſiniſtram poſitam, (quam ſuper *Privilegium* vetus,*Sigilla, Claves*,& *Matriculæ*,incumbebant) perrexerunt *Adamus Zornius*,*Equ. Cancellarius*,*Petrus Storckius*,*Exconſul*, & *Franciſcus Rudolphus Ingoltus*,tredecim-viri, *Academiæ* Curatores.

Secundùm hæc,*Volfius IC.* eleganti,ac prolixâ,oratione habitâ,utrumque privilegium, vetuſque, novumque,prælegi,novum verò (*Privilegium*) *Univerſitatis Cãcellario* tradi curavit. Hymno illo triumphali, *Te DEVM laudamus*, muſicis concentibus inſonante. Datâ ſymphoniæ pauſa,*Cancellarius*, brevi excurſu præmiſſo, honores oblatos ſolenniter acceptavit,breviq; *Rectorem* prolixa oratione hæc deducturum, atque expediturum,eſſe, recepit. Iterum perſonuêre muſici concentus. Quibus denuò feriantibus, *Rectori privilegium*, *ſceptrumque*, novum,per *Cancellarium* offerri cœpit. Accepto cũ honorificentia privilegio, *Rector* illud denuò ſuper pulvinar,auro intertextum,repoſuit, duobuſque pedellis,ſive miniſtris, duo *Academiæ ſceptra*, cùm antea uteretur unico,diſtribuit, interpoſitaq; nervoſa oratione,*DEO,Principibus,Comitibus*, *Magiſtr*[...] *tui*, *Academiæ curatoribus*,& hoſpitibus, gratias pe[...] ſolvit. Concentibus muſicis rurſus perſtrepẽtibu[...] uſque finitis,pompa *Principum,Comitum*, *Magiſtr*[...] *tus*,atque *Academiæ*, ſuperiori ordine, regredien[...] *Sceptro*,tantùm,ac *Privilegio* novo, non *Magiſtrat*[...] ſicut antè,ſed *Academicis*,prælatis.

Tàm ſolennis autem,& celebris,frequenſq; h[...]jus *Academicæ* introductionis actus extitit, ut a[...] quot hominum centuriæ, è *Baſilea,Tubinga,Heyd*[...]*berga,Spira*,aliiſq; civitatibus,confluxerit,tot mil[...]bus hæc ſolennia inſpicientibus, ut à multitudin[...] globiſque hominum, quibuſdam vitæ periculu[...] creari obſervatum ſit.

III.

Doctorum promotionibus, & actibus ſcenic[...] *hæc ſolennitas illuſtratur.*

PEractis primis illis ſolennibus,die ſequenti, n[...]pè *XVIII. Cal.Septembr.* in *SS. Theologia* honor[...] *Doctorales* conferri cœperunt, luculenta itidem tà[...] ſuperioris,ordinis hominum corona præſente.

XVII. Cal.Septemb. ſuper theatro,apud *Acad.* co[...]legium extructo,elegans *Tragico-Comœdia*, de ed[...]ctione populi *Iſraelitici* ex *AEgypto*, repræſentata e[...] Plus decem hominum millibus, ſpectaculi cauſ[...] congregatis. Ità ut,loco deficiente,è tectis perf[...]ratis,ac feneſtratis,ſpectatores eminerent.

Comœdiæ initium,clangentibus tubicinibus,co[...]nicularis,atque æneatoribus,*Rhenus* præbuit, tri[...] ſuis pediſſequis,nempè *Ella*, *Cynthio*,& *Pruſcia*, ill[...]ſtris,ac ſtipatus. Qui,*prologi* inſtar, hancce *Comœd*[...] in honorem *DEI Opt. Max. Imperatoris Rom. Elector*[...] *Moguntini*,& *Ludovici*, *Heßiæ Landgravii*, repræſent[...]ri,præmiſit. Scenam illam quàm maximè porrò i[...]luſtrarunt *Iſraeliticorum* apud *AEgyptios* infantu[...] ſubmerſio,operæ *Iſraelitarum*, & preſſuræ, *dume*[...] ardens, virgæ *Moyſis* in ſerpentem,itemque aquæ i[...] cruorem,metamorphoſes. Quibus acceſſerunt *r*[...]*næ,pediculi,tenebræ,grandines*,ac *tempeſtates*, itemq; *co*[...]*lumna* ex nubibus,*columna* ignea,ut & *mare rubrum* quod *Iſraelitæ* pede ſicco penetrarunt, *Pharao* verò cum omnibus copiis,atq; impedimentis, aquis ſu[...] perfuſis ſuffocatus,celebre ſupplicio ſuo reddidi[...] Ibidem chorus *AEgyptiorũ*, idolis ſuis ſacrificanti[...] & ex adverſo chorus *Iſraelitarum*,*DEO* vero, & uni[...]co,gratias,atq; holocauſta,offerentium, pluſquà[...] ducentis in ſingulos choros perſonis concurrenti[...]bus,exhibiti.

Altera *Comœdiæ* pars diem in alterum,& ſequen[...]tem,reſervata. In hac *petra*, quàm *Moyſes* percuſſit aquas eliciens,promulgatio *Decalogi* in monte *Sina*[...] exaltatio *vituli aurei*, cum choreis tripudiantium[...] *Legum Leviticarum*, *ceremoniarum*, *vaſorũ*, atq; *inſtru*[...]*mentorum*,introductiones,hiatus terræ *Coreum,Da*[...]*thanem*,& *Abironium*,abſorbens, itemq; *aſina Bilea*[...]*mi*, verbis humanis locuta,*ænei ſerpentis* ſuſpẽſio,*ſa*[...]*crificia* varia,*igneſque* multiplices,ſingulari queq; ar[...]tificio repræſentabantur. Perſonis ſcenicis quæſi[...]tiſſimis veſtibus indutis,ut ſummam impenſæ, i[...] eas factæ,centum *Thalerorum* millia exceſſiſſe credi[...]tum ſit.

Ità magnos magna decent. Et illuſtrẽ *Rempubli*[...]*cam* ſpecioſus non minùs quàm pretioſus,ille appa[...]ratus, pſertim rei litterariæ, & feriæ,cauſſa, inſum[...]ptus,toti penè orbi commendavit. Coronidem lu[...]

culenta

entæ huic feſtiuitati creatio *Doctorum*, in *Iuridica*, *Medica*, *Facultate*, ut & *Magiſtrorum*, bene multorũ, uentibus diebus peracta; feliciter tandem im- ſuit. Sic quidem, dum totum pene *Imperium* ar- s digladiatur, maluit inclyta hæc *Reſpublica* ad lit- as reſpicere, ac pacis illas artes amplificare.

IV.

inceps Schaumburgicus, apud Rintelium, pariter Academiam aperit.

Aulò antè, quàm *Argentinenſes Vniverſitatis* privilegia, ſplendidis ſub illis ceremoniis, introduce- t, *Erneſtus* quoque, *Princeps Schaumburgicus* ille gnificentiſſimus, apud *Rintelium*, oppidum in ſu- cilio *Viſurgis* ſitum, impetratis à *Ferdinando II.* privilegiis, *Academiam* ſolenniſſima pariter n pompa, aperuit. Qui, prout erat ex patrimo- , & ſingulari, atque exactâ adminiſtratione œ- ıomicâ, opulentiſſimus, ſi maluiſſet propriis, eò latis, reditibus, hanc *Scholam* ædificare, neq; bo- eccleſiaſticis labile fundamentum ſuperſtruere, lè aliis, ac finitimis, *Academiis* invidiam confla- ibi verò, ſuoque ſpiritui, non niſi alta, & æterna, anti, eò durabilius monumentum conciliare, tus foret.

CAP. VI.

De Iacobo, Britanniarum Rege, reſtitutionem Friderici Palatini, exulis, generi ſui, ſeriò urgente.

I.

obus, Britanniarum Rex, Senatu regni totius acto, reſtitutionem Friderici Palatini ur- ger, atque intendit.

FRuſtrà tentatio reconciliationis inter *Cæſarem*, & *Fridericum Palatinum*, generum ſuum; remediis, *Iacobus*, *Britanniarum Rex*, ubi hactenùs defatigatus eſſet, neq; ſic filię, nepotũq;, um ſiccis oculis reſpicere poſſet, ampliſſimo us *Angliæ* regni *Senatui*, in duas *Curias*, ſuperiorẽ, inferiorem, diſtincto, hac ſuper re arduâ, cõ- ıibus Inſulæ ſuffragiis ut maturiùs deliberare- diætam indixit.

lis nempè, ad *Regis* edictum, *Archiepiſcopis*, *Epi- ,Ducibus*, *Comitibus*, *Baronibus*, *Equeſtribus*, civita- que, ac Rerumpublicarum, delegatis, magno ıero pluſquam quingentos homines ſuperan- ongregatis, *Rex* pro eâ, quâ polluit, facundiâ, ixâ, ac curioſè accerſitâ, oratione provectus, nùm totius *Chriſtiani* orbis motus, ac perturba- es, mox regni illius gravamina, indè generi ſui, filiæ, ac nepotum, triſte exilium, ſibi aſpectu grave, deploravit. Quòd igitur p̃ tot annos *Rex Anglis* ſuis cum laude, & juſtitia, abſque onere, abſq; bellicis turbis, præfuiſſet, ſubditiq; ſuo ſub imperio, affluẽte, rerum cornucopiâ, hactenùs floruiſſent, tandẽ inclinato ſermone eò deflexit, ut triſtẽ generi, filię ac filiorum, metamorphoſin, ſortemque, cũ ſuſpiriis ad animũ admitteret, omnibuſque, ac ſingulis, hæc ad comitia, hunc ad ampliſſimum conſeſſum, confluentibus, regni ſenatoribus, hanc regiorum filiorum cauſſam inculcaret, ac commendaret.

Quam in rem, nempè regiorum filiorum reſtitutionem, adimplendam, ſiquidem opus foret non poſtremis ſumptibus, armiſque, pro inſtructo, ac copioſo, exercitu, præparandis, utpote qui *Hiſpanicis* legionibus, numero prævalentibus, magnamq; jam tùm *Palatinatus* partem poſſidentibus, obviàm ire, atque acie experiri, poſſet, proindè *curiæ* utriuſque *Angliæ* eas partes fore, hanc rem, ſive expeditionem, ſatis luculentam, atque arduam, penitiùs in animos dimitterent, *Regique*, auxiliis, ac collectis, pecuniariis, tàm neceſſario tempore, ſubſidiarias operas præſtarent.

II.

Edoardi Sackfildii, Equit. Anglicani, ad utriuſq; Curiæ Senatores, ſuaſoria.

HAnc ferè in ſententiam cùm curioſa ingenii felicitate prolixè præfatus eſſet *Iacobus Rex*, è medio *Senatorum* conſurrexit *Edoardus Sackfildius*, *Eques*, impetratâque dicendi veniâ, ſuaſoriam exorſus. Primùm autem, ubi *Proceribus*, ac multitudini, ſapientiſſimi *Regis* merita, donativa, ac congiaria, prædicaſſet, de fide ſubditorum relativâ, ac debitâ, ergà *Regem*, inculcare cœpit. Quâ præſuppoſitâ, cũ nullus ſubditorum, ſalvâ animi integritate, poſſet *Regi*, flagitãte evidenti neceſſitate, deeſſe, utiq; qui ſubditorum, & regni, commodis nunquã ante defuiſſet, æquũ, ac juſtum, eſſe, unumquemq; eò anniti, ac reſpicere, quò ſub præſentibus, *Imperiũ Germanicum* concutientibus, motibus, tùm *Regi* dignitas conſtare, tùm *Regis* genero, filiæ, nepotibuſque regiis, interceptum ab exercitu *Hiſpanico*, patrimonium recuperari, quiret. Vulpes nempè habere foveas, & volucribus ſub dio nidos eſſe ſuos. At *Regis*, regnique, filiæ, tantillum haud ſuppetere, ubi vel caput reponeret, oggeſſit. Hoc vulnus *Regis* animũ tàm altè penetrare, ut cùm abſtergẽtibus, mitibuſque, antè remediis fruſtrà curationem tentaſſet, jã ad efficacia, ſolida, ac ſpecifica, ſit deveniẽdum. Itaque, juxtà vel *Hippocratis*, *Medicorum* principis, canones, extremis morbis extrema adhibenda venire remedia. Immò *Chyronis* diſcipulos, ſive igne ſacro, ſive gangrænâ, ſive ulcere immedicabili, partẽ depaſcente, ferramẽtis uti, ſerrulaq; partem putridã, emortuamque, reſcindere, ne reliquum corpus univerſum in perniciem abripiatur. Id genus ſcilicet remediis, nimir. ferro, atq; armis *Regi* hoc tempore opus eſſe. Ferro nempè recuperandum eſſe *Palatinatum Germaniæ*, regiorum filiorum patrimonium, nuper ferro ablatum. A ſimili igitur procedẽdum. Hanc ſuam eſſe mentem. Nec hilum dubitare, quin eadẽ omniũ ſit, rectè, & piè, de *Rege* ſuo ſententiũ. Nempè exercitum, è viginti quinque pedeſtriũ, & quinque equeſtrium, millibus, conflandum eſſe.

Ad

Ad hunc requiri homines,arma,commeatum,ſupplementa,inprimis ducem,fortitudine , experientiâ,atque prudentiâ,præſtantem.Cum veteranis enim,& copioſis, legionibus, itemq; cum altero penè *Hannibale*,nempè *Ambroſ.Spinola* illo,dimicandũ eſſe. Homines igitur intrà regna domeſtica, ſatis populoſa, conquiri poſſe,ut etiam de commeatu, domi formando,cogitari debeat. Arma foris accerſenda eſſe. De duce ſeriam requiri deliberationem.Hæc omnia ſiquidem,abſq; rerum gerendarũ nervo,ſcil. pecuniâ,confici haud ſufficiant,hîc *Rhodum* eſſe,hîc,juxtà vetus illud,ſaltandum eſſe. *Reges* quidem ſacrum codicem *Deos* appellitare. Sed illos non omnia,nec ſolos, poſſe. Tempore,ad rẽ tãtam conficiendam,opus eſſe.Regni,ac ſubditorum,ſuffragiis,atque voluntate,opus eſſe. Auro,atq; argẽto,opus eſſe.Neque unicum hîc auri talentum, aut decem etiam,ſufficere,ſed integram penè fodinam req̃ri,undè copia ſuppetat,nec deficiat. De hac inpræſentiarum ſive vena , ſive auri fodina,penitiùs deliberandum inſtare.Quibus igitur *Rex*,quibus liberi regii,quibus pietas,fideſque, quib. patria, curæ eſſet,hoc agerent,in hoc incumberent. Si qui fortè ſecùs affecti forent,iſtos non homines , non *Anglos* legitimos,non *Chriſtianos*, ſed monſtra eſſe, atque è regno,è patria,exterminari oportere.

III.

Curiæ Anglicanæ auxilia pecuniaria Regi decernunt,pro Palatinatus recuperatione.

QUæ cùm,poſt præmiſſas *Regis* ac *Sackfildii Equ.* exhortatorias,*Curia* regni,tàm *ſuperior*, quàm *inferior*,diligenti rationis examine trutinaſſent, in ſententiam *Regis* pedibus euntes, reſponderunt, ſe ſe nimirum,ob communem totius orbis *Chriſtiani* fluctuationem , tùm filiorum regiorũ extrà regnũ triſtem conditionem,ex animis angi,ac condolere, religioſiſſimiſque juxtà precibus à *DEO* cõtendere, *Eccleſiam* ſuam,graviſſimis procellis agitatã, in portum deducere,*Regique*,ac liberis regiis,cõtrà hoſtes quoſcunque,divinâ ſuâ protectione ab alto aſſiſtere,vellet.Quodſi igitur uſuveniat, *Regem* tẽtatis inſuper,pro complemento, reconciliationis mediis, maturrimè ematurandis,nihil efficere,*Curiam utrãque* ſolenniter addicere,ac paratam eſſe,pro *Regis*,*filiorumque regiorum*,dignitate,ac ſalute, tantùm non omnes vires in genere , ſed & fortunas, vitaſque, ſuas propriè inſumere. Quicquid ergò *Rex* amicitiæ,ac pacis , interpoſitione acquirere haud poſſit, hoc illum gladio, manuque militari , tùm rectius obtenturum. Atque hæc eſt illa ampliſſimi regni *Anglicani Senatus* declaratio. Quam *Rex* gratanter admiſit,inque effectum quantò ociùs,miſſo ad *Cæſarem Digbio* legato,deducere pollicitus eſt.

IV.

Digbius , Regis Angliæ legatus,apud Cæſarem, Palatini reſtitutionem ſolicitat.

ITà clementer,ac benignè,dimiſſo illo regni *Senatu*,ſive comitiis, *Iacobus Rex* , ad *Ferdinandum II. Imp. Digbium* ablegavit. Ille,coronidis vice, *Palatini* ſive reconciliationem,ſive reſtitutionem,cõceptiſ-
ſimis verbis rogaret. Qui ubi,cum ſplendido con
tatu profectus,ſub *Iulio* menſe , *Viennam* perven
ſet,hæc ferè in verba,coràm admiſſus,*Cæſarem*,p
miſſis illis generalibus,alloqui cœpit.*Imperator*,
Regis genero , *Palatino*,priſtinam in gratiam redir
eidemque provincias hæreditarias,titulumque,
prærogativam conſuetam antequàm *Bohemis* acc
ſiſſet,redderet.Ex adverſo *Regem* curaturum , &
Palatino vadimonium daturum , fore, ut ille *Cæ*
reſpectum,obedientiamque debitam , exhiber
ac ſub æquis,legitimiſque,conditionibus,ſatisfa
ret.Intereà,dùm de compoſitionis mediis res eſſ
proſcriptionis executionem ſuſpendendam,arm
rumque inducias extrahendas,eſſe.

V.

Cæſar Digbio legato reſpondet.

AD quam *Regis Angliæ* rogationem,*Cæſar* hanc
ſententiam reſpondit:*Cæſarem* eò propende
ut *Regi* gratificari affectus ſit. Modò *Rex* eò adige
Palatinum , quò *Cæſari* & obedientiam debitam,
ſatisfactionem præſtaret. Quæ res interim ſiqui
illius eſſet ponderis,ut univerſum *Imperium* cõc
neret,tùm abſque *Electorum*,quorum conſiliis,o
riſq; ,ante hâc foret uſus,cõſenſu tranſigi nequir
utique *Cæſarem Electores, Principeſque, Ratiſponam* e
caturum eſſe,unde,præeunte illorum aſſenſu, de
nitiva tandem reſponſio foret exſpectanda.

Tametſi verò hactenus , ſuper legitima *Cæſa*
expeditione,quiritare nemo queat , nihilomi
autoritatem *Cæſaream*,officiumque vaſalli , ut &
Iudicis ſupremi ſententiam,ſimulque damnati debit
ſubmiſſionem,atque obedientiam,requirere ali
In *Palatinatu quidem inferiori* armorũ inducias e
In *ſuperiori* verò,ab eo tempore,quo *Rex* armiſti
impetraſſet,nihil hoſtilitatis interveniſſe. Inter
Palatinum antiquum obtinere.Ut etiam, ejus juſ
Mansfeldius de novo in *Bohemiam* fecerit impreſſ
nem.Ut etiam *Ioan.Georgius,Marchio Brandeburgi*
ſub publicatis diplomatibus,res novas agitârit. I
dicaret proinde ipſemet legatus,utrum *Cæſar* hîc
liter facere,quàm militiæ ſuæ præfectis injunge
vim vi ut repellerent,potuiſſet.Quodſi ergò *Pala*
nus,ſalutare *Regis* conſilium ſecutus,hoc ageret,
remotis quibuſcunque obſtaculis,tàm *Cæſar*,qu
fideles *Imperii Principes*,extrà ſuſpicionem, eſſe p
ſint,tum quidem *Cæſarem* , ſicut rogatam pacis c
poſitionem intellexiſſet,de cætero ità ſeſe declar
turum eſſe,ut Rex præfatus acquieſcere debeat.

VI.

Digbius legatus inducias urget.

SEd *Digbius Baro* inducias urgere non deſtitit. I
enim,ad inſtãtem pacis tranſactionem, neceſſ
ac quiete opus,eſſe,regeſſit.Modò *Cæſar* , ſuper r
gatis induciis,promitteret,legatum, nomine *Reg*
eò pertracturum *Mansfeldium*,ut ilicet compromi
tere debeat.Niſi hoc faxit,*Cæſari* ſe conteſtatiſſim
facere,tàm *Palatinum*,quàm *Mansfeldium* , deince
Regi,loco hoſtium , futuros. Par ratio eſſet cum *I*
gerndorfio.Stantibus itaque,ac pactis,induciis, tà
Palatinum,quàm *Regem*,curaturos eſſe,quò *Thabor*
num,& *Vittigavia*,civitates *Bohemiæ*,redderẽtur.M
dò igitur *Cæſar* fide ſuâ promitteret,bannique ex
cutionem intereà ſuſpenderet , legatus inſuper r
cepit , ſe cum *Mansfeldio* acturum , copiis qu
buſcunq; ille ut miſſionem dare oppidò teneatu

VII. Fe

VII.

…rdinandus Imp. in inducias tandem conſentit.

… D illam *Digbii* inſtantiam, præſertim, cum præter *Regis Hiſpaniarum, Alberti Archiducis*, aliorũq; …*ncipum*, ac *Statuum*, interceſſiones, *Elector Saxoniæ* …*ſari* per reſcriptum intimaſſet, ex uſu Reipubl. …e, ſicubi *Cæſar* tranſactionem cum *Palatino* non …iceret, ſed in priſtinam dignitatem, provinciam…e, illum reſtitueret, tandem *Cæſar* permotus in …gatum à legato armiſtitium conſenſit. Modò *Dux* …*variæ*, & ſereniſſima infans, *Belgii* gubernatrix, …culum ſuum adijcerent. Quam in rem litteris u…aque interpellari cœpêre.

VIII.

…gbius, ſuper armiſtitio, fruſtrà ſolicitat Ducem Bavariæ.

… Ccepta commodâ à *Cæſare*, ſuper induciis, declaratione, dimidium facti, quod ajunt, ratus …abere *Digbius*, ad *Bavariæ Ducem* rectà proficiſci, …re ab eodem, ſuper dicto armiſtitio, conſenſum …etrare, ſtatuit. *Norinbergã* igitur ubi appuliſſet, …ıdè ad *Bavarum* dedit, propoſitaque *Cæſaris* be…olâ declaratione, *Ducem* in ſuam ſententiam …trahere conatus eſt. Sed, præter exſpectationẽ, …c ſpem illi fortuna intervertebat. *Bavarus* enim … tùm inſtructum contrà *Palatinatum ſuperiorem* …xerat exercitum, armis potiùs, quàm induciis, …m definiturus.

IX.

…m, ſuper Bavari tergiverſatione, conqueritur …pud Cæſarem.

… Onfuſus igitur, & perturbatus, hac in exſpectatâ fortunâ *Digbius*, illicò, directis ad *Cæſarem* …icillis, ſuper hac adverſitate, cõqueri cœpit: Vi…mum jam verti diem, inquit, ex quo, *Viennâ* di…ens, ad fines *Bavariæ* perveniſſet. Exindè, ſuper …aratione *Cæſarea*, ſeſe ad *Ducem* dediſſe, ſed con…x *Cæſaris*, & ſuam ipſius, opinionem, contrariũ …veniſſe. Iam tùm enim *Bavarum*, inſuper habitis …iciis, cum exercitu in *Palatinatum ſuper* impreſ…em feciſſe, ſubditoſque non uno loco ad ſubje…nem, ſub homagii exactione, compuliſſe. Hanc …m ſe ad *Cæſarem* confugere, pariterque veniam …ecari, ſi illam *Bavariæ Ducis* novam impreſſionẽ …ſtam pronunciare auſit, præſertim, cum à *Cæſa*…onſiliariis, *Bavaro* illam, in cauſa proſcriptionis …*tini*, executionem, ac provinciam, impoſitam …d eſſe, præcognitum habeat. De *Mansfeldio* ità … Siquidem ille *Bohemiæ* oppidis, antè occupatis, …ſſiſſet, utique expeditionem in illum ſuperva…am videri. Proindè, cùm *Bavari* actiones neque …r jam recens obtentâ, neque antehâc illi con…, poteſtate fundarentur, notorium evadere, il… magis privatis, quàm *Cæſaris*, commodis veli…i. Iam ſe nullum dubitare, quin *Cæſar* id genus …tionibus, toti *Imperio* periculum minantibus, …ſua ſapientia, mederi velit.

X.

Cæſaris, ad Digbii expoſtulatorias, reſponſio.

QUæ autem fuerit *Cæſaris*, ad illas *Digbii* accuſatorias, reſponſio, jam ſequitur. Ità n. *Cæſar* excepit: In memoriam revocare *Cæſarem*, ante abitum *Digbii*, utrinque ſic conveniſſe, ut tàm ad *Belgii Gubernatricem*, quàm *Bavariæ Ducem*, dirigerentur litteræ, pro mutuo in inducias rogatas conſenſu impetrãdo. Quo obtento, *Cæſar* ſeſe tùm penitiùs velle expectorare. Iam verò rem ſic quidem cõparatam eſſe, eo ut tempore, quo legatus in *Bavariam* perveniſſet, jam tùm *Dux* contrà *Mansfeldium*, in *Bohemiam*, finitimoſque *Principes*, moventem, eduxiſſet, undè neque copiæ reduci commodè poſſint, nedum legionibus, magnis cum ſumptibus collectis, miſſio dari queat. Sub ſpe, *Mansfeldium*, ſicubi prælio vinceretur, bello vinci, ac profligari, poſſe. Siquidem igitur cauſſæ in *Mansfeldium* ſuſceptam hanc expeditionem urgeant graviſſimæ, qui quidem *Palatinatum ſuperiorem*, & *Bohemiæ* fines, infeſtet, *Cæſari* viſum eſſe hanc illam *Duci* provinciam demandare, nimirum, ut lege proſcriptionis, atq; executionis, *Palatinatui ſuper.* parceret, ex adverſo *Bohemiam*, finitimoſque *Principatus*, adverſus irruptiones *Mansfeldii*, quibuſcunque rationibus vindicaret. Quapropter, culpâ, atque infeſtatione, *Mansfeldii*, cùm alius, ac diverſus, rerum pro tempore ſit ſtatus, ut induciis vix amplius locus ſuperſit, tùm etiam *Cæſar* Sereniſ. *Infantis*, res, *Palatinatum inferiorem* concernentes, arbitrio ſic ferè permiſerit, ità quidem in præſentiarum eſſe acquieſcendum. Legatum quidem armiſtitium inſtanter ſolicitare. Sed è diametro *Horatium Veerum*, *Palatinæ* militiæ generalem, contrarium deſignare. Prout & *Epiſcopi Spirenſis*, & *Electoris Moguntini*, querelæ fidem facerent, prædictum nempè *Veerum* illorum *Principum* provincias, non alia de cauſa, quàm quod *Imperio* eſſent fideles, ferro, atque igne, infeſtare. Itaque cum indies id genus querelæ etiam duplicarentur, viam hanc neutiquam eſſe, qua ad inducias iretur. Cùm ſic magis *Imperii Principum* animos abalienari, atq; irritari, accidat. Inconcinnum igitur eſſe, ac præpoſterum, quod *Palatinus* per ſuos deſignaret, ut à *Rege Britanniarum* meritò ob id, reprehendendus videatur. Hucuſque *Cæſar*, ac *Digbius*.

XI.

Advocatus quidam Anglicanus, quod in Regis generum, Fridericum Palatinum, calumnias evomuiſſet, pœnas dedit.

SEd politica ad monita pertinet, atque *corollarii* hoc loco vicem implere poteſt, quod, coronidis ergò, ſequitur. Haud fruſtrà autem, rerum omniũ nocentiſſimam calumniam eſſe, olim vel à *Plutarcho* proditum. Immò addo ego, eandem acutiſſimo quovis gladio pejorem, haud rarò vel ipſi autori, perniciem accerſere. Id quod inſequenti exemplo dilucefcet. Illud a. eſt ejuſmodi: Quidã *Angliæ* mordacioris linguæ, atque incõtinentioris, *Advocatus*,

tus, eo tempore, quo *Regis* gener, *Fridericus Palatinus*, apud *Pragam* victus, & in exilium ejectus, erat, maledicendi cacoëthe abreptus, multa inconcinna, ac cum vituperio conjuncta, coràm regii *Senatus Aſſeſſoribus*, in *Fridericum*, ejuſque conjugem, evomuerat, tanquam pro tempore regium hoc cōjugum par, exilio præventum, ideòque riſu, jocoque dignum, popinariam, apud *Londinum*, & Zythopolium, aperire, teneretur. Hem tibi turpem, & quidem ab *Anglo*, contumeliam. Sed dignum *Cerberus* iſte ſive ſtultitiâ, ſive maledicentiâ, ſuâ, retulit præmium. Accuſatus enim, & in compedes conjectus, mox, latâ ſententiâ, caput nudus, dorſotenùs in equum ſublatus, aversâ ad equi caudam, quàm, loco frœni, manibus prehendebat, facie, per urbis regiæ vias patentes, in locum patibu rem, atque infamem, devectus eſt. Ubi poſtqu ſub furca, & numellis, ſtetiſſet, denuò priſtin ad locum, undè vituperii equum aſcender reducto, & aures truncari, & nares perforari, ij que fronti ſtigma inuri, cœperunt. Iſte igi ſuo, & fœdo, ſupplicio, vetus adagium, quo q dem vulgo efferunt, *Principes*, atque illuſtres, l mines, citius infortunia, ac damnum, quàm con meliam, ferre, ratum fecit. Inſultare ergò priva rum caſibus, cordato, & Chriſtiano, viro indign eſt. Ut adverſas *Principum* fortunas ſugillare, velle, etiam cum periculo plerumq; conjunctum eſſe ſoleat.

Io. Petri Lotichij

RERVM GERMANI CARVM

LIBER X.

CAPVT I.

De Mansfeldio, novo exercitu Bohemiam terr tante.

I.

Mansfeldius, novo exercitu inſtructus, Bavaricis inſtat.

ET jam *Mansfeldius* copioſum collegerat in *Palatinatu ſuperiori* exercitum, jam *Bethlenus* per *Vngariam* fulminabat, jam *Iagerndorfius* quoque arma præparabat. Ut etiam *Chriſtianus, Daniæ Rex*, cum *inferioris Saxoniæ Principibus*, copias inſtructas aleret, etiam *Rex Angliæ Iacobus*, deliberationibus, & minis, *Imperium* territaret, omnes pro *Friderico Palatino*, omnes in eius reſtitutionem, intenti. Qui ſicubi vel maluiſſent, vel potuiſſent, vires, hinc inde longâ intercapedine diſperſas, propius unire, ac conjungere, facili negotio vel totum hoc *Imperium*, jam tùm labefactari cœptum, ad incitas redigere, vel etiam evertere penè, quiti fuiſſent. Interim, dum ſinguli, id eſt, alius poſt alium, pugnant, ut ait *Tacitus*, prout fieri amat, univerſi vincuntur. De *Mansfeldio* igitur primùm dicemus, deinceps, & ſucceſſivè, de cæteris. Hic ubi per *Bohemiam* ſive *Cæſareanis*, ſive *Bavaricis*, reſiſtere non ſuſtineret, in *Palatinatum ſuperiorem* illic cop à *Principibus Co-unitis* exautoratas, opportunè ad ut alliceret, regreſſus eſt. Id quod tàm feliciter ceſſit, ut brevi intervallo è tredecim pedeſtrium, ſeptem equeſtrium, millibus exercitum formar luculentum. Quo illius apparatu præcognito, ne *Bohemiam* irruptionem faceret, *Thillyus*, & *Bavar* tribunus *Herbipolitanus* in fines uſque *Palatinatus* *perioris*, eduxerunt. Quòd igitur *Mansfeldius* exe citum nondum recenſuiſſet, delectuque probaſſ caſtra, ſuperinductis murorum ſepimentis, ne h ſtis nocere poſſet, communivit. Ex adverſò, *Thilly* ſaltus inſedit. Ut inter utrumque exercitum var velitaribus præliis ſubindè certaretur.

II.

Mansfeldius, Bambergenſi, atque Herbipolen Epiſcopis, interminatur.

MAnsfeldius igitur offenſus, à legionibus *Franc nicis* ſibi novam velut litem intentari, ad *Cap tulares* tàm *Bambergenſes*, quàm *Herbipolenſes*, fecia emiſit, cum litteris, niſi legiones à finibus *Bohem* ilicet revocarent, omnia ultima interminantibu

Qu

æ cùm utrumque per *Epiſcopatum*, non ſine ter-
e, nunciata eſſent, undique per ditiones dele-
s fieri, fortalitiiſque ſe, ſuaque, opulentiores
dere, cœperunt. Neque *Bavariæ Ducis* cura hîc
nguit. Qui, undique conclaſſans, delectus indi-
arum, apud *Straubingam* recenſito exercitu, in
itates limitaneas diviſit, copias verò, ære meren-
contra *Mansfeldium*, re tormentariâ, & commea-
inſtructas, ipſemet eduxit.

III.

ansfeldicis Thillyani, & Bauerus tribunus,
æduntur.

M*Ansfeldius*, intellecto *Bavaricorum* propoſito,
quòd unitis virib. in ſe, ſuoſque, impreſſionẽ
arent, prior in occurſum duxit, inq; ſtationes,
caſtra, hoſtium loco opportuno movens, repe-
vicibus ſtragem nõ vanam intulit. Illis, ſcil. *Ba-*
cis, diebus inſequentibus paria facturis, rurſus
pedeſtribus, quàm equeſtribus, legionibus ſu-
veniens *Mansfeldius* prælium redintegravit. Sed
ntium ſummitates, & noctis præſentia, commo-
tem explicandæ aciei, pugnæq; ineũdę, eripue-
t. Interim ex hoc conflictu non pauci militum
iales ceciderunt, ſic tamen, ut è *Bavaricis* pluri-
leſiderarentur. *Io. Iacobus Bauerus* quoque, tribu-
legionis *Herbipolitanæ*, poſtquã acerrimè dimi-
, in hoſtes impetum feciſſet, globo tormenta-
etitus, atque ex equo prolapſus, ſpiritum effla-
Cadaver ubi, unà cum exuviis, ſarcinuliſque,
modum denuò apud *Saxoniam ſylveſtrem*, oppi-
ſic dictum, in manus *Mansfeldiorum* incidiſſet,
ptis rebus, ac corollariis, omnibus, cadaver illi
liderunt. Id quod apud *Herbipolitanos*, in æde ba-
, ſolennibus cum ceremoniis, deinceps huma-
eſt.

IV.

sfeldius cum Thillyo compoſitionem quærit,
c ſimulat.

Ɔſt præmemoratum illum conflictum, *Mansfel-*
ius, datis ad *Thillyum* litteris, tanquam tranſige-
per rei ſumma vellet, præ ſe ferebat. Itaque, ex
poſito, *Comes Solmenſis, ſuperioris Palatinatus* vi-
s, arbitri vices ſuſcepturus erat. Cui è *Thillya-*
bviàm mittebatur *Io. Iacobus Comes Anholtinus.*
manu equeſtrium ſtipatus, cum *Solmenſi* in
quium venit. Neq; ipſe *Thillyus* hanc occaſio-
velut opportunam, negligebat, tametſi ad ſpe-
color quæreretur, & in vanum exirent omnia.
feldius enim, extractis ſex dierum induciis, hoc
ecutus eſt, ut intereà de neceſſariis ſibi proſpi-
, magnamque rei tormentariæ, inprimis pyrii
eris, quantitatem, *Bavaricis* debitam, unà cum
& pecuniarum, butyri vaſculis involutarum,
entu interciperet, atq; hoc pacto ſe, ſuoſque,
nfirmaret. Qui hucuſque, circiter ad duo
millia *Bavaricorum* confecit, ſuoſq;
ſpoliis, ac manubiis, locu-
pletavit.

V.

Temeritas equitis Mansfeldici, oppidò ſpiritum proiicientis.

HOc tempore in mentem veniebat equiti *Belgæ*, ſub *Mansfeldio* merenti, rem novam, ac minimè tutam experiri. Qui cùm, impetratâ veniâ, recepiſſet, ſe uſq; ad ipſa hoſtium caſtra, provocandi cauſſâ, adequitaturũ, veteri illi *proverbio*, quo, *qui periculum amat, periculo plerumque perire* dicitur, fidem fecit. Ibat in necem vitæ prodigus, & ilicet necem inveniebat. Vix enim ſemihorulâ elapsâ equus, in caſtra *Mansfeldica* properè reverſus, referebat hominem ſemilacerum, ex altera epiphippii parte, non totum, ſed glande tormentariâ ingenti divisũ, appendicis, ac corollarii, vice, dependentẽ magno, & triſti, militibus ſpectaculo. Undè, quàm non temerè, atq; inconſultò in manifeſta pericula ruendum ſit, cæteris didiciſſe promptum eſſet.

VI.

Mansfeldius de capite periclitatur.

CIrcà *Cal. Auguſti, Anno M. DC. XXI.* cùm captivi utrinq; permutarentur, ipſe quoque *Mansfeldius* de vita periclitari animadverſus eſt. Tantũ non verò, circà veſperam, durante conflictu, baliſtiſque tormentariis ſtragem cauſſantibus, *Mansfeldius* propè tactus eſt, glande ignitâ, viginti quinque pondo æquante, antè pedes ejus, dum in caſtris, inter duos *Vinariæ Duces*, equo inſidens, ſeſe teneret, procidente, humumque in caput ejus ſpargente, ut pro mortuo ferè haberetur. Sed porrò etiam à ſicario, gente *Neapolitano*, gravi⁹ ei periculũ imminuit. Qui cùm, intrà *Mansfeldii* caſtra, ſeſe aliquouſque tenuiſſet, rem fœdam perpetraturus, ſtimulante conſcientiâ, projectâque palàm ſicâ, ſive cultro, rem omnẽ fateri cœpit: nimirum, haud potuiſſe ſe præmeditatum iſtud, atque ab aliquibus inculcatum, pretioq; redemptum, facinus, in effectum deducere, cùm mẽs ſibi identidem, injecto velut ſceleri, ac cupiditati, fræno, perverteretur, tùm vel humanitas *Mansfeldii* aliâ digna eſſet hederâ. Non defuerunt, ut fit in populo, qui illum vel à *Thillyo* ſubornatum, muneribuſque corruptũ, à *Patribus Societatis* verò promiſſis inflammatum, fuiſſe, diſſeminarint. Tanquàm hâc viâ ſicarius in cœlum abiret, indubitatamque animæ ſalutem relaturus eſſet, ut exemplo *Davidis, Goliathum* fundentis, *Iudithæ, Holoferni* caput amputantis, *Simſonis, Philiſtæos* perdentis, deinceps inter ſplendida huius ſeculi nomina, coruſcaturus eſſet. Quicquid autem ejus ſit, haud equidẽ perſuadeor, ut in generoſum, & devotum, heroa, *Thillyum*, inquam, inter ſuos pietate, ac devotione venerabilẽ, tanti facinoris, ac parricidii, vel ſuſpicio cadere potuerit. Ut etiam à *Patribus* illis, tametſi ex hac nota *Clericorum* ſint, quos odiſſe populus ſolet, meliora mihi promittam.

VII.

Cæſaris, contrà Mansfeldium, interdictum.

REbus autem *Mansfeldii* in dies creſcentibus, ut terrori, ac metuendus, eſſet, *Cæſar* interdictum per *Imperium* publicavit, quo omnes *Imperii Prin-*

cipes, Statusque, ſeverè prohibentur, ne *Mansfeldio* proſcripto, ejuſque copiis, ac conatibus, quicquam ſive ſubſidii, ſive commeatus, adminiſtrent. Siquidem enim is jampridem, ineuntibus iſtis motibus *Bohemicis, à Matthia Imp.* banni fulmine publicatus eſſet, jam verò de novo, & quidem pro *Friderico*, qui ſe *Palatinum Rheni*, & *pſeudo Regem Bohemiæ*, nominitaret, pariter proſcripto, copias tumultuarias cogeret, adverſus *Imperatorem, Imperiumque*, vultus elevaret, utique omnes *Imperii Principes, Statuſque*, ſubſidiarias illi operas præſtare caverent, niſi in pœnas eorum, qui proſcriptos fovent, legibus expreſſas, datâ operâ incurrere, ac ſe, ſuoſque, præcipitare, mavelint. Niſi enim forent, qui *Mansfeldii* res ſive commeatu, ſive alia re quacunque, juvent, iſtum eam luxuriem, eam ferociam, præ ſe ferre vix poſſe. Omnes igitur, ſub eo militantes, *Imperii* cives, niſi oppidò ſeceſſionem faxint, immunitatibus, fortunis, honoribuſque, privandos, exteros verò, capitis, ac gladii, pœnâ afficiendos, eſſe, edixit. Hactenus *Cæſar*.

IIX.

Mansfeldii caſtra contagium ac peſtis, corripit.

ÆState in *Autumnum* vergente, &, lege temporis, *Aquario* pluvias præcipitante, accidit, ut intrà *Mansfeldii* caſtra plurimi, præſertim è gregariis militibus, febribus malignis, ac contagioſis, afficerentur, cœlo magis pluvio, quàm annonâ, affatim, lucem inferente. Ubi igitur ſtationes militum, cadaveribus equorum, brutorumque, partim ſponte occidentium, partim in alimoniæ gratiam, laniatorum, eviſceratorumque, magis magiſque putridis exhalationibus infecto aëre, contagium invaſit, luis malignitate in peſtilentiam uſque auctâ, vera demum peſtis exſurgere, & graſſari, cœpit. Ne autem defectus hic militem terreret, hoſtes verò in ſpem erigeret, dimiſſis cum pecunia hinc indè parariis, nova ſubindè militum ſupplementa accerſivit. Interim, loci iniquitate præventus, & alterum, novumque, qui imminebat, *Bavari* exercitum ſubveritus, omnes artes, ac ſtratagemata, totumque, ut ait *Tragicus*, *Vlyſſem*, etentavit, quò *Thillyanis* cladem inferret. Modò enim nocte intempeſtâ magnum numerum ſclopetariorum, funiculos ignitos pileis occultantium, impreſſiones in hoſtium caſtra faciendi cauſsâ, eduxit, modò intrà ſaltus, quibus latebant *Cæſareani*, ignibus, vaſculiſque, ſulphure, ac tædis, refertis, ſuppoſitis, atque accenſis, confuſionem procurare, conatus eſt, modò aperto Marte, modò cuniculis, experiri cœpit. Sed toties ferè, abſque ſingulari ſucceſſu, fortuna & aſtus, & audaciam, eluſit, ac deſtituit.

***

CAP. II.

De Bavariæ Duce, Pal[a]tinatum ſuperiorem occupante.

I.

Maximilianus, Dux Bavariæ, novo cum exer[ci]tu movet in Palatinatum ſuperiorem.

HÆc ubi ità magna cum confiden
à *Mansfeldio*, agerentur, intereà no
cum exercitu, intrà patriã collec
ſupervenit *Dux Bavariæ*. Qui cũ
telligeret, ex *Amberga, Palatinatus*
perioris metropoli, *Mansfeldio* & vires, & rei torma
riæ, cõmeatuſque, apparatũ ſuppeditari, omnib
quod dicitur, copiis hanc illi commoditatem int
cipere ſtuduit. Ad *Chamum* igitur civitatẽ progr
ſus, coronâ locũ invaſit, directiſq; tormentis be
cis, inquilinos conterruit. Mœnibus igitur ex par
duabuſq; turribus, vi tormentorum dejectis, pr
diarii ſpiritus ſubmittere cœperunt. Proindè, T
buno cohortib. ſuis deditionem inculcante, ac
tius eſſe, corporibus, ac mẽbris, integris, nul:o pr
ſentè liberationis remedio, emigrare, quàm artic
lis fractis, cum vitę diſpendio, periclitari, perſuad
te, deditio inſecuta eſt, militibus, unà cũ reculis,
ſarcinulis, in caſtra uſq; *Mansfeldii* dimiſſis. Ea ci
tate potitus *Bavarus*, de ulteriori r:i ſuſcep
ſucceſſu rectiùs ſperare cœpit. Ut etiam ja
in fines *Landgravii Leuchtenbergici, Mansfel*[di]*i*s cor
meatum intercluſurus, tenderet. Cujus rei nunc
accepto *Mansfeldius* ilicet *Lindavium* tribunum, cu
copiis idoneis, præmiſit, qui *Pfrimbdam, Landgra*
ſedem, expugnaret, *Principemq́*; in caſtra adducere
Quæ cum feliciter eveniſſent, reiq; tormentaria
Amberga apparatum omnem in caſtra accerſiviſſ
Mansfeldius, magnis conatib. rem egit, crebriſq; to
mentorũ ictibus *Thillyana* caſtra non uno loco pe
fregit. Quę illi, magno non ſine labore, repararun

II.

Bavariæ Ducis, ad Palatinatus ſuperioris Ord[i]nes, & ſubditos, exhortatoria.

VT autem *Palatinatus ſuperior. Ordinum*, ſubdit
rũque, animos ſibi conciliaret, atq; à *Mansfe*
dio abalienaret, ſic illos *Dux Bavariæ* exhortari cœpi
Omnibus, inquit, conſtare, quam ingratã, ac ſeve
ram, humeris ſuis provinciã impoſuiſſet *Imperato*
nimirum, ut motus apud *Bohemiã* nuper naſcente
lenioribus, ſi fieri id queat, remediis, compeſcere
regnumq; abalienatum ad priſtinam obedientia
reduceret. Sicubi verò clementiorib. mediis loc
haud daretur, ferro experiretur. Tametſi autẽ op
pidò moleſtum, ac grave, iſthoc onus, ubi extrema
ac dura, remedia in partes venirent, excutere ten
taſſet, nihilominùs huic expeditioni, ſemel verſu
Bohemos feliciter ſuſceptæ, tùm quòd totius *Imperi*
ac *Reipublicæ*, intereſſet, tùm quòd in caſu hoc evi
denti, & *DEVM* ipſum, & *Chriſtianæ* Reipubl. capu

conce[r]

ıcernente,*Imperatori* negare nihil poſſet, utique
ſum ſive humeros, ſubducere haud potuiſſe. Si
que reſpiciat cauſſæ bonitatem,eò ſe magis hanc
em animari,quòd exploratum habeat,nullũ ad-
dùm ſive *Regem*,ſive *Principem*, motus id genus
emicos probaſſe,ut ipſimet etiã *Iacobo*, *Britannia-*
Regi,*Friderici*,generi ſui, actiones haud placere
uerint. Si *Imperatoris* verò mandatum, juxtaque
um intervenientem neceſſitudinem mutuam,
ſi habeat,neq; ſic rationem in promptu eſſe, ut
icium ſuum negare debeat.

Quàm multi autẽ de ſucceſſu expeditionis ſuæ,
Bohemos nuper ſuſceptæ, dubitarint, in obſcuro
d eſſe. Ut eandem ſibi felicitatem,dum libenter
c neceſſitati manum ſubducere, ac colophonẽ
ponere,cupiat,ſecundùm *DEVM*,deinceps pro-
tere debeat. *Auſtriacam ad Anaſum* provinciam,à
are quoq; defectam,mitiorib. illis remediis lo-
n dediſſe,atq; cum hæreditario domino ſuo,*Ba-*
o cooperante,in gratiam rediiſſe. Quodſi iiſdem
rnis monitis ſuis aures præbere *Bohemi* voluiſ-
t,longè rectius,ac ſalutarius,cum illis actũ fuiſ-
Quibus cum ſeditio,atq; in armis,contrà *Cæſa-*
illicitè ſumptis,dira libidinatio,potiùs placuiſ-
ſuperveniente divinâ vindictâ, paulò poſt apud
gam notabili,ac luculentâ,victoriâ victos, fuga-
que,eſſe. Recuperatâ ità magnam partẽ *Bohemia*,
educendam terris amabilem pacẽ nihil reliqui
ſe,niſi exules,ac proſcripti quidã, è quib. *Mans-*
ius & *Iägerndorfius*,denuò redintegratis armis li-
priorem reaſſumere,adeóq; contrà *Imperium*,
eratoreque,ſeſe opponere ſtuduiſſent. His igitur
Bohemos,& *Sileſios*,novas turbas excitantibus,ex
parte *Bethleno* per *Vngariam* debacchante,factũ
,ut exercitib. tàm *Cæſareanis*,quàm *Bavaricis*,*Sa-*
icisq; per *Luſatiã* excubantibus, miſſio dari haud
uerit. Abſq; *Mansfeldio* igitur,& cõplicibus,fuiſ-
jam dudũ ſtatus regni *Bohemiæ* pacari potuiſſet.
antum autem impedimenti hanc ad rem à *Mans-*
o allatum ſit, eſſe in propatulo, qui vel ab initiis
tuum nuper *Bohemicorum* primus inter primos
tiſſet,adductiſq; in regnũ copiis perduellionis
nen,odiumq; partium,fovere cœpiſſet. Illum à
lo tempore *Pilſenam*, *Bohemiæ* fortalitium, ſub
ſtate habuiſſe,nedum,à victoria *Pragenſi*,*Impe-*
ri reddidiſſe. Illum etiamnunc,recuperatâ per
lyum Pilſena,nihilominus *Thaborinum*,*Vitigaviã*,
lingenbergam,tenere,indeq; finitimas partes in-
are. Illum in armis infeſtis contrà *Cæſarem* & *Bo-*
iam diffidere, per *ſuperiorem Palatinatum*,ſub co-
defendendæ ejus provinciæ, exercitum colli-
,contrà leges *Imperii*,*Catholicos Principes* preme-
aſtra,ac ſtativa, ꝑ libitu,exercere,ſpoliis, præ-
depopulationibus,exactionibus,immò igne,ac
o,rem agere,immò jam tùm *Bambergenſi*,atque
ipolenſi,*Epiſcopis*,omnia ultima interminatũ eſ-
nmò *Landgravium*,*Leuchtenbergicum* dictum, ex-
natà ejus ſede,captivum abduxiſſe,immò deni-
,quòd tùm *Bohemiam*,quàm *Palatinatum ſuperior.*
ovo infeſtaret,*Bavaricum* exercitum has in par-
ttraxiſſe, quoq; omnia circũquaq; novis peri-
s, ac devaſtationibus, involvantur, autorẽ eſſe.
Excuſari fortè potuiſſe, ſicubi, ſimulatæ defen-
is ergò,*Mansfeldius* intrà limites *ſuperioris Palati-*
ꝰ exercitum,atq; apparatum, ſuum continuiſ-
donec in *Imperii* comitiis,tùm inſtantibus, hæc
controverſia cõpoſita fuiſſet. Sed ecce! Porrò illũ,
cõmunitis priùs caſtris,in *Bavaricas* copias impreſ-
ſiones feciſſe,homines nobiles ꝑ itinera diſpoliaſ-
ſe,mercatorum bona,ac fortunas, è *Norinberga* in
Bavariam emiſſas,in territorio *Aichſtettano* interce-
piſſe,ex iis *Norinbergenſibus* ſua reddidiſſe,*Bavarorum*
verò,ac *Saltzburgicorum*,omnia publicaſſe, ac diri-
puiſſe. Quibus adde, tantam hominis eſſe pertina-
ciam,ac confidentiam,ut, directè adverſus *Impera-*
torem,*Friderici Palatini*, *Bohemiæ Regis*, legatum,ac
Mareſchallum generalem,ſeſe appellitet,illiq; regnũ
deperditum recuperare velle glorietur, ac jactitet.

Quandoquidem ergò luce adulta clarius exiſtat,
abſq; *Mansfeldio* eſſe, ut neq; pax introduci queat,
neq; regnum,cum provinciis,nuper, mediante *vi-*
ctoria Pragenſi,*Cæſari* ſingulari *DEI* gratiâ redditum,
conſtare ſuſtineat,ut graviores indies ſeditiones,
perduelliones,atq; id genus motus denuò (quod
abominandum) exſpectandi ſint, cùm plerumque,
vel juxtà *Medicorum* canones, morborum recidivæ
conſueverint eſſe pejores. Eam in rem *Cæſarem*, qui
aliâs bello *Vngarico* diſtineretur, ſibi in mãdatis de-
diſſe,urgeret,moveret,inſtaret,ac quacunq; ratio-
ne ejus fieri poſſit,quò *Bohemiæ* regnum, unà cũ ꝓ-
vinciis,in ſecuritatem vindicare liceat,provideret.
Cùm enim vel unicuiq; privato de jure conceſſum
ſit,hoſtem ſuum,etiam in inſtãti, etiã quaviſcunq;
occaſione,perſequi,quidni *Cæſar* hoc ipſo jure ad-
verſus *Mansfeldium* uteretur, utiq; juratum *Cæſaris*
hoſtẽ,& manifeſtè,ſe *Frid. Palatini*,*Regis* ſui, partes,
adverſus *Cæſarem*,tueri velle,præ ſe ferentem?

Quapropter, in re tàm gravi, ac ſeria, tot toti-
demq; *Cæſaris* admonitionibus, itemq; mandatis,
Bavariæ Ducem,intuitu obedientiæ debitæ, manum
ſubducere non ſuſtinuiſſe, quin huic expeditioni,
etiam non ſine magna ſua moleſtia, denuò ſeſe ac-
cingeret. Itaq; ſpem ſibi eam eſſe indubitatã, ſicut,
præeunte,cauſſæ bonitate, *DEVS* antè per *Bohemiã*
victricibus *Cæſaris*,*Bavarique*,armis benedixiſſet,ità
futurum eſſe,hos quoque conatus, pro reducendâ
publicâ quiete,ac tranquillitate, militantes, idem
DEVS ter Opt. ter Max. deinceps ſit ſecundaturus.

Intereà,ità eſſe: *Bavaro* cum *ſuperiori Palatinatũ*
nihil inimicitiarum intervenire. Ut etiam comper-
tum habeat,complures ex ordinibus,ac ſubditis,a-
lienis ergà *Mansfeldii* actiones eſſe animis, inq; ejus
ſententiam nolentes volentes adigi. Nihilominùs
cùm eo loco,& quidem cõmunito, ſeſe jam teneat
Mansfeldius, ut in eum ducere, armiſque experiri,
haud ſit integrum, ſed per circuitus ille fallendus,
commeatuſq; interceptione debellandus, eveniat,
utique ægerrimè ſibi accidere, quòd hæc militaris
eductio,atq; neceſſitas,abſque incolarum, aliâs in-
ſontium, difficultatibus,atque incommodis,peragi
nequeat.

Quæ cùm ſic eſſent comparata, ut nihilominus
mãdatis *Cæſareis* ſatisfieri debeat,*Duxque*, ſemel in-
greſſam, hanc huius expeditionis viam declinare
minùs ſufficiat,paterno cum affectu ſe illis autorẽ
eſſe, item nunc,*Cæſaris* inprimis mandatis ſeſe non
opponerent,*Mansfeldio* verò, communis calamita-
tis autori, omnibuſque ejus conſiliis, actionibus,
machiniſq; renunciarent,falſis ejꝰ criminationibꝰ,
aut ad ſeditionem ſpectantibus,perſuaſionibus, fi-
dẽ nullam prorſus adhiberent,immò potius eò la-
borarent,eò vires omnes,nervoſque, intenderent,

quò ille quàm maturrimè è provincia exturbari, ac patria ab omni periculo liberari, queat. Prout igitur expeditio hæc pręſens, nomine *Cæſaris*, ſuſcepta, in nullius infortunium, qui debitam *Cæſari* obedientiam, fidemq; præſtat, vergeret, ut etiã omnes illos, quicunq; in *Cæſaris* partes deſcenderent, tanquam ſcuto, protegere, atque contrà quaſvis injurias defendere, *Dux* paratus ſit: ità ex adverſo, ſi qui auſint *Mansfeldium*, ejuſque actiones, ac perſuaſiones, ſequi, *Cæſariq;* medium, quod dicitur, digitum oſtendere, paternas, ac benignas, has illas iſtas admonitiones inſuper habere, iſtis antè fores, veteri *proverbio*, adeſſe *Hannibalem*, nec poſſe non omnia adverſa, atque infauſta, uſuvenire, ut tùm demùm, ubi *Phrygum* more, ſerò ſapere didiciſſent, pertinaciam ſuam magis damnare, quàm *Cæſaris*, & *Bavari* clementiam accuſare, debeant.

Quod ſupereſt, *Ducem* plenâ, ſolidaque, ſpe niti unicè, futurum, ut, quibuſcunq; hi codicilli, hæ admonitiones, innotuiſſent, omnia penſiculatiùs accuratâ rationis bilance expendant, intuſque ad animos admittant, *Mansfeldium*, ejuſque actiones, & caſtra, fugiant, ac deteſtentur, è contrà *Duci* operas ſuas deferant, indéque protectionem, auxiliũque, exſpectent, adeóque, ne ultima hujus expeditionis, eaque acerba, nimirum compulſoria, remedia, in uſum duci oporteat, præcaveant, atq; amoliantur.

CAP. III.

De Mansfeldio, in Palatinatum inferiorem movente, inſequentibus Bavaricis.

I.

Super. Palatinatus Equeſtres, & Civitates, in partes Ducis Bavariæ tranſeunt.

ILla *Bavari* exhortatio tantum apud *ſuperioris Palatinatus Equeſtres*, & *Civitates*, pondus habuit, ut abalienatis à *Mansfeldio* animis, à cujus copiis plus damni, quàm commodi, ſibi inſtare videbant, in partes *Bavari* propenderent, temporique obſecundantes, modò *Religionis*, & privilegiorum acquiſitorum, libertatem *Dux* promitteret, protectionem illius amplecterentur.

II.

Mansfeldius, intellecta Palatinorum defectione, aſtu, & ſtrategemate, è difficultatib. evadit.

MAnsfeldius, ex hac parte *Palatinatu* à ſe deficiente, ex illa binis in eum exercitibus conſurgentibus, res ſuas in anguſtias rediiſſe conſpicatus, undè vel ultima exſpectare, vel ferroviam, annonâ, ac commeatu, omni interclufo, aperire teneretur, ad priſtinam animi calliditatem recõverſus eſt. Cùm enim in bello dolus, ut vocant, bonus, *Hiſtoricorum* legibus, conceſſus ſit, majoriſq; interdum laudis ſit aſtutiâ hoſtem, quàm Marte, vincere, cùm veteres, autore *Plutarcho*, illi, duci, qui rem dolo, aut aſtu, cõfeciſſet, immolârint bovem, qui prælio ſuperaſſe[t] gallum, *Mansfeldius*, hac fortè imitatione, hoſtem [o]mni viâ lædere fas eſſe, arbitratus (nam, juxtà *Vir[gi]lianum* illud, vel pueris notum,

———*Dolus, an Virtus, quis in hoſte requirat?*)

ad artes converſus, cùm virtute ex anguſtiis eme[r]gere vix potuiſſet, aſtu emerſit. Itaq; cum *Bavaric[o]* aliud corde occultans, aliud vultu præ ſe ferens, pacifci cœpit, ſiquidem tot auri ſibi prænumer[a]rentur talenta, ſeſe cum exercitu præſtò *Cæſaris* partes deſcenſurum eſſe. Quib. ut verbis fidem a[d]deret, ecce! militare ſepimentum, ſive munimẽtu[m] caſtrorum, apud *Veidhuſam*, acceptâ pecuniæ ſum[ma] confeſtim *tanquam* contractûs pignus, cùm iſtu[d] neceſſitate prævent[us], tueri ampliùs haud ſuſtiner[et,] cõtradidit. Ità, quod neceſſitate urgente ultrò c[eſ]ſurus erat, aſtu interveniente, tanquam ex pacto, pro pecunia, offerret, colore aliundè quæſito, ſim[u]lavit. Dùm ergò elegantis hujus, & *Cæſareanis* app[ri]mè exſpectatæ, tranſactionis ultimam ſive cõſun[]mationem, ſive lineam, datâ operâ de die in die extraheret, ex anguſtiis illis, quibus diſtinebatu[r] paulatim, ac paulatim, unà cum copiis, emerger[e] bellicumque canere jubens, compoſitis per *ſuperi[o]rem Palatinatum* agminibus, in *inferiorem* (*Palatinat[um]*) rectà contendere cœpit. Legatis *Bavaricis*, ap[ud] *Mansfeldii* caſtra ſeſe tenentibus, quid ſibi hæc pr[o]fectio vellet, interrogantibus, ruptis ille codicilli[s] ſive tranſactionis præliminaribus, ſe *Mansfeldium*, hoſtem, eſſe, illis reſpondit. Qui triſtes, & cõfuſi, quòd verba ſuis denuò ingenti calliditate data e[ſ]ſent, perſpicientes, non abſque pudore, iter releg[e]runt. Ità, cùm apud *Pragam*, & nonnullas *Bohemiæ* c[i]vitates, ob hanc cum *Mansfeldio* tranſactionem, ſu[] publicis ſolennitatibus, campanarumq; ſonitu, tr[i]pudiatum paulè antè eſſet, ſpe illâ præconceptâ i[n] ventos abeunte, ac decollante, haud mediocris tr[i]ſtitia animos, fiduciâ plenos, prodigoſque occup[a]vit. Ferunt, hoc tempore tribunos, ac familiare[s] ſuppeditatâ confabulandi occaſione, à *Mansfeldi[o]* quænam animi ejus intentio foret, expiſcari tenta[]ſe. Quibus ille, quid ſentiret, brevi, futurum eſſe [] videns, reſpondit, tantùm verò abeſſe, ut quenqu[am] concilii velit eſſe participem, ut magis, ſi quẽ pro[] poſiti ſui gnarum intelligeret, ipſe manu ſuâ eſſe[t] confecturus.

III.


Vpilio, apud Ogerhemium ſolus derelictus, clauſ[o] oppido, cum exercitu Hiſpanico tranſigit.

HOc pacto *Mansfeldius* è tricis, pedicisque, ela[]pſus, ridere acumen hoſtium cœpit, tàm q[] ſibi pecunias numeraſſent, quàm quòd ingenti calliditate præventi exercitum reddidiſſent, ſive inco[]lumem dimiſiſſent. Intereà, induciis exſpirantibus per *inferiorem Palatinatum* denuò utrinq; arma expediebãtur, *Palatinis*, ſive *Anglicanis*, per *Epiſcopi Spirenſis* diœceſin, *Hiſpanis* verò, ſub *Ferdinandi Cordub[æ]* auſpiciis, per *Intuergos* ſævientibus. Ubi locorum cùm præfecturam, *ad Lapidem* nuncupatam, intr[a] *Vormatiam*, & *Gernshemium*, ſitam, lociq; ſive natura, ſive turribus, ac munimentis, firmatam, *Iberi* expugnaſſent, *Anglicani* diu, pro recuperatione loci tàm neceſſarii, ſoliciti fuerunt, ſed fruſtrà. Locum n[] præſidio impoſito, loricis, ſepimentiſque, ità quid[] communivêre *Iberici*, ut ſive *Palatini*, ſive *Anglicani* fruſtrà impreſſiones ſuſciperent, cum dãno, ac ja-

ctura,

JCB


Alt Rhein
garten
FRANCK ENTHALIA


Belägerung Der Statt Franckenthal Im Jahr 1621.
Delineiert durch Heinrich von der Borcht
FIDELITAS.
CONSTANTIA.
Wieſen
Wieſen
Speÿrer Lantſtraß.
poſtbach.
ranckenthal.
hor.
mer thor.
r thor.
Landſtraß.
or.
chneidung.
Heſſen.
vnd weg nach
im.
Rauelin.
Witgenſtein.
M. Starckenburgs Rauelin.
N. Werck biß auf den abzug erhalten.
O. Rauelin vnd Vorwerck von Capitain Dexſter.
P. Holtzhauffen ſo ſehr hinderlich.
Q. Schiſsgarten.
R. Waldmanshauſen vnd Auſſchuß.
1. Don Corduba Quartir.
2. Dorff Studernheim.
3. Reuter Quartir.
4. Trenchement bei Mansfelds Ankunfft. Verfertiget. Burgund: vnd Walon:
5. Postbruck vnd Reuter wacht
6. Aprochen der Walonē vnd Marq: de Campolaterra.
7. Batterien.
8. Aprochē des Gr: v Iſenb: vn Emden.
9. Schantz an der Edickumer brucken, vnd andre Reduyten.
10. Quartir von Iſenburg vnd Emden.
11. Reduyten von Obr: Bauwer.
12. Rheinfahrt.

RPJCB

ıra,ſuorum,aliquoties indè reiicerentur. Quòd
tur, *Iberis* per hunc *Palatinatum* paſſim rerum po-
ntibus, *Intuergòſque*, & *Lauteram* civitatem ſubju-
ıtibus, *Anglicanis*, (pejus ipſo hoſte per agrum
atinum furentibus,ut,loco *Palatinatus Defenſorũ*,
voratores appellitari cœperint) præter *Heydelber-
n*, *Manhemium*, ac *Francothalam*, nihil eſſet reliqui,
oximè,ad expugnandam *Francothalam*, *Corduba*
iecit animum.

Qui dùm jam eam in rem exercitum educeret,
ſſoq; in itinere tubicine *Ogershemium* oppidum
i dedi poſtularet,cum upilione, cui *Ioanni Var-
io* nomen erat, res,notatu digna,accidit. *Hiſpanus*
ın copiis equeſtribus,in facie oppidi, alas expli-
ıtibus,omnes oppidani,rebus quibuſcunq; pre-
ſiſſimis convaſatis, dilapſi *Manhemium* profuge-
ıt.Ubi ergò è pauperioribus viginti circiter ci-
;,unà cum upilione prædicto,remanſiſſent, ſu-
lectili,vino,annonâ,rebuſq; ad victum neceſſa-
,per domus largè proſtantibus,iſti pontes deji-
e,portas claudere,in mœnia, ac turres, aſſcen-
e,ac machinas illas vulgares murales in hoſtium
nina explodere, an fortè eo inſtituto *Hiſpanos*
ritare,ac fugare,ſufficerent. Sed aliter evenit.
bicen enim ad portas adequitans, ter bellicum
init,ſive claſſico illos provocavit. E mœnib. igi-
oppidano quodam,quid ſibi vellet,interrogan-
claſſiarius, *Cordubæ* nomine ſe loci deditionem
ſtulare, reſpondit. Excipienti illi, & cuius nomi-
Hiſpanus deditionem exigeret, quærenti porrò,
icen, *Cæſaris* nomine hoc fieri, regeſſit. Audito
aris nomine ecce! tantus pavor reliquos oppida-
;invaſit,ut ad unum omnes è murorum ruinis
ıpſi,ſolo derelicto *Varſchio*,ovium cuſtode, au-
erent. Hic ſe, cum uxore, ſive prægnante,ſive
rperâ, ſolum per oppidum deſertum ſupereſſe
ens,ſtatuit locum *Hiſpanis* tradere. Poſtquàm i-
ır è mœnibus cum tubicine,pro ſe,ſuiſque, nec
ı *Religionis* libertate,fide datâ,acceptâque,tranſ-
ſet,portis reſeratis *Hiſpanos* admiſit. Illi igitur,
i datæ memores,diſpoſitis antè upilionis ędicu-
cuſtodibus,hominem in protectionem admiſe-
t. Qui, tàm inopinatâ ſibi affulgente fortunâ,
fidentior factus,uxore jam tùm maſculum eni-
ıon dubitavit *Cordubam*,copiarum præfectum,
ompatrem exorare. Atq; hæc ruſticani,atq; in-
e fecis paſtoris, ſive confidentia, ſive feſtivitas,
Hiſpano duce gratanter admiſſa eſt,ut tantùm nō
ſuos pium hoc apud ſacroſancti baptiſmatis la-
um officium lubenter præſtiterit,ſed etiam fa-
am ejus paſtoris è ſuo lautè paſcere juſſerit.

IV.

Corduba obſidione cingit Francothalam.

tercepto *Ogershemio* rectà contrà *Francothalam*
pias eduxit *Corduba*. Cùm autem cives, *Belgii* ex-
,rei militaris haud inexperti, iidemque equites
ntarii,prurirent hoſtib. appropinquantib. ob-
ı ire,in tres diviſi manipulos,in hoſtium cater-
impetum feliciter facientes, *Hiſpanicos* fugârũt,
,atq; altero,ex iis vitam cum gemitu indignatâ
undente,quòd ſub civium manibus, & quidē
ı loco,occumbere tenerentur. *Corduba* igitur
vicinos ſaltus copias diſponens,quò tutiores ab
o eſſent, procuravit. Indè,eductis loricis, ac mu-
ı ſepimentis, *Hiſpani* caſtra civitati propius ad-
vere cœperunt,ut jam tormētis, glandiumq; i-
gnitarum ejaculationibus, rem agerent, præſidia-
riis,& civibus voluntariis è contrà ex oppido haud
rarenter in hoſtium caſtra effuſis, ſtragemq; cauſ-
ſantibus.

DECLARATIO LITERARVM ET NVMERORVM ÆRI INCISORVM.

Francothaliæ obſidio cœpta menſe Septembri Anno 1621.

A. *Francothalia Vrbs.*
B. *Porta Spirenſis.*
C. *Porta Lambshemiana.*
D. *Porta Wormatienſis.*
E. *Via regia, quà Wormatiam tranſitur.*
F. *Porta Rhenum ſpectans.*
G. *Nova abſciſſio.*
H. *Via in Haſſiam.*
I. *Rivus à vulpe nomen trahens, quà item via Lambshemium verſus patet.*
K. *Munimen Anglorum, vulgo Ravelin.*
L. *Comitis à Witgenſtein munitiones.*
M. *Starckenburgii Ravelin.*
N. *Munitiones & opera ad diſceſſum uſq; ſervata.*
O. *Capitanei Dexteri Receſſus & exteriora munimina.*
P. *Strues lignorum, quarum non leve fuit impedimentũ.*
Q. *Hortus Sagittariorum.*
R. *Waldmanshuſium & Delectus.*
1. *Statio ſeu Quarterium Domini de Corduba.*
2. *Studernhemium Pagus.*
3. *Equitum Stationes.*
4. *Foſſæ ſeu Trenchées ſub adventũ Mansfeldii ſuſcitata.*
5. *Pons Curſorum, & excubiæ equitum Burgundionum ac Vallonum.*
6. *Vallonum & Marchionis de Campolaterra acceſſus.*
7. *Propugnacula ſeu Tormentarii aggeres.*
8. *Comitis ab Iſenburg & Embden acceſſiones.*
9. *Munitio ad pontem Edicumeranum, & alii Reductus.*
10. *Quarterium Iſenburgii & Embdani.*
11. *Reductus Tribuni Baueri.*
12. *Traiectus Rheni.*

V.

Francothala, ſuperveniente Mansfeldio, liberatur.

HÆc ubi oppugnatio civitatis per menſem circiter, abſque magno tamen ſucceſſu, cōtinuata foret, ex voto ſupervenit *Mansfeldius*, poſteaquã, ſub colore tranſactionis, *Bavaricus* impoſuiſſet. Ille ergò per *Noricum* tranſiens, atque annona ex urbe auctus, ſeverâ lege, delinquentes fortè, gregarios coërcuit. Mox propè *Vinshemium*, & *Roteburgum*, magnis itineribus profectus, ubi *Francothalam* periclitari accepiſſet, contrà *Hiſpanos* properavit. Ubi igitur, apud *Manhemium*, per pontem copias produceret, *Palatinas* legiones ſub *Horatio Veero*, *Obentrauto*, *Mervenio*, *Valdmãshauſenio*, *Landſchado*, & *Meggavio*, unà tormentis, apparatuque bellico, inſtructas, obvias habuit, quibus opportunè auctus, rectà in *Hiſpanos* tetendit. Verùm n. verùm, intellectis *Mansfeldii* itineribus, ac conatibus, nocte intempeſtâ, ac ſilente, *Hiſpani*, relictis caſtris, lectulis, ægrotiſque, atque utenſilibus, ſeſe ſubducentes, obſidionem ſolverunt. Sequenti manè jam diu aurora diem provocârat, ex quo hoſtes abiiſſe civibus, & præſidiariis, ignorabatur. Tandem *Anglicani*, excubias agentes propè, re compertâ, caſtra ingreſſi, paucis relictis *Italis*, vacua invenerunt, quæ poſtmodùm

acceſitis auxiliaribus,impunè expilarunt,complanaruntque. Quibus ipſo in opere ferventibus ſupervenit *Mansfeldius* cum exercitu.Hacque pro evidenti liberatione,à *S. P. Q. Francothalenſi* octo nummorum argenteorum (quos *Thaleros* vocant) millia, honorarii loco, accepit. Licet autem profugos *Hiſpanos* ponè ſequi conſtituiſſet,nihil tamen effecit, quòd intrà *Rhenum*,& paludes,loco opportuno caſtra metati forent. Ità, tribunis *Palatinis*, partim *Manhemium*, partim *Heydelbergam*, digredientibus, *Mansfeldius* in *Epiſcopatum Spirenſem*, hybernandi cauſſa,promovit.

VI.

Exercitus Bavaricus,ſub Thillyo, Mansfeldium inſequitur.

CÆterùm,intellecto dolo,*Dux Bavariæ* ilicet copias quoq; ſuas,ſub *Thillyo* duce,in *Palatinatum inferiorem*,ad exigendam à *Mansfeldio* pœnam, movere juſſit. Quæ propter *Tubarim* per *Francos*, magnis itineribus inſequentes,inciderunt primùm in *Intuergos*,ubi oppida quædam, nuper à *Palatinis* recuperata,denuò interceperunt. Nec diu tutum fuit *Laudenburgum*, civitas ad *Nicrũ*,planitie,hortis,atq; olivetis, amabilis. Ea enim,unà cum *Eboraco*, *Mosbacco*,aliiſque civitatibus,atque oppidis, à *Bavaricis* paulò poſt occupari cœpit. *Heydelbergæ* ergò cùm immineret *Thillyus*,ad ejus loci relictos conſiliarios ſequentes dedit,perque manus tubicinis ſubmiſit. Tàm à *Cæſare*,inquit,quàm *Bavariæ Duce*,in mandatis ſe habere,ut,ſecundùm *ſuperiorem*,etiam *inferiorem Palatinatum*,in poteſtatem redigeret. Hoc nomine ſe uſque in viciniam promoviſſe. Ea propter, antequàm armis experiretur, prius interveniente, atque amico, hoc epiſtolio animos eorum tentare voluiſſe. Parérent igitur,neque terris paternis malum inemendabile accerſerent. Hoc ſi faxint,futurum eſſe,ut,ad exemplũ *Palatinatus ſuperioris*, abſq; onere,ac querela,ſecurè,ac pacificè,deinceps tranſigere queant. Quòd ſi verò,citrà ſpem, dicto audientes haud eſſe,accidat,tùm denique,ſe, cõjunctis cum *Hiſpano* viribus,rem ſeriò,ac ſub ſeveritate bellica,acturũ eſſe. Sed oppidò repulſam tulit *Thillyus*. Ità enim ei tùm à Conſilio *Heydelbergenſi* reſponſum eſt. Litteras illas,ajunt,quas *Thillyus* nocte cõcubiâ per tubicinem tranſmiſiſſet,oppidò graves ſibi accidiſſe. Quàm enim locum,à ſuperioribus ſibi concreditum alienum ad dominum transferre non liceat,nemini,ac ne quidem *Thillyo* ipſimet, obſcurũ eſſe poſſe. Daret ergò veniam, quòd voti compotẽ facere nequeant, & potius ab illis, qui ſibi præeſſent,ejuſmodi aliquid peteret. Se ſe quidem, quod ſui foret officii,hac ſuper re, ad *Regem* daturos eſſe. Interim ut parcere vellet finibus, quouſque reſpõſum accepiſſent,enixè rogare. Hæc homines, Iuris, legumque,periti. Interim,loci gubernator,*Henricus Mervenius*,tantùm aberat,ut hoc reſponſum approbaret,ut verbis paulò aſperioribus, ac militaribus, hanc ferè in ſententiam, reſcriberet. *Thillii* quidẽ, inquit,contrà morẽ, apud militiam receptum,ſub noctis conticinio,ad *Conſiliarios* miſſas, litteras, nõ ſine admiratione, ſeſe accepiſſe. Ergone conſiliarii traderent civitatem regiam,ſe,& quidem gubernatore,præterito? Ergone ipſe dederet locum abſque nutu, atque aſſenſu, *Veeri* Generalis, cuius fidei à *Rege* fuiſſet anteà *Palatinatus* concreditus? Inconveniens eſſe ea petere,quę concedi nequeant,quæ negari debeant. *Heydelbergam* igitur, tanquam *Spartan* à præfato *Veero* ſibi commiſſam, ſicubi vi eriper tentaret,veniret ſaltem; atque armis experiretur Certè,prędidiarios *Heydelbergenſes* ne hilum quidem quoad fortitudinem,ac conſtantiam,*Francothalani* ceſſuros eſſe,crederet.

Hæc dùm fiunt, intereà *Mansfeldius* per diœceſi *Spirenſis Epiſcopi*, *Hiſpani* verò,ac *Bavari*,per *Palatinatum*,propter *Nicrum*,ſpoliis,cædibus, expilationibuſque,rem egerunt. Ut modò his in partibus, his illiſque,oppidis expugnandis,*Mansfeldius*, eſſet ſuperior,modò alibi *Hiſpani*, *Bavarique*,victores triũpharent. De quibus aliâs ſuo loco. Nunc ad alia, & quidem ad res *Ungaricas*,iter eſt.

CAP. IV.

De nova Bethleni, cum Ferdinando Imp. tranſactione.

I.

Bethlenus obſidionem Presburgi urget, ſed fruſtrà.

REbus per *Germaniam*,ac *Palatinatum* accidentibus,paulò antè præmemoratis,jam rurſus,ad *Hunnos*, ipſumq; *Bethlenum*, *Cæſaris*, poſt pactam unã, alteramq; tranſactionem,ac reconciliationem, hoſtem nihilominùs acerbum, & varium,revertimur. In eo ſimultatis imaginem aliquis intueri queat. Qui cum neceſſitate amici vultum induere,redeunte verò,ac denuò aſpirãte fortunâ, hoſtiles aperire animos; iterumque minas ſpirare,animadverſus eſt. Hic ubi educto in *Ungariam* novo,copioſoque, exercitu, magno adhibito conamine, ac labore,*Tyrnaviam* expugnaſſet, cæſis aliquot *Cæſareanorum* cohortibus,pabulatum euntibus, *Auſtriæ* agrum,longè latéque excitatis incendiis,crudeliter lacerare cœpit, paganis turmatim regiam *Viennam*,aſyli ceu ſacrariũ,confugientibus.

Præmiſſis iſtis atrocis monetæ flagellis, atq; ultrà centum pagorum conflagrationibus, uſque eò, ut ab incendiis crebris,ac magnis,cœlum illis in locis modò non rubere,ſed ferè flammas contraxiſſe, videri poſſet, porrò exercitum *Presburgo* admovit, *Cæſareanis* regiam hanc *Ungariæ* metropolim vi extorſurus. Sed intrà votum duntaxat fuit hic conatus. Præſidiariis enim urbem accerrimè defendentibus,nunc ſclopetis,ac machinis aheneis, ſtrenuè rem agentibus, nunc in hoſtem extrà mœnia turmatim impreſſiones facientibus, ſtrageſque haud exiguas cauſſantibus, *Bethleni* impetus,paulatim elanguere, ac ſeneſcere, viſus eſt. Illis ubi è *Moravis* manꝰ tàm equeſtris, quàm pedeſtres manipuli,acceſſiſſent,longè ferociores facti,in hoſtes indeſinẽter facto globo ex urbe impetus facere continuarunt,uſque dum,tædio obſidionis captum,*Bethlenũ* deinceps vaſa colligere, atque alium locum, quem pollueret, quærere coëgerunt. Erant in illius comitatu *Iâgerndorfius*, & *Turrianus*, *Bohemiæ*, *Sileſiæque*, exules, immò à *Cæ-*

ſari

ublicò proſcriptionis fulmine percuſſi, qui
dem ad omnis generis finibus *Auſtriacis* clades
rſendas nihil reliqui fecerunt.

II.

*n, ſoluta Presburgi obſidione, in Moraviam
raſſatur.*

oſtquàm ergò apud *Presburgum*, ſive *Poſſonium*,
ultrà fuiſſet *Bethlenus*, reducto exercitu variis,
ibus *Stiriam*, *Auſtriamque*, afflixit, ubi etiam in-
s, vindemiis occupatos, paſſim intercepit, diriſ-
modis exercuit. Ejus exemplum invitatus *Bu-
is*, ſua cum manu, *Viennam* verſus pariter graſ-
cœpit, oppidis, pagiſque, in itinere obviis, fer-
ccendiiſque, atrociter devaſtatis. Ne autẽ *Mo-*
à confœderatione defecti, impunè hanc aba-
tionem ſuam ferrent, mox *Bethlenus*, inſtigã-
erndorfio, in *Moraviam* promovit, variiſque lo-
i, miniſque, ſive metu, expugnatis, non mo-
n intulit detrimentum. Sed neque hi *Bethle-*
diu fuerunt inulti. Tametſi enim *Iagerndor-*
indictæ cupidus, *Moravis* jam ferè inſultare,
emque variis, nomine *Friderici Regis* ſui, ad
tionem litteris ſolicitare, accepiſſet, nihilo-
is hic iſtius conatus mox elanguit, poſteaque
niente *Cæſareano*, ſub *Eſterhaſio*, *Vallenſtenio*,
ibale à *Dona*, *Erdedio*, aliiſque tribunis, exerci-
riis impreſſionibus, cladibuſque attriti *Vngari*
ſius furere animadverſi ſunt.

III.

Bethlenus denuò cum Cæſare tranſigit.

diano autem, itemque *Heyduccis*, ac *Siculis*, ali-
uoties *Cæſareanorum* manus cum damno exper-
anſylvaniſque dilapſis, *Bethlenus Edenburgum* mi-
qui novam cum *Cæſare* tranſactionem propo-
t, deinduciiſque illicò paciſcerentur. Poſt-
enim annonæ defectu ꝑ *Moraviã* laborantes
i ad incitas, adeóque res novas, ſpectarent,
dorfius verò ſuos in *Sileſiam* verſus *Troppaviam*,
mque, reduceret, *Bethlenus*, caput quò maturè
is extricaret, conſultò animum novam ad
ctionem adjecit. Ideóque, apud *Nicoleopolim*,
ntibus ſuper articulis, denuò tranſigi cœ-
Nempè *Cæſar Vngaris* quibuſcunque reatum
teret, atque ignoſceret. *Bethlenus* verò titulo
renunciaret, traditiſq; fortalitiis limitaneis,
ia excederet, neque deinceps adverſus *Cæſa-*
rchiduceſque, ſiniſtri quicquam machinaretur.
ẽà titulo *Imperii Principis*, ac civitatis *Caſchaviæ*
ſione, ad dies vitæ, gauderet. Nec minùs *Op-*
Ratiborii, per *Sileſiam* principatus *Bethleno* ce-
t, ut etiam quotannis *Imperator* militibus
liariis *Bethlenianis*, per fortalitia diſpoſitis;
ie *Cæſari*, quàm *Bethleno*, juramento obliga-
nquaginta florenorum millia penderet. Co-
egia apud *Trinchinam* arcem cuſtodiretur uſ-
l diætam provincialem proximam. In qua ſu-
gni *Vngariæ* oneribus, deliberaretur. Nego-
Religionis eo loco; quo ſub limine aditi à
regni erat, deinceps eſſet. Ità, ut *Patres Socie-*
i regnum reciperentur, abſque eo tamen, ut
s, bonorumque propriorum poſſeſſionibus,
i illis integrum eſſet. Poſſeſſiones denique,
ære alieno obrutæ, uſque ad diætam inſtantem,
manerent ſub poſſidentium manibus. Deinceps
verò, ære refuſo, ad priſtinos redirent dominos.
Contrariũ eveniret cum bonis, ac poſſeſſionibus,
dono datis. Eæ enim abſque tergiverſatione, ilicet
redderentur.

IV.

*Iagerndorfii copiæ à Cæſareanis, Saxoniciſque, è
Sileſia eiiciuntur.*

NOvâ iſtâ, atque inſperatâ, inter *Cæſarem*, *ac
Bethlenum*, tranſactione interveniente, *Iagern-
dorfius* ſpiritus, ferociamque, ſubmittere viſus eſt.
Qui cum fractis hoc pacto viribus ſuis diffideret;
copias, nuper collectas, tanquam ſine rectore, ac
capite, per *Sileſiam* diſperſas, reliquit. *Saxonicis* i-
gitur legionibus annonæ inopiâ præventis, cùm
non ſine honoris diſpendio, provinciâ exceden-
dum eſſet, ſub *Dona*, & *Craſſtio*, tribunis, animos
ſubiit, citiùs adverſus hoſtiles *Iagerndorfii* manipu-
los omnia ultima tentare, quàm abſque effectu
ingloriam ſeceſſionem facere. Itaque vel conatus
hic, ſucceſſu abundè nobilitatus, felix, ac laude
dignus, extitit. Illi enim hyeme inclemente, atque
aſperrimâ, cùm copiis, ac machinis bellicis, mo-
ventes, citiùs *Troppaviæ* portis imminere animad-
verſi ſunt, antequàm præſidiariis, hoſtes adeſſe,
innotuiſſet. Tametſi autem loci ejus *Capitaneus*,
civitate per tubicinem ad deditionem poſtulatã, i-
nitio reſiſteret, nihilo-minùs ſuburbano à *Saxoni-
cis*, *Sileſiciſque*, intercepto, machiniſque in civita-
tem directis, tandem victas porrigere manus coa-
ctus eſt.

Expugnatâ ſic *Troppavia*, facilis res fuit cùm cæ-
teris cohortibus, per oppida, pagoſque, diſper-
ſis. Quarum, pars ex inopinato ſuperventi, ac
cæſa ſunt, pars direptis ſignis, ac vexillis; pace,
præconceſſa, ultrò ſeſe dediderunt. Itaque neque
præſidiarii, qui *Oderbergam* tenebant, neque *Or-
tenbergius Comes*; apud *Teſchenam*, ad *Ellæ* ripas civi-
tatem, ſtativa exercens, diu morati ſunt, quin miſ-
ſis obviàm buccinatoribus, & pacem peterent, ſi-
gniſque ſive erectis, ſive ſupinis, ac direptis, ultrò
ad deditionem accederent. Atque ità feliciter e-
venit, ut, quinque dierum intervallo, copiæ illæ
Iagerndorfianæ, quadraginta cohortibus conſtantes,
exceptâ tantùm *Glaza*, annihilarentur, inque *Cæ-
ſaris* venirent poteſtatem.

V.

*Poſt diutinam oppugnationem Glaza quoque
deditur.*

TAntùm ſupererat *Glaza* fortalitium. Hæc, ſub
Turriano juniore, diu reſtitit, atque ultimã
quęque etentavit. Tametſi enim *Elector Saxoniæ* lit-
teris, conceptiſſimis verbis exaratis, illi, nomine
Cæſaris, veniam, atque indemnitatem promitte-
ret, nihilo-minùs fidem pollicitis adhibere nega-
vit. Qui cùm, in omnem obſidionis eventum, de
neceſſariis defenſionis mediis ſibi, ſuiſque, proſpe-
xiſſet, nunc emiſſis cohortibus pecudum greges in-
tercepit, nunc oppidula adjacentia in poteſtatem
redegit, atque expilavit, nunc turmas *Polonicas*, *Cæ-
ſari* in auxilium tendentes, diſiecit, fuditque.

Hæc ubi inſolentia *Cæſareanis* intoleranda videretur, admoto juſto exercitu, locum tantùm non coronâ cinxerunt, ſed baliſtis, machiniſq; tormẽtariis, ſtrenuè adoriri perrexerunt. Interim, licet injectis ignibus ædificia non ignobilia conflagrarent, præſidiarij nihilo-minùs emiſſis militum globis, peractiſque impreſſionibus acerrimis, magnam è *Cæſareanis* ſtragem excitârunt. Immò tandem ubi aſſultibus paſſim fortalitium invaderetur, tàm animosè hoſtes rejecerunt, ut plurimi ab adverſa parte, & magno numero, deſiderarentur. Atque ſic certè ab illis pugnatum eſt, ut, tanquam ſuperari haud quiti eſſent, cenſeri poſſent. Abſque aquarum igitur interceptione fuiſſet, dùm neq; ſic farinæ, neque pyrii pulveris, defectus ſuppleri ſuſtineret, vix civitas expugnâri potuiſſet. Ad incitas quod dicitur, indè temporis ſucceſſu, redacti, cùm neque ſalutis, neque auxilii, ſpes reliqua eſſet ulla, certis, atque optimæ notæ militaribus ſub conditionibus præconceſſaque indemnitate, civitatem *Turrianus* tradidit.

CAP. V.

Vterque Anhaltinus Princeps, cæterorũque proſcriptorum non nemo, cum Cæſare in gratiã redeunt.

I.

Balthaſar Marradaſius Hiſpanus, expugnat apud Bohemos Thaborinum.

HÆc dùm auguſta *Cæſaris* arma per *Vngariam, Sileſiamq;*, feliciter triumphant, neque intereà per *Bohemiam* ferias egit *Balthaſar Marradaſius*, *Hiſpanus*. Immò verò *Thaborinum*, à *Mansfeldicis* hûc-uſque detentum, obſidione cinxit, crebriſque aſſultibus conterruit. Præſidiariis autem, fortiter hoſtiles impetus excipientibus, quanquam de induſtria nunciaretur, *Mansfeldium* uſque inferiorem in *Palatinatum* retroceſſiſſe, ut auxiliarem illis manum, opemque, afferre haud poſſit. Nihilo-ſeciùs obfirmatis iſti animis extrema quælibet exſpectare, antequàm locum cõtraderent, conſtituerunt. *Marradaſius* proindè ubi aperto Marte parùm proficeret, ex inſidiis, & cuniculis, rem egit, ſuppoſitis nempè, ac ſuffoſſis diſpoſitiſque ignibus, civitatem ut corrumperet. Neque minùs mœnia, coronâ cincta, invadere juſſit. Sed tàm ignes, per cuniculos illos ſubjecti, parùm efficaciæ ſortiti ſunt, ut plus extrà, quã intrà, muros damni intulerint, ut etiam cohortes, civitatem invadentes, magno cum diſcrimine reiici contigerit, capitaneis ex eorum numero aliquot deſideratis.

Interim, obſeſſi non deſtiterunt emiſſis per indicem litteris, & quòd annonâ, commeatuq;, laborare occiperent, *Mansfeldio* nunciare: hac ſub adjecta conditione, niſi circiter *D. Martini* feriaſ auxilio ſubleventur, fore, ut, impellente neceſſitate locum ampliùs tueri haud evaleant. Eò uſque ſeſe fortiter officium ſuum facturos eſſe. Hæ litteræ, ab obſeſſoribus, opportunè interceptæ, gaudio haud vano fuêre. Tempore igitur cònſtituto appropinquante, nedùm ullâ ſalutis ſpe affulgente, interibiq; loci præfecto ad plures emigrante, cohortes, ſeſe ſuo officio plus ſatis functas eſſe, arbitratæ, certis atque idoneis, ſub conditionibus, fortalitium dediderũt.

Eadem tempeſtas, ſive annonæ penuria, *Vittingaviam* poſtmodùm, ut in poteſtatem *Cæſareanorũ* reverteretur, exercuit. Neceſſitatis enim telo, ſive commeatûs inopiâ, duriorem cuneum vix alium eſſe, à veteribus proditum eſt. Supererat per *Bohemos Klingenbergenſe* caſtrum. Hujus quoque fortalitii, prout fieri amat, ab initio milites, cuſtodiæ ejus præfecti, indomitam præ ſe ferebant alacritatem, ac fortitudinem, ut nihil non audendo hoſtibus abundè nocerent. Sed & auxilii deſperatio, & diuturnitas, ſucceſſu temporis, fregit animos, ut oblatam à *Cæſareanis*, ſub ultima interminatione, veniam, gratiamque, non ampliùs exploderent, ſed nolentes volentes acceptarent. Atque hunc finem per *Bohemiam* habuit *Mansfeldii* pertinacia, ut ea loca, quæ abſentivus tueri nequiret, tanquam auxilio omni deſtituta, intrà breve tempus, dilapidaret, perderetque.

II.

Anhaltinus junior, itemque Hohenloius, à Cæſare in gratiam recipiuntur.

CÆterùm prout in amore, juxtà *Flaccum*, hæc inſunt mala, nempè bellum, pax rursùm: ità ferè ipſo in bello, ꝙ aliâs amori olim multimodè cõparari conſuevit, ſunt odia, mox reconciliatio, gratiaque, id eſt, amicitia. Hoc pacto, qui adverſus *Cæſarem* antè hoſtilibus in armis occupantur, jam interlapſo aliquo tempore, præeunte veniæ deprecatione, redeunt in gratiam, *Anhaltinus* ſcil. *junior*, & *Hohenloius*. Quorum ille in pugna, apud *Pragam* cõmiſſa, captus, hic verò à *Cæſare* acerbo banni, ſive exilii, fulmine proſcriptus, erat. Hic ergò abſentivus, ille præſens, ac *Cæſari* ſupplex factus; poſtquàm ob reatum, in *Imperii* caput commiſſum, corã à *Cæſaris* Cancellario reprehenſus fuiſſet, in gratiã poſtliminiò admitti cœpit. Qua de re, fronte exporrectâ, lætaq;, & per aulam velut tripudiare, & *Cæſari* ad menſam aſtare, notatus eſt. Profectò, inquam, nullo ferè luculentiori argumento *Imperator*, manſuetudinem, ſingularemq;, ac congenitam *Auſtriacam* illam animi lenitatem, conteſtari potuiſſet, quàm quòd hoſtibus, & quidem victis, tàm promptè, more majorum, ignovit.

III.

Eandem Cæſaris gratiam implorat Anhaltinus ſenior, ſive pater.

ILla *Cæſaris* pellectus, atq; invitatus ſingulari animi bonitate *Chriſtianus Princeps Anhaltinus* ſenior, ſive pater, à quò pariter caput ab exilii triſtitia redimeret, nullus dubitavit epiſtolâ ſequenti *Cæſaris* tàm facilè ignoſcentis, tàm benigni, humanitatem emollire, ac ſibi reconciliare. Epiſtola talis ferè erat: Invictiſſime, juxtàque clementiſſime, Cæſar. Illa tua, inquit, quæ alliis adver-

rſus te per *Bohemiam* belligerantibus proceri-
reaffulſit, gratia, ut neceſſario hoc tempore, ad
iſuetudinem tuam humilimè confugiam, me
acem, immò confidentem, reddidit. Sub ſpe,
rum, ut fores gratiæ illius clementiæque tuæ, a-
ndultæ, etiam mihi pateſcant. Gratulari hac
nfelicitate mihi poſſe videor, quòd motuum id
is inteſtinorum autor haud quidem fui, ſed ſe-
fatale ad bellum iſtud acceſſi, ſed nō immedia-
iagis verò, tanquam *Imperii Princeps*, mediatè ti-
erim ſubjectus, nedùm ullâ adhûc juramenti
titudine devinctus. Bonâ fide, Domine, fateor
eccâſſe, ità tamen, ut ad mortem non delique-
cùm nullo adverſus *Cæſarem* ſive hoſtili, ſive
gno, animo provectus ſim. Quid ergò eſt? Nō
ſed Religionis Evangelicæ amor, à *Bohemis* i-
intoperè inculcatus, ſed fides mea, *Electoratui*
mo à tot annis mancipata, deliquerunt. Hoc
que inſtrumento erravi, hoc lapſus ſum. Illud
r memento, me errore potiùs, quàm ſive ho-
ive maligno, animo inductum, ſpem conce-
fore, ut tot provinciæ peregrini, ac barbari in
ipis manus ne inciderent, ſed iſti motus, tole-
interveniente compoſitionis remedio paulò
omponerentur. Hæc mea conſilia, hæc mihi
fuiſſe, intelligas, velim. Habes confitentem
Palatini partes ſecutus ſum, *Religionem* reſpe-
llum adverſus te ſuſcepi. Erravi igitur, tan-
homo: in armis tamen fui, tanquam militiæ
officio, rebus deſperatis, ſatisfacturus, ità
, ut in ipſis extremis oculos ſuper pacis, publi-
tranquillitatis, commodum conjecerim.
iſi igitur gravem tibi fecerim injuriam, ho-
amen, reatum confitenti, non invidebis me-
im. Si vis (quod abominor) proferre iracun-
in alios converte, qui vel poſt victoriam il-
agenſem, divinitùs conceſſam, arma nondùm
iunt. Quo nomine, profit, inquam, me ma-
rroris pœnitentiam emendâſſe, reconcilia-
enixè ſuaſiſſe, *Religionemque* armis haud ſem-
ndicandam eſſe, rebus adhûc mediocriter ad
um reaſſumptionem præparatis, inculcâſſe.
l obtinui, certè hic conatus non omninò di-
e poterit. Narrabo tibi, optime *Cæſar*, de-
im *Religionis* reformatæ amore, quàm ex fide,
o data, me lapſum eſſe. Negant autem ſapiē-
ortalium quenquam hûcuſque naſci conti-
qui quidem omnibus horis ſapiat, neque to-
curriculo vel ſemel errare deprehenſus ſit.
um igitur potiùs, quàm humanum, fuerit,
rare, non labi: Proindè cum, vitio gentis
æ, mihi accidiſſet, quod omnibus accidit,
ctor genua tua, petoque, rogoque, reatum
lioque, condones, crimen remittas, errores
que manſuetudinis tuæ velo obumbres, gra-
gori præferas, *Cæſareamque*, atque invictam
lementiam, victis ignoſcendo, deprecantes
is, honoribus, dignitatibuſq; priſtinis reſti-
, longè faxis illuſtriorem. Summam ſuppli-
s meæ hæc eſt: Vbi veniam reis confitētibus,
tiamq; ſolitam, errantibus indulſeris, nomē
amdudùm auguſtum, toti terrarum orbi
bile facies, noſtras verò mentes perpetuò
dinis, fideique, vinculo, prorſus adamanti-
uminabis. Vale, Cæſar indulgentiſſime, &c,
otes, victis, afflictiſque fave, atque ignoſce.

Quid igitur ad hanc *Anhaltini* patris ſupplicationem *Cæſar*? Ecce! tàm mite *Auſtriacum*, tàm pium pectus, ſimulàtq; pœnitentiæ dolorem, preceſque, adeſſe animadvertit, ſatis pœnæ delinquentem dediſſe cenſuit, dùm eo ipſo, quòd criminis dolorem profiteretur, abundè caſtigatū, ultumq; eſſe, judicavit. Itaq; & laudandus venit *Anhaltinus*, alter velut philoſophiæ, ac militiæ, ſtudiis *Germaniæ Xenophon*, qui gratiam auguſti *Cæſaris* conceptis verbis implorare non erubuit. Et *Cæſaris* verò indulgentia, atque humanitas, æternò haud intermorituræ laudis cippo digna eſt, qui victor, eatumq; deprecanti, *Principi*, tàm clementer, tàm promptè, ignoſcere nō dubitavit. Profectò, ſi vel *Alexandri* illius *Magni* ſcriptoribus, aliiſque veteribus, creditur, major illa eſt gloria, ubi *Cæſar* victis ac deditiis ignoſcit, quàm ubi vicit. Sed jam ad alia properandum eſt.

Externa.

I.

Apud Rhetiam perſecutio, in homines Evangelicos ſuſcepta, denuò gliſcit.

SVprà, de lanicna ſive *Rhetica*, ſive quæ *Vallē Tellinā* laceravit, præfatū eſt. Quâ ad furorem, atq; inſaniamuſq; haudquaquam ad ſatietatem, perpetratâ, ſubiit animos, cruore humano ebrios, ac temulentos, id, quod manipulis quibuſdam ſanguinariorum antè feliciter inchoatum foret, jam integris collectis legionibus, ac copiis, exequi, adeóq; tragœdiam ex profeſſo, ut ajunt, atq; audacter, porrò ſub omniū oppreſſione, univerſam per *Rhetiam* implere. Autoribus itaque *Hiſpanicæ* factionis complicibus, nempè *Goiero*, *Pompeio* & *Fortunato*, *Planta*, *Dominico Nadero*, *Bartholomæo Dulſino*, cæteriſque conjuratis, integris clàm-palàm agminibus concurſum eſt, atq; in eam rabies conjurationem deſpumavit, ut haud priùs darentur induciæ, quàm univerſos per omnem *Rhetiam Evangelicæ*, ut vocāt, *Religioni* addictos homines, tanquam ſub unica velut cervice, internecione deleviſſent. Vtq; hæc illa iſta ſanguinis humani ſitis, ac fœda crudelitas, non perfunctoria, frigidaque, videri poſſet, à parricidali inſtituto non diſcedendum eſſe, antequàm vel hæreſiarcharum patrimonium, ac commēdata iſta *Tigurinorum* malitia, eſſet expugnata, conjuratū eſt.

II.

Furor iſte Pontificiorum in autores recidit, ſucceſſuque deſtituitur.

DE *Catilina*, ejuſque manu conjuratâ, prodidit *Salluſtius*, iſtos, in *Romæ*, ſive patriæ, interitum, atroces, ac diros, animos, propinatis humani cruoris poculis, commaſculâſſe. Quis verò, te rogo, iſtos, antè patratâ per *Vallem Tellinam* laniená, mentes, barbarie ipsâ crudeliores, majorem ad temeritatem efferâſſe, negabit? Proindè cùm jam audacia hoc tentaret, ut omnes per *Rhetiā* diverſæ *Religionis*, nuper licitæ, ac conceſſæ, tanquā ſub eadem cauſa, opprimerentur, ecce! *Deo*, ut eſt apud *Pſalmographū* vatē, conatus iſtorum ridente, accidit, ut longè ſecùs cruenta iſta libidinatio caderet, atque præconceptum

ceptum erat. Nulla enim ſalutis ſpe reſiduâ, quâ ſicariis iſtis inſontes reſiſtere poſſent, cœlitùs contigiſſe, datumq; eſſe, videri potuit, ut præcipuorū quorundam, *Evangelicam Religionem* profeſſorum, hominum globus coiret, juramentoque interveniente, ſeſe omni operâ quantò ociùs pacis, patriæque, turbatorum furoribus obviàm ituros eſſe, datâ, acceptaque fide, fœdus ſanciret. Hæc unio ab initiis intrà octodecim homines conſtitit. Qui, animis fiduciâ confirmatis, primum feliciter impetum in *Ritbergam* arcem facientes, conſpirationis iſtius ſanguinariæ ducem, ac choragum, *Pompeium Plantam*, nihil tale exſpectantem, pro felici hujus neceſſariæ defenſionis auſpicio, immolârunt. Indè per medias furioſorum cohortes ferro viam aperientes, eodem aſpirante ſucceſſu, ſex alios tragœdiæ actores præcipuos, nempè *Fortunatum Plantam*, *Dominicum Naderum*, *Bartholomæum Dulſinum*, *Ammanum Bartium*, *Nutium Valentinum*, & *Ioannem Adamum*, ſub acie gladii, è medio ſuſtulerunt.

His defenſores provecti initiis, magis, magiſque numero augeri cœperunt, ut jam circiter noningentos educere quiti eſſent. Vbi igitur ſanguinariorum, tùm ſub agminibus, ac ſignis, exiſtentium, rabies jam ſpectaret ad effectum, defenſores, minimè procraſtinandum eſſe arbitrati, felici impreſſione in iſtos maſculè impetum fecerūt, multiſque noſtrûm cæſis, reliquos in fugam conjecerunt. Illi, conquiſitis, accitiſque ſociis, *Valandoſum* montem inſidentes, armiſque, machiniſque, atque apparatu bellico, inſtructi, non inferiores ſex hominum millibus, vindictæ cupiditate, in defenſores, jam tùm millenarium æquantes, ferociter moverunt. Sed vento aſpirante, per *Dei* gratiam, ita ab his excepti ſunt, ut denuò, innumeris deſideratis, in fugam verterentur, trophæumque hoſtibus reliquerent.

Indè *Defenſores* cohortibus *Curianorum*, *Churvaldenſium*, *Belfortenſium*, aliorumque pagorum, aucti, profugos inſequi cœperunt, quorum partem per itinera interceptam, direptis ſignis, cæciderunt, partem omnibus precibus veniam facti deprecantes, vnà cum uxoribus, ac liberis, per pagos derelictis, in gratiam admiſerunt. Tametſi igitur conjuratis è *Mediolano* bis mille ſclopetariorum, & tres equitum cohortes, in auxilium mitterentur, hi tamen omnes, propiùs ut venerunt, montium *Rhetiæ*, niviumque, aſperitatem, reformidantes, paulò poſt dilapſi ſunt. Vndè tantùm non ſeditioſis animi ceciderunt, ut tertiò fugâ arreptâ ſibi conſulere niterentur, ſed, inſequentibus defenſoribus, in ipſis montium præcipitiis, armis omniſgeneris ſparſim projectis, equiſque derelictis, prout quiſq; pedibus montium altitudines exſuperare animo præconceperat, bonam partem porrò cædi, proſternique cœperint.

III.

Hiſpani Mediolanenſes in Defenſores Rhetiæ impreſſionem faciunt, ſed ſuo cum damno.

E Conjuratis, qui ſuperfuerunt, ultrà *Alpes* uſque *Altorfium* fugatis, ubi jam *Defenſores* dogmata ſeſe ejeciſſe, arbitrarentur, *Curiæ* præſidio impoſito, ſigniſque relictis, agminibus ſolutis quiſque lares ad patrios dimittebatur, hac tamen ſub lege, ut quacunque exigente neceſſitate, omnes, ac ſi[ngu]guli, in armis redirent. Interibi per legatos loc[o] more belli, armis occupata, in verba defenſor[um] jurare jubentur. Hæc dùm fiunt, *Hiſpani* è *Bellen[z]na*, caſtro in *Alpium*, quà *Mediolanum* iter eſt, fa[u]cibus, bipartito, educentes, factâ impreſſione [le]gatos illos abduxerunt, multiſque in obvios qu[o]que cædibus ſævierunt. Sed *Defenſores* illicò concl[a]ſantes, ac ſub ſigna redeuntes, *Hiſpanorum* per mo[n]tes veſtigia legerunt, multiſque interceptis n[on] paucos ultrici manu fuderunt.

IV.

Variis tranſactionis articulis, ſuper rebus Rhe[ti]cis, ab Hiſpanis, Gallis, Venetis, Auſtriacis, [a]gitur.

DEfenſoribus quapropter divino nutu arm[is] ultricibus feliciter hûcuſq; provectis, ac pr[æ]valentibus, fines, locaq; patriæ tutiſſima, impoſi[tis] præſidiis firmari cœperunt. Interim, pro reduce[n]dæ pacis compoſitione, *Hiſpani Mediolanenſes*, propo[ſi]tis pluribus articulis, occupabantur. Qui cum *Re[li]gionis*, patriæque, libertatem manifeſtè violaren[t], totidem ex adverſo oppoſitis corollariis, à *Defen[ſo]ribus* rejecti ſunt.

Hæc dùm per *Rhetiam* diſſenſionibus, diffidiis, ac ſimultatibus, peragerentur, *Veneti* confuſion[e] iſtius miſerti, ad *Galliarum Regem* legatos emiſerū[nt], *Rex* ut cauſam *Rhetiæ* apud *Hiſpanos* ageret, afflicti[s]que ſalutarem medicinam adminiſtraret. Qua[re] re, cognitis acerbiſſimis illis colliſionibus, ac lani[e]nis, *Rex* luculentum in *Hiſpaniam* ſub *Baſſampiero*, l[e]gationem expedivit, quæ apud *Regem Catholicum* [tantum] ponderis habuit, ut ſub certis articulis, rebus [o]mnibus in priſtinum ſtatum reducendis, faci[le] *Rheti* potuiſſent acquieſcere. Verùm enim verù[m] alma ſive felicitas, ſive maleferiatorum quorund[am] livor, hanc *Rhetis* invidit ſortem, ut inſtinctu, ac ſu[b]flaminatione, *Nuncii Apoſtolici*, legati *Gallicani*, at[que] *Hiſpanici*, ſive *Burgundici*, inſuper habitis illis cond[i]tionibus tolerabilibus, novi, atque aſperiores, ar[ti]culi fabricarentur, iidemque *Religionis*, patriæque jura, ac libertatem, manifeſtè turbantes, *Defenſo[ri]bus* obiicerentur. Sed tantùm abeſt, ut adverſante[s] id genus articuli placere potuerint, ut eâdem faci[li]litate omninò ſint repudiati, ſolidiſque argumen[tis] refutati.

Itaque, ſuper *Vallis Tellinæ* perduellibus, laniena[e] iſtius, atq; omnis mali, autoribus, apud *Galliarū*, *Hi[ſ]paniarumq;*, *Reges*, per litteras *Cantones*, ſive *Defenſo[res]*, *Rhetici* quiritare cœperunt. Quæ omnia interjungere velle, nimis foret prolixum. Dùm ergò modò non *Hiſpanici* porrò, ſed etiam *Gallicani* miniſtr[i] eſſent ſuſpecti, ſuperacceſſit tertium adhûc malū, ut inſuper *Leopoldus Archidux*, ignitis multorum inductionibus inflammatus, in *Rhetos* copias educeret, controverſiamque, violata ſuper juriſdictione ſuâ, eiſdem moveret. Neq; minùs à *Rhetorum* partibus feriatum eſt. Hi enim ad propoſitiones, ac poſtulata, *Archiducis* modò non ſatisfecerunt, ſed ipſimet quoque libellum gravaminum, quibus exonerari cuperent, reproduxerunt.

Secundùm hæc, omiſſis diſceptationibus, copiæ *Auſtriacæ* magno in *Cantones Rhetiæ* (*Engadinum inferius* vocant) impreſſionem deſubitò facien-

entes, rapinis, cædibus, incendiiſque, rem e-
unt, locaque nonnulla, ex inexſpectato occu-
, ſubjugum miſerunt, libertatemque *Religionis*
gelicæ abjurare paſſim incolas compulerunt.
ima tandem exc...ſationis, quâ *Archidux* ex *Oeni-*
e antecactas impreſſiones roborare cupiebat, illa
: Nempè *Rhetos* paulò antè in territoriis, lociſ-
ſibi ſubjectis, jurisdictionem ſuam violâſſe, ci-
tes, arceſque, de facto infeſtâſſe, *Vormatiam* ex-
nâſſe, præſidiaque oppidis, contraſas, interce-
impoſuiſſe, uſque eò, ut tuendæ autoritatis, di-
atiſq; *Archiducalis* igitur, aliter vix fieri potue-
pſi igitur ſibimet, quod eſſet factum, imputa-
, ac poſtmodū malo cavere diſcerent. Interim
rinis hæc *Archiducis* aſperitas haud placuit, ut re-
ſtrarent, duriùs, ac præter civilitatis legem a-
eſſe, potiuſque mitibus, ac tempeſtivis, quàm
cibus, atque inopportunis, remediis uti opor-

CAP. VI.

e Chriſtiano, Duce Brunſvicenſi, aliâs Epiſcopo Halberſtatenſi dicto, exercitū educente.

I.

*ſtianus Brunſvicenſis, in rem Friderici Pa-
tini, copias in Heſſiam educit.*

Ex illorum numero, qui res *Friderici Palatini* mallent intueri refloreſcentes, atque auctas, extitit quoque *Chriſtianus, Epiſcopus Halberſtatenſis* dictus. Hic nobiliſſima, potentiſſimâque *Brunſvi-
Ducum* familiâ oriundus, à puero tyrociniis
ribus apud *Batavos* imbutus, juvenis animo
, ferociâ præceps, atque impavidus, majora
s, atque ætate, moliri viſus eſt. Omni enim
u id agebat, ut *Friderici Palatini*, in *Bohemia*
victi, tum apud *Batavos* exulis, res lapſas, per-
ue, erigere, ac, ſi liceret, in integrum reſtitue-
ſet. Ferunt, eum audacibus auſis prævalentē,
am è manibus regiæ *Friderici* conjugis chy-
am applicuiſſe pileo, ac jurejurando illi cō-
ſe, non priùs ſymbolum illud ſeſe à capite
urum, quàm *Fridericum Regem* maritum, apud
priſtino in ſolio confirmatum, ac reflore-
m, intueretur. Sed hoc audacis juvenis, præ-
ue militiæ ducis, votum intrà impetum qui-
ſed extrà eventum fuit. Vitio enim ætatis
ctus, cum neque facultas, neque ferocia, de-
ilitem per *inferiorem Saxoniam, Gueſtphaliam-*
legit, quò, licenter, ſub duce adoleſcente,
hante, frueretur magis, quā uteretur. Hac
cùm in *Palatinatum* tenderet, primores ſive
partem exercitus, præmiſit. Hi cum, vitulis libidi-
nantiores, non hoſtibus, ſed civium hinc inde for-
tunis, ac bonis ruſticorum, bellum indixiſſent, la-
ſcivè, petulanter, ac tumultuariò, agebant omnia.
Ductores ea de re, ac Capitanei, à *Saxoniæ inferioris
Directoribus* admoniti, ut cautiùs, modeſtiuſque, eò,
quò iter eſſet, pergerent, niſi pœnas laſciviæ illius
ſuæ dare mallent. Iſti, tanquam in interregno, ſuſq;
deque nihilo-minùs omnia habentes, nihilq; ſive
adhortationes, ſive minas, facientes, porrò licentiæ
ſuæ, abſque miſſione, velificari perrexêre. *Principes*
igitur *Saxonici*, collectis ex tempore copiis, in re-
fractarios, & vitulantes, movere juſſerunt. Quos u-
bi, præter exſpectationem, adhuc dùm recalcitran-
tes experti ſunt, impetu in iſtos facto fuderunt, diſ-
ſipâruntque, vexillis numero ſex direptis, *Capita-
neis* verò vitulantium id genus cohortium acerbè
vapulantibus.

II.

*Halberſtatenſis Amœneburgum, Heſſiæ oppi-
dum, intercipit.*

Recollectis reſiduis, ac conjunctis, copiis, licen-
tiâq; petulantibus denegatâ, *Halberſtatenſis* in
Heſſiam uſq; promovit, militemq; per diœceſin *Mo-
guntinenſem*, propè *Marpurgum*, diviſit. Cùm igitur
Amœneburgum, diœceſeos illius caput, edito in mon-
te ſitum, ab amœnitate, uti fert nomen à veteribus,
dictum, hactenùſq; intactum, ſpe prædæ, hiantes
alliceret, atq; eminùs rideret, *Halberſtatenſis* fabrica-
to ſtratagemate locum occupavit. Dum enim cum
miniſtris *Moguntinis*, per cauſam ſuper ſtativis, atq;
annona militari, tractaret, intereà, monſtrato per
indicem loco idoneo, equites, pedibus incedentes,
per ruinas murorum, ædificiorumq;, rupe ſuperatâ,
in arcem clàm immiſit. Quibus ſufficienti numero
arcem obtinentibus, ſigno dato, reliqui ex equis di-
labentes, ac ſclopeta manuaria præferentes, in arcē
impetum fecerunt. Oppidanis inde in forum, mu-
roſque, effuſis, Pars ex arce militum proruperunt,
non ſine clamore, pars extrà in portas, arcemque ir-
ruerunt. Quâ de re oppidani, hoſte tàm intrà, quā
extrà, mœnia infeſtante, conterriti, ſpiritus ſubmi-
ſerunt, unoquoq;, quò vel timor, vel amor, error-
que, vocabat, dilabente. Hoc pacto, qui intùs erāt,
portis ferro, inſtrumentiſq; aptis, reſeratis, commi-
litones intromiſerunt, civitate, prædis, opibuſque,
divite, in poteſtatem redactâ.

III.

*Ludovicus, Heſſiæ Landgravius, Halberſtatenſi,
è finibus ut recedat, autor eſt.*

Illâ *Amœneburgi* occupatione ex voto ſuccedente,
in *Neoſtadium*, ejuſq; diſtrictum, itum eſt, indige-
nis in verba *Friderici Palatini* adactis, ac jurare juſſis.
Qua in vicinia cum neque finibus, *Ludovici Heſſiæ
Landgravii*, parceretur, *Landgravius*, miſſis legatis,
quàm hæ *Electorum, Principumq;*, regiones, variis co-
piarum tranſeuntium exactionibus exhauſtæ eſ-
ſent, tùm *Cæſar Imperii* membris indixiſſet, nullas,
adverſus leges *Imperii*, per ditiones admitterent le-
giones, niſi in pœnas, in tranſgreſſores conſtitutas,
incurrere velint, *Halberſtatenſi* intimari fecit. Con-
ſultò igitur faceret *Dux*, ſi viciniæ hoc tranſitu par-
ceret, atque temporiùs retrò velificaretur.

Sed

Sed talis extitit reſponſio illius: Se quidem datâ operâ, ne fines *Landgravii* à ſuis peterentur, proviſurum. Intereà ex fama ſe intelligere, *Landgravium* copias ſuas & tranſitu prohibere, & vi injecta propulſare velle. Id quod nondùm ita eſſe crederet, præſertim, cùm nihil à ſe hoſtilitatis tentatum ſit. Si itaque præter exſpectationem, ejuſmodi aliquid uſuveniat, ſciret, in omnem eventum injurias, id genus intentatas, vindicare, ſubditiſque noxam inferre, paratum eſſe.

IV.

Halberſtatenſis Ludovico, Heſſiæ Landgravio, clarigatorem, ſive fecialem, mittit.

EO accepto *Halberſtatenſis* reſponſo, *Landgravius* litteris, paulò prolixioribus, hanc illi profectionem diſſuadere perrexit: Nempe ſibi, ait, volupe eſſe, *Halberſtatenſem* finibus, ſubditiſque, ſuis benè cupere. Interim narrari, legiones illius in ſuos impetus jam tùm facere, cædibuſque, ac ſpoliis, ruſticanos infeſtare. Si igitur illa ſit mens *Ducis*, prout anteà declaraſſet, ut in autores inquirere, pariterque animadvertere, vellet, ſe impendiò rogare. Cæterùm, ſuper propoſito nolle ſe curioſius inquirere. Ad tranſitum copiarum quod verò attineret, ità rem comparatam eſſe: Præfectum ſcilicet exercitus *Burgundici* per *Palatinatum*, ſimulatque adverſas imminere copias intellexiſſet, ad ſe, vicinoſque *Imperii Status*, dediſſe, ſub hac petitione, ne legionibus quibuſcunque contrà *Cæſarem* tendentibus, trans *Rheni*, *Mœnique*, vada tranſitus daretur. Qua de re, quàm proclive eſſet ſecùs facturis regiones ſuas mole, vel ſede belli onerare, ipſe judicaret. Iàm *Landgravium* haud ſperare, futurum, ut *Dux*, ſive *Epiſcopus*, patriæ ſuæ incommodare, caputque proprium in diſcrimen adducere, cupiat. Semel ſe, cum *Electoribus*, *Principibuſque*, finitimis, rationem iniiſſe, quâ peregrinos, incommodanteſque, exercitus amoliri ſuſtineant. Interim, hoc ut civiliter intelligere, neque adverſum ſe fabricatum eſſe, *Dux* aſſumere velit, ſe rectà intercedere. Cur enim id, quod *Saxoniæ inferioris Principibus* liceat, ſibi utiq; licere minùs debeat?

Et jam tùm *Hiſpanos*, *Bavaraſque*, in occurſum educere. Rem igitur magnam illum facturum eſſe, ſi regionibus ſuis parceret, militemque maturè deduceret. Tutiora itaque conſilia periculoſis anteferret, viamque, quam eſſet ingreſſus, ne calcaret. Antequàm *Dux* veniret, ſuper copiis peregrinis, tranſitu prohibendis, concluſum eſſe. Ne igitur putaret, hoc conſilium in eum cuſum eſſe, cùm *Landgravius* tàm ipſi, quàm toti eius familiæ, optimè cupiat, juxtaque turbis, *Palatinatum* concernentibus, accedere nolit. Se duntaxat ſuper tranſitu laborare, & deprecari. Si gloriam è bello ſitiat, iret adverſus *Chriſtiani* nominis hoſtes, *Mahometanos*, & capiti ſuo coronas mereretur. Tantum enim abeſſe, ut his in locis famam exſpectare poſſit, ut contrà amicos, atque inſontes, oneraturus ſit.

Proindè, ſi patiatur admoneri, conſultò rediret ad *Batavos* ſuos, propoſitum mutaret, regioneſque *Landgravii* procellis id genus exoneraret. Videret ergò, an paternum hoc conſilium diſpli
queat. Quod, extrà dubium, flammantibus
rum perſuaſionibus præponderaturum eſſet.

Illa *Landgravii* ſuaſoria, ac querela, cùm ſe
Halberſtatenſis ingenio, ingentem ad audaciam
poſito, complacere haud poſſet, ilicet hic in i
gnationem, & minas, exaſperari cœpit. Vndè,
clarigatorem, ſive fecialem, amicitiæ renunc
do, hoſtilia quæque *Landgravio* ſic quidem inte
natus eſt: Ex omnibus ſe circumſtantiis, inquit
nimum *Landgravii*, tanquam in numiſmate ex
ſum, intueri, nempè, illum, ut copias ſuas tra
prohibere poſſit, decretiſſimum habere. Sciret
tur, ſe neque ad illius, neque *Hiſpanorum*, poten
expalleſcere. Quibus, aliiſque compluribus, inv
ſecundùm *Deum*, propoſitum in effectum dedu
ſit animatus, tametſi vel rumpantur inimici. Si
dem igitur uſuveniat, ut quicquam detrimen
Landgravii partibus inferatur, tùm ſe quidem
Heſſos, illius in ſubditos, eâ belli lege, & qui
ſeveriſſimâ, animadverſurum, ut modò non i
met *Principi*, ſed feris deflenda nepotibus, arm
merè ſumpta eſſe, conſtare debeat.

V.

Ludovicus, Heſſiæ Landgravius, auxilii ca requirit Mauritium, Heſſ. itidem Landg vium.

ANtequàm prædicta *Halberſtatenſis* clarigatio
Ludovicum, Heſſorum Landgravium, perveniſ
Princeps, jam tùm malè ſuis ominatus, auxilii ca
Mauritium, itidem *Heſſorum Comitem Provincial*
interpellavit. Se jam tùm inquit, autorem fuiſſe
piſcopo, parceret hiſce regionibus, militemque
duceret; ſed, prout res eſſet, fruſtrà fuiſſe. Abſ
ejus igitur diſceſſu foret, belli ſedes in *Heſiam*
transferretur, non ſine locorum, ſubditorumq
concuſſionibus variis. Ea propter ſe agnatum
terpellare, ille, prout poſſet, cum *Epiſcopo* ager
quò miles deducatur. Hoc ſi effectum detur, pa
ter ſe curaturum, ut à *Cæſareanis* nihil ſit timen
Iam anteà, cum finitimis *Principibus*, ſe modum,
mediumque, iniiſſe, quo copiæ peregrinæ, per h
motus, has illaſque terras penetraturæ, tranſ
prohiberi queant. Cùm igitur in eo nihil niſi qu
Imperii leges admittant, deſignatum ſit, ut eapr
pter à quoquam infeſtari haud quidem debeat, n
hilo-minùs *Chriſtianum Ducem* eſſe, qui hac de re
præter opinionem, litem ſibi intentet. Sicubi ig
tur ille vi injectâ, & ferro, tranſitum aperire au
ſe, lege confœderationis, pactorum hæreditari
rum, *Mauritium Landgravium* ſolicitare, eo in nece
ſitatis caſu ſibi auxiliaribus ſubvenire copiis ne d
trectet.

VI.

Ludovico reſpondet Mauritius, Landgravi Landgravio.

QVæ ſuper *Halberſtatenſi Epiſcopo*, (excepit *Maur*
tius) ejuſque promovendo regreſſu, ſub inte
minatione, niſi hoc effectum daretur, belli ſede
Heſiæ ſuperventuram eſſe, intimâſſet *Ludovicus Prin*
ceps, ea ſe, lectis litteris, percepiſſe. Quòd aute
arbitra-

itraretur, *Mauritii* in poteſtate eſſe, *Epiſcopo* re-
ſum perſuadere, in hoc eum ſuaviter errare. Si-
dem extrà, vel ſuprà, vires ſuas hoc negotiũ ex-
rat, nempè copiis, nomine *Friderici, Bohemiæ Re-*
& confœderatorum *Hollandiæ Ordinum*, colle-
, reſiſtere velle. Tàm potentes igitur ſuperiorũ
es retundere æquè ſibi difficile eſſe, ac ſi con-
Cæſarem educere, eiuſque exercitus remorari,
ue offendere, cupiat. Quid? quòd & *Ludovicum*
tùm cum *Epiſcopo*, ſuper commeatu, ac tranſitu,
igiſſe, famâ innoteſcat. De illius propoſito, &
d hac expeditione intendat, nihil ſibi conſtare,
iſtianum enim *Ducem* hominem non de calamo,
de gladio, eſſe, ut ne literulam quidem ad ſe de-
t. Ut igitur illi leges præſcribere velit, neque il-
ferociam pati, neque ſibi utile eſſe. Illis etiam
accedere, nempè univerſam *Heſſorum Principũ*
iliam, ratione feudorum, *Electori Palatino* obli-
m eſſe. Prout igitur conſultò ſe abſtinuiſſet,
ontrà *Cæſarem*, tanquam in privata cauſſa *Bo-*
ica, inſurgeret, conſimiliter, lege iuramenti,
ſari vix poſſe, ſicubi adversùs *Electorem Palati-*
vultus elevent. Interim, quod ſuper pactis
editariis inferat, auxiliumque ſuum, in caſu
ſſitatis, ſolicitet, de hoc ſe, quod ſui eſſet offi-
curaturum pari lege, ſicubi à *Pontificiis Princi-*
, quibus cum *Ludovicus*, in rei *Evangelicæ* diſpẽ-
n, fœdus ſociàrit, *Mauritium* citrà meritum,
contingat, idem ſive officium, ſive auxilium,
epromittere. Hoc ſe ſilentio præterire haud
e, quod nuper ab *Hiſpanis* ſibi intentari acci-
t. Iſtos, circiter *Veſaliam ſuperiorem*, concurſu,
oque facto, apud *Reinfelſam* arcem, loricas
eſſione facta occupâſſe, ac deinceps nomine
ris, ac *Regis Hiſpaniarum*, arcis deditionem po-
ſſe. Abſque præſidiariorum, igitur, loricam
perantium, partemque eorum vi iniectâ cæ-
ium, fortitudine fuiſſet, iàm tùm arx pericli-
cepiſſet. Quæ quidem res cùm eius ſit generis,
im *Hiſpanos* nunquam irritâſſet, iàm *Ludovici*
que operâ, atque interventione, opus habeat.
ndè ab illo contendere, ut, quid regionibus,
tiſque, ſuis, ſub onere preſſis, deinceps exſpe-
ium foret, conceptis verbis declarare vellet.
uidem rem convenientem, ac neceſſariam,
i, ſicubi per fideles utrinque legatos quam-
ùm, vel apud *Schreckſbachium*, vel *Villingshu-*
conventus procuraretur.

VII.

Ludovici Landgravii replicatio.

D ſuperiorem *Mauritii* reſcriptionem non de-
titit *Ludovicus Landgravius* denuò reponere:
ras, inquit, ſuas, nempè bonæ, ac candidæ, mẽ-
terpretes, alio ſenſu accipi, ac ſcriptæ eſſent,
mque non pro minis haberi. Eo nomine ſe ad
litterulas, & verba, provocare, quibus, præter
tudinem, quâ communis patriæ, ac totius
, ergò, ne funeſto bello implicari eam acci-
angeretur, nihil ineſſet. Neque præſentius
dium, ſedem belli à finibus arcendi, ſuppedi-
liud, niſi ut *Chriſtianus Dux* inpræſentiarum
em deducat. Tantùm abeſſe, ut de ipſius pro-
o quicquàm ſibi conſtet, aut in rebus alienis
ſus eſſe velit, ut ſaltem hoc ſuccurrerit, cùm
Dux ille in *Heßiam* cum copiis veniſſet, adeóque prædis, cædibuſque, ſubditorum rem egiſſet, immò in *Principatum Darmſtatianum* impreſſionem feciſſet, operæ pretium ſe facturum, ſicubi in tempore, inſontium ſubditorum cauſsâ, vigilaret. Siquidem igitur *Mauritius*, in omnem neceſſitatis eventum, teneatur ſibi ſuccurrere, iuxtàque, ſi modò belli aleam ex *Heßia* eiicere ſtudeat, apud *Ducem* plurimùm poſſit, eam in rem ſe illum interpellâſſe, ut cùm aliàs diceretur coràm cum illo egiſſe, vellet ei autor eſſe, *Rheni* provinciis huius ſuperioris circuli parceret. Non minùs *Mauritium* humaniſſimè errare, in ea opinione, hærentem, nempè iàm tùm ſe cum *Duce*, ſuper commeatu, tranſegiſſe, cùm iuxtà *Imperii* leges illius legiones admittere ꝓhibeatur. *Electoralis Palatinatus* miſerandam faciem ſe ægerrimo intueri animò. Modò *Palatinus* vel ſalutare illud conſilium ſuum ad animum admiſiſſet, aliam iam fore provinciæ eius, melioremque fortunam. Illis quidem *Archipalatinis* ſe utroſque, lege feudorum, obligari. Sed meminerit, eandem fidem, ſeſe inprimis, ratione feudorum, tàm *Imperatori*, quàm *Electori Moguntino, Herbipolenſi, & Fuldenſi*, præſulibus, debere, ut inter perſonas ritè, atque ordine, diſtinguendum eveniat.

Quantùm ad pacta hæreditaria faceret, quibus uterque teneatur utrique in omnibus neceſſariis caſibus ſuccurrere, nullam ſe quidem, ex incerta, ac frigida, illius declaratione, certitudinem haurire quitum eſſe, quod in medio relinqueret. Nihiloſeciùs inſtans periculum urgere, ut denuò, ſuper hac erogandi auxilii fiducia, interpellet. Neque eſſe, ut huic effugio, ob finitimorum *Catholicorum Principum* ſecum, pro defenſione finium, pactam ſocietatem, colorem prætendere debeat, cùm hoc pactum, iampridem, antequàm *Halberſtadenſis* erumperet, interceſſerit. Quòd enim *Mauritius Landgravius* officio tribuni provincialis ſegniùs fungeretur, ut ſecurè eò reſpicere haud liceat, ſibi, pro conſervatione legum *Imperii*, finiumque, & ſubditorum, defenſione, neceſſariam finitimis cum *Principibus* rationem dùm iniiſſet, fraudi eſſe haud oportere.

VIII.

Mauritii Landgravii iterata reſponſio.

NEque ſic acquievit *Mauritii, Principis* litteratiſſimi, confidentia, quin iteratâ ſub reſponſione invidiam à ſe amoliretur. Sic autem reddidit: *Ludovicus Landgravius* arguit, quæ ſuper minarum, ſibi intentatarum, coloratione ſubintuliſſet, ea ſe denuò intellexiſſe. Tametſi iſtud excuſare iam ſit animus, litteras ipſas loqui, quæ forent attendendę. Se iuxtà cum innocentiſſimis eſſe, cùm iàm tùm *Epiſcopus* tres *Imperii* circulos, nempè *Gueſtphalicum, Saxonicum Inferiorem, & Electoralem Rhenanum*, trãſierit, antequàm hanc *Heßiam* attingeret. De officio *Tribuni Provincialis* ità eſſe: Iã diu eſſe, ex quo *Mauritius*, neque penès *circuli Ordines*, neque ipſummet *Ludovicum Principem*, aliquid vel ſubſidii, vel ſumptuum requiſitorum, impetrare potuiſſet, ut nedũ à *circulo* introductus, conſtitutuſque, ſit, neque adiutorem, aut vicarium, quenquã cognoverit, multò minùs, ut à duobus, & viginti, annis ſumptus ꝓmiſſos ab *Ordinibus* extorquere ſuſtinuerit. Undè,

quàm *Ordinum circuli* ſive collectis, ſive auxiliis, uti frui potuerit, iudicatu facile eveniat.

Quantum ad poſtulatum attineat, ut *Mauritius Halberſtatenſi* regreſſum perſuaderet, hoc opis ſuæ non fuiſſe. De eius propoſito nihildùm ſibi planũ eſſe, ut nudis duntaxat coniecturis hactenùs nitatur. Quòd autem *Ludovico* autor fuiſſet, ne falcem in alienam, quod dicitur, & quidem hominum militarium, meſſem inferret, hoc ipſo ſe id, quod & ipſi, & regionibus, ſubditiſque, foret utiliſſimum, ſummeque neceſſarium, conſuluiſſe. Si itaque ſiniſtrè hoc accipi contingat, hoc ſe animum, recti amantem, conſolari, quod iudicium poſteritatis æquiùs fore ſibi promittat. Subditos *Darmbſtatianos* ultrò depoſuiſſe, ſibi in mandatis eſſe, cohortes ut admitterent in ſtativa, illiſque, ſuper annona, proſpicerent. Uſque adeò de cædibus patratis *Halberſtatenſium* legionum (quales nomine *Regis Bohemiæ*, & *Batavorum*, militarent) nihil innotuiſſe, ut ab eo tempore, ex quo in diœceſin *Moguntinam* perrexiſſent, nihil reſciſcat, præſertim cùm ipſe inpræſentiarum turbis *Valdeccenſibus* diſtineatur.

Pacta, quibus utrinque obligarentur, certis limitibus reſtringi, quibus ipſe, prout meminerit, nuper conditiones nonnullas ſuperadieciſſet. Se quidem, voce, atque ore conſiliariorum præeunte, reſpondiſſe. Ut autem, rebus ità perturbatis, auxilia ipſi ſubminiſtrare, peregrinoque bello accedere, debeat, operæ pretium haud eſſe.

Chriſtianum Ducem ſecum fuiſſe, non à ſe negari. Illum enim & proximâ agnatione, & *Evangelicæ Religionis* ſocietate, ſibi devinctum, paucis cum equeſtribus apud *Corbacum* affuiſſe, ut paulò poſt in eundem nonnullis cùm cohortibus *Moguntinam* in diœceſin moventem, fortè inciderit. Ut autem hãc eius expeditionem vel conſilio, vel re, operaque, iuverit, probari haud poſſe, cum ille ipſe, cuius gratiâ miſſus eſſet, rem citrà moram exequi properâſſet. Quanquàm igitur *Ludovicus* vel hoc negaret, ſe datâ operâ *Ducis* copias fundere, aut reiicere, non fuiſſe animatum, nihilominùs, cùm vires ſuas unà cum *Catholicis*, contrà *Halberſtatenſem*, coniunxerit, ipſe iudicaret, quàm gratam *Epiſcopo* mentionem, ſuper *Ludovici* regione, in oculis habenda, iniicere potuiſſet. Illum confirmare haud quidem poſſe, ſibi minùs curæ eſſe, quò ſedes, atque officina, belli his à parentibus amoveatur. Se verò, ſubditoſque ſuos, veris querelis quiritare poſſe, eum *Chriſtiani* hoſtibus copias ſubmiſiſſe, iiſdemque belli neceſſitatem in hos patriæ fines adducere. Si itaque abſque illa ſocietate eſſet, rectiùs faceret.

Quanquam enim hoc prætenderet, iuxtà *Imperii* leges, *Chriſtiano* tranſitum non deberi, interim neque hoc extrà culpam, ac prævaricationem, eſſe, quòd ille uni partium plus, quàm alteri, favere cõperiatur. Dolorem eum, quem è conturbato *Electoralis Palatinatus* ſtatu ſe concepiſſe, ſcribat, potius reipſâ, quàm verbis, conteſtandum venire. Quid verò tàm commendati conſilii *Palatino* ſuggeſſerit, extrà ſuam eſſe notitiam. Non tantùm *Electori Palatino*, ſed *Imperatori*, aliiſque *Electoribus*, ac *Principibus*, ſeſe, ex lege feudorum, obligari, illud ſibi, tanquàm *Heſſiæ Principum* ſeniori, inprimis cognitiſſimum eſſe. Non igitur ſoli *Imperatori*, aliiſque *Principibus* tantùm, ſed etiam *Electori Palatino*, utrumq;

eâdem, & pari, conditione teneri, abſurdum
non videri poſſe. Hoc verò in quæſtionem ve
utrum, intuitu privatæ alicuius prætenſionis,
rius, reiecto altero, partibus magis acceden
ſit. Hoc enim eſſe, quod, loco legitimæ, ac
gruæ, perſonarum diſcriminationis, appro
non poſſit.

Illud porrò *Ludovici* petitum in iis ſaltem ca
qui nihil tale provocantibus ſuperveniant, mi
re. Iam in præſentiarum rem non eiuſmodi, ſe
cùs, ſe habere. Non itaque eſſe, ut *Ludovicus* d
re quiritare queat, ſibi contrà leges *Imperii* vin
ferri, cùm ipſe copias bono numero, directe
versùs *Halberſtatenſem*, *Electoris Palatini* legatum
Catholicis Principibus ſociârit. Cuius quidem f
Mauritius hac in parte imitari nolit.

Aſpera denique eſſe illa verba, atque à codi
lorum autore, exule humanitate, conficta, qui
de tribuni *Provincialis* officio, frigidè adminiſtr
& quod auxiliis ſuis confidendum haud ſic e
accuſaretur. Sed *Ludovicum*, alioſque *circuli Ordi*
in culpa eſſe, quorum negligentiâ uſuveniſſet
neque intrà *circulum* ſive de ordine, ſive de præ
ratoriis quibuſcunq;, convenerit, ut neque ipſ
in officio confirmari, nedùm debitis collatis ſu
ptibus, à duobus, & viginti, annis reſtantibus,
iuvari, contigerit. Exule ergò tàm ordine, qu
circuli Ordinum paritione, atque obedientiâ, in
gnè ſe quidem, atque immeritò, traduci, tanqu
officio, locoque ſuo defuiſſet.

De infeſtatione tandem arcis *Rheinfelſicæ*, qu
nihil ſibi conſtitiſſe, diſſimularet, mirum vide
Eum enim *Principem*, & quidem *Heſſum*, neſcire
qualia intrà patriam accidant, alienum & nova
eſſe. Ut autem tàm iniquum factum, quod & ip
Corduba Hiſpanus, tanquam extrà mandati ſui lim
tes factum, deteſtatus eſſet, approbare velit,
haud exſpectare.

Quantùm ultimò in *Ludovico* ſibi fiduciæ,
ſpei, repoſtum ſit, vel, ſi non aliundè, iſthinc di
ceſcere, dùm communicationem ſive conventu
fidelium utrinque conſiliariorum, tàm rigidè
ſpernetur. Abſque eius neceſſariæ deliberatio
ematuratione, ſicubi alterutrius provinciis aliqu
adverſi vel deinceps uſuveniat, vel iàm tùm acc
derit, ſeſe, *DEUM*, hominumque fidem, concept
ſimis verbis obteſtando, rectà intercedere, & ind
mnem eſſe velle. Qui conventus ut etiamnun
abſque procraſtinatione, ematuretur, omninò e
eſſe. Se quidem ad *Ludovici* homines, apud *Giſſa*
rerum potientes, hac de re dediſſe, ſed reſponſu
omninò ieiunum, & nullius ſaporis, obtinuiſſe.

IX.

Ludovici Landgravii exceptio ultima, & com pletoria.

DUm interim hæ utrinque agnatos inter *Land*
gravios codicillorum miſſiculationes nihil a
liud, niſi manifeſtas colliſiones, ac ſimultates, ſa
pere videri poſſent, *Ludovicus Landgravius* intenta
tas ſibi obiectiones, paulò amarulentiores, ſequẽ
tibus, ſuperpondii loco, abſtergere non neglexit
Spongia hæc talis erat: Utrùm, ſuper *Chriſtiani Du*
cis, addit, in finibus ſuis hoſtilibus proceſſibus, li
terarum ocioſa, odioſâque, permutatione, ſibi ſ

perſe

ſedendum foret,nec ne , diu ſe quidem delibe-
:. Prudentiores enim, collatis utrinque litteris,
ıte ſuâ ſententiam dicturos eſſe.Dùm ergò ni-
liud , niſi quod veritati foret conſentaneum,
ris commiſiſſet, ſugillationibus, ſuo tempore
tandis,aliam fore opportunitatem.
ℑe autem gloriari fortè poſſit, tanquam, re be-
eſtâ,ſuper ſe in triumphum ducto, atque ama-
nta reſponſione confuſo, exultandum ſit,quò
romptiùs iuvari lector queat, ad præcipua ſu-
oris epiſtolę capita,ſe pauca adiecturum.Quā-
igitur ad officium *tribuni Provincialis* , ſpectet,
ſum,à tempore expeditionis *Reeſanæ*, devolu-
,ad acta ſe provocare.Se plus ſumptuum ad id
edium contuliſſe, atque ſibi impoſitum fuerit.
tiam apud *Ordinum* conventus ſemper in par-
Iauritu propenderit. Sicubi igitur id officii ge-
ıumeris ſuis fuiſſet oneroſius, in tempore , &
ırè, tali ſe munere abdicare, *Ordinibusque*, quò
io capite proſpicerent, occaſionem ingerere,
uiſſet.
t alienis periculis, atque bellis, ſe implicaret,
juam mentem hanc ſibi fuiſſe, ut iccircò ad-
itoria illa neque ingrata, neque neceſſaria, in-
ıerit.Cæterùm,negari non poſſe, *Chriſtianũ*
n, contrà leges,atque ordinem , *Imperii*, fini-
ıis,ſe inconſulto, ſuperveniſſe, partes, circà
num fortalitium,ſpoliis,cædibuſque, nobiliũ,
torumque, immò etiam incendiis, fœdâſſe.
e hæc omnia, ſe inſalutato, de facto eveniſſe,
t neque ſuper tranſitu compellatus, nedùm
ıi refuſio ab iſto ſit oblata.
e *Mauritio* nihil aliud ſe ſibi promittere, poſſe,
ı eum *Chriſtiani Ducis* animum pleniùs cogno-
præſertim cùm apud *Corbaccum* illum datâ o-
onveniſſet.Itaque operæ pretium feciſſet, ſi
ſſum illi perſuaſiſſet, aut, ut illatum damnũ
deret,autor fuiſſet. Ex adverſo verò *Chriſtia-*
ıflammari accidiſſe, dùm ad ea , quæcunque
ne *Palatini*, atque *Hollandiæ Ordinum*, in mā-
ıaberet,efficiendum noctеſque dieſque ſine
provocari cœpiſſet. Atque vel hinc uſuve-
ıt,antequàm advenire prænunciaretur, iam
ianus eſſet in foribus.
pactis hæreditariis rem ità ſe habere,ut nul-
ditionibus novis iam illa gravari contigerit.
am ità loqui diſertè, ut ſi quis extrà datam
m bello peteretur , is confœderatorum au-
ıne controverſia exſpectaret. Talem eſſe &
m inpræſentiarum ſuam illam,ut inſons pa-
. Quòd itaque cum finitimis *Electoribus* , ac
ibus, ſuper licitæ, ac legitimæ , defenſionis
s,conveniſſet,ſibi vitio,ac fraudi eſſe, debe-
ımè,ut huius facti rationem tàm coràm *Deo*,
Imperatore, cæteriſque *Principibus*, idoneam
re poſſit.
ereâ,turbis alienis ſe minimè accedere , eo-
omine ſuppetias, lege fœderis, à *Mauritio* ex-
re.Hoc ſe quidem concoquere vixdùm poſ-
, contrà fidem pactorum , auxilia debita de-
i cœpiſſe. Quibus in tempore obtentis tanti
umulus,pagis hinc indè ignibus deperditis,
erivari haud quidem ſuſtinuiſſet. Eiuſce
ricationis rationem aliquando DEO red-
m eſſe. Ut ipſe quoque tempore, ac locis i-
s,quiritare adigatur. Quod ſi *Mauritio* ea eſ-

ſet mens,is animus,ut,imitatione *Principum Inferioris Saxoniæ* ; atque aliorum, belli ſedem omninò ab his regionibus amoliri cupiat, tùm quidem illum copiis extraneis tranſitum , ac commeatum, datâ operâ intercludere & poſſe,& ſufficere. Dùm igitur hac ſub periclitatione conniveat , ludatque, rem ità comparatam eſſe, ut ſuper damnis hac ſive conniventia , ſive invitatione, aſſcitis, aliquando de iure conveniri queat. Fidem illam , quâ *Imperatori*, ratione feudorum, *Principes* obligarentur, prępollere meritò. Eaque de re iampridem ſe erudiri cœpiſſe, quid, quantumque, eo in genere cuique ſit tribuendum. Sicubi ille adhuc rudis eſſe poſſit, mittere ſe certum quoddam ſcriptum, typis publicatum, è quo informari ſe rectiùs pateretur. De cæteris illius actionibus nolle ſe eſſe neque curioſum, neque *Suffenum*. Defenſiones legitimas, *circulorumque Imperii*, aliaſque hæreditarias confœderationes, de iure eſſe licitas, ut contrà *Vnionis*, ac peregrini fœderis, coagmentatio, nihil niſi bellum deſpumans, ſuſpecta, atq; interdicta, eſſe cœperit.

Super officio *tribuni Provincialis* quàm negativè dederit ad *Electorem Moguntinum*, litteras adiectas, ex originali tranſumptas, loqui. Ut ea propter amanuẽſis lapſus accuſari haud debeat. De tumultu denique, apud *Reinfelſam* arcem nuper excitato, ità eſſe, ut *Corduba* in tranſgreſſores animadvertere ſit paratus. Ab *Hiſpanis* itaque timendum *Mauritio* nihil eſſe. Niſi ipſe bellum ciere, atque in *Imperatorem* inſurgere, auſus ſit.

X.

Mauritius, Heſſorum Landgravius, in Valdeccenſem Comitatum impreſſionem facit.

HÆ dùm ultrò , citróque peraguntur altercationes, *Mauritius Princeps* eductis copiis in *Valdeccenſem Comitatum* fecit impreſſionem. Quòd enim *Comites* ab *Imperatore*, non à *Principe Heſſorum*, contrà legem, feudorum confirmationem peterent, tùm cum *Hiſpanis*, *Reinfelſam* arcem interceptuis, colluſiſſe inſimularentur, *Mauritius* immiſſis copiis provinciam illorum depopulari, arces, civitateſque, expugnare, ac diripere, cœpit. Perveſtigatis igitur quibuſvis codicibus, ac pandectis, totâque regione ſub exactiones , legeſque militares, vocatâ, tandem *equeſtris* ordo , unà cùm *Civitatum* delectis, *Corbaccum* invitatus eſt. Ubi , quàm ſiniſtrè egiſſent *Comites*, feudiſque excidiſſent ſuis, cōtrà regio, præeunte iſtâ manifeſtâ prævaricatione, unà cum *Corbacco* civitate, ſub manum *Heſſiæ Principis* veniſſet, publicatum. *Comites* verò, rebus ità ad tumultum ſpectantibus, partim in locá tutiora, extrà patriam, conceſſerunt, partim *Viennam*, coràm ſummo *Cæſaris* tribunali, quiritatum profecti ſunt.

X I.

Chriſtianus, Dux Brunſv. ex Heſſiæ finibus retrocedere compellitur.

INtereà, quibus armis, viribuſque, *Halberſtatenſis* è finibus eiiceretur, à *Ligarianis Principibus* ſeriò deliberatum eſt. Qui cum famâ opulentum illud apud *Veteravos Monaſterium*, quod *Arnſpurgenſe* vo-

cant, diripere, atque expilare, tentaret, à *Bavaris*, in auxilium tùm evocatis, prohibitus eſt. Sub *Anboltio* igitur, tribuno *Bavarico*, per *Intuergos* in *Veteraviam* properante, ex *Hiſpanis*, *Moguntinis*, *Herbipolitanis*, atque *Heſſo-Darmſtatinis*, copiis confluxit exercitus, qui in limitibus *Giſſani* fortalitii, (*Vallem Buſeccanam* inquilini nominant) *Halberſtatenſi* obiectus eſt. Is, contractis arctius legionibus, caſtra impedimentorum ſepimentis munivit. *Anboltiæ* autem, cum equeſtrium parte, propiùs in hoſtem movente, *Halberſtatenſis*, pugnæ aliàs cupidus, ad præliandum, ſive impreſſionem faciendum, ſuos præparabat. Qua de re ſaltus occupans *Anholtius*, ſylvis tantiſper ſe tuebatur, quouſque cæteræ legiones ſuperveniſſent. Iuſto igitur collecto exercitu, manipulos ſclopetariorum, tentandi prælii igitur, emiſit, qui ab *Halberſtatenſibus* maſculè, ac ſumma cum pugnæ aviditate, excepti ſunt. Ne igitur primores manipuli ſuccumberent, *Anholtius*, ſubmiſſis *Croatarum*, etiam triariorum cohortibus, iuſto prælio experiri cœpit. In quo *Halberſtatenſium* circiter centum ceciderunt, ut etiam *Chriſtiani Ducis* equ⁹, globulo perfoſſus, procideret. Quo facto, *Halberſtatenſis Bavaros* tàm equeſtri, quàm pedeſtri, numero ſibi prævalere, animadvertens, copias, ordine retrahere, expilatiſque *Amœneburgo*, & *Neoſtadio*, in diœceſin *Paderbornenſem* ſubducere cœpit.

CAP. VII.

De Ferdinandi Imp. & Principum Ligarianorum, querelis, ſuper Mansfeldii, ac Chriſtiani Halberſtatenſis, irruptionibus.

I.

Ferdinandus Imp. Digbio, Angliæ Regis legato, Chriſtiani Halberſtatenſis impreſſionem obiicit.

DE *Iacobi, Angliæ Regis*, conſiliis, *Digbium* legatum ad *Ferdinandum Imp.* ſuper tranſactione *Palatina*, emittẽtis, eiuſdemque apud *Cæſarem*, & *Bavarum*, expeditione, ferè fruſtranea, ſuprà prælibatum eſt. Ubi cùm, ſuper *Bavari* tergiverſatione, & præcipiti in *Bohemiam* eductione, *Digbius*, miſſis ad *Cæſarem* litteris, eſſet conqueſtus, paulò poſt *Cæſar* totidem verbis modò non *Mansfeldii* calliditatem, & perfidiam, ſed etiam *Halberſtatenſis* illius, nomine *Palatini*, novam irruptionem, legato obiicere cœpit, hanc ferè in ſen-tentiam: Quòd *Bavarus*, inquit, pacandæ *Bohem*[…] ergò, exercitum eduxiſſet, neque *Imperatori*, nequ[…] ipſi *Bavaro*, de iure exprobrari poſſe. Cùm iàm fa[…]ma narret, proſcriptum *Palatinum*, ſub manu *Du*[…] *Brunſvicenſis*, *Chriſtiani* iunioris, novas in *Superiore*[…] *Palatinatum*, vix dùm à *Mansfeldii* perturbation[…] reſpirantem, emittere, copias. Tametſi igitur ce[…]dente aliorſum *Mansfeldio*, *Palatinatus* extrà me[…]tum eſſe, videri poſſet, nihilominùs nondùm re[…]gnis, ac provinciis, *Cæſaris* cautum eſſe, præſerti[…] cùm *Halberſtatenſis* hanc cicatricem, vixdùm obdu[…]ctam, reſcindere, novique vulneris autor eſſe, a[…]deat.

Legatum nequaquam rectè feciſſe, quòd cit[…] crediaiſſet. Nempè *Cæſari* porrò à *Mansfeldio* nih[…] reſtare periculi. Eius perfidiam, calliditatem, tra[…]ctationeſque, inſidiis plenas, ſic quidem eſſe com[…]paratas, ut nihil, quàm extractionem temporis[…] commodique ſui furtivas molitiones, ut intere[…] copias confirmare, atque maioribus requiſitis vi[…]ribus confidentiùs nocere, poſſit, aliud intendat[…] priuſque, atque antiquiùs, habeat. Quòd igitu[…] partium *Cæſaris*, *Imperiique Principum*, hoc ſit, ma[…]turéne *Imperium*, iàm tùm conquaſſatum, labefa[…]ctari queat, providere, *Bavari* profectionem, tan[…]quam oppidò neceſſariam, curioſa, & præparat[…] excuſatione haud quidem indigere.

Videret ergò, ſuâ pro prudentiâ, legatus, neque[…] contrà *Cæſaris* decretum peccâſſe *Bavarum*, neque[…] rem ità quidem comparatam eſſe, ut, intuitu inſi[…]dioſi, ac callidi, *Mansfeldii*, expeditio tàm neceſſari[…] intermitti debuerit.

II.

Digbius, apud Bruxellas Palatini reſtitutionem fruſtrà ſolicitat.

SPe illâ, à *Digbio*, præconcepto, ſuper rebus *Palatini*, apud *Cæſarem*, *Bavarumque*, decollante, *Bruxellas* tentare, ſuperpondii loco, viſum fuit operæ pretium, an exindè inducias pro *Palatinatu Inferiori* interpretare fas eſſet. Verùm etiam hic conatus fruſtrà fuit. Iàm tùm enim, ſicut invidia, publicatis codicillis invulgata, clamabat, hoc agebatur ſive ab *Hiſpanicis*, ſive *Ligarianis*, ut, omnibus velut poſthabitis conſiderationibus cæteris, *Palatinus*, unà cum ſociis, ac complicibus, enervaretur, *Imperiique* ſtatus, ad nutum *Pontificiam* religiònem p[…]fitentium, compendifieret, aliamque in formam reduceretur. Sed cùm id genus ſive ſuſpiciones, ſive ſcriptiones, hominum particularium in cerebris fors naſci potuerint, tùm magnos illos *Principes* gravi, atque inhumanâ, invidiâ onerent, nos id genus obtrectationibus haſce paginas, veritati hiſtoricæ conſecratas, polluere nolumus.

III.

Bavariæ Dux, Electori Moguntinenſi, ſuper illis, quæ cum Mansfeldio interceſſerant, actu[…] ſe purgat.

INtereà, cùm ſibi è tranſactione cum *Mansfeldio* irrita, eiuſque ingenti eluſione, ac calliditate,

Dux

Bavariæ, tanquam ſuper re, malè geſtâ, invi-
n inſtare, præcogitaret, miſſis ad *Electorem Mo-*
inum, confœderationis *Ligarianæ* caput, legatis,
omnem, nempè, quibus conſiliis, auſpiciis, at-
emolumentis, eſſet eo in genere provectus,
ue cum *Mansfeldio*, abſque diſcrimine, aliter
vix potuiſſet, intimari curavit. Legatus igi-
conceſſâ coràm perorandi facultate, ſequenti-
ediſſerere cœpit: *Elector Sereniſſime!* E diverſis
is Bavariæ ad te datis litteris intelligere oppor-
ım fuit, quibus de cauſſis eò impellentibus per
rnuncios, cum *Mansfeldio*, id unicè, &, prout
ri poterat, ſeriò petente, tractatio inchoata
am verò, præproperê inſtitutam haud fuiſſe,
x eo pateſcit, quòd *Mansfeldius*, datis, acceptiſ-
, obſidibus, munimentoque caſtrorum apud
lhuſam contradito, promiſit, ſeſe, ſub certâ
niarum ſumma, copias ex univerſo *Superiori*
tinatu deducturum, imò poſt exactas ſepti-
as duas, quo intervallo ad *Fridericum Palatinũ*,
oris, civilitatiſque, ergò, daturus eſſet, aut *Im-*
ori exercitum offerre, aut *Bavari* in poteſta-
venire, idque omne extrà dubium implere,
, non obſtante eo, quicquid intereà *Palatinus*
t ſuggeſturus.

ametſi igitur callidus, ac doloſus, *Mansfeldii* a-
ıs, *Bavariæ Ducem* haud falleret, nihilominùs
operæ, ſive diligentiæ, intermiſſum eſt, eò
dirigere, quò vires hoſtiles, vel hac inita tra-
onis opportunitate, vel viâ aliâ, his in parti-
rangerentur, declinarenturque. Et quam-
n copiæ *Bavaricæ*, impreſſionem fortè tenta-
, aut loci commoditatem erepturæ, in *Mans-*
m educerent propiùs, iſte verſuti more inge-
ppidò pedem retraxit, exercitumque idoneis
identidem callidè præmiſit, quoad *Rotenbur-*
d *Tubarim* attigiſſet, proximiſque diebus in
eſin *Inferioris Palatinatus* progreſſus foret. Se-
ùm hæc, pateſcente hoſtis perfidiâ, nequic-
ı moratus *Bavarus*, retentâ duntaxat, pro pro-
æ *Super. Palatinatus* ſecuritate, exercitus par-
illyum cum copiis, benè inſtructis, ſubmiſit,
lansfeldium per *Palatinatum* quoque *Inferiorem*
queretur, *Hiſpanis* ſeſe coniungeret, eâdemq;
â fines *Electoralis Moguntiæ*, cæterorumque
pum propter *Rhenum* unitorum, aſſereret.

tereà, dùm ſuſpicio haud vana intercedit, va-
es hominum ſuper iſtâ, cum *Mansfeldio* tra-
ne, inabſoluta, atque irritâ, paſſim opinio-
c præiudicia, obaudiri, multoſque, inaudi-
rtibus, illicò ſententiam præcipitare, nempè,
ım *Mansfeldio* tranſactionem nunquam fuiſſe
iendam, aut, intellecto dolo, antequàm ſe
ıcere potuiſſet, datâ omni operâ, ac ſeriò, in
eundum fuiſſe: hanc in rem, inquàm, viſum
peræ pretium, quibus de cauſſis, conſiliiſque,
npulſus fuerit, pleniùs inſinuare. Quæ qui-
ıon eo nomine ſuſcipienda veniunt, tanquã
per *Electoris* animo *Dux* quicquam eiuſmodi
et, ac diffidat, ſed ut, omnia maturis delibe-
ıibus, ac conſiliis, ſuſcepta, atque eò uſque,
ortunante, in provinciarum huius loci ſecu-
m, ac relevationem, perducta eſſe feliciter,
ſcat.

tiò igitur præſciendum eſt, duas vias, quibus *Mansfeldii* robur, atque exercitus, in manifeſtum *Imperatoris*, *Imperiique*, periculum, pro recuperatione, fœdè nuper deperditi, *Bohemiæ* regni, natus & factus, funderetur, ſuppeditatas fuiſſe; nempè vel acie experiendum, id quod fieri ſolet violentiâ, & minùs tutò, vel tranſactionis medio, quod maioris eſt ſecuritatis, minimique periculi, agendum, fuiſſe. Iam, de communi tàm *Theologorum*, quàm *Politicorum*, conſenſu, quis neſcit, vetus illud omnia, ut aiunt, *octo* mereri, *omnia prius conſiliis, quàm armis, tentari oportere. Salluſtius* enim duces laudat, qui victoriam incruento exercitu deportârunt. Ut plura ſe conſilio, quàm vi, perfeciſſe, iactet *Tiberius* apud *Tacitum*. Quouſque ergò mediis tutis, ac facilibus, res tranſigi, atque ad ſcopum pervenirt, poſſit, dementis ſit, ea arripere, quæ evidenti cum periculo coniuncta eſſe, præcognoſcimus. Hæc ipſa ratio cùm in actionibus aliâs civilibus obtineat, præſertim in rebus bellicis attentenda fuerit, cùm eventus ſit dubius, victoria incerta, &, iuxtà tritum, bis peccare haud liceat. Quouſque itaque alia media, remediaque, occurrunt, de ſententia belli peritorum, ad arma, tanquam extrema, nunquam deveniendum eſt. Experientia uſque adeò, atque exempla evincunt, bella non ſemper vi, ac pugnis, finiri, ſed conſiliis, ac ſapientiâ, plus effici. Pro teſte ſit vel *Hiſpanus* ille *Spinola*. Qui quamvis exercitu, & viribus, ſuperior, maluit nihilominùs conſilio, ac ſapientiâ, vincere, quàm acie, non abſque manifeſto periculo, decernere.

His accedit, ut acie quis experiri velit non unius partis eſſe, hoc optare, ſed utrumque exercitum committi oportere. Si igitur altera pars in inſidiis, lociſque tutis, ac communitis, lateat, fruſtrà fueris, ſi hoſte ſubterfugiente pugnam laceſſas. Ità *Mansfesldius* quidem aſtutè agere viſus eſt hactenùs. Ut in aciem pertrahi, niſi manifeſto cum rerum ſuarum præviſo emolumento, haud ſuſtinuerit. Abſque tractatione proindè, licet ſimulata, fuiſſet, per integram hyemem ille ſaltus, loca idonea, ac communita, inſidere, exercitum, *Bavaricum* frangere, vicinaſque regiones, abactis prædis ampliſſimis, infeſtare potuiſſet.

Ità copias ſuas per hyemem ſpoliis, & commeatum, ditare, *Principibus* verò *Ligarianis* nervos, facultateſque belli producendi, præcidere quitus fuiſſet. Si itaque, excluſâ omni tractatione, extremis res tentanda fuiſſet, profectò, iſte, locis opportunis ſeſe tenens, integram *Palatinatus Superioris* regionem ſic quidem tueri ſuffeciſſet, ut ſemeſtris ſpatio vel cæde, vel igne, quod aiunt, expelli nequiviſſet.

Ut de hoc parùm, vel nihil, adiiciamus, hoſtem quantumcunque, lege veteri, contemnendum non eſſe. Tantùm abeſt, hoſtem ità concludendum eſſe, ut deſperata ad conſilia adigatur. Quid enim damni ab id genus deſperatis evenire amet, exempla proſtare, & loqui. Eâ neceſſitate ſicubi *Mansfeldium* præveniri tùm accidiſſet, quis non intelligit, magni rem fuiſſe periculi, ſi quando ille, quatuor equeſtrium, atque undecim pedeſtrium, millibus inſtructus, adeóque equite, veterano milite, ductoribuſque exercitatis, prævalens,

viribus ſuis audaciâ plus ſolitò commaſculatâ, uti, inque *Ducem*, peditatu quidem ſuperiorem, equitatu verò cedentem, irruere maluiſſet?

Proindè ità quidem, de ſententia optimorum noſtri exercitus ductorum, ſe res habebat, ut, ſi tū *Mansfeldius* pedem fortiùs figere prælegiſſet, facilè omnes ſuper victoria deſperârint. *Dux* igitur laudati imperatoris partes ſecutus, exercitu incruento præoptavit victoriam referre, provinciamque illam pacare, quàm aciei, quod aiunt, novaculæ, rem omnem exponere, pugnâque, intempeſtivè commiſſâ, de ſumma expeditionis periclitari. Iam, *DEI* nutu, & auxilio, idem emolumentum, eundem ſcopum, ſibi obveniſſe, ac ſi aciè victor extitiſſet. Nempè hoſtem *Palatinatu ſuperiori* exceſſiſſe, *Bohemiam* metu liberatam eſſe, *Bavariam*, cæteraſque provincias confœderatas, fortunis ſuis uti, atque in ſumptus belli eò rectiùs ſufficere, poſſe. De *Inferiori Palatinatu* ſi quis obiiciat, regionem illam nihilominùs peti, meminerit, illam nondùm omnem, vel totam, in poteſtate *Hiſpanorum* tùm fuiſſe.

Ex adverſo, ſi (quod abominandum) commiſſis exercitibus victoria penes hoſtes fuiſſet, Dii, Deæque! quàm omnia, ac ſingula iſta, intrà anni ſpatium, & quod excurrit, apud *Pragam* luculentâ victoriâ parta, ac recuperata, uno velut momento, ac turbine, in ſe revolui, ac retrò labi cœpiſſent. Ut etiam ſuper gloriâ, tùm relatâ, actum foret, laudibus in fabulam, epiniciis in contumeliam, exeuntibus. Quis tùm ilicet *Cæſaris* autoritatem vindicâſſet? Quis eius regna, quis hoc *Imperium*, quis cæteros *Principatus*, ab interitu, à defectione, ab oppreſſione, eripuiſſet? Profectò & copiæ nos defeciſſent, & miles, coactu alias difficilis, coire vix potuiſſet, ærariis tot expenſis, tot ſumptibus, undiquaque exhauſtis, ut etiam veteranorum, ac ductorum, inopia fatigare nos potuerit, quorum numerus acie dubio procul illa periiſſet.

De cauſſæ bonitate, quod excurrit, ità quidem eſſe, ut *DEO* hanc in oculis eſſe, haud dubitandum eveniat. Interim, ut divinæ maieſtatis indulgentia, per media periculi, ac temeritatis plena, ſuppetentibus facilibus, ac tutis, tentanda, expugnandaq; ſit, atheum videri. Divinam providentiam æquè, ac ſi acie feliciter certatum ſit, fuiſſe in partibus, quæ ſine ullius hominis cæde, ſive impenſa, totam illam provinciam *Ducis* in poteſtatē mittere dignata eſſet. *DEVM*, nempè, abſque *Ducis* operâ, manifeſtè hæc illa iſta ocia facere, *DEVM* hoſtes eiicere, atque expellere, ut eadem mox felicitas partibus illis *Rhenanis, inferiorique Palatinatui*, tantùm non exoptanda, ſed ſucceſſivè à *DEO* exſpectanda, veniat.

Hactenùs de eventus felicitate viſum eſſe, (adiecit) iam reſtare, ut conſiliorum, cauſſarumque, quibus *Dux* motus cum *Mansfeldio* tractationem, licet irritam, fieri permiſerit, rectitudo inſpiciatur. Tametſi autem invidia nugari, ac garrire, velit, indignum fuiſſe inſidioſum illud *Mansfeldii* caput, quâm cum quo *Dux* paciſci debuerit, maximè, cùm dolis dolos iſte adiecerit, poſticâque, quod aiunt, *Bavaros* eluſerit ſannâ. Illi ſic obviàm ibitur, ſi dicamus, *Ducem* ſapientiſſimum, vel *Salluſtii* præceptum imitatum, prius, quàm inceperit,

conſultâſſe, ubi conſuluiſſet, maturè facto opu
eſſe iudicâſſe. Nunquid enim, dic, te rogo, ſub iſta
licet ficta, ſimulationiſque plena, tranſactione, i
commodi *Dux* conſecutus eſt, ut modò non uni
verſa *ſuper. Palatinatus* provincia in poteſtatem
Cæſaris veniret, ſed confœderatis *Principibus Catho*
licis, ab exercitu *Mansfeldico*, ſponte emigrante, ni
hil induceretur ſive periculi, ſive damni? Scilice
abſque tractationis beneficio fuiſſet, *Mansfeldiu*
tanquam hoſtis, omnes eas, quas emigrando teti
git, provincias, ſpoliis, vaſtationibus, ferro, flam
miſque, affligere, ac perdere iuſſiſſet: qui, dùm
reconciliationis leges admittit, dùm amicitiam ſ
imulat, hoſtilis eſſe, ac nocere, ne caderet fucus, a
ſimulatio, non debuit. At, inquiet aliquis, *Man*
feldius, durante tractatione, ne ad *Rhenum* pertin
geret, vel exercitum abduceret, impediendus, ſi
ve intercipiendus, erat? Huic regero, *Ducem*, ant
ſuſceptam tractationem, *Mansfeldio* nocere hau
potuiſſe. Maximè, cùm is apud *Veidhuſam* clauſtr
inſideret, caſtraque idoneis murorum ſepiment
muniviſſet. Tractatu verò iàm ſuſcepto, *Duc*
que in *Chami* civitatis expugnatione occupat
Mansfeldius turbari, in eumque impreſſio fieri, hau
debuit, niſi fraudem legibus afferre, vique tran
actionis negotium turbare, ac confundere, quo
alogon videri poſſit, volupe fuiſſet. Eo igitu
clauſtris, lociſque opportunis, ſeſe tenente, cùm
prout ſuprà præmiſſum, metus eſſet, ne diuturni
tate totius hyemis expugnari non quitus fore
conſultò in tranſactionem, ab ipſomet poſtula
tam, itum eſt.

Ne igitur emigratio iſtius impediri poſſet, clau
ſtra, locaque idonea, quibus exercitum præmiſi
obſtitêre, ut equitatu etiam, quo prævalebat, c
tiùs penetrare potuerit. Vice verſa *Dux*, in ex
pugnanda *Chamo* civitate occupatus, copias, qu
bus provinciam *Palatinam* impoſitis præſidiis de
inceps firmaret, contrahere opus habuit. Ut e
iam peditatu, in itineribus perficiendis tardiori
impediri contigerit. Tametſi ergò *Mansfeldius* em
gratione præparatâ longè præcederet, nihilom
nùs è præcipitatis, magniſque ſic factis itineribu
ſuis, ad minimum bis mille gregariorum in v
confecit, partimque pereuntes letho, partim ſ
mineces, amiſit.

Quanquam autem aliâs famoſa in populo eſſ
Mansfeldii calliditas, atque impoſtura, ecquis, i
quam, dixiſſet, eum ex fuco, & non ſeriò, ager
poſtquàm tot auri talenta, tàm ſpecioſum pec
niarum numerum, muneris ergò, excipere pot
iſſet, quantam quidem æris copiam, ac bonitater
apud inferiorem *Palatinatus* regionem vix inven
et? Quis non putâſſet, exoſum eius regionis inc
lis futurum *Mansfeldii* adventum, maximè, cùm
totius belli molem, ac maſſam, eodem ſecum d
volvat? Ut taceam, *Ligarianum* exercitum abſq
pecuniarum, annonæque, ac veſtimentorum, pr
ventu, inſtante hyemis inclementiâ, tàm prope
pede dimitti haud potuiſſe, ne, præ inopiâ, *Prin*
pum confœderatorum regiones, per quas tranſ
undum erat, ipſimet infeſtarent, ſpoliiſque, ac d
populationibus, fors lacerarent.

ɔrem in *Palatinatum* velificaretur, & loca, & tẽ-
, commoditatemque ipſam, intercluſiſſe. Quò
exercitibus ex omni parte cooperantibus, hâc
ûc inclinante in hyemem autumni tempeſtate,
que *Palatinatus* in *Cæſaris* poteſtatem ſimul, ſe-
que, redigi, ac vindicari, multiſque, iam ob-
, neceſſitatibus remedium temporiùs afferri,
ıerit. Sed illos, ſuo more, tardiores eſſe. Ne-
benè monentis, totieſque idem inculcantis
ulum ſequi, ſolere. Qui ſi, ab induciarum æſti-
ım exſpiratione, maturrimè etiam ſuo loco
erſus hunc *Mansfeldium* educere, locaque, per
iſte in diœceſin *Spirenſem* deſcendit, præoccu-
maluiſſent, tùm quidem compendiariam ſibi
niniſtrari cœpiſſe, quâ per ſuperiorem illum
tinatum eò confidentiùs, eò fructuoſiùs, in
sfeldium iret.

Quæ cùm ità quidem, ſicut relatum eſt, com-
ıta ſint, ut *Duci* emigratio *Mansfeldii*, & in *Pala-*
cum Inferiorem deſcenſus, imputari de iure ne-
debeat, neque poſſit, optimâ ſpe nititur, & *E-*
rem cauſſas illas, ſatis relevantes, quibus pro-
tus eſt, intimiùs ad animum admiſſurum, &
ris *Principibus* confœderatis, ne coniecturis ſi-
erioribus locum relinquant, rem, prout acta
per occaſionẽ, declaraturũ eſſe. Ea certè *Ducis*
no ſedet ſentẽtia, ut facilè poſito calculo ratio-
ſubducat, tantã celeri iſto, atque intẽpeſtivo,
ı *Mansfeldium* legionibus intuliſſe iacturã, ac ſi
d mediocri prælio victus foret. Quo enim nu-
numero valuerit, & quem iam recenſere po-
ſit, ob effecto cognoſcere utique proclive

ım quò *Elector*, cæterique propter *Rhenum* con-
erati *Principes*, adversùs *Mansfeldium*, reli-
ſque *Palatini* copias, ſeſe tueri ſufficiant, *Ducem*
cum optima exercitus parte *Thillyum* matur-
è mittere, qui, cùm *Dux*, pro pacandis *Bohemiæ*
ɔus, adhuc dùm occupetur, neque exercitui
eſſe queat, lege fœderis, illis in partibus ab ore,
oſitione, & mandatis, *Electoris* pendere debeat.
æteris, pro alendo exercitu, neceſſariis requi-
, & quo pacto, cooperantibus *Hiſpanis*, hoſtes
li, ulteriuſque profligari poſſint, optare, &
ere ſe, *Electoris* mentem, ac conſilia, intellige-
It etiam, ſicubi è re confœderationis eſſe iudi-
r, *Ordinum Ligarianorum* conventum, quàm
ıùm indicendum, exſpectare velit.

IX.

ctor Moguntinus reſpondet legato Bava-
ico.

D illam, ornatam, ac ſpecioſam ſic ſatis, *Bava-*
rici legati orationem, tùm quidem ſequenti-
reſpondit *Elector*: De tractatione, inquit, *Bava-*
Ducis cum *Mansfeldio*, & quod emigratio iſtius,
ıàs in partes ad *Rhenum* deſcenſus, impediri
ɔotuerit, quin *Dux* egregiâ, ſolitâque pruden-
ɔrovectus eſſet, *Electorem* nihil dubitare. Inte-
à *DEO Optimo Maximo* intimis precibus, ſu-
iſque præoptandum fuiſſe, tàm potentem,
re doctum, & periculoſum, hoſtem eò uſque
iſce partibus amoveri, detinerique, potuiſſe,

quoad de neceſſariis defenſionis mediis, ac ſubſidiis, confœderatis antè foret proſpectum. Metuendum enim eſſe, niſi *DEUS* ἀπὸ μηχανῆς, ut aiunt, opem ferat, eo rem deduci poſſe, ut tàm *Imperio*, quàm rebus, & fœderibus, *Principum Catholicorum*, omnia propè ultima immineant. Eam eſſe harum partium conditionem, ut peiori omnia ſint loco, quàm eſſe cenſeantur. Et facilè (quod abominandum) uſuvenire queat, ut ea, quæ luculentis antehâc victoriis glorioſè recuperata forent, interveniente triſti fortunæ in capita revolutione, uno velut imperii corruere queant. Quid iam tùm, vel ab hoſtis adventu, damni ſibi illatum eſſet, eventum loqui. Ut de re iam facta, quæ infecta reddi nequeat, dolendum ſit. Neque enim unquam in mentem ſibi venire potuiſſe, tàm ingens, evidenſque, atque inexſpectatum, periculum hiſce partibus impendere: ut rectè *Satyricus Romanus*: *Quod non exſpectas ex tranſverſo fit*: iam olim ediderit.

Nihilominùs ſe *Duci* gratas reponere grates, quòd, defenſionis neceſſariæ habitâ ratione, *Thillyum* cum exercitu miſerit. De cæteroque operam tàm ſuam, quàm reliquorũ ſub illis partibus *Principum* confœderatorum, prolixè promittat. De directione verò exercitus, reique militaris, quam quidem ſibi imponere vellet, ità comparatum eſſe, ut tàm arduam, latéque patentem, provinciam admittere non poſſit. Ut etiam appareat, tàm ordinẽ, q̃ perſonã, atq; officiũ, reclamare. Impoſſibilia proindè ſuſcipere, divinum magis, quàm humanum eſſe. Ut enim cætera taceat, ſumptus deficere, apparatum armorum exulare. Iam diu à copiis tã *Cæſareis*, quàm *Palatinis*, attritas eſſe harum partiũ opes.

Ut, commeatu prorsùs defecto, annona comparari nequeat. Neque etiam, præſentia inter pericula, ampliùs, ſuper convocandis confœderatis, rem integram eſſe. Ut flammis, in proximo furentibus, ſaltem, quantum eius fieri poteſt, remedium, & latices, adhiberi debeant. Quid, quãtumque, momenti ſit, rem tantam adminiſtrare, *Ducem* inprimis exploratum habere. Et ſi maximè totum antè annum ſuper hac neceſſitate fuiſſet deliberatum, ſumptuſque idonei ſuppeterent, nihilominùs, ingruente tàm ſubitaneo, atque evidenti, periculo, etiam exercitatiſſimo cuique aquam, ut aiunt, hærere.

Electorem quidem legum fœderis meminiſſe. Rẽ autem eò deductam eſſe, ut neque moram, neque hominem impræparatum, illa iſta neceſſitas admittat. Hactenùs, ſub titulo *Cæſaris*, quæcunque geſta eſſe, abſque eo, ut confœderati *Ligariani*, ſive rebus *Bohemicis*, ſive *Palatinis*, ſeſe immiſcere voluerint. Undè, vel codicillis teſtibus, immunes, indemneſque, hactenùs extiterint. Si iam, remota laciniâ, *Elector* manum *Palatinam*, aſſeclarumque in ſe provocet, minimè futurum è re *Catholicorum*, ut etiam abſque *Cæſaris*, *Hiſpaniarumque Regis*, aſſenſu, id agere prohibeatur.

Semel ità eſſe: ut, niſi cum evidenti impoſſibilitate *Elector* pugnare contendat, eo onere ſubducere humeros teneatur. Impoſſibilia enim tentare, nihil aliud eſſe, quàm manifeſtum ſe, confœderatoſque, in præcipitium proturbare velle. Si itaque rem in labyrinthos inextricabiles eo pacto

deduci accidat, quis remedium afferet? quis prævaricationem iſtam coràm, DEO, hominibuſque, exculpabit.

Quæ ſiquidem ità ſeſe habeant, ut aliter, niſi ipſius proporrò *Ducis* operâ, gubernari ritè haud ſuſtineant, impendiò, etiam, atque etiam, ſe flagitare, preceſque, in omnes deſcendere, *Dux*, omnibus, ac ſingulis, circumſtantiis graviſſimis accuratiùs examinatis, ne manum, & quidem tàm ſubitò, huic Spartæ ſubduceret, ſed porrò ſummæ illius bellicæ adminiſtrationem, eò uſque glorioſè productam, immortali nominis ſui cum incremento, perſeveraret. Ità *Cæſarem* mandare. Ità *Eccleſiam*, & *Rempublicam*, *Catholicam* poſtulare. Ità *Electores, Principeſque*, confœderatos, enixè contendere. Neque hoc tempore dari *Principem* alium, qui rectiùs *Bavaro* poſſit, qui ſumptibus, ac requiſitis, ità polleat, qui tanto è re militari ſucceſſu, atque honore, auctus ſit. Hoc hoc rogare *Ordines*, hanc ſpem in eo unicè repoſtam habere, ut ad quævis officia, gratis mentibus præſtanda, obligentur.

Super conventu confœderatorum cogendo, eandem eſſe ſuam ſententiam. Modò *Principes* ſub iſtis turbis coire poſſint, ut illis, domo abſentivis, gravius malum ne afferatur. Interim, ſi *Duci* ità ſedeat, ſe paratum eſſe, quantò ociùs diætam aperire. Ità tamen, ut priùs temporis, loci, rerumque proponendarum, niſi grave ſit, certior fieri cupiat. De cætero, unicè ſibi hoc cordi eſſe, hoc hoc ſcilicet, tàm ſuo, quàm ſociorum, nomine *Ducem*, conceptiſſimis verbis deprecari, ille rei militari, tanta cum nominis gloria hactenùs geſtæ, manum haud ſubduceret, ille ſolito zelo, atque ardore, totius his in partibus *Eccleſiæ*, *Reipublicæque*, *Catholicæ* partes porrò gereret, ille victrici, ut antè, manu hoſtes rebellantes funderet, atque è finibus eiiceret. Hoc illi glorioſum, atque immortale, hoc Reipublicę ſalutare, hoc hoc denique, ſibi, & confœderatis, optabile, ac iucundum, futurum eſſe.

V.

Eiuſdem Electoris Moguntini ad Leopoldum, Auſtriæ Archiducem, commonefactoria.

HÆc poſteaquàm inter *Electorem Moguntinum*, & *Bavariæ Ducem*, amœbeis litteris, ſive reciprocationibus, uſuveniſſent, *Moguntinus* eam rem omnem *Leopoldo Archiduci* tranſcribere conſultò cœpit. Nempè *Electorem* parùm, vel nihil, dubitare, quin *Archiduci* ea, quæ quidem inter *Bavariæ Ducem*, ac *Mansfeldium*, initâ, ſed non impletâ, tractatione, intervenerint, quoque pacto *Mansfeldius* impunè evaſerit, totamque belli molem, non ſine ingenti periculo, in has ad *Rhenum* partes devolverit, nota eſſe queant. Iam, quibus rationum momentis inductus *Dux* cum *Mansfeldio* paciſci permiſerit, per peculiarem ad ſe miſſum legatum, ab ovo, ut aiunt, ſibi recitatum eſſe. Quid? quòd *Dux* hoc etiam velit, *Elector* ſummæ militaris directionem, exercitu iam in *Rheni* finibus ſubſiſtente, in ſe ut recipiat. Quæ omnia ex adiectis tranſumptis, ſive exemplis, *Archiduci* cognoſcere proclive ſit, ut ex eâdem operâ, quid reſponſi legatus à ſe re[tulerit], pateſcat.

Cùm igitur provinciæ id genus ſatis arduæ, a[c] periculoſæ, humeros ſupponere haud ſuſtinea[t], ut tàm ordinis, quàm officii, ratione prohibeatur, tùm eo nomine toti confœderatorum *Principum* ordini non levis iactura impendeat, utique ſe *Archiducem* maiorem in modum corrogare, patere turis *Bavari* animum, præeunte ſui exculpatione eò inflectere, ut curam *Eccleſiæ*, ac *Reipublicæ*, *Catholicæ* minimè quidem ſequeſtrare, ſed ulteriù[s] boni publici cauſſâ, proferre dignetur. Intere[a] ſuper annonâ, vehiculis, aliiſque id genus neceſ[ſ]ariis, exercitui, quò is conſervari poſſit, à ſe pro[ſ]pectum eſſe. Ut igitur deinceps etiam de a[r]morum apparatu, reque tormentaria, ratio con[ſ]ſtet, opus eſſe, *Archidux*, unà cum confœderatis a[-] liis, pro ratâ, in medium ut conferat, ne miles, iàm tùm, prout videri poſſit, ad res novas proclivi[s], conturbetur, atque abalienetur. Quantum iàm tùm, vel *Mansfeldii* adventu, ſuis finibus damni i[l]latum ſit, præſentes loqui, vel adiectos iuxtà, co[-] dicillos. Ut plura inſuper aſpergere tædio affici[-] tur. Atque de his hactenùs.

****

Externa.

I.

Batavi, exſpirantibus induciis duodecenna[li]bus, Expeditionem nauticam, in Indias d[e]cernunt.

DE priſca illa expeditione *Argonautic[a]*, quæ è celebri *Argo*, *Achaiæ* civitat[e] pro accerſendo *vellere aureo*, in *Colch[os]* excucurrit, præter *Orphea*, *Homerum*, *Catullum*, *Ovidium*, & *Valerium Flacc[um]* multi olim autores multa. Hodie, noſtris illis tem[-] peſtatibus, poſtquàm quarta illa orbis, huc uſq[ue] per tot ſecula latentis, pacis à novo illo velut *Iaſ[o]ne*, *Columbo*, inquam, detecta eſt, nihil notius, q[uàm] *Hiſpanos* toties non quidem in *Colchos*, ſed *Indos*, [ſi]*Americanos*, totis claſſibus excurrere, regioneſq[ue] illas auriferas ſubindè aureis velleribus ſpoliar[e]. Eorum ſiquidem æmuli *Batavi*, gens & terreſtri, [&] maritimo, bellandi exercitio hactenùs potens, e[t] ipſas maris vias, quæ ad auri ramenta ducunt, emo[-] tiri cœperint, ecce! poſt exodium induciarum [il]larum duodecennalium, *Anno M. DC. XXI.* ne ma[-] ri ampliùs fides ſua conſtaret, integram, novam[que] claſſem in *Indias Occidentales* expedire cœperun[t]. Ne autem hæc celebris, ac magnifica, expeditio, [&] claſſis, atque uſque adeò ex lex mare, abſque leg[i]bus eſſet, Proceres *Provinciarum Belgii* confœder[a]tarum ſequentes in antè leges publicari fecerun[t]. E quibus illæ videntur nobis eſſe præcipuæ: Ne[m]pè, cùm conſtet, inquiunt, abſq; negotiationib[us], ac commerciis nauticis, provincias confœderat[as] florere, ac diteſcere, vix poſſe, operæ pretium eſſ[e], ut expeditiones, ſocietateſque, ab antiquo uſitat[æ] maritimæ aperirentur.

Quòd autem, ob graves, & multiplices, quib[us]

nav

gatio iſta apud peregrinas gẽtes,ac maria, im-
i poſſit, periclitationes, non unius, vel pau-
m hominum, hoc ſit, maria emetiri, ad gen-
arbaras, excurrere, pericula ſuperare, ſpolia-
aurum, & merces, referre, ideóque ſocietate,
niis,viribus,copiis,armiſque, immò navibus,
ratu, tormentis, atque id genus requiſitis mi-
bus,tàm defenſionis,quàm offenſionis, ergò,
eſſe. Coëunte, ac præparatâ hac ſocietate
icâ, expeditio hæc excurreret ad viginti &
uor annos incluſivè, curſumque dirigeret ad
,& limites, *Africæ*, à *Tropico Cancri*, uſque ad
t Bonæſpei, ſive *Indiam occidentalem*, ſive partes
icæ. Intrà quos terminos, longè, latè excurrẽ-
ub præſcripto tempore, *Batavorum* nemini
eà, abſque eiuſce ſocietatis indultu, negotia-
eſſet. Pœnâ in contrà facientes legibus, & di-
ate, ſeverâ ſub lege, conſtitutâ,atque expreſ-
t tamen ab hac executione exciperentur illi,
uper, atque initam hanc antè ſocietatem,
a loca velificari fortè cœperunt, undè illis re-
us liber conveniret. Expeditioni proindè,
ocietati, huic *Indicæ*, liceret in illis finibus, li-
buſque, ad quos curſum dirigit, cum *Regulis*,
ipibus, *Dynaſtiſque*, fœdera inire, bella gerere,
que regiones invadere, occupare, arceſque,
imenta, atque oppida, exædificare, terras in-
s inductis populis excolere, atque habitabi-
cere, omniaque, quæ quoquo modo fructuo-
Belgii huius partibus, vel *Societati*, eſſe poſ-
procurare. Ità tamen, ut ſuper fœderibus, ac
actibus illis, aliiſque neceſſariis actionibus,
ceres Belgicos in tempore referant. Guberna-
fficiales, militeſque, in verba *Ordinum Bata-*
, ipſiuſque *Societatis*, à qua ſtipendia ipſis e-
tur, iurarent. Milites, arma, naveſque, ab
ibus conceſſa, non avocarentur, abſque *Socie-*
onſenſu. Navigatio, hæc per omnes *Ordinum*
es, terrâque mariqu͏e, liberrima ferretur, ne-
ectigalibus, portitoriis, daciiſque, obnoxia.
erces omnes, quæcunque è *Batavis* ad *Indos*
vel ab *Indis* ad *Batavos*, ferrentur, per integrũ
nium proximum, eâdem vectigalium immu-
fruerentur. Utque hæc expeditio ſine labe,
,conſtare poſſit, quinque numero *Conſiſtoria*,
dicia, aperirentur domi. Quorum primum
pud *Amſterodamum*, ſecũdum apud *Seelandos*,
m ad *Moſæ* fluentum, quartum apud plagam
tionem borealem, quintum apud *Friſios*. A
s, conſtitutis certis *Aſſeſſoribus*, ſive *Diſpenſato-*
omnia, quæ ad *Societatem* pertinent, dirige-
r, rationeſque pecuniarum, mutuò collata-
temque proventuum, damnorumque, mo-
a exigerentur. Illorum *Diſpenſatorum* officia
lis ſexenniis eſſent ambulatoria. Ità, ut ver-
hoc intervallo, electio apud *Ordines* eſſet, illi-
eliquis, qui aut ætate, atque experientiâ, va-
ut certam, atque idoneam, pecuniarũ ſum-
hanc ad navigationem contulerunt, præfer-
r. Hi omnes in navigationem factas expen-
rationes referrent, certiſque, ac conſtitutis,
oribus, ab *Ordinibus* poſtulati, ad dicendum
m, parati eſſent. Sicut & deinceps, ſuo tem-
proventuum, damnorumque, codicillos of-
nt. Ità, ut quovis ſexennio exactio rationum
um univerſalis peragenda eſſet. Niſi intrà

ſeptennium præciſè rationes in univerſum redderentur, *Diſpenſatores*, qui in mora ſunt, hunc errorem luerent, ſub propoſitâ mulctâ, ſalariorumque, in pauperes erogandorum, detractione. Pecunias, ſemel collatas, nemini liceret, antè exactum viginti quatuor annorum ſpatium, repetere. Neque in numerum conferentium, ſive participantium, novi identidem admitterentur. Conventus intereà *Diſpenſatorum*, ſive *Iudicum*, quorum numero eſſent *novendecim*, toties, quoties res exigeret, coirent. Deque omnibus diſpicerent, ità tamen, ut ſuper re militari, inconſultis *Ordinibus*, nihil decernerent. Pecuniæ hanc in navigationem, ſub tribus diſtinctis vicibus, inferrentur. Eæque ab ipſis *Diſpenſatoribus*, excluſis ſubſtitutis, ac locumtenentibus, exciperentur. Ut etiam merces, peregrè advenientes, ab ipſiſmet in portus deſcendentibus, minimè ab aliis, & ſubſtitutis, admitterentur. Inter cætera, *Societati* bello, ſub præſcriptis navigationis limitibus, periclitanti, *Ordines*, pro ratione temporis, operâ, atque auxilio, ſubvenirẽt. De manubiis, prædis, ac ſpoliis, quibuſcunque *Societas* potiretur, ità eſſet: Priùs damnis, expenſis, ut & officialium, & militum, ſtipendiis exindè ſatisfieret, cætera in numerum & cenſum mediorum, quibus defenſionis neceſſitas nititur, venirent. Quodſi autem opulentiores fortuna offerat prædas, ut omnibus illis requiſitis adimpletis, ſumma, ac copia, ſuperſit, eius pars decima fiſco *Ordinum* cederet, reſiduis partibus, inter *Societatis* membra, ac participantes, ex æquo, & pro rata cuiuſq; portione, diſtributis. Pariter merces, prædæ, ac bona, armis *Societatis* parata, atque in *Belgium* relata, referrentur in rationes, atque inventariorum codicillos, ſubeſſentque iudicio *Ordinum*, ità tamen, ut participantibus nihil detrimenti afferretur. *Officiales* denique, ac *Diſpenſatores*, iurarẽt, omnia ſeſe ſincerâ, optimâque, fide peracturos, tàmque infimæ ſortis participantibus, quàm ſuperioris ordinis *Societatis* membris, ex æquo ſatisfacturos, neq; quenquam fraudaturos, eſſe. Ità, poſt exactos viginti quatuor annos, redditiſque in univerſum à *Novendecemviris* rationibus, via iniretur, utrum id genus *Societas* vel de novo aperienda, vel his legibus continuanda, ſit. Ubi unicuique integrum, liberumq;, foret, vel hanc rationem ulterius amplecti, vel, collectis reculis, ſe abſtinere, aliamque viam erigere. Atque hæc omnia, aliaque plura, nominatis etiam apud *Ambſterodamum* certis *Quintumviris*, mercatoribus, qui quidem ſuper omnibus huiuſce expeditionis *Indicæ* priuilegiis, & neceſſariis, interrogantes erudire, unáque pecunias, undecunq; collatas, recipere, inque codicillos referre, poſſent, ac deberent, à confœderatis *Belgii Ordinibus* certis privilegiis, iuribus, indultis, ac clauſulis, roborari tùm, publicarique, cœperunt.

II.

Edictum, in Patres Societatis, alioſque ordines Monaſticos, apud eoſdem Batavos, publicatur.

EOdem tempore, rebus *Batavorum*, poſt exodiũ induciarum duodecennalium, ad bellum cum *Hiſpaniarum Rege* ſpectantibus, publico edicti fulmine in *Patres Ieſuitici* dicti ordinis, à *Senatu* confœderati *Belgii* itum eſt.

Quòd

Quòd enim iſti eius quidem farinæ eſſent homines, qui ſub colore ſanctitatis, ac ſimulatæ innocentiæ, paſſim irrepentes rudi plebi imponerent, idololatricos cultus perſuaderent, ſubditos adverſùs Magiſtratus irritarent, filios à parentibus, parentes à filiis, uxores itemque à maritis, abalienarent, immò verò in *Reges, Principeſque*, parricidales manus ſtringerent, eo nempè, fine, quò *Hiſpaniarum Regi*, quà poteſtatem ſecularem, *Pontifici* verò *Romano*, quoad iuriſdictionem Eccleſiaſticam, omnia ſubiicerent. Hanc ob rem *Belgii* confœderati *Proceres*, aliorum *Regum, Rerumque publicarum*, exemplis invitatos, ſeverâ ſub lege, edicere, ſancire ac ſtatuere, omnes, & ſinguli, *Ieſuiticæ* illius ſectæ complices, ſive etiam *Monachi, Clericique*, cuiuſcunque ordinis, ſi qui pro tempore intrà huius *Belgii* fines ſubſiſtant, intrà ſex dierum ſpatium, exirent, nulloque interveniente colore quoviſcunque tolerarentur. Si qui contrà faxint, deprehenſi, inſtar hoſtiũ, turbatorumque, patriæ, haberentur, pœnaſque, edicto expreſſas, luerent. Eàdem lege, ac rigore, omnibus, quibus litteras ſalvi conductus, ut aiunt, impertiri facultas eſt, ne iſtis hæc immunitas fortè indulgeretur; neque cuiquam eos vel hoſpitio excipere, vel litterarum cum id genus hominibus commerciis uti, liceret, ſeriò cautum, atque interdictum eſt.

Cæteris autem *Monachis, Ordinibuſque*, qui quidem cum *Ieſuiticæ* ſectæ patribus nihil commune habent, iniungi cœpit, ut in civitatibus, quo quiſq; loco habitat, intrà octiduum, omnes, & ſinguli, magiſtratibus ſeſe ſiſterent, nomina, habitationeſque, univerſi profiterentur, ſub pœna, niſi dicto ſint audientes, in eos æquè, atque in *Ieſuiticos* dictos ordines, animadvertendum eſſe. Iſti, ad unum omnes, legibus provinciæ patriis ſeſe cõformarent. Cives verò, atque indigenæ, liberos, fortè ſub *Hiſpaniarum Regis* ditionibus *Scholas, Academias, patrumque, & Ieſuitarum*, collegia, frequentantes, ilicet, intrà menſem, avocarent, ac retraherent, alioꝛſumque mitterent, niſi mulctas conſtitutas oppidò incurrere mavelint. Par ratio foret pecuniarum, intrà provincias confœderatas, pro *Monachis, Monaſteriis, Ieſuitis*, eorumque ſive *Scholis*, ſive *Eccleſiis* ſive contuberniis, collectarum. Quarum ſi uſuveniat vel particulam, extrà has provincias, ſive nunc, ſive deinceps, & poſtliminiò in ditiones iſtas *Hiſpanicas* ferri, legibus, & pœnis, in tranſgreſſores, ſub arbitrio vitæ, neciſque, ſancitis, ilicet animadverteretur. Iudices ergò, abſque reſpectu, mora, aut tergiverſatione, in delinquentes, de plano, & ſimplici, hoc eſt, abſque formali Iuris proceſſu, experireri tur. Niſi id ſtrenuè exequantur, ipſimet, abſque ve niæ interventu, luerent.

III.

Hugo Grotius, fidelitate uxoris, è carceribus e vadit.

NOtatu digna eſt uxoris hoc loco *Hugonis Gro tii, Penſionarii* illius *Roterodamii*, per bienniur apud arcem *Lövenſteinam* carceribus mancipati, i maritum ſanctè conteſtata, pietas, ac fidelitas. He cùm aliâ ratione maritum nec liberare, nec cuſto des fallere, qui ta eſſet, rationem excogitavit, qu illum in arcam coniiceret, atque, tanquam veſt menta, ſive libellos, efferret in civitatem proxi mam, quàm *Gotcum* incolæ nuncupant. Neque d fuit pio huic conatui felix eventus. *Grotius* enir pro ſarcina elatus, ſub, habitu lapicidæ, *Antverpia* pervenit. Quo ex loco, quàm more, omnibus crea tis conceſſo, libertatem quæſierit, pariterque ol tinuerit, datis ad *Ordines Belgii* litteris, profeſſus e Intereà, ſibi hoc promitterent, nihil ſe in frauder provinciarum confœderatarum abſentem de gnaturum eſſe, adiecit. Cuſtodiæ præfectus ubi lusum ſe cognovit, oppidò uxorem, in locum ma riti, concluſit. Sed *Ordines*, matronæ pietatem p tiùs præmio, quàm pœnâ, dignam, arbitrati, ut, nà cum ſarcinulis omnibus, liberrimè ilicet dimi teretur, iuſſerunt.

IV.

Indiarum occidentalium Reguli, ac Principe liberos ſuos ad Batavos mittunt, curaq Mauritii Vranii committunt.

EAdem ſub hac induciarum exſpiratione, u finibus probè communitis, *Ordines Batavi* cu *Daniæ Rege*, & *Veneta Republica*, fœderis ſanctitud nem renovâſſent, ecce! honorem, ac famam, *Belg* illius confœderati auxiſſe vel hoc, compertum e quòd *Indiarum Occidentalium Reguli, Principeſqu* liberos ad *Hollandos* illos eminùs tùm emitteren inque diſciplinam *Mauritio, Principi Vranio*, contr derent. E quibus *Andræas* de *Caſtano, Regis Soya* & *Marcus, Regis Kielangi*, filii: *Laurentius* verò *Vello us, Laurentius de Fretis, Iohannes Tack, Principum* lib ri: ubi in *Bataviam* advenêre, porrò omnes, ac ſi guli, à *Mauritio Amersfortum* deportari cœperun ut inibi, ſub præceptoribus, in pietate Chriſtian litteris Latinis, atque artibus humanioribus, ut & linguarum cognitione, erudirentur, ac proficerent.

* * *

Io. Pet

Io. Petri Lotichij

RERUM GERMANICARUM

LIBER XI.

CAP. I.

De Jacobi, Angliæ Regis, deliberationibus, atq; reiteratis, pro Palatini, generi ſui, reſtitutione, interceſsionibus.

I.

bus, Britanniarum Rex, denuò, apud Impe-
atorem, pro Friderici Palatini reſtitutione,
nſtat.

I*RE iterùm in queſtus, iterùm tentare. Nititur rogando Iacobus, Britanniarum Rex.* Liceat modò verſiculos *Maronianos* in rem noſtram paulò ſic inflectere. Poſteaquàm enim è litteris *Digbii* legati, quàm uterque *Palatinatus*, ſuprà,
que, armis hoſtilibus ſtrenuè, ac feriò, tàm ab
nis, quàm *Bavariæ Duce*, expugnaretur, didi-
, denuò nihilominùs mitia, & ad pacem ido-
media urgere, quàm bellicis extremitatibus
ommittere, maluit. Quâ de re ſequentibus
atorem recèns, ac ſuperpondii loco, interpel-
cœpit.
uanto maximo, inquit, pacis reducendæ de-
o *Rex* flagraret, id ne quidem toti *Chriſtiano-*
rbi incognitum eſſe: Ut tantò minùs *Impera-*
latere poſſit, legati ſui actionibus, toties re-
ptis, iuxtáque potentiſſimorum *Europæ Prin-*
votis, atque interceſſionibus, iſthoc affatim
idantibus. Eò magis inſolitum, novumque,
ſuvenire, quòd eò ipſo tempore, quo quidem
optatæ tractatio agitatur, commodúmque
peratore reſponſum emergit, omnia nihilo-
is vi gererentur, *Palatinoque* genero ſuo, pro-
a *Superior*, infeſtante *Bavaro*, *Inferior* verò *Pa-*
tus, *Hiſpanis* enitentibus, porrò, ac prorsùs, eri-
itur. Aliam hic itaque eſſe *Cæſaris* voluntatem,
Bavari intentionem. Huic procedendi modo
dò adverſari, quòd *Cæſar* legato promiſiſſet,
uin, ut *Proſcriptionis* executio, armorumq; violentia, eò uſque ſuſpenderetur, quoad ab integris tribus menſibus antè partibus fu ſſet intimatum. Iam tantùm non ſuperiorem *Palatinatum*, excedēte *Mansfeldio*, veniſſe in poteſtatem *Bavari*, ut mox pene ſimiliter de provincia *Inferiori* actum fuiſſet.

Id genus igitur procraſtinatio, atque in armis perſeverans extremitas, cùm nō poſſit non in graviſſimas porrò calamitates deſpumare, utile ſibi videri, utrinque tantis neceſſitatibus remedium quærere. Operæ pretium proindè *Cæſar* faceret, ſi ſequentibus conditionibus, à *Palatino*, genero ſuo, implendis, placari ſe permitteret. Nempè *Imperator* cum *Palatino* priſtinam in gratiam rediret, illique provincias patrimoniales, cum titulo, nuper antequàm *Bohemis* acceſſiſſet, poſſeſſas, reſtitueret. Ex adverſo *Palatinus*, pro ſe, ſuiſque filiis, regno *Bohemiæ*, eiuſdemque quotquot habere ſe putat, prætenſionibus, renunciaret. Idem *Cæſari*, cum debita ſubmiſſione, ac reverentia, ſe ſubmitteret. Prout in id genus caſibus à *Principibus*, dignitate ſibi æqualibus, fieri conſuevitſſet. Nimirum ſubmiſſo poplite hanc gratiam deprecaretur. Pari lege, ſe neque per fœdera clancularia, neq; alio quoviſcunq; modo, *Cæſaris* regna, principatus, atque ditiones, turbaturum eſſe, promitteret. Ut potiùs bonâ fide, abſque fuco, ac colore, omnia, quæ ad confirmandam *Cæſaris* dignitatem, ac potentiam, requiruntur, facturus ſit. Cum cæteris *Imperii Principibus*, tā *Eccleſiaſticis*, quàm *Secularibus*, quibus cum, durante hac controverſiâ, colliſio interveniſſet, ea amicæ pacis, recompoſitioniſque, ratio iniretur, ut deinceps, exulante diffidentiâ, vera, ac conſtans, reconciliatio, ac fiducia, locum habere debeat. Interim, cùm multa accidere, ac ſupervenire, hac ſub tractatione, ſuſtineant, quæ aut nondùm cognita, aut minùs iudicata, ſed nihiloſeciùs inſerēda, eſſent, *Regem* fidem ſuā interponere, ac ſu-

ac ſuper *Palatino* promittere, ab eo, quicquid *Cæſar* indicârit, interveniente æquitate, adimpleri oportere.

Quod ſi itaque *Cæſar* hanc interceſſionem tàm candidè ad animum admittat, quàm abs *Rege* piè, ac ſimpliciter, afferatur, hoc ſive officium, ſive beneficium, ſub gratâ, ac memori, ergà *Cæſarem*, familiamque *Auſtriacam*, recognitione, ſe gratanter laturum.

Vice verſâ ſicubi contingat, *Regis* pro pace recuperanda deſiderium, ac laborem, fruſtraneum, atq; inanem, excurrere, ſicut intereà, dùm *Cæſar* reliquis cum *Principibus* deliberat, non pauci menſes extracti eſſent, *Cæſare* nihilominùs per legatum, ſe brevi, quid hac in re fieri velit, indicaturum, compromittente, eo nimirùm caſu, ſi *Rex*, aſſumptis armis, nepotum patrimonia, quæ compoſitionis, & amicæ pacis, mediis obtinere nequiit, bello vindicare tandem aggrediatur, neminem bonæ mentis dari poſſe, qui hanc illi viam exprobrare auſit, opinatur. Novos ſe ſuis titulos haud quidem venari. Ut aūt debitos illis honores, cum provinciis, aſſerat, ad hoc ſe, loco tutoris, obligari. Talis itaq; eſſet *Palatinus*, qualis tùm erat, cùm *Regis* filia illi deſpōſaretur. Ut ergò nepotibus ſuis *Rex* deſit, hoc & cū pietate, & officio ſuo, pugnare. Exulantibus ità pacis remediis, neceſſitate imperante, de iis cogitandum eſſe, quibus res ablata recuperetur. Quæ cū abſque ulteriori *Chriſtiani* orbis concuſſione, paciſque cum *Auſtriaca* familia, tot precibus à ſe quæſitæ, interruptione, fieri nequeant, diligenter *Cæſar*, omnia deponderaret, ſatiuſque *Regis* amicitiam, quàm violenta conſilia, experiretur.

II.

Eiuſdem commatis Epiſtola, ad Hiſpaniarum Regem data.

EOdem tempore, ſive ſtato die, eiuſdē ferè notæ, epiſtola ad *Hiſpaniarum Regem* dimiſſa eſt. Quàm nō pigebit, ut lector eò rectiùs rem omnē, totiuſque hiſtoriæ noſtræ curſum percipiat, hîc interiungere. Talis autem illa erat: Quin *Rex Hiſpaniarum*, ait, ea omnia, vel pleraq;, cuiuſmodi hactenùs per *Palatinatum Rheni* uſu veniſſent, *Cæſarique* ad amuſſim tranſcripta, ac ſignificata, eſſent, è litteris ſuis percepiſſet, ſe haudquaquam dubitare. Quanquàm autem cauſſæ illius favor, atque æquitas, tùm *Regem* inter utrumque hactenùs conſervata benevolentia, controverſiam, litemq; illam quātamcunque dirimere debeant, nihilominùs naturâ ipſâ, propriâque dignitate, hanc legem ſibi imponentibus, quin omnem porrò operam, ac diligentiam, hanc ad rem coniiciat, prolixiuſque epiſtolare hoc alloquium extendere teneatur, ſe invitari. Nihil proindè ſibi magis in votis eſſe, quàm ut *Rex Hiſpaniarum*, ſub præſenti, quo de ſermo eſt, negotio, autoritatem ſuam, orbem per *Chriſtianum* latè patentem, interponere dignaretur. Ità enim rē comparatam eſſe, ut fama veris indiciis referat, *Cæſarem* nunc in eo totum eſſe, quò dignitatem *Electoralem*, unà cum provinciis patrimonialibus, à *Palatino*, genero ſuo, alienatam, ad *Bavariæ Ducem* trāsferat. Hoc hoc, inquam, quin iampridem in effectum deduci cœperit, nihil obſtitiſſe aliud, compertum eſt, niſi quod *Regis Hiſpaniarum* conſenſus deeſſet. Priùs autem futurum eſſe, ut deinceps *Cæ*-

ſarem auxilia *Hiſpanica* defectura ſint, quàm
hanc *Cæſaris* novationem calculo ſuopte appro
re velit, vel, præeuntibus conſiliariorum regior
verbis, ſibi indicari cœpiſſe.

Tametſi igitur hactenùs de *Cæſare* longè abi
diverſa ſibi promiſiſſet, nihilominùs ex actioni
his, & illis, oppidò ſibi contrariantibus, aliud m
mentem ſuam ſubire, ac turbare. Modò non er
Cæſarem ipſummet, ſub reſponſis quibuſcunque
gato ſuo datis, omnem reciprocam benevole
repromiſiſſe, ſed etiam, in mutui amoris conte
tionem, plenariam *Palatini* reſtitutionem polli
eſſe. Ut porrò conſiliariis, ac miniſtris, *Cæſareis*
verba, globulorum inſtar, rotunda, ac diſerta, e
derint, palàm profitentibus, *Cæſarem*, ſicubi *Ba*
electoralis dignitatis ſpem feciſſet, *Palatini* reſt
tionem tàm planè, ac ſimpliciter, promittere n
voluiſſe, neq; potuiſſe. Quæ impendens, & pra
opinionem, metuenda, novatio ſiquidem ſolic
dinem augeat ſuam, *Hiſpaniarum* nihilominùs
ſinceram hactenùs, ac conſtantem, ergà ſe prop
ſionem iuxtà meliorem ſibi animum addere. H
in rem illi gratias ſe deponere, eóque impenſiùs
ſtare, vellet hanc feliciter inchoatam neceſſitu
nem perſeverare, minimèque admittere, quò,
diverſæ religionis reſpectu, aliorumq; emolum
torum extremorum colore, *Reipubl. Chriſtianæ*,
fatalis eiuſce belli continuationem, gravior c
mitas, ac ruina, ſuperinducatur. Privatam tàm
litatem, quàm arrogantiam, eſſe in partibus. H
iſtius eſſe effecta, hos, ſi Diis placet, elegantes
ctus. Si itaque de remediis deſperandum veni
ab exemplis liquere, qui à deſperatis exſpecta
ſint eventus.

Ad ſe quod ſpectet, iàm tùm in prioribus, *C*
rem ſe prolixè monuiſſe, iuxtaque, quàm neceſſ
nepotum ſuorum defenſio ad ſe pertineret, ſig
ficâſſe. Illos ut dignitate, ut patrimoniis, exuer
mittat, non parentis, non tutoris, eſſe. Ut ipſa
tura, ipſaq; neceſſitas, hancce legem ſibi impo

E quibus nunc omnibus *Hiſpaniarum Regi*,
eſſet ipſius ſolicitudo, quæ æqua rogatio, qua h
uſque *Cæſarem* fruſtrà fatigâſſet, innoteſcat.
ſpe, futurū, ut, interveniente illius autoritate,
ſidium præſens componatur. Si nunc, quod u
eſt in votis, *Hiſpan. Regis* operâ pax coëat, ac rec
ponatur, profectò modò non *Britanniarum Reg*
modò non *generum*, modò non *filiam*, *nepoteſqu*
præſtito beneficio, ingentes *Regis Hiſpaniarum*
tati, & virturibus, depoſituros gratias, ſed ipſ
met orbem *Chriſtianum*, tanquam ſub una cerv
præ tantâ mundi, ex pace, quâ non eſt neq; vi
ria, neque bonitas, maior, commoditate, ac fe
tate, æternis regium caput elogiorum celebrit
b⁹, ad ſempiternā rei memoriam, coronaturū e

III.

Cæſar Schvvartzenburgium Comitem in A
gliam mittit legatum.

ACceptis illis *Anglicani Regis* codicillis, *Cæſa*
gationem, ſub *Svvartzenburgio Comite*, de
vit in *Angliam*. Eius autem expeditio magis in
mulcendo *Angliæ Rege*, curialibuſque, ut vocant
genus ſalutationibus, ut rumor tùm ferebat, v
cœpit, quàm ut ad rei cardinem intrò iretur, a
liquid effatu dignum efficeretur.

IV.

IV.

bus Rex, convocatis regni Curiis, ſive Se-
atoribus, denuò ſuper Palatinatu vindican-
o, deliberationes aperit.

Bi ergò, poſt tentata reducendæ pacis remedia
penè omnia, *Iacobus Rex* ab adverſa parte ſe
is, quod ajunt, duci labiis, in vanumque la-
i, animadverteret, juxtàque à *Digbio*, legato
Vnitorum Principum diſſolutionem, & quàm
reà *Palatinatus ſuperior Bavari* celeritate eſſet
rceptus, *inferior* verò provincia ſub armis *Hi-*
cis gemeret, compertum haberet, ecce! Præ-
omni morâ, eò reſpicere cœpit, quò *Principes,*
initi nuper, rurſus coirent, *Palatinatus* verò,
uam nepotum ſuorum patrimonium, proxi-
vere, præparato, atque expedito, juſto exer-
, quantò ociùs recuperari ſuſtineret. Tantùm
m aberat, ut *Rex Palatini*, generi ſui, ſuper ad-
à regni *Bohemiæ* electione, ſive propoſitum, ſive
ditatem, approbârit. Vt potiùs conſilij præ-
tantiam, adeóque imprudentiam, appellitârit.
uſmodi non quidem è Zelo *Religionis* propa-
dæ, ſed regnandi ambitione, profecta eſſet.
ue diſertiſſimis verbis præ ſe tulit, injuriam
hoc pacto *Religioni*, quam uterque fovebat,
matæ dictæ, ſicubi hi eſſent ejus elegantes fru-
, hæc conſilia, ut, ſub ejus prætextu, *Reges* ob
thronis forent deijciendi, atque regna per-
anda. Hanc mentem, hanc ipſam religio-
, nolle ſe vel ſuis ſubditis, curioſiùs inſtillari.
cùm *Ieſuiticæ* ſectæ technis, ac machinationi-
nequicquam connivere velit, nihilo-minùs,
obemiæ regnum genero aſſerat, adduci ſe non
e, prodidit. Quod aliâs haud gravatim factu-
iſſet, niſi, cauſæ bonitatem exulare, proſtaret.
igitur, adverſa valetudine impeditus, *Rex* ipſe
i Curiis, ſive Senatoribus, præeſſe haud quitus
, filium unicum, *Principem de VVallis* dictum,
omitiis præſidem præfecit.

V.

ia Angliæ, inferior dicta, congregatur.
Quæ dùm hypotheſes quaſdam, ſive poſtula-
a, Regi abſentivo, aperit, Rex, indigni-
ate facti excandeſcens, re infecta, Senatum
iſſolvit.

natu proindè regni, ad *Regis* voluntatem, con-
eniente, non ignorabatur, *Regem* hoc agere,
um *Hiſpaniarum Infante* filio unico matrimoniũ
ciliaret. Quo optimo ſive pacem revocandi,
Palatinatum vindicandi, remedio, cùm *Rex* ni-
tur, hæc fortè res, tanquàm tàm in regni, quã
gionis, patriæ, detrimentum ſucceſſivè verge-
tùm videri poterat. Itaque *Curia inferior*, ante-
n ſuper neceſſariis deliberare inciperet, præli-
ares quaſdam velut hypotheſes, præterito &
cipe, & præſide, ad *Regem* direxit. In quibus cùm
is aſperioribus in *Pontificiam Religionem*, tan-
n Diaboli officinam, ac ſeminarium, itemque
Hiſpaniarum dominatum, ſive cupiditatem in-
ucendi potentatum Monarchicum, invecta eſ-
ſet, inter cætera id genus propoſita, quibus potentia, confidentia, ac dominatus, *Pontificiorum* tàm extrà, quàm intrà, *Angliæ* fines, retundi deberent, etiam hoc à *Rege* poſtulavit, ut omnibus copiis bellum *Hiſpano*, qui primus *Palatinatum* infeſtare cœpiſſet, inferretur, juxtàque regius filius quantò ociùs *Principem*, *Religionis Reformatæ* addictam, in uxorem duceret, immò verò privilegia, quibus tanquam hæreditate ſua gauderent *Proceres Anglicani*, antè omnia confirmarentur. Hac de *Procerum* ſupplicatione cum *Regi* per indices præcognitum foret, antequàm illa per delectos XII. viros *Regi* offerretur, *Rex* ſtomachabundus illos prævertere, amarique ſaporis ad *Thomam Richardonium, Equitem*, antè miſſa epiſtola, prævaricationem *Curiæ* caſtigare cœpit. Nempè *Rex*, vehementer excandeſcens, tàm ſe vera triſtitia violari aures ſuas ſuperbo *Procerum* ſermone noluit. Ergo, inquit, *Regi* exercitato, clementi, benignoque, & ſapienti, iſti legem præſcribent, qua regnandum ſit? Ergò limites præfigent, quomodo, quando, & in quos, bellum gerendum? Annon pudore ſuffunduntur potiùs, dùm *Regum, Principumque*, ſecreta rimantur, dùm in *Regum* amicitias, ac neceſſitudines, curioſa imprudentia, inquirunt? Ad altiora illa, qui neque nati, neque facti, ſunt, intrà cuticulam maneant, neque ſenſibus, ac judiciis, ſuis eminentiora appetant. Ergone ſic æquum fuerit publicâ regii *Senatus* tubâ *Hiſpaniarum Regem*, amicum, ſocium, ac familiarem, noſtrum, proſcindi conviitiis, tanquam ille potentatum, ſive tyrannidem *Monarchicam*, affectet? Quæ hæc incogitantia? Quæ injuria? Siccine *Reges* palàm decet accuſari? Sub hoc unico quippe vocabulo tot latent tela, quibus *Rex* petitur, tot injuriæ, ut ferenda linguæ iſta petulantia non ſit. Itane pacis ubertas, commoditaſque, vobis *Anglis*, ſub miti hactenus, ac florenti, mea gubernatione, exoſa eſt, tædio eſt, ut cæco impetu bellum illud, minimè bellum, omnibus votis accerſatis? Si quiete frui neſcitis, inquam, arma vobis nimis maturæ hanc felicitatem expectorabunt. Sed, de regij filij matrimonio vobis curæ eſt. Scilicet hoc conſilium vobis moleſtũ eſt, quòd cum *Rege Hiſpaniarum* amicitiam ſancire præcogitamus? Ergone neque ingenuus, neque liber, neque *Rex*, ego ſum, ut abſque vobis filio regio nubere integrum non ſit? Quis nunc, agite, vel cum *Rege*, ſuper amicitia, ſuper fœdere, aliiſq; pactis, deinceps agat, ſi modò ille legibus *Senatus* alligetur, ſi ſui compos haud exiſtat? Credite mihi, non alia regio ſolio, quàm hæc, major inuritur ſive macula, ſive vilitas! *Gallorum*, aliquando *Regem* interrogate. Hic ubi cum *Principibus* aliis tranſigere vellet, negavit hoc ſibi licere inſalutata *Curia* ſua. Quid honoris indè retulit? Hoc ſcilicet, ut deinceps contemneretur ab omnibus, neque quiſquam ampliùs pactis cum eo experiri vellet, tanquàm *Principe*, ſibi non conſtante. Semel vobis omnibus dico, atque edico, eo uſque, ſuper filii nuptiis, cum *Rege Hiſpaniarum* nobis rranſactũ eſſe, ut bona fide, niſi alia intervenerint, quæ mutare noſtrum non eſt, pedem retrahere nequeamus. Cæterùm, ut prævideo, accuſatis diſparitatem religionis. At, vos rogo, ſi ita altùm ſapitis, fingite aliam, & quidem filio regio æqualem, cui nubat, qui cum tædas contrahat? Si non habe-

tis materiam, *Pythagoricam*, adite diſciplinam. Et per tot annos audire diſcite, antequàm liceat interrogare. Abſque hac nunc modeſtia veſtra fuerit, ut neque interpellatio veſtra *Regi* grata eſſe queat, neque vos digni ſitis, qui in conſpectum, atque alloquium, meum admittamini.

Hæc cùm *Rex* accurrata verborum volubilitate effudiſſet, nihilo-minùs *Curiales* factum excuſare, fidelitatem ingenuam prætendere, privilegiorumque, abs hæreditate ipſa aditorum, poſſeſſionem allegare, perrexerunt. Quibus omnibus cùm *Regis* animum magis exaſperarent, graviori ille indignatione provocatus, inter cætera, regeſſit: Quòd privilegiorum confirmationem, velut hæreditatem *Anglicanam*, jactarent inflatiùs, hoc beneficium iſtos à majoribus, ac prædeceſſoribus ſuis, obtinuiſſe gratuitò, ut *Rex* modernus ea omnia, pro ratione temporis, vel extendere, vel immunere, ſuſtineat. Et quæ alia triſtitiæ, ſeveritatiſque, verba animos diſſidentes, diffidenteſque, ad frugem haud perducunt. Ità quidem, interveniente id genus altercatione, porrò factum, ut *Proceres*, ſuper juribus, ac privilegiis, ſuis, proteſtantes, referrent in publicas tabulas, nempè, privilegia *Anglorum* hæreditatem eſſe. De cauſis, pactiſque, legitimis, *Regem*, regimen, regnique, atque Eccleſiæ, defenſionem, itemque ſtatutorum confirmationem, gravaminum verò abrogationem, concernentibus, ut *Curiæ* cognoſcant, illarum officium eſſe. Adeòque, unicuique Senatus membro, illis ſuper rebus cognoſcere, dicere, proponere, determinare, ac concludere, integrum eſſe. *Curiæ* eſſe, ſuper rebus, id genus propoſitis, eâ formulâ, quæ ſibi rectior viſa eſſet, uti frui. Neminem è *Curialibus*, arreſtis, ſive carceribus, coerceri poſſe, niſi ipſimet eum condemnent antè *Curiales*, ut aliter non ſive ſuper litteris, ſive propoſitionibus, ſive determinationibus, ad *Curiam* facientibus, conveniri poſſit. Et ſi denique contingat è dictis quendam *Curialibus* deliquiſſe, hanc cæteri *Curiales* ad *Regem* deferrent querelam, neque *Rex* aliàs priùs delatoribus aliis fidem adhiberet.

Hi illi iſti *Curialium* morſus ubi *Regis* animum, jam tùm indignatione ſaucium, plus æquò exulcerarent acriùs, ſupremo *Curiæ Iudice*, quod liberiùs ille ſeſe vultu, atque ore, geſſiſſet, in carceres conjecto, ilicet, præ excandeſcentia, *Senatum* diſſolvi juſſit. Proteſtationis verò, in publicas tabulas relatæ, autores, cervices inquietas, ac perduelles, vocavit, cauſſatus, actum proteſtationis illius irritum, nullumque, eſſe, &, quòd, circà veſpertinum crepuſculum, fabricari, & magna *Curialium* parte abſentiva, irrepere, cœpiſſet. Ità ſive fato, ſive fortuitò, eveniſſe putandum, ut, interveniente *Eridis* pomo, ſubeuntibus indignationibus, & rixis, in vanum exierit hæc totius regni, & quidem tàm neceſſario tempore, inſtituta deliberatio. Quam ſuperincumbentibus tùm regno motibus, calamitatibuſque, (quibus de infrà ſuo loco) dubio procul anſam, fomitéque, præſtruxiſſe, veriſimile fit.

***

Externa.

I.

Exactis propè induciis, Albertus Archidux miſſo ad Batavos legato, retentat pacis Pro[...] longationem.

INduciarum curſu ad exodium pertin[...] gente, cùm inter *Hiſpanos*, *Batavoſqu[e]* novis utrinque, atque accuratis, con[...] currentibus armorum præparation[i]bus, appareret, imminere non tral[a]titium bellum, ad animum admiſſis, ac prævisis, i[d] genus difficultatibus innumeris, atque ingent[i]bus, *Albertus Archidux*, *Belgii* gubernator, officiu[m] boni *Principis* facturus, miſſo ad *Batavos Peckio Can*[-]*cellario*, an illis pacis commendatam bonitate[m] perſuadere ſuſtineret, intentatum non reliqui[t]. Legatus igitur, per *Roterdamum* & *Remp. Delphenſem* deſcendens, variis, atque atrocibus, à tumultuan[t]e, bellumque præferente, plebe palàm injuriis a[f]fectus eſt, ut parum abforet, quin manus inijce[-]rent, inſontemque in mare proiicerent. Is tame[n] à *Mauritio Auraico*, reliquiſque *Dynaſtis*, obviàm a[d] *Roſvicam* excurrentibus, in *Hagam Comitis* deductu[s] eſt. Vbi, factâ perorandi copiâ, nomine *Archidu*[-]*cis*, ſic quidem ordiri cœpit: Nempè ſereniſſ. *Archi*[-]*ducem* inquit, tanquam in conſpectu, atque ant[e] oculos, habere plurimarum, adeòque difficilima[-]rum, rerum incommoditates, quantæcunque, ru[-]ptis communis, ac ſalutaris, pacis vinculis, prope[-]diem inſtarent. Proindè omni cum cura, ac dili[-]gentia, cœpiſſe cogitare de mediis, ac remediis, i[d] genus mala quàm procul amolientibus. Inprimi[s] amorem patriæ, paciſque continuandæ, in parte hîc venire, quo quidem *Archiduci* nihil eſſet prius nihil antiquius. Hac optimâ voluntate provectum ea agitare conſilia, quæ pro extinguendis incen[-]diis civilibus, paciſque ſolidâ ferruminatione, e[x] uſu utrinque viderentur. Quam ſuam mentem ſi quidem nullus dubitet, etiam antehâc optimæ no[-]tæ argumentis, ac ſignificationibus, illis fuiſſe ma[-]nifeſtatam, jam in eo eſſe, ut ampliùs, ex animi ſe & dicere, & benè cupere diſſidentibus inter ſe[ſe] provinciis, intelligant omnes. Nullum autem ſa[-]lutarius remedium ſibi exhiberi aliud, nullum ſoli[-]dius vinculum ſuppeditari, affirmatiſſimum habet niſi ut omnes, & ſingulæ, provinciæ, quantæcun[-]que ſunt, denuò coeant, atque ſub unum *Princi*[-]*pem*, ſub unum, ac generale, caput revertantur. Ità futurum eſſe, ut, ſicut antè hos motus, has i[-]ſtas colliſiones, omnia altâ, & ſecurâ, quiete, a[c] felicitate, fruebantur, deinceps, redintegrat[â] compoſitione poſtliminiò refloreſcere queant.

Hæc illa eſt *Archiducis* mens, hic ille animus quo, antequàm novus belli furor recrudeſcat, officium boni *Principis* implere deſideravit. Veſtra[-]rum nunc, ô *Batavi*, partium erit, pacem, antè fo[-]res ſtantem, plenis valvis admittere, cædibuſque ac ſanguinariis digladiationibus, quibus vel nun[c] uno, vel tribus verbis, ex fundamento mederi po[-]teſtis.

s,voſmet deinceps, ſubeunte in locum homi-
ɔrum atrocitate,abſtinere.
Quæ ſi vobis placere poterant, tùm demùm
ictis neque mentem,neque facultatem, vobis
:faciendi, *Archiduci* defore. Vt etiam his, aliiſ-
, ſalutaribus illius actionibus *Hiſpaniarum Rex*
m,quod dicitur,calculum adiicere debeat.

II.

ıvi,audita libertatis ambiguitate, animosè,
c negativè,reſpondent.

.d *Batavi*, de libertate, ſub jugum remittenda,
ım pridèm perorantem legatum trucibus in-
antur oculis, ut aures ſuas nihil aliud magis,
n hæc triſtis,& amara,propoſitio, violare po-
t.Proindè ſic cordatè contrà eunt. Nihil mi-
eſe exſpectaſſe,quàm fore,ut,poſt tàm imma-
itervallum, dùm ſeſe jam à bono tempore in
em libertatem armis fortibus, ac victricibus,
icaſſent,antiqua illa recentaretur cantilena,ac
la, quâ quidem ſub priſtinum *Hiſpaniarum Re-*
gum,liberrimè excuſſum, redire juberentur.
diu,coràm *Imperatore,Regibus,Principibus,*& *Re-*
blicis,totoque *Chriſtianorum* orbe, promulga-
bellis, ſolenniſſimis verbis libertatem ſuam li-
imè profeſſos eſſe, ſeſe, quàmque nullos ſive
m ſive ſuperioris ordinis *Principum*, ad actio-
tractationeſque, mutuò obeundas, admit-
, niſi ſecum, tanquam cum *Ordinibus*, liberri-
Reipubl. formam adminiſtrantibus, experiri
nt.Iàm diù quoque eſſe, ex quo à ſummis *Mo-*
is,Regibus,Principibus,ac *Rebuſpublicis*, hæc præ-
tiva ſibi uſuveniſſet,ut,pro *Statibus Belgii* con-
rati liberrimis, haberentur. Niſi itaque hanc
iſtam immunitatem pariter ſibi contribuat
chidux,& *Rex Hiſpanus*,fruſtrà fore, ut ſuper ul-
ctatione vel mentio fieri debeat, vel ventila-
tque eventus,exſpectari poſſit. Ergone à liber-
d jugum reverterentur? Ergone ſub *Principis*
s imperium redirent tot invictæ provinciæ?
cine ſocordia,atque ignavia, deceret tot for-
tavos,vel *Romanis* ipſis militari gloria parùm a-
ndo cedentes? Profectò,hanc viam non eſſe,
generoſos,ac maſculos, animos calcare opor-
Neque enim ſic eſſe comparatum, ut optimã,
ımq; libertatis felicitatem,armis victricibus,
ophæis,ac victoriis,partam, per ignaviæ de-
amittere velint. Vt magis, ſub ultimis vitæ,
narumque,impendiis, eam fortunam ſuam
dere deſiderent.
Quapropter iſta per legatum facta propoſitio
it irregularis, cùm contrà leges *Ordinum* con-
ratorum è diametro dirigatur, cùm honori-
tque autoritati, *Ordinum* immane deroget, dũ
uslibet *Monarchis,Regibus,Principibus*,ac *Rebuſ-*
is,confœderatæ *Belgii* provinciæ hactenùs pro
imo corpore,pro abſoluto, nullumque ſupe-
n recognoſcente,dominio, prædicentur,ec-
gationem illam per legatum intimata, dùm
feſtè libertate, atq; autoritate, harum pro-
arum pugnet,à limine reiici. Neque eſſe deni-
t ſive *Archidux*,ſive *Rex Hiſpanus*, ſe inducias
rentes ſine labe,ſine violatione,ritè obſervaſ-
titent. Vt hanc ad legem neceſſitate potiùs,

quàm voluntate,querelis in medio extantibus, uterque fuerit obligatus. Hac repulſa dimiſſus legatus,ſub militis protectione,*Bruxellas* rediit.

III.

Induciis utrinque, abſque prorogatione, exſpirantibus,Hiſpani Iuliacum expugnant.

ITà induciis,ſine ſpe reconvaleſcentiæ, in ultimo agone conſtitutis,atque exſpirantibus, terraque marique ex utraque parte hoſtilia arma retentari cœperunt. Multis,ſub exſpectatione pacificæ prolongationis,non ſine damno deceptis, atque ex inexſpectato in hoſtium,quos adhûcdùm amiciores fore arbitrabantur,manus delatis. Quo tempore cũ *Batavi*,hinc indè in *Hiſpanos* præter opinionem invecti,multas naves intereà, dùm ad *Aquasfluentes*, oppidum ſic dictum,ſuper extractione pacis, adhûc dùm ageretur,expugnarent,temeritate iſta rebellantium,ut vocabat,ſubditorum irritatus *Hiſpaniæ Rex*, omnia ultima in perduelles undiquacunq; ciere,ac tentare,juſſit. Itaque *Henricus*, *Comes de Mõte*,contrà *Iuliacum* cum copiis profectus, *Riedam*,arcem præliminarem,ociùs intercepit. Capitaneo *Reinhardo Tytforto*,quòd,abſque repugnantia, locũ illicò,tradidiſſet,ad *Batavos* redeunte,cervix,ignominiæ cauſa,reciſa eſt, bonis ejuſdem in fiſcum relatis, cæteriſq; officialibus exulare juſſis.

Facto hoc progreſſu, *Henricus*, *Comes Montanus*, rectà ad *Iuliacum* caſtra promovit,apud montem,ut vocant incolæ,patibularem ſedem conſtituẽs, quo loco antehâc *Batavi* conſederant. Eum,cum legionibus ulterioribus,*Comes Iſenburgicus*, req; tormentaria,inſecutus,quò,deinceps oppugnatio ſeriò inſtitueretur, apparatum ſuppeditavit. *Fridericus Pithanus*,*Iuliaci* gubernator,à *Spinola*,ſuper deditione facienda,ſolicitatus,tantùm non præmio tubicinẽ affecit,ſed maſculè reſpondit,ſe boni viri, ac militis,partes impleturum eſſe. Proùt & poſteà maſculis in obſeſſores factis irruptionibus, impreſſionibuſque,verbis fidem addidit.

Intereà,inter *Reeſam*,& *Embricum*,*Mauritius Vranius* inſtructum recenſebat exercitum, *Hiſpanis*,ſic liceret,obſidionem turbaturus. Sed jam munimentis,loricis,aggeribuſque,urbem cinxerat *Comes de Monte*,immò cùm altera exercitus parte *Spinola* in limitibus *Veſaliæ* ſeſe tenebat,*Batavis*,ſi quid tentarent,occurſurus. Vt, deſperata *Iuliaci* vindicatione,ſub principio hyemis,*Mauritius* tandem exercitum reduceret, legionibus in ſtativa remiſſis. Hac occaſione *Spinola* expugnationi illius fortalitii totũ ſeſe dedit. Et, tametſi gubernator, ſuper deditione denuò compellatus, ad veris uſque tempeſtatem obſidionem extrahere ſe velle, præ ſe ferret, nihilo-minùs, magis magiſque in anguſtias redactus, antè exodium menſis *Ianuarii*, certis, & ſolennibus, ſub ceremoniis, ac pactis, locum *Hiſpanis* tradidit. Quæ illis expugnatio feliciter ſucceſſit. Vt,tametſi ad *Claves* dictum illud,in *Flandris* fortalitium,aquarum confluentibus inprimis munitiſſimum, fruſtrà intercipere tentaſſent, ſuper factis fruſtrà armorum, militumque,impenſis, fortunæ ſuæ,reverenter habendæ,pro hoc auſpicio, grates perſolvere ſufficerent.

CAP. II.

De Ferdinandi Imp. cũ Eleonora, Mantuæ Duciſſa, matrimonio.

I.

Inter Ferdinandum Imp. & Eleonoram, Mantuæ Duciſſam, contrahitur matrimonium.

SEd noſtram ad hiſtoriam redimus. Poſt ſolenniſſimam igitur *Ferdinandi* in *Cæſarem* inaugurationem, ne ſine compare, tàm inclytus, *Auſtriacus* frigeret thorus, *Imperator* è tot regiis, ſplendidiſque nymphis *Eleonoram, Mantuæ Duciſſam, Ferdinandi, Cardinalis*, ac *Mantuæ Ducis, germanam*, qua cum ævi, quod eſſet reliquum, feliciter exigeret, præelegit. Matrimonio igitur per *Ioan. Vlricum, Baronem Eccenbergium*, bonis auſpiciis ritè pacto, ac tranſacto, germanam præfatus *Dux Mantuanus*, coronâ tercentorum nobilium, & duabus legionibus ſtipatam, è *D. Vrſulæ Monaſterio* ad ædem baſilicam deduxit. In qua, juxtà ceremonias alias ſolenniſſimas, *Epiſcopus* civitatis claves, tanquam *Imperatrici*, contradidit, hymno illo triumphali, *Te Deum laudamus*, aliiſque feſtivitatibus, in uſum ductis.

II.

Sponſa Cæſaris ex Italia Oenipontem deducitur.

EO comitatu *Sponſa Cæſarea* è *Mantua* per ditiones *Venetas* profecta, à mille cataphractis, nobilibus quadringentis, aliquotque pedeſtris militiæ millibus, excipi, oblatiſque non infimi commatis muneribus, dapibuſque, atque hoſpitiorum apparatibus inemptis honorari cœpit. Vndè *Oenipontem*, comitatus *Tyrolenſis* metropolim, *Archiducum* inſignibus, & monumentis, inſignem, perrexit.

III.

Ferdinandus Imp. excurrit Oenipontem. Vbi nuptias facit.

ANtequàm ſponſa appuliſſet, aliquot antè diebus *Imperator, Principibus, Comitibus, Baronibus*, totaque corona aulica, comitatus, *Oenipontem* venit. Vbi, ſponſam adventantem apud *D. Franciſci* ædem humaniſſimè excipiens, nuptias cum ea, pro ratione ejus tempeſtatis, abſque magna, ſive curioſè accerſita, pompa, pepigit.

IV.

Imp. novam nuptam Viennam deducit.

PEractis ſacris nuptialibus, aſſumpta nova nupta, ſive *Imperatrice, Cæſar*, per provinciam *Salisburgenſem*, ubi locorum ab *Epiſcopo*, ſolenni cum magnificentia, omniſque generis feſtivis ceremoniis, affectus eſt, *Viennam* feliciter *VII. Cal. April.* pervenit. In introitu *Cæſaris*, tormentis muralibus tota urbe circiter ingenti beatu exploſis, per diſpoſitos militum cuneos ad regiam uſque itũ eſt. Primum agmen ſex equitum alæ conſtituerunt. Quã turmam cohortes *civicæ*, itemque *nobilium, Baronũ, Comitum*, totiuſque aulæ miniſtrorum coronæ, (quos *dextrarios*, ſive *palafredos*, nominant) exceperunt. Indè *Cæſarei equi ductiles, tubicines, æneatores, conſiliarii* ſecretiores, *Camerarii*, aliique officiales, itemque quinque *heraldi*, ſive feciales, inſecuti, mox aulæ *Marſchallus*, mox *Imperatoris* filius, natu major, *Ferdinandus*, mox ipſe *Imperator*, hanc pompam abſolvit. Qui quidem penès portas ab urbis *Syndico*, eleganti, atque ambulatoria, oratione, demiſsè ſalutatus, indè, ſub umbella, veſte attalica è colore fulvo, cum violaceo interdiſtincto, ſuperſtrata, deductus eſt. Illum *Imperatrix*, rheda, auro, argentoque, intertexta, intus è colore, fulvo, extrà violaceo, excepta, ponè ſequi cœpit. Ad cujus latus *Imperatoris* filius, *Leopoldus-Guilielmus*, natu minor, ex adverſa verò parte binæ *Cæſaris* filiæ, *Principiſſæ*, aſſederunt, *aquila* ſuper thedæ umbilicum alis bipatentibus expanſa. Poſt rhedam, aulæ *Cæſareæ* magiſter *Ditterichſteinius Comes*, unà cum *cohortibus prætorianis*, aliquotque *equitum* hoc illuſtre, ac alis triregium, agmen clauſit.

V.

Imperator, ad D. Stephani divertit, antequàm in regiam veniret.

NE ergò abſque ſacris hoc ſuſciperetur connubiale ſacrum, *Imperator* ea pompa in urbem provectus, ad *D. Stephani* ingreſſus eſt. Vbi peracto ſacro, hymnoque illuſtri, *Te Deum laudamus*, præmiſſo, tormentis denuò muralibus ordine exploſis, hæc pompa abſolvi, *Imperatorque* in regiam aſcendere, cœpit.

Externa.

I.

Ludovicus, Galliarum Rex in Bearnenſes, odi… Religionis Reformatæ, movet.

DVm iſta per *Germaniam* tempeſtas de… ſævit, variiſque motibus *Imperii* fundamenta concutiuntur, potentiſſ. *Galliarum Rex*, ut deinceps eò expeditiù… liberiuſque, bellis id genus per *Germaniam* civilibus ſupervenire, poſſet, rationem v… detur excogitaſſe, qua, antequàm peregrino be… lo accederet, intrà regnum patrium, domique prius obſtacula, removere, provinciaſque, … ab adverſæ *Religionis, Principibus*, civitatibuſque periculum eſſet, pacare poſſet. Hoc tametſi … nitiò obſcurum eſſe, & ex alto diſſimulare, p… terat, nihilo-minùs ab eventu, quo poſtmodùm hunc uſque in diem, *Imperii* colliſionibus acceſſ… perſpicuum, atque evidens, eſſe ſuſtinuit. Col… rem ergò Religionis ſubminiſtravit diverſitas. It…

q…

in *Hugenottas*, prout incolæ vocant, id eſt,
iniana confeſſionis aſſeclas, præcipuis qui-
lam provinciis, ac civitatibus, ſeſe tenen-
ducendum erat. Primùm itaque edictis,
iſque, inprimis *Bearnenſes*, urgentur. Mox,
reſiſtunt, bellicis, in eos factis, decretiſque,
editionibus terrentur. Vt autem res ab origi-
atque ovo, quod dicunt, paulò altius repe-
r, ſic habendum eſt: In provinciam *Bearnen-*
quæ radicibus montium *Pyreneorum*, *Hiſpa-*
à *Gallia* dirimentium, adjacet, *Margaretha*
ſia, *Franciſci primi*, *Galliarum Regis*, germana,
llo tempore tàm *Lutheranæ*, quàm *Calvinianæ*,
feſſionis dogma introduxerat. Ejus filia *Iohan-*
Navarræ regina, uſque eò in *Reformatos*, ut vo-
, propendebat, ut paulò poſt *Pontificiæ Reli-*
s aſſeclæ è tota regione exularent. *Henricus*
gitur, *Gallorum Rex*, à *Pontificie Rom.* anathe-
proſcriptus, ea ſub lege banni fulmine ab-
ebatur, ut *Bearnenſes* ad *Religionis Pontificiæ* axio-
Romanæque Eccleſiæ gremium, poſtliminiò re-
eret. Illud quidem *Rex* tùm promiſit. Sed, ne-
is ſeriis impeditus, integrè præſtare non qui-
uit. Vt paucis in locis duntaxat *Pontificis* vo-
ati ſatisfecerit. Quod igitur *Henricus Rex* pro-
rat, hoc *Ludovicus* filius in effectum deducere
tavit. Hic igitur *Anno M. DC. XVII.* primùm
gato edicto, ſanxit, ut inprimis *Ordines Ca-*
i dicti, juribus, boniſque, ac reditibus, uni-
m per *Bearniam*, oppidò reſtituerentur. Re-
nihilo-minùs, ſub Religionis libertate, to-
entur. Sed hæc ratio *Bearnenſibus* placere non
it. Tametſi enim à *Rege* mitterentur legati,
ad effectum coràm deducturi, hæc res adeò
nordit *Bearnenſes*, ut ſuper hàc enovatione re-
trâtes res novas agere viderentur. *Rex ipſe* qua-
ter eò conſultò promovit. Cùmque tumul-
co locorum gliſcentes, præmetueret, diſpo-
er civitates præſidiis, præfectiſque regiis vi-
, mox omnia ex voto perfecit. *Epiſcopi* ità ad
es redibant dignitates, ordineſque *Monaſti-*
& *Patres Societatis*, ampliſſimis ſub prærroga-
rurſus immitterentur.

II.

nplo Bearnenſium, *Reformati per Gallias*
nterriti, *varios celebrant conventus.*

Ec cùm *Bearnenſium* cauſa reliquos per *Gal-*
ias Reformatæ Religionis ſocios non parùm mor-
, varios agitare conventus, deliberationes
, *Regem*, ſuper priſtina *Religionis* libertate,
ecari, eundemque ſibi, ſuiſque, eventum
are, cœperunt. Quæ cùm ipſorum congre-
nes à regiis miniſtris, tanquam ſuſpectæ,
litionis plenæ, differrentur, *Rex* indigna-
ne provocatus, inſtructum exercitum in
Bearnenſes educens, primò velut aſſul-
tu aliquot civitates in poteſtatem
redegit.

III.

Rege, ſub exercitu in Bearnenſes movente, Re-
formati apud Roſſilionem diætam indicunt.

HAnc ubi vim ſociis inferri à *Rege* pateret, cæteri *Reformati* apud *Roßilionem*, ſive *Rupellam*, civitatem illam maritimam, potentem, & munitam, diæta indicta, rationes inierunt. Quibus modis, mediiſque, neceſſariæ defenſionis ergò, cauſam ſuam tueri ſufficerent. Publicatis itaque codicillis, ſuper vi, ac perſecutione, quiritare cœperunt, proteſtantes, ſeſe *Regem Galliarum*, poſt *Deum*, pro ſummo Magiſtratu, Rege, ac domino, ex animis venerari, nec quibuſcunque *Galliæ* ſubditorum, obſequiis, fidem, amorem, ac ſubmiſſionem, erga hunc *Regem* ſuum, quaquà cedere. Malè, immò peſſimo exemplo, regios miniſtros facere, qui *Regem* cum hac fideliſſima ſubditorum parte, odio *Religionis*, committant. Cùm hoc pacto minimè *Regi*, multò minùs regni commodis, conſulatur. Iret *Rex*, & ſuſceptis ſive in *Turcas*, ſive regni hoſtes, expeditionibus, quæ obedientia, quæ fidelitas, eſſet *Reformatam Religionem* profitentium, experiretur. Adverſarios clamare, cùm alio figmento ipſis moleſti eſſe nequeant, *Reformatos* perduelles, ac refractarios, ac patriis regni legibus repugnantes, eſſe. Sed hanc ſive cantilenam, ſive fabulam, vetuſtam, ac deſitam, eſſe. Nimirùm hoc idem in primitiva illà *Chriſtianorum* eccleſia, ſub initiis naſcentis *Evangelii*, à *Cæſarum*, *Regumque*, miniſtris, illis obiici accidiſſe, qui veritatem amplecterentur, ut tantùm non pro rebellantibus accuſati, ſed etiam pro tempeſtatum, variorumque infortuniorum, cauſis, publicati, condemnati, ferarumque morſibus, objecti ſint.

Iam cùm *Reformati* per *Gallias* civitatibus, lociſque munitis, ſeſe teneant, nec tàm citò, atque anteceſſores olim ſui, injuriis hoſtium pateant, invidiam hoc moliri, *Regemque* accuſationibus inflammare, inſtructis cum exercitibus res ut agatur, tamquam innumeri, atque inſontes, homines, ſub unâ, eademque, cauſa, debellentur, atque opprimantur. Iuſto igitur dolore ſibi, ſub hac neceſſitate, exprimi hanc quiritationem, has preces, atque lacrymas, ut omnibus Chriſtianis, *Galliæque* confœderatis, *Regibus*, *Principibus*, atque *Dynaſtis*, cæteriſque in univerſum omnibus, quibus pietas, *Deique* amor, & veritas, cordi eſt, ob oculos ponere, ac conteſtari impellantur, ſeſe, fatalibus inimicorum odiis, adverſus libertatem, Religioni hactenùs indultam, armis peti, neque hunc furorem abſque cædibus, ac ſanguine, deſpumare poſſe. A *Deo* igitur inprimis, ipſiſque, veritatis *Evangelicæ* amantibus, *Regibus*, hiſce ſub anguſtiis, æquum ſubſidium unicè ut exorent, atque exſpectent, dùm, ne noxæ, atque adverſariorum, furiis obiiciantur, neceſſariæ, licitæque, defenſionis media inire cogantur, neceſſitatem, ſibi impoſitam, flagitare.

IV.

De Henrici IV. Regis cæde. Et Patribus Societatis, ſub hoc Ludovico Rege, recuperato dominio, Reformatorum querelæ.

VT autem pleniùs, rectiùſque, determinetur, quibus fontibus, fomitibuſque, iſta in nos tēpeſtas derivata ſit, in propatulo coràm univerſis profitemur, perſecutionem, id genus ſanguinariā à *Ieſuitis* autoribus fabricari. Quis enim neſcit, temporibus *Henrici IV. Regis* magnanimi, ſectarios, atque inquietos id genus homines, ne inſolentiùs furerent, vultuſque elevarent, interveniente *Regis* moderatione, reprimi contigiſſe? Cui incognitum, ſanguinariis *Regem* in ipſummet cuſis iſtorū conſiliis, quòd *Reformatos*, ab iſtis hæreticos dictos, non omninò deleret, ex adverſo ſectarios iſtos, ad ferociam uſq;, haud extolleret, ideóque variis pollicitationibus, dementationibuſque, ſicarium iſtū infamem, *Ravailliacum*, inductum, atque in *Regis* cædem cōmaſculatum eſſe. Hoc, vel ſub quæſtionibus, vel ſub ipſa furca, ſicarius iſte evomuit, ut nullâ aliâ de cauſa *Regem* occidendi provinciam ſibi imponi perſuaderique, paſſus ſit, quàm quòd *Rex* in hæreticos arma non converteret, eoſdemque, ſub una velut cervice, minùs deleret. Quæ iſtorum perfidia, atque inſolentia, ubi *Reginam*, matrem, ac viduam, fugere non poſſet, illa ne tanta Reipublicæ labes, quæ vel regio ſanguine manus conſcelerare, auſa fore, ulterius ſerpendo vires acquireret, ſapienter procuravit. Iam *Rege* ſub novo, anguiū more, ſectarii iſti ſeſe inſinuantes, ubi *Regis* animum, devotioni deditum, pertentantes, in compendium duxiſſent, illud omnibus, quod dicūt, copiis inſtillare non deſtiterunt, pro regno conſtabiliendo hæreticorum extirpatione opus eſſe, ſatiuſque aliquādo fore, regno decedere, quàm hæreticis indulgere. Has contrà diras iſtius ſectæ machinationes ubi *Regi* fierent ſupplicationes, ubi ad regiam clementiam, dataſque ſuperiori tempore conceptiones, confugeretur, inquietati iſti perduellium, ac ſeditioſorum, has illas eſſe actiones, ſuclamarunt, ut modò non omnes ad *Regem* vias, atque aditus, intercluderent, ſed etiam noſtræ confeſſionis homines, à quibuſcunque officiis regiis, illicò removerent, *Regis*, regiorumque miniſtrorum, in eos odia concitarent, omnibuſque, quibus poſſent, modis perſequendos ſibi proponerent. Hæ iſtæ ſcilicet machinationes, hæ impoſturæ, ac fraudes, nobis incommodant, ut & *Concilii Tridentini* decreta in actum ducenda eſſe, etiam *Regis* juramentum, ſub coronationis actu inculcatum, nempè ſuper hæreticis, in ordinem redigendis, impleri oportere, magnis boatibus, clament, ac contendant.

Quandoquidem igitur omnes viæ, omnes, ad *Regem* aditus, nobis intercepti, immò aures regiæ intempeſtivis adverſariorum clamoribus, accuſationibuſque, obſtructæ ſint, nihil nobis relictum eſſe, apparet, niſi ut rectà divinam opem imploremus, cœlituſque, hoc in periculoſiſſimo rerum agone, remedium exſpectemus. Secundùm hoc, ad *Regis* clementiam, bonitatemque appellamus, omneſque regios Proceres, pietatis, veritatiſque, amantes, ſolicitamus, *Rex*, illique omnes, modò non delationibus inimicorum plus juſtò favere; ſed exculpationibus etiā juſtis aures præbere, condignētur. Hoc utique nobis reſtat aſylum, hæc ſacra nobis anchora jacitur, ad quam naviculam, mediis ſub procellis fluctuantem, ſiſtamus, firmemuſque. Si ad exteros *Reges, Principeſque*, à quibus alioquin ſpes, ac ſubſidium, nobis affulgere poterat, nos convertamus, ecce! ſub illa ipſa tempeſtate in nos itur, qua quidem variis inteſtinis, ac difficilibus, motibus & *Imperium Germanicum*, & reliqua *Europæ* regna, ac provinciæ, concutiuntur, ut ferè his votis noſtris inpræſentiarum fruſtrà ſimus. Tandem, cū præter gemitus, ſuſpiria, amaraſque lacrymas, nihil nobis ſuperſit, eò ſpectat juſta noſtra, & legitima quiritatis, ut, dùm neceſſariæ, atque à Natura indultæ, defenſionis remedia præparare cogimur, neceſſitate ipſa pro nobis loquente, excuſati, perduellionis crimine, quo nihil quicquam nobis magis abominabile, atque exoſum, abſolvi, atque expiari, queamus.

V.

A Rege civitas, S. Ioannis de Angelo dicta, expugnatur. Initiaque, Roſſilionis, ſucceſſivè intercipiendæ, jaciuntur.

NImis prolixum, ac tædioſum, foret, omnia illa, quibus per *Gallias* ſive *Reformati*, ſive *Calviniani*, cauſam ſuam tueri, & quiritare, cœperunt, excipere, atque hoc in proſcenium, afferre, velle. Interim, *Rex* nihiloſegniùs ꝓpoſitum urgere perrexit. Qui poſtquā nōnulla oppida, ultrò ſeſe ſubmittentia, in poteſtatē redegiſſet, circa exodium menſis *Maij*, *S. Ioannis de Angelo* dictam, civitatem coronâ cinxit, atque ſeriò oppugnavit. Præſidiarij, ſub directione *Subiſii Baronis*, per menſem, & paulò ampliùs, fortiter, factis etiam in obſeſſores irruptionibus, locum defenderunt, quoad continuis regiorum oppugnationibus, impreſſionibuſque, nec non annona deficiente, fatigati, ſpiritus, vireſque, demittere, ac languidiores effici, cœperunt. Ad *Regis* proindè clementiam confugientes, certis ſub conditionibus, locum dediderunt. Qui ſicubi per *Gallias* regiæ expeditionis ſucceſſus nunciaretur, complures, *Reformatorum* civitates, arceſque, non perfunctoriè munitæ, ultrò cervices, ſubmiſerunt, ut hicce ictus jam tùm non modicus, inter *Calvinianos* factus, videri poſſet. Interim, ex omnibus reliquis, *Mons Peſſulanus Montalbanum*, & *Roſilio*, civitates utique potentes, atque ex parte maritimę, *Rege* eatenùs poſthabito, ſuis ſeſe armis, ac viribus, tueri, ac confirmare, perrexerunt. Quare re *Rex*, præmiſſo cum exercitu *Eſpernono Duce*, *Roſſilionem* maturè coronâ cingere, commeatuſque intercludere, juſſit.

VI.

Cleracum, & Montalbanum, expugnantur porrò, Henrico, de Mayne Duce, ibidem occumbente.

FActis illis apud *Roſſilionem* præparatoriis, aliiſque ſubindè oppidis, arcibuſque, in *Regis* poteſtatem venientibus, exercitus deinceps, ſub *Duce Maynio*,

ynio,ad *Cleracum* civitatem promovit. Ea , ſub ituor tribunis *Calvinianis* , armatorum bis duo lia alebat,ut reſiſtere diutiùs *Regi* poſſe putare- .Immò,àb initiis tanto cum fervore in obſeſſo- impreſſiones fecit , ut utrinq; ſeptingēti deſide- ntur. Tandem, temporis,laborum , & pericu- um,extractione,delaſſata,victas manus , certis pactis, præbuit. *Rex* , ad inſtantias , illis igno- quidem,ſed *procuratorem regium,ſenatorem* , *paro- n*,itemque *ſutorem*,in cruces agere juſſit,mœni- civitatis complanatis,dirutiſque. Hac præeun- xpugnatione,exercitus porrò , *Ducis de Vmena* biciis , ad *Montalbanum* , fortalitium amplum, ens,viriſque,armiſque,haud perfunctoriè mu- m , perrexit. Eam civitatem mille præſidiarii, enti equites,& tria civium millia , tutabantur. idio igitur cùm magno fervore à regiis urgere- accidit , ut, multis illinc utrinque cadentibus, n *Henricus, Dux Maynius*,occumberet.

DECLARATIO NVMERORVM ÆRI INCISORVM.

ntis Albani , urbis munitiſſimæ , genuina Re- ræſentatio,& in quem modum loco illi Rex Galliarum obſeſſionem pertinaciſſimam fecerit.Menſe Auguſto An. 1621.

Iunimentum ſive Propugnaculum.
ons Griffon,ſive à Grypho denominatus.
edes Conſulis.
orta Gryphiana.
anum D. Ludovici.
Edes San-Iohannis.
uria.
emplum Novum.
aſtrum Renaldi.
Collegium.
rmamentarium.
Macellum.
cursiones & Aſſultus Ducis *de Mayene* , *inter quos mortuus occubuit.*

VII.

Parienſis,audito Maynii Ducis interitu,pa- m in Reformatos,etiam cædibus,ſævire , ac cchari,cæpit.

Vnciatâ ergò *Maynii Ducis* cæde , *Pariſina* plebs alàm efferata in *Reformatos* graſſari cœpit. Ut facto , *Charentonium* (pagus is eſt , vix quin- ab urbe paſſibus diſtans , ubi *Reformati* ſacra ebrant) excurrentes , ædem incendiis vaſta- bvioſque è *Reformatis*,prout quiſque venie- manus,cæderent,oppidòque proſternerent. ratis ità,ex interfectorum numero,quadra- ominibus,cùm neque *Dux Monbazonius* , ur- bernator , neque magiſtratus, hanc furioſò- biem compeſcere ſatagerent , quin iſti præ- n ſuburbano , ſive vico *D.Marcelli* , in ædes r *Reformatorum* impetus facerent : Tandem, â militũ manu,in tumultuantes ſic eſt anim- erſum ; ut, parte illorum in furcam ada- ctâ,cæteri ab incœpto,ac furore,de- ſiſterent,atque ád ſe re- dirent.

IIX.

Roſſilionenſes Regi terraque , marique , maſculè reſiſtunt.

INtereà *Montalbanum* tormentis , impreſſionibus, modiſque quibuslibet extremis , acerrimè infe- re *Rex* juſſit. Sed obſeſſi tàm infractis animis iſtas adverſitates exceperunt,ut,conflictu intervenien- te,è regiis *Baſſampierius*, *Dynaſta de Temines* , *Comes de Suſa*,& *Luinius*,ceciderint. Peſtis igitur contagio in exercitum graſſante,nec minùs tempeſtate auſtri- nâ,ac pluviâ, deſuper ingruente , copias quidem *Rex* ad tempus deducere juſſit,ſic tamen, ut civitas, *Tholoſam* verſus,non minùs concluderetur.

Secundùm hæc,*Roſſilionenſes* magis,magiſque,ad defenſionem neceſſaria præparare allaborarunt. Quibus,ſicut & *Reformatorum* cæteris partibus,cùm *Rex* utique promiſiſſet, nihil ſe in conſcientias eo- rum,atq; edicta , ſuprà publicata , deſignaturum, modò *Reformatorum* civitates ſub poteſtatem mi- ſiſſet,eiſdemque gubernatores , *Catholicos* dictos, impoſuiſſet,nihiloſeciùs civitas maritima regiis il- lis pollicitis,minimè acquieſcere , maximè verò id genus gubernatores ſuſpectos habere,viſa eſt.Qua de re pugnis navalibus in regios invecti aliquoties maritenùs victores extitere.

IX.

Reformati ſub Duce de Roan exercitum contra- hunt,Regique ſeſe opponunt.

FOrtuna *Regis* potentiſſ. ſiquidem ad *Montalba- num*,& *Roſſilionem*,ſubſiſtere velut videretur,in- tereà cætera *Reformatorum*,hinc indè diſperſa , mul- titudo , ſub manu *Ducis Roani* juſtum velut exerci- tum conquirere cœpit. Hic , collato cum copiis pede,ubi aliquoties ſucceſſu foret auctus , in *Picta- vienſi*,ac *Guiennenſi*,provinciis multa,more militari, inſolentiùs geſſit. Nec multò poſt *Cleracum* recu- peravit. Quo potitus vice *parochi*, in furcam acti, è duobus *Ieſuiticæ* ſectæ patribus, pariter in patibu- lum ſuffixis,uvas penſiles fieri juſſit.

X.

Rex Angliæ,pro Reformatis,intervenit.

HAc ita fremente civili per *Gallias* lanienâ , *An- gliæ Rex* per legatos,apud *Ludovicum Regem*,pro *Reformatis*, intervenire non deſtitit , an digladia- tionibus illis remedium afferre poſſet,tentaturus. Ad quam interpellationem *Galliarum Rex*,ſe diffici- lem haud fore,reſpondit,modò civitates, quas ob- tinerent illi,abſolutè ſub poteſtatem ſuam mitte- rentur. Sed , poſtquàm *Reformati* ſic nedum ac- quieſcere,nec fidem adhibere,vellent , ut etiam *S. Ioannem de Angelo* dictam, civitatem , nuper expu- gnatam,ſecuritatis ergò,repeterent : Iccircò præ- valuit *Regis* autoritas paci,ut de bello dein- ceps continuando , nihil remitte- retur.

CAP. III.

De Mansfeldii, per inſer. Palatinatum, Alſatiamque, progreſſibus.

I.

Mansfeldius Hagenoam, Alſatiæ civitatem, intercipit.

POſt aliquam intercapedinem ad *Mansfeldium* revertimur. Hic, ubi *Cordubam, Hiſpaniæ* militiæ generalem, copias in hyberna apud *Oppenhemium, Crucenacum,* aliaque oppida finitima, remiſiſſe, exploratum haberet, captatâ occaſione opportunâ, è *Germershemio* cum exercitu movit, reoccupatoque *Dideshemio* oppido, & præſidio firmato, in *Alſatiam* uſque aſſcendit. *Hagenoam* igitur educens, ejus loci homines, *Pontificiam Religionem* profitentes, juxtaque *Hebræorum* colluviem, eò uſque, impoſitis exactionibus, minis territavit. Ut pluſquàm centena *Thalerorum* millia dependerent, rati, ſeſe deinceps oneris, ac periculi, fore immunes. Sed ex transverſo res cecidit. *Mansfeldius* enim paulò poſt majoribus copiis, machiniſque tormentariis, redux, in civitatem admitti poſtulavit. Quæ, cum reſiſtendo par non eſſet, poſtulatis illis annuit. Impoſitâ igitur legione pedeſtri, & mille equeſtribus, locum confirmavit.

II.

Idem Tabernas expugnando fruſtrà fatigat.

HAgenoæ interceptione tàm facilè, & feliciter, eveniente, non modicus cæteras *Alſatiæ ſuperioris* civitates terror invaſit. Neque dubium erat, quin plures idem facturæ eſſent. Quæ opinio etiam *Mãsfeldii* mentem obſederat, cæteras civitates non admodùm futuras eſſe repugnantes. Hoc conſilio inductus, emiſſo ad *Tabernas* tympanotribâ, deditionem poſtulavit. Sed parum è voto retulit reſponſum. Itaque ex armamentario *Hagenoenſi* educto apparatu tormentario, civitatem, *Epiſcopi* ſedem, & in *Lotharingiæ* finibus poſitam, coronâ invarſit, diſpoſitiſque machinis tormentariis continuis per biduum noctuque diuque exploſionibus ſtrenuè infeſtavit, deditionem ſuâ quidem opinione impetraturus. Sed ſecus evenit. Loci enim gubernator, *Comes Salmenſis*, ità illius conatibus obluctabatur, ut hæc ſpes, ſuper deditione concepta, reinolleſceret. Nihilominùs *Mansfeldius* propoſitum, per alios inſuper duodecim dies, accerrimè urgere haud deſtitit, ut etiam ſuburbano potiretur. Sed præſidiarii, tàm ex civitate, quàm è lorica, *Auſtraſiæ* finibus obverſa, maſculam impreſſionem facientes, bonâ partem *Mansfeldiorum* ità cæciderunt, ut etiam equeſtres, atque officiales, aliquot ad plures mitterent.

Intereà cùm & hæc ſuorum jactura, & *Brumæ* inclementia, inprimis temporis, pyriique pulveris, profuſio, *Mansfeldium* afficerent, interveniente *Lotharingiæ*, ſive *Auſtraſiæ*, *Duce*, paſſus eſt inducias in decendium, ſub his conditionibus, ſanciri, niſi poſteà *Tabernenſes* centum *Philippicorum* millia penderent, fore, ut, ſub acie gladii, nulli aut ſexui, aut ætati, parceretur. Haſce inducias admisêre quidem obſeſſi. Sed cùm interim bis mille ſclopetariis, foris advenientibus, præſidiarii numerum, animoſque, augerent, *Mansfeldio*, intereà copias reducenti, nunciari curarunt, ſeſe pro tot *Philippicis* pyrii pulveris, funiculorumque, copiam comparaſſe. Rediret ergò, ſi denuò glandes, & fumum, ſclopetorum, machinarumque, pati poſſet. Cùm igitur ad ultima quæque civitatem tueri deinceps ſederet, incenſo ſuburbano, portiſque materie obſtructis, unicâ exceptâ, omnibus, in primis uxoribus, liberiſque, in *Auſtraſiam* amandatis, ſeſe in omnem denuò eventum commaſculare cœperunt.

III.

Mansfeldius, cæteras Alſatiæ civitates, Auſtriacæ ditionis, affligit.

INtellectâ *Tabernatenſium* pertinaciâ, *Mansfeldius*, diviſo in partes exercitu, per reliquam *Alſatiam* ſpoliis, ferro, atque incendiis, ità graſſari cœpit, ut *Auſtriacas* potiſſimùm civitates affligeret, ruſticanis paſſim, ſub hyemis aſperitate, palantibus, jumentiſque per ſtabula, in pagis relictis, fame intereuntibus. Undè annona iſtis ſub locis flagellari, victuſque ratio in arctum tendere, cœpit. Nec minùs *Oberntrautius Auſtriacis* pepercit, ut etiam in *Briſgoviam* penetrans. Circà *Briſacum*, atque *Enſishemium*, multa cædibus, ac rapinis, loca inundaret, ferè impunè, niſi, quod è *Daihſteina*, & *Benfeldio*, fortalitiis *Auſtriacis*, cohortes nonnullæ in *Mansfeldicos* locis opportunis irruerent, multiſque cæſis, ſpolia interciperent.

IV.

A Ferdinando II. Imp. denuò proſcribitur Mansfeldius.

ISta prædominans *Mansfeldii* libidinatio quò maturè retundi, ac coerceri, poſſet, tantùm non *Leopoldus Archidux copias* per *Alſatiam* coegit, ſed etiam *Ferdinandus Imp.* jam antea proſcriptum, *Mansfeldium*, denuò ſeveriori lege damnare, ac proſcribere, cœpit. Nuper, inquit, à prædeceſſore ſuo, *Matthia Imp.* *Erneſtum Mansfeldium*, eò, quòd contrà *Cæſarem* arma paraſſet, crimenque perduellionis apud *Bohemos* fovere, ac proferre, tentaſſet, proſcribi meruiſſe. Intereà ſpem fuiſſe, futurum, ut facti pœnitentiam emendaret, *Cæſarique*, tanquam ſupremo capiti, debitum honorem atq; obedientiam, impertiretur. Sed iſtum indies fieri audaciorem, ac deterioré, ut modò non fœdũ perduellionis crimen ſuccendere, atque è cineribus reſuſcitare, ſed apertas, & luculen-

tas, in flammas hoc incendium impellere o-
conatu ſtudeat. Nuper apud *Pragam* glorioſâ
uellium exercitus victos, fugatoſque, eſſe, ut
ipſum perduellium caput, atque dux, in exi-
ſit ejectus, pariterque, *Imperii* legibus, pro-
tus. Nihilominùs *Mansfeldium* nondum ac-
ccre. Ut novis furiis inquietatus, denuò exer-
collegerit, fideleſque *Imperii Principes*, ac *Sta-*
b variis exactionibus, ſpoliis, cædibus, atque
diis, crudeliter affligere, ac lacerare, perſeve-
Quæ cùm iſtius pertinacia, ac malitia, non niſi
e, extirpari ſuſtineat, eapropter, quò *Impera-*
toritas conſervetur, pax in *Imperium* reduca-
Principeſque, atq; *Status*, fideles, à tyrannide ejus
cari poſſint, ad omnes *Imperii* tàm *Principes*,
Reſpublicas, hoc ſpectare edictum, nempè o-
,& ſingulæ, ſuper iſtius capite, in poteſtatem
endo, ſerias ſuſciperent cogitationes, captũ-
ut interceptum, niſi antè ad *Cæſarem* eſſet re-
, minimè dimitterent. Itaque, ne quin iſtum
oſpitio excipere, nedum operâ, conſilioque,
e, auſit, ſeverâ hac lege omnibus in univerſum
dici. Ut etiam hæc pœna in univerſos, qui
m apud eum ſtipendia faciant, tàm tribunos
cæteros officiales, ac milites, cudi debeat, ni-
n, bonis in fiſcum redactis, privilegiis abro-
, uxoribuſque, ac liberis, in exilium emiſſis, o-
capite plecterentur.

V.

ſfeldius, Arcem Meydenburgicam, & Cæ-
ream, civitatem, fruſtrà tentat.

reà *Thyllius*, ſub *Palatinatu Vtzbergam* arcem,
que oppida, expugnârat, ut jam *Nicri* finibus
et. *Mansfeldius* igitur, *Hagenoa* aggeribus, ſe-
tis, loriciſque, ac gerris, eòuſque commu-
t obſidionem ferrè poſſet, in diœceſin *Spiren-*
duxit copias. Ubi cùm ab *Epiſcopatus* illius ca-
ribus ingentem pecuniarum, ac frumentorũ,
ã exprimere haud quitus eſſet, antè poſtu-
, luculentam in proximo prædam conſpica-
expugnationem *Meydenburgicæ* arcis, omnis
is indigenarum opibus locupletatæ, animum
t. Quam ubi *Lövenſteinius Comes* oppugnaret,
acriter reſtiterunt, ut *Mansfeldicis*, factis irru-
bus, damnum non vanum inferrent. Sed
dius Lutteræ, vel *Cæſareæ*, inhiabat. Cives enim,
lli benè cuperent, occaſionem intercipiendæ
tis furtim ingeſſerant. Itaque cum octingen-
manu nocte plenâ profectus, ſuburbanum
avit. Sed incaſſum etiam hic exivit conatus.
iarii enim, re compertâ, in hoſtes invecti, fe-
iſtos rejecerunt, civibus, proditionis autori-
furcam actis.

VI.

us, ab Oſtio Nicri dictum oppidum expu-
t. Sed à Dilſpergâ reiicitur.

undùm hæc, *Thillyus* propè *Vineas*, pagum ſic
ellatum, in alas *Mansfeldii* equeſtres incidit.
in bonam partem eo loci feliciter fudit, im-
entis, ſpoliiſque, cum fœnore, receptis. Hic
Nicri oſtio nomen habens, oppidum, pridie
tis agminibus, ad deditionem poſtulaſſet, tã
diu illi reſiſtere auſi ſunt, donec, loco à *Bavaricis* oc-
cupato, inquilini ſub acie gladii, exemplo *Mansfel-*
dii, aliis in locis paria facientis, perirent.

Exindè arcem *Dilsbergicã* dedi ſibi popoſcit. Cu-
jus loci gubernator, *Barthol. Schmid, Sedanenſis*, ubi
ultima quæque experiri ſtatuiſſet, *Thillio*, ut caſtra
propè admoveret, autor fuit. Nocte ſequenti, con-
vocatis legionum delectis, *Thillyus* tàm oppidum,
quàm arcem, coronâ invadere, ac diverſis locis, im-
preſſiones facere, juſſit. Sed præſidiarii, duce præfe-
cto ſuo, ità animosè reiecerunt oppugnãtes, ut, tã-
etſi pars jam murorum partibus potirentur, &
quaternis vicibus, ſuccedentibus novis identidem
manipulis, impreſſio redintegraretur, nihilominùs
ab incœpto deſiſtere, atque in caſtra retrò fugere,
tenerentur, pilis, ſclopetis, ſcalis, aliiſque id genus
armis, poſt ſe relictis.

Quò igitur ex utraque parte occiſi ſupremo af-
ficerentur ſepulturæ officio, ſuper induciis conve-
nit. Quibus exſpirantibus, *Bavari* per integrum,
diem denuò, pluſquam ducentis tormentorum i-
ctibus, arcem infeſtarunt, ſed abſque effectu. Inte-
rim, murorum parte tormentorum operâ dejectâ,
antequàm impreſſionẽ repeterent, *Bavari*, immiſ-
ſo tympanite, *Thillyus* iterùm, ſub ſalutis promiſſio-
ne, deditionem poſtulavit. Cui ſic reſpondebat loci
gubernator, ut per triduum prælii ſuſpenſionem
peteret, eandemq; conſequeretur. Dimiſſo ergò
verſus *Heydelbergam*, ac *Mannhemium*, ſacerdote, ſive
parocho ſuo, an auxilia exſpectare tàm poſſet, quàm
deberet, ſciſcitari cœpit. Quo maturrimè redeun-
te, & non tàm, auxilia præſtò futura eſſe, quàm *Fri-*
dericum Palatinum apud *Germershemium* feliciter ap-
puliſſe, referente, audacia penès obſeſſos mirificè
aucta eſt. Ut præfectus, ſuper deditione, denuò
poſtulatus, ſe inſuper triduum alterum obſidionẽ
toleraturum, regeſſerit, quo exacto alias vellet age-
re cogitationes. Quãquam ergò in eo eſſet *Thillyus*,
ut ultima foret tentaturus, nihilo ſeciùs, ubi nun-
ciaretur, & auxilia in foribus eſſe, & ipſum *Palati-*
num è *Belgio* ſuperveniſſe, collectis ſarcinulis, *Bavari*
huic oppugnationi miſſionem properè dederunt,
impedimentis, variiſque inſtrumentis militaribus,
ſparſim à tergo relictis.

Externa.

I.

De regni Neapolitani, autore Duce de Oſſuña, motibus.

DE inteſtinis *Belgii*, & *Galliæ*, colliſioni-
bus, ſuprà vidimus. Iam ad res *Neapo-*
litanas iter eſt. Cui regno cùm, nomi-
ne *Philippi III. Hiſpaniarum Regis*, *Petrus*,
Dux de Oſſuna, vicarius, per quinquen-
nium præfuiſſet, homo, inſtar *Plautiani* illius, quo
de apud *Herodianum* extat, inflatus, & ſeverus, è ni-
mia iſta impotentia animi magnum in diſcrimen
tùm univerſum propè regnum conjecit.

Qui, familiæ ſplendore, *Regi* commenda-
tus, ſic quidem illuſtri officio functus eſt, ut
modò non nobilium, civiumque, in ſe o-
dia concitaret, ſed etiam cum finitimis *Regibus*,
præ-

præſertim *Venetorum* ac *Republica*, ſimultates foveret, etiam in *Philippertum*, *Caroli Emanuelis Sabaudiæ Ducis*, filium (cujus mater *Regis* erat germana) ut fama ferebat, inſurgens. Ubi ergò equeſtribus *Neapolitanis* ſimultate inveteratâ cum plebe haud conveniret, hic, in rem ſuam, populi auſis favere, ex adverſo *dynaſtis* atque *equeſtribus*, contrarius eſſe, cœpit. Quo effecit, ut magna *Procerum* pars, urbe excedens, in agris, ac prædiis, viveret.

Extractâ hac equeſtrium in tempus benè longũ diffidentiâ, concurrentibus difficultatib. aliis haud inferioribus, viſum eſt vicarii regia impotentiâ oppreſſis, id genus ſuper regni inteſtinis diſſidiis, atque anguſtiis, apud *Regem Catholicum*, quiritare. Emiſſo igitur clàm, ut putabant, *Laurentio Brunduſio*, *Monacho Capucino*, *Regis* animum eò querelis inflectere tentabant, quò, elapſo *Vicariatus* triennio, *Rex* alium, & tractabilem magis, mittere, eoque nomine afflictis regni ſubditis ſolatium afferret. Re per indices compertâ, *Dux*, ope agnatorum ac familiarium, eò uſque *Monachi* conatibus obſtitiſſe notatus eſt, ut, apud aulam *Hiſpanicam*, ne in *Regis* conſpectum veniret, illi aditus præoccuparentur. Per potentiores igitur *Monacho* repreſſo, ac, non ſine toxici ſuſpicione, lethalem in ægritudinem incidente, cum ſupremum ſibi diem illuxiſſe videret, antequã ſpiritum redderet, invitatis ad ſe conſiliariis regiis, rem omnem ab ovo, ſicut ajunt, detexit, *Regemque*, niſi maturrimè tantis odiis, ac difficultatibus, mederetur, regnum tricas in ingentes conjecturum, prædixit. Qua ſpe, ſuper morte *Monachi*, fruſtrati *Neapolitani*, porrò *Io. Franciſcum Spinellum*, gente nobilem, ſubactique ingenii, hominem, ſecundâ vice *Madritum* dimiſerunt. Qui *Regi* querelas ſubditorum, in dies augeſcentes, pro ſingulari ſuâ prudentiâ, intimaret. Hujus curſum poſtea quàm *Dux* non omninò impedire quitus eſſet, nihilominùs, per ſuæ factionis homines, omnia *Regi* contraria, & quàm indignè à *Neapolitanis* traduceretur, perſuadere, laboravit. Omninoque hoc præcavere omni diligentiâ ſtuduit, ne vicariatus, ac potentia regia, ſibi eriperetur. *Rex*, accitis conſiliariis, tametſi non ambas ilicet aures accuſatoribus præberet, ſed ſuſpicionem etiam contrà *Ducem* militare, ſapienter judicaret, quò remedium tanto malo citũ, tutum, ac jucundum, juxtà canones *Medicorum*, afferret, *Caſparem Borgiam*, tùm apud aulam *Romanam Cardinalem*, eundemque illuſtri familiâ natum, & in proximo conſtitutum, regni illius *Vicarium* nominavit.

II.

Caſpar Borgia, Cardinalis, à Rege Neapolitanis præficitur.

ACcepto hoc nuncio, mirum, quàm exultare cœperint *Parthenopolitani*, ex adverſo *Duce de Oſſuna* triſti, confuſoque. Ubi igitur jam *Cardinalis à Rege* codicillis regiis evocatus, atq; inſtructus, in eo eſſet, ut quantò ociùs *Neapolim* iter pararet, *Dux*, miſſis in *Hiſpanias* diverſis litteris, remis, veliſque, ne potentatus ſibi abrogaretur, impedire ſtuduit. Inter cætera, cauſſatus, neque *Regi Catholico*, multò minus huic regno, expedire, ut, infeſtantibus archipyratis, ac *Turcis*, homo eccleſiaſticus, in umbra poti⁹, & litterarum cavea, quàm in foro, atque armis, innutritus, & quidem tàm difficili tempore, præfice-retur, Tùm *Cardinalis* nomen huic inſtituto, hui[c] præfecturæ, minimè idoneum eſſe, adjecit. Quàm enim ejus dignitatis homines *Pontificis* rebus impé-sè ſtudeant, *Pontifex* verò aliâs neſcio quid ſuper re-gno *Neapolitano* prætenſionis fovere comperiatur hoc neque *Regi*, neque conſiliariis regiis, quàm in-conveniens ſit futurum, obſcurum eſſe poſſe. Vi-deret ergò *Rex*, an operæ pretium faceret.

Intereà, ad *Borgiam Cardinalem*, aliud animo ver-ſans, aliud vultu præ ſe ferens, ſic dedit. Se quiden paratum eſſe *Borgiæ* ſine mora regni præfecturan cedere. Nihilominꝰ rem ſeriam interveniſſe, ſupe qua per curſores *Rex* foret erudiendus. Tantiſperi gitur *Borgia* hanc moram patienter ferret, quoad *Rege* tuliſſet reſponſum. Secundùm hæc, tàm apu *Regem* potentatus prorogationem, decretique re tractationem, urgere perrexit. Ut etiam amicos *Ro mæ* imploraret, qui *Borgiæ* hunc animum, hoc ſuc cedendi, ſtudium, diſſuaderent, atque excuterent Idem ſuperiori tempore cum *Duce Albano*, *Belgii* gu bernatore, uſuveniſſe, muſſitabat, nempè ſucceſſo rem, à *Rege* deſignatum, magnâ, ac ſupinâ, iſtum cõ fidentiâ tum rejeciſſe, ſibique de facto gubernatio nem uſurpaſſe, ac retinuiſſe.

III.

Dux Oſſunæ, variis excitatis motibus, res nova agit.

CÆterùm, quò magis *Neapolitani* adventum *Bor giæ* ſolicitarent, eò magis *Dux Oſſunanus* oppid repugnavit. Cùm igitur vulgi favorem, præmiis pretioque, & ad tempus præſens præparatis ſermo nibus, emercatus eſſet, conquiſitis, qui plebis ani mos ſibi conciliarent, complicibus, nimirum *Iuli Genuino, ac Ioanne Coſta*, eò proceſſit impotentis au daciæ, ut res novas agere, & tantùm non regiam ty rannidem affectare, videretur. Præparatis igitu plebis animis, in concionem progreſſus, ità, diſſi mulatâ calliditate, perorare cœpit: Multis, uſqu magnis, inquit, populum à ſe beneficiis antè affe ctum eſſe. Plura, & evidentiora, illis conferenda ſupereſſe. Eâ de re, cùm præclarè de illis promeri tus ſit, æquum eſſe, dignitatem ut ſuam, quam ini mici tentarent evertere, omnibus, quod dicitu copiis aſſererent, & vindicarent. Hoc tàm ſalutar quàm *Regis* rebus utile, futurum eſſe. Quod enin regni præfecturâ abire juſſus eſſet, hoc tàm inſidiis quàm odiis, inimicorum, utique qui honoribu ſuis inviderent, conflatum eſſe. Ut igitur facino roſi animi verſutias iſti tegerent, excogitaſſe calu mnias, ac convitia, quib. apud *Regem* innocentian ſuam traducerent. Sic, dùm apud omnes, immorta lem nominis gloriam, atque honorem, paratum ſi bi prævidiſſet, è diametro benevolentiam in odi commutatam eſſe, immeritò intelligere. Hæ cùm, ad populum præfatus, ſub vectigalium, alio rumque onerum, relaxatione, plura, deinceps ela gienda, promiſiſſet, multitudo eam in ſpem atque aviditatem, erecta eſt, ut conſervandum *Duci* imperium, ac vicaritatum, eſſe, ingentibus ſuffragiis ſucclamarent.

IV. Du

IV.

x Oſſunanus,conciliata multitudine,coactiſq; populi globis,multis per complices patratis cædibus,omnia perturbat.

[H]Oc vulgi applauſu efferatus *Dux*,undiq; per urbem conquiſitis conjuratorum manipulis, ntino terrore omnia implevit. Ut per *Genuinũ*, *oſtam*,conjurationis capita, atq; anteſignanos, edes,& cruorem, res deſpumaret; omnibus, bus aut res domi lauta,aut opinio, *Ducis* inſtitu- dverſa,eſſet,hoſtium loco, exceptis. E quibus *Coſta*; ſub publico urbi conſpectu, *Religioſum* ndam, ab aris extrà templi fores protractum, li injectâ manu laniaret,atq; trucidaret, tan- ronis interveniente atrocitate,ut jam animam is,ut canit *Tragicus*,in labiis gerenti, ſacerdo- que,qui à peccatis moribundum expiaret, fla- nti,hoc ultimum officium pernegaret, *Duce* o- impunè,ac licenter,permittente; equeſtres, num ſibi,ſuiſque periculum imminere; arbi- *Borgiæ* opem,atque adventum, enixiſſimè de- ri perſtitêre.

V.

inal. Borgia Tibur,ac Caietam,deſcendit.

actus procerum,equeſtriumque, *Neapolitano- m* aſſiduis precibus *Borgia*,*Roma* abſq; ſtrepitu ſit,primumque *Tibur*, poſt *Caietam*,perrexit. è loco *Cardinalis* emiſſis litteris, humaniſſimè is,demulcere *Ducem* conabatur. Sed iſte exa- um,ſcopuli inſtar,animum oſtendens, tan- on omnem *Borgiæ* negabat honorem, immò, is dictis,ſcriptiſque,illius fidem deferret, in- it.Inprimis verò multitudini magnâ voce in- it,nihil ſibi cum *Borgia* negotii eſſe, guber- em regni ad ſe pertinere,ad ſe *Regis* edicta di- In horas porrò exſpectare regias ſe litteras; s ipſi potentatus confirmetur. Utcunque au- ea caderet, intrà ſex menſium intervallum, e magno *Regis* incommodo, regno,ac præfe- bire ſe haud quidem ſuſtinere. Ut etiam, ſi cus accidat,armis ſe tueri velit. Hoc ſub di- e diutiùs apud *Caietam* attinebatur *Borgia*. ,ut propiùs ad urbem accederet, *Neapolitani* bis votis urgere haud defatigabantur.

VI.

,in Prochytam inſulam, Neapolitanis vi- m,defertur, Duce Oſſunano omnia inſi- ,ac cædibus,miſcente.

ndè in *Prochytam* inſulam, urbi proximam, em perrexit. Utque *Oſſunanus* hãc ejus præ- amicè ferret, ipſum ſpecioſo inducto co- care aggreſſus eſt. *Oſſunanus* igitur rem ſibi ulo,in foribus exiſtente, eſſe, intelligens, ardua,animis agitavit. Exercitum,quem in expedire debuerat,ſecum retinebat. Ut et- aſtula exoneraret,mancipiiſque, ad trire- natis,miſſionem daret, utiq; operâ iſtorũ n jam tùm uſurus. In multitudinem dehinc, pecuniis ante corruptam, denuò progreſſus,auri, argentique,illis copiam,omniaque,quibus tentari ſolet humana cupiditas,affatim atq; uberrimè, pmiſit,adjectis his inflammantibus dictis, ſe futurũ illis, ſi ſinerent, protectorem fideliſſimum, ut ab homine eccleſiaſtico, eodemque ignavo, ac tanto faſtigio indigno, nihil præclari ipſis exſpectandum veniat. His, ad præſens tempus fictis, accommodatiſque, perſuaſionibus, id oppidò conſequebatur, ut ingens turba in verba ejus juraret,& tanquam legitimi gladiatores, domino corpora,animaſque,religioſiſſimè addiceret. Inter hæc tàm *Genuinus*,quàm *Coſta*, conjurationis ductores, manipulis armatorum per urbem incedentes,omnia furiis, tumultibus,latrociniis, cædibuſque,implebant.

VII.

Borgia,de conſilii collateralis regni,ità dicti, ſententia,in urbem, abſque tumultu venit,militum præfectis in eius partes deſcendentibus.

QVæ,ſi quidem diutiùs, abſq; regni everſione, tolerari vix poſſent; *conſilium* regni ſupremũ, *Collaterale* dictum,quo,juxtà *Ducem*, graviſſima regni negotia judicantur,in partes intervenit,miſſiſque ad *Cardinalem* proceribus ſapientiſſimis,de mediis,quibus à ruina ſe præſervare ſatagerent, deliberare juſſit. Quibus ultrò citròque poſitis calculis, inprimis *Cardinali* vocationem legitimam, voluntatemque æquam,conteſtante,tandem hãc in ſententiam concluſum eſt. Nempè *Proceres conſilii* illi9, magiſtratuſq; *Neapolitanus*,quantùm ejus fieri poſſit,ſine ſtrepitu,apud *Inſulam* convenientes, in *Borgiæ*,jam regii gubernatoris in eum collatâ poteſtate,verba jurarent,eũdemq; *Procerum* ſuffragiis ſurrogatum,furtim in urbem admitterent, præfectorum militarium animis antè in rem *Borgiæ* inclinatis. Hæc res tametſi nova, & periculo haud vacatura,videretur, ſucceſſum minimè fruſtrata eſt. Ubi igitur *Cardinalis* litteras ſacras, ſive regias, coràm exhibuiſſet, illicò *Proceres* gubernationem regni illi unanimiter confirmarunt. Reſtabat hoc ſolũ,ut,abſq; tumultu,in urbem,&quidem aſſumpto miniſtrantium habitu,*Cardinalis*, tanquàm in poſſeſſionem,veniret. Quid fit? Dùm hæc ſub ſilentio, pluſquàm *Pythagorico*,peraguntur,*Dux Oſſunanus* omnia ſuſpecta habens,omnia,tyranni more, dùm ab omnibus timetur, metuens, legatos præmiſit, qui apud *Inſulam* demorarentur *Cardinalem*, profectionem ejus pro viribus extracturi. Interim,*Cardinalis* habitu ſuo illuſtri in miniſtratorem collato, illius verò ſibi recpto, tanquam apud *Inſulares* adhuc ſubſiſteret *Borgia*,in urbem,cum paucis, iiſque fideliſſimis,ſeſe immiſit,privato tantiſper domicilio exceptus. Intereà *Ducis* legati, tanquam præſente,at negotiis diſtracto,*Cardinali*,apud *Inſulam* pernoctare coguntur,rerum omnium,quę cum *Borgia* agebantur,ignari. Ità *Borgia*,cum intrà urbem jam eſſet, aſſcitis rhedis in *Arcem* eâ veſperâ invehitur, præfectis prætorianorum, eliorumque militum, reliquas urbis arces cuſtodientium, in *Borgiæ* partes ultrò tranſeuntibus.

IIX. Bor-

IIX.

Borgia, civitate Neapolitana, & rerum potiente, Dux Oſſunanus confunditur, complicibus eius fuga ſibi conſulentibus.

ALbeſcente die ab omnibus urbis caſtellis, tormentorum exploſione, velut triumphari cœptum eſt. Quo, quid ſignificaretur, *Duce* haud ignorante, triſtis, & confuſus, exclamavit, nihil potiùs ſibi, & quidē viro militari, dolere, quàm quòd homo clericus, atque umbraticus, ingenti dolo impoſuiſſet. Re ergò omni innoteſcente, ſolennes *DEO* ſupplicationes, gratiarumque actiones, decretæ ſunt. Ut juxtà in *Cardinalis* quoque laudes deſcēderetur. Cives igitur, exſpirante curarum æſtu, ad ſe poſtliminiò redeuntes, expulsâ animis acerbâ triſtitiâ, ingenti cum metu conjunctâ, læſos rurſus explicare cœperunt vultus. Interim *Genuinus* & *Coſta*, fugâ dilapſi ſunt. *Coſta* verò, in obſervatorum manus incidens, cùm reſiſtere auſus foret, vulneribus uſque ad mortem oppreſſus eſt. In cujus ædibus ingens auri, atque armorum, vis reperta. *Dux Oſſunanus* verò, ab adventu *Borgiæ*, curis confectus, in *Hiſpaniam* diſceſſit. Ubi cùm adverſus *Borgiam* legibus experiretur, *Rex* autem ſuper re omni accuratè inquirere juſſiſſet, *Borgiam*, tāquam litis partem, intereà perſonam & *Iudicis* apud *Neapolitanos*, & accuſati, ſimul ferre malè poſſe, ſtatutum eſt. Itaque *Zappata Cardinalis*, in locum *Borgiæ*, ſuffectus eſt. *Ducis Oſſunani* cauſsâ tandem, poſt exactas ventilationes, inventâ ſonticâ, ità, ut, ab exceſſu *Philippi III. Regis*, in cuſtodiam conjici promeruerit.

CAP. IV.

De Friderici Palatini in Palatinatum adventu, prorſus inexſpectato.

I.

Fridericus Palatinus, antequam veniret in patriam, ad Principes, Statuſque Imperii Proteſtantes, litteras præmiſit.

REbus per *Palatinatum* ad incitas, quod dicitur, nunc *Bavaris*, nunc *Hiſpanis*, rerum potiuntibus, redactis, cùm unica ferè ſub *Mansfeldio* ſpes reſidua appareret, ecce! *Friderico Palatino* in mentem venit, ſub habitu ignoto, in *Palatinatum* redire, an fortè, imminente graviori *Electoratus* alienatione, atq; everſione, ditiones patrimoniales vindicare poſſet. Itaque antequam ad iter ſeſe accingeret, ad *Principes*, *Statuſque Imperii Proteſtantes*, ſequentes præmiſit codicillos. Nullum, inquit, ſe dubitare, quin omnes adhuc commo
meminiſſent, quibus machinationibus à ſeculo,
quod excurrit, in *Principes Evangelicos* dictos, itu
ſit. Ut ſumma cum fide, atque integritate, ab *Elect*
rali, Palatina familia iſtis ſemper adverſari, ac re
ſti, contigerit, *Patre, Avo, Proavoque* ſuo, pro conſ
vatione pacis religioſæ, multis cum ſudoribus pa
tæ, nihil non operæ impendentibus, prout *Impe*
acta fidem facerent. Eorum veſtigia, laude dign
ſe quoque calcaſſe. Ut, à primo aditi regiminis
mine, nihil ad divini honoris, publicique comm
di, promotionem, exulante quoviſcunq; reſpec
alio, reliqui fecerit. Indè eſſe, ut *Electoralis* hæc hu
uſque familia multorum odiis fuiſſet expoſita,
que dùm ſupervenientibus motibus *Bohemicis* lib
ram ad ſe delatam regni electionem admittens,
ſedem vacantem veniſſet, non quidem regnar
cupiditate, ſed ut conſcientiis, ſub jugo *Clericor*
gementibus, medelam afferret, animo, graviuſq
diſcrimen amoliretur. Præſertim hanc *Bohemor*
afflictionem, & cauſſam, *Principibus Imperii* co
munem & eſſe, & ad omnes pertinere, aſſevera
tibus.

Quanquam autem hoc ipſo facto, dùm *Bohe*
acceſſit, invidiam uſque ad ſummum auxerit, di
publicis codicillis ſibi objectum eſſet, tanquā h
nomine *Turco Imperii* hujus fores aperiret, omn
que in prædas barbaris exponeret: nihilomin
calumnias has differri, quibus immeritò tradu
retur, unumquemque bonæ mentis facilè perſ
cturum eſſe. Modò ipſe decenter audiretur, his
iſtis calumniis ſe ex aſſe ilicet ſatisfacturum. Dù
enim eò conſilia ſua, tanquam in ſcopum, direx
ſet, nempe, ut *Imperio*, libertas ſua conſervaret
tùm abſoluta dominandi libidinatio retunderet
illis ſalutaribus intentionibus ſuis poſtpoſitis,
verſam partem omnes actiones, deliberationcl
ſuas, tanquam noxias, immeritò damnaſſe, alien
que ſenſum, nunquam ſibi præcogitatum, affinx
ſe. Quòd enim leges *Imperii* fundamentales p
vita, animaque, *Imperii*, habuiſſet ſemper, illiſq
ſecundùm *DEUM*, omnia poſtpoſuiſſet, falſum e
quod invidia garriat, maximè cum *Principes* ext
nei abſolutum quorundam per *Imperium* domi
tum jam pridem haberent ſuſpectum.

De *Turcis* quod ſibi obiiceretur, nugas eſſe. E
enim tabulas, quibus legati *Byzantium* dimiſſi
rent, in adverſariorum manibus. Ex illis nihil
quere aliud, niſi hoc, eò tùm collimatum eſſe, q
conturbatis *Imperii* rebus propemodùm omnib
cum *Turcis*, ne inſuper has provincias, tàm opp
tunâ ſibi tēpeſtate, tentarēt, lege fœderis, tranſig
retur. Quàm multa enim, ſub belli *Turcici* prætex
Principibus Evangelicis diſcrimina objecta ſint,
propatulo eſſe, ut jam apud *Polonos* recens exem
proſtet. Interim, ne curioſiùs ſeſe excuſando ja
moleſtus exiſtat, hanc refutationem uberior
cōmodius in tempus ſe reſervare. Hoc ſolùm ja
ſe palàm profiteri, nunquam actiones ſuas ità fu
comparatas, ut furtim, ac ſub pudore, quicqu
etentârit. Poſtquàm enim *Bohemia* in regnum
niſſet, nunquam non *Imperatori* & legum, & pa
media, juxtaq; obedientiam debitam, detuliſſe,
etiam coram tàm *Imperii Electoribus*, ac *Principib*
quàm *Regibus* exteris, ſemper hanc in ſententi
pedibus iverit, quicquid, pro pace reducenda, ſal
hono

nore,conſcientiaque,admittere poſſibile foret,
c ſe omne ordine facturum. Nunquam à ſe ha-
nùs,rectè,atque ex legum præſcripto, auditum
:.Immeritò itaq; prorſus damnari, ut eò minùs,
que tàm cauſſæ cognitione, quàm citatione,
ſcribendus veniat. Quò autem provinciis pa-
nònialibus, ſicut diu quidem conſilium iſthoc
ricari contigiſſet, opportuniùs ſpoliari poſſet,
iones hoſtium,nimis calidas,ab executione ini-
cepiſſe. Proceſſu igitur formali nullo præeun-
tiam executionem eſſe irritam. Eam, cùm abſ-
Imperii comitiis,omniumque *Electorum*, *Princi-*
ique,ſuffragiis,præpoſterè ſit decreta, ideoque
vo ſuo deſtitui. Multas id genus *Principum*, *Ordi-*
ique,cauſſas,conditionis,ac ponderis, longè in-
oris, aliâs ad publicas *Imperii* conventus reiici
tigiſſe. Ut etiam illi, quibus executionis pro-
us demandari cœpit, huic oneri humeros ſub-
ere optimâ ratione poſſint, niſi emolumento,
nmodiſque privatis, velificari malint. Ejuſmodi
,agnati ſui, *Bavariæ Ducis*, proceſſum. Eum enim,
erſus leges, divinas, humanaſque, contraque
ſactionem, *Vlmenſem*, atque ſemetipſum, dùm
d è diametro eſſet pollicitus, jam *Principatum*
n in poteſtatem redigere. Id ne ſic eveniret,ma-
que malo adderetur, hactenùs *Regum*, *Principũ*
interceſſiones interveniſſe, ſed fruſtrà. Immò,
io ſolicitante, jam *Imperatorem* in inducias con-
ſſe, jam *Mansfeldium* militem è finibus *Bohemicis*
uxiſſe, ſed *Bavarum* unicè reſtitiſſe, *Bavarum* ſu-
orem *Palatinatum*, contrà exſpectationẽ, quan-
ciùs occupaſſe. Pari ferè prævaricatione, in-
is poſthabitis, *Cordubam*, *Hiſpanæ* militiæ, præ-
um, *Intuergos*, partemque *Palatinatus* etiam *in-*
ris, intercepiſſe. Dùm igitur neceſſariam pro
itis, extremè afflictis, vel defenſionem pararet,
n eò uſque invidiam eſſe auctam, ut juris quo-
naturalis indulgentia, omnibus aliâs commu-
bi eriperetur, fraudique eſſet. Hoc nomine
in viſcera ſua, ſubditos nimirum, immò *Fran-*
lenſem civitatem, conjugis utique ſuæ, poſt
nariti, futuram ſedem, furor hoſticus exiret,
reliquũ ſibi eſſe, niſi ut, ſuper infortuniis ſuis,
idem gemere, ac ſuſpiria ducere, integrum, ac
iſſum, foret. Quibus cancellis, ſanè extremis,
adverſariis vellet concludi, ſi ad extrema pa-
ac deſperata, conſilia, hac ſub neceſſitate, adi-
ur, mirum non eſſe. Si maximè tribuni ſui
ſſent, more militari, de hoc ſibi intimandum
.làm, quòd tàm *Iâgerndorfio*, quàm *Mansfeldio*,
ndatis dediſſet, ut per *Bohemiam*, provinciaſq;
ederatas, operam ſibi navarent, hoc ſibi deni-
antoperè vitiò vertendum eſſe neutiquam.
enim illum, qui quidem, quà patrimonium
quà regnum foris debitum, utrumque armis,
blatum, reſtitutionem, lege talionis, quærit,
am ſive injuſtum, ſive injurium, appellitet?
os igitur, qui intempeſtivè clamarent, pacem
iendam *Imperio* eſſe, nihil agere aliud, niſi a-
n provinciarum acceſſione, ac commodis, ut
letentur. Si maximè bellum apud *Bohemos*
n eſſet, hoc ob particularem *Archiducum* cauſ-
ac prætenſionem, intrà *Bohemiæ* fines fini-
uiſſe. Quo reſpectu haud quidem fuiſſet
ut *Imperii Electores*, ac *Principes*, huic contro-

verſiæ accederent, ut, ſi de æquitate cauſſæ diſpiciendum fuiſſet, utrum nempè electa regni *Bohemiæ* electiva, an hæreditaria, foret, potiùs ſub univerſali, atque œcumenico, totius *Imperii* conventu, anteà, præeunte pleniſſima cauſſæ cognitione, cõmunibus ſuffragiis deliberari, diiudicarique, debuerit. Hoc nullo modo, pro lege, atque more *Imperii* ſolenni, factum eſſe. Potiùs pacta, ac conventa, interveniſſe clancularia, quibus ſub iſta data occaſione æmulis abuti fuiſſet integrum. Iam ex incendio *Bohemico* raptos eſſe titiones, qui, paſſim in cæteras *Imperii* provincias projecti, flammas propagârint, omniaque prædis expoſuerint. Quò igitur hoſtilibus id genus actionibus color quæreretur, ſuperinductam eſſe proſcriptionem, qualis tàdem poſt principia emerſiſſet. Quàm diu ſanctio bullæ *Carolinæ* locum habuiſſet, quàm diu conſtitutiones *Imperii*, legeſque fundamentales, viguiſſent, à tàm ſtupendo, atque immenſo, intervallo par exemplum auditum, obſervatumque, non eſſe. Ut tantò minùs in *Imperii Electorem*, qui hactenùs ad jus, legeſque, provocârit, idemque etiam nunc faxit, in communis patriæ interitum, ſævitum ſit. Iſtis enormitatibus tanquam cumulum accedere, ut etiam *Principes*, ac *Dynaſtæ*, immò viduæ, ac pupilli, quibus cum rebus *Bohemicis* nihil eſt negotii, ſub eadem hac cauſſa, paſſi ſint. Inprimis verò notatu dignum uſuvenire, ut fratri germano ſuo, utique, quà ætatem, minorenni, ac prorſus inſonti, provincia hæreditaria interciperetur. Cui neque cum *Bohemis* quicquam eſſet neceſſitudinis, ut etiam, præeunte ore *Cæſaris*, à reatu jam pridem fuerit abſolutus, atque indemnis renunciatus.

Ex his nunc, cæteriſque omnibus, meridianâ luce clariùs pateſcere, nihil aliud æmulos machinari, niſi ut primus, & ſecularis, *Electoratus* deficiat, ſubque manus *Pontificiorum* mittatur. Iam tùm miſſam *Pontificiam* à *Bavaro* in plurima *Palatinatus* loca eſſe ſuperinductam. Neque reſtare aliud, quàm ut, juxtà *Tridentini* iſtius *Concilii* decretum, per omnè *Imperium* idem fiat. Quodſi enim hæc via, hic procedendi modus, deinceps invaleſcat, neminem *Principum*, *Ordinumque*, de ſuo poſſe eſſe ſecurum, præſertim cùm neque penès *Cæſarem* ſit ampliùs, pacta, atque promiſſa, ſervare, ut potiùs, ex aliorum arbitrio dependendum ſit, neque ullus contractus, aut lex, vinculumque, tàm firmum eſſe ſuſtineat, quod non ſive *Ratio ſtatus*, ſive *belli*, oppidò infringere, ac perrumpere, poſſit. Vſque adeò *Imperatorem* amplius haud imperare, ut ad alienum arbitrium, inſtar arundinis, flecti debeat. Hoc è *Digbii* expeditione eſſe evidens, ut interiori omninò conſideratione maximè condignum uſuveniat.

Proindè ipſam neceſſitatem flagitare, *Principes*, atque *Status*, *Proteſtantes*, maturè vires mutuas conjungerent, iſtique velut hydræ, niſi omnium potiùs jacturam facere cupiant, communi, ac deditâ, operâ ſeſe opponerent. In eò igitur rem eſſe, ut tantùm non prudenter hoc ſuper diſcrimine deliberare, ſed etiam *Saxoniæ Electorem* exorare, atque in partes adducere, debeant, quò ſic novis, atque inſolitis, id genus proceſſibus remedium inveniri, tùm ſibi ablatum patrimonium reſti-

tui, quitum ſit. Quodſi denique nulla ſive compoſitionis, ſive pacis, juriſque, ratio locum habeat, conſilio, atque operâ, ſuccurrerent, quò *Religionis* libertas, tanto cum ſanguine, ac labore, obtenta, ab interitu, atque occaſu, vindicari poſſit.

II.

Ejuſdem ad Imperii Principes Proteſtantes intimatio altera.

HAnc epiſtolam ubi dimiſiſſet *Palatinus*, mox alteram, inſtar poſtſcripti alicuius, ſuperaddidit, quæ talis fuit: *Bavarum* addit, potiorem *Palatinatus* partem ſub titulos, ac leges, vocaſſe. Ut jam *Thillyus*, copiis cum *Hiſpanicis* legionibus conjunctis, *Heydelbergæ*, ſedi utique *Electorali*, immineat, obſidendi animo. E *Cæſaris* ad *Digbium*, & *Infantem Hiſpanicam*, datis, litteris, eos haud perfunctoriè intelligere, quæ nam in medio agitentur conſilia, & quò ſub colore omnia perverti accidat. Quàm ſtudioſè, atque unicè, ſuper *Electoratus* translatione, rationes inirentur, illud è codicillis, *Cæſaris* manibus ſubſignatis, & à ſe interceptis, liquidum emergere. Ut huncce bolum *Bavarus* certò exſpectet. Nihilominùs ſpem eſſe, *DEUM*, utique qui ratione prorſus admirandâ has machinas, has, in ſe cuſas, injurias, patefeciſſet, pro infinitâ ſuâ miſericordiâ, facturum, hoc ut inſtitutum fine, atque effectu, ſuo deſtitui debeat. Interim, hoc ſe denuò corrogare, vellent hanc rem paulò altiùs ad animos dimittere, petitis ſuis, anteà à ſe factis, locum dare, adeóque, defenſionis igitur, vires ſuas ſecum conferre.

III.

Frid. Palatinus, è Belgio in Palatinatum redit.

PRæmiſſis illis ad *Principes* præliminaribus, *Fridericus Palatinus* è *Belgio* in patriam excurrere decrevit. Aſſumptis proindè *Michalovitio*, dynaſta *Bohemo*, & mercatore *Argentinate*, itineris comitibus, fortunam tentare, atque ſub privati, atque incogniti, hominis habitu, ſicut *Ulyſſes* in *Ithacam* ſuam ab *Homero* reverſus eſſe ſcribitur, in viam ſeſe dedit, mari-tenus, non abſque periculo, tridui ſpatio, in *Gallias* delatus. *Pariſios* indè tranſiens, *Galliarum Regem*, inter ſpectatores admiſſus, publicè prandentem vidit. Per *Auſtraſiam* delatus, ubi apud diverſitorem pernoctâret, ferût, hoſpitam accuratius in faciem *Palatini* intuentem, illamque cum picturâ, quâ repræſentabatur, forte tùm obviâ, conferentem, exclamaſſe: Et tu verò *Palatinus* eras. Neque multùm, quin perſona ipſi detraheretur, abfuit. Ut, pernegatione iteratâ, neſcire ſe, quid dicat mulier, caſſes, ac retia hæc, tùm evaſerit. Neque inferius eundem periculum, ubi *Alſatiæ* partes attigiſſet, excepit. Sub publico enim itidem diverſorio, in duodecim gregarios milites, *Archiduci Leopoldo* ſtipendia facientes, incidens, evitare non potuit, quin apud cœnam multa, in ſe *Palatinum* jactata, dicteria concoqueret, tùm iſtis ſaluti hoſtium; ut mos fert; poculis litan[...] bus, ex æquo reſpondere teneretur. Indè verò n[...] cte plenâ diſcedens per circuitus in *Ducatum B[...] pontinum* pervenit. Nec priùs, quis eſſet; detexi[...] donec *Landaviam* delatus eſt, civitatem ad *Vogeſu[...]* montem, propter *Rhenum*, ſitam; quam tùm *Geo[...] gius Ludovicus*, *Comes Lövenſteinius*, *Mansfeldicaru[...]* partium, præſidio firmatam, attinebat.

Ubi ergò, verâ redeunte facie, poſt minium i[...] lum, ſeſe *Palatinum* profeſſus eſt, *Lövenſteinius* illi[...] ad *Mansfeldium* hanc rem per curſores detulit. magno cum applauſu, pridie *Id. Aprilis* adventa[...] tem *Germersheimium* excepit *Palatinum*, dominu[...] ſuum. Ut tùm legatum *Hiſpanicum*, ſuper miſſi[...] ne militis, cum *Mansfeldio* agentem, dimitte[...] nollet. *Palatinus* igitur nihil prius habuit, quà[...] ut legatum, menſæ adhibitum, hilari fronte h[...] in verba alloqueretur: Veniſſe illum, ajebat, [...] fortè, fideliſſimum ſibi, *Mansfeldium* promiſ[...] lactare, atque abalienare, poſſet. Sed diuti[...] ſibi hujus *Mansfeldii* operâ opus eſſe. Nunc eni[...] ſe, emenſo periculoſo itinere, adeſſe, ut afflicta[...] patriam, contrà leges tàm divinas, quàm hum[...] nas, vi interceptam, *DEI* auxilio, aſſerat, atque vi[...] dicet. Quo quidem accepto reſponſo, legatus pr[...] perè diſceſſit.

IV.

Promiſſiones ab Hiſpanis factæ Mansfeldio.

NEque inopportunum fuerit, promiſſiones i[...] las, quibus de ab *Hiſpanis* cum *Mansfeldio* ag[...] batur, hîc interjungere. Quas *Sereniſſima Hiſpa[...] niarum Infans* apud *Bruxellas* confirmatura diceba[...] tur. Nempè, ſi *Mansfeldius Palatino* nuncium mi[...] teret, militemque traderet, civitatem, ac præf[...] cturam, *Haganoenſem*, tanquam feudum], ad hær[...] des tranſiens, deinceps poſſideret. Si illiberis d[...] cederet, conjux eâ conceſſione ad dies vitæ pot[...] retur. Idem *Imperii Princeps* renunciaretur. A[...] eundem proventus, ac reditus, *Uranii Princip[...]* poſſeſſionum, fiſco addictarum, redirent. Qu[...] ſi, pace interveniente, ad priſtinum redire d[...] minum contingat, *Mansfeldio* hic defectus, ſub ce[...] ta pecuniæ ſumma, reſarciretur. Eidem por[...] expenſæ, in decem equeſtrium, & quadragint[...] peditum, millia, factæ, redderentur. Secu[...] dùm hæc intrà ſex hebdomadarum ſpatium, pr[...] ſente pecunia centum millia *Ferdinandorum*, (*Th[...] leros* vocant) centum millia *Ducatorum*, & cen[...] tum millia *Coronatorum*, præſtò numerarentu[...] Superpondii loco, titulus *Mareſchalli* militaris a[...] *Infante Hiſpaniarum*, unà cum duodecim *coronatoru[...]* millibus, in ſingulos menſes numerandis ipſi con[...] ferretur, hac ſub lege, ut neminem ſub militia *Hi[...] ſpanica*, excepto *Spinola Marchione*, priorem reco[...] gnoſcere debeat. Nihilominùs his illis monti[...] bus aureis, divitiiſque, atque promiſſis, ingen[...] tibus, *Mansfeldius* fidem, *Palatino* datam, rebus licet in arctis, præferre maluit.

V. A Man[...]

V.

*lansfeldio,apud Vislochium,Thillyus vinci-
ur.*

Ltero ab adventu *Frid. Palatini* die,cùm cohor-
tes lætitiâ fremerent , expugnatâ arce *Meyden-
uâ,Mansfeldius*, comite *Palatino* , aſſumptoque
citu omni , *Rhenum* tranſgredi , perque diœ-
n *Spirenſem*,compoſitis agminibus,movere cœ-
in copias *Bavaricas* impreſſionem tentaturus.
que infeliciter hæc alea cecidit. Cùm enim *Ba-
us* exercitus apud *Vislochium* ſaltus, locumque
ortunum, inſediſſet, *Mansfeldius* , emiſſis levis
aturæ equeſtribus, prælium laceſſivit. *Bavari*
nosè hoſtiles cohortes excipientes illas , de in-
ria fugam ſimulantes,ad caſtrorum uſque ſta-
em , inſequi cœperunt , aſſumptis etiam tor-
tis aliquammultis.
nsfeldius ex inſidiis educẽs,atque,à tergo *Bava-
n* , *Mingelshemium* ,ità dictum pagum , ignibus
endens,tormentis in *Bavaros* exploſis, ſtrenuè
egit,ut, commiſſo acri prælio , *Bavari* vince-
ur, duobus eorum millibus cæſis , tormentis
uor , tredecim equitum,ac quatuor peditum,
s,in poteſtatem venientibus, captiſque tribu-
c præcipuæ nobilitatis officialibus , haud pau-
Cùm ex adverſo è *Mansfeldicis* paulò plures,
n centum,deſiderarentur.

VI.

*sfeldius Laudeburgum civitatem expu-
nat.*

O ſucceſſu ſtimulatus *Mansfeldius* , recuperatis
liquot oppidulis , ad *Laudeburgum* civita-
copias admovit. Quam , cùm, in modum
æ diſpoſito integro exercitu , intromiſſo
anite,tradi ſibi poſtulaſſet, *Adolphus ab Einôden*,
nus,gratias *Mansfeldio*,quòd tàm luculento ad
iſſet cum exercitu , ſe agere , civiliter re-
it. Interim ſe, cum præſidiariis , juramen-
ſpaniarum Regi præſtiti,memorem fore, offi-
que boni militis facturum eſſe, adjecit. Hoc
to reſponſo , *Mansfeldius* illicò è machinis di-
s, ſine miſſione, mœnia civitatis perfregit.
us non ſatis, ad impreſſionem faciẽdam,rui-
auſſantibus , accerſitis è *Manhemio* arietibus,
chinis gravioribus , tandem oppidum mœ-
præſidio ſic quidem denudari cœpit,ut lucu-
pateret aditus. Hoc facto , denuò *Mans-*
ad tribunum intromiſſo tympanotribâ , an
cum dedere vellet , interrogare juſſit : Ni-
xit,omnia ultima,ſub acie gladii, intermina-
Einodius , tractatione non ſequeſtratâ , ſic re-
ut , ſi induciæ interea darentur , ſub æquis
ionibus , deditionem non negaret. Miſ-
ur ex utraque parte *Centurionibus*,iiſdemque
edientibus,ſuper deditione actum eſt.Inter-
od us ſuos hortabatur , ut, adjunctis ſibi civi-
urorum ruinas repararent , ſtrenuèque ri-
c loca , quibus impreſſio fieri poſſet , obſer-
. Sed major erat *Mansfeldicorum* tribuno-
rum felicitas , præſidiarios ad defectionem,minis,
promiſſiſque , ſolicitantium. Ubi igitur *Mansfeldius* , cum , *Einodio* , ad ſe foràs evocato , coràm agere velle, nunciaſſet, tribunus perturbatus , ac confuſus, per imprudentiam , adverſus militiæ legem , egredi , ac ſibi imponi , paſſus eſt. Quo vix dùm ad hoſtes egreſſo, præſidiarii, officialium monitis poſthabitis, magnam partem dilabi,legionibuſque, diſpoſitis,impreſſionem ilicet perficientibus , terga vertere, notati ſunt. Itâ , vi expugnato oppido , partim in obvios cædibus ſævitum, partim ſpoliis agendis haud parſum , eſt, octo cohortibus *Hiſpanicis* , magnoque pecuniarum numero in *Mansfeldii* poteſtatem devenientibus. Ut nimis ſerò , quàm imprudenter , relicto præſidio, locoque, exiiſſet,& facilè credendo, peccaſſet tribunus *Hiſpanus*,decepto innotuerit.

Externa.

I.

Sultanus Oſmannus,Turcorum Imperator , expeditionem in Polonos decernit.

POſteaquàm ſuperioribus annis *Turci* ſuper devictis , triumphatiſque *Polonis*, eorundemque ductoris cervice , ſpectaculi cauſsâ, *Conſtantinopolim* emiſsâ, tripudiarent,hæc felicitas novum *Imperatorem* , *Sultanum Oſmannum* excæcavit , ut ſub præterito *anno M.DC XXI.* ingentes copias contrà *Polonos* colligeret. Ut igitur, curis ſequeſtratis , eò ſecurius expeditionem ipſe ſuſcipere poſſet,ecce! parricidali, *Turciſque* antiquo barbaro , more , *Sultanum Mahometem* fratrem, ſe juniorem, alterius matris filium, ſtrangulare juſſit. Ità tamen,ut cadaver , ſtipante coronâ aulicâ, eâ veſperâ majorum tumulis ſolenniter inferretur. Qui cùm *Princeps* fuiſſet formâ ſpectabilis, humanitate gratus , ad *Imperii* gubernationem idoneus,infelici ſuâ nece aulicis miſericordiam expreſſit. Sic factum,ut prætoriani milites paſſim rebellantes, nullo alio remedio , præterquam præſente pecuniâ, prænumeratiſque ſtipendiis , placari poſſent. Supererant *Sultano* fratres inſuper tres , ab eadem matre editi , ſed natu minores , qui unà cum *Sultano Muſtapha* , patruo , ſub eodem ſtrangulationis metu fluctuabant. Quos omnes tyrannus,cùm ſucceſſu temporis , aut ſeditione interveniente,aut foris re malè geſtâ , *Imperium* affectare poſſent , metuebat. Iſte ergò primo vere plura,quàm tercentena hominum millia , cogens , univerſum *Poloniæ* regnum velut inundare, atque obruere, præſumebat. Sicut olim *Sultanus Solymannus Tranſylvaniam* , *Muldaviam*,atque *Valachiam*,ſive *Daciam*, oppreſſiſſet. Demandatâ igitur urbis regiæ *Ahemeti*,& *Buſtangio* , utrique *Baſſæ* , ut barbari vocant,curâ, poſtquàm per integram hyemem ingentes exercitus præparâſſet,propridie *Calend. Maij* , magnificentiſſima cum pompa,quadringentorumque diverſi generis tormentorum bellicorum numero , eduxit. Neque defuêre qua-

tuordecim auri milliones, hanc in expeditionem, quingentis, & amplius, arculis auro impletis, unà venientes.

II.

Inſolentiores Turci à Polonis maſculè excipiuntur, partimque funduntur.

INtereà *Rex Polonorum*, adventu ingentis barbarorum multitudinis, confuſus, per univerſum ubique regnum conclaſſare, omneſque ad arma homines nobiles ciere, juſſit, omni conatu *Turcis* obviàm educturus. Quæ tanta neceſſitas à ſexaginta annis per *Polonos* cognita non erat. Itaque octuaginta hominum millibus coactis, omnique apparatu bellico inſtructis, *Vladulaum Principem*, filium, præfecit, qui locis idoneis caſtra metaretur, ac communiret. Nec minùs apud *Imperatorem*, *Regem Angliæ*, *Batavos*, alioſque *Reges*, ac *Principes*, dimiſſis legatis, auxilia conquiſivit, eo nomine, communi nempè *Chriſtianorum* hoſti, eâdem operâ obviàm educerent, ac reſiſterent, ne, dùm iſte barbarus *Polonorum* pomœria, ac velut ſuburbana (quod abominandum!) expugnet, facilè in reliquam *Chriſtianorum* civitatem debacchari quiſitus ſit.

Dùm igitur *Turci* aſſumptis inſuper in contubernium *Tartaris*, commeatum paſſim interclusuris, in *Polonos* magnis præſumptionibus invehuntur, nihil aliud dulce ſomniantes, quàm futurum, ut *Poloni*, in conſpectum veniente multitudine *Turcica*, diffugiant, aditusque barbaris in regni meditullia præſternant, ecce! longè ſecùs, &, præter exſpectationem, ex tranſverſo accidit. In *Turcos* enim, cum centum millibus irruentes, ſexaginta armatorum millia, tanta ſub animi conſtantia, eduxit *Biteſcius*, præfectus generalis *Polonus*, ut inito prælio *Turcorum* viginti millia feliciter funderet, decem machinis bellicis, duobus præfectis *Turcicis*, quos ſua lingua barbari *Baſſas* vocant, in poteſtatem redactis, reliquâ barbarorum multitudine uſque in caſtra rejectâ. Tametſi igitur è *Polonis* aliquot quoque millia eorum, quos *Coſaggos* nominant, eo in prælio cæcidiſſent, nihilominus hi poſtmodùm, animis, ſucceſſu priori auctis, intrepidè in *Tartaros* invecti, aliquot millia, denuò partim cæciderunt, partim vinculis mancipârunt, partim denique in aquas præcipitârunt.

III.

Inter Polonos, ac Turcos, tranſigitur.

EO pacto *Turcorum* res cùm per *Polonos*, tot vicibus prælii ſucceſſu ſuperiores, attererentur, ut neque *Polonorum* acinaces, neque hyemis inſtantis clementiam, diutiùs perferre allubeſceret, ex alterà verò parte, *Poloni*, commeatu à *Tartaris* intercepto, ità quidem omnis generis annonâ, & pabulationibus defectis, laborarent, ut à bono tempore carnibus equinis famem ſolari, equos verò foliis arborum ſuſtentare, cogerentur, ut, ſi *Turcus*, his anguſtiis præcognitis, aliquantiſper *Polonos* adhuc in caſtris detinuiſſet, facili negotio regno potiri ſuſtinuiſſet, his, aliiſque, utrinque concurrentibus neceſſitatibus, interpoſitione *Radulii Veivodæ*, *Valacchorum Principis*, pax recomponi cœpit. Quò ſclopetariorum legionibus, ac numero, prævalerent *Poloni*, ideóque *Turcos* reſiſtere minùs potuiſſe, ferebatur. Nihil enim ingenti illa, & propè *Xerxea*, expeditione *Sultano* effectum eſt, niſi u *Cochinam* arcem, ad *Neſteris* fluentum, *Moldavian* verſus, poſitam, recuperârit. *Vezirius* verò, militiæ *Turcicæ* præfectus, poſtquàm tantæ rerum ſummæ, tantæque, fruſtrà ſuſceptæ, expeditioni, ac negotiis, par haud fuiſſet, quàm primùm *Byzantium* reditum eſt, ab officio removeri cœpit. Atque hoc pacto *Turcorum* quinquaginta ad minus millibu deſideratis, res ferè in eo fuit, ut, *Sultano Adrianopolim* in hyberna deducturo, mox à militibus, ni *Byzantium* eos reduci tùm contigiſſet, rebellatum fuerit. Graphicè, ac nimis verè, huc *Horatianum* illud quadrare, quod in triviis pueri obiiciunt, qui non videt?

Parturiunt montes, naſcetur ridiculus Mus:
Sic quoque, dùm Turcus ſæviit, ipſe fugit:

CAP. V.

De Durlachii Marchionis clade, & Ludovici, Heſsiæ Landgravii, cognomento Fidelis, captivitate.

I.

Durlachius Marchio, pro Frid. Palatino exercitum educens, à Thillyo vincitur.

EXhortatoriis illis ſuis, antequàm ipſe veniret, ad *Principes*, nuper confœderatos, dimiſſis, tantùm profecit *Fridericus Palatinus*, ut quoque *Fridericus Marchio Durlachius*, veteris amicitiæ, ac fœderis, memor, in ſubſidium *Palatini*, exercitũ promptè colligeret, eundemque tormentis bellicis, pulvere pyrio, impedimentiſque novi generis, atque id genus neceſſariis, abundè inſtructum, educeret. Initiò igitur cum *Mansfeldio* aliquouſq; ſeſe tenuit. Ut etiam victoriæ illius apud *Viſelochium*, ſuper *Thillyo* reportatæ, particeps, videri poſſet. Quod autem ipſe mallet integrâ potiùs deinceps, quàm dimidiatâ, victoriâ frui, cenſeretque, ſe jam *Thillii* impetum, abſque ſociis, ſuſtinere poſſe, utique quem vinci quoque paulò antè didicerat, copias ſuas, ſimultate interveniente, à *Mansfeldio* ſegregavit. Sed idem ille, & gravius, damnum quàm à *Mansfeldio* paulò antè incurriſſet *Thillyus*, ab ipſo *Thillyo* paſſus eſt.

Tanquam igitur *Cæſareanos*, anteſignanumque *Thillyum*, provocaret *Durlachius*, intrà *Vimpfenam*, atque


PJC

Eigentliche Vorbildung des berümpten Treffens ſo zwiſchen dem M



Deſignatio. A. Margräfiſch Reüterei. B. Margr: Fußvolck zü Ober Eyßheim im Haupt Quartier. C. Ma
mit Fewr Mörßern. F. Margr: Stück. G. Margr. Pülver ſo von Stucken angangen. H. Margr: Münition
halten. M. der Waldt da Tillÿ erſtlich gehalten. N. Erſter ſtandt des Tillÿ. da der erſte angriff geſch
Regiment die Stuck bewahrende. S. Tilliſch Bagagi wägen.

von Dürlach, vnd Gen: Tillÿ beÿ Wimpſen vorgangen, Anno 1622. 7. Maij



der Wagenburg. D. Margr: Fußvolck neben der Wagenburg. E. Margr. Wagenburg von Spitzwägen
gangen. I. Margr: Bagagi. K. der Frantzoſen flucht. L. Platz da der Margr: vor der ſchlacht ge=
llyſche Fußvolck. P. Tillyſch Reüterei. Q. Tillÿſch geſchütz. R. Herberſtorffiſch halb=

ıe *Heilbrunnam*, conſedit, aciemque planis, ac
ntibus, campis explicuit. Lætus hoc duorum
ilium exercituum divortio *Thillyus*, cùm unitis
haud eſſet, uni ſuperiorem faciliùs ſe futurum,
denter judicavit. Recognitis ergò *Durlachii*
ris, iniquo etiam loco poſitis, non puduit inſu-
Thillyum etiam *Cordubam*, ducem *Hiſpanum*, in-
oris *Palatinatus* gubernatorem, partibus ſuis
licare. Hic enim temeritati prudentiam, au-
æ, ac ſimultati, conſilium, auxiliumque, præfer-
ngo rerum uſu didicerat. Colles itaque, cum
centibus ſaltibus, ſine mora, occupavit *Thillyus*.
ua loci opportunitate ità tormentis, & quidem
ulari cum effectu, diſpoſitis, continuéque ex-
is, fatigavit *Durlachium*, ut paulò poſt alis equi-
in fugam conjectis, cum legionibus pedeſtri-
, ſtrenuè, ac diu, reſiſtentibus, tantùm res
.

tque ſic quidem anceps variabat pugnæ alea,
hillyani in ſylvas, atque anguſtias, ſubindè re-
ntes, ſe ſeque velut, ſub cœlo nimis tùm fervi-
cficientes, immò verò, prout veteres loquun-
ad triarios redacti, facilè victoriam deſperaſ-
, niſi opportunè cum ſuppetiis advolante *Cor-*
, acies foret reſtituta, *Durlachiani* verò eſſent
eſſi, è creberrimis tùm tormentorum explo-
bus, ſuper impedimenta, pulvere pyrio one-
ſub indè exoneratis. Ut, indè obortis incen-
in confuſionem, cladis prænunciam, ipſam-
ugam, *Durlachiani* præcipitarentur. Sic caſu
Thillyo victoria, atque opulenta præda, ceſſit.
mque illud ab eventibus, hoc, atque illo, qui
ianum, Epiſcopum Halberſtatenſem mox excepit,
t, quod olim dici ſolebat: *Dùm ſinguli pugnant,*
ntur omnes. Ferunt, *Hiſpanos, Durlachii* conſtan-
ac fortitudinem, admiratos, ſubintuliſſe. Sic-
b initiis, *Hiſpanus* in *Palatinatum* adventanti-
anto vigore, ac robore, apud *Oppenhemium* pu-
m fuiſſet, *Hiſpanos* eò uſq; rerum potiri haud
uiſſe.

CLARATIO LITERARUM ÆRI INCISARUM.

æ ad Wimpfam urbem inter Marchionem
rlacenſem & Generalem Tillyum acerri-
mè commiſſæ, Deſcriptio. Anno
1622. Menſe Majo.

archionis Equitatus.
uſdem pedeſtres legiones in pago Ober Eyſsheim, ubi
primaria caſtrorum ſtatio fuit.
rchionis Peditatus intra impedimentorum carra-
ginem.
uſdem pedeſtre Commilitium ſecundum carraginẽ.
rchionis Impedimentorum propugnacula ex curri-
bus roſtratis & catapultis igniariis.
chinæ fulminales Marchiacorum.
um pulvis igniarius ex tormentorum diſploſionibus
ſuccenſus.
rum tormentariarum ſive tormentarii commeatus
vehicula correptis ignibus exuſta.
rchiacorum Impedimenta.
a Gallorum.
us in quo Marchio ante pugnam initam ſubſtitit.
lva, ad quam Tillyus primò cum caſtris morabatur.
ies, ex qua primus Tillyanorum impetus in hoſtem
factus.

O. *Tillij pedeſtres copiæ.*
P. *Eiuſdem equeſtre commilitium.*
Q. *Tormenta ænea ſive fulminales machinæ Tillyanorũ.*
R. *Herberſtorffianorum equitum dimidia legio, cui machinarum cuſtodia commiſſa fuerat.*
S. *Impedimenta Tillyanorum.*

II.

Copiæ Leopoldicæ, Haganoam obſidione cingentes, Mansfeldio ſuperveniente, profligantur.

SEd denuò hanc *Durlachii* cladem paulò deinceps in legionibus *Leopoldi Archiducis*, ultus eſt *Mansfeldius*. Illis enim, ad infringendum *Mansfeldii* vires, *Haganoam* intereà obſidentibus, beneficioque tormentorum bellicorum impreſſiones facientibus, apud *Francothalam* recenſito, eductoque, exercitu, ſupervenit *Mansfeldius*. Cui cùm *Archidux* in occurſum mitteret mille cataphractos, aditum hoſti interclusuros, *Mansfeldius* in iſtos *Oberntrautium* movere juſſit. Qui manu vindice reſiſtentes oppidò fudit, ac disjecit. Palantes igitur ubi in caſtra rediiſſent, tantam vim hoſtium adeſſe, ſucclamârunt, ut, terrore partes ſuas affatim agente, ſarcinulis tumultuariò collectis, præcipiti ſeſe fuga ſubduxerint, tormentis, impedimentiſque, atque annonâ, poſt ſe relictis. Ex *Auſtriacis*, abſque ordine, & cum impetu, dilabentibus, pars ſylvis, pars oppidulis, ac pagis, ſeſe aliquantiſper tenuerunt, ſed iſti omnes, ſub intrantibus *Mansfeldicis*, partim cæſi, partim ſub ſigna, redacti ſunt.

III.

Mansfeldius, disjecta Haganoenſi obſidione, in ditionem Heſſo-Darmſtatinam exercitum reducit, Ludovico Landgravio, cognomento fideli, intercepto.

ISthac luculentâ denuò potitus victoriâ, *Mansfeldius* in confines *Germershemii, Francothalæ*, ac *Manhemii*, reduxit exercitũ, ſub hac promiſſione, mox in provinciam, annonâ, ac reb. ad victum, veſtitũque, idoneis abundantem, ſeſe educturum. Mactè igitur eſſent, & omnia, extrà cædes, atque incendia, ſibi iſtîc licere, animis præcognoſcerent cõmilitones. Ibi nihil, niſi opimas prædas, agerent, ſaltemq; *ferramentis ignitis, Saxiſque molaribus*, ità loquendo, manus abſtinerent.

Quibus antè ſignificatis, *Friderico Palatino* comite, eductoq; ſedecim hominum millium exercitu, noctè intempeſtâ *Darmſtadium* coronâ cinxit, undique præcluſo aditu, ut nemo dilabi poſſet. Cùm deditionem, ilicet poſtulatam, *Princeps* negare haud quitus eſſet, proximo manè *Frid. Palatinus*, ac *Mansfeldius*, aſſumptis cohortibus prætorianis, intrârũt, illo in *Arcem*, hoc in civitatis *Curiam*, recepto. Reliquæ legiones totũ agrũ *Darmſtatinum* liberrimè diripuerunt, jumentis ſub totis gregib. abactis, ſubditiſque miſerrimè quiritantibus, ut nec luctus modus, neq; remedium, ſupereſſet. Civitas ipſa, niſi huic rictui *Dux Saxo-Vinarienſis* ſe objeciſſet, libidini militum expoſita, unà cum pulviſculo, diripienda proſtabat. Ità *Ludovicus*, *Heſſorum Princeps*, ob præſtitam *Imperio*, *Imperatorique* conſtantiam,

dictus *fidelis*, *Palatini*, ac *Mansfeldii*, manus effugere haud potuit. Qui tametſi per vias occultas ſeceſſionem feciſſet, nihilominùs, in via agnitus, atque interceptus, & in *Arcem* ſuam reductus, eſt. Ubi ergò *Thillyum*, unà cum *Hiſpanis*, pro liberando *Landgravio*, inſtare ſibi, intellexit *Mansfeldius*, aſſumpto ſecum *Principe*, ejuſque filio, *Manhemium*, ne pons portatilis, ibi *Rheno* impoſitus, interciperetur, legiones reduxit. Tametſi autem *Oberntrautius*, ſub itinere ipſo, reconverſis in *Bavaros*, *Hiſpanoſque*, ſignis, hoſtium partes feliciter reiiceret, nullatenùs tamen præcavere voluit, quin poſtremum *Mansfeldicorum* agmen ducentibus, ab hoſtili à tergo ſupercumbente impreſſione, magna ſtrages inferretur, prædis eatenus, magnam partem rurſus expugnatis, atque abactis.

Externa.

I.

Philippi III. Hiſpaniarum Regis, exceſſus.

IN limine ſuperioris *Anni*, *M.DC.XXI.* *Ludovico*, *Rege Galliarum*, opprimendis *Calviniani* dogmatis per regnum gentibus intento, *Iacobo* verò, *Britanniarum Rege*, ſuper reſtitutione *Frid. Palatini*, generi ſui, occupato, in mentem veniebat *Philippo III. Hiſpaniarum Regi*, remis, veliſque, omnibuſque eò copiis anniti, quò rebellantes, ſicut vocabat, *Belgii* provincias in ordinem redigeret, ſubque titulos, atque imperium ſuum, priſtino more, denuò vocaret. Hæc dùm ità cum *Batavis* ad incitas rediiſſe videri poſſent, ut eò faciliùs ſubjugarentur, alia divinitùs ſupervenit ſupremi *Numinis* diſpoſitio, ut iter tantus *Rex* longè diverſum, ac mens erat, calcare teneretur. Ecce! enim paulò antè, quàm induciæ *Belgicæ* exſpirarent, ipſe apud *Madritum* pridie *Cal. Apriles* mimum hujus vitæ, ſicut *Auguſtus*, apud *Suetonium*, hanc vitæ fabulam appellabat, implevit, tertio vitæ anno poſt quadrageſimum, imperii verò vigeſimo ſecundo, ex humanis excedens.

Quòd febri laborare cœpiſſet, *Medici* cubicularii ter venæ ſectionem adminiſtrarunt, abſque humorum per pharmacum evacuatione. *VI. Cal. April.* quartâ vice phlebotomia reiterata eſt, neq; ſic tamen morbus inducias dedit, *Medicis* in vanum laborantibus. Itaque proceſſionibus, ſupplicationibus, votis, jejuniis, eleemoſynis, ac precibus, flagellationibuſque, pro *Regis* incolumitate, litatum eſt. Sed nihil hîc iſtis omnibus profici cœpit.

II.

Piè dicta Hiſpaniarum Regis, Philippi III.

UBi igitur in nullo alio nomine, niſi dulciſſimo *D.N. IESV CHRISTI* merito, atq; ineffabili miſericordia, acquieſcere poſſet, mortemque, per viſcera labentem, ſentiret, hæc in verba, ſacerdoti, ac confeſſario, animam à peccatis expiaturo, ſubintuliſſe, ſcribitur: O quàm felix, inquit, ac beatus, nunc
forem; ſicubi his illis viginti, & duobus, annis q
bus regnis præfui, ſic quidem, tanquam in ſolitu
ne, atque eremo, vixiſſem. Uſque adeò ſub *Sole*
hil eſt, niſi quod vanum, atque inane, eſt. Pro
ctò, regia dignitas, atque eminentia, illa, cujuſm
di, dùm vita floret, ſplendida, & dulcis, eſt, in i
mortis hora acerba, atque onerofa, evadit. H
dùm animo, devotionis, & curarum, pleno, de
nit, conſignatis teſtamenti tabulis, ſacram Euc
riſtiam percepit. Eas, ad ſe intrò admiſſo, *Phili*
IV. filio, ac ſucceſſori, contradidit, additâ hac
commonefactione: in illis tabulis inveniri, q
illi facto opus ſit. Noli igitur, inquit, meo exem
peccare, ut ab exceſſu meo conſiliarios, ac famil
res, veteres ab officiis deponas. Illi enim, quos
qui tibi, fideles, & regnorum meorum ſtudio
cognovi. Ab hoc ſermone ad cæteros converſu
beros, amorem amœbæum illis impendiò co
mendavit. In *Mariam* filiam intuens, quòd co
bem illam, minuſque conjugatam, relinque
deploravit. Interim, quid hac in parte vellet, *P*
lippo filio ordine conſignatum eſſe, adjecit. Præ
Carolum, natu ſecundum, *Ferdinando*, filio tertio,
demque *S. R. Eccleſiæ Cardinali*, ut propediem ſac
dos ordinaretur, inculcabat. Qua de re ipſius ep
rum officii ſui admonuit. Conjux denique regia
moribundum nō introducebatur, quòd à quat
menſibus uterum ferret. Ne ergò, in human
fortè miſeriam oculos defigens, vi imaginatio
fœtui ſive notam, ſive labem, imprimeret, marit
Regem priùs perdidit, antequàm amiſit.

III.

Philippus IV. Hiſpan. Rex, paternæ admonit
nis oblitus, varias per Hiſpaniam novatio
aperit.

AT *Philippus IV.* regnorum ſucceſſor, pate
admonitionis immemor, ſimulátque *Philip*
III. pater, exceſſiſſet, in multis, quoad officia au
ſtalia, atq; aulica, reformare cœpit. Itaque, inter
teros, *Cardinali*, ac *Duci*, *de Lerma*, proventus ſept
ginta millium coronatorum, annuus è regno *N*
politano ad illum redeuntium, juſſu *Regis*, erept
ac in *Balthaſarem de Zuniga* conferri cœptus. Ab
iuſdem filio, *Duce de Vzeda*, codicilli, ac tabulę ſec
tiores regiæ, poſtulatæ, ac juniori illius filio, *Con*
de Sauldanna, contraditæ. Pariter *Dux de Oſſuna*, r
per apud *Neapolitanos* vicarius, *Auguſtinus Mexia*,
Marchio de Povar, in cuſtodiam relati ſunt. *March*
ni de Renti prætorianorum militum *Germanicor*
præfectura obtigit, ut etiam *Comes de Olivares Hiſ*
niæ Grandis appellaretur. *Comes de Benavente* apud
ginā ſupremi aulæ magiſtri, *Comes de Olivares*, ap
Regem ſupremi *Camerarii*, munus, obtinuêre, *Au*
ſtino Mexia, *Cameræ* regiæ aureis inſignibus colla
In *Ducis de Lerma* agnatos, & familiares, eum in m
dum *Regis* indignatio exaſperata eſt, ut multi ex i
in cuſtodiam referrentur, reliqui omnes ab offic
removerentur, uſque in exilium ejecti. Idem f
Duci de Vzeda accidit.

Secundùm hæc, eadem penè reformatio *Ordi*
Eccleſiaſticos aulicos tetigit. Confeſſarius .n regius
demq; *Inquiſitor* generalis, in *Monaſterium* ſuum
miſſus eſt .Quo eodem tenore *Dux de Vzeda* ej

gener, *Admirali: de Caſtella*, nec non *Comes de Altra, Cardinaliſque Sandovalij pater*, omnes nuper *iniaGrandes*, ex aula emigrare juſſi ſunt. Vice quatuor conſiliarii ſecretiores ; nempè *Dux telconius, Marchio de Aytona, Marchio de monte cla- Diegus de Ybarra*, nominati & ſuffecti. Porrò *chio de Sancta Cruce, Philiberti Principis de Sabau-* locum tenens generalis, *Dux de Femandina*, claſ- *eapolitanæ*, generalis, *Petrus de Leyba*, claſſis *Hiſpa-* generalis, creari cœpêre.

lis, aliiſque, quà miniſteria aulica, reformatis, æparatis, *Philippus IV.* apud *D. Hieronymi*, ubi, is ſtipatus, luctui indulgebat, *Philippo III. Regi*; rentí, exequias ſolennibus cum ceremoniis git. Quibus ordine celebratis, *XVII. Cal. Iulij*, ub pallio, in regiam deduci cœpit, omnibus i *Principibus, Dynaſtis*, atque equeſtribus, hunc in coronantibus, atque illuſtriorem redden- s.

CAP. VI.

e Chriſtiani, Ducis Brunſvicenſis, expeditione altera, ejuſdemq; clade ad Moenum.

I.

ſtianus, Brunſvicenſis, per Veſtphaliam aliuot oppidis potitur.

DE *Chriſtiani Brunſvicenſis* regreſſu in ditionem *Paderbornenſem*, ſuprà viſum eſt. Qui ubi cum copiis in *Veſtphaliam* deflexiſſet, *Lipſtadium*, ejecto à civibus præſidio *Hiſpanico*; commodè in- pit. Exin *Suſatum* eduxit. Quam ubi civitatem entis bellicis, injectiſque ignibus, fatigaſſet, s, armiſque, expugnavit. Vbi ſic igitur fortunę blandiretur, porrò *Monaſterienſi*, ac *Paderbornēſi*, *patibus*, omnia dira, atque ultima, niſi ſub im- m venirent, ipſumque obviis exciperent ul- nterminatus eſt.

II.

Ejuſdem inſolenter dicta, ac facta.

Dhûcdùm erat fortuna in partibus *Chriſtiani*: Qui dùm incendiis, ſpoliiſque, eo in tractu rē imè ageret, complura per *Veſtphaliam* oppida teſtatem redegit. Tametſi igitur antè reſtitiſ- *deborna, Epiſcopatus* cognominis ſedes, ac me- lis, illa tamen paulò poſt, *Chriſtiani* ſive *Brun- ſis*, ſive *Halberſtatenſis*, ſucceſſu, terrore prævē- ctas manus dedit. Ingreſſus civitatem, *Iudæorum* bona publicavit. Exacta verò à *Clericis* magnâ pecuniarum vi, nihil tale cogitans; ingentem in theſaurum eo loci incidit. Erat porrò apud *Baſilicam Padebornenſem Divi Liborij*, ejuſce *Epiſcopatus* patroni, imago, è ſolido fabrefacta auro, pondere octuaginta librarum. Hanc *Halberſtatenſis*, lætitiâ, ſucceſſuque, fremens, obviis amplectebatur ulnis, gratiaſque ſive fortunæ ſuæ, ſive ſimulacro aureo, quòd adventum ſuum optimo conſilio ſtatua exſpectare voluiſſet, agebat. Qua confidentiâ animi elatus, alterum, inſtar *Dionyſii, Siciliæ Tyranni*, *Aeſculapio* auream barbam evellentis, ſimulacro humerum abſtulit, trunco reliquo aureo in monetas abeunte. Sed ſupplicium, licet tardum, gravitate pœnæ tamen notabile, in delinquentem concitavit *Hemeſis*. Qua parte enim ſimulacro vim intulerat, humerum nempè, vi injecta, evellendo, eadem poſteà, ſub conflictu, à ſe, & *Mansfeldio*, cum *Hiſpanis* apud *Brabantiam* commiſſo, humerum, glande tormentaria petitum, gangræna ſuperveniente, amiſit, ut *Chyrurgi* manu ea pars corporis, injectâ ſerrâ, pariter auferretur. Prout itaque res ſacras, ſanctiſque, atque eccleſiaſticis, uſibus deſtinatas, improbâ manu contrectare nefas eſt, ità neque iſte, qui eo pacto deliquit, pœnæ expers fuiſſe, facilè deprehenſus fuit.

Sed longè gravior videtur eſſe error, quo quidem juvenis, animi audacis, inſolentiſque, cùm *Deo* velut jocari inflatiùs ſibi præſumpſit. Nummos enim argenteos (hodieque *Thaleros* vulgò; ſive *Ferdinandicos*, appellant) cudi, ſignarique, juſſit; quorum alterâ facie, manus, è nubibus eminens, evaginatum enſem prætendebat, aſſcripto nomine hoc: *CHRISTIANVS.* Alterâ facie hæc verba extabant, atrociſtylo inſculpta: *DEI AMICVS, FLAMINVM HOSTIS.* *De Cajo Cæſare* recenſet *Seneca*, iſtum animi inflatioris, cùm pantomimicis actibus, commeſſationibuſque ſuis; cœlum, fulminibus territantibus, obſtreperet, ad pugnam vocare *Iovem*, & quidem ſine miſſione, auſum eſſe, *Homericis* illis abutentem: ἤ μ' ἀνάειρ' ἢ ἐγὼ σέ. Quanta, inquit, dementia fuit. Putavit, aut ſibi noceri ne à *Iove* quidem poſſe; aut ſe nocere etiam *Iovi* poſſe. Idem de *Chriſtiano* propemodum ſubinferre fas ſit. Putavit ferax, & incautus, juvenis, *Deum*, ſummum illud bonum, totiuſque, univerſi rectorem, aut militaris hominis, & quidem adoleſcentis, amicitia opus habere, aut ſe inſultare etiam *Deo* poſſe. Quanta hæc, inquam ego, & quàm ſupina dementia. Ecce! ut terra, & pulvis, cœlum provocet, ut *Creatori* obſtrepere olla, ſive fictile, auſit! Quis enim inter amicos ferè paritatem deſignari ignorat? Aliâ profectò humiliatione ingentem illum virum, ac *Patriarcham*; *Abrahamum*, ergà *Deum Opt. Max.* uſum fuiſſe, diſcimus. Vt non niſi cum humilis veniæ præfatione, corporiſque devotâ inclinatione, *Numini*, tùm ſic interroganti, verba reddere auſus fuiſſe legitur.

III.

Ejuſdem, ad Bambergenſem, & Herbipolenſem, Epiſcopum, epiſtolæ.

FOrtunâ ità ad tēpus *Chriſtiani* conatibus ridēte, velaq; ſecundis implente ventis, apud *Suſatum*

aliis inſuper theſauris, in lucem erutis, paſſimque per diœceſes finitimorum *Epiſcopatuum* injunctis exactionibus, florere, ac diteſcere. Vt nummis in copias ſubindè conſcribendas, augendaſque, impenſis, magis, magiſque luculentum conflaret exercitum. Tametſi enim copiæ *Bavaricæ*, & *Colonienſes*, ſub *Anholtino*, in *Gueſtphaliam* promoverent, partemque oppidorum, ab *Halberſtatenſibus* occupatorum, recuperarent, tùm manipulos, noviter conſcriptos, iſtorum diſiicerent, nihilo-minùs, aliis locis *Halberſtatenſis* ſuperveniens *Bavaricis*, cohortes aliquammultas delevit, armiſque, atque impedimentis, potiri cœpit. *Geſeccam*, quidem, *Gueſtphaliæ* oppidum, à civibus, militiæ aſſuetis, acriter defenſum, expugnare haud potuit, copiis tàm *Hiſpanicis*, quàm *Colonienſibus*, in ejus liberationem ſub *Henrico, Comite de Monte*, eò tendentibus. Ità ut, non ſine ſuorum damno, expugnationem loci ſuſpendere, immò ociùs tollere, teneretur. Qui cùm, exercitu poſtmodùm recenſito, *Palatinatum* verſùs denuò viam affectaret, ſequentibus ad *Bambergenſem*, atque *Herbipolenſem*, *Epiſcopum*, dedit: Iam à bono tempore ſibi præcognitum eſſe, inquit, quo pacto *Epiſcopus*, gliſcentibus illis per *Imperium* motibus, exule bona fide, ſequeſtratiſque neutralitatis, ccu vocant à ſe factis, promiſſionibus, ex mero *Sathanæ*, perditorumque ejus complicum, *Ieſuitarum* nempè, inſtinctu, etiam ab initiis, poſtquàm res *Evangelicorum* per *Bohemiam* inclinare cœpiſſent, legiones ſuas, cum *Bavaricis* conjungere, contràque *Bohemos* emittere, haud dubitârit. Vt etiam, fronte commaſculata, peregrinas hoc in *Imperium*, gentes ſuperinducere, provinciaſque *Evangelicorum* ad medullas uſque, exoſſare, atque enervare, laborârit, non alia de cauſa, niſi ut, à longo tempore fabricata, *Monarchia* iſta *Hiſpanica* introduceretur, patriæ, & Religionis *Evangelicæ*, libertas ſuccumberet, indeque, axioma *Concilii Tridentini*, *Inquiſitioniſque* tyrannis in hominum conſcientias acerbo ſub jugo, ac vulnere æternæque ſalutis diſpendio, gementes, exerceretur.

Prout igitur calida id genus conſilia, in libertatis *Germanicæ* interitum vergentia, approbari haud quidem poſſint, ità ſe autorem illi eſſe à propoſito, nullo ſub colore excuſando, quàm primùm reſiliret, legioneſque, hactenùs, præ cæteris, indomitæ crudelitatis nomine notatas, è *Palatinatu inferiori* abduceret. Illum ergò, tanquam bonarũ artium magiſtrum, utique jam antè hunc diem didiciſſe, id genus crudelitatem vel olim gentilibus exoſam fuiſſe. Tantùm abeſt, ut in *Epiſcopum*, atque animatum paſtorem, cadere debeat. Tondere enim pecus, veteri illo *Tiberii* apud *Suetonium* epiphonemate, boni paſtoris eſſe, deglubere carnificis. Rectè proindè, atque ordine, faceret, ſiquidem oviculas, fortè errantes, miti paſtoris voce, hoc eſt, mediis, ad pacem ſpectantibus, in viam revocaret, quàm ſi ferro, atque incendiis, graſſaretur, eaſque omninò degluberet. Eò enim ſpectare mutationem, translationemque *Electoralis Palatinatus*, ut directè, atque è diametro, cum omni æquitate, ac juribus, cum *Tranſactione Vlmenſi*, cum *Principum* fide data, acceptaque, cum legibus denique *Imperii* fundamentalibus pugnet, dùm nempè id duntaxat ageretur, quò legitimus *Electoratus* hæres eliminari, aliuſque, è gradu conſanguinitatis remotiori, in jus ac prærogativam hancce, irrepere, poſſit. Scilicet hoc illud eſſe, ut deinceps *Collegium Imperii Septemvirorum*, *Pontificiorum* ſuffragiis prævalentibus, ex altera parte claudicare, *Germaniæque* libertas, ac *Principum Proteſtantium* dignitas, magis magiſque intercidere, debeat.

Quem ergò in modum *Epiſcopus* non ſimplici vice factum *Friderici Palatini* improbaſſet, dùm ſe ſe turbis *Bohemicis* immiſcuiſſet, coronamque regni affectaſſet, pari lege, ac cauſa, dùm *Electoratus*, citrà æquitatem, in alium transferri vellet, operæ pretium facturum eſſe, ſiquidem præpoſteris id genus conſiliis obluctaretur, intempeſtiviſque auxiliis hoc iniquum cœptum, tanquam fomentis, minùs adjuvaret, oleumque, ac laridum, quod dicitur, camino haud adderet.

Secundùm hæc omnia, quò quàm maturrimè militem revocaret, bona fide ſe illi conſultorem accedere, atque amicè quævis repromittere. Niſi id faxit, &, ſub prætextu proſcriptionis, alienam ditionem, dignitatemque, invadere, & ſpoliare, pergat, ſe utique, pro honore *Dei*, & libertate *Germaniæ*, omnia tentaturum, iiſdemque medimnis, quibus in miſeros utriuſque *Palatinatus* ſubditos hactenùs ſævitum eſſet, rectè in *Pontificios* animadverſurum, ac plenis, quod dicitur, horreis, ſive modiis, lege talionis, retributurum eſſe. Interim, coràm *Deo*, & poſteritate, ſe conceptis verbis conteſtari, ea omnia, quæ hactenùs ordiri cœpiſſet, ac deinceps effecturus eſſet, pro reducenda patriæ pace, unicè militare.

IV.

Halberſtatenſis, è Gueſtphalia, in ditionem Moguntinam, movet.

ILlis ad *Herbipolenſem* præmiſſis codicillis (quos quidem non adeò magni fecit *Epiſcopus*,) paulò poſt *Halberſtatenſis*, relictâ *Gueſtphaliâ*, trans *Viſurgim*, apud *Hüxariam* per *Kniphauſenium* antè præparato ponte portatili, exercitum (qui è duodecim pedeſtrium millibus, atque octoginta duabus equitum cohortibus, conſtabat) traduxit. Quem cùm manus, ex *Hiſpanis*, *Colonienſibus* & *Palatino-Neoburgicis*, collecta, ponè ſequeretur, deſtructis pontibus illa *Halberſtatenſes* perſequi ulteriùs haud evaluit. Iter igitur in *Gueſtphaliam* relegentes, *Suſatum*, *Hammoniam*, *Altenam*, aliaque per *Marchiam* oppida, recuperarũnt. Intereà *Halberſtatenſis*, ubi *Principatum Fuldenſem* exactionibus mulctaſſet, per *Ducatum Coburgenſem*, in *Veraviam* uſque, quà in diœceſin *Moguntinam* pervenitur, promovit. Eo in tractu primùm *Vrſellas*, præſidiariis *Moguntiacum* aufugientibus, occupavit, milite pro libidine omnia liberrimè gerente. Eâ adhûc veſpera *Kniphauſenium* cum manu peditum, equeſtriumque cohortibus, præmiſit, qui trajectum ad *Mœnum*, *Höchſtium* nempè, interciperent, pontemque eo loci trans *Mœnum* ſternerent. Qui cùm manè alterius diei ſummo diluculo ad oppidum cohortes admoviſſet, neque portas machinis effringere potuiſſet, albeſcente die, à præſidiariis, & civibus, magno cum conatu reſiſtentibus, rejectus eſt, globo etiam, ſive glande, per cubitum tranſeunte, ſauciatus. Nihilo-minùs minis

militari

tari more conſuetis,factiſq; incurſibus ; dedi-
iem urgere perſeveravit. Sed tanta erat militis
'idiarij,civiumq;pertinacia,è mœnibus, turri-
que,tormentis,ſcloperiſq;,rem ſine miſſione a-
:r agentibus,ut *Kniphauſenius* vix ſufficeret. Illo
m per indices rem omnem ad *Halberſtatenſem*
rente , oppidò legiones aliquammultæ mitti
êre,quæ vi injectâ locum expugnarent. Qua
: oppidani,viſa per campos hoſtili multitudine
:rà ſe advolante, ferociam ſubmiſerunt, colle-
; ſarcinulis,uxoribus,ac liberis , beneficio na-
larum,in adverſam *Mœni* ripam evaſerunt, *ti-*
,ut vel *Moguntiacum*, vel *Francofurtum* ; porrò
ugerent,alas pedibus addente. Oppidum pro-
deſertum,vacuumq;,animadvertentes *Halber-*
,in ſupercilio *Mœni* locum invaſerunt,homini-
àm ſub acie gladij interfectis,quàm cæteris ſu-
ctilibus in prædas redactis. Die inſequenti to-
m caſtris eodem perrexit *Halberſtadius* , pagis,
duliſq;,finitimis,ferè omnibus, ad *Moguntiacū*
antibus,miſerrimè,ſub injectis incēdiis,con-
antibus. Quæ barbara, inhumanitas , cladem
procul abeſſe,ſubindè præſignificare cõſuevit.

V.

Clades Halberſtatenſium ad Mœnum.

.ajectu *Mœni* occupato,jam in eo erat *Halber-*
adius,ut pontem imponeret,traductoque ex-
,quàm primùm cum *Mansfeldio* conjungere-
:d,deficientibus naviculis,ferramentis,ac ca-
; pons ſegniùs aquis,ſuperimponi cœpit. In-
Thillyus,viribus cum *Hiſpanis* conjunctis,apud
rgium fabricato ponte inſtructiſſimas omni
pparatu copias traduxit , in occurſum *Hal-*
enſibus educens. Antequàm ergò ad hoſtes
ìs veniretur , turmas equeſtres,tentandi prę-
ò,præmiſit, quos , initâ velitari pugnâ,ab *Hal-*
enſibus fundi contigit. Vndè ſuper ulteriori
cceſſu animi crevēre. Appropinquante *Thil-*
berſtadius impedimenta quidem,apparatum-
llicum , ut vocant, quo abundabat , in alte-
œni ripam transmiſit , ipſe verò,ne fugere
tur , aciem explicare , atque inſtruere , cœ-
llyani igitur,expugnata *Rudelhemia* arcę , re-
npoſitis ordinibus , in *Halberſtadios* move-
Vbi per integras ſex horas, ſine miſſione, u-
e acerrimè pugnatum eſt. *Thillyanis* autem
quatuor machinis bellicis, trianguli in for-
oco idoneo diſpoſitis, prævalentibus ; ma-
detrimentum turmis equeſtribus adverſæ
llatum eſt. Cùm enim *Halberſtadii* tribus dū-
ormentis eſſent inſtructi, quorum alterum
re,alterum ab adverſis exploſionibus inuti-
notatum eſt,tertio tantùm ſuperſtite,ac pa-
iciente,*Chriſtianus Dux*,impulſu tribunorū,
ibus legionibus fortiter adhûc pugnanti-
pias nihilo-minùs retrahere ; ac beneficio
ſubducere , tentavit. Multitudine proindè
ubductione in tumultuationem,ac fugam,
rante,cùm anguſtior pons omnes ex æquo
re haud ſuſtineret,factum eſt,ut plures,pō-
ſi,atque in *Mœnum* prolapſi,aquis quàm ar-
irent,*Lövenſteinio Comite* pariter ſubmerſo,
idis nomen relinquente.

Chriſtianus, & *Styrumius*, explorato antè per indices tranſitu , cum equitum turmis aliquam-multis,aquarum pericula feliciter emenſi ſunt. Multi autem aquarum voragine abſorpti,multi in adverſariorum,piſcatorumque , alterius ripæ manus delati , fortunam exſuperare haud potuerunt, *Mœno*, ex hominibus , equis,apparatu veſtium,torquium, & id genus elegantiarum , in anguſtias redeunte, atque in exuvias, ſpoliaque, in uſum piſcatorum , paſſim deſpumante. Quo ſuorum turbine viſo , legiones pedeſtres , itidem in fugam effuſæ, arma projecerunt.

Chriſtianus, cùm recollecto exercitu (quem , dū recenſeret,ex equeſtrium quinque, & octo peditum , millibus ſupereſſe didicit) *Darmſtadium* , atq; in *Intuergos*, promoviſſet , *Mansfeldii* copias auxiliares habuit obvias, ſed nimis ſerò. Quòdſi enim vel unica ſaltèm equeſtris legio,è *Thillyanis* , adverſam illam *Mœni* ripam inſidens,*Halberſtadios* trajectū prohibuiſſet facilè, proùt tùm quidem videri poterat , de integro *Chriſtiani* exercitu fuiſſet actum. Sed ſalutare hoc conſilium ; quòd ex illa parte timeretur *Mansfeldius*,tùm placere forſitan haud potuit. Fuerunt è *Bavaricis* , famâ dictitante,qui hanc, ab *Halberſtadio* fugato reportatam, victoriam haud ità extollendam eſſe , præſe ferrent , è *Thillyanis* cōtrà unum duobus, tribuſque , in acie conſiſtentibus , *Chriſtianoque* in pugnam prodire auſo,necdū profugiente. Secundùm hæc , victores *Bavari Hochſtium* oppidum recuperarunt , præſidiariis omnibus , ſub gladii rigore , interemptis. Reſtabat ejus loci arx , *Mœni* in ſupercilio poſita. Prævisâ igitur atroci per oppidum expugnatum laniena , præfectus pulcram per vulnera mortem oppetere decrevit , ne ſic , facta deditione ; hoſtium laceraretur manibus. Sed *Thillyus* arcem tradituris vitam, & ſalutem , promiſit. Tradiderunt igitur illi.

Poſtquàm ergò dedititii , albis ſub ferulis emigrantes , nihil aliud , niſi indemnitatem , & vitæ conſervationem , ex pacto exſpectarent , *Einottus* tribunus , ut ſub gladio perirent ilicet omnes, *Thillyo* perſuaſit , cauſſatus , iſtos omnes tàm diris antè modis in imbellem ſexum femineum, inſonteſq; infantulos,ſæviiſſe , unàque *Monachum* ſenecionē, amputatis,(fœdum dictu!) virilibus , emaſculaſſe ; ut ea propter veniâ digni haud eſſent. Quod conſilium an,pactis intervenientibus,fidei datæ ; acceptæque,præferri debuerit , licet in cauſa maximè ſontica,ego quidem in medio relinquo.

DECLARATIO LITERARVM ÆRI INCISARVM.

Hœchſtę oppidi cum vicino territorio,& Pugna ad id inter Cæſarianum & Brunſvicenſem exercitus commiſſa exhibitio,menſe Iunio Anno 1622

A. *Exercitus Cæſareanus.*
B. *Chriſtiani Ducis Brunſvicenſis Copiæ.*
C. *Tribuni Kniphuſii Legio.*
D. *Ducis Saxo-Vinarienſis Legio.*
E. *Comitis Stirumii Legio.*
F. *Comitis in Yſenburg & Büdingen Legio.*

G. Tribuni

G. *Tribuni Carpezanii Legio.*
H. *Brunſuicenſium machinæ tres.*
I. *Carpenzaniana Legio.*
K. *Brunſuicenſium Impedimenta & Fuga.*
L. *Pons ex navibus congeſtus.*
M. *Suſenhemium vicus.*
N. *Nidda,pagus.*
O. *Grieſhemium,pagus.*
P. *Suanhemium,pagus.*
Q. *Nidda,alveus.*
R. *Rotelhemium,pagus.*
S. *Francofurtum Vrbs Imp.*
T. *Niderroda pagus.*
V. *Cronberga oppidum.*
X. *Hanovia Vrbs.*
Y. *Arx Hæchſtanorum.*
Z. *Monaſterium D. Antonii apud Hochſtanos ſacrum.*
†. *Steinhemium.*
1. *Ofenbacum.*

VI.

Thillyus, victoria relata, in Intuergos, Corduba verò Oppenhemium, reduxit.

AB hac *Halberſtadiorum* clade , in qua quidem , præter *Lövenſteinium Comitem* , *Mœno* ſubmerſum, è tribunis, atque officialibus, pauci deſiderati ſunt, *Thillyus*, ſub pagorum finitimorum direptione, cum exercitu in *Intuergos* movit ; ubi *Polonorum* quaſdam alas excepit. *Corduba Hiſpanus* verò *Oppenhemium*, in ſtativa, ſuos reduxit. Interim gregarii *Halberſtatenſes* , peſſimo luêre loco. Quorum cùm pars *Cronbergam*, oppidum, ad radices montiũ, quos vulgus *altitudinem Veteraviæ* vocat, ſitum, tenerent, iſti omnes, poſt acceptam cladem, à *Thillyanis* ſupervenientibus extracti, atque ferè fruſtulatim diſſecti, ſunt.

VII.

Ludovicus, Heſſorum Landgravius, à Frid. Palatino, ac Mansfeldio, dimittitur.

SEcundùm *cladem* præmiſſam , cùm multorum hactenùs *Regum, Principumque*, litteræ, pro *Ludovici, Heſſorum Landgravii*, liberatione , intervenisſent, ecce! *fidelis Imperio Princeps* à *Friderico Palatino*, & *Mansfeldio*, ſub illis conditionibus , dimitti cœpit. Nempè, apud *Cæſarem*, pro virili univerſalem , ac ſolidam, *Germaniæ* pacem conciliaret, pariterque *Electoralis Palatinatus*, tàm quà regiones, quàm quà dignitatem, reſtitutionem promoveret. Sic neque adverſus *Electoralem Palatinatum*, ejuſque hæredes , hoſtile quicquam deſignaret. Pari lege *Palatino* , ſe neque deinceps *Landgravii* partibus incõmodaturũ eſſe, promittente. De cætero ſi quid jam factum eſſet, quo de conqueri aut poſſet, aut vellet, ſuper hoc pateretur reconciliari etiam olim amiciſſimis , omnemque ſcabitudinem animo deleret ſine cicatrice.

VIII.

Mansfeldius , atque Halberſtadius , conjunctis viribus in Alſatiam educunt.

DImiſſo *Ludovico Landgravio*, comite *Frid. Palatino*, *Mansfeldius*, atque *Halberſtadius*, vires ſuprà unitas, in *Alſatiam* denuò eduxerunt, provincia[s] *Leopoldi Auſtriaci* eo loci afflicturi. Poſtquàm igitu[r] ferro, atque incendiis, pagos aliquam-multos dele[] viſſent, *Mansfeldius Nehemio* oppido tormenta bel lica admovit, perruptiſque mœnibus ; cum indige næ omnia ultima expaveſcerent, locum occupavi[t]. Incredibilem inibi pecuniarum , argenti, auri, ſu pellectilium, itemque vini, frumentorumque, atq omnis generis commeatuum, vim aſſecutus eſt, u toti ferè exercitui reficiendo copia par eſſet. *Andla vienſes* ubi etiam contumeliis in *Mansfeldium* certar comperti eſſent , hoc imprudentia iſta ſua ſunt cõ ſecuti, ut expugnatum oppidum incendiis delere tur, cives verò, tanquam in macello , mactarentu[r]. Idem exitium *Kosheimenſibus*, pari errore, atque in curia, ſupervenit. Qui cùm , ſuper deditione poſtu lati, linguæ petulantia abuti mallent, *Frid. Palatin* per contumeliam *erronem, Mansfeldium* verò *nothum* vocitantes, hoc commodi indè retulerunt , ut, expugnato oppido, ad unum omnes nulla vel ſexus vel ætatis, interveniente ratione, delerentur; ædifi cia verò, abactis priùs prædis ampliſſimis, incendii immiſſis funditùs deſtruerentur. Vt hinc eviden fiat, quid, quantumque, infortunium malæ lingu volubilitas , præſertim in oppidorum obſidioni bus, incolis accerſere ſufficiat.

****

Externa.

I.

Pauli V. Pontificis Romani, exceſſus.

SVperior *Annus M:DC. XXI.* emortuali bus diverſorum illuſtrium virorum celebris fuit. Nam *V. Cal. Februar. Pau lus V. Burcheſius Romanus, Pontifex. Max* poſteaquàm *Romæ* ſediſſet annis quin decim, menſib[us] octo, diebus tredecim, ætatis anno ſuprà ſexagenarium octavo, *apoplexia* deceſſit.

Corporis exuviæ opera *Medicorum* , atque iatra liptarum, conditur æ antè datæ poſtmodùm in ſa cellum *Gregorianum* tralatæ, publicoque hominum conſpectui, & pedum ejus oſculis, per triduum ex poſitæ ſunt. Indè ſarcophago plumbeo inditæ ad D. *Clementis* deportari cœpêre ; exequiis ſolenni mo re, ac pompa, concelebratis.

Secundùm hæc, *VI. Id. Februar. Cardinales* , ad *D. Petri* convenientes, audito ſacro, ordine, ac ſolenni ter, prodeuntes , intrà *Conclave* concludi cœpêre. Die ſequenti, præeunte ſacro , *Cardinales*, ſanctam Euchariſtiã participantes, in propoſitam juramẽ ti formulam jurarunt. Quo facto, *Burcheſius Cardi nalis*, nuper *Pauli V. Pont.* è fratre, nepos electionis initia auſpicatus, primum *Cardinali, Ludovico de Bo nonia*, ſuffragium dedit. Cui *Burcheſii* calculo, quòd homo eſſet tàm vitæ, quàm famæ, eruditioniſque , optimæ notæ , *Cardinales* cæteri ſubſcribentes , in *Pontificem Max.* crearunt. Deductus igitur in ſacellũ *Paulinum* ornatu pontificali circumamictus eſt, poſituſq; in throno, ſive cathedra, adorari, & *Gregorius XV.* nominari , cœpit. Inſequenti manè ubi in ſacello *Paulino* ſacrum peregiſſet, denuò adorationis cultu affectus, ſolennique inſtituta proceſſione, ad *D: Petri* deportatus eſt, ibique tertiata vice , ſub pedum oſculo, adorari meruit.

s ceremoniis præmiſſis, *Pontifex* primâ popu-
enedictione impertivit, *Senatu* urbico, *Princi-*
te, ad oſcula pedum admiſſis. Tanta autem, ac
:lebris, hæc tùm fuit feſtivitas, ut modò non
bem, ſed finitimas civitates alias, huic ſolen-
gnibus, fociſque, ac tædis, funalibuſque; ac-
litatum ſit. Abhinc, *XVI. Cal. Martij*, recèns in-
atus *Pontifex* à *Cardinalium* cœtu ad *D. Petri*
tus eſt. Quam antè baſilicam, juxtà *Clavium*
onem, *Magiſter ceremoniarum* ſphæram; ſive
s, è lini filamentis repræſentatam, incendit,
:r magnâ voce exclamando: *Sanctiſſime Pater!*
lem, inquit, *mundus, dignitas, ac pompa, diffluunt.*
ıbi in manus contradidiſſet pariter, ecce! tū
n triplex diadema, tanquam *Trimarchioni*, ca-
us *Cardinei* patres ſuperimpoſuerunt.

II.

rti Archiducis, Belgii gubernatoris, ex-
ius.

que longè poſt; eodem hoc *Anno*; *IV. Idus*
uintiles Albertus Archidux, Belgii Adminiſtrator,
àm ad tempus afflicta fuiſſet valetudine, a-
uxellas ſpiritum reddidit. Pridie exceſſus, ſa-
ucharistiam, omnibus, qui vellent, aſpectan-
ercepit, poſtmodùm extrema, ceu vocant,
ınctione uſus. Corpus defuncti, ſetaceo *Ca-*
Monachi amiculo involutum, publicè depo-
t. Sereniſſ. *Hiſpaniarum Infans*, Iſabella vidua,
exceſſu mariti, ingenti cordolio præventa,
n, ſive *Monialium*, aſſumpto habitu, luctui in-
n æde *Veſtalium*, à ſe, juxtà aulam, exædifica-
dolori fomentum adhibitura. Vniverſum
ſpanarum partium *Belgium* tàm mitem, tam-
m, *Principem*, veris, iiſque acerbis, lacrymis
:. Vt illum non immeritò *populi delicias*, *tem-*
gemmam, Albertum mitem, pacificum & piū,
appellitarent. Ejus exequiæ *Anno* ſequente
XII. poſtridie Cas. Mart. tanta, ac tàm accerſi-
pompa, ſolenniſſimis concurrentibus cere-
celebrari cœpêre, ut neque *Philippi. II. Hi-*
m Regis, neque *Caroli. V. Imperatoris*, funera,
ſta facta, conferri ferè, aut paria fuiſſe, tùm
potuerit.

III.

berti Bellarmini, Cardinalis, obitus.

em quoque *Anno, XV. Cal. Octobr. Robertus Bel-*
inus, Cardinalis, vir ſtupendæ, ac profundæ,
nis, lumen vitale reliquit. Tantis ingenio-
ıitatis argumentis, diſſeminatiſque ſcriptis
mis, *Pontificum* cathedram, doctrinam, atq;
em, ille aſſeruit, ut *Maximus Eccleſiæ Catholi-*
r nominaretur. Hujus obitum *Romani* illi
genti cum gemitu proſecuti ſunt, tanquam
, ac propugnator, jam deeſſet, qui *Romanã*
ım adverſus *Germaniæ* ſcriptores, ac *Theolo-*
ficum dogmata, ac traditiones, paſſim op-
es, porrò defendere ſatageret.

IV.

lis Guiſius, & Emericus Turzo moriun-

em fati legem implevit hòc tempore *Gui-*
Cardinalis, febri acuta extinctus. Qui cùm
ularibus, belloque gerendo, potiùs, quàm
Eccleſiaſticorum vitæ illi ocioſæ, ac ſedentariæ, natus, factuſque foret, ſupremo ore fratri germano, *Principi Ioinvillano*, toties inculcavit, animæ abeuntis diligentem is rationem haberet, id eſt, ſacris inſtitutis poſt mortem animæ, apud ignem purgatoriū impendiò afflictæ, tanquam fomentis, mederetur. Et cùm, inter cæteros, eadem mortis neceſſitate præreptos, *Emericus Turzo, Comes Vngarus*, idemque fortis, & magnanimus, hoc loco referri dignus exiſtat, ecce! ille, non quidem naturæ lege, ſed toxico præventus, ad plures emigravit.

V.

Iacobus Reihingus, Soc. Ieſu, confeſſionem Auguſtanam amplectitur.

QVò tempore *Guolfgangus Guilielmus*, *Dux Neopurgo-Palatinus*, ad *Pontificios*, hodieq; *Romanã* illum *Confeſſionem*, acceſſiſſet, jamq; in reformanda provincia ſua, potiſſimùm opera *Iacobi Reihingi, Societatis Ieſu*, prout vocant, *Monachi* uteretur, ecce! repentina, tanquam è *Salmacidis* fonte, tranſmutatio ſuboriri cœpit. Vt, qui anteà populos *Neopurgicos* ipſumque inprimis *Principem*, ad *Romanam Eccleſiam* illam, adducere ſtuduiſſet, repentè facta commutatione, ille ipſe in *Proteſtantium* partes tranſiret, ac cōverteretur. Tantùm valet illud τὸ θεῖον in ſacroſanctæ paginæ diligenti deponderatione. Vt toties etiam ipſos inter *Theologos*, & myſtas, monſtra emergant. Hic igitur, poſtquàm miraculo ceu quodam, ſive fulmine, tactum animum, *Auguſtanæ confeſſionis* deſiderio flagrantem, aperuiſſet, clàm aula emigrans, per aliorum *Principum Proteſtantium*, miniſtrantiumque, manus, *Vlmam* delatus, mox apud *Studgardiam, Ducum VVürtenbergicorum* ſedem, appulit, ibidemque doctrinam *Evangelicam* publicè profeſſus, cauſas etiam, quos ob à *Romanis* hodiernis, dictis *Pontificiis*, ſeceſſiſſet, ſcripto publicavit. Miretur aliquis fruſtrà *Ovidianas* illas, & fabuloſas, metamorphoſes. Cùm ſeculum iſthoc militare tantarum tranſmutationum, & quidem realiū, ferax eſſe, tot exemplis, tot rerum, regionum, hominumque, converſionibus paſſim concurrentibus, deprehendatur.

CAP. VII.

De Daniæ Regis altera, pro Friderico Palatino, apud Imperatorē, interceſsione.

I.

Rex Daniæ, miſſo ad Imperatorem legato, denuò pro Frid. Palatino intercedit.

PAulò antè de *Mansfeldii*, atque *Halberſtatenſis* expeditione in *Alſatiam* vidimus. Qui, cùm ad *Tabernas* denuò exercitum admoviſſent, omni vi civitatem expugnaturi, renitentibus fortiter præſidiariis, ac civibus, parùm effecerunt. Interim litteræ perferuntur ad *Frid. Palatinum*, belli

fortu-

fortunam ille ſuſpenderet, ne compoſitionis, ſub manibus verſantis, compendium interturbaretur. Inter cæteros verò hanc *Frid. Palatini* cauſam diligenter agebat *Chriſtianus, Rex Daniæ.* Qui ut *Cæſari Palatinum* reconciliaret, nihil operæ intermiſit. Itaque, cùm *Cæſar* tùm apud *Edinburgum Vngariæ* diætam celebraret, *Sivertum Pogviſchum* legatum miſit, qui iteratò hanc reconciliationem datâ operâ etentaret. Ille ergò, intrò ad *Cæſarem* admiſſus, ſic quidem perorare cœpit.

Inviĉtiſſime *Cæſar*! Quibus graviſſimis occupationibus ſuper rebus *Vngaricis* diſtinearis, quibuſq; ſtudiis, ac vigiliis, non ſine immortali nominis gloriâ, pro reducenda pacis felicitate, inpræſentiarum enitaris, ut etiam neque periculis, neque propriæ valetudini, parcas, id ne mihi quidem, multò minùs *Imperii*, regnorum, ac provinciarũ tuarum civibus, ignotum eſſe ſuſtinet. Tametſi igitur operæ pretium factùrus videri queam, ſi tàm neceſſario tempore, quo *Cæſar* aliâs, publici boni causâ, occupatiſſimus eſt, hanc meam interpellationem ſuſpendam. Nihilo-minùs, cùm à *Sereniſſimo Daniæ, & Norvegiæ Rege*, mihi par, atque eadem, provincia, pacem publicam concernens, demandari cœpiſſet, cujus ſi placere poſſit ematuratio, facilè aliis quibuſcunque per *Germaniam*, cæteraque regna, & provincias, difficultatibus, totiuſque *Imperii*, concuſſioni, ac deſolationi, obviàm iri queat, ut abſque ea omnis reliqua, ſuper pace reducenda, deliberatio, gravis, atque amara, videri ſuſtineat, utique hac ratione *Imperatorem* non inopportunò, ſed opportuno maximè, tempore interpellâſſe videbor. Quem in modum igitur, è tàm promptè mihi factâ coràm veniendi, ac dicendi, copiâ *Cæſareæ* ergà *Regem* meum benevolentiæ igniculos, ac characteras, notare mihi licuit, ità conſimiliter intimis votis enixè deprecor, hæc oratio mea tàm clementer, ac candidè, à *Cæſare* ad animum admittatur, quàm ſimpliciter, ac ſincerè, à me proponetur. Vt, quàm clementer in hanc pacis reductionem, *Regique* conteſtandam benevolentiam, *Cæſaris* animus propendeat, tùm ego quidem huic cauſæ, diligenter expediendæ, haud officio defuerim meo, conſtare poſſit.

Quod igitur omnis ſive epiſtolaris, ſive orationis familiaris, auſpicium eſſe ſolet, initiò, atq; antè omnia, *Cæſarem Rex* plurimæ ſalutationis, officiorumque, intimatione impertit. Nihilque aliud in votis habet, quàm ut tàm *Imperatori*, quàm *Imperatrici*, totique familiæ *Cæſareæ*, omnia, quà valetudinis, quà regiminis, felicitatem, cæteraq; quæ his in terris *Principes* deſiderare poſſunt, ex votis, & quidem cumulatiſſimè, benè, feliciterque, eveniant. Ejus ſummæ, atque abſolutæ, prout optat, *Cæſareæ* proſperitatis nuncium ubi *Rex* excipiet, nihil quicquam antiquius ipſi erit. Vt etiam *Deum Opt. Max.* precibus porrò fatigare haud deſiſtat, quò ſub umbra alarum, in totius *Imperii* incrementum, tùm mutuæ agnationis, propagationem, *Cæſarem* diu, atque diu, incolumem, felicem, ac florentem, protegere, ac conſervare, dignetur. Secundùm hæc, quanquam verò *Rex*, dùm antehac ſuper totius ferè *Germaniæ* diſſidiis, ac perturbationibus, nullius alterius, vel privati, commodi cauſa, ſolicitus, quàm ut jam penè deſolatis provinciis pax reſtitui poſſit, ad *Cæſarem* legatos ſuos præmiſit, notaverit ſibi, hanc religioſam, atque optima animi ſui intentionem, alienum, ac diverſum, ſenſum, tanquam *Cæſari* legem *Rex* præſcribe velit, torqueri voluiſſe, ut hoc intuitu, ne eun in lapidem, quod dicitur, denuò impingat, ho velut ſcopulos ſubterfugere debeat. Nihilo-ſec tamen, ſequeſtratis omnibus id genus obſtacul affectum ſuum, quo quidem *Cæſaris* per *Imperiu* regna, ac provincias proprias, res florentes int ri, tùm afflictis, atque propè ad ruinam, interitũ vergentibus *Germaniæ* rationibus, opem ac reme um, afferre, percupiat, oppidò præponderâſſe, hanc iteratò legationem ad *Cæſarem* expedire n immeritò decreverit. Cum quo enim *Rex* potiù ſuper extremis iſtis *Germaniæ* perturbationibu quàm ipſomet cùm *Cæſare*, ageret, utique toti *Imperii* capite? Cui magis eſſet exploratus calan toſus *Germaniæ* ſtatus? Cui, inquam, optima Re intentio, atque in pacis reductionem inclinanti mum ſtudium, antehâc per legatos conteſtatum potiùs cognitum foret, quàm ipſi *Cæſari*? Quæ ità ſeſe habeant, ut verborum phaleris, circuitu orationis, ampliùs ne quidem ſit opus, ut magis propatulo extet, quàm ſeveris, & extremis, id g nus proceſſibus, hactenùs in uſum ductis, nihil m gis efficiatur, quàm ut graviſſimis, ac ruinæ prox mis, per *Germaniam* digladiationibus cumulus, leumque, quod dicitur, camino addatur, ut etia in provincias, paulùm diſiunctiores, & quibu nihil iſtis cum motibus commune eſt, armorum furor diſpergatur: eam in rem *Regem* intermitte nullatenùs poſſe, quin *Cæſarem* amicè admoneat vellet *Cæſar*, pro debita ergà patriam ſolicitudine ſuper tot hominum inſontium, & ſub tantis cala mitatibus, cædibus, direptionibus, exilio, & tri paupertate, gementium, myriadibus, ad comm ſerationem, ſympathiamque, permoveri, nequ id tantum indulgere, quò extrema eodem rigor ſemper prævalere, præſentemque in interitum o mnia porrò præcipitari, debeant. Satiùs itaque longèque conducibilius, foret, mediocria, ac mi tia, remedia violentis iſtis præferre, adeóque Fri *dericum*, *Electorem Palatinum* in gratiam admitter Hunc jam, coràm pluribus *Imperii Principibus*, pſoque *Rege*, recepiſſe, ſe, unà cum hæredibus tantùm non prætenſionibus illis *Bohemicis* ex to renunciaturum, ſed, ſubmiſſa deprecatione inter veniente, *Cæſarem* veneraturum eſſe. Salvâ tame conditione illa, ut tàm *Electoralis* dignitas, quàm provinciæ patrimonales, prout antehâc ab ipſ forent poſſeſſæ, ipſi, hæredibuſque, reſtitueren tur.

Et ſi maximè *Cæſar* cauſari velit, enormem illam longèque majorem, eſſe offenſionem, quàm ut le vi brachio abſtergi debeat, tùm banni, proſcri ptioniſque, hactenùs exercitum, rigorem ſolidi niti fundamentis, ut porrò diſpungi tàm obite haud poſſit, de eo *Regis* animum nequaquam eſſe, ut controverſiam *Cæſari* deſuper intentare cupiat Vt magis, quicquid eſt ejuſmodi, in medio relin quat. Nihilo-minùs *Cæſari*, *Regem* in mentem re vocare, quàm quidem hiſce ſub extremis, quibu tàm gentes, quàm regiones, periclitantur, magi ſtratibus ſummo ut jure, ſummoque cum rigore experiri velint, minimè expedire ſoleat, ut inter dùm etiam aliquid de ſeveritate remittere, condu cibiliu

ius eveniat. Lenitate toties, ac manſuetudi-
ericuloſiſſimas turbas componi. Vt etiam po-
ſſima ſæpiùs regna ab ulteriori concuſſione,
e interitu, præſervari, benignitate, ac mitiò-
id genus remediis, uſu venerit. Ex adverſo,
t arcus, plus æquò tenſus, diſrumpi ſoleat,
ties, ſicubi ſummò jure experiri, extremaque
rrere lineâ, ſive *Rex*, ſive *Princeps*, mavelit, ma-
n animorum exulcerationem, eamque pror-
curabilem, omniaque ultimis periculis ple-
na, emergere conſuevisſe. Vt tandem illis cō-
nibus, ab initio parti ſuccumbenti admiſſis,
ampliùs locus fuerit, ut gravioribus potiùs
iminibus res implicari contigerit. Exemplis
molestum eſſe *Regem* nolle. Interim experi-
m, à ſexagintà hactenùs annis per provincias
mas obſervatam, ſatis, atque abundè, loqui.
oindè optimâ ſpe *Regem* niti, adeóque à *Cæſa-*
icè contendere, cùm jam *Palatinus* non tàm
nciationem, quàm demiſſam deprecationem,
ferat, *Cæſar* ſe ipſum (quæ utique victoria
ma) vinceret, indignationem, hactenùs pro-
am, remitteret, offenſioni pacem, ac quietem,
câ anteferret, adeóque, pro tanti, ac tàm ſa-
s, emolumenti ematuratione, è ſingulari *Cæ-*
clementia, gratiaque diem, locumque, aperi-
i, de armorum utrinque paribus paſſibus ſe-
ratione, pacis publicæ reductione, amneſtiæ
alis publicatione, inprimis *Palatini* exculpa-
, conveniri, rationeſque iniri, poſſint. Scilicet
rit, quo *Cæſar* tot inſontium hominum my-
ex ultimis calamitatibus eripiet, ſanguinariis
is, ulterioribuſque bellicis præparationibus,
n intercipiet, pacem, ac quietem poſtliminiò
t, *Imperium*, ultimo ſub agone, ut videtur, de-
n, ac penè conclamatum, in poplites rurſus e-
nque meliorem ſtatum revocabit. Vt etiam
perioris, quàm inferioris, ordinis ſubditos
nque, nullo luculentiori remedio beare, im-
s quoque, hactenùs reſiſtentes, ac refracta-
llo potiori vinculo ſibi devincire, redunire,
e ad perpetuas grati animi juxtà declara-
provocare ſatagat.

II.

ſ, ad Daniæ Regis legati propoſitionem, re-
ſio.

ctenùs *Daniæ Regis* legatus. Ad cujus præme-
oratam intimationem, ſic quidem tùm re-
ri cœptum eſt: Nempè *Cæſarem*, eundemq;
ac *Bohemiæ, Regem*, ea, quæcunque per *Daniæ*
nſiliarium, ac legatum, *Sivertum* à *Pogviſch*,
à dicendi copia, coràm eſſent propoſita, in-
é. Inprimis autem, pro regiæ ſalutationis,
umque, oblatione, & quæ cætera, ex arctâ
neceſſitudinis lege, his proxima ſunt, *Cæſarē*
r gratias agere, ut etiam datâ occaſione *Regi*
ri, veteriſque illius mutuæ neceſſitudinis
, laudabili majorum more, ratum, immò
tectumque, conſervare cupiat.
m ipſam quod ſpectat, abs re eſſe, nullaque
one indigere, motibus iſtis inteſtinis, ſub
DC.XVII. per *Bohemiam* oriundis, ac poſt-
ſocias in provincias penetrantibus, *Cæſarē*

nullatenùs cauſam, nedùm fomitem, præbuiſſe. Simulátque enim *Matthias Imp.* primùm fœdis iſtis *Bohemorum* perduellionibus petitus, naturæ legē implevisſet, ilicet *Ferdinādum Cæſarem*, utpote legitimū *Bohemiæ*, eundemq; electum, coronatum, unctumq; *Regem*, nihil prius habuiſſe, quàm ut illis privilegia, litteras, dictas *Majeſtaticas*, confirmaret, adeóque tantos motus quantò ociùs componeret. Quantus autem, & quàm intempeſtivus, *Bohemorum* fuerit furor, ut modò non oblatam hanc *Cæſaris, Regiſque*, gratiam, gratanter admiſerint, ſed, iſti, ſeipſis efferatiores, in armis magis magiſq; ſeſe oppoſuerint, ut etiam ad urbem, ac ſedem, *Cæſaream, Viennam* nēpè, infeſtum admovere exercitum, adeóq; omnia, quæ in interitum *Cæſari*, ſi licuiſſet, accerſendū, furor, rabieſq;, dictant, etentare, improbâ frōte haud verecundati ſint. Neq; illic tantùm acquieverunt improbæ cervices. Sed petulantiâ, ſupinâq; libidinatione, porrò provectæ, etiam juris tàm divini, quàm humani, omninò oblitæ, novum perduellionibus ſuis titulum, caputque, nempè *Fridericum Palatinum*, aſſignare, eundemq;, contrà omne jus, faſque, piumq;, publicè eligere, coronare, atq; inaugurare, perrexerunt. Idque omne eo quidem tempore ab iſtis patratum eſt, quo *Cæſar* à *Senatu Imperii Septemvirorum*, tanquam *Bohemiæ Rex, Elector, Archipincerna, lege Bullæ* illius *Carolinæ*, *Francofurtum* invitari, in conclave, ſeſſionem, & ſuffragia, admitti, in *Regem Romanorum*, poſtmodùm *Cæſarem*, ordine, unanimique conſenſu, *Electorum*, renunciari, cœpit. Quibus in *Imperii* comitiis cùm ipſemet *Palatinus*, per legatos ſuos, veteri more, & juramenti ſanctitudinem, & cætera, quæ lex, & ſanctiones, jubent, impleverit, ecce! quàm clancularium, & nefandum, inierit modum, *Cæſarem*, utique dominum ſuum, quò is in *Bohemia* eluderet, regnumq; partim aſtu, partim vi injecta, unà cum provinciis adjunctis, eriperet.

Indè factum eſſe, ut dictus *Fridericus Palatinus*, præeunte electionis, ac coronationis, iſtius colore, *Cæſaris* in regnum, regioneſque patrimoniales, ſeſe intruſerit, confœderationes ſuſpectas pepigerit, quinimmò, quò poſſeſſionem, illicitè aditam, aſſerere ſufficeret, *Turcorum* tyrannum, œcumenicum *Chriſtiani* nominis hoſtem, in auxilium evocârit. Quid aliud faceret *Cæſar*, quàm ut, pro recuperatione regni, ac provinciarum, per vim ablatarum, neceſſaria arma pararet, fideles *Imperio Electores*, ac *Principes*, invocaret? Qui cùm *Palatini* actiones novas, informeſque, probare minimè gentium poſſent, ſub *Anno M.DC.XX.* in dicto conventu, apud *Mülhuſium*, *Imperii* civitatem, convenientes, juxtà idoneas, ac repetitas, ad *Palatinum* emiſſas, dehortatorias, facto *Senatuſconſulto* id omne diligenter atque ex æquo, deliberarunt, concluſeruntq;, quodcunq;, pro vindicanda *Cæſaris* autoritate, ac dignitate, pro aſſerendis *Imperii* legibus, ac conſtitutionibus, pro pace Religionis conſtabilienda, pro recuperandis, per vim ablatis, regnis, ac provinciis, & pacis deniq; patriæ redintegratione, requirebatur. Verùm enim verùm tantùm abfuit, ut ardentes illæ *Electorum* dehortationes apud *Palatinum* quicquam profecerint, ut magis, magiſq; in confœderationes, auxiliaq; *Ottomannica*, ſibi accerſenda, intentus fuerit, omniq; ſtudio, ac deditâ operâ, accerſitis undecunq; viribus extraneis, & *Cæſari*, regno,

& tot provinciis, abalienatis, medium, quod dicitur, digitum oſtendere, & *Electores, Principeſque*, fideles, naſo ſuſpendere, omniaque vi injectâ, perturbare, atque penetrare, quitus eſſet.

Tametſi autem tàm inſolens, improbum, atque antehac inuſitatum, factum, juſtâ *Dei* vindictâ, ità repreſſum, retuſumque, ſit, ut partâ ſuper perduellibus apud *Pragam* tàm luculentâ victoriâ, juſtiſſima *Cæſaris* cauſa manifeſtè triumphare viſa ſit, *Palatino*, cum familia, & complicibus, turpi fugâ è *Bohemia* profugientibus: nihilo-ſeciùs, non obſtante evidenti hac fortunâ, *Cæſaris* animum etiam-nunc, in pacis publicæ reproductionem, inclinare, ut, poſt tot ſumma cum patientia exanthlatas, atque hactenùs vix ab aliquot ſeculis in *Imperio* cognitas, offenſiones, atroceſque injurias, *Electores, Principeſque*, fideles, ſub indictis comitiis, convocârit, eo ſub pio, ac ſancto, inſtituto, ut ſepoſitis aliis, quà provincias patrimoniales, occupationibus, ipſemet huic conventui intereſſe, omniaque, quæ porrò ad ſolidæ, ac conſtabiliendæ, publicæ pacis ferruimminationem pertinere videbuntur, in medium proponere, ac conſulere, velit. Interim, quò minùs tàm ſalutare propoſitum in effectum deduceretur, novas obſtitiſſe, atque atroces, turbas, quibus factum eſſet, ut, obſeſſis paſſim itineribus, *Electores, Principeſque*, convenire haud quidem potuerint. *Erneſtum* enim *Mansfeldium* proſcriptum iſtum, tantùm non denuò exercitum inſtruxiſſe, ſed etiam *Palatinatum ſuperiorem* infeſtâſſe, ſed etiam *Bohemiam*, admirando non ità pridèm ſucceſſu, victoriâq; inſigni, recuperatam, *Palatino* poſtliminiò ſubjugare tentâſſe.

Hac requirente neceſſitate *Cæſarem* adactum iteratò quoque evocaſſe *Maximilianum, Bauariæ Ducem*, ille ut improbos, ac pertinaces, *Mansfeldii* conatus retunderet. Neque defuiſſe huic cœpto efficaciam. *Mansfeldium* enim ad incitas redeuntem, ac copiis *Bavaricis* cinctum, cum ferro, ac virtute, evadere haud poſſet, ad ſolitas fallendi artes converſum, dolis, ſimulatiſque tranſactionibus, emerſiſſe. Qui cùm in *Palatinatum inferiorem*, extractis ingenti calliditate induciis, dilabi cœpiſſet, mox cum temeraria manu in *Alſatiam* aſcendit, provinciis *Archiducum* patrimonialibus innumera damna intulit, ut etiam *Haganoam* interceperit, etiam per finitima oppida ferro, atque igne, ſit graſſatus, more prorſus barbaro, atque ferè inaudito. Ejus imitatione, atque inſtinctu, porrò *Chriſtianum, Ducem Brunſuicenſem*, eâdem audaciâ, ac temeritate, velut ebrium, per *Gueſtphaliam* ſpoliis, exactionibus, cædibus, incendiiſque, bacchari, *Monaſterienſem*, ac *Padebornenſem Epiſcopatus*, tàm immanibus auſis infeſtare, ut neque ſuorum dehortationibus quicquam cedat, neque etiam templis, ac ſacris, parcat, eamque pari atrocitate tyrannidem præ ſe ferat, cujuſmodi ut deſcribatur haud quidem digna ſit, ut potiùs lacrymis, ac gemitibus, ſubditorum deplorari mereatur.

Tantùm igitur abeſſe, ut *Fridericus Palatinus* proſcriptus ille, ullam ſive pœnitentiæ, culpæque, emendationem, multò minùs ſubmiſſionem quamcunque, oſtendat. Vt magis ira, livore, ſuperbiâque tumentem, atque impotentem, animum atrocibus lineis omninò repræſentet. Socerum quidem ejus, *Iacobum, Angliæ Regem*, multa, ſuper generi emendatione, per legatum promiſiſſe. Sed omnia eſſe fruſtrà, iſtumque antiquum obtinere. Ità ut tā *Manſfeldius*, quàm *Brunſvicenſis*, ejus nomine tyrannid iſtam profiteantur. Nihilo-minùs, nondùm *Cæſarem* pacis, compoſitioniſque, tractationem, ex in nata lenitate, projeciſſe. Vt etiam nuperrimè ean in rem *Svartzenburgicum Comitem* in *Angliam* ablegârit, etiam conditiones, quibus armiſtitium obtineri queat, *Sereniſſ. Hiſpaniarum Infanti*, apud *Bruxellas* rerum potienti, liberè permiſerit.

Quæ dùm, ſub ſpe compoſitionis, utrinq; inte *Cæſarem*, atque *Angliæ Regem*, aguntur, ut jam legat ſeriò utrinque conveniant, tempuſque intereà ex trahatur, ecce! (quis hoc credat?) ſæpè nominatus, proſcriptus iſte *Fridericus Palatinus*, ſupercilio sè, ac fœdè, proculcatâ inchoatæ compoſitionis ra tione, eo ipſo tempore, quo *Cæſaris* legati apu *Angliam* erant, rurſus erumpit, è *Belgio* in *Imperium* emergit, proſcriptiſque pariter, ac ſanguinarii iſtius *Mansfeldii* partibus accedit, juxtàque eaden operâ *Brunſvicenſem*, alioſque, evocat, ut ruptis omninò humanitatis, juris, ſocietatiſque, ac fidei vinculis, *Imperium* novis turbis perturbare, *Cæſari* ejuſque provinciis patrimonialibus, omnia dira intentare, reliquoſque *Electores* ac *Principes*, contra datam, acceptamque, fidem, dolosè, perfidèque, evertere ſufficeret. Quod ſi tetros iſtos conatus *Deus* ex alto minùs diſiecisſet, tertiumque *Durlachii* exercitum ſecunda hac vice apud *Vimpfenam*, interveniente rurſùm maſcula victoria, fudiſſet, fortè hic iſtorum furor ulteriùs ſerpere tùm potuiſſet. E qua, ab ovo, quod dicitur, & verè deductâ, dilucidatione, *Cæſar* non tàm *Daniæ Regi*, quàm toti mundo, innoteſcere plus ſatis arbitratur, quibus atrociſſimis, & antehac per *Imperium* inauditis, offenſionibus atque injuriis, *Cæſar* provocatus ſit, ut majores ſuos tàm atrociter læſos unquam fuiſſe, vix conſtet. De *Cæſaris* ergò bonitate, ac clementia, utique qui enormes læſiones ſingulari animi cum patientia hactenùs ſuperaſſet, neminem meritò conqueri poſſe. Vt etiamnum, emiſſo in *Angliam* legato, ſuper reductione pacis, totiuſq; rei ſumma, deliberationes ineat. Illum ſuum legatum jam tùm in reditu *Bruxellis* eſſe, ibidemque *Richardum Veſtonium*, oratorem *Anglicanum*, opperiri. Abindè ſimulàtque, quid, & quouſque, actum eſſet, cognitum haberet, tùm quidem *Cæſarem*, ſuper præmemorata totius cardinis tractatione, & ſumma, eas rationes initurum, menteimque, quid fieri velit, declaraturum eſſe, ut modò non congenita *Auſtriaca* illa *Cæſaris* lenitas, ac clementia, magis omnibus conſtare, ſed etiam, quàm *Daniæ Regis* interpoſitio grata, honorifica, & magni facienda ſit, dilucеſcere debeat.

III.

Daniæ Regis legati replicatio.

Acceptâ illâ *Cæſaris* declaratione, legatus *Danicus* non deſtitit porrò conceptis verbis ità excipere, remque, ſibi commiſſam, urgere: Poſteaquàm *Cæſar*, inquit, ad *Regis Daniæ* interpellationem, à legato præmiſſam, hanc in ſententiam reſpondere dignatus eſſet, nimirum exſpectari, quid, & quouſque, ſuſcepta apud *Bruxellas*, armiſtitii tractatio pro-

overit. Quo nomine tùm quidem animum,
ac quietis, cupidum, declarare ſit affectus;
mnibus ingens *Cæſaris* lenitas perſpici, juxtà-
gis autoritati, atque honori, ſatisfieri; de-
Prout nunc igitur, ſuper optima *Cæſarei* illius
iſſi fide, legato nequicquam dubitare fas eſ-
i, nomine *Regis* ſui, reſponſionem, modò
, illum gratanter, ac cum honorificentia;
tere, neque licere arbitrari; ut quicquam
ıs urgere præſumat. Interim; cùm in ſupe-
ſponſo, à principio ad finem uſque; multa
urrant, & pleraque; quæ *Cæſaris* animum;
dùm indignatione inflammatum; arguant;
ridericum, Electorem Palatinum, etiam-nunc
proſcriptionis titulo gravent; vix liquere;
elegantia hæc ſint ad inſtantem pacis tranſ-
em præliminaria. Quibus modis, viiſque,
illorum apud *Bohemiam* motuum autores
ſub pœnas; ac leges, vocari contigerit;
deinceps coercendi veniant; de iis omni-
gatum datâ operâ ſuperſedere, curioſumque
lle. Sed, cùm *Cæſar* regnum *Bohemiæ*, ſociaſ-
ovincias, partim armis, partim interveni-
mpoſitione, recuperârit, *Regem* id intende-
ſiderare, ut per cæteras *Imperii* provincias,
is quibuſcunque offenſionibus, præeunte
iâ, ceu vocant, generali, paribus paſſibus
roduceretur. Iamque eò faciliorem præ
us eſſe, pacis componendæ occaſionem; at-
r, cùm *Elector Palatinus* tantùm non præte-
is illis *Bohemicis* renunciare, ſed facti ve-
bmiſſo venerationis cultu deprecari, ſit af-
Si igitur & titulis, & poſſeſſionibus; ille re-
r, rem planam eſſe. Interim, quòd in armis
ùm reſiſteret, ſe, ſuoſque, ac provinciarum
lam reliquam, aſſerere niteretur, hoc illum
Cæſarem oppugnandi, aut offendendi, nulla-
gere, ut tantùm, dùm *Dux Bavariæ* & provin-
tulos *Electori* vi eripit, *Vlmenſemque* tranſ-
in evertit, juris naturalis defenſio cenſenda
ſecundùm hæc, quòd in *Alſatiam*, atque *Ar-*
s provincias, excurritur, modùſque ſub de-
s axiomate, exceditur, hoc ipſum eſſe, quòd
grè habeat. Vt haud immeritò, ſuper aliis,
provinciis, communes in calamitates ſuc-
uentibus, conqueri comperiatur. Nuper à-
*l*oſtium, oppidum ſic dictum, à *Bavaricis*
tum; tantum furorem militis cognitum
ullâ neque ſexus, neque ætatis, ratione ha-
num omnes, tanquam publicâ ſub lanie-
ari contigerit. Dùm igitur ultrò citròque
n armis multa extrà ordinem, militiæque
leges, committuntur, non inanes eſſe me-
cceſſu temporis hoc periculoſo armorum
univerſa conflagret *Germania*. Vſque ad-
n *Alſatiam* illi uſque tranſiiſſent, vel *Spino-*
nici exercitus præfectum, in cauſa eſſe, vi-
e. Eum enim modò non per *Palatinatum*
ıæque tentaſſe, ſed etiam *Mauritii*; *Heſſiæ*
ii, etiam *Hanovicæ* tutricis, ac pupillorum;
iſiſſe, etiam *Imperii* civitates, *Fridbergam*
elnbuſam, & *Vetzflariam*, datâ operâ occu-
ſidioque impoſito, etiam-nunc detinere.
ò illis omnibus cum *Bohemis* rei eſt? Id ge-
que perpetratarum inſolentiarum, atque
n, militarium quandoquidem ingens ſive

catalogus, ſive cumulus, quod tædioſum utique ſit, in tabulas referri poſſit, *Cæſar* tantoperè *Electori Palatino* vitio vertere ne poterit quidem, dùm ille naturalis, atque omnibus conceſſæ, defenſionis lege, *Bavariæ Duci*, tanquam titulos, poſſeſſioneſq; ſuas, intercipienti, obluctatur. Vt hac ratione neque in *Cæſarem* injurius eſſe, neque ſoceri, *Angliæ Regis*, tractationem eludere velle, videri queat.

Præſuppoſitis id genus conſiderationibus, *Daniæ Rex* indubiâ nititur ſpe, fore, ut toties iteratis illius interventionibus tandem *Cæſar* locum relinquat; *Electorique Palatino*, quà res *Bohemicas*, reatum remittat, quà defenſionem, recèns ſuſceptam, nihil imputet, inprimis verò *Electoralem* dignitatem, patrimoniumque palatinum, reſtituat. Niſi id fiat, periculum ſubeſſe, ne hic rigor omnes *Principes Proteſtantes* offendat, atq; alieniores reddat. Iam enim cæteros, rerum *Bohemicarum* autores, in gratiâ admiſſos eſſe, jam *Gabrielem Bethlenum*, gravius *Electore Palatino* etiam ipſo delinquentem, abſque ulla *Regum, Principumque*, interventione, exculpari, immò verò *Principatibus* inſuper diverſis, tituliſque, ac reditibus, ad dies vitæ conceſſis, augeri, uſuveniſſe. Quid ergò eſt? Et cur *Electori Palatino*, ex omnibus aliis, ſoli, & unico, fores gratiæ non pateant. In hoc caput omnes vindictæ tantum, & cumulatè, conſpirent? Scilicet hoc illud eſt, quod in *Electoris Palatini*, cjuſque hæredum, totalem oppreſſionem militat. Scilicet hoc agnatos illius *Electoris*, cæteroſque *Principes Proteſtantes* angit, nimirum hoc præjudicium indè emergere, ut, prout fama nunciat, *Electoralis* dignitas in *Bavariæ Ducem* transferenda ſit? Profectò id genus conſilia, in privatum quorundam commodum fabricata, nimis liquet eſſe calida. Vt facilè novas turbas ſuſcitare, *PrincipeſquePoteſtantes*, jam tū armatos, irritare, atque evocare, ſatagant. Tametſi enim etiam in valle *Vimpfena* jam recèns *Durlachii Marchionis* exercitus eſſet contuſus, nondùm tamen *Electoris Palatini* vires eò uſque enervatas videri, ut defenſionem extrahere nequeat. Vel *Mansfeldii Comitis* exemplo doceri, quàm non difficile ſit *Electori* amicorum ſubſidiis uti. Eum enim, tametſi acerbiſſimis proſcriptionis formulis petitum, nihilo-minùs hûcuſque domino ſuo conſtanter adhærere, necdùm vultum, fidemque rebus in adverſis mutare. Eum eò uſque viribus auctum eſſe, ut, comparato, inſtructoque, integro exercitu, jam, ultrà annum caſtris ſeſe diffuderit, nuperque *Bavaricas* apud *Viſelochum* copias contuderit. Illud vel documento eſſe, nullum hoſtem, tametſi invalidum, contemni oportere. Si itaque abſque ſpe ſive exculpationis, ſive reconciliationis, ſit, atque id genus exoſa denominatio, dùm *Elector* proſcriptionis notâ denigratur, porrò locum habere debeat, quàm promptè hæc ſimultas in deſperationem degenerare, potens eſſet, neminem fugere. E deſperatis autem conſiliis quæ turbæ ultimæ, quæ lanienæ, propullulare conſueverint, hiſtorias, ac ſuperioris ævi exempla, fidem facere, ut neque *Cæſari* obſcurum id eſſe poſſit. *Vlmanam* tranſactionem uſque eò prorſus labefactari, ut nulla ejus ratio ſupereſſe videatur. Cùm ergò tantùm non in ſuperioribus propter *Rhenum* provinciis motus bellici exaſperentur, ſed etiam in *Gueſtphaliæ* tractibus, ipſaque *Saxonia* inferiori, armorum incendia gliſcant, ma-

gno *Electoris Palatini* cum emolumento, dùm & *Batavi*, aliique, amici, ac confœderati, ſuppeditatis auxiliis, diu hanc litem fovere, atque in annos aliquam multos, extrahere, queant: tùm quoque variæ, ac multiplices *Britanniarum Regis* legationes, atque expeditiones, id tandem ponderis obtinuerint, ut jam de pace apud *Bruxellas* inſtituatur tractatio: utique *Regem* majorem in modum à *Cæſare*, id eſt, amicè, atque enixè, contendere, pateretur *Cæſar* cum *Electore Palatino*, rebus *Bohemicis* in totum renunciaturo, ſed & veniam ſubmiſſa humiliatione deprecaturo, in gratiam reverti, eidemque honores, & poſſeſſiones priſtinas, pleno jure retribuere, jamque adeò, ut ejus rei ſpecimen proſtare poſſit, paulò dilucidiùs, atque apertiùs, hac in cauſa animum expectorare.

Quodſi proindè hæc ratio *Cæſari* placere queat, ut, indicta proximè diæta, ſuper rei ſummâ, deliberatio inſtituenda ſit, *Regem* tùm ad voluntatem *Cæſaris* miſſurum legatos, quamque hactenùs foveret ergà pacis reproductionem mentem, eam illis ſub argumentis probaturum eſſe, ut & *Regem* pacis unicè cupidum & *Cæſareæ* felicitatis amantiſſimum, eſſe, evidenter conteſtatiſſimum fieri debeat.

De *Chriſtiani Ducis, Brunſvicenſis*, expeditione, inſtinctu *Mansfeldii* ſuſceptâ, ejuſdemque per tractus *Gueſtphalicos* inuſitata tyrannide, parùm, aut nihil, *Regi* conſtare. Illud quidem, *Chriſtianum Ducem* in armis eſſe, ſibi innotuiſſe. Quanquam autem *Regi* actiones *Chriſtiani* non probentur, ut nec conſilio, nec re, eum juverit: nihilo-minùs, quòd arma pro *Electore Palatino* capiat, hoc illum dubio procul ex mera ſympathia, proximæque neceſſitudinis affectu, quò quidem illius, conjugis, & liberorum, exilium commiſerabundus intueretur, eniti, putandum eſſe.

Denique, quòd *Cæſar* per *Imperialem Vicecancellarium* ſubintuliſſet, proſcriptionis executionem, in gratiam, favoremque, *Regis*, mitigatam eſſe, hoc ipſum ſingularis amicitiæ loco, *Regem* gratanter admittere. Neque verò præſentis tempeſtatis rationes pati, ut ſeveriori lege, ne deſperatis conſiliis fores aperiantur, animadverti debeat. E quibus nunc omnibus, ac ſingulis, à *Rege* amicè propoſitis, & reproductis, haud gravatim *Cæſar* cognoſcat, quàm conducat, ac præſtet, extremis id genus, atque ultimis, remediis benigna, ac mitia, anteferre. His longè faciliùs *Electoris Palatini* animum expugnari, emolliri, ac *Cæſari* obligari, poſſe, ut deinceps in *Imperii* commodum, etiam adverſus neceſſitates *Turcicas*, *Cæſar*, ejuſce *Principis* operâ uti frui ſuſtineat.

IV.

Cæſaris, ad legati Danici replicationem, brevis recapitulatio.

QVæ autem fuerit, ad hanc *Daniæ Regis* legati inſtantiam, *Cæſaris* tùm, iteratò data, declaratio, jam ſequetur. Ea autem fuit ejuſmodi: Nempè *Cæſari*, eidemque *Vngariæ*, ac *Bohemiæ*, *Regi*, *Daniæ*, ac *Norvegiæ*, *Regis*, legati *Siverti Pagviſchi in Haßlavv*, repetitiones denuò, poſt acceptam reſponſionem, intimari cœpiſſe. Ad quam *Cæſar*, brevi tanquam in anacephaleoſi, clementer deponit, volupe ſibi accidere, priorem illam declarationem à legato
gratanter, atque cum honorificentiâ, nomi
Regis, ac domini, ſui, admiſſam eſſe. Ad hanc i
ſtantiam igitur quod attinet, cùm nonnulla in
moveantur, quæ tàm officium, quàm perſonan
Cæſaris attingant, tùm ad particularia ſeſe exte
dant, ex illis conſtare, legatum rerum earum,
quæ foris incidunt, circumſtantiarum, ſufficie
tem informationem nondum aſſecutum eſſe. Ill
enim, quodcunque per viam armorum hacten
per *Palatinatum* uſu veniſſe allegatur, ex edicto C
ſaris profectum eſſe, putandum eſſe. Vt etiam
ſpanicus ille dictus exercitus, nullo alio, quàm C
ſaris nomine, cenſendus veniat. Quicquid igitu
Palatino, ejuſque complicibus, tàm adversùs pr
fatum exercitum, quàm *Electores, Principeſque*, fid
les, tentatum eſſet, id omne in *Cæſarem* hacten
unicè redundare.

Quandoquidem igitur ſuprà data à *Cæſare* d
claratio aliter formari impræſentiarum haud p
ſit, ſed ſarta tectaque, unà cum clauſulis ſuis, etia
nunc perſtet, ut *Cæſar* ſecundùm viam, inibi pr
poſitam, rei ſummam, paciſque tractationem, pr
movere cupiat, tùm in eandem pacis reductione
Regis animus propendere deprehendatur; utiq
eum rerum curſum, ac ſic quidem comparatum
eſſe, ut interturbari non debeat. Quo nom
ut *Cæſar* cum *Rege*, ſuper pendente illa controve
ſia, litium cathenam, aut funiculum, quod aju
ducere velit, non opportunum, ſed moleſtum,
deri. Ea propter *Cæſarem* optimâ ſpe niti, fore,
Rex, ſuper communicatâ ſuperius declaration
acquieſcat, tractationiſque propoſitæ eventu
exſpectet. Etiamnunc enim *Cæſarem* clementer a
fectum eſſe, ut, ſub inita tractatione, *Regis* int
ceſſio, atque reſpectus, pondere ſuo deſtitui ha
debeat.

V.

Electoris Saxoniæ pro Frid. Palatini reſtituti
ne, interceſſoria.

SEcundùm illam *Daniæ Regis* interventionem,
defuit quoque *Elector Saxoniæ* partibus ſuis, qu
juxtà *Regem*, totidem penè verbis, apud *Cæſarem* p
Frid. Palatino, cooperaretur. Talis autem erat e
oratio: Nempè *Chriſtianum*, inquit, *Daniæ*, & *No*
vegiæ, Regem, agnatum, affinem, fratrem, comp
tremque, ſuum, miſſo *Henrico Komportenio in Schm*
legato, notum feciſſe, quo pacto jam iteratò, apu
Cæſarem, pro *Friderico Palatino*, non tantùm regni B
hemiæ prætenſionibus renunciaturo, ſed etiam
cti veniam humilimè deprecaturo, nunc exculp
do, paceque publicâ, tandem reducenda, acco
ſtabiliendâ, ſeriò occuparetur, majorem in m
dum amicè contendendo, vellet *Elector* unà qu
que, pro hujus finis conſecutione, ſymbolam pa
ter ſuam conferre, eademque operâ corrogan
ſuperaccedere. Qua de re ſiquidem hactenùs è d
verſis miſſiculationibus, affatim hauſiſſet, nihil m
æquè curæ eſſe, quàm ut maturrimè *Imperio* opta
pax rurſus affulgeat, quo nomine tàm *Hiſpaniar*
Infanti apud *Bruxellas* ejuſce ſalutaris inſtituti di
ctionem commiſiſſet, juxtàque ad *Angliæ Regem* ill
ſtrem legationem expediviſſet, ſe utique officij el
ctoralis ſui memorem, quo, ad componendũ quo
cunq

ue per *Imperium* naſcentes tumultus, obligare-
ò minùs *Regi* operam negare debuiſſe, maxi-
um ejuſdem animum, in hujus *Imperii* ſalutē,
ietem, inclinantiſſimum, ſatis perſpectum
it. Prout igitur aliàs per ſe eſſet facturus, ità
ſententiarum conjunctis operis intervenire pa-
ır *Cæſar* quantò ociùs tàm neceſſarium, ac ſa-
:, bonum, in *Imperium* reducere, quoque fir-
bus hæc pax vinculis aſtringi poſſit, in ipſis
ous ſcaturigini occurrere, radicique belli ma-
manum, ſive falcem, adhibere.
oindè *Cæſarem* demiſſa, qua par eſt, reverentia
re, dignaretur *Regis* petitionem, ad pacem, ac
em, præparatam, admittere, eique ſuum pon-
ibuere, juxtàque *Palatinum*, ea ſub lege *Cæſari*
ecturum, in gratiam recipere; hancque juxtà
is interventionem, tanquam in *Imperii Impe-*
que, incrementum militantem, apud animum
nter ponderare, atque ratam habere. Hoc
Cæſar ſemetipſum vincet, *Regem* non aliena-
oc tempore *Imperio* conciliabit, ſanguinariis
liationibus anſam præcidet, cum *Deo*, pacem
t, omneſque *Imperii Principes*, ac *Status*, cum
rtali nominis gloria, reficiet, ac confirmabit.
tſi enim glorioſum ſit, *Cæſarem*, inſigni apud
a relata nuper victoria, hoſtes, ac refractarios
, ac deviciſſe, hoc tamen inprimis magnifi-
ſolenne, ac triumphale, fuerit, *Cæſarem*, qui
viciſſet, etiam ſemetipſum viciſſe, etiam cū
uo enormiter antè læſus fuiſſet, in gratiam
m eſſe, adeóque remediis ſeverioribus cle-
m, lenitatemque, antetuliſſe.

VI.

Frid. Palatinus, Angliæ, & Daniæ, Regibus, tan-quam arbitris, morem gerit. Copiiſque ſuis, ſub Mansfeldio, ac Chriſtiano Brunſvicenſi, miſſionem dat.

HÆc cùm per *Reges*, *Principeſque*, arbitros apud *Cæſarem* toties, & datâ operâ, ſolicitarentur, ne identidem *Cæſar* pertinaciam, atque in armis repugnantiam, cauſari, atque obiicere poſſet, *Palatinus* urgeri cœpit. Hic ut ſuperiori cederet, *Regibus*, arbitris morem gereret, primuſque exercitus, tanquam offenſionis, litiſque materiam, exautoraret. Quid fit? Ecce! *Palatinus*, dùm *Reges*, & quidem tantos, habet fidejuſſores, ne ipſos in arbitros, quibus negare nihil poterat, injurius eſſet, paret, legemq; accipit. Dùm igitur ad *Tabernas*, *Alſatiæ* civitatē, obſidendi animo, hæreret uterque exercitus, ille inter timores, & ſpes, æſtuans, invito licet animo, & *Mansfeldio* ſuo, & *Chriſtiano Brunſvicenſi*, omnibuſque eorum tribunis, ac legionibus, more militari, miſſionem dedit, poſteaquàm pro officiis, eò uſque fideliter navatis, gratias egiſſet, eiſdemque fortunā ducem, quocunque lubitum eſſet, ſequendi liberrimam feciſſet poteſtatem. Ferunt, ſub honorariis id genus codicillis dimiſſos, *Mansfeldium*, ac *Brunſvicenſem* operas ſuas *Cæſari* inprimis obtuliſſe, ſub hac lege, ſi ſtipendia, ipſis debita, prænumerarentur, militaturos. Niſi hoc placere poſſit, *Cæſar*, proſcriptionis notam abrogando, permitteret illis liberam ex *Imperio* emigrandi facultatem. Seſe enim quantò ociùs exceſſuros eſſe.

Io. Petri Lotichij
RERVM GERMANICARVM
LIBER XII.

CAPVT I.

... fruſtranea Frid. Palatini exſpectatione. Itemque Heydelbergæ per Thillyū expugnatione.

I.

Palatinus exſpectatione ſuâ fruſtratur.

DVtaſſet *Palatinus*, ſe jam idoneum exculpationis, ac reſtitutionis, ſuæ fundamentum jeciſſe. Sed nimis ſerò, *Satyrici* illius *Romani* præceptum præponderare didicit, nempè eum nequaquam rectè facere, qui citò credit. Quod enim non exſpectas, fit ex tranſverſo. Et ſuprà caput fortuna negotium curat. Tametſi igitur conſiliis certetur, exactiſſimè excogitatis, nihilo-minùs ea ipſa fortuna, quæ maximum in res bellicas habet imperium, plerumque rationes interturbat.

Itaque vel *Angliæ Rex* ſpe erat pleniſſimus, futurum arbitratus, ut hac via exilio generi, filiæ, ac nepotum, paulò poſt medicina fieret. Eo enim ſpecta-

ſpectabat compoſitionis tractatio, apud *Bruxellas* aperta. Sed *Rex* in literis, & ocio, educatus, paciſque, quàm militiæ, avidior, inhiabat deliberationibus. Quæ quidem, ut diem de die ducerent, conſiliorumque procraſtinandorum, cathenam extraherent, ſic comparatæ videri poterant. Nullo igitur amicitiæ genere magis, quàm promiſſis, certabatur. Si maximè *Rex* ſtomachabundus, atque in arma tandem erupturus, videretur, tùm quidem *Hiſpanici* conſiliarij quàm maximè laborabât. Ventum erat ad rem. Ibi tùm à *Rege* exigebatur, ille ut apodixin, à genero certa ſub formula comprehenſam, offerret, hac ſub lege, ut, quicquid ſub tractationem veniſſet, hoc omne *Palatinus* ratum haberet, nec indè reſilire poſſet. Acceptata eſt hæc quoque conditio. Et, tametſi *Rex* generum hac in parte obſequentem, totieſque ejus voluntatem litteris conſignatam, haberet, nihilominùs etiam hic mos geri cœpit. Vbi ergò ſolenne autographum conceptiſſimis verbis ſuperacceſſiſſet; omnia, quod dicitur, octo putabantur eſſe facta. Sed iterùm modus alius, vel è ſcirpo, emerſit. Cū enim *Electoris* nomen his tabulis unicè præſtructum eſſet, novam *Hiſpani* litem moventes, tanquam nō ſine religione huncce titulum inſpicere poſſent, præ ſe tulerunt. Tandem, ne quid huic ſcenæ deeſſet, *Rex*, ſalvo jure generi, etiam ad nutum conſiliariorum, hanc partem illis indulſit, litteraſque enovari, ac reproduci, juſſit. Ità factum, ut, tempore aliquouſque extracto, rei gerendæ occaſio, quà *Regem*, exſpiraret; quà adverſam partem, compendifieret. Vbi enim tandem invidiam ſe ſuperâſſe, adimpletis requiſitis, ac poſtulatis, omnibus, *Rex* judicaret, ecce! novus color quæſitus eſt. *Bruxellenſes* ſiquidem *Regi* porrò intimare haud dubitârunt, vix fieri poſſe, ut hæc compoſitio apud *Belgium* integrè tranſigeretur, cùm ad univerſum potiùs ea cauſa *Imperium* pertinere videatur. Proindè *Rex* apud *Ratiſponam* proximè comitia exſpectaret, eòque, ſi ſit volupe, legatos emitteret. Non potuit non *Rex* mirari tàm diſcordem varietatem, atque inter monſtra numerare, quòd nunc *Bruxellis*, nunc *Ratiſponæ*, proponeretur illius cauſæ, communiſque pacis, diſceptatio. Interim, cùm exigua *Palatinatus* particula, nondum ab hoſtibus ſubacta, ſupereſſet, hanc, ubi verba ſibi data eſſe, conſtaret, in protectionem admiſit. An eâ interventione adverſarum partium conatus aliquà infringere, &, tanquam morâ injectâ, diſpicere ſuſtineret.

II.

Thillyus oppugnat Heydelbergam.

SEd etiam iſta quãtulacunq; fiducia porrò decolavit. *Mansfeldio*, enim & *Brunſvicenſi*, *Palatino* præeunte, utrumque exercitum deducentibus, reliquã *Palatinatus* partem ſubjugandi liberrima *Thillyo* facultas ſuppeditata eſt. Hic igitur intercepto quantò ociùs *Laudenburgo* civitate, proximè *Heydelbergæ* caſtra admovere cœpit, non miſſurus hanc *Electoralis Palatinatus* ſedem, donec expugnâſſet. Fuêre eò anno vates falſarij, ac pſeudoprophetæ, qui, inter cætera, *Frid. Palatinum Anno M. DC. XXIII.* partâ ſplendidâ ad montem *Thaborinum* victoria, cum triumpho *Pragam* poſtliminiò ingreſſurum; *Heydelbergam*, tanquam ſanctam *Solymam*, in ſtium poteſtatem venturam eſſe; confidenter mentirentur, ut rudi plebi imponerent. Sed *Th lyus* hoc falſum ſive præſagium, ſive mendacium omen convertit, eòque audaciùs figmentum, *Heydelbergæ* expugnatione, detegere, ac demonſt re, conatus eſt? Quém in modum penè *Iul. Cæſare* renitentibus auguriis in *Africam* navigaſſe, ſpret que ominibus viciſſe, refert, cum *Suetonio*, *Minut Felix*. Hic ergò rem, atque obſidionem, ſeriò ag primùm in proximos civitatis pagos cum exerci venit. Mox, in ipſa pomœria progreſſus, muror quorundam rudera, ac ſepimenta, ab obſeſſis an derelictà, occupare, illiſque ſuos tueri, cœpit. In montes, ſaltuſque, circumjacentes occupa tametſi ab obſeſſis *Thillyani* maſculè toties excip rentur, atque abigerentur, nihilo-minùs inſed pedemque fixit. Quòd autem præ tormentis, ex *A ce* identidem in obſidentes fulminantibus, ab ul riori progreſſu impediretur, textiſque, gerriſq ingenti numero conquiſitis, aggeribuſque præſtr ctis, tormentorum, impreſſionumque, impetus luſit. Donec paulò poſt, in alteram *Nicri* ripam tr ductis copiis, civitatem omni ferè ex parte urge diſpoſitiſque machinis infeſtare, evaluit. Qua quam autem obſeſſi, ſub *Mervenio* tribuno, cont per montes exſtruerent aggeres, *Bavaricisque* opp nerent, toties maſculis in eos factis irruptionibu nihilo-minùs ſub integris legionibus, in hos ed ctis, terga vertere, prout fieri amat, coacti ſunt.

III.

Leopoldus Archidux Haganoam, Spiram, Ger merſhemium, & Vormatiam, recuperat.

INtereà, *Thillyani*, ex eiſque *Croatæ*, atque *Pol ni*, in ditionem *Durlachii Marchionis* (qui, poſt ac ceptam ad *Vimpfenam* cladem, ab armis ferias age bat) egreſſi, omnis generis feritatem, ſpoliis, exa ctionibus, cædibus, ac lanienis, paſſim perpetra tis, exercere notati ſunt. Qui cùm *Landaviam*, a liaſque in proximo civitates, ſubjugâſſent, uſque ad *Larium* lacum, *Helvetiorumque* fines, populationi bus excurrere haud dubitârunt. Vndè, non ſin damno, rejecti ſunt. Pari operâ, emigrantibu *Mansfeldio*, ac *Brunſvicenſi Leopoldus Archidux* recol lectis copiis, in *Alſatiam ſuperiorem* movens, *Haga noam* poſtliminiò in poteſtatem redegit. Indè ſuc ceſſivè *Spiram*, *Germershemium*, ac *Vormatiam*, par tim vi expugnando, partim per deditionem inter cipiendo, ſubjugavit, præſidiariis, ac civibus, ar ma tradere juſſis.

IV.

Thillyus, adjunctis ſibi Archiducis copiis, Hey delbergam ſtrenuè urget, tandemque ex pugnat.

SEcundùm hæc aſſumptis *Archiducis* legionibus, *Thillyus* obſidionem omni conatu urgere; remque, ſuperinductis tormentis gravioribus, ad effectum deducere perrexit. *Corduba* interim, aſſumpto exercitu *Hiſpanico*, per *Mediomatricios* ingrediente, ac *Mansfeldium* (quo de ſuo loco infra) oppe riente.

Qui,

i, poſteaquàm variis expugnatis loricis, ac
entis militaribus, propugnaculiſque Anti Cæ-
q; *Anti-Bavari* nominibus odioſè inſignitis,
s foret, tandem tàm *Arcem*, quàm *Civitatem*,
iuis tormentorum exploſionibus infeſtavit.
intrò tubicine, litteris ad gubernatorem in-
o, cùm deditionem ille negaret, *Manhemiúq;*
um interrogantes remitteret, *Thillyus* tormē-
acerrimè agens civitatem ità afflixit, ut *Baſi-*
d *S. Spiritum* glande ingenti, in eaq; *Ludovici*
s Epitaphium, perfringeret. Obſeſſis fortiter,
noſè, renitētibus, *Bavari* cum loricis eò uſq;
inquârunt, ut jam è montibus ſuburbanum
tas redigerent. Nec diu, poſt, factâ coronâ,
ii parte civitas, cum aggeribus, propugna-
c ſepimentis, oppugnari cœpta eſt. Adhuc-
bſeſſi maſculè rejecerūnt *Bavaros*. Ut tantùm
, ex adverſa *Nicri* parte, potirentur. Sed cùm
s, è caſtris aliis aliiſq; tormētis militarib. ac-
dem die denuò ex omnibus velut angulis in
s tonaret, pariterq; legiones pluribus in lo-
tatem coronam cingerent, impreſſioneſque
nt, factum denique, ut obſeſſi, licet maſculè
ites, tandem continuis laboribus, ac vigiliis,
i, tormentariaſq; glandes, undique ingruē-
inere non potentes, laxatis ordinibus, *Bava-*
rbano potiuntibus, terga obverterint, non
hac ſub fuga contrucidatis. *Croatæ*, ſuburbiū
ptum eſſe, notantes ſibi, ex adverſâ parte e-
r *Nicrum* adactis, facto globo in ſuburbanū
impetum fecerunt. Quo loco cædibus, in-
que ſuppoſitis, omnia fœdata ſunt. Guber-
ci, ubi intrà *Heydelbergam* veterem ſeſe tene-
nque ulterius ingruentium *Bavarorum* im-
tundere non quitus eſſet; emiſſo tympano-
per deditione agere occœpit, ulteriorem
do cladem prohibiturus. Sed, intempeſti-
is nunc eſſe petitionem, à *Thillyo* reſponſum
n enim militum furores, ac ſtricti enſis irā,
on poſſe. Maturiùs hoc ut peteret, facto o-
ſe. Spe igitur liberationis præſente nullâ, aſ-
ille civitatis incolis præcipuis, in *Arcem* ſe
Atque ità civitas omnis expugnari, diripi-
pit, cædibus, ſpoliis, atque id genus tragicis
us, per captam urbem, non ſine horrore,
ibus, flammiſq;, inter tantos derelictorum
, ſuburbanum porrò depaſcentibus.

LARATIO LITERARVM
ÆRI INCISARVM.

bergæ, Urbis Electoralis, ejuſque per Til-
factæ obſidionis & Expugnationis An-
o 1622. menſibus Aug. & Septem-
bri vera Repræſentatio:

s novus.
lum Spiritui ſancto dicatum.
ſterium Diſcalceatorum.
D. Iacobi.
. Petri.
ſtinianorum Monaſterium.
s Electoris vetus.
ochium divitum.
10. *Porta Spirenſis.*
11. *Munimen* Trutz-Keyſer.
12. *Aliud in ludibrium Electoris Bavarici*, Trutz Bayer *nominatum.*
13. *Mons à Capris denominatur.*
14. *Thronus Regis, vulgo* der Königsſtuel.
15. *Arx vetus.*
16. *Spira Vrbs.*
17. *Stabulum ſive Equile Principis.*
18. *Tillij Caſtra.*
19. *Tillyanorum incurſiones ſive aſſultus, quos hodie generales appellant.*
20. *Croatæ Nicrum vado tranſeunt, quo facto, urbis per tranſactionem deditio ſequitur.*

V.

Arx Electoralis deditur.

Alterâ ab oppidi expugnatione die *Thillyus* in *Arcem tribunum* miſit, qui, quid *gubernatori* eſſet animi, referret. Hic, remiſſo præfato cum *tribuno Centurione*, *Thillyo* nunciare juſſit, animum ſibi hūc nempè eſſe, ut *Arcem*, ſi poſſibile foret, per integrum inſuper decennium tueri cupiat. Interim, pateretur *Thillyus* præſentem hunc *Centurionem Manhemium* ad *Horatium Veerum*, militiæ *Palatinæ* præfectum generalem, tutò deduci, & reduci.

Thillyus, adjuncto tubicine, *Centurioni*, hāc gratiam fecit. Poſtmodùmque eo die, quo à *Titio Veſpaſiano Hieroſolyma* capta eſt, nempe *VI. Id. Septembr.* apud *SS. Spiritus* primum, intrà *Heydelbergam*, more *Romano*, ſacrum celebravit.

Centurio, è *Manhemio* redux, *Arcis* gubernatori his verbis narravit, ità dicere *VVeerum*: Videret gubernator ipſe, quid ſub hoc infortunio, expediret. Quicquid igitur coram *DEO*, ac *Rege*, ſalvâ conſcientiâ, excuſare poſſet, hoc faceret. *Gubernator*, conſilio habito, cùm neque auxilii ſpes affulgeret, neque in armis fruſtrà obluctari conſultum eſſet, gregariorum animis ad ſeditionem ſpectantibus, *Thillyo*, deditionē impendiò urgenti, ſequentib. ſub cōditionibus, *Arcem* cōtradidit, Nēpè gubernator, machinis bellicis, rei tormentariæ apparatu, ſupellectilibuſque *Frideri Palatini*, ejuſque conjugis; ibi relictis, nomine *Cæſaris*, locum dederet. Ipſe verò, unà cum officialibus, miniſtris, ac gregariis militibus, ſub ſignis erectis, funiculis accenſis, glandibus in buccis retentis, cum armis, ſuprà, infràque, geſtandis, omnibuſque ſarcinulis, liberè, ac tutò, abiret. Quò quò lubitum eſſet, extrà *Palatinatum*, deducerentur. Vulneratis, ac languidis, donec convaleſcerent, apud civitatem remanentibus.

His, aliiſque, pactis legibus, *IV. Id. Septembr.* gubernator, ex *Arce* per oppidum, ſub ſignis decem erectis, ac turma equitum, eduxit. Ubi cùm *Bavarici* vix abſtinerent manus à prætereuntibus, *Thillyo* ſuperveniente, ſtrictoque gladio interminante, furor repreſſus eſt. Qui, cohortibus equitum aliquot adjunctis, dedititios illos, per *Intuerguorum* fines, *Francofurtum* uſque, ſecuritatis ergò, deduci curavit.

VI.

Bibliotheca Archipalatina diſcerpitur.

PRæter opulentas, atque ingentes,ſub civitatis direptione,à militibus abactas prædas, memorabile inprimis vel hoc damnum extitit, quod, in dilaceratione *Bibliothecæ* illius *Archipalatinæ* nominatiſſimæ,univerſa penè hodieque litteratura pati,cœpit.Iactent alii,veteres,eaſque memorandas, vel *Gordiani Imp.* vel *Ptolomæi Regis*, vel *Pergamenas, Bibliothecas*, ſcilicet hæc nuper *Archipalatina* neque *Romæ*,neque per *Europam*,teſte vel *Iano Grutero*, *polyhiſtore*,hiſce ſeculis parem habuiſſe cenſeri potuit. Liceat vel ſequentes verſiculos, ſuperioribus annis memoriæ illius à me,aſſcriptos, atque in carmina tùm relatas, hoc loco interſpergere:

Eheu! quanta novem fecerunt damna Camœnæ,
Damna per innumeros vix reparanda dies.
Quicquid Arabs,Græcus,Iudæus,Teuto,Latinus,
Ex raris Eos,Heſperus atque,tenet.
Scilicet id variis olim collegit in oris
Heydelberga,ſuo condidit inque ſinu.

Tametſi enim pars liberarii illius theſauri curioſâ *Patrum Societatis* ſedulitate *Romam* transferri contigerit,nihilominùs tàm ingenti codicum farragini vix vehicula ſuffeciſſe viſa ſunt.Ut multa pars inter tumultuantium militum manus perierit, hinc indè,*Penthei* in modum, quo de fabulatur *Ovidius*, verè,ac fœdè, diſcerpta. Sparſa enim per *Spiram, Argentoratum*, *Francofurtum*,civitateſque alias finitimas,volumina,vili pretio divendita, quàm miſerè,inter hoſtilia militiæ arma, hæc litterarum rara, atque elegans,armatura, diſperdi cœperit, fidem abundè fecerunt. Ità,inquam,

Vna vel hora temporis
Sorte improba contingere,
Quod longitudo corrigit
Totius haud anni, poteſt.

Ut nedùm integro ævo,quod dies vel unica infortunium affert,reparari queat.

CAP. II.

Poſt Heydelbergam, Manhemium à Thillyo pariter ad deditionem compellitur. Vbi juxtà de Civitatum Imperialiũ gravaminibus agitur.

I.

Thillyus Manhemium petit.

HEydelbergâ expugnatâ paulò poſt
trà *Manhemium* itum eſt. Erat il
Palatinatus inferioris fortalitium n
nitiſſimum,ſuperioribus annis à
derico IV. Electore, ad *Nicri & Rh*
confluentes,exſtructum.Eò,antequàm deduce
tur exercitus,præmiſſis metatoribus, *Thillycis*, q
bus partibus pedem figere poſſet, explorare ju
Mox *Heydelberga* copiæ deduci cœperunt. E quib
cohortes equeſtres, relictis à tergo peditibus,u
in conſpectum præſidiariorum,promoverunt,
baliſtarum exonerationib. rejectę ſunt.Paulò p
ſubſequentes legiones pedeſtres, pontem, *Ni*
impoſitum,qui *Manhemium* deducit, intercepê
eoque loco caſtrorũ loricas primùm excitare c
pêre. Indè *Rhenum* tranſgreſſi,etiam hunc ponte
in ſui defenſionem,communire perrexerunt. A
ex hoc loco obſeſſos ſclopetis, baliſtiſque,infeſt
runt.Ut præſidiarii, extrà fortalitium militant
adductis lintribus intrò avocarentur.

Tametſi igitur factâ irruptione *Bavaricorum* b
na pars cæderetur, nihilominùs *Thillyus* eò acri
oppugnationem auſpicaturus de mediis, quib. h
effectum daretur,proſpexit. Itaq; quò *Arce* vete
quam *Etchelbergam* indigenæ vocant, *Pontificiis* ol
cuſtodiâ celebris, potiri queiret, diſpoſitis hinc in
tormentis bellicis, eam intercipere aggreſſus
Præparato igitur ad impreſſionem faciendâ app
ratu,cum locus is à præſidiariorũ paucitate defen
commodè haud poſſet,*Veerus*,baliſtis muralibus,
liiſq; armis,indè in *Arcem* evocatis,ſuppoſitis igni
vetuſti operis *Caſtrum* evertere juſſit. Quanquam
igitur *Bavaricis* parum indè accederet utilitatis, ta
men locum, præſidio nudatum, licet mo
dò dirutum, *Nicrum* traiicientes, intercep
runt, hac ratione ad fortalitium propiùs venien
tes,murorumq; fragminibus utentes. Hoc mod
provecti obſeſſores cùm ſucceſſivè reliquos *Anglo*
rum excubitores fugarent,notârũt ſibi partẽ fug
tium ſub civitatis cœmiterio pedem figere, eodẽq
loco,velut caſtrorum ſepimento,abuti. Nam *Angli*
cani,ſuperante barbarie, etiam ſepulcris, tumuliſ
que,effoſſis,tanquam loricis,ſeſe muniebant, eti
defunctorum cadaveribus ſuprà loricas id genus
ſepulcrales erectis, gerrarumque in ſpeciem
collocatis. Qui cùm locus, ab omni ævo, a
gentilitate, ſanctus, atque inviolatus, habitus,
ſicubi paulò acriùs ſolitò defenderetur,per indices
Bavaricis cognitum eſt,obſeſſis cœmiterium vicem
aggeris præbere. Eâ enim parte & civitatis vallum
declivius,foſſamq; ſuperatu facilimam, eſſe. Tametſi enim foſſa,civitatem ambiens, aquarum aliâs
altitudine notabilis foret, accedente tamen huius
Autumni ſiccitate,aquæ illo in loco deſiderabantur,
ut vix altitudo exigua ſuperaret. Et licet ſemel ingruente pluviâ foſſæ opplerentur,terra tamen, ob
antecedentem ſiccitatem,bidui ſpatio, omnẽ penè
humoris exſuperantiam abſorpſit,ut obſeſſi, atque
inquilini,etiam elementa in ſe cõjuraſſe, exclamarent. Vix enim ullo tempore tantam apud *Manhemium* unquam notatam fuiſſe ſiccitatem, compertum erat.

Bavari-

variti, aſpirante fortunâ, etiam cœmiterio in
tatem redacto, ubi jam civitati imminerent,
us, directis tormentis bellicis, ſine miſſione,
ſos infeſtare cœpit. Rem igitur ſeriò agi, atq;
eſſionem inſtare, prævidens *Veerus*, ſubjectis
diis civitatis ædificia, cùm tueri non poſſet,
re, atq; in cineres redigere, maluit. Quid ve-
ſit civitatem ab ipſis præſidiariis, ac defenſo-
, deſtrui. Qui paulò poſt ne quidem *Caſtrum*,
lo impoſitum, ſervant, atq; eò militant, ut il-
uod defendere tenebâtur, ipſimet deſtruant,
iſque afflictiones duplicent. Undè, quàm
ſis oppidum tueri haud proclive eſſet, ju-
potuit. Proindè locum coronâ invade-
it *Thillyus*. E quo tametſi præſidiarii, ejectis in
gnantes tædis, ſulphure, & pice, infarctis, ad
us reniterentur, paulò poſt ab opere in *Arcem*
ti ſunt. Ità *Bavaris* civitas expugnata. In qua
i ſpoliorum parum ſuppeteret, incolis partes
em convectantibus, partes incendiis de popu-
us, hoc tamen exindè illis benè evenit, quòd
dificiorum, murorumque, ruinis, cellarumq;
loco ſepimentorum, aggerumque, adverſus
, uti frui ſatagerent. Nec minùs è civitatis val-
itatis ſaltem loricis, *Caſtrum* infeſtare oppor-
n fuit. Poſteaquàm ergò ſucceſſivâ operâ et-
l foſſas *Caſtri* deventum eſſet, quarum, loco
editiore poſitarum, quas intercipere procli-
t, jam tectis, macerieque, in foſſas, ſine nume-
njectis, res ad expugnationem ſpectare vide-

II.

us Anglus, Manhemii Arcem tradit Thillyo.

Ia de re *Veerus*, paucitate præſidiariorum, tot
igiliis, ac laboribus, continuis defectorũ, de-
nis itemq; mediis, ſicut & molendinis, com-
, pulvere pyrio, ſtipendiiſque, excluſus, tùm
, ruſticanorumque, cœtib. ſub dio velut, fa-
globo, laborantibus, ut jam contagiũ quo-
rpora invaſiſſe conſtaret, ecce! *XIII. Cal. No-*
emiſſo ad *Thillyum tympanotriba*, ac *Centurione*,
editione, agere occœpit. Pactis igitur ſub ſe-
quentibus, *VIII. Cal. Novembr.* cohortes reli-
duxit: Nimirum *Veerus*, militiæ *Palatinæ* præ-
generalis, educeret militem, ſarcinulis, de
omnibus inſtructum. Ipſi verò duæ machinæ
, mediocris magnitudinis, unà cum appara-
nque triginta vini plauſtra, unà cum ducen-
æ medimnis, cederent. De cætero, incolæ
ac ſupellectilibus ſuis, intactis gauderent,
ibus eccleſiaſticis, quouſque tutò, ac liberè,
re fas eſſet, in protectionem admiſſis. His, a-
, ſub conditionibus, ſub tutela cohortium
ium, dimiſſus eſt.

III.

Thillyus Francothalæ inſtat.

rerat, unicum *Palatinorum* aſylũ, *Francothala*.
lem igitur victrices aquilas deduxit *Thillyus*.
n propiùs, ob audaciam civium, præſidia-
que, identidem furioſè ingruentium, caſtra
non tutũ eſſet, proximos in pagos, tanq̃ in
am, *Bruma* tùm invaleſcente, partem exer-
citus diviſit, reliquis legionibus per *Hanovicum, Iſen-
burgicumque, Comitatus*, itemque *Vetteraviam*, di-
miſſis.

IV.

*Civitatum Imperii præcipuarum querelæ: Qui-
bus de Saxoniæ Electorem interpellant.*

SEcundùm hæc, *Principes*, ut vocant, *Proteſtantes*, *Civitateſque Imperii* liberæ, quorſum actiones, ac proceſſus, *Catholicorum*, ſic dictorum, tenderent, omniaq; ſecùs, atq; apud *Vlmam*, atque, *Aſcipyrgium*. antè tranſactum eſſet, atq; ex tranſverſo, evenire, compertum habentes, nimis ſerò fortunam ſuam, & quòd, pollicitis ingentibus ſeducti, *Vnionis* fœdus intempeſtivè diſſolviſſent, accuſare cœperunt. Iam enim tantùm aberat, hic ut ictus ſanari poſſet. Ut tantùm, ſuper conceſſionibus, ac privilegiis, querelæ ſupereſſent. Proindè, cùm armis exilium eſſet antè indictũ, è prædictis *Civitatibus* liberis præcipuæ, videlicet *Argentina, Noriberga, & Vlma*, emiſſis ad *Saxoniæ Electorem* interpellatoriis, maximè verò ſuper tranſactione *Aſcipyrgica*, ſic quiritare auditæ ſunt: Poſteaquàm, inquiunt, *Civitates Imperiales* prænominatæ intellexiſſent, *Saxoniæ Electorem*, tanquàm *Proteſtantium* caput, *Vnionis*, axioma, minùs approbaſſe, adeóq; propria arma in rem *Cæſaris* expediviſſe, utique ſeſe quoq; eò promptiùs huic fœderi nuper renunciaſſe, cauſſam *Friderici*, *Palatini* ampliùs haud aſſeruiſſe, ſed eò lubentius *Cæſaris* in partes tranſiiſſe, præſertim, cùm *Cæſar* ſub reſcripto non unico, ſed diverſis vicib. reiterato, promiſiſſet, ſe, præeunte amneſtia perpetuâ, hoc pacto pacem cum *Civitatibus* ſancire, ut nullo deinceps tempore ſive ab *Imperatore*, ſive ab *Hiſpaniarum Rege*, ſive ab *Archiducibus*, eorundemque omnium copiis, ullâ ratione infeſtari, nedùm impoſito præſidio gravari, debeant. Eam ſincerationem poſtmodùm non tãtùm ab ipſomet *Cæſare* propriâ ſubſcriptione confirmari, ſed etiam ab *Archiepiſcopo Moguntino*, & *Ludovico, Heſſiæ Landgravio*, *Cæſareis* legatis, immò ab *Electore Saxoniæ*, ab *Alberto, Auſtriacæ* familiæ ſeniore, itemque *Leopoldo, Archiducibus*, inſuper *Bavariæ Duce*, itemque *Spinola*, ac *Thillyo*, militiæ præfectis, ſuperinductis diverſis diplomatibus, conſtabiliri, cœpiſſe. Quæ cùm *Cæſaris, Electorum, Archiducum, Principũque*, ac *Comitum*, aſſeverationes, vim juramenti habentes, in oculis fuiſſent *Civitatibus*, illarum intuitu has ab *Vnionis* fœdere receſſiſſe, exercitum dimiſiſſe, præſidia urbana diminuiſſe, tribuniſq; *Cæſareis* ſuos permiſiſſe, juxtaque *Palatinarum* copiarum odia, minas, graviſſimaſq; perſecutiones, patienter pertuliſſe, oculos tantummodò in *Imperatorem, Imperiique* cõſtitutiones, coniicientes, atq; ea tantùm ſpectantes, quò, ſervato utrinq; neutralitatis æquilibrio, & coràm DEO, & omnibus bonæ mentis, ac ſincerè judicantibus, hominibus, hoc ſuum propoſitum conſtanter aſſerere, atq; excuſare, evalerẽt.

Interim omnia, citrà exſpectationem, ex tranſverſo accidiſſe. Quantis enim, oppidò poſt tranſactionem *Aſcipyrgicam*, in *Civitates* minis, cõvitiis, atque exceſſibus, ab *Hiſpanicis, Bavaricis, Auſtriaciſque*, copiis, certatum, atq; ſævitum, hactenùs fuerit, experientiam loqui. Ut vix bidui, triduique, ſpatiũ his omnibus enarrandis ſufficere poſſit. Interim id genus omnia inſigni patientiâ exanthlata à ſe eſſe.

Quid

Quid enim *Fridberga*, *Vetzflaria*, & *Gelnhuſa*, peccarent, quid deſignarent? Interim eas à *Spinola Anno M.DC.XX.* ſub jugum miſſas, dilaceratas, atque ad oſſa, & medullas, uſque, exhauſtas eſſe, tàm notum, quàm quod notiſſimum, atq; in propatulo, extare. Tametſi enim *Cæſar* illarum reſtitutionem & promiſerit, & *Spinolæ* injunxerit, tametſi ipſemet *Spinola* in paritionem condixerit, tametſi porrò *Argentina*, *Noriberga*, *Vlma*, ac *Francofurtum*, ſupplices intervenerint, tametſi *Saxoniæ Elector* etiam ſymbolam hâc in rem ſuam adjecerit, ecquis hoc curat? ecquis civitatum illarum oppreſſarum miſeretur? Uſq; eò, quò magis pro his interceditur, eò affliguntur magis, opprimuntur magis, ad interitum, ac ruinam manifeſtam, ſpectant magis. Cæterùm, & *Mansfeldium Haganoam*, *Veiſſenburgum*, & *Landaviam*, tres pariter *Imperii* ità dictas civitates, occupaſſe, nemini obſcurũ fieri. Quid illæ facerent, quàm ꝙ fecerũt, aliud? An *Mansfeldii* copiis, quibus ne quidem *Leopoldus Archidux* vel integrum obiicere exercitũ auſus erat, hæ derelictæ civitates reſtitiſſent? Certè, temeritatis res plena fuiſſet iſta. Ut manifeſtũ ſeſe in exitium, militi verò in prædam, & ludibrium, præcipitaſſent. Neque enim illud *Imperio* utile fuiſſet, ſi accidiſſet, illas, ſub extremis militum furoribus, aut in cineres redigi, aut, perpetratâ civium internecione, viduari. Quid verò eſt? Quid poſtmodùm uſuvenit? Poſteaquàm, tot precibus fatigatus, *Mansfeldius* prædictas civitates, ſub abitu ſuo, reddidiſſet, miſerrimi cives, fortunæ impedentis ignari, annon meliora ſperarent? annon rectiùs cõfiderẽt? Sed ecce! gravius ipſis periculum à *Leopoldi Archiducis* legionibus intentari cœpit. Illæ enim facto globo, vixdum à *Mansfeldicis* exoneratas, ità quidem occupàrunt, inundàruntque, civitates, ita, ut cùm ille loro, ac corrigiis, ità loquendo, indigenas exercuiſſet, hi viperis, ac ſcorpionibus, ſcuticæ partes implentibus, uſi, ſive abuſi, videantur. Sed tantùm non miſerrimus quiſque civium intùs, atq; intrà lares, domeſticum nempè aſylum ſuum, à decẽ, & amplius, latronibus, (ità enim veteres ut eſt penès *Plautum*, milites vulgò appellare ſolebant) infeſtatur, ſed inſuper, quà pietatem, Religionem, ac conſcientiam, graviùs ſauciatur, ut multis, mero ex *Religionis* odio, & capitis ſupplicium, atque omnia ultima, intentari accidat. Quis autem minas, dicteria, vexationeſque omnes, enarret? Uſque adeò miſeris vix relictum eſt, ut quiritare, ut gemere, ut ſingultire, auſint. Uſque adeò ſeverâ lege in illos inquiri cœpit, qui quidem in gratiam *Auguſtanæ confeſſionis* addictorum ab *Electore Saxoniæ* interceſſorias procuraſſent. Alia conſultò, prætcrimus.

Neque verò hîc ceſſatum eſt, ut graviora ſuperſint inſuper. Nam *Leopoldus Archidux* præterea *Spiram Nemetum*, contrà omnem exſpectationem, intercepit, præſidioque, nõ attentis civitatis privilegiis quibuſcunque, oneravit. Si obiiceretur, hoc nempè cum ſpecialibus civitatis immunitatibus, immò tranſactione *Aſcipyrgica*, directè pugnare: ab *Auſtriacis* exceptum eſt, privilegiis, vim non afferri. Interim *Cæſari* diſpenſationem liberrimam, tranſactionemque prædictam ſic quidem comparatã, eſſe, ut tempori inſervire debeat. Ità jam cives ſub jugum miſſos, ità arma contradere juſſos, ità exactionibus, minis, divexatos, eſſe, ut *Vnionis* nomen, velut flagitium, illis obiiciatur, ut peregrini è mœnibus excludantur, ut oſtiatim in bona exterorũ, perruptis arculis, vaſculiſque, palã inquiratur, ut per domos prædæ agãtur, *Senat⁹*, civeſque, exactionib. tantũ non occidantur, perſonis aliquot honoratis jã tum præ dolore ſpiritus proiicientibus. Ut gravius in refractariã, ac captã, civitatẽ ne quidem *Princeps* ordinarius, ac magiſtrat⁹ prępoſitus, animadvertere ſuſtineat. Illis porrò omnibus, famâ narrante, tanquam cumulum, ſuperaccedere; ut neq; apud *Imperiale Dicaſterium Aſſeſſoribus* parſum omninò ſit, ſed militum eò uſq; furor ſeſe extendat, ut ẽ per civitatem *paſtoribus Evangelicis*, vel ſub ipſis concionibus, minæ, convitia, adjectis ſimul ſclopetorũ explosionibus, propalàm intententur, civeſque in propriis laribus, tanquam carceribus, detineantur. Quæ omnia, & ſingula, cætera, ordine, enarrare velle, nimis futurum ſit laborioſum.

Eandem porrò fabulã, ac ſcenam, apud *Vormatienſes* introduci. Nam eam (ut multa alia, tanquã in compendio, omittantur) *Archiducem*, immiſſis tàm equeſtribus, quàm pedeſtribus, cohortib⁹, pari ſeveritate, parib. exactionibus, exercere, ut, dùm, vel ipſorum *Monachorum* teſtimoniis, nihil tale promeriti eſſe, perhiberentur, nihilominùs tàm acerba, atque penè ultima, pati cogantur.

De *Vimpſena* denique, quam *Thillyus*, ſub impoſito præſidio, à multo tempore premat, nihil aliud promittere ſeſe poſſe, niſi ut, hanc quoq; in ultimo pariter eſſe diſcrimine, ingemiſcere liceat.

Quæ cùm miſeranda tot civitatum *Imperialiũ* eſſet facies, tàm deplorata cõditio, ut ẽt reliquis, quæ ſuperſunt, eadem tragœdia, ſi liceat, intẽtetur, nũc *Electorem* precibus demiſsè fatigari, ille, quid, inter tantas afflictiones, ſibi maximè ſperandum, aut deliberãdũ, eveniat, ꝓ ſua autoritate, ac benevolẽtiâ, cõſilii loco, ſuggerere, atq; impertiri, dignaretur.

V.

Saxoniæ Elector, ſuper querelis Civitatum Imperialium, Electorem Moguntinum, atq; Ludovicum, Heſſorum Landgravium, interpellat.

Antequàm iſtas præcipuarum *Imperialium Civitatum* querelas excepiſſet *Elector Saxoniæ*, jã tùm ad *Electorem Moguntinum*, & *Ludovicum*, *Heſſiæ Landgraviũ*, dederat, ſub hac petitione, viderent illi, atq; ẽt, eniterentur, quò *tranſactionis* nuperæ *Aſcipyrgicæ* ratio haberetur, tùm inprimis *Civitates* liberæ, dictę *Imperiales*, afflictionibus, ac gravaminibus, adeòque militarib. exactionibus, exonerari poſſent. Dùm igitur novæ hæ, ac graviores, querelæ interim *Civitatum* ſuperveniũnt, *Elector*, eò magis irritatus, poſtliminiò ad eoſdem *Cæſareos Legatos*, dedit: Nempè, eos, inquit, in memoriam revocare poſſe, quib. verbis paulò antè, pro *Civitatibus*, interveniſſet, illæ ut, vigore *tranſactionis Aſcipyrgicæ*, à militarib. occupationibus, atq; exactionibus, tandẽ eximerentur. Dùm igitur exſpectaſſet, futurũ, ut huic petitioni ſuæ ſatisfieret, illiſque innocentium querelis remedium adhiberetur, ecce! ſuperveniſſe longè majores præcipuarum illarum *Vrbium liberarum*, nomine reliquarum, ſub onerib. gementiũ, exclamationes, ac quiritationes, ut jam denuò ipſis moleſtus eſſe teneatur. Tametſi igitur *Civitatum* quædam, atque, inter eas, ſive *Spira*, ſive *Vormatia*, allegaſſent in tem ſuam præfatam illam tranſactionem *Aſcipyrgicam*

, nihilominùs amaram illis reſponſionem ob-
:. Illam nempè tranſactionem, juxtà tempe-
bellicas, interpretandam eſſe. Quas cùm in-
mutari accidiſſet, etiam hanc eatenùs limitā-
iſuvenire. Ut nihil dicat de injuriis, ac convi-
ijuſmodi in *Auguſtanæ confeſſionis* amantes tor-
ſolcant.

quibus cùm hæc emergant conſectaria, vide-
quò magis, atque impenſiùs, ageretur ſuper
compoſitione, eò magis bellicos furores, ac
mina, emergere, ut etiam illud agi appareat,
ctiones id genus meras videri poſſe eluſiones,
ervo, atq; effecto, deſtituantur, tùm iſtud in
us ſit, quò civitates, ac propugnacula id ge-
ocis idoneis poſita, intercipiantur, quorum,
jorem belli gerendi opportunitatem, dein-
ſus eſſe poſſit. Si ità ſe res cum *Cæſaris, Electorū,*
umque, ſtipulationib⁹, ac pactis, habeat, quid
liquum eſſet? Quid fama, quid fabulæ, in po-
querentur? Eam in rem *Electorem* denuò in-
ere, viderent *Elect. Moguntinus*, & *Landgravius*,
antò ociùs tantis querelis, atque afflictioni-
ferretur remedium, *tranſactio Aſcipyrgica* lo-
aberet, civitateſque liberæ, antequàm peni-
tantis oneribus fatiſcant, magiſtratibus,
giiſque, ſuis, reſtituerentur.

odſi abſque illo futurum ſit, ut *civitates* libe-
ics allegatæ, id genus afflictionibus, ac que-
uibus tantùm non exanimantur, haud qui-
onerari, ſed magis, magiſque, opprimi, plu-
deſuper infeſtari, uſuveniat, tùm quidem in
eſſe, ut gravior tempeſtas, bellique turbo,
hucuſque unquam extiterit, inſtet, omniaq;
ltima, metuenda eveniant.

CAP. III.

Cæſaris Vicarii, vi- el. Lichtenſteinii Principis, apud Pragam, & Bohemos, reformatione.

I.

ſteinius Princeps Bohemiæ Vicarius creā-

IAs inter *Civitatum Imperialiū* graviſ-
ſimas querimonias, quarum magnā
partem attigimus, ſupererat quoq;,
ut illi, qui *Auguſtanam Confeſſionem*
profitentur, apud *Pragam*, ac *Bohemiā*
acerbas proiicerent lacrymas. Cùm enim
rinceps Lichtenſteinius, apud *Pragam* vicarias
rtes exerceret, adeóque in limine diplo-
ne *Cæſaris*, evulgaret, omnes illos, quicūq;
oni *Bohemicæ*, ac *Frid. Palatini* officiis, acceſ-
ndemnes fore, ità tamen, ut, coram certis

Conſiliariis, eo fine deputatis, intrà tres ſeptimanas, nomina profiterentur, reatumque iſtum, pro ratione delicti, pecuniis expiarent. Ab hac interim immunitate excipiendos eſſe, quicunque antehac in capita ſua feralem, atque ultimam, ſententiam experti eſſent.

Hoc præſens regimen quò *Lichtenſteinius* ab humanitate, ac benevolentia, auſpicaretur, vulneribuſque, ante hac excitatis, cicatricem obduceret, ecce! *Schlickii Comitis*, cujus fatum plerique *Pragēſium Civitatum* incolæ ingemiſcere comperiebantur, illuſtris viduæ precibus fractus, ſuperaccedente *Cæſaris* indulgentiâ, cervicem è turri pontana, loco iſto funeſto, removeri juſſit.

II.

Senatus Pragenſis, unà cum paſtoribus Evangelicis, reformatur.

A Perduellionis reis, ac complicibus, fortè reliquis, in *Senatores*, atque *Evangelicæ confeſſionis* parochos, rectà itum eſt. Itaque, quicunque *Religionem Pontificiam* haud profiterentur, è *Senatu* trium *Pragenſium Civitatum* exulare juſſi ſunt. Illis interim, qui *Auguſtanam confeſſionem* ejurarent, in gratiam, priſtinamque dignitatem, admiſſis. His initiis provectus *Vicarius Cæſareus*, mox utrumque *Proteſtantium* templum, in quibus lingua *Teutonica* ante perſonabat, occludi, obſignarique, curavit, edicto ad *veteris Pragæ Capitaneum* dato, qui, cùm à motibus *Bohemicæ* perduellionis, templorum conceſſiones, ac reditus, ad *Cæſarem* pleno jure rediiſſent, paſtoribus *Evangelicis*, ad ſe antè evocatis, exilium, atque emigrationem, indiceret. Ut igitur, intrà quadridui ſpatium, *Pragâ* excederent, ſevera ſub lege, illis injungi cœpit.

Paſtores Evangelici poſtquàm, pro ſarcinulis colligendis, ad ſummam dierum quatuor, ægrè adhuc quintū diem exoraſſent, ſub lacrymis, ac ſuſpiriis, hominum *Evangelicorum*, extrà *Pragam* deduci cœperunt, omnibus in eos, pro facultatum ſuarū modio, donaria, ac viatica, conferentibus. Qui cùm rectà *Dreſdam* peterent, ibidemque, apud *Saxoniæ Electorem*, rem omnem, &, quid ſecum actum eſſet, exponerent, *Electoris* indignationem, tùm ad comitia *Ratiſponenſia* cogitantis, eò uſque provocarunt, ut, ſuper profectione dubius, hanc in rem *Archiepiſcopum Moguntinum*, & *Ludovicum*, *Heſſiæ Landgravium*, non ſine commotione, interpellaret: prout paulò infrà videbimus.

III.

Academia Pragenſis Patribus Societatis confertur.

REpurgatis eo modo *Curiis*, proximum erat, ut *Collegium Carolinum*, à *Carolo IV. Imp.* fundatū, (*Academiam Pragenſem* vocant) ſub incudem pariter vocaretur. Cujus tranſlatio cùm in *Patres Societatis*, ex voto eorum, incidiſſet, univerſi *Collegii*, apud *D. Clementis*, *Rectori*, ac *Profeſſoribus*, autoritate *Cæſarea*, injungi cœpit, omnes, ac ſinguli, ab officiis recedentes, *Academiæ* privilegia, reditus, codicilloſque, & quæcunque ad eam ſpectant, ſub *Inventario*, *Patribus* contraderent, omniumque ſufficientem rationem redderent. Qui, tam-

etſi,

etſi,conjunctis omnium facultatum ſuffragiis, ac precibus,adverſus tàm præcipitem enovationem, ſupplices intervenirent,nequicquam tamen obtinere quiti ſunt.

IV.

Elect. Saxoniæ,ad Archiepiſcopum Moguntinum, & Ludovicum,Heſſiæ Landgravium, ſuper reformatione Pragenſi,interpellatoria.

PAulò antè,quæ fuerit offenſio, *Saxoniæ Electoris*, è reformatione,apud *Pragam* nuper uſuveniente,provocata,meminimus. Itaque, quibus verbis, offenſæ plenis, tùm ad *Archiepiſcopum Moguntinum*, & *Ludovicum Landgravium*, dederit, jam diſpicere fert animus. Ejuſmodi autem fuit illius ſive interpellatoria,ſive increpatoria. Tametſi quidem, inquit,*Saxoniæ Elector* ſpem concepiſſet, futurum, ut *Brunſvicenſium*,ac *Pomeraniæ*,*Ducibus*, profectionem ad comitia *Ratiſponenſia* perſuadere poſſit, nihilominùs,interventu rerum novarum, apud *Pragam* recèns introductarum, hoc ſuum conſilium interturbari accidiſſe. Templa nimirum apud *Pragam*, à *Rodolpho II.* & *Matthia Impp.* indulta, compluriumque *Electorum*,ac *Principum*, *Proteſtantium*, impenſis, ac collatis ſumptibus,exædificata,occludi, unàque *parochos* in exilium emitti,atque eiici,cœpiſſe. Hoc hoc videlicet eſſe,quod mentem *Electoris* non perfunctoriè perturbet,ut ipſemet,an eò proficiſci velit,nihil dùm certi determinare queat. Niſi igitur his illis iſtis,in dies, præter omnem exſpectationẽ, ſeſe duplicantibus,accidentibus, remedium temporiùs adhibeatur,facilè uſuvenire poſſe, ut *Proteſtantium Electorum*,ac *Principum*, fortè ne ullus quidem *Ratiſponam* cogitet. Interim,hoc ab *Imperatore* ſeriis ſe precibus contendere, dignaretur *Imperator* pacis reductionem omnibus,quod dicitur, copiis ematurare. Abſque ea enim eſſe,ut ſubvereri ſibi in mentem veniat,ne,ſi pacis compoſitio extrahatur, interim graviores,atque anteà,facilè motus intervenire ament.

V.

Cæſar,eiuſce reformationis cauſſas adducit, demulcetque Elect. Saxoniæ.

ILla *Saxoniæ Electoris* offenſa, ac querela, cum ad aures *Cæſaris* perveniſſet,non deſtitit *Cæſar* hujus apud *Pragam* enovationis idoneas reddere cauſſas, eademque fideliâ *Electoris* animum conceptis verbis placare. Nempè *Elector* agnoſceret, & cognoſceret, opus ſuſceptæ apud *Pragam* reformationis neque in *Confeſſionis Auguſtanæ* deſpectum, multò minùs ipſius *Electoris* offenſam,militare. Tametſi enim, ab anteceſſoribus ſuis, *Rodopho II.* & *Matthia*, *Impp.* antehâc *Auguſtanam confeſſionem* profitentibus, interceſſione *Electorum*,ac *Principum*, quorundam, unà cum *litteris Maieſtaticis*,ità dictis,conceſſio *Religionis*,ejuſdemque exercitii indulgeri cœpiſſet, nihilominus hanc gratiam tùm ſubditis fidelibus, & grata animorum ſub teſtificatione hoc beneficiũ recognoſcentibus,indultam eſſe. Poſteaquàm verò *Proteſtantium Religioni* addicti, inprimiſque ex illis *parochi*, *Bohemis* perduellibus ab initiis tantùm non ac-

cedere,contrà *Cæſarem* conſpirare,atque omni
tima emoliri,auſi fuiſſent,ut etiam porrò perd
libus uſque quoque pertinaciter adhærere,imu
ſuggeſtu toties in *Cæſarem* declamare, concio
odiis inflammare,adeóque codicillis,typis evul
tis,ac publicè proſtantibus, hanc audaciam ſ
commaſculare,non dubitaſſent,utique *Electori*
xtaque omnibus, ex æquo judicantibus, evid
fieri,*Cæſarem* injuriam illis minimè facere, qu
atque armis,feliciter recuperato *Bohemiæ* regn
perduelles,ac criminis *Maieſtatis* reos,ſevera ſu
ge animadvertat, hancque rebellantium ſubd
rum ſeditioſas actiones,ac libidinationes, em
det,ac recidat. Quo perduellium in catalogo
etiam *Proteſtantium Theologi* reponantur, utiq;
vilegiis id genus jampridem, ſub perduellionis
mine,exſpirantibus,injuriam,aut fraudem, m
mè committi,ſi iſti,qui,perduellium complice
Cæſaris,*Regis*,ac domini,ſui interitum, omnia
etentaſſent,illis conceſſionibus,atque indultis,
varentur,atque è populo,tanquam vomicæ, ac
tharmata, eiicerentur. *Cæſarem* hac in cauſſa n
aliud facere,niſi quod *Rex*,quod *Elector*,quod P
ceps quivis alius,tantoperè laceſſitus,& victor,fa
ret. Interim,cum illis *Provinciis*, quibus *Cæſar*,
tuitu *Electoris*, ejuſq; officiorum, magnificè præ
torum,ignoviſſet, *Religioniſque* exercitum con
naſſet,rem aliam eſſe, & planè diverſiſſimam. I
antè *Cæſarem Bohemis*, perduellionis crimen pe
verantibus,conſervationem privilegiorum, li
rarumque *Maieſtaticarum*,& quidem toties, ob
liſſe,ſed fruſtrà fuiſſe. Idem,nomine *Cæſaris*, Ie
rem,amore mutuæ confeſſionis, illis obtuliſſe,
bitrumque interveniſſe. Sed in caſſum exiviſſe
Cæſareas,tot *Saxonicas*,declarationes. Quid ig
fieret cum illis,toties oblatam gratiam repudia
bus,veniâque,& conniventiâ,prorſus indignis?
De cætero,*Cæſarem* ità affectum eſſe,ut citiù
mnia pati malit,quàm *Imperii Electoribus*,& *Prin*
bus,etiam ſuper *Religionis* negotio, antehac da
fidem,perque *Electoris Saxonis* interceſſionem,co
firmatam,labefactare cupiat. Interim cum *Bohe*
perduellibus ſecùs comparatum eſſe. De his en
quin crimẽ tàm fœdæ perduellionis partim ſupp
ciis,partim exilio,partim mulctis pecuniariis,
piare debeant,neminem jure conqueri, aut di
ptare, poſſe. Ut ne ipſi quidem perduelles ali
præter ſemetipſos,accuſare jure debeant. Nece
riò igitur deinceps partes corruptas enſe reci
das eſſe,ne denuò regia ſeditionibus turbetur,
vuſque morbus,vel recidiva, morbo etiam pej
emergere ſuſtineat.
Denique,de *Electore* ità eſſe. Ejus virtuti, m
gnanimitati,atque officiis,magna cum laude *Im*
rio præſtitis, *Imperatorem* debere plurimũ. Nihi
in votis æquè habere,quàm ut utrinque ſincera,
cta, & germana, animorum fides, copula, ac co
fidentia,perennare poſſit. Ad cujus fidelitatis m
tuæ ferruminationem modò *Cæſar* incrementu
ac pondus,ſuperadiicere ſatagat,nihil operę int
miſſurum. Ut eandem affectus reciprocatione
eamque ſartam tectamque,viciſſim ab *Electore*
repromittat,ac confidat,illum,tàm neceſſari
tempore,*Imperio* non defuturum,ſed omninò,antè diætæ exodium,ſuperventurum,eſſe.

VI.

VI.

naſtas, atque Equeſtres, per Bohemiam,
rrò inquiritur.

uc apud *Bohemiam*, præeunte illuſtri victoriâ,
Cæſaris poteſtatem redactam, illud agebatur,
onceſſio, ac libertas, *Religionis*, exercitii, *Prote-*
us olim conceſſa, omnis ſucceſſivis vicib. ab-
etur. Eo fine calix, tempore *Georgii Regis*, ſub
luctione communionis ſub utraque, apud
am veteris Pragæ, aureus, evidentiſq; magnitu-
hactenùs in uſum ductus, de noctu, & clàm,
veri, inque templi adytis cuſtodiri, cœpit.
n tempore parochus, è *Sileſia Pragam* excur-
tque, ſub foro *Pragæ veteris*, publico ſermone
orib. pœnitentiæ emendationem inculcans,
cula abreptus eſt.
q; iſtis omnibus, ſuprà memoratis, rigor in-
onis *Pragenſis* fractus, remiſit. Ut porrò in *Dy-*
atque *Equeſtres*, examen aperiretur, nempè il-
i, dùm conſiliarii *Cæſarei* è feneſtris præcipi-
ur, concurriſſent, ſive operam, ſive cõſilium,
ditaſſent. Pari loco eſſent, qui in fœdera, con-
ſarem, & *Archiduces*, conſenſiſſent. Itemq; *Fer-*
li Regis rejectionem approbaſſent, ex adverſo
cum antetuliſſent, expeditioniq; contrà *Vien-*
terfuiſſent. In hos omnes *Cenſores* denomina-
nine *Cæſaris* indicto examine, inquirere jube-
r. Interim *Moraviæ Dynaſtæ*, quibus *Cæſar* igno-
ex ſingulari gratia bona ſua reſtitui curârat,
b verbis *Evangelicæ confeßionis* exercitium e-
tenebantur. Tenor litterarum reverſalium
è erat. Ego præſentibus codicillis pro me,
e hæredibus, ac poſteris, ſanctè conteſtor,
àm Invictiſſimus *Cæſar*, ex *Cæſarea* ſingulari
perduellionis reatũ, ſive quòd id genus cri-
omplicibus antehâc adhæſi, opemq; contu-
totaliter condonare, patrimonium, jã ipſo
ſco *Cæſareo* obnoxium, clementiſſimè reſti-
t, me hanc ſingularem clementiam memori
habiturum, neque unquam per territorium
Religionis exercitium, *Eccleſiæ Romanæ* contra-
ntroducturum, eſſe. Idque tàm ſanctè con-
mis verbis adjuro, ac promitto, ut ſi contrà
, vel hæredes mei, deliquiſſe deprehendan-
nibus, ac ſingulis, hiſce condonationibus,
c fortunis, noſtris illicò privandi, mulctan-
imus.

C A P. IV.

Mansfeldii, & Brun-
vicenſis, conflictu cũ
Corduba Hiſpano.

I.

ldius, & Brunſvicenſis, movent per Lo-
ingiam.

E *Corduba*, cum exercitu *Hiſpanico*, *Mansfeldium* inſequente, ſuprà attigimus. Iam mox, quid inter utrumque exercitum actum ſit, diſpiciemus.

Mansfeldius igitur præeunte *Friderici Palatini* miſſione, ubi obſidionem apud *Tabernas* ſolveret, atque à confœderatis *Hollandiæ Ordinibus* vocaretur, per *Auſtriam*, ſive *Lotharingiam*, iter direxit. Antequàm autem per provinciam moveret, miſſo tubicine à *Duce* commeatum poſtulavit. Qui ſi non permitteretur, minabatur, ſe cum clavibus affuturum, quibus oſtia, ſive fores, regionis reſeraret. *Auſtraſiæ Dux*, quod reſiſtendo non eſſet, id quod mutare non poterat, patienter ferendum eſſe, conſultò judicabat, pacta tamen cum *Mansfeldio* conditione, ne ultrâ quadriduum, quo ſpatio commeatum exercitui exhibere vellet, regionem a ffligeret, ac ſtativa extraheret. Sed *Mansfeldius* ità ad normam vivere nõ didicerat, ut, præter quatriduum conceſſum, inſuper decendium impenderet, non ſine graviſſima illius provinciæ exclamatione.

II.

Gallicanis provinciis ſuſpectus eſt Mansfeldii exercitus.

E *Lotharingiæ* finibus in *Mediomatrices* profectus *Mansfeldius*, non tàm *Verdunenſes*, ac *Metenſes*, quàm finitimas *Galliæ* provincias alias, adventu ſuo conterruit. Cùm n. *Rex*, in ordinẽ redigendis *Calvinianis*, quos aliâs *Reformatos* vocant, intentus, *Pariſiis* longiùs abeſſet, neque in promptu forent copiæ, quas *Mansfeldio* obiicerent, inter ſpemque metumque variis opinionib. certari cœpit. *Bullionæus*, partium *Calvinianorum*, quos *Rex* perſequebatur, hoc enixè cupiebat, *Mansfeldius* ut in regnum proveheret, *Regiſq;* vires diſtraheret. Alii, pagos *Gallicanos*, ad duodecim milliarium diſtrictum, exurendos eſſe, ne *Mansfeldio* ſuppeteret commeatus, conſulebant. Quibus rectiùs obſtabat *Niverſius*, potiùs eſſe, inquiens, ut cõſervaretur, quàm deſtrueretur, regio. Poſſe enim æquè tùm copias, laboris, atque inediæ, tolerantiſſimas, loca perdita magnis itineribus ſuperare, inq; interiorem *Galliam* penetrare. Alii, in ſubſidium *Hiſpanicas* ſub *Conſalvo Corduba* copias accerſendas, alii *Thillyum* inſuper evocandum eſſe, ſtatuebant. Sed prævaluerunt, qui per *Gallias* quantis fieri ejus poſſet, impendiis militem colligendum, *Mansfeldiumq;* miſſis legatis, tanquam *Rex* ipſius operâ deinceps uti vellet, lactandũ, eâq; promiſſione tẽpus extrahẽdũ eſſe, monuerũt. Interim, omnes ferè fallebãt, ac fallebantur. Nã *Mansfeldius* imparatis ſupervenit, à *Lotharingiæ Duce*, ut quã celerrimè in *Gallias* educeret, tàm precibus, quàm muneribus, expugnatus. Ejus adventu nemo delectabatur impenſiùs *Bullionæo*. Qui jam jam exoptatam affulſiſſe commoditatem arbitratus, quâ res *Calvinianorum*, à *Rege* magnoperè afflictæ, in integrum reſtituerentur, Itaque ad confœderatos datâ operâ dedit, providerent, *Mansfeldioque*, quibus poſſent, auxiliis ſubvenirent, pariterq; loca quædam munita contraderent. Sed abſq; effectu laboratum eſt. Ad pecuniarum igitur cenſum, ac collectionem, converſus eſt. Quæ res ipſis feliciùs ceſſit. Hac ergò parte ſocia illa arma ſibi comparare, *Mansfeldiumq;* delinire, præcogitabat. Interim, cæteri *Galliæ Proceres*, *Regis* amicitiam promittere, *Mansfeldioq;* valgis, quod dicitur, labiis ductitare, perrexerunt. Quo quidem colore, ne gravius quid in regni provincias deſignaret, effectum eſt, copiis *Gallicanis* ſub *Angoleſmio Duce* in dies creſcentibus.

III.

Mansfeldius in Belgium promovet.

NEque minor apud *Bruxellas* metus erat, ne *Mansfeldius*, per *Treviros*, *Vbioſque*, provect⁹, *Batavis* accederet. Magnumque res illis in locis *Hiſpanicas* in diſcrimen adduceret. Qua de re, antequàm ex *Auſtraſia* promoveret, *Belgii Gubernatrix*, miſſo *Bornevillio Duce*, ingentē auri vim illi obtulit, modò in partes *Hiſpanicas* tranſiret. Sed callidus *Mansfeldius* hanc eſcam, tanquam hamum, evitavit.

Secundùm hæc, apud *Gallicanos* inſidias, novo illorum accreſcente ſubindè exercitu, ſtructas eſſe, animadvertens, relictis *Gallicanis*, tanquam ſcopulis, in *Belgium* properare, decrevit. Paulò antè inter *Mansfeldium*, & *Brunſvicenſem*, colliſiones intervenerant. Ut etiam legiones aliquammultæ equeſtres ad ſeditionem ſpectarent, ſtipendiorum defectum cauſſantes. Has inter anguſtias conſtitutus *Mansfeldius*, maturrimè, *Vlyſſem* calliditate imitat⁹, & *Brunſuicenſem* ſibi reconciliavit, & legiones diſſidentes placavit. Quo utrinque rurſus reunito exercitu, jā in eo totus erat, ut magnis itineribus profectus *Mauritii Vranii* partibus accederet, *Hiſpanis* tùm, ſub *Ambroſ. Spinolæ* auſpiciis, expugnationi *Bergizomi* intentis. Evocârat jam tùm *Galliarum* regina *Cordubam* cum copiis *Hiſpanicis*. Ut ſibi contrà *Mansfeldium* ſubveniret. Idem agebat *Belgii* gubernatrix, Itaque huic occaſioni, reique gerendæ omnem induſtriā, operāque, utrinq; pollicebatur Corduba.

IV.

Mansfeldius, tranſitu apud Burgundiones prohibitus, cum Corduba confligit.

EX adverſo *Mansfeldius*, rebus omnibus ad expeditionem induſtriè præparatis, numerum impedimentorum, exurere juſſit. Quò equorum copiâ abundaret, ſuoſque quantò expeditiùs deducere quitus eſſet. Qui cùm *Heduos*, ſive *Burgundiones*, exactionibus, expilationibuſque exercuiſſet, celerrimis itineribus in *Tungros* uſque pervenit. Et jam *Moſæ* trajectum inſederat *Corduba*, *Verdugonis*, aliorumque tribunorum *Hiſpanicorum*, auxiliis fretus, quibus inſtruxerat exercitum. Ut etiam manus ruſticanorum circà *Bruxellas* ingentem numerum cōficeret. Has in partes, ubi unico die decem millia paſſuum cum exercitu emenſus eſſet, præproperè pervenit *Mansfeldius*. Ubi cùm *Cordubam* tranſitum intercludere haberet compertum, ſine mora ad hunc tubicinem miſit, utrùm ſibi obſtare, vel tranſitum permittere vellet, interrogaturum. Cui tùm *Hiſpanus*: Velle ſe omni operâ aditum intercludere, atque *Marte* experiri, reſpondit. Accepto hoc reſponſo, ilicet *Mansfeldius* cum *Brunſvicenſi* rationes iniit, ferroque, ne quid cunctantibus ſecùs accideret, viam aperire decrevit. Id præter exſpectationē *Hiſpano* evenit. Inter monſtra enim numeravit *Corduba*, eundem exercitum tanta itinera conficere, pariterque pugnare, poſſe.

Proximo manè, *XIV. Cal. Septembr.* (in quem *Auguſti Imp.* exceſſum incidiſſe ferunt) ſub gallicinių, paulò antè, quàm diluceſceret, *Mansfeldius* cum valida manu in *Hiſpanos* impreſſionem primus ſi pit. Qui cùm tormentis bellicis; in pedites minantibus, cùm diſpendio reiiceretur, ecce! legionibus equeſtribus ſupervenit *Brunſvic* tanta cum animoſitate in *Hiſpanos* invectus, al que exercitus adverſi infringens, ut, repetitis ic nus quaternis impreſſionibus, tandem ingent natu copias hoſtiles diſſolveret, ac penetra Cùm enim magna vis eſſet legionum *Brunſvi* equeſtrium, tùm *Dux*, aut vincere, aut mori, tus, etiam tertia vice equum mutaret, ſummâ lentiâ uſus, *Hiſpanos*, ſuos ut ordines laxarēt, vi c pulit. E quibus tantùm reſtitêre *Embdana*, at *Iſenburgica*, legiones, ultimò, prævalentibu queſtribus, herbam, quod ajunt, ſive victori tradere occipientes.

Hoc pacto, victoriâ potitus, *Brunſvicenſis*, gnam porrò, ſub fugâ *Hiſpanorum*, ſtragem ed impedimentis, tormentiſque bellicis, magna pecuniarum vi, ſpoliiſque inſuper *Palatinatus* poteſtatem redactis, *Bredamque* delatis.

DECLARATIO LITERAR ÆRI INCISARVM.

A. Don-Corduba.
B. Hiſpanorum Exercitus.
C. Eorum Impedimenta,
D. Machinæ ipſorum fulminales ſeptem.
E. Pagus Fleury, ex quo nonnulli ſclopetarii propu bant.
F. Generalis militiæ Præfectus Mansfeldius.
G. Chriſtianus Dux Brunſvicenſis, eiuſque Equitatus in loco brachium ſuum glande plumbea trau fuerat.
H. Ducis Saxo-Vinarienſis legiones equeſtres, inter mortuus occubuit.
I. Comitis in Ortenburg equeſtre commilitium; & cus, in quo cæſus exſpiravit.
K. Peditatus Mansfeldenſis.
L. Eorundem Impedimenta ad villam quandam vecta.
M. Mansfeldenſium fuga.
N. Ipſorum tormenta igniaria duo.

V.

Chriſtianus Brunſvicenſis alterius brachii u perdidit.

HÆc pugna, ſatis vehemens, ac cruenta, antè luculum cœpta, ad horam uſq; ſecundam meridianam extracta, multos utrinque confeci *Mansfeldicis*, ac *Brunſvicenſibus*, bis mille deſide feruntur. Etiam *Friderico*, *Saxoniæ Duce*, etiam *He co*, *Ortenburgico Comite*, hancce cladem infortu atq; obitu, ſuo, nobilitantibus. Sed longè ma fuit numerus eorum, qui ab *Hiſpanorum* parti tàm ſub clade ipſa, quàm fuga, ceciderunt. Q cùm victoria animoſitate, ac manibus, *Brunſvice* quinquies in hoſtes impreſſiones ſumma cum v lentia peragentis, parta foret, accidit, ut dùm in primos ſumma contentione toties pugnat, glan per manum ſiniſtram adactâ, ſauciaretur. Dùm i tur, inter præliandi æſtus, ejuſce vulneris aut n lam, aut parvam, gereret curam, toto corpor

p

ia effuſus,omnique ex parte exæſtuans,factum t,ſubrepente gangræna,de conſilio *Medicorum*, corrupta,ac ſphacelata,ad ſummum uſque hu- rm,ſerrâ chyrurgicâ recideretur. Quam ille oris ſui mutilationem, neceſſitate requirente procraſtinandam,uſque eò patienter tulit, ut doloris indicia tùm prodidiſſe notatus ſit. Et more *Stoicorum*,ſicut eſt apud *Gellium*,inter o- tiones chyrurgicas,vocem nullam, doloris in- emitteret,tubicines accerſiviſſe fertur.Ut,ſub nus ſtrepitu claſſico, & ipſe doloris obliviſce- , & heroicâ illâ animoſitate indignum nihil naret.Atque ità,prout ſuprà notavimus,dùm *artis* pullus,*D. Liborii* apud *Padebornenſes* aureæ ini humerum evulſit,ſive caſu,ſive magis fatò, iſſe, ajunt, ut eâ veluti parte rurſus mutilare- umerumque pro humerò impederet. Qui cũ, tionis ergò,apud *Bredanos* decumberet, forte, iſſum, tubicinem *Hiſpanicum* introduci ad ſe . Cui tùm *Chriſtianus*: Narra,inquit, *Spinolæ*, culum illum,prout vulgò vocant, *Ducem* alte- uidem brachii uſum amiſiſſe,ſed ſupereſſe ad- lterum,quo deinceps hoſtes ſuos ulciſci ſuffi- Acceſſit ex *Hollandiæ* ruſticis non poſtremi cõ- s artifex,ad *Moſæ* ripas natus, qui ſingulari in- ia humerum è ferro fabricavit, mobilitate ità rè repræſentatâ,ut,quò quò vellet, brachium ret,manuque quælibet, abſque offendiculò, henderet.

VI.

enientibus Mansfeldii,ac Brunſvicenſis,cô- s,Spinola Bergizomi obſidionem diſſolvit.

ruptis *Hiſpanici* exercitus agminibus, deſide- iſque,ut putabatur,gregariorum bis duobus ous,dynaſtiſque magni nominis haud paucis, *ba*,collectis exercitus reliquiis, ſupervenien- *Cauchieri* tribuni copiis auctus, in poſtrema m agmina poſtliminiò feliciter invectus eſt. ous partem tormentorum bellicorum, ſpo- nque,unà cum vexillis numero octo,recupe- *Belgii*que gubernatrici obtulit. Nihilominus *ldius*,ac *Brunſvicenſis*, magnis denuò itineri- oventes,cum ſeptem equeſtrium,& quinque rium,millibus,apud *Bredam* appulerunt, le- us partim intrà civitatem receptis, partim rum diviſis, ac, poſt tantos viarum labores, gentibus. Quæ auxilia ubi recèns *Mauritio* ſuperveniſſe intellexiſſet *Spinola*, ſarcinulis is abſque mora hic obſidionem diſſolvit.

Externa.

I.

tavorum in Monachos edictis. Cauſſiſque, bus,Spinola provocatus,Bergizomum ex- nare aggreſſus eſt.

DE *Bergizomi* obſidione magno opere à *Spinola* ſuſcepta,ac tentata,ſed, interventu *Mansfeldii*,ac *Brunſvicenſis*,diſſolutâ, modò antè nobis prælibatũ eſt. Iam autem,cùm aliquid, tanquam in cõpendio,de reb.*Belgii*,ſuperaddendũ hoc lo oſforet,quib.initiis,cauſſiſq;, *Hiſpani*,ad oppugnationẽ civitatis illius provecti ſint,aſpergere fuerit operæ pretium.Ità autem eſt.Primo vere *Ordines* confœderati *Belgii*,ſevera ſub lege,omnis generis ordines *Monaſticos*,inprimis *Patres Societatis*,proſcripſerunt, adjecta hac promiſſione, ſi quis intrà fines eorum latentem forte *Monachum* indicaſſet, in eum ſexcẽtos florenos *Brabanticos* ilicet,præmii loco, erogandos eſſe.Pariter edictò ſanxerunt, ſuæ ditionis homines,filios,apud *Scholas*,ſive *Academias*, *Pontificias*, foris viventes,intrà menſem, domum revocarent. Niſi id faxint,ſummam centum florenorum valoris *Brabantici* penderent. Niſi intrà ſecundum mẽſem redeant, eandem ſummam iteratò ſolverent. Et ſic conſequenter fieret menſibus ſingulis, uſque ad anni exodium.Niſi eo intervallo domum revertantur,bona in fiſcum redigerentur.

Eo tempore apud *Bruxellas*,ſuper *Durlachii Marchionis* apud *Vimpfenam* clade; variis lætitiæ triumphantis generibus,ignibus videl. ſolenniter excitatis,ſtrepituq; campanarum,certatum eſt. Qua de re offenſus *Mauritius Vranius*,ut, poſt tantas publicę lætitię demonſtrationes,aliquid doloris quoq; *Brabantiæ* incolis ſuperveniret,*Henricum Vranium*, fratrem,eò tempore, quo exercitus *Hiſpanicus* apud *Palatinatum* militabat, cum legionibus aliquammultis, & apparatu tormentario miſit,qui tripudiantes, inſolenteſque,*Tungros*,ſive *Brabantios*, caſtigaret. Is, ſuperato *Demera* fluvio,cùm manus *Hiſpanorum*,ruſticorumque,tumultuaria obiiceretur, directis tormentis bellicis minoribus, ac portatilibus,iſtos oppidò disjecit. In provinciam igitur ingruens,nullo firmatam tùm exercitu, divitiis à tot annis affluentiſſimam,ingentes liberrimè convexit prædas,pagos,oppida,monaſteria,villas,prædia,ac ſuburbia,expilans, depopulanſque. Ut,in conſpectu *Bruxellenſium*,viridaria, ac palatia æſtiva, tàm *Sereniſ. Infantis*,*Belgii* gubernatricis,quàm ipſius *Spinolæ*,injectis,ignibus porrò exureret. Hocque pactò lætitiam illam dolor, ignesq; honorarios ignes hoſtiles,ac triſtes,exceperunt. Et ne quid opulentiſſimæ regionis relinqueretur tùm intactum, tripartito agmine *Henricus Vranius* incedens, partem ipſe *Lovanium* eduxit, partem ſub *Putlicio Bruxellas* dimiſit, reliquos *Mechliniam* verſus graſſari juſſit. Quibus paſſim locis ingentem in terrorem conjectis,diſpoliatiſque,vis ingens manubiarum convectari cœpit.Quò igitur iſtis *Batavorum* libidinationibus habenæ iniicerentur, *Henricum Comitem de Monte*,cùm exercitu è *Gueſtphalia* præproperè evocari contigit,Sed *Batavi*, quòd jam tùm immenſas divitias abundantiſſimè cumulaſſent,oneratis quadringentis impedimentis, abductiſque haud paucioribus præcipui nominis *Abbatibus*, *Abbatiſſis*, *Monachiſque*,itemque *dynaſtis*,ac *nobilibus*, maturè ſeſe recipere, quàm advolantis *Hiſpanici* exercitus adventũ exſpectare,maluerunt. Atque illam *Hiſpanicis* triumphantem lætitiam poſtquàm *Vranii* amaram in triſtitiam commutaſſent, tùm *Bruxellis* exiſtentem,atque iſta omnia oculis intuentem,*Spinolam*,conceptiſſimis verbis juraſſe ferunt,nihil operæ ſe intermiſſurum,donec huius irruptionis vindictam à *Batavis* exegiſſet.Id quod ut ociùs ad effectum deduceret,paulò poſt,ad *Bergizomi* expugnationem,adjecit animum.

II.

Spinola Bergizomo copias admovet.

NE ergò fruſtrà juraſſe videretur *Spinola*, altero exercitu ſub *Henrico Comite de Monte*, *Mauritio Vranio* objecto, cum altero, eoque inſtructiſſimo pariter ad oppugnationem *Bergizomi* converſus eſt. Civitas ea, *Brabantiæ* clavis, ac munitiſſima, audit. Quam *Scaldis* perlabitur fluvius, aggeribus uſque ad maris confluentem exactè communitus. Tametſi igitur oppugnari eam contingat, miles, commeatuſque, liberè importari poteſt. Eam præſidio ſatis valido *Batavi* tuentur. Nihilominùs, quò *Brabantiam* deinceps ab ejus irruptione vindicare quitus eſſet *Spinola*, omnibus, quod ajunt, copiis, omni induſtriâ, hanc expugnandam ſibi propoſuit. Qui cùm tormentis bellicis in obſeſſos jam tùm ageret, *Mauritius Vranius* tres novas ex *Hollandis* legiones immiſit. Undè quotidianæ ferè eruptiones, ac pugnæ velitares, utrinque natæ ſunt. Paulò poſt *Henricus, Comes Montanus*, in caſtra *Mauritii Vranii* tentavit, impreſſionem, magnum in diſcrimen *Batavas* copias conjecturus, niſi id maturè per indices reſciviſſet *Mauritius*. Intereà inter obſeſſores, atque obſeſſos, *Spinola* occupationem ſeriò urgente, nequicquam feriatum eſt. Subindè novis, noviſque, legionibus in civitatem immiſſis, ut numerus defenſorum ad decem hominum millia, integrumque ferè exercitum, excurreret. Quibus cum *Mansfeldii* adventus eſſet nunciatus, lætitiam, atque alacritatem, ſuam obſeſſi reiteratis tormentorum exploſionibus conteſtari cœperunt. Sub totidem ictibus *Hiſpanis* reſpondentibus. Eò acrius ergò inſtabat *Spinola*, eò impenſiùs urgebat expugnationem, quò magis auctas *Batavorum* vires præmetuebat. Interim, extrema tentaturus, *Henricum, Comitem Montanum*, cum expedita in *Friſiam* manu emiſit, *Mauritii Vranii* eo locorum vires diſtracturum. Sed ſucceſſu caruit iſthæc expeditio. Nam *Comes Montanus* præſidiariorum, per eam provinciam vigilantium, armis exceptus, auſis excidit. Qua de re, ſpe illâ præconceptâ in ventos abeunte, & *Spinola*, ſuper civitatis expugnatione, deſperare, & *Mauritius Vranius* liberationem meditari, cœpit. Nihilominùs, quid in bello fama, quid credulus error, poſſit, vel hîc notatum eſt. Apud *Antuerpiam* enim, & *Bruxellas*, communis vox, & fama, garriebat, de *Bergizomo* actum ferè eſſe. *Spinolam* nēpe, interceptis urbis aggeribus, ac munimentis, extraneis ad unum omnibus, foſſis, mœnibuſque inſtare, cuniculoſque ad uſque umbilicum urbis ſubtus humum ductos eſſe, oppidanos ità confuſos, triſteſque, notari, ut, abactis rebus quibuſque pretioſiſſimis, fortunam deſperent, extraque vota vagentur, portu *Scaldis* ab *Hiſpanis* jam intercepto, atque infeſſo. Illis rumor adiiciebat, etiam tùm novum captæ velut urbi gubernatorem eſſe deſignatum. *Spinolam* verò cum exercitu in *Seelandos*, movere, *Ludovicum Velaſconium* apud *Flandros* fortalitium, ad *Claves* dictum, petere, *Henricum, Comitem Montanum*, unà concurrentibus ſub *Anholtino* ductore legionibus *Bavaricis*, in *Friſios* denuò educe-
re, *Cordubamque* ſuo cum exercitu *Mauritio* i
imminere, uſque eò, ut parum abſit, quin
rebellantes jam ex voto ſubjugari queant. Id g
confictis, & ad ſpeciem blandientibus, perſi
nibus, oppidò vaniſſimis tanquam ferculis, ſeſ
lectabant *Hiſpani*. Sed omnia erant irrita, ac n
ſa quidem nuce digna. Tàm immane enim
rat, ut *Spinola* urbe potiretur. Ut potiùs ſarci
collectis abitum meditaretur, adventum *Ma*
ac *Mansfeldii*, nequicquam præſtolaturus.

III.

Mauritius Vranius, Mansfeldii copiis au *Bergizomum liberat.*

MAuritius ergò, *Bergizomios* liberaturus, c
ctis undique copiis, interiorumque ci
tum præſidiis evocatis, exercitum educebat, le
nibus *Mansfeldii*, ac *Brunſuicenſis*, poſtquam illæ
ete, ac novis veſtib⁹, recreatæ recepiſſent vires,
dam præmiſſis. Maturè hoc præviderat *Spinola*,
nomine dimiſſis nunciis *Anholtinum*, *Saxo-La*
burgicum, & *Holſatiæ*, *Duces*, invitabat, cum c
Teutonicis celerrimis itineribus advolarent, int
Antuerpiam, & *Bredam*, conſiderent. *Henrico*, *C*
Montano, verò, qui circà *Noviomagum*, & *Iuliac*
duodecim hominum millia tenebat, in m
datis dedit, ut, facta cum *Teutonicis* co
conjunctione, in *Mauritium* duceret, cum
eo *Marte* decerneret, aut ad minimum, ne *Berg*
mum pertingere poſſit, tranſitus intercluderet.
recuſavit *Spinolæ* ſapientiſſimum conſilium *C*
Montanus. Sed, cùm aditum non haberet, ipſe t
poris penuriâ præventus, ſtato, ac juſto, temp
accelerare non evaluit.

Id genus auxiliis *Spinola* poſteaquàm exclude
tur, conſultò judicavit, in tempore, præmiſſo *A*
uerpiam rei tormentariæ apparatu, exercitum
vum deducere, quàm, in præſentia hoſtium, g
viùs periclitari. *Mauritius* enim, novis itidem *B*
gizomum emiſſis legionibus, hoc agebat, ut *Hiſp*
rum exercitum ex omni parte invaderet, ac fun
ret. Ferunt, *Henricum, Comitem de Monte*, cum
ſeriùs advenientem, poſteaquàm inter *Hiſpan*
tanquam fabula, præter meritum, acerbiùs trad
ceretur, uſque eò, præ animi dolore, efferatum,
dignatumque, fuiſſe, ut ſive *Græci* illius *Aiacis*, ſi
Vari Romani, mox gladium infabulæ autores, aut
metipſum diſtringeret. Ab omnibus enim, ta
quam de induſtria *Mauritio Vranio*, amico ſuo, ha
victoriam tarditate ſua conciliare voluiſſet, inc
gnè inſimulabatur.

IV.

Mauritius ovans ingreditur Bergizomum.

REcuperatam feliciter civitatem *Mauritius*, cu
Mansfeldio, ovans ingreſſus eſt. Oppidanis, in
jus adventum, lætitiâ, ac feſtivitate, frementibu
Mox ſingula urbis loca contemplatus, quæcunq
à tormentis bellicis fracta, ruptaque, eſſent, rep
ta

juſſit, decretaque publicâ ſupplicatione, pro ovatione ſplendida, DEO gratias egit.

partibus *Hiſpanorum* decem hominum millia lerari ferebantur. Cùm ex obſeſſis ſexcenti ùm cecidiſſent. *Hiſpanis* igitur tantam poſt tiram, in hyberna redeuntibus, *Mauritius* miſit, *Steinbergam*, aliaque apud *Bergizomum* oppida ima, recuperarent. Quo facto, copiis hinc indè is, *Hagam Comitis* perrexit, à *Friderico Palatino*, iſis *legatis, Principibus, Comitibus*, dynaſtiſque va- ad duo paſſuum millia, obviam exeuntibus, no cum applauſu ſalutatus, exceptus, introdu- que. Atque ità *Fridericus Palatinus* cum eo tem- à *Rege* ſocero impeditus, *Palatinatui*, ac rebus prodeſſe non poſſet, adductis *Mansfeldii*, ac *ſtatenſis*, copiis, *Belgis*, ut, ſuper recuperato *Ber-no*, ovarent, profuit.

V.

xceſſu Erneſti Principis, Comitis Holſato-chaumburgici.

Unc in *Annum M. DC. XXII.* incidit exceſſus ſplendidiſſimi illius *Principis, Erneſti, Comitis to-Schaumburgici*, herois ad omnem magnifi- am nati, *Academiæ Rintelanæ* fundatoris. Aulam uit magnificentiſſimam, omnibus ferè, qui à liis, ac miniſteriis, ipſi tum fuerunt, ampliſſi- ipendiis, legatiſque, poſt obitum ab *Illuſtriſſi- incipe, Hedvige, Heſſiæ Landgraviâ*, matrona pie- a perſolvendis, locupletatis. Inter cetera ejus, liberis reliquit, opera, tanti ſpiritus monu- a, vel ſepulcralis illa moles, apud *Stadhagam*, *atus Schaumburgici* metropolim, poſita, di- ma fuerit, quæ quidem inter huius ſeculi re- *auſolæa* per *Germaniam* noſtram triũphet. Cu- moriæ, in primis tanti *Principis* laudibus, cũ, os annos duodecim, integram deſtinaverim n, non poſſum cupiditati, & ſtudio meo, tem- , quin illam, & quidem totam, hîc ſubiiciam. autem eſt:

nunc, Cathago, tuos iactare labores,
ne pyramidas, Memphi, referre tuas.
pheſus Triviæ ceſſet memorare Dianæ,
ipla, per audaces quæ cinefacta manus.
ſit cippus, nihil hîc cantare Coloſſum,
m videt, & toto laudat in orbe, Rhodus!
ine, ſatis ſit & Amphitheatra ſub avo
minibus vates concelebraſſe tuo.
iſurgiacæ molimina grandia gentes
ntant, priſcis æquiparanda tholis.
erenitas fave! Moles nova ſurgit, & adſunt,
ſolæa, tholis conſpicienda novis,
r Auguſti quondam miranda ſepulcri
nina magnificâ Caria laude vehit,
r ingentes obeliſcos altiùs effert,
icat atque Arcus Martia Roma ſuos.
, Hadriane, tuum memorabile buſtum
odicis tollit laudibus aſtra ſuper.
m, Stadthaga, decus! Sic æmula Moles
ſtina tuo ſurgit in aſtra foro.
felix iterum, Stadthaga! beata
ris, ut tanti Principis oſſa tenes.
magnis par qui certare Monarchis,
us & iunctis paſſibus ire queat!

Ergò magna ſuper tua terras ibit imago,
O Princeps, patriæ gloria ſumma tuæ.
Tu quia non patrias tantùm modò laudibus oras
Impléſti, meritis ſuſpiciende tuis.
Sed quia finitimas maior tua gloria terras
Transvolat, & ſpatium vix, ubi ſiſtat, habet.
Ergo tuæ laudes, tua fama, tua umbra, nepotes
Excitet à ſera poſteritate tuos!
Tu quia non animis, celſo non pectore tantùm,
Calcaſti veræ nobile laudis iter:
Sed, quia tantus eras, & ad omnia ſplendida natus,
Gloria par auſis ne foret ulla tuis.
Quid loquar? ô utinam noſtra foret ille Thaliæ
Spiritus, in laudes poſſit ut ire tuas!
O mihi ſi claræ, Princeps ô inclyte, famæ
Carminibus liceat tangere ſumma meâ!
Dùm tamen intereà Muſæ, dùm docta manebunt
Carmina, barbariè non ſubeunte locum.
Dumque per Viſipetum tractus, notiſſimus amnis,
Volvet inexhauſto fonte Viſurgis aquas.
Semper honos, ſemper tua gloria, vivet, & ille
Spiritus, excelſæ nobile mentis opus.
Te ſemper niveis, ſemperq; invecta quadrigis
Fama triumphantem relligioſa vehet.
Namq; tuæ laudes, tua tot monimina poſthac,
Semper erunt meritis ceu rediviva tuis.
Ergo ſimul dicet præconia patria, dicent
Templa, ſcholæ, laudes, aula, forumque, tuas.
Inprimis feſtos Academia concinet hymnos,
Aſſurgens meritis Rinteliana tuis.
Tu quia non patriam modò, non modò templa, ſcholaſque,
Aulamque amplificas, amplificaſque forum:
Sed quia ceu ſobolem, natamque, relinquis amœnas
Rinteliam pater hîc pone Viſurgis aquas.
Hæc tua victuris inſcribat nomina chartis,
Hæc ſtatuat fama digna trophœa tua
Hæc hæc perpetuet faſtos, tantoq; parente
Digna, canat laudes ipſius, ipſa ſuas.

VI.

Marci Antonii de Dominis, Spalatenſis Epiſcopi, reconverſio, & obitus.

QUi paucos ante annos, evulgatis in *Pontificem* ſcriptis ab *Eccleſia Romana* ſeceſſionem fecerat, uſque, in *Angliam* digreſſus, ecce! hoc anno è *Britannia Romam* regreditur, reconverſionem prætendẽs, palinodiamq; canens, *Marcus Antonius de Dominis*. Quanquam igitur, ſe in commodum *Romanæ Eccleſiæ* multum operæ novaſſe, apud *Anglos* inſulares, prætenderet, nihilominus fidẽ vix meruit. Itaque, juſſu *Pontificis*, apud *D. Hadriani* molem, ſive *Caſtellum Tyberinum*, in cuſtodiam relatus eſt. Ubi paulò poſt vitæ finem fecit.

VII.

Ignatius Loiola, ordinis Ieſuitici autor, inter Sanctos refertur.

HUc uſq; *Patres Societatis*, ubi apud diverſos *Romanæ Eccleſ. Pontifices*, pro *Ignatio Loiola*, ordinis autore, ſanctitatis nomen fruſtrà corrogaſſent, indulgentiâ *Gregorii XIII. Pont. Max.* tandem canonem impetrârunt, voti ſui compotes. Ingenti igitur, quà quà patet huius ordinis nomen, lætitiâ, *patribus* naſcente, præſertim *Madritti*, apud aulam *Hiſpanicam*, ſolennis feſtivitas celebrari cœpit, omnis generis actibus *Comicis*, aliiſq; deliciis, hoc feſtum coronantibus.

VIII.

Illuſtrium, ac doctorum virorum, obitus.

VIII *Calend. Februar.* ex humanis exceſſit *Carolus Philippus*, *Dux Sueciæ*, *Guſtavi Adolphi*, *Regis Suecorum* fortiſſimi, germanus, malignâ febri in *Moſchorum* finibus extinctus.

Eodem hoc *Anno*, qui è litteris famam conſecuti ſunt, naturæ legem impleverunt *Petrus Plancius*, *Ambſterodamius*, *Geographus* celebris, *David Pareus*, *Theologorum Archipalatinorum* præcipuus, & *Conradus Vorſtius*, *Scholæ Steinfurtenſis* profeſſor, vir ingenio clarus, ſed confeſſione ſectarius.

CAP. V.

De Comitiis Ratiſponenſibus.

I.

Fridericus Palatinus, Regis ſoceri in protectionem tradito Palatinatu, res novas agit.

POſteaquàm, ad *Britanniæ*, ac *Daniæ Regum* inſtantiam, *Frider. Palatinus* patriâ, quam in protectionem *Regis* ſoceri tradiderat, exceſſiſſet, è *Galliis* ad ſocerum dedit, omnia ſe jam, ad *Regis* mandatum, impleviſſe, patriæ loca reliqua tribunis *Anglicanis* permiſiſſe. Quid igitur jam, & deinceps, de ſe fieri velit, ſententiam ſoceri ſe exſpectare. *Rex*, tametſi toties fuiſſet fruſtrà, nihilominùs videbatur rebus ſuis ſapienter, atque optimè, conſuluiſſe, quippe qui præſtructo jam idoneo fundamento, abſque armorum & belli diſcrimine, *Palatinatus* reſtitutionem impetrare quitus eſſet. Sed egregiè is & generum decepit, & deceptus ipſe eſt. *Veſtonius* enim, legatus *Britannicus*, trãſactionis hujus ematurationem apud *Bruxellas* ſolicitans, *Regem* ſuum, eludi, impendiò querebatur. Ut in *Angliam* reſcriberet, facilius eſſe funiculum ex arena nectere, quàm in cauſſa, *Palatinatus* reſtitutionem concernente, quicquam ab *Hiſpanis* obtinere. Totidem verbis, in *Hiſpanias* miſſus, *Digbius*, narrabat, tempus ab *Hiſpanis* de induſtria extrahi. Ut, antequàm *Gondomarus*, legatus *Hiſpanicus* extraordinarius, ex *Anglia* foret reverſus, nihil illi rerum ſeriarum intereà ſuſcipere affecti ſint. Qui cùm apud *Anglos* datâ quoque operâ diem ex die duceret, *Rex* offenſus, denuò ſuggerentibus conſiliariorum præcipuis, in arma propendebat.

Proindè, cùm *Frid. Palatinus* notaſſet ſibi, nihil tàm apud *Cæſareanos* quàm *Hiſpanos*, ſive legationibus, ſive precibus, effici poſſe, cum *Mansfeldio* poſtliminiò egit, hic unà cum exercitu ſelecto rurſus ſuas in partes ut tranſiret. *Mansfeldius* ergò, dicta pace, *Belgis* valedicens, conjunctis *Brunſvicenſis* copiis, aſſumptiſque machinis bellicis, exercitum navibus impoſuit. Secundoque uſus vento, *Monaſterienſem* in *Epiſcopatum* produxit. Per illam igitur regionem exactionibus, ſpoliis, arcium, *caſtellorũ*, oppidorumque, invaſionibus, rem acerrimè egit. Ut paulò p
Dorſtenam, ad *Lippiæ* fluentum, in poteſtatem re
geret, variaque ad *Lipſtadium* oppida incendiis p
tim deleret, partim expilaret. Cujus impetus re
ſurus ubi *Anholtinus* legiones in occurſum edu
ſet, *Mansfeldius* prædâ onuſtum militem in *Friſiam*
rientalem, tanquam in hyberna, dimiſit.

II.

Cæſar, comitiorum cauſſa, Ratiſponam intra

INtereà, quod jampridem *Frid. Palatinus*, ejuſ
amici, ſuper *Electoralis* dignitatis translatione,
ſpicati fuerant, ad effectum ſpectabat. *Cæſar* en
apud *Ratiſponam* comitia indixerat. Cuius cùm ſ
tutum adveniſſet tempus, ipſis *Romanorum* fe
Brumalibus, nempè *VIII. Cal. Decembr.* *Cæſar* ſol
niſſimis cum ceremoniis urbem intravit. Prin
piò, ſub quinque ſignis, duo civium millia perv
civitatis in armis excubabant. A fronte Centu
urbicus, equo inſidens, primus, ſoluſque, ingred
batur. Quem duo tubicines urbani, & hos ſept
equites, ſtipatores, inſequebantur. Iſtos excip
bant tubicines *Saltzburgici*, numero ſex) duode
adoleſcentes equeſtres, more *Romano* veteri con
ſtiti, equites ſeptuagintà quatuor, equi, quos v
cant dextrarios, ad *Epiſcopum Bambergenſem* ſpecta
tes benè multi triginta viri equeſtres, quinque t
bicines, quinque *Poloni*, maculatæ tegminibus ly
cis circumamicti, duodecim equi ductiles, ſ
dextrarii, quinq; miniſtri auguſtales, duodecim
qui *Cæſarei*, tapetibus attalicis ſtrati, octo miniſtr
tores equites, duodecim adoleſcentes equeſtr
veſtibus holoſericis coloris nigri induti, unicus t
bicen, cum æneatoribus numero duodecim. P
hos *Ludovicus*, *Heſſorum Landgravius*, dictus *fidelis*,
gredicbatur ſolus. Eum à tergo inſequentibus c
ronâ octoginta duorum equeſtrium, quatuord
cim equitibus gregariis, ſex miniſtratoribus au
cis. Secundùm illos, quinque caduceatores, ſcept
præferentes, *Papenheimius* enſifer, decem ſtipator
ipſeque, *Imperator*, ſub umbella auricolori, à ſex
natoribus prælata, in qua *Aquila* alis bipatentib
erat intertexta, tanquam ordinem, ac locum, m
dium occupabant, ſexaginta ſtipatoribus præt
rianis, ſive lanceariis, pedibus inſequentibus. A
indè *Saltzburgicus*, atque *Herbipolitanus*, *Epiſcopi*, in
quis junctim, unà octo poſt terga equitibus inc
dentibus, *Imperatricem* prævertebant. Quæ eſſed
quidem ſola, vehebatur, inſequentibus quinque
liis ordine rhedis, nymphis illuſtribus plenis.
quod regium agmen claudebant tubicines duo, c
tumque equites dicti baliſtarii. Hac pompa *Imp*
rator cum *Imperatrice* uſque ad *Baſilicam* proceſſ
Ubi uterque ſummam ædem ingreſſus ab *Epiſco*
Ratiſponenſi ſubmiſſo poplite ſalutari cœpit. Ean
deductionem *Cæſaream* præſentiâ ſuâ illuſtrârun
quoque *Henricus Iulius*, *Franciſcus Albertus*, *Saxon*
Duces, *Chriſtianus iunior*, *Princeps Anhaltinus*, aliiqu
Comites, *Barones*, atque *equeſtres*, benè multi.

Eodem *Moguntinus*. & *Colonienſis*, *Electores*, adv
nêre. Sed *Treviranus Elector*, adverſam valetudine
allegando, non comparuit. *Saxo*, quòd ob par
chos *Evangelicos*, è *Bohemia* rejectos, ſimultatem al
re

odem venire negavit, tametſi *Cæſar* litteris,
iâ manu exaratis, eum invitâſſet. Idem fecit&
eburgicus. Neſcio quid obſtare ſibi, quò minùs
et, cauſatus. Interim uterque legatos eò dimi-
hac inſtructione, ut eſſent, inſtar diſcipulo-
ythagoræ, ut eſt apud *A. Gellium*, audientes dun-
,& referentes.

III.

inandi II. Imp. in comitiis Ratiſponenſibus
cta propoſitio.

Rdior *Annum M. DC. XXIII.* quem magna pars
vatum, prout vel ſub belli motibus potiſſimũ
mat, falſariorum, tantùm non terribilẽ, tantũ
Cæſari, familiæq; *Archiducali*, funeſtum futurũ,
rè prædixerat. Et jam credulus error impro-
ominum aliquammultorum occupaverat
es, opinantium, cùm tanta ſub confidentia ab
lis id genus, & veteratoribus, ementitum eſ-
re, ut hic annus variis revolutionibus, ac con-
nibus, illuſtris, ac memorabilis, evaderet. Vt
aucos ſummum hujus temporis deſiderium
erit, & quidam, mortis neceſſitate interveni-
ante diem eripi ſibi hanc lucem, has variorum
corum revolutiones invideri fato, in ipſis re-
umanarum ultimis, conqueſti comperiãtur.
m *Ferdinandus Cæſar* animo illo, quo *Deum*,
ietatem, complexus erat, longè ſublimiori
tus, quàm ut fabulis, variiſq; auguriis, & ina-
, deijci quitus eſſet, ut, quò majores referret
rias, eò plures, & luculentiores, ſpe concipe-
ſteaquàm adventum *Electorum Proteſtantium*
à exſpectâſſet, pro *Cæſareo* illi tribunali, in cõ-
mperii VII. Id. Ianuar. Septemvirorum, Principum-
equẽtia in verba perorare, ac propoſitionem,
vocant, promulgare, juſſit, quæ talis fuit. Nẽ-
ſarem nullo pacto dubitare, quin *Electoribus*,
ncipibus, è diplomate ſuperiori *Ann M. DC. XXI.*
enſe *Aprili*, ad *Imperii Status* emiſſo, antè co-
m foret, quàm neceſſarius, ac ſalutaris, *Electo-*
rincipumque, hac tempeſtate, expediret con-
s. Sed interveniſſe tùm neceſſitates bellicas,
b hocuſque præſens in tempus comitia ex-
pportuerit. Iam autem *Cæſarem*, quòd tàm
ſè hæc illuſtris *Electorum*, ac *Principum*, con-
nveniſſet, gratanter agnoſcere, ac vice verſa
m ipſis clementiam polliceri, atque offerre.
ſummam, ac caput, rei quod attineat, ſuper-
eum videri, ut de periculoſo *Imperii*, intrica-
, ſtatu prolixa inſtituatur enarratio. Siquidem
patulo ſit, quibus modis comitia, ac diætas,
antehâc labefactari, receſſus *Cæſareos* infrin-
ſumque *Cameræ Imperialis* interturbari, con-
. Vt etiam aulæ *Cæſareæ* dicaſterium in dubiũ
atum. Vt ei etiam oppidò contrariatum fu-

triſti earum rerum facie, eos, qui, ſub ſpe-
Religionis prætextu, quidvis non audent, irre-
adverſus leges pacis tàm *Religioſæ*, quàm *Secu-*
liorum dominia invaſiſſe, ſubditoſque aba-
e. Vndè malorum tantùm non lerna pullu-
epiſſet. Præter ea, in contemptum juriſdi-
s *Cæſareæ*, conſtitutionumq; fundamentaliũ,
a, ac conſpirationes, cum *Principibus* exteris,
. Vt etiã validos, ac magnos, pro cauſæ iſtius

improbæ evictione, exercitus conflari uſuvenerit, dehortationibus, variiſque eorum, quorum intereſt, querelis locum nullum invenientibus. Iſtis omnibus, tanquam cumulum quendam, ſuperveniſſe *Anno M. DC. XIIX* rebellantium *Bohemorum* furias ac turbas, cujuſmodi facto veluti contagio, cæteras hæreditarias *Cæſaris* provincias ſucceſſivè corrupiſſent, eo fine, quò jam-dudùm clàm palàm cõſpirantium cathena ſublime emergeret, *Imperii* illuſtrem, ac florentem, in nationis, nominiſq; *Germanici*, vituperium, ſtatum everteret, rerumq; potiretur, codicillis adverſariorum, ſub clade *Pragenſi* fortè, inter cætera κειμήλια repertis, fidem abundè facientibus.

Hæc, atque id genus, flammantia conſilia, inter cæteros, inprimis fabricaſſe *Frider. Palatinum.* Vt, ſub mediatoris, atq; arbitri, perſona, vultum hoſtis indueret, caputq; perduellium ac dux, evaderet, ſub colore, ſibi cum *Imperatore* nequicquam, ſed cum *Archiduce*, controverſiam eſſe, cauſſantem. Quem poſteaquàm ſub *Imperii* comitiis, apud *Frãcofurtum* ſolenniſſimè concelebratis, per legatos ſuos, eò miſſos, *Cæſarem*, pro *Bohemiæ Rege* legitimo, atque *Electore* ſeptimo, agnoviſſet, eidem more ſolenni homagium præſtitiſſet, juxtàque actus omnes, ac ſingulos, ad *Cæſaris* inaugurationem neceſſarios, ex lege, impleſſet; nihilo-minùs *Cæſaris* in regnum, ac dominium, venire, coronam alienam uſurpare, ac capiti ſuo imponere, ſubditoſque, ac ditiones, intercipere, haud verecundatũ eſſe. Neque hoc ipſo furorem, ſemel cœptum, reſediſſe. Sed eò uſque vires ſumpſiſſe, ut etiam regnum *Vngariæ* eodem perduellionis contagio inflammare, atque in partes *Tranſylvaniæ Principis* tranſire, compulerit. *Bohemorum* igitur imitatione, etiam *Vngaros* in *Regem* vocaſſe *Bethlenum* volentemque deſignaſſe. Neque hoc in agone partum eſſe provinciis *Archiducum* patrimonialibus. Sed etiam illas pari invidia inquietari cœpiſſe. Vt intereſſe & ipſæ, *Cæſariſque* ſedem, *Viennam* nempè, hoſtilibus planè copiis corona invadere, haud dubitârint.

Quæ cùm incommoda *Electorum*, ac *Principum*, magna pars ad animum admiſiſſent, intelligentes, hoc pacto à perduellibus omnem *Cæſari* obedientiam, honoremque, negari, *Bohemiæ* regnum, cum adjunctis provinciis, à legitimo *Rege*, ac domino, ad illegitimum detentorem transferri, aliãque, ac novam, malique moris, formam per hoc *Imperium* velle introduci, utique, *Anno M. DC. XX.* eo fine, apud *Mülhuſium Thuringorum, Electorũ, Principumque*, conventum aperiri cœpiſſe, quò huic immane hianti, per *Imperium* rictui, ac vulneri, medela afferri, inprimis à vertice *Cæſaris*, tanquam *Imperii* capitis, omnis ignominia procul abarceri poſſet. Facto igitur *Senatuſconſulto, Electores, Principeſque*, illa ſub diæta congregatos, autores fuiſſe, *Cæſar* hoc ageret, &, tametſi ſummo jure, armiſq; vindicibus, in delinquenses, aliquam multos *Imp. Principes*, uti poſſet, pateretur remedia mitia, ac facilia, ſeveritati præferre, refractarios iſtos in viam, atq; obedientiam, revocare, utque ab armis, contrà *Cæſarem*, ac dominum, ſuum temerè ſuſceptis, reſilire, adeóque cum *Cæſare*, tanquam capite, in gratiam reverti vellent, connivere. Niſi publicis, codicillis admoniti, hoc faxint, tùm quidem pœnis, legibus *Imperii* expreſſis, in contumaces,

ac repugnantes, animadverti poſſe. Non diſplicuiſſe hoc *Cæſari* conſilium. Eodemq; tempore durãte adhûc conventu illo, dehortatorias, avocatoriaſque, publicari cœpiſſe. Quantum autem operæ illis navatum ſit, curioſa explicatione opus haud quidem eſſe. Nam furorem auctum in ipſam penè rabiem degenerâſſe. Conſpirationes, ac fœdera, longè arctiora, cum *Tranſylvano* icta eſſe. Cum ipſis barbaris, ac *Turcis*, miſſis utrinque legatis, ſerias machinationes iniri cœpiſſe. Vſq; eò, ut, loco amicæ admonitionis, minis ſævitum, inque *Electores*, *Principeſque*, ſub conventu præſentes, itemq; utilia, ac ſalutaria, ſuadentes, acerbis contumeliis debacchatum fuerit. Hanc ob rem, rebellantium inobedientiâ, offenſis, perduellionibus, cõſpirationibus, atrociſſimiſq; læſæ *Majeſtatis* criminibus, regnorum, ac provinciarum, everſionibus, ſine miſſione, identidem augmenta ſumentibus, *Cæſarem* aliter facere haud potuiſſe, quin legibus *Imperii* remedia permiſſa prehenderet, defenſionis neceſſariæ rationes iniret, auxiliiſq; *Electorum* ac *Principum*, ſub diæta congregatorum, inprimis *Electoris Saxoniæ*, *Burgundionum*, *ac Bavariæ Ducum*, conquiſitis, id efficeret, quod lex, æquitaſq;, *Imperii* ſalus, *Imperatoriſq;* dignitas, ac reſpectus, requirerent. Neq; divinam benedictionem piis *Cæſaris*, *Electorumque*, ac *Principum*, fidelium conatibus defuiſſe. Sed diverſis in locis, p æquiſſima *Cæſaris* cauſa, ità feliciter depugnatum eſſe, ut *Bohemiæ* regnum, ſociis cum provinciis, partâ laudabili ad *Pragam* victoriâ, ad *Cæſarem* redierit, tùm *Auſtriacæ* provinciæ deditionem fecerint. Hoc modo bonam perduellium partem in exilium ejectos eſſe, plurimos in poteſtatem veniſſe. Vt etiam proſcripti *Frid. Palatini* patrimonium ſubjugari, inque partem damnorum perpeſſorum ſubſumi, accidat. Atq; ea de re *Cæſaris* gratitudinem hoc loco intervenire, ut *Electoribus*, ac *Principibus*, illis, quorũ operâ hiſce in expeditionibus, ſuo quidem cũ emolumento, illorum verò immortali cum gloria, uſus foret, memorem conteſtetur animum, τὰ πάντα, ſicut ajunt, id eſt, fortunas, vitamq; ipſam, ſi liceret, viciſſim pro illis impenſurus.

Quanquam autem rationi conſentaneum eſſet, fore, ut, præeuntibus tot luculentis victoriis, proſcriptus iſte *Palatinus*, tanquam ſuperincumbente vindictâ divinâ, pœnitentiã, ac reatum, emẽdâſſet, armaq;, atq; invidiam, depoſuiſſet, nihilo-ſeciùs iſtum, pro improbæ, atq; injuſtæ, cauſæ defenſione, ſimultatem, atq; odia, exacerbaſſe, nova auxilia totis conatibus procurâſſe, in bellaq;, ac lanienas, acerbiùs deſpumâſſe. Id quod, ſi nõ aliundè, ſaltèm è tabulis, ad *Sileſios*, ac *Tranſylvaniæ Principem*, dimiſſis, conſtare poſſit. Proindè *Cæſarem*, juſtis de cauſis provocatum, proſcriptionem in eum publicâſſe.

Licet verò, per conſilia *Heydelbergenſia* ſuperioribus annis coaleſcens, *unio* jam diſſolveretur, *Principibus*, atque *Ordinibus*, directorem, caputque illud ſuum, excutientibus, ut neque copiis, nedùm ſumptibus, cauſam *Palatini* fovere, *Cæſarique* contravenire, ampliùs affecti ſint. Interim proſcriptũ illum technis machiniſque, minimè ſe abſtinere. Vt etiam de novo *Imperii Status* abalienare, inprimis *inferioris Saxoniæ Principes* commovere, inq; *Imperatorem* inflammare, comperiatur. Eos jam tùm in armis eſſe. Et neſcio quid adverſi ſibi de *Imperatoris* exercitibus perſuadere. Iſtum enim inculcare, i-

ſtum ſimultates novas ciere. Sub colore, vide
nempè *Principes*, quid agerent, quid, quantum
Cæſari fiderent. Interveniſſe quidem *Imperii* q
dam *Ordines*, *Regeſque* extrancos, petentes, *Cæſar*
ſcriptionem *Palatini* tolleret. Sed ecce! tùm
dem proſcriptum ab inſidiis, armiſque, minim
rias egiſſe, minimè pacis conſilia agitâſſe, ut m
per *Mansfeldium* regnum *Bohemiæ Cæſari* denu
mni conatu eripere, aliiſque *Imperii Principibus*
ma quæque, non ſine faſtu, interminari poſtl
niò occœperit.

Neque ſolum hanc in audaciam ſuffeciſſe *M*
feldium. Immò verò altera ex parte prorupiſſe *I*
nem Georgium ſeniorem, *Brandeburgicum*. Qui par
datâ operâ *Sileſios* variis calamitatibus infeſtar
deſtiterit. Interim ipſum *Fridericum* proſcript
intrà clauſtra *Hollandica* receptum, majorum o
rum ſemina, bellorumq; incendia, ſtudiosè coq
re, ac diſpergere. Et jam plures ſeſe prodere eju
miſſarios, ac complices, nimirum *Chriſtianum Br*
ſvicenſem, itemque *Ioannem Georgium Badenſem*.
quidem injuſtiſſimam proſcripti cauſam itidem
ſumere, in ejuſq; gratiam vultus in *Cæſarem* clev
nihil dubitent. Quis igitur *Cæſari* vitiò vertat,
confirmatis viribus illud in *Palatinum*, ejuſq; co
plices, convertat. Idemq; illi damnum, ac diſcri
intentet, quod ille, cum ſociis, *Cæſari*, reliquiſq;
perii Principibus, interminatur? Quis enim neſcit
ſtorum eò exundare audaciam, ut omnes *Cæſar*
deles *Principes*, *Statuſque*, ferro, atq; ignibus, exſc
dere, regiones eorũ prorſus evertere, civitateſq
atq; oppida, vaſtare, atq; exurere, ſatagant. Hũc
rorem iſtos jam tùm per *Alſatiam*, *Argentinenſ*
Spirenſem, *Moguntinum*, alioſq; per *Gueſtphaliam E*
ſcopatus, abundè exercuiſſe. Vt etiam, inter provi
cias cæteras, *Ludovici*, *Heſſorum Landgravii*, regione
evertere laborârint. Neque ſic ferè vanus iſtoru
fuerat cenſendus impetus. Niſi, divinâ in par
veniente clementiâ, proſcripti iſtius complices
verſis in partibus fuiſſent cæſi, paulatimque cum
pſomet capite, ac duce, ſuo dilapſi.

Cæſarem hũc-uſque ab ipſis bellorum incunab
lis paci nihil antetuliſſe. Ejus rei litteras, *Bruxell*
emiſſas, fidem luculentam perhibere. Quant
autem impenſiùs *Cæſar* amore pacis flagret, tant
impetuoſius hoſtes inſurgere, bellumque ex be
lo, & quidem ſumma cum contentione, nectere
Etiam *Cæſarem* vel in armiſtitium conſenſiſſe. Tan
tum autem abeſſe, ut hoc proſcripto illi placer
potuerit. Vt in dies majori audaciâ, viribuſq; majo
ribus provectus, etiam ſpem, injuſtè nuper à ſe de
tenti, *Bohemiæ* regni, poſtliminiò armis injuſtiorib
recuperandi, conceperit, tituli inſuper regii axio
mate identidem abuſus. Quibus adde, tantum pro
ſcripti eſſe faſtum, odioſumq, ſupercilium, ut nu
per, novo exercitu auctus, jactare non ſit verecun
datus, tantas ſibi reaffulgere de novo vires, ut nihi
minùs, quàm de ſubmiſſione, ac deprecatione, por
rò ſolicitus eſſe debeat.

Quandoquidem ergò, præeuntibus tot motib⁹
ac factionib⁹, *Imp.* ad incitas penè, ipſamq; ruinam
redactũ ſit, *Cæſari* hoc curæ eſſe, quò pax, pridẽ ex
ſpectata, redintegrari, atq; introduci, ſuſtineat. E
in rem jam bis prorogata hæc comitia neceſſitat
quadã aperiunda, minimèque prætereunda fuiſſe
Cæſarem autem inprimis ſuper remediis deliberare,
quibus

ſproſcriptus ille,qui ad ſummam inobedien-
bellorum novas reproductiones, cædes, de-
lationes,expilationeſque, nihil faxit reliqui,
eri queat. Iſte, cùm ne micam quidem emē-
nis,aut pœnitentiæ,præ ſe ferat, omneſque a-
es,oppidò noxias,ferro decidere ſuperciliosè
tus ſit,rem ipſam flagitare,iſtum in ordinem
endum eſſe.
inde,rebus ità ſeſe habentibus, cùm ne qui-
æſar ſuſpicari poſſit, futurum, ut aliquis ſal-
er hoc *Imp* inveniatur,qui proſcriptum jam,
ceps,in numerum *S.Imperii Electorum*,utique
s conſiliariorum interiorum,recipiendū eſſe,
gari velit,præſertim, cùm iſte in vituperium
nperatoris,quàm *Imperii Principum*, omnia etē-
um *Turcis* fœdera pepigerit,omneſq; omniū
empeſtatum perduelles abominandis, into-
liſque,læſæ *Majeſtatis* criminibus, longè ſu-
eſſus ſit,utiq;,ſecundùm leges,atq; ordinem,
eſſe puniendum, Quò igitur hic *Electoralis*
ictus maturrimè ſanari,atque redintegra-
it,*Cæſarem* ex pleniſſima,ac ſuprema, pote-
ominare *Maximilianum*, *Bavariæ Ducem*,eiq;
atem *Electoralem*, jam vacantem, deſigna-
im enim hic *Princeps*, invaleſcentibus fœ-
perduellionum id genus furoribus, *Impe-*
tem, libertatemque, ac vindicationem,
is fortunis, vitæque, longè prætuliſſet, pu-
i apud *Pragam* œcumenicæ, ſub capitis peri-
nterfuiſſet, partâque heroicâ victoriâ,coo-
ibus ex altera parte *Saxoniæ Electore*, cæteriſ-
incipibus fidelibus, interceptum hæredita-
ohemiæ regnum, unà cum ſociis provinciis,
eſtituiſſet, multiſque, ſub perſecutione
tibus, *Imperii Proceribus*, ſubveniſſet, &
quam, eſt, qui eum non omni laude con-
Principem, non omni honore, & debito
, quod legitimè certantibus olim exhiberi
um erat, afficiendum exiſtimet? Hûc ac-
antam eſſe illius inſuper ſapientiam, ut
ùm *Cæſari*, ſed etiam univerſo, *Imperio*,ſa-
àm conſilia ſuppeditare, quàm officia pre-
agat. Vt neque *Principibus* dictis *Proteſtan-*
ibus cum amanter agere affectus eſt, di-
debeat. Hanc illam eſſe *Cæſaris* mentem.
nto *Principi* gratitudinem deberi. Vt nihil
gone reliquum ſit, niſi ut, ſub fine horum
rum, ſolenniſſimis ceremoniis inaugurari,
t ajunt, inveſtiri, debeat.
l itaque reliquum eſſe, niſi ut *Electores*, *Prin-*
præſentes,tanquam interiores *Cæſaris* cō-
ecernant,ſuppeditentque, quibus mediis
nperio recomponi,machinæque, ac factio-
es tolli, queant. Quo ſub cardine cum Rei-
ſalus vertatur, agedùm, ſuper tàm neceſ-
ſerio,opere deliberarent.
ſupereſt,de *Vngariæ* motibus hactenùs *Cæ-*
oq; ſolicitum fuiſſe. Quanquam autem cū
ino res utcunq; denuò tranſacta ſit,nihilo-
rtalitia,in *Vngariæ* finibus poſita, neceſſa-
; magnos, requirere ſumptus. Qui cū hac
ate,provinciis *Auſtriacis* exhauſtis, à ſolo
pendi nequeant,tùm ab annis aliquāmul-
x *Imperio* cenſuum eò collatum ſit,ea pro-
rem inſtare,atq; urgere, *Electores*,ac *Princi-*
neceſſitatem ad animos admitterent,ma-
turiuſq;,ob moræ periculum,ſuccurrerent. Corollarij loco,conſideratione juxtà dignū eſſe, quibus modis *Batavi* confœderati, induciis exſpirantibus, adverſus familiā *Burgundicam*,utiq; dominiū ſuum, bella redintegrare conentur. Qui cùm ex *Imp.* proſcriptum *Palatinum* ſecum attineant; in *Imp.* fines graſſentur,ſubjugatiſq; *Gueſtphaliæ* partibus, etiam *Rheno* munimentū impoſuerint, utique rem ipſam poſtulare,illis in locis *Electoribus*,ac *Proceribus*, quiritantibus ut occurratur.

De gravaminibus *Imp.* à multis retrò annis proponi ſolitis,itidem viderent,ac conſultarent *Electores, Principeſq;*. In eo *Cæſarem*, quicquid abſq; dignitatis detrimento facere quitus eſſet,facturum eſſe. De *Cameræ Imperial.* reſtitutione, cujus juriſdictio collapſa eſſe feratur,ſeriò deliberādū eſſe. Abſq; enim juſtitiæ adminiſtratione *Imp.* conſtare haud poſſe. Proindè quibus mediis tàm ſalutaris juſtitiæ redintegratio reduci,ac ſtabiliri deinceps poſſit,unicè eſſet diſpiciendum.

Tandem monetariæ rei auctionem,adulterationemq; in immenſum excreviſſe. Iſtud autem flagellum multis in provinciis bello ſævius affligere. Qui morbus,ſanè peſtilens, ſicubi ordinariâ curatione inpræſentiarum eradicari nequeat, ſaltèm palliativis ad tempus remediis eò adigendus venit, malum ulteriùs ne ſerpat, donec, ſub ordinaria *Imperii* diæta,lues iſta è fundamento curari, ac recidi,evaleat.

IV.

Ad ſuperiorem Cæſaris propoſitionem, Electorum,Principumque,declaratio.

ANtequàm,quid ad illam *Cæſaris* propoſitionem reſponſum ſit ab *Electoribus*, atque *Principibus*, ſubnectamus,calamum,ſcribendiq; hūc ordinem, interturbat atrox famuli facinus,qui *Electoris Saxoniæ* ad hæc comitia legatum, *Ioan. Georgium* à *Polniz*, dominum ſuum, injecta manu cultello perfodit. Quod igitur ebrius patravit ſcelus,atque hericidiū, hoc ſobrius,ſub carnificis ſeveritate,manu, ac capite,reciſis,atq; in turrim pontanam, ſpectaculi cauſa,adactis,expiavit. Interim *Electorum, Principūque*,reſponſio,quæ uſq;ad *XIII. Calend. Februar.* excurrit, fuit hujuſmodi: *Cæſaris*,ſuper *Friderico Palatino*,banni,ac privationis,proceſſum,*Electores, Principeſque*,coacto concilio,deponderâſſe,atque inveniſſe,rationes,quibus *Cæſar* impulſus eſſet, media, quibus uti vellet, ac deniq; circumſtantias, oppidò graves,ac continuantes,quibus *Palatinus* hoſtilitatē perſeveraret, ſic quidem cōparata eſſe,ut modò non hoc *Cæſari* vitio verti poſſit, ut magis jure in *Palatinum*,etiamnunc pœnitentiam haud emendātem,etiamnunc odia,bella,cædes,atq; tot humani ſanguinis lanienas,deſpumantem,juxtà leges, *Imperii* conſtitutionibus expreſſas, animadvertere, pœnaſq; debitas irrogare, debeat. Interim,hanc in ſententiam nonnullos animis inclinare,nempè, cū hæc res magni ſit momenti, *Electoratumque Imperii*, pariterque *Collegii Electoralis* membrum, concernat,undè vel *Imp.* quies,ac ſalus,vel ex adverſo ejuſdē ruina,atq; interitus,exſpectari debeant, ideóq; non abſque totius collegii *Electoralis* cōſenſu, quicquam enovandum eſſe. A quibuſdam vel procedendi modum dūtaxat improbari jam tùm cœpiſ-

ſe, *Pala-*

ſe, *Palatinum* nempè ordine, ac decenter, auditum haud eſſe. Vt ſic abſq; legitima cauſſæ cognitione, præter ordinem juris, banni, ac privationis, fulmine gravandus haud veniat. Neq; hæc eò tendere, ut poteſtas *Cæſarea* in dubiũ vocari debeat. Vt *Cæſar* (q; præfiſcini monere velint) nihilo-minùs capitulationi, ac promiſſis, *Electoribus* datis, ſtare teneatur. Quæ, modeſtiæ cauſa, pluribus urgere, *Cæſariq;* preſcribere quicquam, noluit. Quantum autem ꝑpriè ad tranſlationẽ dignitatis *Electoralis* faxit, hoc quidẽ negotium ità cõparatum eſſe, ut multa, *Cæſari* perpendenda, hîc interveniant. Quæ, tanquam in cõpendio, hîc producere velint, modò *Cæſar* hoc non indignè ferat.

Itaque nonnullis ità quidem videri, ſiquidẽ *Cæſar*, reducendæ pacis cauſa, hæc comitia indixiſſet, meritò, atq; antè omnia, de obſtaculis prævidendũ eſſe, cujuſmodi neceſſariò removeri debeant. Eo pacto, inter præcipua requiſita, hoc primarium occurrere, *Cæſar* provideret, quò regnum *Bohemiæ*, tãquam omnis mali cauſam, ac fontem, reliquaſq; ꝓvincias, introducta, conſtabilitaque, quiete, ſecurè poſſideat. Quo nomine reformationes, ſeveræque executiones, rectius exularent, quàm ut per eas hominum mentes potiùs irritentur, exacerbenturq;. Amore enim, & benevolentiã, ſubditorum ſive *Imperium*, ſive *regnum*, conſtare, odiis, ac diſſenſionib⁹, ſubverti. Niſi itaq; benevolentiæ via ſternatur, non liquere, undè *Cæſaris* regimen diuturnum, undè *Electorum, Principumque*, conditio tuta eſſe poſſit. Cũ metus obſtet, ne *Bohemi*, aliique populi, impotentiam, deſperationemque, denuò degenerãtes, gravioribus res *Cæſaris Imperiique*, motibus perturbare evaleant. Secundùm hæc, *Principes Proteſtantes* ſuper eam reformationẽ oculos coniicere, ac neſcioquid, ſuſpicari. Tametſi n. privata hæc, ac particularis, allegetur cauſa, publicam eam tamen, aut publico finitimam, videri poſſe. Et niſi *Eccleſia Pragenſis*, à *Rodolpho II. Imp.* ad petitionem *Chriſtiani, Saxoniæ Electoris*, in hunc uſque diem *Evangelicis* conceſſa, reſtituatur, liberumque *Religionis* exercitium denuò aperiatur, ſubverendum eſſe, ne unquam pax coaleſcat, ſed graviores turbæ immineant. Motus iſtos, ac perduellionem, non à vulgo, ſed ipſis dynaſtis, ac proceribus, cœpiſſe. In ſuppliciorum, ſive pœnæ, irrogatione, æqualitatem obſervandam. Subditos, in exilium ejectos, de gratia, ſibi facta, nihil prædicare poſſe. Vt fidele *Electoris Saxoniæ* auxilium facilè in diffidentiam declinare queat. Niſi *Cæſar*, hoc obſtaculum removendo, per *Bohemiam* amneſtiam ſanciat generalem.

Cæterùm, tametſi *Cæſari* cauſarum abundè ſit, ut meritò ſuper *Palatino* conqueri poſſit, ſicut etiã facta illius probare minimè fas ſit, nihilo-minùs *Cæſarem* facturum operæ pretium, ſicubi rigori lenitatẽ præferret, ac cum *Palatino*, præeunte debita ſubmiſſione, deprecatione, ac renunciatione, in gratiam reverteretur. Iam *Palatinum*, vel triſti exilio ſuo, pœnarum ſatis dediſſe. In quem ſi porrò idem rigor exerceri velit, metuendum venire, ne unquam pax coëat. Cùm magis armorum infeſtorum præparationes, atque expeditiones, exſpectandæ ſint, quibus hoc *Imperium* identidem concutiatur.

Adhæc, tametſi ſuper *Palatino* res plana, ac facilis, extet, interim, an hæredes, & filii, ad quos, providentiâ majorum, *Electoratus* jus acquiſitum ſpectaret, excludi poſſint, an *Palatini* frater, qui nihil
Cæſarem deſignaſſet, neq;, ob minorennitatis ſta
quicquam deſignare potuiſſet, cæteriq; agnati, n
tantùm inſontes, ſed & *Imp.* ac *Cæſari*, fideles, p
teriri jure debeant, hoc quidem eſſe ſub quæſtio
Vt hæc conſequentia reliquos *Electores*, ac *Princi*
tanquam nova, mordere qui ta ſit.

Reges, Principeſque, exteros, *Palatino* agnatio
vinculis obſtrictos, hactenùs, ſpe meliori nutrit
ſuperſediſſe. Eos verò, reali jam *Electoralis* dignita
translatione offenſos, dùm reſtitutionis ſpẽ om
præconceptam, laboreſq;, tot legationibus obit
fruſtraneos fuiſſe, ſe ſeq; protritè habitos, vider
in armis inſurrecturos, omnibuſque, quod aju
copiis, conatibuſque, hanc reſtitutionem procu
turos, eſſe. Optandam quidem *Cæſari*, & mer
optandam, *Pyliam*, ſive *Sibyllinam*, eſſe ſenectam. I
terim, neminem exceſſus certum eſſe. Vt nedùm
brevem vitæ ſummam aliquid adiicere ſuffic
Quodſi ergò (quod abominandum) aliquid h
mani *Cæſari* accidat, ut, antequàm hæ lites gravi
mæ ſint conſopitæ, ad cœlites emigrare comper
tur, profectò, dubium relinqui, an *Cæſaris* hære
ſub iiſdem conditionibus tùm tranſigere poſſi
Iam jam *Cæſarem*, poſt luculentas tot victorias,
arbitrio τοῦ πάντος, ut ajunt, poſſe. Quis ſcit, an
dem fortuna, & quàm diu, hunc tenorem decur
re velit? Quæ prout in res bellicas potiſſimum h
bet imperium, ſi deinceps inclinet, neminem fug
re, quàm diverſas ab hiſce leges lubrica *Dea* imp
nere ſatagat. Eo intuitu dubitari à quibuſdam,
è re *Cæſaris* futurum ſit, ſi in tàm difficilis momen
negotio *Cæſar* hanc translationem præcipitare v
lit. Cùm in re tàm ardua, univerſum concernen
Imperium, etiam univerſorum *Imperii Electorum*,
Principum, modò non præſentia, ſed etiam co
ſenſus, atque aſtipulatio, requiri videatur. An ig
tur veniæ, an conjunctis *Electorum, Principumque*,
legatorum, interceſſionibus, apud *Cæſarem* locus
ſet nullus? *Palatinum* peccâſſe quidem. Sed adhu
juvenem, ſed ab aliis ſeductum, & qui ipſe ſibi vi
dùm per ætatem utilia conſulere valeat. Illum n
que motuum *Bohemicorum* autorem fuiſſe. Vt ja
medium in incendium pertractus ſit. Etiam al
factam eſſe à *Cæſare* gratiam, datamque veniam
qui, paribus cum *Palatino* delictorum vinculis te
nerentur. *Cæſarem* tàm ſibi, quàm collegio *Electora*
li, Reges extraneos, *Principeſque Palatino* jure agn
tionis devinctos, hac ratione non tàm conciliar
quàm obligare, poſſe. Vt ipſum etiam *Palatinum*
ternæ gratitudinis vinculis, vix diſſolubilibus,
ſtringere ſuſtineat. Qui, cùm jam exilij, ac pœnarũ
abundè tulerit, deinceps commodis ſuis rectiùs v
lificari ſtudeat. Ex adverſo, idem, ſicubi, remedi
omnibus excluſis, ad deſperata adigatur conſili
facilè graviores per *Imperium* turbas ciere potiſſ
Proindè expedire, tàm *Cæſareæ* dignitatis igitu
quàm in rem *Imperii* eſſe, ſicubi mitia, ac benigna
remedia violentis *Cæſar* anteferat, extremiſque
genus excluſis, ſe mitem, ac placabilem, pr
beat.

In *Cæſarea* quidem propoſitione cauſas privatio
nis ſufficientib⁹ argumẽtis eſſe corroboratas. Vt tã
quã in theatrũ, illas velle reꝓducere, ſupervacane
futurum ſit. Inprimis verò *Collegii Electoralis* re
integrationem, capitiſque, & columnarum
Imperi

præcipuarum, unionem admodùm neceſſa-
ſſe. Quanquam igitur *Palatini* error, ac deli-
:xtet graviſſimum, parq; exemplum vix ha-
ihilo-minùs, experientiâ teſte, ad pacis re-
ctionem, mitia remedia extremis præpon-
.Rigore enim non conciliari, ſed exaſperari
.um animos. Tantam eſſe prærogativam *bo-
publici*. Vt quibuſcunque rationibus, ac re-
ous, anteferri debeat. *Cæſarem* ergò conjun-
:cibus exorandum eſſe, juris, ac legum, ſeve-
ı in clementiam converteret, *Palatinumque*,
ıtibus ſubjectione, ac deprecatione, ac quę-
ıunc ad humiliationis actum pertinebũt, in
n admitteret; *Imperiumq;* pacis refuſione ex-
ct. Abſq; hoc eſſe, ut novas lanienas, ac deva-
es, deinceps ſuperventuras, tanquam jam tũ
tes, intueri liceat. *Cæſarem Bohemiæ* regnum,
ınterceptum, unà cum provinciis, recupe-
ihil igitur ſupereſſe, niſi ut earum regionum
n confirmetur, paxque per *Imperium*, & re-
olata animorum colliſione, refloreſcat. Se-
n hæc, ex adverſo, aleam belli eſſe incertam.
e partas luculentas victorias, ſicubi bellum
ıtur, inverti poſſe. Vt de eo nihil dicatur, ex
vationis proceſſu, modoq; puniendi, vel no-
tus ſuſcitari poſſe, dùm *Palatini* primogeni-
n frater, dùm agnati proximiores, ab jure
tus acquiſito eſſent excluſiſſimi. Atque
ım eſſe, quod *Principes Saxoniæ inferioris* jam
endat, ac mordeat.
ectò, quàm ægerrimè hunc proceſſum la-
Rex Angliæ, fugere neminem. Hic enim tot
ıibus in vanum ſe laboráſſe, adeóque pro-
poſt principia, habitum eſſe, concoquere
erit. Vt filię, & nepotum, triſte exilium ſic-
s intueri nequeat. Idem reliquis agnatis
t eſt apud *Theocritum*, in naſum conciebit.
nnes *Cæſar*, tanquam eundem parietem,
eronis illud, eadem fideliâ dealbare, eadem
elinire, ſibiq;, & toti *Imperio*, conciliare, im-
ncere, poterit.
l ad modum ſive ſubmiſſionis, ſive exculpa-
ectat, ſiquidem *Cæſar* in clementiam pro-
ſuper eo certam diætam aperiri, ac conve-
e. Neque dubitandum venire, *Deum* futu-
ırtibus, remediaque tùm idonea commõ-
n, quibus *Cæſaris* faſtigium conſtabiliri, in-
ntium favor conſervari, adeóque pax, &
ia, reduci, queat. Eundem ad ſcopum, ſic-
mſtantiis colligere foret, etiam collimare
iſpaniarum Infantem. Vt eò majorem *Cæſar*
m, ſiquidem hanc mentem inducere ve-
ctare quitus ſit.
formatione, apud *Bohemos* recèns gliſcen-
dem eſſe. Nempè *Saxoniæ Electorem* illam,
publicam, accuſare. Niſi igitur huic quo-
ationi tempeſtivum quæratur remediũ,
cilè motus ſuſcitari poſſe. Quid? quòd *Im-
liberæ, Civitates*, pro quibus etiam haud
o intervenerit, ingentem querelarum ca-
ectant, cauſſantes, adversùs *Cæſareas*,
ant, capitulationes, ac promiſſiones, nu-
s factas, eum in modum ſeſe gravari, af-
ımi, atque paſſim everti, ut diutiùs ſub tã-
onibus ſpiritum ducere non ſuſtineant.
genus querelas non inſuper habẽdas eſſe,

ne diffidentiæ excreſcant, extremamque attingant lineam. Illis igitur omnibus, ac ſingulis, impendiò neceſſariis, *Cæſarem* mederi poſſe, Idque, ut operam dare velit, communibus votis deprecandum eſſe.

V.

Cæſaris, ad Electorum, Principumque; declarationem, exceptio.

QVid ad hanc *Electorum, Principumque*, interventionem, ſubjecerit *Cæſar*, jam ſequetur. Hæc autem fuit *Cæſaris* replicatio, *VI. Cal. Februar.* intimata: Quemadmodum *Cæſar* capitulationis, ut vocant, illius nondùm dememiniſſet, ſed, antè proſcriptionis actum, atque etiamnùm, haud oblitus eſſet, ità optâſſe quidem, eo ipſo publicatæ proſcriptionis tempore, motus, ac tumultuationes, permiſiſſe, *Cæſar* ut crebriùs, ac prolixiùs quàm eſſet factum, cum *Electoribus*, ac *Principibus*, communicare, ac deliberare potuiſſet. Quàm parùm autem tùm hoc proclive extiterit, nemini eſſe obſcurum, cùm *Palatinus* novis acquiſitis viribus, ac copiis, in *Cæſarem* denuò inſurrexiſſet, omniaque ultima retentare haud dubitâſſet. In iſtum, vel è diæta *Mülhuſina*, jam dudùm dehortatorias, avocatorias, comminatorias, adeóque ipſam, paulò poſt ſubſecutam, proſcriptionem intentantes, tabulas publicari cœpiſſe. Sed tantùm abfuiſſe, iſte ad frugem ut ſit converſus, ut, majori provectus indignatione, atq; audaciâ, omnia in *Cæſarem* ultima etentârit. Cùm igitur tùm modò non in provincias *Auſtriæ* patrimoniales, quã regiones hujus *Imperii*, impreſſiones feciſſet, *Cæſarem*, temporis acerbitate excluſum, ob inſtans moræ periculum, in hoſtem illud ipſum deſignâſſe, quod ſummo jure procraſtinare ne poterat quidem. Iamdudùm, publicatis illis avocatoriis, ac comminatoriis, proſcriptionem, ac bannũ, prævaluiſſe. Quò minùs autem comitia celebrare, hãcque proſcriptionem exindè evulgare, licuerit, pericula obſtitiſſe. Circà optimam *Cæſaris* voluntatem nihil deſideratum hactenùs eſſe. Vt neque in præjudicium *Collegii Electoralis*, *Capitulationis* illius *Cæſareæ*, quicquam deſignare; ſed præeminentiam *Electoralem* omnibus modis aſſerere, cupiat.

De translatione *Electoralis* dignitatis, ac reſtitutione *Palatini*, ità quidẽ eſſe, ut diſſidentes *Cæſar* opiniones animadvertat. Quoſdã benè, ac ſapiẽter, judicare, *Cæſarẽ* ſummo jure *Electoratũ* transferre poſſe. Eoq; nihil aliud, niſi ꝙ jura ſcripta; *Imp.* conſtitutiones, *Cameræq;* leges, jubeant, olimq; ab *Imp.* obſervatum ſit, deſignare. Quod verò altera pars *Electoratus*, translationem diſuadeat, in hoc ità ſentire *Cæſarem*, ut *Collegii Electoralis* redintegrationem ematurare neceſſe habeat. Nempè *Electorum* numerum, abſque temporis extractione, reſarciendum omninò eſſe. Quid enim, ſicubi *Cæſari* (quod abominandum) aliquid accidat, ex hoc *Imp.* rictu, periculorum novorum emergere ſatagat, evidens fieri. Quantùm deniq; ad *Palatini* exculpationem pertineat, tametſi dura iſtius cervix inflexa nondũ ſit, ut ne micam emendationis præ ſe ferat, nihilominùs, ſiquidem ità cenſeant *Electores*, ac *Principes*, *Cæſarem* eò inclinare, ut, intuitu interceſſionum, ab *Angliæ*, ac *Daniæ*, *Regibus*, itemque *Saxoniæ Electore*, aliorumq; *Electorũ*, *Principumque*, interveniẽ-

tium,

tium, ità quidem animum declarare velit, quò magis in favorem, quàm rigorem, ejus propenſio animadverti poſſit, ſub hac tamen exceptione, ut *Palatinum* ad *Electoratum* admittere nequicquam quitus ſit. Hanc in rem *Cæſarem*, ab *Electoribus, Principibuſque*, itemque legatis, contendere, jam tandem, ſuper articulis propoſitis, deliberationes ſuas maturarent, eaque in uſum *Imperii* conſilia ſuggererent, quæ in rem præſentem eſſe, *Cæſariſque* conceptam de illis exſpectationem fraudare minimè poſſent.

De reformatione apud *Pragam* quod juxtà allegatum eſſet, *Cæſarem* haud videre, quo pacto cauſa illa hæc in comitia pertrahenda ſit. Itaque de re omni, & quæ ſit æquitas, menſque *Cæſaris*, jam ad *Saxoniæ Electorem* perſcriptum eſſe. Cùmque *Cæſar* hac privata ſub cauſa aliud nihil faxit, quàm quòd *Electores*, ac *Principes, Ordineſque* inferiores, jam olim, ac toties, feciſſent, & adhùc facerent, non eſſe, ut hoc offenſionem, *Imperioque* noxiam, concitare debeat. Tametſi enim *Cæſar*, juxtà litteras illas *Majeſtaticas*, apud *Bohemos* modò abolitas, ac deſitas, exercitium *Religionis* non ampliùs permittat, nihilo-minùs hoc ad *Imperium* haudquaquam ſpectare. Verùm enim verùm, *Cæſarem* ità affectum eſſe, ut pacem *Religionis* per *Imperium* nullo pacto labefactare, ſed ſartam, tectamque, conſervare datâ operâ cupiat. Hæc *Cæſarem* optimâ, ſincerâque, fide promittere. Hæc promiſſa ſeriò implere velle.

Ad querimonias denique *Civitatum Imperialium* quod attineat, *Cæſarem* diverſorum *Imperii* circulorum tranſactiones, & quidem *Aſcipyrgicam* illam, in memoriam ſibi revocare. Neque eam hactenùs interveniſſe *Cæſaris* mentem, ut receſſus, ac pacta, illa reſcindere velit, ut magis omni cum diligentia obſervare, ac tueri, ſtudeat. Niſi fortè alia intercedant, quæ ipſe mutare non quitus ſit. Interim querelas *Civitatum* propediem *Cæſarem* inſpecturum, atque, ne ulteriùs jure quiritare poſſint, proſpecturum, eſſe.

VI.

Ad Cæſaris exceptionem, Electorum, Principumque, inſtantia.

AD prægreſſam *Cæſaris* exceptionem illam, non deſtitère *Electores*, ac *Principes*, denuò ſequentibus intervenire. Nempè, inter cætera ejus generis propoſita neceſſaria, eò inprimis reſpiciendum venire, quibus mediis *Cæſar*, juxtàque *Imperium*, omneſque *Status*, in ſecuritatem vindicari, factioneſque, ac pericula, reſcindi, ac propelli, deinceps queant. In hoc enim, tanquam cardine, verti rerum ſummam, totiuſque *Imperii* ſalutem. Illud autem eſſe, ut *Mansfeldii*, de novo per *Gueſtphaliam* irrumpentis, omniaque lacerantis, malitioſi, ac ſævi, conatus quàm primùm retunderentur, eòque laboraretur, quò iſte, unà cum complicibus, ex *Imperii* finibus eijci, ac fundi poſſit. Qui cùm in *Friſiam orientalem*, tanquam quendam *Imperii* angulum, ſeceſſionem feciſſet, operæ pretium fore, ſi *Cæſar* novis proſcriptionis formulis tàm in *Mansfeldium*, ejuſdemque tribunos, officiales, ac gregarios, fulminet, certumque paritionis termi-
num præfigat. Quem niſi, prout decet, à pro
ptis obſervari accidat, tum ex legibus, per I
rium receptis, porrò in pacis publicæ turbat
animadvertendum eſſe, ſic quidem, ut iſto
vita exponatur, bona publicentur, uxores, ac
ri, eiiciantur: & quæcunque alia legibus *Im*
ſunt expreſſa. Illis verò *Principibus*, *Comitibus*, at
Ordinibus, qui quidem in proximo ſunt, ſevera
lege injungatur, illi omnes, & ſinguli, conjunc
vel ſeparatim hoc agerent, quò *Mansfeldio* c
meatus, annona, armorum apparatus, atqu
genus præſidia quæcunque alia, omni deditâ
râ, intercluderentur, iſque funderetur, atqu
ceretur. Neque dubium eſſe, ſi hunc in fi
conſpirent ejuſce loci *Principes*, *Ordineſque*, ea
quæ, ſecundùm *Imperii* leges, implere tenentu
effectum deducant, parui temporis interva
huic malo ultimam, quod dicitur, manum tan
imponi poſſe.

Quod de fortalitiis, in *Vngariæ* finibus per
tantibus, eorundemique proviſionibus, C
ſubintuliſſet, illud haud dubiè in *Imperii* em
mentum, ac ſecuritatem, militare. Vt ab *Elec*
bus, ac *Principibus*, gratâ animi recognitione ſu
dignũ ſit. Optandũ igitur eſſe, ut id genus ſupe
quales & *Cæſar* exſpectaret, & vellent ipſi, erog
ſufficerent. Verùm enim verùm, ſiquidem ſ
ptibus ipſi ſint defecti, provinciæ bellis exhau
ut præterea ſub tantorum motuum diſcriminib
militem alere domi teneantur, utique *Cæſarem*
ſe demiſsè corrogare, hanc petitionem ad univ
ſos *Imperii Electores*, ac *Principes*, reijceret, ne
graviter ferret, quòd ex hoc tempore, inopiâ p
venti, poſtulationi ſatisfacere nequeant.

De periculoſis *Batavorũ* conſiliis, ac machinat
nibus, ità comparatum eſſe, ut paucorum *Princip*
vires, eorum conatibus retundendis, haud quid
ſufficiant. De munimento verò, *Rheno* impoſito,
ter jã ſeſe rem habere. Vt intereà ab *Hiſpanis* ex
gnari contigerit. Ne autem novum, atq; ex opp
to anti-munimentum *Rheni* ripis ab iſtis fortè
ponatur, *Cæſarem* operæ pretium facturum,
Sereniſſ. Belgii gubernatrice hòc litteris obtinea
illud opus quàm primùm à fundamentis ut deſt
eretur.

Super *Palatini* proſcriptione, proceſſu exe
tionis, *Electoratuſque* translatione, *Electorum, Sa*
nis, & *Brandeburgici*, itemque *Ludovici*, *Heſſiæ La*
gravii, ſuffragia, ſecundùm leges *Imperii* fundam
tales, exempla, obſervationeſque receptas, l
eſſe. Ea igitur ut *Cæſar* tàm candidè ad animum a
mittat, quàm ſimpliciter, ac fideliter, commu
cata ſunt, conjunctis votis corrogari. Cæterù
quanquam ſuper *Palatini* factis, atque actibus, n
xioſiſſimis, *Cæſar* plus juſtò offenſus ſit, nihilo-m
nùs eum optatò facturum, ſicubi ad pacem anim
inclinare, *Principibuſque* fidelibus, parcere, dign
tur. Abſque pacis enim introductione eſſe,
tot hominum myriades, bello accreſcente, ſub
nienis, ac cædibus, deinceps perire debeant. H
Cæſaris magnanimitatem augere, hoc victorias
luſtres, ſuperpondij vice, exornare, ſi *Cæſar*, p
hoſtes victos, ſemetipſum vincat, inprimis am
rem boni publici, ſalutem *Imperii*, atque univerſ
rum incolumitatem, offenſæ, cæteriſque id gen
reſpectibus, præferat. Hoc hoc eſſe, undè *Cæſar*
inger

ns,ac ſolida, gloria, immortaliſque ab omni
r tate,ac grata recordatio,maneat.
quibus extremis,deſperatiſque conſiliis, Bo-
e regnum,ob ſuſceptum novæ *Reformationis* o-
tiamnunc denuò verſetur, quæque revolutio
, hac ſub renovatione,exſpectanda veniat,nu-
axoniæ El ctorem indicâſſe. Etjam quoque *Ele-*
Principeſque,rectà intercedere, pateretur *Cæ-*
formationis negotium inhibere,templa *Evan-*
,exercitiumq; ſacrorum, atq; *Auguſtana Con-*
is ab *Imperatoribus* ſolenniter,ac magnificè,in-
im,rurſus aperire,pariterque amneſtiam uni-
lem indulgere,lenitatem rigori, clementiam
nationi,præferre, adeóque,parentis more,
torum animos amore, ac benevolentiâ, ſibi
icere.

e civitatum *Imperialium* querimoniis ità com-
um eſſe,ut præſens,ac promptum,ea res auxi-
deſideret.Niſi itaque infeſtis illæ præſidiis,at-
xactionibus,oppreſſionibuſque, eximantur,
tas plenaria magiſtratibus,jus populis, redda-
aniſactioneſque obſerventur, actum eſſe de
unquam *Imperii* membris. Quæ ſi ſub oneri-
ereant,hoc quidem neque *Imperatori* laudabi-
que *Imperio* frugiferum, eſſe poſſe. Vt è con-
,ſicubi refloreſcant,tàm *Imperio*, quàm *Impe-*
,decorum,commodumque,eveniat.

nique,quod *Cæſar*,ſuper *Palatini* proſcriptio-
Capitulatione,ut vocant,*Cæſarea*,ſubintuliſſet,
ine præſcriptione,accipiendam eſſe, huic ex-
ioni,ceu novæ,contradicere *Saxonem*,ac *Brā-*
icum,*Electores*.Semel enim, abſque conditio-
ſarem recepiſſe, ac juraſſe, in capitulationis
ſe in rebus *Imperii* difficilibus, ac magnis,
Electorum ſuffragiis,nihil deſignaturū. Mul-
ùs *Imperii Principem*,ſine prævia cauſæ cogni-
banni,aut privationis,proceſſu oneraturum,
Leges ergò fundamentales abſque reali ob-
tia nullas eſſe.Atque hoc eſſe,quod inprimis
,ac *Brandeburgico*,curæ ſit, eorumque ad jus,
fficium,pertinere videatur,præſertim, cùm
orum dignitas jure hæreditario ad poſteros
t,ipſoſque potiſſimùm tangat. *Cæſarem* eſſe
ceræ,benignæque,mentis, ut, ſi hæc ad ani-
memoriamque debito modo ipſi revocari u-
t,æquiſſimas ſine dubio rationes clementer
rus videatur.

VII.

Electorum,& Principum,ad articulos à
re propoſitos,declaratio.

tantùm verbis,ſuprà allatis, ad *Cæſaris* po-
lata,reſponderunt *Electores*,ac *Principes*, ſed,
m habito concilio *Imperii* ſalutem, paciſq;
endæ ſtudium,cæteris neceſſitatibus me-
ferri debere,judicâſſent, ſic porrò *Cæſari*
remonſtrare conati ſunt: Quodſi,inquiūt,
tremis identidem prævalentibus, eo rigo-
minari debeat,*Electores,Principeſq;*,remediū
ullum,quo neceſſaria,ac ſalutaris,animorū
iatio, paciſque tot votis exſpectatæ cōpo-
eniri,taliſque apud poſteritatem via excu-
neat.Omnium *Regum* exterorum,*Principū-*
os huncin *Imperii* conventum eſſe conje-
ue,prout res & eventus, dabit, aut *Imperii*

quietem,ac conſolidationem, aut omnimodā,atq; ulteriorem,concuſſionem eſſe præſtolandam. De eo,quod *Cæſar* promiſiſſet, ſe *Palatinum* (extrà tamen *Electoralis* dignitatis reſtitutionem) præeunte debita ſubmiſſione,in gratiam admiſſurum, operæ pretium,fieri,illudque,ut quàm primum ematuretur,optandum eſſe. De *Palatini* verò hæredibus, fratre,ac proximis agnatis, quà dignitatem illam *Electoralem*,jus acquiſitum præ ſe ferentibus,placeret *Cæſari* ſic quidem diſpenſare,ne illi, quod jampridem,hæredum cauſa,poſtulaſſet *Rex Angliæ*,præter leges,onerentur. Si igitur hac de re,ſub comitiis præſentibus, amicè tranſigi nequeat, hæc cauſa in diætam particularem,ſive, coràm *Electorali* collegio,proceſſum formalem, proximè auſpicandum, reiiceretur.Eſto enim,*Cæſar*,ob merita præclara in *Bavariæ Ducem* hunc *Palatinatus Electoratum* trāsferre certus ſit,hoc tamen peragere tur ſalvis illis hæredum,agnatorumq; juribus. Quo nomine translatio illa reſtringenda foret,ſub hac clauſula,ne vel prærogativæ *Electorum*,vel hæredum,agnatorumq; juribus quicquā derogetur. Neq; dubitandū eſſe, *Bavariæ Ducem*,pro ſua ergà *Imp.* ac patriam, ſincera voluntate,ut & in pacis bonum inclinatione, tanquam magnanimi,& heroici,ingenij *Principē*, hanc conditionem,modò tempeſtive moneatur, æquo animo laturum.

Electoris Saxoniæ ſententiam illam eſſe,ut *Electoratus* inſtantem translationem ꝑ pacis medio haud quidem agnoſcat.Idem prorſus ſtatuere *Elect. Brandeburgicum*. Fundamenta hujus concluſionis, ſub ipſis ſuffragiorum collationibus,à legatis abūdè deducta eſſe. Quæ ratio tametſi in oculis quorundam durior fortè videri queat,nihilo-minùs, ſi mens *Electorum* interior,& quàm optimè ergà *Cæſarem,Imperiumq;*,affecti eſſent,& quàm ſolicitè pacis reproductionem quærerent,inſpiciatur,fidele hoc conſilium præponderare,nemo negabit. Hiſce votis,ac ſuffragiis,legatos, tanquàm à ſuperioribus ſuis ea lege inſtructos,ac reſtrictos,nihil ſuperaddere poſſe. *Ludovicum* verò,*Heſſorum Landgravium*, ità quidē ſentire, *Electoratus* nempè translationem proximè ad *Electores* ipſoſmet ſpectare. Dùm interim,per reformationem *Bohemicam,Reſpublica* etiamnunc collidi videretur,hoc ſibi in votis eſſe,*Electores, Principeſque*,conjunctis precibus exorarent *Cæſarem*, dignaretur huic emergenti animorum ſcrupulo *Cæſar* remedium,ac fomentum,applicare. Hoc enim ſymptomate,tanquàm urgentiori,repreſſo,faciliùs ægritudinem reliquam ſanari poſſe. Hæc hactenùs.

Coronidis,ac corollariorum, vices implere ea, quæ porrò,ſuper *Imperii* gravaminibus,ſuprà à *Cæſare* fuiſſent allegata. Quandoquidem verò, diverſis ſub comitiis, iſta gravaminum tractatio foret ſuſcepta,eam nihilo-minùs abſq; effectu identidē fuiſſe diſiectam. Quæ cauſa dùm ad complures,& quidem abſentivos,pertineat *Imperii Status*, operæ pretium fore,ſicubi in præſentia omnium,hæc cauſa deinceps inſpiceretur, èque fundamento cōponeretur. De juſtitiæ adminiſtratione, apud *Camerā Spirenſem* collapſa,undè, tanquam è fonte, omnis generis confuſiones in præſentiarum ſcaturiant,ità eſſe. Salutarem illam medicinam quantò ociùs reſtaurandam,atq; in ordinem revocādam,eſſe. Niſi fortè velimus mediis in tenebris errare, gravioribuſque flagellis,ac commotionibus, fores aperire,

ipſamque ſuperinducere legum barbariē. Interim hoc opus, hunc laborem, ut reſtauratio idonea ꝓcuretur, in paucorum *Principum* manibus non verſari. Vt magis ad omnes *Imperii ſtatus*, pertineat, qua de ſub plenis proximè comitiis diſpiciendum uſuveniat. Si itaque pax recuperetur, inprimis civitates *Imperiales* ab oneribus militaribus, ſicut omninò conveniens, eximantur, eo modo ad *Spiram Nemetū* tanquam *Iuſtitiæ portam*, atque aſylum, faciliores, plenioreſq;, reſerari aditus, cauſaſque rectiùs expediri, poſſe. Maximè, ſi loca, apud *Cameram* vacantia, viris, ac ſubjectis, idoneis ſuffulciantur. Monetę auctiones, adulterationeſq;, denique per *Imperium* eum in modum invaluiſſe, ut niſi huic labi, tanquā contagio, temporiùs eatur obviàm, facilè ſplēdor, atq; opulentia, *Imperii* hujus deficere poſſit. Eam tranſactionem, quorundam ſententia, ad comitia reijciendam eſſe. Sed, ſi diligentiùs hæc peſtis inſpiciatur, facilius remedium inveniri poſſe, modò unuſquiſque *Electorum, Principumque*, per ſuos fines, juxtà tenorem edictorum, evulgatorum, ſeriam, ſeveramque adhibeat curationem, pœnâ in delinquentes conſtitutâ, ad terrorem ſufficienti. Quodſi idem remedium per regna, ac provincias proprias, *Cæſar* introducere vellet, tùm *Civitatibus Imperialibus* eam pariter legem quàmprimum præſcriberet, utique ſpem eſſe, & rem monetariam brevi ad juſtum valorem reduci, & rerum aliarum precia adęquari, reformarique, poſſe. Initiò hanc lernam à paucis quibuſdam fœneratoribus cœpiſſe. Ac ſuccedentibus aliis, aliiſque, ad hunc uſque furorem invaluiſſe. Si igitur per omnes *Imperii* provincias, ac *civitates*, hæc peſtis extirparetur, quin paulò poſt ad paucos redire, ac prorſus tolli, poſſit, omninò ſperandum eſſe.

Externa.

I.

Ab Imp. Ferdinando, Sultanus Muſtapha, Imp. Turcorum, pacis prolongationem petit.

SVperiori *Anno M.DC.XII. Ferdinandus Imperator*, aſſumpta *Eleonora Imperatrice*, rebus cum *Bethleno* utcunq; tranſactis, aliquot legionibus ſtipatus, *Edinburgum* venit. Vbi, *Vngariæ* diætam celebrans, & *Imperatricem* coronari, & *Stanislaum Turſōnem Vngariæ Palatinum* inaugurari, curavit, Pariterque inter cætera, regni *Proceribus Religionis* exercitium, ut vocant, *ſub utraque*, liberrimum permiſit. Rebus igitur per *Vngariam* feliciter peractis, ac diſpoſitis, ubi *Cæſar Viennam* rediiſſet, paulò poſt adventantem legatum *Turcicum*, ac pro pacis prolongatione, munera regia offerentem, ſolennibus cum ceremoniis excepit, admiſitque. Quòd enim, poſt infelicem à *Sultano Oſmanno* in *Polonos* ſuſceptam expeditionē, (qua de ſuprà vidimus) milites prætoriani, (quos barbari patriâ linguâ *Ianitſcharos* vocant) quorum magna vis, ad ſeditionem ſpectarent, factum, ut extracto è cuſtodia *Sultano Muſtapha*, agnato, *Sultanus Oſmannus* iſte, more barbaro, invidiâ oppreſſus, ſtrangularetur.

II.

Sultanus Oſmannus, in Aſiam, & quidem Mecham verſus, peregrinaturus, prætorianis reſiſtentibus, tumultus ciet.

ID a. quo pacto uſuvenerit, jam diſpicere fert a... mus. Iam tùm *Oſmannus*, ob rem malè geſtam, ... temptim habebatur. Cùmq; ſtipēdia legionib' ... lè ſolverentur, eò res erat tumultuationi vicini... Hoc ſecum animo volvens *Oſmannus*, ſtatuit, a... mutandi igitur, profectionem in *Aſiam*, & quid... *Mecham* verſus, tanquàm voti reus numine, neſ... quo, impelleretur, ſuſcipere. Priùs igitur tribus ... roribus nuptias fecit. Quibus rebus, tāquā uxori... intentus, cū animum proficiſcendi abjeciſſe vid... poſſet, paulò poſt in hanc curam diligentiùs inc... buit. Vbi igitur, ingentes ſecum educturus copi... omnibus, qui eum ſequuntur, *præfectis*, & *cohortib*... profectionem, indixiſſet, *præfecti* quidē, repugn... non auſi, ſimultatem, animis conceptam, diſſimu... runt, ac, tanquam ad abitum neceſſaria præparar... præ ſe tulêre. Interim, ſi res ad effectum ſpectar... favore cohortiū ſuffulti, omnibus modis hanc p... fectionem impedire cogitabant. *Prætoriani* inp... mis malè geſtā in *Polonis* rem, labores, vigiliaſq... cauſari, ſtipendiorum defectus accuſare, & ꝗ eā p... loca deſerta peregrinatione præcipuas cohor... *Oſmannus* deterere vellet, ſuſpicari. His accedeb... profectionem illam neq; *Muftio Pontifici Turcico*, ... que *Veziriis*, ità dictis, præfectis, ac proceribus, p... mariis, probari. Sed ipſius in *Sultani*, paucorumq... quorundam, cerebellis, natam eſſe. Has ob cau... inter præfectos, prætorianoſq;, conjuratum fuit... taque, coactis circiter prætorianorum quadrag... tà millibus, fuêre, qui coràm venirent, & *Sultano* ... longinquā, tàm multis incōmoditatibus obnox... peregrinationem conceptis verbis diſſuaderent. ... ut igitur *Oſmannus* proficiſci procul vellet, hoc i... cū paucis, neceſſariis, abſq; prætorianorum legi... nibus, perficeret. Se ſe tantùm non fore viæ com... tes, ſed in eventum ità perſtante ſententiâ, ali... & novum, *Imperatorem*, ſurrogaturos eſſe. Sed nil... hac repugnantiâ, nihil minis effectum eſt illis. S... mel hoc decretiſſimum erat, iter exequi.

Quod inſtitutum dùm omni conatu urgetur, ... defuerunt è neceſſariis, atq; interioribus conſili... riis, maximè *Cislarius Aga*, cujus in *Aſia* autoritas ... rat tùm præcipua, aliiq; qui *Sultano* autores eſſe... unà hanc in peregrinationem omnes theſauros ... convaſaret, ſecumq; aſſumeret. Si enim, poſt ej... abitum, alium fortè *Imperatorē* ſubſtitui uſuveni... eo eventu ut ſuppeteret *Cæſari*, quò, vel apud *Dam*... *ſcum*, regiam alere, copioſumq;, & meliorem, exe... citum formare, quitus eſſet.

Iam igitur è regia *Conſtantinopolitana* omne aur... argentumq;, in maſſas conflabatur. Vt navigiis, i... primis arculis, componi, ac devehi, poſſet. Qu... intuita *prætorianorum* factio, legum *Turcicarum* pr... ſidibus imploratis, per litteras, ad *Sultanum* emiſſ... monere non deſtitit, ille ut hanc profectionē, ... temq; ſequeſtraret. Niſi magnum aliquod malu... ſuperinducere mallet. Sed, acerbiùs irritatus, *Oſm*... *nus*, imperare ſuum eſſe, populis parendum eſſe, ... ſpondit. Hæc cùm ad aures furentium *prætoriano*... perveniſſent, in rabiem exaſperati animi, miſſo i... trò ad *Cæſarem, Muftio, Pontifice* ſuo, trium illoru... nempè *Vezirii primi*, ceu vocant, *Cislarii Aga*, & *C*... *giæ*, cervices dari ſibi contendebant, utique quo... conſiliis *Sultanus* abuteretur. Sed oppidò hoc il... negatum eſt. Quâ repulsâ furias iſtas inquietant... res ad manifeſtum ſpectabat tumultum. Vt jam ... ipſi

aulam irrumpere niterentur. Interim, *præfe*-
rum meliorem gerendæ rei occaſionem pro-
ntibus, furor eo die repreſſus eſt. Sic tamen
contranitentes cum furore invectis, ut vix
patium iis permitteretur. Quid fit? Altero tu-
ationis die ingens armatorũ globus in aulam
ravit, cervices illas tres, niſi à *Sultano* ultrò de-
r, per vim intercepturi. *Sultanus*, è feneſtra cos
lcens, exceptis querelis, ſuper *Muſaio* ſuo, trãſ-
præ ſe ferens, reliquos duos tanquã eſſet trã-
s. Qui cùm trihorii ſpatio fruſtra, duorũ, qui
à dilapſi erant, traditionẽ exſpectâſſent, *Sul*-
tiam per litteras pro vita, ac ſalute, iſtorũ, in-
niente, furor indignantium cohiberi ampliùs
valuit, quin in regiam irrumpentes, diffugiẽ-
ſtipatoribus aulicis, obvios quoſq; trucidaret;
oxios iſtos tres incidentes, perruptis interio-
conclavibus, ac clauſtris; fruſtulatim eos di-
erent.

III.

*apha, è cuſtodia extractus, Turcorum Impe-
tor renunciatur.*

ano Oſmanno per regios hortos dilabente, et-
n *prætoriani*, furoribus velut temulẽti, in hor-
cerunt impetum. Ibi cùm expuero indice di-
nt, *Muſtapham*, *Oſmanni* agnatum, eo locorũ
egro quadriennio carceribus attineri; facto
ptam impetu hunc liberare vinculis, *Impera-
ue* ſalutare, libido inceſſit. Vbi igitur primo
u neq; fores, neq; clauſtra, effringere datum
ut per impluvium intromiſſi deſuper, ſquali-
tq; ultima timentem, tanquã orcam mugi-
, in lucem extraxẽre. Horruit is, aſpectu tot
orum, de ſalute ſua jam actũ eſſe, arbitratus.
ſtquam dulce *Imperatoris* nomen intellexit;
m in gaudium commutavit, acclamante de-
tibus matre, & *prætorianis* donativa, ſive con-
promittente. Diſplicuit hæc novatio *Muftio*,
e proceribus. Quorum animus non erat, *Oſ-*
ut deponeretur, ſed ut à profectione id ge-
rteretur. Sed ſtricti enſis ira, militumq;, fu-
liberi porrò non poterat. Cum pompa igi-
nni in *Palatium Turcicum* deducentes, *Mu-*
conceptis verbis *Imperatorem* ſalutarunt,
runt, renunciaruntque, omnibus, qui con-
irent, necem interminati. Sic, peractis ſolẽ-
dimiſſiſque omnibus ex ergaſtulis captivis,
ni, quàm foris, *Muſtapha* pro *Imperatore* ſu-
pit.

IV.

nus Oſmannus capitur, & ſtrangulatur.

unam etiam in barbaros, & quidem regii fa-
i homines, libidinem exercere, vel hujus
exemplo, patebit. Ecce! hic enim, qui mo-
us, id eſt, *Imperator*, & *Trimalchio*, fuerat, e-
momento ſorte, ad ultimum contemptũ,
anem, vix *pulicem*, ſicut in *proverbio*, æquare
devolutus eſt. Qui cùm ſe per unum alterũ-
n, in hortorum latebris, unà cum neceſſa-
dam, occultaſſet, tandem ſedato *Prætoriano-*
ore, prodiit, accerſitiſque interioribus, nũ-
de rei ſumma deliberare cœpit. Milites cõ-
, eum, quicunq; *Oſmannum* ſervare voluiſ-
andum eſſe Itaq;, tametſi is in *Aſiam* profu-
gere vellet, retentus eſt, ſuadentibus, amicis, ut, tri-
tâ circumamictus lacernâ, prætorianis ſeſe ſiſteret,
veniamq; ab illis exoraret. Interim, hoc illi pro ſe ut
tentarent, multis ſub lacrymis petiit, tandemq;, li-
cet ægrè admodũ, impetravit. Adeunt illi prętoria-
nos, & conceſſa dicendi veniâ, *Oſmann um* adeſſe, &
deprecari, nunciant. Sed iſti, irâ frementes; ab ex-
trema parte verbi legatos obtruncant, *Oſmannumq;*
ſeminudum è tecti latibulo producunt, identidem
deprecantem, ac pro vita ſupplicẽ. Iam plena nox
erat, & *Muſtapha*, ſecuritatis igitur, in domus *præto-
rianorum* venerat. Siſtitur ergo *Muſtaphæ Oſmannus*.
Qui, ilicet ad preces converſus, flagitabat, *Muſtapha*
hanc gratitudinis vicem referendo ignoſceret ſibi.
Meminiſſet enim, ſe quoq; antehàc *Muſtaphæ*, ab *Im-
perio* dejecto, pari operâ ignoviſſe. Hoc depondera-
ret ille, fortunamq;, poſtliminiò ſibi reaffulgentẽ,
ac blandientẽ, reverenter haberet. Cui *Muſtapha*, ſe,
ꝙ viveret, cœlo, non illi, debere, reſpondit. Iam diu
ſe ab illo excarnificatũ, pœniſq;, atq; ergaſtulis, re-
ſervatum eſſe. Et cum his verbis, ſatis amarulẽtis, ut
ad ſeptẽ turres abriperetur, edixit. Paretur illicò,
Oſmannus in equum tollitur, neq; is dilabi poſſet,
omni deditâ operâ cavetur. Omni injuriæ expoſitũ
eſſe, ubi notâſſet ſibi; quid deliquiſſet; & cur ſic
traduceretur publicè, interrogare cœpit? Nẽpè ſe
ſtipendia, & cenſus, illis, more *Turcico*, rectè diſtri-
buiſſe, copiaſq; cum honore proſecutum eſſe. Et
jam quoq; dùm *Mecham* deſtinâſſet profectionem,
hunc animũ mutâſſe. Si qui fuiſſent, hoc anteà iter
perſuadentes, abiſtis ex voto, atq; animorũ libidi-
natione, pœnas eſſe ſumptas. Illis hanc cupidinem
implerent, ac ſatiarent. At *prætorianos* magna cum
confidentia audivit regerentes. Non ſic quidẽ pro-
meritum eſſe *Oſmannum*, meliorẽ exſpectare ſortẽ
ut debeat. Nempè illum omnibus pœnis dignũ eſ-
ſe. Dum *Cæſareos in Aſiam* theſauros transportare,
novæq; militiæ formã, *prætorianis* nihil tale meren-
tibus, aperire, conatus foret. Illum non more *Cæſa-
ris*, ſed carnificis, in ſeſe animadvertiſſe. Illum quo-
tidie tabernas, ac popinas, in quibus vixiſſent, pam-
bulaſſe. Illum ꝑ apparitores ſeſe, tanquã *hircos*, vin-
culis, modiſq;, aſtrictos, in pontũ abjeciſſe. Hoc hoc
iſtud eſſe, ꝙ à nullo anteà *Cæſare* foret tentatum. Se-
cundũ hanc alternantẽ ſermonẽ, in carceres conii-
citur, quidq; de eo fieri debeat, *Muſtaphæ* renũciatur.
Hic loco cõfirmationis, ſacris *Turcic*is operatus *Dau-
rium Baſſam*, affinẽ, *primi Vezirii* officio honoravit.
Puerum verò, cuſtodiæ, atq; ergaſtuli ſui, indicem
prætorianis Agam, ceu vocant, præfecit, cohortibus
applauſu utrumq; ſuſcipientibus. Ne igitur faſtigij
illius ſui æmulum, in ſui perniciem, aleret, ſervatis
Oſmanni contrà morẽ *Turcicum*, fratribus, hunc ſub
noctem ſtrangulari juſſit. Id, ut promptius peragere-
tur, ipſe *Cæſar* murorum tribuno, quo ſuffocandus
eſſet *Oſmannus*, manu propriâ mantile porrexit. *Oſ-
mannus*, nũcio mortis accepto, tametſi multa, ſuper
patrui crudelitate, & flebili fortunâ ſuâ, præfatus eſ-
ſet, nihilominus miniſtratorum propriorum mani-
bus, quomodocunq; obluctaretur, victus, fœdam-
que in mortẽ, non ſine violentia, adactus eſt. Atq;
hunc vitæ, fortunæq;, exitum, *Oſmannus* habuit, vi-
ginti annorum juvenis, in ipſo ætatis flore è *Cæſare*
in uvam penſilem transformatus. Poſt fata invidiã
ceſſare, à veteribus proditum eſt. Idẽ hîc uſuvenit.
Nam, poſtquã accelerato ſupplicio *Oſmannus* periiſ-

ſet, tùm quidem *prætorianos*, tùm *Spachios*, ità dictos, tùm *præfectos*, facti pœnitere videbatur.

V.

Muſtaphæ natales.

OSmanni illius, proximè ſtrangulati, hic erat patruus, ex antiqua *Ottomannorũ Sultanorũ* ꝓſapia oriundus. Parens illi fuit *Sultanus Mahometes*, ejus nominis *tertius Turcicorũ Imp.* ordine decimuſquintus. Hic igitur *Muſtapha*, ubi ad triregiũ illud faſtigiũ evectus fuiſſet, ilicet officia, ſubſtitutis miniſtris aliis, enovare cœpit. Iudicio pollebat acri, atq; in artibus, ac *Theologia Turcica*, exercitato. Sic tamen, ut antè carceres eſſet ſapientior. Cumq; in ſenectã ætatem jã vergeret, videri poterat humanior, ſortiſq; lubricæ memor. Nihil tamen nepoti pepercit. Neq; diu hoc faſtigio potitus eſt. Quòd n. cuſtodia ejus ingenium enervaſſet, materq;, cum neceſſariis, *Imperii* habenas inflecteret, paulò poſt abdicatum regimen ad *Murathem, Oſmanni* fratrem, tranſtulit.

VI.

Poloniæ Regis legati apud Aulã Turcicã pericula.

HAc tempeſtate magna cum aviditate exſpectabatur in *Aula Turcica* adventus *legati Polonici*, munera à *Rege* allaturi. Qui cùm, *Anno M. DC. XXII. pridie Cal. Decembr. Conſtantinopolim* advẽtaſſet, ſumma cum applauſus, & benevolentiæ, ſignificatione, à *primo Vezirio* exceptus eſt. Putâſſet legatus, hoc auſpicio lætus, hanc gratiã ſibi fore perpetuam, reique perficiendæ opportunam. Sed fefellit opinio.

Poſteaquàm n. ſub altero congreſſu, legatus, nomine *Regis* ſui, poſtulâſſet, *Stephanus Thomas*, *Daciæ Princeps*, itemq; præfectus in *Siliſtria Turcicus*, ab officiis deponerentur, aliiq;, pacis ſtudioſi, *Poloniſque* haud ingrati, homines ſubſtituerẽtur; pactorumq; inter *Polonos*, & *Turcos*, initorum, mentionem ingereret, ecce, excandeſcens *Vezirius* hæc in verba tùm prorupit: Non exſpectâſſe ſe, futurum, ut è *Polonia* legatus adveniens, *Imperatori Turcico* præſcriberet, quid ſibi cum vicariis, provinciarumq; præfectis, faciendum ſit. Potiùs fuiſſe, ſi litteras, pacem cõfirmantes, ſummamq; tercentum millium *Ferdinandicorum*, in refuſionem ſumptuum militarium ꝓmiſſorum, unàq; eâdẽ operâ honoraria, dignitate potentiſſimi, ac tanti, *Principis* haud inferiora, attuliſſet. *Daciæ Principem*, *Siliſtriæque* præfectum, nihil feciſſe aliud, niſi quod habuiſſent in mandatis. Sicut igitur hi in *Polonos* moviſſent, ità ex adverſo *Coſſaggos* infeſtâſſe *Turcos*. Si contrà pacis tranſactionẽ, jã confirmatã, delinquere auſi forent, tùm quidẽ aliã, ac diverſam eſſe rationem. Vt hanc ob violationem plecti, atque ab officiis deponi, debeant.

Ad hæc regeſſit legatus, prioriq; poſtulato porrò inhærens, ſic animosè retorſit: Procul abeſſe, inquiens, ut quicquã à *Polonis* fuerit *Turcis* promiſſum. Vt potiùs *Polonis* decretiſſimum ſit, vitas, fortunaſque, omnes profundere, quàm minimo quoq; xenio *Turcis*, debiti loco, obviàm ire velle. Hæc dùm altercatio utrinque invaluit, ad convitia, bellumq; minantia, verba deventum eſt.

Attulerat quidem legatus quædã etiam pro *primo Vezirio* honoraria. Sed eadem non alio, niſi ſub proprio, nomine illi oblaturus. *Vezirius* contrà, quę ad *Imperatorem Turcicum* ſpectarent, munera, antequàm legatus coràm admitteretur, ut publicè præferrentur, exigebat. Huic oppidò contradicebat *Polonus*, citiùs capitis periculum ſubiturus, quàm ut

in *Regis* ſui dignitatem quicquam deſignare vel
obluctatus. Vt ut etiã, contrà gẽtium jura, *Turci*
manus forent illaturi, hanc *Polonorum Regem* inj
ad multas uſque ætates armis vindicaturum eſſe

Communicârat cum cæteris *Regum* apud au
Ottomannicam oratoribus hanc cauſam ſuã lega
Sed, præter *Oratorem Anglicanum*, illud in mand
habentẽ, nullus ejus in partes tranſibat. Itaq; è
teris regiis, ſibi inſtructionis, ut vocãt, loco colla
hunc articulum excerpſit, quo *Rex*, & *corona Pol*
ca, conceptiſſimis verbis vetant, ne *Turcis* offerã
munera, & *primo Vezirio* exhibuit. Id quod erat, ig
ut ajunt, ignibus, ſive oleum camino, ſuperadd
Turci n. tanquam hoc ſui in contemptum exiret,
terpretabantur. Itaq; omnia erant in ultimis. E
Vezirius legato indixerat, veniret in *Imperatoris*, o
niumq; *Principum*, ac prętorianorum, conſpect
& verba, bellum in *Polonos* proclamantia, audi
Jã prætoriani offerebant operas, minabanturq;
gato necem, niſi id genus dictis inſolentibus ſe
ſtineret. Interim legatus, rẽ furiosè agi cõſpica
anteceſſorumq; exemplo cautior, poſtquã com
bus ſuis, armati ut eſſent, ac, ſi res ità ferret, ma
expedirent, inculcaſſet, prodiit. Non defuêre,
à *Turcis* ad ſpeciem hoc confictum eſſe, ſuſurra
tanquam hoc injecto terrore *Turci* honoraria,
mine *Regis Imp. Turcico* offerenda, exprimere te
rent. Sed res ſeriò agebatur. Intereà *Muftius* inte
niens in hæc verba litẽ compoſuit. Nempè leg
poſtulatum ſuper *Daciæ*, *Siliſtriæque*, vicariis, ad a
tempus reiiceret. Iam verò, nomine *Regis*, *Imp*
Turcico munera offerret, pariterq; reciperet. Sta
eſt his conditionibus. Vt nihilo-minùs tamen
zirius lites novas identidem crearet, ſuperq; mu
ribus, *Sultano* offerendis, inquireret, cauſatus, le
tum plura, ac majora, accepiſſe, quã quidem off
vellet. Tandẽ, poſt reiteratas altercationes, etiã
per dandis muneribus, convenit. Quò pacto, le
tus ingenti comitatu ſtipatus, corãadmiſſus, no
ne *Regis*, *Sultanum* ſalutavit, *Polonorum* equeſtri
quindecim duntaxat ad manuum oſcula admi
Ità menſæ, de more, adhiberi cœpit. Ità tamen, u
videres, non admodum magnam *Regem* inter,
Sultanum intercedere animorum propenſion

CAP. VI.

Maximiliano, Bavari
Duci, Electoratu
Palatinus ſolenniſ
mè confertur.

I.

Ferdinandus Imp. rejecto Frid. Palatino, den
Maximilianum Bavarum deſignat Electo

ANtequàm *Cæſar*, his ſub comitiis, *Ma*
milianum, *Bavariæ Ducem*, ſolenniſſi
ſub ceremoniis, crearet *Electorem*, pri
ad *Electorum*, *Principumque*, remonſt
tiones, hanc in ſententiam regeſſit: N
pè optandum eſſe, inquit, ſic quidem *Fridericum P*
latinum, toties admonitum, geſſiſſe ſe, ut m
jor

n *Cæſaris* gratiam mereri potuerit. Dùm verò
exceſſus enormes in oculis,& memoria, ver-
itur omnium,notiſſimæq; famæ eſſet,eum *Cæ-*
àm vitæ,quàm fortunis,inſidiatum fuiſſe ; ut
ùm ipſo facto regnum,& provincias, interci-
totumq;hocce *Imperium* ſpoliis, cædibuſque,
dare,laborârit ; necdùm adhuc det inducias,
neminè hoc vitio vertere poſſe,ſi *Cæſar*, ſeve-
ſtitiæ lege uſus,exemplū poſteritati relinquat,
ſub pœna,in *Palatinū*,optimo, ſummoq;,jure,
idâte,à perduellionis tā fœdo crimine omnes
eps abſterreat.Interim *Cæſarem*,ad interroga-
s *Electorum*,ac *Principum*,ſic affectum eſſe,ut li-
er eorum argumēta deponderare,atq; admit-
upiat.Magis a.ſe quidem proſcripto *Palatino*
re non poſſe,quā ut,præeunte reali,ac debita,
iliatione,deprecationeq;, reatum,ac culpā,ei,
nata,remittere velit, extrà tamen *Electoratus*
ntionē,iſtius culpâ deperditi.Intercedentium
fore,*Palatino* hanc mentē inculcare,iſte obla-
ianc gratiā,hoc beneficiū,tempeſtivâ ſubmiſ-
ut amplectatur,omneſq; injurias,atq; offen-
s,deponat. De juribus hæredum *Palatinorum*,
orumq; proximorum,ita eſſe, ut *Electoribus*,
pibuſque,cauſæ & banni, & privationis, jam-
m innotuerint. Nihilo-minùs, ſicuti *Cæſari*
uam veniſſet in mentem, tàm contrà *Electorū*
ninentiā,quàm capitulationem regiā,bullam
nam,aliaſq;*Imperii* ſanctiones, quicquam de-
c, ità neque tùm *Cæſaris* mentē eſſe, ut ullius,
nq; ſit,juribus acquiſitis derogare velit.Iā ve-
n complures hæc,tanquam communis,cauſa
re videatur,ut tantùm non hæredes,ſed ger-
s etiam,aliiq; agnati,*Electoratus* jus,ac ſucceſ-
n,prætendant,hocq; negotium, nòn parùm
itum,ex tempore definiri nequeat, tùm verò
collegii *Electoralis* redintegrari omninò de-
tiq;*Cæſarem* in *Maximilianum*,*Bavariæ Ducem*,
item illam *Electoralem* reipſa jam jam tranſ-
onſtituiſſe.Nihilo-ſeciùs,in favorem *Angliæ*
iorumq; intervenientium, *Cæſarem* hoc lar-
,ſuper cauſa,& prætenſionibus, hæredū *Pa-*
um, quā primùm aperiatur amica tractatio.
Cæſari ſic quidem animus eſt velle promo-
:à,ut,ſi inter partes amicè tranſigi nō poſſit,
iſa quantò ociùs ad *Electoralis Collegii* diætā,
iumq; juris proceſſum,reiiceretur. Qua ſive
rum,ſive agnatorum,cauſa obtinente, tùm
exceſſu *Maximiliani*, *Bavariæ Ducis*, ſuo jure
iliceat. Ità enim cum eodem *Duce*, ſub *E-*
is tranſlatione,conventū,pactumq;,eſſe, ut
iue prętendentiū jus ſuum ſartum tectumq;
ri,idemq;diæta *Electorali*,proximè ineunda,
pporteat.Neq; minùs eam eſſe *Maximiliani*,
n *Cæſarem*,quàm *Imp.* egregiam voluntatē,
à dictam illam clauſulam jam tū lubens ad-
,ùt etiam litteris reverſalibus, ceu vocant,
nârit.Proindè,cùm *Cæſar* contrà leges bullę
,atq; id genus capitulationes, committere
lit,eamq;in ſententiam deſcendat,ut hęre-
gnatiſq; *Palatinis*,quoad jus acquiſitum, ni-
ahere intendat, eamq;in rē deciſionē for-
ſpectet utiq;*Electorum*,ac *Principū*,eſſe, hac
claratione *Cæſarea* acquieſcere. Vt n. pro-
Palatinum in *Electoratus* dignitatē reponere
hoc ſe neq;velle,neq; poſſe.Semel *Electora-*
tum,*Palatini* ob noxam,ad *Cæſarē* pleno jure rediiſſe.
Quo cum ut liberrimè diſpenſare queat, ſuæ poteſtatis
eſſe.Atq; hanc quidē intervenire, ſuper *Reipublicæ* ſalute,*Cæſaris* curam, ac ſollicitudinem ; ut
rectior,majorque,deſiderari vix amet.

II.

Maximilianus, Bavariæ Dux, ab Imperatore S.R.I.Elector,atq; Archidapifer, inauguratur.

SEcundùm hæc,*V.Cal.Mart.* *Cæſar Ducem Bavariæ*, collatione dignitatis *Electoralis*, ſolenniſſimè inaugurare cœpit.Proceſſus ille fuit : *Ioanne Georgio Hohenzollerano*, *Dapifero juniori à VVolfeck*, *Vratislao à Fürſtenberg*, *Comitibus*,ſceptrū,coronam,& pomum, *Imperii*,præferentib⁹,junctimq;præeuntibus, mox *Imperii Mareſchallo*, *Pappenheimio*,ſolo incedente, *Cæſar* è conclavi prodiit,*Moguntino*, *Colonienſi*,ac *Trevirenſi*,*Electoribus*,duobuſq; *Heſſiæ Landgraviis*,ponè ſequentibus.In atrium equeſtriū procedens, *Cæſareū* occupavit thronum,à dextra caduceatoribus *Cæſareis*,regiiſq;, aſtantibus,virgaſq;candidas manu pferentibus.Ibi tùm *Imperii ViceCancellarius*, eleganti ſermone,quàm deſitus ille *Elector*,*Frid. Palatinus* tāquàm perduellionis reus,in *Cæſarem* atrociter peccâſſet,*Electoralemq;* dignitatē amiſiſſet, peroravit. Quæ ſicubi dignitas pleno jure ad *Cæſarem* rediiſſet, iſq; locus,apud *Collegium Electorale* vacans,redintegrandus eſſet,utiq; *Cæſari* decretiſſimum eſſe, pdictam illam in *Maximilianum*,*Bavariæ Ducem*, utpote de *Cæſare*,& *Imperio*,præclarè meritum, dignitatem in præſentiarum transferre,eiq; unà jus *ſeßionis*,*voti*,atq; *electionis*,omnibus cum requiſitis,ac pertinētiis,eodē ſpectantibus,plenâ manu contradere. Id ꝙ ut oppidò illi intimaretur,juſſit.Cum hoc dicto, *Ioannes*,*Comes Hohenzolleranus*,aulæ *Bavaricæ* Camerarius,ac magiſter,ſupremus,unà cum *Eggone*, *Comite Fürſtenbergico*,aulæ *Mareſchallo Bavarico*,hoc mādatum demiſſiſſimè acceptātes,unà cum *Imperi.Mareſchallo* hæreditario,proceſſerunt,*Duci* hanc *Cæſaris* voluntatē intimaturi. Qui,mox decēter reverſi, *Cæſari*,quàm hoc nuncium ſubmiſſa animi cū gratitudine *Dux*,mox ipſemet ingreſſurus,ac debitum exſoluturus,recognoſceret,ſubmiſſo poplite retulerunt.*Cæſar* ergò,*Dux* ut adeſſet per *Vicecancellarium* mandavit.Abindè,intrà *Archiepiſcopum*, *Saltzburgicum*,& *Albertum*,fratrē,*Bavariæ Ducem*,*Dux* medius,ter inclinato poplite, coràm *Cæſare* cōparuit. Neq;diu moratus *Vicecancellarius*, priorē orationē repetendo,cauſaſq;,dùm *Dux*,intrà duos illos aſſiſtentes,coràm *Cæſare* in genua procumberet, retexendo,ex autoritate *Cæſarea*, *Ducem S.R.Imperii Electorē*,atq; *Archidapiferum*,publicâ voce proclamavit, eidemq;,ex *Palatina* proſapia oriundo, dignitates & prærogativas illas quatuor *Electorales*,nēpè *Electoralis Palatinatus jus*,*ſeßionem*,*Votum*,& *electionē*, contulit,pariterq;,ad juramenti *Electoralis* depoſitionē, invitavit.Ad hæc *Dux*,præmiſſis humilimè gratiis, in verba jurare prōptum ſeſe,obtulit. Parùm p ergò & propiùs,progreſſus,atq; antè *Cæſarē* in genua ſe ſubmittens,in verba præfantis *ViceCancellarii Deū* & ſanctas *Evangelii* paginas obteſtatus,ſacramētum *Electorale* depoſuit,prætenſique à *Pappenhemio* enſis capulum exoſculatus ; *Cæſari* humilimas perſolvit gratias.*Cæſar* verò,capite aperto, injectâ dexterâ, hanc dignitatē ipſi gratulari cœpit. Dùm ſic in genua coràm *Cæſare* procumberet, dexterâ *Evangelii*

ſacra tangenti, tiara *Electoralis* impoſita eſt, *Leiningenſi Comite*, cum *Pallio* adventante, *Ducemq;* circùm amiciente. His pactis, *Dux*, unà cum duobꝰ comitibus ſuis, retrogrado pede, ter poplitẽ inclinans, in *Cæſaris* antecamerã exivit, *Cæſare* ꝑfata cum ſolennitate, extra id, ꝙ *Bavari* vicarius pomum *Imperii* ſuſcipiens, intrà *Hohenzolleranum*, & *Fürſtenbergium*, medius, præferebat, ordine progrediente.

III.

Variantes hominum, ſuper hujus Electoralis dignitatis translatione, ſententiæ.

VAriantibus hoc tempore, ſuꝑ hac *Bavariæ Ducis* exaltatione, opinionibꝰ certatum eſt. *Romæ* q;dem *Pontifex Max.* hujus translationis nuncio accepto, omnis generis feſtivitatibus, tormentorumq; ex arce *Tyberina* exploſionibꝰ, ingentis lætitiæ ſigna dedit. Ex adverſo fuerunt, qui hunc ꝓcedendi modum, tanquã extraordinariũ, ac ꝑcocem, inq; *Imperio* velut novum, ꝓbarent minùs, criminantes, partim *Fridericum Palatinum* neque ordine auditum, neque totius *Electoralis Collegii*, *Principumque Imperii*, ſuffragiis damnatum eſſe. Partim verò, ſi maximè in translationẽ conſenſum foret, *Electoratum* in agnatum proximiorẽ fuiſſe transferendum. Atque hoc momordiſſe *Electores Proteſtantes*, ajunt. Vt neq; huic actui legatos intereſſe voluerint. Vt etiam *Regis Hiſpaniarum orator* in partes tranſire haud notatus ſit.

Non defuit hoc tempore, qui, emiſſa deductione, publicè, in gratiam *Friderici Palatini*, hanc quæſtionẽ ventilaret: Vtrum *Maximilianus, Bavariæ Dux, Electoralẽ, ſibi oblatã, dignitatẽ, acceptare, an recuſare, poſſit.* Quà igitur iniq; hic banni, & privationis, in *Fridericum* proceſſus, in *Maximilianum* verò dignitatis *Palatinæ* trãslatio, uſuveniret, ibi determinatur. Argumenta ejuſce deductionis breviter inſpicimus. Narrat igitur illud *Ioan. Friderici*, *Saxoniæ Electoris*, antè ſeculum, exẽplum, cum hac *Frid. Palatini* dãnatione, eſſe diverſiſſimũ. Illi n. à bañi, & proſcriptionis, tempore, benè longo, *Carolũ V. Imp.* nihilo-minùs pacis, ac reconciliationis, media obtuliſſe, ſed fruſtrà. *Ioan. Frider.* verò, unà cum confœderatis, in conſpectum *Cæſaris* eduxiſſe, præterq; id, ꝙ hoſtili more inſurgeret, publicatis tabellis *Cæſarẽ* imaginarium, ſive putatitium, odioſiſq; nominibꝰ *Carolum Gandavenſem*, qui ſe *Quintum Romanorum Imp.* jactaret, appellitare auſum eſſe. Neq; ſatis hoc fuiſſe. Sed fecialẽ miſiſſe, juramenti ſanctitudini renunciâſſe, ipſumq; ad duellum *Cæſarẽ* evocâſſe. Illum luculẽtâ victoriâ à *Cæſare* ſuperatum, captumq;, atq; ad mortẽ condẽnatum, fuiſſe. Nihilo-minùs potiorẽ *Saxoniæ*, ac *Thuringiæ*, ꝓvinciarum partẽ, unà tribus cum filiis, retinuiſſe. Illum *Electioni*, certa ſub capitulatione, atq; porrecta *Cæſari* dextrâ, liberrimè renunciaſſe, apodixin, filiorum, ac fratris *Ioan. Erneſti*, chyrographo confirmatam, obtuliſſe. Illum *Mauritii* fratris ditiones, extrà *Dreſdã*, & *Lipſiã*, vi intercepiſſe. Id ꝙ *Bavaro* à *Palatino* intentatum haud quidem eſſet. Cõmodo poſt tẽpore, ab abdicatione *Ioan. Friderici*, *Mauritium*, ſub comitiis *Auguſtanis* auguſtiſſimis, in pleniſſimo *Caroli Cæſaris*, *Electorumq;*, conſeſſu, ſub corona *Principum, Comitum, Baronum*, equeſtrium, & civicæ, promiſcuæq;, multitudinis, ſolenniſſimis cũ ceremoniis, inauguratũ eſſe. Neq; alium fuiſſe *Mauritio* agnatum proximiorẽ, aut jure potiorẽ, cæteris omnibus, etiam *Ioan. Friderici* filiis, etiam confratribus, ꝑrogativam huic ultrò largientibꝰ. Eo tẽpor *Caroli Cæſaris*, totius *Imperii Electores*, ac *Principes*, (ꝑ ter *Magdeburgum*) ſub poteſtate fuiſſe. Pacemq; publicam, ſub comitiis *Auguſtanis* illis, refloruiſſe. Quibus adde, & *Ioan. Frider.* exelectorẽ, & *Mauritium*, recẽns creatum, eandẽ *confeſſionẽ Auguſtanam* fuiſſe ꝓfeſſos. Iam a. cum *Frid. Palatino* rem oppidò contrariam, ac planè diverſam, intercedere, atq; omnium in oculis eſſe. Quæ *Bavariæ Duci*, translationem ſuſcipienti, hanc mentẽ excutere poſſint, eſſe hæc talia: Meminiſſet, *Saxoniæ Electorẽ* nunquam in *Palatini* proſcriptionem conſenſiſſe, neq; illius publicationem, de more, ꝑ fines ſuos, ẽvulgâſſe, nedùm *Bavariæ Ducis* ſucceſſionem approbâſſe. Victoriis illis in antè partis, non omninò confidendum eſſe. Al belli adhûc dùm proſtare in medio, Bellumq; adhû ſub initiis, tanquam gliſcens, videri poſſe. *Palatin* neq; deeſſe agnatos, neq; amicos, ut vindictam de ſperare non debeat. Fortunæ ſub armis magnum variumq;, eſſe imperium. Vt ſæpenumerò in bell monſtra evenire ſoleant, victuſq; aliquando trium phet de victoribus. Nullius *Imperii* rationes tàm evi dentes, ac confirmatas, haberi, quales non ſuo tem pore queant ſubverti. Multos, honores ampliore intempeſtivè ſectantes, etiam dignitatibus, fortu niſq;, jam acquiſitis, excidiſſe. Scilicet eum ambitionis fructum, iſtud eſſe compendium. A partibu *Cæſaris* hæc ponderanda proponebantur. Nemp hac *Electoratus Palatini* translatione *Cæſarẽ* pacem *Imperium* non modò non redintegrare, ſed omni majoribꝰ ꝑturbationibus, intrà ſe, ad ruinam uſq; & deſolationem, confundere. *Electores* ac *Principes*, *Proteſtantes*, hanc novationem, *Electoratuum* videlicet, *Principatuumq;*, mutationes, pariterq; *Pontificiorum* res auctas, in ꝑjudicium *Imperii* ingens, admittere haud quidem poſſe. Eoq; nomine *Principes*, hoc tẽpore *Cæſari* amicos, hoſtiũ vultus induituros. Quis n. credat, *Bipontinum*, & *VVürtenbergicum*, *Duces*, *Marchiones Brandeburgicos*, interjacenteſq; *Civitates Imperiales*, inter cæteros auxiliares, *Hiſpanorum* cõtubernia amplecti velle? Quis putet, hos illos iſtos vel *Anglos, Scotos, Batavos, Danos, Suecos* & *Helvetios*, imò *Turcos, Tartaroſque*, eſſe paſſuros. Quid cum *Vlrico, Duce VVürtenbergico*, olim cõtrà *Cæſarẽ* inſurgente, ac proſcripto, actum ſit, *Imperii* loqui annales. Hic non ità perfunctoriè, ſicut hodieq; cum *Palatino* uſuveniſſet, proſcribi meruiſſe. Vt ſub ſplendidiſſimis, apud *Auguſtam* concelebratis, comitiis, *Anno M.D.XIIX.* conſentientibꝰ *Imperii Electoribus*, ac *Principibus*, omnibus, banni fulmine ꝑcuſſus ſit. Tametſi igitur *Imperator* ad tempus hunc *Ducatum* in *Ferdinandum* fratrem, *Bohemiæ Regem*, transtuliſſet, nihilo-minùs *Vlricus, M.D.XXXIV.* provinciam recuperavit, abſque eo, ut hodieq; illius hæredes, ac *Duces*, quà patriæ poſſeſſionem, turbari accidat.

De *Alberto juniore, Marchione Brandeburgico*, *Imperium* perturbante, ſimiliter notiſſimum extare, illũ non tranſultim, ac perfunctoriè, ſed ſolenniſſimis cum ceremoniis, & quidem ſub dio, banni fulmine publicari cœpiſſe. Tantùm autem abeſſe, ut vel *Carolus Imperator*, aut *Ferdinandus Rex*, in alium hujus proſcripti regionem, ac patrimonium, transferre, aut agnati *Marchiones* acceptare, animadverſi ſint. Vt potiùs ſub diætis, ac conventibus, plurimis, ſine miſſione, nunc apud *Vimpfenam*, nunc *Heydelbergam*, nunc *Francofurtum*, nunc *Rotenburgum ad*

Tubarim,

im,alibique,apertis,ſuper rei controverſæ a-
compoſitione , tractationes fieri contigerit.
s igitur agnati hoc egerunt, ut *Alberto* patri-
im reſtitueretur.Donec,fatis cedente *Alberto*,
patus ejus, hærede deficiente , *Friderico Mar-*
Brandeburgico,agnato proximo,obtigit,atque
is ſucceſſivè,*Ferdinando I.Maximiliano II.*&*Ro-*
II. Impp. abſq; ullius contradictione, confir-
eſt. *Anno M.D.LXVI.*cùm , *Auguſtæ Videlicorũ*,
perii comitiis,*Guilhelmus Grumbachius* iſte, u-
n complicibus,proſcriberetur,ſecundùm re-
n *Imperii* morem , etiam hoc peractum eſſe:
nte n. *Pappenhemio,Imperii Marſchallo*, per ſe-
Cæſareum,undecimq; numero tubicines,pri-
intè *Maximiliani II.Imp.* tùm *Electorum* cæte-
,palatia,ſolenniter, & ſub dio , proclamari,
rique iſtos cœpiſſe. Si igitur hæc illa ſolen-
proſcriptione hominis equeſtris & privati,
ari accidit,quid facto opus erit , ſicubi pro-
o in *Electorem* ſecularem , & quidem primi
ii,ſtatuenda ſit?
icet ità quidem habendum erit. Antequàm
us Elector,unà cum agnatis,hanc injuriam, i-
niamque concoquere poſſit, citiùs eos *Ger-*
y motus inundaturos eſſe, ut nimis ſerò hu-
oris,ac repudiatæ compoſitionis , *Pontificiis*
ntiæ emendatio obrepere debeat. Neq; il-
e *Principum* hujus temporis ſimplicitatẽ,ut
Romani Pontificis ampliùs expaveſcant. Ut
ervices in monetas liquefieri , atque abire,
terumq; *Hiſpanicorum* impreſſionem admit-
nolint. *Carolum Imperatorem* quidem initiò
o,Saxoniæ Duci, & *Alberto Marchioni* , aſtutè
iſſe.Sed lege talionis,ἐς ἀμοιβὴν,ut ajunt, ab
deceptum eſſe. Eundem hodieq; in ſcena
mimum,mutatis perſonis. Nondùm can-
mnium dierum ſoles occidiſſe. Nondùm
m adveniſſe,ut de totius diei fabula explo-
it.Nondùm *Principes Proteſtantes*, tanquam
os,eſcam voraſſe,hamoque prehenſos,eſſe.
ſſimum illum *Imp. Carolum*, viginti octo re-
dominum,haud ſuffeciſſe,hoc *Imperium* in
it redigeret, ut *Principes Proteſtantes* tandem
cerit. Quid hodieque fiet , tàm imbecillâ
anguidaque,facie?Quib. pedib.tot regno-
ciſi poplites reſurgent? Quibus genub. tot
æ provinciæ ſeſe excipient ? Negant enim
ne nervis quenquam hominum ambulare
Quæ miſerrima ſuperveniet diſſonantia, ſi
cum membris haud conveniat?Si Caput in
cchetur,ſi partes in caput inſurgant? Ad-
ius.Is,ſub apologo eleganti, vel *Menenii A-*
mine,docebit. Certè,partib. alicujus cor-
rbè diſſidentibus,totius deſtructio inſtat.
em doceat.Apud eam tot emergentib. ca-
roximum erat,ut tota ſubjugaretur. Re-
iète,*Plato.Non eſt*,inquit,certius interim
ſignum, quàm ubi multi in ea inſurgunt
rtè,his ultimis cùm ſeculis ſic quidem vi-
e comparatum,ut magnæ mutationes , ac
metuenda ſint.Ità n.ſub duobus ſeculis an-
ibus,actum,notatumque,eſt, ut , cùm vel
q; in *Pontificem Romanum* itum ſit,jam con-
s graviores veniant exſpectandæ.Proindè,
lem hoc,forſan ultimo, ſeculo victoriam
affulſuram eſſe, tàm dubiũ eſt, quàm ꝙ

incertiſſimum. Ut de eo nihil dicatur,illos pacta, tranſactiones,ac compromiſſiones,nullo alio , quã gladii,armorumque,beneficio, decidere velle. Et jam eò laborare,ut provincias,regiones , civitateſque,unà cum omnibus eorundem juribus, privilegiis,atque exercitio *Auguſtanæ confeſſionis* , hactenùs liberrimè indulto,convellere, atque evertere,unicè ſtudeant.Ejus rei eventus,atque particularia,enarrare,extrà inſtituti legem fuerit.

IV.

Saxoniæ Electoris,ſuper Electoratus translatione,ad Elect. Moguntinum obteſtatoriæ.

HActenùs invectiva illa,ſatis amarulenta. Interim,quæ fuerit,ſuper illa *Electoratus* translatione,*Elect. Saxoniæ* tùm ſententia,è codicillis ſequentibus,ad *Imperii Archicancellarium* datis,jam patebit. Sic a. ad *Moguntinum Saxo*: Et quidem,inquit , ab initio mihi intelligere volupe erat,ſolicitudinem illam,pro *Imperii* ſalute,legum fundamentalium , ac conſtitutionum,roboratione,*Electorumq;* præeminentia,ac pacis reductione,militantem,in comitiis locum inveniſſe. *DEUM* teſtor , diætam hanc quidem nullius alterius finis , quàm reducendæ pacis, jam agoniſantis,cauſsâ,à me approbatam eſſe. Nihil itaque aliud ſpectatum eſt , niſi ut inter *Imperii Status* confidentia,prorſus collapſa , reſarciretur, pacem reproducentia,invenirentur,ſub ſpe , futurum,ut rectis,ac ſinceris conſiliis , locus relinqueretur,maioribus autem motibus,ac tropicis , anſa ulterior haud ſuppeditaretur. Iam verò proh dolor! eò res rediit,ut,morbo magis magiſque invaleſcente , remedia prorſus excludi accidat. Hoc hoc, inquam,dolendũ eſt,hoc,ne uſuveniret , ſuffragiis debitis cautum fuit. Quod ſi minùs recta jam prævalebũt conſilia,orandus eſt *cœleſtis Pater*,ut deinceps juſtis precibus ex alto favere , cladeſque ab *Imperio* ulteriores amoliri,velit.

Quid,quantumq; *Imperii Electorum* munus, quæ prærogativa,ſit,prolixâ inductione opus haud eſt. Ut *Electori*,prudentiâ,& rerum uſu,exercitato , nihil notius eſſe poſſit.Hactenùs ea dignitas floruiſſe videri poteſt.Sed jam inclinare,ac fatiſcere , cœpit.Ut enim de *Electorum,Principumque*, ſub hoc cõvẽtu, condemnatione nihil dicatur,cui par exẽplũ annales *Imperii* huius ſuppeditant planè nullum, certè eò,reſpicit proteſtatio facta,ut,ſecundùm leges,*Electoribus* conveniat eſſe *Imperatoris* conſiliariis ſecretioribus,atque intimis , abſque quorum conſenſu , ac ſuffragiis , præſertim in *Imperii* rebus gravioribus,*Cæſari* decernendum ſit nihil. Tametſi n. *Palatini* actiones probentur minimè , certè ejus ꝓſcriptio,ac privatio,probari nequicquam poterũt. Si enim *Elector* hic , vel ille, dignitate privari,alter autem,contrà morem receptum,mentemque *Collegii Electoralis*,inaugurari debeat,quid deinceps inter *Electorem* , aliumque *Imperii* dynaſtam , diſcriminis intervenire poſſit,obſcurũ eſſe nemini. Nudam nominis appellationem deinceps,diſcriminationis rationem obire. Sed hanc id genus novationem abſque periculo haud eſſe. Neque illam excuſationem,quòd neceſſitate,dictante eò ſit deventum,dignitatique *Electorali* decedere debeat nihil,locum iccircò,plauſumq;,mereri.Capitulationes n. tanꝗ ſtricti juris, nõ admittere exceptiones,

Ut limitationes,atq; interpretationes,ab univerſo *Coll gio Electorali* dependeant,proteſtationib.id genus,facto contrariis, per ſe exſpirantib. De *Electoratus* translatione hanc perſtare ſibi ſententiam. Nempè id gen⁹ proceſſum, ac viam, minimè quidē ad pacem, ſed perpetuā belli materiam,deducere.Rationes curiosè velle accerſere,extrà hoc propoſitum fore. Sufficiat,à tempore fundationis bullæ *Corolinæ*, ſimile in *Imperio* exemplum dari planè nullum, *Mauritii* illud omninò exulare,& diſpar eſſe. De remiſſione hæredum,atq; agnatorum, *Palatinorum*,ad proceſſum judiciarium, illud ità quidē videri comparatum, ut jus, jam acquiſitum, per diſceptationem,incertum effici velit. Quid enim è diſputationib. vulgò naſci ſoleat,neminem fugere. Hoc ſi in *Palatini* hæredibus uſu introducatur,ſub eadem cauſſa facilè eandem in cæteros *Electores* fabā,ſicut ajūt,cudi poſſe.Cavendū ergò eſſe exēplū.

Certè, gloriari ſi liceat, *Cæſari* à *Saxoniæ Electore* neceſſario tempore,ēt ſub vitæ,fortunarumque omnium,periclitatione,tantum operæ navatum eſſe,ut nemo facilè,in particulari,plus præſtiterit. Et tamen diverſis interceſſionibus,votis, ac precibus, tantillum haud obtinuit,ut, ſuper reformatione *Bohemica*,in quantum ipſi ſatisfactum ſit.Ut potiùs reipsâ comperiat, malum in dies exaſperari,viduaſque,& pupillos,globo facto,in *Saxoniam* ſuam emigrare,opem,atq; halcyonia,quærere,adeóq; lacrymis,ac ploratibus,auras, cœlumque, implere. Uſque eò vel ſcopulum,vel adamantem, hæc ejectæ,exulis,ac miſerrimæ,turbæ calamitas emollire poſſit.Hæc illa iſta hactenùs magno cordolio tolerantur.Et dùm vix,amplius tantis querimoniis *Saxonia* ſufficit,eò ſpectat oratio,an adhuc ab *Imperatore*,ut liberum veræ *Auguſtanæ confeſſionis* exercitiū exulibus intrà *Pragam* reſtitueretur, *Elector Saxoniæ*, pro præſtitis officiis tàm præclaris, fortè obtinere quitus ſit.

V.

Elect. Moguntini,ad Saxonis obteſtatorias, reſponſio.

QUid autem hanc ad *Saxonis* objectionem *Moguntinus*? Acceptis illis *Saxonis* litteris, *Moguntinus* illicò dedit ad *Bavarum*,hancque illius ei mentē aperuit.Interim conceptis,amantiſſimiſque,verbis ſic quidem excepit:Ut hac capulari meâ, atque extremâ,inquit, ætate, quâ ſuper *Reipub.* patriæque, communi perturbatione,curis, ac ſolicitudinibus, tantùm non enecor, etiam ipſius *Collegii Electoralis* colliſiones,atque exacerbationes,porrò intueri debeam,hoc ipſum eſt,quod animum meum habet ęgerrimè,pluribuſq; afficit vulneribus. Hactenùs in ultimis laborans,lethiferoq; morbo,affectum, debilitatumque, *Imperium*,ſuper columnis illis, nēpè, *Electoribus*,requievit,ut non omninò corrueret. At ſi jam hoc ędificium ulteriùs labefactari (ꝙ abominandum) accidat,quis deniq; *Imperii* hujus uſus eſſe queat,in propatulo,eſſe. Hanc ut,ceu peſtem,tabēque,vel morte,ſi liceat, meâ, antevertere velim, poſſimque,eò interiori mœrentis animi deſiderio adigor. Interim,has inter curas me, tanquā cibus, ſuſtētat,veſtra illa generoſa,heroica, atq; incorrupta,virtus,tot graviſſimis,periculoſiſſimiſque, ergà *Cæſarem*,occaſionib. conſtanter declarata. Quæ ſicut,ergà *Cæſarem* hactenùs inconcuſſa,atq; excellēs, eſt,ità pariter reciproco cum affectu inclinantiſſimum *Cæſaris* animum,ut omnib. modis eam [...] mam,integerrimamque,benevolentiam reipſ[...] teſtari unicè,& mirificè,cupiat. Ne igitur vel quædam ſcabitudo animos utrinque præocc[...] ſtatuit *Cæſar* venire,atque agere,coràm, offenſ[...] que quotamcunque delere ſine cicatrice. Eo in[...] greſſu quæ eſſet *Cæſaris* ergà hoc *Imperium* egr[...] voluntas, *Electoribuſque* complacendi, ac gratifi[...] di,ſtudiū,liquebit evidentiſſimè. Quod ut prox[...] fieri poſſit, in eo ſedulitas occupabitur hæc no[...]

Ad novum *Bavariæ Electorem*,quod ſpectat, [...] quanto in honore,ac,loco, *Electorem Saxoniæ* ill[...] beat,cum eoque integerrimam cupiat, niſi g[...] ſit,integrare amicitiam, vel è litteris ipſius eva[...] ſpero,planiſſimum. Illis,tanquā in auro, ac nu[...] mate,ſic repræſentavit animum, ut ingenuas lineas,candidoſque characteras,exprimere ſtu[...] ſius vix potuiſſe videatur. Hęc illa iſta,& tanta,[...] morum ferruminatio,quæ *Imperii* fulcra arctiſſi[...] interveniente mutui affectus vinculo conſoli[...] recti⁹ ſperare jubet,utque animum, ſuper pacis ſtanti reproductione,non deſpondeam,efficit.[...] mò verò hac ſpe,ceu lacte,jam nutrior,fore,ut [...] eſſet exoptatum illud fundamentum,ſuper quo, quam baſi,firmiſſima,deinceps dulce pacis bon[...] reædificari,mutua animorum cōfidentia coale[...] re,patriæ,ac Reipubl. conſervatio,ad honorē D[...] hoſtium,atque oſorum vituperium, reſtaurari ſtineat. Id ꝙ obtentu eò fuerit facilius, ſicubi *Sa*[...] *niæ Elector*,pro ea,quâ præpollet,virtute, ac ſapi[...] tia,pro autoritate *Cæſaris*, *Imperii*,capitis,&conſi[...] & auxilio,operaque,deinceps,ſicut hactenùs, fi[...] liter cooperabitur. Tāgo oculos hos,& de fide m[...] quę à me proficiſci poſſunt,omnia ꝓmitto. Neſci[...] q̄ fax inter hæc nomina ſurgit. Ità n. *Saxoniæ Ele*[...] *Moguntinus Elect.* amat,ut, illi ſi quid ex tranſve[...] accidat, tanquàm in propria cauſſa,hic bonâ fi[...] doleat,caſuſque omnes avertere paratus ſit. DE[...] te nobis conſervet diu! Vale.

VI.

Maximilianus, Bavariæ Elector, Electori[...] *Moguntino,ac Saxoni,aſſurgit.*

HÆc illa *Electoris*, *Saxoniæ* offenſa cùm *Maximili*[...]*no*,recèns creato *Bavariæ Electori*,ægrè,ac gra[...] accideret,ſtatuit hic quoque ejus mentem m[...] verborū globulis,litteriſque,ſeſamo, ac papave[...] ſparſis,delinire,omnemq; ſimultatis nubem,exp[...] gnare. Itaque,ſine mora,ad *Electorem* (de quib. ext[...] in præmiſſis) *Moguntinum* dedit. Non ignorare[...] q̄ proclive ſit,ſub hac *Electoratus Palatini* ad ſe trā[...] latione,ab oſoribus,atq; adverſariis,hoc enixè ag[...] quò *Saxoniæ Elector* irritari poſſit. Hoc illud eſſe, [...] ſub hoc colore *Collegii Electoralis* ſymphonia uber[...] deſtrui,pluresq; *Magnates* inter ſeſe cōmitti,quean[...] Quanquam igitur hic ſibi fuiſſet animus,ut, miſ[...] in *Saxoniam* luculentâ legatione, quàm ſecum ſin[...] cerè,illud,juxtà *Satyricum*,

Quod latet arcana non enarrabile fibra, ergà tàm *Imperatorem*,quàm *Collegium Electorale*,univerſoſq; *Imperii Ordines*,affectum eſſet,quàmq; aliud nihil,ꝑte[...] honorem *Imperatoris*, *Reipubl.* ſalutem, omniumqu[...] emolumentum, atq; nobile illud deſideratæ pacis bonum,ſitiret,coràm conteſtari potuiſſet, nihilominùs,ob certas,rectà intercedētes,rationes, ſe officium illud ſuum,deſideriumq; uſq; in cōmodius tēp⁹,extraxiſſe. Interim,cùm null⁹ ignoret,q̄ *Electori Moguntino* cum *Elect. Saxoniæ* rectiſſimè conveniat

t,majorem in modum impendiò, ac mirificè,
ere,ac deſiderare,vellet *Moguntinus* hanc *Saxo-*
enſam,ac ſimultatem,expectorare, vice verſâ
is,ac ſinceræ benevolentiæ,ignes ingenerare.
eſſe animum,cum *Bavari* affectum, ut ex fide
iam *Saxoniæ Electorem* metiatur. Hactenùs quâ-
ſe in *Imperii* commodum laboratum ſit,neſci-
ninem. Ut fide,ac ſinceritate *Germana* , nihil
it prius,antiquius nihil. Quâ cū leges funda-
ales curioſis oculis reſpiciat , atque hactenùs
ctiones illas œcumenicas,tàm religioſas,quã
nas,ſtudioſè obſervet,quin idem porrò, tan-
jam *Elector Imperii*,enixè præſtare cupiat, ne-
dubium quicquam eſſe oportere. Ità n. æquū
à hoc *Germanum* illum exigere candorem.
Electoratus translatione ità quidem eſſe,ut in-
ntiſſimus *Cæſar*,hanc in ſe , nuper vacantem,
lerit provinciam. Illius voluntati refragari ſe
otuiſſe. Interim hęredibus *Palatini*,agnatiſq; ,
e ſervatum. Ut,ſub formali,& legitimo, pro-
fraudari neq; debeant,neq; poſſint. Hoc ſe li-
admittere. Immò,ut *Cæſareis* deinceps decre-
il benignitate,bullæ *Carolinæ*, legibus funda-
alibus,tranſactionibuſq; tàm religioſis,quàm
ribus,ſe conformare poſſit,in hoc ſe totū eſ-
nemq; fidem,cōſtantiam, benevolentiàque,
ptiſſimis verbis ꝑmittere. Cùm igitur, ſuper
atione libertatis,ac nominis *Germanici*, *Cæſa-*
; *Electorum*,præeminentia conſtabilienda,pa-
per tot civilia,ac graviſſima, bella laceratæ,
poſitione, unicè intenus ſit, atq; ità quidem
nitiis,ſeſſionibus,votis,atq; ſuffragiis , hanc
m,hanc ingenuam intentionẽ,declarare de-
t,utiq; certam,atq; indubiam , ſibi ſpem na-
e,ut *Electori Saxoniæ* hæc *Bavari* fides, hæc ſin-
c collegialis intemerata,voluntas , præ iſtis,
ùs affecti ſunt,rectiùs placere debeat. Peri-
,inq; præjudicium *Imperii* conſtitutionum,ſi-
ſactionum tàm religioſarum, quàm ſecula-
nilitãtia,conſilia,totis ſe averſari animis. Ut
b. ſalutem,tanquam ſupremam legem,unicè
oculis. Hoc ſe,quàm vero ex affectu hæc in
n afferat, deinceps ipſo eventu comproba-
eſſe ſedulò. Itaq; de reformatione Bohemi-
, quam Saxo ægerrimè ferat , parum,
il,ſibi conſtare. Tantùm abeſſe, ut ipſe ejus
tor,autorque,extiterit.
propter,cùm non ignoret,quantum *Elector*
inus ex ſingulari interveniente amicitiæ re-
apud *Elect. Saxoniæ* poſſit,denuò etiam , atq;
e inſtare,ac contendere,vellet ille, animum
ſibi conciliare,eidemq; germanam , ac ſin-
Bavari propenſionem,atque rectam in ver-
m,repromittere. Ità,quæ inter maiores prę-
utrinque,reflorefcere poſſe,animorū con-
nem. Ut, ſub hoc turbulento rerum ſtatu,
cunq; poſſit copiis, collegæ collega , amico
,re exigente,ſubvenire,atque auxiliator ac-
paratus,certuſque,ſit. Quæ ſi animorū con-
,auxiliorumq; coniunctio,ac fides,utrobi-
um habebit ſuum,nullum eſſe dubiū,*DEUM*
.utiq; cujus auxilium,ſane luculentiſſimū,
ìs fuiſſet in partib⁹, omnia deinceps ad uni-
lem quietem,pacem,ac tranquillitatem,
ex alto directurum. Hactenùs
Bavarus.

VII.

Ab Imperatore Ferdinando Electores, Saxo, & Brandeburgicus, denuò Ratiſponam invitantur ad comitia. Sed hi eò venire negant.

PUtaſſes *Saxoniæ Electorem* ſuperiorib. illis *Imperii Septemvirorum* epiſtolis jam mitigatum eſſe. Sed vulnus apud ejus animum paulò profundius videbatur,quàm ut fomentis illis abſtergi poſſet. Proindè,ne ſolennis illa à *Cæſare* in *Bavariæ Ducem Electoratus* facta translatio , invalida, videri fortè poſſet, *Electoribus* ſecularibus neq; conſentientibus,nedùm comparentibus,ecce! *Cæſar*,præter litteras ſuperiores,ad *Saxonem* datas,etiam legatū emiſit , hoc iter, ut,antequàm comitia diſſolverentur,*Ratiſponam Elector* tãdem excurreret,omni deditâ operâ perſuaſurum. Hic,quæ eſſet *Cæſaris* ergà *Saxonem* voluntas integerrima,quod inſtitutum,pro ventilatione jurium *Palatini hæredum*,atq; *agnatorum*, ordine foret aperiendū,*Electori* verbis religioſiſſimis intimaret. Veniret modò *Elector*, & coràm indulgentiſſimum *Cæſaris* animum experiretur. Ibi tùm tàm de juribus illis *Palatinorum*,quàm de *Mansfeldii* , aliorumque, retundendis conatibus,diſpiciendum venire. *Veigeſvitius*,*Cæſaris* legatus *Dreſdam* purpurea, ac diſcolori,veſte perveniens,*Electorem*,jam tùm,ob matris exceſſum,cum univerſis aulicis, pulla veſte utentẽ, primo velut occurſu,ac,vultu,lædere viſus eſt. Dū præterea dolorem , è reformatione *Pragenſi* nuper conceptum,nondùm concoxiſſet. Itaq; interpellatione ſuâ fruſtrà fuit. Quòd autem idem ad *Elect. Brandeburgicum* legatus in mandatis haberet,hac de re *Electores* ambo , apud *Annæbergam* convenientes, ſequentib. litteris rationes, quas ob *Ratiſponam* venire non ſuſtinerent,*Cæſari* tranſſcripſerunt. Poſteaquàm,inquiunt,è legato , *Cæſaris* mentem intellexiſſent,apud *Annæbergam* ambos conveniſſe *Electores*,remq; ex æquo deponderaſſe. Prout ergò nihil gratius utriq; fuiſſet,ſicubi ipſimet coràm *Cæſare* comparere,ac de rebus, *Imperii* ſalutem concernẽtibus,unà deliberare,potuiſſent,ità interveniſſe *Elect. Saxoniæ* matris fatum,aliaſq; res nō exigui momenti , quas mutare ſibi opportunum haud fuiſſet. Dolere igitur cumprimis , quòd *Cæſaris* voluntati ſatisfacere nequeant. Ex altera parte cùm prævideant , præſentiam ſuam futuram minimè fructuoſam , ut tantùm non ad *Cæſaris* ſcopum collimare , ſed graviores colliſiones concitare , poſſint, utique ſatius fuiſſe hanc ut mentem ſuam *Cæſari* porrò aperirent , emanſioniſq; decentem,atq; idoneam, cauſſam allegarent. Quam excuſationem,ſincero ab affectu profectã, ut *Cæſar* benignè ad animum admittere velit , ſeſe etiam,atq; etiam,corrogare. Principiò ergò, illa, quæcunque antè per legatos ſuos eo ſub conventu propoſuiſſent,nolle ſeſe curioſiùs recapitulare. Cū *Cæſari* & vota,& contradictiones ſuæ , ſine dubio eſſent cognitiſſimæ. Hoc tantum ſeſe deſiderare, atque optare,media ea,ad ſedandos *Imperii* motus, pacemq; reducendam,opportuna,eo,quo fideliter communicata forent,animò acceptari, ac placere, potuiſſe. Nihil ſibi,præter dulcem, ac neceſſariam, pacem,quæſitū eſſe. Ex eventu hæc ſua conſilia pẽſiculari poſſe. Quæ ſiquidem ex affectu privato, ulteriorisq; confuſionis cupido,profecta haud quidẽ ſint,ſed ad leges fundamentales, *Imperii* cōſtitutio-

nes,

nes,exempla,naturam,æquitatemque,ipſam reſpiciant,quæ mutare ſuæ poteſtatis haud eſſet, ut potiùs,ex juramento,ea omnia religiosè,ac decenter, obſervare requirantur,non ſibi liquere, quò pacto in ſententiam,priori oppidò contrariam , pedibus ire velint,poſſint.Ut enim ea, quæ anteà per legatos improbaſſent,jam præſentiâ ſuâ approbare debeât, id ſeſe minimè quidem deſignare poſſe. Niſi fortè aliud legatis indicere,aliud ipſimet ſentire , contrarietatemque cordis, & oris, turpiter committere, velint.Hoc non tàm hodieque cum vituperio eſſe conjunctum,ut à *Regibus, Principibuſque*,idem ſecum ſentientibus,culpari mereantur. Ut à cæteris *Imperii Ordinibus*,atque ab ipſamet poſteritate, ſibi metuendum ſit.

Eſto enim,inter cæteros, *Electorem* pœnâ dignũ eſſe,plectique debere. Id genus exempla in *Imperio* plura proſtare.Ut autem ſive *Elector*,ſive *Princeps*,in hoc deterioris conditionis , quàm proletarius aliquis,aut capite cenſus,haberi debeat,hoc,hoc, inquimus,ſub quæſtione eſt. Si enim jura non admittũt,ut reus aliquis,tametſi notorius,inauditâ cauſsâ condemnari,ac plecti debeat,maximè vel hîc ea ratio recepta habebit locum. De juriſdictione *Cæſaris* nullum intercedit dubium. De modo procedendi certè cõtrovertitur. Qui,ſecundùm formulas legum fundamentalium,*Imperiiq;* ſtatuta, ſuſcipiendus fuerat.

Quæ,ſuper *Electoratus* translatione, eſſet horum *Electorum* ſententia, *Cæſari* jam tùm eſſe cognitiſſimum.Exempla etiam,atque obſervationes,in prõptu extare. Ut autem poſtliminaris, ſuper juribus *hæredum*,atque *agnatorum*,*Palatinorum* , aperienda deinceps,tractatio,via illa ſit,quæ ad pacẽ, & quietem,deducat,hoc ſibi non videri. Rem enim certã in diſputationes,tanquam lites,incertas reiici. Nã, ut juri proprio, acquiſitoque , factum alterius derogare poſſit, inſonſque ſontis delictum ferre debeat,nullo legum colore concedi. Si igitur *Electores* hi *Proteſtantes*, ad diætam venientes,communi operâ,quibus modis,quando,& ubi,*hæredum, agnatorũque,Palatinorum* cauſſa ventilanda foret , conſultarent,annon ea omnia,quæ quidem prægreſſa ſunt, approbarent ? Annon certas illas prætenſiones ad incertos litium eventus amandarent ? Ut de eo nihil dicatur,tantum exindè in *Electorũ,Principumque*, familias inferri præjudicium , ſub hac cauſſa participantes,quod deinceps aboleri vix quitum ſit.

Atque hæc ejuſmodi nunc eſſe , è quibus *Cæſar* abſentiæ ſuæ cauſſas,& qua de re coràm venire non liceat,intelligere ſufficiat.Ut enim vota,ac contradictiones ſuas,ipſi enervare,in leges *Imperii* peccare,*Electores,Principeſque*,præjudiciis onerare,quæ omnia in vituperium ſuum vergant,debeant, in hoc tàm naturam,quàm æquitatem,rectà intercedere. Ut vel de graviſſimis tumultibus , ſubditorumque, opem implorantium,querimoniis , datâ operâ aliquid aſpergere ſuperſedeant. Ignoſceret igitur *Imperator*.Si abſque legibus fundamentalibus, *Imperii* conſtitutionibus , propriique juramenti ſanctitudine,foret,jam pridẽ hos quoq; *Electores Cæſar* habuiſſet officioſos,ac faventes. Quod ſupereſt,jam ecce! pacem *Cæſaris* in manib. eſſe.Illam *Cæſar* ut *Imperio*,omnibuſq; ejus membris,impertiri, ex adverſo obſtacula quæcunq; amoliri,velit,cõjunctis, ſeriiſq; precibus exoptandum venire. Ut n. *Imperium* hodieque,ad ruinam uſque,in ſe collabi,atq; ever-

ti,debeat,hoc utiq; ex eorum numero eſſe , q[...] *Cæſar* æquo animo haud quidem ſit paſſurus. [...]ctenùs *Saxo*, & *Brandeburgicus*.

Atq; id genus acceptis à *Cæſare Electorum* neg[...]vis,paulò poſt,concelebratis, pluſquàm regali[...] epulis,dictâ pace,ſive comitiis, ſive conventui, [...]*ſar* finem fecit,ipſe *Pragam* profectus,*Imperatrice*[...]rò honorariâ,atq; à *S.P.Q.Ratiſponenſi*, nõ ſine ſ[...]ptibus,ſplendidâ fabricatâ,muneriſq; loco,obl[...] navi *Viennam*,ſecundo *Danubii* flumine,reverte[...]

****

Externa.

I.

Rex Galliarum Monhorium civitatem expug[...]

HOc anno *Rex Galliarum* in *Calvi[...]nos* , (quos patria linguâ *Hugen[...]* vocant) arma feliciter protulit. [...] etſi n. *Montalbanum* , civitatem [...]puloſam,ac benè munitam, hye[...] tempeſtate,alviniſq; profluviis malignis, in mi[...]graſſantibus,impeditus,tùm in poteſtatem redi[...]re haud valuiſſet,relictâ tamẽ,ad obſidionis ſpe[...] exercitus parte,alias res agere,*Monhoriumque* , ci[...]tatem pariter munitam,oppugnare , aggreſſus [...] Cives,& præſidiarii,quòd media ſub bruma eſ[...] obſidionem extrahi non poſſe, gloriabantur. Q[...] de re in jocum,riſumque,omnia trahere, cœper[...] *Rex* igitur ipſemet,tàm inopportuno licet tẽpo[...] in caſtra veniebat,omnibuſq; copiis,machiniſq[...] ſine miſſione , expugnationem acerrimè urgeb[...] Tandem,cùm de deditionis tranſactione agere[...] & *Rex* exoratu eſſet difficilis,milites, per muroru[...] ruinam,crebris tormentorum aſſultibus dejecta[...] irruptionem facientes , civitatem interceperu[...] utriuſq; ſexus hominibus contrucidatis,boniſq;[...]mnibus direptis *Ledegirius*,*Dux Gallicanus*,quòd fo[...]tunam,ac potentiam, *Regis* veneraretur , dictâ *C*[...]*vinianis* pace ad *Pontificios* tranſiit. Vndè à *Rege* ma[...]gnis honoribus eſt affectus.

II.

Rex Galliarum , ſuper recipiendis Patribus So[...] fruſtrà Venetos ſolicitat.

FLorebant hoc tempore, apud *Galliarum Rege[...]* novâ,ac ſingulari , *Patres Societatis* gratiâ. Q[...] prævalente,illis obtentum eſt,ut *Rex*,miſſo *Marchi*[...]*ne Cœrreo*,*Ducem*,*Proceresque Venetos*, ſuper recipie[...]dis illis,amicè interpellaret. Sed illi, antiquum ob[...]tinentes,hæc in verba exceperunt. Morem illu[...] *Dominii Veneti* ab antiquo obtinere,ut pacẽ omni[...] penè rebus,poſt *DEVM*,humanis præferant. Illud a[...]nimo volventes,ac tales eſſe. *Soc. Patres*, qui litium ac belli,ſemina,inter *Chriſtiani* orbis *Principes*, ſpar[...]gerent,compertum habentes,jam olim , tanquam patriæ legem,tuliſſe,ac decreviſſe , materiã, ac di[...]ſidii fomitem,ejuſmodi procul amoliri. Ut a. han[...] malorum,& periculorũ,cõmunium lernã , hydrã[...]que,è finibus eiicerent,ſuperiori tempore cervice[...] illas inquietas exterminaſſe. Hæc cùm ſententia ſi[...]bi decretiſſima,ac perpetua,ſit, malle ſe occaſion[...] viamque,aliam inire,quâ *Regi* gratificentur.

III.

Angliæ Rex fruſtrà intercedit pro Reformat[...] Gallicanis.

INterim *Rex Calliarum* , de ſubjungandis per re[...]

gnum

Reformatis,ità dictis,inſtitutum proſequeba-
ɔrum partes cùm aſſererent *Dux Roanus* , &
s frater;*Rex* maturè copias immiſit,quæ,ina-
tientes,ex inopinato legiones illorum ado-
ir,atque everterent. Quo auxilio fuſo,diſſi-
ıe , plures civitates *Regi* ſe ſe dediderunt. E
s *Rex Cleracum* , quòd bis rebellaſſet , ejectis
s,flammis delere juſſit. Supererant *Montal-*
,*Roßilio*,ſive *Rupella*, & *Mons Peſſulanus* , civita-
nitæ,ac potentes.Ad quas cùm res, tanquam
rios,ut ajunt,rediiſſet, *Rex Angliæ* per legatos
es venit,hanc litem tranſacturus. Sed ſecùs
:. Tàm profundè enim animum *Galliarum Re-*
ıetraverat indignatio , ut neq; Angliæ *Regis*,
Batavorum, legatis,locum daret. Omninò
hoc à *Roßilionenſibus* poſtulabat,illi ut, abſq;
ɔnditionibus,*Regi* ſe ſe ſubmitterent.Et,cùm
s *Anglicanus*,quendam è familiaribus ad *Roßi-*
s miſſurus,litteras ſalvi conductus ad id pe-
epulſam tulit.E quibus circumſtātiis, quàm
n tranſactiones inclinaret *Rex*, arbitroſque
innotuit.*Roßilionenſes*, ac reliquæ *Reformato-*
vitates,ſibi à *Henrico IV. Rege* hæc loca, ſecuri-
gò,conceſſa eſſe,cauſſabantur. Sed *Ludovi-*
, hoc indultum certis limitibus reſtrictum,
nclufum,eſſe,ingerebat. Ceſſantibus igitur
ionibus illis,etiam indultum , ac contractū,
.Ut enim fortalitia,ac munimenta , ab illis
ırentur,hoc illis neque datum , neque licitū,
clamabat.Has inter altercationes cùm ſuper
ctione conclamatum foret,*Roßilionenſes*, me-
dionis,ſuper defenſionis mediis ſoliciti,claſ-
ſtruere,ejuſdemque proſperis excurſionibus
ıas arces,caſtella,ac civitates,intercipere cœ-
.Quibus *Regis* animum eò impenſiùs inflam-
t , ut diverſis exercitibus tàm *Roßilionem*,
Montalbanum,concluderet,atque ultima ten-

IV.

Iontem Peſſulanum urgente , Reformati,
ſis legatis,veniam petunt,obtinentque.

ter diviſos illos exercitus, aliis , & non infe-
ibus,copiis,*Rex* ipſe *Montem Peſſulanum* op-
ɔat.Obſeſſi fortiter reſiſtebant,civitatis *Con-*
ɔd regiarum eſſe partium putaretur ; in cu-
ı redacto.Tametſi igitur *Rex* , in huius loci
ıatione,magnos & ſumptus , & multas le-
conſumeret, nihilominùs illius diœceſeos
s ſubindè animum addebat *Regi*, ac ſequen-
quam oleum flammis in verba inſtillabat.
:, omnia cœli præſagia,hunc ultimum,quo
nentum hæreticum è regno expurgaturus
re annum,prædicere. Non longè poſt, cō-
ıem *Rex* obſeſſis obtulit,ſi in urbem, unà cū
intromitteretur.Acceperunt illi hanc con-
m.Ità tamen,ut tantùm aulici, non milites,
ones,intrarent.*Rege* igitur ſub intrante,tan-
nū colluvies ſeſe comitatui ejus adjunxit,
ſi,in ſuburbanum irruentes,omnes vi inje-
erent, cædeſque,non paucas,perpetrarent.
ajor animorum utrinque nata exacerba-
alebant autem *Mompelienſes* aperto , & belli-
arte vinci , quàm ex inſidiis præveniri, &

opprimi. Interim , cùm *Rex* , huic *Reformatorum* ſubjugationi intentus , *Europâ* paſſim in armis tumultuante, graviora per regnum tropica præmetueret, tùm multis,partim ſub armis,partim morborum contagiis, defectis legionibus , expugnationem urbis penè deſperaret, ex adverſo *Reformatorum* reliqui,ſive novam *Pariſienſem lanienam* , ſive *Veſperam Siculam*,ſi *Rex* potiretur , reformidarent, factum,ut, utrinque in compoſitionem inclinantibus animis, tandem legatos mitterent *Reformati*, veniam,pacemque , à *Rege* corrogantes. Quorum oratio talis fuit: Clementiſſime Rex ! Ex omnibus *Reformatorum* Eccleſiis,atque ipſis *Bearnenſibus* , legati adſumus , *Regi* pacem offerentes. Volvimur antè pedes tuos,ô *Rex* omni cum ſubmiſſione. Magis tamen corda noſtra , quàm corpora , coràm te inclinamus.Quòd in armis reſiſtere auſi ſumus,hoc fama effecit,quâ diceris in *Religionis* noſtræ excidiū juraſſe.Sed non hoc fine illud adducimus , ut ullo colore delictum hocce noſtrum pingamus. Peccavimus,fatemur.Ut igitur reatum remittas,veniam conferas,corrogamus. Exemplum *Rex* magni parentis habes.Hoc imitari digneris. In hoc intuens, imbecillitati noſtræ ſuccurras. Quicquid enim peccavimus,metu peccatum eſt.Hic,dùm conſciētiarum vulnera,dùm vincula, expaveſcimus, hunc ſive errorem,ſive furorem,ſuggeſſit. Quantò major eſt delicti noſtri numerus,tantò luculentior regiæ futurus eſt gratiæ cumulus , ſi deprecantibus ignoveris,*Henricus Magnus*,parens tuus, nos dilexit, nobis credidit.A nobis enim multis,iiſque utilibus, officiis auctus eſt.Tu *Rex*, cùm hæres ſis tantarum virtutum , etiam gratiam tibi fac hæreditariam illam,qua nos,ſicut ille,proſequaris,quâ nos , à reliquis regni tui ſubditis,non ſegreges. Hoc deinceps effectum daturi ſumus,ut in conſpectu tuo ſic agamus,prout ultimè fideles , ac morigeros , decebit ſubditos. Hoc agemus.Ad quæ *Rex*, verbis regiis, ac *Laconicis*,ſubjecit: Vos verò deinceps, inquit eſtote prudentiores, hoc eſt,(ut verbis *Petronianis* utar) ponite arma,& malo cavete ! ſi, quæ ſunt, fidelium ſubditorum, partes impleveritis, *Regem* faventem,& benignum poſthâc experiemini.

Poſtquàm igitur, ſub prolixis,à *Rege* præcōceptis, articulis tranſactum eſt,*Rex Mompelium* , ovantis in morem,intravit. *Duci Roano*, exiguo cum comitatu,advenienti , & ſupplici, *Rex* veniam dedit, his ſub verbis: Et tu de cætero rectè feceris, ſi te geſſeris rectiùs. Hoc cum verbo in gratiam illum admiſit, officiiſque illuſtribus aliquammultis dignitatem ejus auxit. Adhûc ad *Roßilionem* præliis maritimis certabatur, *Guiſio Duce* oppugnationem urbis ſuſcipiente. Dùm ergò claſſes inter ſeſe acerrimè confligunt , & jam inſtantem ad naumachiam concurritur, ecce ! *Regis* cum *Reformatis* pacificatio intervenit.Undè,coortis inter partes induciis, ſuper amneſtia conventum eſt. Hanc *Regis* tranſactionem,ſe inſalutato,ſuſceptam , ægrè videbatur ferre *Dux Condæus*,*Rege* igitur non invito , tanquam voti gratiâ , profectionem ad *ædem Lauretanam* in *Italos*,animi,aëriſque,mutandi igitur,ſuſcepit. Ità civilis belli extinctis prunis, ac fomitibus, *Rex*, & *Regina* , triumphantium,ſive,quod veriùs eſt, ovantium,ſub feſtivis ſolennitatibus, *Lugdunum* intrarunt.

CAP.

CAP. VII.

De ſententia Cæſarea, ſub comitiis Ratiſponenſ. in cauſſa Ludovici, Heſsiæ Landgravii, contrà Mauritiũ, Heſsiæ Landgraviũ, promulgata.

I.

Cauſſa Marchionum Badenſium à Cæſare deciditur.

Lites quidem ambiguas, ac difficiles, eſſe, at, ſub inſpectione æqui *Iudicis*, facilè eaſdem, præſertim ritè, & diu, ventilatas, definiri poſſe, proditum eſt. Ità, ſuperiori anno, in cauſſa *Marchionum Badenſium*, nimirum hæredibus *Edoardi* contrà *Durlachium* obtinentibus, evenit. Quanquam enim eæ lites, apud tres ſucceſſivè *Imperatores*, ventilatæ antè eſſent, terniſque vicibus, extractis identidem tergiverſationibus, à *Cæſare*, malè informato, ad meliùs informandum, fuiſſet appellatum, nihilominùs, *Regum, Principumque*, interceſſoriis intervenientibus, *Ferdinandus Cæſar*, apud dicaſterium aulicum, hanc cauſſam denuò inſpicere, & ſententiam ferre, juſſit. Cùm enim *Cæſaris, Regiſque*, officium hoc eſſet, unicuique, legitimam ob cauſſam periclitanti, inprimis viduis, ac pupillis, juſtitiam impertiri, *Ferdinandus Imp.* hac ad animum admiſsâ pietate, lites illas tandem definire cœpit. *Cæſare* igitur, ſtipante *Principum*, legatorum, procerumque, coronâ, ſub umbella thronum occupante, aulæque *Mareſchallo* enſem præferente, antequàm ſententia publicaretur, oratione præliminari *Imperii Vicecancellarius* actum auſpicatus eſt. Quo facto *Io. Rodolphus Pucherus*, *Imperii Secretarius*, ſententiam publicâ voce recitavit. In ea autem *Durlachius Marchio*, ut *Edoardi* hæredibus ſuperiorem *Badenſem Marchionatum*, unà cum fructibus perceptis, & percipiendis, itemque cum mobilibus pretioſis, litteris, ac documentis, omnibus, reſtitueret, ſumptuſque, ſalvâ tamen *Iudicis* moderatione, refunderet, damnatus eſt. Sic ferè ſententiæ gravitas litis tarditatem tandem compenſavit.

II.

Mauritius, Heſſiæ Landgravius, in cauſſa ſucceſſionis Marpurgenſis, condemnatur, & privatur.

PAriſſimè, cauſſa inter *Heſſiæ Landgravios*, per annos aliquam multos diſceptata, tandem per ſententiam *Cæſaream*, ſub ſuperioribus apud *Rati*
comitiis, definiri cœpta eſt. Quanquam enim
ſtamentum *Ludovici ſenioris Landgravii* felicis
moriæ, *Mauritius Landgravius*, innovationibus
contraventionibus, proteſtationibuſque, o
gnare etentaſſet, nihilominùs, ſuper notoriis
confeſſis contraventionum, evicit querela *Lud*
Landgravii. Sententia igitur in *Mauritium* hæ
verba lata eſt. Nempè, non licere contrà *Lud*
Landgravii ſenioris, b. m. ultimam voluntat
Mauritio contraventionibus experiri, maximè,
illud teſtamentum, abſque ullis exceptionibus
clauſulis, antè admiſiſſet. Hoc pacto præter o
nem juris illum feciſſe, ſeſeque ſuâ hæreditatis,
acquiſitæ, parte omninò privaſſe. Illâ igitur, à t
pore contraventionis ſuſceptæ, hæreditate *Ma*
tium excidiſſe, utque, unà cum reditibus tàm
ceptis, quàm percipiendis, reſtitutionem faxit,
præſentiarum condemnatum eſſe.

III.

Cæſaris, ad ſuperioris Heſſiæ Principatus Eq
ſtres, & ſubditos, edictum.

QUò igitur *Principatus* ille *Marpurgenſis* qua
ociùs ad *Ludovicum Landgravium juniorem*, t
quam *Principem*, & dominum, legitimum, redi
Cæſar edictum, quod ſequitur, eodem temp
publicavit. Quandoquidem nuper, in cauſſa ſ
ceſſionis *Marpurgenſis*, ſententia evulgata eſſet, *M*
ritium nempè, dùm adverſus *Ludovici ſenioris La*
gravii teſtamentum, id quod abſq; omni except
ne priùs admiſiſſet, contraventiones obiicere
ſus eſſet, peccaſſe, ſuaque hæreditate ipſo facto
cidiſſe, utique *Cæſarem, Ferdinandum Ducem*, *Arch*
piſcopum, & *Electorem Colonienſem*, itemque *Ioan. Ge*
gium, Electorem Saxoniæ, executores, & legatos, n
minaſſe, nempè hi *Principes* omnes, & ſingulos, eju
ce *Principatus* ſubditos exautorarent, atque jur
mentis, quib. *Mauritio* tenentur, obſolverent. Ea
in rem *Cæſarem*, vigore huius edicti, ſub privatio
tàm honorum, quàm bonorum, edicere omnibu
ac ſingulis, legatis illis *Cæſareis*, illorumque ſub del
gatis, omnem obedientiam exhiberent, *Ludovicu*
Heſsiæ Landgravium, pro legitimo domino, admitte
rent, eius quàm maturrimè in verba, jurarent,
mniaque de cætero, quæcunque morigeros, ac f
deles, ſubditos decent, præſtarent, archivis, manu
ſcriptis, ac documentis, eò pertinentibus, nequi
quam abalienatis.

IV.

Hohenzolleranus Comes in Principem, Ioan
Tſcerclaes Thillyus verò in Comitem, evecti

IIſdem ſub comitiis gratioſus *Ferdinandus Cæſar* i
dynaſtas benè de ſe, & *Imperio*, promeritos, hono
rum augmenta, quædam laborum velut præmia
contulit. Imperia enim, & regna, duobus illis velu
fulcris, nimirum pœnis, itemque beneficiis, conſta
biliri, didicerat. Itaque, in præſentia *Electorum*, a
Principum, Ioan. Georgium, *Comitem Hohenzolleranum*
voce *Imperii Vicecancellarii*, in *Imperii Principem*, pu-
blicè, ac ſolenniter, pronunciari juſſit. Ad *Thillyum*

quo-

RPJCB

Wahrhaffte Verzeichnus des Prättigöws der Herrschaft S[...]
Sampt den Treffe so die Pündtner mit Ihr[...]



gelegenheit vmb Chur, vnd Angrantzenden Landſchafften,
n gethan, Im Jahr 1622.



quoque, militię *Bavaricæ* præfectum, ob grande meritum, & relatas tot luculentas victorias; *Cæſaris* & gratia, & gratitudo, pervenit. Hic enim in matriculam *Comitum*, pari ferè ſolennitate relatus; juxtaq; muneribus, ſive honorariis, haud infimis; condecoratus eſt. Profectò, *ſi Pauſaniæ, in Meſſeniis*; verba paulùm immutare licet, *Eſt ità*, inquam; *naturâ comparatum, ut homines gratanter, ac facilè, ſuprà quàm dici poſſit, ferant, ſi videant, rerum eventa virtuti; ac meritis; reſpondere.* Hoc acuit animos, laudis, ac gloriæ, cupidos, ut ætatem inter arma; virtutem; ac labores; conſumere, nomen, ac præclarè facta; etiam poſt fatalem illam horam, immortalitati, ac famæ; trãſmittere, expetant. *Honos*, ut ajunt, certè *alit artes*, profectò, inquam ego, *etiam arma, virtutemq; ipſam*; nutrit.

Externa.

I.

Multitudo Rhetica, ab Auſtriacis oppreſſa, rebellat, atque in Hiſpanos, Auſtriacoſque, cum ſucceſſu inſurgit.

DE graviſſimis illis inter *Rhetos*, ob *Religionis* diſcriminationem; perſecutionibus, viſum eſt ſuprà non ſemel. Is furor tantus multorum invaſerat animos; ut unâ; vel alterâ; inquietatione deſpumare vix quidem potuiſſe videretur. Itaque recollecta invidia denuò, velut per paroxiſmos, ſive periodos, ſeſe commovit. Cùm igitur, velut antè relatum eſt; *Auſtriacæ* copiæ *Cantones Rheticos* ſub poteſtatem redegiſſent, variiſque oneribus, exactionibuſque, urgentes, etiam *Religionis* libertatem eripuiſſent, venit plebeis quibuſdam in mentem, hanc militum impotentiam, more majorum, excutere, adeòque ſeſe, quibus poſſent modis, ac viribus, in libertatem poſtliminiò vindicare. Hic conjuratorum globus, ex illis, quos *Prettigavenſes* vocant, ſuperiori *Anno M.DC.XXII.* circà ferias *Palmarum* coiit, cùmque armis eſſent exuti; ſub colore, tanquam *Palmarum* ramos, ac feſtivitatem, pararẽt; ſudes, fuſteſque, præparare cœperunt. Præcognito hoc, periculi pleno, inſtituto, non defuerunt; qui calida id genus conſilia omni operâ diſſuadere, atq; expectorare, niterentur, ajentes, actum eſſe; tàm de conjurantibus, quàm cæteris omnibus. Eas enim eſſe vires, eas copias, *Auſtriacas*, *Hiſpanicaſque*, ut ſi intercipiantur, omnes membratim diſcerpantur; bonis, domibus, fortuniſque omnibus manifeſtiſſimo infortunio obnoxiis. Sed ex adverſo reperti ſunt, qui animos multitudini de novo adderent, atque ab exemplis, feliciter olim; & nuper, ſuſceptis, fortunam, ac ſucceſſum, promitterent. Itaque, antequàm in hoſtes quicquam tentarent, ad preces converti, humi procumbentes, ac ſupplices, in hos conatus *DEI Opt. Max.* auxilium implorârunt. Indè creſcentibus animis, crevit audacia. Et, tametſi à ſociis unâ, alteraque, vice in viam revocarentur, utque ab incœpto deſiſterent, monerentur; nihilominùs tamen ſeſe ipſos, vel *Davidis* exemplo, cui, ad *Goliathum* ingreſſuro, pariter pugnam *Saul* diſſuâſerat, illo nihilominùs feliciſſimè vincẽte, commaſculare notati ſunt. Neq; defuit his, licet flammantibus, conatibus proſper eventus. Parvis enim initiis, ac progreſſibus ſucceſſivè aucti, partim hoſtiũ catervas fuderunt; partim clauſtra, ac loca munita, per inſidias interceperunt. Ità; ſudibus invecti; militibus arma extorsêre, artibuſque; atque oppidulis, potiti, tormentorum bellicorum numerum comparârunt. Ut igitur præſente felicitate amicos, ac ſocios, invenire proclive eſt; conſimiliter ſub manib. augeſcentibus victoriis, ac ſucceſſibus, modici temporis ſpatio, amplior ſociorum numerus confluxit. Memoratu inprimis dignum erat, illos, ſi in hoſtes irent, ſupplices humi proſterni; atque *DEI* præſidium religioſiſſimis verbis deprecari. Indè, cùm pauci; ac toties nulli, è ſuorum numero, plures verò ex hoſtibus, occumberent, divinum auxilium in partibus eſſe, confidebãt. Sic finitimorum concurſus, ſic invicta penè acceſſit animoſitas. Immò oſtenti, ſive miraculi, vim habet, quod ſequitur. Cùm enim conjunctas ad *DEUM* preces; aperto quodam templo; ferrent, ecce! *agnus* cygnõ candidior, in numerum ſeſe eorum intulit. Undè, divinam cœptis aſpirare præſentiam, credulis animis firmiter complexi ſunt.

II.

Exercitus Auſtriacus educitur in Rhetos, ſed rêiicitur.

JAm tùm *Rhetorum* vires illæ erant, ut *Leopoldus Archidux*, ſub *Balderono*, & *Reitnavero*, tribunis; integras in iſtos inſtrueret, adornaretque, copias. Quæ cùm magnâ, præ ſecuritate multitudinem ruſticanam contemnerent, jurgiiſque, ac convitiis, inceſſerent, à *Rhetis*, magna cùm confidentia; ac violentia, ſupervenientibus, fundi, fugarique, cœperunt. Ex illis, qui hoc prælio ceciderunt, fuêre aliquammulti, qui antehâc à *Rhetis* victi, in verba jurârant, nunquam ſeſe adversùs conjuratos deinceps militatum ituros. Qui cùm partim in *Rheni* fluentum abiicerentur, partim terrâ obruerentur; denuò oſtentum ingens notatum eſt. Humata enim cadavera è ſepulcris humeros, digitoſque tres; quibus viventes pejerârant, è ſcrobibus proferre, inſpiciẽtibuſque aliquot hominum centuriis; quàm *DEO* perjurium exoſum eſſet, documento, pluſquam luculento, & miraculoſo, commonefacere; animadverſa ſunt.

III.

Curia Rhetorum à conjuratis expugnatur.

COnfluxerant ad conjuratos *Prettigavenſes* tàm ſociorum agmina, quàm officiales, interq; eos tribuni, & centuriones. Ut jam ſub legionibus integris copias formatas haberent, ac præcipua oppida in poteſtatem redigerent. Cùm ergò *Balderonius*, tribunus *Auſtriacus*, aliquoties cum cohortibus ſuis profligatus, in *Rhetis civitatem Curiam* inſideret, *Prettigavenſes*, de noctu adductis copiis, præoccupatiſque locis idoneis, civitati imminebant, obſidionem ſeriò etentantes. Adjuvit hos conatus tribu-

nus de *Salis*,paulò antè in partes conjuratorum deſcendens. Sic propè cum caſtris ad oppidum pervenerant,Ut jam ferè mœnibus inſtarēt, tantâ obſeſſorum animos hebetante conſternatione, ut ne ſemel quidem in obſidentes eruptionem tentarēt, tametſi locus is cohortib. aliquot præſidiariis probè foret communitus. In caſtris, ſuper aquis, ac molendinis, *Maienfeldam* versùs,intercipiendis, anxiè deliberabatur.Neque paucis hoc opus ſuperatu difficile videbatur.Ut omninò impoſſibile factu appareret.Ecce! quid fit?Quod novi ſive oſtenti,ſivè prodigii,locum implere ſufficeret,pars rupis ſuperincumbentis dehiſcens, ac deſuper revoluta, in torrentem præcipitari cœpit. Ut aquis, miraculi more, interceptis, molendinorum uſus divinitus deſtrueretur.Neq; hoc ſuffecit obſidentibus. Sed, fontium ſcaturiginibus paſſim annihilatis, eò anguſtiarum adegerunt obſeſſos, ut mox de deditione cogitarent.Eò res redierat,ut *Balderonius* illè,tribunus,& vicarius, *Auſtriacus*,hactenùs,in *Rhetos* imperioſus,obſidentium manus effugere haud quidē ſuſtineret. *Senatus* civicus,legatus *Gallicanus*, aliiq; civitatis primores, ſuper deditionis conditionibus, paciſcebantur. Sed *Prettigavenſes*, non niſi obtentâ *Balderonii* cervice,placari poterant. Qua ſuper poſtulatione diu laboratum eſt,obſeſſis reddere,obſidentibus indemnitatem conferre,nolentibus. Tādem & loci *Epiſcopus*,& *Capitulares*, concurrente *Senatu*,hoc trāſactionis,non inidoneum, remedium, tanquam *Meduſæ* caput,objecerunt,fore, ſi *Balderonius* impunè dimitteretur,ut *Reformatorum* parochi, ſive paſtores,apud *Oenipontem* captivi,abſque lytro, ilicet liberarentur.In hanc tandem,datis obſidibus, ſententiam tranſactum,oppidumq; deditum,eſt.

IV.

Prettigavenſes,publicatâ Apologiâ, in inducias, & diætam Lindavienſem,conſentiunt. Sed ab Auſtriacis copiis ingruentibus denuò affliguntur.

Hi illi iſti felices ubi eſſent *Prettigavenſium* ſucceſſus,ut jam rerum per *Rheticos*,ut vocant, *Cantones*,potiri viderentur, *Hiſpanis Mediolanenſibus*, ſuper pactis antè præmiſſis,nuncium miſerunt,more majorum,novam,immò ſolennem,inter ſe confœderationem ſancientes,ſe ſeque poſtliminiò libertatem in priſtinam vindicantes. Quam libertatem ubi,ovantium in morem, plenis paſſibus adirent, *Apologeticum*,quo ſe,cauſſamque ſuam,adversùs *Archiduces Auſtriacos*,tuerentur,publicârunt. In ea igitur,quàm vicarii,ac tribuni, *Archiducales*, modò nō ſuperciliosè, atque inhumaniter, ſed impotenter, ac tyrannicè,prorſus ſecum egiſſent, provinciam oppreſſiſſent,libertatem,ac Religionem, eripui[...] ſent,contrà,ſub jugum acerbiſſimum, omnes m[...] ſiſſent,deducitur.Iam,ajunt,defenſionem juris [...] ſe naturalis, omnibuſque indultam, ac licitam. [...] ſeſe,prorſus inermes, inſtituiſſe. Parviſque init[...] provectos, etiam armatis tela,ac ſclopeta, extorſ[...] ſe,atque,eò uſque,lege majorum, priſtinam in [...] bertatem aſſeruiſſe. In oculis omnium planiſſim[...] atque ſummè admirandum,jam nunc apparere,[...] iam luce adultâ luculentius,*victoriam* non ab imp[...] tentia,atq; arrogantia,non ab armis,pecuniis, ſ[...] viribus,dependere. *DEUM* eſſe,qui per humiles,[...] iā inermes,magnas, eaſq; invictas penè habitas,[...] pias territare,cōfundere,ac delere toties,ſoleat.[...] nunc rei ſi nullum extet alibi,ſeſe profectò vel t[...] huic mundo,toti huic ſeculo, exemplum abun[...] clariſſimum perhibere. Sereniſſimus quaprop[...] *Archidux*,inter cætera multa,omnia, quæ hacten[...] providentiâ divinâ,facta eſſent,interiùs penſicu[...] tiùſque,ad animum admitteret,veteremque, a[...] à majoribus acquiſitam,libertatem, ſibi,ſuiſq[...] gratiosè redderet. In omnem eventum, ſi pre[...] hæ juſtæ, totque demiſſa ſupplicantiū vota loc[...] inveniant nullum,paratos ſeſe eſſe,pro juribus, [...] privilegiis,vetuſtis,uſque ad mortem, depugna[...] pulcraſque per vulnera neces opetere.

Hæc,atque alia,multa, cùm *Prettigavenſes* qu[...] taſſent, opemque *Helvetiorum* confœderator[...] juxtà imploraſſent,evenit,ut, *Helvetiorum* inter[...] ſitione,pactis utrinque induciis,res ad diætam *L*[...] *davienſem* reiiceretur. Tametſi autem præmet[...] rent confœderati,ne,ſub colore induciarum, ſ[...] toties antè factum eſſet,ſibi imponeretur, nih[...] minùs tamen hoc ipſum præcavere non ſuffece[...] *Auſtriacæ* enim,*Hiſpanicæque*,magno numero co[...] recèns collectæ,ſub induciis,jam cœptis, in *Ca*[...] *nes* violentam fecerunt impreſſionem. Ut coho[...] *Rheticæ*,iis ſub finibus diſpoſitæ, partim funder[...] tur,partim fugarentur,utique tanto,& juſto, e[...] citui,minimè pares. *Helvetii*,dicti reformati,no[...] tes ſibi, *Rhetos* denuò in ordinem redigi,ac ſubju[...] ri, velle, apud *Badenam* diætâ indictâ conven[...] Qui cùm, variis diſperſis hominum ſermonib[...] metuerent rebus ſuis,ne à *Catholicis*,ſic dictis, e[...] viâ invaderentur, interrogârunt adverſæ *Relig*[...] ſocios,quidnam ſibi exſpectandum eſſet? Illis v[...] omnia ex fœdere,& amicè,repromittentibus, [...] *tos* autem illos maleferiatos, ac melioribus co[...] liis haud obtemperantes, non immeritò ple[...] cauſſantibus,diſceſſum indè eſt, *Rhetis* illis ac *Pre*[...] *gavenſibus*, tandem ad priſtinam capitulation[...] *Mediolanenſem*, ſub conditionibus paulò mi[...] tioribus, reverten- tibus.

Io.P[...]

Io. Petri Lotichij

RERVM GERMANICARVM LIBER XIII.

CAPVT I.

De Saxoniæ inferioris præparatione bellica.

I.

Querelæ, ſuper violatis apud Moguntiam, & Bingium, pactis, tranſactionibus.

DE diſſidentibus, variantibuſque, tàm *Electorum*, quàm hominum multorum, ſuper *Electoratus Palatini* in *Bavariæ Ducem* translatione, opinionibus, paulò antè, prælibatum eſt. Sed vix dimidia eorũ pars, qui hoc tùm *Cæſaris* factum nprobârunt, dinumerari cœpta. Plures igitur tàm ntrà, quàm extrà, hujus *Imperii* limites invẽti, quius hæc alterius *Electoris* rejectio, alterius creatio, ac uffectio, haud quidem placuit. Quid ergò, & cur rivatus aliquis, ilia rumperet, ſicubi videat, inter ot homines eſſe plures, qui etiam *Magnatibus* malè oquantur, peſſimè cupiant? Quod in ore gentiliũ uit, ne *Iupiter quidem omnibus ridet*, aut ſatisfacit. Ut edùm *Imperator*, tametſi *Principum* his in terris maimus, oſoribus, atque adverſariis, careat.

Non enim tantum inter *Bohemiæ, Auſtriæque*, atq; liarum provinciarum, exules, reperti ſunt, qui *Cæris* gratiam, tametſi *Ratiſponam* benignè invitantis, nſuper haberent, ac repudiarent, ſed porrò audire cuit, qui tractationes, tranſactioneſque, *Cæſareas* marulentiùs carperent. Tametſi enim, inquiebãt, uper tranſactione *Principum*, apud *Moguntiacum* cũ *iſpanis* facta, *Imperii* cives optimè ſperarent, futuun, ut deinceps meliori loco eſſe, & ſecuriùs vive-, poſſint, nihilominùs contraria eveniſſe omnia. ræter enim *civitatum Imperialium* querelas, auditos ſe in ſuperioribus apud *Ratiſponam* comitiis *Impei Status*, qui ſuper *tranſactione Moguntinenſi* obiicent. Sed illis tùm reſponſum fuiſſe. Rogationes ilrum eſſe peregrè accerſitas, quibus ſe, quæ in traationem veniſſent, non capere, ſignificarent. Exectarent igitur *Cæſaris* legatos. Illos, tanquam inrpretes, ſuper rebus neceſſariis, erudituros. Et oc inprimis liberos *Imperii Ordines* pupugiſſe feınt. Tanquam ità cerebrum, ut ajunt, gererent in lcaneis, ut, de quibus ageretur; aut ipſimet agerũt, haud capere inſimularentur.

Non modò ergò *civitates Imperiales* paſſim ultimè affligi contigiſſe, (ſicut ſuprà allatum eſt) ſed etiam *VVürtenbergicos, Anſpachianos, Culmbacenſes, Bipõtinos, Caſſellanos, Durlachios*, omneſque; ad quos ſuperior *Moguntina tranſactio* pertinebat; haud inferiora paſſos eſſe, reipſa compertum fuiſſe. Atque hoc, hoc, inquiunt, illud eſſe, quòd *Romanus* olim *Satyricus* inculcaverat: *Nequaquam eum rectè facere, qui citò credat.*

De tranſactione, apud *Bingium* inter *Mauritium, Heſſiæ Landgravium*, & *Ambroſ. Spinolam, Marchionem*, ſuſceptâ, ità eſſe, ut *Pontificiis* gratius accidere potuerit nihil, quàm præſentaneam oculis ſuis intueri *Vnionis* diſſolutionem. Ibi tùm exauditas eſſe tripudiantium, & præ lætitia exclamantium, *Pontificiorũ* voces: Iactam eſſe aleam, periiſſe *Vnionem*, omniaque deinceps, ſub poteſtate *Ligarianorũ* fore. Quòd enim *Mauritius Landgravius*, ejuſdem cum *Palatino Religionis*, à communi fœdere recederet, quid cæteri facerent *Principes*, quid *civitates Imperiales*? Eò res quidem redierat, ut *Palatinus, Vnionis* utique caput, pro derelicto haberetur. Quid ergò ſperarent cæteri *Principes*, quid *civitates*, ſi hæc faba, ut ajunt, in ipſum cuderetur *Palatinum*?

Landgravius quidem, datis ad *Palatinum* litteris, hanc divulſionem excuſare, & legatos, tanquam commiſſionis leges egreſſos, increpare, cœpit. Sed illi provinciæ ordinum decreta, atque inſtigationes, ex adverſo allegaſſe notati ſunt. Quid igitur illi *Heſſiæ Principi* tranſactio iſta profuerat? Hoc, inquiunt, profuit, ut *Hiſpani* oppidum ad *S. Goarum* appellatum, unà cum arce ſuperimpoſita, per inſidias venarentur. Ut *Marpurgenſem* paulò deinceps *Principatum*, ut *Hirsfeldenſem Præſulatum*, unà *Mauritius* amitteret. Summa *Imperii* eò ſpectare illis videbatur, ut deinceps *Principes Proteſtantes* eſſent tanquã perſonæ, in ſcenam, ſive theatrum, juxtà venientes, mutæ, & pediſſequæ, cæteris *Pontificiis* rerũ potiũtibus, trãſactiones, contractus, atq; id genus pacta, ac conventa, in rem ſuam liberrimè interpretantibus, iiſque vocaliſſimis.

II.

Frider. Palatinus Electoris Saxoniæ opem, autoritatemque, implorat.

QUæ ſiquidem in rem *Frid. Palatini*, non ſine alterius partis invidia, ſpecioſè ſatis afferrētur, non deſtitit hic *Saxoniæ Electorem*, jam tùm, ob reformationem *Pragenſem*, abalienatum, implorare. Vellet ille, *Ratiſponam* ad comitia venturus, *Imperii* conſtitutiones, ac leges, *Electorum* dignitatem, ac jura, *Religioniſque*, ne ſub jugum vocetur, libertatem, aſſerere. Litteræ erant ejuſmodi. Tametſi quidem, inquit, omninò confideret, fore, ut *Elector Saxoniæ*, ex zelo Chriſtiano, officioq; electorali, ad publicæ, & univerſalis, reducendæ pacis ſcopum per ſe collimaturus ſit, ut ulteriori admonitione opus ne quidem habeat, nihilominùs, cùm intelligat, ipſummet *Ratiſponam* cogitare, non potuiſſe ſe non has litteras, ipsâ neceſſitate expreſſas, ad illum dare.

Initiò autem, quæcunque ſub motibus illis *Bohemicis* uſuveniſſent, quæ *Palatini* mens, animuſque, acceſſiſſet, & quo pacto ante hâc id genus diſſidia non ſemel emerſiſſent, ubi tùm juſtitiam cauſſę per vias legitimas, abſque cuiuſcunque reſpectu, examinari accidiſſet, & quæ porrò *Electoribus*, *Principibuſque*, *Imperii* lex, ac præjudicium, impendere poſſit, ea omnia in medio ſe relinquere, *Deumque* venerari, deinceps ab id genus periculoſis *Imperii* convulſionibus præſervare dignetur. Poſtquàm igitur *Cæſar*, tanquam litis illius pars potiſſima, tenore prætenſionis ſuæ, etiam ab initiis, hoſtilibus adverſùm ſe armis experiri, *Palatinatuſque* patrimonium infeſtare, cœpiſſet, potuiſſe hoc quidem, tanquam ex jure tàm belli, quàm diverſionis, eò uſque tolerari, quoad, interveniente pacis compoſitione, hũc turbinem, ſicut in *Imperio* antehâc toties uſuveniſſe conſtet, ſopiri licuiſſet. Dùm autem *Cæſar* non tantùm patrimonium ſuum omni hoſtilitatis genere, ſpoliis, cædibus, devaſtationibus, atque id genus extremis, infeſtâſſet, ſed etiam introductis, ut vocant, *Pontificum* decretis, animarum ſalutem, ac cõſcientias ſubditorum, vulnerare cœpiſſet, tùm alii, ex mera ambitione, & privatæ acceſſionis cupiditate, manus injeciſſent, tanquamque ad commune vulturium, in *Palatinatum* irrupiſſent, utique ſe, cõſcientiæ ſtimulis adactum, neceſſariæ defenſionis viam non potuiſſe non inire. Præter ordinem verò, ac præpoſterum, eſſe, *Cæſarem*, etiam poſt principia, injectis, atq; exercitis, antè armis, ad viam Iuris tranſire, contrà *Imperii* capitulationes, jura, ac ſtatuta, abſq; cauſſæ legitima cognitione, partium defenſione, *Electoralis* collegii communicatione, in ſe proſcriptionis fulmine ſævire, tantùmq; nõ *Electoratus* dignitatẽ, cum ipſis provinciis, ac ſubditis, in alium transferre, velle. Itane fas eſſet præteriri ipſos hæredes, ipſos agnatos proximos? Itane, abſq; formali *Iuris* proceſſu, & ſententia *Patrum* curiæ, *Electoratum* alienari oportebit? Siccine, directè cõtrà trãſactionem, *Religioniſq;* pacificationem, abolere *Proteſtantium* confeſſionem, ex adverſo *Pontificiorũ* dogmata introducere, fas erit? Hæc omnia, ac ſingula, ejus generis eſſe, ut nullo idoneo colore, nullis *Imperii* cõſtitutionibus, nullo jure, palliari queant. Ut rectiſſimè confidat, è *Proteſtantium* numero fore neminem, qui quidem intuitu conſequentiæ, poſteritatis, propriæque poſſeſſionis, proceſſum id genus querquerum approbare velit. Potiùs eſſe, ut in *Ele-*

ctores, Principeſque, Proteſtãtes, hanc confidentiã re
ciat. Illos nempè, ſi utiq; *Catholici* dicti reſpectũ b
ni publici omninò ſequeſtrare cupiant, tale, ac t
momenti, præjudicium intimiùs deponderatur
adeóq; impendens jugum à cervicib. amolitur
eſſe. Niſi n. *Imperii* capitulationes, ac conceſſion
obſervari, in id genus caſibus, contingat, ſi ità, ex
le *Iuris* proceſſu, ſecum, tanq̃ *Electore* primario, a
ac proceſſus talis, extrà ordinem introduci, uſu
niat, quid cum cæteris *Electoribus*, ac *Principibus*,
inceps fieri poſſit, & quàm ꝓclive ſit eos in ordi
atq; ad incitas, redigi, obſcurum uſq; adeò eſſe
mini. Nemini poſthâc *Principum* rationes, atq; i
munitates, olim acquiſitas, conſtare. Sub juſtitiæ
textu unumquẽq; poſſe opprimi. Ut poſteritas
jugo, ꝙ parentes incurriſſent, quiritare queat n
ritò, ſervitutem, ad ſe derivatã, excutere queat
nimè. Niſi hoc tẽpore conatib. adverſæ partis ea
obviã, niſi tẽporiùs nervꝰ iſte infringatur, deince
introducto dominio ꝓrſus impotente, atq; ab
luto, viam nõ supereſſe, quâ *Germanica* hæc, & li
ra, natio ulteriꝰ ſubjectionẽ amoliri ſufficiat. *Pr*
cipiis, juxtà illud tritum, *obſtandum* eſſe. Serò eni
aut nunquam, ubi mala longas per moras invalu
ſent, tùm fieri medicinam.

Iam ab ipſis rerum fundamentis *Saxon. Electo*
edoceri, quo in loco, quãdo, & per quẽ, hæc per
periũ, ad interitũ vergens, enovatio, ac periclita
ſuſcepta eſſet. Antequàm n. proſcriptionis ful
publicari cœperat, jã tùm, ſuper *Electoratus* tran
tione, pacta ſingularia, ac mutua, interveniſſe,
dentiſſimũ fieri. Undè nihil aliud quæri, niſi ut,
Religionis cauſſa, univerſi huius *Imperii Principes* i
ſeſe committantur. Illud ſcil. apud *Curiã Rom*
apud *Bruxellas*, aulamq; *Hiſpanicã*, conſiliis quæſ
ſimis elaborari, quò *Proteſtantes* ſub jugũ *Pontif*
poſtliminiò mitti poſſint. Ut de eo nihil dicat,
ctiſſimis illis ꝓvinciis ſuis, cùm omnia penè pe
diſſent, tantùm lamentationes, atq; lacrymas,
eſſe. Neq; hoc extremũ illud videri debere. Ni
intùs animas affligi, ac conſcientias torqueri, a
diſſet. Hoc nempè in humanis illis ultimum,
purpureis, ac ſanguineis, ſi liceat, lacrymis depl
dum venire. Illis ſcil. in locis *Pontificum* dogmat
crebreſcere, in quib. antehâc è fundamentis eſ
refutata. Exindè theſauros, olim ab *Electoribus*,
jorib. ſuis, magnis ſumptibus, laboribuſque, cõ
ſitos, auferri, *Bibliothecamq;* *Electoralem*, cui famã
alia vix fuerit, in vituperium nominis *Teutonici*,
ſtar, *Pẽthei* fabuloſi, diſcerpi, partemq; *Romam*,
tem *aliorſum*, tranſportari. Ut de cæteris ornam
tis *Eccleſiaſticis*, atq; *Electoralibus*, miſerè diſcer
ſuperſedeat. Interim, ſolum per *Palatinatum* ſic
dem ſævitum eſſe minimè, ut hoc invaſionis, de
pulationiſque, velut contagium, finitimos *Prin*
Statuſque, *Proteſtantes*, eodem ferè rigore, corru
rit. Ut neq; tranſactio ulla, neq; *Cæſaris* protec
neq; promiſſio, ac condictio, ulla locum inven
Et jam *Ligarianos*, dùm per *Germaniam ſuperi*
Rheno, *Mœnoque*, in ſinu gaudentes, potiuntur, n
tenùs cupiditati immenſæ ſatisfacere, fortun
ſuæ agant gratias. Ut jam porrò ad *Viſurgim*, a
bim, ipſoſq; *Proteſtantium Epiſcopatus*, animum a
cere, libidinemq; extendere, auſint. Immò verò
Romæ, quàm intrà *Hiſpanias* ſuper *Germania*, tan
devictâ, ſubjugataque, hæreticis inprimis debe
tis, ſolennes inſtitui triumphos, tantùmq; *Elect*

ac P

c *Principum*,dignitatem illis pro larva eſſe. Quòd ſi
tà connivere velimus omnes, profectò de *Electorũ*,
rincipumque,eminentia,eorundemq; familiis,actũ
uerit.Niſi ergò perire velimus,certè jã periimus.

De pace quidem,inquiunt,promittunt *Pontificii*.
ed,quàm pacis reductio, inq̃ ego,cordi illis fue-
it,argumento ſunt tot utiq; legationes, tot inter-
eſſiones,tot tractationes,fruſtrà ſuſceptæ.Annon
a omnia deditâ operâ eludi vidimus? Ut nihil in
ontrarium obiici poſſit. *Cæſari* nempè mos geſtus
ſt,ſubmiſſio,ac debita reverentia, & quæcunque
oneſtè à me,recõciliationis amore,offerri potuê-
e,oblata ſunt.Sed fruſtra tot *Reges*,tot *Principes*,ha-
tenùs fuerunt,fruſtrà equidem ſum.

Hæc nunc omnia ſe prolixiùs,& ſtudioſè,recen-
ere,quò *Elector* ad interiorem ſecum communica-
onem permoveri,immò ſecũ, familiâq; ſuâ anti-
uiſſima,hæredibus,atq; agnatis, in gratiã redire,
penetrantiùs condolere,queat.Nolle ſe ꝓ cauſſę
æ,ſive defenſione,ſive exculpatione, aliorũq; ex
dverſo inculpatione,quicq̃ curioſiùs hûc accerſe-
. Interim hoc ſolũ ſpectare,hoc unicè exoptare,
oc mirificè expetere,videret *Saxon.Elector*, ne *E-
ngelicorum Reſpublica*,jam tùm divulſa,gravius de-
rimentum caperet,paxq; omninò coaleſcere haud
aleret.Semel ſe conceptis verbis proteſtari, ac cõ-
rmare,ità quidem affectum eſſe, ut vulnera ſua,
uantumvis graviſſima, patriæ amori poſthabere
benter velit,modò adverſa pars *Reipubl.* ſaluti pri-
ata odia anteferre non perſeveret.

Siquidem igitur cùm proſcriptione ità ſeſe res
abeat,ut potiſſima *Imperii Statuum* pars eam non
probet,nihil ſe dubitare, quin *Elector*, periculi
lenam,hanc conſequentiam admittere nolit,rem
potiùs deducturus,ut,interveniente *Cæſaris* gra-
â,hæc actio è medio tolli, ſancitaq; amneſtia ge-
erali,pax tàm *Religioſa*, quàm *prophana*, reduci, ac
onſtabiliri,queat.Se ità quidem affectum eſſe, ut,
Electoratus,ac patrimonii,reſtitutionem,ſicut antè
oc bellum poſſediſſet,recuperare poſſit, *Cæſari* o-
nem reverentiã,atq, cultum,exhibere, & de cæ-
ro ità quidem ſe gerere,cupiat; ut in eo ampliùs
eſiderari debeat nihil.Interim,ut in id genus ama-
s conditiones deſcendere compelli velit, cujuſ-
odi tàm familiæ ſuæ *Electorali*,quàm ſibi, hæredi-
us, ac poſteris, vituperii maculã inurere,tùm,ra-
one conſcientiæ,admittere,nõ quitus eſſet, utiq;
eq; ſe tale dedecus committere poſſe, neq; ut hic
roceſſus locum habeat, Saxonem ſuadere velle.
æſarem nuper *Vngariæ* regni proceribus,ſub indulta
mneſtia generali, pleniſſimè reconciliatum eſſe.
t ẽt in *Tranſylvaniæ Principem*, muneris velut loco
uos per *Sileſiam Principatus*, unàq; *Imperii Principis*
ioma,conferri contigerit. Hoc ſi illi uſuvenerit,
iam ſecum,tanq̃ cum *Electore Imperii*, ſub æquis,
oderatiſque,conditionibus, præeunte amneſtia
tali,paciſcendum eſſe,quis non videat? Ut,ſi,ex
lverſo,rigor,ac ſevera lex, moderatis conſiliis p̃-
onderare debeat,pax facilè nunquam coaleſcere,
redintegrari,valeat. Iam *Electoris Saxon.* partes
ſe,nequaq̃ connivere, aut admittere,ut directè
ntrà *bullam Carolinam*,capitulationes *Cæſareas*,o-
niaq; jura,tàm *Electoratus* dignitate,quàm poſſeſ-
onib. patrimonialibus,privari,*Electoraliſq;* hæc p̃-
ninentia in alium *Principem*,& quidem *Pontificium*,
anſferri,debeat.Iam tùm cruenti belli ſemina, ac
incipia,præventa eſſe. Ut porrò per *Germaniam*

perpetui bellorũ incendii radix,& materia, hæc q-dem futura ſit.Quapropter *Saxo* maſculè reſiſteret, neq; admitteret,ut ſub hac privatione *Pontificiorum* potentia,ac ſuffragia in *Imperio* accreſcere,*Proteſtanteſq;* ſub jugum *Pontificis* reduci, poſſint.Eam eſſe ad interitum viam. Illud iter in labyrinthos,undè reditus,haud detur,patere.Ità quidem jampridem *Ligarianos* emoliri,ità *Romæ*,ità apud *Hiſpanias*,deliberari,ut,corruente *Electorum* autoritate, atq; æquilibrio,leges *Imperii* enerventur,*Pontificii* numero,dignitate,ac ſuffragiis,prævaleant, reliquique *Proteſtantes*,tanquam umbræ, deinceps in comitiis habeantur.Eò rem jam tùm rediiſſe,ut victoriis prævalentes *Pontificii* cæteros *Imperii Status Proteſtantes* captent,prolixiſq; tractationibus de induſtria cõmodis ſuis velificẽtur,ac belli cathenam extrahant. Moram,ſive etiam inducias iſtas,periculi plenas eſſe.Ut ipſe *Palatinus* intereà prorſus enervari queat. Proindè & amneſtia generali,& belli,militiſq;, deductione,opus eſſe,ut pax plena coire, ac reduci, ſuſtineat.Si itaq; ad extrema,ac deſperata, conſilia *Palatinus* deduci velit,adeſſe jam tùm amplam belli materiam,fomitemque,ex quo,tanquàm ex *hydrâ Lernæa*,bellum è bello ſubindè naſci,ac ꝓpullulare, ſatagat. Proindè has ſuas intervenire preces,hæc vota,jam tandem cõſilia, atq; actiones eum in ſcopum dirigerentur,quo in *Imperio*, miſerè concuſſo, pax,& quies,confirmetur,laudabilis illa harmonia, & tanq̃ nuper in bilance,ac trutina verſans regimẽ, reproducatur, nomenq; illud *Teutonicum* ſub vituperium,ac jugum,haud vocetur. Quòd ſi deniq; hoc(ꝙ abominandũ) exſpectari debeat,ut excuſſis *Electorum,Principumque*,cõſiliis moderatis, ac fidelibus,tàm *Nuncii Pontificii*,quàm *Oratoris Hiſpanici*, argutiæ,ac rationes,præponderaturæ ſint,idq; ad effectum ſpectet,quò, *Proteſtãtibus* ſub jugum miſſis, libertateq; aureâ cadente,dominatus,tanq̃ in ſubditos hæreditarios, hoc per *Imperium* deinceps introducatur,utiq; communem cauſſam, legẽq; neceſſitatis,ſic quidem inevitabilis,poſtulare, *Elector Sax.* hoc ageret,ac,more majorũ, & rem *Evangelicã*, & libertatẽ *Teutonicam*,unà cum *Electorum,Principũque,Proteſtantium*,dignitate,privilegiis, ac juribus, aſſereret,ſibique,& reliquis *Imperii Statibus*,tantùm non oppreſſis,manus auxiliares præſtaret.Si itaque omninò,ſub æquo moderamine, neq; reconciliatio,neq; pax,exſpectandæ ſint,utiq; ſe rem *DEO*,& fortunæ,tandem commiſſurum,neque, donec in poſſeſſiones ſuas rediiſſet,unquam,erogatis undecunq; auxiliatoribus,acquieturum,eſſe.

III.

Mansfeldius exercitum in Friſiam deducit.

HOc tempore,quo per diœceſin *Erphordianã Fridericus, Dux Saxoniæ, Altenburgicus*, collecto pro *Cæſare*,atq; illûc immiſſo,milite, *Tyrigetas* infeſtabat, *Mansfeldius,Batavis* valedicens, perq; *Monaſterienſium* fines graſſatus,copias occidentalem in *Friſiam* traduxit.Regio hæc tùm erat omni cõmeatus, atq; annonæ, genere locupletiſſima. Ut ſi proventibus,id genus uberrimis *Mansfeldius* frui,quàm abuti,maluiſſet, per annos aliquammultos exercitũ integrum eo locorum alere ſuffeciſſet.Sed ille,locis quibuſdam apud *Monaſterienſes* antè communitis, hanc in provinciam penetrans,& ingentem ab *Ennone,Friſiæ Comite*,pecuniarũ ſummam,unàque fortalitiorum præcipuorum traditionem,ſibi poſtulavit.Priuſquàm verò *Enno Comes* id genus extraordi-

nariis poſtulatis annuere non poſſet, *Mansfeldius*, interceptis locis quibuſcũq; opportunis, ac munitis, *Comitem*, adjuncto uno, alteroq;, ſervulo, in cuſtodiam redegit. Ibi tùm pariter regionis quęſtoribus, in vincula redactis, oppida, pagoſque, ordine pecuniis emunxit. Qui cùm ſic per *Epiſcopatum Monaſterienſem Electori Colonienſi* redituum partem interverteret, omniaq; inprimis per *Friſiam* impotenter, ac pro libidine, ageret, militibus, ad furorē uſque, omnis generis facinora liberrimè perpetrantibus, toti de novo *Imperio* terrorem non vanum injecit.

IV.

Thillyus, ad opprimendum Mansfeldium, Inferioris Saxoniæ Principes ſolicitat.

THillyus proindè, tanquam induſtrius excubitor, in tempore evigilandum, hancq; in rē ꝓ opprimendis *Mansfeldii* conatibus, enitendum ſibi duxit. Hic igitur ex *Aſſenheimio, VVetteraviæ* oppido, ſequentes ad *Inferioris Saxoniæ Principes*, atque *Ordines*, codicillos pridiè Non. April. direxit: Nēpè, inquit, *Principes*, atq; *Ordines*, minimè fugere, quibus, periculi plenis, conſiliis, machiniſque, *Mansfeldius*, unà cum complicibus, *Friſiam* invaſiſſet, atque exindè in *Saxoniam inferiorem* erumpere, omniaq; paſſim eo locorum, ſicut aliàs, ſpoliis, cædibus, incendiiſque, more ſuo lacerare præſumeret. Quandoquidem ergò hoc ſibi non incognitum ſit, *Principes, Ordineſque*, debitam ergà *Cæſarem, Imperii* caput, ſubjectionem, atque obedientiam, perſeverare, adeóque eam in rem copias contrahere, quib. tàm *Mansfeldii*, q̃ id genus patriæ, communiſq; pacis, turbatorum conatus, impetuſque, retũdere poſſint, utique ſuarum partium eſſe, nomine *Cæſaris*, atq; officii ꝓ ratione, *Principibus, Ordinibuſq̃*, hoc conteſtatiſſimum facere, nempè, ſe cum exercitu hoc quidem tēpore ſic excubare, & paratum eſſe, ut modò nō huic laudabili *Principum, Ordinumque*, inſtituto, haud contravenire, ſed potiùs conjunctis viribus conſpirare, velit; Quò *Mansfeldius*, unà cum complicibus, ſi res ferat, profligari, omninòq; ex *Imperii* hujus finibus eiici poſſit. Laudandam eſſe inprimis *Principum, Ordinũque*, quâ quidem *Cæſari* addicti forent, conſtantiam; Ut ἐς ἀμοιβὴν illis *Cæſar* non deeſſe, ſed gratificari cupiat. Eo fine, ſi res exigat, atque illi ſuppetiis indigeant, ſe auxilio futurum. Et, ſiquidem nuper cum *Sereniſſ. Belgii* gubernatrice *Principibus, Ordinibuſq̃*, conveniſſet, eódem animis ſe propendere, ut cum eiſdē, ſi placeat, cōtrahere, ac paciſci, affect⁹ ſit.

V.

Inferioris Saxoniæ Principes copias conſcribunt.

SEcundùm hæc, cùm comitia, apud *Ratiſponā* nuper celebrata, longè alius, ac diverſus, eventus excepiſſet, ſecùs, quā plurimi habuiſſent antè perſuaſum, præcipuè *Principes, Ordineſque*, *inferioris Saxoniæ Circuli* hæc res nō ꝑfunctoriè pupugit. Quòd n. proceſſus iſtos, per *Bohemiam, Moraviam*, ac *Palatinatum*, increbreſcentes, abominarentur, ſubiit animos, ſatius eſſe hæc tropica ſi prævenirent. Quod in finitimis, ac vicinia, fieret, hoc ēt quodammodo publicum eſſe, atque ad ſe pertinere, arbitrabantur. Conflagrantib. igitur vicinis in proximo ædibus, maturè, ut ſibi proſpiceret, facto op⁹ eſſe. Debellatis, ac ſubjugatis, ꝓvinciis *Imperii* cæteris, ēt ſe quoque, lege conſequētiæ, atque ordinis, damni, ac diſcriminis, haud fore immunes. In tēpore ergò, tanq̃ è ſomno, evigilarent, ac, priuſq̃ ſub *Pontificis* jugū,

unà cum *Religionis*, dulciſque libertatis, privatione
redigerentur, arma, ac defenſionem, pararent. Ho
conſilio inter *Daniæ Regem, Brunſuicenſem, Holſatum*
& *Megapolitanũ, Duces*, itemque *Hamburgum, Bremā*
Lubeccam, Luneburgum, aliaſque civitates maritima
fœdus ictum eſt; Nempè quàm primùm exercitu
è decem millibus, conſcriberetur, cuj⁹ operâ à pra
dictis *regnis, principatibus, civitatibuſque*, omne per
culum, ac diſcrimen, propulſari ſuſtineat.

Intereà *Chriſtianus, Dux Brunſvicenſis*, non parv
collegerat manum. Qui cùm ad *Viſurgim* ſeſe ten
ret, *Hiſpanorumque*, ac *Ligarianorum*, impreſſion
ſubvereretur, *Huxariam, Hamelium, Rinteliumq̃*, im
miſſis ꝓſidiis, firmavit, ponteſque deſtruxit, legio
nib. equeſtrib. per *Hildesheimenſem* & *Halberſtaten*
ſem, Epiſcopatus, diviſis. Quid ageret, ſivè ſuſcipere
nondùm ipſi ſatis exploratum erat. Quidā id con
ſilii ſuggerebant, modò in *Palatinatum* educere
auxilia ipſi non eſſe defutura. Alii conſultius arb
trabantur, ſicubi per *Gueſtphaliam* ſubſiſteret, opp
daque, jam intercepta, præſertim *Lipſtadium*, tuer
tur. Si ulteriùs produceret, de civitatibus illis ac
eſſe. Immò ex *Epiſcopatib.* per *Gueſtphaliam* hoc con
modi ipſi emergere, ut modò non exercitum aler
ſed *Archiepiſcopos Electores* illos juxtà urgere, adeóqu
Electoratus Palatini fortè reſtitutionem extorquer
poſſit. Neque minùs ex adverſa parte legiones ſ
Anholtino, & *Corduba, Bergenſes*, & *Monaſterienſes*, pr
mebant, omnia paſſim conſumētes, ac depopula
tes. E quibus, tot hoſtibus cincti, *Monaſterienſes*, d
fenſionis ergò, cohortes alioq̃ multas cōſcripsē

CAP. II.

De altera Chriſtiani Ducis Brunſuicenſis clade.

I.

*Chriſtianus D. Brunſuicenſis, pro Saxoniæ inf
rioris circulo, militat,*

IAm denuò igitur *Chriſtianus* erat
partib⁹. *Ingeniũ cuius ſpirabat nō niſi bel*
ꝓut ille canit de *Aiace*. Qui, cùm ne
Daniæ Regis, neq; matris, fratriſq; *Vlr*
Ducis, intervenientib. dehortationib
ut ferebatur, quicq̃ cederet, novas præparabat c
pias. Et jam cōfluxerant legiones. Itaque, cùm re
novis ſtuderet, *Inferioris Saxoniæ Principes* ejus ope
uti maluerunt, ne copiis illis abuteretur. Qua de
Vlricus, Dux Brunſuicenſis, frater, datis ad *Thillyu*
codicillis, hoc factum ſic excuſabat. Nempè *Chr*
ſtiano fratri, ait, iſtam belli fortunam ſe, præeun
Daniæ Rege, ac matre, diſſuadere cœpiſſe, ſed fruſtr
Tametſi igitur *inferioris Saxoniæ circul⁹* in defenſion
ꝓparatoriis verſaretur, tamen fratris conatus imp
diri haud potuiſſe, ꝙ jam in armis cæteros *Princip*
antevertiſſet. Qui cùm ad *Viſurgim* unum, alterum
que, oppidum, ob trajectum opportunum, interc
piſſet, adeóq; præ ſe ferret, arma ſua non ad *Cæſa*
offenſionē, ſed patriæ tutelam, ſpectare, factū eſſ
ut *circuli Principibus* jam militet, eâ tamē lege, ne *C*
ſarē, aut alium quenq̃ *Imperii Principē*, læderet. At
hoc illud eſſe, ꝙ ſperet, *Cæſarē* æquo animo laturi
eo

)q; nomine fratri nõ adverſaturũ, eſſe. Nihil ſibi
le, & cultu, ergà *Cæſarẽ* antiquius, nihil pri⁹, eſſe.
æc ut nõ ignoraret *Thillyus*, illi fuiſſe ſignificanda.

II.

nton. Guntherus, Comes Oldenburgicus, apud Cæſarem, pro Mansfeldio, intercedit.

Nterim, cum *Mansfeldio* ſic agebatur, ut *Ludovicus,*
Rex Galliarum, miſſis legatis, ac pecuniis, operã il-
is, pro recuperatione *Vallis Tellinæ*, requireret.
ndè copias non ſolùm augere, ſed miſſis hinc in-
parariis novas cõquirere, notatus eſt. Cum quò
ſar ut in gratiam redire, banniq; fulmen abroga-
, vellet, per legatos intervenire nullus dubitavit
thonius Güntherus, Oldenburgi Comes. Cæſar, tan-
iam nomine *Daniæ Regis* hoc ageretur, ad *Regẽ* de-
t, ſi *Mansfeldius* debita ſub ſubmiſſione hunc reatũ
precaretur, pro re nata, ſe illi, quantùm ratio bo-
publici, majoriſq; periculi præventio, admitte-
t, veniam facturum. Interim *Rex*, ſi ità videatur,
ſpectu *Holſatiæ Ducatus*, adjunctis ſibi *Principibus*
itimis, ipſoq; *Gunthero Comite*, cum *Mansfeldio* eas
iret rationes, quibus *Cæſaris* autoritas ſtabiliri, tũ
piæ illius hoſtiles oppidò exautorari, poſſint.

Idem, ꝙ anteà petierat *Oldenburgicus*, à *Cæſare*, ſu-
r *Mansfeldii* expiatione, per litteras rogare non
ſtitit *Elector Bavariæ*. Opportunum ratus, *Cæſar*,
acunq; viâ commodè ejus fieri poſſet, *Mansfeldio*
nniveret. Ità enim plurimas infortuniorum oc-
ſiones eadem operâ recidi, *Imperiumque* hoſte tàm
rnicioſo, quàm callido, exonerari poſſe.

III.

hillyus cum exercitu in Heſſos, & propè Viſurgim, movet.

Ed longè aberat, ut callidus *Mansfeldius* militi
daret miſſionẽ, antequàm τὰ πάντα ὄκτω, ſicut a-
nt, impetrâſſet. *Thillyus*, cui inſidiæ, ac conſilia, i-
us hominis, ex ungue, ſicut loquuntur, eſſent co-
itiſſima, antequàm exercitum è *VVetteravia* pro-
ceret, *Inferionis Saxoniæ Principes* conceptis verbis
onere non deſtitit, caverent ſibi à *Mansfeldii* frau-
bus, irruptionibuſque. Iſtum enim ità agere, ut
ptatâ occaſione ex inſidiis invadat, pejuſq; ipſis
rbaris, ac *Turcis* provincias peſſumdet. Sicut igi-
r *Cæſari* fidem, atq; obedientiam, promitterent,
omnibus conjunctiſque viribus *Mansfeldium* ex
perii finibus ejicere eniterentur. Tametſi autẽ
e, ſuo more, ad *Batavos* recurrere identidem ve-
, etiam cum *Batavis* agerent, illi vel proſcriptum
um, communis *Imperii* hoſtem, excluderent, vel
o leges, & militiam ſuam, vocarent. Ità futurum,
deinceps *Imperio* eo modo inſultare ne auſit qui-
m. Hæc dùm *Thillyus* in *Mansfeldium* meditatur,
ce!jam tùm *Chriſtianus* ille *Halberſtatenſis*, ſub *Fri-*
ico Altenburgico, Guilhelmo, Vinarienſi, Ducibus, Thu-
no, Styrumio, Iſenburgico, Comitibus, itemque *Knip-*
ſenio, aliiſque tribunis, exercitum, ad ſedecim
minum millia excurrentem, expediverat, armo-
m, machinarumq; bellicarum, apparatu ſic com-
odè inſtructum. *Thillyus* proindè, ne eadem, quæ
prà, inter *Mansfeldium*, & *Halberſtatenſem*, coque-
ur, atque in ſcenam produceretur fabula, evigi-
lum eſſe, prudenter judicavit. Qua de re *VII. Cal.*
ij è *VVetteravia* eduxit, copiaſque apud *Hirsfel-*
n recenſuit.

Obtulerat *Cæſar* factorum indemnitatẽ, ac ve-niam, *Halberſtat. nſi*. Sed inſuperhabuit ille hãc gratiam. Cùm igitur *Saxoniæ inferiores Principes* bonam partem hoc agerent, ut *Cæſari Halberſtatenſem* conciliarent, ſimulq; huic ulteriorẽ expeditionẽ diſſuaderent, à *Cæſare* corrogarunt, ne *Thillyus* in *Gueſtphaliam* uſque educeret. Qua de re *Cæſar* in mandatis dedit *Thillyo*, cautiùs ageret cum exercitu, lentiſq; itineribus in *Chattos, Chaſvarioſque*, uſq; ad *Viſurgis* confluentem, promoveret, neq; quamcunq; partium læderet, donec, quò *Halberſtatenſis* conatus evaderent, foret luculentum. Quodſi maxime, ille monitis reliquorum *Principum* locum nullum relinquens, novas res, eaſq; ſeriò, agere, & fors ꝑ *Thuringos, Saxoniamque ſuperiorem*, traducere tẽtet, tunc quidem pro ſua induſtria, ac, prout res poſtulare videbitur, cum illo, tanquam hoſte, experiretur.

Idem, paucis mutatis, à *Thillyo* poſtulabat *Elector Bavariæ*. Nẽpè per omnia *Cæſareo* mandato ſatisfieret. Iuxtà nihilo-minùs miſſis ad *Inferioris Saxoniæ Principes* litteris, daret operam, quò quamprimùm, quid animi eſſet *Halberſtatenſi*, penetraret. Omninò autem legiones in proximo tenendas eſſe, inculcabat. Vt, ſi res exigat, earum uſus eſſe poſſet.

IV.

Thillyus Frid. Vlrico, Duci Brunſvicenſi, minatur adventum, ſive exercitum.

EO uſque, ex mandato, ultrà *Cattos* promoverat *Thillyus*. Qui, tametſi ab *inferioris Saxoniæ Principibus*, nomine *Cæſaris*, contendiſſet, monerent illi, atq; *Halberſtatenſi* autores eſſent, hic ut oblatam à *Cæſare* gratiam ne repudiaret, ſimulàtq; copias, defenſionis ergò coactas, cum *Cæſareanis* conjungerẽt, nihilo-minùs parum, ꝙ extrà publicum foret ſaporem, indè reſponſi tulit. Intereà *Halberſtatenſis*, miſſo ad *Saxoniæ Electorem* legato, tranſitum petere, ſed oppidò repulſam ferre, cœpit. Qua illius animi intentione, jam evidenter innoteſcente, *Thillyus*, rerum ſuarum ut ſatageret, operæ pretium judicavit. Proindè, *Frid. Vlricum, Halberſtatenſis* fratrem, ſuper tranſitu, ità tùm quidem compellavit: Celare ſe nõ poſſe, inquit, ſic quidẽ *Chriſtiani* fratris actiones cõparatas eſſe, ut facilè ſibi anſam præbere poſſit, quò minùs *Frid. Vlrici Ducis* provinciam intrare prohibeatur. Si ità res ferret, & regioni huic parcere non quitus eſſet, mitteret *Dux* legatos ad limites, copiiſque *Cæſareis* ſuper cõmeatu, ne quid detrimenti hic exercitus capiat, provideret. Si ſecùs eveniat, ac regioni ſiniſtri aliquid accidat, culpam *Thillyo* ne imputaret. Hæc ille. Cui *Dux* illis ſub verbis regeſſit: Novum, atq; inſolens, ſibi quidẽ videri, ait, & *Thillyum* in *ſuperioris Saxoniæ* provincias movere, & *Chriſtianũ* fratrẽ, tanquam provocantẽ, accuſare, velle. Iam actiones fratris, ſicubi ille limites excedat, ſibi non probari. Vt, citrà conſenſum *circuli Procerum*, *Thillij* petitum admittere nequeat. Neq; ſibi ità planum eſſe, quo pacto frater laceſſere poſſit. Cũ militẽ, quietum, ac, citrà ullius offenſionẽ, intrà ſtativa contineat, tùm *Cæſareæ* indemnitatis diploma exſpectet. Si abſq; eo ſit, ut *Thillyus* ſe, nihil tale vel exſpectantẽ, vel promeritũ, adverſus promiſſiones *Cæſareas*, invadere velit, utiq; ſe in medio relinquere. Nihilo-minùs, ſicubi ſuper hac infeſtatione, & quàm fruſtrà erga *Cæſarem*, tali interveniente præmio, devotio ſua ſibi fuiſſet, quiritare adigatur, tùm demùm hæc in totius mundi oculis, ac conſpectu, futura eſſe; Vt etiam

agnatorum, inprimis *Daniæ Regis, Circuliq;* illius, auxilia implorare debeat. Eſto autem, vel *Chriſtianum* fratrem jam tùm hoſtem declaratum eſſe. Nũquid etiamnunc locus eſſet tractatibus, nũquid compoſitioni? Neq;, ſi jam vel ad executionẽ deventũ ſit, opus eſſet extraneis copiis. Qui itaq; *Imperii* leges jactat, ad eaſdẽ ſe conformaret. Parceretq; in provinciam *Brunſvicenſem* progredi, citràq; *Cæſaris* ꝑmiſſiones offendere. Niſi velit de induſtria animorum diffidentiam uſq; ad ſummum extendere gradum, *oleumq;*, quod dici ſolet, *flammis aſpergere*. Iam tùm enim invaluiſſe opinionem, tanquam *Cæſaris* decreta in dubium vocari velint. Exſpectaret ergò *Cæſaris*, ſuper indemnitate, fratris, voluntatem, unàque ejuſdem fratris acceptationem.

V.

Chriſtiani Halberſtatenſis ad Thillyum exprobratoria.

De his ubi inter *Frid. Vlricum Ducem*, & *Thillyum*, diſceptaretur, *Chriſtianus Halberſtatenſis*, ꝓ eo, quo notus erat, ingenij fervore, atq; impetu, tẽperare ſibi minimè potuit, quin litteris in *Thillyũ* iret inſequentibus: Toti uſq; adeò ſe terrarum, inquit, orbi conteſtatiſſimũ facere, an ab eo tẽporis articulo, quo quidẽ in fratris militiã cõdixerat, minùs, juxtà codicillos, ut vocãt, reverſales, ac leges, bonâ fide egiſſet, *Cæſariſq;* diploma patienter eſſet pſtolatus. Ab eo momento nihil minùs ſe feciſſe, quàm ut quẽquã offenderet. Tametſi n. è *Moguntinenſi* diœceſi, quæ propè *Viſurgim* excurrit, pecunias, antè ꝑmiſſas, exegiſſet, hoc tamen citrà vim, modumque hoſtilẽ, uſuveniſſe. Niſi fortè omnes illi cẽſus, quos quidem per *Vetteraviam, Franconiam, Sveviamq;*, corraſiſſet ipſe *Thillyus*, inq; rem militarẽ impendiſſet, hoſtiles offenſiones nuncupari poſſint. Id genus nẽpè exactiones legibus *Imperii*, quas ipſe jactat, è diametro repugnare, neq; ſic obiter excuſari quitas eſſe. Dùm itaq; fratris provinciæ minari auſus foret, neceſſum fore, ut ipſe præſciat, undè aut frater, aut ipſe, laceſſiſſet. Prout antè in *Mauritium, Heſſiæ Landgravium*, agnatum utiq; ſuum, idq; abſq; ulla data offenſa, etiam contrà *Cæſaris* promiſſa, impetũ feciſſet. Ità jam in fratrem affectum eſſe, ut, ad excidium uſq;, regiones evertere cupiat. Quid ſibi igitur ab eo exſpectandum, &, utrùm hoſtis, an amici, vultus induere eligat, ſcitu ſibi eſſe neceſſarium.

Ex adverſo, notum ipſi facere, diploma *Cæſareũ*, ſuper expiatione ſua, parùm ſibi placere poſſe; Niſi eâ formâ prodiret, quã *Rex Daniæ*, propoſuiſſet. Interim, ſi neq; fratri, neq; ſibi, parcere poſſit, *Deo* ſe eventum committere. Hac autem lege coràm toto mundo excuſandum eſſe, ſi, obſervatis gentium juribus, arma armis repellat. Neq; ſe illum eſſe, qui *Thillyum* metuat. Vt neq; de mediis, neq; auxiliis, deſperet. Eo pacto, quibus modis *Cæſaris* voluntatem, atq; intimationes, corrumpi accidat, omnib⁹ futurum evidentiſſimum. Sic enim *Imperii* hoſtes, nomine *Cæſaris*, tanquã amiculo, abuti didiciſſe, ut privatis velificentur commodis, quæcunq; acerbũ ſub jugum mittant, abſolutumq; introducant dominatum. Hactenùs *Chriſtianus*. Sed non iſtud impunè tulit *Halberſtadius*, *Thillyo* hęc ferè in verba cõtrà eunte. Nomine *Cæſaris*, inquit, quæcunque ipſe nuper in mandatis habuiſſet, de iis *Principes inferioris Saxoniæ* diverſis vicib⁹ monuiſſe. Vt nullus dubitet *Chriſtiano Duci* hæc jãpridẽ innotuiſſe. De cætero,

mirum, atq; inſolens, ſibi quidẽ videri, eum illi e
animum, ut *Cæſaris* indulgentiâ, ac gratiâ, inſuꝑ h
bita, arma tentare malit. Iàm tùm n. omnes id gen
incomõditates, qualeſcunq; tàm ipſi *Chriſtiano*, q
ꝓvinciis, ſub infortunio gementib⁹, inſtent, ſe ta
quam oculis coràm aſpicere. Nihilo-minùs non
prorsùs deſperare, quin *Daniæ Regis*, matris, agnat
rumq; cæterorum, dehortatorias non aliquo ſa
loco foret habiturus. Sibi certè longè exoptat
accidere, ubi exercitum abſtinere, & inſontib⁹ ſu
ditis parcere, debeat, quã ſi armis porrò experiri
neatur. De eo, ꝙ arguat, ſe militẽ, ac copias, ꝑ ex
ctiones hactenùs alere, ità eſſe, ut humaniſſimè
ret. Neq; hunc hactenùs morẽ fuiſſe ſuum, neq;
ſtis mediis opus habuiſſe. Vt & illud procul abſit, e
traneis hãc expeditionẽ niti legionibus. Milite
pè ſe uti conſueviſſe *Cæſareo, Chriſtiano*, eoq; ſub
quila Auſtriaca nato, factoque. Quarum antehâc a
versùs *Turcos* gentium uſus fuiſſet probatus, & m
tiplex. Neq; ſuam militiam iſtam quidẽ eſſe, quæ
fraudẽ *Imperii* legum excurrat. Eò nimirùm hu
ſui exercitus robur ſpectare, quò *Cæſari* dignitas
ſtabiliri, hoſtes *Imperii* exterminari, ex adverſo p
quies, ac cõcordia, reproduci ſuſtineãt. Deniq;
dùm illi, quàm tanto cum exercitu, abſq; regio
incommodis, progredi minimè opportunum
incognitum eſſe. Hûc-uſque *Thillyus*.

VI.

Thillyus ab Infer. Saxoniæ circulo petit, ut u
ſecũ in Chriſtianum Halberſtatenſem duca

Scitè à veterib⁹ illis hiſtoriarum ſcriptorib⁹ t
ditum eſſe, accepimus, belli morẽ iſtum quid
ab antiquo obtinere, priùs ut partes utrinq; litte
diſceptent, deinceps verò à *verbis*, ut ajunt, *ad pr*
& verbera, deveniãt. Idẽ hoc loco inter *Halberſtad*
& *Thillyũ*, uſu venit. Qui, cùm ſimultatẽ illã, lite
que, citrà armorum definitionẽ, non viderẽtur
cocturi, ſucceſſivè comiſſis denuò exercitib⁹ de
ſumã experiri cœpêre. Itaq; *Thillyus*, non ſibi oſci
ter agendum, aut ꝓcraſtinãdum, eſſe, ratus, denu
ꝓ rei cõplemento, ac velut ſuperpondij loco, ad
fer. Saxoniæ Principes dedit. Nẽpè antehâc, inquit, n
mine *Cæſaris*, (cujus utiq; obedientiam bona fi
profiterentur) illis ſe autorẽ fuiſſe, copias ſuas il
cum his *Cæſareanis* conjungerent, iiſdemque uni
contrà quoſvis *Imperii* hoſtes, ac turbatores, ute
tur. Tùm *Chriſtiani Ducis* militiam ſibi ſuſpectã
iſſe. Præſertim, ꝙ oblatam *Cæſaris* gratiam parti
ſtudio extrahere, partim, aliud velut agendo, rep
diare, videretur. Et tùm quoq; *Circuli Principes* ej
velut protectionẽ iniiſſe, donec hãs ad vires ille
ſet intereà provectus, ut jam integrum, cumq; n
meroſum, apparatuq; tormentorum bellicorum
reliquiſq; ad uſum neceſſariis, abundè inſtructu
exercitum, educere potens ſit. Iam-pridẽ ſe qui
in mandatis habuiſſe, in *Halberſtadiũ* animadvert
re. Id ꝙ ab initiis fructuoſiùs potuiſſet exequi. S
itentidem *Principes* excepiſſe, *Thillyus Circuli* provi
ciis parceret, neq; gravius quid decerneret. *Chriſti*
ni illas eſſe partes, ut *Cæſari* ſit recõciliandus, tũ ſua
illam militiam, defẽſionis ergò, auſpicatam, ſequ
tur. Se ſe in eo occupari, ut alium ergà *Cæſarẽ*, ob
dientemque, animum illi perſuadeant. Niſi h
citiùs ematurari queat, *Thillyus* duntaxat dia
tam *Lüneburgicam* exſpectaret. Illic enim ha
quæſtionem decidendam eſſe. Ac quieviſſe

hact

aƈtenùs,idq; è ſingulari,ac ſupinâ, *Cæſaris* illa, toum per orbem cognitiſſimâ,indulgentiâ,ne quicuam offenſionis allegare ſufficerent.Iam luculenum tẽporis intervallum eſſe elapſum,diætam *Prinrum* unam,atq;alteram, coiiſſe, & tamen *Chriſtiaum Ducem* antiquũ obtinere.Vt jam ſufficientibus l bellum producendum, copiis inſtructus videaur.Proindè, cùm ulteriùs neque hæc res,periculi ena,procraſtinationem ferat, ultimamq; *Princim* ſententiam tandẽ exſpectet,pro fide,atq; obeentia,ergà *Cæſarem* debita,illos eſſe facturos, ſicbi,rupta omni morâ,ſuum exercitum cum *Cæſaanis* conjungant,*Chriſtianum*,ad obedientiã, *Cæri* præſtandam adigant,*Imperii,patriæ,paciſq;* comunis turbatores eliminent,omniaq; quæ tã *Impei*, quàm propriarum provinciarum, commodis :dificentur,ſedulò procurent.Tantam enim pacis le nobilitatem, ut meritò ejus reſpectus quibuſmq; cæteris conſiderationibus anteferri debeat. iper eà apud *Bruxellas* deliberari. Vt etiam nova :nès *Mœno Francofurtum*, ſuper pacis redintegraone,diæta aperiatur. Humanitatem quapropter, opriæq; ſalutis curam,ipſaſmet,flagitare, ejus tã ppidò neceſſarii,tàm nobiliſſimi,bonà ſaluberria haberetur ratio.Niſi fortè igitur hæc paręnetii,integerrimo cordis ex affectu profecta, ultimò cũ inveniat,diutiùs neq;mãdari limites ſeſe ocioextrahere,nedùm copias ſuas, in proletariorum adiq; interitum,eo locorum ſubſiſtentes,quò miùs progrediantur,cohibere,poſſe.

VII.

opiæ tàm Halberſtatenſis,quàm Thillii, jubentur ex inferiori Saxonia emigrare.

Ametſi ergò *Cæſar* ad *Thillyum* diploma, quo *Halberſtatenſis*,unà cum omnibus non tantũ familiaribus,ſed tribunis,& gregariis, univerſis, ac ngulis, foret expiandus, deſtinâſſet, nihilo-miùs, quòd in eo illi, qui ſub hæreditariis *Cæſaris* rovinciis oriundi, eſſent, non quidem ad mor:m, ſed patriæ exilium, damnarentur, cæteris veò hac conditione totalis fieret omnis reatus imunitas, ſicubi intrà octiduum, hanc gratiam amlectentes,ab armis diſcederent,his,aliiſque, neio quibus,de cauſis irritatus *Halberſtadius*, *Cæſaris* lam humanitatem,atque indulgentiam, prorſus :pudiare cœpit. Qua re intellectâ, *Thillyus* caſtra lteriùs ad *Viſurgis* fontes promovit, aliquot oppiis poſt ſe apud *Cattos inferiores*,ſive *Chaſvarios*,præ dio communitis. *Dux Saxo Lavvenburgicus,Chiliara Thillyanus*,cùm poſt principia legionem eduxiſet loco,hoſtibus opportuno, ab *Halberſtadiis* cirumventus, cinctuſque, pugnæ, hoſtiliſque colliſionis prima initia præbuit. Quòd autem multituini reſiſtere haud ſufficeret, relictis centum, & uadraginta,impedimentis, manubiis,ac prædis, inguibus onuſtis,cum paucis,dilapſus eſt.Iſtis iniis veluti ſuperbientes, ut fit plerumque, *Halberadiani*,de totius victoria,ac rei ſumma, videbãtur bi teneriùs blandiri.*Thillÿ* verò ſic animus, velut nſis cote,acrior reddebatur. Qui,poſtquàm in fiitimis ad *Viſurgim* partibus commeatus cœpiſſet eficere,magnis auſis in provinciam *Brunſvicenſem* eſcendit,locíſq; aliquot opportunis interceptis, edẽ fixit,*Halberſtadianis Göttingam* verſus declinãbus.Quæ ſicubi jã utrinq; mutuæ velitares intervenissent pugnæ,ut jã acies ſibi manifeſtè adverſarentur, ecce tùm apud *Lüneburgum* diætã celebrabant,*infer. Saxoniæ Principes*,*Cæſar* ergò, miſſis eò legatis, *Proceribus circuli* intimari juſſit, aut *Halberſtadius*,acceptatâ *Cæſaris* indẽnitate, copias præſtò exautoraret,aut è *circuli* provinciis emigraret.Idẽ faceret ſuo cũ exercitu *Thillyus*.Itaq;legati *Cæſarei* hoc *Thillyo* injunxerunt.*Principes* verò *Halberſtatenſi* hæc in verba intimari fecerunt:Siquidem *Cæſaris* gratiã amplecti nollet,emigraret cum exercitu. Niſi hoc uterq; operam daturus eſſet,tũ ſeſe de remediis deliberaturos,quibus id effici quitũ eſſet.Id quod ægrè tùm evenit *Halberſtadiis*.

VIII.

Halberſtatenſis, ob injunctam emigrationem, circuli Principes incuſat.

Velut olim priſci illi ſive barbari,ſive *Romani*, è clamore pugnantiũ,quẽ vocãt *barritum*, ſuper victoriæ,aut pugnæ,eventu, cõjecturabant,ità ꝓpemodũ hic dixiſſes,clamorẽ,id eſt, animorũ præſentiam,ſive lætitiam,ob emigrandi edictum, non fuiſſe eandẽ *Halberſtadianorum*,& *Cæſareanorum*.Vix enim,ſuper hac ejectione,*Thillyum*, cum triariis,ac veteranis illis legionib⁹, conqueſtũ eſſe:ſicut quidẽ,*Halberſtatenſem* conqueſtũ eſſe,innotuit. Qui,cũ *inter ſacrum* penè, *ac ſaxum*,ut ajunt,conſtitutus,ex hac ſocios *Principes*,ex illa parte *Thillyum*, metueret, magnis itineribus trans pontem *Hamelanũ* in ditionẽ *Lippiacam* copias produxit. Antequã igitur vaſa conclamaret, ſequentib⁹ verbis hanc præproperã profectionem illis velut exprobrare cœpit:Nempè inquit,ſe,dùm fratris militiæ eſſet præfectus, nihil ſpectâſſe aliud,niſi ut ſe, cæteraq;,in ſecuritate poneret,adeóque indulgentiã *Cæſaris* amplecteretur. Interim quoſdã è *Principibus* cũ *Thillyo* clã palã colluſiſſe.Eumq; ſibi,ſuiſq; copiis, ità quidem imminuiſſe,ut diutiùs ſibi à colliſione tẽperare ne potuerit quidẽ.Iam,cũ eò adactus eſſet,ut exercitũ educere cogatur,*Deo*,& fortunæ, eventum ſe cõmittere.Potiùs autẽ feciſſent *Principes*,ſi, quib⁹ verſentur ſub periculis,cautiùs,ad animum admitterent, diligentiùſq;,quo pacto *Thillyanæ* potẽtiæ occurrant, expenderent.Iactã eſſe aleam.Et,dùm ſe armis exuere cupiãt,*Pontificiis* gladium, etiã in ſuas poſtmodùm ditiones acuendum,ſubminiſtrare. Viderint igitur ipſi,cur auxiliis ſe deſtituiſſent. Tanquã deinceps,ſe ejecto,ſecuri eſſe,queant, ità quidem rẽ agi.Sed minùs rectè facere.Cùm eâ ratione è periculis emergere non liceat,ut graviori lapſu ſeſe dẽt præcipites.Hæc tùm,ſub diſceſſum ille.

IX.

Chriſtianus Halberſtadius altera vice à Thillyo cæditur.

Rectè,& graviter,pronunciatum eſt à *Vegetio*,fiduciã,metumq;,militum, mox pugnaturorũ, è vultu,verbis,inceſſu,moribuſq;,innoteſcere, adeóque pugnam,ubi exercitati bellatores dimicare metuunt,differendã eſſe. Idem hìc ferè dixiſſes. Tàm fervidi enim bellatoris generoſos ſpiritus, præſertim ſub milite tyrone, & novitio, hìc velut cecidiſſe videri poterant,ubi pręter exſpectationẽ, è patria ejiceretur, & quidem properè, hoſte in eum tanquam more accipitris in columbas, oculos conjiciente.

Cùm

Cùm ergò *Halberſtadius* præcipitatis, ac cõtinuis, itineribus per *Lippiæ* dynaſtiam educeret, ut jam jã hæc citata profectio fugæ ſimilis videri poſſet, *Thillyo* certa ſpes victoriæ naſci cœpit, modò hoſtes inſequi, atque adoriri, quitus, eſſet. Neq; ſpes hæc illum fefellit. Itaque, per *Hüxariæ* pontem traducto trans *Viſurgim* exercitu, per diœceſin *Padebornenſem* magnis itineribus promovit. *Halberſtadius* verò, ubi in itinere præſidium *Croatarum*, oppidum quoddã languidiùs cuſtodientium, oppreſſit, *XV. Cal. Auguſti*, in ditionem *Oſnabruccenſem* pervenit, ibiq; triduum reficiendis corporibus inſumpſit. Profuit hæc mora *Thillyo*. Qui, majoris etiam ſecuritatis ergò, *Anholtinum*, ſua cum manu, ſibi adjunxit. Hoc ubi nunciatum eſſet, *Halberſtadius* per *Monaſterienſes* perrexit, pontibus fluminum poſt terga reciſis.

VII. Cal. Auguſti, primores *Thillyani* in *Halberſtatẽſis* poſtliminares inciderunt, præliis uſq; in veſperã plenam extractis, undè utrinque benè multi ceciderunt. Tametſi ergò noctu moveret *Halberſtadius*, *Thillyus*, curatis priùs cibo corporibus, diu, noctuq; inſequi perrexit. Tandẽ ambo exercitus ſeſe mutuò contingunt, præliis velitaribus initia pugnæ denuò facientibus. Attigerat *Halberſtadius* oppidũ. E quo, acie in proximo diſpoſita, tormentis bellicis in *Thillyanos* experiri cœpit. Itidẽ *Thillyus* hoc loco inſtruebat aciem. Interim ponè oppidũ cohortes *Halberſtadiæ* loco opportuno movebant. In has invecti *Thillyani* maſculè ad tẽpus rejecti ſunt, donec legionib' *Cæſareis*, cum numero ingruentibus, *Halberſtadii* cedere ſunt coacti. Invenerunt ergò *Thillyani* paulò poſt, *Halberſtadios*, campo patente acie-tenùs ordines explicantes. In quos cùm primores è *Thillyanis* moverent, duabus machinarum exploſionibus illi contrà ierunt. Denuò *Thillyus* aciẽ inſtruxit, machinarumq; tonitrubus hoſtes ſalutavit. Cui illi paria fecerunt. Secundùm hæc, *Halberſtadii* denuò cedentes, locum, magis opportunum, cujus cuſtodia *Kniphauſenio* antè fuerat demandata, elegerunt, ibidemq; denuò aciem formârunt. Et hîc tandem ad pugnam, manuſq; ventum eſt. *Thillyani* enim, juxtà crebra machinarum fulmina, furioſis in *Halberſtadios* aſſultibus provecti, quibus uſus machinarum ſuarum nullus erat, ordines perruperunt, tyronibus *Halberſtadiis*, maximè pedeſtribus, neq; machinarũ vim, nedùm veteranorum impreſſiones, ferre ſuſtinentibus. Itaq;, laxatis ordinibus, *Halberſtadii*, ſemel in fugam effuſi, tribunorum neq; minis, nedũ blandimentis, reſtitui potuêre. Vidiſſes igitur campos cædibus, & ſanguine, undantes, *Croatis* potiſſimùm falcatis illis enſibus ſine diſcrimine laniãtibus. Qua ſanguinis prolixâ effuſione indelectatus *Thillyus* receptui canere, atq; ulteriori à cruore manus abſtinere, juſſit. Sic multis cæſis plurimi capti ſunt. Equibus *Guilhelmus, Dux, Vinarienſis, Fridericus, Dux Altẽburgicus, Iſenburgicus, Rheingrafius, VVitgenſtenius, Schlickius, Comites*, unà cum *tribunis*, atq; *officialibus*, non paucis, numerabantur. *Thurrianus Comes*, haud perfunctoriè vulneratus, ſecundùm *Chriſtianum Halberſtatenſem*, evaſerat. Ità, ſicut tùm ferebatur, ex *Halberſtadiis* quatuor millia vulnerari, ac cædi, aliquot verò millia capi, accidit, impedimentis, machinis, pulvere pyrio, reliquoq; armorum apparatu, unà cum vexillis ſeptuagintà, novemq; ſignis equeſtribus, porrò in poteſtatem *Thillyanorum* venientibus: Vix decupla ex his parte occumpente.

DECLARATIO LITERARV
ÆRI INCISARVM.

Pugnæ ad Statlonam in VVeſtphalia inter Ch
ſtianum Ducem Brunſuicenſem, & Comitẽ T
lium, ſummum exercitus Cæſariani Imperatore
commiſſi repræſentatio, in qua, altero poſt die,
erat 6. Auguſti Anno 1623. Brunſuicenſes o-
mninò in fugam acti ſunt.

- A. *Primus Tranſitus.*
- B. *Tyllianus, ſive Cæſarianus Tyllii exercitus.*
- C. *Acris partium Concurſus.*
- D. *Brunſuicenſis Caſtra.*
- E. *Tilliana.*
- F. *Altera Brunſuicenſium Caſtra.*
- G. *Secundus Tranſitus.*
- H. *Tertius Tranſitus.*
- I. K. *Pugnæ velitares.*
- L. *Quartus tranſitus, ad quem cruentè pugnatum.*
- M. *Quintus Tranſitus, qui per Brunſuicenſes defẽdebat*
- N. *Currus à Brunſuicenſibus relicti.*
- O. *Velitationes.*
- P. *Sextus Tranſitus.*
- Q. *Nobilis cujuſdam Domus ſeu ſedes.*
- R. *Septimus Tranſitus.*
- S. *Octavus.*
- T. *Vltima eaque primaria acies.*
- V. *Brunſuicenſes Copiæ.*
- X. *Eorundem machinæ.*
- Y. *Impedimenta.*
- Z. *Tillianæ machinæ.*
- † *Legiones Cæſareo-Tillianæ.*

X.

Kniphauſenius, capitis damnatus, abſolvitur

PRæeunte ſuorum clade iſta, *Halberſtatenſis,*
Batavos dilapſus, dimidiũ circiter ſuorũ num
rum recenſuit. E quibus *Batavi*, facto delectu;
millia, ſub *Chriſtiani* auſpiciis, adjunxerunt ſuis,
liquis dimiſſis. *Chriſtianus*, hoſtibus fataliter iraſc
iræ furorẽ in *Kniphauſenium* convertit. Solertem
eſſe iracundiã ad fingendas cauſas, memorabili,
truculento, *Piſonis* exẽplo olim, vel à *Seneca* prodi
eſt. Pariter in *Kniphauſeniũ* bacchabatur *Chriſtian*
Eum eſſe, qui locum opportunum, cuſtodiæ d
mandatũ, inſuper habuiſſet, eum eſſe, qui cladis a
tor, & fons, eſſet, cauſatus. Cùmq; iracundia hãc l
bẽ alat, ut regi non velit, ecce! hic illum in vincu
conjecit, damnatumq; mori juſſit. Auditâ mor
ſententia, damnatus, operâ amicorũ, illud obtinu
ut ſuppliciũ biduũ, triduumq;, extraheretur. Q
ſpatio interpoſito, *Frid. Henricus Vranius* ad *Chriſtia*
excurrens, hoc cõtendebat, ut, antequã damnat
lueret, rectiùs cauſa inſpiceretur. Quâ diligenti
inſpectâ, patuit, fruſtrà accuſari dãnatum, eumqu
indemnẽ eſſe. Sic, qui ad ſuppliciũ ducẽdus videb
tur, vinculis exſolvitur, *Chriſtiano* cũ eo in gratia
revertente, ac rurſus legiones, atq; arma, tradent
Gravis non minùs, quã elegans, inculcante *D. Am*
broſio, eſt *Theodoſii Imp* lex, ſicut allegavit *P. Diaconu*
nẽpè, ut reus, tametſi damnatus, nõ ſubeat pœn
priuſquã trigintà ordine dies, eſsẽt elapſi. Illo enin
ſpatio cognoſci, juſta, an injuſta, fuerit ſententi
quàm proferri accidit. Idem certè hîc uſuveniſſe
quis non videt? Vt enim mora iræ furorem remit
tit, ità præproperè damnatis non ſemel profuiſ
comperta eſt.

D

RPJCB

Aigentliche DELINEATION Des Treffens zwiſchen Herzog



Welches zwen tag gewehret vnd durch VIII. Päß geſchlagẽ, Entlich bei Stadtl



Deſignation der Ziffer. A. Der Erſte Paß. B. Tilliſche Armee. C. Starcker Scharmü
G. der Zweite Paß. H. der drite Paß. I.K. Scharmützel. L. der Vierte Paß; und Starck
O. Scharmützel. P. der ſechste Paß. Q. ein Adelich hauſe. R. der ſibende Paß,
X. Braunſchw: Stuck. Y. Braunſchw: Bagage. Z. Tilliſche Stuck. I

ſtian von Braunſchweig vnd GENERAL TILLY, Jm Stifft Münſter,



aunſchw: den VI. Auguſti 1623. gantz in die flucht gebracht worden.



raunſchweigiſche Läger. E. Tilliſche Läger. F. Braunſchweigiſch ander Läger.
M. der fünffte Paß von Braunſchw: beſetzt. N. Wagen ſo die Braunſchw: ſtehn laßen.
Paß. T. daſ ledſte vnd haupt treffen. V. Braunſchw: Armee.
Armee.

RPJC

C A P. III.

)e Ligariani exercitus progreſſu, & Manſfeldii rebus.

I.

hillyus in Friſiam cogitat, Embdanamque, civitatem maritimam, tentat, ſed fruſtrà.

PArtâ tàm amplâ victoriâ, *Thillyus* por-
rò in maritima illa clauſtra, ipſamque
Friſiam, contrà *Mansfeldium* produce-
re, atque penetrare, præſumpſit, præ-
ſertim *Mansfeldio*, ob cladem prægreſ-
1, è *Meppena* civitate præſidiarios evocāte. Quod
n efficere ſtatuiſſet, *Ennonem*, *Friſiæ Comitem*,
eris priùs tentare cœpit. Exoptatam, inquit, af-
gere, ac capillatā, occaſionem, qua ille, unà cum
ditis, hactenùs diſſidentibus, in gratiam redire,
minatumq; impotentium in proximo *Batavorū*
utere, poſſit. Relatâ recèns inſigni victoria, ſe
idem cum exercitu in finibus eſſe, ut hanc pro-
ciam *Imperio* vindicare, ſubq; alas *Aquilæ Cæſareæ*
ucere, liceat. Harmoniâ regionis, verſùſq; ma-
tratum ſubditorum reconciliatione, nihil ele-
ntius eſſe, ſalutarius nihil. Non negligeret igitur
c præſentem opportunitatem, non ſecùs atque
elis in gremium ſuum illabentem. Hoc inprimis
cè ageret, &, quibus modis, mediiſque, præſente
ſaris exercitu in rem ſuam uti frui ſuſtineat, et-
, atque etiam, provideret.
Sed cum *Ennone Friſiæ Comite*, ſic quidem compa-
um erat, ut, tametſi valdè cuperet, propoſitū, co-
uſq;, *Thillij* adjuvare parum poſſet. Itaque toti-
n penè verbis ad *Spinolam* dedit *Thillyus*. Veniſſe
t cladem *Chriſtiano Brunſvicenſi* recèns in itineri-
illatam, eò uſque ad *Friſiæ* fines, eo propoſito,
Mansfeldium illis è maritimis clauſtris eijciat. Si i-
ue placeat *Cæſarianis Hiſpanicas* adjungere co-
s, dubio procul ſcopum ad præſpeculatum eò
iliùs poſſe perveniri. Hanc enim illam eſſe lucu-
tam occaſionem, quâ pacem *Imperio* reducere,
teſq; rebellantes omninò exterminare ſit pro-
e. Neque ſedulitas hic *Thillij* elanguit, aut ſub-
it. Qui, ut *Embdam*, civitatem maritimam, por-
ue celebrem, intercipere quitus eſſet, ad S. *P.Q.*
bdanum porrò dedit: nempè adeſſe ſe cum exer-
1, illos omni ope defenſurum. Nihil igitur face-
t vires, minaſq;, *Mansfeldii* illius proſcripti. In eū
m ſe vindicare paratum eſſe. Sed *Embdani*, hoc
llij inſtitū nimis calidum, ſuiſq; rebus inoppor-
um, arbitrati, rem omnem per indices ad *Batavos*
ulerunt. Qui, re intellectâ, ſub *Erneſto-Caſimiro*
ſovico, naves aliquammultas, militibus, omniſq;
eris apparatu, onuſtas, itemq; viginti octo ma-
nas bellicas, ad *Mansfeldium* ſpectantes, confir-
ndæ ejus, ac communiendæ, civitatis igitur, in-
miſerunt? Quem cùm velut bolum ſibi è fauci-
eripi, *Mansfeldium* verò intrò in receptus nèpè
iſſimos, undiſque circumfluos, confugiſſe, *Thil-*
notâſſet ſibi, retrò vela dedit, inque diœceſin
enburgicam copias traduxit.
Intereà, *Daniæ Rex*, cum *Principibus* illius *circuli*,
oppida, ad *Viſurgim* ob trajectum opportuna, præſidiis firmavit. *Batavi* verò ſex millia *Halberſtadiorum* è clade nupera ſuperſtitum, rurſus dimittentes, ſub *Hermanno Ottone Styrumio, Comite*, trāſmiſerunt *Māſfeldio*, ſtipendiis pro ratione temporis illis antè perſolutis. Nunc ad alia, & quidem tragœdiam, dictu, audituque fœdam, non abſque mentis hujus concuſſione, progredior.

II.

Carpezanus, tribunus Mansfeldicus, uxorem, adulterii inſimulatam, oppidò, reciſa per carnificem, cervice, obtruncat.

ILlam, prout eſt crudelitatis novæ, atq; horrendę, plena, antequam referam, non poſſum me abſtinere, quin paulò altiùs, & quidem ex ipſa antiquitate, in hoc genus tragœdiæ inquiram. Dùm vix par exemplum invenio. Itaque paucis verbis, extrà ordinem, mihi præfandum video. Magni autem animi eſſe, injurias contemnere, à *Seneca* olim, parthenio illo, & moralis philoſophiæ magiſtro, proditum eſt. Vt etiam illatas (injurias) ulſciſci, & referre, nihil ſit aliud, quàm malo malum cumulare, & compenſare. Hoc ipſum enim malum iſti eſſe ſimile, tùm eum, qui ſemel injuriâ eſt affectus, ſi rurſus injuriam compenſet, referatque, neceſſariò ab uno tranſire ad aliud, atq; ita injuriam ſemper excipere injuriam, inculcavit, inter cæteros, *Max. Tyrius*. Pręſtat igitur, de ſententia optimi commatis *Philoſophorum*, quod *Q. Metellus Numidicus* inquit apud *A. Gellium*, probos faciliùs injuriam accipere, quàm tradere. Id quod ad animos admittentes maximi olim nominis viri, tantùm non ad externas hominū malevolentium injurias patienter ſeſe gerere, immò etiam uxorum, domi, foriſq;, incontinentium libidines clancularias, atque id genus injurias haud infimas, moderatè ferre, conſultius elegerunt. De *Socrate*, philoſophiæ gentilis parente, notiſſimum eſt, quo pacto hic uxoris *Xantippes*, ad exemplum contentioſæ, ac maledicæ, ludibria ſapienter, ac forti animo, pertulerit. Vt vel indè, *Oraculi* teſtimonio, mortalium ſapientiſſimus prædicari cœperit. Sed in abominandis inſuper vitiis, atq; adulteriis, *Fauſtinæ* conjugi, *M. Aurelium Imp.* pium, & ſapientem, *Philoſophum*, diſſimulando ignoviſſe, litteris traditur. De *Philoſophis* hæc nota ſunt, inquis? Sed, neque fortiſſimos, inquam, clariſſimoſq; illos, & ſumma rerum potentia ubivis penè terrarum florentiſſimos, *Romanos Imperatores*, illicò ad verbera, ſecures, ac carnifices, deveniſſe, ſi fortè uxorem domi adulteram intellexiſſent, accepimus. Nemo enim *Pompeium*, uxori *Martiæ*, adulteræ, manus, aut vim intuliſſe, nemo *Cæſarem Iulium*, in *Pompeiam*, quæ maritalem ſanctitudinem ſtupro *Clodii* ſenatoris violaverat, animadvertiſſe, coarguet. Sic *Lucullus*, vir utique maximus, *Serviliæ* ſuæ impudicos amores, ſic *M. Tullius Conſularis*, *Terentiæ* improbitatem, ac libidinationem, tuliſſe, perhibentur. De *Auguſto Octavio*, *Imperatorum* ſplendidiſſimo, annotatū eſt, injuriarum illū tolerantiſſimū, inter cætera, adulteros *Iuliæ* filiæ modò non haudquaquā perdidiſſe, ſed etiam dimiſſis, quò eſſent tutiores, diplomata dediſſe. Sed quid eſt, inquis, cur hæc exēplà in mediū ꝓferātur?

Hoc, hoc, inquā ego, illud eſt, ut ſciāmus non eā quidem hodieq; mentē nuper fuiſſe *Carpezano*, tribuno *Mansfeldico*. Iſte ſiquidē non tā lāguidè egit, ut uxori, ob adulteriū ſuſpectæ, ignoſceret, ut Zelotypia,

pia, atq; indignatione, excandeſcens, eam oppidò immiſſo carnifice obtruncaret. Res autẽ ordine ſic habet. Eâ ipſâ die, quâ *Chriſtianus Halberſtadius* alterâ vice à *Thillyo* cæſus, victuſque, eſt, accidit, ut per *Friſiam Mansfeldius tribunos*, atque inter eos *Principes*, ſub ſe militantes, convivio exciperet. Qui poſteaquàm ſe ſe epulis, poculiſque, liberaliùs invitâſſent, ſuper menſam, quidam primorum joco-ſerio in *Carpezanum tribunum* intuens, tanquam uxor ejus, cùm viro *Principe*, ibi tùm præſente, conſueſceret, effutivit. *Carpezanus*, audita rei indignitate, vehementer animo excandeſcens, uxori necem inferre jam tùm præcogitabat. Interim è corrivali illo non deſtitit interrogare, an ità ſeſe res haberet? Quò ridenti vultu, illam modò non ſuo, ſed etiam inferioris conditionis hominum, contubernio uti, affirmante, ad furorem uſque *Carpezani* animus exaſperatus eſt. Itaque, ab extrema parte verbi, de ſympoſio conſurgens, in alterum conclave, in quo matronæ convivebant, proceſſit, uxorem hortatus, ſarcinculas colligeret, ſecumque *Lemminganum*, ubi ſtativa habebat, pergeret. Illa, nihil ſiniſtri ſuſpicata, rebus convaſatis, unà cum marito, ſub veſperam domum proficiſcitur. Quid fit? Simulátque Zelotypus ad ſuos rediiſſet, accerſito ilicet ſacerdoti, quàm uxor ſibi eſſet meretrix, atque adultera; utque obtruncari, ac libidinationis pœnas dare deberet, exponit. Iret, igitur ſacerdos, & hanc neceſſitatem, utque, ſub pœnitentiæ emendatione, promptè mori poſſit, illi inculcaret. Nec mora, legionis ſuæ carnificem adeſſe imperat. Quò adveniente, remque ſeriò agi, cõſpiciente matronâ, ilicet omnes in preces, non abſque ingenti conſternatione, illa deſcendens, atque in genua procidens, mariti fidem ac conjugialis illius fœderis memoriam, vitæ ut ſaltem parceret ſuæ, flebilibus verbis imploravit. Adjectâ etiam hac triſti conditione: Modò tribunus vitam ipſi condonaret, è veſtigio procul, atque ultimas uſque in oras abituram, undè neque nominis ſui fama ad illum emanare ſuſtineat. Atque ſic ſatis, inſtar mortuæ, futuram, eſſe. Sed *Carpezani* animum, ira, atque indignatione, vehementer inflammatum, ſcopuloque duriorem, neque preces, neque lacrymæ, tùm inflectere, poterant. Carnifex ipſe, tàm triſte, ac flebile, officium, & quidem in tribuni ſui conjuge propria, executurus, ad tanti ſceleris mentionem, tantùm non expavit. Mallet ergò facinori huic tragico manus ſubducere, ſeq; ſi liceat, fugâ extricare. Sed, furore, ac rabię plenus *Carpezanus*, notato feralis miniſtri pallore, mortiferum carnificis è manibus gladium corripit, nudataque procumbentis cervice, tanquam ipſe pro marito lanius, ac carnifex, hanc tragœdiam implere vellet, jam jam capitis amputationem uxori minabatur. Quo viſo tribuni furore, carnificem timor ſubire cœpit, ne fortè impetus in ſe quoque fieret. Requiſito igitur, receptoque, gladio, ſicut juſſus erat, cervicem matronæ recidit. Hac impletâ tragœdiâ, tribunus decollatæ uxoris truncum illis, quibus induta erat, veſtibus obvolutum, feretro, huic ad uſum præproperè parato, condi, humarique, juſſit. Atque hunc vitæ finem habuit matrona, poſteaquàm cum marito, annos aliquammultos conjugata, ac quinque liberorum mater facta, fuiſſet.

E vetuſta quidem *M. Catonis, de dote oratione*,
notuit, priſcos, ac veteres, illos barbaroſque,
manos, uxores, in adulterio deprehenſas, ſine j
cio impunè necâſſe. Cùm ex adverſo fœmina,
ritum adulterantem, etiam digito contingere
auſit quidem, aut jure queat. Sed vix liquet,
manis, licet oppidò potentiſſimis, fuiſſe, qui
rem, in adulterio fortè deprehenſam, multò m
vel ſaltèm ſuſpectam, illicò necâſſet. Præter e
qui maritam, eo, quòd vinum bibiſſet, occ
Neque ad eam crudelitatem acceſſiſſe *Germanos*
ſcos, tametſi barbaros, docet *C. Tacitus*. Apud
enim adultera, accifis crinibus domo eiici
tur, perque omnem vicum agebatur verbere.
mulus etiam, urbis conditor, ſic inſtituerat, ut
marito convinceretur apud propinquos, nec
rioſque, domoque exterminata, dote pri
tur.

De *Tito Veſpaſiano*, nondùm *Imperatore*, &, â
quàm ad illos laudatos humanitatis amabiliſ
mores, quos ſeriuſculè ſuſcepit, perveniret, r
P. Diaconus, eum *Cæcinam Conſularem* quidem, c
adhibitum, vixdùm triclinio egreſſum, ob ſ
cionem ſtupratæ *Berenices*, uxoris ſuæ, jugulari
ſiſſe. Rectiùs igitur, & decentiùs, fortè hic tr
nus in corrivalem, uxoriſque profeſſum ſtu
torem, arma, & gladium, convertiſſet: mœch
que id ultimis precibus flagitantem, dimiſiſſe
pud *C. Tacitum*, vel *Nero*, tyrannorum impoten
mus, id genus ſcelera ſcribitur juſſiſſe; non
ctâſſe. Quantò crudelior *Nerone* ipſo vel hic
pezanus dicendus venit, qui cædem, & quidem
teà tenerrimè dilectæ, uxoris modò non juſſit
ſpectavit, ſed carnifici obſtupeſcenti, ac conf
fatalem eripuit gladium, ſed necem miſeræ,
pto in manus triſti, atque horrido, acinace,
met parricidali, dexterâ, intentavit. Quid au
vel honoris, vel præmii, ab hac uxoris carnifi
retulit? Illud, inquam, facti atrocitate conſ
tus eſt, ut omnium poſteà hominum in oculis
crandus increparetur, diriſque devoveretur,
cunque de laniena ejus intellexiſſent. Qui cù
Batavos fortè veniſſet, tanta publicè circà eum
fluxit fœminarum, puerorumque, turba, ut
rùm abeſſet, quin lapidibus aut obrueretur,
manibus diſcerperetur.

III.

Mansfeldius regreſſum in Monaſterie
tentat.

SEd, ab abominando id genus uxoricidio, red
inus in viam. Ergò, inquam, *Friſiæ* provinc
ob continuas exactiones, & depopulationes,
ctabat ad incitas. *Mansfeldius* ut legiones, defici
te cenſu, vix continere poſſet, gregariis hinc
dilabentibus. Ne igitur res ipſius detriment
acciperet, in naves *Batavas*, fortè obvias auri,
gentique, maſſas, à ſe conflatas, cæteraſque p
das, importari curavit; cum legionibus inte
pactus, legatos è *Galliis*, *Sabaudia*, ac *Venetis*,
eſſe cum pecuniis, qui opem, ac miniſterium, e
implorarent. Hoc modo futurum eſſe, brevi
novis ſtipendiis potiantur. Interim *Enno*, *Friſia*
mes, res alias egit. Hic enim apud *Emdam civita*

Mansfeldij intercipere,atque ſub inventario de-
nere,cœpit. Torſit hoc ſuprà,quàm dici poteſt,
nsfeldium. Quem cùm *Embdani* extrà regionem
ppellere cogitarent, beneficio navium militari-
,annonam,atque commeatum ; intercludere
orâbant. Sed *Batavorum* interceſſit autoritas,in-
partes ſic tranſigentium,nempè provincia *Mãſ-
lio* tercentena florenorum millia penderet, qui-
s acceptis *Mansfeldius* militem deduceret. Has in
nditiones tùm pedibus itum eſt. Sic,ut *Batavi* pe-
nias numerarent , *Mansfeldius* verò loca,antè in-
cepta,ac munita,illis contraderet.

Secundùm hæc,tentare regreſſum in *Monaſterie-*
cœpit. An ſub illis quoque partibus avaritiæ ſuæ
lificari ſuſtineret. Quam in rem *Limbachium* tri-
num,ſua cum legione,præmiſit,hic ut loca, pro
nſitu opportuna,expugnaret, viamq; præpara-
.Dicto paruit ille. Et *Friſoytam* apud *Monaſterien-*
civitatem,præſidio *Bavarico* firmatam,intercipe-
conatus eſt. Sed reſtiterunt illi,ut aſſultus , atque
preſſiones,aliquot maſculè rejicerent. *Mansfeldi-*
igitur,pagum proximum tenentibus,ſupervenit
vitus, tribunus *Bavaricus*. Qui collatâ manu hoſtes
cœmiterium,muro cinctum, confugientes, op-
gnavit,non paucis antè cæſis. *Ervitus* ex oppido
ros accerſivit,fimo onuſtos,quos obſeſſis oppo-
ns , tormentis in eos directis experiri propera-
.Sed *Limpachius* , intellectâ ultimâ neceſſitate ,
ſſo tympanotribâ,deditionem obtulit. Quâ ac-
ptatâ,impedimentis omnibus,quindecim vexil-
cohortibuſq;,interceptis,tribunus,cum cæteris
icialibus,in poteſtatem venit. Hoc ſucceſſu gli-
ntes *Bavari* , ſtagnis glacie incruſtatis in *Friſiam*
ruentes diverſis vicibus bonam *Mansfeldiorum*
tem fuderunt. Gregarij igitur, defectis ſtipen-
,dilabi,atq; alias in provincias militatũ excur-
,cœperũt. Ità *Mãsfeldius* aliquãmultis legionib⁹
utoratis,cũ manu ſelectiſſima in *Batavos* reduxit.

IV.

*illyus in Heſſos reducit, apud illos hybernatu-
rus.*

Is dederat ad *S.P.Q. Embdanum Thillyus*,illi *Mãſ-
feldium*,quomodocunq; poſſint,interciperent,
;,ne dilaberetur,aſſervarent diligenter. Hac via
pud *Cæſarẽ*,omneſq; *Imperii Principes* fideles,ma-
m inire gratiam,reſq; ſuas non parùm augere,
tos eſſe. Sed,quod hoc conſilium minùs ſecurũ
eri poſſet,tùm vulpes illa tàm aſtuta,quàm den-
,facilè, atq; abſq; manicis capi haud quidem ſu-
eret,maluerunt huic inſtituto ſuperſedere.

Brumâ ſic militiæ ferias,ac vacationẽ, afferente,
llyus in hyberna deducere præcogitavit,*Heſſia*,p-
ciâ ad id prævisâ, atq; electâ. Qui cùm ea de re
Mauritium Landgravium tympaniten,cum codi-
s,emiſiſſet,coactâ dietâ provinciali,conſiliariis,
;equeſtribus,repugnare non auſis,tametſi *Prin-
*refragaretur quã maximè , voti compos factus
Pars exercitus *Valdeccenſem* diœceſin, inprimis
bachiũ oppidũ,vi intercepit. Vbi cũ cives oblu-
entur , turba , quæ in armis fuit,oppreſſa eſt.
te inſuper per *Hanovicam,Iſenburgicamque*,dyna-
s,hyberna extendente.

V.

ſtadiũ,poſt oppugnationem,Hiſpanis deditur.

Æſis,ac fugatis,*Chriſtiani Halberſtatenſis* copiis,
animos *Hiſpanorum,Ligarianorumq;*,ſubiit , *Lipſtadiũ*,
tẽpore quantumvis inopportuno,expugnare. Illud
tenebat *Halberſtadius*. Sub *Ioanne* igitur, *Comite Ritt-
bergico*,manus *Hiſpanorum* coiit,autumni tempeſta-
te jam interveniente. Factâ igitur velut coronâ,le-
gionibus ordine diviſis , civitas more militari cingi
cœpit. Neq; minùs *Io. Ludovicus Hatzfeldius*, fortali-
tij gubernator, officio ſuo intrà mœnia defuit ; ut,
quid militibus,quid civibus,quid fœminarũ, pue-
rorumq;,gregibus,ſuo quibuſq; tempore, obeun-
dum eſſet,ordine,ac prudenter, deſignaret. Paulò
poſt eleganti hoc ſtratagemate hoſtibus impoſuit.
Cùm n. *Hiſpani* in civitatẽ glandes,ſulphure, pyrio-
que pulvere,infectas,à mali punici forma nomen-
claturã adeptas,ejacularentur,ignes ꝑ forum patẽ-
tes de induſtria excitari fecit. Quib⁹ viſis,*Hiſpanis* a-
nimi creverũt,libidoq; nata eſt , tanquã civitas in-
cẽdio laboraret,impreſſionib⁹ in obſeſſos experiri.
Sed ita,pręter exſpectationem,excepti ſunt,ut eorũ
cẽturiæ aliquot hanc ob audaciam deſiderarentur.

Tempeſtate pluviâ paulò poſt remittente , obſi-
dentes,inductis loricis,ac ſepimentis, tã propè ac-
ceſſerunt,ut jam ſclopetis manuariis res gereretur.
Intereà, præter *Spinolam, Corduba , Henricus, Comes
Montanus*,atq; *Anholtinus*,diverſis excubabant exer-
citibus,ſi fortè *Batavi*,ſive *Mansfeldici*,ſive *Halberſta-
dii*,in obſidentes educere vellent , eorum conatus
impedituri. Obſeſſi verò pulvere pyrio , & defen-
ſionis illis mediis,paulatim fatiſcentibus,circa *XIV.
Cal. Novemb.* emiſſo tympanite,ſuper deditione pa-
ciſci occœperũt. *Rittbergius*,quòd è litteris interce-
ptis paulò antè neceſſitatẽ obſeſſorum præcogno-
viſſet,negavit illis hanc emigrandi rationem. Qui,
cùm fortalitium expugnari,atq; cum omnibus ini-
bi contentis in poteſtatem redigi,poſſe, cõſideret,
legiones,undiquáq;,diſpoſitas, factis animoſis im-
preſſionibus,civitatis expugnationem tentare juſ-
ſit. Sed ſecùs accidit. Obſeſſi enim,ultima metuen-
tes omnia,tanta cum fortitudine,tantoq; cum ſuc-
ceſſu,oppugnantes rejecerunt,ut,deſideratis *Hiſpa-
norum* circiter ſexcentis,receptui canerent. Atque,
ſic utrinq; fatigatis animis,induciis intervenienti-
bus,obſeſſis,oblatâ,pactaq; deditione,ſub ampliſſi-
mis conditionibus,honorifica miſſio data eſt.

CAP. IV.

De Angliæ Regis, & Infantis Hiſpaniarum, ſuper rebus Palatinatus, induciis.

I.

*Francothalium à Iacobo , Angliæ Rege,deditur
Hiſpanis,in modum ſequeſtri.*

ADhũc-dùm *Rex Angliæ* in caducum in-
clinabat parietem,dùmq; *Hiſpani* armis
experiebantur, hic rem tractatibus a-
gebat. Cùm enim *Hiſpani* , in poteſtatẽ
redacto univerſo *Palatinatu* , ſolò hoc
fortalitiò potiri non poſſent,præſidiariis,civibuſq;
Belgis,uſq; ad exemplum, ſtrenuè repugnantibus ,

accidit, ut novis inter *Angliæ Regem*, & *Hiſpaniarũ Infantem*, intervenientibus tranſactionibus, ſequeſtri in modum civitas munitiſſima paulò poſt dederetur. Ejuſmodi autem, inter *Anglicanos*, & *Bruxellenſes*, legatos, ſuper articulis conventum erat. Nempè, *Francothalium* fortalitium, hactenùs à *Rege*, nomine generi, poſſeſſum, ſequeſtri loco, cederet, unà cum omni apparatu bellico, univerſiſq; ad idpertinentibus, *Iſabellæ*, *Hiſpaniarum Infanti* præeunte rerum omnium inventario, ab utriſq; partibus approbato, ſigilliſq; confirmato. Simulátq; hoc utrinq; peractum, ſtipulatumq;, foret, tribunus, officiales, omneſq; præſidiarij, intrà ſex dierum ſpatium, exirent, poſſeſſione pleniſſimâ in *Hiſpanos* trâslatâ. Hac poſſeſſione, atq; omnium rerum, ſub inventarium relatarum, uſu *Hiſpaniarum Infans*, ad menſes uſque octodecim, frueretur. Si intereà accideret *Cæſarem* cum *Palatino*, *Regis* genero, in gratiam non redire, præfatum fortalitiũ, unà cum omnibus requiſitis, in tabulas relatis, reſtitueretur *Angliæ Regi*. Ità ut *Rex* manum, è mille, & quingentis, pedeſtrium, & ducentis equeſtrium, liberrimè, ad ſex uſq; menſes, immittere poſſit, unà cum commeatu, armis, ac ſubſidiis, neceſſariis. Eo tùm tempore præſidiũ *Hiſpanicum* pacificè emigraret, omniaq; in debita forma *Anglicanis*, vigore pacti, redderet. Interim inpreſentiarum *Fortalitii* gubernator, centuriones, omneſq; gregarij, aſſumptis reculis, ſarcinuliſq; omnibus, ſubſignis erectis, funiculis ardentib⁹, pulſis claſſicis, tubarumq; clangore, per *Rom. Imperii*, ſive *Hiſpaniarum Regis*, fines educerent, ſi per continẽtem pergerent, annonâ in triduum, ſi aquis deſcẽderent, ad ſex dies ſuppeditatâ. Sed neq; ad *Cæſaris*, *Hiſpaniarumque Regis*, hoſtes deflecterent, neq; finibus, per quos tranſeunt, nocerent, ſufficienti comitatu, ac tutela, inſtructi.

His conſectaria acceſſerunt, nempè, ſi denuò cederetur *Francothalium*, liceret *Regi* cohortes, ad præſidium idoneas, ſi velit, per *Hiſpaniarum Regis* fines liberè traducere, ſubminiſtratis in tranſitu *Anglicanis* amicæ hoſpitalitatis, pro *Regis* utriuſq; neceſſitudine, officiis. Cives, incolæq;, omnes inprimis ſacerdotes, & parochi, intrà *Francothalium* ſe ſe tenentes, quicunq; illi eſſent, à præſidio *Hiſpanico* non gravarentur, citrà moleſtas exactiones ullas, juribus, privilegiis, immunitatibuſq;, olim conceſſis, inprimis *Religionis* exercitio libero, gauderent. Iuxtà etiam omnibus, & ſingulis, antehac è *Belgio* in *Palatinatum* emigrantibus, aut in *Imperatorem*, aut *Hiſpaniarũ Regem*, quicquam deſignantibus, indemnitas, daretur, liceretq; cum bonis, & fortunis, emigrare, etiã ſub ſalvo, ut vocant, conductu, & diplomatibus, quocunq; eſſet lubitum. Atq; iſti erant articuli, in quos tàm *Rex Angliæ*, quàm *Belgii* gubernatrix, nomine *Regis Hiſpaniarum*, utrinq; condixerant, hac ſuperadjectâ conditione, *Hiſpan. Rex* intrà tres menſes, à fortalitio tradito, hæc omnia proprio confirmaret chyrographo.

II.

Vlterior Angliæ Regis, cum Hiſpaniarum Infante, ſuper induciis, ſive Imperii pace ſequeſtra, tractatio.

SVperioris pactæ ſequeſtrationis leges ubi *Verdugonius*, per inferiorem *Palatinatum* gubernator *Hiſpanicus*, *S. P. Q. Francothalenſi*, ac præſidiariis, intimari curaſſet, loci gubernator, qui in omnes ev[...] tus ultimos munimentum tueri præcogitaverat, [...] infrenduit, ut, tanquam novum in orbem delat[...] eſſet, hoc, inſtar monſtri, ſibi uſuveniret. Nihil [...] minùs, ſuperveniente legato *Anglicano*, *Regis* ſui [...] dicto ſatisfacere, atq; parere, debuit. Quo cum c[...] hortibus ſecundo *Rheni* flumine deſcendente, *H*[...] *ſpanicum* præſidium intravit. Præeunte illa ſequ[...] ſtrationis tranſactione, porrò inter *Regis*, & *Infa*[...] *tis*, legatos, etiam ſuper *Imperii* pace ſequeſtra, id e[...] armiſtitio, ſic convenit. Primùm, *Rex* in induci[...] ſive armiſtitium univerſale, per *Imperium* conſen[...] tàm ſuo, quàm generi, omniumque ſociorum, n[...] mine. Vt intrà quindecim menſes ab omni offen[...] novaque ſive militis conſcriptione, ſive delectu, [...] riæ eſſent. Pari lege, ab omni hoſtili impreſſion[...] noviq; militis in *Palatinatum* immiſſione, ſe ſupe[...] ſedere velle, *Iſabella* condixit. Prætereà, durantib[...] illis induciis, neq; *Rex*, neque *gener* ejus, ullas ini[...] confœderationes, ſed illis renunciantes, omn[...] quicunque *Imperii* fines infeſtent, pro ejuſdem *I*[...] *perii* hoſtibus renunciarent. Itidem *Iſabella* facer[...] neque contrà has conventiones quicquã deſig[...] ret, neque per *Palatinatum* munimenta intereà e[...] citari permitteret. Ad ſummam, utrinq; dedita [...] ageretur opera quò pax recuperari, ac conſerva[...] commerciorum deniq; reſtauratio locum haber[...] queat. His ità pactis, ac tranſactis, recepit *Belgii* g[...] bernatrix, ſe operam daturam, hæc omnia ut tàm [...] *Imperatoris* quàm cæterorum *Imperii Principum*, qu[...] rum intereſt, itemq; *Regis Angliæ*, ac *generi* ejus, e[...] rundemque ſociorum, legatos, diæta apud *Fran*[...] *furtum* indicta, pro reducenda *Imperii* tranquilli[...] te, rata haberentur, hæcque tùm deliberatio ul[...] menſes quatuor haud quidem extraheretur. Q[...] igitur à partibus *Imperatoris* promitteret conſen[...] hunc à *Palatini*, ſociorumque, partibus, *Rex* itid[...] ematuraret.

III.

Rex, Palatino genero, ut in tranſactionem, ſup[...] dictam, compromittat, inculcat.

ITà, pactis illis intervenientibus, *Angliæ Rex*, ad *P*[...] *latinum* generum miſſo *Hagam Comitis* legato, v[...] let has in leges condicere, atque tàm litteris, qu[...] verbis, omnibus, qui cauſam ſuam defendat, *Ma*[...] *feldioque* atque *Halberſtadioque* renunciare, inju[...] xit. Atque hæc ideò à *Rege* per amicas ageba[...] tur tractationes, ſub ſpe, fore, ut filius regi[...] *Princeps de VVallis* dictus, *Infantem Mariam*, *Hiſpani*[...] *rum Regis* germanam, matrimonio ſibi conjung[...] ret. Sed *Rex*, in caducum, prout ab initio dixi, i[...] clinabat parietem. Ac tantiſper valgis ducebat[...] ſuaviis, donec, ut ferebatur, *Hiſpani* ex voto reru[...] potirentur.

IV.

Angliæ Regis, ſuper novis ſubditorum Palatin[...] tus querimoniis, ad Hiſpaniarum Infa[...] tem relatio.

ID quod vel indè haud obſcurum eſſe poterat, n[...] vis ſubditorum *Palatinatus* ſubindè paulò po[...] querelis emergentibus. Eo enim tempore *Verdug*[...] *nius*, gubernator *Hiſpanicus*, ingentem ab inferio[...] *Palatinatus* civitatibus, oppidiſque, pecuniarũ ſum[...] mam, in præſidiarios erogandam, poſtulaverat, [...] etiam in verba ſua jurare juſſerit. Qui cum etia[...] hu[...]

ne in chorum *Imperii* civitates illas per *VVettera*-
m ſitas, *Hiſpanicoque* præſidio preſſas, adducere
itâſſet, reſtiterunt illæ, non ſe quidem ad *Pa*-
tinatum, ſed *Imperium*, ſpectare, remonſtrantes.
cerim querelæ illæ, quas *Palatinatus* ſubditi ad
latinũ, hic ad *Regẽ* ſocerũ, ille verò ad *Belgii guber*-
ricem, detulerant, erãt, ejuſmodi: Nempè, paſto-
, & parochos, è toto *Palatinatu*, tàm *inferiori*, quã
eriori, in exiliũ ejici, etiam illâ negatâ vitæ condi-
ne, ut, extrà profeſſionem eccleſiaſticam, priva-
n vitam ne quidem vivere illis permitteretur.
colas ejuſdẽ provinciæ novis ſubindè affligi one-
us, atq; exactionibus. Imò verò illorum, qui evi-
dæ afflictionis hujus igitur, emigrarent, bona,
fortunas, publicari. In quæſtores, penſionarios,
ionumq; magiſtros, eo pacto ſevera ſub lege in-
iri, eos nempè reditus, quoſcunq; *Principi* ſuo in
is militares hûcuſq; erogâſſent, refunderent, re-
tuerentque.

His, aliiſque, querimoniis tametſi *Rex* non aures
æbeat, tanquam verè ità eſſet, interim tamen p
ſert, non poſſe non ſe *Hiſpaniarum Infantẽ* impen-
ò rogare, oculos prudentiæ ſuæ in id genus per-
utiones conjiceret, utq; corruptis illis militaris
ſciplinæ moribus quantò ociùs medicina fiat, an-
teretur. Eſſe nempè peſſima illa communis pa-
præliminaria, quæq; omnem reconciliationis
utuæ inclinationem oppidò expectorare ſatagãt.
oceſſus igitur ſub exercitij *Religionis* abrogatione
mis videri vehementes, & acerbos. Quorum re-
ctu *Rex* cum ſubditis ſuis, *Pontificiam* religionem
ofitentibus, non niſi clemẽtiſſimè intrà *Angliam*,
berniamque, experiretur. Idq; amore *Chriſtiani* no-
inis, tùm ob neceſſitudinis vinculum, ꝙ ſecum cũ
ſpaniarum Regibus foret, commune, *Regem* hacte-
is tolerare. Operæ pretium igitur, imò pactis il-
, ſuper ſequeſtra pace, rem dignam faceret *Hiſpa*-
rum Infans, ſicubi ab articulis illis tranſactionis
utuæ ne latum quidem, quod dicitur, unguẽ re-
deret, atq;, inter cætera, pro *Heydelbergæ* civibus,
o exercitio *Religionis* ſuæ, apud *Bavariæ Ducẽ* dep-
tura, autoritate, atq; interceſſione, ſuccurreret.

CAP. V.

De nova per Vngariam Bethleni tumultuatione.

I.

Cæſar, à Saxoniæ ſuperioris circulo, auxilia petit.

Q Vid odij ſemina, & ſimultas, occultis ſtimulata fomentis, poſſint, vel *Bethlenus* ſuo exemplo, indicabit Hic, tametſi bis fractâ, bis compoſitâ, pace, acquieturus videretur, præſertim, uneris loco, duobus illis *Sileſiæ* principatibus, ti-
loque *Principis*, auctus, nihilo-minùs identidem
ingenium reverti, & toties rebellare, cœpit. Eò
tur è *Turcis*, *Dacis*, aliiſque barbaris, ingentem co-
nte multitudinem, *Cæſar Saxoniæ ſuperioris Princi*-
pes, jam tùm, defenſionis ergò, paratas copias, neceſ-
ſarioq; armorum apparatu inſtructas, alentes, in-
terpellavit, vellent hoc tempore valdè neceſſario,
quo *Bethlenus* ruptis fidei vinculis, fœderibuſque de
novo inſultaret, præterq; *Vngariæ* regnum jam tùm
in *Moraviam* excurreret, adeòque etiam *Bohemiam*
territaret, *Cæſari* in auxilium educere; Et ne qua *Imperium*, provinciæq; finitimæ, detrimenti quicquã
paterentur, unà providere. Se quidem *Saxoniæ Electori*, pro præſtitis nuper fidelibus officiis, meritas
deponere grates. Adeòq;, recognitionis hujus loco, *Luſatiæ* utramq; provinciam, ſequeſtri vice, offerre, majorem in modum rogando, *Saxoniæ Proceres* in hoc cum *Cæſare* jam facerent, hoſtiſque tàm
fraudulenti, tàm impotentis, faſtum, ac petulantiã,
coërcerent. Sic enim comparatum videri, ut, niſi
inflati, atq; identidem tumultuantis, *Bethleni* ferocia, ac ſuperbia, retundatur, pax per *Imperium* ſolida, ac firma, coire poſſit nulla.

Ad hanc petitionem *Saxoniæ Proceres* demiſsè exceperunt, factu ſibi eſſe impoſſibile, ut hoc tẽpore
proprias, inque patriæ protectionem præparatas,
copias *Cæſareanis* adjicere queant; Vt alienis bellorum periculis capita involvere haud quidem debeant. Præter hæc, dubium eſſe, quò *Thillyana*, p *Heſſiæ*
hyberna diviſæ, ſpectent legiones, quidq; de illis
ſperare poſſint. Demiſsè igitur ſeſe intercedere,
Cæſar Thillyano uteretur exercitu contrà id genus
Vngariæ perturbationes, maximè *Halberſtatenſi* profligato, *Mansfeldio* verò è *Friſia* jam nunc pariter excedente, ut ab illis *Imperio* amplius haud quidem ſit
metuendum.

II.

Bethlenus à Sultano Muſtapha, Turcorum Imperatore, ingentes conquirit copias.

R Ecẽns ergò inquietatus *Bethlenus*, cũ in *Cæſarem*
extrema tentare conſtituiſſet, legatum *Cõſtantinopolim* præmiſit, qui, ſub erogatione quinquaginta millium *Ferdinandicorum*, primi *Vezirii*
favorem emercaretur. Hujus interventione apud *Sultanum Muſtapham*, *Turcorum Imperatorem*, aliàs quietis amantem, faciliùs obtinuit, ingens ut
barbarorum ſibi multitudo permitteretur. Quòd
enim *Sultani* animum id genus perſuaſionibus inflammaſſet, *Ferdinandum Cæſarem* in eo totum eſſe,
ut, *Friderico Palatino*, unà cum complicibus, victo,
debellatòque, res alias agat, ut *Vngariæ* regno porrò *Tranſylvaniam*, *Daciam*, ac *Muldaviam*, adiicere
velle præ ſe ferat, quo nomine vel ipſi *Byzantio*, ſedi *Imperatoriæ*, metuendum utique ſit, factum eſt,
ingentem ex *Aſia*, finitimiſque regionibus, *Sultani*
permiſſu, ut tùm exercitum contraxerit, ſub hac
pacta ſtipulatione, *Bethlenus* quotannis *Sultano* quadraginta *Ferdinandicorum* millia, debiti loco, pẽderet, ac duo, vel tria, *Vngariæ* civitatum paria, offerret. Quæ ubi ingentes *Bethleni* in armis ſeditioſis
præparationes, ac jam tùm per *Vngariam*, *Stiriam*,
Auſtriamque, irruptiones, innotuiſſent *Ferdinando
Cæſari*, conſultò è *Praga* hic *Viennam* aulam tranſferre cœpit.

III.

Bethlenus, ingenti cum multitudine, contrà Auſtriam ingruit.

P Ræparatis itaque è *Tranſylvanis*, *Dacis*, *Tartaris*,
Turciſque, ſexaginta hominum millibus, initio

Autumni, in *Vngariam* penetrebat *Bethlenus*, condi-
tiones, ſub diæta provinciali *Oedenburgica*, ſibi ꝓ-
miſſas, fide caruiſſe, nec impletas eſſe, cauſſatus.
Quem cùm colorem auſis iſtis prætenderet, in *Vn-
gariam* aſſcendens, aliquot numero civitates, præ-
occupato præſidiariorum favore, oppidò interce-
pit, ſimulàtque *Tiſſenbachianam* legionem cæcidit.
Indè provectus, *Inſulam, Schütt* dictam, in poteſtatẽ
redegit, ſub ſpe, nominatiſſima illa fortalitia, *Ra-
bam* nempè, *Gomorrham*, *Neohuſaliumq;*, quæ *Eſterha-
ſius* ſtrenuè tuebatur, intercluſo commeatu, cum
tempore in anguſtias conjecturum. Qui ſicubi jam
Danubio, ac *Presburgo*, immineret, *Ferdinandus Cæſar*
undique conclaſſare, atque ſub *Comite de Monte ni-
gro* quantum maximum poterat, exercitum colli-
gere, juſſit. Eum *Cæſar* barbaris ad *Vngariæ* fines e-
rat objecturus. Sed ecce! jam tùm primores legio-
num *Bethlenianarum Cæſareanos* præverterant, ut
aditus in *Moravos, Sileſios, Auſtrioſq;*, præoccupantes,
ſpoliis, cædibus, incendiiſque, omnia paſſim fœda-
rent.

Eo tempore legionis *Tiſſenbachianæ* ſupremus
locum tenens, *VVanglerus* nomine, cohortibus in-
terceptis, apud *Bethlenum* captivus attinebatur. Hic
per indices ſecretiſſimos, quantæ eſſent barbaris
vires, quid *Bethlenus* conſilij agitaret, *Viennam* retu-
lerat. Cùm itaque, ſuper menſam, *Pragam* ſe velle,
ad *primum Vezirium*, *Bethlenus* effutiviſſet, eo loci *D.
Martini* ferias ambos celebraturos: magnus terror
Auſtriam, Bohemiamq;, invaſit. Qua de re novis mu-
nimentis, loricíſque, quantum ejus fieri poterat.
Pragæ proſpectum eſt. Vt etiam, apud tres *Pragæ* ci-
vitates, incolæ, miniſtrique opificum, arma, gladi-
oſque, contradere juſſi ſunt. Pari lege, ut annonæ
proventus omnes ex agris in civitates importaren-
tur, ſevera ſub animadverſione, cautum fuit.

IV.

Cæſareanus exercitus à Bethleniana multitudi-ne corona veluti cingitur.

QVi dùm *Bethlenianæ* multitudinis primi ordi-
nes, paſſim omnia obvia fœdè lacerent, ecce!
Comes de Monte nigro, *Cæſareano* exercitu inſtructus,
apud *Gödingam* civitatem in primores *Bethlenia-
nos* invehitur, illoſque ad octo paſſuum millia re-
trocedere compellit. *Bethlenus* ergò, hac ſuorum fu-
ga irritatus, aſſumptis quadragintà millibus, ma-
gnam partem equeſtribus, *Cæſareanis* ſupervenit,
eoſdemque, tanto hominum numero reſiſtere non
potentes, præoccupat, ut vix *Gödingam* regreſſi *Cæ-
ſareani*, caſtris eo loco munitis, ſeſe tuerentur. Quo
factum, ut inducta quaſi corona *Cæſariani* obvalla-
rentur, omni per menſem integrum commeatu in-
tercepto. Interim *Bethlenus* cum valida manu *Mora-
viam* depopulatus, potiſſimas ejus provinciæ civita-
tes, inprimis ſuburbana, *Prinnæ, Znambræ, Olmutii, I-
glaviæ, Canizæ*, aſſultibus incendiiſq;, terruit, ſimul-
atque cohortes, eo, præſidij loco, emiſſas, fudit.
Godingæ ſitus erat iſte. Ex hac parte ſtagno, ex alte-
ra, paludibus, includebatur. Ità ut è tertia parte ſal-
tus è quarta denique continentem, planitiemque,
oſtenderet. His in partium poſtremis *Bethlenus* mu-
nimenta quatuor excitârat, tormentis impoſitis
numero ſedecim, quibus ſine miſſione, in obſeſſos
velut, experiebatur, ut nemo ex iis, extrà ſepimen-
ta, tutus eſſet. Pariter ad paludes inſuper aliud mu-
nimentum exſtructum, eò ſpectabat, ut comm
tum omnem interciperet. Ità quidem, tanquã in
civitatem, incluſi *Cæſareani*, ad extremam anno
penuriam, famem, ac calamitatem, redigebant
ut è carnibus tàm intrà ſe occiſorum ex hoſte co
militonum, quam fame pereuntium, quadruped
equorumq;, vitam traherent. Tãdẽ, circiter *X.*
Cal. Decembr. *Bethlenus*, ultima tentaturus, jam ja
que veluti coronâ factâ in *Cæſareanos* impreſſio
undique facturus, erat. Qua de re directâ acie, c
poſitiſque ordinibus, ipſe ex equo deſcendebat
acturus, ut omnes pariter, equis relictis, in *Cæſar*
nos, facto undique impetu, cõcieret. Sed, quòd
piæ eſſent pleræq; omnes equeſtres, & *Turci* ne
rent ſeſe abſque equis eſſe pugnaturos, tametſi
præſens hoc poſtularet *Sultanus*, accidit, hi ut co
tus in vanum exirent, *Cæſareanis* ex adverſo aci
quoq; ſuam, ſuperinductis tormentis, diſponent
Interim, neq; ſic tamen *Cæſareanis* illis ex anguſt
quibus attinebantur, tùm evadere integrum fu
Tametſi enim, monſtrante pagano, tranſitũ fo
per ſaltus inveniſſent, barbari tamen promptè h
intelligentes, non vanam eis, qui effugium, ten
bant, ſtragem intulerunt.

V.

Re tum Cæſareanis ad incitas redacta, Bethlen inducias offert.

VEntum erat, intrà *Cæſareanorum* caſtra, ad u
ma. Cùm ergò neq; res, nedùm ſpes ferè i
eſſet reliqua, ecce! tantas inter anguſtias, ſive di
nâ providentiâ, ſive conſcientiâ barbarorum a
mos intùs flagellante, accidit, ut inordinato *Betl
nus* præveniretur terrore. Nam ex indicibus di
cerat, è *Germanis, Bohemis, Sileſiis, Auſtriis, Polonis, V
gariſq;*, manum coire, quadragintà hominum mi
ſuperantem. Qui omnes irent in ſe, obſeſſas *Cæſ*
illic copias liberaturi. Vt igitur tẽporius caput
tricare, ac tot ſupervenientibus copiis ſe, ſuoſq
ſubducere, poſſet, interveniente *Emercio Thurſon*
Vngariæ Palatino, ſuper induciis, in menſes duos,
trahendis, commeatuq; in caſtra *Cæſareanorum* i
portando, exorari ſe paſſus eſt. E diutina igitur i
dia, corrugatis plurimorum hiris, ac viſcerib', c
conomiæ corporis inſervientibus, contigit, ut m
gna pars famelicorum, præ ingerendi avidita
ſpiritus, jam tùm ægros, interclu ſerit. Circa *XII. C
Ianuarias*, ipſe *Bethlenus* datâ, acceptaq;, fide mutu
cum archiſtratego, vel copiarum *Cæſaris* ducto
media inter caſtra, in colloquiũ deſcendit. Quæſi
igitur ſpecioſo, pro ratione temporis, verborũ c
lore, quã ſibi *Cæſaris* provincias infeſtare minin
mens eſſet, id ꝙ optatâ præ manibus affulgente o
portunitate efficere ſat potuiſſet, ſe purgare cœp
Veniſſe ſeſe, adjecit, eam ob cauſam, ꝙ ex aula ſc
ptis litteris didiciſſet, *Cæſarem* ſic affectum eſſe,
Tranſylvaniæ Principatum ſubjugare cupiat. Tũ p
cta apud *Nicoleopolim* hactenùs extrà fidem, atq
effectum, fuiſſe. Quanquàm hæc ſciat, quò min
evenerint, non quidem *Cæſari*, ſed ejus conſiliari
tribuenda eſſe. Non defuiſſe ſibi hoc tẽpore vel *Pr
gam* intercipiendi poteſtatem, modò aliquammu
ta, ac pauca, millia caſtris intereà *Cæſareanorum* o
ponere voluiſſet. Nihil aliud hac expeditione ſi
quæſitum eſſe, quàm ut de ſuo queat eſſe ſecuru
De cætero, ſe eum eſſe, qui cum tempore *Cæſari* a

rſus hoſtes utilem operam navare quitus foret; ljecit. Hoc cum verbo, à *primo Vezirio*, in papilio-s evocato, dicis cauſa, quod ajunt, petiit, ille ca-ivos ut *Chriſtianos* dimitteret. Sed negavit *Præ-lus*; *Turcicus*; Hos ſe, tanquam victimas, tàm *ahometi* ſuo, quàm *Turcarum Imperatori* potentiſ-no, reſervare, præfatus.

VI.

pud Ferdinandum Cæſarem poſtulatis excidit Bethlenus, tituloque Principis privatur.

HÆc ubi *Bethlenus* ſimulatâ, & lubricâ, ſicut ha-ctenùs, fide ageret, *Ferdinandus Cæſar* juſtâ in-gnatione provectus, duos illos per *Sileſiam* princi-atus, unàq; titulum *Principis*, antehàc conceſſa, iſti rogavit, tantùmq; non ex omnibus apud aulam *æſaream* albis, ac codicibus, eradi juſſit. Venit eò in *leſiam* legatus *Bethlenianus*. Sed is à *Cæſareanis* eò ci interceptus, arreſtoq; detentus, eſt. Interim, e-iſſis *Viennam* legatis aliis, *Bethlenus* ſequentia à *Cæ-re* poſtulare eſt auſus. Nempè *Cæſar* præfatos illos uos principatus ſibi redderet. Partes *Vngariæ*, à ci-tatibus metalliferis, ad fines uſq; *Tranſylvaniæ*, ereditarias ſibi faceret. Sumptus in bella factos uoslibet refunderet. Se *Vngariæ* ſive *Palatinum*, ſive *icarium*, conſtitueret. Atque ſuper his omnibus ptimâ fide caveret.

Sed *Cæſar*, præparatis intereà luculentioribus, in-ie *Vngariam* deſtinatis, copiis frivola id genus po-ulata, oblataſq; inducias, magno animo rejecit; *ngariæ Proceres* juxtà cohortatus, juramenti, ac fi-ei datæ, memores, irent, triſtemq; communis pa-iæ peſtem iſtam, *Bethlenum* nempè, è finibus ejice-nt. Niſi omnes paribus paſſibus ſeſe opponere ueant, ſaltèm ſumptus iſti conferre caverent. Niſi oc faxint, pari cum *Bethleno* futuros eſſe loco. Cui licto pars plurima parere cœpit. Interim, *Cæſaris* omine, ſequentia poſtulata ſunt: *Bethlenus Chri-anos* captivos reſtitueret omnes, ac ſingulos. Sic oq; perduellium anteſignanos illos, *Iägerndorfiū archionem*, *Turrianum ſeniorem*, *Comitem*, itemque *ronem Lundenburgium*, *Cæſari* dederet. Sumptus ellicos ipſe refunderet. Ex *Vngariæ* regno quantò ciùs, abſque ſubditorum offenſa, excederet. Niſi oc faxit, paciſque leges, cum *Sultano* pactas, ob-rvet, proximè ejiciendum eſſe.

VII.

urcos, turmatim in Thraciam iter relegentes, Eſterhaſius fundit, ac diſiicit.

SEcundùm hæc, *Bethleno* è *Moravia* copias redu-cente, *Turcorum* agmina in *Thraciam* iter relege-ant. *Eſterhaſius* igitur, *Neohuſaliæ* gubernator, ini-os oculos conjiciens, aſſumptis præſidiariorum artibus, globoq; *Vngarorum*, apud *Nittam* fluviū, *urcis* ex inopinato ſuperveniens, barbaros cæci-t, ſpoliis, *Chriſtianiſque* captivis plurimis recupe-tis. Alterâ die hoc ſtratagemate feliciter denuò ci cœpit. Majori *Turcorum* multitudine eundem *itra* fluvium, octo paſſuum millibus à *Neohuſalia* iſtantem, tranſire præſumente, *Eſterhaſius* præmi-t, qui, ab altera fluminis ripa, pontem ex dimidio rrumperent. *Turcis* proindè, ſummo manè, ante-uàm dilucèſceret, in pontem irruentibus, rerum-ue neſciis, accidit, ut primores, urgentibus poſte-oribus, è rupto ponte in ſubjectas aquas præcipi-tarentur, *Eſterhaſio* in reliquis magnam, luculentā-que, ſtragem à tergo edente. Tùm *Chriſtianorū* ca-ptivorum aliquot centuriæ denuò, unà cum came-lis, equis, mulabus, impedimentis, ſpoliiſque am-pliſſimis, in poteſtatem venerunt, multis *Turcis*, lo-co *Chriſtianorum*, in vincula, multis, qui equis va-lebant, in flumen, adactis. Neq; tertia vice idem, & major, ſucceſſus *Eſterhaſium* deſtituit. Sequentibus enim diebus iteratò *Turcorum* globi illis in partib⁹, rerum prægreſſarum neſcii, advenêre. Id exploratū habens *Eſterhaſius*, accitis è *Comorrha*, & *Raaba*, e-queſtrium cohortibus, *Turcos* aggreſſus, mille & du-centos confecit, plures numero è *Chriſtianis* capti-vos redemit, ingentibus manubiis, prædiſq;, atque adeò tribus hiſce ſucceſſibus, nobilitatus.

Quæ cùm fortuna, ad invidiam uſque, arriſiſſet huic *Eſterhaſio*, ut paulò, poſt octo carros, è *Byzantio* in *Tranſylvaniam* tendentes, panniſq;, & pelliceis, pretioſis, onuſtos, eâdem felicitate interceperit: *Reiſſenbergius*, & *Preunerus*, quoq;, ille *Comorrhæ*, hic *Raabæ*, præfectus, alias *Turcorum* turbas, *Albam græ-cam* moventes, conjunctis viribus exceperunt, fuſis iſtorum ſeptingentis. Idem è *Caniſtha Serinius Co-mes* imitatus, *Turcis* palantibus eo loci ſupervenit; pluribus, quàm ſexcentis interfectis, aliquotq; iti-dem vexillis, non ſine præda, relatis.

IIX.

Bethlenus ſpe, & poſtulatis, excidit.

BEthlenus ergò, ubi, ſuis cum poſtulatis fuiſſet fruſtrà, tabellas ad *Ferdinandum Cæſarem* præmi-ſit, quibus *Sultanus*, gratiis, pro ejus operâ, ac ſedu-litate, actis, ſe ſequenti anno cum ampliſſimo in *Vn-gariam* exercitu ipſummet adventurū, ſtipulatus e-rat. Quanquam hæ litteræ à *Bethleno* confictæ tùm videri poterant. Is, cum exercitus reliquiis, impedi-mentis, prædiſq;, poſtquàm *Caſchoviam* retrò du-xiſſet, denuò *Viennam* legatum dimiſit, *Bethlenum*, ſi vellet *Cæſar*, ſub conditionibus, non admodū du-ris, ſed tolerabilibus, tranſacturum eſſe, promit-tentem. Niſi pax coiret, jam tùm ſeptuaginta *Tar-tarorum* millia intra *Tranſylvaniam* eſſe. *Bethlenū* au-tem hoc agere, ut fratri germano *Iazyges* ſuos tra-dat; ipſe per *Vngariam* ſeſe teneat, adjecit. Sed *Cæ-ſar* coràm admittere legatum noluit. Iſte ergò, ſi *Cæſar* pateretur, ut *Bethlenus* legationem, paulò am-pliorem, expediat, curaturum ſe, promiſit. Cui *Cæ-ſar*, ſicubi *Bethlenus*, unà cum complicibus, *Vngariæ* regno exiret, nihilque, *Cæſari* adverſum, petiturus eſſet, tunc quidem illum alios legatos, cum manda-tis inſtructos, ſubmittere poſſe, indicari juſſit. Ni-hilo-minùs de induciis, uſque ad *Cal. Apriles*, utrin-que convenit.

IX.

Cæſar, cum novo Turcorum Sultano, Amurâ-the, fœdus redintegrat.

HOc tempore *VVallenſteinius* tribunus ſumptib⁹ legiones conſcribebat. Ille à *Cæſare* etiam tùm contendere auſus erat, *Cæſar Iazygiam*, ſive *Tranſyl-vaniam*, à ſe cum tempore ſubjugandam, præmij lo-co, ſibi erogaret. Ita tàm arduos hic conceperat ſpiritus, ut vel jam tùm, ſub tribuni vultu, *Principis* animum gereret, majoriſq; dignitatis cupidū. Neq; eo temporis articulo *Vienna*, *Cæſaris* ſedes, ſumpti-bus, in bellum adverſus *Bethlenum* erogandis, pe-percit. Cujuſmodi ingentem ſummam, paucis à

Cæſare ex adverſo, recèns conceſſis, immunitatibus reſota, contulit.

Quò igitur multivoli iſtius *Bethleni* cupiditatib⁹ *Cæſar* veluti habenas, ac frœnum, injiceret, *Baronem Curtium, Oratorem*, unà cum legatis *Ottomannicis*, multis ſtipatum vexillis, ac cohortibus, aſſumptiſq; honorariis, *Sultano* offerendis, ſecundo *Danubii* flumine, *Byzantium* dimiſit, fœdus, ſub *Rudolpho II. Imp.* vigeſimale, antè pactum, cum *Sultano Muſtapha*, cõfirmaturum. Erectis igitur ſub ſignis *Orator Cæſaris*, non ſine pompa, *Byzantium* ingreſſus, triduo poſt, magna cum ſolennitate, ad *Sultanum* introduci cœpit. Qui quidem pacis articulos, cum *Matthia Imp.* pactos, oppidò ratos habuit, in eoſdemque inquiri, juſſit.

Iam tùm *Muſtapha Sultanus Imperio* ſponte renũciârat. Tot enim emergentibus ab *Oſmanni* ſtrangulati nece turbis, *Muſtapha*, aliâs quietis amans, conſentientibus prætorianis, quos patria linguâ *Ianitſcharos*, & *Spahios*, vocant, regimine ſe abdicavit. Iuraverat eodem tempore in *Oſmanni* ultionẽ *Baſſa Arzironius*, quinquagintà hominum *millibus Aſiam* infeſtans, paſſimq; ſpoliis, incendiis, cædibuſq;, omnia perturbans. Sed, cum faſces *Imperii*, *Muſtapha* abdicante, in *Amurathem*, *Oſmanni* nuper interẽpti fratrem, ſedecim annorum tùm adoleſcentẽ, transferrentur, pauliſper tumultus, recèns excitati, reſederunt. Nihilo-minùs *Arzironius Baſſa* novas res agere non deſtitit. Vt alia ex parte itidem *Rex Perſiæ Mahometanis* negotium faceſſeret. Quibus concurrentibus per *Aſiam* motibus *Cæſar Europæus* eò fœcundiorem referebat pacem. *Amurathes* verò *primũ Vezirum*, *Aſiæ* gubernatorem deſignavit. Idque ex merito. Nam, dùm *Muſtaphæ* mater, ſuperiori tempore hunc *Amurathem*, unà cum germano juniore, ſtrangulandos, more *Turcico*, obtuliſſet, hic *Vezirius* negavit, obſtititque, eo pacto *Amurathi* vitam lucratus. Memor ergò hujus beneficij *Sultanus* gratitudini ſtuduit. Vt vel hinc liqueat, etiam penès barbaros, dulcem eſſe beneficiorum memoriam, virtutis, ac gratitudinis, micâ etiam *Turcorum* præcordia ſtimulante.

CAP. VI.

De translatione Principatus Marpurgenſis in Ludovicũ Lãdgravium, dictum Fidelẽ.

I.

Guilhelmus, Heſſiæ Landgravius, pro mitigatione ſententiæ, in cauſa Marpurgenſi, dat ad Coloniæ, ac Saxoniæ Electores.

HOc tempore, quo apud *Altenam*, ex *Hãburgo* excurrentes, cives *Pontificiam Religionem* profitentes, à *Daniæ Regis* legionibus, in *Saxoniam inferiorem* tralatis, *Rege* maximè invito, infeſtabantur, per *Bohemiam* verò, propè *Kuttenbergam* oppidum, in feriis natalitiis *D. & S.* noſtri congregati *Auguſtanæ*

confeßioni addicti, ſupervenientibus tàm equeſtr
quàm pedeſtris, militiæ cohortibus, crudelius, u
ad internecionem multorum, cum horribili S. ſa
ctæ euchariſtiæ profanatione, tantùm non opp
mebantur, adeóq; apud regiam *Pragam* jus provi
ciale (abrogatis, quæ, ſub *Friderici* detentione, i
terveniſſent, decretis, concluſionibuſq;, in unive
ſum omnibus) reſtaurabatur, *Guilielmus, Heßiæ Lã*
gravius, ſententiam *Cæſaris*, in *Mauritium* parente
ſuper *Marpurgenſis* provinciæ abdicatione, latã, gr
viter ferens, deſuper excipere cœpit. Proindè,
Colonienſem, & *Saxonem*, *Electores*, ab *Imperatore* d
claratos in eventum executores, ſic dedit: Quò
inquit, ab inexſpectatam *Cæſaris*, in cauſa *Marpu*
genſi latam, contrà *Mauritium* patrem, ſententian
jam tùm executoriales, ut vocant, intimari cur
ſent, hoc illud eſſe, quod tàm ſibi, quàm reliqu
quinq;, & quidem minorennibus, fratribus, æg
accidat. Vt igitur adverſus ſe nondùm auditos, pr
ceſſus, nedùm executio, locum habere debeat, ſ
quidem haud exſpectare. Ipſum igitur, tanquã c
tradictorẽ legitimum intervenire, notoriaque h
ſub neceſſitate, ſibi impoſita, ad *Cæſarem* provoca
Siquidẽ igitur ſpes eſſet, *Cæſarem* petitioni ſ
tàm juſtæ, quàm competenti, locum relicturũ eſ
intervenire ſe, ac rogare, nollent *Cæſarem* præve
tere, legemq; executionis in ſe, utiq; quibus æta
innocentia faveat, violentiùs, ac præter decoru
exercere. Satius fore, ſi id vel ſoli agerent, vel a
junctis agnatis pluribus eniterentur, quò id gen
controverſiæ, interveniente inter partes compo
tione, perire, ac jugulari, queant: Neq; enim qui
quam ſe ambigere, quin *Mauritius* pater in cond
tiones quaſcunq; æquas deſcẽdere velit, ut ampli
de jure vel ab ipſo deſiderari debeat nihil.

II.

Saxoniæ Electoris reſponſio increpatoria.

AD illam *Guilielmi* interpellationem ſic *Saxo*,
ſine offenſas, ſtomachabundus reddidit. Què
p̃ſeferret excepit, ſup ſentẽtiâ lata apud *Cæſarẽ* d
precari velle, hoc ſe quidem in medio relinquer
Vt non dubitet, *Cæſarem*, pro ſua æquanimitate, ſ
tisfacturum. Vt juxtà vel ab *Electoribus* nihil, præt
id, q̃ juſtum, decretumq;, ſit, exſpectari meritò d
beat. Dùm is autem *Electoribus* legem velut præſc
bere tentet, nimis præpoſtérè, atq; extrà regula
videri. Eos enim eſſe *Imperii ſeptemviros*, ut neq; a
ipſo erudiri, quid facto opus ſit, debeant, ut cod
cillos id genus, paulò inciviliores, haud quidem æ
quis animis ferant. Parceret deinceps, & cautiùs a
geret. Ita rem comparatã eſſe, ut, tametſi in cõpoſ
tionem amicã conſpirare velint, ſubvereri accida
Ludovicum Landgravium in alias, extrà latam ſenten
tiam, conditiones haud deſcenſurum. Illum potiù
arctiores, ceu vocant, executoriales in eventũ im
petrare, quã de jure ſuo remittere, velle, veriſimil
mũ videri. Rectiùs ergò faceret, ſicubi, *Mauritio* pa
renti aliam mentem perſuadens, hoc ageret, qu
ſententiæ *Cæſareæ* quantò ociùs ſatisfieri poſſit. Ni
hoc effectum detur, utiq; in foribus eſſe, majus u
infortunium provinciæ ejus metuendum ſit. Ha
ctenùs *Elector*. Hoc autem poſtulabant executoria
les illæ, niſi *Mauritius*, ab intimatione earum, intr
ſeptimanas ſex, & dies tres ſententiæ paréret, illicò
inſolutionẽ mille marcarũ auri puri condẽnaretu

III. Mar

III.

arpurgenſis Principatus ceditur Ludovico, Heſſiæ Landgravio.

Xeunte *Martio* menſe, *Anno M.DC.XXIV. Electo-rum* legati, unà cum conſiliariis *Heſſo-Darmſtati-*, *Marpurgum* pervenerunt. A quibus, lege ſenten-, *Cæſareæ*, ordo equeſtrium, cum civitatibus, præ-tiſq; provincialibus, convocari cœpêre, ut in rba *Ludovici Principis*, dicti *fidelis*, jurarent. Hic n. ulò poſt, eleganti equeſtrium globo ſtipatus, a-d *Matiſpurgum* appulit. Ubi tàm de jure poſſeſſio-, quàm totius *Provinciæ* vindicatione, ſimulque *demiæ Giſſenſis* translatione, actum eſt.

Externa.

I.

dus, inter Galliarum Regem, Venetos, & Sabaudiæ Ducem, recens coit.

SUprà de *Rheticis* rebus, ac lanienis, nō unica vice vidimus. Quibus in partib. cùm, denuò reaffulgente fortunâ, *Hiſpani*, atq; *Auſtrii*, prædominarentur, *Galliarum Rex* ſubjugationem *Rheticorū* quo ferens animo, de medio, quo oppreſſos re-nere quitus eſſet, cogitare cœpit. Itaq; *Rex*, cum *netis*, & *Sabaudo*, de fœdere egit. Quod cùm ratū, ctumq;, eſſet, ſic, facta publicatione, ad omnium titiam pervenit.

Nempè *Regem* quidem ab initiis turbarum *Rheti-um, Hiſpanis*, atq; *Auſtriis, Vallem Tellinam, Rheticoſ-Cantones*, utiq; confœderatos ſuos, infeſtantib⁹, nil operæ intermiſiſſe, q̄ *Regem Chriſtianiſſimum* ndecere poterat. Eum enim, tàm apud *Romam*, q̄ *Hiſpanias*, locisq; aliis, magna cum ſedulitate hoc iſſe, quò pacem, & libertatem, confœderatis re-peraret. Sed toties extra effectum hanc ſuā fuiſſe luntatem optimam, machinationibus, ac tem-ris extractionibus, à maleferiatis de induſtria in-tis, prevalentibus hactenùs. Ne igitur confœde-is hac ſub neceſſitate auxilia deforent, *Regi Chri-niſſimo* cum *Republ. Veneta*, & *Sabaudiæ Duce*, quo-n omnium intereſſet, ſuper fœdere biennali cō-iſſe. Id quod ex hoc die, quo confirmari cœpit, tia trahere, & poſtmodum, ſi ità videatur, exten-debeat.

II.

Conditiones ejuſce fœderis.

Nter leges fœderis hæc erant. *Rex Chriſtianiſſimus* quindecim, ad octodecim uſque incluſivè, pe-ſtrium, & duo equeſtrium millia, produceret; *Ve-is* decem, vel duodecim, pedeſtrium, itemq; e-eſtrium duo, millia, conferentibus. Quibus *Sab-dus* octo pedeſtrium, pariterque duo equeſtriū llia, adiiceret. E quibus *Veneti*, ac *Sabaudus*, appa-us rei tormentariæ in finibus ſuppeditarent, *Rege* æſente pecuniâ, pro ratâ ſuâ, in tempore, & ſuffi-enter, hoc explente. De modo, quo cōdicti exer-us inducendi ſint, deinceps diſpiceretur, ità ta-en, ut cujuslibet confœderatorum copiæ, circà *l. Apriles*, haberentur expeditæ. Niſi ergò eo tem-re *Hiſpani*, atq; *Auſtrii*, ſub æquis legib. tranſigāt, rteſq; interceptas reſtituant, atq; ab ulteriorum unimentorum excitationibus, ſibi temperent, tū utiq; neceſſariam his armis diverſionem, vel ſub *Mansfeldio*, vel ſub ductore exercit⁹ alio, faciēdā eſſe.

Quod ſi confœderatorum partem, ejuſce fœde-ris cauſſa, vel ab *Hiſpanis*, vel aliis quibuſcunque, in-feſtari accidat, tùm pro uno omnes coëant, arma, copiaſque, conferant, unoquoque, pro rata, ſum-ptus communicante.

Intereà, ſi *Ordinib. uniti Belgii* calcaria, *Germaniæ Principibus* verò auxilia, adderentur, è re fœderis hui⁹ futurū eſſe. Cùmq; *Romani Pontificis*, reſpectus, atq; autoritas, hoc poſtulare videatur, ut hæc hujus fœderis ratio illi intimanda proximè veniat, admo-nendus utique, corrogandusque, fuerit, an hæc illi quoq; unio placere poſſit. Ità enim cum *Hiſpanis* cō-paratū eſſe, ut, dùm inſuper habitis hactenùs ami-cis interventionibus locum relinquere voluiſſent nullum, jam armis illis obviàm eundum ſit, quò ꝓ-ximi, iidemque confœderati, juxtà leges fœderis, ab oppreſſione in libertatem vindicari queant.

Neq; hac à fœderis ſocietate vel *Helvetii*, (quo-rum inprimis res agitur) vel *Britanniæ Rex*, vel *Prin-cipes Germaniæ*, atq; *Italiæ*, excluderentur, ut magis invitandi veniant, Modò in leges, jam antè præſcri-ptas, cōſentire velint. E quib. et uni, vel alteri, par-tium quicq̄, abſq; omnium confœderatorum una-nimi conſenſu, enovare, ac mutare, nihil liceat.

Atque in hos illos, alioſque, prænominati fœde-ris articulos *Rex Chriſtianiſſimus* deſcendit, *Ioanne Pe-ſaro, Reip. Venetæ Oratore* ordinario, apud aulam *Pari-ſinam*, reſidente, nomine *Venetorum*, & *Comite de Ver-ne, Sabaudiæ Ducis* legato pariter ordinario, nomine *Principis* ſui, atq; ex mandato, tabulas fœderis con-ſignantibus, adeóq; intrà menſem ſuperiorum u-trinque confirmationem pollicentibus.

Quanquam autem, fœdere ritè exacto, legati *Badenam* mitterentur, ubi *Helvetii* tùm diætā cele-brabant, eo inſtituto, etiam illi has in fœderis par-tes tranſirent: nihilominùs *Ordines* dicti *Calolici* eò inclinabant minimè. Ut *Evangelici* quoque, ità vo-cati, *Proceres*, tanquam diſcordes, non eandem in-grederentur viam, remq; omnem in incerto relin-querent.

III.

Articuli à Gregorio XV. Pont. Max. ſuper rebus Rheticis, præſcripti.

INtereà cum *Pontifice Gregorio*, ſuper componendis *Rhetiæ* rebus, quàm diligētiſſimè egit *Rex Chriſtia-niſſimus*. Inter cætera, ut munimenta per *Rhetiam Rex Hiſpaniarum Pontifici* tantiſper ſequeſtri loco, con-traderet, quoad, ſuper re omni, tranſactum foret, deliberari, ac proponi, cœpit. Itaque, è conditioni-bus, quas *Pontifex Romæ*, inter *Galliarū, Hiſpaniarūq;*, *Reges*, deinceps tenendas, præſcripſerat, ſunt ſequē-tes: Antè omnia nempè *Religio Catholica* per *Vallem Tellinam*, itemq; *Vormatiæ, & Cliviæ, Comitatus*, con-ſtanter obſervaretur iis planè ſub legibus, cujuſmo-di à *Pontifice*, infrà ſubnexæ, ſequuntur. Ut igitur le-ges, modò dictæ, *Religionem* concernentes ſartæ, te-ctæque, eſſent deinceps, tàm *Rhetiæ* incolæ univerſi, quàm ambo *Reges*, eam in rem condicerent, ac cō-promitterent. *Rheti*, per *Vallem Tellinam*, prædictaſq; *Vormatiæ*, & *Cliviæ*, diœceſes, ea ad loca mitterent gubernatores, eoſque *Catholicæ Religioni* addictiſſi-mos, ſicut ſuperiori *Anno M.DC.XX.* in uſu tùm fuiſ-ſet. Super cauſſis, de quibus à gubernatorib. *Catho-licis* appellari queat, cognoſcerent non niſi præfe-

ĉti,& gubernatores,iidem *Catholici*,juxtà leges patrias.Si verò, an verè *Catholici* habēdi eſſent,nec ne, controverti accidat,antequàm officiis illis præficiantur,ad *Pontificis* cognitionem hoc reiiceretur.Iudices,& gubernatores,inculpati,atque incorrupti, pro inſpiciendis cauſſis,tàm juriſdictionem, quàm gladii pœnam,concernentibus , uterentur operâ indigenarū.Ità ut immunitates,ac privilegia, quib. *Vormatienſes*, & ſocii,ſub *Anno M.DC.XX.* uſi eſſent, tantùm non contrahi, ſed etiam in quantum dilatari,contingat.Fortalitia,ac munimenta , ab *Anno M.DC.XX.* illis in tractibus ædificata , omninò ſolo æquarentur.Neque,ullo ſub colore, qualiſcunque vel ille eſſet,deinceps reſtaurari debeant, tùm *Rheti* duobus *Regibus*,tùm *Reges* inter ſeſe mutuo , alter alteri,ipſimet ſancirent , promitterent.*Hiſpaniarū Regi* liberum eſſet per *Vallem Tellinam* , *Vormatiaque* diœceſin,prout res exigat,legiones ducere,ac reducere,obſervatâ,quâ aliâs decet in id genus caſibus, ſolitâ moderatione. Omnes *Vallis Tellinæ* , *Vormatiæ* , & *Cliviæ*,indigenæ omnium eorum factorum, quæcunq; ab *Anno M.DC.XX.* tempore motuū iſtorum uſuveniſſent,haberent remiſſionem.Quędam verò familiæ,à *Regibus* denominandæ,unà cum fortunis omnibus , ad viginti integros annos , ea ſub protectione forent,ut intereà in illas neq; actio judicialis,neq; fiſci executorialis, abſque præſcitu,ac mandato,*Regis* utriuſque,locum habeat.In præſentium articulorum firmam,ac ſolidam , obſervatiā, modò non *Rheti*,ſed *Reges* ipſimet,condicerent. Sique contrà & hos,& infrà annexos,*Religionem* concernentes,articulos aliquid deſignari eveniat,eo eventu *Rhetiæ* incolæ omnib. jurib. exciderent, poſſeſſionibuſque *Vallis Tellinæ*, *Vormatiæ* , & *Cliviæ*, oppidò privarentur.Hoc eò ut ſit cōfirmatius,*Rheti* exorarent *Reges*, illi hoc ut ſub eventu *Vallem Tellinā*,*Vormatiam*,*Cliviamque* , ipſos adverſus *Rhetos* in defenſionem admitterent,tranſgreſſionis utiq; futuri vindices.*Pōtifici* poteſtas eſſet liberrima, & pleniſſima,ſuper his , inter *Reges* pactis , articulis,cognoſcendi,ac decidendi,ſi quid ſecùs accidiſſet. Tā *Rheti* igitur *Regibus*,quàm *Reges* mutuò ſibimet ipſis, ſtipularentur,omnia,quæcunq; *Pontifex*,ſuper trāſgreſſionib.ſtatuiſſet,ſeſe rata habituros.Si quid adverſus præſentes articulos *Rhetis* vel in univerſali, vel particulari,deſignare contingat , tùm quidem tùm quidem hoc ſignificaretur *Pontifici*, ejuſq; declaratio exſpectaretur.Si accideret *Rhetos* inſurgere adverſus *Vallis Tellinæ* , *Vormatiæ*, & *Cliviæ*,incolas, tùm,abſque *Pontificis* exſpectata ſententia , *Rex Hiſpaniarum* vel cum,vel ſine,armis illos reſtitueret in integrum,neq; *Rex Galliarum* modo quoviſcunque hoc impediret. Inter ipſos *Reges* fortè naſcentibus controverſiis, res reiiceretur ad *Pontificem*. Quodcunq; igitur hic decreverit,hoc utriq; placeret. Utriuſq; *Regis* denique,apud aulam *Romanam* reſidentes *Oratores*,hos,&infrà adjectos,articulos,ratos haberent , utque quàm primum à *Regibus* confirmentur,accurarent.

IV.

Gregorii Pontificis articuli , apud Rhetiam Religionem Catholicam concernentes.

PRæmiſſis illis,ad juriſdictionem, ſive inſpectionem *Rhetiæ*,ad *Pontificem* ſpectantibus, articulis, idem *Pontifex*,pro ſevera *Religionis Catholicæ* obſervantia,leges publicavit porrò ſequētes. Nempè, p
Vallem Tellinam , *Vormatiam*,*Cliviamque*, aliorui
locorum,judices,ac gubernatores , *Religionis* eſſ
Catholicæ. Si de profeſſione illorum ullum acci
dubium,hæc dignotio reiiceretur ad *Pontificē*. P
dictis in locis,præter confeſſionem *Catholicam*,
toleraretur nulla,hæreticis,unà cum familiis , i
ejectis.In hoc condicerent *Rheti*,nullam ſeſe ali
præterquàm *Catholicam*,religionem admiſſuros
ſe.Pari operâ per fines *Rheticos* , adverſus *Pontific*
ac *Clericos*,facta decreta,& concluſa,annihilarē
Hæreticis nulla eſſet inter *Rhetos* habitandi fac
tas.Qui,niſi ad *Catholicos* accedant , intrà ſexenn
poſſeſſiones ſuas divenderent. Interim quotan
liceret illis,per menſes duos,prædiis,atq; agris,
operam dare,meſſemque colligere. Ità tamen ,
familiam ibi alerent,aut hæreſeos exercitium c
rent.Eorum quoq; liberi manerent in patria , i
Religione Catholica informarentur.Quo nomine
rici ſive *ſacerdotes*,nullo pacto offenderentur,ſive
cra faciant,ſive fana exſtruant. Pari lege *Viſitat*
bus,abſq; ulla contraventione , juriſdictionem
liberrimè exercere fas eſſet. Inter *Rhetiæ Canto*
ſuperior,*Eccleſiæ DEI* dictus,ut & *decem Iuriſdictio*
& *Meyenfeldenſis dynaſtia*,bona quæcunq; eccleſia
ca,antè hos annos quadraginta intercepta , re
tuerent.Reliqua verò , ante id tempus olim oc
pata , in medio relinquerent,illis,quorum inter
ad eorum repetitionem,admiſſis. Si quid contr
ſtos,fidem ſpectantes,articulos inſurgat, tàm *Re*
quàm *Rheti* ipſi,ex facto utrinq; compromiſſo,
omne ad Pontificem reiicerent. Regeſque,ut
Pontificis voluntas ſtrenuè obſervetur , unanim
promitterent. Simulque , ut à reliquis *Helvetio*
confœderatis fieri,implerique,poſſit , eniterent
Interim,hic poſtremus articulus eſſet inſtar cor
larii,non baſeos.

V.

Ab Helvetiis,& Rhetis,prout vocant , reform tis,repudiantur Pontificis decreta.

SEd tantùm abfuit,ut *Helvetii*,ac magna pars R
torum,quos vocant *Reformatos*,in id genus leg
à *Pontifice* præſcriptas,pedibus irent , ut magis o
dientiam illi negarent. Ità enim libertati *Rheticæ*
benas iniici,*Hiſpanicum* jugum introduci , *Helve*
rumq; confœderationib. vim inferri , cauſſabant

VI.

Leopoldi Archiducis munimenta,intrà Rheti excitata,improbant Helvetii.

HÆc dùm aguntur , intereà *Leopoldus Archidu*
poſteaquàm *Curia*,ac *Meyenfeldenſibus*,locis i
per *Rhetiam* pcipuis,foret potitus , tranſituſq; ve
ſus *Mediolanum* præoccupaſſet,in eo totus erat ,
Rhetos omninò ſub imperium,tituloſque,vocare,
ſecurè poſſidere,quitus eſſet.Quò nomine in fini
Helvetiorum munimentum excitari curavit. Loc
cæteris, ad tranſitus ſpectantibus , præſidio prob
communitis. Sed hæc ratio neque *Rhetis* ex part
multò minus *Helvetiis*,placere poterat. Itaq; co
jūctis votis,vellet *Archidux* à fortalitii ædificatio
ſuperſedere,contendebant.Hoc enim illud eſſe,
pactis,legibuſq; hæreditariis,ꝙ tranſactioni *Lind*
vien

ınſi,'è diametro repugnaret. Ad quę quidẽ *Archi-*
x excipere cœpit: Nihil ſe quidem, quod tranſa-
ionibus adverſari poſſit, moliri. Iam antè *Baſiliẽ-*
,& *Scaphuſianos*, ipſoſq; *Helvetios*, apud *Sarganſium*,
ciſq; aliis, excitaſſe fortalitia. *Faceret* igitur nihil
ovum, nihil illicitum; niſi quod facerent alii. Si i-
tur *Baſiliẽſes*, ac *Scaphuſiani*, fortalitia illa priùs de-
olirentur; tùm ſe eâdem facilitate paria facturũ.
d neq; ſic acquieſcebant *Helvetii*. Immò, ut forta-
iorũ ædificatio quàm primùm intermitteretur,
gentibus verbis inſtabant. Quam in rem *Archidu-*
idem, quâ quibuſdam *Helvetiorum* partibus tene-
tur, obiicientes, petebant juxtà, cum *Rhetis*, ac
ettigavenſibus, in univerſum omnibus; in gratiam
diret. Quibus per codicillos, ſive litteras, conce-
is verbis ità repoſuit *Archidux*: Se ſe quidem tàm
rtalitii exſtructioni ſuperſedere; ſimulque cum
is, indultâ omnibus indemnitate, in gratiam re-
rti, velle, modò ſubſequentes conditiones adim-
eri contingat Nempè, ſicubi ab ipſiſmet *Helvetiis*
nfœderatio hæreditaria, tàm ſanctè jurata, ſenſu
io, atq; integro, incorrupta obſervaretur. Pari-
q; *Archiducum* jura, quoad *acto Prettigavenſium*
riſdictiones, ſuperioremque *Engadini inferioris* in-
ectionem, atque id genus loca, ſarta, tectaque,
anerent, perduellibus, ac refractariis, pœnas ſub
bitas vocatis, inq; ordinem redactis. Atq; ſic de
s hactenùs.

CAP. VII.

De Iacobo, Angliæ Rege, in nuptias regii filii, cum Maria, Hiſpaniarum Regis, ſorore, contrahendas, toto animo propendente.

I.

cobus, Angliæ Rex, ſuper Caroli, filii regii, matrimonio, proponit, & decernit.

TEntatis tot remediis, ſupererat adhûc, ferè ultimum, illud, quo *Regum*, *Principumque*, mentes antiquo more uniuntur, nempè matrimonium. In hoc nempè, *Iacobus Rex* totis propen-
bat animis, ratus, ſi *Carolus*, filius regius, ſplendi-
ores, & quidem vel ad *Auſtriacas*, vel *Hiſpanicas*,
anſiret nuptias, hoc non tàm ſibi, quàm regno
o, fore glorioſum, ut etiam *Palatinum* generum,
m *Cæſare* reconciliare, filiamque regiam, cum
potibus, in dignitate, & patrimonio, *Electorali*,
dem operâ denuò confirmare poſſit. Quòd igi-
r antè *Konchus* dynaſta, *Caroli Principis*, *Regis* filii,

conſiliarius, animum illius *Principis* ab *Auguſta Auſtriaca* familia abalienaſſet, tùm *Ochſenfurtius Comes* pari invidiâ nuptias *Hiſpanicas* diſſuaſiſſet, ſatiùs fore arbitratus, ſi *Rex* contrà *Hiſpanos*, *Palatinatum* intercipientes, potiùs hoſtilibus, quàm amicitiæ, ac nuptialibus armis, experiretur: *Rex*, utroque in cuſtodiam redacto, coactoque *Senatus* regni conſilio, ſequentia in verba, ſuper matrimonio concepto, perorare tùm cœpit: Eò, inquit, militare animum, eò ſpectare cogitationes ſuas, ut regnum altiùs provehere, noviſque acquiſitis honorum titulis auguſtius reddere, elaboret. Se enim non tàm patronum, ac defenſorem, ſed etiam auguſtum, regno futurum eſſe ſuo. Hanc in ſententiam jam dicere conſtituiſſe, non ut exſpectet ſive conſilii, ſive ſuffragii, à ſubditis quicquam, ſed ut voluntati, ac decretis ſuis, habeat obſequentes, minimèque repugnãtes. Si quibus contrà mutire eſſet animus, illi ſcirent, ſeſe, tanquam criminis læſæ *Maieſtatis* reos, eſſe tàm honoribus, quàm fortunis ſuis, privandos. Ut igitur tàm auguſtum, quàm defenſorẽ, & patronum, regnis ſe ſuis declaret; ex autoritate, qua pollet, regia ſe ità & velle, & decernere.

Ad primum proindè, nempè regni ſui provectionem, quod attinet, omnium in memoria verſari, quo pacto, ſuperiori *Anno M. DC. IV.* ad *Angliæ* regni faſtigium proveniſſet. Eo tempore, tametſi *Pontifex Romanus*, *Galliarum*, & *Hiſpaniarum*, *Reges*, diverſum quid à ſe exſpectaſſent, nihilominùs ſibi nihil antiquius fuiſſe, quàm ut omnia eo ſub ſtatu, quo inveniſſet, conſervaret, nihilque enovaret, *Pontificem* conceptis verbis ab *Hiſpaniarum Rege* cõtendiſſe, ſecum lege pacis experiretur, parque *Albertus Archidux* faceret. Illud, præeunte admonitione illa, utrumque ſuſcepiſſe, ut hunc uſque in diem mutuæ pacis illius commoditate utatur fruatur. Tùm ſe, ad petitionem *Crucigerorum*, inter cæteras ſanctiones utiles, allegato etiam *Petri Criniti* loco, *Imagines Crucis*, hinc indè collapſas, rurſus pio inſtituto reſtaurari curaſſe. Nimirùm ut eſſent memoriæ, & ſymboli, loco, per *D. & S.* noſtrum humanas generationes in arbore *Crucis* redemptas eſſe. Eas pias ſive imagines, ſive ſymbola, indignè pedibus conculcari. Ut etiam tùm, *Catholicam Apoſtolicam Romanam* confeſſionem veram eſſe illam *Religionem*, inculcatum ſit. Ne autem res novas agere, aut regni ſtatum perturbare, velle videretur, illam adjectam fuiſſe clauſulam, præfatam *Religionem* ceremoniis quibuſdam, ac conſuetudinibus, exundare ſuperfluis, quales utiq; opus habeãt reformatione.

Eodem ipſo tempore aditi regni, ſubditos *Catholicos*, incolas utiq; & mẽbra, *Angliæ*, diverſis ſupplicationib. conſcientiarũ libertatẽ efflagitaſſe. Quãtum n. procellarum ſub regimine *Eliſabethæ* reginæ anteà exanthlaſſent, tantũ ſolatii, ac ſublevamenti, tùm quidẽ à ſe ſibi promiſiſſe. Humana ingenia ità n. cõparata eſſe, ut id, ꝙ deſiderant, facilè, credant, adeóque, ꝙ optant, ſibi ut contingat, jam tanq̃ cõtigiſſet, concipiant. Sed tùm quidẽ tantùm imaginẽ flammæ mox inſurgentis repræſentari accidiſſe. Illos quidẽ perſuaſos fuiſſe, futurũ, ut ingentib. illis cordoliis, ab *Eliſabetha* regina, tàm quà cõſciẽtias, q̃ quà pſonas, fortunaſq;, injectis, exonerari poſſint. Hoc hoc fuiſſe illorũ petitũ, nẽpè ut liberũ ſibi illi *Catholicæ Religionis* cõcederetur exercitiũ, cujuſmodi à majorib. ſuis, à tẽporib. *Damaldi*, *Scotiæ Regis*, uſ-

que

que ad *Mariæ* reginæ, matris ſuæ,martyrium , per hoc regnum viguiſſet, per vetuſtiſſimos , & laudatiſſimos,*Imperatores* conſervari,hiſtoriis eccleſiaſticis depredicari,innumeræque multitudinis martyrum ſanguine confirmari, uſuveniſſet. Quòd autẽ illis,metu turbarum, nullo genere ſatisfactum foret,nullam aliam regno ſuperveniſſe novationem, niſi quòd *Regem*,duntaxat novum ſuſcepiſſet. Anteà *Romæ* multa ſuper ſua in religionem *Catholicam* animi propenſione hominum ſermonibus diſſeminata fuiſſe.Sed ſimulata,ac ficta,fuiſſe omnia,ut videri poſſim,aliquid tale ex ſimulatione , regni hujus conſequendi cauſa,anteà præ me tuliſſe,cùm ex eo tempore,quo *Angliæ Rex* ſum , nihil neque quà officia,neq; quà perſonas , per regnum immutari notatum ſit. Poſteaquàm ergò decretiſſimũ mihi foret, pietati facilitate regia feneſtras , valvaſque,aperire , *Catholicoſque* , tanquam fideles regni ſubditos, ab incredibilib. conſcientiarum ſuarum, quib. nuper,& in hunc uſq; diem,urgebantur , flagellis,ac paſſionibus,exonerare, utiq; præeuntibus deliberationibus maturis, ac neceſſariis , hanc legem ſe ferre, deinceps *Catholici* ſubditi ſub *Regis* tutela,atque patrocinio, eſſent. Quò igitur deinceps, quoad liberũ Religionis ſuæ *Catholicæ* exercitiũ,omnis inquiſitionis immunes,indẽneſque,eſſe queant,omnis generis mulctas,actioneſq; judiciarias, quæcunq; intentari ſuſtineant,ſe omninò abolere, ac tollere,immò velle,ſancire,ac decernere , in poſterum *Miſſæ* ſacrificia,aliaque , juxta normam *Catholicam*,pietatis officia,liberrimè obirẽt , omneſq; in poſſiones,ac fortunas,priſtinas redirent, ſub expreſſiſſimo hoc interdicto,nullus ſive magiſtratus, ſive regni ꝑpoſitus,quicq̃ deinceps, *Religionis* cauſsâ,*Catholicis* ſive mulctæ,ſive pœnæ,irrogaret. Eodem pertinere ſeverum *Regis* hoc quoq; edictum, nemo,cujuſcunq; ordinis,ſive cõditionis, eſſet, vel per alios,ſive clàm,ſive palàm,quicq̃ impedimenti, offenſioniſq; illis afferret,quò minùs *Religionis Catholicæ Apoſtolicæ Romanæ* ſacra,ac munia , liberrimè obire poſſint.Si quis ſecùs facere auſit,is, tanq̃ reus criminis læſæ *Maieſtatis*,turbator pacis,patriæq; hoſtis,renunciaretur,pariterque , aliis in exemplum, ſeverè coerceretur. Hanc enim *Regis* eſſe voluntatem,hanc ſententiam,illam decretiſſimam.

De altero propoſitionis hujus membro ità eſſe, ut regni,ſubditorumque,inprimis regii filii. *Principis de VVallis*,defenſor& eſſe,& videri,velit. Hujꝰ exaltationem ſe,ſub auguſtioris alicujus matrimonii procuratione,ſolenniter auſpicari , ut neminẽ per orbem hunc *Chriſtianum* fugere hoc inſtitutum ſuũ poſſit. Et hoc quidem ſic eſſe,ut cum *Hiſpaniarũ Regis* germana *Carolum* filium tædas maritales pangere cupiat.Et jam tùm hoc ſuum votum , ac propoſitum *Regi Catholico* per legatos ſuos intimari cœpiſſe,ut haud quidem diſplicuerit,ſed potiùs acceptari contigerit.Interim non defuiſſe quoſdam , quos *Carolo* filio conſiliarios intimiores dediſſet , & gratiâ,& potentiâ conceſsâ,turpiter ubutentes,qui quidem animi impotentiâ,ac faſtu, in trãſverſum acti, non dubitaſſent hoc præſens regio filio matrimonium expectorare,ac,ſub diverſæ *Religionis* prætextu,omninò diſpungere.Neq; eo crimine, elatas acquieviſſe cervices. Verùm n. verùm fidem, atq; recognitionem,ſive ſubjectionem *Vaſalli* ergà dominum,pedib. conculcaſſe.Eam n. eſſe *Vaſalli* obligationem ſicut jura,ac ſtatuta , *Principum* oculiſſimè

conteſtentur,nimirum *Vaſallo* voluntas *domini*
lege eſſet.Quicquid igitur domino placeret, ſta
tũq; foret,hoc omne vaſallus,inſtar legis, ven
retur.Ut mutire cõtrà ne quidem auſit quicq̃.
digni igitur id genus oblocutores eſſent,in quo
gore legum animadverteretur.Eo ipſo n. teſtat
iſtos facere,quàm parum *Donum* illud *regium*,in
mationis igitur , à patre *Rege Principi de VVallis*,
inſcriptum,ad animos admiſiſſent.In eò enim,
bus legibus regni gubernatio adminiſtrari , tùr
genus inquietæ cervices puniri,debeant,doceri
Köncho dynaſtæ,ejuſdẽq; candori , ſe *Regem* a
hâc detuliſſe plurimum. Ut eum etiam *Carolo*
conſiliarium adjunxerit.Iſtum autem,ex ſupina
gà *Auſtriacam* familiam invidiâ , *Caroli Principis*
mum ità pervertiſſe,ut cùm matrimoniũ apud
guſtam illam proſapiam jampridem animis *Rex*
cepiſſet,iſte ex tranſverſo hanc rationem intert
bare auſus ſit.Iſtius audaciam,ac temeritatem,
ritò jam refrænari cœpiſſe,dum vipera , ne ſibil
ac toxico linguæ virulentæ alios corrumpere ,
gat,tantiſper in cuſtodiam redacta ſit.
Iam tùm *Angliæ*,tùm *Scotiæ*,civibus , quàm ſu
riorib. ætatibus majores ſui,cum familia regia
ſtilienſi,hoc tempore honoribus,opibuſque, ab
danter aucta,conjugii fœdera pepigiſſent, tàm
tum,quàm notiſſimum,eſſe.Hactenùs ergà fili
regium officium ſe boni parentis impleviſſe. Ill
enim ſe in viam virtutis vocaſſe,illi præcepta,&
gulas,quibus regna , & poſſeſſiones luculentas
gias,adminiſtraret,ergà *DEVM* ſe *Chriſtianum*,
populos *Regem*,declararet,præſcripſiſſe. Artẽ p
vincias,populoſque,gubernandi,nõ , figulinæ
re, addiſci.Ubi figulus,acceptâ in manus ollâ,op
cio incumbat , manuſque,inſtruat. Eam potiùs
autorum , libellorumq; monumẽtis erui,atq;
ſu,ac praxei,acquiri. Magiſtri igitur eſſent exe
tati,ac ꝑfecti à quib. hæc cõpẽdiaria hauriri qu
Sed in viam.Ut ad *Caſtilianam*,addit, redeã fa
liam,quis ignorat,*Henricum VII. Angliæ Regem* ,
ſuo *Arcturo,Principi de VVallis,Ferdinandi* , *Hiſpani*
Regis,filiam,rurſuſq; filiam propriam *Margaretha*
Iacobo IV. Scotiæ Regi,matrimonio junxiſſe.Plura
duci poſſe exẽpla, ſi inſtituti hujus pati velit rat
nemò dubitet. Quid ergò eſt?Cur etiamnunc
filio ſuo *Hiſpaniarum Regis Infantem* in matrimoni
minùs collocaret,modò tàm *Rex Hiſpanus*, quã ip
conſentiant?Sed illud,illud, inquam , linguę o
ciunt incontinentiores,nempè *Religionis* obſtare
ſcriminationem. Tanq̃ huic occupationi , min
convenienti,obviàm iri haud quidẽ quitum eſ
Ecce!n. *Ducem de Bare*,& *Catharinam Burboniam*,
rici IV. Galliarum Regis,ſororem,diverſas aluiſſe co
feſſiones,fit planiſſimũ. Nihilominùs tàm ex op
to conjugio coaluiſſe,atq; optimè utriq; conven
ſe,cognitum eſt,ut neq; ille meliorem uxorem,n
que hæc meliorem maritum,optârit unquam. E
dem inter illos anno conjugii quinto animorũ i
clinationem,affectionem ac reverentiam , eſſe o
ſervatam,atq; ab ipſis initiis,quis neſcit? Animo
ſimilitudo ea ἐς ἀμοιβὴν fuit,ut ſepoſitâ *Religionis*
ſparitate,una in duobus pectorib. anima , eædẽ
duob. cogitationes,eædẽ affectiones,videri poſsẽ
Quibus ità prælibatis , jam in eo totus ſum,
pręcõceptã matrimonii tractationẽ conſũmare
decretiſſimũ.Quo nomine eos omnes , ſi q auſi f
rẽt ſive volũtati *Regis* repugnare,ſive regii filii a

mu

m aliorſum inflectere , nequicquam cervices
hæ ſubtracturos eſſe, prænuncio. Itaque, pro ſe-
ejus rei complemento, jam jam *Diocheum*, legatũ
um, omnibus numeris ad eam matrimonii con-
mationem inſtructum , in *Hiſpanias* ablegare,
si. Iret ille nunc, & *Hiſpaniarum Infantem* in hanc
liam educeret. Si quis deniq; huic inſtituto *Regis*
amare præſumat, iſtum pœnis in ordinem redi-
dum eſſe, noveritis omnes. Ità n. certum eſſe, ità
entiam perſtare, dico.
Ad tertium articulum quod attinet, nimirùm
ditorum *defenſorem Regem* ſe comprobare velle.
c ut in propatulo, & omnibus, conſtare poſſit,
ffectus ſum, ut ſuper damnis, regni mei ſubditis
er à *Batavis* illatis, ſerias ſuſcipiam cogitationes.
tàm à majoribus meis, quàm memetipſo, gra-
mis quibuſq; ſub occaſionibus, ea officia præ-
fuère, ut majora erogari vix potuerint. Nihi-
eciùs iſti ità ingrati, ità hoſtiliter in meos inve-
unt, ut ne *Getæ*, barbarique, atrociùs peccare ſu-
eāt. Res ità ſeſe habet. E potiſſimis *Londini* mer-
oribus ſocietas nuper coivit. Ità ut collectis im-
nſis pecuniarum copiis negotiationem in In-
s Orientales ſuſceperit. Quid autem poſt-
? *Batavi* iſti ingratitudine , & ferociâ, inſolen-
Regis autoritate protritè habitâ , naves ſuorum
tili cùm impetu intercepêre, merceſq; *Catholi-*
expilârunt. Exindè tantum in infortunium ſub-
mei incurrerunt, ut cùm cladem hanc ſuſtinẽ-
non eſſent, ſocietatem illam *Indicam* oppidò diſ-
vere cogerentur. Hoc hoc illud eſt , quod quidẽ
ſeriò vindicare ſtudeo. Illud n. *Regis* officium vi-
ur tanquam proprium, ſubditos ſuos, more bo-
atrisfamiliâs, ſub Iuris , & legum, æquitate , ut
atur, immò contrà quoſcunque hoſtes, ac pyra-
hoc enim nomine, ob vim meis illatam *Hollan-*
iſtos, non alio, dignos eſſe cenſeo) aſſerat, ac de-
dat. Immò cervices inſuper jactitare non du-
irunt, tanquam neque animus, neque bilis, mihi
it in hoc facinus vindicare ſufficiat. Iam tùm ad
lines Batavos dedi , damnum illud refunderent.
iſtos rem tanti vix facere comperio , ut merces
oco, quo interceptę eſſent, ſaltem reddere, pro-
tant. Sed frigidis id genus oblationibus *Rex* ego
uieſcere haud potero. Ea propter, lęsâ autorita-
egiâ, neceſſitas flagitat, ut, lege talionis, in *Bata-*
tranſgreſſores animadvertatur, naves, claſſiſq; ,
entur , in iſtos, quibuſcunque commodè fieri
ſit locis, omni conatu , catur, injuria illata pro-
ſetur, naves, negotiationeſque *Batavorum* inter-
iantur, donec damnum, cum fœnore , atque ex
indanti, ſit compenſatum.

II.

incipis de VVallis ſecreta in Hiſpanias navigatio.

Ublicato ſuperiori decreto, *Rex* filio , *Principi de*
VVallis, ipſe ut in *Hiſpanias* excurreret, autor fuit.
n in rem *Marchioni Buckingamo*, *Franciſco Cotting-*
io, *Principis Secretario*, *Kingto Baronetto*, & *Idmirono*
teto, injunctum eſt, loco, horâque , conſtitutis,
ſecreto, convenirent , ac ne quidem uxoribus
e dicerent. Illi gitur, unà cum *Principe*, *Regis* filio,
oto ſub habitu, *Londino* ſolventes *Doverium* per-
erunt. Ubi loci *Buckingamus* , accerſito ad ſe gu-
natore regio, & quinam eſſent, indicavit, & navẽ
pcuraret, quò citato curſu *Caletum* ſolvere poſ-
ſint, impoſuit. Caveret ergò, ſub vitæ, fortunarũq; , præſente periculo, quicq̃ propalare, ſimulátq; , ut portus maritimi clauderentur, tranſitu quibuſcũq; peregrè venientib. interdicto, quoad *Rex* hanc velut cuſtodiã relaxaſſet, accuraret. Intereà *Princeps*, ſecundo vela implente vento, feliciter *Caletum* pervenit. Undè, acceptis equis veredariis , *Pariſios* perrexit, inſumptiſq; die uno, atq; altero, in *Regis*, *Reginæq;*, contemplationẽ , ſub ignoto pariter habitu, porrò pfectus eſt. In itinere mendicantib⁹, pro ſtipe, aureos illos, quos duplos vocant, erogavit, et p diverſoria aureâ liberalitate prolixus, ut, ſicut erat, hic comitatus, magni alicujus *Principis* , magniq; tũ momenti, videri poſſet. Sed vix fuit, abſq; rei perficiendæ ſiniſtro ſucceſſu, omen illud, quod inter *Pariſios*, & *Aureliam*, accidit. Illic enim , ex equo prolapſus, pedem alterum oblæſit. In *Hiſpanias* perlat⁹, aſſumpto *Buckingamo* , relictis itineris unius diei intervallo poſt ſe reliquis familiarib⁹, ſemper pceſſit. Uſq; dùm *XVI. Cal. Apriles*, (quo die inter veteres *Romanos* pueri ingenui, prætextâ depoſitâ, virilem ſumebant togam) ſerotino tempore apud *Madrittum*, appulit, palatium *Britanniæ Regis*, parentis ſui , *Oratoris extraordinarii*, *Comitis de Briſtol*, ingreſſus, ab eodemq; promptè agnitus, ac cum debita ſubmiſſione, ac venerationis cultu, exceptus.

Tametſi autem laboraret *Princeps* , cuperetque, per dies aliquot latere, nihilominùs rumor , ſuper ejus adventu regiam per aulam ilicet percrebuit. Manè igitur ſequenti *Buckingamus*, unà cum *Briſtolio Oratore*, in aulam rheda delati, *Regi Catholico* adventum *Principis de VVallis* intimare cœperunt. Undè ſub veſperam, nomine *Regis*, *Comes de Olivares*, in palatium *Principis* ſuper adventu gratulatum venit. Pariterque, coacto ſecretiori cõſilio, Rex, ut *Principi Britannico* omnis generis honores, quocũq; modo ſolenniter, ac cumulatim, deferri poſſent, exhiberentur, decrevit. Dùm igitur *Princepis*, regius filius, *Britannicus*, omniũ in oculis eſſet, omniſq; generis quęſitiſſimis afficeretur honoribus, *Rex Catholicus* ad quorumcunq; finitimorum *Monaſteriorum* proceres, ac priores, edictum dimiſit ; nimirum omnes, ac ſinguli, in preces incumbentes, *DEUM Opt. Max.* in vota vocarent. Eſſe enim ſub tractatione rẽ illam, & quidem arduam, quæ non tàm *Regem Catholicum* , quàm *Religionem Catholicam* , concerneret, magnique eſſet, atque non contemnendi, põderis.

III.

Super matrimonio Hiſpanico ſuſcipitur tractatio.

PRæterlapſis diebus paucis , *Rex Catholicus Proceribus* delectis hoc mandati dedit, ut ſuper tractatione matrimonii agerent, iis videlicet rationib⁹, quib. id fieri queat, facilimis. Potiſſima in eo verti videbatur difficultas, quòd *Gregorius XV. Pontifex* injunxiſſet *Regi Catholico*, ne conſummarentur nuptiæ, antequàm *Angliæ Rex* per univerſum regnum *Catholicæ Religionis* exercitiũ pmiſiſſet liberrimum. Cujus rei cauſſa, *Rex* ne quid, deſignaret contrà cõſcientiam, operâ utebatur *Theologorum*. Hi a. *Princeps de Vallis* ſub jurejurando confirmaret, tàm ſe, quàm *Regem* parentem, præfatam conditionem impleturos eſſe, autores extiterunt. Hoc facto ſponſalia quidem intervenirent, hac tamen ſub lege, ne matrimonium conſummaretur, ſponſaque deduceretur in *Angliam* antè *Cal. Maias*, *Anni M. DC. XXIV.*

Ut

Ut ſic appareat, an *Regi*, filioq; *Principi*, quoad cōceſſionem libertatis *Religionis Catholicæ*, ſecundùm mētem *Pontificis*, res cordi eſſet, ageretur que feriò.

Quoad primam igitur conditionem, ſanctè ꝓmiſit *Princeps Britannicus*, litteris etiam datis reverſalibus, ſe modò non liberum *Religionis Catholicæ* negotium ordine permiſſurum, immò etiam, ne quis contrà deſignare, aut *Infanti Anglicanam* confeſſionem perſuadere, aut *Catholicam* illam, carpere, auſit, effecturum. E quibus illa præcipuè torquebat clauſula, quòd, amantium more, morā illam ac dilationem, iniquiùs ferret. Tametſi *Rex Catholicus* etiam hîc, ſuper termino breviori, ſe deliberaturum promitteret.

IV.

Scrupuli inter tractantes oriuntur partes.

SEd, prout nulla ferè eſt ſincera voluptas, ità vel ab ipſis initiis, dùm juramenti formula, ab *Angliæ Rege* præſtanda, inter *Regem*, *Marchionem de Inoioſa*, & *Carolum de Columna*, conciperetur, impedimentum, & ſcrupulus, emerſit. *Angliæ Rex* enim *Pontifici* (cujus in codicillis peragebatur mentio) titulum negabat *Sanctiſſimi*. Hoc cum *Religione* ſua pugnare, nedùm abſq; ꝑjudicio, atq; ignominia, à ſe, fieri poſſe, prætendens. Legatis verò, niſi hoc primo loco ratum eſſet, ulteriorem tractationem recuſantib⁹, tandem *Rex* aſſenſit. Hoc vix dùm remoto obſtaculo, mox offenſa oppidò intervenit nova. Legati enim negabant ſe ceremoniis, ac precibus, *Anglorum* intereſſe poſſe, abſque ſuæ *Religionis* offendiculo. Has verò nuptiales tractationes eò tendere, quò *Religionis Catholicæ* emolumentum, & ſecuritas, proveheretur. Secundùm hæc, *Rex*, præeunte deliberatione, ſic quidem cum illis pepigit, ut, ſub præſente actu, nulla cantio, vel hymnus, haberet locum, niſi qui ſuperiori tempore, dùm inter utroſq; *Reges* pax ſanciretur, in præſentia legati tùm *Hiſpanici*, fuiſſet introductus, ceremoniis aliis pariter exulantibus. Qua de re ne quis ampliùs animos eorum teneret ſcrupulus, *hymnum*, antè deſcriptum, ad eos præmiſit, ut, cujuſmodi eſſet, intelligerent. Cùm præter, communis ſub pacis introductione, natam lætitiam, contineret nihil.

V.

Iac. Angliæ Regis, obligatio ſolenniter apud Londinum recitatur.

REmotis illis difficultatibus, legati die Dominica, propridie *Cal. Sextil.* præeunte *Hameltonio Marchione*, ad *Regem* introducūtur. Quo cum, comitantib. permultis *Angliæ proceribus*, ſplendidè veſtitis, in ſacellum progreſſis, locumq; unoquoq; ſuū occupantibus, præeūnte concentu muſico, per *Georgium Calvartenium, Regis Secretarium*, formula juramenti, publicè, ac ſolenniter, recitari cœpit. Ea autem talis erat.

Nos *Iacobus*, DEI gratiā, magnæ *Britanniæ* &c. *Rex*, vigore codicillorum præſentium, omnibus *Regibus*, *Magnatibus*, *Principibus*, *Rebuſpublicis*, communibus, & privatis, cujuſcūq; ſive dignitatis, ſive ordinis, ſint, notum facimus, ad DEI honorem, regnorum utrinque, ac gentium, emolumentū, inprimis amicitiæ, neceſſitudinis, atq; affinitatis, mutuæ ſtabilimentū, inter *Illuſtriſſimum Principem Carolum de Valliâ*, filium noſtrum dilectiſſimum, & unicum, & *Illuſtriſſimam Infantem, Mariam*, *Regis Catholici* ſororem, ſuper matrimonii ſanctitudine, ac vinculo, nos hact[...] & egiſſe, & etiam nunc agere. Pro cujus ſacer[...] inſtituti conſummatione præfatum *Principem*, [...] noſtrum, ad *Hiſpaniarum Regis* aulam dimiſimus[...] ter quem, tàm noſtrô, quàm *Principis* illius, filii [...] ſtri, nomine, *Georgius Villierus*, *Dux Buckingamus* [...] gnatus noſter, dilectus, itemq; *Ioan. Dygbius*, C[...] *Briſtolius*, & *Gualtherus Aſtonius*, apud *Regem Cat*[...] *cum Oratores*, tàm ordinarii, quàm extraordin[...] nec non *Franciſcus Cottinghtonus Baronettenus*, *Pr*[...] *pis*, filii noſtri, *Secretarius*, vigore mandati, atque [...] ſtructionis, à nobis indultæ, ſuper matrimoni[...] *Illuſtriſſima Principe*, *Maria*, *Regis Catholici* germ[...] adhibitis hanc in rem juxtà, *Ioanne Mendoza*, *C*[...] *montii Marchione*, *Didacio Sarmiento de Acuna*, *Co*[...] *Gondomaro*, & *Ioanne de Girica*, legatis *Hiſpanicis*, tra[...] igent. Ità, ut, præeuntibus ſanctiſſimi *Patris* diſp[...] ſatione, aliiſque requiſitis, & deliberationibus, [...] per hujus illius matrimonii utilitate, neceſſariis [...] ſequentes canones, ac conditiones, itum ſit.

Nempè contractus matrimonii, diſpenſante [...] *tifice* maximo, perficeretur. Cujus volūtas ut in[...] venire poſſit, *Rex Catholicus* hoc, ſe effecturum, p[...] mitteret. Matrimonium per utrumq; *Hiſpaniæ* [...] atque *Angliæ* regnum celebraretur. In illo, juxt[...] tum *Eccleſiæ Catholicæ*. In hoc verò, illis ſub requi[...] ſolennitatibus, quib. foret opus, ità tamen, ne q[...] *Infantis* adverſetur *Religioni Catholicæ*. Omnes & [...] guli, *Infantis* miniſtri, miniſtræque, totuſque co[...] tatus aulicus, à *Rege Catholico* eligerentur, nullo [...] miſſo *Regis Angliæ* vaſallo, niſi id *Rex Cathol.* adm[...] rit. Simulque *Infantis*, totique illius comitatui, *R*[...] *gionis Catholicæ* exercitium eſſet liberrimum. Eo [...] mine *Oratorium*, ſive *ſacellum*, apud *Aulam*, illi ap[...] retur, ubi *Miſſa* ſacra liberrimè peragi curaret. N[...] non *Londini*, vel ubicunque eſſet aula, alia ędes, [...] templum, unà cum cœmiterio, cederetur, ad ſac[...] mentorum, reliquorumque neceſſariorum, adm[...] niſtrationem, ſine impedimentis ullis, perficien[...] *Oratorium* verò, unà cum *templo*, ad placitum *Inf*[...] *tis*, ornamentis quibuſcunque inſtrueretur. Ill[...] quoque *Oratorium* ſic eſſet comparatum, ut omn[...] *Infantis* miniſtris excipiendis ſufficiat. Idque du[...] è diverſis partib. forib. inſigniretur, alteris paten[...] bus, ac communibus, per quas intrarent omnes, [...] teris ſecretò, per quas ipſa ingrederetur, extanti[...] Cuſtodia *oratorii*, *templique* committeretur illi, [...] hoc *Infans* officium demādârit. Pro adminiſtrati[...] ne rerum ſacrarum, tot aleret adminiſtros, quot [...] pus ſit illi. Abſque eo, ut *Britanniæ Regis* quiſqua[...] eſſet ſubditus. Inter *ſacerdotes* quidam foret ta[...] *moderator* ſupremus. Cujus autoritas hæc, ac tan[...] exiſteret, ut quaſcunque ſuper *Religione* natas co[...] troverſias decidere queat. Illi poteſtas eſſet, pro [...] nata, in *Catholicos* animadvertendi, inque illos j[...] riſdictionem liberè exercendi. *Infanti*, ejuſque m[...] niſtris ad lubitū, liceret *diſpenſationes*, *Iubilaos*, *indu*[...] *gentias*, ac cætera, quæ ad tuendam conſcientiā ne[...] ceſſaria, *Româ* accerſere, quandocunque, ubicūqu[...] *Infantis* miniſtri quidem *Britanniæ Regi* fidelitat[...] juramentum deponerent, abſque eo tamen, & ſi[...] ut ulla ſit inſerta illa clauſula, quæ conſcientia[...] mordere, ac *Religioni Catholicæ* adverſari, poſſit. Iu[...] ra, ac leges, *Angliæ regni* ad *Infantis* aulicos nihil ſp[...] ctarēt. Ità ut illi à pœnis, *Angliæ* ſubditis, ac civibu[...] irrogandis, forent exempti. Quod quibus modi[...]

uſuve-

ſuvenire debeat,porrò eſſet explicandum. Liberi
oc è matrimonio ſuſcepti , in rebus , *Religionem*
oncernentibus,eſſent verè liberi ; id eſt, minimè
ogerentur. Ut neq; hos leges ; in *Catholicos* latæ,
ngerent.Immò,ſi qui ex illis ad *Catholicam Religio-*
m accederent,taleſque permanerent ; his fraudi
iud quidem eſſet *Religio*, quò minùs ad faſces, re-
iique hæreditatem, admitti debeant. Nutrices
fans eligeret,interque aùlicos ſuos referret. *Mode-*
tor,cæterique *ſacerdotes*,habitu uterentur *Romanæ*
cleſiæ conſueto. Semel conſummatum matrimo-
um ſub juramento confirmaret *Princeps* ; nunquã
facturum irritum. Tàm maſculini,quàm femini-
,ſexus liberi, hoc è matrimonio ſuſcepti , apud
fantem matrem ad minùs, ad annum ætatis deci-
um,manerent,juribus hæreditatis , ac ſucceſſio-
s,nihilominùs gaudentes. Ex *Infantis* aùlicis ſi
iis morte deceſſiſſet,in ejus locum *Rex Catholicus*
rrogandi haberet poteſtatem. Hæc omnia *Angliæ*
x,unáque *Princeps de VVallis*,ſub juramento, uter-
ıe confirmaret,fide ſincerâ, atque optima , ſub
agno *Angliæ* regni ſigillo, *Procerumque Curiæ Angli-*
na ſubſcriptionibus. Inprimis *Pontificis* ſuperac-
deret his omnibus approbatio. Qui,ut nuptiis
giis illis benedicat, diſpenſationemq; elargiatur,
quirendus eſſet.

Eam nunc tractationem,omneſq; articulos, ac
uſulas, (inquit *Rex Angliæ*) confirmamus, appro-
muſque,ſcientes,& volentes,bona fide, verbiſq;
giis,omnia,ac ſingula quæ nos , noſtroſque hæ-
des,ac ſucceſſores,concernunt , abſque ulla tàm
ceptione,quàm contradictione , conſtanter ; &
miter,obſervaturi: Facta hæc , in præſentia *Ioan.*
ndozæ, Marchionis de Inoiosa, & *Caroli de Columna*,
gatorum *Hiſpanicorum*. Quæ,ſanctas *Evangelii* pa-
nas tangendo,ſub juramenti ſanctitudine, ſanci-
us,ac conſtabilimus. Quorum in fidem manu re-
ſubſcripſimus,ſub ſigilli magni appendice,præ-
ntibus *Georgio, Archiepiſcopo Canterbergico* , *Ioanne*
olinii Epiſcopo, Leonello, Comite Middelſexio, *& Hen-*
Vicecomite Mandevillii, &c.

VI.

tholicorum per Angliam, ſuper eo regio matri-
monio, tripudia.

Bſolutis ſuperioris juramenti ſolennibus, *Iaco-*
bus Rex,inter legatos *Hiſpanicos* medius,è ſacello
alatium regredi cœpit , intus epulis inſtructis
iis,ac quæſitiſſimis. Quiete menſis datâ ; legati
holici,ad præcipuos *Regis Britan.* conſiliarios in-
ntes,ſubſcriptionibus,ac conſignationibus,illo-
n,ad rei confirmationem,uſi ſunt. Hoc peracto,
uò ad *Regem* intrantes, ſuper particularib. qui-
dam, *Catholicam Religionem* ſpectantibus , novũ
imentum,exegerunt ; & quidem ſuper ſequen-
us. *Rex* omnes illas leges,adversùs *Romano-Catho-*
s anteà latas,abrogaret. Nedùm in illos dein-
s novas aut fingeret,aut ferret. Inprimis *Catho-*
Religionis exercitium ſtabiliret,illudque ; etiam
r privatos ut liberè exercere liceret parietes ; p-
teret. Neq; ipſe,neque per alios , cum *Infante*,
cquam ageret,tractaretque,quod cum *Catholi-*
eligionis decretis pugnare videatur. Atque hæc
nia,in favorem *Eccleſiæ Romano-Catholicæ* tracta-
tà,atque inter *Regem* utrumque concluſa ; rata ha-
berentur à *Curia* regni *Angliæ*,eſſentq; illic quoque
confirmatiſſima. Hactenus de *Iacobi, Angliæ Regis*, ſti-
pulatione,ac juramento.

Quæ cùm nuptialis , & ſolennis inter *Reges* illos
ſuſcepta tractatio eò uſque excurriſſet , omniumq;
eſſet in oculis,præcipuè tamen *Catholicæ Religioni* p
Angliam addictos magnam in ſpem,lætitiamque,e-
rigere cœpit. Et jam eò quoq; ſumma totius nego-
tii pervenerat,ut naves , omni cum apparatu,in-
ſtruerentur,quibus regia illa ſponſa ex *Hiſpaniis* in
Angliam adduceretur. Eas præſtolabantur numero
noningenti *Angli*,ſplendidè ſuperbientes , iidemq;
Catholici,qui inſtructi rebus pretioſiſſimis , in regiã
ſponſam,munerum loco,conferendis,hanc ad ex-
peditionem nauticam intenti erant , comitatu ſuo
deductionem illam omninò *facturi* illuſtriorem.

VII.

Omnis illa, regiis ſuper nuptiis, ſuſcepta tractatio,
extemplò corruit.

PUtaſſes eò rem omnem rediiſſe,ut,præeuntibus tot jurisjurandi, ab ipſomet *Iacobo* , *Rege Angliæ*, præſtiti,ſolennibus , nullum de nuptiis ſupereſſet dubium. Ita, *Rex Catholicus*, per legatos hanc in tractationem deſcendens,aſſenſiſſe videbatur. Ut *Pontificis* quoque voluntas,ac diſpenſatio , ne quidem deſiderari poſſet. Ità *Princeps de VVallis* in *Hiſpaniis* exiverat,ità inter *Catholicum Regem* ; *ſponſamque* regiam, *Magnateſque* aùlicos, regia munera diviſerat, pariaq; ex parte receperat,ut nemo dubitaret,quin jam jam deſponſata in *Britanniam* eſſet ſolenniſſimè deducenda. Ità cùm legatis agebatur ; ità naves inſtruebantur,ità comitatus exſpectabat,ut excurrerent,gratulatum,regiæ ſponſæ. Quam etiam oblatis muneribus, honorare , inque *Angliam* adducere certa. Ità vel tùm quoque,extrà vota progreſſus, *Iacobus Rex*,ſpe prodigus,jam,intrà aulam , *Oratorium* excitabat,tanquam ſponſa in itinere eſſet, & vellus aureum,vel *Hiſpanicum* tantum non poſſideret. Sed multa,etiam graviſſimi momenti conſilia,ſecùs,atque ex adverſo,quę non exſpectas,evenire; *DEVMque* ſuper nos negotium curare ; vel hinc licêt evadet luculentiſſimum. Quantum enim vel *Reges* , in excelſo humani faſtigii ſolio collocati ; iidemq; ſapientiſſimi,ſæpenumerò & errent ; & hallucinentur,fortunâ deliberationes,ad amuſſim factas ; inturbante,nemo eſt,qui negare auſit,nemo , qui inficiari poſſit. Scitè non minùs,quàm appoſitè , *Venuſinus* vates:

Multa cadunt inter calicem, ſupremaque labra.

Ut nedùm inter regios ſponſos , regios utrinq; parentes,& agnatos,regios pararios,Principes, & adminiſtros,& ea quæ foris adveniunt,multa , immò plurima,intercidere ament. Uſque adeò æternum illud eſt,quod piè ſperamus,fragile,ac lubricum,quàm cogitamus,quòd efficimus. Cùm ergò omnes animis adventum ex *Hiſpaniis* ſponſæ regię conciperet, ecce! repentè accidit, ut omninò hæc exſpectatio decollaret,hæc hęc cilla iſta ſpes eſſet fruſtranea. Dũ enim & *Romæ*,& in *Hiſpaniis*, moræ diuturnioris , & novarum clauſularum,cathena nectitur,ecce! *Princeps*,procraſtinationis pertæſus, pace dicta ; in *Angliam* reverti cœpit. Sic tamen inter *Catholicum Re-*

gem, ac *Principem de VVallis* pactum erat, ut, quamprimùm *Pontificis* diſpenſatio interveniſſet, ſponſalia deinceps celebrarentur. Quod ut poſtliminiò in effectum deduci poſſit, eo fine *Princeps Comitem Briſtolium* poſt ſe, cum mandatis, reliquit.

Digredientem *V. Id. Septembr. Rex Catholicus*, unà cum *Ferdinando, Cardinali*, & *Carolo*, fratribus, aliquo uſque deduxit. Ubi, dicto vale, *Zappata*, *Cardinalis*, & *Montereius Comes*, porrò ad portum apud *Aſturiam* maritimum, à *S. Andrea* cognominatum, *Principem* comitari perrexerunt. Eo loci triremes diſpoſitas ingreſſus feliciter in *Angliam*, & ad ſuos, rediit.

VIII.

De muneribus, apud Hiſpanias, ſub his tractatibus, diviſis.

DE muneribus, quibus inter *Regem Catholicum*, & *Principem de VVallis*, dùm intrà *Hiſpanias* ſubſiſtebat, certatum eſt, non poſſum non in compendio pauca ſubiicere. E quibus benevolentia, ac magnifica *Regum* liberalitas, cenſeri queant. Inprimis autem *Rex Hiſpaniarum Principi de VVallis* dono obtulit *Equos Hiſpanicos* numero quatuordecim, ex auro intertextis, integumentis, & epiphippiis, holoſericis, purpurei coloris, ſtratis, bullis, & id genus alias ferramentis, ex auro, argentoque, factis. Eidē *enſem, pugionemque*, unà cum *cingulo*, & duobus *ſclopetis* parvis manuariis, auro, atque adamantibus, omnia coruſcantia, valore ad ſedecim ducatorum millia excurrente, obtulit. Eidem viginti quatuor *pelles*, ambrâ in fectas, & ſuaveolentes, itemque duodecim *Equas*, cum tribus arculis, *picturis* pretioſis, enſibus, ſclopetis manuariis parvis, & oblongis, refertis, cenſu quadragintà ducatorum millia æquâte, unàque porrò *Aſinos* geminos, cum ſuis *Aſinabus*, raræ procreationis, (quos patriâ linguâ *Garinones* vocant) muneris vice, offerri curavit. Duci *Buckingamo* munus fuit *Spira*, pileum ambiens, adamantina, ad viginti quatuor ducatorum millia accedens, unà adjectis *Equis* decem, integumentis ſcutulatis, ſive damaſcenis, purpureis, auro intextis, conſtratis, unà cum *Equabus* quatuor juvencis. *Comiti Carleio* ad ſex ducatorum millia, reliquis verò equeſtribus, ac dynaſtis, *Anglicanis* centum ferè *Equi*, cum decem ducatorum millibus, in honorariis, ceſſerūt. *Catholici Regis* verò uxor *Principi de VVallis* ad viginti, & duo, ducatorum millia, in honorariis obtulit. Atque hæc à partibus *Catholici Regis*.

Ex illis muneribus, quæ *Princeps de VVallis* diviſit, erant ſequentia. *Regi Catholico enſem* dono dedit, adamantibus coruſcantem, ſedecim ducatorum millibus æſtimatum. *Reginæ* ceſſit *annulus* triceps, ex adamante conſtans, valore viginti & quatuor millia ducatorum ſuperante. Eidem *inaures* obtulit, duodecim millibus ducatorum pretio haud inferiores. *Regis* frater, *Carolus Infans*, annulum, quinq; ducatorum millia valentem: alter verò *Ferdinandus*, frater & *Cardinalis*, torquem dono tulit, ex adamātibus, octo ducatorum millibus æſtimatum. E quibus *Infans Maria*, tanquam ſponſa futura, monile dono accepit, è perlis CCLX. ingentis magnitudinis, viginti millibus ducatorum æſtimatum. Eidem aliud id genus oblatum *brachiale*, octo millibus ducatorum, itemque *inaures geminæ*, alteræ ex *Adamantibus*, alteræ è *Perlis* magnitudinis ſtupendæ, ate
incredibilis, viginti millibus ducatorum, cen
dignæ, ceſſerunt. Poſt regiam ſponſam, *Comes de*
livares annulo donatus eſt, ſex ducatorum mi
pretio conſtituente. Ejuſdem pretii monile ux
Comitiſſæ datum, ut etiam filiæ illuſtri pariter *an*
lus, tribus ducatorum millibus veniens, divide
tur. *Duci de Infantado*, *annulus* quinque ducator
millibus, cætera *Hiſpaniarum* inter *Grandes* ſingu
ſinguli annuli diviſi, tribus ducatorum millibus
ſtimatis, ſingulis. *Camerarii* regii annulos, à ſexc
tis, ad mille ducatos, pretio aſſcendentes, ſingu
ſinguli exceperunt. Ut porrò *Buckingamus* inter
gis aulicos, *Principi* miniſtrantes, nec non *Comiti*
livarii familiares, *torques*, *annulos*, atque *Imagines*
reas, divideret. Universâ eorum munerū omni
quæcunque *Princeps* apud aulam *Hiſpaniam* di
bui curaſſet ad quinque talenta, vel quingenta
ronatorum, millia ſummâ, juxtà *Anglicanorum*
culum, excurrente.

IX.

Pont. Max. ad Principem de VVallis littera

ANtequàm huic tractationi de nuptiis clau
ſulam imponamus, age, lubet inſpicere epiſt
quàm *Gregorius XV. Pont. Max.* in *Hiſpanias* adv
tanti *VVallia Principi*, eique nupturienti, tanqu
mellitam, ut ajunt, placentam, objecit, An ſic,
ptiarum cauſsâ, ad *Catholicam* pertrahere poſſit
ligionem. Talis autem erat illa. Nobilis Princeps
domine! Ea cùm *Britannia* regni ſit fama, inquit,
que exiſtimatio, ut ingeniorum amœnorum,
præſtantium, fœcunda mater audiat, totum
terrarum orbem laudibus impleat, illa illius no
litate, atque illuſtri gloriâ movemus, ut ſæpiſſi
oculos, cogitationeſque noſtras, ſuper eam co
ciamus. *Rex Regum*, etiam ab ipſis naſcentis *Eccl*
incunabulis, hoc regnum ad hæreditatem ſu
Chriſtique agnitionem tanta cum cura, vocavit,
videri poſſit venerabile *Crucis* vexillum tàm ma
rè apud *Anglos* triumphaſſe, quàm penès *Romano*
quila ſpecimen ſymbolumque *Imperii* præbuiſſ
Poſteaquàm igitur *Reges* in ſtudiis pietatis, anim
que ſalutis, erudiri cœperunt, ſceptris ſuis *Ch*
crucem diſciplinamque *Chriſtianam* cupiditati
minandi, longè maluerunt anteferre. Quibus c
ipſo velut lacte imbibitis divinis præceptis tant
non poſteritati, ſed peregrinis gentibus, piet
exemplo præluxerunt, ut, ſicut animarum ſalute
principatuſq; illos cœleſtes, promeruerunt, it
terris nobile illud, & duraturum, ſanctitatis no
poſt ſe reliquerint. Hac tempeſtate tametſi *Eccl*
ſtatum per *Angliam* immutari acciderit, nihilo
nùs aulam illic regiam humanitate, ac virtutib
quas quidem homines conſequi poſſunt, flore
compertum habemus. Quantò majus huic no
ni *Chriſtiano*, atque omninò illuſtre, ornament
illud futurum ſit, ſicubi ad priſtinam, ac veram, h
regnum fidem reverteretur, nemo ignorat. Q
magis nos gloria *Illuſtriſſimi* veſtri parentis delect
quo magis regiæ proſapiæ illius genius afficit,
impenſiùs optamus, portæ cœlorum vobis ut pa
ſcant, atque ab univerſa *Eccleſia* deinceps amari p
ſitis.

Gregor

Gregorius magnus, Pontifex, pientiſſimæ recorda-
onis, olim nationem *Britannicam*, unà cum *Regibus*,
amplectendos *Exangelicos* canones, venerationē-
ie autoritatis hujus *Apoſtolicæ*, perduxit. Quid? ſi
oſtrâ operâ (qui quidem ſanctitate, & virtutibus,
feriores, nomine verò, loco, ac dignitate, *magno*
i *Gregorio* pares, ſumus) jam fieret idem? Profectò
eſt, ut de ſalute præfati regni, majorum piis illis
ſtigiis inhærentes, ſoliciti eſſe debeamus. Quod
cò firmiùs concipiamus, *Nobilis Princeps*, animum
bis addit, ſpemq; haud vanam ſuſcitat inſtitutũ
ad veſtrum, quo quidem in *Hiſpanias* ad *Catholi-*
n Regem adventare, atque cum *Auſtriaca* familia,
ſigni veſtro cum emolumento, thalamum ſocia-
, placuit. Quâ de re noſtrarum eſſe partium puta-
nus, hanc veſtram mentem condignè ut prædi-
cemus, ſimulque, vos nobis curę eſſe, demonſtra-
nus. Nam, dùm nympha *Catholica* in uxorem
ibitur, non exigua ſpes naſcitur, fore, ut veteris
riſtianæ Religionis ſemen, quod olim in cordibus
gum Britannicorum tàm profundas egerat radices,
nuò per *DEI* gratiam, qui benedicit, poſtliminiò
viviſcat. Niſi enim aliquo in loco hæc *Religio* vo-
eſſet *Catholica*, interituſq; ſedis *Romanæ* diſplice-
, certè hoc matrimonium curæ haud quidem eſ-
. Proindè, ea intervenit noſtra ſedulitas *Eccleſia*
c à *Patre* luminum conceptiſſimis contenderet
ecibus, dignaretur ex alto vos ad regni *Britannia-*
n poſſeſſionem, ſpem populi, floremque, & deli-
s, gentis *Anglicanæ*, manu ducere, ut, à laudatæ
moriæ majoribus illis veſtris ad vos pervenien-
, provincias, ſub *Pontificatus* autoritate, & hære-
orum delirantium extirpatione, moderetis. In-
rogate, ſi lubet, tempora, & avos illos veſtros!
mpè hi vobis viam monſtrabunt, quàm calcare
orteat, hi itineris duces erunt, quod in cœlos du-
. In hoc ſcilicet *Reges* mortales ambulant, ut co-
iam immortalem, regnumque cœleſte, atque æ-
num, acquirant.
Cœlorum ecce! janua jam aperta eſt. Aſpicite
, ò ſanctiſſimos illos *Reges Britannicos*, qui, ſub cō-
ctu *Angelorum*, *Romam* profecti, *Dominum domi-*
um, & *Principem Apoſtolorum*, apud ſedem *Apoſtoli-*
, devenerati ſunt. Illorum exempla, & pia faci-
a, ſunt inſtar divinæ vocis, quæ vos alloquitur,
ortaturque, ut, ſicut in regni gubernatione, ſuc-
ſuri eſtis, ità pietatis illorum veſtigiis inhærea-
An poſſibile eſt, ut majores veſtros, & quidem
s, tantoſque, tanquam impios, ab hæreticis cō-
nnari, inque perpetui horroris carceres contru-
ati poſſitis? Qui, ſecundùm *Catholicæ* fidei teſti-
nia in cœlis cum *CHRISTO* regnant, omneſque
er orbis *Principes* dominatum exercent. Hi illi i-
unt, qui è cœleſti vobis patria dextras præten-
it, qui vos ad *Catholici Regis* in *Hiſpaniis* aulã ma-
deduxerunt feliciter, qui vos ad gremium *Eccle-*
Romanæ reducere ſtudent, adeoque apud *DEUM*
ericordiæ innumerabilibus ſuſpiriis pro ſalute
ra ſupplicant. Hæc *Eccleſia* jam *Pontificiæ* carita-
rachia ad vos protendit, hæc optat, ut vos, tan-
m dilectiſſimum filium, complecti poſſit, hæc
is ſpem cœleſtis illius regni conſequendi ob o-
sponit. Profectò, haud luculentiori ſolatio
us orbis *Chriſtiani* populos afficere poteſtis,
m ſi nobilem illam *Inſulam* veſtram ad obediē-
tiam *Apoſtolorum Principis*, cujus hujuſque autoritas regnis pro munimento, & apud *Angliam* veſtram pro divina ſapientia, fuit, reducatis. Illud facilè fieri poſſe perſuaſum utique nobis eſt, modò cordis veſtri ſcrinia, in quibus totiùs regni proſperitas abdita eſt, domino illi, qui pulſat, abundè reducatis. Nos tanto ergà honorem, ac laudem, regii veſtri nominis, amore accendimur, ut tàm vos, quàm Illuſtriſſimum parentem veſtrum, tanquam *Britannicæ Inſulæ* liberatores, qui à majoribus olim introductam veterem *Religionem* poſtliminiò reſtaurârunt, ex animis proclamare geſtiamus. Intereà nos, quod noſtrum eſt, faciemus, hoc eſt, animum haud deſpondebimus, in *DEUM* confidentiam noſtram reiicientes, qui *Regum* corda ſub poteſtate habet, & convertit gentes. Hunc ut vobis concilie-mus, omni, & quæſitiſſima, operâ effectum dabimus. Si quid divinare licebit, vel ex hac epiſtola de inclinantiſſimo ergà vos *Pontificis* amore conjecturam facere poteſtis. Hic enim de ſalute veſtra eſt ſolicitus. Neque unquam nos hujus litterarum pœnitebit alloquii. Modò *Catholicæ Religionis* ſcintillulam aliquam intrà præcordia tàm præſtantis *Principis* excitare ſatagat. Cui conſtantis felicitatis, gloriæ, ac virtutum, incrementa totis animis comprecamur. Vale. Dabantur *Romæ*, *IV. Id. April. Anno M.DC.XXIII. Pontificatus* noſtri tertio.

X.

VValliæ Princeps ex Hiſpaniis re infecta revertitur in Angliam.

QUid ad illam *Pontificis Rom.* epiſtolam, unctis, ut ajunt, verborum globulis, itemq; ſeſamo, ac papavere, egregiè ſparſam, reſcripſerit tùm *Princeps* in obſcuro eſt. Hoc tamen conjecturâ facilè aſſequimur, factum eſſe, ut, dùm *VValliæ Princeps* vel amaro, vel nullo, *Pontificis* admonitionem reſponſo condignatus fortè eſt, hæc ipſi invidiam creârit aſperitas, ut offenſo *Pont. Max.* pari operâ, tanquam per ejus latus, ipſum *Regem Catholicum* reddiderit alieniorem. Iam tùm enim vel ab initiis, multis, qui ſenſibus paulò exercitatioribus uti conſueverunt, illud novum, ac, monſtri inſtar, videri poterat, futurum, ut *Rex Hiſpaniarum* ſororem *Principi*, ſicut ajunt, hæretico in matrimonium haud collocaret, antequàm hic ad *Catholicæ Eccleſiæ* matris ſinum ſeſe recepiſſet. Interim admiratione non vocat, tantâ animi facilis credulitate præventum fuiſſe *Iacobum Britanniæ Regem*, ut has nuptias certo certiores jam arbitraretur. Ut eo nomine jam tùm *Oratorium* pro *Infante*, ejuſque aulicis, apud regiam ſuam, pro exercendis *Miſſæ*, aliiſque *Catholicæ* pietatis, exercitiis, exædificare curaret. Sed mirabile eſt Fortunæ ingenium. Ut nō oporteat plurimum conſiliis credere, quia ſuos ſors, & caſus, inprimis exercent rationes. Qua quidem uſuvenit, ut *VValliæ Princeps*, re infecta, paulò poſt in *Angliam* reverſus ſit. Super cujus reditu (fortè quòd res ex tranſverſo accidiſſet) mirum in modum lætitia frementes cives *Londinenſes* certatim, per omnes regiæ urbis vias, ignes honorarios excitârunt, ut velut tùm urbs mediis ſub flammis conflagrare videri poſſet. Eâdem lætitiæ communis ſub teſtificatione, per omnes naves,

exploſis machinis, undecunque intonuit. Ut etiam per univerſum regnum campanarum è turribus clangores ſucceſſivè factis impulſibus, auditi ſint. Cùm igitur, aſſumptis *Oratoribus* regiis, *Richemontius Dux* in occurſum tenderent, *Principi*, ſuper reditu, congratulari, è via de induſtria ille, atque ad *Regem* parentem, apud *Royſtonum* ſubſiſtentem, deflexiſſe viſus eſt.

XI.

Nuptiarum regiarum tractatio intercidit.

ANtequàm *VValliæ Princeps* ex *Hiſpaniis* ſolveret, jam tùm *Oratori, Comiti Briſtolio*, in mandatis dederat, nihil ille ampliùs ſuper nuptiis ageret, niſi ex *Anglia* recentius habuiſſet mandatum. Ubi igitur jam ad *Regem* parentem reverſus eſſet, hoc illi ex *Anglia* injunctum eſt, ut ab *Hiſpaniarum Rege* reſtitutionem dignitatis, & patrimonii *Electoralis Palatinatus*, atque hac quidem ſub conditione peteret, niſi *Cæſar*, aut *Bavarus*, ablata ſponte redderent, *Rex Hiſpaniarum* conjunctis cum *Britanniæ Rege* armis hæc vindicaret. Ad quæ *Rex Hiſpaniarum*, haud mediocriter commotus, legato, ne *Infantem* ampliùs aut alloquio, aut litteris, interpellaret, vetuit, ſimulátque, ne ampliùs germana *VValliæ Principiſſa* vocaretur, interdixit. Quid autem inter hæc *Iacobo, Angliæ Regi*, animi, &, quo pacto, nuptiarum ſpe omni decollante, affectus fuerit, deinceps paulò poſt videbimus.

XII.

Apud Londinum, ſub Catholicorum concione, auditorium, prodigii inſtar, ad multorum internecionem, corruit.

OMina, ac *prodigia*, eventuum futurorum, maximè ſiniſtrorum, præludia, atque indicia, plerũque exhibere, inter cætera, vel è ſequẽti corollario, evadet luculentum. Circà initia *Catholicæ Religionis* exercitii, ab *Angliæ Rege* conceſſi, jam tùm infauſtũ omen apud *Londinum* emerſit. Nam *VIII. Cal. Novẽbr.* in via quadam, à *Monacho* nigro vocitata, caſus accidit iſte memorabilis. Circà veſperam, in ædibus *Oratoris Hiſpanici*, confluentibus *Catholicis Anglicanis* magno numero, concionem habebat *Pater Druerius, Societ. IESV*. Dùm igitur mediâ ſub concione, nihil ſiniſtri exſpectantes, eſſent, cõclave illud, quo auditores convenerant, in edito poſitum, ingentẽ dedit fragorem. Antequàm autem, quid rei eſſet, innoteſceret, ecce! fundum, ſive pavimentum, in medio dehiſcere cœpit. Undè nonnullos illum per hiatum abripi contigit. Quid fit? Dùm concurritur, atque ex cœtu alii alios complectuntur, etiam priori gravius malum intervenit. Nam pars contignationis, in quàm ara prominebat, ſimulátq; loco emota, ac perrupta, tanto cum fragore, ac pondere, præcipitata eſt, ut etiam ſecundæ contignationis infrà pedes fundum perfregerit, hominesq;, ad uſq; nonagintà numero, oppidò colliſerit, necâritque, multis porrò contuſis, fractiſque. *Concionator*, perrupto quoq; ſuggeſtu, tàm ſpinam dorſi, q̃ caput, confregit, eam ut veſperam, morte decedés, experiretur ultimam. Nihilominùs ſuggeſtus, eò, quòd ſuper matronam nobilem incubuiſſet, vitam illi conſervavit. Magna pars hominum eo caſu ſic quidem contrita jacuit, ut aſpectus tàm teter ipsâ penè morte foret gravior. Quid? quòd tantus fœtor poſtmodum excepit, ut legatus de alio ſibi palatio proſpiceret, neceſſitate præventus. Turbæ pars magna ſalvis pavimenti perrupti partibus ſervari cœpit, multis è feneſtris, camino, trabiumque apicibus, obhærentibus, ac ſic vitam quoque miro eventu redimentibus. Atq; ſic, præeunte id genus tragicâ calamitate, in *Catholicos* ſæviente, quàm *Catholicæ Religionis* per *Angliam* incrementa fruſtrà vel tùm exſpectarentur, intelligere proclive erat.

CAP. VIII.

De induciis, inter Cæſarem, & Bethlenum, iteratò pactis.

I.

Eſterhaſius cum Turcis quibuſdam, magni nomi-
nis, captivis, atque id genus manubiis, Vien-
nam venit, pacemq; cum Bethleno diſſuadet.

PAulò antè de *Bethleni* iterata tumultua
tione, rurſuſque in pacem propenſion
& quibus cum *Cæſare* rationibus paci
voluerit, viſum eſt. Eæ autem conditio
nes, paulò inſolentiores, ubi à *Cæſare* ingenti, & re
gio, animo repudiatæ tùm eſſent, mox ſuperven
Eſterhaſius, *Neohuſaliæ* fortalitii illius per *Vngaria*
gubernator, & hanc cum *Bethleno* pacificationem o
mninò diſſuaſit. Cauſſabatur autem, *Bethleni* iſti
lubricitati *Cæſarem* vix ſtare poſſe, cùm hominis in
genium varium, ac multiplex, ſic quidem foret cõ
paratum, ut præ inquietatione nunc *Baſſas*, nu
Vezirios Turcicos, nunc *Sultanum* ipſum, nunc *Tart*
ros, *Dacoſque*, ac quoſcunque finitimis in partib
barbaros, commovere, inque arma pertrahere, ſ
tagat. Niſi igitur iſte ſemel armis opprimatur, m
re antiquo hominem verſipellem identidem arm
retractaturum, ut pax fida, ac ſincera, interceder
vix poſſit. Hæc *Eſterhaſius*. Qui cùm in intercipien
dis *Turcorum* agminibus ſingulari, ac magna, felic
tate provectus antè eſſet, *Viennam* venit, captivi
manubiiſque *Turcicis*, onuſtus, ubi *Cæſari* trigin
quinque vexilla *Turcica*, (quorum alterum hæc ve
ba intexta præ ſe ferebat: *Mahometo, & Chriſto DE*
Sultani agnatum, duorum *Baſſarum* filios, unà cu
camelis quinque, equiſque *Turcicis*, ex hoſtico i
terceptis, humilimæ recognitionis ergò, obtulit.
Interim *Cæſari* grata erat *Eſterhaſii* illa prompt
tudo. Nihilominùs, cùm *Vngariæ Palatinus*, cæteri
ejus regni *Proceres*, diverſas rationes ineuntes, ac p
ricula, è protractata tumultuatione *Bethleniana* in
pende

ıdentia,& quantam iſte jam recens è *Tranſylva-*
ıis, Tartaris, Daciſque, hinc indè conglomeraſſet
ıltitudinem,remonſtrantes; bello pacem præ-
iſſent, *Cæſaris* animum ſuam in ſententiam haud
ficulter pertraxerunt. Maximè, cùm proteſtati
ent,niſi pax coeat, ſeſe damnorum, procellarũ-
e inſtantium,indemnes,atq; hac ratione, quòd
riæ rectiùs conſuluiſſent,exculpandos fore.

II.

*thlenus, miſſis denuò ad Cæſarem legatis, pa-
cem impetrat.*

Ntequàm ergò ſuper pace apud *Cæſarem* de-
nuò ageret *Bethlenus*, in omnem eventum *Ora-*
em ad *Batavos* præmiſit, hæc talia magna voce, &
nis lateribus, promittentem. Nempè viderent
tavi, quibus rationibus *Thillyano* exercitui illis in
rtibus, nè in *Vngariam*, ſive *Bohemiam*, penetrare
ſſit, negotium faceſſerent, compedeſque iniice-
ıt. Id ſi fiat, ſe ingentibus cum copiis affuturum;
gnique *Bohemiæ* reſtitutionem, qua de re nullus
bitaret, effecturum. Sed fruſtrà tùm erat *Bethle-*
ſ, ſcopis, ut ajunt,ità diſſolutis, ut hoc faciliùs o-
ıre, quàm ſperare, licuerit. Veniſſet ille eo tem-
re, quo *Bohemi* adhuc in armis, & metuendi, e-
ıt, & tùm fortè aliquid ejuſmodi efficere po-
iſſet. Hæc enim *Cæſaris*, totis ferè his ſub œcu-
ænicis tumultibus, ſolennis fortuna fuiſſe exi-
manda venit, ut, tot hoſtibus inſurgentibus, al-
poſt alterum velut in theatrum proceſſerit, ad-
que ſinguli, ſucceſſivè pugnantes, faciliùs vinci
ſtinuerint.

Quæ cùm ſic clàm cum *Batavis* machinaretur
hlenus, nihilominùs legationem, è quinquagintà
mero cervicibus conſtantem, *Viennam* dimiſit.
n in eo totus occupabatur *Cæſar*, ut amplæ, & in-
ictæ, ſub auſpiciis *Comitis de Monte nigro*, co-
e, in *Vngariam* directè contrà *Bethlenum* educe-
ıtur. Sed demiſsè intervenerunt *Vngariæ Pro-*
es, ne id fieret, *Cæſari* humillimè ſupplicantes.
tiùs eſſe, pacem bello præferre, atque *Vngariæ*
gnum à barbarorum depopulationibus præſer-
re. Se ſe effecturos, ut *Bethlenus* pacem rogare,
nditioneſque, omninò tolerabiles, offerre de-
it. Magnas quidem illius hoſtis eſſe vires, ut bar-
arum gentium colluviem, multaſq; è *Sileſia*, ibi
per exautoratas, legiones jam tùm contraxerit.
iâs *Turcos* ſub infeſtatione, *Perſarũ Regis* & moti-
s inteſtinis, ità diſtrahi, ut auxilia indè exſpecta-
vix auſit. Niſi itaque æquiſſimas iſte in conditio-
s deſcendat, tùm ſeſe, vitis, ac fortunis, pro *Cæſa-*
; in medium collatis, effecturos, ut debellari
ſſit.

His, ità prælibatis, auditi ab *Vngaris*, *Cæſariſque*
nſiliariis, legati iſti. Qui cùm, paulò ſupra pro-
ſitis, & mediocribus, conditionibus inhærerent,
II. Id. Majas, ſequentibus ſub articulis, denuò
ı inter *Cæſarem*, & *Bethlenum*, redintegrari cœpit:
empè *Bethlenus* ſe à titulo, ſigilloque, regio, omni-
e totius *Vngariæ* regni adminiſtratione, in perpe-
ım abſtineret. Contrà *Cæſarem*, *Auſtriacamque*
niliam, ejuſdemque fideles ſubditos, nihil hoſti-
quicquàm, ſub quocunque calore futurum eſ-
etentaret. Neque hoſtibus *Cæſaris* auxilio foret,
neque *Turcos*, *Tartaroſque*, contrà *Cæſarem* provocaret, aut induceret, neque quicquam unquam hanc adversùs pacis tranſactionem moliretur, Paria *Cæſarem* ex adverſo facturum. Si ſcrupulus quidam his è pactis emergat, non ille illicò armis, ſed remediis humanioribus, componeret. Omnes, & ſinguli, captivi, de quorum lytro nondum conventum ſit, gratis dimitterentur. Idem ut apud *Turcos* fiat, *Bethlenus* procuraret. Omnia, per ſupremam tumultuationem ablata, *Cæſari* redderentur, ſimulque *Capitanei*, atque officiales, quos *Bethlenus* jurejurando aſtrinxiſſet, eo abſolverentur. Reditus metallifodinarum, cùm omnibus requiſitis, *Cæſari* cederent, abſque eo, ut *Bethlenus* quicquam eorum prætendere debeat. Codicillos, & documenta, *Cameræ Seybſteinianæ* legati utrinque inſpicerent, ac notarent. Ea traderentur homini idoneo, tàm *Cæſari*, quàm *Bethleno* juramenti ſanctitudine obligato, deſcriptis utrinque, & reſervatis, exemplis, *Bethlenus* poſſeſſiones, & arces, ad *Humanaium* ſpectantes, hæredibus pupillis, abſque ullo detrimento, redderet. Pariter ad *Andreæ Docii*, & *Sigiſmundi Forgatſchii*, viduas, pertinentes poſſeſſiones, tàm *Eccleſiaſticas*, quàm *ſeculares*, integrè refunderet. Idemque cum bonis, quæ lege tranſactionis *Nicoleopolitanæ* reſtituenda ſint, faceret. Secundùm hæc, *Cæſar* admiſit, *Bethlenus* ut, juxtà nomen *Tranſylvaniæ, Imperii*, & *Vngariæ* partium, *Principis*, etiam *Oppelii*, ac *Ratiborii, Ducis* titulis uteretur, ſed ſaltem ad dies vitæ ſuæ, abſque eo, ut in ſucceſſores ejus hæc immunitas, ac conceſſio, tranſire debeat. Sic *Cæſar* ad dies vitæ *Bethleno* ſeptem numero *Societates Vngaricas*, tàm ultrà, quàm citrà *Triſſam*, unà, cum ſocietatibus *Abibavarienſibus*, & *Caſſoviæ* civitate, ſub juriſdictione, & reditibus liberis, ceſſit. Interim, tribuni, centuriones, & præfecti, illarum *Societatum* tàm in verba *Cæſaris*, quàm *Bethleni*, jurantes, ad omnia, hac ſub tranſactione comprehenſa, obligarentur. Quibus *Cæſar*, ad finium defenſionẽ, quotannis in feriis *D. Georgii* trigintà florenorum millia erogaret. Si quid à *Turcorum* irruptionibus ſit metuendum, tùm præſidia finitima conjunctis viribus in hoſtes irent. Ab obitu *Bethleni* hæ *Vngariæ Societates* ad regnum, & *Cæſarem*, cum omnibus corollariis, liberrimè redirent. Quo nomine nè *Tranſylvania*, ab obitu *Principis*, aliquid juris in id genus *Societates* arrogare tùm auſit, ſuper hoc reſcripto certo caveret. Eæ *Societates* non minùs regni legibus, quàm *Palatini* juriſdictione, tenerentur, mitterentque ad regni comitia, *Principe* antè ſalutato, legatos. Rebus *Eccleſiaſticis*, ſive *iure patronatus*, interim ſolum ad *Cæſarem* purè ſpectantibus. Inter has *Societates* omnes *Catholicæ Religionis* exercitium eſſet liberum. Decimæ ultrà *Triſſam Societatum* redirent ad *Bethlenum*. Ità ut *Cæſar* de ſuo illis, ad quos ſpectant, proprietariis refundat totidem, Reliquis citrà, *Triſſam* decimis ad *Clericos* plenè tranſeuntibus. *Arx Minckhaſá*, pro numeratis tercentum florenorum millibus, unà cum requiſitis omnibus, eſſet in manu *Bethleni*. Ab obitu verò illius, redditâ antè prædicta pecuniæ ſummâ, ad *Cæſarem* reverteretur. *Tockaiam* arcem, unà cum additamentis, loco hypothecæ, teneret *Behlenus*, pro ea pecuniæ ſummâ, quâ antè oppignorata fuit. Si quid tamen pecuniæ, porrò numerandæ, reſtaret, illud viduæ, & hæredibus, *Georgii Thurſonis* cederetur. Arx verò *Echyetana*

Bethleno, & hæredibus, unà cum jure regio, dono veniret, in perpetuum, ſic tamen, ut unicuiq; de jure, & prætenſionibus propriis, nihil derogetur. Idē juris eſſet in *Nagibainam* civitatem, unà cum *Poſſobania*, ſicut antè *Battoriana* familia poſſediſſet, ità tamen, ut ſoli *Bethleniani* hac immunitate gaudeant.

Atque horum ad articulorum conſummationem denominarentur legati *Cæſarei*, qui ad *Triſſam* venirent, ac cum *Principe*, ſuper omnibus, tranſigerent. *Bethleno* corollarii loco, inſuper liceret, *Cæſare* antè ſalutato, intrà fines juriſdictoinis *Cæſareæ*, arma comparare, atq; in *Tranſylvaniā* liberè importare. Pariter opifices varii generis è regnis, provinciiſque, *Cæſareis* ad ſe traduceret, ità tamen, ut loci cujuſque Magiſtratus antè ſalutetur. Si *Turcus*, quo cum pax intervenit, contrà hanc tranſactionem, fineſq; *Vngariæ*, inſurgat, *Cæſarem*, ſub auxiliis *Imperii*, *Hiſpaniarum Regis*, *Principumque* aliorum, *Bethleni* partes defenſurum. *Poloniæ Regi* hæc tranſactio intimaretur, qui & eam ratam habebit, & *Bethleno* non nocebit, *Bethleno* par faciente. Si uſuveniret, arces, ac fines, *Bethleno* à *Cæſare* aſſignatos, majoribus opus habere præſidiis, *Cæſarem*, pro rectiori orbis *Chriſtiani* defenſione, ad *Bethleni* admonitionem, neceſſaria procuraturum. Quibus ordine omnibus, ac ſingulis, mutuæ pacificationis articulis, conſummatis, *Bethlenianis* illis legatis apud *Aulam Cæſaream* honores, atque epulæ, magno cum ſumptu, decretæ ſunt, muneribus porrò in *Comutum*, *Bethleni Cancellarium*, alioſque adjunctos legatos primi nominis, ſolenniter diſtributis.

****

Externa.

I.

In Mauritium Vranium factionis Barnefeldianæ coniuratio detegitur, ac pœnas luit.

LEonem aliquando fieri minimarum avium pabulum, ac nihil tàm firmum eſſe, cui non ſit periculum etiam ab invalido, ſapienter olim inculcavit *Q. Curtius*. Idem facilè eveniſſet *Mauritio Vranio*, à factione *Barnefeldica*, niſi conjuratio fuiſſet in tempore detecta. Indigniſſimè enim necem *Barnefeldii, Advocati* illius *Batavi*, & ſummæ exiſtimationis nuper viri, ferentes ipſius hæredes, atque agnati proximi unà cum paucis aliis, *Arminianæ* ſectæ aſſeclis, in neces *Mauritii*, & *Henr. Friderici*, *Vraniæ Principum*, conjurârant, collatis mutuò pecuniis, quibus nautas, ac miniſtros, ad iſtius facinoris executionē idoneos, emercarentur. Hac autem lege, atque ſub loci, ac temporis, opportunitate, ſicariis convenerat. Erat *Mauritio Vranio* extrà *Hagam Comitis* apud pagum *Riſvvicum* equile, ubi ille equos generoſos alebat, ad gymnaſticam à magiſtris præparandos. Eò ſæpius rhedâ deſcendebat, animi cauſſa. Hic igitur locus inſidiis opportunus videbatur. Ut ibidem à perſonatis, ac ſub habitu ruſticano, vel nautico, emergentibus *Barnefeldianis*, è rheda deſcendentes *Principes* ambo injectâ manu opprimeren-

tur. Et jam adoleverat manus conjurantium, co
ductis hanc in rem ſervitiis nauticis. Quibus, ſu
mediocri pecuniarum erogata ſumma, illud inſti
latum erat, occaſionem eſſe præ manibus, quâ un
verſæ patriæ emolumentum quæreretur. Nautic
igitur, operas ſuas promittentibus, creditur arc
telis, ſclope[illegible]ſque manuariis, atque id genus feral
bus inſtrumentis, plena, hoc ſub mandato, iren
arcamque *Hagam Comitis* deportarent, ad galeæ i
terſignium, (hoc enim nomine hoſpitium inſigni
batur) & de cætero dictis eſſent audientes. Arcâ d
ctum ad locum de latâ; notant ſibi homines, qui
cum antè fuerant, permultos ſtrenuè genio, ac d
pibus, indulgere, ſe ſeque propinatis poculis vel
in facinus mutuo commaſulcare. Undè mancip
cuidam nautico venit in mentem, rem novam ea
ac non ſine monſtro, eſſe. Stat igitur, *Mauritio Vr*
nio clàm hoc aperire, atque, utrum ille manum r
novas molientium conduxiſſet, ſciſcitari. Quo n
gante, & rerum omnium neſcio, fit impetus à pr
torianis in hoſpitium, intercipitur arca, & compr
henduntur ſuſpecti. Arcâ ſic apertâ patuerunt i
ſtrumenta feralia. Aguntur ſuſpecti in vincula,
quæſtionibus adhibitis veritas extorquetur. Ecc
confitentur omnes, in neces *Mauritii* & *Henrici* fr
tris, *Vraniæ* Principum, hos conjuratos, hanc man
coiiſſe, ſcilicet, illis interemptis *Reipublicæ* ſtatum
inverterent, ac pro votis partirentur inter ſeſe of
cia. Ità nautæ indices præmiis, conjurati verò, q
cunque comprehenſi erant, ultimis ſuppliciis a
ciuntur. E quibus cùm anteſignani, nempè duo *Ba*
nefeldii filii, unà cum genero, & ſacerdotibus q
buſdam *Arminianæ* ſectæ aſſeclis, aliiſque ejus fa
næ, dilaberentur, ilicet per finitimas civitates ſ
pulſibus campanarum ac propoſitis præmiis, in f
gitivos, ac ſuſpectos, inquiri cœpit. Qui omn
paucis exceptis, in manus venerunt, graviſſimiſq
ſuppliciorum generibus hoc facinus expiârunt.
quibus *Henr. Daniel Slatius*, parochus *Arminian*
dùm inter dilabendum ex hoſpitio pagano cere
ſiæ potum petit, atque obtinet, relictoque canth
ro, conſcientia flagellante, ſeſe ſubducit, à diver
tore, ac ſatellitibus, agnitus, inque compedes red
ctus eſt. Qui cùm tanquam ſorex, ut eſt in *proverb*
proprio ſeſe indicio prodidiſſet, eandem cum c
teris complicibus, ſub manu carnificis, pœnam,
paulò ferè acerbiorem, retulit, Dùm enim carn
fex, gladium feralem ſtringens, imperata factur
eſſet, ecce! *Slatius* manus in faciem fortè inter ic
elevare viſus eſt. Quo factum, ut carnifex, unà cu
cervice, ambas manus eâdem operâ amputaret.
quod multis non quidem caſu, ſed vindictâ qu
dam divinâ accidiſſe, videri poterat.

II.

Ferdinandi II. Imp. legatio ad Batavos.

POſteaquàm hac tempeſtate *Batavi* cum *Hiſpa*
mari-tenùs ſæpiùs conflixiſſent, diverſis in *Ind*
excurrentes claſſibus, accidit, ut pyratæ *Africani* n
ves duas *Anglicanas* in mari mediterraneo invad
rent. Hæ, tametſi diu pyratis obluctari cœpiſſe
viribus inferiores, antequàm barbarorum in m
nus, & inter mancipia, venirent, commaſculatis
nimis, maluerunt, accenſo pulvere pyrio, ultima
militaris, & nautici fati, ſubire legem, atque
aëre diſpergi, immò ſeſe, cum finitimis pyrat

ru

...navibus, oppidò perdere, quam in barbaro-
...manus, atque ergaſtula, incurrere.

Eodem tempore *Ferdinandus Imperator* ad *Ordi-* ... *Belgii* confœderati legatum miſit, litteras ho-...arias, ſive ſacras, ut vocant, ferentem, qui-... *Ordines* vocabantur amici *Cæſari*, & domini ...vinciarum confœderatarum. Deputati *Ordi-*...u, ſuper novo hoc, atque inuſitato, titulo, ambi-...tes, an fortè ad *Ordines Belgii Hiſpanici* hæc miſ-ſpectaret, interrogare cœperunt. Itaque, ante-...m aperirent litteras, maluerunt priùs legatum orantem ipſummet audire. Quo rem omnem ...i in verba ediſſerente: *Cæſarem* nempè ab illis ...tendere, *civitates*, ad *Imperium* ſpectantes, ab ...nterceptas, bonaque *Eccleſiaſtica*, eò uſque, ci-...leges, ac jura, detenta, redderent. Illis enim ...*erſo*, pro ſuppetiis in *Turcos* erogandis, opus ... Secundùm hæc ſumptus *Matthiæ Archiduci*, ...*gii* olim gubernatori, in neceſſitatem œcono-...cam promiſſos, ſimulque quotannis vectigal, ... tributum, contra *Turcas* adhibendum, depen-...ent. Hoc ſi facerent, *Cæſarem* apud *Hiſpania-*...*Regem*, quo à more inteſtini, ac tàm diuturni, ...li ad tranquillitatem, ſecuramque, ac perpe-...m, pacem, reverti, atque eadem operâ in *Tur-*...educere, poſſint, effecturum eſſe. A *Ba-*...*is* autem ſic quidem reſponſum eſt: Scilicet ...llos ſe in *Imperii* præjudicium demorari civi-...es, ſed, quas teneant, eas, hoſtium cau-..., quibus reſiſtere opus foret, occupâſſe. De ...nptibus, *Matthiæ Archiduci* promiſſis, ità eſſe, ut, ...uſque ille *Belgii* gubernator fuiſſet, pacti leges ...rent obſervatæ. De vectigali, ſive collectis, con-...*Turcos* conferendis, aſſentiri ſe non poſſe. Vt, ...ea *Cæſaris* oblatâ apud *Hiſpaniarum Regem* inter-...ſione, gratias agant, tanquam hæc fruſtrà fu-...ra ſit, ſiquidem hic eſſet *Ordinum* confœderato-...m ſtatus, in libertatem ſeſe vindicarint, extrà ...ges *Hiſpanicas* liberrimam Reipublicæ formam præſentantes.

III.

Exceſſus diverſorum Principum.

...Ræſente *Anno*, *Gregorius XV. Pont. Max.* poſt-quàm è podagricis paſſionibus, & febri acutâ, ...r paucos dies decubuiſſet, *VI. Idus Quintil.* ex hu-...anis exceſſit, ætatis anno ſeptuageſimo. Ejus ...uviis in ſandapila plumbea ad *D. Petri* depoſitis, ...que per integrum triduum omnis ordinis, ſpe-...atoribus admiſſis, celebratiſque *XIV. Cal. Sextil.* ...equialibus, conventum eſt à quinquagintà quin-...e intrà *Conclave*, ut vocant, *Cardinalibus*. Vbi, ...animi omnium conſenſu, *Barbarinus Cardinalis*, ...nte *Florentinus*, in *Pont. Max. VII. Id. Sextil.* electus ...t, ætatis anno quarto ſuprà quinquageſimum, ...*bani VIII.* nomine illi impoſito. *Pontificis* fatum ...ulò poſt, nimirum *VII. Id. Sextil. Lotharius*, *Ar-*...*iepiſcopus*, & *Elector*, *Treviranus*, eadem naturæ ...ge, inſecutus eſt. Poſteaquàm per annos viginti ...uatuor, & menſes tres, magna cum laude, ac fa-...litate, tantæ dignitati præfuiſſet. Deceſſit pa-...s, æquitatiſque, cultor, ætate admodùm prove-...â. Eius in locum ſuffectus eſt *Philippus Chriſtopho-*...*s*, *Epiſcopus Spirenſis*.

Eodem tempore fatalem implevit neceſſitatem *Anton. Priulus*, *Dux Venetus*, *pridie Idus Sextiles* rebus humanis, honoribuſque illis ſuis, exemptus. Illi incredibili *Purpuratorum Patrum* conſenſu, ac communibus ſuffragiis, ſucceſſit *Franciſcus Contarenus*, nobiliſſimæ, ac fulgentiſſimæ, familiæ hæres, atque in *Imperio* ſucceſſor digniſſimus.

IV.

Prodigia hoc tempore oſtenſa varia.

NOn modò autem magnorum *Principum* exceſſibus, ſed diverſis etiam prodigiis, hic annus inclaruit. Nam in finibus *Ratiſponæ*, quatuor mille circiter paſſibus ab urbe diſtantibus, *Aquila* glande è ſclopeto tacta, inque urbem introducta, atque à multis hominum centuriis viſa eſt. Eodem tẽpore venator *Heſſo-Caſſellanus* in ſaltu *Lövvenſteiniano* notavit ſibi *Aquilam*, fortè capreolo inhærentẽ. Quæ cùm ad ingluviem uſque ventrem impleviſſet, ut muris inſtar *Horatiani* impeditior vix in altum ſeſe attollere, ut antè, poſſet, ſed humo vicina volaret, venator identidem reginam hanc avium inſequi cœpit, quouſque, à ſe glande feriri poſſe, ſpem faceret. Exploſo igitur ſclopeto alas ipſi perfregit globulo, ut jam volandi impos in manus venatoris veniret. Venator itaque, *Aquilam* in poteſtatem redacturus, ità quidem unguibus, ac roſtro, alitis reluctantis repreſſus eſt, ut, niſi paganus quidam opportuno ſibi adveniſſet auxilio, jam alite potiri vix potuiſſet. Quæ tandem, conjunctâ amborum operâ, neci data eſt.

Inter inſolitas porrò ejus æſtatis tempeſtates, memorabilis illa fuit, quæ ſuper *Argentoratum* incubuit. Ibi cum fulmen unum, atque alterum, in *Turrim*, pulvere pyrico refertam, fortè incidiſſet, ut ingens fumus in altum ferretur, metuſque eſſet, ne ingens iſtius pyrii pulveris quantitas, in maximum urbis exitium, conflagraret, ecce animoſus quidam faber lignarius, ſcalis admotis, bipenni feneſtram, ſive tabulatum, reſeravit, notavitque non multùm abeſſe, quin pulvis pyrius ſuccendi potuiſſet. Injectis igitur ſuper materiam illam oppidò inflammabilem linteis, veliſque, aqua tinctis, animoſitate has ſua plures in partem laborum adduxit, magnoque, ac laudabili, hoc conatu fatale, atque ingens, periculum à florentiſſima illa civitate propulſavit.

Neque minùs per *Auſtriam*, *Moraviam*, *Bohemiam*, tractuſque *Rheni*, ſub motibus bellicis, annonæ caritate paganos exercente, *Deus* pater *Opt. Max.* miſericordiæ ſuæ obliviſci voluit. Apud oppidum enim, *Oberburgum* appellatum, è terris ingens farinæ copia, tanquam è penuario, egeri, atque aliquouſque oſtendi, cœpit. Vndè paupertini collecta, cocta, atque in panes redacta, farina, famis neceſſitati optima ratione occurrere didicerunt. Indicio certè luculento, modò hominum multitudo ad *Deum*, ſub neceſſitate annonæ, confugiat, *Patrem* omnipotentem etiam ex infima humo, etiam ſine omni cultura, ac ſemente, producere poſſe tantùm non ſegetem, ac frumentum, ſed farinam ipſam, qua fame penè defectis, languidiſque, oppidò ſuccurri queat.

Inter cætera deniq; hujuſce anni oſtenta memo-

rabile illud quoque, atque annotatione dignum; eſt, quod *VII. Id. Novembr.* circiter veſperam. *Solis* poſt occaſum, accidit. Eo enim tempore globus, vel pila ignea, magnitudine ſtellam quamcunque, atque ferè orbem *Lunæ* plenum, ſuperante, ſuprà capita ex alto incumbere, magnumque, atque ingens, circà ſe lumen diffundere viſa eſt. Hominibus eo noctis ineuntis ſpatio per civitatis vias ambulantibus, hæc fax, non ſine admiratione in cœlum intuentibus, pavorem incuſſit. Sed neq; hoc ſatis. Verùm enim verùm ſphæra, vel pila illa, no-
tabilis, in morem folij arefacti ex altiſſima quer
ad terram ſeſe devolventis, lento aëris tractu ſe
ſim in terram ferri, interque labendum, qua
colorem, nunc album, nunc luteum, nunc vi
dem, nunc cœrulum, immutare cœpit, ad extr
mum ſanguinis colore refulgente. Viſum eſt h
oſtentum apud *Argentoratum*, *Tubingam*, *Spiran*
Vlmamque, & civitates complures, ut etiam in
varis notaretur. Integris de ejus admirandis lib
lis, & tractatibus, apud *Argentoratum*, *Tubingamq*
typis tùm publicatis.

Io. Petri Lotichij

RERVM GERMANI CARVM

LIBER XIV.

CAPVT I.

Frid. Palatinus litteris denuò interpellat Electo res, & Principes Imperii, dictos Proteſtante

I.

Frid. Palatini, ad Saxonem, & Brandeburgicum, Electores, interpellatoria.

QVi nuper regnandi ſuſceperat partes, jam ad rogandi vices converſus eſt. *Fridericus* nempè *Palatinus*. Ità enim ferebat, quantumvis inexſpectata, dura tamen, exilij ratio. Qui cùm, fortunâ ferociente, & deceptrice, præter patrimonij, & regionum, diſpendia, etiam calumniis, (prout nulla ferè calamitas ſola, atque incomitata, eſſe ſolet) oneraretur, tanquam pacem à *Cæſare*, ac *Principibus Ligarianis*, oblatam, temerè repudiaret, conſultò ſtatuit objecti criminis maculam abſtergere, ſibique mentem eſſe ſaniorem, ac longè aliam, tantùm non verbis, ſed litteris ſcriptis, ac tale quid excuſantibus, diluere, ac confutare. Siquidem, ergò præcognitum haberet, *Saxoniæ Electorem*, tàm ob reformationem *Eccl ſiarum Pragenſium*, confeſſionem *Auguſtanam*, ceu vocant, profitentium, offenſam alere, quàm, unà cum ſocio *Electore Brandeburgico*, in translationem digni-
tatis *Electoralis* in *Bavariæ Ducem* minimè conſpi
re, ſed diverſum ſentire, ut inaugurationis illi
actum nequaquam calculo ſuo approbare velit, c
ptatâ hac occaſione, & quidem capillatâ, meri
ſibi utendum eſſe, duxit. Calcar igitur ut per
currenti *Electoris* indignationi ſuperadderet; a
mumque obfirmaret, ſic litteris, & quidem e
hortatoriis, rem agere cœpit: Equidem, inqu
exploratum habeo, *Archiepiſcopum Moguntinum* p
cauſam excurriſſe *Bruxellas*, *Hiſpanorum* animos
Electoratus illam iniquam, ac ſuſpectam, transl
tionem ut inclinaret, tùm præcipuam inferio
Palatinatus partem, ac præfecturam, qua ſub *In*
uergi continentur, captata eo loci benevole
tiâ, ad ſe raperet. Neque hîc acquieſcit invidi
Sed id etiam deditâ agitur; operâ, quò, ſub ſp
cioſâ pacis promiſſione, *Electores*, dicti *Proteſta*
res, lactentur, eoque adducantur, ut ea, quæ ja
pridem, interveniente contradictione, oppugna
runt, inverſo ordine prius damnata calculo ſu
denuò approbare, ac rata habere, debeant. Tam
etſi enim vel ipſe, omneſque unà religionis l
bertatem amantes, nunquam nobis perſuade
patiamur, fore, ut ô *Electores*, adverſus nuper
vobis magna cum animi conſtâtia allegata, atq
in conventu *Ratiſponenſi* objecta, tàm conſcien
tiam

propriam, quam *Imperio*, & legibus patriis,
titam fidem, itemque *Electorum* præeminen-
, concernentia, fundamenta, alieni quic-
n, ſub colore futilium argumentorum, in
cientias, ac patriam illam libertatem, admiſ-
ſitis, ut ea de re tàm *Deo*, quàm poſteritati, ra-
em reddere teneamini nihilominus, cùm iſte
empore ſit *Ieſuiticus* ſpiritus, ut omnia ab id
is impoſturis, ac technis, metuenda veniant,
eſſet hîc ſolicitudo mea, nullo quidem pacto
monefacere non potui, non debui. Optimè
lem compertum habeo, publicis me differri,
e ejus generis accuſationibus, tãquam perpe-
extrahendi belli ſtudio & in *Imperatorem*, &
cipes Ligarianos, ferar, pacemque inſuper ha-
m; Vt etiam ſocer, *Rex Angliæ*, dicis cauſa, ut
t, è tractatibus funiculum trahat, idque aga-
ut, conquiſitis aliundè auxiliis, *ReſpublicaChri-*
a gravius in diſcrimen adducatur. Modò tem-
s, & circumſtantiarum, hactenùs hunc uſque
em ſeſe ordine inſequentium, ratio habeatur,
ſa patebit, tantùm non atrocem mihi inferri
riam, ſed in adverſam partem rectiùs, & ve-
, torqueri poſſe omnia. Si enim *Cæſar*, poſt
em *Pragenſem*, & *Electorum Proteſtantium*,
eterorum *Chriſtiani* orbis *Magnatum*, conſiliis
m relinquere, reconciliationiſque pro-
tæ, partes admittere, tùm, ſecundùm capitu-
nem *Cæſaream*, & *Imperii* leges, mecum experi-
aluiſſet, tùm quidem, quà æquitatem, quà
s ſtudium, in me deſiderari debuiſſet nihil.
eaquàm verò arma paci præponderare cœpe-
t, ac proſcriptione, cauſæque cognitione, abſq;
tione in me, de jure nulla, atque invalida, præ-
tatâ, in provincias, populoſque, patrimoniales
tiliter itum eſt, omniaque armis devaſtata, at-
ſubverſa, ſunt, an manum abſtinere debui? An
ulis meis, quibus tàm naturæ, quàm juramenti,
devinctus ſum, me negare, ac vadimonium de-
rè, potui? Numquid, cum honor, vita, ac fortu-
mea variis peterentur aſſultibus, ego & perſecu-
bus, & percuſſoribus, favere, manum porrige-
cervicem præbere, ſuſtinui? Numquid, cùm
r omnem reconciliationis ſpem negaret, com-
veri minùs debui? Armis arma opponere (quæ
s naturæ, & gentium, dictant, imperantque)
ctus ſum? Profectò illud erat, ut quæ mens mea
t, priùs intelligi debuerit, ut, antequàm odia
onti conflarentur, priùs exculpandus fuerim.
ntùm non enim hùc-uſque ferro, atque igne,
e ſævitum eſt modis quibuſque crudeliſſimis,
tiam calumniis innumeris, ac graviſſimis, fi-
que *Germanica* oppidi repugnantibus, hoc ca-
temerè proſcindi uſuvenerit. Quæ omnia,
ienter ferendo, *Deo*, & temporis injuriæ, per-
tere cœpi. De litteris, quas ad *Tranſylvaniæ*
cipem dederam, interceptis, ità eſt, ut intume-
invidia, materiamque mei accuſandi indè ca-
t uberiorem. Sed, ſi quis rectiori rationis bi-
e utatur, inveniet, litterarum, obſcuris notis,
eganographis inventis, ſcriptarum interpretes
ndè hallucinari, ut peregrinum omninò ſen-
affingere, ſi cum originali exempla conferri
dat; comperiantur. Itaque nihil hîc magis,
terquàm bonam fidem, deſidero. Qua in thea-
trum, mpre patrio, inductâ, nihil laboro, nihil æ-
quum judicem vereor. Sed, ad rei caput quod atti-
net, hæc jam ſumma eſt, ut *Bavariæ Dux* in *Colle-*
gium Electorale intrudatur. Nec enim hoc mirum,
novamque, eſt. Siquidem ſuper illum actum, tan-
quam tragœdiæ ejus, quæ per *Germaniam* luditur,
fundamentalem, jam-dudùm *Pontifex*, ejuſque
Quirites, conjecerunt oculos, ut hoc apice obten-
to, rem deinceps *Evangelicam* dent præcipitem, di-
ruantque funditùs. Hoc hoc, inquam, illud eſt,
quod diu, atque ſolenniter, anxiéque, delibera-
tum fuerat. Hic ſcopus ille, in quem *Roma* diu te-
la ſua, teſtimoniis in publico extantibus, dirigere
comperta eſt. Scilicet id agitur, ut, ſub hujuſce
capitis oppreſſione, caſus, ac ruina, cæterorum *E-*
lectorum, ac *Principum*, quæratur, oppidoque pro-
moveatur. Neque eſt, ut quiſpiam nimis credu-
lus ſuſpicari velit, hanc illam iſtam novationem è
juſto dolore profectam eſſe. Hoc enim adverſa
pars, coloris ergò, inducit. Rumor, nempè per *Im-*
perium diffuſus, reclamat, tot legationes, *Romam*,
atque in *Hiſpanias*, expeditæ, contrarium evincũt,
pacta ſecretiſſima diverſum prorſus loquuntur.
Saltèm opportunitas hactenùs deerat, quâ decre-
tum ſic antè factum è potentia, ut loquuntur, in a-
ctum deduceretur. Quâ uberrimè ſeſe in præſen-
tiarum, atque ex votis omnium, ingerente, uti
frui cœperunt. Quis igitur neſcit, conventum
apud *Ratiſponam* non ob hoc indictum eſſe, ut illud,
quod jam antè diu tranſactum, atque peractum,
fuerat, perficeretur, ſed ut *Electores Proteſtan-*
tes tanquam eſca, & hamo, prehenſi in partes
traherentur? Acta ipſius conventus hoc probant.
Vt documentis id genus aliis, ſi res poſtulet, ube-
riùs à me demonſtrari poſſit. Sed prævidiſtis ſco-
pulos, ac retia iſta ô *Electores*; quibus præcordia
meliori aceto lota ſunt, ut etiam rationibus, con-
trà allatis, pugnâſſe ſitis animadverſi. Tametſi
igitur parùm illis effectum tùm ſit, hoc tamen
commodi ſecutum eſt, ut in ore poſteritatis fu-
turum, & apud memores tanti facti gratia pe-
rennatura ſit. Vſque adeò adhûc vel illud agitur,
quò vos *Electores* vel abſentivi pedicis conſtrin-
gamini. Sed vos naſſam prævidentes, ne capi
queatis, providebitis, neve conſcientiis laqueos
inducatis, evitabitis. Niſi caveatis ſeriò, hancque
rupturam in ſociis *Electoribus* prohibeatis, actum
fortè erit. Si enim, quod abominor, uſuveniat,
Bavarum in *Electorale Collegium*, modò, *Deo*, juri-
buſque adverſo, intrudi, quid aliud eſſet, quàm
ut deinceps, majoribus *Pontificiorum* ſuffragiis præ-
valentibus, *Evangelicorum* pars oppreſſa, non ſecùs,
atque umbræ loco, futura ſit. Annon *Pontifex*, rem
factam habens, pro nutu, ac libidine, ageret? Cre-
dite, inquam, autoritatem, dignitatemque, veſtrã,
tantùm non protritam, ſed eo loco futuram, eſſe,
ut modò non ſub jugi inextricabilis, atque one-
rum multiplicium, montibus ingemiſcere, ſed
hujus etiam facti tàm huic, quàm venturis ſeculis,
rationem reddere, debeatis. Interrogate, vos ro-
go, voſmet ipſos! Per fidem! quæcunq;, ſub præ-
ſcriptionis nullitate, nuper damnare cœpiſtis, ea
omnia approbare, ea omnia vos contrà, reſarcire,
notaq; ſanctaq; habere, obligamini. Dicite, inquã,
quid periculi imminebit *Principibus*, ac *Statibus*,

Evange-

Evangelicis? Quid *Bullæ Carolinæ*, quid *Capitulationi Cæſareæ*, quid *legibus Imperii fundamentalibus*, fiet? Annon libertas, dignitaſque, *Electorum* ; *Principumque*, virtute, & ſanguine, majorum acquiſita, corruet? Annon, ad ſummam, tàm intolerabile jugum cervicibus impendebit, quod poſteritas, ſub *Evangelicæ Religionis* deperditione, fermentique *Papiſtici* reproductione, excutere nunquam poterit? An ſub colore promiſſis reverſalibus capitulationes, ſemel ruptæ, integrari, exceſſus id genus exleges ſub leges denuò vocari, hæredeſque, & agnati, noſtri juribus ſuis deinceps gaudere, queant, ea omnia tàm incerta, ſunt, quàm incertiſſima ; ut modò experientia, eventuum magiſtra, reclamet, ut in oculis porrò *Regum, Magnatumque*, exterorum ridiculum videri poſſit? Quæ fides ſit verborum, ac promiſſionum, quod innocentia proſit, exempla *Mauritii, Heſſiæ Landgravii*, inprimis fratris *Ludovici Philippi Palatini*, evidenter conteſtantur. Qui cum à longo tempore extrà patrimoniorum poſſeſſiones fuerint, etiam hoc ferre debuerunt, ut etiam in *Palatinatu* integrarum præfecturarum alienationes, tàm in cauſæ, quàm perſonarum, præjudicium, intueri teneantur, ut etiam in miniſtrorum, ac ſubditorum, bona ſævitum ſit. Cujuſmodi facta, tàm impotentia, quam inſolentia, ab hominum memoria per *Imperium* accidiſſe, compertum non eſt.

E quibus omnibus, præeunte, ac citrà jus omne introducta, mei ejectione, quàm hæredum, atque agnatorum, liquidiſſima jura periclitentur, & quid ſuper reſtitutione exſpectandum ſit, eſt in propatulo. Iam tùm compoſitis hoc agitur argutiis, ut demonſtretur, hanc fabulam ad cæteros *Electores Proteſtantes* minimè pertinere. Vt familiæ *Archipalatinæ* diſpar allegari velit ratio, tanquam adminiſtrationis cauſa, quæ ad jus ſucceſſionis nihil facit, diverſitatem aliquam inferre ſatagat. Quæ omnia, tanquam heterogenea, in medio lubens reliquo.

Color quidem iſte non de nihilo eſſe videri poteſt, ſicubi incommoda, quæ ex ruptura *Electoralis Collegii* allegantur, ad animum admittantur. Interim, ſi penitùs res inſpiciatur, apparebit, plus damni, plus detrimenti, *Electorum* dignitati, & juribus, inferri, ſi *Collegii* illius integritas hoc modo deſtruatur, unio diſſolvatur ; hactenùs inaudita, & iniqua, diſſolutio habeat locum. Annon, quæ unita ſunt, hoc pacto diſgregantur. Quæ ſociata hactenùs erant, non ſine evidenti periculo, divelluntur? Satiùs fuerat, id genus ſuſpectis, ac dubiis, rerum novationibus ſuperſedere, quàm cauſam jam diu vulneratam, ad chironium, quod dicitur, ulcus deducere, undè ſanitatis, paciſque optimæ reproductionis, ſpes ſuperſit planè nulla.

Neque enim hoc celare poſſum, ità quidem rem ſeſe habere, ut *Rex Britanniarum* toties verbis conceptis, ac religioſiſſimis, integram mihi reſtitutionem ſit pollicitus. Vndè apud *Regem Hiſpaniarum*, quàm amicè hoc fieri mallet, hactenùs non ſub colore, ſed ſeverè, id egit, ac poſtulavit. Niſi preces, aliquo loco futuræ, conciliationem afferre poſſint, armis effectum tenta-

turus utique eſt. Iam, ſi per *Bavariæ* intruſionem
Electorumque Proteſtantium conniventiam, co
troverſiam acerbiùs ſauciari porrò contingat,
juſce negotij, ultimè exulcerati, ratio ab *Elector*
bus illis reddendam erit. Vt inprimis ipſe, tot
que *Archipalatina* familia, & poſteritas, unà cu
reliquis *Evangelicis Statibus*, ſuper hoc quiritare d
beant.

Majorem quapropter in modum, amiciſſim
verbis oro, ac rogo, ne patiaris, me ad inci
adacto, atque ejecto, cæterorum *Electorum* ac *Pri*
cipum, incolumitatem in majus periculum add
ci, *Religionem*, ac libertatem, everti. Sic eni
fiet, ut *Electores Pontificii* conniventiam *Proteſta*
tium in conſenſum adducentes, majores iden
dem difficultates, tanquam cathenam aliquam
nectere ſufficiant. Ea quippe ſpe, tanquam cib
animum fulcio, fore, ut à jactis ſemel cum lau
fundamentis illis nemo diverſum perſuadeat, au
tanquam periculi ultimi plenis, id genus rem
diis, pax ſperari poſſit, ſuggerere, atque incul
re auſit. Eam enim perpetui belli materiam fut
ram eſſe, nemo non agnoſcit. Si igitur & ſolati
& conſilio fideli, ſæpiùs uti frui, juxtâque reſpo
ſum denique excipere, liceat, illud eſt, quod
nicè mihi quæritur, gratiſſimique loco pigno
futurum eſt. Semel hoc ſtatuas, perpendaſqu
velim, communis *Evangelicæ* rei incolumitate m
hi nihil antiquius, nihil prius, eſſe. Vt ſuper *Sa*
xonicam laudati nominis familiam hos oculos ide
tidem coniiciam, multaque mihi exindè promi
tam. Quo nomine in Altiſſimum ſpes meas re
cio, futurum ſperans, ut ille innocentiæ meę vi
dicem agere, iniquitati verò, & fallaciis, met
præfigere, velit.

II.

Ejuſdem, ad Saxonem, & Brandeburgicum, E lectores, epiſtola.

PRæter ſuperiores, ad pacis compoſitionem re
ſpicientes, litteras, *Fridericus Palatinus* porr
pro calumniis, ſibi intentatis, amoliendis, ſequen
tes ad utrumque tàm *Saxonem*, quàm *Brandeburg*
cum, *Electores*, dirigere cœpit. Ità autem ille: Qu
nuper, ait, cauſæ urgente neceſſitate, ſuper *B*
vari in *Collegium Electorale* intruſione, prolixiuſc
lè ſcripſeram, ea vos, ô *Electores*, rectè accepiſſe
nullus dubito. Iam inſuper amicorum fide ad m
refertur, quantus odiorum in me cumulus redun
det inimicorum invidia, & quidem ex illis inte
ceptis litteris, quas nuper ad *Tranſylvaniæ Princ*
pem dediſſem. Exindè enim novus, & multiple
color quæritur, ut iccircò, tanquam in *Imperium*
patriamque, recèns deliquiſſem, intruſio *Bava*
rectiùs locum invenire, poſſit, ego verò excluſi
ſimus eſſe debeam. Hoc modo conſenſus veſter pe
titur. Vt deſtructis, antè poſitis, fundamentis il
lis, per latus meum omnes *Evangelici* vulneren
tur, dominatuſque *Pontificiorum*, me ejecto, i
hæreticos, ipſorundem teſtimoniis, ſuperindu
catur.

Tametſi autem commoda ſpe nitar, fore, ut, hæ
omnia altiùs animis deponderantes, novationes i
genu

us periculoſas amplecti nolitis, ut magis, con-
ntiæ integritatem penſi habentes, repugnare,
imque rem Evangelicam, ſecundùm me, in fi-
iam erigere velitis: nihilominùs, ut calumni-
illam ab hoc capite quantò ociùs amoliar, et-
reiteratum hoc litterarum alloquium meritò
roducere debui. Ità verò eſt: Non quidem in-
or, inter me, & *Tranſylvanum* litterarum nuper
rveniſſe commercia. Vt autem convinci poſ-
, tanquam in hoc *Imperium Turcorum*, *Tartaro-
que*, auxilia adducere tentarim, hoc adhûc
m maximè ſub quæſtione, & lite, eſt. Eſto e-
, litteras illas, notis, accharacteribus, occul-
xaratas, ab interpretibus, neſcio quibus, ex-
ari cœpiſſe. Quis neſcit, utrum verum iſti
ſum, ignoratâ ſcriptionis ſecretæ clave, aſſecu-
ſent, ambiguum, & valdè obſcurum, adhûc
n relinqui? Si igitur, judex æquus eſſe voluiſ-
, tàm ipſe ego audiendus eram, quàm ut origi-
e cum tranſumpto facta collatione inſpicere-
, conveniebat. Antequàm igitur convictus
em, tàm odiosè, tanquam *Turcas*, *Tartaroſque*,
caſſem, inſimulandus eram minimè. Eò ve-
ròcedit, ſub calumniæ prætextu, invidia, ut
lovicus Philippus frater, *Dux Palatinus*, etiam,
ad interceptas poſſeſſiones proprias, urgeatur
viùs. Tanquam ergò convictus hîc ſim, ità agi-
, tanquàm verè, ſuper *Turcis*, *Tartariſque*, accer-
dis, egerint, mecum illi experiuntur. Ajo au-
,& bona fide confirmo, ne verbulo quidem me
Turcorum, ſive *Tartarorum*, mentionem illis in-
ſiſſe. Quid verò eſt? Eſto, (quod falſiſſimum)
tale quid deſignaſſe. An iccircò inſontes, con-
Deum, hominumque fidem, privandi erant?
metſi enim maximè vel, hac ſub rerum mearum
eſſitate ultima, peregrina undecunque auxilia
garem, quis, cui ſynciput ſanum, vitio dabit.
enim, unà cum ſubditis meis, & in bonis cor-
alibus, & animæ ſalutem ſpectantibus, affligor,
omnis honeſtæ pacis, reſtitutioniſque, ſpes ad-
pta eſt, ità omni per *Imperium*, conſolatione
tituor, ut ſi maximè naturalis, ac licitæ, defen-
nis remedia undecunque quæram, excuſandus
. Ità ad extrema compellor, ità *Bavari* intru-
neceſſitatem mihi imponit ultimam, ut, quàm
illud, quod ſiniſtra ſub mamilla ſalit, ſalvum
, recuperandi patrimonium, & dignitatis hæ-
litariæ vindicandæ cogitationes abjecturus ſim
nquàm. Quis ſcit, quæ fati hora benignioris
brevi aliquando reſpicere poſſit? Atque hac
ione haud quidem egò deinceps, tanquam pa-
n impediam, culpandus fuero. Cùm in eos, qui
lam Carolinam lacerant, leges fundamentales
nerant, propriis emolumentis velificantur,
nique deditâ operâ *Pontificatus* exaltationem,
verò *Evangelicæ* oppreſſionem, moliuntur, po-
s omnium malorum cauſa, & materia, rejici-
da ſit. Tàm evidens id eſt in oculis omnium,
negari ampliùs haud poſſit, probari debeat mi-
s. Si quid eſt, quòd accuſor, certè æquitati,
juſtitiæ, repugnavi nunquam. Vt in ſince-
n, bonæque fidei, pacem ſemper animo pro-
nderim, in eandemque toto corde ferar, ni-
que ad ejus promotionem reliqui ſim fa-
rus.
Interim, ubi æquivocationes, & id genus la-

ctationes, quibus tanquam valgis, ut ait *Comicus*, labiis ſocerum, *Britanniæ Regem*, eludi uſuvenit, ad animum admiſiſſem, dùm, ſub colore pacis extractæ, nihil aliud niſi excluſio mei fabricari cœpit; næ fatuus aliquis, & cui pertuſum eſt cerebrum, tàm infidam pacem admitteret, non ego. Iam tùm, ô *Electores*, id genus novos, atque inſolentes, cumque juribus *Imperii* pugnantes, Proceſſus, apud *Ratiſponam* irrepentes, in mei, meorumque, & agnatorum, præjudicium militantes damnaſtis, ut ſocer etiam, *Rex Britanniæ*, nulla alia de cauſa, quàm ſuper reſtitutione mea, apud *Bruxellas* cum *Hiſpanicis* egerit. Itaque hanc animorum conſtantiam ut deinceps ratam habeatis, res poſtulat. Ego quidem tractatibus, penes *Bruxellas* inchoatis, ſubſcripſi. Quorum vigore omnia eo, quo tùm eſſent, ſub ſtatu conſervarentur. Sed ecce! adverſa pars ſecùs egit, præfecturam per *Intuergos Starckenburgicam*, ſtantibus illis conditionibus, *Archiepiſcopo Moguntino* tradidit, alias partes in alios, muneris loco, tranſtulit, ſubditoſque ampliùs exhauſit, ut in præfatos iſtos articulos multimodè peccatum ſit, hactenùs, necdùm tranſgreſſionis ejuſce finis appareat ullus. Quis igitur, qui pacem projiciat, pedibuſq; ferè conculcet, ille ſit, oppidò patebit, modò querela hæc mea inſpici velit, æquoque coràm judice experiri liceat. De *Turcis* denique, & *Tartaris*, quod magnis clamoribus objicitur, ſumma, id mihi intentatur cum injuria. Si verò iſta barbarorum nomina, prout ſunt, maximè exoſa ſunt, quis *Croatas*, quis *Polonos*, & *Coſaggos*, melioris notæ eſſe perhibebit, qui homines ex inferiori *Palatinatu*, tanquam globo facto, ad uſque *Turcorum* fines abducentes, venales expoſuerunt? An ergò ſoli duntaxat *Turci* pro barbaris veniunt exiſtimandi, *Croatis*, *Coſaggiſque*, longè crudelius ſævientibus? Verendum ſanè eſt, ne ſuper id genus tyrannidem, quæ ſanctæ pacis, ac juſtitiæ, prætextu coloratur, tandem divina ſuperveniat vindicta, inſonteſq; cum ſontibus opprimat.

Quæ cum ità, prout enarratam eſt, ſeſe habeant, ad vos, ô *Electores*, devolvitur hæc mea oratio, nempè id genus de me ſeminatis in publico calumniis fidem ne deferatis, nedùm ſiniſtri quicquam perſuaderi vobis patiamini. Ex adverſo verò, omnia penſiculatiùs, ac diligentiùs, ad animos admittentes, præſtructis nuper fundamentis illis firmiter inſiſtite, nullaque ex parte, quò, ex periculoſa *Bavari* irreptione, communis res *Evangelica* acerbius vulnerari queat, concedite. Niſi ipſi huic controverſiæ accedere malitis, ſaltèm eſſetis, qui neque in *Pontificiorum* partes pertrahi poſſint. Ità rem integram *Deo* committi, cujus auxilium ſuo tempore præſtolandum veniat. Qui etiam ἀπὸ τῆς μιχανῆς ut ajunt, opem haud rarò ferre, ſoleat, tàm de pacis ingenuæ reductione, quàm rei *Evangelicæ* libertate, ac ſecuritate, deſperandum haud ſit. Quo nomine jam recèns regni *Angliæ curiis*, ſub ineunte *Februario*, comitia indicta eſſe, celare non debeat. Quorum eventum, haud fore fruſtraneũ, benè ſpero, ſub voto, *Altiſſimum* aliquando innocentiæ meæ ſubventurum, paciſq; exoptatæ media ſalutaria elargiturum, eſſe.

III.

Ejuſdem, ad Saxoniæ Electorem, poſtſcriptum.

NEque extrà rem fuerit, ejuſdem *Friderici Palatini*, ad *Electorem Saxoniæ* emiſſum, poſtſcriptũ hoc loco interjungere. Illud verò eſt ejuſmodi: Non, inquit, ignorare te puto, ô *Elector*, quàm mihi, ſecundùm te, leges *Imperii* fundamentales ſemper fuerint cordi, atque in oculis, utque, ſub occaſionibus occurrentibus quibuſcunque, in illarum ſeriam obſervationem intentus fuerim, atque ſim etiamnunc. Modò igitur, quid animi ſit, quidque conſilij abs te exſpectare debeam, tandem aliquando fieri poſſim certior. Ipſe quidẽ, per *Regis Hiſpaniarum* interpoſitionem, tanquã *externi Principis*, reſtitutionẽ meã nũquã quæſivi, vel exſpectavi. Interim, quin ſocer, *Britanniæ Rex*, hoc tẽtaret, recuſare nõ debui. Quo nomine *Regis* ſoceri conſilio eò uſq; acceſſi, modò *Imperii* legib⁹, *Electorumq́;* dignitati, hęc actio fraudi nõ eſſet. Iãquin *Rex* ſocer *Hiſpanicis* illis tractatibus ſubducere ſe, melioreſque vias inire, affectus ſit, nullus dubito. Hoc verò confirmatiſſimum habeo *Regem* ſocerum, datâ electione, ſuper reſtitutionis illius ſuæ effectu, citiùs *Saxoniæ Electoris* operâ, atque interpoſitione, quàm cujuſdam alterius, uti velle. Si itaque *Elector Imperii* legibus illis fundamentalibus perſeverando inſiſtat, admiſſionemque *Bavari* repudiet, certè hac ipſa, unicaque, contraductione plus, quàm tractatibus cæteris univerſis, effici poſſe, dubium nullum relinquitur. Eum eſſe *Regem*, ut actiones *Electoris* ſedulò promovere, unàque cum *Electoribus*, & cæteris *Imperii Principibus*, tàm *Religionis*, quã *Reipublicæ* totius, libertatem per *Imperium* vindicare, contraque tàm *Pontificis*, quàm *Hiſpanorum*, machinas, reſtaurare deſideret.

IV.

Ejuſdem Frid. Palatini, ad Electorem Brandeburgicum, litteræ.

NEque verò hîc acquievit *Frid. Palatini* ſolicitudo illa. Qui porrò ad *Brandeburgicum* dimiſit ſequentes: Superiores meas, ô *Elector*, ait rectè fuiſſe traditas, dubitare nullus debeo. Quas quidẽ, ſuper periculoſa *Bavari* in *collegium Electorale* intruſione, dederam. Vt igitur, unà cum *Saxone*, diſpicias, illorum partibus haud accedas, omninò opus eſt. Sed, quàm nulla pars à machinis, impoſturiſque, *Ieſuiticis* vacet, notiſſimum mihi ſit. Vt id, quod ritè, atque ordine, ac per directum, ut ajunt, efficere haudquaquam ſufficiunt, hoc coloribus aliunde quæſitis, introductiſque calũniis, per indirectum quoviſcunque modo enitantur. Scopus à *Pontifice* propoſitus hic eſt: ut res *Evangelica* funditùs extirpetur. Ad hunc finem actiones omnes collimãt. Hoc ut conſequantur, etiam certis ſub magiſteriis ipſorum *Evanglicorum* operâ abuti didicerunt. An igitur, unà cum *Saxone*, eorum partibus accedere, remque *Evangelicam* in acerbius diſcrimen adducere, velitis, certè utrique hoc veſtrum altius equidem relinquo ruminandum. A quibus enim hujus facti ratio poſcetur, niſi à vobis

ipſis. Semel præclarè, ſub *Ratiſponenſi* illo conv
tu, cœpiſtis, fidem reſpexiſtis, leges *Imperii* fu
damentales aſſeruiſtis, capitulationes *Cæſareas* c
jeciſtis. Quæ omnia, ſuper iniqua mei proſcript
ne, *Electoratuſq;* illegitimâ tranſlatione, itemque
lectorum præeminentia, *Principum*, *Ordinumque*,
Religionis, libertate, jam in acie, quod dicitur, r
vaculæ poſita erant. Si nunc (quod abominor)
eſſe velitis, ut præſtructa à vobiſmet robuſta fu
damenta ipſi deſtruatis, quid aliud erit, quàm
incommoda impendentia deinceps vobis poſſ
imputari? Vt per conſequentias, oppidò damn
ſas, hunc ſermonem extrahere ſtudeam, abs re
erit. Ipſi vos, quid exſpectandum ſit, divinare p
teſtis. Annon omnia, quæ *Pontificii* moliunt
approbabitis? Vos, veſtræque *Religionis* ſocios, i
per majora prævalentibus, penetrantibuſque, c
dem exitio involvetis? Quid, te rogo, ſive prom
ſis, ſive reverſalibus, ſive verbis, ſive litteris, a
pliùs credere fas eſt? Nunquid vel *Saxonis* hac
parte manus ſunt oculatiſſimæ, dùm, quod factu
eſt, tenent? Quot hominum per *Bohemiam*, *M*
raviamque, & quidem *Lutheranorum*, myriades, ſ
omnium fortunarum amiſſione, id non experi
tur? Etiam vel in *Sileſios*, quibus tanta cum impe
ſa à *Saxone Religionis* libertas quæſita eſt, variiſ
quiſitionibus jam tùm itur? Vt exempla alia, p
Imperium obvia, penè innumera, hunc ad num
rum non adducam. Videris igitur, ô *Elector*, q
tua antè *Deum* ſit conſcientia quæ ergà imperiu
patriamque, fides, quibuſque, ſuper iſtis, ratio
bus ſatisfacere vel poſteris poſſis.

De me rumor garrit, tanquam pacem, etiam
trò oblatam, ſuperciliosè reiiciam. Accuſor, ta
quam & vindictæ cupiditate, & *Imperium*, &
mnes ejus *Status*, ſub barbarorum, ac *Mahome*
norum tyrannidem adigere velim. Ad quæ uni
vel verbulo repono, nempè ſummam mihi, a
ciſſimamque, fieri injuriam, neque futurum e
convinci ut poſſim. Siccine ergò agitur, ut ſic
in medium allatis gryphis, & cavillis, identide
cauſæ inſpectione, meique defenſione, exclud
Quando, inquam, & ubi, pacem offerri mihi a
cidit? Egone *Cæſaris* gratiam repudiarem. Quan
interveniente ſoceri *Regis* interpoſitione, à bie
nio integro, ſolicitè quęſivi, æquiſq; rationibus m
debita cum humiliatione, reverenter ſubmiſi. S
tantum abfuit, ut petitio hæc juſta locum inven
rit, ut intereà, quòd modò ſub *Ratiſponenſi* co
ventu effectum datur, fabricari cœperit. Qui apu
Francofurtum indicitur conventus, is in totale
mei excluſionem militat. Quo pacto verò dil
cti fratris mei, aliorumque agnatorum, jura o
ſervari notata ſunt? Ergone de induſtria famili
Electorales in extrema pericula præcipitare velle f
erit? Ergone tot hominum millenarios, olim *D*
providentiâ in conſcientiarum, & *Religionis*, l
bertatem vindicatos, denuò ſub idolomaniã *Po*
tificiam adigere licebit? Sed conſultò ceſſo, & tib
ô *Elector*, conſcientiæque tuæ, qui rectiùs omn
intus trutinas, gravis eſſe nolo. De eo, quod a
cuſor, *Imperium* ſub jugum *Turcicum* mittere m
voluiſſe, purum putum eſt figmentum, *Deuſque*
cordium ſcrutator, quàm verè hoc profiteor, no
vit. Major eſt verò calumnia, ut ſemetipſam re
futare apta ſit. *Mahometicum* jugum ut timeatur

ſa nulla eſt, præſertim inter *Cæſarem* & *Sultanum*
uciis locum obtinentibus. Et jam *Tranſylvanus*
›que, tranſactione in partes ſubeunte, retroceſ-
:, finemq; bello dediſſe, fertur. Interim, dùm in
erii viſcera *Hiſpanus* admittitur, cavendum erit,
ractis *Vngariæ* rebus *Turcus* proximè aliquando
ervenire *Imperii* pomœriis ſuſtineat. Iam finio,
)eo eventum committens, te rogo, hæc illa iſta
ıis ſint curæ. Ille fidelis *Pater* ſuo tempore huic
eſſitati meæ remedium ſuppeditabit, innocen-
que meæ juſtiſſimus utique *Iudex* propalàm pa-
cinabitur. Vale.

V.

Ejuſdem ad Eundem poſtſcriptum.

NEque tùm acquievit illis *Palatinus*. Vt porrò,
& iterata vice daret ad *Electorem Brandeburgi-*
ı. Cùm eo rumore inquit, me paſſim temerè diſ-
ci percepiſſem, tanquam hactenùs nullum, vel
pacis recuperationem faciens, indicium præ
tuliſſem, utique eæ mihi mentem ſubière co-
ationes, nempè ſequentibus: conditiones pacis,
›miſſiones, & oblationes, illas, quæ, urgente
e ſocero, per peculiarem curſorem *Cæſari* intima-
uper cœperunt, ad *Electorum, Principum*, *Prote-*
itium notitiam minùs perveniſſe. Quæ, ſicubi
empore bonis omnibus cõmunicatæ fuiſſent,
bio procul innocentiæ meæ maciem diluere a-
erant. Ne igitur diutiùs hoc caput opprobriis
àm obiiceretur, conſultò illud, quicquid eſt,
›mittere hîc decrevi; Earum ergò ex intuitu,
ıquam è ſpeculo, patebit, quæ noſtra ſit mens,
ubmiſſio. Vt, tametſi conditiones, oppidò
ıves, me, meamque familiam, vehementer o-
ent, nihilo-minùs amorem pacis, ac patriæ
ietis, reſpectibus illis longè antetulerim. Iam
æquum *Electorum, Principumque Proteſtantium*, im-
› ipſiuſmet *Cæſaris*, judicium provoco. Dicant
npè, qui volent, ſententiam, an plus à me, ci-
honoris, ac conſcientiæ, violationem, deſide-
i potuerit. Sed ecce! modò non ne quicquam
s meis oblationibus effectum eſt, ut omnia ad
orem uſque gravius exaſperari cœperint. Ma-
i enim, atque unquam anteà, tyrannides ex il-
empore à *Croatis, Coſaggiſque*, pluſquam *Turci-*
in patriam, ac viſcera mea, ſævitum eſt, tot ho-
num millia barbarico enſe contrucidari, tot
llia gregatim, inſtar pecudum, tot mulierum,
vulorumque, cohortes, in ſervitutem uſque
rcicam, abripi, cœperunt, tantaque ſanguinis
mani coëffuſio intervenit, ut pejus *Tartari, Tur-*
ue, furere ne potuerint quidem, tantis nunquã
briſtianis per *Thraciam* in *Turcos* illatis cædibus,
antæ vel unico hoc biennio per *Germaniam* pa-
tæ ſunt. Quibus omnibus ſuperaccedit, non
entatis *Electorum Proteſtantium* reclamationibus,
rem deveniſſe, ut *Electoralis* hæc mea dignitas,
ſolenne agnatorum, inprimis fratris, ab ipſo
ſare innocentiæ teſtimonium adepti, præjudici-
ı, ad *Bavarum*, hujus utique tragœdiæ, ac tropi-
rum, autorem, tanquam præmij loco, redierit,
giones, ditioneſque, in partes, prædaſque, ab-
int, *Bibliothecæ* illius meæ incomparabilis the-
ı ſus *Pontifici* ceſſerit, eo fine, ille rei *Evangelicæ*, in-
teritum, atque excidium, ut porrò ematu-
raret.

Quæ cùm è diametro cum illis meis declaratio-
nibus evidentiſſimè pugnare, totque *Regum*, *Ele-
ctorum*, ac *Principum*, interceſſionibus refragari,
oppidò comperiantur, dubio procul calumniis i-
ſtis frivolis ſanguis hoc pacto mittetur, dùm ad-
ulto ſole clarius, quis in culpa ſit, bellumque è bel-
lo ducat, apparebit.

De eo, quòd litteræ meæ ad *Tranſylvanum* inter-
ceptæ obiiciuntur, diffiteri non poſſum, me auxi-
lia ab eo, in rem propriam parata, atque oblata,
hac rerum omnium extremitate, non recuſaſſe.
Sic tamen, ut *Tartaros, Turcoſque*, minùs probave-
rim, ſed *Chriſtianarum* gentium, ſicut antehâc per
Bohemiam, copias exſpectârim. Et, quis eſt, te
rogo, qui pace, reconciliatione, dignitatis, ac pa-
trimonii, reſtitutione, negatis omnibus, dùm,
ſub *Iuſtitiæ* colore, vindicta privata, & propria
exaltatio, immò mei, meorumque, pernicies, at-
que interitus, quæritur, hoc inſtitutum, à neceſ-
ſitate ipſa inculcatum, meritò reprehendere
poſſit?

De *Archiepiſcopo Moguntino* quid hîc afferam? Ec-
ce! etiam ille, ſub ſanctitudinis, ac voti nuncupã-
di, ſpecie, tanquam *Halam Brabantiæ* emigraret,
Bruxellas venit. In reditu igitur, veluti pacis cau-
ſam egiſſet, paciſque amantes inveniſſet omnes,
modò ipſe non contravenirem, prætendere non
dubitavit. Sed, quàm laudatæ fruſtrà pacis cau-
ſam egerit, res ipſa paulò poſt declaravit. Dùm il-
le non ſolùm *Bavari* in *Collegium Electorale* intruſio-
nem perſuadere, ſed partem etiam *Palatinatus In-
ferioris*, *Intuergorum* nempè præfecturam, ad ſe
transferre, & rapere, cognitus eſt.

Quod ſupereſt, majorem in modum oro, petò-
que, ô *Elector*, hæc tranſumpta, hoc poſtſcriptum,
ad *Saxonem* quàm primùm emittere, ab eodemque,
ne ſe feſtinando præcipitet, meis verbis contende-
re, velles. Diu eſt, quòd de perſecutionibus mihi
intentatis, per omne *Imperium* quiritare, adverſæ
partis iniquitatem detegere, quæ immineant, con-
ſequentias toleratu perdifficiles demonſtrare, u-
nàque tantis fluctibus remedium quærere, cœpi.
Sed hucuſque fruſtrà ſum. Nemine, qui manum
porrigere velit, uſquam præſente. Interim hæc
ſpes indubitata fovet, *Deum*, juſtitiæ preſidem, vin-
dicemque, tandem adverſus vim iſtam publicam,
calumniaſque, temerè ſparſas, ſuo tempore mei
patrocinium ſuſcepturum eſſe. Nec enim, quin in-
nocentia mea omnibus palam proſtare poſſit, pu-
bliciſque typis omnia evulgentur, prohiberi, bella-
que tranquillitati communi prætulerit, lippis, ut a-
junt, tonſoribuſque cognitiſſimum, tritiſſimumq;
evadere debeat. Vale.

VI.

*Ejuſdem Frid. Palatini, ad Ducem VVurtenber-
gicum, interrogatoria.*

HOc ipſo tempore *VVürtenbergicus* eò propen-
debat, ut, ſi fieri poſſet, *Palatinum* inter, &
Bavarum, remotis id genus colliſionibus graviſ-
ſimis, reconciliationem, tanquam arbiter hono-
rarius, reproduceret. Id quod non poterat non

exuli *Palatino* accidere gratiſſimum. Proindè, ne tàm ſalutaris opera, atque induſtria, elangueſceret, ſic utique *Palatinus* urgere cœpit: Tuas verò, inquit, benevolentiæ, ac fidei plenas, *VI. Cal. Mart.* rectè accepi. Ex iiſdemq;, quid hactenùs, ſuper amicæ pacis per *Imperium* reſtauratione, cum *Bavaro* actum ſit, intellexi. Illorum omnium recapitulationem inſtituere velle, cùm ſupervacaneum ſit, ad particularia ſic deſcendere impræſentiarum decretum eſt. Vt & hæc mentis noſtræ ſignificatio diſplicere haud poſſit, tùm, quàm ego quidem animo in pacem ferar, omnibus per univerſum orbem conſtare debeat.

Et quidem ab initio, ô *Princeps*, quanta tua pro redintegratione pacis, ac quietis, publicæ hactenùs intervenerit ſolicitudo, nemo ignorat, ut hac lege gratias etiam tibi deberi lubens profitear. Hactenùs ſimulatis uſque eò tractatibus tempus extractum eſt, quoad provinciæ, ac regiones, meæ, pariterque cæterorum *Imperii Statuum* res, ad incitas, ipſumque redactæ ſunt exitium. *Ad Pragam* infeliciter ubi pugnatum eſſet, relictis regno, & coronâ, *Bohemiæ*, nihil prius mihi fuit, quàm ut, præeunte ſubmiſſione debita, quantò ociùs cum *Cæſare* redirem in gratiam, paxque iterùm coaleſceret. Neque id ego tantum ſpectavi, id ſedulò egi, ut pax refloreſceret, ſed & *Reges*, ſed & *Electores*, *Principeſque*, tòt expeditis legationibus, tot litteris, enixiſſimè efficere ſtuduerunt, ut nulla ferè diligentia major hac in parte intervenire potuerit. Quid autem, inquam, elaboratum eſt illis omnibus? Tantùm abeſt, ut remedium fluctuanti *Imperio* allatum ſit, ut pejori omnia ruinâ involvi cô-tigerit. Dùm ergò reconciliatio, & pax, concipitur, ecce! proſcriptio, extrà ordinem, legeſq;, *Imperii*, in me cuditur, *Electoralis* dignitatis translatio, citrà jus omne, decernitur, *Electores* contradicentes prætereuntur, conſtitutiones fundamẽtales inſuper habentur, arma, arma, inquam, atque omnia extrema remediis mediocribus, mitibuſque, præferuntur, ac prævalere, jubentur. Neque igitur, more majorum, & vigore *Imperii* legum, cauſa illa *Bohemica* ſub comitiis ventilari cœpit, neque formali in me proceſſu itum eſt. Vt ex adverſo armis crudelibus, peregrinarumque gentium introductionibus, longè, latèque, debacchatum ſit. Eſto enim, me cauſa, ordine inſpecta, ac cognitâ, cecidiſſe, tamen prius, quàm damnarer, vel omnium gentium more, ac conſuetudine, audiendus eram? Si maximè puniendus tùm fueram, ſecundùm *Imperii* leges lata eſſet ſententia. Quid verò inſontes ſubditi peccârunt? Quid *Ludovicus-Philippus* frater deſignavit? Quid cæteri per *Imperium Principes* deliquerunt? Hoccine eſt, pacem *Imperio* reddere, tranquillitatemque rebus publicis, atque emolumentum, quærere? Tametſi igitur, rebus deploratis propemodùm omnibus, pro defenſione honoris, patriæ, ac ſubditorum, arma paráſſem, quis hoc non neceſſitate ipsâ potiùs extortum, quàm pacis amicæ (cujus mecum utique ſummum eſt deſiderium) odio factum eſſe, videt? *Cæſaris* gratiam quæſivi, ſubmiſſionem obtuli, pacem petii. In hæc quæritur ſupplicium, negatur reconciliatio, eripitur dignitas, & patrimonium: An aliud quicquam facere debui, quod non à me factum eſt antè? Fal-
lor? an eæ oblationes omnes, quas *Rex ſocer*,
meo nomine, *Cæſari* deditâ operâ maturè per le-
gatos obtulerat, ad multorum cognitionem ha-
ctenùs haud pervenerunt. Quid cum tractati-
bus *Bruxellanis*, factum ſit, obſcurum eſt mi-
nimè.

Hi dùm bona fide excurrere videntur, ecce!
contrà articulos pactos, *Archiepiſcopus Moguntinu*
præfecturam *Starckenburgicam* intercipit, in ſubdi-
tos, miniſtroſque, meos ſeveris exactionib' anim-
advertit, ut ademptâ etiam *Religionis*, ac conſci-
entiæ, libertate, omnia pateant injuriis, prædis
& depopulationibus. Neque minùs inſonti fra-
tri *Ludovico Philippo Palatino* parcitur. Tametſi e-
nim is vel ab ipſo *Cæſare* innocentiæ teſtimoniu
retulerit, nihilo-minùs, quis eſt, qui patrimoni-
um ei reddat? regionem interceptam poſtliminio
reſtituat? Quæ omnia eò quidem tendunt, u
palàm fiat, quàm iniquo, & nullo, ſub proceſ-
ſu, me gravari contingat; quàm odioſè paci
defectus, & abſentia, in inſontem torqueatur
quàm atroces, ſub juſtitiæ colore, identiden
perſecutiones, tanquam ex *Hydra Lernæa* capite
pullulent.

E quibus illis luculentiſſimum eſſe, arbitror
nihil minus in mentem mihi veniſſe, quàm u
Cæſari vi velut injecta moleſtus eſſe, legeſque pr
ſcribere, cupiam. Potiùs ex adverſa parte labora
ri, facilis eſt conjectura, dùm apud *Bruxellas* ha
parte cõpoſitionis obitur ratio, ex alia parte *Cæſa*
verbis conceptiſſimis deponit, nunquam ſe me
cum in gratiam reverti aut poſſe, aut velle. Erg
tot *Regum* eludentur interpoſitiones? tot *Electorum*
Principumque, obteſtationes erunt fruſtrà? Quid
quæſo, agerem aliud? An ipſe venirem, capu
hoc præſentiſſimo periculo objicerem, maculam
que, atque infamiam, tàm nomini meo, quà
poſteritati, inurerem indelebilem? Iam diu, ut a
armis recederem, *Cæſarique* amplius haud oblucta
rer, magnis vocibus ſucclamatum eſt. Obſ
quens fui, *Cæſarem* ſum reveritus, arma depoſu
Neque enim, ſive *Brunſvicenſis*, ſive *Mansfeldiu*
amplius imperium meum recognoſcunt, nedù
militem alunt.

Quid fit? Nihilo-minùs *Thillyus* triumpha
Qui, dùm etiam copiis ſuis amiſſionem datur
putatur, gravius inſurgit, regionemque alteram
poſt alteram ſubvertit. Eadem fabula cum *V*
nionis nuper ſocietate agi cœpit. Illa exercitu
exautorante *Ligariani* promiſſis non ſteterunt,
etiam legiones hûc-uſque alere, immò augere, ſi
comperti. Sed hæc, & id genus cætera, omn
in medio relicturus, *Deo, Iudici* illi juſtiſſimo, & q
cordium ſecreta ſcrutatur, committere, decretu
habeo. Quodſi verò jamnunc is ſit *Bavari*, cogna
ri mei, animus, ea mens, ut in ſecuram, æquam
ac conſtantem pacem inclinet, prout hanc in re
pro tàm ſalutaris rei tractatione ineundâ, opera
tuam requiſiviſſe fertur, illi hoc conteſtatiſſimu
facio equidem, me, intuitu miſerrimè affli-
ctæ, ac deſolatæ, patriæ omnibus, quo
ajunt, copiis honeſtæ, & ſecuræ, pacis deſideri
teneri.

Quanquam ea quidem ſit *Bavari* aſperitas, ut
pſis *Hiſpanis* violentiùs in me, meoſque baccha
cœpit. Vt fortunam illam, ſibi ridentem, no
cu

n moderatione, & reverentia, habere comper-
ſit. Nihilo-minùs, ſi res iſta agatur abſque
ulatione, & ſeriò utique in me mora non erit
ı, quò minus brevi pax optata coaleſcere qui-
it. Neque dubitandum eſt, hunc laborem tu-
eſſe eum, & talem, qui non modò ampliſſi-
m laudem mereatur, ſed à reliquis *Imperii Prin-
bus, Statibuſque*, omni cum ſedulitate adjuvari
nus ſit. Illud proindè, antè omnia, præſup-
itum eſſe oportet, cùm provinciæ meæ diſcer-
ſint, atque à diverſis de facto poſſideantur,
n quibus nempè, quando, & quomodo, tra-
tio auſpicanda veniat. Vt ità, ſi fieri ejus que-
cum fundamento res omnis tranſigi, commu-
que, ac fida, pax conſtabiliri, ſuſtineat. Quò
nine neceſſarium vel hoc quoque requiſitum
urrit, ne qua pars privatis, ac ſpecialibus, præ-
upationibus hoc pacis conſilium aut intertur-
, aut demoretur. Proindè, ut omnia, ſub con-
ſu, atque autoritate, ſacratiſſimi *Cæſaris* noſtri
i hac in parte, ſicut aliâs, debitam honoris re-
entiam lubens deferre paratus ſum) ſuſcipian-
, caputque, ac ſumma, rei, tàm quoad meam
n *Cæſare* reconciliationem, quàm quà reſtitu-
nem fide antiqua, & *Germana*, deponderetur,
ıs erit. Equidem ità ergà *Cæſarem*, omneſque
is amantes, affectus ſum, ut ad debitæ reveren-
, & ſubmiſſionis, declarationem, tùm pacis re-
ducendæ ſtudium, nihil reliqui ſim facturus.
leſis igitur, an majus à me aliquid proficiſci, an
tior, abs te opera mihi elocari, queat. Si neque
ùm compoſitionis ratio iniri amet, novæque
indè difficultates emergant, me meum offici-
ordine, & ſeriò, feciſſe, adverſam verò par-
ı, pro more, antiquum obtinere, ac ſimulatè
re, manifeſtum erit. Si igitur ad compoſi-
nem res denique hæc ſpectet, inprimis eò quo-
venit reſpiciendum, quò tàm ex parte *Bava-*
quàm *Hiſpanorum*, cæterorumque, quorum in-
eſt, hoc compromitteretur, nempè omnia,
ut ſunt, eodem in ſtatu permanerent, nedùm
ereà aliud ex alio periculum tàm in provincias,
àm ſubditos meos, cuderetur, omniaque, ſub
nſactionis colore, eluderentur, ac graviùs
turbarentur. Hoc enim pacto non reſtitu-
nem, ſed eluſionem, ac fruſtrationem, de in-
tria intendi, in oculis erit omnium.
Denique, quod ſupereſt, celare non debeo, *Mo-
bum* eſſe *Capucinum, Franciſcum de Rota* dictum,
ndemque *Nuncii Pontificii* apud *Bruxellas* reſi-
tis, domeſticum; Qui ab eo tempore, quò
ıd *Londinum* fuit, Socero *Regi*, nomine *Bavari*,
nſactionem offerre non dubitavit, ſub fide
, litteras, ut vocant, ſacras, hancque commiſ-
iem illi plena ſub poteſtate largientes, ſeſe pro-
cturum.
Qui cùm me quoque apud *Hagam Comitis* con-
iſſet, parique operâ tàm reconciliationem cum
ſare, abſque honoris, ac conſcientiæ, diſcri-
ne, quàm plenariam reſtitutionem, modo a-
l *Magnates* aliâs uſitato, & commodo, promi-
et, utique, ſi quid deinceps præfatus *Monachus*
ti, ac præſtare, velit, hoc omne in tempore ſi-
ficabitur. Illud verò ab initio poſtulabat, ſic-
primogenitus meus permitteretur in aula *Bavari-
ca* educari, facilè, hoc præſuppoſito, de cæteris poſſe tranſigi. Sed neque hoc *Rex* ſocer unquam eſt admiſſurus, ut ἐς ἀμοιβὴν obſides, & reciprocè, dari, accipique, debeant.

Ad præſens verò tractationis amicæ inſtitutum quod facit, hoc utique conteſtatiſſimum denuò facio, nihil mihi amicâ hac, ac benevola, interpoſitione, atque ad pacem cooperatione, accidere poſſe quicquam acceptius. Quod ut etiam, atque etiam, porrò, ac deinceps, agas, unicè cupio. Vale.

VII.

Ejuſdem Friderici Palatini, ad Archiepiſcopum, & Electorem, Moguntinum, increpatoria.

SVperioribus illis *Palatini* litteris pacis odorem, ac deſiderium, ſpirantibus, hiſtoriæ, atque ordinis, ſerie requirente, non poſſum me abſtinere, quin diverſi planè ſaporis epiſtolam, ad *Archiepiſcopum & Electorem Moguntinum* dimiſſam, hoc loco ſubnectam. Eccam autem illam talem! Sic enim *Palatinus Archiepiſcopo*; Hactenùs, inquit, & injuria temporis, & damnoſæ experientiæ teſtimonium, totum per orbem, quo ſub ſimulato inanis juſtitiæ colore, crudelis iſte, & nimis rigidus, proceſſus igne, ferro, dolis, calumniiſque, in me, meoſque, deſpumârit, evulgare cœpit. Id quod inſontes certè, & ad excidium uſque, atque haloſin, redactæ provinciæ meæ, tùm univerſum *Germanicæ* gentis *Imperium* veris nullo tempore lacrymis ſatis deplorare, ac confirmatiſſimum reddere, poſſunt. In tantùm enim provehendæ *Romanæ, Hiſpanicæque* potentiæ, igitur, machinæ, argutiæq;, *Ieſuiticæ* invaluerunt, eò uſque, ſub introductionibus barbarorum populorum, communis patriæ & regiones, & leges, proculcatæ ſunt, damnumque ferè ineluctabile patiuntur, ut à ſeris hæc tropica ne quidem nepotibus ſatis dignè defleri queant, tantùm abeſt, ut emendari poſſint. Profectò privati commodi captatio, & avaritiæ ignobile nomen, illud ad faſtigium videtur perveniſſe, ut etiam regnare paſſim, & dominari, animadvertatur. Quæ inpræſentiarum omnia, ne enarrando dolorem faciam illum meum etiam graviorem, lubens in medio relinquo.

Poſteaquàm verò exploratum habeo, quàm, ſub prætextu ſanctitatis, ac voti nuncupandi, nuper *Bruxellas* ſuſceperis, id genus inuſitati proceſſus inſolentia ut confirmaretur, ſimulàtque *inferioris Palatinatus* mei partem, *Intuergorum* præfecturam, ut, prævento favore *Hiſpanico*, interciperes, crede mihi, non admodùm magna, ac ſingulari, nominis tui cum laude, hanc ſive victoriam, ſive prædam, retuliſti. Dùm igitur fideles ſubditos meos, ſevera ſub lege, in verba tua jurantes adegiſti, næ eo ipſo, quanta cum ſolicitudine has illas iſtas manubias ſectatus eſſes, manifeſtari cœptum eſt. Qua de re non eſt, ut ſuper hoc reatu connivere, aut commeminiſſe, poſſim, ejuſmodi aliquid *Electores Palatinos* de *Archiepiſcopis Moguntiacis* unquam promeritos eſſe. Eſto enim, (quod nullo modo conceditur) ullam præ manibus eſſe prætenſionem, quæ in *Intuergos* ſtringi poſſit! An iccircò, præteritis *Imperii* juribus, ac legibus, hoc rerum

ſtatu perturbatiſſimo, dùm vis, & arma, pro legibus ſunt, captare oportebat? An *Elector* præcipuus, & quidem *Imperii Archicancellarius*, mallet armis, & obreptionibus, quàm *Imperii* conſtitutionibus, uti? injuſtamque cauſam injuſto magis, & iniquiſſimo, procedendi modo deteriorem reddere? Ne igitur ſilentium fortè meum velut in conſenſum trahi potuiſſet, legitimæ, ac ſolennis, proteſtationis loco, inpreſentiarum hoc interponendum fuit, donec commodior hoc illegitimum propoſitum confutandi detur occaſio. Neque enim hoc illud fundamentum cenſendum venit, ſuper quo aut conſtantia, aut bona fides, ædificari queat. Intereà ad *Deum*, judicem illum incorruptiſſimum, hæc tendit mea oratio, ut à graviſſimis id genus perſecutionibus & brevi aliquando liberationem, & honoris, patrimoniique, reſtitutionem, exſpectem. Hactenùs de querelis *Frid. Palatini*. Nunc ad alia tranſeundum.

****

Externa.

I.

Tumultus Mexicanorum apud Indos Occidentales.

Quantum autem perſonarum eccleſiaſticarum reſpectus, plebiſque tumultuantis furor, poſſint, vel è ſequenti corollario diluceſcet. Apud *Mexicum*, *Indiarum occidentalium* metropolim, quam provinciam aliâs *Hiſpaniam Novam* vocant, *Regis Vicarius*, *Marchio de Sylva*, neſcio quibus de cauſis offenſus, gubernatorem *Metepiquetanum*, *Melchiorem de Varetz*, *Equitem* ordinis *D. Iacobi*, in vincula redigi juſſerat. Quo cognito, hic in ejus civitatis *Cœnobium*, *S. Dominico* nuncupatum, tanquam ad aſylum, confugit. De mandato ergò *Vicarii* regii octo milites in locum privilegiatum immittūtur, qui captivum ſervarent, omneſque, ne dilaberetur, aditus intercluderent. *Epiſcopus* ejus loci, ob violatam poſſeſſionem, militumque injuriam, indignabundus, cùm precibus fruſtrà eſſet, neque *Cœnobium* vindicare quitus foret, omnes *Vicarii* miniſtros, atque officiales, excommunicationis fulmine percuſſit, excepto ſolo *Vicario*, in quem ob *Regis* reſpectum, fulmen illud minùs locum habere putabatur. Interim, termino banni exſpirante, *Boſſus* quidam nomine, *Monachus Dominicanus*, in favorem *Vicarii*, ſub concione, illud agebat, ut contenderet, *Eccleſias* ſub *Regis* eſſe poteſtate, optimaque ratione *Vicarium* hoc nomine, abſque banni valore, jus in loca ſacra habere. Hinc turbarum origo. *Epiſcopus* excommunicationis conſummationem, extinctis candelis, atque id genus ceremoniis, perſequebatur: ut etiam ſub *concuſſu divino* interminaretur. Qua de re *Vicarius*, ſub indicta bonorum temporalium, & decem ducatorum millium, mulcta, *Epiſcopo* bannum ut relaxaret, mandavit. Sed nihil movebatur *Epiſcopus*, convocatoque *Senatu regio*, aliud agebat, ut *Vicario* obluctaretur. Qui conſtituta duodecim ducatorum millium, & graviori paulò mulcta, ne civitate *Epiſcopus* exiret, contrà edixit.

Die ſequenti *Vicarius*, congregato *Senatu*, quoſdam ex illis in vincula adactos, graviorib⁹ reſervabat pœnis. Quo ſub coacto concilio *Epiſcopus*, invito maximè *Vicario*, in palatium adventabat. *Vicarius*, reſiſtentem quantumvis *Epiſcopum*, injecta manu militari, nunc concluſum tenere, mox in rhedam collocatum, è civitate ad portum marinum *Veram Crucem* dictum, transferri juſſit, indè in *Hiſpanias* ut traduceretur. Verùm enim verùm *Epiſcopus* deditâ operâ huic profectioni obluctabatur, præ ſe ferens, niſi hoc mandatum coràm à *Vicario*, & conſiliariis regiis, accepiſſet, non diſceſſurum. Omnibus igitur, quod ajunt, copii[s] hoc agebat *Vicarius*, *Epiſcopus* ut deduceretur. Qu[od] ſi non ſponte rhedam intraret, vel unà cum lectu[-]lo in eam à militibus foret deportandus. Quid fit? Neque ſic *Vicarius* voti fiebat compos. Sicubi enim *Epiſcopus* rem agi ſeriò intellexiſſet, aſſumptis pō[n]tificalibus, ut vocant, manuque prætendens ſacram euchariſtiam, ad populum, de ſacramento actum eſſe, exclamavit, idemque ut apud *Mexicum* per eccleſias, & cœnobia, omnia ſingula, pariter fieret, per curſorem mandari fecit. Exind[e] auditæ mulierum querelæ, tanquam jam euchari[-]ſtiæ ſacramento carendum eſſet. Secundùm hæ[c] *Vicarii* ſecretarius, *Oſſorius* nomine, anteà excommunicatus, cum rheda prætervehebatur *Eccleſian[m]* parochialem.

In quem intuens fortè ſacerdos diris, atque ex[s]ecrationibus illum, quod ajunt, tantùm non in[-]terficiebat, poſtquàm pueros in iſtum inſtigaſſet magna voce ſucclamando, prætervehi *Iudæum* excommunicatum, lapidibus ad mortem uſq; proſternendum. Nec mora, fit concurſus puerorum ac ſucceſſivè etiam adultorum, globo ex *Æthiopibus*, *Indis* ac *Mexicanis*, facto, qui cum impetu in i[-]pſam ferebantur regiam, lapidibus feneſtras pala[-]tii primò ſumma cum audacia perfringentes. *Vicarius*, immiſſis in plebem prætorianis, furorem multitudinis ipſam in rabiem exaſperabat, ut jam ad manus, neces, vulneraque, veniretur, prætorianis terga vertentibus. Aucta hac turbæ con[-]jurantis audacia, palatium coronâ cingitur, admo[-]tiſque antè portas ignibus, expugnatio regiæ ten[-]tatur. Tametſi igitur *Vicarius*, in his ultimis con[-]ſtitutus, opem, auxiliumque, *Quiritum*, ſive ci[-]vium, ſub vexillo regio, & tubæ clangore, incla[-]maret, nulli tamen ferebant ſuppetias. Hæc ub[i] cum impetu, & furore, aguntur omnia, eccè ſu[-]pervenit *Marchio de Valle*, aliique *Inquiſitores* regi[-]qui, ægrè placata multitudine, in aulam intromit[-]tuntur.

Sed nihilo-minùs furor non deſævierat. *Inquiſitores* igitur, è feneſtris proclamantes, promittun[t] *Epiſcopi* in urbem promptam reductionem, mod[ò] placari ſeſe paterentur. Sed nihil etiam his pro[-]miſſionibus profectum. Tantùm enim aberat, u[t] furor miteſceret, ut mox in *Cœnobium Dominican[um]* quoque fieret impetus, oppidòque gubernato[r] *Metepiquetanus* ille, cuſtodia dilabente, liberaretu[r]. Neque hoc ſatis. Verùm enim verùm, turba ci[-]

vitati

atis undique commotâ, pars arma corripere;
:s eccleſiaſticorum interſignium; crucis præ-
re, atque in arcem, admotis etiam ſcalis; ire
pit. Nec mora, ergaſtula relaxantur; & in
um armantur *Vicarium*, à quibus iſte auxilium ſi-
ſperabat.

Tumultu ad ſummum apicem increſcente; ci-
s ad arma conclaſſantur. Vnâ per omnes vias
ce perſonante, *Moreretur Proditor, & viveret con-
um regium*! Hac ſub ancipiti fortunæ alea verſans
arius aulicis ſuis arma pariter indixit, unuſquiſ-
e, quibus poſſet modis, ſe, ſocioſque, tuere-
r. Hoc cum dicto, ipſe è feneſtris exploſio, ne
opetorum rem agere aggreſſus eſt. Sic in *Pa-
ii* expugnationem, jubentibus *regiis conſiliariis*,
njuratur.

Quæ, adhibitis undecunque machinis, atque
ultibus, paulò poſt effecta eſt, ruptis, perfra-
s, laceratis, ſpoliatiſque rebus omnibus, *Vica-*
, miniſtriſque, ſub alieno habitu, manus fu-
ntis turbæ effugientibus. Ceciderunt ex hac
multuatione homines numero ſeptuaginta; du-
ntis juxtà vulneratis.

Peractâ id genus tragœdiâ, plenâ nocte *Epiſco-*
r, unà cum *Marchione de Valle*, & *Inquiſitoribus*;
urbem albis equis, cereiſque, ac funalibus al-
s, invectus, magno ſub populi applauſu; cam-
narumque clangoribus, excommunicationis
lmen illud ſolenniter abrogavit; huncque diem
lennem, feſtumque, fecit. Cùmque *Vicarium*,
bus illius, & ſupellectilibus; conſumptis o-
nibus, apud *Franciſcanos Monachos* latere, inno-
ſceret, *concilium regium*, injectâ manu militari,
ntiſper eum in cuſtodia attinuit, quoad, quid
ri vellet *Rex Hiſpaniarum*, ſignificaretur. Inte-
n & *Vicarius*, & *Dominicanus Monachus*, tanquam
communicati, nullo ſub pretio, habiti ſunt. Vi-
te, inquam, quid furor plebis poſſit! Et quàm
oclive ſit, etiam eos, quos fortuna in edito col-
cavit, ſicubi poteſtate conceſſa abutantur, in
dum rerum omnium, vitæque ipſius, venire di-
imen.

Vſque eò è parvis ſcintillis ingentes excreſcere,
inſurgere, motus poſſe, vel *Mexicano* hoc, quod
atum, exemplo, doceri poteſt. Vt non fru-
à à *Politico Florentino* dictum ſit; magnum ali-
em in civitate, & præcipuæ autoritatis, virum,
multuantem forte plebem compeſcere, ac pla-
e, poſſe. Vt idem, ſi velit; meâ de ſententiâ,
ri ferè operâ, multitudinem ciere, ac commo-
e, ſatagat. Sicut, vel hîc, *Epiſcopi*, ac *Clericorum*, o-
râ accidiſſe, compertum.

II.

*loni ingentem Tartarorum multitudinem
fundunt.*

DE *Helvetiis*, relictâ patriâ, peregrinas; aliaſ-
que, ſedes quærentibus, à *Cæſare* olim rela-
n eſt in commentarios. Idem ferè de *Tartaris* hoc
o uſuvenit. Hi enim, ſiccitate triennali patri-
affligente, annonæque, & pabuli, increſcente
uriâ, de emigratione cogitare cœperunt. Col-
tis igitur ducentis hominum millibus; unà
cum mulieribus, & parvulis, eduxerunt, ſub *Ali Murſa*, belli duce, in *Poloniam*. Quâ re exploratâ, *Poloniæ Palatinus*, conjunctis *VVeyvvodarum*, cæterorumque dynaſtarum, operis, contra barbaros, per regnum undecunque copias contraxit adverſus *Chriſtiani* nominis hoſtes, paſſim conclaſſando. Sic instructo cum exercitu à *Polonis*, in *Muldaviam* uſque, & proporrò, excurſum eſt, in itinere aliis, aliiſque, legionibus ſeſe conjungentibus, quoad in conſpectum *Tartarorum* progreſſi ſunt. *Chmieleſcius* ergò, ductor *Polonus*, re deliberatâ, in primores *Tartarorum* ſua cum manu, animosè invectus, decem millia barbarorum fudit, diſperſitque, manubiis, prædis, ac captivis, relatis multis, atque ingentibus. In quibus *Chriſtianorum* magna pars, à barbaris intercepta, in libertatem vindicari cœpit. Hâc bonis auſpiciis relatâ laudabili victoriâ, *Chmieleſcius*, ſagitâ latus perfoſſus, curanda valetudinis igitur, in patriam dimiſſus eſt.

Secundùm hæc, interceptis denuò tribus barbarorum millibus, iiſdemque cæſis ad unum omnibus, *Poloni* magnis conatibus, animiſque, in *Tartarorum* juſtum exercitum moverunt, factiſque iterum furioſis aſſultibus, barbaros in fugam, ab ipſis penè initiis conflictus, conjecerunt, prædis relatis, captiviſque *Chriſtianis* liberatis penè innumeris. Neque obſtitêre barbarorum recentes ſuppetiæ, quò minùs integrâ fruerentur *Poloni* victoriâ. Tantâ enim inter *Tartaros*, ſemel cæſos, fugatoſque, ortâ confuſione, acies abiſtis reſtaurari nequicquam potuit.

Supererat potior adhùc exercitus *Tartarici* pars è veteranis legionibus, ac velut triariis, conſtans. Cui præerat *Sciantius Murſa Immehimetus*, *Sultani Cantimilli* filius. Hic magnam *Chriſtianorum* captivorum manum ſecum trahens, ſub ſignis per montes catervas eorum paſſim dividebat, fictâ velut atque exaggeratâ, hac multitudine *Polonos* decepturus. Sed imposturam hanc, ac fallaciam, intelligens *Generalis Polonicus*, nihilo-minùs in conſpectu hoſtium, caſtra metabatur. Mox, tanquam timere, ac fugere, vellet, majorem exercitus partem reduxit; ut *Tartari*, victoriâ velut præſentaneâ, in *Polonorum* reliquias irruerent. Quibus manus conſerentibus, tanquàm ex inſidiis, *Polonus* inſtructis cùm copiis ſuperveniens, magnam tertiâ vice barbaris ſtragem intulit, multis *Chriſtianorum* millibus redemptis, *Tartarorum* verò octo, & ampliùs, millibus in poteſtatem venientibus, *Sultani Tartarici* filio, natu minori, *Mahumeto*, unà intercepto.

Tametſi igitur alię rurſus confluerent, reſtarentque, barbarorum ad *Ioſtovizam* phalanges, nihilo-minùs felicibus *Polonorum* progreſſibus confuſæ, territæque etiam iſtæ, in interiora *Tartariæ*, atque inculta, clauſtra receſſerunt, utque victores *Poloni* tandem exercitum in ſtativa reducerent, occaſionem ſuggeſſerunt.

***

III.

Tartari denuò Poloniam devaſtantes, denuò cæduntur.

NEque ſic tamen *Tartari* victi erant, ut debellati eſſent. Iſti enim, ultionis, & vindictæ, cupidi, non longè poſt, recollectis multis millibus, in *Poloniam* irruerunt, per viginti, & ulteriùs, miliaria, omnia ferro, atque igne, miſcentes, ſub civitatum, arcium, oppidorumque, expugnationib[9], decemque *Polonorum* millium cædibus, regnum depopulati. Dùm igitur neque frugibus injectis ignibus parcunt, juxtà immenſam, *Chriſtianorum* multitudinem recèns abduxerunt. *Poloni*, quod tàm maturè copias ſufficientes objicere nequirent, aliquouſque hanc cladem patienter, & fortibus animis, tulerunt, uſque dùm inſtructis exercitibus in barbaros moventes, iſtos in fugam conjecerunt. Prædis opulentis onuſta *Tartarorum* multitudo per *Tranſylvaniam* evadere cogitabat. Sed maturè hoc præcognitum habẽs *Conitius Polſcius*, ductor *Polonicus*, in inſidiis illìc latebat. Qui cùm in nihil tale exſpectantes, barbaros eo loci impreſſiones faceret, nolentes volentes, in pugnam pertraxit, rurſuſque etiam hanc multitudinem cæcidit, ac fugavit, per ſedecim millia paſſuum viis, atque itineribus, proſtratorum cadaveribus paſſim ſcatentibus, ac defœdatis. Quam ingentem, ac toties iteratam, cladem barbari innumeris ſceleribus, atque immanitate pluſquam ferinâ, promeruiſſe facilè videri poterãt. Præter enim ſceleratos exceſſus alios, nimis cruentum, & ſanguinarium, facinus ab iſtis patrabatur hoc, ut, ubi pugnæ neceſſitatem inſtare vidiſſent, *Polonos* captivos ad unum omnes irato *Marti*, in oculis *Polonorum*, priùs velut immolantes mactarẽt.

CAP. II.

De Iacobi, Angliæ Regis, ſeriâ tandem armorum præparatione.

I.

Rex Angliæ, tentatis variis pacis reducendæ remediis, in arma incumbit.

POſteaquàm ergò *Iacobus, magnæ Britanniæ Rex*, remedia, ad pacem ſpectantia, extentâſſet propemodùm omnia, ut etiam, ſub nuptiarum ſpe, aliquot annos extraheret, tandem, exſpectationibus ſuis, deſideriiſque, fruſtratus aliis, aliiſque, ut etiam matrimonii ratio exularet, mente velut commaſculatâ, in belli conſilia ſeriò incumbere cœpit. Vbi enim vindicandi generi, &
nepotum, patrimonij ratio alia ſuppeteret nullâ
quod humanitate, legationibuſque, pacem re
ſpicientibus, impetrare non erat quitus, armis, a
re ipsâ, recuperare deſideravit. Qua de re cùm de
nuò, alia ſub facie, curias *Anglicanas* convocaſſet
de bello deliberaturus, *Oxenfurtium Comitem*, ami
citiæ *Hiſpanicæ*, ac nuptiarum illarum, diſſuaſorem
è cuſtodia, qua per biennium detentus fuerat, li
berrimè dimiſit, priſtinæque dignitati reddidit
Potuiſſes de hac *Regis*, aliâs lentuli, repentina mu
tatione inferre, quod *Remi* umbra apud *Ovidium*
in Faſtis, ad *Fauſtulum* paſtorem, atque *Accam Lau*
rentiam, per quietem dixerat:

Cernite, ſim qualis, qui modo talis eram!

II.

Patres Societatis, unà cum Clericis aliis, ſub edi
cto, ex Anglia, Scotia, & Hybernia, eiici
untur.

REs *Frid. Palatini, Regis* generi, eo loco erant, u
præter *Electoralis* dignitatis in *Bavarum* factar
translationem, jam quoque *ſuperioris Palatinatus* ſ
ve alienatio, ſive donatio, ſuperveniret. Quò
enim *Cæſar* anteà provinciam ad *Anaſum*, *Bavar*
pignoris loco, ceſſiſſet, convenit illis, ut, reddit
illa *Auſtriaca* regione, *Palatinatus ſuperior*, vel
emptione, & venditione, mutuò interveniente
tanquam in jus, atque ipſam *Bavari* hæreditatem
tranſiret. Quæ ſanè res *Iacobi Regis* animum no
poterat non graviſſimè commordere. Itaque cu
genero, etiam tùm in armis exiſtenti, ac, ſub *Man*
feldio, per *Alſatiam* fulminanti, armorum, *Palatin*
tuſque inferioris, ſequeſtrationem perſuaſiſſet, pro
miſſione facta, ſi ſoceri dictis foret audiens, futu
rum, ut dignitatis, patrimoniique, reſtitutione
è manibus ſuis reciperet, eò magis, magnarum o
caſionum bellicarum momenta interim effluxiſſ
animum, diu curis ſaucium, tùm pupugit ſolicit
do. Vt igitur hoc ageret, quod parentis, atque a
partes requirebant, novam omninò, veteri illi l
nitati contrariam, ſuſcepit viam. Qui cùm nup
in *Catholicos*, ut vocant, homines, ſpe nuptiaru
Hiſpanicarum, ſe indulgentiſſimum præbuiſſe
jam animum versùs illos indignantem, atq; ira
ſtimulis agitatum, commonſtrare cœpit. Hoc m
do, ſub publicato edicto, ut omnes, & ſinguli, *P*
tres Societatis, quàm *Monachi*, ac *Clerici* id genus, i
trà quadrageſimum diem, ex *Anglia*, *Scotia*, atq
Hybernia, exirent, ſanxit. Quòd enim exploratu
haberet, parochos *Calvinianos* aliis in regnis ej
prius accidiſſe, eò juſtiorem cauſam *Monachos* e
terminandi ſibi quidem ſuppeditari, arbitratus e
Eo, hæc dùm fiunt, temporis momento civis qui
Londinenſis, linguæ volubilis incontinentiâ abuſ
Eliſabetham, *Regis* filiã, convitiis proſciderat. Cui
cùm *Regi* ſiſteretur calumniator, non quidem, vet
ri more, littera K. fronti inuſta eſt, ut potiùs utriu
que auriculæ amputatione, & quinq; *Ferdinandic*
rum millium mulctâ, temeritatis, ac deſipiẽtiæ, po
nas dederit. Quantum itaque lingua intemperan
ac petulans, infortunium creare poſſit, maximè,
quis homines, qui ſunt ſuprema cum poteſtate, c
vitiari auſit, ab aliis, & ſuprà quoque in ſimilim
pariſſimaque, cauſa, inculcatum eſt.

III. R

III.

Angliæ, Curiarum regni conventu indicto,
nagnificentiſſimè invehitur.

m tandem exoptata, niveiſq; ſignanda lapillis,
es *Anglis* advenerat, quam tàm *Proceres*, quàm re-
rum ſubditi, improbis deſideraverant votis,
npè *Iacobus Rex* tandem *Cæſari*, & *Hiſpano*, ut ira-
ctur. *Curias* igitur alio, & prioribus contrario
iè, inſtituto, recèns convocari ad III. Cal. Mart.
ipe illis fuit intelligere. Concilium indictum
emontii Ducis, apoplexiâ forti, prout *Hippocrates*
avit, ſubitò extincti, obitus remorari occœpit,
biduum comitia procraſtinarentur. Quę mo-
cet vel tantilla, vix abſq; omine fuit. Die igitur
ſtituta illuceſcente, *Iacobus Rex* apud *VVeſtmun-*
m peractâ re ſacrâ, curru triumphali, triregiâ
gnificentiâ invectus eſt, coronâ ſplendidiſſimâ
it ambiente. Eum regius fili⁹, *Princeps de VVallis*,
cum *Comitum*, *dynaſtarumque*, manu, anteceſſit.
latis antè *Regem*, juxtà *Gladium*, *Sceptris*, & *Coro-*
ureis, numerò ſeptem. *Buckingamus Dux*, *Regem*
iè ſequens, tænia, è ſerico contextà, benè longâ,
titabat equum ex iis, quos regios, & dextrarios,
ninant, generoſiſſimum. Cùm hac, & id genus,
npa magnificentiſſimâ, *Rex Curiam*, ſive *Palatiũ*
abat, in atrium auguſtale deductus, aulæis at-
cis ſplendidiſſimè exornatum. Ubi, cùm *Rex*, cę-
que *Proceres* regni, ordine quiſq; ſuo, conſediſ-
, talia in verba *Rex* ora reſolvere, ſuoſque, allo-
cœpit: Iam diu, inquit, inultum, & abundè, tem-
is inſumptum eſt, ut *Regis* filiò exaltatio quære-
ır. Eam in rem ille, *Buckingamo* comitante, in
anias nuper excurrit, & feliciter, eodem deducẽ-
everſus eſt. Tàm bono tempore ſuper nuptiis
inq; tractationes intervenêre, ut, tanq̃ ſuper re
ıſacta, mecum deliberarem. Sed regius filius, in
anias adventans, tanq̃ ad peregrinos venit, utiq;
bus hæc res velut peregrina foret, ac nova. Secũ-
n hæc, ſubditorum odorari videor ſuſpiciones,
quam, ſub permiſſu *Religionis* nuper *Catholicæ*,
novas agerem, inq; partes *Pontificiorum* tranſire
gitarem. Proindè, hoc coram *DEO*, & *Angelis*, cõ-
atiſſimum vobis facio, nempè tantùm abeſſe, ut
propendeam, ut magis hucuſq; *Religionem* illam,
q̃ monſtroſam, totis animis execratus ſim. Vi-
e, igitur, & agnoſcite, hanc è filii regii ꝑfectio-
emerſiſſe utilitatẽ, de qua etiã nepotes ſibi gra-
ari debeant. Ea enim illius *Religionis* fatuitas o-
is uſurpata eſt, ut jam non ampliùs narrationi-
s, ac fabulis, ſed oculis ipſiſmet, fides debeatur.
Si cauſſas interrogatis, quid eſſet, ꝙ à tantò tem-
e tractationib. operam dedi, ſciatis, id mihi cu-
& quæſitum fuiſſe, ut *Regum*, *Magnatumque*, ani-
, ſub pacis reproductione, reconciliarentur. De-
& inprimis, ut filia & nepotes, in poſſeſſiones hę-
litarias, & debitas, redirent. Hæc mihi, inquàm,
rdi fuerunt. De quib. prolixiori inductione vo-
communicabit ſecretarius meus. Ego certè bo-
hortulani partes implere decrevi. Ille n. ſicut al-
, lolium, & zizanias, removet, ut flores, herbæq;
biles, eò feliciùs ſuccreſcere ſuſtineant, ita mihi
idem curæ eſt, omnia, quæ animis veſtris ſcrupu-
n obiicere fortè qui ta eſſent, recidere.
Quò igitur majori cũ alacritate, hoc agere, id eſt,
ꝑer regni conſervatione, regiorũq; filiorum re-
ſtitutione, deliberare, ſatagatis, nolo equidem vos ad certos ſive dies, ſive horas, reſtringere. Sat citò enim ajunt, fieri, quod fieret benè. Hoc eſt, præcipitatione opus haud eſſe, præmoneo, quæ arduis plerumque conſiliis nocuiſſe fuit comperta. Interim, neque ſic tamen hoc regium negotium extrahendum erit, ut morâ elâgueſcat, aut ſegniùs expediatur. Sed omnes liberimè, & abſq; offenſæ metu, in ſuffragia deſcendentes, è medio conſuletis, ſemelq; ratum habebitis, *Regem* privilegiis, atq; immunitatibus, veſtris non contraventurum.

III.

Angliæ Procerum poſtulata. Quibus Rex ſubſcribit.

PRæeunte illâ *Regis* oratione initiali, *Curiales*, alienis nuper periculis cautiores, *Rex*, ſequentib. petitionibus ut ſatisfaceret, corrogare cœperunt. Sic tunc futurum, ut *Rex* ad votum, nutumque, *Proceres* propenſiſſimos experiretur. Primùm igitur unuſquiſque *Curialium* ſententiam, quam concepit, abſque metus injectione, & liberrimè, dicere poſſet. Dein *Curiæ*, quandocunque opus ſit, aditus ad *Regẽ* pateret. Iuxtaque ſecuritas, immunitaſque, daretur omnibus, ac ſingulis, ne, ſicubi liberrimè dixiſſent, ſive arreſtis, ſive carceribus, ſicut nuper *Oxenfurtio Comiti* uſuveniſſet, gravari poſſent. Pariter edictũ, in *Romano-Catholicos*, alioſque pacis oſores, ad effectum ſpectaret. Et deniq; *Rex* illis, antè biennium in chartam conjectis, rationibus ſatisfaceret.

Illis nunc rogationibus *Curialium Rex* clementer annuit. Utque *Buckingamus Marchio*, profectionis illius in *Hiſpanias* ſocius, nuptialiſq; tractationis callentiſſimus, totius rei, prout geſta fuit, hiſtoriã plenam, coràm hoc regio *Senatu*, recitaret, poſtulavit.

IV.

Buckingamus, quid cum nuptiis Hiſpanicis factum eſſet, coràm Senatu regio, recenſet.

CUi *Regis* voluntati ut mos gereretur, ſic quidẽ tùm ordiri cœpit *Buckingamus*: Initiò, inquit, *Hiſpaniarum Regem* nihil minùs, quàm *Britanniarum Regis* generi, *Friderici Palatini*, reſtitutionem voluiſſe, haud difficulter obſervare licuit. *Infans* quidem *Bruxellenſis Regis Britanniarum* legatis perſuaſerat, in ſua eſſe poteſtate, exercitus tàm conſcribere, quàm exautorare. Undè *Rex Britanniarum* cœpit, ſuaſu neſcio quorum, *Manſfeldium*, unà cum exercitu, è *Palatinatu* evocare. Nihilominùs, ubi *Rex* paria ab *Infante* exigeret, tùm verò, quàm facultas miſſionẽ dandi copiis penès ſe nulla eſſet, ſed ex *Hiſpaniis* peti deberet, reſponſum eſt.

Secundùm ea, *Rex* in *Hiſpanias Porterium* dimiſit; Ut, ſuper tàm nuptiis, quàm *Palatinatu*, categoricũ ex aula *Madrittenſi* referret reſponſum, ſpatio dierũ decem, ſaltem indulto. Sed res aliter cecidit, *Porterio* enim *Madrittum* adventanti, *Digbius*, pari antè de cauſſa eodem præmiſſus, vanam ſpem fecit. Ille igitur, ut rem omnem, tanquam è fontibus, prout ajunt, hauriret, ipſe ad *Comitem de Olivares* ſeſe contulit, ab eodemque, procul adhuc dùm eſſe, ut *Rex Hiſpaniarum* tàm in ſororis nuptias illas, quàm *Palatini* reſtitutionem, pedibus eat, didicit. Hoc cum reſponſo diſceſſuro *Porterio*, *Digbius* morã injecit, exſpectaret, dùm ipſe à prædicto *Olivario* rectius

reſponſum obtinuiſſet. *Olivarius* itaque, intelligẽs, reſponſum ſuum, à *Ponterio* divulgatum eſſe, indignabundo ſimilis, nihil aliud, præter illud, ſuperaddere tùm voluit. Inter hæc, rebus incertis omnibus, nihilominùs *Regi Britanniarum*, perſuaſerat *Digbius*, fore, utrumque ut apud *Hiſpanias* obtineretur. Ea de re ſic *Rex* inductus, & perſuaſus, inſuper *Principem de VVallis* ipſummet emiſit. Sed ejùs adventus fuit oppidò inexſpectatus. Ut vel ab ipſis initiis *Principi de VVallis* occineretur, niſi ad *Catholicam* tranſiret *Religionem*, de matrimonio eum fruſtrà futurum. Neque hoc ſatis. Sed etiam de nuptiis interroganti *Principi* oggeſtum eſt, antè menſis decurſum *Hiſpaniarum Regem* ne quidem nuptiarum tractationem aperire decreviſſe.

Hæc *Princeps* ſubodoratus, & quid exſpectari poſſet, intelligens, jam tùm meditabatur reditus. Sed, injectis elegantibus promiſſionibus, detineri cœpit. Ajebant enim, rerum eccleſiaſticarum præpoſitos in hoc matrimonium aſſentiri haud poſſe, niſi *Princeps* ſaltum faciens in partes *Catholicæ Eccleſiæ* tranſiret. Interim penès *Pontificem Rom.* poteſtatem diſpenſandi eſſe, quam utique, obtineri poſſe non diffiderent. Iuxtà verò *Digbius* autor fuerat *Principi*, vel ſaltem òbiter *Rel. Catholicam* fingeret. Sed *Princeps* diſertis, conceptiſque, verbis negavit, ſe facturum. Ut tùm demùm ſeriò, ſuper diſceſſu, cogitare notatus ſit. Sed etiam tùm propoſitis pollicitationibus noviſſimis aliquouſque acquievit. Interim *Pontificis* ſupervenit diſpenſatio, conditionibus, exceptionibuſque, tot arduis, rigidiſque, pleniſſima, ut *Princeps* iteratò pernegaret, ſe quicquam ejuſmodi facturum, ſed *Hiſpaniis* longum vale dicturum, eſſe.

Secundùm hæc, res novæ agebantur. Miſſi enim erant in *Angliam* ex *Hiſpaniis* legati, qui, re cum *Catholicis* eo locorum deliberatâ, ſtructiſque machinis, inteſtinum, & civile, bellum ſuſcitarent. Cujus fiducia facti tanta erat, ut, ne quidem de ſucceſſu ampliùs dubitantes, *Hiſpani*, etiam *Principi* exercitum tùm offerrent, quo in rebellantes uti poſſet. Inſuper ſpe, atque exſpectatione, iſta pariter decollante, alteræ, & novæ, à *Pontifice* ſuperventuræ, diſpenſatoriæ tabulę proponebantur. Verùm enim verùm eò uſque *Princeps* animum, reditumque, ſuſpendere noluit. Ille igitur, relicto apud *Digbium*, quid porrò tàm in cauſſa nuptiarum, quàm *Palatini* reſtitutionis, fieri vellet, mandato, ex *Hiſpaniis* receſſit.

Corollarii loco, ſubjunxit *Bückingamus*, toto illo temporis decurſu, ac ſpatio, quo quidem apud *Hiſpanias* fuiſſent, ſemel duntaxat *Principi* copiam factam eſſe, & quidem certis ſub legibus, ut ad *Infantem* intraret. De *Hiſpaniarum Regis* litteris, à reditu *Principis* in *Britannias* poſtliminiò miſſiculatis, ità eſſe, ut *Hiſpanus* diſertè præ ſe ferat, ſuper *Palatinatus* reſtitutione, cum *Cæſare* deinceps tantùm, & nemine aliâs, ſe acturum eſſe, ut defatigari hac in parte extrà illud nolit.

Atque hæc nunc eſſe illa, dixit *Bückingamus*, quæ in medium afferre debuiſſet. Iam *Regis*, regniq; *Procerum*, partes illas eſſe, ut iis omnibus diligenter ad animos admiſſis, quid fieri velint, communibus in rem collatis ſuffragiis, decernant.

V.

Curiæ Procerum ad Regem declaratio.

HActenùs *Buckingamus*. Cujus relationi tame
coràm *Rege*, adverſaretur *legatus Hiſpanicus*,
pud *Londinum* ordinarius, arguendo, hoc modo
creta omnia, quæcunq; inter *Hiſpaniarum Regem*
VValliæ Principem, nuptiarum cauſsâ, interveniſſe
in *Regis* ſui contemptũ, evulgari, dignumq; *Buck*
gamũ eſſe, qui hanc *Regi* illatam injuriam, ſub ca
tis ſupplicio, expiaret, ſicut certè *Rex Hiſpaniarun*
quis hac impotentiâ in *Regem Angliæ* perorare a
ſuos foret auſus, hunc cõtẽptum, ſub ultimo ſ
plicio, fuiſſet vindicaturus, nihilominùs *Iacobum*
gem parùm, aut nihil, iſta legati objectio tùm co
movere valuit, regerentẽ, de his, & cæteris, ſibi
ctiùs fide optimâ conſtare. Interim, legatus ut c
Curialibus publicè hanc contraventionẽ propo
ret, admiſit. Verùm enim verùm *Senatores* regii,
gati *Hiſpanici* exceptionẽ nihil quicq̃ morati, ſ
tentiam illam tulerunt: Nempè deinceps ſuper
ptiis *Hiſpanicis* omnia eſſent mortua, neque ver
lo earũ reſuſcitaretur mentio. Deindè *Palatinus*,
viã belli, atque armorũ, in hæreditate ſua repo
retur. Cùmque ſumptus hucuſque in varias tàm
gationes, q̃ tractationes, non exigui, unà cũ diſ
dio tẽporis, fuiſſent inſumpti, illud omne propo
purè, & datâ operâ, intermitteretur. Tertiò, *Hiſp*
bellũ indiceretur. Eum enim eſſe, qui *Angliæ R*
filios è poſſeſſionibus ejeciſſet, in reformatæ *Relig*
ni addictos ſæviat, ac jam tandem coronam *Ang*
canam contumeliâ inſuper afficiat. Quorũ illa d
poſteriora decreta ut q̃ primùm in effectum de
cerentur, *Regem* deprecati ſunt. In ſeſe moram
turam nullam, ut pecuniarum, & ſumptuum, abu
dè ſit in medio, quibus res geri poſſint.

VI.

Rex decreta Curialium regni gratanter adm tit.

REx, intellectâ *Procerum* cordatâ, & libertim
ſententiâ, magnam in ſpem erigi, illiſq; reſp
dere, cœpit. Cœlo, inquit, imputare debeo, qu
conatibus meis Numen ea auſpicia, ac ſucceſſ
impertiri dignatum eſt. *Proceres* enim, & *Curiales*,
re tàm luculenta, & clara, libertimè, promptiſſim
que, ſententiã tuliſtis, ut gratias non poſtremas
nomine deponere tenear. Quòd ergò juxtà ẽt co
liſionis inter *Regem*, & ſubditos, materiã, & fomit
è medio ſuſtuliſtis, hoc mihi inprimis dulce e
Quantũ ad primum *Curiæ Senatuſconſulti* caput ſp
ctat, indicaſtis, nullam deinceps nuptiarũ *Hiſpan*
carum mentionê ingerendam, neq; ulteriùs, ſup
Palatinatus reſtitutione, tractationibus experiu
dum, eſſe. Adhæc ego, tanq̃ *Rex* ætate provect
ſolicitudines, cogitationeſque, meas aperire cõſt
tui, quibus, quid ſentiatis, ſuperaddere vobis
integrum. Atque, initiò quidem, ab ineunte ætat
tali animo fui, ut, quãdiu *Rex* eſſem, *Pace* nihil ha
berem prius, neq; antiquius. Undè ẽt nomẽ *Pacifi*
obtinui. Iã, ut hoc inſigne nominis epitheton, han
famã, ac laudem, quibus tàm in his, q̃ aliis, regioni
bus illuſtris eram, conſtanter proferrem, mirific
cupio. Nunq̃ bello delectatus equidẽ ſum. Ut pro
fuſio

onem *Chriſtiani* ſanguinis nemo me gravius ſit
-ſtatus. Bellum omnibus, quod ajunt, copiis de-
avi ſemper. Ut hanc peſtem omni ſtudio, dedi-
ie operâ, fugerim. Niſi ultima neceſſitas impo-
et hanc legem, bellumque malum neceſſarium
ri poſſet. Secundùm hęc, non poſſum, quin vo-
n mentem revocem, ab hujus regii *Senatus* indi-
ne, ſpem mihi factam, fore, ut *Palatinatus* reſti-
o mitioribus remediis, ac conditionibus, pera-
oſſit. Interim nolite hoc ſuſpicari, eū, ac talē, me
m eſſe, qui vos convocare, conſiliaque veſtra
itari, & deſuper, poſthabitis decretis illis ve-
, res alias agere, aliaſque rationes inire, affectus
. Semel itâ eſt, ut hac ſuper re ardua, delibera-
es à vobis inſtitui voluerim. Interim quo pacto
uæ concluſa ſunt, decenter efficere, ſimulque
ſcientiam, & famam, meam haud onerare, poſ-
, hoc utique mihi cordi eſſe convenit. Ubi igi-
rei tàm æquitatem, quàm neceſſitatem, aliter
d inflecti poſſe, ſtatutum foret, tùm utique de
diis ad rem perficiendam requiſitis, diſpicien-
n veniet.

De filiis meis ità eſt, ut jam ætatem ipſe malam
gerim. Nihilominùs opto, ſi *DEO* placeat, ut eò
m caducā extendere poſſim, ut, tametſi oculis
e illorum reſtitutionem inſpecturus non ſim,
en hoc exploratū, certumque, habeam, atque
rear, illam, citrà omne dubium, effici poſſe, at-
, ut ajunt, in foribus eſſe. Et tunc quidem cy-
am illam ſancti ſenis *Simeonis* cantilenam: *Do-
e, nunc dimittis in pace ſervum tuum*, ſuccinere mi-
iceat. Si verò, quod abominor, ſecùs eveniat,
verò, non ſine cordolio, & gemitu, ex hac vita
ceſſurus equidem ſum. Illa mihi fuit, eſt, & erit
tentia, prout alienas regiones ſectatus nunquā
ità dabo operam, ut incuriâ meapte ne quidem
a ditionum, ac provinciarum mearum, per hæc
liæ, Scotiæ, & Hyberniæ, regna, decedere debeat.
Peſſimæ notæ homo ſit oportet, qui quidem *Re-
*alus conſultor eſſe velit. Uſque adeò enim bar-
um, atque impium, eſt, quod pacis intermedio
inere queas, illud pugnis, & cædibus, acquire-
elle. Quo nomine neque vos mihi belli autores
uros eſſe, arbitror, antequam, quę ad bellum ne-
aria ſunt, expendantur. De ærario meo jam cu-
è mentionem facere ſuperſedeo. Quomodo e-
n ſe habeat, notum eſt. A multis annis non fuit
d *Britanniam Rex*, qui minus auxilii à *Curiis* me
epiſſet. Eò magis igitur ærarium meum exhau-
n eſt, quò graviores in profectionem *Hiſpani-*
, tàm mei, quàm hujus nationis, honoris ergò,
nptus facere debui. Ut taceā, quid, quantumq;,
iliorum meorum alimentationem, *Palatinatus*
enſionē, variaſque, & toties iteratas, legationes,
enſarū factū ſit. Ut eam etiam nunc, quæ *Daniæ*
debetur, porrò ſummā rependere nō ſim quit⁹.
Belgium quidem cōnfœderatum, ob viciniæ cō-
ditatem, omnium facilimè *Palatinatus* reſtitu-
nem efficere poſſit. Sed iſte eſt in præſentiarum
s gentis ſtatus, ut, niſi ipſe auxiliator illis acce-
m, penè ſeſe tueri non queant. Cum *Germaniæ*
ncipibus, à quibus ejuſmodi aliquid ſperare potē-
n, ità ſe res habet, ut depauperati, juxtà fortuna-
n diſpendia etiam ſpiritus, animoſque, ſubmit-
t, atque à me, rebus perditis, atque accifis, opem
exſpectent. De *Hybernia* ſic ſtatuendum eſt, etiam
de veſtra ſententia, illud regnum tanquam propu-
gnaculum, ac fores poſticos, ſe habere, ut hic aditus
probè confirmandus veniat.

Quòd ad navales expeditiones attinet, non e-
quidem diffiteor, eò me hac in parte apparatu, hoc
tempore eſſe inſtructum, ac ferè unquam antea. In-
terim, antequàm omnia ad effectū ſpectare queat,
& ſudoribus, & ſumptibus, opus fuerit. Ut ad de-
fenſionem portuum, locorumque, maritimorum,
multa in ſuper requirantur. Filios meos, *DEUM*
teſtor, nullis aliis alimentis uti frui, quā meis. Hoc
enim mei eſſe officii commemini, ut omnia illis ne-
ceſſaria ſuppeditem, donec in poſſeſſiones, recupe-
rato *Palatinatu*, priſtinas immittantur.

E vectigalibus aula mea magnam partem ſuſtē-
tatur. Exindè redituum meorum ſumma depen-
det. Si jam belli alea jaciatur, metus eſt, ne hoc au-
xilium omne mihi interturbetur. Undè ærario meo
damnum haud exiguum inſtat. Collectas pecunia-
rias ejus coinmatis eſſe, ut, priuſquam hæc velut lex
introducatur, multum temporis effluat, comper-
tum habeo. Nihilominùs quin ſuper illas oculos
potiſſimum coniiciam, & mihi indè auxilia promit-
tam, vix videor aliter facere poſſe.

Principiò igitur hæc res in veſtra fide verſetur.
Si nunc, abſque ſufficientibus mediis, in bellum de-
ſcendam, quid, vos rogo, aliud fuerit, quàm, ſi den-
tes, tantum modò acuam, mordere minùs poſſim.
Interim, non diſplicet conſilium illud veſtrum. Ut
etiam gratanter habeam & ſuper eo diligenter co-
gitare cupiam. Id, vos ut viciſſim faciatis, atque ea,
quæ reproduxi, trutinetis, æquum, ac par, erit.

De rebus meis theſaurarius, ſive ærarii præfē-
ctus, vos, idque ex officii ratione, prolixiùs erudiet.
Ecce! omni remota lacinia, cordis mei ſinum, ac
penetralia, vobis aperui. Dùm igitur reciprocante
benevolentiâ animos veſtros teneo, de cætero ſe-
curus ſum. Animus ſcilicet loculos aperit, non cru-
mena animum. Liberrimè vobiſcum agedum ex-
periar. Date, ut efficere poſſim, quæ petitis. Si tandē
veſtro conſilio bellum ſuſcepturus ſum, ſic agam
vobiſcum, ut poteſtas conquirendarum, itemq; di-
ſtribuendarum, pecuniarum omnis vos penès eſſē
debeat. Nihil mihi hac in parte vel curæ, vel labo-
ris, futurum. Ipſi theſaurarium, quem præficiatis, e-
ligitote.

Interim, neque hæc ità excipienda ſunt, tanquā
ſtomachum vobis movere, atque ſine miſſione cru-
menas emulgere veſtras, affectus ſim. Non ità. Sed
& deliberationibus veſtris ipſe accedam, ſed, in-
quam, antequam vos onero, ipſe in partes venturus
hujus oneris initia experiar ipſe. Date, ſi placet, quę
ad aulam regiam requiruntur. De cæteris omnibus
pecuniis ita eſt, ut ea quæ petiiſtis, illis in medium
collatis, effici cupiam. Si deinceps perſpectum mi-
hi erit, media illa ad bellum, honeſtè, gerendum,
ſuffectura, ità, quòd verbis, *Rege* dignis, promitto,
agam, ut & in bellum, quod decreviſtis antè, deſcē-
dam, & de pace, abſq; aſſenſu veſtro, nihil in poſte-
rum ſtatuā. Deliberationes & belli, & pacis, omniū
ſunt præcipuæ, quæ ad *Regem* pertinent. Ego itaq;,
more veteri, porrò vobiſcū experiar, ut pparatis ad
bellum quibuſcunq; neceſſariis, deniq; honeſtiùs
pacem

pacem impetrari poſſe,confidam. Inter hæc magni loco ſolatii accidit,quod *Epiſcopus Cantabrigienſis* indicavit,nempè,tales etiam ſuorum extitiſſe ſententias,ut unanimibus ſuffragiis, nemine contradicẽte,in idem decretum conſpiraſſe ferantur. De colliſionibus illis, cujuſmodi nuper apud *Curias* uſuvenerunt,penes animum meum jam tùm tranſactũ eſt,ut, quæ tùm agitata ſunt, dememiniſſe velim. Utinam,verò has *Curias* toti es convocare liceat.Eo ſcilicet fine,quò abuſus è medio tolli,ſubditi verò, ſub æqua,bonaque,gubernatione,florer,equeant.

VII.

Proceres Regi τὰ πάντα ad bellum promittunt, ſimulque poſtulatis quibuſdam præliminaribus ut Rex ſubſcribat,contendunt.

ILla ſiquidem præclara eſſet *Regis* ſapientiſſimi oratio,atque humanitas, *Proceres* facilè omnes in rem ſuam propenſiſſimos expertus eſt. Proindè in ingentis,& plus juſti,exercitus conſcriptionem itũ eſt.E cujus numero decem millia portus maritimos defenderent,inque claſſem venirent. Quotannis autem decem auri milliones in ſtipendia militum erogarentur.

Illis conſtitutis,*Proceres* ulteriùs articulos, belli præliminares,ſequentes,à *Rege* confirmandos, propoſuerunt : Nimirum,claſſis antè omnia,neceſſariis rebus inſtructa,ociùs expediretur. Conſilium militare formaretur.Delectus ſubditorum per regni provincias quotannis quater recenſerẽtur, numeruſq; duplicaretur.Sub delectu inſtituto, unius cujuſque militis nomen armis,ac ſclopetis, incideretur.Armorum, pulveris pyrii,funiculorum, & id genus apparatuum, copia in præcipuas civitates comportaretur. Fiſtulæ ſclopetorum ſolitò eſſent ampliores.Annona,&carnium ſalitarum proviſiones,in naves venirent. *Catholici* arma contraderẽt, equis illorum in tabulas relatis.Iidem fidelitatis juramentum deponerent, refractariis in cuſtodiam compulſis.Recuſantes per *Hyberniam* apud *Anglicanos* vades darent,caverentque,ſe juramento fidelitatis conformes fore.Portus maritimi auxiliis nauticis confirmarentur. Continentibus per *Scotiam* locis,atque in edito ſitis, præſidia imponerentur. Arces nullæ,nullæ civitates,caſtellaque nulla, homini *Catholico*,tanquam gubernatori, cederentur. Aurigarum cohors conſcriberetur, quæ de impedimentis,ſive carris,ac vehiculis,proſpiceret. Tãetſi igitur is vel adhuc *Regis*, *pacifici* ſuapte confeſſione dicti, animus eſſet,ut difficulter ad armorum extrema iſta deveniret,nihiloſeci⁹ *VValliæ Princeps*, unà cum *Proceribus*,hoc egit, ut quàm primùm decem millia, delectu probata,in *Scotiam*, & *Hyberniã*, moverent,locaq; maritima inſiderent, majoribus identidem copiis ſub nomen,& militiæ titulos,vocatis.Neque hoc ſatis.Sed inſuper ipſi *Proceres*, ſive *Curiales*,tanquam legitimi gladiatores, *Regi*, ac domino,ſuo,tàm fortunas omnes,quàm corpora, animaſque religioſiſſimè addixerunt.

VIII.

Regis, ad Procerum propoſitiones, declaratio completoria.

AD bellum ergò,ad bellum, inquam, ſpectantibus omnibus,ſic denique,colophonis igitur,

Rex ſubjecit:Nuper,inquit,quid eſſet mihi ani
ſuper negotiis tàm arduis,explicavi. Eò tempo
quid utilitatis indè naſci poſſit,ſicubi ſubſidia,
media,ad bellũ neceſſaria,tàm in ſpecie, q̃ gene
exprimantur, indicavi.Fateor,ſummã eam, q̃ q
dem conſtituta eſt,pro rei initiis,ſufficere. Tam
nihilominùs exſpectatione p̃conceptâ meâ lon
ſit inferior.Nihilominùs ille ego ſum,qui pecun
non deſidero. Ut potiùs intelligere cupiam,q
conſilii ſuggeratis,q̃ media decernatis, rem ut t
arduam modò non perficere, ſed ad minimũ be
inchoare,ſuſtineam. Quando n. belli finis eſſe
ſtolandus,hoc penes *DEVM* eſt, homines nequ
Interim,benevolentiæ veſtræ gratias ago. Dun
fortunas,animaſq;, addixiſtis,neſcio quid ampl
flagitare poſſim. Nẽpè illud ſacramentũ mihi p
ris eſt, q̃ ſi quadragies nova,ac nova,identidẽ ſu
ſidia decreviſſetis. Immò nec regnum mihi ma
præ optimâ voluntate illa veſtra.Quicquid enim
pud regnũ eſt fortitudinis,ſive roboris, hoc om
in animis,& præcordiis,ſubditorum fundatur.
ego talib. ſubditis felix ſum.Et libenter profite
abſq; exemplo eſſe,ut & ab initiis hujus regii *Se*
tus,& tantillo temporis momento,tot, ac tàm v
da,auxilia decerni contigerit. Itaque,intuitu in
gerrimæ illius veſtræ propenſionis, denuò gra
vobis agò,immò habeo quoque. Gratior quip
ea eſt animorũ veſtrorum ſignificatio, quàm ſu
ſidia omnia. Tantum utiq; ſub hoc contuliſtis m
mento, quantum totiùs anni ſpatio vix offerr
liâs ſubditis in more eſt.

De cetero, quàm rationib. illis veſtris adver
haud velim fidẽ,dedi anteà. Sapientiſſimi *Regis* p
tes ſunt illæ, anteq̃ rẽ magni ponderis aggrediat
priùs conditionem ac ſtatum ſuum, diligenter,
excutiat.Quo nomine,ut *Rex* priùs exactè anim
inſtruat,antequàm coràm *Curialibus* publicam
rat ſententiam,opus eſt. Qua de re ſic quidem
ut denique veſtram ſuper abrumpendis tàm n
ptiarum,quàm *Palatinatus* reſtitutionis, tractati
ſententiam pedibus eam. Ea lege ergò vobiſcũ p
ciſcor,ut quàm veſtris ego conſiliis, & petitis,
nuere paratus ſum,tàm vos prompti, & diligent
ſitis in iis efficiendis,quæ decreta ſunt. Profectò
conſilio,& virtute,opus erit. Fingite, vos officiu
veſtrum feciſſe. Næ,etiam hoc à vobis,ſuperpon
loco,poſtulo,rogoq; mihi *Regi* veſtro,fortè hum
ni aliquid patienti,ignoſcatis.Id,reor, vobis fac
erit,ubi me à tot annis præfuiſſe, regimemque ſ
Iuſtitia,& *Pace*,adminiſtraſſe,occurret. His, inq
nominibus jactare me poſſe videor.Diu diu, inq
bellum,tanquam belluam infernalem,peſtemqu
averſatus ſum.Quæritis,quî ſic,& cur? Dico aute
vobis,pacem prætuli, pacem quæſivi,ex adver
bellum fugi,lanienam odi,cædes *Chriſtiani* ſangu
nis deteſtatus ſum.Dùm igitur,tanquam *Rex Chr*
ſtianus,diu in pacẽ incubui, fateor, humani aliqu
paſſus ſum,deceptus ſum,eluſus ſum. Sed tame
vicit amor pacis.Hanc vos, quam ſolicitè quæſiv
accuſate,non me culpate,qui ſolitâ *Regibus* ςοργῆ
filios meos feror, ut illorum commodis velifica
cupiam ſemper. Itaque, aliam jam ut mentem in
duam,& res,& tempus, monent.

Proindè *Buckingamo* has partes demãdavi, ille
de omnib. corã vobis referret. Vix ullo tẽpore tã
negotium momenti interveniſſe certus ſum. Pote

ran

quidem ipſe de omnibus neceſſariis proſpice-
ed & humanius,& conſultius, fore arbitrabar,
ſtra accederet tàm deliberatio,quàm autoritas.
ipremo conſenſu promiſi,neque nuptiarum,a-
tiæque,neque quemcunque alium, reſpectum
i me eo loco futurum, ut *Palatinatus* recupera-
em poſtponere debeam.Itaque ſic etiam nunc
ctus ſum,ut vitali hac aurâ indignus eſſe videar,
nùs in effectum ejus rei incumbam , ſi minùs
ia, à *DEO* conceſſa, illûc convertam. Senecta
eſt ætas mea,& filius unicus , idemque adhûc
nis.Interim, tàm meo,quàm illius,nomine, do
n,me nullis, *Palatinatum* recuperaturis, reme-
efragaturum. Quid eſt,quod me ipſum , quo
ùs in bellum eam,in *Germaniam* aſcendam,pro-
at?Tametſi enim ſenex ſum , nihilominùs au-
romittere , me expeditionis hujus comitem
tum,modò illud expedire judicetis. Quid,ſi
profectio mea frugifera eſſet,prout non dubi-
iſi *Palatinatũ*,inquam,recupero,niſi filiis meis
imonium reddo,indignus utique ſim , qui hæc
tra geram,qui *Rex* veſter appeller. Neq; enim,
iàs vivam,vivere aut merebor,aut cupiam. Ità
neq; amicus,neq; inimicus, inventus mihi eſt
quam,qui,juſtiſſimam *Palatinatus* armis vindi-
i cauſſam ſuppeditatam abundè eſſe,non affir-
e velit. Hi , credite, ſermones calcar,hæc re-
ſa ſtimulos,dederunt.
e quo igitur ſecuros vos eſſe jubeo, ego , præ-
bo omnia , hanc ad expeditionem neceſſaria.
M teſtor,de collatis in medium pecuniis me ne
lum quidem interverſurum eſſe. Ipſi diſpenſa-
s eligitote ipſi providetote. Duæ cauſſæ ſunt,
ob mei dememiniſſe non poteritis. Aulæ qui-
meæ proventus diminuũtur , creſcentibus ex-
is.Nihilominùs bellum,ſemel cœptum , fuerit
everandum.Liberè,atque ex animo,quod *Regis*
i eſt proprium , vobiſcum experiri conſtitui.
lè de felicitate horum comitiorum benè augu-
itique quæ me,antè *Reges* omnes cæteros , feli-
,ac fortunatum,reddere ſatagunt.
d ſummam rei deniq; ꝙ ſpectat,rem apprimè
ſſariam prævideo,*Senatũ* militari,eoque fideli,
n inſtructus. Nolim tamen plures admittere
in contubernium. Ne antè tempus ſecreta eli-
ari accidat.Quid prius,ac ſecundò,exequar,an
nti,decemque millia,ſive verſus orientem, ſive
dentem,ſive in *Bavarum*,ſive *Cæſarem* , mittere
eam,hæc quidem penès me erit cura. De quib.
tantiſper dicere ſuperſedere volui,dùm, *Palati-
m* abſque armis recuperari poſſe , ſpes fuit. Si-
lem autem hæc exſpectatio decollarit , confi-
uturum,ut,qui hanc mentem , vobis ut obſe-
r,inclivavit,idem cœptis benedicat, quò auto-
em à calumniis vindicare , contraque omnes
os genios , eorumq; complices,rem, famamq;
i,evaleam.Semel ecce!dico,atque edido,vobis,
poſitum,atq; intentionẽ meam , ſemper fuiſſe
eſtiſſimam.Neq; illud ego,promeritus ſum, ut
liis meis tàm indigna patior.Næ hoc caput aliâ
erâ,ac præmio,dignum erat.

IX.

,ſuper Fidei confeßione , pariter pronunciat.

la in verba poſtquàm ſumma cum moderatio-
,& manſuetudine,*Rex* peroraſſet,porrò , ſuper
i confeßione,illa,quæ ſequuntur,adjecit,totâ *Lon-
dinenſium* civitate in applauſus , & publicæ lætitiæ
teſtificationes,effusâ.Sic autem ſubjunxit.Petitio-
nis veſtræ zelum,ac deſiderium,tale eſt,ut prædica-
tione mea cõdignum videatur. Infelix equidẽ ſim,
oportet,ſicubi eò,quò me tàm conſcientia , quàm
obligatio mea,impellit,adigendus eram , ut non i-
pſe ſponte præcurram.Quæ mea ſit fides,quæ con-
feſſio,interrogate libellos meos,inſpicite vitam, &
actiones meas.Non ſpero,me eò uſque vitam pro-
tracturum,ut intelligam , me , vel *Religionis* cauſsâ,
ſuſpectum meis eſſe. Neque ſic agam,ut quiſquam
fortè ſuſpicari poſſit.Opto autem in marmore , tã-
quam vituperii lapide,&quidem atrocibus litteris,
ad ſempiternam rei memoriam inſcribi , ſicubi de-
prehenſus ſim à *Religione* ea,quam profiteor , defe-
ciſſe. Is enim , qui antè faciem *DEI* hypocritã agit,
cui homines fidem habeant , indign⁹ eſt.*DEUM* te-
ſtor,etiam viſcera mea commoveri cœpiſſe,ubi *Põ-
tificum* dogmata ſic invaluiſſe notavi.Id genus cor-
dolii haud ſegniùs me afflixit,ac ſi ſpinas intrà ocu-
los,ſtimuloſq; intrà renes,habuiſſem. Sæpiùs , quo
pacto incremento ejus rei obviam ire poſſit,delibe-
rare cœpi. Ut neque,ſi minùs hoc feciſſem , excu-
ſandus veniam. *Martyris* quidem nomen mihi non
ſumo;Sed *confeſſoris* titulo venio.Quanquam etiam
modo quodam *Martyr* dici fortè poſſim.Sicut vel in
ſacris noſtris *Iſaacum* ab *Iſmaele* ſugillari accidit.
Nullus unquã *Regum* extitiſſe notatus eſt, qui plus
calumniis me fuerit obnoxius.Interim in perſecu-
tionem nequicquam incubui.Semper enim ſtatui,
Religionem aliâ re magis nullâ vires accipere , quàm
perſecutionibus.Meminiſtis vetus illud: *Martyrum*
nempè *ſanguinem Eccleſiæ eſſe ſementem.* Iam ità eſt,
ut non tàm de petitis illis veſtris aſſentiar,ſed etiam
majus quiddam adiicere velim. Illud autẽ hoc eſt,
nempè,ut,intrà præfixum temporis terminum , tã
Ieſuitæ,quàm *Monachi*,ac *Clerici* , ex hoc regno ex-
cludantur.Hoc ut per trium regnorum fines ema-
turari poſſit,triplici proſcriptione erit opus.Ut igi-
tur provinciarum Iudices in recuſantes animad-
vertant,res poſtulat. Illi adhuc dùm pleno jure u-
tũtur fruuntur,ut à me diſpenſatio alia intervene-
rit nulla.Egò n.ſic regnare didici, non ut utar ſem-
per calcaribus , ſed habenis interdum inflectam.
Itaque de hoc providebo.

Secundùm hæc,legẽ feram , quâ è ſubditis meis
coërceri iſti poſſint , quicunq; ad *Oratores* peregri-
nos intrare comperiuntur. Domus quidem *Orato-
rum* ſuis gaudẽt privilegiis.Interim iſti negotiato-
res,ſicubi ædibus illis exeant,in via ab obſervatori-
bus prehendi,atq; ad pœnam rapi,poſſunt. Ut ſic
exemplum pœnæ extet in medio.

Addo etiam hoc,nempè me ẽt de filiis veſtris ſo-
licitũ eſſe.Et certè diu de his deliberavi. Cujus rei
teſtes conſiliarios meos appello.De iis a. ità ſentio,
ut non niſi grande nefas eſſe cenſeam,ſicubi liberi
veſtri ſub meis regnis ſic quidem educari velint,
tanq̃ ſive apud *Madrittum*,ſive *Romam*,naſcerentur.

De ultimo,ꝙ ſupereſt,ob laudatiſſimũ illud , ꝙ
ſuppeditaſtis,conſiliũ,vos amo. Præter n.omnẽ ra-
tionẽ eſt,*Rex* ut patiatur ſubditos ſuos alterius ma-
gis legibus,q̃ ſuis,obligari. Quid n. *Rex* in alio ter-
ritorio,ſive regno,& cur,eſſet curioſus?De eo ergò
eſtote ſecuri,Nunq̃ n.deinceps eventurũ eſt, ut id
genus cõditiones extravagantes locũ ſint inventu-
ræ.Subditos ſiquidẽ cũ *Regibus* idem vitæ, neciſq;,
arbitrium nanciſci,conſentaneum utique eſt.

X. Patres

X.

Patres Societatis, itemque Clerici, ex Anglia proſcribuntur.

HÆc cùm ſententia *Regis* publicata foret, ilicet cives *Angliæ Catholici* arma contradere juſſi ſũt. Qua re peractâ, edictũ, quod ſequitur, ſive fulmẽ, in *Patres Societatis*, *Clericoſque* cæteros, torqueri cœpit. Poſteaquàm *Magnæ Britanniæ Rex*, tàm ab *Eccleſiaſticis*, quàm *ſecularibus*, ſub his comitiis congregatis, *Statibus*, erudiri cœpiſſet, quid, quantumque, ſive incommodi, ſive periculi, ab ingenti *Ieſuitarum*, *Clericorũque*, multitudine, impenderet, qui quidem autoritate *Romani Pontificis* ordinati, atque hoc in *Anglicanum* regnum inducti, ſunt. Ut de faſtu, & inſolentia, quâ quidem ſubditos modò non à fide agnita, ſed etiam ſubjectione, & fidelitate ipſamet, in diverſum abripere moliũtur, nihil dicatur. Iſtorum omnium intuitu, quò tantis malis in tempore fieret medicina. *Regi* decretiſſimum eſſe, ampliùs haud connivere velle. Proindè ſic conceptiſſimis verbis *Regem* edcere, nimirùm omnes, & ſinguli, tã *Ieſuitæ*, quàm *Clerici*, ex poteſtate *Romanæ* ſedis ordinati, atq; intrà *Angliæ* regni, *VValliæque Principatus*, ſeſe tenentes, fines, intrà *XIIX. Cal. Quintiles* exirent, portiuſque regni maritimos peterent, undè vento ſecundo in regiones exteras transferri poſſint, ac ne unquam poſt reverterentur, niſi in pœnas, legibus expreſſas, incurrere mavelint. Pari rigore in omnes iſtos animadverteretur, quicunque, poſt elapſum terminum, ullum ſive *Ieſuitam*, ſive *Clericum*, hoſpitio, domoque, excipere, ſive ullo pacto juvare, auſus eſſet, pœnâ in omnes, cujuſcunq; ſaltem forent ordinis, conſtitutâ gravi, ac rigoroſâ. Idem *Regem* inculcare *Archiepiſcopis*, *Epiſcopis*, *Dynaſtis*, ac *Vicariis &c.* nimirum & illi omnes in *Ieſuitas*, & *ſacerdotes*, quoſcunq; contrà venientes ſeverâ ſub lege irent, neque ulli gratiam facerent, parcerentque, niſi ipſi indignationem *Regis* in ſe, ſuoſque, provocare mavelint.

XI.

Orator Hiſpanicus Regem inter, filiumq́ Regis, novarum diſcordiarum ſemina diſpergit. Sed Curia intercedit, placidaq́ compoſitione comitiis fidem imponit.

SEd quid illud eſt, quod hominum votis identidem obſtrepere notatur. Nihil enim tàm lætũ, tranquillumque, dari, cui nõ triſtitiæ nubes opponi, atq; interjungi, poſſit, non unâ veterũ gentiliũ voce proditum. Idem hîc quoq; eveniſſe narratur. Ne igitur mutua illa inter *Regem* patrem, & *VValliæ Principem* filium, benevolentia diu concors continuaret, ecce! *Hiſpanicus Orator* modum commentus eſſe fertur, quo hoc vinculum labefactaret. In *Regẽ* ſecretò accedens, multa ſuper decretis *Curiæ*, multa ſuper *Clericorum* illa proſcriptione, conqueri cœpit. Quibus adiicere, ut ferunt, nihil dubitavit, *Rex* nẽpè neq; plus iuſtò filio regio, multò minùs ſive *Bükingamo*, ſive *Curiæ*, crederet, paratas eſſe inſidias, ut, niſi *Rex Curiarum* placitis ad amuſſim annuat, jã turbæ exſpectanda ſit, quæ detractam patri coronã filio imponat. Ferunt, parum abfuiſſe, quin *Rex* hęc omnia crederet. Itaq; triſtis, confuſuſque, & iden-

tidem ſuſpirabundus, apud prãdium notari cœp
Non latuit filium *Principem*, & *Bûckingamum M*
chionem, hæc tàm inexſpectata alteratio. Dùm i
tur *Rex* rhedam conſcendit, adſunt ambo, &, q
rerum *Orator Hiſpanicus* inſuſurrârit, ac quo pa
hunc *Regis* animum interturbarit, ſciſcitantur,
quirunt, deprecantur? Neq; dilapſam altius in a
mũ diffidentiã diſſimulare *Rex* poterat. Qui cùm
ovo omnia expoſuiſſet, officioſo lacrymarũ int
veniente, imbri, iſtâ verborum ingeminatione,
Fili, mi Fili! ſermone abſolvit. Ad quæ conſtanter
omnia pernegare, &, ſi quiſquam tale facinus co
miniſci auſus foret, capitis in reũ ſuppliciũ dec
nere, cœperunt. Interim, jam tùm radices ege
hic dolor, quàm ut levib. placari, abſtergique,
mentis quitus eſſet. Sic quoq; animo, curarũ ple
Rex tùm quidem, quà deſtinârat, perrexit. Proi
momento temporis *Princeps*, cum *Buckingamo*, r
novam, & infauſtam, ad *Curiæ Proceres* detulit. H
gitur è numero ſuopte delectos miſerunt, qui iſt
Oratoris, ut accuſabatur, invidiam & figmenta,
expectorarent, ſimulque ut in tantam invidiam
ctâ ordine inquiſitione, penetrare liceat, exora
Ea de re *Oratori*, tanquam aliud agenti, & profo
ro, arreſtum iniicitur. Sed hic, ac ſi *Rex* mentem
non ritè percepiſſet, obtendere, & ſeſe è pedicis
extricare, cœpit.

Ejus ergò accuſationis fide laborante, tande
ſumma cum *Regis*, *Principiſque* filii, congratulatio
comitiis illis miſſio data eſt. Quo tempore cop
jam tùm conſcriptæ, ſub imperium, & manu
Mansfeldii venerunt.

CAP. III.

De VValliæ Princip[i]
cum Henrietta M[a-]
ria, Galliarum Reg[is]
ſorore, matrimoni[o]
Pariterque nova A[n-]
glię, & Galliæ, &c. R[e-]
gum cõfœderation[e]

I.

VValliæ Princeps veras demum nuptias cont[ra-]
hit cum Henrietta Maria, Galliarum Re[gis]
ſorore.

COnſummatis illis *Anglicanis* comit
omnibuſque in bellum, offenſivè
ſcipiendum, præparatis neceſſari
proximum erat, inclinante *Iacobi R*
ætate, regio filio, *VValliæ Principi*, u
liud, & verum, matrimonium quæreretur. Quæ
ſacra ut ritè effici poſſet, *Iacobus Rex Haium* legat
ad *Regem Chriſtianiſſimum* in *Gallias* dimiſit, cum *H*
rietta Maria, *Ludovici Regis* ſorore, matrimonii co
trahe

hendi igitur. Is ergò *Caletum*,& poſteà *Pariſios*,
iens,omnis generis exquiſitis honorum teſtifi-
ionibus,ignibuſque excitatis honorariis, & py-
oliis,ſolenniter exceptus eſt. Sub ſequentibus
indè conditionibus res omnis feliciter tranſigi
pit. Nempè *Rex Chriſtianiſſimus* effecturus eſt,ut,
rà trium menſium decurſum,abſq; mora, à *Pon-*
e,ſuper hoc contractu ſacerrimo, diſpenſatio
naria haberi poſſit. Præeuntibus illis contractus
trimonialis articulis, iiſq; confirmatis, *Rex ma-*
Britanniæ delectos mitteret, qui, more *Romanæ*
leſiæ,nomine *VValliæ Principis*,cum *Chriſtianiſ. Re-*
orore,contraherent. Matrimonium hoc in *Gal-*
celebraretur illo ritu, qualis à *Rege* defuncto, &
rgarita regina,itemq; *Duce de Barry*,fuiſſet obſer-
us. *Sponſa* regia quantò ociùs in *Britannias* dedu-
etur, ſumptibus *Chriſtianiſſ. Regis Caletum* uſq; de-
tanda. Indè, *Anglicanis* committenda, eâ ſolen-
ate,quæ *Galliarum Regis* ſivè filiam, ſive ſororem,
anniaque hæredem,decet, afficeretur. *Sponſa* in
liam deductâ,dies indiceretur,qua,præſentibus
bo Rege patre, *VValliæ Principe*,& regiâ hac conju-
cæteriſque,quorum intereſt,per atrium, more
io exornatum, articuli contractus ejuſce matri-
nialis publicè recitarentur. Hoc modo denuò,
m à *Britanniæ Proceribus*,cõfirmato regio matri-
nio,nullæ intervenirẽt ceremoniæ, *Eccleſiæ Rom.*
erſantes. *Reginæ* verò, omnibuſq; illius aulicis,
rum *Romanæ Religionis* exercitium permittere-
,ubicunq; per *Britannias* futura eſſet, ſacello illi
ulto,eoque, ꝓut ipſa vellet,exornato. Omnes
ò actus,nẽpè ſacrorum inſpectionẽ,&peractio-
n,more *Romano*,regina liberrimè,quibus vellet,
mitteret,ità ut de *Indulgentiis*,& *Iubilæis*, à *Pontifi-*
btinendis,eadem ex voto, atq; animi ſententia,
oneret. Pariter,intrà *Londinum*, reginæ aulicis
t cœmiterium, pro faciendis exequiis, idẽque,
rofanari poſſit,mœnibus includeretur. *Reginæ*
copus eſſet,ſive *Eleemoſynarum* curator, ad quem
orum inſpectio omnis pertineret, atq; juriſ-
tio. Ut juxtà leges canonicas experiri in ſuos
eat. Si igitur accidat,quendam ejus ſubditorum
agiſtratu ſeculari,ob delictum quodcũque, in-
ipi,is redderetur huic *Epiſcopo*, tanquam *Iudici*
inario. Et,ſi ad mortem deliquiſſet, hæc cauſſa
piſcopo inſpiceretur,reus verò, ſi ſit privilegia-
atq; clericus,detracto prius habitu, exautora-
; dignitate, *Iudici* ſeculari puniẽdus redderetur,
inus ultimo ſupplicio ſit afficiendus, juxtà re-
as canonicas,coërceretur. Hocq; omne, in ab-
tiâ *Epiſcopi*, *Vicarius* exequeretur. Viginti octo
rdotes reginę res ſacras adminiſtrarent,habitu
,aliâs conſueto,utentes. *Iacobus Rex*, & filius re-
s,ſub juramento caverent,nihil ſeſe deſignatu-
,quò regia conjux, quoad *Religionem Romanam*,
turbari,ſive perſuaderi,queat. Ejuſdem aula,
; atrium,id genus miniſtris, atq; ornamentis,
rueretur,atq; unquam *Galliarum Principi* uſu ve-
et,ſub conditionibus illis,nuper *Hiſpaniarum In-*
i indultis. Omnes,ac ſinguli,aulici, quos in *An-*
m adduxerit,eſſent & *Galli*,& *Romanæ Eccleſiæ* ad-
i,tùm ab ipſo *Rege Chriſtianiſſimo* selecti. In quo-
,morte interveniente,locum ſuccederent *Ca-*
ici,ſive *Gallicani*,ſive *Angli*,ſed hac ſub conditio-
ut *Rex Britanniarum* aſſentiatur. Illi, quicunque
,ſic jurarent in verba *Regis*, *VValliæ Principis*, &

regiæ conjugis,ſub hac formula: Ego juro,fidemq;
omnem addico, *Sereniſſimo*,&c. *Iacobo Britanniarum*
Regi,pariter *Illuſtriſſimo*, *Carolo*, *VValliæ Principi*,ejuſ-
demq; conjugi, *Henriettæ Mariæ*, *Galliarum Principi*,
quam,ſine fuco,ac dolo malo,ſincere,implebo. Si
igitur quicq̃ futurum ſit, ꝙ adverſus perſonã,ho-
norem,ac dignitatem,prædicti tàm *Regis*, q̃ *Princi-*
pis,itemq; regiæ conjugis, verget, aut cõmunẽ re-
gni,ſtatuſque, ſalutem concernet,illud omne me
quovis tẽpore indicaturum eſſe,ſanctè ꝓmitto. De
dote regiæ ſponſæ ſic eſt, ut octingenta coronato-
rũ millia,ſingulis coronatis tres libras *Gallicanas* cõ-
ſtituentibus,numerãda ſint,parte ſub ipſis nuptiis,
parte intrà anni ſpatium, exſolvenda. Si accideret,
VValliæ Principem illiberem priùs naturæ legẽ imple-
re,omnis hęc dos quãta quãta reginę reſtitueretur,
ipſiuſq; eſſet in poteſtate,ut ſive apud *Angliã* mane-
re,ſive in *Gallias* redire,mallet,liberrimè, eâ uti frui
poſſet. Si liberi ſuſciperentur hoc è matrimonio,
tunc duæ partes tertiæ illius dotis redderentur,cæ-
teris immotâ lege relictis. Liberi verò ipſi, ad annũ
uſq; ætatis decimũ tertium, manerent in poteſtate
matris. Iidẽ,poſt exceſſum matris, duas tertias dotis
prædictæ,ad matrem redeuntes,poſſiderent. Niſi
fortè regia hæc vidua ad ſecũda vota tranſeat, & ex
utroq; matrimonio liberos ſuſcipiat. Quo nomine
tàm primi,quàm poſterioris, matrimonii liberi de
duab⁹, matri reſtitutis, tertiis participarẽt. Si prior
regina,&illiberis,decedat fato,tùm dos dimidia re-
ſtitueretur,filiis verò p̃ſentib⁹, integra ſumma illis
cederetur. *Rex Angliæ* quotannis,loco dotis, in hanc
regiã conjugem ſexaginta coronatorum *Francicorũ*
millia erogaret,ſimulq;, in ſupplementum, ꝓ mũ-
do matronali,coronatorũ millia dependeret quin-
quaginta. Ubi *VValliæ Princeps* primo loco ex huma-
nis abeat,tunc donatio hæc propter nuptias in ma-
nu eſſet reginæ viduæ. Hæc quoque,inter arces, ſi-
bi aſſignatas,unâ aliquâ,& præcipuâ,potiretur,quà
aulam,dignitatemq; ſuam,tueri quita ſit; Ità ut de
præfecturis,& miniſteriis,eò pertinentibus, diſpẽ-
ſationem liberam habeat. Si regina vidua,hæredib.
vel præſentibus,vel nullis, in *Gallias* reverti velit,
tunc omnem mundum,unà cum dote, juxtà leges
has,pactâ liberrimè transferret, *Rex Britanniarum*
verò,eo caſu,teneretur regiam viduam, unà cũ au-
licis, *Caletum* uſque,ſuis ſumptibus deferre. Regia
princeps quibuſcunq; ſive paternis, ſive maternis,
ſive collateralibus, ſucceſſionibus, quoad juriſdi-
ctionem ſupremam,alioſq; regios proventus, re-
nunciaret. Atq; hic ille iſte contractus nuptialis a-
pud *Pariſios* referretur in cõmentarios, vel indices,
apud *Angliam* verò à *Curialibus*,ſive *Proceribus*,cõfir-
matus,in codicillos ordinarios veniret,promitten-
tibus *Rege*,ac regio filio,nunquam ſeſe pactis illis eſ-
ſe contraventuros. Si deniq; *Regum* alteruter his il-
lis pactis,ac conventis,nuptialibus,quò minùs cõ-
ſummari ac perfici,velint,obluctaturus ſit, hic,in
recuſationis,retractationiſque, mulctã, quadrin-
genta coronatorum millia parti læſæ, tædii igitur,
enumeraret. Quæ cùm omnia apud *Gallias*, *Anno M.*
DC.XXIV, *Idibus Novembribus*, decretiſſima forent,
Iacobi, *Angliæ Regis*, calendis *Decembribus*, ingentis
lætitiæ ſigna, tàm tormentorum exploſionibus,
quàm ignibus feſtiuis,apud *Londinum*,& uni-
verſam *Britanniæ* inſulam, data
ſunt.

Ll *II. Spon-*

II.

Sponſa regia è Galliis in Angliam deducitur.

Conſummatis eo modo pactis nuptialibus, *X. Cal. Quintiles, M.DC.XXV.* regia *Galliarum Princeps*, comitantibus *Duce Chevereuſio*, ejuſdemq; conjuge, itemque *Epiſcopo, Patre Societatis*, & viginti *ſacerdotibus*, è *Galliis Cantabrigium* pervenit in *Angliam*, à *Carolo Rege*, ſponſo, triumphali cum ſolennitate, excepta, atque ſub corona *Procerum Anglicanorum Londinum* traducta; Ubi deinceps *Calendis Quintilibus* nuptiarum regia feſtivitas celebrari contigit. Iam tùm enim *Iacobus Rex* pater ultimam vitæ lineam impleverat.

III.

Confœderatio nova inter Galliæ, & Angliæ, Reges, Remp. Venetam, Sabaudiæq; Ducem, &c. coit.

Quod autem interim, dùm ſponſa regia è *Galliis* deducenda eſſet, *Carolus Rex* apud *Regem Chriſtianiſsimum* per legatos egit, nempè ut pii ipſius *Palatinum* reſtituendi conatus adjuvarentur, hoc loco prætereundum non eſt. *Rex Chriſtianiſſ.* igitur certa hanc in rem auxilia non invitus decrevit. Quem cùm ab incœpto remoraturi homines *Clerici* res novas agerent, *Rex*, ne in aulam venirent, niſi vocati, interdicto cavit. Indè, præmiſſis præparatoriis neceſſariis, redintegratiſque pactis prioribus, denuò novam inter *Galliæ*, & *Angliæ*, *Reges, Remp. Venetam, Ducemque Sabaudiæ*, &c. in confœderationem ſolenniter itum eſt, eo fine, ut tàm offenſivè, quàm defenſivè, *Italiæ*, *Valliſque Tellinæ*, libertas, itemque *Palatinatus* reſtitutio, vindicaretur, efficereturque. Fœderis conditiones, quibus ſtabatur, erant illæ. Confœderatio hæc per legatos *Cæſari, Regiq; Hiſpaniarum*, ſignificaretur, hoc fine, niſi *Vallis Tellina*, ac *Palatinatus*, priſtinos ad poſſeſſores, dominoſque, revertantur, reſtitutio armis efficeretur. Pari lege *Pontifex* admoneretur, ut, ſi ei volupe ſit, pro vindicatione bonorum eccleſiaſticorum, & *Pontificiæ ſedis*, conſervatione, in haſce partes tranſiret. Cui, vel à belli initiis, duorum menſium terminus adhûc inſuper præfigeretur. Eadem ratio haberetur magni *Florentiæ Ducis*, propter portus maritimos in *Hetruriam* excurrentes. *Rex Galliarum* autem exercitum, è viginti quinque peditum, & quatuor equitum, millibus, in *Italiam* expediret. *Veneti* decem peditũ, & duo equitum, millia, conferrent. *Sabaudo* quinq; peditum millia, & mille quingentos, equites, adiiciente. Pariter apud *Maſsiliam Rex Chriſtianiſsimus* claſſem inſtrueret è viginti quatuor triremibus, & quadraginta navibus, quæ eum per ſinum *Hiſpanorum* curſus, ne *Genuam* excurrant, interciperent. *Helvetii*, unà cum *Rhetis Comum* uſque, atque in *Vallem Tellinam*, educerent, quorum duabus legionibus *Rex Galliarum*, unicæ *Veneti*, ſtipendia erogarẽt. Sic per ſinum *Hadriaticum Veneti* claſſem pararent, quâ locus versùs *Pugliam* invaderentur. *Britanniæ Rex* centũ navium claſſe anguſtias illas, ſive iſthmũ de *Gibralterra*, præoccupans, aureum vellus, illâc
in *Hiſpanias* deferendum, degluberet. Idem, pro re-
cuperatione *Palatinatus*, duodecim pedeſtris, &
duo equeſtris armaturæ, millia, uſque dùm τὰ πάντα
eſſent recuperata, aleret. Si eveniret *Mediolanen-*
ſem Ducatum expugnari, juxtà rationes *Henrici Ma-*
gni, ejus nominis *Quarti*, diſpenſaretur. Difficulta-
tes verò emergentes ad *Pontificem* reiicerentur. Dif-
ferentiæ, & ſimultates, inter *Sabaudiæ*, *Mantuaque*
Duces, per compromiſſionem mutuam eò uſque ſo-
pirentur, uſque dùm, ſub felix belli exodium, re-
penitùs decidi queant. Actibus intereà hoſtilibus
medio ſublatis, & ceſſantibus. *Rex Chriſtianiſsimus*
pariterque *Veneti*, in eandem *Palatini* reſtitutionem
incumbentes, tàm ſumptus, quàm exercitus, con-
ferrent. Atque hanc illam in confœderationem
deinceps alii, atque alii, *Magnates* tranſitum facer[e]
animadverſi ſunt, omnibus, ſub belli promoven[di]
ardore, undecunque æſtuantibus. Sic factum, uti
rem *Friderici Palatini*, per *Britannias, Gallias*, regio-
neſque cæteras, legiones paſſim conſcriberentur.

IV.

Mansfeldius, à Iacobo, Angliæ Rege, novis copi[is]
præficitur.

Hæc ubi novi belli fundamenta eſſent jacta, n[on]
diu moratus *Erneſtus Mansfeldius*, in *Gallias* it[er]
direxit. Ubi à *Rege* benigne habitus, juxtaqu[e]
luculentis muneribus affectus, poſteaquàm *Regis a-*
nimum, in *Palatini* reſtitutionem propenſum, alia[s]-
que coràm, & ſecretò, promiſſiones excepiſſet, [in]
Angliam properè perrexit. Apud *Londinum* igitu[r]
adventus illius fuit exoptatiſſimus. Ut in palatium
quod in honorem *Infantis Hiſpanicæ* ſolenniter fu[e]-
rat præparatum, magna cum aggratulatione, rec[i]-
peretur, magnificiſque ſumptibus aleretur. *Carol[us]*
Rex dynaſtiam, muneris loco, in hunc contulit,
qua, ad dies vitæ, triginta florenorum millia pe[r]-
ciperet. *Iacobo* antè, dùm adhuc inter homines e[ſ]-
ſet, eundem (*Mansfeldium*) novis copiis præficie[n]-
te. Diploma erat ejuſmodi. *Iacobus*, Dei grati[a]
Magnæ Britanniæ, Franciæ, Scotiæ, & Hyberniæ, Rex, &
Defenſor Fidei: Erneſto, Comiti Mansfeldio, agnato ſ[uo]
dilecto, S. &c. Quandoquidẽ, ad inſtantias cariſ[ſi]-
morum liberorũ, *Electoris Palatini* hæredũ, ipſiu[ſque]
Electricis, tùm ex alto illo animi dolore, quo me[os]
dignitatibꝰ, poſſeſſionibuſque, ſuis exutos intuer[...]
permotus ſim, ut, in recuperationem patrimonii [il]-
lorum, copias è regno hoc meo illis decreverim, e[t]
ce[l]ſuper duce, atque exercitus ejus capite, cujus a[u]-
toritas, prudentia, atque experientia, poſſet plu[ri]-
mùm, diſpiciendum, deliberãdumque, fuit. [E qui]-
bus cùm liberi illi mei te, *Erneſte*, *Comes Mansfeldi[i]*
præcipuis laudibus commendent, tuamque fort[i]-
tudinem, induſtriam, fidem, felicitatem, ac ſole[r]-
tiam, inter cætera merita, deprædicent, utique qu[i]-
bus hac in parte ſatisfactum eſt abundè, utique n[on]
invitus exercitum meum tuæ inſpectioni, & cur[æ]
committo, utique, qui ob ea ipſa in meos colla[ta]
merita, tibi & debeo, & defero, plurimùm. Teſtis [a]-
nim virtutis tuæ ipſe accedo. Undè & copias me[as]
recèns collectas, autoritati, ac juriſdictioni, illi tu[æ]
ſubiicio.

Ut autem ſcias, quibus legibus hic exercitus,
in quos ducendus, eſſet, ſic habeto. Initiò, negati[...]
dic[...]

o,neque volo,neque deſigno,ut eas regiones,ac
ninia,amicorum, ac confœderatorum , meo-
n,offendas,aut perturbes,multò minùs pacis di-
endæ occaſionem ingeras ; id enim haud con-
iens foret. Inprimis verò conceptis verbis ad-
tor,ab omnibus ditionibus,dynaſtis, & civita-
is,de jure ad *Regem Hiſpaniarum*, fratrem meum
ctum,itemque agnatam,& ſororem,meam, *Il-*
iſsimum Infantem Iſabellam, ſpectantibus, manũ
itâ operâ,diligenterque,abſtineas. Quo nomi-
i quid ſecùs eveniat,& nunc,& deinceps,quod-
que exercitus hic meus extentaſſet, irritum fa-
ſaucioque. Eâdem lege ſumptus, antè conceſ-
atque eam in militiam decretos,retracto , atq;
bi tos eſſe volo. Atque ſic,citrà inſtitutum illud
im,eventura ſunt omnia.
Ex adverſo,dico,atq; edico,immò eatenùs feli-
ipprecor,ſucceſſus,ea omnia ut efficias ; quæ-
que ad recuperationem & *Palatinatus*, & amicæ
s,requiruntur per *Germaniam*. Utque *Cæſarem*,
urum,cæteroſque id genus *Epiſcopos*, quicunque
pacem *Germaniæ* , quàm liberorum meorum
im,everterunt,ad meliorem mentem, pacem-
,redigas,permitto. Hęc enim,hæc,inquam,vo-
atis,atque expeditionis, illius meæ ſumma eſt.
us fidem,& teſtimonium , etiam ſub ſigillo re-
tibi confirmaturus ſum,eâ lege, ut in hæc ver-
e ſatisfacturum antè promittere debeas, Ha-
eus *Iacobus Rex*,
Hoc diplomate auctus *Mansfeldius*,denuò in *Gal-*
ter relegit. Commodè tùm apud *Chriſtianiſſ.Re-*
erant legati *Anglicani*, *Batavi*, *Veneti*, atque alii,
ore inſtantes, *Rex* progreſſibus *Hiſpanicis* , tan-
n rictibus,ſe ſe opponeret. Eam eſſe *Hiſpanorum*
ditatem inexhauſtam , ut modò non provin-
unam poſt aliam ſubjugarent,modò non *Mo-*
ʃiam affectarent,ſed etiam *Galliarum regno* inſi-
facerent , cujus aditus penè omnes inſidentes
tùm intercepiſſent. His motus *Rex* argumentis,
er cætera auxilia, *Batavis* in ſuper millia militũ
etiam ſuis ſumptibus alenda,addixit. Tametſi
m huic *Regis* propoſito etiam,atque etiam , ve-
enter obluctarentur homines *Clerici*,obiicien-
oc tàm regno,quàm animæ *Regis*, damnoſum
,nihilominùs nihil effecerunt. Pro tàm aptato
eſſu,legatus *Batavus*,nomine ſuperiorum , ob-
Regi Chriſtianiſsimo ſpondam pretioſiſſimam,
entis florenorum millibus æſtimatam , quam
à à *Chinarum Rege* acceperant ; unà additis ar-
ac ſclopetis manuariis,auro nitidiſſimo obdu-
Quæ quidem omnia à *Rege* gratanter admiſſa

V.

nsfeldius arma, ac tormentariæ rei appara-
um conquirit.

quoque *Chriſtianiſsimo Rege* per *Gallias* conclaſ-
nte,eò res redierat ; in in ſinu, quod dicitur,
leret *Mansfeldius*. Is igitur , magnâ tribunorum
itante catervâ , in *Batavos* deſcendens apud
ritium Vranium ad *Roſenthalam* caſtris ſeſe tenē-
appulit. Ut igitur tormētarias illas machinas,
in emigratione è *Palatinatu* apud *Sedanum* de-
erat, reciperet,iſtas,navibus impoſitas, *Caletũ*
niſit. Cui cùm *S.P.Q.Embdanus* nuper alias duo-
decim ejuſdem generis machinas, unáq; armorum cumulum,intercepiſſet,legatum cum navibus miſit,qui oblatis *Iacobi, Angliæ Regis*,interceſſionalibus, à magiſtratu *Embdano* iſta extorqueret. Ità autē *Rex* ad *Ordines Batavos* dederat: Nempè,inquiebat, *Mãsfeldium Comitem*, ob fidem , & meritorũ continuationem,ergà liberos ſuos, non poſſe non *Regem* cōmendare *Ordinibus*, utq; eum humaniſſimè habere velint,corrogare. Eò igitur ſpectare hanc interpellationem,ut præfatum *Mansfeldium*,unà cum omnibus,rebuſq; omnibus,ad eum pertinentibus,liberè per fines ſuos ire,ac redire,paterentur,ſimulque,ut arma,ac tormenta militaria, apud *Embdanos* ſequeſtrata,recuperare,iiſdemq; exercitũ inſtruere,poſſit,accuraret. Illum reb. tàm ſuis, q̃ liberorum ſuorum,velificari. Proindè,ut conatus illius tàm vehiculis,q̃ navibus,pro præſente pecunia,adjuvarent, locumq; receſendis,atq; in naves imponendis copiis idoneum , permitterent, operæ precium fore. Hoc eſſe,quod *Rex*,citrà recuſationem,ab *Ordinibus* exſpectet. Eam enim *Mansfeldii* præ manibus eſſe expeditionem,quę non modò in rem communem, publicumq; bonum,militet, ut etiam propriis *Ordinum* commodis expediat. Ut igitur homini , benè promerito,benè,& humaniter,cupiant ; hoc eſſe, quo *Regem* inpræſentiarum devincere queant.

VI.

Mansfeldius in navigatione in Angliam , ſub naufragio,periclitatur.

OLim , in limine profectionum vel *pedum offenſiones* [inominoſis,ac triſtibus,fuiſſe,ſuprà præmiſſum eſt. Sicubi igitur ab *ominibus* ſtādum fuerit, fortaſſis & ſequens ſive fatum, ſive *omen*,quod *Mãsfeldio* obtigit,nõ adeò felicē inchoatæ expeditionis ſucceſſum præſignificare potuit. Illud autem tale eſt: *Mansfeldius*,communicatis cum *Mauritio Vraniô* magni pōderis negotiis, in *Angliam* parabat reditũ. Conſcensâ igitur celoce, per *Seelandos* curſum *Fliſſingam* dirigebat. Ubi navi *Anglicana* , quæ ej⁹ advētum opperiebatur,erat excipiendus. Pridie *Idus Novembres* navem conſcenderat. Vix per bihoriũ curſum ubi direxiſſet,ecce! gubernator navem , *ad claves* dictam,civitatem,impegit,atq; alliſit. Antequā verò navis perfringeretur,ocius *Mansfeldius*,aſſumptis tribunorum pręcipuis,codicilliſque,ac reb.ſecretiſſimis,in phaſelum tranſſcendit,relictis poſt ſe ſupellectilib. argenteis, aliiſq; pretioſis,ut& duab. arculis,auro ſignato plenis. In altum paulò poſt ꝓvectus in navem *Anglicanam* fortuito,incidit,à qua, unà cum ſuis,exceptus,in *Angliam* cōmigravit. Derelicti ſub naufragio cæteri, crebris tormentorum exploſionibus,ſigna periculi,ac luctus,ſui ſignificarunt. Undè nautæ *Seelandici* rem non vanam animadvertentes,aſſumptis naviculis,quas celoces ; vel liburnicas,vocant,periclitantib. auxiliatum advolarunt,non paucis è naufragio redemptis. Vento autem,& procellis, navem ; jam tùm mergentem, prorſus perfringētibus,pars reliqua,atq; inter eos, *VVitgenſteinius Comes*,aquis (quæ mors ferè maximè, antiquorum ſententiâ,formidabilis) miſerè perierunt. *Mansfeldius*,*XV.Cal.Decembr*,in *Angliam*, *Londinumq;*,delatus,emendatam in melius fortunam, *Regis*,ac *Principis*,liberalitate , damnique refuſionem, ilicet nactus eſt.

Neque multò poſt *Galliarum Regis* equeſtri armaturæ præfectus, *Chriſtianus Brunſvicenſis*, *Londinũ* pervenit. Ubi exquiſitis omnis generis honoribus etiam hoc Teutonicum, ac bellicoſum, caput affici uſuvenit.

VII.

Francothala, fortalitium, lege contractus, ab Anglicanis repetitur, ſed fruſtrà.

INtereà terminus reſtitutionis *Francothalanæ* effluxerat. Quam in rem legatus *Anglicanus*, apud *Iſabellam Infantem*, deditionem ejus fortalitii, ex lege contractus, urgere cœpit. Sed illi hæc in verba ſcriptotenùs reſponſum eſt: Siquidem *Infans Sereniſſima* capitulationem, & contractum, inſpiciendo, omnia ad amuſſim examinaſſet, atque ad animum admiſiſſet, ità quidem affecta eſt, ut, ex lege præfati diplomatis, quibuſcunque, inibi expreſſis, conditionibus ſatisfacere ritè cupiat. Eoq; nomine parata eſt magnæ *Britanniæ Regi*, poſt pacti temporis effluxum, ſive ejuſdem legatis, *Francothalam*, unà cũ omnibus, ad eam ſpectantibus, requiſitis, reddere, præſidiarios ſuos revocare, ſimulque ex *Anglicanis* mille & quingentos pedites, ducentoſque equites, ſuppeditato ad ſex menſes commeatu, apparatuq; bellico, intromittere. Ità ut hæc *Anglicanorum* manus per *Regis Hiſpaniarum* provincias liberè tranſire quita ſit. Quo fine ſe ad quoſcunque gubernatores, tribunos, ac magiſtratus, ſub edicto, daturam, pariterque *Francothalæ* præfecto imperaturam, ille ut educeret, *Anglicanos* intromitteret, omniaque ſub *Inventario* reſtitueret, ad fortalitium illud antè pertinentia. Atque hoc pacto ſe præſcriptæ capitulationis capita ad amuſſim implere velle, additâ hac quoque lege, omnibus, ad quæcunque, tenore illius capitulationis, obligari antè cœpiſſet, ex æquo ordine ſatisfacturam eſſe. Interim, ut id, quod velit, & cupiat; efficere poſſit, hoc ex illis eſſe, quod quidem intrà votum, extrà vires verò ſuas, exiſtat. Neque enim hanc rem juriſdictionis ſuæ cancellis teneri. Sic uſuvenit, ut ne quidem ab *Hiſpanis* redderetur *Francothalium*.

IIX.

Archipalatina vidua fruſtrà ſuam quoq; in poſſeſſionem intromitti, petit.

IIſdem penè verbis *Archipalatinæ* viduæ, præter *Ludovicum Philippum Palatinum*, filium, etiam triſte in exilium ejectæ, tùm repulſa obtigit. Quæ, cùm apud *Cæſarem* immiſſionem, ſive reſtitutionem, in *Lauterenſem* præfecturam humiliter ſolicitaſſet, ſub aliqua velut ſpe dimiſſa eſt, nempè *Sereniſſ. Infantem* ſimulátque interpellaret. Quod ubi haud cunctanter, ſive perfunctoriè, executa foret, ejuſmodi quoque reſponſum tulit. Scilicet *Infantem* illius prætenſionem, ac petitum, cæteraſque, eò ſpectantes, circumſtantias, ordine percepiſſe, atque hac de re cum legato *Anglicano* egiſſe, à quo, ſi velit, fuſiuſculè erudiri poſſit. Aegrè itaq; ſibi accidere, quòd, ſub præſenti rerum conjunctione, ac turbine, ex voto ipſi, prout aliàs cupiat, ſatisfacere minùs ſuſtineat. Interim de cætero, extrà hanc cauſſam militarem, ſi illi gratificari quita ſit, hoc ſe paratè, & cupidè, effecturam eſſe.

X.

Chriſtianus Brunſuicenſis eâdem, ceu ominoſa, tempeſtate tantùm non opprimitur.

QUis verò omninò *omina* contempſerit, cùm
divinæ providentiæ partem obtinere vel à gẽ-
tilibus olim dicta ſint? Undè eorum obſervatio tã-
tùm non religioſa, & ſacerrima, habita eſt. Quis ve-
rò geminatum, & duplex, idemque prorſus, infor-
tunium, quod tàm *Mansfeldium*, quàm *Brunſuicen-
ſem*, vel ab ipſis novæ expeditionis *Anglicanæ* incu-
nabulis, afflixit, fruſtrà fuiſſe, arbitrabitur? Certè
iteratum hoc fatum ab eventu fuiſſe, juxtà *Poëtan*
veterem, poſtmodum patuit ſatis evidenter. Sed ac
rem. Poſtcaquàm *Mansfeldius* ingentem, apud *An*
gliam collectum, exercitum in tres navium centu
rias, unà cum annona, & apparatu bellico, impo
ſuiſſet, ſub totius regni applauſu, feſtivæq; lętiti
ſignificationibus, *Fliſſingam* in *Selandos*, delatus eſ
Interim, *Chriſtianus Brunſuicenſis* illud egit, ut apu
Caletum inſtructis navibus copias equeſtres, in *Ga*
liis conſcriptas, ſimul immitteret, inque *Batav*
transferret. Ergò ubi, ineunte *Martio*, juſſu *Chriſti*
ni, legiones naves conſcendunt, itineriq; mariti
mo ſeſe committunt, ecce! vento adverſante tan
tempeſtas mari incubuit, ut fluctus, ac procella
magnam continentis partem obruerent, tantâ
quarum exundatione, ab hominũ memoriâ, apu
Caletum vix compertâ. Ex illis navibus, quæ cu
primis non evaſerât, cæteræ frangi, mergique, co
perunt, equis in aquis pereuntibus facilè omnibu
Equeſtres, nandi periti, evaſerunt. Reliquæ, & p
ſteriores, naves, paucis exceptis, ac colliſis, parit
in *Selandiam*, numero ſeptuagintà, incolumes pe
venêre. Quicunq; ſpectatores ingenii paulò exe
citatioris, etiam hocce infortunium ſibi notaſſen
oppidò pro triſti, atq; infelici, omine, atq; exped
tione inauſpicata, illud fatum interpretati ſun
Sicut eventus docuit, à quo omnia ſpectantur,
dependent. Atque hæc de expeditionibus illis *A*
glicanis.

Externa.

I.

Nomine, Ludovici XIII. Galliarum Regis, Ma
chio de Cœure, Rhetiam, Vallemq; Tellina
ab Hiſpanis vindicat.

SUprà de tempeſtate, & laniems, *Rh*
tiam penè evertentibus, vice non ſi
plici præfatum eſt. De regionis ferti
tate, quæ omnibus penè gentibus,
tantùm ob *vini* illius *Rhetici*, à *Virgil*
Poëtarum Roman. principe, inter generoſiſſima n
minis vina relati, præſtantiam, notiſſima eſt, ut,
multis, frigidè in hiſtoriæ ſcriptionem incumbe
tibus familiare eſt, multa hìc ſuperinducamus, a
re fuerit. Aliud enim eſt *geographi*, aliud *hiſtori*
officiu

icium. Ut honeſto hoc ocio abuti, ac, præter hi-
riæ propoſitæ curſum, longè accerſita, atque ad
id ſcribendi genus ſpectantia, curioſè, interte-
e velle, non videatur operæ pretium. Ità autem
Suprà, ſuper *Rhetiæ*, ac *Vallis Tellinæ*, diſſidiis, *Gal-*
Hiſpaniæque, Regibus, tanquam corrivalibus, nym-
im eandem, benè dotatam, ambientibus; poſt
ltas colliſiones; ſic convenerat, ut, intervenien-
rbani, Pont. Max. arbitrio; res, inter utroſque,
nponeretur. Accepit hanc conditionem *Ponti-*
Et, ſuſceptis illis regionibus, tanquam in mo-
n ſequeſtri, *Bagnium Marchionem*, cũ legionibus,
it, qui, utrinque æqualitate ſervatâ, provincias
utelam *Pontificis* reciperet. Sed hic *Pont.* le-
us *Hiſpaniarum Regis* partibus plus juſtò favere
abatur. Undè hæc res *Regi Chriſtianiſſimo* ſto-
chum movit, ut, juxtà conditiones, *Madritti*
tas, *Vallis Tellinæ* reſtitutionem urgeret. Ex ad-
ſo *Rex Catholicus* clauſtra, ſemel occupata, non
t dimiſſurus. Quæ licet à *Gallo*, amicis legibus,
eterentur, *Hiſpanis* obnitentibus, nihil ageba-
Itaque remediis paulò ſeverioribus opus e-
Quo nomine *Hannibal Franciſcus*, *Marchio de*
re, in Helvetiam dimittitur, rogatum, *Ordines Regi*
iſtianiſſimo, in recuperationem *Vallis Tellinæ*,
Rhetis, quàm *Helvetiis*, neceſſariæ, & commodæ,
umbenti, tùm tranſitus aperirent, tùm ſuppe-
adeſſent. Factum indè, ut *Tiguri*, *Bernates*, &
lliſii, in partes *Regis* ilicet tranſirent. Reliquis
tonibus, reſpectum confœderationis *Auſtriacæ*
tare ſibi, remonſtrantibus. His adjutus au-
is *Cæureus Marchio*, aliquot cum millibus, in *Ber-*
m ditionem venit, ejus expeditionis auſpicia
urus. Itaque, *Glareanorum* quoque cohortibus
e tranſeuntibus, *Rhetiſque* paſſim, ejus monitu,
a capientibus, uſque *VVallenſtadium*, *Sarganſa-*
& *Meyenfeldenſes*, progreſſus factus, præoccupa-
ontibus, lociſque, ad tranſitus opportunis.
ntellectâ hac *Gallicanorum* expeditione, *Leopol-*
Archidux miſit ſciſcitatũ, quid rei eſſet, quo no-
e, quoque reſpectu, hæc tentarentur. Illi *Mar-*
, à *Chriſtianiſſimo Rege* eo nomine ſe miſſum eſ-
ut tranſitus, cum clauſtris, vi interceptos, ſup-
iis incolarum, vindicaret, incolaſque, tanquam
s confœderatos, in priſtinum ſtatum reduceret,
ondit. De cætero ità eſſe, ut *Rex* in *Archiduces*
il hoſtile deſignare cupiat, modò conatibus ſuis
d obluctentur. E contrà, ſi *Regis* actiones turba-
eprehendantur, pro hoſtibus eſſe habendos.
c excepto reſponſo, *Archidux* ſuas per provin-
illicò conclaſſare juſſit.
Rheti intereà, dilabentibus *Auſtriacis*, ubi tranſi-
confirmaſſent, *Meyenfeldam*, *Curiam*, aliaque op-
a, occupârunt. Ea res quàm grata eſſet, mox,
is globis, incolæ, imperium *Auſtriacorum* detre-
ites, demonſtrârunt; Ut paſſim in ſuſpe-
s, tanquam patriæ proditores manus inii-
ent, nonnullis illorum laceratis, atque in partes
ciſis.
Recuperatâ *Prettigaviæ* regione, præſidiiſque op-
is paſſim impoſitis, *Cæureus* in *Engadinum* infe-
, & *Münſterthalam*, eduxit. Aditúſque, in
lenſem Comitatum excurrentes, præoccupavit,
jurantibus tribus in verba, & partes, *Gallicano-*
Cantonibus. His *Rhetorum* nunciatis ſucceſ-
ſibus, *Helvetiorum Ordines Catholici* ad *Tigurinos* miſerunt, ſciſcitatum, cur illi, contrà leges patrias *Rhetis* tranſitus indulgerent? Quibus ſic quidem objectum eſt: Haud ſe quidem adverſi quicquam deſignaſſe. Sed, lege fœderis, *Regi Chriſtianiſſimo* illud deberi, cui æquè *Suicenſes*, atque *Tigurini*, ſatisfacere obligarentur. Si ergò *Suicenſes* malint eſſe fœdifragi, ſuper hoc illi reſponderent. Majus eſſe, magiſque, de quo jam pridem *Tigurini* poſſint conqueri. *Suicenſes* enim, ab aliquot annis ordine, non ſalutatis *Religionem* reformatam profitentibus, diverſa hominum millia per communes præfecturas, adverſùm pacta patria, traduxiſſe, etiam *Tigurinorum* finibus haudquaquam parcentes. Rem novam igitur hanc videri, ſi de *Rhetorum* reſtitutione, ad omnes ex æquo pertinente, jam tandem querelas necterent. De damnis igitur cauſſatis, tàm *Rhetos*, quàm *Galliarum Regem*, convenirent. Hæc *Tigurini*. Quibus neque *Lucernates* pepercerunt, ut etiam injectis increpationibus, miniſque, *Tigurinis* obſtreperent, hancque illis audaciam exprobrarent.

Locis versùs *Tyrolim* confirmatis, *Cæureus* exercitu tripartito in *Vallem Tellinenſem* deſcendit, *VVormatiamque*, cum locis finitimis, abſque magna moleſtia, in poteſtatem redegit. Indè ſuper *Addam* fluvium ponte impoſito, *Tyranum* coronâ cinxit, tàm *civitatem*, quàm *arcem*, pari operâ machinis tormentariis, à *Venetis*, unà cum commeatu, apparatuque bellico, ſuppeditatis, terrefaciens. *Civitas*, rem ſeriò agi intelligens, cis paucos, dies obſidionem toleravit, *Gallicanis* poſtmodùm, factâ deditione, intromiſſis. *Arcis* præfectus hanc rem, tanquam inexſpectatam, indignanter tulit. Etiam machinis muralibus in civitatem ſæviens. Sed neque *Cæureus* hîc egit languidè. Qui cùm, ſine miſſione, tormentorum creberrimis ſub exploſionibus, in *Arcem* experiretur, tandem *Pontificis* gubernatorem, *Nicolaũ Guidium*, *Marchionem de Bagni*, ad ejus quoque deditionem adegit.

Hoc pacto *Tyrano* fortalitio, in poteſtatem *Gallicanorum* veniente, eodemque præſidio ſatis firmo corroborato, *Caureus* ad *Sonderſium* civitatem, regionis totius caput, caſtra promovit. *Civitas*, ad imitationem *Tyrani*, promptè deditionem fecit. *Arx* verò, uſque ad tormentorum ſuperinductionem, quæ per viarum clauſtra retardabantur, obſidionem toleravit. Adductis illis, aliquot diebus, ſic in *Arcem* ſclopis pugnatum eſt, ut paulò poſt præſidiarii ne quidem in conſpectum prodire forent auſi, è palatio contiguo *Gallicanis* in obſeſſos acerrimè globis, ac ſclopetis, rem agentibus. Inter hæc, obſeſſi cùm è *Gallicanis* obſeſſoribus tribunũ quendam exanimaſſent, exacerbati obſeſſores iis inſultibus *arcem* petierunt, abſque ſpe veniæ, donec tandem expugnarent. Obſeſſi igitur, gente *Itali*, flexis poplitibus ſalutem deprecantes, malè quidem ſunt excepti. Interim *Cæureus* eos, in cuſtodiam prius relatos, mox, unà cum officialibus, in favorem *Pontificis*, manumiſit. Miles prædis, *Marchio* verò apparatu bellico, intùs abundè proſtantibus, victoriam hanc locupletavit. Eò ſimulátque fortalitio confirmato, mox *Morbegnium*, & *Morbinum*, in poteſtatem quoque venerunt.

Hæc omnia, non abſq; ſucceſſu feliciſſimo, bre-

 vi tem-

vi temporis intervallo, *Cœureo Marchione* perficiēte, *Chriſtianiſſimus Rex* ſic quidem delectari cœpit, ut *Cœureum*, hæc ob merita, in *Galliæ Mareſchallum* renunciaret. Sic utique promerentibus ſive belli, ſive artium, ſtudiis præmia condigna impertiri fas eſt.

Majoribus igitur gloriæ, præmiorumque, ſtimulis provectus *Cœureus*, ſtatuit, felicem huic expeditioni clauſulam etiam imponere. Qua de re, cùm *Anno* ſuperiori *M. DC. V. Petrus Enriquus Azenedius, Comes de Fuentes, Mediolanenſis* gubernator, in finibus *Tellinæ Vallis*, propter *Addam* flumen, in vicinia *Comenſis lacus*, fortalitium, oppidò munitum, à ſe *Fuentanum* dictum, exſtrui antè curaſſet, è quo multum negotii tàm *Tellinenſibus*, quàm *Rhetis*, omnibuſque confœderatis, allatum eſt, ecce! ex adverſa parte, infrà *Morbegnium*, aliud, & oppoſitum, munimētum *Cœureus* excitavit, operi *Novæ Franciæ* titulo impoſito.

Præeunte hoc novo munimento, omnes regionis illius exules, civeſque, ſub propoſitâ omnium fortunarum in repugnantes mulctâ, intrà menſem citavit. Ad *Ducem de Feria*, *Mediolani* tùm gubernatorem, hæc in verba dedit: Quicquid hactenùs, nomine *Chriſtianiſſ. Regis*, per *Rhetos, Vallemque Tellinam*, peregiſſet, hæc non offenſive, ſed eâ quidem intentione, facta eſſe, quò, quæ per *Baſſampirium*, apud *Madrittum*, ſuperiori tempore tractata, conſummataque, *Regem* inter utrumque, fuiſſent, jam ad effectum ſpectarent. Iam autem ſe ſuſpicari, *Gubernatori* hanc mentem eſſe, non modò exules apud ſe ut occultare, tùm ut *Cliviæ*, mox oppugnandæ, auxiliari, velit. Eo nomine contendere, ut, quid ſibi eſſet exſpectandum, diſertè expectorare, ac profiteri, ne gravetur. Sicubi enim præſidiarios è *Clivia* minùs revocet, exulibuſque apud ſe perfugium neget, hoc modo, nomine *Regis*, ſe illi, tanquam per clarigationem, bellum deſignare.

Nivali tempeſtate, circà *Calendas Ianuarias*, remolleſcente, *Cœureus* in *Comitatum Clivienſem* perrexit, ac, ſine mora, ditionis metropolin, *Cliviam*, obſidione concluſit. Reluctante præſidio *Hiſpanico*, paulò poſt, ſub ipſis *Februarii Calendis*, civitas expugnata eſt, more militari, ex *Italis* cadentibus haud paucis, proditoribus ilicet in furcam actis. Pars, fugâ periculum evadēdo, in *arcem* confugerunt; Undè, ſine miſſione, ſclopetis in obſeſſos rem egerunt. Obſeſſores ubi tormentis in arcem, cum ſucceſſu, experiri non poſſent, rationem excogitârunt, quâ ſub congeſtis, textiſque, arborum, machinis metallinis in altum ſublatis, rectiùs arci nocere quiti eſſent. Obſeſſi tormentorum, in ſublime erectorū, vim metuentes, de deditione, rebus velut conclamatis, agere cœperunt. Undè, gratiâ illis factâ, ſunt dimiſſi. Supererat adhuc *Riva*. Ad hujus deniq; expugnationē *Cœureus* ſeſe accinxit, interim aliquot legionibus tàm *Venetis*, quàm *Helveticis*, auctus. Sed non illa erat, *Rivæ* hujus conditio, ut tùm promptè, ſicut fortalitia cætera, expugnari q.ret. Multa enim pars tàm ex obſeſſoribus, quàm obſeſſis, præeuntibus pugnis velitaribus, atq; id genus irruptionib[9], aſſultibuſque, utrimq; deſiderari cœpit. Ne igitur è *Mediolano* auxilia ſupervenirēt, *Cœureus*, adductis in *lacum Comenſem* navibus, aditus *Hiſpanis* interclusit. Sed nihilominùs hoc fortalitium, tametſi diuturnâ obſidione à *Gallicanis* premeretur, manus victas haud dedit, nedùm expugnari tùm potuit. De quibus porrò ſuo loco. Iam ad alia iter eſt.

CAP. IV.

De Reformatione Religionis Auguſtanæ per Archiducatus Auſtriæ.

I.

Auguſtanæ Religionis exercitio interdicitur pe[r] Viennam.

POſteaquàm tandem, conventu *Electorū* ac *Principum*, apud *Schleuſingam* ſub *comi*tatu *Hennebergenſi*, habito, *Saxo*, & *Bran*deburgicus, *Electores*, hactenùs translatio-
ni *Electoratus Palatini* in *Bavarum refragati*, miteſce-
re, atque in partes deſcendere, adeóque, certis ſu[b]
legibus, in collegium *Electorale*, admittere cœpi[s]-
ſent *Bavarum*, *Aquila* viva, avium regina, tùm capt[a]
Saxoniæque Electori oblata, eſt.

Eo tempore, cùm antè per *Bohemiæ* regnum *Au*-
guſtanæ Religionis reformatio increviſſet, ſucceſſiv[e]
per provincias hæreditarias *Archiducales* eadem no-
vitas ſerpere, vireſque acquirere, notata eſt. Inpri-
mis apud *Viennam*, ſedem *Cæſaream*, hæc talia cont[i]-
gerunt. Ægrotabat fortè *Viennæ Löbelii* tribuni mi-
niſter, *Auguſtanæ confeſſioni* addictus. Ad hunc acce[r]-
ſitus, rhedâq; devectus, *M. David Stândlinus*, paſto[r]
apud *Hornaliam Evangelicus*, poſt auditam confeſſio-
nem, præeuntemq; à peccatis expiationem, eucha-
riſtiam ſub utraque, ut vocant, ſpecie adminiſtra-
tur[9] erat. Quę dùm fiunt, ecce! ex inopinato, unà c[um]
duobus *Societ. Patribus*, ſuperveniens *D. Kellerus*, a[d]
D. Michaëlis parochus, ſub amara increpatione, qu[id]
hoc loco mercenarius faceret, interrogare cœpi[t].
Huic ille, ordine ſe poſtulatum eſſe, objecit. *Keller*[us]
autē, excuſatione illâ inſuper habitâ, aſſumpto ſ[e]
cū calice, unà cū *officiali*, ut vocant, ſuper læſa juri[s]-
dictione eccleſiaſtica quiritando, eò *Cæſaris* anim[um]
inclinavit, ut infrà ſcriptum in *Confeſſionem Auguſta*-
nam profitentes mandatum publicaretur. Illud fu[it]
ejuſmodi; *Cæſaris* nomine, *Proceribus Provinciæ* inf[ra]
Anaſum, *Auguſtanæ Confeſſioni* addictis, indicandu[m]
venire, ſcirent illi, quo pacto *Matthias Imp. IX. Ca*[l.]
Maij, M. DC. XV. & rurſus ſpeciatim, *XVIII. Cal. Ia*-
nuar. ad querelam *Viennenſis Epiſcopi*, ſibi ab *Auguſta*-
næ confeſſionis parochis, quoad violationem juri[s]-
dictionis eccleſiaſticæ, vim velut afferri, quiritāti[,]
ſub edicto caviſſet, ne deinceps per *Viennam*, aliac[ve]
Cæſaris adjacentia oppida, exercitium præfatæ illiu[s]
Confeſſ. Auguſtanæ haberet locum.

Huic oppidò adverſari auſum eſſe *Paſtorem Hor*-
nalianum; Ut etiam apud *Viennam* in juriſdictione[m]
epiſcopalem graſſari, ſuaque, & putaticia, ſa-
cramenta ægroto impertiri, non dubitârit. Qu[i]

præva

aricatio cùm modò non in eccleſiaſticæ juriſ-
onis præjudicium, ſed etiam *Cæſaris* contem-
n,vergat,præſertim,apud *Viennam* ſine reverẽ-
c pudore,hoc perageretur,ideóque *Cæſarem* ,
ſta indignatione,prioribus edictis inhærere,
ne ut præter *Catholicæ Religionis* exercitiũ aliud
um vel clàm, vel palàm, obrepat, admittere
.Hanc in rem *Cæſarem* ſeveris,ſeriiſque verbis
re,deinceps *Confeſſ. Auguſtanæ* addicti *Proceres*
genus novitatibus ſeſe abſtinerent,neq; am-
per *Viennam*,ejuſque agrum, inconcinnum ,
nceſſumque , *Confeſſionis* illius ſuæ exercitium
parent,niſi, ſeverioribus remediis in id genus
thos ut animadvertatur,experiri mavelint.
ecundùm hoc edictum,ſubditis per *Bohemiam*,
viamque, tantùm non *Religion. Auguſtanæ* uſibus
inò interdici cœpit. Verùm enim verùm *Biblia*,
ceſque,*Lutheri* doctrinam præ ſe ferentes, unà
templis,erepta ſunt; Vt etiam,ſub edictorum
ine,omnes,unà cum uxoribus,liberis,totaque
lia , ad confeſſionem *Catholicam* adigi accide-
Si qui refragari,atque obniti,auderent,iſti,ſub
is,compulſi ſunt. Aliâs,apud *Pragam* , etiam
decretum evulgari cœpit, ne deinceps civium
i aut jure civitatis, aut parentum hæreditati-
gauderent,niſi inantè ad *Eccleſiam* acceſſiſſent
anam.

II.

*atus Viennenſis civibus ſuis interdicit exer-
itii apud Hornaliam uſibus.*

terea cives,opifices,famuliquè,*Confeſſ. Auguſta-*
adhærentes,apud *Viennam*, edictis illis ſubin-
calcitrantes,non deſtiterunt magno numero,
e inconſideratæ multitudinis,factis velut glo-
atque agminibus,*Hornaliam* identidem excur-
,ſuæque confeſſioni operam dare. Quæ quidẽ
uta velut,& incondita , emigratio *Catholicos* à
Viennam,ipſumq; magiſtratum,pupugit. Quo
tùm,ut ſequens *Senatuſconſultum* ilicet ſit divul-
m:Officij rationem à ſe exigere, (*Senatus* in-
)ut, quantum ejus poſſit, civium commoda
veheret, ex adverſo incommoda,& abuſus , è
io tolleret.Hoc inſtituto ſe,non ſine commiſe-
one, moveri,atque ad animum admittere,quod
o ſuperioribus annis urbi *Viennenſi*, cæteriſque
atiſſ. *Cæſaris* regnis,ac provinciis , ob *Religionis*
aritatem,bella,inſidias,pericula,famem, deva-
ionemque fabricari, ac ſuperinduci, adeóque
parabile damnum advocari,contigiſſet. Vt ne-
n ipſe ſacratiſſ. *Cæſar*, nedùm *Cæſaris* conſiliarij,à
culis fuerint immunes. *Deo* ſoli acceptum ferri
rtere,quòd ex his anguſtiis,inſidiiſque, emer-
nt.Cives *acatholicos* variis conventibus , actio-
us,ſubſcriptionibus, & id genus proceſſibus ,
trà juramenti ſanctitudinem evenientibus,ſub
re exercitij, *Evangelici*,in *Catholicos* peccâſſe,eo-
que commodis contraveniſſe. Vt multis mo-
uper his emergentibus difficultatibus , infor-
iis,& gravaminibus,quiritari queant. Indè eſſe,
enatus omnes id genus periculorũ,ac difficulta-
n,cujuſmodi denuò fortè ab incauta multitudi-
ſub prætextu *Religionis* exercitij,patrari poſſint,
aſiones prævertere,ac præcidere, cogitet,ut etiam anteactorum, ſi liceat, memoriam delere cupiat. Satius fore , ſubditi ut cum *Principe*,ac magiſtratu, ſuo , faxint , ſecuriſque poſſeſſionibus fruantur, quàm ſi ſubdolè agere, cum hoſtibus,tanquam aliud agentes, conſpirare,atque pacem publicam interturbare, comperiantur. Proindè , eò ſpectare hoc decretum , atque ad cives inquilinos, opifices , miniſtros , ſervoſque,ad unum omnes, pertinere,caverent in poſterum omnes, ac ſinguli, quicunque juriſdictioni ſuæ eſſent ſubjecti, ne denuò extrà *Viennam*,ſivè *Hornaliam*,ſive alium locum quemcunque,ad ſacra, *Catholicis* inſtitutis adverſantia,facienda,excurrant,niſi ſeveris, atq; ingentibus,pœnis coerceri mavelint. Pari operâ neque baptiſmi,neque matrimoniale,ſacrum, more acatholico,ampliùs uſurparetur,eâdem ſeveritate pœnæ in delinquentes conſtitutâ. Sub ſpe , futurum, ut nemo tàm excors inveniatur,qui turbas paci, ac quieti,pœnam verò modeſtiæ, ac commodo ſuo, anteferre cupiat.

III.

Auguſtanæ Confeſſionis per Auſtriam inferiorem Ordines,pro abrogatione edicti ſuperioris,Cæſari ſupplicant.

ILla illius decreti ſeveritas ſiquidem *Auſtriæ inferioris Ordinibus* gravis, atque oneroſa, eveniret , rationem iniverunt, quâ *Cæſari* ea de re ſupplicarent. Sic autem illi : Quàm non, abſque ingentis animi doloris perceptione, *Ordines Auſtriæ inferioris* illud *Senatus Viennenſis* decretum momorderit, dici vix poſſe. Hoc nempè iſtud eſſe, quod , ſuperiori *Anno M. DC. IX.* ſub publica *Ordinum* diæta, nomine civitatis , tùm latæ à *Conſule Viennenſi* ſententiæ, & declarationi, è diametro adverſetur ; Vt etiam *Matthiæ Imp.* præſente *Vngariæ Palatino* facto, reſponſo, ac conceſſioni , oppidò contraveniat. Hoc hoc ſacratiſſ. *Cæſaris* verbis, ſub homagij hæreditarij ſolennibus *M.DC.XX.* præſtitis , *Ordinibus* aliud clementiſſimè indulgentibus, publicatoque tùm decreto, oppidò repugnare. Vt inprimis de eo conqueri teneantur, nempè tàm famam, quàm conſcientiam,ſuam in dubium ſic vocari. Sic,quod ipſimet ſacratiſſ. *Cæſares* nunquam objeciſſent,præter ordinem,atque æquitatem, à *Senatu* civico ſibi intentari. *Cæſar* ergò ipſe agnoſceret, & cognoſceret. Præfatumque illud decretum civicum,quod tã adversùs latam *Cæſaris* ſtipulationem , *Senatus* illius tàm ore,quàm manu,confirmatam conceſſionem, inprimis fidelium *Ordinum* exiſtimationem, ac cõſcientiam,excurrat,abrogare,ſimulque *Conſuli*, ut arreſto detentos homines,abſque pœna , vel mulcta,dimittat,injungere,pateretur. Hoc ſeſe devotis,ultimiſque,precibus contendere. Huic conſectaria accedere,quibus de ad *Cæſaris* clementiã pari humilitate,ac diligentia,provocent. Nempè *Cæſar* gravaminibus,à fidelibus nuper *Ordinibus*, ſub diæta provinciali, oblatis,remedium afferre,calicis ablati reſtitutionem imperare, excluſionemq; parochorum ex urbe *Evangelicorum* annihilare , dignaretur. Ità futurum eſſe, ut ſuper *Cæſaris* mitiori ſententia fideles *Ordines* gaudere queant. Vt etiam hanc auguſtam gratiã,fortunarum omniũ,ſanguinis,vitæq;,ſub impendiis,promereri affecti ſint.

IV.

Iidem Ordines Auſtriæ inferioris contrà Senatus Viennenſis decretum illud proteſtantur.

NEque ſic ſibi acquieſcendum eſſe putârunt *Auguſtanæ confeſſioni* addicti per *Auſtriam inferiorem Ordines.* Vt porrò, famæ, ac conſcientiæ, ſuæ vindices, litteras *Senatui Viennenſi* intimarent, ſuperque injuria velut verbali proteſtarentur. Id ſcripti genus extitit hujuſmodi. Scilicet, non abſque magnâ animorum alteratione, *Ordines Auſtriæ inferioris* novum illud decretum, quod à *Viennenſi Senatu V. Id. Septembr.* publicatum fuiſſet, inſpexiſſe. Siquidem illud declarationi illi, ſub *Anno M.DC.V.* in plena omnium *Ordinum* tùm diætę promulgatæ, atque ab ipſo *Conſule*, ore, & dextra, teſtibus confirmatæ, ut etiam deinceps à *Matthia Imp.* coràm *Palatino*, & utriuſque *Religionis Ordinibus* publicè, prælectæ Cæſareæ reſolutioni, directè contrarium eveniat, ſimulque etiam hujus ſacratiſſ. *Cæſaris* ſub *Anno M. DC. XX.* dùm homagij ſolennitas perageretur, decreto, ſanctiſque pollicitationibus, oppidò reclamet, immò, verò *Ordinum* fidelium tàm famam, quam conſcientiam, vulneret, utique *Ordines*, honoris, & conſcientiæ vindicandæ juſtis ſtimulis actos, id genus calumniam, ac diffamationē, ut vocant, ad animos admittere, illiſque verba iſta ſua, licitæ, & debitæ, retorſionis igitur, reddere. Vt etiam ſuo tempore in notæ iſtius, ſive talionis, cōpenſationem propendeant. Hac de cauſa *Cæſari* jā tùm humilimè ſupplicatum eſſe. Vt ſententia ſibi tantiſper ſit exſpectāda. Nolle ſeſe quapropter dubitare, quin *Senatus* eam legem, prorſus novam, & heterogeneam, abrogare, homineſque *Evangelicos*, arreſto detentos abſque mulctæ irrogatione ulla, dimittere velit.

V.

Rector Academ. Viennenſis etiam civibus ſuis exercitio Confeſſ. Auguſtanæ interdicit.

VErùm enim verùm tantùm abfuit, ut ad ſuperiorem *Ordinum* petitionem remedij quicquā allatum ſit, ut magis hoc negotium in diem exaſperari acciderit. Modò non enim *Senatus* decretū, ſemel publicatum, haudquaquam retractavit, ſed inſuper alter etiam per urbem *Senatus Academicus* ejuſdem commatis edictum ſanxit, promulgavitq;. Ejus tenor talis fuit: *Rector, & Senatus, Acad. Viennenſis*, omnibus cujuſcunque *Facultatis Doctoribus*, *Magiſtris, Nobilibus, Licentiatis, Baccalaureis*, *Procuratoribus, Studioſis*, omnibuſque *viduis, Typographis*, *Librariis, & civibus* univerſis, S.P.D. Quid *Conſules, & Senatores*, hujuſce urbis civibus antè ſuis, mercatoribus, incolis, opificumq; famulis, tàm intrà, quàm extrà, mœnia, ſub edicto, injungere cœperint, ab exemplis, & tranſūmptis, intelligere vobis proclive eſt. Siquidem autem hujus *Academiæ* membra non minùs utantur privilegiis, & immunitatibus, urbanis, quàm cives ipſi, tùm æquè *Senatui Academico* incumbat, proſpicere, ac prævidere, ne quà *Reſpublica* detrimentum accipiat, aliiſque, atque aliis, exactionibus, difficultatibuſque, ſuccumbat, ut etiam ſingularem *Religionis* alterius exer-
cendæ libertatem *Academici* nequicquam jacta[…]
poſſint. Proindè, *Rector, & Senatus Academicus*, [...]
mnibus, ac ſingulis, hujus *Academiæ* membris, [...]
vibus, eorumque familiaribus, ac miniſtris, ide[…]
ſeverè edicunt, atque inculcant, ne quis, in[…]
urbis pomœria, auſit *Religionis acatholicæ* exerci[…]
obire, aut eam in rem conventus agere. Niſi hu[…]
prævaricationis pœnas illicò luere velit. Ne[…]
igitur auſit vel intrà privatos lares concionib[…]
cantibuſque, dare operam, nemo *Hornaliam*, [...]
aliò, excurrat, nemo denique vel *baptiſmi*, vel *ſp*[…]
ſalia ſacra, aut quicquam ejuſmodi, quod ad a[…]
marum curam ſpectare videbitur, ſecretò admi[…]
ſtrari curet. Si quiſquam contrà facere auſit, [...]
pœnas, decreto conſtitutas, ſine miſſione, dabi[…]

VI.

Ferdinandi II. Imp. ad Ordinum Reformator[…]
Auſtriæ inferioris ſupplicationem, reſp[…]
ſum.

QVæ autem fuerit *Ferdinandi II. Imp.* ad ill[…]
Ordinum Auſtriæ reformatorum interpellat[…]
nem, reſponſio, jam conſtabit. Sic verò tùm q[…]
dem reſcriptum eſt Idibus *Septembribus* : *Cæſar*[…]
quidem, eundemque *Vngariæ*, & *Bohemiæ*, *Reg*[…]
quid *Ordines* petiiſſent, intellexiſſe. Rem autem
ſeſe habere, ut ad ſupplicantes nihil eorum, q[…]
bus de quererentur, attineat. Indè eſſe, ut *Cæſa*[…]
mirari ſubeat, cur illi alienis in negotiis velint [...]
curioſi. Cautiùs igitur deinceps agerent *Ord*[…]
neque extrà vocationem, *Religionis* illis nego[…]
ſeſe immiſcerent. Sic enim *Cæſarem* ocioſis q[…]
relis defatigari haud oportere.

VII.

Iidem Ordines reformati Auſtriæ infer. facti [...]
lius excuſationem, ac neceſſitatem, urge[…]
ſed fruſtrà.

HAc, à parte *Cæſaris*, interveniente repulſa, [...]
hilo-minùs tanta fuit civium quorundam [...]
trà *Viennam*, præſertim famulorum apud opific[…]
confidentia, ut complures ex urbe *Hornaliam* co[…]
migrarent, ſacrorum cauſa. Vndè à *Senatu* civ[…]
ad pœnas rapti ſunt. Intereà, *Ordines* quoque p[…]
fati neque ſic acquieverunt, quin ſecundâ vice c[…]
ceptiſſimis verbis *Cæſari* remonſtrarent, haudq[…]
quàm ſe ejus proterviæ eſſe, Vt *Cæſari*, ac ſum[…]
magiſtratui, obſtrepere, alieniſque negotiis, n[…]
ad ſe ſpectantibus, curioſiùs accedere ſtudeant. N[…]
ceſſitatem hanc illam ſibi imponere legem, ut, [...]
ſociæ confeſſionis hominibus, ſub novis illis int[…]
dictis gementibus, intervenire debeant. Si *Cæ*[…]
pateretur, citrà aliorum perſuaſiones, rem penit[…]
introſpicere, nihil ſe dubitare, quin cauſæ hujus [...]
quiſſimæ, more majorum, juſtam defenſionem [...]
ſcipere, & admittere, velit. Ità enim ſub tractatu [...]
enneſi M.DC.IX. mēſe *Martio*, ità à *Matthia Imp. M.D*[…]
IX, XIV, Cal. April. ordine conſtitutum, ſancitum
eſſe. Ità *Vngariæ Palatinum* olim ſuper majorū ſu[…]
inſtitutis, & uſibus, apud *Viennā* docuiſſe, ità ordi[…]
quarti, nimirū civici, jus obtinere, ut, inter ordi[…]
cæteros, receptus, atq; admiſſus, ſit, unàq; cū trib[…]

prio[…]

ib' deliberationes,ac conventus,inire ſuſti-
Ità deniq; ſacratiſſ. *Cæſarẽ Ferdinandũ II.* dùm,
omagij exactione, & ſolennibus, more ma-
n,omnium *Ordinum* jura,ac privilegia, con-
ret, verbis religioſiſſimis ſanctè promiſiſſe,
rùm eo ordine,ac more, *Ordines* deinceps *Reli-*
r.formatæ exercitio uſuros eſſe,ſicut eodem,
iæ Imp. temporibus,antè uſi fuiſſent. Quan-
idem ergò decretum *Senatus Viennenſis* eſſet
novum, cumque conceſſionibus ſuperiori-
anifeſtiſſimè pugnaret,ſe per ſanctiſſimum
umen,nomenq;,obſecrare, *Cæſar* jura,ac con-
nes acquiſitas,ne labefactari, rigidiſq; atque
atis,id genus interdictis,ſe, ſocioſq; ordines,
r morem majorum,affligi,pateretur.
d hanc iteratam *Ordinum* interceſſionem, ni-
iud à *Cæſare* reſcriptum eſt, niſi hoc: *Cæſarem*
i illi declarationi inhærere omninò,ac ſeriò
,parcerẽt deinceps *Cæſari*,& de cætero caverẽt.

IIX.

*inandus II. Imp. promulgato edicto, è pro-
incia Auſtriæ ſuprà Anaſum, parochos, &
dimoderatores, Auguſtanæ confeſſ. eiicit.*

Antùm igitur aberat, ut rigor id genus inter-
dictorum miteſceret, ut magis omnia in ſup-
ionem *Confeſſ. Auguſtanæ* exacerbarentur. Sic in-
ragam uſuvenit,ut templa, *Evangelicis* erepta,
Carmelitanis,quàm *Societ. patribus*, contraderẽ-
ntrà *Auſtriam* verò *ſuprà Anaſum*,porrò evulga-
æſaris mandato,in parochos *Evangelicos*,oppidò
rminandos,animadverteretur. Edictum *Cæſa-*
ud erat: Omnibus,uſque ad abundantiam,no-
num eſſe,quibus modis omnes tres *Archiduca-*
uſtriæ ſuprà Anaſum, *Ordines*,nempè dynaſtæ,e-
tres,& civici,abſq; ulla cauſa,adverſùs *Cæſarem*
rgentes,fœdæ illius perduellionis *Bohemicæ* cri-
ibus,turbis,bellicisq; machinationibus, acceſ-
nt. Vndè id genus tranſgreſſores, ac criminis
majeſtatis rei,ſub libertatis, fortunarum, vi-
,diſcrimine,pœnas,legibus expreſſas,eſſent ꝑ-
iti. Ratione igitur *Archiducalis* illius *Provinciæ*
ſervationis,honoris,ac dignitatis,habitâ, *Cæſa-*
Maximiliano, Bavariæ Duci, in mandatis dediſſe,
ectarios ejus notæ ſubditos in ordinem ut re-
eret. Id *Bavarum Electorem* prõptè executũ eſſe.
undùm iſtud,neminem clàm eſſe,inprimis *Au-*
næ Confeſſ. paſtores, non per provinciam hinc
è ſeſe tenentes,non minimum turbis, perduel-
iq;,fomitem præbuiſſe; Dùm intempeſtivis ſuis
iſerationibus,atq; ad ſeditiones ſpectantibus,
cionibus,animos dynaſtarum inflammaſſent,
em verò ad furorem,ipſamque rabiem, uſque,
taſſent,ut,nedùm his facinorib', modum,finẽ-
,adhucdùm ullum ſtatuant. Ideóque *Cæſarẽ* ſic
ctum eſſe,ut id genus homines, tanquã vomi-
,ac peſtes,exterminare cupiat, ne denuò, anti-
m obtinentes tanquam claſſicum canant, no-
que furores ſuccendãt. Proindè *Cæſarem* omni-
,ac ſingulis,prænominatæ provinciæ ſubditis,
ore mandati præſentis,ſeriis verbis edicere, atq;
perare,intrà octidui ſpatium, quoſcunq; id ge-
s *prædicantes*,ac *ludimoderatores*,è civitatibus, arci-
s,oppidiſq;,ſine mora,exterminarent,neq; am-
ùs hoſpitii,aut cõtubernii,locum facerent. Si ſe-
s eveniret,ac contrà hoc edictum quiſquam de-
ſignare auſus eſſet,in iſtos *Herberſdorfius Comes*, tribunus,atq; apud *Lintzium* vicarius *Bavaricus*, juxtà poteſtatem conceſſam,ſeverè animadverteret, nedùm *paſtoribus* iſtis,remoras nectentibus, nedùm *dynaſtis*,iſtos non dimittentibus, veniam daret.

IX.

Etiam Hornalia à Catholicis intercipitur,paſtoreſque indè eiiciuntur.

PAulò poſt *Hornaliam*, *Auguſtanæ confeſſionis* extrà *Viennam* officinam,atq; aſylum,ordo quoq; tetigit. Nẽpè in *Helmhardum Iorger, Baronem*, ejus loci dominum,accuſationis materia quæſita, eademq; inventa,eſt. Hic quoq; non omninò à turbis, ac ꝑduellione, *Bohemorum* puras gerebat manus. Eapropter,vitâ,dignitateq;,conſervatis, jacturam patrimonij,ſive ejuſce dominij, quo ſub *Hornalia* continebatur,pati cœpit. *Cæſar* enim, miſſis eò legatis, dynaſtiã in fiſcum ire, *paſtores* verò ociùs indè emigrare juſſit. Loco illo *Canonicis* apud *D. Stephani* intrà *Viennam Capitularibus*, ſolenniter id petẽtibus, conceſſo.

X.

De ejulationibus emigrantium per Auſtriã, Moraviam, & Bohemiam, paſtorum.

QVis verò lacrymas,ejulationes,ac querelas, emigrantiũ id genus *paſtorũ, ludimoderatorumq;*, unà cum uxoribus,& parvulis,ſatis dignè deſcribet? quis enarrabit? Simulátq; n. octidui intervallũ exſpiravit, è provincia *ſuprà Anaſum* magno numero exules confluxerunt,adductiſq; navibus, non ſine multis ejulatibus,ſecundo *Danubio* in *Imperium* delati ſunt. Augebat hanc miſerorũ calamitatẽ vulgi ꝑ *Provincias Catholicas*,quas prætervehebantur,opprobria. Dùm enim vel *Straubingam Bavariæ* attingerent,ecce! plebs ꝓfana hæc,& alia,in illos convitia,ſcilicet ubi nunc eſſet illorum devotio? ubi nũc arx,& præſidium,iſtud,à *Luthero* jactatum? cur non occinerent *pſalmum* illum: Ah! Deus,ex alto inſpice,juxtàq; miſerere! &c. tanquã plauſtro, ſuperingerere cœpit. Quæ utiq; dicteria, contemptus pleniſſima,ingentẽ exulum dolorẽ,tanquã ignitis admiſſis titionibus,tantùm non uſſerunt, ac penitùs exulcerârunt. Interim & dynaſtæ,& cives, *Evangelici* abeuntes *paſtores* ſuos viaticis,atq; honorariis,haud languidè proſecuti ſunt,ut nonnullis, etiam in biennium ſtipendia erogarentur. Interim, è *Vienna*, nõ miteſcente *Senatus* edicto,plerique; opificum famuli emigrârunt,nõ paucis civium idẽ imitantibus. Sed *Magiſtratus* etiã ſic emigraturis connivere noluit; Vt juſiurandum illis haud relaxaret,immò fortunas omnes arreſto remoraretur. Niſi itaq; patresfamiliâs unà cum domeſticis,ad *Catholicorum* ſacra accederent,diebus pręſertim *Dominicis*,primâ vice mulctã, novo decreto conſtitutam,dependerent. Si alterâ vice denuò refragarentur, duplum ſolverent, & ſic deinceps auctione accreſcente. Hoc rigore tàm intrà *Auſtriam*, quàm *Bohemiam*, multi, ſub compulſu, *Religioni* agnitæ miſſionem dare ſunt coacti. Ferunt, ſub *Brandiſina Bohemiæ* ditione,incolas, amore ſemel admiſſæ *Auguſtanæ confeſſionis*, *Lieſſam* oppidũ, ultrò ſubjectis ignibus,exurentes,unà cum domeſticis,in ſaltus,ac loca ſylveſtria,ſeſe recepiſſe. Paria ferè multi è *Moraviæ* civibus fecerunt; Vt, relictis fortunis omnibus, tanquam,cum *Zenone philoſopho*,

loſopho, apud *Plutarchum*, è naufragio evaderent, & liberiùs deinceps, poſt rerum omnium jacturam, verè philoſophari, hoc eſt, juxtà inſtitutum priſtinum, *Deo* ſervire, poſſent.

XI.

Conditiones, quibus Reformatio per Auſtriam porrò continuari cœpit.

ISta *Reformationis* per *Auſtriam* inchoatæ cùm eſſent initia, *Cæſar*, quò accuratiùs expedirentur omnia, porrò, præter *Adamum*, *Comitem Herberſdorfium*, etiam *Georgium*, *Abbatem Gottvvichium*, *Ioan. Baptiſtam Spindlerum*, & *Conſtantinum Grundemannum*, præfectum *Lintzanum*, legatos, ordinavit. Qui, nomine *Cæſaris*, pro *Reformationis* ſuſceptæ continuatione, ſequentes ordine leges promulgarent, ſtrenuéque obſervarent. Primùm, ſuprà publicatum *Cæſaris* edictum ſecundùm omnes obſervaretur clauſulas, *Prædicantibus*, ac *ludimoderatoribus*, in exilium ejectis. Nemo igitur vel dynaſtarum, vel equeſtrium, civiumque, auſus eſſet eos ſive occultare, ſive revocare, privatis etiam concionibus, cantibus, *Evangeliorumque* explicationibus, ut & conventibus, exercitiiſque, valere juſſis. Niſi fortè quis quieti pœnam, inquietationemque, & gratiæ *Cæſaris* indignationem anteferre amet. Deindè, commigrationes, atque ad *Paſtores Catholicos* excurſus, cujuſmodi, inſuper habito etiam *Cæſaris*, edicto, nulla ferè ex parte intermittebantur, deinceps penitùs ceſſarent, ut nemo, animarum cauſa, alios, niſi *Catholicos*, ſacerdotes aut conſuleret, multò minùs baptiſmi, nuptiarumque, ſacrum alibi participaret, niſi in pœnas, oppidò graves, incurrere mavelit. Sacra verò, ferias, & conciones, *Catholicorum* diebus feſtis diligenter omnes adirent. Neq; autores eſſent, ut gravius quicquam in iſtos moratores ſtatuatur. *Carnisprivìis*, univerſumq; per tẽpus quadrageſimale, unuſquiſq; à carnium eſu, more *Eccleſiæ Romanæ*, ſeſe abſtineret. Atque hæc ratio etiam per diverſoria accuratè obſervaretur, nemine, tãetſi peregrinantium, contrà facere, aut diverſitorẽ ſolicitare, auſo. Magiſtratus civicus per oppida, pagoſq;, undique, ſedulò id ageret, quò per tribus vexilla eccleſiaſtica, aliique pii uſus, reſtaurentur, ſingulis, in *feſto Corporis Chriſti*, in honorem ſanctiſſimi illius ſacramenti, in proceſſionem publicam egredientibus. Nundinas plerumque anniverſarias ab antiquo in dies *Dominicos* incidere conſueviſſe. Ea propter cautum eſſet, ne merces intereà, dùm ſacra manè fiunt, exponantur, aut quicquam per diverſoria inſolentiæ, ac tripudii, concedatur. Si quis cõtrà peccare auſit, hoſpes tàm activus, quã paſſivus, pœnas daret. Iidem magiſtratus civici in codicillos referrent, quicunq; è civium filiis extrà *Academiis acatholicis* darent operam. Illi omnes, intrà ſex mẽſium ſpatium, revocati, ad *Academias Catholicorum* deinceps dimitterentur. Hoc eodem reſpectu, ſi quis domi pædagogum alat privatũ, ei illicò miſſionem daret, *Catholico* homine illius in locum ſuffecto. Pari lege neque dynaſtis, neq; equeſtibus, aliiſque hominibus, genere, doctrinâ, vel loco, nobilibus, liceret filios ad *Academiam*, vel locum quẽcunque, inſtitutionis cauſa, *acatholicum* ablegare. *Cæſare* ſive *Provinciæ Principe*, inſalutato. Cùmq; ſa-

cratiſſ. *Cæſaris* mens, animuſq;, aliâs ſufficiẽter e
perſpectus, nimirùm, ut omnes per *Auſtriam ſu*
Anaſum ſubditi ad *Religionem Catholicam* redire
hanc in rem ſpatium ſemeſtre illis indulgeri, ne
per coactione quiritare poſſint. Intrà illud int
vallum unuſquiſque rationes converſionis ſuæ i
ret. Vlteriùs enim terminum nullum eſſe extral
dum. Si quis etiam tũc magiſtratui ſuo recalcit
re tentet, huic intrà ſpatium præfixum jus emig
tionis eſſet liberum. Si quis ſit, qui intereà nihi
minùs antiquum obtinere, *Catholicam Religion*
inſuper habere, adeóque termini præfixi legib⁹
nùs parére auſit, iſte è patria eliminaretur, omni
fortunarum parte decimâ poſt ſe relictâ, inq; *Pr*
cipis fiſcum relatâ; Ita ut extrà omnẽ conniventi
tractari debeat. Illi verò, quicunque ad *Cath*
cam fidem acceſſiſſent, teſtimonium ejus reià
cerdote offerrent *legatis*. *Decani* verò à ſubjectis *ſa*
dotibus, in feriis *Paſchalibus* quotannis codicem,
indicem, requirerent eorum, qui ad confeſſione
atque euchariſtiæ perceptionem, acceſſiſſent.
indices à *Decanis* porrò transferrẽtur, ad *legatos*. Q
ſic in recuſãtes, ac refractarios, ex lege, animadv
ti queat. De dynaſtis ætatis provectæ ſic eſſe, uti
quorum parentes ultrà quinquagenarium hanc
vinciã incoluiſſent, tolerari debeant. Sic tamen,
illorum liberi, miniſtri, ac domeſtici, ſuperiùs la
legibus aſtringendi nihilo-minùs eſſent. Itaq; lib
ros, ex *Academiis acatholicis* revocatos, ad *Cathol*
Gymnaſia transferrẽt, omnibus conventibus, ex
citiis, itemque carnium eſu diebus vetitis, tàm
mi, quàm peregrè, & quæ cum *Eccleſiæ Rom.* ſanct
nibus pugnant, ſe abſtinerent; Vt etiam miniſtro
acatholicorum in locum verè *Catholicos* ſufficerent
qui interim ſint, quibus hæ conditiones minùs i
plendæ, & eduræ, videantur, illis jus emigrandi,
ut cæteris, itidem in medio eſſet. Interim, his le
bus ſi qui repugnare ſint auſi, ii non ampliùs ſic q
dem tolerarentur, ſed tanquam prævaricatores,
pacis publicæ turbatores, debitis pœnis afficerẽt
Officiales, & miniſtri provinciales, præterea, ab
omni reſpectu, & tergiverſatione, præmemora
ſuprà leges omninò implerent, niſi ab officiis in
annũ abire malint. Tametſi enim vel hoc præte
dere, atque obiicere, cupiant, tàm ſubitò è *Catho*
cis homines, ad id genus officia, idoneos, dari ha
poſſe, nihilo-minùs hæc occupatio locum nullu
haberet, ut nihilo-minùs, niſi edicto pareant,
exterminandi, &, pro ratione tranſgreſſionis, mu
ctandi, veniant. De libellis, & ſcriptis, à ſectar
publicatis, ac per provinciam magno numero
ſperſis, ſic proviſum eſſe, ut iſta intrà menſem *leg*
tis ſuprà dictis contraderentur. Pariter in libr
rios, & typographos, ſtatutum eſt, ne deince
libellos interdictos, & vetitos, *Religionemque* a
verſam concernentes, in provinciam inferren
Quo nomine etiã libelli hiſtorici, multa in *Religi*
nem Catholicam odioſa fingentes, itemque *magic*
& qui alioquin bonos mores corrumpunt, habe
di eſſent, pœnâ in tranſgreſſores conſtitutâ. D
nique, cùm antehac tribus provinciæ *Ordin*
bus, de *Cæſaris* mandato, injunctum ſit, omnes
ac ſinguli, bona, ac beneficia, eccleſiaſtica, ſuis fu
territoriis extantia, indicarent. Id ſiquidẽ minùs
effectum deduci contigerit, denuò, & perempto
riè, ad illos hoc ſpectat mandatum, nimirun

intr

ſex ſeptimanarum decurſum, hoc agerent, o-
que præfecturas,feuda,ac beneficia,ad *Eccle-*
ertinentia,manifeſtarent, documentis qui-
nq;,&codicillis,pandectiſque,in medium al-
ut deinceps etiam poſſeſſionibus eorū omniū
rorſus abſtinere debeant. Ex illis ſi qui *Eccleſiæ*
quoque,tanquam propria,tenere comperiā-
dem jura ſua,titulos,atque diplomata *Vicario,*
ſpatium præfixum,traderent.Nec fore,ut,ci-
quitatem, quicquam in hos perperàm ſtatui
t.Tandem dubio procul per provinciam, &
ſtias, hinc indè in ſtudioſos pauperes ſtipen-
lim collata,extare.Hæc igitur pari lege *legatis,*
mationis negotio præfectis,aperirentur.

XII.

nes Auſtriæ ſuperioris,ſuper decreto nimis e-
uro,Cæſarem enixiſſimè deprecantur.

perioris edicti rigor cùm nimis ſeverus, edu-
s,atque intolerandus, videri poſſet, *Ordines*
æ ſuperioris,Cæſaris gratiam, ac manſuetudinē,
uam ſuperpondij loco,etentandam eſſe,ſtatu-
.Codicilli hi tales erant: Invictiſſime, juxtà-
lementiſſime, *Imperator!* Tametſi omnia, ſub
o publicata, ſeveræ, nulliq; temerè violan-
oluntatis tuæ *Cæſareæ* argumenta nobis præ-
nihilo-minùs ex filiali ergà *Cæſarem,* tanquam
ipem hæreditarium,devotione,atq; humilima
atione,confidentiores facti,nihil dubitamus,
entiæ tuæ fores pulſare,ſperantes,fore, ut ali-
dhûc ad *Auſtriacam* illam manſuetudinem no-
ceſſus pateat,neque omnia in poteſtate,& ſe-
ate,legatorum vertantur.Antehâc,&nuperri-
æſarem affectum illum paternum,ac verè *Au-*
um,id eſt,gratioſum,mitem,placidumq;, ergà
eclarare cœpiſſe.Anne igitur tàm mite,pium,
mens,pectus non ampliùs venerabimus? non
s in preces flecti poſſe putabimus?Eam in rem
ilimè,atq; enixiſſimè,deprecamur, *Cæſar,*pro
ſta illa clementia,dolores ſubditorum ſuorū,
iſi ingentes, & maximos, ad animum admit-
atereretur. Nihil his in terris animarum ſalute
oſius, nihil majus invenire eſt.Vt omnia mū-
huic cœleſti beneficio meritò ſint anteferen-
ùm beare, ac cœleſtes illas poſſeſſiones ac-
ere, haud poſſint. De hoc igitur theſauro, à
ribus relicto, à parentibus à tot annis incul-
, coràm tribunali *Dei,* & ſupremi illius *Iudicis,*
S.N.IESV CHRISTI, nobis ratio erit reddenda.
ne, contrà conſcientiam, confeſſionem,
ique divini fundamenta, ad aliud adigemur?
ne nolentes-volentes nobis ipſis contradice-
? Hi ſunt dolores noſtri, quibus diſcruciamur.
ſuſpiria,quibus ſine miſſione, ingemiſcimus.
am, remotâ omni laciniâ,intùs introſpicere,ô
rator,& animorum noſtrorum curas,atque æ-
dines, cognoſcere, poſſis. Hinc manus tibi
lices tendimus. Hinc, ut de rigore id genus
ittere digneris,exoramus,flagitamus.
ccedit, ut etiam legati illi tui opprobriis nos
iant, dicteriis cōfeſſionem illam noſtram pro-
dentes. Narramus autem tibi, ô *Imperator,*
am aliam nobis *Religionem*, præter eam, quæ
M.D.XXX. auguſtiſſimi nominis *Cæſari, Carolo*
comitiis *Auguſtanis,* ab *Imperii Electoribus,* ac *Prin-*

cipibus, oblata, publicâque præconis voce, recita-
ta,ac poſtmodùm *Imperii* legibus conceſſa eſt, nos
hactenùs profiteri,profeſſoſque eſſe. Hæc illa eſt
confeſſio noſtra,quæ à *Maximiliano II. Imp.* ad po-
ſteritatem transferenda, nobis, majoribuſque no-
ſtris, olim indulta fuit.Hæc eſt,quam *Matthias Imp.*
confirmare ſuperiori tēpore condignatus eſt. Pro-
cul igitur abeſt,ut odioſo id genus titulo differri à
legatis debeat, aut *Cæſar* ità ſentiat. Cùm ſi talis
commatis hæc fuiſſet,neq; à *Maximiliano Imp.* foret
permiſſa.Certè *Chriſtiana* illa *confeſſio* noſtra ejus
notæ non eſt, ut turbas, ſeditioneſque,excitet. Vt
omnem ergà *Deum,*& magiſtratum, obedientiam,
ac ſubjectionem, magis præſcribat,vitamq; piam,
ac modeſtam, ſub æterni ſupplicii comminatione,
inculcet.Id genus ergò motus,tantùm abeſt, ut pa-
ſtores noſtri inſtillâſſe, ut magis reprehendiſſe,
comperiantur.

Proindè,cùm vitia,& peccata, hominum *Reli-*
gionis veritati nihil derogent, itemque *Vicarius,* ac
legati,Confeſſionem hanc noſtram,per *Imperium* con-
ceſſam,cum *Dei* verbo pugnare, probare non poſ-
ſint,utique à veritate, ſemel agnita,recedere haud
quidem quiti ſumus. Privatis quidem provinciæ
ſubditis modum, quo ad tempus tolerari velint,
præſcriptum eſſe,novimus.Interim, dùm ipſi,ſin-
gularibus,præ illis,juribus utentes, omnibus,&ſin-
gulis, *Auguſtanæ Confeſſionis* exercitiis, nempè pec-
catorum confeſſione, expiatione, S.euchariſtiæ
perceptione, baptiſmi, & nuptialis copulatio-
nis, ſacramentis, tàm intrà, quàm extrà,patriam
prohibemur, ut etiam lectione,cantibus,concio-
nibuſque privatis,itemque libellis *Auguſtanæ Confeſ-*
*ſionis,*prorſus interdictū ſit,nec nōfilios ex *Academiis*
reformatis revocare inq; *Gymnaſia Catholicorū* intru-
dere,ſimulátq; miniſtros,atque officiales, noſtros,
Auguſtanæ Confeſſ. pariter addictos,eliminare cogi-
mur,hęc omnia pfectò duriſſima,&ejuſce generis,
ſunt,cujuſmodi,nō abſq; ultimi luctus ſignificatio-
ne,ad animum admittere ſuſtinemus.Ergone, non
alia *dynaſtarum,* & *equeſtrium,*quàm mancipiorum,
ratio habebitur? Ergone poteſtati patriæ exilium
indicetur,nempè,ut à propriis liberis, ad *Catholicos*
transmiſſis, confeſſionis ob diſcriminationem, ſe-
parati,& ſecluſi,eſſe debeamus?Sic & à Naturâ in-
generatam parentum στοργὴν, & filiorum ergà pa-
rentes obſervantiam, facilè everti, ac confundi,
velle,apparebit?Rectiùs ergò confidimus, ô *Impe-*
rator, non eam mentem,non animum,tibi eſſe, ut
eò uſque edictum illud extendi oporteat.

Hanc in rem,ultimâ neceſſitate præventis, aliud
nihil,niſi preces, & vota, ſuperſunt, in quæ reve-
renter deſcendimus. *Cæſar* igitur, auguſtæ ſuæ cle-
mentiæ memor, duriſſimo iſthoc onere nos ſuble-
vare dignetur.Etiam conſtitutiones *Imperiales, An-*
no M.D.LV. publicatas, ſubditis quibuſcunque, et-
iam ipſis mancipiis, hoc permittere,meminimus,
ut patribusfamiliâs in uxores, & liberos,poteſtas
patria integra ſit, liceatque familiam, unà cum
fortunis quibuslibet, extrà patriam transferre.
Hujus legis, conceſſioniſque, intuitu, nos, tàm
noſtro,quàm uxorum,liberorum,miniſtrorū,ſub-
ditorumq;,ac ſociorum,nomine, ultimis precibus,
humilimè,per & propter amorem, & miſericordiā
Dei Patris, itemq; paſſionem,& vulnera, *D. & S. N.*
IESV CHRISTI, etiam,etiamq;, ſupplicamus, vel-
les,ô

les ô *Cæſar*, hanc reformationem, hunc procedendi modum extraordinarium, & impendiò ſeverũ, abrogare, noſque, & *Confeſſionem* noſtram, à *Cæſaribus*, *Principibuſque* patriæ, conceſſam, confirmatamque, nobis tueri; Simulque, ne à *Vicario*, & *legatis*, ulteriùs affligendi ſimus, clementiſſimè inhibere. Has animorum noſtrorum anguſtias, has illas iſtas anxietates, ô *Cæſar*, ſcias, eſſe acerbiſſimas. Vtinam doloribus illis etiam mederi cuperes! Certè, ſi emigrare, atque è patria hac, quam majores noſtri ab aliquot ſeculis incolentes, meritis ampliſſimis à ſereniſſ. *Archiducibus*, ſub certis juribus, ac conceſſionibus, obtinuêre, exulare debeamus, quantum omnis adverſitatis, ac calamitatis, humanæ mare emetiri, teneamur, quàm graviſſimiſque fluctibus, ac procellis, relictis poſt caput fortunis omnibus, objiciendi ſimus, tibi expendere, nobis præmetuere, proclive ſit, ô *Imperator*. Non una aliqua hominum decas ſub hoc ultimum agitur diſcrimen. Vt tot myriadas, tot millenarios, hoc fulmen atterat, & è patria profliget. Patere ergò, *Imperator* ô mitiſſimè! ut rigoris, ſeveritatiſque, illius in locum gratiâ, ac clementiâ, ſuccedentibus, ſub paternæ illius clementiæ tuæ alis, unà cum noſtris, diutiùs hanc patriam incolere, operas noſtras, tàm belli, quàm pacis, temporibus tibi navare, atque omnia ultima, vitam, facultateſque, citrà iſtam conſcientiæ flagellationem, pro *Cæſare*, proque patriæ *Principe*, impendere ſufficiamus. Nihil enim nobis æquè curæ eſſe, quàm ut devotionem, fidem, atque obedientiam, ergà *Cæſares*, *Auſtriæque Archiduces*, omni tempore, locoque, atque omnibus officiorum generibus, reipsâ magis, quàm verbis, conteſtari queamus, deinceps, ſine miſſione, & fuco, demonſtrare, conabimur. Vale, ſacratiſſime *Cæſar*. Et, ſi tuos perdere nõ decreviſti, ſervare malles.

XIII.

Imperator etiamnunc, ſub indicto ſilentio, negativè reſpondet.

ILlis *Ordinum* reiteratis ſupplicationibus *Cæſar* modò non emolliri, ſed etiam offendi, viſus eſt. Hæc igitur ferè in verba iſtorum prævaricationem damnavit: Quibus arroganter in medium, & ſine fronte, allatis, & allegatis, argumentis, ac frivolis objectionibus, *Religionem* illam ſuam qualemcunque palliare, tùm in *Cæſarem* inſolentiùs invehere, haud fuiſſent verecundati, ea *Cæſarem*, non ſine admiratione, & ſtomacho, percepiſſe. Ex id genus nunc offendiculis nihil aliud colligi poſſe, quàm eâ rubigine inobedientiæ incruſtatos eſſe eorum animos, ut multa, etiamnunc inemendata, altiùs hæreant, lateantq; quàm ut adhibitis à *Cæſare* mitibus, abſtergentibuſque, remediis, detergi potuerint. Scilicet, poſt perduellionis prægreſſum illum reatum, *Cæſar*, cùm ſecare, & urere, potuiſſet, imitatione boni *Medici*, etiam fomentis uſus eſt. Hoc eſt, cùm, ſub perduellionis reatu, perdere illos potuiſſet, indemnitate conceſſa, ſervare maluit. Anne igitur, cùm omnia, quæ in poteſtate ſua erant, *Cæſar* redderet, etiam ad ingenia redire, ac repugnare, viſum eſſet iſtis opportunũ? Proindè *Cæſarem* ſuper edicto illo, juſtis de cauſis
publicato, nihil dùm mutare, immò ſuſceptæ
formationis negotium deditâ operâ, ejuſdem
continuationem, urgere. Neque eſſe, ut ali
quicquam exſpectare debeant. Parerent ergò
gatis, hanc in rem dimiſſis, legibuſque, ſuprà
blicatis, ſeſe ſubmitterent. Inprimis verò id
nus præpoſteris interpellationibus *Cæſari* mol
eſſe caverent deinceps, ſub interdicto perpetu
lentio, juxtàque annexo mandato, codicillor
id genus arrogantium fabricatorem ſimulàtq
intrà triduum, nominarent. De cætero, ſi c
eſſet rerum ſecularium, ſuper quò *Cæſar* erudi
dus eſſet, hoc, ut proponant, illis integrum f
Nec *Cæſarem* eum eſſe, qui deſideriis, ac petiti
lorum æquis, rectiſque, non clementer annu
vellet.

CAP. V.

De Iacobi, Angliæ R gis, exceſſu. Itemqu Caroli Principis, fil in Regem inaugur tione.

I.

De Iacobi, Angliæ Regis, exceſſu. Ejuſdem
virtute.

HÆc de rebus *Auſtriacis*. Iam ad *Iacob*
Angliæ Regem, ex hiſtoriæ lege (qua
rii diverſis ſub regionibus actus
ſimul, ac ſemel, referri poſſunt)
vertimur. Qui cùm, pacis ſtudio
bellum omni conatu, tranſactionibus inhians,
trectâſſet, tandem ubi, pace deſperatâ, in bel
nolens volens adigitur, feſſam ſenio, & curis,
mam antè exhalavit, quàm bellorum incendia
iam non multò poſt per *Angliam* inſurgentia,
verſum depaſcerent regnum. De *Auguſto*, *Imp.*
maniſſimo, annotavit *Suetonius*, eum ultimis
temporibus εὐθανασίαν exoptâſſe. Quam et
præ *Iul. Cæſare*, aliiſque in *Imperii* ſucceſſorib
nempè *Caligula*, *Claudio* *Vitellio*, *Nerone*, *Othone*
que id genus tyrannis, ex voto conſecutus eſt.
dùm jam ex humanis exceſſurus eſſet, ad aſtan
diceret, *ſe huius vitæ mimum impleviſſe*. Quid de *I*
bo, *Rege Anglicano*, dicemus? Fallor? an hic εὐθανα
tanquam eruditus, humanus, & pacificus, *Princ*
etiam optavit, etiam conſecutus eſt? Vidit en
filium regium, regnorum hæredem, poſt ſe r
ctum, eundemque cum *Chriſtianiſſ. Regis* ſor
matrimonio junctum. Hic ſpem fecit, etiam
beris, ac nepotibus, interceptum, cum avita h
reditate, patrimonium recuperari poſſe. Non
dit patriam, poſt ſe civilibus, & graviſſimis, be
ex

rdeſcentem, & jàm, hæc dùm ſcribimus,penè
n conflagrantem. Qua ultima calamitate certè
il potuiſſet intueri calamitoſius. Mimum igitur
am hic vitæ ſuæ,tanquam luſum, ac fabulã im-
vit. Ne tragœdiam,ac cataſtrophen,iſtam, poſt
out impendentem,aſpiceret,ſub pace vitampro-
cens,ſub morte pacem expertus. Hic igitur, re-
s domi velut rectè conſtitutis, poſt filij nuptias,
n diu ſuperfuit. *Tertiana febris*,aliâs, ſi rectè tra-
tur, periculi immunis, vitæ periculum illi at-
it. Quà,ut fertur,per menſem conflictatus, ubi
entem per viſcera mortem perſentiſceret, pri-
ejus diei,antequàm excederet,percepto eucha-
iæ ſacramento, *Carolo Principi*, filio, *Religionis*
otectionem,miniſtros fideles, liberorumque,ac
otum,in avitas poſſeſſiones reſtitutionem, cõ-
tiſſimis verbis commendavit. Hac paraſceve
ovectus, *VII. Cal. April. M. DC. XXV.* apud arcem
pholdinam regiam, quadragintà octo paſſuum
llibus *Londino* diſtantem, mortale quicquid ſe-
n fuit, animâ è corporis contubernio placidis
ſibus emigrante,ſuis reliquit. In corpore, ad
iditurain aperto,patuit, nobiliora viſcera, *Liene*
cepto,qui computruerat, adhûc fuiſſe integra,
ue illæſa.

Idibus April. exuviæ *Regis* magna, & ſolenni, cum
mpa, *Londinum* deportari cœperunt. Vbi,uſque
exequias,depoſitum miniſtri regii, tanquã *Regẽ*
per vivum,officiis,ac ſalutationibus, quotidie
norare non deſtiterunt. Natus eſt (*Iacobus*) in
e Scotorum Edenburgica, XII. Iulij, M.D.LVI. Henrico
ardo, Comite Scotico, ex regia familia, & *Maria, Ia-*
VI. Scotiæ Regis, filia, parentibus. Infans adhûc in
tiæ Regem coronari cœpit *XIV. Cal. Quintil. M.D.*
VII. poſtmodùm,ab exceſſu *Eliſabethæ, Angliæ* re-
æ,in *Angliæ Regem* provectus, *M.DC.III. VIII. Cal.*
til. A tot annis,magna cum laude,tribus illis *An-*
, Scotiæ, & Hyberniæ, regnis præfuit, ſub diſciplina
rgii Buchanani, hominis eruditiſſimi, à teneris ità
feceràt,ut in *Regem*, æquè eruditum, atque ſapi-
tem,evaderet. Quòd ergò litterarum amatores,
e litteratus, non poſſet non amare,idcircò,qui-
s potuit muneribus,ſtudiis,atque officiis, viros,
ctrinâ eminentes,coluit,affecitque, pares enim,
eri proverbio,ajunt cum paribus libenter con-
gari. His in ſtudiis umbraticis,uſque ad invidiã,
utritus,quietem,ocium,pacemque, impenſiùs
abat,quàm vel ejus faſtigium, dignitaſque, &
c tempora inquieta, ac bellicoſa,requirerent?
m ergò bellum ſeriis,totiſque, conatibus aver-
ur,nec pacis mediis liberorum ſuorum reſtitu-
nem acquirere,ac videre,potuit. Ajunt enim
um,ut vocant, politicarum gnari,tùm demùm
cem veram,ſolidamque, emergere, poſtquàm
iis conatibus bellum geſtum fuerit. Sapiens er-
, vel autore *Salluſtio*, etiam pacis cauſa bellum ge-
, & laborem ſpe otij ſuſtentat. Sed *Iacobus Rex*
il minùs,quàm humani cruoris effuſionem ſiti-
, manſuetus, humanus, mitis, liberalis, juſtus, pa-
icus. Cum *Regibus* finitimis ſic pacem coluit, ut,
nctſi liberorum,ac nepotum,in exilium ejectio-
, immane offenderetur, nunquamtamen illis ira-
, aut bellum inferre,animum induxerit. Ità ferè,
ore *Stoicorum*, ἀπαθής, & ſine bile, fuiſſe videri po-
t. Interim omnia priùs conſilio, quàm armis,
luit experiri. Sic tamen, ut in legationes, tracta-
tioneſque, nimis intentus, operæ, temporis, impen-
ſæque, inſumpſerit plurimum.

II.

Exequiarum regiarum pompa.

R*Egi* tanto, nec minùs ſapienti, quàm ſplendido, exequias inſtaurare non minùs ſolennes, ac ſplendidas, par, atque conveniens, erat. Pompa tanta, & talis fuit: Ducenta pauperum paria, omnes veſtibus, tuniciſque pullis, ac lugubribus, donati, atque induti, agmen ordiebantur. Sequentibus quadringentis famulorum, ac familiariũ, paribus, iiſdem pullo habitu amictis. Eoſdem ſubſequebatur equus, velamento, noctis colore tincto, ſuperinductus, unàque duo tubicines, cum vexillo è variis coloribus. Iſtis ſuccedebant centum & quadragintà ſex aulicorum, lugubri ſub veſtitu, paria, equo, ſub noctis colore, altero, tubicinibus quatuor, ſceptro inaurato, vexillo vario, rurſuſque centum, & trigintà ſex, paribus palliis ſub lugubribus, inſequentibus. Indè equus tertius, integumento piceo inſtratus, ducebatur, tubicinibus duobus præeuntibus,, duobus verò ex equeſtri familia deducentibus, unà cum aliis tercentum, & ſexagintà ſex paribus, ſub piceo illo habitu lucem penè obſcurantib.

Has agminis primitias excipiebant tubicines tres, cum ſceptro inaurato, itemque vexillo, Equitibus tribus præeuntibus, duobus, ejuſdem dignitatis, equum, ſub fræno benè longo, deducentibus, itemque dynaſtarum quadragintà paribus, unà cũ *Conſulis Londinenſis* ſtipatoribus, omnibus pullè, ac lugubriter, conveſtitis, hoc agmen abſolventibus.

Nec mora, ſexagintà, & octo, dynaſtarum, regiorum nempè officialium, paria progredi cœperunt, equo quarto, & tubicinibus duobus, funebribus, ut priùs, indumentis nigricantibus. Regiũ vexillum, pretioſum, atque oblõgum, tres equeſtres, præferebant, quarto limbum, vel ſyrma, vexilli, colligente, quinto ſceptrum auratum prætendente. Rurſus viginti, & octo, paria, ſub veſtimentis funebribus, proceſſerunt, equo, quinto, atro holoſerico ſtrato, unà cum ſceptro, vexillo, ab armigero *Regis* prælato, itemque tympano, tubicinibus quatuor, veſtigia legentibus, ſeptemque inſuper equitum ordinis *Anglicani* paribus, ſub humeris interſignium *Crucis* rubræ, ſuprà album fundum eminentis, oſtendentibus. Hos inſequebantur viginti octo equeſtrium, & quatuordecim ſacerdotum, paria, epitogia è rubro, & cœrulo, holoſerico, auro intexto, ſic quaſi inter luctum coruſcantium. Mox equus ſextus, holoſerico nigro ſtratus, ſuperinduci cœpit. Eum triginta, & ſeptem, dynaſtarum paribus, lugubriter amictis, excipientibus. Mox alius, & ſeptimus, *Northumerandiæ Ducis*, equus, recèns productus, à tergo octogintà ſeptem, & trigintà quatuor paſtorum, paribus ordinem implentibus. Iterum octavus, priori ſimilimus, equus prodiit. Poſt quem ſexagintà dynaſtarum, & *Iudicum* regiorum, paria, unà cum ſupremo *Londinenſium Conſule*, numerabantur. Ab his ſeptem *Magnatum* paria notare erat, qui ſecretiora *Regis* tractabant. Pueris tunicis manicatis ex holoſerico nigro indutis, dominos ſequentibus. De unò ſceptra duo, duo tubicines, duo vexilla, & equus nonus, integumento pullo ſtratus

prodierunt,comitantibus quadragintà octo regni *Comitibus*,duodecimq; *Epiſcopis*:quorum unus candido carbaſo ſuperindutus erat.Rurſus alij *Comites*, numero octodecim,*Archiepiſcopum Cantabrigienſem* velut deducebant.

His omnibus ingenti numero præeuntib⁹, *Chriſtianiſsimi Regis* legatus ſupervenit,duodecim pueris nobilibus pallij lugubris ſyrmata ſublevantibus, aliiſq;ejus legati familiaribus,ſub ferali amictu, inſequentibus.Indè ſex tubicines proruperunt pullo habitu,inſequente Caduceatore regio,cujus lugubris pallii limbum alius ponè colligebat. Indè rurſus viſi tubicines quatuor,duoq; fiſtulatores. Erātque,qui *Regis* calcaria,chyrothecas,ſcutum,enſem, apice in terram inclinato,galeam,coronamque, ex equeſtrium lectiſſimis,præferent, pueris miniſtratoribus itidem equeſtribus, holoſerico villoſo nigro conveſtitis,atque ponè ſequentibus.

Quibus omnibus,quæſitiſſima ſub pompa, præmiſſis,rheda regia,holoſerico nigro ſtrata, tribuſq; equorum,holoſerico ejuſdem atroris inductorum, paribus tracta,ſupervenit.Rhedæ,ad viventis imitationem,è cera albiſſima,ſplēdida *Regis* imago incumbebat ità artificiosè repræſentata,ut tantū non *Regem*,ſed loquelam,deſiderare poſſes.Caput corona,dextram ſceptrum,lævā orbita, pectus annulus pretioſiſſimus,crus lævum faſciæ ordinis illius *Anglicani* equeſtres,condecorabant.Nec deerat primi ordinis dynaſta,qui rhedæ ſuprà inſidens,*Regis*,ſive regiæ imaginis,caput,& coronā manibus tenens, à concuſſionibus,inter devehendum,præſervaret.

Ponè rhedam *Carolus Princeps*, *Regis* filius, inter duos dynaſtas medius,pedib⁹ incedebat, ſiniſtrā ejus *Comite à Pembrock*, dextrā,*Comite ab Arundel*, claudētibus,utriſq;ordinis *Equeſtris Anglicani* epitogiis, & collaribus inſignibus,illuſtrioribus. *Regis* palliū lugubre à ſex equeſtrium paribus, Carbaſum verò pileare,ab aliis ejuſdem equeſtribus,& familiarib⁹, accurabatur.Secundùm hæc,dynaſtarum regni pcipuorum multitudo,nempè *Eſſexius*,*Kentius*, *Montòirius*,&id genus,*Comites*,numerari cœpêre,Familiaribus eorum à tergo integram concionem conſtituentibus.Deerat *Dux Bückingamus* hactenùs,tāquam *Regis utriuſque*, ut *Petronius Romanus* vocavit, *τὰϖάντα*.Ecce!hic igitur equo cādidiſſimi coloris, ex argento intextis,ac radiātibus,ornamentis ſplēdidè conſtrato,ex antica itemq;, & poſtica, parte rubri,& candidi,coloris plumeo,inſidebat, triumphantis in morem. Ab hoc enim (triumpho ſcil.) quadrupes vocabatur.Nec dùm finis. Quin immò *Ducis* veſtigiis inhærebant nonagintà tria *Equitum* paria,è prætorianis *Regis* cohortibus,lanceas,in humum inverſas, holoſerico cœrulo, rubroq;, inductas,geſtantium.Poſt hos alia inferioris commatis lanceariorum, & quidem centum quinquagintà, paria,notabantur,lanceis in humum obverſis.

Quam pompam regiam deniq; abſolvit,finiitq;, civium,& indigenarum,*Londinenſium* ingēs cumulus,ad exequias tanti *Regis* confluentium, atque ad *VVeſtmünſteram*,*Regum* ſepulturam, illuſtriſſimum hoc agmen deducentium.Quo loco,non neglectis porrò ceremoniis exactiſſimis, *Iacobi Regis* ꝙ erat reliquum,tumulari cœpit. Atq; ità tantùm non in tumulum,ſed triumphū velut,poſt fata *Rex* magnificentiſſimè illatus eſt Qui,dùm vixit,ne bello fortè triumphare poſſet, pace,ac quiete, multis alioquin ſuo tempore triumphis potioribus, cùm ut
poſſet,frui maluit.

III.

Caroli Principis,in Regem Angliæ coronatio.

PEractâ feliciter parentatione magnificentiſſi
mâ, *Carolus Princeps* regni gubernationem in ſ
recepit.Deniq; coronationi regiæ,*ſub Anno M. DC*
XXVI. Calendis Februariis,indixit.Solēnitas talis fui
Primùm octogintà viris nobiliſſimis in equeſtrem
dignitatem accitis,è palatio navem regiā ingreſſus
per aquas,*VVeſtmünſteram* deſcendit, ubi inter præ
cipuós regni Proceres officia regia diſtribuere cœ
pit,huic coronam,illi ſceptrum,aliis crucē, enſem
orbitam,calcaria,& id genus inſignia,ut præferrē
dividendo.Exindè, ſub corona octogintà illorū E
quitum,multorumq; dynaſtarum,ac *Baronum*, ſu
umbella,à duodecim dynaſtis geſtata, in ædem ſa
cram deductus eſt.In templum ſimulátq; devent
fuit,versùs quatuor mundi angulos, ſeu partes, p
præconem proclamari cœpit;Vellentne *Carolum* i
Regem deſignari,ungi,coronariq;Populis autē, ma
gño cum applauſu,ſe velle,reſpondentibus,ſactu
factum eſt.Peracto ſacro,*Rex* ſuper *Eccleſiæ*, & *Rel*
gionis,defenſione,*Iuſtitiæque* adminiſtratione, jura
mentum conſuctum juravit. Indè in ſedem *Edoar*
ſancti admiſſus,ejuſdem *Regis* habitu indutus ab *A*
chiepiſcopo Cantabrigienſi unctus eſt.Præeūte unctio
ne,*Edoardi Regis* enſe latus cinctum,capite coronā
dextrâ ſceptrum,recipiens, inter ſingulos hoſce a
ctus fauſtis apprecationibus, & votis,interpoſiti
Secundùm hæc,*Rex* omnes,*Epiſcopos* ſub oſculo ex
cepit. Atque hoc clementiæ ſigno munia illoru
confirmavit.Mox alio habitu recepto *Rex*, deduce
tibus dynaſtis, atque equitibus,in palatium redi
cœpit.

IV.

Carolus,Rex Angliæ,in Hiſpanos arma expedi

REgiam ubi ità dignitatem confirmâſſet *Rex Ca*
rolus,majori cum conatu,atq; anteà *Iacobus R*
pater fecerat,arma in *Hiſpanos* & præparavit, & ex
pedivit. Interdictis igitur per *Angliam Hiſpanoru*
commerciis, eorundemq; bonis in fiſcum relati
claſſem inſtruxit,quæ in *Hiſpanos* excurreret. Qu
tametſi tempeſtate marinâ concuſſa fuit, nihilo
minùs majoribus impenſis illam oppidò repara
juſſit.Sic confirmatis milite *Scotiæ*, atque *Hyberni*
portubus,in *Duinkirchanos*,mare infeſtantes, cert
navium numerum emiſit; Vt variis per mare itine
ribus in *Hiſpanos* educeret, eoſdemq; deditâ oper
infeſtaret.

Externa.

I.

Spinola obſidione Bredam cingit.

PRout nulla ferè,fabula,ſive ſcena,e
conſuevit, abſque alterius ludicri in
termiſſione, ità nos hiſtoriæ illi no
ſtræ,velut corollaria, res externas, a
liaſque extrà *Imperium* per gentes, ad
eóque præter operis noſtri ſeriem, contingente
ſuperinducere operæ pretium facimus. E quibu
hoc in tempus cum obſidio, atque expugnatio
Breda

da, Belgii confœderati civitatis famoſæ, ab *Hi-*
us effecta, incidat, initia, progreſſus, & effe-
s, illius expugnationis hoc loco, tanquam in
npendio, tradi oportebit. Eſt autem *Breda*, *Du-*
us Brabantiæ civitas ampla, & munita, ſolo fœcũ-
poſita, ædificiis pulcerrimis condecorata, inpri-
Vraniæ Principum palatiis, & monumentis, illu-
s. A dynaſtis, *de Breda* dictis, & in crypta quadam
tumulatis, nomen traxit. Vndè hodieque civi-
s ager titulo dynaſtiæ de *Breda* venit. Duplex
rens civitatem interlabendo dividit, undè com-
atus, merceſque importantur. Hanc in *Hiſpania-*
Regis poteſtatem reducere præcogitabat *Spino-*
Fabius Hiſpanicus ille. Qui, præparatis copiis ingẽ-
us, *Batavos* ità terrebat, ut, ad *Galliæ*, *Angliæ*, *Daniæ*,
es, *Venetoſq;*, dimiſſis legatis, rebus ſuis diffidẽtes,
lim auxilia corrogarent, opemque ſolicitarent.
miſſa quidem à *Galliæ*, & *Angliæ Regibus* ſubſidia,
ſerius, quàm res *Batavorum* ferebant, præſtita.
rim *Hiſpani* diverſis prævalebant exercitibus.
ibus tripartitò diviſis, *Spinola* potiſſimâ legionũ
te ſibi ſumptâ, alteras copias *Henrico Comiti Mon-*
, tertias verò, tanquam mobiles, & volaticas,
ſt, hinc indè, ubi ubi daretur occaſio, nulla ſub
ta, ac conſtituta, lege, in hoſtes excurrentes,
ano cuidam ductori *Ivani Braconi de Lacunas*, cõ-
ndavit. Tota tùm penè ad hanc ampliſſimam
editionem tremebat *Batavia*. *Mauritius Vranius*,
iis longè inferior, quàm ut Marte, vel acie, ex-
iri poſſet, triſtis, confuſuſque, nunc hoc, nunc
d, agebat, quo aut *Hiſpanorum* potentiam diſtra-
et, aut conatus eluderet. Sed, miles tùm ſenex,
eteranus, *Fortunam* non habebat amplius in
tibus; Quæ juvenes, mediocriſque ætatis viros,
gis ſequi conſuevit. Dolum dolo ultus, & vete-
o veteranus pariter illudens, *Spinola*, hoc age-
ut *Mauritium*, paulò antè *Bredam* præſidiariis, &
onâ, obfirmantem, aliò avocaret. Idque tanquã
vam peteret, ſimulavit, eoque nomine *Ioannem*,
ovium Comitem, cum legionibus præmiſit, qui
præoccuparet. Omninò autem hoc agebat
o'a, ut *Mauritiam*, quo *Bredano* è præſidio, ſatis
do, numerum deduceret, atque aliò converte-
mponere quitus eſſet. Sed *Vranius*, ſtratagema-
haud ignarus, rectè, quid ageretur, ſubolfa-
s, etiam *Bredam* magis confirmare nitebatur.
dere *Spinola*, ulteriùs haud moratus, caſtra
læ admovere, veramque obſidionem moliri, cœ-
civitatem caſtris, velut inductâ coronâ, ſuccin-
s, parteſque in ductores, & tribunos præcipuos,
ùm circà dividens.

II.

uritius Vranius obnititur conatibus Spinolæ,
entatque per ſtratagema Antuerpiam, ſed
fruſtrà.

Ivitate hoc modo obſidione cinctâ, ac cõcluſa,
gubernator loci, emiſſis turmis equeſtribus,
tes, ac molendina, deſtrui, & quà ipſum fortali-
n, munimẽta, loricas, gerraſque, reparari, cura-
Cives etiam, atque inquilini, in juramentum
ẽns, neceſſitate poſtulante, adacti, promptè atq;
riter, imperata faciebant. His, quò diutiùs ob-
onem tolerare poſſent, præfectus *Sevenbergius*
nmeatum per naves immittere conabatur. Sed
ab *Hiſpanis* naves partim interceptæ, partim fugatę,
ſunt. Vndè magis, atque magis, aditus ad urbẽ præ-
muniri, pontes fluminibus imponi, iidemque lori-
cis firmari cœpêre. *Mauritius Vranius*, cùm acie ex-
periri non ſuſtineret, parvis præliis velitaribus rẽ
agebat. An ſic atterere *Hiſpanos*, atque aditus ad ur-
bem quoſdam, pro commeatu importando, aperi-
re, atque inſidere, quiret. Sed nihil agebat, urbe
quàquà verſum accurratiſſimè circumvallatâ. Illũ
Spinola ubi in aciem, ac pugnam, pertrahere fruſtrà
ſtuderet, ruptis compagibus aquas immiſit, undè
Mauritius cedere coactus eſt.

Tentatis his, & aliis, experimentis bellicis, cùm nihil efficeret, peſte per urbem obſeſſam ſeſe inſinuante, tandem ad magni momenti conſilium, ac ſtratagema, converſus eſt, ut aliâ viâ diverſionem procuraret. Sed intrà ſecretum hoc tàm diu ſtetit, donec, quid actum eſſet, innotuiſſet. Cogitabat autem *Mauritius*, ſi liceret, *Antuerpiæ* caſtellum furtim intercipere. In hoc incumbens, omnis generis inſtrumenta, pontes, ſcalaſq;, portatiles, & id genus machinas, artificioſiſſimè fabre facta omnia, triginta ſex carris imponebat. Eductiſq; in viciniam quatuor mille peditum, & quatuor equitum cohortibus, ſic agebat, ut viderentur legiones eſſe *Hiſpanicæ*, ſic in caſtra *Bredana*, aliâs annonam tùm importantes. Itaque carri omnes, albis velamentis inducti, interſignium rubræ *Crucis Burgundicæ* deſuper oſtendebant, cohortes ſigna pariter *Burgundica*, ipſique officiales, *Hiſpanicorum* in morem, tæniis, faſciiſq; quibus collobia ornantur, è ſerico rubro, inſigniti erãt. Eo modo in viciniam uſque promoventes operiebantur noctem intempeſtam, ventiſque, ac nimbis, impetuoſam. Quâ quidem id genus ſtratagemata optimè perfici poſſe, tradidit olim *Thucydides*. Præſpeculatâ hâc id genus noctis piceæ opportunitate, ſummo ſub ſilentio, horâ tertiâ matutinâ, legiones ad urbis caſtellum, ſive *Arcem*, acceſſerunt, inſtrumenta exonerantes. Iam tùm pontes, ſcalaſq; ſuper foſſas injecerant, pontes caſtelli ſublicios intercepturi, omniaque, quæ temeritas, ac præceps audacia, jubent, exequebantur, licet res effectu videretur ardua, & ex iis, quæ impoſſibilia dicuntur. Nihilo-minùs imperata miles implere tenebatur. Favebat primis conatibus noctis tempeſtas, & ventorum ſtridor, ut exaudiri à cuſtodibus, quid ageretur extrà, intùs malè poſſet. Sed non diu eundem ſervabat fortuna vultum. Ecce! enim, dùm ſcala revoluta ſuper pontem incidit, tantus fragor excitatur, ut quidam è cuſtodibus *Arcis* exclamans more militari, quis adeſſet, interrogaret? Nemine autem vocem emittente, ſubiit illius animum, rem ſuſpectam eſſe. Itaque, exonerato ſclopeto, ſignum dedit, hoſtes inſtare. Ad quod excitati præſidiarij claſſicum canere, ſicque in *Batavos* creberrimis ſclopetorum ictibus animadvertere, cœperunt, ut ab inceptis reſilire, fugâque expeditiſſimâ ſaluti conſulere, tenerentur relictis poſt terga inſtrumentis non paucis, rei, fruſtrà tentatæ, indicibus. Quæ cũ ſequenti manè omnibus eſſent manifeſta, gubernator *Hiſpanicum* militem, inſidias indicantem, munere affecit; Tota verò urbs, ſub ingentis lætitiæ ſignificatione, campanarumque ſonitu, tanquam ſuper victoria, fremere cœpit. Omnibus, quantum periculum evaſiſſent, & quàm proclive fuiſſet *Spinolam* hoc, ſi licuiſſet, ſtratagemate ab obſidione

Bredana amoliri, haud vana perſuaſione ſecum reputantibus.

III.

Mauritius Vranius, & Iuſtinus Naſſovius, durante obſidione, fato decedunt.

FOrtunâ nunc hos, nunc illos, *Batavorum* conatus deſtituente, *Mauritius*, & *Henricus Fridericus*, *Vranii*, alias rationes inivêre, quâ *Hiſpanis* commeatum interclud erent. Sed *Hiſpani*, tot aſſumptis legionibus, annonam invexerunt, ut præſidium carrorum penè juſti inſtar exercitus, videri poſſet. Itaque parùm, vel nihil, etiam ſic actum eſt. Intereà *Iuſtinus Naſſovicus*, *Bredæ* gubernator, febri acutâ deceſſit. Cujus obitus *Batavorum* infidelitatem, *Hiſpanorum* verò lætitiam, auxit. Iterùm *Batavi*, rebus acciſis, exterorum *Regum* opem ſolicitare cœperunt. An ſic *Bredam* ſuam, *Vranio* maximè caram, ex hoſtis manibus extorquere poſſint. Itaque *Mansfeldius*, & *Halberſtatenſis*, copias apud *Angliam*, *Galliamque*, collectas, tametſi non abſque ominoſo infortunio, ad *Batavos* traduxerunt. Sed cùm porrò auſtrina tempeſtas, & pluviæ ingruerent, recentes copiæ, itemq; tyrones iſti, è mari vix emergentes, ſic debilitati ſunt, ut, invaleſcentibus languoribus, bona pars morte præriperetur. Neque minus penè in caſtris *Hiſpanicis* laboratum eſt. Tantùm non enim milites caſtrenſes imbribus debilitati ſunt, ut etiam à *Batavis* ſtagnis, aquiſque, in caſtra detortis, atque exaltatis, damnum non minimum illatum ſit. Sed *Hiſpani*, per provincias conclaſſantes, novum mox alium collegerunt exercitum, ut, ſi *Batavi* copiis illis augerentur externis, nihilo-minùs obſidio continuari, & hoſtibus ſuo loco obviàm iri poſſet. His quoque à *Cæſare*, in ſubſidium legiones aliquammultæ acceſſerunt.

Obſidio ubi in menſes quatuor extracta fuiſſet, tùm demùm *Spinola*, nomine *Regis Catholici*, & *Iſabellæ*, *Belgii* gubernatricis, tubicinem immiſit, qui deditionem poſtularet. Sed novus regeſſit gubernator, nimis hoc petitum eſſe præmaturum. Exſpectaret ergò anni inſtantis *M.DC.XXV.* menſem *Iunium*, & tùm iis verbis uteretur. Tùm enim tractationis, deditioniſque, tempus in menſes vel adhûc dilatari poſſe. Quâ intellectâ poſtulatione *Senatus Bredanus*, inſtructo per curiam lauto convivio, omnes tribunos, centuriones, officialeſque, invitavit. Itaque tùm denuò, tàm à militibus, quàm ſenatoribus, civibuſque, hæc in verba conjuratum eſſe. Quouſque panis, & ſalis, mediocritas ſuppeteret, ſeſe urbem haud dedituros eſſe.

Per ſinones, & incendiarios, clàm in caſtra *Hiſpanica* immiſſos, hoc porrò egerunt *Batavi*, ut, ignibus annonæ pyrij pulveris ſubjectis, *Hiſpani* cōfunderentur. Hoc tantùm ad effectum ſpectare viſum eſt. Incenſo enim fano intrà caſtra, pulvere pyrio pleno, ac profanato, non vanus terror *Hiſpanos* invaſit, graviores inſidias alias præmetuentes. Sed, *Spinolæ* providentiâ, mox infortunio, ne latius ſerperet, proſpectum eſt. Incendiarius omnibus locis quæſitus, ſed nullibi inventus. Supererant adhûc baliſtarij, ſive rei tormentariæ præfecti. Etiam hi, à *Batavis* muneribus corrupti, machinas clavis adactis inutiles reddere propoſuerant, *Batavis*, dùm in *Hiſpanos* impreſſiones eſſent facturi, hoc pacto gratificaturi. Sed iſti omnes deprehenſi, & in furcam

acti ſunt. Eo temporis momento *Bredani*, incendi
caſtrorum animadvertentes, continuis machinar
exploſionibus rem agebant. Et niſi *Spinola* extrà pa
piliones, ſive tabernacula, fuiſſet, glandibus eò pe
netrantibus occidi potuiſſet. Vſq; eò enim ſævi
bant obſeſſi pilarum ferrearum ejaculationibus, u
equi ſui phaleræ, ſive poſtomides, glande, tàm pro
pè adactâ, decuterentur. *Diegone Hiſpano*, militiæ
poſt *Spinolā*, præfecto ſupremo, è glande tormēta
riâ animam ſubitò efflante. Interim *Mauritius Vra*
nius quoq;, cui tùm fortuna nuncium remiſerat, a
pud *Hagam Comitis*, in morbum, mortemq;, inc
dit, rebus militaribus, adeóq; humanis, *IX. Cal. Ma*
longum vale dicens. Ejus in locum *Ordines conſœd*
rati admiſerunt *Henricum Fridericum*, *Vranium*, *Ma*
ritÿ fratrem.

IV.

Breda deditur Spinolæ.

HIc igitur, ab obitu fratris, ut nihil, pro vindic
tione *Bredæ*, intentatum relinqueret, accitis,
vocatiſq;, undiq; copiis, juſtum contrà *Hiſpanos* de
nuò eduxit exercitum. Etjam, imiſſis aliquot legi
nibus *Scoticis*, *Gallicaniſque*, impreſſionē ſic felicit
auſpicabatur, ut loricas, atq; munimenta, unū alt
terumq;, magnis conatibus occuparet, cæſis aliqu
hoſtium centuriis. Sed non diu hoc tulit impun
Tantis enim ſub globis *Hiſpani* in *Batavos* inve
ſunt, ut cū damno rejicerentur, req; deſperatâ, r
ceptui canerent. *Vranius* ergò, collectis ſarcinulis,
conſpectu hoſtium, exercitum reduxit. In cuj
agmen poſterius cùm *Hiſpani* impetus facerent,
nimosè repulſi ſunt, multis utrinq; cadentibus.
in loco cùm igitur *Breda* eſſet, ut nullis ulteriùs r
mediis recuperari poſſet, *Henricus Vranius* codicill
ad civitatis gubernatorē dimiſit, videret ipſe, qui
modis honeſtè cum *Hiſpano*, ſuper deditione, tran
igeret, neq; ultimam famis neceſſitatē exſpectar
Hic nuncius, hic codicilli, in manus *Spinolæ* incid
runt. Qui per tubicinem obſeſſis, offerri juſſit. Po
eaquam ergò *Bredani* in novē menſes obſidionē
ſtinuiſſent, munimentis, coronæ in modū, ad qui
que milliarium diſtrictū, excitatis innumeris, qu
rum invicta, & præcipua, erant triginta octo, juxt
que annona in unā, alteramq;, ſeptimanā vix ſu
peteret, tùm peſte, aliiſq; morbis contagioſis, int
flagellātibus, res in ultimis eſſet, tandē pactis,
obtentis, cōditionibus honeſtiſſimis, (quas omn
inducere velle nimis ſit futurum prolixum) *Spino*
in manus fortalitium dedere cœperunt. Paulò a
tè, circà *Autumnum*, in caſtra *Hiſpanica* venerat *Vl*
dislaus, *Princeps Illuſtriſ. Sigiſmundi*, *Polonorum Re*
primogenitus. Ille, poſtquam ingenti cum appla
ſu, & pompa, à *Spinola* exceptus foret, tantum ca
ſtrorum apparatum, tantum munimentorum nu
merum, tantam legionū multitudinem, ad quadra
gintà millia excurrentem, admirari ſatis vix potu

V.

Batavi portum maritimum, omnium ſanctorum dictum, & S. Salvatoris civitatem, occupan

INterim fortuna, quæ *Batavis* in continēte, & te
ris, adverſabatur, in mari iiſdem rectiùs aſpira
notata eſt. Superiori *Anno M.DC.XXIII.* ſub *XI. Ca*
Ianuar. viginti ſex navium, probè inſtructarū, cla
ſis, ſub imperio *Iacobi VVillekes*, & *Baronis à Dort*, i

Indi

RPJCB


BREDA OBSESSA ET EX
PVGNATA ARMIS PHILIPI IV.REGIS
Hiſpaniar: etc. Ductu Iſabellæ Claræ
Eugeniæ Hiſpan: Infantis Virtute
Ambroſÿ Spinolæ etc
Annis 1624 et 25
35
34
33
32
31
30
29
28


BREDA

RPJCB

ias orientales excurrere cœpit,adverſus *Hiſpanos*.
æ cùm,ſub menſe *Majo*,apud portum,ab *omnibus*
ſis cognominatum,& civitatem *S. Salvatoris*,ap-
iſſet; Admiralis *VVillekenius*, tametſi abſentivò
one à Dort,& marina tẽpeſtate aliò delato, re ſu-
ò deliberatâ, tàm portum, quàm civitatem,ex-
gnare tentavit. Tametſi igitur ea loca, præſidiis
panicis munita, machinis ſtrenuè obinerentur,
ilo-minùs in ſinum *Batavus* promovit, diſpoſi-
;,qui naves *Hiſpanicas*,ne elaberentur, cuſtodi-
t, militum bonam partem excenſionem facere
it. Ipſe verò cum proximis navibus,in cõſpectu
itatis,in munimentum impreſſionem fecit. Diu
mentis,& ſclopetis, obluctabantur *Hiſpani*, ut
m naves quaſdã *Batavas* præcipuas corrumpe-
t. Animadvertens igitur *Admiralis*,è navibus fe-
ter in *Hiſpanos* pugnari minùs poſſe,rationẽ ex-
gitavit,quâ rectiùs eos adoriretur. Noctu itaq;,
cenſis navibus hoſtilibus,illo fulgore,tanquam
inaribus,uti cœpit. Vndè denuò in ꝑpugnacu-
civitatis impetus faciens,*Hiſpanos*,quantumvis
rrimè repugnantes,partim vicit, partim fuga-
. Hac viâ & propugnaculo,& tormentis,potitus,
ſtes profligavit. Intereà è cæteris navibus bona
s *Batavorum* exſcendentes, per viam inviã trans
a montoſa in ſuburbiõ,nemine reſiſtente,pene-
runt. Manè in ipſam porrò civitatem, ab incolis
fugientibus,vacuam,& deſertam, perrexerunt,
nſas,dapibus adhùc inſtructas,invenientes. Sic
cte plena indigenæ dilapſi fuerãt,metu perculſi,
perſuaſi,tanquam multa *Batavorum* millia inſta-
it. Itaque in prędas itum eſt,auro,argento,unio-
us,margaritiſq;,uſq;ad abundantiam, direptis,
expilatis. Hoc ſucceſſu, qui *S. Antonii Caſtrum*
bantur,perculſi præſidiarij,mox herbam,quod
itur,porrexerunt. Aberat tùm fortè *S. Salvatoris*
bernator,& *Societ. Patrum Provincialis*. Hi,rerum
nium ignari,in civitatem dùm revertuntur, in
nus *Batavorum* inciderunt, à quibus in *Belgium*
ſſi ſunt. Sequentibus diebus *Imagines* ſacræ, quas
er *XII. Apoſtoli*,è puro argento,& quædam paulò
nor,quã *Diva Maria Deipara* repræſentabatur, ex
o ſolido tota,templis detractæ, unàq; cum tot
chari,vini Hiſpanici,Zingiberis,ligni Braſiliani, den-
mque elephantinorum,vaſculis,aliiſq; rebus id ge-
s pretioſis,in *Bataviam* tranſmiſſæ ſunt.

His feliciter peractis, præmiſſa publicâ gratiarũ
ebritate, *Admiralis* de rebus omnibus conſtituẽs,
olas *Indos*,propoſitâ indẽnitate, revocavit; Mo-
in verba *Batavorum*,& *Vranii*,jurarent, de cæte-
liberrimos,atq; immunes,futuras. Hoc nomine
oti *Indi* liberè dimittuntur. Qui, hoſpitum hu-
nitatem prædicantes, cæteros magno numero
luxerunt. *Baro Dortius*,ubi omnia facta eſſent,ni-
s ſerò,cum ſuis navibus,ſupervenit. Doluitq;,ſe
pugnationis,tàm luculentæ ſocium haud fuiſſe.
ui dùm,animi cauſa,cum paucis,expatiatur,aliud
proximo *Caſtrum*,ab *Hiſpanis* detentum,recogni-
us,ſuamq; fortunam tentaturus,ab *Indis*,in inſi-
s latentibus,ſubitò circumventus,ſagittâ per ca-
t adactâ,occubuit,reliquis diffugientibus.

Ex hâc ergò civitate cùm quotannis ingentes
x *Hiſpaniarum* proventus excepiſſet, eò majorem
us portus expugnatio in *Batavorum* animis lætitiã
ſcitavit. Eam igitur ut magis, magiſq; communi-
t,deditâ operâ *Admiralis* effectum dedit.

VI.

Inter Polonos,& Suecos,ſuper induciis, tranſigitur.

HOc tempore,nempè ſub *Anno M. DC. XXIV* an bello ulterius in *Suecos* ire,ac continuare, expediret, inter *Polonos* deliberari cœpit. Principiò autem, quantis cum diſpendiis, ac difficultatibus, apud *Livoniam*, contrà *Suecos*, bellatum foret,*Regi* intimatum eſt. Anteà *Daniæ Regi* majorem fuiſſe commoditatem tàm maritimis,quàm terreſtribus, expeditionibus *Suecos* conſtringendi. Eum tamen *Stockholmium*,regiæ metropolin, in poteſtatem redigere haud valuiſſe. Præcipuè verò *Sueciæ Regem*, à *Rigæ* civitatis occupatione, tot fortalitia, ultrà, citràque, *Dunæ* fluentum,excitâſſe,ut non abſq; maximis impenſis,ac laboribus,hæc munimenta recuperari queant. Adde, *Suecum* commeatus copiam *Polonis* intercipere,perq; *Livoniam*, *Curlandiamque*, ferro,atque igne,impunè graſſari poſſe. Maritenùs *Suecum* potiorem *Polono* eſſe,qui jam tùm portus,ad ſexagintà milliarium diſtrictum, inſideat, confirmatoſq; habeat. Indè legiones commodiſſimè exſcendere,*Polonoſque* invadere,ſuſtinere. Vt *Rex Polonus* magis caſtra per continentem formare, unicoq; loco tenere,debeat. Adhæc,ſi maximè *Poloni* claſſem pararent,eam tamen *Rex Daniæ*, maris *Balthici* dominus,per Iſthmum ſuum, ſive fauces illas,vix dimitteret. Et,ſi hoc maximè faceret,*Batavi* tamen reluctarentur,pro confœderato *Sueciæ Rege*, itemque commerciorum cauſa, *Polonis* per mare mediterraneum,adverſaturi. *Si* abſq; eo eſſet,claſſis,ſine quinq; millionũ impenſa, parari nulla poſſet. Vt autem per *Finlandiam* aut *Ruthenos*, educere vellent *Poloni*,nedùm illis locis commodum fore. Siquidem *Suecus* diverſis ibidem fortalitiis prævaleat,tùm aditus,ſaltuſque,poſſideat. Horum, aliorumque id genus,argumentorum intuitu,*Polonorũ Regi* belli extrahendi cupiditas velut expectorari cœpit. Conſultò igitur in pacis conditiones itũ eſt, quoad ſoles aliquando affulgerent candidiores. Illæ extiterunt hæ tales: Initiò induciæ,à *Calendis Iunij M. DC. XXIV*.uſq; ad ultimam *Martij M. DC. XXV*. proferrentur,eæque,abſq; alterutris partis offenſa,accuratè obſervarentur. De bello reducendo antè Calẽdas *Iunias* ſtyli veteris,nihil ageretur. Niſi eo tempore,quod ab ultima *Martij*,ad uſque Calẽdas *Iunias*,excurrit, per feciales bellum denunciatur,induciæ hæ uſq; ad Calẽdas *Iunias M. DC. XXVI*. prorogarentur,ſine fuco. Pactis ità induciis, utrinque omnia eo ſtatu,quo ſunt,maneret. *Rex Polonorũ* intereà nullo pacto ſive *Sueciam*, ſive magnum *Finlandiæ* Ducatum,ſive *Livoniam*,ſive alias provincias, fortalitia,arceſq;,quaſcunq;, pro tempore *Sueciæ Regi* ſubjectas,ſive terreſtri,ſive navali, bello infeſtaret. De pacis ulterioris conſtanti prolongatione, deinceps utrinq; agerent legati. Liceretq; *Suecis* apud *Polonos* liberrimè negotiari. Injuriæ, offenſæ, læſioneſq;,induciarum temporibus obvenientes, utrinq;,ſeverâ ſub magiſtratus lege, coërcerentur. Captivi ex utraq; parte,abſq; lytro, dimitteretur. Deniq; hæc ſive compoſitio,ſive trãſactio, juribus illis *Regis Polonorum*, quibus *Sueciæ* regnum magnũque *Finlandiæ* Ducatum,prætendit,nihil derogaret.

Io. Petri Lotichij

RERVM GERMANI CARVM

LIBER XV.

CAPVT I.

De Daniæ Rege, Chriſtiano IV. arma adverſu Cæſarem, ſive Thillyum, præparante.

I.

Daniæ Rex, adjuvante Saxoniæ inferioris Circulo, arma præparat.

RE*c*tè olim dictum eſt, à *Thucydide*, bellum, quò eſſet evaſurum, neminem habere exploratum. Cùm enim ad arma ſemel ventum eſt, quid deinceps immineat, quis præſcire poſſit? Vt enim è palmite emergit uva poſt uvam, ità propemodùm ſub magnis Imperij, vel regni alicujus ampliſſimi, tumultuationibus, plerumque è bello bellùm naſcitur. Nemo ferè *Regum, Principumque* præcipuorum, tàm citò debellatur, ut non reſurgere, ut non neceſſarios, conſanguineos, atque agnatos, ſolicitare queat. Hoc modò de *Daniæ Regis* armis videbimus. Qui ea priùs paravit, antequàm exerceret. Tametſi autem hic quidem à *Cæſare* haud laceſſeretur, nihilo-minùs, quòd *Fridericum Palatinum*, *Britanniæ Regis* generum, eundemque *Electorem*, è patrimonio, & dignitate avita, excluſiſſimum eſſe, nec ſpem veniæ dari velle, animadverteret, tùm *Cæſaris* ſucceſſus, *Religioniſque* communis oppreſſionem, præmetueret, accedentibus *Britanniæ Regis* ipſius *Palatini* exulis, aliorumque, precibus, ratus eſt, ſemetipſum illæſum eſſe non poſſe, niſi agnatos (quos omnes malunt intueri florentes, quàm deſolatos, & pauperes) exuleſque, juvaret, Religionem aſſereret, bonum, commune, & ſecuritatem publicam, quantum ejus quidem in ſe foret, conſtabiliret. Vbi igitur, præter *Iacobum, Angliæ Regum*, etiam hic *Rex* inclytus legationibus, in pacis recuperationem, expeditis, conſiliiſque, fruſtrà fuiſſet, tàdem ad arma, bellumque, tranſiit, non ut *Cæſarem, Imperiumque*, provocaret, ſed ut nihil aliud bello, quam honeſtam pacem, quæſiviſſe videretur.

Illud inprimis *Saxoniæ inferioris Principes* malè
bebat, *Bohemiam à Cæſare* eſſe recuperatam, *Pal*
natum ſubjugatum, *Vnioniſque* fœdus diſſolutu
hancque velut belli hactenùs materiam exſpira
Nihilo-minùs *Ligarianos* ſuis copiis minimè miſ
nem dare, ſed & legiones augere, ſed aliam poſt
liam regionem invadere, & tantùm non *inferi*
Saxoniæ Principibus neſcio quid minari. Quòd igi
obſcurum videri poſſet, quid tandem *Thillyanus*
les, tot victoriis ſuperbus, moliretur, cùm ne
quidem *Principum* rationibus prævíſum eſſet, n
Religionis libertatem extrà periculum conſtare
pareret, *Principes, Ordineſque*, renunciante *Chriſtia*
Duce Lûneburgico, rei hujus ſummam *Chriſtiano*
Daniæ Regi, detulerunt, hic ut communis illius
culi, & patriæ, defenſionem ſuſciperet. Accedeb
Angliæ Regem inſuper, tot legationibus, tractatio
buſque, fruſtrà fatigatum, unicè jam in *Palati*
tus reſtitutionem incumbere, hancque cauſam (
jus ſuper compoſitione etiam *Daniæ Rex* toties
ſari fuerat moleſtus) agnato *Regi* etiam, atque etia
impendiò commendare. His illis iſtis rationibu
ubi pacis ſtudium viſum eſſet fruſtraneum, perm
tus *Rex* provinciam hanc in ſe, aliâs bellicoſus, re
pit; Nullaque interpoſitâ morâ, tàm per *Dania*
quàm finitimas provincias, conclaſſare, militem
cogere, cœpit, dimiſſis cum ingentibus pecun
paſſim parariis, qui ſtipendiis erogatis tàm veter
nos, quàm tyrones, obligarent.

II.

Thillyus, hæc arma habens ſuſpecta, litteris pri
infer. Saxoniæ Principum animos tentat.

QVæ cùm ſubita, ac magna, armorum præpa
tio non poſſet non *Thillyo* eſſe ſuſpecta, pa
lum, tànquam in imaginis alicujus obtutu, ſubſtit
nec, quorſum res vergeret, vel quid eſſet, divina
potuit. Mox, rationibus paulò accuratiùs ſecū ex
ctis, anguem, ꝙ dicitur, in herba latere, *Cæſarem*
&

dubio procul, peti, confirmatus eſt. Maturè
ur hoc ut ageret, id eſt, *Principes inferiores Saxoniæ*
lli alea ut deterreret, eniti cœpit. Itaq; codicil-
um commerciis priùs experiri maluit. Tametſi
em ſubindè reſcriberent *Principes*, ità eſſe, ut ſi-
, atq; obendientiam, ergà *Cæſarem* perſeverare.
tùmque in *circuli*, & patriæ, defenſionem incũ-
e, velint, nihiloſeciùs ex *Hirsfelda*, ubi hyberna tũ
ebat, ſequentes ad illos codicillos porrò direxit
llyus.

Quòd adhùc dùm, inquit, *Cæſari* fidem, atq; o-
lientiam, debitam promitterent, adverſanteſq;
c inſtituto militum collectiones negarent, hoc
d eſſe, ꝙ *Cæſari* pergratum, illorũ devotioni op-
tunum, accideret. Prout a. ipſe hactenùs ab *infe-*
u Saxoniæ circulo manus, omnemq; hoſtilitatem,
ens abſtinuiſſet, nec quicꝗ diſcriminis, aut in-
nmodi, illis intuliſſet, ità quidem haud languidiꝰ
ptare, cùm *Principes* inirent rationem, quâ *Cæſari*,
erii capiti, ſatisfieret, ipſiq; promiſſionib. inhę-
, nec res novas agere, ſtuderent. Si defenſionis
uli igitur arma maximè pararent, illud ſecundũ
erii conſtitutiones, *circulique*, atq; executionis,
inem, legemque, perficeretur, cujus generis re-
us ſub *An. M. D. LXX.* publicari cœpiſſet. Super
iæ Rege ejuſmodi aliquid ſuſpicari velle, inhuma-
n videri poſſe. Illum n. ſub diæta, proximè cele-
ta, nihil aliud, inter *Principes* cæteros, pręſe tuliſ-
ꝗ copias ſuas in patriæ ſolius defenſionem, pro
are, nõ ꝓ *Mansfeldio*, conſcriptas eſſe. Interim, cũ
ecognitum habeat, præfato illi conventui, inter
eros, ét legatum *Batavum* interfuiſſe, hoc ſibi nõ
ſſe ſuo modo non ſtomachũ movere, ſuſpectũq;
n accidere. Neminem n. fugere, quid non ſpiritꝰ
avus moliatur. Quid non ejus gentis dolus, aſtuſ-
e, poſſit. Eandē prorſus eſſe & *Batavorum*, & *Mãs-*
ii, intentionem; Ut *Cæſarem* tantùm votis identi-
n interficiant, ꝑut inquit *Satyricus*, ſed illud de-
â omni operâ efficiant, quò extrà ſuſcitatis, & gli-
ntibus, bellorum incēdiis, ipſi eſſent domi quie-
res. Ex eodē nempè principio, & fonte, tàm *Ba-*
orum, ꝗ *Mansfeldii*, conſilia, atq; actiones, ſcaturi-
Utroſq; perpetuò res novas agitare, fœdera fe-
, bella ciere, omnia turbare. Videret igitur, *Rex*,
Principes, ne à *Batavis*, omnia ſiniſtra, atq; adverſa,
ſuadentibꝰ, tanꝗ hamo, atq; eſca, prehendãtur,
que, *Imperio* inimicas, confœderationes, aliaſq; id
nus, ſibi fortè ipſis ignotas, & ſub cinerib. doloſis
entes, machinationes, pertracti, patriæ illius ſuæ
nquillitatem, ac ſtatum, perturbēt, atq; evertãt.
rtè, quicquid hoc in genere diſſimulare ex alto
lint, præparationes id genus bellicas paulò am-
ores eſſe, ꝗ ut ad patriæ defenſionem ſpectare vi-
antur. Ut de eò parùm dicat, tàm ingenti armo-
m apparatu, eoq; ſuſpecto, opus haud quidē eſſe,
ubi *Rex*, & *Principes*, re urgente, *Cæſaris* auxiliis, in
oximo excubantibus, uti frui cupiant. Se n. cum
ercitu in limitib. eſſe, undè prõptè queat ſuccur-
re. Modò *Cæſaris* rebus, ejuſdemq; armis, abſque
vidia, ac diffidentia, accedere non recuſent.

Ea propter illis ſe in memoriam revocare, quid,
antumque, cõmodi hactenus hic *circulus* præ cę-
ris, dùm rebus novis haud ſtuderet, retuliſſet. Ex
lverſo, ſi accidat illos monſtri aliquid alere, atque
Cæſarem vultus elevare velle, ꝗ cataſtrophe, ac ca-
mitas, eorum cervicibꝰ, ac provinciis, immineat,
ogitatu facile eſſe. Hoc ut altiùs ad animos admit-
tant, hoc ut diligentiùs deponderent, nec illorum
ſententiis, qui magis emolumentum privatum, ꝗ
circuli utilitatem, penſi habent, accedant, immò
prorſus à ſuſpectis id genus armorum præparatio-
nib. abſtineant, ſe illis autorem eſſe. Si igitur in *cir-*
culi ejus ſalutem incumbant, *Cæſarē* reverenter ha-
beant, nedùm modeſtiæ, ſive obedientiæ, toties jà-
ctitatæ, cancellos tranſcant: Ità fore, ut gratiam a-
pud *Cæſarem* ineant, ab illius exercitibus nihil rebus
ſuis extimeſcant, inmò omnem opē, ac protectio-
nem, indè expectare debeant. Si ſecùs eveniat, in-
ſtare lernã malorum, illoſque, qui periculi autores
extitiſſent, cauſſam dicturos eſſe. Hæc *Thillyus.*

III.

Ferdinandus II. Imp. etiam Chriſtianum IV. Regem, litteris interpellat.

COmmodùm jam tùm codicillos illos diſſuaſo-
rios ad *infer. Saxoniæ Principes* direxerat *Thillyus*,
cùm ecce! *Ferdinandus II. Imp.* litteris interpellare
Chriſtianum IV. Daniæ Regem, ipſe nullus dubitavit.
Nempè *Imperatorem*, poſtquàm illi innotuiſſet, ob
Electoratus Palatini tranſlationē, varias, eaſq; arduas,
bellicas expeditiones ſuſcipi, ſub initia menſis *Apri-*
lis, ad *Daniæ Regem* dediſſe, illique, ꝗ proximè, pro
communis pacis reductione, compoſitionis diætã
aperire vellet, ſignificaſſe. Ne igitur tàm ſalutare
ꝓpoſitum interturbetur, re tandē ad ultima, ipſã-
que deſperationem, adactã, vellet *Rex Daniæ*, tanꝗ
arbiter, apud *Britanniæ Regem* maximè, aliosque, in-
tervenire.

At tale fuit, pridie *Id. Maij*, *Regis* reſponſum: Quòd
Cæſar, inquit, in exoptatę pacis reproductionem in-
clinet, hoc ſe, non ſine magna animi voluptate, co-
gnoſcere, illudq; precari, hoc ꝓpoſitum *DEVS* ſe-
cundare velit. De cætero, ꝗ *Rex* media per *Oldenbur-*
gium Comitem, ſuper quib. interpoſitio ſua fundare-
tur, ꝓpoſuiſſet, *Cæſari* obſcurum haud eſſe. Interim,
dùm nullũ ad ſe ea de re reſponſum ſuperveniſſet,
valdè ſe dubitare cœpiſſe, an ea ſcilicet media *Cæſari*
placere potuiſſent. Ut autem, pro *Electore Palatino*,
arctiores *Regi Britanniarum* perſuadere conditiones
debeat, hoc ſibi nec tētatu eſſe volupe, nec effectu
facile. Nihilominùs non omnem ſpem ſe abiicere,
quin tandem *Cæſar*, clementiæ memor, illam *Palati-*
no, & quidem adhùc juveni, gratiam facturꝰ ſit, cu-
juſmodi aliis, & quidem fabulæ ejus autoribus, tan-
tùmq; non conſiliis flammantib. illumdem impel-
lentibus, affulſiſſet. Hoc illud fore, quo *Cæſar* per
Imperium pacem conſtabilire, clementiæq; memo-
rabile nomen, & famam, extendere, poſſit.

IV.

Idem Rex Daniæ, à Principibus infer. Saxoniæ in Archiſtrategũ ſe electũ eſſe, Cæſari ſignificat.

HÆc illa ubi præmiſiſſet *Daniæ Rex*, mox ēt aliã
ſubjunxit epiſtolã, quã *Cæſari* officium ſuum,
recèns ab *infer. Saxoniæ Principib.* impoſitum, notum
faceret, *Cæſarē* ſecundùm hæc, inquit, celare ſe nol-
le, quib. modis omnes, & ſinguli, *Saxoniæ* inferioris
Principes, *Ordineſque*, ſibi, reſpectu *Holſatiæ Ducatus*,
ſupremi archiſtrategi munus, atq; officium, obtu-
liſſent, illudq; ut ſuſciperet, improbè corrogaſſent.
Quanꝗ verò difficili, ac periculoſo, hoc ſub rerum,
& temporis, ordine, lubens, munere illo, tanꝗ one-
re, caruiſſet, nihiloſeciùs, ꝙ tantoperè inſtarent
Principes, eamque ergà ſe confidentiam conteſta-
rentur, tandem deſideriis illorũ ampliùs repugnare

ſibi non fuiſſe integrum. Hoc igitur ex illis eſſe, ꝙ Cæſari ſignificare, ſimulq; confirmare, debeat, nempè ſe, ſub hoc officio, *Imperii*, & *circuli*, leges, conſtitutioneſque, diligenter obſervaturum.

Cæterùm, ſiquidem nullus dubitet, quin de *circuli* præſentibus præparatoriis rumor aliud, aliudque, differret, de eo quoq; ſibi aliquid ſuperaddendum venire. Rem a. ſic ſe habere. Nẽpè *Ordines circuli* nonnullos nuper exactionib. militarib. inquietari, exhauririque, cœpiſſe, ut etiã, *Bavaricæ* militiæ præfectus, *Thillyus*, jã recèns *Ordinib.* graviora interminari non ſit verecundatus. Indè eſſe, ut *Circulus*, neceſſitate poſtulante, defenſionem paret, ne deinceps, id genus moleſtiis obiici queat. Se quoque, ꝙ diffiteri nolit, in hoc autorẽ illis acceſſiſſe, & ne q̀dẽ immeritò. Illa n. loca, jurisdictioni ſuę ſubjecta, pariter infeſtari accidiſſe. Tametſi igitur monitoria *Cæſaris* ab incœpto *Thillyum* revocare debuiſſent, illum tamen eũ eſſe, qui mãdatis illis minimè pareat, ut ẽt legatos ſuos à *Thillyanis* in ſu p; ac protritè, haberi contigerit. Eam eſſe cauſſam, ut modò de mediis deliberet, quib. ab his provinciis deinceps malum declinare ſuſtineat. Atq; eò armorum præſentem præparationem collimare.

V.

Principes, Ordineſque, inferioris Saxoniæ, quid rerum agant, Saxoniæ ſuperior. circulo notum faciunt.

HÆc dùm eſſent præ manibꝰ, *Saxoniæ infer. Principes, Ordineſque*, habitâ apud *Brunſuigam* diætâ, de rebus, eã ad expeditionẽ neceſſariis, deliberare cœperunt. Itaque, quid agerent, quid meditarẽtur, de eo *Saxoniæ ſuperioris Circulum* erudierũt. Codicilli ſic ferinè habebant. Quem in modum, inquiunt, turbæ per *Imperium*, militareſque expeditiones, ad ſummum perveniſſent gradum, ut ẽt nunc exaſperari hæc pericula accidat, tãtùm abeſt, ut pauſa, vel remiſſio, exſpectãda ſit, illud nemini ferè novũ, atq; occultum, eſſe, eoq; minùs *ſuperior. Saxoniæ Electores, Principeſque*, fugere. Eam in rem, ut *Circulus* uterque, tanq̃ è ſomno, evigilare, ac rerum ſuarũ ſatagere, incipiat, neceſſitatẽ ipſam ſuis verbis flagitare. Providendum nẽpè eſſe, hoc cõmune malũ, inſtar cancri, ne ulteriùs ſerpat, inſonteſq; cũ ſontibus ſuę ſuâ corrũpat. Hactenùs nihil ſibi magis, ſub his tumultibus, quæſitum eſſe, q̃ ut *Cæſari*, tanq̃ capiti, more hederæ ſequacis, adhærerẽt, reb. alienis, noviſque, haud accederent, turbaſq; id genus, velut ad ſe minùs pertinentes, impunè aſpicerẽt. Verùm n. verũ, neq; ſic innocentiæ ſuæ rationem fuiſſe habitam, ut jam nuper, præter moleſtias cæteras, à copiis, tàm *Cæſaris*, q̃ *Bavari*, minæ ſibi intentari cœperint. Inprimis a. famâ ſe didiciſſe, quo pacto apud *Polonos* ingentes *Coſaggorum*, nomine *Cæſaris*, globi confluẽtes, jam tùm jactitare auſint, ſeſe per *ſuperioris Saxoniæ Circulum* in hanc *inferiorem Saxoniam* mox irrupturos eſſe, ut ferro, & incendiis, omnia ultima animis vel abſentes præſumant.

Quandoquidẽ ergò, ob peregrinos id genꝰ exercitus, haud languidè ꝓvinciis metuendũ ſit, ut deniq;, quorſũ iſta tẽpeſtas bellica, inſtar ꝓcellarũ, inclinatura ſit, exploratum nemo habeat, ea ꝓpter *infer. Saxoniæ Principes, Ordineſq;*, officii ſui memores, ſecundùm *Imperii* receſſus, & leges, ex debito, atq; officio, de id genus mediis deliberare cœpiſſe, quib. ingruentib. periculis maturiùs obviàm ire, maloq;,

fortè imminẽti, fores, ac pomœria, occludere ſa
gant. Hanc in rem, ſub hoc *circuli* conventu, auxi
ſatis valida, ac præponderãtia, decreta eſſe. Interi
propoſitum ſibi nõ eſſe, ut peregrinis, aliorũ acti
nib. accedere, cõſiliiſq; illis, hactenùs ſuſceptis, c
travenire, eligant, ut nihil magis ẽtnunc facere c
piant, q̃ ut priſtinã ergà *Cæſarem* devotionẽ per
verare, intrà legum *Imperii* cancellos ſeſe porrò c
tinere, poſſint. Eò nimirũ copias, apparatuſq; bel
cos, ſpectare, ut *Circulus*, ejuſq; membra, defenda
tur ab injuriis, pax tàm religioſa, q̃ politica, conſe
vetur, ſuſpectę militũ conſcriptiones impediant
omniſq; vis, externè incidens, ꝓpulſetur. Hãc u
adeò intentionẽ, mentẽq;, ſuã *Cæſari* ſignificari c
piſſe, ut ingratũ hoc eſſe inſtitutũ haud opinent

Quòd igitur mutuæ utrumq; inter *Circulum* n
ceſſitudinis, hactenùs nõ nullo cũ cõmodo obſ
vatæ, memores eſſent, ideóq; hoc nomine recip
cæ illos admonere velle benevolentię. Ipſi n, judi
rent, q̃ hoc onus humeris ſuis graviſſimum futu
ſit, ſi forte abſque *Circuli Saxoniæ ſuperioris* ſubſidi
belli molem ferre debeant. Hanc in rem, uterq
Circulus ut nervos ſuos cõjungat, opus eſſe. Niſi f
tè, aut alteruter, aut ambo, ſub onere fatiſcere,
perire, mavelint. Prout igitur contiguorum *Circu*
rum leges aliâs ferrent, alteri ut alter, tẽpore nec
ſitatis, ſuppetias erogaret, pariter hoc reſpectu
ꝓvectos, primùm omnium, quid cõmuni conſe
decretum eſſet, ſeſe illis notum, conteſtatumq;,
cere. Eò igitur porrò ſpectare intimationes has
las, nempè *Electores*, ac *Principes, Saxoniæ ſuperiorũ C*
culi, hoc agerent, hoc eſt, pericula impendentia,
triæq; neceſſitatem, ad animos admitterẽt, pare
ſuo quiſque loco copias conſcriberent, quibus p
tàm *Religioſa*, quam politica, conſervari, irruen
bus hoſtibus occurri, è *Circulis* alter alteri ſubve
re, atq; unuſquiſq; pace, ac tranquillitate, uti fr
ſuſtineat. Hoc nomine conſectarium illud emer
re, ut utrinq; è re eſſe arbitrẽtur, ſicubi utriuſq; C
culi, Archiſtrategorũ tribuni, ac legati, coirent, rat
neſq; ferendarum mutuò ſuppetiarum, & id gen
inirent. Se q̀dem ità affectos, certoſq;, eſſe, ut in
ventum, ubi occaſio fortè moneat, *Saxoniæ ſuperi*
Circulo ſubſidia p̄ſtare cupiãt. Idem officiũ, ac ſu
ſidiorum facultatem, ab illis ſeſe ſibi promitte
Cæteros n. *Imp. Circulos* ità eſſe cõparatos, ut ab i
nihil ejuſmodi, aut perparum, exſpectari queat.
reliquo, eò collimare ſtudia, & conatus ſuos, ut
pacis, ac quietis, conſervationem nihil non ſint
cturi. Quo q̀dẽ in inſtituto, illos ſibi nõ defutur
ſed pari lege animatos fore, perſuaſum utiq; eſſe.

Externa.

I.

Precationum libellus Ioan. Arndii in ignib
conſervatur.

HOc loco, tanq̃ præcedentis capi
appendice, non meâ, ſed aliorum,
de refero, ꝙ de libello precationu
Ioan. Arndii Theologi Lüneburgici, ja
antè vice non ſimplici typis publ
catum eſt. Ajunt a. è legionibus *Hiſpanicis, VVetter*
viã tenentibus, *An. M. DC. XXV. Locumtenentẽ* quen
equeſtrem, apud *Longinſam, Heſſiæ* ſuperioris pagu
qui *Butisbacum* inter & *Giſſam* æquis paſſibus interj
cet,

in hybernis fuiſſe. Qui cùm *Nonis Ianuariis M.*
Geilfuſi, parochi, tùm fortè abſentivi, ædes, ani-
cauſſa, intraſſet, fortè *tubicen*, illius comes, præ-
um libellum, tùm obvium, in manus accepit, ac;
quam ejus operâ pietati foret litaturus, ad tem-
ſecum aſſumpſit. *VII. Id. Ianuar.* *Locumtenens* li-
lum apud *tubicinem* ſuum conſpicatus, eum, è ſo-
nanibus extortum, quantò ocius mediam miſit
ornacem. Utq; promptiùs conflagrare poſſet,
orem ſuperinjecit lignorum, eam ad intentio-
n confractorum, copiam. Poſt horæ intervallū,
pita ſuperveniens, ut par gallinarum, verū trās-
rum, aſſaret, injectâ in fornacem ſpathâ, prunas
cavit. Ecce! autem tibi, dùm prunas petit, ſuprà
tum precationum libellū inter prunas unà pre-
dit, extrahitque, omninò, quà involucrū, char-
faſciaſque, ſive tænias ſericas, illæſum, ac ne qui-
n ambuſtionis indicium ullum perhibētem. *Lo-*
tenens, re compertâ, libellum impendiò require-
cœpit, denuò plenis ſub flammis hujus rei expe-
entum facturus. Sed libellus, tanq̄ horribilis, &
r, illicò ſubtractus, & *Giſſanum* ad fortalitium a-
latus eſt. Fallor? an, ſi quod rumor ait, hiſtoria,
fabula, eſt, *Theologiam confeßionis Auguſtanæ* pro-
ntibus, ſingularis, inter cætera, ſive argumenti,
corollarii, loco, hoc oſtentum fortè eſſe pote-
Ut etiam *Lutheranis* hodieque ſua jactare mira-
integrum ſit. Tametſi de corollarii hujus veri-
e ipſe non mediocriter dubitem. Cùm à *Patribus*
ſiaſticis, & *Theologis* noſtris obſervatū ſit, aliquā-
etiam S. Sanctos *Bibliorum Codices* ignibus con-
râſſe.

II.

oli Archiducis, & Guilielmi, Bavariæ Ducis, excesſus.

Odem hoc *Anno M.DC.XXV. Guilielmus, Bavariæ*
Dux, ſenex pius, ac devotus, poſteaquàm *Cœno-*
n Carthuſianorum, quem ordinem voti cauſsâ ſu-
erat, intrâſſet, ſub annoſa ſenectâ piè deceſſit,
mine menſis *Februarii.*
Carolus Archidux verò, *Viennâ* per *Italiam* in *Hiſpa-*
profectus, graviſſimorum cum *Catholico Rege*
tandorum negotiorum igitur, mox febri acutâ
nenſus eſt. Medicis *Regis* cubiculariis, *venæ* ſectio-
is, aliiſque remediis, fruſtrà obnitentibus, *VII.*
nd. Ianuar. magno cum *Imperatoris*, & *Hiſpaniæ*
Regis, luctu, rebus humanis ſupremum illud va-
xit.

III.

mpeſtates, & incendia, variis in locis inuſita-a.

Odem anno variæ variis locis tempeſtates, atq;
incendia, notari cœperunt. Apud *Bruxellas* n.
dinalitium palatiū, igne cœlitùs immiſſo, omni-
onflagravit, damno ad talentorum aliquot æ-
ationem aſſcendente. Eadem incendia, ſive tē-
ates, *Moguntiam*, *Ilmenaviam Thuringorum*, *Lim-*
um Bohemorum, *Vſingenam*, *VVetteraviæ* oppidum,
ſponam, *Bremamque*, & *Stetinum Pomeraniæ*, affli-
int, multâ cum ædium, hominumque, rerumq;
litarum, jactura.

IV.

cta per Vngariam, ac Tranſylvaniam, nova.

c quoq; per *Vngariam ſuperiorem*, ac *Tranſylvaniā*,
oc tempore raræ, & ſtupendæ, novitatis inſe-
cta, ſub forma parvulorum animalculorum, quos vocant ſciuros, magno indigenarum cum ſtupore, viſa ſunt. Agmen eorum tàm denſum fuit, ut aërem obſcurarent, & quatuor paſſuum millibus, continentem operirent. Indè ſeſe moventia in *Polonos* duxerunt. Id genus papiliones *Ægyptiis* perhibentur eſſe familiares, ab *Italicis Caballetti* dicti. Ferunt autem, cùm fructus, in agris naſcentes, depaſcantur, triſtis alicujus ominis loco habendos eſſe.

V.

Vſurarii cuiuſdam apud Thuringos panes cruentantur.

SEd prodigio minimè vacat, quod apud *Nordhuſanos* in *Thuringis* accidit. Ibi civis uſurarius, annonæ flagellator, idemq; nummatus, mercenario cuidam, egeno, id efflictim flagitanti, negabat primò frumenti modium. Egeno autem inſtante, ac, famis, propellendæ cauſsâ, panem unum, atque alterum, enixiſſimè deprecante, adjurat fœnerator, ſibi nec frumenti, nec panis, quicq̄ intrà lares ſupereſſe. Hac ſpe omni, ac ſubſidio, decollante fruſtratus egenus, non abſq; creberrimis ad *DEVM* emiſſis ſuſpiriis, precibuſque, ceu vocāt, jaculatoriis, ad conjugem, liberoſque, revertitur triſtis, cōfuſuſque. Quid fit? Super cœnam ubi fœnerator, avariſſimus panem integrum reſcinderet, ecce! cruor exſtillat. Repetitur panis alius, atq; alius, ſed omnes, quotquot ſecantur, inter manus purpurantur. Avarus igitur expaveſcens, ſuper duritie iſta cordis ſui, q̄ homini & egeno, & enixè flagitanti, alimentum negaſſet, peccati pœnitentiā agere cœpit. Mox igitur panes reciſos, & purpurantes, operario tranſmiſit. Ibi ecce! è veſtigio cruor ꝓdigioſus evanuit, & edules facti ſunt. Quod prodigium certè annonę id genus ſtrangulatores, atq; immites fœneratores, admonere debebat, niſi pauperum commiſereri animum inducāt, *DEVM* ſub ultimis in id genus ſcarabęos pœnis extrà dubiū animadverſurū eſſe. Quę licet pœna interdum differatur, tandem juſto tempore cruenta evadet, tarditatemq; æterni gravitate ſupplicii compenſabit.

VI.

De terræ motu in finib. Ferrariæ, Italiæ civitatis.

APud *Argentam*, *Italiæ* civitatem, *Ferrariæ* finitimā, horribilis, ac ſtupendus, *Martio* ſub menſe, *terræmot⁹* totū penè oppidū cōcuſſit, atq; evertit. Ut ædificia centū, & triginta, unà cū aliquot templis, ilicet perierint, non abſq; hominū internecione. Everſis, ac ſubrutis, ædib. plures quinquaginta hiat⁹ emerſerunt, undè inundationes, fœtore cum horribili, prodiêre.

VII.

Turci cæduntur à Tartaris.

NEq; inter *Tartaros*, *Turcoſq;*, hoc tēpore tuta fuit fides. Apud *Caſpam*, *Tartariæ* metropolim, regnabat *Mehemetus Giraicus*, cujus frater, in aula *Perſica* educatus, multùm pollebat. Huic, cùm apud *Turcarum Imperatorem*, tanq̄ res novas ageret, differretur, ut regnum, & poteſtas, illicò abrogata, in delatorem transferretur, decretum eſt. Itaq; *Archiſtrategus Turcicus* collectò exercitu hoc agebat, ut *Mehemetum* ſedibus pelleret, novumq; *Regem* immitteret. Sed aliter fortunæ viſum erat. *Mehemeti* enim frater ille, *Princeps* exercitati animi, ità confirmabat *Regem*, ut ſub ſilentio ingentes contraheret co-

pias,

pias. *Archiſtrategus Turcicus*, copiarum iſtarum planè ignarus, *Caſpam* uſq; educens, inſtitutum efficere cogitabat. Sed ecce! *Mehemetus*, fraterque, ſuperinducto ex inopinato exercitu, *Turcos*, nihil tale ſomniantes, unà cum Vezirio ductore, ad unũ omnes cædunt, *Regulo* novo vix periculum fugâ emetiente. Hac relatâ victoriâ *Mehemetus* auxiliis *Perſicis*, itemque *Coſaggorum*, fretus, *Turcis* bellũ intentabat. Sed conſiliarii *Ottomannici* aliam *Imperatori* ſuo, & longè diverſam, mentem perſuadebant, nẽpè, ut quibuſcunque poſſet, ſtudiis *Mehemeti*, animum ſibi reconciliaret. Hac approbatâ ſuorũ ſententiâ, *Imp. Turcicus* decretum, adversùs *Giraium* factum, abrogavit, *Regulo* novo in carceres cõjecto. *Giraio* verò, inſignum regni confirmationis, *acinacem*, cum *purpura*, vel oſtrino amiculo, trãſmiſit. *Tartarus*, tametſi aliâs *Turci* imperium nõ recognoſceret, ſed, amicitiæ cauſſa, ꝓ ſtipendio illis militaret, nihilominùs gratum habuit munus illud *Ottomannicũ*. Interim, cùm ſemel diffidere cœpiſſet, hoc deinceps egit, ut cautior auxiliis illis *Perſarum*, *Coſaggorumque*, daret operam, ubi neceſſum eſſet, illis in rẽ ſuam uſurus.

CAP. II.

De novo Cęſaris exercitu, Fridlandiæq; Ducis armis.

I.

Daniæ Regis militia Fridlandiæ Ducis exaltationem cauſſatur.

D*Aniæ Regis* apparatus ille bellicus materiam præbuit, ut *Albertus VVallenſteinius* in *Fridlandiæ Ducem* ſublimaretur. In intrà *Bohemiam* nobili genere natus, initio motuum *Bohemicorum*, militum tribunus factus eſt. Mox, cùm vitæ, diſciplinæque militaris, ſeveritate, autoritatem, ex hæreditate *Alberti Ioannis Smirtzicii*, *Baronis* illius opulentiſſimi, agnati ſui (qui juvenis, in ipſo ætatis, doctrinæ, ac virtutis, flore, familię ſuæ ultimus, & quidẽ ſponſus, deceſſerat) vel magis indulgentia *Ferdinandi II. Imp.* (fuerat enim *Smirtzicius* inter *Bohemos* iſtos dynaſtas, contrà *Cæſarem* vultus elevantes, quoad opulẽtiam, præcipuus, undè bona ejus, fiſco addicta, per donationem *VVallenſteinio* ceſſerũt) ſplendorẽ, ſibi comparaſſet, fortunâ hac ſuâ minimè contentus, altiora animis agitare cœpit. Itaque neceſſario illo tempore, ab *Imperatore Dux Fridlandiæ* creatus, juſtum contrà *Imperatoris* hoſtes, nempè *Daniæ Regẽ*, & *Mansfeldium*, exercitum conſcripſit. Copiis illis progreſſus, præfatum *Mansfeldium*, in regione *Anhaltina* ad pontem *Deſſavienſem*, ſecundo prælio (quo de infrà) feliciter enervavit. Et, quod ſevera, ac *Manliana* dicta, in militem imperia exerceret, terrorem, nominiſque famam, indè tàm inter ſuos, quàm hoſtes, eſt oppidò conſecutus.

II.

***Cæſar, collectum ſub Fridlando exercitum, ***
Franconicum, Suevicumque, Imperii circ
los, diſtribuit.

NOvus hic exercitus, à *Fridlando* conſcript
quò ad tempus in ſtativa diſtribui, vireſq; c
ligere, quitus eſſet, *Cæſar* eã in rem ad *Franconiæ, S*
viæque, circulos finitimos, ſic dedit: Tametſi *Cæſar*,
quit, ab initiis *Imperii* aditi, oculos, cogitationeſq
ſuas, ſuper communis quietis, ac pacis, reductio
conjeciſſet, ſicut actiones pleræq; omnes loque
tur, ut etiam hoc nomine apud *Vlmam* diætam
poſitionis, poſt prægreſſas cum *Electoribus*, & *Prin*
pibus, hinc indè præparationes, aperuiſſet, ſub ſ
hanc pacificam animi ſui intentionem tandem
ſcopum illum, diu præſpeculatũ, collimaturâ e
Nihilominùs *Cæſaris*, *Electorumque*, ac *Principum*,
delium, hoſtes, nempè proſcriptos, perduelles, a
exules, nihil aliud itentidẽ dedita omni operâ m
chinari, niſi ut per victoriam *Pragenſem*, alioſq; p
greſſus, ſeditionis ignes propemodùm extincto
cineribus denuò ſuſcitare, novas bellorum flãm
producere, adeóq; exteros *Magnates* in *Cæſarem*, a
Imperium, incendere ſatagant. Ut ſepoſitis tàm ſa
taris, pro pacis compoſitione, diætæ inſtitutis
mnia de novo perturbare, ultimamq; in pernicie
ac deſolationem, *Imperium* præcipitare enitant
Nempè ità inter iſtos pactum, conventumque,
ſe, ut hac parte *Turcos* in contubernium aſſciſca
Principemq; Tranſylvaniæ in *Vngariam* irritent, p
vinciis *Auſtriæ* patrimonialibus in prædam pro
ſitis. Ex alia parte *Mansfeldium*, in arma pertra
Gallis, Anglis, Bataviſque, novas inſtruxiſſe copias, q
bus hoc in *Imperiũ* poſtliminiò irruat, ac pergra
tur. Iſtumque, more audaciæ ſuæ, jam tùm rec
limitibus *Imperii* inſtare, ut omnia incẽdiis, rapi
cædibus, exactionibus, & id genus temerariis exc
ſibus, perturbet, ac confundat, ulteriùs in *Circulo*
Principumque, atq; *Ordinum*, pomœria, educturus
mnibuſque, ſine diſcrimine, omnia ultima illatu
Hæc cùm ejus eſſent generis, ut tantùm no
perniciem *Archiducum Auſtriæ* conflata eſſe vide
tur, ut in excidium, atq; everſionem, totius *Impe*
militent, nihilque aliud propoſitum habeant,
ut leges, ac conſtitutiones, totiuſq; *Imperii* har
niam, labefactẽt, aliamque, atq; barbaram faci
ſuperinducant, immò jam ſemel tandẽ vetus iſ
deſiderium, ac cruentas intentiones ſuas, in effe
ducant. Hanc ob rem, tanta ſub, luculentaque,
ceſſitate, *Cæſaris* partes eſſe, id genus novis erum
tibus furoribus ut obviam iret, adeóque, ne pe
ma, ultimaque, iſta conſilia in actũ deduci poſſe
diligẽtiſſimè prævideret. Hactenùs, nihil minùs
bi cogitatum eſſe, quàm ut majores copiæ conſ
berentur. Veteres n. legiones aliq̃ multas exauto
ri cœpiſſe. Neq; *Cæſarem* primum eſſe, qui den
milites conſcribat. Neceſſitatẽ hanc iſtos, quib.
præfari cœpiſſet, injeciſſe. Quapropter, cùm nec
ſariò arma retractanda veniant, & jam de loco a
tur, ubi novus exercitus delectu probari, ac rece
ſeri, queat, *Cæſarem*, de conſilio *Senatus* mili
ris, ſuper *Franconiæ*, *Sueviæque*, *circulis*, co
tare cœpiſſe. Tametſi enim per provinc
Auſtriacas nova illa ſupplementa dividere v
let, e

...ſalijs ſumptibus, hos in exercitus, inque *Vn-* ...ortalitiorum defenſionem, erogandis, eſſe ...uſtas, ut ulteriùs onerari vix debeant, vix poſ- Quanquam ergò pacta conventus illius *Aſci-* ...i huic *Cæſaris* inſtituto refragari poſſe videan- ...ihilominùs hanc illam eſſe extraordinariam ...è neceſſitatem, quæ aliud ſine dubio poſtu- ...ùm enim neceſſitas legem aliâs tranſſcendere ...ur, viderent, ac deponderarent, *Principes, Ordi-* ...*e*, ipſimet, annon auxilia, ſubſidiaque, undique ...*ium*, & provincias, conferre, imminentique ac ...nti, periculo conjunctis viribus occurrere, ...? Uſque eò nihil in contrarium induci poſſe, ...iſte hujus temporis ſit ſtatus, ut *Cæſar* neq; re- ...provinciiſque, immò nedum vitæ, ſalutique, ...*riæ*, parcere cupiat. Non igitur ſe hanc neceſ- ...m, ſed alios ſibi, imponere.

...terim, quòd, ſecundùm deſignationem, qui- ...*Principum, Ordinumque*, ab hoc inpræſentiarum ...e exciperentur, hoc inpræſentiarum onere ex- ...entur, hoc ità ſe habere, ut non in odium ſive ...*ionis*, ſive nuperæ *Vnionis*, tendat, ut potiùs ſic ...pretandum uſuveniat, ſiquidem ex illis eſſent, ...liâs in medium paulò largius conferrent, ex- ...ſque fideliter facerent, ideóque æquitatis le- ...exigere, illorum ut, præ cæteris, deinceps ra- ...abeatur. Æqualitate inprimis opus eſſe, alter ...*rii Status*, ut alteri ſuccurrat. Plures dari, qui à ...e harum perturbationum officium ſuum, ex- ...latis moleſtiis quibuſcũque, ſtrenuè feciſſent, ...e adhùc ad fidelis ſtudii, atque operæ, conte- ...onem, nihil facerent reliqui. Scilicet hoc curæ ...*Cæſari*, ut, juſto ſervato æquilibrio, ſic diſtribue- ...ur copiæ, in neceſſariam *Imperii*, & omnium ...munem, defenſionem, paratæ, quò tolerari, at- ...b *VIII. Id. Iulii*, ultrà ſeptimanas duas, incluſi- ...ativa non extendi, poſſint.

...e cætero, hanc *Cæſaris* eſſe mentem, ut hæc ar- ...lium in finem non dirigere cupiat, niſi ut belli ...s extrà *Imperii* limites conſtituatur. Quo nomi- ...iam hæc inter extrema, pacis reducẽdæ, con- ...hucuſque agitata, ſe minimè ſequeſtraturum, ...t nihilominùs compoſitionis diæta, nuper a- ...l, locum habere queat, curaturum eſſe. Atque ...à *Cæſare* ſeriò ſpectari, *Electores, Principes, Ordineſ-* ...nprimis *circuli* iſti *Franconiæ, Sueviæque*, certò ...erent.

III.

...ridlandus in Saxoniam inferiorem educit.

...*Aniæ Rege*, cum copiis ſuis, uſque in *Verdenſem* ...*Epiſcopatum*, caſtra promovente, novaſq; ſub- ...legiones conſcribente, *Fridlandus* exercitum ...*reanum*, jam tùm per prædictos illos *Circulos* re- ...m, in *Heſſos* uſque, ipſamque *Saxoniam inferiorẽ*, ...ere cœpit. Tametſi autem auxilia ruſticana in ...tibus ſaltus præoccupaſſent, & circa *Göttingam* ...um *Fridlandi* impedire conarentur, nihilomi- ...fruſtrà fuerunt, exercitu *Cæſareano* viribus præ- ...nte, ferroque viam aperiente. Fuſis igitur pa- ...s, ſigniſque eorum interceptis, ex agro *Göttin-* ..., uſque in *Grubenhagenſem*, *Halberſtadiumque*, ...cipatus, promovit. Eo loco *Dux Vinarienſis, Da-* ...*egis* partium, *Cæſarianis* legiones aliquammul- tas objecit. Itaq; multis præliis velitaribus diu certatum eſt, deſideratis utrinq; plurimis. Sed perrũpentes *Cæſariani, Magdeburgenſem, Halberſtatenſemq;*, ditiones ſub poteſtatem redegerunt, ſtativa illis in locis conſtituentes. *Hallæ* quidem, civitas, ac ſedes *Epiſcopalis*, in abſẽtia hoſtis, ſic animos obfirmârat, ut ad ultimam uſque neceſſitatem, ſui defenſionem meditaretur. Sed, ſub adventum *Cæſareanorum*, omnis illa præconcepta obſtinatio illis expectorabatur illicò. Cùm enim ſubſidiis deſtitutos ſeſe cernerent, neceſſitate conſilia turbante, deditionem, invitis quantumvis animis, facere coacti ſunt.

IV.

Idem Deſſavienſem pontem intercipit.

His, & id genus, progreſſibus auctus *Fridlandus*, paſſim majores acquirere vires, ac ſeſe latiùs diffundere, perrexit. In *Anhaltinam* etiam provinciam promotis armis, famoſum illud ad *Deſſaviam* pontem maturè intercepit, magnam ſuo tempore *Cæſareanis* commoditatem præbiturum.

Externa.

I.

Rudolphus Chriſtianus, orient. Friſiæ Comes, cum Embdanis colliditur. Batavi Gogum intercipiunt.

AD res *Hollandicas*, ſuppeditatâ loci cõmoditate, revertimur. *Enno* autem *Friſiæ orientalis Comes* certis de rebus *Embdana* cum civitate, ejus ditionis maritima, convenerat. De illis *Rudolphum Chriſtianum*, ab obitu parentis, ſucceſſorem, an pactis ſtare vellet, *Magiſtratus Embdanus* per legatos interrogare cœpit. Reſpondit ille durius, quàm exſpectaretur. Ea de re offenſi *Embdani*, præſidio *Batavorum* freti, miſerunt, qui *Auricum*, ſedẽ regionis præcipuam interciperent. *Comes*, injuriam injuriâ ulturus, aliquot ruſticanorum millia adduxit, pro loci recuperatione. Sed hi, re infectâ, deſideratis non paucis, rejecti ſunt. Interim, cùm diuturnã obſidionem ſuſtinere obſeſſi deſperarent, ſub certis conditionibus miſſionem rogârunt. Negavit *Comes* veniam. Milites igitur, more deſperatorum, eã ruſticanis ſtragem, atque omnia ultima, intulerunt, ut tandem, indemnitate conceſſa, nihilominùs dimitterentur. Niſi *Comes* graviora exſpectare vellet, Quod ut diſſidium componeretur, *Batavi*, tanquam arbitri, intervenerunt.

Gogum hoc tempore, *Cliviæ* civitas, nuper ab *Henrico, Comite Montano*, occupata, obtemperabat *Hiſpanis*. Ea, probè munita, quò minùs illis in locis *Hollãdi* in *Iuliacenſes* penetrare poſſent, obſtabat, ut etiam excurſibus crebris moleſta eſſet. Hoc *Batavos* valdè pupugit; Ut inprimis gubernatori apud *Neomagum* unguis, ꝙ dicitur, eſſet in oculo. Hic interdiu noctuq; meditari, rationeſq; inire, cœpit, quib. fortalitium illud *Hiſpanis* extorqueret. Diu hic labor, & conatus, intrà votum fuit, occaſione nulla idoneâ ſeſe ingerente. Tandem, ſub *Bredana* obſidione, *Hiſpanis* ſubindè nova auxilia in caſtra accerſentibus, rectior ſpes affulſit, præſidio *Gogano* tùm quidem ultrà ſeptingentorum numerum haud excurrente. Itaque, capi poſſe, viſum eſt.

Qua

Qua de re præfatus gubernator, collectis duobus millibus præſidiariis,è vicinis fortalitiis ſibi indultis,aſſumptiſque geminis tormentis, lintribuſq; in currus impoſitis,rem tētandam eſſe judicavit. Præfectus *Goganus Batavos* in vicinia quiddam moliri, maturè didicerat.Undè ſocias *Hiſpanorum* civitates monebat.Ipſe verò,quâ nocte hoſtiū inſultus præmetuebat,unà cum ſuis excubias diligenter egerat. Ut,hoſte nullo animadverſo, periculum ſe evaſiſſe arbitratus,circà galliciniū ſe ſomno, ac quieti,daret.Vix unâ abindè horâ elapsâ,ecce! *Batavi* ſuperveniunt, per eum locū, ubi pars valli ruinâ ſuâ foſſam oppleverat,aquâ ad altitudinem duarum fortè ſpithamarum vix ſuperante,impreſſionem facturi. Militi excubitori pro more,quis adeſſet, exclamāti,reſponſum eſt,*Hiſpanas* adeſſe cohortes, quæ annonam in caſtra *Bredana* importarent. Hi dùm ſermones miſcentur, ecce! *Locumtenens Batavus* ſcalis injectis mœnia ſuperat,impetuque in excubitores paucos facto, illis cæſis portas reſignat, *Batavoſq;* immittit. Hi per omnes civitatis vias illud, *Io vivat Vrania*,ſucclamantes, obviis quibuſcunque cæſis, *Hiſpanos* in arcem compulerunt, unâ,atque alterâ, portarum adhuc potiuntes. Interim *Batavi* maturrimè etiam has portas interceperunt. Quod niſi in tempore factum eſſet, ſubvenientibus *Hiſpanorum* ſubſidiis,civitas recuperari poterat. In quos *Batavi* tormentis ſic tùm experiebantur,ut,multis deſideratis,receptui canere tenerentur. Indè, qui *Arcem* adhûc defendebant, impreſſionibus in civitatis forum uſque factis,recuperationis vanâ ſpe fatigabantur. Apparatu enim rei tormētariæ intrò miſſo, *Batavi* continuis machinarum exploſionibus *Arcem* premebant. Vulnerati intùs,quòd rebus, ad medicinam ſpectantibus, defectis, curari non poſſent, deditionem urgere cœperunt. Quæ,more militari, ſub pactis conditionibus, paulò poſt,ex voto *Batavorum*, inſecuta eſt: Loco poſtmodum, ſubindè munimentis ſuperinductis,uberrimè roborato.

II.

Rex Hiſpaniarum Belgio confœderato commerciis ſuorum interdicit.

DE *Bredæ* occupatione prælibatum eſt ſuprà. Spes facta erat *Hiſpaniarum Regi*, futurum, ut, hoc recuperato fortalitio, faciliùs *Belgium* abalienatum ad obedientiam reducere liceat. Sed multùm iſta fefellit exſpectatio. Cives enim *Bredani* tametſi ſub tolerabilibus deditionem feciſſent conditionibus,nihilominùs cùm, commerciorū cauſsâ, quotannis quater ſaltem illis in *Batavos* excurrendi copia eſſet, tùm locus ſepulturæ *Calvinianis* intrà civitatem,niſi prænumeratis pecuniis, ægrè indulgeretur,his,aliiſque,de cauſſis,plurimi,rebus apud *Bredam* divenditis,aliò emigrârunt.

Perſuaſiſſimum tùm erat *Hiſpaniarum Regi*,ſicubi commerciis quibuſcunque in univerſum omnibus ſeriò interdiceretur *Batavis* rebellantibus, poſſe hoſtes magnum in diſcrimen dubio procul adduci. Factum apud *Hiſpanias* decretum,atque, apud *Belgium Catholicum*,publicatum interdictum. Nempè, ne quiſquam *Regiorum* ſubditorum deinceps auſit merces *Batavas*,quæcunque ſaltem eſſent, in *Belgiū Hiſpanicum* clam palàm importare,niſi in pœnas interdicto expreſſas,impingere velit. Injunctum
tur provinciarum gubernatoribus, præfectis
magiſtratibus,omnibus,ac ſingulis,ſeriò proſp
rent,ne quà hoc interdictum ullo pacto eludi
tingat. Interim,ſi quibus mercatoribus,atque i
toribus,merces,nuper è *Batavis* illatæ, ſuppet
illas,intrà trium menſium ſpatium, diſtraher
divenderentque, ſi quis deinceps id genus me
prohibitas fovere compertus ſit,pœnas,abſqu
nia,lueret graviſſimas.

III.

Interdicto ſuperiori Provinciæ Hiſpanicæ
debilitantur,quàm Batavæ.

PAria interdicta,ſub *Annis M. D. XCIX.* & *M.*
ſuperioribus,in publicum exierant, tametſi
guo cum ſucceſſu. Idem etiam hîc uſuvenit. Pl
nim detrimenti *Hiſpanicis*,quàm *Batavis*,indè ill
Ut *Catholicas* per provincias, uſque ad *Vbiorum*
loniam,annonæ,& rerum, pretia in immenſum
gerentur. Neque tùm commercia per *Rheni* d
ctum interdicere velle,valdè opus erat, præſer
cùm à *Croatarum* cohortibus, in *Henricum Com*
Montanum,ob ſalarium defectum, ſub diœceſi
ſenſi, inſurgentibus, jam tùm, antequàm vel
ctum evulgaretur,commeatus, ac commerci
terciperentur.

Hoc nomine *Breda*,& adhûc peſtis contagio
rerum omnium annonâ,ad incitas redacta,int
ctis nempè commerciis, ad ſolitudinem dev
potiſſimis civibus in *Batavos* ſedes transferenti

IV.

Caroli,Angliæ Regis,& Batavorum, nova
fœderatio.

NEque ex altera parte languidiùs actum
Batavis. Iſti enim per provincias confœde
æquè interdicto caverunt,ne quis *Batavorum*,
quocunque colore,ac prætextu,auſus eſſet in
gium Hiſpanicum quicquam mercium, atque an
næ,inferre,niſi oppidò acerbas incurrere pœna
fectus ſit.

Hoc tempore inter *Carolum, Angliæ Regem,* &
fœderatos Belgii Ordines,novum fœdus,adverſùm
ſpanias,ictum eſt. Eo nempè,propoſito, ut utr
tàm terreſtribus,quàm maritimis, copiis omn
iretur in *Hiſpanos*,modò non defenſivè, ſed offe
vè,omnia etentando. Hoc fœdus eò uſque co
nuaretur, quouſque *Batavi* in ſecuram liberta
ſeſe vindicaſſent,*Regiſque* frater, *Palatinus* in av
ditiones,ac poſſeſſiones,rediiſſet. Sic neutri par
abſque alterius conſenſu,intrà tria luſtra,licere
Hiſpanis,ſuper induciis,vel pace, vel directè,vel
directè,paciſci. Quorum ad exodium novæ inir
tur conditiones. Hoc in fœdus quæcunque
provinciæ quiritantes admitterentur,ſic tamen
intrà tres menſes,nomina profiteantur. Omni
quod ajunt,copiis nervi intenderentur eò om
quò tàm navalibus,quàm terreſtribus, armis,
ſpani urgeri poſſent. Eo inſtituto quotannis d
treſque,claſſes inſtruerentur, quæ *Hiſpanorum*
Indias negotiationes impediant. Inprimis *Rex An*

co

is ſuis portus maritimos *Hiſpanorum* præoccu-
t,ne excurrere poſſint.Magna verò, atq; œcu-
ica,claſſis,eaq; inſtructiſſima,maritimos tract⁹
leret , in q̃ triplum,id eſt,tres ſumptuū partes,
faceret,*Batavis* ſimplum conferentibus. Quam
à diſtributionem,prædæ,ex hoſtico relatæ, di-
rentur.Si claſſis quędam victoriâ potiretur,cę-
: naves,tametſi abſentivæ,ęquè de præda parti-
rent.Si verò *Rex* in continente ſive civitatem,
arcem,occuparet,ea, tametſi *Batavi* in auxiliis
ent,ad *Regem* ſolum ſpectaret.Colliſionib. par-
,fortè naſcentibus,præfecti ex æquo,& bono,
tiam adminiſtrarent , litibus haud protractis.
ces,naves,omniaq; id genus pretia,in *Hiſpanias*
lentia,prædæ in locum venirent.Pariter naves,
iſpaniis ſolventes,quæſtione inſtitutâ , merces
rdictas contraderent.*Rex* deditâ operâ labora-
quò *Reges*,ac *Magnates*,cæteri commerciis in *Hi-*
ias ſe abſtineant. Tàm *Rex* verò , quàm *Batavi*,
nctum utrinq; exercitum *Hiſpanis* obiicerent.
cuiquam quicquam in mentem veniat, aut p̃-
litatum ſit,quo noceri hoſtibus queat,illud,ſic-
ætera ejus generis omnia,fideliter communica-
r.*Regis* exercitus ad minimum ad viginti quin-
,vel triginta,peditum,& quinq; equitum, mil-
xcurreret.Parem exercitum *Batavi* , pro virib.
,inſtruerent.Omniaq; communicatis perfice-
ur conſiliis.Sic tamen , ut unuſquiſq; exercit⁹.
ex hoſtico refert,ſibi retineret. Atq; hæ leges
t præcipuę.In quas utrinque pedibus itum eſt.

V.

Hiſpaniarum portum , omnium Sanctorum
dictum,civitatemq; S.Salvatoris, recuperat.

Ecundùm hæc,quod *Cyrus* olim apud *Xenephon-*
em edixerat,in amicos, ac familiares , intuens,
theſauros eſſe ſuos,hoc idem ferè ſubinferre li-
ſet *Philippo IV. Hiſpaniarum Regi*,aliâs fortunatiſ-
. Qui cùm adverſùs hoſtes,recens confœdera-
opus ſibi eſſe & ſumptibus,& copiis, non con-
nendis,haud ſegniùs prævideret, ſuper impen-
Italiam , *Rhetiamq;* , itemq; obſidionem *Breda-*
,factis,conqueri viſus eſt.Supererat,ut claſſem
ter,pro recuperando illo, ab *omnibus Sanctis* , &
iſſimo Salvatore,nominato , portu, q̃ primū ex-
ret.Ibi tu vidiſſes opulentiſſimo *Regi*,velut *Tri-*
bioni , tot utique regnorum domino,ingentes
ine ceu facto,offerri copias,ſingulis regnis ſin-
auxilia,eaq; ſpecioſa,pendentibus.E quib. re-
n *Neapolitanum* viginti naves, benè inſtructas,
emq, pedeſtrium millia,& equeſtrium millena-
,*Navarrenſe*,ſex peditum millia, & mille equi-
Gallicia,decem naves,cum ſex militum millib⁹,
ugallia,viginti naves,octo peditū, & duo equi-
,millia, *Andaluſia*,& *Granata*,triginta naves,unà
duodecim peditum,& tribus equitum , milli-
,*Caſtilia*,juxtà vitæ,fortunarumque,impendiū,
nti peditum,& tria equitū,millia, unà cū duo-
m ducatorum millionibus,intrà triginta men-
rdine numerandis, *Arragonia* , decem peditum
ia,equitum millenarium , *Catalonia*, juxtà ſex
emes,& totidem navium paria, quatuor peditū
lenarios,equites octingentos ordine promitte-
t.Ex amicis verò,& familiaribus , vel à *Clericis*,
ditibus eccleſiaſticis,exercitus viginti millium
rebatur.Ut de *Hiſpanicæ* aulæ *Magnatibus* , quos

Grandes vocant,vel ſuperpondii loco,illud afferam,
eos,hac de re admonitos,ilicet ſuprà duodecim *Fer-*
dinandicorum,milliones,de ſuo *Regi* promptè offer-
re cœpiſſe.Quos omnes ſpeciatim enumerare vel-
le,nimis tædioſum ſit.

Hac ſuorum benevolentiâ , ac promptitudine, *Rex Catholicus* frui,quàm uti,maluit.Itaq; omni ſtudio in recuperationem *S.Salvatoris* apud *Braſilianos* incubuit.Hanc in rem claſſis tàm per *Hiſpanias*, quā *Portugalliam*,ſub imperio *Friderici de Toledo*, inſtruebatur.Ea,ſub XIX.Cal. Februar. ex *Hiſpaniis* ſolvebat,viginti,& unâ,triremibus,neceſſariiſque naviculis,excurrens.In altum delata,diu tempeſtate, & procellis,jactari cœpit,ut mox,curſu deſperato, iter relegere cogitaret.Interim,ex inopato, vento, ac ſpe,in melius converſis, ad *Nonas* uſque *Februarias*,denuò progreſſi ſunt, quoad ad *Inſulam* , *Caput Viride* dictam,delati,de claſſe *Portugallicana* intellexerunt. Hîc, aquâ potabili intrà triremes acceptâ, ſuorum,quos tempeſtas denuò ſub alto disjecerat, adventum præſtolati ſunt.Interim *Portugalliæ* claſſis illa,unà cum *Friderico Toledone*,archithalaſſo, accedebat,reliquis triremibus,antè disjectis,exceptâ unicâ,ad numerum redeuntibus. Sic,ſub ſexagintà duobus carbaſis,ex inſula *S.Iagonis* ſolverunt.Circà *Nonas Martias*,tanto fatigabantur æſtu , ut multi animas exhalarent.Indè paulò poſt fervore mitigato, VI.Cal.April.*Braſiliam* devenêre; Undè in portum *omnium Sanctorū* illum proſpicere poſſent. Ultimâ ejus menſis,tàm propè vētum erat, ut jam excenſionem,juſſu *Toledonis*,facerent,aſſumptâq; dierum aliquot annonâ,loricas excitarent. Mox tormenta bellica,graviſſimis cum laborib. ſuprà mōtoſa loca,reciſis prius arboribus,transferri,inq; hoſtes dirigi,cœperunt.Quibus præeuntibus,obſeſſi, in caſtra *Hiſpanorum* eruptionem facientes , ex inopinato ſic exceperunt obſidentes,ut, triginta circiter occiſis *Hiſpanorum* nobilibus , centum inſuper è gregariis propè vulnerarentur.Nihilominùs *Batavi*,cohortibus non ſuppetentibus,munimenta duō obſidētib. poſt ſe reliquêre.*Nonis Aprilibus*,primùm *Toledonius* tormentis experiri cœpit. Quibus licèt obſtarent *Batavi*,nihilominùs novis propiùs admotis loricis,ac munimentis,eò deventum eſt, ut civitas omni ex parte urgeretur , nec quiſquam intrà ampliùs mœnia reſiſtere quitus eſſet. Illis accedebat,à transfugis,quib. ſub extremis obſeſſi eſſent, omnia *Hiſpanis* cognoſcere.Sic *Batavi*,oſtento è muris pacis ſigno,deditionem obtulerunt,obſides dātes,atque accipientes.Qui,tametſi naves , & commeatum,uſque in *Hollandiam*,peterent , nihil obtinuerunt,pręter vitam.Quo nomine,officiales cum gladiis,gregarii ſine omni armatura , dimiſſi ſunt, commeatu uſque in *Bataviam* ſuppeditato,ſic tamē, ne intereà,uſq; dum eò veniſſent , contrà *Hiſpanos* militarent.*Hiſpani*,in civitatem immiſſi , immenſi pretii,atq; in aliquot talenta excurrentem,theſaurum invenerunt,qui inter milites dividi cœpit.*Batavi* verò,in naves *Hamburgicas* recepti , ſemilaceri, ac famelici,in *Hollandiam* revertebantur.Eorum et adventus erat tàm ingratus,ut ea propter, quòd civitatem prædictam , uſq; in ſubſidiorum è *Batavia* adventum,haud ſervaſſent,in cuſtodiam referrentur.Sed,hi remonſtrantes,ſe impreſſionem unam, atque alteram,in urbem ſuſtinuiſſe,neque,præ milite defecto,ulteri⁹ obluctari potuiſſe, regeſſerunt.

Claſſis enim *Batava*, in ſubſidium excurrens, tempeſtatibus ſub alto diutiùs cõflictari cœperat. Quæ tandem VII. Cal. Iunij ſuis jam antè ex *Inſula* ejectis, appulit; Ut opinione fruſtrata in vanum laboraret.

CAP. III.

De Daniæ Regis in Gueſtphaliam ſuſcepta expeditione.

I.

Daniæ Rex in Gueſtphaliam arma profert.

PArare arma primum cùm ſit, exercere ſuccedaneum, hîc, poſtquàm paulò antè de *Daniæ Regis* præparatoriis vidimus, ſuper expeditionem illius conjiciemus oculos. Neq; *Rex* ſolùm arma movebat. Sed *Angli*, *Batavi*, pars *Galliarum*, ipſique *Saxones* ad *Viſurgim*, erant ſimul in partibus. Ut etiam *Vngari*, *Tranſylvani*, *Auſtrii*, *Sileſiique*, quantumvis nuper ad obedientiam *Cæſaris* redeuntes, videri poſſent hanc in expeditionem inclinantes, & erecti, fortunam belli, *Dano* duce, & auſpice, *Dano*, facilè retentaturi. De felicitate igitur optio, & deſiderium, erat; De animis, & in res novas propenſione, haud laborabatur. Aderat dux, & caput, diu quæſitum, recèns, & opportunè, inventum. Quo de modò non exules, ſed multorum domeſticorum, intrà vota latentes, cupiditates, ſpiritus reaſſumpsêre; Ut nova tropica pridem optata, jam ſperare, poſſent. Neque expers erat *Rex* militiæ. Cujus tyrocinia, magna nominis cum laude, jam dudùm depoſuerat, ut huic oneri, huic *Spartæ*, quod ajunt, exornādæ, his illis iſtis negotiis minimè impar eſſet. Itâ virtus, vireſque, ac multorum animi, jam jam ferè effectum concipiebant, quem intervertere & confundere poteſt

Dura ſuperveniens, quæ non revocabilis, hora.

Itâ enim *Fortuna*, inquam, toties in armis primas gerit, ut ſapienter, optimè, diuque, deliberata, uno velut momento, interturbare, & evertere, valeat. Hæc, utcunque omnes in eventus mentem torqueas, ſuprà caput inſtat, etiam in *Reges* imperium ſibi arrogans. Quod igitur de *Alexandri Magni* invidndis ſucceſſibus, pariterque invicta *Romanorum* egloria, *Curtius*, *Florus*, aliique ſcriptores ſubintulerunt, ut bellum feliciter, ac conſtanter, proſequaris, *Virtus*, ac *Fortuna*, juxtà ſeſe invicem paribus ponenda ſunt paſſibus. Illa enim, ut fortiter, hæc, ut feliciter, facias, enititur; Hoc utroque crure bellum ambulat ſi alterutra claudicat, res adeò magnæ, & quæ ætatem, canitiemque, ferunt, geri non poſſunt. Sed quis futura præſciat? Hæc alta nocte abſcondit *DEVS*, ut unuſquiſque, bellatorum ſe victorem fore, præconcipiat, cùm alterum ſuccumbere, alterum duntaxat vincere, fas ſit. Multi igitur periculoſam in belli aleam minùs deſcenderent, niſi ſe victuros putarent. Multi hoſtem, ſub ambigua fortuna, terrentes, pace meliori lege parta, vi[...] cere velut, ac trophæum figere, queant, niſi int[...] gram victoriam fruſtrà exſpectarent, avidè mag[...] quàm cautè, in pericula progreſſuri.

II.

Daniæ Regem litteris interpellat Thillyus.

HOc inſtituto provectus *Chriſtianus Daniæ Re[...]* jam arma in *Gueſtphaliam*, & quidem *Hameliu[...]* uſque, protulerat; Rem igitur non magis occult[...] ſed ſeriò, ac palàm, agi, prævidens *Thillyus*, ejus c[...] matis litteris, requirente id officio ſuo, *Regem* ſi[...] interpellãdum eſſe, duxit: Iam antè, inquit, ſe ſign[...] ficaſſe, *Regis* arma tantùm non *Cæſari*, ſed *Electoribu[...]* ac *Principibus*, cæteris, oppidò gravia, ac tantùm n[...] ſuſpecta, eſſe cœpiſſe. Ut haud immeritò de vad[...] monio loquendum ſit. Hoc nomine ſiquidẽ de d[...] in diem circumſtantiæ naſcerentur periculoſiore[...] dùm *Rex* ſuo ſub titulo militem educeret, copiaſ[...] ſubindè augeret, neque ad *Circuli Principes* exerci[...] iſte ſpectaret, ut nedùm in verba eorum jurârit, n[...] dùm hoſtis ullus manifeſtus antè portas iminea[...] utique, officii ratione poſtulante, ſe non poſſe n[...] ceſſariam hanc præoccupationem *Regi* non intim[...] re. Et jam quoq; rem eò rediiſſe, ut, dùm in hæc i[...] tentus ſit, *Rex* jam tùm *Inferioris Saxoniæ*, *Gueſtphali[...] que*, *Circulos* ſuperârit, caſtra protulerit, excubitor[...] *Cæſareanos* violârit, atq; id genus alia, plus hoſtilit[...] tem, quàm amicitiam, ſapientia, etentârit. His ill[...] cum actibus è diametro pugnare, quod quidem i[...] *ferioris Saxoniæ Principes* nonnulli obtendant, nem[...] hanc *Regis* ſive expeditionem, ſive *Circuli* decretu[...] ad ſe nihil pertinere, præ ſe ferentium. Eum n. a[...] hûcdùm illis perſtare animum, ut à debita vers[...] *Cæſarem* ſubmiſſione, atque obedientia, ne latu[...] quidem, quod dicitur, unguẽ recedere affecti ſin[...] Intereà, rem ſic quidem comparatã videri, ut ve[...] bis, ac litterarum altercationibus, ulteriùs haud [...] pus ſit, cùm facta *Regis* aliud loquantur, ipſe copi[...] ſubindè producat, ut omnia in *Cæſaris*, fideliumq[...] *Imperii Ordinum*, præſens diſcrimen, damnumq[...] irreparabile, compoſita eſſe, appareat. Ut ẽt *Man[...] feldius*, & *Halberſtatenſis*, novos p *Imperiũ* mot⁹ cieã[...] vetereſq; rationes illas ſuas diducãt. Hanc ob re[...] miſſis ambagib⁹, *Rex* omnia penitiùs ad animũ a[...] mitteret, copiis miſſionẽ daret, talẽ ſe reipsâ, ſic[...] antè litteris, & totum, approbaret. Atq; hoc illu[...] eſſe, quo *Rex* animum, pacis cupidum, demõſtrar[...] immò tàm proprias, quã *Saxoniæ inferioris*, provi[...] cias in ſecuritatem rectiùs, quam ſub dubio arm[...] rum evẽtu, vindicare, poſſit. Hoc hoc eſſe, quo m[...] lum, periculumque, vinceretur omne, *Rexque*, dùn[...] abſq; armorum interventu, pacẽ conciliat, immo[...] talẽ nominis famam ſperare debeat. Ut enim, met[...] pacis ſive religioſæ, ſive politicæ, quicquam ſiniſt[...] ſibi, *Principibuſque*, perſuadeat, abs re eſſe, ut mult[...] minùs hæc in arma prorumpere cogatur. Semel i[...] medio extare *Cæſaris* capitulationes, ac promiſſ[...] ſemel *Electorum*, *Principumque*, decreta, rotunda, c[...] tegorica, & *Germanica* fide, ſub diæta *Mũlhuſiana* p[...] blicata, verſari in medio; Ut nemo non illis omni[...] fidem debeat integerrimam. Quod ſi verò res *Cæſa[...] ris*, *Electorumque*, ac *Principum*, ſic evidens in diſcri[...] men porrò adducere tentet, perſuaſionibuſq; ni[...] velit, tùm *Regem* & dubiis ſe caſibus expoſiturum, [...] *Thillyo*, quod pacem propoſuiſſet, antequàm ven[...] retur ad arma, vitio dandum haud eſſe.

III. Omi[...]

III.

ominoſus Daniæ Regis apud Hamelium caſus: Quo interveniente, interim Regii conſiliarii cum Thillyo agunt.

HÆc illa cùm expediretur *Thillÿ* increpatoria,
ominoſus, ac triſtis, caſus *Regem* intereà exce-
,& tantùm non oppreſſit. *Omen* igitur infelicem
ceptæ expeditionis eventum portendiſſe, ab ex-
ientia deinceps compertum eſt. Caſus talis erat:
iſtianus, Daniæ Rex, apud *Hamelium*, per vallum ci-
tis, inſpiciendi loci igitur, obequitans, ingens
ortunium ſubiit. Equus n. regius, ab exploſione
pcti terrefactus, & proſiliens, *Regem* ad ſummi-
em valli obequitantem, impetu in præcipitium
tò, è vallo deturbavit, graviterq; concuſſit, ut;
ar moribundi, ἄφωνος à ſuis extraheretur. Niſi
ò eo fortè loco, vallo in angulum deſinente, *Rex*
crepidine adhæſiſſet, equo cervicem interfrin-
tè, vix ſervari potuiſſet, lapſu è valli ſupercilio;
recipitio, in ſubjectas foſſas pertingente. Sic *Rex*
ianimis in caſtra relatus, non abſq; ingenti ſuo-
n conſternatione, medicinâ; quâ ſenſim refice-
ur, opus habuit. Hoc ſub triſti humanarum re-
n ſpectaculo, dimiſſi ſunt curſores, qui ocyſſimè
*iſtianum Brandeburgicum, Adminiſtratorem Magde-
genſem*, evocarent in caſtra. Neq; minùs Regii
ercà interpellationi *Thillÿ* ſic porrò ſatisfacere
ocrunt. *Regi* nihil minùs in mētem veniſſe, ajũt,
m ut adversùs ſive *Cæſarem*, ſive *Cæſaris* autorita-
,quicquam etentaret. Eò gratius futurum; ſic-
Cæſaris, quoad pacis tàm religioſæ, quàm politi-
nimum, ac confirmationem, intelligere queat.
n in finem proximis ad *Thillyum* diebus mitten-
eſſe legatos, qui rectiùs media inſpicerent,
ous prædictæ utriuſque pacis certitudo obliga-
r, ut etiam de cæteris, juxtà incidentibus, diſpi-
nt.

IV.

iorum conſiliariorum declarationes. Quibus Thillyus ſatisfacit.

a liminaribus illis Regii ſtantes promiſſis, ſe-
uenti, ut conſtitutum erat, die miſerunt, qui cũ
yo plurib. agerent. Illi autem, prout in manda-
abebant, ſic porrò intimare cœperunt. Nempè
os, inquiunt, præfectos, ac conſiliàrios, maluiſ-
teris *Thillyanis* oppidò, & uberiùs; ſatisfacere.
cùm *Regi*, vallum civitatis perluſtranti, infortu-
n, ac caſus, obveniſſet, conſiliàrios, *Regi*, ægerri-
abenti, non auſos eſſe *Thillÿ* petitum intimare;
rtè languorem ejus auxiſſe viderentur. Tùm
ejùſce momenti rem eſſe illam, ut dubio pro-
Rex, tametſi extrà caſum illum conſtitutus; ni-
minùs amicorum, ac partium; conſenſum re-
turus fuiſſet. Eò nomine vel tribus, ut ajunt;
is maluiſſe ſe pridie reſpondere, quàm nullis.
rim *Regis* animum ſibi eò uſq; eſſe perſpectum;
rtò promittere poſſint, nullatenùs hunc *Regis*;
incipum Saxoniæ inferioris; exercitum eò excur-
ut novis motibus ſtudeat, ut contra in defen-
em *Circuli* omninò, ne ulteriùs injuriis, exactio-
ſque, pateat, militet. Nondùm *Regem* vel extrà
es eſſe progreſſum, vel *Cæſareanis* vim ullam in-
e. Si quid ejuſmodi ad aures regias perveniſſet;
ullam dubitandi aleam in prævaricatores a-
d verſurum fuiſſe. Quæ cùm eſſet *Regis*, *Circuli*-*que*, intentio, ut neq; in *Cæſarem*, nedùm *Imperium*, hæc arma obverti contingat, utiq; ſe eâ ſpe niti, fore, ut *Thillyus Circuli* provinciis parcat, neq; gravius quicquàm deſignare velit. De cætero *Principes Circuli Cæſari* ſatisfacere poſſe. Et jam, dùm *Rex* caſu illo læſus foret, ociùs ſeſe miſiſſe diſpoſitos curſores, qui *Magdeburgicum Adminiſtratorem* in caſtra accerſerent, cujus utiq; adventum in diem præſtolarentur. Qui ſimulatq; superveniſſet, tùm quidem *Principes* eas inituros eſſe rationes, quibus pax tàm religioſa, quàm ſecularis, conſtabiliri, tùm *Circuli* provinciæ, adversùs moleſtias, atq; invaſiones, militares, in ſecuritate reponi poſſint. Tùm neq; armorũ præſidiis opus futurum eſſe, ſi compoſitio, ac pax, intercedere queat. Intereà *Thillyus* manum abſtineret, neq; offenſionibus viam aperiret. Parvã requiri morulam, quã *DEVS* ex alto mediis benedicturus eſſet, ut ambagibus, atq; extractione temporis, res minimè indigeat. In eo ſeſe, quòd ſui foret officii, libenter operam eſſe daturos, ut liqueat, pacis magis, quàm belli, fuiſſe ſtudioſos.

Hæc cùm *Regiorum* eſſet oratio, ut *Thillyo*, extrahendi tẽporis ergò, comparata videri poſſet, ſic illis eſt redditum. Quod de *Regis* caſu præmiſſum eſſet, inquit, ſe *Thillyus* ex animo ſuam conteſtari ſympathiam, ut ſperet, *DEI* beneficio, intereà *Regem* recõvaliturum. Quod ad rem ipſam faxit, tametſi hac de miſſione nihil ſiniſtri ſibi perſuadeat, nihilominùs; cùm dubitandum ſit, an hæc *Regis*, jam tùm, ſicut ajunt, ægrè habentis, & ignari, eadem eſſet ſentẽtia, tùm *Circuli Principibus* ridere poſſit, tùm legatorum propoſitio, litteris concepta, eò uſq; incerta, ac lubrica, appareat, ut abſq; hæſitatione illi ſtandũ non ſit, immò cùm regio exercitu ſic quidem ſe res habeat, ut, utrum *Principes Circuli* has copias eſſe ſuas profiteantur, dubiũ exiſtat, præſertim, cùm in verba eorum nõ jurâſſent, utiq; ſe denuò, ex officii lege, urgere, atq; inculcare, regii tã legati, quàm cõmittentes, id ſedulò agerent, *Regique*, ac *Principibus*, perſuaderent, quò quantò ociùs copiis illis detur miſſio, niſi mavelint, ut ipſe in eas educat. Quodſi maximè lubitum, propoſitumq; antè fuiſſet, *Circuli* provincias immiſſis legionib. onerare, illud nuper ſibi proclivius fuiſſe, cùm meliùs poſſet. Quapropter, cùm, *Rege* exiſtẽte languido, & abſentivis *Principibus*, nullum occurrat fundamentum, cui inniti meritò ſuſtineat, vitio ſibi verti nõ poſſe, ſicubi, rerum ſuarum ſatagens, ea efficeret, quæcunq; ad *Cæſaris* autoritatem, ac faſtigium, fidelium *Imperii Electorum*, & *Principum*, ſecuritatẽ, ipſiuſq; *Saxoniæ* hujus *Circuli*, ejuſdemq; membrorum, conſervationẽ, atq; emolumentum, pertinere arbitrabitur. Quo nomine ut in reproductionem pacis tàm ſalutaris cooperari queat; nulli ſedulitati, ſicut hactenùs, nulliſque ſe parcere velle laboribus.

V.

Danicorum replicatio. Cui ſatisfit à Thillyo.

HÆc ubi *Thillÿ* reſponſio ab iis, qui miſſi erãt, in regia caſtra relata eſſet, ſic porrò ex *Hamelio* reſcripſerunt *Danici*: Nõ ignotum ſibi eſſe, inquiunt, expeditionem illam *Circuli* modò non è motu proprio, ſed etiam ad *Thillÿ* interpellationes, ut etiam ipſius *Cæſaris* conceſſionem, ſuſcipi contigiſſe, eoq; nomine, quoad fundamẽtum, haud laborare. Proinde, poſteaq̃ *Rex*, tanq̃ *Circuli Archiſtrategus*, hactenùs defenſionis cancellos minimè foret prætervectus;

ctus,ut neminem offenderit,conceptiſſimiſq; verbis,ſe nemini,qui *Circulo* haud moleſtus eſſet,incõmodaturum eſſe,cõteſtatus ſit,utiq; ſe cauſſam nõ videre,q̃ ob *Thillyus* exercitus illius exautorationẽ tantoperè urgeat.Nihilominùslibẽter ſe*Regis*,ſuper hoc poſtulato,ſententiã excepturos eſſe, niſi is adhûc illius eſſet ſtatꝰ, ut ſup id genꝰ negotiis,q̃ judiciũ,atq; ἀκρίβειαν,requirunt,turbari nondùm debeat.Interim,ſiquidem,*Regis* eum eſſe animum, intimiùs cognoſcant,quò his in regionibus pax conſervari jam,& deinceps,queat, ideóq; ſe militem à *Viſurgi* tantiſper reducturos eſſe,quò in id genꝰ pacis tractationes fructuoſiùs utrinq; incũbere quitũ ſit.Sub ſpe,futurũ,ut *Thillyus* quoq; nihil deſignet, ꝙ hãc interfringeret.Hæc illi. Quib. porrò *Thillyus* illa in verba reponere cœpit: Paulò inhumaniùs, inquit, ſecum agi, dùm litteræ illæ admonitoriæ, quib. nuper ad *Inferioru Saxoniæ Principes, Ordineſq;*, uſus eſſet,in ſequiorem ſenſum detorqueri amarẽt. Id ſibi ſpectatum tùm fuiſſe,quò aditus, ac provinciæ,adversùs *Mansfeldium*,præmunirentur. Non igitur *Regi* tàm potenti,ejuſq; armis, ſe obſtrepere voluiſſe. Tametſi ergò militis reductionem promittant,nihilominùs eo ipſo neq; *Cæſari*, neq; ſibi, ſatisfieri.Ut eadem adhûc tàm reductionis, quàm productionis,ratio ſubſit.Tantùm modò,ſub pacis propoſitione,temporis quæri extractionem.Iamdudùm,ſic ubi pax placere potuiſſet,ſuper ea deliberãdùm fuiſſe,maximè,cùm tàm *Cæſar*,q̃ *Electores*, ac *Principes*,hanc in rem tot declarationib. pedibus iviſſent.Ut iccircò armis ad id,copiiſq;, nõ ſit opꝰ.

Proindè non eſſe,ut à ſententia præconcepta dimoveri debeat;Ut hoc etiamnũc ab illis deſideret, nempè exercitus exautorationem ut procurarent. Niſi idematurari accidat,ſibi fraudi eſſe minꝰ poſſe,ſicubi illius diſſolutionem, ac rupturam, ſive etiam miſſionem,ipſe efficiat,ac procuret.

VI.

Ferdinandi II.Imp.ad Chriſtiani IV.Daniæ Regis,ſuper officio ſuo Archiſtrategi,reſponſoria.

C*Hriſtiano,Daniæ Rege*, adhûc dùm adversâ valetudine detẽto, viſum è re fuit eſſe regiis conſiliariis,ut q̃ primùm copiæ,omniſq; annona, atque apparatus bellicus,à *Viſurgi* reducerentur in *Epiſcopatꝰ Verdenſis* diœceſin.Quo ſimulátq; peracto,*Thillyus*,occaſione uſꝰ opportuniſſimâ,in *Hameliũ,Mindamq;*, & loca finitima, legiones oppidò immiſit. *Mindani*,ſeram ſub veſperam excurrẽte, atq; abſolutâ tranſactione,tam officioſè novos hoſpites *Bavaros* excepêre,ut primores populi inſtructis *laternis* ad portas uſq; civitatis ſalutatũ irent, admonerentq; tribunos ingredientes,ne fortè pedib. in lapides,aut purgamenta,impingerent. Riſêre homines militares,incautam, ac ſimplicem humanitatẽ, q̃ nimis caro iſtis ſtetit.Ut tantùm non hæc fabula *Proverbio* deinceps locum faceret,ut etiam *Mindani*, ob nocturnam & ſuam id genus ergà militares familiaritatem,*Laternates* ſive *laternigeruli*, vocarẽtur. Non multò poſt inquilini rei militaris expertes,militis imperium,paulò impotentioris, ægrè admiſerunt;Ut etiam cohortibus nõ admodũ, validis arma extorquerent. Sed hæc inſolentia civibus magnum extorſit vectigal.In locum n.centuriarũ,abindè millenarii (undè olim milites *Romanis* appellabantur)in civitates,pro præſidio, ſuccedere cœperunt.Hac viâ *Comitatu Schaumburgico*, & *Ducatus*

Brunſvicenſis parte, in poteſtatem redactis, *Thilly*
Viſurgim,ad *Petershagam* uſque, *Epiſcopi Mindani* ſ
dem,à civitate cathedrali quatuor paſſuum milli
diſtantem,præoccupavit,legionibus ejus iſtis in l
cis multa licenter,ac petulanter,perpetrantibus.

Eo tempore *Ferdinando II.Imp.* in mentem ven
ad illam *Chriſtiani Regis* epiſtolam, (quâ quidem ſ
prà, ſe ſe nempè *Archiſtrategi* munere à *Principib*
Saxoniæ inferioris auctum eſſe,ſignificaverat) redh
ſtire.Ità autem *Cæſar Regi*. De novo *Archiſtrategi* o
ficio,inquit,quod *Rex* ſubintuliſſet,ſe nimirũ jux
Imperii,& *Circuli*,leges,facturum eſſe,hoc ex illis
ſuvenire, ꝙ quidẽ naturalis aliâs poſtularet æqu
tas,ac ratio,Interim novum,atq; inſolẽs, *Cæſari* a
cidere,*Daniæ Regem* hoc ad munus acceſſiſſe præt
morem,aliâs in *Imperio,Circuloque*,receptum. Nu
quam n. *Daniæ Reges* idem feciſſe. Ut *Imperii* conſt
tutiones neminem ad hoc admittant,niſi qui *Cæſ*
ri,ac *Circulo*, tantùm, juramenti ſanctitudine eſ
devinctus,legeſque,*Imperii* recognoſcat. Sed ha
qualiacũq; eſſent,*Cæſarem* in medio relinquere.I
armorum verò apparatu,à *Rege* ſuſcepto, ità qui
eſſe,ut ſub colore defenſionis velit palliari. Int
rim,dùm *Circulus* tot,& tantis,copiis minimè inc
geat,*Electores*,& *Principes*,fideles eo pacto irritari,
ſuſpicari,contingat,diæta deputatoria impediatu
tùm *Rex* bono anteà tempore,priuſquam officiu
illud novum ſuſcepiſſet,in hoc incumbere notat
eſſet,nempè,ut *Ordines Circuli* convocaret, cũ qu
buſdam ſeparatim rationes iniret, præterq; *Circ*
legiones,tùm collectas,alias inſuper copias cõſc
beret ipſe,arma,annonã, apparatuſq; id genus n
ceſſarios,pecuniaſq; immenſas,ipſe erogaret,ut e
iam *Ordines Circuli*,ab hoc inſtituto diffidentes, a
tibus,ac perſuaſionibus,ipſe induceret, ſcilicet
pacto *Cæſarem*,fideleſq; *Electores*, ac *Principes*, quo
ſum hæc illius expeditio tendat,certos,ſecuroſqu
minimè eſſe. Quanquam verò *Cæſar* eâ ergà *Reg*
confidentiâ feratur,fore,ut *Rex*,promiſſionum,p
legatos nuper factarũ,memor, nihil in *Cæſaris*, *I*
periique,detrimentum deſignare cupiat, ſed poti
ad pacis reproductionem,diætæ deputationis em
turationem,*Imperiiq;* emolumentum, nihil reliq
ſit facturus,nihiloſeciùs,injuriâ hujus temporis i
terveniente,facilè uſuvenire poſſe,ut, ſtimulanti
hominum malè feriatorum conſiliis,hæc mens *R*
gis,tametſi optima,everti, inq; cædes, ac laniena
contorqueri,poſſit. Hac de re *Imperatoris* part
eſſe,in tempore id genus occaſionibus, cujuſmo
Imperio periculum minentur,occurrere, caſumq
declinare.Sic itaq;*Electorem Bavarum* habere in m
datis,ejus generalis locumtenens, nempè *Thilly*
Comes,exercitum adversùs tàm ſuſpectas *Circuli* c
pias ut educeret. Neq; minùs *Cæſarem* illi etiã
prias ſub *Alberto VVenceslao, Fridlandiæ Duce*,ſubmi
tere legiones,hic eâdem operâ in expeditionem
lam,ſuſpicionis plenam,ut moveret,pariterq; *Ma*
feldii,fortè in *Imperium* irrupturi,conatib.reſiſter
Hanc ſuam mentem nuper etiam *Cæſarem* aperui
Circulo Ordinibus,,idq; adhûc monere, atq; urger
nimirùm copiæ illæ ut tandem exautorarentur.
n. neq; *Cæſarem*,neq; fideles *Imperii Electores*, *Prin*
peſq; ſecuros eſſe poſſe.Eo facto, tàm *Thillyus* quà
Fridlandus,uterq; etiam ſuas è *Circulo* copias ded
ceret.Proindè *Cæſarem* denuò à *Rege* contẽdere,ve
let intentionis priſtinæ, factarumq; promiſſion

memo

mor,exercitui,recèns,& nuper,conſcripto, miſ-
:m dare,rebus novis renunciare,conſilia inpri-
ad pacem ſpectantia; ipſamque compoſitionis
tam,nunc quoque adjuvare,ac provehere.

VII.

Daniæ Rex,ad Cæſaris poſtulatum,reſcribit.

la ubi *Cæſaris* eſſet occupatio, *Rex* ſic contrà ire ullus intermiſit. Hæc autem illius erat tùm extio: Quæ *Regis*,ait,ſub acceptatione *Archiſtrate*lius officii, *Circulique* defenſionis,fuiſſet declara-,& pacis cupiditas; eam *Cæſari* jure diſplicere id potuiſſe. Ut non appareat,cur; ob admiſſum fatū illud munus,ideóq; ſuſpectus eſſe debeat. am *Chriſtianum III. Daniæ Regem, Avum* ſuum,etiā *lphum, Sleſvici,& Holſatiæ,Ducem*,patrem, ei anâc officio præfuiſſe. Neq; id,vigore *Imperii* conutionum,illis negari cœpiſſe,prout vel *Marchio*-*s Brandeburgicis,Polonorum Regi*,ob *Boruſſiæ* feudū, amento devinctis,minimè fraudi fuiſſet nihilonùs per *Saxoniæ ſuperioris*,& *Franconiæ,Circulos*, id us officia adminiſtraſſe. Ut taceat,eas executio-,à *Regibus* externis, ſub prætextu *Imperii Status*, ies ſuſceptas,nequicquam cum legibus, (quas ant) fundamentalibus,ſtare poſſe.

Ejuſdem nunc defenſionem *Circuli* valoris eſſe. *culum* enim,adversùs ipſius *Cæſaris* mandata, *Liani*,ſive *Bavarici*,iſtius exercitus injuriis tātùm, oppreſſum eſſe,etiam eo maximè tempore, cū quidem ullæ *Bavaris* obiicerentur copiæ,*Saxoniæ*,*rioris*,atq; *inferioris*,*Circulis* utrobiq; copias ſuas utorantibus. E quibus conſectarium emergat, on *Bavari* hæc,& talia, per limites *Saxoniæ infe*-*is* etentantes,immò etiam *Principibus*,ac *Statibus*, rminantes,diffidentiam excitare,*Circuloque* ſuti evadere,potuerint? Annon ipſi illi diætam utationis dictam,omnia rapinis, cædibus, indiiſque,miſcentes,evertere ament.

Semel hoc fatendum eſſe,ea nempè omnes mee,quæ jam diu pati cœpiſſent,quæq; recèns ſuēda ob oculos verſarentur. Hac ipſâ ſolicitudiē provectum, in uſus regni ſui nuper militem ſcripſiſſe,eundemq; *Circulo* permiſiſſe. Nempè c temporis injuriam neceſſitatē ſibi impoſuiſſe, icet,ut cum cæteris *Circuli Principibus*,*Ordinibuſ*-deliberaret,deliberatamq; per majora, ceu vot,ſuffragia defenſionis neceſſitatē pararet, diſſitium partem,numero minorem, ex officio adneret. Interim,non ſat cauſæ eſſe *Cæſari*, ut tàm n,quàm cæterorum *Circuli Ordinum*,devotionē ubium vocare, promiſſionibus fidem negare, aque obrepente mentis mutatione, in humani guinis effuſionem (q ex id genus colliſionibus, iſſidiis,bello mediante,naſci amet) propendere t. *Cæſarem* utiq; in pacis per *Imperium* reductio inclinantiſſimum ſuum illud deſiderium clàm non poſſe,ut diu,pro belli extremitatib. excludis,tanquā arbiter,laborârit. Eo nomine, huic is ſtudio contraria,conſilia,atq; media, hactenulla ratione ſe admiſiſſe,tantùm abeſt, ut tàm s,quàm *Circuli*,exercitus, extrà cancellos delapeccârit. Proindè,ſe ità quidem ſtatuere, proum illū,quo *Cæſar Archiſtratego Bavarico*,ac *Fridliæ Duci*,de ſententia pacis oſorum,& qui *inferio*-*axoniæ Circulum* jampridem periiſſe optarent,in ndatis dediſſet,ut,contrà omne faſq; piumque, tiliter in ſe educerent,copiarumq; ſuarum diſſolutionē efficerent,pugnare cum *Imperii* conſtitutionibus,*Cæſareis* adverſari,& quidem juratis,capitulationibus,adeóq; libertatem deſtruere *Germanicam*. Tametſi igitur pacis adhucdùm ſibi cordi eſſet ſtudium,nihilominùs ejus generis inſtitutum *Cæſaris* occurrere,ut ei morē gerere minùs videatur eſſe conſultum. Niſi fortè regiæ exiſtimationis jacturā facere,*Circuliq;* inſontis devaſtationem intueri, otioſus tanq; ſpectator,cupiat. Potiùs hoc ſuarū eſſe partium,*Circulum* ut adversùs illatam omnem violentiam tueatur,quoad, alio interveniente *Cæſaris* edicto, *Tillyus* loca præoccupata reddidiſſet, è *Circuli* finib. militem deduxiſſet,& de non ampliùs offendendo caviſſet. In quem finem ſe *Cæſaris* poſtulato gratificaturum,ac morem geſturum eſſe. Si ſecùs res cadat,ſe ad illa media,neceſſitate illata, impelli, ad q jampridem ſollicitatus eſſet,tametſi nihilominùs fidem nondùm obligârit. De cætero, ſe coràm *DEO*, *Chriſtianiſq;* cœtibus,hanc mētem conteſtari, magis nempè in ſecuram pacem,q; ad aliud, qp dici ſolet,ſe propendere. Interim, ſi humanum accidat effundi ſanguinem,illi rationem redderent,qui q;dem ſibi regiæ autoritatis vindicias,*Circuliq;* defenſionem,tanquam legem,impoſuiſſent.

VIII.

Philippus IV. Rex Hiſpaniarum, Chriſtiano IV. Daniæ Regi,bellum diſſuadet. Cui hic regerit.

EA cùm *Cæſarem* inter & *Danum* interveniſſent litteræ altercatoriæ, & rès utrinq; ad extrema ſpectare videretur,non deſtitit quoq; *Philippus IV. Hiſpaniarum Rex*,in viam reducere,aliamq; mentem perſuadere,velle, *Chriſtiano, Daniæ Regi*. Miſſo ergò *Io. Carolo, Barone Schönbergio*,talibus ad *Danum* dedit ſub verbis: Ab initiis motuum,inquit, *Germanicorū*, ſe nihil priùs ſpectaſſe,q; ut *Imperium Romanum* à fluctibus iſtis ad tranquillitatem redire,ac pax poſtliminiò refloreſcere,tùm juxtà *Palatino*,quantū ejus fieri queat,ſatisfieri ſuſtineat. Hanc eandē etiamnū ſibi perſtare mentem. Quò itaq; eum ad ſcopū perveniri fas eſſet,miſiſſe ſe, *Schönbergium Baronem*, hic ut omnia aperiret,ad eum finem profutura,ac tendentia. Hanc in rem ſpem eſſe,ſicubi *Rex Daniæ* hæc omnia audire,atq; ad animū admittere,vellet, abſque dubio exoptatū exſpectari poſſe eventū. Nollet igitur *Palatini* aſſeclis aures præbere; rictumq; facere,nedùm armis potiùs,quàm remediis mitioribus aliis,experiri.

Ad eam interpellationem ſequentib. tùm *Chriſtianus Rex* excepit. Etiam ſua,inquit, conſilia ſemp hûc uſq; ad pacē,& concordiam,directa fuiſſe. Hoc neq; *Imperatorē* negare poſſe, ad quē diverſos dimiſiſſet legatos, nēpè *Cæſar* media ſub victoria moderationi ſtuderet,rē extrà aciem,qp ajunt, novaculæ poneret,magiſq; *Electorem Palatinum*,ſub certis renunciationis,& ſubmiſſionis,legibus,in gratiā admitteret. Quanq; a. hæc *Regis* ſuaſoria tùm non illicò habuiſſet locum,nihilominùs *Regem* pacis recuperandæ ſtudium non iccircò abjeciſſe,ſub ſpē,fore,ut *Imperator* tandem *Imperii* calamitatib. mederi vellet. Intereà,tot undiq; gliſcentibus exercitibus, *Regem*,unà cum *Saxoniæ inferioris Principibus*, rationē iniiſſe,quâ *Circulus* contrà injurias defendi poſſit, non ut quenq; offendere animus ſit. Hiſce ſub defenſionis cancellis dùm *Rex*,& *Principes*; verſarentur,acceſſiſſe *Thillyum*,militiæ *Bavaricæ* præfectum, inq; *Circuli* provincias; potiſſimum *Brunſuicenſem*

Ducatum , impreſſiones feciſſe, atque,abſque ulla cauſſa,prædis,incendiiſque, crudeliter rem egiſſe. Quid?quòd eò audaciæ ille devenerit , ut magna voce jactaret,ſe non mutaturum eſſe propoſitum, uſque dùm *Regem* prorsùs exarmâſſet.

Quæ ſicubi adultâ luce forent lucidiora , ut *Regi* arma,inferri,ejuſq; regiæ dignitati nota affricari, velint,neminem fore,qui *Regi* hoc invidere, atque exprobrare,cupiat , ſi, pro regii nominis,ac tituli, vindicatione,tùm *Circuli*,provinciarumq; propriarum,defenſione,ad ea remedia tranſeat, cujuſmodi hactenùs amplecti ſuperſediſſet. Atq; hoc nomine ſe *DEUM*,fidemque hominum,obteſtari, arma ſibi extorqueri , utique hactenùs in ſperatæ pacis reproductionem nullam non operam navanti. Si q͂d igitur triſte præ foribus inſtet , omne illud fata iſtius in caput converterent,quicunq; hanc defenſionem provocaſſent.

IX.

Eiuſdem Chriſtiani Regis,ad ſuperiorem Thillii epiſtolam,reſponſio.

INterveniente illo apud *Hamelium Daniæ Regis* caſu, hactenùs *Thilly* litteris nõdùm erat ſatisfactũ. Ità autem *Rex* poſtmodùm illi reſcribere juſſit:Sibi, totiq; *Circulo Saxoniæ inferioris*,inquit, aliàm mentẽ non eſſe,niſi ut ergà *Cæſarem* amicitiam, & ſubmiſſam reſpectivè obedientiam , declarare ſufficiant. Nam pacis amore,ac ſtudio,nihil ſibi prius eſſe. Ut eodem totius *Circuli Principes* ferri,præcognitũ habeat. Iam verò temporis hujus iſtos eſſe motus , ut, abſq; armorum interventu,pace frui,vix poſſit,avitâ ſub *Religione* deniq; vitæ ſuę aliquando clauſulam imponere geſtiat. Id ſibi vix ſperare fas, eſſe , dùm tot,& tantos,unà cum *Principibus*,exercitus conſpiciat,quib. tota vicinia jam pridem periclitetur,atq; exhauriatur. Proindè,quin,juxtà *Imperii,Circulique*, leges,defenſionis juſtæ,ac licitę,modũ inirent , aliter fieri haud potuiſſe. Prout *Cæſari* ſignificatum eſſet. De cætero *Thilly* codicillos ſic eſſe comparatos, ut nonnullarum rerum cognitione ille deſtitutus videri queat.

X.

Thillij legatorum , ſub diæta apud Brunſuigam provinciali, propoſitio.

HActenùs litteris mutuis altercatum erat. Iam integris orationibus,diſcurſibuſq;irarum , incendia porrò provocari cœperunt. Celebrabant tũ temporis,circà *Idus Sextiles, Saxoniæ inferioris Principes,Ordineſque*,diætam, apud *Brunſuigam* inductam. Ad hanc à *Thillyo* miſſi *Iuſtus-Maximilianus,Gronsfeldiæ Comes*,& *Io.Chriſtophorus Ruppa*,legati. Illi hæc talia *Circuli* proceribus,ex mandato,propoſuêre:Nẽpè tametſi,inquiunt,tempeſtas iſta,quæ *Circulo* inſtat,undè primitùs pullulârit , ſatis præcognitum, eſſet,nihilominùs rem ità ſe ſe omninò habere , ut continuata iſta ergà *Cæſarem* inobedientia,cõſiliaq; id genus ſuſpecta,ac periculoſa, cõmunicationeſq; peregrinę,cladem è clade,tanq̃ funiculum,ducant. Eò deventum eſſe,ut animi ergà *Cæſarem* , atq; *Imperium*,exulcerati,hoſtileſque,nec dùm cõſiliis exitialib. renuncient,ſed, quovis etiam ſub prætextu, prætereà copias identidẽ conſcribiſſent. Hoc pacto oleum,quod fertur, ignib. ſuperfundi, majuſque incendium exſurgere,ut *Cæſar* jam nõ ulteriùs verbis,ad colorem inductis, fidei *Germanicæ* , credere

poſſit,ut poti⁹ diffidere incipiat. Undẽ vel huic *Ci*
culo noxa præſtò ſit. Huic inſtanti malo maturrim
ut occurratur,*Principes, Ordineſque*,hoc ſub convẽ
tu,neceſſum eſſe,ſalutaribus ut provecti conſilii
ſecuribus ad radices admotis, malum omne fundi
tùs reciderent,atque extirparent.

Cæcos eſſe profectò illos,qui poſt tot relatas vi
ctorias luculentas,totidemque clades,& pœnas,di
vinitùs immiſſas,nondùm ſapere,nec pœnitentiar
emendare,ſed magis,magiſque , contravenire,vo
lint. *DEI* manum eſſe illam;Quam omnes,niſi glau
comate,ac cæcitate,laborent , intueri, atque reco
gnoſcere,queant. Hinc illud emergere,ut etiãnun
cum *Cæſaris* , & *Imperii* , hoſtibus , paciſque public
turbatoribus, conſilia clam-palàm ineantur , per
duelliones foveantur,ac corroborarentur. Id q͂ d
in ꝑpatulo agere vix licet,intrà cuniculos , nẽpè
legatos,pacta,fœdera,motuſque id genus, perfic

Quid autem à clancularii ejuſmodi tractatib.
molumenti exſpectandum eſſet,hoc *Friderici Pal*
tini exemplum abundè teſtari. Non obſcurum eſſ
quis præfatum *Palatinum* ad regni *Bohemiæ* ambitio
nem accendiſſet. Eum provincias ſuas,fortunas,v
taſque,animaſque,hominumque tot myriádas,
interitum præcipitaſſe. Eum *Imperium Romanum* p
riculoſam uſque adeò in colliſionem,diſſolution
que,conjeciſſe,immò univerſam penè *Europam* m
tib. implicaſſe. Eundem *Turcos,Tartaroſque*, in *Ge*
maniam ſuperinduxiſſe. Atque,ut res in compendi
dicatur , eum eum omnis præſentis mali radicem
materiam,cauſſamque,eſſe. Parem nunc fabula
ludi cum *Daniæ Rege* , & *inferioris Saxoniæ Principib*
Nempè,ſub colore defendendi *Circuli* , novam a
eſſe ſcenam,novum actum. Neque valdè renui
Regem hoc choragium,aliâs,privatæ fortẽ utilitat
cauſsâ,in id propendentem. Ille enim arma hact
nùs proferre non neglexit, ut etiam in *Cæſarean*
movere occœperit.

Hac de cauſſa aliter fieri non potuiſſe , quin no
mine *Cæſaris*,*Thillyus* in *Circuli* provincias educere
totumque eò cõverteret exercitum. Nihilomin
hoc illud iſtud negotium ſiquidem magni ponder
eſſe deprehendatur, ſub quo rei ſumma periclita
poſſit, *Thillyum*,amore ergà *Circulum*,totiuſque *Im*
perii ſalutem,autorem illis accedere,nempè de re
omnib. ſapienter,ac providè,diſpicerent,clancul
rias actiones,& machinationes , abominarentu
contrà caput illud *Imperii,à DEO* præpoſitum,vult
ne elevarent,nedùm ulla cum *Cæſaris* hoſtibus co
ſilia tractarent. Ex adverſo verò,*Cæſari* debitã pra
ſtantes obedientiam, deliberationibus moderati
ſecuris,atque integerrimis,uterentur , malumqu
impendens longè à *Circuli* finibus propellerẽt. N
que rectiorem viam dari ullam,q̃ hunc ad finẽ du
cat,niſi illam,ſcilicet,ut legiones ſuas,ſub *Rege* mil
tantes,quam primùm revocarent,tùm miſſis ad *R*
gem porrò legatis etiã regii exercitus exautoratio
nem urgerent. Illis confectarium accedere,præſe
tiſque tempeſtatis neceſſitatem poſtulare,ne dei
ceps ſive *Rex*,ſive *Principes* , abſque *Cæſaris* arbitri
ullam cohortem conſcribere auſi eſſent. Paritere
ſic jam copiis conſcriptis daretur miſſio,atque ha
ſub lege,ne,ſub dimiſſione ſive *Mansfeldius*,ſive *Ha*
berſtatenſis , ſive alius quicunque *Cæſaris* hoſti
eas attrahere , aut in naves immiſſas,aliò traduce
re quitus foret. Hac lege , ne adversùs *Cæſarem* mi
litun

tum id genus uſus eſſe poſſit, omnes ſub jura-
to vadimonium præſtarent. Sic quoq; civita-
s maritimis illis, *Bremæ*, & *Hammaburgio Gambri-*
um, aliiſque, interdiceretur, ne milites exauto-
s navibus excipiant, aliiſq;, niſi quos *Cæſar* mit-
t, patariis tranſmittant.
læc ſi nunc *Regi*, *&* *Principibus*, placere poſſint,
è eſſe, & citrà periculum *Circuli Ordines* verſari.
ecùs eveniat, & *Rex* arma ponere nolit, *Ordines*
lò, ſecurè ad *Cæſarem* reflectentes, obedientiam
em operarentur, *Regiſque* conatibus iſtis, peri-
plenis, nuncium mitterent. Eâdē fideliâ omnia
lia *Regi*, annonamq;, ac commeatum, locorum-
tranſitus, negarent, nihilo-minùs *Cæſareanis* o-
a ad uſus neceſſaria libenter ſubminiſtrantes. Si
; hæc ratio, præter omnem exſpectationē, *Prin-*
us, *Ordinibuſque*, rideat, neq; *Cæſaris* obedientiã
ſtare velint, nihil aliud illos deſiderare, ſuâ qui-
ſententiâ, quàm ut *Circulus* expilationibus ex-
atur, prorsùſq; evertatur, aut ad minimum ſe-
belli, eò translatam, experiatur.

XI.

oniæ inferioris Principes, Ordineſque, ad in-
erminatoriam Thillyanorum propoſitionem,
edarguunt.

Væ cùm fuiſſet *Thillyanorum* dura ſatis, atque,
prout videri poterat, acerbior, poſtulatio, non
offenſione, à *Circuli Principibus*, *Ordinibuſque*, ac-
tata eſt. Sic ergò redarguere cœperũt: Nequic-
m *Principes*, *Ordineſq;*, commeminiſſe, ajunt, quid
ſæ eſſet, q *Thillyus* tàm amarulentâ, aſperâq; in-
ivâ ſeſe tantùm non gravare, ſed etiã pſtringe-
uſus foret. Certè, ſe neq; id meruiſſe, neq; p-
âſſe. Tantùm abeſt, ut conſilia, atque actiones,
eant ejuſmodi, ut ſat cauſæ habeat, in præcipuas
cipum familias iis verbis debacchari, eaq; inſolẽ-
prorſus inuſitatâ, abuti. Eò ſcilicet rigidæ ſalu-
onis genere nunquã ſeſe hactenùs vel à *Romanis*
eratoribus laceſſitas eſſe, ut iſte alloquendi, ac p-
ngendi modus planè novus videri poſſit. Si qui
nt, dignitate, atque eminentia, ſibi pares, qui ità
ã, atq; exiſtimationem, ſuã lacerare conarẽtur,
tè haud impunè ferrent. Eò minùs ejuſmodi a-
uid ſe quidem ab illo exſpectare, qui neq; digni-
, neq; natalibus, cõparandus foret. Atq; hoc no-
ne ſatis, atq; abundè, cauſarum ſibi fuiſſe, ut ne
dèm propoſitionẽ reſponſo dignã judicẽt, præ-
im, cùm exploratum habeant, *Thillyum* à *Cæſare*
il minùs, quã hoc, in mandatis habere. Interim,
nen malle ſeſe mitiorem ingredi viam. Atque in-
nis neceſſum eſſe, ut *Principes*, *Ordineſque*, cõce-
ſimis verbis publicè contradicant iis, quæcunq;
er negotio defenſionis, ſibi perſuaderi, pariter-
à ſuis, ſub pleno hoc conceſſu proponi, paſſus
t. Nempè nullâ ergà *Cæſarem* ex inobedientia
provectos hanc defenſionem ſuſcepiſſe. Vt de
ota prius tàm per litteras, quàm legatos, *Cæſarẽ*
dierint. Hoc inſtitutum uſque eò non impro-
ſe *Cæſarem*, ut magis ratum habuerit, modò *Cir-*
s, *Imperii* leges obſervando, peregrinas ejiceret
pias, ſuaſque neque adversùs *Cæſarem*, *Imperiique*
eles *Ordines*, educeret, neque, in rem hoſtium,

extrà *Circulum* proferret. Hos intrà cancellos *Daniæ Regem*, tanquam *Holſatiæ Ducem*, *Imperiique* membrum, itemque *Circuli Archiſtrategum*, ſeſe tenuiſſe. Pariterque *Ordines* hoc confirmatiſſimum facere, ſicut nequaquam præſens iſthoc defenſionis negotium in *Cæſaris*, fideliumque *Imperii* membrorum, colliſionem ab initio comparatum eſſet, conſimiliter *Regem* præparatis illis copiis nullatenùs pro *Cæſaris* hoſtibus abuſurum, ſed legibus *Imperii* ſe conformaturum eſſe.

Eandem hanc ſententiam ſuam *Electori Saxoniæ* jam tùm declarare ſeſe cœpiſſe. Neq; illum etiã diverſum ſentire; Vt idem hoc propoſitum tàm *Imperii* conſtitutionibus, quàm *Circuli* ſtatutis, conveniens eſſe, arbitretur. De obedientia, ac devotione, ſua ergà *Cæſarem* ſic eſſe, ut utramq; multimodè, ac prolixè, toties conteſtati ſint, ut, ad ultimum vitæ halitum uſque, perſeverare cogitent. Neque hanc ſuam declarationem ſaltèm primo in ore, ac labris, ſtetiſſe, ut ab eventu, & re ipsâ, potiùs comprobata ſit. Nempè *Vnioni* ſeſe auxilia denegâſſe, ſuſpectas ſuprà *Viſurgim* in diœceſi *Eichsfeldiana* copias diſſipâſſe, *Chriſtianum Brunſvicenſem*, tametſi agnatum, è *Circuli* finibus ejeciſſe, *Cæſaris* hoſtibus nunquam acceſſiſſe, nedùm illorum cauſa arma corripuiſſe. Hæc omnia tàm eſſe nota, quàm quæ notiſſima. Neminemque adhûc repertum eſſe, qui *Principes*, *Ordineſque*, tanquam à *Cæſare* ſeceſſionem facere, atque recalcitrare, auſint, accuſare tentarit. Hoc iterumque, iterumque, præfandum venire, neminem eſſe, qui *Principes*, *Ordineſque*, ſuper inobedientia, machinationibus, fœderibus, tractatibuſque, periculi plenis, contràque tàm *Cæſarem*, quàm *Imperii Ordines*, excurrentibus, unquam convincere poſſit. Vt ejuſdem commatis impomẽtum ſit, quod objicitur, tanquam *Circuli* defenſio pro colore, ac tegmine, ſuper induceretur, tùm exercitus hic adversùs *Cæſarem*, offendendi animo, conſcriptus eſſet. Atque his de rebus injuriam ſibi inferri, ut hactenùs neque ab *Imperatoribus*, *Regibus*, *Electoribus*, *Principibuſque*, ejuſmodi quicquam ſibi intentari acciderit; Tantùm abeſt, ut fidem, ac candorem, aliquis accusârit, ut alio honore, & titulis, vel ab univerſo *Imperio*, affecti eſſent. Nullatenùs enim illorum in numero *Principes* eſſe, qui tàm in *Deum*, quàm *Cæſarem*, inſurgerent, quique *Cæſarem*, verbis duntaxat, non ex affectu, & verè, colerent. Atque ſic ſentire ſuper temporalibus. De animæ ſalute quod ſupereſſet, in ea ſeſe eſſe ſententia, ut *Deo* magis obediendum, atque ad *Pacem Religioſam* reſpiciendum, putent. Hanc ſeſe libertatem, *Imperiique* juxtà conſtitutiones, tàm in electivis, quàm hæreditariis, provinciis, ad ultimam uſque vitæ lineam, proferre deſiderare. Eapropter moneri *Thillyum*, cautiùs deinceps ageret, atque id genus accuſationibus in *Saxoniæ inferioris Principes*, *Ordineſque*, ſe abſtineret. Interim ipſe *Imperii* conſtitutiones, executioniſq; leges, rectiùs obſervaret, neq; adverſus eaſdẽ, *Principes*, *Ordineſque*, inceſſeret, ſicut quidem per *Ducatum* antè *Brunſvicenſem*, ſub locorũ plurium interceptione, expilationib[9], devaſtationib[9], inſontiũ tot hominum cędib[9], aliiſq; id genus barbaris exceſſibus, ſævitum eſſet. Iſtis ipſe hoſtilitatib[9] parceret, eâq; lege ſatisfaceret, quò deinceps ſecuris eſſe liceat. Hæc, & id genus, ejuſmodi vide-

di videri, ut cum *Cæſareis* promiſſionibus conciliari nequeant, tantùm abeſt; ut juxtà leges *Imperij* laudari poſſint, præſertim, cũ copiæ *Circuli* hûcuſque meris ſub defenſionis terminis ſeſe tenuiſſent. Deniq;, cùm, ſicut è propoſitione liqueat, *Cæſaris* autoritas, poteſtas, & voluntas, ubivis locorũ nimis largè prætendi velit, utique non immeritò ſuſpicionem *Statibus* ſubnaſci an id genus mandata coràm exhibere *Thillyus* poſſit. Hæc igitur ut in medium afferret, non minùs æquum, quàm neceſſum, eſſe. Super eo enim, tanquam fundamento, laborari, ut priùs, quo cum tractatio foret ineunda, & utrùm *Cæſar* calculo ſuo hæc probet, conſtare debeat.

Coronidis loco, ſiquidem *Thillyus* arguat, è *Palatinis*, aliiſque, codicillis manifeſtũ emergere, quas *Circulus* ad *Daniæ, Sueciæque, Reges*, alioſque *Magnates*, dimiſiſſet legationes, opus eſſe, ut ex originalibus tranſſumpta *Principibus, Ordinibuſque*, quantò ociùs impertiantur.

XI.

Thillyanorum replicatio.

NEque ſic ad *Principum, Ordinumque*, exceptiones, proteſtationeſq;, illas digitis, more *Sigalionis*, ora compreſſerunt legati *Thillyani*, maximè facundiſſimus orator, & miles, *Gronsfeldius Comes*, alter penè *Thillyanorum Vlyſſes*, quin ſic obniterentur. Quòd, inquiunt, *Saxoniæ inferioris, Principes, Ordineſque*, regererent, ſeſe à *Thillyo* indignè petitos eſſe, tanquam inobedientes, refractariique, ergà *Cæſarẽ* eſſent, tùm rebus novis ſtuderent, illud neq; *Thillyo* objiciendum venire, cùm ea ſit illius moderatio, ac manſuetudo, ut nunquam ad animum admiſerit quicquam ejuſmodi aut dicere, aut facere, quod in *Principum, Ordinumque*, contemptum, atque obtrectationem, vergere videri queat. Tãtùm ei ſcopum hunc propoſitum eſſe, quò in commune rebus publicis conſuleretur. Modum loquendi illum, quo quidem *Thillyus* uſus fuiſſet, non aſſertivè, ut ajunt, ſed indefinitè, atque imperſonaliter, intervenire, neque purè ad *Principes, Ordineſque*, ſpectare, ſed potiùs id genus homines maleferiatos concernere, quales omnibus, ut loquuntur, copiis *Principes, Ordineſque*, in rem ſuam pellicere, & adverſùs *Cæſarem* irritare, laborarent. Etiam *Cæſarem* ſic quidẽ ſentire cœpiſſe, ut hunc *Daniæ Regis*, & *Circuli* ejus, operoſum armorum apparatum non minùs ſuſpectum nominet, ut etiam præallegatæ *Circuli* defenſionis cancellos tranſcendere arbitretur. Quo nomine, tametſi unus, atque alter, *Principum* nihil adverſi meditetur, nihilo-minùs proclive ſit, ad hoſtium *Cæſaris* inſtillationes, facilè animos præoccupari, totique indè *Imperio* periculum creari, poſſe, Et rerum magnitudinem, & officium *Thillij*, cõmuni operâ, poſtulâſſe, ille eâ de re, ne quid res publica detrimenti capiat, *Principes, Ordineſque*, ut admoneret, & , ne quà captatoribus aures præbeant, inculcaret. Illius ergò non niſi laude dignam, heroicamque, eſſe intentionem; Vt tàm ſacrum caput aliam promereatur hederam, quàm ut vel propoſitio ejus, in *Imperij* & patriæ, commodum directa, à limine conventus rejicienda foret, vel legati non eſſent audiendi. Eundem ità affectum non eſſe, ut inſidias *Principum, Ordinumque*, dignitatibus, hono-

ribuſq;, ſtruere amet, ut rerũ publicarum, amor,
ſaris, Imperij, officiiq; ſui, reſpectus id genus loqu
di modum hac rerum tempeſtate extorſerint.
adverſo ſic quidem ſentire *Thillyum*, ut omnib
quibus par eſt, ſtudiis, officiiſque, *Principes, Ordi*
que, cupiat demereri, paratuſque ſit conſtanti
illorum ergà *Cæſarem* omnibus modis provehe
confirmare, atque armis ſuis protegere.

De plenipotentia *Cæſarea*, litteriſq; ſacris, ut
cant, ità eſſe, ut ex originalibus, à ſeſe produc
quæ vices *Thillij* eſſent, liquere poſſit. De hoc
tur corollario extrahendum tempus non eſſe.

Super litteris *Palatini* interceptis, ac commu
candis, pariter ſic rem ſe habere, ut hoc petitũ
trà legatorum inſtructionem excurrat. Neq; ſib
facultatem ſuppetere ſive originalia, ſive tranſu
pta, accerſendi, ſiquidem ea documenta jampr
ad loca diſſita transferri accidiſſet. Vt hoc à ſe q
que, tanquam extrà ordinem legationis, ſive
prædictum, inſtructionis, prætendi nequeat.

Quòd porrò *Thillyo* objiceretur, eum prædis,
cendiis, cædibuſq;, in infantes, feminaſq;, item
ſtupris, ità quidẽ ſæviiſſe, ut intrà ſeculũ integr
tanta crudelitas apud *Chriſtianos* cognita haud
tùm ne quidem *Turci*, barbariq;, atrociùs bacch
poſſint, hoc inſtar paſquilli, non hiſtoriæ, eſſe. Vt
eo parùm, vel nihil, ſuperaddant, tot convitiis n
ſemel *Cæſareanos* petitos eſſe, ut magnis vocibus
clamatum ſit, canes rabidos, moloſſoſq; papiſtic
eſſe. Si paterentur, examinarent, ac juxtà poncr
Mansfeldij exceſſus, *Chriſtiani Brunſuicenſis* ſævitia
quam nulla ſive ætas, ſive hominum memoria, fa
lè obliterabit, certè longè atrociora iſtos deſign
ſe, cõpertum erit. Interrogate, ſi non grave eſt,
guntiacos, Vbios, Monaſterienſes, Padebornenſes, Neme
nos, alioſq; populos. Interrogate, ſi hæc cõditio p
cet, tot *Monaſteria*, tot *Præſulatus*, tot *Abbatias*,
Monialium Cœnobia, & cellas! Per fidem! tot monſ
delictorum, tot flagitiorum portenta, ab iſtis, t
in maſculinũ, quàm femineum maximè, in ſexu
perpetrata, colligetis, qualia *Cæſareanorum* error
& delicta, multis antevertunt paraſangis. Itaq;
nulla ferè hîc comparatio habebit locum. Neq;
protinùs, quę gregarij, vel calones, deſignant for
in caput *Thillij* cudenda fuerint. Magis eſt, ut regi
num, locorumq;, præfecti accuſandi veniant, ut
qui neceſſarium militi cõmeatum vel ſubtraxerũ
vel non contulerunt: Operæ pretium ſic facere
omninò *Principes, Ordineſque*, ſicubi dictis, libelli
id genus famoſis, minùs conniverent, ſed, huma
tate interveniente, ne typis deinceps ea incétiva,
vituperia, evulgari queant, etiam ſub pœnis pr
poſitis, ſancirent. Deniq;, quò id genus inconv
nientiæ, aliâs bellum, ſicut umbra corpus, ſeque
tes, in poſterum declinari, atq; omninò tolli, queâ
quarum quotidie nova ſeges emergere hoc reru
ſtatu amet, hoc urgere, hoc corrogare, legatos, n
pè *Principes, Ordineſque*, ſuprà propoſita pacis medi
abſque cunctatione, admitterent, militiſque exa
torationem apud *Regem* impetrarent, adeóque ca
tegoricam, ultimamque, declarationem ſibi impe
tirentur. Neque dubitarent, *Thillyum*, ad *Circuli*, a
id genus faſtidiis, exonerationem, difficultatum
mnium ablationem, & quæ his forent conſectari
nihil reliqui facturum eſſe, ut de ejus facilitate n
hil, niſi optimè, præſumere debeant.

XII. Prin

XII.

ncipum, Ordinumque, ad Thillyanorum in-
ſtantiam, finalis declaratio.

: tãdem, ut, colophonis loco, finaliter *Principes,*
ordineſque, ſententiam dicerent, urgeri cœperũt.
e hujus generis fuit: Nẽpè, quoad primũ iſtud
:ctum, inquiunt, quo *Principes, Ordineſq;*, læſi fo-
;, nolle ſeſe cum legatis curioſiùs, diſceptare. Iu-
verò libenter admittere, ſcilicet *Thillyo* animũ
fuiſſe, ut ejuſmodi quidquã, ꝓponeretur, quo
cipũ, Ordinumq;, hujus *Circuli* fidelium dignitas,
oſq; lædi poſſit, Vtq; omnia illa, quæ ſuꝑ inobe-
ntia, & id genus, allata fuiſſent, minimè purè, at-
affirmativè, ſed indefinitè, atq; imperſonaliter,
óq; de *Cæſaris* hoſtibus, interpretanda veniant.
ıc illã confeſſionẽ *Principes, Ordineſq;*, ſolenniter
eptare. Et porrò ad *Imperatoris*, omniumq; *Ele-*
um, ac *Principũ*, ſententiã provocare, utrũ *Thillyo,*
us ſic ſe habentib[9], fas fuiſſet cum exercitu *Cir-*
m hoſtili modo infeſtare, ſaltus, adituſq;, occu-
e, integrum *Principatum Calenbergicum, Comitatũ*
anum, partemq; *Ducatus Brunſvicenſis* miſerrimè
rare, ac devaſtare. Tametſi autẽ legati id genus
eſſus ſive excuſare, ſive extenuare, contendant,
oicerent ſaltẽ facinorum ꝑpetratorum iſthæc,
e exhibentur, cõpẽdia, (omnes n. omniũ locorũ
tiones nondùm præ manibus eſſe) & dubio ꝓ-
facta etiam famâ ipſâ graviora inveniri, nõ dif-
buntur. Hæc ut ut ſeſe haberent, nihilo minùs
ncipes, Ordineſq;, adhûcdùm, ſe vel ergà *Cæſarẽ* in-
edientiæ, vel rerum novarum, & id genus machi-
ionum hoſtilium, convincipoſſe, etiam, etiamq;
negare, conceptiſſimiſque verbis contradicere.
s n. eſſe, quibus bonâ fide hæc injuria intentari
ı debeat; Vt conſcientiam pro teſte habeãt, hu-
q; illius honoris ſui vindicationem ſuo tempore
gere cupiant. Prælibatis illis, *Principes, Ordineſq;*,
ies ergà *Cæſarem* devotionem, ac conſtantiam,
dò non verbis conteſtatos eſſe, ut etiam ipſo fa-
hujus rei, quàm fideles eſſent, neq; *Cæſaris* hoſti-
ſeſe applicarent, luculẽta ediderint ſpecimina.
non ſat cauſæ *Thillyo* fuiſſe, ut quicquam vel ſi-
tri ſuſpicaretur, vel, copiis in *Ducatum Brunſvicẽ-*
immiſſis, omnia hoſtili, & barbarico, more a-
et. Certè *Cæſarẽ*, tàm juſtum, tàm pacificum, hũc
rigorem nequicquam præſcripſiſſe, ut de pote-
e ſibi facta impendiò dubitare liceat. È litteris
ſareis innoteſcere quidem, *Cæſarem*, tanquam hęc
onia infer. arma paulò ampliora forent, quã quæ
Circuli defenſionem ſpectare viderentur, ꝑſua-
n eſſe. Nihilo minùs *Principes, Ordineſque*, enixiſ-
è hoc tuentur, ſeſe, extrà leges, ac cancellos, *Cir-*
i minimè provectos, hoc exercitu aliud nihil
ærere, quàm ut patriam contra omnes injurias,
preſſioneſq;, hoſtiles, protegere queant. Vſque
eò neminem offendere præſumunt; Vt neq; *Pa-*
ini reſtitutionem per arma parent, neq; in ejus rẽ
ſaris hoſtibus accedere cupiant. Præterea *Cæſaris*
ındatis à ſe hactenùs morem geſtum eſſe, ut neq;
ntrà *Cæſarem*, neq; pro hoſtibus *Cæſaris*, clàm pa-
n, unquam miles vel ullus intrà ſuos fines cõſcri-
us fuerit. Ea de re non quidem ſatis eſſe, ut tã au-
cter accuſare velit *Thillyus*, ut priùs veris proba-
nibus niti debeat. Si enim accuſationibus dun-
taxat ſtandum eſſet, atq; eo lubrico ſub fundamen-
to ilicet executio locum habere deberet, profectò
nemo futurus eſt, qui ſic, tametſi innocentiſſimus,
non in pœnas rapi queat. De electione *Archiſtra-*
tegi, ità eſſe, ut *Principes, Ordineſque*, nihil minùs, quã
quod leges patriæ deſignant, feciſſe cõperiantur.
Illis præcisè inhærentes primùm *Fridericum Vlricum*,
Brunſuicenſem Ducem, nominâſſe. Sed ecce! cùm hic
totis conatibus obluctaretur, electionem porrò in
Daniæ Regem incidiſſe. Neq; verò hoc ipſo fortè pec-
catum eſſe. Nã & *Cæſarem* ipſum voluiſſe, aliud ut
Circuli caput ſufficeretur; Tùm novum non eſſe, ut
Daniæ Rex, tanquã *Holſatiæ Dux*, & *Imperij Princeps*,
hoc ad munus vocaretur. Liberã ſibi nẽpè, ex lege
Imperij, electionem competere; Vt vel prorſus ex-
ternũ vocare illis integrum ſit. Sic *Chriſtianũ III. Da-*
niæ Regẽ, intuitu *Holſatiæ, Stormariæ, ac Ditmarſiæ, Du-*
catuũ, Anno M.D.LVI. poſt *Imperij Receſſuum*, execu-
tioniſq; legum publicationẽ, in *Circuli Imperatorem*
electum fuiſſe. Adde, ex *Archivis Brunſuicenſibus* e-
mergere, nempè *Carolum V. Imp. Chriſtiano II. Daniæ*
Regi, Ducique, tùm tẽporis *Brunſuicenſi*, adverſus *Epi-*
ſcopatum Hildeſianum mandâſſe partes executionis. Id
ꝙ ſanè, niſi *Rex* ejus officij capax eſſet, fieri non ſu-
ſtinuiſſet. Iam, quanquam præſens *Daniæ Rex*, reſpe-
ctu *Daniæ, & Norvegiæ*, externus foret, nihilo minùs
electionem ſuper executionis illa lege fundari, ut
Rex etiam ſuper illa litteras, ut vocãt, reverſales ob-
tulerit, adeóq; ſupremum illud officium, juxtà *Cir-*
culi conſtitutiones, ſe moderaturũ promiſerit. De
defenſionis intereà armis paulò auctioribus, & cõ-
firmatis, ità eſſe, ut *Rex* non niſi cauſam æquiſſimam
alleget. Eas enim ꝑ *Circulum* hinc indè injurias, im-
preſſiones, ac moleſtias, inferri cœpiſſe, eas eſſe *Thil-*
lij in proximo vires, & copias, eas auditas intermi-
nationes, tanquã *Rex* profligandus eſſet, ut nõ im-
meritò vires etiã *Regis* augeri cœperint, ne illis aſ-
ſultibus impar inveniretur. Etiã, ſuperiori *Anno M.*
DC.XXIII. Circuli copias, à *Rege* auctas, extitiſſe oppi-
dò luculentiores, tùmq; ſub diæta ꝓvinciali cõclu-
ſum fuiſſe, ne quis exercitus externus intrà *Circuli*
fines toleraretur, ſed limites adverſus has, illaſque,
partes ſtrenuè præmunirentur. Id ꝙ neque tùm vel
Cæſari diſplicere poterat. Proindè ſtatueret *Thillyus*,
niſi ipſe poſt *Idus Quintiles* trans *Viſurgim* moviſſet,
perq; ſubjectos milites ſpoliis, incendiis, virginum,
matronarumq;, ſtupris, tẽplorum, & rerum ſacra-
rum, profanationibus, ſepulcrorumq; violationib[9],
rem egiſſet, adeóq;, ſine juſta cauſa, *Circulum* prior
offendiſſet, *Regem* defenſionis limites nunquam ex-
cedere voluiſſe. Quo præſtructo principio, facilis
eſt concluſio; fidelem hunc *Circulum* præſentium
malorum fontẽ, ac materiã, nequicquã eſſe. Poſito
caſu, aliundè aliquando litteras, miſſiculationeſq;,
ad *Principum* unum, atque alterum, interveniſſe,
nequicquam tamen *Circulum* hoſtibus *Cæſaris* ac-
ceſſiſſe, aut cum iſtis deliberâſſe, probari poterit.
Eò uſque, ut parùm verecundentur legatis ipſiſſima
Circuli decreta exhibere inſpicienda. Neque iccir-
cò *Principes, Ordineſque*, tanquam fidei, obedientiæ,
dignitatis, honoriſque, immemores, forent, inſi-
mulari oportere. De illis quæ *Regi* objecta fo-
rent, *Regem* ſatisfacturum eſſe ipſummet. Vt
mirari denuò ſubeat, cur *Thillyus* nudis, ac fri-
gidis, ſuſpicionibus tantùm modò addictus, cer-
tioribus niti principiis minùs ſtudeat. Neque enim
illis

illis tantùm *Regem*, totque generoſiſſima *Principum* pectora, temerè onerare, atque audacter inceſſere, velle, æquum, aut decorum, eſſe.

Si maximè *Thillyus* ſuper litteras *Palatinas*, olim interceptas, hanc ſuam irruptionē fundare ſtudeat, ꝓferret tabellas in medium, ut liqueat, an exindè reatus *Principibus*, *Ordinibuſque*, imputari jure evaleat. Quoad libellos famoſos, legatos præſentes, nomine ſuperiorum, de eo proviſuros eſſe, operamque ſuam promittere. Modò *Thillyus* idem ſuo loco faceret, certiſq;, atq; ultimis, ſub pœnis, furoribus militum ſeverè interdiceret. Factis enim ceſſantibus, ultrò id genus ſcripta ceſſatura: Novam, ac nimiam, juxtà illam *Thillij* inter cætera inſolita, uſuvenire poſtulationem, ut non dubitet, *Regi*, *Circuliq;*, *Principibus*, inſuper leges præſcribere, quibus deinceps prohibeantur, ne vel ullum ſcriberent militē. Aliud *Circuli* leges admittere, aliud *Imperii Receſſus*, ſub *Anno M.D.LV.* & quidem oppidò contrarium, ſancire, aliud deniq; *Cæſarem* nondùm poſtulaſſe, cui hoc utique inſtitutum ſuum probari cœperit, modò juxtà leges patrias omnia perficerentur. Eas leges ſeſe jamdudum impleviſſe ſeriò, ut etiam vel ob id anteà à *Cæſare* gratiam, laudemq; retulerint. Proindè etiam hoc momento temporis ſeſe aliter affectos non eſſe, quàm illis ut legibus jam, & deinceps, ſatisfieri, diæta, *Deputatoria* dicta, maturari, *Circuluſque* adverſus exercitus, per *Imperium* ſeſe tenentes, confirmari, poſſit. Hoc hoc *Principes*, *Ordineſque*, etiam nunc conceptiſſimis verbis profiteri; nullis ſeſe extraneis fœderibus operam dare, ac ne quidem *Cæſari* ſiniſtram de ſe opinionem ingerere, velle. Modò ex adverſo minæ ceſſarent, hoſtiles actiones tollerentur, *Rex* haud peteretur, verùſque aliquando horum omnium effectus emergeret. Vnicuique hujus *Circuli*, *Principum*, *Ordinumique*, nihil prius, nihilq; antiquius, fore, quàm ſi quantò ociùs utrinq; copiis miſſio dari poſſit. Tantùm modò, exautorato exercitu, quiete frui, militum injuriis vacare, *Religionis* exercitio, & libertate *Teutonica*, minùs privari, poſſint. Opus ergò eſſe, ut tàm *Religioſa*, quàm politica, pax confirmata maneat, damnū illarum refundatur, cauſaque priùs inſpiciatur, antequàm fideles *Principes*, ſuper fœdo perduellionis crimine, accuſari, velint.

Quodſi ergò *Thillyus* eò inclinet, ut è *Circulo* educere, civitates, ſaltuſq;, occupatos reddere, ac de cætero cavere, cupiat, ne *Principes*, *Ordineſque*, inſontes deinceps onerentur, omnia ſub priſtinum ſtatū redigantur, abſque inſpectione cauſæ ne gravetur, ad ſummam, *Circulus* contrà pacem tàm Religioſam, quàm ſecularem, deinceps ne offendatur, ſed omnia, ſub litis ambiguitate pendentia, ad publica *Imperii* comitia, rejiciantur, eò caſu, *Principes*, *Ordineſque*, ſic affectos eſſe, ut, concurrente *Circuli* conſenſu, *Regi* copiarum exautorationem perſuadere velint. Sin minùs hoc etiamnunc placere queat, *Thillyus Principum*, *Ordinumque*, legatis nihil imputaret, quò minùs aliter inpræſentiarum reſpondere ex voto poſſint. Coronidis loco, ità ſentire *Principes*, *Ordineſque*, ut *Electoris Saxoniæ* interpoſitionem exorare, eique *Circuli* diætam aperire, conſtitutum habeant. Ea de re ſi, ſic *Thillyus* intereà arma ſuſpendere, è *Circulo* emigrare, dictamq; interpoſitionem præſtolari, vellet, rem magnam, totique tàm *Circulo*, quàm *Imperio*, gratam, faceret. Si abſque eo quoque eſſet, alia media, & quidem convenientiora
medium proponeret. Hoc ubi effectum dari po
Principes apud *Regem* pari lege inducias, atq; arn
rum ſuſpēſionē, procuraturos eſſe. Niſi illa om
Thillyo placere velint, niſi his mediis mitiſſimis
cari poſſit, proximum eſſe, ut *Principes*, *Ordineſ*
alias rationes ineant, defenſionemque omni mo
meliori ſuſcipiant.

Sed, cùm *Thillyus* reſponſum ad hæc poſtulat
Cæſarem rejiceret, ſine effectu laboratum eſt, di
hac provinciali ſic in caſſum exeunte.

Externa.

I.

Galliarum Rex, & Sabaudiæ Dux, verſus I liam educunt.

QVà res peregrinas, quas, tanquam
co corollarij, tractandas hoc opere
ſcepimus, ecce! hic è *Belgio*, (quo
paulò antè) in *Italiam* ſaltum facim
Et, cùm, libro ſuperiori, de nova G
liarum, & *Angliæ*, *Regum*, *Venetorūq;*, & *Sabaudi*, c
fœderatione, unàq; *Chriſtianiſsimi Regis* per *Rheti*
ſucceſſibus, præmiſſum ſit, jam, quid per *Italiam*,
Genuenſes maximè, ab iiſdem confœderatis tent
porrò cœperit, ſubjungere ordine fert animus.
lud autem tantorum *Magnatum* fœdus tantùm
in labiis, atque intrà verba, fuiſſe, ſed etiam ad ef
ctum ſpectâſſe, vel è ſuperioribus per *Rhetiam C*
rei, *Marchionis Gallicani*, progreſſibus, innotuit, u
ex illis in *Italiam* expeditionibus ampliſſimis id
deinceps liquere poſſit. Itaq; ſic quoq; per *Itali*
res ſeriò geri cœpta eſt. *Ladigierius* enim, *Dux Ga*
canus, exercitum, octodecim millibus conſtante
per *Alpes* in *Italiam* eduxit, eoq; univerſos penè ea
regionum *Principes* cōmovit. Modò non enim reg
Neapolitani Vicarius, recenſitis civitatibus, arcibu
oppidiſq; numerum viginti millium conſtituen
bus, delectus hominum fecit, ſed etiam *Mantuæ*, *M*
denæque, *Duces*, in arma proruperunt. Inprimis ve
Genua, *Italiæ Reſpublica* illa ampliſſima, velut cō
miſcere viſa eſt, vel more *Pluti* illius, quē *Ariſtoph*
nes, vetuſtus *Comicus*, ob vim divitiarum, ſemper
midum eſſe, finxit. Eā igitur modò non undecun
milites ciere, ac conſcribere, ſed etiam peregrin
intrà urbē in verba adigere, notata eſt, eò magis
bus ſuis, ſibiq; ipſi, metuēs, quò *Rex Galliarum* ferr
tur inſuper apud *Maſsiliam* claſſem inſtruere, parit
in *Italiā* excurſurā. Neq; vanus iſte fuit intrà *Gen*
metus. *Ladigierius* n. primò vere profectus, nomi
Regis Chriſtianiſsimi, *Nizam de Paglia*, civitatē, int
Mediolanū, & *Genuā*, ꝓ trāſitu opportunā, intercep
Ex altera parte *Sabaudus*, cum duodecim millib,[9] o
mnis generis apparatu bellico inſtructiſſimis, par
ter movit in *Mediolanenſes*, *Anonimq;*, ejus region
arcem, in poteſtatem redegit. Sic uſuvenit, ut inco
læ palantes paſſim in loca tutiſſima confugerent
præſertim etiam *Venetis* copias ſuas inſuper, ex leg
fœderis, ſub *Turriano* ſeniore, & *Lövenſteinio*, *Comit*
bus, itemq; *Schavelitzcio* tribuno, triparitò immit
tentibus.

II. Lad

II.

igierius, & Sabaudus, movent in Genuenſes.

Is initiis provecti ambo, *Ladigierius*, ac *Sabau-dus*, in ditionem *Genuenſem* caſtra promove- . *Ladigierius* autem minimè dubitavit ampliſſi- n *Rempublicam* ad defectionem ſolicitare, nem- partes *Regis Chriſtianiſſimi* reverteretur. Sed re- illa. Vndè uterq; amborum exercitus, hoſtiũ e, perrexit, illo *Spinonem, Roſſilionem*, & *Novium*, *Mondegiaronam*, & *Zuccarellam*, occupante. *enuenſes* ferrum jugulo notantes ſibi inſtare, *glionem* legiones præmiſerunt, qui præcipuum locum tuerentur. Sed properantes *Ladigierius*, *baudus*, in itineribus in iſtas moverunt, com- tiſque ordinibus acie experiri cœpêre. Cecide- è *Genuatibus* mille circiter, quãtumvis ſtrenuè tentes, ut præterea plures millibus, atque in- os *Hiſpanorum* tribuni nobiliſſimi, in poteſtatẽ ivi venirent, deſideratis *Gallicanorum*, *Sabaudo-que*, tribus ferè centuriis. Huic pugnæ interfu- ipſe *Emanuel, Dux Sabaudus*, ſuo officio egregiè tus. Qui cùm è clade jam prædicta *Genuates* tus ſubmiſiſſe, animadverteret, adhibitis co- machiniſque, *Ottaglionem*, & *Bochetam*, duo for- ia, mox occupavit. Interim *Sabaudicam* archi- mem, unàque viginti quinq; mularum paria, *allos* ſpectantia, *Genuates* interceperunt, damno dverſo illato, ità tamen, ut, præ victoria illa, ja- a hæc minoris eſſet facienda.

t non multò poſt *Galli* iſtud, quodcunq; fuit, endium reſarcire notati ſunt. In *Mediolanenſem* pe provinciam impreſſionem facientes, *Caſſo-* expugnârunt, præviâq; expilatione *Gavium* llũ aſſultibus conterruerunt. Obſeſſi, deditio- diu morati, auxiliis inhiabant. Quibus, citrà ectationem, non ſuccurrentibus, tandem her- , quod ajunt, victaſque manus, præbuerunt, nâ, apparatuque bellico, machiniſque, poſt ſe tis.

III.

uates, viribus auctis, Sabaudiam ſuis, quo- unque modo infeſtandam, publicant.

Ebus *Genuatum* ad inclinationem vergenti- bus, non tantùm, pro urbis præſidio, à *Clerico-* multitudine velut conjuratum eſt, ut inprimis *nis Dominicani*, & *Capuccinorum*, *Monachi* operas uarias in munimenta, ac loricas, recèns extrà em, inducendas, conferrent, mercenariorum, magis gladiatorum, more, provinciæ, urbiſq; inis corpora, animaſq;, religioſiſſimè addicen- nterim viginti quinq; triremes, partim *Neapo-læ*, partim *Romanæ*, & *Pontificiæ*, partim *Florentinæ*, oſa militum ſupplementa induxerũt. Quo au- aucti *Genuates* ſub edicto publicârunt, omnes, um ditionũ homines, quibuſcunq; fieri queat lis, *Sabaudiam* infeſtarent, lacerarent, expila- . Hæc vulgo, aliâs egenti, & ad res novas no, fabula fuit gratiſſima. Nec mora, inco- l *S. Oemum*, & *Tagram* globo facto *Pygiam*, *Iſa-que*, intercepêre. Eorum exemplum imitan- *Sieviani*, *Sevanciam*, *Lovenriam*, & *Molograſſo-*, expugnârunt, omnia deprædantes, diripien- teſque. Nihilo-minùs *Sabaudus* cœptis inhæſit, *Hiſpaniſque*, è *Mediolano Genuam* moventibus ſupervenit. Illis cæſis, fugatiſque, viæ, *Genuam* ducentes, paſſim ſic inſeſſæ ſunt, ut non ſine magnis difficultatibus, negotiatores merces in urbem inferre poſſent, viâ duntaxat ſuprà *Placentiam*, eaque per difficiles circuitus, adhûc reliquâ.

Neque diu hoc temporis articulo occulta manebant, quæcunque deliberarent *Genuates*, *Gallis*, *Sabaudiſque*, omnia per indices prodente *Vincentio Mariniano*. Is apud *Genuates* tribunus erat, potiſſimi nominis. Sed auri ſacra fames (quæ mortalia ſæpè pectora in varia ſcelera, ipſamque patriæ proditionem, impellit) fidem, mentemque, homini perverterat. Sicut autem atrocia crimina haud diu latitare conſueverunt, ità proditor, pro vitæ lautitiis, quas è turpi lucro ſperabat, ignominiæ in barathrum adactus, infamem, pro præmio, furcam ſubiit. Quo facto, cautiores *Genuates* redditi deinceps ſecreta ſua bellica, intrà paucos, & quidem ſeptem numero, conſiliarios, flagellare cœperunt.

IV.

Thomaſus, & Victorius, par Principum Sabaudorum, Genuatum auxilia cædunt.

SEcundùm hæc, intervenientibus inter *Sabaudos*, ac *Genuates*, variis velitationibus, paulò poſt *Thomaſus*, & *Victorius*, nobile par *Sabaudiæ Ducis* filiorum, integris copiis educentes, ſecundo *Genuates* prælio fuderunt. Quo loco tametſi *Ioan. Hieronymus Doria* aliquot legiones, etiam tormentis inſtructas, pro *Genuatibus* objiceret hoſtibus, nihilominùs tamen etiam hęc auxilia à *Sabaudis* fuſa ſunt. Hac unâ, alteràque, ſtrage debilitati *Genuates*, diverſa numero oppida perdiderunt. Et dubio procul hoc rerum agone malè cum *Republica* actum eſſet, niſi *Rex Hiſpaniarum* ſeriam ejus curam ſuſcepiſſet. Quo nomine *Gubernatori* apud *Mediolanum* in mandatis dedit, hic, ut, inſtitutâ diverſione, in *Sabaudos* moveret, *Venetiſque* quàm maximè parceret.

Sed illi, apud *Alexandriam* exercitum paranti maturè obſtitêre *Galli*, *Sabaudique*, locis antè præoccupatis præſidio, firmatis, in eum, in regionem uſque *Monſferratenſem*, copias validas, inſtructiſſimaſque, educentes. Pariter *Dux Vendoſmius*, itemque *Ladigierius*, diverſis præterea exercitibus conatus *Hiſpanorum* remorari cœperunt.

V.

Gubernator Mediolanenſis Veruam in Sabaudis obſidet, ſed fruſtrà.

HÆc dùm fiunt, *Genuates* ſpiritus intereà recipientes, loca nonnulla, paulò antè à *Sabaudis* occupata, expugnârunt, *Gallicanis* partim cæſis, partim, ſub pactis legibus, dimiſſis. *Gubernator* verò *Mediolanenſis*, *Aſtium* civitatem, & fortalitium, intercipere cogitabat, niſi à ſupervenientibus *Sabaudis* illis *Principibus* prohibitus fuiſſet. Qui in poſteriores *Hiſpanici* exercitus legiones invecti circiter bis mille cæciderunt, cadente *Petro de Leva*, multiſq; impedimẽtis; & id genus, interceptis. Nihilo-minùs *Dux de Feria*, gubernator *Mediolan.* copiis ex *Vrbinatibus*, & *Lucenſibus*, auctus, *Veruam*, ſub provin-

provincia *Montisferratenſi*, *Caſtrum*, ad *Hiſpanos* ſpectans, obſidione cinxit, varij generis loricis, ac munimentis, verſus civitatem excitatis. Obſeſſi, maſculè reſiſtentes, multos ex *Hiſpanis*, atque ex eorum numero *Ferdinandum de Ordado*, dynaſtam, neci dederunt. Nec minùs, cùm munimentum, quod à *Lunæ falce* nomen habet, obſeſſi deſerere cogerentur, ſuppoſitis nitratis, ſulphuratiſque, faſcibus, retrocedentes, hoſtem fefellerunt. *Hiſpani* igitur, cuniculorum ac doli, expertes, cum impetu dùm impreſſionem faciunt, ità excepti ſunt, ut multa pars ſubaccenſis ignibus in aërem diſperderetur. Neque id ſatis. Sed, hæc calamitas dùm *Hiſpanis* evenit, obſeſſi inſuper, in caſtra *Teutonum* erumpentes, plures ad internecionem dederunt. *Dux de Feria*, ubi locum munitum expugnare non quitus eſſet, agrum *Sabaudicum* excurſionibus lacerare cœpit. Cujus caſtra etiam tùm peſtis depopulabatur. Vt, tametſi ſubindè nova auxilia *Neapolitana* exciperet, vix tamen defectus ſupplere par eſſet. Accedebant legiones *Cæſareanæ*, ſub *Pappenheimio*, *VVolfgango Mansfeldio*, & *Sultzio*, *Comitibus*, quæ *Gallos*, ac *Sabaudos*, rejecerunt. Ità *Ladigierio*, & *Sabaudis*, cum *Hiſpanis* rem gerentibus, *Genuates*, aliquot locis *Sabaudicis* interceptis, miſerunt in *Hiſpanias*, qui *Regi*, pro præſtito auxilio, gratias agerent, eamque protectionem deinceps continuare vellet, corrogarent, offerentes, poſt hoc bellum *Italicum* è quinque virorum millibus manum *Regis* uſibus, propriis ſumptibus quotannis alendam. Intereà nihil agebatur obſeſſoribus *Hiſpanis*; Vt *Dux de Feria*, ſub impedimento hyemis, deſperatâ fortalitij expugnatione, obſidionem ſolveret. Quam in occaſionem *Victorius Princeps* intentus, in diſcedentes *Hiſpanos* recèns promovit, ut, occiſis quingentis gregariis, prædam non irritam denuò referret.

Sed talis, idemque, ſucceſſus erat *Gallorum*, *Rivam* fortalitium obſidentium, qualis fuerat *Hiſpanorũ*, *Veruam*, ruptâ obſidione, relinquentium. *Pappenheimius* enim, valido cum auxilio obſeſſis ſubveniens, autor erat, ut hæc quoque à *Gallis* obſidio tolleretur.

VI.

Inter Rhetos, & Vallem Tellinenſem, tranſactio.

NIhilo-minùs hoc tempore *Vallem Tellinam* ſub poteſtatem *Regis Chriſtianiſſimi* redegerat *Cœureus Marchio*. Is, ſub initia *Decembris*, convocatis provinciæ magiſtratibus, hanc in ſententiam propoſuit, nempe tres *Cantones* denuò in dignitatem priſtinam admitterent. Tergiverſantibus illis, & nihil non remonſtrantibus, reſponſum eſt, rem eſſe decretiſſimam, aliterque fieri haud poſſe. Quod cognitum habentes prædicti illi *Cantones* reſtitutionem apud *Marchionem* conceptis verbis ſollicitare non intermiſerunt. Ità inter partes illa intervenit tranſactio: Nempè *Rheti* gratiam, *Valli Tellinenſi* factam, quâ omnis reatus nuperrimus tollitur, facerent perpetuam. In favorem *Principum* confœderatorum, quorum operâ ſibi libertas eſſet reſtituta, nulla alia, extrà *Catholicam*, *Religio* admitteretur deinceps, ea propter, ut ſic omnes in poſterum *Rheticis Magiſtratibus* eſſent fideliores. *Reformati*, vel *Proteſtantes*, quotannis per menſes
tres, ſed ſub diverſis vicibus, in *Vallem Tellinam* i
tromitterentur, ſique fundos ſuos divendere il
volupe eſſet, tolerabili ſub precio venirent. Bo
eccleſiaſtica, à *Proteſtantibus* hactenùs detenta, E
cleſiæ reſtituerentur. Ad inſtantiam *Principum* co
fœderatorum, *Rheti*, *Tellinenſibus* tàm in civilibu
quàm criminalibus, forum, ſive juriſdictione
cederent, ità ut ex illis *Iudices* eligerentur, hoc
officium idonei. Electis ſic Iudicibus *Rheti* litte
impertirentur confirmatorias, reſervato inter
jure abſolutionis à pœna priſtino, iis in caſibus,
quibus hæc pœnæ remiſſio locum habere queat.
recognitionem hujus beneficij, ſive conceſſæ j
riſdictionis, *Rhetis* penderetur certa pecuniæ ſu
ma, unà cum penſionibus priſtinis. Quæcunqu
ab *Anno M.DC.XX.* uſque hûc, durante ſub tum
tu, homicidia, ſpoliaque, interveniſſent, ea
mnia oblivionis, & alta ſilentij nocte obliterare
tur. Sententiæ, inauditâ parte alterâ, publica
annihilarentur. *Rheti* ei monetæ excudendæ da
operam, quæ ſub finitimis provinciis valere,
admitti, poſſit.

Hi nunc, pluresque, articuli, utrinque admi
eò uſque nullius eſſent ponderis, uſque dùm à *R*
ge Chriſtianiſſimo, & confœderatis, itemque *Pon*
fice, fuiſſent confirmati. Interim, in præſen
Principum confœderatorum legatorum, *Rheti* pr
mitterent ſeſe articulos illos, ſine fuco, implet
ros eſſe. Sed *Rhetorum* oratores, aliter non inſt
cti, niſi ut tranſactioni *Madrittenſi* ſatisfieret, re i
fectâ, digreſſi ſunt.

VII.

Inter Galliarum, & Hiſpaniarum, Reges colli
exaſperatur.

EO tempore, *III. Cal. Majas*, *Pontifex Max. Vrb*
nus VIII. indicto apud *Romam Eccleſiæ* feſto, c
vocant, jubilæo, omnes undique *Eccleſiæ Cathol*
addictas gentes, intuitu meritorum, & ſacrificij
& *S.N. Chriſti Ieſu*, inculcatâ peccatorum, & pœn
tentiæ, emendatione, more majorum, invit
vit. Quo publicato diplomate ut per almam *Vrb*
peregrini, & advenæ, convenienter excipi po
ſent, diverſitoribus, ut de hoſpitiorum comm
ditatibus diſpicerent, parique lege inſtitoribu
rerum ut pretia moderarentur, præcepit. *Cardin*
lis Barberinus, nationis *Græcæ*, *Scoticæque*, protector,
uſum earum gentium, *Romam* ad hoc feſtum *Ecc*
ſiæ magnum peregrè advenientium, *Collegium* æd
ficabat novum. Vt etiam, pro excipiendis *P*
triarchis, *Primatibus*, *Archiepiſcopis*, *Epiſcopiſque*, d
verſa inſtruerentur palatiâ, inprimis *Cæſiorum* p
latium, mercede conductum, quingentis ſtern
retur lectis.

Intereà, inter *Galliarum*, *Hiſpaniarumque*, *Rege*
ſic quidem nuper orta colliſio vires ſumebat, ut t
tùm non per *Italiam*, *Rhetiamque*, bellum exard
ret mutuum, ſed inter ipſa regna patria offenſi
num ſemina ſpargerentur. *Rex Chriſtianiſſimus* m
jores in diem copias contrahebat. *Rex Catholic*
verò in naves *Gallicanas* expilationibus animadve
tebat, paria facientibus *Gallis*, & præcipuè p
mare *Mediterraneum Hiſpanos* infeſtantibus. Vbi e
gò per *Hiſpanias*, præcipuè ſub portubus maritim

lorum naves, & merces, inquireretur, omni-
uæ reperiri poterant, in fiſcum regium reda-
eque ſic manus abſtinebant *Galli*, ut etiam in
iæ portubus ingentem auri vim, *Genuam*, atq;
n partes, importandi, interciperent. Necdùm
idem *Chriſtianiſſimo Regi* ſatisfactum erat. Vt
, concilio habito, interdictum per omnes
ncias divulgaret, ne quis *Galliæ* deinceps ſub-
ullas merces, qualeſcunque illę eſſent, in *Hi-*
s importare auſus foret, pœnâ in delinquen-
nſtitutâ graviſſimâ.

VIII.

ovicus XIII. Galliarum Rex, Imperij Electo-
s Catholicos interpellat.

Antis hinc indè bellis intentus *Rex Chriſtianiſ-*
imus, etiam porrò hoc egit, ut tumultibus per
aniam bacchantibus curioſum applicaret non
s oculum. Hoc enim *Rex* metuebat, ne, ſuccre-
e undique *Hiſpanica* illâ potentiâ, tantùm non
rchiam affectante, denique ordo ſe quoq; tan-
, *Hiſpanorum* armis in *Gallias* converſis. Itaq; de
s Germaniæ ſolicitus, ſic quidem ad *Electores Im-*
Catholicos dedit: Nempè, inquit, nullum hûc-
e Regum fuiſſe *Catholicorum*, cui magis *Eccleſiæ*
næ-Catholicæ ſalus curæ fuerit, ac ſibi. Ità enim
ectum eſſe, ut pro ejus incremento arma, vi-
ortunas, vitamque, impendere ſit paratus.
d ergò res *Germaniæ* concerneret, neq; minùs
um ſe ſuum eſſe facturum. Hoc nomine cum
æ Reges fratre ſuo, acturum, ille *Palatino* per-
ret, ſcilicet *Cæſari* ut redderet, quæ *Cæſaris* ſunt,
tolerabili tranſactione acquieſceret. Atque
illam eſſe legitimam viam, quâ omnes per
aniam motus conſopiri queant. Nihil minùs
r ſe exſpectare ab *Electoribus*, quàm idem ut ad
tum deducere tentent. *Regem* nihil operæ in-
iſſurum, uſque dùm forent tranſacta omnia.
e ſic quoque futurum eſſe, ut *Rex Angliæ*, fra-
ſius, *Mansfeldium* ampliùs in *Germaniam* haud
t. Si itaque non diſplicere queat reſponſio il-
gem, quàm inſuper tùm *Germaniæ* pax, tùm *E-*
um commodum, ſibi cordi eſſent, reipſa con-
turum.

IX.

ſius, Comes Gallicanus, denuò adverſus Re-
em Chriſtianiſſimum inſurgit, & cæditur.

ereà *Pontifex*, ob *Italiæ* turbas ſolicitus, *Barberi-*
n Cardinalem in *Gallias* legatum dimiſit. Qui
Lugdunum perveniens, exquiſitis omnis gene-
rè ceremoniis, *Conſiliariis* regiis purpuratis, *Se-*
ibus verò holoſerico amethyſtino amictis, *Gu-*
tore denique, unà cum *Equeſtrium* cohortibus,
àm euntibus, ſub portis triumphalibus, ſo-
iſſimâ cum pompa, viis, quà quà tranſiretur,
is ſplendidè conveſtitis, exciperetur, ipſe mu-
namentis auro intertextis conſtrato, habitu
inalitio, itemque ſub umbella portatili, inequi-
, ſpem conceperat, fore, ut, *Pariſios* delatus, ex-
iſſimis reſpectivè honorum ſignificationibus
ius afficeretur. Sed hæc exſpectatio tùm de
vit. *Reges* enim *Chriſtianiſſimi* ſic aſſueverant, ut

Pontificem quidem venerarentur, ſed legatos illius non uſque adeò, ſervatâ *Regum* autoritate, extollerent. Quo nomine homines Eccleſiaſtici, atque Equeſtres, mittebantur, qui, nomine *Regis* legato adventum gratularentur. Illo hunc ob honorem præter exſpectationem familiarem, non mediocrē præ ſe ferente offenſam. Agebat autem hoc apud *Regem Cardinalis*, nempè, ut motus, per *Italiam* naſcentes utrinque componerentur. Cui *Rex*, ſe quidem idem in votis habere, regeſſit. Quòd autem *Hiſpanorum* eæ eſſent, & jam manifeſtæ inſidiæ, ſibi opus eſſe, ut contrà id genus machinas ſeſe præmuniat, confœderatiſque ſuis opem ferat. Erant, qui, *Pontifici* hoc minùs curæ eſſe, adeóque colorem quæri, colligerēt, ut, in *Hiſpanos*, paſſim præpollentes, magis *Chriſtianiſſ. Regem* ſic quidem inflammaret. Qui cùm legatus, inter cætera, ſuper *Angliæ Regis*, matrimonio, neſcio quæ, objiceret, reſponſum accepit, hoc nimis ſerò uſu venire, maximè, cùm jam abhinc ſponſa regia in *Angliam* eſſet deducta.

Secundùm hæc, ſopitis licet ſuprà per *Gallias* motibus inteſtinis, nova labes emerſit. *Rex* cum *Duce Roanio*, ac *Subiſio Comite*, ejus fratre, nuper in gratiam reverſus erat, ſub illis pactis, *Montem Peſſulanum* præſidio regio minimè firmandum, ut & *S. Ludovici fortallitium*, antè *Roſſilionem*, aliâs *Rupellam*, excitatum, diruendum eſſe. Sed conquerebantur *Reformati*, conditiones illas haudquaquam impleri accidiſſe. Itaque *Subiſius*, claſſe recèns paratâ, res novas agitare, portuſque aliquot maritimos intercipere velle, occœpit. Sed *Dux Vendoſmius*, ex adverſo præparatis navibus, conatibus ejus obſtabat, ut nonnullę è *Subiſianis* in poteſtatem venirent, pœnaſque darent. Nihilo-minùs neque ſic acquievit *Subiſius*, ut, conjunctâ fratris, *Ducis Roanii*, operâ, *Inſulam*, *S. Martini* dictam, interciperet militique deprædandam exponeret. Itaque offenſus *Rex Chriſtianiſſimus* edictum in *Subiſium* publicavit. Quo poſteaquàm remonſtrâſſet, quæ gratia, quæ clementia, antehâc rebellantibus *Galliæ* ſubditis, dùm illis omnem culpam, ac reatum, remiſerit, à ſe facta eſſet, *Religionis* iiſdem ſuæ libertate conſervatâ, in *Subiſium*, ejuſque complices converſo ſermone, illum criminis læſæ *Majeſtatis* reum proclamavit, conſtitutis in eum, ex lege regni, pœnis ſolitis, & competentibus. Interim, ut liqueat, ſicut aliâs, *Regis* animum magis in humanitatem, ac beneficentiam, quàm rigoris, aut pœnæ cupiditatem, propendere, menſtruum inſuper ſpatium in pœnitentiam *Subiſio* præfixum eſt. Intrà quod ſicubi, ad frugem reverteretur, melioremque mentem indueret; ac de non offendendo in poſterum ſive *Regi*, ſive regiis conſiliariis, caveret, futurum, ut ante actorum omnium indemnitatem conſequeretur, poſſeſſionibuſque, ac juribus, ſuis, nemine contradicente, frueretur. Sin minùs ad ſanitatem revertatur intereà, deinceps in eum, tanquā perduellē, *Regiſque*, & patriæ, hoſtem, iretur.

Sed neque illâ *Regis* humanitate *Subiſius* ad frugem, ac bonam mentem, revocatus eſt. Vt potiùs copias augere, claſſemque inſtruere, notaretur. Qua de re *Dux Montmorancius*, militiæ maritimæ *Admiralis*, in mandatis accepit, in *Subiſium*, mare infeſtantem, ut moveret. Cui *Batavi* quoque, commerciorum fruſtrationem urgentes, etiam

ſuis cum navibus acceſſerunt. Ità conjunctis in eum operis itum eſt. *Subiſius*, apud *Diepam*, in inſidiis latebat, maris angulis, tanquam ſeceſſibus, abutens, indeque excurſiones peragens. Qui cùm ad *S. Malonem* deinceps, portum ſic vocatum, ſeſe teneret, neque in altum egredi auſus eſſet, deinceps apud *Retziam Inſulam*, aquas potabiles excipiens, repertus eſt. *Montmorantius* igitur plenis velis in claſſem *Subiſii* induxit. Qui cùm ſe, ſuaſque, periculo extricare conaretur, nihil egit, jam tùm à *Gallicana* claſſe cinctus. Itaque magnis conatibus pugnari cœptum eſt. *Archithalaſſus*, medium claſſis locum tenens, *Vavertium Comitem* primùm immiſit. Sic à meridie uſque in veſperam pugna acris, & vehemens, continuavit. Manè inſequenti denuò utræque claſſes implicari cœperunt. *Subiſius* ergò, victoriam à partibus regiorum futuram eſſe, proſpiciens, ſub prætoria navi, *Virginis* nomine inſignitâ, in fugam ſe conjecit. Complices ejus, tametſi tribuno, ac capite, orbati, nihilominùs cœpta ſtrenuè urgere, adeóque impreſſiones furioſas etentare, cœperunt. Sed etiam ſub hac audacia fruſtrà fuerunt. Ità enim à corona tormentorum regiorum excepti ſunt, ut in ultimis eſſent. Deſperatis igitur rebus nihil non audentes, tres numero naves, pulvere pyrio ſuccenſas, in mediam regiorum claſſem immiſerunt. Vndè, pugna utrinque acerrimâ ſubortâ, *Vavertius Comes* interiit, dynaſtis *Boutevillanis*, ac *Villenovanis*, lethaliter vulneratis. E *Subiſianis*, terrore incendij, multa pars in mare, tanquam portum, ſe conjecit, totâ claſſe à regiis partim victa, partim ad *Roſtilionem* uſque fugatâ: Relata ex hac victoria ingens præda, eſt, tribus claſſicariorum millibus, unàque *Inſula Retzana*, in poteſtatem devenientibus.

X.

Conjuratio in Regem Chriſtianiſſimum detegitur.

HÆc dùm ſub mari fervent, ecce gravius malum domi in ipſum *Regem Chriſtianiſſimum* coquitur, nimirum conjuratio. *Clericus* quidam paganus, ſub provincia *Normandica* in ſuſpicionem veniens, tanquam in ipſius *Regis* caput quiddam moliretur, à *Curia Roanenſi* in vincula conjiciebatur. Is, quæſtionibus ſubjectus, ſuo ſemetipſum indicio, aliumque *Ieſuitici* ordinis *Monachum Petrum Gujotum*, fœdę iſtius conſpirationis ſocium, prodidit, nominavitque. Idem in cuſtodiam relatus eſt. Sed *Ordine Societatis* precibus interveniente, tantum obtinuit, ut à *Roanenſibus*, paulò vehementioribus, *Pariſios* amandaretur. Eo enim loco *Patres Societatis* plurimum poterant. Et mox, abſque mora, hoc obtentum eſt, ut *Gujotus* dimitteretur impunè. Interim alius quidem ſicarius apud *Pariſinos* exſpectabatur, qui quoad ora, vultus, habitum, moreſque, antè delineari cœperat. Sed is, tametſi irrepens, haud eſt agnitus. Interim *Monachorum Franciſcanorum*, quos *Recollectos* vocant, in contubernium venit. Illis injunctum eſt, hoſpiti ut benignè facerent, atque in ſingulos menſes mille coronatos numerarent. Simulq; inſtillarent, macte eſſet tale ſubjectum, utique quod

in communem commodum rem magni momen
implere ſufficeret. Qui cùm tandem, rei atroc
præconceptæ periculum fortè facturus, in publ
cum prodiiſſet, agnitus, interceptuſque eſt ilice
Illi *Hieronymo Beaufortio* nomen erat, gente *Art*
ſiano nomen erat, gente *Arteſiano*, & *Gallo-Belga*
qui anteà ſub *Regis Hiſpaniarum* cohorte prætor
Centurionis officio præfuerat. Vndè, quibus auto
ribus hæc conjuratio orta eſſet, patuit. Vbi qu
ſtionibus veritas exprimeretur, *Gujotus Monach*
juxtà alios, in cuſtodiam redactus eſt. Et, cùm d
inceps nullus eorum in lucem prodiceret ampliù
ſecreto necis genere funeſtas iſtas victimas imm
latas eſſe, conjectari cœpit.

Hoc novo, & proditorio, diſcrimine liberat
Rex Chriſtianiſſimus, præter affinitatem cum *Aug*
Rege nuper contractam, etiam *Sabaudos* illos *Pri*
cipes eodem penè conſanguinitatis vinculo ſibi
lidiùs unire cogitavit. Itaque *Thomaſo Principi* ill
ſtrem nymphám de *Soiſſon*, è familia *Burbonica*
riundam, & regij ſanguinis, matrimonio conju
xit, propriamque dicavit. Atque ſic inter *Galliæ, A*
gliæq;, *Reges*, & *Sabaudiæ Principes*, inchoatum ill
fœdus fortiùs ferruminari cœptum.

CAP. IV.

De Thillij per Saxoni am inferiorem actio nibus, Et alterâ apu Brunſvigã diætâ pro vinciali.

I.

Nienburgum, fortalitium ad Viſurgim, à Th lyo obſidetur, ſed fruſtrà.

REbus inter *Saxoniæ inferioris Principes,*
Thillyum, citrà tranſactionem exc
rentibus, interim, uſque ad diæt
provincialem ſequentem, res à t
ctatibus ad arma devenit, ità ut *Dan*
& *Thillyani*, infeſtis inter ſeſe conflictibus, parv
que præliis, committerentur. *Daniæ Rex* augen
in dies copiis, rebuſque ſuis confirmandis, om
dabat operam. Ex adverſo *Thillyus* novo *Fr*
landiæ Ducis exercitu (quo de paulò antè) vires ſ
corroborabat. Qui, conſummati more gladia
ris, in omnem ſortem intentus excubabat, q
hoſtium progreſſus aut retunderet, aut impedi
Itaque *Rhebergam* fortalitium inter cætera, ten
vit, miſſa eò regione equeſtri, quæ locum, ſi lice
in poteſtatem redigeret. Sed, præter opinione
regij aſſultus *Thillyanorum* adeò maſculè excep
runt, ut, deſideratis ducentis, receptui canere
Melior ſucceſſus *Thillyanis* aſpiravit quà *Stoltze*
viam. Illud enim caſtellum, *Viſurgi* impoſitu
turp

ter dedidit tribunus regius, vixdùm hoſtili-
Thillyanis ſalutatus. Vndè commeatus, appa-
ſque bellici, magna copia regiis deceſſit.
ac fortunâ apud *Viſurgim* ridente, *Thillyus Ny-*
go, fortalitio celebri, caſtra admovit, dubio
ut locum munitiſſimum intercepturus, niſi
hoc propoſitum antevertens, immiſſis novis
ortibus, rebuſque neceſſariis, præſidium cō-
iſſet. Defendebat munimentum *Limbachius*
nus, uſque ad deſperationem animoſus, ac ſtre-
. *Thillyus* verò tormentis, impreſſionibuſque,
non agebat, quò voto potiretur. Aſt tanta e-
impachij iſtius fiducia, ut modò non ab im-
ionibus rejiceret *Thillyanos*, ſed ferè quotidia-
x urbecula excurſibus novas, novaſque ſtra-
obſidentibus inferret, adeóque maſculè rem
ret, ut recentem ſub *Io. Erneſto, Duce Vinarienſi*,
meatum denuò intrò reciperet. Quibus co-
9 tametſi obſidentes omni operâ obluctaren-
iſte tamen ex voto ſubſidiis auctus eſt.
tereà *Georgius*, *Dux Luneburgicus*, à partibus
Cæſaris, & favebat *Thillyo*. Quo cognito *Rex*
inciam *Lüneburgicam* ſuis in prædas expoſuit;
è, vel jumentorum è mercatura tantùm, regij
es ære manus retulerunt.
ametſi igitur omnia in expugnationem illius
litij neceſſaria ſeriò etentaret *Thillyus*, nihilo-
ùs fruſtrà erat, tantâ obnitente *Limpachii* for-
line, ut excurſus nec impedire, nec portas
culæ omnes præcludere, poſſet. Qua præſen-
ſeſſorum alacritate, ſimulque *Rege* cum omni-
opiis in fortalitij ejus conſervationem, libera-
emque, intento, atque inſtante, mutato
oſito *Thillyus Stoltzenaviam* reduxit, temporis,
is, impenſarumque, jacturam aliis locis proxi-
mendaturus.

II.

ericus, Saxoniæ Dux, & Obentrautius tri-
unus, à Thillyanis cæduntur.

Eque procul abhinc aberat, quin eleganti
ſubintrante victoriâ *Thillyus* damnum illud
circt. Qui ubi copiis *Fridlandicis* confirmare-
Rex pariter *Mansfeldii*, & *Chriſtiani Brunſvicenſis*,
nibus, ſupervenientibus, vires, animoſque,
xit. Hic *Calenbergicam* arcem, nuper à *Thillyo*
ceptam, recuperare nitebatur. Quam in rem
ricum, Saxoniæ Ducem, Altenburgicum, atque *O-*
autium tribunum illum *Palatinum* fortiſſimum,
equeſtri manu, & equitibus ſclopetariis, eò
. *Thillyus*, tanquam è ſpecula, regiorum in-
tum prævidens, tres legiones equeſtres ex-
tiſſimas, unàque pedeſtrium integram legio-
, tùm tribus millibus conſtantem, propè
overam, in occurſum expedivit. Vbi ergò re-
nihil tale exſpectantes, has in hoſtium co-
incidiſſent, acerrimè utrinque dimicatum
Victoria apud *Thillyanos*, numero ſuperio-
manſit, cæſis *Danorum* quingentis *Fridericus*
, Victoriâ, vitâque, ſuorum deſperatis, for-
pugnando mortem vitæ propriæ prætulit.
ta ſunt ſigna à victoribus quinque. *Obertrau-*
, hactenùs fortiſſimè ſeſe gerens, more ve-
terum heroum, nequicquam vel medio ſub agone mortis, tàm generoſi animi ſpiritus ſubmiſit. Vbi enim glande lethaliter vulneratus, atque adhûc ſpirans, rhedæque impoſitus, ad *Thillyum* deportaretur, non potuit non heros tanti herois fato, tametſi adverſarij, ingemiſcere coràm. Ergò ſic *Thillyus*: Sperabam, inquit, ô *Tribune*, futurum, ut plenis aliquando caſtris alio loco, & tempore, congrederemur. Cui ille: Nihil moror, ait, mortem, militi non inhoneſtam. Vetus illud eſt, *In tali tales carpuntur gramine flores*. Et hoc cum dicto animam exſpiravit.

Torſit hæc jactura fortiſſimorum virorum *Regem*, regioſque, haud mediocriter, dùm, quantum diſpendij vel unico *Oberntrautii* fato interveniſſet, animis recolligerent. Quò gravior autem eſſet hic dolor, eò ulteriorem indè *Thillyani* capiebant lætitiam. Vt petenti *Regi* cadavera *Ducis*, & *Obentrautii*, ad ſepulturam promptè redderentur.

III.

Ferdinandi II. Imp. ad Saxoniæ infer. Principes, Ordineſque, dehortatoria.

HVnc in modum ubi jam inter *Regem*, & *Thillyum*, arma expedirentur, juxtàque *Mansfeldius*, & *Chriſtianus*, *Brunſvicenſis*, in *Imperium* recèns ingruerent, *Cæſar* denuò *Saxoniæ inferioris Principes*, *Ordineſque*, à militia dehortari cœpit. Tametſi, inquit, *Cæſar* ſuperiori tempore, uno, atque altero, publicato monitorio, *Imperij Circulis*, præſertim *Saxoniæ inferiori*, interdixiſſet, ne perduellibus quoquo modo conniverent, multò minùs faverent, ut in id genus machinatores datâ operâ inquirere, inquiſitos in cuſtodiam redigere, redactos *Cæſari* ſiſtere, juxtà quoque ipſimet *Principes*, *Ordineſque*, ſuſpectis, atque extrà leges *Circuli* excurrentibus, copiarum collectionibus, ſeſe abſtinere, juberentur, nihilo-minùs illis *Cæſaris* mandatis omnia hactenùs, atque è diametro, ut ajunt, evenire adverſa, & contraria. Tantùm non enim *Mansfeldium* & *Halberſtatenſem*, alioſque proſcriptos, ac perduelles, novis ſub copiis in *Imperium* hoc poſtliminiò educere, immò verò ab ipſis *Principibus*, præter morem, ordinemque, *Circuli*, tantos cogi armorum, militumque, apparatus, ut meram hoſtilitatem, offenſionemque *Cæſaris*, *Electorumque*, & *Principum*, fidelium, ſapere videantur, neque ulla, ex lege *Imperii*, cautio interveniat.

Ea ergò id genus perduellium cùm ſit audacia, de effrænis temeritas, ut nihil aliud, niſi *Imperii*, ſi liceat, interitum moliantur, utique ſupremum *Cæſaris* officium poſtulare, huic ut recèns in repenti malo occurratur, nedùm aliis *Imperii Principum* auxiliis, ac copiis, perduellium noxii id genus conatus ut fomententur. Iccircò *Cæſarem* ſeverè, ac ſeriò, denuò *Circuli Principibus*, *Ordinibuſque*, edicere, atque injungere, eò omni deditâ operâ reſpicerent, quà proſcripti neque, per eorum conniventiam, in *Imperii* fines irruere, neque illis in locis milites conſcribere, neque delectus, aut ſtativa facere, nedùm ejuſmodi quicquam ten-

tare, multò minùs patrare, quiti eſſent. Hoc nomine, abſque ullo perſonarum reſpectu, proſcriptos, eorundemque pararios, interciperent, interceptoſque *Cæſari* mitterent. Ipſi verò ſimulátque *Principes*, *Ordineſque*, à militia ſuſpecta manus cohiberent, nullaſque copias, extrà *Circuli* legem, ordinemque, colligerent, ſtipendiiſque obligarent. Si qui adverſæ partis impetus metuant, ſub tutelam *Cæſaris*, geminique ejuſdem exercitus alas, confugerent. Niſi hoc denique, quod *Cæſar*, quod leges *Imperii*, jubent, *Principes*, *Ordineſque*, faxint, atque exequantur, fore, ut omnibus privilegiis, juribus, feudiſque, excidant, ac priventur, privati verò, nomen huic militiæ adverſus *Cæſarem* dantes, pariter privilegiorum, bonorum, honorumque, jacturam, abſque miſſione, incurrant.

IV.

Thillyus, litteris Frider. Palatini interceptis, Saxoniæ inferioris Principibus inſtitutum Daniæ Regis detegit.

NEque ſuo loco ferias agebat *Thillyus*. Qui ut *Saxoniæ inferioris Principes* aut in *Cæſaris* partes rectiùs pertrahere, aut à *Regis* inſtituto abalienare, poſſet, nihil operæ, ac ſedulitatis, omiſit. Cùm igitur caſu fortuito intercepiſſet litteras, à *Friderico Palatino* ad *Turrianum Comitem* ſcriptas, rem omnem, & quo loco habenda eſſent *Chriſtiani*, *Daniæ Regis*, arma, opportunè illis ſignificare, ac detegere, cœpit. Nuper, inquit, ſub diæta provinciali *Brunſuicenſi*, legatis ſuis, à *Circuli Principibus*, *Ordinibuſque*, reſponſum, in litteras relatum, exhiberi, pariterque toties verbis & *Germanis*, & conceptiſſimis, confirmari, cœpiſſe, *Principes*, *Ordineſque*, nihil aliud quicquam penſi habere, niſi ut obedientiam, ſubjectionemque, ergà *Cæſarem*, debitam, uſque ad extremum halitum, proferre, atque illæſam, conſervare, queant. Hoc nomine neque adverſis unquam conſiliis acceſſiſſe, neque *Cæſaris* hoſtibus operam dediſſe, ut etiam ſuſceptum defenſionis *Circuli* negotium ultrà leges patrias extendere neutiquam cupiant, multò minùs *Frid. Palatinum* per viam armorum in poſſeſſiones priſtinas reducere, aut ejus generis quicquam in *Cæſaris* offenſionem deſignare, animos inducant. Præſumptiones eſſe ſimplices, nudaſque, quales vel *Cæſarem*, vel *Thillyum*, in *Circuli* provincias induxiſſent, maximè, cùm de conſtanti ſua, & ſincera, ergà *Cæſarem* obedientia, itemque æquitate expeditionis *Daniæ Regis*, dubitandum non eſſet. Hanc ob rem ſe per curſores omnia ſignificâſſe *Cæſari*, utpote qui executoris, vel miniſtri, hac in parte vices gereret. Indè, quid porrò *Cæſar* velit, exſpectandum eſſe.

Cur autem *Cæſar* voluiſſet, ipſe ut in *Circuli* fines exercitum induceret, mox luculentis ſub demonſtrationibus in lucem proditurum, ut, perſuaſiones tantùm haud fuiſſe, liquere debeat. Eas enim eſſe, ſub diplomate *Cæſareo* allatas, circumſtantias, eas *Fridlandiæ Ducis*, admonitiones, ut nullo pacto, tantis ſub rerum procellis, pſumptionum nomine venire, ac nedũ ipſimet *Saxoniæ Electo-*

ri diſplicere argumenta, potuerint. Nihil ſe dub
tare, quin è *Circuli* illius *Principibus*, *Ordinibuſque*, e
ſent, qui quidem rectiſſimè ergà *Cæſarem* anim
inclinarent, nedùm adverſæ partis conſiliis hact
nùs accederent. Nihilo-minùs cæteros, ſub el
ctione novi capitis, atque archiſtrategi, periculo
rumque impendentium perſuaſionibus, aliud
gere, illoſque communibus procellis involver
Interim rectiùs ſentientes, curioſiùs omnibus ex
minatis, contrà *Cæſarem* induci, ſinceriſque fact
dehortationibus diutiùs repugnare, nollent. D
mox veritatem, hactenùs ſub involucris latitan
tem, meridianam, manifeſtamque, in lucem pro
ducturum. Atque ut vel in inſtanti, præſentiſ
mam ejus rei fidem, nempè *Cæſarem* ſuſpicionib
haud niti, ſed magni momenti rationibus ferri
tanquam manibus palparent, ecce! ſe illis copia
ſubmittere eorum codicillorum, cujuſmodi *Cæſ*
ris hoſtis iſte anteſignanus recèns ad *Turrianum*
miſiſſet, & mirabili *Dei* providentiâ in manus ſua
veniſſent. In illis ità haberi: Nempè *Reges*
Mansfeldij copias, cum *Daniæ Rege* conjungendas
legatis dimiſſis pecunias diſpertirentur, pro exe
citus illius conſervatione. Aliâs ſpem eſſe fruſtra
neam. *Palatinum* hoc nomine gaudere, ſuper r
bus per *Gallias* rectiùs ſeſe habentibus, pace cu
Reformatis facta, *Nunciique Pontificij* labore fruſtr
neo. *Regem Conneſtablio* exercitum ſatis ſplend
dum aſſignare, inprimis *Daniæ Regem*, feliciter r
cuperatâ ſanitate, pium cœptum conſtanter ur
re, atque in diem copiarum numeros augere.
his evidentiſſimum emergere, actiones, & copia
omnes eundem, & communem, in ſcopum dir
gi, undè cæteri, *Daniæ Regem* ſuffulcientes, ejus c
pias alerent, *Venetis* maximè pecunias, hanc in e
peditionem, erogantibus. Tametſi *Vngariæ R*
putatitius ad ſe *Palatinum* nihil litterarum dare
nihilo-minùs has ejus vices implere *Scultetum*,
Berlino aliis modis omnia perſcribentem. *Strasbu*
gum mox affuturum eſſe. Vt etiam *Ruſdorfius*
mandatis habeat, admonitionibus rem agere.

His, & id genus novis, *Palatini* apparatibus i
ductum *Bethlenum*, fide, & tranſactione, recè
poſtpoſitâ, in *Cæſarem* vultus elevâſſe, armaqu
corripuiſſe. De œcumenici illius *Cæſaris* hoſtis
nempè *Palatini*, intentione, ità rem claram eſſe,
modò non recuperationem dignitatis, & poſſeſſio
num amiſſarum, ſed etiam *Bohemiæ* regni, adju
ctarumque provinciarum, animo concipiat. E
uſque enim ejus porrigitur arrogantia, ut ſe e
iamnunc pro *Rege Bohemiæ* gerat, *Turrianumq*
Pragam invitare auſit, tanquam omnia illa ſibi d
berentur. De fide horum *Palatini* codicillorun
ſi quiſquam indubitare velit, ei, quandocunqu
libitum ſit, originales exhiberi poſſe. Vt inſu
per miraculoſam velut rerum earum, quæ inpr
ſentiarum coquuntur, fabulam, tanquam me
dio ſub theatro in ſcenam productam, omni r
motâ nebula, intueatur, & *Cæſari* idem intimar
deſideret.

Irent nunc iccircò *Principes*, *Ordineſque*, *Regiſq*
arma excuſarent. Scilicet ille eſt, qui, è voto *Pa*
latini, cœpti conſtantiam urget, & perſevera
Ille eſt, quem *Rex Angliæ*, *Veneti*, aliique, pecuni
adjuvant, ut exercitus alere poſſit. An igitur ad
hu

, *Regem Circuli* defenſionem tantùm parare ;
endent ? An minùs, ſeſe in labyrinthos , ac
ndros, deductos eſſe ; profitebuntur ? Cer-
ut oculis debetur fides rectiſſima, ità iis, quæ
ibus palpamus ; neceſſitate quadam credi-
.
m, quibus de cauſis, & cur, *Thillyus* in *Circu-*
arma protulerit, tantiſque, ac tam luculen-
atefactis machinationibus obviàm ire coga-
rem in omnium oculis, ac planiſſimam eſſe.
indè, nihil ad reſtaurationem pacis, incom-
lique impendentis amolitionem, ſalutarius
, magiſque neceſſarium, quàm ut *Principes, Or-*
ſque, toties commendatam illam obedienti-
ac devotionem, ergà *Cæſarem* reipsâ demon-
rent, copiis ſuis præſtò miſſionem darent, ean-
que militis exautorationem *Regi*, ſui ipſius
modi cauſa, inculcarent, ac perſuaderent. Ità
n tàm patriæ, quàm ſibi, ex uſu futurum. Hæc
rint, neque *Palatini* ſive litteris, ſive molitio-
is, accedant, ſe quoque (*Thillyum*) promiſſis,
à factis, non defuturum eſſe.

V.

va apud Brunſvigam diæta provincialis a-
eritur, agiturque initiò ſuper induciis.

perior abſque effecto laboraverat diæta, apud
runſvigam habita. Neque à *Cæſare*, ad poſtula-
rincipum, reſponſum exceperat *Thillyus.* Tãetſi
r infeſtis paſſim armis omnia fremerent, nunc
Thillyanis, nunc illac *Fridlandicis*, regiones oc-
ntibus, nihilo-minùs iteratò nova apud ean-
Brunſvigam diæta aperiri cœpit, an eo pacto
ſactio fortè intervenire, infeſtiſque, & no-
, armis miſſio dari, poſſet. Intercedebant
, & *Brandeburgicus*, *Electores*, partim à *Princi-*
, corrogati, partim ab ipſomet *Imperatore* in
trium propoſiti. Sed, ſub ipſis initiis, adeò
è hoc opus moveri cœpit, ut multi exercitatæ
lentiæ homines ſuper eventu malè ominaren-
Thillyus enim, & *Fridlandus*, locis obviis paſ-
ntercipiendis ſtrenuam dabant operam, ut et-
de legatis mittendis ſeriùs cogitarent. Ex alte-
rte *Principes* haudquaquam ipſi conveniebant,
iam legatos ſegnius expedirent. Vtrinque, de
ritate, ac fide publica, laborabatur. Et du-
n erat, an hic ſalvus, ut ajunt, conductus à
lo immediatè, an à *Rege*, & *Duce Brunſvicenſi*,
impertiẽdus. Qua de re cunctationes idgenus
or Saxo moleſtè ferens, miſſis ad *Principes* lit-
, hanc illis ſive procraſtinationem, ſive oſci-
am, objecit.
li ſic reſponſum eſt à legatis: Quòd res, in-
nt, lentiùs procederent, id *Thillij* culpâ uſu-
re, qui ad ſuperiorem *Principum* declaratio-
nondùm paria feciſſet. Illum potiùs, unà
Fridlando, in *Magdeburgica*, & *Halberſtatenſi*,
nibus præoccupandis, fatigari, quàm ut in
am præſentem intenti ſint. Interim de fide
ica laborari. Et undè hæc petenda ſit, non-
certum eſſe. Eum eſſe pro tempore rerum,
inciarumque, ſtatum, ut *Principes* ipſi, aliâs in
m inclinantiſſimi, coire nequeant, aut extrà
patriam proficiſci auſint, niſi domi interim peri-
clitari mavelint. Niſi *Electori* grave fuiſſet ad fines *Circuli* ſupervenire, etiam *Principes* minùs haberent, undè ipſi convenire detrectâſſent. Quanquã tamen ea *Principum* nunc foret conditio, ut, debacchantibus hinc indè exercitibus, domi, ac patria, ſine periculo, abeſſe nequeant. Interim legatos, mandatis pleniſſimis inſtructos, conveniſſe, ut, quoad rei ſummam, nihil deſiderari debeat. Cùm autem res non niſi maximi hæc ſit momenti, quæque tàm ſecularem, quàm æternam, ſalutem concernat, tùm obſcurum, nondùmque exploratum, fiat, quid inter *Principes*, ac *Thillyum* intervenire amet, utique facilè fieri poſſe, ut de rebus particularibus, caſu quodam evenientibus, *Principes* aliquando erudire debeant.

Ad illam excuſationem, *Elector Saxoniæ* duarum ſeptimanarum inducias propoſuit. Super quo *Principes* ità reſcripſerunt: Tametſi longè *Principibus* foret conducibilius, de rei ſumma tranſigere, pacemque omninò, remotis hoſtilitatibus, reproducere, maximè, cùm Provinciæ infeſtis urgeantur armis, totamque belli molem ſuper incumbentem experiantur, nihilo-minùs, ſi ſuper induciis paciſcendum ſit, *Principes* meritò deliberare, ac de eo ſolicitos eſſe, ut explicetur ante omnia verus ejuſce rei, & legitimus, ſenſus. Et primùm, induciæ, more militari, ex eo momento, quo per omnes legiones utrinque publicari, cœperunt, incluſivè cenſerentur. Ità ut, durantibus induciis, ab hoſtilitate quaviſcunque feriæ eſſent. Ità partes, à tempore publicationis, ab omnibus utrinque, quocunque veniant nomine, offenſionibus in totum acquieſcerent. Hoc interſtitiò miles exactionibus, per ſtativa quæcunque, omninò parceret, frugali, ac commodo, victu intrà modeſtiam contentus. Eâdem operâ violentæ per *Magdeburgicum*, & *Halberſtatenſem*, *Epiſcopatus*, itemque provinciam *Brunſvicenſem*, pecuniarum extorſiones ceſſarent, necdùm, induciis exſpirantibus, reſpectu ejus interpoſitionis, exactiones exaſperarentur. Sic quoque partes militantes loca nova, extrà ea, quæ poſſident, nulla occuparent, neque præoccupata communirent, neque prædas quaſcunque indè abigerent, ſed omnia ſingula eo, quo ſunt, ſtatu permanerent. Nomine verbi τȣ̃ *hoſtilitatis*, juxtà leges *Imperii* ſcriptas, paciſque publicè ſanctiones, ab omni injuria, ac violentia, partes ſeſe abſtinerent. Eodem nomine commercia eſſent libera, peregrinantibus eundi, redeundique, permiſſa indemnitate. Si quæ pars has leges tranſgrediatur, huic altera pœnas irrogaret. Loco cautionis denique, *Receſſus*, vel codicilli *Reverſales*, utrinque deponerentur, illa ſub clauſula corroborati, omnia, ac ſingula, nempè fide regiâ, verbis, *Principe*, ac *Comite*, dignis, ſervanda eſſe.

Sed diutiùs ſuper iſtis articulis diſceptatum tum quidem eſt. Quidam inducias, in tres, vel plures, menſes extrahendas eſſe, proponebant. Sed neque hæc ratio *Regi* placere poterat. Ajebat enim, unius, atque alterius, tantùm ſeptimanæ inducias nimis eſſe anguſtas, ac perbreves, ut operæ pretium perfici non queat. Vice verſa trium, pluriumque, menſium armorum ſuſpenſionem nimis prolixam, & tantùm non *Circulo* intolerabilem eſſe. Accedebat,

ſuper *Mansfeldio*, altera lis, & controverſia. *Cæſareani* ſiquidem illum, tanquam proſcriptum, & tranſactionis illius minimè compotem, excluſiſſimum faciebant. Sed impugnabat hoc *Rex Daniæ*. Aliam, inquiens, fuiſſe *Mansfeldii* nuper vocationem, dùm *Palatini Electoris* partes ſequeretur. Aliam pro nunc, & diverſam, eſſe rationem, dùm à *Galliæ*, *Angliæque*, *Regibus* miſſus, ac legatus, *Saxoniæ inferioris* rebus periclitantibus ſuccurreret. Illum ergò non magis proſcripti nomine, ſed tanquam *Regis* utriuſque miniſtrum, habendum eſſe.

VI.

Summa pacificationis à Principum legatis recèns proponitur.

HÆc de induciis. De ſumma autem ſive tranſactionis, ſive pacificationis, ſic ſentiebant *Principum* legati, diætam concelebrantes. Tametſi, ajunt, maluiſſent, *Electoris Saxoniæ* legatos potiùs de pacificatione ipſa, quàm induciis, propoſuiſſe, nihilo-minùs, quòd prætendant, nihil ſibi eſſe in mandatis, ideóque veniam hanc illis dari ex merito. Illam autem etiamnunc eſſe *Principum*, *Ordinumque*, ſententiam, nuper *Thillyo* ſignificatam, atque jam quoque *Saxoniæ Electori* apertam, Nempè, ſi *Thillyus* militem reduceret, *Circulum* reſtitueret, loca occupata redderet, damnum illatum, præeunte liquidatione, refunderet, in poſterum de non offendendo ſufficienter caveret: Inprimis, ſi *Cæſar Circuli Principibus*, *Ordinibuſque*, vadimonium præſtaret, illos in poſſeſſionibus ſuis tàm electivis, quàm hæreditariis, neque contrà pacem *Imperii* religioſam, neque ſecularem, aliaſq; conſtitutiones, inprimis *Auguſtanæ Confeſſionis*, ſub *Carolo V. Imp. Anno M.D.XXX.* publicatæ, exercitium gravandos eſſe, tùm *Principibus*, *Ordinibuſque*, juriſdictio tàm eccleſiaſtica, quàm ſecularis, hactenùs acquiſita, atque obtenta, abſque ulla quantacunque innovatione, ſarta tectaque conſervaretur, ut nihil illis, quoad *Archiepiſcopatus*, *Epiſcopatuſque*, quicquam decedere debeat, ut potiùs ſub *Cæſaris* protectione acquieſcere, & ſecuri eſſe, ſuſtineant. Sub illis conditionibus, & tùm quidē, *Principes*, *Ordineſque*, oppidò copiis ſuis miſſionem daturos, adeóque, apud *Daniæ Regem*, *Circuli* ſuperiorem, idem ut faxit, & univerſum exercitum juxtà exautoret, effecturos eſſe.

VII.

Fridlandicorum, & Thillyanorum, legatorum poſtulata.

AD illa *Circuli* poſtulata ſic exceptum eſt à legatis *Fridlandicis*; Nihil minùs *Duci Fridlandiæ* cogitatum eſſe, quàm fore, ut *Circuli Principes*, *Ordineſque*, *Cæſari* ullas leges præſcriberent, ſed ejus voluntati obtemperantes copias quaſcunque exautorarent, vel *Cæſareanis* conjungerent. Toti penè mundo innotuiſſe, quàm *Cæſar* hujus præſentis belli autor minimè fuiſſet, ut ipſi *Principes*, *Ordineſque*, intempeſtivis armorum præparationibus, *Cæſarem* omninò provocârint, laceſſierintque, & tantùm non hanc *Circuli* invaſionem extorſerint. *Cæſ*
ris uſque autoritatem, quæ meritò præpondera
debeat, poſtponi contigiſſe, ut, apparentibus *Circ*
li armis haud tralatitiis, *Cæſari* neceſſitas fuerit im
poſita, alium, juxtà *Thillyum*, & novū exercitum ſ
perinducendi. Ideóque, hæ ut expenſæ *Cæſari* r
funderentur, par, atque æquum, eſſe. Magis ad *C*
ſaris autoritatem, quàm *Principum* excuſatione
reſpiciendum venire. Si igitur tales eſſent, atque
ergà *Cæſarem* affecti *Principes*, quales meritò eſſe d
beant, etiam *Cæſarem*, ſicut hactenùs, illos in prot
ctionem admiſſurum eſſe. Sicut enim *Principes* h
uſq; tā pace Religioſa, quàm ſeculari, uti frui pot
iſſent, ità deinceps quoque iiſdem commodita
bus, ſi velint, gaudere poſſe: hac tamen ſub cond
tione, ut *Cæſari*, pro ratione implorantium, lib
permitteretur juriſdictio.

Quæ igitur, nomine *Cæſaris*, *Dux Fridlandiæ* tù
poſtulabat, erant ejuſmodi: Nempè *Rex Daniæ*,
nà cum *Circuli Principibus*, ac membris, copias
mnes, quantaſcunque, exautoraret, è *Circuli*,
Imperii, finibus eliminaret, adeóque abſque t
Cæſaris quàm fidelium *Imperii Principum*, incomm
dis, hoc effectum daret. Nequaquam autem
dimiſſæ copiæ vel *Mansfeldio* proſcripto, vel *Ch*
ſtiano Brunſvicenſi juniori, aliiſque *Cæſaris* ho
bus, accederent, ſed prorſus diſſiparentur. A
omnia verò *Mansfeldius* ex *Imperio* ejiceretur. P
miſſis illis, *Rex Daniæ*, unàque *Principes*, *Ordin*
que, *Circuli* de non offendendo deinceps caver
ità ut neque ullo ſub colore, vel prætextu, in p
ſterum *Cæſari*, fidelibuſque *Electoribus*, ac *Princ*
bus, ſive conſilio, ſive re, operâque, incomm
dare velint, abſque fuco. In poſterum quoc
Circulus ſuſpectis id genus armis modò nō omni
ſeſe abſtineret, immò verò, furtim irrepen
bus, ſuſpectis aliorum ſive manipulis, ſive coh
tibus, neque locum, neque commeatum, ſu
diumque, concederet ullum. Si deinceps fo
tàm in rem *Cæſaris*, quàm *Circuli*, uſuveniat
copiæ conſcribendæ ſint, eæ aliter, niſi pro *C*
re, haud militarent, ut prorſus Cæſare s viri
conjungendæ, eandemque *Cæſaris* in defen
nem educendæ, venirent. Notorium eſſe, int
tu ſuſpectarum *Circuli* in armis præparationu
quàm *Cæſari*, pro *Imperii*, fideliumque ejus me
brorum, definitione, alium, novumque, ex
citum conſcribendi neceſſitas eſſet impoſita. H
igitur ſumptus ſiquidem *Circulus* provocârit,
ſectarium eſſe, ut *Cæſari* ob id refunder
tur.

Secundùm hæc, hoſtilitatem *Circuli*, ejuſ
intentionem, vel exindè liquere, dùm *Chriſ*
nus, *Dux Brunſvicenſis*, *ac Lüneburgenſis* quòd *Cæſ*
partibus conſtanti devotione adhæreat, à *Cir*
legionibus, inſtar hoſtis, infeſtetur, provin
ejus paſſim laceratâ, atque occupatâ. Ho
gitur damnum ut illi refundatur, juſtum eſſe
quumque. Nemini enim fidelitatem ſuam e
Cæſarem oneri, aut fraudi, eſſe debere. At
hæc quò ſine querela impleri ſingula poſſint, t
Regem Daniæ, quàm *Circuli Principes*, ſub forma n
liori caverent.

Impletis, atque in effectum deductis, illis om
bus, *Fridlandiæ Ducem* curaturum eſſe, ejus exe

uantò ociùs ut deduceretur, neque *Circulus*
pacto læderetur, ſed *Principes* pace tàm *Religio-*
iàm politicâ, ſecurè ut uterentur, fruerentur.
Hactenùs *Fridlandici.*
juſdem planè monetæ erant juxtà *Thillÿ* poſtu-
Ut appareret, illis antè ſic quidem conveniſſe.

VIII.

ncipum, Ordinumque, Circuli ad Fridlandi, & Thillii, poſtulata, reſponſiones.

D iſtas verò *Fridlandi, Thilliique*, propoſitiones,
ſic, nomine *Principum, Ordinumque*, tùm reſpon-
eſt. Nimirùm, inquiunt, nihil aliud ſeſe ex-
taſſe, quàm *Fridlandi*, *Thilliique*, legatos ea pa-
edia in medium collaturos fuiſſe, ut eundem
copum, & finem, utrinque perveniri potuerit.
prorsùs ex illis poſtulatis, extrà ordinem acci-
tibus, emergere contrarium, ut omnia magis
à ſcopum verſentur, quàm ad metam, ſcopum-
, directa videri queant. Eo enim pacto ſum-
n rei in controverſiam vocari, *Circuli* defenſio-
 enervari, *Fridlandique*, ac *Thillÿ*, actiones, tan-
m legibus *Imperii* forent conformes, approbari
e. Ea propter *Circuli* legatos non poſſe non,
riorum ſuorum nomine, *Cæſaris* autoritate ſem-
ſalvâ, innocentiam ſuam conteſtari, illudque
cis remonſtrare, nolle ſeſe deinceps id genus
eptationibus, in præjudicium *Principum*, *Ordi-*
que, vergentibus, accedere, ut magis omnibus
enus in contemptum, ac prævaricationem, *Cir-*
ſpectantibus dicteriis conceptis verbis contra-
ere teneâtur. Salvis hoc modo *Circuli* juribus, in
dio ſeſe relinquere, ea, à *Principibus, Ordinibuſque*,
poſita pacis media ſugillari velle, tanquam
olorem inducendum ficta eſſent, cùm illa ipſa
gibus *Imperii, Cæſareis* capitulationibus, inſontiſ-
Circuli conſtitutionibus, deſumi contigerit.
uli legatos *Cæſaris*, utique *Imperii* capitis, faſti-
m, atque ſupremam illam dignitatem, ad ani-
s admittere. Procul ergò abeſſe, ut hunc ſolen-
n reſpectum unquam inſuper habere, aut, ex-
ordinem procedendo, ſupremo illi capiti mo-
n, legemque, præſcribere tentârint. Eam no-
 immeritò ſibi velle imponi; *Principes* enim, *Or-*
ſque, illam calcaſſe viam, quam & natura & ex-
ientia, commonſtrarent. Morbum *Medicos* re-
ariter haud curare, niſi remotis anteà, & ſublà-
 cauſſis. Ità *Circulum*, priùs, ſuper pace tàm re-
oſa, quàm politica, confirmandum, copiaſ-
 Cæſaris utraſque deducendas, eſſe. Hoc fa-
, *Regem* quoque, *Circuli* caput, unà cum *Princi-*
us, militi ſuo miſſionem daturum, tanquam de-
ſionis cauſſis illis jam ceſſantibus. De eo, quòd
ncipibus, Ordinibuſque, imponeretur, arma, defen-
nis ergò ſuſcepta, non fuiſſe neceſſaria, ita eſſe,
neque *Fridlando*, neque *Thillyo*, hoc largiri poſ-
t. Malle autem, ſibi ab utroque, ſub ſubditorum
orum excidiis, eam neceſſitatem non fuiſſe illa-
n. In propatulo, ac notitia omnium, verſari, *Cir-*
um à bono tempore capite, atque archiſtratego,
ruiſſe. Cùm verò varii per *Imperium* motus incre-
eſcerent, *Cæſarem*, ſub *Calendas Ianuarias*, M.DC.
V. Principes, Ordineſque, litteris, apud *Viennam* da-
tis, monuiſſe, proſpicerent ſibi de novo *Circuli* capite. Eos enim eſſe hodiernos tumultus, ut, niſi *Circuli* fines præmuniantur, periculum illis maximè locis creari queat. Hanc in rem arma defenſiva requiri. Idem *Circuli Principibus, Ordinibuſque*, ipſe inculcavit *Thillyus*. Ipſe quoque autor, ac monitor, fuit, nempè providerent *Principes*, ne dùm aditus aliâs externis copiis præcludantur, *Saxoniæ inferioris* fines infeſtari, inprimis finitimi *Ordines* damnis affici, poſſint. Hoc modo defenſionis arma oppidò neceſſaria eſſe, ſaltuſque intrà *Hammaburgium*, & *Bremam*, obſervandos eſſe. Ut jam de illis moleſtiis, variarum cohortium traductionibus, atque exactionibus, quibus nonnullos ejus *Circuli Ordines* affligi in immenſum accidiſſet, ità ut nedùm hoc damnum cõmodè æſtimari queat, nihil afferat. Quouſque autem defenſionis arma extendenda eſſent, hoc, juxtà *Circuli* acta, indè uſque ab *Anno M.D.LVI.* in poteſtate, atque arbitrio, *Principum, Ordinumque*, fuiſſe. Niſi *Thillyus* prior, offenſione ſubminiſtratâ, in *Circuli* fines induxiſſet, *Regemque Daniæ* hoſtili more perſequi cœpiſſet, nunquam præſentem ad rerum faciem, atque extremitatem, foret deventum. Iam dùm non modò *Thillyus* offenſionis originem dediſſet, ſed etiam novo cum exercitu *Fridlandus* in *Circulum* ſuperinduxiſſet, prohiberi, atque, meritò interdici, haud poſſe, quò minùs *Circulus* juſtam paret defenſionem, armiſque arma, juſta ſub proportione, opponat. Obedientiam, ac devotionem, non quidem in labiis, ſed factis, conſiſtere. Aliud *Cæſarem* nuper *Circulo* conteſtari cœpiſſe, aliud *Fridlandum, Thillyumque*, agere, ut *Circuli* p̃tenſiones, atq; excuſationes, in univerſum omnes, reiicere contendant. Hoc hoc repugnare *Cæſaris* uſque adeò clementiæ, & juſtitiæ, ut non immeritò *Principes, Ordineſque*, & audiendi ſint, & ad objectiones, ſibi intentatas, reſpondere teneantur.

Pro ſecundo, eò reſtringere *Cæſareanos* compoſitionis oblatæ media, ut tùm *Cæſar* operantibus obedientiam, veramque devotionem, pacificationẽ tàm religioſam, quàm ſecularem, confirmare cupiat, ità tamen, ut ad unius, alteriuſque, partis inſtãtiam, juſtitiam liberrimè exercendæ jus reſervetur. Eo nomine ſeſe omnia acceptare, quæcunque ſuperioribus ſuis quo quo modo fructuoſa, atq; utilia, eſſe queant. Siquidem autem hactenùs, adversùs ſanctiones, capitulationes, utque id genus promiſſiones, & ſalvos, ut vocant, conductus, *Circulum* inſontem affligi uſuveniſſet, eam in rem *Principes, Ordineſque*, à *Cæſare* impendiò contendere, vellet *Circulum* à præſenti calamitate, citrà meritum ejus adducta, exonerare, juxtaque pacificationem illam, tàm *Auguſtanæ Confeſſionis* exercitium, quàm res politicas, concernentem, conſtabilire, inprimis verò *Iuſtitiæ* tenorem ſic quidem moderari, ne prædictæ illius *Confeſſionis* exercitium interturbari queat.

Pro tertio, rem ſic à parte legatorum *Cæſareanorum* videri comparatam, ut ſepoſitis pacis mediis, à *Circuli* legatis propoſitis, aliam, & planè diverſam, viam calcare velle judicentur. Atque hoc modo extrà oleas, quod dicitur, ſtatum ferri, ut non niſi conſequentiæ, oppidò periculoſæ, impendeant. Ne autem, tanquam per circuitus agere videantur, ecce! nomine *ſuperiorum*, reſervatis

illorum juribus, ad propoſita poſtulata articulatim ſic reſpondere fert animus. Nempè, *Regem*, *Principeſque*, atque *Ordines*, quàm primùm copias, citrà dubium, deducturos eſſe, modò priùs *Circulo*, ſuper pace tàm religioſa, quàm ſeculari, ſufficienter eſſet cautum, amboque *Cæſaris* exercitus deducerentur, locis, antè occupatis, recèns reſtitutis, atque in poſterum, de non offendendo, ſecuritate præſtitâ. Hoc modo præeunte ſecuritatis certitudine, *Circulum* ſuas copias præſtò exautoraturum, neque exautoratas ulli permiſſurum. De *Mansfeldio*, quo cum ſibi nihil negotii eſſet, jam ſuprà reſponſum fuiſſe. *Principes, Ordineſque*, ergà *Cæſarem* ſic affectos eſſe, ut, ſicut hactenùs reali obedientiâ, ac devotione, *Cæſari* adhæſiſſent, hoſtiumq; conſiliis, ac molitionibus, haudquaquam acceſſiſſent, deinceps hunc animum, hanc devotionem, citrà ullum fucum, perſeverare cupiant. Modò ex adverſo, quà *Confeſſionis* ſuæ, quà juriſdictionis, exercitium, ſecuris eſſe liceat. Eâdem operâ, prout hactenùs à ſuſpectis armis, defenſioniſque mediis, ſeſe abſtinuiſſent, ità *Principes, Ordineſque*, poſthâc facturos eſſe. Salvis interim *Circuli* juribus, adversùs quæ deſignare nihil præſumant. Et ſi fortè accidat, ut poſtcà defenſione *Circuli* opus ſit, tùm ſeſe, ſecundùm *Circuli* conſtitutiones, omnia peracturos, *Cæſari* debitam obedientiam præſtituros, neque ulli *Imperii Principum*, membrorumque, incommodaturos, eſſe. Cùm ergò *Circulus* primo loco nullatenùs offendiſſet, armis ad puram defenſionem ſuſceptis, ut contrarius actus doceri queat ne quidem ullus, itaque inſolens eſſe, ut ſumptus ulli ab eodem poſtulari velint. De *Chriſtiano Lüneburgico* ità eſſe, ut hæc quæſtio hûc minùs ſpectet, neque *Circulus* ei quicquam debeat, ut *Principes, Ordineſque*, litteris, nuper ad eum hac de re datis, inhęreant. Si igitur *Circulus* ſuis legibus ſecurè reſtitueretur, illum deinceps minimè periclitaturũ eſſe. Quo nomine promiſſionibus illis, nimis latè, longéque petitis, *Principes, Ordineſque*, minimè poſſe acquieſcere. Iam enim rem in puncto ſecuritatis, ac vadimonii, verti. Eò reſpicerent *Fridlandici*, & *Thillyani*. Ut liqueat, illis pacem cordi eſſe, potiùſque ad *Saxoniæ inferioris Circuli* ab ulteriori excidio præſervationem collimare, quàm *Circuli* inſontis ruinam accelerare velle. Semel *Circulum* exautorationem copiarum ſuarum promittere, ac condicere. Saltem hoc deſiderari, ut tàm, quà *Confeſſionis Auguſtanæ*, quàm *Iuriſdictionis* avitæ, exercitium, ſecuritas ipſis confirmari ſuſtineat. Vlteriùs non eſſe, ut vel alia à *Circuli* proceribus expectoratio exſpectetur.

IX.

Thillyanorum, ad exceptiones Circuli legatorum replicationes.

ILlæ *Circuli* declarationes poſtquàm, ab arbitris *Electorum, Thillyanis, Fridlandiciſque*, oblatæ fuiſſent, ſic tùm quidem *XVI. Cal. Febr. M.DC.XXV. Thillyani* regeſſerunt: Nempè, prout ex actis, & declarationibus, videre eſſet, totùm pacificationis inchoatæ cardinem ſub illis articulis verti: Scilicet *Daniæ Rex, Circulique Proceres*, copias dimitterent. Nullique alteri permitterent. Iam, & deinceps,

partibus *Cæſaris*, fideliumque *Electorum*, ac *Pr*
pum, accederent. *Mansfeldium*, ejuſque compli
perſequerentur. Sumptus bellicos redder
Chriſtiano Lüneburgico damnum illatum refu
rent. Deque omnibus illis conſtanter, & op
fide, caverent. Ex altera parte, *Cæſar Circuli P*
ribus, tàm quà electivas, quàm hæreditarias,
vincias, & *Confeſſionis Auguſtanæ*, & *Iuriſdiction*
cularis, exercitium, ac ſecuritatem, præſtare
deinceps gravari poſſint. *Thillyus*, & *Fridla*
exercitus deducerent. *Circulo* deinceps pa
rent, damnumque illatum reſarcirent. Inpr
Cæſar, amboque exercituum *Generales*, ſecurita
eorum omnium præſtarent.

Ad hæc pacificationis ſummaria, ac capit
quidem categoricè reſponſum eſt à *Thillyanis*:
mirum, quod conceſſionem illam pacis tàm
gioſæ, quàm ſecularis, concernit, *Cæſaris* illam
voluntatem, ut, ſicut hactenùs ſecuritas illis qu
ta fuiſſet, ità deinceps nequicquam illi derog
tur. Procul enim abeſſe, ut *Cæſar* contrà deſig
ut potiùs in protectionem illud, quodcunque
admittere, affectus ſit. Interim *pacis* religioſæ c
ditiones ab ipſo quoque *Circulo* adimplendas
ſic ut *Cæſari* juris, ac juſtitiæ, adminiſtratio re
varetur, neque *Canonici*, *Catholicæ Eccleſiæ* add
præter meritum, gravarentur. Pro ejus rei a
quenda fide, & ſecuritate, nullum *verbis Cæſa*
VI. Cal. Sextil. ſuperiori *Anno*, publicatis, præ
tius affulgere aliud remedium. Illud enim in ma
bus *Principum, Ordinumque*, eſſe, illud *Cæſarem* n
dùm retractaſſe, immò illud adhûcdùm &
cognoſcere, & in eventum pacis, per *DEI*
tiam ſubſequentis, confirmare, ratumque fa
re, velle. De deductione exercituum *Cæſareano*
ità eſſe, ut *Thillyus* illicò *Circulo* exire, copias
transferre, adeóque neque inpræſentiarum, ne
poſteà, *Principes*, *Ordineſque*, offendere, aut infe
re, cupiat, atque eam in rem fidem illis ſuam li
ris, ut vocant, reverſalibus obligare paratus ſit. M
dò primo loco *Daniæ Rex, Circulique Proceres*, co
ſuis miſſionem darent, aliaſque deinceps h
ſuperinducerent. Quod *Principes*, *Ordineſ*
promitterent, ſeſe copias præſtò dimiſſuros, n
permiſſuros, adeóque, quoad fidem, atque obe
tiam, *Cæſari* debitam, continuaturos eſſe, hoc *T*
lyanos in optima, ut loquuntur, forma lubentes
ceptare. De armis *Circuli*, atque defenſionis ne
tio, ſic ſeſe ſentire, ut rectiùs hũc articulum in m
dio relinquere, quàm curioſiùs ventilare, cupia
Et ſi maximè defenſio illa locum habere debe
neceſſum eſſe, ea omnes *Circuli Principes*, abſque
ſcriminatione, ut concerneret, ut nullo pacto h
tueri, alios, inprimis *Cæſari* addictos, excludere
beat. Cæterùm, etiam abſque hoc reſpectu, ut
teat, *Thillyum* magis in *Circuli* conſervatione
quàm deſtructionem, collimare, de ſumptibus
trinque reſtituendis, damniſque reſarciendis,
eſſe comparatum, ut, ſi *Circuli Principes* poſtula
antè damnorum refuſiones remittere, illiſque
perſedere, velint, tùm à partibus *Cæſaris*, pacis am
re, etiam poſtulatis impenſis non ſic ſtrictè inh
rendum eſſe. Et ſi prætereà *Chriſtiani*, *Du*
Lüneburgici, damnum, extrà hanc tractati
nem, videri queat, agedùm per ſe quoquo ſta

ut ha

ɛe petitio in tempus commodius reiici poſſit.
ue dubitandum eſſe , ſic in pacem ferri et-
uneburgicum, ut omnia penè huic (pacis) reſpe-
oſthabere, cauſſamque ſuam, legitimo, atque
ario, ſuſcepto proceſſu , aliâs ventilare , co-
.

æ ſiquidem eſſent *Thillyanorum* , ad pacem u-
ſpectantes, & directæ, ingenuæ, & reales , de-
tiones , utique *Electorales* illos arbitros mini-
ntermiſſuros eſſe, arbitrantur , quò idem ani-
eadem declaratio , *Circuli*, legatis ab illis per-
eri ſuſtineat : Omninò enim opus eſſe, ſicubi
poſitio locum habere debeat, *Principes Circuli*
as reipsâ ut exautorent, fidelemq; *Cæſari*, &
tantem, obedientiam comprobent. Si ſecùs
lat, atque abſque hac compoſitione ſit , ſeſe
M, orbemque *Chriſtianum* , ſanctè obteſtari,
ulpâ non uſuveniſſe , ut hæc tàm ſalutaris ſu-
ace tractatio, ac compoſitio , coire, ac coal-
e, haud potuerit. Hûcuſque *Thillyani*. Quibus
a ejuſdem argumenti ſubjecerunt, ſuperpon-
oco, *Fridlandici*.

X.

*uli legatorum finalis declaratio , Thillyanis
lata.*

Is, aliiſque, ejuſdem generis, diſceptationibus,
tanquam pugnis verbalibus, & velitaribus , fa-
antur utrinque tàm *Principum* , quàm *Thillij*,
ti. Utrique, ſuo more, miſſionem copiarum,
titis præſtandis, promittebant, utrique urge-
Utrique, ſibi pacem, compoſitionemque pa-
ordi eſſe, ſub invocatione divini *Numinis*, ſan-
roteſtabantur, & reproteſtabantur. Saltem de
ontrovertebatur, quæ partium prior exercitus
torare teneretur. *Rex, & Circuli Principes* , præ-
lebant, *Thillyo* , itemque *Fridlando* , tanquam
s offendentibus, atque *Circulum* perturbanti-
convenire, eadem lege, quâ priores irrupiſſent,
citus è finibus ut deducerent. E contrà *Thillyus*,
idlandus, obiiciebant, *Cæſari*, tanquam *Imperii*
ti, hoc ex merito deberi, ut tàm *Rex*, quàm *Prin-*
primi dimitterent copias quaſcunque , com-
datamque illam ergà *Cæſarem* toties obedien-
, atque obligationem, ipſo tandem facto cor-
orarent. Sed nuſquam ſatis tuta fides videba-
, ut utrique pars utraque diffideret. Interim,
fuerit *Circuli* , & deindè *Thillyanorum*, finalis
aratio, itidemque regeſtio, porrò inſpiciemus,
de modo utrinque exautorandi exercitus agi-
Ità verò *Circuli* inſtiterunt tùm legati : Nimi-
, inquiunt, immeritò ſe reprehendi , tanquam
emis inhæreant, id quod ſibi ægrè accidat. Acta
ri, non ſe motu proprio , ſed arbitrorum hor-
, hanc in arenam deſcendere. Paulò antè ſe ſuo
io, & quidem articulatim, ſatisfeciſſe. An au-
, ſub curioſis illis proteſtationibus , ſic reſpon-
ent *Thillyani*, ut non potiùs ipſi in extremis per-
rent, arbitrorum eſſet judicium. Si igitur ean-
viam, à ſe calcatam, ingrederentur , articula-
que pariter reſpondere mallent, jam tandem ad
um propiùs veniri poſſe. Semel enim ad rem,
remotis verborum, ac contentionum, ambagibus,
accedendum eſſe.

Super *Cæſaris* autoritate, atque reſpectu, ſeſe to-
ties conteſtatos fuiſſe, nihil ſibi, ſecundùm *DEVM*,
his in terris ſanctius eſſe. Idem etiamnunc ſeſe re-
producere, confirmatiſſimumque facere , neque
verbis, nedùm litteris, à ſe quicquam actum, pecca-
tùmque, hactenùs, quòd tàm *Cæſaris* faſtigio, quàm
Electorum, Principumque, dignitati, derogare, queat.
Hæc in verba cùm toties condixiſſent , obedien-
tiamque ergà *Cæſarem* intemeratam gerant, ęquum
fuiſſe, ut legati *Thillyani*, miſſis ambagibus , ordine
agentes, in rem præſentem concluſiſſent. Sed illos
in medio obhærentes ad concluſionem minùs pro-
perare. Itaque tantam eſſe, & toties inculcatam,
Principum, Ordinumque, versùs *Cæſarem*, humilem in-
clinationem , ut , ſimulátque tàm pacis religioſæ,
quàm jurisdictionis, exercitium, ſibi idoneis ratio-
nibus confirmari contigerit, etiamnunc parati ſint
præſtò copiis ſuis quibuſcunque miſſionem imper-
tiri. De prærogativa *Cæſaris* illos ſemper obiicere,
atque unicè, hac velut ſub captatione, hærere. Idem
ſeſe non negare, *Cæſari* autoritatem conſervandam
eſſe. Dùmmodò igitur res, quoad copiarum miſ-
ſionem, præſtitis præſtandis, certa ſit , reſtare dun-
taxat , ut de modo utrinque dimittendi exercitus
jam tandem diſpiciatur. Quo nomine non liquere,
cur *Thillij* exercitus, ut pote qui ad *Bavarum, & Liga-
rianos*, ſpectet, præ *Regis, & Principum*, copiis, præro-
gativam prætendere affectet, Ille igitur primo loco
exautoraretur. Quod ſi neque hoc placere poſſit,
Regem eò inclinare, ut, factis faciendis, *Imperatori* lu-
bens honorem deferre ſtudeat. Ideòque, rebus o-
mnibus antè adimpletis, *Regem* nihil dubitare, ut di-
miſſionis initia auſpicari ipſe velit. Itaque ſic *Regem*
ſentire, ut prior legionem dimittere cupiat , hac
lege, ut tàm *Thillyus* , quàm *Fridlandus*, pariterque
uterque legionem exautoret. Sic alternis proce-
deretur uſque ad legiones duas ultimas, quæ ſimul,
ſemelque, ut priùs, in totum dimitterentur. Hoc
illud eſſe remedium , hunc modum , quo de neu-
tra pars ampliùs excipere quita eſſet. Tametſi e-
nim, quoad *Cæſarem* , nulla meritò interveniat
diffidentia, nihilominùs, cùm tribuni *Ligariani* ſu-
premi aliud cauſſari fortè poſſint, tùm quoq; aliâs
mandatis *Cæſareis* multa evenire ſoleant contraria,
utique hanc conditionem, utrinque ſupicione ca-
rentem, vitio ſibi dandam haud eſſe.

De modo ſecuritatis porrò, ità ſentire *Principes,
Ordinesque*, ut ſuper pactis, ac tranſactionis articulis,
codicillis ſubſcribere, eoſdem ſigillis ſuis corrobo-
rare, adeóque fide, ac verbis, *Principibus* dignis, o-
mnia illa , quæ, vigore tranſactionis , ſibi fa-
cienda eſſent , implere , ac condicere, nihil dubi-
tent. Idem ſe exſpectare à *Cæſare*. Nempè *Cæ-
ſar* verbis *Cæſareis* ex altera parte promitteret , ac
ſubſcriberet , omnes , ſinguloſque , articu-
los , codicillis inſertos , atque expreſſos , opti-
mâ , Cæſareâque fide, obſervandos eſſe , ità , ut
neque ipſe *Cæſar* adversùs quicquam deſignet, neq;
per alios ejuſmodi aliquid deſignari patiatur. Sic
quoque hi Codicilli originales, ut vocât, in manib.
Circuli eſſent. Sic *Electores Saxo* , & *Brandeburgicus*,
hanc tranſactionem ratam haberent , ut , quæ-
cunque pars contravenire deinceps pactis auſit,

in eam conjunctis inſurgent operis , & viribus.

De ſumptibus, atque expenſis, bellicis , ità ſeſe rem habere, ut, ſi *Cæſar* impenſas, à *Circulo* nequicquam cauſſatas, remittere , ſimulátque *Chriſtianus, Dux Luneburgicus*, ſuper damnis illatis, acquieſcere, paciſque amore , ſancitâ velut utrinque amneſtiâ, pleno jure renunciare, nihil detrectet, ſeſe quoque apud *Principes, Ordineſque*, omnem, quod ajunt, lapidem moturos eſſe, ut & illi damnorum , deſiderio pacis, atq; quietis, dememiniſſe debeat.

Interim, colophonis loco, à partibus *Regis* , pro rectiori pacis, ac tranquillitatis, obſervantia, hoc tandem deſideratur, ut *Ligarianus* exercitus, tàm ſub *Thillyo*, quàm alibi, militans, omninò exautoraretur. Illum enim à *Cæſare* non dependere, ut motuũ, offenſionumque, harum, aliarumque, per *Imperium* tanquam materia, ac fomentum, cenſendus , veniat. Ea ratione rectiùs confidentiam *Electorum, Principumque, Imperii* conſervari poſſe. Ut *Principes, Ordineſque, Regem* quoque urgere velint, aliis fœderibus ille manum ſubducere pateretur.

Denique, omnia , ac ſingula , quæ ab adverſa parte in contemptum *Principum, Ordinumque* , interveniſſent, illis omnibus, lege officii, *Circuli* legatos denuò contradicere , adverſæ parti verba ſua reddere , omnemque honoris, dignitatis, famæque, tantorum *Principum* vindicationem, ſibi, ſuiſq; ſervare.

XI.

Thillyanorum finalis , & categorica dicta , reſponſio.

QUæ cùm, prolixâ verborum inductione, fuiſſet *Circuli* legatorum, finalis dicta, declaratio, ſic quoque *Thillyani*, categoricam appellatam , reſponſionem, litteris conceptam, obtulerunt. Contenta erant fermè iſta: Multa, vel omnia, inquiũt, hactenùs utrinq; acta, reproducere velle, nimis ocioſum eſſe. Illud verò juxtà odioſum videri, quòd à *Circuli* legatis recèns objectum eſſet , tanquam *Cæſaris* mandatis aliquando *Thillyus* contraveniat. Hoc autem eundem in votis habere, hoc deſiderare, hoc palàm profiteri, modò cæteri per *Imperium* æquè, atque ipſe, *Cæſareis* conſtitutionibus obſecuti eſſent, longè meliorem hoc tempore rerum faciem futuram eſſe. Suæ fidelitatis, atq, obedientiæ, *Thillyum* ea habere documenta , ut *Cæſarem* ipſum ejus rei teſtem luculentiſſimum, allegare queat. De diffamatione, & contemptu, *Principum* ſuorum, quod arguant toties *Circuli* legati , de hoc ſibi nihil conſtare. Ut nunquam in animum induxerit, *Principum* honori quicquam derogare , ut potiùs hoc ſuum fuerit inſtitutum, *Principes, Ordineſque*, ne ſeſe , adversùs *Cæſarem*, inflecti paterentur, dehortari.

Ne igitur diutiùs extrà ſcopum jaculari videri poſſint, ità quidem, nimirùm verè , ac categoricè, ſentire *Thillyum*, ut, impletis implendis, ipſe exercitum è *Circuli* finibus realiter, atque ipſo opere, deducere affectus ſit, ut omnes, quorumcunq; intereſſet, confiteri teneantur, *Thilly* verbis, datæque fidei ex integro ſatisfactum, *Circulumque* moleſtiis illis militaribus exoneratum, eſſe. De modo, à *Circuli* legatis, pro copiarũ utrinque dimiſſione, ꝓpoſito,

facilè aſſentiri quoque *Thillyum*, modò iſte pro
ſus *Cæſaris* faſtigio nihil derogare videri queat.
que hoc modo *Chriſtiano, Duci Luneburgico*, quæc
que loca, poſſeſſioneſque ablatæ, abſque ulla
ctione, ſive moleſtia, integrè reſtitueretur. Pari
que *Mansfeldius*, atque *Halberſtadius*, etiam antè h
perfectam tranſactionem , è *Circuli* finibus ei
rentur. Id n. aliâs *Imperii* leges inculcare, ut, abſ
ulla hæſitantia , ēt in proſcriptos animadverta

Quoad *Principum, Ordinumque* , conteſtatio
dùm nimirum devotionem ſuam ergà *Cæſarem*
ſtanter proſequi vellent, hoc ex illis eſſe, quod
cere quàm maximè poſſit. Neque ea de re amp
dubitari. Modò tandem affectum illum verum
effectum deducere laborarent.

Quoad ſumptus, ſuper damnis illatis, refund
dos , de iis jam ſuprà conventum utrinque fu
Interim, ut *Chriſtiano Luneburgico*, quà ſuas illas
tenſiones, *Thillyus* præſcribere poſſit , hoc extrà
dinem videri. Hoc enim ab ipſo potiùs *Duce* pet
dum venire.

Mündam, & Huxariam, civitates , extrà *Circul*
nes poſitas eſſe. Ideóque extrà hanc quoque tra
ctionem venire. Nihilominùs , ſi *Vlricus Frideri*
Dux Brunſuicenſis, hac de re *Cæſarem* interpellet,
lum dubium eſſe, quin exonerationem eorum
eorum obtinere quitus ſit.

Quà res, jurisdictioneſque eccleſiaſticas , n
Thillyum diſpenſare poſſe. Ut hæc, ſicut alia ejus
neris, extrà ordinem accedere, adeóque à ſcopo
giùs abire, videantur. Iam de copiarum dimiſſio
bus laborari. De hoc fine rem præſentem verti.
neque arbitri *Electorales* hîc quicquam definire
lint, multò minùs ipſe largiri valeat. Ut enim
ſceptro, gladio, juriſdictionibus, & regalibus, *Cæ*
ris, *Thillyus* quicquam tractare, atque agere, debe
iſthoc religioni ſibi, ac non niſi ſacerrimum , e
Nunquam in res, *Religionem, iuriſdictionemque*, ecc
ſiaſticam, concernentes, *Thillyum* deſcendiſſe, n
iſtud ſuarum partium eſſe. Ante hâc *Circulum*
pias ſuas eo colore excusâſſe , tanquam defen
nem neceſſariò ſuſciperent , atque impreſſio
fortè hoſtiles præmetuerent. Iam recèns nov
formari prætextum, & *Religionem* , reſque eccle
ſticas, prætendi. Si igitur ſic quidem alternare ,
voſque ſubindè ſcrupulos inferre, præſumant,
mini obſcurum eſſe poſſe, quàm ipſis amica pax,
compoſitio, minùs cordi eſſet.

Ejuſdem commatis obrepere, quod de exer
tiis ſui exautoratione, tanquam acceſſorium , j
emergeret. Eas enim copias ad *Cæſarem* ſpecta
fieri indubitatum , ut neque hoc *Cæſar* negatu
ſit. Ut neque hoc corollarium hunc ad locum p
tineat, neque *Cæſari* utile exiſtat , dùm ipſimet
novis fœderibus mentionem iniiciant , & nihi
minùs, hic pro tempore exercitus dimitti debe
urgeant. Hoc autem ſe certò affirmare, ſicubi ,
motis hinc indè periculis, pax, & juſtitia , per *Im*
rium refloreſcant, *Cæſari* debitus honor , obedie
tia, ac reſpectus, conſtent, legeſque , ac conſtit
tiones, *Imperii* obſerventur, tùm *Cæſarem*, fideleſq
Electores, ac *Principes* , in harum copiarum demiſſi
nem conſenſuros facilè eſſe. Neceſſitate enim pr
ventos illos has impenſas ſuſtinere, ut libentiùs
ſe illis exonerare contendant.

Secu

cundùm hæc, nunquam hoc fuiſſe *Thilly* pro-
um, ut ullum, *Imperio* fidelem *Principem*, *Sta-*
tu, è poſſeſſionibus exturbare enitatur. Si igi-
irculi Principes, Ordineſque, miſſis conſectariis
xtraordinariis, ad ſcopum collimare, *Circuli-*
xoneratione͂ maturare, cogitent, in ſe moram
futuram ullam. Ut etiam, de mandato *Cæſaris*,
ıdè illis cavere, atque realiter omnia, lege
actionis, adimplere, paratus ſit. Si neque,
exſpectationem, *Circulus* conſectariis, at-
extra ordinem irrepentibus, articulis, ſuper-
e, atque hoc modo tranſactionem, pacem-
, tantoperè deſideratam, admittere, cupiat,
a ſe neque addere poſſe, neque debere. Ut ul-
r à *Cæſare* declaratio exſpectanda veniat. Ea
r ad arbitros *Electorales* hanc converti oratio-
, utrum illi autoritate ſua *Principibus*, *Ordini-*
ue, aliam mentem, atque hanc compoſitio-
, miſſis illis conſectariis præpoſteris, perſua-
, an eò uſque ad minùs armorum legitimam
enſionem interponere, velint, uſque dùm à
re alia, & recentior, declaratio ſuperve-
t.
tque hæc eſſe, quæ, pro operis complemento,
yus afferre debuiſſet. Si ſecùs accidat, & com-
tio effectu ſuo fruſtretur, tùm hæc omnia, ſal-
re, citrà prævaricationem, habenda eſſe.

XII.

culi legatorum ultima, & completoria, repro-
luctio.

Dhucdùm continuabat legatorum utrinque
altercatio. Deerat igitur fabulæ periocha, &
plementum, quod ſic quidem à *Circuli* legatis
um eſt. Fruſtrà, inquiunt, ſe ſperâſſe, futurum,
hillyus, Fridlanduſque, hanc in ſententiam pedi-
irent, qua de meritò *Principes*, *Ordineſque*, ſibi
gratulari, tùm afflicti, gementes, ac palantes,
liti, mediis, atque atrocibus, ſub calamitati-
velut reviviſcere, potuiſſent. Sed oppidò con-
ium emergere. Dùm generalia, more antiquo,
m obtineant, neque ad articulos propoſitos
iatim eatur. Tàm diuturnam tractationem jã
lem videri cancrinam, ac retrogradam. Nimi-
eos articulos, antèhàc conceſſos, jam, tanquã
os, atque extraordinarios, poſtponi, adeóque
æſarem reiici, velle. Sic itaque, tametſi *Thillyus*
citum nudè deducat, néq; deſiderio, neque ſe-
tati, *Principum*, ſatisfieri, ut primâ fortè occa-
e naſcente idem periculum immineat.
Quod de copiorum alternativè exautorationi-
ſuprà propoſuiſſent, illud nõ ſic quidem inter-
andum eſſe, tanquam *Cæſaris* autoritati, aut cu-
unq; alterius honori, quicquam detrahere de-
t, ut ſaltem ad majorem ſpectet ſecuritatem. Nã
pacto mandata *Cæſaris* obſervari uſuveniſſet,
acta *Archiepiſcopatus Bremenſis, Ducatuſque Brun-*
Lüneburgici, lineæ *Zellenſis*, & *VVolferbytenſis*, re-
ctivè, ſufficienter conteſtari. Ut de *Epiſcopatu Oſ-*
ruggenſi, aliiſque, nihil adiiciant. Quòd *Thillyus*,
Cæſare teſte, obedientiam ſuam, mandatis con-
nè, jactet, idem multò luculentiorib. teſtimo-
Principes, Ordineſque, Circuli, ꝓdicare poſſe. Quo
to, quibuſcunq; modis, n. *Cæſari* cõtraveniſſent?
Profectò, ſi tantus apud omnes fuiſſet amor patriæ,
belliq; abominatio, nunq̃ ea rerum per *Germaniam*,
& fœda, prorupiſſet facies. Nunq̃ belli furor, intrà
Bohemiæ regni limites ſe ſe tenens, in *Germaniam* dif-
fuſus fuiſſet, modò plus aquæ, quàm olei, incendio
iſti inſtillari accidiſſet. His accedit, opꝰ defenſionis,
à *Circulo* ſuſceptum, nullo modo fuiſſe, nulloq; ju-
re, illicitum, ac prohibitum. Quî ergò *Thillyus* exe-
cutivè adversùs *Circulum* progrederetur? Dicat, ſi
placet, quem *Imperii Electorem, Principemque, Catho-*
licum, Rex Daniæ, tanq̃ *Circuli* archiſtrategus, armis
laceſſiverit, ut ea propter ſive *Thillyus*, ſive *Fridlandus*,
metu ulterioris offenſionis, prævenire debuerint?
Ità & naturam, & leges, tàm divinas, q̃ humanas, o-
mnes poſtulare, ut nulla executio antè ſententiam,
nulla ſententia antè ꝓceſſum, nullus proceſſus, in-
auditâ partis alteriꝰ defenſione, locũ habere poſſit.
Tàm ſeverum igitur, atrocemque, proceſſum *Prin-*
cipes, Ordineſque, promeritos haud eſſe. Modò *Circu-*
lus armis infeſtis liberetur, pacis religioſæ, juriſdi-
ctioniſq; ſecularis, exercitium, confirmetur, liber-
tate *Teutonicâ*, & legibus *Imperii* ſalvis, certè illicò o-
mnis hęc diffidentia corruet, dulciſq; ꝑ *Imperiũ* har-
monia iterùm coaleſcet. Verbum *DEI* eſſe, ꝙ *Circu-*
lus in oculis gerat, ut eo medio æternam ſalutem o-
perari ſperet, neq; conſcientiam vulnerare velit.

Contemptus, antè *Principibus* illatus, ꝙ negetur,
ex actis contrarium pateſcere. Neq; legatos tamen
ſic eſſe affectos, neq; tantorum *Principũ* eminentiã
pati, diutiùs ut verborum digladiationibus hæc res
ventiletur. Ideóq; ſuperiores illas ſuas cõtradictio-
nes hûc referendas eſſe. *Thillyanos* de ſcopo hujus
tranſactionis quidem verba facere, nihilominùs,
dùm nimis anguſtis eum circumſcribãt, atq; inclu-
dant, limitibus, ſcopum verum non ferire. Quod n.
Thillyus, de nuda exercitus ſui deductione, *Circuliq̃*
exoneratione, inferat, id non ſatisfacere, ut iccircò
Rex arma deponere, & *Thillyo* credere, debeat, tanq̃
is, arreptâ fortè occaſione, reducere, novũq; peri-
culum accerſere, non poſſit. Proindè, exoneration͂
Circuli, militiſq; deductione͂, fundamentũ velut ad
pace͂ eſſe; Interim, ut pax firma, ac ſolida, coaleſce-
re poſſit, plurib. hanc in rem ingredientib. opꝰ eſſe.

De pace tàm religioſa, q̃ juriſdictione ſecula-
ri, omnibuſq; eò pertinentib. clauſulis, juribuſque
quæſitis, jam pridem ſub *Anno M.D.XXIII.* cùm *Thil-*
lyo tranſactum fuiſſe. Ut ſuper his tùm articulis, pa-
ctiſque, tàm *Cæſaris*, quàm *Electorum Catholicorum*,
ſereniſſimæq; *Infantis*, confirmationes tùm ſuper-
acceſſerint. Ea propter fruſtrà ſugillari *Principes*, eo-
rumq; legatos, tanq̃ res ſubindè novas, extraq; or-
dinem vagantes, interjungant, cùm priorib. tantũ
modò veſtigiis inhærere comperiantur. De eo n.
non integram verti controverſiam, ut ſaltem miles
deducatur, immò neceſſarium maximè hoc requi-
ri fundamentum, ac copulam, ut *Circulo*, quà *Augu-*
ſtanæ Confeſſionis exercitium, quà juriſdictionem, ac
jura acquiſita, ſecuritas præſtetur. Ea igitur cõjun-
cta, non ſeparanda, eſſe. De his omnib. tàm diu, tã
abundè, ad ravim uſque, hactenùs actũ, clamatum-
que eſſe, ut, cõpendii cauſsâ, ad ſuperiora provocẽt.
Plura requiri ad exonerationem *Circuli*, q̃ ut obiter
miles deducendus ſit. *Principum Ordinumque*, juriſdi-
ctiones etiam extrà *Circulum* extendi; Ut de rerum
quarũcunq; occupationibꝰ, & reſtitutionibꝰ, itéq;
de liberis commerciis, & quæ his annexa ſunt, *Cir-*
culi

culi exoneratio intelligendo veniat. Si itaque hæc priùs impleri accidat, tunc quidem *Principes*, *Ordineſque*, officio ſuo non defuturos.

De *Chriſtiano, Duce Lüneburgico*, quod proponeretur, mirari *Principes*, eos, abſque mandato, ejus rei propoſitum urgere. An ergò *Circulus*, ejuſque Principes, deterioris eſſent conditionis, qui *Calenbergenſis* caſtri, aliorumque locorum, depravationem, abſque damni refuſione, ferre, ex adverſo *Chriſtiano Lüneburgico* ſatisfacere, teneretur? Nihilominùs, ſi de cæteris omnibus tranſactum ſit, etiã *Rex*, pro jure neceſſitudinis, operam daturus eſt, ut *Lüneburgicus* placari queat. Interim, ut *Circulus* id genus damnis, atque incommodis, eorumque refuſionibus, renunciare, vice versâ *Lüneburgico* ſatisfacere, debeat, hoc ex illis eſſe, quæ diſcordare videãtur. Omnia ſic fluctuare jam tandem in incerto; Ut, dùm ad ſingulos articulos ſpecialis, & categorica, declaratio hactenùs exſpectata foret, nuda ſaltem, & generalis, oblatio emergat. Dùm enim ex adverſo res, ad Religionis, jurisdictioniſque, exercitium ſpectantes, jam à limine hujus cõpoſitionis reiici, atque in dubium vocari, accidat, quid de cætero, ſub hac rejectione, *Principibus, Ordinibuſque*, ſperandũ ſit, nemini non evidens evadere. Sicubi enim *Thillyo* non liceat falcem in res religioſas, atq; eccleſiaſticas, immittere, mirari ſubit, quid eſſet, quòd ſuprà hoc propoſitum, ac thema, in tractationem admiſerit? Et cur à *Cæſare* hanc in rem jam pridem inſtructionem, ac plenipotentiam, nõ impetrâſſet? Abſque illâ *Religionis*, ac conſcientiarum, ſcilicet libertate eſſe, ut *Principes, Ordineſque*, in provinciis ſuis pace, ac tranquillitate, uti frui haud ſuſtineant. Neque iccircò obtendi meritò, tanquam hæc res coronam, ſceptrum, regalia, & id genus jurisdictionem ſupremam, *Cæſaris* tangat, petatque, ſed hoc tantùm ſpectari, ut, ſub umbra *Cæſaris*, prout ſub illius anteceſſoribus uſu veniſſet, deinceps tàm conſcientiarum, quàm poſſeſſionum, & jurium acquiſitorum, pace, atq; obſervantia, *Principes, Ordineſque*, acquieſcere ſufficiant.

Quod ſupereſt, quod, pro confirmatione totius huiuſce tranſactionis, & *Cæſaris*, & *Electorum Catholicorum*, fidem *Principes, Ordineſque*, requiſiviſſent, eo ipſo majeſtati *Cæſareæ* ſeſe nequicquam detrahere; Ut etiam *Electorum Catholicorum* conſenſum expectant, non ut *Cæſari* hoc deroget, ſed ut conciliatâ hac, & reductâ velut *Imperii* membrorum, ſub *Cæſare*, tanquam capite, harmonia hæc animorum renaſcens copula, ac confidentia, velut interveniente mutuá conſolidatione, ferruminetur. Qua copulâ, atque unione, præeunte, ac ſalvâ, majeſtas, dignitaſque, *Imperii* refloreſcere, ac vigere, faciliùſque externis fœderibus, ac molitionib⁹, reſiſtere queat. Sicubi ergò id, quod caput, & ſumma, totius rei eſt, nempe *Religionis*, & conſcientiarum, libertas, itemque jurisdictionis, & jurium acquiſitorum, exercitium poſt tot prægreſſas diſceptationes, tandem velut heterogeneum, ac præpoſterum, quiddam, rejectari velit, omniaque hac ratione, hactenùs vẽtilata, tanquam in caducum, quod ajunt, parietem inclinare videantur: utique, nomine *ſuperiorum*, *Circuli*, legatos, non abſque ſummo dolore, ad animum admittere, tot, &, tàm laborioſas, diſceptationes fruſtrà ſuſceptas eſſe, adeóque in extremis rem relinqui. Eo nomine ſibi præter votum, atque

opinionem, accidere, ut *Electorum* quoque leg
tanquam arbitri, ſub rerum tàm publicarum, qu
privatarum, diſpendiis, inanem operam inſum
ſent. Ex adverſo, hoc ſeſe ſolatio, tanquam ci
ſuſtentari, quò minùs tranſactio perficeretur,
ſeſe non ſtetiſſe. Ut norint, *Cæſarem* tàm mitẽ,
mentem, juſtumque, paciſque amantem, eſſe
modò ritè fuiſſet informatus, nihil non ad h
Circuli commodum, ipſius verò *Cæſaris* immor
nominis gloriam, reliqui ſit facturus. Atque ſic
dem nunc in totius mundi eſſe oculis, undè e
hãc ut pacis compoſitionem fine ſuo fruſtrari
venerit. Illud tantùm non ſub his extremis caſi
calamitatibuſque, tot hominum gementium
riadib. relictum eſſe, ut ſub atrocibus id genus
guſtiis, ſuſpirare, lacrymari, ac Quiritium fid
more olim *Romanorum*, implorare, teneantur,
magis vindicem *DEI* altiſſimi, atque omnipote
oculum in juſtiſſimam ultionem querelis, lacry
& planctibus, provocare, compellantur. Hact
illi.

****

Externa.

I.

Guſtavus, Rex Sueciæ, Livoniam invadit,
occupat.

SUperiori anno induciis inter *Pol*
Sueciaque Reges, exſpirantibus, *G*
vus, Rex Suecorum, inſtructa ſexagi
& ampliùs, navium claſſe, in *Livo*
eduxit. Antequàm igitur *Poloni* ſ
hoſtes adeſſe, jam tùm *Rigam Rex*, in poteſtatem
degerat Ut paulò poſt universâ provinciâ pot
tur. Interceptis ſic potiſſimis, etiam abſque re
gnantia, fortalitiis, ſeriùs *Poloniæ Rex* arma præp
bat. Obnitentibus verò *Polonis, Livoniſque*, eque
bus, ſatius erat ad tractationes pacis, quàm arm
ſic quidem nimis ſerò more *Phrygum*, quod aj
animum adiicere. Miſſo igitur caduceatore *Pol*
pacis media offerre cœpit. Quibus condition
Suecus acceptatis, legiones receptui canere, atq
hyberna reducere, ſimulque ab offenſionibus
abſtinere, juſſit. Interim, dùm *Polonus*, & *Suecus*
per pacificatione rationes ineunt, ecce! *Poloni*, i
voniã excurrentes, *Suecos* ex inopinato invadun
fundunt. Sed nõ impunè. Excitati enim, juſſu R
tanquam è ſomno, *Sueci*, juſtis ſub legionibu
Polonos eduxerunt, fuſiſque bis tribus cohorti
etiam *Pirſenam*, præcipuum ad *Littaviæ* fines for
tium, interceperunt, apparatu bellico, (cujus i
copia proſtabat) machiniſque, magnam parten
Sueciam abductis. Ità hæc illa libidinatio, & laſ
Polonorum provocatio, magno conſtitit, ſatiu
cturis, ſicubi intrà cuticulam, quod ajunt, & d
manere, maluiſſent. Atque ſic plerumque
venire amat, ut dùm lucellum intempeſtiv
quæritur, infortunium ſiniſtrè agentes opprimat.

II. Beth

II.

...hlenus, Catharina Brandeburgicæ nuptias ...mbiens, à Ferdinando II. Imp. litteras com...nendatitias impetrat.

...E *Bethleno* hoc tempore multa, & diverſi ge...neris, apud aulam *Cæſaream*, ſpargebatur. Qui ... ligæ, ac fœderi, illi inter *Galliæ, Angliæque, Reges, ...tos, Sabaudos, Belgaſque*, recens coëunti, acceſſiſſe ...retur, nihil aliud exſpectabatur, quàm ut præ...itis ingentibus copiis in *Vngariam* contra *Impe...*rüm rurſus ſuperinduceret. Sed ille ex alto hanc ...m diſſimulare didicerat. Ut *Cæſari* modò non ...m obedientiam promitteret, ſed etiam para... *Cæſareanis* per provinciam ſuam milites ſtipen... obligandi, tùm delectus inſtituendi, copiam ...ret. Atque hanc non fruſtrà, citrà morem, hu...itatem præ ſe ferebat. Hoc enim agebat, ut, dū *...harinam, Electoris Brandeburgici* germanam, am...bat, *Cæſaris* benevolentiam imploraret, quo, ...entis ab *Imperatore* ad *Electorem* commendatiis, ...rius voto potiretur nuptiali. Neq; defuit huic ...to eventus. Simulatq; enim rogavit, obtinuit.

III.

Inedia miraculoſa puellæ Halberſtatenſis.

...E inediis miraculoſis, ob temperamenti ſimi...litudinem, ſexum femineum plerumq; infe...tibus, multa ſuperiori tempore à *Ioanne Schen... Marcello Donato, Paulo Lentulo*, aliiſque hiſtoriæ ...licæ admirādæ ſcriptorib⁹, in litteras relata sūt. ...nos quoq; ſymbolam conferem⁹ noſtram. Su...ori *Anno, M.DC.XXV.* apud *Halberſtadiū*, ad plu...bit puella ſedecim annorum. Hæc toto octen...tantum panis, ciborumque, haud guſtavit, quā... vel duob. obolis comparari poſſet. Ejus vale...ò talis erat, ut neq; ſana, neq; morboſa, ſed pla...ſutra, videretur. Saltem interdiu è cereviſia ali...vicib. libaſſe notatā eſt, quantum capacitas di...ii ovi gallinacei putaminis caperet. Hoc vel ...illum integrum per octennium loco nutrimēti ... Panis odorem ne quidem ferre valuit. Licet ...er, vidua, zythum, è quò delibabat, pane toſtō ...oborare ſtuderet, nihil egit. Puella ſiquidem o...panis illicò commoveri, atque, ad animi uſq; ...uium, deficere, cœpit. Aliàs mente, & ſenſi...fuit integris. Laribus nunquam in publicum ...ſſa eſt, domi ambulans, potiſſimum tamen ſe...do, & nendo, tempus fallens. Sextò quoque die ...el, egeſſit, ut gallinæ retrimentum quantitate ...rret. Hæc res multis admirationi, pluribus prò ...la, extitit.

IV.

Comitis Hornani infortunium.

...Uod olim *Solon*, & ex hoc *Ovidius*, prodidere, ...ante obitus neminem mortalium dicendum ...beatum, iſtud ſuo exemplo *Keſſelius Baro* hoc ...ò comprobavit. Qui cùm apud *Heuſdam* ali...quandiu gubernatoris officio præfuiſſet, mox etiam in *Hornanum Comitem* exaltari cœpit. Poſteaquàm ergò fortunam diu ridentem, ac ſtatum amplificantem, fuiſſet expertus, tandem uno velut momentò in lubricæ, ac fallacis, divæ inſidias incidens, felicitatis, vitæque fecit naufragium. *Bomeliam* enim, ad ſororis exequias, profectus, fortunæ illius novercantis ictum excepit. Illic cives, & præſidiarii, in adventum ejus, tanquam dynaſtæ præcipui, effuſi, lætitiam, ac congratulationem ſuam, ſclopetorum exploſionibus, ſub portis publicè conteſtabantur. Dùm ergò ingreditur, ecce! glande, è ſclopeto emiſſa, ſic quidem vulneratur, ut paulò poſt ipſe animam exhalans, germanæ funus, & luctum, morte ſua geminaret. Scilicet hujus viri exemplum quoſcunque *Magnates* terrere debebat, Ne, dùm arces, civitateſque, cum pompa, & ſolenniter, ingrediuntur, eò ipſo momento, ſive præſidiariis, ſive civibus, permittant conſuetas ſclopetorum ſalutationes. Quàm enim proclive eſſet hoc modo à plebeiis, nuſquam ſatis providis, vel hoſtibus, in eam turbam ſe ſe ingerentibus, de vita periclitari, vel præſens iſthoc exemplum demonſtrat. Ut omninò tutius ſit, tàm diu ab hac periculoſa ſalutatione ſeſe abſtinere, illamque feſtivitatem ſuſpendere, quouſque jam *Magnates* antè tranſiiſſent, nemoque à ſclopetis offendi poſſit.

V.

Exceſſus illuſtrium virorum.

Ab iſtius morte violenta, ad naturales aliorum obitus, progredimur. Superiori *Anno M.DC.XXV. Cal. Mart.* fatò deceſſit *Philippus Iulius*, *Dux Pomeranorum*, exequiis *VIII. Id. Maij*, ſolenni more, concelebratis. Ei in *Ducatū* ſucceſſit *Bogislaus*, totius provinciæ hęres unicus. Prædicti *Iulij* exceſſum non multò poſt inſecutus eſt *Ioachimus Sigiſmundus, Marchio Brandeburgicus, Electoris* germanus, *IV. Non. Mart.* ex humanis emigrans. Ut pauculis poſt diebus, nempe ipſis *Nonis Martiis, Ioachimus Erneſtus Onoltzbachianus*, nuper *Vnionis*, ſic dicti *Principum* fœderis, *Archiſtrategus*, præpropera ſuperincumbente morte vitæ finem faceret. Nec diutiùs his in terris moram traxit *Mauritius Vranius*, *Belgii confœderati*, gubernator, quò de paulò ſuprà. Qui cum prudentiā, ac fortitudine, bellicā orbem, meritis *Bataviam*, impleviſſet, è vita, tanquam è militia, emigravit *IX. Cal. Maias*, ſucceſſore nominato *Henrico Friderico Vranio*, fratre. Ex illuſtribus porrò viris hoc eodem anno, *Hermannus Otto, Styrumius*, & *Enno*, orientalis *Friſiæ* dominus, *Comites*, naturæ legem impleverunt.

VI.

Obitus virorum doctorum.

Neque par eſt eorum, quos eruditio, & litterarum fama, ſuprà vulgus extulit, dememiniſſe. Eodem enim *Anno M.DC.XXV. Georgius Remus*, ICtus, & polyhiſtor, celeberrimus, apud *Noribergam*, *Ioannes Hartmannus Beyerus* verò, *Archiater*, & *Practicus*, nominatiſſimus, *Francofurti ad Mœnum*, ultimam

vitæ lineam impoſuêre. *Abrahamo Sculteto, Theologo Palatino*, apud *Embdanos*, exule, eandem vitæ fabulam finiente. Ità verò hic annus, quo de ſermo eſt, tantùm non *monſtris, tempeſtantibus, incendiiſque*, ſed etiam *peſte*, & virorum magnorum *inferiis*, inter cæteros, fuit notabilis.

VII.

Inter Philippum, Archiepiſcopum, & Electorem, Trevirenſem, & S. Maximini apud Treverim Abbatem, lites.

HOc tempore *Philippus, Archiepiſcopus*, & *Elector, Treviranus*, *Cœnobio S. Maximini* apud *Trevirim* opulentiſſimo, litem intentabat. *Abbas*, ſive *Cœnobium, Imperii* ſtatum repræſentans, *Imperiali* fiſco dimenſum ſuum pendebat. Hoc in rem ſuam non modò trahebat *Archiepiſcopus*, ut inſuper duas omnium redituum prædicti *Cœnobii* partes, abſq; onere ullo, ſibi vendicaret, tertiâ ſolùm, unà cum oneribus, *Abbati* relictâ. Iſte *Archiepiſcopi*, proceſſus tantùm non *Abbati*, ejuſq; *conventualibus*, moleſtus erat, ut etiám *Ferdinandũ II. Imp.* offenderet. Immò verò hoc agebat apud *Pontificem Archiepiſcopus*, ut *Abbatia* illa ſibi purè ſubiiceretur. De hoc apud *Cæſarẽ* querebatur *Abbas*. Ut jam aulam apud *Cæſaream* lis eſſet pendens. Itaque cùm paulò inſolentiùs progrederetur *Archiepiſcop⁹*, *Cæſar*, miſſis litteris dehortatoriis, hanc mentem illi exprobrare cœpit, parceret nimirum *Abbatiæ*, quæ magis ad *Imperium*, quàm *Archiepiſcopi* juriſdictionẽ, pertineret. Parceret immò *ordini*, parceret nomini *Catholico*, inprimis honori eccleſiaſtico, parceret contraire fundatoris inſtituto, parceret falcem mittere in *Cæſaris* eminentiam, cujus, uti & anteceſſorum, protectione hactenùs gauderet *Cœnobium*; Potiuſque rerum ſuarum, itemque redituum, aliâs ampliſſimorum, ſatageret.

Sed parùm hoc, ut videbatur, cordi erat *Archiepiſcopo*. Ut aliis mediis, aliiſq; parariis, diverſam à *Pontifice Romano* ſententiam exciperet. Mandabat autem *Pontifex*, ut, exautorato prorsùs *D. Maximini Abbate*, *Cœnobium* purè rediret ſub poteſtatẽ *Archiepiſcopi*. Hoc ille, non obſtante *Cæſaris* interdicto, ſolenniter acceptavit. Itaque *Cæſar* verbis paulò aſperioribus hanc illi prævaricationem exprobravit, utque denuò ab occupatione *Cœnobii* illegitima, illicitâque, ſeſe abſtineret, ſeriò monuit. Inſpectionem hanc enim, juriſque cognitionem, ad *Cæſarem*, non ad *Pontificem*, ſpectare, immò litem apud aulæ *Cæſareæ* dicaſterium pendentem, ac nondum deciſam, eſſe, allegando.

At neque ſic quidem elanguit rigor *Archiepiſcopi*. Ut potiùs *Cæſari* remonſtrare auſus ſit, non potuiſſe ſeſe *Pontificis Max.* decreto, abſque ulla ſua ſolicitatione, obvenienti, humeros ſubducere. Cauſſam jampridem hanc in *Rota*, ſive *Curia*, *Romana*, eſſe ventilatam, *Cœnobii Conventuales* hac de re ad *ſedem Romanam* appellaſſe, *Pontificemque*, ad quem ſpectet hæc cognitio, ſententiam dixiſſe. Ut non videat, quo pacto à poſſeſſione, ſemel decretâ, atque aditâ, recedere poſſit. Neq; ſe dubitare, illum eſſe *Cæſaris* mitem animum, juſtitiæque addictum, ut nullatenùs exſpectet, ſe, præter legem, atque ordinem, gravandum eſſe. Et, ſi maximè *Cæſar* in cauſſæ hujus ſufficienti cognitione hæſitare queat, *Archiepiſcopum* paratum eſſe, vel coràm venire, *Cæſarique* [o]mnem ſcrupulum deniq; expectorare.

CAP. V.

De Daniæ Regis, [&] Mansfeldii, conju[n]ctione. Itemq; utriu[s]que, tàm Mansfeld[i] quàm Regis, clade.

I.

Daniæ Rex, Electoribus Imperii Catholicis v[...] ut bellum denunciat.

TRanſactione illa apud *Brunſuigam*
ter *Cæſareanos, Daniæ Regem*, & *infer*[...]
Saxoniæ Principes, in caſſum exeu[...]
neque magis utrinque ulteriores
colliſiones, quàm compoſitione
ſpectante, *Rex*, nihil moratus, antequàm bell[...]
ſeriò ſuſciperet, priùs hoc, quid vellet, per litte[...]
tanquam per fecialem, more gentium, *Electori*[...]
Catholicis præſignificavit. Ità autem ille. Nihil,
quit, ſe dubitare, quin notiſſimum eſſet, *Electorib*[...]
quo pacto *Cæſar* tàm ſuam, quàm *Saxoniæ inferi*[...]
Circuli, defenſionem, tantùm non ſuſpectam r[...]
dere, ſed etiam, eo ſub colore, duob. diverſis ex[...]
citibus *Circulum* hoſtiliter infeſtare, conatus
Huic accedere, ut ipſum ſpecialiter *Regem* ſugill[...]
accidat, tanquam ideò novis aliorum fœderib[...]
acceſſiſſet, ac ſi in perniciem *Catholicorum Imp*[...]
Principum, Ordinumque, laboraret. Id genus inſi[...]
lationibus ſiquidem ipſe *Rex*, unà cum prædicto
lo *Circulo*, falsò oneretur, utique rem poſtulare,
undè defenſionem parârit, novoque fœderi acc[...]
ſerit, tanquam in apologetico quodam, decla[...]
Nemini autem obſcurum eſſe, quibus à diverſis a[...]
nis legationibus, & rogationibus, apud *Cæſarem* [...]
fatigatus eſſet, eò nempè collimantibus, *Cæſar*, [...]
prægreſſam particularem offenſam, ſub modis q[...]
buſcunque tolerabilibus, ſatisfieri ſibi pateret[...]
inprimis pacem *Germaniæ* redderet, adeóque rem[...]
dia mitia, & benigna, ſeverioribus anteferret. N[...]
que aliam initiò *Regem* ſpem concepiſſe, quàm fo[...]
ut *Cæſar* æquiſſimis illis interpellationibus, bo[...]
publici cauſsâ ſuſceptis, acquieſceret, præſertim,
tot luculentiſſimis verbis anteà *Cæſar* conteſtat[...]
eſſet, nullum alium in finem dirigi arma, per *Imp*[...]
rium graſſantia, quàm ut ablatum *Bohemiæ* regnu[...]
unà cum provinciis adjunctis, integrè recupera[...]
juxtaque leges, & conſtitutiones, *Imperii*, pacem
tàm religioſam, quàm ſecularem, conſtabilire, p[...]
ſit. Sed ſpem hanc conceptam omninò decolla[...]
Tametſi enim *Cæſar Bohemiam* recuperaſſet, tame[...]
Elector Palatinus, ſub reſtitutione dignitatis, & p[...]
trimonii, & *Bohemiæ* illis prætenſionibus renunc[...]

re, re[...]

reatumque deprecari,voluiſſet,tametſi ipſe *Rex*
ıc in rem etiam *magnæ Britanniæ Regem*,arma prę-
antem,demulcere, atque ad tranſactionem re-
erc,ſtuduiſſet,nihilominùs his omnibus labo-
ıs nihil minùs effectum eſſe ; quàm ut *Cæſar* in
is publicæ reproductionem commoveri potue-
Quin immò tàm longè abfuiſſe,ut *Cæſar* ad pro-
ita à *Rege* pacis media ; vel jota reſpondere ſit
natus; Ut magis,magiſque *Ligarianum*,& *Hiſpa-
m*,exercitus per *Imperium* foviſſe,alioſque *Prin-*
,*Ordineſque*, cum rebus *Bohemicis* nihil commu-
ıabentes,iiſdem affligere,ac perdere, maluerit.
n igitur ea labes belli ſucceſſivè etiam ad *Saxo-
inferioris Circulum* ſerpere , nonnulloſque ejus
ıcipes,inprimis *Ducem Lüneburgicum* ; invadere,
piſſet,tantis per ejus provinciam illatis damnis,
retium vix computari ; ipſe verò *Dux* pro illis
enſis integrum penè exercitum alere,potuiſſet,
que,ad quiritationem *Principum*,ac fruſtrà fide-
tis antè nomine ab ipſo *Cæſare* collaudatorum,
enſionem omninò fuiſſe neceſſariam. Eandem
em provinciam quoq; *Brunſuicenſem* corripuiſ-
t neque illis præfecturis,*Regi* oppignoratis, ex-
nis exactionibus parſum ſit. Annon igitur ſatis
ſſæ eſſet *Principibus*, defenſionis viam neceſſariã
nirent,ſe ſeque,contrà vim,atque injurias,prę-
nirent? An,cùm *Reges* exteri,ſub *Chriſtiano Brun-
mſi*,& *Mansfeldio*,novis collectis copiis , *Imperio*
ıarentur,ſoli *Saxoniæ inferioris Principes* omnibus
nium injuriis eſſent expoſiti ? Hanc neceſſitatē
fuiſſe evidentem,ut vel *Thillyus* ipſe autor eſſet
uli Principibus, defenſionis arma pararent,atque
ubarent,ne per illas partes hoſtes fortè irrum-
quiti forent.Indè eſſe,ut de opere defenſionis,
cta diæta provinciali,deliberari, ac permajora
cludi,adeóque *Rex*,pro *Circuli archiſtratego*,eligi
piſſet. Indè hoc omne , quicquid deliberatum
et,*Cæſari* ſignificatum,adeóque, nullius in of-
ionem tendere,expoſitum eſſe. An ergò *Circu-*
oc officio ſuo laceſſivit *Cæſarem* ? Annon fecit,
d juſſus antè eſt,quod leges, ac conſtitutiones,
uli admittunt ? Certè,cùm nec *Cæſar* antè hoc
poſitum improbare potuerit, nec poſt princi-
ıt ajunt,culpare poterit.Si igitur contrà *Imperii*
ſtitutiones nihil deſignari accidit, quâ ratione
ehenſione digni fuerint *Principes* ? Ipſe *Thillyus*
enus nihil ſuſpicione dignum obiicere ſategit,
ıt poſtliminiò è *Bilfeldio* ſcriberet; hanc defen-
em paulò eſſe,vel videri,operoſiorem.An ergò
cavit, difficiliùs ſe fortè perfecturum , quod
cogitaſſet, ubi arma *Circuli* illa eſſe cognovit.
ſuis illis conatibus poſſint reſiſtere?
ametſi igitur *Rex* minimè teneatur factorum
um rationem reddere *Thillyo*, nihiloſeciùs ta-
illi indicaſſe ; copias regias tantùm ad *Circuli*
ectionem conſcriptas eſſe ; Interim, *Thillyum*
npotentiæ deveniſſe,ut abſque *Cæſaris* denun-
one,in *Circuli* provincias irruperit,omniaque,
s,Tartariſque,immaniùs,ferro,prædis , incen-
ue,obvia defœdârit. Longè enim poſt emer-
Cæſaris litteras,*Bavariæ Duci* injungentes , *Thil-*
ut adversùs ſuſpectas copias induceret, ut et-
eodem *Fridlandus* ſuò cum exercitu properare
s ſit.Neque aliud vel à *Cæſare* in medium affer-
tuiſſe,quo quidem arma *Circuli* reprehende-
ur,niſi vetus illud, ſcilicet extrà ſolitum, videri
operoſiora.Priùs igitur,an contrà *Imperii* conſtitu-
tiones ſuſceptæ forent,demonſtrandum erat. Sed
tantùm abeſt,ut *Thillyus*, *Fridlanduſque* , cauſſas ſuæ
invaſionis dicere potuerint,ut excuſſis regulis ; ra-
tionibuſque compoſitionis ineundæ omnibus ; de
facto ferro viam in provincias inſontes aperuerint.
Immò verò *Thillyum*, legatis regiis etiam inſultare
auſum ; hoc *Regi* inſolentiùs nunciari juſſiſſe ex
Holtzminda,irent,ac *Regi* ſic referrent:Niſi *Rex*,*Cir-
culuſque*,copias illas promptè exautorarent , futu-
rum,ipſe ut veniat,exautorationemque,ematuret.
An non hoc eſt manifeſtis verberari contumeliis?
Hæc cùm in *Regis* autoritatem dicteria vergerent,
eóque res deveniſſe videretur , ut & contemptus
Regis,& copiarum ejus,clades,quæratur, meritò ſi-
bi de iis diſpiciendum fuiſſe mediis, quibus tàm e-
minentiam ſuam,quàm *Circuli* defenſionem ; tue-
retur. Nihilominùs invito animo hæc ad extrema
Regem impelli;Ut tàm coràm *DEO* ; quàm homini-
bus,ob id excuſatus eſſe velit ; prout tàm *Cæſari*,
quàm *Hiſpaniæ Regi*,antè ſignificaſſet. Abindè neq;
verbis,nedùm re,ſibi ſatisfactum eſſe,ut ; *Circulum*
magis magiſque infeſtari contigerit.Sic,cùm nulla
vindicandi libertatem, *Teutonicam* appareret ratio,
contràque leges,ac capitulationes,*Imperii*, hic *Cir-
culus* everteretur,neceſſariò,diſpiciendum fuiſſe ſi-
bi de fœdere,ac ſubſidiis,quibus hac ſub neceſſita-
te uteretur.Neque ſibi aliud,niſi pacis religioſæ,ju-
riſdictioniſque ſecularis,exercitium,ſpectari. Tã-
etſi enim ab adverſariis alia mens , alius animus, ſi-
bi affingi velit,*Regem* tamen verbis conceptis,ac re-
giis,confirmatiſſimum facere,injuriam ſibi fieri.Et
ſi maximè probari queat ; antequam hic *Circulus*
hoſtilibus armis invaderetur,*Regem* aliquid ſive cō-
trà *Cæſarem*,ſive conſtitutiones *Imperii* , deſignaſſe,
utique tùm *Rex* præſentis tragœdiæ titulum, ac fo-
mitem,ſibi aſſcribi patietur. Id quod longè à ſe ab-
eſſe,ad *DEUM*,& conſcientiam,teſtes,provocat.Eo
nomine ſe quoque ſignificanter obteſtari, non ſibi
in mentem veniſſe , ut *Catholicæ Religionis Principes*,
Ordineſque,infeſtare,atque opprimere,affectet , ut
potiùs *Imperii* priſtinam illam harmoniam ; præ o-
culis habeat,nihilque magis optet, quàm ut, ſalvâ
Religionis,juriſdictioniſque,libertate,animi utriuſ-
que *Religionis* per *Imperium Principum* conciliari,tùm
pax,ac confidentiâ,reſtitui,hæcque commoda, at-
que exercitia,ad poſteritatem tranſire,queant. To-
tius enim *Chriſtiani* orbis, externorumque *Regum*,
plurimùm intereſſe, *S. Romani Imperii* ſtatus ut con-
ſervetur.

De *Mansfeldio* ità eſſe , ut non motu proprio vē-
niat,ſed à *Galliæ*, *Angliæque*, *Regibus* eam in rem miſſus
ſit,ut *Circuli* neceſſitatibus auxilietur.Ut de ejus in-
feſtationibus timendum non ſit.

Quæ cùm *Regis* eſſet ingenua,atque integerrima,
expectoratio,juxtáque commodi publici ſtudium,
nihil dubitari,quin *Electores*,*Principeſque* ; *Catholici*,
idem ſentiant,idemque cupiant,adeóque à tot an-
nis deſideratæ pacis reproductionem ſeriò efficere,
operaſque conferre,allaborent. Quodſi verò hæc
hoſtilitas,ſubminiſtrato velut pabulo, foveri ; au-
gerique,tùm *Circulo* interitus fabricari,velit,id ge-
nus cruentis, ac ſanguinariis ; conſiliis *Regem* datâ
quoq; operâ contraventurum eſſe. Interim malle
Regem,illos ſic quidem moderari actiones ſuas,ut li-
tis,ac belli,cauſſa præcidi ſuſtineat.

II.

Principes, Ordineſque, inferioris Saxoniæ Circuli, ſubditos, vaſalloſque, ſuos, fortè ſub Cæſare militantes, ſub publico reſcripto, citant, avocantque.

HActenùs *Rex Daniæ.* Ad cujus interpellationem ab *Electoribus Catholicis* nihil reſponſum eſt. Sic ubi pacis illa, intrà *Brunſuigam*, tàm laborioſè ſuſcepta, tranſactio in ventos abiiſſet, aquarũq; in modum diffluxiſſet, omnia jam tandem ad bellum verè ſpectare videbantur. A verbis igitur, ſive altercationibus, ad arma, & verbera, veteri more, tranſitũ eſt. Proindè, rebus in ultimis conſtitutis, eò quoq; abripiebãtur *Principes, Ordineſque, Circuli*, ut, evulgato diplomate, omnes ſuarum provinciarum ſubditos, vaſalloſque, ſub *Cæſare*, & *Ligarianis*, militantes, citarent, avocarentque, pœnâ in non obſequentes, tanquam patriæ, & communis, religionis, hoſtes, conſtitutâ. Omninò autem, tanquam in quadam anacephaleoſi, narrabatur, *Circulum* defenſionis arma, neceſſitate urgente, paraſſe, illudq; inſtitutum, tanquam in nullius offenſionem ſuſceptum, *Cæſari* & indicatum, & approbatum, eſſe. Hoc modo cùm nemo convincere *Principes, Ordineſque*, poſſit, tanquam quicquam contrà fidelitatem, atque obedientiam, *Cæſari* debitam, legeſque *Imperii*, ac *Circuli*, deſignaſſent, nihilominùs *Thillyum* auſum eſſe *Circulum* hoſtilibus armis infeſtare, ut etiam *Fridlandus* novo cum exercitu ſupervenerit, præſentemque calamitatem auxerit. Tantùm non igitur *Brunſuicenſi* provinciæ vim illatam eſſe, ut porrò *Magdeburgicus*, atq; *Halberſtatenſis*, *Epiſcopatus*, tantùm non oppreſſi ſint. Tot enim arces, oppida, pagos, villas, molendina, expilari, incendiiſque fœdari, contigiſſe, tot hominum millia, paſſim palantium, inter cædes, rapinas, ſacrilegia, incendiaque, ſuccubuiſſe, ut ne à *Turcis* quidem major crudelitas, ac barbaries, exſpectari potuerit. Hæc, & id genus, alia, abſque ulla cauſſa, inſontibus intentari, qui dolor eſſet graviſſimus. Saltem prætextus, & colorẽ, quæri, quò *Confeſſionis Auguſtanæ* exercitiũ, ſi liceat, à fundamentis exſcindi, *Cœnobiaque*, atque *Præſulatus*, *Circulo* eripi, poſſint.

Quo quidem proceſſu, impotentiæ pleno, ſiquidem acquiſita à majoribus tàm *Religionis*, quàm ſecularis juriſdictionis, libertas, violetur, *Imperii* leges fundamentales convellantur, omniſque de cætero ordo, jus, itemq; libertas *Teutonica*, pedibus calcentur, adeóque illi, qui ejuſdem cum *Circulo* ſunt cõfeſſionis, ſicubi contrà patriam, & profeſſæ religionis ſocios, arma convertant, reatum hunc excuſare haud valeant: Ea propter *Principes, Ordineſque, infer. Saxoniæ Circuli*, intuitu præallegatæ patriæ, *Religioniſque*, libertatis, ùltimè periclitantis, nõ aliter poſſe, quin, neceſſario hoc tẽpore, omnes, & ſingulos, *Evangelicæ Religioni* addictos, ſub *Cæſare*, ac *Ligarianis*, militantes, officii, ac pietatis, admoneant, ſubditis verò, ac vaſallis, ſuis ſeverè injungant, intrà menſis decurſum, ſine exceptione, ab ambobus illis exercitibus, tanq̃ manifeſtis *Circuli* hoſtibus, recedant, patriæq; operas impendant. Niſi id faxint, tanq̃ adversùs patriæ, paciſq; publicæ, hoſtes, in iſtos animadverteretur, vitâ, fortuniſq; publicatis omnibus.

Nihilominùs *Principes, Ordineſque, DEVM*, hominumq; fidem, ſanctè obteſtari, nihil aliud ſibi, quã *Circuli*, patriæque, inprimis *Religionis* agnitæ, defe
ſionem quæri, ut *Cæſari*, quà res ſeculares, adhũc
mnem ſubjectionem, atque obedientiam, tùm c
teris *Electoribus*, *Principibuſque*, amicitiam, etia
nunc debeant, ac promittant.

III.

Thillyus contrarium reſcriptum publicat.

SUperiori oppoſitum, & contradictoriũ, reſc
ptum *Thillyus* ex adverſo divulgare nequicqua
intermiſit, ſub illis penè verbis: Quanq̃, ait, *Cæſa*
Electorumque, ac *Principum*, partes ſibi non vendic
ut pro illius majeſtate, eorumq; dignitate, ac ſub
mitate, tantoperè læſis, reſpondere ſibi cõpetat,
magis ſuo quæq; loco reſervet, nihilominùs, ab
illa prævaricatione, ſic comparatum eſſe, ut id g
injuriis in particulari cõtradicendi ſibi imponat
neceſſitas. Hanc ob rem ſe *DEVM*, homineſque,
ſtes advocare, nunq̃ quicquam, toto illo militiæ
decurſu, actum, factitatumque, ſibi eſſe, ꝗ cum *I*
perii juribus, conſtitutionibuſque, nec non avita
ad hæredes tranſeũte, libertate pugnare poſſit. I
cerent igitur *Auguſtanæ Confeſſionis* paſtores, atq;
cleſiaſtici, ſententiam, utrùm ullus eorũ, quoad r
religionẽ concernentes, à ſe, ſuiſque, interturba
fuerit. Certè, non poterunt non defenſionẽ, illis
ſtitã, plenis, ꝗ ajunt, buccis commendare, ut co
mine ẽt gratias debere fateantur. De militis in C
culum introductione ità eſſe, ut *Thillyus* non anteà
pervenerit, niſi dùm manifeſta læſionis, periculo
rumq; machinationũ, indicia prominere cœper
Iſtis igitur emergentibus, *Cæſari* eò uſq; exſpecta
dum non fuiſſe, uſq; dùm omnia bellorũ incen
paſſim conflagrarent. Ut potiùs hi gliſcẽtes mot
aditusque, ꝑoccupandi fuerint. Diu antè ſe, *Circ*
bonâ fide dehortari cœpiſſe, à ſuſpectis armor
præparationib. caverent, niſi ſedem, molẽque, b
cervicibus ſuis imponere mallent. Sed iſtos inſu
habuiſſe omnia. Iam, cùm, ſub ſpecioſo liberta
Germanicæ prætextu, nihil aliud q̃ratur, q̃, ut, exc
ſis jurium, privilegiorum, juſtitiæ, legumque, &
dicis, habenis, abſolutum introducant domina
prȩſulatibus, Cœnobiis, civitatibus, ꝓvinciis, eq
ſtribus, omniumq; vitæ, famæ, & fortunis, jugũ
perinducant, omnemq; ſuperiorem juriſdictio
omninò abrogent, tollantque, ideóq; inſatiabil
prædominandi libidinationem eſſe evidentiſſim
Et quo pacto, quoq; titulo, iſti *Germanicæ* liberta
tantoperè prædicatæ, defenſionẽ jactitare aude
qui quidem cum proſcriptis, & *Imperii* hoſtib⁹, b
licontubernium ineunt, ſub eorum introductio
provinciarum, regionumque, devaſtationem, a
excidium, meditantur? Anne iſti *Imperii*, patriæ,
bertatiſque, eſſent vindices, qui, cũ *Batavis*, *Angli*
fœdera ferientes, proſcriptorum cauſſam fove
Imperio periculum accerſunt? Ubi ergò illa, to
commendata, versùs *Cæſarem* fidelitas, fœd
bus iſtis contrà *Cæſarem* oppidò directis? Nec
eſſe, ut, ſub *Auguſtanæ Confeſſionis* pietate, quicq̃
minari velint. Eã n. hactenùs nullo opere lædi
tigiſſe; Ut fruſtrà hoc, tanq̃ ſcuto, ſeſe præmun
laborent. Ergone ſive *Batavi*, ſive *Angli*, hanc *Au*
ſtanã Confeſſionem ſic amant, ut illius in emolumen
defatigentur? Annon hæc iſtis, *Imperii* hoſtibus,
ligio potiùs odio eſt hactenùs, ut neque, intrà fi
ſuos, exercitiũ illi concedant ullum? Utrùm igi
iſti, an *Cæſariani*, *Circuli* provinciis plus damni in
leri

Eigentliche Vorbildung der Mansfeldiſchen Niederlag bey de


PRÆLIUM AD PON



Deſignation A. Keyſeriſche Schantz, B. die Elbbrucken, C. Key. Reduten. D. Manſ
H. Aldringiſch Lauffgräben, I. Poſten wider die Manſfeld: erhalten, K. Kayſeriſche Stück, L
Elbbrücken O. Mansfeldiſche Reüterey P. Friedländiſche Reüterey, Q. Mansfeldiſche f
Reüter Schlagen das Mansfeldiſch Fußvolck V. Mansf: Fußvolck von den Sachſiſchen Reü

... bruc[k]en geſchehen den 25. Aprilis an S. MARX tag Anno 1626.

...AVIENSEM.



...er E. Manſfeld. Schantzen. F. Manſfeld. erſte lauffgräben. G. Kaÿſ. lauffgraben vnd Reduten
... werden abgetriben. M. Ausfall der Colaldiſchen. N. Friedlandiſche Reüterey ienſeits der
... Friedland verfolgt die Manſf. S. Graf Schlieck vnd Altringers Fußvolck. T. Kaÿſeriſche
...ehawen. W. Fridl. zieht auf Zerbſt. X. Teſſaw. Y. Roſleben. Z. Statt Zerbſt.

RPJCB

int,facilem eſſe conjecturam. Quis neſciat,præ-
uum *Circuli Principem*,eò,quòd à fide, *Cæſari* de-
a,recedere noluiſſet,tantùm non è poſſeſſioni-
s,in ultimos uſq; regionis angulos,ejectum fuiſ-
Quis *Lüneburgicos Duces* hoſtilibus armis perſe-
tus eſt?Quis *Oſnabruccenſem Epiſcopatum* interce-
?Quis,contrà datam fidem, *Goslariam* infeſtavit?
iis,ſub diæta nupera *Brunſuicenſi*,pacem conceſ-
n,ſatiſq; oblatam,tanta cum arrogãtia,repudia-
?Quis deniq; diœceſin *Hildeſianam* exactionibus
n divexavit?Ut aliis teſtimoniis opus non ſit.
Proindè,rebus ità ſeſe habentibus, *Thillyum* ſpe
liori niti,fore,ut nemo præpoſteris iſtis avoca-
iis locum relinquat,ſed fidem , & conſtantiam,
ſari, Imperio,patriæque,debitam,ad ultimum uſ-
e vitæ ſpiritum,perſeveret.Hoc utiq; divinis le-
us conforme eſſe, hoc paci,ac concordiæ,debe-
oc,hoc deniq; naturalem ergà *Cæſarem*, *Imperii*
ut,reſpectum,poſtulare,ut abindè protectionẽ
gis,rerumque ſuarum amplificationem , exſpe-
re poſſint.

IV.

Rex Daniæ arma cum Mansfeldio ſociat.

HActenùs verborum diſceptationibus utrinq;
actum eſt ſatis,atque abundè. Sequitur,ut ad
ipſas,poſt lites ſequi conſuetas, arma nimirùm,
c hiſtoriæ,progrediamur. In hæc, pace jam de-
ratâ, utrinq; omni conatu incũbebatur. Itaque
,exercitu recenſito, eodemq; ſub leges *Teutoni-*
vocato,ut ſingulæ cohortes ſingulis tribus cen-
iis conſtarent,regium filium,primogenitum, &
nominem,in verba jurare juſſit,ut, ſi quid *Regi*
è accidiſſet , ille paternum inſtitutum urgere,
; ad effectum deducere,vellet.Et jam tùm infe-
mutuò concurrere legiones occœperant. *Chri-*
us Guilhelmus enim *Marchio*, *Adminiſtrator Magde-*
icus,manipulos quoſdam , ſtipendio obligatos,
dùm armis inſtructos, aliundè evocârat. Hos
rvenientes *Fridlandici* magno numero cædunt,
partque.Sed non tulerunt hoc impunè. Alterâ
n die in cohortes *Croatarum* invectus *Chriſtianus*
ſuicenſis,quingentos circiter ad internecionem
ie,paucis exceptis,delevit. Sic *Rex*, pecuniis in
tes erogatis,magno numero copias identidem
t.Neq; ſic feriabantur *Cæſareani*; Ut etiam,in-
nediis pacis tractationes,de conquirendis ſub-
s,ſupplementiſque,eſſent ſoliciti.
nterea *Rex* fœdus,cum *Galliæ*,atq; *Angliæ*,*Regibus*
m,haud ampliùs diſſimulabat.Ut jam quoque
sfeldium admitteret in contubernium , ejuſque
ſam,ac patrocinium,ſuſciperet.

V.

nsfeldius ad pontem Deſſavienſem à Fridlan-
do cæditur.

Ac ille *Regis* tutela confirmatus,copias è tractu
Lübeccenſi, & *Lavvenburgico*, proferre cœpit in
politanos.Qui,ne impedimento eſſent ulteriùs
ecturis,etiam ponte ſuper *Albim* impoſito,trã-
uvârunt properantes. In itinere *Havelbergã* in-
epit,præſidioq; impoſito firmavit,Mox *Brande-*
ũ vetus , mox *Serveſtam Anhaltinorum*,paulò an-
æſidio *Fridlandico* munitam,expugnavit.Quib.
in partib. ubi aliquantiſper ſeſe teneret, viderctq;
munimentum pontis illius *Deſſavienſis* magni eſſe
momenti,ad ejuſce porrò expugnationem animũ
adjecit.Itaq; *Calendis Aprilibus*,vim injecit.Sed pon-
tis præſidiarii ità ſtrenuè obnitebantur , ut nihil a-
geret.Neq; tamẽ ſic cœpto potiri ſe poſſe deſpera-
bat.Ut,cùm *Adminiſtrator Magdeburgicus* ſubſidiis eũ
juviſſet,denuò expugnationem retentaret,ſed cum
damno ſuo.

Tuebatur id munimentum maſculè *Altringerius*
tribunus.Qui ubi à *Mansfeldio* urgeretur, maturè p
indices rem omnem,& q̃ luculenta *Mansfeldium* cę-
dẽdi affulgeret occaſio, *Fridlando* ſignificare cœpit.
Nec mora.*Fridlandus* enim,præmiſſo *Schlickio*, mox
unà totis cum copiis ſupervenit. Hoc ignorabatur
Mansfeldicis.Alioquin ſatis cõmodè receptui canere
potuiſſent.Quid fit? Dùm altero die ſummo manè
Mansfeldius munimenti expugnationi incumbit,ec-
ce inſtat integris cum copiis *Fridlandus*, remq; pri-
mò tormentis agit.*Mansfeldici*,nihil tale exſpectan-
tes,nihilominꝰ directis in hoſtes machinis ſtrenuè
occupantur.Tandem,impedimentis ab ignib. inje-
ctis conflagrantibus,extrà loricas delati apertis ſe-
ſe cãpis diffuderunt.Hac exſpectatâ affulgente ſor-
te lætatus *Fridlandus*,accerſitis copiis pedeſtribꝰ, ab
omni parte in hoſtes movit.*Mansfeldici*,re poſtulã-
te,ad tempus animosè ſic quidem reſtiterunt, ut de
victoria velut deliberare videretur fortuna. Inte-
rim equitatu,numero inferiori,atq; in fugam ſe ef-
fundente,pedeſtres legiones in *Fridlandi* poteſtatẽ
venerunt,cæſis circiter trib. gregariorum millibus.
Signa relata ſuprà triginta, unà cũ machinis ſeptẽ,
& duob. mortariis. Capti *Verentius*,*Neuhofius*,*Colliꝰ*,
& *Kniphauſenius* , tribuni. E *Cæſareanis* deſideratus
hominum millenarius.

Auctus hâc victoriâ(quæ *Mansfeldii* famam non
parùm diminuit) *Fridlandus Serveſtam* jam jam fun-
ditùs delere conſtituerat.Sed *Mansfeldici*,ſuorũ cla-
de territi,eò uſq; exſpectare noluerant, fugâ inte-
rim dilapſi. Nihilominùs excidium civitati mina-
batur *Fridlandus*. Aſt placatus ab *Anhaltino Principe*,
furorem parùm ſubmiſit, civitate nihilominùs di-
repta.*Mansfeldius* verò , hactenùs providâ virtute
ipſo penè *Thillyo* par, jam fortunâ circa ſenium, ut
ſolet,inclinante, fugatus,cæſuſque,collectis eque-
ſtrium manipulis, in *Marchionatum* ſe ſe recepit.

DECLARATIO LITERARUM ÆRI INCISARUM.

Cladis Mansfeldiacorum ad pontem Teſſavien-
ſium 25. Aprilis,Anno 1626.editæ deſcriptio.

- *A.* *Cæſarianorum munitio.*
- *B.* *Pons Albi fluvio inſtratus.*
- *C.* *Cæſarianorum Reductus.*
- *D.* *Mansfeldiaca Caſtra.*
- *E.* *Mansfeldiacorum munitiones.*
- *F.* *Ipſorum tranſitoriæ foſſæ anteriores.*
- *G.* *Cæſarianorum opera & reductus.*
- *H.* *Altingerianorum militum foſſæ.*
- *I.* *Stationes à Cæſarianis contrà Mansfeldiacos forti-ter defenſæ.*
- *K.* *Fulminales Cæſarianorum machinæ.*
- *L.* *Mansfeldiaci in fugam vertuntur.*
- *M.* *Colaltianorum eruptiones.*
- *N.* *Equeſtres Fridlandi copiæ trans pontem flumini inie-ctum.*

25 Aprilis
1626

O. *Mansfeldiacus Equitatus.*
P. *Fridlandi legiones aliquot equeſtres.*
Q. *Mansfeldiacorum fuga.*
R. *In eadem à Fridlandicis acriter premuntur.*
S. *Comitis Schlickii & Altringeri pedeſtris militia.*
T. *Mansfeldiacus Peditatus per equeſtre Cæſarianorum commilitium probè multatur.*
V. *Idem ferro & igne necatur per Saxonicas legiones equeſtres.*
W. *Fridlandus Serveſtam ſeu Zerbſtam tranſit.*
X. *Teſſavium.*
Y. *Roslebia.*
Z. *Serveſta oppidum.*

VI.

Georgius, Dux Luneburgicus, à Rege ad Cæſarem deflectit.

INtereà *Rex Daniæ*, parte exercitus in *Gueſtphaliam* emiſsâ, *Oſnabrugum*, aliaque oppida finitima, occupavit, in *Clericos* ſeveris exactionibus animadvertens. Idem intentabat *Monaſterienſibus*. Et jam quoque in diœceſin *Paderbornenſem* aſcendere præſumpſerat, niſi *Thillyus* illas uſque in partes militem reduxiſſet.

Fuerat hactenùs à *Regis* partibus *Georgius*, *Dux Luneburgicus*. Qui cùm præcognitum haberet, quãtoperè *Cæſar* inſtitutum *Regis*, ac *Circuli Principum*, improbaret, eoſque ad meliorem mentem reducere conatus foret, dicta pace, *Rege* relicto, in *Cæſaris* caſtra tranſitum fecit. Intereà haud ſegniùs legiones novis ſtipendiis obligabat. Pupugit hæc res *Regem* haud perfunctoriè. Itaq; publicato diplomate palàm conteſtatus eſt, arma, ac conclaſſationem, *Luneburgici* non ad ſe ſpectare. Caverent igitur *Confeſsionis Auguſtanæ* cultores omnes contrà patriam, *Religionemque* agnitam, militare. Niſi id faxint, & in poteſtatem veniant, pœnas exſpectarent.

Florere videbantur ad *Oſnabrugum* arma *Danica*. Iam enim *Epiſcopatus* illius *Capitulares Regis* primogenitum in *Coadiutorem* elegerant. Etiam deinceps in *Epiſcopum* creaturi, niſi intereà Wartenbergius *Comes*, *Epiſcopus* electus, ſtatuto tempore adveniſſet. Sed vitrea hæc erat fortuna. Ut enim *Wartenbergicus* in poſſeſſionem venire poſſet, *Anholtinus*, copiarum *Thillyanorum* ductor, eò movere juſſus, *Widenbruchium*, *Oſnabrugumque*, ejectis *Danicis*, paulò poſt recuperavit.

VII.

Rex Daniæ omnes copias apud VVolferbytum contrahit. Negotiationibuſque apud Hammaburgium in Hiſpanias interdicit.

SEcundùm hæc, diſperſas ultrà centum millia paſſuum legiones, *Rex Daniæ* apud *Wolferbytum* contraxit, ac coëgit, illiſque, prænumeratis ſtipendiis, identidem nova ſuperadjecit ſupplementa. De negotiationibus apud *Hammaburgium* maritimis hactenùs erat res anceps. Iam verò publicato edicto *Rex* commercia libera permittebat, abſq; eo, ut quicquam mercium indè *Hiſpanicas* in provincias proferri deberet. Quo eventu ſi quicquam hoſtib. commodi adveheretur, naves, negotiatoreſque, pœnas darent. Ità factum, ut ad *Albim* diſpoſitæ *Batava*, *Anglicanæque*, pyraticæ in *Hiſpanos*, *Hiſpaniſq;* faventes, animadverterent. Eadem lex per mare *Balticum*, *Iſthmumque* illum *Danicum*, ubi maris anguſtia velut intrà *Cheſtum*, & *Abydum*, *Regi* vectig
eſt, ſanciri cœpit.

IIX.

Thillyus in Heſſiam inferiorem retrò fertur

IN bello plerumque, qui cedit, fugere videtur. S
ea non mens *Thillyo*, dùm in *inferiorem Heſſiam*
grederetur, fuit. Dùm enim *Chriſtianus Brunſuice*
aſſumptâ aliquot millium manu, in eos *Heſſiæ* fi
penetrans, *Northemium*, *Gôttingam*, *Mundamque*,
Viſurgis, & *VVerræ*, confluentes poſitam, præſidiis
commeatu firmaſſet, alia cum *Mauritio*, *Heſſiæ Lan*
gravio, conſilia agitare videbatur. Et jam eò res
dierat, ut *Mauritius*, pro confirmandis finibus,
hortes conſcriberet. Hoc odoratus *Thillyus*, ne in
hoſtes à fronte, atq; tergo, concluderetur, è diœ
Padebornenſi retrò movebat in *Heſſos*, occupatâ
Hirsfeldâ, in quaſcunq; incideret turmas, recẽs
ſcriptas, eas, ſignis ademptis) exautorabat. Mox,
terceptis ad *Fuldam*, *Werramque*, oppidis, apud
tenburgum ſtativa exercebat.

IX.

Mùnda ad Viſurgis oſtium, à Thillyo expug
tur, ſub cruenta incolarum laniena.

HActenùs *Múnda*, ad *Viſurgis* orificium po
Thillyanis per irruptiones nocuerat non ſen
Qua de re offenſus *Thillyus* ſtatuit præſidium *D*
cum eiicere, incolaſque ſub leges ſuas vocare. P
ergò rem tranſactionibus tentavit. Præſidiarii v
ità altos gerebant ſpiritus, ut ſuppetiis ſive *Regis*
ve *Halberſtatenſis*, confici, tantùm non omnia in
per haberent, ſed etiam legatos *Thillij* violare
Undè impendiò irritatus *Thillyus*, ſtatuit oppid
vi expugnare. Admotis igitur pridie *Non. Iun.*
ſtris, coronâ oppidum cinxit, obſeſſis furiosè re
tentibus. Directis tormentis bellicis, *Thillyus*
miſſo tympanotriba deditionem poſtulavit.
Clutenius tribunus, ſe, uſque ad ultimam ſangu
guttulam, deditionem non facturum, reſpon
præſidiariis inſuper multa cum protervia convi
tibus. Accenſus igitur de novo injuriis *Thillyus*,
tormentorum efficacia aleam omnem jacere,
roſq; perfringere, juſſit, ut integris legionibus,
nori cum militum jactura, oppidũ invadere lic
Dicto paruit *Fúrſtenbergius*. Perfractiſq; muris ſ
mo manè geminas, per *Werræ* fluentum penetr
tes, legiones immiſit, quæ, intrà quadrantis h
ſpatium, oppido potiti, omnes vias, domuſque,
dibus & id genus, q̃ militaris dictat furor, exceſſ
fœdârunt. *Clutenius* tribunus, more *Saguntinor*
hoſtibus, etiam intrà oppidum ſævientibus, no
pepercit, ut è cœmiterio, muris inducto, parva c
manu, adhûc defenſionem pararet. Sed, viribus
fectus, indè in arcem receſſit. Necdùm veniam,
ſalutem, petebat. Sed, deſperato ſimilimus, etiam
hoc loco multos *Thillyanorum* cæcidit. Donec ex
gnatâ inſuper arce, unà cum omnibus ſuis, victi
in morem, immolatus eſt. Tanta ſtrages fuit co
miſſa, ut è duobus millibus, & quingentis, civiu
militum, & paganorum, vix viginti ſupereſſent v
feminis, parvuliſque, juxtà gregatim occumbe
bus. Laude digna fuit R.P. *Vincentij Bertſchini*,
cellani *Gronsfeldiani*, hominis ut eruditione, ità
manitate, conſpicui, fides. Hic enim cum milit
globis captũ in oppidũ penetrans, magnâ dilige
parochũ ejus loci, ut vocant, *Lutheranum* conq
ſi

Repertumque,inter tot micantes, & ſtrictos,
ſi militis enſes,proprij objectu corporis , ſer-
;,certè quernâ, immò honorariâ, ob dignus
nâ. Sequentibus diebus accerſiti è vicinia ru-
ni cadaveribus humandis operam dederunt,
nagna pars in profluentes projecta.

V.

*llyus Mauritio , Heſſiæ Landgravio , leges
raſcribit.*

à *Münda*,tanquam alterâ penè *Sagunthο*, eversâ,
oximè in *Mauritium Philoſophum, Heßiæ Landgra-
ı*, direxit *Thillyus*. Adducto igitur ad *Caſſellas*,
vinciæ ſedem,exercitu , fortalitium aut ſibi ut
eretur,aut pręſidiarias aliquot cohortes admit-
t,poſtulavit.Renuit utrumque *Mauritius*. Sed
lyus litteris inſtitit , ut aut alterutrum faceret
igravius,aut viam monſtraret aliam,quâ *Thillyus*
et eſſe ea ſub provincia ſecurus.Niſi id faxit,in-
nmoda inſtare manifeſtiſſima. Sed nihil move-
ır *Mauritius*.*Thillyus* igitur, viam faciliorem in-
ſus, dimiſſis ad *Guilhelmum*, *Mauritij* primoge-
m, & provinciæ ordines, litteris , apud *Guden-
am* conventum indixit. Vbi cùm hanc in ſen-
iam proponeret,temporis neceſſitatem exige-
t ad obedientiam,ac gremium , *Cæſaris* rediret
ritius , legionibuſque liberos per provinciam
ſſus,regreſſuſque,ac, ſi opus eſſet,ſtativa,im p-
tur , niſi gravius quiddam exſpectare mavelit:
re in ultimis penè conſtitutâ, *Mauritio* perſua-
eſt,hic ut certis ſub legibus fidem *Cæſari* ver-
litteriſque , aſtringeret.Summa eò tendebat :
npè *Mauritium* fidelis *Imperii Principis* officium
urum,conſiliis,ac molitionibus, in *Cæſarem, E-
reſque*,& *Principes* excurrentibus, renunciaturũ,
ellas,Ziegenhaynam,& *Rheinfelſam*, fortalitia ſua,
ris,atq; *Imperii*, hoſtibus nequicquam permiſ-
ım,ſed ſibi,ſuiſque *Cæſari*,atque *Imperio* conſer-
ırum , immò copiis *Cæſareanis* per provinciam
n liberos acceſſus,receſſuſque, & quæ his ſunt
ſectaria,indulturum.Hoc tàm ſuo,quàm hęre-
ı,poſterórumque nomine , *Mauritium*,fide o-
nâ,verbis *Principe* dignis, ſanctè promittere.
ſam autem utilitatem exindè exſpectaret *Mau-
s*,ut cæteris per *Imperium Electoribus* , ac *Principi-
par* ejus deinceps haberetur ratio.

XI.

*pidum S.Goari,& Rheinfelſa arx, in ſuperci-
lio Rheni,deduntur Georgio , Heſſiæ Land-
gravio.*

NEque ſic tamen lis,ſuper *Marpurgenſi* ſucceſſio-
ne,hactenùs inter *Caſſellanos*,& *Darmſtadianos*,
dgravios,agitata , reſedit ; Vt mox in *Mauritium*
tentia publicaretur. Qua quidem executionis
ma,ſub certo reſcripto *Cæſareo, Archiepiſcopo*,at-
Electori,Colonienſi,demandari cœpit. Ille ut op-
um,à *S.Goaro* dictum,unà cum arce *Rheinfelſa*,&
inferiori *Cattimelibocorũ*, *Comitatu, HeßiæLand-
vio*,lineę *Darmſtadianæ*,aut vi injecta,aut viâ,ſi li-
t,humanitatis,recuperaret,ac reſtitueret. Eam
em legati *Cæſareani* illius diœceſeos præfectos
ntes,tàm à juramentis,*Mauritio* præſtitis,abſol-
unt , quàm in verba *Principis Heſſo Darmſtatenſis* jurare juſſerunt. Inter hæc *Ioannes ab Vſſeln*,tribunus,& præfectus , arcis *Rheinfelſa* reſcripto *Cæſareo* repugnabat, deditionem antè non facturus , niſi, lege facti juramenti , à *Mauritio* iſthoc juberetur. Diu tranſactionibus res acta eſt. Sed in caſſum omnia.Itaque armis opus erat.Inſtructis ſic legionibus,inductiſque locis idoneis loricis, ad oppugnationem res devenit.Maſculè,& ut milites decet,reſtiterunt per menſem obſeſſi.Quoad tormentis,omnem arcem pervadentibus,ac rumpentibus, ejaculatiſque globis,ſulphure,ac pyrio pulvere,infarctis,mali granati formam imitantibus,tandem,neceſſitate ultimam legem imperante, ad deditionẽ deventum eſt.Sic arx,unà cum ſubjecta diœceſi,in poteſtatem *Georgij,Heßiæ Landgravii*,pleno jure cõtradi cœpit,*Ludovico* parente,dicto *Fideli*, jam tùm ex humanis ad cœlites profecto. Tribuno pariter, ac præſidiariis,quòd locum,ad ultimam uſque neceſſitatem,maſculè defendiſſent,miſſio obtigit, & deductio,more militari,honeſtiſſima.

XII.

Mansfeldius,& Ioan.Erneſtus,Vinarienſis,conjunctis viribus in Sileſiam, Vngariamque, promovent.

POſt cladem illam præmemoratam , *Mansfeldius* fragmina exercitus ſui , tanquam è naufragio reliqui,recolligere,atque in *Marchionatum* reducere, cœpit.Cùm igitur copiis pedeſtribus parùm valeret,commodè cohortibus aliquot *Scoticis* , apud *Hammaburgium* adventantibus, itemque manipulis *Danicis*,reliquias auxit.Equeſtres legiones,clade illâ territæ,triſtes,confuſæque, velut errabant. Scires,non libenter ſervire.Itâ,ut, pluribus fugâ dilapſis,omnes copiæ vix quinq; millia numero æquarent.His per *Marchiam* multa , ut fieri inter milites amat,inſolenter agentibus, offenſi *Electoris* cives , ſubditique,in arma ruentes,inſidias ſtruebant.Sed, cùm ſponte profectionem ulteriorem pararent , maluerunt ultrò profecturis hoſtibus aureum, ꝙ dicitur,pontem ſternere,quàm moram injicere.

Eo ergò tempore *Ioan.Erneſtus* , *Dux Vinarienſis*, cum *Mansfeldio* conjunxit legiones,pari ferè numero valentes.Intereà,cùm parte exercitus *Danici*, ad *Tangermundam* excubabat *Fuchſius*, *Albim* põte ſternens,locumque præmuniens.Sed & *Mansfeldius*, & *Vinarienſis*,id agebant,ut,per *Sileſiam* ingredientes, copias cum *Bethleno* conjungerent, *Auſtriamque* invaderent.Eam in rem gregales in duas ſeptimanas commeatu,& diariis,juvabantur.

Ex adverſo *Fridlandus*,in hoſtium cõnatus intẽtus,aliquammultas legiones per *Luſatiam* præmiſit,*Mansfeldii* cœpto maturè occurſuras. Ipſe verò, dùm alias quoque legiones *Thillyo* remitteret, cum cætero triginta millium exercitu,ponè in *Sileſiam*, atque ociùs,movit,ut,debilitatis copiis, in itineribus,reſtaurationis ergò, ſubſiſtere cogeretur.*Mãsfeldius* è *Marchia* trans *Oderam* in *Sileſios* educebat. Qui cùm *Vratiſlaviam* prætervehèretur,miſit in urbem nuncium cum litteris,qui *Daniæ Regis* mentem, in pacis recuperationem militantem , aperiret , ſimulq; triginta *Ferdinandicorum* millia , pro viatico, poſtularet, ſub pollicitatione,futurum,ut copiæ agro urbis parcerent.

Sed nihil ab *Vratiſlavienſibus*, præterquàm nolle ſe, reſponſum eſt. Interim *Becmanus*, tribunus *Fridlandicus*, veſtigiis *Mansfeldicorum* inhæſit, carptimque multos confecit, ut magnis itineribus properantes, & cum hoſte, & fame, confligerent, quouſq; *Gabeluncam* perventum eſt. Eo loci ſuperinductis munimentis caſtra firmârunt, ex *Vngariis, Moraviſq;*, ſubſidiariis quotidie accurrentibus. Neque parùm damni *Lichtenſteinij* ditionibus ibi à *Mãsfeldicis* illatũ eſt. Qui cùm per *Moraviam* irrumpere prohiberentur, in *Vngariæ* fines deflexerunt. Inſtabat acer *Bechmannus*, atque identidem damna inferebat, ut parũ quietis hoſtibus eſſe liceret. *Mansfeldius* ergò per civitates metalliferas magnis itineribus pergens, tãdem à *Bethleno*, integro cum exercitu obviàm movente, ac *Caſchoviam* educente, ſublevari cœpit, *Fridlando* jam quoque, ſuo cum exercitu, apud *Tirnaviam*, *Vngariæ Palatinum* ſibi conjungente.

XIII.

Vinarienſis, ſua cum manu in Sileſiam regreſſus, omnia eo locorum perturbat.

EO modo ubi *Mansfeldius* copias ſuas *Tranſylvano* adduxiſſet, *Vinarienſis* ſua cum manu in *Sileſiam* reverti cœpit. Ibi, aliquot civitatibus potitus, brevi ſpatio legiones pariter magno numero auxit. *Fridlandus* igitur *Schlickium* cum *Germanorum*, & *Croatarum*, cohortibus immiſit, qui ejus conatibus obviàm iret, tùm provincias confirmaret.

Neque minùs *Georg. Rudolphus*, *Princeps Lignitius*, provinciarum archiſtrategus, ſuarum eſſe partium judicavit, *Sileſios* ut cõmonefaceret, ne fortè novis intervenientibus turbis incautiùs operam darent. Directo itaque ad *Principes, Ordineſque*, cæteros diplomate, publicè inculcavit, memores eſſent fidei, nuper *Cæſari, Regique*, interveniente *Saxoniæ Electore*, datæ, niſi patriam graviſſimis, ſicut antè, bellorum incendiis, ingenti cum ſuo periculo, recèns involvere mallent. *Mansfeldium* proſcriptum, atq; id genus pacis turbatores, minimè audiendos, ſed potiſſimùm ad *Cæſarem*, patriæ patrem, tot recèns, ſplendidiſſimis à *Deo* victoriis, nobilitatum, reſpiciendũ, eſſe. Et, ne ſuper ſubſidiis quicquam dubitent, *Fridlandum* cum exercitu uberrimo jam jam imminere, qui pacis, patriæque, turbatores ejecturus foret. Interim, ſecundùm leges provinciarum, *Principes, Ordineſque*, ſuas etiam copias ordinarias arma, in patriæ defenſionem, capere juberent, neq; res publica detrimenti quicquam accipiat, providerent.

De militum intra fines conſcriptionibus hanc juxtà rationem ſedulò inirent omnes, & ſinguli, immò præcaverent, ne hoſtes ſtipendiis quenquam obligare, multò minùs delectus habere, poſſint. Eò nomine, citrà conniventiam, in pararios quoslibet animadverterent, eorum diplomata inſpicerent; Et niſi *Cæſaris* mandatũ, ſive præſcriptum, exhibere queant, in compedes, & vincula, conjicerentur, manipulis, jam conſcriptis, rurſus diſſipatis. *Cæſareanos* verò pararios, ad diplomatis exhibitionem, admitterent, delectibuſque faverent, ſic tamen, ut manipuli, ac cohortes, quàm primùm ad exercitum ordinarium mitterentur. Eò uſque enim mandatum *Cæſaris*, conceptiſſimis aliquot codicillis, ac reſcriptis, *Sileſiis* impertitum, ſeſe extendere, nimirùm, ut hoc modo conſcripti pro *Cæſare* apud *Sileſiam* lites nequaquàm ſubditis moleſti forent, ſed p ſentibus nummis diaria exigerent. Vt etiam in fractarios, ſive impotenter ſeſe gerentes, niſi monitionibus aures præbeant, ſeverâ lege anim vertere liceret.

XIV.

Danicus legatus fruſtrà tentat Sileſios.

SIcubi ad fidem, & conſtantiam, ſuos eſſet hortatus *Dux Lignitius*, ecce! *Ioachimus Mitzla* legatus *Danicus*, è contrario dimiſſo cum litteris *Sileſios* tubicine, *Principes, Ordineſque*, *Regi Daniæ* ciliare laboravit. Non enim paſſus eſt *Lignitium* tiùs declamare per Provincias, quam ipſe rem ſtraret, *Regem* non ut hoſtem, ſed *Religionis*, pat que, & *Germanicæ* uſque adeò libertatis, defenſ advenire. Illum non arma parâſſe, belli, atque fenſionis, amore, ſed pacis, per hæc arma, ſibi torta, deſiderio induci. Parcerent ergò *Principes*, *dineſque*, copias conclaſſare, *Fridlandique* conati accedere, potiùſque ſacerrimum *Regis* ſui, in *Sile rum* uſum directum, inſtitutum admitterent. fruſtrà fuit emiſſarius iſte ſuis cum perſuaſionib Vt tantùm non balathronis inſtar haberetur, tubicem, hinc indè obequitans, tanquam im ſtor, & ſuſurro, in vincula conjiceretur. Ità quid uſuvenire amat, ut etiam, quantumlibet acerbi tè hoſtes, victores ſequantur, tantùmque non il quorum anteà partibus favebant, reddantur inf ſiſſimi. Sed rectè ſic quidem, atque, ut require fides, *Cæſari* data, *Sileſii*. Quos, ut priùs, public denuò interdicto, *Lignitius* conſtantiæ admon porrò haud deſtitit. Nimirùm, inſtabat, ſic com ratum eſſe, ut nemo jure, ſuper violato *Confeſſio Auguſtanæ* exercitio, conqueri debeat. Vſque ad quicquid *Cæſar*, operâ *Saxonis*, ſuperioribus pau annis promiſiſſet, ordine, atque ex lege, impletu eſſe. Niſi fortè, abſque ſcito *Cæſaris*, in particul ejuſmodi aliquid accidiſſet. Semel *Principes, Ordin que*, eoque nomine ſubditos quoſcunque, *Cæſari* dem, vitam, fortunaſque omnes, aſtrinxiſſe. H ſacramentum, tàm religiosè recèns præſtitum, ab que Numinis, nominiſque, divini violatione, co ſcelerandum minimè venire. Saperent ergò, alien periculis cautiores. Neque rurſus in caſſes, vix, difficulter, non ità longè in antè ſuperatos, irru rent. Vel *Glazæ* fortalitij fortuna omnes deterrea quæ in omnium eſſet oculis. Eos enim piſcatorib id genus, hamo eſcas porrigentibus, adhæſiſſe, & ultimam promptè neceſſitatem devolutos eſ Blanda impoſtorum primò, immò oleo uncta immò papavere, & melle, ſparſa eſſe conſuevi verba; Sed in progreſſu, ac fine, ſub floribus ſco piones excubare, viperaſque roſis occultari. *Glazia nos* recèns ejus rei perhibere teſtimonium. Illos e nim, juxtà civitatis, vitæ, fortunarumque, pericl tationem, modò non *Religionis* avitæ uſum perdi diſſe, ſed etiam privilegiis, olim acquiſitis, excidiſſe Ità exulem plerunque fidem aut nullam, aut lubri cam, notari, Qui dùm incautos induxiſſent, fugâ fi dem evertere comperiantur. Vſque adeò infideli tate, ac perjuriis, *Religionis* cauſam non propagari ut magis precibus, pietate, atq; ergà magiſtratun reverentia, *Deus* placari ſoleat. Hactenùs *Lignitius*.

XV. *Dani*

X V.

æ Rex, abſentivo Fridlando, in Thillyum iovet.

Oc ecce! pacto ingenti calliditate *Mansfeldij* :ffectum eſt, ut univerſus ille *Cæſaris* ſub *Frid-* exercitus ex *inferioris Saxoniæ* finibus deduce- . Quo nomine cum *Rege Daniæ* non niſi præ- actum eſſe videri poterat. Dùm enim *Mans- s,Betbleno* junctus, per *Vngariam* fulminat, ac *ndum*, intrà *Cæſaris* pomœria, demoratur, *Vi- iſis* per *Sileſiam* vires adverſæ partis diſtrahit, mq; fundit, *Rex* non minùs occaſione oppor- ſſimâ uti cœpit. Sic magnis animis, viribuſq;, *Aagdeburgenſem*, *Brunſvicenſem*, atque *Hildeſia-* , regiones progreſſus, oppida, *Cæſareanis* præ- ; firmata, aliquam multa recuperavit.

Hæc dùm fiunt, *Cæſar* caduccatorem dimiſit; ,ex lege *Imperij*, ſub habitu conſueto, unà cum ubicinum, & uno æneatorum, paribus, *Magde- um* delatus, litteras monitorias, propriâ *Cæſaris* u ſubſcriptas, magna voce publicavit: Nempè, *cipes, Ordineſque, Saxoniæ inferioris*, intrà menſem, ſemiſſe, ab armis diſcederent, copias exauto- nt, atque ad quietem reverterentur. Idem *Cæ- n* quoque, ſub certis conditionibus, facturum, que miſſionem daturum, eſſe. Sed fruſtrà fuit quoque ſolennitas. Vt magis, utrinque præva- e invidia, arma pacis ſtudiis, nuper fruſtrà ten- s, præferrentur.

X V I I.

illyus Gottingam expugnat, pariterque Dani- cos apud Calebergam fundit.

Miſſo igitur *Fridlando*, pauliſper ſuper *Thillyo* videamus. Hic ad *Göttingæ* expugnationem, t *Mundam* penè exciſam, animum adjecit. Præ- arij *Danici* maſculè reſiſtentes, pro *Regis* auto- te pugnabant, ut factis ex oppido in equeſtrium ra irruptionibus non modicam inferrent ſtra- n. Vlterius, niſi ſuccurſum fuiſſet, damnum illa- i. Sed *Thillyus* non agebat languidè, ut totis auſis itati inſtaret. Loricis ergò, & ſepimentis, ad foſ- uſque excurrentibus, & deductis, rem cuni- is aggreſſus eſt. Ea propter tercentum foſſores iicularij accerſiti. Qui dum ſuburbano minan- , obſeſſi intrà civitatem ex adverſo iiſdem cuni- is experiuntur, ut, ſi aſſultus facerent hoſtes, in- diis, ſubtus erumpentibus, volare diſcerent. Sed uit huic propoſito ſucceſſus. Accedente enim is tempeſtate auſtrinâ, ac pluviâ, machinę in ſeſe labi cœperunt, centum intùs foſſoribus ſpiritu ercluſo pereuntibus. Eluſus hoc conatu *Thillyus*, ilnon pro loci iſtius occupatione, etentavit. hilo-minùs ad menſem, cum ſemiſſe, fruſtrà hæſit. Tandem diſpoſitis tormentis mœnia pro- avit, viaſque impreſſionibus dilatavit. Vbi ergò nia in extremis forent, obſeſſis, deditionem of- entibus, venia data eſt, ut omnes more militari enniter dimitterentur.

Ea durante obſidione *Rex* intereà per diverticu- *Thillyum* tentabat, an ſic liberare poſſet *Göttinga-* . Eoque fine *Calenbergam*, nuper interceptam, vaſit. Sed *Thillyus*, cœpto nihilo-minùs inhærens, *rſtenbergium*, rei armamentariæ præfectũ genera- n cum legionibus expeditiſſimis, dimiſit. Regij, gnito hoſtium adventu, contractis copiis eque- ſtribus potiſſimis, tribuſq; peditũ millibus, *Thillyanis* in occursũ ducũt. *Furſtenbergius*, quoq;, re cũ tribu- nis deliberata, animos militũ confirmavit, ſicq; acie inſtructâ promovit. Primos ordines, ipſe, aſſumptis *Foureo*, & *Ervvitto*, tribunis, ſub octo equeſtrium, & quatuor baliſtariorum, è *Schônbergica*, & *Lindeloana*, legionib⁹ itemq; ſex cataphractorũ, ex eadẽ *Schon- bergica*, cohortibus, duxit. In medio collocati mille, & quingenti, ſclopetarij pedeſtres. Agmen claude- bat *Curtenbachii* legio equeſtris, cum *Schonbergicæ* il- lius cohortibus reliquis, *Bockio* tribuno impedimẽ- torum curam ſuſcipiente. Hoc ordine *Furſtenbergius* copias ſuas produxit. Vbi igitur propè *Calebergam* ventum eſſet, ecce! jam *Danici* aciem inſtruxerant. Paulùm ergò, ad lapidis jactũ, in occurſum move- runt, rurſuſq; ſubſtiterunt. Sed nihil moratus *Fur- ſtenbergius*, cum cohortibus triginta duabus, adeò furioſos in *Danicos* fecit inſultus, ut principiò, or- dines perrumperet, ac paulò poſt in fugam præci- pitaret. Præliminarem hanc legati ſui victoriam *Thillyus* gratanter habuit, ut de uberiori ſucceſſu rectiùs confideret, *Danicis* ad fervorem, & felicita- tem, *Cæſareanorum* formidare incipientibus. E qui- bus ceciderunt quingenti gregales, cùm *Freitago* tribuno, & bis tribus equitum magiſtris. Relata ſi- gna ſex, cum haſtilibus quindecim, è quibus vexilla deſiderabantur, ſtudio antè direpta. *Danici* unicum duntaxat equitum magiſtrum legionis *Cronbergicæ* captivum abduxerunt.

XIIX.

Daniæ Rex, Guilielmum, Principem Palatino- Neoburgicum, ſuper expeditione ſua, erudit.

SEd procul aberat, ut virtus magnanimi *Regis* illis fortunæ, jam tùm novercantis, terriculamentis frangeretur, ut potiùs accenſa ultionem fremeret. Tametſi nihil ageret, & eoſdem, ſemel, biſque, o- ſtenſos, deinceps ſors proferret, imò exaſperaret, vultus. Itaque, dùm ad *Catholicos* nuper *Electores*, & *Principes*, ſuper hac expeditione ſua, *Rex* dediſſet, in- ter cæteros, *Palatino-Neoburgico* quoque conteſtatus eſt, inſtitutum ſuum in *Catholicorum* oppreſſionem minimè dirigi; Vt amica, ſanctaque pace etiamnũc antiquius, priuſque, habeat nihil. Ei reddidit *Pala- tinus*. Nedùm ſibi optatius quicquam eſſe, præ pacis reproductione, profeſſus. Modò ipſe media exco- gitare, aut proponere, poſſit, quibus pacis ejuſdem, tàm diu deſideratæ, ematurationem promovere ſa- tageret, nihil quicquam ad ultimam diligentiã reli- qui facturum eſſe. Saltèm hunc in finem omnia di- rigerentur, quò, abſque alterutrius partis detrimẽ- to, juxtà leges *Imperij*, *Cæſari* reſpectus (in cujus cõ- ſervationem omnes *Imperij Principes, Ordineſque*, cõ- ſpirare teneantur) conſtaret. Non dubitavit *Rex* cõ- mendatã illã *Palatini*, ſuper pacis deſiderio, volun- tatem plenis, ut ajunt, efferre, & decantare, tibiis, ſub voto, optandum eſſe, inquiens, ut & illi, qui lin- guâ ſaltèm pacem, præcordiis bellum, foveant, ali- umque in ſcopum tela dirigant, idem verè ſentirẽt. Quibus enim rationibus, excuſationẽ nullam pro- merentibus, iiſque frigidis, adverſùs *Imperij* & *Cæ- ſaris*, capitulationes, *Saxoniæ inferioris Circulus* duob⁹ diverſis exercitibus laceratus hactenùs foret, tàm ampliſſimis verbis evictũ eſſe, ut nulla ampliùs de- monſtratione indigeat. Neque probari ullo pacto potuiſſe, circulum defenſionis limites exceſſiſſe.

Iam

Iam ex aula *Cæſarea* nova emergere dogmata; Vt non deſint, qui obſtrepere cupiant, nempè hoc in antè decretiſſimum fuiſſe, ut omnes, & ſinguli, *Imperij Principes, Ordineſque*; *Religionis Auguſtanæ*, jurisdictioniſque avitæ, libertate ſecurè fruerentur. Si enim ſic ſe res habuiſſet, cur, antè defenſionis arma ſuſcepta, tot novitates per *Epiſcopatus* reformatos interveniſſent, totidemque mandatis res acta eſſet? Cur *Ducis Brunſvicenſis* legati, apud aulam *Cæſaream* feudorum confirmationem urgentes, toto anno detenti forent. Cur eò uſque has in partes ad *Viſurgim* armis debacchatum eſſet, ut vel *Dux Lüneburgicus* ſolus damnum, ſibi illatum, ultrà auri integram millionem, æſtimet? Plura, & graviora, in provinciam *Brunſvicenſem* incubuerunt. Et quidem hæc præmia *Principes* fidelitatis ſuæ eo tempore retulerunt, quo, ob obedientiam, ac conſtantiam, illam ſuam, ab ipſomet *Cæſare* laudari meruerunt.

Secundùm hæc, ubi *Circulus* defenſionem decreviſſet, *Cæſarique* aperuiſſet, cur, ex lege *Imperii*, cauſa *Circuli* non inſpecta & ventilata, eſt? Cur ad *Archiſtrategum Circuli* litteræ avocatoriæ non directæ? Iam per integrum menſem *Thillyus Circulum* hoſtilibus modis exercuerat, antequàm nunciæ *Cæſaris* litteræ intervenirent. Et tamen nulla alia allegari hujus infeſtationis potuit cauſa, niſi ut arma defenſionis operoſiora, & ob id ſuſpecta, viderentur. Niſi fortè *Principes, Ordineſque*, toties obteſtari cœpiſſent, hanc defenſionem uſque adeò in nullius offenſam ſpectare, ut omni tempore *Cæſari* obedientiam debeant omnem, promittantque. Atque hæc *Circuli* promiſſa ipſo hactenùs effecto comprobata fuiſſe.

Vtrùm igitur id genus proceſſus, ſuper lubricum ſuſpicionis fundamentum, tanquam caducum parietem, ſtructus, per *Imperium* admittendus? Vtrùm, defenſionem parans, *Circulus*, ſic, adverſus *Imperij* conſtitutiones, onerari? Et utrùm denique, dùm armis, atque aſſultibus, hoſtilibus *Circulus* laceratur, hoc modo pax *Religioſa*, ac politica, confirmari velit? Calculum ponant, & judicent, omnes patriæ, legumque, amantes! Per fidem! non hæc eſt illa pax, toties in primo ore nata, primis ſaltem labiis jactata, à qua animus, aliud muſſitans, abfuit quàm longiſſimè.

Adde, quòd hoc non minùs inſolens accidat, ſic ad *Principes Imperij* ex aula *Cæſarea* reſcriptum eſſe, ob id in *Saxoniam inferiorem* duos, diverſoſque miſſos fuiſſe exercitus, ut hac ratione armis exautoratis pax, & quies, redintegraretur, cæteræque difficultates, ſub diæta deputatoria, componerentur. Hoccine annon eſt quieti, ac paci, ſtudere, ut ideò *Circulus* lacerandus ſit? Siccine lacerandus eſt, dùm defenſionem parat, dùm nemini moleſtus eſt? Ergone *Circulus* arma, jam parata, poneret, ut armis hoſtilibus, jam omnia fœdantibus, citiùs debellaretur? Anne nudis verbis crederet, factis, contrarium loquentibus, nihil tribueret? Faciat *Iudæus* apella, & credat promiſſionibus doloſis, non *Germaniæ hi Principes*, hi *Ordines*. Quis enim tyrannico more ſævientibus etiam arma contraderet, ut exarmatus promptius perire queat?

De deputatoria quod objicitur diæta, nequaquam ejuſce ematurationem *Circulum* demoratum eſſe. Diu enim, antequàm diæta publicaretur, jàm

tùm ferro, atque ignibus, ſævitum fuiſſe. Si i
conventus ille in effectum duci nequiit, per (
lum haud quidem ſtetit; Vt in hoſtilitatis id g
autores cauſa rejicienda veniat. Aut igitur ſ
atque ex animis, indicta illa diæta non eſt, cù
tempore bis emergeret, quo per armorum te
ſtatem celebrari non poterat. Aut, ſi id age
ſeriò, tũ, cũ *Circulus* abſq; armis eſſet, diæta illa
ponenda fuerat. Quid autem, & quomodo, fi
tandem, ubi *Circulus* diverſis exercitibus lacera
& conflagrat, per colorem de diæta agatur, i
cauſa extractionis inſontem in *Circulum*, conj
tur, dijudicandum aliis relinqui.

Tametſi ergò & ipſum & *Circulum*, majore
modum impendiò offendi accidiſſet, nihilom
ſepoſitâ hac ſimultate, atque invidia, ſeſe m
quibuslibet legitimis, ad pacem facientibus
ram dediſſe. Neque opus eſſe, ut hæc prolixa
bentur inductione, cùm acta, ſupra allegata,
palàm loquantur. Quæ cùm *Cæſarem* latere, ac
lere, nequeant, non liquet, undè conſilia ſua, ac
cem unicè directa, ignorare, aut abominari,
ſit. Modò ergò *Cæſar* in pacem inclinet, ac fer
per fidem, in *Principibus, Ordinibuſq;*, mora non
ulla. Et ſic quidem *Cæſari* ibitur obviàm, ut
conqueri non debeat. Saltem hoc à *Circulo* eti
nunc deſiderari, nihilque poſtulari aliud, niſi u
piæ hoſtiles deducantur, loca occupata reddan
jura priſtina tàm eccleſiaſtica, quàm politica,
ctenùs exercita, reſtituantur, *Circuloq;* deincep
ma ſecuritas præſtetur. De cæteris, ſi quæ ſupe
ſent reliqua, amicis legibus trãſigi poſſe. Hæc *Da*

XIX.

Daniæ Rex etiamnunc Cæſarem, ſuper pacis t
actione, interpellat.

NEque deſtitit *Rex*, medios inter armorum ſ
pitus, pacis ſtudium ſectari. Qua de re, ſup
pondij loco, ad *Cæſarem* dedit: Quandoquidem,
quit, *Cæſaris* litteræ, ad *Ducem Brunſvicenſem* di
ſæ, præ ſe ferrent, aliud, præter defenſionis opus
Rege ſpectari, aliumque ſcopum in oculis habe
quàm *Duci*, reliquiſque *Circuli Principibus*, perſ
ſum ſit, utique *Regem* intermittere non poſſe, q
Cæſari inſuper animum, adhûc pacis avidum, ac
hil, niſi toties citatam *Circuli* defenſionem me
tantem, penitùs expectoraret. Semel, atque i
rùm, ſeſe hoc conteſtatiſſimum reddere, nih
præter *Imperij, Circulique* conſtitutiones, à ſe ſuſ
ptum fuiſſe. Id ſi *Cæſar* credere nolit, lubricis
tèm ſuſpicionibus hanc in opinionem non nite
tur. Cur enim manus, & ſigilla, *Regis*, fallacib
maleferiatorum diſcurſibus præponderare min
poſſint? Cur, ſi *Duci* Religionis, jurisdictioniſ
libertas à *Cæſare* confirmanda ſit, modò ſeceſſione
faxit, & jam *Regi, Circuloque*, idem negetur, *Re*
actionibus eam in rem unicè militantibus? Si er
ità *Cæſar* ſentiat, pacemque religioſam, ac ſec
larem, confirmare cupiat, prout diverſæ *Cæ*
ris litteræ (quibus fides deroganda non ſit) l
quuntur, cur ergo in armis ſubſiſtimus? C
ſanguini *Chriſtiano* non parcimus? Cur, inquam, c
dibus, incendiis, rapinis, atq; devaſtationibus, n
datur miſſio? Cur non deniq; per legatos coimus

tranſig

gimus, dexteraſque jungimus? Tametſi, in
æclara, juſtaq;, cauſa de divini auxilij pſentia
dubitet, interim illam eſſe victoriam, quâ
ipſum vincit, præcipuam, & maximam, olim
ites non immeritò inculcâſſe. Eam in rem
minió ſe *Cæſari* proponere, an certo ſub loco
s diætam aperire velit, quò pace reviviſcente
um furores extinguerentur. Nihil magis in
ſe habere, quàm ut *Chriſtiano* ſanguini parce-
Tot enim inſontes, viduas nempè, & pupillos,
is calamitatibus involvi, conſideratione di-
venire. Si ergò *Cæſar* hunc eundem pacis af-
n foveat, age, experietur *Regem* pacis illius, a-
iæque, apprimè ſtudioſum.

XX.

***iſſ. Hiſpaniarum Infans, Belgij guberna-
ix, nomine Cæſaris, reſpondet.***

) illam *Regis* interpellationem poſtliminarem
æſar non reſcripſit.Ità tamen, tanquam per
iſſ. Hiſpaniarum Infantem, Belgij gubernatricem,
ndere voluiſſet, videri potuit. Illa autem co-
is, ad *Regem* directis, quàm acerbi, atq; ingrati,
ſſent *Germaniæ* tumultus, oſtendit. Cùm ergò
æquè in votis habeat, quàm ut colliſiones in-
æſarem, & *Regem*, ſanari poſſint, utique ipſam
dia afferre paratam eſſe, modò curandi ratio-
invenire quita ſit ullam. At ſic quidem contrà
xcepit: Conſcientiam ſe teſtem appellare, ni-
bi, unà cum *Saxoniæ inferioris Principibus*, præ-
irculi defenſionem, quæſitum eſſe. Vt *Cæſarem*
modo laceſſiverit, neminemque offenderit.
rò, *Circulumque*, præter omne meritum, duo-
xercitibus hoſtilibus oppidò peti, atque infe-
contigiſſe. In extremis ſic ergò re conſtitutâ,
ſſitatis ſibi impoſitam fuiſſe legem, ut armis
repellere, finitimiſque cum *Magnatibus* co-
ſociare, compulſus ſit. Etiamnunc verò in pa-
mpoſitionem ſe toto animo ferri, modò *Cæ*-
ratum, gratumque, habere velit. Si itaque vel
nomine, & voluntate, *Cæſaris*, compoſitionis
nes inire cupiat, ità *Regem* hoc inſtitutum ap-
aturum eſſe, ut meritò ejus pacis ſtudium re-
endi haud debeat.

XXI.

Daniæ Rex apud Lutheram cæditur.

Vc uſque *Rex*. Iam ad *Thillyum* revertimur.
Deſperatis ità pacis remediis, hic *Göttingam*
r expugnârat. Et jam pari felicitate *Northemiũ*
cipere deſiderabat. Maturè hoc intellexit *Rex*.
que, aſſumptis copiis quibuſcunque, in libera-
em ejus civitatis, eduxit. Vt *XIIX. Cal. Septembr.*
nſpectu *Thillyanorum*, propè *Northemium*, aciẽ
caret. Tàm proximè utrinque ventum eſt, ut
ſtres turmæ velitaribus experirentur prælu-
ac pugnis. Saltèm, interjectu fluminis, utrinq;
xercitus prohibebantur. Affulſerant hîc *Regi*
candidiſſimi, ut ſine dubio victor evadere po-
t, ſicubi hoc loco in prælium incubuiſſet. Nã
illyus, valetudinis cauſâ, aberat, & exercitus e-
anquam ſine rectore, intrà ordinem haud
iſtebat, & *Fridlandicæ* legiones, exercitus hujus
ſupplementum, quoque deſiderabantur, tùm ab-
ſentivæ. Hæc ſi penitiùs per indices *Rex* pene-
trâſſet, dubio procul vincere potuiſſet. Sed aliter
erat in fatis, aliter *Parcæ* ſua penſa trahebant. Itaq; *Thillyanus* exercitus conſultò *Göttingam* verſùs re-
troceſſit, intràque ſaltus, ſive receptus tutiſſimos, ſeſe tenuit, quoad reconvaleſceret *Thillyus*, copi-
aſque reliquas contraheret.

Interim *Rex* impunè recedere *Thillyanos* permi-
ſit, importato in *Northemium* commeatu, armo-
rumq; apparatu uberrimo. Ibi, curatis per quatri-
duum corporibus, promovit in diœceſin *Moguntinam*, (*Eichsfeldiam* vulgus vocat) jamque *Duderſtadium*, regionis oppidum, attigerat, ulteriùs dubio procul per *Tyrigetas* in *Ligarianorum* provincias progreſſurus. Non latebat hoc *Regis* inſtitutum curioſum, & ſedulum, *Thillyum*. Itaque, quid ageret, quorſum tenderet, prævidit. Ne igitur *Rex* præveniret, contracto omni exercitu, magnis itineribus cœpit antevertere. Ibi, ne ulteriùs progrederetur, inhibuit. *Rex*, ſibi obſtari, *Thillyumq;* longè auctiori exercitu pugnæ copiam facere, videns, prælium evitandi animo, retrò per ſaltus *VVolferbytum* duxit, uſque dùm per ſylvas *Reeſam*, & *Lutheram*, pagos, perveniſſet. Adjuvit hoc *Thillij* conatus. Vt cedentibus uſque quaque inſtaret, continuatis toto triduo utrinque velitationibus. Tandem emenſis aliis, aliiſque locis, *Rex* ad *Lutheram* pagum *VIII. Cal. Septembr.* ſubſtitit. *Thillyo* ſic ſemper veſtigiis inhærente, ut abſque incommodo ultrà vix movere poſſet. Eo loco fortunam belli tentare decretum erat.

Idem curæ erat *Thillyo*. Qui explicatâ acie *VI. Cal. Septembr.* pugnandi copiam fecit. Advenerat ergò fatalis hora, ut acie decerneretur. *Rex*, caſtris, iniquo tametſi loco poſitis, generoſo animo ampliùs prēliũ non detrectabat. Itaque cõcurſum eſt utrinque ingentibus animis, maſculis auſis. Et primo quidem limine *Danis* ridebat fortuna; Vt, cæſis *Thillyanorum* plurimis, iiſque præcipuæ autoritatis, militibus, ad ipſa hoſtium tormenta penetrarent. *Rex* copias tertiò in hoſtes ipſe induxit, tertiò arma, & concurſus, retentari cœperunt. Vt etiam è *Thillyanis* quatuor veteranorum legiones, inuſitato ſpectaculo, diffugerent. Illis ſub extremis rem verſari videns *Thillyus*, fortunâ ſic penè inclinatâ, furenti ſimilis, cedentes retrò agere, virtutem inculcare, confirmare, legiones inducere, totumque *Thillyum* accerſere. Ità erectis *Cæſareani* animis, deſperatorum penè more, in *Danos* reduxerunt, tantis conatibus, tantis aſſultibus, impreſſiones facientes, ut etiam anteà fugientes jam reconverſi duplicatâ tanquam audaciâ pugnarent, ignominiamque, modò obrepentem, inuſitato robore diſpungerent. Ità factum, ut *Dani*, laxatis equeſtrium ordinibus, victoriâ exciderent, inque fugam conjicerentur.

Miretur aliquis tàm ominoſum *Luthera*, pagi ità dicti, nomen! Nempè, *Rex*, pro *Auguſtana Cõfeſſione*, id eſt, *Lutheri* doctrina, pugnabat. Et cùm pro *Lutheranis* arma caperet, ad *Lutheram*, pagum cognominem, infeliciter dimicavit. Tanquam non *Rex*, ſed *Lutherana Religio*, ibidem pateretur; Cujus *Rex* agebat vindicem. Statim enim ab hac *Regis* clade *Epiſcopatus* reformati, itemque bona eccleſiaſtica, à *Proteſtan-*

tibus antè ſeculum occupata, per *Cæſareum* illud edictum repeti, ac periclitari, occœperunt. Hinc novorum motuum origines. Hinc *Saxoniæ Elector*, hinc *Guſtavus*, *Sueciæ Rex*, (quibus de infrà videbitur) in bella proruperunt. Memorabile verò illud inprimis occurrit, ut, dùm annis paulò ſuperioribus, *Fridericus Palatinus* (qui ſe pro *Bohemiæ Rege* gerebat) ingenti apud *Pragam* à *Cæſare* clade vinceretur, victoria *Cæſaris* luculentiſſima incideret in annuam *D. & S.N.Evangelij* prædicationem, quâ ipſa illa CHRISTI verba *Chriſtianis* cœtibus è ſuggeſtibus inculcantur, ac proponuntur: *DATE CÆSARI, QVÆ CÆSARIS, ET DEO, QVÆ DEI, SVNT.* De quibus ſuprà ſuo loco prælibatum eſt. Vt ferè illo apud *Pragam* loco de *RE-GIONE* ageretur, quàm verbum *Dei*, & vox *CHRISTI*, reddere jubebat *Cæſari*. Hic verò apud *Lutheram* altera, & regia, clades eveniebat, tanquam ſuper RELIGIONE controverteretur. Omninò enim *Rex Daniæ* (prout acta loquuntur) pro defenſione *Confeſſionis Auguſtanæ*, dimicabat. Quæ certè ab introductore *Mart. Luthero*, diſcriminandi cauſa, *Lutherana* dicitur. An ergò nullibi locus huic cladi erat, quàm ad *Lutheram*, aptior? *Lutheranus* ergò, & inclytus, *Rex* non alio loco opportuniori, neque *Verdæ*, neque *VVolferbyti*, neque *Hamelij*, (ubi ex caſu ad mortem uſque decumbebat) quoque, ſuccumbere debuit, ut *Luthera* pago hæc pugna unicè reſervaretur, ob *Lutheri* doctrinam ſuſcepta? Quid ſi fortè ne per orbem *Chriſtianum* datur locus alius, hoc *Lutheri* nomine inſignitus? Et ſi præter hunc, quo de ſermo eſt, fuiſſet maxime, an eò pertingere, an ibi vinci, debuiſſet *Rex*, nomine, & virtute, *Chriſtianus*? Quicquid tandem, inquam, id eſt, per fidem, abſque omine, & prodigio, vix tùm fuiſſe putandum eſt. Meminit, inter cæteros, *Val. Maximus Romani* ductoris, ac *Coſ.* dicti *Petilij*, qui, ſub expeditione, *Hodie Lethum* ità vocabatur civitas) *capiam*, dixerat. Iſtud omen cum verbo, & eventu, fuit. Nam dùm oppugnat locum, ecce! ſagittâ fortè vulneratur, & verè *Lethum*, id eſt, mortem, capit. At *Rex*, meliori fortunâ, *Lutheranus*, ubi pro *Lutheri* doctrina vincere parat, apud *Lutheram*, pagum cognominem vincitur. Quid eſt ergo? Certè, ſi divinare conceſſum, abſque omine nullatenùs hoc tùm quidem fuiſſe, facilè dixeris. Namque, ut extemporali verſiculo concludam,

Nomina ſunt aliquid, ſic myſtica ſæpè ſub ipſis
Omina nominibus nemo latere negat.

XXII.

Rex Daniæ, poſt acceptam ad Lutheram cladem, copias recenſet.

ET hæc hactenùs ſuper nomine, & omine, loci, itemque pugnæ. Sequitur pugna, vel clades, ipſa. In ea ceciderunt *Fuchſius* generalis, *Neyabus*, *Pentzius*, tribuni, *Philippus*, *Heſſiæ Landgravius*, *Mauritij Philoſophi* filius, & *Povviſchus*, legatus regius. *Capti Lohauſenius*, *Lindſtavius*, *Franckingus*, *Geeſtus*, *Courvillius*, *Rantzovius*, tribuni, aliique. Triginta ſigna in *Lutheræ* præfecturam ſeſe receperunt, ſed paulò poſt deditionem fecerunt. *Thillyus* ſexaginta numerò *pedeſtrium*, *ſex equeſtrium*, ſigna, machinaſque viginti duas, retulit, victoriæ trophæa, ac menta. *Rex VVolferbytum*, cum equeſtribus c ſeſe recipiens, reliquas legiones recenſuit. ctis igitur quatuor peditum millibus, quin peditum, quatuor equeſtrium, itemque tria phractorum, millia delectu probare cœpit. mora, confirmatis tàm verbis, quàm ſtip prænumeratis, legionum animis, novas hin per pararios copias ſtipendiis obligare, ac co bere, juſſit. Simulàtque tàm ad confœder quàm ad *Inferioris Saxoniæ* civitates, curſores ſit, qui jacturam hanc ordine referrent, par ad conſtantiam, nomine *Regis*, vindictam n animo agitantis, exhortarentur. Ità trans traductis in ſecuritatem, ac quietem, copiis, pud *Buxtehudam* ſtativa diſpoſuit.

XXIII.

Rex Daniæ auxilia nova conquirit.

TRipudiis, hymnis feſtivis, atque id gen per victoria, à *Daniæ Rege* relata, ingenti lennis lætitiæ ſignificationibus, apud *Catholic Imperium* perſonabant omnia. Sub unico *Rege* devicto, victoria referebatur multiplex. pariter *Magdeburgici*, *Brunſvicenſes*, *Lüneburgi mani*, *Holſati*, *Megapolitani*, *Pomerani*, imn *Dani*, immò *Frid. Palatinus*, *Mansfeldius*, *Hall dius*, *Vinarienſis*, *Bethlenus*, atque uſque ade ſub hoc titulo, *Batavique* velut cæſi videri poterant.

Interim *Thillyus*, tantùm non invictus, intrà præcordia motibus, ac gaudiis frueb Qui ne tùm quidem victoriâ, recèns partâ, (de *Hannibale* prodidit *Florus*) tantùm frui, ſed maluit. Proindè *Neoſtadium* ad *Leinam*, iter *Steinbruccam*, ambo fortalitia, expugnare p xit. *Hannovera*, præcipua *Brunſvicenſis* provinc munita, civitas, ad animum admiſsâ *Daniæ* infelicitate, cervicem ſubmiſit, *Cæſariq;* fide ſtrinxit. Ejus exemplum *Hoya*, *Verda*, *Langvve Roteburgum*, *Stirvvaldia*, cæteraque extrà *VVolf tum*, oppida imitari cœperunt, cum fortuna f mutantia. Ità *Rex Stadam*, *Epiſcopatus Bremenſis* tropolim, tanquam aſylum aliquod, deditâ o communivit, ut, ſi res ferret, eo receptaculo retur. Intereà, regium dùm commaſculat ani *Rex* ad *Batavos* dedit, ſignificans illis, fortu quidem ſub conflictu ſuperiori ſibi fuiſſe ad ſam, nihilo-minùs ſupereſſe animum ac cœpt duciam, nedum rei publicæ ob id curam ſe ſe ſtrare. Tametſi enim *Deus* ob peccata hanc im tat pœnam, interim minimè dubitandum quin *Eccleſiam* ſuam vindicare, oppreſſiſque op lari tandem, velit. Iam tùm equeſtrem exe tum, penè omnem, ſalvum, ac diſpoſitum, e tùm ſe pedeſtres copias commodè auxiſſe, ut diœceſin *Bremanam* hyberna præoccupata *Thillyuſque* de aliis ſtationibus diſpicere deb Hæc ut ad confœderatos, bonique publici am tes, perſcriberet, operæ pretium viſum fuiſſe. *tavi* igitur, per ordinarios ſuos legatos, *Veneti* mnia intimarent, illique ut ſuis eo locorum m tantibus operas conjungere vellent, ſeriò adh tarentur. Ipſi quoque *Batavi*, utpote quorum

fere

et plurimum, ſuper negotio communi deli-
ent, diligentiusque proſpicerent.

XXIV.

,apud Holſatiam, ſuis conventum indicit,
conclaſſat.

eparatis ita ad nouam ſive militiam, ſive de-
ſionem, copiis, *Rex*, porrò apud *Rensburgum*,
æ civitatem, ſuis comitia aperuit. Eò *Rex* vnà
hriſtiano Principe, filiò primogenito, venit i-
Propoſitio hæc erat: Præcipuum hujus con-
is, inquit, cauſſam præſcribere pericula, ne-
haud obſcura, vt etiam *Holſatiæ* metuenda ve-
.Legem neceſſitatis ergò præſentis inculcare,
nporiùs huic malo quæratur remedium, ma-
juc deliberationibus, antequàm hoſtis im-
at, eatur obviàm.
cundùm hæc, *Syndicus* provincialis, nomine
um, demiſsè excepit, illam *Regis* magnanimi,
idem paternam, intervenire curam, vt jure,
oq;, omnes, ac ſinguli, hanc mitem *Regis* in-
ntiâ venerari, obſequiisq; humilibus volun-
regiam implere teneantur. Hoc cùm dicto
rdus Rantzovius, vicarius regius, *Holſatiæ ſuæ*
,ſurrexit, verbisq; melle, ac ſeſamo, ſparſis
in ſententiam proſequi cœpit: Eam nempè,
t, præſentibus ſub periculis rectiſſimamq;, eſ-
am quidem pii olim *Holſatiæ* majores, ac pro-
, immortali cum nominis laude calcaſſent, vi-
empè, ut quàm maturrimè arma, tàm offen-
quàm defenſiva, coniunctis animis, viribusq;,
erentur. Illud imprimis ex uſu, & neceſſari-
eſſe, omnibus quò copiis, ut ajunt, in hoſtem
ulè iretur, neq; eò uſq;, dùm ille intrà provin-
iſcera receptus fuiſſet, exſpectaretur. Rectiùs
s extrà patriam excipiendos eſſe. Omnes er-
l ſuum exemplum imitarentur. Tametſi enim
eſſet, cui ætati quies potior, quàm bellum, vi-
queat, juvenilem tamen, virilemq;, hac mala
,animum ſupereſſe; ut lubens primos in ho-
ordines educere, primus in honorem *Regis*, &
æ, canitiem illã ſuam periculis offerre, ac tan-
ion, *Deciorum* more, devovere, deſideret. Hoc
,qui patriam amant, agerent omnes, ſuoque
plo manus armis inſtruerent. Ità timore ergà
,obſervantiam ergà *S. Evangelium*, cultum er-
em, amorem ergà patriam, dilectionemq;, &
nitatem, ergà proximum, uno ore efflagita-
nt ergò homines, imprimis equeſtres, & no-
taleſq; ſeſe approbarent, quales & *Rex*, & pa-
b inſtanti agone, exſpectarent. Si qui fortè
nctatiores, aut minùs obtemperantes, inve-
ur, illi omnes, ſub honorum gentilitiorũ pri-
ne, etiam fortunis exuerentur omnibus. De
ibus, vel ſervis, arma paraturis, hæc eſſet pro-
ut non niſi fortes, & animoſi, quiq; hoſtium
s, atq; impetus, ſuſtinere queant, eligerentur.
i verò; per omnẽ provinciã omnes & ſinguli,
pararent aut ipſi, aut filios, ſi quos habent mi-
ptos, mitterent. Per civitates, oppida, pagoſq;,
x eſſet, ut, quot eſſent aratra, vel ſtivæ, tot
es erogarentur, ſtipendiisq;, ordine collatis,
truatim ſolvendis, alerentur; Ita omnes, qui
; extrà patriam militent, è patria ſubminiſtra-
tis amiculis, ac commeatu, haberent, vnde vivant.

His aliisq;, concluſionibus ritè factis, *Rex* ad inſtructas per arcem epulas, *Vicario* procurante, equeſtres magno numero invitavit. Qui officioſè comparentes lætam comitiis illis impoſuêre clauſulam.

XXV.

Hoya arx à Rege expugnatur. Interim Vlricus Fridericus, Dux Brunſuicenſis, in Cæſaris verba jurat.

COmpoſitis *Holſatiæ* rebus, *Rex Hojam*, arcem ad *Viſurgim* ſtratagemate intercipere tẽtavit. Sed ſucceſſus defuit. Eapropter, ad expugnationẽ converſus, impreſſiones ſuſcepit. Primâ repulſam tulit, at ſecundâ vice *Dani* evaſerunt ſuperiores. *Thillyani*, in interiora fugientes, fruſtrà miſſionis honeſtæ conditiones proponebant, cùm paulò ſeriùs hoc facerent. Interim cùm gladiis tantùm miſſionem impetrarunt, Præda ex arce relata non exigua, ſic tamen ut militum, ibi mortem oppetentium, æſtimatio pluris eſſet. Arx, ponte trans *Viſurgim* ignibus abſumpto, penè devaſtata eſt. Eandem tùm *Verdæ* civitati expugnationem interminatus erat *Rex*. Sed ubi hac vel ſub impreſſione jacturam militis ægrè tulit, in hyberna reduxit.

Intereà, dùm parvo hactenùs à *Rege* cùm ſucceſſu pugnatum eſſet. *Cæſarq;* per *Thillyum Vlricum Fridericum Brunſuicenſem* ad ſeceſſionem, à *Rege* faciendam, codicillis, ac promiſſis, urgeret, tandem graviora veriti, *Ducatus* ejuſce *Ordines* fidelitatem, atq; obedientiam ſuam litteris *Cæſari* obligarunt: Hæc ferè in verba: Equeſtres, inquiunt, provinciáleſq;, utriuſq; *Ducatus VVolferbytenſis* & *Calenbergici*, hiſce codicillis palàm profiteri, poſteaquàm ſævientibus per *Imperium*, & *Germaniam* bellorum procellis, *Cæſar* tàm proprio nomine, quàm per *Thillyum*, inſtitiſſet, *Vlricus Frid. Dux Brunſuicenſis*, fidem, atq; obedientiam, *Cæſari* perſeveraret, eoq; nomine à *Daniæ Rege*, adversùs *Cæſarem* arma gerente, ſeceſſionem faceret, fortalitia, arces, civitateſq; *Cæſareanis* contraderet, conſiliis inimicis ſe abſtineret, adeoq; copiis *Cæſareis* foveret, arces ac munitiones, dederet, acceſſus, regreſſusq; liberos, immò neceſſitate exigente ſtativa, atq; hyberna, impertiretur; Eapropter *Ordines* præfati utriuſq; *Ducatus*, aliâs *Cæſari* fidem, atq; obedientiam, debentes, belloque pacem impendiò præferentes, nihil etiamnunc in animis, votiſq; habere, quàm ut *Cæſari*, ſecundum *Imperii* conſtitutiones ſatisfieri, ac pax reduci, poſſit. Proindè vigore præſentium codicillorum, *Ordines, provincialeſq;*, bonâ fide *Cæſari* obedientiam, ſubjectionemq; promittere, *Regi*, adverſiſq; aliorum conſiliis renunciare. Hoc nomine, in rem *Cæſaris*, atq; *Imperii*, ſeſe omnia facturos, fortalitia, arces, civitateſq;, quantùm ejus in ſe eſſet, tradituros, militi *Cæſareano*, repudiatis *Danicis*, omne ſubſidiũ, opẽ, ac benevolentiam, exhibituros, ac de cætero, quicquid non *Cæſaris*, atq; *Imperii*, causâ, impleturos, adverſis, ſuſpectiſq; conſiliis, ac machinationibus, renuntiaturos, eſſe. Hæc omnia, & quęcunq; forent, generis ejuſdem, bonâ, & *Germanica* fide ſtipulari, condicere, ac promittere.

XXVI.

Frid. Vlricus, Dux Brunſuicus, & Thillyus, mutuò compromittunt.

Iſdem ferè conditionibus *Vlricus Dux* cum *Cæſare* paciſci cœpit. Nempè ſe à *Rege Daniæ* ſeceſſionem facturum, transactioni *Lavvenburgicæ* renunciaturum, præſidia regia exacturum, auxiliisq́;, & ſubſidiis, copiarum *Cæſareanarum* uſurum eſſe. Eâdem lege conſiliis, ac deliberationibus, *Cæſari* adverſis, miſſionem dare, conſiliarios ſuſpectos removere, *Cæſareis* mandatis, reſcriptis, protectoriis, appellationibus, aliisq́; id genus Juris proceſſibus, ſalvâ nihilo-minus atq́; intemeratâ, tàm religioſâ, quàm ſeculari, pace, ſatisfacere, velle, uſq́; adeò, ut *Electores, Principesq́ȝ*, finitimi, unà cum provinciis, ac ſubditis, ſuis, nihil à ſe, niſi amicum, ac pacificum, expectare debeant.

Ex adverſo *Vlrico Duci*, fidelibusq́; ejus equeſtribus, ac provincialibus, ſub reſcripto *Thillyus* cavit. Formula erat iſta: Ex *Ducis* animi ſententia, ut *Thillyus* neq́; injuriam emigrantibus *Daniæ Regis* legionibus faxit, ſed ſecuritatem exeuntibus præſtet, neq́; *Cæſarianis* copiis cædibus, rapinis, incendiis, atque id genus inſolentiis, experiri per provinciam permittat. Ut omnibus inquilinis, ac ſubditis, poſſeſſiones, bona ac commercia, libera permittat, nequè belli diſcriminibus, ac periculis, *Ducē*, fidelesq́; ejus equeſtres ſubditosq́;, infeſtari conniveat,
in pacis reſtitutionē incumbat. In hæc verba T
lyus codicillis, majori ſigillo corroboratis, ſub
pſit.

Sed multis, ut fit in populo, non arriſit illa T
lij ſtipulatio, ſive compromiſſio. Cùm enim
fide, & verbis, *Principe* dignis, conceptiſſimisq
mnia ſe impleturum, ſanctè promiſiſſet, ac pa
eadem ſub ſanctitudine, equeſtres, ac provincia
recepiſſent, illa *Thillij* ſtipulatio, ac compromi
nimis frigida, ac perfunctoria, videri poterat, q
religione, ac ſacramento, interveniente nullo,
bis publici, ac vulgaris, ſaporis ſaltèm aſtringe
reciprocæ fidei igitur, uſus fuerat, ſed hæc iſti
fide. Ne igitur reſidua in animis etiam poſt ſa
mentum ſuſpicio remaneret, ecce? *Vlricus* D
quò odia detumeſcerent, præſidiariis apud *V*
ferbytum, aliisq́; in locis, regiis emigrationem
dixit, pollicitus, eos, ſub *Thillij* protectione, li
rimè dimittendos eſſe. Sed hæc ratio regiis min
arriſit. Ut, nullo modo in emigrationem con
tientes, arma opponerent, defenſionemq́; para
Ità nimirùm tempore belli, uſuvenire amat,
Princeps, aut *Reſpublica*, alterutri hoſtium parti
ſtrum, fortalitiumq́;, quantumvis ad tempus,
dat, jure ſuo, tametſi ipſa neceſſitas incumbat, d
ceps uti nequeat, ſed ab alterius arbitrio
ſtandum ſit.

Io. Petri Lotichij
RERVM GERMANI-CARVM
LIBER XVI.

CAPVT I.

De motibus, & bello, Ruſticanorum per Auſtriam.

I.

Motus ruſticanorum per Auſtriam, Herbersdorfio, Vicario apud Lintzium Bavarico, ſeſe opponentium.

Hactenus de *Daniæ Regis* armis, & quàm latè ille, præter *Saxoniam inferiorem*, antè inquietatam, per *Mansfeldium*, *Vinarienſem*, *Bethlenumq́ȝ*, omnia ferè intrà *Sileſiam*, *Moraviam*, *Vngariamq́ȝ*, recèns cōmo viſſet viſum eſt. Niſi itaq; ad *Lutheram Rex* adverſo prælio pugnaſſet, *Thillijo* pro more victrices aquilas proferente, dubio procul ingens tùm rebus *Cæſaris* periculum conflari potuiſſet. Quòd n. *Auſtriæ* cives, paganiq́;, ob interdictū *Confeſſi*
Auguſtanæ exercitiū, paſſim, & vbivis, ad ſeditio
inſuper ſpectarent, facili negotio in manifeſtas
belliones tàm opportuno tempore pertrahi
perunt. Eleganter dictum olim à *Xenophonte, in*
ropædia, greges pecudum, armentorumq́;, nun
in magiſtros, ductoresq́; ac paſtores, ſuos inſu
xiſſe. Homines verò in magiſtratus, *Reges, Pri*
pesq́ȝ, ſæpiſſimè indè uſq́; ab omni antiquitate,
tus elevâſſe, conſpirâſſe, atq́; arma infeſta intuli
Idem profectò hoc loco in plebe *Auſtriaca* fit
dentiſſimum, tot ruſticanorum cœtibus, tot g
bis, in arma ſeditiosè ruentibus, ut colluvies ru
cana, & bellum quaſi ſervile (quo de & *Polybius*
Livius, ſuis illis temporibus prodiderunt) vi
poſſet novum, & non contemnendum. Ab ini
igit

primo Vere conjuratum eſt à diverſis ſuprà
m pagis. Qui aliquot milliũ numero, concur-
s, omnẽ latè viciniã cõmoverunt, pagis oppi-
diverſis expilatis, refractariis verò & adverſæ
lica, ut vocant, *Religionis* ſubditis, unà cũ *mo-*
, ac ſacerdotibus, nõ uno loco malè exceptis,
profligatis.
ac viâ ex oppidis, arcibusq;, in poteſtatẽ, redа-
àm armorũ, quàm pulveris pyrii, copiam, cõ-
cœperunt, ut jam exercitum, ſub duodecim
entorum bellicorum defenſione, educerent.
aturè huic furori *Herbersdorfius Comes*, apud
iũ Vicarius *Bavaricus*, obviã ire præcogitabat,
venturus, quâ coeuntẽ ruſticanã colluviem,
npore opprimeret, ſonteſq;, ac tumultus ple-
itores, in crucem ageret. Sed hic conatus in-
fectũ fuit. Ecce! enim dùm cum aliquot tàm
ſtris, quàm equeſtris, militiæ cohortibus in
os ruſticanorũ impreſſionẽ experitur, illi apud
m in legiones diſpoſiti, fortiter inſultum iſtũ
erunt. Interim, vel his ſub initiis ruſticani
igematibus jam tùm uti didicerant. Ut videri
nt nõ è media plebe omnes, ſed etiã è nobili-
& civilioribus, multos cõfluxiſſe, qui quidem
n bellicarũ, acieiq; inſtruendæ, minimè eſſent
s. *Herbersdorfius* ergò dùm ſuâ cum manu, ruſti-
s urget, iſti, poſitis retrò montem inſidiis, fu-
tibus ſimiles retrocedunt, ut integram ſpẽ vi-
æ perſequentibus facerent. Id enim certò cer-
Herbersdorfiani jam jam animis concipiebant.
onge ſecùs accidit. Dùm n. *Herbersdorfiani* ſic in
inſidiis opportunũ, pertrahuntur, à copiis, un-
aq; de novo ingruentibus, cæduntur, ac fugâ-
Herbersdorfio, parva cùm *Croatarum*, & *pedeſtriũ*,
Lintzium confugiente.
ac in limine tumultuationum præeunte victo-
rectis animis multitudo recèns, atq; arctiùs,
ravit, vitas, fortunasq; omnes, ꝓ recupatione
onu patriæ, inſumptura. Proinde *Danubii* inſidé-
liorũq; locorũ, aditus, *VVelſam*, *Stiriã*, *Lampa-*
n, *Gemündam*, aliaq; finitima oppida, occupa-
Neq; ſic *Monaſteriis* parſum eſt. Ut luculentas
er indè rapinas convectarent. *Patribusq; Socie-*
quò è vicinia *Pragam* uſque emigrarent, auto-
ſent.

II.

*ſæ & colores, quibus rebellantes ruſticani
notus iſtos ſuos palliare conati.*

Elut autem nullum juſtũ, legitimumq; bel-
lum, abſque idoneis, & prægnantibus ſuſcipi-
auſſis, ſic quoque ipſæ tàm *Optimatum*, quàm
niſcuæ multitudinis, ſeditiones, ac rebelliones,
ioſis maximè, ac variis ſub lenociniis inductis,
imentis roborari conſueuêre. Articuli igitur,
r quibus ruſticana, & rebellans, colluvies qui-
patur, erant hi tales: *Herbersdorfium vicarium a-*
it, interdictâ *Confeſſione Auguſtanâ*, tàm paſto-
quàm ſubditos, *Evangelicos*, è patria ſua ejicere.
itàq; eſſe *Monachorũ*, & *Clericorũ* avaritiã, ꝓ de-
ctis quinq; pedum tellus nullis penè pecuniis,
quitatem reductis, cõparari queat. Pariter eje-
homines *Evangelicos*, ſub infimo pretio ad fun-
um venditionem adigi; Ut etiam centum fortè
enos ex iniqua id genus, & coacta, venditione
entos, inſuper decem, viginti, trigintaque, flo-
renorum depoſitione, præterea à loci magiſtratu
redimere teneantur. Indè egeſtatem, tanquam vi-
rum armatum, in miſerorum foribus eſſe, neque
poſſe hanc afflictorum emunctionem, abſque ex-
trema mendicitate inſontium uxorum, ac parvu-
lorum, detonare. Multos, ob *Religionis* cauſſam vlti-
mo capitis ſupplicio affectos eſſe. Subvereri igitur
concionem ruſticanam, ſicubi arma, rebus incer-
tis, deponant, idem capitis periculum ſibi impen-
dere. Illis tanquam conſectaria accedebant, men-
ſtruis militum exactionibus totam provinciã penè
non ad incitas redactam eſſe. Tantùm abeſt, ut ra-
pinis, ſpoliis, militumq; libidini, expoſitis quicq̃ ſi-
ve auxilii, ſive ſublevamenti, acceſſerit, atque ero-
gatum ſit.

Hæc nunc talia, & ejuſmodi eſſe, publicârant, ut
per, & propter meritum *D. & S.N. IESV Chriſti* à
Cæſare, ſupremo utiq; magiſtratu ſuo, conſcientia-
rum afflictarum, & tantorum onerum, remedium
enixiſſimè flagitent.

Eo itaq; nomine, ſi placeat hæc conditio, *Paſto-
res, & ludimagiſtri, Evangelici*, in priſtinas functiones
reſtituerentur, refuſis & redintegratis, eorum re-
ditibus. Miles, exactionibus, & rapinis, operam
dans, illicò dimitteretur, neque alius poſtliminiò
ſuper induceretur. Emunctiones, & collectę, men-
ſtruæ abrogarentur. Inprimis hujus iſtius ſubdito-
rum inſurrectionis memoria obliteraretur, omnes-
que eſſent pœnæ, ac periculi, immunes.

Super illis omnibus tàm à *Cæſare*, q̃ *Bavaro Electo-
re*, ſibi idoneis caveretur. rationib⁹. Quâ ſecuritate
ſibi conceſsâ, & pſtitâ, velle ſeſe modò nõ ab armis
diſcedere, ſed & fortunas, corpora, animasq;, *Cæ-
ſari*, domino ſuo, tanquam legitimos gladiatores,
religioſiſſimè addicere. Atque hoc ipſum eſſe pium
inſtitutum, ad quod, *Religione* patriâ duce, provoca-
rentur, adjecerunt. Inter hæc, nihilo-minùs nume-
ros, vireſque, in immenſum extendere perrexe-
runt, commaſculatis mutuò animis, ad conſtantiã
ſeſe invitantes, poſtquàm vexillis ſequentes inſcri-
pſiſſent atrocibus litteris rythmos. *Latinè* ſic ferè
ſonantes:

Res anima quoniam tangit, vitaq; ſalutem,
Da populo vires, optime CHRISTE tuo?

Alterum ſymbolum hoc erat:

NECESSE EST. Quaſi tu ſic diceres:

Alea jam jacta eſt. Aut hinc procul ibimus omnes,
Aut referent patriam, fortia facta fidem.

Provinciã in quatuor partes, ſive circulos, divi-
ſâ, itâ ſibi leges belli mutuas indixerunt, nempè o-
mnes, & ſinguli, ad campanarum impulſus, tanq̃
conclaſſationem, confluerent, armis neceſſariis
manus inſtructi. Contrà, ſexus imbellis, mulieres,
infanteſque, aſſumptis jumentis, rebuſque pretio-
ſiſſimis quibusvis, ad loca firmiora, ac munita, tan-
quam ad aſyla, ſeſe reciperent.

Simulatq; campanarum ſonitus ex pacto audi-
rentur, omnes, ac ſinguli, ad locum, antè conſtitu-
tum, advolarent, ſic ut quilibet in triduum anno-
nam conferret.

Quibus ità ex lege diſpoſitis, ubi immenſas vi-
res coegiſſent, jam tùm offenſivè experiri, & *Lin-
tzium*, provinciæ metropolim, obſidione
cingere, cœperunt.

* *
*

III.

Cæſaris, ad ruſticanā multitudinē, dehortatoria.

ISta ruſticanæ, multitudinis conglobatio, cùm nō tàm *Electori Bavaro*, quàm cæteris *Principibus Catholicis* eſſet gravis, & ſuſpecta, rebus tùm per *Vngariam*, ac *Sileſiam*, novos in motus aliâs inclinantibus, *Ferdinandus II. Imp.* miſſis ad conjuratam concionem legatis, ſequentibus ad frugē reducere litteris dehortatoriis exulceratos, impotentesq; animos præcogitavit. Codicilli hanc ferè in ſententiā ſcripti erant. *Ferdinandus Imp. Auguſtus*, multitudini ruſticanæ ſub *Auſtriæ Archiducatu ſupra Anaſum* conglomeratæ, gratiam, & bonam mentem, precatur. Quantas res, inquit, oppidò ſeditioſas, ac graves, adversùs ſupremum, atq; hæreditarium, à *Deo* præpoſitum, magiſtratū, ſuſcipiatis, maleferiatorum, pacis, patriæq; cōmunis, hoſtium flabellis incitati, atq; in tranſverſum acti, non abſq; hujus pectoris cōcuſſione, percepimus. Itane vobis, & quidē ſubditis hæreditariis, & ſumâ fide obligatiſſimis, motus, ac res novas ciere dulce eſt, ut etiam arma jam tùm capiatis, oppida, pagos, arceſque intercipiatis, adeoque fideles, & renitentes, ſubditos noſtros minis, injectaq; vi, in partes veſtras pertrahatis? Si neſcitis quàm fœdum crimen rebellio ſit, vel hos importunos actus, has cæcas mētes veſtras, conſiderate, penitiùsq; introſpicite. Minimè quidē conveniebat, ut in *Deum* vultus elevaretis, in magiſtratū inſurgeretis, in omniū gentiū leges, ac jura delinqueretis. Eſto, vobis adverſi, hac tempeſtate quippiā accidiſſe! An igitur magiſtratū veſtrū inſuper habere, ac prȩterire, debebatis, ut ad hunc nō confugeretis, ab hoc remediū, atq; opē, haud corrogaretis? Profectò, antè omnia coràm nobis quiritare tenebamini; Ut de ſublevatione onerum, ac moleſtiarū, deſperare ſic nō licuerit! Interrogate fidē veſtrā, ſi fideles eſſe, & dici deſideratis. Interrogate pietatē, ſi *Dei* & religionis amorem, prætenditis! Næ ità eſt, ut neq; fides *Principi* veſtro, neq; pietas, *Deo* debita, hoc facinus à vobis exigere unquam poſſit. Proindè memineritis, vos & in *Deum*, & magiſtratum veſtrum, enormiter deliquiſſe. Ut non poſſimus non hanc ob inſolentiam vobis graviter indignari, pœnisq; ſeveris has turbas emēdare. Interim, ut toti orbi *Chriſtiano* pateat, *Cæſarem* magis clementiā ergà patriam, ac ſubditos, quàm ſupplicia, & pœnas, animis ꝑpendere, videte, quàm promptum vobis ſit, quàmque maximè expediat, etiamnunc *Cæſaris* experiri auguſtam clementiā, ut periculis vos, veſtrosque, ulteriùs, ſine cauſſa, involvere, inq; extremā calamitatē proiicere minùs expediat. Videte iterùm atq; iterùm, an pacē intempeſtivo furore excutere, conducat, ꝙ quidem per nobiles, & doctos, *Carolum Fuchſium, Baronem Golfgangum Nicolaum à Grünthal*, dicaſterii aulici aſſeſſores, & *Martinum Hafnerum*, *Iureconſultum, Archiducatus Auſtriæ* cancellarium, legatos noſtros, tanꝗ caduceatores legitimos, amplâ ac longâ, manu vobis offerimus. Illi, quid facto opus, & quàm conveniens, ſit, ut ejurata iſta inſania ad meliorē mentē, & cum *Cæſare*, atq; *Archiduce*, veſtro, in gratiam revertamini, cōceptis, & feriis verbis inculcabunt. Quā in rem ad vos hoc ſpectat edictum noſtrum, legatis nempè illis noſtris aures ut præbeatis, ad frugē, ac ſanitatē, redeatis, arma deponatis, ac contradatis, diſſolutiſq; legionib⁹, ac globis, deinceps acquie-
ſcatis, motusq; id genus, tanquam ſcopulos, c
tis. Hoc ubi feceritis, ſcitote, neq; moleſtiarū
quam vobis imponendum eſſe. Ut etiam one
& querelis, modò juſtæ, licitæq;, exiſtant, ren
afferri debeat. Quo nomine ſi quid ſit ejus n
ſuper quo iure conqueri poſſe videamini, pot
tē vobis, facim⁹ ampliſſimā, ut aut coràm his
tis, aut delectos è numero iſto *Cæſaream* ad a
noſtram mittatis; Quibus non ſolùm gratiæ,
tiæq;. fores patebunt, ut ēt querelæ ſufficient
ſpici, ventilariq;, debeant, tū ēt auguſtâ, ſince
fide hûc ire, ac redire, poſſitis. Hæc vobis u
cordi eſſe convenit. Quodſi huic paternȩ *Cæſa*
Archiducis, veſtri indulgentiæ furores iſtos ant
re, præter exſpectationē, perſeverabitis, me
tote, nos boni *Principis*, & parentis, partes nun
pleviſſe, ut deinceps ſequeſtrata hac lenitate
clemētia, armis & ſevera militari lege, experir
gamur. Neque n. nos copia, ac facultas, vos in
nem redigendi, deſtituit. Ut *Deum* quoq;, perc
lium conatibus adverſantē, in partibus habea
Interim, ſi ſapitis, hæc omnia diligenter ad an
admittite. Adhûc dum n. ità *Cæſar* affectus e
ſanguini *Chriſtiano*, patriȩ, inſontibuſq; fœmin
parvulis, parcere, quàm ſequeſtrato hoc pio re
ctu, ſeveriùs in vos animadvertere, cupiat. Sub
futurum paternis hiſce admonitionibus ut lo
relinquentes arma, furoreſque, ponere, & ad
dientiam, alienis periculis cauti, redire, velitis

IV.

Ad Cæſarem ruſticani delectos ablegant

HActenùs *Imperator* exulceratis rebellan
ſubditorum animis fomenta, adhibere n
glexit. Ut neque languidiùs agerent legati, o
illa enixè etentantes, quibus animi diffidente
cerbèque diſſidentes, leniri, atq; ad ſanitatē r
cari, ſuſtinent. Sed nulla ſatisfactione mētes r
canorum accenſas flecti poſſe, remonſtratum
niſi patriæ *Religionis*, libertas ſibi reſtitueretur. I
nempè eſſe omnis colliſionis originem, & mat
Pro qua ſibi reddita conſcientiarū libertate
dubitent *Imperatori*, tanquā legitimo, atque h
ditario, *Principi*, omnem fidelitatē, atque obed
tiā, deponere; Ut ēt æs alienum, de ſuis locul
mne, quantumcunq; eſſet, diſpungere affecti

Secundùm hæc, ex numeroſa iſta multitu
ſua *Sexviros* delectos, & ordine approbatos, ad
lam *Cæſaream* dimiſerunt; Qui apud *Viennam*, C
ſupplices facti, totius ſuper rei ſumma idoneas
agerent querelas. Illi adventantes cum gratia
miſſi, atque, jubente *Imperatore*, ab *Hagenmüllero*
militaris Cancellario, benignè auditi ſunt. Pro
ſitio, ſive petitio, talis erat: Poſteaquàm, inqui
ſub his anguſtiis verſantes pagani, nō habeant,
de, rebus afflictis auxilium, opemq;, niſi ab *Imp*
tore quærant, utique præſentes, ſexviros, nom
totius multitudinis, *Cæſarem*, *Principem*, ac dom
ſuum, ultimis precibus enixiſſimè fatigare, dig
retur *Cæſar*, ex autoritate illa principali, inpri
congenitâ clementia ſua, *Religionis*, & *Confeſſi*
Auguſtanæ, exercitium, prout illud antè annos o
vel decem, poſſediſſent, reſtituere, pariterque
litem *Bavaricum* deducere. Eo tanquam benefi
utrinque accepto, ſeſe nihil ad ingenuam *Princ*
ac domino ſuo, hæreditario obedientiam con
ſtandam per omnē vitā reliqui facturos, ut eti

fac

ntes,ſanguinem,vitamq;,pro *Cæſare* impen- ac profundere, in votis unicè habeant.

æ cùm fuiſſet plebis legatorum brevis,& cō- ratio,ad voluntatē *Imperatoris*, omnibus fa- ocis indemnitas promitti cœpit, modò ſedi- autores,ac flabella,dederent. Sed plebs hanc non admiſit, præſertim ubi *Religionis* liber- rmitti non vellet.

ereà compoſitione non interveniente,mul- omnes ad *Lintzium*,provinciæ metropolim, præoccupaverat,ternis ad quatuor paſſuum caſtris ſeſe tenens, ac diffundens. Omnes, à in *Cæſarem* fide inclinarent,præ ſe ferebant. t tamē hoſtiliter ergà *Herbersdorfium* ferretur, enùs diſſimulantes. Non latebat hoc *Bavarū* em. Qui, ut Vicario ſuo opē ferret, quadrin- s tribus navibus impoſuit milites, circà *Ca- Iunias*,ſecundo *Danubio Lintzium* auxilio vē- . Sed ruſticani, animadverſâ hac *Danubii* ve- ocellâ,unam de tribus tormentis militaribus ingendo ſubmerſerunt, duas reliquas in po- em redegerunt.

tempore *Enſam* civitatem, calliditate quadā terceperunt. Poſtquàm enim loci deditio- poſtulâſſent, præſidiariis refragantibus con- nes melle,& ſeſamo,ſparſas,propoſuēre,an il- çà illâ,vel hamo,prehendere poſſent. Nec de- ucceſſus. Dùm enim civitatis cuſtodes langui- em ſuam agunt,verbiſque,ac conditionibus, ant, ecce! tibi ruſticani furtim irrepunt,ex- uentque oppidum. *Crumaviæ* quoque *Bohemiæ* do, niſi ſumptus, & annonam, conferret,o- ultima interminari cœpēre.

V.

icani Lintzium obſidentes, ſuper deditione, roceres litteris ſolicitant.

Ebus apud *Lintzium* ſummo cū periculo con- junctis, *Proceres*, intrà civitatem ſeſe tenentes, bus præeminebat facile *Iōrgerus Baro*, autores *Herbersdorfio*, exiret modò civitate,& ſaluti u- uæ conſuleret. Ad quorum interpellationem geſſit ille: An, inquit, ſicubi ruſticanis civita- tradidero, putatis me indemnem, & periculi unem,fore! Illis affirmantibus, & omnem ſe- atē promittentibus, denuò interrogavit: U- verò, ſi ad ultimam uſque neceſſitatem civi- n hanc tuebor, & tunc ruſticanis fortè rerum uris, ſalutis ſecurus eſſe potero? Quibus nihil iſto agone prōmittere poſſe,reſpōdentibus, ſſit *Herbersdorfius*, Ergone, cùm primum pro- atis, de altero condicere vobis animus nō eſt? l autem memineritis, inquit, ſicubi civitas (ꝙ minor) vi expugnanda veniat, jam tùm me de edio cogitâſſe, quæ manus furioſæ multitudi- ludere queam. Iam enim de cœmiterio mihi pectum eſt; Nempè hi, quos cernitis, miniſtri petis mihi ſpiritum excludere, vos verò,quot- t eſtis ejus facti hortatores, ex arce viritim in penſiles transformare, & ſuſpendere debent. um hoc reſponſo malè placatos dimiſit.

Quæ cùm *Herbersdorfii* actiones ad nullam indi- arum benevolentiam ſpectarent, poſtmodùm q; aſperitati huic ſuæ novum cumulum adje- Quòd enim ejuſce civitatis præcipuos quatuor, & quidem ſenatorii ordinis, viros, proditionis ac- cuſatos, è medio tollere juſſiſſet, civium animos eò magis à ſe abalienare viſus eſt. Et jam tùm ruſtica- ni unum velut *Herbersdorfium*, tanquam victimam, piacularem, petebant, illum, ajebant, illum, ſub *Religionis* interdicto, graviſſimè in ſeſe ſæviiſſe, il- lum iniquiſſimas ſeſe vexandi rationes iniiſſe. Illius igitur caput eſſe, ꝙ *Marti* ſuo immolare deſiderent, illum, illum, eſſe, in cujus ſanguine manus tingere, ex talionis lege, diſcupiant. Quib⁹ votis ubi abſen- tem itentidem interficerent, viſum iſtis eſt, ſuper *Lintzii* deditione, civitatis proceres, civesque, re- quirere, ac præeunte, ut ajunt, exceptione prote- ſtatoriâ, codicillis ſic quidem urgere:

Reverendiſſimi, illuſtres, prænobiles, ſpecta- biles, integerrimique viri, apud *Archiducalis Au- ſtriæ* provinciæ metropolim, *Lintzium*, præſentes proceres, dynaſtæ, ſenatores, concives, & ſympa- triotæ, &c. Ad vos omnes, ajunt, & ſingulos dirigi- tur integerrimæ plebanæ multitudinis, ejuſdemq; tribunorum, ac centurionum, oratio, nempè præ- ſentem hanc noſtram expeditionem, nullo modò in *Imperatoris*, atque *Archiducis* noſtri hæreditarii, offenſam, neque ullius ordinis, hominiſque detri- mentum, ſpectare, quicunque ſaltem cauſſam no- ſtram miti, & benigno, reſpicit oculo. Atque hoc eſt, ſuper quo *Deum*, hominumque fidem, obteſta- mur; Ut nullam aliam horum armorum originem, ac materiam, niſi miſeriam, ac calamitatem no- ſtram, allegemus. In iſtam autem ultimam neceſ- ſitatem, (inquimus) nos conjecit *Adamus Herbers- dorfius*, qui ſeſe apud *Cæſaream* arcem *Lintzanam* te- net, ab aliquot annis in nos ſeveriſſima impoten- tiæ lege abuſus. Qui cùm nobis unguis, ut ajunt, in oculis, & ſpina in renibus, fuerit, conceptis verbis à vobis omnibus contendimus, præfatum *Herbers- dorfium* in manus noſtras contradatis, præſidiarios ſub gladiis, & ſarcinulis, dimittatis, civitatemque nobis dedatis. Quæ ut omnia bonâ fide quantò o- ciùs ematurari poſſint, obſides quinquaginta à vo- bis exigimus, totidē è noſtris mutuò daturi. Quod ſi fortè neque *Herbersdorfio*, neque præſidio ejus, potiri liceat, ecce! vobis omnibus, ac ſingulis, unà cum uxoribus, ac parvulis, emigrandi facimus po- teſtatem liberrimam; Ut aut in *Ebersbergam* arcem, aut *VVelſam* civitatem, emigrare integrum ſit, ubi idoneo ſuo præſidio ſecuris eſſe dabitur. Hoc ut, publicâ præconis ſub voce, omnibus ac ſingulis in- trà mœnia faciatis conteſtatiſſimum, cupimus. Sin minùs hæc pia, & fidelis, noſtra commonefa- ctio locum inveniat, tùm quidem, quicunqne ca- ſus, aut ruina, civitatem excipiet, ſanctè obteſta- mur, nos & ſalutis veſtræ fuiſſe cupidos, & calami- tatis, neceſſitatiſque, fortè impendentis, autores haud extitiſſe, ut neque *Cæſari* eapropter rationem reddere, nedum vobis ſatisfacere, teneamur, Vale- te, &, quid animi vobis ſit, quamprimùm reſcribi- te. Dabantur in caſtris *Chriſtianis* apud *Ebelsber- gam, Anno M.DC.XXVI. VII. Cal. Quintil.*

Ejuſdem commatis interminatorias paſſim per provinciam ad *dynaſtas* & *equeſtres*, dimiſerunt, ſub compulſu, venirent in caſtra, atq; arma ſociarent, Niſi dicto forent audientes, ad unum o- mnes igne ac ferro, exſcindendos eſſe.

***

VI.

Ruſticani Lintzium, aſſultibus invadunt, ac terrent, ſed citrà effectum.

CÆterùm, ſuper *Lintzÿ* deditione, ubi fruſtrà eſſent intempeſtivis ſuis exhortatoriis ruſticani, acceptâ repulsâ acriùs fremuerunt. Itaque armis, atq; aſſultibus, civitatis expugnationem tentare cœperunt. Quo nomine multitudinis primipilus, *Stephanus Fadingerus*, manum ſuam maſculè induxit, impreſſionemque ſuſcepit. Sed, deſideratis ſuorum ducentis, ubi, equo ſubtùs cadente, ipſe vulneraretur, pedem retraxit.

Hoc in capita iſtorum impetu recidente, incendiis rem aggreſſi ſunt. Ubi igitur Suburbano potirentur pridie Cal. Quintil. ignibus diſpoſitis civitati malum accerſere laborârunt vel hac è vicinia, ſed nihil actum eſt. Tametſi enim ventus huic facinori ab initiis favere videretur, nihilo-minùs mutato ordine velut in cervices facinoroſorum revolutus ignis bonam partem ædificiorum Suburbanorum abſumpſit, ut deinceps domibus etiam, tanquam receptibus, deſtructis, longiùs à civitate pellerentur.

Eo propoſito denuò dejecti *Freiſtadium*, oppidum in finibus *Bohemiæ* opportuno loco poſitum, meliori ſive fortunâ, ſive dolo interceperunt, in loca ſacra, hominesq; *Catholicos*, fœdis manibus graſſantes, ut etiam *Meggavii Comitis* arcem penè non e-verterent.

Qui cùm fortunæ vultus rideret, circà XII. Cal. Sextil. novis civitatem aſſultibus conterruerunt. Sed iſta audacia rursùs quingentos abripuit. Acceſſit & aliud malũ, *Lòbelius* ſcilicet tribunus, ponte ſuper *Anaſum* impoſito, traduxerat cohortes aliquam multas. Illis de ſubitò ruſticanos invadens, tormentisq; bellicis urgens, deformem edidit ſtragem. Ità ut jam ruſticani duplici infortunio attererentur, ſimulq; obſeſſi intrà *Lintzium* reſpirare viderentur. Sed contrà etiam fortunam, ſic aduerſantem audentiùs ire perrexerunt furioſi. Ut jam totis millenariis in civitatem impetus atrociſſimos molirentur, diemq;, noctemq;, continuarent ſine miſſione. Dum eo conatu, ſive æſtu, civitatem coronâ invadunt, cautũ erat, unuſquiſq; ut faſciculũ lapidibus, ac macerie, contextũ, congereret, eoq; texto foſsã, locaq; vltrà mœnia effoſſa, omnes opplerent, ac ſiccis velut pedibus irruerent. Optimũ ſanè conſilium, niſi militis intrà civitatẽ ſtrenuitate factum fuiſſet irritum. Nam dùm ruſticani nihil ad ultimum furorem, ac conatum, remittunt, neq; præſidiarii languidiùs egerunt, tormentis, bombardiſq; muralibus, omnes obvios latè proſternẽtes. At pagani, ſociorum cædes intuentes, uſq; ad rabiem efferari notati ſunt; Ut non multũ abeſſet, quin foſſas textis iſtis ſuis opplerent, moxq; mœnibus potirentur. Id prævidens *Herbersdorfius*, rem ferè in ultimis eſſe, jubet tædis, ac granatis, ſulphure, pice, & nitrato pulvere, infectis, in ruſticanos animadvertere. Indè homines, lineis ferè carbaſis veſtiti, confeſtim flammas concipere, ardere, ſocioſq; inflammare, notati ſunt. Quæ res ad muſcas, ſive crabrones, abigendos, ingens momentum attulit. Cũ enim cominùs tædis id genus ſulphureis, eminùs verò ex arce machinis bellicis res ageretur, accidit, ut ruſticana colluvies, deſideratis circiter

quingentis ſuorum paribus, longiùs recederet
pugnationemq; per id genus impetus deſpera
Hac alterâ ſpe, ac ratione, civitatis potiu
decollante, viſum eſt ad tertium modum, nimi
famem tranſire, atq; hac neceſſitate deditio
cogere. Pro hoc compendio *Danubio* cathenas i
cientes, mox etiam *Xerxæo* furore fuſtes, & virg
miam, minati ſunt. Mox ex utraq; ripa loricis
munimentis, excitatis, ſingulis millenarium im
fuerunt, qui annonam, è *Bavaria* importandam
terciperent. Nec minùs alios *Danubii* aditus inſe
runt, ut etiam foſſis, tanquam coronâ, univer
civitatem inducerent. Et jam eò ſpectabat ple
norum fiducia, ut, tametſi, pulvere pyrio defe
nihilo-minus novas in mœnia impreſſiones re
querent. Eo nomine qui ad *Lintzium* teneba
miſerunt, qui à ſociis ultrà *Danubium* caſtra hab
tibus, apparatum pulveris pyrii, manumq; ſoc
rum ſelectam, accerſerent. Illi, dicto audientes,
ves numero quinqne parare, apparatuq;, atq;
xiliis, onerare, cœperunt, ut jam opere omnes
mitæ ferverent. Hoc ubi ſpeculator urbis, t
quam novi motus indicium, notaſſet ſibi, mat
Herbersdorfiũ ammonuit. Qui & ipſe ꝑſpectũ ha
novas res agi, delegit ſclopetariorũ trecentos ſe
ctiſſimos arce digredientes, juſſitq;, in hortis
occultarent, uſq; dùm pagani cũ navibus appel
rent, apparatusq; armorũ in ripa arce finitima e
nerarent. Accipiunt iſti hâc archiſtrategi legẽ
ſtientes, perq; tempus hortis, ac dumetis, ſeſe
cultantes, expectatâ opportunitate, navibus ne
pè adverſam ad ripam appulſis, facto globo de
pentè in exſcendentes, navesq; exonerantes, ſæ
ſimos faciunt impetus. Cæſis igitur triginta, &
ptis bis tribus conjuratorum, injectis in naves
plure tædis, atq; ignibus, ne hoſtibus uſui eſſe
omnem armorum apparatum flammis abſump
runt. *Vicarius* è captivis didicit, obſidentes, no
recoquentes aſſultus, à finitimis illis ſociis exora
ſuppetias, armorumq; apparatus; Sed jam votis
auxiliis, defectos, aliter dubio procul ſentire, m
ximè, cum ſpe, unà cum navibus, peſſum eunte,
quidem excidiſſent.

VII.

Ruſticani, inter cætera, Holſatiæ Ducem cum ſ
cædunt.

EX eo tempore nõ nihil ſpiritus ad tempus ſu
miſſerunt tumultuantes. Sed mox furor recr
duit. Ut poſtridie Cal. Sextil, arcem *Stiriam*, unà
Cœnobiis Dominicanorum, & *Capucinorum*, invader
fœdéq; lacerarent, etiam codicillis, documenti
chartaceis, omnibus corruptis.

Pridie Nonas Sextil. denuò cum ruſticanis n
vam in tractationem deſcenſum eſt. Viginti è p
be delecti *Mölikum* venerunt, cum *Cæſaris* Lega
de pace acturi. Interim induciæ intervenerun
quouſq; tranſactũ foret. Sed paulò poſt, *Cæſare*
nis in Religionis Auguſtanæ reſtitutionem haud pr
pendentibus, dividiæ, in pacis locum, denuò ſu
ceſſerunt. Sic tamen tantillum vel armiſtitium C
ſareanorum conatus haud parùm promovit. Ut
ruſticani de hac velut captatione quererentur,
nimoſq; vecordes novis furoribus exaſperaren
Ità redeunte intrà præcordia temeritate, rurſus
Lintzium, & per quinque horas continuatas, ſuſc

peru

ıt impreſſiones. Quòd autem præſidiariorum
te non tàm rejicerentur, quàm bono numero
entur, receptui cecinerunt, ***Herbersdorfio*** non
ò poſt ſuis cum manipulis in iſtos invecto, at-
fataliter ſibi adverſantibus ultionem ; ac
is, exigente.
ujus exemplum malè imitatus ***Adolphus, Holſa-***
x, Cæſari militans. Is enim principio ***Septembris***
rtes aliquam multas per ***Auſtriam*** in perduel-
uxit, ſed infelici eventu. Plebei enim præco-
m habentes, ***Holſatum*** ſecundo ***Danubio*** con-
properare ; locoque idoneo excenſionem
tari, ut cum cæteris ***Cæſareanis*** conjunctâ ope-
cujus gratiâ miſſus eſſet, efficeret, novo ſtra-
nate iſti impoſuerunt. Relictis enim loricis,
niculis, deſuper tectis, fugientibus ſimiles, ſe-
eperunt. Interim, ſummo manè, antequàm
iſſet, ſigno è campanis circiter dato, conflu-
, in ***Holſatios***, nihil minùs exſpectantes, impe-
cerunt acerrimos, præciſâ fere illis pugnandi
ne propè omni. Tametſi enim cohortes eque-
ſuo munere ſtrenuè fungerentur, nihilominùs
râ fuerunt, ruſticanis è cuniculis, ſcrobibibus-
ectis, uſque eò hoſtes excipientibus, ut laxatis
ibus magnam partem cæderent ; plurimos
atos, & palantes, in ***Danubium*** proximum
ipitarent.

VIII.

erus, & Lindlous, tribuni, à ruſticanis pro-
igantur.

cundùm hæc, ***Kübnerus***, & ***Lindlous***, tribuni, a-
d montem, qui *à Sacchari* dulcedine nomen
t, in coniuratos moverunt, parte ipſorum ad
necionem deletâ, parte in fugam coniectâ, ut
monte, eidemque impoſitâ, arce, oppidò po-
tur. Sed hæc vel tantilla victoria à ruſticanis
eve tempuſculum mutuò data videri poterat.
o enim die ubi tribuni educto milite novas
as animis agitarent, numerus, vel globus, ru-
iorum è ſylveſtribus locis prorupit. ***Cæſareanis***
machinis bellicis in iſtos detonantibus, re-
multitudo ſenſim pedem retrahere cœpit,
lùm in locum, inſidiis opportunum, perſe-
tes induxit. Ibi ecce, in cauti, & nihi tale de
ana multitudine vel per ſomnium cogitan-
onvolantibus decem millibus, qui ſaltibus ſe-
ultârant, turmatùm circumveniuntur, cà-
bus, inſtar ſegetis, inter calloſas plebeorum
s plurimis, ut etiam de manubiis, & ſpoliis,
phasetur.

IX.

, aliisq; ſubinde ſucceſſibus aucti ruſticani,
nè non terrori ſunt.

rciter ***Calendas Octobres***, novâ illâ victoriâ ar-
ectis pagani animis ***Caurcinam***, in finibus ***Bo-***
civitatem, tùnc nundinas, ſive mercatus an-
celebrantem, invaſerunt, prætorio, pluribus-
dificiis, direptis. Sed, cùm ***Pragâ*** mitterentur
ia, paulò poſt hæc ruſticana manus pedem re-
, ***Coſtolitium***, ditionis ***Lichtenſteinianæ*** op-
n, interceptura, niſi irritus hic fuiſſet co-
ulò poſt iterùm pugnatum eſt. Ubi enim ***Lö-***
belius, Breunerus, Avensbergius, & ***Schäftenbergus***, copias junxiſſent, acceptis *è Lintzio* quinque inſuper cohortibus, loco opportuno in rebelles moverunt, fortunâque aſpirante oppidò ducentos deleverunt. Quid verò tùm conjurati? Simulátque ***Cæſareani*** exoneratis fiſtulis ſcloporum ab impreſſione ordines laxâſſent ; ecce! magno undiq; cum furore ingruens multitudo ***Cæſareanos*** profligavit. Nitebantur tribuni par pari compenſare. Sed fortuna erat in ruſticanorum partibus ; Ut ſecundâ etiam vice, deſideratis aliquot centuriis, ***Cæſareani*** cæderentur.

His ſucceſſibus tripudiantes plebei copias tribus diſtinctis caſtris partiri cœperunt ; Quarum altera ad *Welſam*, ſuprà ***Lampachium*** altera, & tertia pars propè ***Eſſertingam***, conſedit ; Nihilominùs ***Danubii*** tractu firmis præſidiis antè communito. Spem conceperat ex hac ſegregatione ***Löbelius*** fore, ut cùm univerſæ, & conglobatæ, multitudini par non eſſet, in partes feliciùs experiri poſſet. Neque defuit ſucceſſus. Tàm enim ſecundâ in diviſos fortunâ pugnavit, ut aliquot centuriis rebellium conciſis, multos caperet, parque tormentorum, nuper ***Holſato Duci*** extortum, recuperaret. Secundo hoc prælio provectus ***Löbelius*** fortunâ iſta ſuâ non tantum frui, ſed uti, maluit. Proindè rebelles dejectis profugientes animis, ad ***Gemündam*** uſque perſequi cœpit. Neque multùm deerat, quin ***Löbeliani*** munimentum, à rebellibus in montis ſupercilio excitatũ, eâdẽ operâ expugnarent. Interim, cum altitudo montis obſtaret, quò minùs in tempore ſubſidia illis ſupervenirent, ruſticani, hac opportunitate animadverſâ, reaſſumptis animis in hoſtes retrò moverunt, omneſque eos, qui jam munimentum exuperâſſent, adeòque infrà ad radices montis in ſubſidium tenderent, oppreſſerunt, ut cæteri terga verterent.

Itèrum reſpirantes ruſticani etiam ***Bavaricos*** deinceps enervârunt. ***Herbersdorfius*** quippe præcognitum habens aliquot rebellium globos, armis non optimè inſtructos, in proximo iter facere, cũ mille, & quingentis, ſuorum in iſtos eduxit, victoriam, ut ſpes erat, famoſam relaturus. Sed etiam hac vice fortunam novercantem expertus eſt, ruſticanis cum magna nõ ſine jactura animosè reiicientibus.

X.

Papenheimius, ruſticanorum ſcopulus, tentatis, fruſtrà ab aliis antè tot præliis, tandem rebellantes & ſtratagematibus frangit, & præliis iteratis fundit, fugat, diſſipatq;.

TAnta jam erat, ad ſummum penè evadens, ruſticanorum animoſitas, ac fortitudo (quod mirari poſſit) ut tot præliis feliciter, & maſculè, ordineq; dimicantes, hactenùs ſuperiores eſſent, exercitatiſſimisq; militibus terrorem iniicerent. Ut jam res non ampliùs foret cum ***Alpheſibæis***, atq; imperitis, ſed cum indomitis, armorũ peritiſſimis, ac tantùm non invictis, agricolis. E quibus frequenter fortiſſimos quoslibet milites, & bellatores, emergere, haud fruſtrà à veteribus traditum eſt. Qua de re cùm accenſis furioſi animis longè latéq; per provincias prædominantes, ***Cœnobiis***, & locis adverſæ ***Religionis***, vim magis, magisque, contrucidatis paſſim præſidiariis ***Catholicis***, infer-

rent, neq; hæc rabies deinceps ſub legionibus, ac velitaribus pugnis, compeſci poſſe videretur, integro exercitu opus eſſe *Imperator* ſapientiſſimè judicavit. Conſcripta igitur tàm pedeſtris, quàm equeſtris, militiæ millia ſex, quibus præfectus eſt *Papenheimius*, dux longè fortiſſimus. Hic, attractis cæteris legionibus *Auſtriacis*, cùm vi non omnia effici prudenter cõijceret, ſtratagematibus, & circuitu, fallendos eſſe rebelles, initiò ſibi propoſuit. Ubi igitur, recenſito exercitu, apud *Schardingam* poſt medium *Octobrem*, appuliſſet, centuriam equeſtrium, unà cum octo peditum ſignis, in naves impoſuit, famâ datâ operâ diffusâ, tanquam omnes copias ſecundo *Danubio* ad *Lintzium* producturus eſſet. Interim ipſe cum reliquis copiis *Paſſavium*, ſive *Patavium*, perrexit, non ſecùs ac ſi per noctem illîc ſtativa habiturus eſſet. Sed eâ nocte, magnis itineribus profectus, *Grisbacum*, perrexit, cæterasq; tàm per continentem, quàm aquas, moventes legiones contraxit. Ità interdiu, noctuq;, continuatis itineribus longè anteriores fecit progreſsûs, atq; ruſticani opinari potuiſſent. Ubicunq; enim circà noctem à rebellibus exſpectaretur, jam antè bono manè eam ad metam cum exercitu pervenerat. Itaque, quid ageret, aut quo inſtituto ità pergeret, nõ ſatis plebi cautum erat. Stat igitur ſententia, *Danubii* trajectum, cathenis impeditum, ac revinctum, omnibus tueri viribus. Eò dùm rebelles oculos coniiciunt, ecce! *Papenheimius* per continentem movet liberrimè.

Eo ſtratagemate, in limine expeditionis, hoc tùm conſecutus eſt, ut, conjunctis utrinq; *Cæſareis*, *Bavaricisq;* copiis, *Lintzium*, ovanti ſimilis fauſto omine intraret, magnâque ſolennis lætitiæ teſtificatione ab *Herbersdorfio* exciperetur.

Curatis ibi per triduum corporibus, V. Idus *Novembr.* exercitum produxit, ad *Effertingam* usque, præſidio rebellium communitam, propè accedens. Manè ſequenti *Papenheimius*, aſſumptis legionibus *Bavaricis*, primos ordines à dextra duxit, *Lobelio*, & aliis tribunis, è ſiniſtra, *Cæſareanos* ſuperinducentibus, *Holſatiæ Duce* mille pedeſtribus agmen claudente: *Toræo* verò *Centurione* apparatus tormentarii curam ſuſcipiente. Ruſticani *Effertingâ* robuſto antè præſidio communitâ, inter & oppidum, & hoſtes, medij intervenerunt, ſaltus, naturâ loci valdè opportunos, eo loco interjectos, inſidentes. His è clauſtris, & receptibus, toties, tripudiantium more, hoſtibus inſultarunt. Sed *Papenheimius* die inclinante, cœloque pluvio, rei tormentariæ præfectos ſigno dato juſſit rebellem multitudinem machinarum bellicarum exploſionibus quàm humaniſſimè ſalutare: Quâ illâ è congratulatione non paucis ſpiritum reddentibus, multitudo, in legiones diviſa, tenebrarum inſtar, è ſaltibus emerſit, bonoque ordine, & magnis auſis, in dextrum cornu, ipſumque *Papenheimium*, promovit. Nec mora, in turmas equeſtres, à principiis conſiſtentes, magnâ audaciâ itum eſt. Quas cum *Curtenbachius Chiliarcha* partes teneret, acerrimè hic pugnans bonam partem cõjuratorũ cæcidit. Factis his à dextra pugnæ initiis, ecce! è læva non minùs alij rebellium globiè ſaltibus irruunt, tàm pedeſtres, quàm equeſtres, tanquam *Cæſareanos* intercipere animus eſſet. Et ſic, ex hac quoque parte, incredibili animoſitate invecti, *Lobelii* legiones adoriri cœperunt. At hujus quoq;

equeſtres ità maſculè ruſticanis reſponderu
congreſſu facto non multò poſt rebelles uſc
civitatem profligarentur, fugarenturque. (
ſaltus confugerant, à ſclopetariis perfoſſi, qu
bores conſcenderant, globulis petiti, deje
ſunt.

Pugnabat adhucdùm altera rebellium a
dextrum *Papenheimii* cornu. Cujus equeſtre
modocunq; animoſiſſimè dimicarent, vix t
acerrimis ruſticanorum inſultibus diutiùs re
poſſe videbantur. Eò uſque enim furor ruſti
penetrârat, ut jàm penè rei tormentariæ inte
endæ inhærerent. Et ſine dubio potiri hac pr
ſtis integrum fuiſſet, niſi *Butbergius, Papenheim*
nellus locum tenens, duo pedeſtrium ſigna ſtren
ieciſſet: Quem mox alia, aliaque, immiſſa ſu
ſublevârunt. Nec dùm omnia facta erant; Se
tuna adhûc velut deliberare videbatur. *Pap*
mius proindè prævisâ ſuorum neceſſitate, &
lium indomitâ rabie, ubi *Curtenbachium Ch*
cham graviter vulneratum juxtà intueretur, ſe
ipſum inter primos ordines ruſticanis forti
pectore illo obiecit, inculcatâque ſuis milita
tute, eò uſque recens legiones animavit, ut, p
quàm pugna anceps per bihorium integrum
tinuâſſet, tandem ruſticani, ordinibus laxat
confuſis, in effuſam coniicerentur fugam, n
ad *Danubii* receptus illos, multis *Effertingam*,
cauſsâ, ſeſe reicpientibus, & dilapſis. Nocte i
veniente copiæ tàm *Cæſareæ*, quàm *Bavarica*,
ſaltus antedictos pernoctârunt. E rebellibu
capitum millia deſiderata: paucis ex adverſa
occubuêre. Quanta fuerit ruſticanorum au
& temeritas, in pugna, dici vix poteſt. Ut vel
tuor, vel quinq;, paria integram cohortem in
rent, multisq; tàm viris, quàm equis, vulnerat
offenſos pedes referrent. Sed veneficio ple
corpora indurâſſe perhibebantur; Ut nullis
telis, aut glandibus, eſſent penetrabilia. Sic,
ductori rebellium glans tormentaria etia
præcordia feciſſet impetum, abſque damn
ſiliiſſe viſa eſt. Nihilominùs veneficii efficaciâ
lò poſt exſpirante, idem *à Curtenbachio* chilia
glande perfoſſus indignantem animam efflavi

Nocte plenâ cives *Effertingæ* claves civitati
penheimio obtulerunt, nunciantes, rebelles &
fugiſſe, & civitatem præſidio nudâſſe, torm
inibi relictis numero quinque. Hoc modo
mo manè. *XII. Cal. Decembr.* *Papenheimius* oppi
intravit, impoſitoque ſub *Holſatiæ Duce* præ
firmiſſimo, eodem adhuc die cum exercitu
movit, ruſticanos à *Gemûndæ* obſidione diſie
rus. Nec defuit propoſito efficacia. Poſteaq
enim in eos tormenta, aciemque obvertiſſet,
ad tempus reſiſtentes, nocte intempeſtâ ſta
nes reliquerunt, ſummoque ſilentio profec
lia octo ſociorum millia ſibi conjunxerunt. I
rim, *Cæſareanis* à tergo urgentibus, pariter ſaltus
cupant, ac ſeſe præmuniũt. *Lobelius è Cæſareanis* d
trum cornu, & primos ordines, ducebat, *Papen*
mio lævum cornu poſt agente, ità ut à mille paſſi
alterum alter inſequeretur. Pugnam igitur no
inſtare prævidentes coniurati; primum *Pſal*
Deo ſupplicârunt, mox concionatore *ſtudioſo*, &
acerrimè ad fortitudinem ſtimulante, in ora
nem, & preces, deſcenderunt. Hoc præeunte ſa

ad

ius poſtquam ventum eſt, ecce! utrinque
nimosâ incurſione ruſticani ità quidem in
anos irruerunt, ut indomito, atque effreni,
rore tàm equeſtres, quàm pedeſtres ordines
nperent, *Lobelio*, aliisque chiliarchis, quan-
s acriter obnitentibus, tandem etiam ean-
um ſuis in fugam conjectis. Neque ſic, victo-
bei acquieverunt; Ut porrò profugientes
,uſque ad civitatis introitus, vindictæ cupi-
,perſequerentur.

ſtabat cum *Bavaricis Papenheimius*. In hunc
ruſticani victores ſumma cum violentia pa-
ngruentes, longe à ſuis (prout de *Catilina* au-
perhibet *Salluſtius*) inter ipſos *Bavaros* miſti
cerrimè gladiis, manuque, gerebant; Ut ipſe
heimius dubitare occiperet, an ſui diutius con-
poſſent, præſertim cùm jam tùm pluribus,
ducentis, paſſibus loco ceſſiſſent. Igitur no-
bi ſuorum ultimâ neceſſitate, tribus ſclope-
um centuriis, in inſidiis proximè, & retrò
s, poſitis, uti opus habuit. Quibus ex inſidiis
ticanos ſtrenuè atque opportunè, experiun-
,id effectum eſt, ut, multis exin occumbenti-
multitudo furioſa eòusque cohiberetur, do-
empeſtivè ex vicina valle duas cataphracto-
urmas in terga hoſtium ſuperinduceret, gra-
èq; iſtos utrinq; urgeret. Ita jam cincti erant
es. *Papenheimius* ergò, ſpe præſentis victoriæ
s, identidem novos, atque novos, manipulos
it, *Torraumq;* valida cum manu ex altera antè
defectis, & fugientibus, ſubmiſit, omninoq;
omnibus è locis pugnam reſtaurare cœpit, in
bverſando, laborantibus ſuccurrendo, inte-
pro ſauciis accerſendo, omnia diligenter pro-
ndo, multùm ipſe pugnando, ſæpè hoſtem fe-
o. Ut & optimi Imperatoris, & fortiſſimi mi-
nunus ſimul ex ſequeretur. Qua denuò per
s quatuor integras prælio perſeverante, ceci-
t ruſticanis ſpiritus; Ut diutiùs huic oneri, his
nis perferendis, minimè pares, fugâ dilabe-
r.

ter hæc, pars conjuratorum ſuper *Cæſarianis*, &
o, antè profligatis, velut ovans incedebat, ſpo-
rapinas, exindè relatas præ ſe ferens, & jacti-
In hos *Papenheimius* legiones *Hiſpanicas*, tria-
m in modum, omnem in eventum reſervatas,
iſit, iisdemque, rem fortiter exequentibus, et-
ictores iſtos confecit, eademque operâ tor-
a, atque apparatus bellicos, modò de *Cæſarea*-
elatos, extorſit. Nihilominùs, etiam receptui
ntes ruſticani, ſic quidem fugere viſi ſunt, ut
minùs aliquoties obnitentes vel media ſub fu-
anus denuò conſererent, indomitamque pu-
di libidinationem, non abſque multorum ad-
tione, præ ſeſe ferrent. Qua de re mirè pru-
, & circumſpectus, *Papenheimius*, ſub tota hac
ditione, ſubſidia idoneis locis tanquam in in-
s collocavit, ut naſcente quavis occaſione illis
etur. Inprimis verò, ne exercitus vires multis
excurſibus diſtraherentur, datâ operâ cavit,
nque *Cæſariani* propalàm fugerent, ad ſuos in-
i calliditate edixit, ſtudio ità facere ſocios,
pè ut ruſticanos poſt montem profligatos in-
erentur, & delerent. Quo loco, cùm ſylveſtria
n oculorum in dubium vocarent, facilius id à
nibus creditum eſt.

Denuò ruſticanorum tria perierunt millia. Cæteri globi per montes, convalles, ſaltusque, dilapſi. Neque eo pacto, tametſi attriti, & victi, debellati etiam tum erant rebellantes. Adhûc bis *Papenheimio* cum iſtis acie dimicatum eſt. Adhûc binis porrò cladibus iſti devicti, fracti, enervati. Quarum pugna altera apud *Vôcklabrugum*, altera ad *VVolfzeccam*, commiſſa eſt, duobus rebellium ductoribus ſimul pereuntibus, tormentisque relatis numero ſeptem. Atque hæc poſtrema clades ultimâ Novembris ſuperveniens ad incitas, quod ajunt, ipſumque reſtim, rebellantes adegit. Ut terrore, & ſcelerum conſcientiâ, intùs flagellantibus, autores ſeditionis procul, metu pœnæ, ſeſe ſubducerent, cæteri ordines relinquerent, domumque reconfugerent. Usq; eò enituit ſumma *Papenheimii* virtus, ut, intrà menſis unius, & ſemiſſis ſpatium, ille *ſervile* illud, & magni periculi, *bellum* conficeret, *Cæſariq;* autoritatem, ac *Bavaro Electori* provinciam, conſervaret. Quod igitur de *Pompeio* olim *Magno*, victore illo ingente, prodidit *Petronius*, illum & *Ponti* tremorem, & *Hydaſpis* terrorem, & *Pyratarum ſcopulum* fuiſſe. Idem de ingentis animi, & fortitudinis, *Papenheimio* rectè atque ordine hoc loco dixerimus, illum nempe fuiſſe tremorem *Danubii*, terrorem *rebellantium*, & conjuratorum *ruſticanorum ſcopulum*. In uno enim *Papenheimio*, cùm *Syrtes* impetuoſas, ipſamque *Scyllam*, ac *Charybdim*, impunè prætervecti eſſent rebellantes ruſticani, in unum hunc inquam illum iſtum, tanquam confragoſum *ſcopulum*, impegerunt, ratibusque prorsùs colliſis, ac fractis, præſentiſſimum fecerunt rerum, & victoriarum, ſuarum naufragium. Atque ſic pacatâ, ſub initia *Decembris*, *Auſtriæ* provinciâ, *Papenheimius* copias in hyberna dimiſit, omni induſtria proſpiciens, ne denuò, coaguli inſtar, ruſticanorum globi coire, nedum conſpirare, poſſent. Qui, dùm ægerrimè hunc furorem ejurarent, & non ſemel res novas poſtliminiò agitare viderentur, illicò pœnas dederunt, & ſeveris ſub legibus repreſſi ſunt, *Danubii* trajectu, tractuq;, in libertatem priſtinam recompoſito, munimentisque, ac loricis, ordine omnibus complanatis. Indè, de ſeditionis autoribus, in vincula redactis, apud *Linziū* ſupplicia ſumpta ſunt. Pars ſecuri percuſſi, pars in furcam acti, nonnulli rotâ membris, ſive artubus antè contuſis, ac perfractis omnibus, ſpiritum infami cum gemitu projecerunt. Ad civitates inſuper, atque oppida, pœnæ commigravit commercium. Quæcunq; enim ultrò, ac lubentes, admiſiſſent rebellantium globos, eæ, ſub amiſſione privilegiorum, hanc proterviam luerunt. Ut ſic modò non plebs rebellans, ſed oppida iis fortè faventia, ſeverè coërcerentur.

Externa.

I.

Super rebus Vallis Tellinæ, & Rhetiorum Vrbanus, Pont. Max. in partes Hiſpanorum inclinat.

A Bello ruſticanæ per *Auſtriam*, & conjuratæ multidinis tralatitio, ad motus per *Vallem*

Tellinenſem, & *Rhetiam*, à tot annis continuantes, deflectimus. Quibus in locis ubi ſuperioribus hactenus annis *Rex Galliarũ* victricia protuliſſet lilia, *Vrbanus Pont. Max.* videbatur hos *Gallicanorum* ſucceſſus transverſis intueri oculis, magisq; *Hiſpanorum* in partes animis propendere. Ubi igitur appareret, quàm facilè id genus procellæ, & tempeſtates bellicæ, trans *Alpes* finitimam in *Italiam* exundare poſſent, præſertim *Italiæ Principibus* in res novas inclinantibus, *Pontifex*, rerum ſuarum ſatagens, arcem illam *Romanam*, quam olim *Hadriani molem* vocabant, hodieq; *Caſtrum Angelorum* appellitant, majori curâ communiri, at confirmari, fecit. Et jam *Barberinus Cardinalis*, nuper in *Gallias* miſſus, cùm nihil eorum *à Rege*, quorum gratiâ advenerat, impetrâſſet, redierat. Qua de re *Hiſpanis* apud *Mediolanum* instructos exercitus, excitis è regno *Neapolitano* pecuniis, parantibus, *Pontifex* omnibus per *Inſubriam Epiſcopis*, *Clericisq;*, mandabat, redituum ſuorum decimas quantò ociùs in copias *Hiſpanicas* conferrent.

II.

Rex Chriſtianiſſimus, & Reſp. Veneta, Hiſpanis obnituntur.

EX adverſo laborabat, unà cum *Venetis*, *Rex Chriſtianiſſimus.* Hic enim perſpectum habens, *Pontificem* id agere, ut *Vallem Tellinenſem*, quam quidem nuper, tanquam arbiter honorarius, ſequeſtri in morem, obtinuerat, ſub poteſtatem reduceret, eâdemque operâ *VVormatiæ*, & *Clavennæ*, præcipuis illis per *Tellinenſes* dynaſtiis, jurisdictionem, & poteſtatem ſecularem, abrogaret, ingentes eò copias, non minoribus cum impenſis, temporiùs amandavit, hanc ut poſſeſſionem ſuam ibidem tueretur. Paria faciebant *Veneti.* Ubi enim per *Inſubres* armorum gliſcerent præparatoria, etiam hi limitibus proſpiciebant ſuis ſub interdicto publicato, ne quicquam annonæ, ac commeatuum extrà provincias ferretur. Qui cùm copiis haud exiguis indigerent, propoſitâ proſcriptis, ſive banni fulmine percuſſis, atque exulibus, indemnitate, brevi intervallo ità legiones auxerunt, ut inſtructum educere ſufficerent exercitum.

III.

De Conventu apud Solothurium, itemque Pontificis, & Hiſpanorum, conjunctionibus.

NE autem, antequam bellum exarderet, conſiliis, ac tractatibus, nihil tentaretur, in limine hujus *Anni M. DC. XXVI. apud Solothurium* in *Helvetiis* celebrari cœpit conventus. *Baſſampierius Mareſchallus*, legatus *Gallicanus*, hæc in verba ediſſerebat, operæ pretium eſſe conteſtatus, *Helvetii* tractationis illius *Madrittenſis* executionem ut efficerent, ſimulátque iis, qui obniterentur, obviàm irent. Et hoc ipſum erat quod *Rhetis* inprimis rideri, & complacere, poterat.

Ex adverſo *Nuncius Pontificius* hoc urgebat, *Helvetii* hanc in rem nihil compromitterent, uſ-
que dùm *Vallis Tellina* ſub manus *Pontifici*
rediiſſet. Verùm in hoc concordantes
audire *Helvetios*, opus, atque utile, eſſe
Tellina, unà cum corollariis cæteris, ut qua
mùm *Rhetis*, tanquam legitimis dominis, re
retur. Interim illud adijciebant *Catholici*, v
ne alterius *Religionis*, præter modernam *Ron*
uſus, atque exercitium, inibi locum haberet
nomine pacta, antehâc cum *Nuncio Pontifi*
ta, obſervanda eſſe. Quæ ne latere *Pon*
poſſent, curſorem ilicet *Romam* dimiſerunt
ſuper ejusce conventus tractatibus tam *Vr*
Pont. quàm *Barberinum Cardinalem*, erudir
cemque inculcaret.

Ad hæc reſpondit *Pontifex*, mirari ſeſe,
ens, inter cætera, tantam eſſe *Catholicorum*
nenſium ſocordiam, ut ſub hæreticam *Rh*
tyrannidem poſtliminiò reverti cupiant,
locorum *Romanæ Eccleſiæ* vexilla violari acc
hancque illius belli intrà *Alpes*, citrà ulla
gitimam cauſſam ſuſceptam, dubio procu
taliæ perniciem deſpumare. Interim, cù
iam ſancti codices, præeunte vel *Ieremia*, De
ni, vaticinio, jubeant gladium ſtringere, ſi
que, ad exemplùm *D. Petri*, manus cohibe
poſſe. Collegerat enim jam tùm *Pontific. Ma*
pedeſtrium legiones, unà cum tribus eque
cohortium paribus, quibus, ultra ſex hom
millia excurrentibus, præfecit, *Torquatum Con*
Ducem Guadaviolæ, nobilem *Romanum*. Hi
mo vere conjunctis cum *Inſubribus* copiis *Al*
tebat.

Interim *è Riva* quoque *Pappenheimius*,
ptis mille pedeſtribus, & aliquot eque
alis, per vias invias ad *Nizzæ* munimentur
netravit. Quo per vim expugnato, duc
confœderatorum cæcidit, captis octingentis
naque munimento ſolo æquato. Petituru
Clavennam, niſi confœderatorum manus eun
gnis conatibus rejeciſſet.

Et jam *Dux de Feria*, *Inſubrium* gubernato
pud Mediolanum, recenſuerat exercitum
trà octo legiones diviſum. Qui, cum pecuni
fectis nuper ad res novas inclinâſſet, jam in
cura, atque impensâ, demulcebatur. Ec
tempore ſevero ſub interdicto cavebatur, ne
è provinciis *Hiſpanicis* externo obligaretur ſti
dio, nedùm quicquam cum hoſtibus faceret c
mercii. Pari lege, ne quid annonæ, ac comme
um, in loca externa deportaretur, ſancitum eſt
demnitate etiam omnibus illis permiſsâ, qui
que extrà militantes intrà menſem ſeſe ſiſter
ac nomina ſua profiterentur.

IV.

Articuli pacis, inter Hiſpaniæ, & Galliæ, Re proponuntur.

HOs inter armorum utrinque apparatus, c
non minùs *Rex Galliarum*, *Veneti*, & *Sa*
dus, copias numeroſas conſcribunt, quàm ipſi
tificii, & *Hiſpani*: nihilominùs ſuper pacis com
ſitione cõſultabatur. Et quanquam *Regi* utriq;
Chriſtianiſſimo, quàm *Catholico*, ſuper articulis c
veniret, interim regii miniſtri, novarum id
ti

itium cathenas ducentes, nunc ſuper *Regum*
ativa, nunc de munimentis complanandis,
: militis utrinq; numero in *Tellinenſes* edu-
nunc denique ſuper miſſione militis, & quis
prior exautorationem facere deberet di-
unt. Accedebat, *Rhetos* non ſatis crede-
tranſactionibus; ut legiones ſuas reti-
uàm dimittere, mallent. *Genuates* quo-
uorſum hæc tempeſtas detonaret, dubij,
, civitatemque ſuam, munimentis, & id
rovifionibus, confirmabant. Nihilomi-
cis reductio identidem refricabatur, in
conſecutionem ſequentes proponebantur
iones: Fortalitia nempè *Pont. Max.* contra-
ur; & tantiſper ſub ejus eſſent tutela, uſque
eligioni Catholicæ cautum foret; Deinceps
erentur. *Tellinenſibus* fas, juſque eſſet eli-
ſuos gubernatores, certò ſub ſpatio *à Rhe-*
firmandos. *Rhetis* quotannis tributa pen-
ur. Aditus locorum utrique *Regum* pate-
beri. In has concluſiones niſi *Rheti* pedibus
privilegiorum facerent jacturam omnium,
nſes verò ſi obluctentur, in pœnam, illis ir-
dam, fortalitia minimè deſtruerentur.
ùm hi illi iſti canones *Rhetis* minimè ride-
conjecturam facientibus, hoc pacto juris-
nem ſuam priſtinam vehementer labefa-
ut parva ſibi juris ejuſce portiuncula ſuper-
ideri queat. Itaque conceptiſſimis verbis
arum Rege contendebant, ne, ſuâ cauſsâ poſt-
â, quicquam deinceps decideretur. Pro-
ic denuò, in cauſſa *Tellinenſium*, *& Genua-*
à Regibus Chriſtianiſſimo, *& Catholico*, in
ſcriptas conditiones deſcendi cœpit; Ni-
n *Vallis Tellina*, itemque *Wormatiæ*, *& Cla-*
, dynaſtiæ, in eo reponerentur ſtatu, quô
Anno M. DC. XVII. fuiſſent. *Catholica Reli-*
mana per Tellinenſes, eorundemque *Comita-*
perpetuaretur. *Iudices* eſſent *Tellinenſium*,
unque *Rheti* confirmâſſent. Iſti liberrimam
erent juriſdictionem, abſque eo, ut *Rheti*
uam enovare poſſint. Ut magis ſub jura-
o cavere *Rheti* debeant, ſeſe his pactis
contraventuros. Si quæ *Reſpublica*, aut
ps, præſentibus articulis vim faciat, in
ex uterque animadverteret: Simulque u-
ue omnia per hoc bellum emergentia faſti-
ltâ nocte premerentur. *Rhetis* quotannis
s deponerentur cenſus, pro eo, quòd *Iudices*
ut dictum, nominant, & confirmant. In-
de ſumma *Rhetis*, *& Tellinenſibus*, conveni-
Niſi verò concordare queant, ambo *Reges* ex
& bono *Rhetis* ſatisfacerent. De *Catholica*
one ità eſſet; Ut, ſi fortè *Rheti* quicquam
ſſent, *Nuncius Apoſtolicus*, eo locorum ſedem
ituens, ne quid detrimenti ſuperveniat,
et, *Pontifici* inprimis jus ſuum conſerva-
Huic ſi auxiliis opus ſit, ambo *Reges* cauſſam
armis protegerent, ambo *Rhetis*, fortè in-
ntibus, reſiſterent. Si accidat, *Tellinenſes*,
natios, ac *Clavennates*, quippiam adverſùs
conventa, ac pacta, moliri, eos prædicti *Re-*
ordinem redigerent. Si minùs tùm acquie-
, privilegiis, ſub hac pacificatione partis,
rentur. Antè omnia *Pont. Max.* quæcun-
per *Tellinenſes*, geminoſque illos *Comitatus*,

fortalitia, hactenùs, belli hujus tempore, ſive à confœderatis, ſive ab *Hiſpaniarum Rege*, occupata, cederentur. Ambo denique *Reges* militem tàm è *Tellina Valle*, quàm dictis illis *Comitatibus*, deducerent. Neque *Rhetis* in limitibus numeroſiores, atque antehâc, copias alere integrum eſſet. Ità intra *Tellinenſes* nullas pariter cohortes foverent. Par ratio eſſet cum finibus *Ducatus Mediolanenſis*.

De diſſidiis inter *Sabaudum*, *& Genuates*, ità tranſigeretur, ut primùm menſium quatuor induciæ conſtituantur. Durante hoc armiſtitio utrinque eligerentur arbitri, qui intra conſtitutos hos menſes litem decidant. Sicubi *Regum* legatis, per *Hiſpanias*, *Galliaſque*, ſeſe tenentibus, ſuper navibus, apud *Maſſiliam* ac *Caletum*, interceptis, priùs conveniſſet, tùm bonis, utrumque per regnum arreſto, detentis, daretur miſſio. Atque hæ demùm conditiones, recèns pactæ, abolitis cæteris, accuratè obſervarentur. De *Religione* verò ſi quis emergat ſcrupulus, ille *à Regibus* ad *Pontificem* reijceretur.

V.

Neq; Venetis, neq; Rhetis, prædicti compoſitionis canones probantur.

R*Hetis* ergò tametſi in præſentes articulos compromittere repugnantibus, nihilominùs *Rex Chriſtianiſſimus*, res ut in effectum duceretur, *Carolum de Albaſpina*, *Marchionem Caſtelli novi*, *Venetias dimiſit*. *Veneti* autem, inſpectis articulis, regeſſerunt, ſeſe quidem pactis illis ſtare, aut obligari, haud poſſe. Eſſe enim multa ſub illis cum præjudicio conjuncta, ut de ſucceſſu optato valdè dubitent. Nihilominùs ſeſe *Regis* amicitiâ uſuros, promiſerunt. Legatus, ſe fruſtrà eſſe, intelligens, tantùm inſtare cœpit, vellet *Reſpublica* ſaltem *Rhetis*, aut aliis, contra executionem ituris, auxilia negare.

Poſtea, æſtate in autumnum inclinante, intrà *Rhetiam* conventus apud *Peſchlaviam* aperiri cœpit. Ibi *Gallicanus* Legatus, articulos ambobus *à Regibus* decretos approbarent, inſtitit. Sed huic *Rheti* codicillos obtulerunt, quibus tam jus ſuum, quo hactenùs in *Tellinenſes*, itemque *Wormatios*, ac *Clavennates*, uſi eſſent, quàm *Hiſpanorum*, & *Tellinenſium*, machinationes, actuſque tyrannicos, à tempore motuum civilium exercitos, remonſtrare conabantur. Iiſdem præjudicia, quibus non tam *Rheti*, quàm *Rex Chriſtianiſſ.* ipſe, atque *confœderati*, onerarentur, enumerare, parique operâ contenta præcipua refutare, cœperunt. Eadem erat *Cantonum*, ſive populi, ſententia, in præfatos nempè articulos ſe pedibus ire poſſe, repugnantis, ut juſtam moderationem urgere neceſſe habeant. Interim aliud, & diverſum, ſedebat *Tellinenſibus*. Ut tranſactionem illam, ſecundùm omnes clauſulas, unà cum *Wormatienſibus*, & *Clavennatibus*, lubentes admitterent.

Hæc ubi utrinque haud frigidis altercationibus diſceptarentur, proceſſit in medium exercitus *Gallicani* ductor, *Coureus Marchio*, litemque iſtam ſequenti limitatione vel dirimere, vel ſuſpendere, præſumpſit. Nempe, inquit, poſtquàm *Vallis Tellina* ſub *Pont. Max.* arbitrium redijſſet, milesque utrinq;

ſoret deductus; *Vicarius* quidam, nomine *Regis Chriſtianus*, per ſex menſes integros apud *Tellinenſes* ſeſe teneret, juxtaque juriſdictionem ſecularem, ſub præſenti rerum facie, exerceret. Hæc eò militarent, quò ſumma tributi, *Rhetis* ex pacto debita, interim nominari poſſit. Atque hæc ratio *Tellinenſibus* minùs diſplicebat. Verùm enim verùm, qui tunc in locum *Ducis de Feria* ſucceſſerat, *Conſalvus Ferdinandus Corduba*, omninò hoc negabat, tantùmque, quò miles deduceretur, effectum urgebat. Undè multis hoc ità comparatum eſſe videbatur, tanquam ab *Hiſpanis* eò ſpectaretur de induſtria, quò, milite confœderatorum dimiſſo, nihilominùs tributi definitio relinqueretur in dubio, noviterque *Rheti* inter ſeſe colliderentur. Sed myſterium hoc ſubodoratus *Rex Galliarum*, præcepit ſuis, caverent è *Tellinenſibus* quà quà emigrare, niſi rebus, ad tributum ſpectantibus, antè tranſactis. Mordebat hoc inſtitutum *Cordubam*, tantùm non ungues, ut ajunt, dentibus prærodentem, & priſtina odia nimis recoquentem. Itaque neque minis temperabat, ut etiam apud *Montaniolam*, atque *Archettam*, turres, novi belli materiam, extrueret. Haud ſegniùs altera ex parte *Gallicanis* laborabatur. Ut, propè *Tyranum* reparatis munimentis, *Hiſpanis*, ſi quicquam conarentur, occurrerent.

Inter hæc, *Rheti*, prævidentes, parùm, vel nihil, quà pactos recèns articulos, ſeſe obtenturos, paulò mitiùs ſentire occipiebant, exponebantque *Gallicanis*, modò cætera omnia priſtino in ſtatu reponerentur, ſeſe admiſſuros excluſionem exercitii *Confeſſionis Proteſtantium*, hac tamen ſub lege, ut nihilominùs *Proteſtantes*, *Tellinenſibus* cohabitare, liberisq; bonorum ſuorum poſſeſſionibus uti frui, queant.

Ea de re altera apud *Solothurium*, ſub *Novembris* finem, aperiebatur diæta. In ea igitur, quid animi *Rhetis* eſſet, *Gallicanus* legatus declarabat; Simulque, ut *Tellinenſium* jurisdictio eiſdem cederetur, monebat. Hanc in ſententiam ultrò *Helvetii Catholici* propendebant. Cæteri verò, præviâ juris ſui reſervatione, hoc urgebant, nimirùm tranſactio *Madrittenſis* ſarta, tectaque, maneret, &, ſecundùm omnes clauſulas, efficeretur. Sic fluctuantibus utrinque ſententiis nihil certi determinari poterat. Ne autem porrò res omnis in ancipiti relinqueretur, ecce! *Pariſiis*, inter utriusq; *Regis* deputatos iſta quoq; decidebatur cõtroverſia. Eoque tandem res redibat, ut facto decreto *Tellinenſes* juberẽtur quotannis, tanquam pro cenſu tributario, nummerare viginti quinque coronatorum millia. Hic cenſus, poſt fortalitiorum deſtructionem, computaretur, abindè in rationes referendus. Acquievit tùm denique *Corduba*, pace utcunque tranſactâ & refloreſcente, quanquam nihilominùs *Rheti* recalcitrarent, & apud *Galliarum Regem* tranſactionis illius *Madrittenſis*, impletionem urgerent improbè.

* * *

CAP. II.

De novis, Bethleni o…
râ, per Ungariam n…
tuum recidivis.

I.

Bethlenus ad ſecunda vota tranſit.

Suprà, *Bethlenum* illuſtriſſimam …
pham *Brandeburgicam* ambiviſſe, …
que rei cauſsâ *Ferdinandi II. Imp.* li…
commendatitiis uſum eſſe, vid…
Voto igitur potitus, legatorum …
cionem *Berlinum* emiſit, qui ſponſam uſq…
ſeptem montes ſolenniter evocarent. Illis *Sign*…
dus Marchio, magnâ ſtipante catervâ, obviam …
ceſſit, ac, nomine *Electoris*, conſalutatos, in a…
deduxit. Solennibus igitur cum ceremoniis …
ſtriſſ. nympha abſenti *Bethleno* dicta, deſponſ…
eſt; Omnis generis feſtivæ lætitiæ generibus i…
venientibus. Abindè cum legatis *Caſchaviam* …
movit; Ubi demùm *Bethlenus* vera ſponſalia, i…
nuptias celebravit. Invitaverat ad hunc h…
næum cæteros inter *Principes*, etiam *Ferdina*…
II. Imp. Miſſus ergò eſt *Viennâ* regni *Vngariæ Ca*…
larius, *Epiſcopus* apud *VVeitzenam*, unà cum dyn…
rum, & equeſtrium, manu, qui nomine *Impera*…
nuptialia munera diverſa, torquibus, armill…
crateribus, coruſcantia, obtulit.

II.

Bethlenus, denuò res novas agens, denu…
ciſcitur.

Hactenùs *Bethlenus* ſub amicitiæ nomine …
liùs egiſſe videbatur cum *Cæſare*, uſque …
Catharinam Brandeburgicam thoro ſuo ſociâſſet, …
hilominùs, tanquam aliud agens, copiis con…
hendis dabat operam. Ut etiam *Ioanni Erneſto* …
narienſi, nomine *Daniæ Regis*, *Sileſios* perturbant…
iam *Mansfeldio*, in *Vngariam* uſque penetranti, …
jungeret legiones. Illis omnibus accedebat nov…
cum *Turcis*, paſſim tumultuantibus, veſtigia contul…
nium. Barbaris enim, jam tùm *Novigradam obſide*…
bus, arma ſociabat. Interim *Fridlando* inſtructo …
valido, cum exercitu superveniente, & per *Vi*…
riam fulminante, ſpiritus ſubmittere cœpit. …
præter pugnas aliquot velitares nihil relatu …
gnum gereretur.

Inter hæc, ſe *Cæſareanis* imparem eſſe prævide…
dùm identidem res novas agit, identidem ad tra…
actionem relabitur. Proindè apud *Poſſonium* nov…
intervenit armiſtitium, uſque ad ver primum in…
quentis *Anni M. DC. XXVII.* pactum, atque ext…
ctum, indulto *Turcis* ad ſuos regreſſu liberrim…
Ubi in hyberna ventum eſſet, tùm demùm n…
toties iteratæ pacificationis articuli à *Cæſareanis* …
g…

Bethlenicis oblati ſunt,& quidem eiuſce teno-
Nempè *Bethlenus Chriſtianâ* fide promitteret,
que aduerſus *Cæſarem*,nedùm *Archiducalem* fa-
m, quicquam hoſtile tentaturum, multò
s hoſtibus *Cæſaris* acceſſurum,aut *Turcos*, *Tar-*
ue, ſuperinductu rum. Ut potiùs machina-
bus, ac conſiliis occultis, ſeſe abſtinere, inſi-
ue hinc indè fabricatas aperire, debeat. Ità-
nis cum copiis è *Cæſaris* finibus quantò ociùs
, *Mansfeldium* à ſe reiiceret, ciuitates, & ſo-
es, per *Vngariam* anteà ſibi permiſſas, in ver-
ſarus adigi pateretur. Ad ſummam, fidem o-
m *Cæſari* tàm manu, quàm ſigillo, confirma-
que ampliùs haud offendendo legitimè ca-
Hoc pacto omnia à *Bethleno*, & *Turcis*, ab
M.DC.XIX. occupata, reſtituerentur, capti-
nque, maximè à *Turcis*,abſque lytro, dimit-
ur,& ſi quid denique offenſionis emergat,id
ſub amicis legatorum inſpectionibus ſtran-
tur,ac periret. Et ſic quoque iniuriæ utrin-
nnes obliterarentur, ità tamen, ut iuſtitiæ
non impediatur. Interim exleges, horum-
ctorum exules, eſſent, quicunque electiuè,
actè, aduersùs *Imperatorem* in arma proſilu-
Cæteri tranſactionis articuli, tàm apud *Ni-*
lim, quàm *Viennam*, ante peracti, unà cum
ti tectique manerent, bonis, ac poſſeſſio-
fidelium ſubditorum, nuper fiſco aſſcriptis,
timos dominos redeuntibus.

III.

ci, Vngariam depopulantes, reiiciuntur.

Nequàm de armiſtitio cōuentum eſſet, Præ-
ctus apud *Budam Turcicus*, (barbari *Baſſam*
t) aſſumptâ octo millium manu, de nocte
tus, ad *VVerebellam* populationibus rem e-
gis direptis, atque incenſis,ſubditis in iura-
verba adactis, multiſque tàm hominibus,
imentis, in vincula, & ſeruitutē, abreptis.
VVerebellæ tribunus eduxit, utque è finibus
ire cogeretur, effecit. *Turcus* interim,aſſum-
achinis bellicis, *Caſtrum Temesvarianum*, a-
anum, quod reſiſtendo par non eſſet, dedi-
cepit; præſidiariis ſub ſarcinulis dimiſſis.
ùm *Nouigradum* fortalitium quoque tormē-
s bellicis terreret, *Fridlando* ſuperueniente
n in fugam coniicitur, *Cæſareanis VVaitze-*
Barbaris vindicantibus,ac recuperantibus.

IV.

feldius cum Cæſareanis committitur. Tan-
m res alias agens, Bethleno copias cedit.

tempore, infrà *Poſſonium*, ſiue *Presburgum*,
æſareani in *Mansfeldicos* impreſſionem fece-
Sed fortuna aduerſante ità quidem repreſſi
unt, ut octo cohortes *Gallicanorum* diſſipa-
r. Hanc notam, recèns inuſtam, detergere
ntes *Cæſariani*, aſſumptis aliis legionibus, de-
Mansfeldios reduxerunt, tanquam ex inopi-
ſtis ſuperuenturi. Sed iſti rebus diſpoſitis in-
ntes ſic exceperunt, ut utrinque multis ca-
dentibus, dubia relinqueretur victoria, parte ſque more veterum, ambæ trophæa erigere poſſent.

Autumno in *hyemem* vergente, *Henricus*, *Comes Schlickius*, exercitus *Fridlandici* ductor, recognoſcendi cuiuſdam loci igitur, parua cum equeſtri manu, è caſtris egreſſus, in *Bethlenianos* fortè incidit. Quibus in fugam coniectis, deinceps à multitudine hoſtili apud *Peſtam* oppidum coronâ cingitur. Ubi igitur equo penetrare contendit, ab *Vngaro* perſequente faſciis illis ſuper collobium ſcorteum propendentibus, quibus hodieque gladios aſtringunt, prehenſus, atque ex equo deturbatus eſt. Cùm nomen profeſſus lytron obtuliſſet, paucis cum aliis ſeruatus, atque ad *Bethlenum* miſſus eſt. Qui ingenti ab eo priùs exacto lytro, mox, moderatione interueniente, incolumem dimiſit.

Hyeme plenâ in caſtris *Bethleni* à *Turcis* magnis motibus tumultuari cœptum eſt. Urgebant barbari *Vezirium*, ſiquidem frigora armis obſtarent, militem in hyberna reduceret. Qui cum hoc iſtis negâſſet, ecce, furioſi, in papiliones uſque præfecti illius ſui impetus facientes, cohortem prætoriam, *Vezirio* inſpiciente, falcatis illis enſibus inuolant,& contrucidant. Neque ipſe fortè *Vezirius* manus latronum ſuorum euaſiſſet, niſi, maturrimè profugiens, *Bethleni* opem imploraſſet. *Bethlenus* igitur aſſumptis *Vngaris* in factioſam manum eduxit. Quos ubi concluſiſſet, arreptos nouendecim, ſeditionis autores, ac magiſtros, fruſtulatim ſuccidere, atque immolare, iuſſit. Unde furor remiſit.

Secundùm hæc, *Bethleno* copias in hyberna reducenti, ac nouis tranſactionibus operam danti, *Mansfeldius* legiones ſuas intereà permiſit, dùm ipſe per *Byzantium*,& *Venetias*, profectus, in *Britanniam* excurreret, nouaſque res ingenti calliditate agitaret.

V.

Bethleni, ad Angliæ Regem, codicilli, per Mansfeldium intimantur.

QUo igitur conſilio digreſſus eſſet *Mansfeldius*, è *Bethleni* codicillis, ad *Angliæ Regem* perſcriptis, & *Mansfeldio* contraditis, iàm pateſcet. Ità autem *Bethlenus*: *Illuſtriſsime Rex!* Cogitanti mihi inquit, quàm neceſſaria, ac non exigui momenti, res futura eſſet, ſicubi, quo in loco arma mea forent, & quid hoſtes me contrà deſignarent, *Regiæ Tuæ Celſitudini* declararem, ecce! in mentem venit, nemini rectiùs hoc negotium, hos codicillos illos, commendari poſſe, quàm *Erneſto Mansfeldio*, *Comiti*, confœderatorum *Principum* archiſtratego. Qui, rebus de grauiſſimis profectus, intereà copias aliis permiſit.

Profectò ità eſt, ut regia tua & perſona, & voluntas, tot beneuolentiæ characteribus, tàm per legatos, apud *Hagam Comitis* in *Belgio* ſubſiſtentes, quàm per *Oratorem* apud aulam *Ottomannicam* reſidentem ordinarium, mihi conteſtata, tanto loco fuerit, ut,poſthabitis ſumptibus immenſis, vitæque,& fortunæ, procellis manifeſtis, hactenus in id ſeriò incubuerim, quò res communis, velut

collapſa, reſtaurari, hoſtiumque vires, ac nerui, retundi, queant.

Hoc illud iſtud meum propoſitum quibus argumentis ad effectum deducere agreſſus ſim, opinor, modò non *Illuſtriſſimo Daniæ Regi*, ſed etiam *cōfœderatis* cæteris, haud abſque luculento eorum emolumento, innotuiſſe. Ità enim pro tempore mecum agitur, ut potiſſimæ *Cæſaris* copiæ, è *Germania* deductæ, contrà me moueant, bellique molem, ac ſedem, his in partibus conſtituant. Scias autem, illas eſſe hoſtium ergà me exacerbationes, & odia internecina, ut nihil aliud, niſi huius capitis interitum, populique mei excidium, ſitiant.

Quæ cùm ità quidem ſint comparata, *regiam T. Celſitud.* impendiò rogo, hancque petitionem etiam, atque etiam, urgeo, velles hoc in laudabile, & apud omnes in uniuerſum gentes, quibus libertas cordi eſt, commendatiſſimum, propoſitum cooperari, atque eniti, quò nominis tui fama, quæ quidem hoc loco potiſſimùm vertitur, meliorem in modum queat vindicari, tùm hoſtium exulcerati versùs nos utrinque animi ſalutaribus remediis frangi, conculcarique, ſuſtineant. Hoc nomine, & conſtantia, & virtus regia tua, magnam in ſpem me adducunt, fore, ut *Regia Tua Celſit.* utique cuius honor, autoritas, ac commodum, hìc maximè interueniunt, me opportunis auxiliis haud defraudet. Eo enim, prout dictum, res meæ loco ſunt, ut hoſtium molem, huc penè omnem conuerſam, ſolus ſuſtineam, interque numeroſa arma, & ancipitem belli euentum, tanquam doloſis ſuper cineribus, incedam. De cæteris, meo nomine, ipſe aget *Mansfeldius*, viva epiſtola. Cuius ut verbis integram fidem deferre, tum petitis eius *Regia Tua Celſit.* annuere, velit, peto, rogoque. Longum Vale, ſinceramque meam voluntatem pari benéuolentia, ac fide, ſi non graue eſt, proſequere!

Externa.

I.

Leopoldus Archidux, reſignatâ Epiſcopali infulâ, de matrimonio cogitat.

Antequam, lege ordinis, de rebus *Hiſpanicis* ſubiiciamus, prius de Sereniſſ. *Leopoldo Archiduce* paucis præfabimur. Hic, ubi hactenùs *Alſatiæ*, ſiue *Argentoratenſi*, & *Paſſavienſi*, *Epiſcopatibus*, præfuiſſet, animum ad matrimonium adiicere cœpit. Abdicaturus ergò, prouinciam *Eccleſiaſticam* & pro talari tunicâ veſtes fimbriatas, atque attalicas, recepturus, per ædem *Lauretanam*, voti cauſſâ, *Romam* perrexit. Ubi, demiſsè conſalutato *Pont. Max.* in aulam, ac palatium ſolenniter receptus eſt. In *Vrbe* ſubſiſtens, ad vota nuncupanda, ſæpiùs profectus eſt tā intrà, quàm extrà, mœnia, præcipuo verò cultū proſecutus ſeptem ſacratiſſimas *Vrbis Eccleſias*, cuiuſmodi ſunt *Sancta Crux in Hieruſalem*, *S. Sebaſtiani*, & *Fabiani*, *S. Ioannis in Laterano*, *S. Laurentii*, extrā portam *Eſquilinam*, *S. Mariæ maioris*, *in Eſquilino* colle, *S. Pauli*, in via *Oſtienſi*, & *S. Petri*, in *Vaticano*. quidem diligenti viſitatione, & ergà *Romana* dem obſeruantia, id conſecutus eſt, ut ſupera dentibus anni tùm *Iubilæi* beneficiis, plenii frueretur *Indulgentiarum* collatione. His præe bus. *Epiſcopatus* illos, hactenùs à ſe poſſeſſos, in nus *Pont. Max.* ordine ac ritè, reſignare cœpit. deinceps in *Ferdinandi II. Imp.* filium, natu min translati ſunt. Poſteaquàm igitur *Archidux à Maximo* omnis generis honoribus, ſæpiculè a pes triregias inuitatus, fuiſſet ſolenniter affe certiſque ſanctorum reliquiis donatus, ecce dictâ, *Româ* per *Florentiam* regreſſus, *Ducissam natem*, *Claudiam de Medices*, ſibi in itinere deſp uit, nuptiis ad *VII. Cal. Maij* extractis, & dei debita cum pompa concelebratis.

Hoc tempore *Cardinalium Collegium*, nonn rum fato interueniente, nempè *Hohenzolle* tùm *Oſnabruggenſis Epiſcopi*, *Caraffæ* itemque, & *neſii*, *Cardinalium*, haud vanos patiebatur ri Qui ut oppidò ſanari, ac redintegrari, poſſent ce! unico, & ſolenni actu, è diuerſis nation *Pont. Max.* nouos ſuffecit, & quidem duodecim mero, *Patres Cardinalitios*. E quibus tùm fue *Aloyſius Caietanus*, *Romanus*, *Patriarcha Antioch* *Bernhardus Spada*, *Damiatæ Archiepiſcopus*, per G *Nuntius Apoſtolicus*, *Fridericus Cornelius*, *Venetu piſcopus Bergomas*, *Iacobus Cavalerius*, *Romanus*, *tor Rotæ*, *Dionyſius Marquemontius*, *Gallus*, *Arch ſcopus Lugdunenſis*, *Laudiuius Zacchæus*, *Genuas*, *E pus Montfalconius*, *Iulius Zacchettus*, *Florentinus*, *ſcopus Grauinenſis*, idemque per *Hiſpanias Nunci poſtolicus*, *Lælius Biſcia*, *Romanus*, *Apoſtolicæ Ca Decanus*, *Erneſtus Albertus ab Harrach*, *Germanus*, *chiepiſcopus Pragenſis*, *Berlingerus Gypſius*, *Bononi Epiſcopus*, apud *Ariminum*, *Ioan. Dominicus Spi Genuas*, *Auditor Cameræ*, & *Henricus de Guſman*, *H nus* dynaſta.

II.

Ob commercia cum Batauis interdicta, ann per Hiſpanias flagellatur.

A Rebus *Romanis* ad *Hiſpanicas* progredin Nuper autem *Rex Catholicus* ſeuero ſub in dicto cauerat, ne quis ſubditorum ſuorum *Batauis*, vt vocat, rebellibus commercia ſocia aut mercium quicquam conferret illis, aut inde ciperet. Sed non impunè. Tantùm non enim *gium Hiſpanicum* hanc duram legem ægerrimè lit, ſed inprimis interiora *Hiſpaniarum* per re annona impendiò flagellari occepit. Certè a *Seuiliam* pretium panis, & *Madritti* carnium cen ſic quidem augebantur, ut infimi ſubſellii ho nes comparandis illis vix ſufficerent. Illis ſuper ceſſit alia clades. Per integras enim aliquot ſe manas præcipitata eo locorum pluuia eò uſ fruges, ſegeteſque, corrumpere cœpit, ut etiam dificia intrà *Seuiliam* labefactaret, multoſque ab peret homines. Quæ cùm annonæ difficultas primis laceraret *Hiſpanicas* ſub *Belgio* prouinci *Rex*, allatâ mitiori illius interdicti interpretat ne, ac limitatione, legem eduram iſtam abroga iuſſit. Undè mercibus cibariis è *Batavia* in *Fl*

di

Brabantios, magno numero illatis, prouinciæ
ſpiraſſe viſæ ſunt.

III.

*llonenſis regia Catholico Regi cenſum, at-
ie obedientiam, negat.*

mine huius *Anni M. DC. XXVI. Philippus IV.*
aniarum Rex, regna illa ſua, ad plagam meri-
lem poſita, viſitare deſiderauit. Qui cùm a-
alentiam, Sarragoſſam, & *Barcellonam*, regia cũ
ificentia, intraret, omnis generis pompæ ſo-
tatibus gratanter exceptus eſt. Sed bullæ ſi-
& velut ad ſpeciem ficta, hæc erat ſubdito-
umanitas. Poſtquàm enim *Rex*, cuius cauſſâ
iſſet, publicè proponi iuberet, ecce! Vultus
antè ad lætitiam compoſiti, ilicet atrâ velut
, ac noctis colore, induci cœperunt. Propo-
utem talis erat. Poſteaquàm *Rex* à bono ha-
s tempore bellis grauiſſimis diſtrictus ingen-
is feciſſet impenſas, monuit, cenſus idoneos
egna ſibi extrà ordinem, hoc tempore neceſ-
ut conferrent. Ad quam exceperunt *Valen-*
Sarragoſſa, ſeſe, quicquid contuliſſet hanc in
arcellona, idem facturas.

d *Barcellonenſes* deuentum ubi eſſet, ſic qui-
eſponderunt, ut obiicerent, ſibi priùs cum
onariis regiis, ſuper erogatis cenſibus, ratio-
ſe ineundas. Quibus inſpectis, & collatis, de-
s, quantum fortè ſuperaddere poſſint, viſu-
ſe. Hæc reſponſio *Regi* cùm ſtomachum mo-
, nullus intermiſit *Ducem de Cordona* ad proce-
ublicè congregatos, amandare, hac ſub re-
tratione, nempè hac ſub neceſſitate tempus,
ipſam, minimè admittere, curioſas ut inſti-
rationes calculatores. Alio, & magis oppor-
tempore ſuper his diſpiciendum eſſe. Iam i-
atque in præſenti, vectigal, à *Rege* poſtula-
dependerent. Sed ſcires etiamnunc ſurdis cã-
bulam. Ità priori perſtantes in ſententia,
lorum inſtar, nequicquam mouebantur.
on ſe continebat *Dux*, quin minis in iſtos ex-
etur. Per fidem, inquit, ex hoc numero ſunt
, quibus falsò perſuaſum eſt, tanquam *Hiſpa-*
n Regis vires bello ſiue *Italico*, ſiue *Rhetico*, ſiue
versùs *Angliam* parandis, uſque eò forent at-
, ut refractarios id genus ſubditos, tàm ne-
iis temporibus, cenſus pernegantes, in ordi-
edigere minùs ſufficiat. Credite, aut *Hiſpa-*
n vires cognitæ vobis haud ſunt, aut grauiſ-
, opinor ego, pœnas dabitis. Ecce! enim iam
rtunè, ſequeſtratis bellorum diuidiis, utriq;
Hiſpaniarum, quàm *Galliarum Regi*, pace repro-
, optimè convenit. Et ſic quidem noua inter
nicitia coaluit, ut *Orator Gallicanus*, auditâ re-
m obſtinatione, atque inobedientiâ, nihil
ârit, nomine *Regis* ſui, poſt pactam cum *Re-*
tis intrà regnum tranſactionem, inſtructum
ti millium exercitum promptè offerre. Qui
em, ſi ſit opus, trans montes, ſpatio tridui, in
Cataloniam emigrare, ipſaque *Barcellonæ* mœ-
ietare, pœnaſque de refractariis exigere, po-

ditis *Barcellonenſes* legati *Gallicani* minis, ità
infrenderunt, ut magnis vocibus ſucclamarent,
manus legato intentandas eſſe. Ne igitur ſiniſtri
quicquam accideret, *Rex*, ſub præſidio cohortis
prætoriæ, legatum tutari, atque in palatium, de-
duci, iuſſit. Qui ſciſcitatus, quid rei eſſet, ubi *Bar-*
cellonenſium intellexit furores, exclamavit: *Ducem*
de Cordona quidem in verba, à ſe haud quidem pro-
lata, prorupiſſe. Iam verò ſe conteſtatiſſimum fa-
cere, non quidem viginti, ſed etiam triginta, è
Galliis hominum millia ſeſe, in rem *Regis Catholici*,
evocare poſſe, quibus in ſubditos oblatrantes ute-
retur.

Abhinc die ſequenti denuò ad *Barcellonenſes* in-
travit *Dux de Cordona*, ſciſcitatum, quid, quantum-
que, ſubſidii, vel cenſus, pro *Rege* decretum eſſet.
Ibi ecce! tanta multitudinis oborta eſt tumultua-
tio, ut quidam *Procerum* ex concione conſurgens
arrepto pugione *Ducis* manum perfoderet. Hoc
facinore indignatus, & confuſus, *Rex* ociùs indè
pedes *Madrittum* retulit. Ubi poſtquàm paucis ab-
indè diebus publicato diplomate commerciorum
uſum inter *Hiſpanos* & *Gallos*, deinceps liberrimè
exercendum, aperuiſſet, rebellibus iſtis ſic quidem
ceciderunt ſpiritus, ut exindè *Barcellona*, *Valentia*,
Sarragoſſa, ipſaque *Portugallia*, per legatos, in au-
lam amandatos, cervices ſubmitterent, poſtulatiſ-
que regiis ſatisfactionem pollicerentur.

IV.

*Gonſalius, gubernator Veſalienſis, glande tor-
mentaria ictus, occumbit.*

Intereà, ſub *Belgio Gonſalius Hiſpanus*, apud *Veſa-*
liam gubernator, initio veris, tàm equeſtrium,
quàm pedeſtrium, aſſumptâ manu, *Lünam*, *Gueſt-*
phaliæ oppidum, præſidio *Brandeburgico* firmatum,
intercipere cogitabat. Qui dùm, recognoſcendi
loci ergò, propiùs adequitat, ab excubitoribus a-
gnitus, directo tormento bellico petitur, lethali-
terque, altero crure glande ablato, vulneratur.
Ecce! tàm magnæ cogitationes ſæpè fruſtrà ſunt,
& momento temporis intercidunt. Dii, Deæque,
quàm hic *Gonſalius* longè à deſtinatione ſua iacet.
Ità leo quoque interdùm minimarum ferarum fit
ſpectaculum. Interim hoc *Genius* poſt fata ſolatio
velut fruebatur, quòd obitũ illius *Veſalienſes* veris
gemitibus, ac lacrymis, proſequerentur. Tanta e-
nim erat in eo comitas, & iuris militaris obſeruan-
tia, ut parem quidem optare faciliùs eſſet, quàm
ſperare. Rarò enim, aiunt, ſucceſſores ſuperueni-
re moderatiores. Id quod vel *Franciſcus de Medina*
ſuo probabat exemplo. Ille enim, in locum comi-
tatis ſuccedente faſtu, lenitatemque ſuperante, a-
ſperitate, ingratam exercebat præfecturam, in cul-
tum, ac miniſterium, corporis natus factus, nulli-
que connivere edoctus.

V.

*Arminiani, confœderatum per Belgium, novo-
rum tumultuum autores.*

Neque ſic confœderatæ *Belgii* prouinciæ hac
tempeſtate altâ fruebantur ſecuritate, ut non

ſuos quoque experirentur ex intervallis manes. Poſtquàm enim furiis inquietati *Arminiani* apud *Lugdunum* priuatis ſub laribus horribile iſtud ſacrũ ſuum celebrare auſi forent, plebs commota, impetu in ædes facto, omnia lacerare cœpit, uſque adeò ut nec Senatus, nec præſidiariorum, ſeueritas quicquam penſi tùm haberetur. Idem ſive caſus, ſive tumultus, & paulò vehementior, intrà *Amſterodamum*, eodem *Aprili* menſe, increbuit. Eodem enim more dùm conventiculis ſuis operam dant hæreticorum globi, calones, lippi, tonſoreſque, turmatim irruentes, omnia tumultibus fœdarunt. Ciuitatis centurio tametſi integram furioſis obiiceret cohortem, nihil effecit, calonibus rem per lapides agentibus, ut tantùm non ipſe ſummo ſub vitæ periculo verſaretur. Neque ſic ſatis. Die enim ſequenti calonum manus denuò conglobata grauiores ſuſcepit impetus, ædeſque, in quibus *Arminiani* ſecretum ſuum celebrabant, à fundamentis deiecit. Centurio, ratione officii, ubi tumultuantibus reſiſteret, multitudini haud ſuffecit. Iam enim & furioſa manus eius ſimul ædes lacerabat. Itaque ut *Quiritium*, more veteri, fidem imploraret, opus habuit. Sic ciuibus magno numero auxilia ferentibus, calonum tandem furor eſt repreſſus.

V I.

Eiuſdem ferè commatis tumultuationes, ob vectigalium onera, per varias cientur ciuitates.

NEque in hæreticos iſtos tantùm à multitudine ſic tùm itum eſt. Etiam in ipſos penè magiſtratus ciuium coniurationes perrexerunt. Erat tùm, ob interdictum commerciorum cum *Hiſpanis* exercitium, paſſim res anguſta, & querimoniarum plena. Nihilominùs confœderati *Ordines* de hac aſperitate ſua nihil remiſerunt, ut etiam, propoſitis pœnis grauiſſimis, hoc edictum denuò urgerent atque exaſperarent. Qua de re ubi per *Friſiam* tàm *Inſulani*, quàm *Levartenſes*, novis porrò vectigalibus, annonam onerantibus, premerentur, ciues, exactionum impatientes, obedientiâ in furorem degenerante, armis arreptis, præſidiarios reiecerunt, occupatiſque ciuitatum portis, mœnibuſque, tormentis bellicis hinc indè directis, res nouas, & tumultuationum plenas, uſque ad magiſtratus horrorem, ſuſceperunt. Qui ubi aliquot præſidiariorum cohortes penitùs eieciſſent, & ciuitatibus liberrimè potirentur, eodem furoris contagio ad finitimas ciuitates alias haud ſegniùs commigrãte, ad tempus magnam prouinciæ difficultatem iniecerunt. Donec vel blandimentis, vel onerum remiſſione, exulcerati animi ad quietem, & ſanitatem, poſtliminiò redierunt.

VII.

Batavi, expugnatis Oldenſellis, Hülſtium, aliaq; fortalitia, fruſtrà tentant.

ÆStas erat iam plena, cùm *Batavi* bipartitos eduxêre exercitus. Aſſumptâ igitur mediâ ferè copiarum parte, re tormentariâ inſtructâ, *Erneſtus Caſimirus*, *Naſſovicus*, *Oldenſellas* civitatem, machinis directis, oppugnare cœpit.
bantur locum mille, & ducenti, *Itali*, hacteni
Zutphaniam, ditioneſque finitimas, impoten
ſe gerentes. Ab initiis iſti magnam, ut fi
rumque, præ ſe ferebant audaciam. Verùı
Batavi murorum ſepimentis, loricis, itemqu
niculis, rem ſeriò urgerent, ecce! pactis con
nibus ſatis luculentis, intrà octiduum, fo
tium deditur, haudquaquam perfunctoriè
munitum.

Hoc ſucceſſu auctus *Naſſouius*, eâdem faci
ſe *Hülſtio* in *Morinis* potiturum ſperauit. Se
Hiſpanis maſculè exceptus, mutavit optionem
Kelderico proindè fortalitio meliorem ſibi pr
ſit fortunam. Adductis ergò in viciniam
bus, ubi, cum æſtu marino impreſſionem ten
rus, deditionem poſtulâſſet, tale reſponſum
pit, ut paulò poſt, opinione fruſtratus, relict
iam nauibus onerariis, cum fortuna ſua litig
obſidionemque, vixdùm inchoatam, abru
ret.

IIX.

Hiſpani traiectum, ſive velificationem, è R
in Moſam, èque Moſa in Demeram flu
aperiunt.

EOdem hoc tempore *Hiſpanis* in mentem
res magni utique momenti. *Rhenum* enim
fodiendo cum *Moſa*, & *Moſam* cum *Demera*,
ctibus, velificationibuſque, coniungere la
runt. Hoc circà *Rheinbergam* tentari cœpt
amplificatis alveis *Rhenus* circiter *Geldriam*
ctus, propter *Venloum* in *Moſam* exoneraretur.
hoc opus, circà *XI. Calend. Octobr.* foſſores incu
re. *Henricus* verò *Comes Montanus*, arreptam i
nus ſpatham, felici ſub auſpicio, ter terræ im
ſit; Ut ad ſingulas impreſſiones & nomen, h
remque, *Catholici Regis*, & *Hiſpaniarum Infan*
Spinolæ Marchionis, toties iteraret. Eius exem
imitati cæteri militiæ duces eidem quoque
manus iniecerunt.

Batavi, notantes ſibi, hunc traiectum, ſiv
minum coniugationem, magnum rebus *Hiſ*
momentum, ac compendium, allaturam, r
nem inierunt, quâ nouum, itemque laborioſ
ſtud opus interturbarent. Eam in rem *Henri*
ranius, prænumeratis ſtipendiis, diuiſâque i
cendium annonâ, multis copiis, nauibus, ap
tuque bellico, inſtructus ſecundò *Rheno Rh*
promovit, ponte apud fortalitium *Schencki*
duabus antè pedeſtrium legionibus confirn
Ibi apud *Burium* contrà *Veſaliam* caſtra me
eſt. Intereà *Henricus, Comes Montanus*, per iı
de *Styrumij Comitis* legione, malè excubias ag
eruditus, cum delecta, validâque, manu, ſub
tio, profectus, nihil tale exſpectantibus & inc
ſuperuenit, coniectiſque in fugam omnibus,
tàm ipſum *Styrumium*, quàm *Putlicium* tribu
ſimulque *Centurionum* paria quatuor, interc
Pariter equi quingenti, cum pecuniis, & plau
ſtipendiis militaribus onuſto, in *Hiſpanorum* p
ſtatem venerunt. Quâ iacturâ confuſi *Batavi*
tato propoſito deinceps ferias egerunt.

CA

CAP. III.

... Ioan. Erneſto, Vinarienſi Duce, per Sileſios arma aduersùs Cæſarem proferēte.

I.

Erneſtus Vinarienſis diuerſis per Sileſiam
is potitur.

ANteà de armis *Chriſtiani Regis Daniæ,*
etiam per *Sileſios* ſeſe diffundentibus,
prælibatum eſt. Quas per partes cùm
Ioan. Erneſtus, Dux Vinarienſis, victricia
ſigna, magno ſuorum cum emolumē-
otuliſſet, *Cæſareanis* hoſtis viſus eſt haud con-
:ndus. Inter cætera, ubi non pauca interce-
antè oppida, ſub eo *Baudiſius* tribunus è *Trop-*
manum eduxit, magni momenti rem ali-
ffecturus. Sed propoſitum hoc minimè la-
æſareanos. Ut cum ſedecim equeſtrium co-
ous in eum moverent, reditum ad civitatem
ctam illi intercepturi. Quid fit? *Baudiſius* ef-
ac propoſito, ſuo fruſtratus, dùm in reditu
ce! per indices diſcit, obſtare ſibi *Cæſareanos,*
ſuos recurrere poſſit. Rebus igitur in angu-
ac neceſſitatem, redactis, interrogare cœ-
daciam ſuam, an ipſemet in hoſtes, tametſi
ro longè ſuperiores, impetus ſuſcipere vellet.
ententiâ, velle ſe, præcordia accendente,
nilitonibus, ad fortitudinem exhortando,
auit, ſatius eſſe, pulcram, tali ſub diſcrimine,
lnera mortē oppetere, quàm turpi interve-
fugâ, hoſti voluptatem, ſibi notam & infa-
, victiſque compedes, accerſere. Quæ qui-
d ſocios de virtute locutio tantum evaluit,
mmaſculatis animis, inuſitatos illicò face-
 hoſtes impetus, eoſque, non paucis oppidò
c captis, profligarent. E quo, velut corol-
nilitari aliquo, colligere promptum ſit, vi-
m non ſemper numerum, ſed animos, & for-
nem, pugnantium, ſequi conſuêſſe. Uſque
ocum illud habet, fortunam toties penès au-
s eſſe, tametſi numero inferiores, dùm etiam,
tritum illud *Naſonis,* alioquin
ane non magno ſæpè tenetur aper.

II.

inandus II. Imp. pactis per Vngariam in-
tiis, Fridlandum mittit in Sileſios. Ante-
àm verò proſcriptionis fulmine in Vina-
nſem animaduerteret, priùs ea de re Saxo-
æ Electorem monet.

 Daniæ Rex à *Thillyo* paſſus erat. Iàm *Bethlenus,*
le belli in ſe conuersâ, ad ingenium reverſus,
inducias, ac pacem ſimulatam, præ ſe ferebat. Interim per *Sileſios* rerum potiebatur *Vinarienſis,* ut eius *Mars,* ſatis circumſpectus, iam tùm non eſſet inſuper habendus. Proindè, pacatis ad tempus rebus *Vngaricis,* vires ſuas *Fridlandus* in *Sileſiam* reconvertere cœpit. Interim ſic quidem, interceptis oppidis non paucis, tanquam receptus inter tutiſſimos, ſeſe tenebat *Vinarienſis,* ut non ſine mora, ingenio, & maioribus, iuſtiſque viribus, frangi poſſe videretur, præſertim ubi, *Cæſareanis* licet tùm præſentibus, in *Moraviam* uſque arma proferret, *arcemque,* & *Monaſterium,* ad *Olmüzam,* laceraret, ciuitatiſq; ſuburbia incendiis perderet.

Hæc dùm ingentis audaciæ conatibus agit *Vinarienſis,* non potuit non graviſſimam *Cæſaris* indignationem provocare. Ut iam tùm inimicum proſcriptionis fulmen in eum fabricaretur. Antequā autem proſcriptio publicaretur, *Cæſar,* ob *Saxonicæ* neceſſitudinis reſpectum, eâ de re *Electorem Saxoniæ* præmonendum eſſe, opportunè iudicavit. Ità autem *Cæſar* ad *Electorem*: Nihil *Cæſarem* dubitare, inquit, quin *Elector* turbas initiò per *Bohemiam* naſcentes, ac ſucceſſivè prouincias *Archiducales,* ſimulàtque totum ferè *Imperium,* inundantes, per hos continuos annos octo, toto corde ſecum fuiſſet deteſtatus. Inprimis verò hoc tuliſſet ægerrimè, aliquot numero è *Saxonica* familia ſua *Principes,* & inter illos pro tempore *Ioan. Erneſtum* iuniorem, *Saxoniæ Ducem,* vultus elevâſſe, hoſtileſque partes tàm adversùs *Imperatorem,* quàm cæteros *Imperii Electores, Principeſque,* ſecutos eſſe. Inprimis autem *Ioan. Erneſtum* illum, nullâ cauſſâ provocatum, iàm nunc armis hoſtilibus diſtentum, eum in modum ſævire, ut facilè cæteros multis paraſangis antecedat. Quo in genere læſionis, ac prævaricationis, graviſſimæ, ſiquidem *Cæſari* remedia non deſint, quibus in eum, etiam ſub proſcriptionis fulmine, animaduertere queat, nihilominùs & reſpectum honoratiſſimæ familiæ *Saxonicæ,* & *Electoris* merita, ſibi obſtitiſſe, quò minùs lege, & rigore illo ſeuero, in illum experiretur. Cùmque *Cæſar* famâ cognouerit, præfatum *Ioan. Erneſtum* non humilimi ſpiritus, contemnendæque prudentiæ, *Principem* eſſe, ſpem hactenùs fuiſſe, fore, ille ut ab id genus morbi genere per ſe ad ſanitatem reuerteretur, tot paternis, atque integerrimis, *Cæſaris* dehortatoriis locum relinqueret, avocatoriis mandatis pareret, ſeſeque legibus *Imperii* conformaret. Secùs non poſſe non in eū proſcriptionis pœnas torqueri. Quippe qui, poſt vindictam diuinam, tot manifeſtis in perduelles ſignis demonſtratam, infauſta contrà præpoſitum magiſtratum arma corripiat.

Verùm enim verò, cùm *Cæſarem,* ſuper emendatione illius, ſpes omnis hactenùs, fruſtretur, ut tàm diuinis, quàm humanis, legibus repugnet iſte, ſub proſcripto toties *Mansfeldio* inſuper perduellium cauſſam foueat, eoque nomine hoſtilibus copiis *Sileſios, Moravoſque,* perturbet, immò cum *Turcis, Turcorumque* miniſtro, *Bethleno*, arma ſociet, adeòque, niſi fortuna conatibus obſtet, prouincias *Archiducales,* ipſamque, *Cæſaris* ſedem, *Viennam* infeſtare nihil dubitet. Ea propter *Electori* obſcurum haud eſſe, quàm atrocibus id genus exceſſibus, & læſæ *Maieſtatis* enormi crimine, *Cæſar* ultimè laceſſitus, vix manum continere poſſit, quin iuxtà *Imperii* conſtitutiones, & edicta, ſuprà alle-

allegata, rigorem in iſtum detorqueat. Eſſe enim tale delictum, quod, ne ulteriùs ſerpat, atque in exemplum abeat, maturè veniat coërcendum.

Tametſi igitur *Cæſar*, intuitu *Electoris*, extremum ad hoc remedii genus illibenter accedat, nihilominùs iſtam eſſe perduellium, & ſeditioſorum, contumaciam, ut fomentis, blandimentiſque, irritentur magis, quàm emendentur. Hac conſideratione *Elector* ipſe videret, atque agnoſceret, an *Cæſar* œcumenicis iſtis delictis diutiùs connivere, pœnaſque debitas ſuſpendere, ſuſtineat.

III.

Elector Saxoniæ, Cæſar quid deſignet, Guilielmo, Vinariæ Duci, ſignificat.

ACceptis illis *Cæſaris* codicillis, nihil moratus *Elector Saxoniæ*, quæ eſſet *Cæſaris* ſententia, adiuncto epiſtolæ illius tranſumpto, ad *Guilielmum, Vinariæ Ducem*, illius *Ioan. Erneſti* fratrem, natu maximum, perſcripſit, & quidem hæc in verba: Ex adiecto, inquit, exemplo, illi innoteſcere, quid *Cæſar*, circà proſcriptionem *Ioan. Erneſti* fratris, deſignet. Hoc ex illis eſſe, quod ſibi ex animo doleat, iuxtàque iampridem ſubvereri in mentem venerit. Interim rectiùs ſeſe, ſuper *Ioan. Erneſto Duce*, ſperâſſe, futurum, ut ille ab his novis rebus, tanquàm è ſomno, tandem evigilaret, nedùm communi familiæ *Saxonicæ* hanc notam inureret. Per fidem, aliam *Electorem* ipſi iamdudùm mentem inculcâſſe, adeóque hoc deditâ operâ egiſſe, quò *Cæſari Ioan. Erneſtus Dux* maturè reconciliaretur. Itaque nihil minùs ſe ſperâſſe, quàm ut ille, unà cum fratribus quibuſdam reliquis, inſuper habitis quibuſcunque iuramenti, fidei, ac devotionis, quibus obligarentur *Cæſari*, generibus, hoſtiles ergà *Imperii* caput vultus indueret, in *Archiducales* provincias cum exercitu irrueret, ſubditis obedientiam expectoraret, eoſdem in iuramenti verba adigeret, cæteraque, quæ hoſtilis impetus dictat, audacter impleret. Hac ratione non tantùm litteras illas *Maieſtaticas Sileſiis* conſervatas, labefactari, ſed omnia in univerſum priuilegia, ipſamque *Electoris* victoriam, apud gentes illas partam, violari. Iſtis accedit (quod cogitatu utique indignum) etiam ſub *Mansfeldio* proſcripto iſto eum legiones ducere, per *Sileſios* ultrà in *Moravos*, ipſoſque *Vngaros*, excurrere, eaque conſilia tàm odioſa, quàm pernicioſa, omni deditâ operâ agitare, quò tàm fundamenta, ſi liceat, *Archiducalis Auſtriæ*, unàque *Electoralis Saxoniæ*, convelli queant. Atque hoc quidem ex illis eſſe, quod iam non magis novum, ſed uſu, & experientiâ, compertum haberi debeat. Nuper enim hos conatus, hæc auſa egregia, ſub victoria *Thillyanâ*, ad *VVolferbytum* partâ, in lucem emerſiſſe. Ut, niſi DEVS obſtitiſſet, iam abhinc *Thuringiæ* ſuæ metuendum fuiſſet. Sed fata inveniſſe aliam viam, clademque ferociam eam interturbâſſe. Eiuſdem planè generis videri defenſionis arma, nuper per *Vinarienſem* provinciam, finitimaſque partes, ſuſcepta. Quàm in rem ipſe *Guilielmus* curioſâ diligentiâ tùm incubuiſſet. Interim illi, quicunque rebus id genus novis, ac

vetitis, ſtudent, ipſi viderint. Se *Electorem* ar
fideliterque obiti officii, ſecurum eſſe. Nem
accuratas, atque integerrimas, dehortatión
ſe nihil reliqui feciſſe. Tritum verò illud ni
minùs obtinere, ac triumphare: Scilicet in
tum malè conferri beneficium. Neque iſti
nem auxilium, opemque, erogari utiliter p
qui conſilia rectiſſima, ac ſaluberrima, in li
reſpuiſſet. Eo nomine *Electorem* nihil opera
hortando à proſcriptis, obedientiam, ac mo
tionem, inculcando, intermiſiſſe, an huic m
mederi quitus eſſet. Sed operam, quod dicit
ſudorem, perdidiſſe. Ut iam aleam, & even
DEO committat.

IV.

Guilielmus, Dux Vinarienſis, ſuper Cæſar
conciliatione, Georgium, Heſſiæ Land
vium, interpellat. Cui hic reſpondet.

INtellectis & *Cæſaris* & *Electoris*, ingratiis,
elmus, Vinariæ Dux, miſſis codicillorum ſup
rum exemplaribus, conſilii, ſive interceſſionis
tur, *Georgii* illius, *Heſſorum Landgravii, Princip*
clyti, operam, rebus ſic ſub anguſtis, impl
nullus dubitavit. Quòd enim, aiebat, certus
Landgravium, pro eâ, quâ *Saxonica, Haßicaq;* u
que familiæ, lege fœderis illius hæreditarii
devinctæ eſſent fide, atque integritate, à ma
bus ſuis hactenùs ſanctè obſeruata, id genus
Erneſti Ducis, fratris, periclitationem ad ani
admiſſurum, iuxtàque illam *Cæſaris* indign
nem illibenter intellecturum eſſe, ea propt
ſpectare hanc ſuam orationem, vellet *Landgr*
& ſibi, & fratri, lege neceſſitudinis, eâdem o
commodare, &, quò cum *Cæſare* in gratiam
redire queat, interceſſione ſua liberali medic
facere, atque eniti.

Ad quæ ſic humaniſſimis verbis excepit
gius Landgravius: Prout, inquit, lege arctiſſima
ceſſitudinis, *Guilielmo Duci* omni officiorum
conteſtatione ſatisfacere affectus eſſet, ità
præſentem penitiùs intrà animum admiſiſſe
ventilare cœpiſſe. Iam inprimis cognatæ, &
iunctiſſimæ, *Saxonicæ* familiæ, ob præſens di
men, ex animis ſe condolere. Quod ſi enim (q
abominandum utique) *Cæſaris* illa indignat
ſeveram proſcriptionis legem detonare de
quàm hæc nota non tàm toti familiæ, quàm G
elmo Duci, eiuſdemque fratribus, gravis, ac m
ſta, immò etiam damnoſa, futura ſit, palàm li
re. Ut incommoditates longè maiores metue
veniant, atque iàm nunc perfunctoriè quiſq
præconcipere quitus eſſet. Exempla tàm ve
quàm recentia, in medio verſari, ut fides eve
iàm magis obſcura eſſe nequeat. Tantùm ig
abeſſe, ut *Guilielmus Dux*, ob hanc præſentem
citudinem, ac curam, non laudandus ſit, ut
tiùs ſicubi incommoditatibus id genus in tem
re obviàm ire allaboret, commendati *Prin*
partes implere cenſendus veniat.

Intereà, cùm nondùm planè exploratum
quid *Ioan. Erneſto Duci*, ad *Cæſaris, Electoriſque,*
hortatorias, animi ſedeat, tùm dubitare liceat,

Landgravii ratio eidem *Ioan. Erneſto Duci* aut
e, aut commodare, poſſit, maximè, ſi ab ar-
dversùs *Cæſarem* ſumptis, diſcedere nolit,
uoque *Landgravii* hæc ætas, ſub nuper auſpi-
roviaciæ ſuæ regimine, illa videatur, ut, le-
reditarii fœderis, coniugatis *Principibus* aliis,
naioribus, agnatis ſuis, hac ſuâ illa intercef-
locum præripere haud debeat, hanc ob rem,
lteriores *Guilielmi Ducis* litteras exſpectare,
per voluntate *Ioan. Erneſti Ducis*, quàm alio-
lectorum, *Principumque*, ſymbolis hîc confe-
, planiùs eruditiuras. Tametſi igitur hâc ſuâ
ate *Landgravius* merita ergà *Cæſarem* præſtita,
re ſpecioſa fortè non poſſit, eoque nomine
ſum petitæ interceſſionis infrà fiduciam po-
ihilominùs, ſicubi *Ioan. Erneſtus Dux*, ido-
pœnitentiæ emendationem præ ſe ferat, de-
que ergà *Imperii* caput obedientiam operari
, ſe quoque operam ſuam à cæteris hæredi-
fœderis membris minimè ſequeſtraturum,
omptè cò collaboraturum, eſſe, quò peri-
,& rictus iſte, à *Saxonica* familia abarceri, &
veri, ſuſtineat.

V.

Erneſtus Dux obduratâ obſtinatione pro-
quorum conſiliis renititur.

illa iſta erat *Ioan. Erneſti Ducis* animi obdura-
, ut neque agnatorum conſiliis locum relin-
t, nedùm ad *Cæſaris* inimicum fulmen expa-
et, ſpirituſque ſubmitteret. In eum ergò
e dubio ex ſeuera *Imperii* lege *Cæſar* deinceps
ducrtiſſet, niſi mors præveniens & fulmen
ertere, &, accelerato *Ioan. Erneſti* illius fato,
de paulò infrà videbitur) tantam litem è
mento tollere, maluiſſet.
n incongruè alicubi, *Poëtarum Epicorum*, in-
tinos, princeps *Maro*, huic loco ſuffragari vi-
illis:

mortem inviſam! quæ ſola ultricibus armis
tos frenas animos, communia toti
ti ſceptra tenens, æternaque fœdera ſervans!
magnos, parvoſque, teris, quæ fortibus æquas,
belles, populiſque duces, ſeniumque iuventæ.

Externa.

I.

bus Gallicanis, & Subiſio, Calviniano-
m duce, in Angliam confugiente.

QUibus modis *Subiſius*, *Reformatorum*
Gallicanorum coryphæus, à *Montmo-*
rantio Duce cæſus in mari, profliga-
tuſque, fuiſſet, ſub rebus, anno ſupe-
riori geſtis, inſpeximus. Hic igitur,
navibus è clade illa ſuperſtitibus, in *Angliam*
quidem profugit. Ibi cùm tutos quæreret
us, non erubuit *Angliæ Regem* litteris fatigare,
nempè pateretur *Rex*, ob novam, cum *Rege Galliarum*, arctiſſimamque, recèns intervenientem, neceſſitudinem, ſe, unà cum ſociis *Chriſtianiſſimo Regi* reconciliare. Quibus adiecit, conatus illos ſuos, ut & conſilia, ſemper fuiſſe non niſi honeſtiſſima, inprimis in rem, atq; emolumentũ, reformatorum unicè militantia. Sed ad hanc illam interpellationem ſic quidem publicis verbis, à quodam *Chriſtianiſſ. Regis* conſiliario, tùm reſponderi cœpit: Nempè *Subiſii*, eiuſque complicum, errores, atq; exceſſus, iſtius eſſe commatis, ut veniam haudquaquam mereantur, aut conſequi poſſint. Illud quidem *Subiſii* inſtitutum eſſe faberrimè excogitatum, dùm in *Angliam* confugeret, atque interceſſione *Regis*, ob neceſſitudinis noviſſimæ ſanctitudinem, è tricis, & pedicis, iſtis emergere ſperaret. Sed longè ſalutarius eſſet factum, modò, antequam fœdo rebellionis crimini accederet, optimum *Regis* conſilium ad animum admiſiſſet. Proindè, ità ſe quidem ſentire, procul eſſe, ut *Rex magnæ Britanniæ* cauſſam fouere velit eius hominis, qui quidem patriam pernicioſis motibus involvere, adversùs *Regem* rebellia arma ſumere, totque ſceleribus, ac flagitiis, per perduelles perpetratis, materiam, ac cauſſam, præbere ſtuduiſſet. Ut magis in hoc animis propendere atque eniti, velit, quò quantò ociùs per capita rebellantium iuſtum exerceatur ſupplicium.

II.

Roſſilionem civitatem recèns copiæ regiæ anguſtant.

HÆc dùm *Subiſius* apud *Angliam* tentat, veteremque mare infeſtando rationem diducit, intereà *Dux Roanus* frater, ad ingenium perindè reverſus, novum paravit exercitum. In eum Rex *Eſpernonium Ducem* armavit. Qui, commiſſis aliquoties cum *Roano* præliis, vehementer iſtius res attriuit. Undè & *Monspeſſulanus*, & *Montaubanum*, commeatibus laborare cœperunt.

Nihilominùs ea erat *Roßilionis*, vel *Rupellæ*, civitatis libidinatio, ut *Subiſii* partes tueretur, edicto *Regis* inſuper habito. Undè iuſtâ offenſione laceſſitus *Rex*, præfatam civitatem munimentis, tanquam coronâ, arctiùs ſtringere iuſſit. Ciuitas quidem per legatos compoſitionis remedium tentauit. Quæ cùm demolitionem munimenti, *S. Ludovici* nomine inſigniti, acriter urſiſſet, re infectâ repulſam tulit. Eam in rem civitas extrema quæque expectare elegit: præcipuè cum navibus aliquot, annonam importantibus, recèns foret & quidem opportuno tempore, adiuta. Illi *Subiſius* animos addebat, confirmatiſſimum faciens, niſi *Rex Chriſtianiſſimus* in æquas conditiones pedibus iret, ſe utique cum nauibus è *Britannia* illis auxilio futurum. Inter hæc *Reformati* per *Tectoſagos Peiſonam*, ciuitatem, in edito ſitam, & probè munitam, interceperunt. Undè, concluſis fluminum traiectibus, annona per *Lugdunum*, *Longobardos*, finitimaſque partes, ſtrangulari cœpit.

III.

Angliæ Regis,& Batavorum,interpoſitionibus, inter Chriſtianiſs. Regem, & Roſſilionenſes, tranſigitur.

HÆc illi. Intereà omnibus, quod aiunt, copiis in id incumbebant *Rex Angliæ*, *Batavięʒ*, quò inter *Chriſtianiſs. Regem*, & *Roſsilionenſes*, tolerabilibus ſub conditionibus, quantò ociùs tranſigeretur. Neque irritus fuit hic labor. Dùm in ſequentes canones invidia utrinque ità quidem detonuit: Nempè *Senatus*, magiſtratuſque, urbicus, denuò è civibus conſtitueretur, eo prorsùs modo, quo ſub *Anno M.DC.XX.* antè fuiſſet. Legatus intrà urbem admitteretur, qui quidem ea, ad pacificationem ſpectantia, atque utrinque concluſa, efficeret, ibidemque ad placitum *Regis* ſubſiſteret. *Roſsilionenſes*, belli temporibus, nullas armarent intrà urbem naves, legibus de cætero regni ſeſe componẽtes. Iidem bona *Eccleſiaſtica*, hactenùs poſſeſſa, refunderent, iuxtà edictum, ſub *anno M. D. XCVIII.* publicatum. Iidem *Apoſtolicam Catholico-Romanam Religionem* profitentibus liberrimum intrà urbem permitterent uſum. Pariterque bona, illis fortè adempta, redderent. Sic etiam *Cadonam* fortalitium, nuper extructum, ſolo æquarent. Tametſi *Rex Chriſtianiſsimus* fortalitii, *S. Ludovici* nomine venientis, complanationem non admittat, nihilominùs per eius loci, ut *Inſularum Rees*, & *Oleronis*, præſidiarios illam adminiſtraret moderationem, ut *Roſsilionenſes* commerciis ſuis, tùm legibus, aliâs per regnum ſancitis, uti frui poſſint, debeant. Conſimiliter poſſeſſionibus ſuis per utrâque prædictam *Inſulam* extantibus gauderent. Ad *Religionis* negotium quod ſpectat, hæc utique *Regis Chriſtianiſs.* obtinet ſententia, ut pleniſſimo iure uterentur illis reſponſis, ac conceſſionibus, ſuperiori *Iulio* menſe, ſuper querelis ciuitatis, tùm indultis, hac ſub lege, ut omnia ad eam formam, ac ſtatum, quo tùm res erant, reducerentur. Interim *Rex* gratiam ſuam ideóque illis ſiue clauſulis, ſiue vinculis, haud aſtringet, ut ſuo non tempore in *Roſsilionenſes* prolixiorem conteſtari non poſſit.

IV.

In Regem Chriſtianiſſimum coniuratur à diuerſis Galliæ magnatibus. Quorum pars pœnas dederunt.

PRout *Gallorum* felicitas rariùs abſque æmulatione diù excurrit, ità *Ludovicus XIII. Rex Chriſtianiſsimus*, more maiorum, ſub illo felicitatis ſuæ faſtigio, abſque oſoribus, atque æmulis, haud quidem extitit. Eccc! enim nuper proletarii in hoc *Regis* caput coniurârant. Ut iam *Magnates*, ſimultate præcordia inflante, pariter conſpirarent. Materiam ſuppeditabat *Gaſtonius Ioannes Baptiſta*, *Regis* germanus. Huic cùm *Rex* in matrimonium collocaturus eſſet *Montpenſiriam Principem*, illi perſuadere, ac ſubalare, nonnulli magnatum auſi ſunt, ne id faceret. Quærendum eſſe, inquiebant, foris matrimonium, & quidem tale, cuius intuitu, ac reſpectu, *Rex* urgeri queat, maiorem ut germano illi ſuo poſſeſſionum partem conferret.

Ex illis erant *Dornanus Mareſchallus*, *Chalaiſiu*
ro, *Magnus Prior*, & *Dux Vendonius*. Hi applicici
Chriſtianiſsimi fratri, hoc agebant, ut, rebus a
ſub dominio regii fratris, ipſi ſplendidiùs, q
ſub *Rege*, emergere quiti eſſent. Si enim hoc c
re mutuò *Rex*, & frater, colliderentur, bellum
per *Gallias* inteſtinum naſceretur, ſperabãt, eò
portuniùs rebus tùm turbatis, commodis ſui
lificari, adeóque officia illa, quibus iam tùm
debant, poſteris ſuis hæreditaria ſeſe facere p
Sed hæc ſpes oppidò noxia, atque infrà fiduc
fuit. Maturè enim *Rex* omnia didicerat. Itaq;
conſcientiâ flagellante, fugâ ſupplicium præv
runt, pars in cuſtodiam relati, & capite plexi,
E quibus *Chalaiſius* (qui *Regi* è cura veſtimen
erat) apud *Britanniam Galliæ*, *Rege* in motus, tùm
ſcentes, intento, capitis damnatus eſt.

Eo loci eius agnati dùm, ſub ultima vitæ li
damnato prodeſſe cupiunt, vehementer noc
viſi ſunt. Carnificem enim, feralis iſtius officii,
executionis, magiſtrum, ità ſive pecuniis corr
runt, ſiue minis territârunt, iſte ut profugiens
quam compareret. Deficiente igitur lanio,
tortore, ordinario, ne irritum recideret, ſuppl
è mediis ergaſtulis ecce! accerſitur ſutor, iden
mnatus, & intrà triduum in furcam agendus,
ſub hac conditione vita, & reatus, condonatu
ubi *Chalaiſio* cervicem recidere nihil dubitet.
cipit hic conditionem oblatam gratanter, &
funeſto operi accingit. Ecce! autem, dùm, f
magiſterii ignarus, acceptâ in manus machęrâ
veticâ, primum ictum intentat, procidit q
Chalaiſius, tametſi collotenùs perfunctoriè v
ratus. Indè quaternis, abſque effectu, ictibus
cumbentem, & nomen dulciſſimi D. & S. N.
itemq; *S. Deiparæ Virginis*, inclamantem, denuò
cuſſit. Cùm autem neque ſic tùm reciſa eſſet
vix, feralis, & rudis, miniſter cervicem trunc
poſitam, arreptâ in manus bipenni, ſiue aſciâ,
titis viginti novem numero ictibus aliis, tàm
ad ſtuporem ſpectantium, laniavit, donec ta
reſecaret. Itaque, cùm extemporalis, & tyro
eſſet carnifex, ignoſcendum iſti erat, quòd m
ad hanc lanienã attuliſſet minùs exercitatas.
enim non erat amputare, ſed miſerrimè lan
ſed lacerare. Ut videre eſſet, amicos, atque a
tos, fortè iſtius in liberationem intentos, inte
ſtiuâ iſtâ curioſitate ſuâ tot mortibus occidiſſe
que excruciâſſe, hominem, cùm ſub exercitati
nificis manu morte unâ perire ſatius fuiſſet,
conſolationem doloris conducibilius.

Id genus inſidiatoribus bonam partem ul
ſupplicio affectis, nihilominùs frater regius
Maria Burbonia, *Principe Montpenſiria*, unicâ
Montpenſirii hærede, tædas jugales feliciter ſoci
Ne autem *Gaſtonio* fratri quicquam querelar
ſuper redituum annuorum, diminutione, ſupe
ſet, ecce! *Rex Chriſtianiſsimus*, præter *Aurelianen*
Chattreumque, *Ducatus*, itemque *Bloyſum Comita*
inſuper quingenta ſexagintaque *Francorum*, ut
cant, millia quotannis ex ærario regio in illum
ferri iuſſit. Ut de ditionibus ex hoc matrimonio acquiſitis ampliſſimis nihil curioſiùs afferatur.

V.

V.

*liæ, & Angliæ, Reges inter ſeſe colli-
duntur.*

à quoque de matrimonio *Caroli*, *Angliæ Re-*
um *Henrietta*, *Chriſtianiſſimi Regis* germana,
e verſùs *Hiſpanos* præparatoriis bellicis, at-
peditionibus, prælibauimus. Quæ cùm re-
ota deducta eſſet ſolenniter in *Angliam*, non
poſt tempore *Clericorum*, qui cum regina è
acceſſerant, inquietatione turbæ interue-
. Iſti *Patres Clerici*, ſiue *Confeſſarii*, intempe-
ac creberrimis, confeſſionis exactionibus
non reginæ moleſti erant. Eâ de re offen-
Carolus inopportuna id genus officia im-
bat, ut *Confeſſarios* ob id ex *Anglia* dimitteret.
n, per legatum, *Pariſios* oppidò dimiſſum,
acti cauſſam reddebat, inuidiamque amo-
r. Sed *Rex Chriſtianiſſimus* tàm perfunctoriâ
rei purgatione placari ſe non patiebatur. Ut
iam dimiſſo *Baſſampierio Mareſchallo*, reſtitu-
Clericorum deditâ urgeret operâ. Quanquã
Carolus Rex reciperet, ſe *XII. ſacerdotes*, cum
, duas nymphas, *Medicum*, *Camerarium*, &
rium, aliòſque paucos miniſtratores *Gallica-*
niſſurum, nihilominùs hæc res magis ad di-
quàm compoſitionem, ſpectare viſa eſt. Nã
um Rex, abſque mora, naves quaſcunque *An-*
, *Scoticaſque*, per *Gallias* in portubus mariti-
vias, ultrà centum numero, ſub arreſto, at-
uravit. Quæ cùm, pro vino coëmendo, in-
pecuniarum vim intuliſſent, eò maiorem
nglis, ſubitâ hac metamorphoſei, & tropi-
fuſis, incommoditatem obiecit.

CAP. IV.

Imperatore, Ele-
ctore Brandeburgi-
cum, ſuper Maximi-
liani, Electoris Bava-
rici, recèns creati, ad-
miſsione interiori, in
terpellante.

I.

*atori autor eſt Elector Saxoniæ, à Con-E-
tore Brandeburgico Collegii Electoris re-
ntegratio, & Bavariæ Ducis in Electorem
Fecti, approbatio, ut ematuraretur.*

Ucuſque *Brandeburgicus Elector*, ſuper *Ma-
ximiliani*, *Ducis Bavariæ*, recèns creati *Se-
ptemviri*, interiori admiſſione, nondùm
adiecerat calculum, rationibus illis, à *Fri-
derico Palatino* exule, aliiſque, in medium allatis, etiamnunc inhærens, nempè *Catholicorum Electorum* ſuffragiis deinceps prævalentibus res in *Imperii* comitiis, ac deliberationibus, infrà æquilibrium, nuper ſic ferè inſtitutum, futuras eſſe. Nihilominùs *Electoris Saxoniæ* ſuperaccedente cohortatione tãdem ſe mitigari paſſus eſt; Ut diutiùs dubitationẽ ſuam haud ſequeſtrare velle videri poſſet. Cuius animi inclinatio ut eò promptiùs flecti poſſet, ecce! *Saxoniæ Elector* hac de re *Imperatorem* monere non deſtitit, nempè *Imperator* præuiâ legatione, hanc ægritudinem, tanquam fomentis adhibitis, abſtergeret, ac conſolidaret.

Talis autem tùm erat ad *Cæſarem* epiſtola *Saxonis*: Quanto cum animi, inquit, dolore turbas iſtas, initiò per *Bohemiam* ſcintillantes, mox per uniuerſum penè *Imperium* rutilantes, flagranteſque, deteſtatus aſpexiſſet, quantiſque ſtudiis, & laboribus, in id incubuiſſet, quò pax ab exilio, & fugâ, poſtliminiò reuocari poſſit, illud reipsâ potiùs, & reali demonſtratione, quàm verbis, ſe efficere conatum eſſe. Ut tàm neceſſario, nec minùs periculoſo, tempore arma cum *Cæſare* ſociârit, diuerſis tractatibus operam dederit, tandemque unam, atque alteram, prouinciam ad obedientiam *Cæſaris* reduxerit. Interim, per tot labores ad ſcopum preſpeculatum, nempè pacem, nondùm ventum eſſe. Tametſi enim ciuile iſtud incendium, atque inteſtinum, uno, alteroque, loco fuiſſet extinctum, nihilominùs fauillas, tanquam per contagium, alias, aliaſque, regiones ſucceſſiuè corrumpere, atque inficere, cœpiſſe, ut nondum à tantis malis quies detur ulla. Itaque ſe neque laborum, neque ſumptuum, pœnitere, modò illis finem, nempè pacis reproductionem, conſequi licuiſſet. Quanquam autem non omnia ad nutum eſſent effecta, nihilominùs ſe rectè ſperâſſe futurum, ut ſicut veteres in *Tragœdiis* intulerunt, Θεὸς ἀπὸ μηχανῆς, ità intereà ea occurrerent media, quibus pax, antè fores extruſa, plenis admitti poſſit valuis. Ex illis omnibus remoris, atque obſtaculis, non poſtremum ordinẽ tenere, quòd *Elector Brandeburgicus* adhucdùm à *Collegio Electorali* diuerſum ſentiat, neque admiſſionem *Maximiliani Ducis Bavariæ*. approbet. Hoc autem ſibi iampridem curæ fuiſſe, quò etiam *Brandeburgicus* eo tenore, quo ipſe pactus eſſet anteà, *Bavarum* collegam agnoſceret. Abſque enim hac neceſſaria *Electoralis* corporis redintegratione eſſe, ut nulla ſalutaris deinceps ſub *Imperii* comitiis deliberatio, nedùm pacis reproductio, inſtitui queat. Se quidem demandati à *Cæſare* muneris vices diligenter executum tentâſſe hactenùs collegam in viã reducere, nempè ſub illis ut conditionibus, quibus ipſe *Saxo* tranſegiſſet, *Bavariæ Ducis* in *Electorale Collegium* admiſſionem ratam haberet. Neque multùm abeſſe, ſua quidem opinione, quin *Brandeburgici* animus, quodãmodo lenitus, inflecti poſſit, modò *Cæſar*, ultimam velut addendo lineam, pari operâ eum per legationem requireret. Nullum enim ſibi relinqui dubium quin, ad *Cæſaris* admonitionem, conſenſus illius impetrari queat. Atque hoc ex illis quidem eſſe, quod modò non *Imperio* utile, ſed interiori inter *Electores* ipſos, tanquã præcipuos *Cæſaris* conſiliarios, neceſſitudini fructuoſum, communiſque quietis, ac pacis, ad recompoſitionem ſummè neceſſarium, poſtulari videatur.

Eam

Eam interuenire animi ſui ad ſalutem *Imperii* indefeſtam ſolicitudinem, ut in hoc, tanquam ἔργον præcipuè omni ſtudio ſibi incumbendũ exiſtimet.

Atque ut eò luculentiùs hoc ſuum *Cæſari* deſiderium conteſtari liceat, ſe quoque paratum eſſe, cum *Chriſtiano, Daniæ Rege*, cæteriſque *Saxoniæ Inferioris Principibus*, amicâ lege experiri, an illis pacem, armis ſequeſtratis, perſuadere quitus ſit. Hoc igitur ſuum propoſitum, utrùm *Cæſari* placere poſſit, ſeſe priùs erudiendum eſſe. Quod ſi enim *Cæſar* ratum habeat, tranſactiones deinceps illas, nuper apud *Brunſvigam* fruſtrà ſuſceptas, à ſe, & *Brandeburgico*, reaſſumi fortè poſſe: an ſic iis quoque ſub locis è bello pacificationem elicere fas ſit. Omnia autem, quæ *Cæſari* utilia, & grata, eſſe queant, ſe ingenuâ, rectâque, fide hoc tempore curaturum eſſe.

II.

Imperator, Carolum Hannibalem à Dona, dimittit ad Brandeburgicum Electorem. Simulque ad ſuperiorem Epiſtolam reſpondet.

ACceptis illis *Elect. Saxoniæ* ſuaſoriis, *Cæſar* oppidò *Carolum Hannibalem, Burggravium à Dona*, in *Marchiam* dimittendum eſſe, iudicauit. Ut autem conſtaret, quàm grata *Cæſari* hæc *Saxonis* fuiſſet commonefactio, ità ipſi humaniſſimis ſub verbis tùm reddidit: Quanquam *Cæſar*, inquit, *Saxoniæ Electoris* heroicam animi conſtantiam, iampridem tot luculentis conteſtatam argumentis, tanquam obſidem, ac vadatam, habeat, utpote qui nõ tantùm conſiliis, ſed ipſiſmet actionibus, ſeſe totum *Imperio* approbâſſet, nihilominùs præuentis illis effectis, ac progreſſibus, eum identidem, pro fide, atque humanitate, ſua integerrimâ, noua, atque noua adiicere incrementa. Eiuſmodi quoque vel maximè impræſentiarum eſſe illud, dùm, amore pacis, eò ſtudioſè reſpiciat, quò, ſuper *Electoralis Collegii* ferruminatione, nuper apud *Schleuſingam* ſuſcepta deliberatio, ad effectum ſpectare, *Electorque Brandeburgicus* mitigari, atque in viam reduci, queat. Per fidem, illa eſſe media quæſitiſſima, quibus obſtaculis, & remoris, hactenùs paci repugnantibus, medicina fieri debeat. Proindè ſic *Cæſarem* affectum quidem eſſe, ut hoc integerrimum *Electoris* conſilium omnibus modis approbet, gratanterque admittat, ut etiam ſine mora, efficiendæ eiuſce rei gratiâ, *Carolum Hannibalem à Dona*, certa cum inſtructione, ad *Elect. Brandeburgicum* ablegandum cenſeat. Tametſi autem *Cæſar* nihil hic dubitet, fore, ut illis, quæ apud *Schleuſingam* neceſſitate dictitante, deponderata, ac concluſa, eſſent, *Elect. Brandeburgicus* accedere, præſentemque *Cæſaris* legationem haud inſuper habere, velit, nihiloſeciùs facilitatem eius rei rectiùs ſperandam venire, ſicubi *Saxoniæ Elector* inſuper poſtliminiò ſymbolam etiam ſuam adiicere, eidemque conſilio ſaluberrimo inuidiam expectorare, velit.

De denuò tentandis, vel reaſſumendis, quà *Daniæ Regem*, & *Saxoniæ inferioris Principes*, tractatibus, eandem eſſe *Cæſaris* ſententiam, ut pro hac prolixa benevolentiâ itidem *Electori* gratias ſe debere lubens profiteatur. Interim, cùm ſereniſſ. *Hiſpaniarum Infans, Belgii* gubernatrix, cum *Rege*, eo ſuper compendio, literis experiri cœperit, tantiſper acquieſcendum eſſe, donec, quò res redierit, e-

mergat. Quicquid igitur futurum ſit, de eo
rè *Electorem* erudiendum eſſe. Ut, ſi velit, ea
que in re, ſalutarem operam nauare, ſimulqu
gi, ut ab armis, abſque cauſſa legitima ſumpti
ſcedere, negotiiſque, quæ ad *Electorale* colle
pertinent, ibidemque tranſigi debent, m
ſubducere, patiatur, inculcare ; ac perſua
poſſit.

Ad illud verò negotium quod attineat,
obſcurum eſſe poſſe minimè gentium, quib
ſar paternis admonitionibus prouectus *Saxo*
ferioris Principes, Ordineſque, in viam reuocare
râſſet, nempè res nouas fugerent, alienis pe
ne accederent, nedùm, ſub colore *Circuli* d
ſionis, ad arma proſilirent. Ex adverſo *Regis*
actionibus, maturè, quorſùm tenderent,
ferentibus, manus, atque auxilia, ſubtrahe
Cæſari, tanquam legitimo capiti, ac domino,
tam obedientiam deferrent, adeóque mand
vocatoriis in effectu verè, ac realiter, ſatisface
Verùm enim verùm, quàm fruſtrà *Cæſar* t
hortationibus tùm fuerit, in propatulo eſſe,
minem inſecuta iſta clades latere poſſit. Ut
orbe, & *Imperio*, hoc teſtimonium ex meri
beatur, *Cæſari*, tàm ſub tractatibus illis *Brunſ*
bus, quàm aliâs, ea honeſtæ pacis media fuiſſe
poſita, ut vel à *Cæſare* deſiderari ampliùs po
nihil.

Poſteaquàm verò, diuinâ moderante p
dentiâ, nuper *Rex Daniæ* pugna victus eſſet,
quidem rem ſe habere, ut *Frid. Vlricus, Dux Br*
cenſis, Cæſari ſit reconciliatus, eiuſque exem
cæteri *inferioris Saxoniæ Ordines* amplecti v
deantur. Eo nomine *Cæſarem* in mandatis d
Chriſtiano, Duci Brunſuicenſi, & Luneburgenſi,
que *Thillyo Comiti*, illi pari fideliâ laborarent,
cum cæteris *Circuli Principibus*, *Ordinibuſq*
laudabile *Frid. Vlrici Brunſvicenſis* exemplum,
ſigi poſſit. Ut ità tandem, poſt toties verbi
gatam ſubmiſſionem, realis, & vera, ergà
caput, obedientia, & recognitio, emergere
neat.

Proinde cùm *Cæſar* iam tandem eam in
veniat, certò futurum, ut præfati *Circuli Pri*
Ordineſque, errore agnito, ab id genus procel
ſe deinceps abſtineant, *Cæſaris* integerrimas
monitiones ad animos penitiùs admittant, a
Regi Daniæ, in bellum ſine iuſta cauſſa ſuſcep
antè ſubminiſtrata, ſubtrahant, vice verſâ
deliberent mediis, quibus *Cæſari*, hanc in ex
tionem facti, ſumptus refundantur, legione
prænumeratis ſtipendiis, exautorari queant,
cætero omnes ſub miti *Cæſaris*, indulgentique
mentiâ, optatâ pacis refloreſcentis ſecurita
frui ſufficiant: hanc in rem *Saxoniæ Electorem*
facturum operæ pretium, ſiquidem ad eiuſce
pi conſecutionem nervos intendere, operas
ferre, præcipuiſque illis, & ſibi agnatis, *Princi*
fidem, obedientiam, debitumque *Cæſari* obſe
ſeriis verbis inculcare haud gravaretur.

III.

Legati Cæſarei, ad Elect. Brandeburgicun miſſi, inſtructio.

QUæ interim fuerit inſtructio, legato à *Cæ*
ad *Brandeburgicum Elect.* dimiſſo, impertita

q

ormula declarabit. Talis autem extitit illa:
ubium nullum eſſe, quin *Elector* è calamito-
iot annorum per *Imperium* increſcentibus,
tiam nunc continuantibus, turbis, abſque
âque odioſâ, recapitulatione, expertus ſit,
e calculum ponere poſſit, quàm ſummè ne-
um eueniat, tandem ſuper ea remedia cu-
ac ſolicitos, conijcere oculos, quibus, abſq;
ri prolongatione, pax, à tot annis in exiliũ
intrà *Imperium* revocari, ac quæcunque in
ſtacula remoueri, queant. Niſi enim ſemi-
ia, iſthæc ſternatur, iter ad ſcopum illum,
ere ſalutarem, minùs expeditum eſſe poſſe.
erò viam cum fructu, effectuque, calcan-
ud venire, niſi inprimis *Collegium Electorale*,
m ſaluberrimorum *Imperii* conſiliorum, i-
e almæ pacis; officinam, redintegrari, in-
ſtâque antiquâ iſtâ animorum harmoniâ,
r ferruminari, accidat. Ex hoc fonte, &
tuario, totius *Imperii* conſiderationem, ac
atem, pendere, ex hoc *Electorum* concordi
ntu, ac ſymphonia, totius labis, ac mali, me-
m expectari oportere.
n in rem, cùm hactenùs per *Elect. Brandebur-*
teterit, quò minùs hæc *Electorum* amica con-
o impleri quita ſit, *Cæſarem* utique tàm ne-
æ unionis prolongationem extrahere non
ſe, quin hac vice rectà per præſentem lega-
l *Electorem* iret, eique in mentem reuocaret
c tàm ſalutaris, incrementi ematurationem.
ter igitur *Elector* ad animum admitteret, ſe-
e ſtatueret, tàm ſuâ, quàm *Imperii*, intereſſe,
rictus oppidò conſolidetur, ut aliâ efficacio-
icinâ, atque alexipharmaco, neque *Imperii*
as à ruina præſeruari, nedùm *Electorum* præ-
ntia, ſtabiliri, neque etiam pacis commodi-
ſtliminiò reſtaurari, ſuſtineat.
gatus igitur id ipſum *Electori* inſtillaret, quod
no menſe *Septembri* feriis deliberationibus à
o *Electorali* ventilatum, excuſſum, atque de-
n, antè fuiſſet. Nempè hoc ageret, diutiùs
nctionem, ac ſuffragium, à cæteris *Electoribus*
egregaret, neque pacis promotionem retar-
, ſed *Electorem Bavarum* tanquam collegam,
cipuũ *Imperii Septemvirum*, honoraret. Quo
omnium oculis futurum eſt, inprimis *Cæ-*
rſpectiſſimum evadet, quàm quidem *Electori*
eb. reipublicæ ſalus, & quies, unáque *Imperii*
onſeruatio, & *Cæſareæ* dignitatis ſublimitas,
ic cordi, nihilque adeò prius, atque antiqui-
Sic rebus afflictis ſolatium, *Imperii*, atque
alibus conuentibus, reſtaurationem, pericli-
atriæ reſpirationem, ac levamen, ſibi, nomi-
ſuo, immortalem laudem, paciſque com-
commendatæ bonitati redintegrationem,
liabit. Ut ex aduerſo multorum malorum
n multiplicare, *Imperiique* rebus, ſic qui-
nclinantibus, damnum inemendabile accer-
c ſuperinducere poſſe, videri debeat.
cuſque legato lex poſita eſto! Ut ſi fortè *E-*
ut fieri amat, obiectionibus contrà experiri
hos illos iſtos intrà cancellos ſeſe teneat, ne-
iud, niſi hoc, agat, nempè *Elector*, miſſo ver-
n circuitu, mentem planâ, ſimplici, & per-
â, ſententiâ declararet.

Qua de, quid, & quo pacto, *Cæſari* ille ſit gratificatus, deinceps in progreſſu patebit infrà.

Externa.

I.

Guſtavus, Rex Suecorum, Polonorum rebus utcunque attritis, Boruſſiam infeſtat, magnamque partem ſubiugat.

VT *Guſtavus*, Rex *Suecorum*, in bellum, *Cæſari*, totique *Imperio Rom.* inferendum, aliquando ſufficere poſſet, ecce! per tot annos continuos variis, & difficilibus, cum *Polonis* bellis implicitus, ſingularem, atque invictam penè, fortitudinem, rara cum induſtria, rerum agendarum celeritate, atque experiẽtia, coniunctam, iam diu præparabat, *Poloniſque*, ceu cote, ad virtutis incitamentum, utebatur.

Qui ubi nuper univerſam *Livoniam* eripuiſſet *Polonis*, tametſi omni datâ operâ repugnantibus, paulò poſt, pace deſperatâ, nouos in militię, armorumque, apparatus incumbere cœpit. Inſtructis igitur centum, & quinquaginta navibus, impoſitiſque hominum bis ſeptem millibus, unà cũ machinarum bellicarum ſumptuoſâ multitudine, in *Boruſſos* expeditionem ſuſcepit, primumque in munimẽtum iuxtà *Pillaviam*, viginti paſſuum millibus à *Monte regio*, ciuitate, diſſitum, fecit impetum. Quo loco in poteſtatem redacto, ac firmo præſidio confirmato, tantùm non *Regio monti* leges præſcribere, ſed porrò *Braunsbergam*, *Fravvenbergamque*, invadere cœpit. *Braunsbergenſes*, per tubicinem ſuper deditione facienda compellati, ſic ſatis minabundis, atque incivilibus, verbis, nihil ſeſe *Regi* extrà nitratum pulverem, glandes, enſiſque ſummitatem, debere, regeſſerunt, verbis planè ſaporem publicum referentibus, paulò poſt huius importunitatis pœnas daturi. Cùm enim *Rex* expugnationem feriò urgeret, effractis, non multò poſt portis, oppido potitus eſt, præſidiariis dilabentibus, oppidanis verò ſalutem, atque expilationem, ſeptuaginta florenorum millibus, redimẽtibus. Eadem, ſed paulò mitior, fuit fortuna *Fravvenburgenſium*, paulò minori pretio ſuorum redemptionem procurantium. Indè ad *Elbingam* caſtra promouit. Sed, cùm recentia prædictarum ciuitatum exempla terrorem incuterent, deditio etiam hîc ſuperacceſſit. Quòd ergò faciliùs paruiſſent, ſicut olim *Romani Antiocho*, *Syriæ Regi*, facilè cedenti, libentiùs veniam dederunt, ita propemodum parſum eſt illis. Sic tamen, ut ter quinque *Ferdinandicorum* millia, tormentorumque bellicorum numerum, dependerent. Atque hæc quidem ciuitas, quæ idoneo non tàm præſidio, quàm munimentis circiter excitatis, confirmaretur, digna iudicata eſt

II. Rex

II.

Rex Sueciæ Dantiſcum tentat.

REx, illis auctus ſucceſſibus, etiam *Dantiſco* leges præſcribere perrexit. Nempè inter *Polonū*, & *Suecum*, *Reges*, neutrales, ut loquuntur, incederent, in gratiam *Polonorum* nihil hoſtile aduersùs *Suecos* deſignarent, *Polonicas* naues, unà cum apparatu ſuo, traderent, *Suecisque* pro præſente pecuniâ commeatus permitterent, immò, ſicut *Polono Regi*, vectigalia ſoluerent maritima. In hæc, atque id genus plura, ſi vrbs promitteret, tunc utique *Regem* amicis cum illa legibus acturum eſſe. *Dantiſcani* tot exactionibus poſtulatis confuſi, diu in deliberationes incumbere notati ſunt, maximè, cum *Rex Sueciæ* nauibus, per mare diſpoſitis, ciuitatem urgeret, *Viſtulæ* pontem, munimentis roboratum, imponeret, inque proximo, nempè vix duodecim millibus paſſuum, ab urbe caſtra teneret. Ita factum, ut per urbem commerciis feriæ indicerentur, & portitoria præcluderentur. Interim *Senatus* circiter bis mille opificum famulos, atque id genus calones, ſtipendiis obligauit. *Sueco* igitur *Rege* fruſtrà in deditionem nauium *Polonicarum* incumbente, poſt multas hinc inde irritas tractationes, tandem *Magiſtratus* reſpondit, ſeſe à fide, *Poloniæ Regi* datâ recedere nec poſſe, nec velle. Pupugit hoc *Suecum*. Et huius facti pœnitentiam *Dantiſcanis* extorquere allaborauit. Hinc *Ciuitatis* iuriſdictioni loca ſubiecta expilauit, multiſque, & magni momenti, incommodis paſſim affligere non neglexit.

III.

Rex Sueciæ Marienbergâ, aliiſque id genus vicinis oppidis, potitur.

SIc in conſpectu *Dantiſcanorum* nauis magna militaris, ſive pyratica, excubabat, onerariis nauibus in urbem commeatum, ac ligna, importantibus, intercipiendis apta. In hanc *Centurio Polonicus*, apud *Puſeccam* præſidio præpoſitus, ſequens ſtratagema commentus erat, non imprudenti conſilio, ſi aditum habuiſſet. Nempè in bis quinque naues milites impoſuerat, ſuperiniectis lignorum faſcibus. Hoc ſub colore ad nauem regiam curſum dirigerent, factoque loco opportuno excenſu, illam, ſi liceat, ſubigerent. Obtinuit eò uſque inſtitutum, donec propè appuliſſent. Summo mane cùm conſilium hoc ſpectaret ad effectum, excubitor regius, pro more, aduentantes inclamauit, quis, vel qui, eſſent? Cum ergò iam in nauibus occultati, manus expedirent, officia ſpiſſantes, ecce! ex incuria cuidam, in equis illis *Troianis* latitantium, ſclopetum fortuitâ exploſione rem omnem prodit, ac detegit. *Sueci*, hoſtiles paratas eſſe inſidias, intelligentes, è ſomno excitati, tormentis ſtrenuè rem egerunt, ut non abſque difficultate, naues hoſticæ dilaberentur. Ut igitur *Sueci* deinceps eſſent vigilantiores, hoc nocumento effectum.

Inter hæc, *Elbingâ Rex Sueciæ* eduxit, ac *Mariæbergam* ciuitatem, deditionem promptè facientem, cæteris adiecit: Simulátque arcem, ac munimentum, ibidem excitatum, eâdem facilitate ob
Ut porrò *Dirſchauiâ*, *Poppelnio*, *Melſacco*, *VVor*
aliiſque oppidis finitimis, ſine ulla repugnāt
tiretur. Conuocauerat quidem *Poloniæ Re*
queſtribus decem millia, ut apud *Stargardi*
meranorum ſub ſigna conuenirent. Sed iſti,
euntes, dilabi cœperunt, ubi *Sueciæ Regem D*
viam ſuperâſſe intellexerunt. Undè factum
greſtes paſſim, regis *Poloniæ* ſubditi, cate
eas in ciuitates, quas *Sueci* tenebant, unà cu
cinulis ſuis, confugerent, ſub hoſtium tutel
ſuis plurimùm fidentes. Sic *Mevam* quoque, &
ceam, *Rex Sueciæ* paulò poſt occupauit. Qui
cis recuperandis diu *Poloni* fruſtrà fatigari
runt.

IV.

Polonorum Rex, inſtructo exercitu educto
vam expugnare nititur. Sed, obſtante
Rege, propoſito fruſtratur.

INtereà *Rex Poloniæ* inſtructum collegerat
citum. Cum quo ipſe, aſſumptis *Princip*
multiſque dynaſtis, *Graudentiam* promouit
interiectum flumen tranſiiſſet, protinùs
obſidione cinxit. Ea ciuitas, ad *Viſtulam* ſita,
habet adiunctam, aliâs mœnibus ſaltem,
more, incluſa. Hanc defendebant centū, &
quaginta, præſidiarii ſub *Colonello locumtenen*
ſexaginta ciuibus, exercitu *Suecico* ad ſedeci
ſuum millia adhuc diſtante.

Polonorum manus pedeſtris initiò, præoc
montis altitudine, & quibuſdam murorum
ribus, tormentis in ciuitatem experiebatur.
loco videbatur obſeſſorum res eſſe, ut diu c
ſio extrahi vix poſſet. Qua de re *Rex Sueciæ*,
uenientibus *Finnonum* ſubſidiis, caſtra caſtri
norum oppoſuit, *Polonis* in occurſum ei, per
tiem bene prolixam mouenti, parùm tenden
Caſtris igitur intrà *Viſtulam* flumen, & proxi
ſtagnum, communitis, aliquot cum legio
recognoſcendi *Polonos* ergò, eduxit. Ubi cùm
nos vidiſſet ſub ſignis excubantes, in proximo
tus deflexit, tentaturus, an eo circuitu illis i
nere, ac partem montis præoccupati ſibi vin
re, poſſet. Per ſaltus igitur pedeſtrium centu
liquot diſpoſitis, *Rex* cum tribus equitum co
tibus inſequebatur, ità ut *Muſtingum* tribunu
duobus ſclopetariorum centuriis, ad latus in
diis poſitum haberet. Interim *Poloni*, ſaltus in
ri cognoſcentes, tàm pedeſtres, quàm eque
cohortes in *Suecos* immiſerunt; Quæ alacrit
hoſtes inuectę nihilominùs illis fortiter obn
tibus reiectę ſunt. Hâc animaduerſa *Polonoru*
gâ equites *Suecici* immiſſi paulò latiùs ſeſe diff
runt, ut, ſuperuenientibus *Polonorum* globis,
nam partem funderentur. Quâ notatâ ſuo
anguſtiâ *Rex* ipſe ſuperueniens, ingenti animo
te, immiſſis in *Polonos* ſubſidiis, pugnam reſti
ſuiſque animos, ac victoriæ præludium, addic

Præuiis illis velitationibus, *Rex Sueciæ* uni
ſum exercitum, unà cum tormentis bellicis, in
tus uſque, evocare cœpit. Quod animaduerte
Poloni alias per vias ingentem *Coſaggorum* mul
di

emiſerunt, *Suecos*, ſi liceat, coronâ inductâ turos. Putabant enim hoſtium vires non nagnas adeſſe. Sed *Sueciæ Rex*, in hoſtium ctu, etiam aciem ſuam oſtentabat. Cui ſuper aliquot è *Livoniæ* legiones *Germanicæ*, *rriano Comite* iuniore, acceſſiſſent, eccè!bis paſſibus progreſſus proximè in *Polonos* pro-, locíſque opportunis caſtra poſuit. *Poloni*, riò, atque in proximo, ſecum agi percipi- machinis bellicis in ſummitatem montis e- is, immiſſoque ad radices montis equitatu, caſtris exuere conabantur. Sed nihil mo- tur *Sueci*, caſtra identidem obfirmantes, ut ratione pedem moverent. *Turrianus*, cum tariorum manu, caſtris *Polonicis* proximus e- hunc igitur *Rex Polonus* tàm pedeſtres, quâ *gorum* globos, immiſit. Sed ea erat iſtorum repugnantia, ut cooperantibus è caſtris tor- s bellicis, *Poloni*, abſque magno effectô, reii- tur. Hac ex parte fruſtrà impetum facienti- *lonus*, viſum eſt omni, vel utraque, ex parte adoriri. Sublato igitur clamore militari un- *Poloni* impreſſiones faciunt, tormentiſque iuntur. Sed à *Suecis* pari confidentia illis ſum eſt, ut, interveniente noctis obſcuri- uies daretur conflictibus.

V.

Sueciæ Rex Mevam obſeſſam liberat.

roque exercitu quiete interpoſitâ corrobo- ato, *Sueciæ Rex* iam non magis defenſivè, ſed ivè, in *Polonos* progrediebatur. Poſtquàm e- anni Banero tribuno caſtrorum defenſionem iſſet, aſſumptis ipſe legionibus expeditiſſi- ſaltus eduxit. *Poloni*, adhibitis machinis ntariis, omnem impendentes operam, *Sue- us* ſylveſtres eripere laborabant. Sed, quòd iones tormentorum, in ſublime exeuntes, efficerent, *Sueci* ſaltus nihilominùs occu- . Per eos, anteà cognitos, *Sueciæ Rex* pede- iſponebat cohortes, etiam in *Polonorum* ctu loricis excitatis. Quanquam verò *Po- ni* induſtria montana loca tutarentur, *Rex* , quòd intrà viciniam tormentis hoſtes ni- cere poſſent, prævidens, *Muſtingum* tribu- r vepres altiùs in montis ſupercilium eniti Hoc ille promptè effectum dedit. Cùm au- os illic collocâſſet, recognoſcendi igitur, oſtes in planitie agerent, curioſiùs excu- In eum incurrentes equites *Teutonici* per- ubtùs equo proſtraverunt. Id animaduer- ſius globus, quem in montem eduxerat, ſo- rdinibus tribuno in auxilium properavit. n impunè. Quoſdam enim ab equeſtribus rdi, capique, accidit. *Rex* huic ſuorum in- io maturè occurrens, miſit, qui *Polonicos* e- reiicerent. Ità *Muſtingus* receptâ audaciâ is ad ſigna, & ordines, rediit.

ter hæc, *Poloni* ex altera parte *Turriano*, pro s defenſione, ſex pedeſtrium obiecerant co- . *Rex* igitur, ut duæ ſclopetariorum cen- utrinque in montem eniterentur, manda- Quibus ſub *Hebrono* centurione id feliciter ef- ficientibus, pariterque *Muſtingi* illius manipulis ſtrenuè coadiuvantibus, *Poloni* fugari cœperunt. Ità fortunâ plauſum faciente *Turrianus*, uſque in montis verticem erumpens, cæteros *Polonorum* globos è præcipitio deturbavit. Simulátque, iuſ- ſu *Regis*, faſtigium montis pro re nata communi- vit. Sed, loci iniquitate perſpectâ, paucos ea in ſummitate collocavit, hac ſub lege, indè, ſicubi hoſtes urgerent, exploſis antè ſclopetis, officio ſuo fungentes, ad *Turriani* cohortes ſeſe reciperent.

At *Polonis* in mentem veniebat montem denuò in poteſtatem vindicare. Magno igitur numero, nec minori impetu, in montanam cuſtodiam ir- ruentes, paucos illos præſidiarios in fugam conie- cerunt. Qui, prout iuſſi erant, facientes, atque in crepidinem, ſive decliuitatem, montis, ad *Turria- num* ſeſe recipientes, inſequentes poſt ſe attraxe- runt *Polonos*. *Poloni*, hoc pacto per declive deſcen- dentes, ſic quidem præcipitio inclinante ſociorũ tergis inhærebant, ut à *Turrianis* acriter excepti a- gmina retrò vertere vix poſſent, anguſtia, & decli- vitate, loci id impendiò impedientibus. Interim *Suecis* ſecundâ vice fiſtulas ſclopetorum infarcien- di, ac commodè exonerandi, data eſt facultas. Un- dè complures ex hoſtibus proſtraverunt, reliquis in confuſionem adactis.

Supererant *Polonis* duo munimenta caſtrorum. Quorum, alterum promptè deſerendo, alterum a- criter eò uſque defendebant, donec machinas militares abduxiſſent. Illis *Sueci* oppidò potie- bantur. *Poloni* verò, ſeſe fruſtrà in defenſione mon- tis eſſe, videntes, incenſo pago, ad montis radices ſito, ſolutâ obſidione, in caſtra apud *Graudentiam* reverſi ſunt. Quibus retrò cedentibus nihilomi- nùs *Sueci* loca montana murorum ſepimentis, ac loricio, communire cœperunt, ſi fortè recollectis *Poloni* viribus novos retentarent aſſultus.

Ità ſolutâ feliciter *Polonorum* obſidione, *Rex Sue- ciæ Mevam* ipſe intravit, collaudatâque ciuium conſtantiâ, in illos, qui præ aliis fortiter feciſſent, præmia diuiſit: importatâque annonâ locum no- vo armorum apparatu confirmauit.

VI.

Inter Poloniæ, & Sueciæ, Reges pacificatio ten- tatur, ſed fruſtrà.

MEvâ à *Suecis* liberatâ, cùm utrinque captivi permutarentur, utriuſque regni *Cancellariis* venit in mentem coràm colloqui, atque de pacis mediis diſpicere. Acceptata eſt utrinque conditio. Quam in rem ſequentes legati coierunt. È *Polonis* ad hoc negotium deligebantur *Zamoſcius iunior*, magnus regni *Cancellarius*, itemque *Magnus Erne- ſtus Dönhofius*, *Lituaniæ Mareſchallus*; unà cum *Secre- tario regio*. A partibus *Suecorum* concurrebant *Axe- lius Oxenſtirna*, regni *Cancellarius*, *Dietericus Falcken- bergius*, aulæ *Mareſchallus*, *Axelius Banerus*, regii ſta- buli præfectus, & *Regis Secretarius*, *Salvius*. His illis *IV. Id. Octobr.* conventum eſt. Utraque igitur pars remedia pacis recomponendæ, funeſtique ac diu- turni, belli profligandi, tantùm non optavit, verũ etiam in medium afferri poſtulavit. Cùm eiuſ- modi nihil emergeret, tandem *Poloni* conviitiis de-

Sſ tonare

tonare cœperunt, obiicientes, quantæ maximæ *Polonorum Regi* à *Suecis* iniuriæ hactenùs intentarentur, dùm, præter fas omne, piumque, regnum illi hæreditarium interciperent, idque, tanquam ex lege, & iure, poſſeſſum detinerent. *Sueci* igitur *Polonorum Regi* inprimis ſatisfacerent, regnumque, damnumque, præter cauſſam illatum, refunderent. His ità obviàm à *Suecis* tùm quidem itum eſt. Nempè, inquiunt, quod de regno *Sueciæ* intercepto quererentur, hoc ſibi ipſis imputarent. *Regem Polonorum* enim huius rei materiam, & cauſſam, eſſe. Dùm ſibi ipſe, & iuramento præſtito, contrarius, *Religionem Catholicam* introducere, cum peregrino exercitu in regnum venire, poſteaque contrà pacta, & conventa, hoſtem patriæ ſe declarare, cœpiſſet. Hoc modo tàm per machinas occultas, quàm vim apertam, *Regem* illam patriam ſuam, amiſſum nuper regnum, infeſtâſſe, ac perturbâſſe. Neque languidius tàm convitiis, paſſim diſſeminatis, quàm nervis coniunctis, egiſſe *Polonos*, ut per latus *Regis* ſui *Suecos* tantùm non opprimere conati eſſent. Proindè, æquum, iuſtumque, videri, ut tàm *Poloniæ Rex* priuaretur *Sueciæ* regno, quàm ipſimet *Poloni*, abſque quorum operâ, & auxilio *Rex Sigiſmundus* nihil efficere ſuffeciſſet, dignas indè pœnas luerent.

Ad hæc regerebant *Poloni*, dicentes, nunquam communi, ſive publico, regni decreto bellum in *Suecos* decretum fuiſſe. Quibus ità ſatisfactum eſt à *Suecis*, ut obiicerent, illam excuſationem ſatis videri frigidam, ſiquidem factum exceptioni eſſet contrarium. Manifeſtæ enim veritatis eſſe, bellum hactenùs communibus regni, ſiue reipublicæ, ſumptibus geri cœpiſſe. Nullam igitur aliam ad pacem rectiorem viam monſtrari, niſi ut *Sigiſmundus Rex* iuribus, ac prætenſionibus, in uniuerſum omnibus, quibus fruſtrà gloriatur, renunciet, hæreditariumq; *Suecorum Regem* ſuum titulis, honoribuſque, debitis afficiat. Et cum hiſce altercationibus tùm quidem partes inuicem diſceſſerunt.

Poſtridie *Idus Octobres* denuò à legatis conventum eſt. Ubi *Poloni*, paucis remonſtrantes, quàm ſibi quidem cordi fuiſſet inter extremas illas antecedentes altercationes, mediam aliquam viam invenire, quæ duceret, ad pacis compendium, præfari cœperunt. Nihil ſeſe dubitare, quin ex parte *Suecorum* eadem fuiſſet ſententia. Dùm igitur catalogum, ac funiculum, trahunt ex illis, quæ *Regis* ſui animum, in pacem inclinantiſſimum, arguere poſſent, iuxtà oſtendere cœperunt, eò *Regis* indulgentiam propendere, ut etiam de faſtigio, & iure ſuo, nonnihil remittere affectus ſit, modò commendatam præfatæ pacis bonitatem, multis alioquin, ut aiunt, triumphus potiorem, conſequi liceat. Hancque in rem in mandatis ſibi dediſſe, id genus conditiones proponerent, cuiuſmodi nullo iuris colore repudiari poſſint.

Primam ex illis hanc eſſe: nempè *Guſtavus*, ad tempus vitæ ſuæ, titulo *Regis Sueciæ* gauderet, ità tamen ut hæredes eius, poſt fata parentis, *Sudermanniæ Duces* eſſent. Interim *Rex Polonorum* eodem inſigniretur titulo *Suecorum Regis*, hæcque huius regni hæreditas ad poſteros ſuos tranſiret. Nihilominùs cùm durum, & iniquum, foret, ſic *Polon. Regem* è *Sueciæ* regno excluſiſſimum eſſe, ut

nihil illinc ad ſe fructuum perveniat, æquit
ipſam poſtulare, *Sueci*, hac pro recognit
quotannis centum millia *Ferdinandicorum* p
rent. Secundùm hæc, *Polonorum Regi Princi*
liberum eſſet in *Sueciam* veniendi, miniſtr
iſtûc dimittendi. Eâdem lege *Suecia* ten
filiæ *Poloniæ Regis* dotem erogare. Et de
commercia intrà utrumque regnum eſſent
rima, captivi dimitterentur, verâque, ac ſi
ambæ gentes amicitiâ, ac neceſſitudine, rurſ
rent, ac feruminarentur.

Hæ cùm eſſent *Polonorum* rogationes, i
verborum circuitu à legatis *Suecicis* denuò i
ſas itum eſt, ob quas *Sigiſmundus Rex* regno
excidiſſet. Omnes eas propoſitiones eò
mare, aiebant, ut ſtatus regni, *Suecici* præ
verteretur. A tantò tempore ideò bello
catum, tantumque, à viginti, & octo, annis
guinis humani profuſum eſſe, ut ea res, ſive
ſtio, iam deſita, atque obſoleta, videri queat.
ctiùs facturum ea propter *Suecorum Regem*,
riam, quàm armis obtinuiſſet, regnum,
non tàm iure, quàm invictâ fortitudine,
nùs ſuum feciſſet, armis porrò proferret,
iiſdem, factiſque illuſtribus, aſſereret, &
deret. Iſto enim modo directè totum reg
tum everti, ima ſummis miſceri, univerſæq
giæ fundamenta, ac radices, collabefactari.

Ad iſta *Poloni* inſtabant, ſi conditiones,
allatæ, duriores videantur, *Sueci* alia præpon
media, ad finem conſequendum idonea.
bus reddiderunt *Sueci*, rem illam magni pon
& oppidò gravem, eſſe, de qua diſcepta
Neque enim ſe, abſque regni *Sueciæ* concuſ
quicquam concedere poſſe. Ut de *Polon*
dem operâ ſubverteri accidat, nedùm illos
tenſionibus ſuis renunciare velle. Quid en
animi eſſet, hactenùs ſub alea belli innot
Hoc modo ſeſe de huius conventus effecto
deſperare.

Niſi fortè his extremitatibus mora reme
afferre poſſit, & prolixiores pactæ induci
quid concoquere, atque ematurare, queant,
quid intereà *Polonorum Regi* accideret, tù
mùm, vel intereà conditiones miteſcere
quibus intervenientibus ſanguinario iſti
miſſio daretur. Atque hæc eſſe illa, quæ, dù
rerum ſumma agatur, *Sueci* quidem in mediu
ferre potuiſſent.

Non ſunt paſſi *Poloni*, ut diutiùs eam in ſe
tiam declamarent *Sueci*. Quorum oratio
moleſta eſſet, etiam hic conventus denuò,
que amicitiæ coagulo, diſperiit. *Guſtavus* erg
Sueciæ, urgente hyemis violentiâ, communit
cis illis, paulò antè interceptis, exercitum, in
ciam reductum, in hyberna diuiſit.

VII.

Rex Poloniæ Dantiſcum intrat.

DIſſolutis illis pacis tractatibus, *Sigiſmu*
Rex Polonorum. Unà cum *Vladislao Princip*
lio, illuſtriumque dynaſtarum, & equeſtrium
tervâ ſtipatus, *Nonis Novembr. Dantiſcum* v

S. P. Q. Dantiſcano, ſolenniſſima cum pom-
ceptus eſt. Cum *Conſulibus* urbis, *Senatorum-*
æcipuis, ubi ſecretò quædam communicâſ-
oto potitus, ad *Termündam* fortalitium; octo
um millibus ſuprà urbem diſtans, deduci cœ-
Inſpectis igitur rebus neceſſariis, pace di-
borenam civitatem profectus, comitia cele-
t. Sub illis de bello, in *Suecos* continuando,
ratum. Undè *Rex*, collatis ſumptibus, ad bel-
tinuationem adiecto animo, paulò poſt ex-
um, è *Germanis*, *Vngaris*, *Poloniſque*, ad trigin-
ominum millia excurrentem; recenſere

VIII.

*irorum multitudo intra Poloniam cadi-
r.*

Actenùs *Polonis* res erat cum *Suecis*. Mox *Tar-
ari* moleſti eſſe cœperunt. Qui ubi cum qua-
ntà millium multitudine, circà *Anni* huius
C. XXVI. exodium, in *Poloniam* irruiſſent, ele-
non multò poſt ſtratagemate à *Konitio Polſcio*,
trategó *Polonico*, cæſi, fuſique, ſunt. Illud
ſic quidem evenit. Ab initio *Polonis* reſiſte-
barisiſtis non ſufficientibus, ſub edicto re-
colæ iuſſi ſunt ad loca quæque inunitiſſima
gere, & ſeſe recipere. *Barbari* igitur, re-
otientes, optimè ſecum actum eſſe puta-
nemine in occurſum è *Polonis* tendente. Se-
ac ratione de præda, & victoria, copias qua-
iam diſpeſcunt, unâ parte ad caſtrorum cu-
m relictâ; cæteris tribus diuerſis itineribus
loniam prædas agentibus. Profuit hæc bar-
um inepta luxuria *Polonis*, rerum ſuarum ſa-
tibus. Ecce! enim præfatus *Konitius Polſcius*,
ptis *Coſaggorum* copiis, ante omnia barba-
n caſtra feliciter expugnavit, ibique cæſis o-
us ſub ſilentio ſeſe tenuit, quoad multitudo
rorum, prædas agens, ad caſtra properaret.
s, ſine ordine diffuſos; erumpentes *Poloni*
m unum, poſt alium, fundentes, ingentem
arbarorum impotentium multitudinem,
temporis ſpatio, contrucidârunt, diſperſe-
nque vincula coniecerunt. Videte, nùm
æpenumerò in bello, & cauta ſapientia, plus
quàm arrogantiâ, ac ſecuritas, ſpeſque, in
s, ac multitudine temerè poſitâ.

IX.

erſæ ingenti victoriâ Turcis ſuperiores.

câſſes *Marti* ad extinguendos furoris ignes,
nguinis humani, ſub occidentalibus plagis,
rofuſum fuiſſe. Sed nihil minùs iſtius lanie-
manâ, ſanguinariæ ſiti ſatisfactum. Quæſivit
per *Aſidos* orbem, *Orientemque*, id genus pa-
cruentas, ac copioſas, immolationes. Dùm
populoſiſſimas illas gentes, *Turcos*, *Perſaſque*,
imo inter ſeſe commiſit bello, facilè id, quod
tis erat, conſecutus eſt. Ubi enim præfatæ
s barbaræ, non minùs populoſæ, quàm po-
s, diu caſtris, mutuò oppoſitis; ſeſe tenuiſ-
ſent, tandem in *Babylonia* finibus ad pugnam, ſive
lanienam, deventum eſt. In qua quidem; aſpi-
rante *Perſis* meliori fortunâ, *Turcorum* viginti mil-
lia ceciderunt. Victoribus in profugos, ac palan-
tes, porrò ſine miſſione, falcatis enſibus animad-
vertentibus, ut pauci dilaberentur.

Hæc clades non modò copias *Turcicas* afflixit,
ut etiam regiones, ac civitates, antè interceptas,
ſimulátque recuperarent *Perſæ*, hâcque operâ vi-
ctoriæ ſplendorem efficerent luculentiorem. Ne-
que ſemel infelicibus fuiſſe ſuffecit *Turcis*. Cùm
enim tot amicorum, conſanguineorumque, capi-
ta foris periiſſent; etiam domi, atque intra *Con-
ſtantinopolim*, à *Ianitſcharis*, & *Spachiis*, porrò rebel-
latum eſt. Quiritabant hac de re cohortes iſtæ
prætorianæ, nempè florem militiæ *Turcicæ*, magno
ſuo cum ludibrio, & diſpendio, ſub *Perſarum* cæ-
dibus, interiiſſe, annonâ, ac commeatu, in tem-
pore legionibus *Turcicis* negato. Cùm igitur ad
tumultus res ſpectaret, globo facto, prætoriani in
aulam cùm impetu ingruentes, *Imperatoris Turcici*
matrem popoſcerunt ad ſupplicium, non acquie-
turi, donec cervicem eius, tanquam totius mali
materiam, & cauſſam, obtinuiſſent. *Imperator*, tu-
multu invaleſcente, prætorianorum *Centuriones*,
ac *tribunos*, ſecretò, & callidè, evocavit, tanquam
ab illis cauſſam ſeditionis intellecturus. Iſtos ſimul-
átque intromiſſos, partim in furcam agere, par-
tim ſecuribus percutere, iuſſit. Undè, ſub carnifi-
cis manibus, trigintà, & octo; ilicet pereuntibus,
pœna ad paucos, ex lege antiquâ, & terror ad mul-
tos, devenit, ſicque furor repreſſus eſt.

CAP. V.

De Chriſtiani Brunſvicenſis, Ioan. Erneſti Vinarienſis, Erneſti Mansfeldii, &c. obitu.

I.

Mors Chriſtiani Brunſvicenſis.

NOn obſcurè olim à *Comicis* veteribus in ſocco inculcatum legimus, *Illum* nempè *mortis eſſe ſtipendiarium, qui morte quærat, undè poſſit vivere.* Fallor? an id non ineptè hoc loco *in Chriſtianum, Ducem Brunſvicenſem*, torquere licebit. Is enim in medio ætatis flore, & iuvenis, dùm vitam, famamque; multos in annos producere geſtiit, per bellum, nempè vulnera, coniunctamque, atque indè emergentem velut, mortem, vitam velut quæſiviſſe viſus eſt. Itaque, dùm vitæ prodigus, mortiſque contemptor, in prælia, tanquam in res

ludicras,

ludicras,iuvenili audacia, atque animoſo impetu, ruit, ac velut hæc vita, inſtar vitri, fractu facilis haud eſſet, præ ſe tuliſſe videtur. Inſidias enim tametſi ab initiis fortuna militaris oſtenderet, nihilominùs ſpem iniecit, cum deinceps vincere, ac gloriari, poſſe. Neque defuit fortitudo, ac ſtupenda animoſitas; Ut, ſi ad maturitatem, ac canitiem, pervenire fata dediſſent, decoctis annis ferocioribus, ingentis, & circumſpecti, bellatoris titulos referre dubio, procul quitus fuiſſet.

Interim, cùm fortitudo, & animus, non deeſſet, fortuna defuit. Quâ, ſimulátque ſi aliquid fortunatum & magnum, emergere debet, omninò opus eſt. Ut non tàm *Virtute*, quàm *Fortuna*, pari paſſu concurrentibus, res ingentes poſſint effici. Sicut igitur aiunt navigantes in mari vix quatuor, aut ſeptem, digitis, à morte remotos eſſe, ità hic quidem *Chriſtianus*, dùm ſubindè præliatur, vicinitatem mortis ſibi fecit ità contiguam, ut, acceptis poſteà vulneribus, brachioſque altero ſerrâ chyrurgicâ è corpore ablato, tantùm non, mutilato ſub corpore illo, morbi, mortis anteambulones, intrà viſcera irreperent, ſed etiam, ultima illa rerum linea, mors ipſa furtim ſubintrans illum è medio tolleret. Deceſſit pridie *Nonas Maias*, cùm ab aliquo tempore *febris* ingentem illi audaciam expugnâſſet. Corpore ad condituram aperto, aiunt lûbricos latos, quos vocant, inventos eſſe. Undè, cùm in *Flamines*, & *Clericos*, acerrimè inſurrexiſſet, neſcio quid monſtri quidam effingere conati ſunt.

II.

Erneſti Mansfeldii mors.

HUic *Chriſtiano* quòd vitâ, fortunâque, tametſi haud pari, atque eâdem, coniunctus fuiſſet *Erneſtus Mansfeldius*, etiam poſt fata miles militi, ſocioque ſocius, his paginis iungetur. Quid autem de huius ſive virtute, ſive fortuna, eloquar maximè? Iſte, ubi motibus, per *Bohemiam* naſcentibus, ab ipſis acceſſiſſet, malorum radicibus, multa in *Cæſareanas* provincias, ac copias, tàm ſtratagematibus, quàm præliis, etentavit. Ut dubium relinqueretur, an maiori *Mansfeldius* virtute, an calliditate, cenſendus veniret. Rebus *Bohemorum*, poſt acceptam apud *Pragam* cladem, collapſis, nihilominùs *Friderici Palatini* partes ſecutus, omninò id egit, quò res *Palatini* fractas erigeret. Hoc nomine cùm in finibus *Bohemiæ* inſtructum denuò collegiſſet exercitum, toti abindè, *Imperio* Mars eius extimeſcendus erat. Ità autem ingenium diuturnâ belli experientiâ confirmârat, ut, quod armis, & viribus, non efficere, ſtratagematibus, atque ingenti calliditate, aſſequeretur. Neque minùs illuſtribus victoriis, quàm artibus trahendi bellum, legionibuſque ex alieno ſatisfaciendi, enituit. Quibus inſtitutis cùm ipſum penè *Vlyſſem Homericum* ſuperaret, à *Cæſare* aliquoties proſcriptus, ab *Hiſpaniarum Rege* verò, ipſiſque *Imperii Electoribus*, propoſitâ ingenti pecuniarum ſummâ, tentatus eſt, an in *Cæſaris* partes pertrahi poſſit.

Sed iſte, antiquum obtinens, neque proſcriptionem magnoperè expavit, neque pecuniis ad-
verſæ partis, tanquam hamo, atque éſcis,
in naſſam inducuntur piſces, credidit. V
igitur pertinaci hoc inſtituto, & multiplex,
vitæque, genus expertus eſt, dùm fortunam
rici Palatini ſecutus per omnes penè *Bohemiæ*
maniaque, partes, arma *Cæſari*, & *Imperio*, ac
inſuper per *Gallias*, *Belgium*, *Friſios*, *Anglos*,
que *Sileſios*, *Vngaroſque*, ac *Tranſylvanos*, pr
atque identidem reduxit. Ad finem, magn
tot *Regum*, *Principumque* contrà *Cæſarem* facti
iunctiſque, apparatibus, ubi nihilominùs f
non faceret plauſum, ſed manifeſtis ſignis
caret, hic ecce! *Mansfeldius* res pro more nov
que ingentes, animis verſans, permiſſis ta
Bethleno legionibus, iter per *Turcos*, *Venetos*,
Angloſque, inſtituens, hoc ſine dubio agebat,
menſas undecunque vires recens contraher
fortuna, quæ plerumque bellatoribus ætate
mâ, provectis, ſub pleno conatum æſtu, m
digitum oſtendere ſolet, ſociato cum morte
contubernio, *Mansfeldium*, rerum expedien
magnitudine plenum, ac tumidum, in ipſo
ris limine deſtituit; aliamque, nimirum
viam calcare iuſſit. Ità factum, ut ille, qui
hactenùs gentibus famâ militari fuiſſet n
mus, inter ignotas, barbaraſque, nationes,
Byzantio Venetias cogitat, apud *Racaviam*, int
ram, & *Spalatum*, nomina ſeculis ignotiſſima
ritum deponeret, domumque, quinque p
fabricatam, prout de *Pompeio Magno* prodid
tyricus, tandem, pro rerum geſtarum præmic
tineret.

III.

Teſtamentum Mansfeldii.

DE *Romanis* ſuis, contrà *Arioviſtum*, & *Ger*
priſcos, pugnaturis, annotavit ipſe *Iuli*
ſar, in *commentariis*, eos, initiò metu perculſo
ſtamenta ſcribere cœpiſſe. At *Mansfeldius* n
aciem, & conflictus, progreſſurus, ſed cun
morte, quæ, iuxtà *Iuvenalem*, monſtrare, ac ſo
teri, ſolet,

Quantula ſint hominum corpuſcula,

dimicaturus ultimùm, de *teſtamento* cogi
Tametſi verò tot arduis, atque immenſis, co
tionibus modò pectora impleviſſet, nihilon
pallidâ morte, proximè minante, atque om
humanam curioſitatem, audaciamque, exp
rante, vela contraxit, ſatiſque eſſe duxit, ſi
eò, quò poterat, non quò animus impul
Quod igitur de gentilium ſive heroibus, ſive
loſophis, vel à *Tacito* proditum eſt, illis etiam
funcſto mortis limine, de animarum immo
tate, ſermones fuiſſe, ſic hic ferè, quòd ſe m
lem eſſe intelligeret, quid de vitæ caducæ vo
litate, pariterque de fortunæ bonis, ſentiret
poſt fata fieri vellet, ſub ſequentibus iſtis co
lis, teſtatum relinquere voluit.

In *SS. Trinitatis* nomine. *Nos Erneſtus*, *Prince*
Comes, *Mansfeldiæ*, *Marchio de Caſtro novo*, &
gliere, *Baro ab Heldrungen*, magnæ *Britanniæ Reg*
neralis militiæ præfectus, notum facimus o
bus, & ſingulis, quorum intereſt, hocce t
me

:o noſtro militari, nos huius corporis, vitę
fragilitate, ad animum admiſſâ, cœpiſſe co-
: de ſanctione ultimæ noſtræ voluntatis,
poſt huius animæ è corpore emigrationem,
labilis eſſet, ritèque, atque ex lege, obſerva-
:. Volumus igitur, & mandamus, ut hæc ul-
noſtra voluntas, ad modum teſtamenti mili-
, tametſi omnibus aliâs, ad ordinarium teſta-
:um requiſitis, ſolemnitatibus, proprietati-
ue, deſtituatur, eò, quòd in itinere ſumus, &
iorum noſtrorum munia obimus, nihilo-
is ſarta, ac tecta, rataq; habeatur. Ac primò q-
cupimus, poſtquàm DEVS, in cuius manus
iam noſtram commendamus, mortalis huius
uſum abrupit, hoc corpus, pro ea dignitate,
n quidem DEI munere hac ſub vita obtinui-
intrà provincias *Sereniſſ. Venetorum Reipublicæ*
lcro ut inferatur. Huic conſectarium eſt, ut
es familiares, & miniſtri, noſtri, huius itine-
mites, ordine quiſque ſuo, ſalariis ſuis nullo
fraudulentur, honeſtaque miſſione hono-
:ır.
æteris, apud *Vngariam* relictis, eâdem operâ
itè dimiſſionem, ſatisfiat, iubemus, ſumpti-
n hoc factis è ſupellectili noſtra, apud *Vnga-*
ſuperſtite. De iis verò pecuniis, pro qui-
idem interpoſuêre theſaurus noſter, aliique,
ntimus, ac ſtatuimus, ut antè omnia fides no-
præſente ſolutione, redimatur. Pariter mc-
es fidei, atque officiorum à veterrimis illis a-
s, ac familiaribus, noſtris, nempè Generali
io, Daniele Riveo, Ferentio tribuno, *Erclino* tri-
o locum tenente, itemque *Bernardino*, *Batillio*
ne, & *Dolpiero* theſaurario, nobis præſtito-
, qui omnes, & ſinguli, in graviſſimis quibuſ-
occaſionibus, ac periculis, nobis non deſue-
, mandamus, in memoriam integerrimæ il-
m fidei, illi ut honorentur duplici menſtruo
ndio. Illis verò, qui nobiſcum in itinere ſunt,
namus, ut, iuxtà geminatam menſtrui ſa-
penſionem, reliquus cenſus, ipſis debitus, or-
pendatur. Hoc modo præfecto vigiliarum
rali, itemque *Rheingravio*, vexillifero noſtro,
rium menſium ſtipendium, pro miſſione ſua,
verò ducentos *Thaleros*, aſſignamus.
ecundùm hæc, committimus, ac mandamus,
o Colonello, integerrimo noſtro conſiliario, il-
amprimùm, poſt celebratas exequias, ad *An-*
egem, & in tranſitu ad *Sabaudiæ Ducem*, iret,
iaque quæ præſens & vidit, & audiuit, quæ-
inter *Bethlenum, Tranſylvaniæ Principem*, & nos,
ſunt, bonâ fide referret, cauſſaſque itineris
s noſtri explicaret, ſimulque coràm omnia,
nos expoſituri eramus, exponeret. Illi e-
præter conſilia, omnes actiones noſtræ ſunt
itiſſimæ. Sic pari operâ *Dolpierio*, theſau-
noſtro, iniungimus, ille quoque ad *Regem*
iæ rectà pergeret, litteras noſtras offerret, o-
aque ea efficere ctentaret, quæ nos, ſi licuiſſet,
uti eſſemus.
li ambo omnem operam darent, quò omni-
ſub imperio noſtro militantibus, officialibus,
egariis, ex æquo ſatisfiat. Ut ſic, etiam poſt
noſtra nobis autoritas conſtet, & intentio

noſtra in effectum deducatur. Intereà, dùm illi ſuo, & præſcripto, munere funguntur, *Ferentius* tribunus *Venetiis* noſtro nomine apud *Sereniſſimã Rempublicam* negotiaretur, ſumptuſque in id faceret ex illis pecuniis, quas & *Venetiis* depoſitas, & modò hoc ſub itinere nobiſcum, præſentes habemus.

Mille ducatos à *Tranſylvaniæ Principe* mutuò accepimus. Illi ut *Venetiis*, ſub reſtitutione chyrographi noſtri, perſolvantur, fideſque noſtra liberetur, fas, æquumque, eſto! Pari fide equi *Turcici*, quibus per *Vngariam*, & *Bohemiam*, tanquam tutelariis, uſi ſumus, redderentur; *Vngariſque* equeſtribus, huc uſque deducentibus, honoraria diuiderentur. *Bellersheimio* vicetribuno pecuniæ, à nobis promiſſæ, ordine numerarentur. De copiis noſtris, apud *Vngariam* relictis, ità eſt, ut hæ omni ſtudio conſervari debeant, donec conſtet, quid ſuperiores noſtri cum illis fieri velint. De pecuniis, ac ſupellectilibus, noſtris quicquid ſuperfuturum eſt, hoc omne ad impletionem huius teſtamenti inſumeretur. De eò verò, quod nobis è ſalario à ſuperioribus debetur, ſatisfieret officialibus, ac militibus, hactenùs ſub noſtro imperio militantibus.

Si quis fortè poſt hæc nomine Creditoris petat, certaque fide, ſibi quicquam à nobis deberi, demonſtret, illi ſatisfieret è ſtipendio noſtro, à *Regibus Galliæ*, & *Angliæ*, promiſſo, & debito. Illorum iuxtà *Regum* animi ſententiam copiis illis noſtris vel miſſio daretur, vel aliâ ratione proſpiceretur. De pecuniis, & ſumptibus, à ſuperioribus illis noſtris in nos collatis, exactæ, & fide dignæ, redderentur rationes. Sic ut ſimulatque honor, & autoritas noſtra, aſſeratur, tùm *Regibus*, & *Principibus*, illis fides, atque integritas, noſtra, etiam ſub morte comprobetur.

Ad ſummam, pro hæredibus noſtris, huiuſque noſtri teſtamenti executoribus, nominamus, & deſignamus, *Peblium* tribunum, & *Dolpierum*, theſaurarium noſtrum, hac lege, ut omnia, quæ hoc teſtamento à nobis ſancita ſunt, integerrimâ, optimâque, fide perficerent atque exequerentur. Quorum omnium in confirmationem hæc roborari, ac communiri, iuſſimus, in præſentia *VVartenburgi* tribuni, & *Ioan. Iacobi Iuchnii, Centurionis.* Ut enim omnia debitis ſolemnitatibus, confirmationibuſque, expedirentur, exiguitas temporis huius paſſa non eſt. Actum, & ſignatum, apud *Kaccanam*, prope *Gerajum* in *Boſeccis*, in lectulo noſtro, propridie *Calend. Decembris*, *Anno M. DC. XXVI.*

Quis, te rogo, vel à *Mansfeldio* hoc exſpectâſſet, ut, ſancitis ultimæ voluntatis tabulis, familiaribus, ac miniſtris, omnibus, poſt ſe relictis, integerrimâ, rectiſſimâque fide ſatisfieri cuperet, ut famæ pariter, etiam poſt fata, iuxtâque integritatis ergà ſuos conteſtandæ, deſiderio flagraret? Sed in viam.

**
*

IV.

Ioan. Ernesti Vinarienſis mors.

Singularis verò illa, atque oppidò rara, glorioſiſsim. *Ferdinandi II. Imp.* fortuna cenſenda venit, ut tot inter potentes, validoſque, & coniuratos, hoſtes, alios poſt alios, non ſimul ſemelque, ſed ſucceſſivè, velut in theatrum prodeuntes, aut ſingulos vinceret, ac profligaret, aut unitos, ſed diverſis ſub locis ingruentes, non minùs eodem tempore feliciter enervaret, ac retunderet. Quis enim non videt poſt victoriam, de *Chriſtiano, Daniæ Rege,* relatam, tanquam ampliùs penè ſupereſſe nollent, *Chriſtianum Brunſvicenſem* illum, moxque *Erneſtum Mansfeldium*, acerrimos. *Cæſaris* hoſtes, priùs armis attritos, poſteà fato, lethoque intercedente, modò non victos, ſed etiam debellatos, eſſe?

Illis ut, in cauſſa *Friderici Palatini*, armis ſeſe comitem, & *Achatem*, iunxerat *Ioan. Erneſtus Vinarienſis*, directè contrà *Cæſarem*, ità pariter *Parca* iſti minimè pepercit, ſed pro *Cæſare* velut partes ſuſcipiens eodem illo anno, quo ſuperiores illos duos, confecit, etiam hunc ſub initia *Decembris* humanis è rebus ſuſtulit. Ità tres eodem anno *Cæſaris* adverſarii, non armis, ſed fatali lege, ceciderunt. E quibus illis multùm virtuti, ac prudentiæ militari huius *Ioannis Erneſti Vinarienſis* datum eſt. Ut, ſi arma pro *Cæſare* ſumere, & diutiùs vitam extendere, potuiſſet, egregiam proximis ſui famam illuſtribus factis indubiè propagâſſet. Sed etiam hic medio ſub famæ inclareſcentis curſu interceptus eſt. Ut, dum *Cæſar* proſcriptionis in eum fulmen expediret, præveniens *Atropos*, peiori fulmine ipſo funeſtâ forcipe uſa, ſtamina vitæ mortalis incideret. Ità, dùm nauſeâ vel tantillâ, è cibo oblato naſcente, prehenſus, paucos intrà dies animam reddidit.

Externa.

I.

Rudolphus Maximilianus, Dux Saxo-Lavvenburgicus, intrà Leodium de vita periclitatur.

Hoc loco, dùm de virorum illuſtrium mortualibus ſermo eſt, pericula, ac tragicos quoſdam caſus, vix excludere poſſe videmur. Qui, tametſi intrà *Imperium* hoc accidiſſent, nihilominùs, cùm extrà hiſtoriæ noſtræ militaris curſum errare videantur, tanquam inter aliena, atque externa, numerari fortè poterunt. Eiuſmodi autem eſt illud diſcrimen, ſive periculum, quod *Rodolpho Maximiliano, Duci Lavvenburgico*, apud *Leodium* accidit. Iuſſerat tùm per varias *Imperii* partes *Cæſar* legiones conſcribi. Quo tempore cùm eidem *Rod.*
Maximiliano Lavvenburgico ſors cecidiſſet, ut i
bus *Leodienſium* milites ſtipendiis obligar
Comitem de Peer, vicarium ſuum, eò dimiſit, C
quò iuſſus erat, profectus, ordinibus, apud
tem conventum celebrantibus, hæc in ver
culcare cœpit: Nimirùm *Lavvenburgicum D*
quit, à *Cæſare*, iuſſum eſſe, illis ut in finibus n
colligeret. Id quod cùm abſque ſumptibus,
incommodis, *Leodienſium* perfici vix poſſe,
tur, conſultò facturos *S. P. Q. Leodienſem*, ſi
enti, atque idoneâ, pecuniarum ſumma, *D*
viam irent, ac cum eo paciſcerentur. Hac r
maiores impenſas præcaveri, conſcriptaſq
hortes à *Duce* refrænari, poſſe. Ut non tàn
Leodienſi parcere, quàm pro præſente pecu
nonam ſibi parare, debeant.

Hæc cantilena non omnium auribus æqu
ta erat. Tametſi enim quibuſdam hæc re
quam ruſticanis favorabilis, nō improbaret
hilominùs plurima pars eò inclinabant, ut
berent, poſtulatum illud videri ſic quidem
paratum, ut periculoſæ plenum occurrat
quentiæ. E quibus *Horion Dynaſta* ſuadeba
ut ſatisfieret. Sed *Conſules Leodienſes* repugn
Rebus in utramque partem ventilatis, & *Co*
Peer nonnihil de rigore ſuo remittente, d
ſunt duo millium *Thalerorum* paria. Quibus
de Peer acceptatis, fidem dedit, hanc utique
tionem agro *Leodienſium* præſidio, & tutelæ,
futuram.

Inter hæc, paucos poſt dies, ubi ſuperv
Lavvenburgicus ipſe, denuò præfatum per *Co*
ordinibus congregatis ſignificari iuſſit, nem
periori *Cæſaris* inſtructioni novam etiamnu
peracceſſiſſe, ut inſuper millenarium pedeſt
atque aliquot equitum, alas, his iiſdem in fi
conſcribere iubeatur. Eam in rem opus eſſe,
minatæ pecuniæ alia adhuc quatuor *Thale*
millia adiiciant, hancque ſummam, tanqua
rùm aliâs profecturam, duplicent.

Momordit hæc iterata rogatio acriter ur
ſos concilii ordines, tanquam de induſtria,
ludibrium, hæc emunctio ipſis intentaretur,
tratos. Quò factum, ut *Ducem* vix reſponſo d
rentur. At contemptum hunc *Dux*, & quòd
magiſtratu perfunctoriâ, ac tralatitiâ, huma
afficeretur, indignanter tulit, ut oſtendere co
tur, viribus, & gratiæ ſuæ, ſi eniti vellet, *Leo*
reſiſtere haud poſſe. Itaque cohortem equeſt
in urbem accivit, ſingulis alterâ manu ſclope
alterâ evaginatum enſem, præferentibus. Hæ
militaris ſolemnitas urbanis non tàm inſolita,
ingrata, accidebat. Ut iam tùm res ad tum
ſpectarent, & viæ urbis cathenis pro more i
direntur, pariterque portæ occluderentur. P
dè ſic quidem agebatur, *Dux* ut indignationen
conceptam, cumularet, tantumque non in m
prorumperet. Hæc cives itidem obſervare, ſu
rē per amplam civitatem differre, aliiſque, a
aliis, dictis exaſperare, & proferre. Quid fit?
VII. Cal. Novembr. utrumque urbis *Conſulem*, *M*
lonem, & *Pleonauſum*, ad prandium invitat. Q
ille, excuſatione valetudinis, venire recuſavit,
nullâ occurrente purgatione idoneâ quanq
invi

us,acceſſit,aſſumpto *Reipubl.Syndico.* Adven- es *Dux* perquàm humaniter excepit, primo- ad menſam loco collocavit. Paulò poſt varios rmones itum eſt, cuiuſmodi auribus *Conſulis* lerent oppidò graves. Inter cætera, *Comes de* n medium propoſuit, quàm ipſe à diuerſis *iania* civitatibus, maiori cum honoris exhibi- e,ſolemniter eſſet exceptus, ſecùs, atque iam l *Leodienſes Duci* opportunum fuiſſet. Inprimis *auſo Coſ.* obiiciebatur, illum extrà ordinem ſe,quòd, præfati *Comitis* tubicine in cuſtodiā ſto,portas urbis tùm obſerare iuſſiſſet.Ad hęc aratâ excuſatione regerebat *Conſul*,cauſſæque elificabatur, ſed, quicquid diceret, *Ducis* fa- ribus ad palatum non erat.Indè *Horion de Heel*, ,qui *Ducis* erat partium, in *Conſulem* intuens, quidem, aiebat, poteris his omnibus rectiſ- mederi, ſicubi apud *Ordines* autor fueris,ſum- lla, *Duci* oblata, aliquantulum ut amplifice- Hæc in mea quidem poteſtate haud ſunt, ex- t *Conſul.* Ut non niſi difficilimè impetrari cenſeam, præſertim, cùm ea, quæ erogata ſunt, parùm profuiſſe palàm ſit, ut milites per sagrum omne petulantiæ etiamnunc genus ceant, damniſque moleſti exiſtant.

Quibus verbis magnam ſibi oppidò conflavit diam; Ut, poſtquam de menſa conſurrexiſ- pileumque dexterâ ſic antè ſe ferret, *Horion* in facto impetu pileum, manibus *Conſulis* extor- , geminato in faciem ictu intorqueret, arre- que capulotenùs gladio, non ſine convitiis, m manifeſtam intentaret. Nec minùs *Coſ.* io ſe defenſurus erat. Sed cùm omnium us adversùs ſe expeditas cerneret, ſeceſſu ad ſtram, quæ in viam urbis patebat, facto, *Qui- m* fidem, veteri more, imploravit. Spectan- anc fabulam *Duce*, tanquam ocioſo, & aliud a- te,confeſtim tres apparitores,ſtrictis in hoſpi- irruentes gladiis, *Conſulem* deduxerunt illæ- .

amâ per urbem diffusâ, illicò ſub claſſicis pul- ives tumultuari, in arma ruere, hoſpitium oo facto petere. Initiò *Dux* parui facere,mox iſtri in cives ſclopetis experiri, manuſque in- re. Ità furens populus in hoſpitium impetum t, effractiſque atrii, in quo erant militares, fo- s, ac feneſtris, omnibus *Ducis* miniſtris vi in- â, arma extorſit. Periêre hoc impetu cives . At ipſe *Dux*, cum *Comite de Peer*, vulnera- eſt. Ea dùm peragitur tragœdia, interim *Ho-* fabulæ autor, per poſticas hoſpitii fores dila- , ad *D. Lamberti* profugit, tanquam aras pre- ſurus.

Non enim ignorabat, ſe pereunte, convenire e inimicis. Neque ſic tamen ſatis in ſecuro e- quin à furente multitudine ad necem quære- r. Sed eo latebat loco, quo inveniri haud poſ- Ecce! quantis ſub vitæ procellis, ac periculis, quidem *Dux* optimus fuerit, præſertim fami- ibus, ac miniſtris, eius pleriſque haud perfun- riè vulneratis: Et iam plebs totum expilabat, ædabatque, hoſpitium, eratque periculum, ne næ ædes per cauſſam, tanquam *Horion* quære- r, ſimiliter lacerarentur. Ità enim plebs, fu- rore cæca, in ipſam abripiebatur rabiem. Ne er- gò in graviores impetus, cædeſque, hæc feritas deſpumaret, optimâ ratione *Coſ. Pleonauſus* vitæ *Ducis* conſulebat. Qui cùm hoſpitium, ſuorum cum manu, atriumque, denuò repetens, atque in- trans multitudinis furorem compoſuiſſet, *Ducem*, ne ampliùs læderetur, ſalvum extraxit, inque *Ar- chidiaconi* palatium traduxit. Extemplò *Senatus* edicto cavit, omnia illicò, quæ inter tumultum *Ducis* familiaribus raptu ablata forent, reſtitue- rentur.

Quo facto, *Dux*, urbi longùm valedicens, col- lectis agminibus in *Sileſiam* eduxit, indéque, ad mandatum *Cæſaris*, *Thillyanis* copiis,ad *Viſurgim* mi- litantibus, ſeſe coniunxit. Sed omnis iſtius tàm deformis tumultus cauſſa in *Horionem* cudebatur, qui *Conſulem* non modò convitiis inceſſiſſet, ſed etiam evaginato ad necem popoſciſſet gladio. Ità haud rarò, unius ob viri alicuius, malè continen- tis, ferociam univerſa corona, totiuſque civitatis ſalus,& ſecuritas,periclitantur.

II.

Matrona Pragenſis, adulterii, & parricidii, rea, fœdum ſe in ſupplicium præcipitat.

Libidinem, & voluptatem, magno dolore emi, immò verò in damna, dedecora, legumque, & iudiciorum, pœnas, præcipitare, olim à gentilium philoſophis ſapienter inculcatum legimus. Ut haud rarò libido, ad cuius limina lex armata ſedet, ipſam uſque adeò mentem, rationemque, per- turbet, ne tàm fœdum crimen priùs perſpici poſ- ſit, uſque dùm in malorum, dedecoris, atque ul- timi ſupplicii, barathrum perduxerit. Ut vete- ra nomina, ſeculis nota, de quibus noſtrum hoc loco diſpicere non eſt, ſtudio prætermittamus,ec- ce! triſtis, & verè tragicus, nobis caſus occurrit in matrona *Pragenſi*. De qua rectè illud *Petronianum* circumferri poſſit, Rarò *eſſe fœminam tàm pudicam, quæ non peregrinâ libidine uſque ad furorem averte- retur.*

Hæc enim honeſtiſſimo viro, *Capperero Iurecon- ſulto, Conſiliario Cæſareo*, matrimonio coniugata, nihilominùs indomitâ libidine abrepta illicitos cum *Sabſcio*, equeſtris generis *Bohemo*, eodemque alterius coniugis marito, amores, ac concubitus, diu ſociaverat. Libidine igitur verè rationem, mentemque, evertente, inter adulterum iſtud par, de nece, utriuſque coniugi inferenda, coniura- tur. Ità aliud ex alio peccatum plerumque tra- hitur, atque emergit. Non enim iam adulterium ſufficit, ſed in ipſum parricidium effrenis deſpu- mat ſcortatio. Hoc dùm horribili ſub ſecreto cer- tum, conſtitutumque, eſt, ecce! quæritur occaſio, quâ primùm *Cappereri*, adulteræ mariti, inviſum caput è medio tolli, poſteaque in *Sabſcii* uxorem eodem parricidali furore manus ſtringi, poſſit. Quò ſic demùm ambo adulteri ſociare thoros, & impotenti, infamique libidinationi ſuæ, remotis cuſtodibus, ſpiſſius, atque ad ſatietatem, litare ſu- ſtinerent. Stantibus illis pactis, *Capparerus*, me- diante rhedâ, *Pragâ* excurrit in prædium.

In hunc in itinere equites aliquot perſonati impetum faciunt, ut exploſo ſclopeto *Capperens* illicò perfoſſus animam exſpiraret. Rumore per urbem dilato, *Sabſcius Bohemus* ſuſpectus eſſe cœpit, adeóque, unà cum miniſtris aliquot, è vinculis cauſſam dicere iuſſus eſt. Eius enim bona; eò, quòd, rebellionis nuperæ *Bohemicæ* reus, illis excidiſſet, in fiſcum antè redacta, ad *Capparerum* per donationem venerant. Ut vel hinc ſuſpicio in eum facilis cuderetur, ſed latebat adhuc ſub tunica, vel ſtola, muliebri, domeſticus, & atrocior *Sabſcio* hoſtis, nempè vxor adultera. Quæ modò non cum hoſte mariti amores, ac libidines, miſcere, ſed maritum ipſum prodere, in eum coniurare, eius necem non ſolùm ſuadere, ſed & ipſa perſo nata coràm urgere, atque intueri, maluit. Hem infamem, & ipſo *Nerone* crudeliorem adulteræ ſævitiam. Hæc cùm è vinculis *Sabſcius* dixiſſet, etiam in adulteram tàm impuram itum eſt. Et hæc inprimis, quæſtionibus ſubiecta, omnia, ut præmiſſa ſunt, ſeſe ordine habere, promptè confirmare cœpit. Tàm atrox autem occurrebat hoc ſcelus, ut in iſtam ſententia ferretur, nempè & adulteram, & parricidii ream, primùm virgis cædendam, poſteà vivæ in terram defoſſæ palum per præcordia tranſadigendum, eſſe. Sed, quod id quidem ſupplicii genus apud *Pragam* inſolentius, & nimis atrox, viſum eſſet, ad interceſſiones, pœna mitigata fuit. Proindè, propridie *Cal. Februar.* in fœdum carnificis currum poſita, mox è veteri *Praga* in *Pragam* minorem delata, mox virgis bis cæſa, mox in *Pragam* veterem reducta, denuò virgis lacerata eſt. Inde, è curru, rapta: ſub foro *Pragæ veteris*, ultimum antè lares patrios, capitis ſupplicium luit.

Quatriduo elapſo, *Sabſcius*, intrà arcem *Pragenſem* ſummo manè, eodem capitis ſupplicio geminum expiavit reatum. Qui cùm nullis verborum inductionibus in ſupplicium præſens conſentire vellet, carnifici uſque adeò moleſtus, ac contrarius, ecce! feralis miniſter, magiſtratu ſic iubente, quomodocunque capitis amputationem efficere poſſit, ſive ex lege, ſive extrà legem, hoc fiat, ut perficeret, ammonitus eſt. Tametſi igitur cervice præexiſtente anguſtâ, craſſâque, ictus in dexteram malam, capitiſque partem, incidiſſet, nihilominùs violentiâ ferri oſſibus pertractis facilè omnibus indignantem ſpiritum reus efflavit.

CAP. VI.

De Ioan. Schvickhardi, Electoris & Archiepiſcopi Moguntinenſis, & Ludovici, Heſſorum Landg[...] vii, obitu.

DE *Cæſaris* tribus illis hoſtibus, [...] anno fatali neceſſitate præ[...] modò antè viſum eſt. Sequitur [...] exceſſibus eorum *Principum*, q[...] dem *Cæſari* fuerant & integerri[...] fideliſſimi, in compendio quoque agamus. [...] *Ioannes Schvveickhardus*, *Elector*, & *Archiepiſcop*[...] *guntinus*, poſteaquàm *Cæſari*, atque *Imperio*, à [...] nis virtutem, & ſapientiam, approbâſſet, [...] plenus, annorum ſatur, vitæ finem fecit *XV.* [...] *Octobr.* circà veſperam, anno ætatis quinto[...] ſeptuageſimum. Cùm apud *Aſcyphirgium* ſuum [...] regiâ penè arce amplificatum, animam piè [...] diſſet, corpus navi, noctis colore tinctæ, t[...] cereos inter maiorem atrorem oſtendenti, [...] ſitum, ſecundo *Mœno Moguntiacum* deduci [...] In littore *Mœni* aliquot equeſtrium coho[...] multiſque rhedis, itemque equis dextrariis, [...] velamine conſtratis excubantibus, funúſq[...] *Francofurtenſium* civitatem, ſub ſonitu cam[...] rum per univerſa *Catholicorum* templa into[...] concomitantibus.

In illius locum ſurrogatus eſt *XIII. Calen*[...] *vembr. Georgius Fridericus à Greiffenclavv*, *Ep*[...] *VVormatienſis*, & *Præpoſitus Moguntinus.* Quem [...] tùm non generis nobiliſſimi dignitas, ſed & [...] entia, eruditio, pietas, paciſque amor, hoc [...] gens faſtigium extulerunt.

Sicut autem virtutum, amicitiæ, fidei erg[...] *ſarem*, & pacis, ſtudia conciliârant præfatum [...] *& Archiepiſcopum Moguntinum*, *Ioan. Schvvickha*[...] itemque *Ludovicum*, *Heſſorum Landgravium*, di[...] *fidelem*, dùm fata, Deuſque, ſinebant, ità ferè, [...] uſque *Principis* mors hîc iuncta inſpicictur. [...] *Princeps* tàm ſplendidâ familiâ, quàm antiquâ [...] coruſcans, illam *Cæſari*, atque *Imperio*, rebus p[...] afflictiſſimis, tàm adverſo, ac neceſſario, tem[...] aſſeruit dexteritatem, ac conſtantiam, ut vel [...] æterno elogio *κατ' ἐξοχὴν fidelis Imperio Princip*[...] men, inſigni ſuo merito, conſecutus ſit. [...] cùm per aliquot ſeptimanas, languore præve[...] decubuiſſet, ſub manibus illuſtriſſimorum a[...] torum, pignorumque, itemque conſiliario[...] & miniſtrorum, acerbis lacrymis, piè, & pla[...] deceſſit *VII. Id. Sextil.* menſe uno, cum ſemiſſ[...] rè, exceſſum *Ioan. Schvvickhardi Elect.* atque *Ar*[...] *piſcopi*, antevertens.

Excitatum eſt funus more ſolenniſſimo, [...] *orgio* filio, *Heſſorum Landgravio*, *Principe*, que[...] Virtus, & Pietas, effinxiſſe videntur, inclyto[...] ut pompa hæc funebris, raro pietatis exemplo[...] tegro volumine cum figuris in æs inciſis publi[...] ſit. Etiam à *Ioanne Georgio*, *Saxoniæ Electore*, in [...] *Principis* memoriam, & honorem, *Caſtro dolori*[...] vocant, pretioſis cum impenſis, apud *Dreſ*[...] *dam* extructo, & concelebrato.

Exte[...]

Externa.

I.

...rum virorum illuſtrium, doctorumque, ...ortuales.

EOdem hoc anno fatalem lineâ implevit *Marquemontius Cardinalis, Lugdunenſium in Galliis Archiepiſcopus*, vir, non tàm præſulatus officio, quàm vitæ ſanctitate, ac modeſtia, meritiſq;, ſu...ndus.

...us ex humanis emigrationem paulò poſt, æ...n autumnum vergente, aliquot paraſangis ...inſecutus eſt *Franciſcus de Bonne, Dux Deſdigue*... ...irtute, ac fortitudine militari, meritiſque in *Gallias* illuſtris, interque *XII. Principes*, quos *Franciæ Pares* vocant, indulgentia *Regis Chriſtianiſſ.* provectus ac collocatus. Priùs ubi *Calvinianorum* partibus adhæſiſſet, mox mutato vultu ad *Catholicos* tranſiit; Undè ad tantas dignitates, fortitudine duce, comite *Regis* favore, pervenit. Deceſſit octoginta, & quatuor, annorum ſenex, decrepitus.

Neque hoc loco par illud *Theologorum Auguſtanæ Confeſſionis*, nempè *Ioannes VVinkelmannus*, & *Balthaſar Meiſnerus*, ille *Gieſſenſis*, hic *VVitebergenſis*, *Academiæ*, profeſſor, ſuâ laude fraudandum eſt. Qui licet vitæ mortalis luce hoc etiam anno, privati ſunt, nihilominùs vitâ, & famæ, claritate, quam eruditione, & ſcriptis, pepererunt ſibi, etiamnunc vivere comperiuntur. Prout autem hi omnes virtute, & eruditione, famæ, etiam poſt mortem, conſuluerunt, ità ferè *Comes de Belioioſa*, *Italus*, morum, armorumque, aſperitate abuſus, nomen per *Vngariam* ſiniſteriori notâ, eodem hoc tempore ad plures abeundo, infecit.

Io. Petri Lotichij
RERUM GERMANICARUM
LIBER XVII.

CAP. I.

...e Thillyo, Holſatos, & Megapolitanos, pro Cæſare, interpellante.

I.

...lyus, Holſatiæ Ducem, ne rebus Danicis ac...dat, dehortatur.

POST aliquam intercapedinem, ad res *Danicas*, & *Thyllium*, revertimur. Qui, tametſi nuperrimè ad *Lutheram* prælio viciſſet, nihilominùs vigilantiſſimi ducis partes implendo, inſtar *Agamemnonis* illius *Homerici*, ... cæteri dormiunt, remiſſiùſque agunt, nihil ...tremam ſedulitatem reliqui fecit. Proindè, ...*aniæ Regem* per *Holſatos* comitia celebrâſſe, auxiliaque conquiſiviſſe, cognovit, omni operâ ſcriptis, factiſque, ſibi contrà nitendum eſſe, iudicavit. Sicut enim non ſufficit ſemel viciſſe, ſicut *Hannibali* apud *Livium* obiicitur, niſi aliquis victoriâ uti noverit. Ità, dùm confidentia è triumpho obrepit, hoſtiſque, tametſi repulſus, à perſecutione liber eſt, haud rarò accidit, ut præſumptione, ac confidentiâ, victoris, victis intrà præcordia redeat animus, captatâque occaſione in ſecuros impetus redintegrari, everſaque fortunâ clades in victores verti, antecedenſque triumphus obſcurari, queat.

Thillyus igitur non tàm vincere, quàm victoriâ uti, edoctus, procerum per *Holſatiam*, animos, inprimis *Ducem*, à *Rege* abalienare, atque obliquare labora-

laboravit. Qua de re ſequentibus codicillis *Ducis* animum tentare cœpit: Neceſſitatis, inquit, ex lege celare non poſſum, ô *Dux*! quod iampridem fama muſſitat, tùm ſcriptis, in publico extantibus, evulgatum eſt; Illud autem eſt. Nempè *Regem Daniæ* per *Holſatiam* comitia coëgiſſe, paſſimque per *Gerhardum Rantzovium, vicarium*, per omnem provinciam conclaſſaſſe. Quæ cùm res, alioquin inſolens, *Imperii* legibus, ipſique *Imperatori*, adverſa accidat, iuxtáque in manifeſtum *Holſatiæ Ducis* præiudicium vergat, tùm maiorum inſtitutis refragetur, non potui non paucis hiſce ſalivam tibi movere. Eò igitur ſpectat hæc interpellatio mea, ut nullus dubitem, te ea omnia, quæcunque ad *DEI* honorem, *Imperatoris, Electorumque*, ac *Principum*, fidelium ſecuritatem, iuris, ac poſſeſſionis propriæ, obſervantiam, poſteritatis emolumentum, pacíſque communis reproductionem, pertinere videbuntur, penſiculatiùs animis excuſſurum eſſe, quàm ut momentaneam, atque oppidò formidoloſam, belli aleam tentare, reique totius ſummam in acie novaculæ, quod dicitur, ponere, affectus ſis.

Per fidem! dùm pax, dùm conciliatio, mediaque tranquillitatis offeruntur, ac proſtant, quis, niſi imprudens, armis ſtuderet, extremiſque belli fluctibus ſeſe implicaret? Hæc dùm bona, *Cæſaris* nomine, ô *Dux*, tibi offero, bonâque, ac ſincerâ, fide autor accedo, vites, immò vites, blandiens primâ fronte, mox intùs urens, atque ineluctabile, Martis opus, dubitare nullus debeo, quin ſtantem antè fores felicitatem, ac ſecuritatem, præ funeſtis diſſidiis, eligere, pleniſque valvis in atrium, ac præcelſam tuam familiam, admittere, velis. Hæc tibi, ô *Dux*, curæ ſint! De his, quæ ſalutaria eveniunt, ſeriò velim cogites. Hoc fides *Cæſari, Imperioque*, data, exigite. Hoc provinciæ, hoc tibi, utile eſt. Hoc, iure maiorum, expedit, incumbitque. Hoc ſalus denique ipſa poſtulat; Hoc ego quoque, officii ex lege, inculco, conſulo, urgeo.

II.

Eiuſdem ad Holſatiæ Equeſtres dehortatoria.

NEque ſic ſe ſatis officio ſuo feciſſe arbitrabatur dux circumſpectus, niſi pari operâ *Equeſtrium*, tanquam *procerum*, per *Holſatiam* animos, iam tùm novi cupiditate belli inflammatos, literarum delinimentis *Cæſaris* in partes inflecteret, atque humanitate illis audaciam expugnaret. Ità autem ille: *Thillyus Equeſtribus* per *Holſatiam S. D. P.* Non modò famâ, latè increbreſcente, ſed ex ipſis comitiorum *Rensburgenſium* per *Holſatiam* actis, ac decretis, ipſiuſque *Gerhardi Rantzovii, Daniæ Regis* vicarii, claſſico, innotuit, quibus rationibus, in medium tùm allatis, vos adducti, in *Cæſarem* vultus elevare, reſque novas agitare, fidem, atque obedientiam, ergà ſupremum *Imperii* caput, cui utique omnes mediatè eſtis ſubiecti, evertere, præſumatis. Siquidem verò ea ſit *Cæſaris* inclinatio, mãſuetudo, ac clemens benignitas, ut, per *Henricum Huſanum* legatum, nuperrimè vos paternè dehor-
tari, inordinata, & impetuoſa, id genus
expectorare, ex adverſo immunitates, iura
vilegia, tàm ſacra, quàm profana, conſi
condignatus ſit, utique monſtro ſimilimu
quidem videri poteſt, dùm, excuſſâ *Cæſar*
clementiâ, ac pietate illâ, inimicorum con
ceditis, falſiſque adverſæ partis perſuaſi
aures præbetis. Videte, an non hoc ſit, I
pugnare, *Cæſari* fidem, atque ſubiectionem
re, pacem, ac tranquillitatem, in funeſtum
legitimum, bellum mutare, voſque omnes
cum provincia, familiis, boniſque omnibus
eluctabiles labyrinthos, ac procellas, præci
velle? Si creditis, non abſque ſummo veſtro
mine, periculoſam id genus viam calcare,
ne libertatis, privilegiorum, ac conceſſi
iactura, emergere, poteritis. De eo, quò
tus iugi, ut vocant, *Hiſpanici* vobis atrocib
bis inculcatur, nugæ ſunt. Nunquam enim
animum ſubiit, ut vobis libertatem labef
ſacra cripere, ultimiſque vos, veſtroſque, p
lis obiicere, præſumpſerit.

Sciatis verò, id genus figmenta, ac larvas,
duſtria emergere, ut veſtris tàm animis, qu
culis, caligo inducatur, inque manifeſtam
rum voraginem, ac præcipitium, devolvam
lia eſt, oppidóque contraria, mens *Cæſaris*,
culentis hucuſque declarationibus, tot pa
dehortationibus, etiam ergà vos, conteſtat
obtemperare nolle, ſit refractariorum, c
nolle, ſit improborum. Uſque adeò, qu
verſariis, etiam ſub diæta illa nuper *Brunſ*
fuerit animi, ab eventu vobis liquere queat.
cùm *Cæſar* unicè in pacis recuperationem
tus eſſet, adverſa pars, novis, ac periculoſis
deribus implicita, non hoc egit, ut ſalutaris
ac commendata bonitas reſtauraretur, ſed u
gis, turbatis *Imperii* rebus, *Anglicani, Scoti, H*
Galli, Vngari, ipſique *Turci*, & barbari, in *C*
Electorumque, & *Principum*, fidelium, capita,
paſſim agminibus, immitterentur. Num
eò nomine toties proſcriptus ille *Mansfeldius*
feriorem hanc *Saxoniam* irrupit, commeatu, c
ſumptibuſque, inſtructus, & adiutus, omn
Numquid *Ioan. Erneſtus, Dux Vinarienſis*, c
conſilio, iiſdem armis infeſtis, in *Sileſiam*,
viamque, *Cæſaris* provincias, impetum fecit,
pè ut nova ſeditionum, nuper ſopitarum, inc
reſuſcitaret? Numquid denique per *Pannonia*
boratum eſt, ut, cum *Chriſtiani* nominis ign
nia perpetua, *Turci*, barbarique, evocarentur
quidem in perniciem *Cæſaris, Auſtriacarumque*
vinciarum, extrema de facto etentarent omni

Interrogate iam humanitatem, inquam, v
an id genus hoſtiles, & periculoſi, proceſſus
colorata antè *Circuli Saxonici* defenſione, exc
ampliùs evaleant. Ut igitur *DEO* obtemper
hoc pietas iubet; Ut *Cæſari*, tanquam ſupremo
perii capiti, obedientiam, ac ſubmiſſionem, pr
tis, hoc fides inculcat, hoc leges poſtulant. Sec
adverſis contrà *Cæſarem* armis (quod abomin
dum!) inſurgetis, claſſicumque infauſtum can
in provinciam illam veſtram, in plebem incon
tam, in poſteritatem, in vos denique ipſos, ini
fueritis.

E

ce! quàm temerè iactatis hac in parte maio- veſtrorum virtutem , obliterabitis magis, augebitis, ſi *DEO* repugnetis, ſi in *Cæſarem* in- tis, ſi in leges peccetis, fidemque, & conſtan- eiuretis. Scitis, quid impendere amet legis æ tranſgreſſoribus, fidei datæ, & obedientiæ æ, violatoribus. Ipſum vel *Friderici Palatini* tum, & ſtupendum, exemplum vos admone- bet, ut ſapiatis, rebuſque novis animos ſub- is. Ille vobis inſtar ſpeculi ſit, in quod intuea- Scilicet, iuſto *DEI* iudicio, illis ipſis in cam- n quibus à *Bohemicis Proceribus Rex* conſaluta- ierat anno præeunte, unà cum copiis omni- oppreſſus, deletuſque, eſt. De cæteris vi- is luculentiſſimis, quibus diuina prouidentia *em* nobilitavit, totus hic mundus prædicare it. Ut non minùs admirari, quàm obſtupe- , liceat, tot luculentas acies, tot famoſos, *Cæ-* ac tempeſtate adverſantes, exercitus, eadem auſſa ſontica, divinâ in partes veniente vindi- æſos, profligatos, prædæque atque expilatio- s, non abſque hoſtium rubore, ac dedecore, ſitos fuiſſe.

uid igitur proderit, inquam, ſicubi illorum liis, auſiſque, qui fruſtrà *Circuli*, ac patriæ, ſionem iactitant, accedatis, ſi pace è patria, virgis, flagelliſque, eiectâ, formidoloſum m, cædes, lanienas, provinciæque deſola- em, atque interitum, inconſultâ audaciâ ac- tis? Etiamnunc, antè fores ſtantem, pul- mque, clementiam *Cæſaris* admittite. Etiam- , dùm licet, pacem turbis, ac procellis, præ- diſcite.

Hæc, inquam, hæc tàm ſincerè animos ad ve- admittite, quàm candidè, à me, & quidem *is* iuſſu, & nomine, inculcantur. Ut enim tuoſis aduerſæ partis conſiliis animos adii- , contrà *Imperii* conſtitutiones delinquatis, *is* pietatem averſetis, fidemque inſuper ha- is, cauſſa ſufficiens, & idonea, nulla eſt. Agi- tur, quod quidem vos, maioreſque veſtros, t, & *Imperii* hoſtibus vos ſubducite, claſſico nete, arma, turbaſque, eiurate, hoſtibus au- , commeatumque, negate, inprimis *Cæſari*, emo *Imperii*, veſtroque magiſtratui, fidem, tantiamque, immò voſmet totos, approbate. uidem futurum eſt, ut pro pœnis, ac priua- bus, ſecundùm leges, publicataſque dehor- nes, irrogandis, libertatis, iurium, immuni- n, ac priuilegiorum avitorum, conceſſioni- am, & deinceps, pleniſſimè, atque ex voto, eatis, potiùſque gratiâ, ac præmiis, quàm ul- bus armis, condigni iudicemini. Atque hæc tius rei ſumma. Quam quidem *Cæſar* à vobis, verbis, non tàm requirit, quàm exſpectat.

III.

idem verbis Thillyus Equeſtres Megapoli- anos dehortatur.

æmiſſis illis ad *Holſatos* diſſuaſoriis, ſic porrò *hillyus* eâdem fideliâ, in rem *Cæſaris Megapoli-* s quoque urgere cœpit. Nempè, inquit, ô *apolitani Equeſtres*, à *Cæſaris* Legato, *Henrico* *Huſano*, præſignificatum mihi eſt, vos ad eius, ex mandato *Cæſaris*, in dictum conventum, apud *Ro- ſtochium* & frequentes numero conveniſſe, & fi- dem, obedientiamque, *Cæſari* debitam, conce- ptis verbis unanimi conſenſu compromiſiſſe. Eo ipſo, credite, rem maioribus, & nomine veſtro, dignam feciſtis. Ut nihil patriæ, nihil familiis, ni- hil rebus, ac commodis, veſtris hoc temporis ar- ticulo ſalutarius deſignare potueritis. Prout i- gitur, auſpicia fidelitatis veſtræ laude digna iàm tùm præventa ſunt, ità quidem operæ pretium ſit, huius ut concordiæ, atque harmoniæ, incremen- ta deinceps adiiciantur. Quo nomine haud du- biam equidem in ſpem venio, fore, ut, ſicut pul- crè cœpiſtis, deinceps hanc mentem, hanc fidem, hanc conſtantiam, ergà *Cæſarem* perſeverare ve- litis.

Itaque neque dii ſinant, ut vos aduerſæ partis conſiliis, machiniſque, aures præbeatis, aut vanis quorundam pollicitationibus ſpes veſtras donetis, aut cruda vota in turbas, ac res novas, propellatis. Ut magis, quam integritatem ore profitemini, hanc corde impleatis. Ut *Cæſaris* mandatis, ac placitis, animos componatis. Ut hoſtiles, atque atroces, coniurationes fugiatis. Ut ipſo opere, at- que euentu, denique, quavis occaſione, quouiſ- cunque tempore, id, quod faſque, piumque, im- mò *Imperio*, ac *Cæſari*, debitum eſt, adimplere ſtu- deatis.

Tametſi autem de veſtra illa fide, optimâque voluntate, dubitare velle, confidentia noſtra non admittat, nihilominùs, cùm non fugiat, per *Re- gis Daniæ* emiſſarios, ſecundùm comitiorum *Rens- burgenſium* concluſiones, vos impendio, ſolicitari, operas veſtras, unà cum *Holſatis*, contrà *Cæſarem*, ſupremum illum *Imperii* magiſtratum, ut coniun- gatis, indè eſt, ut, qui temporiùs admonerentur, digni viſiſitis. Vetus, illud (& *Homericum*) no- ſtis: Amici eſſe, amicum ammonere. Ut eò mi- nùs vobis diſplicere debeam, dùm hoc intuitu ve- ri amici partes ſuſcipere elegi. Illud autem, vos rogo, pro prudentia veſtra, diligentiùs expendi- te, hæc per *Holſatiam* claſſica directè adversùs *Cæ- ſarem*, *Imperii* caput, tendere, legibus repugna- re, inſcioque *Holſatiæ Duce*, arma expediri; Ut neceſſariò illius provinciæ equeſtres, aliique in- digenæ, aduersùs ſtimulum, ut aiunt, calcitran- tes, extrema pericula, atque incommoda, pœ- naſque, legibus *Imperii* decretas, effugere dein- ceps haud poſſint. Quo igitur in periculo iam verſarentur *Holſatiæ* proceres, atque equeſtres, hoc, ſub integerrima fide, conceptiſſimis verbis inculcatum eſt.

Quod ut penitiùs etiam voſmetipſi intelligere poſſitis, ecce! diſſuaſoriarum illarum hîc exem- plum vobis datur. Illud, ſi non grave eſt, inſpi- cite, arma ſequeſtrate, & malo cavete. Utque *Cæſar*, ut *Imperium*, perſpectum habeant, vobis quoque *Megapolitanis* nihil fide, nihil conſtantiâ, versùs *Cæſarem*, antiquius, priuſque eſſe, ecce! de- poſito omni colore, fucoque, integerrimè agite, *Cæſaris* in partes deſcendite, *Cæſarem* amare, ho- ſtes verò, paciſque, & patriæ, turbatores, odiſſe, nec conſilio, nec operâ, nec re, iuvare, diſcite. Hæc illa ſint arma, hæc, inquã, virtus hæc decora veſtra.

Quibus,

Quibus, quòd *Cæſari* debetis, perſolvitis; quod patriæ prodeſt, commoditatis, quod maioribus veſtris, & avito ſanguine, dignum eſt, deſignatis, quod uxoribus, liberis, vobis ipſis, veſtriſque poſſeſſionibus, adeóque iuribus, ac priuilegiis, gentilitiis, ſalutare fit, confirmatis, ſtabilitis, provehitis. Atque hæc denique integerrima ob obſequia, plenaque fidæ devotionis ſymbola, quos *Cæſar* amet, atque augeat, quos *Imperium*, hoc eſt, *Electores*, *Principeſque*, fideles, commendent, digni fueritis. Ut ipſe vobis, (quod benè eveniat!) commodiſque, ac laudibus, veſtris apud *Cæſarem* non ſiin defuturus.

CAP. II.

De Daniæ Regis, & Saxoniæ Electoris, ſuper pacis reproductione, deliberationibus.

I.

Rex Daniæ, ſuper reaſſumenda pacis tractatione, Saxoniæ Electorem interpellat.

INtereà *Daniæ Rex* per *Holſatiam* auxilia expediebat; Et, inter cætera, *Nynburgum*, ad *Viſurgim* fortalitium illud, cõmeatu, rebuſque ad defenſionem neceſſariis, confirmabat, variis ſimulátque per *Ducatum Brunſvicenſem* intervenientibus inter *Cæſareanos*, *Regioſque*, pugnis velitaribus. Quòd igitur triſtis, & miſeranda, hoc tempore eſſet per varias provincias rerum facies, milite, ut fieri amat, pleraque inſolenter, licenterque, in ſubditos, ruſticanoſque, perpetrante, ut paſſim plebs tot malis attrita, penitùſque exhauſta, ſub pannoſa egeſtate emigrare, præque extrema paupertate agellis ſuis valedicere, cogeretur, tùm illa apud aulam *Romanam* (prout ferebatur) agitarentur conſilia, auguſto non minùs, ac victorioſo, quã miti, *Imperatori*, perſuadere, ne, rebus hic florentibus, de pace ageretur, antequàm bona *Eccleſiaſtica*, intrà ſeculum à *Proteſtantibus* intercepta, pleniſſimè *Catholicis* quiritantibus reſtituerentur, *Daniæ Rex*, aſtris, ac *Marte*, ſibi aduerſantibus, denuò nihilominùs ſuper pacem oculos coniicere cœpit. Opportunè iam tùm *Saxoniæ Elector* hoc agebat, ut pacis, nuper apud *Brunſvigam* fruſtrà ſuſcepta, tractatio reaſſumeretur. An ſic creſcentibus periculis ſalutaris medicina afferri poſſet. Ad illum igitur *Rex Daniæ* dedit ſequentibus: *Electoris*, inquit, animum, in pacis, nuper apud *Brunſvigam* interruptam conciliationem, iam denuò retentandam,

propendentem, *Regem*, è *Friderici*, *Sleſvigiæ*
ſatiæ, *Ducis*, litteris, didiciſſe. Quid en
ſar ad *Electorem*, & *Elector* ad *Ducem*, hac c
diſſet, abundè ſibi indè innoteſcere. Eande
Infantem Hiſpanicam, *Belgii* gubernatricem
per inſtituiſſe, & adhucdùm calcare. Ut
bi, apud *Rensburgum* comitia celebranti, h
poſitum refricare nulla dubitârit. Proin
quidem hic quoque *Regi* ſit animus, ut tut
neſtamque, pacem, ſicut antè, nullatenùs
tur, rationes illas, ſuper pacis reaſſumenda
tione, diſplicere haud poſſe. Ut hoc mediu
quam oppidò ſalutare, inſuper habere, a
gere, non ſit affectus. De loco proindè,
gati convenire queant, diſpiciendum eſſe
quidem nomine *Bruxellas*, extrà *imperium*,
giùs, diſtantes, non videri huic actioni o
nas. Ut *Bremam*, vel ciuitatem idoneam
eamque ſub *Inferioris Saxoniæ* finibus poſita
portuniorem arbitretur. Pariter *Electori*
controuerſiæ ſummam, utique qui per
tractationes, apud *Brunſvigam* nuper fruſtra
ctiùs penetrâſſet, eſſe intimiùs cognitam,
ſpectam. Ut *Rex* optet, *Elector*, unà cum *Inf*
ſpanica, aut operas coniungere, aut, ſi *Infa*
non rideat, ipſe huic negotio, præeunte p
ma *Cæſaris* autoritate, ſeſe accingere, vellet
ſalutarem eſſe, nimirùm pacem, qua de ag
foret. Hanc igitur intentionem neque D
ſplicere, nedùm ut hominibus aduerſa eſſe
Si igitur *Elector* hoc pro congreſſu civitatem
modam, ſive *Brunſvigam*, ſive *Bremam*, ſive *H*
burgum Angrivariorum, ſive alium locum,
opportunum, unà cum *Infante*, eligeret, *Reg*
turum operam, ut neque honorem DEI,
veterem *Germanicam* illam ſinceritatem, li
temque, poſtliminiò revocandam, atque a
sùs *Imperii* æmulos obfirmandam, poſthabu
deri queat. Interim, ut ſola, atque unica, c
fante, præſentem pacis tractationem ineat,
nes alias rectà intercedere, atque obſtare. E
ſarem toties pacis tàm *Religioſæ*, quàm *ſecularis*
ctiones approbâſſe; Sed ab illis, qui ſub fide
colore nihil non etentant, hoc vinculum, n
olim ſanguine partum, enervari cœpiſſe. Si i
abſque eo eſſet, ut *Infans* has operas coniun
ſuſcipere recuſet, tùm eo eventu *Regem* cum E
re, ſolo has in partes veniente, rectiùs ratione
re malle. Modò igitur *Elector*, pleniſſimâ *Cæſar*
toritate collatâ, hanc rem ſolus agere vellet, ut
ſic quidem *Regem* affectum eſſe, ut pacis fidę, a
honeſtæ, reſtaurationem negligere haud cupi

II.

Electoris Saxoniæ ad Daniæ Regem reſponſoria.

HÆ ubi *Daniæ Regis* litteræ, curante *Fride*
Holſatiæ Duce, per *Egidium Lanckanum*, *pr*
ſitum Lübeccenſem, *Electori* fuiſſent intimatæ, h
ille in ſententiam tùm reſcripſit: Quemadmod
Elector, inquit, ab ipſis initiis colliſiones per *infer*
Saxoniã naſcẽtes, creſcenteſq; invito prorsùs
mo,

ognoviſſet, ut etiam in compoſitionis diæ-
pud *Brunſvigam*, per integros quatuor men-
n ſemiſſe,excurrentes,unà cum *Electore Bran-*
co, nihil non operæ contulerit, an differen-
, belliq, gliſcentibus incendiis, maturè oc-
e, paciiq; fidæ non minùs, quàm honeſtæ,
endatam bonitatem, reſtituere, quitus eſ-
iter ægerrimè ſibi accidere,operam,& labo-
unc omnem fruſtrà fuiſſe, remque ad eam,
nc eſſet,faciem,atque eventum, devolvi u-
ſſe. Qua quidem de re,cauſſam in medio re-
ndo, Deo committeret ejuſce mali even-

eo autem, quòd intelligat, *Infantem Hiſpani-*
Cæſare præſertim conſentiente,ſuper pace in-
ire, *Regemq;* ab hac actione non alienum eſſe,
ſibi cumprimis auditu jucundum evenire.
dubitare velle, *eam Cæſari* intentionem eſſe
gnitam, ut,quid fieri velit, mox emergere
. Ad ſe quidem nihil ejuſmodi ſive ab *Infante*,
ſomet *Cæſare*, perveniſſe. Id quod,ſi deinceps
niat, ſe ità comparatum eſſe, ut nihil non,
ad emendationem huius periculoſæ tempe-
pertinere videbitur,opere lubens porrò adje-
s ſit. Pacis amore ſibi nihil antiquius,nihilque
eſſe. Hanc ſe totis animis afflictim deſiderare,
nicè deperire. Ut nullus dubitet, etiam *Regi*
nentē eſſe,ut paci nihil prævertere velit. Pa-
rgò,pacem,inquit,omnes bonos optare. Ne-
haƈtenùs tam comēndatæ rei arbitrium, ac
iationem, recusâſſe; Ut etiam nunc hunc la-
n ſubterfugere nolit. Interim,moram ſibi in-
, *Regem* etiam tùm, cùm apud *Brunsvigam* tra-
nes ferverent,eumq; ad ſpecialia, articulos-
acis componendæ, ſeſe dimittere noluiſſe. Il-
jam demùm fieri queat, ad præſens inſtitu-
ore neceſſarium. Rationes,cujuſmodi hacte-
gi obſtitiſſe viderentur, modò *Electori* per
nū Propoſitum innotuiſſe. Interim, ſi *Regi* pla-
ad ſpecialia illa tandem deſcendere, nullum
biuin,quin hæc via ad inſtantes tractationes
ſit compendiaria, operique valdè opportu-
enim pacto *Electorem* apud aulam *Cæſaream*
s futuræ tractationis fundamenta ponere,
amque negotii ad effectum deducere,poſſe.
ſibi hoc ſub propoſito quæri, niſi ut ſalutare
quantò ociùs ematurari,ſuſpiciones verò,at-
oiniones heterogeneæ, removeri, queant.
aque *Rex* vel precibus ad hoc adductus, faſti-
peculiares,ut vocant, articulos deſcendere,
benti animo arbitri, ac mediatoris, vices ſu-
rum, *Regiq;*, de conſenſu *Cæſaris*, tempus, lo-
ue, deſignaturum, eſſe. Sin alius *Regis* ſit ani-
neque hoc adhucdùm placere queat, præ-
re ſe, ne res, periculi plena, protrahi, interibi-
ovis colliſionibus, atque exacerbationibus,
os exaſperari, contingat. Et hoc illud eſſe,
mentem, intentionemque, ſuam, quàm ma-
vulneret. Secundùm hæc, conſectarii loco, ſi-
d præcognitum eſſe, an eandem *Regis* confœ-
viam calcare velint, an eandem in pacem a-
ferantur. Super hoc enim dubio procul co-
ium aulæ *Cæſareæ* oculos coniici. Denique a-
iſſimis verbis *Regis* fidem obteſtari, vellet tàm
dè hæc quæcunque ad animum admittere,
ſimpliciter,& ingenuè, ſcripta eſſent; Semel-

que confirmatiſſimum illud habere, *Electori* nihil gratius acceptiusque accidere poſſe, quàm ut nobile pacis almæ bonum, abſque omni mora, quantò ociùs reſtaurari, impendenſque patriæ calamitas funditùs recidi; atque eliminari, ſuſtineat.

III.

Daniæ Rex petitos pacis ineundæ articulos ad Electorem Saxoniæ tranſcribit.

AD illas *Electoris* obſecutorias *Rex* nihil dubitavit porrò animum ſuum penitiùs expectorare, unàque pacis tentandæ articulos adjungere. Ità verò ille: *Electoris*, inquit, in pacis reproductionem animum inclinantiſſimum, *Regem* modò non ſub diæta *Brunsvicenſi*, ſingulari cum ſtudio, ac fervore, antè declaratum, perſpexiſſe, ſed etiam nunc eundem ſcopum, & quidem impendiò ſalutarem, cum voto, & deſiderio, collimantem, magna, ac ſingulari, animi cum voluptate, intueri, atque ad amuſſim agnoſcere. Dùm igitur inſuper inter *Cæſarem*, & *Regem*, arbitri, ſive mediatoris, partes offerat, rem illum præſtare *Deo* inprimis gratam, toti non tàm *Imperio*, quàm orbi *Chriſtiano*, ſalutarem; Ut etiam *Electorali* cùm familiæ, tùm *Electori* ipſimet, emolumentum, & honor, indè peti poſſit. Hoc ſe illi, ex intimis animi penetrabilibus, conteſtatiſſimum facere, à *Deo* ſibi præter pacem veram, & haud fucatam, nihil deſiderari, utique cui belli infortunia per experientiam jam pridèm ſint cognitiſſima. Utrùm igitur quicquam in *Cæſarem* præter leges deſignare voluerit, conjecturam vel indè *Electori* eſſe facilem, dùm *Rex* ità quidem affectus ſit, ut alteri, quod haud ſibi fieri velit, facere, citrà ſummam neceſſitatem, abhorreat. Etiam initia præſentium ſibi motuum parùm placuiſſe. Ut autem, tanquam ocioſus fabulæ ſpectator, intueri debeat, quoſdam fortunæ felicitate, & populi plauſibus, hactenùs velut ebrios, altiora identidem moliri ſplēdoremque nominis *Cæſarei* factis ſuis tanquam colorem, obducere velle, hoc ſeſe, & *Deo* committere, & ad ſe quoq; pertinere, arbitrari. Cæterùm, quò *Electori* reipsâ pateſcat, *Regi pacem* curæ, cordique, eſſe, modò veram, & minimè larvatam, illam conſequi fas ſit, hanc in rem, tanquam majoris confidentiæ, ac certitudinis, ſymbolum, *Regem*, ad illius petitionem, attexere, & ſubmittere, articulos illos, ſuper quibus ſummam rei fundatam eſſe cupiat. Iam vel ex his omninò huculentùm emergere, quo animo *Rex* in pacem feratur. Ut vel ipſemet *Elector*, pro ſua humanitate, ſi velit, calculum ponere, &, utrum *Rex* minùs facere aut mitiùs ſeſe expectorare, poſſit, ſententiam ferre ſuſtineat. De *confœderatis* quòd *Elector* præoccupet, utrùm nimirùm etiam illis hæc compoſitio placere queat, de eo nullum eſſe dubium. Super illis enim, modò recenſitis, articulis confœderationem coiiſſe. Iterùm, atque iterùm, *Regem* confirmatiſſimum facere *Electori*, ſiquidem ejus operâ, procul excuſſo ſive *Inquiſitionis*, ſive *Tridentini concilii*, jugo, atque executione, pax ſincera, pax infucata, recuperetur, neve bellum nomine pacis, tanquam carbones ignitos ſub doloſis cineribus, involvi accidat, labores illos, ſummæ felicitatis plenos, non niſi coronandos, *Electorem* verò ipſum, *Dei* hono-

rem, ſalutemque publicam, exquiſita cum nominis exiſtimatione, pro vehentem, omni exquiſitæ laudis genere inſigniendum, venire. De *Rege* ità quidem eſſe, ut ipſius animum, tanquam vadimonio obligatum, poſſideat, neque ulla occaſione de fide, atque integritate, meritò, quiſquam conqueri debeat. Hactenùs *Rex.*

Iam de *articulis* videbimus, *à Rege* propoſitis. Illi verò tales fuêre: Nempè utriuſque partis exercitibus miſſio daretur, iidemque *ex inferiori Saxonia* realiter deducerentur. Simulátque loca occupata priſtinis, legitimiſque, poſſeſſoribus reſtituerentur. De modo verò copiarum utrinque deducendarum deinceps iniretur ratio.

Pariter *Saxoniæ Inferioris Circulus*, quantùm ad bellicas ſpectat præparationes, ſeſe tàm legibus *Imperii*, quàm devotioni *Cæſaris*, conformaret. Ità pax, tàm *Religioſa* quàm *profana*, dicta, in vigore, & valore, priſtino, ſtaret, & confirmaretur. His conſectaria accedunt, nimirùm *Circulus*, nullo ſub colore, vel prætextu, qualiscunque eſſet, ſive ab *Hiſpanicis*, ſive *Ligartanis*, ſive *Pontificiis*, *Cæſareaniſque*, copiis deinceps oneraretur. Ut neque commeatus erogare, neque ſtativa, atque id genus impendia, ac moleſtias, ferre debeat. Sed omnia, ſecundùm *Imperii* conſtitutiones, defenſioniſque leges, tanquam lapidem *Lydium*, probarentur, perficerenturque. Ejuſdem eſſe commatis, ne ſcilicet, *Epiſcopatus*, ſive *Præſulatus*, hactenùs ab *Anno M. D. XXX. Auguſtanâ confeſſione*, itemque *poſtulationibus*, atque id genus juribus, utentes fruentes, turbarentur, ſed plenis ſuis conceſſionibus jam, & deinceps, ſicut à temporibus *Rudolphi II.* & *Matthiæ. I. Imperat.* obtinuit, gauderent. Quodſi verò controverſiam, qualiſcunque ſit, illis moveri contingat, tùm quidem res omnis, juxtà *Cæſaris* declarationem, *ſuperiori Anno M. DC. XXVI. XVI. Cal. Februar.* factam, tranſigeretur.

Atque hi ſunt illi *Articuli*, omnes, & ſingulos, confœderatos, videlicet *Galliæ*, *Angliæ*, *Suecíæque*, *Reges*, *Inferioris Saxoniæ Circulum*, *Batavos*, *Venetos*, *Gabrielem Bethlenum*, *Sileſios*, & *Marchionem Durlacenſem*, concernentes. Illis igitur ut omnes, ſingulique, comprehendantur, æquum fuerit. Inprimis verò, punctus de amneſtia generali, ratus eſſet, ne cuiquam opera, ac militia, ſua, quicunque foret, in fraudem, aut pœnam, vergeret.

Quo de neceſſario corollario, ſub ipſis tractatibus, prout res poſtulat, diſpiceretur. Interim illa *Regis* poſtulata ſunto! Qualia tùm demùm, ubi tractatio cœperit, finieritque, ſalvo jure ſuo, *Rex* rata eſſe permittit, ac denunciat.

CAP. III.

De Daniæ Rege, Wolferbyti à præſidiariis exonerationem negante: Aliiſque ei
dem ferè notæ ac
dentibus.

I.

Frid. Vlricus, Dux Brunſvicenſis, Dan.
gem, ſuper militis è VVolferbyto deduc
ſolicitat.

DVm hæc aguntur, *Frid. Vlricu*
Brunſvicenſium, poſteaquam in
Cæſaris tranſiiſſet, juxtàque
regii abdicationem promiſiſſe
verſis ad *Daniæ Regem* miſſis leg
VVolferbyti, fortalitii ſui, hactenùs à *Regis*,
diariis detenti, reſtitutionem inſtanter urger
deſtitit.

II.

Illi Rex humaniſſimis verbis negativère
det.

SEd ea erat illius temporis, & militaris
conditio, ut *Rex* hoc illi humaniſſimè ne
Cujus rei, inſequentes codicilli, *à Rege* ad
dati, fidem utique faciunt. Illa autem *Reg*
tùm oratio; Tametſi *Rex*, inquit, cæteris, ut a
paribus, *Duci* in eo lubens gratificari cupiat,
iam in rebus gravioribus illius commodis
ſit affectus, nihiloſeciùs pro tempore ſic qu
comparatum eſſe, ut, tametſi velit, non poſſet,
etſi poſſit, reſpectu hoſtis, prohibeatur.
rim, ſpem pacis velut è longinquo emerge
ſibi oſtendi. Ut ejus reducendæ ſtudio *Elect*
xoniæ flagrare nuncietur. Hanc in rem, leg
Dreſdam emiſſum, propediem felici cum ex
tione exſpectari. Iam *Duci* minimè obſc
eſſe, ſicubi *Rex*, antè pacis necdùm incho
multò minùs conſummatam, tractationem
bus ſic ſtantibus, legiones, & præſidiarios,
ferioris Saxoniæ fortalitiis, deducat, quid ma
ſuper ſucceſſu pacis exſpectandum foret; U
res non poſſit non in *Regis* contemptum, t
que tàm *Circuli*, quàm alioquin rei ſummæ, di
dium, vergere. Patienter itaque ferret han
ram, quouſque appareat, quid de pacis tra
bus eventurum ſit, neque indignaretur, ſiqu
Rex ratione temporis habita, inpræſentiaru
aliter reſpondere, nec petitum eius admi
queat. Interim, quò *Regis* ergà *Ducem* ſing
& paterna, benevolentia, veris characte
notari luculenter ſuſtineat, *Regem*, niſi ratio
modi publici obſtet, eius cauſsâ, libenter
non facturum eſſe. Si itaque *Duci* placeat a
familiamque *VVolferbytum* deducere, ſequ
bus ſub conditionibus hoc illi licere. Nim
Thillyus ſub ſufficienti vadimonio, caveret,
ci loca hactenùs à milite minùs infeſtata, (
bus *Schöningena*, atque alia occurrunt) int

rum haud eſſe. Illorum è reditibus *Dux* vive-
ıxtà verò, non alios conſiliarios, ac familiares,
intrò aſſumeret, niſi quos *Rex* antè nomi-
t, facilè *Ducis* officiis, ac miniſterio, ſuffectu-
lactenùs *Rex*.

III.

Regios, Cæſareanosq́, utrinq́, copias augen-
s, va-rii naſcuntur conflictus.

Um illa ſpes de *VVolferbyti* reſtitutione de-
collat, utraque pars tàm *Regii*, quàm *Cæſarea-*
citis hinc indè ſupplementis, in augendis co-
ccupantur. *Rex* quidem, quò *Thillii* progreſ-
etundere quitus eſſet, nihil operæ intermi-
ut novis identidem ſupplementis daret ope-
Illi, ſub initia veris, *Morganus* tribunus ex
icanis quadragintà quinque cohortes, ſex ho-
um millia conſtituentes, adduxit. Ut è *Gal-*
uoque quatuor millia, *Regis Chriſtianiſſimi* ſti-
liis obligata, ſubmitterentur; Sed, prout ap-
bat, nimis ſerò. Jam tùm enim vincere *Thil-*
conſueverant; Ut hîc felicitate, illîc terro-
atque infortunio, partes agentibus, regii
rent, cæſareani identidem progreſsus face-

ihil-ominùs *Rex* magnanimus, quantumvis
aſtro tùm militans, omnia ingentia animis
plectebatur. Cùmque exercitum novis ſup-
entis refotum, ac corroboratum, ad trigintà
inum millia excurrentem, recèns recenſuiſ-
hillii fortunam, ac felicitatem, conabatur e-
re. Maſculè hoc regium propoſitum adju-
nt *Nordhemium*, & *Nynburgum* (præter *VVol-*
um) fortalitia, ad *Viſurgim*, præſidiis regiis,
niſque impavidis confirmata. E quibus, tan-
receptibus munitiſſimis, ubi regii in *Cæſa-*
omne genus militaris inſolentiæ, abſq; miſ-
, exercerent, prædis, irruptionibus, expilatio-
ſq;, in proximo latè omnia perturbantes, *Thil-*
hâc hoſtilium cohortium ferociâ commotus,
pugnationem *Nordhemii* animum adjecit.
ihilominùs, *Nynburgi* gubernator, *Limpa-*
, homo raræ fortitudinis, atque imperter-
, è clauſtro ſuo ſub ſilentio educens, *Hoſtem*
n intercipere tentabat. Miſſis igitur equitum
ullis, dum ipſe in inſidiis lateret, jubet
cie hoſtilis præſidii partem jumentorum in-
pere. Quo facto, præſidiarii, tanquam ſuper
i illata ſive injuria, ſive contemptu, irritati,
numero prorumpentes, pecudum abacto-
idiùs inſequuntur, & ſuo damno. *Limpachius*
ex inſidiis irruens, paulò longiùs more avidi-
umanæ provectos, omnes intercipit, quos
m oppidò, contrucidat, partim cum armen-
omnibus, abducit, inque vincula coniicit.
Neque multùm abfuit, quin arcem i-
pſam præſidiariis extor-
ſiſſet.

***

IV.

Rex Daniæ ad Albim in Thilly actiones intentus.

NEque ſic quoque *Rex* agebat languidè, ut non omni laboraret induſtria, quo *Thillij* conatus, *Albim* tranſire cupientis, retunderet. Quo nomine ſuprà *Bremam*, versùs *Langvedelium*, aliisque locis opportunis, munimenta, ac loricas, excitari fecit, quibus *Thillyo* tàm tranſitus, quàm commeatus, intercluderetur. Paribus *Albis* inſulam, *Stillhorn* vocant, locaque neceſſaria alia, munimentis, præſidiis, tormentiſque, & id genus requiſitis, juſſit confirmari. Sed, tametſi neque animus generoſus, neque ſcientia militaris, rerumque gerendarum experientia, *Regi* deeſſet, fortuna, belli nutricula, deerat. Quis igitur unquam tametſi fortiſſimus, fata, prout gentiles toties inculcârunt, evincere potuit? Hoc infauſto ſydere *Rex* percuſſus, prohibere non potuit, quò minùs *Thillyani*, apud *Tangermündam Albim* penetrarent, *Altringerio* rem, legionemque unam, atque alteram, gerente, ac transferente. Sic *Plaga*, ad *Havelum* fluvium, locus munitus, *Brandeburgo* quatuor paſſuum millibus diſtans, expugnari cœpit, præſidariis magnam partem ſub gladii ſeveritate cadentibus, oppido verò ſub expilatione direpto. Quâ calamitate proximorum confuſæ civitates finitimæ, è quibus *Brandeburgum*, *Rattenavia*, *Perleberga*, aliæque, illicò cervices ſubmiſerunt. Ad *Havelbergam* igitur *Altringerius* perrexit, & abſque mora civitatem occupavit. Regii, indignè id ferentes, *Eccleſiam cathedralem*, ex oppoſito trans *Albim*, in montis præcipitio poſitam, interceperunt, loricis, gerrisque, ſeſe communientes. Ex hac ſummitate diſpoſitis tormentis hoc agebant, quò *Thillyanis* pontem *Havelo* imponere, legioneſq; traducere, facultas negaretur. Nec mora, eodem loco *Rex*, adductis copiis haud contemnendis, caſtra explicabat. Ex adverſa parte *Thillyani* conglomerabantur, agminaque denſabant. Quæ moles belli quàm ingrata eſſet *Brandeburgicis* incolis facilimum tùm erat conjecturâ aſſequi. Diu utrinque certabatur, *Thillyanis Havelum* tranſire cupientibus, regiis verò tranſitu prohibentibus. Tandem, *VII. Idûs Sextiles*, reperto inter *Havelbergam*, & *Rattenaviam*, loco ad tranſitum opportuno, Cæſareanis commoditas affulſit. Quâ intellectâ optatâ occaſione, *Georgius, Dux Lüneburgicus*, lintribus adductis, coagmentatisque, & ſuperimpoſitis aſſeribus, extructo extemporali ponte, cohortes traduxit.

Regii, per indicem naviculatorem de periculo admoniti, nequicquam cunctantes, facto agmine ad littus, vepribus obſitum, hoſtibus tranſitum intercipiebant. Sed illa erat confidentia *Lüneburgici*, ut magno cum conatu, auſiſque maſculis, reiiceret regios, ſimulátque fluminis tranſitum adverſam per ripam loricâ, ociùs excitatâ, communiret. Ita factum, ut paucos intra dies pons *Havelo* imponeretur, ac *Lüneburgicus* copias benè multas traduceret. Quibus acie directâ ubi in mandatis dedit, jugo montis impoſitam, ut in ædem cathedralem proximâ aurorâ impreſſionem facerent, ecce! nocte intempeſtâ *Durlachius Marchio*, metu gravioris infortunii, præſidiarios,

cùm legionibus, ſub ſilentio, reduxit, ut præter indigenas, à cæſareanis invenirentur nulli. Didicerat enim famâ *Durlachius*, & *Thillyum* aliis locis jam tùm pariter *Albim* penetrâſſe, & *Fridlandum* ſuo cum exercitu apud *Berlinum* appuliſſe.

IV.

Thillyus, progreſſu identidem facto, Lavvenburgo potitur.

TEnebat ſeſe ad *Bleckedam* circa *Albim Rex Daniæ*, hunc locum, ſatis munitum, *Thillyanis* extorſurus. Injectis igitur ignibus quantò ociùs oppido potiri cœpit. Sed *Centurio* Cæſareanus in arcem ſe recipiebat. Quam dùm, ſic ſatis ad impreſſiones extemporales munitam, *Rex* expugnare nititur prævisis copiis Cæſareanis, in auxilium properantibus, receptui canere juſſit, militemque reduxit. Neque fallebat hæc *Regem* fama. Ecce! enim *Thillyus*, *Albis* tranſitu apud *Lutersh.uſam* potitus, inſtabat veſtigiis regiis, ſimulátque apud *Bleckedam* ponte ſuper *Albim* impoſito, legiones traducens, ſuoſque, & loca neceſſaria, loricis confirmabat. Regii, neque ſic reſiſtere parati; in adverſam *Albis* ripam, ponte à tergo reciſo, promoverunt. *Thillyus* verò per pontem, à ſe antè excitatum, progreſſus, non parvum regiorum numerum, nihil tale exſpectantium, oppreſſit, citiſque itineribus *Butzenburgum*, ubi *Rex* caſtra tenebat, petiit. *Rex*, hoſtium fortunæ, ac viribus, impar, notato ſibi *Thillij* adventu, copias omnes, quantò ociùs potuit, per aquas, continentemque, in loca tutiora produxit, tormentis quibuſdam, apparatuque bellico, ob ſummam feſtinationem, poſt caput relicto. Quem cum ſuppoſitis ignibus, ne hoſti prodeſſet, exurere juſſiſſet, accidit, ut flamâ per cœmiterium ſuperante, pars ædis ſacræ in auras diſpergeretur. Et ſic quoq; *Thillyus Lavvenburgo, Ducatus* cognominis metropoli, potitus eſt. Ubi in navium regiarum numerum, cum tormentis quatuor bellicis, per illas partes derelictum, denuò incidit. Mox *Neohuſam* fortalitium, in *Megapolitanorum* finibus poſitum, ſed ad *Lavvenburgicos* ſpectans, eâdem felicitate in poteſtatem redegit, apparatu recèns bellico, inibi invento, auctus.

V.

Regii è VVolferbyto in Cæſareanos feliciter animadvertunt.

ILla cùm *Regi* novercans adverſaretur fortuna, ut in acie, poſt tot caſus, atq; incommoda conſiſtere vix ſuſtineret, intereà *VVolferbytenſes* faventiorem experiebantur Martem. Ut etiam, ultrà viginti octo paſſuum millia excurrentes, in facie *Goslariæ* civitatis, armentorum greges, magno numero abactos, aliaſque prædas, *VVolferbytum*, importarent. Hunc ſui contemptum *Cæſareani*, ulciſcendi cupidi, talionis lege, cum fœnore *Danicis* refundere moliebantur. Ubi ergò didiciſſent tribunum quendam regium intrà fortalitium nuptiales celebrare epulas, tanquam ſemiebrios, atq; è crapula fatigatos, excitare animus eſſet, ità quidem altero, & ſummo, manè, propè *VVolferbytum* adequitârunt,

an eâdem audaciâ & armenta pariter intercip
& loca ſuburbana injectis incendiis evertere, l
ret. Sed non impunè: Tantùm enim abeſt, re
giis inantè præſignificatâ, ut votum ſucceſſerit
ſpes hæc penitùs decollârit, inq; ipſum exitium
generârit. Ecce! enim *regii*, rem omnē præſciē
quingentos ſclopetarios per foſſas, ac vepreta,
cis opportunis, diſpoſuerant, ſuo tempore, ſu
gno dato, in *Cæſareanos* impetum facturos. I
rim, dùm armentis abigendis hoſtilis manus oc
patur, *Schenckius* equitum magiſter, è fortali
cohortem educens, velitarem inſtituebat pugn
Ubi ſic ad manus ventum eſſet, *regii* de induſtri
loca deſtinata, quibus inſidiæ latebant, retro
dentes, eò incautos pertraxêre, uſque dum ſclo
torum exploſionibus feriri poſſent, ſclopetarii
diſpoſitis, ac latentibus, in equeſtrem hoſtium
num feliciter bombardas expedientibus, factu
ut magna *Cæſareanorum* pars occumberet, reli
dilaberentur, prædis, ac manubiis, in fortaliti
relatis uberrimis.

VI.

Dux Brunſvicenſis regios apud VVolferbyt
edictis terret, ſed fruſtrà.

HOc tempore præſidiarii præfatum apud *V*
ferbytum regii ità quidem ferociebant, ut p
vinciæ *Brunſvicenſi* varias paſſim crearent mo
ſtias. Neque minùs tùm aliis in partibus leg
nes regiæ parcebant finibus *Lüneburgicis*, ut op
do, exitioſæ eſſent, incendiis, rapiniſque, re
gentes. Inter hæc *Frid. Vlricus*, *Dux Brunſvi*
ſis, ſeſe intrà *Brunſvigam* tenebat, eamque pa
depopulationem ægerrimis inſpiciebat ocu
Diætam igitur provinciæ illius ſuæ proceribus
bi intrà urbem indixiſſet, decrevit regios ill
fortalitium ſuum ſe invito detinentes, præſid
rios, edictis ſeverioribus, ceu fulmine, te
re, atque exarmare, an ſic in poſſeſſionem
dire quitus eſſet priſtinam. Sed hoc inſtitut
intrà quidem fiduciam, ſed extrà efficacia
fuit.

Tametſi enim edictum ad regium vicari
Philipp. Reinhardum, *Comitem Solmenſem*,
queret, eâdemque operâ verbi divini prædica
ribus injungeret, diplomate ut pro concio
publicè recitato, cives ad obedientiam, *Duci*,
triæ patri, debitam, exhortarentur, nihil-o
nùs hic impetus potiùs, quàm effectus ut eſſet
ſpectandus, videri potuit. Ut *Vicarius regiu*
dicillos, ad v. d. miniſterium ſpectantes, mo
non ſupp
rimeret, ſed perfunctoriis verbis,
petitioni *Ducis* pro tempore ſatis fieri nequi-
ret, excuſationem præpa-
ratam obiice-
ret.

CAP. IV.

e Fûrſtenbergio, nomine Thillij, Northemium expugnante.

I.

Vorthemium à Thillyanis expugnatur.

PAulò antè, quibus injuriis, ac moleſtiis, Cæſariani, à regiis, fortalitia ad *Viſurgim* magna cũ pertinacia defendentibus, divexarentur, prælibatum eſt. E quibus cùm *Nordhemium* è lon-
ιo velut concluſum, obſeſſumque, fuiſſet, tã-
Thillyus, per *Furſtenbergium Comitem*, tribunũ,
ctorem, ſtrenuum, coronâ locum cingere, ac
ari ſeveritate ad deditionem compellere, juſ-
Ille igitur decreto huic libenter morem ge-
oppidum, ſic ſatis probè munitum, caſtris
ndare, loriciſque circùm circiter excitatis,
urgere, cœpit. Paulò poſt, rebus ad expu-
onem loci diſpoſitis, impreſſionibus rem
vit. Sed à *Danicis*, maſculè renitentibus,
damno rejectus eſt. Mox extremam aleam
e, civitatemque undique, coronâ invadere,
uit. Hæc dùm ultima, ad aſſultus pertinen-
ris præparantur, ecce! obſeſſi, cervices ſub-
ntes, deditionem more militari offerunt.
urſtenbergius, priori pertinaciâ offenſus, veniæ
n negat.
enuò deditionem offerentibus, dimiſſionem-
nore apud militiam recepto, corrogantibus,
ò pro venia datur repulſa. Quid fit? Furo-
rabiem degenerante, ipſaque deſperatione
s velut perditorum inſolitum robur adiici-
per tubicinem codicillos *Fürſtenbergio* trade-
ent, quibus hæc erant ſcripta: Siquidem ti-
cretum eſt, nos, more militari bis deditio-
offerentes, citrà belli legem, reiicere, ſcias,
ultimam vitæ, huiuſque defenſionis, ne-
atem, conjurâſſe. Itaque, ſi neſcis, quid vir-
ſperata poſſit, dabimus tibi ſpecimen, & nos
is pro exemplo. Neque priùs pugnare deſi-
s, donec honeſtam per vulnera mortem op-
nus. Uſque adeò præſtat, herôum more, mil-
ortibus, ſub hac gymnaſtica noſtra, perire,
infelices inglorioſque ſpiritus, te victore,
oſcere victis neſcio, elidere. Quod ſi igitur
npetus, hæc aſperitas, animo ſedet, age, expe-
ur, quid virtus, concluſa, ac deſperata, valeat.
et, ajunt, morientium alioquin animalium
ùs eſſe ſæviſſimos. Idem de nobis ſtatue. Qui-
; igitur (prout in triviis proverbialiter incul-
ervicem nactus fuerit, hic barbam novaculâ
rectiſſimè. Hæc illi:

Nihilo-minùs *Furſtenbergio* neque ſic intrà præcordia emolliebatur animus. Sed, propoſito inhærens, ultimis conatibus integrum per diem tremendis aſſultibus obſeſſorum pertinaciam expugnare aggreſſus eſt. An ſic fortè militaris ſeveritatis rigoroſo emergente exemplo cæteros alibi præſidiarios regios ad maturiorem deditionem movere quitus foret. Sed fefellit hæc aſperitatis ratio. Tantis enim, & concitatiſſimis, viribus à deſperatis pugnatum eſt, ut ipſius *Furſtenbergii* vigiliarum magiſter, ſive præfectus, ſex numero centuriones, octo aquiliferi, cum aliquot centuriis gregariorum, deſiderarentur, novem centurionibus aliis, itemque quingentis gregariis, acerbè inſuper vulneratis.

Iſta cùm ſtrages *Thillyanis* obveniſſet, cum obſeſſis, ſuper induciis, actum eſt: quouſque mortui ultimo affecti forent ſepulturæ beneficio; Vulnerati verò curationibus, & medelis, ſubiicerentur. At illi, audaciâ ſic magis commaſculatâ, reddiderunt *Furſtenbergio* verba ſua, Neque ſic quidem jam tùm eſſe comparatum, inquientes, ut negata antè ſibi ſalutis veniâ, quicquam gratificarentur hoſtibus. Irent modò, & tollerent ſuos. Seſe lixivio ſuo, dùm ferveret, uti decreviſſe. Hæc ubi animoſa regiorum conſtantia non parùm fregiſſet *Furſtenbergii* calorem, juxtàque fama confirmaret, obſeſſos civitatis cœmiterium, inſtar munimenti alicujus, itâ quidem obvallaſſe, ut, tametſi civitas tandem caperetur, nihilo-minùs ſepimentum hoc, abſque multo ſanguine, expugnari haud poſſet, faciliùs *Furſtenbergius* ſibi perſuaderi paſſus eſt, animi aſperitatem ut in benevolentiam commutaret. Miſſo igitur rurſus tubicine, hæc in verba illis nunciari juſſit. Siquidem, ut animoſos decet milites, ſtrenuè, fortiterque, pugnaſſent, locum ſe illis gratiæ facere. Dederent ergò civitatem. Quam cùm laudem, ac veniam, virtute ſuâ extorſiſſent haud diu repugnantes, oblatas admiſerunt conditiones. Jam tùm enim annona intùs acciſa flagellabatur, ut de auxiliis, à *Rege* exſpectandis, omnia eſſent fruſtranea. Videte nunc, ſi lubet, quid in bello, quid penès obſeſſos, veniæ repulſa, ac deſperatio, poſſit. Itâ factum, ut quatuor cohortes, permiſſis ſarcinulis omnibus, ſub ſignis erectis, funiculis ardentibus, glandibus ſub buccis retentis, juxtà legem militarem, honeſtiſſimè dimitterentur.

II.

Daniæ Rex, exercitu denuò confirmato, provinciam Luneburgicam depopulatur.

QUantumvis hactenùs fortuna non rideret *Daniæ Regi*, *Thillyo*, ex adverſo, velut albo columbulo dionæo, ut ait *Poeta*, omnes penè finitimas pervadente, ac ſubjugante, provincias, nihilo-minùs *Rex*, licet ſub rebus oppidò adverſis, non abiiciebat animum, ſuo aliquandò tempore fati benignioris horam, &, qui tantas emendarent jacturas, candidiores deſiderans ſoles. Opportunè tum temporis *Regi* hunc animum, hanc ſpem, fulciebant, herôes, foris advenientes, nempè *Durlachius Marchio*, *Turrianus Comes*, pluresque dynaſtæ, ac tribuni, *Regi* operas

ſuas offerentes. Undè *Rex* denuò munia, more regio, ac militari, dividere, ac rectiſſimè ſperare, cœpit. Itaque *Marchionem Brandeburgicum*, ſive *Adminiſtratorem Hallenſem*, copiis per *Sileſiam*, præfecit, *Durlachium* verò ſecundas *à Rege* in exercitu partes habere juſſit, & quidem eo tempore, quo ex *Anglis, Scotisque*, legiones novæ ſubveniſſent, Prçeunte illâ regii exercitus confirmatione, adductis navibus inſtructæ legiones *Albim* transfretantes, in *Lüneburgicam* provinciam fecerunt impreſſionem, uſque ad *Ducatus* metropolim, *Lüneburgum*, penetrantes, gregeſque armentorum, pagis non paucis antè exuſtis, in facie civitatis, *Herculis* illius gentilis, pecorum furis, atque abactoris more, intercipientes.

Sed non diutina, aut ſincera, erat *Danicorum* iſta voluptas. Ecce! enim ex hac parte victor *Thillyus*, ex altera non minùs tùm felix, quàm ſuperbus, *Fridlandus*, fulminabant, conjunctis invictisque viribus *Regem* ad incitas, quòd dicunt, redacturi. Neque defuit ingentibus his auſſis ſucceſſus penè incredibilis. Tametſi enim *Rex* loca apud *Albim* opportuna præſidiis, rebuſque neceſſariis, tueretur, nihilo-ſeciùs duobus, & invictis, confertiſſimiſque exercitibus, omnia, magna cum violentia, perrumpentibus, cedere coactus eſt.

III.

Cæſar edictis Megapolitanos, ac Lubeccenſes, territat.

FOrtunâ ita pertinaciâ ſuâ *Regis* res & conatus, denuò deſtruente, *Cæſar* non deſtitit urgere, tàm *Megapolitanos*, quàm *Lubeccenſes*. Irent, legionesque *Danicas*, è ditionibus ſuis eiicerent; Vice versâ *Cæſarianis* exercitibus omnia dependerent obſequia.

Hoc ut *Equeſtres Megapolitani* inculcarent, perſuaderentque, *Duci* ſuo, nomine *Cæſaris*, per tubicinem *Epiſcopus Lubeccenſis* admonere cœpit. Codicilli verò *Cæſaris*, ad *S.P.Q. Lubeccenſem* ſcripti, hoc injunxerunt: Nimirùm *Lubeccenſes*, utpote inter *civitates confœderatas maritimas* primatum gerentes, hoc agerent, *Bremenſes*, & *Hammaburgios*, ne *Daniæ Regi* commeatu, aut aliis neceſſariis, tàm per *Albim*, quàm *Viſurgim*, proſint, dehortarentur, ſimulátque naves peregrinas, ac ſuſpectas, eiicerent. Niſi id faxint, in refractarios *Thillyus* ſeveritate ſub militari executivè, pro re nata, animadverteret. Non neglexerunt hoc edictum *Lubeccenſes*. Sed dimiſſo *Hammaburgium*, ac *Bremam*, *Schabelio Iuriſconſ.* quid *Cæſar* vellet, quid iuberet, *Senatui populoque* utrinque aperuerunt.

CAP. V.

De pacificationis, int[e]
Daniæ Regem, & [...]
lectorem Saxoniæ r[e]
aſſumptione.

I.

Daniæ Regis codicilli de pace agentes, per Hol[ſa-]
tiæ Ducem ad Saxoniæ Electorem transm[it-]
tuntur.

PAulò ſuprà de *Daniæ Regis* fortuna [...]
verſa, & in caput ejus velut conjuran[...]
præmiſſum eſt. Qui, cum ab *Infante* [...]
ſpanica, *Belgii* gubernatrice, ſuper pa[...]
reproductione, interrogaretur, ad *Saxoniæ Ele[cto-]*
rem hanc cauſſam tranſcripſit, eidemque, adje[...]
pacificationis auſpicandæ articulis, totius rei ſu[m-]
mam commendare cœpit.

Illos igitur codicillos *Fridericus*, *Dux Holſa[...]*
per emiſſarium ad *Electorem* tramiſit. Quibus [...]
ceptis *Elector* non deſtitit de re omni ad *Cæſa[...]*
perſcribere, ſimulátque reſponſum demiſsè [...]
gere. Interim, dùm è *Vienna Cæſaris* litteras præſ[...]
latur, internuncium illum ſecum detinet.

Poſtquàm autem *Cæſar*, antequàm, quid [...]
pace fieri vellet, reſcriberet, *Electorum* quor[un-]
dam conſilia foris colligere cœpiſſet, reſque [...]
ulteriorem moram ſic quidem ſpectare vide[...]
tur, ideòque *Elector* maturè hoc *Holſatiæ D[...]*
ſignificare non neglexit. Qua de re ſequen[ti-]
bus ad *Regem Fridericus Holſatius* dedit: Qu[...]
Electoris, inquit, reſponſio, reditusque e[...]
ſari, hactenùs extraheretur, cauſſam illam [...]
ſe, nempè *Electorem* de rei ſumma ad *Cæſarem* p[...]
ſcripſiſſe, ejuſdemque in pacis reaſſumptio[ne]
animum inflectere ſtuduiſſe. Nihildùm ex [...]
la *Cæſarea* reſponſi emerſiſſe. Interim hòc ſibi [...]
noteſcere, *Cæſarem* eo ſuper propoſito quor[un-]
dam *Electorum* conſiliis informari, atque uti, [...]
le. Et jam in eo eſſe, ut propediem ex aula [...]
ſaris Elector reſcriptum præſtoletur. Atque h[...]
ex mente *Saxonis*, *Holſatus Regi* repoſuit.

De ſuo autem ſupperaddidit, ſe exindè co[...]
gere, *Electorem* omnibus, quod dicitur, copii[s]
pacificationis reaſſumptionem eniti, *Cæſari[s]*
declarationem avidè exſpectare. Nullum [...]
tur ea de re cùm occurrat dubium, *Regem* ſe re[...]
corrogare, vellet illam moram quantamcun[que]
abſque moleſtia ferre, ſimulátque media, qui[...]
pax reduci quita ſit, haud gravatim prœpara[...]
nihilque huic ſalutari inſtituto prævertere. In[te-]
rim de loco quoque *Electorem* verba feciſſe, ubi t[...]
arduæ cauſſæ ventilatio, compoſitioque, p[...]

ꝛeat. Qui ſi in proximò nominari velit, hac
ione *Electorem* tanquam vicinum, multis dif-
atibus occurrere, ac medicinam facere, poſ-
igitur neque loci denominatio *Regi* diſpli-
in rem hoc fore, ut de eo *Elector* juxtà eru-
lus veniat. Hactenùs *Holſatiæ Dux.*

II.

axoniæ Elector reſpondet Daniæ Regi.

er hæc, dùm reſcriptum ex aula *Cæſarea* inter-
it nullum, cauſſaque hæc publica extrahitur,
r, emiſſarium ſe ſatis diu detinuiſſe, arbitra-
d *Regem* illis verbis præſcribere cœpit: *Frideri-*
nquit, *Holſatiæ Ducem*, ſuperiori menſe *Majo*
ꝛternuncium *Regis* codicillos ſibi tranſmiſiſſe,
bus in pacem inclinantiſſimum *Regis* animum
oviſſet, quem ſimulátque adjectis certis arti-
quibus ſuper, tanquam columnis, pax eſſet re-
canda, velut obſignare voluiſſet. Iam ſibi ni-
rius, gratiuſq; fuiſſe, q̃ ut *Regi* idoneo quàm-
ùm reſponſo potuiſſet occurrere. Sed *Cæſaris*
ratione meritò, antè cætera omnia, excipien-
venire, ne, dùm ad diætam, ſive tractationis
m, res deferatur, tùm demùm mora injici, ac
opoſito controverti queat. Se *Electorem*, quòd
eſſet animi, quid ſaluti publicæ conduceret,
rrimè ad *Cæſarem* & perſcripſiſſe, & reſponſi
urationem juxtà ſolicitâſſe. Iccircò emiſſa-
, ex *Holſatia* excurrentem, tantiſper eſſe reten-
, quoad accepto è *Vienna* reſponſo *Elector* de rei
na operæ pretium ad *Regem* referre potuiſſet.
n ſic verò res extrahatur, ſe in *Holſatiam* cubi-
rium præmiſiſſe, qui *Duci* hanc moram, & cur
ſarius ſolitò diutiùs attineatur, excuſaret, un-
ex eſſet erudiendus.
am tandem emergere cœpiſſe reſcriptum, quo
lem *Cæſar* parem in pacis reſtitutionem incli-
onem oſtendat, ſimulque annectat, *Electorum*
rundam conſilia hac de cauſſa foris colligi. Il-
npetratis *Cæſarem*, ulteriori abſque mora, ad *E-*
rem ſententiam ſuam perſcripturum eſſe.
Iæc cùm declaratio non ità promptè exſpe-
da fortè veniat, *Electorem* conſultò nunc mo-
illam, hûcuſque extractam præcidere, ſeſeque
excuſare, pariterque internuncium remittere.
àm primùm ergò à *Cæſare*, ad rei ſummam fa-
s, reſponſum intervenerit, ut *Elector* pacis, nu-
fruſtratæ, reaſſumptionem aperire requiratur,
quidem ſe & locum, & tempus, circà mo-
quantamcunque, *Regi* indicaturum.

III.

nventus Electoralis novus apud Mülhuſium ndicitur. Ad illum Daniæ Regi legatos mit-tendi facultas negatur.

/perioribus ad *Regem* codicillis *Saxoniæ Elector*,
uperpondii loco, hoc quoque adjecit, nempè
am apud *Mülhuſium* diætam *Electoralem*, in i-
Idûs Septembres, indictam aperiri. De hac qui-
dem ità eſſe, ut citrà dubium ſtato tempore *Electo-res* ipſoſmet conventuros exiſtimet. Sibi nihil antiquius fore, quàm ut maturrimè eò excurrere poſſit. Illic enim de pace reducenda aut ad minimum deliberandum, aut paraſceuen, ac media, pacis præparatoria, proponenda, venire.

Quæ cùm *Rex* ad animum admiſiſſet, *Conventuſque* ille *Mülhuſanus* jam porrò ad effectum ſpectaret, ſtatuit, legatos ſuos illûc quoque dimittere, an ſi pax rectiùs coaleſcere poſſit. Quo nomine, pro impetrandâ itineris, atque ſalvi conductus, ut vocant, fide, ubi ad *Cæſarem* humaniſſimis verbis dediſſet, eâdemque fideliâ pro *Angliæ Regis*, *Electoriſque Palatini*, ut vocat, legatis, ſimul mittendis, inſtitiſſet, per tubicinem hos codicillos, miſſis juxtà extractis, ac tranſumptis, *Thillyo* commendare cœpit, ſub ſpe, futurum, ut citiùs, rectiùſque expedirentur omnia. Sed præter exſpectationem res ex tranſverſo cecidit. *Thillyus* n. tubicinẽ, aliquot per ſeptimanas detentum, tandem re infecta ad *Regem* redire juſſit. Atque ità factum, ut *Regi* (quod multorum in oculis inſolens videri tùm poterat) mittendi legatos facultas negaretur.

IV.

Pacificationis articuli Daniæ Regi objecti.

ITà verò cùm rebus inclinantibus *Daniæ Rex* à duobus confertiſſimis urgeretur exercitibus, quibus par non erat, fortunamque (ut in adverſis fieri amat) ità experiretur obluctantem, atque inſidioſam, ut etiam amici cum felicitate vultum mutarent, etiam ſubditi, fide excuſsâ, victoris in *Cæſaris* partes tranſirent, conſectarium utique erat, ut duræ pacis leges ejus in caput cuderentur. Itaque inſequentes ſive articuli, ſive leges, fallor? an ex aula *Cæſaris*, an *diæta* illa *Mülhuſana*, *Regi* tùm objici cœperunt. Nempè, illis ſub conditionibus, *Cæſar* pacem *Regi* dabit: Si arma depoſuerit: officio *Archiſtrategi* per *Inferioris Saxoniæ Circulum* renunciârit: *Archiepiſcopatibus*, atque *Epiſcopatibus*, ſeſe abſtinuerit. *Holſatiæ Ducatu*, per feloniam amiſſo, cæteriſque *Cæſaris*, atque *Imperii*, feudis, ceſſerit: horumque omnium in fidem *Glückſtadam* fortalitium tradiderit. Præterea *Rex* belli impenſas refunderet: damna, incendiaque facta, compenſaret: prætenſionibus, actionibuſque, in univerſum omnibus, non tàm *Imperii Principes*, *Ordines*, *civitateſq;*, quàm inprimis *Brunſuicenſem*, & *Lüneburgicum*, *Ducatus*, concernentibus, valediceret: adversùs *Cæſarem*, familiamque *Auſtriacam*, confœderationes quaſcunque tolleret. Tandemq; *Iſthmo Danico*, juxtà tenorem veterem, citrà auctionis impendium, pro commerciorum liberè exercendorum commoditate, uteretur. Deque his omnibus conceptiſſimis caveret & verbis, & codicillis.

Io. Petri Lotichij

RERVM GERMAN
CARVM

LIBER XIIX.

CAPVT I.

De Cæſareanorum per Holſatiam, Iutiamqu
progreſsibus.

I.

Cæſareani in Holſatiam penetrant.

NON imprudenter à veteribus bellatores fulminibus comparatos fuiſſe, vel ex iſthâc hiſtoriæ ſerie poſſit innoteſcere. Quis enim non videt, fortunâ vela pandente, *Cæſareanos* victores ſuperato, ſubjugatoque, *Inferioris Saxoniæ Circulo*, illud *Carolinum*, τὸ *PLVS VLTRA*, imitari, fulminiſque inſtar proterere, inque ulteriores *Daniæ Regis* reſpectivè provincias, *Holſatiam* nempè, *Iutiamq;*, *Sleſvigios* & *Ditmarſos* penetrare, cœpiſſe? De *Holſatiâ* verò primùm, dein de cæteris, diſpiciemus.

Poſteaquàm ergò à *Cæſare* propoſitas pacis illas leges, nimis eduras *Rex* admittere haud quitus eſſet, *Thillyus*, fortunam ſuam in numerato habens, incœptum ſedulò urgere, *Danicoſque* in *Hammaburgii* finibus, *Primeberga* arce, & *Stillhorno*, expugnatis, ejicere perrexit. Hac ita ex parte, *Thillyo* cōtinuâ felicitate utente, ex altera *Fridlando* copiis inductis rerum potiente, factum, *Rex* ut *Glückſtadam* pedem referret, legionibus *Danicis* versùs *Steinbergam*, *Crempenamque*, ac loca paluſtria, ſeſe recipientibus. Sic in *Holſatiam* promotum eſt. Intrà quam cum regii nec blanditiis, nec minis, adducti arcium, munimentorumque, ampliùs, vel defenſionem pararent, *Thillyo Caſſeldorſium*, *Ietzehoa*, & *Ellenshornum*, fortalitia, citrà magnum laborem, militiſque jacturam, ceſſerunt.

II.

Durlachius per Holſatiam à Schlickio cæditur.

ADhûc dùm *Durlachius Marchio*, bello alioquin, & dexterâ, ſtrenuus, *Regi Holſatiam* aſſerere, &
tueri, conabatur, copiis inſtructus, ſi fortun
luiſſet, non contemnendis. In illum *Schlickiu*
mes, câdem fortitudinis laude commendatus
vectus, ampla, atque eleganti, victoriâ potitu
Ut ſic commodè utrinque operæ videri po
bipartitæ, nempè, identidem *Cæſar* ut vincer
Rex ſubinde ut pateretur. In poteſtatem *Sch*
venerunt triginta duæ machinæ bellicæ,
ſignis quadragintà tribus, manubiiſque, & pr
ampliſſimis. *Durlachius*, paucis cum tribunis,
vium miniſterio evaſit. Cæteræ legiones in v
Cæſaris jurârunt. Ità vniverſa in poteſtatem vi
rum venit tùm *Holſatia*.

III.

Croatæ in Ditmarſos irruunt.

NEque hîc ſubſtitit victorum fortuna. S
dùm paſſim multi vincerentur, plures ſup
rant, qui vincendi præberent materiam. Ne
huic felicitati ſufficiebat *Holſatia*. Sed omnis ſi
tametſi abditus, omnis in proximo tellus, tam
freto abſciſſa, quæ fulvum promitteret aur
(ſicut aliâs de *Romanis* olim ſuis publicavit, *Arbi*
hoſtis erat. Quâ aviditate *Croatæ* velitares p
citi, ſtimulante intrà præcordia prædæ novita
Cimbricam Cherroneſum, ſive *Ditmarſos*, vt voca
impetus ſuos extenderunt. Indigenæ aquarũ, ſ
gnorumque, inductionibus ſeſe communire g
ri, perrumpendis voraginibus operam dederu
Sed etiam hoc erat fruſtraneum. *Euro* enim, ſ
Subſolano, adverſo, atq; in contrarium obniten
aquæ repreſſæ ſuperinduci non potuerunt. Et
quoque cum ventis, prout videbatur, litigand
tùm erat *Danicis*, elementis propemodùm ipſis p
Cæſare pugnantibus.

Q

uæ cùm fati vis,interruptuſque tenor,percel-
regiorum animos, fortunâ etiam libidinem
marſos proferente, deſperatâ defenſione in
s Cæſareanorum ultrò deſcenderunt.
eque ſegniùs tùm *Rhamnuſiâ*, ſuâ *Fridlandus* u-
ur. Qui cùm *Bredenburgum* fortalitium vi ex-
âſſet,audaciæ miſcuit ſævitiam. Quòd enim
ferret, ſupereſſe,qui armis ſuis reſiſterent, o-
; maſculos ætatis paulò adultioris cruento
icio *Marti* ſuo immolavit.

IV.

ckius, & Fridlandus in Iutiam caſtra pro-
ovent.

Ania Regis copiis non uno loco vaſa colligen-
tibus, ſeſeque in clauſtra, ac receſſus tutiſſi-
, recipientibus, patuerunt itinera, atque adi-
er *Slesvigiam, Iutiamque*, victoribus. *Vilſtermar-*
Rensburgum, fortalitia, præſidiariis per aquas
entibus, oppidò deditionem obtulerunt.
ckius, præcognitum habens, interiorem per
m regias copias ſub *Nellio*, *Francis. Carolo, Duce*
nburgico, Holckio, Baudiſio, & *Calenbergio*, tribu-
itemque cohortibus *Slesvigianis*, conglobari,
nis itineribus profectus, nihil tale exſpectan-
ivadere cogitavit. Sed illi, de hoſtium adven-
octi, nocte intempeſtâ, non ſine confuſione,
rgum properârunt. *Schlickius*, quàm opportu-
eſſet in fugientes animadvertere, intelligens,
tis à tergo impedimentis, admiſſis equis in
cos promovit, uſque dùm in eos propè *Albur-*
incidit. Regii, viſis hoſtibus, per civitatem mo-
nt, ad portus maritimos in proximo, feſtinan-
Præviderat hoc *Schlickius*. Ideòque *Scharfenber-*
um Chiliarcham pridie præmiſit, *Danicis* rece-
n, & portum maritimum intercepturum. Hic
ci tres regiorum cohortes feliciter fudit, Ut
adus Nellius, ac *Calenbergius*, unà cum viginti o-
cohortibus, in clauſtrum maritimum confu-
nt, quod duos ſaltèm oſtendebat aditus. Hos
ickius, ſuperinductâ mille pedeſtrium manu
cluſit, ut nullus evadere poſſet. Quamvis igi-
ohortem equeſtrium præmiſiſſent, regii, qui
culas adducerent, transfretationem accele-
nt, nihilo-minùs nullâ fugæ ratione affulgen-
iſum eſt, per tubicinem *Schlickii* victoris gra-
interpellare. Quæ concluſis promptè obtigit.
ovâ ſuccedente victoriâ, tribuni omnes capti,
eſtres verò gregarii, numero millenarios tres
antes, partim ſub aquilas *Cæſaris* recepti, par-
equis, armiſque, exuti, catervatim extrà pro-
ias ejecti ſunt.
nter hæc *Fridlandus* victricia paſſim & ipſe pro-
ſigna. Qui, *Flensburgo*, & *Kiela*, civitatibus com-
lè munitis, potitus, ſimulátque interiorem in
m penetravit. Incolæ, nihil minùs, quàm ho-
tàm potentes, præſtolati, confuſis, & attoni-
imiles, palantes diffugerunt, oppidis, arcibus,
is, domibus, prædiis, boniſque, ac fortunis, o-
bus, præ militum ſævitia, à tergo relictis. Undè
Cæſareanis illis non niſi ſuaviter, præclarè, at-
ex animi ſententia, agebatur. Ut jam non tan-
integra *Holſatia*, exceptis *Crempenâ*, & *Glückſta-*
fortalitiis illis præcipuis, ſed etiam *Iutia* ferè o-
is ſubjugata expilaretur. Nihilo-minùs *Holſa-*
tiæ Duci, Cæſaris partes ſequenti, parſum eſt; Ut iuſ-
ſu *Cæſaris*, ejus regio, ac patrimonium, dimitteren-
tur intacta.

V.

Anholtinus, nomine Thillij, VVolferbytum, & Nynburgum, concludit.

CÆſareis aquilis, fortunâ carbaſa inflante, ad modum fulminis, ad *Balthicos* uſque maritimos tractus, curriculo procurrentibus, ſive provolantibus, ſupererant à tergo *VVolferbytum*, & *Nynburgum*, non poſtremi commatis fortalitia, *Danicis* præſidiis firmata. Quæ cùm latè per hoſticum prædis inhiarent, excurſibuſque Cæſareanos fatigarent, *Anholtinus*, aliquot retentis ſecum legionibus, hoc egit, ut prædatores illos coerceret, in primis *VVolferbytum*, ac *Nynburgum*, concluderet. neque hic conatus fruſtrà fuit. Etenim tàm arctis limitibus *Nynburgenſes* circumſcripſit, ut pro more ultrà pomœria excurrere haud quit tùm eſſent.

Tentaverat quidem adhuc *Daniæ Rex Albim, Viſurgimque*, navibus, ac munimentis, aſſerere, immò ſibi vendicare. Hoc non ignorans *Anholtinus*, parte copiarum apud *Nynburgum* relictâ, cæteris cum legionibus versùs *Bremam* educens, quid regii apud *Viſurgim* molirentur, inſpexit. Undè cùm millenarium equeſtrium *Stadam* emiſiſſet, illi in ducentos equites regios incidentes, pleroſque fuderunt, *Dalvigo* ductore, cum tribus ſignis, & captivis nonnullis, *Rotenburgum* in cuſtodiam relato. Sic undiq;, & antè, & retrò, atq; ab omnibus ferè angulis, *Cæſareanis* alma favebat felicitas. Quâ ad animos admiſsâ, *Danici, Viſurgis* cuſtodiâ hactenùs agentes, reciſſo ponte *Viſurgi* impoſito, vaſa colligebant, loca quæſituri tutiora. Sed exciderunt propoſito. Quòd n. à *Cæſareanis* anticiparentur, tàm naviculas, quàm machinas aliquot bellicas, amiſerunt. Ducenti tùm *Anglicani* è navibus in viciniam mortis projecti perierunt. Reliqua manus, deſertis munimentis, totidem viis, quot eſſent profugi, & errantes, dilabi maluit, ſic tranſitus per *Viſurgim* ad *Bremam* uſq; denuò Cæſareanis patuit recluſus.

VI.

Buxtehudani in præſidiarios Danicos injurii.

NIhilo-minùs *Morganus* tribunus, *Anglicanas, & Scoticas*, ducens cohortes, etiam tùm infrà *Bremam*, pedem figebat. Hic rectiùs pugnare, non fugere, didicerat. Qua de re cum Cæſareanis continuis ferè experiebatur velitationibus. Ut & per Vrbem annonæ, itemque peſtis, flagellum, ſic quidem proritaretur, *Anholtino* ſuprà, & *Morgano* infrà per *Viſurgim* commercia intercipientibus. Sed quid hoc loco de *Buxtehudæ* civitatis incolis aſpergemus? Etiam hi, rebus *Regis* ſub adverſis, vultus cum fortuna exaſperabant. Ut, ſuper *Cæſareanorum* felicitatem unicè intuentes, non tàm in præſidiarios *Danicos* oculos invidos obliquarent, ſed etiam manus hoſtiles expedirent. Itá armis ſpoliatos contemptim è civitate ejecerunt, ejectis verò, majori cum ignominia, armorum ſpolia reddi juſſerunt. Rectiſſimè olim vel à *Iuſtino* hunc ad locum prædictum eſt. Quid verò ille? Quò, inquit, *fortuna, eódem & favor populi inclinat.*

***

CAP.

CAP. II.

De Daniæ regni Proceribus, Fridlandum interpellantibus.

I.

Daniæ regni Proceres litteris, ad Fridlandum datis, interveniunt.

FOrtunam *Regis* ſui ſic penè everſam emiſſitiis, tumidiſque, oculis aſpicientes *Daniæ regni* proceres, ubi armis victorum impetus retundere vix ſuſtinerent, verbis delenificis trans *Balthen* experiri, tantoque rictui ſeſe opponere, & mederi velle, cœperunt; An ſic ad ſatietatem uſque expletos divitiis, ac rapinis, animos ad religionem ceu quandam, humanitatemque, revocare quiti eſſent. Qua de re, magnarum rerum præſumptione, inprimis inexplebili pecuniarum ſiti, flagrantem *Fridlandi*, velut *Craßi* alterius, aſperitatem, etentare, ac flectere, conati ſunt: *Daniæ regni*, inquiunt, ſuaviſſimæ illius patriæ ſuæ, amore, ac juramenti lege, ſeſe impulſos non poſſe non, re urgente, paucis *Ducem* interpellare. Ità autem comparatum eſſe, ut à bono tempore conſtanti famâ edoceantur, illius legiones modò non *Sleſvigiæ* provinciam, à regno patrio immediatè, atque extrà omnem controverſiam, dependentem, infeſtare, ſed etiam ipſius regni civitates premere, ut multos indigenas prorsùs emungant, atque exhauriant.

Quæ cùm actiones, præter ſuam exſpectationem, ſibi acciderent, conſiderantibus *Daniæ* regni, & *Imperii Romani*, neceſſitudinem ab aliquot ætatibus eam quidem fuiſſe hactenùs, mutuam, ut neutra pars læſionem, offenſionemque, objicere alteri jure poſſit: Ut ipſi etiam datis quibuſcunque occaſionibus eam ſanctitudinem fulcire laborârint, tantùm abeſt, ut bello laceſſiverint. Ex hac itaque ſua integritate, fideque, metiri ſe alios, necdùm exſpectare, ut hæc aperta in inſontes cudatur hoſtilitas. Atque hoc ipſum eſſe, ut meritò dubitent, an iſto *Cæſar* rigore in ſeſe detonare, & *Dux* uti, velit. Si neſciat, bonâ fide ſeſe intervenire, ac conteſtatiſſimum facere, nimirùm procul abeſſe, ut *Daniæ* regno hactenùs cum motibus iſtis quicquam commune fuerit, ut, dùm neque emolumentum indè exſpectârit, ne damnum quidem etiam pati, atque incurrere, debeat. Scilicet toti terrarum orbi in oculis eſſe, & evidens, turbarum id genus initia, ac materiam, *Saxoniam inferiorem* præbuiſſe. Ut *Daniæ* regnum illis conſiliis audaciam ſuam non miſcuerit; Ut magis quietem, ac tranquillitatem, armis prætulerit, idemque adhûc dùm efficere laboret unicè.

Quò igitur univerſalibus iſtis, penè per
pam omnem graſſantibus, tumultibus hîc in
ribus *Oceani*, ſive maris *Balthici*, terminus pr
flammæque militares maritimis undis exting
liciter, poſſint, eam in rem regni *Daniæ ſive Pr*
ſive *Conſiliarios*, fidei, & ſacramenti, memores,
landum amicè corrogare, pateretur rem om
tàm benignè ad animum admittere, quàm
geſta eſſet. Proindè hoc eniteretur, quò reg
quantò ociùs, unà cum provinciis propriis,
que ſubditis quibuſcunq;, à copiis *Cæſareanis*
nerari, liberarique, ſuſtineat. Ità futurum, ut *R*
num inter & *Danicum* regna, hucusque contin
neceſſitudo, atq; amicitia, minùs violetur, ſe
motis prætenſionibus, atque obſtaculis, oc
confirmetur, ac roboretur.

II.

Fridlandi, ad Daniæ regni procerum inter
tionem, reſponſum.

HActenùs *Daniæ* regni *Proceres*. Codicilli
illi per *Regis* cubiculorum equeſtrem, C
rem à Buchvvald, *Fridlando* intimari cœperunt.
poſt moram ſatis lentam, more ingenii ſui, d
toris inſtar, & tanquam per canones, reſpon
dedit. Nempè *Fridlandum*, præmiſſis illis ſalut
nis communibus, jam tùm *Daniæ* regni *conſil*
Ducis Holſatiæ verbis reſpondiſſe. Arma ſibi eò
tenda fuiſſe, quò hoſtis vocaſſet. *Danici* regni
liarios codicillis pariter interpellaſſe *Cæſarem*. E
dè igitur ſatisfactionem exſpectarent. De cæt
ejus generis illorum interventionem ſibi qu
videri, ut pacem non valdè deſiderare comper
tur. Hactenùs ille.

Ferunt equeſtrem illum juvenem, ab *Altring*
legato *Fridlandico*, per aliquot menſes, non ab
cuſtodia, retentum, inſequenti demùm A
M.DC.XXIIX. & quidem ſub Auguſto menſe,
ejuſmodi pollicitatione, dimiſſum eſſe.

CAP. III.

De Danicis, ex Archi piſcopatu Bremen itemq; Wolferbyt & Nynburgo, ejecti

I.

Regii ex Archiepiſc. Bremenſi ejiciuntur.

MOrganus quidem tribunus cum *Ang*
rum, Scotorumq;, manu infra *Brem*
aliquouſq; *Cæſareanis* reſiſtebat. Ta
dem expugnata illius pertinacia qu
que eſt, ut *Stadā* confugere teneret

RPJCE

Abriß det Veſten Fürſtlichē Haüpt-Statt Wolffenbütel wie ſol



ahmen Kay. May: durch dē Gr. vō Pappenheim belägert wordē 1627.



RPJCE

autem contigit. Iam ab aliquo tempore
inus deliberare cœperat, quibus artibus pa-
uperaret, *Danicosque* invadere poſſit. Qua
ub autumni exodium, aſſumptis aliquot
nis bellicis levioris momenti, & duobus
riis, copias omnes ad paludes uſque produ-
Quanquam autem cis paludes equeſtres *Da-*
erent excubias, *Anholtinus* tamen immiſſis
tis pedeſtrium, illos in fugam conjecit. Un-
mportatis, ſuperinjectiſque, tàm ligneis,
ſtramineis, faſciculis, loca paluſtria ſuperari
runt, ut non tàm pedeſtres, quàm equeſtres,
es traducerentur. Itaque relictis ad palu-
defenſionem pedeſtribus, equeſtrium globi
icos promoverunt. Quibus ab initio cohor-
nicæ reſtiterunt quidem, ſed cùm disjectæ
coire, neque *Cæſareanorum* multitudini, re-
quitæ eſſent, pars fugâ dilapſi, pars cæſi, pars
ſunt, cæteris cohortibus, palantium inſtar,
is ſub itineribus, fugam capeſſentibus.
hilo-minus eâdem veſperâ *Morganus* loco op-
mo undecim equeſtrium globos denuò ob-
Sed *Anholtinus* cum omnibus equeſtrium co-
aucis pedeſtrium cohortibus adjunctis edu-
eliciterque eò tranſitu potiri, cœpit, *Danicis*
eſſionem non ſuſtinentibus. Ità factum, ut ſe-
ti cum aurora ſuperato tranſitu *Danici* por-
quirerentur. Sed hi, non valdè obluctantes,
m versùs retroceſſerunt. Atque hîc denuò
orum cohortes equeſtres viginti tres, unà
nonnullis pedeſtrium centuriis, accepto lo-
oneo, reſtiterunt, ut, *Cæſareanis* progreſſus ne-
ur. Sed non uni fidere antro doctus *Anholti-*
eralium tranſitum, modò ab hoſtibus dere-
m, copias traduxit. Quò verò *Morganus* aqua-
ſulcum, è *Stada in Albim* ſeſe exonerantem,
deret, de induſtria laborare cœpit. In eos *An-*
us duos primipilos, adjunctis ſeptem pede-
n centuriis, per circuitus immiſit. Qui, poſt
thlatam velitationem acerrimam, *Danicorum*
ntos fuderunt. Et ſic quidem, cæteris dila-
ibus, *Anholtinus* totum *Bremenſem Archiepiſco-*
n recuperavit, extrà *Stadam* civitatem, quæ u-
e juſtâ obſidione, quò in ordinem redigeretur,
habere viſa eſt.

II.

Danici Nyenburgum dedunt.

[A]ctenùs *Nyenburgi*, illius ad *Viſurgim* fortali-
tii, præcipui, præſidiarii multis modis moleſti
ant *Cæſareanis*. Interim dùm ab *Anholtino* arctiſ-
concluduntur, ut neque excurrere, nedùm
onam importare, quiti eſſent, è λιμῷ λοιμός, ut
it, hoc eſt, è *fame peſtis* naſci cœpit. Cujus con-
um ubi, inter cæteros, etiam *Limbachium*, tri-
um & defenſorem, acerrimum, è medio ſuſtu-
t, non multò poſt fatiſcente cum annona, au-
a, deditio fortalitii certis ſub conditionibus,
re militari, inſecuta eſt. De C. *Mario* innotuit, e-
eliquias, apud *Anienem* humatas, diſſipari olim
iſſe *Syllam* victorem. Idem ferè *Limbachi* reli-
is apud *Nyenburgum* accidit. Poſtquam enim
, dùm viveret, multis *Cæſareanos* affeciſſet cladi-
bus, domi etiam ſævitiæ exemplis non deficientibus, à victoribus *Cæſareanis*, neſcio quibus, & quo acerbiore odio, cadaver apud loci baſilicam honeſtâ ſepultura conditum, erui, atque extrà mœnia proximo in agro defodi cœpit. Undè poſteà, quicquid mortale fuit *Limbachi*, facilè aratro reſoſſum, ferarum, canumque lanienæ patuit. An autem is, hanc qui humano cadaveri quietem invidit, meliori ſepulturâ affectus ſit, me certè latet. Per fidem! *Sylla* quidem talionem in corpore ſuo veritus, ne poſt mortem pariter vexari poſſet, primus è patritiis *Romanis* igne cremari voluit. Ut hoc reſpectu *uſtrinam* id genus odii in defunctos exercenti, ne, quod fecit, idem lege talionis ferre cogatur, *ſepulturæ*, vel *humationi*, olim præferri contigerit.

III.

VVolferbytum deditur Papenheimio.

SEd in viam! Redacto in poteſtatem *Nyenburgo*, magnis viribus in *VVolferbytum*, jam à bono tempore cinctum, & concluſum, itum eſt. Eam rem agebat *Papenheimius*, nullibi, prout virtus ejus ferebat ardua, ac fervida, diu fruſtrà tempus extrahere, moraſque nectere, ſolitus. Qui, cùm aliis rationibus fortalitium promptè expugnare vix ſuſtineret, ſuperinductis, & compulſis in civitatem aquarum molibus, præſidiarios conterruit. Undè deditio facta eſt, hac ſub lege: Nempè fortalitium *Duci Brunſuicenſi* cederetur, præſidiarii verò, more militari, honeſtiſſimè, dimitterentur. Qui quidem fide optima *Lubeccam* versùs deducti tùm ſunt.

DECLARATIO NUMERORUM ÆRI INCISORUM.

Ducalis ejuſque primariæ Urbis Wolferbyti obſeſſio, prout S. C. Majeſtatis nomine per Comitem à Pappenheim deditione tandem expugnata eſt, Anno 1627.

1. *VVolferbytum Urbs.*
2. *Arx munitiſſima, ſeu Cittadella.*
3. *Suburbium.*
4. *Horti munitionum operibus cincti.*
5. *Onacra flavius Urbem interlabens.*
6. *G. Pappenhemii Statio.*
7. *G. Herbersdorfii Quarterium.*
8. *Curtebaci.*
9. *Iſolani.*
10. *Agger vim aquarum continens.*
11. *Pappenhemianorum munitiones.*
12. *Sylva exciſa.*

CAP.

CAP. IV.

De Elect. Brandeburgici in Cæſaris partes tranſitu. Itemq; Cæſareanorum per Pomeraniam hybernationibus.

I.

Elect. Brandeburgicus, per legatum ammonitus, Cæſaris in partes deſcendit.

SVperiori anno de *Electore Brandeburgico* prælibatum eſt, quo pacto ille *Electoralis Palatinatus* in *Bavariæ Ducem* translationem nondùm approbare, neque præfatum *Maximilianum* recèns creatũ *Electorem*, admittere, voluerit. Poſteaquàm igitur *Saxoniæ Elector*, ejuſdem ab initio ſententiæ *Cæſaris* ammonitionibus, expectoratâ aſperitate in partes veniſſet, idem autor fuit, ut cum *Elect. Brandeburgico Cæſari* iiſdem legibus paciſceretur. Placuit etiam hoc *Cæſari* conſilium. Qua de re miſſus à *Cæſare* ad *Brandeburgicum* legatus illum *Cæſari* conciliavit. Ut ſic *Brandeburgicus* promitteret, modò non ſe *Electorem Bavarum*, tanquam collegam deinceps admiſſurum, ſed *Cæſaris* copiis per regiones ſuas juxtà omnia debitæ obedientiæ, atque humanitatis, officia præſtiturum eſſe. Sunt, qui hoc metu tùm ab *Electore* factum atque extortum, eſſe, garriunt, quòd legionibus tàm *Cæſareanis*, quàm *Ligarianis*, cinctus *Elector* aliter ſentire vix potuiſſet, dùm graviora præmetueret. Sed equidem optimo conſilio, & re deliberatâ, hanc in ſententiam pedibus itum eſſe, nullus dubito.

II.

Idem ferè facit Dux Pomeranitæ; Et in hyberna Cæſareanos admittit.

TRanſactione cum *Elect. Brandeburgico* preeunte, facile erat *Cæſareanis* etiam caſtra, ſive hyberna, per *Pomeraniæ Ducis* provincias proferre. Tametſi enim neque *Elect. Brandeburgicus*, neque *Dux Pomeranus*, in *Cæſarem* vultus elevarent, nihilominùs, belli mole illas in partes inclinante, provinciis etiam his, *Arctoas* ad plagas vergentibus, parſum haud quidem eſt. Quo nomine *Dux Pomeranus* inprimis inflecti cœpit, niſi *Cæſareanos* admitteret, finibus ſuis, civitatibuſque, & fortalitiis limitaneis, iiſque maritimis, non unum inſtare, ſed
multiplex, periculum. Reciperet igitur, ve
cas tantùm modò ad ſeptimanas, legiones,
ceſſaria ſaltèm erogaret. Ita futurum, ut pr
cia à ruina præſervari, & miles intrà leges a
res coërceri, poſſit. Quid aliud faceret *Pom*
Dux, quàm quod fecerat jam *Elect. Brandebu*
Pcincipeſque alii? Proinde, hæ ubi prudenter a
peregiſſet anteà, etiam diplomate per provi
publicato, ſic quidem ſuos tùm commune
Hactenùs, inquit, ſe multum & prolixum, ſ
ut militem à provincia ſua prohiberet, at
verteret. Sed tempus, & occaſionem, rectà i
cedere, hoc ut onus amoliri ampliùs non ſuf
Itaque citrà exſpectationem, ex tranſverſo e
re, ut octo *Cæſaris* legiones intrà provincia
mittendæ veniant. Quo nomine eò quidem
ctare has tabellas admonitorias, nimirùm an
per civitates, oppidaque, præpararetur, juxt
panes, cereviſiæ quantitas, pecuniæque, præſ
ſent, quibus prædictis illis legionibus, quantù
vitæ neceſſaria, ſatisfiat. Hunc enim ſibi pra
ptum numerum, modumque, hanc factam
ſpem, nempè ſi ſic iretur obviàm legionibus,
rum, ut provincia conſervaretur, tùm milite
verâ militari lege coërcerentur. Hactenùs
Interim, prout ſecundùm belli eventum, vald
bium, uſuvenit, pro aliquot in limine prop
ſeptimanis, integrum intervenit triennium
quo *Pomerania* inſolentias, moleſtias, exa
neſque, militares tolerare didicit.

CAP. V.

De Danicorum, & C[æ]ſareanorum, per Sil[e]ſiam, actionibus.

I.

Danici per Sileſiam Glogoviam minorem, in[…] cætera, expugnant.

FEre ex *Inferiori Saxonia* ejectus
Daniæ Rex, ſed nondùm per *Sileſia*
ctus, necdùm debellatus, erat. Ut
lior his in partibus, quàm ſub i
adhûc velut deliberare videretur f
tuna. Tametſi n. *Ioan. Erneſtus, Dux Vinarienſis*, re
à *Rege Sileſicis* præfect⁹, in medio juvẽtutis, & feli
tatis militaris, flore, fato præcoce præreptus eſſ
nihilo-minùs illius relictæ legiones, *Ducis*
exemplum, arma maſculè proferre haud deſti
runt. Adjuvit eorum profectus tùm *Fridlan*
tarditas, atque apud *Vngariam* mora.

Qui intereà, dùm *Bethlenum* ad novas pacis
queſtræ leges adigit, in copiis, tàm febribus m
lignis ereptis, quàm fugâ dilapſis, magnum paſ
eſt detrimentum. Ut, quouſque legiones redint
graret, & tempore, & ſupplementis novis, opus h
bueri

.. Undè *Vinarienſibus* cœpta ſua proſequendi
t commoditas. Hi igitur, *Februarij* initio, *Glo-
minorem*, ità dictam civitatem, expugnârunt,
iariis *Polonis*, *Italiſque*, ut & *Germanis*, antè
am. E quibus jus veniæ datum *Germanis*, re-
ſub acie gladii perire juſſis.

undùm hæc, ſucceſſu illo alacriores, *Danici*
iquot millaria, arma protulerunt; Ut jam
us, in *Vngariam, Poloniamq;*, pertingentes, in-
nt. Mox magno numero ad *Nyſſam Sileſiorum*,
illam *Epiſcopalem*, coierunt; Undè civitati
onem, præmetuere erat proclive. Eò *Pech-
u* tribunus, qui tùm intrà *Vratiſlaviam* erat,
operè evocari cœpit, ut rebus de neceſſariis
Nyſſam provideret. Sed *Danici*, mutato inſti-
Coſelium moventes, civitatem, arcemque, in-
erunt, ampliſſimis illa è direptione ſpoliis
Inde *Oyeſtam* eduxerunt. Quod oppidum
uam occuparent, duas *Croatarum* cohortes,
nis in auxilium, ſed nimis ſerò, & poſt princi-
ajunt, properantes, in itinere deleverunt.
Glebizam quoque, tametſi acriter reſiſtentem,
garunt.

metſi igitur *Fridlandus* ingentem copiarum
rum conquireret, certiſque paſſim locis de-
probaret, nihilo-minùs ſive *Danici*, ſive *Vi-
ſes*, inſtitutum ſtrenuè urſerunt, ſimulátque
elio civitati manus injecerunt. Dùm verò hic
novo ſuperveniente auxilio confirmatus
eſſet, caſtra ſubducentes, *Thueſtam* arcem,
iamque majorem, oppidum ità vocatum, ſuæ
ant poteſtatis. Ità ſucceſſibus inhærentes
einenſem dynaſtiam, pariterq; *Roſenbergam* ci-
m, armis ſubegerunt. Idem, ſuper *Cruceburgo*
is *Briegenſis*, erant tentaturi, niſi hîc fortuna
cupiditati pauſam, atq; habenas, injeciſſet.

II.

*landus ingentem exercitum in Sileſiam ex-
dit, locaque, à Danicis intercepta, plera-
ue recuperat.*

Anicorum inſolentiâ, ac progreſſibus, excitus
Fridlandus, ingentes copias apud *Nyſſam* con-
e juſſit, quadraginta hominum millia nume-
perantes. Ut nihilo-minùs oppida ſuis
diis eſſent inſtructa. Delectu habito, poſt *Ca-
s Iulias*, *Liſvicam* adoriri cœpit. Tametſi autem
terentur *Danici*, interim vi compulſi, ſub in-
s conditionibus, ad victoris gratiam tranſie-
. Itaque gregarii ferè omnes, exceptis paucis
cum magiſtris, *Cæſareanis* cohortibus acceſſe-
. Mox *Iägerndorfio* caſtra ſunt admota. Ubi
obſeſſi nihilo-ſegniùs repugnarent, machi-
ellicis in ſupercilium montis ſuperinductis,
directis, etiam hi ferociam deponentes colla
miſerunt.

III.

*ud Coſelium Danici per ſtratagema Cæ-
reanorum millenarium opprimunt. Nihilo-
inùs Fridlandus civitate potitur.*

cundùm hæc *Fridlandus* aciem versùs *Coſelium*
irexit. *Danicorum* cis mille equeſtrium trans
am hærentium fugam minari videbantur.
Sic in iſtos *Fridlandus* tres immiſit legiones. *Danici*, fugam ſtudio ſimulantes, ac terga obvertentes, aliquouſque attraxerunt adverſarios. Mox ex tranſverſo regredientes, atque è perfugis pugnatores effecti, arma in perſequentes torſerunt. Quibus è *Coſelio*, & *Troppavia*, in auxilium accelerantes ſocii *Danici*, ſic quidem in legiones illas conjunctis operis invecti ſunt, ut mille ex iis occumberent, cæteri, relictis impedimentis, ac prædis, diffugerent. *Coſelium* alioquin à *Danicis*, ſuperinductis loricis, æquiſque circumfluis, ità communitum erat, ut non abſque difficultate ſuperari poſſe videretur. Eum locum in proximo tres legiones pedeſtres, itemque ſex, & quadraginta, centuriæ equeſtres, tutabantur. Qui cùm, ad adventum copiarum *Fridlandicarum*, loco idoneo ceſſiſſent, ecce! *Hebroni, Chiliarchæ* equites ſclopetarii in munimentum, apud paludes à *Danicis* extructum, fecerunt impetum, ſimulátque interceperunt. Iactis his initiis, *Fridlandus* omnia diligenter inſpexit, & *Torquatum Comitem*, cùm exercitus parte, tormentis bellicis inſtructa, ibidem reliquit. Qui quidem equeſtribus *Danicis* non vanum intulit damnum. Inter hæc, *Fridlandus*, aſſumptis copiis cæteris, intrà *Oderam*, & paludes, in hoſtes eduxit, præmiſsâque *Breuneri* legione, impreſſionem ſuſcepit. Reſtitêre quidem in limine *Danici*. Sed paulò poſt, deſideratis non paucis, relicto ibidem munimento, diffugerunt. Quorum exemplum imitari *Baudiſius*, & *Sbubna*, chiliarchæ, ubi viribus hoſtium ſeſe eo locorum impares intelligerent, cùm quatuor equeſtrium millibus, pedem retraxerunt, *Carpezano* tribuno, tribus pedeſtrium legionibus, & aliquot equeſtrium turmis, pro *Coſelii* defenſione, poſt ſe relictis.

Poſt hæc, VII. Idûs Quintiles, *Fridlandus* cum copiis, & machinis bellicis, *Schlickium* ſubmiſit, qui *Danicorum* caſtra, ac loricas, ad dextram civitatis poſitas, invaderet. Undè per trihorium acris interceſſit conflictus. Nec mora, *Leo Grappetus* tribunus, in civitatem miſſus eſt. Is, juſſu *Fridlandi*, indicavit *Carpezano*, ſi diutiùs in armis reſiſteret, gratiæ locum, ſive veniam, deinceps futuram nullam. Quibus ille intellectis nihil moratus tubicinem ad *Fridlandum* emiſit, immò ipſe quoque, dùm *Leo tribunus* intrà mœnia remaneret, ad *Fridlandum* foràs ivit. Non caruit ſucceſſu hæc *Carpezani* periclitatio. Sic enim cùm eo *Fridlandus* tùm tranſigere cœpit: Nempè ipſe *Carpezanus*, rei tormentariæ præfectus generalis, unà cùm officialibus omnibus, cujuſcunque nationis, itemque paſtoribus caſtrenſibus, miniſtriſue, ſarcinulis, & fortunis, ſub fide militari tutò deducerentur, uſque dùm vel ad *Daniæ Regem*, vel ejuſque exercitum, ſtipendii requirendi igitur, pertingerent. Interim, intrà ſex menſes, hoſtilia ergà *Cæſarem* arma, ſub jurejurando, ne retentaret. Gregarii milites, niſi qui ultrò ad *Cæſareanos* tranſirent, nullo modò cogerentur. Idem iis conditionibus, quibus ſuperiores, liberè gauderet, partimq; in juramenti verba adigeretur. Ex adverſo *Fridlandus* fidē dedit, ſe ritè, ac ſincerè adimpleturū omnia. Nempè ſe ꝓviſurū, ut tutò deducantur, ut in itineribus, abſque propriæ interventu pecuniæ, commodè tranſire & vivere queant. Interim gregarii vexilla, antè abitum,

cum ſclopetis, traderent, equeſtres, pariter ſigna deponerent, nihilominùs equis, ſclopetis manuariis, cæteriſque ornamentis, ac ſarcinulis, uterentur fruerentur. Eadem fide dynaſtis, & nobilibus, intrà *Coſelium* hoc tempore ſeſe recipientibus, eorundemque familiis, ac bonis parceretur.

IV.

Troppavia, unà cum Sileſia univerſa, deditur, ac reſtituitur, Cæſari.

REcuperato hac lege *Coſelio*, proximum erat, ut *Troppavia* ſevera obſidione premeretur. In eam ejaculatæ glandes majores ardentes, ceu vocant, circà IX. Cal. Sextiles, civitatem incendio perturbârunt, ut, intrà horarum quinque intervallum, quadragintà domicilia, unà cum æde baſilica civitatis, conflagrarent. Cui malo cùm annonæ, aquarumque, & molendinorum, defectus ſuperaccederet, obſeſſi antè *Calendas Sextiles*, ultima veriti, locum etiam hunc dediderunt, depoſitis ſclopetis, gladii ſtenus accincti, emigrationem facientes. Atque hoc pacto, his viribus, *Fridlandus* è tota *Sileſia* ejecit *Danicos*, *Cæſarique* provincias illas pacavit.

V.

Danici, ſub Baudiſio è Sileſia dilabentes, legionem fundunt Cæſareanam. Mox ipſi à ſupervenientibus Fridlandicis cæduntur, ac diſſipantur.

HOc tempore *Adolphus, Holſatiæ Dux*, pro *Cæſare* unam, alteramque, collegerat legionem. Cum his in *Pomeraniam* tendebat. Ubi ergò X. Calend. Sextil. apud *Landſpergam* appuliſſet, *Danici* equeſtres ſub *Baudiſio* è *Sileſia* exeuntes, eandem viciniam opportunè attigerunt. Hoc prævidentes *Holſteiniani* magnis itineribus properârunt, *Pitſchenamque* pervenerunt. Eorum veſtigia admotis calcaribus mox aſſecuti *Danici*, non acquieverunt, uſque dùm ultrà *Pitſchenam* ſtativa exercentes in *Cæſareanos* ex inexſpectato impetus facerent, magnâque eorum parte conciſâ, finitimos pagos incendiis delerent. Neque hoc ſatis. Sed *Danicorum* pars, *Cæſareanos* mentita, *Pitſchenam* tentavit, in-
tromittique petiit. Eo nomine indigenæ offi
quidem, excluſis gregariis, intrà oppidum ad
tere decreverunt. Reſeratis ita per imprudent
portis univerſa multitudo confertim irrupit
cumque fraude occupatum, expilavit.

Relatis indè ſpoliis, *Danici Sberinam* versù
Polonos uſque, promoverunt. Illos tametſi C
tius, tribunus *Brandeburgicus*, tranſitu prohi
conaretur, *Lehmenum* deflectentes, civitatem
cum arce, diripuerunt, ſimulque tormenta l
ca numero quinque abduxerunt. Sic in *Marc*
& quidem diœceſin *Marienvaldenſem*, pedes i
lerunt.

In illos *Fridlandus*, jam tùm è *Sileſia* exeun
tergo immiſerat *Pechmannum* tribunum, man
ptem millium inſtructum. Et hi, intereà *Lan*
gam ſuperantes, apud *Grenzinum*, & *Fridebur*
in *Danicos* inciderunt. Acre igitur prælium tù
merſit. Cujus in limine fortuna erat *Danicoru*
partibus, ità ut *Cæſareani* receptui canerent,
demque referrent. Sed mox ipſis advolârunt
petiæ, & *Croatarum* centuriæ numero ſeptem
his feliciter prælium reſtitutum eſt, ità, ut for
priùs amiſsâ, fortioreſque, ut ajunt, adjuva
Danici partim funderentur, partim diverſis ſ
tinerbus palantes dilaberentur. In eos diſp
ruſticani, antè multa paſſi, acerbas, ſævasque
tulerunt manus, tanquam ſic anes in leonem ſ
proſtratum dentes acuunt. Decem è fugitivis
hortes, locis ſylveſtribus ſeſe occultantes, ju
niæ poſtquàm obtinuêre, *Cæſareanas* ſub legio
legeſque abierunt. *Baudiſius* inter paucos ev
tametſi & à militibus, & paganis, ſolicitè requ
retur. *Pechmannus* verò *Cæſareanorum* ductor,
mo ſub conflictus limine, graviter vulnera
paulò poſt exſpiravit.

Aque ſic quidem *Fridlandi* operâ, ſive *Dan*
ſive *Vinarienſis*, exercitus, hactenùs per *Sileſian*
liciter progreſſus, partim circà *Coſelium, Iägern*
ſium & *Troppaviam*, enervatus, & diſperſus, pa
denique, intrà *Marchiam Brandeburgenſem*, om
nò victus, deletuſque, eſt, ſignis magno nu
mero exindè relatis, trophæi, atque
ovationis, vice, *Cæſari Viennam*
emiſſis.

* * *

Io. P

Io. Petri Lotichij
ERVM GERMANICARVM
LIBER XIX.

CAPVT I.

novo, alteroque, apud Mülhuſium Thuringorum, Electorum conventu.

I.

s apud Mülhuſium aperitur Electorum
nventus. Vbi per Cæſaris legatum peragi-
r propoſitio.

E novâ apud *Mûlhuſium Thuringorum Electorũ* diæta paulò antè præmemoratũ eſt. Ea autem in *Octobrem* menſem incidit. Ad hanc *Cæſar* ſuos inprimis emiſit legatos. Ut *Moguntinus*, & *Saxo*, *Electores*, ipſimet advenerint; cæteri
per legatos comparuerint *Septemviri.* Ut por-
Chriſtianiſſimus, reliquique *Imperii Archiepi-*
Epiſcopique, itemque *Duces*, *Principeſque*, cauſ-
uam per oratores egerint. Quo nomine ne-
ivitates Imperiales ſuo loco defuerunt. A qui-
mnibus ubi conventum eſſet, *XIV. Calend.*
nbris, in primo conſeſſu per *Cæſaris* legatum,
n Henricum de Stralendorf, Baronem, propoſitio
cant, ſequens tùm emerſit. Poſteaquàm
, inquit, nuper intimatum fuiſſet, quo pacto
res, pro ſingulari vigilantia, ac cupiditate, quâ
æ, afflictis, & labantibus, occurrant, conven-
promulgâſſent, quò ſic exitiale, & ſanguina-
, bellum extingui, ejuſque in locum pax al-
commendata, reduci, poſſit: utique *Cæſarem*,
pluribus annis eandem piam intentionem
is foventem, non potuiſſe non hoc illuſtre *E-*
um inſtitutum approbare; Ut etiam per le-
s huic conventui intereſſe, animumque pa-
quietis, amantiſſimum, conteſtari, voluerit.
ue nomine *Cæſarem* præſentibus *Electoribus*,
riſque abſentium legatis, comprecari divi-
benedictionem, atque aſſiſtentiam ſpiritus &
ntiæ, & conſilii, quò antè, & ritè, præmedita-
ta in effectum feliciter deducere, pericula, & mala, impendentia averruncare, *Cæſari*, *Imperiique Septemviris*, quæcunque hunc ad ſcopum collimare videbuntur, invenire, cum *Cæſare* communicare, adeòque feliciter efficere, queant.

Secundùm hæc, operæ pretium *Cæſari* non videri, ut, hoc præſertim ſub conventu, ingens iſta antè decennium apud *Bohemiam* orta rebellio à fontibus aut deducatur, aut, quàm in *Cæſaris*, familiæque *Archiducalis* interitum initio fabricata, ac demùm in partes evocatis *Turcis*, *Tartariſque*, dipoſitis per totum *Imperium* crudelium bellorum incendiis, terribilis, ac noxia, fuerit, amplificetur. In eo hanc eſſe *Cæſaris* confidentiam, ut conſcientiâ teſte ſecurus ſit, neque majores ſuos, neque ſemetipſum, atrocem id genus malorum lernam quoviſcunque pacto provocaſſe, cùm nihil aliud, ſub tantis, & inteſtinis, motibus, *Cæſari*, niſi ut tàm propriam autoritatem, quàm cæterorum *Electorum*, *Principumque*, fidelium, dignitatem, aſſereret, armis, præter animi, ad clementiam nati, intentionem ipſa neceſſitate ſumptis, & expreſſis, quæſitum ſit. Non ergò rigoris hoc ſymbolum eſſe, quòd quidem tumultuantibus, hoſtibuſque, occurrat, ſed naturæ legem, hoc velle, hoc inculcare, nempè, ut quilibet injurias propulſet, ac ſeſe defendat.

Tametſi igitur *Cæſar* læſus eſſet quàm maximè, nihilo-minus illam illius extitiſſe pietatem, ut in litis compoſitionem nunquam non incumbens, ad paternas ammonitiones, & dehortationes, nihil reliqui fecerit. Prout hæc omnia ſcientes apud *Electores* profiterentur, & jampridem per univerſum percrebuiſſent *Imperium*. Ab adverſa proindè parte ſtetiſſe, quò minùs tot paternæ ammonitiones, oblationes, obligationeſque, locum invenerint, ut etiam fidelium *Electorum* ac *Principum*, ſumptuoſæ interpoſitiones fruſtrà fue-

runt, ut etiam tot, pro piæ cauſſæ confirmatione, contrà hoſtes divinitùs indultæ victoriæ animos furoris, ac ſimultatis, rubigini obſitos, nihil emollierint. Verùm enim verùm eò extremorum ſanguinaria proceſſiſſe conſilia, eò machinationes ſine miſſione velificaſſe, quò bellum è bello, inſtar funiculi alicujus, traheretur, malè cœpta pejus caderent, ultimiſque hoc *Imperium* procellis concuteretur. Hæc iſtorum motuum, rebellionumque, autores deſideria, hæc vota, ſtimulare etiamnunc.

Interim, divinâ in partes veniente providentiâ, ſic quidem jam tùm videri comparatum, ut inordinarios hominum inquietorum, & nihil niſi bella ſpirantium, æſtus, tot intervenientibus victoriis, & iſtorum optioni contrariis ſucceſſibus, frangi contigerit, tum emergentibus veris, & genuinis, demonſtrationibus, multorum impreſſiones, conſilia, ac machinationes, deferbuerint, utique ſpem non mediocrem oſtendi, fore, ut, remotis uberrimis id genus obſtaculis, ſub hoc quidem *Conventu*, (in quem totius *Imperii* oculi forent conjecti) pacis fores aperirentur. Quo nomine *Cæſar Electorum*, cæterorumque legatorum, conſilia, ac propoſita, cognoſcere deſiderat: inprimis, ut, ſuper adjectis articulis, diliberent, inculcat.

Primùm eò ſit reſpiciendum, quo pacto univerſalis, eademque tàm *Cæſari*, quàm *Electoribus*, totique *Imperio*, honeſta pax, qua ſuper acquieſcere poſſint omnes, reſtitui, & in futurum ſtabiliri, inprimis *Daniæ Regis*, ſive etiam *Palatini* proſcripti, oppoſitionibus, è fundamento medicina fieri, poſſit. Pro ſecundo, ſiquidem, prout ſupra declaratum, *Cæſar* hiſce illis iſtis ſeditionibus cauſam, materiamque, præbuiſſet nullam, vice versâ neceſſariæ, deque omnium gentium jure licitæ, defenſionis ergò, multos tàm profui ipſius, quàm *Imperii*, vindicatione, impendiſſet milliones: utique non tàm gentium leges, quàm *Imperii* conſtitutiones, vetereſque obſervationes, hoc decernere, ut *Cæſar*, pars læſa, in lædentis bona inquirere, atque exindè ſatisfactionem poſtulare, debeat: præſertim cùm, hanc in neceſſitatem, provincias patrimoniales oppignorare cœperit. Proindè *Cæſarem* malle edoceri, qua ratione, præeunte illorum deliberatione, ſumptus defenſionis ſub neceſſitate, extortos, recuperare ſuſtineat. Huic, conſectarii loco, accedere, ſicubi *Dei* benedictione pacis reſtitutio emergat, quibus mediis ampli quidem, ſed neceſſarii, exercitus dimittendi veniant.

Quod ſi, pro tertio, præter exſpectationem, atque ex tranſverſo, accidat, hoc ut currente anno, aut per amicas tranſactiones, aut armorum potentiam, pax haud recomponatur, ex adverſo auxiliis complicum, ipſiuſque *Turci* acceſſione, hoſtes bellum urgeant, ac foveant, undè tùm ſubſidia, nervuſque exſpectanda, ſint, quibus *Cæſar* hanc molem ſufferre queat, *Electores*, *Legatique*, diſpicerent.

Prout nunc ergò *Cæſar*, ad propoſitas interrogationes, *Electorum*, *Legatorumque*, conſilia, & ſententias, deſiderat: ità illis conteſtatiſſimum facit, ſe quidem ſuo loco, quodcunque ad pacis reproductionem utile ab illis invenietur, ad animum diligenter admiſſurum, neque rationibus, [...] *Imperii* tàm dignitas, quàm emolumentum, [...] requirant aliud, adverſurum eſſe.

II.

Electorum, Principumque, Catholicorum, [...] bonorum Eccleſiaſticorum reſtitutione [...] terventiones.

QUæ verò tùm ad *Cæſaream* illam, ſup[...] cis reproductione, propoſitionem, *E*[...] *rum, legatorumque*, inſecuta ſit declaratio, n[...] planum, atque in propatulo, eſt. Niſi quòd [...] nulla ejuſdem ſaporis problemata ab *Elector*[...] *guntino*, eodem etiam ſub conventu, deince[...] produci cœpêre. Interim, tùm ſic quidem [...] paratum videri poterat, ut facilius eſſet p[...] optare, quàm ſperare. Præſertim, cùm [...] bus priorib⁹, iiſq; graviſſimis, nondũ ſopitis, [...] belli ſuccreſceret ſeges, ac materia, dũ bono[...] *cleſiaſticorum*, poſt tranſactionẽ *Paſſavienſem* i[...] ceptorum, reſtitutio ab *Electoribus*, *Principib*[...] *Catholicis*, denuò urgeretur. Quod vel è ſeq[...] tibus, ad *Cæſarem* directis, codicillis planum [...] det. Dùm enim, *Auguſtanus*, *Conſtantianuſq*[...] *piſcopi*, unàque *Abbas Auguſtalis*, ſive *Keiſershei*[...] *ſis*, eodem tempore bonorum *Eccleſiaſti*[...] poſt *Paſſavienſem* tranſactionem partim ab *On*[...] *pachiano Marchione*, occupatorum, redditio [...] ſolicitant, accidit, ut *Electores Catholici*, ha[...] per ipſa periclitantium bonorum *Eccleſiaſti*[...] retributione, ſententiam dicere rogati, ſeq[...] tibus V. Cal. Octobr. ad *Cæſarem* darent: Invi[...] ſime *Imperator*! Ad notitiam noſtram perv[...] quid *Auguſtanus Epiſcopus*, quid *Keiſersheimenſ*[...] *bas*, ſuper reſtitutione cœnobiorum, poſt [...] tàm religioſæ, quàm profanæ, apud *Paſſa*[...] tranſactionem, à *VVürtenbergico Duce*, & *Onol*[...] *chiano Marchione*, occupatorum, ac detento[...] quidque in pari cauſſa *Epiſcopus Conſtantienſis* [...] gore præeuntis *Rudolphi II. Imp.* ad *VVürtenb*[...] *cum* hac de re, ſub *Anno M.D.XCVI.* edicti, de[...] ſolicitârint, noviſſimique, edicti, ac proceſſus, [...] mulgationem decerni ſibi, petierint. Ut jam [...] ad præfatorum *Epiſcoporum*, *Abbatiſque*, inſtan[...] omnia in maturam venerint deliberationem [...] que eò uſque hæc cauſſa excuſſa tùm quiden[...] erit, rogati id genus proceſſus, ac mandat[...] cundùm conſtitutiones *Imperii*, conveniente[...] cerni poſſe videantur.

Nihilo-minùs *Cæſar*, intuitu rationum m[...] ponderis, eò animis inclinavit, hæ illæ tàm *A*[...] *ſtani Epiſcopi*, quàm *Abbatis* quærelæ tùm *VVü*[...] *bergico Duci*, tùm *Marchionatus Onoltzpachenſi*[...] toribus, communicarentur, iidemque certo [...] termino cauſſam dicerent. De *Conſtantienſ*[...] *piſcopi* ratione ità eſt, ut *Rudolphi II. Imp.* glo[...] mem. edicto, tùm promulgato, etiamnunc [...] atque inſiſtere, debeat, ſiquidem illo *Cœ*[...] *Reichenbachenſis* redditio diſertiſſimis verbis exp[...] ſa ſit.

Hæc nunc ejuſce generis, ac momenti, ſunt [...] quid nobis *Electoribus*, præſertim hoc ſub diſſ[...]

tem

ore, de illis, aliiſque ejuſdem commatis, quexpedire videatur, abs te, ô *Cæſar*, ſententiam e juſſi ſimus. Dùm igitur, ô *Cæſar*, tibi non cuit, præfatarum cauſſarum, querelarumnſpectionem, indeque emergentia decreta ima, nobiſcum communicare, idque cleiſſimè, pro eo non ſolum humilimas perſols gratias, ut etiam datâ in id induſtria inere, & quàm diligentiſſimè diſpicere, ſaento obligemur. Qui dùm eò cogitatiooſtras impendim⁹, præſens, ac miſerabilis huj⁹ eſtatis facies in oculos incurrit, *Imperium*ujus gentis *Germanicæ* deplorandus ſit, & uidem ſub ſtatu deprehendimus, ut omnes auſſæ eò adigant, omnibus, quod ajunt, cõ *Deo* dilectæ, pacis recuperationem magis urare, quàm majori animorum diffidentiæ, tiam novis motibus, fomentum, ac pabu ſubminiſtrare velle.

onte fugit, ô *Cæſar*, cùm vel ex actionibus *rii* liquidiſſimè evincatur, quibus modis *cipes*, *Ordinesque*, *Catholici*, ſub anno *M. D.LV.* ueri cœperint, poſt confirmatam apud *vium* pacis tàm religioſæ, quàm profanæ, actionem, ſociæ religionis membris, tot *Ariſcopatus*, *Epiſcopatus*, *Monaſteria*, & bona *Ecclea*, de facto fuiſſent intercepta, profanata, in decrementum honoris divini, *Catholicæque* ionis abrogationem, hûcuſque detineantur. accedit, ſuperiori Anno *M. DC. XIX.* onventu *Norico*, à *Proteſtantibus* eam emerudaciam, ut modò non *Cæſaris* legato, *Io. gio*, *Principi Zollerano* coràm, ſed etiam m ſub *Novembri* menſe, *Electori Bavaud Monachium* per legatos, inculcare non tàrunt; nimirùm de *Archiepiſcopatibus*, *Epiſcou*, *Cœnobiis*, & id genus bonis, ità quidem eſt ſuper illis amicam compoſitionem admitnolint. Niſi id fiat, bello decernendum eſ Si enim *Catholicorum* reſervatum hoc, ſicut ùm prætendebant, pars religioſæ illius paciionis haud eſſet, ſicut omninò eſt, ſicut in eo ervatio ordinis *Eccleſiaſtici*; & *Catholicæ*, unicè ficantis, cardo vertitur, certè, neque ſeculactum habebit locum. Quod ſi enim *Catho Ordines*, eorumque *Præſulatus*, ac bona, turbatque religionis exercitia abrogare, licebit, l de *Proteſtantibus* non licebit, qui quidem hac lege amœbæa in pacem religioſam admiſſi ? Cadentibus igitur hac cauſſa *Catholicis*, um ſit, iiſdem ut pactis excidant *Proteſtantes*. netſi autem *Proteſtantes*, contrà tranſactionem n *Paſſavienſem*, tot *Cœnobia* intercipientes, tot *gioſos* ejicientes, patrimoniumque *Eccleſiæ* inentes, hunc colorem prævaricationi prætet, atque eò uſque extendant, tanquam ſibi inrum, licitumque, eſſet, ſuas per ditiones id us novitates exercere, *Catholicoſque*, & *Ordines aſticos*, à veteri *Catholicaque Religione* ad *Auguam* dictam *Confeſſionem* adigere, adeòque vo*Deo*, & ordini, factis, penitùs abſolvere, nihiloùs longè hæc objectio extrà ſcopum excur, dùm modò non à magiſtratuum ſecularium ſdictione perſonæ *Eccleſiaſticæ*, ipſique *Præſula*, veteri ex lege, eximuntur, ſed etiam ſub *Paſſanſi* illa capitulatione minimè id genus attentata emergunt; Ut magis ab antiquo *Eccleſiaſtici*, ſub *ſecularium Principum* protectione, acquieſcere debeant.

Quandoquidem ergò pax religioſa ità quidem fundata ſit, ut veteri *Clericorum* legi nihil deroget, tantùm abeſt, ut *Auguſtanæ Confeſſionis Statibus* quicquam juris in *Cœnobia*, ubicunque illa ſita ſint, concedatur, tùm verò nedùm illis bonis, antè prænominatam *Patavienſem* deciſionem, occupatis, (quorum reſtitutio apud quoſcunque ordine ſuccedentes *Imperatores* enixè rogari cœpit) *Catholici Ordines* renunciare velint, niſi vice verſâ ad illa bona *Eccleſiaſtica*, poſtliminiò ablata, par regreſſus daretur, utique non in terminis *juris provincialis*, an hoc è tranſactione illa œcumenica permittatur, res hæc verſatur, ſed ad *jus* merè *naturale* hæc ſpectat quæſtio, cujus intuitu, & vigore, haud fas eſt alteri vim inferre, aut bonis ſuis ſpoliare, prorsùſque ejicere. Ità enim manifeſtè *Imperii* ſanctiones lædi oportet.

Eſto autem, pacem religioſam eſſe ceream, dubiamque; Nihil obſtat tamen, quin vetera *Eccleſiaſticorum* jura eò uſque obtinere debeant, quoad hic ſcrupulus ordine, tàm *Cæſaris* nomine, *Catholicorum Ordinum* conſenſu, eſſet ventilatus, ac deciſus.

Poſito autem caſu, *Proteſtantibus* licere per provincias ſuas, tàm in *Catholicos*, quàm *Proteſtantes*, jurisdictionem exercere, religionemque mutare, per fidem! quis non videt hoc pacto jus illud ad ſolam religionem, non fundos, & bona, extendendum venire? Ut ità, *Clericis* neque jus emigrandi negari, neque *Cœnobiorum* alienatio, pro lubitu, redituumq; perceptio interdici poſſit.

Quæ cùm ità ſint, &, ô *Cæſar*, abs te, tanquam *Eccleſiæ* patrono, & tutore, divinitùs dato, benè factum ſit, dùm, ad inſtantiam *Conſtantienſis Epiſcopi*, *Cœnobii Reichenbachenſis* reſtitutio clementiſſimè decreta eſt, nihil dubitamus, *Cæſarem*, pro abſoluta ſua poteſtate, idem & *Auguſtano Epiſcopo*, & *Keiſersheimenſi Abbati*, indulgere poſſe; Ut porrò indifferenter eandem, ſuper interceptis, & profanatis, poſt *Patavienſem* illam compoſitionem *Eccleſiæ* bonis, legem ferre, & promulgare, paribus liceat paſſibus. Hoc illud inſtitutum fuiſſe *Rodolphi II. Imp.* glorioſ. memor. acta Anni *M.D.XCIX.* fidem faciunt. Eò enim tempore, *VII. Cal. Octobr. Imperator Palatini, Saxonis & Brandeburgici*, *Electorum*, legatis apud *Pragam* per decretum diſertiſſimis verbis impertiri curavit, nempè *Eccleſiaſticorum Ordinum* reſervatum *Pacis religioſæ* dictæ ſubſtantialem eſſe partem, *Cæſaremque* in cauſſa abalienatorum bonorum *Eccleſiæ*, (ſicubi de mutua (atque amica, compoſitione fruſtrà ſit) eam ſententiam laturum, quâ quidem ex lege unicuique ſatisfiat, & ſuum reddatur. Jam autem quis neſcit, ſub ſuperiori diæta *Norica*, rem eò rediiſſe, ut *Proteſtantes* conceptiſſimis verbis, profiterentur, de prædictis *Eccleſiæ* bonis, quibus de hactenùs controvertitur, compoſitionem exſpectandam nullam, ſed ferro decernendum, venire?

Cùm igitur hæc gravamina ſæpiùs, ſub *Imperii* comitiis, in deliberationem ſint producta, & utraque pars in puncto ſubmiſſionis verſari occœperit, tùm verò, ô *Cæſar*, glorioſi anteceſſores, ac

majores, tui, *Catholicos, Proteſtanteſque, Principes* inter ſeſe collidere, ac committere, noluerint, cauſſis ad eam lentulitatem inducti non infimis, certè ità eſt, ut ex hac hûcuſque ſententiæ extractione, in puncto gravaminum, *Catholicorum* res haud vanum paſſa ſit detrimentum, Jam verò, noſtrâ quidem ſententiâ, dùm id genus circumſtantiæ variant, conſiderationes verò, quoad *Turcorum* irruptiones, (quibus de tùm temporis curæ erat) hoc tempore, *Dei* benignitate metus occurrat, juxtà tua, ô *Cæſar*, inpræſentiarum illa accedat autoritas, & rerum conditio, ut nemo facilè juſtiſſimæ *Cæſaris* ſententiæ refragari, aut color prætendere, aut etiam accuſare, auſit, utique parum dubitamus, quin res, & tempus, requirant aliud. Hactenùs *Electores Catholici*.

CAP. II.

De Electoris Moguntini, ſub Mülhuſano Conventu, itemque Chriſtianiſsimi Regis per legatum, propoſitionibus.

I.

De articulis, ab Elect. Moguntino, ſub diæta Mülhuſina, propoſitis.

Illa cùm fuiſſet *Electorum Catholicorum* collegiatorum, ſuper repetendis *Eccleſiæ* bonis, ad *Cæſarem* antè perſcripta, ſententia, jam, quid in particulari *Elector Moguntinus, S.R.I. Archicancellarius*, ſub ipſa diæta hac *Mülhuſina*, in mediū propoſuerit, inſpicere fert animus. Articuli tot, & tales, fuêre: Primùm, quo pacto ultimæ iſti malorum lernæ, è *Bohemicis* ſaltibus originaliter emergenti, totumque *Imperium* tabo inficienti, remedium, ſive alexicacon, tandem inveniri, tùm legionum irruptionibus voluntariis, *Cæſariſque* decreto contrariis, cæteriſque id genus aſſultibus, & rupturis, obviam iri, queat. Inprimis *de pace* ſeria ſuſciperetur deliberatio, quibus nempè mediis hæc tanquam melior natura, nuper, dùm belli ſubit chaos, deperdita, præeuntibus *Cæſaris, Ordinumque* fidelium, *Imperiique*, autoritate, fructu, commodoque, ab exilio revocanda, atq; in integrum reſtituenda, veniat. Et cùm non minor ſit virtus tueri partum, quàm acquirere, de eo laboraretur, ſicubi jam pax (quòd *Deus* velit!) reſtaurata ſit, quibus aheneis, optimiſque, vinculis aſtringi, atque ad poſteritatem propagari, valeat. Quo nomine graviſſimarum colliſionum, rupturarumque, materiæ, & cauſſæ, præcidendæ, tollendæque, forent. E quibus hac noſtra tempeſtate tantus

per hoc *Imperium* rictus dehiſcere cœpit. I
verſo, ſi (quod abominandum) præter exſ
tionem *Cæſaris*, ſpemque *Ordinum*, pax ſolic
que honeſta, aut reædificari nequeat, aut reſ
ta tranquillitas ab internis, externiſque, tu
atque infringi, velit, quibus dein viribus in
violatores, *Cæſaris*, & *Imperii*, hoſtes, ordine
tinuè, ac ſufficienter, citràque conſtitution
periales, eundum ſit, ne *Cæſar*, aut *Imperium*, p
tur detrimentum, hoc *Electoribus*, legatiſque
ſentibus, cordi foret. Pro coronide, ſiqu
multa, ac diverſa, hìc concurrant, cujuſmod
priè, & naturâ ſuâ, ad *Electorale collegium* pertir
illa autem jam tùm ad proximum, aliumque
ventum rejici contingat, agedùm de illis qu
ſub agone præſenti, quantum tempus, & re
ma, admittunt, iniretur ratio.

II.

Chriſtianiſ. Regis legati, Marchevillii Co
Oratio.

HÆc *Moguntinus Elector*. Cæterùm, ut ap
ret, *Galliarum Regem Chriſtianiſſimum* no
latitiâ, ſuper his *Imperii* motibus, curâ affici,
de hac re *Regis* legatum, *Marchevillium*, cu
Mülhuſinum ad conventum dimiſſum, ipſu
loquentem audiamus. Ità verò ille: *Chriſti*
mum Regem, inquit, animis jam pridèm prævi
quæ tempeſtas, ac calamitas, ex his, *Teutonica*
tis bellorum incendiis, propullulare ſatager
gem jam antè, optimæ voluntatis conteſt
ergò, ad *Teutoniæ Principes*, vicinos, ac confœ
ros, ſuos, præmiſiſſe *Ducem Angoleſmium*, *Bethu*
& *Preauſium*, dynaſtas, tanquam legatos, ext
dinarios, eò fine, quò optata, & ſolida, pax f
minaretur. Secundùm hæc, diverſis vi
miſſos eſſe viros præclaros alios, qui quidem
fatis *Principibus*, *Regis* nomine τὰ πάντα, ut ajun
ferrent, modò, ex æquo, & bono, tranſigi p
Sic ubi toties fruſtrà fuiſſet *Rex*, nihilo-m
languidiùs haud egiſſe, ſed novam legatio
ſuperiori anno, tàm ad *Bavariæ Ducem*, quàm
ctorem Moguntinum, direxiſſe, eâdem operâ
triq;, ſuper adepto recèns *Electoratu*, & gratul
tur, & pacis haud fragilis curam commend
ſimulátq; eam ad intentionem *Regis* operam
mitteret. Reſpondiſſe tùm *Electorem* utrum
in rem pacis, *Germaniæ* reſtituendæ, fore, ſi
Conventus Electorum omnium aperiretur, hæc
cauſſa inſpiceretur.

Ex illis *Electorem Moguntinum* ſuperaddid
apud *Norinbergam* conventum illum celeb
commodè poſſe; Prout jam ipſe, ex officio, loc
diemq; indixiſſet, atque circà *Calendas Iunias* a
Noricos ſe ſiſtere vellet. *Cæſaris* in manu eſſe
cem. Ut abſque magna difficultate illam c
ciliare poſſe videatur. Pergratum ſibi accidere
iam *Regem Chriſtianiſſimum* eódem animis prop
dere. Non deſtitiſſe legatum, nomine *Regis*,
ſuper *Cæſarem* interpellare. *Cæſarem* autem id
ſubintuliſſe, nimirùm ad *Cal. Iunias Noriberga*
eſſet legatus. Sed ex tranſverſo cecidiſſe. Le
tum enim regium, in itinere jam tùm exiſtent
didiciſſe, conventum fruſtrà exſpectari.

Secu

undùm hæc, legatum in *Gallias* rediiſse, *Re-*
, poſt auribus hauſtam narrationem, ſubin-
, ſatius videri, ſicubi his motibus, per lenia,
ia, remedia, quàm ferro, belloque, violentis
edicina fieret. Proindè, cùm ſalutare magis
ım, præ conventu, ac diæta, *Electorali*, non
ſuppeditaretur ullum; tùm *Electores Princi-*
omnes animis in pacem ferrentur, eundem
ıtum, circà *Iunii* menſis exodium, iteratò ad
em Moguntinum remiſſum eſſe, videlicet, ut
igeret, quidnam conventum, nuperrimè in-
m, remorari cœpiſſet. Moneret igitur at-
ıſtaret apud *Electorem*, quo tàm ſalutare pro-
ım ematurari quiret.

ıòd igitur intellexiſſet, *Electorem* ſponte eò
ıare, diætamque hanc apud *Mülhuſinam* civi-
ı celebrandam eſſe, à *Rege ex Villeroja* manda-
deſuper accepiſſe, etiam hûc iter legatus di-
et, conventuique adeſſet. Eius rei teſtes eſſe
s codicillos, propria manu exaratos: quos,
n grave ſit, vellet recitare: *Rex Chriſtianiſſimus*
hevillio Comiti S. Pergratum nobis accidit, te
ue conventui, apud *Mülhuſium* concelebran-
ıeſſe. Tuarum erit partium, *Electores* inſimul
es cohortari, quietem redderent *Imperio*. Iux-
rò inculces, niſi conſiliis optimis provecti,
ium, interveniente pacis ferruminatione, e-
t, priſtinamque in magnificentiam, ac digni-
ı, reſtituant, fore, ut omnis in miſeriæ, & cala-
tis, barathrum præcipitetur.

CAP. III.

e diæta, apud Colmariam, ſuper Friderici Palatini reconciliatione, aperta.

I.

iculi à Ferdinando II. Imp. apud diætam Colmarianam, per Principes arbitros, Friderico Palatino Ex Electori, proponuntur.

MOdò de conventu *Electorali Mülhuſino* vidimus. Super quem totius tùm *Germaniæ*, exterorumq;, ſicut apparet, *Regum*, *Principumq;*, conjecti erant oculi. Tanquam ſi, ſecundùm m, ex illo *Imperii* ſenatu, eo loco coacto, non deretur pax, facilè foret deinceps, niſi *Deus ἀπὸ μηχανῆς*, ut loquuntur, opem ferat, conclamatum. uod (hei dolor!) hactenùs eventus, etiam cum ymis deplorandus, vero verior, docuit.

am ad diætam *Colmarianam*, & quidem prælinarem, immò pro *Conventu* modò dicto, præpa-riam, ſtylum convertemus. Prout autem, gene-s amneſtiæ, ac pacis, per *Imperium* reducendæ, intuitu, *Electoralis* ille, & œcumenicus velùt, *conventus* appellari meruit; ità hæc diæta particularis, dùm, mediantibus *VVürtenbergio*, & *Auſtraſiæ*, *Ducibus*, *Cæſaris* cum *Friderico Palatino* quæritur reconciliatio, videri potuit. Salvis etenim, & tranſactis cum *Palatino* rebus, tùm (quis neſcit?) ad pacem, *Imperio* reſtituendam facilior, atque expeditior, fuiſſet tranſitus.

Sed de articulis, quos *Cæſar* tùm proponere juſſit, videbimus. Illi autem tales erant: Poſteaquàm *Cæſar*, abſque data cauſſa, tàm graviter, multipliciterque, fuiſſet læſus, neceſſarium eſſe, *Palatinus* ut ſupplex, more recepto hunc reatum expiet, & deprecetur.

De modo autem, tempore, & loco, deinceps deliberandum eſſe. Abhinc *Palatinus* prætenſionibus quibuſcunque, ad *Bohemiæ* regnum, aliàs hæreditarium, pertinentibus, in totum uſque quaque renunciaret, ſimulátque electionem prægreſſam haberet irritam. His conſectarium accedere, ſiquidem *Dux Bavariæ*, ſub ſolenniſſimis ceremoniis inauguratus, in *Electoratus Palatini* poſſeſſionem veniſſet, illa ſolennia neque retractari quirent, neque ille deponi poſſet. *Catholicæ Religionis* exercitium jam tùm, ſicut & ordines eccleſiaſticos, in *Palatinatum* introduci cœpiſſe. Itaque de mediis diſpiciendum eſſe, quibus illis abſque periculo neceſſaria ad vitam ſubſidia ſubminiſtrari queant, ne ſic paci tàm religioſæ, quàm profanæ, fieret iniuria. Denique notiſſimum eſſe, quibus bellorum turbinibus, ac procellis, in *Cæſaris* regna, provinciaſque, ſævitum eſſet, quibuſque immenſis ſumptibus, in bellum, defenſionis ergò, collatis, *Cæſarem* onerari cõtigiſſet. Hoc nomine tàm provinciam ſuprà *Anaſum*, quàm *utrinſque Luſatiæ Marchionatum*, eſſe oppignoratum. Æquum ergò, decenſque, fore, *Cæſari* hoc damnum ut refunderetur, provinciæque oppignoratæ, interveniente lytro, reſtituerentur.

II.

Ad ſuperiores Cæſaris articulos Palatini legati reſpondent.

ILla cùm eſſent *Cæſaris* poſtulata, ſic tùm quidem à *Friderici Palatini* legatis exceptum fuit. De ſubmiſſione ità eſſe, inquiunt, ut hæc per tertium, non obſcuræ familiæ, & nominis, peragi debeat. *Palatinum* ità affectum eſſe, ut coràm *Cæſare*, more per *Imperium* recepto, ſe ſubmittere cogitet. Modò ei nihil obiiciatur; quod in familiæ ſuæ vituperium atque ignominiam, vergere ſuſtineat. Formula ſubmiſſionis in hæc fortè verba peragere-tur: *Palatinum* ex animis dolere, ſuo nomine tantos motus, ac devaſtationes, naſci cœpiſſe. Eam in rem humilimis verbis à *Cæſare* facti veniam rogare, vellet *Cæſar* indignationem præconceptam delere abſque cicatrice, ſecumque, & omnibus ſibi adhærentibus, in gratiam reverti, reatum remittere, indemnitatem, & amneſtiam univerſalem, impertiri, ſeque in patrimonium, provincias, *Electoratum*, regalia, pleniſſimè reſtituere, feudis more veteri inveſtire, & protectionem ſolitam admittere.

Hanc gratiam ſe toto vitæ ſuæ tempore memori ſub recognitione ad animũ admiſſurũ, ſimulát-

que officia *Cæſari* quantacunque ubicunque præſtiturum eſſe. Ut etiam filios ammonere velit, illius *Cæſareæ* gratiæ memoriam conſervarent, *Cæſarique* cultum, & ſubmiſſionem debitam, exhiberent. Ad ſummam, *Palatinum* ergà *Cæſarem* optimâ fide talem futurum, qualem *Imperii* leges, & conſtitutiones, *Electorem* requirerent.

Ad *Bohemiæ* regnum quod attinet, ſociasque *provincias*, tàm *Palatinum*, quàm *primogenitum* ejus, omnibus, ac ſingulis, juribus, ac prætenſionibus, quæcunque eſſent, renunciare, velle hac tamen ſub conditione, ut in *Electoratum* hæreditarium, provincias, dignitates, cæteraque eò pertinentia, abſque ulla ruptura, reſtituatur. Atque hoc nomine *Palatinum* humilimè *Cæſarem* venerari, ſub ſpe, fore, ut *Cæſar* clemens, ac mitis, hoc ipſi non deneget.

Super *Bavariæ Duce*, *Palatinum* colligere, tanquam hoc *Cæſari* curæ ſit, ne *Duci* vis afferatur. Interim ſe commoda ſpe niti, futurum, *Dux* ut poſſeſſionem ſibi ſuam cedere, atque *Electoratu* abire, non gravetur. Eam enim ſibi, ſuiſque, dignitatem ex lege deberi. Ut *Duci* majori ſit futurum laudi, ſicubi pacis amorem ſeveritati præferat. Atq; hanc eam eſſe *Palatini* declarationem; Ut non dubitet locum inventuram, aut ad minimum eò reiiciendam, donec hujus articuli plenior peragi poſſit informatio.

Quod ſi verò, præter exſpectationem, eveniat, ut à *Cæſare* hoc obtineri nequeat, majuſque quiddam ſibi imponi velit, tùm quidem communem patriæ quietem ſibi ità in oculis eſſe, ut, quantùm ejus poſſibile ſit, de iure ſuo aliquid remittere, inſuper hoc pati velit, nempè, *Dux* ut, ſecundùm ſe, *Electoris* titulo uteretur, alterniſque eam exerceret eminentiam. Interim, hoc cautum eſſet, ut, poſt *Bavari* exceſſum, *Electoralis* dignitas, unà cum omnibus requiſitis, ad *Palatinum*, ejuſque liberos, & hæredes, rediret pleniſſimè.

Cæterùm, ab initiis horum motuum *Cæſar* vice non ſimplici conteſtatus eſt, *Religionem* hoc bello non peti, neque ſibi in mentem veniſſe, ut *Electorem, Principem, Statumque Imperij* ullum, quoad, conſcientiam, onerare cupiat. Tùm quoque exemplo res caret, ſicubi acciderit, *Electorem*, *Principemque*, *Imp.* contrà *Cæſarem* deliquiſſe, ut tùm etiam, poſt progreſſam recōciliationē, adverſa religio per vim in illius provinciā introduci cœperit. Has ob rationes, *Palatinum* eam in ſpem venire, *Cæſarem* non permiſſurum, *Palatinatus* ſubditi ut ad *Catholicam religionem* adigantur, ſed omnia in priſtino ſtatu potiùs reponantur. Ità enim præclaram illam, ac laudatam, *Cæſaris* declarationem ad effectum ſpectare. Ità tùm demùm emergere, *Cæſarem* nihil hoc in paſſu novi, atque inſoliti, niſi quod antehâc ſimili ſub caſu fuiſſet in uſu, decernere.

Quæ cùm ita ſint comparata, legati, nomine *Palatini*, rectà intercedunt, rogantes, huic articulo miſſio daretur, *Cæſarique* hoc reſponſum debita cum reverentia intimaretur. Idem facerent *Principes* mediatores, atque arbitri, pariterque deprecarentur, ne adverſùm leges ſive *Imperii*, ſive *pacificationis religioſæ*, onerari ſeſe accidat.

Quamquam verò *Palatini* legati non ſemel aperuerunt, ſibi extrà limites mandati progredi non integrum eſſe; nihilo-minùs cùm, per *Ducum* me-

diatorum deputatos, remonſtratum foret
rem, ſuper illa, in medium allata, declaratic
velle acquieſcere, ut ſic quidem inanis hi
irrituſque ſit futurus: minimè quidem
runt, *Palatini* legati mandati ſui leges, & ca
aliud haud admittere, idonea ſub excuſatio
tēdere. Illam hactenùs, rebus ſub adverſis, e
tini patientiam, ajentes, nec minorē conſta
ut potiùs hac ſub ſpe, ac tolerantia, ſeſe co
auxiliumque ab Altiſſimo *ἀπὸ μηχανῆς* exſp
quàm adversùs & conſcientiam, & dignitat
am, quiddam deſignare, ſit affectus. Interi
rictus, hæc *Imperii* ruptura, remedio aliqu
ſorio ſanari poſsit, ſeſe quidem hoc de ſuo,
pondii loco adjecturos, fore, ut *Palatinus* p
vincias ſuas duo, vel ad ſummum tria, *Cath*
ligionis exercendæ igitur, admittat *Cœnobia*
men lege, ut ſuprema juriſdictio, ſibi, ta
provinciæ *Principi* cederetur.

Atque hæc eſſe, ultrà quæ progredi neq
ſint, neque debeant. Jam ſic quidem compa
deri illa, ut, quis ergà *Cæſarem*, ergà *Imperiu*
pacem publicam, eſſet *Palatini* animus, on
evidens fieri queat. Ut deinceps *Chriſtiano* ſa
parci, tot calamitoſorum hominum myria
foveri, ac pax optima, pax placidiſsima, re
grari, poſsit. Ut ſic neque omnem maloru
nam, ac proluviem, in *Palatinum*, tanquam n
am, ac fontem, torqueri oporteat, ſiquidem
pacem ſummo, atque penè incredibili, ferat
ſiderio.

Quoad belli ſumptus, à *Cæſare* poſtulat
quidem denique à legatis exceptum eſt, ad i
ſibilia neminem, ut ajunt, obligari. Unde en
proventus, hæc facultas, eſſet *Palatino*? Et qu
penſas, ejectus, exul, provinciis domi interc
atque exhauſtis, redderet? Itáque dolori ſib
etiam *Cæſarem* hanc in rem, tanquam ſuper
am, inclinare.

Juxtà, *Palatinum*, ab ipſis motuum primo
nihil aliud ſpectâſſe, niſi ut mediis convenien
pax acquireretur. Eū præ ſanguinis humani p
ſione, regionumque devaſtatione, nihil mag
horruiſſe. Et jam ab integro quinquennio ſ
armis prorsùs abſtinuiſſe. Ut, quicquid ant
ctum eſſet, non offenſionis, ſe defenſionis i
factum eſſet. Ex adverſo provincias, ſubdit
ſuos, diuturnis belli afflictionibus ſic quide
preſſos, exhauſtoſque, eſſe, ut dictu videri
impoſſibile. Arces, ædeſque, *Electorales*, ſu
ctilibus omnibus eſſe denudatas: pecunias
menſas à ſubditis vi extortas: tormenta bel
provinciis abducta: theſaurumque *Bibliothe*
lius incomparabilem abalienari cœpiſſe. A
quod *Electoralis* vidua, in exilium è poſſeſsi
bus ſuis, unà cùm germano fratre, *Duce Sim*
no, ſit ejectà: ad ſummam, totus *Palatinatus* e
luctu, atque infortunio, prematur, ut multis
myriadibus hæc ingens jactura reſarciri neq
Ut ſi maximè *Palatinus* in poſſeſsiones priſtina
vertatur, vix ex collectis, collatiſque in unu
ditibus, tantillum excipere poſsit, undè famil
aulamque, aleret.

Quæ cùm ità quidem ſeſe habeant, utique
fidit *Palatinus*, fore, ut *Cæſar* à ſe ulteriùs nihil
gat, ſed damnis, & reditibus, hactenùs exind
ſ

...is, ſatisfieri ſibi patiatur, Sed aliis quibuſcun-...is, effectu facilioribus, aliquam *Cæſari* im-...um refuſionem procurare queat, nihil in eo ...eræ intermiſſurum.

CAP. IV.

...e Cæſaris, ad Palatini legatorum oblationes, declaratione.

I.

...ilatini legati, ſe plus largiri poſſe, negant.

Atque hucuſque *Fridericus Palatinus* ad quæſtiones, à *Cæſare*, per *Principem de Grunavv*, propoſitas, per legatos reſponſum dedit; Nempè, ſe ...modo, cum debita ſubmiſſione, *Cæſari* ſa-...cturum eſſe, modò ilicet cum *Cæſare* in gra-...reverti, atque in poſſeſſiones, dignitateſque, ...nas immitti poſſit. Si abſque eo eſſet, ut obla-...æc ſua locum invenire nequeat, tum eo qui-...eventu ſeſe omnia conſultò retractare, & ...uam nunquam fuiſſent cogitata, dictaque, ...facere. Ut neque ſuis, neque ſuorum, ju-...s, honoribuſque, quicquam derogare de-...it.

...o coronide, moleſtum accidit *Palatini* lega-...o ipſo tempore, quo quidem inter partes de ...iis compoſitionis agitur, exhauſtos, & pau-...os, *Palatinatus* ſubditos, non tàm quoad for-...is, ſed etiam conſcientias, accerrimè affligi, ...non arces, & fortalitia, *Manhemium* inpri-... munimentis denudari. Atque hac de cauſ-...*rincipes* arbitros convenientes, conceptiſſi-... verbis deprecari cœperunt, id genus edu-..., aſperoſque, proceſſus *Cæſar* remittere, vi-...erſa *Electorali* viduæ, unáque *Palatini* germa-..., provinciæ, & bona reſtituere, aut ad mi-...um vitæ ſubſidia ſuppeditare, vellet: ſicut antè ...dem *Cæſar* toties conſenſiſſet.

...lla *Principum* parariorum deputati libenter ...iſerunt, dederuntque fidem, ſeſe diligenter, ...e ex animis, hæc *Principibus* ſuis relaturos, ...áque, ut à *Cæſare* reſponſum impetrari, tùm *Pa-*...*i* ad pacem reproducendam deſiderium, dùm ...uc nondùm per *Imperium* corrupta eſſent o-...ia, ponderari, locumq; invenire, poſſit, ſedulam ...uros operam.

II.

...ſaris finalis declaratio, ad VVurtenbergicum Ducem perſcripta.

...Ametſi verò in hanc præliminarem, particu-...laremque, duorum *Principum* actionem, in-...ceſſionemque, plurimorum hominum mentes erectæ eſſent, magnam, novamque, in ſpem venientes, futurum, ut hac tandem viâ *Cæſari Palatinus* reconciliari, paxque *Germaniam* poſtliminiò, reviſere, queat: id quod omnes votis optarent omnibus, jam tùm famâ, tanquam ſuper re tranſacta, plauſum faciente: nihilo-minùs ſequens intervenit, & quidem diverſi ſaporis, *Cæſaris* epiſtola, VI. Cal. Septembr. ad *Ducem VVürtenbergenſem*, directa: Non te celamus, ô *Princeps*; nos actiones illas, apud *Colmariam* inter tuos, & *Lotharingiæ Ducis* deputatos, ſimulátque *Palatini* miniſtros, ſuſceptas, productaſque, ſerias ſub deliberatioens, ipſamque incudem admiſiſſe. Quæ quidem illius notæ ſunt viſæ, nempè *Palatini* reſponſiones, ut magis verboſæ appareant, quàm ſubſtantiales, ac ponderoſæ, ſuper quibus, præter exſpectationem, pax ſolida, ac conſtans, nulla reædificari poſſit. Siquidem ergò *Palatini* ea ſit mens, hic animus, ut propiùs ſcopum ferire nolit, ſed in manifeſtata nobis ſententia perſtet, facilis tibi fuerit conjectura, hâc viâ pacem coaleſcere vix poſſe. Quò minùs igitur pax, tot hominum votis, & precibus, quæſita, coëat, ſed velut è manibus diffluat, hoc nemo de jure *Cæſari* imputare poterit. Modò, citrà affectum, certóque ſano, feratur judicium. Quo nomine hoc, quicquid eſt, in medio relinquere, juxtáque, præter exſpectationem, aliis mediis *Imperio* pacem quærere, oportebit.

III.

Frider. Palatini ad VVurtenberg. Ducem, petitio completoria.

Accepto illo *Cæſaris* reſcripto, nihil antiquius fuit *VVürtenbergico*, quàm ut tantò ociùs hanc ſententiam *Palatino* tranſcriberet.

Cui hic tùm illis reddidit: Ex animo ſibi dolere, inquit *Palatinus*, eam ſub diæta *Colmariana* depoſitam à ſe declarationem *Cæſari* videri inſufficientem, minùſque acceptandam. Jam *Ducem* facilè aſſequi, quantoperè hoc fulmen ſe terreat, dùm ne quidem *Cæſar*, quid deſideret, indicare cœperit. Se nempè, unà cum matre, & germano, inſontibuſque utrinque regionibus, ac ſubditis, poſſeſſionibus, omnibus exutos, interim pati graviſſimè. Nihilo-minùs cùm jam tùm omnibus, inprimis *Cæſari*, conteſtatiſſimum evaſerit, quo zelo, quo deſiderio, tentatis mediis, viiſque, congruis omnibus, cum *Cæſare* in gratiam reverti, ſtuduerit, etiamque nunc det operam, ut ad demonſtrandam ſubmiſſionem humilimam, nihil fecerit reliqui, eapropter neque etiam nunc ſpem ſe omnem abiicere, quin *Cæſar* eandem gratiam, qualis quidem ſimili in caſu antehàc affulſiſſet aliis, ſibi etiam indulgere velit.

Pacem, tot votis, tot ſuſpiriis, lacrymiſque, undecunque ſub militiæ rigore gementium, hactenùs improbè petitam, in *Cæſaris* manibus verſari unicè. Si igitur *Cæſar*, promiti, & benigna, ſua indulgentiâ, moderata admittat conſilia, tot animarum incredibili numero, ſub calamitatibus, & miſeriis, quiritantium

tium commiſereatur, pacemq; afflictæ, ac propè deſolatæ, *Germaniæ*, tanquam cœleſte aliquod munus, redonet, hac viâ *Cæſar* in omnis poſteritatis oculis, animiſque, relinquet, ſeſe, ſequeſtratis conſiderationibus quibuſcunque, & *Imperii* vindicationem unicè reſpexiſſe, ex *Statuum* afflictionibus, ac deſideriis, mederi voluiſſe. Quo nomine & per *Europam* manſuetudinis famam *Cæſar* conſequetur, & totum *Imperium*, omneſque *Principes*, *ordineſque* tanquam ſub uno titulo, ſive chyrographo, in perpetuum uſque ſibi obligabit.

Iccircò amantiſſimis verbis urgeri *Ducem*, vellet, in *Palatini* gratiam, laudabile propoſitum urgere, inprimis *Cæſaris* animum inflectere, quò facta modò antè, ſuper declaratione, atque oblatione, ſua, *Cæſar* acquieſcere velit, omnes verò denique *Principes*, *ordineſque*, totiuſque *Imperii* cives, ac ſubditi, almâ ſecuritate gaudere ſufficiant. Atque iſthæc *Palatinum* à *Duce*, pro ſua ergà illum confidentiâ, exſpectare, ſimulátque conceptis verbis contendere.

CAP. V.

De bonorum Eccleſiaſticorum quorundam repetitione, ab Argentinenſibus.

I.

Apud Argentoratum Aula Epiſcopalis, dicta Illuſtris Fraternitas, Catholicis reſtituitur.

QUot, quantæque, diſſenſionum, motuumque, procellæ antè hos annos quinquagintà præter propter, per Baſilicam *Epiſcopalem*, inter *Canonicos Catholicos*, & *Proteſtantes*, exortæ, atque in pernicioſi belli incendia deſpumantes, afflixerint *Argentinam*, eiuſque ſedem *Epiſcopalem*, illud ex illius temporis actis, atque hiſtoriis, peti poſſit. Nempè tùm demùm, pernicioſo detonante bello, ſub *Anno M. DC. IV.* intervenientibus arbitris, res ad tranſactionem devenit interimiſticam, ſic dictam, pactis in quindecim annos induciis. Iſthæc capitulatio apud *Haganöam*, ſuperiori *Anno M. DC. XX.* in ſeptennium uſque extrahi cœpit. Poſteaquàm verò, hoc præſente *An. M.DC.XXVII.* ſuperiùs pactæ, reiteratæque, induciæ exſpirâſſent, ecce! *Cæſar*, ſub ipſis *Idibus Aprilibus*, edictum *S. P. Q. Argentinenſi*, per *Comitem Embdanum*, & *Redbergerum Cancellarium*, legatos ſuos, intimari curavit. Quibus factum, *Senatus Argentoratenſis Cæſari* ut demiſsè morem gereret, tùm aulam, ſive Baſilicam, ab *illuſtri fraternitate* nomen habentem, aliaque ad ſedem *Epiſcopalem* pertinentia, *Catholicis*, *Epiſcopi* nomine poſtulantibus, reſtitueret.

Super æde verò urbica, & memorabili altera, eiuſque reditibus, nulla tùm quiden venit controverſia. Ne fortè ſuper pacifica ut vocant, religioſæ violatione quiritatio retur.

II.

Cæſaris novum, & poſtliminare, ad Arge tenſes, ſuper Baſilica urbica, & aliis par ad Catholicos uſus ſpectantibus, edictun

INterim non multò poſt, eodem hoc an liud inſuper *Cæſaris* emanavit edictum, c iam eccleſia cathedralis, & regia, illa in *gentoratum*, unà cum *parochiis*, & reditibus à *S. P. Q. Argentinenſi* repetitur. Diploma jus ferè tenoris: *Ferdinandus II. Imperat. A S.P.Q. Argētinenſi Salutē.* Nobis, in abſentia R diſſ. & Celſiſſ. Principis, *Leopoldi Guilhelmi*, *ducis Auſtriæ*, *Argentinenſis*, & *Paſſavienſis*, *E* filii noſtri, *Vicarius*, *Decanus*, & *Capitulare* quam adminiſtratores, non ſine quiritation milimè intimare cœperunt. Tametſi, ſu gioſa illa dicta pacificatione, *Anno M. D. LV.* *Paſſavium* tranſacta, diſertiſſimis verbis tum fuerit, obligari *Auguſtanæ Confeſſionis*, p *Imperium* indultæ, addictos *Electores*, *Princip dineſque*, tantùm non ut *Catholicos* tàm eccle cos, quàm ſeculares, quoad poſſeſſiones, re que, ſuos, inprimis *Catholicæ Religionis* exerci uſus, ceremonias, capitula, & conventus, c nia, & ſubditos, decimaſque, & quæcunqu ac privilegia, minimè offendant, aut pertur ſed etiam, tametſi abſentivis, alìoque ſedem transferentibus, omnia humanitatis officia bentes nihil quicquam ſtatuant, agantque, in diſcrimen prædictæ pacificationis quaqu gere queat.

Tametſi quoque modò dicta pacification ligionis inprimis cautum, ac decretum, e ut in omnibus, ac ſingulis, tàm liberis di quàm aliâs civitatibus imperialibus appell (in quibus ab aliquo tempore vetus *Catholic ligio* noſtra, unáque *Auguſtana Confeſſio*, locum buêre) deinceps etiam *Religio* utraque perm re debeat. Quo nomine utriuſque Religi incolæ, tàm clerici, quàm laici, ſolennibus rum uſibus, ceremoniis, ac juribus, liberrimè rentur fruerentur, abſque eo, ut alterum vel quoad Religioſa, omniaque eò pertinentia quoad ſecularia, offendere, aut criminari, auſi

Tametſi denique *Epiſcopatus* ille *Argentin* ſub *Annis M.D.XXIX. & M.D.XLIX.* in præſulatu & parochiarum, *à S P. Q. Argentinenſi* de facto o patarum, poſſeſſionem pleniſsimam de jure mitti cœperit, neque ulla vis poſtliminiò, re illis eccleſiaſticis inferri debuerit:

Nihilominùs adverſùs tàm ſeveras præfatæ cificationis leges, oppidò contrarium emerſit *Conſules*, *Senatoreſq; Argentinenſes*, ſub *An. M.D.L M.D.LXI.* ædē *Baſilicam*, aliaſq; *Parochias*, denuò facto, intercipere, paſtores intrudere, *Catholica* gionis execcitiū omninò eliminari, auſi fuerint. mò verò res eò devénit, ut nulli deinceps *Catho* ſive jus civitatis, ſive tribule, ampliùs cōferret

t

ut cuiquam ad honores, & officia pateret a- Ut magis religionis exercitium omne dire- atrà pacificationem abrogaretur penitùs.

æ ſiquidem actiones nullo jure probari, aut li, ſatagant: utique ſuprà dicti *Vicarius*, *Deca- Capitulares*, tanquam *Epiſcopatus* illius *Argenti- administratores* ordinarii, juris illius ſui inſpe- m, ac cognitionem, juxtáque opem, atq; au- noſtrum *Cæſareum*, implorârunt: ſicut etiam uti ſunt. Proindè, ex autoritate *Cæſarea*, item- cundùm valorem juris, ac juſtitię, ſeverâ lege amus, ſub pœna quinquaginta marcarũ au- i, partim fiſco noſtro *Cæſareo*, partim *Epiſcopa-* edicti *Adminiſtratoribus*, citrà miſſionem, pen- rum, hocque volumus, ut ab hujus mandati ione, proximè parti læſæ omnes *Baſilicas*, *paro-*, tàm à veſtris majoribus, quàm vobiſmet i- cupatas, reddatis, & reſtituatis. Idq; iis ratio- à vobis peregatur, ut neq; de reditibus, cen- decimiſq;, neq; juribus, ac privilegiis, neque nentis, veſtibus, pateris, atque id genus ſu- ctilibus, & quæ ejuſce ſunt generis, deſidere- nicquam. Et ſic omnia pleniſſimè reddantur, olim fuêre præſentia, ut etiam devaſtatio, ja- que, ac damna, præſente pecuniâ reſarciri de- t. Sic nemo falcem, manumque, immittat in *licos*, eorumq; bona, reditus, jura, leges, cere- ias. Nemo civibus exercitio religionis *Catho-* nterdicat: ſed omnes utrinque ſuæ confeſſio- tagere permittantur. Nemo *Catholicis*, adver- acificationis leges iniuriam, aut vim, inferat, o eos juribus civitatis, muniiſque honorariis, ibeat.

emo in *Capitulares*, ſive, *Adminiſtratores*, *Epiſco-*, eorumque miniſtros, citrà iuris viam, inve- r: ſed, ſi quid ſit, legibus agatur, decretis, man- que, locus detur, ut neque ſit, qui per alios, in dem legum, huiusq; mandati, fieri quicquam et, aut moliatur. In tranſgreſſores indignatio ocabitur *Cæſarea*, pœnaq; ſtatuetur ſine miſ- e.

Quod ſi tamen huic mandato *Cæſareo* more ge- vobis grave accidit, & cauſſas idoneas, quibus ones illas veſtras aſſerere liceat, habere putatis, ventu vos invitamus ex *Romani Imp.* autoritate, áq; legum, iuriſq;, viam, nempe, ab huius inti- ione, intrà duorum menſium ſpatium incluſi- apud aulam noſtram, vel ipſimet, vel per alios, pareatis, rationes veſtras ritè, atq; ordine, pro- atis, ac deinceps, uſq; ad ſententiæ publicatio- n, dies iudiciales, ordine indictos frequentetis, ſamq; veſtram peragatis. Atq; hunc terminum is pro primo, ſecundo, tertio, ultimoq;, & pe- ptorio, decernimus. Utut igitur vel adeſſe, vel adeſſe, vobis erit volupe, nihilo-minùs legibus ſfiet, &, ad partis fideliter implorantis petitio- n, proceſſus ordine formabitur. Hæc ne ignora- s, utique vobiſcum erant communicanda.

III.

ueſtres per Iuliacenſem, & Montium, Du- catus, apud Cæſarem, ſuper Guolfgango Gui- lielmo, Duce Palatino, conqueruntur.

Odem hoc *Anno*, *Iuliacenſis*, & *Montium*, *Duca- tuum*, *Equeſtres*, apud *Cæſarem*, ſuper novis e- mergentibus oneribus, quiritare, ſimulátque au- xilium, atque opem, ab ipſomet *Imperii* capite ſo- licitare cœperunt. Indè ex aula *Cæſarea* emerſit e- dictum, quod quidem illas per provincias pu- blicatum eſt. Sed nihil moratus *Guolfgangus Gui- lielmus*, *Dux Palatinus*, aſſumpto ampliſſimo comi- tatu, ipſe ad *Cæſarem* perrexit, non tàm ſe purgan- di, quàm poſſeſſionem, nuper adeptam, confirman- di, animo.

IV.

Inter Badenſes Marchiones tranſigitur.

Secundùm hæc, quæ lis, ac ſimultas, iam à longo tempore, ferruginis pene in modum, obſede- rat *Marchionum Durlacenſium* ex hac, & *Badenſium* lineæ *Eduardicæ*, ex illa parte animos, ea hoc tandem ſub tempore abſtergi, & diſpungi, viſa eſt. Ubi enim *Fridericus junior*, *Durlacenſis Mar- chio*, excurriſſet *Viennam*, eodem ſub menſe *Maio*, præeunte *Ioan. Friderici*, *Ducis* Würtenbergici, lega- to, *Guilielmus*, *Badenſis Marchio*, ibidem appulit. Summa rei ſic quidem tranſacta eſt. Tametſi *Durlacenſis* ab adverſa parte ſex integros poſtulaſ- ſet milliones, interpoſitione *Cæſaris* conſiliario- rum, ea moderatio interceſſit, ut ſexies ſaltem cen- tena florenorum millia, adjectis quibuſdam dyna- ſtiis, *Durlachio* adiudicarentur.

Externa.

I.

Pacis inter Cæſarem, & Turcum, renova- tio.

Dum hoc loco, ſuper tranſactionibus, inter *Principes*, *Ordineſque*, *Chriſtia- nos*, delibamus, lubet agedùm, ſuper pacis inter potentiſſimos *Imperato- res*, *Ferdinandum II. Auſtriacum*, & *Sul- tanum Turcicum*, ſive prolongatione, ſive renovatio- ne, curioſum applicare oculum.

Ex illo autem tempore, quo inter utrumque *Imperatorem* apud *Sivatorkium*, *Viennam*, *Comor- rham*, & *Giamarum*, diverſæ intervenerant tranſ- actiones, poſtmodùm difficultates, exceſſuſque, & colliſiones, varii generis irrepſere.

Qua de re utrique Præpotentiſſimo *Imperatori* viſum eſt per novas ſanctiones denuò pacem conſtabilire, omneſque è medio tollere differen- tias. Hoc nomine à partibus *Invictiſſimi Roma- nor. Imperat. Ferdinandi II.* hoc ad tranſactionis negotium delecti ſunt *Stephanus Senicius de Riis*, apud *Weitzenam Epiſcopus*, regni *Vngariæ Cancel- larius*, *Gerhardus Baro Queſtenburgius*, *Daniel Eſterha- ſius*, *Baro Galantanicus*, *Petrus Cohuyus*, omnes *Cæſaris* conſiliarii bellici.

Nomine *Sultani*, *Turcorum Imperatoris*, miſſi ſunt, *Sultanus Cratus*, copiarũ maritimarũ, & *Budæ* præ- fectus,

fectus *Vezirus Murtezamus Baſſa*, hujus expeditionis deſignatus *Commiſſarius generalis*, itemq; *Mudſeius Iſua Effendius*, *Mahometus*, præfectus apud *Agram*, *Achmetus Begus Granenſis*, *Macharemus Begus Solnoccenſis*, *Griſan Aſabus* & *Michaël Goldolagſius de Critu, Tranſſylvaniæ Principis* Legatus.

Illi omnes, hoc *An. M. DC. XXVII.* menſe *Septēbri*, in campis *Strigonienſibus* convenientes, præeuntibus deliberationibus ſatis arduis, tandem, ſuper articulis inſequentibus, tranſegerunt: Itaque omnes, & ſingulæ, illæ ſuperioribus temporibus apud *Stivatorckium, Viennam, Comorrham*, & *Giamarū*, præmiſſæ, necdùm retractatæ, tranſactiones, ſecundùm omnes clauſulas, eſſent ſartæ tectæ.

Siquidem hoc tempore apud *Weitzenam*, per utriuſque *Imperatoris* legatos, hæc tractatio peragi haud potuerit, illud omne per oratores *Imperatorum* ordinarios, utrinq; in aulis reſidentes, nihilominùs conſummaretur. Niſi hoc effici poſſit, nihilominùs præſens tranſactio utrinque abſque violatione, ſancta eſſet, ſimulátque *Weitzena* fortalitium iis ſub qualitatibus, ac terminis, quibus nunc eſt, maneret, uſq; dùm rectiùs, & abſolutiùs, hac de tranſigi poſſit, ſicut in receſſibus *Gyarmacienſernenſibus* præconventum.

In *Croatiæ* finibus, quæcunq; adversùs prædictas concluſiones munimenta, ac loricæ, excitatæ hactenùs forent, ea omnia, juxtà tertium pactorum *Gyarmacienſium* articulum, deſtruerentur utrinq;. Ità ut, circa *Idûs Ianuar.* ſequētis *An. M. DC. XXIIX.* intrà decendiū hoc efficeretur, legatis ad id à parte *Ferdin. II. Chriſtian. Imp. Nicolao, Comite à Terſei, &c.* & nomine *Sultani, Turcorum* Imp. *Muretza Baſſa, Budæ Vezirio*, & *Mehemeto Baſſa Agræ*, nominatis. Si quid impedimenti, & ſecùs, acciderit, tùm nihilominùs ad effectum hoc deduceretur, legatis utrinque intervenientibus aliis.

Pace hoc modo inter utriuſq; *Imperator.* legatos concluſâ, dimitteretur his è campis ad utrūq; *Imperator.* viri præcipui, qui hanc novam transactionem *Imperatoribus* utrinq; intimarent, ſimulátq; eas *Cæſareis* ſigillis corroborari peterent. Diplomata ea utrinq; contraderentur utriuſq; partis legatis ſupremis, ſimulátq; muneribus, ſive honorariis, mutuis, non ità magni pretii, velut condecorarentur.

Illis cum concluſionibus ità ritè cōfirmatis, intrà menſes quatuor, utrinq; expedirentur legationes ampliſſimæ, ità ut in feſto *Nativitatis D. & S. N. Ieſu Chriſti*, legatus *Imp. Turcici Granum* excurreret, legatus verò *Chriſtianorum Imp. Comorrham* adventaret. Ambo humaniſſimè congrederentur, ità, ut poſtridie *Calend. Ianuar.* legatus *Chriſtiani Imp. Sreonium*, ità dictum, pagum, legatus verò *Turcici Imp. Almaſium*, ſic vocatum, pagum alterum, intraret, atq; ità inter utrumq; pagum factâ conſalutatione, vicibus alternantibus, eodem temporis articulo & *Turcicus* legatus, debitis inſtructus muneribus, ad *Imperatorem Chriſtianorum*, hujus verò orator, ſive legatus, ejuſdem pretii honorariis, ad *Turcorum Imper.* proficiſceretur.

De pagis occupatis, eorundemq; querelis, ac gravaminibus, variis, adversùs pacta, illatis, novisque recèns aliorum ejuſdem generis (pagorum) interceptionibus, ità eſſet, ut juxtà tranſactiones *Sitvatorckianas, Viennenſes*, & *Gyarmatienſes*, itemq; *Comorrhanos* tractatus, hęc cauſſa diiudicanda veniat.

Itaq; nomine *Chriſtianor. Imp.* duo legati p
alter ad fines *Vngariæ*, trans *Danubium*, alte
nubium, nomine *Turcorum Imp.* pariter duo
ter trans, alter cis, eundem *Iſtrum*, dimitt
His loco communi congredientibus tàm
regni *Palatinus*, quàm *Budæ Vezirius*, in man
rent, nempè omnes ut occurrentes differe
utriuſq; partis ſatisfactionem, ex ęquo dec
Interim, quouſq; hæc ad effectum ſpecten
rum ſuprà dictorum onera ne fierent grav
de his quidem, ad *XIX. Cal. Febr. Anni M. DC*
inſtitueretur tranſactio.

Quoad utriuſque partis captivos, ſic co
eſt, nempè illi omnes, durantibus, atq; inte
riæ Palatinum, Budæq; Vezirium, pactis indu
cunq; capti forent, abſq; lytro, utrinq; di
tur. Cæteris, extrà has leges, in poteſtatē u
vincula redactis, ſic daretur miſſio, alius u
lio eſſet indemnis. In quorum capita jam
tron foret conſtitutum, de eo cognoſcere
ſub moderatione, & *Palatinus*, & *Vezirius*.

Et cùm, ad pacificationis mutuæ exod
quum ſupereſſet duntaxat novennium, non
cere utrinq; legatis in cōmodum utriuſque
ſubditorum, hanc pacificationem in alios
annos viginti & quinq; ordine inſequentes,
here. Proinde, ſi idem placebit *Imperatori* u
(quo de proximè certitudo exſpectanda e
utique nova pacis ſive in Annos XXV. extra
ve prolongatio, codicillis eſſet inferenda.

Itinerum, viarum, & commerciorum, pe
tiones quod attinet, utriuſq; partis ſubditis pa
præeuntes canones, confirmabitur. Si qui
facere, atq; has pacis leges infringere, ac lab
re, auſint, in iſtos prevaricatores utriuſq; *Imp*
tribuni animadverterent. Qui ſi fortè virib
ſufficientibus ſint inſtructi, tùm quidem ex h
latinus, ex illa parte *Vezirius*, darent operam,
linquentes, citrà ullum reſpectum, ſeverâ le
erceantur. Simili in iſtos pœnâ conſtitutâ, qu
que vel conſiliis, auxiliisque, pacem hanc p
tios interturbare moliantur.

Deniq; officiorum præcipuorum mutatio
numerò pacis tranſactionibus multùm inco
daſſe, notari cœpit, pręſertim in regnorum fi
Proindè, in finibus *Turcicis* ii rerum poti
præfecti, qui tā pacis, quàm Reipubl. & ſubd
eſſent amantes; Et hi quàm diutiſſimè rebus p
ſent. Quo nomine *Murteo Baſſa, Budæ Vezirio*, p
ctura ampliſſima diu conſervaretur: utpote,
operâ hæc præſens coaluiſſet pacificatio.

Regnis, provinciiſque, *Ferdinandi II. Imp.* t
marique, nihil incommodi inferretur à *Turc*
dem lege regnis, regionibusque, *Turcicis* par
tur à *Chriſtianis*.

Tandem injuriæ, contumeliæ, damna, irru
nes, ſpolia, prædæ, cædeſque, quæcunque hact
utrinq;, adversùs mutuæ pacificationis leges, h
uſque in diem, & conventum, interveniſſent,
omnia, tanquam mortua, & irrevocabilia, habe
tur. Hæc verò præſens, ac mutua, pacis compo
atque extractio, ſecundùm omnes canone
& clauſulas, utrinque inviolabilis,
& incorrupta, obſer-
varetur.

II.

o Turcico integrum, ſub Arabia felici,
num intercipitur.

ommodùm hac tempeſtate evénit *Sultano*
urcico, ut, pace per *Europam* extractâ, ac con-
â, nihil adverſi à *Chriſtianis* exſpectaret. Tã-
m per *Aſiam, Arabiam, Perſiamque*, in eius ca-
niurantibus copiis, ac viribus , vix par eſſe
iſtinebat. Et iam, ex inflammatione, & invi-
rſarum, diuerſi, in *Sultanum Baſſæ* rebellabãt.
us *Emirus Facardus*, apud *Saydam Baſſa* , res
agens, veteremque rationẽ retentans, præ-
m intrà *Syriam* fortalitium expugnârat. Ne-
contentus erat progreſſu. Accedebat *Per-*
Regis exercitus ampliſſimus, in *Turcorum* pro-
s uſque egreſſus. Cui tametſi *Princeps Grego-*
tùm *Turcicarum* partium, ad mare *Hyrcanum*
, occurreret, regiones illas erepturus, fruſtrà
Nam ſupervenientibus à *Perſis* magna clade
, cæſuſque, eſt.
er hæc, *Yemen* provincia à *Turcis* deficere cœ-
egnum illud eſt *Arabiæ felicis*, ad oſtium *maris*
x adverſo *AEthiopiæ*. Illic, ex *India* aromati-
liiſque id genus pretioſis mercibus, oneratæ,
appellunt. Quo è vectigali immenſa vis pe-
rum conficitur quotannis à præfectis *Turcicis*.
ipinâ horum tyrannide factum, regio iugum
olerabile excuſſerit. Præfecti *Turcorum* pro-
les inexplebili avaritiâ ità quidẽ ebrii erant,
ditos ultimam non niſi coniicerent in deſpe-
em. Sic vi, libidine, atque avaritiâ, gereban-
mnia. Et, quòd à *porta*, ut vocant, *Ottomannica*
tus provincialis abeſſet longiùs , metuebat ne-
m. Quo furore, etiam in præcipuos invectus
nes, duos obtruncavit *Baſſas*. Quibus opes
erunt, & diuitiæ. Iam tùm multitudo, neſcio
ſecretò in hunc moliebatur. Sed ad tempus
ulata offenſio , donec melior fabulæ pera-
æ naſceretur fortè occaſio.
uæ quidem, ſolicitè, & diu, haud quærenda
bat proximè. Dùm igitur mox legionibus ſti-
ia diminuit, non abſque ſuperadditâ crimi-
ne, etiam inferiori diario illis ſatisfieri poſſe,
odia exaſperari, reſque ad tumultum ſpecta-
epêre. Eò uſque ergò tàm populi, quàm mili-
, proceſſit coniuncta audacia, & ſeditio, ut,
ſo iugo *Turcico* , aliud foris accerſerent ſibi
dium. Supererat ergò *Ymenæi*, eiuſce regni,
s, cui *Turcus* eripuerat patrimonium. Is in re-
e ultramontanta, ad quam difficiles dabantur
ſus, exilium ſuum tolerabat. Qui per indices
idiciſſet, tempus, & præſentes res novas, mo-
, quò ſeſe in priſtina dignitate reponeret, aſ-
tâ *Arabum* copioſâ manu, in patriam irrum-
, auxilio rebellantium, *Turcos* eiecit. Undè à
itudine ſalutatus *Rex* eſt. Neque tantoperè
netuendum tùm erat, ne hic denuò fortè eii-
tur. Præter enim hoc, quòd hæc regio, ob ac-
s difficilimos, inacceſſa videri poterat, etiam
indigenas in ſpem erexit, eam *Turcis* per *mare*
um triennium copiam haud eſſe , exercitum
ortare ut ſufficerent. Per continentem copias
rinducere res videbatur factu penè incredibi-
lis, quòd loca deſerta, & inſuperabilia, idem negarent. Quibus favebat vicinitas urbis *Babyloniæ*, non multò antè *Turcis* quoque ereptæ.

III.

Vezirius Turcicus, in Perſas educens, cæditur.

Eius non minùs antiquiſſimæ, quàm ampliſſimæ, civitatis recuperationem efficere ſuperiori anno *Turci* defatigabantur, ſed operam, ut aiunt, & ſudorem, perdiderunt. Ea de re omnia ultima tentare *Sultano* decretum erat, hanc urbem ut vindicare quitus foret. *Chailio Baſſæ*, tanquam *Vezirio* præcipuo, in mandatis dedit, quantas maximas liceret, contraheret copias, remque eam efficeret. Paruit hic promptè imperio, tantæque rei ſummæ ſeſe accinxit. Intereà *Perſarum Rex* in *Aſiam* dimiſit legatum, ſub colore, tanquam pacem quæreret, ſed re ipsâ ut, quo loco eſſent res, & præparationes, *Turcicæ*, apud *Conſtantinopolim* penetraret. Hic in expeditionem *Chailii* fortè incidit. A quo primâ fronte redire ad ſuos iuſſus eſt, mox tamen progrediendi facultatem obtinuit. Et huic quidẽ legato apud *Conſtantinopolim* ad *Imperatorem Turcicum* minimè admiſſo, ſed apud *Scutarium* foris pręſtolanti, nunciari, cœpit, iam tùm *Chailium* in mãdatis habere, quid fieri debeat. Iret, & illum interrogaret. Hoc autem vel ob id *Turcis* agebatur de induſtria , ut reſponſo ex occaſione, & tempore, ſumpto (quò quidem *Mahometani* diligenter reſpicere perhibentur) *Chailius* videret, quid expediret.

Inter hæc, *Vezirius* cum exercitu erat in itinere, & *Babylonem* dirigebat. Sed, peſſimâ fortunâ præventus, fruſtrà fuit. Primùm quidem in *Georgianorum, Kurdierorumque*, provincias promovebat, qui à *Parthorum* antiquiſſimis originem deducere perhibentur. Hi cùm fines *Perſis* eſſent limitanei, propoſuit illîc hybernare, indeque primo cum vere in *Perſas* animadvertere. Cùm ergò propè *Arzerouem*, regionem *Turcis* ſubiectam, pręterveheretur, ecce! in nihil tale exſpectantem, præfectus provincialis, *Abaſſa* dictus, idemque *Turcicus*, ſed rebellans, magna cum manu, impetũ facit, omneſque *Ianitſtharos*, prætorianos ſic dictos milites, tanquam exercitus florem, & veteranos, unà cum quatuor præfectorum *Turcicorum* (barbari *Baſſas* vocant) paribus, fundit, ac delet.

Ità verò hoc cum *Abaſſa* tùm comparatum erat, ut meritò dubitares, an reconciliatis fidendũ, illiſque parcendum, eſſet, quos ſive ſcelus, ſive proditio, etiam ad pœnam antè deduxiſſet. Nam hic, aliâs perduellis factus, *Aſiam minorem, Natoliamque*, ſibi ſubiecerat. Poſtmodùm, ubi reatus impetrâſſet veniam, *Arzeronenſis* provinciæ gubernator eſt confirmatus.

Sed, cùm priſtinum ad ingenium, doloſque, in occaſionem commodam ex alto diſſimulatos, rediiſſet, denuò iteratâ perduellione ad *Perſas* deficere cœpit. Undè hæc in *Turcis* clades emanavit.

* * *

IV.

Sultanus Turcicus, ſuper pace, cum Chriſtianis pacta, ſibi gratulatur.

HAnc *Chailii Vezirii* cladem excepit alia, & ſimilis ferè, rebellio. Novus enim hoſtis, & quidem inteſtinus, idemque *Turcicus*, *Baſſa Pacha* barbaris dictus, haud ſegniùs tumultuabatur. Etiam hic omnes obvios prætorianos, ſive triarios, *Ianitſcharos* dictos, è medio tollebat. Sub colore, tanquam *Sultani Oſmanni* (quo de ſuprà) necem vindicare conſtituiſſet. In hunc igitur, cum reliqua exercitus parte, *Chailius* educere opus habuit. Ut ſic ab exſpectatione ſua diſiiceretur longiùs, & *Babylonem* ne digito quidem, quod dicitur, contingeret. Atque hîc demùm rectior fortuna aſpiravit. Magnam enim tumultuantis iſtius *Baſſæ Pachæ* copiarum partem cæcidit.

Interim, neque ſic conſtans fuit *Turcorum* felicitas. Partim enim mancipia, apud *Alexandriam*, triremem, quadringentis coronatorum mil[...] nuſtam, interceperunr: partim *Melitenſes* p[...] mercibus refertas, naves alias, *Turcis* eripue[...]

Quæ ubi fortunæ adverſantis tempeſta[...] procellæ, in caput *Imperatoris Turcici*, aliæ po[...] turmatim ingruerent, permagnas, & ſolen[...] diis ſuis gratias agere cœpit, quòd paulò an[...] lioribus auſpiciis, cum *Chriſtianorum Impera*[...] deris renovationem confirmâſſet. Quam animi ſignificationem vel eo argumento [...] lâſſe viſus eſt, dùm inter eos, qui quidem [...]ctioni, inter *Chriſtianos*, & *Turcos*, recèns pa[...]terfuiſſent, ſexagintà quinque veſtium *T*[...] paria diſtribui iuſſit. Non enim latebat *Tyr*[...] ſi maximè hac novercante tempeſtate, quâ [...]belles magni nominis intrà *Aſiæ* viſcera ir[...]bant, ſibi & cum *Romanorum Imperatore*, & [...]*rum Rege*, duobus adverſariis utique potent[...] eodem tempore fuiſſet dimicandum, facilè [...]tiam *Turcicam* periclitari potuiſſe: ſiquiden[...] trà fortunam, & tot paſſim validiſſimos exe[...] in acie ſtare haud illi fuiſſet proclive.

Io. Petri Lotichij
RERUM GERMAN[...]CARUM
LIBER XX.

CAP. I.

De Georgij, Heſsiæ Landgravij, & Sophiæ Ele[...]noræ, Ioan. Georgii, Electoris Saxoniæ, & [...] filiæ, nuptijs.

I.

Nuptiarum inter bella nomen antiquiſſimum.

POst tot triſtia tumultuantis, & ſanguinarii, *Martis* opera, videlicet æmulationes, odia, ſimultates invectivas itemque, & ſatyras, indeque emergentes colliſiones, rapinas, expilationes, incendia, homicidia, pugnas, clades, regionum, & populorum, everſiones, & id genus caſus tragicos, hâc ultimâ tempeſtate (hei dolor!) ſine fine uberrimos, ſi locus eſt etia[...]bus lętis, ac comicis, videlicet amoribus, hy[...]næo, & thalamo, age, Celſiſſimi amantium p[...] nempè *Georgii*, *Heſsiæ Landgravii*, & *Sophiæ Eleo*[...] *Ioan. Georgii*, *Saxoniæ Electoris*, filiæ, amores, & [...]ptias, hîc contemplabimur. Quis enim eſt, [...] tanquam inconveniens, & irregulare, arguat il[...] Et amores à bellis magnopere ſequeſtrare [...]tendat? Certè, ità eſt, ut *Venerem* mediis tantùm [...] ſub bellorum æſtibus imperium exercuiſſe ſu[...] prodiderit *Homerus*, ſcriptorum ferè antiqu[...]mus, ut vel ipſomet cum *Marte* amores, & con[...]bitus, miſcuiſſe, à gentilium veterrimis, eod[...] *Homero*, & *Ovidio*, præeuntibus, referatur. Indè [...]

u[...]

Marte, & *Venere*, non tanquam de coniugibus,
aſiis, coniunctim, apud veteres extet. Ne-
fuêre, quales *Veneri* à *vincendo* nomen aſſcri-
t. Ut vel hac lege titulus eius bello eveniat
nus. Quis enim, te rogo, uſpiam eſt ducum,
mque, qui non *vincere* optet: Per fidem! de
o, à tot victoriis nobiliſſimis cognominato
, *Plutarcho* teſte, innotuit, illum, ſub altero
atu, *VICTRICI VENERI* ædem conſecrâſſe,
ludis ſumptuoſiſſimis. *Cæſar* verò *Iulius* ea-
umanitate, antè pugnam *Pharſalicam*, *VENE-*
NETRICI templum vovit. Quod, victoriâ
s, in foro poſuit, eidemque ſpolia, ab hoſti-
ata, dedicavit, autore *Appiano*. Sequeſtratâ
antiſper cupreſſu, & picea, id eſt, rebus tri-
, ac tragicis, de myrto, hoc eſt, amoribus, &
s, itemque de *VENERE GENETRICE*, non
m de gentili, improba, & vulgivaga, illa, ſed,
m, de maritali, ſacra, & licita, adeóque per
ſanctos noſtros codices tantopere commen-
liquid intertexere fert animus.

II.

gius, Heſſiæ Landgravius, Torgam, nu-
iarum cauſsâ, intrat.

nès omnes uſque adeò gentes, quibus præ-
rdia de meliore metallo, & ex humanitatis
ra, temperari cœperunt, tàm commenda-
atque amabile, audit *nuptiarum* nomen, ut
nem ad hoc unquam expaviſſe conſtet. Ut
, venerandæ adorationis pleni, codices no-
iblici, huius inter mundanæ ſocietatis deli-
retuliſſe legantur voces *ſponſorum*. Hoc ſacer-
inſtituto provectus *Georgius*, *Heßiæ Landgravi-*
ſt exequias, & iuſta, plurimæ virtutis *Principi*
vico parenti, dicto *Fideli*, rara cum pietate, &
nificentia, perſoluta, luctu in gaudium, &
alem thalamum, commutato, aſſumptâ eque-
m, conſiliariorumque manu, inſigniter orna-
primis comitante *Philippo*, *Heßiæ Landgravio*,
o, *Principe* ſapientiſſimo, itineri *Saxoniam* ver-
eſe accinxit.

aulò antè *Saxoniæ Elector* equeſtrium ſuorum
uentiam litteris evocârat. Qui exquiſito ſub
comparentes, nunc equos dorſualibus, at-
ephippiis, ex holoſerico, auro intexto, fræ-
ue, & id genus phaleris, bullis inauratis coru-
tibus, eleganter ſtratos, nunc miniſtros, veſti-
diſcoloribus recèns comptos, ipſi collobiis, &
ogiis, itemque amiculis pictis, attaliciſque, ad
ſſim renidentes, ac depexi, ſuperinduxerunt.
lis, comitantibus, *Elector*, ſub tribus porrò e-
ſtris, totidemque pedeſtris, militiæ ſtipatori-
unà cum ſereniſſ. coniuge, uno filiarũ, & duo-
filiorum *Principum* paribus, *Dreſdâ* movens
.*Cal. April.* apud *Torgam* appulit.

Interlapſo quatriduo, *Georgius Landgravius*,
nſus, *Lipſiam* intravit. Qui cùm, ob dulciſſimi
entis exceſſum, adhucdùm eſſet ſub luctu, præ-
itantes equeſtris ordinis aulicos triginta duos,
decimq; tubicines, omnes pullè veſtitos, præ-
it, ipſe rhedâ inſecutus, ex hoc quatuor ante
bulonibus electoralibus, lutei coloris veſtibus indutis, ex altero latere ſeptem miniſtris eiuſdem notæ pediſſequis, lugubri habitu veſtitis, oberrãtibus. Hoc choragium ſeptem rhedæ aliæ, cum decem equeſtrium adoleſcentum paribus, ſeptuagintáque miniſtris, & duodecim impedimentis, abſolverunt.

Paulò poſt *Coburgenſis*, & *Iſenacenſis*, *Saxoniæ Duces*, ſuperacceſſerunt, viginti quinque miniſtratorum equeſtrium paribus, & duodecim tubicinibus, invecti. Illos ſexagintà ſex aulici, nobili genere, & dignitate, conſpicui, ſuperaccedentibus rhedis numero undecim, exceperunt. Quibus omnibus flos civium *Lipſienſium* demiſſè ſalutatum proceſſit obviàm.

III. Non. April. *Georgium Landgravium*, *Torgam* adventantem, *Elector Saxoniæ*, equeſtrium millenario ſtipatus, & obvius, vultu læto, ore gratulabundo, ſuſcepit, atque intrò duxit. Quem actum ſuâ præſentiâ ſplendidiorem reddiderunt *Ioan. Caſimirus*, *Coburgenſis*, *Ioan. Erneſtus*, *Iſenacenſis*, *Saxoniæ Duces*, *Chriſtianus Brandeburgicus*, *Marchio Culmbaccenſis*, & *Philippus*, *Heßiæ Landgravius*, unà cum *legatorum* præcipui nominis, itemque *Comitum*, *dynaſtarum*, & *chiliarcharum*, cumulo, *equeſtriſque* ordinis hominum, inſigniter in equis renidentium, centuriis aliquot.

III.

Celſiſſ. Par ſponſorum in thalamum deducitur.

SEquenti Dominicâ, pridie *Non. April.* à meridie, præmiſſo per *Hoeum*, *Superintendentem generalem*, ſermone nuptiali, ſolennis, ut vocant, copulatio peragi, amboque ſponſi in thalamum deduci, cœperunt, *Schönbergio Barone*, *Electoralis* ſecretioris conſilii præſide, pro more, quàm hoc ſacrum inſtitutum *DEO*, & hominibus, commendatum, gratumque, eſſet, eleganti verborum volubilitate, præfante. Cui totidem verbis, floſculis, ſententioliſque vibrantibus, pictis, ſatisfecit *VVolfius à Todenvvart*, *Cancellarius Heſſus*: Symphoniis, ac concentibus, muſicis, cæteriſque id genus regalis pompæ feſtivitatibus, inter auras *Syrenum* concordiam lõgè ſuperantibus. Acceſſit huic actui, inter antedictos *Principes*, *Ioan. Philippus*, *Altenburgicus*, *Dux Saxoniæ*, *Ferdinandi II. Imp.* legatus ſplendidiſſimus.

Ipſis *Nonis Aprilibus*, *Hoëus*, *Archiconcionator* aulicus, denuò concionem nuptialem exorſus, Celſiſſimo *Sponſorum* pari, in poplites procumbenti, benedictionis verba impertiri cœpit. Quo facto, munera, nomine *Cæſaris*, *Electoris*, *Principumque*, oblata ſunt, *VVolfio Cancellario* ſolemnem gratiarum actionem denuò peragente.

IV.

Feſtivitates, hymenæum hunc illuſtrantes.

NOn poterat hoc tàm in læta materia ſacrum, abſque ſolẽnibus varii generis feſtivitatibus, *Magnatibus* ſolitis, frangi. Itaque tàm exercitiis equeſtribus, quàm actibus comicis, aliiſque non infinæ notæ ludicris, certatum eſt. Die epularum genialium ſeptimâ, *urſi*, locis ſub campeſtribus, in ve-

nationem venerunt. Quibus cum *tauri* commiſſi. Victis tauris *canes venatici* immitti cœperunt, alii poſt alios, uſque dùm vincerentur omnes urſi. Biduo poſt *lupi* in ſcenam venaticam, intrà aulam, introducti, expletoque ludicro in furcam adacti.

Conſimiliter arctomachia, ſive *urſorum* pugna, intrà aulam, denuò reproducta, ſub qua venatori pileum è capite excuſſit *urſus*, ſed abſque periculo. Magno ea res *Magnatibus* fuit delectamento. Præſertim ſi qui ex *urſis*, *canum* vi exagitatis, in dolia, ꝑ areæ angulos diſpoſita, aquiſque referta, irruiſſent, undè emergere haud poterant. In eos igitur *Elector*, arcu animadvertens, effecit, magno ut cum impetu brutum è dolio prorumperet, luctamque, ac ludicrum, renovaret.

III. Id. Apriles, antè meridiem, *Elector*, unà cum *Georgio Landgravio*, & *Marchione Culmbacchiano*, aliiſque dynaſtis, in catadromo, ſeſe exercuerunt. Sequenti nocte, intrà horam undecimam, & duodecimam, faces pyrobolariæ, flamma, nitro, ac ſulphure, crepitantes, ex civitatis lorica, in ſublime eiaculari cœperunt, durante per mediam ferè noctem, inter perſtrepentes identidem tubarũ, tympanorumque, clangores, ſpectaculo. Propugnaculum ludicrum ſic formatum erat, ut imaginē *Rom. Imperii*, *Coronamq́*, & *orbitam*, repræſentaret, externè inſignibus *Electorum*, tanquam totidem clypeis appendentibus. Hoc ubi aliquantiſper conflagrare cœpiſſet, ecce! facetiſſimâ ratione, *D. Georgii Equitis* imago, & *Draco*, unà emergentes, pugnam inîverunt, uſque dùm, ignibus artificioſis veritatem imitantibus, *Divi* illius gladius, ignium continuatione ſuccenſus, *Draconem*, pariter ſuccẽſum, disiecit. E quo innumeræ, aliiſq; ſuccedentes exploſiones aliæ, magna cum ſpectatorum voluptate, notari cœperunt.

Hoc peracto, è viginti mortariorum bellicorũ paribus glandes in auras exploſæ, uſque ad totius viciniæ tremorem, detonuerunt. E quibus unus, immensâ magnitudine cupam imitans, catheniſq; penſilis, glandem, tercentum, & octoginta, pondo æquantem, ingenti cum fragore eiaculavit, abſque eo tamen, ut quenquam indè lædi contigerit. Lorica enim, cancellis è ligno circiter inducta, appropinquantes arcebat; Ut pariter ſigno è tormentis dato quiſq; officii, ac loci, ſui ſatageret. Nec mora, ter quinque glandes, ignitæ, in *Albim* proiectæ, diu latuerunt, antequàm flagrare inciperent. Tandem ignibus, ex aquarum antiperiſtaſi concluſis, ac vi magna erumpentibus, tãquam univerſus flammas concepiſſet *Albis*, fulgorem reddiderunt horrendum. His novem machinarum bellicarum, immane tonantium, mugitus impoſuêre clauſulam.

V.

Finitis id genus feſtivitatibus, Georgius, Heſſiæ Landgravius, Marpurgum cum nova nupta regreditur.

CONſummatis hoc pacto feliciter feſtivitatibus illis nuptialibus, *Elector*, unà cum *Georgio*, genero, & *Philippo*, *Heſſiæ Landgraviis*, itemque coniuge *Electorali*, nova nupta, cæteriſque filiorum, filiarumque, paribus, relictâ *Torgâ XV. Cal. Maias Lipſiam* deceſſit. *Electoris* adventum impedimenta magno numero, unà cum turmis aliquot equeſtribus, præceſſerunt. Abindè horâ tertiâ pom nâ *Elector* intravit. Primum agmen ducebat venatorum, diverſoriorũ deſignatore, & tul inſequentibus. Ab his locum habuêre aulic *Principum*. Illos exceperunt aulici *Electorales* ſex tubicinum *Heſſorum* paria. Indè tàm *Elec* quàm *Heſſiæ*, equeſtres. Indè duo venationis ctorum paria. Inde ſex tubicinum *Electoralis* no præeunte æneatore, paria, ordine proceſſ Mox *Georgius Landgravius*, inter *Electorem ſocer* *Philippum Landgrav.* patruum, medius, albi renidentes omnes, anteambulonibus, ſive ſtris pediſſequis, omni è latere frequentian entibus. Ponè *Electoris*, & *Heſſiæ Principum*, liariis locus ceſſit. Indè gregarii *Electoris* e Poſt hos omnes rheda, auro, argentoque, ra ac penè incomparabilis, ſubſecuta. Intrà ſponſa unà cum matre, & ſororum pari, vehe Eius à fronte utrinque raro artificio inſign *ctoralia* prominebant, in medio *Cupidine*, pha & iaculis, ſuccincto, atque inaurato, locum piente. Ponè hunc *Aquila* ingentis magnitu aurata. In vertice ac medio, rhedæ, emineba *dis* imago, iaculo transfixa. In nucha, ſive o tio, rhedæ, alius *Cupido* miſſile in currum diri Arculæ auro incruſtatæ, periſtromata auro texta, equorum ornamenta ex holoſerico, ſive fibulis, inauratis intercurrentibus: Equi erant coloris ſpadicei, plumis è nigro, & fulv lore diſtinctis, inſigniti. Rhedarios tunicæ loſerico nigro, pariterque pilei eodem ex ho rico, ad imitationem vetuſti operis pileorum, per *Brunſvicenſem* provinciam uſitatorum, no nùs decebant: curſoribus utrinque haſtatis è luteique, coloris amiculis conveſtitis.

Illam, tanquam regiam rhedam, inſeque adhuc alia, ex holoſerico, & laciniis aureis, cta, eiuſdem coloris equis interiunctis. N hæc erat ultima, ſed diverſis inferioris notæ r comitata. Quæ omnes, coronidis vicem, no quitum alis claudebantur.

Hoc loco ubi denuò genio, & ſaliaribus per aliquot dies litatum fuiſſet, tandem *Ge Landgravius*, pace dicta, cum *Caia* ſua, in *He* promovit, feliciterque *VII. Id. Maias* apud *Ma gum* appulit.

CAP. II.

De amica, inter Guili mum, & Georgiu Heſsiæ Landgravic illũ Caſſellanæ, hur Darmſtadianæ, neæ, tranſactione.

I.

A T nulla ab antiquo ſincera eſt, & diuturna, voluptas, ità, vel *Lucretio*, præfante,

———*Medio de fonte leporum*
Surgit amari aliquid, quod in ipſis floribus angat.

...um enim genio, & deliciis nuptialibus, lita...rat, ecce! amara inter *Heßiæ Principes* recru...it litium diſcrimina. Iampridem enim u...ue *Heſsiæ Principum* familiam, *Caſſellanam*, in..., & *Darmſtatenſem*, ſuper hæreditate, & fini...teſtina exercebat ſimultas. Quæ quidem, i...m annis incremẽtum adepta, ſic excreverat, ...àm *Imperio*, & *Cæſaris* aula hæc cauſſa ventila... utiq; graviſſima. Quòd igitur *Mauritius Lãd*...s, *Princeps* ille in omni facilè eruditæ diſcipli...ere ad miraculum uſque verſatiſſimus, incli...n alteram partem *Cæſaris*, legumque ſenten...ec velut humanæ vitæ faſtidiret ludibria, tàm ...ſa ſub tempeſtate, maluit, provinciæ regimi... *Guilielmum*, filium, natu maximum, collato, ...id genus moleſtas ſequeſtrare, vitæque, quod ...eliquum, *DEO*, & philoſophicis illis ſtudiis, ...mancipare. *Guilielmus* verò *Princeps*, in paren...huc viventis, curas, atque onera, ſuccedens, ...tàm toti provinciæ induſtriam ſuam appro... quàm res labantes reſtituere, inprimis ſimul... inter agnatos *Heſsiæ Principes* natæ, funem re...e, cœpit. Qua de re, *Georgio* itidem, *Heßiæ Land*...o, in idem pacis compendium inclinantiſſi...accidit, ut *Philippi* pariter, *Heßiæ Landgravii*, ...ipis *Mathematicis* illis ſcientiis, quibus pollebat, ...rrimè parem vix habentis, interventione, a... *Hirſchfeldam*; nec non *Francofurtum*, & *Darm*...*um*, utriuſque partis conſiliarii convenirent, ...enteſque amicæ tranſactionis tabulas *VIII.* ...*Octobres* conſignarent.

II.

...nſactionis, inter Guilielmum, & Georgium, ...Heſſiæ Landgravios, pactæ, tenor, & capita.

...Enor illius pacificationis hic erat: Nos, Dei gratiâ, *Guilielmus*, & *Georgius*, agnati, *Heßiæ Lãd*...*ii*, *&c.* pro nobis, noſtriſque hæredibus, ac ſuc...oribus, *Heßiæ Principibus*, omnibus, adeóque in ...erſum pro utraq; tàm *Caſſellanâ*, quàm *Darm*...*nâ*, ut vocant, lineâ, (quos omnes hiſce ſeverâ ...lege obligamus, atque aſtringimus) hoc publi...iplomate, conteſtamur, ac profitemur, coràm ...nibus: Poſteaquàm *Deus Opt. Max.* hac maximè ...iculoſa, ac perturbatâ, rerum facie, nos ambos, ...umquemque, pro ſuâ, ut vocant, lineâ, ac loco, ...ravi provinciali regimine collocavit, nos, tan...m agnatos proximos, eodem titulo, iiſdem in...ibus gentilitiis, utentes, fruentes, re maturè de...ratâ, ad animum admiſiſſe, nempè nunquam ...c uſque antiquam illam noſtram *Heſſorum Prin*...*um* familiam maiori ſub periculo fuiſſe, quàm ...n illa domeſticis, atque intrinſecis, colliſionibus ...orare cœpit. Ex adverſo, nunquam hæc ipſa fe...ior animadverſa quidem, quàm ſi *Principibus*, ã...atiſque, interveniente pace, fide, ac concor...â, utrinque optimè convénit.

Quandoquidem igitur, antè hos viginti, & plures, annos, inter *Mauritium*, & *Ludovicum iuniorem*, *Heßiæ Landgravios*, parentes utrinque dulciſſimos, dividiæ, & litium ſemina, interceſſerint, quæ quidem cum ipſis annis ità adoleverunt, ut etiam huius labis magna ad nos hæredes, ac ſucceſſores, cõmigrarit portio. Ut de eo nihil, aut parùm, ſuperinducatur, metuendum fuiſſe, niſi hoc vulnus, dũ adhûc medicabile videri potuit, enſe recideretur, facilè totale animorum, & irreconciliabile, in odium, immò everſionẽ totius rei ſummæ, & principatuum, hanc plagam degenerare potuiſſe. Accedit, *Cæſarem, Imperii* caput, ac dominum, illam legem impoſuiſſe, *Electores*, & *Principes*, hæreditario fœdere devinctos, inculcâſſe, vaſallos, ac ſubditos, utrinq; fideles, conceptiſſimis idem precibus corrogâſſe, tùm, inprimis diuinâ moderante providentiâ, utriuſque *Guilielmi*, & *Georgii*, *Landgraviorũ*, animos pacis cupidine, tanquam ſydere aliquo, tactos eſſe. Proindè, præmiſſâ ardente, ac ſeria, divini Numinis, tanquam pacis, bonorumque omniũ, datoris, invocatione, conſiderantes dubium ſub hoc diſcrimine litis, & digladiationis, mutuæ, exitum, pacem bello, tranſactionem rebus fluctuantibus, atque incertis, prætulimus, tandemque conſiliarios interiores noſtros convenire iuſſimus, immò ipſimet certis ſub diætis congredi, adeóque amicæ compoſitioni per tot menſes operam dare, cœpimus.

Intereà, cùm appareret ratione non tralatitia, quid altera pars alteri largiri tàm vellet, quàm poſſet, præoccupatis *Principum* agnatorum conſiliis, maximè *Philippi* illius, *Heßiæ Landgravii*, reſpectivè & agnati, & parentis, interventione, ſepoſito reſpectu quoviſcunque, in honorem *DEI*, in gratiam *Cæſaris*, atque *Imperii*, in emolumentum rei publicæ, in ſolatium, & quietem, regionum, ſubditorũque, iuxtaque in onerum utrinque dulce levamen, ſic utrinque amicè, ſincerè, ac fideliter, paciſci cœptum eſt. Articuli tranſactionis fuêre illi.

Primùm, atq; antè omnia, condicimus, nos *Cæſari*, tanquam à *DEO* prępoſito ſupremo capiti, omnem reverentiam debitam delaturos, eidemq;, ſicut & *Imperio*, neceſſitatis tempore, officia ſubmiſſa, & devota, pro viribus, præſtituros, adeóque eã fidem *Cæſari* declaraturos eſſe, quanta maxima à fidelibus *Imperii Principibus* poſtulari poterit. Ut ſic hac lege *Cæſaris* ſublimitas, honor, atq; autoritas, antè omnia, ſarta tecta conſervari, eiuſdemq; verſùs nos, noſtroſque, animus, ad benefaciendum, inclinari queat.

Illi, conſectarii loco, adiungimus, & ſtipulamur, nos utriuſque lineæ *Principes*, noſtroſque hæredes, ac ſucceſſores, ità per omne ævum futuros vinculo pluſquam adamantino ἐς ἀμοιβὴν, ut aiunt, obligatos, ut altera pars alteri quibuſcunque ſub occaſionibus, integerrimam, maximèque incorruptam, fidem reipsâ præſtare, omnia honoris, humanitatis, fidelitatiſque, officia conteſtari, malaque, atq; infortunia, fortè impendentia, procul arcere, multò minùs cauſſari, aut inferre, velit.

Ad ipſas igitur utriuſque lineæ cauſſas controverſas, eaſque præcipuas, quod ſpectat, *Georgius Landgravius*, tàm ſuo, quàm totius lineæ *Darmſtatinæ*, nomine, in perpetuum deinceps, conſtanti, & irrevocabili, ratione deponi, ingenti, à beatæ recordationis parente poſtulatæ, & per ſententiam

à *Cæſare* iam tùm decretæ, pecuniarum ſummæ, qualis millionem longè excedit, renunciare velle.

Pro ſecundo, eadem ratio eſſet illius liquidationis, & ſummæ, quam quidem ὁ μακαρίτης parens illius, *Ludovicus* iunior, ſplendidiſſimo *Cæſaris* legato, *Archiepiſcopo*, & *Electori*, *Colonienſi*, per modum querelæ, obtulit, *Cæſarque*, in hoc liquidationis, ut vocant, puncto, *Darmſtatinæ* lineæ reſervavit. Et ſic omnibus, & ſingulis, prædictæ liquidationis punctis, quoſcunque *Darmſtatenſes* contrà *Caſſellanos* formare quiti eſſent, in univerſum miſſio datur.

Tertiò, tametſi *Ludovicus* iunior, *Landgravius*, parens eius deſideratiſſimus, &, poſt illius ad cœlites emigrationem, *Georgius Landgravius*, refuſionem ſumptuum, qui ſummam centum florenorum millia excedunt, ſub occupatione *Rheinfelſæ*, & *Cattimeliboci*, arcium, factorum, à *Caſſellana Principum Heſſorum* linea poſtulaverit, illa verò argumentis in contrarium allatis repugnârit, nihilominùs *Georgius*, inquam, *Landgravius*, ex ſingulari ad pacem, & concordiam, animi propenſione, etiam modò dictis prætenſionibus nuncium remittit, neque ullo unquam tempore in has poſtulationis partes denuò deſcendere affectus eſt.

Quartò, ſiquidem, loco *Ludovici* iunioris, parentis dulciſſ. *Georgius Landgravius*, legitimus utiq; hæres, & ſucceſſor, adversùs agnatum, *Mauritium*, *Heſſiæ Landgravium*, actionem violatæ pacis publicæ de iure formare queat, cui obiectioni à partibus *Guilielmi Landgravii* ſeriò contradici cœpit: nihilo-ſeciùs etiam huic conventioni in totum uſq; quàque renunciat, ſub hac tamen limitatione, eadem pacis violatæ actio nihilominùs in alios locum haberet.

Quintò, tàm *Ludovicus iunior*, *Landgravius*, b. record. parens, & *Georgius Landgravius*, illius ſucceſſor, hactenùs nō unâ vice, ſuper theſauro, apud *Ziegenhainam* fortalitium depoſito, cuius mentio in codicillis *Philippi*, itemque *Guilielmi*, utriuſque *ſenioris*, *Haſſiæ Landgraviorum*, teſtamentariis movetur, quiritare cœpêre. Interim, cùm *Guilielmus Landgravius* nihil horum profiteatur, *Georgius Landgravius* inſuper hanc poſtulationem miſſam facit, atque obliterat. Nihilominùs, ſi meliora his tempora, rectiorque fortuna, utriſque *Heſſiæ Principibus* aſpirare cœperit, tùm demùm, præeunte divino auxilio, & cooperantibus utrinque fidelibus provinciarum præſulibus, equeſtribus, ac civitatibus, ratio inibitur, quibus mediis, abſque magnis ſubditorum difficultatibus, defectus ille reſarciri ſuſtineat.

Sextò, eiuſdem commatis eſt, ut *Georgius Landgravius* actionem, è liquidationis ſententia, *Ziegenhainam* ipſam concernentem, eiurare velit.

Septimò, *Georgius Landgravius*, agnato, & fratri, *Guilielmo Landgravio*, quàmprimùm à *Cæſare* confirmatio intervenerit, ſinguliq; *Heſſiæ*, regimē exercentes, *Landgravii*, pro ſeſe, ſucceſſoribuſque ſuis, unà cum provinciarum ſtatibus, ac ſubditis, ea in tranſactionis verba iurârint, poſt liquidationis illam ſententiam, loco pignoris, occupatas civitates, & præfecturas, reſtituit, omnes, ſolo *Cattimelibocenſium Comitatu*, cum pertinentiis, itemque iure præfecturæ *Vmbſtatenſis*, ad *Caſſellanos* ſpectante, nec non *Smalcaldenſi* præfecturâ cum pertinentiis, tantummodò exceptis.

Octavò, quò autem agnatus, *Guilielmu*[s]
gravius, eò fructuoſiùs illis civitatibus, ac
cturis, loco pignoris hactenùs detentis, i
ſtituendis, uti frui poſſit, utique reditus c
indè, ab initiis occupationis, dependentes,
gius Landgravius illi cedit, ità tamen, ut mi
hûc-uſque ſalaria numerentur ſua, in ſeque
toribus prędictarum civitatum, ac pręfectu
actio competat nulla.

Nonò, *Georgius Landgravius*, nomina illà,
cunque, à partibus *Caſſellanorum*, in præfec
Vmſtadianam ſpectant, ſua, ſucceſſorumque
facit propria, ità tamen, ut ea nomina, qu
ad *Cameram Caſſellanam* redeunt, exclu
ſint.

Decimò, iiſdem verbis omnibus, ac ſin
Darmſtatinæ lineæ prætenſionibus, ac iuribus
lippi ſenioris Landgravii, proavi teſtamentu
cernentibus, tàm in genere, quàm ſpecie, to
renunciat, neque unquam quicquam hoc ne
tentabit. Atque hæc, à partibus *Georgii Land*
tùm fuêre remiſſa, & conceſſa.

Undecimò, *Guilielmus Landgravius*, intuitu
ſarum ſatis prægnantium, pro ſe, ſuâque illa
lana linea, in perpetuum, & totaliter, renunc
mnibus, & ſingulis, illis prætenſionibus, ſupe
Heſſiæ principatum concernentibus, unà cun
tinentiis, quantum ex *Ludovici ſenioris Land*
hæreditate eſt. In ſpecie autem, apud *aulam*
ream, actioni recontraventionis dictę, ac ſuſc
pariterque, ratione feudi, ex pacto, & provide
Maiorum dependenti portioni quartæ, ade
in univerſum omnibus, ac ſingulis, quicunqu
nunc eſſent, aut deinceps fingi, poſſent, iurib
ctionibuſque, *ſuperiorem* illum *Heſſiæ* princip
tangentibus, in perpetuum pro ſe, ſuiſque hæ
bus, ac ſucceſſoribus, valedicit, miſſionemque
uſque eò, ut nullus poſthac è *Caſſellana* linea ſu
ſor contrà præfatum *ſuperioris Heſſiæ Principa*
quantum eò, ſub exceſſum *Ludovici ſenioris*, p
nuit, formare ullo unquam tempore auſit,
poſſit, quàm diu è *Darmſtatina linea Princeps* ſi
ſuperſtes.

Duodecimò, iiſdem verbis *Guilielmus Land*
vius pro ſe, ſuiſque, miſſionem dat liquidati
bus, ſive prætenſionibus, cōtrariis, adversùs *Da*
ſtatinam lineam nuper *Electori Colonienſi*, ſplend
ſimo *Cæſaris* legato, à *Mauritio Landgravio* pare
oblatis, iiſdemque in perpetuum ſeſeabdicat.

Decimò tertiò, *Guilielmus Landgravius* omni
ac ſingulis, per *ſuperiorem Heſſiæ Principatum* præ
tibus, ſupellectilibus, quocunque cenſeri no
ne poſſint, renunciat, exceptis duabus mach
bellicis, ad armamentarium *Ziegenhainenſe* pe
nentibus, quarum redditionem *Georgius Land*
vius promiſit.

Decimò quartò, *Georgius Landgravius*, ex an
ſui ſententia, nulliuſque alterius perſuaſione,
ſingulari ergà *Guilielmum Landgravium*, agnatu
& fratrem, benevolentiâ, inductus, quinquag
tà florenorum millia, valoris cameralis, illis cre
toribus dependit, qui, temporibus *Mauritii La*
gravii, *ſuperiori Heſſiæ principatui* crediderunt, c
hac tamen exceptione, ne hoc officium, &

volu

as, in conſequentiam trahatur. Quo no-
lius in poteſtate fuerit, quandocunque pla-
ſolutionem creditoribus peragere, ità ta-
t hæc ſumma illis creditoribus, ſub *Georgio*
avio habitantibus, inprimis aſſignari de-

cimò quintò, *Guilielmus Landgravius* omni-
orum, documentorum, rationumque, co-
s, ad *ſuperiorem Heſſiæ principatum* pertinen-
, tempore *Mauritii Landgravii*, parentis dul-
, *Caſſellas* delatos, in quantum eius rei poſſi-
, bonâ fide reddi curabit.

ecimò ſextò, *Guilielmus Landgravius*, pro ſe,
ſucceſſoribus, totaque *Caßilienſi* linea, *Geor-*
dgravio, agnato, ac fratri, ſuo, ratione in
uum irrevocabili, eiuſdemque hæredibus,
mè permittit *inferiorem Comitatum Cattime-*
ſem, unà cum omnibus, ac ſingulis, regali-
pertinentiis, exceptâ nauli, ſivè telonii, *Rhe-*
ud *S. Goarum* parte tertia, & id genus apud
tum reſervatis.

cimò ſeptimò, eodem tenore *Guilielmus*
avius totaliter, atque abſolutè, omnibus per
iuſdem *Comitatus* ſupellectilibus, apparati-
e bellicis, valedicit, ſub hac tamen lege, duo
menta bellica, *Caſſellis* eò tralata, ſibi redde-
r.

cimò octavò, *Guilielmus Landgravius*, omni-
is nominibus, ac creditoribus, quibuſcun-
æfatus tenetur *Comitatus*, de ſuo promittit
ctionem, ità, ut ab exceſſu *Ludovici ſenioris*
ravii, quantũcunq; iſthoc ſit onus, luere velit.

Decimò nonò, *Georgius Landgravius*, amoris
i conteſtandi gratiâ, *Guilielmo Landgravio*, lu-
ertiam prædicti illius apud *S. Goarum* nauli
m, unà cum reſervato *Poppartenſi*, permittit,
nen, ut onera, illi tertiæ telonii parti adhæ-
, paribus paſſibus ad *Caßilienſes* tranſeant.

geſimò, pari humanitate *Guilielmus Landgra-*
ertiam *Caſſellanæ* lineæ particulam præfectu-
nbſtatenſis cedit *Georgio Landgravio*, lineæque
ſtatinæ. Interim ſi nominibus, ab *Anno M. DC.*
. à quæſtore non ſit ſatisfactum, reditibus ni-
ninùs ab eo perceptis, ab eo tempore *Caßili-*
eſpondebunt.

geſimò primò, eiuſdem commatis eſt, ut
io Landgravio documenta, diaria, & rationum
cilli, tàm ad *inferiorem Cattimelibocenſem Comi-*
, quàm *Vmbſtadium*, pertinentia, bonâ fide re-
debeant.

igeſimò ſecundò, de *Smalcaldenſi* præfectura
t: Siquidem *Guilielmus Landgravius* debeat
nam centum florenorum millium, *Georgius*
gravius tantiſper, pignoris loco, obtinebit hãc
ecturam, unà cum pertinentiis ſuis, uſque dũ
ma illa, præeunte ſemeſtrali renunciatione, in-
rancofurtum perſoluta ſit. Et tunc quidẽ *Georg.*
lgravius tenebitur præfecturam illam poſtlimi-
reddere, illis ſub qualitatibus, quibus eam pri-
ùs acceptavit.

Vigeſimò tertiò, ſuper *Academia Marpurgenſi*, ſic
nſactum eſt, eius ut iura, privilegia, adminiſtra-
inſpectio, itemque collegia, ac docentium do-
cilia, maneant in poteſtate *Georgii Landgravii*, li-
eq; *Darmſtatinæ*, quouſque illa fuerit ſuperſtes.

Vigeſimò quartò, ſiquidem *Guiliel. Landgravius* ſuo, lineæque *Caßilienſis*, nomine, omnibus, ac ſingulis, *Acad. Marpurgenſ.* iuribus renunciet liberrimè, recepit *Georgius Landgravius*, ſe propriis laboribus, ſumptibuſq;, apud *Cæſarem* effecturum, ut aut nova *Caßilienſi* lineæ *Academica* privilegia erogari, aut deſitæ illius *Giſſenſis Vniverſatis* documenta in *inferiorem Heßiæ Principatum* transferri, queant. Quod ſi verò alterutrum efficiendi facultas, ac ſpes, decollabit, tùm quidem *Georg. Landgravius* ſummam decem florenorum millium, eiuſce fruſtrationis ergò, *Caßilienſibus* pendet.

Vigeſimò quintò, eſto iam, *Academica* privilegia, *Caſſellana* pro linea, à *Cæſare* impetrari aut poſſe, aut non poſſe, interim bona, redituſq; *Academici*, quicunq; ab exceſſu *Ludovici ſenioris, Landgravii*, ad *Academiam* ſpectare cœperunt, inter *Guilielmum*, & *Georgium, Landgravios*, in partes dividerentur æquales, adiudicatis unicuiq; lineæ illis, quæ cuiuſq; ditioni forent proxima, & finitima. Eadem ratio iniretur cum *ſtipendiariorum* reditibus, eodem à tempore dependentibus. Quęcunque verò ſumma interea temporis ab una, alteraq;, linea, *Academiæ, ſtipendiariorumque*, reditibus acceſſiſſet, ea pars ad illam rediret, undè fundari, & conferri, cœpiſſet.

Vigeſimò ſextò, antequàm hæc bonorum *Academicorum* uſuveniat bipartitio, *Profeſſoribus, miniſtriſque Academicis*, omnibus, ac ſingulis, tùm exautoratis, ſtipendia prænumerarentur, adiectis inſuper anni quadrantis unius, loco ſuperpõdii, ſalariis.

Vigeſimò ſeptimò, *ſtipendiariorum* reditus, è civitatibus, pagiſq;, colligendi, manerent in eius poteſtate *Principis*, ad quem loca illa ſpectant: tametſi ab hac fors parte maius, quàm altera, exſpectandum veniat.

Vigeſimò octavò, quoad curialia, vel perſonalia, ità quoq; inter utroſq; *Heßiæ Principes, Guilielmum*, & *Georgium*, agnatos, convenit. Nempè duo ſaltem eſſent *Heßiæ*, & quidem regimen tenentes, *Landgravii*, ità ut unus uni lineæ competeret. De prærogativa verò, & quicquid illuc ſpectat, hac ratione tranſactum eſt, ut quicunque cuiuſcunque lineæ *Principum*, quos *regentes* vocant, eſſet annis, & natu, maior, alteri præiret, tametſi fortè alter diutiùs ad clavum regiminis ſediſſet. Atque ſic, antiquitatis imitatione, illi, qui annis prior eſſet, prior etiam locus in congreſſibus deferretur.

Vigeſimò nonò, cùm quotannis *dicaſterium appellationis*, ſive *reviſorium*, apud *Marpurgum*, habendum ſit, ſic convenit utriuſque lineæ *Principibus*, ut hoc ſub paſſu, abſque ætatis illa prærogativâ, nunc *Caßilienſes*, nunc *Darmſtatini*, nunc *Darmſtatius*, & poſt *Caßilienſes*, reviſionem auſpicarentur, nempè alternatim, abſque ullo interveniente reſpectu cætero.

Trigeſimò, quod ſi autem per alterutrius *Principis* provinciam conventus aperiatur, tùm quidem provinciæ *Principi* primæ deberentur partes.

Trigeſimò primò, *Heßiæ Principibus*, ad regimen ſedentibus, cæteri *Heßiæ Principes*, non regentes, ubicunque loco cederent. Inter illos verò ipſo actu dictos non regentes, annis ſenior reliquis præfertur, tametſi ſint, qui veteriorem lineam ſive allegare, ſive iure hæreditatis proximè competens ſucceſſionis ius prætendere, queant.

Trigeſimò ſecundò, ab antiquo obtinuit, ut *Heßiæ Princeps*, annis provectior, per *VValdeccenſem*

Comitatum homagium exigat. Tametſi ergò eadem cauſſa etiam alterum *Heßiæ Principem*, dictum regentem, attingat, nihilominùs etiam deinceps obſervabitur, ut hoc nomine *Heßiæ Princeps* regens, annis provectior, tametſi alter fortè plures regiminis annos prætendere queat, cenſeri debeat.

Trigeſimò tertiò, conventus, ac diætæ, per *Heßiæ Principatus* generales, de conſenſu, & conſilio, utriuſque lineæ *Principis*, aperirentur, nunc ſub *Caſſilienſi*, nunc *Darmſtatinâ*, provincia, & ſic proceſſu alternatim facto. Interim, proprio ſub territorio, unicuique *Principum*, abſque ſcitu alterius, comitia particularia quandocunque ubicunque aperire liceret.

Trigeſimò quartò, ſi accidat, ut *Guilielmus Landgravius* quicquam in *Georgium Landgravium*, agnatum, eiuſque hæredes, & ſucceſſores, actionum, aut prætenſionum, habeat, inveniatque eiuſmodi aliquid, quod vel è *Philippi ſenioris*, vel *Guilielmi ſenioris*, vel *Ludovici ſenioris, Heßiæ Landgraviorum*, teſtamentis, erui, vel aliundè undecunque naſci, queat, illis in univerſum argumentis, ac prætenſionibus, tàm in genere, quàm in ſpecie, omnibus, ſinguliſq;, porrò pro ſe, lineaque *Caßilienſi*, in ſempiternum uſque ſeſe ſubducit, ac renunciat.

Trigeſimò quintò, & illud cautum eſt, ſi ex trãſverſo, & contrà exſpectationem, vel nunc, vel deinceps, quiſquam auſit hanc tranſactionem, receſſum, compoſitionemque, quoviſcunque id fiat pacto, impugnare, ac labefactare, eo tunc eventu utriuſque lineæ *Principes*, eorumque hæredes, ex lege tenerentur coniunctis in tranſgreſſorem viribus ire, atque animadvertere, nedùm, ullo in partes ſubeunte reſpectu, diſſilire, ac ſeceſſionem à ſe mutuò facere.

Trigeſimò ſextò, ſi quà contingat, conſiliarios, huiuſque tranſactionis mutuæ pararios, eorundẽque agnatos, ac neceſſarios, infeſtari, tantùm non opera dabitur, ut à *Cæſare* in protectionem admittantur, ſed ipſimet *Principes*, eorumq; hæredes, quò periculi, damnique, immunes eſſe queant, providebunt.

Tandem, quod ſupereſt, quò amica iſthæc trãſactio tantò citiùs ad effectum ſpectare, & vires ſuas, efficaciamque, acquirere, ſufficiat, certum, decretumque, eſt, compoſitionem præſentem ratam eſſe haud quidem poſſe, antequàm ex parte *Guilielmi Landgravii*, à *Mauritio Landgravio*, & *Iuliana Landgravia*, parentibus, pro ſe, ſuiſque filiis, *Heßiæ Principibus*, tùm, ſuperpondii loco, pariter ab *Hermanno Landgravio, Guilielmi* fratre, natu maiori, antè trium ſeptimanarum exodium, incluſivè, tàm manu propriâ, quàm ſigillis, pleniſſimè confirmata, atque ſic *Georgio Landgravio* contradita, fuiſſet. Ex adverſo, ſi neque *Cæſaris*, intrà tres menſes incluſivè, indultum, ac corroboratio, neque *Mauritii Landgravii*, neque *Iulianæ* coniugis, nedùm *Hermanni Landgravii*, conſenſus, ac rata dicta, ſupervenerint, adeòque hæc univerſa actio, ac tranſactio, pondere, & nervo ſuo, deſtituatur, tùm quidem, atque eo eventu, omnia, ac ſingula, hactenùs pro, & contrà, ventilata, diſcuſſa, atque tranſacta, vitrea fracta, & ſomniorum interpretamenta, eſſent, hoc eſt, abſque ullo ſive pondere, ſive valore, ut nulli partium, quà ius quæſitum, quicquam præſcribere, ac derogare, ſuſtineant.

Quorum omnium in fidem, has amicas
ctionis tabulas *Guilielmus*, & *Georgius*, *Lan*
tàm ſubſcriptionibus, quàm ſigillis, propri
muniverunt. Cui cùm diutino non minù
oppidò moleſto, compoſitionis negotio, *P*
Heßiæ Landgravius, agnatus, ac patruus, pare
co reſpectivè venerandus, indefeſſam, ta
pararius, atque arbiter, operam impendiſſe
utique corrogatus, & requiſitus, præſen
tranſactionis codicillos & ſubſcriptione, &
ſuopte, cohoneſtavit. Actum *Darmſtadii, V*
lend. Octobr. Anno M.DC.XXVII.

Atque illa cum eò uſque conſummata fo
cificatio, abſque mora, per utrumq; *Landgra*
Cæſare confirmatio peti cœpit; Ut etiam *Im*
lectores interpellari ſimulátque contigerit, da
illi operam, *Cæſaris que* hanc in rem indulge
ac conſenſum, quantò ociùs compararent.

Externa.

De colliſionibus in
Galliæ, & Angli
Reges.

I.

Baſſampierius, Gallicanus Legatus, apud L
num, navium interceptarum, & Regin
niſtrorum eiectorum, reſtitutionem urg

De tranſactione duorum *Germa*
Imperii, Principum, Heßiæ Landgra
& quidem conſanguineorum,
antè vidimus. Iam, ſuper duoru
gum, itidem affinium, colliſionib
divortiis, hoc tanquam ſub appendice, di
mus. Suprà, huius ſub hiſtoriæ curriculo, (
memini) obiter innotuit, inter *Galliæ*, *Angl*
Reges, recentis affinitatis glutine velut ferru
tos, emerſiſſe rictus, ac diuidias. Ut, invaleſce
multate, apud *Angliam* tàm naves *Gallicanæ* a
detinerentur, quàm ex aulico *Reginæ* comitat
niſtri, itidem *Gallicani*, eiicerentur. Super ut
hac querela, apud *Angliæ Regem*, egit *Baſſamp*
Regis Chriſtianißimi Legatus. Qui cùm in *In*
Britannicam perveniſſet, conſiliarios regios
triſtiores, quibus cum agendũ erat, offendit.
ſa vultus mutati allegabatur contemptus *Reg*
Narrabant enim *Montaguinum Baronem, Angliæ*
eadem pro cauſſa legatum, in *Gallias* nuper e
ſum, indignè habitum, neque ad alloquium ad
ſum, fuiſſe. Interim, *Baſſampierius* haud intern
quin regiis, vigore mandati, loco propoſitioni
ve receſſus, ſequentes intimaret codicillos. It
tem habebant illi: Sub tabulis matrimoniali
ex parte *Iacobi primi*, *Magnæ Britanniæ*, laudat
cordat. & *Chriſtianißimi Galliarum*, & *Nav*
Regum, inter *Carolum*, *Valliæ Principem*, & *Hen*
tam Mariam, *Chriſtianißimi Regis* ſororem,
citis, diſertiſſimis cautum eſſe verbis, præ

Re

xercendi *Catholico-Apoſtolico Romanam Reli*-
nà cum aulicis ſuis, facultatem patere am-
m. Eodem nomine indultum fuiſſe, *Epiſco*-
tumq; *presbyterorum* numerum pro ſacrorũ
ſtratione, aleret. Pariſſimè conveniſſe, o-
egina familiares, & domeſtici, tàm eſſent fi-
olici, quàm gente *Gallicani*, quos *Rex Chri*-
legiſſet ipſemet. Ut, ſi quis eo è numero
s cedat, vel in patriam revocetur, eius in lo-
us & *Catholicus*, & *Gallicanus*, ſubſtitueretur,
l, aliosque, ad rem præſentem non pertinen-
culos, pridie *Id. Decembr. Anno M.DC.XXIV.*
los, & ſequēti *Anno*, poſtridie *Non. Maias*, co-
nuptialibus inſertos, à *Rege* verò *Britanniæ*
non approbatos, ſed, interveniente iure-
o, confirmatos, fuiſſe. Accedit, *Iacobum Regē*,
ellis peculiaribus, pridie *Id. Decemb. M. DC.*
idem dediſſe, futurum, ut omnes *Angliæ* ſub-
tholici deinceps maiori uterentur libertate,
q; haberentur, quàm antè ſub *Hiſpanici* ma-
ii tractatibus conventum foret. Atq; iſthos
quà familias, neq; quà bona, ac fortunas, re-
s cauſſâ, fatigandos eſſe, modò fidelium ſub-
in munere fungerentur. Has tabulas eadem
alliæ Principe confirmari, & poſtmodùm, ubi
ad eum devoluta foret ſucceſſio, apud *Londi-*
V. Cal. Sextil. M. DC. XXV. denuò corroborari
e. Conſũmatis ita inter *Carolũ, magnæ Britã-*
iem, & *Henriettam Mariam, Galliæ Principem*, te-
pactis, religioniſque articulo illo mediante
ento, ſub ſancti *Evangelii* attactu, confirma-
Chriſtianiſs. Rex dubitare debuit, pacta illa eſ-
anda? Annon intimè perturbari potuit, ubi
Britanniæ Regem Reginæ, coniugis ſuæ, mini-
icere, didicit?

ndè, iſte cùm proceſſus ſpei à *Rege Chriſtia-*
ſuper felicitate ſororis ſuæ, conceptæ, parũ
ndeat, neq; etiamnunc ſuſpicari auſit, *Carolũ*
affinem ſuum, cuius utiq; virtuti, & pietati,
nùm detuliſſet, atq; etiamnunc deferret, eo
lo oneraturum, ut, tanquam verbis, ſanctiſ-
actis, haud ſtetiſſet, accuſari poſſit, eò minùs
e, cur hæc nova inter *Reges* finitimos coale-
nuper affinitas, ad utriuſq; *Regis* animum ſo-
ferruminandum ſic tùm inita, hac præſertim
tuosâ tempeſtate, quâ quidem arctiſſima tàm
orum, quàm auxiliorum, requireretur con-
io, diſſolvi, ac violari, debeat. Hanc ob rem
m eſſe, *Rex Chriſtianiſſ.* ut *Baſſampierium Mare-*
m ad affinem ſuum, *magnæ Britanniæ Regem* di-
it, eo fine, ut, quæcunque adversùs ſacros il-
ntractus eveniſſent, ex lege revocarētur. Eò
em *Regem* duplici de cauſſa impelli, tàm ut ger-
e ſuæ, *Angliæ reginæ*, conſcientiam è vinculis li-
t, quàm ut honoris proprii rationem ineat.
cautem facilè in diſcrimē vocari poſſe, ſicubi
uæ *Regi* bonâ fide forent antè promiſſa, obſer-
ntur minùs. Eiuſdem ferè eſſe argumenti, ut
Chriſtianiſſ. à *magnæ Britanniæ Rege* contendat,
pè pari paſſu etiam illis ſtipulationibus ſatis-
t, ſubditorumq;, *Catholicæ* religioni addicto-
, civilior, mitiorque, atque hactenùs uſu veniſ-
aberetur ratio.

d hæc duo propoſitionis capita *Baſſampierius*
eſchallus humilimè, à *Magna Britanniæ Rege*, con-
iens, & pactis, promiſſiſque, antè conſummatis,
æquale, petit reſponſum, quod *Regi Chriſtianiſſ.*
domino ſuo, referre poſſit.

II.

Regiorum conſiliariorum, Baſſampierio data, declaratio.

Ad illam *Baſſampierii* orationem, ſequentibus, ab *Angliæ Regis* conſiliariis, exceptum tùm fuit. Nempè, quod primum attineret articulum, in cõfeſſo eſſe legati propoſitionem. Nam ſub tabulis nuptialibus, inter *Valliæ Principem*, & *Henriettam Mariam, Regis Chriſtianiſs.* germanam, tranſactis, reginæ, unà cum omnibus eius aulicis, *Catholicæ religionis* exercitium diſertiſſimis verbis conceſſum fuiſſe. Quo nomine, ad ſacrorum peractionem, *Epiſcopum*, certumque *presbyterorum* numerum, paritérque miniſtros tàm *Catholicos*, quàm *Gallicanos*, omnes, à *Rege Chriſtianiſs.* ipſomet delectos, aleret. Horum ſi quis aut morte decederet, aut in *Gallias* revocaretur, in locum deinceps vacantem alii natione *Galli*, aut etiam *Angli*, ſed iidem *Catholici*, pmiſſu *Magnæ Britanniæ Regis*, admitterentur. Huic, aiebant, articulo *Magnæ Britanniæ Regem* ad amuſſim ſatisfeciſſe, uſque dùm *Gallicani* illi ex *Anglia* in *Galliam* redire iuſſi eſſent. Neque tùm huic articulo vim factam. *Gallos* enim illos, ob commiſſa, & crimina, ſua, eiici contigiſſe. Veteratores enim & per regnum, & aulam regiam, litium ſemina diſperſiſſe. Undè *Regis* dignitas lædi cœpiſſet. Atq; hæc pluribus ab exemplis doceri poſſe. Quam rem expoſituros ſeſe eſſe, adiecerunt, ſi vellet audire. *Epiſcopũ*, aiunt, *Manteum*, unà cum *Presbyteris* ſociis, ſubditos in *Regem* obliquaſſe, dùm *proteſtantibus* dictis metũ, & diffidentiam, *Catholico-Romanis* verò audaciam, inieciſſent, paritérque *curiales*, aliàs malè affectos, contrà *Regem*, regnique quietem, & ſalutem, inflãmaſſent. Atque hanc iſtorum temeritatem, tanquã fomentis ſuperadditis, *Blainvillium* legatum maſculè provexiſſe.

Gallicanorum nonnullos per regni provincias domiciliis conductis hoc egiſſe, ut, ſub eorum nomine, & protectione, conventicula, miſſæq; ſacrificia, peragerentur. Et iam mulierculas iuvenculas, liberoſq;, inibi educari cœpiſſe, quales deinceps ad ſeminaria *Hiſpanica*, extrà regiam, deportarentur.

Iſtos per inſidias arcana inter *Regem*, *Reginamq;*, expiſcatos, legem præſcripſiſſe *Reginæ*, quâ nequicquam *Regi* petenti aſſentiretur, niſi conſultis antè ſacerdotibus.

Eoſdem *Reginæ*, aliàs optimum, animum à *Rege* abalienaſſe, ut *Regi* in quibuſcunque reniteretur. Atque hæc colliſionis initia ſtudio procurata, quò indè *Eccleſiæ Catholicæ* compendia quærerentur.

Eoſdem gentem, mores, uſuſque *Anglicanos*, *Reginæ* ſic quidem reddidiſſe exoſos, ut ne quidem linguæ *Angliæ* operam dare vellet. Tanquam illi ſimus, nos *Angli*, qui reginam nullo non obſequii, & honoris, genere proſequamur, ut nobiſcum commercii habere velit penitùs nihil.

Eoſdem peregrinos, nedùm antè cognitos, invexiſſe ritus, regulaſque, quæ neque *Catholicis* aliis probarentur, præſcripſiſſe.

Eoſdem regulæ monaſticę, ſatis eduræ, vincula reginæ inieciſſe, cuius aſperitas tantùm nõ faſtigio illius, nedùm valetudini, conveniret. Factum enim eſſe, ut honeſta quædam perſona, ex eiuſdem re-

ginæ

ginæ miniſterio, iiſdem regulæ vinculis conſtricta, mortem oppetierit, inque ipſa fatali hora, ſe ea ex aſperitate ſpiritum proiicere, confeſſa ſit.

Denique, eoſdem poteſtate, atque autoritate, ſua, qua quidem tenerrimum, devotiſſimumq;, reginæ pectus vadatum tenebant, eò uſq; abuſos eſſe, ut illam per anfractus, & circuitus, hortumque interiacentem, (cuius claves in manu *Tillierii Comitis*, reginæ cubicularii, erant) eum uſque turpẽ ad locum, in quo de facinoroſiſſimis quibuſcunq; ſumptum fuiſſet ſupplicium, deduxerint.

Atque hoc iſtud eſſe, quod modò non ipſi reginæ, ſed laudatæ recordationis ſuperioribus *Angliæ Regibus*, foret ignominioſum. Tanquam eius notæ eſſent *Angliæ Reges*, ut, tyrannorum more, inſontium in ſanguinem furerent, ut etiam in martyres, prout illi vocant, ſæviiſſe deprehenderentur. Per fidem! in propatulo eſt, & oculis omnium, id genus facinoroſos non ob *Religionis Catholicæ* confeſſionem, ſed ob læſæ maieſtatis, & primo quidem ſub gradu, crimen, in necem actos eſſe. Hoc hoc eſſe, quod *Regis* animum, cæteris illis erroribus diu conniventem, pupugerit, ut iſtius farinæ homines, qui quidem maiores ſuos ſummis affeciſſent contumeliis, neque ſub regno ſuo, nedùm ſub regiæ dilectiſſimæ coniugis aula, ulteriùs tolerare potuerit. Ipſum *Romanum Pontificem*, ſub colore pœnitẽtiæ, & obſequii, *Romanæ* ſedi debitæ, nunquam eiuſmodi aliquid tentare auſum fuiſſe.

Quæ tametſi hoc pacto, magna cum temeritate, atque inſolentia, à *Gallicanis* per *Angliam* patrarentur, nihilominùs *Rex*, ad conteſtandam *Chriſtianiſs. Regi*, fratri ſuo, benevolentiam, atque amicitiam, nihil reliqui fecit. Quo nomine, ſuper criminibus illis primùm conqueri, ac delinquentes ad culpæ emendationem dehortari, cœpit. Verùm, ubi dehortationes locum inveniſſent nullũ, *Regem* in mandatis dediſſe *Bückinquamo Duci*, per *Batavos* in *Gallias* iret, remque omnem, quo quidem illic eſſet loco, referret. Neque hoc ſic factum ſine cauſſa. Quòd enim *Bückinquamus* ille foret, qui in nuptiarum ematurationem omni ſedulitate incubuiſſet, meritò iudicavit *Rex* hunc fore huic negotio aptiſſimum, ut qui pari operâ quibuſcunque regios inter coniuges obviis obliquationibus mederi cuperet. Interim *Ducem*, intellecto *Regis Chriſtianiſſimi* faſtidio, mutâſſe propoſitum. Eius verò vice *Clerchium Baronem* ad reginam matrem dimiſſum fuiſſe. Quanquam autem neque tùm pœnitentiæ ſpem delinquentes exhibuiſſent, tot admonitionibus in vanum exeuntibus, *Regem* adhucdùm quoque nihil minùs feciſſe, in eos quàm animadverteret, *Regisque Chriſtianiſs.* affinis amantiſſimi, indignationem provocaret. Tandem *Gallicanis* iſtis miſſionem datam eſſe, abſque eo, ut cauſſa ſontica, quam ob dimittebantur, allegaretur. Quo nomine, quicquid petierant, promptè obtinuerunt, ut & pecuniis, & honorariis, antè abitum, afficerentur, aque *Rege* ipſomet inviſerentur. Et ſic regiis ſumptibus, terrâ, marique, in illos erogatis, profecti ſunt. Abindè *Charletonium Baronem* ad *Regem Chriſtianiſs.* dimiſſum fuiſſe, hic rẽ ut omnẽ, ſimulátque cauſſas, intimaret, quas ob *Rex Angliæ* tàm pernicioſos, periculoſoſque, machinatores amoliri voluiſſet. Et hæc hactenùs, ſuper contractu nuptiali.

De altero verò articulo ità eſſe, adiecerũ
ut ab ipſo nuptiali dicto contractu ſeparat
viſque tabulis inſertus, fuerit. Eiuſque ha
naturam, ut, tametſi hoc corollarium infri
tingeret, nihilominùs pacta nuptialia rata
rentur. Eo enim tẽpore religionem haudq
ſed negotium politicum, in tractationem
Immò verò, legatos *Anglicanos*, dicis cauſſâ,
ac captandæ benevolentiæ igitur, de religi
miſiſſe, tantùm, ut *Catholicorum* per *Gallias*,
ciſque, animos, hac ratione emollirent. His a
re, libertatem quidem per *Angliam Romano-
licis* indultam eſſe, ſed ſub clauſula, modò c
ſionibus id genus non abuterentur, ſed de
ſubditis in univerſum omnibus obedienti
præſtarent.

Denique, etiam in eo *Regis* perſpectam e
litatem, dùm neque novas in *Catholicos* leges
care, neq; priſtino in eoſdem pro rigore a
vertere, cœpiſſet. Ab illo enim tempore, q
dem *Rex* habenas regni inflexiſſet, ne ullam
ſive ſocietatis *IESV* dictæ, ſive alteriùs ordi
nachi, ſive ullius hominis *Catholici*, ſanguinis
lam profundi accidiſſe. Tantum igitur inte
intercedere, ut *Rex Angliæ*, tanquam huic
ctus articulo vim intuliſſet, accuſandus ven
ipſe potiùs ſuper fide everſa conqueri debea
cur, amabò, ſuper hoc quidem articulo tan
diſceptabitur, cùm non principalis is, ſed a
tius, ſit, & qui, ſicut aiunt, dicis cauſſâ, tùm i
Ex eò enim *Manteus Epiſcopus*, tanquam è fu
quodam, ingentium litium cathenam duxit,
tùm non perſecutionis rigorem indè cauſſat
Regem cum *Regina*, *Angliamque* cum *Gallia*, co
tere cœperit.

Quem in modum ergò *Regi* rationes ſu
tantur valdè urgentes, ut meliorem hoc ſu
culo à *Gallis* fidem requirat, pariter de iure c
quitus eſt, illam conditionem, qualis quidem
affinitatis, fœderiſque, baſis, ac fundamentu
titit, minimè adimpleri uſuveniſſe. Etenim,
pore, cùm de nuptiis ageretur, ſimulátq; de
re, & offenſivè, & defenſivè, ineundo, actitat
ſe. Quo ſic duo regna finitima ſolidiùs unire
Quanquam verò tùm quoque prætendi cœ
matrimonii ſacrum meritò eſſe liberrimum,
ullo, prout videri velit, iugo onerandum, n
minùs promiſſiones interveniſſe, quàm pri
ſuper nuptiis foret tranſactum, protinùs in
nùs fœderis conſummationem deſcendendu
nire.

Conſummatis pactis illis nuptialibus, de fo
queſtionem denuò emerſiſſe. Ibi difficultates
dam tralatitias per cauſſam inductas, nihilo
à *Rege Chriſtianiſſimo*, in *Reginæ*, *Principum* ſang
regniq; conſiliariorum præcipuorum, præſe
repromiſſum fuiſſe, illas eſſe adimplendas. Eo
momento factum decretum hoc voluiſſe, ne
ut exercitus pedeſtris militiæ, ſub *Mansfeldii* C
tis directione, per *Angliam* conſcriptus, per C
in Gallias liberè tranſmitteretur, ſtativis utere
ac pro re nata eodem, miniſterio navium, regr
retur. Huic *Rex Chriſtianiſſimus* tot adiiceret le
nes equeſtres, quantas ad penetrationem in
tiam uſque, & *Archipalatinatus* recuperationem
dicaret eſſe ſufficientes, eaſque neceſſarias.

ſt omnia, *Carlilio*, & *Hollandio*, *Comitibus*, lega-
in *canis*, initiò, ac paulò poſt *Angliæ Regi* ipſi-
, r *Lavillium Baronem*, & *Effiatum Marchionem*,
ti *Regis Chriſtianiſſimi* extraordinarium, pro-
ti æpiſſe. Neque hoc loco frigidam, præpa-
n ue, excuſationem illam locum habere,
q m, animi cauſſâ, hæc tùm emanâſſent. Né-
n r Regem utrumque fidem, ac verba regia,
r niſſe, quibus amborum regnorum inco-
i, ac ſalus, tanquam nodo, aſtringerentur.
n, dùm res fide caruiſſet, iſtud indè incom-
d n uſuveniſſe, *Rex Angliæ* aliquot milliones
ut inſumeret, ſimulátque in ſubditis ſuis
e bonæ monetæ militum millia perderet.
illam extitiſſe cauſſam, ut *Germaniæ Principes*,
tatione ſua fruſtratos, metus percelleret,
æ infortuniis latè patentibus, aperirentur.
cauſſam defuiſſe *Gallis* idoneam, quâ hanc
pturam excuſarent. Nempè illos allegare
m haud potuiſſe alium, extrà hunc, eo pa-
lliam haud vano laboraſſe diſcrimine, dùm
panos ex *Arteſia* attraxiſſent, vel *Anglicanos*,
uſos, fugatoſque, ferre debuiſſent.
tereà, tametſi *Anno M. DC. X.* quoad com-
, ſtatutum fundamentale apud *Curiam Gal-*
emerſiſſet, licitum quidem eſſe, repreſſa-
vocant, indulgere, hac tamen ſub exce-
, locum in bona illa non haberent, quæcun-
t portus tàm per *Galliam*, quàm *Angliam*, at-
nt, aut iam tùm exonerari cœpiſſent. Huic
etro contraria eveniſſe, ut bona *Anglicano-*
nodò non in portus, ac ciuitates *Gallicanas*,
ſa, ſed etiam in nundinas, unicuique liber-
permittentes, venientia, de facto infeſtari
erit. Cùm verò *Gallis* color deeſſet, quo fa-
hoc inſolens pingerent, ecce! obſoletas, &
, contrà mercatores *Anglicanos* in genere è
ris eruiſſe lites, quibus cauſſam fingerent,
aſque hominum transmarinorum invade-
, immò commerciorum curſum intercipe-
Quanquam autem, poſt longas ſolicita-
s, tandem legatis *Anglicanis*, præeunte ore
aniſſimi Regis, fides data eſſet, merces illas ar-
liberandas eſſe, nihiloſeciùs illud ipſum ad-
um caruiſſe effecto. Ut hic procedendi mo-
ræfati *Regis* honori, fideique, multùm dero-
Tùm verò mercatores compellat, *Magnæ*
nniæ Regis implorato auxilio ut petant ſibi da-
ntiam, quâ par pari referre, & à *Gallicanis* vin-
m ſumere queant.
orrò, *Regem Chriſtianiſſ.* illos tranſactionis ar-
os, in *Regis* gratiam, interveniente *Magnæ Bri-*
æ Rege, cum *Reformatis*, præſertim *Roſſilienſibus*,
os, ab iiſdemque admiſſos, confirmare nolu-
Quæ res non tàm iis, quorum interfuit, no-
e, immò verò *Magnæ Britanniæ Regi*, utique pa-
, derogâſſe, viſa eſt.
tis accedere, *Galliarum Regem* cenſum, ſiue
dium in nummis, *Daniæ Regi*, & *Mansfeldio Co-*
promiſſum, tametſi toties querelis defatiga-
r, non omne dependiſſe. Undè magnum res
lica accepit detrimentum, quod aliàs præcave-
tuiſſet.
liſce, (ut alia id genus facta de induſtria præ-
nittantur) promiſſiones, & tranſactiones, u-
trinque bonâ fide, abſque ulla exceptione, pactas, violari contigiſſe. Ut non immeritò *Magnæ Britanniæ Rex* diffidere incipiat, an fortè *Galli* res novas agant, & aliquid monſtri alant. Interim, illam eſſe nihilò ſegniùs *Magnæ Britanniæ Regis*, ergà amantiſſimum fratrem ſuum, *Galliæ Regem*, animi confidentiam, ut ab illo, tanquam *Rege* iuſto, ac ſapiente, exſpectet, fore, ut deinceps illa, quæ utrinque promiſſa ſunt, rectiùs adimpleantur. Ità quidem fauorem, ac iuſtitiam, cauſſæ poſtulare, ità ſtatum pro tempore orbis *Chriſtiani*, propriumque *Galliæ* regni commodum perorare, ut, ſequeſtratis ſuſpicionibus omnibus, maiori ſeveritate, ac conſtantia, res agatur. Profectò ità quidem ſtatuendum eſſet, quàm diu ambo, *Galliæ*, & *Angliæ*, *Reges*, animos, vireſque, atque operas, coniunxerint, eò uſque invictos fore. Ut nec hoſtis, quodcunque lucrum, & augmentum, hactenùs conſecutus videri poſſit, *Monarchici* ſtatus, diu quæſiti, conſecutionem ſperare poſſit. Si verò hunc utrumque *Regem* à fœdere, ac pactis, reſilire, rictumque facere, accidat, tùm mox ſic ferè conclamatum videri poteſt, ut neuter ex illis ſeſe ſufficienter tueri deinceps evaleat. Atque hæc hactenùs.

Pro coronide, *Baſſampierii Mareſchalli* adventum *Magnæ Britanniæ Regi* accidiſſe pergratum, *Regemque* ſic in eius miſſionem animis propendere, ut duobus illis propoſitis, ſuper *Reginæ* conſcientia, & ſubditorum *Catholicorum* per *Angliam* à querelis relevatione, ſatisfacere velit. De primo articulo ità eſſe, ut *Galliarum Regi* conteſtatiſſimum fieri debeat, pacta nuptialia ſibi ſarta tecta, immò ſacerrima, eſſe. Quo de aliquando *Regina* ipſa teſtimonium diceret, viva epiſtola. De altero autem ſic ſentire *Magnæ Britanniæ Regem*, ut, in gratiam dilectiſſimæ coniugis, *Catholico-Romanis*, ſubditis ſuis, omnem conteſtari benevolentiam ſit affectus, quantum & leges regni, eiuſdemque ſecuritatis ratio, admittere poſſe videbuntur.

III.

Baſſampierii, pro defenſione Gallicanorum, Apologeticus.

ILlud *Angliæ Regis* reſponſum *Baſſampierio* legato, ſcripto-tenùs pariter comprehenſum, ceſſit. Quod cùm deinceps, tanquam communis in *Gallos* detorta querela, typis evulgaretur, paſſimque *Chriſtiani* orbis *Magnatum* aulas perambulare cœpiſſet, non diu poſt, ſub *Baſſampierii* nomine, *apologeticus*, ſiue ab illo, ſiue ab alio, conſcriptus, *Angliſque* oppoſitus, prodiit. Quem, (quoniam non videtur eſſe publici ſaporis, atque è vulgo) in gratiam *Gallorum*, hoc loco, tametſi paulò prolixiorem, interiungere fert animus. Eiuſmodi verò ille eſt: Ad numeroſam veſtram, ô *Britanni*, orationem illam, mecum communicatam, plus ſpatii, ac temporis, non requiro, quàm à veſtra patientia impræſentiarum impetrari poſſe puto. Non, quòd mihi *Suffenus* ſim, aut intemperantiùs tribuam, tanquam ego quidem tàm egregio, & à tot præclaris viris, præcipuiſque dynaſtis, elaborato, ac recocto, ſermoni, extemporali aliqua declamatione

par

par facere poſſim, ſed ut appareat, me non immane illud trium ſeptimanarum ſpatium, more veſtro, ad reſpondendum petere. Per fidem! mora etiam quantacunque tàm ingrata accidit *Regi*, domino meo, ut meditationibus, actionibuſque, illius, extractione temporis, utique rei pretioſiſſimæ, nihil moleſtius quicquam obveniat. Quo nomine, ut quàm maturrimè re peractâ redirem, mihi in mandatis dedit. Oratorem autem me non iacto. Neque enim hoc meam facit ad profeſſionem. Quò fit, ut dùm gloriolam facundiæ non venor, vos à me eloquii normam, ac pulcritudinem, ſeverâ lege exigere ne poſſitis quidem. E priori mea propoſitione didiciſtis, eo fine à *Chriſtianiſsimo Galliarum Rege*, domino meo, ad *Magnæ Britanniæ Regem*, affinem, me miſſum eſſe, ut cognoſcerem, utrùm præfatus *Magnæ Britanniæ Rex* non obligatum ſe fateretur, ad implendum nuptialem illum, inter ſe, & *Regis Galliarum* ſororem, initum, contractum, unà cum omnibus eiuſdem articulis, ac clauſulis? Et quibus de cauſſis pactis modò dictis contraveniſſet? Et an factum emendare, omniaque in integrum reſtituere, eſſet affectus?

Priori meæ interrogationi ſatisfeciſtis. Dùm liberè, & rotundis verborum globulis, tantùm non contractum, ſed & promiſſiones, ſed & articulos omnes, quibus de inter utrumque *Regem* tranſactum eſt, inter confeſſa habetis. Rectè quidem hoc. Sed illud neque probare, neque concoquere, quitus ſum, quòd tàm malè ſervâſtis illa omnia. Neque enim mirari ſatis poſſum, vos ea, quibus *Rex* veſter fidem aſtrinxit, confiteri, interim iſta, quæ hiſce è diametro adverſantur, non improbare. Eiuſmodi autem ſunt: Nempè *Rex* veſter, inquam, miniſtros *Gallicanos*, *Reginæ* datos, ac deſtinatos, eiecit, horum verò in locum *Anglos*, & quidem *proteſtantes*, intruſit. Iam deerat color. Quæſitus, & inventus, eſt. Itaque tanquam veteratores, impoſtores, litiumque ſeminatores, accuſari debuerunt.

Rex, ô *Angli*, dominus meus, non hoc mihi impoſuit, ut ſororis ſuæ, *Angliæ Reginæ*, familiares, nuper dimiſſos, excuſarem. Neque illi hoc à me, ut facerem, petierunt. Neque ipſe mihi hanc legem dixi. Interim *Rex*, dominus meus, illis favet. Hactenùs enim ſibi ſunt benè conſcii. Hactenùs virtus, & innocentia, illorum omnibus eſt cognitiſſima. Nihilo-ſegniùs, quia oratio veſtra, modò recitata, magis libello, ut vocant, famoſo, quàm, ad præeuntem propoſitionem meam, reſponſo, eſt ſimilior, hoc fit, ut nationis honorem, ac famam, vindicare tenear. Illi enim & vitam, & fortunam, debeo. Apud illam etiã officiis regiis illuſtris ſum. Ut pro amicis, atque agnatis, meis, qui nuper modò ab *Angliæ Reginæ* officiis fuerunt, tùm pro pientiſſimis illis ſacerdotibus, qui precibus ſuis *Deum* pro nobis interpellare conſueverunt, cauſſam dicere paratus ſim.

Invenio autem, multa vos quidem dicere, ſed pauca probare. Invenio, inquam, vos multos accuſare, tres ſaltèm nominare. Iam equidem illis, qui laudare ſolent, abſque ſcrupulo, ilicet credere conſuevi. Contrà, illos, qui malè dicunt, conſiderare ſoleo. Neque quicquam vituperatoribus, tametſi toties iurantibus, tribuo, niſi probent id, quod cri-

minantur. Articuli iſti criminatorii omne
nere oberrant, neque per actores confirn
nedùm à reis admittuntur. Scitis, facilius eſ
ſare, quàm convincere. Actio, abſque prob
à iudicii limine repellitur. Poſcitur enim
deponas, quis, quando, quomodo, ubi, p
Niſi hæ partes, cũ fundamento, demonſtr
ant, actio laborat, actor cadit, & reiicitur, r
ſolvitur. Ut de eo inprimis diſpiciendum ſit
actio in eos, qui accuſantur, locum haber
Et utrũ convincere liceat. *Matronæ, & virgin*
in *Gallias* remiſſæ ſunt, non inſimulantur f
tionis. *Sacerdotes* non accuſantur libidinum
ſtri non culpantur, tanquam, fide exule, qui
intervertiſſent. Quid ergò eſt: Quid tande
querunt? Scilicet hoc illis obiicitur, mach
nibus ſtuduiſſe, litium ſemina diſperſiſſe, i
gnum pacem, ac quietem, turbâſſe, *Regem*,
nam, colliſiſſe, adeóque ſacerrimum illud
monii vinculum reſcindere tentâſſe. Scili
iſtorum eſt præclara argumentatio. Sed, ve
propiùs. Dicite autem, viri optimi! quo pact
bus modis, mediiſque, centum homines G
viri, & matronæ, clerici, & ſeculares, intrà r
vel motus, vel ſeditiones, rebellioneſque ex
Cui bono hæc fuiſſet actio? Pro quo ſuſcept

Quibus mediis in ſcenam deducta? Cert
hoc animo meo perſuadere potero, ut ad
vos hoc ſentire, tanquam *Rex*, dominus me
ſticontubernium, ut vocant, feciſſet, ſoci
illam eò inſtigâſſet, inſidias præcepiſſet. Si h
mnia vobis fingitis, dubio procul morbo lab
Credite, *Rex* nimis ingenuæ, integerrimæqu
tis eſt, quàm ut nuptias ſororis faxit, quò p
nitatem fallat, fœdus feriat, quò decipiat. S
id in regnum veſtrum non immiſit, ut ſub t
tibus eſſent, non commiſit germanam *Regi*,
illam inſidias ſtrueret, regnum eriperet, ſu
captaret. Quis tàm fœdæ rei ulla vel indici
ſenſit?

Quis vel hoc præſumere, aut fingere, p
Nulla adhuc à *Rege* provincia deſcivit. Nullus
Angliam motus animadverti cœpit. Sed audi
hoc regerentes. Apud aulam, inquitis, inter p
giorum coniugum, diſcordiæ, multorumqu
lorum, ſemina diſperſerunt. Ad id reſpondeo.
hoc apud *Regis* aulam, ad quam minùs acceſſe
illis patrare integrum fuit. Non penès *Regina*
fecerunt. Neque enim illud veriſimile eſt. Niſi
arguat, eos *Anglis*, & quidem *proteſtantibus*, obſ
ſe, quò minùs in *Reginæ* familiam aſciſcerentn
Sacerdotibus, qui cum *Regina* fuerunt, hoc tantù
loquar. Nempè hi, tametſi *Anglicanis* eſſent m
mè inviſi, & unguis, quod dicitur, in oculo, nih
minùs illa illorum fuit rara, ac ſingularis, mode
ut nec *Anglorum* offenderint quenquam, ne
hoc ſuper errore unquam accuſari meruerint.
Catholicis verò *Anglicanis* parùm his fuit comm
cii, quòd linguæ, atque idiomatis, eſſent inexp
Cum *proteſtantibus* denique nulla his interceſſit
amicitia, ſive converſatio, quòd hoc regulis, ac
ſuetudini, repugnaret. Quo pacto igitur metu i
percellent, cùm rerum ſuarum, nempè ſacroru
ſatagant unicè?

Secundùm hæc, accuſantur *Reginæ* domeſti
qu

n agro *Anglicano* domicilia conducant, quòd
nticulis ſtudeant, quòd *miſſæ* ſacrificia cele-
Tanquam illorum reſpectus, & protectio,
nis potuiſſet dare immunitatem, cùm ne
n autoritas legati extraordinarii eam apud
iem tanta fuerit, ut ſacerdotes quoſdam, qui
io eius, contrà omnium gentium iura, vi in-
xtracti, atque in vincula rapti, ſunt, defen-
otuerit.
n reſpondebo ad ſingula, quæ noſtris obiici-
Ne *Reginæ* animum à *Rege*, quem meritò &
& colit, ſubducam. Sed quis credat, eos ho-
, & quidem ſacerdotes, quos ingeniis, & a-
lere, vulgus clamat, tàm pertuſi fuiſſe cere-
regno periculum, interitumque, quæſive-
An non, pro prudentia ſua, tantillum vel
communis, vel iudicii, habuiſſe putandum
ut non viderent, ſuper *Regis*, ac *Reginæ*, con-
, felicitatem, ex adverſo, ſuper eiuſdem re-
is collisione, fundari infortunium ſuum.
erim, ad iſtud, quod vos inſtar arietis, ac
uæ alicuius machinæ, obiectis, tàm ex man-
gis, domini mei, quàm *Reginæ*, *Regis* germa-
noris vindicandi igitur, *Harpocratem* agere,
debeo, neque poſſum. Video enim, non
n iam antè ſucclamatum eſſe, quàm vos in
rere ſententia, ideóque familiares *Reginæ*
i cœpiſſe, quòd rem fœdam, *Regibus*, regno-
bominandam, perpetrâſſent.
d autem eſt. Quiritatis nempè, *Gallicanos Re-*
per circuitus, anfractus obſcuriſſimos, hor-
, uſque ad furcam, & funeſti ſupplicii locũ,
iſſe, ubi devotioni, ubi precibus, litaret. Et
n tantùm fuiſſe opus ſcandali plenum, ſed
ginæ ignominioſum. Ego verò certus ſum,
vosmet ipſos iſta credere, quæ aliis, tan-
vera, obtrudere, ac perſuadere, laboratis.
m ſeptimanæ ſex effluxerant, ex quo *Regina*
m ſuum celebrârat, abſque eo, ut quiſquam
ro offenſus eſſet. Sed ſi reum aliquem facere
facile eſt accuſationem invenire. Etiam vel
e, vel è ſcirpo, ut aiunt, capaces calumnian-
am, ſi calumniari cupias. Dùm igitur ani-
rat *Reginæ* domeſticos eliminare, hæc illa i-
genda fuerat querela, ut, tanquam legibus
damnati, atque eiecti, videri quiret. Sed res
odò non fundamento deſtituitur, ut etiam
deſit.
ina, ex *Regis* permiſſu, feſtum *Iubilæum*, apud
um, *S. Gemmes* dictum, celebrabat. Quod
m eâ, quâ piè, & devotè, educata eſt, reve-
implevit, ut totum diem, ad veſperam uſ-
acris illis operaretur. Circa veſperam, fra-
iei, & ſolis, æſtibus, animi cauſſâ, in hortum
S. Gemmes, atque exindè in alium, illi conti-
, excucurrit, prout aliâs, *Rege* etiam comi-
, conſueverat. Ut autem voti nuncupandi
, ut proceſſione interveniente, ad quinqua-
circiter paſſus, propiùs ad furcam acceſſerit,
genua prociderit, ut orationis ſymbola, co-
illas, manu verſaverit, ut preces effuderit, il-
idem eius generis ſunt, ut hùc uſque nemo
ere ſit auſus. Sed hoc duntaxat vitio dari cœ-
o loco *Reginam* ſecretò oràſſe. Gaudeo equi-
ità eſſe comparatum cum *Gallis*, ut, dùm ne-
que verba, nedùm opera, illorum culpari meren-
tur in arcanas cogitationes inquiratur, in præcor-
dia, in preces conceptas, inſtituatur examen. Quis
verò hoc unquam perſuaſit, ad conſpectum pati-
buli, zelo homines incaleſcere, ut *Regina* etiam ar-
dentiùs in preces exin deſcendere potuerit? Lu-
bens confiteor, eo è patibulo ſceleratos, & faci-
noroſos, plurimos, longas repræſentâſſe litteras.
Ut autem *Regina*, aut *Galli*, pro iſtis orare velint,
pernego. Eſto autem, factum eſſe. Quid tùm? Ne-
que ſic malè: Tametſi enim facinoroſus aliquis ad
furcam damnatur, non iccircò tamen ad perpe-
tuos inferni carceres mittitur. Ut nemini interdi-
ctum obſtet, quò minùs pro illo orare poſſit.

Vos dicitis, ſuperioribus *Angliæ Regibus* hoc pa-
cto fieri iniuriam, tanquam iſtos, in loco ſuppli-
cii enectos, iniuſtè damnâſſent. Ego verò iuſtitiæ
ſtudium illorum prædico *Regum*, & *DEI* imploro
miſericordiam, ut id genus damnatorum tempo-
ralibus pœnis ſatisfieri ſibi patiatur. Utque noſtris
(ſiquidem id efficere valeant) deprecationibus a-
nimæ, in quas neque *Reges* ſententiam ferre, poſ-
ſunt, neque gratiæ locum habent, apud *DEUM* ve-
niam impetrent.

Tandem nego conſtantiſſimè, ullas tùm quidẽ
preces, ac vota, pro ſuſpenſorum expiatione, nun-
cupata fuiſſe. Immò verò conceptis verbis conte-
ſtor, & obtinere auſim, tametſi id genus vota fuiſ-
ſent ſuſcepta, ideóque damnanda non eſſe.

Atque hic huiuſce *Apologetici* velut prodromus
eſto! Dixi enim de re principali. Iam ad cætera,
tanquam corollaria, progrediar. Illud *Reginam*
potiſſimùm concernit. Hæc miniſtros in genere,
& tres ſeparatim, tangunt. Invenio enim, multos
eſſe accuſatos, omnes eiectos, pauciſſimos, & qui-
dem tres tantùm, nominatos. E quibus ſunt *Man-
deus Epiſcopus*, *Blauvillius Baro*, & *Comes Tillierius*. Pri-
mum *Rex*, dominus meus, excuſat ipſe. Novit e-
nim, nihil illum, extra *Regis* præſcriptum, placi-
tumque, deſignâſſe. Ut actiones ſuperiores eum
ab omni liberent invidia. Etiam *Angliæ Rege* in i-
pſum innocentiæ teſtimonium conferente. Pau-
cos enim antè dies, priuſquàm *Galli* dimitti cœ-
piſſent, dederat ad *Galliarum Reginam* matrem, ſub
elogio, *Mandeum Epiſcopum*, in cauſſa quadam præ-
cipua, apud curiales, utilem ſibi navâſſe operam.
Gratias igitur *Reginæ matri*, & *ſocrui*, ſe debere pro-
feſſus eſt, quòd eum, & quidem talem, *Epiſcopum*,
qui utilis fuiſſet, ſibi conceſſiſſet. Quid verò aliud
faceret tùm *Epiſcopus*, quàm ut, non niſi præclarè
ſecum agi, gauderet, dùm ſic duos experiretur *Re-
ges*, ſui amantes? Sed in caducum inclinabat hæc
ſpes parietem, neque diuturna præſens erat felici-
tas. Ecce! enim, everſâ fortunâ, *Rex* alter accuſare,
&, quò alter damnaret, puniretque, petere, cœpit.
Ità duplicem, ut videbatur, felicitatem duplex pe-
nè excipere conſuevit infortunium.

Intellexiſtis, opinor, de *Epiſcopo*. Iam ſic habete
de *Blauvillio*. Hic *Regis*, domini mei, legatum ex-
traordinarium, non *Reginæ* domeſticum, egit. Ita-
que nec illius ego partes ſuſceperim. Illud unicum
aſpergam. Nempè tàm mihi, quàm, qui nove-
runt hominem, omnibus, nimis inſolens, ac no-
vum, videri poſſe, ſi quicquam ſit, ſuper quo,
quantumvis accuratè, accuſatus, ille non vel ac-

curatiùs reſpondere, & redarguere, ſufficiat. Ut neque ego, neque alius, quicquam ſuperadiicere habeat opus. Neque eſt, ut de eo ſim ſolicitus, quò minùs vobis ſatisfecerit, cùm bona veſtra cum pace, & venia, digreſſus ſit.

Tertius ſupereſt *Tillierius Comes*, affinis meus. Huic excuſatione, ſive defenſione, mea, opus non eſt. Fatetur enim, quod de eo enunciatis. Nimirùm affirmat, clavem ſe popoſciſſe, quâ *Reginæ* fores panderet, quæ eo loco, animi cauſſâ, exſpatiari conſueviſſet. Si igitur hac re peccavit, ipſe ſibi pœnam imponere, officioque, quod apud *Angliam* geſſit, ſeſe privare, immò verò reditum illud in regnum omninò eiurare, eſt paratus.

Atque non potui non tàm de *Reginæ* domeſticis in genere, quàm de tribus particulatim, quorum fama codicillis veſtris læſa erat, hæc, velut in compendio, afferre. Tametſi igitur initiò ſilentium mihi imperâſſem, non debui tamen illorum partes non ſuſcipere, quòd intelligerem, vos odiis ità inflammatos eſſe, ut nullam calumniis daretis miſſionem, quantumvis iam tùm ità quidem ſævitum foret, ut indignatio veſtra, ſi non extincta, ſaltèm ſatiata, videri poſſet. Si enim maximè vos læſerunt, næ maximè autores ulti eſtis. Si in officii leges peccârunt, profectò dignam in illos pœnam exercuiſtis, quòd ab officiis removiſtis. Si unguis, ut aiunt, vobis fuerunt in oculis, certè ſufficienti, ut opinor, à vobis intervallo reieciſtis. Ut iam ulteriori invidia, ulteriori, inquam, perſecutione, non ſit opus. Semel itaque, quod res eſt, & ingenuè, ut dicere, atque effari, liceat, permittite! Nimirùm, eò tendit bilis, eò libidinatio, veſtra, ut, dùm convicti eſtis, innocentes vos damnâſſe, omnia, etiam cum pulviſculo, inducatis, quò iniquiſſimas has illas iſtas criminationes veſtras coloretis.

Denique, ipſa oratio veſtra nec ſibi, nec vobis, conſtat. Prædicatis enim, quàm ſub diſceſſum *Gallis* benignè feceritis. Hoc vobis ipſis contrariatur. Si enim innocentes erant, cur eos eieciſtis? Sin verò per machinationes, & inſidias, iverant, quid honorariis fuerat opus? Et, quid eſt, quòd *Rex* ipſe diſceſſuros ſalutare, iiſdemque terrâ marique viatica, & ſumptus, impertiri, voluerit? Prout igitur modus diſcedendi illos à reatu abſolvit, ità formula ipſa exculpat. Quodſi enim id genus criminibus, quæ obiicitis, ſeſe polluiſſent, profectò indigni forent, in quos *Sol*, aureus ille mundi oculus, radios obliquâſſet, quos *Veſta*, ſive *Terra*, olim à gentilibus *Deum mater*, & *mater magna*, dicta, gremio ſuo foveret. Ut tantò minùs etiam hominibus ſonticis *Rex* ipſe ridere, *Rex* ipſe valedicere, *Rex* ipſe honoraria, & viatica, dividere, debeat. Sed age, liceat vos uberius interrogare. Dicite, vos rogo, cur *Regi*, domino meo, querelam, unà cum probationibus, non tramiſiſtis? Neque enim ſontes inventi hoc impunè tuliſſent. Dicite, inquam, quid cauſſæ eſt, ut naſcenti malo non ieritis obviàm, ut vitia magis adoleſcere permiſeritis? Quid eſt, quòd primum, ſecundum, tertiumque, prævaricatorem impunè dimiſiſtis? Aut, ſi maximè civiliter agere tùm vobis decretum erat, cur non maturrimè *Regi*, domino meo, aut *Reginæ matri*, res id genus novas ſignificâſtis?

Ità enim morbo, recèns orto, medicina
tuniùs fieri potuiſſet. Sed, præter ordinen
ſtis, ab executione proceſſum deformâſtis,
mationem, ut aiunt, poſt principia, per *Ch*
nium peragi curâſtis. Profectò ità eſt; i
dominus meus, priùs cognoverit, *Reginæ*
aulicos ex *Anglia* eiectos eſſe, quàm ſuper
delictis vel iota intellexiſſet. Sed, non ig
quid hîc coloris afferatis. Obiicitis enim,
Britanniæ Regem, aliquot antè menſes, *Bückin*
Duci in mandatis dediſſe, è *Batavis* in *Gallias*
reret, *Regique*, quid *Galli* apud *Angliam* deliqu
intimaret. Interim, *Regem*, dominum
vetuiſſe, ne veniret. Indè eſſe, *Dux* ut *Clercis*
ronem ad *Reginam matrem* ablegârit, illi, ſuper
rum apud *Angliam* inſolentiis, indicaturum.
hanc occupationem ſic excipio. Nimirùm,
gnæ Britanniæ Regem nimis tenuem, ac proti
provinciam humeris *Bückinquami Ducis*, c
dem tribuere ſolet plurimùm, impoſuiſſe. Pa
paſſu eundem *Bückinquamum*, etiam ſuper
monio regio tractationem recuſantem, aut
tis ſuæ immemorem fuiſſe, dùm accuſatori
tes, & quidem contrà *Reginæ* domeſticos, ſ
mere minùs detrectavit. Eo igitur reſpectu g
debentur *Regi*, domino meo, dùm *Bückin*
maiorem honorem habuit, eidemque hoc it
ſuaſit, utpote cuius expeditioni rectiùs *Baro*
cius ſeſe accingere poſſit. Atque hic demùm,
cius, inquam, *Reginæ matri* hoc duntaxat indi
Reginam Angliæ ſatis frigidè ergà *Regem*, dom
ſuum, affectam videri, cuius rei cauſſa dubio
cul *Gallicanis* miniſtris imputanda foret. Sim
que autem *Regina mater* ad filiam codicillos d
ſet, tùm quidem rem omnem fuiſſe ſalvam
paulò deinceps, antequàm *Galli* eiicerentur e
glia, *Montagnus Baro*, ad *Regem Galliarum*, apud
teſium ſubſiſtentem, profectus; magna no
lætitiæ teſtificatione, quàm optimè, pulcerr
que, *Regi*, & *Reginæ Magnæ Britanniæ*, convenire
tulerit.

At at, omnia illa, tàm, quæ vos obieciſtis,
ego reſpondi, parùm, aut nihil, ad rem fac
quâ de controvertitur. Ego enim à vobis q
utrùm ea omnia, quæ quidem domino, &
meo, & promittere, & iuramento confirm
cœpiſtis, bonâ, & ſincerâ, fide implere velitis
hoc non directè reſpondetis. Sed, vos, ferè
oleas vagantes, allegatis, *Regios* per *Angliam* t
rum, neſcio quorum, autores eſſe. Videam
gitur etiam hoc, licet indirectè interveniens
ſponſum, & more veſtro agamus. Si omnes
quam, deliquerunt, quod quidem domino
Regi, meo, minimè ſit veriſimile, agedum, ſi ea
pter omnes dimſiſtis, neque *Rex* meus repug

Si pauci peccârunt, & nihilominùs pœ
omnes rediit, neque hoc valdè *Rex* meus im
bat. Si verò nullus eorum in culpa eſt, & v
mera animi veſtri intemperantia tolerare *R*
familiares ne quidem potuiſtis; hoc ex illis
quod *Rex* in medio relinquit. Iam, ſive ex æ
tate, ſive è iuſtitiæ rigore, ſive ex animi veſtri
potentia, vos *Gallos* in patriam remiſiſtis, di
ſi viri eſtis, an ob id non promiſſionibus, *Regi*
factis excideritis?

An

non vobis in mentem venit, dùm ſic ex me- idinatione regios miniſtros, *Regis* germanæ removiſtis, *Regi* integrum eſſe, vel eoſdem grum reſtituere, vel alios eorum in locum :tere? Quî *Rex* ferre poſſit, vos ut pro arbi- eſtro homines & peregrinos, & religionis ſæ, illi obtrudatis? An ſic ſoror *Regis*, exclu- tio, excluſa ſacris, quà vitam, quà conſcien- quà ſalutemque, periclitabitur. Illa vis eſt. neque *Regi* veſtro glorioſa, neque *Regi*, do- meo, ferenda. Nolite vobis blandiri, tan- *Rex* meus ingentem illam iniuriam conco- poſſit. Qui tametſi per media amica, ac ini- ctenùs viam quæſivit, quâ inter *Reges* tàm nos, tàm proximè agnatos, conciliatio re- ici ſuſtineat: interim, nolite dubitare, illum eps rationes initurum, quibus vim iſtam a- tur. Tàm ſibi curæ eſt honor, & reſpectus, , tàm cordi eſt ſororis ſalus, ut connivere, ſi velit, non poſſit, tametſi poſſit, non velit. iuſtus eſt, ut nihil niſi ſuum requirat. Tàm eſt, ut ſuum tueri, ut promiſſionibus, ſibi ſa- atisfieri velit, & cogere queat. Quicquid au- ic interiungo, fit verbis meis, non regiis. im mihi, ſi cuiquam alteri, *Regis*, domini animus perſpectiſſimus. Ut optimè norim, iniuria illa, ſuis apud *Angliam* inuſta, pupu- *Regis* humanitatem. Quo nomine non, mi- effunderem, præſcripſit, ſed ut verbis mitiſ- agerem, & *Magnæ Britanniæ Regi*, affini ſuo, inum revocarem, mandavit, conſideraret n, quis ipſe eſſet, quocum litigaret, & quàm conveniret, dùm promiſſiones ſuas, facto veniente contrario, labefactâſſet. Equidem nihil dubitabo, quin hæc omnia ad animum dmittere, & quæ, ſive ex indignatione, ſive ecipitantia, admiſit, emendare velit. Quid *Regi*, præter *fidem*, ac veritatem, curæ eſſet? nim virtutibus *Reges* imperant, rerumque ntur. Ut taceam, minimè gentium con- ns eſſe, ut datam *Regi*, amico, agnato, atque fidem frangere velit. Et hæc de *Reginæ* dome- hactenùs.

n tempus monet, ut ad reliqua orationis ve- iembra tranſeam. Nolim enim vel eſſe pro- , vel patientiâ veſtrâ diutiùs abuti. Poſtea- i igitur de calumniis dixi, quibus *Reginæ* do- ci à nobis gravari cœperunt, iam, vos rogo, , ut de libertate, *Catholicis Anglicanis* à vobis em pari paſſu promiſſa, ſed itidem prævarica- veſtrâ intracta, quædã ſuperaddã. Eo tẽpore, *Rex* meus à *Magnæ Britanniæ Rege*, nuptiarum, orore contrahendarum, cauſſâ, interpella- pit, duabus de cauſſis hoc matrimonium coa- nempè, ut tùm per præſens matrimonii vin- n, duo hæc regna ſolidiùs unirentur, tùm *lici* liberum religionis exercitium, aut eam ad s ſecuritatem, adipiſcerentur, qua præeun- inceps à moleſtiis eſſent immunes. Super negotio iis quidem legibus fuit cautum, cu- odi ab *Angliæ* regno citrà periculum admitti rant.

bi quoque maior cura adhiberi cœpit, quàm ſub tractatibus *Hiſpanicis* uſuveniſſet. Nihilo- ùs hæc quoque placita publicè violari acci- dit. Ut videri queat, nuptias vos eapropter cum *Chriſtianiſſimi Regis* ſorore pepigiſſe, quò intrà *Angliam Catholici*, aliàs afflicti, graviùs affligerentur. Emerſit enim contrà eos declaratio, quâ perſecutio, olim cœpta, renovatur, ſub hac ſaltem exceptione, ut capite plexi non ſint. Nam bona in fiſcum redacta, in homines inquiſitio inſtituta, ipſique in vincula *Catholici* coniecti. Huic tranſgreſſioni ut colorem inducatis, quinque potiſſimùm rationibus labile fundamentum ſuperſtruitis, ac tanquam ex arena funiculum nectitis. Primùm, negatis, hac de libertate quicquam, ſub pactis nuptialibus, promiſſum fuiſſe. Sed neque ipſe hoc affirmo, neque unquam quiſquam ſic locutus eſt. Itaque veſtræ illi ſententiæ accedo, nempè ſub ipſis codicillis nuptialibus ne verbulum quidem extare. Interim acquieſcite tantiſper, uſque dùm vobis codicillos alios, à *Iacobo Rege, pridie Id. Decembr. M. DC. XXIV.* ſubſcriptos, proponam, in quibus conceptiſſimis verbis extat: Nimirùm, omnes per *Angliam* ſubditi *Romano-Catholici* maiori uterentur fruerentur libertate, mitiùſque haberentur, quàm nuper cum *Hiſpanis* conventum fuiſſet. Iidem neque, quà ſemetipſos, perſonaliter, neque quà bona, neque quà iuramentum *Religioni* ſuæ adverſum, gravarentur. Hæc tum *Regis Iacobi* fide. Quam ipſam *Regis* parentis conceſſionem *Carolus Princeps* filius eadem die ratam habuit, & deinceps quoque, ubi in regnum ſucceſſiſſet, *XV. Cal. Sextil. M. DC. XXV.* altera vice confirmavit.

Deinde, litteras prætenditis velut reverſales, à nobis intimatas. In quibus deciſum eſſet, vos non ad implendam illam conditionem tàm ſtrictè teneri, ſiquidem eo tempore de rebus, regimen ſeculare, non *Religionem*, concernentibus, actum eſſet. Ego verò edico vobis, id genus tabulas nunquam à nobis profectas eſſe. Si ergò eiuſmodi aliquid in manibus extat veſtris, confictum ſit, oportet. Nunquam à noſtris hominibus aliquid tale emanavit. Si vobis illi ſunt codicilli, proferte, oſtendite, proponite. Si id, quod ore dicitis, re demonſtrare ſatagitis, ecce! iuxtà *Regis* mei mandatum, confirmo, vobis omnia ordine implenda eſſe, quæ inibi extant. Quod denuò, in propoſito hallucinantes, oggeritis, hæc omnia intrà labia fuiſſe, verbis, non codicillis, obfirmari contigiſſe, reddo vobis, noſtrates homines non tàm perfunctorios inire contractus, ut prodigi ſint ſive in promiſſionibus, ſive tranſactionibus. Qui ſi ſemel condixerunt, id ad amuſſim exequuntur, pollicitiſque ſeveram addunt fidem.

Quid verò de eo dicam? Quo nomine appellabo? Pace quod fiat veſtrâ, fraudem oportet nuncupem, quod vobis imprudentibus, arbitror, excidit. Aſſeritis enim, vos, dicis cauſſâ, ut aiunt, de *Religione* tùm egiſſe, ſaltem ut *Pontifici*, & *Catholicis* fucum faceretis. Si igitur hoc ipſi de vobis enunciatis, fraudem commiſiſtis. Si de noſtris effertis, tanquam & hi *Religionem* pro fabula, aut fuco, ſive fumo, habeant, calumniam *Gallis* infertis.

Secundùm hæc, clauſulam ſuperinducitis, qualis antedictis tractatibus ſecundariis irrepſiſſet, nempè, *Catholici* per *Angliam* conceſſionibus illis uterentur, non abuterentur, inprimis *Regi* omne

obedientiam debitam dependerent. Iam à vobis, ſi permittitis, quæro, in quo deliquerunt? Quid criminis deſignarunt? Quis ex illis rebellavit? Aut quid tandem cauſſæ eſt, ut iſtum in eos rigorem exerceatis? Ecce! aqua vobis hæret. Nec in promptu eſt, quid dicatis.

Quanquam verò *Regis* veſtri humanitatem tantoperè extollatis, quòd nihil novi oneris illis impoſuit, nedùm ullam *Catholici* ſanguinis guttam profuderit, parùm hoc ad rem facit. Quid enim novis opus eſſet legibus, ſive decretis, ut homines inſontes excarnificentur, cùm ſuperiora illa tantæ extent aſperitatis, ut nihil non ſævitiæ in *Catholicos* antè permiſſum ſit? Uſque adeò tàm miſera eorum eſt conditio, ut vita hæc à tormentis, & morte, nihil diſtet. Adde, quòd hoc à *Rege* meo, dùm in nuptias ſororis conſenſit, ſpectatum eſt, non, ut novæ adversùs *Catholicos* per *Angliam* leges fabricarentur, ſed ut veteres abrogarentur, aut ad minimum remolleſcerent.

Si nunc *Mandeus Epiſcopus*, ſuper perſecutione *Catholicorum* per *Angliam*, ferventiùs loqui cœpit, ſanè in eo haud peccavit. Exegit enim à *Rege Britanniæ* fidem, *Regi*, & domino, meo datam quidem, ſed haud præſtitam. Si hinc quoque accidit, inter *Regem, Reginamque*, naſci diſſenſiones, non hoc *Epiſcopo*, ſed *Regi*, imputandum eveniat, qui promiſſis ſtetit minùs. Quòd autem vos obiicere non dubitatis, deinceps, à *Rege* meo meliorem deſiderari fidem, certe, quid velitis, vix capio. Illud enim vobis incumbebat. Nam, quæ à vobis promiſſiones intervenerunt, & quidem diverſæ, hactenùs fide, & effectu, caruerunt. A nobis nihil eſt promiſſum. Et ſi, quiddam promiſſum eſſe, probabitis, optimâ fide vobis ſine exceptione præſtabitur.

Certè, ô *Angli*, eò me importunis illis criminationibus veſtris redegiſtis, ut vel extrà leges inſtituti, ſive mandati, mihi impoſiti, agere compellar. Ecce! enim, dùm ſuper iniuria, noſtris illata, & quod promiſſis fidem non addidiſtis, meritò hactenùs, conqueror, extrà regulam accidit, ut etiam *Regis* inſuper mei integritatem aſſerere tenear. Dū igitur *Regem* meum frivolè accuſatis, tanquam ab illo *Regi Britanniæ* non eſſet ſatisfactum, diſſimulare non poſſum, vos mihi egregiè impoſuiſſe. Neque enim unquam divinare potui, fore, ut hoc mihi obiiceretis. Itaque me hanc ad criminationem prorsùs habetis imparatum. Neque etiam curioſâ hanc in rem præparatione mihi fuerit opus. Arma enim, quæ voſmet ipſi ſubminiſtratis, verba inconſideratè quæ aſſertis, narrationeſque veræ, & hiſtoricæ, cuiuſinodi rem, ſicut eſt, deſcribunt, ſufficienter innocentiam, atque integritatem, *Regis* mei tuebuntur, ut nulli hac de re, ne quidem vobis ipſis, dubium relinquatur. Sed patienter audite, quæ mox dicturus ſum.

Poſteaquàm nuptiæ cum *Hiſpaniarum Infante* præconceptæ eventu caruerunt, *Iacobus, Britanniæ Rex*, oculos ſuos ſuper *Galliarum* regnum coniicere cœpit. Eo nomine *Comitem de Hollandia* dimiſit, qui inter *VValliæ Principem*, & *Regis Chriſtianiſſimi* ſororem, quà matrimonium, prima iaceret fundamenta. Non diſplicuit hoc propoſitum. Ut omnia etiam benevolentiæ ſignificatio illi oſtenderetur. Qua de re *Carlilius Comes*, tanquam legatus extra-

ordinarius, ad *Regem Chriſtianiſſimum*, apud
gnium tùm ſubſiſtentem, ſupervenit, tant
non unâ, eâdemque, operâ, & de nuptiis, &
dere, tàm offenſivè, quàm defenſivè, inter
que *Regem*, paciſcendo, proponere cœpit. I
reſponſum fuit, *Regem Chriſtianiſs.* ſaluâ aut
de duobus illis, & quidem coniunctis, pro
tractationem admittere non poſſe. Sin aute
ceret, quæſtiones & ſeparare, & ſeparatim
nere, *Regem* tùm audire, tùm deliberare, vel
utrique regno ex uſu futurum eſſet.

Huc uſque *Rex* meus proceſſit, nempè, ſe
turum deſideria veſtra. An igitur illud, aliq
dire velle, vobis erit promittere? An, qua
mus, ideóque perficimus, ideóque rata hab
ideóque promittimus? Dicitis diſertis verbi
miſſionem interveniſſe, nempè hanc, ſicubi
ptiis foret tranſactum, tùm quidem ſuper f
videndum eſſe. Etiam nos hoc dicimus. In
tractare de re aliqua velle, & reipſa tranſiger
promittere, ſi neſcitis, diverſa ſunt. Quò
autem *Rex* meus in propoſiti fœderis partes
voluerit, indicio eſt, non ut verbis haud ad
rit fidem, ſed ut fœdus illud recuſârit. Ian
quidem de nuptiis deſinere vobis liberum
Audiſtis enim, *Regem* actionem de nuptiis n
admittere, niſi à fœdere iſto ſequeſtratam. U
tur nuptias pangeretis, nemo hanc vobis l
impoſuit. Nam in veſtra erat electione, hun
mum, hoc propoſitum, eiurare. Sed, neque
vecordes eſtis, ut rationes, à fœdere iſto no
trahentes, non intellexeritis, non approbav
Quid enim utilitatis indè exſpectandum eſſe
diciſtis probè. Etenim, dùm apparuit, vos id
re, ut *Regem Chriſtianiſſimum* cum *Hiſpanis* co
retis, *Galliamque* bello implicaretis, conceptis
bis vobis tùm remonſtrari cœpit, nuptias illas
ti nos empturos non eſſe, ut affinem alterum
deremus, novumque, & alterum, ſuſcipere
Sed inſuper oppugnare pergitis. Dicitis enim
deris illius contractum non quidem veniſſe i
bulas, ſed intrà verba conſtitiſſe, *Regemque*, *in*
næ matris, *Reginæ* coniugis, *Principumque* ſang
regij, aliorumque regni curialium, præſentia
dem dediſſe, illud ſe reipſâ impleturum. Sed,
rogo, quis hoc vobis perſuaſit? Quis edidit? I
Gallias hæc res ignotiſſima eſt. Ut ſine dubio fu
fecerit, qui perſuaſerit.

Illud quidem vobis largior, ad legatorū ve
rum inſtantias, concluſum fuiſſe ſuper pedeſ
equeſtriſque, militiæ exercitu, ſub *Mansfeldio*
mite, pro *Palatinatus* recuperatione, in *Germa*
expediendo. Interim, ut hic mediam per *Gall*
ducendus eſſet, de eo fruſtrà eſtis. Tametſi en
deſideranti, & petenti, *Mansfeldio*, nomine
Britanniæ, *Rex* meus hoc indulſerit, nempè legio
bus *Anglicanis*, uſque ad trium miliarium diſtri
tranſitum per hanc *Galliam* ſeſe permiſſurum
interim, hæc promiſſio non *Britanniæ Regi*, ſed
miti præfato, facta eſt. Ut autem ob id, quòd p
liminiò hic tranſitus negari cœpit, exercitum
fundi, diſſipariq;, acciderit, nullius ſaporis eſ
gmētum. Poſteaquàm enim *Rex Hiſpaniarum* ac
rimè obniti, atque obteſtari, cœpiſſet, fore, ut ſi
Anglicanis aſpiraret indulgentia, ſe uſque in viſc

Ga

promoturum, hoſteſque ſuos perſecuturũ,
ex Chriſtianiſſimus ſapienter ad animum ad-
lamno, indè quod emergere poſſit, maturri-
ioc , & aliquam multàs antè ſeptimanas,
ldio ſignificavit , aliam viam, quà pergeret,
ret.
inſeo iam ad alium querelæ veſtræ articu-
empè repreſſalia. Quæ quidem *Gallis*, ab *An-*
è expilatis, nec dùm reſtitutionem bonorũ
n per *Angliam* impetrare ſuſtinentibus, per-
œperunt. Si vocabulum attenditis, nihil a-
nant *repreſſalia*, niſi rei interceptæ, vel deten-
dicationem, cum par pari expiatur. Itaque
ſo liquet , nihil indignum nos quidem deſi-
. Debebatis nobis noſtra permittere. Et ſic
atione, ſive talionis, ut vocant, lege, minimè
opus. Debebatis noſtris iuſtitiam admini-
Et ſic apud nos auxilium implorandi defuiſ-
teria. Quodſi de vetuſtis illis, & penè deſitis,
aſpergitis, eo ipſo injuſtitiam accuſatis ve-
, qui patientiâ noſtrâ nimis diu abuſi fuiſtis,
dùm, neceſſitate coacti, ad repreſſalia deve-
. Poſtquàm igitur tot annorum effluxit nu-
, noſtrique opem veſtram implorârunt fru-
iutiùs, patientiâ enormiter læſâ, auxilium
are ne potuimus quidem, quoad illis ex æ-
itisfieret. At, quid eſt, quòd hæc obſoleta iam
m profertis in lucem? Numquid mercatori-
ſtris bona ceſſerunt ſua ? Numquid merces
tiam cum pulviſculo, receperunt? Numquid
dus, & *Carletonus*, *Comites*, ex aula *Regis* noſtri,
cũ pace, & ſatisfactione, dimiſſi ſunt? Quid
t cur hanc litem denuò facitis novam ? Aut
hæc novatio præſens facit ad inſtitutum? Re-
equidem vobis obiectare poſſim, vos, etiam
as nuptias, complures *Gallorum* naves expu-
s expilâſſe, merces diſtraxiſſe, neminique ne
cium quidem reſtituiſſe. Interrogate teme-
m veſtram ! Annon *Rex Britanniæ*, *Subiſium*
tem, à *Chriſtianiſſimo Rege* perduellem antè de-
tum, itemque proſcriptum , in portus ſuos,
ataſque naves in *Angliam*, admiſit? Pro eò igi-
uod interpellatus, & toties requiſitus, proſcri-
Regi meo tradere debuiſſet, poteſtatem ei fe-
aves illic inſtaurandi , quibus rebellibus illis
ienſibus opem ferret. Ità *Mantyo Baroni*, qui na-
S. Ioannis nomine dictam, apud *Pleumuthenſem*
um, in poteſtatem redegerat, injunctum fuit,
deret è portu. Ità *Roſſilienſium* deputatos *Rex*
nniæ humaniſſimis verbis excepit, illiſque in-
r , niſi *Rex Galliarum* cum illis reverteretur in
iam, ſuppetias promiſit. Quibus omnibus vel
riam iſtam adjungere poſſim, quâ nuper *Blau-*
s Baro, legatus *Gallicanus*, contrà omnium gẽ-
iura, affectus eſt Sed tot in recenti memoria
relæ vos urgent, ut de veteribus ſuperſedeam,
ous nobiliſſimus *Regis* mei ſpiritus iampridem
vionis cicatricem obduxit. Nunc, agedùm, ô
li, experior, querelarum veſtrarum latices ex-
ſtos eſſe. Ut nihil ſuperſit, de quo aut quiritare,
teſtimonium dicere, poſſitis. Is enim genius eſt
er, ut vel apud externos, vel noſmet ipſos, liti-
di materiam quæraris. Quid tandem eſt, quòd
is obiicitis, tanquam hæreticis per *Gallias* non
ſfecerimus? Quid illi ad vos? Anne veſtro ſub
dominio ſunt? An verò *Rex* meus precibus à *Regẽ Britanniæ* obtinuit ; ut vadimonium præſtaret, in cauſſa ſubditorum ſuorum cum *Rege* conciliandorum? An verò *Rex* veſter *Roſſilienſium* agit ſive cauſſidicum, ſive pararium? Hoc quidem vobis lubens largior, *Hollandum Comitem*, & *Carletonum*, legatos, in eo occupatos fuiſſe, ut maius quiddam obtinerent, atque *Rex* tùm indulgere voluit. Iidem *Reformatis*, ut vocant, perſuaſerunt, quod *Rex* offerret, acceptarent. Ut autem probare poſſint, tàm illorum, quàm *Regis* veſtri, mentionem in tranſactionis eiuſce codicillos irrepſiſſe, hoc quidem futurũ eſt, nodum, ut aiunt, in ſcirpo quærere, & fruſtraneum. Ut ergò iſtorum refricetur nunc mentio, nimis videtur intempeſtivum. Nihilominùs vobis bonâ fide confirmo , *Regem* promiſſiones illis factas ad amuſſim impleviſſe. Neque deerit illis *Regis* gratia, quàm diu ſubditorum, fidelitatis ſuæ ſatagentium, partes egerint. Sin rebus novis ſtudeant, nõ deerunt media, quibus compeſci, & pœnæ à delinquentibus exigi, poſſint. Neque huius vindicationis, ſive animadverſionis in eos, cauſſas *Rex* meus reddere tenebitur ulli mortalium. Superpondii loco, more veſtro, pergitis ; novamque vel iſthanc litem movetis, *Regem*, dominum meum, neque *Daniæ Regi*, neque *Mansfeldio Comiti*, debitũ numerâſſe. Ego verò teſtari poſſum, utrique integerrimè eſſe ſatisfactum, uſque ad præſentem anni quadrantem. Quî ergò nobis improperare auſi eſtis, ut illis ſatisfaciamus, quibus ex pacto nihil debetur, cùm ipſimet potiùs ultrà duos thalerorum milliones debeatis? Si increduli eſtis, interrogate *Regis Daniæ* legatum, modò præſentem. Et hic, de eo, quod dixi, vivum perhibebit teſtimonium.

Hûcuſque, quod ſupereſt, ſermonem meum extrahere coactus ſum, quò querelis iſtis, tàm in *Regẽ* meum, quàm regię illius ſororis miniſtros, cuſis, ſatisfacerem. Et ego, ut iuſtiſſimas formarem querelas, miſſus eram. Sed ut ad convitia, ac calumnias, reſponderem, opus habui. Neque tamen id valdè erat neceſſarium. Nam integritas *Regis* mei, & quã humaniſſimis rationibus cum *Britanniæ Rege*, affine ſuo, egit, toti terrarum orbi innotuit, ut iure conqueri non poſſitis, ſed ut magis excuſationes, quibus iniquum id genus proceſſum veſtrum colorare tentâſtis, præciderentur. Interim, reſponſum, quod per tres integras ſeptimanas præſtolari debui, *Regi*, ac domino meo, offeram. Dolet, vos etiam injurias illas, noſtris illatas, quas quidem emendare tenebamini, feciſſe graviores. De iſtis viderit *Rex* meus. Qui , prout hactenùs *Regem* veſtrum loco fratris habuit, ità deinceps ad demõſtrationem regii, heroicique, ſpiritus nihil faciet reliqui. Cùm amicitiæ lege obtinere nihil poſſit, deinceps alias inibit rationes.

De me, quod reſtat, ità eſt, ut, legatione hac mea peracta, *Regi* valedicam veſtro. Interim, ægrè mihi accidit, nihil hac operâ, ac ſedulitate, meâ effectum eſſe, quo de gaudere poſſim. Antequàm igitur hinc diſcedam, vos equidem amantiſſimis verbis rogatos volo, rem, certè non ponderis exigui, æquâ rationis, ac iudicii, lance, trutinantes, ea *Regi*, domino veſtro, ſubminiſtretis conſilia, quæ fideles , & circumſpectos, decent conſiliarios, hoc eſt, æquiſſima, humaniſſimaque. Iamdùm enim locus eſt, ut

hæc colliſio humanitate interveniente curari queat. Si igitur eiuſmodi aliquid à vobis proponi accidat, quo hæ dividiæ tolli, hic rictus conſolidari, valeant, equidem lubens amplectar, omnemque movebo lapidem, quò pax, & amicitia, rurſus coëant. Sin aliud vobis ſedet, & hæc humaniſſima ratio locum non habet, tùm verò, nomine domini, ac *Regis* mei, deſuper ſolennibus verbis proteſtor. Neque erit, ut malorum, indè emergentiũ, fontem, ac cauſſam, in nos cudere fas ſit, utpote, qui mediis maximè licitis, atque honeſtiſſimis, prævertere cogitavimus.

IV.

Exaſperatis utrinque animis tàm Galliæ, quàm Angliæ, Rex arma expedit.

ILla fuit ſive *Baſſampierij*, ſive alterius, cuiuſdam, ſub huius nomine, pro defenſione *Gallorum* in *Anglos* detorquentis, oratio. Qua de unicuique liberum permittitur judicium. Procedentibus autem injurijs animi inter utrumque *Regem* exaſperari cœpêre. Ut, hac vires acquirente colliſione, cum *Hiſpanis* non niſi præclarè ageretur, tùm *Friderici ExElectoris Palatini* reſtitutio, per *Gallicanas* illas quæſita nuptias, ſenſim exſpiraret.

Nec diu ab armis hoſtilibus temperatum eſt. Poſtquàm enim *Rex Angliæ* per ſuas provincias ſubditis commerciorum cum *Gallicanis* exercendorum rationes vetuiſſet, ingentemque per regnum ſequeſtratis navibus quibuſcunque numerum militum coëgiſſet, par ratio à *Galliarum Rege* illicò ſuſcepta eſt. Nimirùm ſevero per *Gallias* quoque fulmine interdici cœpit, ne quis è *Galliæ* ſubditis cum *Anglis* aut merces, qualeſcunque forent, communicaret, aut quicquam negotii gereret, niſi & in mercium, privilegiorumque acquiſitorum, diſcrimen, pœnaſque ſine dubio impendentes graviſſimos, incurrere mavelit. Itaque ab armis utrinque hoſtilibus haud diu feriatum eſt. Moxque ab *Anglis* magno impetu in *Gallicanas* naves itum eſt. Qui cùm maritenùs *Gallis* eſſent inſtructiores, tãtam navium vim interceperunt, ut in finibus apud *Tameſim*, uſque ad *Londinum*, loca navibus *Gallicanis* eſſent refertiſſima. Nec mora, intrà *Doverium*, & *Caletum*, tranſitus inſederunt *Angli*, ut neque in *Hiſpanias*, neque *Gallias*, pateret iter. Et jam eò res devenerat, ut, ſub imperio *Bü kinquami Ducis*, claſſis coiiſſet nonagintà navium, quæ aſpirante vento in *Gallias* excurreret. Illis *Roanus Dux*, aliique partium *Reformatorum*, ſeſe comites adjungebant, eandem cum *Anglis* adverſùs *Gallos*, ſympatriotas ſuos, fortunam tentaturi.

Id exploratum habens *Rex Chriſtianiſſimus*, circà *Calendas Iunias*, *Pariſiis* educens exercitum in *Anglos* expediebat. Sed, quòd febri querquerâ intereà correptus foret, uſque in menſem *Sextilem* extractâ curâ etiam hæc extrahi cœpit expeditio.

V.

Rex Angliæ huius militiæ cauſſas divulgat.

HÆc ubi expeditio *Anglicana* ſpectaret ad effectum, atque in *Gallias* tenderet, rationes huius ſuæ militiæ, ad omnium notitiam, *Re*[s]
publicari iuſſit ſequentibus. Nempè, in[...]
ptos articulos manifeſtare ad oculum, qu[...]
quam *Gallicani* miniſtri foveant cauſſam,
informem forment proceſſum, dùm *Reg*[...]
tanniæ eò adigant, ut in iſtorum inſidias, [...]
chinationes, armis animadvertere cogatur
Et primùm quidem (verba ſunt diplo[...]
Magnæ Britanniæ Regem prodere cœperunt, [...]
le, ſub imperio *Mansfeldii Comitis*, exercitu[...]
ſcripſit, qui per *Gallias* in *Alſatiam* uſque a[...]
ret. Hic ecce! exercitus à *Schönbergio Baro*[...]
confœderati *Ordinibus*, pro quingentis co[...]
rum millibus, veniit, ingenti cum *Britann*[...]
jactura. Ut etiam *Germaniæ* libertati veh[...]
ter incommodaret. *Galli* enim, dùm tran[...]
antè promiſſum, copijs negârunt, tantùm [...]
dein datam inſuper habuerunt, ſed etiam
dium, à *Republica Veneta*, ſicubi in *Alſatiam* [...]
niſſet *Mansfeldius*, pollicitum, ſubtraxerunt.
dem exercitus per *Gallos* prorſùs peſſumda[...]
ptus eſt, dùm mari prohibitus, tempore im[...]
niſſimo in *Belgium* miſſus eſt.

Alterum eſt, ut humanitate, & benevol[...]
Britanniæ Regis turpiter ſint abuſi. Nam nave[...]
ge, in fœderis gratiam, miſſas, contrà *Roßilien*[...]
ve *Rupellanos*, direxerunt, oppidò contrà *Bri*[...]
Regis intentionem, ac propoſiti rationem.
indè revelli non potuêre, uſque dùm, quæ [...]
taliam fuiſſent antè ſubacta, denuò ſunt dep[...]
ta. Itaque *Britanniæ Rex* haud frigidè illis co[...]
nari cœpit, claſſe ſibi opus eſſe, quâ quidem [...]
antedictas vindicaret.

Tertiò, perfidiæ ſuæ eo ſategerunt, dù[...]
cauſſa *Roßilienſium*, *Regi Britanniæ* fucum fece[...]
Rex enim tùm *Pariſios* miſerat legatos, qui inte[...]
gem Galliarum, & *Reformatos*, paciſcerentur.
tùm *Galli* perſuaſerũt, *Regem* per *Italiam* arma
laturum. Verùm, ubi, pax operâ *Britanniæ* [...]
vadimonium regiis verbis *Rupellanis* præſta[...]
fore, ut omnia, quæ à partibus *Galliæ Regis* pro[...]
ſa eſſent, obſervaretur, interveniſſet, ecce! e[...]
fide *Galli* impoſuerunt *Britanniæ Regi*, eoque
tempore, quo legatus *Britannicus Pariſiis* eſſet,
cem cum *Hiſpanis* pepigerunt. Ità *Britanniæ Re*[...]
eâdemque operâ *Rempublicam Venetam*, & *Saba*[...]
Ducem, eludi contigit. Ut non minùs *Rhætorum*
illis confœderatorum, libertas venum ierit,
genſque res publica ceperit detrimentum.

Quartò, tametſi *Baſſampirius*, legatus *Gall*[...]
apud *Magnæ Britanniæ Regem*, quoad *Reginæ* auli[...]
plus obtinuerit, quàm eius rei cauſſa à *Rege* ſuo
tere, atque urgere, debuit, nihilominùs *Rich*[...]
Cardinali hæc illius optimi commatis expedi[...]
placere non potuit, ut protinùs, ab eius reditu, [...]
mnia, antè tranſacta, reſcinderet. Simulátq[...]
dùm naves gentium, *Angliæ Regi* ſubditarum, a[...]
ſto detentas, relaxare debuiſſet, de novo, co[...]
omnem iuris ſpeciem, omnes in *Burdeauſi* fini[...]
triremes ſive *Anglicanas*, ſive *Scoticas*, attinuit. U[...]
dè liquidum evadit, quantò magis *Rex Britan*[...]
quærit, quibus *Galliarum Regem* devinciat, ta[...]
magis miniſtri *Gallicani Britanniæ Regis* humani[...]
te, ac gratia, abuti pergunt.

Pro quinto, de *Hiſpanorum* bonis ità eſt, ut
omn[...]

n è *Gallicanorum* navibus intercipi uſuvenerit.
omine cum iſtis, ad morem cæterarum na-
n, actum eſt. Sed in propatulo erat, *Regem*
niæ etiam duos antè menſes interdictum di-
ſe. Itaque omnia bona, quæcunque vel
icos, vel neutrales, ſpectarunt, abſque di-
io fuêre reddita. Interim *Galli*, conſcientiâ
ante ſuopte indicio, *tanquam ſorices*, ut eſt in
bio, prodentes, codicilloſque, ſuper mer-
ationibus, in mare proijcientes, ſemetipſos,
am reos, accuſarunt, utique quibus ſummo
erces interciperentur. Undè, vel ob ſu-
illam malitiam, damnari cœperunt. Atque
mus offenſionis extitit lapis ille, ſuper quò
leſciverunt. Qui modò non omnes liti-
cauſſas quæſiverunt, ſed etiam commercio-
acta in *Anglis*, tàm extrà, quàm intrà, *Galliam*
ntibus, violârunt, ad hoc falsâ acceptæ in-
prætenſione nixi. Non immeritò igitur à
niæ Rege ſubditis indulgeri cœpit, irent, &
ulciſcerentur. Nam aliter *Rex* conſcientiæ
tisfacere vix poterat. Quæ ſubditos adverſùs
xternam tueri jubet.
o ſexto, poſteaquàm ſuperiori anno *Hiſpani*
liam, vel *Hyberniam*, impetus tentâſſent,
m aberat, ut miniſtri *Regis Galliæ* huic inſtitu-
ugnarent, ut hoſtibus omnem favorem, ac
lium, quoviſcunque pacto, potiùs præſta-
Quis enim neſcit, *Hiſpanos* portubus *Galli-*
uiſſe exceptos, ut etiam tàm commeatu,
armorum apparatu, juvari cœperint.
o ſeptimo, *Britanniæ Rex* non quidem per-
oriè, ſed ſolidis rationibus, erudiri cœpit,
ium Cardinalem in interitum *Reformatorum*
râſſe. Nempè *Rex Galliarum* cum *Pontifice*,
e, *Hiſpaniarumque Rege*, fœdus ſanciret, cuius
omnes per *Europam Reformati*, ut vocantur,
itùs exſcinderentur. Hoc ſanguinarium
lium quò eò promptiùs in effectum deduce-
cce! protectionem civitatum, fortalitiorum,
rtuum marinorum, per *Galliam*, ſibi arripuit,
ue ſub *Belgio* claſſem, naveſque fabricari cu-
quibus, ſuâ quidem opinione, *Britanniæ Regis*
ceanum iuriſdictionem ſuam faceret. Et cùm
m, jamque, ad effectum ſpectare videretur,
io, ac ſingulari *Ducis Bückinquami*, *Architha-*
nglicani, ſolertiâ præventus crudelibus exci-
iſis.
ocedentibus illis offenſionibus, jam ad o-
s ubique terrarum *Chriſtianarum* gentes perti-
æc oratio, viderent ſcilicet, & dijudicarent,
itanniæ Rex adverſùs leges juris, & æqui, faxit,
i ſe, atque amicos, in ſecuritatem vindicet,
tioſorumque periculoſas id genus machina-
es antevertat.
t ut omnibus in univerſum notum fiat mor-
us, *Britanniæ Regem* humani ſanguinis effuſio-
haud quidem ſitire, ſed pacem, & quietem,
ibus, quod dici ſolet, copiis & optare, & quæ-
, utique ad ſummam duo à *Galliæ Rege*, ſub
pendio, exigit, quibus amicitiæ illius ſecuri-
m tàm ſibi, quàm aliis, promittere ſufficiat.
num eſt: *Rex Galliæ* fœderi, tàm offenſivè, quã
nſivè, apud *Hagam Comitis* icto, prout toties

polliciuts eſt, ſubſcriberet, ſimulátque, quò pacto communis reſtauranda veniat libertas, decerneret. Alterum hoc eſt. Nimirùm idem *Rex Galliæ* pacificationem, cum *Reformatis* tranſactam, ſecundùm omnes clauſulas, impleret. Illius enim ad petitionem *Britanniæ Regem* interveniſſe, verbiſque regiis vadimonium præſtitiſſe. Ad ſummam, ſi duorum alterum *Rex Galliæ* minùs effectum dabit, conducibilius fuerit bellum gerere manifeſtum, quàm amicos experiri ſubdolos, ac falſarios.

VI.

Angli fortalitium, S. Martini dictum, obſidentes, à Gallis reiiciuntur.

ALtercationes præcedere, bella, & pugnas, inter *Magnates* inſequi, ſuprà diximus. Idem hoc loco factum. Poſtquàm enim inter duos *Reges*, & quidem affines, verbis digladiatum fuiſſet, ad arma deventum eſt. Itaque primi bellum inferebant *Angli*. Hi enim cùm claſſe rectà in *Inſulam*, *Re* dictam, moverunt, intrà quam ſuperioribus annis *Rex Galliarum* duplex fortalitium excitari curârat, pro *Inſulæ* defenſione. Alterum fortalitium à *S. Martino*, alterum *de Pree*, nuncupatum erat. Utrúque *Angli* navibus cinxerant, ſub ſpe, fame expugnari poſſe. Intùs erant mille ducenti præſidiarii, quibus vix in duos menſes annona ſuppetebat. Neque enim *Rex Galliæ*, utique cui, more gentium, ab affine *Rege* bellum denunciatum non eſſet, tàm præcipites *Anglorum* impetus exſpectare poterat.

Itaque in *Anglos*, è navibus exſcenſionem molientes, *Gallicani* equeſtres educebant, illos è continente rejecturi. Sed tormentis bellicis in eos ità experiebantur *Angli*, ut multi caderent. Nihilominùs *Galli* priores repetebant impetus, ut non paucos ex *Anglis* in aquas præcipitarent. Quòd autem *Galli* peditatu deſtituerentur, neque diutiùs rem urgere poſſent, *Anglis* redibat intrà præcordia virtus, ut *Gallos* retunderent. Multi utrinque ex hoc conflictu, & quidem præcipui viri, deſiderabantur. Qui evaſerant, omnes erant vulnerati.

Etiam ille, qui *Anglos* hanc in expeditionem inflammârat, indignantem profudit animam. Ut quidem ab *Anglis* deſiderari videretur, contrà *Gallis*, ſuper eius, tanquam incendiarii, & tragœdiæ autoris, fato tripudiantibus.

Præeuntibus illis exercitiis velitaribus, *Angli* per continentem loricas excitare cœperunt, *Gallis* deinceps in defenſionem fortalitiorum ſaltem intentis. Qui cùm integra octo millia, phalangem conſtituentia, è navibus eduxiſſent, rectà, cæteris præteritis, ad *S. Martini* fortalitium acceſſerunt, pagum adjacentem ilicet occupantes. Nondùm fortalitii exſtructio finem ſuum attigerat. Ut etiam aquarum potabilium defectus præſidiariis animum defenſionis penè excuteret. Sed *Toyraſſius* gubernator ità officii ſui ſatagebat, ut nihil ad perfectionem fortalitii, confirmandoſque milites, reliqui faceret.

Ut meritò à veteribus, tanti eſſe milites, quanti eſſet dux, & gubernator, inculcatum ſit. Sic, dùm hic defenſionem de induſtria molitur, *Angli* etiam de induſtria obſidionem ſuſcipiunt. Et principiò quidem machinas aliquot bellicas ità direxerant, ut molendinorum uſum mox penè omnium feciſſent irritum. Sed providus gubernator, re intellecta, magna celeritate uſus, ſic quidem molendina contegere cœpit, ut deinceps extrà periculum eſſent. Nec mora, ſic quoque machinis bellicis in *Anglos* expertus eſt, ut *Anglorũ* machinas oppidò corrumperet. Undè illi per biduum ab exploſionibus id genus ferias egerunt. Mox, ſepimentis circùm circiter inductis, ne commeatus importari quiret, impedire conabantur. Sed fruſtrà erant. Alveus enim è fortalitio in mare porrigebatur: Hunc æquè *Galli*, tanquam ipſummet fortalitium, tutabantur. Hæc enim erat via, per quam ſubſidia ſperare licebat. *Bückinquamus*, hac animadverſa obſeſſorum alacritate, omnes ex *Inſula* exigebat *Catholicos*, ne inſtituto ſuo nocerent. Illos enim cum obſeſſis facere didicerat.

Poſteaquàm iam per menſem obſidio duràſſet, *Angli* munimentum quoddam per inſultus tentàrunt. Sed, deſideratis centum, & quinquaginta, reiecti ſunt. Hac ſpe decollante, fontem toxico infecerunt, qui propè fortalitium ſcaturiebat. Quòd præſcirent, obſeſſos aquarum defectu urgeri. Nec fefellit iſtos opinio. Tanta enim aquarum afflixit intùs penuria, ut unicus aquæ potabilis hauſtus vel quantivis pretio conſtaret. Tentatis id genus cõpulſoriis, mox ad glandes incendiarias, magno numero in obſeſſos detorquendas, *Bückinquamus* devenit, an hoc modo obſeſſorum granaria perdere liceret. Sed & his excidit auſis. Nihilominùs, obſidione ultrà ſeptem ſeptimanas extractâ, annonæ penuria urgebat obſeſſos. Et diu erat, ex quo, quid in *Gallia* rerum ageretur, ne tantillum quidem cognoverât. Ut de auxilio propè omni deſperare ociperent. Urgebant inſuper imbres, & pluviæ, ut gregarii, ad poplites uſque, aquas intùs calcare cogerentur. Neque ſegniùs è caſtris illudebant obſidentes, actum eſſe de auxiliis, *Regem* enim *Galliæ* ex morbo morti vicinum eſſe.

Interim, gubernator neque ſic animum deſpõdebat. Qui, licet tres diſtinctis, cum codicillis, occultò more, ſcriptis, emiſſarios, per alveum ad *Regem* dimiſiſſet, duos in manus hoſtium incidiſſe, tertium diſcrimen ſuperàſſe, didicit. Hanc inter ſpemque metumque dùm eſſet, ecce! ante exodium *Auguſti* menſis, à *Rege* litteræ adveniunt, quibus, collaudatâ *Torrayſii*, & præſidiariorum, fortitudine, nunciatur, exercitum inſtructiſſimũ præparari, qui obſeſſos redimere debeat. Eſſet modò bono animo, &, ut antè, fortiter faceret. Paulò poſt initio *Septembris* per aliquot naves commeatus importari cœpit. Undè non tàm animi, quàm corpora, obſeſſorum vires ſumpſêre. Neque ſpes, ſemel concepta, fefellit. Appetente enim *Octobri*, pluribus in fortalitium navibus, vento aſpirante, itum eſt. Ut iam tùm obſeſſi non tàm annona, quàm auxiliariis, potirentur. Mox legiones integræ ſupervenerunt, circà alterum illud fortalitium, *de Pree* dictum, ſeſe colligentes.

Bückinquamus, copias in foribus eſſe *Gal*[...] compertum habens, exploſionibus machi[...] ferias indixit. Et jam in eo totus erat, ut, to[...] tis bellicis in naves reductis, vaſa conclama[...] ceptuique caneret. Sed *Subiſius*, unà cum [...] *enſium* proceribus, ſuperveniens, moram [...] debat *Bückinquamo*, ſub auxiliariorum, & an[...] promiſſionibus. Ità factum, ut *Bückin*[...] moram extraheret, inductâque coronâ inſu[...] fortalitium etentaret. Sed ità quidem *An*[...] curſum fuit, ut, ſexcentis occumbentibus, [...] miſſio daretur.

Hoc *Angli* conatu rurſùs dejecti, in abitu[...] pendebant. Interim in *Novembrem* uſque o[...] extracta eſt. Quo tempore quatuor pede[...] millia, unà cum cohortibus quibuſdam eq[...] bus, ſub *Schõnbergio*, in *Inſulam* è *Galliis* ven[...] Qui cùm, ſuper *Anglos*, abitum parantes, [...] conjeciſſent, rem indignam arbitrati ſunt, diſcedentes, more militari, haud ſalutarent, [...] deos viales propitios congratularentur. N[...] ſic quidem feſtinabant *Angli*, ut facilis vid[...] fore congreſſus. Quo ſpatio *Gallis* naſceba[...] major aliquid etentandi opportunitas. [...] præmiſſis velitibus in *Anglos*, jam ſub ordi[...] eminùs moventes, itum eſt. Illi verò turmis [...] ſuis, retrò miſſis, velitarem inierunt pugnam [...] impares hoſtilibus agminibus, ad ordines ſu[...] verſi ſunt. His præmiſſis præludiis, mox *D*[...] *Baro* legiones pedeſtres in *Anglos* eduxit. Q[...] ingruentibus oppidò *Anglorum* ordines, abſq[...] pugnantia, diſſolvi, atque ad uſque littora [...] ſeſe ſubducere, cœperunt. Hoc enim loco [...] bantur eſſe pugnaturi. Interim *Gallorum* equ[...] copiæ in cornua exercitus *Anglicani* invectæ, [...] teribus impetus fecerunt. *Droictus Baro* verò, [...] *Fourillio Marchione*, & aliis, in mediam hoſtium [...] langem invecti, extemplò *Anglorum* diſſolv[...] ordines, effuſamque in fugam conjecerunt. [...] derunt hac acie *Anglorum* millequingenti, vi[...] ſignis, & quatuor machinis bellicis, in *Gal*[...] poteſtatem venientibus. Ità factum, ut, qui p[...] provocâſſent, bellumque intuliſſent, primi [...] que à laceſſitis vincerentur, eiicerenturque.

CAP. III.

De Cæſare, Maritim[...] per Imperium Civ[...] tates, commerci[...] rum cauſsâ, interpe[...] lante.

***

I. Ca[...]

I.

, per legatos, commerciorum maritimo-
n gratiâ, Lubeccenſes interpellat.

Ucuſque de *Gallorum*, & *Anglorum*, di-
gladiationibus, prolixo ſub excurſu,
viſum eſt. Quæ quidem inter duos *Re-*
ges potentiſſimos, & affines maximè,
vel ex his *Imperii*, & *Germaniæ*, concuſ-
us, inprimis rebus *Palatinatus* exhauſtis, at-
flictis, ortum traxiſſe videri poterant. Iam,
itutum, & res *Germanicas*, redeuntes, in for-
ı *Cæſaris*, & in locis ad *Oceanum* maritimis fe-
æ expeditionis progreſſus, oculos recon-
nus.

autem victrices *Cæſaris* aquilæ, *Daniæ Rege*
re non valente, proceſſerant, ut, rebus ad
, ac vota, affluentibus, non iam ulterius de
ıibus per continentem ſubigendis, ſed de
io in pelagus proferendo, apud aulam *Cæſa-*
eliberaretur. Ut ſic, conciliatis hac ſub for-
æſari, atque in partes venientibus, *maritimis*
ibus, expeditiones nauticæ, ac negotiationes,
ı *Cæſaris, Regiſque Hiſpaniarum*, deinceps veli-
ntur. Hanc rem per legatos tentare placuit.
circiter Calend. *Novembres, Lubeccam* delati,
ne *Cæſaris*, coràm *Senatu*, illis verbis perora-
perunt: *Cæſarem* haudquaquam, inquiunt,
are, hactenùs unumquemque, qui ſuper ſa-
a *Cæſaris* conſilia, & actiones, curioſum ap-
ſet oculum, facilè didiciſſe, & ab ipſo eventu
giſſe, nihil prius, nihilque antiquius, ſub to-
ɔ ſuſcepto *Imperii* regimine, *Cæſari* fuiſſe,
ı ſi illa arma, per rebelles periuros, alioſque
ſarios, atque hoſtes, ipſa neceſſitate extorta,
nvertere queat, ut è calamitate, quàm iſti in-
bant, felicitatem ſuperinducere, omnibuſ-
mperii ſubditis fidelibus cornucopiam, & eo-
quæ hanc vitam locupletare ſatagunt, afflu-
m comparare, liceat.

quidem verò notorium extet, quibus quere-
oximos in *Imperio* anteceſſores, *Rodolphum II.*
tthiã, Imperatores, à maritimis per *Germaniam*
atibus emergentibus, fatigari acciderit, dùm
rsùs jura, ac privilegia, ab externis *Magnatibus*
opolia aperiri, navigationes ac commercia,
ediri, naves diſpoliari, ac funditùs vi iniecta
ri, alijſque id genus infortuniis, atque incom-
itatibus, *civitates* illas ſocias, ac *maritimas*, af-
uſuveniſſet, dùm alij, non ſine nationis *Ger-*
cæ ignominia, ſic prædas agerent, huius gen-
ortunas attererent, immò etiam civitates illas
, ad littora poſitas, *Imperio* prorsùs eripere, co-
ntur.

roindè, quò appareat, ipſo opere *Cæſarem* hoc
i, ut in priſtinum veteris illius libertatis, & ne-
ationis, florem, *Civitates* illæ maritimæ revo-
queant, tùm natio hæc *Germanica* nobilitatem,
nitatem, ac faſtigium ſuum, poſtliminiò recu-
re, adeòque in ſempiternum tueri, ſuſtineat:
ue rationes eas *Cæſar* inire iuſſit, quibus hæ ſo-
civitates alieno è jugo eriperentur, atque ſub
tectionem *Cæſaris*, tanquam *Imperii* capitis, di-
uinitùs conceſſi, redirent. Hoc pacto futurum, ut redintegrata libertate veteri, navigationibuſque, & commercijs, refloreſcentibus, *Imperio* autoritas ſua, civitatibus, & negotiationibus, verò incrementum poſtliminiò conſtet, ac reducatur.

De his dùm *Cæſar* deliberare iuſſit, ecce! occurrit, olim, atque antehâc, negotiationes *Hiſpanicas* illas fuiſſe, quibus *maritimæ Ciuitates*, inprimis *Lubecca*, proventibus, ac fortunis, auctæ fuiſſent. Cùm ergò, nomine *Regis Hiſpaniarum*, non diu antè *Cæſari* ſignificari cœperit, quo animo *Rex* propenderet cum *Cæſaris*, & *Imperii*, ſubditis, lege veteri, ſuper negotiationibus, ac commercijs, paciſci, quò navigationes, merciumque permutationes, inter *Germanos, Hiſpanoſque*, excluſis gentibus cæteris, tantùm ſtrangulari, &, amica reciprocationis lege, exerceri, poſſint, *Cæſar* quidem primo intuitu, an hoc expediret, dubitare viſus eſt. Poſtquàm verò, ab hominibus legum, & conſtitutionum, *Imperii*, navigationumque, & commerciorum, gnaris, percepit, tùm in deliberationes ſerias, ac graves, hanc rem admiſit, tandem conſtitutum eſt, illam coniunctionem, præcipuæ *Hiſpanicarum*, & *Indicarum*, mercium in *Germaniam* invectionem, tantùm non *maritimarum* illarum *civitatum* commoda provehere, ſed etiam *Principatibus*, regionibuſque & provincijs, cæteris, expedire, ut hocce velut opportuno, & non minùs opulento, remedio totius huius *Imperii*, bellis inteſtinis exhauſti, refectio, atque exaltatio, quærenda veniat. Hanc ob rem *Cæſar* inculcat, tàm præclara emergendi, ac *Germaniam* locupletandi, occaſio ne negligeretur. Et, cum *Cæſari*, hac ſub optata conjunctione, nihil aliud ſpectetur, quàm rerum publicarum incrementum, eò minùs dubitat, futurum, hoc ut beneficium *Senatui Lubeccano*, hactenùs *Imperio* fideli, cæteriſque *maritimis*, ac ſocijs, illis *Civitatibus*, diſplicere haud quidem poſſit.

Ut igitur hoc propoſitum ordine, ac ritè, perfici, adeóque ad maturitatem ſuam perduci, ſuſtineat, utique à *Cæſare* miſſi ſumus, cum *S. P. Q. Lubeccano*, tanquam *maritimarum Civitatum* directoribus, hoc ageremus, nimirùm ipſi *Lubeccenſes*, adjunctis præcipuis commerciorum magiſtris, rationes diligenter inirent, ac diſpicerent, quibus conditionibus hâc coniunctionem efficere, ac reproducere, integrum ſit. Quod ſi opiniones contrarias fortè, ac difficultates, citrà exſpectationem noſtram, intervenire accidat, illæ nobiſcum communicarentur, omniaque eum ad ſcopum, conſilijs utrinque cõſpirantibus, dirigeretur, quò totius *Imperii* felicitati, maritimarum civitatum incremento, reliquarumque *Germaniæ* provinciarum commodis, velificari, antè omnia denique paternæ *Cæſaris* ſolicitudini ſatisfacere, evaleamus.

Hoc vobis, ô *Lubeccenſes*, hoc, inquimus, vobis curæ eſſet! Cùm enim illi hactenùs fueritis, qui *Cæſari*, & *Imperio*, tàm neceſſario tempore, fidem ſervâſtis, qua de re vobis *Cæſar* cupit optimè, utique dubium reliquum eſt nullum, vos porrò in rem *Cæſaris, Imperiique*, immò proprium veſtrum commodum, ſic hac quoque in parte elaboraturos eſſe, ſicut *Cæſaris* ergà vos

& cle-

& clementia, & confidentia, requirit, tum devotio veſtra, hactenùs egregiè conteſtata, inculcat.

Hoc nomine denuò amantiſſimis verbis à vobis, ô *Lubeccenſes*, contendimus, nempè etiam atque etiam in rem propoſitam incumberetis, cæteriſque maritimis illis, tàm ſtrictiori fœdere obligatis, quàm reliquis indifferenter omnibus, navigationes exercentibus, *civitatibus* inprimis *S. P. Q. Dantiſcano*, hoc præclarum *Cæſaris* inſtitutum aperiretis. Hoc modo *civitatum* delecti hûc evocarentur. Quibus cum omnibus, eandem in rem conſilia, ac ſuffragia, conferentibus, res illa, ſecundùm omnes circumſtantias, deponderari, concluſioque, ad effectum ſpectans, ematurari, valeat.

Quod ſupereſt, illa eſt mitiſſimi *Cæſaris* hanc in rem propenſio, ut, præter redundans indè in *Imperium* emolumentum, *Civitates maritimas* tantùm non priuilegiis, atque immunitatibus, illuſtrare, ſed inprimis, adversùs iniurias quaſcunque extraneas, omnibus viribus, defendere, ac tutari, conſtanter ſit affectus. Nihil itaque deſiderari videtur, niſi ut, re feliciter diſcuſſa, ac tranſacta, cum *Hiſpaniarum Rege* deinceps rationes ſolennes pariter ineantur, eæque in ſempiternum ratæ confirmentur. Semel hoc expendite, nullum ſubeſſe periculum. Ut enim certi ſitis, quibus iuribus, privilegiis, utilitatibus, ac ſecuritatibus, ſub his navigationibus, ac commerciis, ergà regna, & provincias, *Hiſpanorum*, uti frui poſſitis, de iis omnibus *Cæſaris* providebit indulgentia. Et iam tùm ſic quidem exactum eſt, ut *Rex Hiſpaniarum* ad aulam *Cæſaream* emiſerit *Gabrielem de Roy*, conſiliarium, & miniſtrum, regium, poteſtate pleniſſimâ inſtructum, qui, nomine *Catholici Regis*, ſuper illa navigationum, commerciorumque, coniunctione, tàm tranſigere, quàm ſatisfacere, debeat.

Iam veſtrarum, ô *Lubeccenſes*, fuerit partium, æquum, & conveniens, nobis impertiri reſponſum. Quod ubi contigerit, ità quidem porrò agemus, ut declarationes noſtræ tàm vobis, quàm cæteris *maritimarum civitatum* ſocietatibus, ingratæ eſſe haud queant. Ut, de cætero, *Cæſar* clementiæ ergà vos ſingularis rationes conſtanter diducere ſit proclivis.

II.

Daniæ Rex per legatos ex adverſo Lubeccenſes dehortatur.

QUæ cùm *Cæſaris* intentio minimè fugeret *Daniæ Regem*, iſque, tanquam è ſcopulo, prævideret, hanc plagam ſibi fabricari, nimirùm ſic comparatum eſſe, ut *Cæſareani*, comparatis penes *maritimas civitates* navibus, fortunâ velificante, in *Daniæ* interiora penetrarent, ecce! quò, rebus ſub adverſis, nihilominùs *civitatibus* illis invidiam expectoraret, *Ioachimum Cratzium* legatum, captandæ benevolentiæ cauſſâ, ſub *Decembri* menſe, *Lubeccam* quoque dimiſit. Qui tametſi omnium, vel plurimarum, *Civitatum maritimarum* conventum eo loci haberi præcogitâſſet, tantùm civitatum

Vandalicarum delectos coiiſſe, didicit. Nil
ciùs vel his, nomine *Regis* ſui, adventus ſui
nem reddendam eſſe, duxit. Talis autem ſi
tùm oratio: Præmiſſis illis communibus, *R*
innotuiſſe, inquit, omnibus illis confœdera
vitatibus maritimis conventum apud *Lubecca*
indictum. Hac de re *Regem* iuſſiſſe, legatu
pergeret, ſimulátque, nomine *Regis*, ſalutati
tatum delectis, indicaret, quo pacto *Inferioris*
niæ Circulum, illiuſque ſocios, præſenti reru
adverſitate, affligi contigiſſet. Eius rei verò
ſam nulli imputari poſſe, extrà eos, qui *Ci*
primitùs perturbare, atque offendere, c
ſent.


Tametſi autem *Rex*, ſi quiſquam alius, l
nùs pacis amans, quieſcere domi, atque ſub
ſuo, potuiſſet, nihilominùs *Inferioris Saxonia*
nes Regem, antè in archiſtrategum electum, in
bè, & ſine miſſione, ſolicitâſſe, iret *Rex*, & n
tatibus ipſorum mederetur. Ibi tùm *Regem*, c
duce, comite conſcientiâ, auxilia illis den
non ſuſtinuiſſe. Iam, ſi maximè fortunam n
cantem expertus eſſet, nihilominùs ob id c
bonitatem non laborare. Partem igitur præ
adverſitatis vendicare ſibi divinam providen
quæ à peccantibus pœnas exigere ſoleat. Pa
verò iſtorum negligentiæ tribuendam veni
in tempore *Regi* operas debitas navare præt
ſerint. Fortunam quidem ſibi illudere, ſed
dùm conclamatum, aut ad tibicines, quod a
mittendum, eſſe. Nondùm regnum *Daniæ* m
deſtitui. Ut ab amicis idonea auxilia exſpe
poſſit. Interim, quòd animis in pacem ſemp
clinârit, nihil ſe etiamnunc, vel *Regum, Princi*
que, interventionibus, ad reproductionem p
facturum reliqui. Etiam victores videri in pa
propenſos eſſe. Illos nunc ad aquas, contin
terminos, perveniſſe. Illîc inſignem oſtendi n
amplitudinem. Ut navibus hoc ſpatium em
haud facile eveniat. Interim, neque ſic ſatisfi
dum eſſe. Maximè, cùm *Regem* non lateat, nav
lîc quæri. Sed eam eſſe *Regis* confidentiam, ut
ret, *Civitates maritimas* conſilia hac in parte
præcipitare velle. Si enim illud ſaltem penſ
beant, *Religionis*, & *Libertatis*, axiomata pericli
certè, quin rerum ſuarum ſatagant, fieri non
ſe. Itaque, dùm naves à vobis petuntur, nolite
gis hoſtibus aſſentiri. Si verò id vobis facere
clive eſt, ſcitote, *Regem*, operâ *Angliæ*, & *Sueciæ*
gum, ordinumque Belgii confœderati, illis ſub cl
bus mare infeſtaturum, ut tàm civitatibus, qu
commerciis, ratio ſua conſtare non poſſit. Inte
Rex hæc ad ultima ſponte non impellitur, ni
vobis cogatur. Ille enim eſt illius animus, ut C
tatibus maritimis, earumque negotiationibus,
tiùs faveat, adeóque commoda provehere geſt
Quo nomine fortè periclitaturis omnibus cop
viribuſque, ſuccurrere eſt paratus. Quæ ut m
Regis civitates confœderatas haud lateret, me
per interpretem vobis conteſtari, &
confirmare, voluit.

***

Exter

RPJCB


GROL
10
11
12
13
14
15
16
9
18
E
c
D
d
C
c
50 100 150 200 250 300
Rheinſche Ruten


GROLLA
OBSESSA ET EXPVGNATA
ab Illuſtriſsimo
FRIDERICO HENRICO
Principe Arauſionenſium. Co=
mite Naſſauiæ etc.
Auſpicijs D.D. Ordinum Belgii
Confœderati.
B
b
Slinge fluuiu
VRAGERSCHE
HEYDE.
4
A
a
2
3

RPJC

Externa.

I.

us Fridericus Vranius Crollenſem civi- em expugnat.

Oſt fatum clariſſimi illius bellatoris, *Mauritii Vranii*, militiæ *Batavæ* præfectus ſucceſſit *Henricus Vranius*, illius germanus. Hic ergò, ut, poſt adeptũ gubernationis regimen, virtutis re- iquod ſpecimen, tàm pro erigendis ſuorũ , quàm terrendis hoſtibus, ſtatueret, tro- ique figeret, circumſpicere cœpit. Interim, rma præparat, expeditionemque ſuſcipit, *n* civitas, ſive id fortalitium dixeris, inpri- currebat. Itaque hoc aggredi, hoc ex *Hiſpa-* manibus eripere, placuit. Itur in hanc ſen- n, miles ex hybernis educitur, & quidem ve- s, civitates limitaneæ tyronibus, & recèns lio obligatis, firmantur. Neve *Hiſpanus*, quò hæc tempeſtas, maturiùs iudicare poſſit, in- *ſam*, & *Embricum*, exercitus recenſetur; ut quiret, tanquam *Veſalia* peteretur. Ità qui- e induſtria ſimulabat *Vranius*. Sed mox, m vergeret hic impetus, patuit, ubi *Crollio* i caſtra admoveri, compertum eſt. Exerci- *tavorum* conſtabat ex ducentis, & ſexagintà, rium, & quinquagintà ſeptem equeſtrium, centum machinis bellicis, & trecentis im- entis, neceſſaria hanc ad expeditionem con- itibus. Ex adverſo, ſub directione *Henrici*, *s Montani*, *Hiſpanorum* coibant duodecim pe- , & quinque equeſtris, militiæ millia; unà rmorum, machinarum, & id genus neceſſa- n, apparatibus. Is, *Veſaliæ* metuens, quatuor us civitatem confirmârat. Sed, non obſtan- tili hoc exercitu, *Henricus Vranius*, *III. Id. Iu-* bſidione cinxit *Crollium*.

lckenius, loci gubernator, tametſi ne per ſo- m quidem hoc fulmen præuidiſſet, commea- x agro, fructuſque horarios, quantâ potuit triâ, nihilominùs invexit. Initiò igitur eque- urmas in hoſtes adventantes immiſit. Sed il- *tavis* intrà mœnia reiecti ſunt. *Vranius*, divi- rà duces, ac legiones, ſtationibus, ità quidem tem circum circiter concluſit, ut *Hiſpani* non onfertiſſimis viribus, impetus tentare quiti t.

terim obſeſſi machinarum bellicarum conti- ferè exploſionibus rem egerunt, ut etiam ali- a multos proſternerent per caſtra. Sed contrà *Vranius*. Hic enim, cùm ultrà decennium ob- nem continuâſſet, tormentis nullis uti cœpit. rim ſepimenta, ac loricæ, undique inducebán- gerræque aptabantur. Inprimis eo loco, quo *nis* aditus patére putabantur, vægrande exci- tur munimentum, ſuperinductis murorum ſe- entis, & loricis, minoribus, benè multis. Tan- , præparatis omnibus, circà menſis exodum, ſſis nullam ferè pauſam ſclopetorum, machi- narumque, exonerationi facientibus, talionem reddere iuſſit.

Poſt *Calendas Sextiles*, *Vranius* legiones equeſtres, unà cum pedeſtrium manu emiſit, ut requirerent hoſtes, & ſi quid deſignarent, cognoſcent, itemq; impedirent. Procedentibus diebus, tormentis diſpoſitis, glãdibus in civitatem ignitis itum eſt ſtrenuè. Undè tribus in locis nata ſunt incendia, clamorque eiulantium exaudiri cœpit. Hinc tormentis, & glandibus illis, malum punicum imitantibus, civitas concuſſa. Nec minùs macerie, & faſcibus ligneis, in foſſas ſucceſſivè opplẽdas, laboratum eſt.

Circiter *Idus Sextiles*, obſeſſi ſubornârant emiſſarium, qui per *Guilielmi Naſſovici* ſtationem, tanquã locum minùs munitum, evaſerat. Eo tempore per caſtra rumor differebatur, *Hiſpanos* apud *Statloum*, & *Sudloum*, appuliſſe, variis cum inſtrumentis bellicis, quibus trecenta numerò impedimenta oneràſſent, ſine dubio vel vi, vel ſtratagemate, aliquid magni momenti tentaturos. Qua de re per caſtra legionibus attentionem, & ut incurſitantes *Hiſpanos* maſculè exciperent, *Vranius* inculcavit. Neque fefellit eventus. Illi enim paulò poſt, ſexagintà equitum, trigintà peditum, ſigna, unà cum tormentis aliquam multis, & id genus apparatu, educentes, ità propè ſupervenerunt, ut vix quatuor paſſuum millibus ab *Erneſti Naſſovii* legione abeſſent. Itaque per caſtra undique ad arma conclamari cœpit. Locus verò, ubi *Hiſpani* irrupturi videbantur, ſuperinductis maioris momenti tormentis, directisq; pedeſtrium ſignis, benè multis; ad amuſſim communitus eſt, *Vranio* totam noctem inſomnem, ſuper diſpoſitione rerum, ad defenſionem neceſſariarũ, exercente. Appetente aurorâ, *Vranius* tàm equeſtris, quã pedeſtris, militiæ ſigna ſeptuagintà duo, extrà murorum ſepimenta, unà cum octo tormentorum paribus, eduxit, in conſpectum *Hiſpanorum*. Cui *Erneſtus Naſſovius*, cum duobus ſclopetariorum millibus, acceſſit. Sic compoſitis agminibus ſtatũ eſt. Uſq; dũ, *Hiſpanos* nihil tẽtaturos eſſe, innotuit.

Succedente diluculo, denuò rumor percrebuit, tanquam iam tandem *Hiſpani*, condenſatis agminibus, viribuſq; ſuffulti maioribus, impreſſionem in *Batavorum* caſtra molirentur. Iterùm ergò in excubiis interdiu, quàm noctu, fuit *Vranius*. Poſteroque die, antè caſtrorum ſepimenta, phalangem ferè eduxit denuò, aſſumptis aliquot tormentis. Sed panicus hic velut, ut vocant, erat terror. Nec enim *Hiſpani* veniebant propiùs. Undè, hoſtibus nihil tentantibus, hæ copiæ in caſtra ſunt reductæ.

Poſteaquàm ergò ab *Hiſpanis* obſidio labefactari haud poſſet, iamque omnia in *Batavorum* caſtris ad expugnationem ſpectarent, *XIV. Cal. VIIbres*, *Vranicus* tentatò per *Gallos*, *Angloſque*, aſſultu loricam civitatis feliciter occupavit. Undè ingens mulierculárum, & infantium, ploratus excepit. Mox, *Vranio* ferias copiis imperante, è civitatis gubernatore miſſus, ſupervenit tympanotriba, præeuntibus códicillis, tridui inducias deprecatus. *Vranius*, retrò miſſo cum nuncio ſchedio, ſic nunciari iuſſit gubernatori, pro tridui ſpatio, ſeſe ter tres ipſi horas indulturum. Intrà quas niſi dicto ſit moriger, tùm veniæ ius nullum ſuperfuturum. Sic, eadem adhuc luce, more militari, inter partes tranſactum eſt, nempè ſequenti

dis

die, unà cum ſarcinulis, ſub ſignis expanſis, & duorum tormentorum eductione, quàquà eſſet lubitum, honeſtiſſimè emigrarent.

Henricus, Comes Montanus, intellecta loci deditione, incenſis caſtris, copias *Sudloum* produxit, ne quid porrò res publica detrimenti fortè caperet.

II.

Ob Victoriam Crollianam Batavorum tripudia.

HOc ſub luculento trophæo ubi *Henricus Vranius* regiminis ſui auſpicia coronâſſet, præ ingenti lætitia totius *Belgii* confœderati provinciæ fremere notari cœperunt. Inprimis *Haga Comitis*, ob primam illam *Vranii* fortunam, omnia exquiſitæ feſtivitatis ſolemnia in ſcenam duxit. Præter enim, quòd publicæ peragerentur gratiarum actiones, campanis, horrendùm inſonantibus, toties litatum. Noctu verò ignibus, artificioſè in auras proiectis, ad invidiam uſque, certatum eſt. Tùm è turri altiſſima, tria tubicinum paria, militarem illam ſymponiam, eamque vulgatam, quæ de *Guilielmo Naſſovico* nomen habet, iteratis vicibus, intonuêre. Ut è *Curia* pariter, quæſitiſſimis omnis generis inſtrumentis concurrentibus, tanta gratia conciliaret contentus muſicos, tàm dulcis ſonus pertentatum mulceret aëra, ut diceres, longè ſuperari *Syrenum* concordiam. Secundùm hæc, per atrium aulæ variis tormentorum exploſionibus *Vranio* interior quæſitus eſt plauſus. Ad ſummam, nemo ſive per *Hollandiam*, ſive cæteras *Batavas* ultrà plebem tùm fuit, qui non vel intrà, vel extrà, ædes, excitatis ignibus honorariis, novę, atque nigentis, feſtivitatis ſigna ederet. Solus *Guilielmus Naſſovicus*, *Mauritii Vranii* naturalis, ineuntis huius felicitatis guſtum non percepit. Is enim, cùm in caſtris, antè *Crollium* obſeſſum, cuniculos, ſulphure, & nitrato pulvere, ſuffoſos, *Angli* ſuccendere, atque in civitatem eiaculare, tentarent, per gerras diſpoſitas proſpiciens, glande, ab obſeſſis exploſa, petitus, ſpiritum reddidit: Eâdem (mirum!) glande alium inſuper *Centurionem Anglicanum*, propè aſſiſtentem, feriente, mortique mortem iungente.

CAP. IV.

De ſuppliciis, à Ruſticorum per Auſtriam rebellibus, ſumptis. Itemque diæta Pragenſi, ac coronationibus regiis.

I.

Anteſignani Ruſticanorum, per Auſtriam rebellantium ſuppliciis afficiuntur.

DE inconſideratis, violentiſqı
tudinis, ruſticanæ per *Auſtr*
riorem rebellãtis, furoribus, 1
undè pmiſſum eſt. Tametſi
iectu *Religionis*, hęc impotent
etiam validis armis provecta, colorem q
non tamen potuit, intrà Invictiſſimi *Cæſa*
ditarias, proximaſque, provincias, ingen
abſque capitali multorum periculo, de
Religionis enim axioma neque ſemper, ne
que, præſertim à ſubditis, in ordinarium,
tariumque, dominum inſurgentibus, arm
rè ſumptis, proferri velle, ſi non aliundè, v
cedentibus huius tempeſtatis cladibus, d
rat.

Tametſi enim quorundam populorur
sùs *Reges*, dominoſque, inſurgentium, imp
quando felicem ad tempus ſortiantur e
quis tamen neſcit, id genùs plebis conſpi
facilè à multitudine coire, ſed raró, &
ſuma cum difficultate in effectum, ac ſecu
deduci. Ità etiam hîc accidit. Seditio
parvis, ut ſolet, initiis ad ſummum evaſera
multitudo invictum propè contraxiſſe vid
ſet exercitum. Quotquot enim ferè in e
bant *Cæſaris* legiones, fundebantur. Sic ca
nè invictis valentes, expugnandis magni r
civitatibus animos adiicicbant, Splende
tri, vel ſmaragdi, more, ad tempus hæc f
Sed in altum tot impotentium hominum
erexerat, ut eò graviori è præcipitio deinc
turbaret. Venit enim *Pappenheimius, ruſtic*
ſcopulus ille, &, cùm alij antè illum victoria
deſperâſſent, vicit. Neque vicit tantùm;
iam feroces debellavit, enervavit, contu
ut ampliùs quidem audere poſſent, agmini
ire non poſſent. Apud victorem igitur *Cæſ*
rat, de victis, de debellatis, ſtatuere. Qui
ret?

Anne omnes perderet patriæ provinci
ditos, tàm funeſto negotio implicitos? N
quàm id tulit *Auſtriaca* moderatio, ac lenita
que, quàmprimùm rebellis multitudo fact
deprecari cœpit, multitudini parſum eſt. S
rant furoris, & tragœdiæ autores. Et hi ia
in vincula venerant. Videndum ergò erat, a
deſſet illis ignoſci, quos velut ad pœnam ipſ
deduxiſſet. Grave videbatur primoribus ſo
tot malorum autoribus, & cauſſis, in unive
connivere. Sæpè enim pœnæ remiſſione
qui ad virtutem minùs inclinant, formidine
efferantur, confidentiâque redduntur inſole
res. Proindè, cùm optimum magiſtratum a
tiquo lex iubeat bonos præmiis ornare, malo
nis coërcere, eadem etiam hîc locum habuit
terim, quem morem *Romanis* olim, tametſi g
libus, teſtibus *Livio*, & *Vegetio*, fuiſſe novimus
mirùm, ut pœna ad paucos, & terror ad mu
rediret, hic etiam *Chriſtianiſſimo Romanorum*
peratori placuit.

Quòd ergò aliquam multi rebellionis a
gnani è vinculis cauſsã dicere iuſſi eſſent, apud
tzium, excitato funeſti ſupplicii theatro, *VII. C*
priles ultimam in capita ſua ſententiam tuler
Ità intrà illam civitatem, quam armis infeſtis e

nteà ultimis conatibus tentaverant, fu-
b manu carnificis, ultimos profuderunt ge-
producebâtur octo numero, qui bbi in pœ-
rteris in terrorem, eſſent. Ex illis ſeptem,
nortis ſententiâ, ad *Romano-Catholicam*
unt *Religionem*; Octavus tantùm obſtina-
eſtitit. Primo equeſtri genere nato, atque
chiliarchæ munere functo, caput ampu-
ſt. Reliqui, quorum alteri, *Holtzmüllero*, al-
Leidenero, tertio *Vieſchio*, nomen erat, poſt
mputationem, in partes diſſecti, inq; cru-
c indè per compita recèns erectas, acti

multò poſt rursùs alii decem, ejusdem fu-
niferi, pariter in vincula conjecti, mox pœ-
runt; E quibus referuntur *Himmelbergerus*,
vitatis camerarius, *Tobias Mayerus*, *Gemünda-*
averus, *Noviomagi* Judex, *VVurmius*, Centu-
reccus, *Lasbergæ* Judex, ruſticanorum magi-
itum, *Vätterus*, plebeius, idemque hoſpi-
deſignator caſtrenſis ſupremus, *Spattus*, ple-
ingelius, ruſticanorum *Centurio*, *Lintzio* civi-
è multùm moleſtus, *Hochbaumus* plebeius, &
onymus, neſcio quis. E quibus duo poſtre-
urcam acti duplicem: reliqui, cernicibus
atis, in partes diviſi per compita jerunt.

II.

Paſtores, ac Ludimoderatores, dictos pro-
antes, Inferiori ex Auſtria emigrare
et.

pliciis à rebellionis tragicæ magiſtris apud
zium ſumptis, inſequenti ſub autumno *Cæ-*
licato edicto, etiam ex *Auſtria infrà Anaſum*,
s, ac *ludimoderatores*, ad unum omnes, emi-
uſſit. Nimirùm illi omnes, & ſinguli, à publi-
e diplomatis, ab exercitiis, *Religionem* concer-
us quibuſcunque, ſeſe omninò, ac totaliter,
erent, certoq; ſub indulto temporis ſpatio è
cia emigrarent, ac ne unquam quidem re-
, niſi malint vincula, pœnaſq; citrà dubium
ndas, exſpectare.
ruit hoc fulmen, provinciæ *ordines, ac dyna-*
teſtantes vehementer. Tametſi igitur codicil-
plicibus *Cæſaris* hac ſuper re clementiame-
ent, nihil tamen effectum eſt, *Cæſaris* animo
m in *Auſtria*, quàm ipſius *Bohemiæ* reforma-
unicè intento.

III.

Pragam profectus, conventum illic in-
icit.

tumno in hyemem inclinante, *Cæſar*, *Impera-*
ice, *Vngariæ Rege*, cæteriſque filii *Principibus*, u-
mptis, *Pragam* intravit. Ubi à *Prorege*, & indi-
exquiſita, & ſolenni, cum pompa, exceptus
rmentis bellicis, apud *S. Laurentii* montem
itis, ter immane boantibus, mox campanis
bem regiam itidem aſſonantibus, hymnoq;
lmari, *Te Deum laudamus*, in uſum ducto.
ſolutis illis introitus ſolennibus, *Cæſar* pu-
blicato diplomate, regni *Bohemiæ ordinibus* apud *Pragam* conventum indicere cœpit. Diplomatis tenor erat huiusmodi:

Ferdinandus &c. Notum vobis facimus, nos, cauſſis magni ponderis, & urgentibus, inductos, in rem regni *Bohemiæ* hæreditarii noſtri, ſuper conventu poſtridie *Idus Novembres* habendo, inprimis ſuper *Imperatrice Romana*, conjuge noſtra dilectiſſima, in *Bohemiæ Reginam*, itemq; filio noſtro dilecto, natu maximo, *Ferdinando III. Vngariæ Rege* coronato, in *Bohemiæ Regem*, ac ſucceſſorem noſtrum coronandis, deliberâſſe, ac conſtituiſſe. Proindè, cùm ipſius *Bohemiæ* hæreditarii regni noſtri, omniumq; fidelium ordinũ, ſubditorumq;, interſit, quò, poſt tot rebellionũ, & civilium motuum, concuſſiones, hæc regia in ſtatum, floremque, priſtinum vindicari poſſit, hac vice vobis injungimus, omnes, ac ſinguli, die prædicta apud hanc *Pragam* noſtram comparentes, die ſequenti apud aulam regiam noſtrâ, loco conſueto, voluntatem, ac propoſitionem noſtram, demiſsè excipiatis, antedictis coronationis actibus aſſitis, poſteaq;, ad ea, quæ ulteriùs proponentur, collatis unanimibus, ac decentibus, ſuffragiis, reſpondeatis, prout & in rem noſtram eſſe, hujuſq; regni noſtri, & temporis, veſtrûmq; omnium, ratio poſtulare, videbitur.

Quandoquidem verò, ex illo tempore, quo *Bohemiæ* hæreditarium iſthoc regnum noſtrum poſtliminiò ad priſtinam revocavimus obedientiam, multi tàm ſuperioris, quàm inferioris, ordinis homines, fundis, poſſeſſionibusq;, coëmptis, in ſubjectas regno provincias venerint, neceſſum eſt, illi ut omnes, antequàm diæta, jam publicata, incipiat, tanquam indigenæ, ſecundùm leges provinciales, recèns editas, in verba jurent, litteraſq; pro morè reverſales ad *Tabulas* illas dictas *Provinciales* deponant, ſed abſq; lytro. Ea de re unuſquiſq; ſui muneris, ac loci, ſatagет. *Principes* quidem in tempore, & antequàm conventus inſtet, coràm nobis, tanquam *Cæſare, & Rege*, cæteri coràm dicaſterio *Bohemico* regio, aulicoque noſtro, nomina, profitentes, jurisjurandi legem implebunt. De iis verò, qui antè fœdos iſtos nuperrimæ rebellionis motus regnum incoluerunt, áq; dictæ rebellionis inquiſitoribus accuſati quidem ſunt, ſed poſtmodùm veniam impetrârunt, ità eſt, ut apud idem regiæ aulæ noſtræ dicaſterium, vice juramenti, manu porrectâ ſtipulari, ac promittere, debeant.

Quoad ordinem, ut vocant, ſeſſionis, ità nobis ratum eſt, ut juxtà leges regni, provinciales dictas, *ordo Eccleſiaſticus* in primum, priſtinumq;, locum reducatur. Quo quidem pertinent *Præſules*, *infulis* inſignes, poſſeſſionibus, & territoriis, pollentes, integrumq; *ſtatum*, ſive *ordinem*, in diætis repræſentantes. Hi omnes, quid facto opus ſit, præeunte ore *Cardinalis de Harrach*, *Archiepiſcopi Pragenſis*, erudiri ſe patientur.

De cæteris ſeſſionibus cùm diverſas inter nationes, huius regni incolas, controverti poſſit, vigore præſentis diplomatis, mãdamus, & volumus, ut regii ſupremi conſiliarii, ac miniſtri, nempè *Aulæ*, & *Cameræ*, regiæ *Iudices*, atq; *Aſſeſſores*, aliiq;, quos leges provinciales nominant, præferuntq;, ordinẽ, prærogativamq;, ſervent; Reliqui, quicunq; ſint, ſine diſcrimine, ac præjudicio, quo quiſq; loco acceſſerit, conſideant.

Interim, *dynaſtæ* cum *dynaſtis*, *equeſtres* cum *equeſtribus*, congregentur. Quod ſi accidat, ut poſt impletam hanc diætam, aliquis ſive ad *dynaſtas*, ſive *equeſtres*, acceſſerit, & culpari ob id poſſit, hęc ad nos, tanquam *Regem*, deferatur querela; ſic, quod erit æquum, ſtatuetur. Hoc autem, ad omnium notitiam venire, ac ratum eſſe, volumus, unicuiq; , ut vel *dynaſtam* ſe, vel *equeſtrē*, profiteri poſſit, illud documētum ſufficere, ſi à nobis, tanquam *Bohemiæ Rege*, litteras regias, quibus ille vel in *dynaſtarū*, vel *equeſtriū*, ordinem aſſcitus eſt, oſtendere quitus ſit. Quo reſpectu nemini ordo, vel immunitas ſua, in controverſiam, ac dubium, vocari debet.

Hæc cùm ità præmittēda eſſe pręcogitaverimus, nihil dubitamus, unumquemq; fidelem ſubditum noſtrum, nihil ad debiti officii, fideique, hujuſque diætæ provincialis, in rem communem indictę, impletionem reliqui facturum. Neq; eſt, ut iſtorum, qui forte emanſuri ſunt, ulla habeatur ratio. Cætęris enim, coràm præſentibus, & ſuffragia nihilominùs ferendi, & concluſiones faciendi, pleniſſima erit poteſtas. Quo nomine *civitates noſtræ regiæ*, quotquot hanc ad diætam requiruntur, ac quarum intereſt, per delectos, huc emiſſos, rerum ſuarum, ſuique officii, & loci, erunt memores.

IV.

Cæſaris, ſub diæta Pragenſi, ad regni ordines facta, propoſitio.

QUæ autem *Cæſaris*, ea ſub diæta fuerint poſtulata, jam patebit. Itaq; nomine *Cæſaris*, ordinibus regni indicatum eſt, *Imperatricem, XI. Cal. Decembr.* in feſto *præſentationis B. V. Mariæ*, &, *Cæſaris* filium, natu maximum, *Vngariæ Regem, VII. Cal. Decemb.* in feriis *D. Catharinæ*, in *Reginam*, *Regemq̃, Bohemiæ*, coronandos eſſe. Irent igitur ordines *Bohemici*, & die, coronationem præcedente, deſignato *Regi*, tāquam domino, & ſucceſſori, hæreditario, coràm *Cæſare*, ex lege novarum tabularum provincialium, homagium præſtarent. Pariter *Rex Vngariæ*, ac *Bohemiæ*, litteris reverſalibus caveret, ſe, quoad *Cæſar* eſſet in vivis, regni gubernationem non uſurpaturum. Secundùm hæc, *ordines Bohemici* nominarent homines idoneos, quales, *Coronam, Sceptrum, & Pomum*, intereà cuſtodirent, ut etiam honoraria, hucuſq; uſitata, ad utrumq; coronationis actum, conferrent. Huic ſuccedaneum eſt, ut pro conſervatione exercitus *Fridlandici*, pręſidii *Pragenſis*, fortalitiorum limitaneorum exhauſtorum, aulæ, atq; Baſilicæ, *Pragenſis*, tùm pro ſumptibus in legatū, ad aulam *Turcicam*, unà cum honorariis requiſitis, mittēdum, erogandis, ſingulis anni quadrantibus, ducenta florenorum millia dependerentur. Simulátque, hac ſub collectione, ratio haberetur pauperiorum, ne illi plus juſtò graventur. Par ratio eſſet viduarum, & pupillorum, *Religionis* cauſsâ, emigrantium. Illis quò ex æquo ſatisfieri queat, diſpiceretur. Porrò, temporibus *Matthiæ Imp.* laudat. memor. ſub diæta provinciali *Anni M.DC.XV. ab ordinibus* decretæ ſolutiones, *Cameram* concernentes, in effectum deducerentur. Nec non *Electoribus* finitimis, *Bavaro*, & *Saxoni*, limites ſuos in *Bohemiam* uſq; extendere cupientibus, iis ſub mediis iretur obviàm, quibus pax conſervari, ac bellum evitari, que-

at. Ejus commatis eſt, ut de eo iniretur delibe
quo pacto è *Praga* mediante *Mulda* fluvio
Leutmaritium, Hammaburgium Gambriviorum u
navigatio inſtitui queat. Et deniq; *Cæſar* cav
præcipui nominis ferina deinceps, per *Bohen*
gnum, à quoquam, extrà *Cæſaris*, ejuſdemque
indultum, feriretur.

V.

Ordinum Bohemicorum paritio.

AD illa *Cæſaris*, ac *Regis*, poſtulata, *Ordines Bo*
ci, ſuo quiſq; loco, demiſſa ſtudia, operaſc
milimas, confere cœperunt. Itaq; tàm *Imper*
quàm *Regi*, in ſolennes coronationis actus, ſu
viginti quinque millium *Ferdinandicorum*, ob
runt. *Principi ab Eggenburg* decem *Ferdinandi*
ceſſerunt millia. *Lobcovitius Princeps, Cancellar*
premus, unà cum *Vice Cancellario*, & *Secretariis*,
pit duodecim florenorum millia. *Adamo VVall*
nio, *Burgravio* ſupremo, numerata ſunt quinc
renorum millia. Ut etiam in *Scribam provin*
ſupremum, pro reſtauratione domicilii, ſive p
ad id munus, pertinentis conferrentur floren
quatuor millia, itemque ducenti quinquagin

VI.

Imperatrix in Bohemiæ Reginam ſolenni
coronatur.

TRansactis illis *Pragenſis* diætæ decretis,
deinceps ad corationem *Imperatricis* itur
Stato die, pridie omnibus *Regum* legatis, *Princi*
Comitibus, ac *Baronibus*, cæteriſq; , quorum ope
pus erat, nunciari cœpit, manè circà horam
mam, in aulam venirent, *Cæſaremq̃* à concl
Baſilicam deducerent. Quòd igitur *Cæſar*, in h
rem *Imperatricis*, ſub ſplendore *Cæſareo* pom
auſpicari vellet, ſequens obſervari cœpit proc

Initiò *Ordines Bohemici, Camerarii*, ſive *Cubic*
Cæſarei, cæteriq; auguſtales, prout quiſq; of
& dignitate, prævaluit, proceſsêre. Illos exc
runt *Conſiliarii Cæſarei* ſecretiores, & præcipu
nè ſequebantur *Auguſtus, Dux Palatinus Neobur*
& *Sultzbaccenſis, Dux VVürtenbergicus, Cardin*
Princeps Dieterichſteinius. Hi, poſtquàm in *Baſili*
tū eſt, propè *Cæſarem* conſtiterunt. Dextram
Nuncius Apoſtolicus, lævam *Hiſpaniarum Regis* or
clausêre. Poſt hos *Comes de Meggavv*, ſupremus
Cæſareæ magiſter, inſignibus *aureæ pericelidis* c
cans, virgamq; officio ſuo convenientem, pr
dens. Inde *Fecialibus Cæſareis*, numero quinq;
tu, & ordine ſuo, inſequentibus, locus fuit. Se
dùm hos omnes progredi cœperunt *Comes So*
ſis, *Imperii* ſceptrum, *Comes Fürſtenbergius, Imper*
mum, *Comes Mansfeldius, pulvinar* auro intertex
(quo ſuper deinceps intrà *Baſilicam corona* rep
retur) & *Ioan. Chriſtophorus Baro de Parr*, aulæ *C*
Marſchallus, evaginatum *enſem*, geſtantes. Ab
Vngariæ Rex, aureæ periſcelide refulgens, ſimulq;
rator, ſplendore *Cæſareo*, & *corona*, radi
proceſsêre. Atque hic ordo in deductione *C*
obſervari cœpit.

Ordo verò, quo *Imperatrix* deducta, ille

H

ecundi agminis initia fecerunt *Præſules Ec-*
, *Cardinaliſq; Harrachius*, omnes, ut loquun-
tificaliter circumamicti. Indè regni *Bohe-*
gnalia, nempè *ſceptrum*, per *Baronem Vratis-*
ibam provincialem ſupremum, *pomum* per
Tallenbergium, Iudicem provincialem, ſu-
& *Corona*, per *Baronem de VVallenſtein*, Burg-
n ſupremum, prælata ſunt. Hos inſecuta eſt
rix, inter duos excepta *Epiſcopos*, nimirùm
Archiepiſcopi Vicarium, & regni *Vngariæ Can-*
n. Mox *Imperatricis* ſuprema *aulæ magiſtra*,
n *gynecæo Cæſareano*, attalicis veſtibus ſuper-
itemq; aliis tàm *Bohemicis*, quàm *Teutonicis*,
is illuſtribus, hoc alterùm abſolvit agmen.
ſilicam ubi perventum, fores occluſæ remo-
intraturos. Interim per aream *Baſilicæ* qua-
deſtrium, & duo cataphractorum, ſigna, ex-
gerunt. Ut etiam per urbis vias cohortes ci-
ilitareſque, ſub ſignis eſſent.
à *Baſilicam*, antè *Cæſarem*, ad dextram, thro-
ulſit. Par in medio, antè aram, thronus alius
diſsimus, ſub umbella, extrui cœpit. Ad læ-
oratoribus præfatis, itemq; *Cardinali*, & *Prin-*
trichſteinio, locus fuit. Ad dextram *Principes*,
leſiorum legatis, excepti ſunt ſedibus. Super
ſive ambulacro, juxtà *Cæſaris oratorium*, con-
nt heròinę, nymphæq;, illuſtres, pavimentis,
o rubro, candidoq;, uſq; in atrium, conſtra-
Principum, *Cæſaris* filiarũ, intrà *oratorium* re-
n. Dùm igitur *Imperatrix* thronum occupa-
ſar antè aram, in poplites exceptus, rogavit,
trix conjux in *Bohemiæ Reginam* ut corona-
Hoc peracto, ad thronum ſuum rediit, Ità
trix inter *Epiſcopos* duos, & *Abbatiſſas Principes*
D. Georgii, ad aram deduci, & à *Cardinali Harra-*
gi, cœpit. Exindè, eidem *Cardinali Miſſæ* ſa-
peragenti duo *Præſulum* paria miniſtrârunt.
is *Abbatibus*, ad aræ lævam, ſeſſiones inſtituen-
Poſt *Epiſtolæ* recitationẽ, *Imperatrix*, ad aram
ta, ab *Abbatiſſa* apud *D. Georgii*, eademq; *Prin-*
à collatis inſignibus regiis, coronata, priſti-
ue in thronum repoſita, eſt.
, peractis ſolennibus, hymnus ille trium-
, *Te Deum laudamus*, omnis generis inſtrumen-
oncentibus, muſicis, adhibitis ſimul æneato-
& tubicinibus, inſonuit. Nec ſegniùs à co-
bus militaribus, ſclopetis magno numero in
um exploſis, ac viginti quatuor tormentis
ne tonantibus, hæc aucta eſt feſtivitas. Ut et-
mnes per urbem campanæ impellerentur.
uàm ſic ergò recitatio *S. Evangelii*, & *Symboli*
lici, audita eſſet, *Imperatrix*, intrà duos illos *E-*
s progreſſa, ad offertorium acceſſit, numum-
ureum benè magnum obtulit, *Abbatiſſa Prin-*
nicæ ſyrma ponè colligente. Mox eâdem ra-
Imperatrix ad arã regreſſa, *S. Euchariſtiam* per-
Hactenùs de *coronationis* ſollennibus.
ibus, unà cum ceremoniis, ritibuſq; abſolu-
nibus, ecce! ſenior *Althanus Comes*, & *Baro-*
tarenbergica, prodeuntes, per *Cardinalem*, &
em, *Dieterichſteinium*, ſacris matrimonii ſo-
ſimè initiati ſunt.
c etiam, vice coronidis, impleto, per xyſtum,
nbulacrum ſuperius, pannis diverſicoloribus
ratum, iis denuò ordinibus, quibus præ-
m, *Cæſar* è *Baſilica* in atrium regium deductus,

eſt. Illîc, poſitis inſignibus, & ſplendore ſuo, aliud in atrium procedens; epulis regiis accubuit. Ad ſupremam hanc menſam *Imperator*, cum *Imperatrice*, *Rex Vngariæ*, par *Cæſaris* filiarum *Principum*, par *Cardinalium*, *Pontificis Max.* & *Hiſpaniarum Regis*, legati, itemq; *Althanus Comes*, ſponsâ comite, aſſederunt.

Apud *Pragam* porrò cùm ab antiquo obtinuerit, ſi *Bohemiæ Regina* coronetur, ut præcipuorum regni conſiliariorum, ſive miniſtrorum, videlicet *Burggravii ſupremi*, *Aulæ magiſtri* ſupremi, *Camerarii provincialis* ſupremi, *Iudicis provincialis* ſupremi, *Cancellarii* ſupremi, cæterorumq; primi ſubſellii heroũ, conjugibus illuſtribus ſingulis ſingulæ ſternantur menſæ, etiam hæc ſolennitas locum habuit. Singulæ ergò matronę illuſtres ſingulos maritos ad epulas pluſquam ſaliares, invitare cœperunt.

Epulas in veſperam uſq; extractas ſacrum, mox actus comici, exceperunt. De nocte, apud montem, *D. Laurentio* ſacrum, ignibus artificialibus in aëra ejaculatis, uſque ad ſpectatorum ſatietatem, certatum eſt. Atque hæc dies, nullâ interturbante triſtitiâ, exquiſita cum ſolennitate, & plauſu, feliciter exceſſit.

VII.

Ferdinandi III. Vngariæ Regis, in Bohemiæ Regem, coronatio.

DE *Imperatricis* coronatione actum eſt. Supereſt, ut, quibus ſolennitatibus *Vngariæ Rex* in *Bohemiæ Regem* inaugurari cœperit, attexamus. *Cæſar* autem poſtquàm *ordinibus Bohemicis* indicari juſſiſſet, ad *VII. Calend. Octobr.* *Principem* filium natu majorem, *Vngariæ Regem* porrò in *Bohemiæ Regem* coronandum eſſe, ecce! pridie ejus diei *ordines* magno numero convenientes, *Regi*, tanquam hæredi, ac ſucceſſori, homagium depoſuerunt. Quo facto, *Rex* privilegia (quæ *Germanicis* verbis, unà cum *diætæ provincialis* ſtatutis, recitari cœperunt) illis confirmavit. *Ordines* verò viciſſim, ex lege veteri, in inſtantem coronationis actum, viginti quinq; *Ferdinandicorum* millia obtulerunt.

Quibus præeuntibus præparatoriis, tùm demum tàm extrà, quàm intrà, *Baſilicam*, magnis cum apparatibus res agi cœpit. Simulátq; *legatis*, *Principibus*, *Comitibus*, *Baronibus*, cæteriſq; *equeſtribus*, ut etiam *nymphis illuſtribus*, *ac nobilibus*, indicatum eſt, die ſequenti regiam ad aulam demiſsè, confluentes, *Regem* ſuum è palatio in Baſilicam deducerent. Id quod ſtatis die, horâq; factum. Cùm igitur *Cæſar* conſtituiſſet, in honorem *Principis*, natu maximi, ſub ſplendore *Auguſto*, ac *Cæſareo*, illum deducere, ſequens ordo obſervari tùm quidem cœpit.

Primùm, *Rex Vngariæ*, intrà horam nonam matutinam, per *ordines Bohemicos* è conclavi in *Baſilicam*, ad *D. Venceslai* ſacellum, deductus, habituque *Bohemiæ Regis* circùm amictus, eſt. Dein pars *Ordinum* in aulam reverſi *Imperatorem* cum *Imperatrice* deduxêre. Ordo talis fuit. *Cubicularii*, *dapiferi*, aliiq; auguſtales, ſuo quiſq; ordine, præceſſerunt. Illos inſecuti *Conſiliarii Cæſarei* ſecretiores. Hos excepêrunt *Principes*. E quibus fuerunt *Princeps Lobcovitius* junior, *Dux Münſterbergius*, *Dux Briegenſis*, *Dux Lignitius*, *Dux VVürtenbergius*, *Auguſtus*, *Dux Neoburgo-Palatinus*. Indè proceſſit *Comes de Meggavv*, ſupremus

aulæ *Cæſareæ* magiſter, virgam, ſive ſcipionem, officii indicem, præferens. Hunc exceperunt legatus *Hiſpanicus*, itemque *Nuncius Apoſtolicus*, unà cum *Cardinali*, ac *Principe, Dieterichſteinio*. Abindè locus fuit *Fecialibus* numero quinque *Cæſareis*; nec non *Comiti Solmenſi, Cæſaris* conſiliario bellico, & *Chiliarchæ*, ſceptrum præferenti, *Comiti Fürſtenbergio*, dicaſterii *Cæſarei* præſidi, *Imperii* pomum, ſive orbitam, *Brunoni, Comiti Mansfeldio*, pulvinar, auro intertextum, (ſuper quo, dùm *Evangelium* recitatur, & *Elevatio* fit, *corona* recumbit,) & *Io. Chriſtophoro, Baroni de Parr, Cæſaris Camerario*, aulæ *Mareſchallo* ſupremo, & per provincias hæreditarias poſtarum, ut vocant, magiſtro, enſem evaginatum, geſtantibus. Secundùm illos *Cæſar*, ſub ſplendore, & corona *Cæſarea*, unà cum *Imperatrice*, & pari *Principum* filiarum, proceſſit. Suprema aulæ *Cæſ.* magiſtra, unà cum *gynæceo auguſtali*, itemque matronis, nymphiſque, illuſtribus, tàm *Bohemicis*, quàm *Teutonicis*, hoc ſplendidiſſimum abſolvit agmen.

Intrà *Baſilicam*, ad aræ dextram, duo throni magnificentiſſimi, juxtà ſe poſiti, exſpectabant *Imperatorem*, & *Imperatricem*, ſuperimpendentibus umbellis. In medio, antè aræ faciem tertius thronus luculentiſſimus, *Regem* excepit. Ad aræ lævam *Pont. Max.* & *Hiſpaniarum Regis*, legati itemque *Cardinalis*, & *Princeps, Dieterichſteinius*, deflexerunt. *Principes* ad dextram ſuper xyſto ſedes occupârunt. Par *Principum, Cæſ.* filiarum, adjuncta aulæ magiſtra ſua, intrà *oratorium* fuerunt. *Imperatricis* verò aulæ magiſtra, unà cum gynecæo *Cæſareo*, infrà *Imperatricem*, aſtitit. Cæteræ matronæ, nymphæque, illuſtres, tàm *Bohemicæ*, quàm *Teutonicæ*, ponè *oratoriam*, ambulacrum occupârunt.

Omnibus hoc modo intrà ſedes ſuas receptis, *Vngariæ Rex*, è *D. Venceslai* ſacello, introduci cœpit hoc ordine: Initiò præceſsêre novem numero *Præſules, Infulis*, ac *pontificalibus*, ut loquuntur, circùm amicti. Ponè hos *miniſtrantes*, reliquias præferentes, notati. Denuò quatuor *Præſules*, unà cùm *Cardinali ab Harrach, Archiepiſcopo Pragenſi*, pontificialiter inſigniti, perrexerunt. Ab his progreſſi duo *Barones de Collobrath*, quorum alter *panem argento*, alter *panem auro* inductum, exhibuit. Duobus *Comitibus* de *Slavvata*, duo vini doliola, alterum ex *argento*, alterum ex *auro*, pariter prætendentibus.

Mox *Bohemiæ* regni ſucceſſerũt inſignia: Nempè *Enſis*, per *Vratislaum Comitem, Sceptrum* per *Vratislaum, ſcribam provincialem* ſupremum, *pomum* per *Baronem Tallenbergium, Iudicem provincialem* ſupremum, & appellationum *præſidem, Corona* per *Baronem Adamum VVallenſteinium, Burggravium ſupremum*, prælata. Secundũ hos, *Rex*, *regio Bohemico* cultu, ac ſplẽdore, amictus, proceſſit inter *Archiepiſcopi Pragenſis Vicarium*, & *Vngariæ Cancellarium, VVeitzenæ Epiſcopum*, medius. *Barone de Thun, Regis* aulæ magiſtro, *Comite Martinitio*, aliis *dynaſtis* pluribus, hunc ordinem abſolventibus.

Rege ad aram progreſſo, & in thronum recepto, *Miniſtri* illi regii inſignia regni ſuper aram dimiſerunt. *Panes* verò, & *Doliola*, ſuper menſam, ab aræ dextra poſitam, diviſerunt. Paulò poſt *Rex*, ad aram, deductus, inque poplites exceptus, facietenùs in pulvinar auratum inclinavit, quouſque *Harrachus Cardinalis* preces abſolviſſet. Illis peractis, *Rex* ungi, & retrò aram ab hoc ſacro unguine à duobus *Epi-*
ſcopis abſtergi, demùmque in thronum redu
pit. Interea *Harracho Cardinali, Miſſæ* ſacrum
cante, poſt *Epiſtolæ* lectionem, *Rex* iterùm a
deducitur. Eodem momento *Miniſtri* regii i
regni, antè depoſita, recipientes ab ara, uſqu
ctum coronationis, manibus prætulêre. P
ergò ad latus *Regis Enſis regius* accingi, mox
capiti ſuperimponi, mox *pomum*, & *ſceptrum*,
nus contradi, *Rex* verò denique in thronum
duci, cœpit.

Has ſolennes ceremonias, concentus om
neris muſici, unà cum æneatoribus, & tubici
hymnum illum triumphalem, *Te Deum lau*
quæſitiſſima cum concordia commodulante
ceperunt, plauſusque fecerunt. Viginti q
machinis bellicis horrendùm intonantibus, &
cohortium aliquot pedeſtrium ternas magi
mero ſclopetorum exonerationes, etiam c
nis per omnem urbem omnibus, ſumma c
ſtivitate immugientibus. Atq; hæc ſolenni
vitas, ſub ſacra *Calicis* elevatione, reiterata c
autem *Symbolum Apoſtolicum* recitatur, *Rex* q
dynaſtis *Equeſtrem* præeminentiam contulit.
hinc ſub *offertorio*, *Rex* panes illos, *argẽteum*, *a*
que, unáq; *vaſcula* ambo ad ara offerens, *S. E*
ſtiam percepit.

Miſſæ ſacro peracto, *Imperator*, itemq; *Impe*
ordine prædicto, è *Baſilica* per tabulatum in a
auguſtale, & magnum, proceſsit, ſplendorem
guſtum, unà cum inſignibus, depoſuit. Paul
viâ eadem *Rex Vngariæ*, & *Bohemiæ*, *Coronam* c
ſceptrum, & *orbitam*, manibus geſtans, egreſſ
Ponè quem *cubicularius Cæſareus* monetas *aure*
genteasq;, in populum ampla manu diſperſit.
ter, intrà aulam regiam, fons vinum tàm rube
quàm candidum, in auras ejaculavit.

Ità in atrium, provinc ale dictum, reditum
lariq; cœptum, eſt, menſis uſque in horam te
pomeridianam extractis. Indè, precibus præm
per atrium *Hiſpanicum* dictum, actibus comi
noctu pyroboliis, ſive ignibus artificialibus, i
emiſſis, opera data eſt: Regiâ hac, exquiſiti
que, pompâ alterâ, ſumma, inoffenſaq;, cum
tia, feliciſſimè tranſactâ, & conſummatâ.

Externa.

De rebus Polonoru
& Suecorum.

I.

Poloni Putskenam expugnant.

POſt intervallum, haud exiguum, a
lonos, & *Suecos*, internecinis invicem
is flagrantes, revertimur. Suprà de
kena præmiſſum eſt. Eam civitaten
lonis extorſerat *Sueciæ Rex*. Itáque poſtliminiò
anno à *Polonis* is loc⁹ retentari cœpit. Quòd au
intrà præſidiarios annona flagellaretur, non
gè poſt deditio inſecuta eſt.

Hoc trophæum figentes *Poloni*, mox eâdem

c

eiſſii, & *Teuffelii*, tribunorum, legiones, in ..., per *Pomeraniolam*, tendentes, apud *Fridlan-* ... vitatem, contuderunt; Ut, diſſipatis cohor- ... alantium ſimiles, reliquiæ per aquas in *Sue-* ... ansfretarent.

II.

... r Brandeburgicus in Boruſſiam venit, ... ventumq; indicit.

... c tempore ſiquidem *Boruſſia* armis *Suecicis* ... rritaretur, *Elector Brandeburgicus, ſuarum* pro- ... um ſatagens, *IV. Id Februar. Regium montem,* ... *rum* metropolin, intravit. *Senatus* civitatis ... inæ procul in occurſum *Electori* proceſſit, ... s, & præſidiariis, magno numero, ſub ſclope- ..., & machinarum bellicarum, exoneratione, ... ſum conteſtantibus.

... nùm ergò cohors equeſtris prætoria, mox ... tes pedeſtres numero ſex, mox equi dextra- ... ctiles, mox rhedę nobilium, indè cohors prę- ... pedeſtris, indè equi dextrarii *Sigismundi Mar-* ..., indè tubicines, & æneatores, indè *Elector*, u- ... n *Sigismundo* fratre, *ordinis Teutonici Magiſtro,* ... vectus, & ſecundùm hos cohors equeſtris, ... arii, & ſcribæ, puériq; miniſtrantes nobiles, ... um tormentis, apparatuque bellico, ordine ... erunt. Impedimentis inſuper, tribus cohor- ... pedeſtribus, & unâ equeſtri turma, clauſulam ... entibus.

... n multò pòſt, coacto apud urbem conventu, ... inſultibus *Suecicis* deliberatum eſt. Decretiſ- ... n itaq; fuit, fidem *Polonorum Regi*, tùm *Electori*, ... iò conſervandam eſſe. Sic, pro *Pillaviæ* civi- ... recuperatione, decem millium exercitus con- ... ndus foret.

... tidem hominum millia, pro defenſione li- ... n, adversùs *Suecorum* irruptiones, ſtipendiis ... arentur: ſumptibus, hunc ad armorum appa- ... neceſſariis, in ſingulos novem menſes, ultrà ... lium millionem, & myriades, decem, excur- ... ous, Hæc cùm *ordines Boruſſorum* liberaliter ... iſiſſent, corrogare cœperunt *Electorem*, per in- ... ſitionem *Magnatum* aliorum, ſi fieri queat, hęc ... mponeretur. Niſi id facile factu ſit, tanquam ... mi gladiatores, corpora, animaſque in bellum ... vent. Interim, ſuper diſciplina militari, & vin- ... dis in urbes frumentis, poſteaquàm rationes ... ſunt, diæta finiit.

III.

... Sueciæ, apud Dirſchaviam, Polonos cædit.

... Eque ſegniùs, celebratis intrà *Sueciam* comi- ... tiis, in deliberationes bellicas illa parte itum ... Nempè ab *Ordinibus* regni ingens decretum eſt ... dium, tàm quà milites, quàm quà ſumptus. I- ... per civitates, ac pagos, in decimũ quemq; de- ... s exerceretur. Qui numerus delectorum ad ... inũ quadragintà excrevit millia, extrà illum, ... am tùm ſub ſignis, & ſtipendiis, eſſet, exerci-

... cundùm hæc, inſtructis cum copiis ubi *Sueciæ* ... n *Boruſſos* foret egreſſus, circà *Dirſchaviam* res ad conflictum rediit. *Rex* enim *Dirſchaviâ* copias e- ducens caſtra *Polonorum* invaſit. Undè, nato con- flictu non perfunctorio, utrinq; magna eſt ſtrages edita. Cùm igitur eò acies inclinaret, ut *Poloni* or- dines diſſolverent, commodùm ipſis evenit, *Sueciæ Regem* per cubitum glande vulnerari. Sic enim pu- gnæ tùm, *Suecicis* pedem referentibus, miſſio data eſt.

IV.

Sueci, Dantiſcanis moleſti ſunt.

PEr mare porrò *Sueci* fortunæ ſuæ aliquas *Dan- tiſcanorum* naves, in poteſtatem redactas, tan- quàm victimas conſecrârunt. Poſtmodùm, ad *Dan- tiſcanam* penè urbem pyraticam exercentes, in mu- nimenta, per aquas diſpoſita, impetus fecerunt. Sed rejecti ſunt. Nihilo-ſeciùs, *XIII. Cal. Sextil.* majori cum vehementia, in claſſiarios *Dantiſcanos* invecti, duas fuderunt eorum centurias, non paucis *Polo- norum* unà occumbentibus. Cæteri, relictis à tergo tormentis, glandibuſq; ferreis, ipſoq; commeatu, fugâ dilapſi. E quibus *Danhoſius*, *Livonus*, *Poloniæ Regis* colonellus locumtenens, itemque *Aſthanus, Hybernus*, centurio, capti ſunt.

Suecis hoc pacto duabus, in facie *Dantiſci*, loricis potiuntibus, *Ackenus Tod, Suecus*, idemq; colonellus locumtenens, interrogare cœpit audaciam ſuam, an fortunam, jam tùm vela pandentem, ampliùs, etentaret. Arriſit & huic temeritati *Rhamnuſia*. Aſ- ſumptis ergò decem equeſtrium cohortibus, edu- xit, non quieturus, antequàm archiſtrategum *Po- lonicum, Conitium Poltzcium*, inveniſſet. Quæſitum diutulè tandem invenit in *Grabinetorum* ſaltibus.

Itaq;, à decem *Coſaggorum*, unà equitum ſclope- tariorum, duabus *Huſſarorum*, cohortibus, circum- veniri, ac cingi, cœpit. Sed nihil expaveſcens ille, commaſculato intrà præcordia animo, fortiſſimè dimicavit, ità, ut, perruptis hoſtium ordinibus, *Po- lonorum* centum quinquagintà occideret, duoque ſignorum referret paria. Ob tàm audax, nec minùs forte, quàm felix, facinus, à *Guſtavo Rege* illi dignitas equeſtris extrà ordinem conferri meruit.

V.

De pace inter Polonos, & Suecos, denuò tracta- tur, ſed fruſtra.

CIrcà *Autumnum* currentis hujuſce anni, inter- poſitione *Batavorum*, legati, ſuper pace denuò coierunt, an diſſidiis inter *Polonos*, & *Suecos*, pauſam, vel finem, iniicere quiti eſſent. Sed, cùm ingrata eſ- ſet hæc negotiatio, pro more, partes invicem à ſeſe diſſilierunt.

Articuli intereà, quibus de diſceptabatur, erant illi: Nempè, in trigintà annos integros, inter *Polo- niæ*, & *Sueciæ*, *Reges*, induciæ extraherentur. *Sueci* omnes arces, civitates, atq; oppida, antè occupata, unà cum apparatu bellico, reſtituerent. Ex adverſo *Suecis* ſumptus belli redderentur. *Eſchaim* in *Regis Sueciæ* hæreditatem tranſiret, eidemque *Rex Poloniæ* renunciaret. Per illos trigintà annos regia *Polonorũ Regi* ſuo, in *Suecos* militaturo, nihil ferret auxilii. I- dem, ne fieret *Sueco* bellum terrâ, mariq;, ſub comi- tiis, caverent *Poloniæ* ordines. De ſucceſſione in re-

gno *Sueciæ*, tanquam ſumma rei, peculiari ſub diæta, deinceps cogenda, deliberaretur. Ab hujus *Poloniæ Regis* exceſſu, *ordines Poloniæ* non tranſirent ad novi *Regis* electionem, niſi articulo primario illo antè ſub legem vocato. In civitates, civeſq;, qui ut plurimùm ex compulſu in poteſtatem *Sueciæ Regis* veniſſent, *Poloni* nihil adverſi deſignarent. Captivi deniq; pari paſſu utrinq; dimitterentur; Et, quodcunque in comitiis foret decretum, per regni conſtitutiones ſanciretur, confirmareturque.

VI.

Guſtavus, Rex Sueciæ, Imperii Rom. exulibus halcyonia promittit, intrà provincias ſuas.

NOn ſolùm in *Poloniam* proſpiciebat *Guſtavus Rex Sueciæ*, immò verò *Germaniæ* tumultibus bellicis laceratę, curioſum applicabat oculum. Proindè, cũ intelligeret, in pluribus *Germaniæ*, etiã *Sueciæ* finitimis, partibus, plurimos, honeſtæ vitæ, famæque homines, ob *Confeſſionis Auguſtanæ* axioma, concuſſioneſq;, & motus bellicos, flebile in exilium emigrare, non deſtitit, circa *Idûs Novembr.* publicato diplomate, illis intrà regni ſui provincias hoſpitia aperire, atq; halcyonia promittere. Illud non pigebit hîc interjungere.

Guſtavus, &c. Codicillis hiſce, omnibus illis quorum intereſt, notum facimus, nobis exploratum eſſe, quo pacto magna pars vicinorum per *Germaniam* noſtrorum ab adverſariis eò adigantur, ut, interveniente perſecutione, relictis domiciliis, agris, & fortunis ferè omnibus, emigrare, peregrinaſque ſedes quærere, coguntur. E quibus multos eſſe, innotuit, qui in *Sueciam* noſtram confugere velint; modò conſenſus antè noſtri certiores eſſe poſſint. Siquidem igitur nos ergà omnes in univerſum, eâ neceſſitate præventos, more ingenii *Chriſtiani*, cõmiſeratione tangimur, tùm verò noſtri muneris eſſe putamus, ut vicinis noſtris tantùm non hac ſub afflictione occurramus, ſed omnibus, *confeſſioni* noſtræ addictis, ſolatio ſimus. Hanc ob rem benevolentiam, ac ſympathiam, noſtram, ad omnium notitiam divulgare placuit. Venirent igitur omnes hanc in *Sueciam* noſtram, quicunque & auxilio, & protectione, opus habent, ſcirentq;, nobis hoc volupe, illiſq;, quicunq; ſunt, conceſſum, licitumque, eſſe.

Primùm ergò illis poteſtatem facimus ampliſſimam, ut abſq; ullo onere, atque impendio, hanc in *Sueciam* noſtram educere, ac noſtra ſub protectione vivere, poſſint, uſq; dùm *Deo* meliora tempora reddere viſum fuerit. Alterum eſt, illos omnes ſub hoc noſtro regno ſecurè, abſq; ulla recognitione, onere, ſive tributo, futuros eſſe liberrimos, quoad fortunis, facultatibusq;, utentes ſuis, civilib' commerciis ſeſe abſtinebunt. Interim, ſi quis fortè civium negotiationes exercere cupiant, illi eodem loco eſſent, quo cives ipſimet. Deniq;, quibuſcunq; temporibus in melius emendatis, ad lares patrios reverti allubeſcat, illis hoc quovis tempore conceſſum, integerrimumque foret. Neque auſus eſſet quiſpiam ab illis, ſub diſceſſum, vel teruncium exigere.

VII.

Rhetia, & Vallis Tellinenſis, permi[...] Pont. Max.

HActenùs de *Polonis, & Suecis*. Nunc ex[...] ſtoriæ, in *Rhetos* & *Helvetios*, ſaltum [...] Poſteaquàm vero inter duos *Galliarum*, & [...]*arum*, *Reges*, præpotentiſſimos, quâ *Vallem* [...]*ſem*, intervénit compoſitio, legiones *Pont. M*[...] quam in depoſitum, immitti cœperunt. F[...] magnam partem deſtructa, copiæq; utrinq[...] ſtinas ſtationes deductæ, ſunt, tormentis [...] apparatuque bellico, è finibus illis remotis.

Diſceſſit quoque *Cœureus Marchio*. Q[...] quàm rediret in *Gallias*, *oratori Gallicano*, a[...]*riam Rhetiæ* reſidenti, quid agendum eſſet, [...] ſit. Hic *Rhetis* magnam vim pecuniarum, à *R*[...]*ſtianiſſimo* ſubminiſtratam, indulſit, exerciti[...] res ità ferret, denuò ſtipendiis obligarent. [...] enim erat, ne per *Engadinum* res novæ naſce[...] nempè *Helvetiis, Rhetiſque*, in tranſactiones ſ[...] res non deſcendentibus. Quâ de re jam tùn[...] tos in *Gallias* ad *Regem* præmiſerant. Nec ſ[...] hac rerum diffidentia, exactum erat, quas q[...] partes ſequeretur. Ità pars rebus *Gallicanorum*[...] *Hiſpanorum*, favebant.

VIII.

Helvetii apud Badenam conveniunt

ILla cùm per *Vallem Tellinenſem* agitarentur, eâ apud *Badenam Helvetii* conventum indix[...] Quiritabant *Baſilienſes*, ſuper legionibus *A*[...]*cis*, per *Alſatiam* debacchantibus. Hæc quer[...] cum invenit. Decretumq; eſt, cum *Leopoldo* [...]*duce*, nec non *Alſatiæ* gubernatore, ſuper copi[...] miſſione tractaretur. Niſi remedium fieret, i[...] tiones inirent *Helvetii*. Qui tùm quoque in [...]*ſiam* dimiſerunt legatos, colliſiones, inter *E*[...]*pum Sionenſem*, & *Valeſianos*, natas, emendaturo[...]

IX.

Turcorum res inquietæ.

PRo capitis huius coronide, à *Regibus*, gent[...] que, non minùs potentiſſimis, quàm reſpe[...] humaniſſimis, ad *Getas*, barbaroſq;, relabimur[...] tequàm autem pacis renovatio, atq; extractio [...] *Ferdinandum II. Imperat.* florentiſſimum, & *S*[...]*num Imperat. Turcicum*, qua de ſuprà viſum eſt, [...] ret, narratum eſt, *Auguſti Cæſaris* noſtri legatu[...] pud *Conſtantinopolim*, more barbarico protrit[...] beri cœpiſſe. Illi enim *Caymakanus*, ſupremu[...] barcha *Turcicus*, legem præſcribere eſt auſus, [...] interdicto, ne, abſque ſcitu iſtius, è palatio pe[...] efferret. Cauſſam huius rigoris iniecerat *Beth*[...] *Principis Tranſylvani*, legatus. Hic enim *Orat*[...] *Cæſaris* apud *Turcos* differre cœperat, tanquam [...] le multa ſuper copiis *Vngaricis* ſpargens *Turci*[...] daciam expectoraret. Poſtquàm igitur, ad ſe[...] cim dies, *Orator Cæſaris* intrà parietes ſeſe co[...] nuiſſet, tandem libertatem exeundi impetra[...] ſic tamen, ne *Vezirios*, aut *Magnates Turcicos* a[...] præter ſolum *Camaykanum*, interpellaret.

interim tempore *Coſſaggorum*, ſive *Polonorũ*, udo magnum *Turcis* injecit terrorem, ut etitrà *Conſtantinopolim* trepidaretur. Ea de re *donio Baſſæ*, ut barbari vocant, demãdabatur, itia nonnulla ad iſthmum *Neperæ* fluvii po- ad refrænandos *Polonorum* impetus. Neq; ſe- *Bulgariæ, Daciæq́;, Princeps*, jubebatur arma pa- bis mille impedimentis cõmeatum in caſtra rtare. *Promittebat* quoq; *Tartarorum Tyrannus*, compendium ſuas copias. Interim *Polonis* lè rerum erat cum *Suecis*. Ut faciliùs barbaris nem darent. Nihilo-minùs *Coſaggi* dùm ſub- nagnis ſub rumoribus, timentur, *Capandonius* d fluvii illius trajectũ fortalitia extruxit. Re- verò eſt, eò loci, cùm fundamentũ curioſiùs ri ſcrutarentur; fortè repertã eſſe *lampadẽ i-* i vocant, *perpetuo* flagrantem, cujuſmodi ne- dhûc-tùm exſpirârit. Sicut de *lampade*, apud *ium*, ſub tumulo *Maximi Olybij*, repertâ, atque quot annorum ætatibus, durante, litteris an- um eſt.

X.

Illuſtrium virorum demortuales.

rcà exodiũ hujus anni, poſteaquàm *Pont. Max.* liquammultas ad *Cardinalitios* illos honores ſſet, *Cleſelium Cardinalẽ, Viennenſem Epiſcopum*, antiſper *Romæ* detentum, jam verò ſplendido inſtructum viatico, *Viennam* dimiſit. Intereà aliquot antè menſes *Carolus Princeps Lichtenſteinius*, regni *Bohemiæ Prorex*, apud *Pragam* pridie *Id. Februar.* è catarrho deceſſit: poſteaquàm paulò antè, pro educẽdo exercitu, ingentes feciſſet apparatus. Corporis exuvias *Maximilianus*, & *Gundaccerus*, fratres, in *Moraviam* deducentes, apud arcem *Eisgrub* dictam, tumulo compoſuerunt.

Pridiè *Nonas Iunias, Ducis Aureliani, Regis Chriſtianiſ.* fratris, conjux, familiæ; *Mompenſirianæ Princeps*, ubi filiolam enixa eſſet, inter vota puerpera, rebus mundanis valedixit. Illam citatis paſſibus inſecuta *Caroli, Lotharingiæ Ducis* mater, *Ducis Vaudemontii* conjux, *V. Id. Decembr.* quod mortale fuit, depoſuit.

Neque minùs hic annus *Ludovico, Comiti Fürſtenbergio*, herôi fortiſſimo, pepercit. Eodem enim menſe, in *Thillyanis* caſtris, & vitæ, & militiæ, finem fecit. Pari fati lege ex humanis exceſſit, circà hujus anni exodum, *Vincentius, Mantuæ, & Montisferrati, Dux*. Qui, quòd *Ducem Nivernenſem*, agnatum ſuum, antè obitu, deſignâſſet hæredem, magnorum per *Italiam* motuum, & bellorum, materiam ſuppeditavit. *Ferdinando II. Imp.* pro *Imperatricis, Mantuæ Ducis*, partibus, *Chriſtiariſſimo* verò *Rege*, pro *Nivernenſi Duce*, rem utrinque acerrimè gerentibus. Qua de re hujus in hiſtoriæ progreſſu ſuo loco videbitur.

Io. Petri Lotichij
RERVM GERMANICARVM
LIBER XXI.

CAPVT I.

De Civitatum Maritimarum conventu, apud Lübeccam coacto. Et altera legatorum Cæſareanorum propoſitione.

I.

ir per legatos denuò Civitates Maritimas licitat.

TOtum ferè jam continentem uſque ad *Oceanum Victor Cæſar* habebat. Ut non tàm cupidè magis terras, quàm ſinus, & maria, proferrentur arma. Itaque, non tàm de carris, & impedimentis, quàm navibus, claſſibuſque, agebatur. Favebat hactenùs, uſque ad *Imperii Germanici* limites, fortuna; Ut plenis linteis trans *Balthen*, ipſoſq; *Gronlandos*, *Hyperboreoſq;*, excurſura videretur. Vota tantùm remorabatur *Oceanus*. Ut igitur etiam hic ſub leges vocari poſſet, rationes iniri cœperunt. Et quis, te rogo, hoc maximè redarguiſſet? *Fortunâ* enim, ut ajunt, fidibus canente, quis non choreas duceret?

Hoc propoſito *Cæſar* ſolicitabat *Civitates maritimas*, fœdere, cõmerciis, naviumque apparatu, inſtructas. *Thillyus Friſiam Orientalem*, mari opportunam,

nam, jam peragrabat, eo loco ponto leges præſcriturus. *Fridlandus* verò *Stralſundæ* inſtabat ferventiùs. Ut dùm nimiâ confidentiâ, etiam hanc *Oceani* & *Pomeraniæ*, clavem armis extorquere contendit, paulò deteriorem fecerit cauſſam ſuam, *Sueciæ Rege* civitati in ſubſidium evocato, & proruente, aliâs in bella prono, & arma tractare perito. Idem ferè uſuveniebat. *Thillyo* per *Friſiam*. Tametſi enim hic inſolentiæ moderationem præferre didiciſſet, evitare tamen haut potuit, quin *Batavorum* invidiã incurreret. Hi igitur *Embdam*, regionis illius metropolim, mariſque portum, antè inſidentes, miſſo *Erneſto Caſimiro Naſſovico*, copiis etiam confirmare perrexerunt.

Interim, *Aula Cæſaris*, admonente *Hiſpaniarum Rege*, non lentam conceperat ſpem, fore, ut *Civitatibus*, dictis *maritimis*, (quarũ haud vana potentia) in partes tranſeuntibus, ex leges aquę armis, & legibus *Imperio* vindicari quirent. Ut ſic, cooperante *Rege Catholico*, inter *Cæſareas*, *Hiſpanicaſque*, negotiationes, omnia ferè, non ſine emolumento *Civitatum confœderatarum*, per *Oceanum* commercia concluderentur. Hanc in rem, non niſi ingentis momenti, ac ponderis, incumbens, *Cæſar* injuxerat ante *Lübeccenſibus*, præter particulares præmiſſos conventus, diætam apud ſe univerſalem indicerent *confœderatis*, quâ omnium cum ſuffragiis, ac conſiliis communibus, hæ deinceps expeditiones *Cæſareo-Hiſpano-nauticæ* aperiri poſſint. Quid fit? Obſequens *Lübecca*, caput, & directrix, *Civitatum confœderatarum*, paruit mandato *Cæſaris*, omneſque intrà ſe evocavit ſocietatis illius maritimæ aſſeſſores, atque arbitros, nempè de eo, quod poſtulabat *Cæſar*, ut cognoſcerent, ac deliberarent. Ad quos tùm, circà *Calend. Martias* magno numero congregatos, nomine *Cæſaris*, eam in ſententiam à legatis dici cœptum eſt: Nequicquam, inquiunt, dubitamus, ô *Amici*, quin è *Coſſ. Senatuſque Lübeccenſis*, *Cæſari*, & *Imperio*, fidelium, codicillis, ad vos veteri ex directorii lege, dimiſſis, cauſlas didiceritis, utique graviſſimas, quib⁹ *Cæſar* provect⁹ nuper *Ludovicum*, *Comitẽ Svartzenburgicum*, has in partes ablegaſſet. Ut de eo, quid inter *Civitatum*, *Vandalicarum* dictarum, paria tria, paulò poſt inito hæc intrà mœnia conventu, velut promulſidis, & antecœnæ, locoactum fuiſſet, vos fugere nihil poſſit.

Quo nomine ſicubi decretum emerſiſſet, cauſſam hanc ejus momenti videri, ut, cùm ad *Civitates confœderatas* pertineat omnes, etiam ab omnibus ventilanda eſſet: A nobis nihil magis ſpectari cœpit, quàm ut de hac voluntate *Civitatum confœderatarum*, inprimis ergà *Cæſarem*, *Imperium*, bonumque rei publicæ, demiſsâ propenſione, maturrimè, ad *Cæſarem* humaniſſimis referretur verbis. Proindè gratiſſimum *Cæſari* accidit, *Civitates* obedientiæ, atque officii, modò non eſſe memores, ut etiam, paternam *Cæſaris* curam ad animos admittentes, proximo hoc, & quidem generali, ſub conventu, per partes propoſitæ deliberationis ire, ac ſuper rei ſumma, determinare velint. Cujus rei cauſſâ ſiquidem, non obſtante hyemis, armorumque, in clementiâ, tàm frequentiſſimus, prout apparet, hic confluxerit conſeſſus, credite nobis, hoc ipſo *Cæſaris*, jam tùm vobis optimè cupientis, provocatis, augetiſque, gratiam, ut nihil non, quod vobis commodo, atque incremento, fut[...] velit. Intereà, nos, quod noſtrarum eſt [...] pro eâ humanitate vobis debemus inpr[...] rum gratias, ut hæc officia, ac ſtudia veſt[...] deprædicare, ac *Cæſari* deinceps commen[...] piamus.

Ad rei ſummam igitur quod ſpectat, [...] hil attenditur aliud, quàm ut ſecundù[...] tulationes *Cæſareas*, *Imperii* leges, *pacific*[...] *que Religionis*, quibus majeſtas, & fides, ip[...] gatur, omnia dirigantur, *Cæſarque* imm[...] nudis verbis, atque aſſertionibus, ſed re[...] rum ſe *Patriæ patrem* oſtendere, totum[...] probare, queat.

Jam autem, quantum ſalus, incolum[...] conſervatio, *Civitatum maritimarum Impe*[...] momentum adjiciat, quàmque tàm ing[...] quàm particulari, interſit, navigationes, c[...] cia, atque id genus negotiationes, abſque [...] ne, atque impedimentis, exerceri liberrim[...] cuſſum eſt. Certè eò res rediit, ut, ſi [...] *Regibus* maritimum affectantibus imperiũ [...] à bono tempore intervenerit rictus, , ut, [...] ſpicia *Cæſarei* regiminis, dicaſteria aulica [...] nus querimoniis, & codicillis, opem impl[...] tibus, penè diſtendi contigerit. Eo tù[...] pore quàm volupe fuiſſet *Cæſari*, remedia [...] dici vix poteſt. Neque voluntas obſtitit, [...] juriæ temporis hoc votum interturbarunt. [...] pè furor, & rabies, ſubditorum *Cæſaris* hæ[...] riorum, eorundemque enormiſſimè reb[...] modò non toti *Imperio* fuit funeſta, ut hoc [...] deſiderium omninò expectorârit. Cau[...] dæ iſtius rebellionis nulla allegari juſtior [...] quàm, ſub miti *Auſtriaco Imperio*, petulantia[...] ramque libidinationem, quibus, fortunâ ſe[...] impotentium hominum animi plerumq[...] xuriare, ac ferocire, comperiuntur, ſeculo [...] tiſſe. Eò autem velut tempeſtas, ac pr[...] proceſſerunt furiæ illæ, ut tantùm non in [...] *hemiam*, & adjacentes provincias patrim[...] les, hæc lues diſpumaret, vireſque acquirer[...] mò totum ſucceſſivè involveret *Imperium*. [...] igitur *Cæſar*, neceſſitate præventus, faceret [...] quàm ut arma pararet, defenſionem pararet, [...] belles, hoſteſque, animadverteret? Ità fa[...] ut, ſubintrantibus armis, legum obſervatio, [...] tarumque rerum politicarum, emen[...] nem, flagitantium, cura, atque inſpectio, [...] ctenùs locum ferè reliquerint nullum.

Et perpendite, vos rogamus, numquid [...] in defenſionis, tantopere neceſſariæ, cura [...] mnibus, quod ajunt, copiis non incumber[...] buerit? Non enim *Germanica* tantùm hæc [...] rare cœpit natio, ut totus orbis *Chriſtianus*, [...] quam facto communi compromiſſo, gra[...] mis implicaretur procellis. Videte enim, [...] pacto perduelles ab immaniſſimo ſcelere [...] gœdiam exorſi ſint; Dùm *Cæſaris Vicarium* [...] *Conſiliarios* ſecretiores, ex ipſo *Senatu*, ex *Arc*[...] gia, è *feneſtris*, exemplo nunquam ſatis exec[...] do, præcipites dederunt? His enorm[...] mis criminibus ſe ipſis efferatiores redditi [...] ſperatâ, ob delictorum magnitudinem, [...] niâ, omnem *Dei*, magiſtratus, & legum, reve[...]

ti

enitùs ejurârunt; Ut ipſam tantùm non hu-
tem exuiſſe videri quiti eſſent. Magna enim
que agnatos, neque germanos, nedùm ipſos
es, legibus ac magiſtratui, obedientiã debe-
ilcantes, ampliùs penſi habuerũt, ut, excuſsâ
s regulâ, in cariſſimos quoſq;, atq; omnia ſa-
erent, tantumq; non ſibi ipſis manus infer-
Hoc utiq; furoris ab antiquo proprium eſſe
ut tandem in ſeſe, & autores ipſos, ſæviat.
atrociſſimis initiis tumultuantes mox ad
s tàm horrendi ſummum proruperunt in-
ntũ. Id genus n. actionũ infauſta auſpicia cũ
ùs eſſent ultima, non niſi in extremis, & ul-
porrò, decurrere hic impetus ſuſtinuit. Itaq;
ominis *Chriſtiani* tàm hæreditariis, quàm ju-
oſtibus, *Turcis*, eorumq; *Vaſallo*, execrandũ
nè pepigerunt fœdus, ut non procul hæ *Chri-*
entes eſſent à periculis, atque interitu, tùm
uè, in apice poſita, *Germania*, defendi ne-
ſet.
tis illis, & magnam partem conſummatis,
adi fœderis cum infidelibus, & barbaris, le-
inter cætera, *Turcus*, ſe numeroſiſſimum *Tur-*
ac *Tartarorum*, exercitum (ità habent ipſiſ-
im fœdi contractus verba) in *Polonia* re-
infuſurum, promiſit. Neq; hoc ſegniùs im-
. E qua horribili conſpiratione barbarorum
um *Chriſtianis* periculum, inprimis finitimæ
nſequentiam *Germaniæ*, nullis eo locorum
itiis prævalenti, creari potuerit, horreſcimus
ntes; Neq; vos arbitramur iſta, abſque in-
nimorum commotione, audire poſſe.
l, dùm hæc per *Poloniam* agerentur, intereà
annè parcere voluerunt barbari? Nequa-
verò. Si enim convenit; *Turcus* eâdem fide-
quinquagintà pariter *Turcorum*, *Tartarorum*,
s farinæ barbarorum, millia in *Auſtriam*, *Sti-*
ue, & provincias adjacentes, immitteret, o-
que latè ferro, atque incendiis, perderet. Et
oc atrociſſimum conſilium eventu haud ca-
Nam, in *Viennæ* ipſius conſpectu, tot oppida,
gi, *flammis* populatricibus, ac latè coruſcan-
, ardere cœperunt, ut, tanquam *Vienna* me-
ſtaret fornacibus, horror eſſet. Neque hoc
crudelibus ſuffecit auſis. Ut eodem cruento
lio orbis *Chriſtiani* propugnaculum, & cla-
Viennam nempè, peterent barbari. *Tanquam*
cõpendio, (cujus beneficio nõ ſemel *Germa-*
interitu vindicari cœpit) potiri liceat, di-
um facti mox obtinere fas ſit. Ut ut au-
maximè (quod omnibus modis abominan-
) turpiſſimis exciderint votis, interim hoc fu-
bus ſuis litârunt, ut per depopulationes, cædes
e incendia, tot floridas nuper provincias penè
everterint. Sic enim graviter concuſſæ, & fle-
r laceratæ, ſunt, ut non agnoſcas, eaſdem eſſe.
Quibus lanienis in homines paganos ſævitum
neque vox, tametſi penè ferrea, enunciare poſ-
edum oculi ullis, quantumvis copioſis, lacry-
um imbribus deplorare ſufficiant. Quoties per
da, pagoſque, ex hominum genere viventes
num omnes miſerrimè, tanquam in macello,
trucidari accidit? Ut voces ſub gladii, & barba-
m, furore, pereuntium cœlum omne imple-
, gemitus tàm adultorum, quàm ploratus pue-
m, paſſim, paſſimque exertiſſimè exaudiren-
tur, abſque eo, ut ab hac lanina vindicari quirent?
Ex alia parte univerſa domus, ſive familia, maritus,
uxor, filius, filia, majorennes, parvulique, nobiles,
ignobileſq;, vincti, concathenatique, virgâ ferreâ
exacti, ipſis pecudibus duriora tulerunt. Si qui præ
ætate, aut morbo hoc jugũ, hæc vincula, ferre, ab-
actoreſque præcurrere nõ ſufficerent, fruſtulatim
diſſecari, ac projici, per compita cœperunt. Et ſic
parvuli, pedibus prehendi, vel nivibus oppreſſi,
vel in lacus, ac paludes miſſi, vel aliis modis enecti,
perierunt miſerè; natu majoribus in perpetuã ſer-
vitutem, morte ipsâ longè graviorem, abreptis.

Hæc ſcelera in multis *Chriſtianorum*, & quidem *Germanorum*, millibus patrata ſunt. Hæc barbara ſpectacula, has illas iſtas execrandas lanienas, ta n-tùm non *Turci*, *Tartarique*, eorumque complices, per hoc *Imperium* exercuerunt. Sed etiam multi è *Germanis* inſuper ipſis *Principes*, *Comites*, *dynaſtæ*, *equeſtres*, aliique innumeri, oculos conſcelerârunt, ſed furioſorum manus ipſi furioſi adjuverunt, inſtigârunt, ipſique contaminârunt. Anne hi digni erant, ut vel *Teutonico* nomine appellarentur? An *Principes*, an *dynaſtæ*, vel nominari merebantur? Per fidem! indigniſſimi fuerunt, vel quos *cœlum*, & *Sol*, clariſſimus ille mundi oculus, intueretur, quos *Veſta* ferret, quos *Germania* ſuos diceret, quos agnati, conſanguinei, & populares, familiares, ſubditiq; agnoſcerent. Quod ſi id genus harpyæ ob tot innumera in inſontes patrata homicidia, totidemq; *Chriſtianorum*, in barbaram ſervitutem abreptorum, millia, animos à reatu expiare, éque orco redimere, ſtudeant, omninò opus eſt, precibus, pœnitentiâ, ac contritione, *Deo*, ut, ſine miſſione, ſupplicent. Alioquin fieri vix queat, ut ſanguis tàm temerè, tàm copioſè, effuſus, vindictam à *Deo* tàm in iſtos, quàm iſtorum, ſi qui futuri ſunt, nepotes non exigat. Sic vituperium, atque infamiam *Germani* inurimus nationi patriæ! Dùm cum barbaris, atq; infidelibus, immò iſtis, qui irreconciliabilibus nobiſcum diſſident odiis arma, amicitiam, ac fœdera, ſociamus. Quod ſicut ne quidem unquam antè hæc tempora vel à *Græcis*, vel *Romanis*, factitatum, fuiſſe, cognovimus, ità apud poſteros hanc turpitudinẽ, hunc nævum ne quidem omnes *Danubii*, *Rheniq;*, latices eluere poſſint.

Quid verò de eo dicendum maximè, jam tùm, ex cõpromiſſo facto, aleam fuiſſe jactam, ut *Vngariæ* regnum, ſub illud inductis *Auſtria*, *Stiria*, *Carinthia*, aliiſque provinciis, itemque urbe *Viennenſi*, ab *Imperio* avulſum, cederetur primũ *Vaſallo Turcico*? Mox *Turcis* ipſis? An unquam, quàm diu hoc *Imperium* legibus, armiſq;, inconvulſum ſtetit, tàm immanis ruptura auribus hauriri potuit ullis? Per fidem! dùm nullus unquam hoſtium tàm vægrande facinus conari auſus eſt, cives, & domeſtici, noſtri (proh pudor) efficere auſi ſunt. Eodẽ pertinet pactũ iſtud. Nempè *Turcus* per univerſam *Bohemiam* liberrmè, atq; ex voto, educeret, ac graſſaretur, in *Germaniam*, quocunq; foret lubitum. Immò verò iſti à *Bohemis* penderentur quinquagintà *Ferdinandicorum* millia annua.

Neq; hîc ſubſtitit cõpromiſſum. Verũ enim verùm, eâ ſpes ſuas ambitione donare, eò votis ppe-rantibus cruda *Turcorum* ſtudia propellere, atq; emercari, perrexerunt, ut *Turco* primùm victoriam apud *Imperium*, & *Germaniam*, promitterent.

Mox

Mox, tanquàm victoriâ jam partâ, abſque laborum gradibus de *Italia*, ſuper *Maris Hadriatici*, dominium ſtipularentur. Fore enim pollicebantur, ut *Hiſpanicas*, aliorumque *Regum*, ac *Magnatum*, claſſes devinceret, ſoluſque *Hadriæ*, quà quà porrigitur ejus per *Italiam*, & *Venetos*, ambitus, leges, ac jus, diceret. Hæccine conſilia *Chriſtianorum*? Hæc vota *Germanorum*? Si dubitatis, fidemq; verborum noſtrorum timetis, velut ajunt, autographa perduellium coràm exhiberi vobis poterunt, quibus ἐν αὐτοόπτῳ credatis neceſſe eſt. Parva loquimur: Etiam illi, qui, ô *Lübeccenſes*, ô ſocii! vobis hactenùs & jura, & commercia, interturbant, cruentis id genus, *Turcicisque*, conſiliis hactenùs, atq; etiamnunc implicantur, quicquid vobis, vel in particulari huic, illique civitati, ſuper libertate, garriant.

E quibus omnibus, quid, ſub tanto, & tàm præſenti, totius *Chriſtiani* orbis everſionis periculo, *Cæſar*, in rebus, ad leges, & *Iuſtitiæ* forum, pertinentibus, diſpenſare potuerit, evidenter dilucèſcit.

Poſteaquàm autē adversùs orcina id genus conſilia *Deus* ipſe tandem arma ſumpſit, barbaricos conatus, impetuſque, fulmine ceu trifido disjecit, *Cæſarique, pio, felici, victorique*, illam quietem indulſit, ut jam animos injurium *Imperii*, olim, vel nuper, deperditorum, convertere, ac conjicere, queat, indè eſt, ut talibus, tantiſque, mediis in reſtitutionem jurium per *Oceanum* deſitorum, atque à finitimis gentibus interceptorum, incumpere ſit affectus. Ejuſmodi, præeunte divinâ providentia, nullis deinceps ætatibus facilè labefactari ſuſtineant. *Cæſari* ergò hæc inprimis cordi eſſe, nullus, unq̄, qui quidem æquus eſſe velit, rerum arbiter, damnabit. Ecquid enim genti, nationique, *Germanicæ*, tàm præcipuæ, numeroſæ, fortique, potentique, contemptius inferri queat, ac ſi à finitimis, minimèq; cōparandis, gentibus, & quidem in *Maribus, Fluminibuſq;*, propriis, jura, ac leges, præſcribi ſibi patiatur, illiſque nolens-volens morem gerat?

Jam *Anglia Civitates maritimas Germanicas* (quarum & nomina, & numerus, vel alios abſterrere poterant) juribus ac privilegiis, pretio, & ſanguine, partis, iiſdemq; veterrimis, per viâ facti ſpoliârat. Immò verò hoc ſpolium eâ rubrica colorare cœperat, ut nihil æquè in *Civitatum, Germanicæ* autoritatis, dignitatiſq;, & præeminentiæ, contemptum torqueri potuerit. Tanquam verò ità comparatū foret, ut hi *Germani*, reſpectu *Anglorum*, pro pueris (quib⁹ eſſe ſolet magnificū nihil) habendi veniant.

Neq; iſthîc eorum ſubſtitit, arrogantia. Ut porrò de uno abſurdo, & incōveniente, ad aliud tranſirent identidē; Quouſq; eò ventū eſt, ut intra *Imperii* fines excitatis tàm *monopoliis*, quàm *propoliis Germanis* illuderent, eorundēq; ſucco, & ſanguine, ꝙ dicitur, victitarent, medioq; velut in foro vulturiū exercerent. Ità iſti noſtrates pecuniis emunxerunt, ut multis ſubductis indè millionibus etiānunc noſtris ſuperbiant, ipſiq; *Cæſari* inſultent, exuviis.

Quid verò portoriū ſub iſthmo *Danico* aliud eſt, quàm damnoſum, idemque turpe, tributum, quo univerſa obligatur *Germania*? Nec defuēre, qui jactarent, has illas habenas, hoc iſtud frœnum, eſſe, quo *Civitates maritimæ Germaniæ* reſtringendæ, & nolentes-volentes quoq; coërcendæ, darent. Plura id genus incommoda, & diſpendia, brevitatis ſtudio, prætervehimur.

Videte, quo pacto res agatur! Et ſic tam
ſar Imperii caput, *Imperatorque Romanus*, audi
poſt tot triumphos, abſurdis id genus att
connivere nihil debeat, Niſi velit, ut ex hac
& eâ, quæ inſtat, à poſteris, culpandus, ac pr
habendus, ſit.

Si quid olim, ô Amici, vobis, veſtriſque c
deratis, per *Hiſpanias* fortè accidit, id nulla
ctione habet opus. Ut vitio temporis tribue
veniat. Jam verò hæc alia eſt ætas, aliaque
ſtò ratio. Tàm enim arcta conſanguinitatis
ſitudine *Cæſar*, & *Hiſpaniarum Rex*, per *Dei* gr
ſunt devinctiſſimi, ut facili brachio, prævale
lo adamantino vinculo, quibuſcunq;, ſive p
ſpanias, ſive alibi locorum, erumpentibus, di
tatibus, è fundamento medicina fieri poſſit.

Propterea *Cæſar* nullo pacto tàm ſalutare
tium negligere debuit, quo fideles *Imperii* ſu
elevaret. Quam ob cauſſam nos hûcuſque cl
tiſſimè ablegavit, nihil dubitans, *Civitates*
deratas tàm pro ſua incolumitate, quàm pr
ſaris ergà eas inclinatione, & clementia, fa
eſſe.

Jam, quibus mediis id genus difficultatib
viàm iri queat, quibuſq; rationibus hæc neg
tio confirmanda veniat, de illis omnibus, ex
dato *Cæſaris*, bonâ fide, & ſufficienter, à no
trinq; mutuæ inibuntur deliberationes. S
muſq; ſic quidē, ſub certis cōcluſionib⁹, hanc
ſam tranſacturos, ut compromiſſio, rei publi
tilis, utrinq; laudabilis, effectuq, facilis, ad *De*
riam, poſteritatis applauſum, canitiem ferr
ætates perdurare, queat.

Illi nempè, quibus dolores, & vulnera ſua
cognitiſſima, illa omnium rectiſſimè oſtende
propalare, ſuſtinent. Ignoto enim, incognit
morbo remedium ex arte applicare haud fac
Sicubi igitur, quibus tenemini, difficultates
nere placebit, dabimus operam, iſtæ, ut omne
dem, unà cum pulviſculo, ut ajunt, vel è radic
hac vice recidantur.

Intereà, quò ſumma rei compendifiat, a
temporis extractione, quoque miſſiculatio
que hinc indè opus haud ſit, cognoſcite, at
gnoſcite, *Hiſpaniarum Regis* humanitatē. Hic
opportunè, navigationum, ac commercio
aliarumque rerum, experientiſſimum, *Gabriel*
Roy, conſiliarium ſuum, primitùs ad *Cæſarem*, &
indè hûc, emiſit, cum illo, *Regis* nomine, ut ab
mora, tractatio inchoari, inchoataq; tranſigi,
ſit. De *Cæſaris*, itemq; *Hiſpaniarum Regis*, confi
tione nullum relinquitur dubium. Ut de *Civita*
commerciorumq; defenſione, ac conſervatio
quiſquam inſurgere, atq; citrà leges, offendere
ſit, per *Dei* gratiam, dubitandum non ſit, cùm a
lia in promptu, non defectura, habeantur. De c
ro, nō id nobis agitur, ut cōmerciorū cū finit
uſum infringere, aut omnino tollere, præcogit

Proindè, nihil ſupereſſe liquet, niſi ut ad re
pſam, ac particularia, cum *Deo*, tranſeamus. Pl
bitis igitur *Cæſari*, ſi jam, quid animi vobis eſſet
ut etiam de modo tractandi, ſive decidendi b
veſtrâ quod fiat cum pace, & cōmoditate, præ
te mutuâ conſultatione amicè explicare vi
ſum ſit. Quo nomine *Cæſar* benè ſperat,
vobiſque cupit optimè.

II. C

II.

*es Maritimæ legatis, ad Cæſarem dimiſ-
auſſas humiliter exponunt, quibus pro-
intur in nauticas cum Hiſpanis expedi-
's compromittere.*

ım fuiſſet **Cæſaris** legatorum oratio, juxtà
ıe ſequens corollarium, tàm **Cæſaris**, quàm
rum Regis, nominibus, proponendum, e-
Nempè ſex **Civitates** illæ, dictæ *Vandalicæ*,(è
Lubecca, *Hamburgum*, *Roſtochium*, *Viſmaria*,
ıda, & *Lüneburgum*) immediatè in *Hiſpa-*
otiarentur. Et ſi maximè *Sueci*, *Dani*, *Galli*,
ıtaviq;, merces inferrent, quibus per *Hiſpa-*
s foret, illas prædictæ **Civitates** compara-
que *Hiſpanias* tramitterent. Vice versâ mer-
Hiſpaniis ſolventes, intrà *civitates* prædictas
larentur, indeque in regna, provinciaſque,
ıs, diſtribuerentur. Atque hac lege intrà
iam negotiatio omnibus illis interdicta eſ-
:unque, extrà hanc initam ſocietatem *Hi-*
nthalaſſicam, navicularíam exercere, aut
facere, auſint.
ue hæc erat cauſſa illa magni momenti, &
is, quam quidem tùm *Rex Hiſpaniarum* agi-
ò enim ſpectabat intentio, quò negotiatio
per *Oceanum* in *Hiſpanias* dirigeretur, unàq;
es Thalaßicæ, quæ in maritimis illis partibus
lite, quàm navibus, præpotentes ſunt, *Regi*
entur. Hoc enim vel exindè quærebatur
, an eo eventu *Batavos*, ſubtractis per mare
partem commerciis, in ordinem redigere
Accedebat, *Cæſarem* illis in maritimis locis,
jam tùm occupaſſe opportunos, unàque
ia potiri cœpiſſe. Ut jam quoque *Fridlandus*,
magna ſpirans, archithalaſſi titulis ſuper-
Qui quidem, operâ prædictarum **Civitatum**,
que, quas ex *Hiſpania*, & *Belgio*, exſpectabat,
n, iſthmi illius *Danici* expugnationem ani-
eſumebat.
ereà, **Civitatum** præſentes legati cauſſaban-
per re tàm ardua, à ſuperioribus ſeſe nihil in
atis habere. Ut ſuper factâ nomine *Cæſaris*,
ſitione, ſuis referre, eoque inſtituto proxi-
Calendas Septembres hunc ad conventum re-
nàque demiſsè, quòd ſentirent, aperire, ve-
Quæ reſponſio pro tempore non diſplicuit.
i, paria ſeſe facturos ſuo loco, *Cæſaris* legati
cerent.
metſi verò, toties dictæ, *Civitates maritimæ* il-
bi in partes *Cæſaris*, *Hiſpaniarumque Regis*, pe-
iviſſent, libertatis, ac privilegiorum ſuorum,
s incrementum ſperare debuiſſent, nihilo-
cauſſas allegare viſæ ſunt ſatis prægnantes,
s, ſeſe ab hoc propoſito prohiberi, remon-
cœperunt. Quo nomine tandem, coràm *Co-*
vvartzeburgico, hanc, ut ajunt, definitivam
ınt: Nempè, ſecundùm propoſitionem, *Cæ-*
omine factam, quoad *ſocietatem* illam *nauti-*
eſe, ex debita ergà *Imperii* caput obedientiâ,
amenti ſanctitudine, lubentes quidem obſe-
re velle, verùm implere ſimpliciter haud ſuf-
. Ut enim illis *Regibus*, ac *Magnatibus*, qui per
potentiâ valerent, & quorum portubus uti
haberent neceſſe, ſeſe opponere debeant, eſſe fa-
ctu impoſſibile.

Hanc ſuccinctam, ac *Laconicam*, reſponſionem quò *Cæſari* opportuniùs intimarent, legatos *Pragam* emiſerunt.

Omninò autem hoc agebatur *Civitatibus*, bellum navale adversùs *Daniæ Regem* ut diſſuaderent. Quantum enim indè detrimenti immineret navigationibus, & commerciis, ſuis, divinare proclive illis erat.

Neque minùs, exigente temporis, neceſſitatiſq;, lege, militem conſcribentes, in omnem fortuitum eventum, portus, ac clauſtra, defendendi cauſsâ, communire cœperunt.

CAP. II.

De Ducatus Megapolitani in Fridlandum translatione.

I.

Cæſar Megapolitanam provinciam, Ducibus abrogat, transfertque in Fridlandum.

FOrtuna in *Daniæ Regem* ſæviente, etiã illis malè erat, qui *Regis* adjuviſſent per *Imperium* partes. Hoc nomine cũ omninò famâ differentur *Duces Megapolitani*, tanquam illi eſſent, qui *Cæſaris* mandatis, ut vocant, dehortatoriis minùs morem gerentes ſine miſſione *Regem* ſequerentur, adeòque militiæ *Cæſareæ*, quibus poſſent viribus, obniterentur, hac de re *Cæſar* inductus provincias illis abrogare, inq; *Fridlandum*, hanc honoris acceſſionem enixè ſolicitantem, conferre, conſtituit. *Fridlandus*, rebus ad votum ſuum ſpectantibus, jam tùm præventam ergà ſe *Cæſaris* clementiam omnibus ſtudiis propagare non neglexit. Quâ opportunâ affulgente ſibi indulgentiâ, hujus in anni limine, è *Septentrionalibus*, ſive *Vandalicis*, plagis, *Pragam* profectus, à *Cæſare*, apud *Brandiſium* agente, axioma *Imperium Principis*, unàq; *Ducatus* duos, *Megapolitanum* nempè, & per *Sileſiam Saganenſem*, in feudum accepit. Nec mora. Indulgentiſſimus *Cæſar*, ad *Fridlandi* inſtantiã, illicò nominare juſſit *Ioa. Altringerium*, & *Reinhardum VValmerodum*, legatos, qui irent, hanc translationem provinciæ ordinib⁹, atque equeſtribus, aperirent, eâdemq; operâ ſubditos in verba *Fridlandi* adigerent; ac cætera, quæcunque ad poſſeſſionis apprehenſionẽ faciunt, exſequerentur. Non poterat non hæc ſplendoris nova acceſſio ridere *Fridlando*, utpote ſpiritus ingentes gerenti. Ideoq;, quò ordine, ac quàm maturrimè, omnia efficerentur, legatis prioribus etiã ſuos adjunxit, nempè *Henricum* de *S. Iuliano*, militiæ tribunum, *Iuſtum Lüdernerum*, & *Henricum Niemannum*, juris, legumque, peritos.

II. Edi-

II.

Edictum Cæſareum, ad Ducatus Megapolitani equeſtres, ac ſubditos.

EDictum autem, ſive fulmen, quo *Cæſar* modò dictam provinciam in *Fridlandum* transferebat, quoque equeſtres, ac ſubditi, ad obedientiam vocabantur, ſequentis erat tenoris. Hoc enim ſuprà dicti illi oratores *Cæſaris* armati proficiſcebantur.

Ferdinandus II. &c, Omnibus, & ſingulis, per *Ducatum Megapolitanum*, *Principatum Vandalicum*, *Comitatum Suerinenſem*, *Roſtochium*, & *Stargardiam*, dynaſtias, proceribus, equeſtribus, vaſallis, ſubditiſque, excepto nemine, univerſis, cujuſcunque ſint ordinis, dignitatis, ac conditionis, ſub oblatione gratiæ, notum facimus. Poſteaquàm per univerſum ſic penè terrarum orbem una, decantatiſſimaque, eſt fabula, quo pacto *Daniæ Rex*, periculoſiſſimis conſiliis, ac fœderibus, in hoc *Imperium* arma intuliſſet, factum eſt, ut plerique *Saxoniæ Inferioris Principes, ordineſque*, inprimis *Adolphus Fridericus*, & *Ioan. Albertus*, *Duces Megapolitani*, vultus elevantes, adversùs *Cæſarem*, ac dominum ſuum, conjurârint. Neque hæc perfunctoria fuit, aut ſummis, ut ajunt, duntaxat in labiis, nata, conſpiratio, ſed eò uſque invaluit, ut neque tot, pluſquàm paternæ, dehortationes, tot codicilli, tot per legatos interpellationes, potuerint abducere, ut tàm *Cæſar*, quàm *Imperium*, ultimò repulſi abjecerint. Comploratum itaque cùm foret, illos neque *Cæſaris*, per *Inferioris Saxoniæ Circulum* publicata, mandata avocatoria, neque in illis conſtitutas pœnas, comminationeſque, quicquam facere, ſed omnes in univerſum admonitiones obſtinatis animis reſpuere, ab incœptis pernicioſis ſeſe non abſtinere, ſed *Regis Daniæ* conſiliis, atque actionibus, fixiùs adhærere, atque lapidi, ut ajunt, lepas adhæret: accidit, ut ex hac labe nobilis *Inferioris Saxoniæ Circulus* armis hoſtilib⁹ penè everſus ſit, unàq; *Saxonia ſuperior*, propter vicinũ malũ, in conſenſum pertrahi, affligique, cœperit. Neque iſthoc ſatis. Verùm enim verùm hoſtes intrà *Imperii* fines, etiam cũ *Cæſareis* exercitibus noſtris, acie decernere, *Turcoſque*, non abſque ſumma *Chriſtiani* orbis periclitatione, ſuperinducere, perrexerunt. Et jam in eo res erat, ut & *Auſtriacæ* provinciæ à barbaris vim paterentur, & *Vngariæ* regni noſtri fortalitia oppugnari cœpiſſent. Anne igitur *Cæſar*, neceſſitate compulſus, quantis maximis poſſet viribus, *Regi* & ſociis ejus, haud iret obviam? Annon belli molem eas in *Regis*, & ſociorum, partes, undè ortum eſſet natum bellum, devolveret? Annon arma armis, quod juris gentium eſt, propulſaret? Per fidem! ſicut, iſte, qui priùs laceſſit, injurius eſt, vel ipſi ſibi, ità, qui propulſat injuriam, & confidentior eſſe, & cauſſam fovere meliorem conſuevit. Hanc cauſæ noſtræ juſtitiam, bonitatemque, vindex *Deus* ipſe ſic quidem adjuvit, ut tantùm non præfatus *Rex*, tanquam autor, & caput, fœderis, ultricibus armis noſtris extrà *Imperii* fines ſit ejectus, ſed etiam bonam regionum ſuarum partem amiſerit. Quò nomine cùm *Inferioris*
Saxoniæ Circuli, maximè verò *Ducum Mega*
rum, tanquam *Imperii hoſtium*, regiones, vi
belli, noſtram in poteſtatem redactæ ſint
jus retentionis in iſtas nobis controverti h
teſt, uſque dùm ſumptuum hoc in bellun
rum, damnorumque acceptorum, refuſion
niſſimam conſequamur.

Proindè, hoc ſub neceſſario tempore, ex
noſtrâ defenſione, contrà *Daniæ Regem*, eiu
cios, cùm non tàm armis, auſiſque heröicis
quàm hoſtes vicerit, fuderitque, inobedi
refractarios in ordinem redegerit, *Cæſar*
rio, Domuique Auſtriacæ noſtræ, operam uti
defeſſis laboribus præſtiterit *Albertus, Imper*
ceps, Dux Fridlandiæ, conſiliarius noſter b
Camerarius, & militiæ noſtræ *Archiſtrategus*
lis, ut etiam propriis, iiſque bene multis, i
integras ſive legiones, ſive copias, conſer
ſtipendiiſque obligârit: Eapropter, intui
tim meritorum, partim ſumptuum, ab illo
venientium, & quò deinceps iis in locis, n
rem illam rationem diducant, ſecuris nobi
ceat, præfatum *Megapolitanum Ducatum*, u
pulviſculo, ut ajunt, hoc eſt, omnibus, eò ſp
tibus, pertinentiis, requiſitis, reditibuſqu
landiæ Duci, pignoris, atque hypothecæ, loc
ferimus; Idque omne, vigore hujus diplo
volentes, ſcienteſque, transferimus, ac co
mus, ità ut antè dictus *Fridlandiæ Dux*, ejuſd
hæredes, prænominatum *Megapolitanum Du*
Principatum Vandalicum, *Comitatum Schvverin*
Roſtochii, *& Stargardiæ*, *dynaſtias*, unà cum q
cunque ditionibus, ac ſubditis, prout olim,
uſque, novi-antiqui *Megapolitani Duces* tenu
cum omnibus, ſinguliſque, regalibus, juriſd
nibus, dignitatibus, fructibus, reditibus, ac
ſitis, veteri ex lege eò ſpectantibus, nullâ
habente exceptione, in poteſtatem redigant
que poſſideant, atque eò uſque utantur fru
donec allegatos belli ſumptus pleniſſimè re
contigerit.

In quorum fidem *Ioannem Altringerium, Bar*
& *Reinhardum de VValmerode*, conſiliarios bel
tribunoſque, noſtros, nominavimus, irent
rùm, & executivè procedentes, vos omnes,
gulos, ex autoritate, & plenipotentia, *Cæſare*
ſtra, à juramentis, quibus *Adolpho Friderico*, &
Alberto, fratribus, *Ducibus Megapolitanis*, obliga
omninò, ac pleniſſimè, abſolverent.

Secundùm hæc, ſeverâ lege, vobis omnib
ſingulis, mandamus, dicimus, atq; edicimus, le
illis noſtris, ab hujus diplomatis evulgatione,
ullam ſive tergiverſationem, ſive excuſatio
morem geratis, ad illorum citationem
pareatis, & *Fridlandiæ Ducis* in verba juretis
que deniq; omnia ea, quæcunq; à fidelibus
nibus, ac ſubditis, poſtulantur, impleatis. Niſi
in pœnas, delinquentibus indictas, atq; inevi
les, incurrere, vos, veſtroſq;, in ultima præcipit
ac perdere, malitis. Obedientiam ergò ab om
bus, & ſingulis, debitam, nobis promittimus,
nomine vobis benè erit. Refractariis autem, ſ
præter exſpectationem inveniantur fortè
malè, immò peſſimè, eveniat neceſ-
ſe eſt.

***

III.

III.

ndi inſtructio, ſuis, in Ducatum Megapo-
num, juxtà emiſsis, ſubdelegatis, ſive ad-
ctis, data.

ꝏc nova dùm *Fridlando* quæſita foret exalta-
o,non deſtitit ille ſuos quoq; adjungere cō-
s, & miniſtros, quos ſequenti poteſtate,pro
,inſtruxit: Nempè,ſe quoque omnibus de-
,conteſtatumque,facere,inquit,quo pacto
ıdulgentiſſimus, tùm officiis ſuis, in com-
dis hoſtibus,tùm ſubditis ad priſtinam obe-
ım revocandis, hucuſque præſtitis, nec non
ſis, à ſe in legiones factis, haud exiguis, per-
, ſibi,ſuiſque hæredibus, armis occupatum,
e legibus, tùm jure retentionis, jam debi-
ucatum Megapolitanum, *Principatum Vandalo-*
omitatum Sverinenſem, *Roſtochium*,& *Stargar-*
ynaſtias, unà cum eò pertinentibus regali-
ribus, ac requiſitis, omnibus, prout hacte-
æ provinciæ ſub *Adolpho Friderico*, & *Ioanne*
,*Ducibus*,eorundemque anteceſſoribus, fue-
egitimi,ac certi,pignoris loco, permiſerit,ac
diderit,quoad ſupter ſumptibus,in rem mi-
n erogatis, penitùs, pleniſſiméque,foret,ſa-
um. Quæ conceſſio, ac translatio,ſiquidem
l effectum ſpectet, ut *Cæſar* certos etiam di-
t legatos, qui rem hanc apud *Megapolitanos*
e,ordines, equeſtres,ſenatores, ſubditoſque
, à juramentis abſolvere, inque novas leges
enti,ex autoritate, auguſtaque *Cæſaris* pleni-
tiâ,adigere,ſibiq; poſſeſſionem,prout in fo-
uuntur, tradere,debeant: utique ſe quoq;,
ſimi momenti rebus, quò minùs ipſe, quod
s habuiſſet, veniret,prohibitum, unà mitte-
ue adjungere, *Henricum*, de *S. Iuliano*, *Baro nem*,
tem, itemq; *Iuſtum Ludernum*, & *Henricum Nie-*
m, illum *Chiliarcham*, hos *jureconſultos*, hac
ſtructione, nempè hi legatos *Cæſaris* illas in
,ſuo nomine,ſequeretur, perſonam,locum-
vices ſuas,ubicunque foret opus,repræſen-
,*Ducatus Megapolitani*, *Principatus Vandalici*,
atus Suerinenſis, *Roſtochii*, & *Stargardiæ*, dyna-
jus poſſeſſionis prehenderent,miniſtros tàm
oris, quàm inferioris,ordinis in verba adige-
ergiverſantes, ac jurare recuſantes, ex man-
Cæſaris, ab officiis removerent, eorum in lo-
lios ſubſtituerent,ad ſummam,omnia ea or-
erficerent, quæ ipſe, ſi liceret, coràm eſſet
cturus.

c defuit huic conceſſioni conſueta apud fo-
clauſula. Nempè ſi accidat,hanc inſtructio-
ſſe imperfectam,majoremque requiri pote-
,atque,ut vocant,plenipotentiam,tùm qui-
ræſentem conceſſionem, tanquam conce-
nis hîc verbis eſſent expreſſa,ad ulteriora,ea-
unc ad actum neceſſaria, extendi & poſſe,&
e. Ut de eo ſubdelegatis his, & mini-
onſiliariiſque, ſuis, ex lege, porrò cautum
beat, videlicet *Ducem* illorum actiones, in
us utilibus, prout loquuntur, modò non ap-
turum,ſed contrà adverſarios, & repugnan-
vidoſque, quicunque ſint futuri, indemnes
urum, eſſe. Super quibus omnibus fide bonâ,
erâ,promittit.

IV.

À Cæſaris legatis Guſtrovium citantur Ducatus Megapolitani ordines, ac ſubditi.

POſteaquàm ergò, ex *Cæſaris* mandato, in provinciam *Megapolitanam* perveniſſent legati, *III. Non. Aprilis*, ordines, ſubditoſque, *Guſtrovium*, indicto conventu, evocare cœperunt. Codicilli, quos hinc indè divulgârunt, fuêre hujuſmodi. Nimirùm *Cæſarem* eò uſque ſeſe ablegâſſe, inque mandatis dediſſe, irent ſcilicet, & *Ducatus Megapolitanni*, *Principatus Vandalorum*, *Comitatus Suerinenſis*, *Roſtochii*, & *Stargardiæ*, regionum, ordines, ſubditoſque, indicto conventu, convocarent, confluentibusque *Cæſaris* voluntatem, & quid hoc tempore deſignet, aperirent. Hanc ob rem ſeſe *Cæſaris* mandato, cujus gratiâ miſſi forent, in præſentiarum ſatisfacere, illiſq; omnibus ac ſingulis, ſacratiſſ. *Cæſaris* nomine, injungere, ac præcipere, nempè die dicto omnes apud *Guſtrovium* bono manè ſeſe ſiſterent ipſoſmet, decretumq;, & ſententiam, *Cæſaris* auſcultarent. Niſi id faxint, tàm fortunis, feudis, itemque juribus, ac privilegiis, privandos eſſe. Prout ergò obedientibus deberetur *Cæſaris* gratia, ità repugnantibus pœnas, citrà remiſſionem, venire exſpectandas.

V.

Conventu coacto, Cæſaris proponitur decretum, & ſententia.

NOn potuit hoc fulmen non terrere *Megapolitanos* incolas, & cives. Tametſi igitur expaveſcerent, rei novitate, tanquam ſydere, perculſi, nihilo-minùs ſtato die, tàm nobiles, quàm ignobiles, plenis viis, pœnæ metu *Guſtrovium* accelerârunt. Conventum ubi ſic eſſet, porrò, cujus rei cauſsâ convocari eos accidiſſet, hanc in ſententiam, aperiri cœpit. Nempè, legatos, inquiunt, hactenùs eam in provinciam miſſos, delatoſque, ex mandato *Cæſaris*, ordines, ſubditoſque, divulgatis paſſim codicillis, convocâſſe, ut etiam publicâ concionatorum denunciatione è ſuggeſtibus ad omnium notitiam, ne quis ſive errori, ſive excuſationi, foret locus, hoc inſtitutum divulgare curârint. Jam ſeſe ſic quidem affectos eſſe, ut obedientiam, & ſtudia, eorum, qui ſub numero edictis fuiſſent audientes, ac confluxiſſent, *Cæſari* humilimis verbis comprædicare, ex adverſo repugnantium moroſitatem excuſare, ac laudare, minùs velint, poſſint. Illis igitur gratiam, his pœnam, eſſe paratam. Eo pte reſpectu haud ambigere legatos, quin, ſicut jam, quoad congregandi ſtudium, *Cæſari* ſubmiſſiſſimè morem geſſiſſent, deinceps quoque ſeveræ *Cæſaris* voluntati, ac ſententiæ ſeſe confirmare cupiant.

Illud autem *Cæſaris* eſſe decretum, illam ſententiã; Poſteaquã *Cæſar* jure pleniſſimo, inprimis jure belli, & retentionis, *Ducatũ Megapolitanũ*, *Principatũ Vandalicum*, *Comitatum Suerinenſem*, itemque *Roſtochii*, & *Stargardiæ*, dynaſtias, occupâſſet, illum *Ducatum*, illum *Principatum*, illum *Comitatum*, illaſque *dynaſtias*, & regiones, eo prorsùs tenore, quo ha-

ctenùs ſub *Megapolitanis* fuiſſent *Ducibus*, ex autoritate *Cæſarea* auguſtiſſima, tàm pro officiis,ac meritis,*Cæſari, Imperioque*, præſtitis, quàm pro illuſtribus in copias militares erogatis expenſis, pignoris loco,cedere, tradere , ac transferre , in *Albertum Fridlandiæ*,& *Sagani, Ducem*, *Cæſaris Archiſtrategum*, & per *Oceanum Balthicum Archithalaſſum* , generalem,videlicet tàm diu *Dux* præfatus regionum illarum poſſeſſione,regalibus, reditibuſque, uteretur,frueretur, quoad de ſumptibus bellicis ipſi integrè ſatisfactum eſſet.

Ut igitur hæc res ad effectum ſpectare, regionumque prædictarum poſſeſſiones, ac jura, *Fridlandi Duci*,dicti loco pignoris,conferri quirent,*Cæſar*, nos legatos , atque executores, clementiſſimè nominavit, videlicet hoc efficeremus, *Ducemque* præfatum in illarum regionum plena poſſeſſione, *Cæſaris* nomine, poneremus, eundemque, vel ſubdelegatos ejus, ſolenniter immitteremus, juxtà vos,à priſtinis juramentis abſolventes,in *Fridlandiæ Ducis*, vel illius conſiliariorum præſentium, verba adigeremus.

Quæ cum muneris, atque officii, noſtri ſtrictiſſima ſit ratio, utique nos mandati *Cæſarei* leges implere,vobiſque omnibus , ac ſingulis,conteſtatum reddere, debuimus. Atque hoc nomine, ex auguſta *Cæſaris* autoritate, ac potentia, *Henricum de S.Iuliano,Baronem & Equitem*, militiæ *Cæſareæ* tribunum, pariterque *Iuſtum Ludernum*, & *Henricum Niemannum*, nomine *Fridlandiæ Ducis*, in præfatum *Ducatum Megapolitanum*, *Principatum Vandalorum*, *Comitatum Swerinenſem*,*Roſtochii*,& *Stargardiæ* ditiones,pignoris illius loco, ſolenniſſimè immittimus, poſſeſſionemque illis plenariam conferimus. Vos verò, eâdem autoritate *Cæſarea*, omnes, & ſingulos,omni meliori modò,& forma,à juramentis abſolvimus, utque in verba *Fridlandiæ Ducis*, illiuſque ſubdelegatorum , citrà tergiverſationem ullam, jurare velitis, cohortamur. Huic ſacratiſs. *Cæſaris* ſententiæ, ut abſque moræ, & excuſationis, interventione,pareatis,æquum eſt. Niſi vos, veſtroſque , ineluctabilibus periculis, ac pœnis ſuperiori diplomate allegatis, involvere velitis. Id quod minimè gentium futurum exſpectamus. Ut magis obedientiam iterumque inculcemus, ſperantes, ità vos affectos eſſe, ut magis *Cæſari*(quo de nos præcones erimus æquiſſimi) placere,quàm indignationem, ac ſeveritatem, experiri velitis.

VI.

Fridlandicorum ſubdelegatorum ſub conventu ſermo.

HÆc cum fuiſſet *Cæſaris* legatorum ſevera poſtulandi oratio, *Fridlandi* pariter , & ſubdelegatorum cæterorum , nomine *Iuſtus Lüderus* excepit ſequentibus: Quandoquidem , inquit, è ſuprà recenſitis cauſis, æquiſſimis, inprimis jure belli,ac retentionis, *Cæſar Fridlandiæ Duci*, in refuſionem ſumptuum , in expeditionem militarem factorum,loco pignoris, ceſſiſſet *Ducatum Megapolitanum*, *Principatum Vandalicum*, *Comitatum Suerinenſem*, *Roſtochii*, & *Stargardiæ*, regiones, eâ prorſus lege,quâ ſuprà ab *Adolpho Friderico*, & *Ioanne Alberto*,fratribus , *Ducibus Megapolitanis* , hæc pro fuiſſet poſſeſſa, eapropter miſſos eſſe à *Cæſa* tos,qui hanc in rem , ex autoritate *Cæſarea*, tivè incumberent. Illos nunc has in part mandatis deſcendiſſe,conventum indixiſſe, decretum propoſuiſſe, à juramentis equeſt vitates,& ſubditos,ſolenniter abſolviſſe,ex ſo in verba *Fridlandiæ Ducis* jurare juſſiſſe , provinciæ totius poſſeſſionem , unà cum on requiſitis, in præfatum *Fridlandiæ Ducem* , tuliſſe.

Tametſi igitur *Fridlandiæ Duci* nihil acc gratius,quàm ſi coràm venire, poſſeſſionen adire,proceresque ac ſubditos, in verba adi ipſe potuiſſet , nihilo-minùs graviſſimis d ſis,expeditionem bellicam reſpicientibus, ditum eſſe.Interim ſuo nomine, unà cum l poteſtate pleniſſima inſtructis, ſubſtituiſſe, emiſiſſe,*Henricum*, *Baronem de S. Iuliano*, pe militiæ tribunum, ac *Ducatus Megapolitani* natorem,itemq; *Henricum Niemannum*,& ſe *Luderum*,eo fine , tàm ceſſionem, ac realem *catus Megapolitani*, cæterarumque regionum, lationem, nomine *Fridlandiæ Ducis*, ejuſde hæredum,utiliter, & in optima juris forma, niter , ac gratanter, acceptarent, ſimulque queſtribus, civitatibus, ſubditiſque,juram exigerent.

Quæ cùm ità quidem eſſent comparata, vera de voluntate, decreto,atque edicto, in præſentiarum efficienda veniant,nec fas ſi legem in dubium vocare, aut quidvis in c rium vel excuſationis compendio, afferre, fortunis ſuis, ac ſalute, periclitari malint , nullum ſibi relinqui dubiū , quin decreto,ac dato,*Cæſaris* oppidò morem gerere,ac ſeſe o ac ſingulos, à pœnis, in refractarios ſine mi conſtitutis, ſubducere,atq; eximere velint.R ſimè ergò facerent, ſi ea, quæ vi injecta extor queant,citrà *Cæſaris* offenſionem,fortunarun & ſalutis,diſpendium, demiſsè, ac prompte querentur. Ità futurum , ut *Fridlandiæ Ducis*, quam patriæ *Principis*,ſive patris,gratiam pro re,ſibiq; tanquam propriam conciliare,ſuſtir Quam in rem ſeſe illis operâ, & commendat haud quidem defuturos.

VII.

Proceres,& Equeſtres, Megapolitani,pro e tione,litteris interveniunt.

NOn poterat non præſens fulmen *Megap nos* percellere , ac confundere , maximè omnia oppidò paratam ad executionē,effectu ſpectarent. Quamvis autem interdictum for vel excuſationibus rem protelare conarentu tamen ſui loci,& decori,habitâ ratione,ad di quammultos, ſuper negotio tàm graviſſimo, berandi ſpatium enixè erogare cœperunt. quod ipſis indultum fuit. Diebus illis ek conceptiſſimis porrò verbis intervenire nul bitârunt. Talis autem erat illorum depre ria : Quæ inquiunt,ſacratiſs.*Cæſaris* nomine, bis, ô Legati, nobis ſub hoc ſuperiori, apu *ſtrovium* habito, conventu propoſita, atque in cta,ſunt,tùm è literis veſtris,ut vocant,honor

teſtate pleniſſimâ pollentibus, tùm, præeun-
poſitione illa veſtrâ, didicimus. Ut, dùm
uſque in diem deliberandi ſpatium nobis in-
is, gratias pro hac humanitate vobis deberi,
amur lubentes.
rem ipſam verò quod attinet, non abſque
s doloribus ad animos confuſi, & attoniti,
imus, nempè *Adolphum Fridericum*, & *Ioan-*
bertum, Duces Megapolitanos dominos noſtros,
ue offenſum *Cæſaris* numen experiri, ut è
o, & mandato, *Imperii* capitis, jam nunc *Du-*
legapolitanus, Principatus Vandalorum, Comita-
rinenſis, Roſtochii, & *Stargardiæ*, dynaſtiæ, unà
mnibus requiſitis, juribus, ac reditibus, nunc
i, acquiſitis, poſſeſſiſque, pignoris loco, ſo-
er transferendus ſit in *Albertum, Fridlandiæ,* &
Ducem, Cæſaris Archiſtrategum, atque *archi-*
um, generalem, dominum noſtrum, quouſ-
mptus, ab eo in rem militarem collatos, ſuf-
er refundi contigiſſet. Eapropter, atque
provinciæ translatio effectivè procede-
smiſſos eſſe, cognovimus, ut eâdem operâ
nnes, & ſingulos, à veteri juramento, quo
is illis *Megapolitanis Ducibus*, dominis noſtris,
mur, abſolvatis, inque verba *Fridlandiæ Du-*
uctoritate *Cæſarea*, adigatis. Neque hoc per-
oriè à vobis injunctum eſt; Sed ſevera ex le-
tulatis, citrà ullam excuſationis, aut moræ,
entionem, illud omne à nobis impleretur,
limus in clementiam *Cæſaris* peccare, pœnaſ-
iplomate expreſſas, atque ultima, quæque,
llam remiſſionem, experiri.
n rectè novimus, decreto, & voluntati *Cæſa-*
omiſſa, debitaque cum reverentia, morem
dum eſſe. Sed iſthoc ſaltem demiſiſſimè de-
nur, quod de juramento præcipitur. Quàm
vis, & edura lex illa ſit, vetus juramentum, e-
, & oppidò in nova vota tranſire, neque vo-
pro æquitate veſtra, obſcurum eſſe po-

ofectò ità eſt, ut, ſub *Ducum Megapolitanorum*
pia, à tot ætatibus, nos, majoreſque noſtri,
ditariis juramentis identidem devincti, radi-
erimus. Ut jam à mille annis, ſub iiſdem, è
lium tenebris, enarrabili *Dei* miſericordia,
nc lucem, divinique *Numinis* cognitionem,
ferimus. Ut etiam noſmet, in majoribus no-
ſub iiſdem *Principibus* illis, ad *Romani Imperii*
ninentiam, ac ſplendorem, acceſſerimus.
enti enim numerantur anni, ex quo tempore,
uſpiciis *Caroli IV. Imp.* ſolennibus cum regali-
c juribus, hæc provincia acceſſit *Imperio*. Ab
tervallo ſic quidem *Ducum Megapol.* virtus, ac
tas accreſcere notata eſt, ut etiam præcipui
Electores, *Principeſque*, conſanguinitatis jure,
culo, hanc genealogiam illuſtrârint.
is nunc *Ducum Megapolitanorum* adoreas, vir-
, ac dignitates, dùm diligenter excutimus, qui-
lim indè hûc-uſque *Cæſarum Romanorum* gra-
, laudemque ab *Imperio*, promeruerunt, ſubit,
n modernos *Duces* hos noſtros eoſdem fore,
Cæſaris, undecunque graviter offenſi, iram
re, delictique veniam, præeunte depreca-
ſubmiſſiſſimâ, obtinere, queant. Dùm enim
iſſimis hiſce temporibus *Cæſareæ* gratiæ fon-
tes aliis per *Imperium Principibus, ordinibuſque* recludi
acciderit, nolimus dubitare, venas ejuſce limpidiſ-
ſimæ ſcaturiginis ità defectas eſſe, ut *Auſtriacæ* cle-
mentiæ aureos, ac benignos, latices ampliùs fun-
dere haud poſſint. Ità enim *Imperatoris* gloria cre-
vit hactenùs, ità paſſim deprecari cœpit, ut, iſt-
hûc finem gratiæ, veniæque, factura non ſit.

Ad *Fridlandiæ Ducem* quod attinet, haud langui-
diùs ſperamus futurum, ut reſpectu expenſarum,
in *Cæſaris* copias factarum, *Duces*, dominique no-
ſtri, eas rationes ſint endituri, quò, interveniente
Cæſarea moderatione, quantum præſentis tempe-
ſtatis, & provinciæ bello exhauſtæ, ſtatus admit-
tit, ex æquo, bonoque, ut ajunt, ſatisfieri poſſit.
Neque de eo dubium ſupereſt, quàmprimùm *Cæ-*
ſar in gratiam cum *Ducibus* noſtris redierit, illos
eam operam, ſine labe, deinceps daturos eſſe, ut ſu-
per hujus provinciæ, fide, *Imperio* debitâ, ambigen-
dum non ſit. Et, ſi maximè de conſtantia pro-
vinciæ controverti quitum ſit, eo eventu nos o-
mnes, & ſinguli, in verba *Cæſaris*, atque *Imperii*, ſa-
cramentum jurabimus. Et, quicquid *Cæſar* juſſe-
rit, tanquam legitimi gladiatores, domino illi cor-
pora, animaſque noſtras, religioſiſſimè addice-
mus.

Proindè, cum extrà dubitationis aleam ponâ-
mus, præfatos *Duces* noſtros, præciſâ omni morâ,
illud acturos, ut, interceſſione præcipuorum *Impe-*
rii Electorum, ac *Principum*, *Cæſari* quantò ociùs re-
conciliari, ac, ſubmiſiſſimâ præeunte deprecatio-
ne, in gratiam reverti, queant; eam in rem, ad vos,
ô Legati, hæc noſtra, ex animis intimè confuſis, ac
dolentibus, ſpectat demiſſa oratio, velletis hanc,
ipſa neceſſitate nobis impoſitam, humilimam de-
precandi rationem, ad animos benignè admittere,
ad *Cæſarem* humaniſſimis verbis referre, & donec
Cæſar aliud denuò ſtatuat, ad trium menſium in-
tervallum, præſentem, executionem extrahere, eâ-
demque operâ *Fridlandiæ Ducis* conſiliariis ejuſce
rei ſuſpenſionem gratioſè perſuadere.

IIX.

Proceres, & Equeſtres, Megapolitani, in Frid-landi verba jurant.

SEd nihil illâ interventione obtentum tùm qui-
dem fuit. Legati enim decreto, ac mandato, *Cæ-*
ſaris ſtrictè inhærentes, effectum executionis ur-
gebant. Ità metu pœnæ, in ordinem redacti proce-
res, ſubditiq;, cùm mora omnis præcideretur, cer-
vices ſubmiſerunt. Formula juramenti talis erat:
Ex auguſti *Cæſaris* decreto, mandatoque, juxtàque
relaxatione præeunte ejuſce juramenti, quo nu-
per *Adolpho Friderico*, & *Ioanni Alberto, Ducibus Mega-*
politanis, aſtricti eratis, ut ſolenni factâ *Ducatus Me-*
gapolitani translatione, & immiſſione, jactâ dexte-
râ omnes, & ſinguli, juramenti ſacramentum, per
duorum digitorum elevationem, *Deo* in teſtem ad-
vocato, & ſancto ejus *Evangelio*, jurabitis, vos dein-
ceps *Alberto, Fridlandiæ*, ac *Sagani, Duci, Cæſaris Ar-*
chiſtratego, & per *Oceanum Archithalaſſo*, omnem fi-
dem, obedientiam, ac ſubmiſſionem præſtituros
eſſe. Hoc nomine conſiliis, adverſus *Cæſarem*,

atque *Imperium* fabricandis omninò renunciabitis. Ergà *Fridlandiæ Ducem* verò, vel in illius abſentia, ergà *Henricum, Baronem de S. Iuliano*, vel vicarium quemcunque alium, ſic vos ordine, atque ex lege, geretis, prout ſubditos fideles, & obedientes, condecet. Ea enim, qualis ante *Megapolitanis Ducibus* præſtita eſt, fides à vobis exigitur. Dicite igitur exertis vocibus, digitis primoribus in altum ſublatis: Quæcunque nobis omnibus, & ſingulis, jam prælecta ſunt. Illis igitur ut ſatisfiat, curabimus; Ità nos *Deus*, & ſanctum juvet *Evangelium*.

IX.

Receſſus, ſuper immiſſione Fridlandi in Ducatum Megapol. & Equeſtrium, ſubditorumque, novo juramento, publicatur.

PEractis illis ſolennibus, *Cæſaris* legati, ſub abitum, certâ quâdam injunctoriâ (forenſes receſſum vocant) huic translationis actui clauſulam impoſuerunt. Sic autem tùm in tabulas relatum eſt: Poſteaquàm *Ferdinando II. Imp.* victori, pio, felici, complacuiſſet, ex cauſſis urgentiſſimis, *Ducatum Megapolitanum, Principatum Vandalicum, Comitatum Suerinenſem, Roſtochii, & Stargardiæ*, regiones, unà cum juribus, ac requiſitis, quibuſcunque, ex jure belli, & retentionis, pignoris, atque hypothecæ, loco, ſolenniſſimè conferre in *Albertum, Fridlandiæ, ac Sagani Ducem*, de *Cæſare*, & *Imperio*, fortibus auſis, ac factis, ut etiam ſumptibus in legiones erogatis, præclarè meritum, utique hanc in rem nominatos, miſſoſque, eſſe ex aula *Cæſarea* legatos, qui apud *Guſtrovium* proceres, equeſtres, ac ſubditos, indicto conventu citâſſent, citatis, ac comparentibus, *Cæſaris* voluntatem, & decretum, aperuiſſent, juxtàque omnes, ac ſingulos, à juramento, quo *Adolpho Friderico*, & *Ioanni Alberto*, fratribus, *Ducibus Megapolitanis*, devincti erāt, ſolenniter & totaliter abſolviſſent, inprimis *Principatus*, regioneſque prædictas, in *Albertum, Fridlandiæ Ducem*, atque illo abſente, in *Vicarium* ejus, ſolenniſſimis cum ceremoniis, & ritibus, contuliſſent, illum in poſſeſſione, & juriſdictione, pleniſſima poſuiſſent. Proindè, antequàm hæc omnia ſolenniter, atque ordine, impleri contingeret, proceres, equeſtreſque, ac civitates, in cauſſa tàm graviſſima, tranſumpta, mandati *Cæſarei*, inprimis etiam deliberandi ſpatium, humiliter corrogârunt. Non quod *Cæſaris* decreto (id quod abeſſet, *Deo* teſte, à ſeſe longiſſimè) repugnare conarentur, ſed ne præcipitanter, atque inconſideratè, egiſſe, inſimulari poſſint. Non potuit illis negari tàm concinnum deſiderium. Dùm autem ulteriùs moræ extenſionem, executioniſque inſtantis ſuſpenſionem, protelare perrexerunt, indulgeri ipſis hæc interventio minimè debuit. Sic ad ſolennia factus progreſſus. Ut tàm prædicti proceres, equeſtres, ac civitates, à priori juramento ſolenniter abſoluti, in novum adigerentur ſacramentum, quàm in prædictos *Principatus*, regioneſque, unà cum omnibus regalibus, dignitatibus, juribus, reditibus, ac requiſitis, quibus hùcuſque ſuperiores *Duces Megapolitani*, uſi fuiſſent, *Dux Fiidlandiæ*, ſive
Vicarius, ac gubernator, pleniſſimè im
retur.

Secundùm hæc, quod ſupereſt, nomin
ris, inculcatur etiam atque etiam prædictis
ribus, equeſtribus, ac civitatibus, adeòque
verſum ſubditis quibuſcunque, deinceps n
magiſtratum alium, præter *Albertum, Fri*
Ducem, ſive ejus *Vicarium*, venerarentur, ſe
uni ſolique obedientiam, fidem, ſubmiſſi
que, debitam dependerent. Hoc enim tàm
ſevera mandati lex poſtulat, quàm homag
cèns depoſiti, ſanctitudo exigit. Atque hæc
& deinceps, regula, hæc norma eſto! Quo
gati *Cæſaris* optimè ſperant, fore, ut à proce
equeſtribus, & civitatibus, Germanâ, ſince
fide omnia impleantur. Quo nomine ha
junctoriam, ſive receſſum, ſub exemplis co
nicare, propriaque manu, & ſigillo, corrob
cœperunt.

CAP. III.

De Pomeraniæ Du
periclitatione. P
terque Electoris
xoniæ, ſuper mil
Cæſareano, que
monia.

I.

Dux Pomeraniæ ad Cæſarem legatos mitti
per moleſtiis, atque exactionibus, mili
bus, quiritaturos. Pro eo apud Cæſarem
ris intervenit Elector Saxoniæ.

TAm luculenta *Ducatus Megapolita*
dulgentiſſimi *Cæſaris* benignitat
ceſſio nondùm videbatur imm
Fridlandi cupiditati ſatisfacere. I
tus abundè, ſed nondum ſatiatu
rat. Quò majores conſequebatur opes, eò ſ
didiores ſectabatur. Itaque, prout rumor
rebat, etiam in ampliſſimum *Pomeraniæ Duca*
maritimis portubus locupletem, circumfere
culos. An, more ingenii humani, etiam
cta illa in proximo præda, potiri liceret.

Itaque, quod provincia, dives, ampla, fu
promitteret aurum, hoſtis erat. Inprimis,
maris imperium polliceretur, claſſibus para
opportuna, eò magis *Fridlando* ridebat.
cùm in univerſam regionem copias infudiſſe
vix ipſi *Duci*, ejuſque ſedi, parceret, legionib
fieri amat, pleraque licenter, ac protervè, ge
ti

Dux, hactenùs *Cæſari*, & *Imperio*, fidelis, ne-
cis durâ lege compulſus, ad aulam *Cæſaris* le-
limiſit, ſuper ultimis, quibus afficeretur, mo-
apud *Imperatorem* quiritaturus.
ocriter in *Saxoniam* deflectentes *Electori* ne-
tem *Ducis* ſui expoſuerunt, ſimulque exorâ-
d *Cæſarem* eam in rem interceſſorias. Quæ
juſmodi : *Imperatori Elector Saxoniæ* S. In-
me *Cæſar*! Ecce! *Bogislaus*, *Dux Pomeraniæ*,
affinis, & compater, meus, ad aulâ tuâ lega-
juſſit, ſuper ultimis ferè, quibus à legionibus
rib⁹ urgetur, moleſtiis querelarũ cathenam
turos. Qui cùm in mandatis haberent,
n itinere convenirent, ac de *Pomeraniæ* tro-
rudirent, haud difficulter à me in alloquium
i ſunt. Illud igitur, tàm ex illorum deductio-
àm eventu ipſò, confirmare poſſum, hacte-
meraniæ Ducem fidelis *Imperio Principis* partes
nter executum eſſe. Nam leges, à ſuperio-
niæ *Circulo* apud *Lipſiam*, *Anno* M. DC. XX.
, & à *Cæſare* approbatas, hactenùs obſerva-
to motuum iſtorum per *Imperium* gliſcen-
tempore fœderibus, ſuſpectiſque id genus
rum præparationibus, ſeſe abſtinuit, *Imperii*,
uli, neceſſitatem, portus maritimos di-
er communivit, immiſſiſque præſidiis ſic
m firmavit, ut nequicquam indè vel *Cæſari*,
perio, vel huic etiam *Circulo*, periculi hacte-
nflatum ſit. Immò verò neque id langui-
tobiter, egiſſe viſus eſt. Sed portuum, &
rorum, defenſionem, abſque miſſione, con-
vit. Ut tametſi exin ipſe cum ſubditis ad
s redactus videri poſſit, nihilo-minùs iis o-
us ſic conſtanter adhùc dùm incumbat, ut,
vente, propriis porrò viribus conſervare

nunc *Ducis* eſt fides, illa conſtantia. Sed,
s præmiis hæc illius merita, compenſari ac-
, in medio extat. Nec niſi ingenti dolori
ria præbetur. Eum enim in modum univer-
neraniæ à copioſis, & quidem equeſtribus, le-
bus inundatur, tàm ipſi quàm militi, vix in
s ſeptimanas commeatus, atque annona, ſup-
. Uſque adeò præfecturæ ad unum omnes
patæ tenentur, ut ipſe vix à ſede ſua hyberna,
aque, abarcere valeat, ut in Arce ſua, tan-
in carcere, concludatur. Si jam fortunam
cum iſtis, qui manifeſta in *Cæſarem* arma tu-
t, conferat, liquet, eum multò, quàm hoſtes,
ùs affligi. Iſtis exactionibus, ſuperpondii
, accedit, ut etiam *Maris Balthici*, hactenùs ſub
eramento conſervata, commercia fatiſcant.
è *ſalis, halecum, aromatum, ferri, pannique*, penu-
ſequi neceſſe eſt. Ut tàm *Cæſaris* regna, & pro-
æ hæreditariæ, quibus hæc cornucopia ha-
ùs obtigiſſet, hunc defectum graviter laturæ
Ut etiam id genus numeroſæ legiones, poſt
uſtam, deſtructamque, *Pomeranam* provin-
, tandem *ſuperiorem Saxoniæ Circulum* afflige-
idemque locorum, apud inſontes, belli ſedem
e queant.
æc ſunt, ô *Cæſar*, ſuper quibus *Dux* me com-
re, utque interceſſione meâ ab id genus ul-
s penè difficultatibus ſublevari quitus eſſet,
deprecari juſſit. Siquidem igitur id genus
ſtiæ non tàm ad famem, rerumque omnium
inopiam, quàm interitum, ſpectent, tùm equidem
præfato *Duci* integerrimum hocce teſtimonium
perhibere debeam, eum hactenùs intrà *Circuli* le-
ges, ac cancellos, permanſiſſe, ad admonitionem
meam, utpote à *Circuli Archiſtratego* profectam,
portus ac clauſtra maritima, diligenter obfirmâſ-
ſe, ad ſummam, omnia, quæcunque à fideli *Imperii
Principe* poſtulantur, diligenter impleviſſe, hac de
re conſentaneum erat minùs, tàm fidelis conſtan-
tiæ *Princeps* hæc illa iſta ut pateretur. Etenim
compertum habeo in *Principatum* illum tredecim
integras equeſtris pedeſtriſque militiæ legiones
infuſas eſſe. Neque hoc ad perditionem ſatis. Sed
tantam inſuper calonum, qui caſtra ſequuntur,
turbam ſuperaccedere, ajunt, ut numerum ipſa-
rum legionum penè adæquare notetur.

Res hæc cùm ergò abſque exemplo excurrat,
& ſufficientis pœnæ locum explere ſuſtineat, ſicu-
bi hoc rigore in manifeſtum eatur hoſtem, non
invenire ſatago, quid *Cæſaris*, quid *Imperii*, rebus
emolumenti accedat, ſi una, poſt aliam, provin-
cia hoc pacto devaſtari, perdique, debeat. Niſi e-
nim præſens fiat remedium, interitus oppidò, ut
ſequatur neceſſe eſt. Jam tùm enim ſubditi, re-
lictis ædibus, prædiiſque, flebile in exilium ejiciun-
tur, ager, cum regionibus, devaſtatur, redituſque
intercipiuntur, undè *Principes* depauperari pro-
clive eſt. Inprimis verò equidem non poſſum non
graviter perturbari, dùm ante oculos eſt, *Saxoniæ
ſuperioris Circulum*, hactenùs ad demonſtrandam
Cæſari integerrimam devotionem nihil reliqui
facientem, ità in præſentiarum premi, ut quadra-
gintà equeſtrium, ac pedeſtrium, millia intrà ſe a-
lere adigatur. Ut de exactionibus nihil dicam.
Quibus ità quidem exoſſatur, ut neque verbis ef-
ferri, nedùm litteris exprimi, hic dolor valeat,
Per fidem! ea miſera hujus *Circuli*, hactenùs par *E-
lectorum* foventis, facies eſt, ut videri poſſit, fideli-
tate, ac conſtantia, ſua, nihil niſi pœnas prome-
ruiſſe.

Quæ ſicubi ejus extent generis, ut *Ducis* petitio-
ni me ſubtrahere ne potuerim quidem, ecce! pro
illo *Cæſarem* demiſsè interpellare non dubitavi.
Quanquam nihil ambigam, fore, ut *Cæſar* aliâs per
ſe in ſublevationem *Ducis* propendere, ſimulátque
concluſum nuperæ *Mülhuſenſis* diætæ *Electoralis* ad
animum admittere, velit. Iccircò eò dirigitur de-
miſſa hæc oratio mea, *Cæſar* nempè legatos cleme-
ter audire, *Ducis* fidei ſecurus eſſe, militem è pro-
vincia deducere, tàmq; ſubditis, quàm legionibus,
extrema famis neceſſitate laborantibus, maturiùs
occurrere, dignaretur. Jam enim obedientia *Ducis*
vel exindè luculentiſſimè conteſtata eſt, dùm ultrà
menſes tres, pactamq; initiò capitulationem, onus
iſtud, *Aetnâ* ferè, quod ajunt, gravius, perpeſſus fuit.
Quodſi deniq; vel lex, vel ratio, belli haud admit-
tat, ut turbæ omnes illicò deduci poſſint, illa ſaltem
adhiberetur ratio, quo ſub certo, nec minùs ido-
neo, moderamine, huic neceſſitati iretur obviàm.
Sicque *Cæſarem* fidelium *Principum* querelas mo-
dò non libenter audire, ſed illis clementer opitu-
lari, velle, appareret. Et hoc eſt, quod *Dux* officiis
ſuis gratanter ſtudebit demereri. Ut ipſe, licet alte-
rius in cauſſa, obſequio, fide, atque integrita-
te, meâ *Cæſari* aſſurgere ſim para-
tiſſimus.

II.

Pro Electore Saxoniæ, etiam ſua ſub provincia, ſuper oneribus militaribus, conquerente, apud Cæſarem intervenit Elector Bavariæ.

HÆc in verba ubi *Saxoniæ Elector*, pro *Pomeraniæ Duce*, intervenisſet, paulò poſt ipſe in propriis ditionibus à milite *Cæſareo* non multò inferiora pati cœpit. Itaque ſic ferè & ipſe apud *Cæſarem* parario opus habere viſus eſt. Quæ res, poſt tot præſtita *Cæſari* officia, *Electorem* vehementer pupugit. Dùm ergò *Cæſarem*, propria in cauſſa, interpellare non vult, apud *Bavariæ Electorem* non perfunctoriè conqueſtus eſt. Hic igitur directis ad *Cæſarem* codicillis *Elect. Saxoniæ* cauſſam diligenter ſic tùm egit: Ut *Cæſarem*, inquit, demiſsè interpellem, hoc fides, hoc conſtans ergà illum devotio mea faciunt, ut etiam juramenti ſanctitudo, quâ *Cæſari*, quâ *Imperio*, addictus ſum, me eò impellant. Omninò enim ea, quæ rei publicæ adverſari, atque incommodare poſſe, videbantur, non reticenda fuerant. Sine dubio autem *Cæſari* obſcurum non eſt, quo pacto *Saxoniæ Electoris* provinciæ à bono tempore, ſub legionum ſtativis, hybernisque, infeſtari acciderit. Et tametſi pateat, abſque ſcitu *Cæſaris*, id genus inſolentias, à chiliarchis, ſive tribunis, militaribus exerceri, illud tamen ſubodorari licuit, hanc rem *Electorem* indignantiſſimè ferre cœpiſſe. Cùm enim conſtans illius fides, atque devotio, tùm *Cæſari*, atque *Imperio*, præſtita officia, ac merita, aliâ digna ſint hederâ, quàm ut, ſequeſtratâ autoritate *Electorali*, injuriis illis militaribus obnoxius eſſe debeat, cùm etiam illorum *Imperii Statuum*, qui quidem adversùs *Cæſarem* vultus elevârunt, atque horum motuum autores initiò fuerunt, mitior habeatur ratio, ut fidelibus immorigeri præferri velle videantur: utiq; proclive eſt, hanc rem in offenſam, ac colliſionem, degenerare poſſe. Maximè, cùm *Cæſar* tàm ab *Electore Saxoniæ* particulatim, quàm à collegio *Septemvirorum* cætero in genere, pro abrogandis ejuſmodi militaribus exceſſibus, jam tùm interpellatus ſit.

Ibi tùm ſiquidem promiſſa quidem, ſed in effectum haud deducta, ſit emendatio, etiam atq; etiam demiſsè rogo, *Cæſar* hæc ad animum admittere pateretur. Sed non hæc à me afferuntur, ut *Cæſari* quicquam præſcribere, ut ſaltem ſuaſor eſſe, velim. Quid enim ex illis incommoditatibus, animorumque abalienationibus, emergere queat, facile divinare eſt. Ut metuendum illud ſit, niſi in tempore inſolentiis, atque exceſſibus id genus militaribus, medicina fiat, mox hunc morbum, deſperatione animos ſubeunte, in maniam, ac rabiem, plebis degenerare poſſit. Illa eſt *Cæſaris* clementia, & benignitas, ut ſatis commendata ſit. Nec non *Elector Saxoniæ* ità ergà *Cæſarem* affectus eſt, ut fide, ac conſtantiâ, nihil prius habeat. Ut etiam citiùs multa conquerere, quàm *Cæſari* moleſtus eſſe, velit. Neque hoc metuendum eſſe puto, ut præfatus *Elector* alius eſſe velit, atque fuit hactenùs. Ut multitudinis potiùs, ac vulgi, ſeditio exſpectanda veniat. Etenim eum in modum, ſuper militaribus paſſim exceſſibus, duplicantur hominum querelæ, ut metus ſit, ſi invaleat malum, ne deinceps i[...] ſtate *Electorum*, *Principumque*; fidelium ha[...] huic labi remedium applicare. In tua verè [...] *ſar*, in tua, inquam, manu eſt, ut malo non t[...] ſcenti, quàm latè ſerpenti, frœnum injicias. [...] nomine è re tua erit, ſicubi *Saxoniæ Electoris*, [...] toritate, & meritis intrà *Imperium* prævalen[...] ratio habeatur, qua fidei ejus conſtantia [...] non labefactari, ſed etiam confirmari, ſuſ[...] Ut igitur quàmprimùm miles è *Saxonia* de[...] tur, *Electorique* ſatisfiat, non tàm opus, quà[...] ceſſe, eſt. Quò ſpectat hæc demiſſa oratio m[...] lud enim quàm *Cæſari* utile, *Electori* verò gr[...] eſſe poſſit, nullus equidem ignoro. Quo n[...] finio, & tuæ, ô *Cæſar*, gratiæ me etiam, atque [...] commendo.

III.

Saxon. Electoris, ad Colaltonium, militia[...] reæ ductorem, increpatoriæ.

EO uſque, ſub *Cæſare* victore, inſolenti[...] *Imperium* militares invaluerant, ut ad [...] mam ferè confuſionem nihil eſſet reliqui. M[...] verò à peregrinis cohortium, legionumqu[...] ctoribus, hoc tàm ſedulò actum eſt, ut conv[...] undique prædis, pecuniiſque, provincias G[...] *nicas* emungerent, ac depauperarent. Qua[...] *Electores*, *Principeſque* indicto conventu *Ca*[...] communibus ſuffragiis deprecari cœperunt [...] *perio* ſecuritatem, ac quietem, reſtitueret. [...] proindè, nihil moratus, diverſos, ac præcipu[...] *Imperium* dimiſit legatos, atque inquiſitore[...] modò nō impotentiæ, atque avaritiæ, milita[...] benas injicerent, ſed in ductorum prævaric[...] nes, & inſolentias, ordine inquirerent. Und[...] ctum, ut in plures ſeverà ex lege animadver[...] tur, inter cæteros, *Görtzenacho* chiliarcha, [...] quidem ex pede claudo, ſed animo effreni, ob [...] inſolentiæ, violentiæque, vitium, capitis ſu[...] cium luente.

Interim, cùm neque ſic luxuria militum o[...] illicò recideretur, & *Colaltonius Comes*, ſuis ſiv[...] hortibus, ſive legionibus, *Saxoniæ Ducibus*, eo[...] do moleſtus eſſet, ut, tametſi cohortes quaſdar[...] duceret, ilicet alias, tanquam locum in vacan[...] immitteret, non potuit hæc licentia non *Sa*[...] *Electori*, utpote *Circuli* archiſtratego, præſc[...] cùm ab agnatis ob id interpellaretur, ſtomac[...] movere. Undè ſequentes ad præfatum *Colalto*[...] direxit increpatorias: Venit ad nos, inquit, [...] *Philippus, Dux Saxoniæ*, agnatus, filius, & comp[...] noſter, &, inter cætera, conqueri cœpit, abs t[...] agi, quatuor ut, cohortibus è principatu illiu[...] ductis, ex adverſo quinque recèns immitte[...] tur. Quæ cùm res ſubditis illius intoleranda vi[...] tur, non modò ad te certos homines, qui e juſ[...] malum averterent, mittere decrevit, ſed e[...] nos corrogavit, ut ex officio archiſtrategi h[...] geremus, &, ne principatus ejus omninò corr[...] patur, præcaveremus.

Jam famâ non ſolùm, ſed litteris, à *Cæſare El*[...] *ribus* inſcriptis, didicimus, futurum, ut propec[...] aliquot hominum militarium millia exaut[...] debe[...]

t. Quo nomine te quidem miſſum eſſe no-
hoc ut efficeres. Sed oppidò contrarium e-
, dùm modò non veteres cohortes haud de-
ed novas inſuper immittis, malumque malo
s. Profectò ità eſt, ut hi mores ſive dege-
t, ſive hactenùs invaluerint, ut nempè al-
lter, *Imperii Principibus*, *Statibuſque* pro libi-
ges præſcribere, immò, quot, quantasque
& quouſque, recipere, atq; alere, debeant,
ræcipere, auſit. Itane vilis conditionis *Impe-*
ipes eſſe convenit. Itane *Circuli* archiſtrategi
ativa iſtis nihil eſt, ut, abſq; ſcitu, nihil non
r in *Circuli* membra perpetretur? Itane, abſ-
ſaris compellatione, litterisque honorariis,
itur, ut *Imperii Principes*, *Ordineſq́*, ipſis æquè-
mæ conditionis ſubditis? Sed, heus tu! non
s *Imperii*, ut *Principes* nullo penè loco ſint,
unt. Non ità privilegia, antiquitùs conceſ-
ibus proculcare fas eſt. Certè illa fuit *Sa-*
ducis, agnati noſtri, tolerantia, ut abundè fe-
Ea verò regionis exhauſtæ nunc quidem
ditio, ut onus iſtud diutiùs ferre nequeat.
apropter, cùm *Cæſar* ipſemet *Electoribus*, *Prin-*
q́, copiarum exautorationem, non ſuperin-
nem, promiſerit, ad te quidem hæc noſtra
t commonefactio, nimirùm rerum tuarum
s ſatageres, alioque loco, atq; cum honore,
Principes, *Ordineſque*, haberes. Cave igitur,
nceps, ſicut aliâs, ex animi tui ſententia, *Prin-*
imperare velis. Sed tuas res age, hoc eſt,
Cæſar, ſuper legionum exautoratione, injun-
itere. Hocque pacto agnato noſtro novis
nductionibus parce. Niſi velis, ut ſuper hac
a, & contemptu, quâ quidem *Imperii Principes*
ſuevenit, apud *Cæſarem* conceptiſſimis verbis
ueri debeamus. Hæc ne neſcires, ſignificanda

uid verò tùm *Colaltonius*? Ille inimico hoc
iam ſydere percuſſus, humaniſſimis quibus
t verbis *Electorem* demulcere ſtuduit. Præpa-
gitur idoneâ excuſatione, recepit, ſe quàm
mè legiones tàm è *Luſatia*, quàm *Thuringia*,
cturum. Simulátque nomenclaturam earum
num, quibus jam tùm data erat miſſio, trami-
t plures inſuper exautorandas eſſe, promit-

CAP. IV.

e Fridlando, Strale- ſundam infeſtante.

1.

landus Straleſundam, maritimam Pomera- niæ civitatem, tentat.

HActenùs conſtans erat *Bogiſlai*, *Pome-raniæ Ducis*, ergà *Cæſarem*, *Imperiumque*, fides, & obſervantia. Hoc *Fridlando* nocebat. Mallet illum *Cæſaris* offenſam meruiſſe. Sic enim auſis, ac cupiditati ſuæ, rectiùs potuiſſet velificari. Qui, dùm fortunam haberet in partibus, *Cæſaremq́* experiretur indulgentiſſimum, eos ſumebat ſpiritus, illud ſublime attollebat ſupercilium, ut, jam *Ducatu Megapolitano* ſub leges vocato, videretur plures concupiſcere provincias. Uſque eò felicitatis plerumque comes conſuevit eſſe ſuperbia. Ut præcipuè feras mentes faſtus, ipsaque ſubintret impotentia, rebus undecunque ad votum affluentibus. Tantus tùm quidem erat hic *Fridlandus*, ut videretur per novam *Megapolitanam* regionem haud eſſe ſecurus, niſi illum, recèns adeptum, *Principatum* per *Pomeraniam*, ejuſque portus, ac clauſtra, deinceps communiret. Proindè hoc agebat, ut portum maritimum unum poſt alios ſibi vindicaret. Præcipuè verò *Straleſunda*, civitas potens, & maritima, regionis clavis, erat in oculis. Hanc appetebat, hanc intercipere cogitabat. Deerat rigori color. Quæſitus eſt. Nempè *Arnheimium*, militiæ ſuæ *Mareſchallum*, ad *S.P.Q. Straleſundanum* dimiſit, hyberna intra civitatem requireret. Homines civici intelligentes ſub illo nomine fortunas ſuas periclitari, omniaq; ſic ferè ultima ipſamq; malorum lernam latère, diſertè negârunt ſe facturos.

Iam tùm aditus ad ulteriora ſuppeditabatur. Ut *Fridlando* ob repulſam ſimulare offenſam foret ꝓclive. Iccircò, hac ſpe initiali decollante, aliud agitare cœpit. Miſitq; *Ioan. Götzenium*, chiliarchã, qui tranſitum pro legionibus equeſtribus peteret. Etiam hoc negatum eſt. Interim, quò offenſam, quib⁹ licet rationib⁹, amolirentur, chiliarcham muneribus, *Fridlandum* verò navibus, pro legionum traductione opportunis, placare ſtuduerũt. Ut etiam vini, zythiq;, doliis, dono in legiones diviſis, benevolentiã emercari velle videri quirẽt. Hac ſibi notatâ civium inclinatione, *Fridlando* jubente, *Arnheimius Erneſtum Georgiũ Sparrenium*, chiliarchã intro miſit, atq; ſuprà centũ quinquaginta *Ferdinãdicorum* millia poſtulare juſſit. Neq; hoc admittere poſſe viſi ſunt *Straleſundenſes*. Præſertim, cùm ſuper hybernis, antehàc poſtulatis, ſibi neutiquã caveretur. Ergò etiã hunc maſsâ auri, quę, præ illis, quicquid *Apelles*, *Phidiasq́*, fecerunt, videtur eſſe omnib⁹ longè formoſiſſima, mitigârũt. Sic ad tranſactionem res devènit. Ut primũ apud *Prentzlovium*, dein *Grypsvvaldiam*, inito conventu, res eò rediret, nempe ꝓmiſſis octogintà *Ferdinandicorum* millibus, pro prima, initialiq; ſolutione, numerarêtur trigintà millia. Miſit *Arnheimius*, qui pecunias venarentur, ſimulátq; civitatis deputatos, quiddam ſuper tranſactione deſiderantes, in *Rugiam* ad ſe deducerent. Interim, *Fridlando* inculcante, *Denholmum*, locum opportunum, ſic dictum, occupabat *Arnheimius*, immiſſis duab⁹ cohortibus undiquaq; aditus loricis excitatis prohibens. Quid animi eſſet *Fridlando*, vel exindè dilueſcere poterat. Itaq; ulterior ſolutio claudicare cœpit. Mox, interveniente tranſactione, *Stralſundenſes* permiſerunt *Denholmum Cæſareanis*, ſed ſub hac conditione, neq; loricæ plures inibi excitarentur, neq; machinæ bellicæ ſuperinducerentur. Ità trigintà *Ferdinandicorum* altera millia numerata ſunt. Illis acceptis, omnia evenerunt contraria. Etenim loricam ingentem è diametro civitati oppoſuerunt, tormenta ſuperinduxerunt, ſenſimque civitatem per equeſtres concludere, viaſque inſidere, cœperunt.

Hæc, quorſùm tenderent, probè, animadvertentes *Stralesſundani*, *Denholmum* recuperârunt, eâ tamen adhibitâ moderatione, ut *Cæſareanos*, navibus impoſitos, abſq; noxa cujuſcunque, eiicerent. Sic currentibus iris calcaria adhibebantur. Nihilominùs alius color emergebat. Erat intrà mœnia homo equeſtris dignitatis. Hic par machinarum bellicarum *Fridlando* vendiderat. Miſit ergò, qui machinas extrà mœnia proferrent. Quòd autem rumor è ſchedio, in civitatem clàm palàm intruſo, emerſiſſet, caverent nempè cives, machinaſque, paulò poſt in civitatem adhibendas, ne dimitterent, tumultus exoriri cœpit. Multitudo enim, portas præoccupans, machinas intercepit. Sed non impunè. Autores ſiquidem ejus facti pœnas dederunt.

Sed non ideòq; *Fridlandus* placabatur. Hic enim ſive error, ſive exiguum peccatum, apud illum horribile, & ſacrum, erat; Ut jam, tanquam criminis læſæ *Majeſtatis* reos *Straleſundanos* perageret, Tametſi, ultrà breviculæ moræ diſpendium vel tantillum, cauſſari poſſet nihil. Tandem vel illud in ſpeciem objectare haud intermiſit. Nimirùm, dùm *Rex Daniæ* apud *VVolgaſtam* naves nonnullas immiſſo incendio perdidiſſet, affuiſſe etiam *Straleſundanos*, hocq; incendium, hos conatus, adjuviſſe. Sed hanc etiam ad criminationem exceperunt *Straleſundenſes*, ſi maximè laſcivi accuſatores hoc probare, ac convincere, poſſint, ſeſe ità affectos eſſe, ut & pœnas ab autoribus exigere, & damnum de ſuo refundere, velint.

II.

Fridlandus oppugnat Straleſundam.

ID genus prætenſionibus irritatus magis, quàm offenſus, *Fridlandus*, ſatis, atque abundè cauſſarum ſibi ſuppetere, arbitrari cœpit, quibus de *Straleſundam* vi injectâ expugnaret. Quo inſtituto, primo hujus anni *M. DC. XXIIX.* vere, quantas maximas poterat, copias versùs civitatem produxit, viaſq;, aditusq; commeatuſq;, omnes inſidere, atque intercludere, juſſit.

Eam rem ſeriò, ac magnis conatibus, agi perſpicientes *Straleſundenſes*, omni operâ in defenſionem incubuerunt. Arma igitur expedientes, machinas bellicas, per civitatis vallum diſpoſuerunt. Quòque adversùs glandes tormentarias, igneſque jaculatorios, tutiores forent, domicilia paulò altiora tectis denudantes, macerie, textiſq;, deſuper impleverunt. Mox, ubi cognoviſſent, nomine *Fridlandi*, *Arnheimium*, apud *Pomeraniæ Ducem* obſidionis ſubſidia erogare, miſſis codicillis *Duci* expoſuerunt, ſicubi *Cæſareanis* auxilia ille ſuppeditaret, tùm quidem ſeſe tutelæ ejus cervices ſubducturos, *Regisq; Sueciæ* opem imploraturos, eſſe.

Hæc dùm utrinque ad obſidionis apparatum ſpectant, ecce! obſeſſi tres naves onerarias, ex *Hiſpaniis* fortè reduces, magnis excipiunt applauſibus. E quibus duas, trigintà ſex machinis bellicis inſtructas, ad *Gryphiſvvaldiam* dimiſerunt, eo loci *Cæſareanarum* navium eruptiones, ac curſus, impedituras.

Secundùm hæc, ne ſucceſſu temporis ſive puſillanimitas, ſive annonæ caritas, civitatem affligere
ſatageret, plerique opulentiorum familias
nà cum rebus pretioſiſſimis, navium benefi
Lübeccam, vel *Hammaburgium*, tranſtulerunt,
bus neceſſariis, anicularumque miniſteriis
ferventes, picem, & id genus, defenſionis m
expugnantium aſſultûs retundendos opp
præparantium, contenti.

III.

Rex Sueciæ pyrii pulveris copiam Straleſu ſibus ſuppeditat.

CÆterùm, oppidani, quò reſiſtere recti
pugnantibus quiti eſſent, militem conſ
runt. Hoc ſolùm torquebat, nempè pulver
copiam tantam, quanta quidem ad obſid
diutinam requireretur, ſibi non ſufficere,
eoque *maritimarum*, ac confœderatarum
tatum opem ſolicitare cœperunt, adjectis
ſtantibus verbis, niſi accidat ſub hoc oner
lis ſublevari, externi alicujus *Regis* in poteſt
ac tutelam, ſeſe venturos eſſe. Totidem
verbis à *Dantiſcanis* rei tormentariæ, ac pyr
veris, apparatum requiſiverunt. Sed hæ l
è *Dantiſco* in *Sueciæ Regis* manus pervenêre.
illis modò non pulveris nitrati quantitatem
miſit etiam litteris, conceptis verbis exarati
plura promittere cœpit. Ut hæc *Guſtavo*,
rum Regi, prima in *Germaniam* via, & quidem
pendiaria, oblata tùm ſit. Sed *Regis* compel
codicillis expreſſa talis erat: *Guſtavus*, *Sue*
Rex, &c. *S. P. Q. Straleſundenſi*, *S.* Ex autogr
veſtro, ad *Dantiſcanos* directo, nobiſque è
tranſmiſſo, intelleximus, vos hoc tempore,
culi pleno, maſculam parare defenſionem, ſ
tormentariæ, pulveriſque nitrati, apparat
ſtitui. Intuitu igitur Religionis, & libertati
ſtræque ergà regnum noſtrum inclinationis
termittere non debuimus, quin & ſympatl
noſtram conteſtaremur, &, quàm ægrè nobi
cidat, vos de libertate, ac ſecuritate, veſtra pe
tari, declararemus. Mirari ergò ſubit, vos e
ſe, ut cum finitimis, ac vicinis, in conſilium a
niſtris hactenùs nihil deliberetis. Quid
ſalutarius, quàm, ſub periculis naſcentibus,
corum uti conſiliis? Nihilo-minùs, ut appa
quàm optimè vobis cupiamus, eccè! quantita
deſiderati pulveris pyrii ſubmittimus. Plus e
pro tempore elargiri præſens non permiſit e
ditio nautica. Interim adhortamur vos, anim
ſuper libertatis, atque *Evangelicæ Religionis*, ſec
tate vindicanda, ſemel commaſculatum, d
ceps conſtanti fortitudine tueamini. Nec
bium eſt, *Deum* omnipotentem hos pios veſ
conatus ſecundaturum eſſe. Si quacunque r
bertatem illam veſtram conſervare poſſimus,
dite, vobis, ordine hoc petentibus, non de
mus. Valete, Dabantur apud claſſem noſtram
apud *Landhantum*, *III. Non. Maj.*
M. DC. XXVIII.

***

IV.

JCB


INSVLÆ RVGEN PARS
Olde Veer
Der Holm
MARIS BALTICI
PARS
Die Beldt
Ooſt See
b. Lange Port
h Spital Port
k. Iacobs Thurn.
m. Blawe Thurn.
Ein Maß von 130. Rúthen.
10 20 30 40 50 60 70 80 90 100 110 120 130


berg.
POMERANIÆ
Verdröcken
Landt.
DIA.
DVCATVS
Landt.
PARS

RPJC

IV.

raleſundenſes obſeſſos, & Fridlandum,
cationis articuli emergunt, ſed abſque
u.

dùm hæc, legiones ad civitatem propiùs
vere juſſit *Fridlandus*, ut jam ad tria paſſu-
a loca opportuna invaderent, loricisque,
entis, excitatis veram molirentur obſidio-
n eos igitur jam profeſſos hoſtes obſeſſi e-
rmentis experiri cœperunt.
cà periclitantium precibus inductæ *Civi-*
itimæ, apud *Lübeccam* conventum celebrâ-
, cùm appareret, inſontes pati *Straleſunda-*
lia illis, tanquam fœderis, ac religionis, ſo-
reta ſunt. Antequàm autem armis tenta-
ùs, & antè omnia, more veterrimo, conſi-
riri maluerunt. Quo nomine delectos è
ſuo miſerunt, qui operâ *Electoris Brãdebur-*
isque Pomeraniæ, legatorum, pacificationis
roponerent. His unà in caſtra egreſſis à
icis ſequentes conditiones, pacis redimen-
r, objectæ tùm ſunt. Nempè obſeſſi *Den-*
, prout nunc eſt, loricis, machiniſque belli-
munitum, traderent *Cæſareanis*. Liberri-
e eſſet ultrà citráque aquas ubicunque res
oſtulare videbuntur, munimenta exſtrue-
ntum *Ferdinandicorum* millia ex pacto ſupe-
penderent. Decem naves primarias, atque
tiſſimas, datâ electione ex omnibus, conce-
Pariter tria machinarum bellicarum pa-
cum apparatu neceſſario, largirentur. Per
verbis conceptis reatum deprecarentur.
i licitum eſſet naves è portu deducere abſ-
tù gubernatoris, *Rugiæ* regioni præfecti,
ecùs faxint, fiſco *Cæſareo* ſubiicerentur. Sub
nti ſanctitudine caverent. *Cæſari* fidem, &
ntiam, voverent. Cum *Cæſaris* adverſariis,
vatione privilegiorum omnium, nequic-
onſilia ſociarent. Si *Rugiam* ab hoſtibus in-
contingat, tùm & navibus, & cæteris viri-
o *Cæſareanis* pugnarent. Eos, qui ex *Holſatia*,
ſque provinciis, intrà civitatem cõfugiſſent,
nt. Eorum, aliorumque, tanquam hoſtium,
ac facultates, contraderent. Intrà mœnia
onis hujus autores, ac capita, dederent.
m haud conſcriberent. Nihilque per civi-
munimentorum porrò excitarent.
denique legatum *Cæſareum* in civitatem ad-
ent, eò cùm conſilia in univerſum omnia
unicarent, nec non de offendendo ſufficien-
è caverent. Præſidiarii porrò in *Cæſaris*, & *Po-*
iæ Ducis, verba adigerentur. Commeatumq;
ate, pro præſente pecuniâ, caſtris ſubmini-
nt. Pro illis omnibus *Dux Pomeraniæ*, cæteriq;
ciæ proceres, fidem interponerent, vadimo-
que præſtarent.
c per legatos *Straleſundanis* referri cœperunt,
n poſtulata nimis edura, ac tetrica, deſcende-
uſârunt. Interim, ne viderentur hanc inter-
ſitionem inſuper habere, quid, quantum-
que, largiri vellent, poſſentque, le-
gatis intimârunt.

V.

Diarium, ſive deſignatio eorum, quæ continuante obſidione, utrinque quotidie intervenerunt.

LEgati, intellectâ obſeſſorum ſententiâ, conjecturare, atque ominari, cœperunt, tanquam à *Fridlando* pecuniæ, antè in tractatioñe venientes, peterētur. Ut ſic pacē auro redimerent, qui bellum nõ provocâſſent. Quo inſtituto denuò in caſtra egreſſi, quid ſentirēt obſeſſi, expoſuerũt. *Fridlandici*, ad tempus vultus ſerenantes, tanq̃ paciſci vellent, præ ſe tulêre. Nocte verò inſequenti emerſit prorsùs contrarium. Quo enim ergà obſeſſos forent animo, mox patuit. Nam in munimentum ad *D. Georgii* furioſos ſuſceperunt inſultus, uſque dùm obſeſſorum præſidia ejeciſſent. Nemo ejuſmodi aliquid tùm exſpectâſſet. Ut etiam militis penuria accederet, fugæque daret occaſionem. Nihilo-minùs ejecti, animis intrà præcordia redeuntibus, in hoſtes regreſſi, utrumq; recuperârunt munimentum, non paucis cæſis, ut etiam prædis potirentur. Quod autem confertis agminibus in hoſtes ire haud quiti eſſent, *Cæſareani*, ad portam *Franconicam*, domiciliorum quorundam hortenſium adminiculo utentes, murorum ſepimenta, ac loricas, excitare cœperunt.

XVI. Calend. Iunias, iſtud ſtratagema commenti ſunt *Cæſareani*. Inter cætera, antè portam *Tripſeriſchenam* per foſſam occultârant ſclopetariorum manum. Mox equeſtres plauſtrum ſuperinducunt, panno rubeo contectum. Hoc ubi in conſpectum obſeſſorum induxerunt, carro relicto, atque everſo, equis aſſumptis, avolârunt. Eſca ità in medio poſita, mox hamo prehenſuri erant, ſi qui, aviditate prædæ, gradum accelerarent. Sed non latebat illos hic color. Ut, more vulpeculæ *Æſopicæ*, tanci pruna iſta, nimis auſteri, ac pontici, ſaporis, guſtare nollent. Hoc die tormentis primùm in civitatem itum eſt. Pacificatione itaque ſic tùm quidem deſperata legati diſceſſerunt, *Regis Sueciæ* interim legato intrante.

XV. XIV. XIII. Calend. Iunias, utrinque tormentorum exploſionibus, diverſis ſub locis, continuatum eſt.

XII. Cal. Iun. nocte intempeſta munimentum ad *D. Georgii* expugnari cœpit, præſidiariis è vigiliis diutinis languidiùs res ſuas agentibus.

Die inſequenti legatus *Suecicus* diutiuſculè à *Senatu* retentus, diſceſſit. An oblata à *Rege* vicino auxilia forent admittenda, anxiè deliberatum eſt. Interim, cùm *Arnheimius civitatum Maritimarum* legatos demoraretur, auxiliaq;, ab illis petita, intercluderet, lege neceſſitatis ſic poſtulante, tùm viribus eſſent impares, humanitatem, atq; operam, *Sueciæ Regis* grataniter admiſerunt.

X. Cal. Iunias, noctu tres, diverſis ſub partibus, portæ oppugnare, pariterque munimento ad portam *Franconicam* potiri, perrexerunt. Sic tamen ab obſeſſis hactenùs pauci deſiderabantur, tormentorum, igniumque, ejaculationibus in vanum exeuntibus, ac vix unum, alterumque læ-

denti-

dentibus. Contrà ex obſidentibus plurimi cadebant. Elapſo abhinc biduo, tres *Scoticæ*, & una *Germanica*, cohortes intrabant.

V.Cal.Iulias, cùm nihil hactenùs, ad extremum oppugnationis rigorem, reliqui factum eſſet, *Fridlandus* nunciari juſſit, cohortes extraneas eliminarent obſeſſi. Nihilo-minùs die proximâ denuò quatuor cohortes *Scoticæ* intromiſſæ. Undè *Fridlandus* octo dierum inducias quidem poſtulavit, ſed haud obtinuit.

Ipſis *Calendis Iuniis*, incendiarius quidam plebeius, pretio corruptus, in civitatem irrepſit, eo inſtituto, civitatem, poſitis diverſis ſub angulis incendiis, perderet. Hic verò intromiſſus conſilium hoc propalavit. Undè *Hulckius* gubernator, & tribunus, accenſis non paucis hinc indè vaſculis picatis, incendium ſimulare occœpit, nihilominùs militibus per vallum, ac propugnacula, magna curioſitate in excubiis diſpoſitis. *Cæſareani*, rem pro voto ſuo ad effectum ſpectare colligentes, integris, confertiſque, agminibus, tàm propè venerunt, ut haſtis illis prælongis, & tremebundis, ſeſe mutuò contingere quiti eſſent. Omnibus enim, qui in excubiis erant, prorumpentibus, tormentiſque directis, ſic excepti ſunt, ut magno numero occumberent.

Sic fruſtrati, in caſtra, ſigno receptui dato, præcipites redire laborârunt. Neque minùs ad tempus glandium ignitarum ejaculationibus ferias dederunt. Mox, vires obſeſſis auctas eſſe, experti, novas tranſactionis leges, eaſque paulò tolerabiliores, *III. Non.Iunias*, recèns objecerunt. Quibus adimpletis obſidionem vellent tollere. Nempè *Denholmum* traderent. Militem exautorarent. Auxilia extranea eiicerent. Civitatem vallo nudarent. Ad ſummam quinquagintà *Ferdinandicorum* millium, adhûcdùm debitam, alia quinquagintà adiicerent millia. Gubernatorem, apud *Rugiam* futurum, ſic obſervarent, ut navigantes illic vela ſubmittentes in merces inquiſitionem, ſive viſitationem, admitterent. Denique *Cæſareanis* integrum foret, loricas, ac munimenta, jam facta, conſervare, novaque, vbicunque placere poſſit, excitare.

Sed ſurdis etiam hæc canebatur fabula. Tantum enim aberat, ut obſeſſi quicquam illorum admittere vellent, ut potiùs *Denholmum* magis magiſque communire pergerent. Sed *Cæſareani* ſepimentis inductis jam inſtabant civitatis paludibus, ſive foſsis. Et jam in eo toti erant, ut munimentum civitatis, ad portam *Franconicam* poſitum, cuniculis actis, nitrato pulvere ſuppoſito, diſperderent. Erexit hoc periculum animos obſeſſorum. Ut de noctu ſpathis injectis locum, uſque ad aquarum ſcaturiginem, perfoderent. Quo factum, ut periculi eſſent ſecuri.

Secundùm hæc, *VII.Idus Iunias*, aliquot ſigna *Danica*, unà cum tormentis æneis, debitoque apparatu, intrârunt. Quibus in vallum civitatis perductis, atque in hoſtes directis, plures perdiderunt. Intereà in caſtra quoque novæ, & majores, accerſebantur copiæ. Ut nulla dies abſque vel velitaribus utrinque præliis, vel aſſultibus, inprimis creberrimis tormentorum exonerationibus, abiret.

XVI. Calend.Iulias, metator caſtrorum quidam,
pugnas, acieſque, formandi, ac munime
tandi, peritus, gente *Deſſavienſis*, intercep
vitatem perduci cœpit. Qui, cùm in ca
ſus eſſet, de via aberravit. Penès hu
cæ, & *Hammaburgii*, delineationes, quâ pa
ſimùm expugnari quitæ forent, repertæ
dem *Sigilla* fabricare didicerat. Quib
nes impreſſis, & intrò ſumptis, univerſi
ginti quatuor horarum ſpatium exercitus
sùs telorum, glandiumque, vim, incantari
rique, poſsit.

VI.

Cæſar, ad Straleſundenſium ſupplicatio dionem tollere jubet.

ILlis nunc ſub anguſtiis concluſi *Straleſ*
ubi tolerabiles pacificationis condition
haberent nullum, legatum *Pragam* ad *Cæſa*
miſerunt, ſuper extremis illis, quibus u
tur, quiritaturum. Hic, ſuper obſidioni
diem faciendâ ſolutione accepto reſpon
ſuno, lætabundus domum properavit. (
tur ſympatriotas ſuos ἐν αὐτόπτῳ, ut loq
tanquam à ſqualore eripere, atque refice
tus eſſet, *Cæſarei* decreti exemplum ſibi
miſsè flagitavit, idemque accepit. Erat au
juſmodi: Nomine *Invictiſſimi Cæſaris, Hung*
ac *Bohemiæ, Regis. S. P. Q. Straleſundenſis* le
anni Vogelio, indicaretur.

Nempè *Cæſari* ex circumſtantiis abun
ſignificanter, relatum eſſe, quid, quant
nomine ſuperiorum, ſuper præſentibus
anguſtiis, ſupplex petiiſſet, utque remedi
afflictioni fieret, inſtanter flagitâſſet, ne
tandem fieret omninò inemendabile. Q
quidem igitur *Cæſaris* clementiæ è diametr
gnet, ut permittat civitatem, contrâ fas pi
nondùm auditâ cauſſâ, quovis modo affli
que hunc rigorem cuiquam indulgere affe
Proindè ad generalem *Archiſtrategum* jam ti
ſaris emanavit mandatum, videret, & pra
colliſiones remediis utrinque mitiſsimis en
ret. Hoc pacto civitas neque deinceps pr
neque minis, urgeretur, ſed *Cæſari*, atque
fidem, ac conſtantiam, approbandi cauſſas
ret. Illi, ut & legato, *Cæſar* clementer, & gr
cupit.

VII.

Fridlandi arrogans dictum, factumq;

PRædictam modò *Cæſaris* ſententiam ub
lando legatus, *XII. Cal. Quintil.* apud *Brensl*
intimâſſet, nihil minùs ille, quàm ſcopul
quis, moveri notatus eſt. Tantùm enim a
ut ab incœpto deſiſteret, ut magis obſidio
quantis poſſet, maximis urgeret viribus. I
verò *Titanum* more, ea in verba, arroganti
na, prorupiſſe dicitur: Si *maximè, inquit, Stra*
denſe fortalitium illud ferreis cælo ad alligatum fore
culis, nihilo-minùs viribus ſuis reſiſtere haud ſuffectu
tametſi diis, hominibus (quod ajunt gentiles) fiat
tis, tamen in ordinē à ſe redigendū ſit. Nec mo
Cæſare ad *Arnheimiū* litteræ ſupervenerūt quib

m illicò ſolvere jubetur. Interim *Frid-*
d voluit. Sic ut *Arnheimius* modò non *Cæ-*
cere, quàm expugnationē omnibus co-
·c, impreſſionibuſq;, & aſſultibus, confer-
xperiri à *Fridlando* urgeretur. Ità factum,
ianis impreſſionibus, pugnis velitaribus,
nus actionibus, odia increſcerent. Neque
at hanc dimittere civitatem, niſi priùs ex-
n. Quo inſtituto novæ in caſtra accerſe-
piæ. Non deſtitit *Dux Pomeraniæ* per lega-
ndi animum etentare.
tè ullus pacificationi locus eſſet reliquus.
niores erant *Straleſundani*, tot laboribus,
s, ac periculis, penè non exhauſti. Itaque
re minimè dubitârunt, ſicubi *Cæſareani*
ıte, & regione, recederent, fore, ut neque
q; *Sueciæ, Reges*, per eum locum in *Imperium*
e auſint. Sed, ut ajunt, littori, lapidique, lo-
runt.
cùm, abſque miſſione, ſic agerentur, ut
raleſundanus ſuis viribus diutiùs ſubſiſtere
ſſet, neceſſitatis lege compulſi, externa
miſerunt auxilia. Ut modò non *Lübeccen-*
mmaburgii, ſexagintà *Ferdinandicorum* mil-
tiam cohortes quatuor pedeſtres, ſubmit-
aniæque, & *Sueciæ, Reges* ſubſidia itendidem
nt. Undè factum, ut obſeſſi magno nume-
ſidentium ſepimenta, ac loricas, prorum-
on vanam ederent ſtragem. Nihilo-ſe-
areani, *V. Cal. Iulias* in munimentum,
am *Tripſeiſchenam* recèns excitatum, im-
em ſuſcipientes rejecti ſunt. Ergò, fu-
ctis legionibus tribus integris, in por-
nconicam tota nocte impetus fecerunt. Et
idem impreſsio obſeſsis viſa eſt graviſsi-
arùm enim abeſſe viſum eſt, quin tùm
pugnaretur.
enim dolium, nitrato pulvere plenum,
nes concipiens, in auras diſsiliiſſet, obſeſsi,
cuniculos petitos eſſe, rati, utramque lo-
lereliquerunt. Hoc pacto ſuperiores *Cæſa-*
rgiſque inſtantes, fugientes uſque ad por-
ceuti ſunt. Interim, recollectis profugi a-
, denuò geminas loricas feliciter recupe-
E quibus quinquagintà circiter, è *Cæſa-*
erò quingenti præter propter ceciderunt.
ridie *Cal. Quintil.* munimentum ad portam
icam expugnatum eſt, multis utrinque per-
us. Neque oppidani, quicquid agerent, ho-
uò eiicere poterant. Sic ſanguinis humani
tis profuſum.
um, defectu ingruente neſcio quo, obſeſsi
ſactionem animis propendebant. Nihil
gò per legatos etentârunt, an tandem du-
idlandi animum inflectere liceret. Non re-
e tractationem. Sed, cùm ad rem ventum
Civitatis privilegiis vis injecta eſt. Undè ite-
leum, & opera, quod dicitur, perdi cœpêre.
lege veteri hæc tragœdia excucurrit, tor-
s utrinque ſtrenuè, rem agentibus.
t *Calendas Quintiles* induciæ intervenerunt.
utrinque tàm finitimæ, ac contiguæ, erant,
à panis conjectum conſiſterent. Hoc tem-
Rex Daniæ Holckium tribunum, cum cohor-
, immiſit. Nec mora. *Daniæ Rex IV. I-*
dus Quintil. ampla cum manu, ſupervenit, navi-
buſque, re tormentaria inſtructis, *Rugiam* con-
cluſit. Uut mox machinis in loricas *Inſulæ* expe-
riretur.

VIII.

Denuò inter Fridlandum, & Pomeraniæ Ducem, tranſigitur, ſed fruſtrà.

SEd tanta erat *Pomeraniæ Ducis* in *Cæſarem* fides, ut ad *Fridlandum*, quovis modo demulcendum, nihil faceret reliqui. Aſſumptis quapropter *Electoris Brandeburgici* legatis, denuò in caſtra emiſit, conditionibusque operam dare juſsit. Quo nomine ipſemet in partes deſcendere, conditionibus experiri, proque obſeſsis vadimonium præſtare, paratus fuit. Neque rejecit hoc deſiderium *Fridlandus*. Sed, tanquam eâ lege ſublimatio ejus quæreretur, identidem novas leges more dictatoris alicujus, præſcribere occœpit. E quibus erât illę. Nimirùm *S.P.Q. Straleſundanus* ſubmiſsiſsimis verbis, inprimis, & antè omnia, delictorum, quibus tàm in *Cæſarem*, quàm *Fridlandum*, peccâſſent, reatum deprecarentur. Sic ut in priſtinam cum *Cæſare*, & ejus *Archiſtratego*, gratiam reverti liceret. Ab hinc *civitas* legibus, ac conſtitutionibus, *Imperii* ſe omninò conformaret. Rebelliones ejuraret.

Imperiique hoſtes à limitibus abarceret; Nedùm cum illis conſpirationes iniret. Quàm diu apud *Rugiam* inſulam eſſent *Cæſareani*, tàm diu omnia humanitatis, neceſsitatiſque, officia iis impertiretur. Sic legionibus *Danicis*, *Suecicisque*, intrà mœnia receptis, darent miſsionem; Militemque exautorarent proprium.

Sicque hoc colliſionis tempore foris excitatas loricas deſtruerent, novasque, abſque permiſſu, haud præpararent. *Dux Pomeraniæ* ſufficienti præſidio civitatem confirmaret. Quo tàm *Cæſar*, quàm *Imperium*, *Duxque* ipſe, periculi, aut irruptionis, hoſtium extraneorum ſecuri eſſe, tùm duræ quoque civium intrà mœnia cervices inflecti, queant.

Hæ cohortes tàm in verba *Pomeraniæ Ducis*, quàm *Electoris Brandeburgici*, futuri ſuo tempore ſucceſſoris, ſive hæredis, ipſiuſq; *Senatus Straleſundenſis*, adigerentur. Sic, ut civitas tàm adversùs externos *Imperii* hoſtes, quàm petulantiam ipſorum inquilinorum, ſumma cum diligentia, defendi poſſit. Eo reſpectu peregrinos, in civitatem irrepentes, *Cæſarique* adverſos, eiicerent. Qui omnes conceſsâ immunitate liberè emigrarent. Super his omnibus quò *Cæſari*, ac *Fridlando*, ſecuris eſſe liceat, *Dux Pomeraniæ* tùm pro ſe, quàm pro *Principatu*, & regionibus, omnibusque eò ſpectantibus fortunis, optimis, ampliſſimiſque, rationibus, fidem, vadimoniumque, interponeret. Ut, ſi accidat, *Straleſundanos* ad ingenium redire, veteremque rationem diducere, *Cæſarique*, vel *Imperio*, periculi quiddam creare; tùm *Cæſari* ſuppeteret, unde damnum reſarciat. Denique ſolutionem quinquagintà *Ferdinandicorum*, adhuc dùm debitam, numerarent. Atque hæc ex parte *Fridlandi* à *civitate* poſtulabantur.

Conceſſiones verò, quas ipſe *Fridlandus* largiebatur,

tur *Civitati*, erant inſequentes. Primùm, tametſi *Straleſundenſes*, ob varios enormes reatus, pœnâ, atque animadverſione, forent digni, nihilo-minùs è mitiſſima *Cæſaris* clementia, *Pomeraniæque Ducis* interceſſione, gratiam, veniamq;, conſequerentur ampliſſimam. Ità ut omnes, & ſinguli, neq; in corporibus, neque vita, neque bonis externis, quicquam pati debeant. Et ſic omnia, hactenùs commiſſa, ac facta, alta nocte premerentur, *Cæſare* cum illis priſtinam, ſolidamque, in gratiam revertente. Huic conſectarium eſſet, nempè *Fridlandus* milites, à *Civitate* conſcriptos, cæteroſque peregrè miſſos, indemnes liberè dimitteret. Si qui verò è *Cæſareanis in Civitatem*, profugi ſtipendiis eſſent obligati, eos *civitas* dederet. Ex adverſo ſuos, ſive cives, ſive milites, in caſtra dilapſos, abſque lytro, reciperet. Pariter *Straleſundenſibus*, more *Civitatum* maritimarum, liberrima conſtaret commerciorum ratio. Si autem eveniat, pacem cum *Daniæ Rege* non coire, ſocietates verò nauticas cum *Civitatibus Maritimis* iniri, tùm iiſdem quoque eſſent ſub pactis, ac regulis. Quamprimùm ergò *Straleſundenſes* militem conſcriptum exautorabunt, peregrinis cohortibus miſſionem dabunt, *Ducis Pomeraniæ* præſidiarios intrò admittent, juramentique ſacramentum, prout præmiſſum eſt, jurabunt. Quamprimùm etiam *Dux Pomeraniæ*, unà cum regionis proceribus, fidem cautionemq;, ſolenniter implebit, tùm ſinè mora, ac diſpendio, *Fridlandus* obſidionem ſolvet, exercitum deducet, neminique è civibus illis, ac ne quidem ipſi civitati, vel ſub ſtativis, vel hybernis, moleſtus erit. Eâdem operâ munimenta, loricas, murorum ſepimenta, atque id genus, foris, tempore obſidionis, excitata, deſtrui, radiq;, curabit. Atque hæc ſincerâ, rectâque, fide pacta, ac tranſacta, ſunto. Quorum in confirmationem tàm *Fridlandiæ*, quàm *Pomeraniæ Duces* hunc tranſactionis receſſum propriis ſubſcriptionibus, ac ſigillis, corroborârunt. Actum in *Caſtris* infrà *Straleſundam*, IX. *Cal. Sextil.* M.DC.XXIIX.

IX.

Fridlandus, re infectâ, non ſine damno ſuo, ſolvit obſidionem.

Dixiſſes, jam omnia tranſacta eſſe. Ità ad tempus armorum feriæ, ac pax ſequeſtra, intervenerunt, uſque dùm *S. P. Q. Straleſundanus* pacta illa rata habuiſſet. Ipſe quoque *Fridlandus* è caſtris diſceſſit. Sed aliter erat in fatis. Aliter fortuna, res bellicas potiſſimùm gubernans, deſuper curabat. Ab initiis fortè ſi *Fridlandus* id genus conditiones propoſuiſſet, tolerari poterant. Sed jam odia longiùs proceſſerant. Jam peregrinæ intrà civitatem cohortes aliud ſuadebant. Jam uterque *Daniæ, Sueciæque*, *Rex* per mare excubabant. Itaque ex tranſverſo res cecidit. Maximè, cùm *Fridlandici* ad portam *Franconicam* paulò poſt novos feciſſent in *Straleſundanos* impetus. Non jam igitur civium in tranſactionem inclinabant ampliùs animi. Ut *Laslaum*, tribunum *Suecicum*, unà cum legione integra, ſuperpondii loco, in civitatem reciperent. Undè ſuſceptis excurſionibus *Cæſareanos* non ſemel damnis affecerunt. Ex quo irritati illi integrum di-

em tormentis in civitatis muros, turres
pla, ſine miſſione, experiri cœperunt. S
poſt cecidit hic ſpiritus. Dùm enim ex
haberent, majores in diem intrà civita
pi copias, ut etiam claſſis è *Danicis, Suecic*
vibus per mare oberraret, detonuit hic
petus. Metuebant enim, ne *Straleſunde*
marique, tantis viribus aucti, mox in caſt
ruerent, ac ſuperiores evaderent. Qua
colligere, obſidionemque tollere, conſt
Hac præeunte concluſione, *XII. Cal. Sex*
ſtres turmæ prodierunt. Ut civici impr
inſtare metuerent. Sed, præter velitati
tervenit nihil. Hæc copiarum deductio
VIII. Cal. Sextil. continuavit. Quarum ſu
ſum ingens ex aëre tempeſtas, imbre, fu
tonitru, notabilis, ac penè inuſitata, ſu
buit. Obſeſſi ergò agminatim erumpente
loricaſque, atque id genùs, ſolo æquarunt

Atque hæc illa iſta fuit *Straleſundæ* men
oppugnatio. Qua durante complorati
multa *Cæſareanorum* periiſſe millia. Ut del
ſteà habito deſiderarentur ultrà decem m
deſtris, & mille ducenti equeſtris, mil
mines.

X.

Fridlandi ad Pomeraniæ Ducem increp

Hoc pacto *S. P. Q. Straleſundenſis* poſt
obſidionis periculum evaſiſſent, n
Pomeraniæ Ducem codicillis, cauſſas expli
undè contigiſſet ſuperiorem tranſaction
nùs impleri. *Fridlandicos* enim, ruptâ pac
ſtrâ, hoſtiles impetus reiteraſſe. De his igi
ad *Fridlandum* dedit. Qui quòd in offenſ
nus, irritatuque facilis, eſſet, inflatiùs, ac pe
pationem, reſcripſit: *Fridlandus Pomerania*
Ex tuis, inquit, non abſque admiratione, at
fenſione intellectum eſt, in me, alioſque *Ca*
ercitus ductores, quàm ob rem *Straleſundan*
tranſactione, arma ac defenſionem, denuò
ſent, cauſſam reiici velle. Jam nunquam c
habebam perſuaſum, fore, ut in id genus cog
nes, atq; imprudentiam, incumberes. Cùm
ſundenſium veteratorum fallaciæ, impoſturæ,
li, ac quàm frivolos ſub tractatibus ſeſe ſup
bus geſſerint, te fugere ne quicquam poſsin
bus accedit, etiam conſiliarios tuos tranſa
illius cauſsâ miſſos, ſuper perfidia, ac levitat
leſundenſium, haud ſemel conqueſtos eſſe. Ur
gò eſt, ut illorum nequitiam commendare,
reanos verò culpâ onerare, jam velis? Perf
nihil aliud equidem iudicare poſſum, quàm
illo obſidionis tempore, te eodem in luto h
cum obſeſsis, atque, ut ajunt, veſticontuber
feciſſe. Illa verò, ſcias, mecum eſt animi in
tas, ſicque affectos cognovi *Cæſaris* copiaru
ctores, ut fide nihil prius habeant, in verbiſq
promiſsis, obſervent cõſtantiam. Certè, tui ca
exercitus deductio impediri cœpit. Simulátq
nim ſuperioribus diebus hanc rogâſſes, ilicet
heimio, exercitus *Mareſchallo*, in mandatis ded
ſa conclamaret. Et jam deductionem factan
nullus dubito. Ut autem tàm præproperè hoc
p

nni ratione caret. Quis enim machinas
,atque id genus impedimenta graviſſima,
, ac munimentis, citra labores, vindica-
ûm levi manu tolleret? Scilicet paulò am-
quam, ſpatium ad deductionem exerci-
iritur, ac ſiquis equorum paria ad rhe-
ungat, animique cauſsâ expatiatum ex-

dè imprudenti tibi excidiſſe opinandum
m ipſe, cæterique, præter meritum, accu-
tanquam promiſſa haud quidem, forent
Ut jure conqueri poſſimus. Interim,
m habitare non dubito prudentiam, at-

que civilitatem, ut illis verbis, *Principe dignis*, litteriſque, quibus te aſtrinxiſti anteà, fidem ſuperaddere velis. Quo eventu hoc etiam intellectu præditum te cognovi, ut non ignores, mihi vires non deeſſe, quibus in transgreſſorem animadvertere, damnique jacturam compenſare, evaleam. De cæteris *Arnheimius Mareſchallus* videbit. Qui, modis ut factu poſſibilibus omnibus tibi gratificaretur, à me ammonitus eſt. Vale, *Guſtrovij*, pridie *Non. Auguſti*, *M.DC.XXIIX.*

* * *

Io. Petri Lotichij

ERVM GERMANICARVM

LIBER XXII.

CAPVT I.

De Thillyo, Stadam expugnante.

I.

s Stadam, civitatem Hammaburgio, vi-
m, oppugnat, expugnatq;.

SIc dùm ad *Stralesundam* fruſtrà obhæret *Fridlandus*, intereà *Thillyus*, finitimum *Hammaburgio* fortalitium, ac civitatem, *Stadam*, felicioribus auſpiciis, expugnat. Tuebatur locum, ſub quadragintà quatuor ſignis,
Morganus, tribunus *Anglicanus*; Qui locus
in partibus hactenùs *Cæſareanis* moleſtus
repugnabat. Itaque duro, ut ajunt, no-
us adhibendus erat cuneus. Sic primùm
s obſeſſos arctiſſimè concluſit. Illi verò,
is omnibus præoccupatis intùs velut ſtran-
ur, tanquam feræ, intrà clauſtra redactæ,
ecalcitrare, ac remordere, cœperunt. Un-
bris factis excurſibus, in *Cæſareanos* erum-
, bonorum militum partes ſtrenuè imple-
, Ut, cùm *Rex Daniæ*, locum vindicatu-
xilia certa promiſiſſet, indomitam penè a-
em præ ſe ferrent, nullas facilè in condi-

tiones deſcenſuri. *Thillyus*, ſuarum rerum aliâs exactè ſatagens, amabat hanc victoriam, tanquam nec facilem, nec paratam, ſed à viris fortibus extorquendam. Quo nomine flumina, adituſque, præoccupabat omnes, ſimulque tormentis, ac glandium ejaculationibus, rem inſtantiſſimè urgebat. Nihilo-minùs *Rex* ſpem conceperat, locum tàm ſervari, quàm à ſuis copiis, in *Thillyum* educendis, vindicari poſſe. Undè codicillis obſeſſos commaſculare, iiſdemque certam liberationem promittere, cœpit. Pugnarent modò, & ultima exſpectarent. Seſe eorum neceſſitati non defuturum eſſe. Neque ſegniùs hæc *Rex* præparabat, ac dixerat. Occultis enim ſub viis, modiciſque agminibus, copias contrahebat, ſtato tempore educturus. Illud omne, vel codicillis interceptis, præſenſerat *Thillyus*. Quid enim induſtriam, ac ſedulitatis ſtudium, tanti ducis effugeret? Necdùm veteranis ſuis, tametſi vincendi peritis, temerè fidebat, ut quicquam tumultuario more audere præconciperet. Sed, tutiſſimas iniens rationes, ex *Epiſcopatu Oſnabrugenſi*, *Ducatu Brunſvicenſi*, *Comitatu Schaumburgico*, cæteriſque finitimis partibus, diſperſas cohortes ſuperinducere non neglexit, non ignorans haud rarenter etiam eos, qui antè pugnâ victi eſſent, placatâ fortunâ vincere poſſe. Confirmatis

matis ergò rebus, civitatem enixè urgebat, murorum ſepimentis uſque ad ipſa obſeſſorum munimenta inductis. Et, jam diſpoſitis tormentis impreſſiones ſuſcepturus erat, cùm ecce! nunciatur *Rex Daniæ* tredecim navibus, dictis militaribus, inſtare, atque obſeſſis in auxilium *per Albim* prodire. Nec defuit hic conatus, niſi fortuna, & occaſio, defuiſſet. Jam enim *Thillyus* aditus omnes ſic quidem præmuniverat, ut neque tormentis *Rex*, neque impreſſionibus, ſine damno, experiri ſuſtineret. Hæc ad animum admittens *Rex* adversùs ſtimulum calcitrare noluit. Reductiſque navibus bis ſeptem celoces, ſive lintres, annonam in *Holſatiam, Iutiamq;*, vectantes, intercepit.

II.

Stada deditur Thillyo.

MOrganus, exſpectatione ſuâ fruſtratus, tametſi *Cæſareanis* diu reſtitiſſet, tandem deſperatis auxiliis ſubmiſit ſpiritus. Cùmque *Bremenſis Reſpublic.* veniſſet in partes, ſequentibus ſub conditionibus, cum *Thillyo* paciſci cœpit: Nimirùm *Morganus* civitatem, ac fortalitium, abſque moræ extractione, nomine *Cæſaris*, dederet *Thillyo*. Simulátque cohortes per continentem quantò ociùs deduceret. Quo nomine, ſub tutela *Thillij*, per partes *Hiſpanorum* emigraret in *Belgium*, commeatus, & hoſpitiorum, ſubminiſtrata liberalitate. Interim, *Germanicis* cohortibus permiſſum eſſet, aut eò, aut alio, atque in patriam, tendere, ſic tamen, ne ad hoſtes deflectant, aut hoſtiliter ſeſe gerant. Eâdem lege *Legati* apud cohortes nominis *Germanici*, aliique hujus gentis *centuriones*, rectà, ſi lubitum ſit, ad *Regem* irent. Secundùm hæc *Morganus*, ſua cum manu, in *Belgium* pertingens, intrà medii anni ſpatium, *Daniæ Regi* adversùs *Cæſarem* haud militarent.

Si verò eum in *Angliam* vocari accidat, tùm hæc obligatio locum haberet nullum, permiſſa ipſi militandi libertate. Et hac ſub conditione liberrimè emigrarent non tantùm *Morganus*, militiæ dux, generalis, ſed etiam *Georgius ab Vslar*, legatus, & tribunus, *Danicus, Thomas Frentzenius*, cæterique colonelli locumtenentes, centuriones, officiales, ac gregarii. Interim, civibus, *Stadenſibus*, tanquam nomina militiæ dediſſent, eo ſub prætextu emigrare cupientibus, hæc emigratio negaretur. Itemque è caſtris in civitatem transfugæ redderentur. Ità verò *Morgano Generali* militis ſui deductionem, ex animi ſui ſententia, auſpicari liceret, nempè ſub claſſicis pulſis, ſignis expanſis, ſub armis utriuſque generis, tàm ſclopetorum, quàm enſium, aliiſque requiſitis militaribus, & ſolennibus. Pari lege liberrimè omnes, ſub hac transactione comprehenſi, educerent equos, ſarcinas, familias, arma, abſque ulla cujuſcunque inquiſitione, aut manus injectione.

Sic tamen, neque civibus quicquam de ſuo, neque *Regi* depoſita intrà civitatem fortè arma, educere fas eſſet. Pro impedimentis, ægrotiſque, deportandis, *Thillyus* carros, ac naves, ſub-
miniſtraret. Illis verò, qui vulneribus
biſque, affecti inpræſentiarum emigrare
rent, integrum eſſet tantiſper intrà ci
commorari, uſque dùm reſtitutâ ſanitat
modè exire queant. Spolia, & prædæ,
militiæ ex more à gregariis rapto acquiſit
trà fortalitium manerent. Civitati deniqu
Thillyo eius interitus, ac ruina, minùs qu
conſtaret.

Illis pactis legibus, *Morganus, Nonis Maij*
ginta quatuor cohortes, è bis mille, & qu
tis, cervicibus, arma ferre paratis, conſtan
lenni more produxit. Quem *Thillyus* ext
nia ſub colliculo humaniſſimis verbis, ep
adventitiis, ut vocant, excepit. Ut ha
humanitate *Morganum* ad gratiarum ac
provocaret. Ut liqueat, optimos, ac
mos, inter belli duces, juxtà virtutem, et
vilitatem nullo pacto exulare. Eo *Brem*
ſcedente, *Thillyus* mille ducentos in civitat
miſit, qui per vias patentes, portas, valli
excubarent. Uſque dùm ſordes è dom
ab *Anglicanis* relictæ, fuiſſent expurgatæ.
enim *Thillyus*, niſi triduo elapſo, in civitaten
re. Ne in ſtabulum potiùs, quàm fortal
etiam cum vitalis ſpiritus diſcrimine, intrâ
hiberetur.

****

Externa.

I.

De rebus Italicis; Et quidem Ducatus M
ni ſucceſſionem concernentibus.

FOrtuna *Cæſaris victoris* non
rat contenta *Germania.* U
trans *Alpes* in *Italiam* uſque
trices proferret aquilas. O
nem ſuggerebat *Mantuæ D*
Cujus poſtremus *Dux Vincentius* ſuperiori
abſque hærede, deceſſerat. Ubi autem
nenſem Ducem ſcripſiſſet ex teſtamento hær
ejus primogenitus *Dux Rethelius*, intrà *M*
ſeſe tenens, ilicet ab exceſſu *Vincentii Du*
timi, cives, ſubditoſque, in verba parenti
git. Mox etiam *Franciſci, Mantuæ Ducis*, fil
Margaritha Sabauda ſuſceptam, matrimon
junxit.

Hæc cùm ſic uſuveniſſent, *Carolus, Dux*
nenſis, pace dicta, à *Chriſtianiſſimo Gallian*
ge dimiſſus eſt, hanc novam poſſeſſionem
buſcunque poſſet, copiis, viribuſque, con
ret, in eumque finem uteretur auxiliis G
nis, à *Rege* ampliſſimis ſub verbis promiſſis.
nit igitur in provinciam vacantem, & magn
ditorum cum plauſu exceptus eſt. Interim
non neſciret, diverſos *Magnates* hanc hær
tem adire, ac dubio procul extorquere, vel
mni induſtriâ in copias contrahendas, fin
munimendos, incubuit.

Sed neque ſegniùs agebatur à corrivalib
teris. E quibus *Dux Sabaudiæ* in limites uſ

, impediturus auxilia , *Duci Nivernenſi* ex-
. Par faciebat , nomine *Regis Hiſpania-*
duba , gubernator *Mediolanenſis.* Ut le-
ogeret, delectus faceret, cæteraque, quæ
m requiruntur, præpararet.
ntelligens *Ferdinandus II. Imperator* , abſ-
eſto bello diſſidia deſpumare non poſſe,
cauſſa intrà aulam *Cæſaream* inſpiceretur,
eturque, poſtulauit. *Pontifice Max.* has
Cæſaris in partes veniente. Sed repugna-
ernenſis , omnibus , quod ajunt, copiis
m intentus. Ut contrà *Mediolanum* ex-
diverſi generis munimentis tantùm non
are velle videretur. Hos ſpiritus augebant
per *Gallias*, & *Helvetiam* decreta. Ut *Ca-*
ioque , fortalitium illius *Ducatus* præci-
ui *Hiſpani* ultimâ minabantur, inprimis ob-
t.
ltera parte & *Sabaudus* , & *Mediolanenſis* ,
tor , conclaſſabant. Ut jam *Corduba* in-
contraheret exercitum. Quem biparti-
erâ parte per *Padum* , pontibus junctum, in
m *Montisferratenſem* , alterâ versùs *Cremo-*
Marchione de Monte Nigro, dimiſit.

II.

alis fortalitium obſidetur ab Hiſpanis.

præparatoriis modò diximus. Sequitur
llum ipſum. Proindè *Mediolanenſis guber-*
ubi provinciam *Montisferratenſem* ingreſ-
t , illicò *Caſalin* petere cœpit. Impediiſ-
nter hanc impreſſionem *Nivernenſis* , per
es ad *Padum* diſpoſitas , niſi viribus in-
fuiſſet. Non enim modò *Caſalin* pete-
iſpani , ſed *Sabaudus* ex altera parte *Albam*
em obſeſſam , quatridui ſpatio, deditione

rim , *Corduba* cohortatus eſt civitates *Mon-*
tenſes, nempè ſub *Cæſaris* protectionem con-
nt. Hoc enim pacto periculi ſecuras fo-
ed maluerunt illæ, fide interveniente, pro
enſi, tanquam ſucceſſore legitimo , pugna-
Quamvis non negarent , quantum obedi-
Cæſari deberetur.
Caſalis oppugnari cœpta eſt. E qua præſi-
nitiò erumpentes, aliquot, *Hiſpanorum* cen-
fuderunt. Sed hi eruptionibus id genus ob-
, & remoras, iniicientes, etiam ſuper eo la-
unt, ut tàm in arcem, quàm civitatem, diſpo-
rmentis experiri, atque impreſſiiones tenta-
ti eſſent.
c dùm utrinque fervent arma, *Genuates*, pa-
m *Sabaudo* induciis, magnum de ſuo regiis
cumulum adjecerunt. Ex adverſo *Veneti*
Nivernenſis foventes , auxilia decreverunt
aria, exulibus, & proſcriptis, ſub venia con-
ad arma evocatis.
ed non pepercit *Sabaudus Montisferratenſibus* ,
Trinum civitatem uſque caſtra proferret.
ba pariter *Caſalis* obſidionem urgere haud
xit , quamvis tempeſtas pluvia huic cœpto
menter adverſaretur. Quomodocunque e-
fortalitio inſtaret , quin obſeſſi nihilo-

minùs prorumperent, prohibere non potuit. Intereà, *Crichius Mareſchallus* auxilia *Gallicana* in limites produxerat *Sabaudicos.* Cui *Thomaſus* , *Princeps Sabaudicus* , ne per patriam illi provinciam prorumperent, obſtare nitebatur. Eam in rem totius provinciæ ephæbis ſub armorum leges vocatis. Sed neq; prohiberi poterant per *Gallias* varii dynaſtæ, qui, in rem *Nivernenſis*, integris conſcriptis legionibus, operas ſuas unà cum *Crichio* conjungerent, *Sabaudiæque* partes populari occiperent. E quibus *Biglyus*, *Nizzæ* dominus, illi provinciæ impendiò erat moleſtus.

III.

Ferdinandus II. Imp. ſequeſtri in modum, Mantuæ Ducatum ſibi vendicat.

HAs digladiationes ne ocioſus velut *Cæſar* ſpectaret, *Ioannem*, *Naſſovium Comitem*, in *Italiam* dimiſit. Ille, nomine *Cæſaris*, *Mantuæ*, ac *Montisferrati*, *Ducatus* , ſequeſtri in morem, vendicaret, ſimulque militem *Cæſareum* , uſque dùm cauſſa diſcuſſa foret, immitteret. Qui, ſimulátque eò perveniſſet, ſequens, & quidem duplex, edictum divulgari curavit. E quibus hoc erat primum , & initiale :

Ferdinandus, &c. Poſteaq̃ ab exceſſu *Vincentii*, *Mantuæ Ducis*, affinis, & principis, noſtri dilecti, qui abſque hæredibus deceſſit , lites interveniſſent , inventique eſſent, qui mallent viâ armorum , quàm legum , experiri, juſque ſuum perſequi , nos autoritatis , & majeſtatis , *Cæſareæ* intereſſe putavimus, ut proſpiceremus, quò nõ modò univerſum à bellorum motibus placari poſſet *Imperium*, ſed etiam novarum litium , bellorumque , ſemina ne porrò proiicerentur. Quam in rem cùm conſiliis priùs , quàm armis , res excutiendæ veniant, tùm inpræſentiarum ille videatur eſſe *Italiæ* ſtatus, hoc ut negotium moras ferre nequeat, ea propter operæ prætium viſum eſt, ut, tàm noſtrâ, quàm *Imperii*, cauſsâ, eorum *Ducatuũ* poſſeſſionem nobis vindicaremus. Quo nomine *Ioannem*, *Naſſovium Comitem*, aurei velleris *Equitem*, *Conſiliarium*, *Camerarium* , *& tribunum*, noſtrum, pleniſsimâ poteſtate inſtructum, in *Italiam* dimiſimus, ille ut, ſalvo jure cujuſcunque, poſſeſsionem *Mantuæ*, & *Montisferrati*, *Ducatuum*, unà cum omnibus eò pertinentibus regionibus, juribus , ac requiſitis, nomine noſtro, ſequeſtri in morem , vindicaret. Simulátque, quæcunque, ad eorum principatuum conſervationem, ex uſu fore judicabit , ordine conſtitueret. Uſque dùm, cauſsâ inſpectâ , atque excuſsâ , verum, legitimumque, poſſeſſorem nominari, atq;, ut vocant, inveſtiri, acciderit. Proindè omnibus , noſtræ juriſdictioni ſubjectis, mandamus, atque, injungimus , venirent, & præfato legato noſtro *Cæſareo* operam omnem , quantamcumque , poſsint, exhiberent , quò propoſitum illum ſcopum , in totius rei *Chriſtianæ* commodum , noſtrumque , & *Imperii* ipſius , uſum , conſequi liceat. Eapropter eò ſpectat hoc noſtrum ſeverum edictum, debita cum reverentia legatum hunc admitteretis, omnes, nedùm quenquam pro *Mantuæ*, ac *Montisferrati Duce* , haberetis, donec à nobis hæc cauſſa ordine cognita, atque ſentẽtia interveniente, diſcuſſa, ſit.

Hoc ipſo tùm ſubditi noſtri, tùm cæteri omnes, quàm ipſis æquitas cordi ſit, quàmque obedientiam, nobis debitam, licenter operentur, declarabunt. Ut datis occaſionibus gratiam à nobis promittere ſibi, atque exſpectare, debeant. Unicè enim nobis hoc ſpectatur, quò quies, & pax per *Italiam* conſervari, atque unusquiſque, abſque armorum extremis illis, jure ſuo uti frui, poſſit.

IV.

Alterum Cæſaris Edictum. Ad Mantuæ, Montisferratiq́, Ducatuum, proceres, & ſubditos, ſpectans.

SUperius edictum ad *Magnates Italiæ* videbatur reſpicere. Hoc verò, quod ſequitur, ad *Mantuæ*, ac *Montisferrati, Ducatuum*, proceres, ac ſubditos, pertinere cœpit. Cujus ille eſt tenor:

Ferdinandus II. Romanor. Imperat. &c. omnibus, ac ſingulis, tàm nobis, quàm *Imperio*, fidelibus, præſidibus nimirùm, magiſtratibus, equeſtribus, & ſubditis, totius *Ducatus Mantuani*, gratiam, & benevolentiam. Cùm non minimas autoritatis *Cæſareæ*, auguſtique officii noſtri, partes intervenire arbitremur, quò regna, principatus, & regiones, tàm nobis, quàm *Imperio*, immediatè ſubjectæ, quantùm ejus humanitùs fieri poteſt, à colliſionibus, bellique diſcriminibus, præſervari queant. Et jam, *Vincentio, Mantuæ Duce* ultimo, ex hac in meliorem vitam tranſlato, eodemque illiberi decedente, (prout prævidere non difficile fuit) diverſæ partes, provinciam vacantem ſibi deberi prætendentes, emergant, remque, in medio adhuc poſitam, ac dubiam, armis vindicare potiùs, quàm per viam juris, quærere conentur. Id quod, abſque ſupremæ juriſdictionis contemptu, nobisque, atque *Imperio*, debito honore, peragi nequit. Ut periculoſos per *Italiam* belli motus excitare valeat. Ea de re, ex autoritate *Cæſarea*, mittimus *Ioannem, Naſſovium Comitem*, hic ut tàm noſtro, quàm *Imperii*, nomine (ſalvo nihilo-minùs jure cuiuſcunque) poſſeſſionem *Ducatus Mantuani*, unà cum requiſitis omnibus, adiret, prehenderetque, ſimulátque à vobis fidelitatis ſacramentum ſolenniter exigeret. Quæ omnia ille eâ, qua opus eſt, fide, induſtria, atque integritate, expediet, ut ad juris, juſtitiæque, per illam provinciam executionem, commodiq;, veſtri provectionem, nihil facturus ſit reliqui. Ut ſic, ſub pace ſequeſtra, unuſquiſque acquieſcere, ac ſecurius eſſe, queat, quoad ex autoritate *Cæſarea* certum ſucceſſorem deſignari contingerit.

Proindè ad omnes, & ſingulos hoc ſpectat edictum noſtrum, præfato *Cæſareo* legato morem demiſsè gererent, obſequium præſtarent, inque verba ipſius, noſtro nomine, ſacramentum jurarent, poſſeſſionem quorumcunque locorum, abſque tergiverſatione, traderent, juris, juſtitiæque exercendæ, facultatem facerent. Si qui refragari auſint, in iſtos, tanquam perduellionis reos, ſeverâ ſub lege, animadvertetur. Quam noſtram voluntatem, mentemque, eſſe, diplomate præſente conteſtamur, manu propriâ confirmamus, *Cæſareoque* inſuper ſigillo communire juſſ[imus],

V.

Nivernenſis Dux Cæſari obſequium negat.

ILlis cum mandatis *Cæſaris* legatus, *Ioannes Naſſ[o]vius Comes*, in *Italiam*, ipſamque venit *Mantuan[…]* Nihilo-minùs *Nivernenſis* arma potiùs expedir[e] quàm *Cæſari* demiſsè morem gerere, elegit. Qu[o] nomine cùm fruſtrà eſſet *Naſſovius*, relictâ *Mant[ua]* *Mediolanum* perrexit. Atque hoc è loco denuò [ſe]quentes dehortatorios codicillos, *XI. Cal. Ma[…]* illi intimari fecit. Quandoquidem ſic compar[a]tum eſſet, inquit, *Dux Nivernenſis* ut in *Mantuæ*, *Montisferrati*, *Ducatuum*, poſſeſſionem veniſſ[e] eamque citrà voluntatem, ac permiſſionem, C[æ]*ſaris*, tanquam ſupremi feudi domini, detiner[e] nedùm adhibitâ induſtriâ ad *Cæſaris* obedientia[m] redire vellet. Ut etiam juſtiſſimam *Cæſaris* decl[a]rationem in dubium vocare, morâque injectâ diſcrimen adducere, eſſet auſus. Eapropter, q[…] ſuprema *Cæſaris* autoritas vindicari, illiuſque e[…]ctum locum invenire, queat, præfato *Niverne[nſi]* quindecim dierum præfigi terminum, & quide[m] peremptoriè; Juxtà quod ſpatium, nomine *Cæſar[…]* poſſeſſione abire, *Ducatusque* illos, unà cum coro[l]lariis omnibus, reipſa, atque in effecto, tradere, r[e]quireretur. Intereà, dùm hoc fiat, apud *Mediol[a]num* præſtolabitur *Cæſaris* legatus. Niſi id eff[e]ctum dabitur, pœnas *Cæſareæ* proſcriptionis, e[x]ecutioniſque, interminatur. Pariterque utr[i]uſque *Ducatus* magiſtratibus, vaſallis, ac ſubd[i]tis, inculcat, interdicitque, ne *Nivernenſem* p[ro] *Mantuæ Duce* agnoſcant, uſque dùm ille à *Cæſa[…]* ordine eſſet confirmatus, atque inveſtitus. I[n]tereà, ſub hoc interſtitio, *Cæſaris* legato obſecu[n]darent.

Hæc dùm ille ad *Nivernenſem* dediſſet, ne qui[…] quam ignorantiam pro excuſatione inferre po[ſ]ſet, ſimulátque per *Fecialem Cæſareum*, *Georgium* [...]*ringerum*, in *Mantuæ Ducatum* immiſſum, præſe[n]tem dehortatoriam divulgari juſſit. Qui ſi ide[m] in provinciam non admitteretur, in finibus i[…] quod ſui eſt muneris, publicaret, atque exe[m]pla ejus declarationis palàm affigeret. Quod ſic quoque fecialis prohibeatur, per *Notariu[m]* ut vocant, *Cæſareum*, vel codicillorum magiſtru[m] in præſentia teſtium, eadem propalarentur, p[…]que exempla, ac tranſumpta hincindè diſtract[…] vices fecialis obeantur. Hactenùs legatus ſ[…] functus eſt officio. Quid verò *Nivernenſis*? H[…] eùm præmiſſum *Cæſaris* edictum tàm litteris, qu[àm] verbis, coràm excepiſſet, præeunte proteſtati[o]nis formulâ, recepit, ſeſe *Cæſaris* fidelem vaſa[l]lum & eſſe, & idem demonſtrare velle. Int[e]rim, adversùs *monitorii* ejuſce intimationem pr[o]vocavit, tantùmque non cauſſam ſuam, typis evulgato apologetico, tueri conatus eſt.

* * *

VI. H[…]

VI.

Hiſpanorum, & Sabaudorum, progreſſus.

cundùm hæc, præſidiariis *Caſalinenſibus* ſuppe-
iæ acceſſerunt. Undè in *Hiſpanos* magna cum
entia factis irruptionibus, ſucceſſivè duo, vel
, millia enervârunt, tormentis etiam nonnul-
iſperditis. Nec minùs *Corduba* ſuas aliundè
it copias. Quibus tempeſtas pluvia, *Padique*
ndatio, moleſta, noxiaq;, tùm fuit, ut plurimos
rimeret.
ntereà, *Sabaudus*, *Trinum* civitatem, paulò an-
bſeſſam, urgere cœpit. Ut jam, textis, fa-
ulisque, foſſas opplere laboraret. Obſeſſi ad
ipus maſculè reſtiterunt. Qui cùm pulvere
io defecto fruſtra obniti viderentur, tandem
audo deditionem fecerunt. Indè *Ponteſturam*,
q; cis, & trans, *Padum* oppida in poteſtatem re-
git; Ut porrò ſeptem pedeſtrium millia, unum-
pedeſtrium millenarium, ad *Moncalvonem* civi-
em produceret.
Neque ocia hîc agit, ut deſes fuit, *Nivernenſis*.
l, poſteaquàm duodecim pedeſtrium millia,
nille quingentos equites, contraxiſſet, etiam
tunam ſuam tentare cœpit. Cùm ergò ad
alim caſtra poſuiſſet, cataphractos *Principis*
Guaſtalla cæcidit, equis, ſpoliiſque, in poteſta-
redactis. Hanc jacturam ſuorum ulturus *Mar-*
de Monte Nigro, impreſſionem in *Caſalim* ſuſce-
. Quo loci, interveniente conflictu, multi ceci-
unt.
Jam *Ponteſtura* quoque, ut præmiſſum, in or-
iem redactâ, *Sabaudus Moncalvoni* inſtabat a-
rimè. Ut paulò poſt etiam civitate potire-
. Interim *Caſtellum*, ſive arx, deditionem ne-
bat. Quo factum, ut vi expugnaretur, cæſis
eſidiariis ferè omnibus. Poſtquam etiam è
audicis aliquot centuriæ ea ſub oppugnatione
riiſſent.
Dùm ſic utrinque partes rerum ſuarum ſata-
nt, *Corduba*, adjunctis tàm copiis, quàm tor-
entis, *Serbellonium Comitem* miſit, qui *Niz-*
m de Paglia, civitatem ſic dictam, interciperet.
on inhibere hoc poterat *Nivernenſis*. Interim
achinas militares quatuor, porrò eodem ten-
ntes, eripuit, *Hiſpanoſque*, ſuperinducentes il-
, profligavit. Neque minùs præſidiarii *Niz-*
ni defenſionis apparatu comodè inſtructi, *Sab-*
dis repugnârunt. Ut tandem, hoſtilibus u-
nque concurrentibus legionibuss, acie decer-
retur, *Hiſpanorum* ſexcentis cadentibus, ipſo-
e *Serbellonio* conflictum illum morte ſua coro-
nte. Pariter è præſidiariis deſiderati non pauci.
t etiam gubernator captivus *Trinum* deducere-
r. Neque ſic tamen *Nizza* manum *Hiſpanorum* e-
dere potuit. Ut, poſt murorum ruinam, etiam de-
tionem faceret.
Hoc tempore tempeſtas pluvia *Hiſpanos* an-
Caſalim impendiò afflixit. Ut eos caſtris, in
pa *Padi* poſitis, omninò exueret, & privaret.
Quo loco cùm è fortalitio emiſſarium quendam,
d *Nivernenſem* ſub ſilentio ire juſſum, interce-
iſſent, inventis apud iſtum operum, intrà for-
alitium novè excitatorum, delineationibus, ſe-
rè ſuper expugnatione animos abiicere cœperunt. Nihilo-ſecius obſidionem acerrimè, & ſine miſſione, urgere juſſi ſunt. Ejus enim in continuationem quadragintà pedeſtrium cohortes, intrà regnum *Neapolitanum*, ſtipendiis obligati: proſcriptis, & exulibus ſub indultu veniæ, in hoc bellum evocatis.

VII.

Nivernenſis, auxiliis Gallicanis fultus, inducias recuſat.

ANtequàm *Gallicana* auxilia, pro *Nivernenſi*, in *Italiam* moverent, non deſtitit *Rex Chriſtianiſſimus* per legatum interpellare *Regem Catholicum*, pateretur res *Italicas* pacis compendio componere. Alioquin impedire ſe non poſſe, quò minùs *Mantuæ Duci* à *Galliæ Principibus* decernerentur auxilia. Jam tùm enim conflux erat per *Delphinatum*, *Galliæ* provinciam, in gratiam *Nivernenſis*, numeroſus exercitus, quem aliquot voluntariorum, ut vocant, centuriæ augebant. Has prævidens *Sabaudus* copias per *Rhetiam* in *Italiam* venturas eſſe, per omnem provinciam ſuam conclaſſare, ſaltuſque, atque aditus, inſidere, juſſit.

Paulò ſuprà, ſub illo apud *Nizzam* conflictu, res ad quindecim dierum inducias ſpectare videbatur. An eo ſub armiſtitio de pace deliberari poſſet. Sed non tulit hoc *Mediolanenſis* gubernator, etiam *Sabaudo* in pacem ſequeſtram propendente. Nihilo-minùs paulò poſt per *Pontific. Max.* & *Sabaudi*, legatos, hæc pacis ſequeſtræ tractatio retentari cœpit. Ut ſic, pactis quindecim dierum induciis, interim vidua *Princeps Sabaudica*, antehac *Ducis Mantuæ* uxor, in *Caſalim* immitteretur, donec hæc controverſia à *Cæſare* eſſet deciſa. Non diſplicere jam *Cordubæ* res videbatur. Ut jam legati ad *Oratorem Gallicanum* & *Nivernenſem*, feriendi armiſtitii ergò, dimitterentur. Sed fruſtrà fuêre. Antiquum enim obtinens *Nivernenſis*, negabat, ſe facturum.

Intereà, *Aquium*, *Baſtagnonem*, *Anciſam*, *aliaque* loca, Hiſpani redegerunt in poteſtatem. Ut hoc pacto univerſus *Montisferrati* principatus, *Caſali*, & *Ponzona*, exceptis, ſub *Hiſpanorum*, *Sabaudorumque*, imperiis eſſet. Quibus ità convenerat, ut alterutra pars, uſque ad *Cæſaris* deciſionem, loca, à ſe occupata, poſſideret. Sic *Hiſpani* contrà *Caſalim* omnes admoverunt copias. *Sabaudus* verò in *Allobroges* ſuos eduxit, *Gallicanis* tranſitum intercluſurus.

VIII.

Expeditio Gallicana, pro Nivernenſi, in Italiam intrà Allobroges retunditur.

ET jam, ad *Peroſam* uſque, pervenerant *Galli*. Quibus cùm obviàm moverent. *Allobroges*, retrò duxerunt. *Rex Chriſtianiſſimus* quidem ferebatur ipſe à *Sabaudo* tranſitum rogâſſe. Sed repulſam tulit. *Sabaudo* in regionis patriæ defenſionem omni de induſtria conſurgente. Nihilo-minus tredecim legiones *Gallicanæ*, ſingulæ mille ducentis cervicibus conſtantes, apud *Ambrunum* appulerant.

Quibus *Crichius Mareſchallus* ſuam quoque manum & tria equeſtrium millia, unà cum duodecim tormentis, adjecturus erat. Iſtis nunc ſubſidiis in *Italiam*, pro *Nivernenſi*, tendebatur. Et, cũ conjectura eſſet facilis, tàm citò *Gallos* montes & clauſtra, *Allobrogum* haud ſuperaturos victoriam animis nimis præmaturè concipientes, indomitam præ ſe ferebant audaciam. Ità ut ſub vexillis, emblematis ergò, *Crucem* oſtentarent, adjectis his verbis: *AVT PENETRANDVM, AVT MORIENDVM.* Sed hæc præſumptio intrà votum, & labia, aſt infrà effectum, ſtetit.

Cùm igitur *Hiſpaniarum Rex*, rejecto oratore *Mantuano*, in conditiones non ferretur, potuiſque juſſiſſet *Caſalim* omnibus viribus oppugnare, tùm *Rex Galliarum*, in gratiam *Nivernenſis*, pe miſiſſet copias intrà *Gallias* conſcribi, ut transmontes in *Italiam*, pro defenſione *Montiſferrati Ducatus*, deduci poſſent, ecce! *Marchio de Vxelles* exercitus dux, & caput, nominari cœpit. Hic igitur in *Sabaudos* movens, circà *Ambrunum*, & *Brianzonam*, per integrum ferè menſem ſeſe tenuit. Ut, dum regiis ſubditis nimiùm gravis, ac moleſtus, accideret, per *Beſanconium* dynaſtam, *Regis* legatum, eò miſſum, urgeretur, iter maturaret. Qui cùm Nihilo-ſeciùs morarum funiculum necteret, porrò, nomine *Regis*, ammoneri cœpit, niſi pergeret, commeatum ex *Galliis* ipſi negandum eſſe. Tùm ejus procraſtinationem ità quidem comparatam videri, tanquam datâ operâ tantiſper vellet exſpectare, quoad *Sabaudus*, contractis undecunque viribus, provinciam omnem, inprimis clauſtra, atque aditus, obfirmâſſet. Dein tormenta, quæ quindecim antè dies præmiſiſſet, ſatis indicare, quorſum iter affectet. Ut, niſi in tempore educat, & provinciis regiis moleſtus eſſet, & miles annonam conſumeret, & deinceps facilè ſub hoſtili terra jejunare poſſet.

Iſtis monitis irritatus *Vxelius VI. Idus Sextiles* caſtra proferre cœpit ad *Barcellonettam*. Ubi triduum inſumpſit, uſque dùm legiones convenirent omnes. Ejus *Mareſchallus*, *de Ferté* dictus, aſſumptis duobus legionum paribus, primum agmen educebat uſque ad *S. Paulum* intrà *Allobroges*. Ubi quadringentos hoſtium obvios disjecit. Ad montes cùm perventum eſſet, intellexit, *Villefaletum*, & *Bovium*, *Comites*, apud *Aigleſoleſum* intrà loricas ſeſe tenere, illiſque *Flaminium Comitem* manum tàm equeſtrem, quàm pedeſtrem, adducere. *Mulinſio* igitur in mandatis dedit, ſua cum legione in hoſtes iret, ſimulátque, an pedem figerent iſti, iſti referret.

Hic in *Sabaudos*, clauſtrum quoddam tenentes, pontemque deſtruere laborantes, magnis conatibus invectus, eos non modò à ponte profligavit, ſed pagum etiam, *Aigleſoleſum* dictum, à tergo relinquere, coëgit. Superinduxit ergò alteram quoque legionem. Quâ intantum *Sabaudos* terrorem oppidò conjecit, ut noctu è loricis, iſthûc excitatis, profugerent. Hæc ubi primipilaris rideret fortuna, *Mareſchallus* rogare *Vxelium* cœpit, maturrimè expediret exercitum, antequàm hoſtes conjunxiſſent vires. Sed ille *Marellium*, cum legionibus quatuor levis armaturæ equeſtrium,

præire juſſit; Quem ponè excepit *Fertéus*, a
quot ſuorum centuriis ſtipatus. Dùm igitur
corum ſitus, adituſque, penſi habet, ecce! ap
Lachanam pagum, in tormenta incidit, ab *Vx*
antè præmiſſa. Et iſta ſaltèm unâ defendeba
tur pedeſtrium centuriâ. Quod igitur hoſtes, to
menta intercepturos, præmetueret, totam n
ctem excubiis, ac vigiliis, dedit. Summo ma
tormenta in locum tutiorem, à *Turre* nuncu
tum, deduxit. Ipſe verò *S. Petri* vellem inſ
cturus, dynaſtam *Grandem* dictum, emiſit, l
naturam, &, ubi hoſtes figerent, recognituru
Hic cùm ad lapidis iactum proceſſiſſet, in tres
giones, aditus ſervantes, loriciſque ſeſe tenent
incidit. Undè crebris ſclopetorum exploſionib
reiici cœpit, ne fortè loricas alias quinque in pr
ximo excitatas, ſuis aperiret, ac detegeret. Sed, qu
cognoſceret, prohiberi non poterat. Ergò, po
quàm *Vxellio* rem omnẽ aperuiſſet, ſtatuit hoſt
intrà ſepimenta iſta adoriri, ac deinceps impe
menta, annonam devehentia, ibidem præſtolari.

Sequenti manè exercitu tripartito, ſinguliſq
partibus è legionibus quatuor pedeſtribus, & t
tidem cohortibus equeſtribus, conſtantibus, te
debatur rectà in hoſtes, ſub ſepimentis illis ia
modò ſeſe tenentes. Sed ecce! omnes dilapſi
rant, ubi propè ventum eſt. Itaque curſum pr
fugos modica cùm manu perſequi viſum eſt. I
terim, apud pagum proximum, ab ipſis *Sabau*
exuſtum, nemo comparebat. *Mareſchallus* h
autor erat, exercitus tantiſper ut firmaret, qu
uſque annona adveniſſet, ſaltuſque, ab hoſ
bus intercluſi, forent reſerati.

Sed *Marolius* diverſum ſuadebat, nempè, pr
ducendum eſſe, arbitratus. Et hæc ſentent
inveniebat applauſum, ſic copiæ productæ. V
mille paſſibus promotum erat, ecce! hoſtes ace
rimè *Gallicanos* ſalutant. *Mareſchallus*, quòd equit
tu carereret, viribuſq; eſſet impar, totam nocten
in conſpectu ferè hoſtium, eandemq; famelican
exegit. Appetente aurorâ, accedentibus legion
bus pluribus, in hoſtes, vallo ſeſe occultantes,
tum eſt. Etiam tunc *Sabaudi*, licet numero ſup
riores, in fugam ſeſe coniecerunt. Itaque *Vxeli*
totum ſuperinducens exercitum, vallem illa
occupavit. Properabat identidem *Marolius*, ho
ſtes plus utrà perſecuturus. Id tametſi diſuad
ret *Vxellius*, arguens, & commeatum, ſive imp
dimenta, deeſſe, & copias famelicas eſſe, & to
menta deſiderari, tum hoſtes numero valere, i
dieſque copias ſuas augere. Ut facilè uſuveni
amet, ſicubi hoſtes magnis in *Gallicanos* eant co
natibus, hos vinci poſſe. Quid fit? hoſtes perſ
quendos eſſe, concluditur. Hoc nomine quatuo
legiones productæ ſunt. Quæ cùm torrentem v
tranſiiſſent, ecce! magnis conatibus à *Sabaudis* i
vaduntur. *Gallicani* igitur per bihorium confl
ctum ſuſtinent, uſque ad pyrii pulveris defectum
Hîc res in anguſto, & tanquam per ignes eundum
erat. Ut nec *Vxellius* tutum iudicaret, eo ſu
loco, quo copiæ pervadere nequibant, periclita
ri velle. Maximè, cùm tormenta, commeatuſqu
deficerent. In ultimis igitur rem eſſe videntes le
giones prędictę, ſenſim pedem retraxerunt, relict
ad minùs à tergo quingentis. Hoc infortunio uſu

veni

…iit, univerſus ut exercitus, annonæ penuriâ …ad parùm debilitatus, receptui caneret, tot ho… …nùm centuriis, tormentorum, armorumque, …paratibus, in prædam expoſitis. Hoc pacto, ſine …ectu hæc laboravit expeditio, ut *Allobrogum* …ontes, ſicut ſigna, atque emblemata, gloriaban… …fruſtrà, minùs penetrarentur. *Vxellius* reducto …*Gallias* exercitu, ductoribus, ac tribunis, ultrò …è à militia hac abdicantibus, gregariis, ſive le… …onibus, miſſionem dedit. Atque ità uſuvenit, ut, …llarum inſtar, numeroſus hic diflueret exerci… …, *Nivernenſi* fruſtrà ſumptus, operamque, & ſu… …rem, collocante.

IX.

…ivernenſis, denuò à Cæſare monitoriis ultimis compulſus, filium ad aulam Cæſaris obſidem mittit.

NOn poterat ingens illa integri jactura exerci… …tus non dejicere ſpiritus *Nivernenſis*. Tametſi …tur per *Gallias* aliorum amicorum auxilia im… …prâſſet, necdùm arma objicere deſtitiſſet, ni… …lo-minus ſecundò, & ultimo, *Cæſaris* monitorio, …vocant, compulſus, paulò mitiùs ſentire oc… …epit. Illud verò fuit hujuſmodi: *Cæſarem*, poſtea… …àm exactiùs expenſum eſſet, quàm calamito… …m in bellum deſpumarent ſuper *Mantuæ*, ac …*ntisferrati*, *Ducatibus*, colliſiones, jã ab hinc man… …ſſe, præfati am bo *Ducatus*, ſequeſtri in morem, …i ut vindicarentur, donec res ordine foret deci… …Quanquam autẽ *Cæſar* haud dubitâſſet, fore, ut …*ivernenſis*, tàm propriorum conſiliariorum, quàm …gati *Cæſarei*, inculcatione, ad animum admitte… …t juſtam, piamq; *Cæſaris* intentionem, quæ etiã …interioribus illius amicis non approbari non …otuiſſet, dùm nempe hac ſub ardua cauſſa nihil …*ſari*, niſi quies, & pax, *Italiæ*, quæreretur, ut in …hanc conditionem, abſq; tergiverſatione, pedi… …s ire debeat. Nihilo-minùs *Cæſarem* exploratum …ibere, quàm præfatus *Dux Nivernius* hactenùs & …onitorium, & proſcriptionis cõminationem, ut …am familiares *Cæſaris* litteras, inſuper habuerit, …t potiùs mandata *Cæſaris* contemnat, oculoſque …per auxilia *Magnatum* conjiciat. Hanc in rem *Cæ*… …*rem* coràm univerſo *Imperio* conteſtatum facere, …non niſi invitum adhæc compulſoria, & ultima, …evenire. Ne a. cauſſari poſſit, tanquã per ſenten… …am, ceu ſydere, aut fulmine, percuti cœpiſſet, eã …itione, poſt exactam rei trutinationem, *Cæſar* ad… …ûc alterâ vice, peremptoriè tamen, atq; ultimè …*ivernium* officii ſui ammonere mavult. Niſi ergò, …trà dierum, ab intimatione hujus decreti, inter… …allum, mandato audiens ſit, omnia, quæcunque …er utrumq; *Mantuæ* & *Montisferrati*, *Ducatũ* poſſi… …et, in manus legatorum *Cæſareorum* refundat, ad… …òq; præeunti *Cæſaris* mandato morem gerat, *Cæ*… …*ar*, ob moræ periculum, illum ex lege, & conſue… …udine, *Imperii* proſcribit iterùm, atque iterùm. …Itre ipsâ tunc, citrà ullam ſententiam aliam, hoc …eatu, hac pœnâ, teneri debeat. Pareat jam, aut …on pareat, ſic habendum eſt: Ut in omnem even… …um leges obſervari, & illa, quæ, pro auguſti *Cæſa*… …*ris* autoritate conſervanda, faciunt, in uſum duci, …oporteat. Hactenùs, atque iteratò, *Cæſar*.

Quid verò *Nivernenſis*? Ecce! ille, novo hoc …fulmine confuſus, ſubvereri cœpit, ſi antiquum obtineat, contraque obluctetur porrò, fieri poſſe, *Cæſar* ut *Ducatus*, litibus expoſitos, vel in *Hiſpanos*, vel *Sabaudos*, transferat, jam tùm perditionem ſibi utrinque intentantes. Conſultò igitur filium primogenitum ad aulam dimiſit *Cæſaream*, quò in verba *Cæſaris* juraret, *Ducatusque* ambos in feudum obtineret, inprimis autem *Cæſarem* placaret. Neque hoc vel tùm infeliciter cecidit. *Nivernius* enim junior aulam apud *Cæſaream* tantùm profecit, ut *Cæſar* per *Italiam* mandaret, partes utrinque ab armis hoſtilibus diſcederent. Simulátque loca, ab iis, quorum in manibus eſſent, tolerabili præſidio firmarentur, uſque dùm omnia, nomine *Cæſaris*, fuiſſent tranſacta. Quo nomine in *Caſalis* fortalitium miles immitteretur *Teutonicus*; *Mantua* verò, & *Ducatus* cognominis, eo, quo nunc eſſet, ſtatu permaneret. Hæc tùm effecit *Nivernius*.

Interim *Corduba*, qui jam tandem *Caſalim* ità concluſerat, ut nullibi ad fortalitium vindicandum paterent aditus, tùm *Ponzonam*, & *Roſsignanonem*, arces in poteſtatem redigerat, ut, ſub *Montisferratenſi Ducatu*, præter *Caſalim*, omnia obedirent *Hiſpanis*, *Sabaudiſque*, intellectâ *Cæſaris* illa ſententiâ, curſorem in *Hiſpanias* expedivit, ſuper eâ, quis *Catholico Regi* eſſet animus, exploraturus.

CAP II.

De actis, decretiſque, ſecundi illius Electorum apud Mülhuſium conventus.

I.

Cæſar communicato cum Electore Moguntino conſilio, ſuper conventus Mülhuſiani decretis deliberat.

VIctor, & triumphator, *Cæſar* cùm armis hoc tempore poſſet, plurimùm, maluit legibus uti. Ut ſic non minùs prœliis ſplendere, majeſtatemque ſuam decorare, quàm per legitimos tramites calumniantium iniquitates amoliri, juriſque retinentiſſimus haberi, poſſet. Quam utramque viam ubi ſummis vigiliis, nec minori providentia, *Deo* annuente, calcaret & perficeret, juxtà bellicos armorũ apparatus, toties comitia, totieſq; conventus, *Imperii Septemviris* & indixit ipſe, & *Septemviros* illos aperire, juſſit. Siquidem igitur recens apud *Mülhuſium Electorum* præceſſiſſet diæta, quid in rei publicæ emolumentum illic concluſum eſſet, non deſtitit interrogare.

Quam in rem, per *Ioan. Reinhardum à Metternich*, ſecretioris conſilii *Moguntinenſis præſidem*, quid actum, quid decretum, eſſet, penitiùs, penetrare, ac cognoſcere, maluit. Per illum ergò, nomine, *Cæſaris*, laudatiſſimo *Electorali Collegio* ſolennes agi

cœperunt gratiæ, quòd ſummâ, eâque accuratâ, interveniente diligentiâ ſuperiori ſub conventu in deliberationes, ſuper rei publicæ bono, *Cæſareaque* majeſtatis, ac ſublimitatis, conſervatione, incubuiſſent. Hanc rem *Cæſarem* memorem ad animum admittere, univerſisque *Electoribus, Moguntino* inprimis, decentes gratias clementer perſolvere. Simulátque conteſtatiſſimum facere, *Cæſari* nihil ſanctius eſſe, quàm ut pax extrà *Imperii* limites ejecta, à diutino exilio proximè revocari poſſit. Illud pium, & conſtans, inſtitutum glorioſas, ac memorabiles, à *Deo* conceſſas, victorias, non obliquare, ut provehere, atq; ematurare, debeant. Sitque ſpes, fore, vt per *Dei* gratiam tot acquiſitis, acquirendiſque inſuper, triumphis conditiones pacis erigi, atque extendi, pax ipſa verò adamantinis prorſus vinculis cõſolidari, ferruminariq;, ſufficiat.

Cæterùm, ſuper articulis quibuſdam, ſuperiori illo ſub conventu in deliberationes admiſſis, *Cæſarique* communicatis, cùm mens *Cæſaris* hæreat, majoremq; illorum dilucidationem deſideret, utique viſum eſſe operæ pretium, rerum pondere, ac circumſtantiis id exigentibus, *Electori Moguntino* ſuper illis tanquam ſcrupulis, omni remotâ laciniâ, nudum pectus, ſinumque, explicare, & quid ratum habendum veniat, majori ſub illuſtratione, ab eodem petere, atque exſpectare.

Ex illis primum locum ſibi vendicare, quod ad res *Danicas* attineret. Quodſi enim accidat, *Daniæ Regem* pacem decenter rogare, an eo eventu *Cæſar*, abſque operâ, ſive conventu, *Electorum*, tractationes ſuſcipere, paciſque leges præſcribere, ſuſtineat? Et utrum *Electores* nihilo-minùs promiſſa conferre auxilia obligentur? Et quid de his ſperandum ſit? Huic conſectarium eſſe, an *Cæſar*, extrà prædictum *Electorum* conventum, conditiones, hactenùs excuſſas, ac ſibi permiſſas, *Palatino* proſcripto manifeſtare? An omnia in genere, pacem concernentia ſimulátque decreta, publicare, teneatur? De agnatorum ſucceſſione, in cauſſa *Palatinatus*, præcipuum verti cardinem. Ut *Saxonis*, & *Brandeburgici, Electorum*, nec non *Guolffgangi Guilielmi, Ducis Neoburgici*, ratio habenda veniat. Ut nihilò-minùs *Bavariæ*, & ipſius *Moguntini*, pariter *Electorum*, præeuntibus conſiliis, hæc res ſit excutienda.

Illis tertium ſuperaccedere, nimirùm, dùm, ſuper gravaminibus *Imperii* decidendis, aliiſque neceſſariis, hoc præſertim turbulento rerum ſtatu, ageretur, prævidendum eſſe, ne rictus aliquis, ſive fatalis confuſio, *Imperio* ſuperveniat. Quo nomine, ne ſumma *Imperii* deinceps eſſet abſque ſucceſſore, neceſſitatem poſtulare, proximè, pro electione auſpicienda, comitia ut aperirentur. Quo præeunte, *Cæſar* exindè in tranſactionem cùm *Daniæ Rege* rectiùs incumbere, unàque pacis reproductionem conſtabilire, tàm poſſit, quàm velit.

Deniq;, ſicubi ſuper puncto gravaminũ decidendorum, novæ ſuperveniant colliſiones, confœderationeſq;, opus eſſe, ut rationes diligenter ineantur, ponderenturq;, quibus novis fortè motibus obviã iri, propriiſq; ſeſe viribus tueri, proclive ſit.

II.

Elector Moguntinus, ad Cæſaris interrogationem reſpondet.

ILlorum, & id genus, ubi *Cæſar* ab *Electore Moguntino* majorem requiſiviſſet dilucidationem, con-
ceptiſſimis hic ſapientiſſimiſque, verbis *Cæſari*
ſurgere cœpit. Nimirùm, inquit, quòd *Cæſar* fi
lium nuper *Electorum*, apud *Mülhuſium* congre
torum, ac ſuper reipublicæ emendatione, juxt
majeſtatis *Cæſarea* exaltatione debita, conſilia co
ferentium, actiones, operas, diligentiamque, ac
nimum tàm clementer admiſiſſet, ut etiam grat
ob id agere condignatus eſſet, ex hoc *Cæſaris* om
bus manifeſtam radiare, à *Deo* conceſſam, ſapie
tiam. Ut hæc paterna cura, hæc ſolicitudo, hæc
des, quâ *Cæſar* in mediis *Imperii* viſceribus graſſa
tem hactenùs devaſtationem emendare, pace
que afflictæ, ac gementi, patriæ reſtituere, cont
dit, nullâ propemodum, quamvis *Neſtorea*,
Tulliana, incude formatâ, voce ſatis dignè, atq
ex merito, deprædicari poſſe videantur. Nem
afflictæ ejus, & communis, patriæ cauſsâ, *Electo*
Principeſque, quibus ſalus *Imperii*, ac populi, ſup
ma lex eſt, nuper apud *Mülhuſium* conveniſſe, i
demque de remediis deliberâſſe. Quid igitur ſa
tarius, quidque jucundius, accidere queat, ali
quàm ſi itidem patriæ ſubveniendi, pacemque
ſtituendi, deſiderio *Cæſarem* velut flagrare, exp
ratum eſſet? Annon omnes *Imperii Principes*, *O*
neſque, pro hac pia, hac auguſta, hac integerrim
Cæſaris animi propenſione, immortales, & ſem
ternas, deponerent, gratias? Annon *Deum* co
junctis, intimiſque ſupplicationibus compre
rentur, illa *Cæſaris*, & pia, clementia, illa mitis i
clinatio, eſſet perpetua? Quis enim eſt, quem
giat, hunc ſcopum, hunc finem eſſe illum, q
conſecuto tot afflictarũ, & gementiũ, animaru
penè ſolatio defectarum, myriades, tanquam
no infuſo, recreari, diuturnoque è deliquio ad
redire, evaleant? Eò igitur ſponte ſua inclina
Cæſarem, tàm mitiſſimi animi, quàm laudatiſſi
operis, eſſe.

Quàm enim belli fortunæ, tametſi fulgenti
mæ, non uſque quaque confidendum eſſet, tù
inſperatus quicunque caſus, ac fati hora malig
omnem penè felicitatem priſtinam evertere, a
exarmare, ſufficiat, ab exemplis ut declaretur, e
trà rem videri.

Inprimis verò *Moguntini Electoris* animum, h
triſti rerum facie curis, ac ſolicitudinibus, tantù
non penè fatiſcentem, in ſublime erigere cœpi
gratioſam, ac raram, illam *Cæſaris* confidentia
Dùm, ſuper collatis in medium, apud *Mülhuſiu*
in pacis reductionem, remediis, *Cæſar* ſecum ſec
tiùs, arctiùſq;, vellet inſuper deliberare.

Quanquam verò res iſta, tanti utique mome
ti eſſe videatur, ut potiùs univerſos ad *Elector*
quàm ſingulum, ſpectet, hocq; nomine præpar
tâ ſeſe liceat tueri excuſatione, nihilo-minùs cù
Cæſar, ingentis ponderis rationibus dubio proc
inductus, tãtùm ſu, per articulis quibuſdã, *Electo*
mentem, melioremque dilucidationem, requira
ſeſe pro ea, quâ *Cæſari*, quâ *Imperio*, obligaretur r
verentiâ, demiſsè nihil negare poſſe. Quantum
gitur animo, judicioque, aſſequi liceat, *Electorem*
tà affectum eſſe, ut ea, quæ in rem *Imperii* eſſe pe
ſpiceret, bonâ, rectaque, fide aperire velit. Sic t
men, ut neque *Cæſari* legem præſcribere, neque
lectoribus cæteris derogare, cupiat.

Hac præoccupatione præmiſſa, quantum
primum articulum faceret, nempè caſum iſtu
ſiqu

dem accidat, pro re natâ, *Daniæ Regem* pacis poſitionem non quærere, diſcuſſum haud eſ- forte, quòd extrà dubium tùm ſub *Electorum* berationibus haberetur, fore, ut, hoc pro re- ſtatu, *Daniæ* regni cõſiliariis eò aliâs inclinan- is, ejuſmodi aliquid emergere ſatagat. Quodſi anſverſo, citrà omnem exſpectationem, e- iat, *Daniæ Regem* provincias amiſſas armis vin- re, hoſtiliaque adversùs *Imperium*, nuper con- ta, conſilia efficere, velle, eò tùm eventu ut *Cæ*- lli pacis tranſactionem offerat, minimè fore veniens. Ut, ſecundùm *Imperii* leges, arma ma- defenſionis ergò, proferenda veniant. Eam m illius conditionem eſſe paucis, deinceps fa- expugnandis, exceptis locis, ex hujus *Imperii* bus ejectus ſit. Ut hæc vincendi ratio tan- er continuari debeat, donec, pacis deſiderio mum illius remordente, tractationem ipſe of- at. Cùm enim *Rex* potiſſimas regnorum ſuo- n partes extrà *Imperium* adhùc ſalvas poſſideat, ibus verbis pacis leges ipſi, cum effectu, præſcri- e liceat, vix apparere. De eo verò ſic eſt, ſicque *ſar* animos *Electorum* vadatos habet, ut, ſi acci- *Cæſarem*, ſuper provinciis, modò in poteſta- n redactis, à *Rege* infeſtari, tùm quidem auxilia futura non ſint.

Ad ſecundum dubium, nempè *Palatini* proſcri- exculpationem, quòd attinet, illa, ſi rectè me- nit *Elector*, tùm *Electorum* fuit conjuncta volun- , ac determinatio, nempè *Cæſari* ad lites illas lmarias, exculpationemque, ſpectantia, reme- proponerentur idonea. Circà modum verò, ando, & quibus ille conditionibus, cum *Cæſare* gratiam reverti, certamque *Palatinatus* partem tinere, queat, hæc omnia à liberrima *Cæſaris* nderent diſpoſitione.

De conventu, proximè indicendo, quòd emer- ret, *Cæſarem* eò propendere, ut, antè conven- m, per *Lotharingium*, & *VVürtenbergium*, *Duces*, id fieri velit, *Palatino* notũ facere intentat. De eo uidem *Electorem* præſcribere nihil debere. Inte- m, ſi hæc declaratio, & nomine *Cæſaris*, & coràm llegio *Electorali*, peragatur, non dubium eſſe, uin in oculis externorum *Magnatum Palatino* ad- ærentium, majoris ponderis reſpectum habitu- a ſit. Conventus igitur ut ematuretur, oppidò eceſſarium eſſe. Ubi de eo quoque videndum, uò cauſſa *Palatini* à *Daniæ Regis* cauſſa, omninò parareture.

Tùm verò cum *Electoribus*, inprimis eorum, uorum intereſt, nempè *Bavaro*, & *Moguntino*, ex- ctum eſſet, quid, quantumque, regionum, *Palati- o*, ejuſque hæredibus, reddendum veniat.

Interim, dùm *Cæſar Catholicos Ordines*, hactenùs ontra pacificationem tàm religioſam, quàm po- iticam, vehementer oneratos, relevare à grava- ninibus magna cùm ſedulitate affectus eſſet, hoc *lectori* non poſſe non acceptum evenire. Præſer- im, cùm hoc negotium *Cæſari* utile, *Imperio* verò ructuoſum, citrà dubium, accidat.

Super puncto ſucceſſionis agnatorum, quà res *Palatinas*, *Electores Catholicos*, tanquam re præcipui momenti, deliberare.

Neque enim ſub conventu illo conjunctam, unanimemque, concluſionem fieri potuiſſe. Maximè, cùm *Saxo*, & *Brandeburgicus Electores*, anteà ſeſe oppoſuiſſent. Eos in excluſionem *Palatini* hæredum difficulter conſenſuros eſſe. Ne videantur ipſi gratiæ locum illis eripere.

De agnatis quidem majorem apparere difficultatem. Cùm jura, corundemque periti, in ſententiis varient. Interim, eò à majori *Electorum* parte concluſum eſſe, ſiquidem modò non ratione proſcriptionis, ſed vigore juſtiſſimi belli, quo quidem bona, de juribus & naturæ, & gentium, abſolutè, & ſimpliciter, victori cedunt, *Cæſar* verſetur, utique *Electoratus* translationem in manu *Cæſaris* abſolutè eſſe. Ità ut ſimulátque, cadente *Electoratus* jure, cadat agnatorum jus quæſitum. Dùm igitur *Cæſar*, ex mera gratia, non debito, & agnatis aditum aperit, & *Palatini* hæredes, pari lege juris illius exules, in futurum admittit, utique hæc *Cæſaris* beneficia, è mera liberalitate, non è debito, promanare.

Ut nemini idonea, ac legitima, ſuppeditetur cauſſa, *Cæſari* modum præſcribere velle, quando, quibuſque rationibus, & quo tempore, *Palatini* tàm agnatis, quàm hæredibus, ad *Electoratus* dignitatem regreſſus aperiendus ſit. Ut fortè *Angliæ Regi*, aliiſque *Palatini* proximis, hac lege ſatisfieri poſſit.

Rationes, quas ob in cauſſa pacificationis cum *Daniæ Rege* media ſpecialia, & certa, præfigi haud quirent, ſub *Electorali* collegio excuti cœpiſſe. Interim, hæc dùm *Cæſari* permittuntur, ipſius in manu eſt, convenientiſſima quæque, pariterque gratiſſima, eligere. Et quis eſt, qui hoc vitio verteret? Ea enim *Cæſaris* eſt victrix, & triumphans, gloria, ut illa, quæ huic ſublimitati, huic felicitati, ſunt conſentanea, citrà dubium præferre deceat. Interim tempus, & armorum progreſſus, viam docebunt. Ut ſi ad tractationem præconceptam deveniendum ſit, *Cæſar* ambigere nullus debeat, ea eſſe *Electorum* ſtudia, atque affectus, ut ad procurandam *Imperii* incolumitatem, *Cæſareæque* ſublimitatis, condecorationem, nihil facturi ſint reliqui. Ut ſuper illorum operâ, ac fidelitate, tanquam *Imperii* columnarum, conſiliariorumque, ac membrorum, præcipuorum, *Cæſar* meritò queat acquieſcere. Quo tempore ſi tranſactio tàm nomine *Cæſaris*, quàm *Collegii Electoralis*, perficeretur, utique tùm velut vim legis haberet, omneſque *Imperii Principes*, *Ordineſque*, ſimul conſtringeret. Ut in omnem eventum *Cæſar* conjunctorum *Imperii* auxiliorum hoc pacto ſecurus eſſe ſuſtineat.

Secundùm hæc, ſumma non abſque, atque exacta ſapientia, à *Cæſare* prævideri, ſicubi inter ipſosmet *Electores*, ratione deciſionis gravaminum, colliſiones, & rictus interveniant, facilè, hac triſti rerum facie, pacis excluſionem (quam *Deus* avertat!) extendi, aliudque ex alio periculum emergere, poſſe. Ut huic malo *Principum* diffidentia, diſciplinæ militaris corruptio, ſubditorumque deſperatio, immenſum afferre cumulum quitæ ſint. Ne enim hæc tempora univerſali aliquo ſuccumbant tumultu, vel ſola *Cæſareæ* majeſtatis reverentia, fideliumque *Electorum*, & *Principum*, providentia, hactenùs obſtare videntur.

Ut

Ut metuendum veniat, ingentem ex ea re & apud *Magnates* exteros confuſionem, & ſub *Imperio*, inter *Principes*, *Ordineſque*, colliſionem, inſtare; Quæ damna longè graviora ſuperinducere ſufficiat, quàm ut commoda illa, tot victoriis patefacta, prævalere poſſint.

Jam, cùm *Cæſar*, divinâ favente gratiâ, tàm ſuis, quàm conjunctis fidelium armis, victricibus, tantùm non regna ſua hæreditaria, & provincias, recuperârit, hoſtes ſubjugârit, majeſtatem coronam, ſceptrum, atque autoritatem, *Cæſaream* conſolidârit, ut tanquam è ſinu, vel manu, *Cæſar* pacem largiri, optimaſque, & honeſtiſſimas, pacis conditiones inire, reliquoſque, ſolis præſumptionibus nitentes adhûc, motus componere, ſalutare juſtitiæ, à tot annis collapſum, opus ſublimare, *Imperii* conſtitutiones priſtinum in vigorem erigere, interque *Ordines* humanæ ſocietatis vincula, jam diu lacerata, reſarcire, *Imperium* refovere, viamque, ad pacem ducentem, aperire, denique, ſuſceptas penès *Mülhuſium*, deliberationes in effectum deducere, ſufficiat, utique ſummæ neceſſitatis erit, in pacis compoſitionem omnes intendere nervos, omnibus eniti copiis, tempuſque, ac locum, ſine mora, tractatibus aperire. Ità fiet, ut regionum devaſtationibus modus præfigatur, corruptæ militari diſciplinæ, inſolentiiſque ferè barbaris, occurraretur, querelis infinitis propè denique periculis, ante fores ſtantibus, in tempore proſpiciatis.

Tametſi verò, poſt tot à *Deo* exactas ab hoc *Imperio* pœnas, ſperandum non ſit, aliud, & ferè gravius, imminere flagellum, ut hæc, penè deſolata, patria inſuper etiam *Cæſaris*, tanquam *Imperii* capitis, ex fati lege, pati debeat jacturam, & caſum. Præſertim, cùm pro ſalute, atque incolumitate, *Cæſaris*, florentes melioreſque, annos etiamnunc implentis, tot totidemque piarum, ac devotarum, animarum fiant quotidie ſupplicationes, quas *Deo* gratas eſſe ambigere haud convenit. Interim, cum *Dei* judicia ſint occulta, neminique mortalium exacta hujus vitæ conſtet ratio, per fidem! ingentes *Cæſari* debentur gratiæ, quòd, admiſsâ ad animum *Imperii* curâ, de ſalute ejus, ac conſervatione, tantâ prævenitur ſolicitudine, ut confuſionem, ac ruinam, procul amoliri velit. De eo igitur, tàm ſalutari, ac neceſſario, ſucceſſionis opere ità eſt, ut *Elector* modò non in *Cæſaris* ſententiam pedibus eat, ſed, ut quàm primum effici poſſit, deſideret. Ut, quantum quidem ejus in ſe eſt, nihil, ad diligentis, ac fidelis, operæ collationem, facturus ſit reliqui.

Jam de modo diſquirendum venire. Nimirùm, quo pacto hæc res ad optatum, felicemque, effectum ſpectare poſſit. Ut enim, antè cætera omnia, comitia ſuper electione indicenda ſint, dubium hoc intervenire. Nempè, temporibus *Imperatoris* alicujus viventis, abſque *Electorum* omnium conſenſu, comitia ob electionem aperire, velle, inſolitum videri. Ut velut ex lege cæterorum *Electorum* aſſenſus requiratur. Quos ut *Cæſar* in tempore omnes, ſinguloſque, prenſet, ex re fuerit.

Nihil autem, hoc ſub reſpectu, conducibilius affulgere remedium ad conciliandos *Electorum*, inprimis *Proteſtantium*, animos, quàm ſi *Cæſar* hoc
tempore corruptæ, ac diſſolutæ, militari diſcipl
næ maturè occurrat, *Electorum* ac *Principum*, au
toritatem, toties protritè habitam, vindicet, ſul
ditorum quiritationibus occurrat, remedia, apu
Mülhuſium nuper propoſita, applicet, exercit
quoſdam exauroret, in pacis compoſitionem d
ſcendat, inprimis *Imperii*, & *Electorum*, libertate
conſervet intactam, uſque eò remotis diffident
nebulis, ut ne umbra quidem illius ſuſpicior
obhærere poſſit, tanquam *Cæſar* hoc agat, ut e
trà legitimos egredi tramites, & armis velut con
pellere, cupiat. Quas quidem cogitationes C
ſaris mentem ne quidem per ſomnium intrar
cognitiſſimum extet.

Hunc illum iſtum modum eſſe & tutiſſimum,
utiliſſimum. Ut præeuntibus hiſce præparatori
cum effectu, & fructu, ad electionem perven
poſſit. Illos enim, qui per vias odioſas, atque i
gratas, ad ſceptra pertingunt, plerumque gloriæ,
ſucceſſus, exilium pati conſueviſſe. Ut paucos a
xiliatores, pericula verò inveniant plurima. E
que cum *Imperii* excidio conjuncta.

Si nunc hæc via *Cæſari* placere poſſit, confide
Electorem penitùs, fore, ut hæc expeditio felicit
mè excurrat. Sicut ad fidelem, & ultimam, di
gentiam *Elector* nihil quicquam aliâs ſuo loco f
cturus eſt, quod meritò deſiderari poſſit. Int
rim, ſicubi, ſub toties allegatæ pacis compoſition
etiam hoc pari paſſu ventilaretur negotiur
quàm hoc conveniens eſſe poſſit, negare nem
nem. Alterius enim ſub expeditione alterum e
dem fidelia expediri poſſe.

CAP. III.

De Daniæ regni conſi liariis, Cæſarem, pro pace, interpellanti bus.

I.

Daniæ regni proceres à Cæſare pacem p tunt.

Commodùm evénit, ut, ſecundùn
deliberationes ſuperioris illius *Mü*
huſini conventus, *Daniæ* regni con
liarii, fortunæ *Regis* ſui, nimis iniqua
malè fidentes, iteratò ad *Cæſarem* li
teras emitterent, pacemque verbis religioſiſſim
deprecarentur. Eò enim victrices *Cæſaris* proce
ſerant aquilæ, ut jam *Oceanus*, ipſaque interior *D*
niæ regia *Cæſaris* felicitatem, ac triumpho
extimeſcerent. Qua de re, ne etiam mar
extinguendis bellorum in proximo incendi
minùs ſuppeterent, vereri cœperunt: *Au*
ſtriacum illud, & verè invictum, *PLVS VLTRA*

tan

...im non expaveſcentes. Codicilli tales erant: ...ſtiſſime *Cæſar*! Domine clementiſſime! Poſt-...quàm ab *Holſatiæ Duce* nos erudiri contigit, ſpem ...m, atque indubitatam, affulgere, quod in ar-...um, & belli, ſequeſtrationem feraris, atque ex ...rſo pacis reproductionem efficere ſtudeas. Eo ...ine partium noſtrarum eſſe exiſtimavimus, eâ Chriſtiana, & glorioſâ, animi intentione de-...iſſimas ut deponeremus gratias. Simulátque e-...peteremus, placeret hanc mentem, hanc mo-...tionem, perſeverare, potiùſque ad pacis com-...datam bonitatem, quàm belli productionem, ...tantia, amplecti conſilia. Per fidem! hæc bel-...itia inter *Majeſtatem* tuam, & *Inferioris Saxoniæ* ...*ulum*, gliſcere cœperunt. Ut regnum hoc, noſ-...ipſi, in partes non venerimus. Indè eſt, ut ...ranſverſo, quod non exſpectavimus, accide-...ubjectas regno noſtro provincias tuis à copiis, ...a præeunte denunciatione, infeſtari, occu-...ique. Sed liceat, quod res eſt, effari liberè, ...te arbitramur, ô *Imperator*! non tàm juſſu tuo ...ctum eſſe, quàm commodam militibus tuis ...atam occaſionem invitâſſe. Nequicquam ...m dubitamus, veterrimam illam inter *Roma-*...*Imperium*, præſertim *Auſtriacam* familiam, & ...*Daniæ* regnum, neceſſitudinem, à tot ætati-...continuatam, id momenti habituram fuiſſe, ...ure ab hac invaſione violenta reſpectus, ac ...ſideratio illa, nos eximere debuiſſent. Cer-...tà eſt, ut hæc regia alios *Magnates*, & quidem fi-...imos, neglexerit, *Imperii* cauſsâ.

Quandoquidem ergò præfatus *Holſatiæ Dux*, ...*mperator*, tuam ad pacem inclinationem no-...confirmare cœperit, eam in ſpem erigimur, ...rum, ut deinceps hoc regnum, hæ provinciæ, ...nis infeſtandæ non ſint, ſed ad nobile pacis ...npendium progreſſus per tractationes appe-...i poſſit. Quo nomine deprecabimur, eæ ...riſtianæ, atque æquiſſimæ, inirentur rationes, ...uibus pax illa tolerabilis, & jucunda, emer-...t, cujuſmodi gratanter acceptari, atque ad po-...ros conſtans, & incorrupta, tranſire, ſufficiat. ...c pacto fiet, ut *Romanum Imperium* deinceps è ...ino *Daniæ* regno omnem propenſæ volunta-...teſtificationem, non abſque commodorum ...rum velificatione, conſequatur. Atque ſic non ...lùm proceres regni ſentire, ſed ipſum *Daniæ Re-*...*m* dominum noſtrum, ſincerè affectum eſſe, con-...ſtatum facimus Quæ cùm ità ſint, ô *Imperator*, ...te ſpectat demiſſiſſima hæc noſtra rogatio, vel-...,niſi grave ſit, primâ quâque cum tua commo-...tate, legatos nominare, locumque, & tempus, o-...rtunum tractatibus perficiendis deſignare. Eo ...e certi ſumus, etiam *Regem*, ac dominum no-ſtrum, quoſdam ex hoc numero, impetratâ fide publicâ, pleniſſimis cum mandatis expediturum eſſe.

Externa.

De rebus Anglicanis, & Rupellenſium.

I.

Angliæ Rex Rupellenſes in protectionem admittit.

A Rebus *Germano-Danicis* ad *Gallo-Anglicanas* diverticulo regredimur. Suprà enim de colliſionibus, manifeſtiſque inter *Galliæ, & Angliæ, Reges*, bellis, prælibatum eſt. Jam, quid cum utroque *Rege*, inprimis *Rupellenſibus*, actum ſit, inſpiciemus.

Eò autem indignatio *Regis Chriſtianiſſimi* erat provocata, ut immiſſo inſtructo exercitu jam *Roſſilionem*, ſive *Rupellam*, obſidione cingeret. Quâ de re, in anguſtias redacti, *Roßilionenſes* ad *Regem Angliæ* delectos miſerunt, qui cum *Rege*, ſuper protectione, & auxiliis, paciſcerentur. Illi igitur profecti, rem cupitam feliciter effecerunt. Undè, circà finem *Ianuarij*, ſequens inter *Angliæ Regem*, & *Roßilionenſes*, receſſus in tabulas relatus eſt. Nempè dictæ Civitatis delectos, ſufficienti tractandi poteſtate inſtructos, in *Angliam* veniſſe, *Regemque* exorâſſe, dignaretur *Roßilionem* civitatem in protectionem regiam admittere, eamque *Galliarum Regi*, legitimo, ac naturali, ſuo domino, reconciliare. Hanc legatorum petitionem *Regi* viſam fuiſſe æquam, & convenientem. Unde *Civitas* prædicta, cum indigenis, incoliſque, omnibus, ſub ſequentibus clauſulis, regiam in protectionem foret admiſſa. Nempè, *Roßilionenſes* copiis *Anglicanis* omnia tàm humanitatis, quàm neceſſitatis, officia impertirentur. Simulátque numerum navium militariũ, unàq; homines, rei nauticæ expertos, ſubmitterent. Pari modo, pro expeditione *Anglicana*, intrà civitatem, tàm granaria, quàm armamentaria, pararent. Ut, ſi naves *Anglicanæ* per tempeſtatem, & procellas, illùc adigantur, non tàm civium humanitatem, quàm ſubſidia vitæ, militiæque, experirentur. Uſque eò, ut ſi claſſis integra, neceſſitate compulſa, illum ad portum decurrat, recipienda eſſet. Hiſce præeuntibus, *Roßilionenſes*, abſque *Angliæ Regis* ſcitu, aſſenſuque, pacem non ferirent. Quod ſi adversùs hoc protectorium *Galli* quicquam in *Anglos* moliantur, tùm *Roßilionenſes* in partes *Anglorum* tranſirent, omneſque machinationes, atque inſidias pro viribus, detegerent. Cujus fidei *Rex* ſecurus ut eſſe poſſit, *S.P.Q. Roßilionenſis* ſub juramento caverent.

Illis, ex adverſo, *Rex* terrâque, marique, quæſitiſſima promittit auxilia. Ut tàm à munimentis, quàm fortalitiis, quibus apud *Inſulam, Rè* dictã, aliiſq; locis, cingũtur, vindicare, quã pacis cõditiones tolerabiles, atq; æquas, impetrare, velit.

Atque hanc in rem *Rex* exercitum parabit inſtructiſſimum. Quem primo vere educere, inque *Gallos*, civitatem obſidentes, immittere, affectus eſt. Ut dubio procul *Gallicanis* diuturnior obſidio placere non debeat. Neque hæc auxilia civitati ad tempus duntaxat exſpectanda erunt. Ut, quàm diu obſidio duratura ſit, ſufficientes ad defenſionem copias ſubminiſtrare, eiſdemque de ſuo ſtipendia erogare, hiſce ꝑmittat. Ità ex conſequenti, *Roßilionenſibus* indultum eſſet per omnes *Angliæ Regis* portus commodis ſuis velificari, utque ſine diſceptatione, admitti undique poſſint, codicillis, & diplomatibus, *Regem* proviſurum eſſe. Inpræſentiarum commeatus, ſub auxiliaribus *Anglicanis*, in *Civitatem* inferretur, pretioque ſub tolerabili diſtribueretur. Ad ſummã, ut *Regis* optima volũtas magis diluceſcat, pecuniarũ collectas per provincias *Anglicanas* indicet. Quibus *Roßilionenſium* neceſſitas ſublevari queat. Denique, articulos illos, per *Bückinquamum Ducem*, cum *Roßilionenſibus*, uſque ad *Regis* confirmationem, antehâc pactos, ratos *Rex* habet. Et tandem, ſi res cum *Galliarum Rege* ad pacem ſpectet, *Civitati* promittitur, fore, ut ipſa ad tractatus admittatur. Ne quid, in detrimentum privilegiorum ſuorum, concludi poſſit.

II.

Ob prædictam, cum Roſſilionenſibus initam, capitulationem, Rex Angliæ Curiales congregat.

HÆc ut inita cum *Roßilionenſibus* tractatio in effectum deduci poſſet, ad VI. Cal. April. *Rex Angliæ* apud *VVeſtmünſteram* curiales, id eſt, totius regni ſenatum, convenire juſſit. Quibus ordine conſidentibus *Rex* hæc in verba præfari cœpit: Præſens, inquit, tempus verba minimè prolixa requirit, ſed facta. Cujus rei ut ipſe documentum præbeam, equidem longâ orationis inductione vos non morabor. Spes enim eſt, neque vos inanibus, & multiloquiis, delectari, ſed in rem intentos eſſe. Si neſcitis, jam, inquam, æquè nocent, verborum ambages, ac ſiniſtra conſilia. Sed non dubito, vos animis tacitè veſtris in ſcopum hujuſce conventus inquirere. Tametſi arbitrer, neminem numero è veſtro dari, cui rei publicæ neceſſitas ignota eſſe ſuſtineat. Cui ut remedia inveniatis, hunc in locũ convocati eſtis. Ut igitur pluribus, &, ꝙ dicitur, ꝑ circuitus, loquar, opꝰ nõ eſt. Sufficiet, ſi paucis attingam, quid tàm neceſſario tempore vobis incumbat. Niſi enim *Religionis*, legum, ac privilegiorum, hujus regni defenſio, ſimulátque auxilia, quæ amicis, & confœderatis, noſtris debemus, vos movent, officiique admonẽt, fallor? an nullâ oris, tametſi angelici, facundiâ moveri poteritis. Sed audite. Illud officii, munerisque, eſt noſtri, unuſquiſque ut, pro ſua conditione, ac facultate, eò reſpiciat, quò orthodoxa *Eccleſia* conſervari, periculumque impendens abarceri, poſſit. Cujus ad ſcopi conſecutionem nihil hac *Curia*, hoc *Senatu*, eſt præſentius. Ut, cùm ab omni ætate, ſuper rebus ſeriis, ac gravibus, vos congregari uſuvenerit, ego etiam, majorum exemplo, par facerem. Veſtrarum jam partium eſt, unuſquiſque ut tàm ſeipſum,

quàm præſentis temporis neceſſitatem, exc
mediaque, divinitùs conceſſa, in *Eccleſiæ* vir
tionem liberè, ac promptè, conferat. Quo
nim moratores, & difficiles, fueritis, ſcitot
mihi opus eſſe remediis, quibus conſcie
hanc redimam, &, ne omnia diſpereant, p
ciam.

Nolite autem hæc verba, tanquam min
interpretari. Non enim minari ſoleo, niſi di
te mihi paribus. Itaque loco admonitionis
tote, quod à me proponi cœpit. Ille enim
Rex, ſum, qui pro vobis ſolicitus eſſe debeo.
verſâ, ſinite, hoc ut ſperare mihi liceat, vos ta
ſe futuros, ut gratiarum actionem, non ca
promereri poſſitis. Facite ergò, ut lubens
ceps ad hoſce conventus accedam. Ipſe rurſu
ram dabo, ut demonſtrem, animorum æqual
ac confidentiâ, mihi gratius accidere nihil
Quæ ut inter nos mutuò conſtare qui ta ſit, v
ſoleo. De cætero vos erudiet *Cancellarius*. Is
tem meam paulò prolixiùs aperiet. Interim,
ſuper adjiciam, neceſſe eſt. Per fidem! ſic qu
eſt, ut, dùm diſſenſionis veſtræ, ſuperiori ſub
ventu intervenientis, recordor, ſubvereri co
gat, ne hic etiam conſeſſus, præter votum m
atque abſque effectu, exſpiret. Si quod vov
animi mei ſententia res cadet, ecce! paratus
præteriti erroris memoriam abolere, ſingul
veſtrûm animo læto, ac favente, ignoſcere.
igitur ſupereſt, niſi ut ſperẽ, vos fidele illud n
conſilium ſequi, conjunctiſque operis unani
& *Eccleſiæ*, & *Regni* hujus, incolumitatem, de
derare, velle.

III.

Cancellarii regii ſermo.

ABſoluto *Regis* ſermone *Cancellarius* ſic ex
eſt: Si maximè, ô *Patres conſcripti*! volupe
eſſet ſub numeroſa vobiſcum experiri orat
vel *Regis* exemplo, ac mandato, prohiberer. C
brevem, nervoſam, elegantemque, orationem
cepiſtis; Ut cauſſas etiam hujus compendiariæ
vitatis ſimul hauſeritis. Nempè, ipſe vobis e
jam temporis rationem verborum prolixit
minùs pati, cùm re, atque effectu, opus ſit.
que conſultò ego quoque compendio ſt
bo. Scitis, quid cauſſæ ſit, cur hic conventus co
xerit. Ut de eo dubitare nefas ſit, *Regis* ſenten
à vobis debita cum reverentia ad animos ad
ſam eſſe. Illud mementote, inquam, vos rebu
graviſſimis, hoc regnum concernentibus. Sup
lis ut deliberetis. Si nunc omnia, ſecundùm
funditatem, ac latitudinem, vobis explicare ve
næ nimis illud tædioſum futurum eſſet. Icci
paucis multa comprehendam. Habetote au
ſic. Et *Pontifici*, & *Auſtriacis*, utrinque jam pri
Imperium quæritur monarchicum. Illi in ſpirit
libus, his in ſecularibus. Quod ut utrinque c
ſequi liceat, mutuas conjungunt, ultimaſque, o
ras. *Auſtriaci* jam tùm, præter ampliſſima illa reg
per *Indias* tàm *Orientales*, quàm *Occidentales*, ut
pſam, *Africam*, poſſeſſa, *Hiſpanias*, *Italiam*, totam
penè *Germaniam*, ſubjugârunt. Illis tametſi n
deb

eat *Gallia*,nihilominùs à *Cæſareis*, *Hiſpanicíſque*, itur undique. Ut per machinationes ſuas di- diarum intrà *Galliam* ſemina abhinc jecerint, rum uberi proventu tantum effectum eſt,ut in ſiliis prævaleant,& ferè regno potiantur. Sub ore *Religionis*,& *proteſtantium* exſcindendi cona- *hriſtianiſ.Regem* eò impulerunt, ut *Religionis* pa- ationem (tametſi *magnæ Britanniæ Rex*,& iura- iti,& fœderis,ratione interveniſſet) labefactâ- ubditoſque, *Religionem* reformatam profiten- penè perdiderit. Hoc igitur nomine etiam c inſuper *Regem* ergà nos odiis inflammârunt, per eius latus & *Galliam, Angliamque*, opprime- t. Cæteri *Magnates*, antehàc *Auſtriacis* ſeſe op- entes,hoc tempore ſive inſtitutum mutârunt, aliis negotiis, belliſque, implicantur. *Turcus*, *Cæſare* pace facta, contrà *Aſiam* vires dirigit, ut orbis partem ad obedientiam reducat. *Sue-* *Rex* in *Polonum* bello diſtinetur. *Rex Daniæ* bonâ vinciarum parte exutus eſt. Et iam illud agitur *triacis* , quò portus quoſcunque maritimos à *tiſco*, ad uſque *Embdam*, incluſivè, iuxtà lacus ecurrentes navigabiles, præoccupent. Sic,dùm râ armis præpollent, etiam pelago leges iniice- ontendunt, nos ut, præreptis commerciis, in linem redigant. Et iam apud *Oceanum* ingen- vim navium contraxerunt. Ut etiam *Lubec-* *ſes* ſolicitent, *civitatumque maritimarum* ſocieta- n captent. Si nunc etiam per pelagus nobis cō- rciorum uſum perdiderint, tùm verò ſine con- dictione , ac diſcrimine, maris imperium ſibi mittunt. Atque iſta ex parte plagæ *Orientalis*.

Ex occidente, *Hiſpani*, maximè *Dynckirchenſes*, rdas agunt ampliſſimas. Quibus iam *Galli* in ſo- tatem acceſſerunt. Ut nos iſthìc locorum, unà e *Batavos*, fecerint excluſiſſimos. Ità enim litto- erè omnia reddiderunt infeſta, ut noſtris vix è rtu in portum tutò excurrere liceat. Claſſis *Hi-* *nica*, ſub inſula *Rè Gallis* ſuccurrens, iam novos ligit apparatus. Plurimæ naves, intrà *Biſcayam* ricatæ, apud *Vlyſſiponam* confluunt, novam ex- ditionem ſuſcepturæ. Quam in rem numerus vium, tàm domeſticarum, quàm peregrinarum, angulatur, ac cogitur. Illa expeditio quin ver- s ſive *Angliam*, ſive *Hyberniam*, deſpumet, dubita- haud convenit. Confœderatæ provinciæ *Batavæ* n immeritò , immenſas *Cæſaris* copias extime- int, & ne ſuper cervicibus ſuis recumbant, me- unt. Illæ, quibus domi indigent, & homines, & mptus, nimis procul in *Indos* uſque ablegant. Ut ntis eas itineribus atteri proclive ſit. Nos verò, s,inquam, circùm circiter, tanquam coronâ in- ctâ, hoſtes experimur. Nam & *Cæſar*,& *Gallia-* *m*, & *Hiſpaniarum*, *Reges*, armis nos petunt. *Ger-* *ania* devaſtata eſt. *Daniæ Regis* res attritæ ſunt. *Sue-* *Regi* alibi ſatis eſt, quod agat. *Batavi* ſuis ſic qui- em diſteruntur oneribus , ut parùm opis nobis onferre queant.

Sed hæc, ô *Quirites Angli*! eum in finem non à me feruntur, vobis ut conſtantiam expectorem. Præ- ognitum enim habeo, nullum eſſe hoſtem, quem *ngli* utique expaveſcant. Interim, ammonere ſal- em ſoleo, omnia priùs conſiliis, ac ſapientiâ, di- nè deponderaretis. Hoc enim *Rex* iuſſit. Hac de auſſa nos convocavit. Ut ingens, quod in foribus t,periculum arceremus,tùm amicis , ac confœ- deratis,noſtris, ne deſperent, ſuccurreremus. Pe- cunia itaq; cùm rerum agendarum nervus, & belli potiſſimùm, cenſeatur, de ea videndum eſt. Nem- pè, ne medium illud aut nimis curtum, aut nimis invalidum,extet,cavere oportebit. Sic enim parū efficietur. Ut igitur immenſum auri pondus con- feratis,neceſſitas poſtulat. Abſque eo enim fuerit, ut fruſtrà conſultemus,ut fruſtrà ſimus. Hoc ipſum ut effectum detis,multæ vos cauſſæ ſtimulare po- terât. Sed paucas delibabo ſaltèm. Et primùm qui- dem,quis eſt,qui hoc æquum, piumque, eſſe, ne- get? *Rex* eſt, qui à vobis contendit. Huic ut nihil negetis,convenit. Tùm verò debitum,quo illi ob- ligamur,væ grande dixeris. Annon enim tàm divi- næ,quàm naturales , leges *Regi* nos aſtrinxerunt? Annon iuramenti ſanctitudine devincti ſumus? Ipſe per ſe, & ob laudatam parentis regii memo- riam,meretur, fidem,& obſequium. Tùm ſi *Regis* cauſâ recuſare velimus, noſtrùm cauſſâ repugnare ne poſſimus quidem. Quòd enim *Chriſtiani* ſumus, ob id afflictis auxiliari tenemur, lege *DEI*. Ut ſup- plices, & eos, qui ſub protectionem confugiunt noſtram, ſine exiſtimationis iactura, deſerere non liceat: Si ad leges, & gentium morem, reſpicimus. Si abſque his omnibus foret, profectò hoc utram- que abſolvat paginam neceſſe eſt, dùm per illorū latera ferimur,perimus, occidimur. Ità noſtrâ for- tuna cum illorum damnis eſt coniuncta, ut pere- untibus illis ſalvi eſſe ne poſſimus quidem. Si vera *Religio* patitur, annon hoc vos concernit, qui illam profitemini? Si verò honor hîc veſter vertitur, an minùs hiſtorias inſpexiſtis patrias? Utique hæ vos erudire poterant , quàm majores noſtri *Religionis* fuerint retinentiſſimi. Ut omnia priùs, quàm *Reli-* *gionem*, ſibi extorqueri ſint paſſi. Nunc ſi eò res re- diit,ut commerciorum uſus nobis eripiendus ve- niat,quinam tunc erimus ? Quo pacto res nobis neceſſarias vindicabimus, ſiquidem *Inſulam* habi- tamus?

Unicam adhùc ſuperinducam,ſi ſinitis,cauſſam. Quæ vos impellere debebat, *Regi* ut ſatisfaceretis. Illa verò eſt, nimirùm mitis illa, atque elegans, ra- tio, qua vos quidem compellat. Quid enim *Rex* mollius faceret, quàm quòd hunc *Senatum* conſcri- bit, hanc *Curiam* intrat, his verbis regiis vos allo- quitur, hortatur, officiique admonet ? Scilicet hæc illa eſt via , qualis ab omni ferè ætate *Angliæ* gentibus ridere cœpit. Neque immeritò. Patres enim conſcripti ſalutem populi, tanquam primam illam legem,in oculis gerunt. Undè tot ſtatuta ſo- lennia, tot elegantes legum formulæ , naſcuntur. Cùm igitur *Regibus* eſſet exploratum, hâc viâ ſub- ditorum animos inflecti, ut in commune confe- rant,præſertim neceſſitatis tempore, ob id hoc mi- tiſſimo velut remedii genere rigorem illū , ſupre- mamque autoritatem, mitigare didicerunt. Neq; hanc *Rex* elegit viam, tanquam aliis deſtrueretur remediis Sed quòd hęc lenita eſſet molliſſima, cu- iuſmodi tàm *Regis* bonitati, quàm ſubditorum mo- ribus, optimè conveniret.

Proindè, ad animos admittite veſtros, quid *Rex* poſtulârit. Et ſemel ſtatuite, tempeſtatem alias *Ec-* *cleſias*, alia regna, perdidiſſe. *DEVM* autem nondùm permiſiſſe, hæ ut procellæ nos innudarent. DEus e- nim quovis tempore nos pręmonitos voluit, ne in- cauti opprimeremur. Dùm ergò adhûc licet, dùm

opportunum eſt, *Rex*, quò infortunium declinaret, hanc *Curiam* convocavit, in qua totius humanæ per hoc *Angliæ* regnum ſapientiæ, divitiarum, & potentiæ, theſaurus concluditur. Ut igitur omnes tanquam pro una, & ſub unâ, cervice pugnemus, periculumque propellamus, tempus monet. Niſi igitur laudatæ illius ſapientiæ dulcem aliâs odorem ingratum reddere vultis, eò animos intendite, ut pro hac exſpectatione & *Regis* deſiderio, & veſtræ illi ſapientiæ, ex æquo ſatisfaciatis. Aliter enim tanto, & tàm illuſtri, conſeſſui honor conſtare non poterit. Inprimis colliſiones, tanquam regni fœtores, ac peſtem, cavere mementote. Immò concordiâ veſtrâ illud obtinete, ut hic *Senatus* regni conventus non publici ſaporis exiſtimari poſſit, ſed caneſcat, & ætatem ferat, ſed omnes ſuperioris temporis conventus ſuperet. Ut vel hinc deinceps, tanquam è *Polycleti* opere, exemplum, atque imitationem ſumere fas ſit. Tùm *Rex* non indelectetur ſæpenumerò regium illum ſubire thronum, totieſque gratiæ ſuæ radios inter ſubditos dividere.

Scilicet, præeunte ipſius *Regis* ore, didiciſtis, ut & ego repetere iuſſus ſim, futurum, ut, ſi hoc ſub conventu rationes ineatis decentes, quibus tàm *Regi* ſtudia veſtra, quàm neceſſitati operas, præſtetis, deinceps omnis illius erroris, ac turbinis, quo conventus ſuperiores defœdari contigit, lubens dememiniſſe velit.

Quod ſupereſt, ſuperpondii loco, monere debui. Sicut, inquam, conſilia veſtra cordata, atque ingenioſa, eſſe conſueverunt, ità moræ eſſent expertia. Nimirùm *Hannibal*, ut aiunt, *antè portas eſt*. Nobiſque ſumma cum ambitione, atque impotentia, inſtat, cùm hactenùs tot ſecundis ſucceſſibus ſit auctus, atque inflatus. Horologia quidem noſtra, ſive penſilia, ſive portatilia, pro lubitu noſtro, retrahere, ac ſubducere, poſſumus, terga verò, tot hoſtibus inſtantibus, ſubtrahere non poſſumus. Hoc opus, hic labor eſt. Sicut enim imprudentium eſt, occaſionem, fronte capillatam, è manibus dimittere, ità amiſſam & à tergo calvam, prehendere, ſive etiam accuſare, velle, ignavorum eſt. Tempus enim, ſemel elapſum, irrevocabile. Itaque, repeto, hoc agite. Auxilia veſtra tàm opportuna, quàm prompta, expeditote. In tempore res expediendas ſuſcipere, ac venire, totius agonis compendium, & primus velut ad victoriam gradus eſt. Si cunctabundi eſſe vultis, iam ſcitote, penè conclamatum eſſe. *Regis* enim expeditiones nihil minùs, quàm moras, ferre poſſunt. Ut & gentilibus ab omni huc uſque ætate maximum in celeritate poſitum fuerit bonum. Hactenùs ille.

IV.

Bückinquami peroratio.

QUàm felix autem illius *Anglicani* conventus fuerit ſucceſſus, vel *Bückinquami Ducis* concluſoria pro teſte erit. Hanc igitur ſine mora inſpicere inſuper fert animus. Ità verò ille: *Rex*, & domine, clementiſſime! Te verò, inquam, iam tandem præpotentiſſimum auſim prædicare *Regem*, poſteaquàm amor, & fides, ſubditorum magis fir-
mat regna, quàm ipſa dignitas, ac potentia. U
quoque fides *Anglorum* regno præ omnibus pr
renda ſit munimentis. Certè opinio illa, tanq
ſubditi te *Regem* minùs amarent, confiteor,
tùm autoritati regiæ cœperat derogare. Sed q
lux eſt illa, dii, deæque! quàm auſpicata hæc
quâ patuit, te verè eſſe, *Regem*, magna tàm gl
quàm potentia, decoratum, quem quidem ſu
amant, hoſtes metuunt! Hæc tàm felix enov
me movet, audacemque reddit, ut non nihil à
petere allubeſcat. Hactenùs illo me, ô *Rex*! ho
dignatus es, ut amicum vocâris, ut ſingulari
mentiâ proſequi cœperis. Iam, Te rogo, hunc
norarium illum titulum liceat mihi regiæ huic
riæ reſignare, ac contradere. Sat mihi ſit, ſid
ceps devotiſſimus *Regis* miniſter vocari mere
Sicubi hoc obtineam, age, tùm rurſus alterum
precabor. Nempè, cùm *Curia* hæc egregiè m
re ſuo ſit functa, *Rex* eos non pro multis, ſed u
liqua pro cervice, vel unico corpore, cuius m
bra utique uni cordi, uni animo, ſubſunt, d
ceps agnoſcere, ac complecti, pateretur.
quanquam nuper, inſtar diſſonantium cho
rum, harmoniam non impleviſſent, iam tan
ad illum laudabilem redierunt concentum, u
Syrenum, quod dicitur, concordiam longè
cant. Atque hoc quidem ex ampliſſimo illo de
to nunc palàm eſt, quo pecuniarum ſubſidia
liberali, tàm ampla, manu contulerunt. Qu
quidem comparata mihi videntur, ut, licèt ne
ſitati præſenti haud ſufficiant, interim omnes
ut vocant, collectas pecuniarias ſuperent, quas
te hâc ſubditi tàm anguſto temporis ſpatio erog
ſunt ſoliti.

Eam igitur in ſpem erigor, fore, ut hoc ſu
dium inſtar pignoris, atque arrhabonis, illius
tus, ac fidei, quo *Regem* ſubditi proſequuntur,
bendum veniat. Ut deinceps, neceſſitate flagit
te, pro honoris regii, ac patriæ, vindicatione,
lautiora decernere affecti ſint. Etenim, decr
illis quinque ſubſidiis jam cordis intima reclu
runt. Ut hic calor intepeſcere, ac citò deton
haud poſſit. Et jam liberalitatis ſuæ eum perce
runt fructum, ut *Regis* præcordia emollierint, ſ
tentiamque illam, diu à *Rege* expectatam, exce
rint: *Regem* deinceps ergà *Curiam* clementer,
gratioſè, ſeſe gerere velle. Ut minimè dubium
illos, huius gratiæ cupidos, poſtmodùm, ſecut
ſub conventibus, debitam reverentiam dem
ſtraturos, nihilque inconcinni rogaturos, eſſe.
enim, qui cum iudicio, & civilitate, donare di
cerunt, ità docti ſunt, ut immodicum nihil pe
re auſint. Ecce! auſpicia feliciter præventa, &
cta, ſunt. Finis igitur optatus non deerit. Et ſic q
dem *Curiarum* conventus deindè priſtino vig
uſuique, reſtituentur. Quorum intuitu, pacis,
quietis, turbatores, rerumque novarum per ho
regnum autores, ne mutire quidem audebunt.
verò, eo eventu, (quod abominandum) ſic
mentes ſubditi in *Regem* obliquâſſent, iſtis illud,

Quod latet arcanâ non enarrabile fibrâ.

intrà lævam, quod aiunt, papillam ſaltitaret, ha
perfunctorio cum gaudio.

Quid verò eſt? Ipſe ego confitear, oportet,
ab hac *Curia* impræſentiarum, plura, quàm Te *Re*

acc

piſſe. Dùm enim video, tantam in conferen- atribus conſcriptis eſſe alacritatem, novos ſuſci- ſpiritus, maiorique animi cum voluptate Re- peras,officiaque mea,offero. Immò verò ſpe- ore, ut deinceps regiorum ſubditorum amici- ı, favoremque, mihi conciliare poſſim. Quæ vel hac vita eſt carior. Non diffitebor, me ali- ex tempore ſolicitum fuiſſe, neque etiam ſub nis quietum. Et eò quidem me impulit gratia, onor, qui mihi Regis ab indulgentia acceſſit. fidem! hæc felicitas magno mihi conſtitit. m exploratum habeo, invidiam exin vulgi mi- onflari, tanquam iſte forem, qui Regis animum ı ſubditos abalienarem. Sed iam rectiùs confi- e incipio, futurum, ut ij, qui ſiniſtram ſuper fi- nea conceperant impreſſionem, ipſi errorem oſcant, ex adverſo, me rebus ſuis impendiò fuiſſe, confiteantur. Indè eſt, ut hanc lucem m natali meo præferam. Hoc enim mihi ela- atum eſſe perſpicio, ut eò meâ operâ deducta ſit, quò Curia tàm ſolenni, & liberali, affectus ergà Regem conteſtatione, præcordia, ac viſce- ipſa penè effuderit, Rex quoque tàm integerri- s ſubditorum animos experiri potuerit. Ità igi- felix ſim, ut ego hunc diem animo meo intueor undiſſimum!

V.

Anglicanæ plebis in Bückinquamum quæ- rela.

HOc pacto Anglicani proceres Regi ſubſidia, quinque auri milliones conſtituentia, libera- manu conferentes, ſimulátque æris alieni exo- rationem, mariſque ac portuum, defenſionem, ıtàq; ut confœderatis q̃ſitiſſimis viribus ſuccur- poſſet, promiſerunt. Modò Rex gravaminibus gni remedia adhibere vellet, inſciiſque curiali- s debita contrahere deinceps ſe nolle, repromit- ret. Sic, decretis apud Londinum ſupplicationi- is, precibuſque ſolennibus, in ingentes armo- m, militum, naviumq;, præparationes itum eſt. primis Angliæ, Scotiæ, & Hyberniæ, portus, aditu ſ- ıe, adhibitis hanc in rem ducentis navibus, dili- nter communiri cœpêre.

Intereà, tametſi proceres in Regis ſententiam dibus irent, nihilominùs plebis odia in Bückin- amum Ducem exaſperari ac ſævire, perrexerunt. t recalcitrare, collectaſque pecuniarum negare, ideret, niſi Bückinquamus antè, ſecundùm leges trias cauſſam dixiſſet. Præviderat hoc ille; Et, out ex ſuperiori ſermone dilucеſcit, omni in- ıſtriâ hoc egerat, quò cum multitudine in gra- am reverteretur. Sed fruſtrà poſt tot enormes eſiones plerumque, & nimis ſerò, favor quæritur. ò enim auctus erat vulgi furor, ut rabiem mina- videretur. Ideò, quæ fuerint querelæ, inſpicie- ius paucis. Sic autem arguebant. Nempè Bückin- uami Ducis, qui ſecundùm Regem, ut aiunt, τὰ πάν- ε eſſet, ut converſâ ſummâ in libidinem poteſtate buteretur, fieri, quotidie ut circà Religionis nego- ium emergerent enovationes. Simulátque Armi- ii ſecta in Eccleſias irreperet. Eius enim rei Nellium, Duramienſem Epiſcopum, aliumque Lodum quendam, teſtes eſſe. Hos, à Bückinquamo intruſos, Arminii dog- mata publicè profiteri. Secundùm hæc, iuxtà re- rum Eccleſiaſticarum perturbationes, iſtum inprimis adminiſtrationem legum, & conſtitutionum, ſe- cularium, fœdè confundere, aliudque ex alio in- commodum, tanquam funiculum, nectere. Iſtum ſubditos graviſſimis indictis exactionibus emun- xiſſe, iſtum pecunias per minas, ac violentiam, ex- preſſiſſe, iſtum militem peregrinum, à ſe conſcri- ptum, adverſùs leges patrias, in regnum immiſiſſe. Atque hoc non alia de cauſſa patrâſſe, niſi ut id, ꝙ impotenter iuberet, vi iniecta cogere, atq; extor- quere, ſufficeret. Iſtum porrò machinas bellicas, extrà regnum eductas, in avaritiæ compendium, nummis vendidiſſe. Iſtum commercia maritima corrumpere, libertatem, ac maris dominium, atte- nuare, navium regni multitudinem deterere, offi- cia, ac magiſtratus, venales proſtituere, nobiles, pios, & honoratos, excludere, ex adverſo manci- pia, ac complices ſuos, intrudere. Ad ſummam, iſtum, iſtumque eſſe Bückinquamum, tametſi minùs idoneum, qui pluribus per regnum poteſtatibus, atque officiis, præpolleret, atque antehâc quiſquã alius, eò longè ſapientior, ac dignior. Ut iſtius in- duſtria nihil eſſet aliud, niſi multorum malorum officina, ac viviradix. Undè omnia tantùm non infortunatos ſortirentur eventus, ſed in Regis, gen- tiſque, ac nationis, Anglicanæ contemptus, ac con- tumeliam, deſpumarent.

VI.

Bückinquami conſiliarius à mercenariis cædi- tur.

REcenſitæ modò querelæ, à plebe in Bückinqua- mum cuſæ, ubi à proceribus offerrentur, Rex impendiò ſtomachari cœpit. Oppidóque Curiali- bus audaciam, ingratitudinem, ac levitatem, ama- ris verbis exprobravit. Scilicet eos mores eſſe, in- quit, degeneres, poſteaquàm Rex petitis ex animi ſententia eorum, in medium allatis, annuiſſet, illi verò ex adverſo ſubſidia duntaxat neceſſaria de- creviſſent, iam ad ingenium redirent, vetuſtique vulneris cicatricem reſcinderent. Interim, ad accuſantium inſtantias, ſe querelas inſpecturum, ac pro re nata reſponſurum, eſſe, promiſit. Sed, quid fit? Maior cùm Regis amor eſſet in Bückinqua- mum, quàm ut perfunctoriis accuſationibus in- fringi poſſet, plebis furor, ad rabiem ſpectans, cũ humanitas Regis expugnari non quita eſſet, exarſit, ut manus in mancipia Bückinquami iniiceret. E qui- bus ſors Agnellum dictum, conſiliarium, ac fami- liarem, illius ſecretiſſimum, eundemque Iuriſpe- ritum, tetigit. In hunc enim operæ, ſive mercena- rii, incidentes, verberibus ità miſerè lacerârunt, ut poſtero die infauſtum elideret ſpiritum. Iſtum plebs Bückinquami cacodæmona appellitare conſue- verat. Paulò antè enim in carceres conjectus, & ad furcam patibularem damnatus, fuerat. Sed, Bü- ckinquami ad petitionem, evaſit. Ut poſtmodùm in illius contubernium, ac ſecretiſſima, aſſumere- tur. Non abſque plebis ſuſpicione. Tanquam iſti- us, utique magi, & trivenefici, artibus, Bückinqua- mus, pro inſtituto ſuo, abuteretur. Nihilominùs

cædis autores: in vincula, & carceres, coniecti ſunt. Hæc de rebus *Anglicanis*. Iam ad inſtitutum, atque ἔργον, nimir. res *Germanicas*, redeundum eſt.

CAP. IV.

De nova, à Magdeburgenſis Archiepiſcopatus Capitularibus facta, electione, & poſtulatione.

I.

Archiepiſcopatus Magdeburgenſis Capitulares Auguſtum, Saxoniæ Ducem, Electoris filium, natu ſecundum, eligunt in ſucceſſorem, poſtulantque.

HOc tempore *Magdeburgici Archiepiſcopatus Capitulares Chriſtiano Guilielmo, Archiepiſcopatus Adminiſtratori*, eò, quod in *Cæſarem*, ſub nomine *Inferioris Saxoniæ Circuli*, vultus elevâſſet, magiſtratum abrogantes, initâ novâ *Electionis* diætâ, in eius locum *Saxoniæ Electoris* filium, natu ſecundum, ſurrogârunt, poſtulatumque ſolenniter è ſuggeſtibus, per divini verbi præcones, proclamare iuſſerunt. Eam electionem *Saxoniæ Elector* tantùm non ratam habere, ſed, nomine filij, litteris, ut vocant, reverſalibus confirmare, cœpit. Sed indignanter, & non ſine ſtomachatione, hoc tulit *Imperator*. Mallet enim *Electorem* hanc *Archiepiſcopatus* in filium translationem non acceptare.

II.

Imperatoris ad Electorem Saxoniæ dehortatoria.

QUa de re *Imperator* conceptis verbis hanc *Electori* mentem expectorare non intermiſit. An *Archiepiſcopatus* eiuſce in filium translationem ſequeſtrare, ac reſignare, vellet. Reſcriptum fuit huiusmodi: Illuſtriſſime *Princeps-Elector*! *Cæſareæ Maieſtati* noſtræ ſub fide communicatum eſt, quo pacto *Archiepiſcopatus Magdeburgenſis Capitulares*, inito nuperrimè apud *Magdeburgum* conventu, decreverint *Auguſtum, Saxoniæ Ducem*, filium tuum, antè hoc ferè biennium *Coadiutoris* nomine poſtulatum, iam nunc in *Eccleſiæ Magdeburgenſis Archiepiſcopum*, ac caput, denuò poſtulare, eamque in rem legatos, hanc poſtulationem intimantes, emittere, non dubitârint. Prout ergò, omni cum *Cæſareo* affectu, tibi, tuiſque, cupimus optimè, tuæque illius familiæ incrementum, ac ſublimationem, libenter cognoſcimus, immò optamus: ità certâ ſpe hactenùs ſuſten-

tamur, te, ſecundùm actiones magnâ laude pra
tas, rebus publicis compendium privatum mi
anteferre velle. Quo nomine cùm hucuſque, ſu
rebus gravibus, ac ponderoſis, tecum inprimis
liberationes, ac conſilia noſtra, optimâ, ac *Ger*
nicâ, fide, communicare conſueverimus, quin
ſuper hoc puncto, momenti non inferioris, pe
ris noſtri ſinum, ac ſolicitudinem, aperiremus,
termitti non oportuit.

Quandoquidem verò nobis in memoriam
voccmus querelas illas, à multis retrò annis pe
lectores, Principeſque, Catholicos, in cauſſa bonor
Eccleſiaſticorum, ſubindè motas, tùm nuperrimè
conventu Mülhuſino recèns ab *Electoribus* emergen
ut iamdiu, iamque novè, urgentiſſimis verbis
ctores præfati apud nos inſtiterint, quò tandem
cà *Religionis* negotium utrinque naſcentibus
vaminibus remedium applicari ſuſtineret, hac
in cauſſa facta, ut aiunt, ſubmiſſione, executio,
cundùm iura, & leges, *Imperii*, locum inveniret
tique nullum dubium ſit, res id genus *Eccleſiaſt*
Inferioris Saxoniæ Circulum concernentes, inpri
poſt pacificationem *Paſſavienſem* interceptas,
illis querimoniis, ac litibus, contineri.

Hanc ob rem obſcurum eſſe haud poteſt, ſic
in locum vacantem ſuccedere, dictamque poſ
lationem ratam habere, velis, negotium illud, a
intricatum, inexplicabilius futurum eſſe. Ut
ſpiciones naſci poſſint, tanquam *Elector* ſuis ip
conſiliis, & actionibus, hactenùs præclarè han
ſcenam introductis, contrarius eſſe, potiùſqu
ſtorum in partes, qui quidem ſub *Religionis* pac
catione *Eccleſiaſticorum* reſervata oppugnare, t
tùmque non totius religioſæ illius tranſactio
ſummam in diſcrimen adducere, conati ſunt, tr
ire affectus ſit.

Quem in modum etiam hoc notiſſimum occ
rit, neminemque fugit, inprimis ex hoc *Archiepi*
patu natum eſſe, ut ſalutaris iuſtitiæ apud *Camer*
Spirenſem negotiatio à bono tempore, totius *Im*
rii ſumma cum difficultate, tanquam in laque
inciderit, nexibuſque, quibus impediri acci
exolvi haud quidem valeat. Ut per huius illius p
ſtulationis acceptationem modò non labes
non emendetur, ſed malum, & confuſio, cumul
tur. Quibus accedit, nondùm ſatis exactum e
an apud id genus *Eligentes*, ſive *poſtulantes*, ob an
cedentis rebellionis crimen, & reatum, (in que
unà cum coryphæo ſuo, incidiſſent) hoc vocati
nis, ſive poſtulationis, ius eſſe queat. Id enim val
dubium videri, ut adhuc ſub iudice verſetur. Cù
nuper etiamnunc *Adminiſtratorem*, à ſe ità dictu
pro magiſtratu, ac capite, recognoverint, ei
demque arma, atque inſignia, faſtis annuis palà
præfixerint.

Secundùm hæc, ſiquidem etiam illud expe
dendum veniat, ſumptus, à nobis in harum regi
num defenſionem factos immenſos, refuſione
requirere, ut hos illos à provinciis, poteſtati, n
ſtræ ſubiectis, de ſententia *Electorum* omnium, r
poſcere liceat. Quis non videt hac ratione electu
aliquem, quicunque futurus ille ſit, ſuper reditib
parùm gaudere poſſe? Unde vel eò magis ſpera
dum eſſe, occurrit, fore, ut hæc poſtulatio ad *C*
pitulares remittatur.

Qu

Quæ omnia eum in finem à nobis clementer,
vere, amantiſſimiſque verbis, allegantur, ap a-
num à propoſito abducere poſſint. Nihil enim
bitabimus, potiùs reſpectum boni publici, quã
vati, hoc in paſſu, prævaliturum. Ut hæc tranſ-
o, abſque extractione pacis, quietiſque, publi-
excurrere haud quita ſit. Ut alias incommodi-
es producere, ac fovere, ſatagat plurimas. Abſ-
eo verò futurum eſt, ut omnia, ad pacis repro-
tionem ſpectantia, faciliùs impleri queant. Ut
um vel ex hac remiſſione, paciſque amore, im-
rtalis gloria veniat exſpectanda.

III.

*ſar Magdeburgenſis Eccleſiæ Capitulari-
bus interdicit, à poſtulatione ſeſe ut abſti-
neant.*

Eque ſic *Cæſar* acquievit, ut *Electorem Saxoniæ*
ſaltem dehortaretur; Ut porrò inhibitionis,
ocant, mandato, ſive interdictorio, in *Capitu-*
ſiret. Tametſi paulò ſeriùs hoc interveniſſet,
ctionis, proclamationis, poſtulationis, & inti-
tionis, actibus illis jam ſeſe ordine inſecutis, &
miſſis. Interdicti verba ſunt illa: Ad noſtras
venit aures, vos utique minimè verecundatos
, ut, ſub *X. Cal. Februar.* coacto conventu *Capi-*
ri, electionem, & poſtulationem, novi capitis
eſiæ, atque *Archiepiſcopatus*, *Magdeburgenſis*, ape-
, ac ſuſcipere, verùm etiam, *Saxoniæ Electori* fa-
m poſtulationem denunciare, abſque ſcitu no-
, auderetis. Sicut igitur hæc prævaricatio ve-
à nobis minimè probatur, ità non poteſt non
machum movere. Eo pacto durum, ac grave,
bis eveniat neceſſe eſt, ſicubi hanc, abſque *Cæſa-*
ac domini, veſtri conſenſu, nihilominùs effi-
e, novorumque per omne hoc *Imperium* mo-
m ſemina diſpergere, velitis. Sic enim res
nparata eſt, ut abſque turbis excurrere ne-
eat.

Illis conſectarium eſt, immenſos hactenùs
nptus à nobis collatos eſſe, ut tàm noſtros,
àm *Imperii*, hoſtes profligaremus. Pro eorum
uſione provinciæ nobis ſubiectæ, omnium *E-*
orum de ſententia, retributionem debent. Ut
s etiam, pro arbitrio veſtro, electiones aperire,
ſtulationeſque denunciare, non ſufficiatis;
æſertim, cùm fœdo rebellionis crimine, ac rea-
, deformati eſſe dicamini. Quo nomine, ſe-
râ ſub lege, vobis mandamus, atque iniungimus,
illo cœpto, ac propoſito, veſtro, diſcedentes,
quicquam, poſtulationis in cauſſa, deſignare-
; ſed omninò voſmet abſtinentes determina-
nem, ac *Cæſaream* ſententiam noſtram, exſpe-
aretis.

Niſi hoc fiat, ſcitote, indignationem, & pœnas
bis eſſe paratas. Hoc verò modo voluntati no-
ſtræ ſatisfacietis, ut nihil aliud æquè fun-
ctiones veſtras condecere
queat.

***

IV.

*Elector Saxoniæ purgat ſe Cæſari. Negatque à
poſtulatione recedere.*

INterim, inter hæc, quid animi fuerit *Saxoniæ E-
lectori*, jam, faxo, apparebit. Ille enim, præpara-
tâ ad tempus excuſatione, ſic ad *Cæſarem* reſcripſit:
Clementiſſime *Cæſar*, ac domine! E *Maieſtatis Cæ-
ſareæ* tuæ codicillis, hodie per curſorem redditis,
cognovi, innotuiſſe, *Auguſtum, Saxoniæ Ducem*, fi-
lium meum, à *Capitularibus S. Eccleſiæ Magdeburgen-
ſis* in *Archiepiſcopum* poſtulatum, eamque poſtula-
tionem denunciatam, fuiſſe, & quæ porrò *Cæſar*
indicârit. Hæc ità eſſe, celare non poſſum. Ut
hoc adiici ne etiam conveniat, ſub *Anno M. DC.
XXV.* antè hoc biennium, præfatos *Capitulares*, ex
ſingulari ergà *Electoralem* familiam meam affectu,
Auguſtum, Saxoniæ Ducem, filium meum, in *Archie-
piſcopatus* illius *Coadiutorem*, & quidem ſub promiſ-
ſione ſuccedendi in *Archiepiſcopatu*, poſtulâſſe, in-
ſtrumentumque poſtulationis certos per legatos
intimari curâſſe. Illud à me, nomine filii, tum ac-
ceptari, ſimulque obligatio pro more conſuetâ
reddi, cœpit. Neque hoc *Cæſarem* latere poteſt. Ut
poſtulatio illa in *Coadiutorem Cæſari* à *Capitularibus*
ſolenniter ſignificata fuerit.

Iam, cùm *Capitulares* haud quidem fugiat, nu-
perum *Adminiſtratorem*, *Chriſtianum Guilielmum,
Marchionem Brandeburgicum*, in juratæ capitulatio-
nis leges multis modis peccâſſe, ut inde regimine,
& magiſtratu, exciderit. Ità factum, ut *Capitulares*,
& iuris ſui, & promiſſi, filio meo facti, memores,
conventum aperuerint, *Auguſtum, Saxoniæ Ducem*,
filium meum, natu ſecundum, in *Archiepiſcopatus
Magdeburgenſis Primatem*, poſtulârint. Ut iam hoc
ante triduum eiuſce poſtulationis inſtrumentum
intimatum ſit. Quod quidem à me, nomine filii,
ſub conſuetis illis reverſalibus, ad *Capitulares* re-
miſſis, acceptari contigit. Sicut hæc non ſine divi-
na providentia facta eſſe arbitror: ut *Cæſari* hîc tàm
poſtulationis illius, quàm reverſalium, exempla
inſpicere liceat.

Siquidem ergò *Cæſaris* hoc die codicilli ſuper-
venerint, ego verò è facto infectum, ut aiunt, red-
dere nequeam, dùm res non magis eſt integra, ſed
poſtulationis, acceptationiſque, actus, præceſſiſſe
conſtet, ſic ut etiam reverſalibus meis contraveni-
re ne poſſim quidem, utique demiſſè confido, pe-
toque, dùm morem gerere nequeo, *Cæſar* me gra-
tioſè excuſatum habere patiatur. Simulque filium
illum, ſub admiſſa poſtulatione, tueri, ac defen-
dere, illique, quod *DEI* beneficio obtigit, clemen-
ter permittere, velit. Hoc ut firmiùs à *Cæſare* mihi
promittam, animoque complector, illa officia, quę
hactenùs, graviſſimis hiſce temporibus, tàm à me,
quàm *Electorali* familia mea, in *Cæſarem* profecta
ſunt, me in ſpem erigunt, fore, ut *Cæſar* cauſſas ha-
beat, de quibus filium meum ſuper eo, qui obti-
git, loco tueatur. Quod ut eò magis approbari
poſſit, arbitror, requiſita hæc ſufficere. Nempè
actus illos omnes ordine, & modo legitimo, pera-
gi uſuvenit, Ut non ſine Numine ſint illa. Præ-

 ſertim,

ſertim, ſic quoque ad pacem, ac quietem, reſpiciant.

V.

Electoris Saxoniæ litteræ reverſales, Capitularibus redditæ.

INterim, quæ fuerit fideiuſſio illa *Electoris*, vel reverſales, pro filio datæ, ſequens indicabit formula. DEI gratia nos *Ioannes Georgius, Saxoniæ Elector. &c.* tàm pro nobis, quàm pro filio noſtro, fidem damus. Poſteaquàm *Capitulares primatus*, & *Archiepiſcopalis Eccleſiæ, Magdeburgenſis*, ex fideli affectu, & inclinatione, ergà *Electoralem* familiam noſtram *Saxonicam*, divinâ cooperante providentiâ, *Auguſtum, Saxoniæ Ducem*, filium noſtrum, primùm in *Coadiutorem* nuper, iam verò in *Primatem*, & *Archiepiſcopum*, vigore decreti, in tabulas relati, elegerunt, ac poſtulârunt. Nos, ſuperioris promiſſi memores, dùm in *Coadiutorem* fieret poſtulatio, adhucdùm confirmamus, ac repromittimus, fore, ut filius noſter, hoc ſub adoleſcentiæ flore, uſque dùm annum ætatis vigeſimum primum attigiſſet, à gubernatione regiminis ſeſe abſtineret, priùſque fidem ſuam iuramenti ſanctitudine, ex more, aſtringeret, poteſtatemque intereà *Capitularibus* inſpectionis pleniſſimam permitteret.Ità enim cauſſæ æquitatem, moris antiqui obſervantiam, filijque noſtri, & *Archiepiſcopatus*, commodum, requirere, arbitramur.

Quibus de cauſſis denuò, tàm noſtro, quàm filij noſtri, nomine, vigore præſentium litterarum, conteſtamur, ac pollicemur, nos operam daturos eſſe, quò *Eccleſiæ Archiepiſcopalis* ſedes, ipſique *Capitulares*, noſtrâ interventione, ab exactionibus, aliiſque oneribus, militaribus, à triennio exanthlatis, quantum eius quidem in poteſtate noſtra eſt, tandem liberari poſſint. Eâdem fideliâ, ne hæc poſtulatio tàm *ſedi Archiepiſcopali*, quàm *Capitularibus*, quoad everſionem pacis publicæ, damnoſa eveniat, præcavebimus. Atque hoc pacto non tàm in curam, ac tutelam, noſtram admittemus *Archiepiſcopatum* in genere, ut etiam *Capitularibus* omnibus, ac ſingulis, ſpeciatim, aſyli loco, futuri ſimus: illos, unà cum ſubditis, in paſſibus ordinariis, & legitimis, tàm conſilio, quàm re, quà poſſeſſiones, quà facultates, quà honores, vitam ipſam, adiuturi, defenſuri, protecturi.

Et ſic quidem litteræ reverſales noſtræ, *Capitularibus* ſuprà datæ, ac permiſſæ, priſtinum obtinebunt etiamnunc vigorem. Uſque dùm dilectus filius noſter annos prædictos attigerit, iuramento fidem aſtrinxerit, tabulas publicas conſignârit, regimenque *Archiepiſcopale* adire cœperit. Secùs, ſi hæc pacta, ac compromiſſa, tùm à filio noſtro non impleri contingat, alium ſive *Epiſcopum*, ſive *Adminiſtratorem*, eligendi, ac ſuperinducendi, libera eſſet *Capitularibus* facultas. Prædictorum omnium in fidem, præſentes tabulas tàm manu propriâ ſubſcribentes corroborare, quàm appenſo ſigillo noſtro *Electorali* communire, viſum eſt.

***

VI.

Cæſari Capitulares Magdeburgenſes poſtulat
nis prægreſſæ cauſſas reddunt.

QUò autem *Cæſar* offenſus placari poſſet, o
ræ pretium viſum eſt *Capitularibus*, delect
numero ſuo ad aulam *Cæſaream* dimittere, qui
milima, qua par eſt, ſubmiſſione *Cæſaris* clem
tiam captarent. Inprimis cauſſas allegarent,
quas moti *Capitulares* ſuperiori capiti ſuo admi
ſtrationem abrogâſſent, inque novam elect
nem, ac poſtulationem, pedibus ire, adacti fore
Iam, illis ſub rationibus, cum *Saxon. Electoris* fi
ſic quidem tranſactum eſſe, ut, ad annum uſque
tatis vigeſimum primum, ille gubernatione
abſtineat, ſubintulerunt. *Cæſar* ergò, hâc ada
mum clementer admiſſâ neceſſitate, prægreſſ
poſtulationem approbare, ac militiæ præfec
nihil ut contrà faxint, edicere, dignaretur.
cundùm hæc, ſuper magiſtratu civico conq
cœperunt. Nempè *S. P. Q. Magdeburgenſem*, ad
tenſionem civitatis, falcem intuliſſe in partes,
ſedem *Archiepiſcopalem* ſpectantes. Ità, ut per
ſtadium, Sudenburgum, itemque montem *Præſul*
dictum, modò non domicilia diruiſſe, ſed ſubd
ſuis leges impoſuiſſe, convincantur. *Cæſar* igi
hanc illis prævaricationem exprobrare, utque
pitulares in integrum reſtituant, neque deinc
offendant, mandare, vellet.

Sic quoque exonerationem gravaminum m
tarium, quibus de apud *Electoralem* nuperri
conventum *Mülhuſinum* interveniſſent, enixè
gitârunt. Ut de novis *Magdeburgenſium* conceſſ
nibus, ac privilegiis, noviſque legibus iudicialib
(quæ iactare cœpiſſent) erudiri cuperent, ac tr
ſumpta corrogarent. Ut, ſi illa *Rudolphi Imp.* fe
cis memoriæ, decretis reſpondeant, admitter
ſin minùs, contravenirent. Pari quoque lege tr
ſumptum conceſſionis *Cæſareæ*, ſuper præfect
Archiepiſcopali Querfurtenſi, Schlickio Comiti datæ,
rogârunt. Quæ cùm antè hoc ſeculum menſæ
chiepiſcopali fuiſſet deſignata, nec indè avelli quir
iam verò in *Schlickii* verba adacta foret, utique
hac de re tàm regioni, quàm poſteritati, redden
eſſe cauſſas.

VII.

Cæſaris, ad Capitularium petitionem, atque i
ſtantias, declarationes.

ILla ubi fuiſſet *Capitularium* petitio, *Cæſar* ſequ
tibus reſpondere iuſſit. Nimirùm, inquit, recti
facturos fuiſſe *Capitulares*, ſi priùs reatus illius e
piationem, quo *Inferioris Saxoniæ* motibus acceſſ
ſent, quærere ſtudeant. Quàm ut res novas den
agere, & de facto prægreſſam illam poſtulatione
ſuam tueri conentur. Quòd igitur cauſſæ, quas a
ferrent, magis ſaporis forent ſecularis, quàm
canones, legeſque eccleſiaſticas referant, tùm
genus poſtulatio nunquam à *Romanis Imperatorib*
eſſet approbata, ideóque admitti etiam hodieq
non poſſe.

D

De *Magdeburgenſibus* ità eſſe, ut, *Cæſar*, temporis
is habitâ ratione, illis conniveat. Si itaque
militaris tempeſtas ad tranquillitatem redeat,
itulares, quoq; officii ſui ſatagant, tùm *Cæſarem*,
mplorationem ulteriorem, nihil negaturum.
Quòd verò de militaribus quererentur, hoc
acceptum referrent, qui rebus novis ſtuden-
rma in *Cæſarem* hoſtilia ſumere, atque hæc de-
ionis media extorquere, auſi eſſent. Nihilo-
ùs *Cæſarem* rationes inire velle, quò inſonti-
occurri, moderatioque intervenire, poſſit. *S.*
Q. Magdeburgenſi à *Cæſare* indultum eſſe nihil,
d cum privilegiis eccleſiaſticis pugnet. Ut
ickio Comiti dynaſtia *Querfurtenſis*, pignoris lo-
ceſſerit, in compenſationem ſumptuum, ab
in militiam factorum. Ut nihilo-ſeciùs iure
li ad *Eccleſiam* pertineat. Hac de re neque que-
, neque tranſumpto, opus eſſe.
d præmiſſam *Cæſaris* declarationem non de-
runt *Capitularium* legati porrò exceptionibus
eriri. Sed ſub interdicto iuſſi ſunt, ne *Cæſari*
eſti eſſent ampliùs. Irent igitur, undè veniſ-
, diſpenſationiſque ſuæ meliores ſubducerent
ones. Parent illi, ut par eſt, ſuiſque, quid re-
iſi *Cæſar* dediſſet, exponunt. Proindè *Capi-
res*, ex lege ſibi impoſitâ velut, exculpationem
n ſcripto conſignârunt, ſubque numeroſâ in-
tione intentati criminis maculam eluere labo-
unt. Capita eius deductionis hæc tùm fuêre:
npè, longè abeſſe, ut *Capitulares Inferioris Saxo-*
notibus acceſſerint, ut magis *Eccleſiæ* ſuæ caput
d genus rebus novis dehortari cœperint. Cer-
ltaque hoc nomine, ſecuroſque, eſſe, *Cæſarem*
ni criminis reatum ſibi imputare nolle. *Præſu-*
nim delictum nihil *Eccleſiæ* præſcribere poſſe,
que ut hanc inprimis culpam amolirentur, quæ-
ſimis rationibus uti, crimenque abſtergere,
rexerunt.
Præeuntibus apologeticis illis verbis, iteratò e-
è deprecati ſunt, *Cæſar poſtulationem* factam cle-
nter admitteret, gubernationemque ſedis *Ar-
piſcopalis* ad ſeptennium ſibi indulgeret. Et, ne
pediri hoc ſuo in curſu poſſint, tàm ad militares
ndata, quàm equeſtres, & ſubditos, impertire-
. Illi ne nocere poſſint, hi ne recalcitrare au-
t.
Conceſſiones, à *Cæſare S. P. Q. Magdeburgenſi* in-
tas, *Capitulares* ità quidem intelligere, ut iuri-
s *Eccleſiæ* ſuæ nihil derogent. Ut *Cæſar* etiam,
ndente cauſſa, nihil enovare, atque ad implo-
iones clementem, ac mitem, ſe præbere, velit.
de moderatione, circà militares difficultates
miſſa, humilimas peragant gratias, & reme-
m exſpectent.
Denique, tàm privilegiorum, *Civitati* recèns
lultorum, quàm conceſſionis *Querfurtenſis*, com-
nicationem impendiò corrogârunt. Ut etiam
leſiæ privilegiorum curam, ac tutelam, iuxtà *Cæ-*
i conceptis verbis commendarent.
Ad illam *Capitularium* replicationem, illas in-
ntias, *Cæſar* ſic tùm porrò reſpondere iuſſit:
on ingratam fuiſſe *Cæſari Capitularium* exculpa-
onem. Ut neque omnes eius ordinis *Capitulares*
eccâſſe iudicentur. Si itaque devotionis ſuæ ſata-
rent, & tales eſſent, quales meritò eſſe debeant,
Cæſarem neque gratiam, neque protectionem, illis
negare. Dùm autem, ſuper poſtulatione peractâ,
nihil remitterent, obtinerentque antiquam, *Cæſa-
rem* à priori ſententia recedere non poſſe. Eſſe e-
nim *Religionis* pacificationi inhærendum. Qua ſtan-
te æquum foret talem *Eccleſiæ* ſuæ *Præſulem* ut deſi-
gnarent, cui dignitas illa conferri queat.

De cæteris ità eſſe, ut, cùm *S. P. Q. Magdeburgi-
cus* limites iuriſdictionis ſuæ exceſſiſſe denuò per-
hiberetur, *Cæſar* eius *Fridlando*, militiæ archiſtra-
tego, cauſſæ inſpectionem commendare velit. In
reliquis priſtinam perſtare ſententiam. Sic tamen
exactionibus militaribus præfigeretur meta, ac
moderamen. Ut deinceps etiam *Cæſar* ſedem *Ar-
chiepiſcopalem* in tutelam admittere cupiat. Modò
intrà cancellos veteris obſervantiæ, ac dominii,
perſeverent.

VIII.

*Cæſaris filius, natu ſecundus, Leopoldus Guili-
elmus Archidux, à Pontifice Maximo
declaratur Archiepiſcopus Magdeburgi-
cus.*

SIc neque hoc tempore *Elector Saxoniæ* eius di-
gnitatis, in *Auguſtum* filium collatæ, ſecurus e-
rat. Nam *Pont. Max. Cæſaris* filium ſecundogeni-
tum, *Archiepiſcopum Eccleſiæ Magdeburgicæ*, & *Germa-
niæ Primatem*, dixit, & renunciavit. Quem in finem
Guolfgangus, Comes Mansfeldicus, à *Cæſare* guberna-
tor nominari cœperat. Sic ut de cæterorum offi-
ciorum enovationibus pari opera ageretur. Quâ-
quam tamen, habitâ temporis ratione, hæc tùm
in effectum non deduci acciderit.

Quæ ubi tropica, tùm inſtantia, *Saxon. Electo-
rem* haud fugerent, ſequentibus codicillis, ad *Ca-
pitulares* directis, rebus novis ne ſtuderent, dehor-
tatus eſt: Indicatur nobis, inquit, famaque paſſim
verboſa narrat, laborare neſcio quos, *Electorali* no-
ſtræ familiæ adverſantes, cuiuſmodi vobis vel no-
vam poſtulationem perſuadere, vel extorquere
etiam, conentur. Iam id genus hominum actiones
in medio relinquimus, ſua ut fide de iis reſpon-
deant. Apparet enim, nihil aliud quæri, quàm ut
animi exulcerentur, regioneſque inſontes deva-
ſtentur.

Cæterùm, poſtquàm intelleximus, nos apud *E-
gelam* conventum indixiſſe, in memoriam revocâ-
mus, quibus rationibus ſub annis ſuperioribus
Auguſtum, Saxoniæ Ducem, filium noſtrum, primi-
tùs in *Coadiutorem*, & iam nuperrimè in *Archiepi-
ſcopum*, poſtulaveritis. Ità ut, præeuntibus ordi-
ne ſolennibus, tàm poſtulationis, intimationiſ-
que, quàm acceptationis, & obligationis, actus
utrinque intervenerint. Minimè autem hæc cô-
monefactoria à nobis proficiſcitur, tanquam de
fide veſtra dubitemus. Conſtat enim, vos hacte-
nùs liberâ poſtulatione ſemper uſos, fidem, atque
famæ integritatem, ſervâſſe, ſicut homines eque-
ſtres, & præcipuæ nobilitatis, decet. Interim, quo-
modocunque res cadere poſſit, hanc admonitio-
nem afferre ideò viſum eſt, ne deinceps excuſatio-
ni relinquatur locus.

Quo nomine confidimus, futurum, ut poſtulationes ſemel, atque iteratò, factas, conſtanter tenentes, rationem familiæ, honoris, exiſtimationis, ac famæ, diligenter inſtituatis. Sic iure electionis liberæ cuſtodito, non ignoratis, id, quod iniecta violentia adverſùs conſcientiam exprimitur, tàm diuturnitate, quàm felicitate, excludi cō ſueviſſe. In omnem eventum ſi quid, præter exſpe ctationem, ſiniſtri eveniat, tàm noſtro, quàm dile cti filii noſtri, nomine conceptis verbis ſolenniſſi mè deſuper proteſtamur. Filio noſtro ius acquiſi tum ſalvum, & integrum, reſervantes.

Io. Petri Lotichij

RERUM GERMANI CARUM

LIBER XXIII.

CAP. I.

De nova Daniæ Regis armorum præparatione.

I.

Daniæ Rex novas ſuſcipit expeditiones.

Tametſi ſuprà *Daniæ* proceres, *Regis* adverſæ metuentes fortunæ, pacem à *Cæſare* depoſcere cœpiſſent, *Rex* nihilominùs, priſtinæ virtutis memor, tùm demùm pacis auſpiciaematurari didicit, ubi in armis impigerrimè obluctari perrexiſſet. Neque etiam pacem optatam deſidio parari, ſed labore, virtute, ac vigiliis, accelerari, animis complexus erat. Sicut igitur votis, ſuppliciiſque, pacem velle redimere, inglorium, & muliebre ferè, futurum erat, ità enitendo, vigilando, laborando, viris fortibus Deorum auxilia parari, arbitratus eſt. Hac de re *Rex* inclytus malebat facere, quàm dicere, pugnare, quàm precari. Sic ut virtutem ſuam ab aliis laudari, quàm ipſe aliorum fortia facta narrare, eligeret. Quo nomine, everſa per terras felicitate, cùm fortunam ſuam in mari adhuc integram intueretur, claſſibus experiri cœpit. Inſtructis igitur navibus primo vere eduxit, inſulamque *Femerenam*, à *Cæſareanorum* quingentis inſeſſam, feliciter recuperavit. Illis, more militari, vitæ veniam *Rex* dedit. Verùm *Stormarienſes* ruſticani ius vitæ dedititiis negârunt, plurimos oppidò obtruncantes, nonnullos verò è navibus in pelagus ſaltus facere adigentes. Undè, quàm paucos maris fides reſpexerit, divinare eſt facilimum.

Eodem ſucceſſu mox *Ecklenfurtum*, oppidum a d maris littus poſitum, paucîſque *Lüneburgicis* cohortibus firmatum, invaſit, atque obtinuit. Cives, re cèns impoſito iureiurando, eiurare iuſſi ſunt fide litatem hoſtibus, ne unquam *Cæſareanos* intromit terent. Præſidiarii verò, unà cum centurionibu rebus diſpoliatis, in compedes, & vincula, rapt abductique, ſunt. E quibus tandem pars, factâ, u fieri amat, captivorum, utrinque permutatione dimiſſi ſunt.

Cæſareani, fortunâ terreſtri uſque ad maris limi tes ſuprà vota aucti, etiam, paratis apud *Appenro dam* navibus, auſpicia *Regis* maritima interturbar conabantur. Sed mutato eos fortuna reſpexit vul tu. Non enim eadem maris, quæ continentis, fi des. Itaque octodecim ſub navibus in *Danicos* ex currentes tempeſtas maritima oppreſſit. Ut pluri ma pars communi maris ſepulcro componeren tur, cæteri, è naufragio ſuperſtites, *Danorum* veni rent in manus.

Illis *Regis* auſpiciis manus finitimorum ruſtica norum animos recipiens, in *Cæſareanos* coniuravit Neque minùs tàm ex inſidiis, quàm apertis viri bus, congreſſi, multam paſſim ſtragem dederunt Undè regionibus, inſuliſque, in proximo ſitis, i dem ſpiritus, novo *Regis* cum ſucceſſu, intrà præ cordia rediit. Ità ut navibus experirentur, aditus præmunirent, ſaltus inſiderent. Brevique ſpatic exules *Holſati*, *Ditmarſique*, eodem confluentes, numerum iam conglobatorum augerent.

***

II. Dani

RPJCB



In Wehrender belagerung diſer Statt, hatt ſich vber dem Schloſs diſes Wunderzeichen, ein Loew und Adler ſtreite




jechen laſſen Angeſichts der gantzen Armeen.


WOLGASTUM. Wollgaſt.
Das Schlos
Die Statt
Blo Reg 6 Fahn

RPJ

II.

…iæ Rex Kielam civitatem navibus tentat. …ed fruſtrà.

…)terat *Rex* vires non contemnendas brevi, re-
…uperare, ſi eundem, quem in pelago oſtende-
… in continente ſervâſſet fortuna vultum. Sed,
… pene damnoſior, lubrica dea denuò vacilla-
…*Rex* enim, præmiſſis illis præliminaribus, qua-
…intà ſeptem profectus cum navibus, *Kielam*
…item, *Ecklenfurto* duodecim paſſuum milli-
…iſtantem, invaſit. Unàque arcem, cum civi-
… inducta navium coronâ, concluſit. Quo fa-
…ie ſuccedente per intrò dimiſſum tubicinem
…tionem poſtulavit. Sed *Cæſareanus* loci guber-
…r, quòd tàm loco, quàm viribus ſuis, confi-
…, negativè reſpondit. *Rex* igitur ad *Cives*, antè
… converſus, eorum fidem codicillis etentare
…t. *Daniæ Rex S. P. Q. Kielano, S.* Citrà dubium,
…it, ô dilecti, vobis innotuit, divinâ moderan-
…ovidentiâ advenisse *Regem* veſtrum, claſſe non
…emnendâ inſtructum, Qui, poſtquàm *Feme-*
…n inſulam, unàque *Ecklenfurtum* civitatem, ar-
…ultricibus recuperavit, iam illud agit, ut civi-
… limitaneas, ac maritimas, iiſdem auſpiciis,
… ſucceſſus adiuvante, ſibi vindicet. Ea de re,
…dem intùs habeatis, & fortunarum, & ani-
…um, veſtrarum hoſtes, quibus vos rectiùs ca-
… velle nemo ambigit: Videte, parata eſt vindi-
…, quam de illis ſumere poteſtis. Adeſt enim
… neque deeſt occaſio, quâ libertatem vobis,
…) fortunante, reddat. Modò illi ſitis, qui hoc
…um à cervicibus veſtris excutere, &, quod pie-
… quod leges, permittunt, pro tempore coope-
…non negligatis. Si viri igitur, ſi fideles, eſtis,
…ris conatibus accedentes, aut præſidiarios illos
…net eiicite, aut, ut hoc nobis factu proclive e-
…iat, procurate. Si negligitis, quod veſtrarum
…artium, ſcitote à *Rege* veſtro cogi vos poſſe. Ut
…er fortunâ, quæ captos, expugnatoſque, exci-
… amat, *Rex* reſpondere nolit. Quo nomine ri-
…em impendentem excuſat, utque promptè,
…d animi ſit, ſine mora renuncietis, exſpectat.
…*Rex* vobis favere paratus eſt. Dabantur, apud
…ſem, *V. Cal. April.* intrà navem regiam.
…Quid facerent cives, ſubditi regii? Certè, quod
… poſtulabat, non ità tutum, non factu oppor-
…um, viſum eſt. Fortè, ſi locus in ignavum, ac
…illanimem, tribunum incidiſſet, eiuſmodi
…ddam fieri tùm potuiſſet. Sed ſtrenuus guber-
…or tantùm non mentem hanc civibus excuſſit,
…tiam, re intellecta, minis adiectis, codicillos
…ios à *Senatu* extorqueret, acriterque defenſio-
…n pararet.
…*Rex*, fruſtrà ſe cives popoſciſſe, animadvertens,
…erbis ad rem progreſſus eſt. Itaque tormentis
…llicis, tàm in arcem, quàm civitatem, directis,
…e miſſione, experiri cœpit. Mox centurias, in
…ntinentem expoſitas, impreſſiones facere iuſſit.
…d hi impetus à *Cæſareanis* feliciter ſunt repreſſi.
… vt præſidiarii irruentes non ſolùm *Danicos* cum
…mno retunderent, ſed etiam excurſiones in-
…tuentes, plurimos enervarent, funderentque.

Tametſi igitur *Rex* continuis exploſionibus machinarum hoſtes fatigaret, compertum tamen eſt, paucos intrà mœnia vitam oppetiiſſe. Ut ex adverſo per naves vulnerari plurimos, naveſque nonnullas perdi, contigerit. Fortunam igitur, nuper iratam, *Rex* veritus, ubi, abſque copiarum inſigni jactura, loci expugnationem urgere, ac ſperare, eſſet nefas, receptui canere juſſit. Et licet plebs, receptis animis, ſub globis coire, inque *Cæſareanos* ſævire, occœpiſſet, nihilominùs *Rex* mutato inſtituto, reque infecta, claſſem aliò deduxit.

III.

Daniæ Rex Rugiam concludit. Vſedomumque, inſulam aliam, occupat.

VBi ſic apud *Kielam* civitatem *Rex* fuiſſet fruſtrà, *Femerenâ* confirmatâ, *Rugiam* inſulam petiit, aditus in *Daniam* opportunos præbentem. Sed, quòd hanc integra *Cæſareanorum* phalanx inſideret, à tot millibus impeditus, impreſſiones ſuſcipere dubitavit. Locum igitur, non negligendum, cùm expugnare haud poſſet, navibus diſpoſitis concluſit, ut nihil commeatus, aliarumque rerum neceſſariarum, importari quiret. Sic cum alia claſſis parte *Vſedomum*, pariter inſulâ, direxit. Eamq;, excenſione inter ſylveſtria facta, totam in poteſtatem redegit. Eâdem felicitate progreſſus *VVolgaſtum* civitatem, munimentum *Peynemundanum*, & portum *Anclamianum*, expugnavit, præſidiariis partim ſub acie gladii pereuntibus, partim in vincula conjectis. Hanc civitatem immiſſo præſidio non tantùm firmavit, ſed, loricis excitatis, navibuſque ſuperinductis militaribus, communivit. Ità *Rex* per aquas prævalebat, *Cæſareanis* ſub continente ſuprà vota felicibus. Qui tametſi, navales quoque pugnas tentaturi, per *Megapolitanam*, & *Pomeranam*, provincias, navibus fabricatis excurrerent, nihilominùs à *Danicis*, eâ parte prævalentibus, ſubindè victi, fractiſque navibus, fuſi ſunt.

IV.

Cæſareani VVolgaſtum extorquent Danis.

INtereà *VVollinum*, *Pomeraniæ* civitas, ex incuriâ militum *Cæſareanorum*, ex modico igne natis incendiis, univerſa propemodùm conflagravit. Ut, præter domicilia privata, etiam templis, ſcholis, curiæque, nihil ſupereſſet, Vulcano quoque magnam *Arcis* partem depopulante. Et ſic duo per *Pomeraniam* civitatum paria, ex ſupina vitulantium militum licentiâ, ignibus perierunt.

Sed *Cæſareani*, indignè ferentes, *Daniæ Regem* *VVolgaſto* civitate potitum, novas acquirere vires, locumque præſidiis, ac munimentis, confirmare, maturè huic rictui ſeſe opponere cœperunt. Quo nomine, apud *Gryphiſvvaldiam*, civitatem *Academiâ* celebrem, ſex pedeſtris militiæ legiones, viginti duo equeſtrium ſigna, & tria machinarum belli-

bellicarum paria, coniunxerunt, novam *Regi* felicitatem, ne vires acquireret, interturbaturi. Iſta cum manu moventes opportunam per paludes viã invenerunt. Eæ enim, in ſuperficie lutum oſtendentes, ad fundum durioris erant conſiſtentiæ. Hâc iter direxerunt. Neque languidiùs agebat *Rex*. Ut, cognito legionum adventu, ipſe, unà cum *Friderico Duce*, filio, obviàm moveret. Quòd igitur munimenta nondùm ad maturitatem perveniſſent, neque machinis bellicis firmari cœpiſſent, magna cum violentia à *Cæſareanis* ſuſcepta eſt impreſſio. Sed *Dani* hunc primum impetum retuderunt. Alterâ ergò vice impreſſionem geminantes *Cæſareani Danos* repulerunt. Nihilominùs in hos, tametſi victores, cum ſeptem equeſtrium ſignis, invectus *Rheingravius*, denuò feliciter reiecit. Ità, quò minùs iteratò hos impetus auderent, voluptas, fervorque, illis reſedit. Sic tormentis ad tẽpus res acta eſt. Quibus, quòd munimenta abſolutionem operis nondùm attigiſſent, non nihil effectum. Tandem novam impreſſionem *Cæſareani* retentârunt. Quomodocunque enim gregarii *Danorum* manus reformidarent, minis, ſtrictiſque tribunorum gladiis, adacti ſunt.

Quanquam ergò *Dani* ſtrenuè ſua defenderent, nihilo-ſeciùs error illis etiam hanc eripuit victoriam. Glandes enim, vel pilulæ plumbeæ, quibus ſclopeta infarciuntur, plus æquò grandiores cohortibus obtigerant, quàm ut promptè fiſtulas onerare poſſent. Dùm igitur incidendis illis laborant ſinguli, ecce! morâ, quâ nihil præſertim ſub conflictu, damnoſius, præveniuntur. Neque hic error ſolus premebat. Acceſſit & recentius, graviuſque, malum. Dùm enim *Cæſareani* tormentis experiuntur, accidit, ut flamma duo vaſcula, pulvere nitrato repleta, *Danis* corrumperet. Undè, hoc etiam ſubſidio deſtituti, *Dani* ordines laxârunt, reſiſtere non ſuſtinentes. Quibus in civitatem ſe recipientibus ceſſit trophæum *Cæſareanis*. Nihilominùs ſuperiores *Danorum* ſeptem equeſtrium cohortes ſic quidem maſculè hoſtium impetus cohibuerunt, donec intereà pedeſtres ordines intrà civitatem ſeſe recepiſſent. Conflictus à meridie, uſque ſub crepuſculum veſpertinum, extractus eſt. Ut *Dani* civitate, *Cæſareani* munimentis, noctu potirentur. *Rex*, civitatem ampliùs non defenſurus, apparatus armorum intrà arcem inventos, *Coppenhagam* præmiſit. Mox, incendiis per ſuburbanum iniectis, è *VVolgaſto* copias deduxit, navium beneficio. Paulò poſt *Fridlandus* arce potitus eſt. Deſiderati ſunt è conflictu hoc, quo de ſermo eſt, *Danorum* circiter ſexcenti. E *Cæſarianis*, tametſi victoribus, duplo pluribus occumbentibus.

V.

Fridlandus Glückſtadam, fortalitium Danicum, fruſtrà urget.

Rege interiorem in *Daniam* ſe recipiente, à *Cæſareis* legatis equeſtres per *Holſatiam Rensburgum* convocari cœperunt. At, cùm pauci adveniſſent, factum, ut *Cæſarei* fiſcales paſſim per regiones obequitarent, exulumque tàm equeſtrium, quàm civium, bona in tabulas referrent, ſimulát-

que militiæ tribunis in ſolutionem ſtipendii
truderent. Iam *Regi* per *Holſatiam*, extrà *Glü*
dam, & *Crempenam*, fortalitia, nihil reſtabat. Ita
quò etiam his munitionibus potiretur, *Frid*
laboratum eſt. Primùm igitur utrumque lo
concludere tentavit. Hancque provinciam *A*
gerio permiſit, ut rem ad effectum deduceret.
Glückſtadianum præſidium multum nocument
ſidentibus intulit. Ut etiam navium *Danicarum*
Albim diſpoſitarum, operâ uterentur, *Cæſare*
que, utrinque tormentis fatigarent. Sic no
quoque invenerunt *Glückſtadiani* vadum, ac t
ctum, quo ſocio *Crempenæ* fortalitio comme
ſuppeditarent. Hinc effectum, ut affulgente
rerum cornu copiâ, *Crempenenſes* obſidentibu
contemptum obiicerent, fore, ut intrà trienn
Cæſariani fortalitio potiri nequeant. Ad imit
nem *Oſtendæ, Belgii* civitatis. Quæ tandem, ab
to obſidionis triennio, *Hiſpanis* ceſſerat.

Cæterùm, iam annona defecta urgebat
reana caſtra. Quo accidit, ut plures è gregari
mulata cum oppidanis velitari pugna, ad ob
tranſirent. Eius penuriæ ſublevandæ igitur
naves ampliſſimæ, tàm commeatus, quàm a
rum, apparatibus, inſtructæ, per *Albim* ad c
curſum direxerant. Hoc famâ præſcientes *G*
ſtadiani, inemiſſis navibus regiis duas illas one
as per *Albim* expugnârunt, omnemque appar
intrà fortalitium receperunt. Quâ victoriâ a
obſeſſorum animi nihil ad ſummam audaciam
cerunt deinceps reliqui.

Nam pridie *Non. Iunias*, teſſerâ ſub omnium
mentorum exploſionibus datâ, ſocios è *Cre*
evocantes, in caſtra obſidentium eruptionem
runt, duo hominum millia educentes. Quibu
cupatis duabus loricis, centum & quadragint
derunt, non paucis in captivitatem abductis,
iam loricas, & ſepimenta, civitati proxima,
planarent. Conflictus non fuit inanis, etia
quot in horas extractus. Inter cæteros, *Glü*
diani tribunum, gente *Scotum*, amiſerunt. *Cr*
nenſes quidem eduxerunt, ſed *Phrygum* more
niſſent in tempore, dubio procul aditus ad *C*
penam intercepti aperiri potuiſſent. Progre
id genus aucti *Glückſtadiani* nulli rei minùs,
otio, ac deſidiæ, operam dederunt. Paucis
interiectis ſeptimanis, denuò mille, & quinge
eduxerunt, & quidem ſub noctis colore. Ha
portunitate in obſidentes impetu facto multi
lucis exilio, lucem vitalem extinxerunt. Auxi
ius fortunæ famam *Hannibalis, Baronis Schaumb*
ci, generalis excubiarum præfecti, captivitas
non paucas loricas, in proximo obvias, ſumm
leritate complanarent. Mox univerſa caſtra ſu
ſitis ignibus incenſuri, niſi copiæ *Cæſareanæ*, in
tibus ſub globis concurrentes, conatus illorum
tuliſſent, inque fortalitium retrocedere con
liſſent.

Illis *Fridlandus* affectus cladibus, ſtatuit *G*
ſtadio exercitum deducere, ſolamque *Cremp*
unicè, atque ultimè, urgere. Quo nomine co
rum munerum augens hanc expeditione
Torquato Comiti, Duci de Guadagnolo,
Italo, commiſit.

VI.

Crempena expugnatur.

Ac lege *Crempenenſes* concludi cœperunt. Ne
autem *Glück ſtadiani*, novis ex *Anglia*, & *Belgio*,
is aucti, obſeſſis ſuccurrere quiti eſſent, eccel
endus porrò novas legiones ſuperinducere,
ique à parte aditus omninò intercipere, per-
. Ità factum, ut neque obſeſſi ſuper auxiliis
quam reſciſcere, neque *Glückſtadiani* ſignifica-
lerent.
ter has anguſtias conſtituti obſeſſi, ut & anno-
fectâ laborarent, & promiſſum auxilium ul-
ndictum tempus fruſtrà præſtolarentur, re-
ræſertim ad impreſſiones ultimas ſpectanti-
cervices *Fridlando* ſubmiſerunt. Sub illis igi-
onditionibus tranſactum eſt: Nempè *Geor-*
b Alefeld, gubernator, unà cum cohortibus,
nulas, equos, atque impedimenta, cum o-
ous requiſitis, educeret, ſub ſignis expanſis, ar-
ıra ſuperioris, & inferioris, generis, funiculis
ntibus, pulſiſque claſſicis. Tenderetque
ſtadam. Exindè, abſque mora in *Daniam* pro-
ırus. Si accideret hoc in itinere eos, fortè per
m dirigentes, maris tempeſtate in continen-
eiectari, *Fridlandus* codicillis cavebit, ne quid
rſi à *Cæſareanis* eò locorum patiantur. Diſce-
es tàm vehiculis, quàm navibus, *Glückſtadium*
is, juvarentur, pro ſarcinularum vectura. Ea
n vehicula, illæ naves, exindè remitterentur.
menta, apparatuſque armorum, qualiſcunq;
ntrà fortalitium relinqueretur *Fridlandicis* mi-
is, eum in finem intrò miſſis. Sub interdicto,
ontes, aquæque potabiles toxicis inficerentur.
oti, vulneratique, tantiſper intrà mœnia, ſub-
iſtratis neceſſariis, tolerarentur, uſque dùm
udinem recuperâſſent. Invitos in verba *Cæſa-*
mo adigeret, nemo ſarcinulas abeuntibus ex-
ueret: præſidio eam in rem ipſis addito. Cives,
ilini, & ruſticani, intrà fortalitium ſeſe te-
es, nihil aliud exſpectarent, quàm fortunarum
ium immunitatem. Ut & *Auguſtanæ Confeſſio-*
xercitio, cæteriſque privilegiis, more *Holſato-*
reliquorum, uterentur. Diſceſſuri denique
is aliorum, intrà fortalitium depoſitis, manus
nferrent. Sed omnia ad legitimos redirent
eſſores. Atque hæc omnia, datis obſidibus, ſi-
ıora efficerentur ociùs.
tà egredientibus *Danicis*, *Fridlandus*, præſidium
iſit. Ipſeque ingreſſus ſaltèm vidit, oppidó-
exivit, copiis per *Pomeraniam* in hyberna redu-
.
Hac ratione fame expugnatum eſt fortalitium,
is haud facilè expugnabile. *Fridlandus* hac vi-
ria ſexagintà quatuor tormenta, ingentem
veris pyrii, funiculorumque, quantitatem,
ſecutus eſt. Obſeſſi ſi paucos dies abſque noxa
nare potuiſſent, vinci non potuiſſent. Ea e-
paulò poſt aquarum inundatio ſupervenit,
udes, & loricas, quaſcunque, labefecit, ut *Cæſa-*
nis, tametſi invitis, & pollices ammordentibus,
re infecta, fuiſſet ſponte abeundum. Sed mi-
nùs ſerò hæc fortuna intelle-
cta eſt.

VII.

Dani Budjadicam, aliaſque regiones, e-tentant.

INterim, quò magis vincerent *Cæſariani*, eò magis *Dani* inſurgebant. Quibus in mentem venit, omnibus ferè ſub maris angulis fortunam quærere, an eam, hactenùs immitem, demulcere poſſint deam. Sed hæc antiquum ferè obtinuit. Quâ enim facile per aquas *Regi* ridere cœperat, hac ſub continente illicò in triſtem vultum commutatâ, non ſemel omnia tentantibus impoſuit. Iam igitur *Batavi*, in gratiam *Regis*, tàm pedeſtris, quàm equeſtris, militiæ manum exautorârant. Hæc *Daniæ Regi* ceſſit. Ut intrà *Ryderlandiam*, ſic dictam regionem, iam loca idonea interciperet, ſtativaque ad *Eneſum* fluvium divideret. Sed, quòd diutiùs naves remoras intrà *Daniam* traherent, has cohortes abducturæ, factum, ut, ingruentibus magno numero *Cæſareanis*, omnes, antequàm commodè fuiſſent armati, funderentur, diſſiparenturque.

Reſtabat per *Oldenburgicum Comitatum* regio *Budjadica*. Hæc, tametſi *Cæſareanis* cenſum penderet militarem, nihilominùs hybernorum hactenùs erat expers. In hanc igitur adductis navibus *Dani* excenſionem fecerunt. Simulátque occupato uno loco poſt alium integram continentem ſibi vindicârunt. Non miſſuri tàm opportunum, fœcundumque, ſolum, niſi cædibus expellantur. Deliberavit hoc tempore fortuna. Tanquam tot caſibus fractis, reiectiſque, *Danis* cis mare portum, atque halcyonia, iam non invideret ampliùs. Quanquam itaque *Thillyani* è *Friſia*, *Bremenſi Archiepiſcopatu*, *Comitatu Oldenburgico*, lociſque finitimis, ſuperinductis agminibus, in *Danos* irent, nihil tamen effatu dignum effecêre. Ità variâ pugnabatur utrinque fortunâ. Nunc ut *Thillyani*, nunc *Danici*, eſſent ſuperiores. Sic alia pars aliam ſubindè eiecit. Ruſticanis operas non inertes cum *Danis* ſociantibus.

CAP. II.

De Fridlando, Roſtochium ſubiugante.

I.

Fridlandus Roſtochio leges præſcribit.

PRovinciam *Megapolitanam* cùm teneret *Fridlandus*, nondùm tenebat *Roſtochium*. Itaque hanc quoque cogitabat, hanc illius provinciæ civitatem præcipuam, captabat. Neque defuit votis opportuna occaſio. Ubi enim ad *Crēpenam*, tùm obſeſſam, ulteriorem admoveret exercitum,

citum, tanquam ſecundùm *Roſtochium* dicturus eſſet, copias admovit propiùs, uſque dùm, intrà tormentorum jactum, mœnibus ipſis inhæreret. Hac celeritate, ac ſtratagemate, uſus, civitatem reddidit confuſam, atque attonitam. Ut præſidium impetraret illicò. Repugnantibus verò ultima minaretur. Quid faceret *S. P. Q. Roſtochianus*, quàm ut compendio illo maius periculum redimeret? Primùm trepidare, mox deliberare, mox paciſci, & dedere ſeſe, cœpit. Quòd igitur civitas facilè cederet, eò libentiùs (ſicut de *Antiocho, Syriæ Rege, Florus* prodidit) pax illi data eſt, ſequentibus ſub cōditionibus, non admodùm rigidis: Nimirùm, pedeſtrium decem centurias civitas, pro præſidio, admitteret. De cætero uteretur iuribus, ac privilegiis, quibuſcunque, tàm eccleſiaſticis, quàm ſecularibus, abſque ulla contradictione. Univerſum hoc præſidium, abſque ulla *Senatus*, civiumque, impenſa, ſive exactione, aleret *Fridlandus*. Ut neque numerum *millenarium*, undè olim dicti ſunt *milites*, augeri accidat. In *Senatus* libera poteſtate eſſet hoſpitiorum deſignatio. Par clavium, ad civitatis portas ſpectans, divideretur inter *Magiſtratum* civicum, & militum tribunum. Ut neutri, abſque alterius operâ, liceat, vel portas recludere, vel obfirmare. Armamentarium civitatis *Senatui* liberè permitteretur. Nedùm cives ad armorum traditionem compellerentur. Vigiliæ, excubiæque, dimidiam partem obirentur tàm à civibus, quàm militibus. Ità tamen, ut ſymbolum, vel militiæ teſſeram, tribunus militaris divideret. E delinquentibus, & reis, cives, coràm *Senatu*, ſtudioſi coràm *Academia*, milites apud tribunum, accuſarentur. Inprimis, obſervato militaris diſciplinæ rigore, à militibus neque cives, neque plebei, neque hoſpites, neque commercia, iterque, facientes, moleſtarentur. In delinquentes pœnâ conſtitutâ graviſſimâ. Pari lege neque à civibus in milites peccaretur. Ità commerciorum uſus, abſque ulla exactione civium, relinqueretur liberrimus. Præſidium verò hoc illicò abſque ullius civis detrimēto, deduceretur, ubi præſens tempeſtas bellica detonuiſſet. Iam verò, millenario intrà civitatem recepto, exercitus recederet. Denique neque xenodochiis, præſidiiſque, ad civitatem pertinentibus, quicquam crearetur moleſtiarum.

II.

Civitates Maritimæ confœderatæ Roſtochii illam occupationem moleſtè ferunt.

PUpugit hæc *Roſtochii* occupatio civitates *Maritimas* confœderatas haud perfunctoriè. Quam in rem, neceſſariæ defenſionis media ineuntes, cogitare cœperunt, quibus rationibus ſeſe in ſecuritatem vindicarent. Inter cæteras, *Lubecca*, caput, & directrix, urbium confœderatarum, deditâ operâ, in fortalitii, atque emporii, communitionem incubuit.

III.

Thillyus leges Brunſvigæ præſcribit.

ILla *confœderatarum civitatum* ſtomachatio
poſt non diminui, ſed augeri, cœpit. *Thill*
nim *Brunſvigæ* quoque legem præſcribere ten
Nempè *Civitas* hæc quoque, *confœderatarum*
rum una, præſidium equeſtre admitteret.
tum eſt. Itaque obſidionem interminari c
Et, cum dicto, commerciorum uſus à legio
impeditus eſt. *Senatus*, miſſis ad *Thillyum* le
coràm, quid eſſet, agere iuſſit. Sed tanta f
vium indignatio, ut fremerent intùs, nulla
prorſus tractationem admittere vellent. U
tiùs, more veteri, in arma, & ultima quæque
jurarent. Quo nomine *Senatus*, ut furori in
norum fomenta adhiberet, opus habuit. Tan
ex immenſo poſtulato, res ad mediocritatem
duci cœpit. *Thillyo*, ſive honoris, ſive tempori
gò, decenter placato.

Externa.

De rebus Gallican
Et quidem Rupe
tàm obſidione qua
deditione, memo
bili.

I.

Rex Chriſtianiſſimus Roſſilionem, ſive R
lam, obſidione cingit.

SUprà, de tranſactione *Regis Ang*
Roßilionenſibus, præmiſſum eſt.
res cùm pungeret *Regem Chriſti*
mum, decrevit, quantis maxim
ceret viribus, moleſtam illam,
identidem repugnantem, *civitatem* terrâ,
que, concludere, inque ordinem, tandem re
re. Non modò igitur per continentem adit
mnes intercipere, ſed portus etiam marit
præoccupare, atque inſidere, iuſſit. Eum in
Pompeius Targonius, metator caſtrorum regius
thenâ inductâ ferreâ *S. Ludovici* vadum, uſq
vadum *Aurelianenſe*, præcingens, multitud
navium, lapidibus oneratarum, eò loci in
fundum dimiſit, ſcilicet ut portum, alveum
obſtrueret. Tametſi verò tempeſtas hyb
mariſque vis, paulò poſt aggeres iſtos, atqu
pedimenta, diſiecit, unáque claſſi regiæ noxa
tulit, nihilominùs præfatus ille *Targonius* in
tum conſtanter urgere cœpit.

uiſitis intrà viginti quatuor paſſuũ millia dongentique textorum, ac faſciculorum mole, cœptam perficere, faucesque, ex urbe in mare irrentes, pręſtruere, conniteretur. Sub hac tàm nis, quàm maris, aſperitate, inprimis *Rex Chriißimus* tantam præ ſe tulit ingentis animi fordinem, ut nihil hyemis, nihil maris, minas fas, in caſtris, tàm difficili ſub tempore, hyberna- Obſeſſi, noctu præſertim, expeditiſſimis naviſ impetus in caſtra non ſemel tantârunt; ſed es à regiis rejecti ſunt. Nihilo-minùs, antè fi *Ianuarii*, naves nonnullæ vectoriæ, ex urbe ſoltes, fœminarum, infantiumque, & rerum id geinermium, numerum intrà ſeſe habentes, per tum dilapſæ ſunt. Hunc illis curſum *Targonius* ræcideret, denuò ſex navium paria, lapidibus ta, atque è *Burdigala* accerſita, in alveum diit. Repugnabant obſeſſi acriter; diverſos pro re excurſus in naves regias ſuſcipiẽtes, ſed abſq; abili effectu. Nihilo minùs adeò uſq; fortunam experiebantur contrariã, quin per continen recognoſcentes, ui vocant, locâq; inſpiciẽtes, aſtas regios, interciperent, partimque, pro ata, funderent, partim in urbem, tanquam maorias, inferrent.

II

mbroſ. Spinola in caſtris ſalutat Regem Chriſtianiſſimum.

Æviebant eo tempore febres, tàm intermittentes, quàm continuæ, in caſtris, non ſine maligniis, ut fit in exercitu, ſuſpicione. Sed nihil illis rbis, popularitet graſſantibus, & endemiis, vebatur *Regis* conſtantia. Tametſi non pauci, am è *Principibus*, laborare comperti eſſent. Inte-, claſſis *Gallicana*, è navibus triginta duabus, ſub nu *Guiſii Ducis* appulit. Paucíſque interjectis bus *Fridericus de Toledo*, *Archithalaſſus Hiſpanicus*, caſtra venit, *Regẽ* ſalutatũ. Hic, claſsẽ *Hiſpanicã*, ad *Inſulã Rè*, jã tùm excubantẽ exſpectare *Regis* imrium, narravit. Sed, tanquã veniſſet, ut hæc ſaln nunciaret, *Toledonius* videri potuit. Oppidò im, ſimulátque venerat, abitum in *Hiſpanias* pare occœpit. Rogabant, inſtabantque, *Gallicani* buni, ac proceres, apud claſſem ut ſubſiſteret. egavit, Cauſſatus, ventos jam aſpirare ſecundos, orum ductu in *Hiſpanias* renavigare poſſit. Si inportuno tempore accidat ſibi miſſionem dari, c quàm moleſtum eſſe queat, neminem non inlligere. Sic neque prece, neque pretio, ut ajunt, pugnari rigor illius potuit, quin è caſtris receret. Fama erat, pupugiſſe *Toledonium*, dùm *Re*alloqueretur, hunc ſibi honorem non habim, ut caput tegere juberetur. Hanc ille prærotivam, quòd è purpuratis eſſet *Hiſpanicis*, quos *andes* vocant, ſibi arrogavit. Tametſi igitur *Galani* puſillanimitatem objicerent, tanquam claſm *Anglicanam* ſubterfugeret, nihilo-minus ab ſtituto demoveri haud potuit. Tantum virium abet ærugo illa mentis, ambitio! Illo diſcedente, ulò *Ambros. Spinola*, *Marchio*, ad *Regis* caſtra excurrit. Hic relictâ *Italia*, per *Gallos* in *Hiſpanias* tenebat. Itaque *Regem Chriſtianiſſimum* in caſtris ſatare præcogitaverat. *Rex*, ſuper ejus adventu certior factus, *Schönbergium Mareſchallum*, cum ſelecta equeſtrium manu, ad quatuor paſſumm millia, miſit obviàm, qui nomine *Regis*, illi adventum congratularetur. Neque hìc ſaltem acquievit *Regis* humanitas. Ut porrò, ad ſe introductum *Spinolam*, tanquam bellatorem clariſſimum, præcipuis condignaretur ex merito honoribus. Ad illum, inter cætera, *Rex*, Vides, inquit, ipſum his in caſtris *Regem*! Sed intellige, hoc ideò fieri, ut *Angli*, nuper hanc in *Galliam* irruentes, ejiciantur. Atque hoc nuper effectum eſt feliciter. Jam ſupereſt, *Roßilionenſes Britannos*, in hoc regnum evocantes, in ordinem ut redigantur. Quibus de pœnas ſumere decretiſſimum eſt. Non enim præſens ſolvetur obſidio, iſti donec ſub imperium, & leges, fuerint compulſi. Qua de re ſicut tù quidem *Bredam*, civitatem *Bataviam*, docuiſti leges pati *Hiſpanicas*, ità *Rex* hanc *Roßilionem* non miſſurus eſt, niſi expugnatam. Tuam igitur vel imitari viſum eſt militiam. Qui quidem rationem in ordinem redigendi civitates exactè didiciſti. Hæc præfatus *Rex*, rogare cœpit, caſtra, ſepimenta, ac loricas, ſuorum inſpicere vellet. Sed, quòd *Rex* paulò antè veniſſet, pleraque videri poterãt tralatitia, atq; initialia. Nec n. diu erat, ex quo civitatẽ ſeriò, dataq; operâ, expugnare velle, in mentem veniat. Interim *Spinola Regis* actiones plenis, ut ajunt, buccis deprędicare, expeditionẽ apud *Inſulam Rè*, nuper ſuſceptam extollere, inprimis præſentiam tanti *Regis* collaudare, multiſque alioquin copiis præferre. Quòd enim gentiles olim tanti feciſſent exercitum, quanti eſſet *Dux*, quis te rogo, non invictas prædicaſſet, inquit legiones, inprimis equeſtrium, & dynaſtarum, millenarios, ubi tantus *Rex* ipſe eſſet in caſtris, pariterque & magnanimi ducis, & boni militis, partes impleret? Hæc in verba ubi peroraret *Spinola*, accuſare ſuam cœpit infelicitatem, quòd nunquam in caſtris, ſive expeditionibus, *Hiſpaniarum Regem* habuiſſet præſentem. Et cum dicto exſpatiatur *Gallorum* opera, deducente *Angoleſmio Duce*, inſpexit, maximè tumulum è navibus lapidariis factum, aggeremque, admiratus eſt. Inſpectis omnibus mox ſufficere, inquit, civitatem vallo, foſsâque, ſimplici, atque ejus generis loricis, cinctam eſſe. Quòd hoſtilem extrà urbem exercitum *Rex* haud experiretur. Sibi verò *Bredam* obſidenti, duplicatis opus fuiſſe munitionibus. Hoſtiles enim copias in proximo excubâſſe. Aggerem addidit, quibus alveus obſtrueretur, opus laude dignum eſſe. Tametſi ſubvereri accidat, adversùs vim maris ſubſiſtere vix poſſe. Interim magis ſibi placere naves lapidarias, in mare dimiſſas. Illas enim procellis non ità cedere. De cathena inducta ſic judicavit, ut parum illi tribueret. Navem enim onerariam quantumcunque, plenis ſub velis euntem, cathenam, etiam ſolidiſſimam perrumpere conſueviſſe. *Pompeium Targonium* hominem, dexteritate, & conſiliis, valentem, appellitavit. Cùm autem interrogaretur, an an conſilia illa in effectum deducere ſoleret? conticuit. Tandem, ubi omnia accuratâ perluſtraſſet diligentiâ, colophonis loco, ſuperadjecit, duo eſſe, qubus civitas in poteſtatem redigi poſſit, nimirùm alveus obſtrueretur, copiiſque ſtipendia numerarentur. Intrà hæc civititatis deditionem conſtare.

III.

Rex, Pariſios recurrens, ſummam rerum Richelio Cardinali commendat.

COmmodùm *Regi* valedixerat *Spinola*, cùm *Rex* ipſe *Pariſios* recurrit. Itaque rei ſummam commiſit *Richelio Cardinali*. Qui inter *Duces* militiæ teſſeram, pro more, dividebat. Hic ad aggerem educendùm nihil reliqui fecit. Tametſi enim naves quinquaginta jam tùm ad fundum maris forent dimiſſæ, nihilo-minùs complures itentidem accerſebantur, hoc ut molimen perficeretur. Interim, hyberna tempeſtas non parùm nocuit claſſi regiæ. Ut, perfractis duabus navibus, cæteræ vel *Paliſſam*, vel ad *Inſulam Rè* confugerent, donec tempeſtas iſta detonuiſſet. Hoc intelligentes obſeſſi, diverſis ſub vicibus navium excurſus inſtituerunt, ut ad ipſum aggerem pertingerent. Sed re infecta diſceſſum eſt. Nihilo-minùs par triremium alveum penetravit, disjectis viginti circiter actuariolis, & ſpeculatoriis, excubias ſervantibns, naviculis. Sed mox, ſolutâ tempeſtate, rediit ad locum priſtinum claſſis. Ut ſic mitiùs furerent obſeſſi.

Decubuerat hactenùs tertianâ febri *Richelius Cardinalis*. Eo reconvaleſcente, intrà caſtra epulis genialibus litatum eſt. Tanquam *ſoteria*, in honorem reſtituti, celebrarentur. Primum epulum *Baſſampierius*, alterū *Schönbergius Mareſchallus* uterque, aperuit: Ut, velut *donativa*, ceu vocant, tribunis, ac centurionibus, data eſſent, videri poſſet.

Interim, *Targonius*, ab educendo aggere, nondùm fecerat ferias. Ut deditâ operâ alvei interceptionem urgeret, pluribus ad intentionem conſummandam, navibus lapidariis loco conveniente demerſis. Neque ſegniùs conſiliis, quibus prævalebat, experiri cœpit *Richelius*. Ut Ut nunc his, nunc aliis, *ſtratagematibus*, quibus civitas ſuperari poſſet, uteretur. Sed fruſtrà fuit: Fortunâ alios in caſus obſeſſos reſervante.

IV.

Rex, cognito Angelicanæ claſſis adventu, redit in caſtra.

MOx enim, circà, *XI. Cal. April.* claſſis *Anglica* tres onerarias præmittere notata eſt, commeatum in civitatem importaturas. Hæ, ſub colore noctis, claſſi regiæ impoſuerunt. Tametſi enim ſine miſſione regii tormentis in illas animadverterent, nihilo-minùs ſub noctis obſcuritate, eò uſque incertâ, factum eſt, ut duæ, remis, linteiſque, prævalentes, per alveum penetrarent, tertiâ duntaxat in regiorum manus veniente.

Nuncio ſuper claſſis *Anglicæ* adventu accepto, *Rex* apud *Pariſios* diutiùs moras non extraxit. Sed maturrimè in caſtra reverſus eſt. Ubi, ſub exploſionibus tormentorum, ſolenni legionum cum fremitu, atque applauſu, ſalutari cœpit, Ut vel ex hoc tripudio obſeſſis proclive eſſet, & *Regis* adventum divinare, &, quàm obſidionem
re infectâ ſolvere minùs cogitaret, pr
mere.

Cæterùm, *Rex*, antequàm ad ultima ven
miſſo in civitatem *feciali*, adjunctis duobus t
cinibus, ſub veniæ oblatione, deditionem poſt
vit. Sed ecce! obſeſſi, *Anglicis* auxiliis confiſ
ſpondebant arrogantiùs. Nempè tranſac
nem oblatam minùs ſibi ridere. Ut ultimam
tunam conſtantia ſuâ exſuperare magis
piant.

Eo accepto reſponſo *Rex* legiones recenſ
atque claſſem *Anglicam* fortiter excipere, ju
Ubi compertum habuit è viginti quinque ho
num, bello idoneorum, millibus conſtare exe
tum. Quem luſtravit ipſe. Circà *V. Id Majas*
crepuſculum claſſis hoſtilis notari cœpit. C
archithalaſſum agebat *Ambickius Comes*. Eâ in c
ſpectum prodeunte *Richelius Regi* nuncium m
jam tùm quadragintà horarum ſupplicatio
per finitimas provincias ſancienti. Evocatus
conſcenſo equo properè in caſtra venit. Nec
ra, dimiſſis in occurſum ſpeculatoriis, hoſti
claſſem conſiderare juſſit. Quam ſexagintà
vium eſſe relatum eſt.

V.

Claſſis Anglica, abſque effectu, laborat.

G*Allcanis* in omnes impreſſionis eventus in
tis, atque expeditis, nihil egerunt *Angli*, o
duum infrà ullos conatus ſubſiſtentes. Ut nec
bis *Luna* plenus, nec maris altitudo, nec vento
opportunitas, eos invitaret. Ne autem pro
nihil agerent, celocem, quatuor viris inſtruct
per altum dimiſerunt, quæ obſeſſis, ſuper aux
riorum præſentia, nuncium ferret. Iſta ing
celeritate uſa, intravit. Quid tùm verò *Roß*
nenſes? Hi intellectâ auxiliarium copiarum p
ſentiâ, omnia exquiſitæ lætitiæ ſigna palàm
nihil morati, è turribus diverſi coloris vexilli
tero rubro, altero, candido, tertio cœruleo, ſ
xis. Ut aliis in civitatis locis ignes ſuccende
honorarios, tormentiſque, tanquam partâ ſ
látque victoriâ, rem agerent. Sic, cùm obſeſſi p
miſiſſent, ſeſe clauſtra, atque alveum, relaxatu
poſtridie *Idûs Majas Angli*, conſurrexerunt, tan
id, cujus cauſſa aderant, effecturi. Et jam
ſum direxerant. Cùm ecce! deſubitò ventus in
buit contrarius. Undè receptui cecinerunt. Pa
interjectis diebus, uſque ad tormentorum c
tactum, accelerârunt propiùs. Ut jam gla
bus naves *Gallicanas* impeterent, pariaque ob
ſuo loco eniterenrur. Sed regii ſic ex omni p
te direxerant acies, ut adnavigantes fortiter
ciperent. Præſidiarias *Anglicanas*, ob amplitudin
alveus haud quidem ferebat, quòd convenien
lic maris altitudo haud eſſet. Ideòque actua
paulò minores tentabant vadum. Verùm e
verùm, ſic quidem omni ex parte rigidiſſimè ſ
exceptæ, ut mallent, ſeſe intrà *Angliam* remanſ
Quod enim rem effectu facilem *Roßilionenſes* p
ſuaſiſſent *Anglicanis*, fore, ut abſque magno diſ
mine portum attingere poſſint, indè factum, u
imponi ſibi fuerint paſſi.

Na

Iam primùm alveus à regiis navibus plurimis inſeſſus. Ut tribus palorum ſepimentis, ferro, buſque, obfirmatis, teneretur. Ut porrò na- n lapidariarum multitudine impediretur. In- r tormentis ex omni parte innumeris acerri- defenderetur.

ſta explorata habentes *Anglicani*, inſtitutum are coacti ſunt. Niſi enim manifeſtam in per- em ruere mallent, aliis conſiliis opus erat. Re- lum iccircò, meditantes, indicabant. *Roßilio- ium* legatis, hûc uſque ſuo, ſeſe ſatisfeciſſe offi- Plura haud deſiderari, nedùm rogari, poſſe; i pontum, tanquam commune ſepulcrum, in- is ejuſce expeditionis præmium, ſortiri cu- it, quàm ut naves, annonâ oneratas, eò uſque ucerent. Si jam illis uti vellent, uterentur. nfuſi illi, & attoniti, nihil reddiderunt, præter , nempè precibus, ac querelis, victi *Angli*, ob- s, tàm neceſſario tempore, opem non ſubtra- ent, neque ſinerent, hanc expeditionem, eò ue ſuſceptam, in caſſum excurrere. Sed irri- ſermonibus iſtis *Angli* etiam obiicere calami- s cœperunt, *Regi* à nugatoribus impoſitum eſ- ſanquam ità levi brachio civitas obſeſſa vindi- i potuerit. Sed experientiam promiſſionibus contrariam. Hæc cauſſantes, vela explicue- it, ventos admiſſura. Antequàm ergò cur- n relegerent, pro fabulæ complemento, navem endiariam in regias immiſerunt. Sed cùm flam- præmaturiùs vires acquireret, plus *Anglicanis*, àm *Gallis*, detrimenti eo periculo quæſitum Ut etiam una, atque altera, è *Britannicis*, retrò igantibus, intercepta ſit. Captivis, ſuper alter- ionibus *Anglicorum*, ac *Roßilionenſium*, poſtlimi- referentibus.

VI.

Fames, & diſſidentia, urgent Roſſilionem.

Pem conceperat *Rex*, fore, ut, poſt diſceſſum claſſis *Anglicanæ*, obſeſſi veniam, ſub urbis dedi- ne deprecarentur. Sed nihil minùs illis tùm ait in mentem. Ut ſine miſſione tormentis rrò in aggerem, alveum obſtruentem, experi- itur. Id quod abſque regiorum damno haud eveniebat. *Rex* igitur, quo agger communi- tur, maturatione opus habuit. Nimirùm an- æquinoctium autumnale ut opus perficeretur. uo tempore tempeſtas mari ſuperincumbere let impetuoſior. Secundùm hæc, non ignora- tur, intrà civitatis mœnia eſſe *Ducis Rohanii*, ties in *Regem* vultus elevantis, matrem unà cum iniſtris eccleſiaſticis. Undè proclive erat, ob- ſſos inflammari, ne dederent civitatem; Sed au- lia à reformatis, ità dictis, *Gallis* per continen- m exſpectarent. Nec mora; Naves, fœminis, id genus hominibus, quos aut ſexus, aut ætas, cit inermes, oneratas, per alveum dimiſerunt, empè annonam ut compendifacerent. Sed *ex* homines illos, fruges conſumere natos, in ur- em retrò compellere juſſit. Quòd igitur ra- o appareret haud tralatitia, famē in propinquo ſſe, *Rex* ſegetes, legumina, fructuſque horarios, ropè urbem, ſuccidere, ac deſtruere, juſſit. Quod quidem obſeſſos afflixit vehementiſſimè." Hunc dolorem ſuum creberrimis tormentorum exploſionibus per continuos aliquot dies conteſtantes. Interim *Rex* athleticè valebat. Cujus optata incolumitas ſic quidem afficiebat tribunos, militeſque, ut, ſicuti tàm gravi, ac diuturna, ſub obſidione, ſingulari animorum induratione, ſuperâſſent ſuperioris hyemis inclementiam, ità jam æſtivi temporis calores præſertim ſub loco arido, nulliſque arborum umbraculis fulto, non minori cum patientia, maſculè perferrent.

Jam tùm annonæ anguſtia obſeſſos premere cœperat, fame lentis paſſibus irrepente. Sicut igitur rebus ſub anguſtiis proclive eſt, accedebat gravius ferè malū, nimirùm diſſidentia. Pars enim deditionem ſuadebant: pars, diutiùs obluctandum eſſe, mordicùs contendebant. Et hic refractariorum numerus prævalebat. Hinc ampliſſima diſſidiorum tàm occaſio, quàm materia. Ut res in furorem etiam degeneraret. Nonnullis, ex ordine pacem ſuadentium, in furcam actis, aut cervice tenùs palo ſuffixis, publicoque ſub civitatis portis ludibrio expoſitis. Sed neque paucorum indigno ſupplicio placabatur ob id importuna fames. Immò hæc, mortis alumna, tygride gravior, ſæviebat; Ut jam omnimodum per civitatem ingrueret panis exilium. Sicut igitur ventri famelico non, quid conveniat, ſed quid ſatiet, quæritur, ità jam tùm *equi, canes, feles, mures, glireſque*, in dapes venerunt. Pultes quoque è *coriis, ſapone*, ac *ſaccharo*, confectæ moram deditionis extraxerunt. Quo ſub agone ubi vulgus in *herbarum, oſtreorùmque*, ſub maris effluxu, collectionem turmatim, incumberet, *Rex* cohortes ſufficientes, tanquam obicem, objecit, quibus famelicos retunderet. Undè conflictus utrinque nati quotidiani, & creberrimi.

Hæc annonæ, & rerum edulium, penuria, ubi ad ſummum ferè evaſiſſet, totius civitatis *Senatus* convocari cœpit. Nempè ſub tantis anguſtiis deliberaretur, quid expediret, & an ulla ſpes obſidionem extrahendi, annonamq; ſubminiſtrandi, ſuppeteret? Ad hanc illam propoſitionem quidam *Senatorum* conſurrexit; & ſic quidem poſtulatâ dicendi veniâ, conſulere cœpit in medium: Nimirùm *Civitas* hæc, inquit, ultrà menſem, & ſemiſſem, tueri ſe non poterit. Si ergò abſque mora, cum *Rege* ſuſciperetur tractatio, ſpem eſſe, conditiones adhûcdùm tolerabiles obtineri poſſe. Sin verò hanc procraſtinationem ad ultimam uſque, quod dicitur, lineam proferre ſederet, tùm utique nihil aliud niſi *Civitatis* excidium exſpectandum venire. De *Anglicanis* ſuppetiis conclamatum eſſe. Immò alveum ſic quidem obſtructum, inſeſſumque, teneri, ut nulla, quantumvis, confertiſſimâ, vi expugnari queat. Eapropter ſic ſe quidem ſtatuere: Modò *Rex* conſcientiæ libertatem permittat, in tranſactiones pedibus irent. Iſta in verba ſententiam dicentem collegam jam dudùm obliquabat vultus *Prætor*. Penès quem ſumma eo loco erat poteſtas. Cùmque animum, indignatione accenſum, atque extrà ſe euntem, regere non poſſet, furore abreptus, palmam excuſſimam in os hominis impegit. Quo facto, ingens hanc infauſtam deliberationem tumultus excepit. Qui

tamen, intervenientibus ſenatorii ordinis præcipuis, mox remiſit. *Senator* verò ille, ob bonâ fide, & liberè, dictam ſententiam, ſanè utiliſſimam, atrocem retulit injuriam, ut fugâ inſuper vitam tueretur.

VII.

Nova claſſis Anglicana ſuccurrit Roſſilioni. Sed fruſtrà.

VEluti *famis* ſæviebat intrà mœnia calamitas, haud ſegniùs morborum *peſtilentium* contagia exercebant caſtra. Sic ut *Rex*, cum *Richelio Cardinali*, aliiſque *Principibus*, aërem, locumque, ad tempus mutare teneretur. Quouſque ſoles rediiſſent ſalubriores.

Dixiſſes, hanc intrà neceſſitatem conſtitutos, obſeſſos, nihil minus cogitare, quàm de pertinacia ſua. Sed illi, ſpe ferè in furorem degenerante, confidebant in novis apparatibus *Anglicanis*, copiiſque luculentioribus. Receperat enim *Bückinquamus Dux*, aut præmaturâ ſe mortem oppetiturum, aut victrici cum claſſe *Roßilionem* obſeſſam intraturum. Hoc illi mentibus complexi tabellionem emercati ſunt, qui ſequentes litterulas in *Angliam*, per cuniculos egreſſus, efferret. Quarum tenor ille erat: Vos corrogamus, promiſſa velletis ematurare auxilia. Famis neceſſitate premimur ultimâ. Scitis enim, diu nos annonæ nihil accepiſſe. Agger, ſicuti jactatur, non ità firmus eſt, quin perrumpi amet. Apud claſſem regiam tredecim duntaxat invenire eſt naves magnas. Cæteræ minoris momenti ſunt. Prout hoc è ſchemate videre licet. Illis accedunt trigintà Liburnicæ, parùm firmæ. Ut ergò perrumpatis, navibus dictis incendiariis, & id genus pyrobolis, erit opus. Ut mercenariis, ſecuribus inſtructis, etiam res agenda ſit. Confidimus, vos gratioſam magnæ *Britanniæ Regis* ſententiam animis effecturos eſſe intrepidis. Secundùm *Deum*, à vobis, veſtriſque ſuppetiis univerſi pendemus. Si quid his in noſtris erit viribus, illud omne impendetur. Dabantur apud *Roßilionem, XIII. Cal. Septembr. Anno M.DC.XXIIX.*

Hæ litterulæ, tenuiſſimè exaratæ, *amygdalam* intrà argenteam condebantur. Quam emiſſarius ille, deglutivit; Ne ſi caperetur, capi ſic quidem poſſent. Sed vix ſub noctis compendio egreſſus erat, per caſtra elabi quærens, ecce! à regiis intercipitur. Moxque quæſtionibus ſubjicitur. Faſſus igitur id, quod erat, nempè *amygdalam* degludiviſſe ſe *argenteam*, qua litterulæ occultarentur. Hanc, poſt quatridui ſpatium, per inferiorem reddidit gutturem. Et ipſe in furcam actus, non *amygdalam*, ſed *uvam penſilem*, repræſentavit. Idem cæteris emiſſariis ſupplicium, præmii loco obtigit.

Interim, ſpes, quam obſeſſi ſuper novis auxiliis *Anglicanis* conceperant, inanis haud fuit. Nova enim, circà *XV. Cal. Octobr.* claſſis è *Plemutho* in auxilium ſolvebat. Ea conſtabat è centum, & quadragintà, navibus, integriſque ſex militum millenariis, exceptis naviculatoribus, calonibuſque. Inter has quædam naves, *fimo* oneratæ,

inducebantur. Eo inſtituto, nempè ſi res ven
ad naumachiam, tùm quidem illæ incender
tur. Ut ſic fœtore, ac fumo, *Gallis*, ſicut apibu
fucis, officiente, oculis hoſtium tenebræ obj
rentur. Hanc claſſem *Subiſius*, ac *Lavalius*, *Com*
aliique tàm *Galli*, quàm *Roßilionenſes*, hactenù
pud *Angliam* ſeſe tenentes, ducebant, ſuis cum
vibus primipilare agmen conſtituentes.

Hos *Angli* excipiebant. Sic tamen, ut na
onerariæ, ſive frumentariæ, commeatum obſ
vehementes, medium obtinerent locum. Hi
mnibus architalaſſus *Ambickius Comes* præ
Nam *Bückinquamus* paulò antè, fato debitus, h
quidem ſiccâ, ſed tyrannicâ, morte fuerat in
emptus. *Rex*, novam claſſem *Anglicanam* inſtare
ctus certior, illicò copias undecunq; contraxit
magnã voluntariarum, fortè dilabentiũ revoca
Magna enim pars ne putârant quidẽ, ſupereſſe
Anglia periculum. Imperabat huic regiæ c
Valencius Baro. Quem multi ex equeſtribus,
primis *Melitenſibus*, ſtipabant. Nec mora, *An*
cana claſſis jam tùm ad *S. Martini* inſulam pe
gerat. Ubi per diem quieſcendi ſibi indu
ſpatium. Alterâ die, circà meridiem, pars c
ſis ejuſce, in altum provecta, laceſſebat regio
pugnam. Sed regii intrà præſidia conſtaba
Reliqua pars claſſis, antè crepuſculum veſpe
num, veſtigia ponè legit.

Obſeſſi, nova ſubſidia in limitibus eſſe, cog
ſcentes, quicquid humoris ex aridis corporib
tantùmque non fame corruptis, reliquum f
in lætitiæ teſtificationem effuderunt. Itaqu
turribus ſuſpenſis tripudii ſignis, omnes
vitatis campanas ſonare, & applaudere, ju
runt.

Jam *Anglicana* claſſis plenis litteris in regios
vehebatur. *Rex* igitur magni ponderis torme
tis hoſtes ſalutari juſſit. Simulátque triremes p
miſit in occurſum, quæ velitares inirent pugn
Sic utrinque non ſudibus, ut ajunt, præuſtis,
tormentis res agebatur acerrimè. Præmitteba
rates *Anglicani*, è juncis, & ſalicibus, itemque p
robolis, coagmentatas. An ſic incendiis, in r
gios immiſſis, confuſionem fortè creare poſſe
Sed *Gallicani* ità hoc incendium eludere, nav
que intercipere, didicerant, ut citrà tragœdia
hic actus excurreret. Hoc non ſuccedente initi
li ſtratagemate, dubitabant *Anglicani*, quid pot
ſimum facerent? Et an perrumpere tentare
obſtante ageris mole? *Rex*, eos excenſione
moliri, arbitratus, littora, ripaſque, denſatis agm
nibus inſideri juſſit. Ipſe ad caput inſulæ, cum
queſtrium ſelectiſſimorum numeroſa manu; e
cubabat. *Dux Anguleſmius*, itemque *Schönberg*
Mareſchallus, ambo archiſtrategi, ſupercilium
Coreilliæ defendebant: Sic ordinibus diſpoſitis,
pedeſtribus velites, vel levis armaturæ equeſtre
promptè ſuccurrerent.

Hæc cùm in antecœnam, ſive promulſider
ut ajunt, hactenùs excurriſſent, mox ad exped
tionis maritimæ caput, pompamque, nimirù
pugnam, ventum eſt. Ideò, circà *III. Id. Octobr. A*
gli, vela paudentes, in regios curriculo iri cœp
runt. Tanquam illi victoriæ eſſent propiores, q
quidem modò non laceſſere, ſed confert

viribu

ius irruere, auderent. *Rex* ergò totis caſtris cum canere juſſit. Sicut quiſque tàm pedes, n eques, ſtatum ad locum in armis propera- ibidemque conſiſteret. Ergò pugnâ non titiâ ultrà trihorium pugnabatur, tormen- trinque ſine pauſa cooperantibus. Neque s, qui intrà naves erant, *Anglicani* tantùm dirigebant glandes, ſed in hos quoque, qui- continentis ripæ ac littora, defendebantur, a- imè animadvertebant. Ut evidenti ſub pe- lo *Rex* verſaretur. Glandibus nonnullis, intrà tuor paſſus, antè *Regem* in terram procumben- s, cæteriſque vel paulò ſublimiùs ſuprà ca- transvolantibus, vel ad latera declinan- is.

Tametſi igitur ab aſtantibus, & familiaribus, demiſsè ſolicitaretur, pedem ex periculo re- et: nihilo-minùs intrepido animo ſtatio- n deſerere nolebat. Ut eodem paſſu perſiſte- Obſeſſi, ſuarum quoque rerum ſatagentes, in *ciliæ* apicem machinas direxerant. Undè u- glande, horribilem effectum edente, tria dy- tarum *Gallicanorum* paria ceciderunt, archiſtra- o ipſo non parùm periclitante.

Hac ſub naumachia *Gallorum* viginti octo de- ſtari, quatuordecim verò vulnerari, accidit. multò plures perierunt ex *Anglicanis*, omni è re machinis regiis expoſitis. Ut etiam inte- ſperderent naves. Obſeſſi videbantur è por- n alveum egreſſuri, aggeremque tentaturi. Sed x, mutatâ ſententiâ, incendiariam emittebant. æ, abſque effectu excurrens, à regiis immiſſis ndibus deſtruebatur. Hæc primo die pu- a interceſſit. Sequenti manè *Angli* denuò n tormentis agebant. Sed non tàm propè ven- n eſt. Quantumvis per horas quatuor ſic qui- n certaretur glandibus. Inter hæc *Angli* no- n incendiarias, ſive pyrobolis inſtructas, dimit- bant in *Gallicanos*, an hoc pacto commodis ſuis ificari poſſent. Sed fruſtraneus etiam fuit hic bor. *Galli* enim navibus actuariis accelerantes, n uncis, tàm funibus, eas amoliebantur, ut ſic ſeſſet extra periculum: Neque naviculatores, e efficientes, tametſi innumeris glandibus pe- i, magnoperè læderentur.

His tentatis, cùm appareret *Anglicanis* ſeſe ope- m, ac ſudorem perdere, præſertim, quod vim rmentorum *Gallicanorum* undique directorum, ſtinere non poſſent, claſſem reduxerunt, *Roſſi- nenſes* in ultimis, & tantùm non deſperatos, re- quentes. Acceſſit tempeſtas. Quæ quidem claſ- m *Anglicam* in partes disjecit, inque altum abire egit; ſic, tametſi putarentur paulò poſt *Angli* re- turi, diſceſſum eſt illis.

VIII.

ebus conclamatis, Roſſilionenſes veniam à Rege ſupplices orant, eandemque conſequuntur.

DEſperatis obſeſſorum rebus, paulò poſt inter *Gallos, Angloſque*, intervenerunt induciæ. Sic t, acceptâ ſalvi, ut vocant, conductus fide, *Montiguus, Eques Anglus*, veniret ad *Regem Chriſtianiſſimum*, nomine *Angliæ Regis*, verba facturus. Hic admiſſus, ex mandato *Regis* ſui, *Chriſtianiſſimum Regem* orare cœpit, obſeſſis remitteret pœnam, pariterque conſcientiis libertatem condonaret. Eâdem humanitate cum *Subiſio*, & *Lavalio*, reverteretur in gratiam. Simulátque præſidiariis intrà urbem *Anglicanis* jus vitæ faceret. Ad hæc *Rex*: Non eſt, inquit, ut *Rex Angliæ* cauſſam agat *Roſſilionenſium*, ac laboret. *Regem Chriſtianiſſimum* enim non fugit, quid hîc conveniat. De Præſidiariis *Anglicanis* ſic eſt. Ut eadem illorum ratio apud *Gallos* ſuos haberi debeat, qualis *Gallorum* eſſet penès *Anglos*. Hoc illi reſponſum *Rex* dari juſſerat. Sic tamen, ut hominis *Angli* honeſta haberetur ratio, eidemque *Regis* caſtra, munimenta, tormenta, aggereſque, & id genus molimina, non niſi vægrandia, exactiùs, inſpicienda demonſtrarentur. Atque ità dimiſſus receſſit in *Angliam*.

Intereà, eò extremorum redacti erant obſeſſi, ut rebus ſcorteis quibuſcunque, nimirùm *collobiis, integumentis corriaceis, ocreis, calceis, crepidis, cingulis, ſemicinctiis, ligulis, membraniſque*, in cibos abeuntibus, aliquouſque feſſas fame animas ſolarentur. Sic enim funeſta jam tùm afflictam, urbem viduârat potiſſimùm indigentia, ut intrà ſex menſes tredecim hominum millia, jugulârit. Supererant è tanta multitudine ſex ferè millia. Sed hi ea in mortis vicinia laborabant, ut vix vivere putarentur.

Huic miſeriæ accedebat angor, quo, jam tandem deſperatis *Anglorum* auxiliis, ſub pœnæ metu inſuper fluctuabant. Hac ſub calamitate unica erat, ſecundùm *Deum*, in *Regis* benignitate, fiducia. Excluſi igitur omni humanâ ope delectos in caſtra ire, & veniam à *Rege* ſupplicibus verbis exorare, juſſerunt. Illorum ſex paria ubi *IV. Cal. Novembr.* perveniſſent in caſtra, *Rex* in mandatis dedit *Baſſampierio*, illos introduceret. Sed, cùm pedibus ingrederentur, ſic defectis laborabant viribus, ut procedere non poſſent. Itaque *Mareſchallus* equos ſubminiſtrare juſſit. Quibus excepti in caſtra provenêre. Ad paſsus circiter centum ubi approquinquâſſent, ab equis deſcendentes, *Mareſchallum*, cohortes prædecentem, pedibus ſequebantur. Illos, antè *Regis* conclave exceptos, *Richelius* introduxit. Qui, ſimulátque in conſpectum *Regis* venerunt, in genua procidentes, humilimis verbis veniam deprecari cœperunt. Ex eorum numero quodam urbis *Advocato*, hæc verba *Regem* alloquente: *Rex*, & domine, clementiſſime. Illi, inquit, qui longo tempore in carceribus, compedibuſque, delituerunt, ubi tandem in auras, & lucem, prodeunt, *Solis* jubar caligantes intueri vix poſſunt. Sic nos, qui hactenùs bono tempore intrà civitatis mœnia clauſi fuimus, dùm coràm facie tua, ò *Rex*, comparemus, ſerenitatem, fulgoremque tuum, ferre non ſuſtinemus. Sed oculos præ pudore ſubmittimus, dùm ſuccurrit & graviſſimè nos peccâſſe, & atroces pœnas pertinaciâ commeruiſſe. Sed ingens illa ò *Rex*, & regia benignitas, quàm toties indigni ſumus experti, & adhùc inpræſentiarum experimur omnium indigniſſimi, (dùm, præter meritum, coràm, tàm clementiſſimè admittimur) ſpem facit, fore, *Rex* ut calamitoſis, & exhauſtis, ſubditis reatum (quem

totis animis, pœnitentiam, emendantes, profitemur,& medullitùs deteſtamur) remittere, pœnæque in locum, clementiam, miſericordiamque, impertiri,velit. Hoc ſemel, iterùmque, ô *Rex*, conceptiſſimis verbis ſanctè profitemur, quàm obſtinatis, ac pertinacibus, hactenùs repugnavimus animis, tàm obedientes, & fideles,nos futuros eſſe. Et, quid eſt, cur *Roßilioni*, civitati gratiæ locum facere nolis ? Per fidem ! hæc illa iſta eſt, quæ glorioſæ recordationis *Regi*, *Henrico Magno*, parenti tuo,eam ſingularem fidem, ea officia, præſtitit,ut rebus ſub arctiſſimis ad hanc, tanquam ad murum, ut ajunt, aheneum, confugerit? Tàm labiis hiſce,quàm præcordiis, demiſiſſimè conteſtamur,deinceps, ea ſub obedientia, *Regi* debita, nobis tàm vivere, quàm mori, decretiſſimum eſſe. Ut deinceps, quantò graviùs, pertinaciùſque, erratum eſſe, tantò ſolidiorem fidem, & conſtantiam, declarare geſtiamus. Nobis ut *Rex* fideliores ſubditos ſit habiturus penitùs nullos.

Ad illas ſupplicum deprecationes ità *Rex* excepit:Faxit *Deus*, inquit, hæc oratio veſtra neceſſitate,quâ preſſi eſtis, ne extorta videri queat: ſed ex animis verè dolentibus, pœnitentiamque emendantibus,profluat. Equidem non ignoro, vos hûc uſque veteratores,ſubdoloſoſque, extitiſſe. Immò coalloboraſſe, quo ſubjectionis jus, jugumque, mihi debitum,excuteretis. Nihilo-minùs rebellionis crimen vobis condono. Et ſi deinceps, quàm verbis quidē promittitis,fidem, atque obedientiam;reipsâ præſtabitis,me *Regem* clementem, numenque amicum, experiemini. Videte modò, verbis facta ut reſpondeant.

IX.

Litteræ veniales, quibus Rex dedititiis reatum remittit.

QVis hîc verè regium, & generoſum,*Ludovici Regis* ſpiritum non plenis, ut ajunt, tibiis decantet ? Qui,ſimulátque victi ſubmiſerunt arma, veniamque corrogârunt, victor depoſuit odia,deprecantibusque ignovit ? Per fidem ! major hæc victoria,quâ dedititiis oppidò pepercit,videri poteſt,quàm quâ civitatem, tametſi maritimam, & potentem, diu obſtinatiſſimè repugnantem, vicit.Ità enim ſe ipſum ſuperavit. Quæ victoria habetur omnium potiſſima. Sic in gratiam denuò admiſſis, ſequentes veniæ conceſſæ articulos prælegere juſſit. Codicilli erant hi tales : Poſteaquàm *S.P.Q. Roßilionenſis* per delectos, & ſupplices, ſuos, in caſtra emiſſos, vægrandia, ac multiplicia, delicta,quibus *Regi* ſuo, pro obedientia, ac ſubmiſſione,debita obſtinatiſſimè repugnâſſent,introitum in civitatem negâſſent, peregrinis denique, in regnum arma ferentibus,acceſſiſſent,ad animos admittentes,humilimis verbis deprecari cœpiſſent, nempè *Rex* pœnis commeritis gratiam præferre, ſibique reatûs ignoſcere, vellet,utpote,quibus decretiſſimum foret,deinceps *Regi* omnem obedientiam debitam præſtare, fide,ac devotione,ſingulari crimen,& errores, emendare, adeóque *Regis* legibus intrà civitatem ſeſe conformes gerere: eapropter,intuitu eorum pœnitentiæ, & datæ fidei,

(cujus proximè ſpecimen exhibituri, *Regem* in
civitatem admittere, ipſiusque leges pati, cu
rent) *Regem Marillaco*, & *Halliero*, *Mareſchallis*,
mandatis dediſſe,irent,&, nomine *Regis*, *S.P.Q.*
ſilionenſi ſequentia promitterent: Nimirùm
Chriſtianiſsimus rebellionis crimen, & delicta q
cunque,ſub ultimis hiſce motibus patrata, rem
tit, ſimulque vitæ veniam, conſcientiarumque
bertatem,concedit. Hoc modò bona ipſis,ob p
duellionis reatū, fiſco adjudicata, relaxātur,ac
ſtituuntur.Idē jus,ſive gratiæ, ſive veniæ,itidēa
mnes civitatis peregrinos,ac milites pſidiarios,
tinet,Tribuni, & cēturiones, gladiis accincti e
grabunt: Depoſitis antè nominib⁹, datâque ju
menti fide, ſeſe nunquam *Chriſtianiſ. Regis* hoſti
operam daturos eſſe. Ad *Anglicanos* quod ſpe
tàm centuriones, quàm milites: illi,quàm prim
ſic *Regi* viſum fuerit, per mare in *Angliam* dim
tentur. Secundùm hæc, *S.P.Q. Roßilionenſi*, q
machinas bellicas fabricavit, quòd monetas
cuſſit,quòd *Regis*, *Eccleſiaſticorum*, aliorumque,c
ſus invaſit, aliaque in abſentivos compulſoria
crevit, fraudi non erit. Ità arreſtis,ſive ſenten
quibuſcunque, hac ſub rebellionis cauſſa fa
renunciabitur. Si quid intereà à *Senatu*, aliiſ
Iudicibus, ſive in civilibus, ſive criminalibus, p
nunciatum eſt,manebit indemne,atque intact
Ut procurator regius hac de re actionem,ſive p
ceſſum, formare nequeat. Omnes pœnæ, ſive
piationes,in *S.P.Q.* antè decretæ, in totum ab
gabuntur. Et ſi maximè proceſſum hanc in
formari acciderit, hìc nullus erit ſententia m
tis,in caput *Turnay* lata, non impugnabitur,
autoribus damnoſa fiet.

Hos illos articulos *S.P.Q. Roßilionenſis* haber
ratos. Eoſque ſub optima juris forma confir
tos craſtina die remitterent. Accepturi codici
regios, eadem ſancientes, ac corroborantes.
peractâ utrimque confirmatione, portæ civit
reſerarentur, inque illorum, quibus *Rex* hoc ne
tii dabit, manibus permitterentur. *Rex* ut
quandocunque viſum erit, intrare poſſit. Inte
Rex hoc promittit, civibus, futurum, ut, qu
diverſoriorum deſignationem, ipſumque
troitum, nemo gravari, moleſtiiſque affici,
beat.

X.

Rex victor Roſſilionem ſolenniſſimè intrat. M ſæque Sacrum ad D. Margarethæ pera tur.

PRopridie *Calend. Novembres* bono manè r
urbem intrare cœperunt. E quibus *Angule*
Dux, *Schônbergius Mareſchallus*, *Cureus*, *Vignolius*,
rillacus, *Hallierus*, *Chaumantius*, aliique, dynaſtæ,
mos ordines ducebant, bis ſeptem cohortes p
torianas, itemque bis tria *Helvetiorum* ſigna,
mittentes. Præter deſignatos, nullo intromit
bantur. Quamprimùm ergò introventum e
ecce! Simulátque commeatus importabatur,
refovendos eos, quos fames reliquerat ſuper
tes. Sic eodem die inter familicos decem m
panes diſtributi. Fœdum & horrendum, a
ctu e

erat, tot hominum cadavera per civitatem ja-
e inſepulta. Qui ſupervixerant, non homines,
larvas, ſed ſpectra, referebant. Quibus tantæ
ıd ſufficiebant vires, ut defunctos tumulis infer-
terraque obruere, poſſent.

Hæc inter, ubi cohortes regiæ civitatem intra-
ıt, prætor urbanus, extra portas progreſſus,
ıônbergio *Mareſchallo*, id requirenti, offerebat ci-
atis claves. Simulátque, in ſui purgationem,
ılta præfaturus erat. Sed *Schonbergiűs*, ſermonem
ius interrumpens, hoc ſaltèm adjecit: Memen-
, inquit, *prætorem* te fuiſſe. Et domum vade! Quo
m dicto ille ociùs ſeſe proripuit.

Et præſidiariis reſtabant intrà mœnia ſexagin-
quatuor *Gallicani*, & *Anglicorum* nonagintà. Fa-
em ore, calamitatem |inceſſu, profitentes. Iſti
urbe dimittebantur: Regiis portas, munimen-
, propugnacula, loricas, cæteraque loca, no-
u digna, ilicet occupantibus. Nihilo-minùs
reſerant extra moleſtias. *Rex*, tantæ victoriæ
ıncium, *Simonem Equitem*, *Pariſios* dimiſit, qui
giæ matri, reginæque uxori, hæc epinicia ca-
ret. Interim ipſe civitatis mœnia obequitare, at-
e oculis luſtrare, cœpit. Quo viſo, è mœnibus
ud triumphale, *VIVAT REX, IO VIVAT!*
ves acclamârunt.

In feſto *omnium Sanctorum*, *Calend. Novembribus*,
trà civitatem ad *D. Margarethæ* primum *Miſſæ* ſa-
um *Richelius Cardinalis* ſolenniſſimè, peregit, æde
ıteà per *Archiepiſcopum Burdigalenſem* ceremoniis
ſtralibus recens conſecratâ. Jam tanta *Regis* auli-
rum, & militum manus intrà *Roſſi..onem* freme-
at, ut crederes *Pariſios* eſſe. Interim cives, conſcië-
is flagellantibus, intrà lares patrios latitabant, &
eluti lectis funebribus aptati exſpectabant mor-
m, jam diu deſideratam, & haud moleſtam. Neq;
auci fuêre, quibus hæc ſors ex voto obtigit. Nam
ùm ſtomachos languentes, ab ocio ad negotium
evocant, ciboſq; prærabidè ingerunt, intrà bidui
atium, ducenti ex aviditate iſta ſtrangulati perie-
unt. Sic illos penuria, hos cibus ipſe, jugulavit.

A meridie *Rex victor* intravit totus paludatus,
ræibant quatuor cohortes prætorianæ, duobus
um *Helvetiorum* ſignis. Hos excipiebant turmæ ve-
tares, cæterique ſtipatores regii. Indè equeſtrium
gmina ſequebantur. Indè *Angulesmius Dux*, inter
chonbergium, ac *Baſſampierum*, medius. Indè *Riche-
ius* ſolus, antè *Regem*. Equeſtrium agminibus à ter-
go clauſulam imponentibus.

Rex, antequàm intraret, in veſtibulo civitatis
d foſſas obhærentes notavit ſibi tres circiter ci-
vium centurias. Qui in *Regem* intuentes, in genua
procidebant, ſimulátque hæc in verba magnâ
voce exclamabant: *Deus* ſervet *Regem*, qui mi-
eris ſontibus nobis tantam aperuit gratiam! Eos
Rex mitibus reſpiciens oculis etiam conſalutabat.
Undè multitudo, in lacrymas effuſa, tanti *Re-
gis* humanitatem deprædicare ſatis vix ſuſtinuit;
Qui dùm omnes perdere poſſet, omnibus gra-
tiam facere, atque ignoſcere, immò, benefacere,
mallet.

In veſtibulo, portæque limine, octo *Senatorum*,
ex toto numero ſuperſtitum, paria, viſo *Rege*, in
poplites procumbentes, veniam deprecabantur.
Sed *prætor* abſentivus erat, utique jam tùm ab offi-
cio remotus. Neq; iſtius præſentiam *Rex* ferre po-
terat. Intrà civitatem ubi ventum eſſet, confluxe-
rat fortè fœminarum globus, eum in modum re-
torridarum, ac nigricantium, tanquam fumo fuiſ-
ſent induratæ. Subſtitit ad hoc ſpectaculum *Rex*.
Calamitatemq; tumentibus, ac placidis, oculis non
abſq; commiſerationis affectu, conſideravit. Mox
panes illis diſtribui mandavit. Omnes ergò, quan-
tâ maximâ poterant, voce ſucclamârunt: O *Regem*
pium, & felicem! Pœnas, mortemq;, merebamur,
& hic vitam, nobis, victumque, largitur! O *Deus*
(quoniam non poſſumus ipſæ) referat! Vitamque
tàm pio, tàm miti, tàm victorioſo, *Regi* contribuat
longævam! Secundùm hæc, ad *D. Margarethæ Rex*
denuò ſubſtitit, atque ex equo deſcendit. Ubi ab
Archiepiſcopo Burdigalenſi, totiſq; ordinibus Eccleſia-
ſticis, *cruces*, *vexilla*, *cereoſq;*, præferentibus, exceptus,
atq; in ædem ſollenniter deductus eſt, hymno tri-
umphali illo *Te Deum laudamus*, inter muſicos con-
centus, veræ victoriæ ſpeciem, atq; plauſum, con-
ſtituente. His peractis ſacris *Rex* ex urbe in caſtra
rediit.

Interim, *Ducis Rohanii* mater, unà cum filia,
quòd hactenùs, intrà civitatem exiſtens, civibus
pertinaciam inculcâſſet, juxtáque auxiliorum cer-
titudinem promiſiſſet, juſſu *Regis*, in cuſtodiam re-
lata eſt. Ut ſimulátque cives nonnulli, ſolitè pro-
terviores, ac repugnantiores, in exilium eiiceren-
tur. Sic, dùm incautiſſimi mortales illi privile-
gia quæſitiſſima, ac libertatem florentiſſimam,
augere, atque ad ſummum velut apicem provehe-
re, contendunt, & votis, & privilegiis, omni-
bus prorsùs excidunt. Sic factum, ut, privi-
legiis oppidò intercidentibus, etiam jus templo-
rum unà exſpiraret. Saltèm hoc *Rex* miſeris, ex
promiſſo, indulſit, ut locus certus deinceps iſtis
eſſet aperiendus, apud quem, ſecundùm arti-
culos præſcriptos, ſacris ſuis vacare poſſent. Sic
quoque, munita ante, & potens, civitas, exter-
nis quoque præſidiis, nempè, propugnaculis,
mœnibus, munimentiſque, denudari cœpit. Ut
lege non minùs ſeverâ caveretur, ne unquam hæc
civitas in fortalitii forma reſtauraretur, neque ci-
vibus arma permitterentur. Nedùm peregrini
in civitatem deinceps ulli, abſque *Regis* permiſſu,
cooptarentur. Quò magis reformatæ, ut vo-
cant, religioni addictis, jus civitatis negaretur.
Niſi illi fortè intrà mœnia antè nati fuiſſent. Sic
ecce! (quis hoc credat?) dùm urbs viris, opibus,
mari, portubuſque, potens, cervices jugo ſubtra-
here, liberrimamque fortè *Reipubl.* formam imi-
tari, contendit, ceu trifido quaſſa fulmine, in ulti-
mæ ſubjectionis præcipitium deturbatur. Præ-
ſtiterat prodire tenùs, ſi non datur ultrò. Sed
de his rebus, & quidem *Gallicanis* hactenùs,
Jam ad *Germanicas* noſtras re-
vertimur.

DECLARATIO NUMERORUM ÆRI INCISORUM.

RUPELLÆ,

Urbis optimè munitæ, prout anno 1627. Regis Galliarum nomine munitionibus ac caſtris incluſa eſt, vera delineatio.

1. *Porta, ad quam duo molendina.*
2. *Porta Nova.*
3. *Porta, quam vulgo Cognes appellant.*
4. *Porta D. Nicolai.*
5. *Porta Maubecciana.*
6. *Le Corps de garde de Chaiſne.*
7. *Le Corps de garde, ſine Cuſtodia portæ duorum melendinorum.*
8. *Le Corps de garde ad Portam novam.*
9. *Le Corps de garde Fontanæ veteris.*
10. *Le Corps de garde ad Portam de Cognes.*
11. *Le Corps de garde ad Portam à D. Nicolao denominatam.*
12. *Turris ex qua faces Oſtenduntur.*
13. *Turris de Chaiſne.*
14. *Turris D. Nicolai.*
15. *Courbeille.*
16. *Canalis Aquæ dulcis.*
17. *L'Orloge.*
18. *Forum.*
19. *Domus Civilis ſive Curia.*
20. *Templum vetus.*
21. *Novum.*
22. *Caſtellum antiquum.*
23. *Arca Caſtello veteri obiecta.*
24. *Ad D. Margarethæ.*
25. *Collegium.*
26. *Macellum.*
27. *Domus Armamentaria Urbis novæ.*
28. *Aquæductus novus.*
29. *Molendinum noviter exſtructum.*
30. *Sluiſa.*
31. *Portus oſtium.*
33. *Propugnaculum Vaſis ut appellant.*
34. *Propugnaculum cui ab Evangelio nomen eſt.*
35. *Voſes.*
36. *Garennes.*
37. *Sœte Putten.*
38. *Area Beſtiarum.*
39. *Compitum ſive Area cum Cratere de la Caille.*
40. *Via tranſverſa altera cum fonte.*
41. *Platea Maubecciana.*
42. *Forum Piſcarium.*
43. *Corſenale.*
44. *Ad D. Bartholom.*
45. *Templum Cathedrale Epiſcopi.*
46. *Forum templo obvium.*
47. *Vicus Breianus.*
48. *Via quà tranſitus ad templum.*
49. *Tractus D. Pon.*
50. *D'Oever.*
51. *Quoddam Ravelinum.*
52. *Porta quædam non perfecta.*
53. *Turris Garat.*
59. *Turris Moreille.*
55. *Turris Caſtelli.*

CAP. III.

De Daniæ Regis, ſup
Pace , declaration
Unde tandem int
Imperatoremque ,
merſit pacificatio.

I.

Daniæ Rex , quàm in pacificationem inclin
ſub reſcripto publico, declarat.

POſt aliquam intercapedinem , ad
Germano. *Danicas* revertimur. Paulò
prà verò innotuit, de novis *Daniæ*
expeditionibus; Et quo pacto per reg
nem *Butjadicam Thillyo* non infeliciter reſiſtere
piſſet. Ut novos ſpiritus, novasq; vires, acqui
videretur. Intereà, *Daniæ proceres* non tantùm,
& *Saxoniæ Elector*, ſed & *Holſatiæ Dux*, inter cæte
nihil ad ſummam diligentiam reliqui fecerui
quo, pacis interveniente tranſactione, *Germ*
quies, ac ſecuritas, reſtitueretur. Et jam in
erat, ut hanc ad tractationem ſive *Lübeccæ*,
Hammaburgium , civitates, eſſent denominan
Quantumvis hæc tractatio *Fridlando* aliisque,
parùm diſplicere occœpiſſet.

Ut appareret , eos de induſtria rem prot
re. Interim, emanabant in vulgus ſermones, t
quam *Daniæ Rex* nihil minùs , quàm pacem,
deraret. Undè proclive foret, tractationes,
tè ſuſcipiendas , cancrino more eſſe retroga
Qui cum rumor *Regis* ad aures perveniſſet ,
quàm hac in parte indignè differretur , ſeque
reſcripto , ad notitiam omnium , divulgare
pit. Tale autem illud erat : *Daniæ, Norvegiæq*
Regi , diverſis vicibus ſub fide relatum eſt ,
nomine *Rex* tàm per aulam *Cæſaream* , quàm
ſtra, differri cœperit, tanquam ille eſſet , qui
peratore in pacis compoſitionem admodùm in
nante , inque conditiones ſatis tolerabiles a
mis propendente , hanc ſalutarem tranquillit
publicæ rationem reiiceret , nedùm in tractat
nes ullas deſcendere affectus eſſet. Hæc fa
non ſaltèm in ſupremis hominum maleferia
rum natàvit labiis, ut publicis etiam ſub edict
& actionibus , locum invenerit, omnibuſque
univerſum, etiam proximis *Regis* agnatis inculca
tantùmque non perſuaderi , notata ſit. Ne
iſte acquievit color. Ut alius inſuper emerſerit p
textus, ac ſi *Regis* autographum intercipi contig
ſet, quo evidenti teſtimonio rumor ille vero ver
probari poſſit.

Tametſi autem id genus rumores, & calumn
quarum præſens tempeſtas bellica inprimis p
adverſa, non eſſet rudis, *Rex* excelſo animo co

iere didiciſſet, utpote cui conſcientiæ pietas,
rq; Dei,& boni publici, intus luculentum per-
rent teſtimonium, ut hoc laudatum, heroi-
que, aliâs inſtitutum bonæ fidei homines fu-
non poſsit: Nihilo-minùs, quorſum hæ
læ, hæc inania, vergant, nimirùm, ut tàm *Ma-*
im, inferioriſque conditionis hominum, a-
ɔs præoccupent, *civitatibusque* maritimis, im-
n univerſum omnibus, imponant, obſcurum
eſt. Nimirùm, hoc agitur, ut immenſa tot
nnum colluvies, ac licentia, quibus univerſa
datur *Germania*, proferri, cenſuſque atque
tiones, quibus etiam innocentiſsimi quique
imuntur, tanquam fuco, & ceruſsâ, inductis,
aſtrari, queant. Videte, numquid hoc eſt,
em tantæ calamitatis, ac lernæ, fontem, ac
ſam, in *Regem*, tanquam autorem, devolvere
!

ſe autem veritas, fucis colorata, obſcuretur,
rror ignorantibus, paciſque, ac patriæ, aman-
s, imponat, operæpretium *Regi* viſum eſt, ad
ium notitiam, remotis nebulis, rem ipſam in
trum producere.

t, principiò quidem, *Rex*, extrà dibitandi a-
, præſupponit, ex actis, ut vocant, publicis, ty-
xſcriptis, toti *Chriſtianorum* univerſitati jam-
èm innotuiſſe, quid, ſuperioribus illis *Annis*,
C. XXV. & *M. DC. XXVI.* per ſex integros men-
decurſus, ſuper pacificationis ſucceptæ pro-
tione, emerſerit. Et in quos, quòd abſque ef-
ulaboratum ſit, cauſſa reiicienda veniat. Quan-
m verò *Regem* non lateat, ex eventu multos ju-
re cœpiſſe poſtliminiò; Ut etiam ab adverſa
una in tractationis inſtitutæ bonitatem inferre
nt; Interim tamen *Rex* infauſtis id genus judi-
poſthabitis, hanc illius, bis fruſtrà ſuſceptæ,
tationis cognitionem hominibus bonæ men-
& militiæ peritis, ex æquo diſcutiendam relin-
t. Quis enim tractationes extraxerit, quis ſub
viſſimi mom̃eti quæſtionibus ſententiam dice-
acrem expectorare, noluerit, quis *Circulum*
lli molè exonerare, recusârit, quis pacificatio-
tàm religioſæ, quàm ſecularis, ſecuritatem
ſilire, & quis denique mandati defectum cauſ-
, relationibuſque hinc indè tædiosè extrahen-
operam dare, cœperit, in propatulo, & ore
nium, verſatur. An *Rex*, & *Circuli Principes*,
tempore aliter ſentire potuerunt, quàm ne-
Fridlando, neque *Thillyo*, pacis per *Imperium*
roductionem cordi eſſe? Quis te rogo, ſecùs
icâſſet, quàm illud ſub his protractionis in-
ucris latitare, nimirum, ut captatâ interim oc-
ione *Regis*, *Principumque*, exercitus in diſcrimen
luceretur? Qua de re *Rex* diutiùs ſuſpectis id ge-
actionibus connivere non debuit: Ut potiùs
, & fortunæ, eventum committeret, ſub ſpe, fu-
um, ſi non in præſentiarum mentes in pacem
rentur, deinceps æquiores fortè eſſent exſpe-
ndæ.

Hanc in rem dùm *Rex* incumbit, dùm juxtà *Sa-*
is, & *Brandeburgici*, *Electorum*, interpoſitiones
ſtraneas fuiſſe, animis recolligit, nihilo-mi-
s alias vias, quibus per tractationes recompoſi-
s ad pacis compendium iretur, tentare ne ſic
idem deſtitit unquam. Si quis eſt, qui ambigere
lit, is regias litteras, ad *Guolfgangum-Guilielmum*,
Ducem Palatino-Neoburgicum, retentandæ pacis cauſsâ, exaratas, conſideret. Per fidem! tùm quoq; *Regem* pacis extitiſſe cupidum, evincetur. Et, ne, corolarii inſtar, hæc *Regis* intentio fortè videri quiſta ſit, *Rex* inſuper *Cæſarem* ipſummet, nec nòn *Infantem Hiſpanicam, Belgii* gubernatricem, ſuper eodem pio inſtituto, interpellare ſedulò perrexit. Ut *Germana Regis* fides, candorque heroicus, in dubium vocari minimè ſuſtineant. Quid autem obtinuit? Certè, ne tribus, quod ajunt, verbis reſponſum ab *Imperatore* retulit.

Illis accedit, ſuperiori *Anno M. DC. XXVI. Fridericum*, *Slesvigiæ*, & *Holſatiæ*, *Ducem*, *Regi* intimâſſe, *Saxoniæ Electorem*, ad reaſſumendos, nuper interruptas, pacis ineundæ tractationes, non alieno eſſe animo. Ecce! etiam hanc occaſionem non negligendam *Rex* putavit. Ut ſub publicis codicillis hunc, pacis amantem, *Regis* animum præfatus *Dux Holſatus* non poſſet non deprædicare. Sic factum, *Rex* ut inſequenti *Anno M. DC. XXVII. Electorem* hanc in rem conceptis verbis interpellaret, ſimulátque, quid *Infans Hiſpanica*, ſuper pacis recompoſitione, itidem litteris aperuiſſet, indicaret. Quid verò tùm accidit? *Elector* hac ſub conditione cum *Rege* paciſci cœpit, libenter ſe huic oneri humeros ſuppoſiturum eſſe, modò *Rex* antè paulò ſpecialiùs declaret, quid fieri, quibuſque ſub conditionibus acquieſcere, vellet.

Tametſi igitur *Regi* cauſſæ eſſent non tralatitiæ, quas ob ad particularia ſeſe pro tempore demittere non videretur opportunum, nihilo-minùs vicit amor pacis, *Electoriſque* integerrima propoſitio, ut ne hanc quidem *Rex* candoris partem abſtineret, ſed, ſuperpondii loco, omnia, ut ajunt, acto impleret. Undè vel cæcus viderit, manibuſque palpabit, quæ *Regis* foret in pacem egregia, & ſumma, propenſio. Sed denuò, cui diligentiæ ſtudium prodeſſe debuit, mora obfuit.

Nam non modicum temporis intervallum præterlabi cœpit, ex quo *Rex* ne divinare quidem potuit, quid ſibi de propoſitis futuræ tranſactionis articulis exſpectandum foret. Ut etiam ægrè hanc moram tulerit, ad *Fridericum*, *Holſatiæ Ducem*, profeſſus, dolendum eſſe, pacis publicæ, tantoperè deſideratæ, ematurationem ſic quidem inſuper haberi, frigidéque procedere. Interim, etiam hoc patuit, *Electorem Saxoniæ*, litteris teſtibus, eas partes ſeriò ſuſcepiſſe, remque omnem ad *Imperatorem* diligenter transſcripſiſſe. Ut porrò receperit, ſimulátque ab *Imperatore* reſponſum, ſic ſatis commodum, obtinuiſſet, ſeſe citiùs, quàm aſparagi coquuntur, (quod dicunt) ad *Regem* de omnibus daturum, pariterque reaſſumendæ tractationis tempus, locumque indicaturum. Ut neque minùs, ſub inſtanti novo *Electorum* apud *Mülhuſium* conventu, in pacis optatæ reproductionem vires convertere velit omnes.

Tantùm verò abeſt, ut exſpectatum à *Cæſare* ſupervenerit reſponſum, ut magis declaratio regia, in alium finem detorta, fraudi fuerit. Tanquam jam *Rex*, abſq; confœderatorum conſenſu, cum *Cæſare* pacem pepigiſſet, etiam fœderis legibus poſthabitis.

De *Electorum* novo conventu ità eſt. Nempè *Rex*, promovendæ pacis ſtudio flagrantiſſimus, ad tàm ſalutaris boni conſecutionem, legatos *Mül-*

huſium

huſium verſùs deſtinavit. Ut non tàm ſuo, quàm *Magnæ Britanniæ Regis*, & *Electoris Palatini*, nomine, litteras ſalvi, ut vocant, conductus à *Cæſare* impetrare laborârit. Sed ecce! ex tranſverſo ceciderunt omnia. Nam dùm tubicinem, unà cũ tranſumptis litterarum, *Cæſari* inſcriptarum, dimittit ad *Thillyum*, ſub ſpe, futurum, ejus ut operâ rectiùs hoc negotium expediri queat, præſertim, ſi ab exemplis litterarum cognoviſſet, quid ageretur: nihiloſeciùs aliter evénit. *Thillyus* enim, præter exſpectationem, tubicinem, per aliquot ſeptimanas ſecum detentum, re infectâ redire juſſit. Quid igitur eſſet illud, & cur *Regis* legatis ad *Electoralem* conventum aditus negaretur, in medio relinqui. Ut conjecturam nemo non facere poſſit.

Sed neq; ſatis fuit, ità cum *Rege* actum fuiſſe. Idem, & paulò gravius *Regis* per *Daniæ* regiam *Proceribus* uſuvénit. Hi ubi litteris, conceptiſſimis verbis exaratis, à *Fridlando* contenderent, copias, *Daniæ* regni provincias depopulantes, reducere vellet: ecce! *Fridlandus*, *Caſparem à Buchvvald*, *Regis* cubicularium, è *Dania* miſſum, coràm quoq;, amantiſſimæ pacis reſtaurandæ gratiâ, verba facturum, ad *Altringerium* dimiſit. Apud quem, captivi in morem, aliquot in menſes cuſtoditus, tandem, ſub reſponſo ſatis frigido, hic quoq; redire juſſus eſt.

Secundùm hæc, *Rex* ſpem conceperat, fore, ut *Elector Saxoniæ* negotium reaſſumendæ pacificationis urgeret. Quâ conſideratione uſuvénit, ut, dùm intereà exercitus tàm *Cæſarei*, quàm *Ligariani*, in *Daniæ* regni citeriores provincias, *Suderlandiam*, & *Iutiam*, ingruerent, ipſeq; *Fridericus*, *Holſatiæ Dux*, interveniret, nihilo-minùs *Rex* cum *Fridlando*, *Thillyoq;*, tractationes inire recuſârit. Ne *Rex* videretur *Electoris Saxoniæ* voluntatem, atque operam, inſuper habere.

Abindè, cùm *Regi* ſignificaretur, tàm *Fridlandum*, quàm *Thillyum*, præ ſe ferre, tanquàm *Cæſari* pacis retentandæ tractatio non diſpliceret, ideòq; *Fridericus*, *Holſatiæ Dux*, aſſumptis equeſtrium nonnullis, ſuperiori *Ianuario* menſe, *Regis* animum, ſuper pace, denuò etentare cœpit. Ità poſtliminiò factum, *Rex* ut per regni conſiliarios modò non priſtinam animi in pacis compoſitionem cupiditatem redintegraret, ſed ipſi regni *Daniæ Proceres*, ad *Cæſarem* litteras dirigentes, tempus, locumq;, tractatibus commodum, deſignari peterent. Hanc noviſſimam *Regis* animi declarationem toties nominatus *Holſatiæ Dux Cæſareanis* illis *archiſtrategis* aperuit. Qui vice verſâ, à *Cæſare* pro legatis hac in cauſſa nominatos eſſe, reddiderunt. Sic de tempore agi cœpit, locoq;, quando, & ubi, opus illud reaſſumi debeat. Ut de civitate commodâ diſpiceretur: *Lubeccû*, atq; *Hammaburgio*,, excluſis.

Ab eo tempore, ſuper loci electione, mora extracta eſt. *Rex* autem, cùm *Lübecca*, *& Hammaburgium*, minùs rideret, *Bremam Calendaſq; Iunias*, propoſuit. Sed *Fridlandus Straleſundæ* oppugnationi animum adiiciẽs, denuò, moræ, funiculum duxit. A quo, ſub *Auguſto* demùm menſe, ſive *Kyla*, ſive *Lavvenburgum*, abſq; ulla temporis determinatione, obiter nominati cœpit.

Quanquam verò *Regi* non commodum foret legatos ea ad loca dimittere, quæ *Cæſareanis* præſidiis firmata forent. Nihilo-ſegniùs tamen pacis amor prævaluit; Ut, remoris præciſis omnibus, in *Kylam*

civitatem compromitteret. Ut jam nihil reſt
liud, niſi ut inter partes quoq; de tempore tr
gatur. In *Regis* legatis, ſufficienter inſtructis,
non erit ulla. Ut proximam quamque proficiſ
di occaſionem præſtolentur. Modò antè à C
fidem obtinuerint publicam.

Quæ cùm ità quidem ſeſe habeant, ut *Regi*
mum, pacis cupidum, tanquam in nummo al
effictum, repræſentent, actioneſque, ad ſalu
pacis opus ſpectantes, tàm per annos, quàm
ſes, hûc uſque delineent: utique unicuique
mentis, ac ſinceri candoris, homini facile er
judicare, quis, qualiſque, *Regis* eſſet animus
ex adverſo nemini non conſtare poſſit, per
ſteterit, ut hactenùs commendatæ pacis bo
obtineri non potuerit. Ut potiùs univerſam
maniam, finitimaſque provincias, continuis,
rendiſque, exactionibus, afflictionibuſque
hauriri accidat; oppreſſionibus, rapinis, pr
cædibus, incendiis, devaſtationibus, & id g
malis œcumenicis, ubique prævalentibus.

II.

Apud Lubeccam tandem, Imperatorem i
& Regem, de ſumma rei tranſigitur.

ILla ſiquidem fuiſſet integerrima *Daniæ Regi*
per pace reproducenda, declaratio, nihil o
ab arbitris porrò intermiſſum eſt, uſque
Lûbecca his tractationibus feliciter tandem
ſignaretur. Quo inſtituto, ſub limine
M. DC. XXIX. illud apud emporium con
tum, negotiumque confectum, eſt.

Interim, dùm hæc agebantur, non ſic lang
partibus convénit, ut omnia jam putarent
vado eſſe. Ut magis, omnem in eventum, u
que armorum, copiarumque, apparatus
rirentur, *Cæſareani* quidem *Pomeraniæ* po
adverſùs *Danorum*, *Suecorumque*, incurſus,
rimè communiverunt. Ut annonam, & c
meatum, omnem intrà provinciam ſtran
rent. Undè commercia intercidere oppid
vénit. Ut multi ob id, egeſtate præventi, a
ſedibus expellerentur. Eâdem operâ per *Impe*
legionibus equeſtribus miſſio data eſt. Ut
res interim conſcriberentur pedeſtres, quo
operâ *Cæſar* mari-tenùs, & per naves, uter
Quod ad inſtitutum paſſim navium numeru
bricari cœpit. Ut vel apud *VVismariam M*
feldius Comes, partium *Cæſareanarum*, ter qui
ingentis magnitudinis navigia ædificari cur
Neque ex adverſâ parte lentiùs agere notati
Dani, *Sueciq;*. Ut magnis conatibus, claſſibuſq
vecti, portus, *Pomeraniæ* maritimos concluder
Neq;, præter *Straleſundanos*, ullis in pelagus ex
rendi, negotiandique, facultatem permitter

Sic utique, dùm pars utraque ſubſiſtit in
armis, pax æquiſſima emerge-
re amat.

Ext

Externa.

e rebus Gallicanis.

I.

*ividiis, inter Regem Galliarum, & Epiſco-
m Verdunenſem, natis.*

APud *Verdunum*, ſedem *Epiſcopalem*, in
Germaniæ, *Galliæque*, limitibus, hoc
tempore certabatur ſimultatibus.
Juſſerat *Rex Chriſtianiſſimus* civitati
arcem imponere. Huic inſtituto re-
batur *Epiſcopus*. Ut in operis ejuſce autores,
xcommunicationis fulmine, animadvertere
imeret. Hoc *Regem* eò uſque pupugit, ut ſuis
laret, irent, atq; reditus, ad *Epiſcopum* ſpectan-
tercipereñt omnes. Sic cenſibus ſuis privatus
pus provocavit ad *Imperatorem*. Querela ejus
rat.
empè *Regem*, in manifeſtum *Imperii* præjudi-
, ſibi, *Imperii* vaſallo, reditus interturbare, ar-
tq; inſignia, *Imperii*, nuper ſuffixa, ac domini-
ſerentia, deſtruere, deſtructæq; *Aquilæ Roma-*
locum, *Lilia Gallicana* ſubſtituere. Immò et-
ub interdicto vetare, ne cui indè jus appella-
s, ut vocant, ad *Cameram Spirenſem* uſurpare
:.
æc cùm non nullius eſſe ponderis viderentur,
em permoverunt, ſequentes interrogatorias
gem ut daret. *Ferdinandus II. Imperator*, *Ludo-*
III. Galliarum Regi, S. P. D. Sereniſſime prin-
frater atque affinis, dilecte! Ex eo tempore,
Romani hujus *Imperii* faſces gerere cœpimus,
æquè curæ nobis fuit, quàm ut pacem publi-
, inprimis jura agnationis, ac vicinitatis, cum
arum Rege ſarta, tectaque propagaremus. Ne-
alienam ab hoc inſtituto *Regiam* tuam *Digni-*
eſſe, diverſumque ſentire, accepimus. Ità
è litteris regiis, antè hos tres menſes nobis
riptis, diſcere opportunum fuit. Ut *Rex*, quæ-
que hujus in *Imperii* detrimentum, ac præ-
cium, vergere queant, ſtudio declinare, *Im-*
que jura ſua conſervare, affectus ſit. Et pro-
ò ſic quidem *Reges*, ac *Principes*, mutuis inter
officiis agere, atque experiri, decet. Ni-
ìm hæ illorum ſunt partes, ut pro totius Rei-
icæ *Chriſtianæ* quiete, atque incolumitate,
bias ſuſcipiant, vicinique, ac proximi, ju-
s nihil derogent. Potius igitur eſt, ſi inter
iſtros fortè colliſiones naſci accidat, *Princi-*
cauſſam ſub moderatione debita inſpiciant,
iſque amicitiæ legibus, quàm rigore, expe-
tur.
à enim res novæ in ipſa, quod ajunt, herba op-
ni, motibuſque, ne quà exſurgant, tempeſtiva
iberi remedia, poterunt. Et hanc quidem vi-
& agnatus, & anteceſſor, noſter, *Matthias Im-*
tor, calcavit. Qui cùm prævidiſſet intrà *Medio-*
matrices, ſive *Metenſem Epiſcopatū*, finitimaſque provincias, ad hoc *Imperium* ſpectantes, novorum motuum igniculos gliſcere, conſultò, miſſis ad *Regiam* tuam *Dignitatem* legatis, maluit litium ſemina, cum ipſa radice, evellere, fineſque, interveniente mutua animorum benevolentiâ, pacare. Neque tùm illud infeliciter cecidit.

Qua de re obſcurū nobis eſt, qui fiat, ut *Epiſcopus Verdunenſis*, tanquam *Imperii Princeps*, ac vaſallus, à *Regiæ* tuæ *Dignitatis* miniſtris ſic quidem infeſtetur, ut tàm quà jura, ad *Imperium* ſpectantia, quàm quà reditus, ipſi vis inferatur. Scilicet, ſi quicquam fortè is peccaſſet, hæc cauſſa ad nos reiicienda fuerat. Neque enim dubitari oportuit, ſic affectum eſſe *Imperatorem*, ut vulneri, recèns naſcenti, idoneùm, commodumque, remedium maturiùs adhibere nolit. Quouſque igitur *Imperatoris* ergà *Principem*, vaſallumque *Imperii*, protectio ſeſe extendat, juris utiq; eſt notiſſimi. Ut neque etiam de eo controverti dignum eveniat, eum fore *Cæſarem*, qui *Regis* ſive autoritati, ſive juribus, quicquam detrahere conetur. Hæc nos eò impellit confidentia, ut ne quidem credere opportunum ſit, *Regem* ſub interdicto vetuiſſe, ne quis *Epiſcopatus Verdunenſis* ſubditus, feudatariuſque, jus feudi ſive ab *Epiſcepo*, ſive ab *Imperatore*, deinceps roget, impetretque. De armis *Cæſaris*, è turribus, aliiſque portis, direptis, inque terram projectis, ſic quoq; ſentimus, ut *Regi* hoc factum diſplicuiſſe arbitremur, cùm ejus mandato *Aquila Romana* priſtinum portæ in locum, undè dejecta fuerat, ſit repoſita. Ut multò minùs veriſimile extet, *Regem* ſic voluiſſe, ſic juſſiſſe, quò *Aquila Cæſarea*, in ingens *Imperii* vituperium, deiiceretur, inque partes proiecta minutim confringeretur. Profectò ità quidem eſt, ut *Aquila*, tanquam *Imperii* limites diſcriminârit, indè uſque ab antiquo locum illic habuerit. Ut etiam anteceſſores noſtros, iſtis ſub partibus, olim bella gerentes, ultrà hoc ſignum, in *Imperii* finibus poſitum, nihil temerè tentâſſe, aut immutâſſe, conſtet.

Sed maioris momenti illud ſuperaccedit, dùm *Imperii Romani* iuriſdictio violatur. Fama enim cognitum eſt, *Regem* adversùs iura, legeſque, ac conſuetudines vetuſtas, ſub atrocibus pœnis, interdixiſſe, ne quis deinceps iure appellationis uteretur, atque ad *Imperialem Cameram Spirenſem* noſtram provocaret. Sic, ut, hac lege abrogatâ, deinceps curia, ſive Senatus regius, illic eſſet exſpectandus. Secundùm hæc, invitis *Cæſare*, atque *Imperio*, *Rex* civitati *Verdunenſi* arcem, ſive caſtrum, impoſuit. Idque ut munimentum ſuis ſumptibus *Imperii* ſubditi excitarent, minis compelli cœperunt. Neque hactenùs rigor iſte detonuit. Verùm enim verùm ſub evulgatis diplomatibus cautum fuit, ne quis *Imperii* ſubditi deinceps ad beneficia aſpiraret eccleſiaſtica, ſed hæ partes ſolos redirent ad *Gallicanos*. Inſuper, etiam hoc innotuit, Regem per civitatem illam ſibi vindicare iuriſdictionem eccleſiaſticam. Quæ quidem novi res exempli eſt, vetuſtiſque inſtitutis, ac iuribus, oppidò repugnat.

Jam agedùm *Rex* deponderet ipſe, an connivere, an pati, poſſit, ut alius, atque, extraneus, *Princeps* id genus res novas, intrà *Galliæ* regnum

regnum,eiuſque provincias, etentaret,ac moliretur? An feret,ſe invito, intrà fines ſuos,quenquam excitare munimenta? exercere juriſdictionem? *Principemque*, regni ſui vaſallum,de facto opprimi? Minimè verò!

Ergò, ſiquidem ex juramenti ſanctitudine nobis incumbat *Romani Imperii* præeminentiam tueri,vaſalloſque, & ſubditos, in protectionem, admittere,utiq; nihil jucundius hoc rerum in genere nobis accidere poſſit, quàm ſi hanc rem, abſque pacis publicæ, neceſſitudiniſque, atque affinitatis, violatione,effectam dare queamus. Sed non ignoramus, hoc opportunè fieri ſuſtinere, ſicubi *Regi* placeat erroribus illis mederi velle, juriſdictionem veterem non interturbare, edictis, noviſque legibus,ſe abſtinere,munimentum diruere,civitatemque priſtinis illis juribus reſtituere. Quo nomine ut & *Epiſcopi*, tanquam *Imperii Principis*,& vaſalli, habeatur ratio, eidemque, qua dignitatem, quà jura, quà reditus, nihil detrahatur, æquum erit, & conveniens. Hic verò ut ex adverſo *Regi* ſatisfaciat,*Imperator* curabit.

Atque hæc illa iſta via eſt, quam utrinque inire, ac calcare,profuerit. Si modò hujus neceſſitudinis, atque amicitiæ, fructum,ac conſtantiam, non faſtidimus. Nec modò *Cæſaris* res ſolius hîc agitur. Ut etiam *Imperium*, *Electoreſque*, veniant in partes, officiique ſui rationes deducant. Id enim vel è codicillis illorum, hîc adjectis, intelligere erit proclive. Quo autem *Rex* plenius percipere queat, quid *Romano Imperio*, quantumque, intercedat,ecce! ampliſſimis ſub fundamentis, ac rationibus, proximè rem ducere fuerit operæ pretium. De illis *VVertmannus*, conſiliarius, atque *Orator* apud *Galliam* ordinarius, noſter abundè intimabit, viva epiſtola. Eum ut *Rex* benignè, pro more, audire, nobiſque per curſorem ad interrogata amicè reſpondere,velit,rogamus.

II.

Rex Chriſtianiſſimus ad Imperatoris interpellationem reſpondet.

ILla cùm *Cæſaris* fuiſſet interrogatio, non deſtitit *Rex Chriſtianiſſimus* facti ejus ſui cauſſam reddere ſequentibus. Codicilli tales erant: *Invictiſſime Cæſar*, frater, & affinis, dilecte! Illa hactenùs,inquit, regiminis etiam noſtri fuit & ratio, & moderatio, ut modò non intrà regni noſtri provincias ſubditis, nobiſcum in gratiam demiſsè revertentibus, pacem dederimus, ſed inſuper finitimis *Principibus*, *Ordinibusque*, quantum ejus quidem in nobis fuit, commendatam quietis,ac tranquillitatis, bonitatem conciliare laboraverimus. E quibus vel *Cæſareæ Majeſtati* colligere promptum evadat, nobis nihil antiquius uſuvenire, quàm ut pacem cum finitimis nobis, aliiſq;, *Principibus*, inprimis ſacro *Rom. Imperio*,conſervaremus. De *Epiſcopo Verdunenſi* ità eſt; Ut hactenùs à nobis tentatum nihil ſit, toto hoc controverſiæ naſcentis tempore,quod in eminentiam,ac jura,*Imperii* peccet. Cujus rei evidentem *Cæſar* perſpiciet cauſſam, ubi ſuper actionibus *Epiſcopi* pleniſſimè ſe erudiri patietur. Proindè celare nolumus, eò inſolentiæ, provectum eſſe *Epiſcopum*, ut, non abſque vituperio, excommunicationis fulmen in nos ſtringere tentârit, ut etia[m ci]ves *Verdunenſes* in præſidiarios inflammare [...] perit.

Tametſi enim, habitâ hujus temporis co[...] ratione, numerum præſidiariorum auxerim[us, il]lud tamen nemo jure nobis vitiò vertere [...] maximè,cùm hæc civitas, ultrà trecẽtorum a[nno]rum curriculum, ſub *Galliæ Regum* manu,& t[...] extitiſſet. Neque ſic tùm acquevit Epiſcopi [...]cia. Quin immò omnes adhibuit machina[s ...] foris in vicinia milites colligeret, præſidiari[os] vi injecta eliminaret.

Hæc itaque cauſſa viſa fuit juſtiſſima, qua[...] reditus, ad illum venientes, tantiſper demo[...]mur, quouſque nobis ſatisfeciſſet. Ità enin[...] experimur in eum, qui nobis iuramenti fide[...]gatus eſt,qui *Gallicanus* natione,& ſubditus n[...] eſt; Ut, intuitu poſſeſſionum aliarum,ſub [...] noſtò ad eum ſpectantium, luculentarum, [...] teneatur; Certè, eo loco is habendus venit, [...] utique maiores iſtius ſub *Galliæ Regibus* fuiſſe [...]citur. Et ſic quidem *Epiſcopus* non habet, ut ſ[...] iniuria, ſive de violentia, à miniſtris noſtris [...] meritò conqueri debeat. Modò ad ſubmiſſi[...] debitam redire voluiſſet, iampridem & poſ[...]nis iuribus uti, & reditibus frui,potuiſſet. [...] iamnunc, ſi velit, hanc rem compendifacere [...]at, præſertim *Cæſareis* pro eo intervenientib[...]teris. Neque in eum ſic malè affectus *Rex* e[ſt ...] illi,modò gratiam hanc ſectetur,optimè cupi[...]

De cæteris, quæ *Cæſaris* epiſtola ſuperin[...] non eſt, ut curioſiùs quicquam reſpondeatur [...] enim, extrà arcis, ſive munimenti,exſtructio[...] longè aliter ſeſe habent. Quibus de *Orator* or[...]rius ampliſſimis verbis indicabit. Ut *Cæſar* ſati[...]denter augurari poſſit, iſtos, qui talia abſque [...]damento differre amant,nihil aliud querere,[...] ut è privata hac, prout eſt, cauſſa faxint publ[...] *Regesque*,& *Principes*,inter ſeſe committant.

De arce,ſive fortalitio, apud *Verdunum* i[...] Antè hos annos ſexagintà illud opus à maio[...] noſtris inchoatum utique novimus. Et fort[...] quoque ultimam, manum haud impoſuiſſe[...] niſi *Epiſcopi* petulantia, & machinatio, volu[...] aliud. Nec eſt, ut quiſquam contradicere p[...] Præſertim, cùm à tanto tempore civitas ſub [...] *Regum* tutela ſtetiſſet. Quò minùs ergò,id,qu[...] nos ſpectat, dùm conſervare nitimur, impr[...] poterit. Ut omninò, ſuper fortalitii excitat[...] fruſtrà ſit querulus *Epiſcopus*. Sciat enim, inter [*Gal*]*liæ Reges*, anteceſſores noſtros, & ſuperiores *E*[*piſco*]*pos*, diverſas interveniſſe tranſactiones, quibu[s ...]que ſtandum erat. Ex illis hæc clauſula,etiam [...] *Max.* decreto confirmata, emerſit, nempè, ſ[...] *Reges Chriſtianiſſimi* molimen iſtud perfeciſ[...] tunc *Monachis* ad *D. Vincentii*, alio ſub loco, [...]*nobium*, atque templum, regiis ſumptibus exæ[di]cari curarent.

III.

Rohanus Dux Montem Peſſulanum per [...]dias,& proditionem,tentat.

INtereà *Dux Rohanus*, toties contrà *Regem C*[*hri*]*ſtianiſſimum* vultus elevans, copiaſque educ[...]

M

Peſſulano, civitati in *Galliis* munitæ, & *Acade-*
ominatiſſimæ, per inſidias inhiabat. Quod
ceret, per *Bretignium Baronem*, agnatum ſu-
ntare cœpit. Hic, æs alienum exigendi ſub
e, jam ante menſes ſeptem civitatem intra-

tique in eo per ſententiam Judicis compos
s erat, ed non æris exigendi cauſsâ tam diu
urbem morabatur *Bretignius*, ut magis *Arcis*
teſtatem redigendæ ſtudio laboraret. Viam
;, quâ ad propoſitum graſſaretur, commodio-
nvénit nullam; quàm ſi *Melleum* tribunum,
ni *Normandicæ* præfectum, cujus cohortes ex
o *Arcis* cuſtodiam agebant, in partes trahe-
Huic itaque ſecretum illud horribile, ac ſa-
, aperuit.
d crimen proditionis inhorruit primùm *Mel-*
Mox ubi ſe recolligit, re omni diſſimulatâ,
erandi ſpatium petiit, tanquam ſuper re in-
ter ardua cogitaturus. Sic diſceſſum eſt u-
que. Quid fit? *Melleus* ad *Foſſeum Marchio-*
, civitatis illius gubernatorem, ſeſe oppidò
ert, narratque, eſſe hominem quendam, gla-
iſe confodiendum, eò, quod infame ſcelus
ntentare fuiſſet auſus. Mox autorem ſce-
Bretignium nominat, iſtum eſſe, inquiens,
proditionem *Arcis Montis Peſſulani* à ſe flagita-
uiſſet auſus. *Robanum* quippe *Ducem* tantum
s deſiderare. Cui *Marchio*, Non immeritò,
it, iſtum obtruncaturus eras, qui te in tàm fœ-
, atque inexpiabile, facinus præcipitare fuit
tus. Iſtius enim nece & *Regi*, & patriæ, gra-
nam immolare poteras victimam. Sed heus tu,
rem omnem diſſimula animo, an fortè acci-
ut hoc ſub colore inimicis imponere, eoſque
aſſam inducere, queamus. Nec mora, hoc
dicto *Bellefontium*, legionis *Normandicæ* cen-
onem, ad *Chriſtianiſſimum Regem*, apud *Ville-*
m decumbentem, dimittit. Cui quidem hæc
s conſpirationis detectio auditu fuit gratiſſi-
Rex igitur *Foſſeo* rem omnem permiſit, a-
et hoc in genere ex animi ſui ſententia. Sic
en, diductâ ratione, provideret, ne quid fiat
erè, ac præcipitanter.
e igitur deliberatâ, de *Marchionis* conſilio, *Mel-*
indicavit *Bretignio*, non ſe alienum eſſe iſtius
opoſito, remque ordine, ac ſeriò, adjuvare vel-
Undè factum, ut ambo toties ſecreta imitent
ſilia, & quo pacto ingens hæc res effici poſ-
, deponderarent. Intereà *Bretignius* adjecit,
anum Ducem proximè in *Foixium Comitatum*
turum eſſe. Eò ſe quoque properare. *Melleus*
tur, rei ſecretiſſimæ memor, iſtûc nuncios
ſe emitteret, ſuper iis, quæ intereà accidiſſent,
dituros. Negavit hoc *Melleus*, citiùs ſe qui-
n omnia facturum, quàm in codicillis horri-
e iſtud ſecretum committere velit, pollicitus.
hilo-minùs certum, & bonæ fidei nomina-
militem, nomine *Cadetum*, cui hoc tutò cre-
re auſit. Eo indice ſe deinceps uſurum eſſe.
uo autem *Melleus* ſine ſuſpicione, ac detrimen-
, aliquoties emiſſarium hunc expedire quitus
et, *Bretignio* equum ex pacto contradidit. Tan-
am ergò hic equus, abſente pecuniâ, eſſet em-
us, ac *Bretignio* permiſſus, uſque dùm ille pre-
tium è patria ſubmitteret, color quæſitus eſt. Sic emiſſarius iſte, codicillis ſuper equi pretio exigendo inſtructus, liberiùs hinc indè commeare, ac profutura ad ſecretum nunciare, poſſit. Hac ambulandi commoditate curſor ille toties uti cœpit. Non longè poſt *Condæus Princeps Vaunerti* civitatis obſidioni ſeſe accinxit. Hujus conatûs *Rohanus* interturbaturus nunciabatur. Id cognitum habens *Melleus* conſultò miſit prædictum curſorem ad *Bretignium*, indicaturum, nullius momenti rem eſſe, ſicubi *Rohanus Dux* vel tantillo negotio inpræſentiarum animum adiicere vellet. Obſcurum, abjectumque eſſe oppidulum; Nec ſic dignum, ubi *Rohanus* vires ſuas intendat. Ità rem nunc comparatam eſſe; ut, in poteſtatem ante redactâ civitate ampliſſimâ, mox *Condæus* fugâ ſit dilapſurus. Ut abſque labore oppidum recuperari queat. Omnes igitur nervos intenderent, operamque darent, quò *Mons Peſſulanus*, tanquam ſponſa optatiſſima, obtineri, inque genialem thorum deduci, ſuſtineat. Ad hos mellitos verborum globulos *Rohanus* aures, animoſque, arripere cœpit. Dimiſſis ergò ad confœderatos, amicoſque, codicillis, profectionem indixit, nempè parati omnes eſſent; ut quovis tempore, ter ingredi inſtructis fas eſſet. Interim ſecretum illud, quod intus fovebat, omni induſtria tegere didicerat. Sic tandem poſt medium *Ianuarium* ſeptem peditum millia, quadringentoſque equites, duobus machinarum bellicarum paribus, itemque ſcalis, atque id genus arietibus, inſtructos, eduxit.

His cum copiis bono manè promovit, tanquam *Corconnam* oppidum intercipere foret animus. Hac ſimulatione totum illum fregit diem. Tandem, ſub veſpertinum crepuſculum, rectà *Mompelium* verſus direxit. Quæ civitas ſedecim paſſuum millibus inde diſtat. Ut in pontem apud *Salazonam* produxit, ecce, illic emiſſarium ſuprà dictum, unàque centurionem, obvios habuit, paulò antè ad *Melleum* dimiſſos. Eos *Melleus* per quatriduum ſub ſecreto attinuerat, oculis omnia rectiſſimè conſiderarent. *Rohanus* igitur in centurionem intuens, Ecquid, inquit, eſt?

Et quid de arce *Mompelii* ſperandum nobis venit? Cui ille: Optimè, reddit, res ſeſe habet, ô *Dux*! Neque eſt, ut de *Mellei* fide quicquam dubites. Ecce! enim per tot dies ſecretò nos attinuit, idemque per cuniculos dimiſit.

His auditis *Rohanus* tribunos, proceresſque expeditionis ſuæ indicto concilio, ilicet, coëgit. Ubi cum omnes ordine conveniſſent, deprecari cœpit, ne ferrent indignè, eò uſque ſe ſecretum conſilium ſuper arce *Mompelienſi* intercipienda, clàm habuiſſe. Non ignorare enim eos, tanquam rei militaris peritos, conſilia id genus ſecreta, atque ardua, tempore belli, potiſſimùm & religioſè reticenda venire. Hactenùs luſum fuiſſe, qualiacunque, ſuper adventu *Anglorum*, & obſidione *Corconnæ* civitatis, ſubintuliſſet. Aliam in foribus, & veram, ut ajunt, proſtare, *Danaën*, nimirum *Arcem Mompelienſem* ſeſe in oculis gerere; quam utique vellet in poteſtatetem redigere. Eâ autem obtentâ facilem eſſe viam, quâ ſimulatque civitate potiri liceat. Illam ſub

inſtanti nocte ſe ſibi promittere felicitatem, quantam nunquam antè ſperare fuiſſet auſus. Ut omnes familiares, ac ſocios, ad invidendas, dignitates deducere cogitet. His cum dictis digito monſtravit centurionem, & gregarium, qui ambo, rem eſſe effectu facilem, & certam, perhirent. Cæterùm, omnibus tribunis, militumque præfectis hæc cùm *Ducis* oratio arridere cœpiſſet, ſolus reſtitit *Gondinus* quidam. Hic cùm nomen *Mellei* tribuni inaudiſſet, tanquam proditionem agitantis, exclamavit, vix ſibi videri veriſimile tantum crimen eum in hominem cadere poſſe. Addiditque, jam à viginti annis illius animum, actioneſque ſibi eſſe cognitiſſimas, talemque eſſe, qui ſi ſemel fortalitium tueri cœpiſſet, non niſi ignibus, cædibuſque, expelli queat. Tantùm abeſſe, ut ipſe locum prodere conſueviſſet. Sed & centurio, & *Cadetus* gregarius, juratò confirmabant, de *Mellei* fide dubitandum eſſe nequicquam. Illius enim ergà *Rohanum* inclinationem eſſe tantam, ut *Arcem* abſque dubio traditurus foret. Sed ſtudio *Melleus*, quid intùs meditaretur, occultabat. Ut ſi fortè *Cadetum* quæſtionibus ſubiici contingeret, hic novum illud ſecretum, quo *Rohanus* erat decipiendus, prodere ne poſſet quidem. Tametſi ergò omnes in *Cadeti* actiones, ac verba, curioſè intuerentur, nihilominùs nihil ſimulati, fictique, colligere fuit opportunum. Qui cùm ſentiret, fidem ſibi vix integram à nonnullis haberi, religioſiſſimis verbis conteſtari porrò cœpit. Eum non eſſe *Melleum*, dominum ſuum, ſe ut in crucem & manifeſtum mittat præcipitium. Niſi res ità verè comparata ſit, ſe pœnam ſibi ipſi dicturum, atque ilicet è patibulo ſuſpendendum longam, ut ajunt, litteram facturum eſſe.

Hic ubi ſermo credulum *Rohani* animum denuò inflammâſſet, decrevit, adoratis antè ſyderibus, inſtitutum exequi. Dùm igitur ab urbe quingentis abeſt paſſibus, legionibus ſupplicationes, preceſque, indixit, mox copias ſecundùm ordines diſpoſuit.

Fremebant rei cupiditate proceres. Ut quiſque primos ordines ducere peroptaret. Itaque primipilare agmen in *Bretignium* incidit. Hic cencataphractos primo loco, alioſque, ſimiliter armatos, *Aubaiſus Baro* ſuperinducebat. Iſtos alia paludatorum centuria excipiebat, integro mox inſequente exercitu. Hac lege ad civitatem propè ventum eſt. Intrà quàm ſummum erat ſilentium; Ut nonnulli ad *Rohanum* dicerent, rem eſſe ſuſpicionis plenam, viderique inter præſidiarios ità, re detecta, conveniſſe.

Non enim fieri poſſe, ut veterani, & triarii, qui quidem civitatem tuebantur, tàm ignavi, & ſomnolenti, eſſe ſoleant, quò minùs in excubiis, & pervigilio, conſtituti, legionum propè moventium murmur ac ſtrepitus exaudirent.

Tametſi enim canes, ut de noctu fit, omnia implerent latratibus, nemò tamen, inter excubitores, ſive ſtatores, vel vulgare illud ingerebat: *Quis eſt*, *quis adeſt*? Sed tanta erat *Rohani* credulitas, ac confidentia, ut id, quod optabat, unicè, ſicut fieri amat, & facilimè animis complecteretur. Itaque, voti prodigus: quicquid og-

gererent tribuni, hæc in verba illis reſpondit
nialia: Tàm propè, inquit, cùm ſponſam co
gerimus, minimè nos decet abſque oſculi c
gnitione pedem referre. Audendum illis eſſe, ſi
nubere vellent. Rem vacare, periculo.

Intereà *Foſſeus Marchio*, in novos illos hoſ
tes intentus, jam de eo deliberârat, quibus g
tulationibus adventantes dignè exciperet.
ſexcentos veteranorum, ex urbe in arcem ad
verat, aliumque numerum intrà gerras, & n
rorum ſepimenta, occultârat, funiculis acc
ſis de induſtria ſuppreſſis, ut, quàm primùm
poſceret, eorum eſſet uſus. Metator caſtror
id habebat in mandatis, ut portam, per qu
hoſtis foret irrupturus, obſervaret. Tùm, c
ex uſu foret, catarractas, ſive cancellatas por
rum fores, ſuperinjecturus. Pari lege ex a
machinæ bellicæ, cathenis, claviſque ferr
oneratæ, eò directæ erant, quà copiæ mo
bant. Tota inſuper urbs ità quidem diſp
tis militum ordinibus omni ſtudio accurra
tur, ut nulla vis ex *Arce* perrumpere ſuffi
ret.

Directis ità, & diſpoſitis intùs omnibus *B*
tignius, primi agminis ductor, ſuper pontem ſ
licium, aſſumptis quinquagintà cataphra
illis, ingrediebatur. Qui, cùm portam *A*
inveniret apertam, penetravit intrò. Idem
liqui quinquagintà imitabantur, jam pontem
nentes.

Interim, metator caſtrorum, qui portam o
ſervabat patentem, confuſus hoſtium adve
tantium multitudine, vereri cœpit, ſi fortè m
gnum numerum immitteret, diutiuſque con
veret, facilè uſuvenire poſſe, ipſe portæ de
ceps cuſtodiam regere minùs ut poſſet. Quâ ſ
licitudine præventus, inciſis funiculis catar
ctas dimiſit. Undè, quicunque jam tùm po
tem attigiſſent, aquis ſubmerſi perierunt. H
cùm feſtinabundus ille opus præcipitâſſet, le
gè inferior hoſtium numerus eſt interceptus, a
que *Foſſeus* gubernator animis præcogitâſſet. Tù
igitur tormentis, ſclopetiſque, ex *Arce* res a
cœpit. Sed vix centum ex omni hoſtium num
ro ceciderunt. Ut tamen triginti ſeptem of
ciales deſiderarentur, tredecim equeſtris or
nis è vinculis cauſſam dicere juſſis. *Foſſeus* c
culum poſuerat, ad minùs duò millium paria
cæſurum, unàque *Rohanum* in poteſtatem re
cturum. Sed fefellit eventus. Qui plerumq
etiam excogitatiſſima fraudare conſuevit con
lia. *Rohanus* enim, ſimulátque intellexit ſibi
Melleo verba data eſſe, illicò receptui canere, c
ſoſque carris imponere, juſſit. Qua exſpect
tione dejectus damnare cœpit credulitatem ſua
Sic reductis *Moginalam* copiis, biduum curand
dedit corporibus. Mox exercitum, extra pauc
cohortes, dimiſit, ipſe cum neceſſariis *Nemauſ*
ſeſe recipiens.

IV.

Caletum, Galliæ fortalitium, laborat prod tione.

SEcundùm hæc, *Rohano Duce* arma ad temp
ſuſpendente, *Condaus Princeps* intereà *Reform*

toru

regiones depopulatus, diverſa intercepit,
gnavitque oppida. Sed cùm *Africam*, ci-
em ſic dictam, expugnaturus eſſet, de-
per tormenta muris jam impreſſionem ſu-
urus erat. Sed *Rohanus* clàm immiſerat ma-
, duodecim centuriis conſtantem. Hi,
aſſultus tentantur, locis idoneis prorum-
es, *Condæum* in fugam conjecerunt, dire-
aſtris, cæſiſque octingentis. E quibus vi-
quinque tribuni ceciderunt, impedimentis,
ſque, in obſeſſorum poteſtatem venienti-

æterùm, dùm *Mompelium* excuſſiſſet paulò an-
oditionem, mox eadem labes *Caletum* mari-
m illud, ac limitaneum, in *Galliis* fortalitium,
avit. Autor hujus proditionis fuit *Parcus* qui-
nomine, centurionis claſſiarii filius. Hic va-
agitiis deditus, ingenuæ, inter cætera, puellæ
ecta ſtuprum intulerat.
a de re ad tempus extorrem, atque apud *Ba-*
exulem, egerat. Ubi in patriam rediiſſet,
ntes à *Caleti Gubernatore* precibus obtinue-
, tantiſper intrà arcem, more captivi, reci-
tur, ſic tamen, ut intrà fortalitium liberè
ulare poſſit, quoùſque cùm adverſa parte illi
veniſſet..
ed nullis blandimentis humanæ mentis pra-
, facilè expugnatur. Iſte igitur naturâ, at-
ingenio, corruptus, malis artibus nondùm
cium remiſerat. Itaque, cùm notâſſet ſi-
propugnaculum quoddam collabi cœpiſſe,
inùs proditionis fœdo ſceleri applicuit ani-
, *Anglicanos* eâ parte ut immittere quitus
Eo nomine ad fratrem, *Batavis* militan-
, direxit codicillos. Nempè hic inferioris
nis ductorem, hominem ſui amantiſſimum,
noneret, veniret ille, & amicum tanquam
à cuſtodiam detentum, interviſeret. Quid
Venit ſimilis ad ſimilem. Qui cùm prodi-
is ſecretum percepiſſet, operas ilicet conjun-
ità, ut ambo aggeris, ſive propugnaculi,
altitudinem, quàm latitudinem, emetiren-
Hoc facto, *Parcus* ſocium in *Angliam* ire
t, proditionem, traditionemque, *Arcis* ſic of-
ntem.
aulò poſt accidit, ut *Fruceus* quidam, è *Mo-*
o nuper ordinis *Franciſcanorum*, quos *Capuci-*
vocant, miles factus, eadem arcis ſub cuſto-
attineretur. Cujus mores, animumque cu-
urbatum, ubi *Parcus* è vultu notâſſet, judi-
t opportunum ſibi offerri hominem, quo
horribile ſecretum communicare ſatageret.
mora, rem omnem aperuit. *Fruceus*, tam-
præ ſe ferret, non diſplicere conſilium, ni-
- minùs altiùs hanc rem ad animum admi-
Antequàm igitur quicquam ſtatueret, de-
vit agnati ſui, apud *Flandros* viventis, conſi-
litteris expiſcari. Sed ecce! tàm imma-
abfuit, hic ut proditionis crimen ſuaderet, ut
lum, peſte pejus, nec minori cum pœna, quàm
perio, conjunctum, omninò diſuaderet, at-
expectoraret. Inter hæc, apud *Pariſios Re-*
matre ſignificatur, *Anglos* monſtri quiddam,
que novas per mare, agitare. Undè in men-
venit, dubio procul *Caletum* peti. Hanc ob

rem *Elbeuſio Duci* in mandatis dedit, iret, & de *Ca-leto* videret. Qui cùm *XIV. Calend. Sextil.* eò perveniſſet, ecce! *Fruceus Valencio Baroni* proditionem detegit, diemque, proximè inſtantem, nominat, quâ crudele, atque infame, iſtud ſecretum effici debeat. *Valencius*, actis ſuper re tanti momenti *Fruceo* gratiis, promiſit hoc ob officium largam à *Rege* remunerationem. Interim, quòd unicus eſſet numero teſtis, dubitabat, an *Parcum* tàm atrocis criminis reum peragere ſufficeret. Huic reddidit *Fruceus*. Jam tùm excogitatas ſibi eſſe rationes, quibus *Parcum*, pluribus ſuperinductis teſtibus, convinceret. Quo inſtituto duos grabatum ſubire juſſit, circa veſperam.

Parcum verò exoravit, dormiret eâ nocte ſecum. Sic enim fore, ut ſub ſilentio noctis concubiæ ſecreti illius ſui rationes exactiùs inire queant. Non diſplicuit hoc *Parco*. Dùm igitur ambo lecto eodem jacent compoſiti, ecce! rem omnem ob ovo, ut ajunt, retexerunt, quâque viâ *ad mala*, id eſt, finem, perveniri poſſit, excutiunt. Ibi *Parcus*, Equidem, inquit, craſtinâ die virum ex *Anglia* exſpecto, trecentos numero milites adducturum. Et hi *Arcem* vetuſti operis, maléque munitam, intercipient. Iſtos excipient tria hominum millia. Qui per collapſam propugnaculi partem hanc, meâ operâ, in *Arcem* enitentur. Hæc, atque id genus alia, cùm illi, qui ſubtùs grabatum latebant, auribus hauſiſſent, mox ad *Valencium* detulerunt. Qui ſine mora *Elbeuſio Duci* rem omnem aperuit. Sic *Parcus* in vincula conjectus eſt. Qui licet pridie omnia conſtantiſſimè pernegâſſet, poſtridie tamen, mente mutatâ, proditionis fœdæ infamiam publicavit: Sic tamen, ut complicem indicaret neminem. Miſſus igitur ad *Iudices*, *XII. Calend. Septembr.* funeſtam in caput tulit ſententiam. Nimirùm, præmiſsâ ſolenni deprecatione, induſio albo, tanquam amiculo, involutus, facem ardentem dexterâ prætendens, rotâ per carnificem uſque ad necem contunderetur, cadavere in rotam circumplicito. Nec mora, ſicut damnatus erat, in rotam agi cœpit. Cervice in portam ſuffixâ, quâ ad portum maritimum iter eſt. Hanc proditor mercedem retulit. Sed, prout unius haud rarò viri ob peſſimi vitium univerſa periclitatur civitas, conſimiliter, ob tàm infamem filii corruptiſſimi audaciam, parentes ambo, fraterque, in triſte, & perpetuum, ejecti ſunt exilium.

CAP. IV.

De comitiis per Sileſiam, Moraviamque, indictis.

I.

Comitia apud Sileſios aperiuntur.

NOndùm omnis per *Bohemiam* deferbuerat rebellandi ardor. Sed hæc peſtis uſque adeò, inſtar æruginis, plurimorum mentes occupaverat, ut diverſis ſub vicibus recrudeſceret, nec ſemel, ſimulque, abradi, delerique, poſſet. Itaque, ſub juriſdictione *Tertskii Baronis*, novus coibat ruſticorum tumultuantium globus; Ut neque *Cæſaris* legatorum autoritatem, ac præſentiam, neque proprii domini imperium, agnoſcerent, aut tantivis facerent. Remediis igitur mitioribus ubi lymphatæ mentes ad ſanitatem perduci nequirent, more chyrurgico, tandem ad ferrum, & novaculas, deveniendum fuit. Armis igitur, & legionibus armatis, res agi cœpit. Quibus in lymphaticos immiſſis quingenti tumultuantium ilicet perierunt, cæteris *Pragam* in compedes, & vincula, remiſſis. Ea igitur, more antiquo gentilium, pœna in iſtos locum habuit, ut, tanquam ſervi improbi, pars naribus mutilarentur, pars frontes, & dorſum, ſtigmatibus inſcriberentur. His velut extremis, *Hippocratis* ex præcepto, remediis extremus iſte morbus, ac furor, repreſſus eſt.

Inter hæc, per *Sileſios* comitia aperiri *Cæſar* juſſerat. Ubi legati à *Principibus*, *Ordinibuſque*, ſequentia poſtulârunt. Nempè, ſexagiitâ, *Ferdinandicorum* millia, pro fortalitiis *Vngariæ* limitaneis, totidemque in expenſas militares, erogarentur. Porrò quadragintà quatuor *Ferdinandicorum* millia pro *Barone à Donavv*, ſexagintà verò ejuſdem monetæ millia pro *Carolo Lichtenſteinio*, penderentur. Pariter, pro exautoratione militis *Donavici*, centum, & quinquagintà *Ferdinandicorum* millia conferrentur. Sic ut quoque quadragintà quinque florenorum millia pro *Polonorum*, quos *Coſaggos* nominant, miſſione, præpararentur.

Illa *Cæſaris* legatorum poſtulatio, apud *Principes*, *Ordineſque*, *Sileſiæ*, eum habuit locum, ut ſexcenta *Ferdinandicorum* millia ſummatim promitterent, à *Cæſare*, ex animi ſententia, in uſus quoſcunque neceſſarios adhibenda. Interim cautum eſt, eas pecunias, paulò antè prænumeratas, hac de ſumma deducendas eſſe.

Reſiduum ergò, certis ſub temporis indicti limitibus, numeraretur. Ità tamen ut nullus *Ordinum* plus juſtò gravandus eſſet. Ille verò, qui negligenter has partes obiret, ſuperiorum ſeveritate officii admoneretur. Interim, pro nuptiali munere, *Vngariæ Regi* offerrentur quinquaginta *Ferdinandicorum* non minùs millia.

II.

Secunda apud Sileſios reiterantur comitia.

HÆc cùm *Majo* menſe à *Principibus Ordinibuſque*, promitterentur, ſub exodium *Novembris* ejuſdem anni, comitia denuò celebrari, i
terarique, cœperunt. Quo tempore cùm ap
reret unum, atque alterum ſolutionis ſtip
latæ terminum, abſque effectu, effluxiſſe,
ſaris nomine, legati urgere perrexerunt, d
ceps rectior promiſſorum haberetur ratio. P
cipes, *Ordineſque*, diſſimulare nequeuntes,
gnam debiti partem minùs impletam eſſe, in
ces deſcenderunt, cauſſati, voluntatem, a
plures prævalere facultatibus. Ita enim exh
ſtas eſſe provincias, ut hæc mora non ex ne
gentia, ſed rerum neceſſariarum indigentia,
ſcatur. Nihilo-minùs ſic quidem de nov
nimis conſpiratum eſt, ut nihil ad ſummam
cunias conflandi, debitumque perſolvendi,
dulitatem reliqui eſſent facturi. Qua de r
cos, qui diem de die, tanquam funiculum, du
rent, rigor militaris decretus fuit. Sic tam
ut pro ratione temporis, atque allegatæ pe
riæ, etiamnunc parceretur; Summaque
cuniaria, ſemel deponenda, in partes divideret
quo ſic, tanquam compendiariâ viâ, ſucceſſivi
cibus debitum illud diſpungere liceret.

Super ſumma, *Baroni de Donavv* debita, ſic *P*
cipibus, *Ordinibuſque*, convênit, ut pretia,
ſuſque cereviſiarii, amplificarentur, uſque d
illi ſatisfactum eſſet. Hæc tamen auctio, poſ
ris alieni compenſationem, datâ operâ abro
retur.

III.

Perduellium intrà Sileſiam bona confiſc tur.

HÆc, atque id genus plura, ubi eſſent *Pr*
cipum, *Ordinumque*, *Sileſiæ*, ſub comitiis
creta, paulò poſt *Cæſar* in *Oppelii*, & *Rattibo*
Ducatus, legatos dimiſit, qui quidem indige
hactenùs fœdo rebellionis crimine notatos,
contrà *Cæſarem*, *Regem* utique, & dominu
ſuum, vultus elevantes, tantùm non crimi
læſæ *Maieſtatis* reos, ſed communis patriæ, pa
que, hoſtes, pro more ſolenniter, & peremp
riè, citarent; Eoſdemque ſive comparentes,
ve non comparentes, damnarent, damna
rumque bona confiſcarent. Sic tamen, ut c
ditoribus legitimis, debitoque modo prætens
nes ſuas docentibus, antè ſatisfiat. Si qui d
malo agere, fictiſque, ac ſimulatis, fortè cont
ctibus experiri, animadvertantur, iſti pœnis, ſe
ra lege irrogandis, cervices haud quidem ſub
cerent.

IV.

Eadem comitia per Bohemiam, Moraviamq celebrantur.

AT non hæc cenſio ſolos tùm tetigit *Sile*
Immò, paribus apud *Pragam* indictis co
tiis provincialibus, *Cæſar* per legatos à *Bohe*
Ordinibus poſtulare juſſit. Nimirùm, inter cæ
ra, regni creditoribus ſatisfieret, ſimulátque
pignoratæ civitates regiæ exonerarentur: P

ſic

intrà *Bohemiam* ſtipendia numerarentur. I-
ue ; in reparationem tàm baſilicæ *Pragen-*
licæ ; quàm viridarii ; cenſus conferren-
Fortalitiis *Vngariæ* limitaneis ſuccurrere-
In aulam *Cæſaris* , itemque *Legatos* , pere-
ittendos , unà cum honorariis, erogaren-
ùmptus. Pro nuptiis regiis extraordinem
ntaria penderetur donatio. Pro metalli-
is, earumque, ut & *Glazæ* fortalitii, reædifi-
ne, auxilia decernerentur. Immò, pro claſſi
Albim aperienda, pro conſervatione *collegii ap-*
torii , ut vocant, itemque pro finium regni
us, ſingula præberentur adminicula. Atq; illi
Bohemiam tùmquidem cenſus conflati ſunt.
m ad *Moraviam* iter eſt. Ubi , quæ *Cæſaris*,
bus ſub comitiis , fuerint poſtulata , ſubſe-
ur. Itaque, pro exercituum donativis , pro
orum ad *Turcam* expeditionibus, atque hono-
s , proque *Oratoris Ottomannici* aulâ , volun-
deſignarent præſidia , *Ordines* requiſiti ſunt.
cenſibus cereviſiariis penderent trigintà *Fer-*
ndicorum millia. Pro *Neohuſaliæ* fortalitii repa-
one impenderent *Ferdinandicorum* millia quin-
gintà. Pro annonâ, in fortalitia *Vngariæ* limita-
, conferendâ, unuſquiſque ſubditorum, ſive pa-
nfamiliâs, modium frumenti elargiretur. Pro
tiis regiis, ex lege veteri, uſitata daretur dona-
Par donatio pro *Regis* coronatione uſuveniret.
Ad hæc , aliaque pauca , ejuſce commatis, po-
ata, ſic quidem demiſsè , atque officioſè, de-
um eſt à *Moraviæ Ordinibus*. Scilicet , unuſ-
ſque tàm *Chriſtianus* , quàm *Iudæus* , *Moraviæ*
ola , & paterfamiliâs , hoc anno penderet
enos numero ſex , tribus ſtatis vicibus per-
endos. Unàque modium frumenti , circà
dium *Octobris*, conferret quilibet.
Regi, pro coronationis, & homagii , cenſu, of-
entur ſeptendecim mille, & quingenti , flo-
i. Pro nuptiis verò regiis cederent floreno-
n millia decem. *Imperatrici* numerarentur flo-
orum millia ter quinque. *Eggenbergio Princi-*
orenorum millia bis quatuor. Denique, pro
tenta privilegiorum confirmatione , *Guiliel-*
Slavatæ, *Comiti*, *Cancellario* ſupremo, darentur
reni quater mille, *Vicecancellario* floreni bis mil-
Cæteros inter *Secretarios* diviſo florenorum mil-
ario. Huc uſque de provincialibus illis comitiis.

Externa.

De rebus Hiſpano-Batavis.

I.

tavi, victricia Cæſaris arma ſuſpecta haben-
tes, copias undecunq; augent.

Victrices hoc tempore *Cæſaris Aquilæ* tàm latè alas expanſas oſtentabant ; ut etiam maritimis ſinubus imperia minarentur , continente , quà quà patet *Germania* , ſub leges jam tùm vocatâ. Quòd igitur legiones etiam *Friſiam* , *Batavis* finitimam, popularentur , paſſimque trophæis erectis tripudiarent ; ſubvereri cœperunt haud perfunctoriè *Batavi* , ne ſucceſſivè hic ordo ſe quoque tangeret. Ea de re , neceſſariæ defenſionis media parantes , modò non cohortes, legioneſque , auxerunt præſentes , ſed etiam novas copias , accitis hinc indè tribunis , ac chiliarchis, conſcripſerunt.

Quo inſtituto *Gentius* tribunus , *Batavis* ſumptus ſubminiſtrantibus , è decem pedeſtrium , & duobus equeſtrium , millibus , exercitum novum ſtipendiis obligavit. Ut ſic, quomodocunque caderet eventus , hoſtibus reſpondere quiti eſſent.

Neque ſegnius per ſinus, ac mare, delectus, fecerunt. Ut centuriones maritimos novas in juramenti leges adigerent. Nempè ad mortem uſque pugnarent. Et , niſi vincere poſſint, pyrio pulvere ſuccenſo naves diſperderent. Illi, qui *Dynkirchenſes*, omne pelagus infeſtantes, prætervеherentur , non ſolis , paucíſque ingrederentur navibus ; ſed ſub numero excurrerent ; quò inſultus eorum eludere ſuſtineant. Vix enim tres elapſi erant menſes, ex quo ultrà viginti navium *Batavarum* paria intercepiſſent. Has in maritimas expeditiones quatuor mille naviculatores conſcripti inſuper. Sub interdicto, ne quis ſive è militaris, ſive nautici, ordinis hominibus foris ſtipendia faxit , niſi pœnas incurrere cupiat. Tùm quoq; *Societas Indica occidentalis* eam, & quidem tantam , inſtruxerat claſſem , quanta ab hominum memoria apud *Batavos* haud fuerat cognita.

II.

Carolus de Columna , apud Belgium Hiſpanicum , in partes Ambroſ. Spinolæ ſuccedit.

Sic dùm rerum ſuarum ſatagunt *Batavi* , nihilo - lentiùs *Hiſpani* agere notati ſunt. Ut hî quoque in armis præparandis terrâ , marique, fremerent. *Ambroſii Spinolæ* , in *Hiſpanias* tranſeuntis , in partes ſucceſſerat *Carolus de Columna*. Ità ut *Henrico* , *Comiti Montano* , fines apud *Rhenum* cederent.

Etiam hi ambo , pro armis , tàm offenſivè, quàm defenſivè, ſuſcipiendis, totos ſeſe impenderu nt. Ut, præeuntibus militum delectibus, provincias quaslibet ſedulò , datâque operâ, confirmarent.

Laborabatur hoc tempore tàm *Hiſpanis*, quàm *Batavis* , pro novis deducendis , ad urbium præcipuarum defenſionem ſpectantibus, alveis. *Batavi* quidem, *Bergizomio* metuentes , ex *Steinbergâ* trajectum *Bergizomium* uſque molientes perfodiebant. *Hiſpani* verò , ne hoſtes per continentem uſque ad *Antverpiam* populari , atque exactionibus rem agere, poſſent, *Scaldin* fluvium cum *Demera* per anaſtomoſin ceu quandam conjungere enitebantur. Ità utraq; pars utrinq; conatibus obſtare, quantis potuit viribus, non neglexit.

III.

Petrus Heynius, claſſis Indicæ Occidentalis præfectus, devictis Hiſpanis ingentem auri vim extorquet.

DE *Societatis occidentalis Indicæ* claſſe inſtructiſſima illa modò præmiſimus. Huic navarchus contigerat *Petrus Heynius*. Qui ſub *Majo* menſe eduxit. Ubi ergò per altum provectus eſſet, in tria *Dynkirchenſium* navium paria non multò poſt incidit. Quæ, poſt acrem, ac diutinam, pugnam *Caletum* dilapſæ ſunt, unâ in *Batavorum* manus redactâ. Ex hac bono numero tàm cæſi, quàm viventes, negatâ vitæ veniâ, in ſalum præcipites dati. His auſpiciis velut præliminaribus erecti, ſuper ſucceſſu hujus expeditionis, benè ſperare cœperunt. Nec defuit auſis fortuna.

Mox, enim in *portum de Coronia* delati, triremes, naveſque, *Hiſpanicas* pleraſque, tàm expugnârunt, quàm incendiis corruperunt, non ſine præda. Eâdem felicitate ubi in *portu Caditano* uſi eſſent, rectà in *Indias occidentales* curſum direxerunt. Sic apud *Cubam Inſulam*, non procul ab *Havana* fortalitio, appellentes, *VI. Id. Septembr.* duodecim naves *Hiſpanicas*, argentarias dictas, (argentum nempè ex *Hiſpania Nova* afferentes) notârunt ſibi. In has igitur facto impetu, novem numero interceperunt. Mox ſuper alias octo, ſive triremes, ſive naves, argento plenas, eminùs oculos conjecerunt. Quas curriculo inſequentes difficulter obtinuerunt, ut pars dilaberentur, pars in poteſtatem venirent. Itaque nihil operæ *Batavis* omiſſum eſt, quouſque cœteras fugitivas aſſequerentur. Quas, ſub *portu Matancano* poſtmodùm concluſas, abſque magnis laboribus ſubegerunt. Tanta autem vis argenti, unà cum numero mercium pretioſiſſimarum, ex hac navali victoria tùm ad *Batavos* rediit, ut ſumma omnium ſeptendecim circiter milliones conficeret. Ille verò *Petrus* [illegible]*nius*, hac è præda thalaſſica ingenti, tan[illegible] retulit nomen, ac famam, ut unà per *Belgium* [illegible] fabula, immò vicinarum quoq; regionum inc[illegible] ad ſui ſpectaculum evocaret.

Hæc res ubi *Batavos* ſummâ afficeret læti[illegible] *Hiſpanos* ex adverſo, ut fieri amat, haud pa[illegible] conturbavit. Nam ea tùm erat *Iberici* mi[illegible] impotentia, ut, cùm, interceptâ claſſe argenta[illegible] paulò ſegnius numerarentur ſtipendia, res ſpe[illegible] ret ad ſeditionem.

Nemo enim promiſſæ, debitæque, pecu[illegible] moras militibus fert gravius. Hinc murmu[illegible] bellantium intellectum. Hinc ſchidia, de[illegible] ctu per civitates ſparſa, præferebant hæc [illegible] ba: *Nummos, nummos, nummos, num*[illegible] volumus, aut vi injecta extorquemus. Sine *N*[illegible] *mis, nummis, nummis*, nemo bonus miles erit, [illegible] mo caſtris ſeſe tenebit, nemo in hoſtes [illegible] Nec vanus hic, aut infrà fiduciam, ſtetit [illegible] mor. Ut jam tùm in agricolas ſæviretur, n[illegible] mique mercatus frequentantibus extorque[illegible] tur. Pari licentiâ cohortes fremuerunt [illegible] græ. Ut, dùm ſtipendia, *Bredanis* præſi[illegible] riis debita, ſub cuſtodia ſua deducunt, in[illegible] nere, mentibus in furorem verſis, loculos [illegible] vaderent, diriperentque. Autoribus ad *Batavos* [illegible] tus facientibus.

Hanc rabiem maleferiatorum ad animum [illegible] mittens *Belgii Gubernatrix*, ne lues, & contag[illegible] ulterius ſerperet, ſapienter providit. Cenſu [illegible] tur ad tempus ſubditis indicto, *Iovem* illum (q[illegible] ſi quis in arca clauſum tenet, juxtà *Petronium* [illegible] mnia tenet) facilè paravit, quâ diſſident[illegible] animos, avaritiæ rubigine infectos, pl[illegible] ret. Uſque dùm alius ex *Hiſpaniis* ſive aureus ſive argenteus, imber ſuperveniret.

Io. Petri Lotichij

.ERVM GERMANICARVM

LIBER XXIV.

CAPVT I.

)e Fridlando denuò Straleſundam urgente. Et Guſtavo, Sueciæ Rege, in partes veniente.

I.

idlandus obſidionem Straleſundæ retentat.

RIDLANDO cauſſa irarum, ſævique dolores,
Exciderant animis nondùm. Altâ mente repoſtum
Guſtavi arbitrium ſedet, atque injuria facti,
Tùm rapti torquent intercepta urbis honores;

Liceat paucis hiſce immutare verſus *Maro* ios. Ubi ergò *Rex Daniæ* denuò è *VVolgaſto*, tota- *Pomerania*, à *Cæſareanis* eſſet ejectus, *Fridlandus*, is, ac ſimultate, plenus, nec minùs potentia, at- ambitione, ferociens, iras recollegit, totáſque oris præconcepti habenas denuò in *Straleſun- ſes*, imperia detrectantes, coeffundere cœpit. oc ſive tumore mentis, ſive fiduciâ, iteratò per ntinentem civitati maritimæ caſtra ſuperindu- e, loricíſque, & munimentis, recèns excitatis, re- ctarios concludere, juſſit. An ſic tandem relu- antes in ordinem redigere, huncque maris por- n externis illis *Regibus*, tanquam *Penelopes* procis, torquere, quitus eſſet. Sed ſecùs, atque, contrà ſpectationem, è transverſo accidit. Ut modò n urbe potiretur, minùs, ſed *Guſtavum*, bellico- m illum *Sueciæ Regem*, hactenùs *Polonicis* bellis, nquam cote, virtutem acuentem, novum *Rom.* perio hoſtem evocaret.

Tametſi enim, interpoſitionibus *Civitatum ma- timarum confœderatarum*, res eò quidem deveniſ- t, ut partium conciliatio non longè videretur eſſe: nihilo-minùs tamen, cùm urbani externa æſidia dimittere ſic quidem nollent, ac fortè ne uidem poſſent, factum eſt, ut, inſtar aquæ, omnis æc recèns ſuſcepta effluxerit tractatio. Jam tùm enim *Straleſundani*, auxiliis *Suecicis* defenſi, gratitudinem debebant *Regi*. Ut fortunâ rursùs, graviúſq;, tonante, nihil dubitarent ſeſe totos virtuti *Guſtavi* credere, ac permittere. Tàm gratum hoc *Regi* fuit urbanorum officium, quàm nuptias ajunt obtingere juvenibus. Ut modò non *Civitatem* lubens in protectionem admitteret, ſed & ſpecialibus, atque operoſis, augeret privilegiis, ſed & ſumptus, in defenſionem nuper collatos, remitteret, ſed confirmandæ deinceps urbi tàm auxilia militaria, quàm ligna, materiamque, ampliſſimis manibus offerret. Sic præſidiarii *Danici*, bona cum pace, & venia, exautorati, in verba *Suecorum* jurârunt.

Hunc colorem dùm profuturum plerique augurabantur. Ut, dùm *Rex Sueciæ Rom. Imperii* hoſtis nondùm foret declaratus, *Fridlandus* non haberet, undè civitatem, & per hujus latus *Regem* ipſum, adoriretur, atque infeſtaret. Illum, inquam, *Fridlandum*, tùm, pro more, ferunt exclamâſſe: Malle ſe quidem cum *Daniæ Rege*, tanquam hoſte, eodemque *Imperii Principe*, Marte experiri, quàm ſimulatum intrà mœnia cognoſcere, tepidumque, amicum. Iret *Rex Sueciæ*, & ſuas res ageret. Abſque eo fore, ut nihilo-minùs *Rom. Imperio* pax reſtitui poſſit.

Urbani igitur, novis auxiliis, regiiſque armis, freti, in ulteriorem civitatis, communitionem toti incubuerunt. Itâ, ut circà munimenta bis mille operarii quotidie defatigarentur. Eâdem ſedulitate *Dänholmum* inſulam confirmarunt. Ut ſic, ſine impedimentis, mari-tenùs per *Sueciam, Daniam, Lübeccam, Hammaburgium*, aliaque loca, commercia ſua exercerent liberrimè. Nec defuêre è civibus, qui, unà cum præſidiariis, in *Cæſareanos* frequentiùs excurrerent, modò ſpolia, ut fit, modò vulnera, & vibices, referentes.

* *
*

II.

Pomeraniæ Dux conciliationis media proponit. Cui reſpondet Axelius Oxenſtirnus, Cancellarius Suecicus.

AGebatur hæc fabula in *Pomeraniæ* theatro, magnis *Ducis* cum ingratiis, moleſtiisque. Qui ne, inter duos hoſtiles ferè exercitus, ocioſis oculis patriæ, provinciæque, ſuæ ſpectaret interitum, arbitri perſonam ſibi ſumpſit, ſtetitque inter utroſque. Sic primitùs apud *Fridlandum* per legatos inſtitit, an litem dirimere quitus eſſet. Mox, propoſitis mediis non contemnendis, deductionem exercitus *Cæſareani* inſtanter perſuadere tentavit. Quòd autem jam tùm obſidionis iteratæ cauſſas in *Suecos* rejiceret *Fridlandus*, etiam apud hos præſidii urbani miſſionem urgere non deſtitit. Sed ſurdis canebat fabulam. Sequentibus enim excepit *Oxenſtirnus Cancellarius* ille *Suecicus*: Fatum, inquit, tàm *Pomeraniæ Ducis*, quàm ſubditorum, ſe dolenti animo intueri. *Sueciæ Regem* non ſic quidem affectum eſſe, ut per auxilia, civitati ſuppeditata, bello *Germanico* accedere velit. Ut magis, ob proprium regni commodum, oculos ſuper portum illum maritimũ conjiciat. Tùm civitatem, intuitu vetuſtæ cum *Sueciæ Regibus* conventionis, mutuique commerciorum exercitii, in libertatem vindicare ſtudeat. Hoc nomine ſe miſſum eſſe, ut ſuper tranſactione *Straleſundana* pleniùs intelligat, definiatque. Interim, apparere, neque civitatis, neque finitimorum regnorum, mariſque *Balthici*, jura eſſe ſic quidem ſecura. *Ducem* ſuaviter in eo hallucinari, dùm arguat, *Regem* injuſtæ cauſſæ accedere. Niti igitur rem ſuſpectis clauſulis, quæ plus haberent in receſſu. Præſertim, cùm abſque *Regis*, cujus intereſſet plurimùm, conſenſu tranſactio uſuveniſſet. Illam eſſe *Regis* ſui induſtriam, illam eruditionem, ut ſtatum regni non ſuper hominis alicujus, tametſi potentiâ eminentis, verbis, codicilliſque, fundet. Ut magis realem ſatisfactionem, ac ſecuritatem, requirere didicerit. Hoc enim legem velle, ut armet contrà armantem, aut utrinque arma deponantur. Quodſi enim proximus tuus, tametſi amiciſſimus, arma parat, neceſſitatis lex jubet, ipſe arma ut capias. Quis enim adversùs arma codicillis pugnet? Nimis hoc utique periculoſum futurum eſt, ſi alter armis, alter chartis, cauſſam agat. Per fidem, ne quicquam litteræ adversùs claſſes prævalebunt. Inter hæc duo velut extrema, conſultius aliud non eſſe, niſi omnis è *Pomerania* ut exercitus deducatur. Tùm *Regem* paria illicò facturum. Ut vel eo momento præſidium urbanum evocandum ſit. Secùs ſi eveniat, neque hoc præſidium evocari poſſe. Ut numero inſuper augendum ſit. Uſque dùm vel univerſalis per *Rom. Imperium* reſtituatur pax. Vel ità peragatur tranſactio, ut tàm *Regi*, quàm civitati, non diſplicere queat. Vel denique, interveniente *Cæſaris* cognitione completoriâ, concurrentibus *Regis* unà quoque legatis, hæc cauſſa decidi integrè ſuſtineat. Non id *Regi* curæ eſſe, hanc ut *Rom. Imperio* eripiat civitatem. Ut magis *Imperio* aſſerere, inprimis jus portuum, abſque perturbatione, priſtinum con-

ſervare, commerciorumque libertatem
vehere, cupiat. Ità enim *PLVS VLTRA* illud i
ginarium, ac præconceptum, retundi oport
Denique ita eſſe. Nimirùm *Regem*, ad implora
nem urbanorum, decreviſſe auxilia, Maximè
contrà *Imperatoris* mentem, civitas urgeretur.
pacto *Cæſaris* amicum eſſe *Regem*, non hoſtem.
dus *Regem* inter, & *Straleſundenſes*, non eò colli
re, ut aliena, ex habendi cupiditate, intercipian
Sed ut *Civitas* defendatur, ſecuritaſque ſua
Balthico conſtet. Ut neque hunc locum medi
neque immediatè, *Rom. Imperio* ſubtrahere co
tutum ſit.

III.

Tenor tranſactionis inter Regem, & Stralef
denſes.

POſt præmiſſam illam *Cancellarii Suecici* de
rationem, age, ipſam, inter *Regem*. & *S.P.Q.S*
leſundanum pactam, tranſactionem inſpicere
lupe eſt. Tenor illius hic eſt:

Nos *Guſtavus Adolphus Rex, &c.* Præſenti di
mate notum, teſtatumq;, facimus omnibus, q
rum intereſt. Poſteaquàm, vigore poteſtati
hunc actum à nobis conceſſæ, legatus, & *Secr*
rius, idemque fidelis, & dilectus, noſter, *Phili*
Satlerus, cum *S.P.Q. Straleſundano*, dilectis noſ
IX. Cal. Quintil. hoc currente *Anno, M. DC. XX*
nobis volentibus, fœderis rationes iniverit, ill
que à nobis ordine confirmari petierit: Proi
fœderis illas, jam tùm icti, tabulas, clauſulaſ
hic de de verbo ad verbum reproducere, rata
habere, volumus. Ità autem ſequitur: Initiò, in
nos viginti, ordine ſeſe inſequentes, (ſi fortè
alterique, partium tunc hanc legem pati non
deat) inter nos, *Sueciæque* coronam, ab una, & C
tatem Straleſundenſem, ab alia, parte fœdus inco
ptum, legitimumque, pactum eſt. Et quiden
intentione, eo fine, ne quiſquam exindè offen
tur. Niſi fortè ratio belli jubeat aliud. Sed ut C
tas hæc *Straleſundenſis* defendatur, portuq; ſuo
maris *Balthici* ſecuritatem, itemque liberum co
merciorum uſum, deinceps gaudere queat.
lege pars utraque utriuſque commodis velific
ac ſtudere, ex adverſo damna propulſare, tene
tur. Sed neque eò militabit hoc præſens fœdus
vel *Civitas Straleſundana* devotionem, atque o
dientiam, *Cæſari*, *Romanoque Imperio*, debitam,
cutiat, vel fidem, ac ſubmiſſionem, *Pomeraniæ*
ci, obligatam, ejuret; Sed, ut jura, privilegiaq
priſtina, juriſdictionem, libertatemque, ac co
ſuetudinem, exerceat, ſalvo nihilo-minùs præſ
ti fœdere. Cujus intuitu tàm nos, quàm *Sueciæ*
rona, datâ operâ providebimus, quò civitas, adv
sùs hoſtes quoſcunque deinceps defendi queat
quod ſi amicæ compoſitionis lege obtineri
queat, armis obtineatur, neceſſe eſt. Hunc ad
nem, ſi bellum naſci accidat, nobis *Civitas* auxi
quantacunque poteſt, conferat. Neque ab hoc f
dere reſiliat, ſed, conſtanter adhærens, abſq; ſci
ac voluntate noſtra, cum hoſtibus neutiquam pa
ſcatur, ac tranſigat. Ne hæc amica juvandi noſ
voluntas nobis gravis, ac damnoſa, eveniat. Sic al
quibuſcunq; *Civitas* tenetur, fœdera huic præſ
ti, recentiq;, fœderi, neq; derogare, neq; in contr
riu

allegari, queat. Ut potiùs eò laborare, & eniti, at, an *cõfœderatas maritimas civitates* hòc ad chò- i adducere, nobiſq;, & coronæ *Sueciæ*, ꝑ maris ici, confirmatione, cõjungere, fas ſit. De præ- , à nobis, ſuppeditato, ità eſt. Ut hoc, abſq; no- ncômodo, *Civitas*, certis, & tolerabilibus, ſub ius; deinceps evulgandis, ſuſcipere intrò, atq; debeat. Si verò accidat, manum illam, hoſte nte, haud quidem ſufficere, ità, ut integras le- es, ac copias, ſuperinducere, neceſſe ſit, tùm ẽ *Senatus* teneatur tàm nobis, quàm copiis nò- annonam, ac neceſſaria, ſubminiſtrare. Hac ſub lege, præſenti pecuniâ ut ſatisfiat, *Civitaſq;* ne egere cogatur. Eadem, ac par, ratio inire- ioſtris cum navibus. Ut, ſi uſuveniat, eas hy- io ſub tempore, in portum *Civitatis* deferri, ha- nt illic halcyonia. Ità ut nautis diverſoria, cõ- tuſq;, permittantur, ſed præſentibus nummis. tò caſus, & res; exigat; regiis copiis liceat per *tatem* tranſire, ſic, ut neceſſitatis tempore, per am patentem recipi debeant, hôcq;, tanquam o, ac receptaculo, uti frui poſſint.

Hac tamen cautione adjectâ, ne quid indè *Civi-* rectur periculi.

ecundùm hæc, condicimus, ac promittimus, *Civitatem Straleſundenſem*, ejuſq; ſtatũ, omneſ- cives, ac neceſſarios, quà jura, privilegia, juriſ- ionem, conſuetudinem, bonaque quæ- que, non tantùm non perturbaturos; ſed nùs protecturos, eſſe. Ut etiam juxtà con- ationem privilegiorum, antehac ab ante- oribus noſtris indultorum, gravaminibus *Ci- tis* mederi cupiamus. Dùm modò hanc in rem enter fuerimus requiſiti. Quo nomine ſi quic- m dividiarum, ac colliſionis, inter nos, & *Civi- m*, poſthâc emergere ſuſtineat, id omne amicis bus componeretur, abſque armorum inter- tu. Quodſi morbus hic æquis rationibus ſana- rtè non poſſit, tùm quidem controverſia ad potentes *Belgii* confœderati *Ordines*, vel *Socie- m civitatum Maritimarum* deferretur. Horumq; iſionibus, ac ſententiis, ſtaretur

Tandem, ſicubi huic, fœderi *Reges* alii, *Principes*, *itateſq;*, accedere velint, illis, de voluntate partis iuſq;, ſit integrum. Sic quoq; hujus illius fœde- amplificatio, partibus utrinque conſentienti- s, poſthâc extendi poſſit.

Atq; hæc nunc illa ſunt, quæ ſuper fœdere præ- ti, vigore harum tabellarũ, conſignare, ac con- nare, voluimus. Ea omnia denuò rata haben- , confirmanteſq;, hac ſub lege, ut & à ſucceſſo- us noſtris, bonâ fide, id eſt, incorruptè, ac con- nter, obſervari debeant. Quorum in fidem, ma- propriâ ſubſcribentes, regio ſigillo noſtro has deris tabulas communivimus.

****

Externa.

De rebus Polono-Suecicis.

I.

Naves Sueciæ à Dantiſcanis funduntur.

SUprà ſparſim de rebus *Suecorũ* ꝓpriis ꝑli- bavim⁹. Et quo pacto ab illis in *Dantiſca- nos*, itũ eſſet. Quos ubi *Rex Sueciæ* à *Polono- rũ Rege*, ꝓtectore, ſeparare niteretur, hi verò fidẽ da- tam conſtanter ſervarent, factum, ut *Rex Sueciæ* ad- motis navibus eos, tanquam manifeſtos hoſtes, urgeret. Cùm ergò tria navium militarium paria, commerciorum uſum interceptura, per mare illis objeciſſet, *Dantiſcani*, conjunctis cum *Polonis* viri- bus, decem naves in *Suecos* eduxerunt, pugnâque acerrimâ commiſſi per trihorium victores dimi- carunt. Ità, fortunâ adverſante, quatuor è *Sueci- cis* navibus dilabentibus, duo potiſſimæ in *Danti- ſcanorum* manus pervenêre.

Quæ tametſi pyrio pulvere ſuppoſito, accenſo- que, ſeſe hoſtium poteſtati ſubtrahere laborarent, nihilo-minùs, hoſtium celeritate præventæ, primoribus jam tùm occumbentibus, herbam, quod ajunt, porrexerunt.

II.

Regis Sueciæ fulmen in Dantiſcanos.

ACcenſus illâ ſuorum clade *Rex Sueciæ*, poſteà- quàm tentatis mitioribus remediorum gene- ribus, *Dantiſcanos* à fide *Poloniæ Regis* ſubducere; aut ad minùs neutros, ut vocant, efficere, nequi- ret, ſequenti edicto, ad civitates maritimas emiſ- ſo, in ordinem illos redigere præcogitavit. Ta- le verò erat diploma: Nos *Guſtavus Adolphus, Dei gratiâ, Svecorum, Gothorum, ac Vandalorum, Rex, &c.* omnibus, quorum intereſt, teſtatum, notumque, facimus.

Tametſi ab omni regii noſtri regiminis tempo- re, eæ quidem noſtræ fuerint actiones, ut *Polonis* toties viam, quâ ad pacem pervenitur, monſtra- verimus: quò ſic non tantùm finitimis maris *Bal- thici* accolis commerciorum priſtinorum uſus con- ſtaret, ſed etiam in ſtatum, libertatemque, compe- tentem vindicari quirent: nihilo-minùs eâ ipsâ ſive moderatione, ſive civilitate, nobis effectum eſt nihil. Ut, quò honeſtiorem eorum habuimus rationem, eò injuſtiores, inſolentioreſque, ſimus experti. Et ut cætera id genus plurima ſilen- tio compendifaciamus, vel ſola, atque unica, *Dan- tiſcanorum* civitas, quid injuria, quid animorum impotentia, poſſit, ſuo exemplo docere valeat. Illos, tanquam hoſtis ſubditos, infeſtare dùm de- buimus, protex imus. Illos, dùm hoſtes declara- re, & perſequi, jubemur, amicorum loco habui- mus. Uſque eò, ut arbitrium eligendi ipſis pro- poſitum ſit, utrùm in amicorum, ſive neutrorum, numero eſſe mavelint. Ecce! tantùm abeſt, ut hoſtium titulo nobis venerint. Verùm enim ve- rùm, elegantem, ſi Diis placet, illam nobis repen- dunt gratiam, ut pro amicis, pro neutris, hoſtium vultus ipſi induant. Immò, hoſtibus ipſis effe- ratiores, non tantùm in naves noſtras graſſantur, ut etiamnùm peregrinos omnes, etiam cõmerciorum com-

communione ſibi divinctos,ſub eadem cauſſa,obruant, perque mare manifeſtam exerceant pyraticam.Proindè, tametſi ; naturæ melioris ductu, ad ultima,& ſevera,remedia invitis animis deſcendamus,nihilo-ſeciùs, cùm reipublicæ, tùm negotiatorũ ex ordine cujuslibet,interſit,id genus publicæ libertatis, quietiſque,perturbatores, ut coerceantur, decretiſſimum nobis quidem eſt, omnes iſtorum navigationes datâ operâ impedire,donec liqueat, ab hoc morbo ad ſanitatem mentes maleferiatas reverti, ſalubrioraque amplecti velle conſilia.

Ne igitur ignorantia cuiquã fraudi deinceps eſſe poſſit,ad omnes , & ſingulos, cujuſcunq; ſint gentis, negatiatores, hoc ſpectat interdictum noſtrum, ne deinceps *Dantiſcum* versùs naviculariam exerceant,aut commerciis experiantur, niſi pœnas hujus prævaricationis ilicet dare mavelint. Nam quandocunq;, ubicunq;, id genus negatiatores in noſtrorum manus incident, mercibus,in fiſcũ redigentis, privabuntur omnibus.Interim,ne omnẽ planè cõmerciorum uſum ſic tollere, aut illis emẽdationis ſpem præcidere,videamur,eatenùs,& hac ſub conditione,particularium negotiationes tolerabimus.Nempè,ſi qui ſint,qui certas merces,perſoluto antè mediocri telonio,in urbem inferre,atque exindè efferre,cupiant,hoc illis liberè,atq; impunè,liceat,modò,ſuper telonii prænumeratione, vel propriæ noſtræ manus , vel navarchi noſtri,apud portum *Dantiſcanum* excubantis, ſubſcriptionem , illis quibus opus erit, exhibere ſufficiant.

III.

Polonorum , & Dantiſcanorum, rationes diſſuaſoriæ , cur cum Sueciæ Rege in inducias anneales non transeundum eſſet.

HActenùs toties, ſuper pacificatione, inter *Poloniæ,Sueciæque,Reges*,laboratum fuit,ſed abſq; effecto. Utrinq; in tranſactionem inclinabant animi.Sed conditionibus,& titulis pugnabatur.*Rex Polonorum* de more *Sueciæ* regnum aſſerebat. Contrà *Rex Sueciæ* abſolutum prætendebat dominatum, Et ſi non hæreditate, aut ſucceſſione,ad faſces perveniſſet,putabat virtute, & continuis triginta annorum bellis,quibus *Polonos* attriverat,regnum deberi ſibi:Hæc cùm diſceptatio identidem retentaretur,etiam hoc anno *Oxenſtirnus*, *Cancellarius Suecicus*,ejuſmodi quiddã præ ſe ferebat. Ut jam biennales proponeret inducias. Interim, neque portubus militem deducere, neq; intrà *Pillaviam* portorium remittere, cogitabat.

Hanc rem legati *Polonici* quantò ociùs tàm ad *Regem*,quàm *Dantiſcanos*,detulerunt,an hoc poſtulatum tàm regno , quàm civitati, poſſet eſſe uſui. *Dantiſcanus* ergò *Senatus* , ſuper re non exigui momenti hæſitans , more patrio, tres illos ordines, nempè *Senatores* omnes,& ſingulos, juxtà & *Iudices*, & *Scabinos*, nec non mercatorum *Centumviros*, tribuumque *Seniores* , convocavit in *Curiam*, juſſitq; dicere ſententiam.Qui omnes ſeparatim,ſuo quique numero,& ordine,convenientes, inſtitutâ deliberatione multiplici, *Senatui* aparuerunt, haudquaquam ex uſu eſſe *Reipublicæ*, ut inducias propoſitas admittere expediat.

Rationes,quibus contrà hoc propoſitum itum

tùm eſt,fuêre numero ſeptẽ,ac ſubſequentes.
mirùm,quòd hoſtes intrà *Pillaviam* cenſum re
tere nollent, & quidem tantoperè auctum,
eſſe,ac ſi apud *Montem Album*,aliaq; per *Viſtula*
ca,portorium exercerent. Si maximè *Sueci* na
per *Viſtulam* deſcenſum permitterent, rem
haud difficilem videri, ut, rationibus cum
Rege initis,autores eſſent, *Rex Daniæ* quò adn
ad portus *Dantiſcanorum* navibus militaribus,
tus omnes intercluderet. Et jam hujus *Re*
promptu eſſe ſimultatem. Qui cùm ex his loc
ma,apparautſq; id genus militares, obtinere
potuiſſet,jam tùm in cives *Dantiſcanos* repre
aperire cœpit. Undè quàm proclive foret cõ
cia deinceps versùs *Pillaviam* declinare, port
Dantiſcanis interclufis, in propatulo eſſe. Id g
porrò induciis hoſtib⁹ diverſas acquiri vires.
tantùm non proprios ſubditos, parteſq; neu
dictas,ſic quidem confirmaret , immò verò i
Poloniæ Regis ſubditos captaret. Eam jam eſſe
corum conditionem, atq; anguſtiam,ut,cùm
Regi,adversùs *Cæſareanos* exercitus,novem mil
millia,ſuis ſumptibus alenda,promiſerit,hunc
ventum,pactis induciis,vel è *Boruſſia*,ac *Livoni*
ducere queat. Magni momenti cenſum eſſ
Pillaviam. Quem itentidem poſſet augere *S*
Hac viâ *Dantiſcanis* commercia concludi,atq;,
ut præmiſſum,à *Daniæ Rege* impediri, poſſe.
quoque *Civitatis* eſſe etiamnunc conditionem
militem , intuitu iſtarum induciarum,exauto
nequeant. Si enim periculum ingruat, quis
veteranos id genus,& triarios,redderet ? Iſtis
dere,ſic quidem comparatum videri, ut tem
induciarum populi finitimi annonam,ac com
tum,in aliquot annos præparare queant. V
linc metuendum venire , ne deinceps , præte
Dantiſcanis, commercia *Pillaviam* versùs dedu
tur.Quorum fruſtratione non exiguum rebu
lonicis,Civitatique,imminer et detrimentum.

IV.

Pacificatione recèns disjecta,tàm Poloni, q
Sueci,arma redintegrant.Vbi à Suecis urg
tur Dantiſcani.

EXcurrente induciarum tractatione irritâ,
Sueciæ novis cum legionibus in *Pillaviam*
xit. Nec multò poſt ſex navium paria *Dantiſ*
objecit ; Ut & munimenta eorum marititim
fortalitium , à *Viſtulæ* orificio dictum, (*VVei*
mündam vocant) tormentis impeteret. Sed ità
dem eo loco exceptus eſt, ut retrocedere ten
tur.Nihilo-minùs fauces maris in urbem ob
ſas ſic inſedit, ut navibus pleriſque in *Montem*
gium deflectentibus, cives intrà mœnia inqui
rentur. Præcipuè *Suecis*, intrà duodecim paſſu
millia , agrum *Dantiſcanum* depopulantibus,
goſq; excurrentibus.

Sic ubi recèns inſurgerent *Sueci*,apud *Brauns*
gam quoq; *Rex Polonorum* , octo *Germanorum* mi
luſtravit. *Sueciæ Rex* verò,propè *Mariæburgum* ſu
numerum ineundo , decem, ſuprà centum , ped
cohortes,exceptis equeſtribus,produxit.Qui,in
cætera,manum,ab *Electore Brandeburgico Poloniæ*
gi ſubmiſſam,intercepit, gregariis ſexcentis ſub
gna *Suecica* redactis.Centuriones,& machinas
litares, *Electori* reddere juſſit.

C

im apud *Mevam* civitatem aliquot *Polonorum*
contudiſſet, aſſumptis ſuorum decem milli-
dmirandâ quâdam tàm induſtria, quàm cele-
, paludes ſuperavit. Ubi navibus, tormentiſ-
ellicis ſcorteis, (hoc enim ſe *Suecia* jactat in-
)in carros impoſitis, mox pontes tres excita-
rtatiles, copiasq; traduxit. Ut jam in vicinia
ſci ſaltus inſideret. Hac cõmoditate naves
s, civicaſq;, ad *Viſtulam* poſitas, ità quidẽ coër-
it, poſt vehemens prælium, præcipuas illarũ
ret, nitrato pulvere, intrà *Polonicas* naves ſuc-
, *Suecorum* conatus adjuvante. Eo quantum-
mno affecti, *Dantiſcani* nihilo-ſegniùs è pro-
aculo maritimo machinis bellicis in *Suecos*,
etiſq;, rem ſtrenuè egerunt, illi ut in ſaltus re-
ugerent, quatuordecim carros, cæſorum ple-
oſt ſe trahentes. Exin intrà urbem, ac dictum
ugnaculum, loricas excitare etentavit. Sed
Viſtula, continuis imbribus aucta, hoc propo-
interturbaret, varioſque pontes exundatio-
rrumperet, in caſſum laboravit.

V.

olonorum apud VVarſchaviam comitiis.
temque Sueciæ Ordinum decretis, ſuper re-
ni ſucceſſione: Etiam ad ſexum fœmineum
ertingente.

Ebus ità ſeſe habentibus, *Sigiſmundus Poloniæ*
Rex, tametſi languore præventus, apud *VVar-*
iam, ſub *Iulio* menſe, comitia indixit. Cùmque
ribus, pedibuſque, parùm valeret, ſedili, vel
no, except⁹, in *Procerũ* concionẽ deportari vo-
Hic igitur de ſtipendiis, in copias erogandis, a-
eſt. Quæ cũ diùtius differri accidiſſet, uni⁹ mẽ-
ipendium, ſive honorarii, ſive ſuperpondii,
o, illis adjiceretur. *Vladislao Principi* aliquot le-
nes, velut ductori, decretæ ſunt. Nec inferior
tiſcanorum haberi cœpit ratio. Quibus indul-
eſt, pannos tàm *Anglicanos*, quàm *Belgicos*, ſive
lecunque per mare advenientes, impreſsâ no-
gnarent. Ut, ſi accidat, intrà univerſam *Polo-*
m, *Ruſſiam*, *Boruſſiamque*, extrà hanc notam di-
di, iſti omnes liberè à *Dantiſcanis* confiſcaren-
. Ad *Electorem Brandeburgicum*, verò *Rex* dimiſit
atos, ſciſcitatum, utrum *Elector* à partibus *Polo-*
Regis, ſive *Suecorũ*, ſtare malit, ſeſe expectoraret.
riterque, an pacis inter utroſque ſolidæ funda-
nta jacere & vellet, & poſſet.

Illæ ubi fuiſſent *Polonorum* concluſiones, non
nùs *Sueciæ Proceres*, ſuper ſtatus ejuſce ſui con-
vatione, neceſſaria deliberare cœperunt. Qui-
s cùm nondùm appareret ratio, quâ cum *Polo-*
ſuper pace conveniri quiret, ſuper media ocu-
s injecerunt, quibus deinceps hanc belli aleam
ntinuare, ac producere, quiti eſſent. Inprimis
tem de eo ſerias ſuſceperunt cogitationes, ne ab
ceſſu *Guſtavi Regis* colliſiones, ac turbæ, naſce-
ntur. Quo nomine decretũ, ſuperiori *An.M.DC.I.*
ncitum, ſuper regni *Sueciæ* ſucceſſione, renova-
cœperunt. Sic, ut, deficientibus hæredibus ma-
ulis, plena regni ſucceſſio, poſſeſſioque, perve-
iret ad *Chriſtinam*, *Principem* hæreditariam, *Guſta-*
vi Regis filiam unicam. Hanc legem deinceps
ut tueri poſſent, illis tùm quidem
cura fuit.

VI.

Sueci inter cætera, expugnant Strasbergam.

SEcundùm hæc, *Rex Sueciæ*, copiis ſatis validis e-ductis, *Mariævverderam* civitatem deditione cepit. Hinc infrà *Graudentiam* promovit: Exercitu *Polonico*, cis *Viſtulam* in *Regis* actiones intento. Paulò poſt inter utrumqu; exercitum res ad conflictum devenit. Ubi utrinq; non pauci ſunt deſiderati. Ità tamen, ut impedimenta octogintà cõmeatus vehentia, *Suecorum* venirent in poteſtatem.

Henrico, *Comite Turriano*, ſeniore, *Mevam* civitatem, adversùs *Polonorum* impetus, acriter defendente, interea *Sueci*, noctis ſub colore profecti, *Neoburgium* interceperunt. Eſt hæc civitas intrà *Thorenam*, & *Dantiſcum*, ſita, ex altera parte, ad octo paſſuum millia palludib⁹, ex altera verò *Viſtulâ* cincta. Hanc abſque ullius capitis jactura, ilicet occupârunt. Tenebant locum octogintà præſidiarii. Qui, cognito ſimulátque *Suecorum* adventu, arma projicientes, vitæ veniam rogârunt. Tanta inibi congeſta eſt præda, ut mox millionem æquare putaretur. Prægreſsâ ſic expilatione, *Sueci*, immiſſis centum, & quinquagintà, præſidiariis, locum confirmârunt. Hoc per indices edocti *Poloni*, adjuvante civium benevolentiâ, locis idoneis inſultus in oppidum ſuſceperunt. Quo potiti *Suecos* ad unum omnes, tanquam victimas, immolârunt.

Non ſine ſtomachatione intellexit hoc *Guſtavus Rex*. Qui, cùm ultionem ſpiraret, naves quinquagintà quatuor, novis cohortibus onuſtas, è patria accivit. Quibus *Rheingraffius* bis mille cataphractos ſuperinduxit. Sic, viribus inſigniter auctis, *Strasberga* petebatur. Sed non abs re fuerit regias litteras, quibus in itinere *Rex Iohanſium*, *Tzialniskium*, hominem equeſtrem, & per *Epiſcopatum Colmenſem* præcipuæ autoritatis, interpellavit, iſthìc interjungere. Si veſtri, inquit, *Regis* conſultores tàm ſolicitè ſuper *Polonorum* incolumitatem, quàm *Sueciæ* libertatis oppreſſionem, oculos defixiſſent hactenùs, ſanè meliori res *Polonorum*, jam haud dubiè forent loco. Abſque eo fuiſſet, neque ſecuritati noſtræ per aliorum damna velificaremur. At tanta eſt penès iſtos in noſtros dominandi libidinatio, ut, etiam nunc poſt bellum iſtud trigeſimale, nondùm in æquæ pacis rationes ferantur. Quo fit, ut nos bellum, acriùs urgendum, neceſſariò ſuſcipiamus, iſtiſque neceſſitatem itentidem præliandi imponamus. Ut etiam juſtiſſimis de cauſſis impellamur, in eos omnes, qui quidem tàm conſiliis, quàm armis, annonâ, & id genus ſubſidiis, belli ſcenam extrahunt, mediis omnibus ultimis, ferro nimirùm, atque incendiis, animadvertendi. Maximè, poſtquàm ſuper pacis mediis conclamatum eſſe cœpit. Sic denique, cùm aliâ ratione ad pacem perveniri haud licebit, depopulationibus, devaſtationibuſque, ad hanc graſſabimur. Per fidem! tandem ſolitudo, rerumque neceſſariarum indigentia colophonem imponent. Inter hæc ſiquidem non ignoremus, eam eſſe per *Poloniam* vulgi, plurimorumque equeſtrium, conditionem, ut inviti cõtra nos arma ferre cogantur. Tùm nihil magis votis expoſcant, quàm pacem! Ne, ob quorundam ambitionem, ac petulantiam, ex avita libertate, ſe, ſuoſque, infimam in ſervitutem dent præcipites.

Hac

Hac de cauſſa illa à nobis hactenùs, adhibita eſt moderatio, ut, medio quantumvis ſub belli æſtu, mitiùs in illos, atque aliàs in hoſtes itur, experiremur. Quòd igitur præcognitum haberemus, te, *Colmenſi* ſub *Epiſcopatu*, apud tuos eminere, ideoque ſevera ex lege copiis noſtris interdiximùs, ne quis ſive prædia, ſive ſubditos tuos, quà quà infeſtaret. Quo nomine, ſecurior ut eſſe poſſis, protectorias tabellas tibi conferri juſſimus. Vides ergò animum noſtrum, illis tanquam lineis repræſentatum. Hoc ſymbolo fortè tibi cupiditatem injiciemus, an deinceps tu quoq; magis in pacificas, quàm ſanguinarias, deliberationes incumbere velis. Inprimis verò, per famulum tuum, è vinculis manumſſimum, te requirimus, ut, cùm pacis, induciarumque, ratio exulet omnis, tu cum hujus regionis *Ordinibus*, inprimis equeſtribus, ageres, nobiſcum, ſequeſtratâ deinceps hoſtilitate, mediam, neutramque, viam ingrederentur. Hoc ſi effectum dabis, eâ ut lege per emiſſarios nobiſcum paciſcantur, ecce! tibi confirmamus, omnes in poſſeſſionibus ſuis poſtmodùm fore quietos, ac ſecuros. Si minùs hæc integerrima vobis ridet ratio, bellumque quieti ſtat anteferre, ſcitote illos, *quos* quidem *bella delectant, bello perituros* eſſe.

Hæc in verba *Rex* ubi dimiſiſſet epiſtolam rectà *Strasbergam* cum copiis perrexit. Nec mora, civitatem, coronâ cinctam, expugnare aggreſſus eſt. Nec fefellit eventus. Poſtquàm enim tertium reiteràſſet inſultum, deditio facta eſt. Quâ vix, ex defecto pulvere pyrio, peractâ loci ceſſione, ſupervenêre *Coſſaggi*, pulveris nitrati copiam inferentes. Poſtulârunt ergò, *Centurio*, nomine *Mortaignius*, ſententiam retractaret. At hic fidem, *Suecis* ſemel datam, fallere velle negavit. Sic factum, ut dein apud caſtra *Polonica* accuſatus hanc fieri conſtantiam, ſive negativam, capitis ſupplicio expiaret.

VII.

Strasberga à Polonis fruſtrà retentatur. Intrà quam fato decedit Turrianus Comes, junior, Bohemus.

STrasbergâ ſuper expugnatâ, eandem ſpem *Poloni*, atque anteà de *Neoburgo*, conceperant, fore, ut à ſupervenientibus recuperari poſſit. Sed expectatio hæc decollavit. Oppidum enim *Turrianus Comes, ſenior*, & *Teuffelius* tribunus, octo cohortibus inſtructi, tuebantur. Ut cum non exiguo ſuorum damno rejicerentur *Poloni*. Intrà eam civitatem paulò *Turrianus junior*, ægritudine præventus, ad plures emigravit. Ad eum evocatus *Turrianus ſenior*, pater, paulò antè venit, quàm ſpiritum redderet. Itaque vel ſupremum dicere poterat illud ſaltèm, more veterum, *Salve*, atque *Vale*. Sic filio fato prærepto, pater intrà mœnia concludi cœpit, *Polonis* civitatem repetentibus. *Turrianus* igitur, quòd *Regi Sueciæ* ſtipendiis non eſſet obligatus, datis ad archiſtrategum *Polonicum* codicillis, rogare cœpit, permitteret mortuum ſibi filium, quò foris ſupremo officio efferri, atque alicubi tumulari, poſſet. Sed non conceſſit hoc illi *Polonus*. *Turrianus* igitur, vitæ contemptor, aſſumptâ parvâ equeſtrium manu, ſingulari ſtratagemate uſus, per hoſtes, locum obſidentes, penetravit, viginti
quàm milliaria emenſus, antequàm ex equo
ſcenderet, inque caſtra *Cancellarii Suecici* pe
geret. Sic, qui *Bohemus* fuerat, idemque exul
Suecico cœlo, populiſque illis hyperboreis, tu
lum invenit.

Baudiſius intereà, *Suecicarum* partium, in *M*
viam regionem populationes ſuſcepit, ut
VVarſchaviæ civitatis mœnibus inhiaret,
gnamque vim hominum, prædarum
abduceret. In eum properantia tria *Huſſar*
millia ſpolia extorquere conabantur. *Baudiſi*
gò dimiſſis in caſtra prædiis, cum hoſtibus ex
ri deſiderabat. Expeditis itaque quinque e
tum alis in *Polonos* imperium faciens, illorum
ne trophœum figere poſſet. Sed repentè hunc
tum fortuna mutavit. Ecce! enim *Butlerus* tr
nus quidam, tribus cum cohortibus equitum
petariorum, *Polonis* ſeſe adjungit. Eoque ſu
mento refoti *Poloni*, prælio reſtaurato, *Suecos*
tim capiunt; *Baudiſio* & vulnerato, & in pot
tem redacto. Quâ fortitudinis laude hoc
Baudiſius non fuit fraudandus.

VIII.

Dantiſcani Regem Poloniæ, ſuper pace redu
da, interpellant. Vbi rurſùs, inter Reg
triuſque legatos, conditiones proponunt

POſt aliquod intervallum ad *Dantiſcanos* p
miniò revertimur. In hos non vana fuera
ctenùs *Regis Sueciæ* ira, ſed validis viribus co
ta. Eò enim res redierat, ut à *Rege* terrâque,
que, ſic ferè concluſi, commerciis intercepti
que exulantibus, ocia agerent. Quo ſuper di
dio triſtes, confuſique, ex triplici intrà *Civi*
Senatorum ordine, delectos ad *Poloniæ Regem*
miſerunt, rogatum, *Rex* laboranti civitate ſu
reret. Aut igitur pacem feriret, aut, validio
uſus viribus, hoſtes amoliretur. Totidem v
eandem, & ſuam, cauſſam per legatos egit *Th*
ſis civitas. Quibus *Poloniæ Rex* hanc in ſenten
reſpondit: Se quidem in pacis compoſitionem
tis animis propendere, modò idem ſentiat,
animo, *Rex Sueciæ*, mox bonum illud, rerum
mum, nempè pacem, emergere poſſe. Et jam,
verbis fidem addat, miſſurum eo fine legatos.
neque tùm pax coaleſcere queat, alias initu
rationes, quibus *Suecis* habenas injicere eva
Interim *civitati* gratias agere cœpit, pro eo, q
hactenùs *Regis* partes tàm conſtanter fuiſſet
cuta.

Quàm fidem ut perſeveraret, ammonita
De jactura, quam pateretur, viſurum *Regem*
compenſari queat.

Illis cum verbis regiis oppidò fuit eventus.
ſi enim, pro pacis reductione, è *Polonia* legati
quibus numerantur *Drepskius*, *Rigskius*, *Biſes*
Rendemirskius, & *Eſelmirskius*, omnes *Poloniæ* dy
ſtæ. Illis reſpondit unicus *Oxenſtirnus*, *Cancell*
Suecicus, adjunctis ſibi legatis *Electoribus Bra*
burgicis.

Antequàm verò ad res ipſas, ſive tractation
perveniri potuit, priùs, pro more, ſuper *titulis*,
e

ıctæ ſunt. *Regi Poloniæ* negabant *Sueci* titulum *Sueciæ*. *Rex Poloniæ* quidem *Guſtavo* jam tan- *Sueciæ Regis* titulum permittebat. Sed ſub ad- cautione: Ne hoc in præjudicium vergeret ſui hæreditarii. Poſtulabant autem *Sueci*, da- r hic titulus *Regi* ſuo, non ex parte, ſed ex to- ıb his adjectivis: *Guſtavo, Suecorum, Gothorum, andalorum, Regi*, &c. tametſi poſt inſereretur ſula proteſtatoria. Interim alia res eſſet cum *nibus* regni *Polonici*. Hi enim integrum *Sueciæ* titulum impertirentur: prout ab aliis *Regibus, cipibuſque*, conferri conſueviſſet.

nter hæc, *Rex Poloniæ* titulum *Sereniſſimi* per- t *Guſtavo*, *Regi Sueciæ*, ſed *potentiſſimi* nega- Super quibus præliminaribus diu quidem cer- m eſt. *Oxenſtirnus* quoque multis inductioni- , in medium allatis, probare laboravit, *Suecos* ;, ut titulum *Regis Sueciæ* contribuant *Regi Polo-* non ſufficere. Niſi ſtatum regni ſui prorſùs in- :ere, fructum belli trigeſimalis perturbare, ſe ue majeſtatis, & manifeſtæ rebellionis, reos uſare mavelint. Hactenùs tàm diuturna, ac gra- ima, ſeſe geſſiſſe bella, tàm immanes exanth- difficultates. Ut citiùs regni everſionem vi- e cupiant, quàm infamiæ maculam illam ad- :tere cogitent. De induciis ſaltèm quæſtio- n nunc eſſe. Nec requiri, *Rex Poloniæ* ut in per- uum ſub hoc actu juribus ſuis renunciet. Pro- tationem enim jura præſervare.

Tùm hoc etiam liceret *Poloniæ Regi*, propriis codicillis, ac diplomatibus, *Sueciæ* titulum u- pare. Undè juris, ad ſucceſſores abeuntis, ab- dè, & ſatis eſſet. Idque non unico ab exemplo :laravit ab aliis uſu venire *Regibus*. *Batavi* enim *aniarum Regi* titulum *Hollandiæ*, ſive dominii, ;ant. Ille autem nihilo-minùs in diplomatibus utitur. Sic *Henrico III. Galliarum Regi*, tametſi is ılum *Poloniæ Regis* præſcriberet, *Ordines Poloniæ* nquam hunc contulerunt. Par ratio eſt cum *e Angliæ*. Qui quidem omnibus in muniſmati- s, ſive diplomatibus, *titulo Franciæ* utitur. Tamet- oc illi denegent *Galli* quoque.

Eò igitur *Oxenſtirni* tendebat oratio, ſufficere, ubi *Rex Poloniæ* in diplomatibus propriis titulum ineret *Suecicum*. Ut etiam ſub proteſtatione c ſucceſſoribus jus integrum conſervare poſſit. terim, hanc quæſtionem ad *Regem* ſuum remi- :e legati *Polonici*.

A præliminaribus ad res ipſas ubi demùm eſ- , perventum, *Oxenſtirnus*, propoſuit ſequentia. imirum, inter utrumque *Regem*, depoſitis æqua- er armis, induciæ pangerentur in annos ſive de- m, ſive quindecim, ſive viginti. Ex eo tempore uter in alterum quicquam hoſtilitatis deſigna- t. Ea loca, quæ uterque antè occupâſſet, hoc ſub miſtitio ſecurè poſſideret. Niſi quid hiſce ſub actatibus excipi nunc accidat. Commercia tàm er continentem, quàm ſinus, ac maria, exerce- ntur liberrimè. Merces omnes, ſecundo *Viſtulæ* umine deſcendentes, certo ſub loco, tolonium lverent, exceptis *equeſtrium* frumentis. Iuxtà hæc laſſis *Polonica* è portu *Dantiſcano* deduceretur. Jullâ, toto induciarum tempore, quicunque quæ- atur prætextus, ejus in locum ſuccedente. De ercibus quibuſcunque, ſive è *Dantiſco*, ſive è *Pil- avia*, egerantur, *Regi*, regnoque *Sueciæ* certum pen- deretur naulum. Ità enim ſumptus, in præſidia finitima faciendos, exigere.

Super his articulis omnibus, ac ſingulis, quò *Rex Sueciæ* ſecurus eſſe poſſit, ne in ſe, regnumque, ac provincias ſuas, intereà hoſtile quicquam cu- datur, conſentientibus *Rege*, & regno, *Poloniæ*, cau- tionis in morem, compromitterent *Elector Brande- burgicus*, *Ordines Boruſsiæ*, tàm *Regis*, quàm *Electoris*, partium, unàque *Civitas Dantiſcana*. Ut, ſi con- tingeret fortè hos tranſactionis articulos viola- ri, tunc pro *Sueciæ Rege* conjunctis operis ſtarent, &, ne tertius fors intervenire auſit, præcave- rent.

Denique juris, juſtitiæque, utrinque in quos- libet exerceretur æquilibrium. Loca verò, per *Boruſsiam* utrinque occupata, deductis præſidiis, redderentur. *Elect. Brandeburgico*, aliiſque poſſeſſo- ribus legitimis, ſolo portu *Pillaviano*, unà cum munimentis ibidem excitatis, excepto. Sic quo- que captivi omnes, cujuſcunque ſint ordinis, abſ- que lytro, dimitterentur impunè: Ut inprimis et- iam, ſub his illis induciis, quaviſcunque occaſio- ne ad componendam controverſiam principalem nihil reliqui fieret. Atque hanc in tranſactionem *Rex*, regnumque, *Poloniæ*, magnusque *Livoniæ Prin- cipatus*, pedibus irent. Hactenùs de rebus, illis *Po- lono-Suecicis*. Sequitur, ut ad actiones *Germanicas* revertamur.

CAP II.

De Religionis per Imperium paſsim enovatione. Et præliminaribus Edicti Reformatorii.

I.

Cæſaris mandatum ad Epiſcopum Herbipolitanum, Franconiæ Ducem. Ne Equeſtribus Franconicis Confeſſionem, ut vocant, Auguſtanam extorquere velit.

Religionis per hoc *Imperium* diſcrimina- tionem tàm ſuperiori, quàm hoc no- ſtro, ſeculo ampliſſimam ſimultatis, bellique fatalis, atq; ineluctabilis, ma- teriam, & fomitem, largâ manu ſup- peditâſſe, ab hujus operis initiis conſultò præfati ſumus. Siquidem ergò, præter plurimorum, res novas agitantium, exſpectationem, tot evidentes, ac luculentæ, victoriæ in *Cæſarem*, *Electoreſque*, ac *Principes*, dictos *Catholicos*, inclinâſſent, quis, de ro- go, magnoperè mirabitur, ſi illos in ſuæ illius *Reli- gionis* pro more propagationem de induſtria incu- buiſſe intueatur? Certè (ſi id, quod res eſt, non dif- fiteri volumus) illâ *Palatinorum* fuiſſe conſtat præ- cipitantiam, ut vel antè victoriam, rebus incertiſ- ſimis omnibus, jam tùm animis triumphos ſomni- antibus, apud *Pragam* reformationem ſpirarent

Fff dedi-

dedicataſque imagines, præmiſsâ concione apologeticâ, è medio tollerent. Interim, illam, ut videre eſt, hoc in negotio adhibuit *Cæſar* moderationem, ut, tametſi per regna, & provincias hæreditarias, *Auguſtanæ Confeßionis* exercitium abrogaret, nihilo-minùs, ſalvâ tranſactione *Paſſavianâ*, per *Imperium* hanc conſcientiarum libertatem permitteret, immunitatemque, *Proteſtantibus* conſervaret.

Quo nomine ubi apud *Cæſarem equeſtris Ordo Franconicus* quiritaret ſupplex, ab *Epiſcopo Herbipolitano*, eodemque *Franconiæ Duce*, periclitari non tantùm, hactenùs conceſſum, *Auguſtanæ Confeßionis* exercitum, ut etiam libertas equeſtris *Franconiæ*, & vetuſta, illa peti videatur, *Cæſar*, motus his querelis, ſequentes ad *Epiſcopum*, & *Ducem Herbipolitanum* dedit inhibitorias: *Cæſar Epiſcopo Herbipolitano, Duci Franconiæ S.*

Nobis, inquit, equeſtris ordo *Franconicus*, nobis, & *Imperio*, fidelis, ac dilectus, humilima præeunte ſubmiſſione, ac reverentia, non ſine querelis, intimavit, quibus modis, adversùs *Religionis* pacificationem, per *Imperium* ſancitam, ſuper exercitio *Confeßionis Auguſtanæ*, apud arces, pagos, familias, ac prædia ſua, ſummè gravetur, tantùmque non, everſa pace publica, de facto vi injecta infeſtetur. Huic conſectarium eſſe, ut hæreditarii equeſtrium ſubditi minis, edictis, pœniſque, eò adigantur, ne deinceps reditus, collectaſque, ſive ordinarias, ſive extraordinarias, dependerent, & quidem à prædiis, fundiſque, ab equeſtribus in feudum acceptis. Iſthinc uſuveniſſe jam tùm, ut, defectis vitæ ſubſidiis aliis, ne acerbiùs quid paterentur, ſupellectilia, reſque |cariſſimas, ipſoſque lares patrios, venales facere, ac ſub leges vocare, fuiſſent coacti. Super id genus moleſtiſſimis actionibus tametſi, in limine objectis proteſtatoriis verbis, ad nos *Imperatorem*, caput utiq; ſuum indubium, provocaſſent, hujus cauſſæ deciſionem ab aula *Cæſarea* expectaturi; nihilo-ſeciùs eundem rigorem ſine miſſione exerceri identidem uſuveniſſe. Ut ex his extrà ordinem accidentibus afflictionibus graviſſimis nihil aliud præſumere integrum ſit, niſi hoc datâ operâ agere *Epiſcopum* quò everſis, abolitiſque, vetuſtis, ac confirmatis, illis privilegiis, jugum, ac ſervitutem, cervicibus equeſtrium ſuperinducere meditetur. Illis de cauſſis ad nos, tanquam indubitatum caput, ac protectorem, ſuum humilimè provocantes, flagitare cœperunt, nos ſuper novas, atque *Imperii* legibus è diametro adverſantes, actiones clementiæ noſtræ oculos conjicientes, ne pateremur, illos è poſſeſſionibus avitis ejici, privilegiis, ac juribus, vetuſtis privari, adeòque è libertate, à tot *Romanis Imperatoribus*, nobiſq; ipſiſmet, confirmata, in amaram præcipitari ſervitutem.

Proindè, ſiquidem, ex ſupremo *Cæſareo* officio, nobis omninò incumbat, equeſtres illos, ccœptiſſimis verbis quiritantes, eorumque neceſſarios, in priſtinam illam, à tot *Romanis Imperatoribus*, ſimulátque nobiſmet ipſis, confirmatam, immunitatem, libertatemque, vindicare, neque permittere, ut adversùs hæc jura, ac conceſſiones, quicquam deſignetur. Hanc in rem & clementibus, & ſeriis verbis, mandamus, inhibitiones illæ ſive redituum, ſive collectarum, quantò ociùs abrogarentur. Tùm verò, de cætero, adversùs pacificationem tàm religioſam, quàm ſecularem, poſthàc *Equeſtres* ne infeſtarentur. Si illis, quæ clementer, ſeriò
volumus, ſatisfieri poterit.

II.

Auguſtanæ Confeſſionis exercitium per .
ſtriam, Bohemiamque, abrogatur.

SUprà ad *Electorem Saxoniæ* cauſſas profeſſi
rat *Imperator*, quas ob per *Bohemiæ* regnum,
teraſque provincias hæreditarias, adverſæ *Rel*
nis uſus removiſſet. Iiſdem conſtanter legibu
hærens, poſteaquàm ſuperioribus annis *Auguſ*
Confeßionis exercitium abrogâſſet *publicum*,
poſtliminiò quoque eò uſque proceſſit hoc in
tutum, hic rigor, ut *privatis* pariter ejuſce *Conf*
nis uſibus penitùs interdiceretur. Quo fine ſeq
diploma *Viennæ* promulgari cœpit: Poſteàqu
ab ejectione parochorum *Lutheranorum*, nih
minùs dynaſtæ quidam, eorundemque mini
abrogatæ illius *Religionis* exercitium privatim
trà arces, prædia, & molendina, concionando
gendo, cantillandoque, reſtituere eſſent auſi
que eò, ut etiam ad infantium baptiſationes
cram ſynaxin, matrimoniique copuals, prog
nō dubitâſſent. Quo eventu ad *Catholicam Eccle*
reconverſionis inſtitutum, ac negotium, rtea
retur. Utique jam demùm omnibus, ac ſinguli
genus privatis ſimulátque uſibus, atque exerci
miſſionem indici. Ut, ſi quis contrà hoc inte
ctum quicquam ejus modi tentare deinceps p
ſumat, is pœnas det graviſſimas. Quo in ger
cùm non ſit obſcurum, libellos ac ſcripta, *Pr*
ſtantium multa cauſſari impedimenta, deinceps
tio iniretur, quâ illa per *Inquiſitorem*, cujuſque
ordinarium, conquirantur, atque eliminentur

Eâdem exactâ, ſeverâque, lege, aliud *Edict*
per *Auſtriam* infrà *Anaſum* evulgatum eſt. Nem
Imperatorem, in *Religionis* reformationem int
tum, ſeriò & velle, & mandare, omnes, ac ſing
publicis officiis, ac functionibus, utentes, unà c
miniſtris id genus publicis, intrà certum, ac p
fixum, temporis terminum, aut ad gremium
tris *Eccleſiæ Catholicæ* reverterentur, aut ab offi
diſcederent: *Catholicæ Religionis* hominibus eor
in loca ſuffectis.

Idem per *Bohemos* fulmen hoc tempore inc
buit. Ut etiam opificum famuli, atq; di genus m
cenarii, niſi ad *Religionem Romano-Catholicam* tra
eant, è regno ejicerentur.

III.

Auguſtanæ Confeſſionis reformatio variis
regionibus, locisque, tentatur.

QUâ verò cauſſæ bonitate intrà *Sileſiam*, nu
operâ *Electoris Saxoniæ*, immunitatem ab *Im*
ratore adeptam, ejuſdem *Religionis* enovatio ſuſ
pta fuiſſet, non ità planum eſt. Intrà *Gloggovian*
nim *majorem*, ità dictam civitatem, *Centurio* à m
giſtratu templorum urbanorum claves poſtula
Undè globus civium *proteſtantium* conjuravit, te
plorumq; cuſtodiam ſuſcepit. Hoc per indices
telligens *Baro de Donavv*, nocte intempeſtâ in ci
tatem cum manu militari penetravit, deq; duob
iſtius motus autoribus, ſupplicium ſumpſit. Ci
bus illis, metu pœnæ, in ordinem redactis, *Freiſ*
dium & Sprottaviam, promovit. Ubi idem *Cathol*
Religionis exercitium reduxit, non abſque ſenior
mæror

ore,ac tabe. *Grünbergenſes* verò, nuper in verba
eſſionis Auguſtanæ obſtinatiſſimè jurantes, ad-
u militis cognito, obviàm procedentes, im-
ta ſe facturos,, ſponte receperunt.
onfudit hæc res *Sileſiæ Principes, Ordineſq*; Ut,
ſis ad *Electorem Saxoniæ* querelis, fidē illius im-
arent,ejuſdemq; interceſſione à *Cæſare* reme-
n,atq; emendationem,enixè peterent. Atq; eo
ū, deinceps hic proceſſus ne ſerperet ulteriùs.
ed, *Moravis*, quòd *Cæſar Religionis* immunitatem
enùs, à recuperatione *Bohemiæ*, minùs confir-
ſet,eandem per regionem prædicta illa *Refor-
io* locum habuit. Ut *Carolus, Zerotinius Comes*,
ium quantumvis *Cæſareanarum*, venalibus pro-
tis bonis patriis, mallet exulare.
nter civitates cæteras, etiam *Ratiſponam*, etiam
uſtam Vindelicorum, hic ferè tetigit ordo. Illi *Ca-
arii Gregoriani* axioma amplexari. Hi *Auguſtanæ
Confeſſionis* doctrinam, ſuper articulis de *Pon-
e*, de novo retractare, ac dilucidare, juſſi ſunt.
amvis hi illi iſti conatus dubio procul in quo-
dam inquietorum hominū officinis, animiſq;,
i fuiſſe, videri queant. Ut non ſemper , ità lo-
ndo, in *Iovem* autorem, *deoſque majores*, refer-
ignum ſit, quod quidem inter *deos* infimos, &
llarios, ità dictos, coquitur.

IV.

rgius Zeamannus, Reipubl. Kemptenenſis Eccleſiaſtes, à Leopoldi Archiducis ſubdelegatis deducitur in cuſtodiam. Pro cujus liberatione Elector Saxoniæ litteris intervenit.

Acerdotum,ac divini verbi myſtarum, haud ra-
rò ſive impotentia, ſive linguæ volubilitate, ac
ledicendi morbo, uſu venire, ut, *Principibus* inter
collisis, integræ regiones patiātur, deploratio-
hactenùs non indignum cenſeri oportet. Usq;
ò *Spiritus* ſacroſanctus non litium , contume-
umque, ſatagens eſt ſpiritus; Ut contrà mode-
ionis, verecundiæq;, ſtudium inſtillet. Ità enim
tiùs ejuſce ductu efficitur, ut, quæ circà myſteria
cta partium opiniones conciliari non poſſunt
cò, intervenientibus humanitate, ac Chriſtiana
deratione, tolerari poſſint. Ex adverſo, ſi hac
um, præſertim divinarum, ac cœleſtium, ſub
perfecta cognitione, dùm variis certatur opi-
nibus, & ea, quę ob oculos verſantur, manibus-
e palpantur, haudquaquā ſufficienter capimus,
ircò illos, qui in *Religionis* negotio à nobis ſeceſ-
nem faciunt, diris devovere, execrabilibus ver-
damnare, continuóq; in bella, ac pugnas, de-
cere, velimus, quis modus, quis finis, his digla-
tionibus futurus eſſe queat, nemo non vel me-
è vulgo intelligit. Judices, alioquin ſive præto-
res, ſive id genus diſpenſatores, civilia tractan-
, ſi verbis ſuperciliosis, atrocibus, rigidiſque, ſæ-
nt, unuſquiſque bonæ mentis in abominandis
bet. Quò magis verbi cœleſtis, myſteriorumque
crorum, interpretes, ſi æquabilitatis, ſi pacis, ſi ca-
atis, ſint amantes, amore, & cultu, inprimis di-
os judicamus. Si verò, officio abutentes, fero-
nt, damnent, maledicant, grandibusque, & ac-
rſitis, verborū phaleris, intumeſcant, cōtrà nemo
n, niſi qui dividias, qui lites ſequitur, abhorret.
Ex hac nota cùm fortè, quod non nemini vide-
poſſit, (præfiſcini dixero !) familiā duceret *Geor-
gius Zeamannus, Theologus*, & *Eccleſiaſtes*, civitatis *Kemptenenſis*, ab aliquot annis in *Rom. Pontificem*, ejuſque dogmata, tàm concionibus, quàm invectivis, ſcriptiſque, amarulentis, provectus (neque enim *Michael, Archangelus* ille, prout ſacra docet pagina, auſus eſt vel ipſi *diabolo* impingere notam maledicti) ut ſtomachum, bilemque, tàm *Sacerdotibus*, quàm *Principibus*, *Catholicis*, moveret, accidit, ut, hanc ob incontinentiam, periclitaretur. Querelâ igitur ab illis, quorum interfuit, ad *Cæſarem* delatâ, factum, ut, ex mandato, ex *Kemptena*, evocatus verſùs *Ehrenbergam*, fortalitium *Tyrolenſe*, in cuſtodiam transferretur.

Illum procedendi modum, tanquam in *Imperio*, inſolentem, ac cōtrà pacificationem *Religioſam* excurrentem, ubi, inter cæteros *Auguſtanæ Confeſſionis* proceres, *Elector Saxonicus* ferret indignantiſſimè, ſequentibus ea de re codicillis cū *Leopoldo Archiduce* velut expoſtulare viſus eſt. Ejus generis verò illi fuerunt. *Ioan. Georgius, Saxoniæ Elector, Leopoldo, Auſtriæ Archiduci, S.*

Bonâ fide, inquit, nobis relatum eſt, *Imperatorem Romanum*, dominum noſtrū clementiſſimum, *Arbiduci* in mandatis dediſſe, à *Senatu Civitatis Kemptenæ* ut evocaret *Georgium Zeamannum*, *Doctorem Theologum*, & *Eccleſiaſten*. Eo nomine *VVolffgangum Simonem à Ramersthal*, & *Eſaiam Schirlentium* ab *Hohenkirchen*, ſubdelegatos in *Epiſcopatum Kemptenenſem* pervenientes, quoſdam è *Senatu* extrà civitatem excivisſe, audirent nimirùm, quæ, *Superiorum* nomine, propoſituri eſſent. Delectis è *Senatu*, coràm venientibus , litteras, tàm *Imperatoris*, quàm *Archiducis*, nomine *Senatui* inſcriptas, fuiſſe exhibitas, nempe *Georgius Zeamannus* traderetur. Hîc confuſos illos inſtanter orare cœpiſſe, hæc poſtulatio ad *Senatum* integrum rejiceretur: Sed nihil obtinuiſſe. Tandem, ad inſtantias, ſic utrinque conveniſſe, *Senatores* cæteri eodem ut loco extrà oppidum convenientes ſententiam audirent. Ibi ecce! totum *Senatorum* ordinem, pro *Zeamanno*, *Eccleſiaſte* ſuo, omnes reverenter in preces deſcendiſſe, atque deprecatum eſſe, parcerent modo, atque intrà civitatem illum permitterent. Curaturos ſeſe, ne dilaberetur. Sed, ſi quid animadverſione dignū deliquiſſet, reatus convictus, quovis tempore tradi tàm poſſet, quàm deberet. Sed non tàm languidè egerunt legati, ut hoc ipſis largiri vellent. Ut magis graviora minari occiperent, fore, niſi præſtò, & evidenter, traderetur *Zeamannus*, *S. P. Q. Kemptenenſi* malum immineret. Interim, *Zeamanno* nihil ſiniſtri exſpectandum eſſe, pollicitos, illum verſùs *Ehrenbergium* , *Comitatus Tyrolenſis* fortalitium, abduxiſſe; Ubi cuſtodiretur.

Jam cauſſas, quibus *Imperator* eū poſtulârit, abduciq; juſſerit, in medio relinquimus. Interim, quæ ſuper præcipiti, inprimis *Romano* ſub *Imperio*, & quidem in id genus hominibus, inſolenti, proceſſu, judicia exſpectanda veniant, tempus aperiet. Ut, an ſic pax, diu deſiderata, conciliari, odia verò diſpungi poſſint, valdè ambigere liceat. Procul dubio majori diffidentiæ feneſtra patebit.

De *Zeamanni* delicto, & quid peccârit, jam inquirere ſuperſedem⁹. Utrùm enim in *perſonalibus*, an verò *doctrinalibus*, deliquerit, ignoramus penitùs. De illis ſi convinci queat, non eſt, ut hominem excuſemus. De his ſi conveniri velit, non memini-

mus à tempore pacificationis *Paſſavienſis*, vel antè, par exemplum proſtare. Hactenùs enim nulli partium doctrinalia tractandi facultas eſt adempta. Ut id genus proceſſus in paſtores *Evangelicos*, maximè inauditâ, incognitaq;, cauſſâ, nondũ obtigerit. Dùm ergò ſubveremur, præſentem caſum, his præſertim turbulentis temporibus, apud *Proteſtantes* diffidentiæ, igniculos ad ſummos gradus aucturum, animosq; alienos redditurũ, eſſe: eam in rem non potuimus non litteras, ſinceri animi teſtes, has præmittere. Eò proindè ſpectat amica, ac fraterna, noſtra petitio, *Archidux* ſuo loco datâ operâ præcavere, ac commonere vellet, ne ſic cum *Zeamanno* ſevera ex lege ageretur, ſed is priùs cauſſam diceret, antequàm ſit damnandus. Quo pacto autem inter arma, & inimicorum manus, liberè loqui poſſit, non eſt evidens. De cætero, cùm nobis *Zeamanni* moderatio, & pacis ſtudium, commendata ſint, nihil dubitamus, illum, pro ſua moderatione, & *Cæſari*, & *Archiducali* familiæ, humilimâ, quâ par eſt, reverentiâ aſſurgere voluiſſe. Ut de cauſſæ ejus bonitate nihil ambigamus. Futurum arbitrantes, ut innocentiam ſuam evidenter conteſtari queat, uſque ad accuſatorum ſatisfactionem. Atque hoc nomine denuò rogamus, redderetur ſibi, ſuiſque, *Zeamannus*. Quò priſtino muneri, cui ſubtractus utique eſt, vacare ſuſtineat. Hac viâ rectior inter *Imperii Principes*, *Ordineſque*, coaleſcet confidentia; Animiq; ad ſolidiorem pacis ferruminatione deducentur. Et hoc ipſum eſt, quod ob *Archiduci* ad demonſtrandam officiorum fraternorum promptitudinem nihil reliqui facturi bonâ fide obligamur.

CAP. III.

De rebus raris, mõſtroſis, & fatalibus, hoc An. M. DC. XXVIII. contingentibus.

I.

Ferdinandus II. Imp. in memoriam Victoriæ, apud Pragam, in Monte Albo, obtentæ, ædem, unà cum Cœnobio, poni curat, additis Flaminibus.

De *Romulo*, ſicubi *Sabinos*, ſe urgentes, bello viciſſet, *Iovi Statori* fanum vovente, prolixi, & multiplices, ſunt *Livius*, *Dion. Halycarnaſſæus*, *Plutarchus*, *Florus*, *Aur. Victor*, cæterique gentilium *Romanorum* ſcriptores. Illud eo loco, ubi victum eſſet, votum, dedicatumque, fuiſſe, claret. Tametſi alii in urbis regione IX. quæ *Circus Flaminius*, alii in X. cui *Palatio* nomen, ſedem illi aſſignârint. Idem ferè (ſi *Chriſtiana* ſacra gentilibus componere fas eſt) à *Ferdinando II. Imp. Augusto*, hòc ævo factitatum eſſe, annotamus. Q
cùm à *Bohemis*, *Moravis*, *Sileſiis*, *Vngaris*, *Palatini*
liiſque ſociis gentibus, contrà inſurgentibus,
biennium urgeretur, ſine dubio, pro eâ, quâ c
bratur, pietate, *DEO OPT. MAX.* ſi victoriâ poti
tur, templum vovit. Quòd ergò nullibi magis
rerum ſummâ, quàm apud *Pragam*, in *Monte A*
decerneretur, *Deus* ſecundavit votum *Imperato*
ut illic vinceret. Quâ œcumenicâ relatâ victo
cùm deinceps, rebus confirmatis, ſuperior eſ
totieſque vinceret, religione, ac gratitudine,
mus, *VICORIAE STATRICI*, quâ hûc uſ
ſtatur, vel *FORTVNAE REDVCI*, ſi gent
fuiſſet, *Imperator* fanum vovere potuiſſet. At, q
Chriſtianus, quia, ad exemplum uſque, ſingul
pietate coruſcus, ea propter *Templum* eò loco, q
quidem tàm luculentâ victoriâ, *Anno M. DC.*
VI. Id. Novembr. auct⁹ fuiſſet, hoc *An. M. DC. XXV*
XI. Calend. Majas, unà cum *Cœnobio*, adjectis *Fla*
nibus, fundavit. Dedicavitque *B. MARIAE DEI*
RAE VICTORIOSAE. Sempiternam tàm mem
randæ felicitatis in memoriam, præfato die,
lenniſſimis invectus ceremoniis, *IMPERAT*
PIVS, FELIX, AVGVSTVS, VICTOR, primum ſua
manu lapidem ad fundamentum ſuperintu
Coronantibus hunc ſolennem actum *Eleon*
Gonzagâ, Imperatrice, *Ferdinando III. Vngariæ, &*
hemiæ, Rege, Archiepiſcopo Pragenſi, *Cardinali Erneſt*
Harrach, P. Henrico, *Generali Ord. Servorum B. Ma*
Virg. Lapis verò ille ſequenti ſub quadratis l
teris, inſcriptione inſignitus erat: *ANNO M. D*
XXIIX. DIE XXV. APRILIS, FERDINANDVS
IMPER. SEMPER AVGVSTVS, CATHOLICAE
DEI DEFENSOR ACERRIMVS, PRO GRATIARV
ACTIONE VICTORIAE, CONTRA REBELLES,
HAERETICOS, AN. M. DC. XX. DIE. VIII. NOVEMB
IN MONTE ALBO OBTENTAE, Hujus *SACRI TE*
PLI, SANCTAE MARIAE DE VICTORIA, PRIMV
FVNDAMENTVM POSVIT.

II.

Ioan. Guilielmi, Iuliaci Ducis, Exequiæ.

Laude digna illa *Imperatoris* animi ergà *DEV*
victoriæ datorem, grata recognitio, ac piet
Hæc verò non minùs in raris habenda tumulati
qua *Ioan. Guilielmus*, *Iuliaci, Cliviæ*, & *Montium, D*
Ravenſpergæ, & Moerſæ, Dominus, *ANNO M. DC. IX.*
functus, poſt integros XIX. annos, nempè *M. D*
XXIIX. celebratis exequiarum ſolennibus, maj
rum ſuorum tumulis tandem illatus eſt. Hanc im
manem moram injecit ſuper hæreditate defun
controverſia. Illiberis enim deceſſit. Ita factum,
tanto ſub intervallo, ad viventis imaginem, defu
cto, ac ſarcophago condito, intrà *Iuliaci* arce
quotidie inferrentur epulæ. Quibus pauperum
geſtati ſatisfactum. Tandem, litibus definitis, h
reditas ad *Guolffgangũ Guilielmũ*, *Comitẽ Palatinu*
Neoburgicũ, rediit. Hic igitur, apud *Düſſeldorfium* c
lebratis ſolennibus exequiis; quod ejus fuit re
quum, majorum tumulis, debita cũ pompa, infe
ri curavit. Expletis illis funeralib⁹, monetæ inp
pulũ projici cœperunt. Quarũ inſcriptio hæc fui
IOAN. GVILIELMVS, DVX IVL. CLIV. ET MON
COM. MARCH. RAVENSPERG. ET MOERSA
DOM

I.RAVEST. NATVS AN. M.D.LXII. MORTVVS IO M.DC.IX. SEPVLTVS AN. M.DC. XXVIII. XXIX. OCTOBRIS. PRAESENTE, ET ORDINAN- GVOLFGANGO-GVILIELMO, COM. PALAT. NI, SVO EX SORORE NEPOTE.

III.

. Friderici, Ducis VVürtenbergici, exceſ- us.

limine *Auguſti* menſis, *Ioan. Fridericus*, *Dux ürtenbergicus*, ob ſingularem animi moderatio- ,dictus *mitis*, piè hujus vitæ mimum implevit. imen patriæ, quod, ab exceſſu parentis, ſub i- is *Anni M.DC.VIII.* ætatis anno XXVI. ade- ſuerat, per annos XX. menſes VI. multa cum ate, & laude, geſſit. Qui tametſi ſub annis po- ioribus, ob tumultus bellicos, *Imperium* concu- ites, curis, ac ſolicitudinibus, haud mediocri- ,fuiſſet expoſitus; ſic tamen, ſingulari interve- ıte induſtriâ; provinciam ſuam protexit, ut tùm non patriam, ſed etiam *Suevicum Circulum*, is erat archiſtrategus, in tranquillitatem, ac etem, vindicaret. Ex *Barbara Sophia, Elect. Bran- rgici* filia, conjuge, tres filios, totidemque fi- ,ſuſcepit. E quibus *Eberhardus*, natu major, ubi imum quartum ætatis annum ageret, futurus que ſucceſſor, tutela, atque adminiſtratio *Du- us*, ſecundum pacta familiæ *VVürtenbergicæ*, ad iſtriſ. *viduam* & *Ludovicum Fridericum, Ducem, Co- em Mumpeligardenſem* intereà rediit.

IV.

dolphi-Chriſtiani, Comitis Embdani, fa- tum.

Ed violentæ mortis genere, in medio juventu- tis flore, *Parcâ* ſæviente, ſurreptus eſt *Rudolphus riſtianus*, *Comes Embdanus*. Eo nempè tempore, Veris auſpiciis, *Galaſſius*, tribunus *Cæſareanus*, m milite, in *Friſiam*, ejus ditionem, ſeſe intule- .Ad illum igitur conſalutandum *Comes* profe- us, biduum *Galaſſio*, magnificè excipienti, genio- e, dedit. Sub diſceſſum, fortè accidit, ut eque- is ordinis aulicus, & centurio quidam, ad duel- n prodirent. *Comes* ergò hoc gladiatorium par, tio mentis humanæ, in novitates propendentis, ntemplaturus, exivit quoque. Interim, *Galaſſius*, cõperta, *ſigniferum*, cum aliquot gregariis, emi- , gladiatores illos vi, ex mandato, compeſceret, emque dirimeret. Ibi confluentem turbam, ſpe- atorumque globos, quòd *ſignifer* ilicet penetra- nequiret, evaginato, pro more, gladio viam ſibi erire cogitavit. Enſe ità tranſverſo obviorum ıpita pertentans, fortè *Comitis* miniſtrum percuſ- rat, turbæ miſtum. Quo viſo, *Comes*, indigna- one præventus, hancque in ſe velut injuriam re- undare arbitratus, ſtricto ſimulátque *ſigniferum* ladio perſequi cœpit, Retroceſſerat hic identi- em; Uſque dùm ad foſſam, vel ſcrobem, perve- iens; nulla ampliùs fugæ daretur ratio. Sic, neceſ- itate dictante, pro vita tandem pugnaturus ani- num commaſculavit. Gladiumque, quo manum nſtruxerat, in ſiniſtrum *Comitis* impegit oculum. Quo ex ictu *Comes* poſtridie vitam cum morte commutavit. Hoc caſu *Vlricus*, defuncti *Comitis* germanus, in ditionis poſſeſſionem ſucceſſit. Neque multò poſt à *Cæſare*, ut miles ex agro *Friſio* deduceretur, obtinuit, arcibus duntaxat præſidiis neceſſariis interim confirmatis.

V.

Virorum, doctrinâ illuſtrium, obitus.

PArs hiſtoriæ cùm etiam ad vitas, obituſque virorum litteris, ſcriptiſque, illuſtrium, pertineat, operæ pretium fuerit, etiam dignos laude litteratores honoribus haud fraudare. E quibus hoc Anno, in ipſis *S. Pentecoſtes* feriis, dùm ad ſacrum properat, apud *Marpurgum*, *Rodolphus Goclenius ſenior*, *Philoſophus* celeberrimus, anno ætatis ſuprà octuageſimum primo, morte interceptus eſt. Certè pius ſenex

Non poterat letho nobiliore mori.

Veſpaſianum refert *Suetonius*, cùm ægrotare vix cœpiſſet, ad ſuos ſubintuliſſe, *Imperatorem ſtantem mori oportere*. Et mox cum dicto è vivis ereptum eſſe. Etiam hoc *Imperatoriæ* mortis genus ad *Philoſophorum* ſua tempeſtate facilè ſummum illũ tranſiit. Stans enim itidẽ expiravit. De cujus laudibus ſiquidem in omni *Philoſophiæ* genere ampliſſima loquantur ſcripta, tacere, quàm multa dicere velle, expediet. Eodem ferè Menſe (*Majo* nempè) *Iacobus Reihingus*, *Theologus Tübinganus*, ad plures emigravit.

VI.

De Monſtris, Prodigiis, ac Tempeſtatibus.

A Rebus raris, ac fatalibus, illis, ad *monſtra, prodigia*, ac *tempeſtates*, quibus hic annus redundavit, progredimur. Ex illis refertur ſequens, quod propè *Argentoratum*, in pago, *Biſchen* dicto, mulier paupercula edidit, *monſtrum*. Nempè gemelli puellarum corporibus coaluerant. In quibus, poſt hujus lucis extinctionem, inventa, *Cor* unicum, *Pulmo* unus, duo *Stomachi*, duo *Iecinora*, cæteræque partes internæ geminæ. Hæc intùs erant. Externè monſtrum erat *biceps*, duo *manuum*, pedumque, paria oſtendens.

At *prodigium* quis non ſtupendum, ingenſque, formidet, quod apud *Sunderburgium* intrà *Pomeraniam* è cœlo oſtenſum eſt? Scilicet, cœlo velut hiſcente, viſus eſt numeroſus exercitus, ab *Aquilone* deſcendere. Primùm ergò legiones pedeſtres, ſclopetis, haſtiſque tremebundis, inſignitas, mox machinas bellicas, armorumq;, & impedimentorũ, apparatus, mox equeſtres copias, intueri licuit. Mox ab *Auſtro*, ſive *Meridie*, alius ſupervenit exercitus. Undè, partibus inter ſeſe commiſſis, prior exercitus, victoriâ obtentâ, versùs *Auſtrum* intravit. Hunc trabs ignita excepit, ſcintillarum globos ſpargens. Atque hoc dirum prodigium in aliquot horas ſui ſpectaculum mortalibus exhibuit.

Par prodigium, intrà *Vratislaviam Sileſiorum*, primo vere, notari cœpit. Ecce! enim ingens in cœlo Lunæ imago apparuit. In quam duo *machinarum*

rum bellicarum paria directa, inſpectante populo, ſub exploſionibus repræſentatis, horrendum edidêre fragorem.

Ejuſdem commatis apud *Hammaburgium Circulus* ingens, rotundusque, *Majo* menſe, è cœlo prominuit deſuper. In cujus centro *Solis* effulſit imago; *Iride Circulum* penetrante. Unàque *Solibus* quinque aliis *Circulum* ambientibus. Tandem, fumo è *Circulo* prodeunte, chaſma diſperſum.

Sic, eodem hoc anno, tempeſtas, & nimbus, modò non concuſſit *Bohemiam*; Ut civitas, *Bömiſch-Brod* dicta, extrà ſuburbium, funditùs deleretur incendiis; Ut etiam per *Sileſios*, *Brigam*, ſedem ducalem, afflixerit; *Vratislaviâ* inprimis ſub incendiis, magnam calamitatem cauſſantibus, paulò poſt gemente.

Iſtæ cum dictis, aliiſque, ſub locis ſævirent tempeſtates, porrò, ſub hyeme, *terræmotus* de noctu *Megapolitanos* non minus exercuit. Telluris, ſive *Veſtæ*, fundamentis eò uſque commotis, ut incolæ, lectis compoſiti, ultrà dimidiæ ulnæ ſpatium, in ſublime attollerentur. Ædificiis, inter tonitrua, ac fulgura, hinc indè manifeſtè nutantibus.

Super *Saganum* denique *Sileſiorum*, circà *Octobris* medium, procelloſa ventorum ſævitia, per biduum integrum, incubuit, frequenti comitata tonitru, & fulgure. Ut ſponte ſuâ impulſæ campanæ, & ſub turribus æra ſonarent: Super æde baſilica ignitis ſimulátque facibus, ad modum ſive *gladii*, ſive *flagelli*, territantibus.

Externa.

I.

Ingens apud Genuates conjuratio detegitur.

NEque minoribus hoc anno per *Hiſpanias* tempeſtatibus cœlum detonuit. Apud *Malgonam* enim, ſic nuncupatam civitatem, tempeſtas, & procellæ, aliquot hominum millia, cum ſexcentis ædificiis, variiſque, ac magni precii, mercibus, funditùs delevêre.

Illa verò, quæ ſequitur, in hominum furiis, rebuſque novis, inquietatorum animis, inſtar tempeſtatis alicujus, nata, *conjuratio Rempublicam Genuatum* haud parùm concuſſiſſet, modò, aditum habens, haud fuiſſet detecta. Nempè quidam, *Iulius Cæſar Vaccherus* nomine, cum complicibus, in necem *Ducis*, *Senatorum*, atque *Equeſtrium*, conſpiraverat. Hoc ingens facinus, in feriis *Paſchalibus*, *Duce*, cum *Proceribus*, ad ſacra prodituro, effecturus. Sic, ut *Rempublicam* priſtinam ſub libertatem vocare liceret, clàm militaris manus ſtipendiis obligari cœpit. Sed cruentum hoc conſilium diu non ſtetit impunè. *Radinus* enim centurio ſcelus detexit. Sic, tametſi dilaberetur *Vaccherus*, in fuga interceptus, unà cum *Rella* centurione, ejus complice, in vincula venit. Cætera conjurantium manus clàm ſe ſubduxit. *Radinus* ergò, pro indicio, decem coronatorum millia, à *Re-*
publica, muneris loco, obtinuit. Ut porrò quota
nis, dùm viveret, mille, & quingentorum coror
torum cenſum exciperet. Honorariis è public
non contemnendis, porrò in filios, filiaſque, ill
liberaliſſimè collatis. Sic proditores, & conj
rantes, plerumque in carnificis manus, ultimu
que ſupplicium, incidere amant. Indicibus ta
tùm non veniam, ſed munera, ac facultates a
plas, referentibus.

II.

Bückingamus, Dux Anglicanus, inſtar vic
mæ, immolatur.

PLerumque uſu venire conſueviſſe, ut iſti, qui
humili loco in *Regum*, *Principumque*, amicit
interiores ſeſe inſinuant, adeòque ad invidenc
uſque dignitates tolluntur, dùm in omnes per i
potentiam, teſte *Claudiano*, deſæviunt, fortu
tandem vultum antè obitus mutante, in ima pr
cipitia ruant, inter cætera, hoc opere obvia ali
exempla, vel ſequens *Bückingami* caſus doceri p
terit! Qui cùm ſupinâ *Iacobi*, nuper *Angliæ Regis*, i
dulgentiâ, ad ſumma honorum, dignitatumq
faſtigia aſſcendiſſet, ut etiam poſt *Carolum Rege*
& ſucceſſorem *Iacobi* filium, ſecundas facilè pa
tes gereret, tùm *Regis* & amicus, & conſanguine
appellaretur, ecce! quò magis hîc apud *Reges* val
re gratiâ perrexit, eò majora populi odia incurr
re cœpit. Neque hæc ſimultas modò vulgi me
tes præoccupârat. Ut etiam *Curiales*, regnique *S*
natores, invidos ſuper iſtius hominis impotentia
oculos conjicerent. Undè, tanquam res novas
geret, ſive exteris cum *Regibus* veſticontuberniu
faceret, tàm ſuſpectus eſſe, quàm accuſari clàm p
làm, meruit. Quòd ergò rapida, & velox, fortu
nulli, ab antiquiſſimis ferè hûc uſque temporibu
præſtet fidem, *Bückingamus* ubi ad ſummos hon
rum, ac potentiæ, gradus perveniſſet, mole ſuâ, e
dem fortunâ, iras cum blandimentis mutant
ſubito præcipitari cœpit. Atque, ut appareret, ſi
cam illi mortem non deberi, *Ioannes Feltonius*, *Sc*
tus, idemque miles, & ordinum ductor, in nece
ejus audacem commaſculavit animum. Pra
ſpeculata deerat ad tempus huic voto occaſi
Mox, ex animi ſententia, offertur. Cùm enim a
Portmujenam ſubſiſteret *Bückingamus*, ecce! *Sub*
ſius Comes, ad illum intravit, neſcio quid, ſuper re
bus *Roßilionenſium*, ſignificaturus. Hujus *igitur*, i
ter miniſtros, ac neceſſarios, miſtus *Feltonius* ſimu
átque intravit. Dùmque nihil minùs exſpectatu
ecce! cultellũ *Bückingamo* intrà viſcera eò uſq; ad
git, hic, ut, intrà primum horæ quadrantem, v
tam unà cum ſanguine, & gemitu effunderet. Tu
multu ſuborto, cultroque in vulnere relicto, tan
tà ſub induſtriâ reus periculum jam tùm evaſera
ut de ſicario res omnis eſſet obſcura. Interim, ſu
per *Gallicanos*, circumſtantes, ubi incumberet ſu
ſpicio, tanquam illi cædem patrâſſent, *Anglican*
conclamare cœperunt, omnes illicò opprimeren
tur *Gallicani*. *Feltonius*, jam per gradus in aream u
que, abſque incommodo, delatus, intellecto *Gal*
lorũ periculo, ſponte ſuâ in turbã regreſſus, Me me
inquit

t, ô *Angli*, petite, me me ducite. En! adſum, qui
qui *Bückingamum* hac dexterâ occidi. Nihil iſti
moliti, & ne quidem auſi ſunt. Ego ego ego fe-
o ego cultellum hanc ad immolationem præ-
i. Si dubitatis adhuc, extrahite cultellum. Et
e, numquid manubrio albo inſtructus ſit. Sic,
utiùs hæſitare opus eveniat, narro vobis aliam
n, & quidem certiſſimam. Schidium illud pi-
ico applicitum intuemini. Hoc vel ob id, ex
oſito, præferre conſtitueram, ut, ſi contin-
, poſt immolatam hanc victimam me fortè
manus ſtipatorum ſubitò cadere, non igno-
ur ejus cędis autor. Quibus cum dictis in vin-
& cuſtodiam, raptus eſt. Quæſtionibus ſubje-
, nihil aliud edidit, niſi hoc, nempè ſe, liberri-
lectione provectũ, boni publici cauſsâ, hanc
m patrâſſe. Meruiſſe ſe mortem, neq; valdè fu-
, tanquam uſq; adeò non moleſtam. Interim,
e ſolari animũ, *Deum* peccatis ſuis propitium
, vel ob id, quòd patriam à peſtilenti ſydere li-
ſſet. Secundùm hæc, ad mortem damnatus, at-
in furcam actus, eſt. Hunc finem *Bückingamus*
fortunæ blandimentis ebrius, habuit. Ut re-
ctiſſimè vel tritum illud *Ovidianum* hic locum in-
veniat.

——————— *Dicique* BEATVS
ANTE OBITVS NEMO, *ſupremaq; funera debet*.

Quod quàm apprimè in homines, poteſtate, at-
que dignitate, abutentes, torqueatur, vel hic *Bü-
ckingamus* in exemplo eſt.

III.

Guilielmi Verdugonis, Hiſpani, obitus.

Melioribus in vita laudibus provectus *Guiliel-
mus Verdugonius, Hiſpanus, Inferioris Palatinatus
Gubernator*, melioribus mortem, è naturali corporis
indiſpoſitione placidè obrepentem, terminavit
præconiis. Poſteaquàm enim, ſub *Rheinfelſæ* arcis
obſidione, ex lapſu, corpus olæſiſſet, affluentibus
ad locum affectum humoribus, ut fieri amat, no-
xiis, labem, ulcuſque, contraxit. Undè, remediis ex
arte adhibitis quantumlibet quęſitiſſimis, integrè
ſibi reſtitui haud potuit. Qui cũ in vita, ob pruden-
tiæ, moderationis, beneficentiæq;, nomine laude
dignus fuiſſet, etiam, noſtro munere, illi, vel
poſt mortem, his litteris ex merito fa-
ma conſervabitur.

Io. Petri Lotichij

RERVM GERMANICARVM LIBER XXV.

CAPVT I.

De Electorum, Principum, Ordinumque, Catholicorum, querelis, ſuper bonis Eccleſiaſticis, poſt Paſſavienſem tranſactionem interceptis.

I.

Ut victoriis Cæſari partis, factaq; cum Daniæ Rege pace, una oboriebatur per Imperium, & communis, querela: BONA ECCLESIASTICA, POST PACIFICATIONEM illam PASSAVINAM INTERCEPTA, REDDENDA ESSE.

Vix bellum jam tandem, poſt præ-
liminaria illa *Brunſvicenſe, Bremen-
ſe, Holſatũ, Iuticum, Ditmarſicumq;*,
immò ex parte quoque *Danicum*,
circumactum, vix altero cum *Rege*,
nempè *Daniæ*, tranſactum, erat,
ecce! aliud bellum gliſcere, alius *Rex*, nimirùm *Sue-
ciæ*, in partes ſuccedere, manuſq;, ac bellum, *Victo-
rioſo* cum *Cæſare* conſerere, cœpit. Dixiſſes, hacte-
nùs motuum, depopulationum, pugnarum, cladi-
umque, fuiſſe plus ſatis. Sed arctiſſimæ, luculentiſſi-
mæq; confœderationes, graviſſimi conflictus, ve-
hementiſſimæ clades, converſioneſque plus quàm
memorandæ, reſtabant. Ut tanquam *Homerus* à de-
cimo *Trojanæ* obſidionis anno, quo res non niſi in-
gentes intervenerunt, telam *Iliados* ſuæ eſt exorſus,
ità propemodùm aliquis à bello *Cæſareo-Suecico* hu-
jus temporis annales ordiri poſſe videatur. Hæc,
quibus occaſionibus, quibus incentivis, facta ſint,
ordine, tanquam ſub theatro aliquo novâ prode-
unte ſcenâ, repræſentare, ac perſequi, fert animus.

Scilicet à ſeculo hactenùs,& ꝙ excurrit, invaleſcente ob *Religionis* diſcriminationē,inter *Electores, Principesq́ꝫ Imperii*,ſimultate,eò res(prout in limine huius operis pręmiſſum)redierat, ut induciæ potiꝰ, quàm pax vera, ac ſolida, interveniſſe viderentur. Ea tabes per annorum circuitus ſic quidem radices egerat,uſq; dùm in ſocietates,inq; fœdera,utrinq; itum eſt.Poſt fœdera in bellum patére amat tranſitus.Idem hîc accidit.Sed nimis (ut ab evētu deprehenditur) infelix, & funeſta,hæc alea *Vnionis* confœderatis uſuvenit, qui velut provocâſſe putabantur. Itaque & prævaricationis ſuæ pœnas dederunt luculentas.Dùm in *Friderico Palatino,Vnionis* capite, apud *Pragam*,ſic quidem victi ſunt, ut deinceps ſub *Durlarchio,Brunſvicenſi,Veero*, aliisq;, diverſis ſub locis identidem devincerentur: *Vnionis* ſyntagmate ſub *Onoltzpachiano* ſua ſponte dehiſcente.

Eam cauſſam ubi, reaſſumpſiſſet *Chriſtianus,Daniæ Rex*,primū arbitri, mox vindicis, partes ſuſcepit.Ecce autem dùm victis ſuperaccedit, ipſe, unà cum ſociis *Inferioris Saxoniæ Circuli Principibus*, non unà victoriâ retunditur, atteriturq;. Uſq; dùm &, hujus belli ſatur, *Rex* inclytus cum *Cæſare* honeſtæ pacis leges inire maluit.

Quis, te rogo, *Invictiſſimo Cæſari*, quis *Catholicis Electoribus*,ac *Principibus*,tot clariſſimis victoriis,etiam à *Rege* recèns relatis, animos, & confidentiam, ſuccreviſſe, vitio vertere meritò poſſit. Cùm vel *Vnionis* confœderati quidem, medio ſub rerum,eoq; incertiſſimo,turbine,minas ſpirarēt, leges pręſcriberent,adeóque,ut in triviis ajunt, antè victoriam tantùm non triumphum agitarent? Certè,ut è veteribus illis ſcriptoribꝰ probatur, *Victoria* confidētiam minimè deſtruit,ſed auget.Neq; tàm virtutē, quàm cauſſæ integritatem, coarguit. Ut inprimis hæc victrix, & quidem tot egregiis ſucceſſibus, vicibuſq;,nobilitata,felicitas,non homines,quantūvis ſapientiſſimis cogitationibus pectora implētes, autores habere dicatur;Sed ſupremi illius,& maximi,exercituum *Imperatoris*, nempè *Dei*, donum ſit. Annō igitur victorię quęſtꝰ eſt uberrimꝰ?Annō ꝓvincias,regiones, civitates,populoſq;, ſubjugat? Annon victis leges,priſco more,victor præſcribit?

Hoc nomine ratio apparebat non tralatitia, quâ *Religionis* illius *Catholicæ* extenſio peti,apeririq; poſſet. Ut *Cæſar* hoc ad negotium ematurandum tantùm nō ab *Electoribus, Principibusq́ꝫ*, dictis *Catholicis*, ſed ex *Roma* à ſummo non minùs *Pontifice*, urgeretur. Unà igitur erat in tota *Catholicorum* civitate exſpectatio,ac commune deſiderium,affulſiſſe nimirùm diu exoptatum illud jubar,illam occaſionē, quâ quidem bona *Eccleſiaſtica*, nempè tot *Archiepiſcopatus,Epiſcopatus,Abbatiæ,Cœnobia*,& id genus poſt pacificationem *Paſſavienſē* poſtliminiò à *Proteſtantibus* intercepta, commodiſſimè tandem recuperari ſuſtineant.Id ꝙ conſilium tametſi multis eo tēpore videri poſſet pręceps,ac calidum,nihilominùs non adeò præmaturum illorum in oculis eſſe debuit, qui, penſiculatis utrinq; animorum propoſitis, ab adverſa parte durius quiddam imminuiſse conjecturârunt. Si enim *Bohemis*,ſub ipſis motum, primordiis,iſti fuerunt,& quidē flammātes, conatus, ut in templa,exercitia,officiaq;,*Catholicorum Procerum* iniicerent manus, etiamq; *Patres ſocietatis*, ſub indicto æterno exilio, è regno,ac provinciis, illicò tùm exterminarent, aliaq; id genꝰ enovarent, quis dubitabit, eoſdem, ſicubi ad *Pragam* victores
potuiſſent, omnia ferè graviſſima, atque extre
deinceps in *Catholicos* ſuſcepturos fuiſſe? Dùm
tur &illud obiicitur,etiam hoc,quod iure affer
veritatis ſtudio,non reticendum fuerit.

II.

Cæſar querelarum cauſſas reddi jubet. Vndè
norum Eccleſiaſticorum,id genus intercep
rum,numerus initur.

SEd,quid ad hæc *Imperator*? Antequàm dece
ret, ſententiamq; promulgaret,priùs quer
ac cauſſam,inſpicere,ex lege, maluit.Dicerent
gitur,immò demonſtrarēt,accuſatores, quant
quouſq;, & quibus in locis,à *Proteſtantibus*, ad
sùs *Religionis* pacificationem peccatum fuiſset.
retur dicto;Et demonſtratur, duos *Arch iſcop*
nempè *Magdeburgicum*, & *Bremanum*,duo cim
rò *Epiſcopatus*, videlicet *Mindenſem, Halberſtaten*
Verdenſem, *Lübeccenſem*, *Ratzeburgicum*, *Miſnen*
Mörſeburgicum, *Naumburgicum*, *Havelbergium*, *L*
ſinum,& *Caminenſem*,reſtituendos eſse.

Interim,ut appareat,quando, quibuſq; mo
prædicti tàm *Archiepiſcopatus*, quàm *Epiſcopatus*
Proteſtantes deſcivisſent, ſequenti viâ diluci
cœpit.

Atq; initiò *Fridericum*, *Marchionem Brandeb*
cum, Archiepiſcopum Magdeburgenſem, eundemq
piſcopum Halberſtatenſem,docebant,diem obiiſse
M.D.LI. Huius in locum electū fuiſse eius fratr
Sigiſmundum Marchionem, tredecim annorum
rum.Et hunc, ſuſceptâ reformatione, *Luther*
ſmum introducere voluiſse.Sed morte eſse prę
tum *An. M.D.LXVI.* ætatis anno XXVII. Ab
obitu *Capitulares*,ubi plerique,*Auguſtanæ Confe*
accedentes, *Catholici Principis* regimen averſar
tur, denuò elegiſse *Ioachimum Fridericum*, *Marc*
nem, *Ioannis Georgii*, *Electoris Brandeburgici*, fili
Hunc igitur cœptam reformationem in effec
deduxiſſe, evocato eum in finem *Sigiſmundo S*
Eccleſiaſte Northuſano. Eundem paulò poſt,ſub *A*
M.D.LXX. VI. Id. Ianuar. nuptias celebrantem
hilo-minùs *Archiepiſcopatum* retinuiſse. Eiuſqu
exemplum complures *Capitulares* ſeſe compon
tes tùm ad nuptias ſimulátque tranſiiſse. Hac fu
Archiepiſcopatu Magdeburgico.

Super *Bremano* ſic quidem narrabatur. Ni
rùm *Georgium*, *Ducem Brunſvicenſem*, *Archiepiſc*
tum tenuiſse, ſed in vivis eſse deſiiſse *An. M. D.*
XIX. Cal. Ianuar. De hoc *Henricum Buntingum, hiſ*
cum,litteris mandare,illum paulò antè,quàm m
te decederet,cum *Capitularibus*, *Auguſtanæ Confe*
ni addictis,ſuper eccleſiarum reformatione eg
Sed,anno ætatis ſeptuageſimo quarto,morte p
ventum fuiſse.Huius in locum ſucceſſiſſe *Henric*
Ducem Lavvenburgicum, *Friderici Ducis*, apud *Col*
enſes Catholicæ Religioni addictiſſimi, fratem, qui
em ſuum obiiſset. *An.M.D.LXXXV.X.Cal.Maias.*
hoc quidem rumorem fuiſse, tanquam cum *Lu*
ranis faceret. Sed cœlibem,nihilominùs deceſſi

Ab eius obitu, *Archiepiſcopatum* in *Adolphum*,
ſatiæ Ducem, decem annorū puerū, fuiſse collat
An.M.D.LXXXV. Atq; hunc demum, ductâ in u
rem *Auguſta*,moderni *Daniæ Regis* ſorore,ad nup
tranſiiſse,primumque uxoratum *Archiepiſcopum*
ſe cognitum.

H

æc de Archiepiſcopatuum pari. Sequitur de duo-
n ordine Epiſcopatibus.
e Mindenſi igitur ità quidem res habebat. Her-
us, Comes Holſato-Schaumburgicus, An. M.D.LI. in
pum Mindanum electus, àque Pont. Max. confir-
s, erat. Qui cùm circiter An. M. D. LXII. cum
, & Proceribus, ejuſce Epiſcopatus diffidere cœpiſ-
ſulam abdicavit. Ejus igitur in locum, & qui-
vacantem, venit, Henric. Iulius, Dux Brunſvicen-
n tùm uxoratus, Anno. M.D.LXVI.
m Halberſtatenſi ſic comparatum fuiſſe, argue-
r. Videlicet, ab obitu Sigiſm. Marchionis Brande-
ci, Magdeburgenſ. Archiepiſcopi, ejuſdemq; Halber-
ſis Epiſcopi, (qui incidit in An. M.D.LXVI) Capi-
es, Halberſtatenſes, optimæ notæ Catholicos, quò
patum, ære alieno obrutum, exonerarent, Hen-
Iulium, Henrici Ducis Brunſvicēſis, Catholicam Re-
em acriter foventis, nepotem, puerum bimu-
poſtulâſſe, ſub his conditionibus: Nempè Ca-
res, per integros duodecim annos, Epiſcopatus
nen adminiſtrantes, ex reditibus æs alienum
lverent, novoq; Epiſcopo tantùm, recognitio-
co mille Ferdinandicos quotannis penderent.
d paulò poſt ſtatum Epiſcopatus verè immutari
iſſe. Ab obitu enim Henrici Brunſvicenſis illius,
cipis Catholici, qui incidit in An. M.D.LXXXIIX.
d. Iun. Iulium Ducē, ejus filiū, eodem adhuc anno
ionis mutationem ſuccepiſſe, Cœnobia ſub im-
um, ac leges, vocâſſe, filiumq;, tenerrimę ætatis
cipem, è fontibus Lutheranæ doctrinæ erudiri
iſſe. Atq; indè eſſe, hic ut Iulius poſtmodùm E-
patum, tanquam hęreditarium, etiam in filium,
cceſſorem, transtuliſſet.
De Verdenſi ità eſſe, indicatum fuit: Nempè per
c Epiſcopatum exercitium Religionis Catholicæ du-
uſq; ad exceſſum Georgii, Ducis Brunſvicenſis. Il-
ſucceſſorem, Eberhardum ab Halle, ſub Anno
.LXVIII. oppidò Religionem Catholicam mutâſſe
n Lutherana.
De Lübeccenſi ſic indicatum eſt: An. M.D.LIX. Ioan.
emannum, Decanum Lübeccenſem, hominem Ca-
icum, qui ſeptennium apud Romam perſtitiſſet,
piſcopum poſtulatum, electumq;, fuiſſe. Hunc in
peres ingentē pecuniarū vim erogâſſe. Ejus in
um (deceſſerat enim An. M.D.LXI. XV. Cal. Maj.
iſſe Eberhard. ab Halle, antè intrà Lüneburgum ad
Michael. Abbatem. Hūnc apoſtatā, & Lutheranum,
tum. Et, ab hujus obitu Io. Adolphum, Holſatiæ Du-
, eundemq; uxoratum, ad regimen veniſſe.
De Ratzenburgio hæc narrata ſunt: An. M.D.LIV.
iſtophor. à Schnelleburg, Epiſcopum Ratzenburgicum,
ſtatam, uxoratumq; factum. Ab hoc Epiſcopa-
ad Chriſtophorum, Ducem Megapolitanum, pariter
jugatum, deveniſſe.
De Miſnenſi illa ſubintulerunt; An. M.D.LV. Nico-
m Carlevitium, Epiſcopum fuiſſe Miſnenſem. Hunc
dē anno per legatum ad Auguſtana comitia miſ-
n, Religioſam adjuviſſe pacificationem. Eo fato
ncto Epiſcopum factum Io. Haugvitium. In hunc in-
rexiſſe Carlevitios, Epiſcopatumq; intercepiſſe. Un-
cōpulſus Auguſti, Saxoniæ Electoris, opem implo-
vit. Sic in Epiſcopatū reſtitui cœpit An. M.D.LXXXI.
è verò, An. M.D.LXXXI. univerſū Epiſcopat. ſub cer-
penſione annua, in manus præfati Electoris con-
dens, uxorem duxit. Qui cū illiberis deceſſiſſet,
iam Elector Arcem, civitatem, ac præfecturam, ipſi
rmiſſam, tanquam cætera, ſibi vindicavit.

Super Mörsburgico iſta intervenerunt: Nempè Si-
giſmund. Lindenavium, Epiſcopum Mörſeburgicum, Anno
M.D.XLIV. naturæ legem impleviſſe. Abindè Luthe-
rano dogmate infectos Capitulares, ſub prętextu po-
litico, Auguſtum, Saxoniæ Ducem, mox Electorem, pro
Adminiſtratore in rebus ſecularibus, Georgium verò,
Principem Anhaltinum, (qui quidem Lutheranus exi-
ſtens acerrimus, et ſub parochi, ac paſtoris, habitu,
in ſuggeſtum aſcendere, & ad populū concionari,
fuiſſet ſolitus) quà res Eccleſiaſticas, poſtulâſſe. Hoc
regimen tantùm durâſſe ad Annum M.D.XLVII. uſq;
dū Carolus. Cæſar confœderatos illos Smalcaldicos a-
cie deviciſſet. Tùm enim Auguſtum Ducem admini-
ſtratione illa abiiſſe. Michaelem Sidonium verò, Suf-
fraganeum Moguntinum, Epiſcopum nominatum fuiſ-
ſe. Hunc, uſq; in Annum M.D.LXII. regimē tenuiſſe.
Huius per legatum in confirmationē pacificatio-
nis illius, apud Paſſavium. An. M.D.LII. initæ, pactęq;,
operam collatā eſſe. Ab illius ex humanis abitu, A-
lexandrum, Saxoniæ Ducem, Auguſti Electoris filium,
quatuordecim annorum adoleſcentem, poſtulari
accidiſſe. In cuius locum, dùm obiit An. M.D.LXV.
Id. Octobr. Auguſtum patrem ſucceſſiſſe. Hoc pactō
Epiſcopatum hunc uſq; in diem intrà manus Saxoniæ
Electorum ſtetiſſe.

Super Naumburgico eadem audita eſt querela. Vi-
delicet Philippum, Com. Palatinum Rheni, Epiſcopum
Freyſingenſem, apud Naumburgum Adminiſtratorem,
obiiſſe diem ſuum An. M.D.LXI. Ejus in locum à Ca-
pitularibus Iulium quendam hominem Catholicum,
eumq; eruditum, fuiſſe ſuffectum. Adversùs hunc
Io. Fridericum Saxoniæ Electorem, Nicolaum Ambsdor-
fium, Equitem Miſnicum, eundemq; Lutheranum con-
cionatorem, de facto intruſiſſe. Sed Iulium, Præſu-
lem, illum ritè electum, rediiſſe in Epiſcopatum, ubi
Carolus Cæſar, An. M. D. XLVII. ſuper Lutheranis tri-
umpharet. Huj⁹ ab obitu, (q. incidit in An. M.D.LVI.
Auguſtum, Saxoniæ Electorem, tentatis per inſidias
Capitularium, non valdè repugnantium, animis, po-
ſtulationem in ſe transtuliſſe. Atq; hûc uſq; Epiſco-
patum illum ſub Electorum Saxoniæ manibus fuiſſe.

Super Brandeburgico, iſta in tabulas venit narra-
tio. Ioachimum, Marchionem Brandeburgicum, Anno
M.D.XLVI. in eius loci Epiſcopum inaugurari cœpiſ-
ſe. Hunc cœlibem vitam vixiſſe. Utrum autem in
fide Catholica uſq; ad mortē perſtitiſſet, incertum
eſſe. Nam, cùm, An. M.D.LXIII. Præſulatum abdicaſ-
ſet, Ioachimum-Fridericum, Marchionem Brandeburgi-
cum, eundemq; conjugatum ſucceſſiſſe. Indè eſſe, ut
Epiſcopatus factus ſit tanquam hæreditarius.

Super Havelbergico hæc querela obtinuit. Frideri-
cum, Marchionem Brandeburgicum, Religione fuiſſe. Ca-
tholicum. Hunc, An. M.D.LII. V. Non. Octobr. & ſic poſt
tranſactionem Paſſavienſem, eodem anno poſtridie,
Cal. Sextil. ſancitam, mundo valedixiſſe. Ità factum
eſſe, ut Ioachimus, ejus nominis ſecundus, Elector
Brandeburgicus, eum Epiſcopatum in formam præfe-
cturæ redegerit, Georgiumq; Blanckenburgicum, ad di-
es vitæ, præfectum eſſe iuſſerit. Sed Io. Georgium Ele-
ctorem, poſtliminiò cum Blanckenburgio egiſſe, hic ut
Ioachimo-Friderico, Marchioni, adminiſtrationem
permitteret. Abindè ad hæredes etiam hunc trans-
iiſſe præſulatum.

De Libuſino Epiſcopatu hæc agebatur cauſa. Ioa-
chimum, Epiſcopum Libuſinum, Anno M.D.LV. V. Id.
Iunias, inter vivos eſſe deſiiſſe. Ab eo tempore ad-
mini-

mniſtrationẽ veniſſe ad *Ioachimum Fridericum, Marchionem Brandeburgicum*, atq; etiamnum illum penès familiam velut hereditariam permanere. Cum *Caminenſi Epiſcopatu* ſiquidem comparatũ eſſe, ſuperadditum. Nimirùm *Bartholomæum Cygnæum* extitiſſe *Epiſcopum Caminenſem*, ſimulátq; uxorem duxiſſe. Eum, cùm didiciſſet, *Smalcaldicos* à *Carolo Cæſare* acie victos fuiſſe, territ⁹, ne à *Præſulatu* deponeretur, *An. M. D. XLIX.* ſponte infulam reſignâſſe. Ejus in locum *Martinum VVeyſenium, Capitularem Catholicum*, ſuffectum fuiſſe. Ab hujus obitu, *Io. Fridericum, Pomeraniæ Ducem*, in ſedem vacantem veniſſe. Ut etiãnunc quoq; *Epiſcopatus* à *Pomeranis* illis *Ducibus* detineatur.

Atq; hæc illa iſta eſſe *Epiſcopatuum* prædictorum ſeptẽ paria; Cujuſmodi, poſt tranſactionem illam *Paſſavienſem, Catholicis Principib. Ordinibusq́*, fuiſſent ſubtracti, cauſſatum tùm quidem fuit.

Nihilo-minùs tàm antè, quàm poſt, præfatam pacificationẽ, interventu *Auguſtanæ Confeßionis*, ab *Imperio* deſciviſſe *Magiſtrum ordinis Teutonici* per *Borußiam, Magiſtrũ ord.* ejuſdem per *Livoniam, Archiepiſcopatum Rigenſem, Revelẽſem, Churlandium, Deſſelium, Tertzium, Schvverinẽſem, Schleſvvicẽſem, Kyhlanũ, PumerZanenſem, Heylbergiũ,* & *Wärmelandinũ, Epiſcopatus.* Quib⁹ adde *Medim, Tullum,* & *Verdunum*, civitates, ab *Imp. Rom.* velut reciſſas. Undè nihil ampliùs auxilii in huj⁹ *Imperii* commodũ redundet. Rectiùs & humaniùs, *Hiſp. Regem*, ac familiam *Burgundicam*, cum *Imperio* agere. Tametſi enim provinciȩ, per rebellionem eſſent abalienatæ, nihilo-minùs *Regẽ* indè *Imperio* cenſum conferre ordinariũ. Quo nomine, quàm *Rex Hiſpaniarum* veneretur hanc *Imperii* majeſtatem, ſeq; illius *Principem*, ac membrum, profiteatur, cognoſcere fieret opportunum.

III.

Superiores querelæ exaggerantur. Cauſſæq́ ſuperinducuntur urgentes, quas ob pro tempore Imperator Eccleſiaſticorum bonorum reſtitutionem mandare debeat.

ILlæ cùm non viderentur accuſationes eſſe tralatitiæ, ac perfunctoriæ, nihilo-minùs fallor? an querelarum inſuper aliarũ, non minùs urgentium, cumulus ſuperacceſſit. Ut tantũ non ſuper *Epiſcopatib.* interceptis controverſia eſſet, ſed ẽt ulteri⁹, ſuꝑ *Monaſteriis*, penè innumeris, inprimis *Guttenburgenſi* videlicet, & *Hirſchfeldenſi*, eâdem violentiâ ſubtractis, laboraretur. Tametſi verò, inſtabant, *Monaſteria*, atq; id genus bona *Eccleſiaſtica*, utiq; ad *Imperium* immediatè nõ ſpectarent, neq; ſtatum, ſive ordinem, *Imperii* cõnſtituerent, tùm antè transactionem *Paſſavienſem* erepta *Proteſtantibus*, lege pacificationis, permitti cœpiſſent, nihilo-ſeciùs, ut vim hanc ad *Cœnobia*, non dùm intercepta, extenderẽt, pluraq; ad ſe raperent, permiſſum haud fuiſſe. *Pacem* itaq; *Religioſam* purè, atque incluſivè, loqui de præterito, non de futuro.

Quo pacto autem, quotque vicibus *Proteſtantes pacificationis* illius leges fuiſſent transgreſſi, curiosâ inquiſitione minimè opus fore. Si quis dubitet, ſaltem actiones *Electorum Palatinorũ, Brandeburgicorum,* & *Brunſvicenſium Ducum*, inſpiceret. Uſq; eò verò extremitatis rem iſtam rediiſſe, ut longè inferiores ordines, nempè, *Comites, Barones,* etiam ipſi *Equeſtres, Cœnobiis* vim intuliſſe, ac beneficia ſibi vindicâſſe, cõperiantur. Plura igitur numero *Monaſteria*

piis majorum fundationib⁹, atq; inſtitutis, ſul
cta eſſe, quàm facile numerus eorum iniri poſſi
Hos mores, hanc prævaricationem *pacifica*
illius, ſtrenuè imitari cœpiſſe *Argentinam, Nor*
gam, Vlmã, Nördlingam, Memmingenã, Ratiſponã, &
as, civitates *Imperiales*. Immò graviùs multò ſa
ſe. Tantùm non enim illas *Cœnobia* invaſiſſe,
tuſq; eccleſiaſticos rapuiſſe, ſed lõgè graviora,
liri, nimirùm *Catholicæ Religionis* exercitium i
mœnia abrogare, perrexiſſe. Sic *Catholicis* care
fuiſſe *baptiſmo* infantium, provectiorib⁹ matri
nii confirmationibus, *ægrorumq́* viſitationibus.
mò verò illas iſtas *Catholicorum* templis armatc
cuſtodes, adhibuiſſe, qui *Lutheranos* aditu proh
rent; Hoc modo cives *Catholicos* ab officiis, ac di
tatib⁹, excluſiſſimos pariter fuiſſe. Ut porrò i
per eas *Civitates*, fidem *Catholicam* acerrimè prc
gnantes, atq; inter illas *Coloniam Agrippinam*, &
quisgranum, ad defectionem ſolicitare non v
cundarentur.

Hæ ſiquidem, & id genus plures, à *Catholi*
medium afferrentur, tàm prægnãtes, q̃ ſpecioſ
tiones, quibus in poſſeſſionem ablatarum digr
tum reverti poſſent, interim habitâ tã oppor
temporis, quo deſiderium illud in effectum de
quitum eſſet, ratione, eò inſtantiùs, eò flagran
ab *Imperatore* contendere cœpêre; Nempè affu
re opportunitatem hanc rem efficiendi opta
mã, præſentiſſimamq;, quâ quidem exſpectar
queat luculentior alia quæcunq;, quantacunc
Hanc capillatam utrâq;, quod ajunt, manu arr
endam venire. Quis enim neſciat, *Vnionis* na
ſub ſcopulis ꝑ naufragium alliſam, fractamq;
Quem fugiat, *Inferioris Saxoniæ Circuli* caballin
illud robur enervari uſuveniſſe? Cui ignotum,
gis Daniæ vires, ac potentiam (ſuper quam conſo
rati curioſos, ac ſolicitos, hactenùs coniicere ſ
bant oculos) attrittam, eſſe, continuiſque ill
cladibus penè elanguiſſe? Ex adverſo *Principes*
tholicos non unico exercitu, eoque veterano, ac
ctorioſo, inpræſentiarum eſſe inſtructiſſimos,
minem latere. Ut hac prærogativâ tántùm non
gnare, ſed vi injecta ereptos illos *Epiſcopatus* ext
quere, ſufficiant, ac prævaleant.

IV.

Ferdinandus II. Imp. ſuper bonorum Eccleſia
corum repetitione, adhucdum ſuffragia Pri
cipum tàm Catholicorum, quàm Proteſta
tium, colligit.

DEliberare adhûc viſus eſt *Imperator*, tanc
in re ardua. Tametſi ergò in rationes accuſa
tium animis propenderet, nihilominùs, antequa
de rerum ſumma decerneret, tàm ab *Eccleſiaſticis*
Secularibus, Principibus, paulò accuratiùs juſſit ha
cauſſam, ventilari. Sic, ut, dùm apparéret, actione
eſſe juſtiſſimam, deponderarent ampliùs, utrùm
quæ licent, ac cauſſæ bonitate reſtitutionem poſt
lare videntur, expediat etiam, hoc præſertim dif
cili tempore, repetere velle.

Ne ſic bellum è bello, inſtar funiculi trahereti
De hoc ergò diſpicendum venire, an ex uſu for
ut ſub promulgatione *Edicti Cæſarei*, executio d
inceps haberet locum.

Hæc dùm gravis, atq; magni ponderis, quæſt
denuò excutitur, in diverſas ſententias itum eſ

co

at. Nempè major *Catholicorum* pars pericu- nam hanc aleam eſſe judicavit, ſi hac maximè eſtate reſtitutio bonorum illorum *Eccleſia- um* armis extorqueri vellet. Quàm proclive foret, animos, jam tùm *Principum Ordinum-* exulceratos porrò in diſcrimen, *Imperiumque* tremum periculum, adducere, nemini non ob ɔs eſſe.

x *Proteſtantibus* inprimis auditi ſunt, quales, re pertâ, ſub prolixis libellis, ac deductionibus, *Cæſari* conſilium expectorare conati ſunt. Ut erent, rem eſſe multæ, atque perplexæ, diffi- ıtis. Quamque in effectum deducere neq; fas, ıe utile, foret. Satius ergò eſſe, ut intermitte- r.

ed denuò accuſatores inſtiterunt. Tametſi riores *Romani Imperatores* ea in parte hæſitâſſe, opatulo extet, ne ſic *Imperium* collideretur, fa- ı eſſe, ut hactenùs, non abſq; *Catholicorum* do- , ac diſpendio, *Edictum* eſſet ſuſpenſum, atque actum. Jam verò aliud tempus alias poſtulare berationes.

Nimirùm, ab œcumenico *Chriſtianorum* hoſte, o, periculum inpræſentiarum eſſe nullū. Quo ıperiori ætate τὰ πανικὰ, ut *Græci* vocant, pro- ıodùm interveniſſent. Tantam nunc florere iſſe tàm *Romani Cæſaris* autoritatem, quàm cæ- rum circumſtantiarum opportunitatem, con- ere, ut indubium ſit, neminem fore, qui vel me- em, commendatioremque cauſſam opponere, *Decreto Cæſareo* repugnare, auſit.

llas in partes ubi diſcordes abirent partium ſen- tiæ, illi, qui mitiorem ſententiam amplectebant, locum non invenerunt. Ut ex adverſo, hi, qui, ıis omnia porrò effici poſſe, præcogitâſſent, cal. is tanquam, ſuffragiiſque, præpollentes, *Cæſarem* umentis ſuis placarent, inque partes ſuas, repu- tis aliorum rationibus, in contrarium allatis, at- herent.

CAP. II.

erdinandus II. Imper. auditis utrinque ſententiis, Edictum, ſuper reſtituendis bonis Eccleſiaſticis, poſt pacificationem Paſſavienſem interceptis, publicat.

ACcuſatores ergò *Imperatoris* animum ubi ſic quidem inflexiſſent, ut excluſis ſententiis illis prioribus, mitioribuſq;, rem factam haberent, inſtare orrò non deſtiterunt, donec conſenſum, decretumq;, *Imperatoris*, ſuper reſtitutione bonorum *Eccleſiaſticorum*, poſt *pacificationē* illam *Paſſavinā* interceptorum, quantò ociùs per *Imperium* publicandū, obtinuiſſent. Expugnata illis illorum aſſiduis precibus, *Imperatoris* benignitas, paulò poſt ſequens, eam in rem, *Edictum* ſive fulmen, divulgari juſſit.

Ferdinand. II. Imp. ſemper Auguſtus, &c. Nihil dubitamus, inquit, ad omnium in univerſum perveniſſe notitiam, quibus ſub oppidò noxiis, & periculoſis, hęc *Germania*, comunis utiq; patria noſtra, à multo tempore fluctuârit procellis ac motibus. Cauſſam tantæ diffidentiæ, & colliſionis, indè uſq; ab initiis *Religionis* injecit diſcriminatio. Illis præeūtib⁹ uſuvenit, ut advers⁹ tàm *Religionis*, q̃ *Pacis* publicæ, trāſactionē, libidinatio in diverſa ſpolia, pernicioſaſq; machinationes, deſpumârit. Ut ēt hic ille iſte impetus omnis generis frigidis prætextib⁹, verborūq; digladiationibus inanibus, ſuper *Pace Religionis* ſuperinjectis, colorari voluerit. Exindè, tanquam è ſentina, profluxit, poſteaquàm id gen⁹ pacis turbatores cauſsâ cecidiſſent, jamq;, ob prævaricationes ſuas, ſubvererentur, ne graviorem tandē ſententiā exſpectare nec eſſe eſſet, ut, excuſſis legum habenis, ac repagulis, deniq; *Iudicem* pati detrectarent, ſaltēque in hoc incumberent, quò pars læſa, ſub colore cōpoſitionis, prætenſiones illas ſuas penit⁹ ejurare teneretur. Hujus ad ſcopi conſecutionē, tanquam cogere vellent, initiò res novas agitare, variaq; in fœdera clancularia ire cœperūt. Mox palàm emerſit *Vnionis* axioma. Uſq; dùm, inſurgentibus intrà *Bohemiam* rebellionibus, in alia, magiſq; ſuſpecta, fœdera, cū externis *Magnatibus*, ipſoq; *Turco*, tranſitum eſt. Donec univerſa patria hanc in cataſtrophen, hæc ad tropica devoluta eſt; Undè vix emergere ſuſtinet. Tametſi verò hæc ſuperimpēdens calamitas diu antè notari cœpiſſet, ut ēt de remedio deliberatum ſit, nihilo minùs cauſsæ intervênere arduæ, quas ob auxiliū differri cōtigit. Nempè, ſub *An. M. D. LIX. Avus* noſter, *Ferdinand. Imp.* ubi tùm primū advers⁹ *Religionis pacem* querela, nō admodū cōcinna, emerſiſſet, inſpectionē cauſſæ illius ad *Cameram Spirenſem* remiſit. Sed hæc via ꝙ minùs rideret *Proteſtantibus*, deciſionē ab ipſomet *Imper.* urgere nō deſtiterunt: ſub hoc adjecto indicio, nō paucas è querelis illis uſq; adeò evidētes, & manifeſti juris, eſſe, ut vel perfūctoriè è nudo *Pacificationis Religioſæ* cōtextu illicò decidi queant. Et hæc quidē ſive generalis, ſive perfunctoria, deciſio, ſub inſequentib⁹ comitiis pręſertim *An. M. D. XCIX.* urgeri cœpta eſt. Sed, ꝙ tùm quoq; graviſſimæ in *Turcos* expeditiones moras iniiceret, ſententiam denuò extrahi cōtigit. Nihilomin⁹, anteceſſores noſtri, ne cauſſa periclitaretur, interim parti læſę viā juris aperuerunt. Ut tàm apud *Aulam Cæſaream*, quàm *Cameram Spirēſē*, ex lege pacificationis *Religioſæ*, jure experiri poſſent. Sed neq; illa ordinaria juris via *Proteſtantibus*, ſive *Correſpondentibus*, placere potuit. Ut, ſub *Anno M. DC. XIII.* deniq; novā querelarū cathenam retexentes, ēt *Imperatoris* illā primit⁹ petitam, deciſionē repudiarēt, imò, alium inſuper amicæ cōpoſitionis modū proponerēt. Hæc ſpes ubi decollaſſet, *Matth. Imp.* eò uſq;, ſuper aperienda cōpoſitionis diæta, fatigârunt, donec conſenſum illius impetrârūt. Poſteaquā autem *Catholicorum Ordinū* gravamina legitima penitiùs ad animū admiſiſſet, intellexiſſetq;, illos neque à *Pacificationis Religioſæ* codicillis neque juri-

juribus ſuis acquiſitis, aut recedere poſſe, aut velle, ut, cùm jure prævaleant, tranſigere haud quiti ſint, reclamante *Pacificationis* illius diplomate, *Cæſar* hoc remedii genus, tanquam ultimum, ac ſiquidem conclamatum, repudiare cœpit. Ut, cùm iſta via graviores in labyrinthos inducere ſatageret, deinceps intermitteretur. Nec defuêre è numero *Proteſtantium*, qui ipſi affirmarent, abſq; conſenſu alterius partis, nempè *Catholicorum*, compoſitionis effectum ſperari poſſe nullum. Undè tandem, ſecundùm *Catholicos*, *Saxoniæ Elector*, & *Heſſiæ Darmſtatinæ Landgravius*, *Cæſari* autores fuerunt, pateretur, *Cæſarum* ſuperiorum imitatione, ex officio *Cæſareo*, juxtà Imperii *conſtitutiones*, litibus, ac gravaminibus, mederi.

Quam in rem cùm in animum officii *Cæſarei* noſtri rationem revocemus, ac de eo cogitemus, quo pacto tantùm non *Imperii* hoſtibus obviàm euntes patriam pacaremus, ſed etiam, diverſis *pacis Religioſæ* emergentibus interpretamentis, ne *Imperii Ordines* acerbiùs inter ſeſe committantur, præcaveremus, utiq; hanc declarationem præſentem, in pacificatione tàm *Religioſa*, quàm *prophana*, fundatam, diutiùs ſuſpendere, atque extrahere, non ſuſtinuimus. Maximè, cùm ab *Electoribus*, nuper apud *Mülhuſium* congregatis, admoneri nos contigerit, illud curæ, atque in oculis, eſſet, quo, ſub reductione melioris confidentiæ, gravaminibus illis, ſecundùm conſtitutiones *Imperii*, tabulaſque *pacis Religioſæ*, & *Prophanæ*, in puncto, & terminis, ut vocant, ſubmiſſionis, deciſio locum haberet, nemoque ex *Ordinibus*, oneraretur. Accedit, ipſoſmet *Proteſtantes* profeſſos fuiſſe, gravamina id genus minimè videri nova, ſed totiès repetita. Ut & illos, quorum intereſt, ſufficienter audiri contigerit; Ut inſuper jampridèm, ſub *Anno M.D. LXXVI. Maximiliano Imp.* conceptis verbis indicârint, haud quidem opus eſſe, unius, vel alterius, ut partis conſenſus accedat, ut in *Imperatoris*, tanquã *Imperii* capitis, abſoluta hæc vertantur poteſtate. Illius igitur officii *Cæſarei* hîc intereſſe, illud omne, quod ad tollendam è medio diffidentiam, noxamque, pertinere, juxtáque ſuperioribus *Imperii* ſtatutis congruere, videbitur, providere. Et ſic quidem à *Proteſtantibus*, ſub *Anno M.D.LIX. Ferdinandus Cæſar* interpellari, urgerique, cœpit, verbis illis conceptiſſimis, ità quidem cum gravaminibus comparatum eſſe, hæc ut, abſq; difficultate, è nudo *Pacificationis Religioſæ* contextu, decidi ament.

Tametſi igitur nobis nihil gratius accidere potuiſſet, quàm ut quibuſcunque illis difficultatibus *Cæſarea* hac deciſione noſtra ſatisfacere liceat: nihilo-minùs, monente ſupra *Collegio Electorali*, ad iſta potiſſimum reſpiciendum venit gravamina, ſuper quibus, intuitu ſubmiſſionis, ut vocant, ſcrupulus reſtaret nullus. Atque hujus quidem notæ illa ſunt, qualia, vel abſque ulla Iuris ſubmiſſione, luculentis *Religioſæ Pacificationis* litteris continentur. Tùm, quorum deciſio, ad reproducendam pacem univerſalem, potiſſimùm eſt neceſſaria. De cæteris, quod reſtat, ſic quidem eſt, ut proximâ quâque opportunitate ſatisfieri debeat.

Secundùm hæc, adversùs tàm *Imperii*, quàm *Religioſæ Pacificationis*, leges, odioſa, an ocioſa, movetur controverſia. Utrùm id genus *Epiſcopatus*, *Monaſteria*, & *Præſulatus*, ſub juriſdictione *Principum*, *Ordinumq;*, poſita, ſub *Pace Religionis* contineantur. utrùm illis, quibus competit juriſdictio territ competere poſſit, liceatque juxtà, ſimulátque *ſulatus* illos invadere, *Religionem* mutare, bon ecclesiaſtica, ſua pro libidinatione, alios in convertere?

Ad haſce interrogationes, & quòd non l *Præſulatus*, tametſi *Imperio* immediatè haud ſu ctos, ſic quidem invadere, negativè reſpond ex ipſis *Pacis Religioſæ* tabulis. In quibus diſſer mis verbis cautum eſt, *Auguſtanæ Confeſſionis St* antiquam, *Catholicam Religionem* profitentes, *Eccleſiaſticos*, quàm *Seculares*, tàm quà *Religionem dem*, & *Ceremonias*, quàm *Capitula*, & *reditus*, r facto turbarent, tametſi uſuveniat, *Præſules* ſe ac familiam, aliò tranſtuliſſe. Jam verba *Pacific nis* illius non ad illos *Epiſcopatus*, ac *Monaſteria*, tùm, cujuſmodi ad *Imperium* immediatè ſpect reſtringenda, ſed ad iſtos ſimulátque *Præſulatus* juriſdictione *Proteſtantium* ſitos, extentenda ve hoc *Imperii Acta*, ac *Prothocolla*, loquuntur. Ut pſo *Pacificationis* allegatæ contextu clarius eſſe at nihil. Ità enim verba habent: Etiam *Præſul* tametſi extrà territorii fines ſedem, ac famil alentibus, nihilo-minùs eo è territorio re pendendos eſſe. Maximè verò idem vel exind luceſcit, dùm ſimulátque cautum eſt, ne ſuſp *Iuriſdictionis Catholicorum* in *Proteſtantes* quicq *Eccleſiaſticorum Electorum*, *Principum*, & *Ordinu* temque *Collegiorum*, & *Cœnobiorum*, ſive prov bus, ſive reditibus, ſive juribus aliis quibuſcun derogaret. Hîc enim idem, quod *Imperii Ordin* tributum, *Collegiis*, *Cœnobiiſque*, tribuitur. U innino hoc ſtatutum cum receſſibus *Imperii M.D. XLIV.* coincidat. Tùm quoque *Pacificat* articuli alio loco evincunt, ut, dùm illi *Epiſcop* & *Monaſteria*, quæ immediatè ab *Imperio* de dent, ab iſtis, qualia intrà aliorum territoria bentur, ſeparantur, unumquodque eo loco, a ordine, quo quidem antè tranſactionem *Pa nam* fuiſſet, jam, & deinceps, maneret, deq; e feſtari haud deberet.

E quibus perſpicuum evadit, eos *Epiſcopat Cœnobia*, mediatè ad *Imperium* pertinentia, & *pacem Religioſam* intercepta, à *Proteſtantibus* n jure ſibi vindicari, *Religionemq;* mutari, ſuſtin Monſtrent igitur ſive locum, ſive articulum, i *Religioſæ Pacificationis* paginas, extantem, quo *Pr tantibus*, ut *Præſulatus*, & *Cœnobia*, ad ſe rapiant, dulgetur.

Proindè, ſi tàm ſecundùm *Canonicas*, quàm *les*, leges, paciſque publicæ ſanctiones, judicand fuerit, nemini permittitur, alterius bona ut dir at. Tantum abeſt, ut bonis eccleſiaſticis vim i rat, cujuſmodi ſoli *Deo*, & *Eccleſiæ*, juxtà fundatio canonem, debentur. Undè, ſicut alio ex articulo manifeſtum, bona illa *Eccleſiaſtica*, tametſi intrà riſdictionem *Proteſtantium* ſita, ad illos haud q quam ſpectare. Neq; obſtat vel hoc: Dum *Pa cificatione Religioſæ* continetur, *Proteſtantes* neque in confeſſione, ceremoniis, ritibuſque, eccleſia cis, tàm ſuis in finibus jam natis, quàm deinc introducendis, impediendos eſſe. Ergone i quod nonnulli prætendunt, licebit in *Cœnobia*, riſdictioni ſuæ ſubjecta, graſſari, *Religionemq;* e vare? Tametſi autem id genus *Monaſteria*, qu reſ

ctum ſecularem, domino territorii obſecun-
t, nihilo-minùs indè in res eccleſiaſticas iſtis
nium non permittitur. Sicut neq; hoc quidem
ur: Nempè *Pacificationem Religioſam* inter *Im-*
rdines coiiſſe. Ergò id genus *Collegiis*, *Cœnobi-*
s proceſſus, quod vocant, denegandum eſſe.
nim obſcurum foret, *Præſulatus*, & *Monaſteria*,
iorum *Principũ*, *Ordinumq;*, territoriis ſita, ni-
ninùs, unà cum cæteris *Catholicis Imperii Or-*
s, incluſivè ſub *Religionis pacificatione* cõtineri,
d in poſſeſſionibus ſuis turbanda non eſſe?
ri paſſu per hoc *Imperium* notorium extat;
ullos è *Proteſtantibus*, adversùs ipſa *Religioſæ*
ationis verba deliquiſſe. Quibus evidenter
im eſt, ſi accidat *Archiepiſcopum*, *Epiſcopum*, *Præ-*
q;, aut alium ex *ordinibus Eccleſiaſticis* quemcũ-
ib antiqua hac *Religione Catholica* noſtra rece-
, tùm ille ſimulátq; *Archiepiſcopatum*, *Epiſcopa-*
Præſulatumq;, unà cum reditibus quibuſcun-
eâdem operâ, abſque ulla tergiverſatione, re-
ret, abſque eo tamen, ut honoribus illud ſuis
li eſſe debeat. Jam, quis ignorat, plures, poſt
itam *Religionem Catholicam*, modò non *Epiſco-*
, *Præſulatuſque*, unà cum reditibus, hûc uſque
uiſſe, ſed etiam aliis inſuper, qui nunquam
ſiaſtici fuerunt, ad hos *Epiſcopatus*, *Præſulatuſque*,
un præbuiſſe? Et ne in tanta luce abſque
extu agerent; color hic illis quæſitus eſt:
pè præſentem articulum *Pacis Religioſæ* parti-
m non eſſe. Siquidem eam in conditionem
quam promiſiſſent.
um hoc autem articulo, (quem vocant re-
atum *Eccleſiaſticum*) ſic quidem eſt compara-
: Nempè *pax Religioſa*, inter utriuſque *Religio-*
lectores, ac *Principes*, præeunte voluntate, & ele-
ne, liberrimâ, pacta, concluſaque eſt, ut, ſub re-
ſis jurisjurandi verbis, ab omnibus compro-
um tùm fuerit, hanc *Pacificationem*, ſecundùm
es clauſulas, ratam, ſanctamque, fore. Ut ſic
ceſſores noſtros, noſque ipſos, ſub *Electionis*, ac
nationis capitulationibus, ad hanc *Religionis Pa-*
ationem, abſque ulla reſervatione, aſtringi uſu-
erit.
ræterea, *Imperii Acta*, ſive *Adverſaria*, ſuper *pacis*
gioſæ tractatione, hoc perhibent, nimirùm ſu-
hoc articulo ab initiis inter *Catholicos*, & *Prote-*
tes, magnas fuiſſe dividias, ità ut *Proteſtãtes* hanc
lauſulam promittere repugnârint. Sed cùm ex
erſo recepiſſent *Catholici*, fore, ut citiùs univer-
pacificationis tractationem annihilarent, ante-
m ab hac eſſent receſſuri clauſula, factum, ut
teſtantes, moderationem rogantes, adjectis aliis
telis, hunc rigorem frangere conarentur. Nem.
ſuper eo pũcto, utrinq; natas eſſe diſcordes ſen-
tias. Itaq;, illis, quicunq; hac lege deinceps ab
ſcopatibus deceſſuri eſſent, nota non inureretur,
q; invidioſum, at inhonorificũ, foret. Ut etiam
eſens reſervatum futuris ſuper *Religionis* nego-
tranſactionibus derogare poſſit nihil. Has in
nditiones conſenſit tùm *Ferdinand. Imp.* Factum-
e, hoc ut reſervatum in *Pacificationis* codicillos
erretur, atque, abſq; ullius contradictione, pu-
icaretur. Tametſi ergò, inſequenti *An. M.D.LVI.*
& *An. M.D.LVII.* itemq; *M.D.LIX.. Proteſtantibus*
mentem veniſſet, per viam proteſtationis con-
venire velle; nihilo-minùs *Paci Religioſæ*, tan-
quam ſub juramento confirmatæ legi fundamentali, nihil derogavit.

Eo enim jus *Catholicis* acquiſitum infringi ampliùs haud potuit. Ut neque *Ferdinandus*, neq; *Maximilianus*, neq; *Rudolphus Impp.* quantumvis à *Proteſtantibus* toties interpellati, rogatiq;, in reſciſſionẽ ſuperioris clauſulæ permoveri, pertrahique, potuerint.

E quibus omnibus cauſſa nobis ſuppeditatur ampla, anteceſſorum noſtrorum placitis, ac decretis, ut inhæreamus. Dùm, quibus illa fundamentis nituntur, ex prioribus actis, litteriſq; ipſis, pro ſe loquentibus, nobis innoteſcit. Et ſic quidem *Proteſtantibus* anſa nulla datur, ut ſolidas rationes proteſtando obiicere poſſint, præſertim, cùm hæc clauſula neque honoribus, neque conſcientiæ, illorum imponere ſatagat. Super famâ enim, & honorib⁹, cõſervandis ipſimet præcaverunt; Ut conſcientiæ magis proſpectum ſit. Nam neutra ſuper eo fundari cœpit *Religio*, tanquam hoc neceſſarium foret, unuſquiſque ut *Epiſcopatus*, redituſque, hæreditarios facere, ac poſſidere, debeat. Neque illa verba, reſervato eccleſiaſtico inſerta, quæ de eo loquuntur, utriuſque *Religionis Status*, ſuper ea clauſula, concordare non potuiſſe, militant. Obſtat enim, ac præponderat, manifeſta tàm utriuſq; *Religionis Statuum* compromiſſio, quàm *Pacis Religioſæ*, ſub juramento facta, totius illius tranſactionis confirmatio. Sic uſuvénit, ut eapropter, quòd partibus non conveniret, hic articulus ad *Ferdinandi Imp.* deciſionem rejectus ſit. Qui cum ſententiam dixiſſet, parteſque deſuper, ut vocant, ſubmiſiſſent, ea deciſio abhinc *Religionis Pacificationi* inſerta eſt. Ut porrò tanquàm lex, & conſtitutio, *Imperii*, ab omnibus *Imperii Statibus* confirmata, publicataque, ſit.

Deniq;, illud quoq; opponi velle videtur: Etiam ſubditos *Imperii Statuum* ſub *pace Religionis* contineri, neque diverſæ confeſſionis reſpectu exterminari poſſe. Quo nomine ſequentem allegant articulum, ſic, inter cæteros, habentem.

Si quis ſubditus, *Religionis* cauſsâ, emigrare, alibiq; ſedem figere, velit, ei hæc emigratio, bonorumq; immobilium venditio, ſub tolerabili recognitione, citrà contradictionem liceret.

Sed altioris illud, quod ſequitur, eſt indaginis. Particulariùs enim *Proteſtantes*, pro ſubditis, apud *Ferdinand. Imp.* ſub fine comitiorum *An. M.D.LV.* intervenerunt, pateretur *Cæſar*, ſub decreto, publicare, ſubditos illos, *Confeſſioni Auguſtanæ* addictos, ſub magiſtratibus *Catholicis*, abſq; *Religionis* ſuæ impedimentis, tolerandos eſſe. Verùm enim verùm *Imperator*, ſuper hoc articulo, *Acta pacis Religioſæ* excutere juſſit, invenitq;, ab initiis quidem hunc canonem acerrimè ventilari contigiſſe. Ut *Proteſtantes* ſeriis verbis contenderint, ſubditis, etiam ſub *Catholicis Statibus* incolentibus, exercitium *Confeſſionis Auguſtanæ* ſartum, tectumque ſervandum eſse. Ut hęc clauſula poſtliminiò *pacificationi* illi inſerenda foret. At, tantùm abfuit, ut *Catholici* hoc ratum haberent, ut citiùs, ſi ſubditis ſuis hoc permittere debeant, totius tranſactionis negotiũ ejurare velle, præ ſe ferrent.

Nihilo-minùs, *Proteſtantibus* conſcientiarum libertatem inſtanter urgentibus, tandem *Catholici*

MERCANTILE LIBRARY PHILADA

hoc largiri cœperunt, nimirùm liceret eo fine ſubditis liberè emigrare. Ità accidit, ut miſsa hac clauſula, tranſigeretur. Prout hodieq; *Religionis Pacificatio* loquitur. Imò verò, uſq; eò curioſa cum ſedulitate hic articulus vẽtilari cœpit, ut diu ſuper eo diſceptatum ſit. Quouſq; tandem ordo *Equeſtrium*, quos vocant exemptos, *Civitateſq; Imperiales*, ſub hanc *Pacificationis Religioſæ* clauſulam admiſſi ſunt. Id quod minimè facto fuiſſet opus, ſi abſq; eo aliâs ſubditi omnes, ac ſinguli, *Religionis privilegio* gauderent. Proindè, ſubditis *Religionis* exercendæ facultas nulla, ſed ejus loco jus emigrandi, obtigit. Et ſi maximè *Religionis* exercendæ libertas ſubditis tùm quidẽ fuiſſet indulta, quid cauſſæ eſſet, ut *Proteſtantes* hanc immunitatem poſtliminiò, ſub decreto, ab *Imperatore* flagitarent? Id quod decretum cùm neq; intrà *Pacis Religioſæ* canones contineatur, neq; unquam *Cameræ Spirenſi* intimari cœperit, neq; ſuperiores *Imperatores*, tametſi toties rogati, *Paci Religioſæ* inſerere paſſi ſint, neq; *Catholici Status*, (quod *pacificationi Religioſæ* hoc derogaret) admittere voluerint: proindè, ſic quidem eſt, ut nos quoq;, ratione decreti allegati, ſaltum facere, ac *Pacis Religioſæ* canones tranſilire, ne poſſimus quidem.

Ex illis nunc ordine deductis tribus articulis cardinalibus, hiſce inpræſentiarum decernimus, ac declaramus: Primùm, cauſſam *Proteſtantibus* eſſe nullam, de eo vel conquerendi, vel gravamina allegandi, dùm *ordinibus Eccleſiaſticis*, *Imperio* mediatè ſubiectis, ſuper interceptis bonis eccleſiaſticis, vel apud *Aulam* noſtram *Cæſaream*, vel *Cameram Spirenſem*, quiritantibus, via juris, & proceſſus, aperitur, immò & ſententia, & executio, indulgetur. Potiùs eſt, ut, ex adverſo, *Status Catholici* jure conquerantur, cauſſamq; *Ordinum Catholicorum*, ad *Imperium* mediatè ſpectantium, foveant. Dùm illis *Cœnobia*, & bona eccleſiaſtica, tempore tranſactionis *Paſſavienſis*, vel poſtmodùm, poſſeſſa, adversùs *Pacem Religioſam*, intercipiuntur. Ut deſuper, tanquam *Pacis Religioſæ* eſſent exules, omnibus juribus priventur, bona verò, è diametro tàm contrà fundatoris intentionem, quàm *Pacis Religioſæ* canones, proprio motu, viquè injectâ, diſtrahantur.

Pro ſecundo *Articulo*, pari tenore pronunciamus, *Proteſtantes* non habere, ut jure conquerantur, ſuæ *Religionis* ſocios, *Epiſcopatus*, ſive *Præſulatus*, *Imperio* immediatè ſubjectos, jam tùm tenentes, ſive deinceps ſectantes, à *Catholicis Statibus* pro *Epiſcopis*, & *Præſulibus*, non haberi, nedum, ſub *Imperii* comitiis, jus *ſeßionis*, ac *ſuffragii*, mereri, ut etiã tàm *Regalibus*, quàm *feudis*, excidant. E contrario, *Catholici*, intuitu reſervati illius eccleſiaſtici, jure, meritòque, quiritium fidem, ut ajunt, implorant, nempè indignum eſſe, ut *Epiſcopi*, ac *Præſules*, à *Catholica Religione* recedentes, nihilo-minùs *Epiſcopatus*, ac *Præſulatus*, detineant, juraque, ac privilegia, dùm *Catholici* eſſent, quæſita, ſine miſſione, continuent, ac ſic quoque *Imperii Status* nominari velint. Quibus accedit, iſtos inſuper, qui neque *Catholici*, nedùm *Eccleſiaſtici*, fuiſſent, nihilo-minùs in *Epiſcopatus*, *Præſulatusque*, ſeſe intrudere. Id quod quidem nihil eſſet aliud, niſi ut cum tempore, quantum in ipſis eſt, & univerſus *ordo Eccleſiaſticus*, & unà *Religio Catholica* pari paſſu, ſubvertatur, atque è medio tollatur.

Sub Articulo tertio, quorundam *Ordinum*
teſtantium gravamina pondere ſuo deſtitui, de
hendimus. Dùm hoc prætenditur, tanquam
tholicis Ordinibus non liceret ſuis ſub territoriis
ditos ſuam ad *Religionem* adigere, aut, præ
lytro, ac recognitione, exterminare, aut etian
ad exercitia *Auguſtanæ Confeßionis* foris obeu
excurrant, inhibere; Cum *Proteſtantibus* è contr
hæc eſſent licita. Sed ità ſe res habet, ut *Cath*
meritò conquerantur, ſibi quoad *Religionem*
priis ſub territoriis leges præſcribi, ſubditoſq;
pacto à *Magiſtratu* ad defectionẽ ſolicitari, velle
que hoc ipſum gravamen, ex partib' *Catholicor*
eò urgentius eſſe, dùm *Proteſtantibus* velut
ſuaſum foret, tanquam inter *Catholicos*, &
teſtantes, diverſiſſima interveniret juris ratio,
dùm *Proteſtantibus* ſubditos ad *Religionem* adig
ac refractarios eliminare, liceret, idem *Catho*
non liceret.

Quibus cùm nunc gravamina potiſſima
ſint declarata, indicatumque, atque in medio,
tet, utra pars jure, ac meritò, conqueri ſuſtin
proindè, hoc ad *Cameram Imperialem* ſpectat m
datum noſtrum, deinceps, ſuper hac præſenti
claratione noſtra, ſi id id genus caſus accidant,
juſmodi hac ſub deciſione continentur, citrà
lam diſceptationem, jus dicerent. Et ſiquid
ſpolia, ac turbationes, nempè *Epiſcopatuum*,
Præſulatuum, occupationes, adversùs cano
Pacis Religioſæ, pluribus ſub locis, eſſent manife
ſimæ, ut ex nullis aliis legibus, juriſque regu
quàm *Pacis Religioſæ* paginis, aliorumque *comi*
rum decretis, abſque controverſia, deciſio
debeat, ut magis parti læſæ realis executio deb
tur. Hac de re, pro *Pacis* tàm *Religioſæ*, qu
Prophanæ, conſervatione, ſtat ſententia, *Cæſa*
noſtros legatos proximè per *Imperium* dimitte
& id genus *Archiepiſcopatus*, *Epiſcopatus*, *Præſula*
Cœnobia, aliaque *bona Eccleſiaſtica*, quæ vel tem
ribus induciarum, transactioniſque *Paſſavien*
vel poſt, ſub manibus *Catholicorum* fuiſſent, il
gitimo more intercepta, à detentoribus repete
velle. Quo ſic immiſſis perſonis idoneis funda
rum inſtitutis ſatisfieri, & unicuique jus ſuum
æquo, citrà circuitus, conſtare, poſſit.

Quo loco etiam hoc quoque ſtatuimus, ac d
cernimus, nempè ſæpenumerò allegatam illa
Religionis Pacificationem, antiquam *Catholicam*
ligionem profitentes, juxtàque *Confeßionis Au*
ſtanæ incorruptæ, noſtroque anteceſſori, *Car*
V. Imperat. oblatæ, axioma tenentes, tantùm co
cernere. Ut ſectæ omnes reliquæ, aut nunc
ſcentes, aut porrò prorupturæ, ab hac tran
ctione omninò, ac penitùs, eſſent excluſiſſimæ,
que ullo pacto tolerandæ.

Proindè, ad omnes *Roman. Imperii Electores*, *Pri*
cipes, *Ordineſque*, tàm *Eccleſiaſticos*, quàm *Secular*
præſens hoc noſtrum ſpectat mandatum ſub p
na *Religioſæ*, quàm *publicæ*, pacis, nollent huic *Edi*
repugnare. Sed potiùs per provincias, ac region
ſuas, ſine tergiverſatione, illud in effectum deduc
rent. Pari operâ legatis noſtris *Cæſareis* auxilio
ſent. Illis verò, quicunque id genus *Archiepiſcop*
tus, *Epiſcopatus*, *Præſulatus*, *Cœnobia*, aliaque *bona*
cleſiaſtica demorantur, ut quamprimùm, ab h

æſarei edicti intimatione, ad petitionem *Lega-*
n *Cæſareorū, Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, Præſula-*
temque *Monaſteria*, & cætera ejus generis *bona*
ſiaſtica, unà cum reditibus, & pulviſculo, abſq;
citratione, tradant, autores accederet. Quod
atingat, illos huic *Edicto* non eſſe audientes,
ardos, ſomnolentoſq;, tùm pœnam, *Pacis Reli-*
diplomate contentam, nec non proſcriptio-
ulmen, illis debebitur. Ità ut, citrà ullam aliam
entiam, damnationemq;, manifeſtæ huius in-
licentiæ cauſsâ, ipſo facto, omnibus privilegiis,
ous, ac conceſſionibus, privandi veniant. Ut
n realem executionem quàm primùm in a-
n deducere nobis ſit concluſiſſimum.

CAP. III.

e Saxoniæ Electoris, adversùs ſuperius Edictum Cæſareum, exceptione, & contraventione.

I.

oniæ Elector, adversùs Edictum Cæſareum,
xcipit, prolixamq; opponit deductionem.

SUperioris *Edicti* fulmen, paſſim per
Imperium publicatum, ubi *Saxoniæ Ele-*
ctorem, quoq; conterruiſſet, hic, variis
ad *Cæſarem* dimiſſis ſub deductioni-
, negativè remonſtrare cœpit, ſe utique morem
ere non poſſe. Ut autem pateſcat, quibus argu-
ntis ab *Electore* pugnatum ſit, codicillos ejus, ſic
s prolixos, *IV. Cal. Maj.* datos, inſpiciemus. Illo-
n tenor ille fuit: *Invictiſſime Cæſar.* Illud mihi,
uit, ſiquidem indultum eſſe intelligam, ut argu-
ntis, & rationibus, adversùs *Edictum*, mecum
nmunicatum, experiar, age, cum proteſtatio-
hanc telam ordior, nimirùm hanc neceſſa-
n mihi impoſitam legem, excuſationemque,
que adversùs *Cæſaris* ſive autoritatem, ſive ju-
dictionem, nedùm humilimæ meæ devotio-
, quàm utique, cum *Deo*, ſupremum ad uſque
itum proferre conſtanter, & unicè, cupio con-
tationem, militare.

Ex cauſſis, defenſionis neceſſitatem mihi dictan-
us, narro, intervenire conſcientiam meam, fa-
mque, atque animæ ſalutem, neque minùs ju-
nenti ſanctitudinem, quâ tàm *Cæſari*, quàm *Im-*
io, devinctus ſum. Cum his conjuncta ſunt,
ndemq;, quod dicitur, paginam abſolvunt tàm
ſaris, quàm *Archiducalis* familiæ, faſtigium, in-
mis mea, *Statuumq; Evangelicorum*, conjuncta, ac
mmunis, incolumitas. Ut contrà hanc jura-
nti fidem deliquiſſe videri queam, ſi minùs de
s accedam monitor, undè in *Cæſarem*, ejuſq; fa-
iliam *Auſtriacam*, plus incommodi, ac detrimenti, quàm utilitatis, atq; emolumenti, veniat exſpectandum. Ea enim rerum præſentium exſurgit facies, ut hæc procella abſq; *Imperii Rom.* intima concuſſione detonare vix queat. Ad cujus conſervationem *Cæſares* ſuperiores & conſilia, & actiones, omni cum induſtria, direxerunt omnes.

Illa cùm fuiſſent *Electoris* ad *Cæſarem* præliminaria, jam ad rem ipſam, ſive negotii caput, progredimur. Sic autem arguere cœpit: Lites, ac controverſias, addit, circa *Religionem* obortas, hûc uſq; ſub *Imperii* comitiis & quidem ab initio per *Carolum. V. Imp.* operâ *Electorum*, ac *Principum*, pacis amantium, tractari conſueviſſe. Prout ex receſſibus *Imperii*, ſub *Anno M. D.XXX.* & *M.D.XLIV.* liquere poſſit. *Pacem* verò *Religioſam*, inter *Cæſarem*, *Regem*, *Electores*, *Principes*, *ordineſq;*, tàm *Catholicos*, quàm *Proteſtantes*, unanimi omnium conſenſu, publicis ſub *Imperii* comitiis, tranſactam, atq; in modum pragmaticæ, ut vocant, ſanctionis, per *Imperium* publicatâ, fuiſſe. Illam ſub liberrima *Imperii* facie emerſiſſe, quo tempore nulla partium fuiſſet in armis. Ut neq; ulla minarum, metuſq;, ſive extorſionis, excuſatio afferri poſsit. Cùm tàm *Catholici*, quàm *Proteſtantes*, *Ordines*, pacificationem pactam, ratamque, lubentes, volenteſq;, admiſiſſent. Ità quoq; *Pacem Religioſam* minimè rem temporariam, ſed perpetuum eſſe vinculum, quod incorruptum teneri oporteat. Hactenùs de rei ſumma.

Iam, ſuper *modo procedendi*, per ſequentes pugnatum eſt antitheſes. Tametſi, inquit, in certis caſib9, ubi & verba, & ſenſus, clariſsima, abundè ſatis hæc cauſſa ventilari, perq; vias, in *Imperio* receptas, decidi, cœpiſſet, ut ſive tractatione, ſive tranſactione, ulteriori haud eſſet opus: nihilo-minùs ſic quidē ſentire *Electorem*, ut, ſi contextus verba, ac litteræ, in univerſum fuiſſent claræ, & evidentes, cauſſam nullam ſuperiores habuiſſent *Imperatores*, cur lites illas tàm diu, abſque deciſionis interventu, extraxerint. At, ſic quidem rem videri comparatam, ut omnia nitantur ſuper *Pacis Religioſæ* interpretatione. Hanc autem neq; *Cæſarem*, neq; *Regem*, abſque *Electorum*, *Principum*, *Ordinumq;*, conſenſu, determinare poſſe. Jam, quòd *Cæſar* hac in cauſſa ſententiam illam præcipitet, ſibi, cæteriſque *Statibus*, grave eſſe. Id genus enim procedendi modum, indè uſque ab *Anno M. D. LV.* in *Imperio* uſitatum non fuiſſe. Ut potiùs in obſervantiam, & conſuetudinem pugnet. Si enim uſuveniſſet, in cauſſa *Religionis Catholicos* ſuper *Proteſtantibus*, & *Proteſtantes* ſuper *Catholicis*, in querelas erumpere, & utrinque *Imperii* ſanctiones allegare: id genus differentiis, ſub præſentia *Imperatoris*, *Ordinibus* utrinque conſentientibus omnibus, remedium eſſe quæſitum.

Cùm enim ad omnes ſpectet, omniumq; concurrentium operis, ac ſuffragiis, *Pax Religioſa* coiiſſet, æquum videri, ut, ſi quid ea ſuper *pacificatione* decidendum veniat, omnes conjunctim audiantur. Ut in locis, comitiiſque publicis, hæc cauſſa inſpici, ſive decidi, debeat. Iam verò dùm hæc cognitio, qualis ad *Imperii Ordines* pertineat, univerſos, ad aulam ſive *Cæſaream*, ſive *Regiam*, reſtringi, atq;, ſub forma *Edicti*, ſive *ſanctionis*, univerſalis, definiri, velit, rem novi eſſe exempli. Ut nec antè, nec poſt, *pacificationem Religioſam* uſuvenerit. Tantùm abeſſe, ut hæc via ad concordiam deducat, ut diſsidentes animos graviter exa-

exaſperet. Ità enim violari jura *Imperii Ordinum*, vimque pati antiqua privilegia, ac conſuetudines. De tribus à *Cæſare* modò definitis, *Articulis*, ſive *gravaminibus*, cardinalibus, rem ità ſeſe habere, ut hoc in puncto juris univerſi *Proteſtantium Ordines* nondùm ſubmiſerint, ſed lis adhucdùm ſit pendens. Juxtà temporis rationem inopportunam accedere. Rectiùs quippe *Cæſarem* hanc definitivam in aliud, commodiuſque, tempus, donec *Imperio* ante optata pax, & quies, eſſet reddita, extrahere potuiſſe. In *Pacis Religioſæ* tabulis ſi omnia forent tàm clara, atque evidentia, *Ferdinandum I. Imp.* cujus meminiſſet *Edictum*, non habuiſſe, cur querelas ſuper *Pace Religionis* naſcentes, ad *Cameram Imperialem* remitteret. Hæc ratio quò minùs *Proteſtantibus* placere potuerit, cauſſam illam eſſe. Nimirùm ea, quæ quidem omnium *Ordinum* conſenſu, ſub *Imperii* comitiis, fuiſſent conſtituta, emergentibus dubiis, per eundem tractandi modum conciliari, decidique, oportere. Atque hûc-uſque de *modo procedendi*.

Sequitur de *meritis cauſſæ*, ut vocant. Hoc reſpectu *Elector* diſſertiſſimis verbis profiteri cœpit, nempè ex *Imperii* actionibus liquere, quo pacto *Proteſtantibus*, ſub juriſdictionibus ſuis territorialibus obvios, *Epiſcopatus*, *Præſulatus*, *Cœnobia*, cæteraque id genus bona eccleſiaſtica, ſub piæ, & *Chriſtianæ*, reformationis leges vocare, integrum eſſet. Cur enim minùs uterentur juribus ſuis, quàm *Catholici*? De *Monaſteriis*, *Imperium* mediatè reſpicientibus, rem ſic quidem claram non eſſe. *Aſſeſſores* enim *Cameræ*, *An. M.D.LVII.* dubitâſſe. Hujuſq; dubii, ſub comitiis *Auguſtanis*, *An. M.D.LVIII.* dilucidationem rogâſſe, ſed non impetrâſſe. Indè eſſe, ut deinceps jus proceſſuum negârint. Et, quamvis proceſſibus viam aliquando aperirent, nihilo-minùs ad exceptiones interpoſitas ſententiam, atq; indultum, revocârint.

Super cauſſa *Monaſteriorum*, theſin, ſive quæſtionem illam, *Vtrum Provincialibus*, *ſive ordinibus Monaſticis*, *ſuper Pace Religionis ius proceſſuum*, ut vocant, *permiſſum eſſet*, uſque eò acerrimè diſceptari cœpiſſe, ut *Electores*, neceſſitate velut emergente, hanc rem ad *Rodolphum. II. Imper.* detulerint. Contenderintque, pateretur *Cæſar* ab *Imperiali Camera Acta*, unà cum reſcriptis, ac rationibus, tàm dubitandi, quàm decidendi, revocare. Quo ſic, ſub inſtantibus *Anno M.DC.VII.* comittiis, ea omnia in reviſionem *Electorali Collegio* offerri poſſent. Ut ſic, quid ex uſu ſit, ad *Cæſarem* referri, indéque deciſio exſpectari, ſuſtineat. Quo nomine ab *Evangelicis Ordinibus* inprimis commoneri cœptum eſt, præſentem articulum ex interpretatione *Pacis Religioſæ*, cujuſmodi & ab *Imperatore*, & omnibus *Imperii Ordinibus*, proficiſci oporteat, definiendum eſſe. Atque hoc ipſo tàm *Electorem*, quàm cæteros *Evangelicos Ordines*, vehementer gravari. Dùm accidat, ſe, cæteriſque, præteritis, ad *Catholicorum* inſtantes querelas, in hoc tàm graviſſimo, ſemperque controverſo, ac contradictorio, articulo, per modum *Edicti* univerſalis, ſententiam ferri.

Ut etiam hæc deciſio *Imperiali Cameræ* jam tùm

intimata ſit. Sub hac ſanctione, deinceps,
cundùm hanc definitionem, jus dicerent.
terim, eiuſmodi viam mandati locum non ha
re, niſi *Cæſar*, concurrentibus, conſentientib
que, *Imperii Ordinibus*, vel ſub comitiis,
aliis conventibus publicis, hanc legem tu
ſet.

Cæterùm, tametſi ſic cum *Imperii* conſti
tionibus comparatum ſit, paratam ut habe
executionem, hanc regulam in illis militare c
bus, ubi juris via, è verbis, litteriſque, clarè at
evidenter, conſtans, extrà controverſiam verta
Sicubi autem *Ordines Imperii*, intrà ſeſe diſcor
in terminis verſentur contradictoriis, *Camera*
perialis ipſamet hæreat, ut etiam *Cæſares*, *Regeſq;*
ſua autoritate ſententiam ferre noluerint, r
oppidò eſſe diverſam. Ut hac in cauſſa, dùm p
ſeſſio ab integris ſexagintà annis invaluiſſet, ne
citrà proceſſum ordinarium, deponi poſſit, m
minùs ab executione incipiendum ſit. *Frideri*
Guilielmum quidem, *Electoratus Saxoniæ Adminiſ*
torem, promiſcuam gravaminum allegation
non probâſſe. Nihilo-minùs in hoc cæteris con
niſſe, quò communi, & datâ operâ, enormes
abuſus abrogarentur. Dùm iſta quidem à *Catho*
Ordinibus in ſubditos, *Confeſſionem Auguſtanam* p
fitentes, exerceretur aſperitas, ut aut è laribus,
niſq;, eiicerentur, aut aliis modis durioribus p
merentur. Quà de re jus emigrationis in viole
am degenerâſſet. Sed nihil tùm fuiſſe obtent
nullam interveniſſe conciliationem. Ut hic arti
lus minimè ſive excuſſus, ſive deciſus, fuerit. Sic
que *Matth. Imp.* exemplis *Maximiliani II.* & *Rodo*
II. Impp. rationem inveniſſe, quâ ſecundùm *Imp*
leges atque obſervationes, *Imperii* gravamina
Cæſarea reſcripta, ſive *Edicta*, decideret. Ut pot
non abſq; ſcitu *Catholicorum*, in compoſitionis d
tam inclinaret, cauſſamq; remitteret. A quo in
tuto *Catholicos* reſiliiſſe conſtet.

Electoris codicillos, ſuperiori *An. M.DC. XIV.*
Non. Maj. Matthiæ Imp. inſcriptos, id genus proce
di modum minimè inferre, cujuſmodi æquit
Imperii legibus, conſuetudinibuſque, adverſaret
pacis promotionem retardaret, animorum diſc
diam provocaret, *Ordineſq;*, dùm, cauſsâ inaudit
poſſeſſionibus turbari, & deponi, vellent, grav
oneraret. Provocare ſe ad alios codicillos, ad *Ma*
Imp. Anno M. DC. XIII. & rurſus *Matthiæ Imp. A*
M.DC.XIV. ad *Electorem* datos. Nullum alium ſe q
dem procedendi modum propoſuiſſe. Ut & à ſe
Electore Brandeburgico, diſcriminatio conſtitut
inter eos *Ordines*, qui accuſati defenſionem pe
giſſent, auditâq; cauſsâ ſubmiſiſſent. Particular
quorundam ſubmiſſionem cæteris, nondùm p
deciſione ſubmittentibus, derogare nihil po
Nuper, antè dietam apud *Mülhuſium* collegiata
ſic quidem pactum, conventumque, fuiſſe nem
quæcunque res illic in conſultationem vent
eſſet, ea per maiora, ut vocant, ſuffragia deci
tur. Sibi verò hanc viam videri conſultiſſima
ſi ultimo ſub agone periclitabundum *Imperium*
niverſalis pacis reproductione, tanquam pana
aliquâ, recreatũ, priùs in pedes erigeretur. Eo m
bo antè profligato graviſſimo tantiſper gravami
deciſio extraheretur, uſque dùm recuperatis
tri

ue è diutino languore viribus, renatâ meliori orum confidentiâ, in ſalutares, & maximè ituras, ſuper *Imperii* rebus, deliberationes iri :.

terim, non defuturos, qui ſententiam ferant, is iſtis bellorum motibus, ac procellis, rectiùs riptionis executionem locum invenire. Sed non eſſe ordinariam illam viam. Extrema eſſe ultima, omnia. Ut in oculis *Proteſtantium* i queat, tanquam ea ſive fabula, ſive tragœ- n theatrum inducatur, ut velut ſub una cervi- *angelici* cadant in univerſum omnes. Hoc eſſe, quod graviores colliſiones, dividiaſque, re ſatagat. Ut tantùm non totius *Imperii* con- ſatio, deſolatioq;, in foribus inſtet. Quę ſciſſio, confuſio, non poſſit non externis ridere *Ma- bus*, jam dudum ſpes, ambitioneſque, ſuas in *Imperii* coronam, hoc ſceptrum, acuentibus. oc quidem *Electorem* ſecurum eſſe, *Cæſaris* ani- n eò inclinare, eumq; propoſitum contendere opum, quò res *Imperii* collapſa reſtaurari que- Sed viam hanc eò minùs ducere, neque reme- n videri congruum. Ut, ſi hoc curriculo ad ſa- m perveniri queat, *Electori* religioni futurum cubi *Cæſaris* conſilium aut interturbare, aut ag- vare, velit. Quantò autem penſiculatiùs hoc otium ſecum examinet, haud perfunctoriè ſe dē ſubvereri, ne omnia præter exſpectationem, ; ex transverſo, accidant. Ut in locum optatæ onciliationis, aſperiores colliſiones, in vicem is, inimicitiæ, & pericula, in ſpem conſervatio- *Imperii*, horrenda deſolatio, ac cataſtrophe, ſuc- ere ament. Profectò ità quidem eſſe, ut reme- m, in ſpem curationis propoſitum, ipſo morbo, quidem ſatis periculoſo etiamnunc decum- *Germania*, longè ſit damnoſius, longè periculo- . Tempora hæc rigorem iſtum non pati. Modũ inuſitatum. Finem verò tàm ſuſpectum, incer- nque, quàm difficultatibus plenum, poſt caput are. Ut tùm deniq; ab eventu *Cæſari* colligere portunum evenire amet, quàm malè iſti cum *are*, laudatiſſimaq; *Auſtriaca* familia, egiſſent, qui dem navem has in *Syrtes*, ſcopuloſq; ineluctabi- impegiſſent. Ex adverſo, ſiquidē pateretur *Cæſar triacam* illam lenitatem rigori anteferre, *Catho- Ordinibus*, ne ad novaculam omnia examinent, oderatiora conſilia inculcare, totumq; illud ne- tium ſic quidem habenis, non calcaribus, infle- re, prout & *Imperii*, & *Archiducalis* ipſius familiæ, mmodum, emolumentumq;, requirat, næ longè eriorem meſſem, fructuſq; conſtanter percipi- dos, excipere poſſit.

Coronidis loco, in cauſſa tantoperè ardua, & ponderante, cujusmodi ſuperioris ævi *Impera- um* temporibus in ſcenam non veniſſet, *Electorem* minos illos codicillos. *VII. Calend. April. Cæſari* in- iptos, hoc loco repetere. Denuóq; vim depreca- Immò verò ad illam *Cæſaris* protectionem, tàm i, quàm cæteris *Evangelicis Ordinibus*, ex jura- ento, debitam, provocare. Quo nomine, quòd *icto* illi *Cæſareo*, modò publicato, humiliter mo- m gerere ne quidem poſſit, ſed ſalvo ſemper *Cæ- ris* reſpectu, neceſſitatis lege ſibi impoſita, con- avenire coactus ſit, excuſatus eſſe cupit. Potiùs oindè *Cæſar*, pro laudabili illius tàm ergà *Electo- m*, quàm omnes *Ordines Evangelicos*, hactenùs in- clinatione, fecerit, ſi glorioſis *Maiorũ* exemplis inhærens, arduum hoc in præſentiarum negotium in publica *Imperii* reiiciat comitia. Ità futurum eſſe, ut utrinque *Ordines*, tàm *Catholici*, quàm *Proteſtantes*, ſufficienter audiantur; Cauſsâq; auditâ, excuſſaq;, remedium eò uſq; moderatum, & conveniens, inveniri queat. Cujus beneficio diffidentia collapſa reſtaurari, vera pax, amicitia, atque confidentia, reproduci, finiſq;, ac ſcopus omnibus bonis pacis, ac patriæ, amantibus, *Ordinibus* propoſitus, acquiri, ſufficiat.

CAP. IV.

De Cæſaris Conſiliariorum, ad Saxoniæ Electoris objectiones, reſponſionibus.

I.

Cæſaris conſiliarii examinant Saxoniæ Electoris argumenta; Reſpondentq; ad objectiones.

ILla cùm fuiſſet *Saxoniæ Electoris* adversùs *Edictum Cæſareum* oratio contradictoria, nec tralatitia, conſiliarii *Cæſaris*, ſuſcepta argumentorum deponderatione, atque examine, ad ſingulas penè, & diffuſas, objectiones ſequenti viâ, atque ordine, reſponderunt. Nempè *Electoris Saxoniæ* impugnationem militare adversùs tàm *Modum procedendi*, quàm *Merita cauſſæ*. Ut & *Argumenta* opponat *Politica*. Quorum intuitu præſtet præſens *Edictum* ſuſpendere, inque publica *Imperii* comitia extrahere. Et juxtà vim deprecetur. Potiuſq; ad *Cæſaream* provocet protectionem, ſubjectâ hac clauſulâ, quòd *Edicto* morem gerere non poſſet, ideòq; excuſandus eſſet.

Contrà *Modum procedendi* tribus eum potiſſimùm inſurgere argumẽtis, quorũ primũ hoc eſſet. Nempè hanc deciſionẽ ad *Imperii* comitia reiiciendam eſſe. Prout enim *Pax Religioſa* communibus omniũ *Imperii ordinum*, tàm *Catholicorum*, quàm *Proteſtantium*, ſuffragiis pacta foret, atq; tranſacta, pari paſſu omnium de conſenſu mutuo perageretur illius interpretatio. Pro ſecundò, obiicitur, ab omnibus *Proteſtantium Ordinibus* nondum factam eſſe ſubmiſſionem. Ut deniq; *Matth. Imp.* hanc cauſſam ad compoſitionis tractationem non neſcientibus *Catholicis Ordinibus*, rejecerit. Huic igitur ſententiæ etiamnunc inhærendum venire.

Ad has tàm illationes, quàm probationes, ſic quidem reſponderi cœpit. Nimirũm, hæc omnia, ſub gravaminũ conſideratione, in conſultationem veniſſe. Primamq; excuſſam eſſe hanc quęſtionem: Utrum *Cæſar*, propriâ autoritate, abſq; univerſali ſive conventu, ſive conſenſu, *Imperii Ordinum*, gravamina decidere poſſet? Et, multis in mediũ allatis

rationum momentis, affirmativè concluſum atq; ab *Electorali Collegio* approbatum, poſſe *Cæſarem*. E quibus hæc diſtinctio præponderare viſa eſt, ſcilicet rem non verſari in terminis legis ferendæ quæ poteſtas *Cæſaris legislatio* diceretur. Novam enim legem ferre *Cæſarem* non poſſe, abſq; omnium *Imperii Ordinum* conſenſu. Sed *Cæſarem* potiùs hic verſari in terminis juſtitiæ adminiſtrandæ, quæ poteſtas *Iuriſdictio* vocaretur, utpote legum jam ſcriptarum exequendarum, & ad gravamina, in *Imperio* orta, applicandarum, ratio. Neq; hic illud agi, ut nova *Religionis pax*, fundetur. Sed ut, ſuper jã olim facta, executio ſuſcipiatur, eamq; contrà gravamina nata, juxtà ejuſce, canones, decidantur. In terminis itaq; iuſtitiæ, ſecundùm leges, jam tùm ſcriptas, ac ſanctas, adminiſtrandæ; *Cæſar* propria autoritate nititur. Neq; ullo pacto ſive conſenſu, ſive ſuffragiis, *Imperii Ordinum* opus habet. Præcipuè verò, in cauſſa *Religionis*, deciſio à *Cæſare* pendet immediatè. Hoc enim largitur receſſus *Imperii* ſub *Anno M.D.LXVI.* Nempè *Cæſari* è ſuprema *Imperii Maieſtate*, poteſtas eſſet, eos, quicunq; adversùs *Religioſam pacem* læderentur, ab injuriis vindicandi, atq; aſſerendi. Neq; hanc poteſtatem ſive *Catholicos*, ſive *Proteſtantes*, diffiteri, actis *Imperii* idem confirmantibus. Jam ergò cardinem in eo non verti, ut vel nova fabricetur *Pax Religioſa*, vel illius interpretatio curioſè accerſatur.

Sed ut deciſio tandem fiat, præſertim verbis prędictæ *Pacificationis* extantibus, tam juxtà *Catholicorum*, quàm *Proteſtantium*, ſententiam, diſertis ac claris, ut deciſio, longè, aut ſolicitè, peti haud debeat. Atq; hæc reſolutio primæ illi objectioni, quæ impugnat *Modum procedendi*, oppoſita eſt.

Sic, cùm argumentum illud priùs *Edicti* curſum infringere nequeat, neque etiam alterum, quod *de non facta ſubmiſſione* arguit, prævalebit. Submiſſionẽ enim tàm à *Catholicis*, quàm *Proteſtantibus*, factam eſſe, *Imperii* acta teſtari, ipſoq; ſub *Edicto* ſufficienter deduci cœpiſſe. Ut hanc in rem *Bavariæ Electoris* codicilli, hoc *An. M. DC. XXIX.* poſtridie *Cal. Maj.* ad *Saxoniæ Electorem* dati, ſuper hac tàm *Catholicorum*, quàm *Proteſtantiũ*, ſubmiſſione, ampliſſimè loquentes, conſulendi veniant. Qui, cùm ex *Imperii* adverſariis peti poſſint, rem notoriam conſtituunt. Ut ignorãtiæ excuſatio afferri poſſit nulla. De *Saxoniæ Electoralis Adminiſtratoris* epiſtola, *An. M. DC. LXVII. Calend. Octobr.* ſuper interceptis bonis eccleſiaſticis ſcripta, ità eſſe, ut hoc velit, hanc cauſſam non à propria *Cæſaris* autoritate excluſivè, ſed & à *Cæſaris* autoritate, & omnium *Ordinum* conſenſu, incluſivè, dependere. Idemmet loqui *Pacis Religioſæ Appendicem*. Interim, neq; hoc obſcurum eſſe, *Conſiliarios Electoralis Saxoniæ, An. M. DC. VIII.* pridie *Id. Quintil.* è *Fulda* reſpondiſſe, illud nempè *Pacis Religioſæ* receſſus evidenter loqui, ne poſtmodùm ulla *Eccleſiaſticorum* bona interciperentur.

Ad *compoſitionis* deniq; objectionem ſic exceptũ eſt. Nimirùm illam quidem *Catholicis Ordinibus* oblatam, ſed non acceptatam, fuiſſe. Cur enim, in re tàm clara, & jure ſcripto pro ſe loquente, extrà *Pacis Religioſæ* limites abirent, & ſub tranſactione nova periculum accerſerent, cauſſam habuiſſe nullam.

Hactenùs de *Modo procedendi* viſum eſt. Jam ad *Merita Cauſſæ*, eorùmq; impugnationes, itur. Cùm autem ſuper *Cœnobiis*, mediatè *Imperio* ſubjectis tantum objecerit *Elector*, utique hæc merita omn
ac ſingula, antehâc abundè tàm examinari, quà
refutari, accidiſſe. Ut etiam hac in cauſſa ab unive
ſo *Electorali Collegio* decretum emanârit.

Nec obſtare, quod à *poteſtate Religionem reforma*
di argumentum ſuperinduceretur. *Principibus*
nim, *Ordinibuſq;*, *Proteſtantibus* hanc quidem pot
ſtatem non negari, ſi fiat in ſubditis. Si autem h
poteſtas ad *Epiſcopatus, Cœnobia*, aliaque bona *Ecc*
ſiaſtica, extendi velit, tùm contradici. *Cœnobia* eni
& id genus bona, non à *Magiſtratu ſeculari*, ſed
Eccleſia, ejuſq; *Magiſtratu*, dependere. Ejuſdem co
matis eſſe, quòd, ſuper hæſitatione *Aſſeſſorum Cam*
ræ, urgeretur: Illos quidem, in cauſſa *Cœnobioru*
& extraneorum *Provincialium*, in comitiis *A*
M.D.LXVI. deciſionem petiiſſe, ſed non obtinu
ſe. Neq; hoc, derogare poſſe. Ad hanc enim inſt
tiam reſpondere hominem *Lutheranum*, *Leonha*
Schuchium Appendice Archivi f. 75. Concedi poſſe,
M.D.LXVII. ut deciſionem rogari modo prædic
acciderit. Et eam quoque ordine tametſi non ſ
iiſdem comitiis, eodem tamen adhûc *Anno*, ne
pè, ſub *diæta* apud *Spiram Deputatoria*, ut vocãt po
modùm obtigiſſe, ac datam eſſe. Articulum ſic h
bere. Cautum eſſe, ſiquidem deinceps *Cameralib*
ſuper dubio intellectu articuli deciſivi, in ordin
tione, vel etiam cæteris *Imperii* conſtitutionibus
pleno conſilio, conveniſſet, hoc ex lege ad *Cæſar*
& *Ordines*, mediante *Electore Moguntino*, referre
Illum igitur primùm interpellarent, indeque d
clarationem præſtolarentur. Et hunc quidem *A*
ticulum, ſub *Viſitationis* receſſu, *Cameralibus* ſe
inculcari cœpiſſe. Ut exceptâ hac ſententiâ C
merales, ordine congregati, ſuper cauſſa *Cœnobi*
rum, collectis omnium ſuffragiis, dixerint ſente
tiam. Secundùm quam toties decretum, atqu
in cauſſa *Vormatiæ* contrà *Vormatiam*, approb
tum eſſet. Pro tertio, quod injectum eſſet, *C*
merales poſtliminiò *ius proceſſuum*, à *Cœnobiis* pe
tum, retractâſſe: Hoc modò non è præmiſſis r
futari, ut potiùs *proceſſus*, ſuper *Pace Religionis*, à *C*
mera indulti, & permiſſi, toties contrarium evi
cant. Id genus autem *proceſſus*, ſuper *Pacificatio*
Religioſa, *Cœnobiis*, ac *Provincialibus* exteris, permi
ſos fuiſſe, atteſtari vota *Cameralium*. Idemque pr
fatum *Leonh. Schuchium*, ſub conſilio ſuo ad tù
temporis *Electorem Palatinum* perſcripſiſſe, nemp
quoad cauſſam quatuor *Cœnobiorum*, ſub *Iudicio r*
viſorio, nihil obtineri poſſe. *Vota* enim è gemin
Imperii actis reclamare inſequentia: Nimirù
Provincialibus, Monaſticiſq; ordinibus, ſuper *Pace Rel*
gionis, jus proceſſuum competere. Eos non abr
gari, ſed per paritiones confirmari. Quantùm a
cauſſam *Cœnobiorum de Anno M. D. LVII.* faxit, *Sch*
chium ſic quidem præcogitare, ut, cùm conte
tus *Pacis Religioſæ* eſſet clariſſimus, *Oetingenſes*
cauſſa *Cœnobii*, *Chriſtgarten* dicti, ſub *Iudicio reviſori*
non poſſe non ſuccumbere.

Quartò, dum obiicitur, porrò, Rem adhûc eſ
illiquidam, & contradictionibus plenam; frag
le eſſe etiam hoc, reſpondetur. Nam canon, inqu
unt, *Pacis Religioſæ* tàm clarus, luculentuſque, eſ
ſuper *Cœnobiis* intermediis dictis, ſub *Pacificati*
ne illa incluſis, ut evidentior eſſe ne poſſit qu
dem. Quo de ex textu ipſo loquatur *Edictum* ſ
perius.

Qui

ntò, ipſoſmet *Deputationis* aſſeſſores profi-
e, ſub *Iudicio reviſorio*, periclitaturos eſſe, nec
ſtare ſuſtinere. Undè *Reviſionis* apud *Spiram*
tractatio ſine effectu diſſoluta ſit. *Imperii* a-
nnia evidenter perhibentibus.

tò, *Schuchium*, in appendice *Archivi*, f. 208. ad
larium Heydelbergenſem, hæc in verba, trans-
re: Ità quidem eſſe, ut in cauſsâ quatuor *Cæ-*
um reviſoria, *Conſiliarii Archipalatini*, apud
que ferè, in invidiam, & odia, non perfun-
incurrerint. Metuendum enim eſſe, ne illa
eat cantilena, tàm à ſincerioris notæ *Evange-*
uàm *Catholicis*, in triviis ſubjecta, fore, ut
ab eventu cognoſcantur irrita, quæ nobis
nquam juſta, atque ex lege debita, finxiſſe.
Hoc nomine *Cameralium* vota ſententiaſque
orias, non pro *Proteſtantibus*, ſed adversùm,
rere.

re de *Meritis cauſſæ* quoque. Supereſt, ut inſpi-
ur *Argumenta Politica*, ab *Electore* allata. Et
ad hæc ex *Aula Cæſaris* reſponſum tùm qui-
fuerit. E quibus illa ſunt corollaria. Scilicet,
viam non deducere ad pacem. Rem ſic qui-
videri comparatam, tanquam hoc pacto to-
Evangelicorum extirpatio quæratur. Non poſ-
n eo è proceſſu magnas animorum divulſio-
andemque *Rom. Imperii* deſolationem, inſequi.
per hac ingenti concuſſione *Magnates* exteri
tripudiare non poſſint. Qui quidem his inter-
ermaniæ motibus, vulneribuſque, invitati, jam
ſpes ſuas ambitione donent, & ad vota, diu
oncepta, nempè hujus *Imperii* faſtigium pro-
nt. Remedium ipſo morbo periculoſius, da-
ſiuſque, proponi. Itemque ab eventu *Cæſari*
evidens, quinam tàm *Cæſari*, quàm *Archiduca-*
s familiæ, utile conſilium ſuppeditâſſent, qui
ùs. Ut deniq; à conſiliis moderatioribus *Cæſari*
tò conſtantior exſpectanda veniat felicitas.

Iæc argumente ſatis valida, ac ponderoſa, eſſe,
exceptū. Inprimis, ſi ſubduceretur ratio, quan-
Cæſari, Cæſareæque familiæ, conduceret, ſicubi
onia Electorem experirentur amicum. Inte.
, non ſatis cauſſæ eſſe, ut ejus amicitiæ in-
u, ſalutaris *Iuſtitiæ* curſus ſuſpendi debeat, ini-
tatiſq; claſſi candida vela imponenda ſint. *Cæſa-*
nim *Deum* ob id in manus tradidiſſe *Coronam*, ac
trum, Iuſtitiæ ut ſatisfaceret. Cui utiq; lege ſa-
menti ex fide obligaretur. Prout nuper *Elector*
guntinus, litteris IV. Non. Maj. ad *Elect. Saxoniæ* da-
prolixè hoc fundamentum executus foret. Ut
nquam *Cæſari* in mentem venerit, *Evangelicos* ex-
ndere velle. Coronidis loco, dùm *Elector Saxoniæ*
n deprecetur, excuſatuſq; eſſe velit, quòd *Edicto*
orem gerere nequeat, univerſo tàm laudatiſſi-
Electorali Collegio notorium eſſe, neque illius,
q; *Cæſaris*, inſtitutum eò collimâſſe, *Elector*, ut, ſu-
Epiſcopatibus, ab antiquo poſſeſſis, inauditâ cauſ-
rigore executionis oneraretur. Immò verò il-
n *Cæſaris* declarationem, quam *An. M.DC.XX.* ſub
ventu apud *Mülhuſiū* celebrato, *Electori* dediſſet,
iamnunc obtinere, ratamque eſſe. Semel hoc
nſideratione dignum, & operæ pretiū eſſe, præ-
vere, ne *Elector* executionis proceſſu irretiatur,
d potiùs illius cauſſa ſeparetur. Atque hanc rem
on ſolùm multas rationes politicas inculcare, ſed
iam tot officia, fideliter, & prolixè, ab *Electore Cæ-*
ri conteſtata, ac præſtita, flagitare. Ex uſu igitur fo-
re, ſi *Electoris* ergà *Cæſarem*, *Cæſareamque* familiam,
conſtans obſervantia, ac devotio, cōſervari queat.
Præeunte enim hac illius cauſſæ ſeparatione, *Cæſa-*
rei Edicti executionē in cæteris felicius effici poſſe.

Proindè, cùm, ex ſuperiùs allatis, refutatiſq; ob-
jectionibus dilucefcat, *Saxonica* illa argumenta nō
ſic quidem comparata eſſe, ut iccircò *Edictū Cæſa-*
reum labefactetur, ut ne quidem, intuitu officii, ju-
ramenti, conſcientiæ; & famæ, præſentis *Edicti* exe-
cutionem *Imperator* ſuſpendere, adeòq; in publica
Imperii deinceps comitia extrahere, debeat. Ut et-
iam minimè utile eveniat, ſi *Cæſar* hoc nomine
puſillanimitatis micam præ ſe ferat. Ut omninò
huic *Electoris Saxoniæ* contradictoriæ, ſiquidem
illa latére, ac clàm eſſe, fortè haud velit cordatè re-
ſpondendum fuerit.

Hanc in rem ſic quidem, abſque ulla præſum-
ptione, ſentire conſiliarios: *Cæſar*, ſalvo jure, cum
Electore in diſceptationis arenam non deſcende-
ret. Sed deductis articulis prioribus, rectiùs *Electo-*
rem erudire pateretur, aperuerunt. Ità quidem eſſe,
ut ea apud *Mülhuſium* prægreſſa, factaque, promiſ-
ſio *Cæſareâ* fide implenda foret. Vice versâ, lege ta-
lionis, *Cæſarem* hoc exſpectare: Quandoquidem
Elector, ejuſdemque anteceſſores, ſuper *Religioſis Pa-*
cis accurata obſervantia, ſedulò hactenùs laborâſ-
ſent, nedùm errores, fortè emergentes, toleràſſent,
fore, ut, pro *Germanica* ſua fide, & dexteritate, *Edicti*
executionem impedire nolit, ſed provehere affe-
ctus ſit. Hunc in finem, quò respublica, fœdè col-
lapſa, in priſtinum ſtatum ex vòto reſtitui valeat,
Cæſarem conventum *Electoribus*, proximè auſpican-
dum, indixiſſe. Ad illum *Cæſarem* ipſummet adven-
tare conſtituiſſe. Idemque *Elector* ut faxit, id eſt, i-
pſe quoque ut veniat, ab eodem contendere. An-
tequàm verò *conventus* coire debeat. *Cæſarem* præ-
miſſo ad *Electorem* legato, de particularibus com-
monefacturum eſſe. Interim, priuſquàm legatus
mitteretur, hæc tantiſper ſignificare voluiſſe.

CAP V.

De legatis Cęſareis, executioni, ob Edictū, præpoſitis. Eorundemq; inſtructione.

I.

Pro edicti executione, per Imperii fines dimittuntur à Cæſare legati.

SIc ubi *Cæſarei Edicti* ventilatio pręceſ-
ſiſſet, *Cæſar* ſententiæ, ſemel publica-
tæ inhærens, diverſos per omnes *Im-*
perii Circulos dimiſit legatos, qui exe-
cutionis effectum procurarent. In
quorum electione eò ſpectatum, eſt, ut unus è
Principum, unus è *Præſulum*, unus è *Comitum*, *Dy-*
naſtarumque, & denique ex *Equeſtrium*, vel *litte-*
ratorum, ordine, quidam, hoc ad negotium
requireretur. Articuli, ſive, canones, ad quos
jubebantur attendere, erant ſubſequentes.

Antè omnia ſub unoquoque *Circulo* convenirent, rationesque, quibus mandatum *Cæſareum* in effectũ duceretur, inirent. Stante hoc cõventu, omnes *Religioſorum* quiritantium *Ordines*, ſimulátque *Ordinarios* locorum, convocarent, ab eiſdemque, quæ quotq; bona abalienata fuiſſent, requirerent. Sic ab illis bonis, locíſque, interceptis, quæ ad *Ordines Religioſorũ*, pertineant, executionis auſpicia facerent.Ità tamẽ, ut antè, quid ad quoslibet pertineat, demonſtratum ſit. Indè ſua quoque *Ordinariis* reſtituerentur. Detentores non ſimul, ſemelque, ſed ſeparatim, citarentur. Ab his bona omnia, & ſingula, poſt *Paſſavinam* tractationem ablata, nomine, *Cæſaris*, repeterentur.

Illis tantùm, qui probâſſent, bona *Eccleſiæ* ad ſe ſpectare, fieret reſtitutio. Quodſi probationes non ſint ſufficientes, tùm quidem ad tempus locorum *Ordinariis* permitterentur, quo perſonæ *Eccleſiaſticæ*, hoc ad inſtitutum idoneæ intereà ſubſtitui ſuſtineant. Si detentores fortè *Præſcriptionis* viam objiciant, tunc illis remonſtrarent legati, rem cum *Pace Religioſa* pugnare, *Edictumque Cæſareum* reclamare. Et ſi prætereà *emptionis* ſive titulum, ſive contractum, prætendant, tùm præſtò exciperetur, *Eccleſiaſticos* in homines emptionem venditionemq; haud quadrare, Ut nihilo-minùs *Edicto Cæſareo* ſatisfieri debeat. Secundùm hæc, ſi porrò detentores urgeant, hanc ſuper *Cœnobio* altero, vel altero, litem, ac controverſiam, pendére vel à *Camera Spirenſi*, vel ab *Aula Cæſarea*: illis deciſio ex *Edicto*
poneretur. Quodſi quoque accidat, de eo di
ptari velle, hanc deciſionis poteſtatem non in
Cæſaris autoritate verti, ſed ad publica *Imperii*
mitia controverſiam illam rejiciendam eſſe. Ne
hanc objectionem penſi haberent legati, *Cæ*
hac in cauſſa autoritatem, & decretum, in con
rium allegantes. Occurrentibus caſibus ardui
ponderoſis, legati per curſorem quantò ociùs
omnem ad *Cæſarẽ* referrent, ſimulátque ſen
tiam propriam adjicerent: Super *Cathredalib*
Collegiatis, Eccleſiis, hæc iniretur via, neque qu
uſque ad *Pontificis Max.* declarationem, enov
tur. Sic tamen, ut ad tempus interim perſona
clesiaſticæ ſufficerentur idoneæ. Denique, ſi uſ
niat, à detentoribus pericula, motuſq;, cieri v
Hæc oppidò nunciarentur *Aulæ Cæſareæ*. Niſi
tem periculum grave urgeat, interim ſive ab e
citu *Cæſareano*, ſive *Ligariano*, auxilia peteren
Jam tùm enim copias utraſque in mandatis h
re, opem implorantibus ut ferant. Tandem illis
tentoribus, quicunq; *Edicto Cæſareo* promptè o
querentur, citràque juſtum titulum hactenùs
ſeſſa *Eccleſiæ* bona redderent, hæc fieret, non
Cæſaris, gratia, ut perceptorum fructuum refi
ne in totum exonerarentur. Refractariis ex ad
ſo, & inobedientibus, ad illorum refuſionem
vera ex lege adactis.

Io. Petri Lotichij
RERVM GERMANI-
CARVM
LIBER XXVI.

CAPVT I.

De initiis Reformationis apud Auguſtam Vin-delicorum.

I.

Cæſaris legatus, in cauſſa Reformationis, Auguſtam venit.

Rebus ità ad executionem *Edicti* ſuperioris ſpectantibus omnibus, per omnes penè *Imperii* fines dimiſſis legatis in *Reformationem* itum eſt. Tametſi igitur *Proteſtantes* partim, deductionibus apologeticis, partim luculentis ad *Aulam Cæſaream* exp
ditis legationibus, contravenirent, peterentq
hæc res preponderans, atq; ardua, ad publica *Im*
rii comitia rejiceretur, ibidẽque ex lege antiq
prout neceſſitas requirit, ordine definiretur,
hilo-minùs fruſtrà fuerunt. Ità ut executionis n
gotium tantùm nõ impenſiùs urgeretur. Sed eti
diverſis locis *Eccleſiæ, Scholæ*, aliæq; id genus piæ fu
dationes, occuparentur. Quo fervore tantùm n
in eas *Eccleſias*, poſt tranſactionẽ *Paſſavinã* poſtlin
niò interceptas, itum eſt; Ut etiam illarũ ex num
ro, quæ quidem ante *transactionem* in poſſeſſion

ven

nt, non paucæ, ſub leges, & imperium, per
m fortè, revocarentur. Sic *Parochis Evangeli-*
officio juſſis, ſubſtitui cœperunt ſacerdotes
ici. Ut, qui *Religioni Evangelicæ* haud renun-
s tranſirent in *Reformantium* partes, illi, pecu-
ſt caput relictis, certis ſub locis, emigra-

tempore, quo militaris licentia ad ſummos
vaſiſſet gradus, hęc *Reformationis* ſeveritas in-
imos tetigit *S.P.Q. Auguſtanum.* Ejus diœce-
piſcopus, Henricus de Knoringen, apud *Cæſarem*
itiſſimis precibus inſtabat, nempè juriſdi-
ccleſiaſtica, ſummo jure ſibi debita, reſtituere-
Ex adverſo exercitium *Confeſſionis Evangelicæ*
ùs abrogaretur. Fundamenta ejuſce petitio-
ant illa. Nimirùm, non obſtante *Pace Religio-*
id *Paſſavium* tranſactâ, prædictam *Iuriſdictio-*
lā ad ſe ſpectare. Nam, *Anno M.D.XLVIII.* in-
ardinalem Ottonem, Epiſcopum Auguſtanum, &
Auguſtanum, eam interveniſſe tranſactionem
cularem, ut hæc illa iſta *Iuriſdictio* ſibi ſoli, u-
e, debeatur.

æc *Epiſcopi* querela apud *Aulam Cæſareā* juſtum
obtinuit pondus. Ut præeunte *Electorū* cogni-
Epiſcopus voto potiretur. Quò igitur *Edicti*
utio locum inveniret, miſſus eſt *Ferdinandus*
us, Baro de Senfftenavv, qui rem in effectū dedu-
. Hic *Nonis Sextil.* eo loci appulit. Priuſquàm
m, cujus negotii cauſſâ adveniſſet, legatus ſo-
iter depoſuiſſet, per urbem publicari præconis
cœpit, ne quis deinceps ſive civium, ſive arti-
n, atq; id genus famulorum, laribus egredere-
ſub pœnâ capitis, in delinquentes decreta. In-
n, *Senatores, Inſpectores,* rerum *Eccleſiaſticarum,* i-
q; *Paſtores Evangelici,* quorum utique intereſſet,
rent in *Curiam,* audirentq; *Cæſarei* legati pro-
tionem.

ie conſtitutâ ergò conventum eſt. Ibi *Curtius*
tus coràm univerſis hęc in verba ediſſerere cœ-
Cæſaris, inquit, nomine, & juſſu, ſe adeſſe; Ha-
q; in mandatis, litteras ſacras, ſive *Cæſareas,* ur-
Curatoribus ut intimaret, ſimulátque toti *Senatui*
ris mentem, ac ſententiam, coràm aperiret. Il-
verò hanc talem eſſe. Nimirùm, præeunte a-
Aulam Cæſaream diligenti cauſſæ depondera-
e, nec non cōcurrente *Electorū* calculo, ſic qui-
n cōparatū eſſe, ut *Iuriſdictio Eccleſiaſtica* ad præ-
em *Epiſcopum Auguſtanum* unicè ſpectet, ac per-
at. Ità enim poſtulare tranſactionem, *Anno*
D.XLVIII. inter *Ottonem Cardinalem, Epiſcopum*
uſtanum, & *S.P.Q. Auguſtanum,* pactam. Sic, ut *Re-*
onis illa *pacificatio,* poſtliminiò inſecuta, huic in-
uto derogari poſſit nihil. Hac ex lege *Epiſcopo*
ſſam ſuppeditari ampliſſimam, juſtiſſimamque,
impræſentiarum uteretur, exercitiumq; *Con-*
onis Auguſtanæ prorsùs abrogaret. Neque hoc
ummodò agere *Epiſcopum.* Sed etiā à *Cæſare* ſen-
tiam, ac jus executionis, impetrâſſe. Hoc nomi-
Cæſaris decretorium, ſeverumque, poſtulare
ndatum, præallegata *Eccleſiaſtica* juriſdictio, u-
cum pulviſculo quod ajunt, id eſt, ordine, atque
egrè, *Epiſcopo* reſtitueretur. Quod ut eò feliciùs
cedere poſſit, par urbis *Curatorum* hoc ageret,
nque executivè in effectum deduceret. Sic fu-
um eſſe utique, *Cæſar* aliis rigidioris executio-
remediis ut parcat, *Civitatique* ſeſe indulgeat.

Jam urbis *Curatorum,* totiuſque *Senatus,* partes eſſe, hanc mitem viam humilima cum reverentia ut amplectantur, ipſique juſſam executionem ſic quidem procurent, atque efficiant, quò *Cæſar* haud offendi poſſit. Eam enim eſſe aliâs *Cæſaris* ergà hanc *Civitatem,* hactenùs obedientem, ac morigeram, propenſionem, ut ſpes ſit, fore, ne hunc auguſtæ gratiæ cumulum per imprudentiam effundant, ſed etiam præventæ illi clementiæ incrementum auſpicari velint.

II.

Curatores urbis reſpondent ad mandatum Cæſareum. Accinguntque ſe juſſæ executioni.

Ad illam legati poſtulationem ſic tùm quidem *Curator urbis* ſenior, *Hieronymus* im Hoff/ excepit, Humilimos, inquit, atque *Cæſari* obedientes, *Curatores* urbis, univerſumque *Senatus* ordinem, ex ore legati percepiſſe, quæ eſſet *Cæſaris* decretoria, & ſevera, voluntas. Et quo pacto juriſdictio *Eccleſiaſtica,* vigore tranſactionis ſub *Anno M.D.XLIIX.* pactæ, ad *Epiſcopum Auguſtanum* pertineret. Ut ſimulátque *Curatoribus urbis* jungi cœperit, executionē nēpè datâ operâ ematurarēt. Niſi enim mandato gerant morē, ſeverioribus coercendos eſſe legibus. Jam verò ità eſſe, ut *Curatores urbis,* ſine miſſione, humilimam *Cæſari* hûcuſque navâſſent obedientiam. Sub hac devotione ſeſe conſtantes, perpetuoſque, futuros eſſe. Ut nequicquam committere cogitent, quò ſive imprudentiâ, ſive incuriâ, ſuapte, *S.P.Q. Auguſtano* gravius aliquod incommodum creari, atque evenire, queat. Quâ ſuper re dùm ſerias vellent ſuſcipere deliberationes, legatum ſe communi omnium nomine venerari, illi ne grave eſſet, relicto ſibi deliberandi ſpatio, in aliud intereà ſeſe recipere conclave, uſque dùm *Cæſareæ* litteræ coràm univerſis recitari, ipſique rebus ſuper neceſſariis conferre, poſſint. Interim, veniam ſeſe deprecari. Non enim illud agi, ut *Cæſareo* mandato refractari, aut in ſuffragia curioſiùs deſcendere, velint. Ut potiùs ſuper hac re ardua penſiculatiùs rationes inire, omniaque majori cum humanitate, ac facilitate, efficere ſtudeant.

Non repugnavit legatus. Itaque inter duos *Curatores urbis* in aliud conclave, & quidem auguſtius, deduci cœpit. Quibus in *Senatum* revertentibus, litteras, ut vocant, honorarias, ſive fidem legato conciliantes, unàque diploma *Cæſareum,* civitatis archigrammateus recitare juſſus eſt. Secundùm hæc, *Cuuator urbis ſenior* ille ſic quidem exorſus eſt: Ut omnia, inquit, tàm quæ *Legatus* inantè propoſuiſſet, quàm quæ litteræ *Cæſareæ* præ ſe ferrent, curioſâ inſtitutâ recapitulatione reproducere vellet, non neceſſarium, opportunumque, videri ſibi. Rem enim ſic quidem comparatam eſſe, ut in cauſſa ſemel definita, deciſâque, argumentis contrà pugnare, atque experiri, velle, haud expediat, neque tutum ſit. Ut per objectiones, tergiverſationeſque, civitas, & Reſpublica, in gravius diſcrimen vocari poſſit. Jam enim ſuper *Auguſtanæ Confeſſionis* exercitii abrogatione totius rei cardinem tantùm ferri. Ut metuendum veniat, niſi mos *Cæſari* hic gera-

geratur, omnia *Civitatis* privilegia, totumque Reipubl. ſtatum, uſque ad deſolationem, periclitari poſſe. Siquidem ergò minimè foret obſcurũ, quibus hactenùs ſolicitudinibus, miſſiculationibus, argumentiſque, & deductionibus, ſeſe tueri cœpiſſent, an fortè præviſæ, jam verò inſtantis, executionis rigorem emollire liceret. Sed fruſtrà fuiſſe illa omnia. Proindè eò rem quidem rediiſſe omnes intelligerent, ut, ſub præſenti rerum facie, *Curatoribus urbis* vitio verti haud poſſit, ſi modò ad legem mandati *Cæſarei*, illud, quod ſeverè imperatum eſſet, conarentur in executionem deducere. Eã eſſe præſentem neceſſitatem, ut, an velint, & aſſentiantur, non requiratur; Ut *τὸ oportet* in locum voluntatis ſuccedat, neque eligere liceat, ſed facere neceſſum ſit. Quæ, cùm neceſſitas benevolentiæ minio coloranda veniat, jam, quod poſtularetur, faceret. Et ſuo aliquando ſive loco, ſive tempore, hujus illius neceſſitatis emendationem, remediaq; mitiora, patienter exſpectarent.

Hæc cùm fuiſſet alterius *Curatoris urbis*, & quidem *ſenioris*, ſuaſoria, eandem in ſententiam *Curator urbis* alter, & ordine *junior*, *Bernhardus Reblingerus*, mox ſubſumere cœpit; Tametſi, inquit, ſuo loco maluiſſet meliorem hujus temporis intueri ſtatum, quàm ut, ſecundũ *Cæſareum* mandatũ, executionis ſeveritas locum habere debeat. Nihilo-ſeciùs cauſſam ſe haud videre, quâ *Curatores urbis* injunctam illam executionem ſuſpendere queant. Alia quippe media in foribus eſſe; Ut, ſi libeat *Cæſari* repugnare, ingens diſcrimen, & patriæ urbis periclitatio, præſtò ſint. Suâ quidẽ ſententiâ, præſtare *S.P.Q. Auguſtano*, imperata ſi faxint, ac de cætero ſecuri ſint. Quàm ſi, executioni obnitentes, *Cæſaris* indignationem, in patriæ exitium, provocent. Se ſic quidem animo antè peregiſſe, ut malit in executionem demandatam deſcendere, quàm *Rèmpublicam* in ultimum diſcrimen adducere. Undè etiam poſteris deinceps quiritare eſſet opportunum. Quàm enim grave ſibi futurum eſſet, ſicubi, etiam poſt fata, tanquam civitatis, communisque patriæ, everſores accuſari debeant, expenderent omnes. Jam meliorã viã monſtrari ne quidem ullam, quàm ut neceſſitatẽ impoſitam voluntariò amplectantur, cùm cogi poſſint. Sic de futuro rectiùs omnes exſpectare, ac ſibi promittere, quitos eſſe.

III.

Senatus Auguſtanus Cæſaris mandato morem gerit.

QUid faceret *Senatus Auguſtanus*? Quo pacto *Cæſari* reſiſteret? Durum erat, ſed tamen ferendũ erat. Ad illas igitur utriuſque *Curatoris urbis* ſuaſorias, ſententiã aliâs dicere non rogatus, ſic ſponte excepit *Otto Lavvingerus*, *Conſul* primari᷒: Et ſe quidẽ, adjecit, *Cæſaris* mandatum cognoviſſe. Deprecari igitur, ne, amore *Confeſſionis Auguſtanæ*, cui quidem eſſet addictus, ad dicendam ſententiam urgeretur. *Curatores urbis*, communi omnium nomine rogati, hoc agerent, nempè, apud legatum interveniendo prodeſſent, &, ſi non liceat aliud, ſaltèm executionis extractionem procurarent. Quod ſi neq; hoc effici poſſit, *Deo* utique rem omnem committendam eſſe.

Secundùm hæc verba, ambo *Curatores ur*
auguſtale illud egreſſi cõclave, legato intimar
perunt, imperata ſeſe feciſſe, *Cæſareumque* m
tum *Patribus conſcriptis* inculcâſſe. Ut jam inj
executioni ſeſe accingere, *Cæſariſque* juſſa ex
ſint parati. Hac *Curatorum* obligatione lib
admiſsâ, legatus, ad ſe *Eccleſiarũ* præpoſitis,
ſtoribus, evocatis, porrò aperuit: Nimirùm e
mine à *Cæſare* miſſum eſſe ſe, *Curatoribus urbis*,
toribuſque, ut intimaret, *Cæſarem* ſententiam t
in cauſſa *Epiſcopi Auguſtani*. Nempè *Epiſcopo*,
tranſactionem *Anno M.D.XLIIX.* inter *Ottonem*
dinalem, & *S.P.Q. Auguſtanum*, pactam, juriſ
Eccleſiaſtica reſtitueretur. Eò n. rẽ rediiſſe, ut
hac in parte *Epiſcopi* voto, utiq; æquiſſimo, ſu
pſerit. Juxtàq; *Curatoribus urbis* injunxerit, *Ep*
hanc prærogativam quantò ociùs, præeunte
cutione, redderent, &, ne *Civitas* fortè obluct
in diſcrimen adducatur, præcaverent. Jam &
dictos *Curatores urbis*, & *Senatum* univerſum,
reo mandato obedientiam promittere cœpiſ
minùs ergò ſe dubitare, quin idem & ipſi eſſe
cturi. Proindè cùm extrà realem executionis
ctum, nihil ſupereſſet, denuò ſe *Curatoribus urb*
culcare, etiam, atque etiam, eniterentur, quò
ſiarum præpoſitis ac *parochis*, abſque mora, miſſi
ri poſſit. Illi igitur imperata facerent. Hi *Paſtor*
rò, ſeſe non refragaturos eſſe, bonâ fide pro
terent.

IV.

Auguſtanæ Confeſſionis Paſtoribus, apud Auguſtam, miſſio datur.

AD illam legati novam ammonitionem, C
tor urbis ſenior ad *Paſtores* ſic quidẽ profari
pit: Audiiſtis, inquit, quid, nomine ſacratiſ. *Cæ*
juſſerit legatus; Nempè, in eo *Cæſareum* ma
tum, injunctaque executio, vertitur, ut, *Augu*
Confeſſionis exercitio abrogato, *Religio Catholica*
ut antè hanc Reipubl. mutationem obtinuit,
nuò introducatur. Quanquam autem aliis vi
remediis, initioribus maluiſſent hanc curatio
fuiſſe inſtitutam, nihilo-minùs eò neceſſitatis
tum eſſe, hæc vt *Cæſarea* deciſio, contrà quam
gnare velle nefas foret, in medio extet. Eò mi
Curatoribus fraudi futurum eſſe, ſi, graviora p
cula anticipantes, hoc agerent, atq; imperata
querentur. Proindè, ex lege *Cæſarei* mandati,
omnibus ac ſingulis, *Reipubl. Paſtoribus*, tàm præ
tibus, quàm abſentivis, juramenti fidem rela
miſſionemq; dare. Sic, ut templa, hactenùs in u
venientia, occluſa, miniſtri verò *Eccleſiaſtici* offic
rũ ſuorũ exules, eſſe debeant. Illud igitur age
jam nunc amicè exautorati *Paſtores*, videlicet j
& deinceps intrà hanc *Auguſtam*, *Confeſſionis Au*
ſtanæ exercitiis in totum ſeſe abſtineant. Pereg
quidem, & *Civitatis* jure minùs gaudentes, re
antè compoſitis, ac convaſatis, aliò emigrent.
vium verò juribus utentes, privatam vitam o
rent, neque clàm palàm in cauſſa *Religionis*, eti
ſub capitis pœna, quicquam etentarent. Atq
hæc omnia bonâ, ac ſincera, fide, impleturos e
porrectis dexteris, jurisjurandi loco, tàm in ve
legati, quàm *Curatorum*, ſtipularentur, ac promit
rent.

Ha

ic ubi ſententiam *paſtores Evangelici* excepiſ-
iſtes, confuſique, quidam *Ioan. Conradus Gebe-*
d *D. Anna* parochus, his verbis ſubjecit: Non
genti, inquit, cordolio, ac mœſtitiâ, ſeſe ad
ɔs admiſiſſe tàm præſentem, ac ſubitaneam,
orationem: Eoq; minùs ſperâſſe, hòc inſtare
ſſe, quòd ſacratiſ. *Cæſar*, ſub *Anno M. DC. XIX.*
omagium præſtaretur, clementiſſimè rece-
, ſe *Confeſſionem Auguſtanam* profitentes, ſe-
im leges *Pacificationis* tàm *Religioſa*, quàm *Po-*
protecturum eſſe. Siquidem autem ea nunc
Cæſaris mens, ea voluntas, nolle ſe repugnare.
tiùs & ipſi juſſis parère, quàm impedimento
elint. Hoc cum dicto, in verba illa, antè pro-
oco jurisjurandi, jurare, ac promittere, cœ-
it. Nempè, ſeſe omnia, antè nomine *Cæſaris*
rata, diligenter facturos eſſe. Sic lares ad pa-
dimiſſi ſunt: *Legato* ad *Palatium auguſtale* regre-
e, *urbis Curatoribus* verò, ſuper rebus modó
tis, *Patres Conſcriptos* erudientibus.

V.

eligionis enovationem, Civium multitudo
enarum formidine coercetur.

Uàm minimè vacet periculo, res novas, tam-
etſi conceſſas, licitaſque, in populo enovare,
ipuè *Reformationes*, in cauſſa *Religionis, Eccleſia-*
toties fidem fecerunt. Ut, ad furorem uſque,
go haud raró ſævitum ſit. Idem ne apud *Augu-*
ob civium, opificumq;, multitudinem, eveni-
iligenter cautum eſt. Quippe, ab initiis man-
, ac voce præconis, territis civibus, ne è larib⁹
is pedem efferrent, interdictū fuit. Mox, no-
mmiſſę militum cohortes civitatis cuſtodiam,
obus civium coire, ac res novas agere, poſſit,
perunt. Adhinc, ubi, (ſicut in plebe eſt haud
lens) auditæ eſſent calumniantium, inprimis
iſcopum, & Clericos, convitia evomentium, vo-
enuò, per præconem multitudini inculcari
it, ne quis è vulgo auſus foret ex mera animi
otentia, hoc ineuntis *Reformationis* negotium
erbis, vel facto, inceſſere, ac lædere. Niſi ſe-
ipſum oppidò damnare, ac capitis ſupplicium,
o reſpectus genere evitandū, incurrere inave-
anc rem ut appareret ſeriò, & ſeverè, agi, antè
æ faciem, medio ſub foro, furca erecta eſt. E-
uneſtus, & horroris plenus, aſpect⁹ ut feroces,
ymphaticos, animos ab incœpto abſterreret.
Hæc dùm in terrorem repagula, atque habenæ,
titudini injiciuntur, ecce! oppidò inſtitutio-
pietatis puerilis, quas vocant *Catecheticas*, for-
æq; *Precum*, ac *Cantionum*, hactenùs ſacris ſub
s, etiā ipſo in foro, ſonantium, antiquatæ ſunt,
ceptoribus, qui nollent ſub leges *Eccleſiæ* venire
bolica, ſine mora, exautoratis. Idem proceſſus in
llos eſt cuſus: abrogatis omnibus, in publico ex-
tibus, *Evangelicorum* codicibus.
Quibus oculis, quibuſq; ſuſpiriis, id genus ſubi-
eam *Religionis* enovationem aſpexerit numero-
tra urbem civium concio, cogitatu ſit facile
multi ex opulentioribus, tædio novitatis, rebus
vaſatis ultroneum ſibi indicerent exilium, ani-
que jam eſſent in itinere, aliorsùm emigra-
. Hunc rictum prævidentes, *Curatores urbis* e-
gato diplomate contrà ivêre. Nempè, abs re eſ-
ōteſtati ſunt, ut vim in cauſſa hac *Religionis* metuant. Neq; enim violentiam, neq; præcipitantiā, ſic extimeſcendam venire. Præſertim, cùm *Epiſcopus* ſpem ejus rei non vanam feciſſet. De cætero, ſi quis prævaricator remotis, ut ajunt, arbitris ſarcinulas colligere, atq; aliò tramittere, auſit, huic pœnam fore paratam. Ut non tantùm jure civitatis privari, ſed alias mulctas, bonorumq; confiſcationem, incurrere, debeat. Si quibus verò ſtet ſententia omninò velle emigrare, iſti antè omnia in manus ſuperiorum jus civitatis reſignarent, tres ordine cenſus, decimamq; peculii partē, penderent. Et ſic quidē liceret illis deinceps emigrare liberrimè.

VI.

Saxoniæ Elector, directis ad Cæſarem interceſſoriis, Auguſtanorum cauſſam agit.

ILlæ cùm anguſtiæ *S.P.Q. Auguſtanū* haud perfunctoriè exercere occœpiſſent, per diſpoſitos ab *Electore Saxoniæ* tabelliones opem, aut in communi *Religionis* cauſſa ſublevationem, exorare non deſtiterunt. Tametſi autem antè quoque *Elector* codicillis, ad *Cæſarem* datis, excuſatoriis *Auguſtanorū* cauſſæ patrocinari fuiſſet anniſus, ſed fruſtra: nihilo-minùs, auditâ *Reformationis* jam inchoatæ enovatione, ad quiritantium inſtantias, illis denuò interceſſoriis *Cæſarem* placare, *Auguſtaniſque* indulgentiorē reddere, conatus eſt. Epiſtola talis fuit; Quanq̃, inquit, nondùm habuiſſet antè perſuaſum, forè, ut ea, quæ ſuper occupatione rerum *Eccleſiaſticarum*, apud *Auguſtā* inſtante, ad ſe fuiſſent famâ perlata, ad effectum ſpectarent: nihilo-ſeciùs, haud abſque infima animi cōmotione, modò ſe cōpertum habere, jam tandē *Paſtores* apud *Auguſtam Evangelicos* exautorari, templaq; *Confeſſionis* illius cognominis ſacris hactenùs permiſſa, occludi, cœpiſſe. Ut de noctu manus militum immiſſa portas urbis, forumque, viaſque, inſideat, diverſæ antè *Curiam*, aſpectu triſtes, & horrendæ, erigantur furcæ, aliiſq; id genus afflictionis modis cives torqueri accidat. Iam ſibi nullum fieri dubium, quin *Cæſar* in limine ejuſce rei ſufficientem cognitionem non eſſet adeptus. Ut hunc in proceſſum, ſi ritè fuiſſet ammonitus, ne conſentire quidem voluerit. Ut juxtà quoque conſtitutum præſupponat, *Cæſarem* non paſſurum, id genus preſſuris, & viis extraordinariis, ut in *Auguſtanos* iretur. Cur enim *Cæſar* afflictos nō tueretur? Cùm ipſe, ſuperiori *Anno MDC.XIX.* ſub homagii exactione, *Civibus* publicè confirmâſſet, futurum, ut *Confeſſionem*, in *Imperio* receptam, abſq; impedimento liberè exercerent, ac proferrent? Exindè ſibi in mentem veniſſe, minimè quidē opus forè, ut vel *Cæſar*, hujus promiſſionis igitur, interpellandus eſſet. Cùm ejus generis inſtitutum directè *Religionis pacificationi* contrairetur.

Interim, poſtq̃ penſiculatiùs ad animū admiſiſſet, ne ſic quidē, in cauſſa cōſcientiæ, ſe ocioſum fabulæ ſpectatorē eſſe ſuſtinere, quin afflictorū & q̃dē eandē ſecū *Religionē* ꝓfitentium, partes ſuſcipiat, ipſoſque adversùs tùm *Pacē Religionis*, tùm *Imperii conſtitutiones*, tàm ſanctè pactas, onerari, demonſtret. Ut hoc intuitu interceſſionem, inſtanter ab illis flagitatam, hanc ne quidem negare potuerit. Jam *Cæſari* minimè obſcurum eſſe, quibus religioſiſſimis, conceptiſſimiſque, verbis *Cæſares, Regeſque*, itemque *Electores, Ordineſque*, omnes, tàm pro ſe, quàm hæredibus, ac poſteris, ſuis, in ſanctitudinem

Pacifi-

Pacificationis Religioſæ jurâſſent primitùs. Deincepsque hanc ſanctionem de induſtriâ confirmari contigiſſet. Ità ut hoc vinculum non, niſi alienum, æternumq; eſſe oporteat. Neq; quiſquã ex *Imperii Ordinibus* inveniri amet, qui ſe hac lege, hac ſanctione, teneri, diffiteri auſit, velitque.

Secundùm hæc, ipſo facto extrà controverſiam, atq; indubium, eſſe, utramq; tàm *Catholicã*, quàm *Auguſtanam* dictam, *Religionem*, à temporibus *Pacis Religioſæ*, & à multis annis anteà, intrà civitatem *Auguſtanam* exerceri conſueviſſe. Ut etiam poſt *Religioſæ pacificationis* tranſactionem, abſque ulla offenſa, hæc ad uſque tempora, utriuſque illius *Confeßionis* exercitium extractum ſit. Magiſtratu civibus ex officio ſecuritatem indulgente. Ut illã, pariter, toties nominatæ, *Religioſæ pacis* eſſe ſanctionẽ, conſtet; Quæ velit, utriuſque *Religionis* intrà civitates mutuò exercitæ eam eſſe legem, ut deinceps eodem in ſtatu, abſque offendiculo, atque interruptione, continuare, ac perſeverare, debeat. Sic, ut cives utrinque, moderationi ſtudentes, haud perturbentur, nedùm alter alterius ritus, ceremoniasque eccleſiaſticas, impugnet, ſed utraq; pars rerum ſuarũ ſecurè ſatagat. Illarum ſanctionũ vigore, eodem cives *Auguſtanos* uti, frui, jure, quà liberum *Religionis* exercitium, quo *Ordines* cæteri, immediatè *Imperium* reſpicientes, uterentur, fruerenturq;. Ut has contrà conſtitutiones, atque vincula, cives *Auguſtanos Evangelicos* onerare velle nefas ſit. Ut hæc illis immunitas, ac conceſſio, extorqueri nullo modò debeat. Eſto enim, *Eccleſias* antehâc fuiſſe ſub *Epiſcopi* poteſtate, quod quidem *Senatus* negaret. Neque ſic tamen *S.P.Q. Auguſtanum* exercitio *Religionis* ſuæ privari, aut impediri, poſſe. Eam n. ab *Epiſcopo* injectam, juriſdictionẽ in ſuſpenſo hactenùs fuiſſe, necdùm prævalere ſuſtinuiſſe. Ut de eo fortè dubiũ nõ ſit, olim antè *tranſactionẽ* illã *Paſſavinã* inter *Epiſcopũ*, & *S.P.Q. Auguſtanũ*, colliſiones naſci potuiſſe. Illas tamen, interventu *Pacis Religioſæ*, tanquã conſtitutionis *Imperialis*, expirâſſe. Ut juriſdictio *Eccleſiaſtica* hactenùs abolita, & è medio ſublata, videri debeat. Atq; hoc *Electorem* prioribus illis diſſuaſoriis ſuis ampliſſimis verbis deduxiſſe; Nimirùm, *Epiſcopum* æquè legibus *Pacis Religioſæ*, atq; *Ordines* cæteros, teneri. Eundẽ n. cùm ſub comitiis *Ratiſponenſibus*, *Anno M.DC.XIII. Electores*, *Principes*, *Ordineſque*, in exactam, & accuratam, *Pacificationis* tàm *Religioſæ*, quàm *Politicæ*, *Anno M.D.LV.* pactæ, confirmationẽ utrinq; cõpromiſiſſent, eadem in verba & jurâſſe, & propriâ manus ſubſcriptione rata habuiſſe. Ut ineluctabile, atq; indiſſolubile, ex hoc fonte, pro *S.P.Q. Auguſtano*, argumentum, vinculumq;, atq;, ut vocant, jus quæſitum, emergat. Neq; obſcurũ, aut in ſecreto, eſſe poſſe, quęnã antè *Annos* integros quadragintà, inter *Patres conſcriptos*, & *Cives* quoſdã, *Auguſtanos*, obrepentibus dividiis, *III. Id. Sextil. An. M.D.LXXXIV.* coaluiſſet cõpoſitio, ac tranſactio. Nẽpè, utrinq; partes cõdixiſſe, ſeſe, vigore *Pacificationis Paſſavinæ*, utramq; *Religionẽ*, tàm *Catholicã*, quàm *Auguſtanã*, intrà *Civitatẽ* ſervaturos ſartã tectamq;. Ut ſic neutri liceat alteri litẽ movere, nedùm eliminationẽ intentare velle. Cur ergò ſeptem *paſtorum* paria, *Confeßionis Auguſtanæ* exercitium profitentiũ, ea ex lege, à *Magiſtratu* obligarentur ſtipendiis? Cur *Senatus* in hunc cõtractũ, tàm ꝓ ſe, quàm poſteris ſuis, perpetuaturũ, ſanctè

jurâſſet? Et cur deinceps *Rudolphus II. Imp.* tan
non particularẽ illã tranſactionẽ confirmâſſet,
interdicto, ne vel *Senatus*, vel *Civium* ordo, co
facere auſit, ſed inſuper omnibus per *Imperium*
Catholicis, quàm *Proteſtantibus*, *Electoribus*, ac *Pr*
pibus, ne poſthâc hanc contrà patriam velut le
delinquere, aut quidquam deſignare, præſum
injunxiſſet?

Id genus fundamenta ineluctabilia ſicubi
ampliùs obſervari nõ debeât, nedùm pacẽ, ac q
tẽ, cohibere ſatagant, ꝓfectò humanæ ſociet
fideiq;, vincula, ac repagula, nõ eſſe ſuperfutur
la. Ex his quippe omnibus *Cæſari* luculentum,
denſq;, fieri, ſi id genus leges fundamentales, p
liſq; cõmatis confœderationes, diffluant, exem
que prorsùs inaudito deinceps proceſſus form
tur, quæ porrò conquaſſationes, præſertim ha
lamitosâ *Imperii* facie, expectandæ, quæq; que
excipiendæ, veniant. Ut diffidentiæ nullus ſit f
rus modus; Neq; cuiquã *Ordinum*, quid à vic
ſocioq;, ſperandũ, metuendumq;, accidat, cau
ſatis, exploratumq;, eſſe poſſit. Ut de eo nihil d
tur, hoſce eventus tàm *Regibus*, quàm toti *Chri*
norum orbi, futuros eſſe monſtro ſimilimos. C
neq; *Religionis pacificatio*, neq; Iuſq;, piumq;, ne
Cæſaris ſupremum, atq; ampliſſimũ, illud offici
ejuſmodi quicquam permittant.

Eapropter humiliter ſeſe *Cæſarem* venerar
deprecari, vellet in hanc, & id genus afflictio
clementiæ ſuæ cõjicere oculos, oppreſſos ſubl
re, ſanctionẽ *Religioſæ* illius *Pacis* perpetuã, paci
quietis, ſtudio, conſtabilire, inprimis, quò *Eccl*
ſic interceptæ, & occluſæ, *S.P.Q. Auguſtano* ape
Paſtores Evangelici, aliique homines eccleſiaſtici
priſtinas vocationes reſtitui, & deniq; *Cives* in
nere omnes cõceſſo hactenùs, ex privilegiato, C
feßionis Auguſtanæ exercitio uti frui, pacificè,
quietè, poſſint, providere.

VII.

Auguſtanis, ne, Religionis ſuæ exercendæ cau
excurrant, porrò per Epiſcopum interdici

MVlta queſtus, deprecatuſq;, erat *Elector*. Se
caſſum cecidêre preces. Tantùm enim ab
ut *Auguſtanis*, quoad ſeverũ *Religionis* interdictu
parſum ſit, ut graviores exceperint ſubindè d
cultates. Nam dùm, in caveis velut incluſi, *Augu*
ni in finitimas *Vlmenſium*, ſive *Oetingenſium*, diœ
ſes, exercendæ *Confeßionis Auguſtanæ* igitur, exc
runt, concioneſque audiunt, infantes ba
zant, tædaſque pangunt nuptiales; ecce! irri
tus hac *Civium*, ut fit, licentiâ *Epiſcopus*, ne
hanc inſolentiam ferre decrevit. Quo fine nov
ex *Aula Cæſarea* ad *Curatores urbis*, ac *Senatum*, ob
nuit, ſub *XXII. Cal. Mart.* mandatum. Quod erat h
jusmodi: Quandoquidem *Cæſar* ſententiam
cauſſa abrogandæ *Confeßionis Auguſtanæ*, revoc
nec vellet, nec poſſet, ut de *Curatorum urbis* par
executione nihil dubitet, eâ de re inconvenien
illas civium, *Religionis* cauſâ, excurſiones *Epiſc*
tolerandas haud eſſe. Id genus enim licentiam
ribus illius parochialibus derogare. Ex *Cæſareo* i
tur hoc mandato darent operam, ne deinceps
ves excurſionibus illis ſuis eſſent offendiculo.
potiùs mediis convenientibus ad audiendu

co

ones *Catholicorum*, inſtitutiones pietatis pue-
Catecheſin vocant, & id genus ſancta inſtitu-
igerentur.
undùm illud fulmen *Cæſareum*, non deſtitit
ius propriis ſimulátque codicillis *Curatores vr-*
gere. Antehàc quidem, inquit, ſe, humanitatis
, civibus, ut vocant, *Acatholicis* litteris ſignifi-
quàm illorum conſcientias minùs flagellare,
æcipitare, affectus foret. Iam verò, dùm, ci-
ſpectationem, intelligat, hanc manſuetudi-
illos in licentiam convertere, ut ne quidem
licos cœtus intrare comperiantur, ſed globo
, non ſine vicinorum *Catholicorum* ſcandalo,
mque iurium violatione, excurſiones faxint,
e connivere ſe neque velle, neque poſſe. Atq;
inùs inſolentiam iſtam toleratu dignam eſſe;
appareat, quàm proclive eſſet, rudis, & petu-
nultitudo ut abſque concionum uſu facilè in
ariem, ipſumque atheiſmum, ruere poſſit. Eò
r ſpectare hanc ſuam quoque interpellationē,
rentur nempè omni datâ induſtriâ, quò man-
Cæſareo, citrà moras omnes, ſatisfieri queat.

VIII.

Q. Auguſtanus rigorem ſuperioris manda- deprecantur. Quibus à Curatoribus urbis eſpondetur.

Uplex illud fulmen, à *Curatoribus urbis* quantò
ociùs ſimul ſemelque publicatum, non potuit
S.P.Q. Auguſtanum multipliciter, atque intimi-
xcruciare. Ità *Cæſar* mandabat: ità *Epiſcopus* ur-
t: ità *Curatores* inculcabant. Niſi præſtò fieret,
d mandatum, quòd poſtulatum, quod iniun-
n, erat, interminationes audiebantur, ultima
bant. Quibus ſub anguſtiis concluſi *Senatores*
ſtantes preces reverenter in omnes deſcende-
. Codicilliſque, querelis lugubribus plenis, per
itam DEI miſericordiam, per alta, & profun-
& S.N. IESV CHRISTI vulnera, perque ipſam
narum propriarum ſalutem, ſicut etiam p̄ hu-
æ illius ſocietatis, fideique, vinculum, quibus
uò devincti eſſent omnes, flagitare cœperunt,
e, ſuóſque, deinceps, *Confeſſionem Auguſtanam*
ſtanter profeſſuros, quoad conſcientias, DEO
que, & nulli mortalium, ſacratas, crudeliùs fla-
are pergant. Hoc verò inprimis agant, quò, in-
enientibus informationibus, ac deprecationi-
Cæſaris ſententia emolliretur. Ipſique utrinq;
pace, atque amicitia, priſtina, diutiùs cohabi-
ſufficerent. Sic, unà cum totò civium ordine
luſivè, humiliter deprecati, in *Curatores urbis* ſe-
eicecerunt. Etiam, atque etiam, impedio corro-
ntes, dignarentur cauſſam ſuam intimiùs depó-
are, hiſq; ſub afflictionibus fatiſcentes animos
atio, ac favorabili reſponſo, erigere, atq; è præ-
ti calamitate vindicare. Pro hoc beneficio ſe nō
ùm fidem, menteſque, ad omnia illa, quæcunq;
ortalibus exſpectari queant, officia vadari, ut
am immortales à ſeris nepotibus grates promit-
nt.
Ad has lamentatorias *Senatorum proteſtantium*
ces, ſic tùm exceperunt *Curatores urbis, Aſſeſſoreſq;*
tholici. Rem, inquiunt, in eo verti, ut *Cæſar* in
uſſa *Reformationis*, iam nuperrimè ſententiam tu-
lerit, eandemque confirmârit. Ex adverſo, ex par-
te *Civitatis*, ſemper eam in declarationem itum eſ-
ſe, *Cæſari* deberi obedientiam. Ut jam demùm hæc
ratio etiamnunc placuerit, *Cæſareiſque* mandatis p̄-
miſſum ſit obſequium. Itaque à priſtina illa humi-
lima declaratione jam non magis reſilire licitum
eſſe. Ut, poſt cauſſæ definitionem, minùs permit-
tatur *Cæſari*, ſupremo utique *Magiſtratui*, obloqui,
aut iam poſt principia, ut aiunt, informationibus,
ac deprecationibus, experiri velle. Semel ſeverum
illud *Cæſaris* mandatum, idque iteratò, eſſe in me-
dio. Huic, citrà exceptionem, parendum eſſe. Niſi
Cæſarem offendere, *civitatique* infortunium creare,
expediat. At, hoc haudquaquam conveniens eſſe,
aut expedire poſſe. Irent igitur, & *Cæſari* morem
gerere diſcerent, tantiſper, donec fortè cum tem-
pore mitior ſententia impetrari ſuſtineat. Intereà
etiam hoc agerent. Nempè, vigore mandatorum,
ad *Catholicorum* conciones viſerent, ac ſic quidem
obſequentes eſſent, ne gravius in eos quiddam de-
cerni accidat. Hoc enim obſequii genus eiuſmodi
eſſe, ut conſcientiarum libertatem nondùm tolle-
re poſſit.

IX.

Ad S.P.Q. Auguſtani implorationes, Saxoniæ Elector denuò Cæſarem interpellat. Atq; Epiſcopi Auguſtani argumenta refutat.

INter has difficultates, *Auguſtanam Confeſſionem* p̄-
fitentes, *Senatores, Civeſque*, conſtituti, è numero
ſuo ad *Saxoniæ Electorem* delectos miſerunt, qui ſu-
per afflictionibus id genus, & conſcientiarum tor-
mentis, quiritarentur. Simulátque, recenſitis *Re-*
formationis ſuſceptæ actibus quibuslibet, *Electorem*
novas ad interceſſiones ſtimularent. Illorum que-
relis *Elector*, iam tùm ſtomachabundus, invitatus,
ſequentes denuò interceſſorias ad *Cæſarem* direxit:
Etiamſi, inquit, *Cæſar Invictiſſime!* Pro *Auguſtanis* il-
lis *civibus* precatus ſim, nihilque dubitârim, fore, ut
juſtæ petitioni meæ, tàm ex *Religioſæ Pacificationis*,
quàm *Imperii conſtitutionum*, legibus, ipſiſque *Cæſa-*
ris promiſſionibus, deductæ, ratio haberetur. Ni-
hilominùs contrarium ab eventu eſt, ut non modò
cum *Auguſtanis* illis *Civibus* mitiùs haud proceda-
tur, ſed etiam in dies ſingulos afflictiones condu-
plicari accidat. Ut iam res utique in ultimis eſſe
perhibeatur. Dùm eæ conſolationes, quibus ani-
mæ, conſcientiæque, foventur, penitùs ab ipſa ra-
dice ſucciduntur, & iam, vi velut iniecta, inviti ad
ſacra *Catholicorum* compelluntur. Eius enim rei fi-
dem facit ſupremum illud mandatum, à *Cæſare* re-
cèns in *Auguſtanos* profectum. Hæc res quàm ani-
mum mihi vulneret, facilius eſt *Cæſari* colligere,
quàm mihi perſcribere. Ut novam haud immeri-
tò querelarum telam exordiri compellar.
Et quidem, ab initiis gliſcentium per *Bohemiam*
motuum, anxiè deliberatum fuit, quibus modis,
mediiſque, hæ turbæ componendæ forent. Eo
tempore ſic quidem conſultari cœpit, motus illos
eſſe compeſcendos, *Cæſari* regnum, cum provin-
ciis, interceptum eſſe reſtituendum. Et ſic pacem,
quietem, concordiamque, per *Imperium* eſſe fun-
dandam. Tantum abeſt, ut tùm hoc quidem deli-

beratum ſit, ſi victoriā *Cæſar* reportâſſet, deinceps in *Proteſtantes* eſſe eundum, illos affligendos, illos opprimendos, eſſe. Verùm enim verùm, bonâ fide mihi cautum ſic quidem fuit, nunquam fore, ut ſub hac occaſione *Proteſtantes* periclitarentur. Hoc hoc *Evangelicis Principibus*, atque *Ordinibus*, iam tùm vehementer diffidētibus, equidem inculcavi. Hoc hoc fide, & verbis *Electore* dignis, illis promiſi, ne crederent, neve quibuſcunque ad ſpeciem fictis perſuaſionum lenociniis, ſeſe induci paterentur, *Cæſarem* copias hanc in rem converſurum eſſe. Atque his illis iſtis cordatis ammonitionibus tùm quidem hoc obtentum eſt, ne *Principes*, *Ordineſque*, vultus, ac ſupercilia, in *Cæſarem* elevarent, ſed conſtantem emendarent obedientiam. Quàm oppidò noxias, periculoſaſque, tàm conſpirationes, quam coniunctiones, labore, atq; induſtriâ meâ diſpunxiſſet, verſatur in medio. Tantus fuit amor, cultus, atque obedientia, *Electorū*, verſùs *Cæſarem*, ut maius quoque pacis, quietis, ac concordiæ, deſiderium intervenire vix potuiſſet. Huiuſce illius ad ſcopi conſecutionem porrò, in *Cæſaris* gratiam, fortunas, ac provincias, patrimonium, ac poſſeſſiones, vitam, ac corporis ſalutem, dignitatem, atque eminentiam, bonâ, ſinceráque, fide, in manifeſtum deduxi, periculum. Ut porrò ærarium exhauſerim, provincias, ære alieno gravarim, meq; deniqueipſum, unà tota cum familia, perniciosis multorum odiis expoſuerim. Annè igitur non dolentiſſimè impatientiſſiméque, ferrem, hanc mihi pro meritis gratiā retribui, ut *Auguſtanā Confeſſionem* profitentes, ſtatu iam penitus commutato, opprimi, ac tantùm non, inſtar *Pini*, ut aiunt, exſcindi, velint?

Tametſi verò, quæ eſſent præparatæ *Epiſcopi Auguſtani* excuſationes, proq; proceſſu id genus nullo genere tolerando, colores, *Elector Bavariæ* mihi aperuiſſet: nihilo-ſeciùs ea omnia invalida, nulliuſque ſunt ponderis. Ut monſtro penè ſimilia id genus facta, totoque genere cum *Religionis Pacificatione* pugnantia, locum non inveniant. Nolo equidem cum *Epiſcopo* argumentis, ac diſceptationibus, experiri. Sed rei ſummam ſequentibus niti fundamentis, prorſùs immobilibus, conſtabit, opinor.

Et quidem primitùs tàm *Epiſcopum* illum *Auguſtanum*, quàm alios *Ordines Imperii* ſive *Eccleſiaſticos*, ſive *Politicos*, legibus *Pacis Religioſæ* teneri, eſt evidens. Illam *legem Imperii* eſſe univerſalem, ac publicam, in confeſſo eſt. Quæ, citrà diſcriminationem, omnes, & ſingulos, obligat. Illam *pacem*, itá pactā, eſſe perpetuam, nemo inficiabitur. Ad cuius conſtantem, irrevocabilemque, obſervantiam, ſupremum *Caput*, utique *Cæſar*, unà cum quibuſcunque tàm *Catholicis*, quàm *Evangelicis*, *Ordinibus*, vinculo prorſùs indiſſolubili ſeſe aſtrinxit. Frigidam eſſe *Epiſcopi* excuſationem, ſe è comitiis antè profectū, quàm reſcriptum *Pacificationis Religioſæ* publicari cœpiſſet, quis non intelligit? Ut hoc nomine non ſubſcripſerit. Tanquam intereſſet, omnes, ac ſingulos, *Imperii Ordines* hunc ad ſubſcriptionis actum requiri. Cùm lege *Imperii* proviſum ſit, certi ut *Ordines*, cæterorum nomine, hunc actum obeant. Atque hoc eodem inſtituto uſuvenit, ut, nomine *Eccleſiaſticorum* omnium, *Ladronius Comes*, *Archiepiſcopi Salisburgici* conſiliarius, & *Cameræ Præſes*, ſubſcripſerit, ſignaveritque. Hancque abſolutam

tranſactionem, tanquam univerſalem *Imperii*
ſtitutionem, per omne *Imperium* publicari uſ
nit.

Secundùm hæc, è codice *Pacis Religioſæ* ma
ſti iuris eſſe, evincitur: Scilicet, poſteaquàm
Imperiales Civitates nonnullas hactenùs mixtu
Catholicæ, quàm *Evangelicæ*, *Religionis* viguiſſe
ercitium, illud ſub hoc ſtatu, ac mixtura, dein
quoque permaneret. Sic ut utrinque cives qu
ac ſecuri, ſuarum rerum ſatagerent, neutriqu
teros, *Religionis* cauſſâ, turbarent, aut offende
Neceſſitate ex hac tàm evidente emergere
quæſtionem nemò non intelligit: Utrum *Aug*
næ Confeſſionis apud *Auguſtam* cives, ſub *Pacis*
Religioſæ, & perpetuæ, legibus, includantur?
que *Confeſſionis* exercitio, ſicut *Civitates Imperi*
teræ, uti frui poſſint, nec ne?

Hoc verò ità eſſe, ac, tempore *tranſactionis*
gioſæ, intrà *Auguſtam Confeſſionis* cognominis
citium publicè in uſu fuiſſe, negari haud pc
Immò verò in propatulo eſt, *Cives Evangelicos*
tagma illud *Interimiſticum*, antè tranſactionem
ſavinam, omninò abrogâſſe, *parochos Evangelico*
ſtituiſſe, & hoc pacto tàm antè, quàm poſt *Pa*
nam tranſactionem, nullam aliam doctrinam, q
Confeſſionem Auguſtanam publicè, liberéque, qu
cleſias, quà *Scholas*, tractâſſe. Ut unum, alterum
tùm fortè obvium, vitioſum membrum, ea
pter toti *miniſterio* nihil derogare, multò m
Evangelii doctrinam inficere, ac contaminare,
ciat.

Pariter abſque nervo, infertur: Nempè *Aug*
nos, ab ipſis, ſub *Anno M.DC.XXX.* emergentis,
guſtanæ Confeſſionis initiis, minùs ſubſcripſiſſe.
enim *Pax Religioſa* nullatenùs requirit. Suf
Confeſſionem Auguſt. intrà mœnia à bono temp
continuo in uſu fuiſſe. Nam à ſexagintà anni
lius *Religionis* poſſeſſionem conſtare, in propa
eſt. Ut huc-uſque *Pacificationis Religioſæ* compo
citrà ullam diſputandi aleam, extitiſſe comperi
tur: Hanc immunitatem, ac prærogativam,
ſuperioribus *Cæſaribus*, quàm *Imperii Ordinibus*
tholicis, *Proteſtantibuſque*, *S.P.Q. Auguſtano* haud
pugnantibus.

Quid? quòd, ô *Cæſar!*, ipſe hanc *civibus Auguſt*
confirmare dignatus es *Religionis* libertatem? D
Anno M.DC.XIX. ſub homagii exactione, *S.P.Q.*
guſtano ius exercendæ *Confeſſionis* ſuæ, ſuperior
Cæſarum exemplo, in *Epiſcopi Auguſtani* præſen
Cæſareis verbis corroborari abs Te accidit.

E quibus illis omnibus adulto, ac meridiano,
le clarius emergit, *S.P.Q. Auguſtanum*, tàm ex rei
videntia, quàm hiſtorica veritate, ſubſecutoq
atque approbato, longo uſu, ac multiplici obſ
vantiâ, ſub *Religionis Pacificatione* contineri, eâde
que tranſactione *Paſſavina* iure ſummo uſos, ne
unquam excluſos, fuiſſe.

Sed pergit ſuo, more inferre, *Epiſcopus Auguſ*
nus. Nempè *cives Auguſtanos* ob id excidiſſe *Pace*
ligioſa, quòd *Zvvinglii* dogmatibus hanc confeſſi
nem ſuam inquinâſſent. Undè acciderit, *Auguſtu*
Saxoniæ Electorem, ſub *Anno M. D. LXXXII.* tempo
comitiorum *Imperii*, ſacris civicis intereſſe nolu
ſe. Sed facilimum fuerit, fundamentum iſtud lab
le, atque arenoſum, illicò deſtruere. Primùm
nim, quis neſcit, *Electores*, ac *Principes*, ſub id gen
Impe

ii conventibus, uti concionatoribus aulicis,
opriis? Dein, quis inficiari auſit, eodem videl.
M.D.LXXXII. acerrimum illum *Auguſtanæ Cō-*
is propugnatorem, *Georgium Mylium*, *Theolo-*
pud *Auguſtam* tùm primarium, floruiſſe? Hic,
to ſtudio *Calvinianis* contradicere conſuevíſ-
ruditiſſimis in medio relictis operibus, etiam
contеſtatum facit omnibus. Ut illa etiam
onfeſſionis conſtantia ſpiritum reddidiſſe ſit
pertus.
eque ſic quidem obtinet *Epiſcopi* inſtantia. Dū
ere non deſinit, inter *Ottonem Cardinalem*, &
tum Auguſtanum, *Anno M. D. XLVIII.* interveni-
m tranſactionem particularem novam infer-
gem. Eo ipſo enim vis fit legibus *Pacis Religioſæ*.
bus manifeſtè prævíſum, cautumque, fuit, ne
rà decreta, ac canones, *Pacificationis* illius, tan-
n *Imperii* conſtitutionis, iretur, aut quicquam,
audem eiuſce legis, enovaretur. Ut proinde
iure infirmum, contraque *Imperii* ſanctiones
nans, argumentum, nullo loco habendum ſit.
)e tranſactione porrò, quod obiicitur, parti-
ri quoque, & politica, quæ incidit in *Annum*
).LXXXII. ità eſt. Nempè hæc de *Cæſareis* illis,
riptis reſtitutoriis agit. Et res merè politicas
cernit. Quibus de omnis illa loquitur tracta-
Nec eſt, ut prææallegata tranſactio ſub *Anno M.*
XLIIX. quicquā ponderis habere poſſit. Quis
n non videt, hanc illam particularem actionē,
verſali, atque œcumenicâ, iſta *Religionis* con-
utione, ſub *Anno M.D.LV.* ſubſecutâ, iugula-
eſſe? Ut ad iuriſdictionem *Eccleſiaſticā* indè iā
tliminiò inferri poſſit nihil. Accedit, tractà-
nem illam inter *Epiſcopum*, & *Senatum*, duntaxat
ſſe. Nulla enim *Civium Evangelicorum* inibi mē-
novetur. Quî igitur, obſtante lege publicâ
traria, tertiis quicquam præſcribere quitus ſit,
copus, præſertim non citatis, non auditis, nedū
ehâc in conſenſum adductis? Cùm ne quidem
tatum conſiliariis, ſive *Syndicis*, conceſſum ſit,
ium Evangelicorum iuribus quicquam detrahe-
Quando nec ipſiſmet *civibus*, adverſùs *pacis Re-*
oſæ œcumenicam conſtitutionem illam pecca-
poſterоſque privilegiis, ſuper libero *Auguſtanæ*
feſſionis exercitio, indultis privare licet. *Religio-*
nim *Capitulationis* canones hoc diſertiſſimis per-
bent, verbis, quibus in *Imperii* civitatibus hacte-
s *Auguſtanæ Confeſſionis*, publicè exercendę, liber-
obtinuiſſet, illis hæc conceſſio, hoc ius, conſer-
retur.
Et quis, te rogo, arbitrari poſſit, *Ducem VVür-*
bergicum, *Principem Auguſtanæ Confeſſioni* apprimè
dictum, tùm *Cæſaris* ea in cauſſa legatum, unquā
animum admiſiſſe, ſub ea ſuſcepta tractatione,
verſùs *Cives Evangelicos*, in cauſſa *Religionis*, quic-
am in præiudicium deſignare velle? Ut neque
nc mentem ipſi *Cæſari*, tùm deleganti *Invictiſſi-*
o, fuiſſe, ſuſpicandum veniat. Quippe, inter *Se-*
tum, *Civeſque Evangelicos*, *Auguſtanos*, in præſentia
gatorum *Cæſareorum*, percuſſam *Annò M. D.*
XXXIV. perpetuam tranſactionem, *Cæſar* nullo
acto *Anno M.D.LXXXV.* confirmare dignatus fu-
ſet. Denique, ſic quidem ſub *Pacificatione Religio-*
ſancitum, cautumque, eſt, ut omnes in contra-
um emergentes paciſque *Religioſæ* conſtitutionē
npugnantes, declarationes, ipſo iure nullæ habe-
antur. Quo titulo etiam præſtructum *Epiſcopi* fundamentum corruere, manifeſtum evadit.

Inter hæc, *Paci Religioſæ* minimè adverſatur, *Electores*, *Saxonem*, & *Brandeburgicum*, etiam poſt tranſactionem illam, *Anno M.D.LXXXIV.* pactam, *Evangelicorum* civium, tùm periclitantium, cauſſam egiſſe. Hoc enim eò tendit, quò *Pacis Religioſæ* obſervantia, & firmitas, *Evangelicis* verò *Civibus* eiuſdem uſusfructus, conſervarentur.

De codicillis meis, ad *Electorem Moguntinum* datis, ità eſt: Ut alius illis ſenſus, ac ſcripti ſunt, affricari velit. Sed hi, ſecundùm intellectum perpetuæ *Imperii* legis, interpretandi veniunt. In quantum igitur tranſactiones canonibus *Pacis Religioſæ* non adverſantur, eatenùs tolerari poterunt.

Vulgaris illa, & uſu recepta, eſt in diplomatibus confirmatoriis clauſula, quæ ſic habet: *Vniuſcuiuſq; iuribus, ac privilegiis, ſemper ſalvis.* Hæc tametſi in cōfirmatorias *Cæſaris* tabulas *Anno M.D.LXXXV.* irrepſit, nihilominùs nihil concludit. Ità enim, ſecundùm tritum *Curiarum* ſtylum, confirmatoria diplomata terminari ſolent. Ut hæc clauſula non quidem ad ipſos tranſigentes, ſed alios, tanquam teſtes, quos utique hoc pactum obligare nequit, neceſſariò pertineat. Et, tametſi *Epiſcopus Auguſtanus* ius unius, vel alterius, *Eccleſiæ* intrà *Auguſtam* poſſideat, an iccircò etiam in cives *Evangelicos* univerſalem ad ſe ſpectare putabit iuriſdictionem? Per fidem! ſi iura non admittunt, ullus ut *Imperii Status*, immò ne quidem privat⁹ aliquis infimus, in cauſſa bonorum temporalium, ſicubi ultrà trigintà, quadragintà, quinquagintà, ſexagintaque, & complures, annos, vel obiter, poſſeſſionem docere poſſit, turbari ſuſtineat: (Non enim hic ab executione locum habet proceſſus, neque abſque citatione, ac ſufficiente cauſſæ cognitione, poſſeſſor è poſſeſſorio turbari, excludique, quitus eſt.) Quò minùs æquum, convenienſque, futurum eſt, ut *Cives Auguſtani Evangelici*, ſuper libero, publicoque, *Confeſſionis* ſuæ exercitio perturbari, confundique, debeant. Tantùm abeſt, ut proceſſus ab executione locum habere quitus ſit.

Ex hac nunc deductione *Cæſari* intueri proclive eſt, quibus fundamentis, iiſque ſatis arduis, ſpecioſiſque, *Cives Auguſtanæ Confeſſionis* apud *Auguſtam*, in cauſſa liberi, publicique, *Religionis Auguſtanæ Confeſſionis*, exercitii, nitantur. Ut divinare facile ſit, quænam ex hac ſuſcepta tàm *Reformatione*, quàm *Executione*, in *Imperio* concuſſiones exſpectandæ veniant. Et quid de concordia inter utriuſque *Religionis Ordines* ſperare oporteat. Sicubi enim uſuveniat, perpetua *Imperii* vincula convelli, legeſque fundamentales, quibus, tanquam columnis firmiſſimis hoc *Imperii* corpus, eiuſdemque maieſtas, ac potentia, recumbit, violari, ac lacerari, quis eventus poſt caput immineat, neminem bonæ mentis fugere poterit. Quo nomine certa ſpes hunc animum fovet etiamnunc, à *Cæſare* exulare longè hoc propoſitum, quàm ut vincula illa, mihique factas promiſſiones, nullo loco habere velit. Ut potiùs fundamentis illis ordinè, atque unicè niti cupiat. Atque indè eſt, ut tàm ſtimulante conſcientiâ, quàm fide, quâ *Cæſari*, *Imperioque*, obligor, affectu, quo *Cæſarem*, *Auſtriacamque* eius familiam, ex animis veneror, hæc, quæcunque ſunt, iteratò ammonere voluerim, debuerim. Ut hoc iuxtà quoque

ſolicitudo mea, pro *Germania*, dilecta utique patria, requirat. Ut etiam *Imperii* vincula, quò ſarta, tectaque, conſerventur, ipſamet flagitent. Et deniq; *Auguſtanam Confeſsionem* profitentes apud *Auguſtam* cives, quò iuribus, ac privilegiis, quæſitis, maximè verò *Pace Religionis*, uti frui ſufficiant, hanc interveniendi neceſſitatem mihi impoſuerunt. Quas ob cauſſas denuò rogo, petoque, *Cæſar* hæc clementer abſque ſtomacho excipiat, *Reformationes*, & id genus *Executiones* ultimas, abroget, cives *Auguſtanos Evangelicos* priſtinam in libertatem reponat. Atque, ne ſub hac *Confeſsionis Auguſtanæ*, cõſtanter exercendæ, immunitate, ac communi utriuſque *Religionis* pacificatione, turbari, gravarique, ſuſtineant, ſalutaribus in medium allatis remediis, efficiat.

CAP. II.

De Saxoniæ Electore, Confeſsionem Auguſtanam, vulgò PVPILLAM dictam, recèns evulgãte. Catholiciſque opponẽte. Quâ demonſtrat, ſe antiquâ, atque incorruptâ, illâ Auguſtanâ Confeſsione etiamnunc uti frui. Ideoque Pace Religioſâ privandũ non eſſe.

1.

Ad Saxoniæ Electoris mandatum, Confeſſionis Auguſtanæ Apologeticum publicant Theologi Saxonici.

Suprà præmiſſum eſt, diffidentes inter *Magnates* moris eſſe, primùm ut libellis, & codicillis, id eſt, querelis, experiantur, mox armis rem agant. Idẽ hîc quoque uſuvenit. Prout quidem patebit ab eventu. Poſteaquàm ergò *Elector Saxoniæ*, in cauſſa *S. P. Q. Auguſtani*, iteratis vicibus, argumentis, non tralatitiis, magna cum contentione, adversùs *Epiſcopum Auguſtanum*, ſubitaneu
Reformationis, ab *Executione* ſuſceptæ, proceſſum
medium prolatis, tanquam contrà rictum aliq
ſeſe obieciſſet, totuſque fruſtrà fuiſſet, *Religi*
præſertim *Auguſtanæ Confeſsionis* enovatione pa
per *Imperium* increſcente, alias res agitare cœ
Auxerant iampridèm, à partibus *Cæſaris*, & *Ca*
licorum, tot operoſæ, ac luculentæ, victoriæ, ſa
dotibus, ac *Theologis*, *Catholicis* animos, ac confid
tiam; Ut, partim zelo pietatis, partim affecti
ad inquietudinem ſpectantibus, ſub tàm ride
ac ſplendido, *Fortunæ* vultu, ægerrimè ſibi tem
rarent, quin omnia maxima, atque ingentia,
mis ad vota properantibus, præſumerent. Tam
enim multi, nihilominùs acerrimi homines *Ca*
lici, utpote qui ab experientia rerum, & quod
ſus in rebus ſecularibus habent exercitatos, n
ùs ſentire didiciſſent, has ſpes, ambitione ple
hæc cruda ſtudia, damnâſſent, & per laborum
dus, non præcipitia iſta, ire iuſſiſſent, nihil ta
profeciſſe comperti ſunt. Prævaluit enim in a
ut fit, eorum ſive autoritas, ſive eloquentia,
Principibus ſuo modo imperare, conſcientia
flagellare, ſunt edocti. Ità una erat toto in *Imp*
tanquam in Civitate, fabula; & ſolum illud a
ſiſſe verum diu exſpectatæ felicitatis iubar, p
que *Eccleſiaſtici* ordinis homines profiteban
Quo novè introductam illam, & ab *Eccleſia Rom*
defectam, *Auguſtanam Confeſsionem*, ad *Græſi* im
tionem, (ut eſt apud *Herodotum*) *Lampſacen*
nantis, inſtar *Pini*, exſtirpare, & in ordinem r
gere, liceret. Ad hanc implendam ſcenam ubi
pillata adeſſet occaſio, fortuna, ac, tot victo
quæſita, felicitas, ſub florentiſſimis illis exer
bus, veniſſet in partes, ut omnes, qui ex adve
arma parare poſſent, facilè contemnerentur,
ctum eſt, ut, paratis, ad ambitionem argumen
illud fortè ageretur, quò, diſſolutis *Pacificati*
Religioſæ vinculis, ex animi ſententia in *Proteſta*
iri poſſet. Hoc nomine, ſicut ferebatur, *Patres*
cietatis, acerrimi illi *Eccleſiæ Romanæ* propugnato
dixerunt colorem. Nimirùm, *Electores*, *Principeſ*
ac *Theologos*, *Proteſtantes* à veteri illa, atque integ
rima, *Auguſtana Confeſsione*, *Anno M. D. XXX.* in
perii comitiis, publicata, immane receſſiſſe. Atq
ideò *Pacificatione* illa *Religioſa*, *Anno M. D. LV.* ap
Paſſavium conſtitutâ, privandos venire.

Pupugit hoc telum *Electorem Saxoniæ* quàm m
ximè. Qui cùm exploratum haberet, ſuper
ſumma, & fundamento, ſibi moveri controv
ſiam, omnibus, quod aiunt, copiis hoc ſibi enit
dum eſſe putavit, quò baſin hanc firmaret. N
mora. *Theologiæ* anteceſſores apud *Lipſiam* con
nire, &, quàm hactenùs *Imperii Electoribus*, *Prin*
pibus, *Ordinibusque*, ab illa primitiva, vera, atque
corrupta, *Confeſsionis Auguſtanæ*, *Anno M. D. XX*
Carolo V. Imp. in comitiis oblatæ, *Religione* ne lat
quidem, quod dicitur, unguem receſſiſſent, atq
ob id ſalutari *Religionis Pacificatione* fraudandi n
eſſent, *Apologeticum* ſcribere, iuſſit. Illi igitur, i
perata facientes, conventu habito, *Apologiam*
ſertiſſimis verbis *Patribus Societatis*, *Confeſsionem A*
guſtanam criminantibus, oppoſuerunt. Quæ ded
ctio, *Anno M. DC. XXIX.* publici iuris facta, eò, qu
oſtenderet, diuinas leges, ſecundùm proverb
Sancta, inſtar *pupillæ*, cuſtodiendas eſſe, nec vi

bitrium humanum,pati,ecce! *Electorum, Prin-*
, Ordinumq́, Imperii, Auguſtanam Confeßionem
tentium, *PVPILLA* inſigniri cœpit: Quæ quid
ut appareat,fert animus ſaltem *Epiſtolam ope-*
liminarem iſthîc interiungere. Suis ut *Apologe-*
pſe verbis loquatur.Sic autem habet: *Si corde,*
it, *credimus, iuſtificamur. Si ore profitemur, ſalvi*
nur. Ità enim lectiſſimus ille *DEI* miles, *D. Pau-*
om.10.v.10.profatur. Nempè *Fidem, & Con-*
ē, iuxtà ſe mutuò ponit. Sicut idem *David* exe-
eſt, dũ inquit: *CREDIDI, propterea Locutus ſum.*
5.v.10. Et hoc ipſum quidẽ eſt, quod inculcat
S.N. CHRISTVS IESVS, non abſq; promiſſionũ
lis. Quicunque, inquit, ſe confiteatur coràm
inibus, eundem & ipſum viciſſim confeſſurũ
oràm *Patre* ſuo *cœleſti*. Matth.10.v.32. Idem il-
e,& luculentum, reliquit ipſe exemplum; Dũ
odiis, neq; inimicitiis, neq; perſecutionibus,
ericulis, neq; metu, perculſus eſt, quin ſuper
ate perhiberet teſtimonium. Io.15.v.37. Verũ
verùm, publicè, ac palàm, prolocutus eſt ſem-
coràm mundo. Io.18.v.20. Et, coràm *Pontio Pi-*
confeſſus eſt bonam confeſſionem. 1. Tim. 6.
Eius ad imitationem, multi è numero *Sancto-*
ac *Credentium*, tàm in *Veteri*, quàm *Novo, Fœdere,*
ditâ confeſſione, immortalem nominis famã
ecuti ſunt. Ut hodieq;, tanquam acerrimi, cõ-
tiſſimiq;, divinæ veritatis *Confeſſores* celebren-
Ex illorum matricula præcipui fuerunt *Elias,*
achus, Meſachus, Abednegonius, & id genus pluri-
Quam in ſententiam *D. Ioannes* vidit *Agnum DEI*
VM CHRISTVM, ſtantem ſuper monte *Zionis*, &
ipſo congregatum numerum centum, & qua-
gintà quatuor, millium. Qui nomen *DEI Patris,*
tibus inſcriptum, gerebant. Apoc.14.v.1. Hoc
è quorum frontibus cognoſcere eſſet, illos & ad
um DEI, IESVM CHRISTVM, pertinere, & huius
trinam amplecti.

x illis autem divinæ veritatis *Confeſſoribus, Chri-*
i Magnates, piique, & magni, *Principes*, eſſe, lubẽ-
elegerunt. Utpote, qui ad animos admiſerunt,
omino, & *DEO*, noſtro, ſingulari cum diligentia,
inculcatum fuiſſe, vigilantes ſuper, ſanctũ ver-
n eius, oculos coniicerent, eiuſq; amplificatio-
n omnibus, quod dicitur, copiis proveherent.
em quidem in finem illis *Legem* dedit. Hæc ut
ès illos eſſet, diligentiq; proviſione ſuperiorũ,
diſſeminaretur. Deut.17.v.18. Et hoc eſt, quod
culis, inque præcordiis, habuit *David*, vir ille ſe-
dùm cor *DEI*. Sam.13.v.14. Act.13.v.22. Qui,
etſi in millibus, & rurſùs multis periculorum
libus, fluctuaret, ſic, ut centum millia contrà ſe
ent, Pſ.3.v.5. & toti exercitus in ſe educerentur,
27.v.3. eo inſtituto, ut carnibus ſuis invidiam ſa-
rent, aut ſe, ſuoſq;, piè credentes, in montes ho-
m idololatricos fugâ compellerent, Pſ.11.v.1.
lominùs *DEO* ſuo fidem, & conſtantiam, pro-
vit. Hic in fide fluctuantes odio habuit. Ex ad-
rſo legem *Domini* dilexit. Hic à teſtimoniis *Do-*
ni pepẽdit. Ex adverſo inania, & frivola, dogma-
neglexit. Ut de teſtimoniis *DEI* proloqueretur
ràm *Regibus*. Tametſi eum, citrà cauſſam, odiis
oſequerentur *Principes*. Pſ.119.v.31.37.113.161.
dde, quòd ipſe de ſe profitetur, parùm abfuiſſe,
in è pietatis *Zelo* in mortem uſque abriperetur,
ùm vidit, adverſarios ſuos verborum *DEI* penitùs
fuiſſe oblitos. Oculus, inquit, ſuos lacrymarum imbres fudiſſe, dùm intueretur, legem *Domini* non ſervari. Pſ.119.v.136.139. Atque id genus laudata exempla ſuper *Ezechia, Ioſia, Ioſaphato*, itemque *Conſtantino Magno, Theodoſio Magno*, aliiſque benè multis magno numero tàm ſuperinduci, quàm deduci, poſſent.

Sufficiat inpræſentiarum, debita cum reverentia ut revocemus in memoriam laudatiſſimi nominis *Electores*, ac *Principes*, nec non alios præcipuos huius *Imperii Ordines*. Et inſpiciamus, quanta cum animorum alacritate fidei ſuæ *Confeßionem* edidiſſent. Quamque nihil ſub *Solis* orbita ſeſe ab hoc inſtituto abſterrere, multò minùs dimovere potuiſſet. Poſteaquàm enim miſericors *DEVS* lucem gratiæ, & ſancti *Evangelii*, è tenebris in ſublime evocâſſet, oculoſq;, & mentes hominum illuminâſſet, ut abominationem, traditionum *Pontificiarum*, & *Antichriſtianißimi*, intuerentur, atque notarent ſibi, ecce! à partibus quidem *Pontificiorum* eò omni datâ operâ, præeuntibus *Pontificum bullis*, ac *fulminibus*, aut *Decretis*, atque *Edictis*, intervenientibus ſecularibus graviſſimis, allaboratum eſt, quò nemo à *Pontificum* dogmatibus recederet, aut *Evangelii* doctrinam amplecteretur, niſi qui ilicò hæreſeos, ac ſcãdali (ſed immeritò) damnari vellet. Sed ſolus omniſapiens, & omnipotens, P*ater*, cuius in manu *Regum, Principumque*, corda ſunt, Pſ.33.v.15. quiq; ea inclinat, hanc viam invenit, ut etiam *Magnates*, & qui cum potentia ſunt, nomini eius ſacroſancto, nec ampliùs *Mariæ Virgini*, aliiſve ſanctis, honorem deferrent, ſolumque *Dominum* ſub ſanctis cultibus adorarent. Pſ.29.v.2. Immò filium *DEI* oſcularentur. Pſ.2.v.12. Eiuſque *Evangelium* apertis, pleniſque, valvis, ac portis, intromitterent. Pſ.24.v.7.10.

Sic, cum, prout eſt in *Adagio*, *Autor operis meritò omni honore dignus* ſit, nemo aliter ſentire, aut dicere, poterit, quin etiam *Electoralis* familia *Saxonica* omnis, & præcipuæ, laudis cumulos emereatur. Nã viam, antè inviam, complanavit, initiaque poſuit, quibus longo annorum decurſu invaleſcentes, ac continuantes, P*ontificii* errores abdicarentur, luxque *Evangelii*, præ tenebris P*ontificiis*, magis diligeretur. Cui enim obſcurum eſt, quo pacto tàm intrà, quàm extrà, huius *Imperii Romani* fines collaudatiſſimus, *Saxoniæ Elector, Fridericus III.* cognomento dictus *Sapiens*, (qui modò non *Imperii Vicarium* egit, ſed etiam, poſt exceſſum *Maximiliani I. Imp.* oblatam ſibi *Imperij* maieſtatem modeſtè, & lubens, repudiavit, inque *Carolum V.* deinceps *Imperatorem*, tranſtulit) hac in parte tàm piè, tàm cordatè, ſeſe geſſiſſet, ut huius ſuæ fidei publicam edere confeſſionem neque coràm *Cæſare*, neque P*ontifice*, aut aliis quibuſcunque, dubitârit?

Ab illius beato ex humanis exceſſu, laudatiſſimis veſtigiis inhærere cœperunt. *Ioannes Saxoniæ Elector, Ioan. Fridericus, Dux Saxoniæ, Georgius, Marchio Brandeburgicus, Erneſtus, Dux Lüneburgibus, Philippus, Heßiæ Landgravius, Guolfgangus,* Princeps *Anhaltinus*, unà cum *Noriberga*, & *Reutlingena*, *Imperii Civitatibus*. Ut, ſub œcumenicis illis apud *Auguſtam Imperii* tùm comitiis, *Anno M. D. XXX.* coram *Carolo V. Imp.* glorioſo, univerſoque *Imperio Romano*, fidei ſuæ *Confeßionem* publicè, liberriméque ederent, aliquotque numero præcipuos errores remonſtrarent, quibus iamnunc per illuminationem *SS. Spi-*

ritus ſeſe ſubduxiſſent. Quicunque igitur ſolidè, ritèque, expendit, calculumque ponit, quis nempè eius tempeſtatis eſſet ſtatus, quo ingenio, induſtriâ, & viribus, *Pontifices Romani*, & qui illis adhærerent, defatigari cœpiſſent, per violenta remedia curſum emergentis novæ *Evangelii* lucis intercipere, itemque, quibus duriſſimis, in cauſſa *Religionis*, reſcriptis res ageretur, & denique, in quàm præſens periculum tàm pauci eō tempore *Evangelici* ſeſe coniicerent, hic cum *Davide* exclamet, oportet: *Iſtud quidem* à *Domino deſcendit, & admirabile eſt in oculis noſtris*. Pſal. 118. v. 23. Sed cordatus ille ſpiritus *Electores, Principes, Ordineſque, Evangelicos*, ſic quidem confirmavit, rexitque, ut ſeſe, ſub ſpe indubitata, in ſinum *DEI, Patris* ſui cœleſtis, ſuaviter, fideliterque, reiicerent, ſemelque agnitam, confeſſamque, veritatem *Evangelicam* conſtanter tuerentur. Qua quidem confidentia, conſtantiaque, ſua, illud effecerunt, ut poſtmodùm alii *Electores, Principes, Comites*, ac *Dynaſtæ*, itemque *Civitates*, & *Privati*, magno numero ad eandem doctrinam, quæ quidem ſub *Confeſſionis Auguſtanæ* codice continetur, accederent, erroribuſque *papiſticis*, ſic detectis, nuncium mitterent.

Quanquam iam verò hæc res *Pontificios* dolentiſſimè torſit, ſpemque indubiam iniecit, futurum, ut doctrina *Evangelica* vi iniectâ exſtirpari poſſit. Ut etiam, ſub bello *Teutonico, Anno M. D. XLVII.* omnis eò collimârit, tanquam ad præfixum ſcopũ, intentio, *Lutheraniſmum* (ſic quippe tùm vocabatur) evertendum eſſe. Nihilominùs neque ſic placitum erat *Cœli, Terræque, Domino*. Ut magis eventus ceciderit iuxtà verſiculos *hymni* illius:

Quandocunque pios tentant evertere Reges,
Armaque ſub magna dexteritate parant,
Mox Pater è cœlis alios ſuperingerit actus,
Et mox oppoſitas hos iubet ire vias.
Quis dubitet? Stat dextra DEI ſuper omnia. Reges
Hæc domat, hæc magnos frænat in orbe Duces.

Immò verò, mirabilis in operibus ſuis, *DEVS*, hanc viam, hoc mediũ, ſuppeditavit, ut, poſt bellum *Teutonicum*, nullo alio tùm, ſuper pace conſtante, ac ſeculari, remedio in partes veniente, ſalutaris, ac pretioſa, *Religionis* pacificatio, ab utriuſque *Religionis* per *Imperium Ordinibus*, ſanctiſſimis verbis componeretur. Eademque annis inſequentibus per *Romanos Imperatores*, & *Reges*, confirmaretur. Ità iuratum eſt utrinque pacem in amœbæam. Ità, per hoc aheneum vinculum, ſecundùm *DEVM*, infirmis ſubſiſtens pedibus, atque in caducum, quod aiunt, parietem inclinans, *Romanum Imperium* hactenùs à totali interitu præſervari cœptum eſt.

Sed dolendum eſt, inter cæteros, & præ cæteris, iam à bono tempore *Patres Societatis* in eas conſiderationes, ac damnoſa incidiſſe conſilia, tanquam *Romanum* hoc *Imperium* nullo meliori compendio ad pacem, quietamque poſſeſſionem, quã *Pacificationis Religioſæ* abrogatione, deduci poſſit. Quod ut eò meliùs efficeretur, colorem hunc finxerunt: Nimirùm *Evangelicos* à primitiva illa *Auguſtana Confeſſione* receſſiſſe. Novamque, diverſamque ab illa, doctrinam induxiſſe. Ut ſic tranſactione apud *Paſſavium*, ſuper intemerata *Auguſtana Confeſſione*, fundata, excidamus, *Paciſque* illius *Religioſæ* ſimus exules. Quæ cùm ad aures veniſſent *ſereniſſimi Principis*, ac *D. D. Ioannis-Georgii, Saxoniæ*, Iu
Cliviæ, ac *Montium, Ducis, S. Rom. Imperii Archim*
ſchalli, & Electoris, Thuringiæ Landgravii; Miſniæ
chionis, Burggravii Magdeburgici, Marcæ, & *Raven*
gi, Comitis, Domini in *Ravenſtein, Domini* noſtri
mentiſſimi, protinùs *Sereniſſ. Eius Celſitudo* no
ſibi, hoc quidem ità comparatum eſſe, ut eius
liorumque, *Auguſtanam Confeſſionem* profitent
PVPILLA periclitaretur. Quam utique cor
humani partem læſionis, aut iniuriarum, nihi
re poſſe, aiunt. Tanquam *Noli me tangere* vocat
circò quæas. Ea enim eſt *Oculi* conditio, ut, è
tibus totius omnibus reliquis, minimè omn
ſtipulas, feſtucas, ac vim, pati ſuſtineat. Ut n
mortalium ſit, qui hanc potiſſimùm partic
non ab omni offenſione abſtineat.

Sic, quandoquidem primùm *Electori* è v
DEI eſt confirmatiſſimum, ſub *Auguſtana Conf*
ne primitivâ illa, nullam aliam, quàm ſolam,
ſalutiferam, divinamque, doctrinam, com
hendi. Dein, ſolidâ cognitione eſt inſtructiſſi
quâ fide, & diligentiâ, laudatiſſimis illis *Maio*
ſuis alloboratum fuiſſet, quò *Confeſſio fidei Eva*
lica in tabulas referretur, publicè offerretur, &
citaretur. Et poſtmodùm ſalutaris *Religioni*
componeretur. Tertiò, ſiquidem indubita
mam foveat ſententiam, ea, quæ de ſeceſſionib
vera *Confeſſione Auguſtana* criminantur *Patres S*
tatis, meras eſſe affanias. Ut contrarium opp
faciliméque, demonſtrari queat. Et demùm, i
penès *Electorem* ergà puram, *Evangelicam*, pri
vam illam, & illibatam, *Auguſtanæ Confeſſionis*
ctrinam, ſit laudatiſſimum ſtudium, ut nulli,
DEI gratiam, hac pietate ſua concedat. Ut pot
in actionibus quibuſcunque, in multiplicibus
verbalibus, quàm ſcriptis-tenùs comprehe
declarationibus, publicè conteſtatus ſit, Nul
in *Eius Celſitud.* corpore ſive fibram, ſive ſangu
guttulam, eſſe, quæ amore ergà dictam *Catholic*
ſive *Pontificiam*, doctrinam feratur. Proindè, p
illam abhorret, ità hanc ex adverſo unicè ve
Evangelico-Lutheranam, in *DEI* verbo fundatam
que *Auguſtana* intemerata *Confeſſione* compreh
ſam, doctrinam, ſub rotundis, conceptiſſimiſq
verborum globulis, publicè, & conſtanter, pr
tetur. Ut in hac agnita fide, & confeſſione, per
gratiam, & vivere, & mori, unicè deſideret.

Tandem, cùm *Electoris* hæc ſit mens, is anim
ut, ſecundùm *DEVM*, ſalutarem *Religionis Pac*
conſtanter, atque immotis paſſibus, tueri, qu
tum eius quidem in ſe eſt, cupiat, neque perm
tere velit, adversùs hanc ut aut quiſquam dice
aut ſcribere, aut machinari, multò minùs illam
toto tollere, debeat. Hanc in rem, præcu
matura deliberatione, neceſſitatem ſibi imp
arbitratus eſt, quâ *Apologeticum* publicaret, eóq
ſine fundamento claudicantes, *Ieſuiticas* accu
tiones, confutaret. Quo fine primi ſubſel
præcipuique nominis *Theologos*, nempè *Dreſden*
Lipſienſes, Vittebergenſes, Ienenſes, aliorumque loc
rum, convocavit, illiſque, ut id genus deducti
nem quantò ociùs ematurarent, in mandatis d
dit. Paruerunt, ut par eſt, clementiſſimis illis iuſ
bus *Theologi*, in memoriam revocantes illud *Eſ*
Prophetæ, Cap. 32. v. 8. dicentis: *Principes habitu*
cogitationes, dignas Principibus, eaſque cuſtodituros, e

Imm

ò verò, inquimus, has illas iſtas cogitationes ipe maximè condignas, hoc eſt, laudabiles, ò *Chriſtianas*, immò divinas, eſſe. Undè emer- illos magna non ſine ſolicitudine hoc agere, d *SS. Spiritus* inculcat : *Qui præeſt, diligentiam eat.* Rom. 12. v. 8. Hoc ex fonte animum cō- at *Elector*, nullam ſolicitudinem ſive magis ne- riam, ſive ſalutarem magis, intervenire, quàm ſuper honore *DEI*, eiuſque verbi ſalutiferi ervatione, tùm ſuper ſtabilimento *Pacis Reli-*, & *Secularis*, ſuſcipitur. Quo quidem nomi- opriam ſolicitudinem multis viis, ac demon- ionibus, abundè fecit conteſtatam. Ut, ſuper- dii loco, hunc animum, hoc propoſitum ſuū, e totum, ſub præſentis *Apologetici* publicatio- oti *Chriſtianorum* orbitæ, ac, poſteris, appro- t.

ihil ergò dubitamus, futurum, ut hoc *Electori* di, aut vitio, verti poſſit. Dùm nimirùm ſuam, iumque *Evangelicam Religionem* profitentium, *ILLAM*, intemeratam illam *Confeſſionem Au-nam, Pacemque Religioſam*, iam ultrà *LXXIII.* os continuatam, perque manus *Imperatorum*, ne inſequentium, confirmatam, acriter de- lit. Intimis ex præcordiis optantes, miſeri- *DEVS* quibuſcunque pacis turbatoribus, ſan- ariiſque conſiliis, potenter reſiſtere, ex adver- uram, cœleſtéque *Evangelicam* doctrinam, no- mque, ac commendatam pacis bonitatem, uſ- ad glorioſum, ac *Maieſtaticum* illum *IESV RISTI* adventum, nobis conſervare, vellet. àm quò *Evangelici* omnes animis imperterri- hac ſua cum doctrina, comparebunt, certi, ſe oncilio ſacroſanctiſſimæ *Trinitatis*, ſanctorum, *elorum*, & *Archangelorum*, itemque omnium *E-rum*, teſtimonium verè credentium reporta- os eſſe. Ut etiam de retributione tribulatio- n, ſuper pura, cœleſtique, hac doctrina exanth- rum, ſperent confidentiſſimè.

Dominus *IESVS* bonitate ſuâ, gratiâ, prote- one, & miſericordiâ, dilectæ *Eccleſiæ* ſuæ adſit & c, & in ſecula, *Amen, Amen.*

Dabatur, apud *Lipſiam*, ſub conventu *Theologico*, eriis *D. Martini Epiſcopi.* Qua die, antè hos an- *CXLV.* præclarus, illuminatus, & dilectus, ille miles, ſeu hyperaſpiſtes, & *Elias tertius, Dom. D. rtinus Lutherus*, ὁ μακαρίτης, hanc in lucem edi- eſt, *Anno M.D.XXVIII.* Hactenùs, nomine *Electo- Theologi Saxonici.*

CAP. III.

De Reformationis, aliis ſub locis, progreſſibus.

I.

formationis Executione etiam Kaufburium, Imperii civitas, fatigatur.

ILla cùm fervens eſſet *Electoris Saxoniæ Confeſſionis Auguſtanæ* ſuæ aſſertio, quis dubitâſſet, inquam, tàm amari ſaporis colliſiones, mutuaſque verborum digladiationes, tandem, ut fit, in manifeſtum hoſtilis belli incendium deſpumaturas fuiſſe? Dùm enim *Elector*, dùm *Principes, Ordineſque, Proteſtantes, Quiritium* fidem implorant, ac querelarum funiculos ducunt, ecce! *Cæſaris* legati res demandatas exequuntur, *Reformationiſque* executionem non uno ſub loco urgent. Tetigit ea ſors in primis *Kaufburium, Imperii* civitatem, *Auguſtæ* finitimam. Hæc, non procul ab *Auguſta*, in *Valle VVeltacherana* ſita, proximum dedit executionis exemplum. Eò enim per *Æſtatem*, præter incolarum exſpectationem, venientes *Cæſarei Reformatores*, poſtulatis à loci *Magiſtratu* clavibus, oppidò *Parochos*, ac *Ludimoderatores*, ab officiis remotos, emigrare iuſſerunt. Pariter iis, qui publicis aliis honoribus, ac dignitatibus, præfuerunt, atque ad *Religionem Catholicam* tranſire detrectârunt, miſſio data eſt. Ut porrò incolæ omnes, ſub edicto, iuberentur, abiuratâ priſtinâ *Confeſſione*, *Catholicam Religionem* amplecti. Hæc tùm, non ſine ploratibus, ac lamentis, uſuvenêre. Atque iſta ineuntis inibi *Reformationis* iacta ſunt initia. Non multò poſt reverſi *Reformatores* convocatis ad ſe civibus hanc legem impoſuerunt, nempè *Cæſarem* hoc mandare, atque iniungere, omnes, & ſinguli, ab *Aprili* menſe, uſque ad *Pentecoſtes* ferias, incluſivè, darent operam inſtitutionibus pietatis *Catholicæ*. Quò ſic deinceps ritè, atque ordine, informati, & ad *confeſſionis*, & *Miſſæ*, ſacrum admitti queant. Interim, quicunque die feriarum *Catholicorum* conciones negligat, hic, mulctæ loco, per ſingulos florenorum, quos in bonis habeat, centenarios, unicum penderet. Si bis, & obſtinatè, peccet, geminos florenos poneret. His legibus ſi quis repugnet, & conſcientiam vulnerari cenſeat, is peculium faceret venale, termino emigrandi uſque ad *D. Iacobi* ferias ipſi indulto.

Tametſi verò *Cives*, atque *Incolæ*, codicillis, querelarum plenis, *Reformatores* fatigaſſent, *Electorque Saxoniæ* pro illis pariter interveniſſet, nihil tamen à ſeveritate illa remitti cœpit. Ut ilicet, poſt *Cæſarei* mandati inculcationem, campanæ è turribus tollerentur, aræ, atque ſuggeſtus, deſtruerentur, nec non exedria, ac ſubſellia, dirumperentur, globo militari, funiculis ſub accenſis, hanc fabulam adiuvante. Mechanicus quidam, ſive materiarius, quòd, amore *Religionis* patriæ, manus ab operum demolitione ſubduxiſſet, ad ergaſtula miſſus eſt. Duos alios, pro deſtructione id genus expeditas, promptaſque, manus afferentes, peſte è medio ſublatos eſſe, ferunt.

Secundùm hæc, *Reformatores* refuſionem redituum *Eccleſiaſticorum*, ab *Anno M.DC.* poſtulare perrexerunt. Qui circiter triginta, & ſeptem, florenorum millia conſtituerent. Grave auditu hoc accidit civibus. Qui regeſſerunt, non ſe quidem id genus reditus in *Curiam* intuliſſe, ſed ab *Anno M.D. XLI.* in poſſeſſione fuiſſe. Adeóque cenſus eos in uſum rei publicæ, & *Eccleſiarum*, hactenùs erogâſſe. Ad hæc exceptum eſt, fore, niſi *Cæſaris* edicto ſatisfaciant, immiſſis in lares ad ſatietatem militibus, cogi poſſint.

II.

Reformationis executio, per Auſtriam infrà Anaſum, exercetur.

EOdem tempore *Cæſar* bonorū *Eccleſiaſticorum*, poſt *Paſſavinam* illam conſtitutionem abalienatorum, reſtitutionem, ab *S. P. Q. Argentinenſi* repetere iuſſit. Quæ inter famoſa illa *AEdes baſilica*, unà cum *Eccleſiis* quibuſdam aliis, poſtulata eſt. Primùm igitur diplomatibus res agi cœpit. Mox legatus eò venit. Sed hic, à *Senatu* urbis liberaliter habitus, abſque effectu receſſit. Cauſſabatur *Reſpublica*, à maioribus ſe ſuis, ad pias cauſſas legata, hæc ꝑ manus ſuſcepiſſe bona. Iiſdemque uti, non abuti. Ob id reddere non poſſe. Si quid eiuſmodi extrà *Civitatem* poſt compoſitionem illam *Paſſavinam* eſſet, quod ad res *Epiſcopales* pertineat, hoc ſe in medio relinquere. Sed non deſtitit *Maximilianus*, *Elector Bavariæ*, conceptis verbis ammonere *Argentinenſes*, viderent, ne confidentiâ hanc cauſſam ſuam facerent deteriorem. Satius eſſe, *Cæſari*, & legibus, morem gerere, quàm periclitari velle. Ad hæc excepit *Reſpublica*. Cauſſam hanc eſſe communem. Et quæ *Evangelicos Ordines* in univerſum tangeret. Proindè, in cæterorum præiudicium, nihil ſe quidem deſignare poſſe. Rectiùs expectari publica *Imperii* comitia. Ad quę hęc utique res reiicienda eſſet. Sic, cùm *Reſpublica* motu liberrimo ad *Imperium* acceſſiſſet, neque tàm perfunctoriè libertatis ſuæ iacturam faciendam eſſe, decrevit.

III.

Auſtrii infrà Anaſum, in cauſſa Reformationis, novis urgentur interdictis.

HÆc intrà *Imperium*. Sed aliis legibus *Cæſar* in provincias ivit hæreditarias. Et quidem ſubditos *Auſtriæ infrà Anaſum*. Illud enim decretiſſimū erat, extrà *Religionem Catholicam*, diverſi ſaporis nolle tolerare quamviſcunque. Eò, quòd proclive eſſet, è *Religionis* diſſidiis ſucceſſivè animorum, fidelitatis, ac ſubiectionis, oriri repugnantiam. Prout hactenùs motuum *Bohemicorum* fabula eſſet proteſte. Itaque primo vere ſic in equeſtres, civicoſque, ac plebeos, denuò novo edicto animadverſum eſt. Nimirùm, intrà *Aprilem* menſem, & ferias *aſcenſionis B. Mariæ Virginis*, omnes, & ſinguli, ſeſe præpararent ad confeſſiones, & *Miſſæ* ſacrum percipiendum: Hocque fine nomina ſua apud parochum profiterentur. Si quis hoc mandatum inſuper habere deprehenſus foret, hic apud *inferioris Auſtriæ Proceres* nigro carbone notatus pœnæ ſervaretur. Neque intrà hæc verba ſeveritas illa ſaltèm conſtitit. Sed mox, eodem menſe, novo ſuperveniente, fulmine, rigor exaſperari cœpit. Ità enim denuò ſeveriſſimè inculcatum fuit. Scirent omnes *Auſtriæ inferioris* ſubditi, quibus præeuntibus edictis *Cæſar*, ſuperiori *Anno M.DC.XXVII.* in genere mandâſſet, omnes videlicet *Paſtores*, & *Ludimoderatores*, ſectarii, intrà *Septembrem* menſem, tàm ex *Auſtriæ Archiducatu*, quàm cæteris provinciis hæreditariis, emigrarent. Ut etiam paulò poſt, ſub certa pœna, denuò publicatum ſit, omnes, & ſinguli, penes *Eccleſiam Catholicam* receptas, obſervarent ferias. Inprimis verò lectiones libellorum proſcriptorum eiurarent, multò minùs, pro exercitio *Religionis Acatholicæ*, foràs irent. Nihilominùs contrarium oppidò emerſiſſe. Ut bona pars, inſuper habitis t
ſalutaribus, ipſamque animæ beatitudinem c
cernentibus, mandatis, tantùm non repugnâri
ſed etiam vetitorum librorum, nuper, dùm fier
viſitationes, ſubtractorum, lectionibus, cantil
que, hucuſque vacârint. Immò eò uſque ſupin
inſurrexiſſe licentiam, ut ſociæ *Religionis* compl
bus, aliundè emigrantibus, ius hoſpitii fecerin
etiam cum illis, maximè ſub feſtis ſolenniorib
tanquam ad amicos viſerent, exercendæ *Religi*
ergò, excurrerent peregrè. Quid? quod maius
facinus, prædicatores ſectarios perſonatos ſu
inducere, feriaſque, aliâs apud *Catholicos* recep
contemnere, non dubitâſſent.

Quæ cùm eius eſſent generis, ut *Cæſar* diu
mandatorum ſuorum tranſgreſſoribus conni
haud ſuſtineat, hanc in rem, coronidis ergò, ar
tis ſub legibus, iterumque, iterumque, inculca
quiſquam deinceps vel vetitorum libellorum
ctione, vel cantillatione, vel in ieiuniis, carniu
ſu, vel prædicatorum perſonatorum ſuperin
ctione, abuti conaretur, ſed & libellos interdi
contraderet inquiſitoribus, & ferias, ab *Eccleſia*
tholica conſtitutas, abſq; ullius laboris interve
ſtudioſè obſervaret. Si quis etiam denique ad
sùs hoc rigoroſum mandatum, delinquere, a
cere, præſumat, iſte tàm in peculio, quàm corp
tenùs, pœnas lueret ſine miſſione. Et hic rigor i
ſtos exerceretur, qui vel libellis vetitis, vel ſub
iunio carnis eſu, abuterentur, vel ferias labori
manuariis dehoneſtarent. Iſti verò, qui, exer
Religionis Acatholicæ ergò, ſive excurrerent, ſive p
dicatores inducerent perſonatos, illicò non tà
Auſtriæ hac ꝓvincia, ſed, ex omnibus *Cæſaris* reg
ac provinciis, cæteris, eiicerentur, fortunis om
bus antè ſub fiſcum vocatis.

Ità factum, ut, exſpirante interdicti huius u
mi termino, omnes, illa ſub cauſſa ſuſpecti, à ſu
rioribus citarētur. Quod igitur *Græci* olim in ſy
poſiis inculcârunt, *Aut bibat, aut abeat*: par illis,
in cauſſa longè ſanctiori, ferè obiectum eſt: *Au*
nique ad Catholicam confeſſionem accederēt, aut ſine
ra exirent. Sic, ſub rigore, evénit, ut pars in ve
iurarent, pars, ſervatâ conſcientiæ libertate, e
lium eligerent, ac præferrent.

IV.

Svveidnicenſes, intrà Sileſiam, cùm in Relig nem Catholicam antè condixiſſent, pali diam canunt.

PEr *Bohemiæ* regnum, iam recèns armis debel
tum, nihil ad exactam *Reformationis* ſeveritat
reliqui factum eſt. Sic ut in famulos, *Evangeli*
Confeßioni addictos, inquireretur. Qui intrà p
cas ſeptimanas regno excedere iuſſi ſunt.

Intereà, cum *Svveidnicenſium*, intrà *Sileſiam*, ci
tate, res nova ferè accidit. Hi, ob particularem f
tè *Saxoniæ Electoris* cum *Cæſare* tranſactionem,
hil minùs, quàm de *Reformatione*, erant ſoliciti. S
illa incautis ſupervénit. Dùm enim omnes in
mœnia eſſent *Proteſtantium* partium, contigit,
manus militaris è *Cæſareanis* duntaxat tranſitū pe
ret. Conceſſus eſt ſpecioſè petētibus. Quid fit? M
les, armis prævalens, intrà civitatem admiſſus, *S.*
Q. Svveidnicenſi extemplò leges præſcribere cœp
Non tantùm, ut ſubſidia cohortibus ſubminiſtr

ren

:d ut *Religionem Confeſsionis Auguſtanæ* ciura-
Nec verbis contenti *Cæſareani*, ut in tabulas
riſtinæ *Religionis* abdicatio ilicet referretur,
runt. Sic, intrà preces, minaſque, conſtituti,
dicillos, ut vocant, obligatorios, ſive rever-
lepoſuêre: Nos *Conſules*, & *Seniores* iurati, *Ci-*
Svveidnicenſis, præſentibus hiſce publicè cō-
iur. Et, poſtquàm indè uſque in erroribus,
riſque, *Religionis* viximus, atq; maiorum no-
um, τῶν μακαρίτων, fide, & ceremoniis, defeci-
am verò, præeunte informatione, ad antiquā
Catholicæ Eccleſiæ doctrinam reconverſi ſu-
præſentium vigore, promittimus, nos dein-
ac in fide perſeveranter manſuros, doctri-
e omnes ſectarias fugituros, eſſe: Quò nomi-
gariæ, & Bohemiæ, Regi, domino noſtro cle-
ſſimo, humilimè ſupplicamus, illa deinceps
noſtræ *Civitati* fiat gratia, ne quis aut in ius ci-
s, aut in tribuum contubernia, admittatur,
ui in ſanctam *Romano-Apoſtolicam*, unicèque
feram, *Religionem* iurâſſet. In quorum fidem
odicillos noſtrûm omnium ſigillis, adiectis
riptionibus, communivimus.
im præconibus animis mox *Nemeſis* pœniten-
nſtillavit. Quâ enim facilitate antè, inter mi-
ilitares, in abdicationem conſenſerant, eâ-
nox retrò ferri, & oppidò contradicere, cœ-
it. Ut ſequentibus codicillis, tanquam pro-
oriis, palinodiam canentes, *Vngariæ*, ac *Bohe-*
egi, hanc ſuam neceſſitatem aperirent. Sic
n illi: Nos *Conſules*, & *Seniores*, *civitatis Svveid-*
is, palàm profitemur, poſteaquàm per vim
arem, metumque illicitum, ſuperiores rever-
leponere coacti fuimus, illi autem, *VIII. Id.*
nobis ad ſubſcriptionem implendam reddi-
tenuſque apud nos detenti, ſunt, iam verò o-
generis interminationibus à nobis repetun-
t, tanquam vi extortos, cedere adigamur. Hāc
n proteſtando nos ſiſtimus, denuóque con-
nus, illos initiò vi, & metu, extorqueri cœpiſ-
t neque in præſentiarum, neque futuro tem-
, nos obligare poſſint. Præſertim, cùm in ea
em *Religione* vixerimus, inventique ſimus, cu-
odi in *Cæſaris* diplomatibus, & tranſactione
rali Saxonica, permiſſa eſt. Ut in hac ipſa *Chri-*
more porrò vivere, ac beatè mori, deſidere-
. Siquidem igitur iniectâ vi militari ad aliam
ionem cogi velimus, proteſtando nunc inter-
entes, & nobis, poſteriſque noſtris, hoc ius in-
um conſervamus. Quâ neceſſitatis lege nobis
oſitâ provocamus ad *Vngariæ*, ac *Bohemiæ*, *Regē*,
inum noſtrum clementiſſimum, utpote cui
proceſſum, in nos cuſum, humilimè, ac ſuffi-
ter, aperire adigimur. Hac lege denuò prote-
tes, communique civitati iura quæcunque ſo-
iter reſervantes.

CAP. IV.

De Circuli Suevici, & Franconici, Principum, Ordinumque, adversùs Edictū Cæſaris, in cauſſa Religionis, exceptionib.

I.

Circuli Suevici, & Franconici, Principes, Ordineſque, Edicti illius ſive moderationem, ſive ſuſpenſionem, petunt.

Sed non ſolus *Elector Saxoniæ*, dùm *Reformationis* executio gliſcit, adversùs *Edictum Cæſaris* ſtetit. Immò verò, huius exemplum ſive ſequentes, ſive ſponte ſuâ exciti, *Circuli Suevici, Franconicique, Principes, Ordineſque, Proteſtantes*, itidem repugnare cœperunt. Dimiſſis igitur ad *Aulam Cæſaream* legatis, primùm, ſuper exactionibus militaribus, univerſum *Imperium* enervātibus, adeóque pvincias quaſcunque particulares evertentibus, lōgam querelarum telam exorſi ſunt. Mox adversùs *Edictum*, per *Imperium* divulgatum, contendere inprimis inſtiterunt. Tametſi enim, prætendebant, nunquam hoc ipſis in mentem veniſſet, in *Cæſaris* officium, atque intentionem, inquirere velle, ut nec dubitare de optima voluntate liceat, ut potiùs humilimæ, ac debitę, ſubmiſſionis ſatagentes *Imperii* caput rectiùs venerari didiciſſent; Nihilóſeciùs, poſt diligentem *Archivorum, Actorumque Imperii*, excuſsionem, nihil aliud indagare, atque reperire, ſeſe potuiſſe, quàm omnium, & ſingulorum, *Ordinū* unanimem ſcopum, atque intentionem, ſecundū litteram *Paſſavinæ* tranſactionis, *Paciſque Religioſæ*, ſuper ſuprema territorii iuriſdictione, fundatam eſſe. Sic ut unicuique, in ſuis regionibus, ac finibus, alterutram *Religionem*, è duabus illis in *Imperio* permiſſis, vel introducere, vel abrogare, concedatur. Et ſi eveniat, ut, ſuper ablegatis per *Edictum* querelis, dividiæ oriantur, harum quidem definitionem decenter à *Cæſare* ſolicitari uſuveniſſe. Interim, *Cæſarem*, abſque omnium *Ordinum* ſuffragiis, in id non induci potuiſſe, ut decerneret. Ut magis per legatos in tractationes partes ire, aut viam iuris ordinarii aperire, voluerit. De hac enim difficultate neque ſub ipſa *Pacis Religioſæ* fundatione pręviſum, neque legem latam, eſſe. Tantùm abeſt, ut, ſi definitiva præceſſiſſet, ulla iam ſive diſceptatione, ſive interpretatione, opus ſit. Ut ab ipſis initiis, collatis omnium *Ordinum* conſiliis, huic differentiæ remedium rectiùs adhiberi potuerit.

Proindè, rem ſic quidem comparatam eſſe, ut ingens pondus inferat, difficileſque conſequentias cauſſari ſufficiat. Neque viam hanc ad pacis compendium ducere, neque diffidentiæ labem è medio tollere. Ut potiùs in litium tricas declinet, ac, quà executionis illum proceſſum, in *Imperio* hactenùs abſque exemplo uſuveniat. Eapropter, eò vota, & preces, ſpectare *Principum, Ordinumque*, vellet *Cæſar*, eas rationes inire, quæ ad *tranſactionis Paſſavinæ, Paciſque Religioſæ*, protectionem facerent. Illa in medio extare ſuperiorum *Imperatorum*, moderationis plena, exempla, videlicet *Caroli V. Ferdinandi I. Maximiliani II. Rodolphi II.* & *Matthiæ*, ut non immeritò videantur imitanda.

Pateretur igitur *Cæſar* hanc litem, nondùm ſatis

exactam,

exactam, ad publica *Imperii* comitia extrahere, neque permittere, ut *Principes, Ordineſque*, ſubitaneis id genus, atque oppidò periculoſis, executionis proceſſibus obruerentur. Ut enim illis è poſſeſſionibus, quibus à multis retrò annis, uſque in ſecundum, tertium, quartumque, & ulteriores, ſucceſſionis gradus, uſi fuiſſent, in momento velut, eiici velint, hoc nimis oneroſum, & grave, ſuis oculis obverſari.

II.

Cæſar, ad interrogationes Circuli Suevici, Frãconicique, Principum, Ordinumque, Proteſtantium, reſpondet.

AD iſtas legatorum *Circuli Suevici, Franconiciq́, Principum, Ordinumque, Proteſtantium*, occupationes, ſequentibus verbis *Cæſar* reſponſum reddidit. Videlicet *Principibus, Ordinibuſque*, haud obſcurum eſſe, quo fervore, ac ſedulitate, *Cæſar* hactenùs communem per *Imperium* pacem reducere, inprimis militares difficultates emendare, laboràſſet. Cuius rei ſpecimen, ſive argumentum, vel hinc diluceſceret, dùm *Cæſar* bonam *Ligariani* exercitus partem iam tùm exautorari curârit. Ut etiam non exiguum propriarum copiarum, ſub *Franconico, Suecico, & Rhenano ſuperiori, Circulis*, hybernantium, numerum dimittere iuſſerit. Quò ſic reliquis illis legionibus, dùm tempora hæc etiamnunc tumultus plena ſunt, rectiùs, quà rem alimentariam, ſatisfieri queat. Et iam in eo eſſe, ut *Cæſar Catholicorum Electorum, Principumque*, legatis promiſerit, fore, ut è *Cæſareanis* exercitibus quadragintà cohortes, è *Ligarianis* copiis decem, & ſic quidem cohortes coniunctim quinquagintà, per ſuperiores illos *Circulos* diſtribuendæ veniant. Cæteras copias aliò amandandas eſſe. Atque hanc quidem *Cæſaris* illam intervenire moderationem, quæ *Ordinibus* non poſſit non eſſe toleratu facilis, ut de exactionibus, ſumptibuſque ineluctabilibus, conqueri non debeant. Maximè, cùm iſta neceſſarii exercitus proviſio, in *Imperii, Ordinumque* ipſorum, propriam militet ſecuritatem, *Cæſariſque* hoc pacto ſolicitudinibus ipſi *Circuli* non minùs auxilientur. Sic enim ultrò affectum eſſe *Cæſarem*, ut querelis, fortè emergentibus, citrà dubium, mederi, hancque optimam voluntatem, per remedia quælibet opportuna, ipſo denique facto comprobare, cupiat.

De rogationibus, adverſùs *Edictum* allatis, ità eſſe, ut *Cæſar* non intendat, quempiam ſuper ſive *Compoſitione Paſſavina*, ſive *Pacificatione Religioſâ*, prægravandum eſſe. Hanc *Capitulationem* ſibi uſque adcò verſari ob oculos, ut nemo citrà illam onerari debeat. Neque tale quid vel ipſum ſpirare edictum. Utique quod ſecundùm leges *Pacificationis* illius latum, conceptumque, eſſet. Et hac quidem deciſione nullam *Pacis Religioſæ*, ſuper materia litigioſa, interpretationem uſuvenire. Ut Ius, & lex, ipſa ſub *Pacificatione Religioſa* fundata, querelæque cum facto concordantes, aliud velint. Præſertim, cùm pariles deciſiones, ac ſententiæ, ante hâc à *Cæſaris* anteceſſoribus illis datæ, legibuſque illius *Pacificationis* fuiſſent applicitæ.

Quod de modo ſive proceſſus, ſive executio-
nis, arguerent legati, hoc ipſum ſub *Edicto* al
dè deductum inveniri. Nimirùm *Catholicos*
dines omnem compoſitionis viam impugr
Nec, præter voluntatem, cogi poſſe. Et ſic, l
ob repugnantiam, *Cæſarem* tot querelis fatiga
viam iuris apeτuiſſe. Cauſſas verò eas ad pul
Imperii comitia venire reiiciendas, dùm res v
retur circà leges novas ferendas. Ad hanc leg
tionem œcumenicum requiri *Imperii* conven
Iam verò neque legislationem illam, neque ſt
torum veterum interpretationem, eſſe præ m
bus. Sed totius rei cardinem ſub debita
ſari executione. Cuius quidem vim, atqu
ficaciam, penès ſolum *Cæſarem* eſſe, nemo n
ret.

De cætero quòd deprecarentur, ne eos, l
tarieæ ſub executionis proceſſu, è bonis, à to
trò annis in quartum uſque gradum poſſeſſis
turbari contingat, hoc ſic comparatum, eſſe,
bonâ fide id genus ſucceſſio probari queat, ha
di ſint indemnes, nulloque pacto prægrava
Et hac lege *Cæſarem Reformationis* legatis ma
ſe, niſi notorium foret, *Cœnobia*, ac *Præſulatus*,
Pacem Religionis, fuiſſe interceptos, ſed ità re
ſe habere, ut altiorem poſtulet indaginem,
quidem ab executione proceſſus locum non
tineret, ſed partes audirentur, decenterque,
actum eſſet, ad *Cæſarem* referretur. Hoc enin
ter cætera, de novo illis inculcari cœpiſſe, i
bus dubiis ne quid, citrà *Cæſaris* aſſenſum, ſta
rent, ſed ſic quidem officii ſui ſatagerent, ne
piam de eo, ſe non ſufficienter auditum eſſe
querelas erumpere poſſit.

III.

Epiſcopi Circuli Suevici, ac Frãconici, à Ca
ne Edicti ſuſpenſionem Proteſtantibus in
geat, contendunt.

SUperior *Proteſtantium Ordinum* interpell
ſuper *Edicti* executione ſuſpendenda, no
tuit *Circuli Suevici*, ac *Franconici, Epiſcopos*, vide
Bambergenſem, Herbipolenſem, Aichſtettanum,
ſtantienſem, & Auguſtanum. Quocircà, ne q
quam illis fortè *Cæſar* indulgeret, ſic per codic
hanc cauſſam ſuam egerunt. Tales autem e
illi: Quanquam, inquiunt, nihil dubitent, C
rem, ad *Circulorum* illorũ interpellationes, in c
ſa bonorum *Eccleſiaſticorum*, quicquam *proteſtan*
largiturum eſſe, quàm, ſub publicatione, op
fundatæ, *Cæſareæ Deciſionis* generalis, antè fac
foret, ut *Ordines Catholici* ſuper querelis, ac gr
minibus, *Imperii*, à longo tempore quiritantes,
tandem in litteris *Cæſaris* confirmatoriis plen
mè acquieſcant: Nihilò languidiùs ſeſe non fa
potuiſſe, quin *Cæſari* humilimâ intimatione de
in memoriam revocarent. Simulátque inſta
exorarent, dignaretur *Cæſar Edicti* execution
hoc eſt, bonorum illorum *Eccleſiaſticorum*, poſt
cificationem Paſſavienſem ablatorum, reſtitution
nullatenùs ſuſpendere, ſed ipſo facto ematur
Eam ſiquidem hoc tempore eſſe in foribus opp
tunitatem, ut capillatior occaſio arripi vix qu
Ut mediorum in medio ſit abundè. Undè hæc e
cutio ſine mora in effectum deduci amet.

Qu

uicquid igitur *Circuli* iſti oblocutionibus a-
t, *Cæſar* viciſſim hoc ageret, ac clementer ob-
tur, ne executionis propoſitæ curſus inter-
retur. Interim, ne verbis ſaltem inſtare vide-
r, libuit etiam cauſſas adiicere, quas ob *Cæſar*
alutare *Iuſtitiæ* adminiſtrandæ opus minimè
aſtinare teneretur. E quibus erant inſequen-
iebant quippe, iam tùm *Cæſarem*, quoad *Ec-*
ica gravamina, *Deciſionem Generalem*, in *Impe-*
aſtitutionibus, ipſaque *Religionis Pacificatione*,
mè fundatam, per *Imperium* promulgâſſe. Ut
Reformatores, ſive *Executionis* legati, *Cæſareis*
is, atque *Adverſariis* inſtructi abundè, in præ-
utrumque *Circulum* ſeſe intuliſſe, perhibe-
. Eos in ipſo opere avocari velle, monſtro ſi-
ideri. Ut ſi executionē vel ſuſpendi, vel im-
i, contingat, hoc non tàm *Imperio*, quàm *Ca-*
is confœderatis, moleſtum accidat. Qui quidē,
gationem nuper inſigniorem, à *Cæſare* exe-
nis certitudinem obtinuiſſent. Hæc ſi forte
Cæſarei ſuſpenſio uſque in publica *Imperii* co-
extrahatur, nihil aliud antè portas eſſe, niſi,
venientibus novis litibus, *Catholici* denuò
Proteſtantibus ut committerentur. Ut eius
natis ſuſpenſio non poſſit non eſſe damnoſa.
ue iam magis, à partibus *Catholicorum*, rem eſ-
egram. Ut *Iudicis* ſupremi deciſio, ac ſenten-
ro ſe militet, cauſſamque iam præ ſe ferant
atam. Sic minimè fore opus, ut illa, quæ ar-
entis antè ampliſſimis deduci cœpiſſent, iam
o eſſent ventilanda. Semel hoc notorium eſſe,
teſtantibus, *Epiſcopatuum*, ac *Præſulatuum*, de-
oribus, hactenùs per viam amicitiæ, vel com-
ionis, nihil obtineri potuiſſe. Illos *Iuſtitiæ* cur-
inhibuiſſe, media *Viſitationum* ordinaria im-
viſſe. Inprimis, ab *Imperii* receſſibus reſiliiſſe,
ue, ab *Anno M.DC.I.* contrà omne fas, pium-
itemque *Anno M.D.XCVIII.* contrà receſſus
rii, cauſſas reviſorias intricâſſe, necdùm earum
uſque hùc deciſionem admiſiſſe. Ità *Religionis*
m fregerunt, *Imperii* ſtatum conturbârunt.
ynæque inter *Imperii Ordines* diffidentiæ fene-
n aperuerunt.

ecundùm hæc, *Aula Cæſarea* dicaſterium con-
ri, quibus modis *Archiepiſcopatuum*, ſive *Epiſco-*
um, detentores iſti *Proteſtantes*, inprimis *Capi-*
es Magdeburgenſes, tàm *Seſſionis*, quàm *ſuffragii*
ndi, igitur, prætendere, nedùm ab hoc inſti-
iniquo diſcedere velle cœpiſſent. Cùm ta-
ne ipſis quidem ignotum eſſet, quàm à *Catho-*
nunquam pro legitimis, ac veris, poſſeſſori-
haberentur. Si nunc contingat *Edicti Execu-*
em, uſque ad publica *Imperii* comitia, extrahi,
læque exſpectandum foret, quàm ut *Proteſtan-*
maximè *Saxoniæ Elector*, reſpectu *Magdeburgen-*
, veteres illas rationes, ac prætenſiones, didu-
tes, rerum ſummam remorarentur. Iam-du-
hanc fabulam à detentoribus *Proteſtantibus*,
iniuſtis illis prætenſionibus, identidem intro-
i cœpiſſe, quò ſic, abundè læſis, *Catholicis Ordi-*
s omnes in univerſum reciderentur actiones,
verò viâ tritâ, ac complanatâ, in *Catholicorum*
ſulatus liberè graſſari, eâdemque operâ *Pacifica-*
em Religionis evertere, quiti eſſent. Idem adhuc
illis conſilium agitari. Ut, per varias iniectas
giverſationes, iamdùm *Executionis* ſuſpenſio-
nem urgeant. Id quod propoſitum non poſſet non in pientiſſimarum per hoc *Imperium* fundationum interitum, in iuris partium læſarum præiudicium, in poſteritatis deſideratæ perpetuum denique diſpendium, deſpumare. Uſque dùm, per hæc, & eius commatis, aufugia, poſt occaſiones fortè arreptas præſentiſſimas, novas unà cum veteribus rationes conturbarent, univerſumque *Catholicorum* ſtatum ſi non everterent, ſaltèm eas in anguſtias redigerent, undè citrà periculoſam, ac præiudicii plenam, tranſactionem, emergere vix quiti eſſent.

Atque hæc illa eſſe, quorum intuitu *Ordines Catholici* in ſuſpenſionem *Edicti Cæſarei* conſentire haud poſſint. Pro epiſtolæ ſupplemento, *Ordines* etiamnunc hic repetere rogationes ſuperiores. Ut *Cæſari* in memoriam revocent fidem tàm religioſè iuratæ capitulationis. Etiam, etiamque, orantes, *Cæſar*, hac in cauſſa *Eccleſiaſtica*, uteretur *Cæſareâ* conceſſâ autoritate. Simulque *Ordinibus Catholicis Eccleſiaſticis* ius quæſitum, iuxtáque petitum, iuxtà tenorem *Imperii* conſtitutionum, *Religioſæque Pacificationis*, æquiſſimum, tantùm non conſervaret, & tueretur, ſed etiam ex lege *Edicti Executionem* ſine mora auſpicaretur. Sic ut longùm, & diu, quæruli *Catholici Imperii Ordines* in poſſeſſiones olim nuperque, interceptas, redire, ac querelarum diuturnitatem, piique voti deſiderium, perceptione rerum debitarum amantiſſimarum, compenſare tandem ſuſtineant.

IV.

Cæſaris alterum reſponſum, Principum, Ordinumque, Proteſtantium legatis datum.

NEmini uſque adeò ferè incognitum eſt, quàm ampliſſima poſſideat *Cœnobia* inclyta *VVürtenbergicorum Ducum* familia. Super his tàm apud *Aulam Cæſaream*, quàm *Cameram Spirenſem*, diſceptabatur. *Cæſar* igitur, acceptis ſuperiorum *Epiſcoporum* parænetiċis, nihilominùs *Reformationis* legatis præſcripſit, ne, in cauſſa prædictorum *Cœnobiorum*, præcipitanter agerent, ſed maiorem declarationem exſpectarent. Intereà tamen acta diligenter excuterent. Et, ubi *factum* occupationis eſſet clarum, tametſi *ius*, ſub *Edicto* deciſum, in diſceptationem vocaretur, nihilominùs realis executio haberet locum. De cætero verò, ubi tàm *factum* eſſet ſub diſceptatione, quàm de *Iure*, ſub *Edicto Cæſareo* nondùm excuſſo, controverteretur, tantiſper acquieſcerent, quoad eius rei plenam ex *Aula Cæſarea* ſententiam, maturrimè ferendam, excepiſſent.

V.

Ludovicus Fridericus, Dux VVürtenbergicus, Adminiſtrator, Edicto Cæſareo fruſtrà obnititur.

IGitur, ne tàm ſubitaneo executionis, in hac *Cœnobiorum* cauſſa, obrueretur proceſſu, per legatos deprecari cœpit *Ludovicus-Fridericus, Adminiſtrator VVürtenbergicus*. Simulátque, *Epiſcopum Conſtantienſem*, *Reformationis* legatum, tanquam ſuſpectum, ac domeſticum, cuius res eo pacto ageretur, recuſavit. Cui quidem à *Cæſare* ſic ſatisfactum eſt.

Nempè

Nempè, *Cæſaris* intentionem hanc eſſe, quò *Pax Religioſa*, ſecundùm litteram, luculentam, claramque, ac ſuper eo fundatum *Edictum*, in uſum duceretur. *Cæſaris* igitur hanc eſſe cognitionem, non *Epiſcopi*. Ut de eo queri velle non ſit opus. Iam enim *Ius* ſub *Edicto* deciſum fuiſſe. Ut tantùm illi, quoad *factum* notorium, unà cum legatis aliis, executionis proceſſum demandari contigerit. Ut in *factis dubiis*, & *Iure*, ſub *Edicto* nondùm deciſo, cognitio *Cæſari* unicè ſit reſervata. Inter hæc, *Cœnobia*, poſt tranſactionem *Paſſavinam* intercepta, non quidem ad *Epiſcopum*, ſed *Ordines*, pertinere. Dùm igitur *Cæſar*, reliquis ſub *Imperii Circulis*, pro *Edicti* executoribus nominârit præcipuos *Epiſcopos*, ac *Præſules*, neque hanc hoc ſub *Circulo Suevico* rationem exulare debuiſſe.

Ad hæc, quid ſibi inſtaret, facilè *Adminiſtrator Vvürtenbergicus* divinare potuit. Dùm igitur in bonorum *Eccleſiaſticorum* reſtitutionem minùs propendet, ecce! ſub *Autumni* initiis, *Cæſaris* advenìunt legati, ſive *Reformatores*. Illis, *Cœnobiorum* redditionem poſtulantibus, obiecit *Adminiſtrator*: Non hoc, inquit, à *Cæſare* ſe, ſed aliam exſpectare gratiam. Maximè, cùm, ſub *Cæſaris* devotione, hactenùs conſtanter, & bonâ fide, perſtitiſſet. Neque ſe quidem, inſciis fratribus, hoc admittere, nedùm, in pupillorum ſuorum præiudicium, tantam provinciæ in bonis deceſſionem pati poſſe. Sic, immiſſis in *Cœnobia* pſidiariis, poſſeſſiones tutari aggreſſus eſt. Sed fruſtraneus etiam hic illius fuit conatus. Nam, ſupervenientibus copiis *Cæſareis*, mox fervor elanguit. Ut, manu iniectâ, prædicta *Cœnobia*, longè opulentiſſima, in *Catholicorum Eccleſiaſticorum* manus redirent; ac ſeriis armis vindicarentur.

CAP. V.

De cauſſæ Hildeſienſis, Halberſtatenſis, & Magdeburgenſis, itemque Bremenſis, Eccleſiarū, deciſionibus.

I.

Vlricus Fridericus, Dux Brunſvicenſis, contrà ſententiam, in cauſſa Hildeſienſis Epiſcopatus, à Camera Spirenſi latam, inſurgit.

Inter *Hildeſienſes Epiſcopos*, & *Brunſvicenſes Duces*, vetus agitata eſt controverſia. Et primùm quidem *Valentinus Epiſcopus* accuſare cœperat *Ericum Ducem*, ſuper avulſis ab *Epiſcopatu*, ſub
Anno M. D. XXI. arcibus, oppidis, Cœnobiis, Pagi
diverſis. Ea his ubi præſentem ad uſque temp
tem, apud *Imperialem Cameram*, fuiſſet extr
opportunè à *Ferdinando, Archiepiſcopo*, & *Elector*
lonienſi, adverſùs *Fridericum-Vlricum*, *Ducem* 1
ſvicenſem, urgeri cœpit. Emerſit igitur ſente
Dux omnia illa, cum pulviſculo, quod aiunt,
deret. Pariterque, ſuper fructibus perceptis,
faceret, ſimulátq; damna, atque ſumptuum ex
ſas, refunderet.

Hac ſententiâ, tanquam ſydere, percuſſus
dericus Vlricus Dux, directis ad *Equeſtres*, ac ſubd
ſuos, codicillis proteſtatoriis, ſic contrà obl
ri animadverſus eſt. Tametſi, inquit, apud *In*
Cameram, inter *Electorem Colonienſem*, *Adminiſt*
rem Hildeſienſem, & ſe, ſententia publicari ve
ſet: nihilominùs hanc rem cum *Actis, Iuribus*,
rii conſtitutionibus, Cæſaris, & *Imperii*, quæſitis
libus, Libertati, Faſtigio, & *Executionis* legibus, pu
re. Undè non poſſit non læſio emergere gra
ma. Ut, è cauſſis ſolidis, atque arduis, plur
non liceret non adverſùs id genus inconcin
ipſoque iure nullam, deciſionem contrave
iuraque integra ſibi præſervare. Quòd cogn
foret, etiam *Aſſeſſoribus*, ſive *Cameralibus*, præci
iſtam ſententiam minùs probari cœpiſſe. Q
doquidem ergò, iam ilicet, ad indubiè comp
ſibi, *Reviſionis* beneficium, provocâſſet, ſub ſp
re, ut *Iudices, Aſſeſſoreſque, Cameræ* hanc *Reviſion*
interturbare, aut in *Executionem* egredi, nolint
pote, cùm *Reviſio*, ſecundùm *Deputationis* reſcri
de *Anno M. DC.* citrà dubium, effectum ſuſp
vum inferret. Nihilo-ſeciùs tamen, famam, h
num ſermonibus diſſeminatam, narrare, tanq
prædicta illa ſententia armis, ac vi iniecta, vel
fici. Iam ſententiarum, aliàs ordine, legitimè
iudicatarum, (quo quidem ſub numero hæc
eſſet) executiones nemini, niſi ipſi ſive *Iudici*,
Executori, competere. Ut ſub pœna, de iure co
tuta, partibus, aliiſque, non ſit conceſſa. Pro
adverſùs tàm iniuſtum propoſitum, ſe prote
do, ſalvis iuribus, intervenire, neque quicquar
ſedulò, ac diligenter agere, ac proſpicere. A
eam in rem præſens ad *Equeſtres*, ſubditoſque
ſpectare interdictum, ſicubi, intuitu ſententi
lius, quicquam rerum novarum erumperet,
eapropter ſui urgeri vellent, tùm omnes, iuran
ti, ac fidei datæ, memores, reſiſterent, illiſque,
lò antè inductis *Ducis* ſui verbis proteſtatoriis,
tuerentur. Sic futurum eſſe, ut adverſùs iura ip
nerari non debeant.

II.

Halberſtatenſis Epiſcopatus reformatur.

Antequàm hic præſens *Annus M. DC. XXIX.*
ſpiraret, ecce! *Cæſarei Edicti* executio *Halbe*
tenſem quoque *Epiſcopatum* in ordinem redigit.
legatis fuerunt *Fridlandus, Thillyus, Franciſcus*,
ſcopus Oſnabruccenſis, & *Ioannes ab Hyen, Cæſaris* co
liarius. Illi, circiter *XV. Calend. Ianuar. Capitulare*
ſe vocatos, ſi quos, præeunte examine, minùs in
niſſent idoneos, ab officio recedere iuſſerunt.
tametſi, in ſui exculpationem, *Cæſaris*, ſub *Ann*
DC. XIIX. declarationem opponerent, fruſtrà ta
fuêru

int. Nam à legatis ſic tùm eſt reſponſum: Sci-, ea ſub *Cæſaris* declaratione, cauſſam *Religio-* iſſe exceptam, atque ad aliam uſque deciſio-, cuiuſmodi nunc foret *Edictum*, reiectam. Si-itque, hoc promitti cœpiſſe, nimirùm, *Capi-es*, adversùs *pacem* tàm *Religioſam*, quàm *Profa-* non onerandos, ſed magis, ubi vis immineat, egendos venire. Iam neque hanc id genus eſſe, neque *Pacem Religionis* violari, ſed ſic qui-vindicari. Ut nè quidem cogitandum uſuve- *Cæſarem* quicquam eorum ad animum admi- quod cum iurata *Religionis Pace* pugnare que-t neque etiam hanc *Pacificationem* lædere vel-l ipſi indultum ſit *Cæſari*. Utpote, qui neque atiam *Principum*, benè merentium, aliquid rsùs illam cõſtitutionem deſignare velit. De-e, hoc inſtructionis, ac muneris ſui, proprium, adiecerunt, omnes id genus exceptiones, *Pace Religionis*, ipſoque *Edicto*, pugnantes, reii-nt, iiſque non obſtantibus, executionem e-irarent. Quibus cum verbis, ad *Archivum*, *ſiamque* cathedralem, pertinentes, poſtulâ-claves. Quas acceptas *Capitularibus Romano-olicis*, tùm præſentibus, numero quinque, radiderunt. Simulátque *Decretum*, ſuper di-lone *Capitularium*, iuxtà legem *Edicti*, minùs ieorum, publicari fecerunt.

:à in vigilia *S. Thomæ*, intrà *Eccleſiam Cathedra-* legatis præſentibus, ad ſacra *Catholica*, preceſ-, ut vocant, *Veſperas*, reditum eſt. Ut ſequen-anè *Proceſſione* ſolenni ex æde *B. Deiparæ Virgi-*d *Eccleſiam cathedralem* inſtitutâ, ſacrum, more *bolico*, peractum ſit, *hymno* illo triumphali, *TE* *M LAVDAMVS*, in partes veniente. Expletis ſolennibus, præfectis, & officialibus, antè ci-s, demandatum eſt, deinceps non, ad ab offi-iremotos, ſed ad *Catholicos Capitulares* tantùm icerent, horumque iuſſis morem gererent. E-lemque commatis proceſſus quatuor *Eccleſias* *giatas*, civitatiſque *Cœnobia*, tùm tetigit.

III.

ſaris filius, Leopoldus-Guilielmus, Archi-dux, à Pont. Max. Archiepiſcopus Magde-burgicus, & Bremenſis, renunciatur.

NOvitas hoc etiam tempore excepit *Archiepi-ſcopatum Magdeburgicum*. Poſteaquàm enim *Auguſtus, Dux Saxoniæ, Electoris* filius, primùm in *Archiepiſcopatus Coadiutorem*, cum promiſſione de ſuccedendo, à *Capitularibus* primùm fuiſſet poſtulatus, neque id *Cæſari* incognitum eſſet, poſtmodum in *Archiepiſcopum* electus, ſuffectuſque, eſt. Hoc ægerrimè, inter cæteros, tulit *Rom. Pontifex*. Ut tantùm non poſtulationem, electionemque, tanquam ab *Acatholicis* factam, annihilaret, tolleretque, ſed *Leopoldum-Guilielmum*, *Cæſaris* filium natu ſecundum, in *Archiepiſcopum* deſignaret, declararetque. Sic, acceptâ à *Pontifice* poteſtate, &, ut vocant, inveſtiturâ pleniſſimâ, *Reformatio*, nomine *Cæſaris*, ſubſequi, cœpit, *Gubernatore* in partes veniente, ac conſtituto.

Eadem ſors tùm tetigit alterum illum *Archiepiſcopatum*, nimirùm *Bremenſem*. Ea enim in cauſſa, pro legatis, nominari cœpere *Lemmermannus*, & *VVeingartnerus*, *Patres Societatis*, *Cæſaris Confeſſarii*, *Trautmansdorfius Comes*, *Stralendorfius Baro*, itemque *Hiltebrandus*, & *Gebhardus*, *Iureconſulti*, omnes *Cæſarei* conſiliarii. Quibus per decretum ſic convénit, videlicet *Ioan. Adolphus*, *Dux Holſatiæ*, hactenùs à detenta *Archiepiſcopatus* adminiſtratione abiret, *Inſulamque*, unà cum omnibus, eò pertinentibus, requiſitis, *Leopoldo-Guilielmo*, *Auſtriæ Archiduci*, *Cæſaris* filio natu ſecundo, cederet, ac reſignaret. Hic enim iam tùm à *Pontifice Max.* in *Archiepiſcopum* deſignatus erat.

Atque hæc quidem *Reformatio* ſuperiores, ac præcipuas, illas tangebat *Eccleſias*, tàm *Epiſcopales*, quàm *Archiepiſcopales*. De cæteris, tanquam privatis, *Reformationis* actibus, videlicet *Vlmenſium* contrà *Conſtantienſes*, in cauſſa *Cœnobii Franciſcanorum*, ac *parochiæ* apud *VVangenam*, *Ratiſponenſium* contrà *Lindavienſes*, *Fuldenſium* contrà *Caſſellanos*, atque id genus aliis, curioſiùs & inquirere, & enarrare, velle, nimis hîc loco ſit futurum prolixum.

***

Io. Petri Lotichij

RERUM GERMANI-CARUM

LIBER XXVII.

CAPI. I.

De Ligarianorum apud Heydelbergam conv[entu]. Eorumque decretis.

I.

Ligarianorum, apud Heydelbergam convenientium, deliberationes, ac decreta.

HActenùs de *Cæſareo Edicto*, eiuſdemque per ſuſceptam *Reformationem* executione, vidimus. Nunc ad militares deliberationes, expeditioneſque, revolvimur. Quo tempore cùm *Fridlandus*, *Cæſarei* exercitus archiſtrategus, dimiſſo ad *Aulam Cæſaream Altringerio* legato, varias inſuper immunitates, capitiſque ſui ſublimationes, quæreret, ab *Electoribus*, *Principibus*, *Ordinibuſque*, *Ligarianis*, penès *Heydelbergam* conventus indici cœpit. Ubi, maturis habitis, collatiſque, conſiliis, ſuper rerum præſentium ſummâ in ſequentes concluſiones itum eſt.

Nimirùm, propediem ad *Aulam Cæſaream* ſolennis expediretur legatio, quæ quidem *Electorum*, *Principum*, *Ordinumque* nomine, *Cæſarem* humilimè obteſtaretur, quò tandem communi patriæ pretioſum, & nobile, pacis bonum reddi queat. Hanc enim pacis, tranquillitatiſque, reductionem, ac ſtabilimentum, eò uſque *Rom. Imperio* eſſe neceſſarium, ut meritò per omnia media licita, ac ſalutaria, quæcunque ſaltèm excogitari, &, ſalva autoritate, utiliter in uſum duci poſſint, promoveri debeat. Cuius ad ſcopi conſecutionem non apparere remedium ſive certius, ſive utilius, aliud, niſi ut illud conſilium, quod, ſub *Electorum* apud *Mûlhuſium* conventu, præſtructum, *Cæſarique* tùm intimatum, fuiſſet, quantò ociùs in effectum deduceretur. Illud autem tale eſt. Nempè *Cæſar*, & *Electores*, utique præcipui, ſecretiſſimiqui, *Cæſaris* conſiliarii, ſub publicis *Imperii* convenirent comitiis.

Omniquе induſtriâ, ſuper præſentibus illis tun[...]
tibus, communicatis ordine conſiliis, rem[...]
tàm neceſſaria, quàm ſalutaria, ac profutura, [...]
cernerent, quibus hic ille iſte morbus curari [...]
ſit. Poſteaquàm verò hanc rem, ſive publicum [...]
perii conventum, *Saxoniæ Electoris* alienatio re[...]
dare viſa eſſet, dùm præſentiam ſuam negare [...]
pit, niſi priùs obſtacula, quibus impediatur, re[...]
veri accidat. Hac de re ut *Cæſar*, ut *Electores*, id [...]
nus declarationibus, informationibuſque, ill[...]
placare, atque in viam revocare, ſtudeant, o[...]
fore. Ne hic conventus in longum tempus ex[...]
hatur. Tentâſſe quidem iam antè *Moguntinum*[...]
Bavarum, *Electores*, aliam illi mentem perſuad[...]
Sed *Saxoniæ*, *Electorem*, tàm ob validiſſimos *Cæ*[...]
exercitus, quorum copias adhucdùm identid[...]
augeri fama eſſet, quàm *Reformationis*, in ca[...]
Religionis, executionem, eam in ſententiam fe[...]
tanquam *Cæſar*, introeunte *Reformatione* unive[...]
li, *Pacificationem Religioſam* evertere intende[...]
Hæc nunc obſtacula, in quantum *Cæſari* data e[...]
facultas, è medio removenda. Eoque ſtudioſè [...]
ſpiciendum venire, quò *Saxoniæ Electoris* animus [...]
rem communem inflecti poſſit. Et ut *Catholicor*[...]
Electorum, *Principum*, *Ordinumque*, ſincera, cand[...]
atque ingenua, in pacis reproductionem, prop[...]
ſio, ac cupiditas, eò magis dilucеſcat, omnibuſq[...]
conſtare poſſit, *Ligarianos* per modum illum def[...]
ſionis, antè extortum, non id agere, ut bellum [...]
vere, atque extrahere, velint, ut magis ſolid[...]
communis pacis ferruminationem ſtudioſè qu[...]
rant. Hac de re, nomine *Confœderatorum*, por[...]
Cæſar curioſiùs ammonendus eſſet, dignaretur, ſ[...]
ut hactenùs, conſilia, atque actiones omnes, [...]
dirigere penitùs, quò, intrà patriam, quies inte[...]
na, certaque, ac ſecura, pax recomponi, part[...]
que, atque animi, *Ordinum* diſſidentes reconcili[...]

ri, ſ[...]

ſtineant. Ea præmiſſâ internâ *Imperii* compo-
e, tũc eò feliciùs in externos iretur. Qui qui-
mperii huius pacem turbare, oppidaque , ac
,infeſtare,adeóque tumultus hoſce difficiles
re,conarentur. Reductâ igitur inteſtinâ illā
ordiâ, coniunctis in externos hoſtes viribus
i poſſe.
æ illæ iſtæ *Ligarianorum* curæ , ac ſolicitudi-
æſari quàm diligentiſſimè aperirentur. Simul-
Cæſaris declaratio,& *diæta Collegiata* , proxi-
periendæ,indictio,ſolicitaretur. Qua quidem,
mediis pacis univerſalis, per *Imperium* repro-
ndæ,neceſſariæ rationes iniri queant. Ne ſta-
nperii ſic ſatis conturbatus,prorsùs invertatur.
etſi igitur cum *Daniæ Rege* tranſactum eſſet,
unius belli materiam è medio ſublatam eſſe.
icem hanc non ſecùs ac particularem videri.
magis *diæta Collegiata* requiratur; Quâ de me-
pacem œcumenicam reproducentibus , deli-
tiones ordine,ac ſeriò,inſtitui evaleant.
e exercitu *Fœderis Catholici* ità quidem eſſe, ut
r exautoratione copiarum , à tot annis utilem
am navantium , conſultari quidem cœperit.
n autem rationes urgentes rectà intercedant,
otabiliter hoc pro tempore legiones imminui
l poſſint,utique ſic concluſum eſſe,ut quadra-
à cohortes equeſtres,& viginti ſeptem peditũ
ia, novem legiones conſtituentia , tantiſper
ſervarentur , uſque dùm pateat, quid de pacis
poſitione ſperandum eſſet.
Quoad media,hunc exercitum alendi, ac fovē-
c *Ordinibus* ratum eſſe. Nimirùm *Ligariani* alte-
ſumptuum partem conferrent; Alteram oc-
ata loca,& regiones,in quibus hybernat exer-
s,ſuppeditarent. Et hæc quoque lex eò uſque
ervaretur,dùm, quid de pacis reductione fieri
t,appareat. Secundùm hæc, cùm *Cæſar* nuper
eris Primoribus indicaſſet , exercitum *Ligariano-*
equeſtrem è *Circulis*,*Franconico*, *& Suevico*, aut
ucendum, aut exautorandum, venire; eam rē,
minùs in effectum deduci poſſit,legati ſic ver-
conceptiſſimis excuſarent. Nimirùm hunc ex-
tum *Confœderatorum* , tametſi immediatè *Cæſa-*
ſſe non diceretur, nihilominùs,atque ęquè,pro
are militare. Hactenùs enim pro *Cæſare*, pro *Ar-*
ucali familia, proque *Imperio*, dimicaſſe, atque
ndè promeritum eſſe. Quorsùm igitur educe-
t legiones illas equeſtres ? Cùm tàm *Rhenanus*,
m *Saxoniæ inferioris* , *Circuli* forent exhauſti?
teroſque *Circulos Cæſaris* copiæ ferè occupâſ-
t? An ergò *Confœderati* ipſimet ſuas in provin-
,iam vel à *Cæſareis* ipſis debilitatas, intromitte-
t legiones ſuas? An hoc præmium , ob tot præ-
a officia,& merita,referrent? Ut, inſtar cochlea-
n,ſuopte ſucco exercitum ſuum nutrirent? Pro-
tò libenter, ad animi uſque ſententiam, *Cæſari*
tificari velle *Confœderatos*, modò poſſint. Modò
piis etiam ſuis hybernationes aſſignentur. Quo
mine,ſicubi aliis ſub *Circulis* commodè eſſe qui-
nt,non illibeater ceſſuros , alibique commodis
os velificaturos. Secùs,ſi ipſimet *Confœderati*,non
rfunctoriè debilitati, ſuiſmet ſeſe militibus , ac
ribus, conficere debeāt, exitium in promptu ex-
bare. Quod utique *Cæſarem* minimè intendere
nſiderent. Itaque ſine dubio *Confœderatorum* le-
onibus, quarum pars exautorari antè cœpiſſet,

hyberna deberi. De modo ergò, quo pacto diſtributio inter utrumque tàm *Cæſaris*, quàm *Confœderatorum*, exercitum inſtitui commodè queat, diſpiciendum venire. Benignè ſic, atque ordine, *Cæſar* faceret, ſicubi copiarum propriarũ præfectis, quò hoc nomine ſive cum *Bavariæ Electore* , ſive *Thillyo*, rationes ineant, præſcriberet.

Dùm hæc excutiuntur , in quæſtionem venit. Quid tùm agendum foret, ſicubi, caſu poſito, *Cæſaris* legiones *Ligarianorum* copias eiicere vellent? Ad hanc ſub limitatione ſic reſponſum , decretumq; , fuit. Siquidem *Cæſareani* vim ſuis inferrent propriâ autoritate, abſque *Cæſaris* expreſſo , ſive reſcripto, ſive mandato, tunc quidem vim vi retundere liceret. Et hoc eventu omnibus modis ſeſe tuerentur. Si verò, oblato *Cæſaris* reſcripto, legiones *Ligarianorum* cedere iubeantur, tùm *Cæſari* morem gererēt. Interim, hoc ut *Cæſar* præſcribere velit , nullatenùs exſpectari. Ut *Bavariæ Elector* hanc rem dubio procul ſubodorari poſſit, antequàm ad praxin deducatur. Adeóque, ne inter utrumque exercitum manifeſta naſcatur colliſio, præcavere ſufficiat: *Electore Moguntino*, aliiſque *fœderis* primatibus in conſilium in tempore requiſitis.

Inter hæc, cùm *Ordines* diligenter deponderâſſent , hactenùs à tot annis , in *Imperii* commodum, ac defenſionem, exercitum ſuum militâſſe , & iam nuper per *Saxoniam inferiorem* tàm *Eccleſiaſticas*, quā *ſeculares*, ditiones vindicâſſe , utique naturalem æquitatem, Ius commune, legeſque Executionis, atque veterem *Imperii* conſuetudinem , hoc inferre iudicârunt , tantiſper hæ illæ , quæcunque forent, ditiones, pro copiis alendis, detinerentur, quouſq; *Confœderatis* ſumptus, in expeditiones facti, refundantur. Ut enim ipſi *Confœderati* tantum, ac tàm diuturnum , onus , abſque compenſatione, aut ad minimum ſublevatione, ferre debeant , indignum videri. Eò uſque igitur, ac tàm diu , in *Confœderatorum* manibus eſſent, permanerentque , *Archiepiſcopatus*, *Epiſcopatus*, ditioneſque nuper occupatæ, ſive *Eccleſiaſtica*, ſive *ſeculares*, neque cuiquam cederentur, antequàm aut expenſarum refuſio, aut ſatiſdatio, ſive cautio, ac vadimonium, interveniſſet. Et de his *Thillyus*, ex mandato *Electoris Bavarici*, de induſtria videret. Interim, ſicut ab *Electoris* legatis p̄occupatum fuiſſet, *Ordines* media non ſubtraherēt, quibus *Elector* exercitum conſervare, tùm regiones ſubiugatas tueri, ſufficeret.

Hæc verò dùm ſumptuum æquiſſima ratio , ac refuſio, à *Confœderatis* quæritur, *Cæſar* ſic per legatos eſſet demulcendus. Nimirùm, *Confœderatos* hac in cauſſa nihil *Cæſari* præſcribere. Ut aut *Cæſar* eas regiones ſibi reſervare, aut aliis conferre , poſſit. Hoc enim ius *Cæſaris* ſe nolle impugnare. Sed *Confœderatos* ſolùm hoc quærere, ut duntaxat refuſionem damni, ſumptuſque belli , compendifaciant. Quo nomine operæ pretium facturus eſſet *Cæſar*, ſi neque de illis provinciis , quas *Confœderatorum* exercitus occupâſſet, aut quicquam ſibi, ſuiſque vindicabit, aut aliis conferet , niſi priùs cum *Confœderatis*, ſuper belli expenſis, damniſque, conventum, tranſactumque, fuerit. Et hanc ob cauſſam per *Fœderis Directores Rom. Pontifici* rationem reddendam venire, quid, & undè, eſſet, quòd *Confœderati*, uſque ad belli ſumptuum reſtitutionem bona *Eccleſiaſtica* remorarentur. Ut ſuper eo conceſſio, ſive indultũ

Apoſtolicum, requiri expediat. Id quod illa ſub formula conciperetur, quâ & *Electorum* ſententiis, & *Fœderis* commodis, velificaretur.

Hæc, quoad præſentes ipſius *Imperii*, inteſtinoſque, motus, tùm quidem in conſultationem venerunt.

Quoad res externas, & reſpectivè ad *Imperium* facientes, Et utrùm expediat, intuitu, huius *Imperii*, *Hiſpaniarum Rex*, cum *Angliæ Rege* ut pacem , cum *Batavis* verò inducias, feriat , porrò ſic deliberari cœptum eſt. Præſertim, cùm *Cæſar* hac de re *Electorem Bavariæ*, *Fœderis Archiſtrategum*, commonuiſſet. Illa autem fuit, & quidem quadruplex, *Cæſaris* interrogatio. Nimirùm, Utrùm pro tempore expediat, *Rex Catholicus* cum *Angliæ Rege* (quod præmiſſum eſt) pacem , cum *Batavis* verò inducias, pangat ? Utrùm, & quid, *Cæſar*, in cauſſa *Imperii*, ammonere debeat? Et an *Daniæ Rex* ea ſub compoſitione comprehendendus ſit? Quid ad *Hiſpaniarum Regis* rogationem *Confœderati* decernere velint? Utrùmne *Ligarianis* hoc placere poſſit, ſicubi *Rex Hiſpaniarum* cum *Anglis*, *Batavis*, *Daniſque*, trāſigat, pacemque, *Fœderi* non ingratam, feriat, ut tùm nihilominùs inſtructum velint alere exercitum? Ut, ſi cum *Batavis* apertum bellum reaſſumendum non ſit, nihilominùs illæ fierent demonſtrationes, cuiuſmodi *Imperio* prodeſſe, & *Hiſpaniarum Regi* tolerabiles queant conciliare conditiones. Denique, quid ad *Cæſaris* interrogationem reſpondendum veniat ? An, & quantum, *Confœderati* auxiliorum ſuppeditare velint, poſſintque, quibus *Batavorum* inſolentiæ retundi, hoſtilibus machinationibus omni induſtriâ obviàm iri, iſtique ab *Imperii* finibus abarceri deinceps, ſuſtineant?

Super illis, modò allegatis, interrogationibus, in conſultationem admiſſis, tametſi legatorū bona pars à ſuperioribus hanc in rem non eſſent inſtructi, nihilominùs ſubſequentes emerſerunt deciſiones. Quarum prima hæc fuit. Scilicet *Confœderatos* per *Imperium*, quibus ſuper rationibus pacificatio illa fundetur, eſſe iuxtà cum ignariſſimis. Ut hanc ob cauſſam *Hiſpaniarum Regi* neque ſive pacificationem ſive inducias, ſuadere, neque diſſuadere, queant. Ut ipſis *Hiſpanis*, rerum ac rationum ſuarum, ſatagentibus, rectiùs omnia ſint perſpecta. Ità enim in mūdo, præcipuè in regnis ampliſſimis, inprimis ubi bello decernitur, plerumque uſuvenire, ut ſtatus velut in momento varietur. Sub ſecunda quæſtione, hæc deciſio obtinuit. Ut tàm ſub pace *Anglicana*, quàm induciis *Belgicis*, *Rom. Imperii* ſecuritas ventilaretur. Utque tàm *Rex Daniæ*, quàm *Fridericus Comes Palatinus*, (utique cuius cauſſam aſſumpſiſſet *Rex*) ſub ea tranſactione continerentur. Interim, hoc ut *Confœderati Ordines* ab *Hiſpanis* contendant, haud quidem ex uſu eſſe. Ità enim fore, ut *Hiſpani* ex adverſo *Ligarianos* obligare velint. Nempè , ut vires adversùs *Batavos* deinceps coniungant, perpetuumque exercitum inſtaurent. Extrà hanc obligationem, hoc onus , non infimum, *Hiſpanos* difficulter *Confœderatorum* rogationem admiſſuros. Quod ſi illis *Hiſpanorum* petitis amœbæis *Confœderati* annuant, tunc utique aleam diuturni belli iactam eſſe. Ut hoc pacto *Ligariani* magis onerentur, quàm ſubleventur. Quod quàm his minimè expediat, alibi, & paulò antè, excuſſum fuiſſe.

Conſultiùs igitur fore, ſi per latus *Cæſaris*
Hiſpaniarum eò flectatur, quo, ſub futuris id g
tractatibus, *Romani Imperii* commodis parili o
velificetur. Ut tandem *Imperium* hoc, quoad i
nam pacis ferruminationem, deinceps ſibi co
re, & refloreſcere, amet. Inprimis verò *Or*
Confœderati, poſt tot exanthlatas periclitation
ſecuritatem vindicari queant. Quo nomine ſ
átque è re foret, ſi, iuxtà *Cæſaris* legatos, ad c
poſitionem cum *Saxoniæ Inferioris Circulo* tr
gendam, etiam *Confœderatorum* ſubdelegati a
berentur. Eam nempè in rem , quò *Fœderis Ar*
piſcopatus, *Epiſcopatus*, ac regiones, è tot bello
diſcriminibus, in ſecuritatem , ac priſtinam li
tatem, revocare fas eſſet.

Circà tertiam, quartamque, eiuſdem ſap
interrogationem, dùm quæritur, Utrùm *Ligar*
hactenùs cum *Belgis* pacem , ut vocant, neut
foventes, in hoc rictum committere, oppida,
perio ſubtracta, vindicare, iſtoſque à machina
nibus hoſtilibus abſterrere, affecti ſint? ſic qui
definitum fuit. Videlicet, haudquaquam exp
re, ut *Ordines Confœderati* tàm difficili, ac diutu
bello involvantur. Maximè, cùm pauci ſint nu
ro *Electores*, & *Principes*, fœdere coniuncti. Iid
que toti *Imperio* præſcribere nequeant. Quis e
neſcit, non ſemel, ſub *Imperii* comitiis, tàm ab
ſpaniarum Regibus, quàm *Auſtriæ Archiducibus* ,
rogatum eſſe, nimirùm, hoc agerent *Imperii* C
nes, cum *Batavis* pacem neutram rumperent,
quoque *Cæſari* ſuo, qui idem exſpectabat, gra
carentur? Sed ſemper hucuſque repugnatum
ab *Ordinibus*. Ut etiam hæc deciſio in tabulas *I*
rii reſcriptorum, ſive receſſuum, relata fuerit.
autem , iam *Catholicos Ordines* hanc in ruptu
conſentire. Quid cæteri dicerent, quid crim
rentur, *Imperii Ordines*, ad quos hæc tùm facta
ciſio itidem pertineat ? Illud quidem vero ve
eſſe, prout *Cæſar XIV. Calend. Ianuar.* duobus *F*
ris Primatibus demonſtrâſſet. Nimirùm omnes
Imperium hactenùs gliſcentes motus à *Batavis*
natos, ſive auctos, provectoſque, fuiſſe. Ut,
intuitu, tametſi pax univerſalis, DEI munere
exilio revocata foret, nihilominùs *Batavis* fid
dum non ſit. Quouſque enim eâ tripudiabunt
libertate, eam mentem , eum animum vetera
rium, haud quidem exuent. Ut neceſſariò com
ſcendi veniant. Interim, ut *Ordines Confœdera*
cæteris *Imperii Proceribus*, ſoli hoc diſcrimen ab
perio amoliri tentent, conſultum vix eſſe. Qui en
Ligariani hoc *Siſyphi* ſaxum ingens volverent?
tantos facerent ſumptus ? Cùm ne quidem *Hi*
niarum Regi in hoc bellum centeni aliquot mill
nes hactenùs ſuffeciſſent?

Hanc igitur *Fœderis Ordinum* negativam, ma
mi momenti fundamentis, ac rationibus , nit
tem, legati, ad *Cæſarem* dimiſſi, omni meliori m
do excuſarent. Atque antè omnia inſtanter,
demiſſè, urgerent, *Cæſar* tot hominum bonæ me
tis, & patriæ amantium , votis deſideratam pa
bonitatem reſtitueret. Hac præeunte internâ *I*
perii ſecuritate, ac quiete, tùm quidem opport
niùs, ſuper *Batavorum* rebus extraneis, delibera
poſſe. *Cæſarem* enim ſub publicis *Imperii* comiti
deinceps hanc interrogationem ad univerſos *I*
perii Ordines rectiùs directurum. Viderent nim
rùm

, & conſultarent, omnes, ſinguliquе, quibus
is adversùs inquietorum *Batavorum* conſilia,
uptiones, hoc *Imperium*, *Electores*, *Ordineſque*,
:uritatem vindicare, civitateſque, ab *Imperio*
ſas, recuperare, ſuſtineant. Si igitur, pace pri-
ductâ, *Cæſari*, ſub *Imperii* comitiis, hæc ratio
ere poſſit: tùm quidem *Catholicos Principes*, *Or-*
que, illis declarationibus *Cæſari* obviàm ituros
Ut tàm *Cæſari*, quàm cæteris quibuſcunque,
re debeat, nihil ſibi, præ *Imperii* quiete, atque
lumento, prius, nihilque antiquius, eſſe. Ut
ipſa ſolennis conteſtatio deinceps *Cæſari* di-
ere haud queat. Iam, pro tempore, ſic quidem
comparatum, ut maius quiddam à ſe expectari
s ſit.

ıter hæc, ſic quidem ageretur cum *Hiſpaniarum*
, ne ille hanc negativam *Confœderatis* vitio ver-
Quantum enim eius *Regis* propenſio, & ſubſi-
n pecuniis, *Catholicis Ordinibus* profuiſſent, ob-
ne non involvendum venire. Ut eiuſdem be-
olentia ſarta tecta conſervari debeat. Sic igi-
procedendum eſſe. Ne *Rex* opinetur, curam
ıs ſui apud *Confœderatos* elanguiſſe omnẽ. Par-
pari referendo, neque etiam res per *Imperium*
holicorum ad ſe pertinere, cenſeat. Hic ut bene-
ntiæ reſpectus amœbæus deinceps quoque ex-
di poſſit, ità quidem *Confœderatis* placere cœpit.
mpè *Fœderis Archiſtrategus*, pro ſua ſapientia di-
eret. Prout hactenùs, ſingulari cum dexterita-
oties, & per indirectum, *Hiſpanis Ligarianorum*
n copiis profuiſſet, ſic tamen, ne *Batavi* ruptu-
, atque hoſtilitatem, ob id cauſſari ſuſtinuiſ-
t, ſicut apud *Bredam*, *Bergamque*, uſu veniſſet. Eâ
n prudentia militari, quantùm & legionum vi-
itas, ſive hybernationes, & vires, paterentur,
nceps, pro re nata, in uſum duceretur. Hac ta-
n ſub cautione, ne extrà *Imperii* fines, neque of-
ſivè, iretur. Sed, per indirectum, & abſque ru-
ra, ageretur, quicquid ageretur. Sic ut hac de
aſione, melioris præcautionis igitur, cum fini-
is *Fœderis Principibus*, antè veniat deliberandum.
hæc nunc verba per legatos *Cæſari* eſſe reſpon-
ndum. Ne &, *Cæſaris* interrogationem locum
habuiſſe, videri queat. Et *Hiſpaniarum Regis*, er-
Catholicos Confœderatos deinceps propagandæ,
nevolentiæ momenta adiicerentur.

CAP. II.

De turbis primis Magdeburgenſibus. Eiuſque fatalis ſubſequentis belli cauſſis, & præludiis.

I.

ridlandus tentat Magdeburgenſes. Iacitque fatalis, poſt inſequentis, excidii initia.

NOn ſine acerbo ad illam hiſtoriæ partem accedo gemitu, quę de *Magdeburgici* belli incunabulis agit. Ut horror facilè præcordia, artuſque, & has comas, occupet, ſi, quibus ad implendã *ſecundæ* illius, & *Germanicæ*, *Troiæ*, haloſin itum eſt, evolvam præludia. Interim, cùm triſtia non pauca in antecœnam, ac promulſidem, huius operis, ſint præmiſſa, animus confirmandus eſt, ut, media quãtumvis inter ſuſpiria, etiam hanc in fatalem, ac lacrymoſam, *tragœdiam* ſufficiat. *Fridlandus* igitur, ſpiritu verè tragico, id eſt, excelſo, animoſo, & triſti, præditus, rebus id genus tragicis, hoc eſt, operoſis. & quorum initia triſtia, finis verò luctuoſus, gaudere viſus eſt.

Qui ubi *Straleſundam*, nympham maritimam illam, fruſtrà, & non abſque impetu, ſolicitâſſet, eadem ſub licentia, *Virginem* mediterraneam, undè *Magdeburgum* nomen, & inſignia, olim iactavit, apud *Albim*, ſuper nuptiis compellare cœpit. Tantus cùm eſſet, ſub ſupina, & mitiſſima, *Ferdinandi II. Imp.* indulgentia, proci illius ſplendor, tantæ vires, tantæque, & victrices, Aquilæ, non putabat futurum, ut aliqua ſive provincia, ſive metropolis, potentiæ, gratiæque, ſuæ reſiſtere auderet. Itàque, pro thalamo fatum, iamdudùm, iuxtà vaticinia, *Magdeburgenſibus* inhians, pro flammeo flammas, pro tædis nuptialibus, incẽdia feralia, ipſumque funebrem rogum, tanquam è profundo, evocavit. Quanquam tamen ipſe luctuoſæ iſtius ſcenæ magis prologum, quàm peroratorem, egiſſe ſit compertus.

Sed, licet oppidò triſtia, ac fatalia, enarranda tamen ſunt initia, quibus antiqua, potens, populoſa, munita, & florentiſſima nuper, *Civitas*, in triſtiſſimum iſtud excidium, apud omnem, inprimis *Germaniæ* huius, poſteritatem memorabile, pertracta eſt. Ità autem ſeſe res habet. Rebus cum *Daniæ Rege*, & *Saxoniæ Inferioris Circulo*, ad animi uſque ſententiam, atque ex voto *Ferdinandi II. Imperatoris pii, felicis, victoris*, tranſactis,

Teutoniam totam victor FRIDLANDVS *habebat,*
Quà mare, quà tellus, quà quà Pomerania tendit,
Nec ſatiatus erat. Gravidis freta pulſa carinis
Iam peragrabantur. Si quis locus editus ultrà,
Si qua foret tellus, quæ fulvum mitteret aurum,
Hoſtis erat. FATISQVE *in triſtia bella* PARATIS
Quærebantur OPES———

Liceat his verbis mihi, cũ *Satyrico Romano*, paucis mutatis, in cauſſas novorũ ſubindè bellorũ inquirere! Paulò.n. ſuprà exactũ eſt, quibus precibus, q̃bus votis, toties iteratis, *Ligariani Electores, Principeſq;*, à victorioſo *Ferdin. II. Cæſare*, per legatos, univerſalis pacis reductionem corrogare cœpiſſent. Ut facilè *Fridlandus* accuſari poſſe videatur. Qui bellum è bello inſtar funiculi, ducere, reſque idẽtidem novas agere, cognitus eſt. Hic ubi fortè in *Magdeburgi* exitium coniurâſſet, cauſſas quæſivit, & invénit, idoneas, quas tantæ prætexeret culpæ. Satisfactum erat *Cæſari*, ampliſſimis tot victoriis, longè ultrà *Bohemos* triumphanti. Satisfactum erat *Confœderatis Principibus Catholicis*, poſt *Cæſareum* illud *Edictum*, poſt recuperatos *Epiſcopatus*, à *Pacificatione Paſſavina* per *Proteſtantes* interceptos. Ut iam, preces in omnes deſcendentes omni cum ſtudio, ac ſedulitate, à *Cæſare* pacis reproductionem ipſi

peterent. Sed nondùm cupiditatibus *Fridlandi* ſatis erat. Tametſi in laborum, & militiæ, præmium, à *Cæſare* tàm *Ducis* titulis, quàm invidendis provinciis, & iam paulò antè *Megapolitanis*, auctus fuiſſet. Paupertatis igitur ſecurus, ſatis illis honoribus, illis opibus, eminere potuiſſet, niſi *Fortunam* ſuam, quam habebat ad nutum, compedibus ligare, id eſt, ulteriùs cogere, adeóque omnia porrò regia, atque ingentia, animis complecti, voluiſſet.

Hac non minori cupiditate, quàm ferociâ, ubi animum ſublimâſſet, *Magdeburgenſis* illa, & famoſa, *Civitas*, viſa eſt opportuna, in quam rigorem exerceret, milites inflammaret, enſes acueret, machinas, & tormenta, præpararet. Neque vana hæc erat, ut aliâs aiunt, ſine viribus ira. Copiæ præſtò erant ampliſſimæ, eæque ferè veteranæ, ac vinci neſciæ. Deerat, poſt repreſſum *Daniæ Regem*, interveniente pacificatione, hoſtis, qui terrere potuiſſet. Tametſi enim *Guſtavus, Sveciæ Rex*, idemque bellator ſtrenuus, ad *Straleſundam* à *Fridlando* provocatus, arma minaretur *Imperio*: nihilominùs, quòd adhucdùm longiùs abeſſet, quòd vires non ſatis validas habere, & *Daniæ Regis* fortunam formidare, videretur, metuendus non erat. Ut eius magis præparatio, & adventus, ludibrii, ac fabulæ, inſtar, naſo ſuſpenderetur.

Ità inſtructus audacia, ſublimitate, ferociâ, copiis, viribuſque, *Fridlandus*, fortunam ampliùs haud metuebat, cùm eam virtute ſuam feciſſe ſibi fingeret. His illis iſtis ſubſidiis fultus nihil non facilè contempſit. Ut ſuper *Magdeburgo*, præcipuè intrà *Imperium* poſito, facilem ſibi promitteret triumphum. Primùm ergò, more ingenii militaris, è cuniculis rem egit. Nimirùm, diſpoſitis circiter *urbem* cohortibus, mercium, commerciorumque, uſum tàm per continentem, quàm per *Albim*, inhibuit. Mox annonam flagellavit. Omneſque civitatis reditus, cenſus, commeatuſque, per agros, arces, oppidaque, in finibus ſita, intercepit. Mox *S.P.Q. Magdeburgenſem*, tanquam deinceps parcere vellet, ingenti pecuniarum ſummâ, centum, & triginta tria *Ferdinandicorum* millia conſtituente, emunxit. Emanabant à tribunis, *Cæſareanis*, militumque præfectis, in vulgus ſermones. Graviora inſtare, peiora *Magdeburgenſibus* metuenda eſſe. Irent amici, & civitati valedicerent. Niſi magnum, ac commune, periculum exſpectare mallint. Quidam è *Centurionibus* res pretioſas, apud cives antè depoſitas, evocârunt. Exemplo murium. Qui quãdo domicilium, vel oppidum, periturum naturali inſtinctu præcognoſcunt, fati legem anticipant, paulóque antè emigrant.

Sed dic, te rogo, quid deliquerant *Magdeburgenſes*? Hi *Cæſareanis* legionibus, tàm in vicinia poſitis, quàm illic tranſeuntibus, annonam, arma, apparatúmque rei tormentariæ, promptè ſuppeditârunt. Hi advenientibus militum ductoribus, ac tribunis, reverenter aſſurrexerunt, atque intrà urbem hoſpitia præbuerunt. Hi etiam, ad *Havelum* uſque, in caſtra egreſſi, omnis generis commeatus, pulveris pyrii, armorumque, copiam invexerunt. Hi denique, à multis ordine *Cæſaribus* ampliſſimis quantumvis dotati privilegiis, *Fridlandi* aſperitatem metuentes, magnam pecuniæ vim, ne porrò moleſtus eſſet, petenti obiecerunt. Sed fruſtrà fuerunt humanitate, officiis, ſumptibus, muneribus. Nocuit fuiſſe piis, ſedulis, ad iuſſa par[...]
Omnia ſpectabant ad pœnas, omnia ad vindi[...]
tanquam de inſontibus ſumendam. Ut haud [...]
meritò, apud *Vatem Germanum*, nimis verè hæ[...]
mnia longè antè vaticinantem, urbs, vel *Virgo*, [...]
bis tutelaris patrona, quòd à gentilibus credi[...]
eſt, exclamâſſe videatur:

Cùm tulerint aliæ præmia, plector ego.

Illis præmiſſis præliminaribus, proximè ad fa[...]
lam ſeſe accinxit *Fridlandus*. Nempè *Altringerio*[...]
roni, legato ſuo, in mandatis dedit, iret, ac *Ma*[...]
burgenſibus iniungeret, deinceps *Cæſari* legio[...]
integram ſuis ſumptibus alerent. Hoc ſe velle, [...]
iubere. Paret *Altringerius*, &, ut iuſſus erat, *Frid*[...]
di nomine, ad *S.P.Q. Magdeburgenſem* litteras d[...]
git, eiuſce ſaporis. Nihil, inquit, ſe dubitare, q[...]
S.P.Q. Magdeburgenſis à legatis, antè in caſtra di[...]
ſis, intellexiſſet, quæ eſſet *Fridlandiæ Ducis* volun[...]
Et quo pacto ſumptus, in legionem deinceps [...]
endos, ab illis poſtulâſſet. Nihiloſeciùs, mai[...]
certitudinis ergò, idque ex mandato, tribus nu[...]
ro *Centurionibus* hanc ſe impoſuiſſe provinci[...]
denuò hanc rem *Senatui* aperirent, reſponſumc[...]
abſque circuitu ullo, inſtanter urgerent. Qui [...]
codicillis, & mandatis, inſtructi, *David Pecke*[...]
Guolfgangus Leonhardus Föcklerus, & *Stephanus R*[...]
müllerus, primipilares, apud *Bergam*, *Cœnobium* [...]
vitati proximum, convenerunt, evocatiſque a[...]
Civitatis delectis indicârunt: Eò nempè ſpect[...]
hanc ſuam præſentiam, quò *Altringerii* petito, [...]
per ſumptibus, in legionem pedeſtrem erogan[...]
ſatisfieret. Hanc in rem, ut à *Magiſtratu* civitatis [...]
ſponſum inſtanter urgerent, miſſos eſſe.

Senatus, novo hoc ſuper poſtulato, triſtis, c[...]
fuſuſque, in pauculos dies deliberandi, ut fit, ſ[...]
tium ſolicitè corrogavit. Ut, cùm hæc poſtula[...]
ſatis ardua, & communis, occurrat, ad univer[...]
totius *Senatus* ordines reiiceretur. Itaque dive[...]
generis excuſationes, quibus novum hunc imp[...]
retunderent, præparare cœperunt. E quibus f[...]
runt. Nimirùm, à primis fundationis incunabu[...]
hucuſque *Civitati* libertatem ſuam conſtitiſſe. [...]
etiam ſpecialibus immunitatibus, ac privilegiis [...]
tot *Imperatoribus*, inprimis hoc *Ferdinando II.* reru[...]
potiente, ampliſſimè dotati fuerint. Ut nuper qu[...]
que manum militarem, iuſſu, ac nomine, *Cæſa*[...]
pro *Imperio*, & *Albis* defenſione, ſtipendiis oblig[...]
rint. Illis accedere, ſummam centum, & trigin[...]
trium, *Ferdinandicorum* millium ſeſe nuper in *D*[...]
Fridlandiæ erogâſſe, necdùm hoc promiſſo ſuo i[...]
tegrè exſolviſſe. Novum igitur atque inſolitu[...]
videri, ut tàm adversùs *Cæſaris* ipſiuſmet conceſſi[...]
nes, quàm *Fridlandi Ducis* ſtipulationes, adhuc u[...]
geri velint. Præſertim, cùm quà commerciorum[...]
redituum, cenſuumque, foris interceptionem, ia[...]
ferè per quadriennium continuantem, iactura[...]
ingentem, velutque irreparabilem, ſufferre coga[...]
tur. Ignoſcerent igitur, agnoſcerentque, ſubdel[...]
gati, quam hoc poſtulatum intolerabile futuru[...]
eſſet. Neque ſpem ſibi, quam quidem in ſplendid[...]
Ferdinandi II. Imp. conceſſionibus, tùm ipſiuſm[...]
Fridlandiæ Ducis promiſſionibus, repoſtam habea[...]
ilicet omnem præciderent. Secundùm hæc verba[...]
tàm ipſum *Fridlandum*, quàm *Altringerium*, codici[...]
lis, apprimè ſcriptis, reverenter deprecari cœpe[...]
runt, mulctæ huic novæ ſeſe eriperent. Neq; enim

ullum

u eſſe peccatum ſuum, propter quod denuò
itari, & pœnas dare, debeant.
S l nihil hoc de rigore remiſſum eſt. Mox enim
gerius reddidit. Nihilminùs ſe dubitare, quã
tanti futurum eſſe, ut *Fridlandiæ Ducis*, exer-
ſummi *Archiſtrategi*, intentioni gratificentur.
e nultò poſt *Fridlandus* ad *S. P. Q. Magdeburgen-*
icrepatorias direxit ſequentes. Non ſine ſto-
o, inquit, intelligere ſe, *Civitatem* in condi-
m, ſuo nomine, à *Ioanne Altringerio, Barone*, le-
ſuo, ut etiam à tribus illis *Centurionibus Pecke-*
klero, & *Rhatmüllero*, propoſitam, deſcendere
. Atque hoc vel ob id præter exſpectationem
cidere, dùm hactenùs neque *Cæſari*, neq; rei
cæ, quicquam utilis ſive officii, ſive adiumen-
illis acceſſiſſet. Proindè, ſuperpondii loco, et-
unc *Civitatem* ammoneri, ne ſumptus, in le-
m erogandos, detrectent. Alioquin futurum
t huius repulſæ pœnitère iſtos poſſit.
oc poſt fulmen, *Centuriones* promptè, quas
urbem recondiderant, ſarcinulas extraxerũt,
uam futuri periculi memores. Nec mora,
nùs inſeſſi circiter aditus commercia, com-
uſque importandi licẽtiam, urbi negare cœ-
t. Conveneruntque apud *VVantzlebiam* illi,
us hic executionis rigor demandatus erat, ut
, ac munia, partirentur, quibus iſtud poſſet
. Ad quos tametſi *Senatus* delectos emiſiſſet,
itatem iſtam deprecaturos, maxime cùm in-
s nullatenùs provocâſſent, fruſtrà tamen fu-
upervenerant enim iam tùm ab *Altringerio*,
indoque ipſo, tabularum inſtrumenta, quibus,
agdeburgenſes, interceptis tàm per continen-
quàm *Albim*, commerciis omnibus, militari
u conſtringerent, mandatum erat. Hæc illi
cerunt. Cauſſantes, ſeſe nehilum quidem ab
ndicta, ac præſcripta, executionis lege rece-
poſſe, antequàm in impendium illud, ſuprà
latum, deſcendiſſent. Sic in loca ſuburbana
e immiſſi milites, vias omnes undiquáque in-
ntes, omne vecturæ, baiulorumque, annonæ
quam portantium, genus procul removerunt.
er ſuburbani, quod inſidebant, contiguita-
, urbi iam tùm moleſti eſſe occiperent.

II.

gdeburgenſis Senatus per legatos fruſtrà de-
precatur.

atus, ubi tribunos, ac centuriones, fruſtrà ſo-
citâſſet, legationem duplicem, tàm ad *Frid-*
um, quàm confœderatas *Civitates maritimas*,
everit. An ſic oneris huius, impendiò gravis,
evationem aſſequi proclive foret. Non negâ-
ſociæ, ac laboranti, civitati, *confœderatæ mariti-*
hoc officium. Sed communi nomine è *Lübecca*
tum miſerunt, qui *Fridlandum*, inductis argu-
tis ſatis arduis, inprimis tot ſpecioſis *Imperato-*
indultis, & præconceſſis, privilegiis, demulce-
iuxtàque *civitatis* laborantis indemnitatem, at-
inopiam, remonſtraret. Sed, parùm moratus
landus, legatum ad *Altringerium* remiſit. Qui q-
cuſtodiam, *Civitati* poſitam, relaxari non poſ-
ræ ſe tulit, niſi in poſtulatas ſuper legione im-
ſas ante condixiſſet. Ad hanc eduram ſeverita-
excepit legatus *Magdeburgicus*: Hoc quidem o-
Civitatis in interitum, ſi remedium non detur,
citrà dubium, vergere poſſe. Cui quoque *Altringe-*
rius, nihil præter emphaticum illud, poſſe, inquiẽs, fieri, tùm reddidit. Sic abſque effectu laboratum tùm quidem fuit. Interim, ſumma illius poſtulationis ad dimidiæ legionis impenſas, vel centum *Ferdinandicorum* millia, ſeſe dimiſit. Ut tandem quinquagintà ſaltèm millia poſtulari velle viderẽtur. Ad quam relaxationem *Civitas* bis octo ciuſce monetæ millia obtulit. Sic non convẽnit partibus. Undè factum, ut maiori, atque exactã ſeveritate *civitas* cõcluderetur, globis militaribus omnia circùmquaque infeſta reddentibus, annonamque, & commeatum, ne quicquam importaretur, ſtrangulantibus. Mox aucta hæc urbis concluſio. Ut etiam *Südenburgum*, etiam *Neo-Magdeburgum*, immiſſis cohortibus, inſiderentur. Par cuſtodia ad *Albim* militibus ceſſit. Ut illi, qui *Sudenburgum* tenebant, tàm noctu, quam interdiu, ſub diſpoſitis excubiis, *Albim* obſervarent. Navique ſive vectoriâ, ſive actuariâ, inſtructi, naves quaſcunque, ſecundo flumine deſcendentes, cohiberent, niſi illis fortè à *Fridlando* antè fide publicâ proſpectum fuiſſet. Idẽ cæteris, ad *Albim* apud *Schönbeccam*, *VVolmerſtadium*, & *Hohenvvartam*, diſpoſitis militum excubiis, feriò inculcatum fuit.

III.

Chriſtianus ſenior, Princeps Anhaltinus, per legatos, Magdeburgenſibus quieta conſilia, & bonam mentem, inſtillat. Poſteaquàm piſcatores ex urbe in milites auſi fuiſſent ſuſcipere impetus.

IN eas iam inciderat urbs tricas, ut *Vetus Magdeburgum* neque quicquam extrà mœnia dimittere, neque intrò recipere, ſufficeret. Ità tàm per aquas, quàm continentem, viis milite inſeſſis, tanquam ferè intrà caveam, attinebantur. Sed neque diu intrà leges militaris ſubſiſtit licentia. Ut mox in naves onerarias, ſive lignarias, mox ſcaphas quoque piſcatorias, fieret impetus. Sic ubi *piſcatoribus* victus, ac lucri, ratio vellet præcidi, dùm toties, in facie *Neo-Magdeburgi*, expilari iſtos contingeret, commaſculatis animis interrogare cœperunt audaciam ſuam, an in hoſtes irent, parque pari referrent. Placuit aquaticis, avidiſque in prædas, & ſemiferis, hominibus conſilium pyraticum. Itaq; naves, apud *Schönbeccam* frumento oneratas, propter *Magdeburgum* ſolventes, interceperunt, perque dies nonnullos ad radices urbis remorati ſunt. Hoc tanquam irritamento militum *Cæſareanorum* indignatio ad furorem uſq; exacerbari cœpit. Qui dùm præſidiarium quendam glande perfodiunt, iumentaque civium abigere conantur, ecce! piſcatorum, & id genus calonum, globus de ſuper ingruit, armentorumq; gregem ab abactorib[9] vindicat. Eo facto, in *Sudenburgum* irruentes, portas effringunt. Undè ultrò, citròque, inito prælio cæduntur utrinque numero ſeptem, vexillifero quoque, qui locum anteà defendebat, perfoſſo, atq; occumbente. Cęteri, armis proiectis, fugã capeſſerũt.

Hæc ubi ruptura, ac manifeſta iã tum colliſio, ad aures perveniſſet *Chriſtiani ſenioris, Principis Anhaltini, Ioan. Erneſtum à Börſtel*, & *Caſparem Pflaumenium*, ad *S. P. Q. Magdeburg.* legatos ire iuſſit. An fortè gliſcens iſtud, & internecinum, incendiũ ſalutarib[9] interiectis monitis extinguere, ſimulátq; ſalutis

ſuæ prodigis, bonam mentem inſtillare, quitus eſſet. Ad cuius ammonitiones, *IV. Id. Iun. Senatus* hæc in verba regeſſit: Nempè, inquit, ſe per delectos, ſive deputatos ſuos, à legatis percepiſſe, quæ eſſet *Principis* ergà hanc *Civitatem*, tanquam proximi, inclinatio, hactenuſque conteſtata, propenſio. Ut ſuper motibus, citrà omnem exſpectationē emergentibus, ſe officii tàm ſui, quàm periculi fortè imminentis, ammonere voluerit. Iā *Senatum*, omneſque eius ordines, tàm gratanter clementem illam *Principis* intentionem, propenſionemque, admittere ad animos, ut nihil non ob id ſe illi debere profiteantur. Sicque affecti ſint, ut tàm meritis hoc inſtitutum proſequi laudibus, quàm officiis ſuis, ſicubi ſeſe commoda offerat occaſio, demereri, velint.

Cæterùm, ità quidem eſſe, ut ſuperioribus ultimis illis ſeptimanis novi quidam motus, atque exceſſus, præter opinionem, atq; ex tranſverſo, acciderint. Sed *Senatum* hoc religioſiſſimis verbis tàm coràm *DEO*, etiam ſecretiſſima oculis penetrante, quàm omnibus bonę mentis amantibus, conteſtatiſſimum facere, ſeſe, tàm quà naves frumentarias interceptas, quàm impetus, in *Sudenburgum*, & *Cracaviam* pagum, factos, omninò indemnes, atque excuſandos, venire. Ut ne cognitiò quidē ulla antè ad ſe pervenerit, quàm ea patrari contigiſſet. Ut tantò minùs, teſte conſcientiâ, in eiusmodi quiddam animis propendere potuerint. Tametſi igitur annonam exonerari, atque intrà civitatem recipi, contigiſſet, hoc, maioris ſecuritatis igitur, factum eſſe, ne vel annona illa fortè in peculatū abire, aut cœli tempeſtate vitium, ſitumq;, contrahere, poſſet. Qua de re, quò diſſenſum ſuum ſolenniſſimè interponerent, eo ipſo die, & momento, tàm cives, quàm milites præſidiarios, in forum convocatos, ſeverâ ex lege dehortari cœpiſſe, parcerent deinceps tàm *Senatui*, quàm ſibi, communique civitati, tàm cives, quàm præſidiarii. Neque confidentiâ iſtâ cauſſam redderent deteriorem. Nihilominùs eò uſque invidiam, atque indignationem, civibus fuiſſe auctam, ut nonnihil tempori largiri, atque acquieſcere, debuerint.

Principis quidem intentionem ex integerrima ſolicitudine profectam eſſe. Interim, cauſſam ſic videri arduam, ut ex tempore ad interrogationes ſatisfacere nequeant. Ut priùs ſociarum illarum civitatum, *Brunſvigæ*, *Hildeſii*, aliarumque, ſuffragia, ac conſilia, requirenda ſint. Quarum utique legati exſpectarentur in dies, immò in horas. Nec minùs ſeſe præſtolari reditum *Prætoris* ſui, *Syndicique* civitatis, aliorumque legatorum. Quorum expeditiones, relationeſque, ſibi inprimis eſſent neceſſariæ. Ut, tametſi pars illorum, adversùs omnium gentium iura, in itineribus detineantur, nihilominùs hæc cauſſa, uſque in illorum reditus, reiicienda foret. Verùm, quò laudata *Principis* intentio, eiuſdemque honor, locum apud ſe habeat debitum, *Senatum*, eiuſque ordines, ſub reſervatione communicationis deciſorię, citrà præiudicium, ſic quidem ſentire, ut annonæ illius plenariam provehere cupiat reſtitutionem. Ut iuxtà in *Romani Imperatoris*, nec non ſupremi *Archiſtrategi* illius, reſpectivè devotione, citrà dividias, conſtanter perſeverare, civeſque, ac ſtipendiis obligatos, ad quietem, pacemque, ducere, excurſiones, ac prævari-

cationes id genus præcavere, deque cætero de
ter ſeſe gerere, cupiat. Pari paſſu *Senatum* pe
atque exſpectare, *Civitatis* concluſio, tàm pe
bim, quàm continentem, tolleretur, comme
rum uſus redderetur liberrimus, civibus abl
ipſâ reſtituerentur, urbis legati ſine querela i
ac redirent, hoſtiles impetus, machinatione
qualeſcunque procul arcerentur, *Civitati Pax*
gioſa, ac *Politica*, confirmaretur, *Cæſar*, & *Fridla*
cum civitate in gratiam reverteretur, præva
tiones, atque exceſſus, paucis illis civibus cond
rentur, nihilque civitati imputaretur, aut dei
moleſtiarum crearetur. Hæc fide amœbæâ rit
que ordine, utrinque adimplerentur. Quæ ſi
Princeps locis convenientibus, ac debitis, pr
manitate ſua, vellet exponere, atque efficere,
gnam apud civitatem initurum eſſe gratiam
hoc nomine ipſi ſe, ſuaque, commendare nihi
bitent. Proximum adhuc reſtare, ut *Civitatis*
legia, conceſſiones, aliáſque præponderantes r
nes, momenta, ac conſiderationes, ſub ampli
quadam deductione, melioris cognitionis ig
Principi intimare cogitent. Quas ut clemente
ponderare, ſibiq; porrò conſtanter favere, di
tur, impendiò, ſeſe corrogare.

Putaſſes odiis, atque invidię, miſſum ſic eſſe
guinem. Sed fruſtrà etiam hunc laborem coll
vit *Princeps* ille. Animorum utrinque furore u
ad ſummum exuperantę, maioreſque in die
quirente vires. Ecce! enim, ſub eo tractation
pore, quo legati intrà mœnia commorantur, C
tæ, IV. Id. Iun. porcorum greges, ad cives ſpecta
intercipiunt. Moxque ſequenti die, eodem im
invecti, armenta ſimulátque urbana deducun
prædantur. Exulceravit hęc res civium animos
vehementiſſimè. Qua de re, circà primam n
vigiliam, portis iam tùm clauſis, manus è *Piſca*
bus, atque id genus *lixis*, *ruſticaniſque*, coiit, imp
que in *Bergam*, ſic dictum, *Monaſterium* facto, a
nam omnem, unà cum pulviſculo, diripuit. I
cum *Cœnobio Neoſtadiano D. Agnetis* factitatum.
ut iam utraque pars cœpiſſet laceſſere. Hoc c
pertum habentes *Croatæ* paulò poſt ovium civ
rum numeros abegerunt. Sed non prorsùs in
nè. Cives enim, greges defenſuri, proruper
manuſque iniecerunt.

IV.

Civitas loricis numero XVI. conſtringitu

HÆc ubi ultrò, citróque, offenſivè agunt
Cæſareani cis, & ultrà, *Albim*, civitatē undiq
que loricis circumdederunt. Ut earum num
ſedecim, ſub diverſis pagis, lociſque, computar
tur. E quibus cùm munimentum ad *Cracoviam*,
gum ſic nuncupatum, trans *Albim* ab initiis iam
tè eductum, tuerentur binæ ruſticanorum cen
riæ, totidemque *Croatarum* cohortes, *Piſcatores*,
mineſque nautici, aſſumptis duabus præſidia
rum cohortibus, *XV. Calend. Quintil.* in iſtos imp
ſionem fecerunt. Ità, ut, loricâ in poteſtatem re
ctâ, pagus tùm exureretur funditùs. Ea autem
natus obtinebat intentio, ut omni induſtriâ la
raret, an ſic colliſiones hoſtiles è medio tollere,
munimentorum, circiter excitatorum, numer
inhibere, atque avertere, quitus foret.

Q

io conſilio *Civitatum Maritimarum*, & quidē
oximo ſitarum, nimirùm *Brunſvigæ*, atque *Hil-*
pem imploravit. Illæ videlicet miſſis legatis
Fridlandiæ Ducem hoc eniterentur, inque *civi-*
venirent, quò hæc gliſcentis belli moles, atq;
dium, maturiùs conſopiri queat. Sed illarum
rum *Civitatum* legati apud *Peckerum* tribunū,
diæ urbis intentum, ac præfectum, fidem pu-
n impetrare non potuēre. Unde hanc repul-
d *Lübeccenſe* directorium remitti contigit. Ut
m communi *Civitatum Maritimarum* nomine
, ut vocant. conductus à *Fridlando* & quærere-
obtineretur.
hilominùs circùm omnem *civitatem* loricis
eſt validiſſimis. Ità ut ad celerem operum e-
onem nihil fieret reliqui. Sic enim vi adige-
ur ruſticani, ut minis, verberibuſq; compulſi
s locare, & conferre, cogerentur. Ad hęc mu-
ata, ſuam in perniciem fabricata, curioſos re-
tes oculos cives, in defenſionem iam animos,
e arma, præparabant. Quòd igitur ex illis o-
us lorica, ad furcam patibularem excitata,
ii momenti eſſe videretur, par machinarum
arum ex urbe in vineas *Neoſtadianas* eductum,
us demolitio iſtius molis efficeretur. Vidiſſes
canos, ac mercenarios, illic, ex hac parte, tor-
torum vim expaveſcentes, fugam dare. Ex al-
verò parte à *Croatis*, atque ergaſtulariis, ſtri-
ac falcatis, enſibus impelli. Eò uſque durante
laniena, ac ſpectaculo, uſque dùm vehicula
ot, cæſorum cadaveribus onerata, multitudi-
penitùs conterruerunt, diſiecerunt que.

V.

dinandus II. Imp. mandatis urget Magde-
urgenſes.

ter hæc, dùm defenſionem parant *Magdeburge-*
, *Ferdinandus II. Imp.* uno, atque altero, manda-
ævaricatores in viam revocare tentavit. Quo-
primum hoc eſt: *Ferdinandus II. Imp.* ſemper
ſtus, &c. S.P.Q. Magdeburgenſi, tribunis, tribu-
opificibus, famulis, omnibuſque patribusfa-
iâs, *Vetuſque Magdeburgum* incolentibus, cuiuſ-
que nominis, ac conditionis, ſint, notum faci-
Significamuſque, bonâ fide nobis relatum eſ-
uo pacto apud noſtram, & *Imperii* huius, civita-
, *Vetus Magdeburgum* videlicet, à bono tempo-
onciliis, & coniurationibus, periculi plenis,
greſſus factus ſit, uſque dùm in manifeſtas tu-
tuationes, ipſaque arma, itum eſt. Hoc furore
eſcente etiam in *B. Deiparæ Virginis*, & *D. Agne-*
œnobia impetus eſt factus, non obſtante reſpe-
ullo. Ut etiam ſpecialis *Cæſarea* noſtra prote-
intrà quam nuper utrumque *Cœnobium* admi-
us, nullo apud effractores, & ſacrilegos, loco
it. Ab iſtis flagitiorum incunabulis cervices et-
per proximos pagos ſævire, deque inopinato
reos milites noſtros impetere, ac fundere, cœ-
unt. Eâdem, vel maiori, audaciâ, commeatum,
ionamque, *Cæſareis* copiis noſtris, intrà *Inferio-*
Saxoniæ Circulum hybernantibus, deſtinatam,
erceperunt, expilàruntque. Ad ſummam, id ge-
s factionibus, ac latrociniis, operam dederunt,
e quidem nihil aliud, niſi manifeſtam pacis pu-
cæ violationem, rebellionemque, ſapiunt.

Siquidem verò vobis obſcurum eſſe haud ſuſtinet, quàm graves, triſteſque, pœnæ, ſub noſtris, & *S. Imperii*, legibus, in id genus prævaricatores, & perduelles, conſtitutæ ſint. Ut hactenùs per tot reſcripta, ac mandata, noſtra officii veſtri abundè vos ammoneri uſuvenerit. Proindè, cùm *Cæſarei* noſtri muneris ſit, ſuper id genus ſuſpectas machinationes, ac factiones, ne bella è bellis emergant, (poſteaquàm eò fine cum *Daniæ Rege* quoque, ne ſanguis humanus funderetur ultrà, pax facta eſt) curioſos applicare oculos, omniaque iſta, quæ in huius *Imperii*, eiuſque *Ordinum*, ac membrorum, diſcrimen, atque infortunium, fabricantur, ſingulari interveniente ſolicitudine, procul arceſſere. Ea propter, ex autoritate *Cæſarea* noſtra, ſub ſeveritate pœnarum, in codicibus *Imperii* expreſſarū, mandamus vobis in univerſum omnibus, ac ſingulis, ilicet ab id genus factionibus diſcederetis, arma, iniuſto titulo ſumpta, deponeretis, *ordineſque Eccleſiaſticos*, unà cum omnibus officialibus, ac miniſtris, denuò nullatenùs offenderetis, neque aliis, ut offendi poſſint, permitteretis, ſed *Cæſareis* protectoriis codicillis, atque indultis, noſtris, uti frui concederetis. Pari obedientiæ paſſu annonam interceptam debito modo, ac loco, ſine ulla mora, redderetis, in *Cæſareas* cohortes noſtras nihil hoſtile decerneretis, præſenſque mandatum, citrà diverſionem quantamcunque, oppidò publicaretis. Ad ſummam, ſic vos deinceps gereretis, prout fides, & iuramenti ſanctitudo, requirunt. Et prout inclementiam noſtram provocare, pœnaſque haud vanas in capita veſtra præcipitare, vobis grave, atque exitiale, futurum eſt. Quo nomine etiam in iſtos, ſuprà in clementiam noſtram atrociter peccantes, animadverſionem, vindicemque manum, nobis reſervamus. Hæc omnia, niſi in interitum, ac præcipitia, ultrò ruere conſtitutum ſit, veſtros verſentur ob oculos. Sic ut in electione veſtra haud quidem vertantur. Sed ut ſevero noſtro mandato morem gerere teneamini.

VI.

Ferdinandi II. Imp. ad Senatum Magdeburgenſem reſcriptum. Quo Mandati ſuperioris publicationem iniungit.

PRæceſſit *Mandatum* modò. Iam *Cæſaris* ſequitur reſcriptū, ſive epiſtola, ſaporis paulò gratioris, quâ *Senatui Magdeburgenſi* ſuperioris *Mandati* publicatio iniungitur. Sic autem *Cæſar* porrò. Dilecti, & fideles, inquit: Nobis ſincerâ, atque optimâ, fide referri contigit, quem in modum nuper motus, tumultuſque, periculi pleni, intrà noſtram, & *S. Imperii*, civitatem, *Magdeburgum vetus*, nati ſint, ità ut in *Ordines Eccleſiaſticos*, quos quidem ſpecialem in protectionem noſtram admiſimus, impetus factus ſit, nullo colore excuſandus.

Quanquam verò præcognitum quidem nobis eſt, neque ſine laude veſtra comprædicari cœpit, vos animis, quietis amantibus, rictui illi occurrentes, homines illos *Eccleſiaſticos* è plebis manibus eripuiſſe, illiſque, quod clementer ad animum admittimus, vivâ cuſtodiâ proſpexiſſe.

Nihilo-

Nihilominùs,ne vitia, & motus id genus noxii, ac periculoſi,invaleſcant,ex *Cæſareo* officio noſtro, præſens *Cæſareum mandatum* noſtrum ad vos direximus. Quo quidem tametſi in *Senatum* pari paſſu itur,ſic tamē à vobis accipiendum eſt, ut eò rectiùs præcipiti,prævalentique, plebi ex officio habenas iniicere,excuſationeſq; præparatas habere, queatis. Quocircà clementiſſimè vobis iniungimus, præfatum illud *Mandatum* noſtrum ad notitiam omnium, quorum intereſt, ordine, ac confeſtim, publicaretis. Tùm, quò debita cum reverentia locum inveniat, quantum eius quidem in vobis eſt, operam daretis. Hæc facientes,id, quod volumus, ac præcipimus, ex debito facietis. Simulátque ab omnibus eo ipſo difficultatibus,ac pœnis, aliâs ſine miſſione decernendis, vos, veſtroſque, ſubducetis.

VII.

Senatus Magdeburgenſis Cæſari humilimè ſeſe ſubmittit,& purgat.

Ad mitem illam optimi *Cæſaris* interpellationē, *Senatus* verbis conceptiſſimis totius hiſtoriæ, iuxtáque innocentiæ ſuæ, deductionem inſtituere cœpit.Eo ſub propoſito,ſi per *Fridlandum*, obſidioniſque rigorem,liceat,legatos ad *Cæſarem*, rectiſſimè informandum,miſſurus erat. Tabulæ, quibus *Cæſari* ſeſe humilimè purgavit, ſeditioniſque culpam removit,extant hæ tales: Invictiſſime, ac glorioſiſſime, *Imperator*,Domine clementiſſime! Clementiſſimas illas litteras tuas, unà cum adiuncto *Cæſareo Mandato*, debita humilimæ reverentiæ cū ſignificatione venerabundi ſuſcepimus. Eaſque univerſo coràm *Senatus* conceſſu recitari curavimus. Prout nunc igitur coràm *DEO*, qui abſcondita penetrat,illudque,quod hominibus ſub ſiniſtra ſalit papilla,rimatur,ſanctè conteſtamur, nos, omneſque ſenatorii huius ordinis aſſeſſores, nuper vægrandis iſtius emergentis tempeſtatis ab initio fuiſſe ignorantiſſimos,tantùm abeſt, ut civium, à tā longo tempore ſub afflictione gementium, ac penè non deſperantium,actiones,vel nomine civitatis, ac communitatis, vel pro nobiſmet ipſis, unquam approbaverimus: Itá intimâ,ac ſolenni, animorum cum lætitia,humilimè intelligere volupe, ac iucundiſſimum, accidit, dùm, ô *Cæſar*, nos has illas iſtas inter afflictiones tàm miti,ac benigno reſpicis oculo, ut *Senatum* his ſub motibus clementiſſimè excuſes, *Senatus* operam, in defendendis à plebis errore hominibus *Eccleſiaſticis*, tantùm non collaudare digneris.Illa cùm ſit mitiſſima tua benignitas,communiſque noſtrûm interveniat obligatio,ac fides debita,ecce! parati adſumus, iuſſa tua executuri,mandati legem impleturi. Quanquam enim diſſimulare non liceat, eam eſſe *Mandati* rationem,ut multa *Cæſari*, in odium noſtrum, ſubalatores oggeſſiſſe, pateat.Ut meritò *Civitatis* exceptiones,iuſtiſſimum apud *Cæſarem*, quod ſperamus utique futurum, locum iam quoque invenire debeant. Interim, illi ſumus, qui *Cæſaris* edicta,non niſi ſub religione,ac cultu,admittimus. Et iam *ordinibus*,ad *D. Deiparæ Virginis*, quod intrà mœnia eſt, *Eccleſiaſticis*, vivis ſub excubitoribus, ſic quidem ꝓſpectum eſt probè,ut nihil proporrò illis metuendum veniat. Ut etiam, quoad alimenta, ac victus rationem, ipſis ſatisfiat. Prout hoc noſtrum offi-

cium ipſimet non poterunt non commendar
cæteris,*D. Agnetis*,& *Bergæ*,*Cœnobiis*, ſic ſe res h
Ut,cùm illa extrà mœnia ſint poſita,damnum
perrimè illatum,civitati minimè imputare po
Quicquid enim factum eſt eiuſmodi,portis d
cte occluſis,& per *Albim*, factum eſt. Anteq
quid factum fuiſſet,innoteſceret. Tantùm
ut impediri potuerit.

Iam igitur in eo, ô *Cæſar*, ardui, ac graviſſi
ius negotii cardo vertitur, ut,pro more,his ſ
ſibus,recepto,& veteri,*Confœderatarum* aliqu
vitatum maritimarum legati , impetratâ ant
publicâ, ad nos excurrant,afflictoſque,&diſ
tes, civium animos in viam reducant. Id niſ
vix erit remedium,quo tabifica id genus ulce
nare valeamus. Iam enim ab adverſariis hui
tati, à longo temporis intervallo, & nunc re
menſibus aliquot,ſine ulla notabilis cauſæ ve
legatione, inſidiatum eſt, ut in extremas affli
nes,& tricas,coniecta ſit.Cùm tamen in *Cæſa*
que *Imperii*, fide,ac devotione,toti orbi cogn
ma,hactenùs paſſibus immobilibus perſtitiſſe

Undè ergò eſt, ut omnes tàm per aquas ,
continentem,aditus,magna cum curioſitate
ſitata ſub ſeveritate,nobis occludantur? Und
ut ne ovum quidem , immò, quod ovo lon
inferius,civitati permittatur? Per fidem! illa
riſſima nos conſtringendi ratio etiam multò
obtinuit,quàm cives noſtri quicquam etentâ
Ut omninò fame (quæ mors, ut eſt in *Adagi*
mnium miſerrima) nos perdere, atque ever
illis decretiſſimum ſit.Sicut inſtrumenta, atq
dicta,quorum autographum nobiſcum eſt,e
plum verò iſtîc adiungitur , luculentum per
bunt teſtimonium.Quid verò de eo dicemus
ſtrates teterrimis abſque miſſione calumniis
ctos eſſe? Quo nomine vel *Croatarum* polluti
& flagitia, deſcribemus, vel pudori noſtro n
lendo ſatisfaciemus?Scilicet iſti (horrendu
ctu,multò fœdius viſu!) civium uxores,famul
antè civitatis portas,intrà mœniorum ſepta,a
mœria,in oculis noſtris,conſtuprantes,*DEVM*
minumque vindictam,conſceleratis iſtis poll
nibus,concitârunt. Atque hinc eſt, ut multo
civium animos tanti flagitii, publicè, & in con
ctu urbis,patrati, ſubierit indignatio, & vind
cupiditas. Quibus de pollutionibus, atq; flag
aliiſque id genus abominationibus,ſiquidem i
gram deductionem *Viennam* antè deſtinâſſe
non liquet,an nuncius,ea de re miſſus,per obſ
res emergere potuerit. Ut, utrùm inter vivos
mortuos, is ſit, iuxtà cum ignorantiſſimis no
giat.Si igitur (quod toto pectore abominamu
ſta prævalere debeat ratio, ut bona urbs hæc,
mè afflicta,ac concluſa , ne quidem defenſio
inſtituere auſit,ac nullo pacto, per obſeſſos un
aditus,querelas ſuas ad *Imperatorem* perferre po
ut ad accuſationes hoſtium , nequicquam antè
ditæ,illicò damnanda veniat, quid, hæc inter u
ma,miſeris ſperandum ſit,non ſuccurrit. Ità e
viis omnibus interceptis, iumentis , & pecudi
abactis,meſſibus demeſſis,fœniſecio corrupto,
nonâq; flagellatâ,premimur,ut ineluctabile, a
ingens, damnum vix dignè poſſimus comput

Quæ cùm ſit civitatis, tantis ſub anguſtiis c
ſtitutæ , ultima neceſſitas, ut de his afflictioni

ſ

ud *Cæſarem* ordine, & hiſtoricè, querelas in
s deſcendat,redemptionique ſuæ velificetur.
quoque inter remedia, quæ ingentem hanc
n ſanare poſſunt,illud occurrat,nimirùm,ut
deratarum Civitatum legati quantò ociùs in-
trantur,quò civium animos, malè placatos,
m,atque ſanitatem,reducant. Quam in rem,
r,ad te ſpectant preces hæ noſtræ conceptiſ-
illas nobis, communique civitati, indulgeas
,atque inducias,uſque dùm *Civitatum mariti-*
n legati.quos quidem avidè præſtolamur, ſu-
nerint.Ubi,quàm hæc quidem tempeſtas, ac
itas,autores nos minimè habeat, ampliſſima
tenſione,declarabimus. Ut *Cæſari* humilima
a devotio conſtare,& nobis fides noſtra teſti-
um idoneum,quàm nihil nobis peccatum ſit,
bere,debeat.Interim,hoc quoque,religioſiſ-
ſub precibus,rogamus, petimuſque, *Cæſaris*
nitas hanc nobis eroget gratiam, ut, tanquā
s (quo nomine nos etiamnunc *Cæſar* condi-
r) ſubditi,deinceps habeamur,aditus, à mi-
bſeſſi, aperiantur, commercia reſtituantur,
e hoſtiles deducantur, quies reducatur; *Pacis*
eligioſæ, quàm *Politicæ*, obſervantia, & ratio,
ur, noſque nobis, noſtriſque poſſimus reddi,
es denique ad res novas animis ſpectantes, ſi-
titui, atque ad ſe redire, exulante impatiētiā,
ſint. Quo nomine ut intereà, pace *Fridlandiæ*
,*Civitatum maritimarum* legatis ad nos intrare
cedatur, quò illi huic vulneri noſtro manum
beant, ſubmiſſa, pariq; fiduciā ſubmiſſè de-
amur.

enique,ô *Cæſar*, cùm illa ſuperaccedat huius
atis anguſtia,ut *Peckerus* tribunus,qui, nomine
ndiæ Ducis,obſidionis opera molitur, loricaſ-
os circumcirciter inducit , neque nuncium
ad *Cæſarem* dimittendi facultatem nobis con-
t,nobis verò decretum ſit , per legatos hanc
ram afflictionem,ac neceſſitatem, auribus tu-
ponere velle. Utique infimis precibus ſubmi-
è exoramus,*Cæſar* nos, quod de communi o-
um gentium iure obtinet, nos, antequàm or-
ſimus auditi,condemnare non patiatur. Quo
ine ut tàm legatos mittere,quàm nuncios, ac
lliones,unà cum comitibus, per caſtra, ac co-
es,manipuloſque militum quoſcunque, tutò,
curè,expedire,nobis integrum ſit,tuam, ô *Cæ-*
dem,tuam gratiam,conceſſionemque,implo-
us,obteſtamur,in vota vocamus.

VII.

itatum maritimarum legati adveniunt. I-temque,meſſis cauſſā,inter obſidentes, & ob-ſeſſos,pugna initur.

Æc in verba cùm codicillos *Senatus* ad *Cæſarem* direxiſſet,per præcluſas undiq; vias tabellio-
n dimittere non quitus eſt. Ità, ut etiam hanc,
etſi ſummè neceſſariam, & dubio procul apud
arem profuturam, querelam epiſtolarē in aliud
pus reiicere cogeretur.Inter hæc,ſuper adven-
Civitatum Maritimarum, legatorum, rumor in-
buit. Mox tubicem ab illis ad *Civitatem* dimitti
pit,Qui quidem obſeſſis nunciavit, legatos, ex
erdicto *Fridlandi*, in urbem immittendos nō eſ-
antequam homines *Eccleſiaſtici* ad *D.Mariæ Virgi-*
Deiparæ, eſſent è mœnibus dimiſſi, tùm annona, nuperrimè intercepta,redderetur. Confuſus rei novitate primùm hæſitare viſus eſt *Senatus*. Mox, redeunte confidentiā, ad *Peckerum* tribunum miſit, qui,hac ſuper varietate, conquererentur. Nempè fidem publicam,ſive ſalvi,ut vocant, cōductus inſtrumentum à *Fridlandiæ Duce* legatis permiſſum, abſque illis conditionibus,ac clauſulis, excurrere. Neque veriſimile videri,ut tantus *Dux* inſtrumenti verba,ſemel in paginas producta, retractare velit: Veniſſe iam eo fine legatos , ut tàm ſuper annona, quàm cæteris differentiis,tranſigere, ac lites componere,poſſint.Nec fore,ut *Dux*, tàm levi momēto fidem datam revocare , aut per diſceptationes corrumpere,velit.

De *Eccleſiaſticis* hominibus ſic eſſe, ut *Senatus* eos invitos retinere nunquam cogitārit.Ut potiùs,ſub *Civitatis* ſigillo,ſalvum,ut vocant, conductum illis impertiri iuſſerit. Irent nempè ex eorum numero, quotquot id iucundum eſſet,& emigrarent. Cæteros verò,tanquam cuſtodes,& obſides,intùs relinquerent. Ità enim ſibi in more eſſe, ac iuramento prohiberi, ut omnes ſimul excedere *Cœnobio* non auſint,illos anteà recepiſſe. Sed nihil effectum eſt. Itaque ad unum omnes *Eccleſiaſticos* dimitti opus fuit. Antequàm legatis in urbem daretur intrandi facultas.

Intereà,dùm legati intra urbem ſunt, extra mœnia à militibus in meſſem, & fœniſecium, magnis itum eſt conatibus. Sic,ut ruſticani has ad prædas, plauſtris ſuis aliò devehendas, vi adigerentur. Laboratum quidem eſt à civibus,an intra tormentorum coniectum poſitas meſſes vindicare, atque aſſerere,poſſent.Sed nihil obtinuerunt. *Croatis*,aliiſque levis armaturæ equitibus, in operarios celeritate intentis, ſtrictiſque enſibus ſupererrantibus. Ut multi,inter operas, partim falcatis illis enſibus, cæſi,partim glandibus perforati,occumberent.Sic factum, cùm *XVI. Cal. Sextil.* civis quidam,eidem meſſis neceſſitati intentus, cæderetur, alterius verò uxor raptu ſurriperetur, denuò à multitudine coniuratum ſit in vindictam. Ne igitur cæteris, meſſibus intentis, idem accideret infortuniū, circiter tres præſidiariorum centuriæ in auxilium emitti cœpere.Quæ paſſim circà molendina,ac mōtes, in excubiis ſeſe abdiderunt. In hanc manum oppidò *Peckerus* tribunus tàm equeſtres, quàm pedeſtres,eduxit cohortes, numero longè prævalentes. Nihilominùs urbanæ illæ centuriæ, ſexagintā ex urbe equitibus antè veſperam auctæ, in pugnā ancipitem cum *Cæſareanis* deſcenderunt. Victoriāque prẹliari potiti centum numero adverſẹ partis fuderunt,decemque captivos abduxerunt. Deſideratis equeſtrium, civiumq; aliquot ſaltèm paribus. Ut unus,vel alter, duntaxat caperetur. Paucique vulnerarentur.

IX.

Civitatum Maritimarum legatis Fridlandus quatuor poſtulata proponit. Ad quæ Senatus Magdeburgicus excipit.

EA adhuc veſperā in civium molendina itum eſt.Iniectis ut incendiis hẹ ſubſidiariẹ vitæ,atque alimoniæ, officinæ, unà cum noſocomio , *D. Georgii* nomine inſignito, ipſiſque ſegetibus, in ultimam illam ſive materiam, ſive analyſim, nempè cineres,converterentur.

Hæc

Hæc inter, advenerunt *Maritimarum Civitatum* legati. A quibus, in urbem receptis, didicerunt *Magdeburgenſes*, poſtulata *Fridlandi* quaternario definiri numero. Nimirùm, ablata redderent: autores, ſive frumenti interceptores, unà cum populatoribus, ad pœnas vocarent: de non offendendo, ut loquuntur, in poſterum, vadimonium præſtarent: & denique pecunias ſubſidiarias, antè poſtulatas, dependerent.

Ad id genus edicta *Fridlandica* modeſtè excepit *Senatus urbanus*. Nempè illius generis duo priora eſſe poſtulata, ut ultrò id, quod quidem exigeretur, implere ſiat affecti. Nam in frumenti, *Senatu* invito intercepti, refuſionem ſeſe ultrò ferri. Ut hac in parte neque *Cæſaris*, neque *Fridlandi*, exhortatione opus ſit. Ut hanc iacturam potiùs ſive in granis, ſive præſentibus nummis, reſarcire cupiant. Eandem, ſuper autoribus huius peculatus, ſive ſpolii, mentem ſibi eſſe. Ut pœnis in iſtos animadvertere decretum ſit. Modò, diligenti præeunte inquiſitione, veros facti autores in poteſtatem redigere liceat. Quàm enim, in tanta ſeditioſorum, ac tumultuantium ex impatientia civium multitudine, haud proclive eſſet, cervices iſtas deprehendere, inſonteſque à fontibus diſcernere, hoc *Ducem*, pro ſua prudentia, facilè animis peragere poſſe. Ut res non tàm factu, quàm poſtulatu, videatur expedita. Niſi in inſontes fortè ex lege ſevera experiri, & vice ſive fugitivorum, ſive exulum, in cives, eoſdemque indemnes, ire, placeat. Iam tùm enim è peregrinis, & hoſpitibus, famâ narrante, quoſdam profugiſſe, nonnullos etiam acerbas temeritatis iſtius pœnas, ſub adverſis militum hoſtilium gladiis, incurriſſe. Interim, ſe, hac in parte, tàm loco, quàm ſevero magiſtratus officio non defuturos eſſe. Modò in prævaricatores id genus gneſios, diligenti ſuſcepto examine, incidere ſuſtineant.

Ad tertium poſtulatum ſic tùm quidem exceptum eſt. Nempè, *S. P. Q. Magdeburgenſem* in hunc uſque diem, ſicut etiamnunc, *Cæſari, Imperioque*, eſſe fidelem, addictum, devotumque. Ut nullius prævaricationis, ac delicti, ſibi ſit conſcius. Ut *Cæſar* etiam hactenùs rectiùs de eius civitatis fide ſentiat, necdùm vadimonium requirat. Cautionis itaque, ſive vadimonii præſtandi, mentionem non poſſe non fidem, atque obedientiam, quam quidem *Cæſari*, ab aditi imperialis regiminis initiis, præſertim ſub turbis hiſce bellicis, bonâ, atque intemeratâ, fide præſtitiſſent, aggravare. Ut civitas, in *Imperii* velut meditullio poſita, abſque famæ, ac nominis, diſpendio, in ſatiſdationem conſentire nequeat. Vadimonium enim ab univerſa *Civitate* aliter exigi non poſſe, niſi ſimulátque reatus, ac culpa, illi eâdem operâ intentetur. Hanc ſe vel ſuſpicionem à mœnibus ſuis amoliri velle. Abſque populationibus igitur, commerciorùmque, ac victus, interceptionibus, atque id genus exceſſibus hoſtilibus haud infimis, fuiſſe, nunquam ſive cives, ſive conciones populares, eò temeritatis, atq; inſaniæ, deveniſſent, ut manus ſive conſererent, ſive annonæ militari iniicerent. Et ſic ſatis cauſſæ ſuppeditari ſibi, *Fridlandum* deprecandi, parceret, præſentiſque poſtulati rigorem remitteret.

De ſubſidiis verò pecuniariis ſic quidem eſſe, ut
Senatus unicè in votis habeat, illud per facu
ſibi licere, ut *Cæſari* civitas, præter ſumptus h
que factos, ampliores cenſus conferre poſſit.
iam, rebus his, ad obſidionem, præſenteſqu
guſtias, ſpectantibus, eas fidei, atque obedie
rationes fuiſſe initas, ut nihil ad ultimam de
voluntatis, ac ſubmiſſionis, conteſtationen
qui factum ſit. Ut etiam illa, quæ quidem ſub
ſentibus nummis adimplere non licuiſſet, a
genus, non minùs fidelibus, quàm ipſis etia
cuniis carioribus, officiis, ac mediis, impleri c
gerit. Undè vel ab ipſomet *Cæſare*, in que part
niente *Fridlando*, hoc nomine ſub elogiis hau
blici ſaporis etiam collaudari promeruiſſent
verò aliam, & quidem commiſeratione dig
Civitatis eſſe faciem. Eam enim, ab aliquot
annis, pro *Albis*, pontiſque, à *Cæſare* demand
bi, cuſtodiâ, in cohortes militares iſta feciſ
pendia, eam, in totius *Imperii* rem, ac commo
tantas contuliſſe expenſas, eam, ab integro
driennio, commerciorum tàm per aquas,
continentem, cæterorumque redituum, for
rumque civilium, feciſſe iacturam extrema
que ingentem, ut, deficientibus reditibus ill
mediis, ordinariis, concluſi, atque in anguſtia
ſentes, coniecti cives, remediis extraordinari
nus inferre, ſuoque velut ſucco, cochlearum
re, victitare debuerint. Non eas fuiſſe pagan
in agro *Magdeburgico*, quas miles eſſet depræd
fortunas, non eos illorum reditus. Immò ver
ſticanos, civium reditibus, bonis, ac prædiis,
tes, ſanguinem fudiſſe civilem, facultates d
endas præbuiſſe non ſuas, ſed alienas. Per laru
tur agreſtium loculos, horrea, ædes, civium e
liari accidiſſe. Quæ omnia, ſi quis ad compen
reducere velit, damna, milliones non pauco
putet, neceſſe eſt. Iſtis omnibus ſuperadden
Civitatem, à tribus, atque ampliùs, menſibu
ſtilibus armis occluſam, infeſtatamque nunc
civium ſegetes partim corrumpi, partimque
ctis ignibus comburi accidiſſe: fœniſecium
sùs periiſſe: iumenta, oves, porcorumque gr
abactos fuiſſe: mercibus, ac facultatibus, for
terceptis, commerciorum uſum penitùs int
diſſe. Uſque eò, ut facilè nulla hoc per *Imperiu*
vitas, ſalvo cuiuſcunque reſpectu, ac conditi
duriora hoc tempore paſſa ſit. Tantùm non
tereà omnes circùm circiter inſideri aditus, ut
lus amplius *Cæſareis* privilegiis, ac conceſſioni
locus ſit relictus, nulla deniq; ſingularium, ab
Fridlando intervenientium, pactorum, prom
rumque, habeatur ratio. Quibus ſuper omn
Senatus quiritet, utque optimæ civitatis benig
diducat rationem, *Fridlandum* impendiò oret,
getque.

Quodſi verò neque ſuper iſtis omnibus ac
eſcere, ſed, exhauſtis civium eò uſque facultati
nihilominùs pecunias, ultimoſque teruncios,
primere velle, ſtet ſententia, tunc utique iuſ
Fridlandus indulgeret ſpatium. Sic enim, tanq
in ultimis, tentaturum eſſe *Senatum*, an dupon
ſiciliquoſque, & aliqualem pecuniæ ſummam,
cum pulviſculo, ut aiunt, corradere ſuſtineat.
quod quàm ſub id genus anguſtiis difficile fu
rum ſit, ignoraret facilè nemo.

Int

tereà, ex adverſo, *Fridlandus* pateretur civibus
o , ac facultates interceptas, reddere, pro ſege-
b , proq; fœniſecio, ſatisfacere. Inprimis co-
deduceret, munimenta complanaret, eccleſiis,
lis, xenodochiis, & particulariter civibus quo-
decimas, proventus, reditusque, reſtitueret,
merciorumque, tàm per aquas, quàm con-
item, uſus redintegraret. Hæc, hæc, in-
nt, poſcere privilegia, pacta, ac conventa,
ab ipſis fundationis incunabulis civitati pri-
isindulta, quàm per manus tot *Cæſarum* con-
, confirmataque. Quorum omnium intuitu,
ma civitas tàm pro jure, quàm merito ſuopte,
ebat à tantis vacare malorum cumulis.

X.

*llandus, inſuper habitis Senatus Magdebur-
enſis exceptionibus, Civitatis deditionem
andem poſtulat.*

Is cum delinimentis, & querelarũ globis, pro-
cti poſt *Calendas Sextil. Maritimarum Civitatum*
iti, ad *Fridlandum*, tùm apud *VVolmirſtadium*
iva habentem, direxerunt: Eorum veſtigia, im-
ratis antè litteris, ut vocant, fiduciariis, ponè ſe-
ntibus legatis pariter *Magdeburgicis*. Illi omnes,
uperiorum mandata coràm exponere liceret,
uentes convenerant. Sed non admiſſi ſunt.
mine ſiquidem *Fridlandi, Morizanus Baro*, ejus
erar. ſupremus, dicis cauſſa, velut in antecœnã,
promulſidem, percontari cœpit, quæ eſſet le-
orum inſtructio. Quâ ſimulátque perceptâ, fe-
antiſimilis, *Fridlando* rem aperuit. Antequàm
ur commiſſa deponere legatis daretur, ecce!
izanus denuò prorumpit, ſententiamq; non-
n auditis hanc propalat. Scilicet, haud *Fridlan-
*uræ eſſe, ut frumentum reſtitueretur. Sed *Du-
aliud verſare animis, adeòque *Civitatis* dedi-
nem poſtulare. Cui utique præſidium foret im-
endum. Ad quam novam, ac recoctam, com-
lationem tametſi legati conceptis verbis cauſ-
ſuperinducerent graves, atque arduas, illumq;
orem demiſsè deprecarentur, additis etiam his
bis, notatu dignis, videlicet, non ità perfuncto-
ac facilè, tantam civitatem imperata facturam
: Nihilo-minùs inſolenti illi poſtulato inhære-
erexit *Fridlandus*. Ut exertim redderet, ſe qui-
n illum eſſe, qui tàm *Magdeburgo*, quàm ſingu-
d genus *Civitatibus*, rem hanc factu facilem red-
e queat. An enim dubitarent, *Civitatem* hanc
e expugnari, præſidiumque deinceps imponi,
ſſe.

XI.

*m poſtulatum Fridlandus iterat. Negatque
Magdeburgenſibus profectionem, atque
aditum, ad Cæſarem.*

HÆc aſpera reſpondendi ratio non tantùm,
quod videri fortè poterat, *Fridlandi* in labiis
tavit. Sed altiores egit radices. Ità ut iiſdem lega-
Magdeburgicis, altera vice *Fridlandum* interpella-
ris, negato iterùm acceſſit, idem fulmen incu-
teret. Illis enim ferè verbis per internuncium e-
dicere juſſit: Nimirùm *Ducem* minimè fugere, quæ
eſſet ſupina, ac enormis, *Magdeburgicæ* plebis petu-
lantia. Cujus iſte quidem increbuiſſet furor, & re-
bellatio, qualis ne quidem ullo facilè ſuperiori ſe-
culo innotuiſſet, nedùm ſibi, hiſtoricos evolventi,
occurriſſet. Jam *Ducem* has *Senatui* committere
partes, futurum eſſe haud dubitantem, ut quantò
ociùs, de prævaricatoribus ſumeret pœnas. Neque
enim rationi conſentaneum videri, eam eſſe civi-
tatis procerum amentiam, ut delinquentibus in
Cæſarem patrocinari cupiant. Traderent ergò ſon-
ticum iſtud enormiter delinquentium par, vide-
licet *Centurionem*, qui primam feciſſet excurſio-
nem, alterumque, qui eodem perpetrato faci-
nore, intrà mœnia ſeſe recepiſſet. Ad ſummam,
Civitatem dederent. Huic enim imponendum eſſe
præſidium.

Quanquàm verò edurum illum, ſeverumq; ri-
gorem emollire tentarent legati, ſuperinductis, ex
præſenti neceſſitate demulcentibus verbis, nihilo-
ſeciùs, antè rata verba, perorantibus obloqui juſ-
ſit *Fridlandus*, fruſtrà eſſe voces, atque obteſtatio-
nes. Ex adverſo, *Civitatem* à ſe præſidio confirman-
dam eſſe. Hanc ratam ſententiam, inſtar ſcopuli,
perſtare immotam. Ut aliam, citrà hanc, declara-
tionem exſpectare nefas ſit.

Percuſſa hoc velut ſydere legatorum manus,
quàm inexorabilis eſſet *Fridlandi* aſperitas, *Senatui*,
juſta ſub extenſione, aperuit. Variantibus itaque
multitudinis opinionibus, *Curiales* in hoc conve-
nerunt, eâdemque operâ *Civitatum* ſociarum lega-
tos rogare cœperunt, in reditu nempè denuò ad
Fridlandum, apud *Halberſtadium* in ſtativis ſubſiſten-
tem, deflecterent. Cùmque, ſub diverſis antè vici-
bus, in alloquium admiſſi haud eſſent, per litteras,
Fridlando inſcriptas, ſuper fide publica, intercede-
rent. Quâ ſibi conceſsâ ad *Cæſarem* nuncios emitte-
re, tanteque afflictionis exonerationem petere, li-
ceat. Exaſperatus hac petitionis iteratione *Frid-
landus*, per *Queſtenburgium*, & *Altringerium*, *Barones*,
flammantia iſthæc verba reddere juſſit. Fruſtrà eſ-
ſe *Magddburgenſes* inconſultâ ſuâ inſtantiâ. Præſi-
dium intrò recipiendum venire. Utque ſciant, rem
ſeverè, ac ſeriò, agi, ex ſingulari indulgentia, quin-
que dierum ſpatium ſe illis impertiri, intrà quod
aut civitatem tradant, aut deinceps, veniæ locum
non exſpectent. De eo verò, quòd, ſub fide impe-
tratâ publicâ, ad *Cæſarem* mittere velle, præ ſe fe-
rant, illud magis eorum impotentiam coarguere.
Atque ejus quidem generis eſſe, ut expeditionem
ſuam in dubium vocare, tantùmque non labefa-
ctare, conentur.

XII.

*Magdeburgenſes, præmiſſo ad Fridlandum exe-
getico, Cæſari afflictiones ſuas, quibuſcunque
poſſunt rationibus, intimant.*

SUb his conſtituti *Magdeburgenſes* extremis, ut ne
quidem ſuper afflictionibus conqueri fas eſſet,
nihilominùs non deſtiterunt hoc edurum, ſi lice-
ret, *Fridlando* inſtitutum velle expectorare. Nimis
aſperum, inſolitumque, eſſe, inquiunt, inſons ut ci-

 vitas,

vitas, ob paucos ſonticos, eoſque ab obſeſſoribus laceſſitos, pati debeat. Nihil ſeſe adversùs *Cæſarem* deliquiſſe quicquam. Ut tantò minùs impoſito præſidio premi debeant. Eo enim unico ſub nomine, atque onere, latére, quicquid mali denique in reſiduas, qualeſcunque facultates, immò familias, ipſaſque uxores, ac liberos, porrò redundare poſſit. Hunc illum iſtum interitum, hanc ruinam, nullatenùs ſeſe promeruiſſe. Ut præter exanthlatas à tanto tempore afflictiones, ulteriùs affligendi haud ſint. Aliud immunitates, ac privilegia, aliud *Cæſare* hactenùs, ſibi promittere. Aliud juxtà quoque abs *Duce* ſeſe exſpectare. Neque *Senatum*, neq; cõmunem *Civitatẽ*, de jure gentium, ad cauſſam dicendam, admiſſam eſſe. Multò minùs criminis cujuſcunque convictam, necdùm damnatam, fuiſſe. Legem igitur humanitatis, & juſtitiæ, poſtulare, ut, ab executione in inſontes, inauditos, indemnatoſque, nõ eatur. Preſidii neceſſitatẽ nihil videri aliud, quàm veram executionẽ. Qualis jam tùm, ab urbis diutina oppreſſione, initia ſumpſiſſet. Ut in tantæ civitatis multitudine tot inſontium animularum chiliades antè omnia præſentem rigorem emendare, ac mitigare, debeant. *Cæſarem*, utique ſupremum, mitiſſimumque, judicem, ex lege *Imperii*, viam ad juſtitiam nulli præcludere. Quid ergò eſt? Quid tàm enormiter à nobis deſignatum commemorari poterit, ut nec *Cæſaris* clementiã implorare, nec afflictiones noſtras detegere, liceat? Ergone poteſtas vel tabellarium foràs emittendi nobis negatur? Ergòne vulnera noſtra detegere, multò minùs ſanare, prohibebimur? Crede nobis, ô *Dux*, non hæc nobis ſuperflua illa cura eſt, ut vel ſuper expeditione tuâ ambigamus, aut res alias agamus. Hoc hoc verò cordi eſt, quò inſons, & optima, civitas, maleferiatorum hominum odiis acerbiſſimè petita, ac lacerata, ad ſupremi illius, æquiſſimique, *Iudicis*, *Cæſaris* nempe, ſubſellia querelas ſuas deponere ſufficiat. Neque enim digni ſumus, inauditâ ut cauſâ debeamus torti perire. Neque *Cæſar*, ſacerrimum illud *Chriſtiani* orbis caput, hoc feret, hæc ut inter tormenta indemnatos ſpiritus cogamur projicere. Si pergis, ô *Dux*, objicere, tanquã ſuper expeditione tua ſcrupulum injiciamus, ſcias, ad *Imperii* ſive leges, ſive conſtitutiones, reſpicere nobis integrum eſſe. Neque illinc duntaxat præſidium petitur. Ut præterea à legato ad legantem, immò verò, re ſic urgente, à *Cæſare*, prout ajunt, malè informato, ad meliùs informandum, provocare permittatur. Ut nihil, vel parùm, de eo aſpergamus, illam ab antiquo obtinere hujus civitatis prærogativam, & *primatum Eccleſiaſticum*, ut iiſdem protectionis, juriſque, beneficiis, quibus *Eccleſiæ* gaudent, uti frui debeat: præſertim, cùm tot inſontium hominum, animarumque, millia ſub hoc caſu periclitentur. Proindè, *Senatum* etiam, atque etiam, inſtanter, ac demiſsè, intercedere, pateretur *Dux*, fidem impertiri publicam, quò ad *Cæſarem* querelam, tàm iniquo tempore extortam, deferre liceat. Simulátque ab inſonte civitate exercitum deduceret, loricas demoliretur, civibus pecudes, meſſes, facultateſque, abactas, reſtitueret, ſive pretia refunderet. Ad ſummam, *Civitati* commercia, & hanc ſibi ipſi, redderet.

Cæterùm cùm etiam hæc ſpes decollâſſet, nec
aliud remedium affulgeret ullum, aditu om
Cæſarem de induſtria à *Fridlando* intercepto, n
toque, *Senatus*, rem in ultimis verſari circum
ciens, rationem excogitavit, quâ *Cæſari* neceſ
tem illam ſuam demiſſiſſimè ingereret. Litt
quibus hunc dolorem exprimere conabantu
erant ejuſmodi. Invictiſſime, juxtaque
mentiſſime, *Cæſar*! In quas prorsùs inexſpe
tas, afflictionum tricas, anguſtiaſque, hæc co
cta ſit civitas, ex quo Aquilæ, copiæque,
ſareanæ hunc in *Archiepiſcopatum* pedes i
lerunt, & in quos utrinque exceſſus, atqu
jurias, ſimultas deſpumârit, id quidem Maje
tuæ obſcurum eſſe haud poterit. Semel au
Deum teſtem ſanctè invocamus, ac proteſtan
nobis invitiſſimis exceſſus, ac prævaricati
quaſdam, interveniſſe. Dùm enim ab obſeſſor
tantùm non in inſontem hanc civitatẽ, ſed et
in civium jumenta ſævitum eſt, vix præcavere
bis datum fuit, quò minùs laceſſitorum, ac tu
tuantium, civium manus naves frumentarias
mero ſeptem attineret, impetuſque in ſubu
num, *Sudeburgum* dictum, *Cracaviamque*, pa
ſic appellatum, ſuſciperet. Per fidem! prout ab
tio hoc nobis ignorantibus accidit, ità qui
nullatenùs plebis iſte furor placere potuit.
enim neſcit, à piſcatoribus, ac calonibus nau
civium animos inflammatos, hos in impetus
rupiſſe? Illa hûc-uſque, & etiam-nunc, con
prominuit *Civitatis* ergà *Cæſarem* obedientia
fides, ut nihil non ſubſidii, atque operæ, hac
peſtate, in rem *Cæſaris*, atque *Imperii*, contul
Ut etiam *Cæſaris* copias deditâ omni operâ adj
rit. Neque negari poteſt, luculentas illas, apud
velbergam, ac *Sandavium*, obtentas victorias, aux
bonam partem *Magdeburgicis* deberi. Undè
Civitas tùm temporis apud *Cæſarem* inierat
tiam, ut, præ aliis hoc nomine, hâc prærogat
ſociis, finitimiſque, per *Saxoniam inferiorem* Re
publicis, floruiſſe videri queat. Sed gaudium il
præter omnem exſpectationem, meritumque
ſtrum, amarum in luctum degeneravit, clem
tia, gratiaq;, in invidiam, atque omnimodam
tùm non oppreſſionẽ, mutata eſt. Quid enim
obſidio, hæc oppugnatio, vellet aliud, niſi ultim
inſontis *Civitatis* ruinam, ac deſolationẽ? Inte
Deo ſecundante, eò omni deditâ operâ allabora
mus, quò inquieti, ac tumultuantes, civium an
in viam revocentur, ac, præeunte ſatisfactio
turbæ componi poſſint. Secundum hæc, frum
ta, à noſtris per impetum intercepta, jam tùm l
ſecuro repoſita, reſtituentur. Quibus dùm, ô *C*
bonâ fide operam damus, nihilque aliud in vo
ac deſideriis, habemus, quàm ut quantò ociùs
juriis, ac ſimultatibus, è medio ſublatis, pax
compoſitio, locum inveniat. Hac de re ſubmi
qua par eſt, devotione ſupplicamus, placeat t
ô *Cæſar* hanc nobis facere gratiam, & ſive *Sax*
Electorem, ſive *Anhaltinum Principem*, ſive *Ma*
marum Civitatum quampiam, ſive quemcun
alium, nominare, qui arbitri vices ſuſcipien
hanc funeſtam litem dirimat. Sic ut, extre
utrinque reſciſſis, aditus ac viæ, denuò pateſca
obſidio tollatur; civium furentes animi ad ſa
tatem redeant, decimæ, proventus, ac redit
merceſque, ac facultates, interceptæ reſtituan
omn

ſque, quorum intereſt, ſalutaribus *Religioſæ*, *ularis*, illius *Pacificationis* commodis gaudere it. Omni, & debitâ, cum ſubmiſſione ſanctè mittimus, nos & etiamnunc, & deinceps, in itque obedientia, ergà *Cæſarem*, conſtanter anſuros, officiumque fidelium ſubditorum ros eſſe. Sic, ut totis eò propendeamus ani- uò tàm cives, quàm milites, ab omni ulte- offensâ revocemus, colliſiones amoliamur, nterceptis frumentis ſatisfaciamus, ad ſum- , ità nos omninò geramus, ac conformemus, & *Cæſar* ipſemet requirere poſſit, & jus, æ- nque, poſtulet, & deniq;, pro recomponendâ *mperium*, haſque præcipuè partes, pace, ne- as flagitare videatur. Hæc nos ſanctâ, ſincerâ- , fide tàm velle, quàm promittere, ad *Deum*, cientiamque, teſtes, provocamus.

XIII.

llandus venit in caſtra apud Magdeburgum. bi inter hunc, & Civitatum Maritima- um legatos, fruſtrà, ſuper pace, agitur.

Iperiores ubi ad *Cæſarem* à *Magdeburgenſibus* erveniſſent ſupplicationes, pari operâ *Senatus* logum omnium beneficiorum, à *Civitate* in as *Cæſareanas* collatorum, unà pertexere, ſi- átque, ſub exemplis, tàm *Cæſari*, quàm *Electo-* , *Bavaro*, ac *Saxoni*, nec non duobus exercituum *ratoribus*, itemque *Maritimis Civitatibus* offerre ividere, juſſit.

nterca varii conflictus, ac parva prælia, utrin- retentari cœperunt. Quòd enim obſeſſo- urbi propiùs caſtra, loricas, ac munimenta ad- vere tentarent, cives, præſidiariique, furen- more, obſeſſi in obſidentes, animadvertere uerunt. Hæc inter, *Fridlandus* in caſtra apud *deburgum* perrexit. Præmiſſis è *Güſtrovio*, *Du-* *Megapolitanorum* ſede, aliquot numero milli- , ad arctiùs cõmuniendos aditus, obſeſſoſque cludendos, ſuperinductis. Qui, dùm *Maritima-* *Civitatum* legatis liberos in urbem indulget eſſus, ſtatim ad ſe adventantes notavit arbi- illos. Hi, pro more, non admiſſi ad alloquium, anorum ſimulátque adventum, ac congreſ- , præſtolari ſunt juſſi. Quibus, in eundem lo- convenientibus, narrari cœpit: Etiam-nunc *landum*, nomine *Cæſaris*, *Civitatis* deditionem, imponendo præſidio, poſcere. Aliâs enim *Cæ- m* ejus loci certum eſſe haud poſſe. Interim, c ſe moderationem illis offerre, ut præſidiarii quidem è loculis civium, ſed *Archiepiſcopatus* il- proventibus, ſuſtentandi ſint. Ut etiam, extra um lares, intrà vallum urbis, & loca publica, pitari debeant.

Hæc vetus illa, & priſtina, cum referretur can- na, tantùm abfuit, ut *Senatui* placeret, ut cives uò inquietaret. Proindè, unanimi præeun- ecreto, *Civitatum* legatis inculcari cœptum ità quidem narrarent *Fridlando*. Ut poſtula- n *Cæſareani* militis præſidium *Civitas* admit- , hoc ex iis eſſe, quod neque *Senatus*, neque ci- m *Tribus*, tàm quà conſcientiam, quàm penès poſteritatem, præſertim præſentibus ſub motibus, excuſare ſufficiant. Condonaret igitur hoc illis *Dux*, dùm aliâ declaratione obviàm ipſi ire ne qui- dem poſſint. Neque enim *Cæſarem* hoc poſtula- re, quod *Fridlandus* onus imponere velit. Ut po- tiùs hac in parte ſecuros, atque indemnes, eſſe juſſerit. De cætero, ſic quidem affectos eſſe, ut, cauſsâ *Cæſaris*, omnia velint, quæcunque vel re- liquæ hactenùs contuliſſent, vel deinceps colla- turæ eſſent, civitates. Sic ut, reſpectu ſui illius exhauſtus, etiam extremum, quod ajunt, lapidem movere non repugnent.

Hac ſub declaratione digreſſi *Civitatum* legati, omnem, pro pacis reproductione, operam ci- vibus promittere cœperunt. Saltèm rerum ſua- rum ſatagerent, nec extrà cancellos ex impa- tientia abriperentur. Sic in *Fridlandi* ſive caſtra, ſive regiam, delati, hæc in verba paciſci perrexe- runt: Siquidem *Duci* placere poſſit, ut ab urbe deduceretur exercitus, commerciorumque exer- citium, abſque offenſa, in integrum reſtituere- tur, tùm quidem *Civitatem* tolerabilem pecunia- rum ſummam dependere minùs detrectaturam. Sed procul etiam-nunc abfuit, ut hanc conditio- nem acceptaret *Fridlandus*. Ut denuò, indigna- tione velut percitus, abrupta tranſactione, tibi- cinem ilicet in urbem mitteret, nunciarique ob- ſeſſis peremptoriè juberet, niſi intrà diem quin- tum, ſuper præſidio admittendo, promitterent, fore, ut deinceps nullus tractationi relinquatur locus. Sed totidem verbis regeſſerunt *Magde- burgenſes*. Nimirùm priſtinæ ſeſe inhærere de- clarationi, legatis datæ. Neque cauſſam eſſe, cur ab illa recedere mavelint. Atque ità, legatis, mo- re *Fridlandico*, ad alloquium non admiſſis, factum eſt, ut *Fridlando* pro rigore poſtulante, *Magdebur- genſibus* verò pro libertate negantibus, omnia illa ſuſcepta compoſitionis tractatio ſine pondere in celeres abiret Notos, atque abſque effectu labo- raret.

XIV.

Nova pacis compoſitio, ipſo Fridlando autore, re- tentatur.

SEcundùm hæc, novi recruduerunt inter par- tes conflictus. Qua de re, odiis in dies au- geſcentibus, *Senatus* ad *Altringerium* tribunum de- dit, rogavitque, civitas ut ſibi, & commerciorum libertati, reſtitueretur. Abſque eo futurum eſſe, ut ad ſummum evadant id genus injuriæ, & pericula. Quo nomine, ſuper eventu, tàm co- ràm *Deo*, quàm hominibus, excuſati eſſe vellent *Magdeburgenſes*. Illis ſic quidem objecit *Altrin- gerius*. Quandoquidem neque intrà devotio- nem *Cæſaris* permanſiſſent, neque à petulanter delinquentibus piſcatoribus pœnas exegiſſent, hacque ſive conniventia, ſive permiſſione, ſonti- bus acceſſiſſent, autorem ſe illis eſſe, hoc agerent, videlicet præſidium *Cæſareanum* admitterent. Seſe datâ operâ apud *Fridlandum* effecturum, ne mul- titudine militum valdè onerari debeant. Vide- rent igitur, an hoc conſilium diſplicere poſſit

Quod niſi in tempore, quod rerum agendarum utique primum dici ſolet, amplectantur, metum eſſe, ne jurium, ac privilegiorum, omnium, ſub iſtis tropicis bellicis, jacturam incurrere queant. Sed, ſumma cum confidentia, ſuaſoriam *Altringerii* illam rejecerunt *Magdeburgenſes.*

Fridlandus, *Civitatis* fiduciam, remque, quam efficere ſtudebat, factu haud facilem fore, notans ſibi, cœpit interrogare audaciam ſuam, an mutaret propoſitum. Vacillans igitur in inſtituto, fortè quòd à *Cæſare* ammonitus eſſet, nec minùs, legiones prœliis continuis debilitari, didiciſſet, rigorem ſenſim mutavit in humanitatem. Quocircà, novo more, ipſe per *Pappenheimium*, & *Peckerum*, *Magdeburgenſium* evocavit legatos, tractationeſque retentare juſſit. *Senatus*, nihil moratus, præſens ad ſalutare inſtitutum emiſit *Stephanum Olvenſtedium*, IC. & Scabinum, *Ioannem Denhortum*, IC. & Syndicum, *Oſvvaldum Matthiam*, & *Ioannem Gueſtphalum*, Camerarios, nec non *Davidem Lembtenium*, *Georgium Sornavium*, & Reipubl. *Archigrammateum* Illis in locum conſtitutum pervenientibus indicari juſſit *Fridlandus*, niſi præſidium *Cæſareanum* intrò recipiant, ter centena florenorum millia dependerent. Ad hanc propoſitionem legati nihil ſubjecerunt, niſi hoc, ſeſe ſuper hoc poſtulato ad *Senatum* relaturos eſſe. Hoc facto, paulò poſt à *Senatu* hæc in verba reſponſum eſt: Neque præſidium *Cæſareanum* ſeſe admittere, neque poſtulatam pecuniarum ſummam erogare, poſſe. Niſi igitur adhûcdùm *Dux* militem deducere velit, *Sociarum Civitatum* legatis liberum permitteret acceſſum. Rem enim ità ſecum comparatam eſſe, ut, abſque illorum aſſenſu, in tractationes deſcendere nequeant. Quòd ſemel iſtos hujus negotii diribitores, atq; arbitros, præelegiſſent. Cujus voti, ac petiti, tùm quidẽ per *Pappenheimium* facti ſunt compotes. Miſſus quippe eſt è caſtris in urbem tibicen, qui codicillos, à *Senatu* ſociis illis *Civitatibus* inſcriptos, peteret, itemque deferret.

XV.

Poſt diutinam illam concluſionem, Fridlandus miſſionem dat Magdeburgenſibus, tollitque obſidionem.

SPemque, metumque, inter fluctuantes nihilominùs obſeſſi, *Senatu* jubente in annonam urbanam, & quid virium eſſet civibus pro toleranda diutius obſidione, inquirere cœperunt. Ibi ecce! ingens cereviſiæ coctæ proventus, ac numerus, cum ſiliginis, atque hordei, cornu copia, recenſitus. Hic dùm cenſus oſtiatim inter cives inſtitueretur, accidit, ut è caſtris tibicen in urbem veniret. Ejus tùm hoc erat poſtulatum: Nempè præſidiarii, ac cives, deinceps ſeſe abſtinerent à glandibus bombardariis, cuiuſmodi, præter legem militarem, è *Chalybe*, *vitris* fractis, fruſtis, *lapidis fulminaris*, *granis tritici*, & id genus interdictis, combinatæ eſſent. Illum ſub riſu exceperunt cives: Ajentes, hunc morem

à *Cæſareanis* ſeſe addidiciſſe. Nam, dùm illo-
rum corpora veneficio concreta, atque indura-
ra, ferroque, ac glandibus, impenetrabilia, foren
hactenùs, has, neceſſitate inſtillante, rationes
ſe initas fuiſſe, quibus induratam, atque velu
glacie conſiſtentem, cutim perforarent.

Sic ſoliciti, ac dubii, primores, cùm ſuper pa
cis tranſactione, hærerent, viam excogitârunt
quà interiorem urbem, dictum *Magdeburgum ve*
terrimum, adversùs inſultus hoſtiles, exactiù
communirent. Dimiſſis igitur tàm per *Magde*
burgum novellum, quàm ſuburbanum, quod *Su*
denburgum vocant, duobus tympanotribarum
paribus, publicâ præconis voce edicere juſſe
runt: Siquidem ædificia, illis in locis exſtru
cta, veræ, veterrimæque, *Civitati*, hac tempeſtat
incommodarent, hoſtibuſque uſque eò attra
ctis præberent latibula, utique durum iſtud ne
ceſſitatis telum poſtulare, ea omnia injectis
manibus funditùs deſtruerentur.

Cives ergò, & inquilini, hoc agerent, videl
cet ipſimet in demolitiones id genus ædium in
cumberent. Niſi id faxint, ædes publicanda
calonibuſque, ac mancipiis, liberrimè permi
tendas, fore. Neque eſſe, ut quicquam in ſ
defenſionem obloqui fortè auſint. Hoc enim
privilegiorum ſuorum antiquitatem, *Ca*
riſque moderni recèns indultum, ſibi permitte
re. Videſſes hoc tanquam fulmine ad rabien
uſque percitos, quorum intererat, illos. Itaqu
conglobati centumviros è numero *Senatu*
intrare juſſerunt, qui quidem productis in me
dium publico libellorum magiſtro, ac teſtibu
conceptiſſimis proteſtantibus verbis contrà
rent, juſque ſuum ſibi conſervantes, domicili
ab interitu vindicarent. Sed nihil hic actu
quantumvis ſolennis, efficaciæ habuit. Tan
tùmque intrà verba, minaſque, ſtetit. Ecce
enim, dùm hi ſuperioribus refragantur, *Senatu*
ex decreto, militum immiſit manum, qui id effe
ctum darent.

Quo notato ſibi præſentiſſimæ execution
agone, concurrentes indigenæ, inter horrib
les, & execrandas, maledictiones, dùm votis,
ait *Petronius*, abſentes interficiunt *Senatores*, ipſ
met dilectis laribus manus, bipenneſque, inj
ciunt, invitiſque in ſe pugnant viribus.

Præeuntibus illis antè fortalitium demolitio
nibus, commaſculatis obſeſſi animis magno, po
Nonas Septembres, numero, aſſumptis etiam mach
nis bellicis, in obſidentes eduxerunt, proximun
trans *Albim*, munimentum illis, ſi liceat, exto
turi. Neque omninò hæc in caſſum cecid
audacia. Feliciter enim ſuſceptâ impreſſione
injectiſque ſcalis, tametſi munimentum hau
expugnarent, prædas abegerunt, victoriaque v
litari potiti ſunt.

Dùm enim reditum in urbem parant, eque
ſtres urbani à quatuor equeſtrium *Cæſareanorum*
cohortibus, ductore *Portzia Comite*, cinguntu
Nihil dubitantibus *Cæſareanis*, utpote numer
ſuperioribus, quin jam tùm intrà retia, & naſſam
coëgiſſent captivos; Sed præter opinionem, r
ex transverſo cecidit. Ecce! dùm enim h
calc

o malè poſito, augurantur, ſolis cum eque-
is ſibi prælium eſſe, è dumetis, & vepribus, e-
ntes mox experiuntur aliquot ſclopeta-
n centurias. Hi igitur incautis in *Cæſarea-*
igem non vanam edentes, primo, ſub
ctu, ductorem *Portziam*, unà cum octo-
ueſtrium paribus, fuderunt. Cæteri, quin-
ntâ ſuorum deſideratis, fugâ prælium dire-
at.
pugit, ut ſolet, hæc clades obſeſſores. Ita-
indictam præmeditantes; hoc unicè ege-
uò obſeſſos extrà mœnia evocarent. Nec
idiùs quæſita; quàm inventa, eſt ratio.
lant *Cæſareani* apud molendinum novæ lo-
dictionem. Hoc malè habuit urbanos.
e, decreto *Senatus* militaris, *Centurio* primi-
s jubetur adjuncto equeſtrium, pedeſtri-
le, globo in res novas oculos conjicere, ac,
it, opus impedire. Qui ſimulátque paten-
excipitur campis, civium manipulis, abſ-
iſſu, ſparſim unà excurrentibus, mox ab e-
ribus *Cæſareanis*, in inſidiis retrò mon-
xcubantibus, unà cum ſociis, circumve-
.
uid fit? Inconſulta civium, militúmque ur-
rum, multitudo, ex inopinato in hoſtes
ens, nec viam, nec modum, ſalutis proſpi-
, ſimul, ac ſemel, in ſclopetorum exonera-
m incubuit. Quo imprudente facto, tam-
iginti hoſtium paria cecidiſſent, glandi-
xploſis, unicâ vice omnibus, impetus in
ruentium excipere non ſuſtinuerunt.
c, antequàm hi bombardas rursùs infarci-
trigintà cervices oppidò perierunt, ſex pa-
in vincula abreptis. Atque hoc velitari
ſſu *Cæſareani*, ſociorum nuperrimè perem-
um manibus, atque inferiis, has ceu victimas,
olârunt.
natus, cæſos ad ſepulturam popoſcit, pariter-
btinuit. Miſſis igitur carris, quoſdam py-
ulvere ambuſtos, quoſdam cervicibus, aliis-
partibus, dictu verecundis, truncatos, muti-
ſque in urbem reduxit.
oſt illas ultrò, citróque, actas *militares fabulas*,
medium *Septembris*, *Lubeccenſium*, *Hamma-*
enſium, *Bremenſium*, *Brunſuicenſium*, & *Hilde-*
um, legati urbem in obſeſſam reverſi ſunt.
bus adjuncti *Magdeburgenſium* delecti in o-
s deſcenderunt partes, rationeſque, quibus
ique pacem *Fridlando* extorquerent. Pri-
n igitur, per *Pappenhemium* impetratâ fide pu-
â, *Halberſtadium* junctis paſſibus perrexe-
t. Ubi, inchoatâ, ac veriùs retentatâ, tranſ-
one, tandem mitigatus, & alter à ſe ipſo, *Frid-*
us, prioris poſtulati fracto rigore, quinqua-
tà duntaxat *Ferdinandicorum* millia depopoſcit.
ique ſumma poſtulationis penès hanc defini-
em ſtetit. Verùm, ubi *Civitatis* legati, alla-
n medium præponderantibus verbis, mode-
emonſtraſſent, quàm *Civitatis* communis
in anguſtum rediiſſent, per tot, & tàm diuti-
, afflictiones, ærarium, loculique, forent ex-
ſti, tùm vel in meſſibus nuperis, per tur-
s equeſtres, igneſque injectos, deperditis, ul-

trà centum *Ferdinandicorum* millia, jacturam paſſi eſſent, *Fridlandus*, indignatione, ac rigore, inhumanitatem, ſimultate, in reconciliationem, mutatis, repentè alius fuit. Juſſitque invidiam, injuriaſque omnes, benevolentiâ interveniente, abolere. Tantum igitur vulnus quò ſanaret abſque cicatrice, ecce! ab inexſpectata gratia hoc eſſe, edixit, ut cum *Magdeburgenſibus* ulteriùs clementia, quàm ira, certare mavelit. Et cum dicto obſidionem tollere; copias deducere, aditus relaxare, commerciorumque uſum, & *Civitatem* ſibimet ipſi, reſtituere juſſit. Vix hoc repentinum, ingenſque, gaudium *Magdeburgenſes* poſſe capere putâſſes. Itaque, depoſitis odiis, etiam injuriæ ceſsârunt. Neque enim ulteriùs *Cæſareani* in *Magdeburgenſes*, neque hi in *Cæſareanos*, hoſtilibus graſſati ſunt animis. Sed tumor irati Martis in familiaritatem detonuit. Sic amicâ in partes ſubeunte pace, cives factis globis turmatim in caſtra, loricaſque, tanquam in novum quendam orbem, egreſſi, à quibus anteà omnia ultima, ipſamque necem, extimeſcebant, jam fortunâ in melius mutatâ, annonam varii generis, vitæque ſubſidia ex illorum manibus excipiebant, & mercabantur. Neque ſegniùs caſtrenſes in urbem admiſſi, illis, quibus indigebant, pannis, atque ad rem veſtiariam ſpectantibus, telis, veliſque, pro nummis præſentibus, adjuvabantur. Apud *Romam* hodieque, eo tempore, quo è *Saturnalibus* in *carniſprivium quadrageſimale* tranſitur, repentinam, oppidóque notabilem, hominum, morumque, fieri commutationem, notamus. Illic enim è licentia in diſciplinam, è pravitate in devotionem, tranſitur à plerisque. Quid de hac *Magdeburgenſium* metamorphoſi dicendum eſt? Per fidem! hi quoque fortunâ derepentè commutatâ, è carceribus in libertatem, è bello in pacem, ex odiis hoſtilibus in amicitiæ leges, tranſitum ſive jucundum potiùs ſaltum, fecerunt. *Tullum Hoſtilium*, priſcorum *Romanorum Regem*, ajunt, ex iis, quos manè hoſtes habuiſſet, à meridie amicos, immò cives *Romanos* ſibi feciſſe. Idem ferè imitatus eſſe *Fridlandus* videri poſſit. Qui, fatalem in *Magdeburgenſes* coquens anteà ſimultatem, ex odiis diu fermentantibus, jucundam deſtillavit amicitiam.

Delectati læta hac militaris fabulæ cataſtrophe proceres *Magdeburgenſes*, revertentibus, poſt rem benè, feliciterque, peractam, in urbem legatis, animis, futuræ calamitatis ignaris, tantùm non tripudiare, ac fremere, cœperunt. Cujus rei, lætitiæque, modò non privatas inter ſeſe dederunt ſignificationes, ſed etiam, feriis antè *Calendas Octobres* indictis ſolennibus, campanis per urbem aſſonantibus omnibus, machiniſque bellicis per vallum non uno loco immugientibus, aliiſque id genus ſolennis feſtivitatis conteſtationibus, illuſtre hocce gaudium eſſe voluerunt publicum.

Sed, hei mihi! ſæpenumero fati, ſortiſque futuræ, ignaræ mentes, dùm magni ponderis periculum evaſiſſe, ſibi perſuadent, falſò, momentaneoque, ſibi blandiuntur gaudio, mox in ipſum inte-

interitum, fatumque ineluctabile, ſeſe daturæ præcipites. Ità enim hæc præliminaris, & ludicra, ferè *Magdeburgenſis* cenſeri poſſit obſidio, dùm, reſpectu triſtiſſimi illius, poſt biennium ſubſecuti, excidii, velut in promulſidem fuit. Pejor enim ipsâ à veteribus toties cantatâ, *Trojâ*, haloſis flebile omni poſteritati, *Magdeburgum* excepit. Qua de infrà, ſuo loco, non abſque hujus animi, perturbatione, plura reſtant dicenda.

Atque hoc pacto, poſteaquàm urbs vetus, populoſa, probéque munita, per integras viginti, & octo, ſeptimanas, obſidionis laborem pertuliſſet, in præſentiarum, deducto *Cæſaris* exercitu, haud multò poſt iras graviores collecturo, redituroque fatalem in perniciem, ab omnibus, quas ſuprà exanthlâſſet, moleſtiis liberari cœpit. Narrant, præſentis obſidionis tempore, à partibus *Cæſareanorum* ultrà bis mille, in quibus ternarius *Comitum*, *Officialium* verò non exiguus numerus, fuiſſet, deſideratos eſſe: è *Civibus* & *Præſidiariis*, paucis, præter centum, ac trigintà, capitibus, ſub militari rigore, occumbentibus.

CAP. III.

Cæſar cauſſas, ſub Reſcripto, publicat. Quas ob Ioan. Albertum, & Adolphum Fridericum, fratres, Duces Megapolitanos, è Poſſeſsionibus ejeciſſet.

I.

A Primæ illius fabulæ *Magdeburgicæ* actore, *Fridlando* videlicet, digredientes, ad ipſum *Fridlandum* revertimur. Qui dùm, in militiæ ſuæ præmium, *Ferdinando II. Cæſari* mitiſſimo, *Ducatum Megapolitanum*, *Principibus* hæreditariis ante in exilium ejectis, extorſiſſet, tantùm non præcipuis per hoc *Imperium Electoribus*, *Principibuſque*, ſuſpicionem injecit, ut etiam externis *Magnatibus* bilem, ut ajunt veteres, in naſum concieret. De *Alcibiade* annotavit *Thucydides*, eum, ubi paulò inſolentiùs, magnificentiusque, ſeſe gereret, proceribus *Atticis* ſuſpicionis anſam ingeſſiſſe, tanquam res novas ageret, hoc eſt, *Rei-*
publicæ mutationem meditaretur. Quis dubit
idem fortè tot magnis per *Imperium Principum*
nimos ſubiiſſe? Quòd pauci eſſent, quibus r
pentina *Fridlandi*, omnia facilè maxima affecta
tis, ſublimatio non moveret ſcrupulum. Tam
ſi enim publicè res præclarè bello adminiſtrar
privatim verò, præter inſtitutum patrium, in er
gandis ſumptibus, alendis ſtipatoribus, aulaq
ad ſplendorem, ac magnificentiam, compar
tâ, majora animis agitare, videretur, quàm
ſtatus ejus, vel conditionis ratio ferrent, proc
vè fuit illi *Magnatum* à ſe animos alienare. S
hac ex parte obrepſit facilè invidia. Ex alte
parte edura exilii ratio, quâ quidem *Ioan. Albert*
& *Adolphus-Fridericus*, *Duces Megapolitani* urgeba
tur, multis ad commiſerationem adjecit ſtim
los. Hanc rem indulgentiſſimus *Cæſar* habe
exploratam, ſub codicillis conceptiſſimis, ca
ſas publicavit, quas ob, *Fridlando* in poſſeſſion
atque hæreditatem, tranſeunte, præfati *Duces* ex
larent. Diploma fuit hujus modi: In prop
tulo eſſe, inquit, notiſſimumque omnibus, q
Cæſar, nuper excitato per *Saxoniam inferiore*
bello graviſſimo, præter exſpectationem ſua
fuiſſet laceſſitus, uſque eò, ut ad juſtarum c
piarum tàm conſcriptionem, quàm ſuſtentati
nem, omnem penè inſumpſerit ſubſtantiam. I
dè eſſe, ut ſurgentibus odiis, in prælia, pugn
que œcumenicas, iretur, *Cæſaris* provinciæ H
reditariæ hoſtiliter peterentur, loca nonnul
præcipua occuparentur, juxtàque *Turci*, barba
que, in belli ſocietatem inducerentur, *No*
gradum fortalitium, unà cum *Vngariæ* munime
tis, ac civitatibus, limitaneis, aſſultibus terrer
tur. Ut his, aliiſque, cauſſis, neceſſitatem defe
ſionis injicientibus, *Cæſar* compulſus, exercitu
ſub *Fridlandiæ Duce*, conſcriptum, avocare, in pr
vincias hæreditarias ſuperinducere, inibique
liquantiſper ſedem belli, quoad loca interc
pta recuperari uſuveniſſet, figere teneretur. S
eâdem operâ diverſis vicibus hoſtes acie victo
& profligatos, fuiſſe, bellique aleam, provinci
Auſtriacis inhærentem, denuò *Saxoniam* in *inferi*
rem revolvi accidiſſe.

Inter hæc, eſſe notorium, utrumque *Ducem M*
gapolitanum, nempè *Ioan. Albertum*, & *Adolphu*
Fridericum, inter primos belli iſtius *Saxonici* aut
res, choragium feciſſe; Utpote qui, inteſtin
rum litium ſemina jacientes, in armis adverſ
Cæſarem primitùs inſurrexiſſent, milites conſc
billâſſent, *Cæſareaſque* copias hoſtili more infeſtâ
ſent. Neque id ſaltèm perfunctoriè ab illis te
tatum fuiſſe. Sed certiſſimis hanc rem niti arg
mentis. Cur n. à *Cæſare* profectis dehortationibu
mandatisq;, dictis avocatoriis, non paruiſſen
Cur ſummo *Imperii* capiti non morem geſſiſſen
Hoc quidem illos ad tempus ſubdolè egiſſe, u
verbis, ac vultu, fidem, devotionemque, prætei
dentes, eò graviùs factis læderent. *Cæſariſque*
ctiones ſub illo colore magis eluderent, potiù
que enervarent. Quoad, integros hoſtiles vult
inducentes, tùm demùm, expectoratâ omni obe
dientiâ, *Cæſari* medium, quod ajunt, digitu
oſtendentes, arma armis oppoſuerunt. His, &
id ge

nus, nocendi ſtudiis, machiniſque, clàm pa-
ine miſſione provectos eſſe, uſque dùm, acie
ctis hoſtibus, *Cæſaris* cauſſa triumphare cœ-
Neque tùm quoque pœnitentiam factorum
præcordia rediiſſe; Ut rebus quantumvis
ntibus, nihilo-minùs ſeſe hoſtibus applicue-
, iiſque tametſi profugientibus, *Polam* inſu-
radiderint. Ad ſummam, adeò ferreâ, atq; ferè
pugnabili, animorum induratione, *Cæſari* ob-
iri perrexiſſe, quamdiu ulla adverſis partibus
affulſit reſidua. Ita ut ſub *An. M. DC. XXVII.* ſpe-
dehortatorio *Cæſaris* mandato vix dùm locum
uerint ullum.

uæ cùm ſint ejuſce generis, ut *Cæſaris*, ſupremi
tis, animum vulnerârint, iſtaque offenſione in
m irritent vindictam, eapropter nemini no-
videri oportere; ſi in ſeveram exercendæ ju-
e legem feratur. Quantum illud crimen eſſet,
rsùs *Cæſarem* palàm in armis inſurgere, bel-
que hoſtile uſque ad victoriam proferre, latere
inem. Ut de incommodis, & indè in *Cæſarem*
ndantibus damnis, calculus poni debeat. Quid
n *Cæſari*, hoc caſu, ſicubi victoria aliter cecidiſ-
uerit exſpectandum; facili conjecturâ quem-
t, aſſequi poſſe. Siquidem igitur unicuique
i domino, ex lege militiæ, fas ſit, injurias, ac da-
propalàm armis illata, armis ultricibns in iſti-
ui provocavit, ac læſit, poſſeſſionibus, ac ſubdi-
vindicare, quidnî *Rom. Imperatori* hanc legem in
litis, contrà ſe in armis inſurgentibus, exerce-
lamnumque damno, & bonorum confiſcatio-
elarcire liceat? Ut nemini non explicatum an-
it, præfatorum *Ducum* tàm machinationes,
m facta ipſa, eſſe in medio, ut etiam graviori-
pœnis expianda veniant. Quodſi enim *Im-*
iconſtitutiones vel in iſtos, qui duntaxat con-
Imperatorem, ſive etiam fideles *Imperii* ordines,
a ſuſcipiunt, citrà ullam declarationem a-
n, proſcriptionis pœnas decernunt, quid il-
Megapolitanis fiet, qui quidem atrociùs longè
iquerunt.

Tametſi igitur *Imperator* cauſſarum abundè ha-
ſſet, ut ſummò in *Duces* de rigore animadverte-
: nihilo-minùs mitiorem viam calcâſſe maluit.
eòque, pro mitigandis, reſarciendiſq;, damnis,
è bello, tanquam è ſentina, emergentibus, inju-
vindicandis, pœniſque à rebellibus notoriis
gendis, poſſeſſionem *Ducatus Megapolitani, prin-*
atus Vandalorum, Comitatus Suerinenſis, Roſtochien-
& *Stargardæ*, dynaſtiarum, apprehendit. Et
nc, unà cùm omnibus regalibus, & corollariis,
e feudis, ab *Imperio* dependentibus, tranſtulit in
dlandiæ Ducem, illis omnibus ut in compenſa-
nem expenſarum, has in expeditiones facta-
n, uteretur, frueretur que. Quanquam verò,
ptionis, & feudi, ſub titulo, contractus inter-
niſſet, nihilo-minùs *Cæſarem*, omiſsâ id genus
blicatione, *Fridlandiæ Duci*, poſſeſſiones illas, pi-
oris, atque hypothecæ, nomine, interim con-
didiſſe. Neque hoc quidem illud eſſe, *Cæſar* ut
licti ſuper tàm magnitudine, quàm certitudine,
reat. Sed vel ab hac etiam mitiſſima procedendi
tione, quæ foret æquanimitas *Cæſaris*, fieri evi-
ns, Interim, inconſultâ temeritate profectos,
rveniſſe ad aulam *Cæſaream Ducum* illorum de-
putatos. Quibus, citrà impetratam fidem publi-
cam, eò uſque pertingentibus, & ab illis, qui non-
dùm reatum expiâſſent, ſubmiſſis, negatus eſt ad
Cæſarem aditus. Nihilo-minus, cauſſam ut ſuam
coràm *Cancellario* agerent, permitti cœpit. Qui
ubi geminos codicillos apologeticos, ſic ſatis pro-
lixos, unà cùm documentis ejuſdem ſaporis, in ſui
purgationem, ingeſſiſſent, *Cæſar* illa omnia ritè,
atque ordine, examinare, atque deponderare,
juſſit. Sic quidem, præeunte diligenti informatio-
ne, illicò patuit, errores, & delicta illa, à *Ducibus*
antè patrata, modò non ullatenùs infringi, ſed
etiam confirmari. Ut etiam plura eius generis
commiſſa emerſerint, cujuſmodi anteà minùs in
cognitionem veniſſent. Tantùm abeſt, ut defen-
ſionem, aut remonſtrationem, idoneam ullam in
medium attulerint.

Ex illis autem, quibus reatum purgare, atque
expiare, conati ſunt, fuêre inſequentia. Nimirùm,
antè omnia, probare connituntur, ſeſe ab initiis
hûc uſq; in *Cæſaris*, atque *Imperii*, fide permanſiſſe.
Ejuſq; rei documenta, vel in limine motuum *Bohe-*
micorum, dediſſe; Dùm *Anglicanis* tranſitum negaſ-
ſent. Ex adverſo *Cæſareanos* juviſſent. Idem, ſub
Anno M. DC. XXIII. ſibi pari fide obſervatum eſſe,
ajunt, dùm *Mansfeldium*, & *Halberſtatenſem*, è *Saxo-*
nia inferiori ejeciſſent, fœderibusque externis, tùm
coëuntibus, ipſo facto renunciâſſent. *Defenſio-*
nis quidem fœderi, intrà *Saxoniæ inferior. Circulum*
coaleſcenti, ſeſe acceſſiſſe. Interim, ut vel in ul-
lius, *Imperio* fidelis, *ordinis*, nedùm *Cæſaris*, offen-
ſionem conſpirarent, hoc ſibi uſquequaque reli-
gioni fuiſſe. Ut tantùm ad conſervationem ſtatus,
ac populi ſui, quàm adversùs externam vim, atque
injuriam, propulſandam, ſeſe communirent. Eo
ſub *Circuli* defenſionis negotio curioſos ſeſe ſem-
per in pacem rejeciſſe oculos. Ut, ſicubi per illos
ſtetiſſet, nedùm ab aliis *Cæſari* conditiones fuiſ-
ſent propoſitæ aſperiores, jam-pridem *Cæſar*, ſub
diæta *Brunſvicenſi*, ad votâ, propoſito potitus, pro-
perâſſet. Eâdem conſtantiâ provectos, ubi intel-
lexiſſent *Saxoniæ inferior.* arma, ac præparationes,
adversùs *Cæſarem* dirigi, *Regi Daniæ*, fœderique,
nuncium miſiſſe. Pariterque, ſuper *Mansfeldii* ad-
ventu, repugnaſſe. Ut *Rex* offenſus hanc ſuam
confidentiam, immiſſis legionibus non-nullis, ex-
pugnare tentârit Tametſi ergò lubentes in ar-
mis *Regi* tùm iviſſent obviàm, eas tamen ſibi
haud ſuffeciſſe vires, ut regias legiones retun-
dere potuerint. Maximè, cùm copiæ *Cæſarea-*
næ abeſſent longiùs. Sic etiam ab invitis com-
meatum tùm quidem extorqueri accidiſſe. Teſtem
hujuſce rei ſe nominare *Henricum Huſanum*, ſub-
delegatum *Cæſareanum*. Qui quidem, huius hi-
ſtoriæ inſpector, bonâ fide ſtipulatus fuiſſet, ſeſe
hoc nomine tàm apud *Cæſarem*, quàm *Thillyum*,
cauſſam ſuam diligenter acturum. Et ſic tùm
quoque teſtibus *Cæſareis* codicillis, *Cæſarem*, com-
modè placatum, acquieviſſe. Illis hoc conſectari-
um accedere. Nimirùm nullas ſive civitates, ſi-
ve alicuius momenti fortalitia, hoſtibus ſeſe per-
miſiſſe. Immò verò hæc munimenta, ſive
receptacula, *Cæſareanis* reſervaſſe legionibus.
Ut, quacunque in tempeſtiva occaſione ef-
ficere poſſint, oblatis illis, ac deditis, fidem,

ac devotionem, ſuam, ceu pignore, obſignarent.

Secundùm hæc, dehortatorias *Cæſaris Anno M. DC. XXVII.* poſtridie *Nonas Quintiles* datas, *Calendis* demùm *Sextilibus* ad ſe perlatas eſſe. Quibus ſimulátque acceptis ſeſe illicò conformâſſent. Ejuſque rei in teſtificationem tàm ad *Thillyum*, quà *Fridlandum*, legatos dimiſiſſent. Neque tantùm intrà labia, ac verba, ſtetiſſe hanc obedientiam; Ut ipſis obſequiis, factiſque, præſtò confirmari cœperit. Etenim intrà provinciam ilicet ſe admiſiſſe *Cæſareanos*.

Ut etiam *Roſtochium*, *VViſmariamque*, etiam *Damitzam*, *Polamque*, fortalitia, præſtò contradiderint. Sic *Arnheimio*, *Butzaviam* obſidenti, ſubminiſtrato apparatu tormentario, utilem à ſe operàm eſſe præſtitam. Ut non minùs vaſallos, ſubditoſque, ſub hoſtili exercitu militantes, publicato diplomate avocârint. Quæ omnia vel ipſius *Thillÿ*, ad *Cæſarem* directis, codicillis corroborare ſtuduerunt. Hactenùs illi.

Verùm enim verùm, non tàm ex prævia illa ſive informatione, ſive examine, quàm ex actis publicis, apud *Dicaſterium Aulæ Cæſareæ* reſervatis, inprimis verò ab ipſius *Ducis* litteris propriis, atque autographo, diætæque provincialis adverſariis, innoteſcit, ambos *Duces Megapolitanos* belli illius per *Saxoniam inferiorem* naſcentis autores fuiſſe, ſemina petulantibus animis ſparſiſſe, fomenta, atque incendia, præbuiſſe. Ità, ut non ſolùm ipſi in eorum motuum ſocietatem venerint, ſed alios quoque haud ſegniter induxerint.

Eam illorum perſtitiſſe uſque ad finem contumaciam, claret, ut, rebus quantumvis cadentibus, nihilo-minùs *Cæſarem* infeſtârint, etiam edicto *Cæſareo*, jam tùm publicato, nequicquam obſtante.

Quis igitur non videt, ſi per eos ſtetiſſet, *Cæſarem* neque victoria potiri, ſed fortè regnorum, ac provinciarum propriarum, jacturam facere, potuiſſe? Tametſi enim omnibus ſit exploratiſſimum, jam tùm, ſub *Anno M. DC. XXIV.* pro reſtitutione proſcripti *Palatini*, nova fœdera coiiſſe, perque *Saxoniam inferiorem* legiones conſcribi cœpiſſe, quibus cohibendis *Cæſar* edicta oppoſuiſſet, etiam proſcriptionis, & banni, pœnam interminantia. Tametſi *Cæſar* utrumque *Ducem Megapolitanum* ternis vicibus emiſſis codicillis ſeverè dehortatus foret, adjectis minantibus illis verbis, niſi dicto eſſent audientes, *Cæſarem*, miſſis eò uſque legionibus, novos militum delectus diſſipaturum. Tametſi denique ipſimet *Duces* recepiſſent, *Cæſarique* confirmâſſent, nullatenùs ſeſe adversùs *Cæſarem* ſive armis, ſive delectibus, dare operam, ut potiùs obedientiam, ac devotionem, debitam conſtanter impertiri affecti ſint. Tùm *Cæſar* quoque, ob gratiam nuper *Ducibus* indultam ſingularem, ſuper eorundem fide, nullus ambigeret. Ut hac ratione *Cæſarem* neque offendere, multò minùs armis illicitis inceſſere, vel ob id, condecuerit, *Duces*, ut magis, muri inſtar ahenei, adversùs *Cæſaris* hoſtes ipſi & conſiſtere, & pugnare, debuerint.

Nihilo - ſeciùs illos illos è diametro feciſſe
mnia, ſuſpectis acceſſiſſe fœderibus, arma h
ſtilia parâſſe, milites conſcribillâſſe, delectu
probaſſe, conventus celebraſſe, *Thillyumque* de
ta opera, ne *Viſurgim* tranſire poſſet, remorari c
piſſe. Indè eſſe, ut, conventu apud *Lavvenb*
gum coacto, cum *Rege Daniæ* in ſecreti fœderis
gem conſpirârint. Illique culpæ defenſionis C
culi Saxoniæ inferior. nomen prætexerint. C
jus quidem ſecreti ne quidem *Circulus* ipſe f
rit conſcius. Tantùm abeſt, ut omnes,
plerique, hanc in rem *Principes*, *Ordineſque*, c
ſenſerint. Uſque dùm, coactis idoneis copi
ſub diæta *Brunſuicenſi*, hic impetus erupit, p
palarique occœpit. Illud horribile ſecretum
utroque *Duce* ſic quidem diutiuſculè, occul
tum fuit, ut nec *Cæſari*, nec propriæ *Religionis* ſoc
intimandum putarent.

Etenim, cum *Saxoniæ Elector*, ſuper armor
præparationibus, per *Saxoniam inferiorem* gliſc
tibus, *Adolphum-Fridericum*, *Ducem*, litteris
terpellaſſet, tandem, poſt menſis integri
tervallum, hic reddidit, Non quidem de
hilo eſſe, *Daniæ Regem* legiones non-nullas ſtip
diis obligare.

Interim, quorſum id negotium ſpectet, ſe q
dem, juxtà cum ignorantiſſimis, fugere. H
cine eſt, ignorare, quòd ipſe paulò antè coqu
cœperas? Ea enim erat ſecreti fœderis lex, &
tio, ne, antequàm ſub univerſali diæta, provinci
foret confirmatum, divulgaretur.

E quibus illis adulto ſole clariùs pateſcit, qu
ambo *Duces Megapolitani* fuiſſent *Cæſari* fidel
Sicubi enim, *Cæſaris* cauſſa, externis renunciaſſ
fœderibus, per fidem! tàm illiſdem ſeſe ab
nere, quàm *Cæſari* rem omnem aperire, ſuſpect
que armorum præparationes, amoliri, potu
ſent. Accedit, colorem illum, à *Circuli* defe
ſione petitum, illos, ſicut cæteros quoque, n
nimè quidem excuſare. Autographa, quib
ad *Ducem Lüneburgicum*, ipſumque *Cæſarem*, d
diſſent, oppidò reclamare. Ut exindè hoc
luceſcat, illos directè contrà *Thillyum*, & con
quenter ipſum *Cæſarem*, hoc fœdus, hæc arm
præparare. Neque enim alios fuiſſe ad manus,
quos hæc tela dirigerent. Ut in amicos, ac nec
ſarios, per *Circulum* impetus, facere velle, ha
colligantur. Et ſic rectiſſimè *Lüneburgicum* co
traveniſſe. Quòd præcognitum & ipſe hab
ret, hæc arma, has vires, in *Cæſarem* tendere. *L*
neburgici apologeticum eſſe in medio. Q
uſuveniſſet, ut, ſub diæta *Brunſuicenſi*, ſim
latum defenſionis *Circuli* negotium potuer
minùs prævalere. Quòd igitur inofficioſa, p
tiùſque ſuſpecta, iſta *Circuli* dicta defenſio, à C
ſare meræ, ac veræ, offenſionis loco, habita eſſe
tùm de cætero omnes, quicunque illi ſeſe appl
carent, pro adverſariis, & hoſtibus, forent decl
rati: eò magis mirùm videri, non verecund
tos eſſe *Megapolitanos*, qui odioſum defenſion
ſimulatæ, rectiùs offenſionis, nomen in ſui pu
gationem, allegarent. Neque opus eſſe,
ut controverſia, quæ quidem, victoria inte
veniente, armis, & belli ex lege, deciſa fo
ret, jam poſtliminiò ſub ocioſam venir

diſc

tationem. Præterea autographa, inſtru-
:mque, ceu vocant, legatis, ad diætam
vicenſem profecturis, diſertiſſimis verbis
bere, illos, ſub *Saxonis*, & *Brandeburgici*,
um, interpoſitionibus, magis belli, quàm
, conſilia agitâſſe. Cur enim *Alberto Hei-*
C. in mandatis præſcripſiſſent, haud qui-
conſultum eſſe, ut arma ſuſpenderentur.
riùs in pacis compoſitionem eundum non
, niſi ſub œcumenicis *Imperii* comitiis, tàm à
, quàm univerſis *Electoribus*, *Principibusque*,
licis, *pacificationis* illius tàm *Religioſæ*, quàm
ris, confirmatio emerſiſſet. Satiùs eſſe,
aleâ, & clypeo, ſuper pace, tractare, comi-
e celebrare armata. Sic fore, ut gladius
io oppoſitus utrinq; audaciam tanquam lupa-
jectis, refrænet.

tque vel ab hoc tumultuario propoſito na-
eſſe, ut tota illa, & laborioſa, bis ſuſcepta, tra-
o, aquarum in morem, diffluerет. Dùm
r eò quidem voluiſſet reſtringi, quò *novam*
ionis Pacificationem illis recoqueret. Eâdem-
operâ, quæcunque errata, ac delicta adver-
eterrimam illam *Pacificationem* diducta, pror-
bolcret.

xtrà hanc conditionem, ſatis odioſam, tùm
fuiſſe alteram, quæ opponeretur, *Cæſa-*
enim in cæteras conſenſiſſe omnes. Ut me-
à ſe ampliùs deſiderari tùm potuerit nihil.
tùm abeſſe, ut *Circuli* rebus novis, ipſique
ſfeldio, tranſitum urgenti, renunciârint. Ut
ẓis exercitus *Cæſaris* utroſque, de voluntate,
andato, *Cæſaris*, pro redigendis in ordinem
actariis, miſſos, manifeſtorum hoſtium loco,
uerint, ac proclamârint.

Annon ſubditos, *Confeſſionique Auguſtanæ* ad-
tos, *Cæſari* tùm militantes, ſub privatione vi-
, honoris, fortunarumque omnium, avocâ-
it? Annon ſub publicis concionibus, preci-
que, in hos declamare juſſerunt? Annon va-
os in arma ciere, ipſi milites conſcribere, re-
gnanteſque, ſeverè caſtigare, cœperunt? An-
n à provinciæ *ordinibus* aliquot auri talenta, ſub
na dupli, expreſſerunt, his ut ſumptibus con-
ua gererent cum *Cæſare* bella? Annon *Mans-*
lium eo ipſo tempore, quo *Sileſiam* petiit, le-
ones ſuas cum *Turcis*, eorumque complicibus,
njuncturum, volentes, ovanteſque, per pro-
nciam dimiſerunt? Inſuperque commeatu, &
pedimentis, juverunt?

Hæc illorum autographa, diplomata, acta-
e, ut vocant, provincialia, loquuntur. Annon
i, ſub *Anno M. DC. XXVI.* toto æſtatis de-
rſu, hoſtes tàm apparatu tormentario, quàm
mmeatu, juverunt? Numquid naves, pro
nte ſuper *Albim* ſternendo, quantùm in ipſis
it, ſubminiſtrârunt? Immò *Fuchſii* tribuni ar-
ain *DamiZam*, fortalitium ſuum, receperunt,
inde, tanquam è promptuario, identidem de-
rpere quitus eſſet? Numquid, eodem anno,
b *Iulio* menſe, quibus rationibus bellum ad-
rsùs *Cæſarem* continuari, ejuſque mandata, tan-
uam invalida, eludi poſſint, apud *Lüneburgum*
eliberare juſſerunt? Numquid, quò, *Cæſari*,
ucum facientes, videri poſſent, tanquam ma-
nus bello ſubtraxiſſent, milites conſcriptos, provinciâ ſumptus porrò negante, *Daniæ Regi* contradiderunt? Et quidem illo ipſo tempore, quo, apud *Brunſvigam* pacis compoſitio convelli, bellumq; in *Cæſarem* magnis conatibus exundare cœpit? Numquid provinciæ *ordinibus* inculcârunt, eodem cum fructu ſuos *Regi* militare poſſe? Cùm eâ quoque operâ & defenſionis negotio, & provinciæ ſuæ, inſerviant? Numquid illæ legiones in *Cæſarem* poſtmodùm eductæ, partimque, ſub clade *Lutherana*, *Anno M. DC. XXVII.* cæſæ, captæque, ſunt? Tàm ſignis quibuſdam, quàm centurionibus, exindè in poteſtatem redactis? Numquid, poſt cladem *Lutheranam*, hoſtiles copias tùm demum intrà fines receperunt, *Cæſarique*, ne victoriam obtentam extenderet, obſtiterunt? Numquid, cùm provinciæ *ordines* repugnarent, mediaque offerrent, quibus pro placando *Cæſare* in hoſtibus exterminandis uti poſſent, iſti reclamârunt, cenſuſque provinciales pro hoſtibus vi injecta extorſerunt?

Utque hæc res vi, miniſque, porrò ageretur, numquid *Schlammersdorfium* ad diætas provinciales ſuperinduxerunt, quò repugnantibus verbis aſperis, ac militaribus, metum incuteret? Negent, ſi poſſint, ſeſe conceptis verbis profeſſos eſſe, quàm à generali *Circuli* ſuſcepta iſta defenſione recedere non ſuſtineant.

Undè *ordinum* animi, impatientiâ præventi, ſub publicis conventibus, in hæc vaticinantia proruperunt verba, ut exertim deponerent, non poſſe hanc rem, abſque *DEI*, *Cæſariſque*, indignatione, & pœna, excurrere. De *Cæſareo* ſubdelegato, *Huſano*, ità quidem eſſe, ut hic depoſuerit, quàm mellitis verborum globulis *Duces* ſibi impoſuiſſent. Ut, deprehenſo, fuco, id ipſum *Ducibus* exprobrârit, quàm ſubdolè ſecum fuiſſet actum.

Ut porrò eoſdem *Duces* exhortari non deſtiterit, in tempore videlicet, dùm jus veniæ ſuppeteret, in gratiam cum *Cæſare* reverterentur. Sed ſurdis hanc fabulam tùm cantari cœpiſſe ab *Huſano*. Qui quidem ſub perſecutionis fuiſſet periculo. Provinciæ *ordines*, tametſi has ammonitiones ad animum admiſiſſent, *Duceſque* ſalutaribus conſiliis in viam reducere tentâſſent, nihilo-minùs fuiſſe fruſtrà. Verùm enim verùm, *Schlammersdorfium*, ſub publicis provinciæ conventibus, in *ordines* invectum fuiſſe, Ne nimiùm animis, in ſpem, ab *Huſano* factam, ferrentur. Aliam inſtare in foribus fabulam, aliam cataſtrophen.

Iſta omnia eam in tempeſtatem incidiſſe, quâ hoſtes per *Sileſiam* maximè tumultuabantur. Undè è codicillis *Cæſareis*, *Anno M. DC. XXVI. Ducibus* inſcriptis, color peti nequeat. Illi enim poſitivè, non affirmativè, & ſub conditione, loquuntur. Nimirùm, ſicubi vera eſſent illa, quæ quidem ipſi coràm *Cæſare* prædicâſſent.

Sed procul fuiſſe à vero hanc jactantiam. Ut potiùs omnia è diametro evenerint contraria. Etenim, cùm *Cæſar* ſpem concepiſſet, fore, ut reipsâ in partes *Cæſaris* reverterentur, eoque nomine tàm *Lüneburgico*, quàm *Thillyo*, in mandatis dediſſet, rationes inirent, quibus illos placidè,

ac ſub

ac ſub ſecreto, ab hoſtibus divellerent, quò ſic *Cæſareæ* legiones in loca vacua, inprimis *Damizam* fortalitium, immitterentur. Ad hoc, uterque *Dux* promiſit, libenter ſe hoc effecturos eſſe, modò ſpatium interponeretur, quo, abſque, regiis, cum tempore demulcendis, idem in actum deducere liceret. Quid fit? Dùm nihil aliud exſpectatur, ecce! circà medium *Ianuarii*, ex transverſo perſcribunt ad *Centurionem* ſuum, *Damizæ* fortalitio præfectum, jam-dudùm hunc locum ſeſe *Regi* deſtinaſſe. Ut, ſi fortè urgeretur ab hoſtibus, eo receptu uteretur. Cùm igitur manum è quadringentis immittendi facultatem dediſſent, hac de re, neceſſitate illa ingruente, *Schlammersdorfius* unà cũ centuriis quatuor, intromitteret. Nec mora. Ilicet tùm *Schlammersdorfius*, oppido adjacente, viciniſque apud *Albim* locis, ad trajectum opportunis, in poteſtatem redactis, evidenter *Cæſareanis* obſtitit, quò minùs *Albim* penetrantes, hoſtibus inſtarent. Atque ſic tùm quidem uſuvenit, hoſtis, hyemis ſub opportunitate, ut lateret, vireſque novum in bellum recolligeret. Id quod commodè iſti accidit. Nam exindè paulò poſt *Durlachius*, occupato *Havelbergio*, per integram eo loci æſtatem *Anno M. DC. XXVII.* copias *Cæſareanas* remorari cœpit. Quem inſuper ambo *Megapolitani* fratres pulvere pyrio, commeatuque, haud ſegniter juverunt. Autographis ipſorum hanc novam prævaricationem, quæ proſtant, confirmantibus.

Quæ cùm ad *Cæſarem* perſcripſiſſet *Thillyus*, ſuperpondii loco, edicto monitoriali poſt *Calend. Quintiles* è *Vienna* emiſſo, ultimè ammoneri cœperunt. Ad quod regeſſerunt, hactenùs idoneâ ſe deſtitui occaſione, quâ res *Cæſaris* adjuvarent. Sed ſuperfluam ipſis affulſiſſe & tùm, & poſtmodùm, opportunitatem, vel ſequentia declarabunt. Poſteaquàm enim *Cæſaris* hoſtes è *Sileſia* ejeciſſet *Fridlandus*, verſiſque in *Saxoniam inferior.* retró copiis, *Arnheimium*, primis cùm agminibus, præmitteret, eo tempore *Thillyus*, apud *Albim* ſeſe tenens, provinciæ *Megapolitanæ* inſtabat.

Nihilque præſtolabatur aliud, quàm *Ducum* in partes *Cæſaris* tranſitum. Quæ ſi vel tùm mens illis recta fuiſſet, bellum finiri potuiſſet. Verùm intereà ambo *Duces*, circà *Iulii* exodium, apud *Sternbergam* conventum provincialem indicentes, prævaricationes antecedentes etiam accumulare perrexerunt. Sub quo *Circuli*, propriæque provinciæ, periclitationes *Ordinibus*, inculcando, adversùs *Cæſareanos* perorârunt, utque ex tempore coactis cenſibus, regii juvari poſſent, injunxerunt, tametſi jam tùm luculentam *Cæſar* retuliſſet victoriam. Huic conſectarium & illud fuit.

Siquidem tùm *Arnheimius* provinciæ inſtaret, regios illinc ejecturus, illi coactis ſubditis tantùm non oppidò reſtiterunt, ſed etiam *Ordines* deliberare juſſerunt ſuper mediis, quibus *Cæſareani* retunderentur. Tametſi autem *Ordines*, ſuper cogendis cenſibus, repugnarent, *Cæſariſque* tot ammonitiones, & edicta, inculcarent, ſub hac clauſula, Rebus ità adversùs ſtimulum excur-

rentibus, non poſſe non *Dei*, *Cæſariſque*, vin
ctam ematurari. Tùm autores quoque, acſ
ſores, extitiſſent, ſiquidem *Arnheimius*, *Cæſ*
tribunus, ſeſe in proximo teneret, hoc ager
Duces, nimirùm dimiſſis illum amicè compel
rent legatis, nihilo-minùs etiam hîc fruſtra f
runt. Procul enim abſuit, ut *Duces* tàm ſalut
conſilium ad animos admiſerint, ut, ipſo op
contrarii, cenſus, ſine miſſione, corradere, *A*
heimiumque, tanquàm hoſtem, retundere, dec
verint. Si velint, etiam hîc dixerint occaſionem
defuiſſe, qua ſeſe totos *Cæſari* potuiſſent app
bare.

Prædicta ſub diæta provinciali, *Cæſaris* u
mum *Edictum Monitorium* ſuperacceſſiſſe. Cu
hæc fuiſſent præcipua capita. Nempè *Cæſ*
banni, ſive proſcriptionis, fulmine in *Duce*
nimadvertendi; tametſi cauſſarum haberet,
tis, atque abundè, quòd illi copiis *Cæſareanis*
pud *Havelbergam* caſtra metantibus, ſicut aliâs
deſinenter, obluctantes, plus detrimenti, qu
hoſtes cæteri omnes, intuliſſent, nihilo-min
ſuperpondi loco, hoc edicto Monitorio ulti
illis bonam mentem optat, inculcatque.

Sic, ut exceptioni, qua ignorantiam præt
dant, locus deinceps detur nullus. Jam tùm en
ipſomet facto, citrà declarationem quamc
que aliam, in pœnas banni, ſive proſcriptio
ambobus, quod dicitur, irruiſſe pedibus. *Cæſari*
nimè obſcurum eſſe, qua fronte antecedentia e
ſerint mandata.

Quamque omni deditâ operâ his contraven
laborârint. Itaque præſens inſtitutum eò n
nùs ſpectare, quò vel *Ducibus* Edictum intim
tur, perque eorum manus divulgetur. Sed ſu
ficere, modò hoc, inter *Ordines* diviſum,
notitiam plerorumque pervenire poſſit. Nequi
gnorantiam culpæ prætexere quitus ſit.

Atque hoc nomine autographum *Thillyo*, tra
ſumpta verò *Reinhardo VValmerodio*, inprimis *H*
ſano, ceſſiſſe. Nempè hi ſinguli in omnem pr
ſpicerent occaſionem, qua, quid *Cæſar* deſign
conſtaret omnibus. Sic eveniſſe, *Huſanus* ut, t
pis excuſum, in forma, ceu vocant, patente *D*
cibus, *Ordinibusque*, ſub diæta provinciali congr
gatis, diverſis ſub exemplis, divideret. *Ordin*
ad *Huſanum* redditum reſcriptum in medio e
tare.

Quo quidem, *Edicti* intimationem ſibi rec
obtigiſſe, confirment. Tùm acta convent
illius provincialis *Sternbergici* conteſtatiſſimum f
cere, quàm *Ducibus*, copiis *Cæſareanis* obluctant
bus, ex adverſo in hoſtes totis animis propender
tibus, *ordines*, etiam codicillis hanc in rem oblat
geminis, inculcaſſent, irent tandem, & tot, tàn
que multiplices, *Cæſaris* ammonitiones ne inſup
haberent. Sed nihil etiam hac vice illis obtentu
eſt. Ut *Duces*, inſuper facto *Senatuſconſulto*, hoſtib
auxilia, in *Cæſareanos* vice versâ machinas, atque a
ma, decreverint.

Proindè admiratione haud carere, *Duces Mo*
nitorium illud ultimum etiam in rem ſuam a
legare fuiſſe auſos. Tanquàm, hoſte jam pro
fugiente, illi fuiſſent, qui quidem cum *Cæſarea*
nis voluiſſent facere, ſed occaſione hactenùs deſti
tue

tur. Hoc quàm frigidum ſit argumentum,
eta illa *Sternbergica* pro teſte fuerit. Sub
àm oppidò graves, ac periculoſæ, machi-
es emerſiſſent, in propatulo utique eſt.
c ipſo delicta veriùs accumulentur, quàm
tur. Numquid enim, cùm *Thillyus*, a-
uceburgum, in pontem impreſſiones face-
ıb ipſo diætæ provincialis exodio, ad eius
natum hæc in verba dederunt? *Durantio*
ioni, ejuſce pontis cuſtodiam gerenti, omni
operâ, omnem defenſionis apparatum,
na, quà aſſeres, clavoſque, & id genus,
litarent, tametſi in proximo domicilia, ac
, neceſſariis illis integumentis eſſent, pri-
. Hanc enim illam eſſe neceſſitatem, ſub qua
patriæ ſalus verteretur.

mquid, ſub finem *Iulii*, patentibus divul-
liplomatibus, adversùs *Cæſarem*, ab ordini-
ıbditiſque, cenſus, ſub pœna dupli, intrà tri-
cogendos, indixerunt? Et cùm *Thillyus*, pon-
ſuperato, trans *Albim* in ditionem eorum
protuliſſet, numquid vel tùm quoque pœ-
tiam emendârunt, ad *Cæſarem* tranſierunt,
ıque ſinceræ benevolentiæ teſtificationem
o præbuerunt?

ocul, immò procul, abfuit. Verùm, veterem
entes rationem, porrò, ac porrò, cum hoſti-
eſticontubernium facere, eodemque adhûc
ı hoſtium uſus, per codicillos, ut vocant, pa-
s cenſus, ſumptuſque corradere, perrexe-

bhinc *Ducum* alter, *Adolphus-Fridericus* nomi-
Polam in inſulam pedem retraxit. Cuius
gia *Durlachius* ſenior, juratus *Cæſaris* hoſtis,
utus, fuga ex *Havelberga* dilapſus, eodem ſe re-
t.

unc cùm levi manu, ponte dejecto, reiicere,
rdere, potuiſſent, non ſolùm ſervare, ſed et-
Bützovio oppido, *Polaque* inſulâ, illi contradi-
onfirmare, maluerunt. Sic ut iis ſub recepti-
diu moras extrahens hoſtis, opus habuerit,
immiſſo integro *Cæſaris* exercitu eiiceretur.
c adde, *Duces*, prout enunciant, non qui-
ı *Calendis Sextil.* ſed poſt decimum & ampli-
diem, ad *Thillyum* ſuos dimiſiſſe. Intereà
poris multa ſecùs evenerunt. Nempè iden-
m res *Cæſaris* in melius, iſtorum verò in de-
us, mutari cœpêre. Simulátque enim al-
cum exercitu ſubveniente *Fridlando*, ditiò
ue ad *Damizam*, *Plaviam*, *Polamque*, ſubjuga-
ıit.

Secundùm hæc, vel ex ipſa *Ducum* legatione
eſcit, illos neque *Thillyo*, neque *Fridlando*, ul-
ı obtuliſſe fortalitium. Tantùm abeſt, ut
ò ceſſerint. Ut ſaltèm verbis, ſeſamo, ac
avere, ſparſis, fidem, ac devotionem, ſuam
ruſtare, tantùmque, ſuper tolerabili exer-
ium traductione, paciſci cœperint.

Atque indè eſt, ut *Thillyus* unctis illorum ver-
noluerit acquieſcere, ſed devotionis lauda-
ealem exegerit demonſtrationem. Quo no-
ne vel modum etiam præſcribere cœpit, quo
ad conteſtandam uterentur fidem. Nimi-
n, clauſtra, aditusque, *Cæſari* reſerarent, ac,

ſi neceſſitas exigat, fortalitiis ipſis recluſis præſidia admitterent *Cæſareana*. Simulátque hoſtes ex reliquis latibulis, ac clauſtris, conjunctis viribus, ſtudiiſque, exterminarent. Hanc legem nequaquam, illi impleverunt. Ut, cùm *Damizæ*, fortalitii illius præcipui, deditio poſceretur, *Centurio*, loci præfectus, negativè reſponderet. Omniaque ad defenſionem neceſſaria præpararet. Hanc ille defendendi rationem per aliquot numero dies continuavit. Uſque dùm, integro adventante exercitu *Cæſareano*, conſilio cùm cæteris inito, ſeſe tantis copiis imparem judicavit. Ubi itaque, deditione poſtulatâ, bidui ſpatium, pro interpellandis dominis ſuis, impetrâſſet, nec dùm, eo elapſo intervallo, quicquam mandati excepiſſet, poſtridie *Nonas Sextil.* fortalitium contradidit. Hoc facto, *Centurio Adolphum-Fridericum*, *Ducem*, numen inimicum eſt expertus. Ut tantùm non cum periculo eſſet. Sicut illius, quem conſcribillavit, *apologeticus* fidem facit. Quo etiam mentio peragitur, *Duces* in fortalitii illius à *Cæſareanis* vindicias, conquiſitis aliundè auxiliis, fuiſſe intentos. Ex qua actione, ſicut & illo convento, ſive pacto, cujus vigore *Durlachius* ex *Havelberga* ad *Turrianum Com.* dederat, ſub *Iulii* finem, *Anno eodem*, nempè ad *Damizam* ille reconfugeret: Illic enim arma eſſe ſocianda, facilè colligere eſſet, in eo clàm palàm laboratum eſſe, quò fortalitium è *Cæſareanorum* manibus rurſus extorqueretur. Id quod vel ea inſuper confirmata fecerunt, dùm *Centurioni* anteà lex poſita fuerat; *Danicos* intrò ut reciperet; tùm *Duces* fortalitium, etiam *Thillyo* deditionem urgenti, modumque fidei demonſtrandæ præſcribenti, minimè ſuffragarentur.

De traditione cæterarum civitatum, clauſtrorumque ſicut etiam de avocatione vaſallorum, ac ſubditorum, ità eſſe, ut hæc jactata obedientia paritoria tùm demùm, poſt tres quatuorque, menſes emerſerit poſtliminiò. Poſteaquàm eventus belli, victoriis præeuntibus, eſſet evidentiſſimus, *Cæſareiſque* copiis hoſtes ampliùs reſiſtere nequirent. Edictum verò monitorium hoc voluit, nempè confeſtim dicto eſſent audientes, & abſque tergiverſatione ilicet paritionem condocerent. Tametſi igitur ex eo tempore, quò contrà *Cæſarem* vultus elevâſſent, contractus, ac transactionis, ob crimen perduellionis, forent incapaces, nihilo-minus ſub traditionibus ultimis locorum quorundam, contractus interveniſſe. Quos quidem illi petiiſſent à *Cæſare* confirmari. Aſt id genus actiones *Cæſarem* non habuiſſe ratas.

Immò de induſtria *Fridlando* dediſſe in mandatis, ne is, citrà extremam neceſſitatem, in quoſcunque deſcenderet cum *Ducibus* tractatus, ſed de omnibus ante ad *Cæſarem* perſcriberet.

Proindè, cùm ex his his omnibus manifeſtum, atque evidens, evadat, iſtos nullam legitimæ defenſionis particulam adverſus *Cæſarem* afferre, ut magis propriis ſemetipſos jugulent exceptionibus, majoremque inobedientiæ, ac prævaricationis, notam incurrant: hac de re *Cæſarem* publicationem alienatæ iſtorum provinciæ diutiùs ne quidem ſuſpendere potuiſ-

ſe. Ut

ſe. Ut inpræſentiarum illam illius provinciæ in *Fridlandum* translationem feudalem omnibus in univerſum ſignificare, notamque eſſe, velit, jubeat.

Atque hoc nomine *Cæſarem*, ex imperiali autoritate, mandare omnibus, ac ſingulis, *Electoribus*, *Principibus*, *Ordinibus*, *civibus*, *Rebuspublicis*, ſubditisque, *Imperii*, inprimis ordinibus, incolisque, *Ducatus*, ac ditionum *Megapolitanarum*, jam, & deinceps, *Fridlandiæ Ducem*, pro provinciæ illius *Principe*, & domino, recognoſcant, atque admittant. Illique debitam ſubmiſſionem, juramentique hæreditarii ſanctitudinem, exſolvant. Atque hac ratione nuperum juſiurandum, hypothecæ titulo, depoſitum, relaxari. Quod ſi denique accidat, ambos *Duces* nondùm in ſeſe deſcendere, huicque clementiſſimæ *Cæſaris* diſpoſitioni ſe ſubmittere, tùm demùm ſuo tempore banni ac proſcriptionis, fulmen in iſtos ſimulatque publicandum venire. Quo quidem eventu alia, atque alia, eorum delicta prolixius eſſent enumeranda, deducendaque. Hactenùs *Cæſar*.

CAP. IV.

De Daniæ Rege, pro Megapolitanis Ducibus, in exilium ejectis, apud Cæſarem interveniente.

Superiori *Cæſareæ* deductionis publicatione invitatus, *Chriſtianus*, *Daniæ Rex*, pro revocandis ab exilio *Megapolitanis Ducibus*, apud *Cæſarem* intervenire nullus dubitavit. Præſertim, cùm *Imperii Electores*, eadem nuper interpoſitionis vices præmittentes, fruſtrà fuiſſent. Sic autem *Rex*, pro *Ducum* expiatione, ſolennibus, & conceptis, verbis *Cæſarem* interpellare, cœpit: *Cæſari*, inquit, ſe non poſſe non aperire, quibus verbis agnati ſui, *Duces Megapolitani*, penès ſe quiritâſſent, ſubitaneo, inuſitatoque per *Imperium* exemplo, ſe ſe extrà ditionem, & poſſeſſiones, eiici accidiſſe. Hancque afflictionem illos non alia de cauſſa premere, quàm quòd *Regis*, nuper *Saxoniæ inferioris* archiſtrategi, defenſionis arma parantis, juxtà cæteros *Principes*, *Ordineſque*, partibus acceſſiſſent. *Fridlandiæ Ducem*, ſub colore expenſarum militarium, nunquam in rationes ordine relatarum, hoc ipſorum cauſſari exilium. Ut jam, tùm, jure retentionis, ceu vocant, in poſſeſſionem, tanquàm pignoris loco conceſſam, provinciæ venerit. Sic exutos, & privatos, ditionibus patriis agnatos ſuos, ſecundùm viam æquitatis, ac juſtitiæ, demiſsè contraveniſſe. Sed petitiones, atque deſideria, eorum fuiſſe fruſtranea. Ut tanquam ordine, fuiſ-

ſent condemnati, unà cum conjugibus, l
que, inſontibus, in triſte exilium prorsùs ſi
cti. Cùm ne ullus quidem intrà ditiones
vel infimæ alicujus præfecturæ locus illis
quatur, cuius adminiculo triſtem hunc ev
vel aliqua ex parte ſolari proclive foret. Sp
quidem illos, futurum, ut *Cæſar* ſecum in g
reverteretur, præcipuè, cùm *Electorale co*
conceptis verbis hanc reconciliationem qu
ſet. Sed nihil minùs effectum eſſe, fori
clementiam *Cæſaream* etiamnunc occluſ
Nulla igitur affulgente ſibi declaratione, h
primis ingenti eſſe cordolio, dùm, abſque
cauſſæ inſpectione, ac condemnatione, ne q
auditi, à ditionibus eiicerentur: *Fridlandiæ D*
tereà, tàm pro ſe, quàm tota familia ſua, un
libera diſponendi facultate, ſub feudi titulo
poſſeſſionem occupante. Ut etiam tùm de
poſt poſſeſſionem illam aditam, *Cæſari*
claratio emerſerit. Qua quidem ipſi crimi
ſæ *Maieſtatis Cæſareæ*, *perduellionis*, aliorum
genus fœdorum delictorum, citrà omne ſuu
ritum, inſimularentur. Ut etiam ampliù
ſcriptionis, fulmen ſibi intentetur.

Quibus ità ſeſe habentibus, *Regem* aliter
non poſſe, quàm ut ſolenne, & legitimum
perhibeat teſtimonium, *Cæſarique* confirmet,
alias conjunctionis, defenſioniſque, vias hau
greſſos eſſe, quàm quas *Saxoniæ inferioris Ci*
majoribus ſuffragiis approbâſſet, tùm *Imperi*
culique, leges admiſiſſent. Quo nomine ill
illicitis, externisque, fœderibus ſeſe abſtin
Ut etiam, ad *Cæſaris* dehortatorias, *Regi* ſubſidi
gârint. Immò penitùs ſociis armis renunciar
mati fuerint, niſi *Rex*, legionibus aliqu
eorum ditionem immiſsis, hoc inſtitutum a
vertiſſet.

Atque ex his ſufficienter diluceſcere, *Duces*
quàm ex malitia ſive contrà *Cæſarem*, ſive *Imper*
quicquam deſignâſſe. Ut tantùm eo intentio
operaſque, tanquam in ſcopum, direxiſſent,
Circulus contrà iniurias, oppreſſioneſque, defe
libertaſque, *Teutonica*, unà cum *Pace*, tàm *Relig*
quàm *Seculari*, ordoque, & tenor, *Iuris*, *æquiq;*,
ſervari poſsint. Quòd igitur vel exindè *læſæ Maie*
crimen, aliique in diplomate allegati exceſſus
de jure intentari nequirent, eapropter optim
niti, fore, ut, mediante hac *Regis* interceſsione,
ſar ipſis reconcilietur.

Tametſi autem *Rex*, adversùs nuper pac
pacificationem, *Cæſari* nolit eſſe moleſtus, nih
minùs non poſſe ſe non præſens veritati perhib
teſtimonium. Ut etiam in mentem revocet,
prædicta pacificationis diæta, *Cæſaris* legatos
cauſſa *Megapolitana* illa, interpellatos, commodè
ſpondiſſe, nempè *Cæſarem*, citrà faſq;, piumq
neminem gravaturum eſſe. Juxta autem ſibi q
dem ſubverendum videri, niſi huic difficultati m
turiùs remedium fiat, ne novi motus exſurgant
liique ſeſe huic negotio ingerant. Sic quiden
gravioribus turbis aperiatur occaſio, neque fin
mas regiones ſecuras eſſe poſſe. Ut ipſæ *Regis* p
vinciæ in ſocietatem periculi facilè pertrahi qu
ſint.

Propterea, non potuiſſe *Regem* intermitte
quin à *Cæſare* contenderet, videlicet, hoc age

Cæſ

,pro animi æquanimitate,juſtitiæque amore, :ret ſeſe *Ducibus*, agnatis ſuis; Illosque ab exilii :ia revocaret; Ac denique, præeunte *Cæſarea*, nâque, manſuetudine, dejectos erigeret; ac eret. Hoc hoc eſſe illud, quod *Cæſaris* gloriæ ortali cumulum ſuperaddere, communiſque :is vincula ferruminare, queat.

CAP. V.

an. Albertus, Dux Megapolitanus, à Cæſare, in amiſſas poſſeſſiones reſtitutionem, demiſſè, flagitat.

Lli cùm *Regis* optimi commatis interceſſorii codicilli nihiloſeciùs abſq; effectu pariter laboráſſent, rem in ultimis eſſe videns *Io. Albertus, Dux Megapolitanus*, qui quidem eo tempore intrà *ccam* acerbam exilii ſui neceſſitatem tolerabat, net, emiſſis ad *Cæſarem* ſive apologeticis ſive recatoriis, quò ditionibus, ſibi, ſuiſque, reddi et, demiſſè flagitare cœpit. Tenor illius flagiẞnis ille fuit. *Cæſarem*, inquit, clementiſſimè in noriam revocare, poſteaquàm adverſariorum ſtis delationibus, atq; inſtantiis, *Cæſaris* in inationem incidiſſet, & exindè, abſque cauſſæ ectione, è ditionibus eſſet eiectus, quo triſti eventu, citrà *Cæſaris* etiam præſcriptum, neque jugi, liberiſq; ſuis, fuiſſet parſum) quibus mo-pſe, ob reſpectum, honoremque, *Cæſari* debi-, hunc amarum caſum animo ptuliſſet, patienmo. Ut, ſub hac afflictione, nihilo-minùs, ſedùm DEUM, in benigniſſimum *Cæſarem*, inheliotropii alicuius, oculos, ſpem, ac cogitaes ſuas, unicè conjecerit. Sub ſpe, futurum, ut iſſimus *Cæſar* placidis auribus juſtas ſuas exciet querelas & preces; Inprimis ſplendidorum *Imperii Electorum*, ac *Principum*, interceſſorias, n pondere, admitteret.

Tametſi verò ab eo tempore, ex quo in triſte lium ejectus, omnibuſque patriæ beneficiis, ac itibus, ſubitò privatus, apud peregrinos, duvitæ genus, cum ultima patientiæ demonſtrane, per integri anni decurſum, exanthláſſet, ni-ſegniùs animum, ſic penè ærumnis fractum, ſolenni confidentia, atque exſpectatione, obnaſſet, fore, ut à *Cæſare* proximè tanquam hulis *Imperii Princeps*, audiendus ſit. Quæ quidem lex, ſive gratia, etiam vel abjectiſſimæ ſortis hoi negari nec ſoleat, nec poſſit.

Attamen, proh dolor! tantùm abeſſe, ut ab adſariis ſibi ad *Cæſarem* ſit relictus aditus, ut, ſub hâc luctuosâ ſtatus ſui facie, nihil, præter gemi-, & querelas, ſupereſſe videat. An ergò non quiritare debeat? An ad adverſariorum accuſationes nõ reſpondere? An graviſſimis illis ſub executionibus cauſſam ſibi ſuam tueri, non liceat? Siccine, abſq; inſpectione, ac ventilatione, juris ſui, ex antiquo, atq; hæreditario, patrimonio, miſerrimè exterminandus eſſet? Atque ex adverſo pati cogeretur, peregrinum hanc in hæreditatem ſeſe mittere? Unáque, tàm pro hæredibus omnibus, quàm agnatis, liberam inſuper diſponendi facultatem jactare? Exemplo prorsùs inaudito, ſub feudi titulo, provinciam ſuam transferri. Atque poſt principia declarationem, delictis, quibus ipſe per *Imperium* differretur, plenam, tandem emergere. Cujus modi jam quoque manus ad ſuas perveniſſet. Ex ea, non abſque juſto animi dolore, ſibi innoteſcere, quibus adverſarii machinis, arietibuſque, tàm mite, ac benignum, *Cæſaris* pectus expugnent, pleraq;, contrà mentem, ac propoſitum ſuum, invidiosè exaggerent, circumſtantias præcipuas, atque ad rem facientes, præter faſque piumque, reticeant, plurimaque eius generis, illuſtrem ſanguinis, hominiſque ſui famam denigrantia, coacervatim tanquam è plauſtro, convitia ſuperingerant. Has illas eſſe pręclaras artes, has technas, quibus *Cæſari* benignitatem expectorent, indignationem inſtillent; Has illas inſidias, quibus clàm - palàm in ſui, ſuorumque, oppreſſionem, atque interitum, graſſentur. Sic atrocia, atque ſanguinaria, conſilia prævalere conſueviſſe, indemnes ut eiiciantur. Quid ergò eſt? Dùm cauſſæ inſpectio locum habet nullum, in inſontes eò gravior fit impetus. Dùmque abſque ordine formatur proceſſus, tumultuaria oritur ſententia: Fruunturque, qui in armis prævalent. Iſtorum ergò hûc collimat invidia, *Cæſari* ut perſuadeant, delicta eſſe notoria, quæ nulla ſunt. Scilicet hinc illud conſequuntur, ut, tanquam in cauſſa præcognita, ab executione procedatur. Accuſatiſque obſtruatur aditus. Neque novum eſt, hac in parte *Cæſari* ut imponatur. Id genus enim fallacias (in foro ſub, & obreptionem, vocant) laudatiſſimi nominis olim *Cæſaribus* objectas, moleſtaſq;, fuiſſe, conſtat. Prout, publicatis illorum ſub legibus, divulgatum eſt.

Intereà, neque ſic ſatiata inimicorum eſt invidia. Jam quippe novũ in hoc caput cuditur commentum; Non alia de cauſſa, quàm ut à radice, & cum pulviſculo, ut ajunt, exſcindamur. Ecce! enim, fingere pergunt oſores, ruſticanis me involutum veſtibus, meas per ditiones obvagari, reſque novas agere. Sic, re prorsùs incertâ, diſpoſiti ſicarii cultros in me acuunt, equites conductitii acinaces expediunt, ſclopos inſtruunt. Scilicet hunc ut ſanguinem fundant. Me enim cadente conveniret inimicis. Numquid hæc invidiæ, ac malevolentię, iſta tela ſunt?

Quot enim, inquam, vulneribus iſthîc lædor? Fingunt, me, fugitivi more, *Melibæi* induere habitum, erronis inſtar, patriam pervagari, & neſcio quid abſurdi comminiſci. Satisne hoc convitiorum, ſatisne novarum accuſationum, eſt? Ego verò, inquam, *Cæſar* optimè! juro tibi, hactenùs, ex quo ab æmulis extrà provinciam ejectus ſum, nunquam me vel pedem intuliſſe. Tantùm abeſt, ut vagabundus, larvatuſque, oberrare eligam. Per fidem! niſi in tuam, ô *Cæſar*, oculos hos coniicerem gratiam, crede mihi, jam-pridem ſub alia hoc

caput hedera,& abſque larva, iſtis objeciſſem, qui huius ejectionis autores ſunt meæ.

Quæ omnia ſiquidem mille modis hunc animum vulnerent,facilima fuerit, ô *Cæſar*,conjecturatio, quibus oculis hanc è vetuſto *Principatu*, ac patrimonio,meo ejectionem intuear. Decem enim ferè ſeculorum excurrunt paria, ex quo, per *Regum*, *Principumque*, manus, continuâ ſerie,hanc familiam duco , hanc provinciam , à majoribus meis optima cum voluntate, *Romano Imperio*, non ſine fructu, & commodo, adductam, hæreditatis optimo jure teneo.Ut taceam, majores illos meos, tuis, ô *Cæſar*, auguſtis, & quidem *Auſtriacis*, anteceſſoribus laude digna, graviſſimis ſub occaſionibus,bonâ, ſincerâque, fide præſtitiſſe officia. Ut eò minùs , etiam ultimæ fecis *Corydone* deterior, inauditus , indemnatus , ex antiquo illo patrimonio meo exterminandus veniam. Ergò hoſpites , & peregrini, hanc patriam,hæc culta novalia, habebunr ? Qui partim pro *Cæſaris* , *Imperiique*, commodis , neque pedem de ſtatione ſua dimoverunt. Partim ſic quidem, uſibus ſuis velificantes , poſt aſellos diaria ſumere minimè habent opus. Ut nihil , vel parùm , dicam , iſtos, non in ſuam , ſed aliorum paternam poſſeſſionem irruentes non paſtores, ut loquuntur, ſed mercenarios agere. Quo enim ſpectat,quòd ſylvas, ac ſaltus, immiſſis bipennibus, proſternunt? Quòd ſumptuoſa palatia diruunt ? Quòd atrocibus,inauditiſque, exactionibus regiones miſerrimè lacerant ? Ut ut hæc tonſura non eſt, laniena eſt. An ergò ſic iſti, dùm in optimorum *Germaniæ Principum* bona, & fortunas,graſſantur, etiam in ipſorum capita, pro lubitu, jus vitæ, ac necis,exercebunt? Profectò, hæc ejus ſaporis eſſe videntur, ut nunquam animis excidere poſſint. Tantùm abeſt,ut vetuſtæ familię,patriæque poſſeſſionis,exul, ejectus, extorris, hoſpes,dememiniſſe quitus ſit. Id quod , pro ſua illa commendata bonitate, *Cæſari* conjecturare eſſet facilimum. Quanquam verò eam in ſententiam venerit, eò magis, magiſq;, excurrentibus odiis inimicos laborare , quò ſibi apud *Cæſarem* locum gratiæ relinquant prorsùs nullum,undè quidem hactenùs in propoſito hæſerit: nihilo-minùs, ut tàm *Cæſari*, quàm omnibus per orbem, *quibus lotum pectus honeſto eſt*, conteſtatiſſimum fluxit, etiam tàm aſperum procedendi modum, fortunamque acerbiſſimam , nondùm animum ſibi à cultu, & obſervantia, quâ quidem *Cæſarem*,dominũq; ſuum, conſtanter,ac religioſè, etiamnunc proſequitur, dimoviſſe. Ut magis, pro placando hac via *Cæſare*, omnia extremæ cum patientiæ ſignificatione, hunc in diem uſque,toleret. Quò ſic, coràm *DEO*, tàm conſcientiæ, quàm poſteritari, ſui probare, ac ſatisfacere, ſufficiat, à ſe quidem ad devotas deprecationes nihil factum eſſe reliqui.

Siquidem ergò nullus ignoret, *Cæſarem*,pro cõnata illa , & mitiſſima, animi indulgentia, motu proprio hanc in rem non ferri, ſed inimicorum fictis accuſationibus, ferreiſq; inſtantiis,inflammari , eapropter *Cæſaris* in ſinum poſtliminiò ſeſe preces, ac deſideria ſua,effundere. Non,quòd prolixa verborum inductione moleſtus eſſe velit, ſed ut ex hac ſuccincta narratione, quàm ab inimico, contrà teſtimonium iſtius proprium, temerè, ac

falsò, laceraretur, *Cæſar* clementiſſimè intellig
Atque hinc altam illam fiduciam animo conſt
ter ſe fovere, futurum, ſi *Cæſar* hanc flebilem è
tionibus ſuis ejectionem,hoc triſte patriæ exiliu
quòd hûc-uſque, invictâ devotæ ergà *Cæſarem*
clinationis perſeverantiâ, perferat, neque latu
quod dicitur,unguem ab hac ſua obſervantia re
dat , ad animum interiùs admittat, ut mitiſſin
Cæſar, tot precibus,ac flagitationibus fractus,to
rumnis mitigatus , ſeſe diutiùs afflictis exuli
haud negare, ſed clementer reddere, ſed tantis
flictionibus,antequàm ſpes omnis intercidat, n
deri, velit.

Hoc nomine, hoc animo, hoc vultu, ſe den
tanquam devotum, afflictumque, *Principem*, e
demque *agnatum*, ad *Cæſarem*,dominum utiq; c
mentiſſimum,agnatum verò admodùm obſerv
dum,properare, benigniſſimamque tàm *Cæſa*
quàm agnati, in ditiones patrias reſtitutionem
gitare. Ut autem humilimâ iſthâc ſupplicatio
via voti compos fieri poſſit,non ſe quidem, pr
antè recepiſſet, *Aſiatica* verborum exundantia f
gare velle.Interim, paucis, tanquam in tranſcu
non poſſe non demiſsè obteſtari, ſeſe ſub illo *Sa*
niæ infer. *Circuli* defenſionis opere, ex integerr
fide, ac devotione, ſemper *Cæſaris* commodis v
ficâſſe. Hanc ſuam fidem vel anteà patuiſſe, c
Chriſtianus Halberſtatenſis, ſe maſculè procurant
Circuli finibus exire juberetur. Hanc, ſub ipſis C
culi, defenſionis causâ, præparationibus, fuiſſe c
ſpicuam. Quo ſub agone nihil neq; in fideles *In*
rii Ordines, multò minùs in *Cæſarem*, deſignatu
ſe fuiſſet. Ut duntaxat hæc animum cura mom
derit, quò, ſub invaleſcentibus per *Imperium* r
tibus,totq; *Principatuum*, citrà *Cæſaris* voluntate
atq; indultum, obrepentibus everſionibus, ſec
dùm juris divini, naturalis, ac civilis, regulas, t
ſe, quàm ditiones ſuas , conſervaret. Uſq; eo t
regnâſſe hanc luculentas provincias depopula
cacoëthen, ut neq; ſuprema *Cæſaris* autoritas, c
menſq; benignitas, neq; *Principum* officia, ac m
ta, hanc peſtem declinare valuiſſent. Et ſic quid
Defenſionis illius haud novum extitiſſe opus.
veriùs antecedentium *Cæſaris* permiſſionum, c
culique conſtitutionum, reaſſumptio, ſive execu
videri debuerit. Quibus, ſub rotundis verbor
globulis , diſertè ſancitum fuerat : Fores *Cir*
quibuſcunq;, bella gerentibus, partibus eſſent
cluſiſſimæ. Iſq;, ſub *Cæſaris* devotione, intactu
quietus, cõſervaretur. Atq; indè eſſe, ut conſcien
ſtimulante, ad tot ſociorum ejuſdem *Circuli Pr*
cipum querelas, ſeſe ſubducere ne quidem potue
quin defenſionis arma in eum decernenda pu
ret, qui primus *Circulum* faceſſere, ac perturba
fuiſſet auſus.

Quò ſic in priſtino vigore *Circulum* conſerva
ſe verò, patriamq;, omni meliori modo, adver
inſultus, tueri liceret. Hoc nomine inſtitut
ſuum extrà defenſionis illos cancellos, nunqu
dirigi, nedùm egredi, cœpiſſe. Ut hoc vero
ſpectu in *Magnatum* complurium poſtulation
devotioni ſuæ adverſantes, deſcendere recusâ
Ergàque *Mansfeldii* irruptiones non ſemel pe
rârit. Ut in pacem defixis oculis reſpexerit. T
demque *Daniæ Regi* obſequium conceptis ver
ſub fœderis renunciatione , negârit. Inte
te

oris,*Danicis* per provinciam ſuam paſſim præ-
itibus, faſtidia ſibi ferenda fuiſſe plurima. Ut
n apud *Bôtzenburgum*, ſuper aſſeribus conqui-
is,curioſus,atq; alius, eſſe debuerit, gravioris
axat evitandi mali cauſsâ ; Ne omnia à depo-
ricibus regiis legionibus in cineres uſque re-
rentur.
æc omnia nunc eſſe in medio. Ut etiam ipſius
a Regis,ad *Cæſarem* emiſſis,interceſſoriis,abun-
rroborentur. Modò ſibi hactenùs non adem-
uiſſet omnis defendẽdi ratio,jam-dudũ ſenſiſ-
inimici,quàm turpiter accuſaſſent. Quàmque
ius eſſet,alia,atq; alia,fœdi ſaporis crimina fal-
iicere,quàm temerè objecta veris fundamen-
nfirmare.Neutiquam ſufficere,ut factum ali-
d notorium iccircò condemnationem inferre
eat.Ut potiùs facti illius qualitates, æq; noto-
xaminandę veniant. Cùmq; in hoc ipſo laps[9]
cilimus,neminem,inaudita,minùsq; inſpecta,
ſa,protinùs damnandum eſſe. Si enim ille,qui
orporis,vitæq;,defenſionem,armis,utitur,ho-
emq; ſic occidit, illicò damnandus eſſet, quòd
icidium,factumq;,exiſteret notorium,per fi-
i! adversùs leges,& non niſi peſſimè, ageretur.
is enim reus audiendus eſt. Priùſq; excutiendæ
iunt facti qualitates,an doloſè, & cum malitia,
x inculpatæ, ut vocant, tutelæ moderamine,
oſitâque defendendi, neceſſitate, homicidium
um ſit? Et tunc,inſpectâ antè cauſsâ, ſententia
nda fuerit. Pari paſſu, tametſi notoriæ ſit ve-
tis, ſe, inter cæteros *Saxoniæ inferioris Principes*,in
tes *Circuli* defenſionis veniſſe : nihilo-minùs
ob factum illicò damnandum non eſſe. Priùs
m cauſſam inſpiciendam,qualitateſque excuti-
as,venire, utrùm illud dolo malo,& ex propo-
Cæſarem lædendi,factum ſit, nec ne? Undè hoc
nùm ex fonte proceſſus fuerat formandus.
m, antequàm delictum veris ſub fundamentis
ari potuerit, è ditionib[9] ſuis eiiciendus nõ eſſet.
ſta omnia ejus nunc eſſe generis, ut ſingula in
cie, ſub iuſta extenſione, deducere haud labo-
velit : Ut magis in medio relinquat. Interim,
cùm hoc, atq; invictum,fundamentùm,*Cæſari*
nenter deponderãdum, ſe humilimè ſubiicere.
d verò tale eſſe.Nimirùm *Cæſarem*,vigore man-
i ultimi,ſub *An.M.DC.XXVII.V.Non.Quintil.*ex-
ti, ſic quidem ſenſiſſe, modò, ab hujus intima-
ne,plenam ipſe demonſtraret obediẽtiam,ipſo-
effecto hanc paritionem exercitus *Cæſareani*
hiſtratego cõprobaret, fore, ut,*Cæſarea* ex gra-
, omnia illi priſtino ſub ſtatu integerrimè per-
tteretur.Hoc ei[9] eſſe ſaporis,ut, quantũvis ea o-
ia, quantacunq; accuſatores commenti eſſent,
è ità ſeſe haberent,ipſeq; *Cæſarem* ex malitia,de-
ataq; voluntate, offendiſſet,nihilo-ſeciùs rea-
n iſtum ſufficienter expiare ſufficiat. Iam verò
erius *Cæſaris* mandatum *Calend. Sextil.*ſtylo vet.
no eodem, demiſſa animi cum reverentia, tàm
cepiſſe,quàm etiam ſub modo,& forma debita,
ceptâſſe. Ut eo ipſo die,pro conteſtanda ſubmiſ-
bedientia, legatos ſuos ad *Cæſaris* archiſtrate-
s dimiſerit. Eâdemque operâ, ſub obtentâ fide
blicâ, omnia, quæcunq; tàm à ſe, quàm exhau-
s ſubditis,in *Cæſarem* proficiſci poſſint,obſequia,
omittere cœperit. Neque verò tantùm verbis,
d ipſomet facto, hanc ſe promiſſionem impleviſ-
ſe. Poſteaquàm enim *Fridlandiæ Dux* ditionibus ſu-
perveniſſet,unà cùm exercitu, tùm utique ſe illi o-
mnes aditus,civitates,ac fortalitia, aperuiſſe. Nec
hoc ſuffeciſſe. Sed *Arnheimio* porrò tribuno,*Butzo-
viam*, *Epiſcopatus Suerinenſis* ſedem, obſidenti, è *Ro-
ſtochio*,civitate ſua, (intrà quam ſeſe eo tempore
tenebat) annonam, rem tormentariam, bonam-
que pulveris pyrii quantitatem, inter cætera ſub-
ſidia, ſuppeditâſſe. Atque eam quidem ſuperio-
ri *Cæſaris* mandato ſatisfactionem abundè præſti-
tiſſe, ut, conſcientiâ teſte, neminem, tàm è copiis
Cæſareanis, quàm cæteris bonæ mentis homini-
bus, dari putet, qui contrarium affirmare, ſeque
ſuo loco, officioque, tùm quidem defuiſſe, com-
miniſci, auſit. Ejuſce rei veritatem non minùs
ex eventu probari accidiſſe. Quòd enim eo tem-
pore regiæ cohortes *Polam*, parvam, eamque in
finibus *Viſmariæ* poſitam, atque ad fratrem ſuum
ſpectantem,*Inſulam*, inſiderent, accidiſſe, ut ex-
inde hoſtiliter non tàm ipſe infeſtaretur, quàm
legati ſui, ad *Thillyum* nuper dimiſſi, jam reduces,
intrà *Viſmariam*, per ſex ſeptimanas integros con-
cluderentur, antequàm manus regiorum, il-
lis ſubindè inſtantium, effugere, atque ad ſe re-
verti,potuerint. Hæc nunc omnia verſari in pro-
patulo. Ut inſuper, colophonis loco, *Arnheimii*,
Cæſareani illius *chiliarchæ*, codicillis, *VIII. Id. Sex-
til. M. DC. XXVII.* ad ſe exaratis,confirmanda ſint.
Cujus verba eſſent illa : Equidem, inquit, ma-
xima cum lætitiæ teſtificatione, amplector, ô
Dux,te *Daniæ Regi*, ipſiuſque militiæ, renunciâſſe.
Ex adverſo tùm benevolè recepiſſe, ad declaran-
dam *Cæſari* demiſſam devotionem, civitates,loca,
fortalitiaque quæcunque, immò univerſam di-
tionem, contraditurum eſſe. Hæc quin *Cæſar* o-
mni, ac ſingulari, cum gratia, ad animum admit-
tat, benignaque gratificatione viciſsim com-
penſet,nullus dubito. Hæc ille. Sed, proſit, ulteriùs
etiam ipſius *Cæſaris* archiſtrategi propriam con-
feſſionem hoc loco ſuperinducere. Cùm enim
illum apud *Damitzam* conveniſſent legati mei, i-
dem ſub *XIII. Calend. Septembr.* hanc in ſenten-
tiam reſpondere cœpit.

Haud quidem, inquit, eſt fruſtrà, ut illum
hactenùs & hoſtium loco habuerim, & tàm ab i-
pſo,quàm tota ditione, nihil,niſi hoſtile,exſpectâ-
rim. Dùm autem ultimas *Cæſaris* dehortato-
rias decenter admiſit, mandatoque, ſicut par e-
rat, morem geſsit, tùm unà realem quoque pari-
tionem ſub locis convenientibus maturè imple-
vit, hanc ob rem, cauſſa mihi non eſt, ut ſimulta-
tem, ſuſpicioneſque,ſuprà conceptas,fovere per-
gam. Ut magis, ex mandato *Cæſaris*, illum ulte-
riùs non hoſtis, ſed obedientis, & devoti, *Principis*
loco habeam. Illumque, unà cum ditionibus, ac
populis, ſub *Cæſareæ* aquilæ, id eſt, copiarum
militarium, ad *Cæſarem* ſpectantium, protectio-
nem admittam. Atque indè eſt,ut nihil quicquam
hoſtilitatis ulterioris metuere, ſed optima quæ-
que tàm ſibi,quàm ſuis,promittere,debeat. Atque
hæc ſunt, quæ legati, ac conſiliarii,tùm prolixè re-
tulerunt. Ut etiam, hujus promiſsi uberiorem ad
confirmationem, cùm copiæ *Cæſareæ*, quoad ſta-
tiva, ditioni parcere in totum non poſſent, cu-
ſtodes,velutque obſides,permiſerit. Qui quidem
inſpectione hâc ſuâ turmas, turbaſque cæteras

 caſtren-

caſtrenſes deditâ operâ à præfecturis amolirentur.

Hæc cùm eſſent tàm vera, quàm manifeſta, iis ſeſe omninò &ſtarè, &niti. Ut non minùs *Cæſaris*, quàm bonæ mentis amantium, exſpectet judiciũ. Dicant igitur ſententiam, an non ultimo *Cæſaris* mandato plenariè ſatisfeciſſet? Se quidẽ intus câ parte, qua ſiniſtra ſalit papilla, certiſſimum eſſe, modò *Cæſari* hæc anteà, prout ſunt, fuiſſent præcognita, nunq̃ tàm mite, ac juſtitiæ amans, pectus eò potuiſſe permoveri, ut ea, quæ hactenùs à biennio, non citrà ærumnas, paſſus eſſet, in ſe decerneret. Etiam medias has inter adverſitates, dùm proventibus, reditibuſq;, in totum, &ſubitò, eſſet privatus omnibus, duramq;, unà cũ uxore, ac liberis, experiretur ſortem, nihilominùs omnia quantumvis graviſſima, æquiori ferre animo, quòd ſperet, ſibi *Cæſarem* paulò poſt fore favẽtiorem. Proindè eã dediſſe operã, hanc ut puram, nudamq;, veritatem litteris, humilimè ſcriptis, ad *Cæſarem* daret. Simulq; diſpiceret, quo hi codicilli ad proprias *Cæſaris* manus rectà pervenirent. Citrà dubium, exſpectatam abindè affulſuram ſibi declarationem. Itaq; ſupplicare, ac rogare, ſe verbis devotiſſimis, dignaretur, *Cæſar* hanc ſibi gratiam indulgere, codicilliſq; haud gravatim perlectis, juſtiſſimæ petitioni ſuæ accedere. Sic enim nullum ſibi relinqui dubium, quin indulgentiſſimum *Cæſaris* pectus, ſub ipſius adverſæ partis, luculentis teſtimoniis comprobatam, ſecundũ ultimi mandati monitorii tenorem tùm poſtulatã, paritionem cum fundamento cognoſcere, atq; ex adverſo, in eventũ paritionis, promiſſam *Cæſaream* gratiam, ditionumq; ſuarum conſervationem, ſibi indulgere velit. *Adolphum Fridericum*, fratrem dilectum, ad agnatam, ſive matrem regiam viduam, in *Daniam* profectum, atq; abſentivum, eſſe. Alioquin inpræſentiarũ ſuam illum ſymbolam humilimè adjecturũ fuiſſe. *Cæſar* igitur utrumq;, poſt tot à tantò tempore exanthlatas ærumnas, in vetuſtas illas, ducaleſq;, poſſeſſiones reſtitueret, populisq;, tot militaribus exactionibus exhauſtis, gratiosè redderet.

Quodſi tandem, ſub præallegatæ *defenſionis* armis, quicquam à ſe ſive commiſſum, ſive factum, agitatumque, ſit, quò *Cæſar* offendi maximè poſſit, id omne ſibi ex animis dolere. Itaque, cùm *Cæſarem* quoquo modo lædendi nunquam quicquam ſibi eſſet præcogitatum, neq; ullus dolus malus interveniſſet, niſi ut ſe, ſuoſque, eo pacto conſervarent, humilimè etiamnunc ſeſe corrogare, *Cæſar* hanc inclementiam deleret abſque cicatrice. Cùmque à bono tempore, juxtà cùm uxoribus, ac liberis, durã exilii ſortẽ pertuliſſent, ſecundùm ꝓmiſſa, benigniſſimè facta, ſeſe ſibi redderet. Hęc ut *Cæſar* afflictis elargiri velit denuò ſeſe religioſiſſimis verbis deprecari. Neque minùs ſanctè repromittere, futurum, ut clementiſſimam hanc *Cæſaris* indulgentiam, toto vitæ ſuæ tempore, memori, gratoq;, animo recondere, ac, præeunte devotiſſima ſinceræ, atque humilis, fidei demonſtratione, officiis in omnem eventum paratiſsimis, demereri non minùs cupiant, quàm debeant, Ità huius gratiæ *Cæſarem* pœnitere non poſſe. Ità tàm mitiſsimo, *Cæſari*, ac domino, quò placere poſſint, unicè ſibi in oculis futurum eſſe.

***

Externa.

I.

Henricus-Fridericus Vranius oppugnat Sylv[…] Ducis.

A Rebus *Germanicis* noſtris digre[…]
mur ad *Belgicas*. Quib⁹ ſub regio[…]
cùm penè mox à ſeculo *Mars* ide[…]
dem tropica, ac memorabilia, ſu[…]
inducere cõlueverit, placet hoc loco in ea ſimu[…]
que, pro ratione temporis, inquirere.


Jam-dudùm à multis retrò annis *Batavi in* […]
vam Ducis curioſos conjecerant oculos, an quæ[…]
ſimâ hoc potiri poſſent prædâ. Eſt enim ea civ[…]
Brabantiæ tã munitiſsima, quã ampliſsima, ſolo q[…]
dem arenoſo, firmo tamen, ſuperſtructa, nec m[…]
tanquam inter paludes ſita. Ità ut haud rarò, pro[…]
tione tempeſtatis, aquis interfluentibus circũ[…]
tur: *Moſa, Arula, Dormalioq;*, fluminibus, diverſis [...]
tibus juxtà excurrentibus. Hanc, velut *Braba[…]*
Danaen ac initiis motuum, *Batavarum* partiũ, de[…]
ſub *An. M.D.LXXIX.* ad *Hiſpanos* deflectentem, c[…]
votis deditiſſimis ſectarẽtur, ac requirerent, *Ba[…]*
vi, primũ ab *Hohenloo Comite*, legiones ſuperin[…]
cente, tentari cœpit, an arte, & ſtratagemate, ſu[…]
rari poſset. Sed civiũ vigilantia hos illius conatu[…]
luſit. *Mauritius Vranius* igitur, juſta ſub obſidio[…]
An. M.DC.I. pertinaciam ejus expugnare retenta[…]
Sed idem, ingruente frigoris inclementiâ, co[…]
reduxit. Nihilo-minùs, vix intercurrente bien[…]
An. M.DC.III. nova illam cinxit obſidione. Sed [...]
bertus Archidux, inſtructo cũ exercitu, in proxi[…]
excubans, denuò iſtos fregit conatus, imiſſa per [...]
tem integrâ in urbem legione. Hoc exploratũ [...]
bens *Vranius*, re deſperatâ, denuò ſolvit obſidion[…]

Quidnî ergò hæc nympha, in laudes *Henrici-[…]*
derici Vranii relicta, digna eſſet, quæ ab aliis nõ [...]
nùs ambiretur? Quid? Eo ipſo tempore, quo fo[…]
nihil minus, quàm obſidionẽ cogitabat, præſid[…]
apparatuq; militari, non optimè inſtructa, in [...]
vum, efficacẽque, obſidionis agonem pertracta[…]
Comodam rei hujus ex voto gerendæ occaſion[…]
præciſcens *Vranius*, re cum *Ordinibus* antè delibe[…]
tâ, firmiter hanc ſpẽ animis cõplexus erat, poſſe [...]
pi. Cujus propoſiti ſecurus, antè *Calend. Maj.* ex [...]
ga movens, copioſũ, validumq; eduxit exercitũ, [...]
bus ad præſentem expeditionem neceſſariis inſt[…]
ctum. Ubi ergò versùs *Gravam*, parteſque adjac[…]
tes, promoviſſet, caſtris ad *Sylvam Ducis* uſque p[…]
ductis, pridie *Cal. Maj.* ſummo manè equeſtres j[…]
ſit præoccupare aditus, ipſe à meridie, cũ legio[…]
bus pedeſtribus, ordine inſecutus. Quo die u[…]
primùm concludi cœpta eſt. Diſpoſitis itaque [...]
ſtris, *Vranius* præfatos fluvios, injectis, ſub ip[…]
fontibus, repagulis, ſic quidem coërcuit, ut ci[…]
loricas caſtrorum, omni deditâ operâ excitatas, [...]
quas reſtagnantes induceret. Sic quod nocere [...]
buerat, ex tranſverſo, evidenter profuit. Pari ope[…]
foſſarum tàm intrà, quàm extrâ, mœnia exunda[…]

tiar[…]

RPJCK


graben 26 schuh breit
VUCHTER HEYDE
Reuter Quartier
Linien d Communicatio
Des Printzen von Oranien Quartier
Die Dommel flu
Verdruncken Lande
Graffe Petteler
Petteler Schantz
HERTZOG ENBUSCH
Herr von Brederods Quartier
Brederods Schants
Reut Quartier
Verdruncken Landt
Die Aa flu
Graff Ernst Casimir von Nassau Quartier
Reuter Quartier
Reuter Quartier
Reuter Quartier
Die Aa flu
ein graben 26 schuh breit


WAHRE VND EIGENTLICHE
Delineatio der Trefflichen vndt
weitberhümten belägerung der
veſten Statt
HERTZOGENBVSCH
Alles nach ſeiner rechten Maſs
abgetheilt
Durch Jacobb
Prempart Inge
nieur
HOLLANDIÆ
PARS.
Vlymen
Boeckhoven
die Bauren
Schantz
300 Rheinländische Rutten
Creveccoeur
BOMMELER
WAERT
MOSA
FLUVIUS
Ein Graben 42 schuh breit
Graf von Solms
Quartier
Empeler Schantz
Wiſen
DUCIS

RP

..., aliâs univerſam civitatem ob injecta iſta re-
..ula, circumfluere potentem, intertectis muris,
..atarractis, compeſcuit; Ut incommodare vix
..ent.

II.

..ricus, Comes Montanus, fruſtrà Batavis ob-..nititur.

HAnc rem, ſive obſidionem, ubi ſeriò urgeri compertum eſſet *Infanti Hiſpaniarum, Belgii* gu..natrici, per emiſſos in *Hiſpanias* celerrimos cur..es, tàm ſuper hujus rei ſumma diligenter deli..are, quàm ſtipendia conflare, juſſit, quibus ex..itui ſatisfieri quiret. Sic ut copiæ quantò o..s educerentur. Sed urgens quantumvis hoc ..poſitum tùm ab *Hiſpanis* tractabatur lentiùs, ..ue præſens requirere videbatur neceſſitas. Sic ..tur *Henricus, Comes Montanus*, legiones, non ſine ..ore, colligebat, ut tandem, & ſeriùs, educeret: ..l abſque effectu.

Quòd enim, morâ interveniente, interim caſtra ..mmunivíſſet *Vranius*, intrà vota tantùm fuêre ..*nrici Montani* conatus. Tentatis hoc pacto fru..ſtà impreſſionibus, conductum pretio colonum *Grobendonckium*, civitatis obſeſſæ gubernato..rn litteris inſtructum, dimiſit. Quibus illi no..m fecit, ſibi neque modum, neque viam, conſta.., quâ aut obſeſſos vindicare, aut *Batavos* amoli.. queat.

Verba litterularum illa erant: Mi domine! Poſt..àm, inquit, proſpicio, illis me, quas quidē con..xi, copiis hoſtem ab inſtituto dimovere haud ..aquàm ſufficere, eo, quòd caſtra undique firmiſ..nis communivit ſepimentis, atque aggeribus. ..oindè in hoc totus ſum, ut cum legionibus *Caſa*..*mis*, magno numero *Veſaliam* petentibus, has vi..s conjungam. Hoſteſque in aciem, ac pugnam, ..ovocem. Hoc medio, *Deo* nobis victoriam in..lgente, civitatem liberare præcogito. Ut igitur ..cum aliquantiſper tueàris, opus erit. Hæc tibi ..ique ſignificanda eſſe duxi. Tu, ſi hos codicillos ..ceperis, proximâ nocte è turri ad *D. Ioannis* ignes ..nè magnos ſuccendas; velim, eoſque mobiles, ..tremulos, faxis.

Sequenti die eodem loco fumum excites ingen..m. Hoc indicio, codicillos hos tibi eſſe redditos, ..telligere potero. Ubi, cum reſponſo, hunc homi..em dimiſeris, tùm nocte inſequenti denuò per ..nes, alteroque die ſuperveniente, atque aliquan..ſper durante, fumo, hoc ſignifices. Vale.

III.

..ranius, deditione interveniente, Sylva Ducis, ex voto, potitur.

INterceptas illas à caſtrenſibus ſuis litteras *Vra*..*nius* ad *Ordines* illicet deſtinavit. Simulátque, qui..us rationibus *Hiſpanorum* conatibus obviam iri ..oſſet, expoſuit. Hinc copias, ſine quibus oppu..gnatio perfici queat, contrà *Hiſpanos* dimiſit, ipſe ..nterim reſiduis cum legionibus in oppugnatio..nem urbis impendio intentus. Sic, *XV. Cal. Sextil.* *Dydenius Baro*, gubernator *Embricenſis*, ingentem illam loricam, *S. Iſabellæ* nomine dictam, mediantibus ſubtùs humum cuniculis, expugnavit. Eius exemplo *Harvitus* tribunus loricam *S. Anthonii Batavorum* partibus adjecit. Utroque magnam annonæ, armorumque, copiam acquirente. Sic ſuffoſſis, ſuppoſitiſque, intrà terram tàm cuniculis, quàm rebus accenſu facilimis, obſeſſi, relictis ſepimentis extraneis, propiùs pedes ad mœnia referri compellebantur. Uſque dùm *VI. Id. Sextil.* etiam pomœria deſerere coacti ſunt. Quo loco *Batavi* aggerem excitantes, oppugnationem impenſiùs urſerunt. Donec, ſucceſſibus aliis, aliiſque, aucti, portis ipſis inſtare cœperunt.

Secundùm hæc, valli propugnaculum, cuniculis, ſcrobibuſq; , ſubtùs humum inductis ſuffoſſum eſt. Undè in idem impreſſio, ſatis valida, ſuſcepta quidem, ſed ab obſeſſis rejecta. Exindè *Vranius*, ſub continua octodecim tormentorum bellicorum parium exploſione, loca ibidem complanare, atque ad ſuſcipiendas impreſſiones deiicere, juſſit.

Hoc facto, tantâ cùm violentia, eo loci in obſeſſos itum eſt, ut ampliùs reſiſtendo non forent. Quo ſub eventu *Angli, Gallicanique*, in vallum uſque enitentes, excitatis munitionibus ſeſe tueri cœperunt. Hoc intuentes, ac dubiis ſub rebus vacillantes, obſeſſi, cùm ad aliam urbis portam itidem hoſtes cuniculos agere præcognoviſſent, ſublatis in altum ſignis, jus veniæ ſolicitis vocibus implorârunt. *Vranius*, ſecundò illo clamore in veram fiduciam erectus, oppidò dedititiis parcere juſsit. Quâquam nihilo - minus ſub vallo munitionibus illi ſeſe communire laborarent.

Datis ultrò, citròque obſidibus, obſeſsi rogare cœperunt inducias in triduum, ſive quatriduum. Sic ut *Bruxellas* curſorem dimittere; deque re omni *Infantem Sereniſſ.* erudire; liceret. Negavit hoc *Vranius*. Juſsitque potiùs ſequentem in diem è *Senatu, Civibus, Clericis, Militibusque*, ſibi adeſſe delectos, qui ſuper deditione; ſecum paciſcerentur. Illi, dicto audientes; ſtato die in caſtra profecti ſunt.

Primùm igitur ab *Vranio* menſâ excepti, poſtmodùm ad tranſactionem admiſsi ſunt. Dùm autem, primo ſub congreſſu, partibus non integrè conveniret, plena hæc tranſactio in *III. Non. Septembris* uſque extracta eſt. Quo die demùm, conſummatis rebus omnibus *Breververdius Baro*, aſſumptis cohortibus *Batavis*, in civitatem immiſſus, loca neceſſaria milite ſuo confirmavit.

IV.

Quibus legibus Vranius, cum S. P. Q. Civitatis, tranſegerit.

SEd haud intempeſtivum ſit, quibus ſub conditionibus *Vranius* cum *S. P. Q. Sylvæducano*, tùm *Gubernatore*, ac militibus, paciſci cœperit, hoc loco ſubnectere. Primùm igitur de urbanis, dein de militibus, videbimus. E quibus conditiones præcipuæ, *S. P. Q.* datæ ſunt inſequentes. Primùm omnes læſiones, colliſioneſque, tàm verbales, quàm reales, inter *civitatem, Ordineſque, Batavos*, & anteà, & ſub

ſub obſidione, utrinque intervenientes, prorsùs deleretur. Memoriâ eorum omnium ſic abrogatâ, ut neq; in viventibus, neq; defunctis, nedùm bonis, ac fortunis, eorum quibuſcunq; ultio habere locum debeat.

Incolæ legibus *Ordinum* confœderatorum ſeſe conformantes conſcientiæ fruerentur libertate. *Clerici* verò, & *ordines Monaſtici* intrà duos menſes, civitate exirent. Sic ut intereà temporis prædictis legibus ſatisfaciant. Quibus elapſo ſpatio res pretioſas, imagines, picturas, templorumque ornatus, tollere eſſet integrum. Et hi tamen *Clerici*, ad dies vitæ, gauderent bonorum ſuorum reditibus, cujuſmodi cenſus *Ordinibus* militares conferunt. Sic tamen *Ordinibus* liceret bona *Eccleſiaſtica* in uſum *civitatis*, neceſſitatiſque impendentis alterius, convertere. *Civitas*, unà cum *Civibus*, *Incoliſque*, tàm *Eccleſiaſticis*, quàm *Secularibus*, ab *Ordinibus Batavis*, ipſoque *Vranio*, humaniſſimè haberetur.

Sic, ut cum cæteris ejuſdem provinciæ civitatibus, negotiari, juxtàque leges patrias conceſſis privilegiis uti frui, ſuſtineat. Interim, *Ordinibus*, *Batavis* integrum eſſet, intrà *Civitatem*, ejuſque præfecturas, eam exercere juriſdictionem, quantacunque hactenùs *Brabantiæ Ducibus* ac *Duciſſis*, conveniſſet. Sic, ut cæteris *Brabantiæ* urbibus dignitate hæc par eſſet. Omnibuſque juribus, uſibus, indultis, ac privilegiis, ab antiquo conceſſis, atq; hos antè communis *Belgii* motus uſitatis, tàm per aquas, quàm continentem, tàm intrà, quàm extrà, mœnia, per *Brabantiam*, *Geldriam*, *Hollandiam*, *Seelandiam*, apud *Rhenum*, & alibi, quà telonia, lignationes, interdicta, & mercatus boarios, aliaque hujus generis, legitimè poſſeſſis, atque in uſum ductis, gauderent. Juriſdictio tàm *Eccleſiaſtica*, quàm *Politica*, maneret penès *Senatum*, treſque *Civitatis* ordines. Ad quam nemo admitteretur, niſi qui intrà mœnia natus, perque ſancti baptiſmi lavacrum regeneratus, aut ab *Ordinibus Batavis* inauguratus, eſſet.

Interim, *Vranio*, *Ordinumque* deputatis, liceret de officiis ſuperioris inferioriſque notæ tàm eccleſiaſticis, quàm ſecularibus, liberè diſponere. Sic tamen nihilo-minùs iuriſdictione, ac regimine, quà bona quæcunque hæreditaria, vectigalia, piſcaturas, cenſus menſtruos, alioſque conſimiles proventus, reditusq;, gauderet *Civitas*. Eo prorsùs modo, quo olim huc-uſque iſta fuiſſent in uſu. Pari lege vis non fieret illius annonæ, bonisque quibuſcunque. His enim omnibus, pro beneplacito ſuo, uteretur. Exceptis armis, re tormentaria, apparatuque bellico. Hæc enim illis alienare non liceret. Fraternitates, ſocietates baliſtariorum, cenſuſque annui, *Civitati* conſervarentur, unà cum codicillis, ſtatutis, ac privilegiis, boniſque omnibus. Quò ſic à Magiſtratu, & ſuperioribus, in rem communem erogari poſſint. Secundùm hæc, per *Hollandiam*, *Batavoſque* confœderatos, nemo *Civitatis* inſignium, opificumque, ac mechanicorum, ſive machæropæorum, ſive coriariorum, & id genus, notas, imitarentur. Sed unuſquiſque & proprio, & ſuæ *Civitatis*, uteretur ſigno. Ut, ubi quodque natum eſſet, factumque, hoc è diagnoſtico pateret ſuo. Contrà, omnes eius generis mechanici, unà cum officinis tinctoriis, & mercatibus novis, tempore motuum b
corum per præfecturas *Civitatis* indultis, abro
rentur. Niſi præfecturis illud jus ab antiquo c
petat. Aut *Ordines* confœderati, ratione me
tuum annuorum, decernant aliud. Adhæc C
tatis tàm incolæ, quàm qui eius agrum colunt,
ſuſque militares conferunt, civibus confœd
tarum provinciarum, tàm civitates, quàm ag
habitantibus, pares haberentur. Quoad no
na, quæ *Civitas* vel anteà, vel ſub obſidione, c
traxiſſet, ſive illa codicillis eſſent confirmata,
minùs, ſuper illis elenchus redderetur *Ordin*
confœderatis. Ut de his cognoſcere, ac diſpon
poſſint. Quò igitur nominibus illi ſatisfiat, p
vẽtus, cenſuſq;, ordinarii, hactenùs excurrente
converterentur. Sic ut *Civitati* fas ſit, ſecund
antiquas conceſſiones, illa vel alienare, vel au
re, vel imminuere. Ità tamen, ne quid rei publ
indè detrimenti accidat. Acta, ſtatuta, ac de
ta, quæcunq;, à *Senatu* facta, modò neq; reipub
neq; *Ordinib.* cõfœderatis, quicquã derogẽt, ſin
àtque ſententiæ, in cauſſis ſecundùm *Senatus* ſt
ta latæ, rata haberentur. Sic tamen, ut parti
provocatio, juſque appellationis, ut voca
non denegetur, ſi ità neceſſe ſit. *Senatores*, q
ſtoreſque, ſuper rationibus, atque expenſis, ſe
factis denuò non urgerentur. Sic, ut, ſub
cta, computataque, ſemel, alterâ vice non eſ
ſub incudem revocanda. *Xenodochia*, *templo*
ædificia, *pupillorum*, *leproſorum*, *maniacorum*,
ditiorum, & id genus, fundationes, earum
præpoſiti, penès *Senatus* manerent diſpoſi
nem. Uterenturque iis, quibus conſueveri
juribus. Proprietariis quoque priſtinorum
pneumaticorum, quàm equeſtrium, eorumq
quibus oleum exprimitur, liceret molendina, a
vel obſidione, diruta, reædificare. Abſque eo, u
novas vel immunitates, vel confirmationes, q
quam inſumere debeant. Perſonis nec minùs
cularibus cujuſcunque conditionis, ſive hacte
Regi, ſive *Civitati*, fuiſſent, ab officiis, liberum e
poſt deditionem, unà cum tota familia, fortun
ſuis, accitis undecunque ſive carris, ſive navi
emigrare. Aſque eo, ut quisquam ſive militari
ve alterius cujuſque generis hominum, illis mo
ſtus eſſe debeat. Ut hanc in rẽ nullo ſive conſe
ſive teſtimonio, alio ſit opus. Pari lege civi
nuper aliò ſe conferentibus, ſive ulterius i
civitatem hoſpitari cupientibus, tametſi *Regi*
ſpaniarum ab officiis militaribus, aliiſque, fuiſſe
eorundemque hæredibus, ſpatium triennii ex
tempore, daretur. Intrà quod ſecundùm an
ſententiam, bona ſua divendere, permutare, a
que modo quoviſcunque alienare aut etiam e
care, poſſint. Quod ſi intereà accidat illos, cu
vel ſine, teſtamento, decedere, tùnc nihilo-mi
bona juſtis cederent ſive hæredibus, ſive agn
proximis. Si quibus, ſub conſtituto tempore
provincias, ac civitates, *Galliarum Regi* ſubje
rerum privatarum cauſsâ, excurſo opus ſit, h
ſub *Gubernatoris* conſenſu, intrà annum qua
illis indultum foret. Sic ut, ſub ſalvo *Gubernat*
conductu, minimè denegando, hoc perageret
Elapſo trienni ſpatio, vel hanc penès *Civitat*
vel locum alium neutrum, cenſuſque mili
res pendentem, pedem figerent. Omnique
lib

ate, ac commerciorum uſu, quibus ejus loci
æ gaudent, fruerentur. Pro corollariis hujus
ctionis ſunt iſta: Nempe, nullus huic *Civitati*
ceretur *Gubernator*, niſi qui è medio *Ordinum*
deratorum, dynaſtarumque *Batavorum*, duce-
miliam. Dein, præſidiarii milites, ad exem-
civium, teloniis, atque id genus impomen-
cenſibus intrà civitatem, non eximerentur.
iò, ſub hac tranſactione, incolæ, civeſque, ab-
vi omnes, unà cum uxoribus, liberis, homini-
ue, tàm eccleſiaſticis, quàm ſecularibus, quan-
is nuper emigrantibus, includerentur. Deni-
ægrotantes, vulneratique, tàm per domus,
n xenodochia, decumbentes, tantiſper, uſque
nitatis recuperationem, tolerarentur. Immò
quoque iiſdem ſive intrà urbem permanere,
aliò emigrare eſſet permiſſum. Ut etiam vehi-
, pro impedimentis ipſorum deportandis, ad-
ndi ſint.

V.

ibus legibus Vranius Grobendonckio, gu-
ernatori, ac militibus, miſſionem dederit.

B illis nunc articulis amplitudinem civitatis
Sylvæ Ducanæ, unàq; *Batavorum* familiaritatem,
ſitare fas ſit. Quibus ſubnectere juvat condi-
ies, ſub quib⁹ *Grobendonckio*, gubernatori, eiuſ-
cohortibus, miſſio obtigit. Hæ a. ſunt ejuſmo-
Nimirùm, gubernator, officiales, militeſq;, tam-
à *Batavis* ad *Hiſpanos* tranſeuntes, ſine ulla con-
dictione, unà cum armis, impedimentiſque, ſub
igore tubarum, ſignis expanſis, funiculis arden-
is, globulis ſub buccis retentis, ordine, ſibimet
s complacito, liberrimi *Dieſtam* uſque educe-
t. Vulnerati verò, languidique, per *Xenodochia*
rſi, ſanitate reparatâ, emigrarent. Illis educen-
us tria machinarum bellicarum paria, adjuncto
aratu neceſſario, unà cum vehiculis neceſſariis,
ſtam uſq;, permitterentur. Sic tamen, ut priùs
ona, armaq; ad *Regem Hiſpaniarum* ſpectantia,
inii deputatis, citrà fraudem, traderentur. Abſ-
e eo, ut de iis, quæ hanc antè tranſactionē vendi
perunt, quiſquam reſpondere teneatur. Tot im-
dimenta, equiq;, ſuppeditarentur, quot, pro de-
hendis gubernatoris, officialium, gregariorūq;
culis, requiruntur. Nemini in illa inquirendi, vi-
ndique, conceſsâ facultate. Quibus *Antuerpiam*
na, ac corollaria, ſua trāsferre placeat, iſti hoc li-
rè facerent, abſque omni cenſu, ac moleſtia. Sic,
nec in ipſos, nec res, neq; famulos, inquirere
ſit. Si gubernator, officiales, ac gregarii, *Hi-*
niarum Regi ſtipendiis obligati, horumq; viduæ,
liberi, intrà *Civitatem* ædificia, reditusq;, poſſi-
ant, illis omnibus per integrū, ab hac tranſactio-
, excurrrens, biennium indultum eſſet, omnia il-
ex voto, ſive oppignorare, ſive divēdere, ac quo-
s modo abalienare. Interim, eorū bonorum ſive
cariis, ſive reditibus, impunè fruerentur. Simul-
ie, eum ad uſque terminum, uxoribus, liberiſ-
ue, intra *Civitatem* locus daretur: abſque ullo
nfiſcationis prævalente prætextu. Quod ſi ex
is aut officialibus, aut gregariis, intrà præfixum
ennium, militiæ *Hiſpanicæ* valedicant, illis con-
ſſum eſſet in urbem redire, parique cum civi-
us indemnitate frui. Hac tamen ſub lege, priùs
nomina ſua ſive penès *Vranium*, ſive loci *Guberna-*
torem profiterentur. Nullius officialis, militiſque
bona, æris alieni nomine, detinerentur. Captivi
utrinque abſque lytro, perſolutis tantùm diariis,
dimitterentur.

Prædæque, ac ſpolia, tempore obſidionis, vel
antè acquiſita, minimè redderentur. Gubernato-
ri, tranſactione conſummatâ, liceret *Infantem Hi-*
ſpaniarum per curſorem de rebus omnibus erudi-
re. Ipſi verò, pro rebus conuaſandis, biduum
permitteretur. Quo exacto, omninò cohortes e-
duceret. Hoc intrà biduum neque urbani in ca-
ſtra, neque caſtrenſes in urbem, excurrerent, evi-
tandi tumultus cauſsâ. Interim, unuſquiſque lo-
cum ſuū tueretur, àq; omni offenſione ſeſe abſtine-
ret, datis utrinque obſidibus. Qui priùs haud di-
mitterentur, quàm gubernator, unà cum omni-
bus, ad eum ſpectantibus, *Dieſtam* perveniſſet.
Centuriones, officiales, militeſque, primo ſub ar-
ticulo comprehenſi, arma, lintres, naviculaſque,
ſuo ære comparata, liberrimè aut divenderent,
aut ſecum aſportarent. Nedùm equos, arma, & id
genus, prædæ loco, parta, redderent. Denique mi-
lites, ſive præſidiarii, *Bredani* ad ſuos impunè dimit-
terentur, ſubminiſtratis ad hoc iter equis, vehicu-
lis, obſidibuſque, ſuffecturis.

His ita pactis, conſummatiſque, *VIII. Id.*
Septembr. Grobendonccius bis mille pedeſtres, treſque
equeſtrium centurias, eduxit: *Batavis* interim ſuos
intromittentibus. Reductâ ad obedientiam *Civi-*
tate, Senatus oppidò enovari cœpit. Civibuſque in
juramenti verba adactis, *Philippus Thienenus*, legio-
nis *Brederodianæ* tribunus, novi gubernatoris par-
tes ſuſcepit. Ità munimentis, loriciſque, tempore
obſidionis, paſſim excitatis, ſolo æquatis, reque o-
mni ordine abſolutâ, *Ordines Batavi*, pro luculentâ
hac victoria, ferias indixerunt ſolennes.

VI.

Interim, Henricus, Com. Montanus, ſuſceptâ
in Velaviam expeditione, cum Styrumio
Com. confligit.

DUrante hoc obſidionis labore, *Henricus Mon-*
tanus quidem vice haud ſimplici per *Batavos*
copias perrumpere, obſeſſoſque vindicare, tenta-
vit. Quòd autē exploratū haberet, caſtra hoſtium
foſſis, loriciſque, ac munitionibus, ad amuſſim cō-
munita tùm fuiſſe, remq; factu fore difficillimam,
ſi contrà ſtimulum, quod ajunt, calcitraret, hærere,
atque, ubi *Infanti Hiſpaniarum* omnia aperuiſſet
conſiliis experiri, cœpit. Accepto è *Bruxellis* novi,
generis mandato, *XVI. Calend. Sextil.* cum exercitu,
è *Boxtelio* movit. *Moſamque* versùs direxit. Ibi, cùm
per aliquot dies in confinibus *Gennepæ*, *Gravæque*,
ſtativa habuiſſet, *Vranio*, tanquam obſidionem ha-
rum civitatum alterutri intentaret, ſuſpicionē in-
jicere viſus eſt. Mox tamen, promotis indè caſtris,
apud *Veſaliam Rhenum* tranſiens, magnis itineribus
ad *Iſulæ* fluenta perrexit. Hoc loco naviculas, carris
impoſitas, in aquas dimittens, aliquot hominū mil-
lia trajecit in *Velaviam*. Qui, ſimulátq; excitatis op-
portunè ſepimentis, pontem *Iſulæ* injecerunt, tra-
jectumque communire cœperunt.

Illis *Hermannus Otto, Com.Styrumius*,copiarũ *Batavarum* ductor, juſſus movere obviàm. Qui forti manu in *Hiſpanos* impetum ſuſcipiens, eos uſq, ad *Iſulam* rejecit. Sic,ut nõ pauci tàm equeſtriũ,quàm pedeſtrium, aquis abriperētur. Sed *Hiſpani*, hâc adversâ ſuorum fortunâ irritati potiùs, quàm retuſi, collectis intrà præcordia iris,animoſiſſimè in *Batavos* irruerunt, uſq; dùm,ſignis aliquot interceptis, hoſtes in fugã cõjecerunt. Nobilitârũt hunc cõflictũ,præter gregarios benè multos, non-nulli præcipui nominis tribuni. *Styrumio*, cujus equo cervix glande tormentariâ fuerat decuſſa, vix periculum vitæ evadēte. Sed,auditâ hac ſuorũ ſtrage, *Vranius*, nihil moratus, *Erneſtum-Caſimirum Naſſovium*, expeditiſſimis copiis inſtructum,ſubmiſit,quantò ociùs auxiliaturum.

Neq; defuit *Hiſpanis* copias etiam ſuas augendi plena occaſio. *Montecuculius* enim *Comes*, cum decẽ legionibus,per *Vbios* rectà *Veſaliam* tetendit. Quib⁹ in finibus, legionibus antè recenſitis,perſoluto ſtipendio menſtruo, trans *Iſulam* ſuos deduxit. Interim *Erneſtus-Caſimirus Naſſovicus Betaviæ,Velaviaque*, diligenter proſpiciens, *Arnheimium* novis inſuper munimentis confirmare cœpit.

Circiter *Calendas Sextil.Hiſpani* pontem, *Iſulæ* nuper impoſitum, dejecerunt. Caſtriſq; ſuccenſis,ex utraque *Iſulæ* parte, *Duisburgum* versùs deſcenderunt. Iſtic, apud *Rederam* ubi appuliſſet *Henricus Montanus*, *Aquario* pluvias præcipitante, exercitum haud parùm delaſsâvit. Mox denuò, annonæ acquirendæ cauſsâ, *Iſulæ* pontem ſuper impoſuit. Sed, paganis paſſim, præ metu, in urbes ſeſe recipientibus, annona flagellari occœpit. Ità, ut gregariis per triduum, quatriduumque, cum fame ſtrenuè pugnandum veniret. Qui ſtomachos famelicos decocto,è pomis, & ariſtis, facto interim conſolari ſunt coacti. Neque melior multò ſors fuit *Cæſareanorum*. Quibus tametſi è *Veſalia* annona adveheretur, quòd tamen hæc vectura, aliquot opus habens pro cuſtodia legionibus, non accideret abſque difficultate, lento pede negotium proceſſit. Undè,militibus,pro panibus poma,pro potu aquas paludoſas, ingerentibus, quàm proclive fuerit,ex victu querquero, putredinẽ cauſſante, naſci morbos malignos, ac contagioſos,eventus docuit. Penè innumeris iſthinc fato prærepris. Non paucis etiam, meliori ſorte illectis, ad *Batavos* profugentibus. Et hæc quidem calamitas, ac jactura, gravius aliquando affligere cœpit,poſteaquàm *Veſalia* fraude militari tùm *Hiſpanis* extorta eſt. Id quod quâ arte, quibuſq; machinis, auxiliiſq;,fieri potuerit, hoc loco, ex lege hiſtoriæ, ſubjicere erit opportunum.

VII.

Sed mox Veſaliã arte Hiſpanis extorquẽt Batavi.

RIdebat hoc tempore fortuna *Batavis*. Ut vix felicitatem,ac gaudia ſua, caperent. Duabus civitatibus non minùs ampliſſimis, quàm munitiſſimis,alterâ *Marte*, *Arte* alterâ, in poteſtatem *Ordinum confœderatorum* venientibus. De illius autem, videl. *Sylvæ Ducis*,oppugnatione,præmiſimus. De hujus nẽpè *Veſaliæ*, interceptione, jam videbimus. Quid verò dolus, paucorumque civium aliquando poſſit conſpiratio, vel hinc patebit. Ut rectè olim prædictum ſit à *Q. Curtio*, *Haud rarò* nempè *periculum* eſſe *etiam ab invalido*. Sed ad rem. Jam-pri-

dem, ab annis aliquam multis,intrà *Veſaliam*
gnam vim auri, annonæ, armorum,& id genu
paratuũ bellicorũ, congeſſerant *Hiſpani*. Sic,ut
quã verum ærarium militare pro tempore ce
poſſit.. Hoc nõ tàm *Batavos* finitimos, quàm o
dã infimę plebis homines, *Hiſpanicas* opes invid
miſſitiiſq;,oculis reſpiciẽtes, momordit. Occ
nemq;,(ſicut aurum, in conſpectu poſitum, aj
fures excitare) peculatoribus ingeſſit, ſuper ſp
cogitandi. Erat intrà civitatẽ faber, ſive mech
cus, *Petrus Mülderus* nomine. Qui, ut eſt artifex
ter,mrjorem animo volvens fortunã,cogitare
pit,quibus artibus paupertatẽ ſuã in melius en
dare quitus eſſet. Proditionis igitur in crime
dulò incubuit. Nimirùm ut opulentam hanc
cum civitate,prædam intercipiendi modum *B*
vis aperiret,ſine dubio, hanc furtivam ſuam i
ſtriã,ac molitionẽ, gratanter, & haud abſq; p
amplexaturis. Hoc dùm firmiter ſedet,in faci
ſocietatẽ pertraxit *Dietericum Mülderum*, fratre
liumq;,ſibi familiarẽ, *Ioannẽ Rot leerum* nuncu
Intrà hos tres, præeunte arcta conjuratione,
ribile iſtud ſecretum ſtrangulari cœpit, uſq;
rei gerendæ apta emerſit occaſio. Omnia igitu
junctis animis,operiſque,exactè peragentes, *B*
vis,remotâ laciniâ,facinus detexerunt. Non p
hoc audax conſiliũ non placere hoſtibus. Ut
omnes ſe,more *Polybi*, colores vertentibus,qu
ſpanos aliquà enervent. Proindè *Dydenio Baroni*,
que centurionibus, hæc alea cecidit, depond
rent,ac viderent,an præſens plebeorum homi
propoſitum poſſit habere aditum. Hi,aſſumpti
octonis peditum cohortibus, octonis verò e
ſtrium centuriis, ſimulare cœperunt, tanqua
cuſtodes; cõmeatus in caſtra *Hiſpanica* invectu
impreſſionẽ tentarent. Hoc tùm dolo *Guberna*
Veſalienſi impoſuerunt. Ut & crederet, & coho
ſuas,eò uſq; annonã deducturas, numero auge
In hoc intenti ſpeculatores *Batavi*, nõ quidẽ in
hortes illas *Hiſpanicas*,ſed in *Veſaliã*,tela dirigeb
Abeuntibus igitur illis, hi *XV. Calend.Septem*
ſub noctis ſilentio,apud *Veſaliã* confluxerunt.
modùm eodẽ tempore accidebat, versùs *Eurum*
ve ortũ,novũ fabricari tùm propugnaculũ. Q
operis cùm nondùm abſolutum, ſed inchoatũ
deri poſſet,hiatu velut eo loci urbis patente, u
tùm palis,ſive ſepimento ligneo, crepidi defen
retur: hæc nova rei gerendæ opportunitas pro
tores in cœpto apprimè confirmavit. Autoriq;
cinoris anſam præbuit,ut foſſæ altitudinẽ illic d
genter inveſtigaret, unàq; magni ponderis mal
præpararet,quo ſuo tempore palos,ſive clathros
los ligneos, perfringeret.
His ità in fabulæ promulſidem, diligenter pm
ſis,die ſequenti,antè veſperã, *Petrus Mülderus*, di
rectarius, & delator primarius,urbe exivit. Ela
horâ,ex pacto, hunc *Dieterico* fratre inſequente,
liamq; per urbis portã egrediente. Quos aliquan
poſt, ipſa ſub portarum occluſione, pone ſecu
Rothleerus,itidẽ p diversã, aliãq;, portã, pceſſit.
enim iſtis convenerat, ut alius ex certo interva
poſt aliũ exiret. Quo animadverti poſſit,an ſec
tum illud fortè per indices promulgari accidiſſ
nec ne. Re autẽ ex voto reſpondente,& eos,qua
intererat, fallente, conjurati eodem loco co
venientes,ſyderibus adoratis, ad effectum facin

RPJ


Der beſtimpte Ohrt da des Nachts
die zuſamen kunſt geſchehe
Yſelt flu
Einzug der Reuter
VE SALIA
Pruſſiſche Port
Wylack
Gort Port geſtopft
Deich Port
der Deich.
Yſel Port
De Waerd
der Halle
der Kran
Redout
Spaniſch Läger
Leyter von 500 Schritt
100 200 300 400 500


Weſt phalen
das Gericht
Steine Thur
Spanien
Hand Gottes
Wesel
Zypen Muhl
a S. Willebrods Kirch.
b Der Groſse Marck
c Der Stew Marck
d Steinport
e Gubernators Hauſs.
f Gefangnen port
g Die Burcht oder Iuckerhauſs
h S. Anthonis Kirck.
i Floſſkes Port ſo beſchloſſen
k Ein Mühl von dem Wäſſerlein Yſel getrib
l Des Newe angefang Bolwerck, darauf der Anfall geſcheh
Lips Fort
Groſe Schantz
mit eim Drucken graben
Lippe Flu
ENUS
FLUVIUS
BURICK

RPJ

ctabant. In quem cùm omni conatu ferren-
ydenium Baronem, cum copiis, ſub noctis con-
um, adventantem, ſolicitè præſtolabantur.
partes veniente, inter centuriones, qui pri-
impreſſionem ſuſciperet, alterumque alter or-
adjuvaret, fortiri cœptum eſt.

incipilaris ergò cohors antequàm in prædi-
, ſemirefectum propugnaculum ingrueret,
illos antevertens Petrus Mülderus, unà cõjura-
m pari, adhibito ingentis ponderis malleo,
ros ligneos perfringebat, ſociis eundem labo-
haud ſegniter, coadjuvantibus. Ità patefactos
vi per aditus animosè ingruentes excubitores
norum obvios quoſcunq; ilicet obtruncàrunt.
turio primipilaris Huigenius nomine, manu
ſua, in forum penetrans, tribus exſuperatis
ictibus, aditus à tergo, ne obrui poſſet, cõmu-
t. Hujus veſtigia præproperè legens effractor
us Mülderus, aſſumptiſq; cõmilitonibus, in pro-
, ſibique familiaris, fabri ferrarii officinam ir-
s, arreptis malleis quibuſq; maximis, adjuvan-
uſdem opificis famulo, ſeras, vectesq;, porta-
omni conatu perfregit; Relaxatisq; portarum
ſtris, pontem ſimulátq; ſublicium dimiſit. Qui-
factis, per vias ſtratas, patentesq;, cohortes,
nùm equeſtres immiſſæ, in forum uſq; pene-
unt. Mox pedeſtria quoq; agmina intrò rece-
portas, vallum, aditusque omnes, feliciter oc-
àrunt, contrucidatis paſſim præſidiariorum
ubitoribus.

Medio ſub foro Hiſpani, cataphractorũ cohor-
coëgerunt, quæ armorũ, annonæ, & id genus,
arat°, carris, jam tũ impoſitos, defenderet, ſed
riq; omnes, dùm in armis reſiſtebant, perierunt:
tera præſidiariorum turba, millenariorum ex-
lens, unà cum Francisco Lozano, gubernatore, ca-
eſt. E quibus Diedenius, gregariis trans Rhenum
ſtis, ac dimiſſis, præcipuæ notæ officiales ſecum
inuit. Sic ambo pariter munimenta, ad urbis de-
ſionem ſpectantia, ultrò herbam, quod ajunt,
toribus porrexère. E Batavis omni ex conflictu,
ferebatur, vix ſeptem paribus, citrà eos, qui
nera numerabant, ex Hiſpanis verò circiter ſe-
agintà gregariis, tribuſq; centurionibus, deſi-
ratis.

Intrà urbem ingens vis auri, argentiq;, itemq;
nonæ, armorum, belliciq; apparatus, Batavis ceſ-
Intercepta quingenta florenorum, ducatorum-
e quadragintà, millia, aliquot impedimentorũ,
nonâ, armisq;, oneratorum, centuriis, tormen-
q; numero, ſeptuagintà unà venientibus. Ut ſic
pani, fortunâ flagellante, non tàm ampliſſimã-
m duarum urbium, quàm ſtipendiorum, in mi-
es erogandorum, jacturum ſemel, ſimulq;, face-
nt. Mercatoribus nihil nocumenti allatum eſt,
i Brabanticis. Horum enim tabernæ diſpoliari
perunt. E quibus undecim vaſculorum, auro o-
ratorum paria, unà cũ rebus prætioſiſſimis aliis,
tracta ſunt. Neq; hoc ſatis. Sed inſuper Henrici
ontani, & Montecuculii dicti, Comitum, compluri-
q; Cæſareanorũ tribunorum, Croatarumque, the-
uri, manubiæ, ſarcinæq;, tanquam unũ in locum
llatæ, prædæ numeros auxerunt. Quæ ingens ja-
ura prout Hiſpanorum fregit, dejecitq;, ſpiritus, ità
adverſo Batavis animos, lætitiamq; incredibi-
m, auxit. Sic ut ſolennes, ſuper duplici victoria,
indicerent, congeminarentque ferias. Nec minor
plauſus intrà Vranii, apud Sylvam Ducis, caſtra exci-
tatus eſt. Non modò enim tormentorũ, ſclopeto-
rumq;, per diſpoſitos globos, exonerationibus cre-
berrimis, creatum eſt, ſed etiam haſtati, ſive lancea-
rii, faſces ſtramineos, ignibus ſuccenſos, in inuſita-
tæ lætitiæ teſtificatione, oblongis illis, ſive treme-
bundis, haſtis alligatos, tota per caſtra, univerſalis
alicujus incendii ſpeciem præbentes, eminùs o-
ſtenderunt.

Atq; iſthæc, non infimi ponderis, tropica pro
cauſſa tùm fuerunt, ut non modò per Belgium, Hi-
ſpaniasque, ſed ipſam etiam Germaniam, quoad cõſi-
lia, expeditioneſq; bellicas, plurima, velut fulmine
interveniente, ex tranſverſo caderent, atq; in ſeſe
collaberentur. Inprimis verò Franciſcum Lozanum,
nuper Veſaliæ gubernatorem, ejuſq; ſupremũ ex-
cubiarum præfectum, Plareum, Galleronum, triſte fa-
tum excepit. Poſtquam enim, perſoluto lytro, apud
Arnheimium dimiſſi, Antuerpiam, ad dicendam cauſ-
ſam, perveniſſent, ambo ſupplicio capitis reatum
expiàrunt. Eò, quòd tantæ civitatis curam non ſu-
ſcepiſſent exactiorem.

VIII.

Hiſpani intellectâ Batavorum victoriâ geminâ, abſque notabili effectu, è Velavia recedunt.

HAnc inter notabilem cataſtrophen, Henricus, Comes Montanus, apud Duram caſtra tenens, in Betaviã diverſis vicibus penetrare meditabatur, Infante Hiſpaniarũ eò animis admodũ ꝑpendẽte. Sed, quòd aditus eſſent diligenter cõmuniti, intrà vota hic ſaltèm ſtetit conatus. Proindè, versùs Velaviam ſuperiorem, partem exercitus movere juſſit. Qui ſuperatis quibuſdam minimè cõmatis, oppidis, Iſulã trajicere dùm contendunt, à tribunis, præſidiiſq;, limitaeis Batavis rejecti ſunt. Interim Montecuculius Ammersfortum oppidum, poſt qualemcunq; repugnantiam, in poteſtatem redegit. Montanus verò jã jam in Hardervicum oculos conjecerat, hanc civitatem ſubacturus. Sed, ſuper Veſaliæ interceptione, per nuncios ſignificatâ, confuſus, ac triſtis, illicò ſpiritus ſubmittere viſus eſt. Ut, obſidionis preconceptæ oblitus, mutaret optionem. Magniſq; itineribus, non ſine cõcuſſione, ad Iſulam reflecteret, exercitũ, ad incendia, ſpoliaq; extrema nihil, hoc ſub regreſſu, reliqui facientem. Eodem perturbati nuncio Cæſareani, Ammersfortum, priùs expilatum, poſt terga reliquerunt. In quorum poſtrema agmina ſuperinducentes, è Grollio Brevorda, Veſalia, Embrico, & Reeſa, præſidiariæ cohortes, non parvum fuderunt numerum.

Jam, præter Veſaliam, corollarii loco interceptã, Batavi, ſuper victoria ad Sylvam Ducis partâ, bis titulos, bis triumphos, agitabant. Ut fama prodiga inſuper ingereret, eoſdem, recèns inſtructo, refotoq; exercitu, novam in Belgium Hiſpanicũ meditari expeditionẽ. Quæ ut certiùs crederentur, jam tùm in Morinos legiones excurrerant, apud Hulſtium, munimentũ quoddã arte intercepturæ. Sed non reſpondit eventus. Qua de re Infans Hiſpaniarũ, rebus ſuis graviora metuens, Henricũ, Com. Montanum, è Geldriâ maturrimè revocavit in Brabantiam, cladem ut adverteret ulteriorem. Ità factũ, ille ut fortalitiis, proſpiceret, viasq;, aditusq;, cõmuniret. Atq; hac induſtria Batavorum ulteriores conatus eluderet.

Oppor-

Opportunè tùm è *Ligarianis* decẽ millia movebant in *Belgiũ*. Pro *Hiſpanis* aut in *Batavos*, apud *Sylvam Ducis*, militaturi, aut in *Velaviam* ſimulátq; irrupturi. Et hi jàm tùm circà *Padebornã* conglomerabantur. Sed, percepto triſti, ſuper *Veſaliæ* deperditione, nuncio, receptui cecinerunt.

Montecuculius, copias ad *Iſulam*, ſub inſpectione *Ioannis Naſſovii*, relinquens, *Brüxellas* excurrebat, ab *Infante* ut hyberna, pro *Cæſareanis*, erogaret. Illic enim, ex annonæ defectu, ultima ferè patiebantur omnia. Plures ut fame, quàm gladio, perirent. Quæ cùm nõ fugerent *Batavos*, *Croatis* ad ultimam, atrocemque, feritatem nihil reliqui illis ſub locis facientibus, *Erneſtus Caſimirus Naſſovius*, aſſumptis centum, & quinquagintà, peditum, ac trigintà equitum, cohortibus, ſub *Septembris* finem, obviàm promovit. Qui poſtquàm per pontem, *Iſulæ* injectum, traduxiſſet copias, non procul ab *Hiſpanicis* caſtra metari, eademque ſepimentis munire, cœpit. Tametſi igitur obniterentur *Hiſpani*, etiam tentatis conflictibus, nihilominùs *Batavi* defenſionis modum inierunt. Sic ut tàm officiales, quàm gregarii, totâ nocte in caſtris communiendis de-

fatigarentur. Quibus ſummo manè conſum
Erneſtus Naſſovius Cæſaris archiſtratego, *Ioan*
ſovio, optionem obtulit, velletne deducere
nes? Sic enim deducturum impunè. Sin
hoc rideat propoſitum, ſe modum inituru
cogi poſſit. *Ioannes Naſſovius* cognitiſſimu
bens, ſe neutiquam eâdem vice gemino cu
ſte, fame nimirùm, & *Batavis*, pugnare poſſ
ſertim, cùm *Infans* mandaſſet, ſatiùs eſſe, exer
ut reducat, quàm ut ínediâ jugulet, accept
conditione, collectis ſarcinulis, inſtructa ſu
è *Velavia* receſſit, relictis tantùm, intrà *Amm*
tum acceptis tormentis non ità multis. Sic u
via, unà cum pulviſculo, quod ajunt, rediret
tavos, dominos priſtinos. *Hiſpanis*, *Cæſareaniſq*
ſigni cum legionum diſpendio; hactenùs
expeditionem hanc ſuſcipientibus. Abſque
nim fuiſſet, neque *Veſalia* in manus hoſtium
re, neque tantus militum numerus fame, atqu
dia, perire, potuiſſet. Ex adverſo tot ſucce
frementes *Batavi*, ubi interiora *Hollandiæ* lo
nuò pacâſſent, per *Clivios*, *Bergenſes*, & *Monta*
giones ſuas in hyberna diffuderunt.

Io. Petri Lotichij

RERVM GERMANICARVM

LIBER XXIIX.

CAPVT I.

I.

Guſtavus, Sueciæ Rex, non nullis de cauſis offenſus, arma in Cæſareanos decernit.

POſt actiones *Hiſpano-Batavorum* intercurrentes, jam ad ordinem hiſtoriæ, & quidem *rerum Germanicarum* ſeriem revertimur. Suprà verò, de *Ducatus Megapolitani* in *Fridlandum* translatione, vidimus. Ubi, quibus rationibus *Cæſar* inductus *Ducibus* provinciam illam patriam abrogâſſet, quibusque *Rex Daniæ*, amicè interveniendo, *Ioan. Albertus* verò, *Dux Megapolitanus*, conceptis verbis demiſsè deprecando, hanc cauſſam egiſſent, prǫmiſſum eſt. Dum igitur, *Fridlandi* accuſatione prævalente, neque *Regis*, *Electorumque Imperii*, interventionibus, daretur locus, neque *Ducum Megapolitanorum* ipſorum, tùm exulum, conveniens, haberetur ratio, proclive fuit animos diverſorũ *Magnatum* hoc ſub

caſu à *Cæſare* abalienari. Inprimis verò ad ex
hęc offenſio emigravit. Poſteaquàm enim *Guſt*
Rex Sueciæ, actionibus *Fridlandi* offenſus, *S. P. Q.*
leſundano, ſub graviſſima obſidione afflicto,
acceſſiſſet, moleſtiùs; paulòque graviùs, tul
eodem *Fridlando Duces Megapolitanos*, agnatoſ
triſte in exilium inſuper eſſe ejectos. Nec
ſpem ſive veniæ, ſive reſtitutionis, illis ullan
linqui. Tametſi ergò *Fridlando* ingentes illi e
ſpiritus, ut poſt *Chriſtianum*, *Daniæ Regem*, ad
ficationis leges redactum, fortuna ad tem
blandiente, & victricibus copiis, confiſus, f
Reges, *Magnatéſque*, exteros quoſcunque inſuper
beret, & inter illos, *Guſtavi*, *Sueciæ Regis*, quant
vis bellatoris felicis, & ſtrenui, arma non m
faceret, nihilo-minùs, coacto apud *Stockholm*
Sueciæ Ordinum Senatu, decretum emerg
cœpit, quo quidem *Rex* in *Archiducalem*
ſtriacam familiam bellum tàm ſuſcipiend
quàm continuandum, conſtituit; Uſque
præfati *Duces Megapolitani* in priſtinas poſſeſſio

rep

, ſimulátque & *Inferioris*, & *Superioris*, *Saxo-*
culos, in veterem libertatem, ac quietem,
ari, accidiſſet.
uerat quidem *Fridlandus* calculum, fore, ut
ecia, cum *Polonis* diuturno bello diſſidendi,
per *Boruſſiam* affatim, atque abundè, eſſet,
geret. Ut hoc modo curioſos ſuper bellum
nicum applicare oculos ſuperſedere poſſet;
ien hæc confidentia oppidò decollare cœ-
metſi enim *Fridlandus* omni deditâ operâ in
cumberet, ut belli telam inter *Polonos*, ac *Sue-*
raheret, pacemq;, atq; inducias, *Polonis* diſ-
ido, copias in auxiliũ ingentes promitteret,
jam tùm *Arnheimium* expeditis cum legio-
præmiſerat) nihilo-ſeciùs res, præter exſpe-
nem, longè aliter cecidit. Fato enim *Germa-*
urgente, aliud ex alio bellum, inſtar funiculi,
batur. Ut, conſopito licet bello *Danico*, no-
idemq;, *Suecicum*, pullularet. *Fridlandô*, tan-
opportuno inſtrumento, identidem in par-
niente. Ut dubium ſit, an hic plures *Cæſaris*
s fregerit, an majores *Cæſari*, *Imperioque*, ini-
s induxerit.
is gliſcentibus novi belli igniculis ſuperacceſ-
ud, & quidem pinguius, pabulũ. Etenim, dùm
Cæſaris, *Daniæque Regis*, legatos, apud *Lübec-*
pax recomponitur, *Sueciæ Rex* hanc ad diætam
i ſuos dimiſerat. Qui quidem ſuper rebus
ſundenſibus, & id genus, eâdem operâ partes
interponerent. Sed forte *Fridlandi* ſimultati-
ribuendum ſit, illos legatos *Suecicos* tùm à li-
e diætæ à *Cæſareanis* repulſos fuiſſe. Quanquam
i hoc cauſſarentur *Cæſareani*, rem ſibi cum *Da-*
on cum *Sueco*, eſſe. Tùm parùm ſe dubitare, ni-
-minùs ingererent, ſicubi *Rex*, hanc ob cauſ-
ſive *Cæſarem*, ſive *Fridlandum*, interpellaret,
, ut *Regis* exſpectationi ſatisfieri poſſit. Nihilo-
iùs tamen *Rex* hanc legatorum ſuorum repu-
ionem & contrà jus gentium, ut vocant, &
n inprimis dignitatem, excurrere, arbitratus,
cerbiores concepit iras, quo factum illud in
ominiam nominis regii ſui detonare, firmiter
nis complexus eſt. Moræ quapropter, & pro-
tinationis omnis, more militari, pertæſus, tàm
lectores Imperii litteras, quàm ad *Fridlandum* di-
it, legatum. An hoc pactos ad univerſalis in *Im-*
pacis reductionem, cooperari quitus eſſet.

II.

Sueciæ Regis litteræ, ad Electores Imperii.

[I]T autem pateat, quæ tùm quidem *Sueciæ Regis*
mens fuerit, illam hîc ſub litteris, tanquam nu-
ſinate aliquo, ad *Electores* datis, contemplabi-
r. Ità autem *Rex*: Tametſi, inquit, minimè
bigam, ô *Electores*, vobis exploratiſſimum eſſe,
bus de cauſſis *Straleſundam*, graviter obſeſſam,
eriori anno in tutelam meam admiſerim: inte-
,dùm, ab invidis optimam illam voluntatem
am ſugillari, intelligo, quin vobis, tanquam
ecipuis *Rom. Imperii* membris, rem omnem ex-
nam, intermittere nequeo. Sic ut totius ter-
um orbis in oculis extet, me cauſſas habuiſſe
itimas, quas ob prædictæ civitati ſuccurriſ-
n. Inprimis autem *S. P. Q. Straleſundanus* apud
me conceptiſſimis ſub verbis quiritare cœpit, quàm indignè ſecum ageretur. Neque enim ſe, ajebant, quicquam in *Cæſarem*, neque in *Imperium* ipſum, nedùm in *Ordinem* illius quemcunque, deliquiſſe, multò minùs accuſatos, citatos, convictos, condemnatosque, fuiſſe. Ut magis, vigore *Cæſarei* decreti, indemnes, judicari, contràque obſidionem confirmari, cœperit. Nihilo-ſegniùs eam fuiſſe *Cæſareani* exercitus violentiam, atque iniquitatem, ut, citrà hujus innocentiæ, legum, *Imperiique* conſtitutionum, tractationis cum *Arnheimio* initæ, aliarumque id genus tranſactionum, nec non expreſſarum pecuniarum, haud debitarum, honorariorumque, ac munerum, denique tot juramentis confirmatæ pacificationis tàm *Religioſæ*, quàm *Secularis*, reſpectum ullum, graviſſimè affligi cœperint. Nam pagos in proximo devaſtari, munimenta ſub diœceſi urbana excitari diverſa, *Denholmum Inſulam*, ex adverſo portus maritimi poſitam, ſine ulla denunciatione, dolo intercipi, ac communiri, aditus ad *Rügiam Inſulam* per continentem, viasque ex urbe in agrum, inſideri, accidiſſe. Ut cives, incolaſque, tractatibus inanibus, tanquam valgis, ut ajunt, ſuaviis, duci, cenſibus immenſis emungi, præſidii immitendi metu terreri, portusque, naveſque, tormentaque, poſtulari, uſuvenerit. Neque hoc ſatis. Sed, poſteaquàm civitas privilegiis, ac libertate, tanquam clypeo objectis, ſeſe tueri perrexit, tùm demùm graviſſimâ premi, obſidione, ferroque, atque ignibus, exerceri cœpit. Qua quidem ſub perſecutione ubi neque *Cæſareis* decretis honor habitus eſt, neque *Pomeraniæ Dux* opem ferre aut voluit, aut potuit, neque *Civitates* ſociæ *Maritimæ* auxilio fuerunt, utique coacti, tàm de jure gentium communi, quàm majorum ſuorum exemplo, tantiſper externa auxilia ſibi imploranda cenſuerunt, quouſque, hac impetuoſa detonante tempeſtate, pacis compendia refloruiſſent.

Quanquam autem principiò, pro exanthlando hoc turbine, *Daniæ Regis*, utique vicini proximi, in tutelam ſeſe recipiſſent; nihilo-ſeciùs, ne hoc ſibi poſtmodùm fraudi eſſet, tanquam *Rom. Imperii* hoſtibus ultrò acceſſiſſent, in meam, tanquam *Regis* amici, protectionem venerunt. Atque hanc ob cauſſam, cùm petitiones illorum omnibus tàm divinis, quàm humanis, legibus forent conformes, tùm quà vicinitatem, *Religionis* paritatem, libertatemque, & commercia, & mihi, & anteceſſoribus meis, coronæque *Suecicæ*, hactenùs adhæſiſſent, opẽ illis negare non ſuſtinui. Accedit, quantũ mihi, regnoque meo, tùm ordinibus aliis, uſum maris *Balthici* communem habentibus, periculum immineat, ſicubi ex hocce portu, tanquam latrocinii ſtabulo, nihil aliud, quàm pyraticam, exſpectare, debuiſſem. Ut eò rectiùs, communis ſecuritatis ergò, oppreſſis, auxiliumq; implorantibus, manum ſubducere ne quidẽ potuerim. Ut, vel ob id, me illis negare nullatenùs debuerim, dùm vel ab invidis *Cæſaris* conſiliatoribus tot hoſtilibus injuriis affectus, ac provocatus, ſum. Equidem, inquam, nunquam vel contrà *Cæſarem*, vel *Imperium*, ullis arma ſociari. Nunquam in fœdera, tametſi toties rogatus, deſcendi. Sed de induſtria me à bello *Germanico* ſemper abſtinui. Amacitiam neutramque, ut vocant, æquabilitatem, prætuli.

Nul-

Nullamque offenſioni quantulæcunq;, quocunq; ſub colore id fieri poſſet, materiam, anſamque, præbui.

Quid tamen eſt? Et cur *Cæſaris* hoſtiles copiæ contrà me in *Boruſſiam* eduxerunt? Cur pacem *Poloniæ Regi* ſummo ſtudio diſſuaſerunt? Cur è *Germania* hoſtem meum tàm militibus, quàm armis, juverunt? Me verò jurare prohibuerunt? Cur codicillos meos, *Tranſylvaniæ Principi* inſcripos, interceperunt, ac reſervârunt? Cur, apud *Lübeccam*, de eo deliberârunt, quò tàm ipſe, quàm hoc regnum, ab omni humana ſocietate, ac commercio, excluderentur? Cur, ad *Mare Balthicum* vicinos, amicos, agnatoſque, meos, ditionibus, populiſque, privârunt? Tantùmque non deleverunt? Subditos verò diſpoliârunt, captivosq; abduxerũt? Denique, cur etiamnunc per omnem *Europam* rumores differunt, ingentem in me præparari exercitum, brevi in *Boruſſiam* mittendum?

Hæ cauſſæ, certè graviſſimæ, impulerunt, cur minùs eò uſque feriari, atq; exſpectare, velim, uſque dùm hoſtilis ille, multiſque modis ſuſpectus, exercitus cervicibus meis immineat. Ut præſtet antè habere exploratum, quid illi credendum ſit. Potiùs mihi hoc nomine deberi, reor, gratias, quòd è manibus *Daniæ Regis* civitatem vindicavi: Qui quidem, jure belli, illam, non ſine *Rom. Imperii* detrimento, ſibi, ſuoque regno, applicare quitus fuiſſet. Quantumvis ergò, meâ hâc providentiâ, & *Civitati* libertas, & *Rom. Imperio Civitas*, ſit conſervata, an hoc ob id merui, ut legati mei, ad tractatus *Lübeccenſes*, rerum *Stralеſundenſium*, aliarumque, non inferioris commatis, componendarum, ergò dimiſſi, non audirentur? Immò, ne digni quidem haberentur, qui in *Teutoniæ* continentem pedes inferrent?

Jam nullus dubito, id genus inſolentes procedendi modos nec vobis, ô *Electores*, nec *Imperii Ordinibus* cæteris, probari. Nempè, ut *Rex* externus, idemque omnem amicitiam offerens, tàm iniquo loco eſſe debeat. Potiùs eſt, vobis officii ratio ut inculcet, quò *Reſpublica Chriſtiana* detrimenti accipiat nihil. Proindè ad vos præſens ſpectat oratio mea, autoritatis veſtræ interpoſitione, hoc ageretis, quò id genus deinceps exceſſus in me non cudantur. Semelque ſtatueritis, nihil quicquam à me, præter honeſtæ pacis ſecuritatem, quæſitum eſſe. Quâ debito modo acquiſitâ, nihil ad ſinceræ amicitiæ conſervationem, reliqui facturus ſum.

Quodſi verò (quod abominor) hæc illa iſta oblatæ pacis media, locum inveniant nullum, id genus proceſſus porrò continuentur, egoq; ſic compellar, aliis mihi proſpicere de remediis: Eo tunc quidem eventu non minùs coràm *Deo*, quàm vniverſo terrarum orbe, excuſandus fuero, ſi in nullum *Rom. Imperii* (quo cum nihil hoſtilitatis mihi intercedit) præjudicium, ſed tantùm ſecuritatis, ac defenſionis, propriæ cauſsâ, alias rationes diducam. Quæ quò integerrima inſtituti mei compendiaria, qua ſub totius rei cardo vertitur, eò dilucidiùs conſtare queat, legato meo, ad copiarum *Germanicarum* archiſtrategos ire juſſo, in mandatis dedi, iret, & tàm propoſitiones ſuas, quàm illorũ reſponſa, *Electoribus* offerret. Ita n. futurũ equidẽ cõfido, ut illud, ꝙ utiq; *Chriſtiano* orbi ſalutare cẽſebitis, efficere ſuſtineatis. Quo nomine vos ſolenni-

ter obteſtor, ſiquidem accidat, hoc optimæ
propoſitum meum contrarium torqueri in
ſum, me hoc vobis quidem minimè, ſed co
nis pacis oſoribus iſtis, acceptum referre. Int
prout omnem mihi à vobis amicitiam pro
ſic ad mutuæ benevolentiæ demonſtratione
hil in me deſiderari patiar. Hactenùs *Rex*.

CAP. II.

De Cęſareanorum, P lonorum, & Suec rum, actionibus mi taribus.

I.

Legatus Suecicus fruſtrà nititur Cæſarea Boruſſia revocare.

SEcundùm illos codicillos, le
Suecicus, *Steno Bielckenius*, ad *Fri*
dum dimiſſus eſt. Hic inter cæte
mandatis habuit, ſicubi adverſa
tis animos in pacem propend
experiretur, eâdem operâ, in cauſſa *Straleſun*
inducias procuraret; Eò uſque, dùm per leg
ordinarios, hanc in rem mutuò ſubmittend
re omni amicis legibus tranſigi queat. S
transverſo hæc alea cecidit. Poſtquàm enim
Straleſundam perveniſſet, adverſæ partis ſtudi
que inſtituta, notavit eſſe contraria. Ut, ordin
verſo, omnia hoſtilibus armis fremerent.

Jam tùm enim tantùm aberat, ut ſuperiores
ſtilitates eſſent ſopitæ; Ut magis novi exceſſ
die in diem vires, atque incrementa, acquirer
civitas variis modis denuò affligeretur, portus,
tusque, maritimi datâ operâ inſiderentur, in
que cæteros apparatus, inſtructus, integerque
ercitus, adversùs *Sueciæ Regem*, ſub *Arnheimio* du
re, in *Boruſſos* expediretur. Hæc ille habens ex
rata, nihilo-minùs, ad *Fridlandum* directis cod
lis, qua de cauſſa miſſus eſſet, detulit. Utque
parata hoſtilitas intermitteretur, contendere
pit. Adjectis etiam verbis, ut vocant, proteſt
riis, *Cæſaris* nempè legatos, ſub diæta *Lübeccenſ*
liud promiſiſſe. Cui effato ſi mos geri velit, lo
alio demonſtrationis genere opus eſſe. Sed pr
abfuit, hæc ut mitiſſima, pacem conſtituendi
tio apud *Fridlandum* quicquam obtinuerit. Ut
exſpectata, & inſolens iſta reſponſio emerſerit:
ſari tàm validas, & velut ſuperfluas, exſuperare
pias. Ut, ſub certis quibuſdam legionibus, *Arn*
mio permittendis, atque *Polonorum-Regi*,
Cæſaris agnato, adducendis, neceſſitate
quadam, exonerandæ ve-
niant.

II. A

II.

ꝛnheimius copias Cæſareanas in Poloniam e-
lucit. In quas, ſicut & Polonos ipſosmet, ma-
ſculè animadvertunt Sueci.

Am belli neceſſitatem ſibi à *Cæſareanis* ubi im-
poni animadverteret *Rex Sueciæ*, quo tan-
hoſtium apparatibus non impar exiſte-
diverſis ſub locis milites novis obligare juſſit
endiis. Sic, ut brevi tempore aliquammultas co-
et legiones. Cui tametſi *Cæſar* interdictis, ad *Ci-*
tes Maritimas detortis, ne militiæ *Suecicæ* parariis
im darent, obniteretur, prohibere tamen haud
uit, quin *Rex* è *Germania* copiarum ſuarum nu-
os augeret. Intereà, inter *Polonos, Suecoſque*, duo-
ı propè menſium induciæ pactæ ſunt. Quibus
antibus, *Arnheimius*, aſſumpta decem millium
nu, per diœceſin *Stetinenſem* in *Poloniam* promo-
A regiis magna cum pompa exceptus. Quibus
inter cætera, invicem convenit, ut quidem *Arn-*
mius imperium in *Cæſareanos* obtineret, interim
inſpectione *Regis*, vel regii *Principis*, directoris,
t. Ferunt, *Poloniæ Proceres* adventum *Cæſareano-*
graviter tuliſſe. Eò, quòd, ſub inductione gen-
n exterarum, periculum eſſet, ne regiones, ac
vinciæ, etiamnunc florentes, everterentur. Id
od paulò antè in vicinia uſuveniſſet. Sed nihil
, hac ſub adverſa remonſtratione, obtentum
:. Ut etiam invitis hæc externa auxilia reſpice-
enerentur oculis.

Finitis illis induciis, *Cæſareani* jam erant intrà
oniã. Undè *Rex Sueciæ* caſtra *Marienbergam* trans-
t. Hæc paulò antè præſciſcens *Arnheimius*, jun-
cum *Poloniæ* archiſtratego copiis, in poſtrema
corum agmina, nihil tale præcogitantia, impe-
n fecit. Tametſi ergò *Sueci* numero eſſent infe-
res, ac ſigna quædam unà cum tormentis, per
udes relictis, non ſine cohortium circiter qua-
r interitu, amitterent: nihilo-minùs ſic animo-
rruentes exceperunt, ut non minorem in *Cæſa-*
nis, Poloniſque, ederent ſtragem, quàm illi in
ecicis.

Secundùm hoc prælium, *Sueciæ Rex* majores ac-
ſivit vires. Ut ex *Anglia*, *Livonia, Sueciaque*, no-
n contraheret exercitum. Dubio procul jam
è in tabulas relatum, ſtipendiiſque obligatum.
s, aliiſque, aſcitis de novo legionib⁹, ſic quidē ci-
ates, arces, munimēta, atq; oppida, à ſe antè ſub-
gata, communivit, ſimulátque felices in *Polonos*
cepit non uno loco impetus, ut hoſtibus tantus
: hoc extorqueret elogium: Non inferiorem eſ-
Guſtavo ſapientiam, quàm fortitudinem, perhi-
ntibus. Quòd ſua, adversùs *Cæſareanos, Polonoſ-*
, modò non acerrimè defendere noſſet. Ut in-
per validas ipſe ſuſciperet impreſſiones, ac ni-
lo-minùs tot præliis intervenientibus victor exi-
ret. Sic, ut quies ſibi daretur, ac vacatio militiæ,
lla. Magnæ artis, atque induſtriæ, opus futurum,
Rex tantus, tàm dux, quàm miles, ſtrenuus, fundi,
debellari, debeat. Hæc ſive *Poloni*, ſive *Cæſareani*,
m plenis, ut ajunt, tibiis, ſuper *Sueco*, cantâſſe per-
bentur. Sic, ubi armis vinci vix poſſet *Guſtavus*,
hoſtibus ratio iniri cœpit, an arte, atque anno-

næ ſubtractione, exarmari quitus eſſet. Sed neque hoc ſucceſſit propoſitum. Jam *Poloni, Arnheimiusque* intrà *Marienbergam* conjunxerant copias. *Sigiſmundo Rege* intrà exercitus ipſomet præſente. Illic, ſuper commeatus interceptione, laboratum eſt. Sed fruſtrà, & cum damno, hic fuit conatus. Cùm enim *Cæſareani* apud *Album montem*, propè *Falckenaviam*, pontem ſternerent, in alteram *Nagoti* fluminis, *Viſtulæ* contermini, ripam penetraturi, ecce! opportunè obvium nautam *Dantiſcanum*, ſub permiſſu *Regis* utriuſque ligna, ac cineres, aliquot naviculis, tanquam merces, devehentem. *Cæſareani* ergò, naviculis illis magno ſub precio conductis, tentabant legiones traducere, inque adverſam exponere ripam. Hoc *Suecici*, ripam inſidentes, ubi intellexerunt, deditâ operâ oſtenſâ hoſtibus ſecuritate, id egerunt, ut plures, & quidem globatos, perderent. Hoc ritè ſucceſſit. E machinis igitur tormentariis quaſdam in altū, direxerunt, ut ultrà naves ferrentur, quaſdam profundiùs dimiſerunt. Prioribus ità, abſq; effectu, in auras, & ſublime, exploſis, cùm viderent, extrà glandium jactum ſeſe, ecce! tùm *Cæſareanorum* globi eniti cœperunt. Sub ſpe, futurum, ut machinis hoſtilibus parùm impedirentur. Sed latuit eos dolus. Decepitque hic error credulos. Etenim, dùm magno numero in adverſam enituntur ripam, *Suecici* deceptores aliis machinis in iſtos animadvertunt, magnamque opidò cauſſantur ſtragam. Sic, ut *Cæſareani*, cum damno rejecti, mutarent inſtitutum.

CAP. III.

De Sueciæ Rege, Electorem Brandeburgicum litteris interpellante.

HÆc dùm fiunt, *Guſtavus* è *Marieberga*, ſuper fortunâ ſuâ *Electorem Brandeburgicum* erudire non deſtitit. Quòd enim anteà univerſum *Septemvirorum* collegium litteris interpellâſſet, ut inprimis huic, & quidem agnato, *Electori* rē omnem exponeret, duxit operæ pretium. Epiſtola talis fuit. Siquidem, inquit, præcognitum habeam, nulli per *Imperium* ſive *Electori*, ſive *Ordini*, belli turbinem iſtum probari. Ut nedùm tibi, ô *Elector*, hæc militandi ratio, immò injuriæ, in *Reges, Ordineſque*, exteros detortæ, placere queant, certus ſum. Hanc in rem, cùm nuperrimè *Electorali Collegio*, quibus ignominiæ, atque injuriarum, generibus à *Cæſareanis* hactenùs affectus equidem ſum, quantoque deſiderio in pacis, cùm omnibus finitimis, inprimis *Rom. Cæſare*, ineundæ, ſtudium feror, expoſuiſſem, non potui, ac ne quidem debui, ex arctiſſimæ neceſſitudinis lege, hæc in ſinū quoque tuū non deponere. Superiores illos codicillos arbitror rectè eſſe traditos. Quodſi maximè intercipi eos acciderit, ecce!

exemplum denuò adjungo. Quò ſic, quid velim, evidentiùs eſſe poſſit.

Interim, ut liqueat, quid illa interpellatione mihi effectũſit, & quid amplius intervenerit, ſic accipe. Narro autem tibi, ad mandatum meum, regni *Sueciæ* conſiliarios ad *Cæſareæ* militiæ præfectum, *Fridlandum*, dimiſiſſe legatum, tentaret nempè, utrùm colliſiones, nuper exortæ, componi, turbis *Stralesundenſibus* remedia applicari, perque mare *Balthicum* negotiantibus quies, ac ſecuritas, dari, poſſint. Biennium eſt, ex quo adversùs me, nihil tale merentem, legiones *Cæſaris* expediri, cœperunt. Eâdem operâ, ne pax cum *Poloniæ Rege* coiret, interturbatum eſt. Utque legati mei, contrà jus gentium, à limine diætæ *Lübeccenſis* non tàm ignominosè, quàm verbis minitabundis, rejicerentur, emerſit.

Hæc illa iſta cũ ejus eſſent generis, ut omne pacis ſtudium mihi penitùs expectorare potuerint, nihilo-languidiùs, remotis id genus magni quantumuis ponderis obſtaculis, viam, quæ ad pacem duceret, calcare non deſtiti. Sub ſpe, futurum, humaniſſimum hoc meum ut propoſitum inveniret locum. Tùm furoribus, graſſationibusque, in tempore fieret medicina. Sed fefellit hæc ſpes, hæc æquiſſima illa decepit ratio. Etenim eo ipſo tempore, quo legatus meus apud *Stralesundam* appulit, ſub impetratâ fide publicâ, ad *Fridlandum* tranſiturus, *Arnheimius*, adversùs me, in *Boruſſiam* exercitum eduxit. Ut jam tùm, antequàm mihi bellum denunciaretur, contrà omnium gentium jura, inferretur. Illic cum *Polonis*, hoſtibus meis, arma ſociari, illic conjunctis viribus, in me per trium penè menſium decurſum, hoſtilia omnia tentari cœperunt. Sic, ut ſpes omnis, in pacem, tanquam in ſcopum, directa, mihi extorta ſit.

Inter hæc, *Dei* bonitas eſt, cui ut intimas perſolvam gratias, pietas me jubet. Hæc facit, ut, tametſi à duobus ſimul confertiſſimis petar exercitibus, nihilo-minùs ſubſiſtere poſſim, viribus iſtis parùm efficaciæ habentibus. Ut igitur porrò in *Deo* omnem reponam confidentiam, hoc religio inſtillat. Speroq;, fore, ut infortunium hoc à capite declinare, inque hoſtium cervices detorquere, velit is, qui poteſt omnia. Sed, ut ad legatum revertar, ſic habeto. Hic rerum ordinem, prorsùs inverſum, notans ſibi, proſpiciensque, bellum jam in me exundare, mutavit propoſitum, adque *Fridlandum* deſtinatum, iter. At tamen, ne neſciret *Fridlandus*, quibus de cauſſis miſſus eſſet, per litteras, quid vellet, expoſuit. Simulátque amicam compoſitionem obtulit. Quid ſatisfactionis tulerit, hoc *Fridlandi* reſponſoria indicabit. Undè *Cæſareanorum* faſtum, conatuſque iniquiores, colligere, erit opportunũ. Illi enim hoſtiles in me ſuſcipiunt impreſſiones, illi, nihil tale exſpectantem, bello, petunt, antequàm denunciârunt. Ecce! non provocavi, non laceſſivi, non arma, toto hoc motuum *Germanicorum* tempore, intuli. Immò fœderibus inſuper, toties ab amicis interpellatus, me ſubtraxi. Et, cùm nocere juſſus ſim, amicus eſſe, ac prodeſſe, malui. Quid verò eſt? Jam denique quò in propatulo extet, iſtorum *Religionem* depuratam evertendi ſtudio, juxtàque ambitioni, impotentiæ, dominatumque extendendi cupiditatibus, terminum præfixum eſſe nullum, poſteaquàm po-

tiſſimas *Germanicæ* libertatis partes oppreſſeri
vires ulteriùs in *Reges*, regnaque extera, con
tere incipiunt. Ut, adversùs omnium genti
jura, atque inſtituta, bellum transferant, quoc
que impellit libido. De *Polonis*, inquam, nihil
beo, quod valdè conquerar. Novi enim, ho
eſſe meos. Quod igitur hoſtilibus in me euntı
chinationibus, nihil miror. De *Cæſareanis* re
lia eſt, & ſaporis diverſiſſimi. Hos ut accuſ
cauſſas foveo graviſſimas. Nam & amicum, &
merentem, bello petunt. Cùm neque laceſſi
rim, neque bellum denunciatum ſit, bello
feſtor.

His de omnibus, ô *Elector*, tecum ut ager
non tàm autoritas tua, qua per *Rom. Imperium*
l'es, quàm hic affectus, ac cõfidentia, cujuſmodi
ter nos eſt amœbæa, impulit. Ut etiam *Religi*
communitas, eademque ſacra, hanc interpell
di neceſſitatem impoſuerint: Jam ſpes eſt, t
genus *Cæſareanorum* procedendi modos haud q
dem approbaturum. Ut ſicubi partis adverſæ p
tinacia locum relinquat, omni induſtriâ, ac co
tu, rebus exulceratis idoneum invenire remedi
elabores. Hæc ille.

CAP. IV.

De induciis, inter Po- loniæ, Sueciæque Reges pactis.

I.

Præludia induciarum inter Polonos, Suecosq frustrà ſuſcipiuntur.

ETiamnunc *Sueci* ultricia pro
rebant arma. Etenim tam
Cæſareani, apud *Mariebergam*, m
nimentũ, quoddã, non abſq; c
mno ſuo, occupâſſent, ejec
Suecis: nihilo-ſeciùs die in
quete, auctis hi viribus, omni conatu denuò in
lud impet⁹ fecerũt. Pręmiſſoque cõflictu acerrin
cæſis *Cæſareanorum* non paucis, munimentum
cuperarunt. Iterùm *Stumbium* civitatem *Cæſare*
aſſultibus tentârunt. Sed *Suecorum*, intùs repugna
tium, obſtitit *animoſitas*. Ut receptui canerent i
Ferunt *Arnheimium*, militiæ *Poloniæ* pertæſum, tù
Marti ſuo enſem, galeamque, vovere cœpiſſe, ta
quam his artibus nuncium miſſurum. Nec fefel
hæc opinio. Copias enim in manus *Ducis Sax*
Lauenburgici reſignans, in *Pomeraniam* rediit, ta
quam militiæ ſatur. Intereà, circiter finem æſtat
legati tàm *Gallicani*, quàm *Anglicani*, *Batavique*,
Boruſſiam venerunt. Cœperuntq; corrogare *Po*
niæ Regem, pateretur ſatisfieri ſibi, paciſque mutu
compoſitionem retentari. Illam eſſe, ajebant, *Re*
laudatam ſenectam, ut laudata non minùs quie

fr

ebeat. Seſe omnem moturos lapidem, quò cõtroverſia, ſub conditionibus tolerabilibus, decidi, ac componi poſſit. Quę res ubi *Regi* di- re non potuiſſet, rectà in tractationes de no- i eſt. Articuli compoſitionis, inter legatos u- ventilati, fuêre ejuſmodi. Cum primis *Rex iæ*, tàm pro ſe, quàm ſucceſſoribꝰ ſuis, in æter- tituli *Regis Sueciæ* renunciaret: *Sueco* ex adver- il juris in *Polonum* omninò proferente. Sic ta- liber per *Polonos* permitteretur *Suecis* tranſi- Cum hac tamen exceptione, ut pro diariis, at- nnonâ præſentibus nummis ſatisfaciant. Ea- libertas movendi per *Sueciam* eſſet *Polonis*. His untibus, *Rex Sueciæ* loca, fortalitiaq;, extrà *Ma- gam*, quæcunq;, &, quicquid per *Littaviam* oc- ſſet, ſecuritatis ergò, poſſideret. Eidemq; fa- s eſſet per *Poloniam*, contrà hoſtes ſuos, mili- conſcribendi. Id quod, pari paſſu per *Sueciam* et *Poloniæ Regi*. Ab hac tranſactione, ejuſque ummatæ initiis, non integrum eſſet *Polonis*, *rum* hoſtibus, maximè *Archiducibus*, *Cæſarique*, uoviſcunq; colore, militem permittere. Ne- , ut intrà *Poloniam* ſtipendiis quiſquam oblige- ndulgere.

tque hæc tranſactio in decennium incorru- extraheretur. Omnibus illis, quicunq; contrà re auſi forent, etiam *Gallis*, *Anglis*, *Bataviſque*, i- met hoſtium in locum venientibus. Præterea, *iæ Regi* telonia, apud *Viſtulam*, *Sinumque Dan- num*, cederent. Sic tamen, ut *Dantiſcum*, finiti- ue *Civitates*, commerciorũ uſum exerceant li- imum. Utrinq; amneſtia generalis ſanciretur. t captivi dimittantur. Iiſque, qui cum *Suecis* fe- nt, detur venia. Quæ quò utrinq; ſarta tectaq; ue offenſionibus, conſerventur, *Rex Sueciæ* hoc legatos procuraret.

II.

uciis illis fruſtrà prætentatis, novi oriuntur onflictus.

On riſerunt hæ *Suecorum* propoſitiones *Polo- nis*. Quo nomine, an aliquid ex hoſte decerpe- tq; obtinere, quiti eſſent, itentidem experimẽ- cere hi cœperũt; ſed conatu ferè irrito. Sic *Polo- nà* cum *Cæſareanis*, magno numero, eniteban- per *Boruſſiam* certa quædam loca intercipere. c intelligentes *Sueci*, confertis agminibus ob- n moverunt. Retrò ceſſerunt itaque *Poloni*, *Cæ- niique*. Neq; ſic quidem impunè. Dùm enim re- tentes intrà *Marieverderam*, & *Stumbium*, errant, e! in tres *Suecorum* pedeſtrium, unamq; eque- um, legiones, præter exſpectationem, incidunt. oq; tumultuario conflictu, deſideratis homi- ũ, mille quingentis, relictiſque tormentis, im- limentiſq;, aliquammultis, in fugam conjiciun- Neq; ſicca hæc fuit *Suecis* victoria. E quibus ce- erunt ſimulátque quadringenti.

Poſt hunc, aliosq;, licet inferiores, conflictus, in bus *Suecis* fortuna faventior fuit, ſuperacceſſit id, novumque, flagellum, nimirùm lues peſti- a. Quæ cùm in *Polonos*, *Cæſareanoſque*, ſævire cœ- ſet, copias, diverſis prœliis jam antè labefactatas, gis attrivit. Cauſſamq; *Regi* injecit, ut evitandi ò contagii, è caſtris *Varſauiam* contenderet. Sic tum, ut *Polonorum* animi, velut ſydere percuſſi, communis pacis conſummationem redderentur procliviores, Magnumque futuris tractatibus ſuperaccederet momentum.

III.

Tandem veræ, & ſexennales, inter Poloniæ, Sueciæque, Reges, induciæ emergunt.

FErunt, hoc tempore *Magnum Ruthenorum Ducem* per legatum obtuliſſe *Guſtavo*, *Sueciæ Regi*, duodecim hominum millia. Quæ quidem, unà cũ omnibꝰ neceſſariis, illi permittere vellet. Modò in *Polonos* bellũ extrahere eſſet affectus. Sed, cùm alia animis agitaret *Suecus*, neq; auxiliis haberet opus, negavit. Legato, cum honore, ac muneribus dimiſſo. Acceptæ igitur à *Fridlando* injuriæ cùm ſtimularent nova ad bella *Suecum*, opportunâ in partes tàm fortunâ, quàm *Polonorũ* tædiis, intrantibus, denuò ad induciarum tractationes reditum eſt. Quæ tandem, ſub *Septembri*, in ſexennium feliciter coierunt. Ut, tametſi *Pontificii*, *Hiſpanicique*, oratores datâ operâ obluctarentur, nihilo-minùs, præter *Sueciæ Regem*, etiam *Polonorum Rex* tranſactionẽ illam haberet ratam, confirmatamque.

Leges verò, quibus pax illa *ſexennalis* coaluit, fuêre inſequentes. Toto nempè hoc induciarum tempore ab omni utrinq; hoſtilitate eſſent feriæ. *Rex Sueciæ* verò *Strasbergam*, *Dirſchaviam*, unà cum territoriis, ac diſtrictibus, nec non portus *Dantiſcanos*, *Gutſtadam*, *VVormbditium*, & *Meſſacum*, itemque *Epiſcopatum Fravvenbergicum*, unà cum pagis, ac prædiis, pariterque civitatem, arcemque, *Mittaviam*, in *Senogallia*, unà cum territoriis, *Churlandiæ Duci reſtituet*. Hac tamen ſub exceptione, ut portus *Fravvenbergicus* maneat ſub *Sueciæ Regis* poteſtate; ſalvâ nihilo-minùs *Fravvenbergenſibus* piſcandi facultate. Interim neq; *Fravvenberga*, neque alius ejuſce ditionis locus, communiretur. Sic ut ſubditis, militibuſq;, *Suecicis* liber illàc permitteretur tranſitus. De *Livonia* ità convênit. Scilicet pars utraq; ea, quæ quidem tenet, induciarum tempore, poſſideret loca. *Mittaviâ* tantùm exceptâ: qua de ſuprà. *Rex Sueciæ* poſſideret *Braunsbergam*, & *Folicum*, itemque *Elbingam*, Inſulamque, *Fiſchhuſanam* dictam. Pariter *Sinum* portus *Boruſſici*, à diœceſi *Elbingana*, uſq; ad *Viſtulæ* exonerationem, unà cum pagis, eo ſpectantibus, uſq; ad mare, omniaq;, quæ intrà *Neringium*, *Stegenam*, ac *Pillaviam*, uſque ad portum, interjacent, accedente *Pillaviæ* portu quoque, teneret. *Marieberga*, (excepto diſtrictu *Elbingano*) caput *Viſtulæ*, & confinia *Neringii*, ſequeſtri in modum, eſſent in manibus *Electoris Brandeburgici*. Antequàm verò induciæ exſpirent, dicta *Marieberga*, cum munimento apud *Viſtulam*, *Stumioque*, redderetur. In cujus fidem, ac ſecuritatem, *Sueciæ Regi* tantiſper permitteret *Elector*, *Fiſchhuſam*, & *Lochſtadam*, portumque *Curienſem*, nec non civitatem, & fortalitium, *Memmelium*, unà cùm adjunctis ditionibus. Quoad ſequeſtrationem, hic tenor obſervaretur. Nempè, poſt *Poloniæ Regis* traditam confirmationem, intrà ſex dies, regiis legatis *Polonicis Strasberga*, *VVormbditium*, *Melſacum*, *Fravvenberga*, & *Dirſchavia*, contraderentur. *Marieberga* verò & *Stumium*, intrà ſex dierũ paria, *Electori* cederẽtur. Hoc facto, *Mommelium* redderetur. Tempore induciarum, Po-

Poloniæ Rex, adverſus *Mariebergam, Stumium, Viſtulæque* caput, nihil moliretur. Omnia, quæcunq; antehâc interveniſſet hoſtilia, atq; offenſionẽ ſapiẽtia, utrinq; conſopirentur. Pei loca ad ſequeſtrum ſpectantia, templa, bonaque eccleſiaſtica, eo loco eſſent, quò, ante *Braunsbergæ* occupationem, fuerunt. Sic, ut *Pontificiis* tria, quatuorque, relinquantur templa. *Auguſtanam* verò *Confeßionem* profitentibus liberum *Religionis* permittatur exercitium. Si quibus non rideat intrà *Civitates*, præfecturasq;, modò redditas, remanere velle, ſed ſedem vel *Elbingam*, vel extrà regionem, transferre viſum ſit, illis omnibus bona ſua ſive divendere, ſive elocare, ſive, ex animi ſententiâ, alienare, liceret. Pari lege, ſub illis civitatibus, quæ quidẽ *Sueciæ Regi* permittuntur, locum habente. Illis locis, cujuſmodi tàm reſtituuntur, quàm ſequeſtrantur, ornamẽta templorũ, documenta, privilegia, quęcunq; ſuperſunt, haud ſubtraherentur. Si quid verò illorum periiſſet, de his ampliùs inquiſitio non haberet locum. hoc pacto tormenta, tempore obſidionis, in poteſtatem redacta, redderentur. Totidem, & pari numero, machinis bellicis intrà *Mariebergam*, & *Viſtulæ* caput, & *Mommelium*, relinquendis. Donativa, & quidem, in bonis, ſive reditibus, mobilibus, feudisque, ſive communibus, ſive privatis, à *Rege Sueciæ* conceſſa, rata haberẽtur. Milites verò utrinq;, extrà præſidiarios, deducerentur. Sic ut commercia, itineraque, tàm per aquas, quàm continentem, priſtinam reſtituantur in ſecuritatem. Nemoque auſit per portus nova ſive portoria, ſive exactiones, comminiſci.

De captivis ità eſſet, utrinque nimirùm omnes, abſque lytro, dimitterentur. Nec eſſent intrà *Boruſſiæ Ducatum* utriuſque *Regis* ulteriùs præſidiarii. Sic querelis quoque, belli ſuperioris è fonte pullulantibus, quæcunque forent, miſſio daretur. Si accidat, *Regem Sueciæ*, quocunque ſub colore, per *Boruſſiã* infeſtari, illud *Rex, Procereſque, Poloniæ*, juxtà *Boruſſiæ Ducem*, partesque *Regis, Civitatemq́ Dantiſcanam*, conjunctis impedirent viribus. Sic ut tranſactio præſens nulla ratione violanda ſit. Idem ſanctè repromittit *Rex Sueciæ. Regique Poloniæ*, ne cõtractus hic à quopiam infringi poſſit, unàque *Boruſſiæ Duci, Dantiſcaniſque*, eo eventu omnem pollicetur operam.

Si quis privatus, tempore induciarum, vel in bonis, vel in perſonalibus, lædatur, nulla hoc pars de facto vindicaret. Sed res ad magiſtratum rejiceretur. Si verò lis magni alicujus momenti oriatur, ut videri poſſit, tanquam præſens tranſactio violanda veniat, hoc eventu deputati utrinque nominarentur. Qui, vel apud *Mariebergam*, vel *Elbingam*, convenientes, lites, erroreſque, quantò ociùs dirimerent. Eadem litium decidendarum ratio intrà *Livoniam* obtineret. Intereà legati utrinque, delectique, ſufficiente inſtructi poteſtate, intrà anni decurſum, convenirent. Superque totius rei ſumma deliberantes, an pax ſolida, totaliſque, conſtitui porrò poſſit, diſpicerent. Sicubi tandem, ex partibus *Sueciæ Regis*, huic tranſactioni accedere lubeat ſive *Daniæ Regi*, ſive *Batavis*, ſive *Tranſylvaniæ Principi*, illis hoc liceret. Ità tamen, ut intrà quinque menſium ſpatium, nomina ſua profiteantur. Idem, ex partibus *Poloniæ Regis*, integrum eſſet *Cæſari, Hiſpaniarum Regi, Hiſpaniarum Inf.* *Belgii* gubernatrici, *Electorique Bavaro*. Atque omnia proximis comitiis ordine confirma-tur.

IV.

Extrà illas leges, Rex Sueciæ cum Dantiſc… peculiares init induciarum rationes.

ILla ubi inter utrumque *Regem* feliciter conſ… mari cœpiſſet tranſactio, feriis apud *Danti…* indictis, publicæ gratiarum actiones apud om… *Civitatis Eccleſias*, ipſis *Calend. Novembribus*, dec… ſunt. Sic, ut *Pacificatio* hæc, ſub conſueta ſole… tate, *Hymnoque* illo geniali, *Te DEUM lauda…* perſonante, publicaretur. Interim, *Reſpu…* *Dantiſcana*, *Anno* inſequente, ſub *Februario*, … *Sueciæ Rege*, peculiares novæ tranſactionis i… ges deſcendit. E quibus ſunt illæ. Scilicet *Danti…* communi illâ, inter utrumque *Regem* pactâ, tra… ctione uterentur, fruerenturque. *Sueciæ* regni… diti nomina, tàm apud *Boruſſos*, quàm *Dantiſc…* contracta, liberè exigerent. Eâdem lege *D…* *ſcanis* in *Suecos, Boruſſosque, Suecicos*, permiſsâ. D… verò, quæ, belli temporibus, ſive in fiſcum red… ſive corrupta, ac vaſtata, fuiſſent, ceſſantibus … ctis ceſſarent & actiones. De mercibus, intrà … extrà, civitatem devehendis, ſic eſſet, ut ſum… centenarium conſtituens, quinque, cum ſem… penderet. Undè ternio, cum ſemiſſe, *Sueci…* *gi*, binarius verò, *Civitati* cederet. Tempore in… ciarum, per portum *Dantiſcanum*, nullæ naves m… tares, nedùm claſſes, ſub prætextu quoviſcun… præpararentur. Nedùm ulli, hoc ut fiat, permi… retur. Interim *Dantiſcanis* civibus integrum e… naves quaſdam, pro mercium defenſione, pa… re. Quibus tamen ſic uterentur, ne hoſtibu… vendant, nedùm aliis locis permittant, undè … *ciæ Regi* aliquid adverſi exſpectandum ſit. Si a… dat fortè, has inducias ab alterutra parte viol… tunc *Dantiſcum* in illum vires omnes unà con… teret, quicunque primus prævaricari, ac læd… cœpiſſet.

CAP. V.

De Guſtavo, Rege Su… ciæ, rebus domi co… firmatis, ac compo… tis, in Cæſarem, Ge… maniamque, exp… ditionem, ſuſcip… ente.

1. Su…

I.

æ Rex, auctis domi viribus, arma adverſùs
ermaniam præparat.

EAm, victricibus per tot annos circum-
latis armis, eò uſque fortunæ trium-
phantis faſtigium provexerat *Guſta-*
vus, Rex Sueciæ, ut patriæ regno, hacte-
nùs controverſo, tandem feliciter, ad-
s inſuper provinciis ex hoſtico finitimis, pa-
,confirmatoque, novos ſibi ab ipſomet *Cæſare*,
perio, ſtimulante gloriæ cupidine, promitte-
iumphos. Itaque, ovanti ſimilis, pace cum *Po-*
hoſtibus domeſticis, ac præpotentibus, domi
titutâ, totis animis in *Cæſareanos*, paſſim victò-
ferebatur. An felicitatem illam domeſticam,
eſque inter *Sarmatas* partas, ultrà hanc *Germa-*
extendere quitus eſſet. Neque hæc vana erat
,licet exteri, armipotentis tamen, & magnani-
ra. Ut victoribus *Cæſareanis* victoris non mi-
Regis fortuna juxtà videretur metuenda.
nquam enim non deeſſent, etiam è *Cæſareana*
tiæ præfectis, qui illam *Regis* ſive audaciam, ſi-
onfidentiam, aquilis *Romanis* paſſim trium-
ntibus, contemnerent, nihilò-minùs paulò
aliud belli eventus docuit. Ut *Guſtavum*, non
fortem, quàm felicem, bellatorem *Germani* ex-
rentur. Quibus de operis hujus in progreſſu
a reſtant commemoranda.

Conſopitis igitur *Polonicis* illis moleſtiis, *Rex*
ias, per *Boruſſiam* hybernantes, in *Sueciam* evo-
it. Contractiſque *Polonorum*, *Dantiſcanorumque*,
dò exautoratis, aliiſque, novis ſtipendiis obli-
s, legionibus, vires auxit. Quibus inſtructus in
maniam arma transferre, agnatiſque, atque a-
is, ſociam *Religionem* profitentibus, opitulari,
perabat.

Stimulabant opportunè hoc *Regis* deſiderium
nultuationes *Stralesfundenſes*. *Fridlando* civitatem
vis ſub afflictionibus hoſtiliter, exercente.
òd itaque univerſa tùm quoque *Pomerania*,
fertiſſimis *Cæſaris* legionibus ad incitas penè,
od ajunt, redacta, ſub militis rigore, ac famis ne-
ſitate, gemeret, ecce! *Bogislaus*, *Pomeraniæ Dux*,
n ceſſavit ſollicitis *Fridlandi* fidem obteſtari pre-
us; Tandẽ, rebus ſub exhauſtis, patriæ ſuæ quie-
n daret. Utque, tantis è procellis, ac calamitati-
s relictæ, ſubditorum partes, reducto exercitu,
pirare; vitamque, è miſeriæ, ac paupertatis, ergá-
lis, redimere poſſent. Sed *Fridlando* jam, prout
deri poterat, cauſſarum abundè ſuppetebat, qui-
s *Manlianum*, ut vocant, aliâs rigorem in præſen-
rum excuſaret. Nimirùm, periculum à *Sueciæ Re-*
inſtare, *Stralefundenſes* pacta non ſervare, præ-
iumque *Suecicum* è civitate nondùm deductum
e, objecit. Ità quò minùs copiæ *Cæſareanæ* è *Po-*
rania deduci queant, ſed in res *Suecicas* obvertan-
r, neceſſitatis ipſius, defenſioniſque, legem ur-
re.

Totidem verbis *Bogislao Duci*, *Suecici* è *Stralefun-*
præſidii deductionem roganti, reſpondit *Ochſen-*
irnius, *Cancellarius Suecicus*. *Regis*, inquit, animum
on eſſe, ut *Civitatem* ſive *Duci*, ſive *Imperio*, eri-
piat. Saltèm, ad confirmandos portus maritimos, eo loco, aditùque, carere non poſſe. Quò mutuus commerciorum uſus in libertatem reponi, regnumque *Sueciæ* periculo vacare, queat. *Civitatem* quidem, abſque *Regis* ſcitu, in tranſactionem inclinâſſe. Sed hoc *Regi*, tanquam cujus intereſſet plurimùm, inconſulto ferendum non venire. Præſertim, quòd res niteretur ſuſpectis magis, quàm ſecuris, clauſulis. Hac de re miſſum ſe eſſe, in transactionem illam, ejuſque fidem, ac ſecuritatem, ut inquirat. Si igitur *Fridlandus* militem è *Pomerania* deducat, tùm *Regem* oppidò quoque præſidium è *Civitate* revocaturum. Antequàm autem totalis *Cæſaris* exercitus deductio non ſpectet ad effectum, neque *Regem* illud facturum. Ut potiùs præſidium urbanum pluribus ſuperinductis cohortibus confirmandum ſit. Uſque dùm per *Imperium Germanicum* pax refloreſcat. Reſque controverſa, ſub tolerabilibus utrinque conditionibus, componi queat. *Regem* eâ ſapientiâ præditum eſſe, ut ullius hominis, re urgente, verbis promiſſiſque, haud ſtare ſoleat. Sed, vicino ſuo arma parante, ipſemet in armis occurrat, ac ſe tueatur. Quis enim, niſi imprudens, codicillis contrà cataphractos, litteris adverſùs claſſes, experiretur? Sic affectum eſſe *Regem* denique, ut non ex cupiditate aliena intercipiendi, ſed ex neceſſitate. *Oceanum Balthicum* à periculo vindicandi, cum *Civitate* pepigerit. Quam quidem *Rom. Imperio* neque immediatè, neque mediatè, ſubtrahere affectus ſit.

II.

Fridlandus, à Daniæ Rege, claſſem petit. Quâ, ad debellandum ſub Oceano Sueciæ Regem, uteretur.

HOc pacto, ſicut in triviis ajunt, cuneo cuneũ trudente, neque *Fridlandus* copias deducebat è *Pomerania*, neque *Suecus* præſidium *Stralefundanum* revocabat. Sed hoc ille agebat, ut bellum, conquiſitis, tàm armorum, annonæque, quàm militum, apparatibus, in *Oceanum* uſque proferret, *Stralefundamque* ad deditionis neceſſitatem ſive deduceret, ſive ejuſce, aliorumque maritimorum portuum, concluſionem ematuraret. Hic verò, immiſſis intrà *Stralefundam* majoribus ſuppetiis, eò laboravit, ut, urbe adverſùs hoſtiles impetus confirmatâ, commerciorum uſus per *Oceanum* redderet liberrimos. Tùm apud *Viſmariã*, & *Roſtochium*, *Cæſareanis*, pyraticam exercentibus, idoneam velut claſſem objiceret. Illam *Regis* fiduciam quoquo pacto expugnare nitebatur *Fridlandus*. Sic, ut, in omnes intentus vias, conatibus *Suecicis* uſque quâque obſtare laboraret. Quòd igitur neceſſario hoc ad inſtitutum navium deſtitueretur apparatu, emiſſo ad *Daniæ Regem VValmerodio* legato, nomine *Cæſaris*, rogare cœpit, *Rex*, ſuppeditatis militaribus navibus, inſtitutum adjuvaret. Velle enim ſe rationes inire, quibus *Sueciæ Rex* per *Oceanum* debellari quitus eſſet. Sed negativè hoc ad poſtulatum excepit *Daniæ Rex*. Hæc enim in verba regerens, Nulli, inquit, extrà ſe, & *Suecum Oceani* hactenùs permitti dominium. Si igitur accidat, alium hanc prærogativam velle ambire, næ illum im-

punè haud laturum. Sic, reſponſo eveniente contrario, *Fridlandus* votis excidit.

Procedentibus maritimis offenſionibus, *Viſmarienſes*, carbaſa *Suecica* mentientes, unam, alteramque, *Suecicam*, *Batavamque*, liburnicas, in naſſam ſuam pertraxêre. Quibus porrò nihil non audentibus, ad *Straleſundenſium* inſtantias, *Rex Sueciæ* naves militares ingentes, numero undecim, objecit, laſciviam illorum ut retunderet. Nec minus ſub interdicto vetuit, ne qui è *Suecicis* apud portus maritimos, à *Cæſareanis* per *Pomeraniam* occupatos, ſicut ſunt *Stolpena*, *Colberga*, *Caminum*, *VVolgaſtum*, *Gryphisvaldia*, itemque *Roſtochiū*, & *Viſmaria*, (quæ ad *Megapolitanos* ſpectant) negotiarentur. Interim, peſtis contagio numerum *Straleſundenſium* minuente, eam intrà *Civitatem* juſſit eſſe manum, quę, phalangem excedens integram, toti contrà ſe, ſub hyeme, glacieque tectis foſſis, exercitui, fortè ingruenti, par eſſe ſuſtineret.

III.

Maritimæ Civitates, apud Lübeccam conventu indicto, ſuper defenſionis mediis, ſi fortè infeſtentur, deliberant.

INter pericula id genus, apud *Oceanum* ſeſe ingerentia, non minima *Civitates Maritimas* confœderatas ſolicitudo, ac cura, momordit. Indicto proindè apud *Lübeccam* conventu, ſuper defenſionis mediis, deliberare cœperunt. Ut, ſi accidat, ſeſe, quoad *Religionis* agnitæ libertatem, acquiſitaque hactenùs privilegia, infeſtari, parata, atque in promptu, eſſent præſidia, quibus hunc ſtatum tuerentur. Convênit ergò illis, unaquæque majores cogeret, vere proximo copias; quibus, in defenſionis neceſſitatem collectis, vis illata propulſari quiret. Ex illis autem *Hammaburgium* inprimis rerum ſuarum ſatagere cœpit. Ejus enim legati ubi è *Lübecca* domum rediiſſent, illicò ſancitum eſt à *Senatu*, ne quis exterorum *Magnatum* ſive militaris præfectus, ſive pararius, diutiùs intrà urbem eſſet. Sed omnes, ſub pœna, emigrarent.

Eodem ſub conventu, an res inter *Sueciæ Regem*, ac *S.P.Q.Straleſundanum*, componi poſſet, non minùs tentari cœpit. *Fridlandus*, nomine *Cæſaris*, ad *Civitates* ſocias dederat, viderent, an interveniendo, tanquam honorarii, ut vocant, arbitri, litem eam dirimere ſuſtinerent. Sed repugnavit *Rex Sueciæ*. Illiſque inconſtantiam objecit. Cui illæ: ſeſe *Cæſaris* eſſe ſubditos. Ideòque legibus ejus teneri. Ad hæc *Rex*: Eam eſſe *Civitatum* lubricitatem, hoc belli tempore declaratam, ut illis magnoperè fidendum non ſit, oggeſſit. Tùm hoc quidem curæ eſſe, ne imponi ſibi queat. Dubio procul *Fridlandum* jam ad tempus pacem proponere, ut cum occaſione bellum retentet. Hæc *Suecus*. Verùm, non deſtitit *Fridlandus* ſic cum *Civitatibus* paciſci. Reducturum ſe, inquit, è *Pomerania*, & *Megapolitanis*, copias. Modò *Civitates Maritimæ* confirmarent, ſeſe, ſicubi provinciæ illæ ab exteris infeſtentur, *Cæſareanis*, tàm præſentibus pecuniis, quàm navibus, veram opem laturas. Quæ cùm res utrinque intricata, neque ſic admodùm plana, videri poſſet, abſque pondere hic labor in a[…] receſſit, fuitque irritus.

CAP. VI.

De colliſionibus, ſup[…] exercitu Cæſareo i[…] Boruſsiam dimiſſ[…] ìnter Sigiſmundu[…] Poloniæ Regem, […] Fridlandum, natis.

I.

Fridlandus, à Sigiſmundo, Poloniæ Rege, prop[…] miſſis illi copiis, ſtipendiorum ſolutionem […] get. Exprobratque ex parte officia, Polo[…] præſtita.

REbus itâ, cum *Sueciæ Rege*, manifeſt[…] ad bellum ſpectantibus, vix potuit […] bi temperare *Fridlandus*, quin nov[…] *Sigiſmundo, Polonorum Regi*, quoque […] tem moveret. Materia altercatio[…] hæc fuit. Dimiſſis è *Boruſsia* copiis *Cæſareis*, *Fridla[…] dus*, ſtipendia ſimulátque ilicet haud numerari, […] grè ferebat. Indicaverat ei *Rex* per litteras, exſ[…] ctaret *Fridlandus* proxima regni comitia. Illic en[…] legatos nominandos, certumque ad locum m[…] tendos, eſſe, qui damni à *Cæſareanis* per *Boruſsiam* […] lati, rationes inirent. Factaque cōputatione ha[…] noxam de ſtipendiorum ſumma ordine deduc[…] rent. Non potuit hæc ratio *Manlianos*, *Fridlandi* ſ[…] ritus non irritare. Itaque, non diſſimulatâ, qua[…] conceperat, offensâ, ſequentibus *Regi* reddidit.

Rex, inquit, penſiculatiùs deponderaret, eâ qu[…] dem tempeſtate, quâ *Poloniæ* regnum graviſſim[…] fuiſſet ſub procellis, ac periculis, copias ſuccurri[…] *Cæſareas*. Utilemque navâſſe operam. Eo enim c[…] momento *Guſtavum* exercitum *Polonicum*, ex an[…] mi ſui ſententia, fudiſſe, ac diſſipâſſe. Ut hoc ſu[…] ceſſu ſibi *Poloniæ* regnum prorsùs ſubjicere, ac ſ[…] per eo, pro libidine, decernere, potuiſſet. Tùm v[…] ro rebus ſic quidem inclinatis, opportuniſſim[…] tempore copias *Cæſareas*, in defenſionem gent[…] *Polonicæ*, ſuperveniſſe. Regiamque ab interitu, d[…] mniſque irreparabilibus, aſſeruiſſe. *Regi* non ob[…] ſcurum eſſe, quàm, in limine adventus in *Boruſſ[…]* legiones, ex annonæ, rerumque neceſſariarum, de[…] fectu, cum fame, & calamitate, omniū primò con[…] fligere cœpiſſent. Ut præ ultimâ victus indigen[…] tiâ, radices è terræ pulvere eruere, algasque, a[…] que abjectiſſima decoquere gramina, adigeren[…] tur. Niſi igitur legiones, famæ, atq; exiſtimati on[…] ſuæ, memores, obedientiam, *Cæſari* debitam, cæte[…] ris rebus mundanis prætuliſſent ferè omnibus ab[…] qu[…]

fuiſſet, ut famis, paupertatisq;, neceſſitatem
rabilem excutientes, de mediis, quibus ſeſe
miſeria exonerarent, deliberare, conſilium-
tempore capere, potuerint. Tandem, ſub
um, ſic quidem eſſe transactum, ut hac ex
is ſatisfieri debeat.

damnis, *Boruſſiæ* illatis, ſic quidem eſſe, ut iſta
Cæſareis imputanda haud veniant. Vetuſtam
obtinere regulam, ut earum provinciarum,
bus belli ſedes figitur, neceſſitate quadam,
tus ſit exſpectandus. Maximè verò, ubi mili-
haud numerantur ſtipendia, hoc uſuvenire.
tiùs *Polonicas* accuſaret, non *Cæſareas* copias.
is enim, ſuis nempè tanquam omnis diſcipli-
litaris expertibus, etiam antè *Cæſareanorum*
tum, regiones omninò devaſtari accidiſſe.
otiſſimùm ſuperaccedere, poſt conſumma-
um *Guſtavo* transactionem, eas auditas eſſe
norum *Polonicorum*, in *Cæſareanos* detortas,
tentes voces, ut proclive ſit, *Cæſaris* aures indè
i, benevolentiæq; magnā partem expectora-
ſe. Ità futurum, ut *Rex*, ſi denuò auxiliis opus
it, ea tàm facili manu partibus ſuis aſſciſcere
eat. Tàm transactione id genus irritâ, quàm
iis, inofficiosè effuſis, locum gratiæ, atque of-
vix relinquentibus.

c de re æquum eſſe, juſtumq;, prior illa trans-
, cum *Cæſareanis*, ſub diſceſſum è *Boruſſia*, pa-
;, ſecundùm clauſulas ſuas, ordine adimplere.
emel enim præcognitum eſſe, jam tùm *Polo-*
gnum, operâ *Cæſareanorum*, è *Guſtavi* manibus
ereptum.

oindè, ſe contendere, *Rex* omnia diligentiùs
eret. *Rem* ſic quidem comparatam eſſe, ut ſti-
iorum ſubductio locum habeat nullum. Ve-
transactioni, ex lege contractus, ſatisfieri o-
eat. Hæc ille.

II.

ſmundi, Poloniæ Regis, ad Fridlandum re-
ponſoria.

Bjurgatorias *Fridlandi* illas non ſine ſtomacho
admiſit *Rex*. Initâ quapropter dignitatis regiæ
ne, ſic illi vicem reddidit. *Regi*, ſibi, inquit, rem
m videri, dùm codicilli regii alium in ſenſum
rqueri velint, atque ſcripti eſſent. Humaniſſi-
verbis ſtipendiorum ſolutionis mentionem in
actam fuiſſe. An ergò exindè transactio in du-
n vocari debeat? An illud in ſuſpicionem
cò trahi oporteat, quod quidem *Regis* pro-
um, ac fidem, gravet? Regiamque auto-
em lædat? Nequaquam! Eum fuiſſe codi-
rum regiorum ſenſum, ut *Rex*, obtempe-
s ejus procellas, peſtiſq; graſſantis conta-
n, præmetuens, ne fortè indictus ſolutionis
ninus minùs ſtrictè obſervari poſſit, in tẽpore
andũ am̃onere voluerit. Ut, ſi fortè, ex allegatis
difficultatibus, obſtaculum obrepat, hoc illi
urum eſſe nequiret. Iam, ea ſub epiſtola, damni
ſupputationem, deductionemq;, injectã eſſe.
que immeritò. Transactionem ſiquidem non
are. Ut hoc æquitas ipſa exigat. Proindè, *Regem*
uò ammonere, vellet *Fridlandus* in præſentis
poris neceſſitatẽ oculos coniicere, terminiq;,
ſolutionis, extractionem æquo animo ferre,
; dùm peſtis deſæviat. Legatiq; ſecurè coire, at-
que è cenſibus publicis ſtipendia colligere, queant. Hoc per ſe æquiſſimum eſſe. Ut ineluctabili id genus neceſſitati, quæ utiq; omnem excutiat legem, neq; *Cæſar*, agnatus, & affinis, neq; *Fridlandus*, ipſæque copiæ militares, refragari queant.

Interim, *Regem* tempus, & locum, quando & ubi, convenire poſſint legati, datâ operâ definiturum, Iuxtáq; rationes diligenter initurum, quò *Cæſareis* copiis, quàm grata illarum opera, ſub bello *Boruſſiaco*, ſibi uſuveniſſet, re ipsâ conſtare debeat. Tantùm abeſt, ut falſis narrationibus, tanquam in exercitum *Cæſæreum* convitiis itum foret, fidem adhibere conveniat. Belli matrem jam olim dici calumniam. Id genus dicteriis etiam præclariſſimos militiæ præfectos, exercitusque ipſos, eſſe obnoxios. Ut rem tàm indignam, incertisq; rumoribus diſſeminatam, ad animũ admittere haud oporteat. Leviſſimę plebis eſſe fabulas iſtas. Ut ex iſtius hominũ fecis nugis ad *Germanorũ* militũ honorẽ, ac virtutẽ, inferre nõ ſit opportunũ. Potius eſſe, ut *Regis*, ejuſq; militię prępectorũ, judicio ſtetur. *Regem* enim illis multũ tribuere. Ut, ſi fortè error interveniſſet, hic non in milites, ſive copias, ſed in illarũ prępoſitos, quales quidẽ citrà *Regis* cõplacitũ obtigiſſent, cudendꝰ foret. Ex illo nempè ceu fonte jacturã ſuſceptę expeditionis, glorięq; militaris, natã eſſe. Dùm tribuni, citrà *Regis* mandatũ, manifeſtasq; belli leges, annonę copiã inutiliter profudiſſent. Simulátque occaſionẽ rei benè gerendę ê manibus dimiſiſſent. Potuiſſe enim tũ ea loca cõmodè in poteſtatẽ redigi, in quibꝰ penurię, ac fami, mederi fuiſſet ꝓclive. Interim, ex una, ut ajũt, re incõveniente, plures emerſiſſe difficultates. Ut haud ſegniter morborũ agmina intraverint. E quorũ proventu, ſicut & pecuniis, annonâq; defectis, luculẽti illiꝰ exercitus diſperditionem inſequi neceſſe fuerit. Quandoquidẽ verò neq; calamitas illa ſuper exercitũ *Cæſareũ* devoluta, neq; cauſſæ iſtiꝰ eventꝰ, *Regi* forẽt aſſcribendę, utiq; non liquere, quo fundamẽto *Regem* tã cõfidenter *Fridlãdus* accuſare auſit. Potiꝰ aliorum inſtituta, ac cõſilia, hîc laborare. Potius *Regẽ*, unà cũ exercitu, (utiq; cujꝰ fortitudinẽ, maſculaſq; actiones, commẽdaret) profuſis fruſtrà tot ſumptibꝰ, exſpectatione ſua, feliciq; belli eventu, fruſtratũ fuiſſe. Ut nolens volens in ingratas transactionis leges deſcendere adactus ſic. Tribunos quidem, & militiæ primorẽs, ꝓ colore, ſtipẽdiorũ defectũ, famẽ, & morbos, prętendere. Sed illos magis manus abſtinuiſſe, quàm rem ſeriò egiſſe. Ut vel hinc neceſſitas transactionis legem ſibi injecerit. Quæ omnia nunc *Dei* judicio eſſent utique permittenda.

De cætero ſic quidem eſſe comparatum, ut *Rex* lubens admittat, *Cæſareis* copiis tribuendum eſſe, nimirùm, illarum operâ *Poloniæ* regnum ex ipſo interitu, manibuſq; *Guſtavi*, eripi cõtigiſſe, niſi prę-cognitũ habeat, illã *Cæſari* mentem non præſtita eſſe, ut officia exprobrare ſoleat amicis. Etiam *Regem* anteà *Cæſari ſub Imp.* motibꝰ, auxilia commodaſſe. Tantùm verò abeſſe, ut hoc jactitare voluerit. Ut potiꝰ rubore ſuffũdi potuerit, ſi vel litteris, vel internunciis, ullam gratitudinis ſignificationẽ *Cæſar* injeciſſet. Prætereà, neceſſe eſſe, illum quidem rerum *Polonicarum* cognitionem peſunctoriã habere duntaxat, q arbitretur, poſt unius, alteriusq; civitatis occupationẽ, tota ilicet de *Boruſſia* actum eſſe. Immò, *Boruſſia* quantumvis expugnatâ, ac de-

perditâ, extemplò *Poloniæ* regnum ultimò periclitari. Etiam, ab aliquot centenariis, regnum illud *Boruſſiæ Ducatu* eſſe vetuſtius. Immò *Boruſſos*, tametſi in auxilium tùm *Germani* acceſſiſſent, à *Polonis* ſubjugari cœpiſſe. Iam, per *Dei* gratiam, tàm immane abfuiſſe, ut *Poloniæ* regnum ſpectaret ad interitum. Ut *Polonicæ* quędam provinciæ, pluſquàm ducentis milliaribus *Germanicis* à *Boruſſia* diſtantes, vix rumorem ſive de *Guſtavo*, ſive bello *Boruſſiaco*, perceperint. Quarum incolæ intereà, fortibus in barbaros ſuſceptis expeditionibus, jacturam hanc in *Boruſſis* factam, uberrimè compenſârint. Proindè *Regem*, non ab interitu vindicandi regni, ſed hoſtem, qui munimentis, ac propugnaculis, *Polonorum* animoſitati prævalebat, debellandi, igitur, *Cæſarea* rogâſſe auxilia. Quibus utiq; ſtipendiis vellet ſatisfacere. Tametſi res abhinc in deteri' generare cœpiſſet. De cætero, & amico jure, & juxtà *Cæſaris* voluntatem, facturus eſſet *Fridlandus*, ſi eas rationes, quas quidem *Rex* litteris ſuperioribus, ratione temporis, allegâſſet, admitteret. Neque tàm exactam, intempeſtivamque, ſtipendiorum ſolutionem urgeret. Nedùm officiorum, *Polonis* præſtitorum, exprobratione *Regi* moleſtus eſſe pergeret.

Externa.

I.

Ferdinandus II. Imp. in cauſſa Ducatus Mantuani, exercitum mittit in Italiam.

ILlæ hoc tempore erant vires, illi nervi, *Ferdinandi II. Imperatoris*, ut, poſt pacificationem, cum *Chriſtiano*, *Daniæ Rege*, pactam, copiæ militares per omne *Imperium* redundarent. Tametſi ergò ad inſtantiam *Electorum*, non paucæ legiones exautorari paulò antè cœpiſſent, nihilò-minùs illi exundabant ſub *Fridlando* militum numeri, ut *Cæſar* non tàm *Hiſpanis*, adversùs *Batavos*, non tàm *Polonis* adversùs *Suecos*, integros commodaret exercitus, quàm numeroſas, expeditiſſimasque, copias etiam in *Italiam* inſuper, in cauſſa *Ducatus Mantuani*, contrà *Galliarum Regem*, & *Nivernenſium Ducem*, expediret. Putaſſes *Nivernenſem* jam pridèm *Marti* ſuo nuncium miſiſſe. Præſertim, cùm, velut ſuprà viſum eſt, filium *Cæſari* obſidem permiſiſſet. Sed hìc ecce! novus belli *Mantuani* turbo prorupit. Illarum ergò *Cæſaris* copiarum primitiæ, ſub ductibus *Galaſſii*, *Merodii*, *Sulzii*, *Pallantis*, *Altringerii*, & *Oſſæ*, tribunorum, primo vere, ſub variis, atque idoneis, apparatibus, magnis itineribus versùs *Lindaviam* promoverunt. Ubi, habito delectu, in *Rhetiam* penetrantes, *Curiæ* præſidium impoſuerunt. Aditusque, ac clauſtra, finitima, non tàm intercipere, quàm communire, *Rhenoq;* pontes, ac loricas, ſuperinducere, cœperunt.

Interrogantibus ſuper hac expeditione *Helvetiis*, quid rei eſſet; reſponſum eſt à *Chiliarchis*, has tantùm exercitus *Cæſarei* primitias, aliaque viginti hominum millia, ponè inſequentia exſpectanda. Tantùm verò abeſſe, ut *He*[...] quicquam adverſi metuendum ſit. Ut hæc [...] ditio in *Italiam* dirigatur, juriſdictionis illi[...] *ſareæ* confirmandæ igitur. Securi igitur eſſent [...] nuſque à bello abſtinerent. Ità abſque quere[...] turos. Nec mora. Eandem in ſententiam *Cæſ*[...] *Helvetios, Rhetoſq;*, confœderatos, datis litteris, [...] firmare illis ſua fide maluit, ſcirent, has copia[s] [Cæ]*ſareas* eò uſque in fines *Rheticos* pertigiſſe, & [...] dem feſtinante gradu, ne ab hoſtibus inſtit[...] *Cæſaris* ſive anticiparetur, ſive interturbaret[ur] [...] mulátque turbæ per *Italiam* forent compo[...] tùm quidem *Cæſarem* & militem reducturu[m] [o]mniaque priſtinum in locum, ac ſtatum, rep[...] rum. Hæc *Cæſar*.

II.

Pont. Max. Cæſaris exercitum in Italiam [...] *trantem, ægrè fert.*

INterpoſitam *Cæſaris* cautelam admiſêre qu[...] *Helvetii, Rhetique*. Sed, mediis ſub armis, [...] ſuis metuentes, ex lege belli, nihilominùs co[...] ſantes, arma præparare, armiſque opponere, [...] ità ferret, præcogitârunt. Inprimis verò, ub[i] *Cæſaris*, in *Italiam* ſuſcepta, expeditio ad [...] *Pontificis Max.* pervénit, tàm ægrè illi accidit, [...] quentibus in *Cæſarem* verbis è *Romana* ſede d[...] naret. Potiſſimùm autem in *Fridlandi* ſive lice[ntiam,] ſive inſolentiam, acerbiùs inveheretur. Famâ [...] inquit, præcognitum eſſe, *Cæſaris* copias tan[...] non in *Rhetiam* aſcendiſſe, atq; *Italiam* versùs [...] gredi. Immò verò alium adhuc ſupervenire e[xer]citum. Quem quidem iſte ducat, qui hactenus [Cæ]*ſaris* ſui *Imperium*, ſedemque propriam, modò [...] lacerârit, ſed etiam ſic ſeſe geſſerit, ut *Cæſaris* in[...] dictis, *Ordinibusq;* factis declarationibus, oblu[...] conſueverit. Omniaq; *Cæſari* ſuſceperit contr[a] [...] non ſine indelebili tanti conteptus nota. Tan[...] abeſſe, ut mandatis, ex lege, morem geſſerit, [...] ſibi proclive eſſe ominari, quorsùm hæc præ[...] ſpectet expeditio? Cùm hactenùs rumores, a[...] ma, titulum huic bello præſcripſerint. Proin[...] *Cæſarem* paternè ammonere, vellet periculi ple[...] id genus belli aleam declinare, malumq; ab *E*[*ccle*]*ſia Catholica* procul amoliri. In ſequiorem event[...] etiam ſe paratum eſſe, adversùs hoſtes tàm Ec[cle]ſiaſtico, quàm ſeculari, experiri gladio. Ut et[...] proclive ſit, illis, qui militari cùm poteſtate ſ[...] id uſu venire, quod *Carolo*, *Duci Burbonio*, a[...] diſſet. Hunc enim modò non in facie urbis [*Ro*]*manæ* ſpiritum reddidiſſe, ſed, ſub excommuni[ca]tione eccleſiaſtica, ſempiternam ad ignominia[m] periiſſe.

III.

Ludovicus, Galliarum Rex, ſuper eadem expe[*di*]*tione, Cæſarem interpellat.*

SIc *Pontifex* obnitebatur. Sic verò *Rex Galliaru*[*m*] poſt *Pontificem*, miſſo ad *Cæſarem* legato, inſ[...] bat. Nempè, *Cæſar* legitimâ *Mantuæ*, ac *M*[*on*]*tisferrati, Ducatuum*, poſſeſſione *Nivernenſem Duc*[...]

permitteret. Neminique illum turbandi
item faceret. Inprimis *Rhetiæ* loca interce-
ideret. Copias in *Italiam* moventes, revoca-
vernenſemq; in poſſeſſione confirmaret. Huic
tarium accedere. Simulátque, quid *Gallia-*
gi à *Cæſare*, atque *Archiducibus*, expectandum
uxtà indicaret.

IV.

, ad Pontif. Max. interpellationem, re-
ndet.

lid igitur *Cæſar* primùm *Pontifici Max.* re-
ponſi reddiderit, primùm contemplabimur.
quo pacto *Galliarum Regis* interrogationibus
ſatisfactum ſit, conſideraturi. Talis autem
s expurgatoria, religioſiſſimis verbis conce-
ctitit. Quibus, inquit, de cauſſis exercitum in
n mittere decreverit, jam eſſe in propatulo.
nim communem pacem, & quietem, cõtur-
leges, & juſtitiam, violare, nec non poteſtate,
ſibi conceſſa, abuti, res eſſe æquè ſibi adver-
graves, quàm ſupremo *Cæſareo* officio foret
orme, ſupremam juriſdictionẽ, atq; eminen-
uni, ac ſoli, *Cæſari* competentem, apud *Impe-*
Romanum, tueri, ac conſervare. Ut nihil ſibi
uius, priuſq;, ſit, quàm, abſq; ullo ſive perſonę,
entis, reſpectu, ut poteſtatem iuſtitiam, & le-
onſtabiliendi, divinitùs datam, exerceat. *Pon-*
i haud fugere, thronos regios nõ tã potentia
ari, quàm legibus, ac juſtitiâ, fulciri. *Principesq;*
à felicitate longiùs recedere, qui quidem ſuis
ibus ſpem reponerent. Tantò pejus cum ſub-
comparatum eſſe, cuiuſmodi magiſtratui, or-
q; divino, repugnarent. Magiſque in aliorum
s tranſirent, quàm ut legitimi capitis, ac do-
i, mandatis obſequerentur.
anc rem ſi illi, quorum intereſt, ad animũ re-
admiſiſſent, viaſq; gneſias calcâſſent, tùm qui-
, ut exercitus inpræſentiarum mitteretur in *I-*
m, cauſſam fuiſſe nullam. Ut hac quoq; ſub ex-
tatione *Cæſar* non ſubitò immiſerit, ſed in fini-
copias aliquantiſper acquieſcere, atq; excuba-
ſſerit. Affulgente autem nulla ſanitatis ſpe, co-
, brevi tempore notabili progreſſu uſas, porrò
tutũ urgere cœpiſſe. Quas, præſertim in cauſ-
m juſta, ſucceſſus habituras eſſe majores, nulla-
is diffideret. Interim, amorem pacis *Cæſarem*
e triumphis anteferre. Atq; hanc declarationẽ
Italiæ jam patefactam eſſe. Ut etiam *Italici* hu-
exercitus ductori in mandatis dederit, æqua, ac
a, pacis media, modò proponi accidat, *Cæſaris*
nine, audiret, atq; admitteret. Hoc ad pium in-
tum ingens ſibi calcar addere flammans deſi-
ium illud, quo quidem unicè in votis haberet,
, ſublatis è medio ſimultate, offenſâ, ac litibus,
r *Reges, Principesque*, ſancto illo regeneratio-
lavacro lotos, expiatoſque, & veri cultus di-
i propagatores, ſinceræ confidentiæ, atque a-
itiæ, vincula coaleſcere, ac ferruminari, que-
. Ità fore, ut *Pontificatus Romanus*, ſub hoc lu-
entiſſimo aureæ pacis vexillo, æternam ad me-
riam florere poſſit. Noxia conſilia, periculi
nas machinationes, paſſimque damnoſos ſo-
tatas confœderationes, quibus impii, furibun-
diq;, cœtus, adverſùs DOMINVM, & CHRISVVM
ejus omnia patrarent ultima, ſacerrimæque *Reli-*
gionis interitum quærerent, remedia haud lenta,
ſed curationem, ac medelam, efficaciſſimam, va-
lidiſſimamque, requirere. Ex illis autem, qui ma-
num omnium optimè, curamque, tàm periculoſo,
ac peſtilenti, malo applicare poſſit, extrà *Ponti-*
ficem Max. eſſe planè nullum. Eum enim CHRI-
STI in terris vicarium, eum univerſalem animarũ
paſtorem, eum veræ pietatis antiſtitem, eum com-
munem *Regum*, *Principumque*, patrem, eum navi-
culæ *Petri*, (in quam præſentes ſæviant procellæ)
nauclerum, eum denique illum, eſſe, qui, verbo
veritatis cœleſtis, poteſtatem ligandi, ſolvendi-
que, accepiſſet ampliſſimam. In quem quidem
ſcopum ſanctiſſimi *Patris* conſilia identidem hûc
uſque fuiſſent, eſſentque adhûcdùm, directa. Pro-
indè, *Cæſarem* officii ſui, & quantum ipſe ad *Eccleſiæ*
Chriſtianæ defenſionem conferre debeat, memo-
rem, à ſanctiſ. *Patre* filiali ex amore, contendere,
pateretur inſtitutum illud ſuum, prout cœpiſſet,
perſeverare. Animoſque *Regum*, ac *Principum* diffi-
dentes ſecum in viam revocare, atque reconcilia-
re. Atque hunc ad finem faciliùs perveniri poſſe,
ſiquidem intimiùs expendat, cauſſam totiùs or-
bis *Chriſtiani* in medio verſari. Neque unquam
barbaris meliorem evertendæ *Religionis* occaſio-
nem ſuppeditari, quàm ſi *Chriſtiani Magnates* inter
ſeſe domi collidantur, ac digladientur.

Ità neceſſarium fore, unusquisque ut, ſepoſitâ
omni æmulatione, ac ſimultate, privatos affe-
ctus rebus publicis, & quidem CHRISTVM, e-
jusque *Eccleſiam*, concernentibus, poſtponeret.
Hocque ageret. Nempè *Eccleſiam Chriſtianam*,
quàm utique matrem veneraretur, communi col-
lato conſilio, atque operâ, defenderet. Hujus in
emolumentum, omnes vires, nervoſque, adeòque
ſanguinem, vitamque, exemplo heröum veterum,
majorum, impenderet.

Quod ſi accidat, non-nullos, ſpecioſis ſive præ-
textibus, ſive callidis perſuaſionibus, in partes im-
piorum defluxiſſe, illi, emendatâ in melius mente,
è devio in viam redirent, periculumque ab *Eccle-*
ſia Chriſtiana, ſic quidem impendens, propulſa-
rent. Rurſusque, ſub fidei ac caritatis, unitate, una-
nimi conſenſu, animiſque imperterritis, ſanctæ
Religionis negotium proveherent.

Quantùm *Cæſar* hac in parte ad tàm ſancti fœde-
ris conſummationem conferre poſſit, conſideret
certò *Pontifex*, ſe non id tàm verbis approbatu-
rum, quàm re ipſa pleniſſimè adimpleturum. Ut
raram non minùs, quàm elegantem, miſturam,
Cæſaris autoritas, atque exhortatio, *Pontificis* pieta-
ti, ac ſolicitudini, iuncta, efficere debeat.

Jam ſalutarem ad hanc intentionem *Cæſa-*
rem pervenire non poſſe, niſi motibus antè per
Italiam compoſitis. Quod quidem impedimen-
tum uni, & ſoli, *Nivernenſi Duci*, pertinaciæ &
diſſidiis, operanti, aſcribi foret neceſſe. Il-
lum (ut ex animo loqueretur) aut *Cæſari* malè fide-
re, aut inquietis conſiliis uti, aut alios errores a-
gitare. Interim, ſi poſt tot, in ſupremam *Majeſtatem*
commiſſas, prævaricationes, in ſe deſcendere, deli-
cta & agnoſcere, & deprecari, vellet omnia *Cæſarem*
illi condonaturum, cum illo in gratiam reditu-
rum,

rum, omniaq; illi, ſub juſtitiæ adminiſtratione, promiſſurum, eſſe. Hoc nomine nc quidem *Cæſari* ingratum fore, ſicubi utrinq; in pacis mutuæ tractationes iretur.

Ex his nunc ſanctiſſ. *Patri*, abſq; dubio, quæ *Cæſaris*, & quàm laudabilis, eſſet voluntas, atq; declaratio, conſtare poſſe. Ut, quin hoc inſtitutum utrâque manu, quod dicitur, approbaturus, pariterque capillatam, cum ad ſcopum ducentem, occaſionem prehenſurus, ſit, nullus ambigat. Hoc ejuſmodi eſſe, quod totam *Chriſtiani* nominis orbitam in ſpem, atq; alacritatem, erigere poſſit. Ut vix aliud, ad reconciliandos *Regum, Principumq;*, animos utilius remedium, vix ullum, magis profuturum, militanti *Eccleſiæ*, ſuper redigendis in ordinem hæreticis, ſolidiuſque, vinculum, exoptare, fas ſit.

V.

Ejuſdem commatis Hiſpaniarum Regis ad Pontificem Max. enunciatoria.

SEcundùm *Cæſarem*, etiam *Philippus IV. Hiſpaniarum Rex*, ſuper bello ejus temporis *Italico*, animum ſuum *Pontifici Max.* ſequentibus expapillare cœpit. Seſe copias, inquit, ſuas quoq; eum in finem in provinciam *Montisferratenſem* dimiſiſſe, nimirũ, ſummo proviſurum ſtudio, ne tot peregrini exercitus, non ſine *Catholici* fœderis damno, ac periculo, in *Italiam* ſuperinducerentur. Hac ratione *Caſalin*, ex mandato ſuo, lentiùs obſideri cœpiſſe. An fortè, ex intervenientibus tractationibus, hæc difficultas componi poſſet. *Rex* verò re ipsâ demonſtraret, q̃ parùm idoneas foveret *Italiæ* cauſſas, ſi contrà ſe ambitione ſpes ſuas donet, ſuperciliumque tollat. Cùm ipſe loca, id genus plura, paulòq; maioris momenti, ab aliquot annis poſſeſſa, ex ſingulari manſuetudine, jam antè reddidiſſet.

Hac jam lenitate ſua *Nivernenſem* abuſum eſſe. Utpote, qui inobedientiam ergà *Cæſarem* cum pertinaciæ ſtudio, extraheret. Nec tantũ ſolus, atq; unicus, in *Cæſarem* vultus elevaret, ſed alios inſuper *Principes*, ipſumque *Galliæ Regem*, in belli contubernium induceret. Et jam tùm intrà *Montisferratum Suſam* communiri à *Gallis* cœpiſſe. Tametſi ipſe, (*Rex Hiſpaniarum*) pro retundendis *Gallorum* conatibus, loca aliquam multa antè, ſub inductis munimentis, confirmâſſet. Hæc omnia ejꝰ eſſe generis, ut *Cæſarem* irritârint. Quò, miſſis in *Italiam* ſufficientibus copiis, autoritatem, juxtáq; juriſdictionem, ac præeminentiam *Cæſaream* ſuam, intrà *Italiam*, tueretur. Iam ſe, tàm neceſſitudinis agnationiſq;, proximæ, quàm ex lege feudorum, cuiuſmodi, utique ab *Imperio Romano* indulta, *Hiſpanica* regia, recognoſceret, non poſſe non *Cæſari* vires ſociare, cauſſamque illam communem facere. Quod igitur per oratorem nuper ſignificare cœpiſſet, hoc ſe etiamnunc bonâ fide conteſtatum reddere.

Interim, non uſq; quaq; ingentem illum *Cæſaris* exercitum, per *Italiam* latè progredientem, æquo ſe ferre animo. Ut non parùm abominetur. Præſertim, ob incom̃oda, quæ exindè neceſſitate quadam in *Italiam* redundatura eſſent. Ut pericula, aliaſq; difficultates, *Religionem* concernentes, ſilentio prætereat. Per fidem! In hoc totius verſari rei cardinem. Neque proclive eſſe rebus ſic quidem ſe

habentibus, ad pacis compendium pervenir
neq; *Deo*, in rei *Chriſtianæ* emolumentum, ſic
ſatisfieri queat, ſi *Rex*, vel *Princeps, Italiæ*, intu
beat, provincias illas, à maioribus non mino
quiete, quàm commodo, poſſeſſas, iam turba
everti.

His de cauſſis ſe obligari, *Pontif. Max.* rem
ipſe ut aperiat. Iampridèm experientiam do
quid commodi, ex inobedienti versùs *Cæſar*
iuſq; edicta, contumacia, emerſerit. Nempè,
unius cauſſa ſontica tot ſontes paterentur. Q
accidat, hanc tempeſtatem bellicam (quod q
abominetur) extrahi, non poſſe non hoc mal
neceſſitatem etiam graviorem deſpumare. E
ris, hanc viam ad pacem fore compendiari
Pont. Max. dignetur *Nivernenſi* obedientiam
Cæſarem ſeriis verbis inſtillare. Autorque ſit,
tàm iuſtitiæ, quàm *Cæſaris* volũtati, ſe ſubmit
Ex adverſo *Regi Galliæ* perſuadeat, hic ut exer
proprium deduceret. Unáq; aliis *Principibus*, N
nenſi auxilia conferentibus, autor eſſet, ne alie
aiunt, intervenirent ſecretis. Eo prorsùs te
quo quidem antè *Pater* ſanctiſſ. conſtituiſſet.

Si igitur illam per viam iretur ad compoſi
compendium, tùm omnes, quorum inter eſt,
cuiuſcunq; autoritate, manum ſubducere po
Ut etiam *Cæſar* ſibi ſatisfieri ſit paſſurus, tan
qui ſcabitudinem deleat abſq; cicatrice. Atq
ſub eventu, ſe quidem, τὰ πάντα, ut aiunt, fac
quò non ſolùm Iuſtitiæ exercitium reduci, ſe
ſaris manſuetudo ordine placari, queat. Per fi
nihil animo ſuo ingratius, ac graviùs, accide
Chriſtianorum tot hominum lanienam indè ſ
Eam ſiquidem fœdam ſtragem, niſi bellum na
ipſa in herba extinguatur, exſpectandam ve
Ut optandum ſit, has illas iſtas expeditiones in
baros, *Chriſtiani* ſanguinis hoſtes, converti po
Atq; hæc nunc eſſe illa, quæ paulò & confi
tiùs, & clariùs, in ſinum *Patris ſanctiſſ.* effundere
cogitaſſet. Sic, ut abindè animi ſui deſiderium
tim cognoſcere, partim pericula, & tropica, in
tia averruncare, quitus eſſet. Ut ut autem DE
ſum ſit, *Chriſtianos*, ob peccatorum magnitudin
hoc ceu flagello, caſtigare velle, tùm ſe etiam
ipſo belli diſcrimine, omnia tentatutum ulti
quò pax recomponi queat. Ità, hoc ut o
mo ſub inſtituto egregia illa pacem reproduc
voluntas, ac ſolicitudo, fugere debeat prorsùs
minem.

VI.

Cæſar poſtulatis Galliarum Regis it obviàm

SIc ubi *Pontifici Max.* tàm *Cæſar*, quàm *Hiſpania*
Rex, aſſurrexiſſent, ſequentibus in *Galliæ R*
poſtulata itum eſt. Non hoc, *Cæſar* inquit,
ſpectâſſe ſe à *Galliæ Rege*, tanquam ſapiente,
laudato, ut falcem, quod dicitur, in ſup
mum *Cæſaris* officium, ac iuriſdictionem, m
tere, inobedientemq; *Principem*, adversùs ſu
mum magiſtratum, fovere, omnibuſque, u
iunt, copis adiuvare, velit. Potiùs hoc *Cæſari* ver
ſe in mentem, fore, ut *Rex*, ſuo in regno à men
ne turbandus, *Cæſaream* iuriſdictionem mi

mè i

ſtaret, ſed *Nivernenſi* debitam ergà *Cæſa-*
dientiam inculcaret. Tantùm abeſt, ut
ciam ejus provehere debeat. Ideòque, re-
uidem ſe habentibus, *Cæſarem* aliter facere
ſe, quàm ſi ſupremam jurisdictionis, ac re-
adminiſtrationem, æquis legibus exulanti-
ıis vindicet.
o, dùm *Rex* interroget, quid ſibi à *Cæſare,*
iacis, promittere poſſit, ita eſſe, ut *Cæſar*
ım *Regem*, manifeſti hoſtis loco, habue-
omnem ab illo exſpectârit benevolentiam.
rò, dùm *Rex* rebus *Italicis* ſeſe ingerat,
ue in armis adverſis obnitatur, rem in me-
nqui. Sicque *Cæſarem* ſentire: Ut adver-
nes, quicunque ſupremo officio juriſdictio-
mperiique juribus, obſtare niterentur, arma
ré, cauſſamque juſtam, gneſiamque, tueri,
s ſit.

VII.

or Cæſaris declaratio. Legato Gallicano a.

c ſuper reſponſo legato *Gallicano*, haud ac-
ıieſcenti, pluribuſque interfanti, ſic denuò,
ıe *Cæſaris*, uberior obtigit ejus rei declara-
uanta, inquiunt, *Cæſaris* intervenisſet ſolici-
ut circà *Mantuæ*, ac *Montisferrati*, *Ducatus*, na-
ous diſſidiis idoneam applicaret medicinam,
ıx communis ſarta tectaque conſervari, in-
; quibuſcunque candidatis ex æquo ſatisfie-
ſit, hoc acta loqui, atque eventa, hoc in re-
enere, ſapienter à *Cæſare* prævisa, atque in-
cta. Etenim, ipſo in motuum limine, ne gra-
elli ſuſcitaretur incendium, *Cæſarem* tàm ex
ac conſuetudine, quàm exemplo majorum,
ctum, utrumque *Ducatum*, ſequeſtri in mo-
, ſibi vindicâſſe. Hoc nomine legatum *Cæ-*
eniſſe in *Italiam*. Qui quidem diſſidentium
ım querelas inſpiceret, *Cæſariſque* autorita-
nterponeret. Sic ſpem fuiſſe, fore, ut tàm
ia ceſſarent, quàm juriſdictioni, juſtitiæ-
Cæſareæ ſatisfieret. Neque defuiſſe luculen-
is ineundæ argumenta. Nam & *Hiſpaniæ*
Regem, & *Sabaudiæ Ducem*, ſeſe voluntati, &
, *Cæſaris* audientes fore, jam tùm compro-
ſe. Ut res vel tranſacta videri potuiſſet.
Nivernenſis, per varios circuitus, ac diverti-
tempus extrahendo, exterorum *Magnatum*
us magis ſe credere, quàm *Roman. Cæſaris*,
, ac legitimi, capitis, ac feudi diſpenſatoris, ju-
, & protectioni, toties oblatæ, ſubmittere,
iſſet.
indè eſſe, ut *Galliarum Rex*, abſque ulla bel-
nunciatione, valido cum exercitu, veniſſet
liam. Fortalitia, ac loca, diverſa, ad *Cæ-*
ſpectantia, partim vi, partim deditio-
ccupâſſet. Eâdemque communiviſſet. Et
uidem, interpoſitione autoritatis regiæ,
itionem feudorum, à ſolo *Cæſare* in *Impe-*
incipes conferendorum, ſibi vindicaſſet. Un-
on poſſit non eſſe evidens, quantum, ex
procedendi modo, ſupremæ *Cæſaris* juriſ.
ioni, *Imperiique* juribus, intentaretur præiu-
dicium. Et quid *Italiæ* ſecuritati diſcriminis ſuperinduceretur. Præſertim, cùm, ſub continuis *Gallorum* id genus infeſtationibus, tàm feuda, quàm vaſallagia, per *Ducatum Montisferratenſem*, moleſtari, opprimique, accidat.

Ut ut autem res ſe habeat; hoc inprimis fas, piumque, eſſe, *Cæſareæ*, iuſtitiæ, cuius beneficio *Reges* confirmentur, curſus, ac libertas, ne interturbaretur. Proindè *Cæſarem*, ſicut anteà, ità iam, & deinceps, decernere, ſeſe his in rerum paſſibus, quæ *Cæſaream* iuriſdictionem propriè reſpicerent, ſic affectum eſſe, ut, non obſtante ſive gentis, ſive perſonæ, cuiuſcunque reſpectu, ſecundùm *Imperii* leges, iuſtitiæ normam exercere cupiat. Ut omnium in oculis verſetur, *Cæſari* modò non iuſtitiæ ſanctitudinem cordi eſſe, ſed tranquillitati, & quieti, illo è fonte oriundis, cætera poſthabere.

Quocircà *Cæſarem* hoc exſpectare, fore, *Rex Galliarum* hac declaratione ſibi ſatisfieri pateretur. Exercitum ſuum ex *Italia* revocaret. Iuriſdictioniſque *Cæſareæ* exercitium nullo pacto impediret. Hoc ſi uſuveniat, tùm quidem ſpem naſci, damnoſas id genus expeditiones intermitti, amicitiam, confidentiamque, inter ſumma *Chriſtiani* orbis capita, coaleſcere, atque unicuique, ſecundùm leges, ſuum tribui, poſſe.

De locis, per *Rhetiam* à *Cæſaris* copiis nuper occupatis, ità eſſe, ut non liqueat, quibus de cauſſis *Rex* exercitus deductionem urgere ſuſtineat. Etenim, hos aditus, pro *Cæſareæ* autoritatis, tàm defenſione, quàm *Imperii* vaſallorum protectione, maturiùs occupari debuiſſe. Tum *Rhetos* ſimulátque ipſos, utique quorum maximè intereſſet, ordine compellari accidiſſe. Qui quidem hanc legem volentes admiſiſſent. Ut etiam *Cæſari* inſuper officia offerre nihil dubitârint. Hæc nunc omnia ſic comparata videri, ut nulla ulteriùs interrogatione ſit opus.

VIII.

Ad regii legati inſtantias, Cæſaris conſiliarii porrò excipiunt.

SUperiori *Cæſaris* declarationi nondùm acquievit legatus *Gallicanus*. Sed codicillis, inſtitutum ſuum urgentibus, porrò experiri cœpit. Illis verò, antè omnia, viam ſequeſtri, à *Cæſare* ſuſcepti, oppugnare laboravit.

Mox de *Nivernenſis* obedientia, & quibus intervenientibus violentis actionibus, ſub huius paritionis curſu, impediri cœperit, præfatus eſt. Indè, cur *Rex Galliarum* arma in *Italiam* proferre, interque *Imperii Principes* autoritatem ſuam interponere, debuiſſet, expoſuit. Denique, quò minùs *Rex* exercitum ex *Italia* revocare poſſit, antequàm *Nivernenſis* in utriuſque, *Mantuani* nempè, ac *Montisferratenſis*, *Ducatus*, veram poſſeſſionem veniſſet, cęterosq; candidatos ad deciſionem *Cæſaream* reiici contigiſſet, adiecit. Ad illas ergò inſtantias, ſic denuo *Cæſaris* conſiliarii regeſſerunt. Sequeſtrationē, inquiunt, videlicet amborū *Ducatuū* ultrò à *Cæſare*, nō petentibus ét partibus, ex ſuprema autoritate *Cæſarea*, ſuſceptam fuiſſe. Et

qui-

quidem eam ob cauſſam, quo commodis rei publicæ modo quoviſcunque velificare, periculiique plenas militares colliſiones prohibere poſſet. Neque tùm ſuper-*Hiſpanorum* armis, quicquam *Cæſari* innotuiſſe. Sed eò collimâſſe propoſitum, quò omnibus prædictorum *Ducatuum* candidatis ſicubi *Cæſaris* intuerentur ſequeſtram interventionem, omnis per violenta conſilia experiundi occaſio ſic præcideretur. Quieſque, ac pax, publica conſervari quita eſſet.

Hoc non novum, ſed à *Carolo V. Imperatore*, ſuperiori ſeculo, in caſu ſimili, itidem obſervatum fuiſſe. Nempè ne partes collidcrentur. Eo enim tempore *Palæologorum* familiæ ultimos jam tùm in hæreditatis poſſeſſione, ipſamq; ceu vocant, inveſtituram, veniſſe. Nihil-ominùs *Carolum Cæſarem*, majoris ſecuritatis igitur, ſequeſtrationem feliciter interpoſuiſſe.

Optandum eſſe, eam *Nivernenſem* induiſſe mentem, ut, majorum exemplo, vel initiò, vel deinceps, mitiſſimam *Cæſareæ* ſequeſtrationis moderationem demiſsè amplecti elegiſſet. Quàm ut frigida ſaltem, ac verbali, interveniente obedientiâ, per varii generis diverticula, totius rei ſummam præſentes in difficultates, ac tricas, conjeciſſet. Sic uſu venire potuiſſe, cæteræ partes, quarum intereſt, ſuper *Cæſaris* interpoſita autoritate ut tùm ex voto, & promiſſo, acquieviſſent. Quæ jam, ex quo *Rex Galliarum*, excluſa *Cæſaris* juriſdictione, legiones in *Italiam* infudiſſet, arma armis opponere cœpiſſent.

Conveniens quidem, juxtà legati orationem, eſſe *Principi*, mererique Chriſtianæ caritatis titulos, ſi diffidentes animos in viam revocet, ſcabitudinemque mutuâ deleat ſine cicatrice. At, quem in modũ *Rex Galliarum* minimè paſſurus foret, ſi externus quidam *Princeps*, citrà leges, falcem in regnum ſuũ mittat diffidentibus ſuper partibus, & quidem armatâ manu, cognoſcere, ſive etiam feudi poſſeſſionem dividere, velit: eâdem ratione perfacile ſit legato colligere, neq; *Imperatorem*, neque *Imperium*, admittere poſſe, ſi *Rex Galliarum*, ſuper *Italiæ* poſſeſſionibus, ad ſe haud ſpectantibus, diſpicere tentet. Et quidem armis hanc in rem præparatis. Tanquam ſic *Cæſarea* & autoritas, & & juriſdictio, jam dudùm, in aquis ſcripta, diffluxiſſet. Tanquam huic *Cæſari*, huic *Imperio*, vicarii alterius operâ opus eſſet. Cùm tamen *Cæſar* bonâ fide conſtanter profeſſus fuiſſet hactenùs, atq; etiam-nunc condiceret, ſe, ex lege officii, ſecundũ ęquitatem, omnib⁹ juſtitiam adminiſtraturum. Interim, *Cæſaris* dextram non pati vincula. Ut ab alio leges accipere debeat. Sicut quidem legatus *Nivernenſis* illius in poſſeſſionem intromiſſionem ſtrictis urgere cœpiſſet ſub clauſulis.

Secundùm hæc, antè omnia poſtulari, ex illis *Italiæ* locis, quæ quidem *Cæſarem* ſupremum agnoſcāt dominum, ab ejuſq; throno juſtitiam *Romaniq; Imperii* protectionem exſpectent, *Regis Galliarum* copię ut deducerentur. Qua utiq; demonſtratione, quàm in oculis ſibi eſſet, juxtà effatum proprium, *Cæſarea* autoritas, faceret conteſtatiſſimum. Ad hanc enim tàm juriſdictionis obſervantiam, quàm ſuper *Imperii Principibus*, ac feudis, diſpoſitionem, ut etiam vaſallorum, ſubditorumque, protectionem, pertinere. Atque hoc ad inſtitutum *Cæſarem*

aliquam multas legiones *Germanicas*, non ſul
niarum Rege æra merentes, propriis ſumpt
Rhetos, pro occupandis ſaltibus, præmiſiſſe.
que hæc agmina in cujusvis offenſionem m
Ut etiam *Rhetici* proceres, uſque eò *Rom.*
perio addicti, ultrò *Cæſaris* litteris apprin
ptis, majora deferre haud dubitârint.

Iret igitur legatus, rebuſque exactiùs t
tis, *Regi* ſuô diligenter inſtillaret. Fore, ſi
propriæ autoritatis ſatageret, ut haud ſe
ſar ſupremæ autoritatis, atque exiſtimatio
cturam pati non poſſit. Eâ enim *Regem*
eminere ſapientiâ, ut facilè animis perage
ciat, *Cæſarem*, per illas *Italiæ* regiones, cui
Romani Imperii juriſdictionem reſpiciant,
ſive arbitrum, ſive judicem, admittere no
ſe. De cætero, ſic quidem eſſe, ut, ſicubi
ſtulatis id genus æquiſſimis aures haud pr
metus ſit, ut pax ſperata coaleſcere haud ſu
Quæ utique ruptura deinceps *Cæſari*, com
turbas dolenter intuenti, nullatenùs foret
benda.

IX.

Rege Chriſtianiſſimo, partes Nivernenſis
gente, Cæſaris copiæ Mantuam oppugna

HÆc foris per legatum dùm tractat *Rex*
ſtianiſſimus, ecce! domi univerſo ſub
magnos in bellum apparatus præparare cœp
hoſtes *Nivernenſis*, niſi res componi queat,
cum conatu, promoturus. Hoc nomine ag
circà *Lugdunum*, aliaque loca, quantò ociùs c
nire, versùsque *Suſam* dirigere juſſit.

Ex adverſo, *Ambroſ. Spinola*, in locum
bæ, gubernatoris *Mediolanenſis*, ſuccedens
ſteaquàm in *Inſubres* veniſſet, validùm ſi
que inſtruxit, eduxitque, exercitum. Has int
gentes utrinque armorum præparationes, n
minùs pacis conſilia agitabantur. An contr
ſia mitioribus componi poſſet remediis. Sed
tùm *Italis* inhiante, res ex transverſo cecidit
que effecto.

Excuſsâ quapropter pacis, ac tranſactioni
collectæ intrà *Rhetos*, auctæque, *Cæſaris*
ulteriorem in *Italiam*, ſaltibus à tergo conf
tis, eduxerunt. Hæc præfectio incolis magno
ſtitit. Tàm ſegetes enim, quàm vineæ, ultim
cœperunt. Ductor erat *Colaltonius*. Sub quo le
nes pedeſtres viginti, equeſtres bis duo m
conſtituebant. Primùm ergò *Cremonam*, v
triſtem, ſive miſeram, dictam, direxerunt.
in *Mantuanam* regionem ſigna proferentes,
quæ magno labore, præcipuam *Ducatus* parte
poteſtatem redegerunt. Procedente autumn
pſam petentes *Mantuam*, ſedem ducalem, prin
Viadanam, *Canetonum*, *Belfortam*, & *Gazolo*
civitates, per deditionem occupantes, *Gevero*
um, vi expugnârunt. Eo facto progreſſu, circà
cembris initia, ipſam obſidere cœperunt *Mant*
Suburbio ilicet ſub leges vocato, atque in form
munimenti abire juſſo.

Neque ſegniùs repugnabant obſeſſi, crebr
obſidentes pugnis velitarib⁹ animadvertentes.

mod

...im tum *Nivernenſis* partibus favebant *Veneti.* ...gò validis coactis viribus *Cæſareanis* adver...s, in urbem non ſemel cohortes auxiliares; ...neatumque, infuderunt. His ſubſidiis extra...tur obſidio. Tametſi enim munimenta quæ- ...præliminaria, atque extranea, obſeſſis, non ...ſuorum iactura, extorſiſſent *Cæſareani,* nihi...nùs, ingruente hyemis aſperitate, locisque pa...ſis ad poplites uſque gregarios fatigantibus; ...ni, legiones parùm ab urbe deducentes, in ad...itia diviſerunt oppida. Sic, ut nihilominùs lo...ricæ ante civitatem confirmarentur, commeatuſque intrò convectari prohiberetur.

Inter hæc, dùm *Cæſareani Mantuanam* ſubiugant regionem, *Hiſpani, Spinola* duce partitis velut operis, *Montisferratenſem* exercebant provinciam, Inter cæteros, non exiguos, belli, quos faciebant apparatus; *Caſalin* fortalitium ſimulátque oppugnantes. De quibus, in progreſſu operis, videbitur ulteriùs. Iam enim ad actiones *Germanicas* noſtras reflectimus.

***

Io. Petri Lotichij

...ERUM GERMANICARUM

LIBER XXIX.

CAP. I.

...e Circuli Suevici, ſuper Edicti Cæſarei executione, exactionibuſque militaribus, querelis.

I.

...digiorum, Monſtrorumque, itemque Sudoris ſanguinei, è latere gregarii militis, proventus, inſtantia.

DE *Caligula*, *Imperatore* monſtroſo, in litteras retulit *Tranquillus*, iſtum de conditione temporum ſuorum palàm conqueri ſolitum, quòd nullis calamitatibus publicis inſignirentur. Im...iere ſui oblivionem proſperitate rerum. Uti...tidem exercituum cædes, famem, peſtilen...n, incendia, hiatum aliquem terræ, optârit. ...vis iſta, immò portenti, vox, non hominis! Ne...n *Cæſaris.* Per fidem! hoc, quem ordimur, *Anno* ...DC.XXX. præter ſuperiùs, atque in limine, præ...ſſa, nova tot porrò tropica præſagiunt, prodi..., oſtenta, ac monſtra, prorupèrunt, ut nullâ ob...ione involvi debeant. Adeóque, ſi *Tyranni* illi...tempeſtate olim accidiſſent, pro implenda ſive ...gœdia, ſive prodigioſi id genus nominis non ni...nfanda memoria, ſatisfacere potuiſſent. Ab o...ni penè ſeculorum memoria, ex quo litteræ flo...erunt, memorabilis audit *Troiæ* excidium, atque ...loſis. Ut non ſolùm ab *Homero,* communis philoſophiæ parente, ad omnem hucuſque poſteritatem, diſertiſſimis prodita commentariis, emanârit hæc tragœdia. Ut porrò ab innumeris penè autoribus aliis *Græculis*, nempe *Triphiodoro*, *Colutho*, *Q. Calabro*, *Dicty Cretenſi*, *Diod. Siculo*, *Sophocle*, *Euripide*, atque è *Latinis*, *Virgilio*, *Ovidio*, *Petronio*, *Seneca*, cæteriſque ſine numero, hunc in uſque diem referri, recenſerique, condigna viſa ſit. Quis, ergò flebilem nimiſque fatalem, vel *Magdeburgi*, ceu alterius, & quidem *Germanicæ, Troiæ*, excidium, atq; haloſin, non obſtupeſcat? Quis non poſteris commemorandam eſſe cenſeat? Cuius vel ſola recordatio etiam conſtantiſſimi pectoris viro audaciam expectorare, lacrymaſque excutere, ſufficiat. Sed de hac uberior dabitur, non abſque cordolio, in progreſſu, tàm ſcribendi, quàm lamentandi, ratio. Plura alia, licet inferiora, proſtant *prodigia*, *oſtenta*, ac *monſtra*, præſente anno futurorum terrorem incutientia. Ut hæc ætas id genus & triſtium aſpectuum, & flebilium eventuum, rudis eſſe haud poſſit. Fato unam, poſt alteram, tragœdiam, ſine miſſione, ingerente. Novaſque in calamitates alias, poſt alias, interrupto haud ordine adhucdùm excurrente, ac detonante. De ſignis verò, hoc anni ſub primordio, è cœlo, & ſyderibus, oſtenſis, integraſque phalanges, mutuis armis concurrentes,

repræſentantibus, dicant *Tubingenſes*, ac *Stutgardiani.* Referant *Mœnofrancofurtenſes.* Admoneant *Bohemi, Auſtrii, Sileſii, Saxoneſque* inferiores. Ut enim omnia, nedùm pleraque, famâ, litteris, atque ſub integris commentariis, relata, hoc loco interiungere velimus, prolixa, & confuſa, ab autoribus iniecta, ratio vix admittit. Sufficiat, diverſis ſub cœli formis, pluribus in locis, concurrentes in ſublimi *acies* apparuiſſe, oppoſitos *exercitus* dimicâſſe, *ſigna, bombardas, haſtas* tremebundas, integras *copias*, equeſtres, pedeſtreſque, notari cœpiſſe. Ut etiam *carri*, atque *impedimenta*, obſervari, etiam *cataphractorum* concurſus, atque impreſſiones, exaudiri, etiam *machinarum* ceu *bellicarum* exploſiones, ac tonitrua, auribus affatim hauriri, acciderit. Veritate ità repræſentatâ, ut oculos, aureſque, ſimulacra, ac ſtrepitus, id genus minimè fallerent. Nō unius hominis oculis, auribuſque, illis ſuper oſtētis, tùm occupatis. Ut neque eventus coniecturam falleret. Tot copiis ab *Aquilone*, ſub *Guſtavo, Sueciæ Rege*, tot exercitibus ab *Auſtro*, ſive oriente, ſub *Aquilis Cæſareis*, non diu poſt hoſtiliter concurrentibus, confligentibuſque. Ut non ineptè olim vel à gentilibus in commentarios relatum ſit, hæc inferiora, ac ſublunaria, regi à ſuperioribus. Quo nomine, ſicubi, politicè loquendo, cœleſtia pugnas, conflictuſque, atque hoſtiles acies, imitentur, etiam in terris bella, colliſiones, cladeſque, atque everſiones, venire exſpectanda, divinare ſit proclive.

Intereà, non poſſum me abſtinere, quin aſpergam, non ſine huius tempeſtatis evidenti accidiſſe miraculo, ut quidam *Thillyanus* miles, ſive gregarius, *ſanguineum* excreverit per poros cutaneos *ſudorem.* Factum id eſt intrà *Geiſmariam, Heſſiæ* oppidùm, bis quinque mille paſſibus *Caſſellis* diſtans. Illic, par militum gregariorum, in hybernis exiſtens, eodem utebatur contubernio. Quorum alter poſt *Calend. Ianuarias*, de nocte fatigatus, accubantemque commilitonem ſtimulans, inferebat, ſe *ſudore*, neſcio quo, immenſo, atque extrà ordinem, moleſtari. Tangeret modò lecti ſocius latus, *Sudoremque*, plenis rivis manantem, exploraret. Paruit ille, & iniecit manum. Ecce! autem, dùm comperit, manum totam madeſcere, humoremque, in morem glutinis, inter digitos diduci, ominatus, ſicut erat, monſtri aliquid intervenire, dextram, ad *Lunæ* radios obverſam, notavit ſibi totam evaſiſſe ſanguine purpuratam. Confuſus igitur hoc ſpectaculo, hoſpitis fidem, pro lumine inferendo, imploravit. Quo, cum candela, ingrediente, inveniunt commilitonem è profuſa, atque inſolita, ſudoris ſpecie, ſatis languidum. E latere, tanquam è fonticulo, cruorem, uſque ad linteaminum cruentationem, deſtillantem. Detergunt ergò curioſâ ſedulitate prodigioſi ſanguinis rivulos, ſed fruſtrà. Quò magis enim hac ſub ſedulitate occupantur, eò copioſiùs cruor ebullire viſus eſt. Uſque dùm, interiectam poſt horam, remiſit prodigium. Altero die, delato ad *parochum*, ac *centurionem*, per hoſpitem, contubernalemque, indicio, interrogari cœpit, quid eſſet, quid pateretur. Sibi nihil mali eſſe, extrà quòd illo tempore anxietate præventus fuiſſet, ſubiecit. Ità enim tùm quidem priſtino vigori videbatur eſſe reſtitutus, ut in ægrotis numerandus haud foret.

Præter hoc, primo vere, apud *Noricos, Aug*
nos, Ratiſponenſeſq;, horis antemeridianis, tres
circulo, & *Iride*, non ſimplici, commitati, notar
pêre. Aliis ſub locis, luce meridianâ, tàm *ſtellis*
ſpicuis, quàm *ſolibus* itidem tribus ſub veſp
occidentibus.

Romæ quoque prægnans femina infantem e
mortuum: Vivo cum *Leone* ad latus adnaſc
partumque arrodente, par (licet diſpar) gem
rum referentem. Qui, poſt ſex horarum pari
vere deſiit.

II.

Circuli Suevici, ſuper Edicti Cæſarei executi
corruptâque diſciplina militari, querela.

QUantum igitur belli, cędium, ac depopul
num, inſequentibus annis exſpectandun
ſet, fallor? an è *prodigiis* illis, perfunctoriè, atq
biter, allegatis, divinare licebit. Ut novas i
gladiationes, pugnaſque, novæ paſſim fierent
parationes. Mox in *Germaniæ* theatrum introd
dæ. In hac enim luctuoſa novarum cladium ſ
reſtabat: In hac orcheſtra legionarios, ac fure
exſpectabat actores. Adiuvabant hoc proſcen
Principum, Ordinumque, per *Imperium*, dictorum
teſtantium, ſimultates, atque odia. Hos enim ſe
Edicti Cæſarei lex ſtimulabat. Ut, dùm paſſim
Sueviam, Franconiam, Saxoniamque inferiorem, pl
buſque ſub *Circulis*, ac provinciis, *Epiſcopatus, Pr*
latus, Cœnobia, atque id genus bona eccleſiaſtica
tus ad inſtitutum reducuntur, ſimulátque *Augu*
næ Confeßionis exercitium abrogatur, hic rigor
que animorū exacerbationibus haud excurre
Ità externus in *Imperium* copias infundebat ho
Ità *Germaniæ* ipſius viſcera commovebantur, ho
bus inteſtinis, ac domeſticis, ſub *Religionis* cau
haud ſegniùs, in paludamenta, in pila, ruentib
Ut ut igitur ſub *Chriſtiano, Daniæ Rege*, arma cum
fœderatis, in *Imperium*, ob res *Friderici Palatini*
ctas, ſuſcipiente, magna inſtare videbantur tro
ca, ſi *Fortuna* album adieciſſet calculum: ità hîc g
viora novorum motuum ſemina iacta dixiſſes,
xoniæ Electore, cæteriſque per *Imperium Principib*
Ordinibusq;, Confeßionem Auguſtanam profitentib
ultrò in partes *Guſtavi, Sueciæ Regis*, tranſeuntib
Illis omnibus accedebat, principatus, regioneſq
continuis, ac crudelibus, militū exactionibus,
populationibuſque, exhauſtas, licentiam milita
præter omne mitiſſimi *Cæſaris* inſtitutum, ad ſu
ma, & ultima, enitentem, auctamque, iampride
abominari, ſubditoſq; ad deſperata conſilia, ipſa
que defectionem, ferri. Quæ omnia, occaſionib
iuxtà ſeſe in gerentibus, auxiliiſque, uberrimis,
poterant non abſque cædibus, ac pugnis, noviſq
converſionibus, ac tropicis, deſpumare.

E cæteris ergò *Imperii* ſive *Circulis*, ſive *Ordinib*
Sueviæ Principes, Proceresque, ſuper id genus difficu
tatibus, conceptiſſimis illis verbis *Cæſaris* fide
implorare cœperunt. Codicilli lamentatorii era
hi tales: Legatos, inquiunt, nuper ad aulam *Cæſar*
dimiſſos, quid profeciſſent, ſub diverſis *Cæſaris* de
clarationibus, ſibi intimâſſe. Prout igitur ſubm
ſiſſimas dependerent gratias, ſic *Cæſari* etiamnu
confirmatiſſimum facere, inſtitutum ſuum pro *Cæ*
ſaris faſtigio, officio, ſupremaque autoritate, rit

atqu

ordine, conſervandis, unicè militare. Sic ut, dùm hæc, *Religioſa Paſſavina* pacificatio, iuxtà ulas ſuas, ſarta, tectaque, ſervari, nullique, ci- ges inibi expreſſas, aliaſque *Imperii* leges, *Cir- mque* conſtitutiones, moleſtia, ſive iniuria, i, debeat. Ità caveretur, ne *Cæſaris, Imperiique,* itia ulteriùs debilitetur, multò minùs infrin- ,ac cadat. Sed potiùs vires redintegret priſti- tà fideles *Imperii Principes, Ordineſque,* unà cum tis, poſt tot exanthlatos ærumnarum cumu- ō ulteriùs in ultimū honoris, familiarū, & for- ū diſcrimē, ipſamq; acerbā exilii neceſſitatē, m quidem tot inſontium hominum myria- mpridem incurrerunt) adigerentur. Ità, in- *dines,* iniectis diffidentiæ habenis, amor, cul- obſervantia, ergà *Cæſarem,* & *Imperium*, ac- erent, ac firmas agerent radices. Ità *Imperium* minente, nimiſque hei! metuendo, interitu, ribus intervenientibus remediis, præſerva- . Ad ſummam, ità quidem caſibus, periculis, bus, ærumnis, everſionibus, atque id genus ſexcentis, à tot ſeculis, quibus *Monarchia Ger- ca* ſtetit, hactenùs inauditis, miſſio, ac finis, neretur. Quibus omnibus tot hominum ades, immò milliones, partim fame, atque ia, miſerè periiſſent, partim domiciliis, for- s, patriâ, eiecti, ſub triſti exilii facie, ſpiritum ndiſſent, partim incendiis, cædibus, ruiniſ- oppreſſi, vitam, tanquam rem vacuam, ſubi- ofudiſſent. Ità denique ſalutaris pax, & quies, tales, iam afflictiſſimos, reviſceret. *Cæſarque Imperatoriam* ſedem, hæc regna, has provin- ditiones, civitates, oppida, agros, hac alma s virtute coronare ſuſtineret.

ac ſub ſpe, tanquam cibo, ſeſe hactenùs nu- ſe animos querulos, fore, ut *Cæſar*, verba *Edicti ionis* inflectens, mitiſſimam interponeret re- ndi ſuos rationem ſimulátque molem, affli- neſque militares, ſi non omninò tolli queant, uidem moderaretur, ut non tàm neceſſitati, deriiſque ſuis, quàm diverſis, ab ipſomet *Cæ-* profectis, promiſſionibus, ſatisfiat. Inter hæc, *rem* quidem *Edicti* effectum certis ſub clauſu- erſeverare, ſed, ſicut legati ſignificâſſent, mo- iſtius bellicæ exonerationem repromittere, iſſe. Iam verò, tàm immane abeſſe, ut inter id us preſſuras, levamen ſupervenerit. Ut etiam gè acerbiùs conflictari cœperint. Tot copi- ot legionibus, ſine fine, per patriam ingruen- is, omniaque exactionibus, rapinis, ſpoliis, ibuſque, paſſim involventibus. Ut, poſt tot ens per vim expreſſos auri milliones, tantùm malorum remiſſio interveniat nulla. Ut po- tribunorum militarium libidini, ac petulan- , provinciæ, regioneſque, pateant pleræque o- ies. Has, atque id genus, ſervitutes, has æru- as, nunquā anteà liberis *Principibus, Ordinibuſ-* , compertas, nedùm intentatas, fuiſſe. Iam re- ferri omnia. Præfectos illos militiæ, ſive tri- nos, pro libidine bacchari. Legiones, copiaſ- e, abſque *Cæſaris* mandato, ſive codicillis, *Prin- ibus, Ordinibuſque,* tametſi invitis, ac repugnan- us, abſque ullo dignitatis, eminentiæque, re- ctu, obtrudere. Ex animi ſui ſententia, pro- catis *Imperii, Circulorumque,* legibus, abſque ullius *Ordinis* præſcitu, inducere cohortes, caſtra metari, ſtativa imponere, delectus facere, re- giones populari, pecora abigere, pecunias extor- quere, atque id genus inſolentias ſexcentas exer- cere, ut tanquam iura, priuilegia, conſtitutiones, ad unum omnes, prorsùs laceratæ, eviluiſſent, vi- deri queat.

Illis de cauſſis proclive eſſe, ſi longiùs *Cæſar* o- pem differat, ut ipſi, unà cum ſubditis, tantis ſub oneribus deficere, aut ad minùs famæ, honoris, fi- deique, diſcrimen ſubire, cogantur. Eam enim eſſe æris alieni, his ſub anguſtiis contracti, magni- tudinem, ut creditoribus nequaquam ſint ſolven- do. Ut reditibus interioribus omnibus, ſub leges, tituloſque, vocatis, perfidos, ac furcâ dignos, mer- catores penè imitari, flebileque bonorum ceſſio- nis beneficium incurrere, adigantur. Poſſeſ- ſiones ità, provincias, populos, bona, ac fortunas, ultrà obæratà eſſe, quàm ut aut redimi poſſint, aut redemptione digna ſint.

Proindè, neceſſitatis extremitate adactos, ad *Cæſarem* querelas tàm urgentiſſimas, quàm notiſſi- mas, deferre. Ab eodemque, tanquam capite, ac domino, ſuo, *Cæſaream* protectionem, opemque, efflagitare. Quam utique *Cæſar*, coràm *DEO*, ſe- cundùm *Imperii* conſtitutiones, ex lege ſibi de- beat. Hanc in rem ad *Cæſarem* ſpectare has preces, has flagitationes, dignaretur ſeſe, tanquam fide- les *Imperii Ordines*, unà cum ſubditis, & regioni- bus, è tantis malis, ærumniſque, eripere. Neque pati, ut ſub tanta ſervitute, ac iugo, omninò, uſ- que ad mortem, gemere, ac ſuccumbere, tenean- tur. Tandem igitur finem miſeriis, ac calamitati- bus, imponeret. Ne *Cæſaris* fama etiam apud po- ſteros onerari poſſit. Tanquam, illius temporibus, *Imperium* modò non in præſentem tempeſtatem devolutum eſſet, ſed in ſuper tot fideles, inſonteſ- que *Imperii Ordines*, ſub protectionis prætextu, ul- timè periclitari cœpiſſent.

Nihil hac tempeſtate intrà *Imperii* fines ab ho- ſtibus timendum venire. Omnes *Imperii Circulos* pacatos, morigeroſque, eſſe. Et, tametſi maximè externæ vires ingruerent, iſtæ tamen tantis, qui- bus fideles premerentur *Ordines*, & tàm confertiſ- ſimis, haud æquivalerent copiis. Neque, ſicubi hoſtes immineant, opus iccircò eſſe, legiones paſ- ſim, paſſimque, intrà *Imperii* viſcera, tanta cum li- centia graſſari, omnes ubique angulos infeſtare, longè, latéque, per modum crucis, pro animi libi- dine, ſive ſtativa, ſive hyberna, invadere, ſpoliis, rapinis, cædibus, incendiis, & id genus tormentis plurimis, omnia miſcere. Ut potiùs illi iſti exer- citus ad *Imperii* fines mittendi, hoſtibuſque, ſi qui metuantur, ſint obiiciendi. Quo neceſſitatis caſu *Ordines*, certa, & idonea, ſub moderatione, ſym- bolas ſuas, cenſuſque, conferre poſſint, ac velint. Per eius, generis verò cruciatus, & preſſuras, ho- ſtileſque impetus, modò non agricultura, vitæ- que ſuſtentandæ ratio, ſubditis eripitur, modò non commercia è medio tolluntur, modò non *Principibus, Ordinibuſque*, autoritas, ac iuriſdictio, haud conſtet, ſed tot animarum milliones ætatis tàm mediæ, quàm ſenectæ, ſed tot parvulorum myriades, lacte materno vitam trahentes, ſubtra- ctis ſubſidiorum, alimentorumque, facultatibus,

fame, aliiſque miſerrimæ mortis generibus, interire coguntur. Has lacrymas, hos planctus, hos illos iſtos vagitus, non poſſe non nubila, cœloſque ipſos, penetrare. Ut metuendum ſit, ne præſens *Imperium Germanicum* maieſtate, potentia, viribus, facultatibus, libertate, fama, atque proſperitate, defectum, prorſùs (quod abominandum) ad interitum ſpectet.

Quam calamitatem ſiquidem (quod utique facerent ſæpiſſimè) fideles *Ordines* interiùs ad animũ admittant, eò magis ſubditorum miſerandam, atque indignam, ſortem ſeſe intueri, dùm illis, hactenùs obedientiam navantibus, neque auxilium ferre, neque protectionem debitam præſtare, nedùm ferè ampliùs ſolatio eſſe, ſufficiant. Indè, quàm opportunum ſit, ſubditos quoque, nullibi affulgente ampliùs ſubſidio, amorem, cultum, ac devotionem omnem, exuere, in medio extare. Ut metuendum haud perfunctoriè veniat, impatientiam id genus, ad ſummos enitentem apices, in ſeditiones, furoreſque, ipſamque rabiem, degenerare poſſe. Qua quidem peſte non eſſet Erynnis truculentior ulla. Quibus plebis motibus non eſſet *Imperio, Cæſari, Auſtriaciſque* provinciis, labes pernicioſior altera. Eò enim, inter has anguſtias, deventum eſſe, ut magiſtratus populi, in deſperata ruentis conſilia, impetus, neque (ſicut hactenùs toties eveniſſet fruſtrà) conſolantibus verbis, neque minis, pœnæque metu, ampliùs coërcere ſatagant. Ut ipſi Magiſtratus modò non famæ, honoriſque, ſed vitæ ipſius, ultimorumque omnium, in periculis verſentur.

Quapropter, cùm res tàm ſecum, quàm cùm cæteris *Imperii* fidelibus *Ordinibus*, ſubditis, regionibuſque, adverſùs *Cæſaris*, haud ſemel conteſtatam, intentionem, eò redierit, nihil ſeſe dubitare, quin hoc triſte *Imperii* ſpectaculum *Cæſaris* præcordia, ad manſuetudinem nata, factaque, penetrare queat. Præſertim, cùm, ſecundùm *DEVM*, unicam in *Cæſare* ſpem habeant repoſtam. Qui quidem animum, in ſympathiam affatim propendentem, aliâs declarare fuiſſet dignatus. Hac ſpe, hac fiduciâ, ſeſe demiſſiſſimis, infimiſque, precibus ſupplicare, vellet, *Cæſar*, tàm ex officio *Cæſareo*, quàm in honorẽ *DEI* cumprimis, tàm totius *Imperii*, quàm *Archiducalis* familiæ propriæ, cauſſâ, tandem, ſub *Cæſareis* auxiliis, in partes deſcendere, tot ærumnis, ac miſeriis, ſemel clauſulam imponere, totidemque afflictiſſimarum animarum milliones in ſpem, ac lætitiam, erigere, áque ultimo interitu, deſperatione, ac morte, vindicare.

De *Edicto Religionis* præterea ità eſſe, ut negotium hoc magis magiſque immenſi ponderis, ac momenti, videatur. Ut, extremâ ſub neceſſitate, compellantur, *Cæſareis* intentionibus, ac decretis, ſub prolixiori cauſſæ informatione, ac deductione, occurrere. Ut hac ratione tàm *Cæſari*, quàm *Imperio*, affectum fidelem, ſolicitudinem ingentem, devotionemque conſtantem, eò accuratiùs conteſtari quiti ſint. Neque dubium eſſe, *Cæſarem* in ſeſe, cæteroſque *Imperii Electores*, ac *Principes*, dictos *Proteſtantes*, aliud quicquam deſignaturum, quàm quod articulis tranſactionis *Paſſavinæ*, *Pacificationiſque Religioſæ*, cæteriſque *Imperii* conſtitutionibus, atque hactenùs in uſum ductis conſuetudinibus, conforme ſit, atque reſpondeat.
cundùm enim illas tàm pacificationes, quàm
ſtitutiones, atque conſuetudines, ſeſe omn
cturos, atque adimpleturos, quæcunque
quantumvis amara, atque ingrata, poſtulari
ſint. Iſta enim quò minùs adhucdùm ad effe
ſpectare potuerint, modò non motus mili
graviſſimos, ſed ſubditorum quoque ultim
ritantium gemitus, ac querelas, aliaque id g
quæ mutare non fuiſſet opportunum, moras
ciſſe. Parceret igitur *Cæſar* tantiſper ſeveris
executionibus. Parceret ſubitaneis illis, & pe
perium inauditis, procedendi modis. Nec pa
tur, ut citrà prædictas illas *Imperii* conſtituti
quibus utique ſanctitudo, divina, humanaqu
ra, totiuſque *Rom. Imperii* ſalus, tanquam vin
continerentur, præcipitari debeant. Id genu
tes, ac clementes, in medio proſtare *Cæſaris* d
rationes, id genus poſſeſſiones per manus ad ſ
tinuaſque, hæreditarias ſucceſſiones, ordir
terrupto, ad ſe, bono titulo, palàm, & in ocu
mnium, devolutas fuiſſe, ut, abſque ſuffic
cauſſę inſpectione, rerum, ac circumſtantia
cognitione, citrà ordinarias, ac receptas, *Impe*
ges, modo ſubito, ac violento, vique iniecta
manu militari, ilicet infeſtari, ac deponi, minù
beant.

III.

Eiuſdem Circuli Suevici, ad Conſiliarios C ris aulicos, poſtſcriptum.

PRæter ſuperiores lamentatorias, iidem C
Suevici proceres, tanquam appendicis loco
ſaris conſiliarios Aulicos, compellârunt. Etiam
admiſſis ad animos his calamitatum globis, a
Cæſarem intervenirent. Tenor litterarum fuit
Quandoquidem, inquiunt, neceſſitate comp
tàm ſuum, quàm cæterorum fidelium *Imperii* (
num, interitum, iam ſic inſtantem, unàque te
Romani Imperii convulſionem, atque everſion
haud ſegniter metuendam, *Cæſari* humilimis
bis intimantes, iuxtà protectionem, auxilium
implorâſſent, utique operæ pretium ſibi viſum
ſe, ſi iuxtà interiores *Cæſaris*, iuratoſque, ac fide
conſiliarios, eâdem operâ compellarent. Ad i
igitur ſpectare vota, ac deſideria ſua, vellent
torias tàm ſuas, quàm aliorum *Imperii* fidelium
dinum, querelas, in intima præcordiorum pene
lia non tàm admittere, quàm totius *Imperii* ne
ſitatem, *Cæſariſque*, atque *Archiducum*, commod
penſiculatiùs trutinare, *Cæſarique* diligentiſſi
inſtillare. Nedùm his neceſſariis, ac ſinceris, a
monitionibus ferias dare, uſque dùm militari
furoribus, latè omnia depaſcentibus, abſque n
ra, periculi pleniſſima, finis præfigatur, *Ordine*
fideles, unà cum ſubditis, ex ingenti iſto famæ,
miliæ, vitæ, fortunarumque, diſcrimine, eripia
tur. Illis, conſectarii loco, accedere, ratione *Ed*
Cæſarei, ne fortè, unà cum cæteris *Imperii Electo*
bus, Principibuſque, abſque idonea, ac ſufficien
cauſſæ cognitione, procedendi modo hacten
inaudito, præcipitentur. Poſſeſſiones illas à ma
ribus longa, atque interrupta, ſucceſſionis ſe

P

anus ad ſe, optimo titulo, deveniſſe. Ut eò s, adverſùs receptas in *Imperio* leges, vi inic- ſubitò, infeſtari debeant. Ut magis proceſ- cundùm uſitatas hunc uſque in diem, tàm ſub icis, quàm eccleſiaſticis, caſibus obſervatas, *ii* conſtitutiones, ac conſuetudines, forman- eniat. Quo nomine ſeſe ordine paciſci, ac promittere, futurum, ſi ſecundùm leges, in- is pacificationem *Paſſavinam*, ius dicatur, me- ue intervenientibus uſitatis, atque ordinariis, edatur, eam ut demonſtrare affecti ſint ſub- onem, atque obedientiam, quâ maior, re- que, deſiderari haud quidem, ex fundamen- ſtineat. Atque viam illam hanc gneſiam, iu- que, eſſe, quâ dividiæ, colliſiones, difficulta- uinæque, *Imperium*, *Ordineſque*, depaſcentes, elius emendari, tollique, & debeant, & poſ-

CAP. II.

e Saxoniæ Electore, per legatos, Cæſari Ordinum Proteſtã- tium onera aperiẽte.

I.

oniæ Elector, tanquam ſub Elencho, ac Ca- alogo, quodam, Cæſari Proteſtantium que- elas, atque difficultates, ob oculos ponit.

ILlæ ſiquidem fuiſſent *Circuli Suevici* querelæ ſatis graves, atque infauſtæ, *Saxoniæ Elector* tàm ſuo, quàm *ſuperioris Saxoniæ Circuli*, cæterorumque *Imperii Electorum, Principum, Ordinum* nomine, intermittendum haud putavit, quin ti infelicium id genus perturbationũ, ac que- oniarum, cathenam ducens, dimiſſâ ad *Impe- rem* iuſta, ſplendidâque, ſub *Philippo-Erneſto*, sfeldiæ *Comite*, *Nicolao-Gebhardo à Miltitz*, *Ga- e Tünzelio*, & *Ioanne à Blansdorf*, legatione, *Au- Cæſaream* velut quiritationibus inundaret. Lit- codicillares, elenchum tantorum malorum umulantes, ac præ ſe ferentes, eius ferè erant eris. Non ſe, inquit, ſolum ſuper triſtem, ac amitoſam *Imperii* impræſentiarum faciem, *Ger- nicæ* genti impoſitam, dolente animo, oculos iicere; ſed eandem deformitatem *Electorem ndeburgicum*, cæteroſque *Principes*, *Ordineſque*, *n. Imperii* membra, non abſque inteſtina viſce- n commotione, ſimulátque intueri, ac deplo- e. Ut, facto velut agmine, illi omnes, unà cum *culi Superior. Saxoniæ Ordinibus*, ſeſe congeſtis malorum, aç lamentationum, cumulis tan- tùm non obruant, ſuique ſe officii inſtanter am- moneant. Quòd igitur iuramenti ſanctitudinem, qua *Cæſari*, & *Imperio*, obligaretur, penſi habeat, pariter fide, ac cultu, quibus, *Cæſarem*, ipſiuſque *Archiducalem* familiam, teſtibus expeditione, & periculis illis, nuper, *Cæſaris* cauſſâ, exanthlatis, proſequeretur, ſtimuletur, nec non officio *Electorali*, quo pro *Cæſaris*, & *S. Rom. Imperii*, ſalute vigilare teneretur, impellatur; his, atque id genus, graviſſimi momenti rationibus inductum, non potuiſſe non præſentem ad *Cæſarem* legationem dirigere. Sub ſpe, futurum, ut *Cæſar* hanc non tàm humilem, quàm neceſſariam, miſſionem clementer admittat, unáque, tanquam optimus, iuſtiſſimuſque *Imperator*, afflictorum, & lamentantium, inuſitatas querelas inſpiciat, preſſos relevet, *Imperiumque*, in ultimis conſtitutum, ſaluberrima pacis univerſalis; ac firmæ, medicinâ ſanet, atque erigat. Etenim, *Cæſari* nullatenùs eſſe obſcurum, quę malorum ilias è motibus militaribus *Imperium* inundârit. Quæ inteſtina incendia, quæ flammæ, unum, poſt aliud, regnum depaſci cœpiſſent. Ut de provincia in provinciam, de *Circulo* in *Circulum* hi ignes emanârint. Atque eò vires auxerint, ut poſt tot *Imperii* cineres, ac rudera, pauciſſima loca ſuperſint, ſævienti *Vulcano* erepta. Hoc irreparabile *Germanicæ* gentis damnum, hoc dedecus eſſe, ut, dùm inferiores aliæ nationes rebus utantur florentibus, huic, præter gemitus, angores, luctus, deformitatem, ac vituperium, calamitatis pediſſequum, nihil relictum ſit.

Eâ interiori confidentiâ, velut cibo, ſe iamdudùm roborâſſe animum, fore, ut, poſt tot luculentas *Cæſari* partas victorias, poſt tot ſeditioſos in ordinem redactos, poſt pacatum *Infer. Saxoniæ Circulum*, poſt ipſam denique conſummatam cum *Daniæ Rege* pacificationem, morbus hic præſenti alexipharmaco, hoc eſt, pace interveniente, curaretur, vires *Imperii*, *Ordinumque*, diuturnitate mali collapſæ, reſtaurarentur, perfectaque ſanitas reproduceretur, legibus *Imperii*, hactenùs defectis, è diutina illa ſyncope in vitam revocatis: nihiloſeciùs, ſpe illa omni penitùs decollante, morbum iſtum & contagioſum, & periculi plenum, de die in diem accreſcere, ut mox, malo invaleſcente, prorsùs ſit conclamatum. Nec novam hanc ſuam iam tandem emergere querelam. Sed ab *Electorali Collegio*, ſuperiori *Anno M. DC. XXVII.* apud *Mülhuſium* congregato, *Cæſarem*, ſuper id genus malorum procellis, atque exundationibus, ammoneri cœpiſſe. Ut ipſe *Elector Saxonicus* toties litteris interveniſſet, remediumque, dùm adhuc curabilis videretur morbus, idoneum, ac ſalutare, expetiiſſet. Quanquam ſub his agonibus omnibus, de benigna, ac ſincera, *Cæſaris* voluntate nihildùm dubitet.

Quæ cùm procellæ, paſſiones, ac ſymptomata, abſque ulla interpolatione, totum *Rom. Imperii* penè corpus, tanquam ſub una aliqua cervice, graviſſimè exerceant, operæpretium ſibi viſum eſſe, ſi querelarum, ab *Electoribus*, *Principibus*, *Ordinibuſque*, dictis *Proteſtantibus*, rationes diducat, aliquemque iſtìc velut catalogum ſuperiniiciat.

Quibus ergò ſub fluctibus agitetur *Brandebur-*

gicus Electoratus, hoc vel ex ipſiuſmet *Electoris* conqueſtionibus proſtare. Adhucdùm eas regiones à multis torqueri legionibus. Ut præter alias, aliaſque, preſſuras, vel unico è *Francofurto ad Viadrum* ſingulis menſibus novem *Ferdinandicorum* millia emungantur. Univerſum verò *Marchionatum* ſic quidem deturpari accidiſſe, ut nemo *Electoralem* provinciam eſſe agnoſcat. Iam, ſic *Imperii Electorem*, eumque fidelem, exerceri, rem eſſe altioris indaginis.

Quid cùm *Altenburgicis*, *Vinarienſibus*, *Coburgicis*, & *Iſenacenſibus*, *Saxoniæ Ducibus*, ageretur, eſſe in medio. Atque è querelis innoteſcere. Illis ſub locis omnia eſſe devaſtata, ac deſolata, ut, deficientibus etiam ſubſidiis culinaribus, *Principibus* vix ſuperſit, undè menſam inſtruant. Inſolentias militum uſque eò invaluiſſe, ut ex animi mera libidine ſtativa, hybernaque, permutentur identidem. Apud agreſtes mediis deficientibus, impetus iam imminere dynaſtis, & *Principibus*. Sub interminationibus, niſi aurum, argentumque, interveniat, expilationibus experiundum venire. Inter hæc, in ipſos *Principes* fingi accuſationes. Sicut paulò antè *Altenburgico Duci* uſuveniſſet. *Vinarienſem Ducem* cohortes *Schönbergicas* iam, ab integro triennio, premere. Ut inſuper pluribus cohortibus, illis fortè emigrantibus, onerari velit. Id quod, rebus ſubditorum ad incitas redactis, deinceps ſufferri haud poſſet.

Quibus ſub bellicis perplexitatibus *Auguſtanæ* confeſſionis *Principes*, *Ordineſque*, *Franconici*, *Sueviçique*, utriuſque *Circuli*, & quidem nominatim, *Chriſtianus*, *Marchio Brandeburgicus*, *Dux VVürtenbergicus*, & *Marchio Badenſis*, unà cum regionibus, ſubditiſque ſuis, verſentur, quibuſque, ſine miſſione, exactionibus, aliiſque tormentorum generibus, penitùs exhauriantur, affligantur, illud ab extremis eorum, quæſitiſſimiſque, querimoniis, *Cæſari* nuperrimè oblatis, liquere. Quarùm omnium ſaporem *Elector* paulò antè percepiſſet.

Per *Brunſvicenſem Ducatum* tàm *Principem*, quàm ſubditos, ſuſpiriis vitam trahere. Ut *Dux* ſub tàm luculentis regionibus vix habeat, undè alatur.

Eoſdem ferè gemitus exercere *Lüneburgicum Ducem*. Ut malorum nedùm ille ſit rudis.

De cruciatibus *Pomeraniæ Ducis* ità eſſe, ut querelis, ſive lacrymis, quàm prolixa deductione, res dignior ſit. Interim, calamitate ipſamet loquente, oratione opus haud eſſe. Toties *Ducem*, quid ſecùm ageretur, conceptiſſimis verbis in ſinum *Cæſaris* effudiſſe. Breviter: Illic deſolationem, ærumnaſque habitare, teterrimamque famem. Ut, neceſſitas, quovis, ut aiunt, telo fortior, naturam, caritatemque, expectoret, famiſque comprimendæ cauſſâ, inhumana, prorſuſque infanda, perpetrare iubeat. *Ducem* ſic laborare cœpiſſe, ut, deficientibus, poſt tot emunctiones aſſiduas, pecuniis, tribunis militaribus etiam præfecturas oppignorare adigatur. Ità enim cum *Klempenavia*, ſic dicta præfectura, uſuveniſſe, vel ipſum *Electorem Brandeburgicum*, non abſque iuſti doloris ſignificatione, depoſuiſſe. Qui cùm *Dux* hactenùs, citrà omnem diſceptationem, *Cæſari*, atque *Imperio*, permanſerit fideliſſimus, iam ulteriùs etiam, ſuper tradendis *Damino*, *Gryphenhaga*, *Gar-*
gaque, fortalitiis, urgeretur. Tametſi illæ
nitiones, interiori ſub *Pomerania* poſitæ, hoſ
minimè forent opportunæ. *Duxque* ipſe
eorum locorum idoneam ſuſcepturum cu
antè recepiſſet. Quæ ſi tandem vis infer
actum eſſe de eo. Ut, tanquam propriam
ſedem concluſus, deinceps non tàm cum n
bus, omnia conſumentibus, quàm fame, pu
teneatur.

Quid damni *Heſſiæ* acciderit, in conſpec
ſe. Eam à tot annis ineluctabile onus pert
Ut, præter regionis devaſtationem, tot mill
è ſubditis exprimi acciderit. Iam, præter
riam, & res anguſtas, nihil ſupereſſe. Ut n
Guilielmus Landgravius aliud quicquam ſola
Ordinibus Catholicis exceperit, niſi hoc : Re
quidem comparatam eſſe, ut hæc tabes eme
non queat. Sic illi pariter inſtare, ut, reb
incitas redactis, vix ſuppetat, undè alat
liam.

Sic neque *Anhaltinum Principatum* periculo
atque egeſtatis, eſſe immunem.

Ut nedùm *Archiepiſcopatus Magdeburgicus*, ne
Epiſcopatus Halberſtatenſis, infortunia ſua nun
re poſſint : Sub exactionibus tàm pecunia
quàm frumentariis, inter cæteras obſidioni
anthlatas difficultates, adhucdùm ingemi
tes.

Quid correſpondentibus, ut vocant, *VVet*
vicis Comitibus damni acceſſiſſet. Quid *Oldenbu*
cæteriſque præcipuis *Imperii Comitibus*, factu
ſet, eventum loqui.

De *Civitatibus*, dictis *Imperialibus*, ſic eſſe, u
gentes illis pecuniæ extorqueantur. Comp
bus, infuſis præſidiis, uſque ad oſſa, & medu
exhauſtis, vix nomen ampliùs ſupereſſe. A
hanc perditionem eò uſque bacchari, ut iam
ritimas etiam *Civitates* corripiat. Aliam enim
turnâ ſive concluſione, ſive obſidione, eſſe p
ſam. Aliam præſidiariis immiſſis enervari. A
aliis tormentis corrumpi. Ut non tàm in com
ni commerciorum priventur uſibus, quàm in
tuniis exerceantur plurimis.

Quibus modis à milite divexentur *Svvart*
burgici, *Mansfeldici*, & *Stollbergenſes*, *Comites*,
pecuniarum continuis exactionibus, aliiſque
mnis, tantùm non torti, hoc ipſam eorum m
riam loqui.

Id genus intolerabiles ærumnas etiam afflix
Reuſſios, & *Schönbergios*, dynaſtas.

Neque vacare his doloribus, his luctibus,
phordiam, *Mülhuſium*, *Nordhuſiumque*, civitates T
ringiæ, protectioni ſuæ ſubiectas. Immò v
Thüringiam totam, *Hennebergenſem Comitatum*, p
fecturaſque aliquammultas proprias, nec n
Luſatiam utramque, multos exercuiſſe caſus, diſp
diaque plurima. Sic, ut neque *conſiliariorum* ſ
rum per *Thuringiam* bonis parſum ſit. Tam
ſalvo, ut vocant, conductu, ſive fide publica,
lis proſpexiſſet. Ità enim autoritatem ſuam p
tritè haberi cœpiſſe, ut nullis ampliùs protec
riis locus concedatur. Ut etiam pericula ci
tatibus propriis aliquammultis commeatus int
cluſerint. Ad ſummam, iam tandem à tot a
nis continuis fideles *Imperii Ordines* exercitu
oblig

ationibus, luſtrationibus, excurſionibus,im-
onibus, ſtativis, hybernationibus, pabula-
ous, frumentationibus, inprimis pecorum
ionibus, pecuniarum aſſiduis emunctioni-
poliis, rapinis, cædibus, incendiiſque, dive-
œpiſſe, ut vix à tot tormentorum generibus
rare liceat. Quibus interim iniuriis à mili-
Principes, Ordineſque, itum eſſet, quàm pro-
eorum autoritas haberetur, quibus impo-
æ generibus illis inſultaretur, hæc omnia da-
luſtriâ ſe compendifacere. Neque prolixa re-
ulatione, ut vocant, *Cæſari* moleſtum eſſe
Cùm id genus difficultates, atque onera,
ridèm ab univerſo *Electorum* collegio propo-
perint.
ò ventum eſſe, ut per ditiones ſuas, ſe inſalu-
invitoque milites ſtipendiis obligentur, le-
es introducantur, hybernacula de facto ra-
ur, ſubditis leges præſcribantur. Et ſi, ra-
exactionum, ſive cenſuum conferendorum,
mora interveniat, tunc minas oppidò pa-
eſſe. Tunc vim etiam apertam intentari.
cætera, ab harpiis itinera, ac vias publicas,
eri, agrum infeſtari, ut nullus nobilium, ci-
iquè, res ſuas agere, nullus agricolarum vel
, ſementemque facere, vel vitæ ſubſidia, meſ-
ue, colligere, queat. Neque, ut agro cultu-
erri poſſit, neque ut lac infantibus ſuppetat,
e per ſtratiotas. Iſtos enim mille modos fu-
i, pecoraque abigendi, egregiè didiciſſe. Ut
n ferro (quod creberrimum quoque eſſet)
derent, aliis, ac mille, modis, ſubtractis hu-
itæ neceſſitatibus, interficiant nihilominùs.
t enim hęc gratia fiat plebeiis, in fures id genus
lentibus, ut ablata aliquando reddantur, quis
it, pro lytro, tot à miſeris exigi aureos, ut ul-
s emungantur, occaſionemque novis furtis
eant. Ea nunc latrocinia apud legiones,
rteſque, invaluiſſe, ut mox furta ſub merca-
titulos veniant, omninòque iampridem di-
antur impunita, tantùmque non mereantur
es. Negotiationum, commerciorumque, uſus
ſùs, nequitia militum, intercidiſſe. Et tamen
omnium rerum copiam nihilominùs depo-
e. Hinc pro precibus naſci ſuſpiria, ac la-
ita. Quæ *DEUS* non poſſet non exaudire. Præ-
m, tot emergentibus eiulatibus, cuiuſmodi
ſaxum, ut aiunt, emollire ſatagant. Ex quo
pore *Caroli IV. Imperatoris* legum codex, (*Au-*
bullam vocant) emerſiſſet, tàm grandes, tàm
cervatas, tàm periculoſas, in *Imperio* querelas
itas haud fuiſſe. Ut apud nullum annalium
torem occurrant paria. Eo loco eſſe *Electo-*
ulcra *Imperii* fundamentalia, *Cæſarei* corporis
nbra, quorum ſuper felicitate *Cæſaris* & ma-
s, & potentia, firmetur, ut contemptim ha-
ntur. Quicquid illi tribunos, præfectoſque,
tares dehortarentur, eſſe ſine pondere. *Impe-*
eges, *Circulorum* conſtitutiones, *Executionis*, at-
id genus, obſervationes utiles, parùm conſi-
ari. Fulcra regiminis, pacis, ac ſecuritatis, ad-
dùm labefactari. Regionem aliam poſt aliam
tari. *Principem* fidelem illum, & illum, ad in-
s adigi. Dominum ſimulátque, ſervumque,
auperari. Ad ſummam, ſic ludere iſtos, ac tru-

dere, tanquam *Electores, Principes, Ordineſque*, aut extincti, aut extinguendi, eſſent omnes. Tanquam provinciæ, ſubditique, abſque rectore, ac domino, ad omnium libidinationes, proſtarent. Et tanquam perpetuis pecuniarum exactionibus, velut ex lege, continuè, ac ſēper, experiundū foret.

Illas nunc eſſe machinas, illos arietes, quibus animorum mutua expugnetur coniunctio, tantis periculis, ac ſudoribus, parta, *Germanica* libertas eliminetur, omnimodaque introducatur confuſio. Ut, niſi maturrimè huic, immane hianti, rictui obveniatur, ſplendidiſſimū totius *Imperii* ędificium minetur ruinam. Iam tùm *Ordines* ad unum omnes viribus, nerviſque, eò uſque defectos eſſe, ut, ſi externus fortè irrumpat hoſtis, *Imperio* operas utiles navare nequeant. Nam média, undè bellum geri debeat, exhauriri, ac fatiſcere, omnia. Etiam libidinantes milites, ſub hoſpitiis, ac contuberniis, exhauſtu laborantibus, ipſóſmet mox belli pertædere. Generoſos verò, atque heroicos, ſpiritus, poſt tot continuas offenſiones, exactioneſque, abalienari. Plebem denique, præter vitam, nihil ampliùs poſſidentem, in furias, ipſamque deſperationem, abripi. Iſta inter omnia, *Magnates* externos hanc in luctuoſam *Imperii* faciem oculos coniicere emiſſitios. Occaſiones omnes conſiderare. Et iam tùm, non abſque iuſta ſuſpicione, ingentes armorum cogere apparatus. Niſi enim hæc cruenta, & diſcordia, arma, ſub periculoſa ancipitis *Martis* alea, *Fortunæque* inſidioſæ ludibrio, acquieſcant, neque ſic potentiſſimos quoſque *Reges* victoriarum, ac potentiæ, ſecuros eſſe ſuſtinere. Orbitam *Fortunæ* rotundam, volubilemque, errare, ac diu eadem ſub linea non conſiſtere. Hanc etiam feliciſſimis, totque victoriis florentiſſimis, in ſucceſſibus belli nimis confidentibus, vel etiam temporibus maximè neceſſariis, impoſuiſſe haud rarò, tergumque obvertere conſueviſſe. Omnia, ſub bellicis expeditionibus, ambiguis incedere paſſibus, tanquam incertiſſima. Etiam momentum infelix vel unicum totum rei gerendæ curſum turbare. Ut in puncto diu deliberata corruant omnia. Omnia ſub *Luna* viciſſitudinibus ſubeſſe. Neque *Magnates* vitæ huius deſtructionem ullos effugere. Non poſſe non *Ordines Imperii*, ſub continuis illis afflictionibus, variis intùs flagellari cordoliis. Ut, abſque luctu, hanc *Germanicæ* libertatis ruinam aſpicere haud poſſint. Ex adverſo, non obſcurum eſſe *Cæſari*, quibus immunitatibus, ac privilegiis, eminentia, dignitaſque, *Electorum, Principum, Ordinumque, Imperii*, olim fuiſſet inſignita. Quâ fortitudine, ac conſtantia, hucuſque conſervari, áque ſuperioribus ordine *Cæſaribus* defendi, cœpiſſet. Idem ſe facturum, *Electoribuſque* potentiam, ac dignitatē, conſervaturum, *Cæſarem* non ſemel ſanctè, idque ex *Imperii* lege, condixiſſe. Ut, ex adverſo, *Electores, Principes, Ordineſque, Imperii*, illas iſtas in anguſtias redigere, ac concludere, velle, *Imperii* huius conſtitutiones non admittant.

Præter iſta, quę ratio, ſuper militibus conſcribēdis, legionibus deducendis, & id genus actionibus, conſtare debeat, hoc *Executionis* legem docere. Et ſi maximè *Imperii Ordines Cæſaris* legionibus, ſecundùm leges illas, permittant tranſitus, etiam

illud iuſtum, æquumque, inculcari, ut pro annona, præſentibus nummis ſatisfiat. Tantùm abeſſe, ut fideles *Ordines*, vi, miniſque iniectis , cogi debeant. Ut multò minùs exactionibus , extorſionibuſque, fatigandi ſint. Quis eſſet modus , conferendorum cenſuum , bellum etiam in *Magnates* exteros ubi gerendum veniat, præallegatis è conſtitutionibus, legibuſque fundamentalibus, diluceſcere. Neque obliterari accidiſſe, ſi ab *Electoribus*, *Principibus*, *Ordinibuſque*, *Imperii* auxilia in *Turcos*, barbaroſque, peterentur, qua moderatione , ac via, illud factum ſit. Per fidem ! haud quidem, per rigorem edicti , id genus auxilia , ſive ſubſidia, extorqueri cœpiſſe. Prout nuper diverſis *Principibus*, *Ordinibuſque*, etiam *Electori Brandeburgico* , uſuveniſſet. Sic ut, tanquam provincias poſſiderent non ſuas, ſed alienas, cogi voluerint. Nullas ſic loqui ſuperiorum temporum hiſtorias. Sed *Imperii* conſtitutiones, acta, legeſque fundamentales, alias, & quidem diverſiſſimi ſaporis, ingerere obſervationes. Præcipuè verò conſiderandum venire, quibus verbis, promiſſiſque, mitiſſimis , *Anno M. D. LXXXIII. Cæſar*, verbis avi ſui, uſus, *Civitates Imperiales*, in cenſuum collationem, ſub comitiis *Anni M. D. XXXII.* decretam, conſentire tergiverſantes, demulſerit. Iam non minùs animum *Cæſaris*, iuſtitiæ, manſuetudiniſque, amantem, ſibi eſſe cognitiſſimum. Ut certus ſit, *Cæſarem*, ſicubi multivarias id genus, atque atroces, inſolentias, cum legibus *Imperii*, aliiſque fundationibus œcumenicis, conferre iubeat, ipſummet, agniturum, omnia iſta delicta tàm legibus , quàm *Cæſareæ* lenitati, eſſe oppidò contraria. Certè rectiùs ſeſe, ſuper *Cæſaris* paterna ſolicitudine , ſperare. Quâ haudquaquam ſit admiſſurus, ut ſuo ſub regimine *Rom. Imperium* cadere, aut deſtrui, debeat. Potius eſſe, ut in memoriam revocet, quàm ſuperioris ævi *Cæſaribus*, &, inter illos, *Carolo V. Imp.* ſalus, ac proſperitas, *Imperii*, cordi fuerit. Illa enim aurea tanti *Imperatoris* verba ſempiternâ laude condigna eſſe, quibus ſuo illo tempore pronunciâſſet: *Non poſſumus*, inquit, *in Imperii nationis Germanicæ everſionem conſentire. Neque illud quemquam proloqui iuſſimus. Nam & Patria eſt. Et ſummum ab ea Imperii decus accepimus.* Lenitatem, ac manſuetudinem, *Cæſaris* maioribus ſemper fuiſſe in oculis. Ut hac via *Ordinum Imperii* ſtudia ergà *Auſtriacam* ſuam familiam inclinârint. Simulátque cumulatas in ſe redundare felicitates experti ſint.

Pro coronide, pacis recuperationem *DEO* eſſe iucundam, hominibus acceptabilem, Magiſtratibus utilem, inprimis *Rom. Imperio*, ad incitas redacto, neceſſariam. Citrà quàm terrenam felicitatem nemo mortalium eſſet beatus.

Niſi iuramenti ſanctitudo, conſcientia , officium, obedientia, amor, atque fides, ut etiam ultima *Imperii* laborantis neceſſitas , impellerent, tàm confidenter, ac remota omni lacinia, ut peroraret hanc cauſſam , maluiſſe ſe quidvis facere, quàm quidem *Cæſari* hac interpellatione moleſtum eſſe. Quanta enim *Electoris* ergà *Cæſarem* eſſet fides, quanto cultu , & amore, *Auſtriacam* familiam deveneraretur , hoc conſilia ſua, hucuſque concepta, hoc officia, actioneſque, in me-

dio conteſtari. Hac ergò ſincerâ animi
Cæſarem enixè ſe venerari, vellet miſerandu
lum *Imperii* ſtatum intrà præcordia , & il
quod ſub ſiniſtra ſalit papilla , admittere. *I*
rium , in ultimis conſtitutum , paternè int
Illudque, unà cum fidelibus *Ordinibus* , à peri
vindicare, ab anguſtiis, & oppreſſionibus,
rare, copias deducere, communem , ac ſecu
pacem per omne *Imperium* firmare , inter *O*
amicam confidentiam reſtituere , leges fu
mentales, *Imperii* conſtitutiones , inprimis *E*
rum præeminentiam, & dignitatem, aſſerere
tutis fundamentalibus locum dare, atque, ſe
dùm illam, tanquam *Polycleti*, ut aiunt, norm
omnia dirigere, atque decidere. Hactenùs de
ribus militaribus.

Pro ſecundo, *Cæſarem* abſque dubio non
dememiniſſe, quæ hactenùs *Elector*, *Edicti Cæ*
nuper publicati, ergò, non una vice attuliſſet
omnia ut prolixiùs reproducere denuò tente
pus non fore. Vel *Cæſarem* ipſum deprehen
quibus *Elector* ſolidis nitatur fundamentis. C
que ſive reſponſo, ſive reſcripto, *Maximilian*
Imper. ſub *Anno M. D. LXXVI.* uſus ſit, dù
didiſſet, controverſias haſce coràm univerſis
perii Ordinibus , eſſe ventilandas. Etenim
Cæſarem tũ non fugiſſe, rẽ in eam ſive declara
nem , ſive ſententiam, abituram, cuiuſmod
æternaturam *Religionis* pacificationem , ſub
ſula interdictoria , antè fuiſſet inhibita. E
Electorum , ſuperiori *Anno M. DC. XXVII*
pud *Mülhuſium* congregatorum, interpellato
Cæſari executivè procedendum foret. N
rùm , ſecundùm *Imperii* conſtitutiones, tra
ctionemque *Religioſam*, ac *ſecularem*, in quan
partes in terminis , ut vocant, ſubmiſſionis
ſentur , onera deciderentur. *Cæſarem* haud
gere, quid antehâc tàm ſub regnis exteris, q
hoc ipſo *Imperio*, convulſionis, ac calamitatis
merſiſſet, ſicubi errores, circà *Religionem* naſ
tes, duris id genus, ſeveriſque , remediis coër
voluiſſent. Toties hanc fabulam ſub *Im*
tentari cœpiſſe. Sed rem caruiſſe effecto , ide
dẽ. Ut luctuoſa quoque exceperit cataſtrophe.
tuiſſeque demùm ab eventu, animorum conci
tione, viriumque coniunctione , nihil eſſe p
nihil potentius. Hac viâ contrà calamitates
ſe pugnatum. Hac lege ceſſiſſe diffidenti
Hoc ordine pacem coaluiſſe , hoc *Imperii* feli
tatem, potentiamque, conſervari accidiſſe. Il
maiorum ſuorum conſilia, citrà invidiam exa
nata, collimâſſe. Illuc etiam actiones reſpe
ſe proprias. Immò verò aliud quicquam ſibi n
fuiſſe perſuaſum, niſi illud: Nempè, ſi bella p
ſentia cum victoria , atque ex animi ſenten
caderent, fore, ut, miſſis violentis, remedia p
valerent initia. Iuxtáque *Catholicos*, *Confeſ*
nem Auguſtanam Profitentes, dicti *Proteſtantes*, a
que offenſa , tolerarentur. Hanc ſibi fiduci
toties eſſe factam. Hanc ſuæ *Religionis* ſociis ſp
iniecíſſe, & quidem verbis ſub *Electoris* fide int
venientibus. Neque fidelem hanc ſocios conf
mandi rationem diſplicuiſſe *Catholicis*. Ut ma
approbari cœperit.

Ian

n, ſecundùm *DEVM*, nullum ſupereſſe du-
, ſi *Cæſari* quoque placabilitas, ac ratio tanti
momenti rebus per *Imperium* uſitata, placere
, neque pacis, ac concordiæ, ſtudium exulet:
um, ut, ſuſcepta amica tranſactione, lis com-
ſecuraque pax, ac confidentia, ſtabiliri, rena-
e, queat.
go rigido, ac ſevero, executionis genere mul-
s *Ordinum Proteſtantium* exerceri cœpiſſet, è
larum cumulis innoteſcere. Toties ſe, à *Cæ-*
medium petentem, fuiſſe fruſtrà. Ità ſen-
vos, ac maiores, ſuos, *Pacificationem Religio-*
ò uſque accuratè, ac molliter, tractandam
e. Ne ex altercationibus amitteretur pax,
ioque ſubintraret. Iam verò è diametro in-
as, atque oppidò graves, emergere dedu-
es. Quibus pax *Religioſa* in diverſum, neque
am auditum, torqueretur ſenſum. Ut, ſi mo-
ri poſſit, *Ordines Evangelici* omninò exclude-
r. Quę, ne fors perfunctoriè dicta videri que-
legatis, executioni præfectis, ſub illis ipſis a-
s, pro medio decidendi, etiam allegari cœpiſ-
cundùm *Imperii* conſtitutiones, ius poſtulare,
uiſque quomodocunque accuſatus, occur-
actore legitimo, ſufficienter ut audiretur.
viam *DEVM* omnipotentem ab ipſis mundi
abulis tenuiſſe. Hunc, iuxtà iuſtitiæ ſancti-
iem, proceſſum formâſſe. Ut nemo vel in re-
enuiſſimis, multò minùs id genus graviſſimis,
irca ipſius formam, curſumque, proceſſus, q̃.
ta cauſſæ, præcipitari debeat. Ut, vigore legũ
ianearum, omnis ab actionib⁹ dolus, ac fraus,
re iubeatur. At, illis inſuper habitis omnibus,
es *Evangelicos* admodùm præveniri. Pari ope-
atos ſive *Aulicam*, ſive *Cameralem*, ut vocant,
endentiam cõtemnere. Immò proceſſus for-
ſic quidem ſuſque deque, & querqueros, ut e-
neris actiones in *Imperio*, benè conſtituto, ha-
is, prę ſertim in rebus momenti graviſſimi, au-
ſuvenerit nunquam. Videret igitur *Cæſar*,
um iuribus pugnare omnibus. Adeóque vim
re legibus fundametalibus. Sub quibus *Cæſar*,
veniente iuramento, promiſiſſet, ſe cauſſas
cunque forenſes nequicquam turbaturum,
urſum illarum permiſſurum eſſe liberrimum.
ilominùs, eò uſque deventum eſſe, ea ſcilicet
nnia, quæcunque intrà *Tranſactionem Paſſavi-*
& *Pacificationem Religioſam*, incluſivè bona in-
pì contigiſſet eccleſiaſtica, ſub dicta *Religionis*
haud contineri dicantur. Cùm tamen hoc
llarium nunquam veniſſet in diſceptationem.
tiam *Pacificationis Religioſæ* verba rem ſecùs de-
nt, per ſe lucidiſſima.
Illis accedere, tanquam ea bona eccleſiaſtica,
quibus clericos nonnullos ad tempus, abſque
tamen ſive adminiſtratione, ſive *Religionis* ex-
ndæ facultate, ex mera miſericordiæ conte-
one, tolerari uſuveniſſet, ad *Pacificationem Re-*
ſam haud ſpectent. Cùm tamen *Pax Religioſa*
um ipſum, ſive alienationem, reſpiciat. Dùm
irùm *Monaſteria* à *Proteſtantibus* occupantur;
ogatoque exercitio *Religionis Catholicæ*, alios ad
revocantur.
Quid ſub invaſione *Cœnobiorum* per *Ducatum*
nſvicenſem acciderit, tametſi illa antè *Tranſa-*
ctionem Paſſavinam occupata fuiſſent; querelas do-
cere. Quid cum *Stolbergico Comite*, ſuper *Ilſenburgo*,
& *Drebecco*, *Cœnobiis*, antè prædictam *Tranſactionem*
in poteſtatem ſecularem redactis, actum ſit, anteà
ſe *Cæſari* ſignificâſſe. Idem *Hohenloo Comiti*, ſuper
Oeringano, & *Schafershemiano*, eveniſſe. Tametſi e-
nim *Cœnobium* utrumque longè antè *Pacem Paſſa-*
vinam ullam, interceptum fuiſſet, nihilominùs iã,
citrà exſpectationem, ſub præfixo termino, reſti-
tutionem *Comiti* cœpiſſe iniungi.

Eiuſdem commatis poſtulata *Antiſtitæ Quedlin-*
burgicæ, itemque *Bremenſi Archiepiſcopo*, obiecta eſſe.
Qui verò ſermones ſuper *Archiepiſcopatu Magdebur-*
gico diſſeminati eſſent, ſcripta, in medio extantia,
abundè teſtari. Iam verò *Auguſtum Ducem*, filium
ſuum dilectum, ab initio in *Coadiutorem*, ſub cer-
ta promiſſione de ſuccedendo, mox in *Archiepiſco-*
pum, ab univerſis, ut vocant, *Capitularibus*, ordine
poſtulatum fuiſſe. Quibus de antè *Cæſarem* eru-
diiſſet. Eapropter *Electorem* ſecurum eſſe, fore, ut
Cæſar adverſi quiddam in *Electoralem* familiam ſuã
non decernat. Sed tàm maiorum ſuorum fidelia,
utiliaque, officia, quàm merita propria, abundè
præſtita, ad animum admittat. Eorumque omni-
um intuitu, iuxtà legem æquitatis, rationibus ſuis
non adverſetur.

Quid *Halberſtatenſi* ſub *Epiſcopatu* tentatum eſ-
ſet, cum dolore intelligi. Quo pacto cum *S. P. Q.*
Auguſtano, *Confeſſionem* cognominem profitente,
etiam contrà *Pacem Religioſam*, res ad executionem
ſpectâſſet, deductiones ſuas ampliſſimas perhibe-
re. Tàm inſolens factum hactenùs in *Imperio* non
auditum eſſe. Tantùm abeſſe, ut excuſari poſſit.
Iampridem, ampliſſimis ſub codicillis, ſeſe remon-
ſtrâſſe, tametſi *Epiſcopo Auguſtano* cum unà, vel al-
terà, intrà civitatem, parochia, *Confeſſionem Augu-*
ſtanam exercente, lis eſſet; nihilominùs civibus
Exercitium Religionis, à tot annis celebratum, eripi,
aut violari, non poſſe. Ut vel ob id gravandi non
veniant: *Pacis Religioſæ* fundamenta tàm clara, tàm-
que immota, proſtare, ut id genus novitates non
admittant.

Guolfgangum-Guilielmum, *Ducem Palatinum*, eam
quidem ſeveram in fratrem exercere executionẽ,
ut excuſſâ tàm naturali, quàm principali perſonæ
dignitate, præter legem *Pacis Religioſæ*, liberum
Religionis exercitium ad aulam ſaltèm, aulicoſque,
reſtringere conatus ſit. Eius generis exempla in
Imperio extrà ordinem extare. Ut etiam *Oldenbur-*
gico Comiti par ferè novitas intentata ſit.

S.P.Q. Suinfurtenſem, in cauſſa *parochiæ*, & *Car-*
melitanorum Cœnobii, non obſtante cauſſæ bonita-
te, aliaſque *Civitates* complures, infeſtari cœpiſſe.
Neque illa *Cæſarem* fugere. Querelis in publico lo-
quentibus.

Eò rem rediiſſe, ut tàm ſeveris id genus proce-
dendi modis, quàm periculoſis ſermonibus, diffi-
dentia in immenſum augeatur, animi inflammen-
tur, omniaque ferè ultima exſpectanda ſint. Ni-
ſi malo caveatur. Et, contrà pacta, atque tranſ-
acta, *Ordines Evangelici* ampliùs haud affligan-
tur.

Hæc omnia *Cæſari* in oculis eſſe: *Pacificationem*
tàm *Religioſam*, quàm *Secularem*, eſſe *Rom. Imperii* &
fulcra, & vincula, adamantina. Super quibus *Im-*
perii

perii ſalus fundaretur: Iiſdemque conſervaretur. Illa vincula eſſe indiſſolubilia. Utpote, quibus mẽbra cum capite unirentur. Declarationibus, in cõtrarium emergentibus, locum nullum habentibus. Idque ex lege. Qua hoc pactum fundamentale reſcindi nequeat.

Dùm itaque *Elector* leges fundamentales, aliaſque *Imperii* conſtitutiones, tàm ſtrictè obſervaret, *Imperii* luctuoſum ſtatum, periculoſaſque convulſiones, & quid indè metuendum ſit, humilimis verbis indicaret, inſtantia tropica prædiceret, ſuæque *Confeſſionis* ſociorum piam cauſſam ageret, hæc omnia fraudi ſibi eſſe non oportere. Semel ſe *Cæſari* omnem obedientiam, amorem, fidemque, debere. Ex adverſo, ut ergà *DEVM*, quà agnitâ fidem, conſtantiam probet, eiuſdemque nomini ſanctiſſimo devotionem debitam præſtet, & quæ honori divino danda ſunt, det, illud ex eo rerum eſſe genere, quæ conſcientiam, animæque ſalutem, concernerent. Ut meritò hanc pietatem, uſque ad extremum vitæ ſuæ halitum, perſeverare teneatur. Ut etiam dulciſſimis liberis illos fidei articulos quàm diligentiſſimè inſtillari curet. Et hanc ſibi mentem, ab initiis motuum *Bohemicorum*, non tàm perſtitiſſe, quàm ſcriptis, in publico extantibus, declaratam fuiſſe, profiteatur.

Secundùm hæc, *Cæſar* in memoriam revocaret, quam cum *Sileſiæ Principatibus*, in rem *Cæſaris*, eiuſque *Archiducalis* familiæ, *Elector*, utpote legatus poteſtate pleniſſimâ inſtructus, tranſactionem pepigiſſet. Dùm illis *Religionis* ſecuritatem, interveniente *Electorali*, fide, *Cæſare* conſentiente, confirmâſſet. Quam autem proceſſus, oppidò contrarius, iam nunc iſtic in *Evangelicos* cuderetur, hoc *Glogoviam maiorem*, *Lembergam*, *Grünbergam*, *Schvveidnitium*, *Schvvibuſum*, *Iaveriam*, *Hirſchbergam*, aliaſque civitates, deplorare, ſub querelis, ad *Cæſarem* delatis. Iam ex animis ſibi dolere, non tàm ſociæ confeſſionis homines, in cauſſa *Religionis*, infeſtari, ſed etiam fidem ſuam *Electoralem*, in rem *Cæſaris*, ex intima animi obſervantia, oppignoratam, protritè haberi, *Sileſiis* agnitam *Religionem* extorqueri, variiſque ſub coloribus has res novas excuſari, velle. Poſt *DEVM*, verbum divinum, animæque ſalutem, nihil ſibi eſſe priùs, quàm ut in dictis tueatur conſtantiam. Hæc enim honeſta, deliberataque, pacta humanæ ſocietatis eſſe vincula.

Iam iuſtitiæ amantiſſimum *Cæſaris* animum dudùm ſe cognoviſſe. Ut pactis, ac promiſſis, *Cæſareis* nihil anteferat. Proindè, cùm non dubitet, *Cæſarem*, modò rectiùs ammoneatur, ad emendationem ſeriam nihil reliqui facturum, inſtare, atque urgere, ſe verbis humilimis, ac conceptiſſimis, dignaretur tandem *Cæſar* multiplices ſuas, & cum fundamento, allegatas, in cauſſa *Religionis*, rationes, cauſſaſque, tanquam mitiſſimus *Imperator*, interiorem ad animum admittere. Eademque operâ, ſi ſeverâ hac lege *Religio* impugnari debeat, quid miſeriarum, calamitatis, neceſſitatis, ultimarumque per *Imperium* difficultatum, ſubſequi amet, deponderare. Ità placatus *Cæſar Edictum* reſecaret, executionibus ſuperſederet, difficultates, erroreſque, inter *Catholicos*, ac *Proteſtantes*, à tot annis exercitos, per vias amicas, inque *Imperio* receptas, è medio tolleret, ac ſic malis, periculiſque, ex fundamẽto, mederetur. De *Sileſiis* idem *Cæſar* ſtatueret pè perturbationibus, in negotio *Religionis*, retur, pactaque violari ne permitteret.

Loco clauſulæ, commodùm ſibi venire in tem, quid hactenùs *Duces Megapolitani* efflaſent. Quorum exilium ſiquidem *Cæſari* foret præcognitiſſimum, ut etiam *Electorale* colleſecundùm ſe, preces interpoſuerit, malle ſ compendifacere. Nihiloſeciùs etiam atque denuò inſtare, dignaretur *Cæſar*, ſuper *Princi*los, clementem iniicere contemplationem, rumque cauſſam diligentiùs deponderare.

II.

Ferdinandi II. Imp. ad Electoris Saxoniæ relas, ſuccincta reſponſio. Quâ Electo tiſponam, ad diætam collegiatam proxi remittitur.

AD prolixam illam, & ſic ſatis accuratam, *perii* querelarum deductionem, qua qu tàm errores militares, quàm *Edicti Cæſarei* rem, audacter accuſabat *Elector Saxoniæ*, *Cæ* terim *Laconicè*, vicem reddere iuſſit. Eò, quòd *diætam* apud *Ratiſponam Collegiatam* indixiſſet, que animis in itinere eſſet. Talibus itaque reſ ſum eſt, *Cæſarem*, quoad primam, ſuper milita oneribus, obiectionem, reponere. Nimtrùm hâc *Electoribus* univerſis, inprimis *Saxoniæ El* quæ interveniſſet neceſſitas, ſignificari curâſſ etiam cauſſę ob oculos poni cœperint, quas ol ceſſitate urgente, præſentis tempeſtatis, ac pe lorum, ratio non admiſerit, quò copiæ ſubit autorari potuerint. Ingruentibus enim impre nibus in *Imperium* hoſtilibus eas aſſcribenda moleſtias. Quibus factum foret, ut dimiſſis legionibus, extemporalibus obviàm iri ſub haud queat. Toties enim nova emerſiſſe fœ toties in hoc *Imperium* conſpirâſſe. Ut, rebu incertis omnibus, ac minimè præparatis, arm mis repellere vix liceat. Hac de re *Cæſari* vix grum fuiſſe, ut molem ſive belli, ſive copiarum aliis illatam, illicò reſcindere potuerit. Ut, gli tibus adhucdùm motibus, ipſe toties laceſſ mederi non quitus ſit. Hancque ad conſumma nem *Electorum* ſuffragiis, operâque, opus habea

Atque illas eſſe cauſſas, quas ob *Cæſar* diæ *Electorale* collegiatam indixiſſet, iterque tàm ptuoſum ipſemet ſuſcipere affectus eſſet. Sub futurum, ut, eo ſub conventu, cooperante di gratiâ, ſuper accedentibus *Electorum*, tanquam *ſaris* conſiliariorum interiorum, præcipuorum *perii* fulcrorum, auxiliis, tantis moleſtiis idon præparari queat remedium. Prout igitur lega intimationes magni non niſi eſſent ponderis, bus extemporali *Cæſar* reſponſo, temporis bre te excluſus, ſatisfacere haud ſuſtineat, ità ſpem futurum, *Elector* ut, intuitu rerum tàm arduar à ſalutari hoc conventu ſe non ſubtrahat, ſed, ſis excuſationibus quibuſcunque, ipſemet co veniat. Quò ſic *Cæſari Elector* fidelis, & optimè piens, tàm conſilio, quàm re, operâq;, manum modare, iuxtàque *Imperii* neceſſitatem, ac ruin ſecundùm *Con-Electores* cæteros, amoliri ſtud Quod ut faxit, iam denuò à *Cæſare* ammoneri.

Su

...er querelis; *Edictum*, per *Imperium* publica-
...oncernentibus, ità eſſe, ut *Cæſar* nullus du-
...uin iampridem tàm *Electori*, quàm legatis i-
...t, è ſcriptis, anteà evulgatis, totius rei ſumma
...uiſſet. *Cæſarem* enim, quo pacto, ad partium
...rationem, tanquam ſupremus *Iudex*, ius di-
...artique læſæ, per ſententiam, ſecundùm le-
...ſamque *Religionis Pacificationem* ſuum redde-
...eatur, remonſtrari cœpiſſe. Ad hoc, ex lege
...*Cæſarei*, ſeſe obligari. Ut *Catholicos Ordines*,
...illorum proprio aſſenſu, iuribus ſuis priva-
...ucat.
...ut autem, ſub ipſis *Executionis* actibus, non u-
...o peccatum fortè eſſet à legatis, hoc ipſum
...ordine imputandum non venire. Sed ità ſen-
...*eſare*, ut emergentibus tot *Ordinum* querelis
...dare velit. Sicque affectus ſit, neminem ut
...ges, ac iura, remotis id genus erroribus, gra-
...upiat.

CAP. III.

...e Electoris Brandeburgici, aliorumque Imperii Ordinum, eiuſdē notæ conqueſtionibus.

I.

...or Brandeburgicus, ſuper regionum ſuarum
...populationibus, itidem conqueritur.

Illo cùm *Cæſaris* reſponſo *Electoris Saxoniæ* legati domum profecti, poſtmodùm, *Electore* iubente, ad *diætam collegiatam* miſſi ſunt. Eam ad diætam ubi pariter invitatus eſſet *Georgius-*
...lmus, *Elector Brandeburgicus*, ſub ſequentibus
...lis, quibus regiones ſuas exhauriri à legioni-
...*æſareis* itidem conqueſtus eſt, quò minùs ex
...*Cæſari* morem gerere, atq; *Ratiſponam* excur-
...oſſit, excuſationem præparavit. Se quidem,
...t, ſuo loco, quàm neceſſarius eſſet *Electorum*
...ntus, facilè diiudicare. An autem ob id *Cæ-*
...ſtituto queat ſatisfieri, non parùm ambige-
...uidem cum illis ipſis, qui eſſent tàm abſentes,
...legibus *Imperii* minùs obligati, tranſigi de-
...Sic ut *Electorum* decreta illos ſtringere neque-
...Nihilominùs gratiùs haud quicquam ſibi ac-
...e poſſe, quàm ſi ſub præſente rerum occaſio-
...*ſari* obſequium præſtare, atq; obſervantiam
...coràm conteſtari, valeat.
...oſteaquàm verò è *Boruſſis* in *Marchionatum* ſuũ
...ti cœpiſſet, perque ea loca iter direxiſſet, quæ
...pulationibus, ac vaſtationibus, ſic quidem
...at corrupta, ut vix ſuas illas regiones agnoſce-
...It iuxtà metuat, ne deinceps illis è locis aulam
alere ſuſtineat, præſertim, cùm de aliis ſuis regionibus, fortè ſimiliter laceratis, parùm, aut nihil, ſibi promittere quitus ſit. Hac de cauſſa *Cæſaris* fidē ſe implorare. Ne, ſi fortè, rebus ſic domi triſtibus, ac confuſis, præſentiam ſuam promittere haud poſſit, *Cæſar* hoc ferret inclementiùs. *Cæſar* itaque *Fridlando* in mandatis daret, militem, abſque graviori regionum concuſſione, ille deduceret. Aut ad minus præfecturas, ad ſedem *Electoralem* proximè ſpectantes, è quibus aulæ ſubſidia ſibi eſſent exſpectanda, liberaret. Iam, per continuos bis octo menſes, in unicam legionem, circiter tercentena *Ferdinandicorum* millia, ſecundùm apodixes, inſumpta eſſe. Ut de aliis difficultatibus, legionumque tā deductionibus, quàm permutationibus, nihil ingerat. E quibus patriæ ſuæ irreparabile damnum ſit illatum. Sic *Francofurtum ad Oderam*, civitatem ſuam, inter cęteras, in militares exactiones, inſumpſiſſe pleraque omnia. Ut iam inſuper menſtruatim *Ferdinandicorum* millenarius à civibus exprimatur. *Cæſar* igitur hunc gratiæ locum ſibi faceret; Et, quò legiones in totum deduci poſſint, tùm ſubditi exactionibus ulteriùs haud fatigentur, largiretur. Ità inter *Cæſaris* adverſarios, *Electoreſque*, atque *Ordines*, fideles, diſcriminationem futuram.

Hoc ſi à *Cæſare* impetrare, ac rationes inire, queat, quibus diætam illam *Ratiſponenſem* inviſere evaleat, tùm ſe quidem porrò ſententiam declaraturum ſuam. Daturumque operam, ut fideliſſimum gratificandi ſtudium, & quàm cupidè *Ratiſponam* excurrere vellet, *Cæſar* ipſo facto poſſit deprehendere.

II.

Aliorum Imperii Principum, Ordinumque, ſuper militaribus difficultatibus, ac faſtidiis, ammonitiones.

SEcundùm illas *Electorum*, *Circulorumque*, querelas, deductioneſque ampliſſimas, à diverſis porrò *Imperii Principibus, Ordinibuſque*, ſuper iiſdē preſſuris militaribus, cumuli loco, emerſerunt ammonitiones, potiùs ad *Cæſareos* conſiliarios, quā ipſum *Cæſarem*, directæ. Ut proclive eſſet iudicare, has illas iſtas querimonias, à *Proteſtantibus* coacervatim ingeſtas, difficulter, abſque colliſione, ac belli proventu, detonare poſſe. Primùm enim (ſicut ſuprà attigimus) moris eſt, ut partes codicillis, accuſationibus, obiectionibus, & rurſus exceptionibus, replicationibus, confutationibuſque, experiantur: Mox armis mutuis decernant. Rarò enim *Magnatum* dividiæ, præſertim qui potentiā, & copiis, valent, belloque aſſueverunt, ſine conflictibus exſpirant. Idem etiam hîc uſuvenit. Sicut patebit in progreſſu. Iam igitur præmonſtrationes illas inſpiciemus. Quæ quidem tales fuere. Nimirùm, aiebant, *Cæſarem*, ex lege officii, fidelibus *Imperii Ordinibus* debere tutelam, ac protectionem. Neque ullum intervenire ſcrupulum, quin *Cæſar* capitulationes, ut vocant, *Cæſareas*, legeſq; *Imperii* fundamentales, ſub iuramento confirmatas, inprimis ſalutares *Religioſæ Pacificationis* conſtitutiones, cæteraſque tàm verbales, quàm ſcripto comprehenſas, declarationes, reſcripta, decreta, promiſſaque, ſanctè velit adimplere. Ex hoc fonte tantò magis emanare, ut

Imperii

Imperii Principes, Ordineſque, quiritare cogantur, *Cæſaris* inſtituto, ac mandatis, minùs ſatisfieri, dū omnia è diametro evenirent contraria: *Imperium*, contra leges, devaſtaretur, fideles *Ordines*, inprimis *Proteſtantes* premerentur. E quibus *Civitates*, dictæ *Imperiales*, omnia ferè paterentur ultima.

Cæſaris quidem adverſitates eſſe cognitiſſimas. Ut neminem non ad iuſtam doloris conteſtationem provocent. Ut neque ullus *Imperii* fidelium *Ordinum* hactenus inſurrexerit. Qui quidem cauſſam ſuam, atque officia, à *Cæſaris* neceſſitate velit ſequeſtrare. Omnes enim ſive operas ſuas, ſive auxilia, fideliſſimè conferre in medium. Interim, ſub hoc neceſſariæ defenſionis negotio, iuſtas emergere cœpiſſe querimonias, dùm, abſque ulla interveniente ſive æqualitate, ſive proportione, iretur in *Evangelicos*, inprimis *Civitates Imperiales*; Non ſolùm impoſitis illæ ut exhauriantur ſub præſidiis, ſed omnis generis exactionibus, ac preſſuris, militaribus, uſque ad ultimum teruncium, ut exerceantur. Hoc meritò partem læſam habere ægerrimè. Quòd, ex lege olim *Pacificationis Religioſæ*, nuperque compoſitionis *Aſcipyrgicæ*, aliarumque id genus declarationum *Cæſarearum*, nulla inter *Catholicos*, ac *Proteſtantes*, ferenda ſit diſcriminatio. Toties *Proteſtantes*, ſub graviſſimis *Imperii* in *Turcos* expeditionibus, ſuperioribus laudatiſſimæ famæ *Cæſaribus*, non minùs fidelitate conſpicua, quàm utilitate fructuoſa, præſtitiſſe officia. Sic ut non vulgaribus exindè condecorari cœperint laudibus. Ut eò minùs invidiam, amaraſque adverſitates, ſint promeriti. Atque hanc ipſam inteſtinam *Imperii* mēbrorum colliſionem non poſſe non diffidentiā ingerere plurimis. Tanquam illud ageretur, quò, *Imperii* diſſolutione procurata, *Proteſtantium* confeſſio eradicari poſſit.

Secundùm hæc, obſervatione videri dignum, nunquam ſub hoc bello, defenſive ſuſcepto, interveniſſe moderationem. Nunquam enim hoſtium vires extitiſſe tàm validas, ut iccircò univerſis *Imperii* regionibus, imò angulis, infundere copias fuerit neceſſe. Illis enim ſub locis, quibus hoſtis metuendus non eſſet, ſic quidem *Principes*, ac magiſtratus, præparâſſe, ac promiſiſſe, ſubſidia, protectoriaque, ut nihil vel ampliùs deſiderari potuerit. Etiam ſuperioribus illis temporibus paulò maiores in *Imperio* ſuſcitatos fuiſſe motus. Nihilominùs modum procedendi illum novum videri, & hactenùs inauditum. Inter cætera enim, obſcurum non eſſe, copias, omne *Imperium* inundantes, ab aliquot annis officii longas egiſſe ferias, adeóque hoſtēm ignorâſſe. Sic milites igitur ſuis ſub hybernaculis immotis ſubſtiterunt paſſibus, tanquā ad *Imperii* perditionē nati facti, immò locati, ac conducti, eſſent.

Illis, conſectarii vice, accedere, multa, immò pleraque, hîc perpetrari licētiā tribunorum peregrinorum, *Cæſare* rerum ignariſſimo. Eò enim impotentiam iſtorum rediiſſe, ut abſque ſcitu, ac mandato, *Cæſaris*, de facto provincias infeſtent, deprædentur, atq; evertant, omnes ut cōtrà iura omnia, tàm divina, quàm humana, agant libidinantiſſimè. Sicque undique & undiq;, impunè debacchentur, tanquam vel in *Imperio* nullus ſupereſſet ampliùs *Imperator*, qui, ſecundùm leges, ius dicere, ſecundū arma, ac potentiam, coërcere, poſſit. Ut unuſquiſque ſive militiæ præfectus, ſive ductor, tyrannulū

ceu quendam repræſentare ſtudeat. Exin ſu[illegible]
re, multa ut pars tribunorum militarium ing[illegible]
emunxerit pecunias. Publicis expenſarum rat[illegible]
bus, atque, ut vocant, apodixibus, rem evider[illegible]
mè probantibus. Iam enim nihil novi eſſe, q[illegible]
Imperii minorum gentium *Ordines*, (videl. ſive
bergam, ſive *Vlmam*) unico aliquo menſe, ultr[illegible]
gintà *Ferdinandicorum* millia, quibus olim tot[illegible]
no *Archidux* alebatur, erogare debuiſſe. Quis
non videat, hoc pacto miſeros inſontes & ſu[illegible]
& ſanguinem, eoſdem per poros deſtillare? U[illegible]
bitari poſſit, an *Cæſar* fortè oppreſſionibus o[illegible]
non indelectetur. Si ſic nunc, & deinceps, ag[illegible]
quid *Cæſari*, quid *Archiducali* familiæ, quid *Im*[illegible]
hęc corruptio expedire poſſit, ob oculos eſſe.
nim *Imperio* operas ſuas navare, ut, fortè ingr[illegible]
neceſſitatis tempore, contrà *Turcos*, barbaroſ[illegible]
teroſque externos *Magnates*, opitulatum ire, ſi[illegible]
ant, ſibi non eſſe integrum: Ità cum *Imperii* co[illegible]
re, ultimum penè agonem exſpectante, comp[illegible]
videri, ut, ſi vis externa ingruat, fatū, interitu[illegible]
quantò ociùs accelerare queat. Si tunc operâ
num opus ſit, nihil à mēbris velut emortuis e[illegible]
ctandum venire. Ut hæc fama tàm *Cæſaris*, [illegible]
Archiducalis familiæ, gloriam, tot laudum eu[illegible]
perfuſam, apud poſteritatem onerare apta ſit.
tùm abeſſe, ut hac via diffidentię ſanguis mitti[illegible]
at. Dùm ſic magis animorum exulcerationib[illegible]
vidiis, convulſionibus, ipſiſque diſtractionib[illegible]
timis, præbeantur fomenta, oleo, ùt loquunt[illegible]
gnibus ſuperaffuſo.

Non ſine divinæ providentię cooperation[illegible]
eo miraculi, evenire, ut hucuſque ſubditi in [illegible]
ſtratus non inſurgant, omnemque obedient[illegible]
tionem excutiant. Si itaque accidat, omnem
dationis ſpem, quâ hactenùs, tanquam nutri[illegible]
to, fuiſſent lactati, exulare, nihil aliud, niſi ſe[illegible]
nes, tumultuationeſq; univerſales, in foribus
Animos enim penuria irritatos, ſpeque omni,
es iniecta, fruſtratos, modeſtiæ, legumque, [illegible]
nas excutere, patientiamq;, à tot annis ſupra
dum, enormiter, & ſine miſſione, læſam, in fu[illegible]
deniq;, ipſamque rabiem, degenerare, cōſue[illegible]
Undè *Imperii Rom.* interitum ampliùs declina[illegible]
ſit integrum: Tot animarum millionibus [illegible]
gladio, deſperatione, pereuntibus. Si ſic enim
potentiæ, luxuriæ, ac nequitiæ, militum fræ[illegible]
non iniiciatur, ſi fidelibus *Imperii Ordinibus* à C[illegible]
nihil tutelę, ac protectionis, exſpectandum ve[illegible]
ſi reſcripta, atque mandata, *Cæſaris* contrariu[illegible]
effectum identidem deduci accidat, idem ab e[illegible]
tu eſſe, tanquam nullum in *Imperio* caput, n[illegible]
Cæſar, ſupereſſet.

Unumquemque magiſtratum, iuxta illam [illegible]
quâ quidem *Cæſari* obligaretur, etiam ſubditis
minùs iuramento aſtrictum eſſe. Si igitur *Cæſar*
perium ampliùs conſervare nec poſſit, nec velit
evitabilem neceſſitatis legem requirere, *Ordin*[illegible]
rationes ineant, quibus *Imperii* reliquias, DE[illegible]
cundante, adversùs devaſtatores tueantur.

Iam *Aulicorum Conſiliariorum* illas eſſe parte[illegible]
eâ fide, quâ *Cæſari* obligantur, etiam *Imperii* ne[illegible]
ſitatem inculcent. Eóque, ſecundùm factas [illegible]
miſſiones, reſpiciant, ac laborent, quò, di[illegible]
moderante gratia, toti tàm *Imperio*, quàm om[illegible]
bus illius membris, univerſalem, ſalutar[illegible]
firma[illegible]

umque,ac perpetuam , pacem redonare ſuſti-
t. Etiam in rebus exigui momenti, ubi inter
ra leviſſima, aut vicinorum prævaricationes
ent in cõtroverſiam, mandatis,interdictisq;,
genus procedendi modis,rem agi conſueviſſe.
ntò magis in hoc ſummè arduo ; totiusque
Imperii ſalutem concernente ; negotio fas ſit
arc,ſudare,proſpicere,quò totius *Imperii*,*Cæ-*
ue, amplitudo,fortuna, ac dignitas, vindicari
it. Quod ſi nunc accidat tàm fideles,quàm ne-
rias, has illas iſtas ammonitiones locum inve-
bene eſſe. Sin minùs,rem omnem DEO ſu-
no illi mundi hujus *Monarchæ* ; committi o-
ere. Neque dubium eſſe, tot undique peri-
ntium animarum milliones illis gemitibus, il-
crymis, illis ejulatibus, in cœlum uſque, ultrà
um confinia,penetrantibus, tanquam è cœle-
lo alembico rurſus deſtillantes, divinæ opis,
iique , guttulas , ipſumque paternæ miſeri-
liæ imbrem , capitibus noſtris ſuperaffuſu-

III.

iæ Aulicorum Cæſaris Conſiliariorum,ſu-
er multiplicibus id genus querelis,ſententiæ,
c deciſiones.

lis nunc ſuper multiplicibus , & effuſiſſimis,
erelarum excurſibus,apud *Aulam Cæſaream* va-
inſentẽtias itũ eſt. Pars *Conſiliariorum* id genus
cedendi modum, tanquam belli, cum exteris
natibus clàm palàm ſeminati ; fructum , indi-
runt. Tanquam id genus conſpirationes,ma-
ationesque,id genus flores,ac proventus,poſt
ahant. Ideòque, cum hic militaris apparatus
cam, ac ſolam, ad defenſionem ſpectet, œcu-
nicâ illâ panacæâ, nimirùm patientiâ, opus eſſe.
rim , remedium aliud regium, ac ſalutare, ad
um eſſe,nempè diætam *Electorum* collegiatam.
anc ergò reſpiciendum. Ab hac curam com-
nis mali exſpectandam, venire.
Pars *Ordinibus* ipſis, eorundemque legatis,cauſ-
aſſcripſerunt , quàm ob modus procedendi
ſperari cœpiſſet. Illorũ enim fuiſſe, temporius
gilare. Atque, ne quid ejuſmodi eveniat,pro-
ere. Alij, & quidem *Conſiliarii*, dicti *Aulici Im-*
ales, hanc, antè præparatam , attulerunt excu-
onem. Videlicet has actiones ad *Reappellatio-*
i, *Conſcientiæ*, & *Militare*, dicaſteria, pertinere.
hilo-minùs ſeſe ad diligentem , atque exactam,
ulcationem nihil reliqui feciſſe. Ità ut etiam,
cum periculo, moleſti cœperint eſſe interpel-
ores.
Alii hanc eſſe τιμωρίαν , peccatis hominum de-
am, prodiderunt. Ut hæc omnia , DEO per-
ttente , flagelli loco , eveniant. Atque ex
numero ajunt fuiſſe. *R. E. Cardinalem* , *Cle-*
um. Illum enim vel ſic quidem divinâſſe , ſi-
idem neque *Cæſari* , neque *Conſiliariis* ſecretio-
us , cæteriſque , neque cuiviſcunque , extrà
dlandum , alteri , flebilis iſta *Imperii* tempeſtas
et ordine tribuenda , utique neceſſariò τὸ θεῖον
ad intervenire. Non enim hominem , ne-
m *Chriſtianum*, illum eſſe, cui tàm multiplices
tàm urgentes,quærimoniæ præcordia non emollirent.

Non-nulli, ad rem , veritatemque ipſam, proximè accedentes , remotâ laciniâ , ſic nudam produxerunt *Danaën* , ſcilicet, paucorum, & quidem privatorum , has illas eſſe inquietationes. Ut tàm odium *Religionis* , quàm privati commodi velificatio , in partes veniant. Et illi quidem, ſub ſequentibus corollariis , pronunciâſſe notati ſunt. Videlicet , *Cæſarem* ; ſecundùm leges, juramento confirmatas , teneri ad conſervandam ſalutarem *Imperio* pacem. Actiones ; per *Imperium* introductas ; è diametro impugnare pacis publicæ ſanctitudinem. Neceſſariò igitur requiri ; inſolentiæ id genus ut recidantur. Nihilque adverſus capitulationes , ut vocant , *Cæſareas* deſignetur. In conſpectu eſſe , quàm totum *Romanum Imperium* ultimam ad deſolationem ſpectet , atque in vicinia mortis laboret. Neque multùm abeſſe , quin , juxtà *Electorum* , *Principum* , *Ordinumque*, τὰ προγνώςικα, poſt tot angores, tot lamentationes , res ipſam ad deſperationem devolvi , difficultateſque inexplicabiles inferre , queat. Pacis opus eſſe profundæ ſecuritatis plenum. In bello omnia , ipſumque eventum, incerta ferri. Si *Cæſar* ; inſtante ſub ſenecta , *Imperio* pacem reddat ; tunc duplicem illum fructum emergere. Nimirùm , pacatum *Imperium* , provinciaſque hæreditarias florentes ; poſteris relinquere. Juxtàque , ſi *Imperii* devaſtatio præcaveatur, ab *Archiducali* familia invidiam propulſare.

Iſtæ cùm fuiſſent quorundam, non peſſimè ſentientium, rationes, pro *Imperio* pacando , allatæ, nihilo-minùs inſequentibus objectionibus contrà pugnari denuò cœptum eſt. Et quidem à *Conſiliariis* , ut fama eſt, interioribus , atque eccleſiaſticis ; *Cæſarem* videlicet tàm ſuis, quàm *Imperii*, hoſtibus neceſſariæ defenſionis arma opponere. Aliàs mox hoſtes hoc *Imperio* potituros. Maioreſque mutationes exſpectandas , eſſe. Hæc defenſionis arma totiùs in *Imperii* commodum vergere. Ne externorum ſub jugum mittatur. Bellum non eſſe novum. Sed ſuperioris , appendicem ; Ac continuationem victoriarum. Quòd enim hoſtes in defenſionis terminis adhuc - dum perſeverent , ceu lege quadam dictitante, arma hæc proferenda eſſe. Illis adde,rem jam antè ſic deliberari cœpiſſe. Neque ampliùs eſſe integram. Hoſtibus enim conſilia , ex parte *Cæſaris* , jam - pridem innotuiſſe. Quorum rationes ſicubi nunc invertendæ ſint, puſillanimitatem cenſeri poſſe. Ut hoſtium conatus iſtinc roborari accidat. De querelis porrò ac lamentationibus , ſic quidem eſſe , ut *Cæſari* hæc perturbatio nulla ex parte , ſed hoſtibus, aſſcribenda veniat. Deſperationis objectæ mentionem ſic videri comparatam , ut minas in receſſu occultet , ac foveat. Illi verò tàm *Cæſaris* interdictis , quàm validiſſimis illis exercitibus , obviam iri poſſe. Cæteras oblocutiones dubium ſpirare eventum. *DEUM* enim , exercituum *Imperatorem* , etiam deinceps, ſicut hactenùs, *Cæſaris* cauſſæ non defuturum. Bellum enim non , quò dirigatur ab hoſtibus, ſed prout

DEVS juſſerit, excurrere conſueviſſe. Ut eò minùs livor iners æſtimandus veniat. Satius enim eſſe invidiam pati, quàm compaſſionem. Commerciorum quidem rationem non nullius videri ponderis. Interim, hic ut reſpectus rebus arduis, ac graviſſimis, præponderare debeat, abſurdè uſuvenire.

CAP. IV.

Edicti Cæſarei qualitates examinantur, atq; excutiuntur.

I.

Examen Edicti illius Cæſarei à neſcio quo publicatur.

HUc uſque querelarum, ab *Electoribus, Principibus, Ordinibuſque*, dictis *Proteſtantibus*, ſuper tàm diſciplina militari corrupta, quàm *Edicti Cæſarei* executione, projectarum, fuit affatim, atque abundè. Jam de ipſa *Edicti* illius forma, ac proprietatibus, diſpicere fert animus. Non, ut uni, vel alteri, partium plus æquò tribuamus. Sed, ut, ſecundùm hiſtoriæ curſum, rationum, ſive objectionum, ſive reſponſionum, ſive momenta potiſſima intertexamus. Emerſit ergò typis deſcripta, anonymi cujuſdam *Deductio*. Qua ſuperioris illius *Edicti* qualitates paulò altiùs excutiuntur. Summa rei eò tendebat. Nempè, totius cauſſæ cardinem tribus ſub quæſtionibus cardinalibus potiſſimùm verti. Primùm, quid de totali *Edicti* illius proceſſu, (qui quidem tàm ſub ipſis *Edicti deciſivi* formatione, quàm deinceps legatorum, executioni præfectorum, inſtructione, obſervari cœpiſſet) ſecundùm leges ſcriptas, & *S. Roman. Imperii* conſtitutiones, ſtatuendùm veniat? Abhinc, quæ deciſionis, ac ſententiæ, *Cæſareæ*, in ſe, ac quoad materiam, ſuper articulorum, ad *Religionem* ſpectantium, ternario, ſit ratio, ac conditio? Tertiò, ſiquidem proclive ſit *Evangelicos Ordines*, hac ſub tota controverſia gravari, ac periclitari, plurimùm, deponderandum utique eſſe, quibus viis idoneis, ac fructuoſis, id genus difficultatibus remedium inveniri, ac præjudiciis, ut vocant, extraordinariis, occurri queat.

Pro prioris igitur quæſtionis ventilatione, antè omnia in contemplationem venire fori, ut loquuntur, *competentiam*. Sub judice enim adhûc eſſe, An deciſio illa à *Cæſare*, ſive Aulicis *Cæſaris conſiliariis*, proficiſci debeat? Ad hanc interrogationem hactenùs, ab integris quadragintà annis *Confeſſionis Auguſtanæ Ordines* negativè reſpondiſſe. Ut, ſub quibuſcunque *Imperii* comitiis, conceptiſſimis tàm verbis, quàm quer
contràvenerint, ægréque tulerint, cauſſam
gionis, inter cætera, ad *Aulam Cæſaream* trahi v
Hoc nomine à *Proteſtantibus*, ad ſuperioris ævi
ſares, diverſas, eaſque ſolennes, ſub *M. D.*
M. DC. I. M. DC. VII. & *M. DC. IX.* decretas, mi
que fuiſſe legationes. Quæ rectà intercederen
ludq; inſtitutũ abrogari peterent. Antè id tem
ex *Actis* haud liquere, exceptiones recuſatorias
cauſſa *Religionis*, adversùs *Conſiliarios Cæſaris aul*
in comitiis *Imperii*, ab *Ordinibus Proteſtantibus* op
ni cœpiſſe. Immò verò *Proteſtantes*, ſub comitiis
M. D. LXVI. diſſertiſſimis verbis contendiſſe,
quid apud *Aulam Cæſaream* adversùs *Pacificatio*
Religioſam decerneretur. Sed periclitantium i
haberetur ratio. Atque hoc ea de cauſſa tùm
factum, quòd illo tempore *Religionis* contro
ſiæ apud *Aulam Cæſaris* aliquantò lentiùs vent
rentur. Ut vel indè querelis fuerit haud qui
opus. Ut poſtliminiò, ſub *Anno M. D. XC.*
mùm conqueſtio emerſerit. Dùm trium inſi
Electorum ſecularium legati apud *Rudolphum II.*
in querulas erupiſſent voces, quo pacto, cis p
cos annos, cauſſæ tàm *Religionis*, quàm aliæ,
diſcrimine, ad *Aulam Cæſaream* eſſent devol
Sic, ut proceſſus, ceu vocant, periculi pleni e
nârint. Hanc igitur quæſtionem illis ab tem
ribus problematicam fuiſſe. Id eſt, utriuſ
partis rationibus, fundamentiſque, roborat
Quæ omnia hoc loco reproducere velle, ni
ſit futurum prolixum, immò, etiam tædioſ
Breviter. Poſterioribus tandem ſub annis,
nimadverſum eſſe, inter *Imperii Ordines*, eâ ſu
quæſtione, tres numero, & quidem diverſas,
merſiſſe ſententias. Quarum illa eſſet *Cathol*
rum. Et quidem affirmativa. Videlicet, *A*
Cæſareæ juriſdictionem, ſive cognitionem re
omnium, in *Religionis* cauſſa occurrentium, co
petere. Atque hanc ſimulátque in ſententiam
nis paulò ſuperioribus *Rom. Cæſares* pedibus ivi
Ut illam ampliùs cognitionis facultatem ab
la ſuapte noluerint ſequeſtrari. Ex adverſo *P*
teſtantes in ſententia perſtitiſſe contraria. Ut,
Anno M. D. LXXXIV. hunc uſque in diem,
gativam defenderint. Omnibuſque tàm *Imp*
ſub comitiis, quàm diætis collegiatis, ac publi
aliis, ſeriis verbis illam contrà *Aulæ Cæſareæ* p
ſumptionem pugnârint. Sicut ex *Actis* publi
inprimis *Anni M. DC. XIII. comitiis*, eſſet e
dens. Illis ſuperacceſſiſſe ſententiam tertiam,
amque intermediam. Videlicet *Aulæ Cæſareæ*,
cauſſa, *Religionis*, cognitionis facultatem non
que quaque negandam eſſe. Sicut ipſemet *E*
ctor Saxoniæ, *Anno M. DC. VIII.* ſub diæta *E*
ctorali Fuldenſi, illis verbis ſubintuliſſet, ſe quid
pati non poſſe, *Cæſari* juriſdictio, hactenùs re
pta, atque uſitata, ut in diſcrimen vocari debe
Interim, hanc moderationem juxtà adhibenda
eſſe, ut dicaſterio aulico conſiliarii *Religionis* ut
uſque pari numero præficerentur. Quorum co
muni operâ cauſſæ illæ eccleſiaſticæ decidi p
ſent. Atque hanc illam eſſe viam intermedia
quàm *Elector Saxoniæ*, ſub *comitiis Anni M. DC. V*
diſertiſſimis verbis inculcâſſet. Ut etiam ab
dinibus, dictis *Neutris*, hoc propoſitum toties ha
ſegniùs urgeri acciderit.

Pr

·ter illum triplicem decidendi ordinem,non
iſſe, qui hunc velut colophonem inſuper
rent. Nimirùm, *Cæſari* juriſdictionem,co-
nemque, tàm in rebus cæteris omnibus,
cauſſa *Religionis*, deberi. Interim *Cameram*
alem locum eſſe huic cognitioni opportu-
um. Illic enim *Cæſaris* habitare dicaſterium.
nomine *Cæſaris*, faſces, ac ſecures, adeóque
um, regnare. Illic proceſſus, ut vocant,
ari. Illic jus, ac ſententias, dici. Ut etiam
ationis Religioſæ formula, *Cameræque Impe-*
nſtitutiones, evidenter conteſtentur, illic
m præſcriptum eſſe æquiſſimum, quo, citrà
præiudicium, cauſſa tàm referri, quàm de-
ueat.

II.

Præiudicia ex Edicto emergentia.

Tut jam ſententiarum illa quæcunque evin-
cat, nihilo-minùs indubium eſſe,quomodo-
ue hoc ſub competentiæ limine *Edictum* ex-
tur, graviſſima in *Ordines Proteſtantes* redun-
præjudicia. Etenim, ſub hoc *Romano Im-*
neminem inficiari poſſe, ut, inſtar funda-
ti, præſupponendum veniat, *Romani Impe-*
is juriſdictionem, ac potentiam, in diſcepta-
em quidem ocioſam non vocari oportere. In-
n *Cæſareum* illud faſtigium certis legibus fun-
entalibus, utique *Cæſareis*, ut vocant, ca-
lationibus, *Imperiique* conſtitutionibus, ſic
circumſcriptum, ut ſub decidendi *Imperii*
num controverſiis,non immeritò illas ad clau-
veniat reſpiciendum. Sicut ſuperioris æ-
æſares tàm ſponte agnoviſſent, quàm liben-
dmiſiſſent. Hoc pacto deciſionem cauſ-
m eccleſiaſticarum non abſolutè depende-
Cæſaris, vel ſupremi capitis, arbitrio. Pro-
dias apud gentes ſtatus inferret *Monarchicus*.
ùm enim verùm jus, ac prærogativam il-
, certis *Imperii* legibus, ſanctionibuſque,
quam veterrimis conſuetudinibus, cancel-
ue ſingularibus, includi. Ut adversùs hæc
damenta, has radices, *Rom. Cæſar* neque ex-
iri, nedùm *Ordines* onerare, auſit: jura-
nto illius, in limine aditi regiminis præſti-
aliam, ac diverſi ſaporis, obligationem præ ſe
ente.

Quodſi itaque interrogandum veniat, *An*
ano Imperio in cauſſis, *Religionem*, ac conſci-
iam, concernentibus, illis ſolis jus dicere li-
t, qui alterutri *Religioni* ſummo cum fervore
addicti, ità ut, ex odio alterius, non niſi
erſæ *Confeſſionis* excidium, ſi fieri queat,
liantur? Negativè eſſe reſpondendum. Hoc
m contrà æquitatem excurrere omnem. Ut
ab integro ſeculo adversùs illud tàm ini-
um, quàm moleſtum, præjudicium objectio-
us pugnari cœperit. : Cautelis per *Imperi-*
hanc in rem neceſſariis emergentibus. Nam,
nulátque poſt natam *Evangelii* lucem, cùm,
no M. D. XXIX. ſub *comitiis* apud *Spiram*
lebratis, decretum ſatis durum, *Imperii* receſ-

ſibus includendum, emanâſſet; repugnâſſe, *Evangelicos*, hoc fundamento invectos: Illis, in cauſſa; *Religionem*, *conſcientiamque*, concernente, *Iudicis* partes haud competere, qui ipſimet pars litis eſſent. Alteriuſque *Religionis* emolumentum enixiſſimè quærerent. Pari argumento *Proteſtantes* deinceps, & quidem ſub *comitiis Anni M. D. XXX.* adversùs *Cæſarem*, provectos. Tùm *Carolum V. Imperator.* vigente hac diſceptatione, per *Heldium Vicecancellarium, Smalcaldiam* ad *Proteſtantes* emiſſum, inter cætera, hanc quoque controverſiam tetigiſſe. Sicque excuſare conatum eſſe *Heldium*: Super *Imperialis Cameræ Aſſeſſorum* incorruptis deciſionibus eò minùs ambigendum venire, quòd illi ſeverioribus juramenti clauſulis aſtringerentur. Undè non proclive eſſet eos, intuitu *Religionis* propriæ, ſuſpectis uti velle deciſionibus. Hunc ad colorem regeſſiſſe *Proteſtantes*; Id genus juramenta ſuſpicionem, cauſſaſque recuſationis, minimè tollere. Omnes enim in univerſum *Iudices* ſeveris juramenti legibus teneri. Undè factum ſit, ut, ſub *Anno M. D. XXXIIX. Ordines* confœderati *Proteſtantes* inſpectionem *Cameræ Spirenſis*, tanquam *Iudicis* ſuſpecti, publicè repudiârint. Ut etiam ulteriùs dicaſterio illi, è *Catholicis Aſſeſſoribus* conſtanti, cauſſæ ejus cognitionem deferre noluerint. Et hanc quidem *Cameræ* recuſationem, *Anno M.D.XLII.* ſic obtinere cœpiſſe, ut, ſub comitiis tùm *Spirenſibus*, univerſi *Imperii Ordines*, ſuper *Imperialis Cameræ* reformatione concluſerint. Ubi hæc in verba deciſio, ſive *Receſſus* emanavit; Providendum eſſe, unicuique, cujuscunque eſſet *Religionis*, jus diceretur ex æquo, & abſque præjudicio. Pro cujus tùm tàm viſitatione, quàm reformatione, utriuſque *Religionis Ordines* nominari cœperunt. Pariſſimè, *Anno M.D.LII.* ſub tractatione *Transactionis Paſſavinæ*, nec non *Anno M. D. LV.* ſub *Pacificationis Religioſæ* conſummatione concludi uſuveniſſe.

III.

Edicti formulam ſimultatis versùs Proteſtantes plenam eſſe.

DE fori *competentia*, ipſiſque *præiudiciis*, viſum eſt. Sequitur *Edicti* formula. Hanc verò illis ſub verbis aſperis, & invidiæ plenis, conceptam eſſe, (inquit anonymus) ut ipſo intuitu non poſſit non oculos, aureſque, *Proteſtantium* violare. Palàm enim alterius partis *Proceres Evangelicos* inter cætera, vocari turbatores, rerum novarum, noxiarumque, autores, ſpolia exercentes, ſuiſque machinationibus totum *Imperium* inflammantes. Et id genus verba inhumanitatis, acerbitatiſque, plena ejus eſſe commatis, ut à *Iudice* juſto, atque humano, procul abeſſe debeant. Hanc aſperitatem ſi quis eo cum argumento, ſuprà allegato, conjungat, quo quidem *Cæſar* arguitur, juxtà *Pacificationem Religioſam*, eſſe pars litis, ut ob id & partis, & *Iudicis* vicem ſimulátque obire nequeat, patère, hanc rationem geminam haud parùm ſtringere.

Ad hanc objectionem ſequentibus excipere velut conſueviſſe *Catholicos*. Nimirùm antehâc, inquiunt, tàm *Catholicos*, quàm *Proteſtantes*, ſub publicis *Imperii* comitiis *Cæſarem* elegiſſe *Iudicem*. Qui, ſuper *Religionis* controverſiis, ſententiam ferret, atque utramque, quod ajunt, paginam abſolveret. Quam in rem, etiam in terminis, ut loquuntur, ſubmiſſionis, *Cæſaris*, tanquam ſupremi *Iudicis*, officium imploràſſent. Proindè, ſtante illâ ſubmiſſione, *Cæſarem*, ex officio, ſecùs facere non poſſe, quin ultimam, ac definitivam, ferat ſententiam, gravaminibus medicinam adhibeat, inque obedientes, ac refractarios, ſevera ſub executionis lege, animadvertat.

Illius pro refutatione, negativè replicâſſe *Proteſtantes*, nimirùm nunquam purè, ac ſimpliciter, *Cæſaris*, tanquam *Iudicis*, officium ſeſe implorâſſe. Tantò magis abeſſe, ut ſimpliciter, in puncto ſubmiſſionis hærentes, *Cæſaris* definitivam ſolicitârint. Ut ſaltèm illis ſub controverſiis, cuiusmodi è legibus *Pacificationis Religioſæ*, ſecundùm litteram, evidenter decidi quitæ eſſent, *Cæſaris* officium, ac deciſio, implorari cœperit. Ut etjam ipſi *Cæſares* hanc diſceptationem modò non ad *Cameram Spirenſem*, ſed amicam utriuſque *Religionis Ordinum* ventilationem amandârint. Atque horum omnium in confirmationem ſequentes fuiſſe inductas probationes. Nimirùm fundamenta, ex *Imperii Actis*, ad finem *Edicti* allegata, præſertim ab *Annis M. D. LIX. M. D. LXVI. M. D. XCIV. & M. DC. XIII.* accuratiùs examinanda eſſe. Tùm ſimulátq; *Acta* venire inſpicienda. Illudque deponderatione dignum videri, quid illis temporibus egiſſent *Proteſtantes*. Quo ſenſu, & quouſque, ſub *Religionis* controverſiis, *Cæſaris* deciſioni ſeſe ſubjeciſſent.

Jam notatu dignum occurrere, primis illis, poſt conſummatam *Religionis Pacificationem*, (quæ ſub *Anno M. D. LVII.* finiiſſet) comitiis, nihil effatu dignum interveniſſe. Extrà id, quòd modus antedictus allegari cœpiſſet, quo quidem *Religionis* diſceptationes inter utriuſque partis *Proceres* perire jubebantur. Inſequenti *Anno M. D. LIX.* ſub comitiis *Auguſtanis*, à *Proteſtantibus* diverſi generis gravamina moveri cœpiſſe. Inprimis ſuper eo erupiſſe querimonias, quàm ſibi, in cauſſa *Epiſcopatuum*, immediatè ſubjectorum intentarentur, prævaricationes, ac proceſſus, ut vocant, forenſes. Et tùm quidem hanc cauſſam à *Cæſare* ad *Cameram Spirenſem* reiici contigiſſe. Nihilo-minùs à quibuſdam *Proteſtantium* neque hanc *Cæſaris* remiſſionem fuiſſe acceptatam. Sed ità quidem cœpiſſe replicari. Nempe magnam ſuorum gravaminum partem ſic quidem eſſe comparatam, ut diutiùs hanc molem ſufferre vix ſufficiant. Eadem ſic eſſe clara, atque evidentia, ut, abſque ulla deductione alia, vel è nudis *Pacificationis Religioſæ* verbis queant decidi. Jam denuò notatu dignum, atque oppidò deponderandum, emergere, *Proteſtantes* illic de gravaminibus ordine omnibus haud quaquam ſubintuliſſe, ſed de illis duntaxat, cujuſmodi moram ulteriorem non fuiſſent paſſa. Potiſſimùm obſervationem mereri, An *Ferdinandus I. Imper.* eo tempore, ex autoritate *Cæſarea*, illis ſe diſceptatio-

nibus ſuccingere definitivamque ipſe pro[n]
ciare voluerit? Ad hanc interrogationem
ſponderi ex *Actis*, ipſisque verbis *Cæſareis*,
fuiſſent ejuſmodi: *Cæſarem* nimirùm com
tum habere, utriuſque partis gravamina
genere, atque abſque perſonarum, cauſſar
que, denominatione, ſic ſatis prolixè
poni cœpiſſe, ut, ſi ſingula particulariùs e
tienda veniant, tùm & juſto tempore,
berrima deductione, opus foret. Hoc ig
Cæſari æquum rectumque, videri, tot mult
cia, ac diverſi ſaporis, propoſita, digna e
quæ non præcipitari debeant. Ut partibu
trinque, quà leges, faſque piumque, ex æq
ſatisfieri oporteat. Siquidem igitur, ſec
dùm *Pacificationis Religioſæ* canones, *Cæſarea*
meræ Iudices, *Aſſeſſoreſque*, pro executione in
fectum ducenda ſint nominati ordine, C
rem ità ſentire, ſi quem adversùs *Religioſæ Pacis*,
ſe claræ, ac dilucidæ, leges onerari accidat
Cameram imploraret. *Cæſarem* enim illi inj
cturum, quò in caſibus id genus dilucidiſſimis,
ti imploranti, ſine moræ extractione jus dici
beat.

Quid interim cauſſæ fuiſſet, ut tùm *Proteſt*
tibus hac declaratione non ſit ſatisfactum,
quere è codicillis illorum replicatoriis. Nem
rem non ſic ſe habere, ut *Cameram* fugerint.
ut ſub *Edicto* obiiceretur. Sed, quòd potiſſ
gravaminum pars ipſam concerneret *Camer*
Tùm non-nulla moram non ferrent. Ideóq
illud minùs placuiſſe inſtitutum. Sed ecc
dùm hæc *Cæſaris* ſuaſoria non rideret *Proteſtan*
bus, factum eſſe, ut *Cæſar*, priori de ſententia
flectens, aliam viam monſtrârit. Videlic
gravamina illa ſub proxima diæta *Spirenſi*, di
deputatoria, jam tùm indicta, deciderentur. H
illud denique fuiſſe medium, quod *Ordini*
Proteſtantibus diſplicere haud quidem potuiſſ
E quibus nunc dilucеſcat, *Receſſum* iſtorum I
perii comitiorum non id voluiſſe, ut deci
gravaminum omnium ad *Cæſarem* ſpectaret. S
ut *Edictum* præ ſe ferret. Sed totum hocce tù
negotium in ſcopum longè diverſum cœpiſſe
rigi. Sic enim vel è *comitiis Imperii* ſequen
bus, apud *Auguſtam*, *Anno M. D. LXVI.* c
lebratis, evinci. Illic enim, poſteaquam ab
triuſque *Religionis Ordinibus* gravamina in me
um veniſſent, *Proteſtantes* ſic conceptiſſimis ve
bis disjunctivam illam interpoſuiſſe. Nim
rùm, in cauſſis, ſecundùm *Pacificationis Religi*
ſæ clauſulas, evidentibus, ac perſpicuis, dign
retur *Cæſar* ilicet litem per ſententiam deci
vam dirimere. Sin verò eveniat, *Ordinum* gr
vamina minùs eſſe perſpicua, tunc utique,
triuſque partis conjunctis operis, hæc res com
poneretur. Atq; hũc quidem diſtinguendi modu
tantùm abeſſe, ut à *Catholicis* improbari contigè
rit. Ut, ſub limitatione, calculum adjecerin
Sicubi gravamina, paulò intricatiora, è regulis *Pa*
cis Religioſæ decidi nequeant, tunc illa ad *Cæſarea*
Cameram ordine reiicerentur.

Neque ſic etiamtunc ſenſiſſe, *Maximilianu*
II. Imperatorem. Qui cùm noluiſſet finali deciſio
ni manum admovere, tacitè velut in commu

nen

m juris viam digitum intendiſſe videri po-
Sic pares ferè , poſt integrum elapſum
ium , ſub *Imperii* novis comitiis, apud *Ru-*
m habitis, *Anno M. D. LXXVI.* ſuper *Religioſa*
atione, difficultates recruduiſſe. Ubi *Pro-*
es præcipuè in ſequentia iuncubuerint co-
ia. Nempè, *Ferdinandi Imp.* declarationem,
M.D.LV. in cauſſa, *Catholicorum Ordinum*, ſub-
concernente, latam, *Receßibus Imperii*, hujus
nterjungendam. Juxtáque, ſecundùm ean-
n *Cæſ. Camera* pronunciandum, eſſe. Simul-
Auguſtanæ Confeßionis ſubditis, per ditionem
ſem, itemque tractum *Eichsfeldanum*, laboran-
, ſuccurreretur. Quo quidem tēpore quæſtio
per *reſervato Eccleſiaſtico*, acerrimam denique
ſet in diſceptationem. Ut *Proteſtantes* poſtre-
ib codicillis, *Cæſari* inſcriptis, hæc in verba
imperent, Videlicet ſupervacaneũ videri, ad
, vel alterius, partis conſenſum velle reſpice-
Ut *Cæſar* tanquam caput ſupremum, *Cæſarei*
i virgulam interponere poſſit. At, ſuperio-
Edicto, voculam (*IN HISCE*) determinativam
erari. Cujus-modi, loco diſtinctionis, uſi fuiſ-
Proteſtantes. Eam enim denotare præciſè certa
iam, tunc ventilata, gravamina. Ut ſenſus
HISCE, tùm ſpecialiter agit itis, queri moniis,
i ſatis cauſſæ non ſuppeditariut unius, vel al-
s , ſuper partis aſſenſum oculos iniicere te-
ir. Toto eiuſce loci contextu idem confir-
e.

ametſi verò *Ordines*, pro decidendis id genus
aminibus, accidiſſet *Cæſari* hoc, vel illud, ob-
e : nihilo-minùs ad *Cæſarem*, in quantum il-
c tùm quidem admiſiſſet , magis reſpicien-
venire. Indè enim evidens fore , *Cæſarem*
n ab initiis decreviſſe, rem omninò, ſecun-
Pacificationis Religioſæ fundamenta, determi-
am eſſe. Ut ex adverſo inconveniens ſit fu-
m , ſicubi, ſub conſtitutionibus illis tanta
præmeditatione pactis contrà unius, vel al-
s, propoſitum, enovari debeat. Ut ſi fortè,
uſſa *Religionis*, inſtitueretur actio, hæc, in ab-
a *Electorum*, ac *Principum*, ſub tanta *Ordinum*
entium paucitate, non ventilaretur. Ejuſdem
matis eſſe *Cæſaris* declarationem, *VIII. Ca-*
Octobr. Anno eodem factam. Cujus hæc fuiſ-
verba: Præſentes, inquit, conſiliarii, ac lega-
dicarent, ipſi quo pacto *Cæſar* adversùs *Pacifi-*
nis Religioſæ ſanctiones, *Cæſareo* juramento con-
atas , abſque conſenſu unius , vel alterius,
ionis Electorum , *Principum*, *Ordinumque*, ulte-
quicquam ſive decidere, ſive declarare, ſuſti-
. Adde, iiſdem ſub codicillis, *Cæſarem* ſequen-
peraddidiſſe. Seſe, ſuper viis, ac mediis, ordina-
ſecundùm *Imperii* leges, ac Receſſus, ad partes
s ſpectantes, cum una, alteraque, partium, da-
berâ acturum. Unáq; , interveniente ultimâ di-
ntiâ, prout res requirere videantur, etiam ſub
ra officii *Cæſarei* interpoſitione, proſpecturum,
tàm *paci Religionis* ex æquo undique, quàm o-
bus utrinque *Ordinibus*, ſatisfieri queat.

ræter ea , obſervatione & illud dignum eſſe.
n eodem anno, iiſdemque ſub comitiis, *Cæſar*
olicos, ſub decreto, *V. Calend. Sembr.* lato, offi-
ui ammonuiſſet: Unáq; inculcâſſet, *Ordines* u-
trinque mode rationibus darent operam. Et id genus actiones omni induſtria declinarent, qualeſcunque odioſis erroribus, colliſionibusque, præberent auſam.

Ex illis nunc *Imperii* comitiis, actionibus, ac Receſſibus, longè diverſam emergere concluſionem, atque ſub *Edicto* publicari cœperit. Tantùm enim abfuiſſe, ut partium alterutra deciſionibus illis univerſalibus tùm ſeſe ſubmiſerit. Ut neque ipſimet ævi ſuperioris *Cæſares*, hac ſub cauſſa communi, jus dicere præſumpſerint.

Jam, quæ fuerint inſequentium *Cæſarum*, hac eadem ſub *Religionis* diſceptatione, declarationes, porrò, tanquam appendicis loco, ſic quidem fuit ſubjectum. Nempè, eandem extitiſſe *Rodolphi II. Imperat.* ſub comitiis *Imperii*, apud *Auguſtam Anno M. D. LXXXII.* habitis, pronunciationem. *Pacificationem* videlicet *Religioſam* omnes concernere *Ordines*. Sine quorum omnium communi conſenſu, ac ſuffragiis, nihil neque ſtatuendum, neque declarandum, neque de iure cuiusviscunq; remittendũ, eſſet. Sic apud *Ratiſponã*, ſub comitiis, *An. M.D.XCIV. Proteſtantes Aulicorũ Cæſaris cõſiliariorũ*, in cauſſa *Religionis*, procedendi modũ impugnâſſe. Adeóq; ſpeciatim hoc obieciſſe, Nimirũ eo ſub loco *Imperii* cõſtitutiones præiudiciis onerari periculi plenis, *Conſiliarioſq; Aulicos* adverſæ *Religioni* omnes eſſe addictiſſimos. Iſthoc tùm quidem, inter cætera, gravamen præponderâſſe. Magniſque hoc actum fuiſſe conatibus, obſtaculum prædictum quò emendaretur. Tùm aliis non minùs, moram haud ferentibus, iis ſub comitiis, periclitationibus remedium applicaretur. Ut autem univerſalis hæc deciſio ſive ad *Cæſarem*, ſive *Conſiliarios Aulicos*, abſolutè fuerit remiſſa, hoc utique eâ *Actis* non liquere. Ut inſuper *Cæſar*, *V. Calend. Quintil.* hanc adiecerit declarationem, videlicet, ſub id genus gravaminibus, alios tàm ſuperioris, quàm inferioris, conditionis *Ordines* laborare. Ut *Acta* iccircò eſſent excutienda cum illisque, quorum intereſt, notitiæ igitur communicanda.

Quæ gravamina, ſub comitiis *Anni M. DC.XIII.* à *Proteſtantibus* fuiſſent *Cæſari* propoſita, id *Edictum* prolixè demonſtrare. E quibus evidens evaderet, dictos *Proteſtantes* id genus proceſſibus minimè manum ſubmittere voluiſſe. Tametſi enim eo tempore, ſicut deinceps quoque, apud *Cæſarem*, pro relevatione gravaminum, *Proteſtantes* toties inſtitiſſent, propendentibus hanc in rem *Saxoniæ Electore*, & *Heßiæ Landgravio*, nihilo-minùs eam rogationem ad id genus procedendi, modum extendi non poſſe. Cùm neque tùm temporis ſive *Cæſaris*, ſive *Ordinum*, illa fuiſſet intentio. Ut potiùs hac diſtinctivâ *Proteſtantes* ſententiam expoſuerint ſuam, nimirùm quædam gravamina illius eſſe ſaporis, ut *Cæſar*, abſque alterius partis offensâ, liberè queat decernere. Secùs rem videri comparatam cum cæteris hinc indè gravaminibus contradictoriis. Illic enim tantùm abeſſe, ut ſuper his ad deciſionem *Cæſaris* confugerint. Ut præcipuæ querelæ locum id quidem ſibi vindicarit, ſicubi apud *Aulam Cæſaream*, ſuper id genus controverſiis intricatioribus, ſententia

ferri vellet. *Actis* comitiorum *An.M.DC.XIII.* aliiſq; *Proteſtantium* interventionibus, rem manifeſtam facientibus.

Sic uſuveniſſe, *Matthias Imperat.* ut ad *Proteſtantes Anno M. DC. XVII. Heylbrunnæ* conventum celebrantes, hanc in ſententiam, *III.Non. April.* dederit, ſeſe id agere, quò cum *S. Imperii Electoribus*, utique illius conſiliariis interioribus, aut ipſe coràm rationes conferre, aut per legatos amicis legibus familiariter experiri queat. Quò ſic dividiæ utrinque naſcentes aut amicè componi, aut alias per vias, apud *Imperium* ordinarias, ac receptas, aboleri ſuſtineant.

Quæ ſiquidem fuiſſet *Matthiæ Imperat.* ſententia, rationem ordinis monere, ſimulátque ut intelligatur, quæ fuerit ipſius *Ferdinandi II.Imperatoris* ſuper negotio *Religionis*, proceſſibuſque illinc dependentibus, ſuperioribus annis mens. Jam verò, *Anno M.DC.XIX.* hunc *Imperatorem*, ea in verba, per legatum, ad diætam *Proteſtantium*, *Noribergæ* apertam, ſub *Novembri* menſe, confirmare cœpiſſe, ſeſe paratum eſſe, non quidem *Catholicorum* tantùm, ſed utriuſque partis, gravaminibus, ſatisfieri ut debeat. Hoc paulò poſt. *An. M.DC.XX. Electores*, *Principesque*, *Catholicos*, apud *Herbipolim* congregatos, totidem verbis reaſſumpſiſſe. Siquidem, prout haberet *Transactionis Paſſavinæ* diploma, ea huc-uſque obtinuiſſet ſententia, determinationem, ſive deciſionem, *Religionis* controverſiarum non modò ad quoſdam, ſed ad omnes *Imperii Ordines*, adeóque publica *Imperii* comitia, pertinere, proindè illas omnes meritò dictum ad locum remitti oportere, ſtatuerunt. Atque hanc ſuam ſententiam, eo loci in tabulas relatam, haud dubitârunt eodem *Anno*, *III. Non. Mart.* ipſos ad *Proteſtantes* transſcribere. Tandem, ſub *Anno M.DC.XXIII.Cæſarem*, *Electoribus*, aliiſque *Imperii*, nempè *Herbipolenſi*, *Salzburgico*, *Bavaro*, *Heſſo*, *Principibus*, ſuper *Imperii* neceſſitatibus apud *Ratiſponam* convenientibus, *VII.Id.Ianuar.* ſub propoſitionis articulo quarto expoſuiſſe, dicerent, ſententiasque in medium afferrent, quibus modis gravaminibus, hinc inde occurrentibus, medicina tandem fieri poſſit. Ad hanc ſive propoſitionem, ſive interrogationem, ità quidem ſubjeciſſe *Collegium Electorale*, unà cum *Principibus* cæteris. Iſtis, inquiunt, cùm gravaminibus ità comparatum eſſe, ut complures ex *Ordinibus*, quorum interſit, forent abſentivi. Non poſſe igitur, abſque eorum præſcitu, ac ſuffragiis, ſive de rebus ipſis, ſive de modo declarationis, quicquam definiri. Eapropter *Electores*, *Principesque*, præſentes, remedium, quàm ut hoc ſuper negotio omnes *Imperii* audirentur *Ordines*. Dicerentque ſententias.

Illa nunc *Comitiorum*, *Actorumque Imperii*, ſeries, ac continuatio, ſicubi penſiculatiùs excutiatur, evidens fieri, inſequentes articulos ſtudiosè eſſe dependerandos. Nimirùm illis ſub qualitatibus, ab *Edicto* allegatis, illoque ſub procedendi modo, *Proteſtantes* nunquam *Cæſaris* deciſionem ſive imploràſſe, ſive, quâ ferendam ſententiam, ut, ajunt, ſubmiſiſſe. Nedùm querelas illas, ſive gravamina, ſuper quibus *Proteſtantibus* particulariter inferatur præjudium, [...]
temporis, cùm ſubmiſſiones, ut ajunt, factæ [...]
hiberentur, umquàm fuiſſe præcognitas. Ad[...]
Proteſtantes querelas ſuas haud apud *Cæſarem*, [...]
lamque Cæſaream, ſed in publicis *Imperii* comi[...]
ſub præſentia *Ordinum* plerorumque omniu[...]
quorum interſit, propoſuiſſe, malique curation[...]
corrogâſſe.

Ut ut autem pars *Proteſtantium* in puncto ſ[...]
miſſionis purè verſari cœpiſſet, nihilo-min[...]
huc-uſque ab *Anno M. D. LV.* incluſivè, ne[...]
nem præallegatatam id genus ſubmiſſionem [...]
buiſſe ratam. Tanquam per decretum qu[...]
dam *Cæſaris* univerſale totius rei ſumma tot[...]
ter decidi poſſit. Ità, cùm ſuperiores *C*[...]
res id genus cauſſarum cognitiones à ſe rem[...]
viſſent, *Proteſtantes* tunc factis ſubmiſſion[...]
ſi quæ fors intervenerint) haud ampliùs ſte[...]
ſe, ſed renunciâſſe. Hancque actionem oppo[...]
nius in tempus extraxiſſe. Illinc uſuveniſſe, c[...]
præallegatæ ſubmiſſiones, antè annos ſept[...]
gintà integros, ſecundùm *Edicti* deductione[...]
interveniſſent, ut intercà actiones, officii[...]
bilis implorationes, omniaque, *Iuris* media ca[...]
ra, unà cum terminis temporis, juxtà leges p[...]
figendis, omninò, ac prorsùs, exſpirârint. [...]
haud raròper ipſosmet *Roman. Cæſares* decre[...]
ac deciſiones, reſcindi contigerit. Illud ve[...]
dùm allegetur, ab annis ſeptuagintà, *Proteſtan*[...]
ſuper perturbationibus, in cauſſa *Religionis*, lo[...]
gas pertexuiſſe querimonias, potiùs onerare [...]
tholicos. Eo enim ipſo, quòd tot animis oner[...]
flagitâſſent relevationem, nihil verò obtin[...]
valuiſſent: Ut etiam graviores identidem in m[...]
leſtias inciderint, certè rem eſſe deploratione[...]
gnam. Quis enim non videat, res *Proteſtant*[...]
hodieque loco eſſe pejori, cùm *Edictis*, proce[...]
buſque executoriis, jam poſtliminiò ſubiicer[...]
tur, cuius-modi antè non fuiſſent obnoxii. [...]
jam ea, quæ ſuper *fori competentia* laborent, ex [...]
ro officio vellent decidi. Si hic decidendi m[...]
dus, *Ordinum* gravaminibus, in cauſſa *Reli*[...]
nis, medendi, invaleſcere debeat, Cur *Proteſt*[...]
tes ab annis quadragintà *Aulæ Cæſareæ* forum [...]
dentidem declinaſſent? Quid ſperandum e[...]
de illis gravaminibus, tàm generalibus, qu[...]
ſpecialibus? Quorum, ſub comitiis poſte[...]
ribus, atque aliâs, non unica emerſiſſet cen[...]
ria. Veriſimile enim haud quaquam videri, [...]
mnes illas tàm publici extitiſſe ſaporis, ut neq[...]
dem unica certâ ſublevatione, ac medicinâ, [...]
buerit opus. Quis verò non fateatur, *Proteſt*[...]
tes inprimis meruiſſe, ut querela illorum inſpi[...]
retur, curareturque. Iſtos enim, poſt *R*[...]
gioſæ Pacis conſummationem, primos extiti[...]
qui querimonias ingererent. Ità ut huncad [...]
que diem petitionibus tempus extraxerint; [...]
tholicis ex adverſo duntaxat exceptivè experie[...]
tibus. Atque hoc viceverſa, allatis in medi[...]
gravaminibus etiam ſuis, agentibus, quò eo [...]
fine *Proteſtantes* eò citiùs cauſsâ
caderent.

* *
*

IV.

, ac media, proponuntur. Quibus imperii
rdinum gravamina componantur.

Præmiſſis illis innoteſcere, quid de ſubmiſſio-
ıe, ut vocant, vel imploratione officii *Iudicis*,
andum, utique quo ſuper fundamento to-
llius *Executionis* proceſſus ædificetur. A-
nim negari haud poſſe, id genus procedendi
um hactenùs intrà *S. Rom. Imperium* prorsùs
ım, inſolentemque, accidere. Ut ne un-
quidē *Ordinib.* intentari, nedùm ipſis à *Cæſarib.*
obari, cœperit. De viis ergò ordinariis, qui-
d genus caſus, in *Rom. Imperio* occurrentes, a-
t componi, ità eſſe, ut hæc vel *Imperii* Receſſi-
int expreſſæ, vel è *Tranſactionis Religioſæ* codice
ndæ veniant. Eas verò omnes ſequenti fa-
ernario comprehendi. Nempè, illæ con-
erſiæ per amicas tractationes tranſigerentur.
ıt per utriuſque *Religionis* legatos res inſpicien-
lcponderandæ, componendæque, compendi-
:. Extrà hanc amicabilem, ut vocant, viam,
reſſe dicaſterium *Cameræ Spirenſis*.
Ianc enim tàm ſub *Religioſæ Pacificationis* tabu-
uàm cæteris *Imperii* conſtitutionibus, nomi-
. Ut etiam *Cæſar*, ſub ſtipulatione *Cæſarea*,
ulo vigeſimo quinto, fidem dederit, Nullum
nperii Ordinibus, qui quidem de jure conveni-
ıſſit, extrà ordinem juris, forique competen-
, gravandum eſſe. Exulantibus verò duobus
remediis, dari adhûc tertium. Nempè, ut
id genus inſpectio ſub publicis *Imperii* venti-
tur *comitiis*. Sicut ipſimet hactenùs *Catholici*
ım prædictum, pro foro competente, toties re-
noſcentes, illic ſub *comitiis* querelas ſuas pro-
ere cœpiſſent. Ut etiam ſuperiori *Anno*
ıC.XXIII. *Ordinum* gravamina, ſub publica, ac
nni, declaratione, eò rejecerint. Atque hanc
n jam-dudùm, ab ipſa *Cæſarea Camera*, in di-
ſis caſibus, præſertim *Anno M. D. LIX.* &
D. LXVI. obſervari uſuveniſſe. Ut id ge-
obſervationes apud rerum *Cameralium* ſcri-
res, occurrant complures. Ut etiam *Im-*
alis illius *Cameræ*, ab *Imperio* deſtinati, *Viſitato-*
per decretum, *Anno M. D. LXXXIII.* hoc qui-
n particulari curioſitate injunxerint, videli-
in caſibus ambiguis, *Religionis Pacificationem*
Imperii comitiis peti, atque ſub præſentia *Or-*
um omnium ferri, oportere.

V.

ictum an pro Iudicis ſententia, an pro Legis
publicæ declaratione, veniat?

I quis denique ſtatum præſentem altiùs expen-
dat, neceſſe eſſe alterutrum ſequi. Aut enim de-
onem illam edictalem pro *Iudicis* decreto, ac
ıtentia, aut pro declaratione *Legis publicæ*, indu-
que ſanctionis *Religioſæ* interpretatione, haben-
n fore. Utcunque igitur caderet alea, non ſic
n expeditam videri. Si enim *Edictum* veniat
ı ſententia *Iudicis* deciſoria, forumque *compe-*
tentiæ extrà controverſiam verſetur; *Cæſare* juris-dictionē, non legislationē, ſecundùm *Aulæ Cæſareæ* declarationē ferente, neq; ſic rē vacare difficultatibus. Primùm enim omnibus fieri manifeſtum, ad actionem judicialem quamcunque non tàm *Iudicem*, quàm *Reum*, ſed etiam *Actorem* nomine tenùs requiri. Jam verò, antè præſentis *Edicti* publicationem, nullum ſpeciatim *Actorem* nominari cœpiſſe. Ad cujus occaſionem, formalemque juris proſecutionem, tàm gravis, tàm periculoſa, deciſio emerſiſſet. Immò majoris illud videri rigoris: Nempè legatis, executioni præfectis, inter cætera, ſub inſtructionis, ut vocant, canone ſexto, injunctum fuiſſe hæc in verba. Tametſi intrà *Circulos Actor* occurrat nullus, qui quidem legitimo titulo *Cœnobium*, ſive bonorum eccleſiaſticorum quodcunque, petere queat, nihilo-minùs ejus loci *Epiſcopi*, tanquam *Ordinarii*, ceu vocant, partes eſſe, hic ut, tanquam tertius, à *Proteſtantibus* intercepta *Monaſteria* repetat. Illis accedere, *Proteſtantibus*, antè *Cæſarei Edicti* publicationē, nullā *Actionem* ſpecialem, ſine qua, ex lege, nemo experiri poſſit, intentari accidiſſe. Tantò minùs exactam cauſſæ cognitionem habuiſſe locum. Ad hanc quippe requiri *Citationem utriuſque partis*, *Examinationem jurium litigantium*, *Ordinem judiciarium*, *Terminos probatorios*, itemque *Exceptiones*, ac *Replicationes*.

Quanquàm verò *Cæſarea* hoc velit inſtructio, partes, in quas exerceri debeat executio, à legatis citandas eſſe. Nihilominùs ordinaria juris media hîc exulare ferè omnia, proceſſu merè executivo prævalente. Ut etiam brachio militari ilicet tentari velit compulſio. Ità fieri, ut reis, ſi non omnes, ſaltèm potiſſimæ, præcidantur exceptiones. Cùm tamen à *ICtis* pro concluſo habeatur, neque vel *Rom. Imperatoris* eam eſſe autoritatem, ut partibus litigantibus exceptiones ſuas præripere poſſit. Et tametſi cauſſa eò uſque foret manifeſti juris, ut extemporali ſententia *Iudicis* definiri queat illicò, nihilo-minùs aliud leges inculcare. Nempè, ne reo, quicunque ſit, facultas excipiendi, ac defendendi, eripiatur.

Ejuſdem notæ eſſe, legatos, vigore inſtructionis, canone ſeptimo, habere in mandatis, ut, ſi *Proteſtantes*, circà poſſeſſiones occupatas, vel præſcriptionem temporis, vel contractum, venditionem, tranſactionemque, cauſſarentur, hoc utrumque objectum purè rejiceretur. Cùm tamen ne *Rom. Imperator* quidem partibus *præſcriptionis* exceptionem negare, irritamque facere, poſſit. Tùm *contractus*, *venditiones*, *conventionesque*, omniū gentium juribus fundari cœperint. Atque exinde ad nos emanârint. Quamvis igitur objici proclive ſit, id genus *Contractus*, ratione bonorum eccleſiaſticorum, de jure eſſe irritos, vetitoſque, interim, hanc cauſſam adhûc dubiam ſub lite verſari, ordinariâque juris deductione habere opus. Neque hanc rem, abſque ordinario juris proceſſu, damnari, aut ilicet ſub executione cogi, poſſe. Eandem *tranſactionum* eſſe conditionem. Ut nedùm hæ, inauditis partibus, ex officio *Cæſareo*, tolli, delerique, ament.

Sub nono *Cæſareo inſtructionis* canone, inculcari, ſi qui *Proteſtantium* coràm legatis prætendant,

cauſſam,hoc,vel illud, *Cœnobium* ſpectantem,apud *Cameram Spirenſem*, ſive *Aulam Cæſaream*, pendere, ac ventilari, hæc quoque exceptio ilicet rejiceretur. Hoc quoque ejus occurrere generis, ut nullo juris colore probari valeat. Ità enim leges ſcriptas tradere ex adverſo, ut cauſſæ, quocunque ſub foro, ſive dicaſterio, agitatæ, non ſecus cenſendæ veniant, tanquam ſi jam definitiva lata fuerit ſententia. Ut aliò transferri haud quidem debeant. Hanc exceptionem de jure tantarum eſſe virium, ut ipſa etiam ſub executione potenter contravenire, actumque dictæ executionis evertere, ſufficiat. Exempla proſtare in medio. Quibus evincatur, nedùm *Imperatoribus* fas eſſe, litispendentiam, ut vocant, infringere velle.

Etenim *Maximilianum II. Imp. Anno M.D.LXVI.* à *Catholicis* fatigatũ,ut cauſſà *Cœnobialis* inter *Palatinum*, & *Moniales Lavvingenſes*, à *Camera Spirenſi*, ubi pendens erat, aliò transferretur, decidereturque, formaliter, ac negativè, reſpondiſſe, continentiam cauſſæ ſeparari non poſſe. Neque *Imperatori* ſibi licere, *Cæſareæ Cameræ* novas ut leges præſcribere velit. Ut dicaſterii illius judicialis curſum interturbare non affectus ſit. Quæ ratio porrò tàm ex actionibus *Comitum Hannovienſium*, in cauſſa *Cœnobii Solitarienſis*, contrà *Epiſcopum Herbipolitanum*, itemque *Reipubl. Noribergenſis* contrà *Ordinem Equ. Teutonicorum*, legibusque ipſismet, uberiùs extendi quita eſſet.

Ut de eo parùm, vel nihil, aſpergatur, ſicubi præſentis *Edicti* deciſio vim ſententiæ judicialis implere debeat, eam ſpeciali, pleniorique, declaratione opus habere. Sine qua executio locum obtinere vix poſſit. Ut non minùs illud conſideratione dignum occurrat, *Edictum* ſuper *Proteſtantium* ſubmiſſione, petitiſque propriis, fundari. Cùm tamen plus in *Edicto* ſit, quàm in petitionibus, ac ſubmiſſione. Sic ut petitionibus *Ordinum* omninò adverſetur. Siquidem *Edictum* modò non querelis, ac gravaminibus, toties injectis, medeatur, ſed *Ordines*, nondùm auditos, ſic quidem damnet, ut in momento eas poſſeſſiones, quibus pleriſque ultrà hominum memoriam ordine, ac quietè, uti frui conſueviſſent, unà cum pulviſculo, ut ajunt, reddere jubeantur. Jam verò ſententiam petitioni oportere eſſe conformem. Quanquam verò aliquis obniti velit, *Cæſarem*, tanquam ſupremum *Imperii Iudicem*, id genus proceſſus ſolennibus non eſſe alligatum, ut, nuda, ſolâque, inſpecta veritate, de ſimplici, & plano, ut loquuntur, jus dicere, litemque partium definire, poſſit. Nihilo-minùs *ICtorum* plurimos ſic quidem ſtatuere, cùm præmiſſæ partes complures, ad cauſſæ cognitionem requiſitæ ex jure naturæ naſcantur, etiam *Rom. Imperatorem* teneri, eandem inter partes cauſſæ cognitionem quò tueatur.

Secundùm hæc, ſub *Edicto Cæſareo* bis irrepſiſſe voculam hanc, τὸ *notorium*. E qua quidem appareret, *Cæſarem*, *Cæſareoſque Conſiliarios*, ſic ſentire, tanquàm ſingula omnia *Edicti* contenta, jam ſic quidem per ſententiam definita, aliâs eſſent dilucida, perque *Imperium* adulto ſole clariora. Ut ic-

circò, abs re fuerit, formali ſub juris proceſſ
luiſſe defatigari. Ad hanc hypotheſin per d
ctionem ſic reſponderi. Nempè τὸ *notorium* eſſ
plex, aliud facti, aliud juris. Si jam *Cæſaris* ea
ſit, prout ex *Edicto* liqueat, hoc loco rem, *facti*
notorium, manifeſtumq;, eſſe, videlicet con
res *Proteſtantium*, poſt *Religioſam Pacificationem*
ſcopatus, *Monaſteria*, & id genus bona eccleſia
occupâſſe, ut, abſque ulteriori juris proceſſu
in cauſſà ſentẽtia ferri, executioq; exerceri, q
Nihilo-ſegniùs hoc juxtà deponderandum
re, *Notorium* illud *Iudici* non quidem ex ſcienti
præcognitione privata, ſed vigore officii pu
ex actionibus *Ordinum Catholicorum*, cogn
eſſe oportere. Neque verò etiam hoc ſuffice
res hiſtoricè nota ſit, manifeſtaque. Sed etian
ſive facti, tùm qualitates, tùm circumſtantias
examinandas. Quo nomine ſiquidem *Cæſari* b
rum eccleſiaſticorum, à *Proteſtantibus* occup
rum, privatio, non quidem judicialiter, no
evaſerit, ſed ex cõmuni fama, ac notitia, hauſt
tùm qualitates, ac circumſtantiæ, hinc indè va
tes, nondùm ſint vocandæ notoriæ, niſi ante
ter partes ordinario ſub proceſſu tractari, ac
cidari, cœpiſſent, hac de re *factum*, ut vocant,
rium eſſe haud poſſe. Sin verò *Cæſar* ſtatuat, *ju*
eſſe *notorium*, id eſt, *Religionis Pacem* ità claram
nifeſtamq;, in oculos incurrere, ut formalis
proceſſus haud requiratur, ecce! denuò jus, leg
dictitare, *Iure quantumvis notorio exiſtente, nihil-*
nùs juris ordinem eſſe ſervandum. Ut omninò ſic
dem veritas juris obtineat, nullum *notorium*
eſſe evidens, liquidumq;, adversùs quod excep
nibus non minùs prægnantibus iri queat. U
tantò magis, antequàm *Edictum* publicaretur,
res ſeſe habeat, ordinaria, ac probatoria, *Iu*
via fuiſſet neceſſaria. Denique formalem, ordi
riumq;, juris proceſſum vel ſic quoq; omninò
ſe requiſitiſſimum, vel ob id, dùm *Edictum* pœn
per *Imperium* ultimam, atrociſſimamq;, minare
nempè bannum, & proſcriptionem. Ut vel m
mè, cõcurrente pœnæ gravitate, juris proceſſu
formaliùs aperiendus ſit, nedùm ut *Ordinibus*
fenſionis neceſſitas negari debeat. Alioquin
Imperio ſic obtinere, ſicubi inter *Ordines* in re
momenti tenuiſſimi naſcantur diſceptationes
vel jus *venationis* aliquà, aut duos, tresve, *Alpheſib*
periclitari accidat, atq; id genus quisquiliæ occ
rant, ut tùm inprimis ordinaria judiicii via calc
formalisq; litigandi, decidendiq;, proceſſus ſum
cum diligentia iniri, debeat. Tantò magis, in re
graviſſimi ponderis præſentibus, quibus *Ordin*
conſcientia, ac ſalus animarum, nec non ſupre
ordinis jura, ac regalia, tangantur, oporteat ordi
diligenter, atque accuratè, abſque ulla præcipita
tia, hoc juris iter ingredi.

Parùm, vel nihil, jam illud urgeri quanto cu
fervore ab *Anno M. D. LX.* & ſequentibus,
ter *Imperii Ordines*, *Cæſareamque Cameram*, illa a
tata fuerit quæſtio, An in cauſſa *Religion*
ſive id genus caſibus, à *Pace Religionis* depe
dentibus, *Mandata*, ut vocant, *ſine clauſu*
expediri poſſint? Quæ tandem, ſub *An*
M. D. LXXXII. iſtis ſub conditionibus, deci
cœpiſſet, ſicubi, inter cætera, vel *ſequeſtri*, vel *arre*

quuntur, neceſſitas litem moveat. Jam, ſiqui- præſens procedendi modus cum mandatis, ſi- auſula dictis, conferatur, notabilem occurre- ſcrepantiam. Ut aliâs facta, actioneſque, *Pro- ſtium*, antè hominum memoriam, in *Imperio* itæ, ſic quidem ſeſe habeant, ut in illas *Mandata lauſula* torqueri nequeant. Quantò minùs ſi- , atque *Edictitius*, ille proceſſus, omnis cauſſæ itionis exul, quo præcipuæ exceptiones re- antur omnes, in tàm arduis *Religionis* contro- is, prævalebit.

andem, quantumvis inſtanter, ac diſertè, ur- ur ſub *Edicto*, etiamſi abſque *Religionis Pacifica-* omninò eſſet, *Cæſarem* nihilo-minùs, vigore *publicæ*, conſtitutionumque imperialium, câ ritate præpollere, ut adversùs bonorum *Eccle- orum* poſſeſſores, ac ſpoliatores, câ quidem, & râ, lege, experiri valeat. Ut abſque prolixa tem- s extractione, reſtitutionem mandare poſſit. o ex fundamento: Quòd *Cæſar*, ſub ſtipula- e, ac juramento *Cæſareo*, fidem dediſſet, ſe *Or- us* juſtitiam, protectionemque, adminiſtratu- . Nihilo-ſegniùs has rationes itidem laborare. t enim concedatur, bonorum *Eccleſiaſticorum* ipationes, mera eſſe ſive ſpolia, ſive turbatio- nterim hæc non pacem publicam violare, ne- ejus generis eſſe, ut ſub prima, ſicut ajunt, in- ia, ſive ad *Aulam Cæſaream*, ſive *Iudicium Came-* emitti, ſeu referri, tàm poſſint, quàm debeāt. um enim verùm, ſecundum leges *Cameræ*, ad *num Iudices* privilegiatos, ac deciſiones com- ntes, pertinere. Quo caſu diverſa proceſ- formandi formula præſcripta eſſet. Ut etiam *Ordinibus*, qui quidem ſuper ſententia *Iudicis* entur, jus *Appellationis*, ut vocant, patéret li- imum. Sic, ut omnibus exceptionibus, de jure eſſis, uti frui liceret. Ejus-modi verò vias, ac ia, ſub præſenti rigore, *Proteſtantibus* negari o- a. In communi, juris illud quidem eſſe indubi- ne quis ſine prævia, eâque exacta, cauſſæ co- ione, formalique procedendi modo, è poſſeſ- bus, quomodocunque ſeſe habentibus, turbe- tque ejiciatur. *ICtis* etiam hoc fundamen- eò uſque extendentibus, ut, neque *Imperato-* c licere, annotârint.

VI.

Edictum An legis publicæ declaratio ſit?

Uod ſi nunc *Edictum* neque eſſet ſententia ju- dicialis, neque decretum, ſive deciſio, parti- itigantibus data, ſecundùm rationes, ſuprà al- tas neceſſitate quadam ſequi, ſive declaratio- , ſive explanationem *Religioſæ Pacificationis* ha- lam eſſe. Quam quidem *Cæſar* non tàm ex of- *Iudicis*, quàm *Cæſareæ* autoritatis ſupereminen- npertiri cœpiſſet. Ea enim *Cæſarei Edicti* eſſe a, ut *Cæſar* profiteatur, ſe *Cæſareo* officio velut xam declarationem extrahere non poſſe: i- *Edicti* verbis voculam *declarationis* diſertè, ac es, præ ſe ferentibus. Parem *Cæſareæ* inſtru- nis eſſe rationem. Ità enim *Executionis* lega- rticulo ſub decimo, inculcatum fuiſſe, ſicubi bonorum eccleſiaſticorum detentores objicerent, deciſionem præſentem haud quidem opus eſſe ſo- lius autoritatis *Cæſareæ*, ſed ad publica *Imperii* co- mitia ſpectare, hæc illi nullo pacto attenderent, ſed autoritatem, ac poteſtatem, *Cæſaris*, tanquam ſcutum, opponerent.

Inter hæc, ſi illa ſit *Cæſaris* intentio, non minùs varii ac diverſi, generis conſiderationes emergere. Nam ſecundùm leges in genere, non præſuppo- ni, *Rom. Cæſarem* in id genus negotiis poteſtate, ſi- ve autoritate, extrà ordinem uti velle. Ut po- tiùs in hanc ſententiam eatur, *Cæſarem* ſic eſſe affectum, ut intrà ordinariæ poteſtatis can- cellos ſubſiſtere cupiat. Præſertim, ſi interveniant certæ conditiones, legesque fundamentales, cu- juſmodi aliud exigant. Quo pacto *Cæſari*, ſub ipſo *Pacis Religioſæ* codice, id genus declaratio, ſive ab autoritate *Cæſarea*, ſive aliundè proficiſcens, jam- dudùm recidi contigiſſet. Verba enim, notatu digniſſima, hæc interjuncta fuiſſe. Quæ eſſent ferè iſta: *Nempe Cæſar*, & nos (*Ferdinandus Rex*) fide *Cæ- ſareâ*, ac regiâ, tàm debemus, quàm volumus, illa omnia (ſub *Pace Religionis*) præſcripta, ac denomi- nata, ſincerè ſervare, atque efficere. Ut ſuper his neque jam, neque deinceps, ſive ex autoritate *Cæ- ſarea*, ſive colore cujuſcunque nominis, aliquid tentare, facere, ac promulgare, velimus. Nedùm ulli, ſub nomine ſive *Cæſareo*, ſive *Regio*, ejuſmodi a- liquid permittere debeamus.

Præſentis deciſionem controverſiæ ab *Imperii Actis* petendam eſſe meritò. Nam, ſub *Pacis Religio- ſæ* conceptione, ubi *Principum Proteſtantium* legati ſyntagma *Tranſactionis* obtuliſſent, ſequentem ir- repſiſſe clauſulam: Si res ità ferret, ut ſuper articu- lis, ad *Religioſam Pacem* pertinentibus, errores ac controverſiæ, incidant, eo eventu, *Cæſari*, ſive no- bis, nomine *Cæſaris* declarationis faciendæ jus, hiſce reſervamus. Sed hoc reſervatum *Cæſaris*, *Regiſque*, ubi *Proteſtantes* non parùm gravare viſum, eſſet, poſtliminiò, præeunte unanimi decreto, modò non *Pacificationi Religioſæ* haud acceſſiſſe, ſed potiùs verba contraria è diametro ſupponi cœpiſſe. Undè non poſſit non evidens fieri, id ge- nus declarationem, ab ipſis *Tranſactionis* initiis, ex- ſpirâſſe. Atque hoc illud eſſe, quod *Franciſcus Bur- chardus* annotârit, nimirū ſic eſſe, ut, *Anno M.D.LV.* tàm *Cæſar*, quàm *Rex*, ſub juramento condixerint, ſeſe deinceps, in cauſſa *Pacis Religioſæ*, nihil deſigna- turos, neque declaraturos, eſſe. Immò, media ſub *Religioſæ Pacis* tranſactione, *Ferdinandum Regem* nullam poteſtatis, à *Cæſare* indultæ, plenitudinem præ ſe tuliſſe. Sed, ſub declarationibus quibuſcun- que, duntaxat *Ordines* amicè ammonuiſſe, illi aliis, aliiſque, ſub articulis, *Cæſari* propiùs jungerentur. Eandem eſſe *Regis* ſententiam, *III. Cal. Septembr.* totidem familiaribus verbis conceptam. Qua ſuper tametſi ſint, qui magnum ſibi promittant compendium, nihilo-minùs *Ordines* diverſis ab ar- ticulis, *Cæſaris* nomine propoſitis, reſiliiſſe.

Ejuſdem commatis eſſe ſcriptorum *Dillingen- ſium* confirmationes. Eos enim ità ſtatuere, Ut nunquam *Romanus Imperator* hanc ſibi vendi- cârit, ſuper *Pace Religionis*, declarationis id ge- nus poteſtatem, cujuſmodi, inter *Ordines*,

vim

vim legis publicæ obtinere debeat. Ut etiam *Cæſar*, ex interdicto, hoc nequaquam poſſit. Ità *Rodolphum II. Imp.* (quo de ſuprà) ſub *Anno M.D.LXXXII.* tàm de ſemetipſo, quàm cæteris *Imperatoribus* inſequentibus omnibus, conceptis verbis pronunciâſſe, *Cæſarem* nempè, illis ſub articulis, *Pacem Religioſam, Ordineſque* in genere concernentibus, abſque communi partium conſenſu, definire nihil poſſe. Neque ſic conveniens videri.

Quodſi verò *Edictoria* declaratio ſic ſe habeat, ut hæc *Cæſari* de jure competat, adeóque vim *Legis publicæ* obtineat, tunc quoque illius naturam, ac proprietates, à *Pace Religionis* ipſa, diverſas eſſe non ſuſtinere. Jam ab *Annis LXXX.* poſt *Religionis* illam *Tranſactionem*, nunquam in *Imperio* uſuveniſſe, ſi *Ordinem* quemcunque, ſuper transgreſſione *Tranſactionis* prædictæ, accuſari contigerit, ut ilicet, abſque ordinaria, ſufficientique, defenſionis ſuæ deductione, damnari, adeóque in momento injectâ vi militari compelli, debeat. Verùm enim verùm, accuſatos, longè ultrà hominum memoriam, utrinque ordinario inſtituto procedendi modò, decenter audiri, rem ventilari, itemque ordine decidi, cœpiſſe. Ut nulla executionis, niſi in *Imperio* uſitatæ, ratio locum invenerit. Pariſſimè legem *Pacis publicæ*, quà litteram, ſatis haberi dilucidam. Sic tamen, ut hujus violatio pœnam multò atrociorem, quàm *Religioſæ Pacis* transgreſſio, inferat. Actionem enim indè emergere merè criminalem. At, ſine exemplo eſſe, ut etiam in *Pacis publicæ* turbatorem, ex abrupto, atque extrà ordinem, itum ſit, Ut nullus, abſque legitimo legum moderamine, modoque procedendi ordinario, damnari, nedùm executione extemporali onerari, cognitus ſit. Maximè, cùm manifeſti juris ſit, in id genus graviſſimis accuſationibus, non ſufficere, ut factum ſit notorium, ac manifeſtum. Sed, cùm vulgò dicatur *etiam minima circumſtantia variare, jus*, neceſſarium eſſe, omnes ac ſingulæ, facti qualitates, ordine, ac decenter, excutiantur, ac comprobentur. Ut hoc loco haud quidem ſatisfiat, ſi jam, ſub *Edicto Cæſareo*, *Religioſæ Pacis* major quæratur extenſio. Quò ſic, factis in medio nudè extantibus, abſque ulla circumſtantiarum examinatione, illicò proceſſus à condemnatione, ipſaque executione formetur. Sic ſecùs eſſe rem comparatam, ut lex & ſanctio, publica, præexiſtat, tanquam ſubſtantia. E qua hæ poſtmodùm affectiones deducantur. Atque hæc requiſita eſſe ordine obſervanda. Ut ex adverſo reis exceptiones, ac defenſiones, omni jure permitti debeant.

E quibus omnibus jam ordine deduci cœpiſſet, tametſi diciſio *Edictoria* eſſet ſententia ſive judicialis, ſive *Cæſarei officii* declaratio, atq; interpretatio, quid de illis ſtatuendum. Inprimis, quid toto de procedendi modo, qui à limine *Edicti* uſque ad *Executionem* hûc-uſque obſervatus eſſet, ſecundùm leges, conſtitutionesque *Imperii*, cenſeri debeat.

***

VII.

Quo modo Executionis proceſſus ſeſe
beat.

QUoad modum *Exequendi*, partim ſub
allegatum, partim ſub *legatorum Inſtru*
pleniùs deductum, denuò duo venire conſide
da, Nimirùm ipſos *Legatos*, tùm *Exequendi* mo
ab illis introductum. Et primùm de *Legat*
perſonis ſic eſſe comparatum, ut omnes ejuſ
Religionis, nimirùm *Catholicæ* exiſterent. U
quàm hæc quidem *Executio*, *Religionem* con
nens, ſuſpicione haud careat, partim ſuprà
memoratum fuiſſe, partim ab annis quadra
innotuiſſe, quæ nimirùm fuiſſent *Proteſtan*
querelæ, eò, quòd, in cauſſa *Religionis*, ſempe
dines Catholici mitti cœpiſſent. Sicut
M.D.LXXXII. in cauſſa *Aquenſium*, hanc quæ
nem diu ventilari contigiſſet.

Ubi tandem per majora, ut vocant, concl
fuiſſet, utriuſque *Religionis* deputatos eſſe n
nandos. Idem in dicaſterio *Cameræ Cæſareæ* ob
re. Ut, in cauſſa *Religionis*, tametſi legatus nom
tur unicus, nihilo-minùs cauſſa inter duos,
tholicum, alterum, & *Proteſtantem* alterum, a
tur.

Exequendi Modum in illo verti, nempè *Exe*
nem eſſe armatam, manu regia, ac militari, ſin
la ſive exceptione, ſive contradictione,
quam in facto omni jure prohibito, notori
permanente, fieri, adeóque pœnam proſcrip
nis poſt ſe trahere. Quæ quidem res tametſi,
cundùm leges, eſſet ambigua, An merus *Exe*
delegatus poſſit *Executionem* ſuſcipere cum
lentia, & movere arma pro *Executione*? Nih
minùs hoc loco rem aliam, magiſque eſſe
ram. Illa enim *Edicti* finalem habere cla
lam: *Etenim*, ſi (*Proteſtantes*) *Edicto* haud mo
gerant, non ſolùm in pœnam *Pacis Religioſæ*
publicæ, id eſt, banni proſcriptionem, adeóqu
mnium privilegiorum deperditionem ipſo fa
abſque ulla condemnatione, ſive ſententia
hanc ob notoriam contumaciam, incurſuros.
etiam, ſine remiſſione, in eos realem *Executio*
in continenti torquendam eſſe.

Si nunc ſub hac *Executione* non modò *Ep*
patus, ac *Monaſteria*, ſub lite pendentia, repeti
beant, metuendû eſſe, ne pœna, dictæ proſcrip
nis, tanquam ob contumaciam, vi publica mi
ri adversùs *Proteſtantes* injectâ exerceri velit.
mnes enim illos, quibus *Imperii* res, & obſerva
nes, ſaltèm pefunctoriè innotuiſſent, de nec
tate confiteri, quàm hujus generis procede
modus in *Imperio* nunquam obſervari a
diſſent.

Nam ex *Imperii Receſſibus* pateſcere, quid in p
mulſidem eſſe debeat, ſi pœna banni adversùs
perii Principē, *Ordinemq;*, decerni, atq; executi
armata procedi, debeat. Nempè, inter cætera,
tationē pleniſſimā, cauſſę diſcuſſionē, ſententiā
mnatoriā, banniq; declaratoriam, requiri. Ne
hoc huic cauſſæ ideóque patrocinari, dùm
Edicto ſevera illa clauſula irrepſiſſet, uti
Ord

refractarios, ipſo facto, abſque ulla ſenten-
œnam banni irruiſſe. Hoc dubio proculi-
tum eſſe, quò occaſio non deeſſet *Ordini-*
ugnantibus, abſque ulla cognitione cauſſæ,
edendi ordine, defenſionem præcidendi.
ue omnem ab executione auſpicandi.
x præſcripto legum, etiam illis ſub caſibus,
us ſive factum, ſive jus, eſſet evidens, pœna-
promptu irrogari poſſet, nihilo-minùs pro-
Citatione inchoari, &, ſub inſequentis ſen-
declaratione determinari debeat. Exem-
pacis publicæ turbatorum hoc demonſtra-
reus ipſo facto tametſi pœnam banni incur-
ilo-minùs, ſicut paulò ante relatum ſit, or-
udiendus, &, poſt legitimum formatum
ſum, damnandus eſſet. Ut ex jure, ac legibus,
at, ſententiam banni, ſive proſcriptionis de-
ionem, cujusmodi non è turbatione pacis
æ, ſed ex objecta contumacia, proficiſcatur,
terlocutoria habendam eſſe. Ut reus etiam,
ntentiam inobedientiam purgare, adeòque
n executionis ſuſpendere, queat. Immò ve-
c jura largiri reo, ut adhuedùm cum actore,
ſumma rerum, amicis rationibus paciſci illi
Et ſi actor in propoſitam æquæ compoſitio-
m deſcendere nolit, tùm quidem *Iudicem* ſu-
m ex officio ſuper conditionibus cognitio-
njicere poſſe. Secundùm hæc, etiam banni
ne percuſſo ſuppeditari inſuper fundamen-
lelicet *exceptionem nullitatis, præſcriptionis, litis-
itiæ*, ut vocant, & ſimilium. Denique, ſi appa-
n rei publicæ commodum, communiſque
uillitatis provectionem, eſſe, ſicubi proſcri-
tametſi decreta, ſuſpendatur, etiam tùm quo-
Iudice proſcriptionis ſeveritatem præcidi, ac
tti, poſſe. Exemplum *Goslariæ*, aliaque ſu-
ris temporis, in promptu extare.

VIII.

*em, militaremque, executionem hîc locum
on invenire.*

Uoad ipſam denique realem, militaremque,
Executionem, in ſe conſideratam, ſic quidem
ris, ſub articulo decimotertio, *inſtructionem*
cribere. Nimirùm legati copias tàm *Cæſa-
s*, quàm *Ligarianas*, in proximo hybernantes,
n tùm certis mandatis præparatas, require-
, in auxilium advocarent. Adeóque in re-
tarios *Ordines* non tàm *Executionem*, quàm
ni pœnam, exercerent. Etiam hunc rigo-
legibus *Imperii*, *Executionem* reſpicientibus,
rſari. Illis enim modum præſcriptum eſſe,
& per quos, hæ *Executiones* ordine, ac ritè per-
lebeant. Nempè per ipſos *Imperii Ordines*,
ulorumque archiſtrategos, hoc effici oportere.
modus ut in *Imperio* ſive interruptione exer-
poſſet, *Proteſtantes*, ſub comitiis *Anni*
C.XIII. idem datâ operâ publicè urgere cœ-
. Quanquam igitur etiam hoc loco, ſci-
t ſub *Executione* ipſa, à *Cæſaris* ſuprema pote-
, ac ſupereminentia, inferri velit, nihilo-mi-
leges aliud decernere. Ut in particulari

cautum ſit, *Cæſaris*, intuitu plenitudinis poteſta-
tis, haud quidem licere, ut quenquam è poſſeſſio-
nibus ejicere, aut, abſque legitimo *Iuris* ordine,
injecta vi, atque *Executione*, eliminare, poſſit.

Pro coronide, ſuper hac prima, & cardinali,
quæſtione, maturâ conſideratione opus eſſe, ſiqui-
dem *Cæſar* præcipiat *Cameræ*, abſque ulteriori in-
quiſitione, ſuper hac *Edictali* declaratione, ſen-
tentiam ferret: An hoc *Cæſaris* mandatum, abſ-
que *Ordinum* cæterorum operâ, locum habere
poſſit, atque *Camera* teneatur in cauſſis *Religio-
nis*, ilicet morem gerere? Ad hanc interroga-
toriam reſponderi negativè. Inſtitutionibus
Cameræ pro ſe loquentibus. Quibus cautum
eſſet, nempè huic *Iudicio* curſus, ratioque ſua per-
mitteretur. Neque per reſcripta, ſive declara-
tiones alias, tametſi ab ipſomet *Cæſare* profectas,
curſus illius interciperetur. Illis accedere, ſub
prima parte *Inſtitutionum Cameralium*, *Aſſeſſores* ſic
quidem interveniente juramento aſtringi, ne ad
Cæſareas declarationes, ſed publicas *Imperii* con-
ſtitutiones, ac Receſſus, ut etiam leges ſcriptas,
Cæſareas, aliaſque conſuetudines receptas, oculos
conjicerent. Et, ſecundùm illa omnia, ſenten-
tiam ferrent. Interim, hæc cùm interrogatoria
eſſet odii plena, in medio ponendam; Simulátque
rectiori diſcuſſioni reſervandam, eſſe. Ità qui-
dem ſe rem habere, ut, ſecundùm jura ſcripta, *Iu-
dex* ſupremus inferiori magiſtratui legem, viam-
que præſcribere poſſit, qua in hac, vel illa, cauſſa
ſententia ferri debeat. Sed inter *Cæſarem*, *Ca-
meramque*, rationem intervenire diverſam. Eò,
quòd *Camera*, reſpectu *Cæſaris*, non inſtar *Iudicis*
inferioris habenda veniat. Utpote quæ con-
currentem cum *Cæſare* exerceat jurisdictio-
nem.

IV.

*Edicti, quoad materiam, ſecunda ventila-
tio.*

DE priori quæſtione cardinali, videlicet de *E-
dicti forma*, viſum eſt. Sequitur, de *materia*
ut porrò diſpiciatur. Hîc igitur de contentis *E-
dicti*, nempè bonorum *Eccleſiaſticorum*, poſt trans-
actionem *Paſſavinam* à *Proteſtantibus* intercepto-
rum, reſtitutione videndum venit. Jam diver-
ſa ſub *Imperio* occurrere bona eccleſiaſtica, ar-
guitur. Nempè vel ea, quæ *Ordinibus*, dictis im-
mediatis, ſub propria juriſdictione, ſubjecta
forent. Vel, ſub aliorum *Ordinum* territoriis
poſita, nihilo-minùs *Ordinibus Catholicis*, quà ſpi-
ritualia, quà temporalia, ſubjicerentur. Modò
autem de antedictis non laborari. Sed extrà
controverſiam eſſe, illa *Catholicis* deberi. Ut, à
Religioſæ Pacis fundatione, illis lis eapropter non
movenda ſit. Inpræſentiarum, de illis *Præſula-
tibus*, ac *Cœnobiis*, in particulari rem agi, quæ *Ca-
tholicis Ordinibus* nullatenùs eſſent ſubjecta. Sed
tanquam *Cœnobia* intermedia aliis *Ordinibus*, &
quidem *Proteſtantibus*, ſubjicerentur. Eorumque,
quà juriſdictionem temporalem, imperio, ac legi-
bus, ſubditorum more, parerent.

Super

Super hoc nunc articulo, naſci quæſtionem, An, à tempore *Tranſactionis Religioſæ, Ordines* intermedii id genus, *Præſulatus, Cœnobia*, aliaque bona eccleſiaſtica, cujuſmodi ſub territoriis propriis poſita, nullum alium agnoſcerent in ſecularibus ſuperiorem *Iudicem*, occupari, reformari, alioſque ad pios uſus converti, poſſint? Sive, An illi *Ordines*, quicunque ità facere eſſent auſi, *eccleſiaſtica* id genus bona, aliis *Chriſtianis* uſibus deſtinata, jam illicò reſtituere tenerentur? *Edictum* quidem decernere, omninò teneri ad reſtitutionem *Proteſtantes*. Utique qui falcem alienam in meſſem miſiſſent. Sed ingens hoc pacto intentari *Proteſtantibus* præiudiciũ. Ità enim prohiberi velle *Proteſtantes*, tanquam quibus propriis ſub territoriis *Religionem* mutare nullatenùs liceat. Ut ſic omnia illa, quæ, ultrà annos LXX. è Zelo pietatis, pro *Evangelicæ* lucis introducenda puritate, forent ædificata, omninò corruant. An ſic igitur nulli *Ordinum Proteſtantium* integrum ſit vel ſuę *Confeßionis* concionatorem aulicum ſuperinducere? Vel id genus quicquam ſuo ſub territorio enovare? Niſi priùs *Catholicorum*, ſive *Pontificis* ipſius, conſenſum habeant præparatũ? An ſic nova, ac laborioſa, ſervitus *Germanici* ſanguinis *Electoribus, Principibusque*, imponatur? Qui aliâs ſub territoriis ea gaudeant libertate, eo jure utantur, ut regiam etiam imitentur dignitatem? Inprimis ergò eſſe neceſſarium, ut præcognoſcatur, quænam bonorum id genus eccleſiaſticorum in *Imperio* foret ratio. Et an *Pacificatio Religioſa* ità quidem extaret evidens, ut ab ejus incunabulis hûc-uſque nulli *Proteſtantium* fas ſit quicquam mutare, & quidem in *Cœnobiis*, juriſdictioni ſuæ ſubjectis. Quo nomine inprimis veniant deponderanda, quæ à *Proteſtantibus*, adversùs ſuperiorem illam deciſionem, interveniſſent argumenta, haud vulgaria.

Jam, ulterioris fundamenti loco, militare ſanctionem *comitiorum Spirenſium*, ab initiis *Religionis* controverſiarum, ſub *Annô M.D.XXVI.* emergentem. Quæ talis eſſet. Nempè *Ordinum* unuſquisq;, quoad cauſſam *Religionis*, cum ſubditis ſuis eas iniret rationes, quibus tàm *Deo*, quàm *Cæſari*, ſatisfacere quitus eſſet. Jam ex hoc velut fonticulo ſcaturie *Ordinum* libertatem. Ut tàm quà *Cœnobia*, ſibi ſubjecta, quàm vaſallagia, *Religionis* reformationẽ ſuſcipere queant. Hanc immunitatẽ, ſive legem, durâſſe ad annum uſque *M.D.XLI.* Ut hæc reformatio *Proteſtantibus* fraudi non fuerit. Poſtquàm autem eodem anno apud *Ratiſponam* emergens *Imperii* Receſſus hoc in puncto fuiſſet aliquantò obſcurior, *Carolum Imp.* à *Proteſtantibus* interpellatum, circà *Cal. Sextil.* novam erogâſſe declarationem. Nimirum liceret *Proteſtantibus Cœnobia*, intrà patriã poſita, ſub Chriſtiana reformatione ſibi conformare. Quæ cùm ità eveniſſent, interim pupugiſſe hoc *Catholicos*. Ut dubitare cœperint, Utrùm hæc declaratio à *Cæſare* proficiſci potuerit? Et, ſi maximè lata eſſet, utrùm *Eccleſiaſticis Ordinibus* præſcribere, atque in præjudicium vergere, ſuſtineat? Nihilominùs reſcriptum *Cæſaris*, ſive autographum, eſſe penès *Saxoniæ Electorem*. Adeòque eam obtinuiſſe etiam ſequentibus annis autoritatem, ut *Anno M.D.XLIII.* ſub *Comitiis Spirenſibus*, per legatos *Cæſaris*, confirmari cœperit. *Parißimè*, ſub *comitiis Anni M.D.XLIV.* declarationem illam minimè deletam, ſed etiam conſtabilitam fuiſſe. Neque illum *Anni*

M.D.XLIV. Imperii Receſſum præcedenten
M.D.XLI. declarationem *Cæſaream* tollere pc
Eò, quòd illa determinatio, *Anno M.D.XLII.*
in quinquennium cœpiſſet prorogari.

Sic tùm quidem, præeunte hoc fundame
pud *Proteſtantes* immunitatem illam extitiſſe
bitatam. Ut *Ioan. Fridericus, Elector Saxoniæ*
M.D.XLI. hoc velut privilegium per omnes
provincias evulgârit. Simulque ob oculos
rit, eòpte ex fundamento *Electorem* reformat
triũ illorũ *Epiſcopatuũ*, apud *Miſenã, Merſeburg.*
Naumburgũ, in effectũ deduxiſſe. Neq; ſegni
exemplum imitari cœpiſſe *Philippum, Heßiæ La*
vium. Ut pari lege apud *Marpurgum AEdem T*
cam, mediante *Religionis* enovatione, in part
teſtantium Confeßionis tranſire juſſerit. Cujus
mationis rationes, *Anno M.D.XLIV.* publica
codicillis, reddere non dubitârit. Atque hæ
niſſe antè *Tranſactionem Paſſavinam.*

A conſummata *Tranſactione Paſſavina*
M.D.LII. ex qua triennio poſt *Pacificatio Relig*
manâſſet, nihil tùm, ſuper *Cœnobiis* intermec
præjudicium *Proteſtantium*, concludi accidiſſ
eò, tanquam ad ſcopum, collimâſſe omnia, q
ter *Ordines Imperii* ſervatâ æqualitate nulla pa
cauſſa *Religionis*, oneraretur, periclitareturq
dem ſub comitiis, *Anno M.D.LV.* cùm *Pax Re*
coaleſceret, articulum de *Cœnobiis* intermedi
preſsè, ac peculiariter, in tractationem non
ſe; Sicut *Acta* evincerent. Sed illum pro conſ
to haberi cœpiſſe. Præſertim, cùm *Ordines Pro*
tes jam tùm in *Epiſcopatus*, ac *Cœnobia*, ſibi ſub
reformationis ſeveritatem exercuiſſent. P
Provinciales dictos, atque id genus homines *Ec*
ſticos, Cœnobiis præfectos, non tamen nomen *I*
Ordinum implentes, illa ad comitia neque in
tos, neque profectos, eſſe. Ut nedùm vel ſub
ptionibus comparére tentârint.

Totam hanc *Tranſactionem* utriuſque *Reli*
duntaxat *Status*, qui propriè dicerentur *Imper*
dines, concernere. Sic enim eo tempore *Ferd*
dum Regem rem explanâſſe omnem, ut non *O*
in genere, ſed in ſpecie *Ordines Imperii* include
denominare, ſub diplomate, juſſerit. Idem pla
ſe *Ordinibus Catholicis.* Ut, extrà ſolos *Imperii Or*
hæc pacificatio tangeret neminem.

Tandem biennio, à *Pacificatione Religioſa* el
Catholicos reformationes *Proteſtantium*, nimi
quà *Cœnobia*, poteſtati ſuæ ſubjecta, impugnar
cœpiſſe. Sed *Proteſtantes*, litteram *Religioſæ Paci*
ſe allegantes, ſequentib9 *Annis, M.D.LVII. M.D.*
illis occurriſſe. Ut ſic denuò *Proteſtantium* obti
rit ſententia. Immò *Catholici* quoque ipſi, certi
reformationis caſibus, hanc legem obſervâ
pro lubitu *Epiſcopatuum* etiam ſuorum reseno
tes. Neque rursùs hac de re ſaltèm conveniſſe
Proteſtantibus, quàm *Catholicis*. Ut etiam *Cæſar* h
in ſententiã diverſos ad *Ordines* reſcripſerit. V
in cauſſa *Palatini Neoburgici*, contrà *Epiſcopum B*
bergenſẽ, & aliis, uſuveniſſet. Porrò, ab *Anno M.D*
hûc-uſque, inter *Ordines*, in cauſſa reformatio
utrinque varias itum eſſe in tranſactiones. Cu
modi non tàm à *Cæſaris* legatis proponi, ſed et
à *Cæſaribus* ipſiſmet, confirmari, conſueviſſen

Interim, *Catholicos*, *Anno M.D.LIX.* ſuper q
rundam *Cœnobiorum* reformationibus, conq

cœp

ſe. Nihil-ominùs illorum tùm factam fuiſſe
onem, cujuſmodi non meræ *Proteſtantium*
tati ſubjecta forent. Sed duntaxat jus pro-
nis recognoſcerent. Hoc enim *Leonhardum*
bium, Conſiliarium Archipalatinum, conteſtari.
ic quidem annotâſſet. Se è vetuſtis *Electoratus*
ni adverſariis, de *Annis, M. D. LV. M.D.LVIII.*
D.LXVI. didiciſſe, nimirùm, ſecundũ illas ob-
tiones, *Pacem Religioſam* inculcare *Proteſtanti-*
anus ab illis *Cœnobiis* abſtinerent, quæ *Imperii*
es aut eſſent, aut ad *Imperii Ordines* ſpectarent,
tiam ſub propria juriſdictione continerent-
ic, in quæ bona *Eccleſiaſtica, Princeps*, vel *Ordo*
ii, juriſdictionem, poteſtatem, electionem, confirma-
n, itemque *protectionem* & conſimiles actus,
l ab antiquo exerceat, in illis omnibus refor-
onem introducere non licere. Ex qua theſi in-
poſſit, Ergò illis *Ordinibus* libertatem refor-
onis concedi ex adverſo, qui jura id genus ex-
rent. Eundem alibi ſic ſubjicere. Communem
luiſſe opinionem, *Proteſtantibus*, ex lege *Pacis*
ioſæ, etiam poſt *Tranſactionem Paſſavinam*, inte-
n eſſe, in *Cœnobiis* reformationes ut ſuſcipiant.
ſub hac exceptione. Ut *Cœnobia* ſub ditioni-
illorum contineantur, Adeòque ſecularem il-
illa juriſdictionem exerceant.

Quanquam verò prætendi velit, *Proteſtantibus*,
Religioſam Tranſactionem, occupationem *Cœno-*
um omninò interdictam eſſe. Ut è littera ipſius
ſactionis hoc liquidò ermergat. Nihilo-minùs,
r cætera, contrarium exinde colligi, quòd, ſub
is M.D.LIX. & *M.D.LXVI. Dicaſterium Camerale*,
r hoc articulo, majorem petiiſſet dilucidatio-
. Verbiſque conceptis conteſtari cœpiſſet, ſe-
per genuino, ac gneſio, intellectu, adhûcdùm
dere. Prout hanc in rem diverſa, atque hetero-
ca, præjudicia apud *Cameram* uſuveniſſent. *Ca-*
cos quidem contravenire, tanquam poſtlimi-
dubium illud *Camerale* è medio fuiſſet ſubla-
. Eo ipſo tamen tacitè inſinuari, rem fuiſſe con-
verſam. Et quæ neque è contextu, vel littera,
is Religioſæ, nedùm è ſenſu ejus, percipi potuerit.
em eveniſſe ſub comitiis *Imperii An. M.DC.VIII.*
n enim tùm, ſuper *Pacis Religioſæ* cõfirmatione,
retur, *Catholicos* inſtanter urgere cœpiſſe, hic
culus omninò quò dilucidaretur. Sic ut *Cœno-*
omninò forent reſtituenda. Sed totidem verbis
titiſſe *Proteſtantes*. Indè *Cæſarem*, mediam viam
cando, ſic ſanxiſſe, Nimirùm *Pax Religioſa* per ſe
nfirmaretur. Objectiones verò utrinque allatæ
aliud tẽpus rejicerentur. Undè liqueat, eo quoq;
npore, *Cæſarem hunc* articulum tanquam obſcu-
n, ac controverſum, habuiſſe. Ut non minùs ex
is evincatur, *Ferdinandum I. Imp. Anno M. D.LIX.*
onuiſſe *Cameram*, ne ſub id genus caſibus ſenten-
m illicò ferrent.

Carolum V. Imp. legatis ſuis, *Anno M. D. LV.* ad *co-*
tia Auguſtana profecturis, id genus inſtructionẽ,
vocant, præſcripſiſſe, ſecundùm cujus tenorem
ligioſæ Pacis ſyſtema formaretur. Nempè provi-
rent legati, ne ſub *Pace Religioſa* clauſula ſpecialis
cluderetur. Sicut antè, ſub *Imperii Receſſibus, Anno*
D.XLIV. uſuveniſſet. Illic enim cautum fuiſſe, *Ec-*
ſiaſticis quò penſiones, ac reditus, *Anno M.D.XLI.*
oſſeſſi, redderentur. Hunc illum vocavit *Imperator*
opulum, quo ſuperiora bonorum eccleſiaſtico-
rũ ſpolia modò non aſſererentur, ſed via *Proteſtan-*
tibus aperiretur, quâ *Religioſos* denuò ejicerent. Atque iſthinc perſpicuum fieri, *Cæſarem* colliſiones datâ operâ præcidere voluiſſe. Ut, abſq; exceptionibus, ac clauſulis, particularibus, in genere juſſerit *Pacem Religioſam* confieri. Eo modo, quo antè *Tranſactio Paſſavina* coaluiſſet. Hanc viam, hoc præceptum, ſicubi legati *Cæſarei* tùm obſervaſſent, potuiſſe multis anſam præcidi digladiationibus. Admonitione verò *Cæſareâ* locum non inveniente, ſed ſub clauſulis illis *Pace Religioſa* reſtrictâ, jam id genus ſiniſtrum inſequi cœpiſſe eventum, qualem *Cæſar* tùm, pro ſua ſapientia, diu antè prævidiſſet.

Sub *Imperii comitiis Ratiſponenſibus, An. M.D.XCIV. Ordines Catholicos* diſertiſſimis verbis in querelas prorupiſſe, ſuper eo, quòd, in cauſſa bonorum eccleſiaſticorum interceptorum, apud *Cameram* de jure ſibi experiri negaretur. Indè eſſe, ut tùm temporis hæc res multò extiterit incertior, atque obſcurior, quàm adverſa pars perſuadere voluerit. Etiam ſuperiores *Rom. Cæſares* hac ſuper re dubia ſententiam ferre recusâſſe. Ut partim ad œcumenica *Imperii* comitia, partim ad juris viam ordinariam, partim denique ad compoſitionem amicabilem, hoc, quicquid eſt, rejecerint. Immò antè *Edictum* præſens *Cæſareum*, articulum, quoad occupationem bonorum eccleſiaſticorum, adhûc-dum ſatis videri extitiſſe incertum, ambiguumque. Dùm *Cæſar* jam tandem eam quidem tuliſſet poſtliminiò declarationem. Simulque *Cameræ Cæſareæ* injunxiſſet, ſuper hac in poſterum deciſione ſententiam dicerent.

Præterea, detentores *Cœnobiorum* id genus jam, à ſexagintà annis præter propter, quietam allegare poſſeſſionem. Immò bonam fidem ad minùs præſumptivè, ſicut & titulum, ſi non verum, putativum tamen, præ ſe ferre. Sic, ut ab ipſis primitivæ reformationis incunabulis, poſſeſſorum in numero haberentur. Tametſi verò hæc poſſeſſio à *Catholicis* impugnaretur, non hoc iccircò tamen ſufficere. Nam præſumptionem militare pro poſſeſſore. Neque id genus poſſeſſorem aliâ, niſi ordinariâ juris, viâ ac prævià cauſſæ cognitione, è poſſeſſorio ejici poſſe. Tametſi enim, ſuper id genus aliiſque, inter utroſque *Ordines* diſceptatum fuiſſet ſub comitiis *Anni M.DC.XIII.* Nihilo-minùs in præjudicium *Proteſtantium* nihil tùm cœpiſſe definiri. Sed ea verba in *Receſſus* referri contigiſſe, quæ nulli partium derogarent: Sed unicuique poſſeſſionem ſuam tuerentur. Eò æquiora autem hæc videri, cũ id genus bona eccleſiaſtica, poſt *Pacem Religioſam* intercepta, nunquam hactenùs veniſſent ſub controverſiam ac contradictionem ordinariam. Exceptis illis, quæ calamitoſa ſub hac *Imperii* facie, aliâs vi injecta oppugnari cœpiſſent.

Colorem quidem, pro re ſaccharo velut incruſtanda, hunc afferri. Nempè, ſicubi *Proteſtantes* è poſſeſſionibus, *Cœnobiorum* abiiſſent, illis nihilominùs integerrimũ eſſe, ut de jure experiri, ac poſſeſſiones illas repetere, poſſint. Sed, quis non intelligat, poculum hoc externè, circùm oras, melle illitum, intus abſynthio plenum, eſſe? Quid enim ab eo *Iudice* maximè *Proteſtantibus* commodi exſpectandum, vota, ac deſideria, partis adverſæ demonſtrare. Ut ab eventu pateat, à tot annis, ne unius quidem gravaminis relevationẽ obtineri potuiſſe.

Iſtis accedere *Canoniſtarum* legem. Quâ extet, jurium ſpiritualium poſſeſſionem tàm involvere, quàm conjunctam habere, proprietatis cauſſam. Si hic ergò *Canon* obtineat, neceſſitate quadam ſequi, ſi eo pacto *Proteſtantes* è poſſeſſionibus ejici contingat, unâ pariter, eademque operâ, proprietatem illis recidi. Ut jus repetundorum, ceu vocant, locum vix ullum inveniat. Inter hæc, memoratu quoque condignum occurrere, ſi fortè *Proteſtantes* reddant *Cœnobia*, tùm illis non tantùm ingens conflari præjudicium. Sed velut convictos videri, tanquam *Religionis* ſuæ, malè fundatæ, eſſent incertiores ipſi. Tùm eam rationem inferioris haud eſſe ponderis. Nimirùm *Cœnobia* illa controverſa à *Proteſtantium* majoribus, eorumque bonis, ac reditibus, fundari, dotarique, accidiſſe. Sub ditionibus territorialibus poſita eſſe. Undè, juxtà juriſdictionem ſupremam, ſimulátque jura protectoria, *Patronatum* vocant, ſibi vendicârint. Ut eò minùs illis inſpectio, neceſſariaque cultus divini emendatio, & quidem totaliter, negari haud debeat.

Quantumvis igitur à *Catholicis*, loco fundamenti, haud confutandi, quatuor *Cœnobiorum* cauſſæ opponantur. In quibus omnibus, ſinguliſque, ſub annis *M.D.XCVII. M.D.XCVIII.* & *M. DXC.IX.* adversùs *Proteſtantes*, ſententiam tuliſſet *Camera*, tametſi territoriali, ut vocant, juriſdictioni eſſent obnoxia. Nihilo-ſeciùs illam objectionem tanti momenti haud eſſe.

Quòd omnia illa adhûc ſub *Iudicio* reviſorio contineantur. Quòd univerſum *Electorum* collegium *Anno M.DC.VII.* eam cauſſam, tanquam arduam, ac ſufficienter haud ventilatam, reaſſumpſiſſet. Atque à *Rodolpho Imp.* contendiſſet, *Acta* è *Camera* petita, *Electoribus* ad ulteriorem diſcuſſionem, committerentur. Adhæc, *Electores* tres *Eccleſiaſticos*, ex diæta *Electorali Fuldenſi. Anno M. DC. VI.* reſcripſiſſe, cauſſas illas neque *Religionem*, neque *Religionis Pacem*, concernere. Primam enim ſuper mandato executoriali verti. Alteram verſari ſub mandato, de reſtituendo, & non offendendo. Tertiam de relaxando, & non impediendo: Et quartam, de conſtitutione pignoris, agere. Quæ utique ſic valere debeat ratio, etiam cauſſas *Cœnobiorum* pro præjudiciis allegari non poſſe. Porrò haud infimi ponderis ſuperaccedere hoc argumentum. Dùm id genus occupati *Epiſcopatus*, ac *Monaſteria*, apud *Electorales*, *Principalesque*, *Proteſtantium* familias, ad hæredes plenis viis rediiſſent. De iis *Cæſarum* confirmatoriæ in promptu eſſent. Adeòq;, ſub *Imperii* conventibus, abſque ullius contradictione, evictionem, ut vocant, meruiſſent. Ut etiam *Ordinibus* in feudum ceſſiſſent. Neque ab hinc illud abludere. Dùm, ſub codice *Pacis Religioſæ*, bis *Proteſtantibus* indultum eſſet, *Auguſtanæ Confeſſionis* axioma, ritus, ceremoniasque *Eccleſiaſticas*, ſub principatibus, ac territoriis, liberè introducerent. Quo nomine vix quidem fieri queat, ut *Epiſcopatus*, *Cœnobia*, *Eccleſiæ*, *ceremoniæque*, ſub reformationem haud venirent. Abſque his enim facultatem *Religionis* exercendæ nullam, mancamque, eſſe. Illam enim vocari reformationem, quâ aliquid, abrogatis uſibus ſuperioribus, in alium, novumque ſtatum reduceretur. Hoc ipſum confirmari ulteriùs ex ipſomet *Religioſæ Pacis* contextu. Sub quo

Ordinibus, per inſtantiam, permitteretur, n
non neceſſaria (notetur hæc hujus voculæ
phaſis) *Eccleſiarum* miniſteria, *Parochias*, ac *Gy*
ſia, enovarent, Sed etiam, ſuper *Eleemoſynaru*
Xenodochiorum, *Proteſtantium* juriſdictioni ſu
ctorum, proventibus diſponerent. Tametſi ic
nus proventus ad *Ordines Imperii Catholicos* ſpe
rent. Eorundemque legibus tenerentur. Si ig
fas ſit *Proteſtantibus* in ea bona *Eccleſiaſtica*, ali
Ordines pertinentia, exercere poteſtatem, ſive
formationem. Quidnî ea in *Cœnobia* idem lice
cujus-modi propriæ juriſdictioni forent ſubje

Præter hæc, tàm apud *Cæſarem*, quàm *Ordine*
tholicos, canonem velut obtinere, & ŭtramqu
ajunt, paginam abſolvere, ut, ſecundùm ſen
Pacis Religioſæ, nullus *Ordinum* teneatur adver
Religionem profitentes ſuis ſub ditionibus tole
Tantùm abeſſe, ut publicum illis *Religionis* co
di velit exercitium. Si igitur hæc ratio obtine
pud *Catholicos*, cur *Proteſtantibus* negari velit?

Argumenta, ſub *Cæſar. Edicto*, occurrere po
mùm quatuor. Quæ *Proteſtantibus* negent facu
tem reformandi *Cœnobia*, poſt *Tranſactionem*
gioſam: Primùm ab illo articulo peti, dùm
tum eſſet, ne quà *Catholicis Ordinibus*, tametſi e
territorium habitantibus, eorundemque *Colle*
Capitularibus, quicquam ſive quà juriſdiction
ſive quà proventus, reditus, ac decimas, oneris
impedimenti objiceretur. Ergò conſequen
ſe, ut neque *Cœnobia* intermedia, ac *Proteſtan*
ſubjecta, reformationem pati debeant. Sed h
ad objectionem ſuprà fuiſſe reſponſum. Ni
rùm, *Tranſactionem Paſſavinam*, *Pacificationemque*
ligioſam, juxtà declarationem *Ferdinandi Regis*, p
ximè, & præcisè, *Imperii Ordines* utriuſque *Reli*
nis tangere. Ut de jure *Catholicis Ordinibus*, ta
etſi abſentivis, eorundemque *Capitularibus*, ac
legiis, ſive vis, ſive fraus, intentari nulla debeat.
alter rem ſe habere cum *Cœnobiis*, quæ *Ordines*
perii haud referant. Adeóque *Proteſtantium* ju
dictionem reſpiciant. Ut, ſub diſtinctione hoc
co neceſſaria, conſequentia, atque illatio illa, el
dicet. Rationibus, in contrarium, uſuque ipſo,
litantibus. Cùm igitur *Religioſæ Pacificationis* f
damentum hoc ſit, ut inter *Ordines Imperii* hæc
& antecedens *Paſſavina*, *Tranſactio* unicè coiret
tique alia *Cœnobia* intermedia, *Imperii Ordines*
conſtituentia, hîc minimè includi. Cùm loco ſ
ditorum, habeantur. Ut icciréò reformation
Principibus, *Ordinibusque*, ſuis debeant, tanquam
giſtratibus, ſapienter admodùm inculcâſſe,
Pacis Religioſæ compoſitione *Anno M. D. LVIII.*
Septembr. Ferdinandum Regem. Ut, dùm ſub diplon
te mentio fieret *Ordinum* ſimpliciter, juſſerit in
cie, & ad amuſſim, inſigniri *Ordines Imperii.* Q
tùm regia reſtrictio *Ordinibus Catholicis* cœpiſſet
mninò comprobari, Neque enim *Imperi*
hoc alios agnoſcere *Ordines*, præter *Electores*, *Pr*
cipes, *Comites*, *Barones*, *Liberas*, & *Imperiales*, *Civi*
tes. Extrà illos nationem *Teutonicam* ignora
Ordinum nomen.

Alterum *Edicti* argumentum peti è reſerva
ut vocant, *Eccleſiaſtico*. Quo quidem *Ordinibus Ec*
ſiaſticis jura, atque immunitates propriæ, reſer
rentur. Sed hanc clauſulam eò unicè reſtringi, q
Ord. Eccleſiaſticis, quà temporalia, nimirùm prove

reditus, nihil derogaretur. Illic enim juriſ-
onem *Eccleſiaſticam* hiſce *temporibus* directè
ni. Ut ab indè inferri proclive haud ſit, *Prote-*
prohibere velle, ne intermedios *Præſulatus,*
enobia, reformare poſſint.

ertium argumentum formari, ex certo *Pacis*
oſæ articulo, cujus ſenſus eò intorqueri velit,
uam illo cautum eſſet, eas poſſeſſiones, quas
ore *Pacis Religioſæ Catholici* obtinuiſſent, neq;
pari, neq; alienari debere. Sed hanc eſſe litiga-
s illâ larvâ, hunc offenſionis lapidē. Super quo
es Imperii ab *Anno M. D. LVII.* hunc uſque in
litium funiculum extraxiſſent. *Proteſtantes* e-
nunquam largiri voluiſſe, ſibi per hunc con-
m poteſtatem ademptam eſſe, quò minùs in
territoriis ſuis ſubjecta, jus *Religionis* eno-
obia,
æ exercerent.

uartum in eo verti argumentum, videlicet,
ace Religioſa, nullibi *Proteſtantibus* conceſſum,
iſſumque, extare, hi deinceps *Præſulatus*, ac
obia, ut interciperent. Sed ad hoc reſponſio-
non eſſe difficilem. Nimirùm, neque cano-
, ſub dicto *Pacis Religioſæ* codice, extare, quo id
interdictum. Ex adverſo, *Ordinibus* hoc per-
i cœpiſſe, ex animi ſui ſententia, intrà fines,
rritoria ſua, *Religionem*, fideiq; confeſſionem,
novarent. Quo ſtante, neque hoc negari
e, alienam ſub ditionibus ſuis doctrinam fidei,
ermittant, ac tolerent. Ut magis eliminare ſi-
ceat.

X.

cleſiaſticorum Reſervatum cujuſmodi ſit?

E reſervato *Eccleſiaſtico*, ſub *Edicto* deciſo, ità
eſſe, ut, ſi *Præſul*, vel *Eccleſiaſticus*, qui præeſt, in-
er habitâ *Catholica Religione*, ad *Auguſtanam*
feſſionem tranſitum faxit, extemplò ſimulátque
ulatu, munereque *Eccleſiaſtico*, abiret, ipſoque
o excideret. Hunc articulum illum eſſe, ſu-
quo *Anno M. D. LV. Ordines* acerrimè dimicâſ-
t. Ut *Proteſtantes* id nullatenùs admittere
e decreverint. Nihilo-minùs, ſub codice
is Religioſæ, irrepſiſſe hanc clauſulam, nempè,
c controverſiam jam ultrà annos ſeptuagin-
nter *Ordines* conſenuiſſe. Ut ſummo cum
vore agitari cœperit. *Actis Colonienſibus*, & *Ar-*
tinenſibus, in cauſſa *Eccleſiaſtica*, hoc abundè con-
tantibus. Illud verò è *comitiorum Imperialium*
ceſſibus luculentum evadere, quàm *Proteſtan-*
hunc articulum identidem oppugnâſſent,
nunquam illum admiſerint. Quanquam e-
n ſub *Edicto* à *Catholicis*, prætendi velit, *Prote-*
ntes adversùs hunc *Religioſæ Pacis* articulum pro-
tando non interveniſſe, nihilo-ſeciùs ex *Actis*
perii fide dignis, ac veterrimis, liquere aliud.
delicet *Anno M. D. LV. XII. Cal. Octobr.* uſu-
niſſe, ut, circiter horam tertiam pomeridia-
m, cùm *Ordines* coràm *Ferdinando Rege*, ſuper hoc
ticulo, admodùm pugnâſſent, actio uſque in ſe-
m veſperam, horamque ſeptimam, extracta ſit.
ùm verò *Proteſtantium* legatos, tàm coràm *Rege*,
àm *Ordinibus Catholicis*, binis vicibus hanc di-
rtis verbis ſententiam dixiſſe. Nimirùm, haud
poſſe ſeſe, habitâ *Electorum*, *Principum*, *ordinùmque*,
dominorum ſuorum, ratione hunc in articulum
conſentire. Ità, ſuper hac contradictione, ac diſ-
ſenſu, diſceſſum fuiſſe. *Actis* annorum *M. D. LVII.
M. D. LIX. M. D. LVI. M. D. LVII.* aliiſque,
hæc confirmantibus.

XI.

An ſubditi diverſæ Religionis, & quo modo, tolerandi?

DE ſubditis ſic loqui *Edicti* deciſionem, videl.
Catholicos haud obligari, ut ſubditos, *Auguſta-
næ Confeſſioni* addictos, ſuis ſub ditionibus tolerent.
Ut magis illos exterminare jubeantur. Hoc enim
è ſcriptis, ſucceſſivè evulgatis, prolixè pateſcere.
Interim, notandum venire, *Edictum* meminiſſe,
inter cætera, declarationis, à *Ferdinando Rege*, ſub
comitiis *Anni M. D. LV. Proteſtantibus* ſpecialiter
datæ. Qua cautum eſſet, ne ſubditis, *Auguſtanæ
Confeſſioni* addictis, ſub *Ordinibus Eccleſiaſticis* ha-
bitantibus, in cauſſa *Religionis*, ac conſcientiæ, vis
inferretur.

Jam verò, ab integro annorum quinquagintà
excurſu, de eo ſtrenuè litigatum fuiſſe, An illa vi-
delicet declaratio, à *Ferdinando I.* verè eſſet profe-
cta? Et, ſi ità ſit, An illa *Catholicos Ordines* ſtringe-
re poſſit, quò ſic obligentur, alterius *Religionis* ſub-
ditos ut ferre debeant? Ad hanc dubitationem
opponi fidem præcipui cujusdam *Imperii Ordinis*.
Ad quem litteræ, fide dignæ, à *Conſiliariis*, ſub co-
mitiis *Anni M. D. LV.* præſentibus, emiſſæ, rei
certitudinem evincerent. Eos ſic quidem lo-
qui. Nimirùm *XII. Calend. Octobr.* accidiſſe, ut
Ordines coràm *Ferdinando Rege*, ſuper articulo *Reſer-
vati Eccleſiaſtici* diu controverterent. *Proteſtantibus*
igitur, ſua de ſententia nihil remittentibus, *Regem*
inter cæteras conditiones, quibus rigorem illum
temperaret, aliquâque ex parte *Proteſtantes* demul-
ceret, ſic quidem recepiſſe, ſe certa ſub cautela
proviſurum, ne *Proteſtantium* ſubditi, ſub *Catholicis*
habitantes, in cauſa conſcientiæ, onerari debeant.
Tametſi igitur ab initiis *Catholici* hanc regiam
declarationem acerrimè impugnârint, nihilo-ſe-
ciùs procedente tempore, ſic illos cœpiſſe emolli-
ri, ut, præeunte illius approbatione, hanc in ſentē-
tiam pedibus iverint, nempè *Proteſtantibus*, extrà
Religioſæ Pacificationis conſtitutionem, neceſſariò
caveri oportere. Sic quidem uſuveniſſe, hæc ut
cautela, *Cæſareo*, *Regioque*, ſigillis corroborata, ut
Saxoniæ Electori cederet. Proindè, ut *Cæſarea*, *Regia-
que*, illa immunitas falſitatis inſimularetur, cauſ-
ſam proſtare nullam. Siquidem, utrinque inter-
veniente *Ordinum* conſenſu, eam emerſiſſe. Adeò-
que antè comitiorum exodum in tabulas veniſſe.
Quantumvis igitur à multo tempore illa ſive de-
claratio, ſive immunitas, in uſum non veniſſet,
dubio procul indè eſſe, quòd ſuperioribus tem-
poribus mitior habita fuiſſet ratio cum ſubditis
Auguſtanam Confeſſionem profitentibus, qui habita-
rent ſub *Catholicis*. Ut fortè non opus fuerit, ad
id genus declarationē confugere voluiſſe. Poſtea-
quàm autem, *M. D. LXXVI.* ſub perſecutione *Ful-
denſi*, aliiſq;, ſubditi duriùs cœpiſſent affligi, tùm

quidem declarationem illam, aſyli loco, fuiſſe productam. Ut, hoc ſuper corollario, eo anno, ab *Ordinibus* acerrimas in dividias itum ſit. Sed neque deinceps *Maximilianum II. Imp.* toties allegatum, ſuperiorem improbâſſe. Ut illis verbis potiùs uti voluerit: Se quidem illam, prout eſſet, in medio relinquere. Prout ab illius reſponſo, *Anno M. D. LXXVI.* reddito, clariùs innoteſceret.

XII.

Tertium Edicti caput excutitur. Nimirùm, quibus mediis adversùs Executionem Proteſtantes uti queant?

HUc-uſque tàm de *Forma*, quàm *Materia*, *Cæſarei Edicti* viſum eſt. Tertia ſupereſt quæſtio, & quidem cardinalis. Quibus mediis occurrendum, pugnandumque, ſit, ut id genus præjudiciis, quibus onerarentur *Proteſtantes*, ſeſe extricare liceat?

Quid enim fieri poſſit, ac debeat, rebus ità periculosè ſe habentibus, modò non inquirere velle arduum videri. Ut etiam media determinare, difficultate haud careat. Tantam inpræſentiarum *Proteſtantium* plerorumque occurrere afflictionem, ut, ſub his infauſtis *Religionis* colliſionibus, vix via, remediumque ſalutare in promptu ſit, quo inſtans, ingensque, periculum declinari, pariterque præjudicia non infimi commatis abſtergi, queant Rem proh dolor! ſic quidem intricatam videri, deploratamque, ut vix ſpes reſidua, vix conſilii extet ratio, quâ immenſus ille *Imperii* rictus ſanari valeat. Etenim in comperto eſſe, *Cæſarem*, non obſtantibus exceptionibus quibuſcunque graviſſimis, ſententiæ, ſemel latæ, firmiter inhærere. Ut non ſine rigore *Edicti* executio, quibusdam ſub locis, exerceatur. Illis ignibus tanquam oleum affundi è *Catholicorum Ordinum* aſperis declarationibus. Ità enim illos acerbis ſub verbis reſpondiſſe, non paſſuros eſſe, *Proteſtantes* deinceps *Eccleſiaſticorum* bonorum interceptorum poſſeſſionibus ut fruantur. Ut tàm ratione dignitatis, & honoris, quàm juramenti, ac conſcientiæ, ulteriùs connivere nequeant. Ut vel hinc ſatis cauſſæ ſuppeditetur, quæſtionem præſentem, immane patentem, tranſcendere velle. Interim, quò hominibus aliis, ſapientiâ præditis, occaſio ſuggeratur, hanc quæſtionem oppidò arduam, exactiùs deponderandi, viſum eſſe operæ pretium, ſive media, ſive remedia, quibus antehâc *Proteſtantes* per *Imperium*, tàm communi, quàm privato, nomine, uti cœpiſſent, inſpicere.

XIII.

Remedium Proteſtationis ſolennis.

E Quibus primum occurreret *Proteſtationis, ſolennisque contradictionis*, remedium. Quo publicè, ac decenter, exciperent, ſeſe in id genus, cum præjudicio conjunctos, *Receſſus, Deciſiones*, ac *Declarationes*, nullo pacto conſentire. Sed illis omni meliori modo contradicere, omniaqu
ris beneficia, ad hoc neceſſaria, ſibi omninò r
vare. Nam hâc viâ *Ordines Evangelicos* ab
Auguſtanæ Confeſſionis naſcentis incunabulis
vectos eſſe. Cùm enim, ſub *comitiis Spirenſ*
Anno M. D. XXIX. à Catholicis Ordinibus er
ſiſſet *Decretum*, *Proteſtantibus*, adverſum, ac
præjudicio conjunctum, idemque inter *Re*
Imperii referri contigiſſet, *Auguſtanæ Confeſſ*
Ordines tabellas, dictas *Proteſtatorias*, tùm o
liſſe, penèsque *Acta* depoſuiſſe. Hoc ab actu
dines Evangelicos nomen *Proteſtantium* adeptos
Ut hæc *Proteſtatio*, loco provocationis ad ſupe
rem, *Ordinibus* uſuvenerit. Ac poſtmodùm,
tos per legatos, apud *Placentiam*, *Italiæ* civitat
Carolo V. Imp. intimari cœperit. Tametſi verò
ſar cum ſtomachatione admiſiſſet hanc inter
lationem, uſque eò, ut legatis, ſub arreſto inje
ſeverè indignaretur, nihilo-minùs in tantùm
dictam fuiſſe proteſtationem, ut *Decretum*
Spirenſe ſine effectu laboraret. Ut magis, tr
nio poſt, inter *Cæſarem, Ordineſque Catholicos*, a
na, & *Proteſtantes*, ab altera parte, *Alberti Mogun*
& *Ludovici Palatini*, *Electorum*, interpoſitione, at
arbitrio, primitiæ *Pacificationis Religioſæ*,
M. D. XXXII. X. Calend. Sextil. apud *Noribergam*, j
rentur.

Eodem *Proteſtationis* remedio cæteros quo
Imperii Ordines, & quidem *Catholicos* ipſosm
paribus caſibus, uti cœpiſſe. Prout
M. D. XLIV. M. D. LV. M. D. LXXVI. M. D. LXXXI.
M. D. XCIV. uſuveniſſet. Neque ferè dubi
relinqui, ſi *Proteſtantes* univerſalem, maſculam,
plamque, ſive *Contradictionem*, ſive *Proteſtation*
ſive etiam in eventum *Provocationem contrà*
ctum, tentarent, viriliterque ſuſciperent, non
tuiſſe non hanc rem cum fructu excurrere.
inſuper nihilo minùs, ſecundùm hanc *Prote*
tionem, alia quoque remedia, ſive conjunct
ſive disjunctim, & ſubordinatè, ad effectum
ſpenſionis collimantia, decenter induci
tuerint.

XIV.

Remedium Appellationis.

SEcundum hoc in ordine *Remedium Appellati*
eſſe. Quandoquidem enim *Ordines Cath*
haud liberè profiteri auſint, *Cæſarem*, ex mero
ſaris ſive officio, ſive poteſtatis plenitudine,
motu proprio, *Edictum* publicâſſe, eò, quòd
adversùs principia propria, *Cæſaream* capitu
tionem, & *Imperii Receſſus, Pacificationem Religioſ*
ipſamque conſuetudinem, pugnet, eaprop
ſeſe ad *Cognitionem, Deciſionemque, Iudicialem*, t
quam ad aſylum, confugere, quæ inter parte
tigantes fuiſſet lata. Et ſic non malè *Proteſt*
tes ad *Cæſarem*, univerſosque *Imperii Ordines*, p
vocare poſſe, Tametſi enim obſcurum ha
ſit, quo fervore per *Imperium* hæc agitaretur q
ſtio, An appellatio ab *Imperatore*, ad *Imperator*
& *Ordines*, ſub titulo melioris informationis, re
tionibus ſuſpectis intervenientibus, licita, ac c
ceſſa, ſit? Nihilo-minùs haud ignorari adeó
plu

bus exemplis comprobari, à quadragintà antecedentibus, diverſos *Ordines* hoc remecœpiſſe amplecti. Ut vel ex *Imperii Actis*, de M.D.XXIX. & M.D.XXX. diluceſcat, in cauſſa *ionis*, eo uſos fuiſſe *Ordines*. Jam cùm præs difficultates non unicum aliquem *Imperii* *nem* in particulari, ſed totum rei *Evangelicæ* inem, ac ſummam tangerent, tùm ſic quidem re, ac facto, comparatæ forent, graviores ut venire, vix poſſint, nihilo-minùs ſpem fuiſſe, *rem* adeò indignè non laturum. Ut potiùs ſionem invenerit, initiis procedendi *Iurecon-* enim *provocationem* à *Cæſare*, ad *Cæſarem*, pronon *Appellationis*, ſed *Cognitionis*, *Recurſus*, ſive *mationis*, ſive *Supplicationis*, nomine, inſic.

XV.

Remedium Nullitatis.

Ertium adversùs *Edictum* remedium ſuppeditari, nempè *oppoſitionis nullitatem*. Etenim, t ſuprà eſſet deductum, quæ difficultates, in *to competentiæ*, ut & univerſo proceſſus curſu, iitiis ad finem, interveniſſent, quibuſque morecta *Iuris* via, *Imperii Receßibus*, conſuetudinique, declinatum ſit, teſtari experientiam. Ut fundamento *Iuris* præſens *Nullitatis Reme-* opponi poſſit. Præſertim, cùm de *Iure* licifit, ut etiam adversùs ſupremi *Magiſtratus* ſiecretum, ſive ſententiam, *remedium nullitatis* m inveniat. Tametſi verò aliâs invaluerit io, ut, ſub ſummi *Principis* dicaſterio, *Iuris civi-* ve *poſitivi*, *nullitates* non attendantur, nihiloùs, prout ſuprà declaratum, rem diverſi eſſe oris, ſecùsque ſeſe habere illis in caſibus, ubi artium defenſione ageretur. Hancque in (modò ſine mora demonſtrari quita ſit) *itatem* eò uſque, ſecundùm leges, pondus haeſuum, ut *Executionem* etiam ſuſpendere, atannihilare, ſuſtineat. Inprimis autem hanc eptionem militare, ſicubi decreta *Cæſarea* in ctu banni declarationem inferrent. Id quod loco quoque eveniret. Ubi id genus *nulli-* *exceptioni* locus daretur.

Pro quarto *Remedio* ſuccedere fortè *Reſtitutio-* *in integrum*. Eam enim eſſe prorsùs ingen-, ac dictu ineffabilem, læſionem, cujuſmodi ſenti ſub *Edicto*, (ſi modò ſecundùm *Circulos*, ue ordinem, in *Executionem* trahendum ſit) *teſtantes* obrueret. Ut de *Iure* permittatur, etiam ersùs *Cæſareas* ſententias hoc *remedio* uti frui. eque injecta oppoſitione curſum *Executionis* undere. Quo nomine ut ab *Executionis* legaoc ritè, hac ſub cauſſa, perpendatur, opus.

Jam tàm præſens, quàm ſuprà enarrata, *reme-*, ejus eſſe vigoris, ut & conjunctim, & ſeparaim, opponi, potentiùsque communem effectum operari, potuerint.

* * *

XVI.

Remedium Recuſationis legatorum.

ILla cùm *Remedia*, ſuprà propoſita, vix conjunctim locum hodieque inveniant, ut de *Proteſtantium Ordinum* harmonia, ac conjunctione, cujus ope *Cæſarei Edicti Executioni* obviàm iri queat, facilè deſperandum ſit. Ulteriùs deponderandum venire, utrùm eo tempore, quo legati *Cæſarei* bonorum *Eccleſiaſticorum reſtitutionem* executivè urgerent, *Ordinesque Proteſtantes* citarent, eosque adversùm procederent, *Exceptio recuſatoria*, extemplò objicienda, ex uſu ſit? Atque hoc loco occurrere fundamenta, cauſſasque præcipuas. Quarum intuitu *Proteſtantes* id genus legatorum cognitioni, ac mandato, ſeſe ſubmittere non teneantur. Ut potiùs legitimè recuſare, cognitionique illorum ſe ſubducere, poſſint. Primùm enim *Cæſareos* illos legatos, inprimis *Eccleſiaſticos* propè omnes, ob *Monaſteria*, pares fovere lites. Ut ipſi *Proteſtantes* oppugnent, ipſi reſtitutionem *Cœnobiorum* impendiò urgeant. Prout *Bambergenſis*, *Herbipolenſis*, *Eichſtettanus*, *Conſtantinus*, & *Auguſtanus*, quinque numero *Epiſcopi*, codicillis urgentiſſimis *Aulam* fatigarent *Cæſaream*. Eſſentque illi ipſi, qui præſens *Edictum* enixiſſimè ſolicitarent Præſertim, cùm illorum abundè interſit. Ut eò libentiùs id genus ſive legationibus, ſive expeditionibus, ſeſe accingant.

His adde, dictos legatos adverſam fovere *Religionem*. Hancque exceptionem ſuperiori tempore pondus meruiſſe. Ut ſub comitiis *Anni M.D.LXXXII. Ordines* per majora, ut vocant, concluſerint, in cauſſa *Aquenſium* utriuſque *Religionis* legatos nominandos venire. Qua de re præmiſſum eſt ſuprà. Eandem rationem obtinuiſſe in cauſſa, *Mülhuſium* civitatem concernente. Ut etiam hæc recuſatio legatorum in cauſſa *Heßiæ Principum* contrà *Naſſovios*, ſub *Anno M.D.XXXIII.* urgentiſſimè opponi cœperit. Poſtmodùm quoque *Carolum V. Imp. Anno M. D. XLI.* ſub *Imperii Receßibus*, clementibus verbis recepiſſe, quoad lites, ac dividias, inter *Ordines* è *Religionis* controverſia ortas, legatos daturum, minùs ſuſpectos, qui differentias amicè dirimerent. Neque diſſimilia exempla in *Imperio* produci hinc indè poſſe complura. Ut etiam adhûc, ſub *Rodolpi II. Imp.* tempeſtate, pauloque antè, vice non ſimplici, in id genus colliſionibus, utriuſque *Religionis* arbitri deputari cœperint. Qui amicis legibus partes conciliarent. Atque indè eſſe, ut *Proteſtantes* hûc-uſque rem eandem impendiò requirere perſeverârint.

Secundùm hæc, non de nihilo videri, *Cæſareos* legatos *Catholicã Religionem* efflictim habere in oculis. Ut ergà *Proteſtantes* ſimultates haud inanes coquant. Ut jam quoq; ipſi *Actoris* vices obeant. Tantùmque non penès *Aulam Cæſaream* præſens *Edictũ*, ejuſdemq; *Executionem*, atque effectum, ſolicitent.

Porrò, ſic cum legatis, potiſſimùm *Eccleſiaſticis*, eſſe comparatum, hi, ut, adempta libertate, ſuper cauſſis occurrentibus, cognoſcere nequeant. Neminem enim fugere, quàm ſeveris juramenti legibus *Sedi Romani Pontificis* aſtringantur. Ut eò im-

penſiùs *Cænobiorum* quorumcunque reſtitutionem affectent. Ut has ob cauſſas, ſatis urgentes, id genus legati de *Iure* recuſari eò validiùs ſuſtineant. Tametſi enim *Aula Cæſarea* huic argumento ſic quidem occurrat, ut perhibeat, legatos illos meros *Edicti Executores* eſſe. Quibus, abſque cognitione, præcisè illud incumbat, ut, quod *Cæſar* juſſerit, efficiant. Nihilo-minùs neque ſic *Executionis* rigorem excuſari. Leges enim hoc permittere, ut adversùs merum vel *Executorem Recuſationis* exceptio locum ſortiatur.

Pariter communem reclamare experientiam. Notum enim eſſe, ſi in cauſſis momenti longè inferioris apud *Cameram Imperialem* nominarentur arbitri, tùm licere partibus, illos liberè recuſare, atque uti exceptionibus. Uſque eò, ut, ſecundùm leges, ne *Cæſari* quidem fas ſit, ſic nominitare deputatos, ut partibus jus recuſationis præcidi velit.

Illas nunc *Recuſationes* ejuſce valoris, atq; efficaciæ, eſſe, ut *Executionem*, more torpedinis naviculam remorantis, impediant. Legatiſq; habenas injiciant, ne ulteriùs progrediantur. Quos ſi accidat, non obſtantibus recuſationibus, nihilo-minùs cœptum urgere, proceſſum ipſo jure nullum evadere.

Et tametſi hoc loco præoccupari amet, legatos, & quidem *Eccleſiaſticos* ſuſpicionis ob id rectè inſimulari haud poſſe, eò, quòd ſubdelegati quoq; ſeculares concurrant. Cujus-modi meritò recuſari nequeant. Hanc ad occupationem ſic reſponderi. Nempè *Eccleſiaſticos* directores eſſe, dignitate, & loco, præeminere. Ut ob id totum delegatorum collegium ſuſpicione haud vacet. Etenim cauſſas *Recuſationis*, modò allatas, ac fortè ejus generis plures, inventu faciles, in eventum negationis, coràm utriuſque *Religionis* arbitris, minimè ſuſpectis, proponi, ac decidi, oportere. Eaſdẽ ſcripto-tenùs fundamentaliter deducendas, ob oculos ponendas, ab *Ordinibus* citatis, præcipuè coràm delegatis, producendas, & opponendas, eſſe. Ut antè omnia arbitri minimè ſuſpecti veniant eligendi. Olim majores ſuos, *Ordines Imperii Proteſtãtes, An. M.D.XXXIIX.* ſuper communi formula vota conjunxiſſe. Quo tempore *Cameram*, in cauſſis *Religionis*, tanquam ſuſpectam, recuſare cœpiſſent. Eos recuſationis codicillos modò non per *Imperium* evulgatos, modò non ipſi *Cameræ* oblatos, fuiſſe. Sed unumquemque *Ordinem* in particulari, qui à *Camera* cœpiſſet infeſtari, illis fundamẽtis, cauſſiſq;, excipiendo uti cœpiſſe.

Quod ſi nunc *Proteſtantes* omnium *Circulorum Ordines*, tanquam ſub una cervice, unirentur, rationesque, ſic quidem fundatas, ac *Recuſationes* cõmuni operâ opponerent, fortè aliquid altioris deponderationis illis incuteretur. Immò hoc eve-
ret, ut, ſi *Executio* nihilo-minùs urgeri velit, ad
nimum *nullitates* cumularentur.

Qua ſub extremitate cùm hodieque *Remedia*
ris parùm habeant virium, immò penitùs
gueant, immò in totum rejiciantur, ideóque n
nullos *Proteſtantium Ordines* mitiſſimam illam vi
qua per *Supplicationem*, & *Recurſum extrajudicia*
itur, ſub tribus illis, nempè *Suevico, Franconic*
Saxoniæ ſuperioris, Circulis, elegiſſe. Perque lega
nes ampliſſimas in effectum duxiſſe. Nec nov
hunc jam tandem emergere modum. Ut tàm a
quàm poſt, *Religioſam Pacificationem* ſæpenum
in uſum venerit. Adeóque, ſub *Annis M.D.XXII.*
M.D.XXIX. à *Martino Luthero* ſedulò inculcari
perit. Quo loco optandum venire, ut, quàm
res, à legatis apud *Aulam Cæſaream* laudata ſub
duſtria, diligentia, ac dexteritate, fuiſſet acta,
exoptato effectu potiri potuerit.

XVII.

Remedium Defenſionis.

POſteaquàm verò *Cæſaris* reſponſa in princi
libus eveniſſent negativa, jamq; manifeſtũ
dat, per hæc, & id genus, remedia tàm juſtiſſi
quàm mitiſſima, nihil obtineri, tandem unic
adhûc ſupereſſe propriæ *Defenſionis* viam. Sed
manum, ut *Pictores* ajunt, tollendam de tabula.
galionemque elevato digito præſcribere ſilenti
Semel inevitabilis neceſſitatis legem inculc
Ordines Proteſtantium iccircò animos, manusq
non omninò projicerent, ſed denuò, tanquam
ultimis, bonâ fide, ſuper hac cauſſa, conſilia c
ferrent, communique tàm conſilio, quàm re,
negotio tàm arduo, experirentur. Et, cùm exp
ratum ſit, adverſæ partis fiduciam in armis,
buſque externis, poſitam eſſe. Ut hoc tàm è ſcri
Eccleſiaſticorum, quàm actionibus ipſiſmet, fiat
dens, iccircò minùs deſperandum venire. Quis
gò ſciat, an ſive *Corn. Nepotis*, ſive *AEmylij Probi*,
tinere etiam iſthîc poſſit ſententia. Cujus illa ſ
Nimiam, inquit, *armorum fiduciam, maxima cala*
tatis initium eſſe ſolere. DEUM enim ſuo tempore
nerum quendam daturum. Qui quidem in
dium prodire, cætibuſque illis frementibus, è *Re*
lib.2.cap.2.v.26. acclamare debeat: *Num ad inte*
cionem mucro veſter ſæviet in nos? An neſcitis, quo
maritudo ſit in noviſſimo? Et periculi plena habe
deſperatio?

Atque huc-uſque ſuperioris *Edicti* excurrit *Examen*.

* *
*

Io. P

Io. Petri Lotichij

.ERVM GERMANI-CARVM

LIBER XXX.

CAPVT I.

e Hanoviæ obſidione. Eiuſdemque liberatione. Itemque de Bethleni, Tranſylvaniæ Principis, &c. obitu.

I.

llandus, per VVitzlevium, ſub obſidione, entat Hanoviam.

SUprà de *Proteſtantium* per *Imperium Ordinum* lamentis, ac querelis, itemque *Edicti Cæſarei* confutatione, ex lege hiſtoriæ, ſic ſatis prolixè, viſum eſt. Jam ad res *Fridlandicas* relabimur. Is, poſteaquàm ad *Civitates* antè *ritimas* fulminâſſet, etiam intermedias *Germa-* civitates, atque inter illas, *Hanoviam*, *Comitatus* gnominis ſedem, tentare cœpit. Hunc igitur um non tàm munitum, quàm amplum, atque *elgis* incolis excultum, juxtáque, ob *Mæni* vicim, commerciis, ac militiæ opportunũ, intercie cogitavit. Primũ itáq; *Philippo Mauritio, Comi-* ivitatis domino, præſidiẽ *Cæſareanum* intrà mœ- ut admitteret, injunxit. Quo obſequium negã- *Oſſa* tribuno in mandatis dedit, legionibus ad- tis civitatem coronâ cingeret. Paruit is edicto *dlandico*. Et, cùm ipſe aliis de cauſſis prohibere- , *VVitzlevium*, aliquam-multis *Cæſareis* legioni- s inſtructum, eò dimiſit. Ità accidit, ut occupa- viis, aditibuſque, *Civitas* obſideretur. Paſſimq;, lite licenter per agrum *Hanovicum* angente, o- ia ſpectarent ad deſolationem.

II.

rdinandus II. Imp. ſuper querelis Philippi Mauritii, Comitis, obſidionis cauſſam exponit.

HAs inter anguſtias militares conſtitutus *Philippus-Mauritius, Comes*, directis ad *Cæſarem* codicillis, fortunam illam deprecari, ac quam inſons ſub hac neceſſitate pateretur, humilimis verbis conqueri, cœpit. *Cæſar* igitur, utique cuius hûc-uſque ſub fide, ac devotione, conſtanter permanſiſſet, hanc ſibi gratiam faceret. Et, quò miles deduci, civitas liberari, adituſque obſeſſi aperiri, queant, tribunis injungeret. Illam eſſe ſuam ergà *Cæſarem* fidelem obedientiam, hanc ut debitam animi ſubjectionem deinceps proferre, adeòque, occurrente, neceſſitatis tempore, quidvis non *Cæſaris* cauſſa, conferre, velit.

Non diſplicuit illa *Comitis* conſtantia *Cæſari*. Ut humaniſſimis vicem redderet ei verbis, Nimirùm, neque *Cæſarem*, inquit, hactenùs *Comitis* fidem vocâſſe in dubium. Ut etiam-nunc lubens verbis illius, fide dignis, acquieſcere cupiat.

Interim, cùm *Cæſari* ſit compertum, eam eſſe *civitatis* conditionem, ut à *Belgis* ædificari cœperit. Qui quidem cum *Batavis*, proſcripti illius *Friderici Palatini* complicibus indubitatis, veſticotubernium facerent. Ut, clancularis invicem communicatis conſiliis, ad proximam fortè opportunitatem, etiam adversùs ipſius *Comitis* propoſitum, hoſtes *Cæſaris* admittere, totamque *Mœni, Rhenique*, ob loci commoditatem, viciniam perturbare, poſſint. Ad *Comitem* igitur ſpectare præſens *Cæſaris* mandatum, videlicet, ad animum antè diligenter admiſſis difficultatibus, cujus-modi, ex loci huius interceptione, tàm *Cæſari*, quàm *Imperio*, creari queant, tolerabile *Cæſareani* militis præſidium admitteret.

Hoc tàm in *Cæſaris*, tanquàm domini, honorem, quàm ſuum, ſuorumque, emolumentum proprium, vergere. Ut neque, ſecundùm *Im-*

peri conſtitutiones, *Cæſari* fortalitium illud negare ſuſtineat. Vice verſâ *Cæſarem* daturum operam, ut neque civibus, neque paganis, miles moleſtus eſſe debeat. Ut etiam ex cenſibus, ac diariis, provinciæ illius, alendus veniat. Neque minùs ſevera diſciplinæ militaris ex lege cohortes coercendas eſſe. Ut nemo de jure conqueri poſſit. Hæc certa ſub fiducia *Comes*, ad animum admitteret. Citráque periculoſam temporis extra-ctionem *Cæſari* morem gereret.

III.

Philippus-Mauritius, Hanovicus, militare præſidium etiam-nunc deprecatur. Novumque Cæſari fidelitatis juramentum offert.

AD illas *Cæſaris* mandatorias ſequentibus humilimè excepit *Philippus-Mauritius Comes*. Nullatenùs, inquit, ſe affectum eſſe, *Cæſari* ut quicquam negare velit, tametſi & de ſanitate, ac vita, periclitaretur propria. Tantùm abeſſe, ut refractarium agere, aut *Cæſaris* rationibus repugnare, contendat. Ut magis obſequium, atque obedientiam debitam, ad animum admittere, ſoleat. Hanc enim curioſam ab ineunte ætate ſibi fuiſſe ſolicitudinem, ut *Cæſaris* gratiam omnibus humilimi obſequii generibus promereri ſtuduerit. Spemque illam intrà præcordia firmiter complexus ſit, fore, ut, extremum ad uſque halitum, hanc mentem perſeveret. Neque à tàm ſancto inſtituto recedat. De hac fide ſe humiliter promittere, *Cæſaremq;* ſecurum eſſe poſſe.

Inter hæc, dolentiſſimè ſibi accidere, illam interveniſſe maleferiatorum hominum invidiam, ut quòd *Cæſar*, quòd *Auguſti Cæſaris* majores, tàm parentibus ſuis, quàm ſibimet ipſi, hactenùs indulgeant, iſti tanquam è faucibus eripere laborent. Ut hoc deditâ operâ agant, quò ipſe ad inopiæ, ac famis, neceſſitatem proximè adigatur. Illud *Cæſari* ſe confirmatiſſimum facere, adverſarios multa, abſque fundamento, in ſe jacere. Quæ notoria redarguat veritas. Manifeſtum enim fucum id commentum ſapere, tanquam civitas ſua à *Belgis* ædificantibus confluxiſſet. Cùm tantùm abſit, ut *Belgæ* ſint illi. Ut *potiùs* ex *Imperii* civitatibus, *Colonia Vbiorum*, *Francofurto*, *Brema*, *Noriberga*, & aliundè, oriundi, adeóque intrà *Germaniam* nati, eſſent. Tametſi ergò magna pars mercibus mutandis incumbant, eóque nomine cum *Gallis*, *Belgiſque*, more cæterarum *Imperii* civitatum, negotientur, nihilo-minùs longè abeſſe, rei militari ut accedentes, in *Cæſarem*, atque *Imperium*, quicquam moliantur. Neque, ſi vel ejus rei tantillum odorari queat, iſtos impunè laturos. Ut ſevera ex lege in ſuſpectos animadvertere omninò velit. Ejuſdem notæ eſſe etiam illud, tanquam portæ civitatis in poteſtate civium forent. Procul etiam hunc abludere à ſcopo errorem. Nam rem ſic quidem haud ſeſe habere, ut claves civitatis in manibus eſſent civium. Ut magis apud aulam ſuam deponantur. Illiſque credantur, quorum fides tantùm non explorata, ſed ſeverioris juramenti legibus aſtricta, foret. Eos etiam homines non poſſ[...]
id genus claves. Ut ſaltèm utantur, oppid[...]
traditionem ſibi debeant. Sic ut, ſe inconſul[...]
neſcio, fucus fieri, neque civitas reſerari, v[...]
Tùm cum civibus porrò ità quidem compar[...]
eſſe, ut omnes ſuas fortunas per *Imperium* ſ[...]
habeant. Ut tantò minùs ſuſpicio in illos l[...]
inveniat. Utpote qui uxores, liberos, fortun[...]
tamque, tanquam res vacuas, proiicere velle, [...]
cenſendi veniant.

Quæ ſit *Electoris Moguntini* opinio, hoc *Cæ*[...]
illius codicillis, ad ſe datis, vellet cognoſcere.
mirùm neque ſic ſentire *Electorem* vicinum, [...]
quam ipſe rerum novarum, & quòd cum *Ba*[...]
contubernium exerceat, ſuſpicione onera[...]
eſſet.

Similis monetæ accedere etiam illud. *Dùm*[...]
ſari perſuaderi vellet, tanquam hæc *Civitas* cla[...]
ut vocant, *Rheni*, *Mœniq;*, repræſentet. Immò i[...]
nus fortalitium audiat, cujus interceptio univ[...]
Imperio ineluctabile damnum creare ſufficiat[...]
per hoc colore *Cæſari* ſe ſubmiſsâ, ſincerâque, [...]
confirmare. Nempè hanc ſuam *Hanoviam* tàm[...]
mane à *Rheno* diſtare, ut tria milliarium, *Germa*[...]
rum paria intercurrant. Neque *Mœni* vada tà[...]
proximo eſſe, ut ponte conjungi valeant. Ut[...]
ac longè munitiora, loca, fortalitiaq;, inter ho[...]
perium, ac *Belgium*, interveniant, cujuſmodi ta[...]
hactenùs præſidiis immiſſis onerari haud accid[...]
Ut propriis ſeſe viribus tueantur.

Si jam *Cæſari* ſcrupulus ſuperſit ullus, ità ſe[...]
milimè affectum eſſe, ut præſidiariorum ſuo[...]
numerum ſufficienter augere, immò tàm ci[...]
quàm præſidiarios, in verba *Cæſaris* adigere, v[...]
Hoc ſub religioſo, atq; impolluto, juramento, [...]
ſari omninò eſſent fideles. Neque ullis quibuſc[...]
que hoſtibus loci poteſtatem facientes, ultimi[...]
ribus *Cæſari* locum aſſererent.

Si neq; illis ſtipulationibus *Cæſari* ſatisfieri q[...]
at, hanc ſe quoque operam enixè daturum. C[...]
ab *Ordinibus Batavis*, agnatis ſuis, litteras, reve[...]
les dictas, ſive bonæ fidei, impetret. Quibu[...]
hanc *Civitatem* ſe neque manifeſtis, neque furti[...]
molitionibus tentaturos eſſe, ſanctè condicere[...]
ac promitterent. Si abſque his omnibus eſſet, [...]
præter omnem exſpectationem, ac promiſſion[...]
ex transverſo, accidat, hoſtilem eas in partes m[...]
vere exercitum, *Hanoviamque* ſuam petere, t[...]
quidem, eo ſub inſperato eventu, eas ſibi eſſe vi[...]
ut operâ civium, præſidiariorum, ſubditorumq[...]
eò uſque *Cæſari* locum tueri velit, uſque dùm [...]
Cæſare, & finitimis *Imperii Ordinibus*, auxilia ad[...]
laſſent.

E quibus omnibus jam *Cæſari* proclive fo[...]
judicare, quàm ſibi hoc minimè agatur, ut *C*[...]
ſari ulla ex parte velit obluctari. Ut eò uni[...]
ac tantùm, reſpiciat, quò, ſub præſidii al[...]
rius declinatione, cives, ſubditoſque, ab inter[...]
vindicare ſatagat. Tametſi enim *Cæſareis* v[...]
bis, quibus diſciplinæ militaris ſeveritatem p[...]
mittat, fidem derogare velle, nefas eſſet, [...]
hilo-minùs hoc ſibi, civibuſque ſuis, metue[...]
dum venire, ne, quod aliis civitatibus, ſub e[...]
dem præſidii admiſſi genere, accidiſſet, accid[...]

ſque enim agrum ſuum depopulatum, incen-
ſſe devaſtatum , hactenùs eſſe, ut, tametſi in
um arma tuliſſet, crudeliùs lacerari haud po-
. Si nunc accidat , præſidium etiam ſedi,
tique, ſuæ imponi , manifeſtum imminere
iisque, interitum. Nam aliarum *Civitatum*
pla terrori eſſe. Quarum iſta eſſet, & qui-
niſeranda , facies, ut intrà hominum me-
am , ingentes jacturas reſarcire, nedùm ſe,
ue , à pauperie , ac fame , redimere, va-
. Eum eſſe gregarii militis furorem , ut
pridem iactare cervices audeant, ſe *Hanoviam*
are , *Hanoviam* in oculis gerere , è cuius ve-
omptuario, mercatorumque officinis , ac
is , penuriæ ſuæ mederi deſiderent. Hæc
eius notæ exiſtant , ut magni quidem faci-
haud ſint. Interim exempla metum incu-
. E quibus evidenter liqueat , quàm parùm
entiæ gregariorum à tribunis , ac centurio-
s, caſtigentur. Ut contrà cives , ac pagani
ultu militem infimæ fecis lædentes ſaltem,
iſſimis pœnæ generibus exerceantur. Bonâ
Cæſari conteſtatiſſimum facere, toto hoc bel-
npore , ſub extrema ditionis ſuæ deſtructio-
tantam nihilo-minùs ſe iacturam haud paſ-
eſſe , atque hac ſub obſidionis ærumna per-
ſet. *Pagos* , *prædia* , *villas* , *templa*, *ædificia*,
ter diruta , atque in cineres redacta. *Pecu-*
, *ovium* , *porcorumque*, greges abactos. O-
s generis tàm frumenta , quàm pabula, con-
nata eſſe. Ut haud ſegniùs hominum, ſub-
rumque , chori, ſpoliati , exuti , cæſi, mille
periculis, famæ, mortisque neceſſitate, pu-
rint.

rætereà diſciplinam militarem eò uſque cor-
am degeneràſſe, ut iam non ampliùs (infame
u!) *Leproſorum* ergaſtulis ſit parſum. *Hiero-*
a enim , ipſosque *leproſos* , vim eſſe paſſos,
iatos , eiectos, nudatos. Quibus olim, ſub
buscunque expeditionibus militaribus , ea
immunitas, ut, ſub pœna capitis, nullus mi-
m auderet attingere *Xenodochia*. Sed iſthìc
ransverſo omnia. Inventos enim, qui *Leprâ* in-
os , ac decumbentes , è lectis proturbarent.
nò (quod dictu fœdius!) inventos, qui iiſdem
is *elephanticorum* ſe componerent. Adeóque,
fine divinæ interventu vindictæ , lurida lue
ido inficerentur. Contagiumque tàm fœ-
n in cohortes, legionemque, diffunderent.
Hæc nunc ſe vel ob id aſpergere, ut appareat ,
d de id genus militibus maximè ſperandum
ſicubi intrà mœnia , ac tecta, admitterentur.
, abundè ſibi liquere , neque *Cæſari*, neque
area militiæ archiſtratego , hos furores pro-
i. Tantò minùs ſeſe hoc ingerere , tanquàm
er *Cæſaris* fide, emendatione , ac promiſſis ,
icari velit. Verùm enim verùm, *Deum*, *Cæ-*
mque, propriamque conſcientiam, ſeſe obte-
i, nihil quicquam aliud queri, præter hoc, quò
es, ſubditosque , ſub novi præſidii declina-
ne , ab interitu vindicare ſatagat. Ut igitur
ſar proprio ſuopte præſidio, etiam in verba *Cæ-*
s adacto , ſatisfieri ſibi pateretur, hoc ſe reli-
ſiſſimis verbis denuò deprecari. Interim, *Cæſari*
ua, ſuosque, credere, ac permittere. Ut ſi *Cæſar*
aliud velit, ac mandet, hoc ſubmiſſiſſimè exequi ſit paratus.

IV.

Philippo-Mauritio Hanovico, unà cum Civibus, ac Præſidiariis, in verba Cæſaris, jurante, ſolvitur obſidio.

Vix potuit illa tàm fidelis , tàm conſtans , ac devota , præcipui illius *Comitis* , declaratio diſplicere *Cæſari*. Iccircò, ad *Electoris Moguntini*, & *Georgii*, *Heſſiæ Landgravii*, interpoſitionem, *Cæſar* ſatisfieri ſibi paſſus eſt.

Sic igitur tranſigi cœpit. Videlicet *Comes* tres pedeſtrium cohortes præſidiarias ſtipendiis obligaret. Quæ eâdem operâ tàm in *Cæſaris*, quàm *Comitis*, verba jurarent. Pariter *Cives* ſub juramento caverent, ſeſe *Cæſari* fore fideles. *Civitatemque* adversùs quoſcunque tàm *Cæſaris* , quàm *Imperii*, hoſtes , eò uſque defenſuros , quoad auxiliis juvarentur. Sic cohortes illæ præſidiariæ, neceſſitate poſtulante, tàm *Electoris* , quàm *Landgravii*, in partes tranſirent. Operaſque jungerent.

Præviâ hac transactione , *Philippus-Mauritius*, *Hanovicus* , apud *Aſcipyrgium* , coràm *Electore Moguntino*, in verba *Cæſaris* juravit. Eandem juramenti ſanctitudinem *S.P.Q. Hanovienſi* ſubdelegatis *Electoralibus*, *V. Id. Mart.* ſolenniter deponente. Quibus ordine peractis, milite deducto obſidio tolli cœpit. Civium verò numerus , ſub tribus vexillorum paribus excurrens , ſuperatis obſidionis laboribus , ac periculis , præ lætitia, fremere viſus eſt. Ut, ſub ſcloporum , tormentorumque bellicorum exploſionibus , hoc animi gaudium conteſtari, feriiſque , publicè indictis , pro ſervata *Civitate* , DEO vota nuncupare , ac gratiarum actiones perſolvere cœperint.

V.

Gabriel. Bethleni, Tranſylvaniæ Principis, obitus.

Ab *Hanovia* in *Tranſylvaniam* uſque ſaltum facimus. Et cum hiſtoriæ pars non ultima in eo vertatur, ut heroûm, illuſtriumque virorum, non tàm res , quàm natales, emortualeſque, referantur , hanc legem tenentes, *Gabriel. Bethleni*, *Tranſylvaniæ Principis*, cuius nomen hac ſub tempeſtate bellica toties fuit terrori , obitum hìc intertexemus. Deceſſit ille *Nonis Novembribus Anno* ſuperiori *M. DC. XXIX.* unico anno quinquagenario minor. Quantus is miles, duxque, fuerit, quantumque negotii, ſub *Vngariæ*, *Bohemiæq;* rebus perturbatis, *Cæſari* dederit, ab hujus hiſtoriæ promulſide pateſcit. Is , cùm aliquantiſper ex *hydrope* decubuiſſet, & militiæ, & vitæ, fecit finem. Sic fatis functo, inter *Ordines Tranſylvaniæ*, ſuper ſucceſſione, dividiæ cœperunt naſci. Parte illorum ad *Romanũ* parte ad *Turcicum*, *Imperatorẽ*, deflectente. Quod igitur *Ragotſius* ambiret *Principatum*, diceretur q; ex *Aula Turcica Sultani* cõsẽſu impetràſſe, *Vngariæ Palatinus* ſubveritus, ne barbari res novas hac ſub occaſione molirentur, copias collegit. Iisque

que uſq; ad fines *Tranſylvaniæ* promovit. Viſurus, quid turbinis indè, & quouſq;, exſpectandum eſſet. Sic ut in omnem belli aleam *Rom. Imp.* ſubſidia haberet præparata. Nihilq;, ſui in præjudicium, fieri permitteret. Interea, *Ferdinandus Imp.* legatos *Caſchaviam* uſque *ſuperiorem* in *Vngariam*, dimiſit. Qui *Societates*, ità dictas, *Vngaricas*, ditioneſque, à *Cæſari* ad dies vitæ *Bethleno* permiſſas, vindicarent, ac repeterent.

IV.

Georg. Zeæmannus, Theologus, de mandato Cæſaris, è Tyrolenſi cuſtodia dimittitur.

SUprà de *Georg. Zeæmanni, Theologi, & Concionatoris, Reip. Kemptenenſis*, linguæ, ac ſtyli, aſperitate, quibus *Catholicos* inceſſerat, præfatum eſt. Ubi ergo, hoc incontinentiæ morbo provectus, non monitorem, ſed *Ariſtarchum*, imitari cœpiſſet, ſummorum *Magnatum*, *Cæſarisq;*, ipſius, indignationem provocavit. Qua de re à *Senatu* poſtulatus, *Tyrolimque* versùs abductus eſt. Ubi cùm aliquantiſper ſub cuſtodia attineretur, variorum *Principum, Ordinumque, Proteſtantium*, interceſſionibus Cæſar fatigatus, miſſionem illi dari juſſit. Sic tamen, ut virulentiam poneret, maloque caveret. Litteræ, hanc ejus cuſtodiæ relaxationem præ ſe ferentes, à *Cæſare*, ad *Leopoldum Archiducem* emiſſæ, tales fermè fuêre: Nobis, inquit, humilimè relatum eſt, quid, in cauſſa cuſtoditi illius *Zeæmanni concionatoris*, abs te diverſis ſub vicibus litteris ad nos emanârit. Quidque iſte coloris in ſui purgationem, ſub integro *Apologetico*, attulerit. Quòd ergò non tàm ipſe, quàm pro ipſo uxor, & liberi, in preces omnes deſcendiſſent, tùm *S. P. Q. Kemptenenſis*, inprimis *Elector Saxoniæ*, *Dux VVurtenbergicus*, *Circuliq; Suevici*, à parte *Proteſtantium*, *Cæſaream* ad *Aulam* dimiſſi, legati, humiliter interveniſſent, aliquid tot *Principum, Ordinumq;*, precibus largiendum eſſe, putavimus. Tametſi enim, intuitu calumniarum, ac blaſphemiarum, in ſanctos *Dei*, ipſamque antiquam *Catholicam Eccleſiam* noſtram, eructatarum, legibus omninò vetitarum, tùm quòd in *Magnates, Præſulesque*, tàm ſupremos, quàm medios, infimosq;, tàm linguam, quàm ſtylum, acuiſſet, adeóq;, ſicut acta, atque adverſaria, docent, continentiæ terminos exceſſiſſet, ut graviori pœna ob hanc enormem prævaricationem, ſecundùm *Imperii* conſtitutiones, dignus videretur, nihilo-minùs, ad tot, tamque præcipuas, pro eo intervenientes, interceſſiones, nobis eo uſq; ſatisfieri paſſi ſumus, ut illi liberam miſſionem permittamus. Interim ſub cautela, ac fidejuſſione, ſeverè amonendus erit, concionibus deinceps uſq; ad ulteriorem noſtram declaratione͂, ſe abſtineret. Inprimis ſcripta, verbaq;, in ſanctos *Dei, Pont. Rom.* ceteroſq; *Catholicæ* fidei addictos, blaſphema, prorsùs ejuraret. Simulátq;, quicquid ejus generis in *Dei* ſanctos, *Catholicos* tàm *Eccleſiaſticos*, quàm *ſeculares, ordines*, injurioſè diſſeminâſſet, partimque ex autoribus aliis collegiſſet, hoc ampliùs ne tueretur. Sed reatum, peccatumq; ſuum profiteretur. Deq; cætero illi operam daret modeſtiæ, ne, tàm ob ſuperius, ac præmiſſum, quàm ſubſequens, delictum duplicata, eâq; vindice, ac ſevera, pœna, ſine miſſione, coërcendus veniat.

Secundùm hæc, amicè, fraternè, ac clemẽter
tendimus, velles præfatum illum *Zeæmannum*
cionatorem, præviâ cautione, ac ſtipulatione, rel
tâ cuſtodia, impunè dimittere. Adeóque, ſt
lationem ut poſtmodùm impleat, per tuos, ſe
ex lege, ab illo exigere.

CAP. II.

De Electorum Cath
licorum querelis,
deliberationibus, ſ
per Fridlando.

I.

Fridlandi imperia, mores, ac potentia, Elect
bus Catholicis fiunt ſuſpecta.

HOc tempore illa erat fortuna
potentia, *Fridlandi*, ut tantùm
exteris *Magnatibus* metuendus, ſ
pſis *Imperii Electoribus*, & quidem
tholicis, ſacer, & horribilis, vid
tur. Cauſſabantur enim, iis illum eminere viril
eâ prævalere potentiâ, iis ſuperbire copiis, ut
in genere à multo tempore parem non habu
Inprimis verò iſtos hominem alere ſpiritus, iſta
que præ ſe ferre ferociam, ut res novas agere v
videri poſſit. *Cæſar* itaque niſi ſe, glorioſamque
miliam ſuam, unà cũ *Imperio*, in ineluctabiles n
andros, ultimumque periculum, præcipitare
lit, *Fridlando* imperium militare abrogaret. Ita
turum, ut *Imperium* pacari, ac *Ferdinandus Princ*
Cæſaris primogenitus, ad *Romani Regis* faſtigi
feliciùs aſpirare, queat.

Inter hæc, translatio *Ducatus Megapolitani* n
ridebat *Electoribus*. Mallent igitur hanc provinci
ad priſtinos rediiſſe dominos. Hoc enim ſapien
p̃videbatur, illas regiones cõſtanter conſervari
poſſe. Ne igitur hæc res novi belli ſemina ſpar
ret, *Cæſar* pateretur hanc cauſſam ad *Electores* r
cere. Illi ut pro ſapientia ſua, ac re nata, decer
rent. Super eo autem tùm remedio deliberabat
ut cum *Saxoniæ Electore* ageretur. Hic quò *Luſa*
à *Cæſare* ſibi oppignoratæ, renunciaret. Ex adv
ſo à *Ducibus Megapolitanis* certam pecuniæ vim
ſpectaret. Sic ut *Fridlandus* redderet *Ducatum Me*
politanum, & in ejus compenſationem recipe
Luſatiam utramq;, numeratis antè *Saxoni* à ſe ſu
ptibus reſiduis.

Quæ ſicubi ratio non improbaretur à *Cæſa*
placuit per *VVerdenbergium* legatũ tentare, an *Fr*
lando hoc inſtitutum perſuaderi poſſit. Sed
cis amans hoc conſilium minimè aſperitas e
admiſit. Ilicet enim conceptis verbis ad *Ca*
rem dedit. Jam demùm patére ſibi adverſa *Elec*
rum, Principumq;, Imperii conſilia. Quæ ejus quid
eſſent ſaporis, ut ſe è principatibus, fortitudi
mi

ri partis, eiicere velint. Interim, rectiora
à *Cæſare* promittere. Ut habitâ officii, ac me-
m ſuorum, ratione *Cæſar* illi provinciam
rvare velit. Cuius ſubditi jam tùm in verba
are cœpiſſent.
c cum tergiverſatione ubi *VVerdenbergius* re-
, ecce! opportunè advolârunt *Electoris Mogū-*
Cæſarem litteræ. Quibus hoc tùm inculcabat
. Nimirùm & *Cæſarem*, & *Electores*, abundè
icere, quàm comitia, proximè aperienda, fo-
neceſſaria. Ut igitur *Electores* omnes citiùs
niant, è re fore. Sic tamen illos cum fructu
m celebrare haud poſſe, niſi priùs querelis,
nerib' militarib' eſſet ſatisfactum. Jam neq;
ymptomata emendari poſſe, niſi antè cauſſa
tollatur, nempè *Fridlandi* dictatura. Hæc niſi
, tanquam fons labis, curetur, fruſtrà *Electores*
enire, fruſtrà emolumentum ſperari.
c *Electorum* ſuaſoria, ad *Conſiliarios Aulicos* re-
, non tota probari cœpit. Cenſuerunt quidem
pus eſſe, *Cæſar* ut *oneribus* militaribus mederc-
nterim *Fridlando* nihilo-minùs imperium eſſe
rvandum. Secùs ſi accidat, *Cæſaris* autorita-
laborare præjudicio. Ut, quà *Magnates*
nos neque ſic expediat. Neque *Fridlandi*
a, ac merita, ejuſmodi quicquam deſi-
t.

II.

ridlandus de novo Daniæ Regem irritat.

Uouſque rei militaris ſumma penès *Frid-*
landum eſſet, vix potuit ille, pro more in-
i ſui, quieſcere, quin identidem offende-
urbaſque, excitaret novas. Itaque, vix
r *Cæſarem*, & *Daniæ Regem*, apud *Lübeccam*,
oaluerat, ecce! *Fridlandus* denuò *Regi* mo-
ſerat. Tùm *Holckius*, tribunus *Danicus*, in
es *Cæſaris* tranſiverat. Ita ut à *Fridlando* pe-
is militiæ legionem impetraret. Quam priùs is
ndiis obligare tenebatur.
ocum igitur, militi conſcribendo opportu-
, *Fridlandus* illi intrà *Epiſcopatum Lubeccen-*
& *Pinnebergicum Comitatum*, aſſignavit. Cu-
ei gratiâ ſequentibus ad *Regem* dedit: Ni-
ùm ex fama ſe cognoſcere, quàm *Rex Sue-*
opias haud exiguas colligat. Adeóque *Neo-*
um intercipere cogitet.
Indè non tàm maritimum illum tractum, ſed
m *Romanum* infeſtare poſſit imperium. Hac
e opus eſſe ſibi, ut ſuper *Epiſcopatu Lubeccenſi*,
itione *Pinnebergica*, ſit ſecurus. Jam *Holckium*
unum vaſallum utique regium, eò ſe malle ab-
rc, præ cæteris. Quòd illud *Regi* non ingra-
fore præcogitâſſet. Sed oppidò hoc illi *Rex*
avit. Ità enim præ ſe tulit. Nuper, poſt
ificationem, apud *Lubeccam* initam, *Cæſarem*,
ege pactorum, è provinciis ſuis militem de-
iſſe. Si jam *Fridlandus* hoc de novo tenta-
elit, tùm ſe quidem nihil aliud colligere, ni-
um contrà tranſactionem velle laceſſere. Lo-
enim illa ad *Holſatiam* ſuam ſpectare. Ut ad-
tere cohortes non poſſit. Neque quicquam
erſi ſibi à militia *Suecica* timeat. Quòd *Rex*
è fidem dediſſet, ſe nihil damni provinciis
nicis illaturum.

III.

Idem Hammaburgios, alioſque, tentat.

Tentato fruſtrà *Daniæ Rege*, non deſtitit *Fridlandus* etiam *Hammaburgiis* litem movere. Per cauſſam enim miſſo in urbem *Holckio* exprobrare juſſit *Reipublicæ*, quòd intrà mœnia militiæ *Suecicæ* parariis locum darent. Illis rem omnem pernegantibus optionem obtulit, An diſtrictus ſuos ſibi, ſuæque militiæ, permittere, an verò ipſi, immiſſo ſufficienti præſidio, quatuor illas, ſic dictas, ditiones tueri, vellent? Ne *Regi Sueciæ* in *Imperium* irrumpendi aditus pateſieret. Ad hanc alternativam ſic exceperunt, ut ipſi rerum ſuarum idoneam ſuſcipere defenſionem eligerent. De cætero rogantes, ne ſic *Fridlandus* ſua de fide dubitaret, aut id genus propoſitis moleſtus eſſet. Iiſdem, & paulò durioribus, conditionibus etiam *Stetinenſes* urgere perrexit. Ut non ſolùm annonam imperaret, ſed præſidium inſuper intentaret. *Suecorum* contubernium illis obiiciens, prohibensque, ne *Civitatis* munitionem educerent. Hæc res *Sueciæ Regis* cauſſam non parùm promovere viſa eſt. Ut *Stetinenſibus* conſtantiam inculcaret, ſimulátque, ſicubi vellent infeſtari, auxilia promitteret.

IV.

Megapolitani in verba Fridlandi jurant.

Intereà, ne *Duces Megapolitani* exules reditum in patriam ſperare, nedum *Electores* hanc litem præcidere, auſi eſsēt, *Fridlandus* provinciæ illi' ſubditos hæreditarias in juramenti leges adegit. Omnium autem privilegiorum, conſuetudinumq;, veterum, immunitatem illis confirmavit, excepta *Religione*. Hanc enim ſecundùm *Cæſaris* beneplacitum, moderandam eſſe, edixit. Sed multi ex equeſtribus, ne fidem ſuam *Fridlando* aſtringerent, maluerunt armis antè præparatis ad *Sueciæ Regem* tranſire, patriamque *Ducibus* ſuis aſſerere, quàm novas, atque ingratas, *Fridlandi* leges experiri.

CAP. III.

De Sueciæ Rege, Electores interpellante. Rugiamque inſulam occupante.

I.

Inter Cæſareanos, Suecicosq́, fruſtrà ſuper pace, deliberatur.

Sicubi de novo *Ducat. Megapolit.* ſubditos *Fridland.* juramento ſibi obligâſſet, apparebat

rebat haud tralatitia ratio, quâ is provinciam illam reddere malè cogitaret. Quâ notatâ ſibi *Fridlandi* cõfidentiâ, *Rex Sueciæ* non modò *Straleſundã* cõfirmare, ſed ingentes ſimul copias, in *Imperium* educendas, colligere, cœpit. *Bogislaus*, *Pomeraniæ Dux*, antiquum obtinens, arbitri honorarii partes inter *Cæſareanos, Suecicoſq;*, interponebat. Mallet enim conſilio, amiciſque rationibus, utrunque in ſeſe arietantem exercitum pacare, patriæque, ſi fieri poſſit, pacem qualemcunq; conciliare, quàm medios inter enſes, hoſtileſque utrinque copias, tanquam inter ſacrum, & ſaxum, quod ajunt, diſteri. Sed *Straleſundani*, auxiliorũ *Suecicorum* ſecuri, quòd malè crederent *Cæſareanis*, tractationem oblatam videbantur inſuper habere. Ut ex pacto, & lege, quâ jam *Sueciæ Regi* obligabantur, neque poſſent, abſque ſcitu *Regis*, in transactionis partes deſcendere. Nihilo-minus, has inter pacis ſimulationes *Rex Daniæ* operam ſuam quoque interponere non dubitavit. Ut paulò poſt *Dantiſcum* nominaretur. Intrà quam de pace deliberandum foret. Eò vénit *Carolus Hannibal à Dona*, *Cæſaris* legatus. Hic potiùs *Senatus* benevolentiam, ſub epulis ſolennibus, captare, quàm pacis conſilia agitare, viſus eſt. Tametſi enim ſubdelegat' *Suecicus* illic intrà urbem exſpectaret, quid *Cæſareani* vellent. Nihilo-minùs ne quidem pacis mentio agitari cœpit. Ut potiùs præſidiarios *Cæſaris* urbi perſuadere velle *Donavius*, *Cæſaris* legatus, videretur. Sed *S. P. Q. Dantiſcanus*, exemplis per *Boruſsiam* obviis cautior, omni ſtudio id quod, rogabatur, declinavit. Interim alii è *Suecia* exſpectabantur legati. Quales tempeſtate marinâ diutiùs jactabantur in alto. Illorum verò, nomine *Regis* ſui, poſtulata iſta fuiſſe, ſiquidem in tractationes pacis itum eſſet, ab eventu tùm patuit. Nimirùm *Cæſar* copias tàm ex *Inferioris*, quàm *Superioris*, *Saxoniæ Circulo* deduceret omnes. Munitiones, loricasque, tempore belli præſentis ad fines *Maris Balthici* erectas, demolirentur. Portubus, ſtationibuſque navium quibuſcunque, priſtina redderetur libertas. Sic ut illic neque naves fabricare, neque claſſes inſtruere, liceret. Pariter præſidia utriuſque *Circuli* ſub oppidis, ad *Mare Balthicum* ſpectantibus, dimitterentur. De *Epiſcopatibus*, *Principatibusq;*, ad *Balthen* reſpicientibus, cognoſcerent *Imperii Electores*. *Ordines utriusque Saxoniæ Circuli*, inprimis *Pomeraniæ*, & *Megapolitani*, *Duces*, unà cum *Oldenburgico*, & *Friſiæ Orientalis*, *Comitibus*, itemque *Civitatibus*, eum reſtituerentur in locum, quo antè has turbas floruiſſent. Si quis adversùs *Rom.* ſive *Cæſarem*, ſive *Imperium*, deliquiſſe convinceretur, is hunc ſaetum ære expiaret, ſecundùm *Imperii Electorum*, *Ordinumque*, cognitionem.

Hoc pacto, quò *Duces Megapolitani* quàm maturrimè poſſint in poſſeſſiones ſuas reverti, *Regem* pro mulcta, illis ordine irroganda, reſpondere velle. Sic tamen, ut, ſine moræ extractione, ſibi, ſuiſque, illi reſtituerentur. Secundùm hæc, præſidium è *Straleſunda* dimitteretur. Civitatique, in integrum reſtitutæ, tàm libertas priſtina, quàm ſumptus, ac damna, ſub obſidione facta, refunderentur. Ità tamen neque *Sueciæ Regi* vel nunc, vel deinceps, fraudi eſſet, quòd civitati, tempore hoc neceſſario, opem tuliſſet. Iniuriis, erroribus, ac controverſiis, inter *Cæſarem*, *Regemque*, hinc indè
ſcentibus, daretur miſſio. Colliſionis in locum
genua, & conſtante, fide, atque amicitia, ſu
trantibus. Quæ eò etiam extenderetur, ne
ſar Regis, coronæque *Sueciæ*, hoſtibus indulgeret
xilia. Sub his transactionis articulis, ſi vel
Galliarum, *Angliæ*, *Daniæq;*, *Reges*, unà cum confo
ratis *Belgii Ordinibus*, continerentur. Hæcqu
mnia, ac ſingula, ab illis, quorum intereſt, pro
chyrographo, ac ſigillo, corroborarentur.

II.

Rex Sueciæ, ſuper injuriis ſibi illatis, Elect Imperii interpellat.

ILla ubi fuiſſent *Sueciæ Regis* poſtulata, tantùm
fuit, ut *Cæſareanis* ridere potuerint. Ut pa
contemni, partim exſibilari, illa contigerit.
de re *Rex*, haud perfunctoriè offenſus, directi
Electores litteris, ſuper hoc contemptu, conc
ri cœpit. Nempè ſe haud ſiniſtram, inquit, ſ
concepiſſe, fore, ut ſimultatis, inimicitiæque, i
culos, ſparſim gliſcentes, è medio tolleret. Sed
cis amans, deſiderium illud effectu ſuo excid
Quo minùs igitur pax apud *Dantiſcum* coalui
hoc per ſe quidem haud ſtetiſſe. Magiſque
illis ut, qui moratores, tergiverſantes, ac
doli, hoc inſtitutum impediiſſent, veniat impu
dum.

Hanc ad interpellationem *Regis* poſtmodùn
Imperii Electoribus reſponſum eſt. Sic tamen, u
videres, *Electores* hunc *Guſtavum* bellatorem ti
regio non condignari. Quam rem *Rex* ægrè t
Ut diu, multũq; deliberârit, an codicillos adn
teret, honoris utique regii vacuos. Tandem r
gnare velle, animo ſedit. Quo facto, ſeque
bus porrò *Electoribus* vicem reddidit. Quidqu
armis vellet, deſignavit: Veſtras, inquit, ô *Elect*
reſponſorias accepi ordine. Quanquam verò i
ſub limine illius eſſent, ſaporis, ut admittere
poſſem, cum regii tituli, à DEO, majoribuſ
parti, tùm propria à viginti annis fortitudine
quiſiti, eſſent vacuæ. Nihilo-minùs ſic eas pu
reſignandas, ne deinceps eundem errorem bis
rare velletis. Ità enim affectus equidem ſum, h
ut dignitatem regiam ultimum ad uſque hali
conſtanter tueri cupiam. Inter hæc, volupe n
fuit, vos candorem meum non tàm agnoſce
quàm collaudare. Ut etiam amicitiam offeratis.
terim, non minùs ipſemet quoque ſingularis il
amicitiæ, qua quidem *Rom. Imperio* addictus ſu
ſuperioribus illis meis injeci mentionem. Ut eti
ſuper injuriis, à pacis oſoribus mihi intentatis,
mulátq; conqueri cœperim. Huic, mihi, utiq; p
ter meritum illato, contemptui, vos ô *Electore*
tanquam *Rom. Imperii* fulcra, mederi velletis, a
cè corrogo. Niſi enim per amica pacis remedi
genus, jam tùm facta, curetur colliſio, metuend
eſt, ne mala, ob oculos etiamnunc obverſantia,
acerbari accidat.

Sed res nova videri, immò non parùm do
re, cœpit, ad hocce litterarum mearum fundam
tum ne jota quidem, quod ajunt, reponi accidi
Tametſi enim, *Daniæ Regis* operâ, apud *Dantiſc*
am

RPJCB


OOST
SEE
POME
RA
NIÆ
PARS
RUGIA
INSVLA AC DVCATVS
accuratiſſimè deſcripta
Arces nobilium plerœq
hoc ſigno notantur.
Miliaria Germanica Communica.
Stralſund
Wittow
Umantz
Bugost
Beandshagen


M A R I S
Stubbenkamer
Jasmunt
B A L T I C I
Lilzowische Fehr
Pronez Wick
Heidkeug
P A R S.
Alebeke
Der Beanitz
Quitselser ort
Monkegeuen
Selin
Witte
Mokegout
Hagen
Nien haue
Redde visch ouer
Des uillem
G.Sicker
L. Sicker
t' Nije diep
Stubber
Gryphiswaldiſch Oie
Ruden Inſula olim continens cum Rugia
Spandowehagen
Woſtechuſen
Kemit
Croſtin
Wolgaſt
Peene ſt.
Penemundiſche heid
Minuta ſupra quinquageſimum quartum graduum latitudinis

RPJCB

n pacis tractatio aperiri cœpiſſet, nihilo-mi-
præter exſpectationem meam, illa oppidò in-
lit. Sic ut, cùm æqua pacis in remedia pedibus
n, voto fruſtrarer. Iam, cùm cõtemptus, atq;
ia, ſuperioribus annis illata, antè oculos ver-
r, ut in majores degenerârint difficultates, hęc
aſcitur, fore, ut mihi quidem vitio verti haud
it, ſicubi alias vias, rationeſque ineam, quibus
m illam meam tuear, ac confirmem. Nolim
exſpectare, uſque dùm *Aquilæ*, ſuperiori anno
iam deprædatæ, altiori mihi ſuperincumbant
u. Sic jam inſtitutum hocce meum ſpectet
ectum, tùm quidem daturus ſum operam, ne
præjudicii vobis tàm à me, quàm ab amicis,
ıe *Imperio*, accerſatur. Nihilo-minùs ſiqui-
mali contagium etiam ſoleat afficere proxi-
amicè deprecor, ne id, quòd uſu venire amat,
imputetur.

iu enim eſt, ex quo, ne quid præiudicii affer-
memet abſtinui. Ut hoc nomine, præter inte-
mam amicitiam, cum vicinis conſervandam,
in votis habeam. Modò æqua etiam mei ha-
ır ratio. Finitimiq; *Ordines* fortunæ priſtinæ,
uper hæc antè tropiaa florebant, reſtituan-
Prout nunc ergò præcipuam *Rom. Imperii* ful-
ſtis, ô *Electores*, utpote ſalutaribus quorum
liis totiùs rei publicæ ſumma adminiſtratur.
ıllus relinquitur mihi ſcrupulus, quin, veſtra
apientia, maturè velitis providere, ne *Chri-
us* deinceps orbem graviorem aliquam plagam
pifcatur.

III.

*ici Rugiam inſulam invadunt, occupant-
ue.*

poſteaquàm hactenùs diſceptationibus, ac
teris, res fuiſſet acta, à verbis, ut ajunt, ad ar-
& manus, ventum eſt. *Suecici* igitur, ne jocari
rentur, collectâ intrà *Stralesſundam* manu, ul-
illenarium, (undè milites olim dicebantur) u-
m machinis bellicis, educentes, *Hiddenſoyam*
lam, ex oppoſito *Civitatis* ſitam, occupârunt.
ò poſt *Dubadelius*, ab *Alexandro Lesleo, Archiſtra-
Suecico*, atque *Civitatis Stralesſundanæ* guberna-
miſſus, munimentum, in proximo extructum,
reanis extorſit. Pari fortunâ in cætera *Cæſarea-
nis* munimenta pugnatũ eſt. Quæ paulò poſt in
rum poteſtatem redacta. Quanquam ergò
ies Gôtzenius, chiliarcha *Cæſareanus*, aſſumptis
ne pedeſtrium, tribuſque cohortium eque-
m paribus, in *Suecorum* conſpectum educeret,
imenta recèns excitata conſideraret, ac tan-
non provocare velle videretur, nihilo-mi-
arùm effecit. Tandem, inſulâ expilatâ, retrò
it.

ub iſtis belli ineuntis auſpiciis *Leslæus Archiſtra-*
, novis è *Suecia* auctus legionibus, adversùs *Ru-*
inſulam promovit. Quem *Stralesſundani* navi-
machinis bellicis, annonâq;, ſedulò juverunt.
tibus igitur trans mare in continentem expo-
, *Guſtovium* ſic dictum munimentum ſuper de-
one compellavit. Sed, quòd præſidiarii hanc
iæ inſulæ clavem acerrimè defenderent, ver-
miniſque, nihil egit. Igitur tormentis opus fuit.
ibus ſine miſſione effectum urgentibus, *Suecici*
ſuperinductis loricis ità obſeſſis inſtare cœperũt,
ut auxilia, à *Cæſareanis* miſſa, maritima impedirent,
ac feliciter retunderent. Quâ ſorte notatâ ſibi ad-
versâ *Cæſareani*, *Guſtovium* munimentum defenden-
tes, relictis à tergo propugnaculis exteris, in inte-
riora ſeſe receperunt. At *Suecici* jam confidentio-
rẹs, per aquas, ſepimentaque, penetrantes, dirụ-
ptis circiter palis, in loricas uſque eniti cœpêre.
Quo ſucceſſu, cæſis magnam partem præſidiariis,
non tàm munimentum prædictum, quàm inte-
gram inſulam, *Rugiam* dictam, in poteſtatem eâ-
dem operâ redegerunt. Amplitudo eius ad octo,
& viginti, paſſuum millia extenditur. Aditu non
admodùm facilis. Quam *Sueci* eo tempore in-
troductis tàm cohortibus, quàm navibus, exa-
ctiùs communiverunt. Supererat munimentum,
dictum *Brandeshagianum*, ex adverſo *Inſulæ* excita-
tum. Hoc cùm, ſuperato munimento altero præ-
cipuo, uſui ampliùs haud eſſet, ab ipſis *Cæſareanis*
ſolo cœpit æquari.

IV.

Sub Rugiæ inſulæ occupatione, puer Suerinenſis, inter cætera, Ducibus Megapolitanis reditum in patriam vaticinatur.

Sicut aliâs ingentes fato fiunt mutationes, nul-
laque penè tropica abſque omnibus introdu-
cuntur, ità ſub expeditione *Suecica*, in *Imperium* ex-
currente, magnaſque rerum converſiones poſt ſe
trahente, accidiſſe veriſimile eſt. *Puer* enim *Sue-
rinenſis*, ſub *Ducatu Megapolitano* natus, ætate decen-
nis, ſutoris filius, terribile præbuit oſtentum. Is, œ-
ſtro correptus, aliquam multos *hymnos* ea admiran-
da dulcedine cantillare cœpit, ut propè ad *Angelo-
rum* cõcordiam accedere putaretur. Prorsùs enim
eâ ſuavitate modulari viſus eſt, ut edictu incredi-
bilis eſſet harmonia. Ab hac promulſide, ad aſtan-
tes conversùs, vitam, criminibus contaminatam,
emendare, peccatorumq; pœnitentiam agere, juſ-
ſit. Sed magna pars divinationis hujus eò ex-
currebat, ut profiteretur, *Duces Megapolitanos* non
multò poſt ab exilio in patriam revocandos, ad-
eóque patriæ, ac ſibi; reſtituendos eſſe. Illis ſu-
peradjeciſſe fertur, DEUM ab illis, qui alios anteà
in ærumnas conjeciſſent, ſeveras exacturum pœ-
nas. Et jam herôem certum ad hoc eſſe electum.
Cujus ſub adventum vix inventuri eſſent locum,
ad quem confugerent. Idem puer modò *Latinè*,
modò *Germanicè*, modò *Græcè*, alioque idiomate,
loqui cœpit. Ut etiam ad interrogata ſic ſatis con-
gruè reſponderet. E quibus omnibus τὸ θεῖον emi-
cuit. Scires, rem naturalem non eſſe.

V.

Suecis Rugia potiuntibus, Cæſareani Garzium, & Griffenhagam, extorquent Pomeraniæ Duci.

Neque enim eventu vaticinium illud caruit. Ut
ipſæ quoque *Cæſareanæ* copiæ *Suecici Leonis* un-
gues jam tum reformidare occiperent. Qua de re
cùm *Suecos*, in *Pomeraniam* penetraturos, conſide-
râſſet *Torquatus de Comitibus*, *Fridlandi* præfectus ge-
neralis, omni induſtria enitendum ſibi putavit,

quò *Garzium*, *& Griffenhagam*, receptus *Pomeraniæ* tutiſſimos, in poteſtatem redigeret. Duci igitur, tametſi feriò repugnanti, *Cæſareamq;, tranſactionem*, opponenti, minimè pepercit. Ut nolenti etiam, atque invito, utrumq; loum extorqueret. *Garzium* quidem, receptus ad *Oderam*, aliquantiſper reſtitit. Uſque dùm prementibus *Cæſareanis*, ſub auxiliis defectis, tandem traderetur. *Griffenhagam* miſſis legatis *Dux* ipſe contradidit. Ne durius quid pateretur.

Iſtis in ordinem redactis locis, non perfunctoriè munitis, tùm demùm in ſpolia, rapinas, ſacrilegia, itum eſt plenis viis. *Garzium*, receptus ad *Oderam* non inſuper habendus, ſic quidem in formam juſti fortalitii educebatur; Crederes, perpetuam illic fore *Cæſareanorum* manſionem. Illud enim præmetuentes incolæ, domibus à tergo relictis, ob varias exactiones, ſolum mutabant. *Dux*, querelis ſubditorum tantùm non enectus, quò magis preces interponeret, eò magis ſe, ſuosque, affligi comperiebat. Adeò duras tũ leges militaris præſcribebat impotentia, ut ſi quis ſub ultima conſtitutus neceſſitate vel tantùm quiritaret, eo ipſo rebellionis accuſaretur. Eò enim hac tempeſtate res redierat, ut tribuni, ac centuriones, ab infima plebis fece oriundi, leges præſcriberent *Magnatibus*. Præcipuuſque *Imperii Princeps* ſive *ſutoris*, ſive *ſartoris*, alicuius filio, rei militaris præfecto, morem gerere teneretur.

CAP. IV.

De Cæſaris ad diætam Ratiſponenſem profectione. Ejuſdemque ibidem propoſitione.

POſt tot *Rom. Imperii* fluctus, ac procellas, comitia, ſive conventum *Electoralem*, tanquam communem quendam portum, anhelabant plerique *Ordines*. Rati ſcilicet, poſt tot ingentes conquaſſationes hanc velut anchoram ſupereſſe, quâ fluctibus oppreſſa penè *Imperii* navis firmari poſſit. Tanquam hac via erroribus modus ſtatui, paxq; inter tantos belli furores reſurgere, amet. *Ipſe Cæſar*, unà cum *Imperatrice*, *Ferdinando Vngariæ Rege*, filio, totaq; auguſta familia, comitatu ſplendido ſtipatus, ibat ovans animis, & ſpe tot damna levabat. Qui cùm *Ratiſponam* perveniſſet, proximis diebus *Electores Imperii* dimiſſis curſoribus invitavit, venirẽt ipſi, & collatis conſiliis mutuis, ſuper rei ſumma, diligenter deliberarent. E quibus *Saxonis*, & *Brandeburgici*, *Electorum*, præſentiam conceptiſſimis verbis expetiit. Sub hac exceptione, niſi venirent, *Cæſarem* de infortuniis, *Imperio* fortè deinceps imminentibus, rationes redditurum non eſſe. Nihilo-minùs, poſthabitâ *Cæ-*
ſaris exhortatoria, neuter ex illis comparuit.
Electoribus, dictis *Catholicis*, *Moguntino* videl.
renſi, *Colonienſi*, & *Bavaro*, ſeſe ſiſtentibus.

Qui cùm ſolenniter advolâſſent, paulò poſ
cilio coacto, *Cæſar* hanc in ſententiam propo
nem fieri juſſit. Fabulam nempè toti orbi n
mam eſſe inquit, quibus *Imperii Ordines*, pe
pleniſſimis, colliſionibus à tot annis agitari c
ſent. Ut exin *Fridericus Palatinus* proſcriptu
per *Unionis*, ſic dicti alterius *Principum* fœ
director, fœdis iſtis ſub *Anno M. DC .XIX*
Bohemiam rebellionib⁹ Megiſtus, ac caput, ac
rit. Immò in *Bohemiæ Regem* de facto corona
luerit. Immò in *Cæſarem*, diu antè electum, co
tumq;, ordine *Bohemiæ Regem*, vultus elevârit,
tulerit. Immò *Tranſylvanum* illum *Bethlenum*, i
que *Turcos*, evocando, nihil ad ultimam dil
tiam, quâ *Cæſari*, fidelibuſq; *Imperii Ordinibus*,
ret, reliqui fecerit. Quibus de cauſſis laceſſit
ſar neceſſariæ defenſionis rationes inire co
fuiſſet. Niſi mallet intueri provincias hæredi
de facto ſibi extorqueri, totiusque *Imperii* ſt
convelli.

Poſtquàm ergò, divina moderante provid
rebellantium choragus iſte, unà cum complic
proximo *An. M. DC.XX.* apud *Pragam*, in *Mont*
memorabili p̃lio victus, fugatusq;, itẽq; ſequẽ
M.DC.XXI. tanquam publicæ *Imperii* tranquill
turbator, unà cum aſſeclis, proſcriptionis, ſiv
ni, fulmine percuſſus eſſet, neminem dubitâſ
re, hic ut juſtum *Dei* judicium agnoſceret, in
machinationib⁹ nuncium mitteret, ac pacem
violatam diutiùs, longiúſq; haud expelleret.
nihil minùs eveniſſe. Tantùm enim abeſſe,
pœnitentiam emendârit, ut ulteriùs, & ſine m
ne, hoſtilibus armis operam dederit. Quo
Georgius Fridericus, *Marchio Durlachius*, pro *Pal*
in *Cæſarem* exercitum educens, eâdem divinâ
ne in partes veniente, *Anno M. DC. XXII.* in ca
VVimpfenenſibus, & paulò poſt *Chriſtianus Dux*
ſuicenſis, apud *Höchſtariam*, in ſupercilio *Mœni*,
rentur. Hæc tanta nunc extitiſſe divinæ vindi
gna, ut meritò, illi omne contumaciæ fermen
expectorare debuerint, niſi omninò men
fuiſſet. Sed ecce! attritis ſuppetiis interioribu
teros *Magnates* auxilia erogare perrexiſſe. Q
Erneſtus Mansfeldius, & *Iägerndorfius Marchio*,
novos intuliſſent tumultus. Iſto *Bohemiam* ſ
gare parante, hoc *Sileſiam* perturbante.

Qui ubi noviſſimi fluctus *Imperium* inunda
Cæſarem apud *Ratiſponam* comitia indixiſſe, q
de pacis reducendæ mediis videretur. Simula
quibus rationibus proſcripti *Palatini*, aliorum
conatibus obviã iri poſſet. Sed, ſub *An. M. DC.*
limine, prædictum *Mansfeldium*, eundemq;
ſtianum Brunſuicenſem, per *Gueſtphaliæ*, *Inferiori*
xoniæ, *Circulos*, novas coëgiſſe vires. Hiſq; e
ſolenne *Cæſaris*, piumq;, inſtitutum intertur
Ità ut *Cæſaris* hæc ratio ad effectum ſpectare n
tuerit quidem. Ut hoc potiùs omni deditâ op
laboraret, quo tot hoſtibus, diverſis ſub tract
arma ſimul ex pacto inferentibus, obniti lic
Eò enim reſpiciendum tùm quidem erat, o
bus mediis, modiſq;, contendere, ne proſc
patriæ, paciſq;, turbatores, emergere, ſed locis
buſcunque fundi, ac deleri, quirent.

ꝺc ſub identidem rurſus,ac rurſus, perturba-
perii ſtatu, nihilo-minus *Cæſarem* ſalutaris il-
ſtituti ſui curam non abjeciſſe. Sed indeſinē-
ntemplationem ſuper amicam pacis recom-
onem injeciſſe. Quoad, more veteri, revoca-
exilio penè *Imperii* comitiis, congregatiſque
ribus, ac *Principibus*, ſecundùm *Imperii* leges
mentales, veterrimaſq; cōſuetudines, reme-
ntis malis invenire, pericula amoliri, hoſtes
are, ac retundere, pacemque poſtliminiò re-
re, eſſet integrum. Sub ſpe, futurum, ut, ſi pax
nò hac ſub diæta coaleſcere non quita ſit, ſal-
a, & quidē idonea; ſuſciperetur præparatio,
ediāte proximè univerſalia aperire comitia,
umq; ſalutarem urgere, foret proclive. Sed
erium, & votum hoc *Cæſaris* denuò infrà effe-
ſubſtitiſſe. Nam *An. M. DC. XXIV. Mansfeldium,*
nſuicēſem, pro *Palatini* reſtitutione, novos un-
orraſos, potentes tamen, exercitus in *Imperiū*
liſſe, luctuoſamq; ſeditioſi belli ſcenam reno-
Iſtis ut nihil magis in votis eſſet, quā *Cæſaris,*
ii Electorum, Principumq;, ſtatus, rationesq; ut
nderent, *Epiſcopatus,* provincias, regioneſq;,
erent, omniaq;, ſine diſcrimine, ferro atq;
depopularentur. Quæ ſiquidem tempeſtas,
parùm tùm metuenda, facilè *Turcos* in arma,
Imperium, evocare potuiſſet, tot paſſim exerci-
Germaniam prementibus, neq; tùm licuiſſe,
raviſſimi momenti obſtaculis occurſantibus,
ſaris, Imperiiq; Electorum, conventus commodè
retur. Hac de re, circūſtantiis, periculi plenis,
imum diligenter admiſſis, *Cæſarem* monuiſſe
rem Moguntinum, iret, ac vigore *Imperii Receſ-*
An. M. DC. XXV. ad *XVII. Cal. Septembr.* diætam
ii dictam *deputatoriam*, indiceret apud Ul-
. Omneſq; ad hanc, ſub *Receſſu Spirenſi* nomi-
s, *Electores, Principes, Præſules, Comites,* ac *Civita-*
rdine invitaret. Quò ſic ſalutaribus undique
tis conſiliis, ac ſuffragiis, quæ tàm in rem *Im-*
quàm communis reproductionem pacis, mi-
t, maturè deliberari, ac concludi, queant. Ad-
, *Cæſarem*, ultimam *Imperii* periclitationem,
na cum diligentia, *Saxoni*, ac *Brandeburgico*,
lcâſſe. Pariterq; autorem fuiſſe, ad prædictam
ii diætam modò non præſentes venirent. Sed
æ Regi quoque pacis amorem perſuaderent.
dem in ſententiam dediſſe ad *Chriſtianum*, *Da-*
Regem. Etiam hic cum *Imperio* veterimæ a-
tiæ rationem deduceret. Unáque, pro reſta-
nda pace, apud *Angliæ Regē*, arbiter interveniret.
ic ſalutare *Cæſaris* inſtitutum, novis ſub adver-
ibus, interturbari, reſque ultimam in deſpera-
em præcipitari, amet. Ex adverſo, *Cæſar, Electo-*
c Principes, comitiis operam dare, omniaque
atum pacificum, exoptatumq;, reducere poſ-
Quid fit? Dùm ſic *Cæſar* comitia, pacemq;, de-
at, urget, expetit, ecce! narratur, ſub *Gueſtpha-*
c Inferioris Saxoniæ, Circulis, novos exercitus ſti-
diis obligari. Ut & *Daniæ Rex, Sueciq;,* validas
e copias non minùs perhiberentur. Eapropter
rem interpellâſſe *Electorem Saxoniæ*, hic ut apud
mque *Regem*, pro autoritate ſua, eniteretur,
uid, in detrimentum *Imperii*, pro *Palatino*, de-
erent, ſed ſibi æquis rationibus ſatisfieri pate-
tur: Satius enim eſſe, favillæ gliſcentes novorum bellorum ut maturè extinguantur, quàm incendiis demùm latè furentibus nimis ſerò occurri velit.

Quò igitur diæta, apud *Vlmam* ad *XVII. Cal. Septembr.* indicta, ſine mora ad effectum ſpectaret, *Cæſarem* deditâ operâ feciſſe omnia, hanc ad rem pertinentia. Sicut *Electores* codicillis demiſſis illûc diligenter invitârit, *Saxonem* verò, & *Brandeburgicum*, per legatos commonefecerit.

Eò igitur dùm ſpectâſſent *Cæſaris* conſilia, quò conventus maturrimè coiret, ex transverſo acciдiſſe, optima hæc, ac laudata, voluntas, effecto ſuo ut deſtitueretur. Etenim adverſam partem, pace inſuper habitâ, arma arma retentâſſe, tanquam quibus unicè juſtitia cauſſæ definienda foret. Ità *Cæſarem* iterùm, iterumque, de ſententia animi, ac propoſito, dejectum, à fidelibus *Imperii Electoribus*, ac *Principibus*, ammoneri cœpiſſe, hoc ageret, nempè, novis emergentibus periculis, nova copiarum ſupplementa, vireſq; pro præſenti, tempeſtate ſufficientes, proſpiceret. Ità præter exſpectationem, uſuveniſſe, *Cæſar* propoſitum illud ut, neceſſitate urgente, ſequeſtraret, DEO bonæ cauſſæ eventum committeret, inque neceſſaria, atq; ab adverſariis extorta, defenſionis, arma incumberet. Interim, neque ſic tùm *Cæſarem* pacis, reconciliationisque mutuæ, projeciſſe ſtudium. Ut, cùm in armis inſurgentes *inferioris Saxoniæ Circuli Principes*, pro litis ejus compoſitione, *Saxonem*, ac *Brandeburgicum*, *Electores*, honorarios velut arbitros, exorâſſent, hi inter *Cæſarem*, & *Principes*, differentias ex æquo ut componerent, ibi *Cæſarem* modò non in tractationes, apud *Brunſuigam* ſuſcipiendas, illicò conſenſiſſe, ſed præfatos inſuper *Electores* ammonuiſſe, hoc agerent, nimirùm in litium compoſitionem incumberent, *Cæſarique* ſupremam autoritatem conſervarent. Sed deſiderium apud ſe quidem, eventum verò penès *DEVM*, fuiſſe. Quàm enim tùm pacis amor adverſarios ſtimulârit, patuiſſe ab effecto. Tametſi enim ambo *Cæſareanæ* militiæ archiſtrategi in propoſitos pacis canones ſic ferè pedibus iviſſent, ut pax jam in foribus inſtare videri poſſet: nihilo-minùs adverſam partem tàm laborioſæ, quàm ſumptuoſæ, tractationis telam extraxiſſe, *Electorumque*, certis ſub cancellis militantem, interpoſitionem ad alia, & quidem ſupervacua extendere cœpiſſe. Sic ut difficilis ille, & in duo de viginti ſeptimanas excurrens, labor, abſque ullo effectu, tanquam res vacua, & irrita, exſpirârit.

Quanquam verò omnia in priſtinum, tædioſumq;, ſtatum omnia retrò ferri accideret, nihilominùs neque ſic quidem *Cæſarem* medium illud, in caſibus graviſſimis, ſecundùm *Imperii* conſtitutiones, uſitatum, excluſiſſe, ſed etiam tunc *diætam*, dictā *deputatoriam*, urgere perrexiſſe. Ut, cùm *Electores Catholici* conventus hujus ematurationem unicè deſiderarent, rursùs, in *VIII. Id. Maj. Anni M. DC. XXVI.* alium in locum opportunum, videlicet *Noribergam*, reiici contigerit. Sic *Cæſarem*, jam tùm animis in itinere hærentem, totum in eo fuiſſe, rebus ut præparatis omnibus *Noribergam* excurreret, tandemque voto potiretur ſuo. Verùm enim verū, novis, ac periculoſis, recrudeſcentib' motib', *Cæſarem*

iam hîc deſideriis ſuis excidiſſe. Quòd enim, inter cæteros, proſcriptus *Mansfeldius*, poſt cladem apud *Deſſavienſium* pontem acceptam, nihilo-minùs disjectas reliquias, aliorum ope accedente, recolligeret, perque *Marchionatum Brandeburgicum*, ipſamque *Sileſiam*, uſque in *Moraviæ, Vngariæque*, fines penetraret, ibidem *Bethleni, Turcorumq;*, auxilia exciperet, ſedemque belli intrà provincias *Auſtriacas* hæreditarias figere præcogitaret, *Cæſarem*, lege neceſſitatis compulſum, *Fridlandum*, militiæ ſuæ archiſtrategum, ex *inferiori Saxonia* evocâſſe. Atq; ut in proſcriptos illos, rebelliumq; ductores, *Mansfeldium* nempè, & *Erneſtum Vinarienſem*, ipſosq; *Turcos* complices, manu vindice animadverteret, juſſiſſe. Sic quidem eveniſſe, ut, poſteaquàm *Novigrada* fortalitium à *Turcis, Tartariſq;*, per menſes aliquammultos obſeſſum, multa pertuliſſet, tot *Chriſtianorum* millenarii in ſervitutem *Turcicam* ab riperentur, ſuperveniens cum exercitu *Fridlandus* rebelles, barbaroſq;, funderet, fugaretque. *Mansfeldio* inter tenebras *Turcicas*, manuſque infidelium barbarorum, animam profundente.

Ità noviſſima ubi diætam prædictam interviſendi adempta fuiſſet occaſio, *Cæſarem* nihilominùs idem pacis ſtudium, tametſi tot luculentis ſucceſſivè victoriis utentem, conſtanter protuliſſe. Ut in actiones *Auſtraſiæ*, ac *VVürtenbergæ, Ducum*, pro proſcripto *Palatino*, *Cæſari* reconſiliando, intervenientium, non illibenter propēdére cœperit. Tametſi etiā hęc, aliquouſq; excurrens, tractatio, *Palatino* ſeriam pœnitentiam non emendante, inanis fuiſſet, atq; irrita. Interim, tertiâ vice *Cæſarem diætæ* illius ematurationem urgere perſeverâſſe. Ut in *An. M. DC. XXVII. Calendasq; Iunias*, de novo extraxerit. Immò particularem etiam ſuperiorem *Auſtraſiæ*, ac *VVürtenbergæ, Ducum*, pro *Palatino*, interventionem minimè abrupiſſe. Ut inſuper *Electori Colonienſi, Duciq; Palatino Neoburgico*, nec non *Hiſpaniarum Infanti, Belgii* gubernatrici, permiſerit, illi omnes compoſitionis rationes ut inirent, pacemque compendifacerent. Ut ſic optima *Cæſaris* voluntas etiam poſt tot conſpicuas, à *Deo* indultas, victorias nihilo-minùs in commendatam pacis bonitatem ferretur unicè. Sed inſuper hanc etiam comitia cebrandi occaſionem è manibus fuiſſe ereptam. Ut *Cæſar*, eò inclinantiſſimus, denuò fuerit fruſtrà. Ut *Electores, Principes, Ordineſq;*, cōventus illius cupidiſſimos, ſpes decollârit. Ut ſubditos deniq;, ac privatos, tanquam panacæam illam ſub tot adverſitatibus intimè ſuſpirantes, votis exciderint omnibus.

Sic *Cæſaris* inſtituto toties in caſſum abeunte, primùm *Moguntino*, & *Saxoni*, mox cæteris *Electorib.* omnibus, ſuper cōventu *Electorali*, conveniſſe. Cujusmodi, ſub *An. M. DC. XXVII. Idib. Septembr.* apud *Mülhuſium Thuringorum* aperiri cœpiſſet. Illuc *Moguntinum*, & *Saxonem*, ipſosmet profectos fuiſſe: *Electoribus* cæteris per legatos comparentibus. Atque ſuper hoc conjunctis ſtudiis deliberantibus, quo pacto tàm cauſſa *Palatini*, quàm motus per *inferiorem Saxoniam* gliſcentes, paxq; ipſa ſecura, ac conſtans, componi poſſint.

Suſceptis igitur maturis deliberationibus, ſuper proſcripto *Palatino*, tanquam omnium id genus motuum materia, ac fonte, *Electores* ſubſequentes *Cæſari* articulos propoſuiſſe, à *Palatino* adimplendos. Nimirùm proſcriptus humilimis coràm C
re reatum verbis deprecaretur. Iuxtáque tàm
quam ſuorum, nomine, prætenſionibus quoad
gnum *Bohemiæ*, ſociaſque provincias, electioner
aliâs per ſe nullam, in perpetuum, renunciaret,
riqueoperâ *Electoratum*, propriâ culpâ deperdit
ejuraret. Sic non languidius tàm domeſticis, qu
externis, ſe abſtineret fœderibus. Ut etiam co
liis, molitionibuſque, in univerſum omnibus,
contrà *Cæſarem*, quàm fid eles *Electores, Principes,*
dineſque, excurrentibus, valediceret. Deſuper
idoneo, ac ſufficienti, modo caveret. Atque
pacto *Cæſareæ* gratiæ compotem ſe redderet.

De rebus verò *Danicis*, motibuſque *inferioris*
xoniæ, è cauſſis præmemoratis, ſic quidem con
niſſe tùm *Electoribus*, ac *legatis*, Nimirùm, ſi acci
à *Cæſare Daniæ Regem* pacem petere, tùm utique
ctationem illam minimè detrectandam, ſed p
amore, etiam tempus, locum, modumque,
pręfigēda venire. Quòd igitur, poſt tot clades,
illatas, hoc tempore legiones regiæ, in finibus
perii reliquæ, de novo eſſent fuſæ, diſſipatæ
tùm *Danici* regni *Megiſtanes* conceptiſſimis v
pacem à *Cæſare*, ac *Fridlando*, corrogâſſent,
Rex ipſe per *Fridericum, Holſatiæ Ducem, Electoren*
Saxoniæ, idem ſolicitè petiiſſet, eam in ſen
tiam pedibus, quod ajunt, deſcendebat *Elect*
Collegium, *Cæſar*, ex amicæ pacis deſiderio, tra
tionem oblatam ne recuſaret, ſed ordine admi
ret. Tametſi enim eò *Electorum* quorundam
ment ſuffragia, ſic exſpectandum venire, ut
ſub transactione univerſalis pax conſtitui qu
etiamſi *Cæſar* cum *Rege* in gratiam reverteretur
hilo-minùs ſic habendum eſſe, hæc ut transa
præliminaris, ante cœnæ loco venire queat.
feliciter progrediente paraſceve ad univerſalis
cis reproductionem hæc videri debeat. Ut m
ſecundus, quod ajunt *dipnoſophiſtæ*, quin immò
næ pompa, caputq;, hoc eſt, pax univerſalis ſol
ſincera, ac vera, paulò poſt, præmiſſis his velut
paratoriis, certiùs ſit exſpectanda. *Cæſarem* ig
ordine, rectè, piéq; facturum, ſi inter tàm ſple
das bellum continuandi facultates, nihilo-m
ſe ipſum vincat, pacem petentibus impertia
ſanguini humano, *Chriſtianoq;*, parcat, pacem
innumeris potiorem triumphis, armis præf
Quæ quidem poſt diuturnam apud *Lübeccam*
ctationem, *Pacificatio* tandem *Anno M.DC.XXI*
Calend. Iun. concludi, *III. Non. Iunias* à *Rege*, regn
conſiliariis, apud *Coppenhagam* rata haberi, à C
verò, ſub ipſis *Idibus Iuniis*, confirmari, cœpiſſe

Illa cum *Daniæ Rege* transactio ſiquidem it
deretur comparata, ut velut ad pacem univerſ
manuductio, ac compendiaria, haberetur, nih
languidiùs tot ſuſpiria, votaque, tot hominum
numero ſub bello gementium fruſtrà fuiſſe. N
enim cum *Daniæ Rege*, ab armis ferias agente,
incendium exſpirâſſe. Ut ignes etiam longe
grantiores paulò poſt excitari contigerit, ma
nationibus, fœderibus, conſpirationibuſq; n
tanquam è funiculo, identidem exſurgenti
Non modò enim *Batavos*, poſt *Sylvam Ducis*, a
ſaliam, civitates, in poteſtatem redactas, mult
ctos inſolentiores, ut manifeſtorum ferè hoſt
vultus induentes, diverſas ſub *Imperio* dyna
civitates, ac fortalitia, de facto interceperin

et

partem *Ducatus Iuliacenſis* , unà cum uni-
tractu *Marchico* invaſerint,pluresq; per *Gveſt-*
um Circulum Epiſcopatus, itemque oppida , ſub
ı redegerint. Immò verò ſuperiori hyeme
ın *Suecicum*,poſt inducias cum *Polonis* factas,
itum non parum ſuſpectum conſcripſiſſe.
famâ narrante, in *Imperium* eſſet ſuperindu-
ıs. Iſtis omnibus motus *Italiæ* , poſt exceſ-
incentii, *Mantuæ*,ac *Montisferrati* , *Ducis*,tan-
ı cumulum quendam , accedere. Præſertim
Rex Galliæ, unà cum *Venetis*, eam litem foveat.
ique, atque *Imperio* , juriſdictionem per *Ita-*
uperſtitem , eripere tentet. Eò enim hanc
aricationem prorupiſſe, ut *Cæſari* , tanquam
mo feudi domino , externi *Magnates* leges
t præſcribere. Ut etiam tàm armis, quàm
ſitis præſidiis, obluctari nihil dubitent. Illis
anibus quo pacto nempè *Cæſar* non modò
media antè admiſiſſet, ſed etiam vindicibus
s cœpiſſet experiri, minimè fugere pleros-
lectores. Ut illorum etiam conſiliis, præ-
s intimationibus,uti frui maluerit.

x qua vera , prolixaque , deductione, jam
Electores, legatique præſentes, non ſolùm di-
nt , quæ *Cæſaris* hactenùs à tot annis inter-
ſſet cura , ac ſolicitudo, omnia illa , quæ pa-
quomodocunq; promoverent,exquiſita ſub
entia , ematurandi: ſed etiam abſque ulla
ris culpa, res novas in perplexitates degene-
,perſpicerent. *Cæſarem* enim ad ultimam di-
ıtiam , tàm codicillis, quàm legationibus,ex-
entem , nihil reliqui feciſſe, quò remedium
deſiderati illius conventus, partim apud *Ra-*
iam,ſub *Anno M.DC. XXII.* propoſitum , par-
ſub *Electorali Mülhuſiana* diæta decretum,appli-
t. Nimirùm *Electores* ad unum omnes or-
convocandos , corumdemque conjunctis
iliis, ac ſuffragiis, res *Imperii* ſic ferè collapſas,
urandas eſſe. Eò enim hoſtium *Imperii*
tare occultas , manifeſtaſque , molitiones,
ex *Imperii* interitu ædes ſibi fabricent,commo-
ue ſuis velificentur.

Quandoquidem ergò, ſub illis *Imperii* convul-
ibus, totius *Imperii* ſalus,reique ſumma,in hoc
ſſimùm vertatur , ut quàmprimum pax uni-
alis, cui omnes tutò fidere poſſint, abſque
a ulteriori, ſummo ſtudio ematuretur, Ea-
pter *Cæſarem* arduæ, ac ſummè neceſſariæ, il-
cauſſæ excuſſionem inpræſentiarum *Electori-*
Legatiſque præſentibus, ſeriò inculcare, vide-
t,quibus viis , mediiſque, hæc pax univerſa-
abiliri, ac conſervari, poſſit. Secùs,ſi,præ-
exſpectationem , accidat, pax ut ex toto coa-
ere,ac ferruminari,nequeat, tùm verò rationes
entur,quibus *Cæſar*,cum *Imperii Electoribus*,*Prin-*
bus, *Ordinibuſque*, arctiùs communiretur. Sic
onjunctis viribus, operiſque, tandem tàm in-
ıis, hoſtibus, iſtorumque machinationibus
petuis,valida , ac conſtanti, manu obviàm ire,
ique *Imperium* ab interitu præſervare, liceat.
ticulares tractationes non quidem conte-
ıendas, ſed ad univerſalis pacis conſecutionem
perfectas,eſſe. Illud verò in confeſſo, & o-
ıium ſuffragiis approbatum , in medio ferri,
odò *Electores* , *Principes* , *Ordineſque*, cum *Cæ-*
ſare, tanquam à *Deo* conceſſo capite, fortiùs uni-
rentur,operaſque mutuas fideliter conjungerent,
forè,ut *Imperium*, adversùs hoſtes quoſcunque ex-
teros , citrà periculum , conſiſtere ſufficiat.
Pro ſecundo , quandoquidem præfatus *Palati-*
nus, ammonitiones *Electorum* , apud *Mülhuſium*
congregatorum, inſuper habuiſſet, atque hunc
uſque in diem ad ultimas molitiones nihil re-
liqui feciſſet, utique *Cæſarem* in memoriam revo-
care, quid , reſpectu tàm ſupinæ contumaciæ,
leges in genere, tùm *Imperii* conſtitutiones in par-
ticulari , deſignarent. Iſtum enim modò non
Batavos , *Imperio* adverſantes , alioſque *Magnates*
exteros deditâ omni operâ , inflammare. Ut
perpetuis id genus molitionibus ex omnibus
ferè angulis *Imperio* minitetur aſſultus. Iſtum
quoque , ſub tractatione *Colmariana*, *Auſtraſia*, &
VVürtenbergico , *Ducibus* arbitris intervenienti-
bus , ad propoſitos compoſitionis articulos,
ſic quidem reſpondiſſe per miniſtros ſuos,
ut pateat , ſpem certæ,ac ſolidæ, pacis indè exſpe-
ctandam non fuiſſe. Qua de re, cùm *Cæſar*,ad
Electorum ammonitiones, ac reſponſa,modò *Pala-*
tinus requiſita impleviſſet , aliquem iſti gratiæ lo-
cum facere non detrectâſſet , jam aliud tempus
aliud conſilium ac remedium, poſtulare. Du-
bio procul enim *Electores* , jam ipſosmet intel-
ligere , quàm minimè conveniens eſſet , ſicubi
Cæſar , perſervante iſtius contumacia, ſine cauſſa,
ſeſe illi indulgere vellet.Ità enim nihil exſpe-
ctandum venire aliud niſi ut *Cæſaris* , & *Imperii*,
autoritati derogetur , immitationi , & exem-
plis,occaſio præbeatur , paxque nihilo-minùs,
ac communis tranquillitas , parùm promovea-
tur. Proindè *Cæſari* vitio dari non poſſe, ſi,re-
bus ità comparatis , durante ſupina , atque ho-
ſtili,illius pertinaciâ , fores gratiæ tandem ſuffi-
cientibus ex cauſis, omninò præcludat.

Tertiò , ſiquidem non minùs in propatulo
extet, quàm omnis per *Imperium* emergentis infor-
tunii , colliſionis , belli, fœdæque rebellionis,
indeque per hos continuos duodecim annos in-
ſequentis calamitatis , ac miſeriæ , autores fuiſ-
ſent *Batavi* , atque eſſent etiamnunc, utique quo-
rum induſtria in hoc occuparetur , ut pro-
ſcripto *Palatino* , cauſſam iniquiſſimam foven-
ti,ejuſque complicibus , tàm conſilio , quàm
re itemque copiis , pecuniis, armis, commeatu,
& id genus neceſſariis , adversùs *Cæſarem* , tan-
quam ſupremum feudi dominum , opem fer-
rent. Ut etiam per *Gveſtphaliæ Circulum*, prout
ſuprà præmiſſum anno ſuperiori , complures, ad
Imperium ſpectantes , regiones, civitates,ac for-
talitia, vi occupare ſint auſi : ut porrò in *Im-*
perii fines falces ferre , aliaque alia loca interci-
pere etentent , leges neutralitatis, ut vocant o-
mninò violantes. Proindè, ſuper hoc quoque
Electores , *legatique* deliberarent, quibus iſti viri-
bus,ſi vel porrò *Imperium* infeſtare , vel *Inferiorem*
Palatinatum petere, comperiantur, non modò re-
tundi , ſed loca , nuper intercepta recuperari,
queant. Hactenùs, ob varium, ac multiplex, bel-
lum, diverſoſque hujus fabulæ actiones, ſevera ex
lege, in iſtos animadverti non potuiſſe. Jam verò
quò belli molem accuratiùs ſentiant , tàm diver-

ſiones ſuſcipiendas, quàm conjunctis viribus copias proximè iſtis admovendas venire.

Quartò, notorium eſſe, *Cæſarem* toto regiminis ſui tempore, cum regno *Sueciæ* nihil habuiſſe commercii. Adeóque, quantùm ejus quidem meminiſſe queas, materiam offenſæ, ac ſimultati, dediſſe nullam. Ut ne quidem ſuſpicari velit, *Suecos*, ob errores, apud *Straleſundam* civitatem occurrentes, bellum *Cæſari*, *Imperioque*, inferre præſumere. Hanc in rem *Cæſarem*, ad *Daniæ Regis* ammonitionem, jam-pridèm legatum *Dantiſcum* versùs, ſub certa inſtructione, amandâſſe. Sub ſpe, fore, ut, interpoſitione præfati *Regis*, amica tractatio locum invenire, odiiſque, ac periculis, illis ſub locis naſcentibus, medicina adhiberi ſuſtineat. Quod ſi tamen, omnem præter exſpectationem, *Sueci*, aliud quiddam coquentes, in res *Imperii* falcem mittere, inſultuſque in *Germaniam* tentare, velle, libidinentur: Eo tunc eventu inexſpectato *Cæſarem* ab *Electoribus*, ac *legatis*, præſtolari, quibus etiam iſtis ſufficientibus mediis occurrere, vimque vi repellere, liceat.

Pro quinto, non minùs in animis, notitiaque, omnium verſari *Italiæ* turbas. *Cæſarem* autem, antè omnia, conſiliis, mediiſque, compoſitionem amicam conciliantibus, operam dediſſe, quo periculoſi id genus, & univerſæ *Chriſtianorum* Reipublicæ incommodantes, motus ſopiri poſſint. Interim, jurisdictionem, autoritatemque, *Cæſaris* in diſcrimen illic vocari. Hanc utramque ut tueatur, opus eſſe. Ne *Cæſar*, ſuper juſtitia minùs adminiſtrata, temerè accuſari poſſit. Quippe qui unicuique jus ſuum velit eſſe ſartum, tectumque. Quanquam autem *Cæſar* confidat, præſentem controverſiam *Pontificis Max.* interpoſitione decidi poſſe. Nihilo-ſeciùs, graviſſimi momenti de cauſſis, *Cæſarem* etiam hanc rem, præter ſuperiores litterarum intimationes, *Electoribus*, *legatiſque*, penſiculandam offerre, eorundemque, conſilia requirere. Si nunc uſu-veniat, *Galliæ Regem* cauſſam illam iniuſtam armis porrò ſive per *Italiam*, ſive *Germaniam*, proferre velle, eo eventu inopinato excuteretur jam antè, quid facto *Cæſari* opus foret. Quibusque copiis, ac ſubſidiis, *Cæſar*, tàm ſuam, quàm *Imperii*, jura, atque dignitatem, vindicare, tùm *Electores*, *Principes*, *Ordineſque*, tueri ſuſtineat. Semel *Cæſarem* ſic quidem affectum eſſe, ut fidelibus, *Electoribus*, ſi qui fortè, vel has turbas *Italicas*, vel alias quaſcunque *Imperii* immunitates, ac juriſdictiones, fortè periclitari comperiantur, omni tempore, ac loco, omnibus, quod ajunt, copiis ſuccurrere, atque opitulari, velit. Ut ex adverſo omnem ab illis, indubitatamque, conjunctionem, opem, opitulationemque tempore neceſſitatis, ſibi repromittat

Colophonis vice, *Cæſarem* ad animum quoque admittere, ſuper rei militaris difficultatibus, & ærumnis, *Imperii Ordinum* lamenta, ac querelas. Cujus-modi, ob diuturnitatem belli, inprimis quoque regna, ac provincias ſuas, graviſſimè exercuiſſent. Jam id genus gravaminum partem è corrupta militari diſciplina originem traxiſſe. Partem verò ex inevitabili neceſſitate naſci cœpiſſe. Tantùm enim abfuiſſe,

urgentibus ut periculis aliis mediis occurri
tuerit. Ut ne quidem ordinarios per *Imper*
ſive cenſus, ſive conventus agere integrum
rit. Etiam præcipuis *Imperii Ordinibus* non-
lis adverſæ partis machinationes, ac noxia c
ſilia, approbantibus. Quæ omnia prolixa
ductione extendi jam nunc poſſint, niſi
ctoribus, etiam ſuo loco militares moleſtias
cipientibus, jam-pridèm fuiſſent perſpect
ma. Diu eſſe, ex quo *Cæſar* malis creſce
bus, indéque natis querelis multiplicibus,
dicinam facere voluiſſet.

Ut mediorum, ab *Ordinibus*, benè ſent
tibus, hoc ad inſtitutum facientium, nond
dememinerit. E quibus potiſſima, quan
ejus & occaſio, & præſens neceſſitas, adm
ſet, jam abhinc in effectum forent deducta,
cæteris etiam nunc laborari. At tantæ molis
opus eſſe, ut res *Imperii*, diuturnitate belli ſi
rè collapſas, abſque *Electorum* ope, ac ſubſi
ſolus erigere, ac reſtaurare, vix ſufficiat. Ea
rem neceſſitatem ipſam ſuis velut verbis loq
ac poſtulare, *Electores*, ac *legati*, inſuper hoc
que animis ſecum peragerent, ſiquidem,
viâ illâ coniunctione mutua, pax pro temp
ſecura, ac plena, reproduci haud amet, qu
dine, quibusque rationibus, minori cum diff
tate, minimiſque ſubditorum ſub querelis,
lum deinceps geri, continuarique, poſſit. Si
reſpectu conferendorum cenſuum, hyberna
num, ſtativorum, aliarumque id genus nec
tatum, tolerabilis iniretur ratio. Quò
medio ſublatis offenſionibus, atque irritame
Imperii Ordines pro una tanquam cervice,
ri, ac ſubſiſtere, externiſque, ſub hac proh
lor! aliâs mutua colliſione, criſtas tollenti
hoſtibus medium, quod ajunt, digitum o
dere, valeant. Credibile enim ſit, *Magnat*
tramarinos, plus in *Imperii Ordinum* div
quàm propriis in viribus, fiduciæ reponere.

Irent ergò nunc *Electores*, ac legati: Et, p
eaquàm *Cæſareæ* illius ſive propoſitionis,
deductionis, capita, accurrata rationis bil
trutinâſſent, ſententiam ſuam declararent. Q
ſi etiam, præter ſuperiùs allegata, alia pacis
quirendæ, conſtabiliendæque, remedia de
ulla, hæc utique *Cæſari*, abſque moræ diu
nioris extractione, etiamnunc juxtà aperire

CAP. V.

De Electorum, ad C
ſaris propoſitioner
reſponſis. Principun
que ſuper Fridlan
militia, querelis pl
ribus.

I.

…res præſentis belli difficultates rejiciunt in …idlandum.

…Equiſiti hâc prolixa ſub inductione *Electores* ſic quidẽ, cũ ſapientia, ut ait *Satyricus*, antea locuti, reddiderunt. Ut perhiberent, præſentium procellarum, vitio… damnorum, exactionumque militarium, …nùs inauditarum, quotidie totum penè …*ium* deſtruentium, fontem, ac mate… , eſſe novum illum *Megapolitanum Du…* *Cæſareanarum* copiarum archiſtrategum. …im tantam, abſque *Imperii Ordinum* conſen… tentiam eſſe collatam, ut parem hoc ſecu… …on aſpexerit. Ut exundantes illæ copiæ ad a… …nſtitutum haud videantur comparatæ, niſi …nunem hanc patriam deſtruant. Tùm in …eri hos impetus militares, adversùs quos …m nunquam decerni contigiſſet. Cen… …ollectasque, non, ſecundùm leges *Imperii* ab …*ibus* poſtulatas fuiſſe. Eâ enim lege nemo …gnare eſſet auſus. Sed pro *Fridlandi* libidi… …ne omnia cœpiſſe extorqueri; Ut more …uam barbaro non tondere, ſed deglubere, …tur. Tantùm, inter multos *Imperii Ordines* …ros, vel ſolum *Electorem Brandeburgicum*, ſæ… …ibus id genus militaribus exactionibus, ſu… …ribus annis, ultrà viginti florenorum millio… …ontuliſſe. Alios *Principes, Ordinesque*, alias de… …re ſummas. Ut poſt tot crudeles emunctio… …pud pleroſque vix calculus locum habere vi… …ur. Hæc in medio verſari. Nedùm poſſe ne… …Ut paribus paſſibus apud *Fridlandum* & ex… …num atrocitas, & ſuperbia, ac faſtus, ambu… …Vix enim dici poſſe, qui ſplendor, qui lu… *Fridlandum* occupet. Cujus ad exemplũ, *Chi…* *…ae*, ac *Tribuni*, veſtibus auro intertextis, ſtipato… …s, equis, apparatuq; magnifico, ſic quidem ſu… …irent, ut cœlum luxuria petere videantur. …jus commmatis ubi fuiſſet *Electorum* in *Frid…* *…um* invectiva, *Cæſaris* nomine, obiter ſic fermè …onſtrare cœpiſſe ferunt. Nimirùm tempori… …hæc aſſcribi oportere vitia. Tantamque exti… hoſtium, ſine miſſione *Imperium* prementium, …entiam, ut, ſecundùm præſcripta, ac leges in …a rerum perturbatione, via ordinaria calcari …potuerit. Ut graviſſimis id genus ſub moti… …potiſſimum in celeritate repoſitum fuerit præ… …um. De luxu tribunorum ità eſſe, ut tot nu… …o ſeſe confeſtim inſequentes victoriæ non …ſpiritus, quàm ſplendorem, auxiſſe videri poſ… Neque id novum, aut inſolens, eſſe. Olim …que *Romanos*, tot regnis, provinciiſque, ſub vi… …cibus aquilis, auctos, abjectâ antiqua frugali… , magnificentiæ operam dediſſe. Et hoc fortè *…lexandri, Philippi* filii, expeditionibus hauſiſſe. …us milites, poſt devictos *Darii* exercitus, fe… …tur, projectis vilioribus ſarcinulis, induiſſe lu… *…Perſicum*. Ut poſtmodùm, in *Indos* penetran… occurrentibus *gemmis*, etiam *aurum* faſtidire …erint. *Bellum* hoc pacto haud fruſtrà à vetu… …ribus dictum videri *bellum*. Hoc eſt arma ple… …q; ſplendorem ſequi. Vetus illud in medio ex… .Quod ipſis *Romanis* tùm fuiſſet in ore:

Qui pugnas, ac caſtra, petit, præcingitur auro.

Ut vulgò etiam gregarius miles, ſi quis abjecti ſit animi, nec aliquam intùs ſuperbiæ micam coquat, rarò putetur ad majora emerſurus. Cùm vel de *Scipione*, frugalitatis priſcæ, & diſciplinæ militaris, magiſtro, proditum ſit, eum militem, quòd ſtrigoſum in caſtris aluiſſet, equum relegâſſe.

II.

Bogislai, Pomeraniæ Ducis, ſuper corrupta militari diſciplina, exactionibusque, ac vexationibus, variis, querela.

Compendiaria illa *Electorum* videri poterat invectiva, in *Fridlandum* ſaltem detorta. Neque inconcinna, *Cæſaris* nomine allata, excuſatio. Sed non abs re fuerit, integrum adducere id genus querelarum commentarium, cujumodi ſub præſentibus *Imperii* apud *Ratiſponam* comitiis, ad *Cæſaris* thronum, ac ſubſellia, coëffundi cœperunt. E quibus cùm facilè chorum ducant *Bogislai, Pomeraniæ Ducis* lamenta, lubet hoc loco illa primùm inſpicere. Sequentibus autem coràm *Cæſare*, comitia celebrante, per legatos, quiritâſſe cognitus eſt. *Ducem* ſe, inquit, minimè ambigere, quàm *Cæſar* adhùcdum clementer commeminiſſet, diverſis ab ſe vicibus, ſuper exactionibus, inauditisque exceſſibus, militaribus, jam penè integrum per triennium in ſubditos ſuos continuantibus, conceptiſſimis verbis actum, remediumque ſubmiſsè corrogatum eſſe.

Jam ſe quidem *Cæſari*, negotiis *Imperii* deponderandis graviſſimis intento, tædioſâ id genus querelarum reproductione moleſtum eſſe haud velle. Nihilo-minùs, cùm id genus, inter homines *Chriſtianos* incompertæ, exactiones, ac preſſuræ, non imminuantur, ut magis de die in diem incrementa ſumant, uniuſque calamitatis finis alterius ſit principium, uſque eò, ut, concurrentibus malorum cumulis, omnia conduplicentur: ideóque, hoc ſub extremæ neceſſitatis agone, ſe, poſt *Deum*, rectâ ad mitiſſimæ *Cæſareæ* clementiæ thronum confugere. Cujus utique benigniſſimæ voluntatis eſſet ſecurus. Ut omninò confidat, fore, *Cæſar* hanc legatorum ſuorum interpellationem ne ægrè ferre, ſed pro laudata ſua indulgentia clementer, admittere, maloque penè deſperato medicinam facere, velit.

Principiò, (præfiſcini quod præmittendum veniat) ſe tàm prolixè, quàm verè, ſub luculenta exegeſei, deducere poſſe, quàm ergà *Cæſarem*, tàm antè, quàm poſt, multiplices ejus generis afflictiones, boni, fidelis, ac devoti, *Principis* officium fecerit: Fœderibus, contrà *Cæſarem* directis, ſe datâ operâ abſtinuerit. Adeóque non tàm toti *Chriſtianorum* orbi, quàm *Cæſari* inprimis, fidem, ac conſtantiam, ſeque totum, approbârit. Ut etiam ab ipſomet *Cæſare*, hanc ob conſtantiam, non infimam promeruerit laudem. Codicillis, id præ ſe ferentibus, in medio extantibus, ejuſque rei teſtimonium perhibentibus. Hoc ſe, ſubmiſſa cum humiliatione, nõ potuiſſe non *Cæſari* intimare, ea eſſe officia ſua, *Cæſari*, atque *Imperio*, ſine interruptione, præſtita, ut certiſſimè confidat, *Cæſarem*,

poſt tot exanthlatas afflictiones graviſſimas ſe ſublevaturũ eſſe. Ut tantò minùs ſuper ea relevatione quicq̃ dubitet, p̃ſertim, cùm *Cæſar* hoc anteà promittere, fuiſſet condignatus. Jam verò, cùm certò ſciat, *Cæſarem* eundem ergà ſe clementem fovere affectum, de ſe juvando ſolicitum eſſe, iſtud ſibi non niſi ægerrimè accidere, dùm intelligat, alios intervenire, qui hanc felicitatem interturbent. Et, ne *Cæſaris* voluntas in effectum deducatur, remis, quod ajunt, veliſque impediant. Sic militis deductionem, tot ſubditorum lacrymis deſideratam, modò non ematurari, ſed ſemetipſum, ſub onere gementem, prorſùs opprimi velle.

Eam tandem molem ſic quidem ad ſummum increviſſe, ut à ſe ampliùs ſufferri nequeat. Quanquam enim, ſecundùm *Imperii* cõſtitutiones, haud obligetur, ipſe integrum intrà provinciam exercitum ut alere debeat, cùm hoc magis onus totum concernat *Imperium*. Nihilo-minùs ultrà vires *Pomeraniam* ſuam gravari accidiſſe. Dùm jam ferè per triennium ultrà centum cohortes alere debuerit. Ut etiam haud raròad loca diſſita annonam emittere, aliasque id genus difficultates, ac copiarum migrationes, ſuſtinere, fuerit coactus. Undè vel ſumptuum, è *Principatu Stetinenſi* factorum, ſumma, ad decem aureorum milliones excurreret. Ut de *Principatu VVolgaſtino* nihil dicat, ejuſque expenſis. Quarum ratio tàm exactè iniri nequeat. Eò, quòd, ſub limine turbarum *Straleſundenſium*, illius magna pars devaſtata ſit. Ut cenſus erogati ſub calculum vix redigi poſſint. Pariter *Rugiæ Principatus*, civitatiſque *Straleſundenſis*, defectum eſſe ferè inæſtimabilem. Sic ut nihilominùs damnorum id genus computationem ſubducere velit.

Quibus executionis viis, mediiſque, pecuniæ à ſubditis vi militari extorqueri cœpiſſent hactenùs, dictu difficile, ac penè incredibile, videri. Etiam novos exprimendorum nummorum modos excogitatos. Etiã præfectos militares eò impotentiæ delapſos fuiſſe, ut eo ſub rigore executiones fieri, juſſerint. Nõ mittendos eſſe ſubditos, quouſq; cuticulã ſubuculâ tegere poſſint. Quâ temeritatis, ac furoris, genere cultus divinos turbari, templa ſpoliari, ſepulcra, mortuorũ domicilia, violari, juriſdictionẽ ſuã peti, ſubditos ad incitas redigi, acciderit, dicerent oculati teſtes. Ità quidẽ *Ducatus*, ac patrimonii, ſui res eſſe accisas, ut, undè familiã, ac menſam, dignitati ſuæ congruam, alat, tota è regione corradere vix quitus ſit. Tantò pejorem nunc eſſe ſortem ſuam, quàm vel infimi alicujus ſive *Equitum* magiſtri, ſive *Centurionis*. Eos enim, præter nummorum affluentiam, quâ diteſcant, commodiſque ſuis velificentur alibi, rectiùs epulas celebrare, *Principe* dignas. De matronis, virginibuſque, vi compreſſis, nolle ſe prolixè evagari. Horrendum, ac pluſquàm barbarum eſſe, etiam defunctarum cadavera (quod in brutis incompertum) inceſtari, ac pollui, cœpiſſe. Multos ad cutim uſque diſpoliatos, multos ad necem fuſtibus dedolatos, plures furfure, ramentis arborum, graminibuſque, inediam aliquantiſper propellentes, omnes miſerrimo necis genere periiſſe. Ut ſic neque infantibus, defunctorumq; carnibus, parſum ſit. In quos fames, ac rabies, latrantes ſtomachos, hiraſque implacatas, impuliſſet.

Id genus barbaras, ac truculentas, inſolentia
anteà neque à gentilibus, nedùm *Turcis* cognita
hoc tempore à militibus patratas, innotuiſſe. I
contrà iſtum, qui quidem adversùs *Cæſarem*, i
gentis pertinaciæ vitio, arma propalàm tuliſſ
duriùs experiri vix liceat. Quæ, ne ex parte fic
videri queant, juſto ſub elencho, ac catal
go, inpræſentiarum *Cæſari* venire conten
planda.

Cæterum, *Straleſundæ*, civitatis ſuæ, tropica n
mini non eſſe cognitiſſima. Ut, ſuper præſidii, i
trà mœnia admittendi, compulſione, eas intric
inciderit. Per *Rũgiæ Principatum* eum in modu
à militibus tumultuatum nuper, ſævitumque, fu
ſe, ut irritatæ legiones *Sueciæ*, vi injecta, univerſa
expugnârint inſulam. Iſtis omnibus acceder
ut ipſe intrà *Stetinum vetus*, tanquam caveam, co
cluſus, quotidie periculis, miniſque, exponatu
Verbaque, obſidionem ſedis ſuæ denuntiantia, i
ſuper concoquere teneatur.

Hæc nunc omnia ejus eſſe generis, ut ipſa æq
tas, ac juſtitia, propriis cauſſam ſuam agant v
bis. *Cæſar* ergò ſi diutiùs cunctetur, manumq
ſubtrahat auxiliarem, omninò ſub ærumnaru
mole ſibi ſuccumbendum eſſe. Jam ſe, ſecundù
Deum, Cæſarem, tanquam omnis juſtitiæ fonte
anhelare. Et, cùm juxtà *Imperii* leges, quas pr
priis nullo pacto violâſſet actionibus, ope
gnum ſit, opem, ac remedium, à *Cæſaris* benigni
te exſpectare. Proindè ad *Cæſarem* ſpectare p
ces has devotiſſimas, tandem aliquando ærumn
ac calamitates, ad animum clementer admitter
gemitus, ac lacrymas, defectorum ſubditor
pen ſi haberet. Juxtàque indulgentiſſimo
cis rationes affectu agitaret. Sic ut nulla præt
mitteretur occaſio, nulla non calcaretur via, q
ad pacis bonitatem ducat. Se, *Pomeraniam*
ſuam, ità quidem exhauſtos, atque ad incit
quod ajunt, redactos eſſe, ut diutiùs oneri ſu
nendo non ſufficiant. Ut tantò citiùs ſublevar
veniant.

In omnem eventum, ſi, (quod abominandu
præter omnem exſpectationem, accidat, bellum
lis ſub, finibus nondùm finiri, pacemque diut
exulare, neque militem deduci, tùm ſe quidem,
caſu, prorſùs inexſpectato, *Cæſarem* enixiſſimè
precari, pateretur illis limitibus coërcere milit
ne ſic immane, ſicut hactenùs, ſæviant. Illis l
benis inflecteret, bellum, ne ipſe, quod totius
ſet *Imperii*, tantam & diuturni, & infelicis, b
molem, ſufficere cogatur. Ità enim *Imperii* le
dictitare fundamentales, ne unicus aliquis, ide
que inſons *Princeps*, totius *Imperii* onus in ſe re
piat. Sed communes in re communi conju
gant ſinguli operas. Quo nomine, ſiquidem
cultatibus penè omnibus eſſet exhauſtus,
cenſibus, ſumptibuſque, in medium à ſe colla
tot damnis hactenùs ſine fine concurrentib
Cæſarem ſe humilimè obteſtari, pateretur
liquem etiam è conſtitutionum *Imperii* fo
ad ſe derivare fructum, ut ſuprà commemo
torum damnorum refuſionibus aliquantùm e
gi, immò ſuperveniente etiam honorariâ
liquâ ſatisfactione jacturas ſuas ſolari,
leat.

Secundu

ecundùm hæc, præterea Cæſarem ſe humilimè
itare, ſuper Daniæ Rege. Illum enim hoſtilitate
er provectum, dùm cum Cæſare bello experire-
ſub Pomeraniæ finibus, Imperiique fundo, apud
nates, telonium impoſuiſſe. Hoc Rom. Im-
in præjudicium vergere. Hoc Pomeraniæ
s jurisdictionem, ac regalia, violare. Hoc
merciorum curſus immane retardare. Hoc
que militibus in exemplum cedere. Jam
n apud VVolgaſtum, præſidiarios idem imitari.
vaque à negotiationibus vectigalia exprime-
Quæ cùm nova, ac minimè in Imperio benè
ſtituto ferenda, eſſent, humilimè ſe ſolici-
, Cæſar, ex jure pacificationis, à Rege obtineret,
novitas illa, ſine temporis noxia extractione,
ogaretur. Rexque omnia, ad Pomeraniam
ſtantia, nuper intercepta, reſtitueret. Simulát-
jacturam illam, damnumque, reſarciret.
ſidiarii itidem VVolgaſtiani ſeſe ab id genus
us novis abſtinerent. Quæ cùm demiſſa ſub
iliatione à Cæſare corrogata æquitati, ac juſti-
nec non Imperii conſtitutionibus, eſſent con-
mia: eapropter Ducem ne hilum quidem dubi-
, quin ilicet à Cæſare exaudiri velit. E cu-
throno utiq; auxilium, ac remedium, ſibi pro-
tat certiſſimum.

III.

ercitatio particularis, ſive Elenchus earum ærumnarum, quæ tùm Pomeraniam affli- xerunt.

Ecundùm illam perorationem, legati Elenchum
ærumnarum, calamitatumq;, Pomeraniam ulti-
affligentium, produxerunt. Ejus contenta e-
t fermè iſta: Tametſi, inquiunt, Pomeraniæ
x, ſecundùm Imperii leges, nullatenùs oblige-
integrum alere exercitum, quòd illæ partes
gis eſſent vel totius Imperii, vel unius, alterius-
e, Circuli: Nihilo-ſeciùs, illam eſſe Pomera-
Ducatus afflictionem, ut jam ferè à triennio
res, quàm centum, cohortes militares nutrire
compulſus. Etenim eodem tempore quatuor
llenarios, & quingentos, pedeſtrium, eque-
ium verò millenarios ſeptem, quingentos,
quadragintà, eandem in regionem infundi
epiſſe. Ut etiam annonæ, armorum, tormen-
rum, pulveris pyrii, carrorum, equorum, & id
nus rerum, corollariorumque, militarium, ap-
ratum ſubminiſtrare debuerit. Ut de copia-
m migrationibus, traductionibusque, & muta-
onibus ſtativorum, hybernorumque, nihil,
t parum, aſpergatur. Exindè cenſus, ſum-
uſque, in id genus neceſſitates collatos, ſal-
m, quà Principatum Stetinenſem, ad decem millio-
es excurrere. Principatus verò VVolgaſtiani,
uper ob turbas Stralesſundanas penè everſi, expen-
rum rationes exactè iniri haud poſſe. Prout an-
fuiſſet declaratum. Eos autem ſumptus vel
dè in immenſum fuiſſe auctos, quòd Chiliarchæ,
ribuni, ac Centuriones, ordinariis, ab Archiſtratego
nceſſis, ſtipendiis minimè eſſent contenti,
d ferè pro lubitu in hoc luderent, truderentque.
t etiam officiales toties duplum exigerent. Toties
duos tribunos, toties in rei tormentariæ præ-
fectos, miniſtroſque, licet abſentes, cenſus ſepti-
manatim conferrentur. Si cenſus ordinarii, ſive
collectæ, hebdomatim pendendæ, non ilicet red-
derentur, ibi, abſque ſubditorum reſpectu quo-
viſcunque, decem, viginti, milites, interdùm inte-
gras etiam cohortes, immitti cœpiſſe, extorquendi
cauſsâ. Hancque crudelem executionis legem vel
ſic etiam obtinuiſſe, tametſi duo, vel tres, duntaxat
Ferdinandici reſtarent numerandi. Ità petulantes,
ac furiis inquietatos, ſtratiotas, omnia tàm gulâ-
tenùs abſumpſiſſe, quàm rapacitate interfertiſſe.
Ut una ex ærumna cumulus, millenariuſque, tot
querelarum emergeret. Tametſi enim ſubditi
hanc vexationem ultimam redempturi vel jumen-
ta, vel ſupellectilia, offerrent, illa tamen nullo
prorsùs in loco, ſive pretio, habita ſunt. Sicut
jumentum pro uno, par boum, pro duobus Ferdi-
nandicis, veniret. Quòdſi pauperrimi, ſub one-
re gementes, undecunque corraſiſſent nummos,
illi tamen nunquam ferè admiſſi ſunt. Ut rursùs
damnum permutando pati, aureoſque, ſive Ferdi-
nandicos, acquirere cogerentur. Eadem ra-
tio apud Tribunos ipſos invaluit. Ut tametſi per
civitates merces, aliaque id genus utenſilia, mu-
tuò vel à Senatu, vel civibus, accepiſſent, nihilo-
minùs cenſus, etiam ſub executoribus immiſſis,
exprimerent. Necdùm quicquam eorum, quæ de-
bebant, refunderent. Sic intrà Paſvvalcam civita-
tem uſuvenit. Ibi enim, cùm duo Ferdinandicorum
millia deberet Tribunus, nihilo-minùs quadrin-
gentos Ferdinandicos, ſub parata executione, expri-
mere juſſit. Idem intrà Daminum, aliaſque civita-
tes, rigor invaluit. Ut ne quidem ad octiduum
differetur executionis crudelitas.

Corruptâ hoc modo diſciplinâ militari, viiſ-
que, ab obſeſſoribus, periculi plenis, toties accidit,
ut ſubditi, cenſus ad loca diſſita ferentes, haud ra-
rò ſpoliati, nihilo-minùs alterâ vice corradere,
duplumque impendere, compellerentur. Eadem
reddendi dupli ſeveritas illos ſtrinxit, qui ſimplici-
tate, aut metu, præventi, ſolutionem, antè factam,
militari chyrographo, vel apodixi, atteſtari
non poſſent. Si cohortes permutarentur, a-
liiſque emigraturis aliæ exſpectarentur, tùm
quidem tàm pro præſentibus, quàm inſtantibus,
duplum æquè fuit impendendum. Hoc pa-
cto depauperatis, fugatiſque, colonis, civibuſque,
nihilo-minùs pars reliqua pro fugitivis ſatisface-
re, duplumque denuò ſic ferè numerare, debuit.
Sed quantumvis atrocia hæc, parva videri poſ-
ſunt, ubi, quæ ſequuntur, cum illis conferentur.
Nam milites, amicitiæ nomine in regionem ve-
nientes, iſtos excogitârunt ſubditos excarnifican-
di modos, cujuſmodi ſuperioribus ſeculis pror-
sùs ad aures humanas non venerunt. Sic,
vice executionem ſuſcipientium, novus, idem-
que perversùs, ordo vexantium prorupit, quos
vulgò Tribulantes nuncupârunt. Iſtorum offi-
cium erat hujuſ-modi. Non tantùm ut tributo-
rum partem reſiduam, præviâ executionis ſævitiâ,
extorquerent. Sed, ut modis ferè omnibus miſe-
ros ultimè affligerent. Iſtis igitur tantùm non per-
græcãdo cõſumebãt diętetica, ſed feneſtras, januas,
fornaces, aliaq;, perfringentes, domeſticos fuſtibus
ad necẽ dedolabãt. Ut neq; matronis, viraginibus-
que, nobili genere natis, parcerent, ſed vi injecta
pudi-

pudicitiam, etiam fortè ægrotantibus, extorquere contenderent; ô licentiam perditorum temporum! ô delictorum ſummam impunitatem! Tantùm enim abeſt, illi ut vægrandes exceſſus in ſubditis, ac vaſallis, invauerint. Ut æquè in patriæ patris præfectos, conſiliarios, ac miniſtros, emanârint. Sicubi enim defectus vel tributorum, vel aliarum rerum quarumcunque, ingrueret, neque illicò à *Ducis* præfectis, miniſtriſque hic ſuppleretur, ecce! *Tribulantes* id genus, ſive equeſtres, ſive ſtratioticos, æquè experti ſunt, tanquam *hirudines*. Eò uſque adhærentes, quoad cruore, ſive id genus neceſſariis, ſatisfactum eſſet. Sic neq; *Pomeraniæ Duci*, præcipuo *Rom. Imperii* membro, poteſtas utendi miniſtris ſuis fuit relicta. Ut etiam carceres, etiam ſervilia illis intentarentur verbera. Eosdem barbaræ *Tribulationis* proceſſus etiam in *legatos Ducis*, etiam in *Magiſtratus* civicos, rigoroſè exerceri cœpêre. Ut, tributorum ſub defectu, *Senatores* fuſtibus injectis è laribus exegerint. Alios, in hypocauſta anguſta conjectos, auctis fornacum ignibus, ſubtractisque rebus neceſſariis, tantùm non enecârint. Iſtos *Tribulantium* furores ſic quoq; exaſperari perrexiſſe, cõſtat, ut tributis colligendis inducias neque tantillas permiſerint. Ut miſeros ſubditos mittere nollent, uſque dùm cuticulæ ſubuculam ſuperinducerent illi. Sic enim *Senatũi Stargardiæ* coràm explicatũ eſt: *Subditos, ad cutim uſque, expapillandos eſſe.* Hac miſerrimi clientes erant ſub ultima deſperatione. Ut *Senatores, ſuperioresque* illis non minùs exponerentur minis, fore, ſi aliquando exercitus deducatur, tùm quidẽ primores in vinculis eſſent abripiendi.

Id genus horrendæ *Tribulationis* proceſſus ſucceſſu temporis eas egit radices, ut jam tributis ordinariis vigore ſuo haud quidem cederet. Quo factum, ut, ipſius *Pomeraniæ Ducis* de ſententia, omnia per regionem quantò ociùs ſint conſumpta. Cùm, ſi tributa ordinaria, ſalvo moderamine, exerceri ſaltèm contigiſſet, & aliquando miſeris tribuentibus induciæ qualeſcunq; fuiſſent indultæ, diu hæc regio toti *Rom. Imperio* prodeſſe ſuſtinuerit. Eò ex adverſo jam nunc rem redactam eſſe, ut *Dux*, pro ſubditis, *præfecturas*, ac reditus annuos, *Tribunis* oppignorare ſit coactus. Prout quidem paulò antè cum præfectura *Clempenavienſi* uſuveniſſet. Atque has quidem *Tribulationes* in ſubditos, *Magiſtratuſque* civicos, exerceri cœpiſſe.

Jam ſuperattexendum reſtare moleſtiarum, *Tribulationumque*, cumulum, cujuſmodi in ipſum *Ducem*, ejuſque juriſdictionem, inprimis res eccleſiaſticas, redundâſſent. Tametſi verò, ſecundùm conſtitutiones *Pacificationis Religioſæ*, nullus *Imperii Ordo*, quoad exercitium *Eccleſiaſticum*, perturbandus veniat, nihilo-minùs, legibus excuſſis, furores regnâſſe. *Præconibus* enim *verbi divini* variæ, objectæ tàm affaniæ, quàm injuriæ. Ut, ſub publicis concionibus, ad templorum fores, catervas admoverint, ſub lituis, pulſiſque claſſicis, milites, ac turbæ, tumultuari, cohortes cum ſclopetis, funiculiſque accenſis, per mediam concionem irrumpere, etiam *Tribunis*, ſive *Centurionibus*, præſentibus, nihil dubitârint. *Paſtores* verò, ſive præcones ipſimet, tametſi litteris *ſalvi conductus*, ut vocant, ſive fide publica, inſtructi, nihilo-minùs cauſſa, undecunque in illos detorta, in vincula, in carceres ab-

repti ſunt. Pro quibus tametſi *Dux Pomeraniæ* ſi
interponeret, nihil tamen, aut parùm, pro m
obtinuit. Neque hoc ſatis. Sed diverſis locis t
pla vi effringi, ornamenta, caliceſq;, ſpoliari,
atq; exedria, nefandis modis lacerari, ac conta
nari, cœperunt. Sic ſepulcra effoſſa, ſepultiſq; v
lata. *Paſtores*, fuſtibus excepti, rebuſq; omnibu
uti. Cives, coloniq;, apud templa, tanquam a
reculas ſuas deponentes, jacturã omniũ fecer
Ad ſummam, ea abominatio in ſacraria incub
ut *Plutus*, aut *Proſerpina*, *Furiis* comitata, atrociù
quidem bacchari, ac ſævire, potuiſſe videantur
ter hæc, quanquam è ſacrilegis non raro qui
ipſo in facto deprehenſi, atque apud *Tribunos* a
ſati, fuerint, illud tamen parùm iſtis fraudi fuit
magis hic ſub flagitiis audaciæ nomina corro
rari acciderit. Nã, cùm, inter cętera, apud *Gry*
vvaldenſes gregarii templum *B. Mariæ Virginis*
tàm manu injecta effregiſſent, quàm expilâſſe
Tribuno ejus loci graviùs puniri non meruerun
ſi ut per biduum, triduumque, in compedes co
cti, impunè de cætero dimitterentur. Cæteroq
pluribus in locis *Eccleſiis* deſolatis, *Paſtoribuſque*
ctis, ſic agitur, ut, præter rerum mundanarum
mnium jacturam, neq; ampliùs *Religionis* exer
locum habeant. Provectioribus *Sacramento*
Dominicæ, infantulis *lavacro Regenerationis*, ca
tibus, ac deſtitutis. Ut ſic rebus, ad vitæ,
poriſque, ſuſtentationem neceſſariis, defect
mnibus, illa jactura multò ſit graviſſima, quâ
mæ ſolatium, pabulumq; negatur, eripiturqu
Ità *Deum, Religionem*, juraq; divina, vim pat
nihil *Chriſtiano* homine magis ſit indignum. Q
ad humana jura, *Duciſque Pomeraniæ* juriſdicti
atque dignitatem, nec non *præfecturas, civitates,*
tuſque, ſpectet, ea omnia pari paſſu modò nõ v
onerari pręjudiciis, ſut etiam multùm decedat
mæ. Præfectos quippe militares, per mare nau
giis fortè evenientibus, ac laceris ad littora ap
ſis tabulis, auſos commercia naufraga, *Duci*, ra
ne territorii, debita, intercipere, inq; uſus prop
convertere.
Pariſſimè, ſiquidem accidat *Præfectos, Conſilia*
Miniſtroſque, Ducales, abominandis id genus ſu
torum ſive emunctionibus, ſive tribulationibu
bum adjicere nolle calculum, tùm certè accuſa
nẽ (prout alioquin hoc hominũ militarium g
cauſſas effingere eſt ingenioſum) præparatam
Ut arreſtis compulſi, in vincula conjecti, in c
pedes redacti, fuerint. Nullo alio redemptionis
cepta pecunia, affulgente remedio. Tantùm
Ducis juriſdictio, atq; interventio, valet, ut n
mortib⁹ frigida videri poſſit. Idẽ proceſſus etiã
pſosmet *Ducis* legatos, de jure gentiũ nuſpiã vi
dos, cuditur. Ut neq; juris publici, neq; *Ducis* le
tis, ulla ſuperſit ratio. Dùm inſuper iſtæ quoq;
bunorum emergunt voces, palàm effutientiũ, *Po*
raniæ non ampliùs dominium ad *Ducem*, ſed ad
ſpectare. Neque iſtas bullas primis tantùm n
re in labiis. Sed penitiùs id ſentire cervices i
Jam enim vim fieri teloniis, ac vectigalibus,
Jam cauſſarum civivilium cognitionem non ad
lam *Ducis*, remitti, ſed ad præſidiorum præfec
rapi. Jam *Ducis* per provinciã arces, ac palatia, t
dò non pro libidine occupari, ſed, intromiſſis p
ſidiis, devaſtari. Ut etiã intrà *Arcem Frantzburgi*
ec

tui, in ſublime levati, concamerationes perrupe-
rit. Equites, pediſſequique, omnibus palatium
ornamentis, anchoriſque, ſpoliârint, tecta dejece-
rint; Ut tota, ac ſumptuoſa, ædificiorum moles,
non niſi ingenti ſumptu reparabilis, neceſſariò,
brevi quidem, ruinam minetur. Idem cum
ce VVolgaſtiana factitatum eſſe. Ut canales cu-
reos, equile, venatoria, aliaque id genus ædifi-
a, ac conclavia, ſumptuoſa, funditùs dirui, de-
ruique, contigerit. Tanquam eo loco forta-
ium eſſet excitandum. Quod tamen figmento
it ſimilimum. Cùm tàm lapides, quàm ligna, ex i-
a deſtructione reſidua, vili compendio ſub titulos
nalia venirent, aut muneris loco ad alios transfi-
nt. Adhæc, *lignationes, venationeſque*, ad *Ducem* per-
nentes, ſic quidem publici juris extitiſſe, ut mul-
s florenorum myriadibus vel hæc tantùm damna
dimi non poſſint.

Præfecturas Ducales, variis id genus executionis,
ibulationiſque, ingeniis, ſic quidem exhauriri,
ux ut aulam vix alere, aut menſam inſtruere, ſuffi-
at. Ex adverſo, non ſine gemitu, compertum ſibi
ſe, pleroſq; militiæ præfectos ſpoliis, exactioni-
uſq;, ditefcere, atq; æruſcare. Ut conflatiles ma-
no numero pecunias aliò tramittant. Ut etiam in-
mæ ſortis *Centurio* tantùm ex ſtatione ſua corra-
at, ut, juxtà æris conflati cumulum, familiã, men-
mque, *Principe* largiùs, inſtruere ipſi ſit facile. Id
enus æruſcatores, neque his ſumptibus, ac deli-
iis, acquieſcere. Sed etiam falcem in proprias *Du-
s* præfecturas, ac reditus, mittere. Ut etiam reli-
uias illas intercipere, ac venari, non verecunden-
ur. *Pagos*, tàm ſub præfecturis *Ducalibus*, quàm cæ-
eras per diœceſes, paſſim videri deſolatos. *Civita-
s*, nup populoſas, devaſtatas, viduatasq;, eſſe. Ut,
eptem numero *Civitates* flammis prorsùs ſint ab-
umtæ. Totis terrarum diſtrictibus, uſq; ad viginti
uinque, vel triginta paſſuum millia, in ſolitudi-
em redactis. Ità, cum ſuperiori anno copiæ *Cæſa-
reanæ* eduerentur in *Boruſſiam*, in finibus *Stetinen-
ſium*, ob copiarum illic exundationem, diſtrictum
ertum ad viginti, vel ampliùs, paſſuum millia, ad
ncitas rediiſſe. Id quòd *Pomeraniæ Duci*, vel ex eô
uoque graviter accidit. Dùm copiæ nõ per *Boruſ-
ſiam*, ſed *Pomeraniam*, delectu probari cœperunt.
Cùm tamen illa expeditio non in *Rom. Imperii*, ſed
egni Poloniæ, commodum dirigeretur.

De rebus *Straleſundanis*, & quid vel illic tan-
tùm *Dux feciſſet* diſpendii, nemini non eſſe in ocu-
is. Infelicem autem præſidii intromittendi cona-
tum fabulæ illi præbuiſſe originem. Ut adversùs
Cæſaris declarationes, *Duciſque* ſedulitatem, nihilo-
minùs res ipſam velut in deſperationem degenerâ-
rit. Eandem cataſtrophen *Rugiæ Principatum* pati
cœpiſſe. Dùm enim *Cæſareani* per *Inſulam*, ad ulti-
mam depopulationem, ſævitiam, expilationem-
que, nihil feciſſent reliqui, *Suecos*, & quidem *Stra-
leſundanos*, petulantiâ iſtorum laceſſitos, *Inſulã* ho-
ſtili more & invaſiſſe, & in poteſtatem redegiſſe.
Quo nomine dolendum venire, loca illa mediter-
ranea, periculorum expertia, eò uſque communi-
ri cœpiſſe. Finibus provinciæ alibi relictis prorsùs
incuſtoditis. Illud *Ducẽ* vel adhùc unicè habere in
votis; Nempè, ſi argumenta, ac rationes à ſe in me-
dium tùm adductæ, locum inveniſſent, conſultius
& tibi, & toti *Imperio*, fuiſſe. Præſtitiſſe enim, ſi ex-
ercitus *Cæſaris Pomeraniam* nunquam foret ingreſ-
ſus. Eo eventu ſe viribus ſuis, more majorum, ali-
quam-multis à ſeculis patriam defendentiũ, pro-
ſpicere voluiſſe, ne quid per ſuã provinciã *Rom. Im-
perio* noceretur. Defectum illum *Straleſundæ* civita-
tis, *Rugiæque Principatus*, eſſe longè maximum. Inte-
rim, dubium occurrere, an faſtidiũ illud, quo qui-
dem vi injecta *Garzium*, ac *Griffenhaga*, civitates ad
Oderam poſitæ, *Duci* paulò poſt extortæ ſunt, gra-
vius, oneroſiuſque, cenſendum veniat. Arma enim,
quibus defendendus erat, in ipſum etiam *Ducis* ca-
put verti contigiſſe. Quem quidem bolum ſumã
inſuper cum patientiâ devorare fuit coactus. Au-
ditas enim à *legatis* eſſe minas, niſi *Dux* morem ge-
reret, futurum, ut *Pomerania* funditùs, etiam cum
pulviſculo, everteretur. Quanquam verò, ſub præ-
dicti utriuſque loci, vi extorti, ceſſione, inter *Du-
cem Pomeraniæ*, & *Torquatum de Comitibus*, præfectũ
militiæ *Cæſareanæ* generalẽ, tranſactio interveniſ-
ſet, ſubſcriptionibus, ac ſigillis, corroborata. Inte-
rim illis pactis minimè ſtatum eſſe. Nam tributa
eodẽ tenore, præter legem, exprimi cœpêre. *Sub-
diti* æquè, ac priùs, impoſitis oneribus, ſervitiiſque,
defatigati. *Lignationes* deſtructæ. *Cives* duriùs habi-
ti, Noctu *Pagi*, domusque *Equeſtrium*, expilatæ. *Sal-
vi conductus*, anteà indulti, annihilati. *Pecudes, oves-
que* (quibus ille inter *Viadrum*, & *Rendaviam*, diſtri-
ctus adhuc gaudebat) abactæ ſunt. Ut omnia, ſe-
cus ac *Dux* exſpectaret, evenirent tranſactioni op-
pidò contraria. Sic enim agi conſuetum erat, ut
nunquam, vel rariſſimè, pactis reſponderet e-
ventus.

Inter hæc, tandem ſubditis, ſine cauſſa, arma per
Pomeraniam ſunt extorta. Tanquam poſt exanth-
latas incredibiles id genus moleſtias, atque ærum-
nas, unica adhuc ſupereſſet accuſatio, qua qui-
dem fœdi *læſæ Majeſtatis* criminis, perduellioniſ-
que, rei, pro gratiarum actione, peragi debeant.
Neque hæc, de quibus ſermo eſt, arma reſtituta
ſunt. Ut tormenta bellica pariter, in uſus *Cæſareanæ*
militiæ permiſſa, extrà regionem procul ſint aba-
cta. Accedit, per ulteriorem *Pomeraniam* peregri-
nos, *Italoſque* potiſſimùm, legionibus præeſſe *Tri-
bunos*, atq; officiales. Ut hi, propter idiomatis igno-
rantiam, ſubditorum querelas minùs exaudire, mi-
nùſq; cõmiſeratione tangi queant. Tantò magis
ægrè ſibi accidere, etiam *Levvenburgũ*, & *Buttoniam*,
dynaſtias ſuas, ad *Rom. Imperium* haud pertinentes,
nihilo-minùs exponi militibus. Sic, ut omnib⁹ ſub
angulis reditibus ſuis *Dux* privari velit. Neque ul-
teriùs vel intrà *Stetinum vetus* abſque periculis ſit.
Quippe concluſionem, atque obſidionem, copiis
interminantibus.

De moleſtiis, injuriis, damnis, plagis, cædibusq;,
hoc tempore ſubditis, in particulari, illatis, ingen-
tes conſcribi poſſe commentarios. Ut omnia nec-
dùm, præ numero, recenſeri ſuſtineant. Illud
ſaltèm notatu, inter cætera plurima, dignum
eſſe, dùm ſubditi, multimodè afflicti, fortè ad *Tri-
bunos*, ſive *Centuriones*, confugientes, opem implo-
rare niterentur, à limine aut verbis amarioribus,
aut minis, fuſtibuſq;, abigi cœpiſſe. Ut etiã in per-
ſonas, in fortunas, inquireretur. Quorum cauſſam
ſicubi *Dux* agat, non novũ eſſe, ut vel reſponſo non
habeatur dignus. Vel verbis querqueris, ac pungẽ-
tib⁹, excipiatur. Eo verò loco eſſe vel *Reſpublicas*, vel
Magi-

Magiſtratus alios civicos, ut, pro ſuis intervenientes, à militiæ *Cæſareanæ* præfectis inofficiosè perſtringantur, mendaciique inſimulentur. Ut ſub executionis nefandæ tribulationibus, aliiſque id genus ſævitiæ generibus, ad abſurda compelli velint. *Colonos*, oppidanoſq;, per agrum *Pomeraniæ*, impoſitis nunc his, nunc aliis, laboribus, ſervorum in modum, cogi conſueviſſe. Ut etiam verberibus adacti ſint. Interim, paulò poſt laborem eſſe fruſtraneum, cœptumque molimen rursùs deſtrui. Idem fieri per oppida, ac diverſoria publica. Ut proficiſcentes officiales domus exhauriant. Impunè, ac ſine ſumptu, epulentur; miſerorumque, quibus annonæ mica eſt reliqua, ſucco victitent. Neque hic quoque rigor, quà victum, in itineribus ſufficit. Verùm enim verùm, erogandis, ad multa numero milliaria, tabellariis, equis, pediſſequiſque, ulteriùs exercentur. Jumentis raò, aut nunquam, ad dominos ſuos revertentibus. Immò neque deſunt, quales diplomata jactitent. Ad hoc à *Tribunis* indulta, ubivis ut locorum equos impunè ſuffurari illis liceat. Alioquin nimis eſt plebeum, ac vulgare, equeſtres, pedeſtresque, è ſtativis, vel hybernis, excurrentes, noctu pagos ut ſpolient. Colonis carros, aratra, atq; id genus inſtrumenta, ad agricolationē pertinentia, corrumpant, flammiſque perdant. Ut homines ipſos feriant, cædantq;. Tuguria diruant. Supellectiliaq; ignibus abſumant. Ut temporibus migrationis integri pagi, totaq; oppida, injectis in tuguria funiculis ardentibus, facibuſque exurantur.

Inter ſpolia, atque expilationes, etiam artes, atq; ingenia, exerceri. Ut carnificinis, ac tormentis, latens fortè, aut humo tecta, pecuniola eruatur. Hîc alios funiculis ſetaceis manus, fronteſque, arctiſſimè conſtringere. Alios plantas pedum pungere, ac fodicare. Alios funiculis ardentibus manus terebrare. Atque hanc nefandam inventionem nuper nobilis matrona, præcipui generis, pertulit. A vexillifero ſibi intentatam. Quibus ſtupris, violationibusq;, in matres, puellasque, ſævitū ſit, dici in compendio non poſſe. Puellas enim, ſervandi pudoris cupidas, è feneſtris ſeſe præcipitâſſe. Quò vim ſceleratorum effugerent. Mulieres, ancillaſque, ægrotantes, in necem uſque, continuis pollutionibus, adactas eſſe. Quid? quòd, brutis pejus, etiam defunctis cadaveribus vis eadem obſcœna illata ſit.

Id genus horrendis, barbariſque, flagitiis, factum, ut ſubditi, ex tot ærumnis ſuperſtites, defectis vitæ neceſſariis, furfure, corticibus, comisque, arborum, famelico ventri mederentur. Ut etiam graminibus veſcerentur. Etiam defunctorum carnes epularētur. Vix enim menſes duo præterierunt, cùm mater, rabie ventris laceſſita, proprium mactatura, infantulum, eundemq; coctura, atque ventri avido ingeſtura, notari cœpit. Multi, deſperatione præventi, intrò ſumpto toxico, animam excluſerunt. Aut, cùm furori, emunctionibuſque, militum haud ſufficerent, aliis excogitatæ necis generibus, vitam, ſpiritumque, projicere maluerunt. Et jam, creſcente fame, creſcunt calamitates, ac contagia. Ut multorum cadavera pereant inſepulta, canibuſque objiciantur dilanianda.

Colophonis loco, ſi qui, exanthlatis omni
infortuniis, vitam, tanquam prædam, ac manub
lucrati ſunt, illi necdùm, vel gratiarum actioni
co, expilationes evaſerunt. Ità enim paulò antè
giæ incolis accidit. Ut, publicatis fortunis omnil
omnia diriperentur, ipſique, ad cuticulam uſ
expapillarentur. Quo tempore neque ſtupris,
que tormentis, necdùm incendiis, aliiſque id
nus ſævitiæ generibus, parſum fuit. De cæt
barbaris, tyranniciſque, exceſſibus, proximè
rit diſpiciendum. Jam è ſuprà commemorati
flictionibus, unicuique fieri evidens, *Stetini*, ac
meraniæ, *Ducem*, unà cum *Vaſallis ſubditiſque*,
tanquam amicum, ſed hoſtem à militibus exer
Cùm vel iſti, qui quidem in caput *Cæſaris* arma
liſſent manifeſta, meliori fuerint loco. *Turcis*,
tariſque, immaniùs in homines ſævire vix ſuſtir
tibus.

IV.

Diverſorum Imperii Ordinum, inprimis Cir li Suevici Principum, ſuper militaribus a ctionibus, quiritationes.

UNius *Imperii Principis* illæ erant querelæ, &
tis infauſtæ. Sed non ſolus *Dux Pomeraniæ* c
ruptiſſimam militiæ diſciplinam accuſabat, ac
teſtabatur. Ut alii *Imperii Principes*, *Ordineſque*, id
factitarent. Inter cæteros enim, *Guilielmus*
ſiæ Landgravius, easdem in querulas erumpens
ces, deponebat, ſuam per regionem non min
ab aliquot annis, in militares *Cæſaris* copias, ſept
auri milliones fuiſſe inſumptos. Legati D
VVürtenbergici adjiciebant, illius ſui *Ducatus* tril
ta menſtrua in centum, & viginti, *Ferdinandicor*
millia excurrere. Idem remonſtrabat *Reſp*
Norinbergica. Nempè viginti mille *Ferdinand*
menſtruos ſeſe impendiſſe. Aliæ aliorum *Imp*
Ordinum, & diverſæ, fuêre quærimoniæ, E q
bus nunc illi illis majores, inferioresque, contu
rant expenſas.

Interim, quæ fuerint *Circuli Suevici Principum*,
dinumque, *Auguſtanæ Confeſſionis*, difficultates,
quentibus verbis à legatis exponi cœpit.
ſari, inquiunt, citrà omne dubium, adhûcdùm
ſe cognitiſſimum, quid *Circuli Suevici Principes*,
dinesque, dicti *Proteſtantes*, intrà annum, tàm ſu
exactionibus militaribus, omnia corrumpentib
quàm ſuper *Edicto Cæſareo*, ſuperiori *An*
M.DC.XXIX. publicato, & per legatos, & codic
los, enixè ſolicitâſſent. Ut tùm ſecundùm *Ro*
Imperii conſtitutiones, juraque gentium, mar
feſtamque æquitatem, intervenerint, parteſq
ſuas egerint precibus. Quæ cùm onera milit
ria, ſummè exceſſiva, inſuper habitis tot precibu
flagitationibus, ammonitionibuſque, ab eo tem
pore nihil imminui cœpiſſent, ut etiam ab adve
tu *Fridlandi Memmingam* excurrentis, omnia cum
latiſſimè ſint aucta, has denuò in querelas, h
preces reverenter in omnes, deſcendere cogimu
Abindè n. hybernationū duplicationes, obligatio
nes, ac delectus, militū, æris exactiones, emigratio
nes, legionū permutationes, rapinæ, prædæ, ſpoli

exp

...lationes, incendia, fuſtuaria, tormenta, cædes, ...ra, aliaque id genus, inter gentes liberas inau-..., ſervilia onera, immane excreverunt, ut non ...dò à gregariis hæc perpetrarentur, ſed etiam ...pſis militiæ præfectis, centurionibus, ſubdele-...is, aliiſque officialibus, tanquam ſigno ſublato, ...em committerentur. Ità, proh dolor! agitur, ...quam omnes huius *Imperii*, *Circulorum*, *Execu-tioniſque*, conſtitutiones exſpiràſſent. Tanquam li-...tas hæc *Germanica*, olim tanto labore parta, o-...is eviluiſſet. Tanquam iam *Principatus*, *dynaſtiæ*, ...ioneſque integræ, ad libidinationem malete-...i cuiuſcunque armigeri, in ordinem redigi, ac ...tùm non perturbari, debeant. Ut ſic tot anima-...n milliones, crudeliter affligere, honore, ac di-...tate, ſpoliare, fortunis omnibus exuere, vitâ ...vare, è laribus in exilium eiicere, oporteat. Eò ...m redactæ ſunt regiones pleræque circiter o-...es, ut vitæ ſuſtentandæ ratio idonea, remediis, ...neceſſariis, defectis, iniri non poſſit. Tametſi ...m, ad *Fridlandi* mandatum, aliquammultæ dy-...tiæ ſublevari cœperint, deductis aliò cohorti-...s. Nihilominùs ad unum omnes *Circuli Ordines*, ...er conferendis tributis, adhuc ſtringuntur. Ut ...rique ipſas legiones alere, ac ferre, compellan-.... Et iam rebus ſic ferè exhauſtis, dùm tributa ...turè conferri nequeunt, etiam ſub rigoroſo ...ecutionis genere æs exprimitur. Quid verò eſt? ...ntùm abeſt, id genus triſtis, ac ferox, proce-...ndi modus ut unquam in libero, benéque con-...tuto, *Imperio* innotuerit. Ut adversùs quaſcun-...e *Imperii*, *Circulorum*, *Executioniſque*, ſanctiones, ... conſtitutiones, libertatemque *Germanicam*, à ...ioribus multo cum ſanguine acquiſitam, ex-...rrat. Eam ad rerum neceſſariarum penuriam ...voluti ſunt, unà cũ ſubditis, *Circuli Principes*, *Ordi-neſq;*, ut dilapidatis, ac cõſumptis, quibuſcunq; fru-...entorũ, vini, pecuniæ, ſupellectiliumq;, generi-...is, iuxtà *Imperii*, *Circulorum*, *Executioniſque*, leges, ...c proceſſus in ſeſe locum habeat nullum. Ipſiq; ...m imm anem molem, *Ætnâ*, quod aiunt, gra-...orem, ne quidem ſufferre debeant ulteriùs. Ne-...e enim poſſibile videri, diutiùs ut ſub hoc pon-...re durare valeant. Iam ſiquidem omnia, uſque ...d animam, creditoribus deberi. Ut neque domi-...s regiones tueri, nedùm ſubditis domus, villas, ...rædia, conſervare, ſit integrum. Pleriſque, ob ...xactiones id genus intolerabiles, iam iam in fuga ...ſiſtentibus, patriæque terga obvertentibus.

Proindè ad *Cæſarem* ſpectare *Suevici Circuli Prin-cipum*, *Ordinumque*, devotiſſimas illas preces, *Cæſar* à ...ſe, ſubditiſq; ſuis, prorsùs pannoſis, ac depaupe-...atis, penitùſque ad incitas redactis, dignaretur ...olem iſtam exactionum, ac tributorum, milita-...ium, quorum ſumma ad multos auri excurreret ...illiones, in totum omninò, ac penitùs, devolvere. ...Neq; connivere, ut diutiùs ſub id genus preſſuris, ...tque afflictionibus non modò gemere, ſed pror-...ùs perire, debeant. Semel enim ad reſtim, quod a-...unt, omnia veniſſe. Ut ulteriùs nihil poſſideant, ...edùm conferre, ſuſtineant. *Cæſar* potiùs, iuxtà *Im-perii*, ac *Circulorum*, *Executioniſq;*, canones, ſuper q-...ous totius *Rom. Imperii*, eiuſdemque fidelium *Prin-cipum*, *Ordinumque*, ſalus fundetur, ex lege, ſe, ſu-...oſque, in protectionem admitteret. Contràque omnes iniurias, *Imperioque* minantes, neceſſitates, aſſereret.

De *Edicto Cæſareo*, ſuperiori anno per *Imperium* publicato, ità eſſe, ut *Principes*, *Ordineſque Circuli Suevici* optimâ fide conteſtentur, nunquam ſibi, hunc ad uſque diem, in mentem veniſſe, ut *Cæſaris* officium, indeque dependentem poteſtatem, autoritatemque, in diſcrimen vocare, aut redarguere, velint. Sed ſententiam, intentionemque, ſuam, ſuperiori anno per legatos humilimè intimatam, etiamnunc, ex fideliſſima, devotiſſimâque, ac ſingulari, ſolicitudine, cò ſpectare, quò diffidentia, inter *Ordines*, periculi plena, eradicari, difficultates inſtantes emendari, inter utriuſque *Religionis Ordines* diſceptationes, tàm natæ, quàm in diem naſcentes, ſecundùm *Tranſactionis Paſſavicæ*, & *Pacis Religioſæ*, canones, decidi, queant. Hoc pacto *Imperii* conſtitutionibus ſatisfieri, conſuetudines laudatas veterrimas obſervari, placitiſque *Cæſaris* auguſtorum maiorum, cæterorumque *Imperii Electorum*, *Principum*, *Ordinumque*, inſtitutis, deferri, poſſe. Ut, hoc moderamine admiſſo, ſub tantis fluctibus, *Imperio* dignitas conſervetur, lites, ac diſcrimina, inter *Ordines* emergentia, componantur, quieſque, ac pax, vera, ſolidaque, redintegrentur. Eapropter, tametſi præfati *Circuli Suevici Principes*, *Ordineſque*, intereà ſuper rem tàm arduam contemplationes iniicientes, etiam ab *Anno M.DC.XXVI.* hucuſque, intervenientium, *Imperii Comitiorum*, *Conventumque*, *Receſſus*, atque *Acta*, inſpexiſſent, declarationeſque, ex adverſo *Cæſareis*, ſub *Anno M.DC.XXIX.* factis, conteſtationibus, repugnantes, eruiſſent, nihilominùs illis ipſis *Cæſari* ſeſe nolle eſſe moleſtos. Sed, cùm cæteri omnes *Electores*, *Principes*, *Ordineſque*, his in paſſibus vnanimiter conſentirent, adeóque ſuper *Edicto*, eiuſque affectionibus, ſummè ſeſe gravari, obteſtarentur. Ut *Imperii*, *Circulorum*, *Executioniſque*, & id genus, ſive conſtitutiones, ſive leges, ipſáque iura communia, deponderari cœperint. Has ob res ad *Cæſarem* converti denuò preces has humilimas, vellet *Cæſar*, exemplo ſuperiorum *Imperatorum*, maiorum ſuorum laudatiſſimorum, rationes, ac momenta, non tàm à ſeſe, quàm *Electoribus*, *Principibus*, *Ordinibuſque*, *Proteſtantibus*, allata, ſanè graviſſima, intrà animum admittere. Tantumque, ac tàm arduum negotium, ſuper quo *Imperii* ſalus, conſervatio, ac quies, fundetur, aliis, ſub *Rom. Imperio* conſuetis, conſtitutiſque, ac mitibus, remediis componere. Sic, ut, hactenùs in *Imperio*, neque ſub graviſſimi momenti, neque inferioris notæ, cauſſis, uſitati, nimirùm inſolentes id genus, penitùſque incomperti, procedendi modi iuxtà normam *Tranſactionis Paſſavinæ*, *Paciſque Religioſæ*, reciderentur. Illam enim viam neutiquam eſſe, cuiuſmodi ad pacem tendat. Exulceratáſque *Ordinum* diffidentium mentes ſanare, atque ad temperiem reducere poſſit. Ut graviores paſſiones, ac ſymptomata, deinceps veniant præmetuenda. Hoc illud eſſe remedium œcumenicum, noviſſimumque, quo *Cæſar*, velut *Panacæâ* præſentiſſimâ, in ultimis verſantem *Rom. Imperii* agonem, tanquam ab interitu in vitam revocare, ultimum morientis velut halitum colligere, pacis nobile compendium provehere, tot animularum ſuſpirantium milliones reſo-

refovere; *Imperiique* tandem *ordines* ab interitu præſervare, ſatagat. Pro eâ gratioſa *Cæſaris* indulgentia, atque humanitate, præfatos *Principes*, *Ordineſque*, nihil non velle. Ità ut toto reliquæ vitæ decurſu, tanquàm legitimi gladiatores, *Cæſari*, fortunas, vitaſque, religioſiſſimis verbis addicant.

V.

Ludovici Friderici, Ducatus VVürtenbergici Adminiſtratoris, eiuſdem notæ querimonia.

TOtidem verbis *Ludovicus Fridericus*, *VVürtenbergici Ducatus* tutor, tàm ſuper afflictionibus militaribus, quàm fulmine *Edicti Cæſarei*, funiculum querelarum attexuit. Tenor codicillorum lamentariorum erat fermè iſte: Tametſi, inquit, triſtem, ac luctuoſum, familiæ ſuæ, pupillorumque ſuorum, qua regiones exhauſtas, ſtatum *Cæſari* nō ſatis repræſentare poſſit. Nihilominùs, duræ, atque inevitabilis, neceſſitatis lege, ceu telo, ſe impelli, ut iterùm in queſtus ire, iterùm preces tentare, teneatur: Iam autem *Ducatum*, tutelæ ſuæ cōmiſſum, præter omnem exſpectationem, proh dolor! eò redactum eſſe, ut *Monaſteria* realiter occupari, ſubditi novas in iuramenti leges adigi, *Paſtoreſque*, ac *ludimoderatores*, dimitti, cœperint. Ut tot copiæ equeſtres, pedeſtreſque, omnia conſumpſerint. Ut, more ſeculis inaudito, ſingulis menſibus inſuper viginti & quatuor florenorum millia, loco tributi menſtrui, contigerit exprimi. Quandoquidem verò res hunc in modum ſeſe habeat, ut illa *Monaſteria* totidem regionis, ac *Ducatus*, *Status* conſtituant. Ut, integris. XVII. annis, antè *Tranſactionem Paſſavinam*, reformari cœpta ſint. Temporibus *Tranſactionis* prædictæ, *Paciſque Religioſæ*, *Catholicæ Religionis* exercitium iam tùm deſiiſſet. Ut hactenus *Auguſtanæ Confeſſionis* uſus continuârit haud interruptus: rem ideò maiori conſideratione videri digniſſimam. Nam pariter *Intermiſtici*, ut vocant, ſytagmatis tempore, familiam ſuam, neque iudicialiter, neque extraiudicialiter, conveniri cœpiſſe. Nedùm, ſub *Imperii* comitiis, litem ullo verbulo fuiſſe intentatam. Ut cauſſa *Religionis*, per varia, ac diverſa, intervenientia conventa, & pacta, inprimis *Paſſavinam*, ac *Pragenſem*, tranſactiones, tàm ab ipſo *Cæſare*, quàm maioribus ſuis, atque in *Imperio* anteceſſoribus, unàque à *Catholicis Electoribus*, tàm in particulari, quàm publicis ſub *Imperii comitiis*, multipliciter, ac toties, ſit confirmatiſſima. Ut etiam *Epiſcopi*, ac *Præſules*, *Proteſtantes*, pro veris, ac legitimis *Eccleſiarum* præpoſitis, haberi cœperint.

Illis conſectarium accedere, ut *Dux*, ratione *Monaſteriorum*, iam occupatorum, nunquam ſit citatus. Nunquam auditus. Tantùm abeſt, ut per legitimam *Iuris* viam, prævіamque cognitionem, ſit damnatus. Illa *Iuris* requiſita tàm immane exulare, ut ne quidem præcognitum habeat, à quo accuſetur. Quibus ſive argumentis, ſive coloribus, iuxtà normam *Pacificationis Religioſæ*, cæteraſque *Imperii* conſtitutiones, conveniri velit. Tametſi verò à *Cæſaris* legatis *Mündam Suevicam* ſe citari accidiſſet, Illic documenta, in medium producta, ut recognoſceret. Nihiloſeciùs, ad c
ſiliariorum ſuorum inſtantiam, neque conte
illorum prælegi, neque per tranſumpta com
nicari, neque ulteriorem terminum præfigi,
piſſe. Verùm enim verùm, codicillos ſaltèn
res involucro tectas, obiter fuiſſe exhibitas.
recognitio hoc pacto nulla ratione requiri p
videatur. Ità, remonſtrationibus quibuſcun
inſuper habitis, executivè ilicet in *Monaſteria* i
eſſe.

Iam ſibi nunquam fuiſſe propoſitum, ut *Ca*
edictis, placitiſque, de facto refragari cupiat.
verbis, *Principe* dignis, confirmatiſſimum red
re poſſit, nunquam id genus quicquam ſe ad
mum admiſiſſe. Aliud enim obedientiam, ha
nùs demonſtratam, aliud patientiam, abundè
gnitiſſimam, toti *Rom. Imperio* approbare. Ut
reſpectu hanc executionem, abſque ullius cu
cunque militis interventu, oppidò perficere
tuerit. Sic enim damnis damna accumulari. D
per copias, tàm luculentas, inſontium in pupi
rum regiones introductas, iam porrò omnia
rumpi, conſumique, cœpiſſent funditùs. Ne
enim vel tantillum ſubditis relictum eſſe, ut
metipſos alere poſſint: Tantùm abeſt, ut milite
nu ſuo fovere ſuſtineant.

Iccircò, ad *Cæſarem* iteratò converti has pre
flagitationeſque, devotiſſimas, *Cæſar*, tanqu
iuſtiſſimus, mitiſſimuſque, pateretur tàm ſe, q
pupillos ſuos, pro familiæ ſuæ conſervatione,
protectionem admittere. Sibique, tanquam fid
ac devoto, *Imperii Principi*, qui nedùm cogitatio
bus ullis *Cæſaris* pietatem læſiſſet unquam, *Im*
iura, iuſtitiamque, impertiri. Adeóque *Monaſ*
modò occupata, in priſtinum ſtatum reſtitu
Seque, ſuaſque exceptiones, ordine audire.
cætero, quò exactionibus, afflictionibuſque,
litaribus *Cæſar* ſimulátque ex fundamento med
ſeque, familiamque ſuam, ex ultimis eripere, ve
idem ſe verbis religioſiſſimis etiamque, etiam
obteſtari.

V I.

Cæſar, ſuperiorem ad Ducis VVürtenbergici
ſtantiam, paucis reſpondet.

SUper illa, & quidem iterata, *Ducis VVürtenb*
gici flagitatione, *Cæſarem* paucis ferunt reſpo
diſſe, hæc in verba: Nimirùm *Cæſarem* declarati
nem à *Duce*, debitæ paritionis ergò, factam, ad a
mum admittere. Potiſſimùm verò, dùm, ſub p
niſſimæ obedientiæ conteſtatione, in illam eru
pat clauſulam: *DEO*, & tempori, ſeſe cætera co
mittere: id genus verba tanquam alterius ſapor
in medio relinquere. Interim, ſi ità coràm *Cæſ*
recipiat, ſeſe executioni, dimidium facti iam a
quenti, deinceps ſimpliciter, & de plano, more
geſturum, *Monaſteriaque*, ſecundùm voluntate
atque inſtitutum, *Cæſaris*, permiſſurum eſſe, Tu
utique *Cæſarem* proviſurum, legiones quam-
primùm ut indè deducantur.

* * *

CAI

CAP. VI.

)e Saxoniæ Electore, Cæſarem ſuper Regis Sueciæ in Imperiū impreſſione, erudiente.

I.

xoniæ Elector, inter cætera, Regis Sueciæ in Imperium adventum Cæſari ſignificat.

QUerelarum ſatis, atque abundè, præmiſſum eſt à diverſis *Imperii Principibus*. Iam in *Electoris Saxoniæ*, & *Cæſaris*, actiones, ipſis ſub comitiis intercurrentes, ſtylum iniiciemus. Non deſti- autem *Elector*, per *Philippum Erneſtum, Comitem* *anſfeldium*, ſequentium problematum confirma- onem urgere. Nempè *Cæſar* privilegia, *Electoralem* *xonicam* familiam concernentia, conſtabiliret. olutionem ſummę ſex auri millionum, & ultrà, currentis, maturaret. Omnia, quà res *Religioſas*, à ſeculares, cum in ſtatum reponeret; quo qui- em antè motus fuiſſent *Bohemicos*. *S.P.Q. Auguſta-* *m* in integrum reſtitueret. *Edictum Cæſareum*, ſu- r bonis *Eccleſiaſticis*, tolleret. Et à *Cæſareæ* militiæ æfectis, ſuper exactionibus, *Imperium* depaupe- ntibus, rationes exigeret. Hæc ad *Electoris* poſtu- ta reſponſum tùm fuit à *Cæſare*: Privilegiorum onfirmationem penès ſe certam, ratamque, eſſe. e tertio articulo *Tranſactionem Paſſavinam* in me- io extare. Hanc obſervare velle *Cæſarem*. Quic- uìd autem poſtliminiò ſuperveniſſet, de eo ſic eſ- , ut *Cæſar* nihil poſſit *Eccleſiæ* præiudicare; Cæte- ós articulos ordine eſſe, illis ſub comitiis, excu- endos.

Præliminaribus illis præmiſſis, paulò poſt *Elector* *egis Sueciæ* in *Imperium* impreſſionem *Cæſari* ſigni- cavit. Denuóque, quò *Edictum*, ſuper bonis *Eccle-* *aſticis* publicatum, abrogaretur, inſtitit. Illi *Cæſar* c porrò reddidit. Illis ſe copiis inſtructum eſſe, ut, er *DEI* gratiam, arma adverſa facilè retundi poſſe onfidat. Interim, ſe à *Saxone*, & *Brandeburgico*, *Ele-* *ctoribus* exſpectare ſubſidia. Ut tàm quà ſumptus, uàm quà commeatum, armorumque apparatum, pitulari, ac ſuccurrere, velint.

II.

Elector Saxoniæ negativè reſpondet Cæſari.

QUæ cùm *Cæſaris* reſponſio non uſque adeò ad palatum eſſet *Electori*, ſequentibus hic ilicet reſcripſit: Se, ſecundùm *Cæſarem*, inquit, meritò, & ſine iuſta commotione, ad animum admittere triſtem *Germaniæ* patriæ, iam per ſex annorum paria civilium, cruentorumque, bellorum flammis ardentis, infortunium. Quo quidem perſeverante horribili incendio iam pridèm pagi, oppida, arces, civitateſque, eſſent abſumptæ. Ut etiam regiones, ac provinciæ, integræ, etiam *Electoratus* univerſi, eſſent penitùs exhauſti, devaſtatique, magnamque partem in cineres converſi. Iſtis accedere, ut iuxtà fortunarum, bonorumque externorum, corruptionem, etiam interior *Imperii* lux, & ſplendor, ſit obfuſcatus. Dùm *legibus fundamentalibus*, *Imperii* conſtitutionibus, *diſciplinaque militari*, ea vis inferretur, ut non ampliùs ordo, ſed confuſio rerum, prædominetur. Id genus enim exceſſus introduci barbaros, eo modo libertatem pati *Germanicam*, ſic ipſorummet *Electorum*, *Cæſarei* corporis membrorum præcipuorum, violari autoritatem, ut eiuſmodi quiddam hiſtorias evolventi haudquaquàm occurrat. Ut *Magnatum* etiam exterorū animos hæc communis perturbatio ordinis ulcerare, adeóque, non ſine *Rom. Imperii* vituperio, atque incommodo, irritare ſuſtineat. Quæ omnia utique prolixà ſub deductione ab univerſo *Electorali* collegio *Cæſari* antè fuiſſent remonſtrata. Hac tempeſtate nimis luctuoſâ quàm ſummè neceſſarium foret, inter *Imperii Ordines* rectior animorum confidentia ut plantetur, paxque ſecura, ac conſtans, reducatur, *Cæſarem*, cœlica ſapientia florentiſſimum, nullatenùs fugere. Sibi quidem ità videri. Nunquam tàm neceſſariam extitiſſe *Ordinum* coniunctionem, atque hoc ipſo tempore. *Sueciæ* *Regem*, ſub copiis non contemnendis, iam tùm in fines *Imperii* egreſſum eſſe, ex famâ ſe diſcere. Atq; hoc ſibi ingratum accidere. Ab initio autem minùs adduci potuiſſe, ut crederet, *Regem*, *Cæſaris* confertiſſimis legionibus, omnia exactè cuſtodientibus, nihilominùs penetrare potuiſſe. Ut potiùs, illi aditum fuiſſe negatum, haberet perſuaſum. Eas enim ab *Ordinibus* ad ſe emanâſſe querimonias, ſuper *Cæſareanorum* numeroſis phalangibus emiſſas, ut putârit, hoc *Regi* omninò nō licuiſſe. Cauſſas, cur hoc *Imperium Rex* infeſtet, ſe ignorare. Extrà id, quod in memoriam revocet, *Regem*, præmiſſis ad *Electores* nuper codicillis, ſuper contemptu ſibi intentato, & id genùs, offenſam præ ſe tuliſſe. Prout quoque, ſub his *comitiis Ratiſponenſibus*, veniſſet in deliberationem. Quis ſciat, an *Regem*, alioſque finitimos, perturbatus hic *Imperii* ſtatus, dùm *Germanica* libertas, tot legum vinculis firmata, vim patitur, nō inducere potuerit? Omnes enim *Magnates* exteros hoc in *Imperium* curioſos coniicere oculos, ut vel ad propriæ dignitatis conſervationem pertinere arbitrentur, ſi huic *Imperio* ſua conſtet ratio. Iam ſe ex animis vovere, quò *Rex*, remediis in medium allatis idoneis, ſatisfieri ſibi pateretur.

Cæterùm, quæ *Cæſar* ſuperintuliſſet; illum ſibi ſuppetere exercitum, ut, *DEO* ſecundante, hunc *ſuperioris Saxoniæ Circulum* ſufficienter defendere, armaque adverſa retundere, confidat, ut copiarum abundè ſit, de hoc *Electorem* ſeriò cogitare. Illud verò, quòd, unà cum collegâ, *Electore Brandeburgico*, poſtularetur, ob ſumptus, arma, commeatuſque, conferendos, ægrè ſibi accidere. Hoc quidem libenter ſe largiri, *Cæſarem* copiis inſtructiſſimum

 eſſe.

eſſe. Cuiuſmodi fideles *Imperii Ordines*, ſub multarum auri millionum expreſſionibus, à longo tempore, exhauſiſſent, adeóque, ad ultimam uſque neceſſitatem, extenuâſſent. Interim, ſi penſi habeat, quo pacto illis cum copiis foret comparatum, de ſucceſſu ſe ſubditare. Per illas ſiquidem proh dolor! fidelibus *Imperii Ordinibus* poplites, nervoſque, ſuccidi, ſuccumque, ſanguinemque, excludi, cœpiſſe. Ut parùm ſive ſpei, ſive ſubſidii, quoad illos, ſuperſit. Tùm belli ſeriem eo, qui invaluiſſet, ſub turbine continuandi, nullam affulgere facultatem. Ut his moleſtiis, his illis iſtis exactionibus, *Electores, Principes, Ordineſque*, ſuſtinendis pares eſſe nequeant. Ut *Cæſar* magis in ſanctas, & immotas, leges *Imperii* fundamentales, intueri velit. Quales, cynoſuræ loco, eſſent; Modumque, & viam, qua quidem bellum geri oporteat, præſcriberent. Horum omnium intuitu ſe de eventu ſolicitum eſſe. Præſertim ſi fortunam, ad tempus ſe occultare, ac tergum obvertere, cõtingat. Eius enim, præſertim ſub bello, potentiam eſſe maximam. Ut, ſingulis penè momentis, ſtatum mille viciſſitudinis pervertere poſſit.

De ſe ſic quidem eſſe, ut, humilima ſub confidentia, aliud à *Cæſare* exſpectet. Quàm ut, more cęterorum partim *Electorum*, *Principum*, *Ordinumque*, exemplo prorſùs inaudito, ſub æris, annonæ, atque apparatus militaris, hybernationiſque, expreſſionibus, exhauriri debeat. Quibus de quidem communis in *Imperio* afflictionis generibus, ſibi intentandis, paſſim iactari ſermones, exploratum utiq; habeat. Primùm enim *Cæſarem*, ſub regia, ſanctaq;, capitulatione, verbis conceptiſſimis promiſiſſe, inter cæteros *Electores*, ſibi quoque præeminentiam, libertatem, autoritatem, ac potentiam, conſervaturũ eſſe. Deindè, *Imperii* conſtitutiones eiuſmodi aliquid non admittere. Secundùm quas, *Cæſar*, ſe *Imperii* faſces adminiſtraturum clementer recepiſſet. Ut etiam officiis, ac meritis ſuis, toti *Imperio* cognitiſſimis, *Cæſari* verò, atque *Archiducali* ipſius familiæ, non minori ſub conſtantia, quàm utilitate, præſtitis, *Elector* aliâ dignus eſſet hederâ. Ut inſuper alterius ſaporis promiſſa à *Cæſare* intervenerint. Tùm, in cauſſa *Cæſaris*, quò regna, ac provinciæ, eius ad obedientiam reducerentur, ſic quidem *Electorem* tàm regiones, quàm ærarium, exhauſiſſe. Ut rationem non inveniat, quâ huic defectui mederetur. Niſi *Cæſar* iam tandem, iuxtà promiſſorũ ſanctitudinem, hanc iacturam reſarciat. Summamq;, ad aliquammultos excurrentem milliones, refundat. Illis accedere, iam à diverſis annis *Thuringiam* ſuam, *Comitatumque Hennebergicum*, per multiplices copiarum migrationes, atque id genus exactiones militares, immenſis damnis ſine miſſione enervari cœpiſſe. Id quod *Cæſari* obſcurum haud foret. Ut neque perſuaderi, neque ad animum admittere, poſſit, iuſtiſſimi, laudatiſſimique, nominis *Cæſarem*, vel ulteriùs quiddam à ſe poſtulare velle. Ut fortè neque intrà mitiſſimas cogitationes eiuſmodi aliquid concipere præſumatur. Tantùm abeſt, ut ſic decernere comperiatur. Si hanc utique mercedem, hoc præmium, *Elector* referre debeat, facilè *Cæſarem* augurari poſſe, quæ futura ſint adverſæ partis iudicia. Libertatem, qua ſuper *Electorum* autoritas, dignitaſque, iuxtàque *Imperii* ſublimitas, fundarentur, non hanc pati deceſſionem. Neque ſic à maio-

ribus illam ad ſe devolutam eſſe. *Cæſar* eo ſe ha
ret loco, quo apud ſuperiores *Cæſares* etiam ma
res fuiſſent ſui. Hoc hoc à *Cæſare*, humilima, ac
votiſſima, ſub confidentia, ſe exſpectare. Certu
que eſſe, *Cæſarem* nullatenùs permiſſurum, ipſe
loco protectionis *Cæſareæ*, ac debitæ, totieſq; p
miſſæ remunerationis, tanquam fidelis *Imperii*
ctor, utique, qui non contemnenda *Cæſari*, & q
dem immotis paſſibus, præſtitiſſet officia, ullo,
minimo, pacto ſit prægravandus.

Quodſi verò *Cæſar*, ad imitationem glorioſ
ſuperioris ævi *Imperatorum*, ſecundùm *Imperii* le
libertatemque *Germanicam*, *Electorumque*, atque
dinum, immunitates, ſub publicis *Imperii* comi
deliberationes, modumque, ineat, quo quidẽ b
lum modò non gerendum, ſed etiam continu
dum, veniat, tunc utique ſe, iuxtà exemplum,
proportionem, inter cæteros *Imperii Ordines*, pa
bus non defuturum ſuis. Interim, dùm, inſuper
bitis, humilimis à ſe intervenientibus remonſ
tionibus, petitionibuſque, deductionibuſque f
damentalibus, *Cæſar* de rigore *Edicti* nihil remit
mitioribuſque in tàm arduo negotio remediis
lioquin in *Imperio* uſitatis, uti refragetur, hoc
cumprimis dolendum accidere. Id vel ob id ſol
tudinem ſuam augere, dùm animum ſubeat, ſi
quam aliâs neceſſarium fuiſſet, *Imperii* ut *Ord*
inter ſeſe amicis coniunctionibus ut conſpirare
iam hac tempeſtate illud ultimè poſtulari. Ma
mè, cùm iam nunc diſciplina militaris ad ſumm
corruptionem, ordo in perturbationem, ac con
ſionem, libertas in ſervitutem, felicitas in cala
tatem, pax, ac quies, in belli incendium, degene
rint.

Se *DEUM*, *Cæſaremque*, denuò verbis religioſi
mis obteſtari, nihil magis ſibi in oculis, ac præc
diis, eſſe, quàm omnia illa, quæcunque *Rom. Imp*
noxia ac periculoſa eſſe quita ſint, è medio tolle
tur. Contrà, inter *Ordines*, animorum exulcerat
conſolidatio plantari, paciſque nobile compen
poſtliminiò reduci, ſuſtineret; Ergà *Cæſarem* qu
morem, fidem, atq; obedientiam, ſemper, con
terque, conteſtaretur, hactenùs ſe in eo totum
iſſe. Ut etiam (præfiſcini quòd dicat) tàm de *Ca*
ipſo, quàm eius archiducali *Auſtriaca* familia, ſic
meritus ſit, magis ut compenſatione, ac benevo
tia, quàm rigore illo, dignus ſit. Eam ſe devotio
tàm ergà *Cæſarem*, quàm *Imperium*, uſq; ad man
bonâ fide prolaturũ. Ut nihilominùs *DEO*, *DEI*
præceptis (cuius in manu eſſent omnia) exem
maiorum, parére. Immò *DEO* reddere debeat, q
DEI ſunt.

Denique, ſiquidem res eò, præter omnem ſu
exſpectationem, rediiſſet, ut ſine miſſione quiri
tiũ *Imperii Ordinum* querelis obtundatur. Ut etia
promiſsiones, antehâc *Ordinibus* factæ, in memo
ſibi revocentur. Quibus de & *Cæſari*, & *Electori*
Catholicis, conſtaret. Utique nolle ſe eorum qu
quam deſignare, quæ *Cæſari* adverſa, *Imperio* pe
culoſa, ac noxia, eſſe queát. Proindè, exemplis m
iorũ invitantibus, ſe ſic quidem affectum eſſe, ut,
nomine, ac timore, *Domini*, ſociæ *Religionis Ordi*
conſcribere. Cum iiſque, ſuper arduis, ac præpo
derantibus, id genus articulis, rationes amicas,
pacificas, conferre, velit. Quò ſic, remediis m
tioribus excluſis omnibus, tàm *Germanica* gen

inter

ritum amoliri, conſcientiam, dignitatem, ac
am, tueri, quàm DEO inprimis, iuxtàque affli-
Eccleſiæ, futuræque poſteritati, ſeſe approbare,
at, ut ne *Cæſarem* quidem, *Imperii* venerabile il-
Caput, offendere voluiſſe, deprehendatur. De
quidem propoſito ſuo ideóque *Cæſarem* ma-
iùs erudiri, ne quicquã ſiniſtræ ſuſpicionis ob-
ri poſſit. Ut magis devotas in preces omnes re-
enter deſcendat, corrogetque, *Cæſar* hoc ne in-
nentiùs ad animum admittat. Sed cognoſcat, id
ius inſtitutũ inſolens, ac novum, nõ eſſe. Quip-
eius notæ *conventus* hactenùs in *Imperio* ab *Ordi-*
s Catholicis toties celebrari accidiſſe. Ut eò mi-
hæc ratio *Proteſtantibus* fraudi eſſe debeat. Ut,
firmantibus *Imperii* conſtitutionibus, *Ordines*
lem protectionis, libertatis, immunitatiſque,
ceſſionibus gaudeant.

III.

ſar, ad Electoris Saxoniæ obteſtatorias, re-ſpondet.

lis *Cæſar* ab *Electore* compellatus, non potuit nõ
icem illi reddere. Sic autem excepit. De quo,
uit, *Elector* ammonere, operam offerre, iuxtà-
e deprecari, cœpiſſet, *Cæſarem* rectè, atque or-
ne, intellexiſſe. Prout igitur illa ex intemerato
gà tàm *Cæſarem*, quàm *Imperium*, affectu, conſtan-
ide, ac calore, promanâſſe, liqueret, ità *Cæſari* nõ
ſſe non eſſe gratiſſima. Ut gratiam etiam ſe illi
bere fateatur. Eò, quòd nihil priùs, nihilque
tiquius, habeat, quàm ut iſta omnia, quæcunq;
perio noxam, periculumque, minentur, amoliri
ngiùs, ex adverſo inter *Imperii Ordines*, excuſſa ſi-
ultate, concordia, tandemque pax ipſa, rerum o-
ima, pretioſiſſimaque, reduci valeat. Ut porrò
ferat, ſe, ad imitationem maiorum, nihil non *Cæ-*
ris cauſſã, quicquid ſibi proportionaliter, tanquã
leli *Electori*, incumbat, facturum. Adeóque, ad ul-
nam vitæ uſque lineam, à devota animi ergà *Cæ-*
rem, Imperiumque, fide minimè receſſurum, eſſe.
c, ut, conſtantis huiuſce fidelitatis intuitu, etiam
Cæſare Electoralis familiæ ſuæ emolumentum ex-
ectet.

Inter hæc, dùm, ſuper præſenti perturbato, &
mis luctuoſo, dulcis patriæ, *Germanicæ* gentis, ſta-
, tantoperè condoleret, *Electorem* haud fugere,
iàm eius perturbationis cauſſa in *Cæſarem* non
ſet reiicienda. Etenim, præter omnem exſpecta-
onem, *Cæſari* ab adverſariis arma extorqueri cœ-
iſſe. Ut neceſſariæ defenſionis remediis uti habu-
it neceſſe. Quibus vim illatam retunderet. Ea de
, quò malis, porrò inſtantibus, obviàm iri poſſit,
ræſentem *Imperii* conventum celebrari accidiſſe.
ic, ut *Cæſar*, convocatis, & in conſilium adhibitis,
Rom. Imperii Electoribus, tanquam interioribus cõ-
iliariis, deditâ operâ deliberaret, quibus ſalutari-
us remediis contagioſus iſte, & endemius, mor-
us tandem ſanari, maloque funditùs ſublato, ſa-
itas, paxque honeſta, totique *Imperio* fructuoſa,
edintegrari, queat. In omnem verò eventum, ſic-
bi morbus hic chronicus, atque penè inveteratus,
on illicò remediis, quantumvis appropriatis, ac
pecificis, cedat, tùm neceſſariæ ſubducerentur ra-
iones, quò modò, quâ formâ, viâque, bellum, in-
trà *Imperii* leges, tanquam cancellos, incluſum,
porrò continuari queat. Sic, ut, citrà exactiones, exceſſuſque militares, *Imperii Ordinibus* ſatisfiat.

De eo, quòd ſub gliſcentibus novis turbis *Sueticis*, dùm ſine ulla denunciatione, novus inſurgeret hoſtis, *Cæſar*, lege amicitiæ, ſubſidia tàm pecuniaria, quàm arma, ac commeatum, ab *Electore* petiiſſet, ità eſſe, ut de caſu neceſſitatis hæc venirent interpretanda. Nunquam enim *Cæſari* vel in mentem veniſſe, ut durius quicquam aut in illum deſignare, aut in *Electoratum* ipſius legiones infundere, cupiat. Sed, dùm periculum *ſuperioris Saxoniæ Circulum* iam tùm infeſtare cœpiſſet, *Elector*, tanquam *Circuli* director, hoc ageret, armaque propria *Cæſaris* armis conferret. Quò ſic coniunctis viribus hoſtem eò promptiùs reiicere foret opportunum. Eadem enim operâ *Cæſarem* quoque *Electoribus, Principibus, Ordinibuſque*, obtuliſſe copias. Ut etiamnunc re ipſâ hoſtis conatus, ac feliciter hactenùs retundat. Quin igitur *Elector Cæſareanis* accedere, vireſque iungere, affectus ſit, *Cæſarem* dubitare nolle. Ut de hoc ipſo clementer, & amicè ammonere non omittat. Ut ſponte velut currenti hoc calcar addere placuerit. Si enim *Sueciæ Regem* eum in *Circulum* vires ſuas non tàm effundere, quàm extendere, accidat, quæ labes non tàm *Saxoniam*, quàm *Imperium*, invaſura eſſet, *Electorem* non fugere. Ut bellum tàm diuturnum, quàm cruentum, communi patriæ metuendum veniat. Faciliùs igitur ipſis principiis obſtandum eſſe. Si enim res procraſtinetur, uſque dùm *Sueci* civitates, portuſque maritimos occupâſſent: Tùm, malis iam invaleſcẽtibus, ſerò parari medicinam. Qua ſub neceſſitate, tametſi *Elector* promittat operam, ſicubi, ſub publicis *Imperii* comitiis, unicuique *Ordinum* ſua portio antè fuiſſet aſſignata, nihilominùs *Cæſarem* parùm dubitare, quin, ad exemplum fidelium *Electorum, Principum, Ordinumque*, & quidem proprium in commodum bonâ fide conferre velit. Ut enim hoc tempore omnia, ſub publico *Imperii* conventu, tranſigi queant, *Cæſarem* quidem optare. Sed neceſſitatem rectà intercedere, aliudque ſuadere.

Quod ad *Edictum* ſpectaret, ſic quoque ſentire *Cæſarem*, ut effectum decreti illius urgeat. Interim, ità quidem eſſe affectum, ut rationes idoneas, à fidelibus *Electoribus* oblatas, *Cæſar* reiicere nolit. Potiùſq; hanc in ſententiam pedibus eat, ipſique cõfirmatiſſimum faxit, modò id genus viæ, ac remedia, cuiuſmodi ſupremo *Cæſaris* officio, autoritati, ac iuramento, non repugnent, commodumq; publicum provehant, proponerentur, *Cæſarem*, conſentientibus *Imperii Electoribus* (quos magnam partem hæc cauſſa tangeret) adverſaturum non eſſe.

Inpræſentiarum, ſiquidem aliquam multi *Auguſtanæ Confeſſionis*, & quidem præcipui, *Principes, Ordineſque*, hunc ad *Imperii, Electorumque*, conventum appuliſſent, *Cæſarque* aliquantiſper porrò in vicinia ſubſiſtere decreviſſet, nihil gratius accidere poſſe, ſicubi *Elector* ad *Cæſarem*, ſocioſque *Con-Electores* ipſe excurrere vellet. Sicque, non tàm pro autoritate, quàm prudentia ſua, in medium idonea, ac placida, remedia, quibus inter *Ordines* amicabilis reconciliatio, ac confidentia, in *Imperio* verò pax vera, & ſincera, effici, ac reparari, poſſit, proponeret. Quem ad finem, & ſcopum, ipſe

Cæſar, vigore allatæ propoſitionis, per ſe aliâs contendere. Quodſi tunc optata, & quæſitiſſima, id genus remedia fine, atque eventu, fruſtrari contingat, tunc utique de viribus in hoſtes coniungendis, armiſque proferendis, ſeriò diſpiceretur. Unáque, quoad modum executionis *Edicti*, ſuper viis facilioribus, mitioribuſque, ageretur. Quibus utique *Cæſar* repugnare nolit. Atque hæc omnia, modò adveniat, *Elector*, rectiùs, accuratiùs, ac ſolidiùs, coràm *DEO* ſecundante, perfici poſſe. Quàm ſi, coactis alibi *Conventibus*, ad maiorem diffidentiam opportunis, res ab unitate declinet in divi-dias.

::*:*:*:*:*:*:*:*:*:*:*:*:*

Externa.

De Daniæ Regis, & Reipublic. Hammaburgenſis, diſceptationibus.

I.

Chriſtianus, Daniæ Rex, contemptum, ab Hammaburgiis ſibi, ſuiſque, illatum, vindicat.

APud *Satyricum Romanum*, ſive joco, ſive ſerio, *Encolpius*, *Cùm duos*, inquit, *armatos viderem, ad fortiorem confugi*. Idem penè hoc tempore imitari dixiſſes *Hammaburgios*. Dùm enim *Chriſtianus*, *Daniæ Rex*, adverſis auſpiciis cum *Ferdinando II. Imp.* bello experiretur, ità ut, everſâ prorſus fortunâ, *Cæſareanis* novorum ſubindè triumphorum materiam ſuppeditaret, fortè accidit, ſecundùm vetus *Iuſtini* effatum, quò ſe fortuna, eodem & favor hominum inclinaret. Hoc modo etiam tùm *Hammaburgenſes*, aliâs ergà *Regem* obſervantiæ ſtudentes, viſi ſunt cum lubrica dea quoque vultus mutâſſe. Sic ut *Danicis* intrà urbem, prævalentibus *Cæſaris* victoriis, moleſti eſſent. Immò iniuriis fortè eoſdem laceſſerent. Ac tantùm non ſive *Cæſareanis* petentibus dederent, ſive arreſto ſtringerent. Accedebat, lignationes regias finitimas à *Cæſareanis*, rerum potiuntibus, immiſſis paſſim bipennibus reſecari, intráque urbem, ac cives, divendi. Tùm, ſi *Rex*, regiique, commeatum, merces, armorumque apparatum, ab *Vrbe* peterent, tàm rerum pretia, quàm portoria, videbantur auctionata. Hæc animorum alienatio haud parùm pupugit *Regem*. Ut emiſſis codicillis id genus impotentiam *Senatui* palàm exprobraret. Præſeque vel tùm ferret, reducta aliquando pace, ſe eiuſce iniuriæ fore memorem.

Neque aliter, ac prædixerat, *Rex* effecit. Pactâ ſiquidem cum *Cæſare* apud *Lübeccam* pace, contemptus ſuperioris memoriam recoxit. Vulnuſque, altâ mente repoſtum, cùm nondùm cicat
cem duxiſſet, recidere cœpit. Itaque *Glückſtadiu*
regium illud propter *Albim* fortalitium ſuum, p
multis, iiſdemque egregiis, auxit privilegiis. Ind
tis ultrà integros viginti annos mercatoribus,
vibuſque, tàm indigenis, quàm advenis, immu
tatibus haud contemnendis, onerumque omni
vacationibus. Hac regia indulgentia ubi loc
locupletâſſet, tùm demùm, ſub navibus, ac cuſt
dia militari, novum in *Hammaburgios* cudere c
pit vectigal. Sic ut, naves quæcunque, intrà *Al*
Hammaburgium verſùs, vel retrò, velificantes,
berentur in facie *Glückſtadæ* curſus ſiſtere, vela ſ
mittere, novum veſtigal expendere. Immò, à l
gubernatore, licentiam abeundi corrogare. Si q
nauclerus repugnet, is illicò, ſub machinis bell
diſpoſitis, pœnas incurreret preparatas. Illam en
Rex ſub edicto legem tulerat.

II.

S. P. Q. Hammaburgicus, cum Daniæ R
per legatos experitur.

NOva illa vectigalium auctio, ſolos in *Ham*
burgios detorta, non parùm momordit ne
tiatores. Ut ſucceſſivè, totam inquietaret urbe
Dubia igitur *Reſpublica* diù fluctuare cœpit, q
eo ſub diſcrimine potiſſimùm eligeret. Si en
cum *Rege* legibus vellet experiri, metus erat, n
pud *Cæſarem* parùm efficeret. Utpote qui inte
ad litis uſque deciſionem, vectigalia ſub ſeque
ipſe exercere poſſet. Si vi conarentur hanc fa
lam evertere, anceps occurrebat *Martis* alea. N
que ſatis conſultum videbatur, *Regem* laceſſere.
tique qui bello ſuperior eſſe poſſet. Præferti
cùm non exactum eſſet, an *Cæſareani* unà cum
facerent veſticontubernium. Eorum namque
ctrices aquilæ erant antè portas. Sicut olim
Hannibale iactabatur *proverbium*. Neque dee
intrà urbem ſive dynaſtæ, ſive legati, qui cauſſa
tur, *Regem* iuſtam ad indignationem eſſe provo
tum. Id genus enim larvas, præteritis belli tem
ribus, à civibus vitulantibus *Regi*, cum multor
bonorum ſtomachatione, fuiſſe obiectas; Ut i
videretur ſpirare vindictam. Tandem igitur
cit vetus illud. Nimirùm, omnia ut priùs con
tentarent, quàm ad arma proſilirent. Proindè
vitatis ſuæ *Advocatum* ordinarium *Coppenhagam*
que, primo ſub vere, emittentes, an verbis ta
Regi ſimultatem expectorare poſſent, aleam ie
runt. Illius illa erat oratio: Nimirùm *Regi*, inq
præcognitum utique eſſe, quid ſuperiori tem
re, nomine *Civitatum Maritimarum Teutonica*
ſociarum, ſuper diverſi generis gravamini
proponi, ac finaliter ſubmiſſè corrogari, cœpi
Atque hoc etiamnunc in medio relinqui. Siq
dem verò non obſcurum ſit, quo pacto *Rex H*
burgenſibus eam fecerit gratiam, ut antè bellum
perum, quoad portoria, vel vectigalia, per il
mum *Danicum* numeranda, forent omninò i
munes, atque exempti. Pariter *Civitatem* nul
tenùs dubitare, immò *Regem* enixè, ſubmiſſèq
deprecari, pateretur, *Rex* eandem gratiam per
verat

ire, *Civitatique* onerum id genus, vectigalium-
,vacationem porrò indulgere.

Secundùm hæc, *Regem* adhuc meminiſſe eorum
tiſſimè, qualia ſuperiori *Anno M. DC. XXIIX.* ſu-
civium, mercatorumque difficultatibus, one-
uſque, per *Albim* occurrentibus, nomine *Sena-*
apud *Regem* fuiſſent ſolicitata. An, iuxtà con-
ſiones, immunitateſque, *Civitatis* emergenti-
id genus damnis medicina fieri poſſet. Ad illā
miſſam interventionem tùm quidem *Regem*
menter ſubieciſſe. Nimirùm *Regi*, à primo regni
DEI gratiam aditi limine, nihil antiquius fuiſ-
quàm ut, ſecundùm veræ *Religionis* amplifica-
nem, incorruptamque iuris, ac legum, obſer-
ntiam, commerciorum, diverſis ſub locis penè
lapſorum, florem repararet. Omniaque, quæ
ic inſtituto obſtaculo eſſe poſſint, removeret.
etiam inprimis, exemplo maiorum, commer-
Hammaburgenſium mallet videre aucta. Ut por-
apud cæteros *Magnates* exteros eorum commo-
promovere cœperit. Simulátque militiæ claſſi-
præfectis in mandatis dederit, ne quovis pacto
gotiantibus eſſent moleſti. Sed commodis, uſi-
ſque, honeſta rerum commercia exercentium,
ificarent.

Quanquam autem *S. P. Q. Hammaburgius*, intuitu
giæ illius declarationis, nihil dubitârit, futurum,
Rex, pace nuper reductâ, etiam, ſuperioris ſub
lli oneribus, plurima, ac graviſſima, paſſis *Ham-*
burgiis, veterrimo more ſeſe clementer indulge-
, adeóque ex parte pacis eiuſce fructum *Civitati*
n invideret. Nihilominùs, fortè hominum ma-
feriatorum operâ, atque ſimultate, uſuveniſſe,
gis hæc clementia, hæc benignitas, ut invertere-
r. Sic, ut, perturbatis priſtini favoris rationibus,
a rerum naſcatur modò facies. *Rexque* adductis
trà *Albim* aliquammultis navibus militaribus,
ntraria prorſùs, & ſevera, ex lege in navigantes,
gotianteſque, animadvertere iubeat. Hoc ſibi
æter omnem uſuvenire exſpectationem. Ut mil-
modis incommodet. Quippe navigantes medio
b curſu teneri, etiam ſub graviſſimis tempeſta-
bus, vela ſubmittere, naves propugnaculo regio
plicare, codicillos ſalvi conductus exhibere, ad
terrogata reſpondere, curſum abrumpere, ven-
ſque faventibus ſe abſtinere. Quæ utique omnia
m declarationibus regiis è diametro pugnent.
t etiam ex *Holſatia* merces in *Civitatem* inferri
rohibeantur. Aliaque eius commatis duriora im-
inere nuncientur.

Quæ cùm iſtius generis exiſtant, ut veteribus
rivilegiis, commerciorumque, inter mortales
pprimè neceſſariis, uſibus, immane derogent,
ixtàque benignis *Regis* reſponſis, ac conteſtatio-
ibus clementiæ plenis, repugnent. Proindè, ad
Regem ſpectare *S. P. Q. Hammaburgenſis* ſubmiſſas,
levotaſque, preces, *Rex* veteri more, gratioſos,
erenoſque ergà civitatem, vultus indueret, invi-
lis, ac delatoribus, fidem detraheret. Simulátque
difficultates illas, incommodis plenas, clemen-
ter abrogaret. Claſſiariis ab id genus
inſolentia, rebuſque no-
vis, feriari iuſſis.

***

III.

Altera Hammaburgenſium ad Regem legatio.

AD ſuperiorem *Senatus* interpellationem *Rex* ne verbum quidem reddidit. Sed dimiſſo, ſine reſponſo, legato, in *Holſatiam* perrexit. Poſteaquàm igitur *Glückſtadam* veniſſet, tantùm abfuit, ut ſeveram illam, in *Hammaburgios* latam, abrogaret legem. Ut denuò, recenti ſub *Edicto*, omnia illa, quæ *Civitati* moleſta erant, ſanciret, ac confirmaret. Neque tantùm hoc interdictum in codicillis, atque intrà verba, extabat. Sed ſub propugnaculo, ſive promontorio, in *Albim* ſpectante, diſpoſitis ſub machinis bellicis, navibuſque inſtructis, res ſeriò agebatur, ut prænavigantes, ſi morem gerere nolint, cogi poſſent.

Superiori ergò legato, per generalia relaxationem novorum onerum, ac vectigalium, fruſtrà ſolicitante, viſum eſt *Senatui* denuò mitiſſimam hanc retentare viam. Admotiſque rationibus ſeriùs rem eandem velle urgere. An ſic *Regi* indignationē expectorare quitus eſſet. Dimiſſa itaque legatione paulò ampliori, ſequentibus inſtare cœpit: *Regem* nempè, inquiunt, *Conſules, Senatoreſque, Civitatis Hammaburgenſis*, celare non poſſe, veniſſe naucleros ſuos, & nunciâſſe, quo pacto apud *Glückſtadam* naves modò non fuiſſent detentæ, ſed ad ſolutionem novorum onerum adactæ. Hanc novitatem, multis modis adverſam, ac difficilem, ſeſe non ſine gravi perturbatione ad animos admiſiſſe. Ut etiam totam civitatem confuderit. Hanc in rem conſultò ſe per legatos malle eius facti cauſſas exquirere. Iuxtàq; difficultatum id genus abrogationem deprecari. Etenim vetus illud eſſe, & minimè controverſum, extrà *Rom. Imperatoris*, totiuſque *Electoralis Septemviratus*, conſenſum, approbationemq;, inauditis illis, quarū intereſt, partibus, ſub *S. Rom. Imperio* nullam novam vectigalium conſtitutionem locum habere. Neque id hactenùs uſuveniſſe, ut ſive *Cæſar* in novum *Albis* telonium, conſenſiſſet, neque *Septemvirorum* calculus acceſſiſſet. Tãtùm abeſt, ut *Civitas* eiuſce rei notitiam habuerit. Eapropter *Senatum* ſubmiſſa ſpe niti, fore, ut *Rex*, eandem, ſicut antehac, iuſtitiæ, & *Rom. Imperii* conſtitutionum, rationem duceret, hancque gloriam faceret perennem. Tùm iuſta ſub cauſſa emergentibus querelis ſuis mederetur, nova, & cum *Imperii* legibus pugnantia, telonia abrogaret. Commerciiſque communibus nihil detraheret. Hæc eò impenſiùs ſeſe corrogare, dùm notorium foret, totius *Civitatis Hammaburgenſis* eam eſſe conditionem, ut commerciis interceptis diu conſiſtere nequeat. Ut, durantibus id genus exactionibus, commercia, ac negotiationes, aliò transferendæ veniant. Non abſque huius *Civitatis* notabili decremento, atque interitu.

Iam nolle ſe quidem hoc ſuſpicari, *Regem* communis *civitatis* velle interitum. Qui antehac ſingularis clementiæ conteſtationes in eam effundere cœpiſſet. Ut neque hanc indignationem culpa ſua provocârint. Tùm, ſi *Civitas* ità exerceri debeat, neceſſe eſſe, finitima *Holſatia*, eiuſque provinciæ incolæ, ut, propter mali vicinitatem, abruptumque commerciorum mutuorū uſum, par in diſcri-

men venire ut compellantur. Inprimis, & antè omnia; *Regi*, pro ſapientia ſua, cœlitùs data, rectiùs trutinandum ſeſe relinquere, quæ *Ordinum*, ſubditorumque, *Auguſtanam Confeßionem* profitentium, ſuſpiria, & gemitus, quæ exulantium viduarum, pupillorumque, futuræ ſint lacrymæ, ſicubi, poſt tot ſuperiorum bellorum procellas, nova abominandarum turbarum tropica ſint extimeſcenda. Et iam ſeſe cives, res novas agentes, ac diſſidentes, vix intrà officii leges coërcere poſſe. Ut potiſſimùm nautarum, commerciaque nautica exercentium, animi, ad tumultuationem ſpectantes, repagulis opus habeant. Utique, quibus illa ſub novitate, ſuccus, ſanguiſque, ſubducatur. Accedit, finitimas provincias has leges haud admittere. Immò neque *Imperatorem*, neque *Septemviros, Ordineſque*, id genus vectigalium reformationem pati poſſe. Utpote undè motus non niſi graviſſimos naſci eſſet opportunum. Quales quidem eò magis in abominandis haberi oporteat, quò omnium animi, ob pacem, *DEI* benignitate, noviſſimè reductam, in ſpem erigi cœpiſſent. Hanc *Rex* ne denuò confundere, ſed amplificare, atque è medio ſublatis illis difficultatibus, ſublimare, pateretur, ſubmiſſè, atque inſtanter, *Conſules, Senatumque*, corrogare.

IV.

Rex, ad legatorum inſtantias, quid velit, deſignat.

ILlis vicibus ſubmiſſè interpellatus *Rex*, diutiùs reſponſum non ſuſpendit. Sed illis contrà ivit. Inſtitutum, inquit, ſuum nunquam fuiſſe eiuſmodi, novum, ordinariumque, vectigal per *Albim* ſuum ut ſancire velit. Tantùm abeſſe, peregrinas ſive gentes, ſive provincias, regioneſque, finitimas, ſic onerare ut cogitet. Neque enim id declarationes ſuas, antehâc publicatas, admittere. Verùm enim verùm hanc telonii exiguam auctionem à ſe non ità pridèm fuiſſe extortam. Atque in particulari ad ſubditos ſuos hæreditarios, *Hammaburgios* nempè, ſpectare unicè. Qui quidem impotentia ſua hanc legem expreſſiſſent. Nam eam fuiſſe illorum ſive petulantiam, ſive avaritiam, ut annis ſuperioribus, citrà ullam ſive *Cæſaris* conceſſionem, ſive *Electoralis Collegii* conſenſum, ſive propriam etiam ſuam, tanquam provinciæ *Principis*, permiſſionem, auſi ſint etiam à bonis regiis vectigalia exigere. Ut ſubditorum merces, ac frumenta, impoſitis vectigalibus, ultrà ſolitum, auctionari, ac flagellare, cœperint. Ut etiam, poſt vectigalium inordinatorum exactiones, naves per aliquammultas ſeptimanas attinere, merceſque, fructuſque, tàm ſuum, quàm ſubditorum ſuorum, in diſpendium, ſtrangulare, non dubitârint. Prætereà, in propatulo extare, adverſùs conſuetudines, tranſactioneſque, quoad *cereviſiam*, ac *Sal*, ſubditos in ſuos nova vectigalia detorta recèns fuiſſe. Ut parùm de iniuriis, minis, contemptuque, in miniſtros ſuos, tàm per aquas, quàm continentem, intraque ipſam *Civitatem*, exercitis, dicatur. Quæ omnia ex hoſtili animo utique eſſent profecta. Quanquam verò *Rex* meliora ab *Hammaburgenſibus*, veluti ſubditis hæreditariis, ſibi promiſiſſet. Utique quibus ab ineunte ætate multipli[…] clementię, ac favoris, ſingularis ſignificationes i[…] pertitus eſſet. Dùm, per annos integros quad[…] gintà tres, vectigalium, ad iſthumum *Danic[…]* pendendorum, ſeveritatem illis relaxaſſet. Qu[…] quidem ſublevationem à *Friderico II.* felicis rec[…] dationis, parente ſuo, impetrare haud potuiſſe[…] Pariterque lites, ſive cauſſas, apud dicaſterium *[…] nicum*, activè contrà *Civitatem*, à ſeculo pendent[…] è ſingulari gratia, non ſine emolumento, remi[…] ſet. Utique nihil minùs ſperâſſe *Regem*, quàm ut […] *vitas* id genus beneficiorum immemor ingra[…] ergà ſe vellet elevare vultus.

Poſteaquàm ergò, præſtiti hæreditarii iuran[…] ti, debitæque ſubmiſſionis, temerè obliti, con[…] maciam operari cœpiſſent, ſub ſpe, futurum, ha[…] protervia maiores extorquere illis liceret imn[…] nitates, per fidem! *Regem*, intuitu regiæ autor[…] tis ſuæ, graviter violatæ, non potuiſſe non in in[…] riarum, ac contemptus eiuſce, vindicationem […] cumbere. Ut enormiter laceſſitus, tanquam […] in ſubditos ſuos, omnibus mediis, viiſque, iuſti[…] licitis, animadvertere iubeatur. Quò non alia[…] tione, quàm iure retorſionis, autoritati, iuri[…] ctionique, ſuæ litare. Iacturamque, nuper paſſ[…] aliqua ex parte reſarcire, queat. Atque hac de r[…] paulò ante conceptis verbis *Cæſarem* erudiiſſe. […] que dubium eſſe, *Cæſarem* extortam illam re[…] ſionem ſerenâ fronte admiſſurum. Simulátque […] omnes id genus adverſantes eventus, ſibi aux[…] erogaturum.

V.

Lübeccenſes, ac Bremenſes, interveniendo […] nantur lites inter Daniæ Regem, & Ha[…] maburgios, dirimere.

EA cùm *Hammaburgenſibus* relata foret *Regi[…]* dignatio, animos exaſperavit. Quòd igitur […] paréret, mitibus remediis excluſis, novum occu[…] ri bellum, depoſitâ ſubiectionis reverentiâ, iid[…] bellum coquere animadverſi ſunt. Decretum […] tur fuit, naves regias militares, vi iniectâ ex *Albi[…]* cere. Quem in finem, præmiſſis ad *Regem* codic[…] proteſtatoriis, decem cohortes, navibus benè […] ſtructis impoſitas, *Glückſtadam* dimiſerunt. Qu[…] regios maſculè invecti partem navium in pote[…] tem redegerunt, partem in altum uſque perſec[…] ſunt.

Hoc facto, *Rex* maiori iracundia ſtimulatus, […] ves militares intrà *Coppenhagā* expedire iuſſit. Q[…] antequàm educeret, ſequētibus ad *Lübeccenſes, […] manoſque*, dedit: Tametſi, inquit, cauſſarum, n[…] contemnendarum, abunde ſibi ſuppetat, eos ut […] xit apparatus, quibus contemptum, & hoſtilē i[…] preſſionem, à plebe *Hammaburgenſi*, eiuſque co[…] plicibus, ſibi hæreditario domino ſuperciliosè il[…] tam, retunderet. Nihilominùs, malle ſe hoc te[…] peſtate inſanæ, ac temerariæ, multitudini, in ar[…] infeſta ruenti, quantùm eius quidem, regiæ auto[…] tatis ferret reſpectus, ſpatium, tempuſque, ind[…] gere, intrà quod machinationes, ſeditionis plen[…] magis damnare, ac deteſtari, diſcant. Quàm ut, […] vindicibus armis ſuis, ulteriùs commendatam […] cis bonitatem lacerare, bonumque publicum n[…] vis furoribus affligere, debeant.

Q

Qua ſub pacis publicæ perturbatione, tametſi
ultuantium civium audiantur voces, quę *Civi-*
m maritimarum auxilia iactare auſit. *Regem* ta-
adduci haud poſſe, ut credat, illas, ſub publi-
acis perturbationis cauſſa deterrima, adver-
Imperii conſtitutiones, hos furores ſive appro-
c, ſive fovere, velle. Sicut, abſque cognitione
ſſæ, in bellum, tanquam rem vacuam, deſcen-
e, *Regemque*, etiam repugnantem, in arma tra-
e, properent. Proindè hanc ſe illis mentem
n aperire voluiſſe. Sub fiducia, futurum, ipſi ut
nburgenſes confœderatos, ſeditioſè, ſupercilio-
c violentè, in *Regem*, ac dominum ſuum, inſur-
tes, ſuperiorum, beneficiorum turpiter obli-
potiùs ab incœpto dehortari, quàm maiorem
udaciam invitare, cupiant.

Hanc ad *Regis* compellationem, *Lübeccenſes*, ac
mani, per legatos, ad *Regem* emiſſos, magna
n diligentia, remedia pacis proponere cœpe-
t. Quibus inſuper *Angliæ Regis*, *Holſatiæque Ducis*,
ati ſeſe adiunxerunt. Eandem in pacis recom-
itionem cooperantes omnes. Illis pacificatio-
verba, ac remedia, proponentibus, *Rex* reſpô-
Priùs *Hammaburgii* naves reſtituerent. Abhinc
ctationē peterent. Hac conditione ſe non æ-
s conditionibus refragaturum. At hoc oppidò
gârunt *Hammaburgii*. Poſtulantes, *Rex* antè o-
ia de non ampliùs offendendo promitteret.
, partibus utrinque reſilientibus, compoſitio-
ſpes elanguit. Ut, re velut tùm deſperatâ,
mmaburgii, ſuperinductis trigintà navibus, *Al-*
ſtrenuè infeſtarent, regios in inſidiis latentes
erciperent. Tantùmque non *Glückſtadianos*
ovocare viderentur. Intereà *Rex*, apud *Bergam*
rvegiorum, univerſumque per regnum, *Hamma-*
genſium merces, bona, nominaque, arreſto de-
rari. Simulque à *Fridlando* auxilia rogare, cœ-
Sed *Fridlandus*, *Thillyuſque*, hoc officium *Re-*
gi negârunt. Fortè, ne, ſub *Sueciæ Regis* expeditio-
ne, *Civitates Maritimas* abalienarent. Aut cauſſam, ut in adverſas tranſirent partes, præberent. Ità *Rex* quadragintà, & paulò plures, inſtruxit naves militares. Hacque claſſe in *Hammaburgios* promovit. Sic, ut per menſem, & ampliùs, diverſis, præcipuè tamen velitaribus, præliis ſubindè utrinque maritimæ acies concurrerent.

Procedentibus illis conflictibus, denuò *Lübeccenſium*, *Bremenſiumque*, legati, *Glückſtadam* ad *Regem* ire iuſſi ſunt. Sed iterùm abſque effectu laboratum eſt. Neque enim *Rex* propoſitum mutare cogitabat. Neque *Hammaburgii* quicquam reddere, aut remittere, affecti erant. Priuſquàm *Rex* ſufficienter caviſſet, neque propugnaculum *Glückſtadianum* quicquam *Hammaburgiis* incommodaturum, Neque, illorum damno, alias per *Albim* naves militares *Regem* educturum eſſe. Tandem, poſt multas, ac laborioſas, actiones, *Rex* in eam deſcendit ſententiam, ut, ſuper utroque, fidem aſtringere non repugnaret. Sed, quòd *Rex* ſolus, abſque aliorum *Magnatum*, ac *Rerumpublicarum*, operâ, id promitteret, ferunt, neque hoc ad palatum fuiſſe *Hammaburgenſium*. Qui ulteriùs nodum in ſcirpo velut, quod aiunt, quærerent. Sic, quantumvis multi prudenter inculcarent, *Regis*, regiæque autoritatis, deducendam eſſe rationem, ne, excuſſis coaleſcentis compoſitionis remediis, *Phrygum* more, ſerò nimis (prout fortuna in bello potiſſimùm prædominari ſoleat) ſaperent *Hammaburgii*, nihiloſeciùs hæc illis non ridere cœpit commonefactio. Ut porrò *Ratiſponam* ad *Imperii comitia* emitterent legatos. *Cæſarique*, atque *Electoribus*, quas in tricas cùm *Daniæ Rege* incidiſſent, deditâ operâ aperirent.

***

Io. Petri

Io. Petri Lotichij

RERUM GERMAN[ICARUM]

LIBER XXXI.

CAP. I.

I.

Fridlando imperium militare abrogatur.

INter illas *Cæſaris*, & *Saxoniæ Electoris*, (quibus de paulò antè præmiſſum) actiones, etiam aliis non inferioris momenti de rebus, ſub præſentibus *Imperii comitiis*, deliberari cœpit. *Cæſar* ægerrimè videbatur dimiſſurus copias, tantùm non univerſum *Imperium* inundantes. Sed evicerunt tot ingentium querelarum modò non cumuli, ſed montes. Sed obtinuerunt inclyti *Septemviratus Electoralis* autoritas, atque inſtantiæ. Qui, omnem moventes lapidem, nihil ad ſummam ſedulitatem reliqui fecerunt, quò copiæ immenſæ exautorarentur. *Fridlando* miſſio daretur. Iuxtáque cum *Galliarum*, & *Sueciæ*, *Regibus* pax ſanciretur. Secundùm hæc, *Friderici Palatini* miniſtri, unà cum *Angliæ Regis* legatis, eò uſque ad comitia, ſub fide publica, pertingentes, audirentur. Quo nomine tandem *Elector Colonienſis*, ut pari operâ cum *Batavis*, vicinis ſuis, pax qualiſcunq; iniretur, urgere non deſtitit. Mallet enim pacem, utcunque tolerabilem, quàm nullam, experiri. Interim hæc interrogatio, tanquam altioris indaginis, ratione ponderis ſui, proxima ad comitia reiecta eſt.

Sed non fruſtrà fuerunt *Electorum* inſtātiæ. Totque *Principum, Ordinumq;, Imperii* querelæ. Ut *Cæſar* in abrogationem imperii militaris, *Fridlando* hactenùs indulti, conſentiret. Hic paulò antè *Memmingam* pervenerat: In itinere, quà quà pergeret, præſertim apud *Norinbergenſes*, & *Vlmanos*, ſummā ob autoritatem, præcipuo loco habitus, honorariiſque ampliſſimis affectus. Ad eum igitur, praeeunte *Cæſaris, Electorumque*, decreto, profecti *Io. Baptiſta Verdenbergicus*, & *Gerhardus Queſtenbergius*, *Barones*. Utique morum *Fridlandi* gnari. Quique anteà apud *Aulam Cæſaream* conſiliis, ac magnificentiæ, illius velificâſſe comperiebantur. Sic ut ſplendidis
ab eodem præmiis antè eſſent inſigniti. Exi
hoc delecti erant, ut, verbis in rem præparatis,
dicationem illi rectiùs perſuaderent.

II.

Fridlandus decretam imperii militaris abr
tionem modeſtè admittit.

NEque infeliciter hæc cecidit alea. Tamet
nim multis res illa videretur effectu tàn
dua, quàm difficilis, eò, quòd faſtus, magnifice
inprimis impotētia, penès *Fridlandum*, ſummos
cerent ordines. Tùm imperio is militari fore
ſuetus; Apud *Magnates* præcipuo haberetur l
Pariterque immenſis afflueret opibus. Appar
ratio non tralatitia, illum hanc abrogationem
que ſtomachatione vix admiſſurum. Quòd m
imperiis militaribus, quàm vitæ privatæ, vid
tur idoneus. Illis, appendicis vice, accedebat:
landum anteà, dùm copiis potiretur, *Ducatus M*
politani fuiſſe ſecurum. Iam verò, mutata cum
tuna, mutationem quoque eiuſce *Principatus*, f
imminere. Quæ dignitas, cùm eo tempore,
rerum potiebatur, illi non ademptu eſſet fa
Iam, dùm privatam ad vitam rediret, factu vi
poterat expeditior.

Has inter difficultates multorum animos ſu
ſos tenebat exſpectatio, quo pacto hanc præto
tivæ ingentis deceſſionem eſſet laturus. Ut n
motus haud frigidè timerentur. Sed monſtr
milimum videri tùm potuit, *Fridlandum* extemp
ſub modeſtiæ ſignificatione, *Cæſaris*, *Electorum*
decretum illud admiſiſſe. Nedùm impotenter,
multùm, repugnâſſe.

Qua quidem de re (prout fieri amat in multi
dine) varias itum eſt in ſententias. Non defu
enim, qui arguerent, *Fridlandum Cæſari* fidele
atque in retundendis hoſtibus, præclaram navā
operā. Sic ut *Cæſaris* autoritatē exquiſita milita
pompæ magnificentia tueretur. Interim, non di
tebantur, tot exundantium paſſim per *Imperi*
copiarum exceſſus nullo colore excuſari poſſe.
quidem, è re *Fridlandi* videri, ſi invidiæ cede
Fo

:s accidere poſſe, alia ut tempeſtas alios mo-
,aliosque vultus, ingerat. Eos enim, qui nunc
erentur rationibus adverſari, ſucceſſu tempo-
futuros æquiores. Præter illos, auditi ſunt, qui
:arent *Fridlandum*, muneribus, promiſſiſque, in-
ctum, eò promptiùs imperia abdicâſſe. Sed rur-
emerſerunt diverſæ ſententiæ autores. Qui og-
erent, *Fridlandum*, diſciplinarum *Mathematica-*
*r*non rudem, ſub *Kepleri*, tanquam magiſtri,
ta, hauſiſſe, quid fati ſibi immineret. Ut fatis
d immeritò cedendum arbitraretur. Sed ſuper-
eſſêre deniquè, quibus *Cæſaris* hoc decreto,
quam neceſſitatis telo, apparêret cogi *Fridlan-*
, Sic enim ratiocinabantur. *Cæſarem* nempè lē-
ac tacitis, paſſibus illi potentiam intercepiſſe.
imerumque ingētium copiarum extorſiſſe. Sic,
nihilominùs belli *Italici*, in *Gallos* proferendi, il-
upiditatem, ac ſpem, iniecerit. *Fridlandoque* è
mminga civitate, intrà quam erat, tanquam car-
em fecerit. Quicquid tandem ſit, illud admira-
ne non indignum videtur: Et illo tempore *Cæ-*
m morem geſſiſſe *Electoribus*, Et *Fridlandum Cæ-*
i.

II.

lectores modeſtiam Fridlandi commendant.

Quid ergò eſt? Et quibus verbis ille reſponſum
dedit legatis, officii abrogationem nuncian-
? Eccelis, mollior unda, mitior agno penè, Gra-
ſe grates, inquit, humilimè deponere *Cæſaris* in-
lgentiæ, quòd ſe hactenùs potiſſimarum, *Cæſa-*
narumque, copiarum archiſtrategum eſſe voluiſ-
. Hoc officium quanquam ſperâſſet ſibi perman-
um, nihilominùs, ad *Cæſaris* decretum, ſe volē-
n abdicare. Neque ergò tantùm cedere, ſed etiā
eces adiicere, notatus eſt *Fridlandus* iſte. Addidit
m, ſiquidem fideli operâ ſuâ hoc eſſet conſecu-
,ut, inuſitatā *Cæſaris* indulgētiā, ad ſublimes illos
perii Principis honores emerſiſſet, iuxtáq; regio-
ous, ac ſubditis, pro exercenda hac ſua dignitate,
ignitus foret, eā in rem *Cæſarem* ſe ſubmiſſè ve-
rari, dignaretur hanc ſibi gratiam facere peren-
m. Semelque parta clementer tueri. Et, cùm nul-
ignoraret, quorum conſiliis, ſive inſtantiis, hæc
ſe faba cuderetur, aliquanto poſt tempore adie-
,*Cæſarē* ſe porrò deprecari, vellet adverſariis ſuis,
ntrà ſe perorantibus, neque aures præbere, nedū
em adhibere. Hoc cum dicto, par illud legatorū
ſaris, anteà muneribus, equiſque, ſplendidè do-
tos, dimiſit. Hi, *Ratiſponam* reverſi, *Cæſari* reſpon-
n *Fridlandi*, etiam codicillis obſignatum, obtule-
nt. *Cæſar* verò *Electoribus* ilicet id impertire iuſſit.
uòd igitur repentina *Fridlandi* mutatio, mode-
aq; inexſpectata, ex tranſverſo accideret, ſequē-
ous verbis regeſſerunt *Electores*. *Fridlandum* videli-
t, dùm archiſtrategi illud munus, à *Cæſare* profe-
um, adeóque auguſtale, recognoſceret, pariter-
ue in *Cæſaris* manus reſignaret, rem magnā, pru-
enterque, facere. Illi *Cæſar* regiones, ſub regnis, ac
rovinciis, hæreditariis poſitas, anteà præmii loco
onceſſas, permitteret. Interim, cum *Imperii Princi-*
tibus, membriſque, rem paulò aliter videri com-
aratam. Hęc ut cura ad ſe ſpectet potiſſimùm. Sic-
bi igitur uſuveniat, *Megapolitanos Duces*, iuxtà *Im-*
rii ſanctiones, criminis læſæ *Maieſtatis* reos peragi
haud poſſe, tùm quidem *Principatum* illum à *Frid-*
lando detineri non poſſe. *Imperii* enim, & ſuā, in-
tereſſe. Quòd ſi *Electores* adverſarios ſuos nuncupet
Fridlandus, utique à quibus fuiſſet, coràm *Cæſare*, ac-
cuſatus, neque hoc negari. *Electores* enim illum *Im-*
perii Exactorem conſtanter accuſare. Eóque redige-
re velle, quò æs, àb *Imperii* membris emunctum, re-
fundere debeat.

Illam ubi *Fridlandi* abdicationem obtinuiſſent
Septemviri, neque ſic tùm deſtitêre, uſque dùm ſu-
perfluarum quoque copiarum exautorationem ſi-
mulátque impetrâſſent. Quibus illis etiam hoc ſu-
peracceſſit, ut *Cæſar* porrò promitteret, deinceps
abſque *Electorum*, *Ordinumque*, ſuffragiis, nolle bel-
lum ſive denunciare, ſive inferre. Eâdem operâ de
cenſuum, ſive tributorum, in legiones conferen-
dorum, moderamine actum eſt. Sic ut deinceps hi
cenſus non quidem iuxtà vitulantium tribunorum
libidinem, ſed *Circuli* cuiuſcunque definitionem,
erogarentur.

CAP. II.

De rerum Palatinarum reaſſumptione.

I.

Caroli, Angliæ Regis, legatus, Cæſarem, Electo-reſque, pro Friderici Palatini reſtitutione, interpellat.

HActenùs, ſub tantis *Imperii*, bellorum-
que diverſi generis, ſeſe mutuò inſe-
quentium, perturbationibus, eò tro-
pica, ac procellæ, huiuſce tempeſtatis
reciderant, ut ordinariæ velut fabulę,
nimirùm rerum *Palatinarum*, mentio aut rara, aut
nulla ferè, moveretur. Poſteaquàm enim *Electora-*
lis ad Rhenum, & nobilis, provincia partim armis *Hi-*
ſpanicis, partim *Bavaricis*, eſſet non tàm victa, quàm
debellata, videri poterant hi inteſtinorum motuū
fontes ipſa ſub ſcaturigine obſtructi. Ut iā de bel-
lis, tanquam per rivulos, ac canales, ex illa voragine
derivatis, videndum eſſet. Interim, minera, tametſi
intrà *Imperium* velut intercluſa, adhùc exſuperans,
alios identidem ſub *Belgio*, *Anglia*, *Dania*, *Suecia*, *Gal-*
liaque, inveſtigabat cuniculos, undè collecto impe-
tu erumperet. Sic ut, quantò magis hæc civilis belli
tela intrà *Imperii* fines ſub girgillo detexeretur, itā
apud exteros tantò ampliùs fila ex adverſo nova in
ſtamina denſarentur. Hæc malorum officina non
latebat *Electores Imperii*, exercitatæ ſapientiæ *Princi-*
pes. Ideóque, *Caroli*, *Angliæ Regis*, ipſiuſque *Friderici*
Palatini, legati, ſub fide publicâ, non modò ut ad
comitia admitterentur, ſed etiam publicè audiren-
tur, decreverunt. Quo nomine *Electorali* autoritati
illum adiecerunt apicem, ut coràm, ac præſente,
Cæſare, *Imperii* capite, ampliſſimis ſub *comitiis*, *Gal-*
liæ, *Angliæque*, *Regum*, *Oratores* ipſimet admitterent,
audirentque, perorarentes.

Sed talis fuit *Anglicani* legati tùm ſermo. Mo-
dò non coràm effuſus, ſed etiam ſcriptotenùs ob-
latus. Poſteaquàm, inquit, *Magna Britan-*
nia Re-

niæ Regi præſens, diutinus, afflictuſque, affinis ſui dilecti, *Friderici Palatini*, eiuſque coniugis, & liberorum inſontium complurium, ſtatus, ex lege arctæ neceſſitudinis, admodùm dolendus accideret, utique *Regem*, exemplo parentis, invitatum, occaſionem, remediaque, ad reconciliationem, reſtitutionemque, ſpectantia, eaque mitia, negligere noſſe. Ut pacis conſilia belli rigoribus arbitretur anteferenda. Quam in rem cùm præſens, ſub ſplendido *Cæſaris, Electorumque*, hoc conventu, aperiretur occaſio, ideóque *Regem*, ſub fide litterarum, ut vocant, honorariarũ, in mandatis ſibi dediſſe, Iret, & *Cæſarem*, tàm *Regis*, quàm *Palatini*, nomine, decenter veneratus, peteret, vellet *Cæſar* felicis recordationis *Iacobi Regis*, parentis ſui, ſuiſmet, iuxtàque cæterorum *Regum*, ac *Magnatum*, interceſſionibus, argumentis, ac momentis, clementer tandem locum relinquere. Inprimis indignationem, verſùs *Palatinum* conceptam, in clementiam reconverteret. Magiſque iuvenili illius ætate, ac licentia, quàm iniuria ſua, moveretur. Paternè igitur faceret, nempè cum *Palatino* quoque, inter cæteros, graviùs offendentes, ſi in gratiam clementiſſimè reverteretur; Proſcriptioniſque fulmen mitiſſimè averruncaret. Parique, ac deditâ, operâ afflictiſſimo *Rom. Imperio*, tot ſuſpiriis, ac gemitibus, diu deſideratam, generalem, ſecuramque, pacem redintegraret. Sanguini humano parceret. Pluriumque regnorum, provinciarumque, devaſtationes, fortè inſtantes, præcaveret. Adeóque malorum præſentium lernam, cum ipſis radicibus, recideret. Non poſſe non belli progreſſus, ac continuationes, cum regionum inſontium everſionibus eſſe coniunctas. Martiſque aleam haberi incertam, damnum certiſſimum. Tantùm abeſſe, ut extrema conſilia moderati quicquam ſuadeant. Ut extremas iuxtà in neceſſitates, malaque funeſta præcipitent. Tanti igitur rictus, tàm periculorum pleni hiatus, quò feliciter aliquando compaginari queant, iam *Cæſar* remedia, ac vias tutiſſimas, proponeret, quibus hoc tàm ſalutare, tàm neceſſarium, effici queat opus. Nimirùm, *Electorem Palatinum* in gratiam admitteret. Hocque fundamentum, hunc lapidem velut angularem, poneret. Quo ſuper *Imperium* poſſit tranquillari. Fieri enim non poſſe, ut quies *Imperium* concordia, ac confidentia, *Ordines*, rurſùs inviſat, niſi ſub fontibus, ſub ipſis radicibus, motuum id genus origines, venæque, obturentur.

Si nunc *Cæſar* piis, æquiſque, *Angliæ Regis* deſideriis, iuxtàque ammonitionibus, ſincero ex affectu promanantibus, locum relinquat, futurum, *Rex* ut perpetuæ ſub amicitiæ, ac gratitudinis, vinculis obligetur. Citiùſque omnia faxit, quàm ut *Cæſari* non gratificari ſtudeat. Secùs, ſi moderatio, paciſque interventio, minùs interveniat, *Regem*, quamvis repugnantem, in ingratam armorum vocari aleam, ac violentum belli contubernium. Ex adverſo, ſi *Cæſar Palatino* ignoſcat, facturum opus miſericordiæ plenum, *Deoque* inprimis gratum. Ut iuxtà, ad futuræ pacis reductionem, ſolidum præparet fundamentum. Imperium omne trãquillet. Totidemque luculentis victoriis, dũ ſe ipſum vinceret, coronam imponat ſplendidiſſimam. Ità fieri, ut ſub auguſto regimine omnis generis felicitatis,

ac copiæ, cornu ſecurè exſpectet. Univerſum
rarum orbem ad glorioſi nominis ſui prædica
nem, invitet. Cultumque, atque affectum, ven
tionis plenum, non tàm *Magnatibus*, *Principibu*
quàm cuivis privato, imprimat. Hancque man
tudinis, ac clementiæ, laudem apud poſterita
æternis revinciat commendatiſſimę bonitatis
culis. Ea lege *Palatinus* gratiam illam ſubmiſſa
gratiarum actione amplectetur. Eoque, unà
verſa cum familia ſua, alloborabit, quibus viis
tiſſimas illius clementiæ demonſtratio nes de
reri. Deque cætero omnia, quæcunque *Cæſaris*
chiducaliſque domus, autoritati, honori, ac glo
ſatisfacere queant, proſpicere, ſatagat. Nihil e
illi pacis reproductione antiquius eſſe. Ut in r
ciliationem cum *Cæſare*, patrimoniique ſui reſ
tionem, feratur unicè. Quo nomine τὰ πάντα,
cunque à ſe ritè, ac decenter, poſtulari vellen
lum impleturum, adeóque, ſuper quo pax rea
cari poſſit, fundamenti loco, futurum eſſe. H
nim *Palatinus Elector* ipſe præ ſe fert. Ut nullan
caſionem, qua *Cæſari* reconciliari poſſe vider
hactenùs elabi paſſus fuerit. Idque etiamnun
ſtanter agat, quò deſiderio hoc ſuo tandem p
potiri. Atque hæc omnia è tot luculentis inte
ſionibus, tot ſplendidis legationibus, innoteſ
Ut è tot codicillis, præſertim à *Iacobo Rege* ſupe
Anno M.DC.XXII. pridie Id. *Decembr.* ſuper co
tionibus, quibus ipſe *Cæſari* ſatisfacere tener
datis, idem omninò pateſcat. Ut porrò ex
diætæ *Colmarienſis* idem evincatur. Ubi ad qua
propoſitæ reconciliationis articulos *Palatinu*
ſpondiſſet. Inſuper idem ſub conventu nu
Mülhuſino tàm *Regem*, quàm *Palatinum*, conte
tùm voluiſſe. Niſi legatis utriuſque acceſſus e
pore fuiſſet negatus. Et iam denique utrumq
ipſum luculentiùs executurum eſſe. Poſteaq
Cæſari placere poſſit, præſente *Regis* cum legato
iuſque, nomine *Palatini*, collega, *Ruſtorfio*, è nu
ro *Cæſareanorum Conſiliariorum* nonnulli ut cor
derentur, amicaſque conferrent rationes.

II.

Friderici Palatini litteræ, Electoribus, ſub c
tiis apud Ratiſponam congregatis, inſcri

ILlis ſub verbis perorantem *Angliæ Regis*, in c
Frider. Palatini, legatum, *Electoris Moguntini*
cellarius, humaniſſimo reſponſo placavit. Futu
inquiens, ut ratio eius propoſiti haberetur æ
ſima. Præſentibus quippe ſub *comitiis* hoc inpr
quoque *Electoribus* cordi eſſe, quò tandem, re
diis inventis idoneis, cauſſa illa *Palatina*, in *Im*
commodum, componi queat.

Sed, ne quid intentatum relinqueret, ean
in ſententiam, ad *Electores*, ſub *Imperii comitiis*
præſentes, direxit litteras ipſe *Fridericus Palat*
Quales quidem huiuſce fuêre ſaporis. Quàm
timè, inquit, calamitoſus *S. Rom. Imperii*, com
nis patriæ noſtræ, *Germaniæ*, ſtatus me angit,
anxiè ab ipſis primordiis tùm reconciliatio,
reſtitutio, mihi quæſita eſt. Dùm autem, ob in
ſtam proſcriptionem, ipſe hoc efficere nõ ſuſti
operâ agnatorum *Regum, Electorum, Principum, C*
numque, opus habui. Ut nullam hactenùs
glexerim occaſionem. Quâ quidem anim
pacis amantem, demonſtrarem. Illud pr

,ô *Electores*! haud fugit. Ità jampridèm toti *Im-*
ꝯ ſit notiſſimum. Ut nullus dubitem, has illas i-
,toties reiteratas, declarationes, conteſtatio-
que, etiam *Cæſari* cœpiſſe intimari. Præſertim
ò *Iacobi Regis*, felicis memoriæ, ſoceri mei hono-
ſſimi, oblationes, ſuperiori *Anno M. DC. XXII.*
ie Id. Decembr. per curſorem *Cæſari* tramiſſas, ini-
ue contentas, licet oppidò difficilimas condi-
nes, chyrographo, ac ſigillo, meo confirmatas,
ropatulo eſſe arbitror. Ut etiam tractatio, *Col-*
rienſis, ejuſque *Receſſus*, idem mihi perhibeant
imonium. Sicubi, ſub *Electorali* porrò *conventu*,
no M. DC. XXVII. apud *Mülhuſium* celebrato, lu-
entiùs eram facturus, niſi legato meo fides pu-
ca, acceſſuſque, fuiſſent negata.
Qua de re cùm meritò, præſentem conventum
collimare, perſuaſum utique habeam, quò tan-
n pernicioſis ſub *Imperio* bellis miſſio dari, quies,
pax, reſtitui, ſanguinis humani effuſionibus, re-
onumque devaſtationibus, finis imponi, atque
uſquiſque ſuo gaudere, poſſit. Ideóque, neque
eſentem occaſionem ullo modo negligendam
e putavi. Præſertim, cùm *Rex Magnæ Britanniæ*,
nis meus dilectus, laudato *Iacobi* parentis, exem-
o invitatus, in rem meam, legatum ad vos, i-
umque *Cæſarem*, expediviſſet.
Ad vos igitur ſpectant hæ preces *meæ*, hæ in-
ntiæ, velletis tandem tot luculentis, ſplendidiſ-
e interceſſionibus locum dare. Conjunctiſque
eris mihi *Cæſarem* reconciliare. Quò ità,
ſque moræ ulterioris extractione, tàm regioni-
s, quàm ſubditis, inſontibus, reddi queam. Illæ
im ſunt declarationes meæ, illæ ſubmiſſæ con-
ſtationes, ut vix repudiari poſſe videantur. Qui-
is ordine admiſſis, nullum ſit dubium, quin uni-
rſalis pax, à tot hominum millionibus cùm ſu-
iriis deſiderata, in *Imperium* reproduci, veterri-
a *Germana* confidentia reædificari, *Cæſarque* ſuis
mporibus quieta *Imperii* adminiſtratione frui,
ſſit. *Electores* verò ob pacatum orbem *Chriſtia-*
m, immortales à poſteritate laudes relaturi ſint.
iceversâ, cogitatu res eſt facilis, ſi, poſt tot re-
ntatæ toties reconciliationis, ac reſtitutionis,
media, ſub hoc ærumnoſo ſtatu, abſque ullo
us generis exemplo, deſtituendus ſim,
uantum in animis tàm domeſticorum, quàm
ternorum, foveri amet ſuſpicionis, ac ca-
ginis. Ut ſic difficilimè pax coëat. Ut magis viæ
cem optatam, ſecuramque, ducentes, lubricæ, in-
rtæque reddantur. Qui quidem eventus animo
eo futurus eſt ingratiſſimus.
Proindè, forti ſpe nitor, fore, ut *Cæſar* ſeverio-
ergà me non exerceat inclementiã. Quippe, qui
iis, & quidẽ graviùs eodẽ in genere offendentibꝰ,
omptè ignoverit. Ut etiam tot ſplendidis inter-
eſſionibus tandem moveri poſſe putem. Ut haud
nguidiùs mihi, *Electoralis* utique *Collegii* mem-
ro, veniam impertiendam eſſe, confidam. Per
dem! tametſi cauſſa mea nunquam ordine in-
pecta, cognitaq;, fuit, nihilo-minùs, ad ſummum
acis acquirendæ ſtudium, nihil reliqui facio. Ut
am ab integris octo annis ab armis, defenſionis
rgò parandis, longas egerim ferias. Ut nihil mi-
ibus compoſitionis legibus anteferam. Adeóque
Cæſari ſubmiſſam, debitamque, obedientiam to-
ies conteſtatus ſim. Pariterque in *Imperii* emo-
lumentũ atq; redintegrationẽ, toto animo ferar.

Quodſi denique hæc mea ſolicitatio, præter omnem exſpectationẽ, ſcopũ diu deſideratũ, nempè tàm *Reconciliationem*, quàm *Reſtitutionem*, aſſequi nequeat, ſtat ſententia, & *Deo*, & tempori, eventum committere. Interim hac lege conſcientiam conſolabor, quòd, quò minùs pax, ac tranquillitas, redintegraretur, per me non ſteterit.

De cætero, ô *Electores*! totidem verbis amantiſſimis à vobis etiam, atque etiam, contendo, velletis operâ veſtrâ, immò animis, linguiſque, favere, quò tàm *Matri* viduæ, quàm *Ludovico-Philippo, Duci Palatino ad Rhenum*, fratri meo, ditiones interceptæ quàm primùm reſtituantur. De innocentiâ eorum deducenda ut laborem, opus non eſt. Ut hæc & vobis, & univerſo *Imperio*, ſit longè antè præcognitiſſima. Ut vel ſaltem *viduatus, pupillorumque* favorabilis ratio, nomina *Chriſtianis* ſeculis placidiſſima, rigorem omnem expectorent. Quod ſupereſt, *Ioachimus à Rusdorff*, conſiliarius meus, expediet, viva epiſtola. Cui ut, fidem habentes, aditum patefaciatis, remque illam optatum ad effectum provehatis, amanter, atque unicè, vos rogo. Ità enim jubet, dictitatque, confidentia ergà vos mea. Jam, quicquid, in rem meam totiuſque *Electoralis* familiæ meæ, ut & *Imperii*, in commodum, effectum dabitis, ſcitote, vos me ad perpetuæ gratitudinis recognitionem certò obligaturos. Ut reipsâ magis, quàm verbis, illam gratæ mentis demonſtrationem implere cupiam. Ut & liberos meos ad præſtanda officia, grataſque conteſtationes, cohortari affectus ſim. *Deus huic Electorali* gratiam aſpiret conventui. Sufficiatque conſilia ſalutaria, atque ad pacis reſtaurationem facientia. Ità vovere, & precari, ſoleo. Hactenùs *Frider. Palatinus.*

III.

Angliæ Regis, unàque Frider. Palatini, legati, tàm quà Proſcriptionis abrogationem, quàm Reſtitutionem in Electoratum, à Cæſare reſponſum ſolicitant.

ILla dùm à legato *Anglicano*, ipſoque *Palatino* per litteras, retentantur, *Cæſar*, coràm ampliſſimo *Electorum Senatu*, quaternarium ſequentem legatis objicere juſſit. Nimirùm *Fridericus Palatinus*, ſub debita ſubmiſſione, à *Cæſare* coràm veniam deprecaretur. *Bohemiæ* regno tàm pro ſe, quàm hæredibus ſuis, renunciaret. *Electoratus Palatini* curam ſequeſtraret. Denique à *fœderibus* omnibus, *Imperiique conventibus*, ſe abſtineret.

Sed non ridere videbantur hæc reſponſa legatis. Idcóq;, procedentibus illis diebus, inſtanter corrogare perrexerunt, *Cæſar*, quoad *Electoralis* dignitatis, eoq; ſpectantium regionum, reſtitutionem, mentem clementiùs, penitiuſq; declararet. Quòq; ad tractationes eò facilior pateat progreſſus, antè cætera omnia proſcriptionis notam tolleret. Sed, quouſque *Cæſar* hanc ſive in tractationem, ſive reconciliationem, inclinârit, infrà, ſub *Commitiorum* præſentium *Receſſibus*, fiet evidens.

* * *

CAP. III.

De Cæſare, & Electoribus, ſub comitiis, bellũ in Sueciæ Regem decernentibus.

I.

Apud Ratiſponam bellum in Sueciæ Regem decernitur.

DE *Cæſaris* legato, ineundæ cum *Sueciæ* tractationis ergò, *Dantiſcum* miſſo, ſuprà prælibatum eſt. Is jam re infecta, necdùm inchoatâ, redierat. Poſteaquàm enim *Rex Sueciæ*, inſuper habitis tractatibus, res ageret. Jamque copiarum magnam partem in *Pomeraniam* infundens, *Stetinum* occupâſſet, *Cæſareanoſque* illic fudiſſet, *Baro de Dona*, præfatus *Cæſaris* legatus, retrorsùm vela dare, ſeq;, undè digreſſus erat, domum referre, cœpit. Ejus rei apud *comitia* accepto nuncio, *Cæſar* deditâ omni operâ in id incumbendum eſſe, ſtatuit, quo quidem, ex parte collapſa, *Imperii Germanici* dignitas ſublimaretur. Illudque, quod cunctationibus, ac deſidiis, deperditum foret, virtute duce, comite fortitudine, reſtauraretur. Quam quidem in ſententiam ubi *Cæſar* præſentem *Electoribus* expoſuiſſet neceſſitatem, concuſſis veluti animis, totis præcordiis hanc novitatem admiſerunt illi. Dubitabatur enim, an *Rex* per ſe ſufficeret tantam belli molem in ſe recipere. Majorq; metus occupabat, ſub illa expeditione *Suecica*, externorum *Regum* latere auxilia. Ut etiam per *Imperium* domeſtici *Principes Proteſtantes* clàm palàm bellicontubernium facere putarentur. Hi enim odiis præſentium, cupiditatibus enòvandarum, rerum teneri, videbantur. Ità factum, non tàm ex obſervantia, ac ſtudio, ergà *Cæſarem*, quàm metu periculi, ſibimet ſuperincumbentis, *Electores* ut arma, auxiliaque, in *Regem* decernerent.

II.

Electores Imperii dehortantur Regem Sueciæ; Ab incœpto ut deſiſtat.

STante illo decreto, nihilo-minùs litteras ad *Regem* dehortatorias emiſerunt ſequentes. Quas ad nos, inquiunt, dediſti, ô *Rex! VII. Id. April.* exaratas, rectè accepimus. Ex illarumque lectione didicimus, te partim ſuper injuriis, fortè illatis, conqueri. Partim, quòd *Imperii* civibus, *Stralefundanis*, id enixè petentibus, opem tuleris, excuſare. Dùm ergò à nobis contendis, noſtra inter-
poſitione tibi ſatisfieri ut poſſit, niſi velimus
hancin honoris vindicationem, aliis ſub re
diis, tibi quidem ingratis, *Imperio* verò oneroſ
præſentes illos motus non parùm augentibus
cumbere. Eapropter illa omnia penitiùs ad ani
admiſimus. Ut ut autẽ diligenti rationis exan
hanc rem expendamus, non ſufficiens nobi
currit cauſſa, quàm ob hoſtiles ergà hoc *Imper*
vultus induere tenearis. Ad *Stralefundenſes* e
quod facit, ſic quidem comparatum eſſe vide
ut ſi illis non ſaltèm in labiis, verbiſque, natâ
ſed potiùs in præcordiis hæſiſſet, debita ergà C
rem veneratio, longè faciliorem ad clement
Cæſaream patuiſſe viam, quâ legionum libidin
atque impotentiam, amolirentur. Quàm ut, in
perii præjudicium, externa ſolicitarent aux
Opemque foris accerſerent.

Illud interim, dùm *Regis* amicitiam à pacis
ribus lædi contigit, minimè approbamus. U
ſi quid prioribus codicillis noſtris, quoad t
regii defectum, accidit, illud ex animorum ali
tione minimè profectum eſſe, ſtatuas. Tanq
ſic honoribus tuis detrahamus. Ut potiù
morem, ac ſtyli conſuetudinem, qua *Reges* cæt
compellare ſolitum eſt, reſpicere velles.

De copiis *Cæſareanis*, per inferiorem *Saxon*
uſque ad fines maris *Balthici*, productis, ità e
nullo pacto perſuaſum habeamus, *Cæſaris* in
tutum illud fuiſſe, ut ſive regnum *Sueciæ*, ſive
ipſe, laceſſeretur. Ut ex adverſo conſilia eò mi
rint, quò eorum conatus, qui quidem hoſti
Cæſaris gratiam, ac manſuetudinem, amplecti
giverſantium, cupiditatibus velificarent, ret
queant. Si jam *Rex* cauſſam agnatorum, v
norumque, paternis regionibus privatorum
ſumere velit, ſine dubio non obſcurum eſt, illu
jus generis eſſe negotium, quod, ratione feu
rum, ad *Romani Imperii* juriſdictionem immed
pertineat. Ut vel ob id *Rex* acquieſcere, *Cæſari*
tanquam legitimi feudorum domini, deci
nì hanc litem permittere, debeat. *Cæſare* u
in gratiæ partes propendente.

Eadẽ, ſup ſuppetiis, à *Cæſare* in *Boruſſiã*, p *Pol*
Rege, miſſis, noſtra eſt ſententia. Ut parùm cr
mus, te vel illinc offendi cœpiſſe. Cauſſis ej
rei in medio abundè extantibus. Sic autem
guramur, *Cæſarem*, certis de cauſis impulſum,
& amico, & conſanguineo, auxilia prorsùs n
re haud quidem potuiſſe. Ut etiam eo tempor
copiæ ſuperacceſſerint, quo jam tùm inducia
poni cœperant fundamenta. Eſto autem, t
hinc offenſam alere! Profectò, nos quic
non videmus, cauſſam illam eſſe tàm ardu
ut exindè *Rom. Imperium* novis motibus inquie
dum, belloque infeſtandum, ſit. Præſertim, c
ſi quæ eſſet indè nata animorum colliſio, ea
mentis, remediiſque hunc dolorem lenienti
curari poſſit.

Proindè ad te, ô *Rex*, amica hæc noſtra ſpe
dehortatio, velles ab armis, *Rom.* in *Imperium* i
rendis, te abſtinere; Conſiliiſque iſtorum,
hactenùs debitam *Cæſari* negârunt obedienti
non accedere. Quo nomine, ſi legiones, ja
Imperium (qua de re non ſine admiratione cog
vimus) immiſſas, revocâris, rectè feceris. Si e

:tẽpore, quo, ſecundùm *Invictiſsimum*, clemen-mumque, *Cæſarem noſtrum*, immenſis ſumpti-:hæc *comitia* celebramus, curiſque, ac labori-;, quantis quantis, haud parcimus, quò pacem nam, ſecuramque, reproducamus. *Rex* huic ſa-ıri noſtro adverſari velit inſtituto. Per fidem! totum *Chriſtianorum* orbem communis hæc e-nabit fabula, te magis *Cæſaris* hoſtium, quàm opriæ ſecuritatis, rationes iniiſſe. Quod reſtat, liora nobis à te promittimus. Qua ſub opta-pacis exſpectatione, & tibi officia noſtra rege-ius. Et ab *Altiſsimo* felicia quæque compre-nur.

III.

ſar leges per Imperium publicat. Quibus Sue-corum impreſſiones retundere nititur.

Otidem verbis, emiſſis paulò poſt litteris, *Cæ-ſar* dehortari cœpit *Regem*. Rem novam, ad-irationiſque plenam, videri, illum tantas in *Im-ium* infundere copias; Ut ne quidem, gen-ım more, bellum antè denunciârit. Hortaba-r igitur, à propoſito recederet. *Imperiumque* ud perturbaret. Sed nihilo-minùs ille, re-onſo priùs reddito, cœptum urgere, majores-ue in dies per *Pomeraniam* progreſſus facere, per-xit. Procedentibus itaque his novis motibus, *ſar* per *Imperium* divulgavit *Edictum*. Quo, qui-us rationibus *Regis* impreſſionibus obviàm iri ebeat, ſanxit. Illud apud *Ratiſponam* tùm publi-ri cœpit. Et quidem hanc in ſententiam: uandoquidem; ad præſentem collegiatum, endidumque, inquit; conventum; co-m *Cæſare*; *Imperii* capite; *Electores* univerſi, nquam conſiliarii *Cæſaris* interiores, ac ſe-etiſſimi, ſolenniter convocari cœpiſſent, eam cauſſam, quò, conſiliis illorum fidelibus, in me-um collatis, poſt tot, tantaſque à pluribus annis nguinis humani profuſiones; *Imperiique* deva-ationes, pax tandem fida, ac ſecura, reproduci, *ermaniæque* fines tranquillari, poſſint. Prout qui-em *Cæſar*, his ſub comitiis, optima ſpe fretus, ni-il ad ultimam diligentiam; quò hoc totius *Impe-i* ſalus emergere quita eſſet, reliqui feciſſet. Ut m non tantùm ſuperioribus militarium copia-um exactionibus, corruptæque belli diſciplinæ, iſſio data ſit. Ut etiam; quoad res *Italicas*, cum *alliarum Rege*, *Rom. Imperii* cùm cõmodo, pax in-ervenerit. Nihilo-minùs, totius *Imperii* ad notitiã erveniſſe, *Cæſarẽ* etiã, poſt tot exanthlatos laborũ umulos, ad exoptatum illum finem nondùm, ræter omnem exſpectationem, pervenire qui-um eſſe. Eo enim tempore, quo quidem *Cæſar*, nà cum *Septemviris*, unanimi conſilio, conjun-tiſque operis, pacem reſtaurare, maliſque impen-lentibus obicem opponere, laborâſſet, ecce! *Sue-ciæ Regem*, abſque omni belli denunciatione, emer-iſſe. Validaſque in *Imperium* copias iñfudiſſe. Sic, ut *Pomeraniæ Ducatum* in poteſtatem redige-re, *Megapolitanos*, aliosque *inferioris Saxoniæ Princi-patus*, infeſtare, aditusque, ac clauſtra maritima, in-tercipere, auſus ſit. Ut eo ipſo jam ſeſe *Cæſaris*, at-que *Imperii*, hoſtem probet manifeſtum.

Inter hæc, cùm *Cæſar* ex officio requiratur, id genus hoſtilibus *Succiæ Regis* conatibus ut obviàm moveat, *Imperiumque* adversùs vimiſtam tueatur, neceſſarium eſſe, hoſtiles iſtæ copiæ quàmpri-mùm ut retundantur. Jam verò omninò opus eſſe, *Cæſaris* exercitus eò uſque, commeatu & rebus ad victum neceſſariis, inſtructus, ut deducatur. Ideó-que, *Imperii* ad *Ordines* hoc ſpectare *Cæſaris Edictum*, omnes, ac ſinguli, ſecundùm *Imperii*, atque *Circulo-rum*, conſtitutiones, operas, cenſuſque, conferrent, quibus copiæ, jam antè ad meliorem diſcipli-nam revocatæ, commodiùs intrà limites contine-ri, officioque ſuo ſatisfacere; poſſint. Proindè *Cæſarem* ab *Electoribus*, *Principibus*, *Ordinibuſque*, cle-menter ſibi promittere; futurum; ut deinceps cenſus tantiſper conferant; uſque dùm *Circulo-rum* auxilia, *Ordinum Imperii* communi ſub con-ventu, atque aſſenſu, definiri contigiſſet. Interim, *Cæſarem* fidem ſuam clementer interponere, Nem-pè daturum omnem operam, quo deinceps id ge-nus collectæ, certis ſub legatis, ac diſpenſatoribus, conquiri; diſtribuique ſuſtineant. Ut inpri-mis inſolentiis, exceſſibuſque militaribus, tàm ſub migrationibus, quàm ſtationibus, modus præ-ſcribi debeat. Etiam capitis ſupplicio in delin-quentes ſevera ex lege conſtituto. Pari operâ co-piarum ſuperfluarum reformationem *Cæſari* cor-di eſſe. Ut tàm de ſtipendiorum, quàm aliorum id genus onerum, quibus *Ordines* hactenùs gra-vari accidiſſet, moderatione, ac ſublevatione, ſe-rias ſuſcipiat cogitationes. Quibus omnibus, nu-per cumulatim productis querelis, ſalutarem *Cæ-ſar* medicinam applicare ſit affectus.

Nec mora. Promiſſa *Cæſar* facto cõfirmavit ilicet. Prodiit enim præſcriptum, ſive deſignatio. Secun-dùm quam legionibus, militibuſque in univer-ſum, tàm equeſtribus; quàm pedeſtribus, *Cæſari*, *Imperioque*, inſervientibus, tàm quà ſtationes, ca-ſtra, quàm quà migrationes, aliaſque id genus oc-caſiones, deinceps, ex lege, vivendum eſſet.

CAP. IV.

Super novo Exercitus Cæſareani Impera-tore deliberatur.

I.

De novo; poſt Fridlandi abrogationem; ſuffi-ciendo Exercitus Imperatore; anxiè labo-ratur.

NOn temerè olim prolatum legimus à *Curtio*, Militarem ſine *duce* turbam, eſſe corpus ſine ſpiritu. Ut haud raro, *Floro* ſuffragante, tanti ſit *Exercitus*, quãti eſt *Imperator*, Hoc intuitu poſt abrogatum *Fridlando* archiſtrategi officium, neceſſaria erat queſtio de *duce*, *Cæſareanis* illis copiis ſufficiendo. Sicut enim currus abſque auriga, navis ſine guber-

natore, facilè aberrat, atque in ſyrtes impingit; Itemque cibus abſque condimento, corpus ſine anima, nihil valet. Pariter *Exercitus*, *duce* deſtitutus, quantumvis veteranus, malè regitur: Pejùs in hoſtes ducitur. Quò gravior ergò ſub *Sueciæ Rege* ingruebat novus belli turbo, hoc *ducis* exercitati, felicis, & circumſpecti, operâ magis opus erat. Sed, undè petendus hic proventus? Undè accerſendus tantus, ac maximè idoneus, *Imperator* ? Qui quidem *ſcientia, virtute, prudentia, autoritate*, ac *felicitate*, valeret? Has n. optimi *ducis*, notas eſſe, phibent. Per fidē. Non res illa uſq; adeò de plano, & facilis, videbatur. Ut obvio cuilibet ilicet committi poſſet. Oculos circumferebat *Cæſar* per *Imperium*, per *regna*, ac *Provincias* hæreditarias ampliſſimas. Et vix alterum, atque alterum, qui ſummam rei militaris, *Atlantis* in morem, ſufferre ſuſtineret, notare ſibi potuit. Occurrebat tandem è tot *Imperii Electoribus*, ac *Principibus*, *Maximilianus*, *Dux Bavarus*, *Elelector*. E dynaſtis, ſive archiſtrategis, *Thillyus*. Ambo militari gloriâ, virtute, ſapientia, dignitate, experientia, ac fortunâ, nobilitati. Ambo duces, militeſque, exercitatæ virtutis. Ille verus dux, ſive imperator, ſive princeps. Hic legatus, bellique adminiſter, non è multis. Illis, ob res geſtas præclaras, debitus videbatur hic honor. Neque ignorabat hoc *Cæſar*. Ut ipſi *Electores*, maximè *Catholici*, idem ſuadere viderentur. Mallent enim res *Ligariani* fœderis auctiores. Id quod hâc viâ factu erat opportunū. Neque credebatur hoc faſtigium repudiaturus *Bavarus*, excelſi animi *Princeps*, modò provincia illa offerri contigiſſet. Haud enim patiebatur illius virtus, ut, quod renuere nolle, peteret. Quòd multa decentiùs admittuntur, quàm ambiuntur. Et dubio procul *Cæſar* elegiſſet heröem, agnatum, fortem, ſplendidum, fortunatum, circumſpectum, niſi ſecretò aliud inſuſurraſſet communis illa *Principum* noverca, *ratio ſtatus* nuncupata. Hæc tantarum eſt virium, etiam ut inter neceſſarios, conſanguineos, amantiſſimoſq;, faxit dividias. Per fidem! Hæc illa iſta fuit, quæ *Cæſaris* animum tùm diſtraxit. Aliudque ſecretam dixit in aurem.

II.

Rationes, quibus Cæſari perſuaſum eſt, Maximilianum, Bavariæ Electorem, Exercitus Cæſareani Imperatorem creandum non eſſe.

FErunt enim, non defuiſſe *Cæſari* conſiliarios aulicos ſecretiſſimos, qui quidem in *Bavaro Electore* non accuſarent virtutem, ſed potentiam. Non arguerent ſapientiam, experientiam, felicitatem. Sed illas egregias animi dotes, vel ideò anxiè obſervarent, quòd eſſent abundantes. Ideò præmetuerent. Quòd illis omnia ſumma, ac maxima, ſubjici poſſe, non ignorarent. Sed audite, vos rogo, quibus virtus *Bavari*, autoritas, ſapientia, experientia, felicitas, accuſari coràm *Cæſare* meruerint argumentis! Audite, quid virtutis, quid fortunæ, ſplendor nocere poſſit! Neque unicâ ſaltèm, aut ſimplici, vice in res geſtas, in merita, arietari cœptum eſt. Sed ſenis incurſionum, objectionumque paribus hæc expugnatio tentata. Quarum prior

hæc fuit. Nimirùm, ſecundùm indubitatam ſc
ptorum *Politicorum* ſententiam, rebus præſentib
haud conducere, *Cæſar* ut ſublime archiſtrate
munus *Imperii Principi*, aut membro conferret. S
hac in cauſſa præveniendum eſſe *Hiſpaniarum Re*
conſenſum. Sine quo *Cæſar* ab initiis condixiſſ
ſe neque belli aleam jacturum, neque quoad ſ
premam rei militaris juriſdictionem, directi
nemque, enovaturum quicquam. Ut hac ſuper
meritò cum *Rege Catholico* deliberandum veni
Siquidem enim præſens bellum, diutinum, ac p
riculi plenum, ſub regno *Bohemiæ*, natum eſſet,
ſucceſſivè *Auſtriam*, *Vngariam*, aliaſque provinci
hæreditarias, pervagari cœpiſſet, ſic ut unive
Rom. Imperii fines penetrârit, ac vaſtârit, neceſſar
eſſe habendam *Regis Catholici* rationem. Utiq
qui non paucos auri milliones in *Cæſaris* copias
rogâſſet. Ut vel hac lege plurimùm illi tribue
dum veniat. Minimè conſultum, atque è re eſſe,
juſmodi ſive *Principem*, ſive *Imperii* membrum,
ſupremam rei militaris adminiſtrationem ſub
mare, qui jam tùm viribus, opibuſque, valeret. N
accidat, illum deinceps cæteris *Imperii Ordinibus*,
pſique *Cæſari*, fortè præpollere. Neq, tanti facie
dum eſſe *Electoralis Collegii* favorem. *Cæſar* ejus
intuitu tàm potentem *Imperii Principem* ad be
ſummam evocare velit. Cujus quidem ſpirit
jam tùm eſſent ſublimes, intentiones operoſæ; U
nemo tùm illas habenis facilè ſufficiat inflecter

Videret igitur *Cæſar*, quid ageret. Potiùſque c
ronam illam triumphalem, tot inſignibus victori
partam, capiti ſuo retineret, quàm alterius imp
neret. *Auſtriacæ domus* potentiam tanto cum ſudor
ac ſanguine, confirmari cœpiſſe. Hanc prær
gativam non inſuper habendam, ſed adamant
nis vinculis eſſe aſtringendam. Ut eò minùs alt
rius familiæ ad nutum ſive reſtringenda, ſive ſu
juganda, veniat. Eam eſſe *Electoris Bavari* emine
tiā, ut juriſdictionē illā militarē non niſi abſolu
ſit admiſſurus. Ut plus etiam illi, quàm *Fridland*
debeatur. Si igitur, hac ſub abſoluta condition
directio, adminiſtratioque, militaris conferen
ſit, tantùm non inſignem meritis illum futurun
Ut etiam loca pleraque, ac præcipua, durante be
lo, occupata, in laborum compenſationem, ret
nere poſſit. Non quidem negari, *Bavarum*, ab o
mnibus *Rom. Imperii Ordinibus*, citrà diſcrepantian
Electorem agnoſci. Eundemque ex provincia, qu
vix parem habeat, ac patrimonio, potentem eſſ
Ut vel hoc intuitu ſubditos ab oneribus ſubleva
re, juraque eorum adversùs exceſſus quoſcunqu
tueri, atque extendere, ſufficiat. Autoritatem eni
ejus, pari cū potentia conjunctam, facilè damnu
quodcunque reſarcire poſſe. Nihilo-minùs iſta o
mnia dubia, atque infrà fiduciam, extare. Ut fun
damentis velut illis, non admodùm ſolidis, crede
re non ſit opportunum; Verendum enim eſſe, ſu
perabundans illa potentia ampliùs inflecti no
poſſit. Seramque futuram in fundo pœnitentiam
Secundùm hæc ſi *Bavarus* potiretur ſuprema r
militaris adminiſtratione, tùm quidem *Ligaria*
fœderis exercitum magis corroborari. Cùm tame
earum copiarum exautorationem jam-pridem v
Rex Hiſpaniarum ſolicitare viſus eſſet. Neque opu
eſſe, hic exercitus diutiùs, abſque *Cæſaris*, & *Imperi*
neceſſitate, ut foveatur. Superiores enim *Cæſare*

ſu

ingruente duntaxat neceſſitate, ubi juſtas,at-
extemporales, vires hoſtibus objicere non eſ-
opportunum, eo eventu interdùm uti cœpiſſe
linum ſubſidiis.Sic tamen, ubi ſufficientes *Cæſa-*
vires intereà inſtruxiſſent, tùm utique *Ordinum*
ilia exſpirâſſe. Placidéque, abſque ulla contra-
tione, ſub qualicunq; gratitudinis recognitio-
diſſolvi cœpiſſe. Jampridèm eas eſſe *Ligariano-*
n vires,ut appareat, illas *Cæſareanis* parum cede-
Id enim vel è tribunorum, hinc indè diſſemi-
is, ſermonibus patere. Ut ſimultates haud ob-
ras fovere comperiantur. Si igitur *Cæſar* poten-
n uberiorem *Ligarianis* porrò contradat, rem
que præjudicio,neque periculo,vacare.Satius e-
videri, non concedere, quàm conceſſa extor-
ere velle.Quæ utique tàm facili brachio repete-
haud liceat. Sicubi igitur *Cæſar* rei militaris im-
ium intrà poteſtatem retineat, atque in dyna-
n quendam conferat,cujus autoritatem,poten-
nque, quandocunque lubitum eſt, habenis in-
ctere poſſit, utique ſequentia emolumenta ve-
e exſpectanda. Nimirùm, *Auſtriacæ* familiæ nul-
n imminere ſive detrimentum, ſive periculum.
cta,cum *Hiſpaniarum Rege* inita, ſervari inviola-
Cæſaris autoritatem proferri intemeratam. *Liga-*
nis, ad *Imperii* ſummam haud languidè reſpici-
ibus, juſtam objici potentiam. Ut cùm tempo-
re ad gremium *Cæſareum* revertantur.Ex adver-
ſi uſu veniat, *Cæſarem* majorem *Bavaro* indulge-
potentiam, directionemque illam militarem,
n quidem decrementum potentiæ *Cæſareæ* haud
functoriè eſſe metuendū. Ut *Cæſar* eâdem ma-
Bavaro τὰ πάντα ſimul cōtradidiſſe,videri queat.
tthiam enim *Cæſarem* jam-pridem *Ligarianum*
dùs, ejuſque incrementum, pupugiſſe. Ut hoc
cto *Cæſar Ligarianorum* directionem,tàm quòad
litiam,quàm *Imperium*, confirmet. Adeóque,ad
iora progrediendi occaſionem ſuppeditet. Sic
, in non poſtremum *Imperii* præjudicium, da-
numq; irreparabile,*Imperii* dominium,ac mode-
tio,*Ligarianis* cederetur. Jam tùm enim *Ordines*
garianos,præſertim *Eccleſiaſticos*, opulentiis afflué-
Bavaro obligari. Ut facilè, illorum aſſenſu, o-
nia ſumma animis complecti poſſe videatur.At-
e hoc pacto *Ligarianos*, inſtar *Lienis*, ſuccum-
e,ſanguinemque, corporis attrahentis, *Imperio*
rvos,roburque,ſubducere,propriumque in fœ-
ris caput,ac directorem,omnia coacervatim cō-
re,ſatagere.Sic ut ad ulteriora facilè inclinet hu-
anæ mentis ſatietas.

Quis ſciat,utrùm exteri, præcipuè ad *Septentrio-*
m habitantes,*Magnates*, jam diu hunc ſcrupulum
quant.Majorique hoc in bellum conatu, ac ni-
bus,ferantur. Non obſcurum enim eſſe, *Reges* il-
s hac tempeſtate ſic pecuniis, copiiſque, capita
tollere,ut nō contemnenda illorum potentia vi-
eri debeat. Ut conjunctæ eorundem vires invi-
tæ propemodùm veniant cenſendæ.

Hactenùs vel *Sueciæ Regem* potentiæ, ac felicita-
s, famâ illuſtrem ferri. Ut potentiſſimo *Polono-*
m Regi pacem, etiam ſub conditionibus parùm
ratis,extorſerit, Illius progreſſus,felicitatis ple-
os,magnifieri à pleriſque. Ut inſuper aliorum
agnatum auxiliis locupletentur.*Cæſari* neq; *Gallia-*
um, neque *Angliæ*,*Reges* tantoperè metuendos eſſe,
atque hunc *Sueciæ Regem*. Ut longè inferioris com-
matis *Batavi*,cæterique *Imperii* hoſtes,cenſendi ve-
niant.*Sueciæ Regi* verò uſque adeò rem difficilem
non fore, *Imperii Ordines* ſibi ut devinciat, fœdere-
que jungat.Prout majorem *Poloniæ* procerum par-
tem jam antè præoccupâſſet.Si jam accidat, *Daniæ*
Regem recèns offendi.Armaque cum *Suecis* ſociare.
Eo eventu tùm demùm *Cæſarem* periclitaturum.
Pacemque, ſub conditionibus parùm gratis, con-
fecturum. Ità lucrum è diuturnis, ac protractis,id
genus bellis, nullum ſive ad *Cæſarem*, ſive *Hiſpania-*
rum Regem,rediturum.Ut,ſub profuſis tot auri mil-
lionibus,provincias,ſubditóſque,exhaurire ſit op-
portunum.Quæ ærarii,communiſque theſauri,di-
lapidatio non perfunctoria cenſeri debeat.

Proindè prædictam officii archiſtrategi trans-
lationem in *Bavariæ Electorem*, rem tàm arduam,
tantique ponderis, videri, ut *Bavaricæ* familiæ in-
crementum,atque eminentiam, regionumque,ac
ſubditorum, amplificationem,inferat.*Cæſari* verò,
non tàm per *Imperium*, quàm apud *Magnates* exte-
ros,inexpiabile odium, non ſine periculo conjun-
ctum, cauſſetur.

Atque has eſſe,inter cæteras, fidelium *Auſtriacō-*
rum conſiliariorum rationes. Quas *Cæſari*, humili-
ma ſub conteſtatione, in memoriam revocare vo-
luiſſent.Ut & patriæ patri, & patriæ ipſius, vene-
ratio, amorque,illam confidentiam expreſſerint.
Jam devotè,firmiterque, ſeſe ſperare, futurum,ut
Cæſar ex fide, & affectu, quo quidem hæc emanâſ-
ſent, omnia penſitaret. Penitiùſque ad ani-
mum admitteret. Inprimis, hac tempeſtate.
in tropica inclinantiſſimâ, quoſcunque id genus
caſus, periculi plenos à *Cæſarea*,& *Archiducali*, pro-
ſapia,longiſſimè amoliretur. Nutantem *Auſtriacæ*
domus columnam potiùs erigeret, firmaretque,
quàm dejiceret. Et antè omnia, dùm ætas,
vireſque, ſinant, eò reſpiceret, quò *Ferdinan-*
dus III.Rex, dilectiſſimus *Cæſaris* filius, *Romani*
Regis diademate feliciter inſigniri amet. Ne,Au-
guſto parente ad cœlites emigrante,ſub dubio tùm
demùm eventu,paciſci, ac fluctuare,oporteat.

III.

Thillyò vicaria confertur Cæſareani Exercitus adminiſtratio.

Quam in ſententiam poſteaquàm *Cæſarem* pertraxiſſent *Auſtriaci* conſiliarii, res in medio pependit. Ut tandem, poſt aliquammultas, utrinque tentatas, ventilationes, *Ioannem Tſcherclaem, Comitem Thillyum*, ſors tangeret. Hic enim militia, & meritis, ſub *Maximiliano, Electore Bavaro*, illuſtris, dignus videbatur, in quem ſimulátque vicaria *Cæſareani Exercitus* adminiſtratio confer-retur. Cùm jam tùm à tot annis experientia, prudentia, autoritate pariter, ac felicitate, conſpicuus, *Ligarianis* præfuiſſet copiis. Quibus adhùc-dùm, poſt *Electorem Bavarum*, feliciter præerat.

⁂

IV.

Ferdinandi III. Vngariæ Regis, in Romanorum Regem, exaltatio, ſive electio, ſub comitiis Ratiſponenſibus, inſinuatur.

SUperior, de novo copiis *Cæſareanis* ſufficiendo archiſtratego, quæſtio poſteaquam felicibus tandem auſpiciis decidi cœpiſſet, ſub *comitiorum* exodium, *Ferdinandi III. Auſtriaci*, jam tùm *Vngariæ Regis* in *Romanorum Regem* electio *Imperii Septemviris* inſinuari cœpit. Et quidem inſtituto ſapientiſſimo. Prout ab *Auſtriacis* antè *Conſiliariis* humilimè *Cæſari* intimatum fuerat. Nempè, ne, ſi quid accidiſſet, *Ferdinando II. Imp.* in vivis exiſtenti, tùm procelloſa hac ſub tempeſtate *Imperii* navis tametſi remiges haberet, gubernatorem non haberet. Quam ſalutare igitur, neceſſarium, ac ſummè fructuoſum, eſſet, in tempore proſpicere, ne poſt exceſſum *Divi Ferdinandi II. Imp. Imperium* hoc, abſque capite, ac rectore, periclitaretur, præſertim novis, atque novis identidem bellorum motibus, ſeſe inſequentibus, *Eggenbergius Princeps*, *Cæſaris* conſiliarius intimus, demonſtravit. Hic, tametſi capularis, ac valetudinarius, amore patriæ, cultu ergà *Cæſarem* debito, invitatus, non deſtitit *Electores*, ſub *comitiis* præſentes, curioſâ ſedulitate ordine ammonere. Unáque *Cæſareæ Auſtriacæ* familiæ merita. Et quàm ſalutare, ac neceſſarium, foret, *Imperio* maturè ſucceſſor ut proſpiceretur, inculcare. Quantum enim interregni lurida facies, hac præſertim, tumultibus plena, tempeſtate, quâ modò non bellum, ſed tumultus, & ut *Florus* olim vocavit, pluſquàm bellum, omnia ferè turbaret, ultimi turbinis, extremæque confuſionis, inferre ſuſtineat, ſapientiſſimos herôas, *Imperii Septemviros*, minimè fugere. Quibus opportunis, rationibus ſuffultis, in illuſtres porrò *Ferdinandi Regis* virtutes, quantumque ſuper hoc *Imperii Ordines* promittere ſibi poſſint, digreſſionem inſtituit. Tametſi igitur abſentibus *Saxone*, & *Brandeburgico*, *Electoribus Proteſtantibus*, legati hanc cauſſam ad legantes, *Principesque* ſuos, rejicerent, factum, ut jactis hujuſce rei apud *Electores Catholicos* non obſcuris fundamentis, *Electores* abſenti vi litteris, eandem in ſententiam exaratis, à *Cæſare* tùm interpellarêtur. Ut ut autem præſentes cauſſarentur *Electores*, præſentibus ſub *comitiis*, vigore *Imperii* legum, quæ huic ſolennitati *comitia*, ſingulariter, & quidem apud *Francofurtum*, habenda, præſcriberent, *Electionem* regiam celebrari commodè vix poſſe, nihilo-minùs *Cæſari*, pro paterna illa, *Imperii* tranquillandi igitur, ſuſcepta ſolicitudine; devotas interim perſolventes gratias, tantæ rei, nempè *Cæſareæ* ſucceſſionis, neceſſitatem diligenter ad animos admiſerunt.

CAP. V.

De remediis ineundæ, Tranſactionis, ſupe[r] Edicto Cæſareo, in[-] ter Imperii Ordine[s] Catholicos, & Prote[-] ſtantes, ſub comiti[is] propoſitis.

I.

Proteſtantes, ſuper Edicto, pacificationis rem[e-] dia proponunt.

POſt graviſſimas illas *Cæſaris, Electoru[m]*
que, ſub *comitiis* deliberationes, reſt[at]
ut de *Edicto Cæſareo* quoque videam[us].
Quid nempè, inter *Imperii Ordin[es]*
in cauſſa *Religionis*, ſuper bonoru[m]
Eccleſiaſticorum reſtitutionibus, actum ſit. *Cæſ[…]*
ratione ſive *Decreti*, ſive *Edicti*, aliter haud fac[…]
poſſe videbatur, quàm ut ſententia, ſemel pub[li-]
cata, ſpectaret ad executionem. Neque en[im]
aliud admittebat *Imperi* capitis ſuprema autorit[as].
Quàm ut res judicata ſub cenſuram denuò ha[…]
vocaretur. Omnia igitur collimabant ad eff[e-]
ctum. Ut nemo ferè ſcrupulum ampliùs inji[ce-]
re eſſet auſus. Tantùm ipſe *Executionis* modus ja[m]
penè accuſabatur, tanquam nimis rigoroſus. […]
de hoc recèns quiritarent *Proteſtantes*. Ajeba[nt]
enim, per regiones *VVürtenbergicas*, *Culmbaccen[ſes]*
dynaſtias *Hohenloenſes*, *VValdeccenſes*, diſtrictuſq[ue]
Argentinenſium, ac *Norinbergenſium*, eam exerc[…]
ſeveritatem à legatis *Cæſareanis*, ut bonis, lege *E[di-]*
cti, *Eccleſiaſticis* duntaxat, poſt *Paſſavinam Tranſact[io-]*
nem interceptis, in diſcrimen venientibus, ja[m]
nulla adhibita diſtinctione, bona omnia-ſing[u-]
la, *Eccleſiaſtica* dicta, ſive illa longè antè *pacificat[io-]*
nem Religioſam à *Proteſtantibus* poſſeſſa poſtlimin[…]
occupata, fuiſſent unà cum pulviſculo, quod aju[nt,]
ſimul, ſemelque, in ordinem reducerentur. Sic […]
neque demonſtrationibus, in medium allatis, n[e-]
que teſtimoniis, omni exceptione majoribus, l[o-]
cus relinqueretur ullus. Accedebat, præcipuos […]
iam è legatorum *Cæſareanorum* numero dynaſt[…]
illa ſuper bonorum *Eccleſiaſticorum* diſcriminati[o-]
ne, meritò attendenda, compellatos, riſu int[er-]
dùm, jocoque, excepiſſe *Principum*, *Ordinumq[ue]*
Proteſtantium argumenta. Tanquam ſecundù[m]
tritum illud, dùm capillata ad manum eſſet occ[a-]
ſio, hæc omninò prehenderentur. Parque p[…]
dùm liceat, & lege talionis eſſet compenſandu[m].
Fors fieri poſſe, ut poſt octogintà annorum (ta[n-]
to enim ſpatio fuerant *Proteſtantes* in poſſeſſi[o-]
ne) revolutionem, *Cœnobia* à *Catholicis* […]
nuò reverterentur ad *Proteſtantes*. Et ſic con[ſe-]
quenter.

Illis tàm feriis, quàm ludicris, vexationibus, […]
mulati *Proteſtantium* animi, nihil non tentandu[m]
eſ[…]

ſtatuerunt. Antequam ergò *comitiis* daretur io, globo facto convenerunt apud *Ratiſponam* conici, & *Suevici*, *Circulorum*, itemque *Saxoniæ*, runſuicenſium, *Ducum*, unáque *Civitatum* quadam; legati. Factoque ſenatus conſulto, *pacationis* articulos conceperunt, quibus, ſi liceat, r *Catholicos*, *Proteſtanteſque*, tranſigeretur. Illos, icillis comprehenſos, ſalvo nihilo-minùs jure uſcunque, *Electoris Moguntini Cancellario* obtulet. Sub hac deprecatione, *Edicti* executio, quo-*Cœnobia*, ac res *Eccleſiaſticas*, interim ſuſpenetur. Uſque dùm res controverſæ remediis aabilibus, ſublatis animorum exulcerationibus, nponi queant.

Articuli erant ſequentes. Quæſtionis illius deminatio, quinam videlicet *Auguſtanam Confeſſioprofiteantur*, nec ne, eſſet penès *Electores*, *ncipes*, *Ordineſque*, *Proteſtantes*. *Concordiæ formulam* plectentes. Vel amplexuros deinceps. Necaliis liceret hanc in ſegetem immittere falcem. e verſa, neque *Proteſtantes*, ſuper hac *Relinis* determinatione, quicquam ſive *Cæſari*, ſive *holicis Ordinibus*, præſcriberent. Quem illi *Caicorum* in *Ordinum* numerum referrent. *Syntatis Interimiſtici* nulla ampliùs haberetur ratio. ut mille mortibus videretur defunctum. Tanm inter homines prorsùs non extitiſſet unam. Quibus ergò ſub locis, poſt *Annum M. D. LV.* d abrogatum, reſque in priſtinum devoluta ſſet ſtatum, illic ità obtineret. *Cœnobia*, ac *Præſus*, dicti *intermedii*, poſt *VII. Calend. Octobres*, *AnM. D. LII.* publicatamque *Pacificationem Religio*, à *Proteſtantibus* occupati, mutuæ pacis amore, tituerentur. Requiſita autem *Cœnobii*, vel *Præſus*, dicti *intermedii*, poſt *Pacem Religionis* intercelſſent iſta: Nempè, publicatæ *pacis Religioſæ* tempre, publicum *Religionis Catholicæ* exercitium tanm illic perſonâſſet. Abſque *Auguſtanæ Confeſſionis* ercitii concurſu. Deindè, liberam, nondùmq; inrdictam, *clericorum* receptionem habuiſſet. Quiis igitur ſub locis tempore publicatæ *Pacis Religio*, hoc, vel illud, penès *Cœnobium*, ſive *Præſulatum*, ercitium *Religionis Catholicæ*, vel non publicum, l non ſolum, fuiſſet in uſu, adeòque receptio *cleorum* eviluiſſet, illi ſive *Præſulatus*, ſive *Cœnobia*, m non redderentur. Tametſi accidat, etiam poſt nſummatam *Pacificationem Religioſam*, *clericos*, aliuammultos per modum tolerandi, in iiſdem ſuerfuiſſe. Hoc pacto *Cœnobium*, ſive *Præſulatum* in*rmedium*, tametſi poſt *Transactionem Paſſavinam*, tè tamen *Pacificationis Religioſæ* conſummationē, ccupatus, reſtituendus non eſſet. Ità ut à *Catholicis* feſtari nequeat. Illis bonis *Eccleſiaſticis*, tàm intrà *ranſactionem Paſſavinam*, quàm *Pacificationem Relioſam*, quàm antè *Transact. Paſſavinam*, interceptis, àdem libertate, atq; immunitate, gaudentibus. Si mpore *Religioſæ pacificationis*, *Cœnobium*, ſive *præſutus intermedius*, in *Proteſtantium* veniſſet partes. Et oſteà ad *Catholicos* relabi cœpiſſet. Sic cautum eſt. Ne deinceps, quoties in regionem *Religionis* inidit enovatio, ſive *Cœnobium*, ſive *Præſulatus*, ejuſdē um privatis *Eccleſiis*, ſive parochiis, eſſet conditiois. Sed ab hac mutatione exciperetur. Omnia ura, ac requiſita, quæcunq; in *Cœnobia*, ſive *Præſuatus mediatos*, pro tempore traditos, vel deinceps radendos, antè *Pacis Religioſæ* publicationem, exercuiſſent *Electores*, *Principes*, *Ordineſq;*, ea ſarta tectaque illis conſervarentur.

Siquidem, ſub *Pace Religionis*, facultas mutandæ *Religionis*, ſuper territorii juriſdictione, fundetur, *Proteſtantes* eo pacto onerari, ſi pati debeant in *Cœnobia* intermedia, territoriis ſuis ſubjecta, diverſæ *Religionis* uſus ut introducatur. Satiùs igitur fore, tametſi *Cœnobium* quoddam *Ordini* reſtituatur, ne *clerici* iccircò immitterentur. Nedùm ſacra celebrarēt. Sed per *Proteſtantiū* miniſtros bona adminiſtrari curarent. Quorum proventus extrà territorii limites illis erogarentur. Si *Magiſtratus*, *Auguſtanæ Cōfeſſioni* addictus, jam, vel deinceps, conſtituto à *clericis* pretio, eoque idoneo, bona *Eccleſiæ* coëmat, illa emptio haberetur rata. Vice verſa, *Proteſtantes Cœnobia*, extrà cōtroverſiā *immediata*, niſi pacta ſingularia interveniant, redderent. E quibus nihilominꝰ exciperentur *Cœnobia*, ac *Præſulatus* iſti. Quæ tamet. ſi antè ſeculū, & ampliùs, *immediata* fuiſſent, ob id tamen, ꝙ, ſub *Electorum*, *Principum*, *Ordinumq;*, territoriis, poſita ſint regioni, tanquàm *ſtatus*, coaluerint, hactenùs à *Proteſtantibus*, corā *Imperio*, defendi, adeóq; antè *Religionis Pacificationē* occupari, cœperint, ſub *Proteſtantiū* poteſtate relinquerentur. Illi verò, tā *Eccleſiaſtici*, quàm *Politici*, *Præſulatus*, ſive *Epiſcopatus*, cuiuſmodi, antè *Pacis Religioſæ* cōſummationem, utramq; *Religionem*, ſive ſub *capitulis*, ut vocāt, ſive *Civitatibus*, ſive in *agro*, exercuiſſent. Jamque ſub *Proteſtantiū* eſſent manibus. In priſtinum revocaretur ſtatum. Quo quidem ſub ipſa *Pacis Religioſæ* concluſione fuiſſent. Eiuſdē commatis ſuperiores, tàm *Eccleſiaſtici*, ꝗ. *Politici*, & quidem *immediati*, *Præſulatus*, jam tū, antè *pacem Religioſam*, ſub reformationē vocati, nō redderentur. Ex adverſo, eiuſdem notæ *Præſulatus*, ſub quibus, vel ipſo die cōceptę *Pacis Religioſæ*, viguiſſet *Catholicæ Confeſſionis* uſus tantùm, atq; unicè, illi omnes, quotquot occupati ſunt, ad *Catholicos* redirent. *Catholici* interim haud anxiè diſquirerent, per quem *Cœnobii Præſulatuſq;*, ſive *immediati*, ſive *mediati*, eorumque *civitates*, ac *præfecturæ*, antè *Pacem Religioſam*, reformari cœpiſsēt. Sed ad conſervationem *Auguſtanæ Confeſſionis* exercitii, ſufficeret. Modò reformatio, antè *pacis Religioſæ* publicationē, doceri poſſit. Ut ut autem iam, iuxtà huiuſce *Transactionis* canones, reſtitutio, ſive *mediatorū*, ſive *immediatorum* bonorū *Eccleſiaſticorum* tangat ſive ſuperioris, ſive mediæ, ſive infimæ, cōditionis *Ordines*. Tùm, in perpetuū uſq;, neq; ædificiorū, ſive collapſorum, ſive mutatorum, reparatio poſtularetur. Neque ſaltuum, lignationumque ad *Cœnobia* ſpectantium, deceſſio compenſaretur.

Neque ſupellectilium deperditorum reſtitutio urgeretur. Neq; nomina ſive exacta, ſive cōtracta, *Cœnobia* onerantia, requirerentur. Neque fructuum perceptorum refuſio peteretur. Nedùm ulla alia de cauſſa, vel iudicialiter, vel extraiudicialiter, *Cœnobii* poſſeſſor conveniretur. Sic, ad evitandas litium infinitates, omnes actiones, contractuſque, tempore adminiſtrationis *Cœnobiorum*, in vigore ſuo conſervarentur integri. *Imperii* liber *ordo Equeſtris*, atque quodcunq; eius membrum, in cauſſa *Religionis*, illis ſub locis, quibus *ordo* ius territorii exercet, eodem iure, tanquā ſuperior aliquis magiſtratꝰ, cēſeretur. Sub quacunq; *Civitate* tēpore publicatæ, *Pacis Religioſæ*, vel *Catholicæ*, vel *Evan*-

gelicæ, Religionis exercitium viguiſſet publicum, illic eadem obtineret ratio. Ut alterius *Religionis* admiſſio, ſive conjunctio, nō admitteretur. Sic tamē, ne vel *Catholica Civitas* civibus *Evangelicis*, nedùm *Evangelia Civitas* civibus *Catholicis*, moleſta eſſet. Laqueosq; cōſcietiæ iniiceret. Hac tamē ſub exceptione, ut illi eſſent quieti, ac pacifici. Nec præberent fortè ſcandala. Siquidem verò utriuſq; *Religionis* exercitium *Civitas* illa, vel illa, exercuiſſet. Idem obſervaretur etiamnunc. Sicubi, ſub *Civitate Imperiali*, tempore publicatę *Pacis Religioſæ*, viguiſſet utriuſq; *Religionis* uſus publicus; Et, ab *An. M. D. LV.* ſive *Catholici*, ſive *Proteſtantes*, ſive templum erexiſset, ſive novos introduxiſſent *Ordines*, illud, quodcunq; hactenùs uſuveniſſet, eodē ſub ſtatu permaneret. In poſterum verò id genus res abſq; partis utriuſq; conſenſu mutuo, non admitterentur ampliùs. *Imperij Civitates*, in quib⁹ publicū *Auguſtanæ Confeſſionis* exercitium, vel juxtà *Catholicos*, vel abſq; *Catholicis*, percrebuit, ceremoniis, cōſiſtoriis, judiciiſq; matrimonialib⁹, poſt *pacis Religioſæ* publicationē introductis, uterentur fruerentur. *Civitatibus*, tàm hanc, quàm illam, *Religionem* profitentibus, haud proſcriberentur leges. Sub quib⁹ *Senatores*, & *Iudices*, eſſent conſtituendi. Sic, ut *Magiſtratuum* conſtitutiones unicuiq; loco conſtarent. *Iuriſdictio Eccleſiaſtica*, unà cæteris cum affectionibus, quoad *Civitates Imperii*, eorumq; *Cives*, omninò ſequeſtraretur. Ità tamen, ut in *Cœnobia*, intrà *Civitates* poſita, certo, receptoque, modo exerceri poſſit. Similiter *Imperii Civitatū præfecturæ*, atq; agri, in quibus territorii juriſdictio exercetur, idē *Religionis* obirent exercitiū, quo nūc quidem gaudet. Si dubiū, ſcrupuluſq;, incidat, An, tempore conceptę *Pacis Religioſæ*, *Civitas Auguſtanæ Confeſſionis* exercitiū vel ſeparatim, vel cum *Catholicis* conjunctim, frequētāſſet, tùm, ſub id gen⁹ controverſiis, actori, qui prior ad judiciū provocat, incumberet, tanquàm affirmanti, probatio, neutiquā verò neganti. In *Civitatibus*, ſive *pagis*, ſub *Electoribus*, *Principibus*, *Ordinibusq;*, *Catholicis*, poſitis, dominumque feudi, *Auguſtanā Confeſſionem* profitentē, recognoſcentib⁹, locus, quoad *Religionem*, non dominū directū, ſed dominum teritorii, ſequeretur. Eadem ratio vice verſa eſſet amœbæa, ac reciproca. Si *Catholicus* in *Proteſtantis*, & *Proteſtans* in *Catholici Ordinis* territorio *juspatronatus*, ut vocant, vel ejuſmodi quiddam, exerceat, tùm quidem *Patronus* parochū ibi collocaret. Qui ejuſdem cum loci incolis eſſet *Religionis*. Etenim in cauſſa *Religionis*, ubiq; ſic obtinere, ut ad jus *territorii* potiùs, quàm *jus patronatus*, veniat reſpiciendum. Pacta, ac contract⁹, inter *Catholicos*, *Proteſtanteſq;*, *Electores*, *Principes*, *Ordineſq;*, à tempore *Pacis Religioſæ* intervenientes, pro recidēdis litium ambagib⁹, ſervarētur intemerati. Tametſi alterutra pars de jure ſuo remiſiſſe videri poſſit. Sic propoſiti articuli tàm *Catholicos* obligarent, q̄ *Proteſtantes*. Nempè utriq;, quæcunq; in fraudem huiuſce *Tranſactionis* eſſent intercepta, æquis paſſibus reſtituerent. Omnes deniq;, adversùs *Religionis Pacem*, præſentemq; *Tranſactionē*, naſcentes cōtroverſiæ, ab utriuſq; partis *Iudicibus*, numerò æqualibus, deciderentur. Quo nomine vel in præſentiarum mutuò compromitteretur. Sic, ut nulla locū haberet executio. Niſi quæ illo ſub judicio antè foret definita. Æquitatis legem poſtulare, *Cœnobia*, bonaq; *Eccleſiaſtica*, quæcunq;, tàm mediata, quàm immediata, vel vi militari, vel *Clericorum* inſt[...] tionibus, abſq; inſtructione dicaſterii aulici C[...] *rei*, ſive *Cæſaris* legatorum, ſpeciali, eâq; *Ordi*[...] exhibita, cognitione, eſſent intercepta, exten[...] in priſtinū revocarētur ſtatū. Quo quidē ſub *A*[...] *DC. XXI.* fuiſſent. Quidquid autem, ſub iuſſu d[...] ſterii aulici *Cæſarei*, *Cæſariſq;* legatorū, ſubtracti[...] illud omne, ſecundum *Articulū* huius *Tranſacti*[...] *XXXIII.* denuò ventilaretur. Ventilatumque [...] dicialiter quàm maturrimè decideretur.

II.

Corollaria, ad Articulos ſuperiores reſpicien[...]

Superioribus ſequens acceſſit appendix. C[...] illa ſūt *corollaria*. Videlicet, ſive *Edicto Cæſareo* [...] præſenti *Tranſactione*, non obſtantibus, *Saxo*, & [...] *deburgicus*, *Electores*, omnibus Cœnobiis, *Præſulatib*[...] quantumvis immediatis, ac poſt ipſam *Religion*[...] *cificationem* occupatis, uſq; ad annos quinquag[...] ſequentes, quietè uterentur fruentur. Sic, ut ne[...] de iure intereà conveniri, nec vi iniecta moleſ[...] debeant. Poſt exactum quinquagintà annorun[...] tervallum, ambo *Electores*, quoad cauſſam *Cœ*[...] *orum*, *Epiſcopatuumq;*, omnium, ac ſingulorū, ee[...] ſtatu verſarentur, quo ſuperiori *An. M. DC. XX*[...] que eò uſq;, fuiſſent. Ut neq; *Cæſaris Edictum*, [...] *M. DC. XXIX.* publicatum, neq; inſtans hæc *Tra*[...] *ctio*, in contrarium allegari valeat.

Si quis, poſt quinquagintà illos annos in *El*[...] res actionem inſtituere velit, is viâ *Iuris* ordina[...] & coràm dicaſterio *Spirenſi*, querelam inſtitue[...] Sic ut cauſſa ab utriuſque *Religionis Aſſeſſoribus*, [...] numero *Iudicium* conſtituentibus, inſpicere[...] Salvoq; *Reviſionis* beneficio, tempore litis penc[...] tis, nihil illis intentaretur adverſi.

Tametſi *Heßiæ Principum* familia *Cœnobiis*, [...] *ſcopatibusq;*, *immediatis* dictis, ſive poſt *Pacem Reli*[...] *ſam* interceptis, non utatur. Nihilo-minus eæc[...] exceptiones, pro *Electoribus*, *Saxone*, & *Brandebu*[...] *co*, allatæ, pro *Heßiæ Principibus* militarent.

Communitates, *Saxoniæ Electori*, & *Archiepiſc*[...] *tui Magdeburgico*, mutuæ, vel amœbæa, *Confeßio*[...] retinerent *Saxonicam*. Ut ut per *Archiepiſcopa*[...] mutationes oboriantur. *Electoris* filio autem, *Au*[...] *ſto*, *Saxoniæ Duci*, quædam *Archiepiſcopatus* illius p[...] fecturæ, ad dies vitæ, unà cum proventibus pe[...] niariis, non contemnendis, cederentur.

Et cùm *Guilielmus*, *Heßiæ Landgravius*, occupa[...] nem *Abbatiæ Hirsfeldenſis*, ſalvo tamen iure, ſic[...] tienter admiſiſſet, æquum eſſe, ut univerſæ *He*[...] *Principum* familiæ, hùc uſque *Præſulatum* ill[...] concernentes, iuriſdictiones, iura, ac privilegia, [...] ſtituerentur. Cuiuſmodi, ultrà hominum mem[...] riam, etiā tempore *Ioachimi*, *Abbatis* ultimi, uſq; [...] præſentes *Fuldenſium* turbationes, *Heßiæ Princ*[...] poſſediſſent. Sic ut omnes illæ poſtulationes, [...] dieque à *Fuldenſi Abbate*, *Hirsfeldenſi Adminiſtrato*[...] nuper iniectæ, priùs nunquam auditæ, omni[...] tollerentur. Cùm adversùs poſſeſſionem, ducen[...] ab annis continuatam, noviſſimè ingerantur.

III.

Catholicorum declarationes Proteſtantibus re[...] *ditæ.*

Lectis illis, & deponderatis, *Proteſtantium* p[...] poſitionib⁹, *Catholici*, per *Cancellariū Moguntii*[...] ſeque[...]

ıentes ad interrogata reſponſiones, ſcripto
ıprehenſas, reddere juſſerunt. His adjectis ver-
obteſtantibus. Nullo pacto *Catholicos* affectos
, tametſi præſens *Transactio* coëat, ut de *Pace Re-*
ſa, ejuſque regulis, ſemel conſtitutis, vel latum,
od dicitur, unguem declinare velint. Nedùm
lis, quæ adversùs hanc *Catholicis* fuiſſent inter-
ta, connivere poſſint. Illam enim ſanctionẽ pro
ma, & regula, omnimodè venire obſervandam.
ex adverſo ſibi perſuadeant, eandem fore *Prote-*
tium mentem, intentionemq;. Ut ne quidem,
ter hanc legem, *Catholicis* cupiant eſſe moleſti.
ſponſa fuêre illa: Diſtinctionem *Proteſtantium*
tholicis nemini, niſi *Cæſari*, deferendam. Neque
holicis id genus cognitione opus eſſe. Articulos
m *Religionis Catholicæ* omnes jam dudùm per
ncilia generalia ſic quidem definiri cœpiſſe. Ut
verſus indè mundus, ſub vno, eodemque, capi-
am experiatur unitatem, ac concordiam; Ut
ſcrupulus, dubiumque relinquatur ampliùs
lum. Nedùm *Catholici* alium Judicem, præ-
Pontificem, admittere poſſint. Siquidem ne-
e ſub *Transactione Paſſavina*, neque ſub *pacificatio-*
Religioſa, *Interimiſtici* illius ſyntagmatis mentio
agatur. Sed, ſtatus *Religionis*, prout tùm
idem tempore *Transactionis Paſſavinæ* fuit, al-
etur. Utique *Catholicos* nullam noviſſimam
nittere diſtinctionem. Eam enim jam tùm
ermediata, & immediata, *Cœnobia*, *Præſulatus*-
, ſub *Religionis Pace*, exprimi cœpiſſe. Itaque
mulæ *Pacis Religioſæ* unicè ſtandum eſſe. Quâ
tum ſit, ſub rotundis verborum globulis, eos
mpè *Epiſcopatus*, ea *Cœnobia*, aliaque bo-
Eccleſiaſtica, *Imperium* immediatè reſpicien-
, *Ordineſque* conſtituentia, quorum poſſeſſio-
m uſque ad *Transactionem Paſſavinam*, *Pacemque*
ligioſam, *Catholici* non protuliſſent, nihilo-mi-
s illa ſub *Pacificatione* comprehendi. Eumque
dinem, qui tùm introduci cœpit, tenendum eſſe.
ndè citrà inficias neceſſariò inferatur; tàm eos
iſcopatus, *Cœnobia*, & id genus bona *Eccleſiaſtica*,
juſmodi ad eos pertinent, qui *Imperio* imme-
atè, tanquam *Ordines*, ſubiiciuntur. Tùm ea,
orum poſſeſſionem *Catholici* uſque ad conſum-
ationem *Transactionis Paſſavinæ*, vel poſtliminiò,
tè tamen *Pacis Religioſæ* publicationem obtinue-
nt. Sub ipſa *Pace Religioſa* à *Catholicis* non fuiſſe
queſtrata. Ut potiùs ejus intuitu vindicari cœpe-
nt. Veniantque reſtituenda. Hac de re, pro fun-
amento ſive vindicationis, ſive reſtitutionis, ali-
ius, poſt *Transactionem Paſſavinam* intercepti Cœ-
bii, *Præſulatusque*, nullum aliud poſci requiſitum,
uàm ut *Eccleſiaſtici* tempore *Transactionis Paſſavi-*
æ, vel intrà hanc *Transactionem*, & *Pacem Religio-*
ſ, incluſivè, poſſeſſionem illorum probare ſuſti-
eant. Sic *Epiſcopatus*, ſive *Cœnobium* mediatum,
oſt *Transactionem Paſſavinam*, antè tamen publi-
ationem *Pacis Religioſæ*, interceptum, identidem
Catholicis repeti poſſe. Tantùm abeſt, ut ullo
acto, eò, quòd intrà *Transactionem Paſſavinam*, *Pa-*
emque Religioſam, reformari cœpit, exemptio lo-
um habeat. Eâdem ratione, ſub *Articulo* quarto,
quintoque, ſufficienter indicatum fuiſſe, tàm vin-
icationem, quàm reſtitutionem, *Epiſcopatuum*,
Cœnobiorumque, mediatorum, vigore *Pacis Reli-*

gioſæ, non quidem à tempore publicationis ejuſdem *Pacificationis*, ſed à tempore *Transactionis Paſſavinæ*, peti oportere. Omnia jura, conceſſioneſque omnes, quaſcunque *Proteſtantes Electores*, *Principes*, *Ordineſque*, in *Epiſcopatus*, ac *Cœnobia* mediata, exercuiſſent, tempore *Paſſavinæ Transactionis*, adhûcdùm obtinerent. Sed illis ſub conditionibus, quibus tùm quidem poſſeſſio uſuvénit. *Eccleſiaſticos* enim eo tempore *Politicis* id genus *Iura* nequicquam conceſſiſſe. Ut vel judicialiter, vel extrajudicialiter, illis litem intentârint. Jamque etiamnunc transactio, ſive deciſio, locum habeat. *Pacificationem Religioſam* non eam *Eccleſiaſticis* imponere difficultatem, ut *Cœnobia*, ſive *Præſulatus*, ſub *Proteſtantium* territoriis poſitos, nedùm inhabitare, nedùm ſub illis ſacra ſua celebrare, obligentur. Ut etiam proventus ab alterius *Religionis* miniſtris diſpenſari debeant. Hæc enim ejuſmodi eſſe, quæ, ſalva *Religionis Pace*, ſibi nullatenus imponi, multò minùs extorqueri, poſſint. Quantùm igitur abeſſet, ut *Pax Religioſa* permittat *Proteſtantibus*, *Ordines Monaſticos* ad venditionem bonorum, ad *Præſulatus*, ac *Cœnobia*, ſpectantium, ut urgere, ac cogere, queant. Tantùm abeſſe, *Eccleſiaſtici* ut teneantur, in id genus emptiones, etiam contrà voluntatem, deſcendere. *Proteſtantes* omnes illos *Epiſcopatus*, *Cœnobia*, ac bona *Eccleſiaſtica*, quæcunque poſt *Transactionem Paſſavinam* interceperunt, aut alio modo in poteſtatem redegerunt, pleniſſimè reſtituerent. Interim, lites, ſive *Cœnobia*, ſive privilegia, eorum concernentes, ſive judicialiter, ſive extrajudicialiter, ordine deducerentur. Sic ut immunitates præſentes jam non infeſtentur. Superioris notæ *Epiſcopatus*, tàm *Eccleſiaſtici*, quàm *Politici*, juxtà normam *Pacis Religioſæ*, pleniſſimè reſtituerentur. Exceptis illis, quæ ſub *Saxone*, & *Brandeburgico*, *Electoribus*, ſunt. Tametſi illa vel antè, vel poſt, *Transactionem Paſſavinam*, *Catholicis* erepta ſint. Non obſtante etiam hac clauſula: Tametſi vel utraque *Religio* ſimul, vel *Catholica* tantùm, in *Capitulis*, *Civitatibus*, *agriſque*, tempore *Transact. Paſſavinæ*, viguiſſet. Illis ſub reſtitutionis caſibus, non ad iſtud reſpiciendum venire, quinam ſive mediata, ſive immediata, *Cœnobia*, *Præſulatus*, eorumque *Civitates*, ac *Præfecturas*, invaſerit. Sed hoc in conſiderationem venire, An cauſſa ſive retinendi, ſive reſtituendi, indè ſit deſumpta. Et inprimis, an *Præſulatus*, ac *Cœnobia*, mediata, antè, vel poſt, *Transactionem Paſſavinam*, ſint intercepta? In cauſſa enim *Præſulatuum*, *Cœnobiorumque*, mediatorum, tempus occupationis minimè venire attendendum, an hæc antè, vel poſt, *Transact. Paſſavinam* uſuvenerit. Sed hoc ſaltèm excutiendum reſtare, id genus *Præſulatus*, ac *Cœnobia*, antequàm occuparentur, *Imperio* immediatè fuiſſe ſubjecta. Jam, cuicunque, vigore præmiſſorum, reſtiſtutio bonorum *Eccleſiaſticorum* mediatorum incumbat, ſive ſuperioris, ſive medioxumę, ſive inferioris, conditionis *Ordinibus*, omninò, de jure gentium, reſtitutorem teneri illi, cui vel ipſe, vel maiores ſui, bona *Eccleſiaſtica*, adversùs leges *Pacis Religioſæ*, interceperunt, ac detinuerunt, tàm ratione fructuũ perceptorũ, quàm damnorũ, quoviscũq; modo illatorum, ſatisfacere. Sic tamen, ut amica com-

compoſitio hîc non excludatur. Hac viâ *Contractus*, atque *Pacta*, quæ *Præſulatuum*, *Cœnobiorum*, bonorumque *Eccleſiaſticorum*, ceſſionarius, à tempore occupationis, uſque ad reſtitutionem, pepegit, manerent intacta. Hac ſub exceptione. Quouſque, jura, legesque, obtinent. Quantùm ad liberos *Imperii Ordines equeſtres* facit, purè, ac ſimpliciter, *Pacis Religioſæ*, formula, ac norma, obſervaretur. Quacunque ſub *Civitate*, tempore *Pacis Religioſæ*, ſive Catho*licæ*, ſive *Auguſtanæ Confeßionis* exercitium obtinuiſſet, illud inibi obtineret etiamnunc. Ità tamen, ut alterius juxtà *Religionis* civibus conſcientiæ laquei non iniiciantur. Sed unicuique, qui ejuſce *Civitatis Religioni* ſeſe conformare nolit, jus emigrandi liberum permittatur. Sicut, juxtà legem *Pacis Religioſæ*, *Electorum*, *Principum*, *Ordinumque*, ſubditis aliâs foret indultum, permiſſumque. Quibuscunque ſub *Liberis*, & *Imperialibus*, *Civitatibus*, tempore *Religioſæ Pacificationis*, utriuſque *Religionis* uſus conjunctim viguiſſet, idem adhûc-dùm utrinque, juxtà *Pacis Religioſæ* formulam, obtineret. Ut hûc canon ſuperior de ſyntagmate *Interimiſtico* referendus ſit. Pariter, quibus eiuſdem notæ ſub C*ivitatibus*, tempore conſummatæ *Pacis Religioſæ*, utriuſque *Religionis* exercitium viguiſſet publicum, plenumque, in illis *Senatus*, atque officia, ex utriuſque *Religionis* hominibus conſtituta, eadem ſub æqualitate, ac numero, deinceps permanerent. Sic ut neutra partium vel imminuatur, vel excludatur. In eventum, quodſi ordinis huius præturbatio accidiſſet, illa novitas, aliaque id genus, *Pacis Religioſæ* legibus contraria, denuò abrogarentur. Obſervatâ inter partes utrinque æqualitate. Iisdem ſub C*ivitatibus*, utriuſque *Religionis* uſum utrinque exercentibus, ſupremo tàm *Eccleſiaſtico*, quàm *Politico*que, magiſtratui in *Epiſcopatus*, *Cœnobia*, ac bona *Eccleſiaſtica*, tàm poſt *Transact. Paſſavinam* occupata, quàm in ſuo ſtatu permanentia, *ordines Moneſticos*, ſive religioſos, facultas immittendi conſtaret. Interim C*ives Auguſtanæ Confeßionis* non prohiberentur, quò minùs, ſub territorio, fundoque, ſuo, citrà C*atholicorum* offenſam, templa erigant. Conſimiliter, *Auguſtanæ Confeßionis* cives, illis ſub *Civitatibus*, quibus *Religionis* ſuæ exercitium vel ſeparatim, vel iuxtà C*atholicos*, coniunctim, tempore, *Pacis Religioſæ*, exercuerunt, vel exercent etiamnunc, uterentur ceremoniis, hactenùs uſitatis. Sicut, iuxtà canones præfatæ *Pacis Religioſæ*, perturbandi non ſint.

Quis ordo, moduſque, conſtituendorum *Magiſtratuum* civicorum, ſub *Liberis*, & *Imperialibus*, illis C*ivitatibus*, apud quas utriuſque *Religionis*, iuxtà *Pacem Religioſam*, permiſſum eſt exercitium, hoc ſuprà canon XXI. declarabit. In illis verò id genus C*ivitatibus*, quæ unius tantùm, ſive C*atholicæ*, ſive *Auguſtanæ*, *Confeßionis* axioma, iuxtà indultum P*acis Religioſæ*, exercent, obſervarentur patriæ loci uniuscuiuſque ſanctiones. Sic tamen, ut illæ à C*æſare* non tàm ſint approbatæ, quàm confirmatæ. Sub ditionibus, præfecturis, & bonis, *Civitatum*, *Imperialium*, in quæ iuriſdictio territorii exercetur, idem ius *Religionis* obtineret, atque in *Civitatibus* ipſis. Videlicet, in quibus *Civitatibus* utriuſque *Religionis* ius viget, earundem ſub ditionibus, præfecturis, boniſque, territorii iure ſubie-

ctis, idem utriuſque *Religionis* ius obtineret an
bæum. In quibus vero C*ivitatibus* alterutra
ligio duntaxat obtineret. Sub earundem ditio
bus, præfecturis, boniſque, itidem alterutrius
ligionis tantùm permitteretur. Quod ad *Iuriſdic*
nis Eccleſiaſticæ ſuſpenſionem facit, eo in pun
Pacis Religioſæ ſyſtema attenderetur. Si in pun
ſive probationis, ſive exceſſus in reſtitutione,
norum *Eccleſiaſticorum*, & quæ eò pertinent, ſ
pulus, ac controverſia, naſcatur, tunc onus p
bandi incumberet actori. In cæteris verò ſive
ſibus, ſive querelis, quas C*atholicus* contrà *Proteſ*
tem, vel *Proteſtans* contrà C*atholicum*, in cauſſa
ſcopatuũ, *Cœnobiorumque*, dirigat, via iuris *ordin*
quoad onus probandi, calcaretur. Fieri enim
poſſe, ut, ob multitudinem caſuum, varietatem
circumſtantiarum, certa, ac gneſia, regula, abſ
alterutrius partis læſione, ferri poſſit.

Si ſub C*atholici Electoris*, *Principis*, *Ordinisque*
ritorio, præfectura, civitas, vel pagus, occur
cuiuſmodi *Ordinem Proteſtantem* feudi domin
recognoſcit. Tùm quidem præfectura, civita
pagus, non *dominum feudi*, ſed *territorii domin*
quoad *Religionem*, ſequeretur, Et vice verſa.
C*atholico*, in *Proteſtantis*, vel *Proteſtantis* in
tholici, *ordinis* territorio *ius patronatus*, ſive
quid ſimile, competat, tùm hic *patronus*, p
chum conſtitueret, loci eiuſce *Religioni* addict
Sic ut confeſſionem eandem cum territorii do
no profiteatur. Illis enim ſub caſibus magis ac
territorii, quàm iura feudi, ſive *patronatus*, re
ciendum venire. Omnes, inter C*atholicos*, &
teſtantes, *Electores*, *Principes*, *Ordineſque*, poſt *paci*
tionem Religionis intervenientes, *Transactiones*,
dò cum conſenſu partium, quarum intereſt, pa
ſint) ne lites creſcant in infinitum, haberentur
tæ. Si quid adversùs *Pacem Religioſam*, com
ſitioniſque præſentis determinationem, ab utri
que *Religionis ordinibus* occupatum, detentumq
ſit, illud unuſquiſq;, ſecundũ demonſtrationes
tioneſq;, reddendas, ex lege præſentis *Transactio*
reſtituere teneretur. Omnes controverſiæ, li
que, à *Pacificatione Religioſa* naſcentes, ſicut ha
nùs, ità deinceps, ſive coràm *Cæſare*, eiuſque *d*
ſterio aulico, ſive *Iudicio Spirenſi*, ſecundùm viam
ris, deciderentur. Sic, ut actori liberum ſit, ca
ſam ſub altero, vel altero, loco, ventilare, ac p
ſequi, velle.

Quodſi jam fortè C*œnobia*, bonaque *Eccleſiaſti*
contrà normã *Pacis Religioſæ*, ſive vi militari, ſive
inſtructionem *Religioſorum*, fidelibus *Auguſt*
Confeßionis Ordinibus intercipi accidiſſet, illa exte
plò priſtinum in ſtatum reponerentur, reſtit
renturque.

Qui omnes, & ſinguli, præmiſſi canones (ſiq
dem, inter C*atholicos*, ac *Proteſtantes*, iuxtà præſc
ptum *Pacis Religioſæ*, ſint æquiſſimi) ubi in *Transacti*
nem coaleſcent. Juxtáq; *Electores*, *Principes*, *Ordine*
Proteſtantes, *Cæſaris*, decreto, quoad *Electoralis Pa*
tinatus transactionem, ſeſe cõformabunt. Eo
evẽtu, *Saxo*, & *Brandeburgicus*, *Electores*, non obſta
tibus *Cæſaris Edicto*, hacq; *Transactione* præſente,
mnibus, ac ſingulis, illis *Epiſcopatibus*, ac *Cœnob*
tametſi *immediatis*, tametſi poſt *Transaction*
Paſſavinam, ipſamque P*acem Religioſam*, interc
ptis, à tempore conſummatæ huius *Transact*

d Annos, ordine inſequentes, XL. uterentur
rentur. Nullâ intereà temporis ſive *Iuris* actio-
ſive vi militari, locum habente. Poſt exa-
n. XL. annorum ſpatium, prænominati *Electo-*
axo, & Brandeburgicus, ratione *Præſulatuum, Cœ-*
orumque, reverterentur eum ad ſtatum, quo fu-
t ſuperiori *Anno M. DC. XXI.* Ut neque illis pa-
ſive *Cæſaris Edictum, Anno M. DC. XXIX.* publica-
, neque præſens *Transactio*, contravenire au-
Quicunque ergò, poſt elapſos illos annos XL.
enus bonis *Eccleſiaſticis*, tùm convenire velit,
ordinariam *Iuris* viam ingrederetur. Et ſi-
oràm *Cæſare*, ejuſque *Dicaſterio Aulico*, ſive a-
Cameram Spirenſem, experiretur. Sub ea *Iuris*
ma, ac proceſſu, cujuſmodi in foro judiciali
s eſt conſuetus. Sic, ut ſimulatque beneficium
iſsionis, atque id alia *Iuris* requiſita, reſerven-
. Nihilque, lite pendente, ſive vi injecta tenta-
ır, ſive modo quocunque enovaretur.
De communitatibus, inter *Electorem Saxoniæ*,
rchiepiſcopatum Magdeburgicum uſuvenientibus,
eſſet. Nimirùm, conſenſu *Primatus* illius,
diti in partes dividerentur. Sic, ut ſingulæ par-
ſingulos dominos, eorundemque *Religionem*,
uantur. Abſque cujuſcunque contraventio-
Quantum verò proventuum, ſive cenſuum
uorum, ad dies vitæ *Auguſto Saxoniæ Duci*,
ctoris filio, conferrent *Archiepiſcopatus, Magde-*
gici Capitulares, hoc penès *Cæſarem*, *Capitula-*
ue ipſos foret. Quod ad *Heſsiæ Landgravii*, ſuper
ſulatu Hirſchfeldenſi, juriſdictionẽ, ac prætenſio-
s ſpectat, nihil hac ſub tractatione decideretur.
deadem hîc haberetur ratio, cujuſmodi, præ-
nte ſub trãsactione, cũ cæteris *Auguſtanæ Confeſsio-*
Principibus, *Ordinibusque*, iniri poſſit. Atque i-
fuêre *Catholicorum* reſponſa. Ad *Proteſtantium*
opoſitiones, ſub *comitiis* illis, tùm repoſita. Quæ
m traderet *Cancellarius Moguntinus*, tanquam
ivato nomine hoc ageret, præ ſe ferre cœpit.
ondùm enim, ſe penitùs penetrâſſe, an *Electo-*
Catholici illa omnia calculis ſuis eſſent appro-
turi, adjecit. Interim, ſi *Proteſtantibus* placeat, ad
s declarationes denuò replicare, rogavit, hoc
ret autoritate publicâ. Et quidem maturè. An-
quàm *Elector Moguntinus* ſolutis puppibus indè
cedat. De cætero, *Catholicos* ſic affectos eſſe, ut
nicam tractationem haud faſtidiant, interſper-
t. Ut etiam diem his actionibus, locumque, ac
erſonas, nominitare non repugnent. Quò ſic cum
roteſtantibus in rerum id genus compoſitionem
cumbere liceat.

IV.

Ad Proteſtantium replicationem, denuò Catholici reſpondent.

Super illa *Moguntini Cancellarii* intimatione, *Prin-*
cipes, Ordineſque, Proteſtantes, poſteaquàm porrò
er allatas inſtantias, tàm *Edicti Cæſarei*, quàm *exa-*
ionum militarium, relaxationem ſolicitâſſent, *E-*
ctores Catholici hæc in verba, nomine ſuo, illis
intereà ſatisfacere juſſerunt. Videlicet, ſe-
undùm *Cæſarem*, *Electorale Collegium*, ſub præ-
ſentibus *comitiis*, nihil ad ſedulam, curioſamque,
diligentiam reliqui feciſſe; Quò in *S. Rom. Impe-*

rium priſtina illa quies, ac felicitas, paxque, optima rerum, poſtliminiò reduci quiret. Siquidem autem non paucæ, minimæque, difficultates rectà interceſſiſſent, præcipuè verò in ipſis ferè *comitiorum* principiis hoſtilis *Sueciæ Regis* in *Imperium* impreſſio nunciari cœpiſſet, ſic, ut, novis naſcentibus motibus, ad præſpeculatum illum deſideratiſſimæ pacis ſcopum, pervenire non ſit integrum. Nihilo-minùs *Cæſarem*, unà cum *Electorali Collegio*, ex lege *Imperii* conſtitutionum, de illis deliberâſſe remediis, quibus in praxin deductis, omnes *Imperii Ordines* ab id genus oneribus, ac faſtidiis, magnam partem exonerari ſatagant. Sic ut, ſervata utrobique æqualitate, tolerabilibus ſub conditionibus, uſque ad maturam, ac plenam, pacis reſtaurationem, durare illis evadat opportuniùs.

De *Cæſaris Edicto* quidem ità eſſe: Ut *Electores* ejus ſubſtantiam in diſcrimen vocare non auſint. Ut neque *Religionis Pacificationi*, tanquam omnium actionum, ac transactionum, normæ, ac cynoſuræ, quicquam detrahere liceat. Multò minùs ut novam in *Religionis pacem* ferantur. Nihilo-minùs, quò *Principibus, Ordinibusq;, Proteſtãtibus*, in conſpectu ſit, quàm *Electores* pacis, atque quietis, eſſent amantes, ad hoc ſeſe animis ferri, ut hoc idem cæteris *Principibus*, *Ordinibusque*, *Catholicis* perſuadere velint, ſibi non adverſari, quò minùs, ratione *Executionis* ſuperioris *Edicti*, ſecundùm illas propoſitiones, ſuprà, per modum diſcurſus, privatim allatas, ac communicatas, amica iniri poſſit tractatio. Quæ ſi ratio *Principibus, Ordinibuſque, Proteſtantibus* placere poſſit, *Electores* eò inclinare, ut hac de re *Bambergenſem*, *Herbipolitanum*, *Aichſtetenſem*, *Conſtantianum*, ac *VVormatienſem*, *Epiſcopos*, inprimis *Electorem Colonienſem*, tanquam *Epiſcopum Monaſterienſem*, requirere affecti ſint. Venirent nempè ad *III. Non. Februar. Anno M. DC. XXXI.* ipſi *Francofurtum ad Mœnum*, Vel legatos, tractandi plena poteſtate inſtructos, illûc dimitterent. De *Catholicis Præſulibus*, *Comitibus*, ac *Civitatibus*, ſeſe proviſuros eſſe, ut hi quoque collectim certos hanc ad diætam deputatos ablegarent.

Inter hæc, ad majorem conteſtationem, quàm animi *Electorum* in pacem proni ferantur, à *Cæſare* ſeſe impetraturos ſuperioris *Edicti*, ſive magis *Executionis*, ſuſpenſionem. Ut ſimulàtque, ab hoc die, uſque ad *Februarii*, *M. DC. XXI.* exodum, *Executionis* rigor ſequeſtrandus ſit. Quod ſi tunc quoque, ſub præfata illa apud *Francofurtum* diæta, doceri queat, modum, limiteſque *Executionis*, adversùs *Pacificationem Religioſam*, inibique fundatum *Cæſaris Edictum*, transſcendi cœpiſſe, tùm illicò bona *Eccleſiaſtica*, quæcunque ſint eo modo jam occupata, priſtinum in ſtatum eſſent reſtituenda. Ne quiſquam jure conqueri poſſit, ſibi contra canones *Religioſæ Pacis* moleſtiam, injuriamque inferri.

Hæc cùm *Electores*, antè præcogitâſſent, exſpectant, fore, ut *Principes, Ordineſque, Proteſtantes*, ſuper propoſitæ tractationis inſtante diæta, ſententiam ſuam aperiant. Et, cùm *Cæſar*, atque *Electores*, ad exodium ſpectantibus *comitiis*, animis jam tùm ſint in itinere, rectè facerent

rent *Principes*, *Ordineſque*, ſi ad *Electorem Moguntinum*, utique directorem, quid velint, tranſcriberent.

CAP. VI.

De receſsibus Comitiorum Ratiſponenſium.

ILlis verbis poſteaquàm *Principibus*, *Ordinibuſque*, *Proteſtantibus* fuiſſet reſponſum, ecce! ad *Cæſaris* mandatum, præſentium *comitiorum Receſſus* publicari cœpit. Quid nimirùm, ad *Cæſaris* propoſitiones, poſt initas deliberationes, deciſionis emerſiſſet. Tenor illius talis fuit: *Cæſarem*, ex *Electorum* præſentium, legatorumque, tempore durantium *Comitiorum*, oblatis codicillis, ac ſententiis, hauſiſſe, quæ eſſet illorum ad *Cæſareæ* propoſitionis articulos cardinales reſponſio. Ut etiam de cæteris corollariis bonâ fide tàm ſententiam ferre, quàm petitiones interjungere, voluerint. Quantùm verò præcipuum *Cæſareæ* propoſitionis ad articulum faceret, cujus cauſsâ hic potiſſimùm conventus coiiſſet, Nimirùm univerſalis, ſecuræ, utiliſque, pacis reſtaurationem, in eo *Cæſarem* eſſe ſecurum, *Electores, legatoſque*, ſibi ultrò teſtimonium perhibere velle, quàm *Cæſar* hanc in curam paternè, ac ſolicitè, incubuiſſet. Ut, niſi denuò impedimenta interveniſſent, antè horum *comitiorum* finem, pax, citrà dubium, componi potuiſſet. Quâ tot anxia afflictorum hominum corda refoverentur. Jam omnibus eſſe cognitiſſimum, etiam ipſis ſub principiis, dùm *Cæſar* ad ejuſce inſtituti effectum collimaret, unáque cooperantibus *Electoribus*, ac *legatis*, in remedia quæcunque quæſitiſſima totis conatibus incumberet, quibus pax œcumenica, honeſta, ac tuta, reproduci quiret, citrà ullam datam cauſſam legitimam, *Sueciæ Regem* rem omnẽ, optimæque notæ conſilia, perturbaſſe. Illum enim, collecto valido exercitu, in *Imperium* irrupiſſe. *Cæſaris* copias, per *Pomeraniam* hybernantes, ſine ulla belli denunciatione, hoſtiliter infeſtâſſe. Aliquammultas civitates, inſulas, portuſque munitos, nihil tale cogitantib⁹ extorſiſſe. Ut, inſuper habitis tàm *Cæſaris*, quàm omnium, *Imperii Electorum*, dehortatoriis, adhûc-dùm cœptum urgeat. Ut etiam in partes *Chriſtianum-Guilhelmum*, *Marchionem Brandeburgicum*, qui ſe pro *Primatus Magdeburgici Adminiſtratore* gerit, attraxerit. Per quem nova bellorum incendia in ipſis *Imperii* viſceribus excitet. Armaque ad *Albim* uſque proferre hoſtilia contendat.

Sic *Cæſar*, novis motibus præter omnem exſpectationem, ex transverſo, naſcentibus cogitur manum applicare. Ut à ſalutari pacem reducendi via longè recedere teneatur. Sub ſpe, futurum, ut divina hactenùs affulgente gratiâ, cauſſa *Cæſaris* æquiſſima conſtanter triumphet. Repreſſisque
citer armis etiam *Suecicis*, tùm demùm melior
auſpiciis pax reſtitui queat. Siquidem verò C
corruptam diſciplinam militarem, graviſſimo
legionum exceſſus, unáque debilitatum indè
Imperii ſtatum tàm ad animum admiſiſſet, q
Electoribus hæc omnia conſideranda propoſui
Quibus nempè viis exorbitantes id genus inq
tationes, quantum ejus fieri poſſit, oppidò rec
rentur. Simulque, ſub *Cæſaris*, atque *Electorum*,
quàm capitis, ac membrorum, conjunctioni
fundamentum, ad *Rom. Imperii* conſervation
poneretur. Quo præeunte, armis, viribuſque,
nitis, in hoſtes educendum veniret. Utique *Cæ*
poſt maturam hujus primarii articuli depond
tionem, cum *Electoribus*, in hoc conveniſſe, u
dundans ille tàm *Cæſareanarum*, quàm *Ligariana*
copiarum numerus præſtò imminueretur. In
certas legiones, quibus pro inſtanti bello con
endo, opus fuerit, maturè reduceretur. Ut ne
Cæſar deinceps in novi alterius belli denun
tionem, citrà *Electorum* conſenſum, deſcen
vellet.

Jam ſuper remediis, quibus uterque exerci
uſque ad ſecuræ, conſtantiſq;, pacis reduction
conſervetur, diſpiciendum eſſe. *Cæſari* autem,
deinceps exactionibus, exceſſibuſque, militar
obviàm iri queat, *Electores* hoc ſubmiſsè ſupp
tâſſe, nempè *Rom. Imperii Circulos* hanc in rem
culiaribus reſcriptis venire interpellandos.
Cæſari conſilium non diſplicere potuiſſe. Ut
tus in eo ſit, quò quàm maturrimè dimitteren
legati. Hancque in rem *Circulorum* directores
quirerentur. Intereà, uſq; dùm ea ordine expedi
tur, *Cæſarem* per reſcripta univerſis *Imperii Ord*
bus præſentem neceſſitatem inculcâſſe. Pariter
auxiliorum continuationem urgere cœpiſſe.
ex adverſo emendationem corruptæ militaris
ſciplinæ ſeriò injunxerit. Exceſſibus omnibus,
ctenùs *Imperium* vexantibus, interdixerit. Me
remque ducendarum legionum ordinem ſev
ex lege præſcripſerit. Sic, ut ſi ordinariâ nume
contingat ſtipendia, tùm miles neque per reg
nes, neque ſtationes, quicquam tributi exige
Reciſiſque moleſtiis, *Imperii* conſtitutioni
quoad ejus fieri poteſt, ſeſe conformaret. Jam
ſarem à fidelibus *Imperii Electoribus, Ordinibuſq;*, c
fidenter exſpectare, futurũ, ut tanquam memb
obſequenteſque *Ordines, Cæſari*, capiti utique
pro virili conſilio, re, operâque, ſuccurrant. *Cæ*
ris, Imperiiq;, hoſtes, ubicunque locorum inve
ant, perſequantur. Iſtoſque, ſub pacis reducen
rationibus exulantibus ferè omnibus, funda
Experientiam enim docere, hactenùs è bello
bellum magis conniventiâ *Ordinum*, qu
hoſtium viribus, *Imperium* præcipitari c
piſſe.

Alterum *Cæſareæ* propoſitionis membrum p
ſcriptum *Palatinum*, ejuſque reconciliationem,
tinere. De eo autem ſic eſſe. Ut neque *Electorib*
neque legatis, ſit obſcurum, præfato *Palatino* h
ad *comitia* legatos mittendi facultatem, certo
ordine, cauſſamque ſuam perorandi, à *Cæſare*
ctam eſſe, Jam *Cæſarem* ne quicquam dubitâſſe,
turum, ut tàm *Regis Angliæ* legatus, quàm ipſius *P*
latini adjunctus, in paucas, eaſque æquiſſimas, co
diti

ones pedibus iviſſent. Adeóque reconciliatio-
lla remedia gratanter admiſiſſent. Sed, præter
ſpectationem accidiſſe, ut legatus ille *Anglicanus*,
tiniq;, mandatarius, antè omnia à *Cæſare* pete-
t, quid ſibi, ſuper dignitate *Electorali*, cóque
ſtantibus antehàc regionibus, exſpectandum
et, declararetur. Tùm, quò ad tractationes re-
or fieri queat progreſſus, proſcriptionis notâ
tinus abſolveretur, enixè eoſdem inſtare per-
iſſe. Hanc ob rem *Cæſarem*, intuitu autoritatis
ſaree, non fruſtrà hærere, an de abſolutione à
tu prius agi oporteat, antequàm exploratum
quo pacto *Palatinus* hanc gratiam velit prome-
i. Præſertim, cùm toties clementiæ *Cæſaris* re-
gnâſſet. Tametſi igitur cauſſarum eſſet affatim,
ibus *Cæſar* viam, aditumque ad gratiam *Palatino*
inino poſſit præcludere. Nihilo minùs, ex inna-
manſuetudine, tùm *Hiſpaniarum*, atque *Angliæ*,
um, ut & *Electoralis Collegii*, interceſſionibus in-
ctum, inque pacis per *Rom. Imperium* reprodu-
onem aliàs inclinantiſſimum, *Cæſarem* ſic enun-
re, ac reſpondere. Siquidem *Palatinus* præmiſſas
nditiones ordine, ac verè, impleat, *Cæſariq;* debi-
n obedientiam præſtet, tùm *Cæſarem* à proſcri-
one illum clementer abſoluturum. Adeóq; cu-
turum, *Palatino* illis è regionibus, ſub *Palatinatu*
Hiſpaniarum Infante occupatis, earumque pro-
ntibus, alimenta, *Principe* digna, ut obtin-
nt.

Pro tertio propoſitionis articulo, *Batavos*, eo-
mq; progreſſus notabiles, cõſideratione dignos
deri. *Cæſarem* autem in memoriam revocare, quæ
uper *Electoralis collegii* fuiſſet ſententia. Tametſi e-
m ejuſdem cum *Cæſare* eſſent conſilii, ut requi-
nte *Imperii* neceſſitate, conatibus, cupiditatibus-
ue, iſtorum habenas iniiciendas, ſicq; *Imperii* po-
œriis proſpiciendum, putarent, ne latiùs eorum
otentia ſerpat. Nihilo-ſeciùs rem tanti momenti
iſam eſſe illam, ut ad proxima *comitia*, omniumq;
rdinum ſuffragia, videatur reiicienda. Interim, in
ventum, ſicubi præfati *Batavi* ulteriùs in *Imperium*
repere auſint, *Cæſari* vitio verti haud poſſe, ſi, col-
ectis maximè *Ordinum* viribus in iſtos educat. Co-
natuſque retundat. Interim, hac de quæſtione
roximis videndum eſſe *comitiis*. Jam enim ulterio-
es deliberationes anguſtiâ temporis excludi.

Super *Iuliaci, Montium, Cliviæq; Principatibus*, cõ-
que pertinentibus regionibus, *Cæſarem*, de conſilio
lectorum, legatorumque, cum *Oratore Hiſpanico* egiſ-
e. Quò igitur nobiles hæ regiones conſervari, in
quietem reponi, ab interitu vindicari, nedùm ab
mperio recidi, poſſint, *Cæſarem* in militis ab utraque
arte deductionem pedibus ire. Ut par facere co-
itet. Simulátq; igitur utriuſque partis deductio il-
a ſpectet ad effectum, tùm *Cæſarem* pari operâ reli-
quas etiam ſuas legiones illinc avocaturum. Nec
non, ut intercepta à *Batavis*, loca *Imperio* illis in fi-
nibus vindicentur, adeóq; in quietem, priſtinum-
que ſtatum reponantur, effecturum.

Secundùm hæc, poſt membri quarti, nempè mo-
tuum *Suecicorum*, diſcuſſionem, *Cæſarem Electoralis
Collegii* fideles ammonitiones, juxtáque oblationes
haud contemnendas libenter intellexiſſe. Dùm
conteſtarentur, *Cæſarem* in hoc bellum *Sueciæ Re-
gem* nunquam provocâſſe. Ut idoneas, ac ſufficien-
tes, cauſſas *Rex* non habeat, ſive *Civitatis Straleſun-
danæ* obſidionem, ſive *Megapolitani Ducatus* tranſla-
tionem prætendere. Atque illinc *Rom. Imperium*
hoſtiliter infeſtare cœperit. Has enim cauſſas pro-
ximè *Imperium* concernere. In quas *Regi* falcem mit-
tere haud conveniat. Sicut ipſe ægrè laturus eſſet,
ſi quis exterorum *Magnatum* jura, ac regalia, *Suecica*
perturbare, ac convellere niteretur.

Dùm igitur *Cæſari Electorale Collegium*, in re tàm
notoria, auxilia quæcunque debita decreviſſet,
Imperioque vindicia arma omni meliori modo pro-
miſiſſet, *Cæſarem* hanc promptitudinem modò
non gratanter admittere. Sed idem à cæteris *Ele-
ctoribus, Principibus, Ordinibusque*, exſpectare. Sub
ſpe, futurum, ut omnes communem ad intentio-
nem tàm promptè vires, cenſuſque, conferant.
Quàm evidens, certumque, ſit, pacem honeſtam,
conſtantemque, abſque armorum interventu, coi-
re non poſſe.

Denique, propoſitionis articulum quintum
belli *Italici* abrogationem concernere. Super eo
verò *Electores, legatoſque*, erudiri cœpiſſe. Quàm
hæc arma, pro conſervatione *Cæſareæ* autoritatis,
juriumque *Imperii* per *Italiam* reſiduorum, fuiſ-
ſent neceſſaria. Nihilo-minùs *Cæſarem*, tametſi
victricibus armis univerſum ferè *Mantuæ Ducatum*
tenentem, ad *Regis Galliarum*, ſub legatione ſplen-
dida, interpellationem, propenſum in pacem a-
nimum declarâſſe. Exindè, poſt diligentem
cauſſæ ventilationem, divinâ moderante provi-
dentiâ, factum eſſe, ut in ſalutaris, ac ſecuræ, pacis
conditiones, utriuſque cum partis ſatisfactione, i-
tum ſit. Qua quidem in re *Cæſar* conſiliis *Electorum*,
non abſque fructu, cœpiſſet uti.

His ità conſtitutis, coronidis loco, *Cæſari* ſpem
naſci, non omninò nullum præſentium *comitiorum*
exundare effectum, fructumque. Ut eò minùs du-
bitet, difficultatibus cæteris tàm proximo ſub con-
ventu, quàm ſcriptionis genere internunciam, me-
dicinam fieri poſſe. Se enim, ſui quod eſſet officii,
diligenter executurum.

II.

Eleonora, Ferdinandi II. Imp. conjux, in Rom. Imperatricem, apud Ratiſponam, ſolenniſſimè inauguratur.

Antequàm *Ferdinandus II. Imp. comitiis* ad exitum ſpectantibus, puppibus ſolutis *Viennam* relegeret, *VII. Id. Novembr. Eleonoram* conjugem, quæſitiſſimis ſub ceremoniis, in *Rom. Imperatricem*, apud *Ratiſponam*, ſolenniſſimè fecit, coronari. Ipſo *Cæſare*, *Ferdinando* filio, *Vngariæ Rege*, *Electoribus*, *Principibus*, *Ordinibus*, *Regum*, *Principumque*, legatis cæteriſque *Comitibus*, ac *Dynaſtis*, hanc inaugurationis ſplendidiſſimæ pompam magno numero illuſtrantibus. Quibus feliciter peractis *Cæſar Idibus Novembribus*, univerſo cum comitatu, per naves ſecundo *Danubii* flumine *Viennam* ſolvit. *Imperatorem Electoribus*, uſque ad navium ſtationes, comitantibus.

***

III.

Hiſpaniarum Regis legati liberalitate, Ordo Dominicanorum intrà Ratiſponam ædem recuperat.

SUperiori ſeculo intrà *Ratiſponam* cives collatis ſumptibus ædem *Dominicanorum* ex dimidio mercati erant pro quatuor florenorum millibus. Sic ut inibi hactenùs *Auguſtanæ Confeſſionis* exercitium facerent. Quid fit? Hoc dùm *Hiſpaniarum Regis Orator* extraordinarius, in *comitiis* tùm præſens, reſciſcit, eccè! erogatâ de ſuo in *Ordinem* præſente pecuniâ, ædis dimidium redemit. Deſtituti hoc pacto *Ratiſponenſes* templo, ubi ſacris operarentur, nihil ad ultimam diligentiam fecerunt reliqui, quò jus ædificandi templi, pro *Auguſtanæ Confeſſionis* obeundo exercitio, à *Cæſare* impetrarent. Annuit *Cæſar* orantibus. Ità factum, ut ædem, *SS. Trinitati* dedicatam, *An. M.DC.XXXI. Nonis Decembribus* indictis feriis publicis, ritè, ac ſolenniter, conſecrarent. Sic paribus ferè paſſibus *Oratoris Hiſpanici* liberalitas, auguſtique *Cæſaris* in *Proteſtantes* indulgentia, collaudari promeruit.

****

Externa.

De rebus Italicis; Et quidem Mantuanis.

I.

Cæſareani conditiones pacis Duci Nivernenſi præſcribunt.

SUperiori ſub *comitiorum Receſſu* mentionem injecimus rerū *Itali. arum*. Eas ergò hoc loco intertexere fert animus. Anteà autem de obſidione *Mantuæ* prævíſum eſt. Quouſque igitur illa deduci cœperit, jam utiq; fuerit ſubnectendum. Hyemis ergò tempeſtas, cœlumq; pluvium, fatigabant *Cæſareanos*. Sic ut *Colaltonius*, earum copiarum ductor, teneretur legiones ab obſidione reducere. Saltémque ad civitatem obfirmaret inſideretq; aditus. Undè ſub ferias D. & S. N. natalitias utrinq; induciæ intervenerunt. Eo durante armiſtitio *Cæſareani* ſequentes pacis conditiones *Duci Nivernenſi* objecerunt. Nimirū *Nivernenſis* rediret in *Gallias*. Filiolo verò, paucas antè ſeptimanas recēs nato *Cæſar* conferret *Mantuæ*, ac *Montiſferrati*, *Ducatus*. Tanquam qui, ætatis ratione, perduellionis ejuſce capax haud eſſet. Intereà pater *Rethelii Dux*, provinciæ inſpectorem ageret, uſq;, ad filioli maturitatem. Præſidium verò *Germanicum*, ſumptibus provinciæ alendum, immitteretur in utrumq; fortalitium, *Mantuam*, ac *Caſalin*. Sed filius, ad juſtam pertingens ætatem, abſq; *Cæſaris*, *Hiſpaniarumque Regis*, ſcitu, non contraheret matrimonium. His admiſſis conditionibus, regiones ad pacem, quietemque, reverti. *Cæſareis* verò, *Regiiſque* copiis i
gram ſervari poſſe exiſtimationem. Sed tan
abfuit, hæ ut conditiones riſerint *Nivernenſi*.
potiùs *Ludovicus*, *Rex Galliarum*, ingentem, ſul
chelio Cardinali, in *Italiam* expediverit exerciti
Cujus expeditionis cauſſas *Coureus Marchio*, no
ne *Regis Chriſtianiſsimi*, *Italiæ Principibus* ſub pub
reddere jubebatur reſcripto.

II.

Expeditionis Gallicanæ, in Italiam ſuſce[...]
cauſſas publicat Coureus.

ILlud autem tale fuit. Altiſſimum, inquit, *Re*
curam agere. Eoſdemq; conſervare. Ut *D*
terris repræſentent gloriam. Dùm his partes im
nerentur, præcipuè tùm *Religionem*, tùm *Iuſtiti*
defendendi. Jam *Chriſtianiſsimos Reges* minimè
gere, hunc ſuarum cogitationum ſcopum, han
perum animam, eſſe. Neq; dùm aureorum lili
Galliæ regno cœlitùs datorum, florem periiſſe.
potiùs in graviſſimis quibusq; adverſitatibus, d
nâ tutelâ, ille ſervatus ſit. Ejus rei vel nuper ind
um deprehendi cœpiſſe gneſium. Dùm animi
pellenſium, ad ſeditionem ſpectantes, forent ob
ti. Qui ſubditos à naturali versùs *Galliæ Regem*
norificentia ſeducentes, interitum regno cœ
ſent fabricare.

Ab ejus expeditionis felici ſucceſſu vel unive
terrarum orbi proclive fuiſſe intelligere, *Re*
non cupiditatem fundendi ſanguinis, ſed def
ſionis neceſſitatem, non fines extentendi am
tionem, ſed ſanctitudinem *Chriſtiani* cœtus uni
tem defendendi, eò impuliſſe: Diverſos ut c
ſcriberet exercitus. Ut etiam proprium caput
riculis obiiceret. Poſtquàm apud *Suſam* in fi
Italiæ penetrâſſet.

Eo tempore, cùm *Caſalis* obſidionem abru
ſet, potuiſſe ſeſe lilia in *Mediolanenſem* ditionem
ulteriùs, proferre. Non, ut alienas regiones int
ciperet, ſed proprias recuperaret. Nihilo-mi
curſum illic tùm ſtitiſſe. Ne illas in provincias b
li moleſtias inferret. Eo ſub rerum agone, nihi
liud ſe quidem exſpectâſſe, quàm futurum, ut
ma, ac moderatio, *Regis* felicem ſortiri quiren
ventum. Atque hoc vel ideò ſe confidentius a
mo complexum eſſe, quòd partes illic agerent
verentia ergà *Epiſcopum* ſummum, autoritas libe
rum *Italiæ Principum*, medela iniquarum moleſt
rum, cujusmodi obtigiſſent *Duci Nivernenſi*. Ut
reſtauratio pacis per *Italiam*, totiusque per *O*
dentalem plagam *Chriſtianæ Reipubl.* ad hoc impel
re debuerint. Ut, præeunte ſacro fœdere, arma
Eoos convertere unicè haberet in votis.

Poſteaquàm ergò, non ſine dolore, intelligat
micas ſuas ammonitiones tantùm non loco fui
nullo, ſed etiam laudatos hoſce conatus furti
molitionib⁹ impediri accidiſſe. Hac de re *Regē* qu
que compulſum, arma, quæ in infideles ſtring
præcogitaſſet, omni vi in *Chriſtianæ Reipubl.* deſt
ctores cōvertiſſe. Quò ſic illorum cruore, qui q
dem *Patrem* ſanctiſſimum, CHRISTI *Vicarium*, pr
vocâſſent, *Ducemq; Mantuæ* adegiſſent, ſe ſuosq;,
aſſereret, fervor cupiditatis extinctus lactis col
rem, teporemque, indueret. Partisq; ex voto t
umphis, pax exoptata refloreſcere quita eſſet.

.egis rationibus admodùm adverſari, ſub colo-
atholicæ pietatis, quæri *Monarchiam*. Quæ *Princi-*
, jus naturæ vi extorqueat, quod neque juſtitia,
; aſtutiâ, conſequi liceat Proindè mitti cœpiſſe
ias, res ſeculares quæ expilarent, ſacras viola-
, ſanctorum reliquias defœdarent, plebeos cæ-
ent, ſacerdotes obtruncarent, oppida, ac pagos,
aſtarẽt, civitates, ac fortalitia, obſiderent, tem-
infamarent, lararia, ſive adyta, pedibus concul-
ent. Id genus peſtilentes furias nihil, præter ful-
a, atq; ignes promereri. Ut iuſti temporis hō-
advenifſe putandum ſit, quâ vindicta exerceri
eat. *DEI* enim legem ſibi gladium in manu pō-
ſe. Cor in altiſſimi verſari pextera. Ut rebus, à
go tempore ergà cathedram *Petri* ſecum fer-
s, animum impellat. Ut etiam tàm confœdera-
uàm ſubditi, armaturam induant. *Regem* ſe quò-
ipſum ſtare, tribus exercitibus inſtructum. Ut
galeæ fulgore inſtitutum efficere cogitet. Jam
quidem flebilem interitum, exerſionem, ac
tationem, in conſpectu eſſe. Sed opus injuſtitiæ
q; tali incendio haud quidem extirpari conſue-
. Denique, *Deum*, hominumque fidem ſe ob-
ari, ſic quidem eſſe, ut hoſtes *oleæ*, ramos ſibi è
nibus extorquentes in flebiles *cupreſsi* virgas cō-
târint. Atque has jam tandem in terga hoſtium
i. Ut ſuper ſanguinis deinceps effundendi rivis
pondere nolit.

III.

ſſampierius Mareſchallus auxilia Helvetio-
rum ſolicitat, impetratq;.

Ecundùm *Coureum*, etiam *Rex Chriſtianiſsimus*
Baſſampierium ad *Helvetios* confœderatos dimi-
illorum auxilia adversùs *Cæſarem*, *Hiſpaniarum-*
Regem, per *Italiam* ſolicitaturum. Cuius ad *Hel-*
iorum proceres illa extitit oratio. Niſi *Rex*, in-
it, *Chriſtianiſsimus* multiplices molitiones, ac tur-
s, cuiuſmodi à bono tempore tranquillitatem,
icitatemque, harum regionum perturbant, diu
tè ſapienter proſpexiſſet. Simulq; monitor, ſua-
rq;, fuiſſet, in tempore huic tempeſtati ut obvi-
iretur. Ut ipſe etiam, juxtà eminentiam regni
in partes venire, omniaq;, quæ cordatus *Prin-*
confœderatis ſuis ex lege debet, in medium
nferre, properârit. Per fidem! non ſine ingenti
imi dolore, jam experiretur, vires ſuas, pro de-
nſione *Principum*, *Ordinumq;*, afflictorum, erogan-
s, impares eſſe hoſtibus. Ut ſic illis quibus indiſ-
lubili fœderis nexu, totq; ob cōteſtata ſinceræ fi-
ei ſymbola, foret obligatus, ſuccurrere vix potue-
t. Se jam nolle in multiplices exhortationes par-
culatim deſcendere, quibus *Rex* illis impenden-
es machinationes, periculi plenas, p *Oratores* ſuos
culcâſſet. Nolle ſe legationes extraordinarias,
uas ad illos temporiùs, & quidem diverſis vicibus,
iſiſſet, vigilarent, atq;, pro conſervatione ſtatus
i, animos commaſcularent, curioſè recenſere. Ut
aceat, toties à *Rege* oblata fuiſſe juſta auxilia. Qui-
us cooperantibus tantùm nō provincias præſer-
are, ſed loca quoque intercepta ab hoſtibus recu-
erare, fuiſſet integrum. Toties enim uſuveniſſe,
t pericula inſtarent. Toties regiones, *Helvetiis* fœ-
lere junctas, infeſtari cœpiſſe. Ut *Rex* nihil ad ulti-
num recuperandi ſtudium fecerit reliqui. Hoc duntaxat in præſentiarum urgere *Regem*. Nempè incommoda, illis objecta, ſe vehementer ſtimulare. Inq; morem vulneri proprii animum ſauciare. Ut confœderatorum cauſsâ tangatur. Nedùm aſpicere poſſit, illos opprimi velle. Huius ſuæ pietatis, ac benevolentiæ, luculentum perhibere teſtiſtimonium ſuperioris anni tempeſtatem. Tametſi enim diuturna, ac laborioſa, obſidione prorsùs debilitari, hyemiſque aſperitate, extenuari cœpiſſet. Ut etiam aditus potentis cuiuſdam, belliq; peritiſſimi, *Principis* vires intercluſerint. Nihilominùs omnia illa obſtacula *Regem* fortiter exſuperâſſe. Intereáque regnum refractariis, ac rebellibus, ſubditis in prædam velut expoſuiſſe. Quò *Mantuæ Ducis* cauſſam ſub tàm iuſta, hæreditariaq; ſucceſſione periclitantis, adjuvaret.

Ab illo exemplo *Helvetios* conjecturam facere poſſe, quid *Rex* ipſorum cauſsâ, ſi neceſſitas urgeat, facere, ac pati, velit. Utiq; qui *Galliarum* regno ſuo vetuſtiſſimo fœdere hactenùs fuiſſent devincti. Ut pro dignitate ſua ſub quibuscunq; occaſionibus, neq; difficultatibus, nedùm ſanguini ſuo, peperciſſent. Jam eò rediiſſe, ut etiam *Rheti*, *Helvetiorum* confœderati, ſub graviſſima gemant ſervitute. Regionibus illorum interceptis. Finibus ſub novis fortalitiis, àc munimentis, concluſis. Hanc cauſam, unáq; miſerandam *Italiæ* faciem, *Regem* moviſſe, inſtructos ut exercitus colligeret. Non ut alios infeſtet, aut citrà jusq;, piumq;, eiiciat. Sed, preſſis opem ut ferat. Idq; loqui operoſas ſuas, ſuperiori anno ſuſceptas, expeditiones. Tametſi enim ſexagintà hominum millia, ope confœderatorum adjutus, in *Italiam* infudiſſet, ut facilè loca obvia in poteſtatem redigere potuerit. Nihilò-minùs ſe, ſuper partâ *Italia* pace, ac libertate, lubentem acquieviſſe. Arma quippe ſua eò non ſpectare, ut ambitioni ſatisfiat. Ut tyrannicas aliorū actiones, ſubiugationeſq;, impedire conetur. Reipublicæ ſe defenſionem, ac curam, agere. Ut non ſolùm afflicti *Mantuani Ducis* protectionem inſtituat. *Rhetoſq;* in libertatem vindicare ſtudeat. Ut totiùs *Chriſtianæ Reipubl.* ſub qua magna cum autoritate regnet, ſolicitudine tangatur. Quò, illa libertate priſtina gaudere. Atq; unuſquiſq; *Ordinum* regionem ſuam, ſub pace, ac quiete, moderari poſſit. Hoc modò *Regem* omnibus iſtis bellum indicere. Quicunq; contrà facere, quietemque, ac libertatem, oppugnare auſi eſſent.

Hanc illam eſſe cauſſam, quam ob præſentem *Rex* mandâſſet legationem. Quò conteſtaretur, dùm per *Italiam* armis legitimis incumbat, ſibi non minùs *Rhetorum*, *Helvetiis* fœdere junctorum, ſalutem, ac vindicationem, intereà cordi eſſe. Priùs igitur juſſa ad hoc bellū cauſſas hîc declarari. Quò *Regis* ſedulitas, in reproductionem cōmunis ſalutis, ac quietis, militans approbaretur. Ut non minùs luctuoſam confœderatæ *Helvetiorum*, nationis faciem, tanquàm in ſpeculo, ipſis objiciat; Quò revocata ad animos patria fortitudine illud auderent, quòd præſens tempeſtas, periculi plena, ſuadeat. Hos nunc conatus *Regem* datâ operâ adjuturum. Vt regias tàm vires, quàm ſumptus, ſufficere cupiat. Atque hujus rei cauſsâ præſentem mittat legatum, qui quidem expeditionem illam in effectum deducere debeat.

De exceſſu ultimi illius *Mantuæ Ducis* (ne etiam

hoc neſciant)ità eſſe. Ut præſens *Dux Carolus*, quoad defunctum , patrui magni filius, tanquam naturalis, & gneſius, hæres, in *Mantuæ*, ac *Montiſferrati*, *Ducatuum* poſſeſſionem venerit. Quæ quidem à *Cæſare* omnibus lineæ maſculæ horum *Principatuum* hæredibus fuiſſet collata. Sic ut præfatus *Carolus Dux* , ſine mora, præſtandi homagii conſueti ergò, ad *Cæſarem* emiſerit. Populique ſumma cum congratulatione, atque applauſu, in hæreditatem admiſſus ſit. Sed hoc gaudium mox ab *Hiſpanis* interturbari uſuveniſſe. Illos enim *Montiſferrati* civitates, atque oppida, occupâſſe. Mox ad *Caſalin*, regionis metropolim, caſtra admoviſſe. Sic, ut viribus *Mediolanenſis Ducatus* cupiditati ſuæ alienas poſſeſſiones intercipiendi velificarentur. Ac, ſub colore poſſeſſionis illegitimæ, *Principem*, viribus inferiorem, eliminarent.

Roßilionis, ſive *Rupellæ*, civitatis obſidionem tàm diu *Regem* non detinuiſſe , atque *Hiſpanis* fuiſſet perſuaſum. Illam verò , apud *Caſalin* ſuſceptam, diutiùs cœpiſſe extrahi. Undè *Regi* occaſio affulſerit, inſtructo cum exercitu *Principibus* afflictis opitulandi. Sic, ut neque *Alpium* ſcopuli inacceſſi, neque copiæ objectæ, hanc expeditionem retardare ſuffecerint. Poſtquàm ergò ea per montium clauſtra in *Italiam* penetrâſſet, tùm quidem identidem pacem, ac ſecuritatem, quà *Ducis Mantuani* cauſſam, ſibi offerri accidiſſe. Ut hanc ipſe conditionem luculentis progreſſibus, quos quidem tùm per *Italiam* facere potuiſſet, admiſerit.

Simulátq; verò *Rex* reduxiſſet exercitum, civilibus per patriam extinguendis incendiis intentus, tùm *Hiſpanos* ſine ulla nova prætenſione, ſive cauſſa, ad ingenium redeuntes, denuò *Mantuæ Ducem* infeſtâſſe. Validasq; copias, *Cæſaris* titulo coloratas, ſed verè *Hiſpanicis* pecuniis conductas, in *Italiam* evocâſſe. Quibus *Montiſferrati* regio everti, *Mantuana* gens devaſtari , ipſeque *Dux* intrà *Mantuam* ſuam obſideri, cœpiſſet. Hinc denuò, *Chriſtianißimum Regem* provocatum, inſtructum in *Italiam* infudiſſe exercitum. Quo præfatum *Mantuanum Ducem*, aliosque, *Italiæ Magnates*, ab oppreſſionibus *Hiſpanorum* vindicaret. Simulátque, ſuper ruptis tractatibus, irritis promiſſionibus, verbisque violatis, vindictam exigeret.

Ex illis verò, quod potiſſimùm ſibi doleat, eſſe iniquam *Rhetiæ* detentionem. *Helvetiis* ab antiquo confœderatæ. Ut toti fœderi non obſcurè metuendum veniat, ſicubi huic rictui non temporiùs occurratur. Cui malo *Rex* remedium applicare utique cogitet. Monſtro verò ſimilimum videri, tàm faciles hoc in genere fuiſſe *Rhetos*, ut oppidò promiſſis hoſtium acquieverint. Statimq;, ac poſtulatum eſſet, aditus patefecerint, copiasq; immiſerint. Sub nuda, ac ſimplici, injecta ſpe, fore, ut, finito bello *Italico*, *Rhetis* tàm regio, quàm libertas, reſtituatur. Hæc duo promiſſa ejus eſſe generis, ut infrà fiduciam collocanda ſint. Quis enim non perſuaſum habeat, ideò *Rhetiæ* clauſtra occupari cœpiſſe, ne ullo poſt hâc tempore reddantur? Ejuſdem commatis etiam eſſe alterum. Si enim *Hiſpanorum* mores eſſent ejusmodi, ut unquam loca, aditusque, ſemel occupatos, reddidiſſent, per fidem, etiam hoc inpræſentiarum ab iisdem poſſe exſpectari. Hoc enim tùm quidem futurum eſſe, quando illi benè olebunt, qui in culina habitant. Niſi fortè vel vis ar-

morum, vel gravioris alterius periculi metus, h
cuneum trudat. Prædamque illam extorqueat. N
lite credere, ô *Helvetii*, verba illorum poſtrema f
tè primis eſſe veriora. Ità enim identidem con
mare non deſtitêrunt, copias ſuas iccircò in *He*
tiorum finibus excubare, quò *Sueviam* in officio
tineant. *Edictumq́*, ſuper reſtituendis bonis *Eccle*
ſticis, urgeant. Immò *Imperium* ipſum tueantur.
blandimentis, tanquam mellitis orbiculis, ac p
centis, *Rhetorum* guſtationibus illos impoſui
Hoc ſtratagemate præveniſſe. Ne, intereà ar
domi præparatis, aditus negari potuerint. Pro
ctò, tranſitus per illos *Rhetiæ* fines, more *Princip*
uſitato, non rogari cœpiſſe. Ut neq; *Cæſareanis*
rogatio negata, aut duriuſculis ſub conditionib
permiſſa ſit. Tantùm abeſt, ut *Rheti* non omnis
nevolentiæ ſignificationes demonſtrârint. Ut p
penſa cum voluntate ſuſpectos hoſpites adm
rint. Credite, ſic blandis ſub verborum cruſtuli
ſtis deliniti, ut vel planum fiat, an vos , veſtri
confœderati, *Helvetii*, id genus bolum concoqu
poſſitis. Per fidem! non regio duntaxat veſtra t
tari cœpit. Ut ipſis animis veſtris inſidiæ ſint p
tæ. Quos illi, tanquàm piſcatores, in ſcopulis n
rantes, impoſitâ hamis eſcâ, ſectari didicerunt.
intelligant, quousque patientia veſtra abuti ſit
portunum. Sed jam jactâ eſſe aleam. Illudque fi
timis gentibus monſtro videri ſimilimum, eam
quidem fortitudinis nomine celèbrem, natione
quàm nullus *Magnatum* eò uſq; impunè provoc
ſet, jam ultrò colla velut ſubmittere. Cùm oli
tametſi victi, nihilo-minùs tot triumphis partis
licibus, incrementis identidem nobilitari cœ
rint. Jam eò rem rediiſſe, ut ſilentium, quod *Amy*
olim perdidiſſe tradunt, etiam *Rhetis* ademeri
bertatem. Actum enim penè videri de illa laud
ſuarum parte potiſſima, nempè fortitudinis fa
quâ à ſeculis inclaruerunt. Ad quid enim ſpect
vos *Cæſareanis* permittere, ut, excuſſâ libertate
triâ, admittatis ineluctabile jugum? An iccircò
los hoſpites intrà pomœria veſtra veniſſe arbit
mini, ut, dicta pace, rursùs abeant? Videlicet a
miſiſtis, ut retineatis. Aditus patefeciſtis, ut p
hoſpitio, ac tranſitu, æternum veſtris cervici
imponatis dominatum. Clauſtra reſerâſtis, ut i
ceu munimentis, primùm pro ſe utantur. Poſtm
dùm, everſâ ſorte, iiſdem in vos inſurgant. Hûc
nim ſpectant fortalitia. Quis vos compellant. N
lite putare, tanquam *Rex Chriſtianißimus* ſic vol
perſuadere cupiat , ut in ſententiam ejus pedib
eatis. Certè, veſtra res agitur. De corio, ut aju
veſtrò luditur. Veſtræ ö *Rheti*, pulſantur portæ.
jam non *Gallos* agnoſcat *Rhetia* cives. Cùm *Hiſpan*
elegiſſet. Neque enim *Gallos* per *Rhetiam* in *Italia*
intrare conſueviſſe. Vt *Fuentanum*, aliaq; id gen
fortalitia, non quidem provincias *Gallicanas* reſ
ciant. Vndè damnum ipſis immineat.

Tria eſſe , quæ illis vellet deponderanda co
mittere. An ſic ingentem illam jacturam, qua
quidem in *Rhetis* volentem admiſiſſent, exacti
trutinare queant. Atque hæc illa eſſe, undè addu
Principes finitimi, fœdus, ac ſocietatem, cum *He*
vetiis inire impendiò deſiderâſſent. Vt etiam neq
laboribus, neque ſumptibus, pepercerint, uſq; dù
rem deſideratam obtinuiſſent. Ex illis primùm ſi
vindicare locum metum *Principum*. Qui ſoliciti e
ſen

, ne victricia *Helvetiorum* arma ſtatum fortè ſu-
concuterent. Secundo loco venire nationis e-
utoritatem. Quæ *Magnatibus* utiq; eſſet vene-
lis. Et pro tertio clauſtra, ac naturam locorum,
s reddere commendatos. Jam *Regi* permitte-
t, ut, more viri boni, ac ſincerè ergà illos affecti,
eriri poſſit. Ità enim rem comparatam eſſe, ut,
us *Helvetiorum* florentibus, *Rex Chriſtianiſſimus* a-
iam etiam indè ad ſe redundare felicitatis par-
lam perſuaſum habeat. Non poſſe autem ſe nō
latâ voce contendere. Immò exclamare. Jam,
inâ ſuâ patientia; quâ quidem *Rhetiam* copiis
rare permiſiſſent, magnam nominis, ac fortitu-
is, deceſſionem inſtare. Cauſſas enim, quibus
ti *Rhetiæ* proceres fœderis ſocietatem pepigiſ-
t cum *Helvetiis*, jam prorsùs intercidiſſe. Si nunc
idat, ut, ſuper his ſocii fœderis, corporiſq;, mē-
s; ſub jugum vocatis, non moveantur, non
na, recuperationemque; retractent; quis
vetuſtam illam fortitudinem expirâſſe fa-
itur? Quid verò cum illis fiet, qui hacte-
s ſub fœderis protectionem confugerunt? An,
n *Rhetiæ* fines; ac ſaltus; habetis inſuper,
; ſine ulla offenſæ ſignificatione; impunè per-
ttitis, ſperare poteſtis, hoc vobis honori futurū?
deinceps quoq; veſtrorum ſaltuum tàm curio-
hibitur ratio; ſi clauſtra potiſſima jam veſtris
t manib⁹ erepta? Magna loquor. Et penè omnia.
ulteriùs oratione ne quidem ſit opus, cùm res i-
propriis, ac vernaculis, verbis per ſe magis,
àm cauſſæ, ac rationes, omnes, loquatur.
Hanc in rem ſe finem dicendi facere. Et, pro co-
nide, nomine *Regis* ſui, ſignificare, ſicubi placere
ſſit, ut, pro *Rhetiæ* recuperatione, vires cum *Chri-
niſſimo Rege* ſociare, annonamq;, atque appara-
m armorum, ſubminiſtrare, velint, tùm *Regem*
æſentibus pecuniis hoc pro ſubſidio ſatisfactu-
m. Adhæc, ſi ſex pedeſtrium millia ſuæ gentis e-
gare non detrectent, *Regem*, in operis effectum,
atuor ſimulátque pedeſtrium millia, quingen-
ſque equeſtres, ſuppeditaturum. Si nunc *Altiſſi-
us* eorum mentes, à recuperatione *Rhetiæ*, pro-
iæq; ſalutis, avertat, ut in hanc *Regis* conjunctio-
m deſcendere nolint. Tùm quidem *Regem* futu-
m extrà culpam. Ut, occurrentibus quibuscun-
ue ſub occaſionibus, ex lege fœderis, amici fide-
, atque integerrimi, officium implere voluerit.
c ut poſteritas quoque *Regis* nomen, quàm præ-
nte regio, ac ſincero, ex affectu in emolumen-
m patriæ ipſorum cooperari contendiſſet, vel
b id venerari debeat. Tametſi enim *Rheti*, tan-
ùm non oppreſſi, ab hac, quam patiuntur, ſer-
itute liberari non poſtulant ipſi, non magnis
ocibus quiritant. Scitote, & linguis, & vocalita-
i, illorum vincula eſſe injecta. Ut laborioſis, ac
niſeris, ſuſpiria fortè, & gemitus, concedantur,
uerelæ, atque ejulationes, non concedantur.
nterim, tacentibus ipſis, miſeria, ac calamitates,
oquuntur. Ut ſervitus hæc opem, ac reſtitu-
ionem, per ſe imploret. Eo ipſo quippe, dùm
eque conqueruntur, neque lamentantur, cre-
ditote, dolores illos mutos, & graviſſimos, eſſe.
Ut vel eò magis ſuccurrere debeatis. Quò ma-
gis illos altos dolores premere obſervatis. Hacte-
nus *Baſſampierius*.

Qui ſermone, ſententiolis vibrantibus picto, movendoſq; ad confœderatorum animos accommodato, id, quod petiit, promptè obtinuit. Ex illis quippe *Tigurini, Bernates, Glareani, Baſiliēſes, Appezellenſes, S. Gallenſes*, cū *Bielanenſibus*, ac *Neoburgicis*, duas legiones decreverunt, ſub decem ſignis, ſex hominum millia conſtituentes. Quas primo vere *Chriſtianiſſimo Regi* adduxerunt. Interim illa erat *Lucernatum, Vryorum, Suicenſium, Vndervvaldenſium, Zugianorum*; & *Schaffhuſianorum*, ſententia, ut, ad primam quamque neceſſitatem, vel poſtulationem, legionem tertiam integram, cumuli loco, compromitterent.

IV.

Richelius Cardinalis, nomine Regis Chriſtianiſſimi, ingentem exercitum in Italiam reducit. Atq; intervenienti Pont. Max. legato pacis conditiones proponit.

SUprà, de induciis, inter *Mantuanos* obſeſſos & *Cæſareanos* obſeſſores, prælibavimus. Hæ cùm, per ferias D. & S. N. natalitias hactenùs excurrentes, finiiſſent, *Nivernenſis*, receptis intrà civitatem novis cohortibus; aſſumptis aliquot tàm equeſtris, quàm pedeſtris, armaturæ manipulis, felices binis vicibus ex urbe ſuſcepit impreſſiones. Ut non paucos *Cæſareanorum* deleret. Immò etiam *Marmirolium*; loricis benè communitum, præſidiariis occiſis ad unum omnibus, vi expugnaret. Sic, ut pleraque munimenta, ac loricas, extrà urbem fabricatas, pariter dirueret. Commeatusque non inanem copiam importaret.

Secundùm hæc, *Pont. Maximus* quoque ejus fabulæ intrà *Italiam* haud ocioſum ſpectatorem agere decrevit. Ut *Cardinalibus*, operas conjungentibus, haud languidiùs arma pararet, quàm per *Pancirolum*, legatum ſuum, remedia pacificationis tentaret.

Reduxerat tùm *Spinola* in hyberna copias *Hiſpanicas*. Sed *Richelius Cardinalis*, hyemis aſperitate inſuper habitâ, ingēti cum exercitu, (qualis ad quadragintà ferebatur excurrere hominum millia) penetrabat in *Italiam*. *Suſamque* petebat. Ubi ſimulátque appuliſſet, *Pancirolus*, *Pontificis Maximi* legatus, illum convénit. An fortè pacis interventu lites componere liceret. Sed *Richelius Cardinalis*, nomine *Regis Chriſtianiſſimi*, ſequentes objecit conditiones. Nempè *Regem* transactionis, apud *Suſam* præeuntis, effectum urgere. Velleque, ut ab *Imperatore* poſſeſſio *Mantuani*, ac *Montisferratenſis*, *Ducatuum*, abſque conditionibus, *Nivernenſi* purè, ac ſimpliciter, conferatur. Quibus etiam ſequentes ſuperaddidit canones. Nempè *Sabaudus* omnia, per regionem *Montisferratenſem* loca præoccupata, *Nivernenſi* redderet. Sic tamen, ut quotannis *Nivernenſis* pro prætenſionibus *Sabaudo* octodecim coronatorum millibus reſpondeat. Pariter *Duci de Guaſtala* quotannis, pro illius poſtulationibus numeraret quinquagintà coronatorum millia. *Cæſar* citrà ullas conditiones, in utriuſque *Ducatus* poſſeſſionem mitteret *Nivernenſem*. Legiones *Cæſaris* ex *Italia* deducerentur. Idem fa-

ceret, *Rex Hiſpaniarum.* Relictis ſaltèm conſuetis præſidiis. Pariter miles *Cæſareanus Rhetiam* reſtitueret. Inibique excitata fortalitia deſtrueret. *Rex Hiſpaniarum* itidem loca, per *Ducatuum Montuferratenſem* occupata, *Nivernenſi* redderet. *Gallis* verò *Suſa* fortalitium, ſecuritatis loco cederetur.

Hæc, ſi placere queant, *Cæſar*, intrà ſeptimanas quinque, haberet rata. Juxtàque prædictam *Nivernenſis* in poſſeſſiones immiſſionem, *Imperatricis* nomine, extrà ſupremam juriſdictionem, nihil poſtularet. Sic, ut *Colaltonius*, *Cæſaris* per *Italiam* archiſtrategus, tributorum, illis locis exactorum, rationes redderet. Atque ablata refunderet. Illis omnibus in effectum deductis, etiam *Galli Suſam* reſtituerent. Cederentque ex *Italia.* Has in conditiones *Galli* tùm deſcenderunt. Quæ *Cæſari* utique, *Ratiſponæ* agenti, tramiſſa ſunt.

V.

Sabaudus in partes Hiſpanorum tranſit. Richelius verò Pinarolam occupat.

INter hæc, *Richelius Cardinalis* cum *Sabaudo* collidi cœpit. Promiſerat jam antè *Carol. Emanuel, Sabaudiæ Dux*, ſub transactione apud *Suſam* ſuperiori anno peracta, ſe *Regi Chriſtianiſſimo* non tàm commeatum, quàm per provinciam ſuam tranſitum, permiſſurum. Sub hac conditione, nimirùm, idem *Rex* faceret. Commeatumque navibus in *Nizzam* importaret. Huius promiſſi ſecurus *Cardinalis*, exſpectavit effectum. Neque omninò nihil præſtitit *Sabaudus.* Sed, cùm *Cardinalis* in *Montuferratenſem* regionem cum exercitu progrediens, poſceret à *Sabaudo* fortalitium, quo tanquam receptu, ſi res ità ferret, uteretur, negavit hoc *Sabaudus.* Cauſſatus, ſi *Gallicanæ* expeditioni aliquid ſiniſtri accideret, tùm *Hiſpanos* in patriam eo pacto ſe attrahere, *Cardinalis*, ſe fruſtrà eſſe, exploratum habens, *Taurinum* aſtu intercipere cogitavit. Immiſſis in civitatem non paucis, qui, ſub colore comparandæ annonæ, res novas agerent. Sed maturè hunc dolum intellexerat *Sabaudus.* Itaque militari cum manu ipſe eò venit. Conatusque *Gallorum* eluſit.

Opportunè hoc ſibi notaverat *Ambroſ. Spinola.* Ideóque, nomine *Regis Hiſpaniarum*, cum *Sabaudi* legato, paciſci cœpit, ſi *Sabaudus* in partes *Hiſpanicas* bonâ fide tranſiret, ſecuritatiſque ergò, intrà *Aſtium* civitatem mille quingentos pedites, treſque equitum centurias, viciſſim intrà *Aviglianum* duo ſigna *Hiſpanorum*, juxtà cohortes aliquam-multas *Teutonicas*, admitteret, futurum, ut à *Rege Catholico* ilicet non modò penſiones debitas, ſed centum, & quinquagintà, coronatorum millia, præſente pecuniâ exciperet. Pariterque ſingulis menſibus, quouſque hoc bellum excurrat, viginti non minùs coronatorum millia obtineret. Negavit primùm *Sabaudus*, ſe hæc facturum. Mox verò, ubi intellexit *Gallorum* aſtus, & quòd vim provinciæ ſuæ iniicerent, mutatâ mente, ad *Spinolam* miſit. Eidemque obtulit, ſi nempè propoſitas pecunias numeraret, illiſque ſtaret promiſſis, ſe *Albam, S. Damianum*
intrà regionem *Montuferratenſem*, & *Monca*
ram intrà *Pedemontium*, civitates, contradi
rum.

Cupidè hæc admiſit *Spinola.* Præſtóque o
pedeſtrium millia, equeſtrium verò mille,
quingentos, in *Pedemontium*, *Pinarolam* ver
eduxit. Hanc civitatem, reductis à *Monte*
rato copiis, *Richelius* premebat. Eſt enim *Pi*
rola fortalitium edito in monte poſitum. Hu
operâ cogitabat, fore, commeatum ut è *Galli*
caſtra commodiùs inveheret. Simulátque ſa
Aviglianenſes, à *Sabaudo* aliquammultis ſub legio
bus inſeſſos, eluderet. Neque infeliciter hoc
cidit inſtitutum. Nam, civitate illicò in pote
tem redacta, arcem urgebat, ſub tormentis q
dripartitò diſpoſitis. Et quò magis ſubſidia t
Hiſpanica, quàm *Sabaudica*, inſtare perhiberent
eò magis inſtabatur. Tametſi autem tàm *Hi*
nicæ, quàm *Sabaudicæ*, legiones apud *Carmanol*
ſedecim mille paſſibus diſtantem, appuliſſent.
hilo-minùs gubernator loci, ruſticano ſaltèm p
ſidio inſtructus, cuniculoſque ſubter arcem G
lorum veritus, primo vere, circà *Martii* finem,
ſtrum tradidit. Id quod *Richelius* non tàm i
miſſis cohortibus, quàm loricis ſuperadditis, c
firmavit.

VI.

Rex Galliarum, ſuper bello Italico producen
deliberat.

OBjecerat quidem *Spinola Richelio Cardinali* p
cas quaſdam conditiones, pro pace per *Itali*
reducenda opportunas. Sed illas, fortunâ t
Gallorum partibus ridente, *Richelius* haud admi
Tales autem erant. Nempè *Caſalis* arcem G
diruerent. *Civitatem, caſtrumque, Pinarolæ,* aliaq
Sabaudis intercepta, loca reſtituerent. Sic *Ca*
inveſtituram, ut vocant, conferret *Nivernenſi.*
Richelius haud acquievit. Immò, novo ſucceſſu p
vectus, aliquam multa, *Sabaudis* extorta, loca pri
ribus adjecit.

Nihilo-minùs, conditiones ſuperiores ani
volvens, ſummâ rei militaris in *Mareſchallum*,
la Force dictum, & *Schônbergium*, collatâ, ad
gem direxit. Cui, quàm loca occupata mu
tionibus confirmâſſet, armamentaria, ac gra
ria, aperuiſſet, narravit. Ut etiam, quid ad ſuperi
res propoſitæ pacificationis conditiones ſubin
liſſet, & cur *Regis* declarationem exſpectare m
luiſſet, adiiceret. Quæ cùm *Rex*, ab ore *Richelii* pe
dens, non abſque ſingulari voluptatis conteſtati
ne, percepiſſet, concilium procerum coëgit. I
ſitque deliberare, utrùm ſatius eſſet, in propoſi
conditiones pedibus ire? An verò bellum pr
ferre? Proceres ubi ordine dixiſſent ſententia
Rex, collectis ſuffragiis, animadverterit, eò re
tendere, ipſe ut loca, per *Italiam* occupat
absq; ulla ſecuritatis ſatisdatione, dimitteret. Cù
neq; ſic *Nivernenſi*, nedùm *Rhetis*, cautum eſſet. *Cæ*
reanis, Hiſpanisq;, neſcio quid tàm in *Rhetiæ*, quàm
vernenſis, libertatem recoquentibus. *Sabaudoq;*, a
versùs transactionē *Suſanā*, neſcio quid, ſuper *Mo*
tuferratenſi regione, prætendēte, His aliisq; de ca
ſis, *Rex* bellum proferendum eſſe, ſtatuit. Uſq; dù
Ma

itue,ac *Montiſferrati, Ducatibus*,immò *Rhetiæ*,to-
ue Italiæ; ſuper pacis ſolidæ ſecuritate; cautum
t.Eòque *Hiſpani, Sabaudique* , adigerentur,ut
ditiones paulò mitiores admittant. Melius e-
n eſſe certum bellum, quàm incertam pacem.
nelque præſtare ; ut belli focus extinguatur.
àm diuturniora, atque identidem naſcentis in-
Galliarum, Hiſpaniarumque, Reges,belli incendia,
iculi plena,ut recrudeſcant.

VII.

Rex Galliarum Chamberinum occupat.

HOc conſilio *Rex* provectus, collecto intrà re-
gnum è *Gallicanis,Helvetiiſque* novo exercitui
richium, Mareſchallum præfecit.Ipſe,ſurrogato a-
d *Pariſios Aurelii Duce*, fratre, in expeditionem
vam incubuit. Quòd ergò in *Sabaudum* offen-
ri *Rex* eſſet animo, ejus in ditionem promovit.
amberinumque,Sabaudiæ metropolim,civitate,at-
earce, inſignem, in convallibus ſitam, iis ſub
nditionibus, quibus ſuperiori ætate *Henrico IV.*
lliarum Regi,parenti,ceſſerat,in poteſtatem rede-
:.Intereà ad *Caſalin* denuò admoventes caſtra
ſpani, validiùs fortalitium conſtringere cœpe-
nt.Præſertim, cùm clauſis *Sabaudiæ* ſaltibus,ob-
ſi commeatus defectu urgerentur.

VIII.

ivernenſis cohortes intercipiuntur à Cæſa-reanis.

NEque languidiùs hoc tempore egerunt *Vene-ti*.In rem *Nivernenſis*,ſub *Candalio Duce*,copias
on contemnendas, *Mantuam* versùs, educentes.
icin prælia, pugnaſque velitares, ſæpiculè itum
t.*Nivernenſis*,intrà urbem concluſus,ne nihil age-
et,bellique fabulam, ad ſe ſpectantem, ocioſis a-
piceret oculis, tentandum & ipſe putavit aliquid.
taque, ſub *Canoſchio* tribuno,quinquentos grega-
ios,ex urbe dimiſit.*Rodigonem*, in proximo arcem,
ræſidiis vacuam, ut præoccuparent. Ratus,hac
iâ ſe effecturum, ne *Cæſareanis* apud *Coitonium*
ommeatus, armorumque apparatus, ſuppeditari
quiret. Sed ex tranſverſo res cecidit. *Cæſareani* e-
im,valida cum manu,ſummo ſub ſilentio,profe-
ti,annonam in *Coitonium* intulerunt. In reditu
verò in *Rodigonem* eos ſuſceperunt impetus, ut *Ca-noſchius* illicò deditionem offerre cogeretur. Ita-
que ſub ſeveritate ſtricti enſis omnes perierunt,
tribuno excepto. Qui remiſſus eſt *Mantuam*. Hac
militis, & quidem præſidiarii, obſeſſa ex urbe di-
miſſi,jacturâ factum eſt, ut *Mantua*, quartâ defen-
ſionis parte defecta, paulò poſt ad deditionem i-
pſa adigeretur. Ità uſuvenit, ut antequàm ſive *Ni-vernenſis*,ſive *Veneti*, ſubodorarētur,celeritate(quâ
multa conficiuntur negotia)interceptis, cæſiſque,
cohortibus præſidiariis, fundamenta,pro *Mantuæ*
expugnatione, jacerentur.

IX.

Legiones Venetæ funduntur à Cæſareanis.

NOn vanus terror illinc *Mantuanorum*, occupa-
vit animos.Ut aliis ex oppidis,inprimis *Cere-ſara*,illicò, non ſine confuſione, deducerent præſi-
dia. Ut hæc *Venetarum* non minùs legionum pro-
ximè fundendarum veluti præludia videri poſſent.
Diu enim erat, ex quo *Nivernenſis*, ipſiq; *Veneti*,cō-
jurârant in *Cæſareanos*, è *Coitonio* ejiciendos.Sic,ut,
adductis tàm cohortibus, quàm cunicularis,rem
urgerent ſeriis conatibus.In quos ſuſcepta impreſ-
ſione educentes è loco probè munito *Cæſareani*,mi-
lites in fugam conjicientes, cunicularios in verba
jurare coegerunt. Ne poſthâc contrà ſe ejuſmodi
quicquam molirentur.

Paulò poſt *Veneti* intrà *Valezzam*, ac *Mantuam*,
itemque *Marmirolam*,& *Villabellam*, caſtra commu-
nire cœperunt.Eo inſtituto, quò ſubindè tractibus
è *Venetis*,abſque impedimento,*Mantuanos* cōmeatū
juvarent. Hoc *Colaltonius, Cæſareanarum* copiarū
archiſtrategus, compertum habens, *Galaſſium*,ge-
neralem vigiliarum præfectum,ſelecta cum manu,
miſit,qui conatus *Venetorum* infringeret. Favit huic
cœpto fortuna oppidò. Is enim, poſtquàm apud
Coitonium pontem ſuperavit, ilicet in tria *Venetorū*,
loricas excitantium, millia incidit. Quos,tametſi
repugnantes, omni conatu ſuperatos, magnam
partem cæcidit.Hanc ſuorum ſtragem vindicaturi
Veneti,è *Valezza* obviàm eduxerunt. Verùm eâdem
fortunâ aſpirante,etiam hi pari felicitate tàm fun-
di,quàm fugari,cœperunt. Fracti utrâque illa cla-
de *Veneti*, intrà *Valezzam* quidem confugerunt.
Sed veritus archiſtrategus *Venetus*, ne hic quoque
locus vi injecta expugnaretur,relictis tàm *Valezza*,
quàm *Villa Franca*, terga dedit, fugamque præcipi-
tavit.Illius veſtigiis inhærentes *Cæſareani*,tùm op-
pidis,armorum apparatibus, ſpoliiſque, aucti ſunt.
Tùm perplures ſtrictis mucronibus immolârunt.
Ità,ut,cæſis circiter quatuor millib⁹,quatuor eque-
ſtria , viginti quinque pedeſtria,ſigna lucrarentur.

Exercitus cæſi reliquiæ, quibus belli fortuna pe-
percerat, *Piſchieram* & *Veronam*, uſq;,palantes pro-
fugerunt. Neque ſegniùs victoriæ præeuntis ſuc-
ceſſum perſequentes *Cæſareani* , expilatis intrà *Pi-ſchieram,Veronamque*,locis omnibus,tandem etiam
Piſchieræ, fortalitio *Veneto*, caſtra admoverunt.

Sed non deſtiterunt *Veneti*, ob acceptā cladem,
novas è *Græcis* conſcribere legiones. Sic, ut bis tri-
bus pedeſtrium millibus, equitumque millenario,
novum præficerent archiſtrategū, *Erizzonem* no-
mine. Hic nova illa cum manu *Veronam* dirigens,
cæteris ſeſe conjunxit. *Adeſſamque* fluvium ſupera-
vit. *Cæſareanis* paulò antè retrò *Mantuā* versùs du-
centibus. Qui cùm excurſionibus,pabulationibus-
que,darent operam, in interiores uſque *Venetorum*
regiones penetrantes, cum damno deincèps exce-
pti ſunt.Sic,ut *Bovoloniam* oppidum expilaturi, im-
miſſis ab *Erizzone* ſubſidiis,multi cæderentur, plu-
res fugâ ſibi conſulerent.

X.

Hiſpani,ac Sabaudi, funduntur à Gallis.

INtereà , dùm *Spinola Caſalin* graviſſima urget
obſidione,*Galli*,redacto in poteſtatem *Comitatu Saluzzono*,totâ penè *Sabaudia* potiri cœperunt. Ut
jam *Rex* ipſis *Taurinenſibus* inſtaret. Unde metuen-
tes,confuſique, *Sabaudici* civitati, quibus tùm po-
terant,viribus proſpexerunt.

Fortunâ vela inflante *Rex* legiones aliquàmultas
ſub *Momorantio Duce*, & *Fiato Marchione*,ſuper *Alpes*

Allobrogum in *Pedemontium* producere juſſit. Summa cum contentione illud effectum eſt. Ut oppidis diverſis feliciter etiam illic potirentur. Sed *Hiſpani* in clauſtris, ac munimentis, ſuis confidebant. Ut de retundentis *Gallicanis* parùm dubitarent. His ſuccurrebat *Thomaſus*, *Princeps Sabaudicus*. Cui *Spinola* ſuas etiam junxerat legiones. Sic exercitu, è decem millibus conſtante, auctus, *Aviglianum* perrexit. Proſpectiſque eo loco neceſſariis, cum *Gallis*, acie decernere paravit. Utique quibus ſe, quoad copias, non eſſe inferiorem, præſumebat. *Galli*, quid ageretur, haud ignorantes, magna ſub circumſpectione, caſtra proferebant. Qui cùm penè jam *Aviglianonem* tangerent, ecce! *Thomaſus* illis obviàm movet. Res igitur velitaribus tantiſper acta eſt prœliis, donec ad juſtæ pugnæ neceſſitatem excrevit. Sic utrâque commiſsâ acie *Gallos* victoria reſpexit, *Hiſpanis* ac *Sabaudis*, diſſipatis. E quibus ceciderunt octingenti. Quatuor equeſtrium, & novendecim pedeſtrium, ſignis inter manubias cæteras in poteſtatem redactis.

Paulò poſt idem fatum, *Galaſſianam* legionem oppreſſit. Quæ cùm *Hiſpanis*, *Sabaudiſque*, in auxilium properaret, propè *Vercellas*, à *Gallis* ſupervenientibus ſic fundi cœpit, ut duo vix ſigna ex illis claberentur. Paſſim igitur fortuna, quoad *Gallicanos*, canebat fidibus. Sic ut facile illis eſſet ducere choreas. Jam enim, præter *Sabaudiæ Ducatum*, etiam magnam *Pedemontii* partem *Rex* occupaverat. Ut jam vel in *Spinolam*, vel in regionem *Mediolanenſem*, progreſſurus videretur. Non abſque totius metu viciniæ.

XI.

Caroli Emanuelis, Sabaudiæ Ducis, exceſſus.

IStis ſub *Italiæ* motibus, *Carolus Emanuel*, *Sabaudiæ Dux*, poſteaquam apud *Aviglianonē*, *XVII. Calend. Sextil.* inter prandendum, *Apoplexia* prehenderetur, è vivis exceſſit. Fuit is *Emanuelis Philipperti*, & *Margarethæ*, *Henrici*, *Galliarum Regis*, ſororis, filius unicus. Cujus natales inciderunt in *Annum M.D.LXI.* Hic ducta in uxorem *Catharina*, *Philippi II. Hiſpaniarum Regis*, filia, genuit *Philippum-Emanuelem*. Qui natus *Anno M.D.LXXXVI.* denatus eſt in *Hiſpaniis Anno M.DC.IV.* Inter filios, ex hoc matrimonio porrò ſuſcepit *Victorem Amedeum*, *Philibertum*, *Mauritium-Emanuelem*, qui *Cardinalitiam* ad dignitatem pervenit *Anno*, *M.DC.VII.* Itemque *Thomaſum*. Filiarum duo numeravit paria. Videlicet *Margaretham*, *Catharinam*, *Iſabellam*, & *Mariam*.

XII.

Mantua à Cæſareanis expugnatur.

VIx tùm *Galli* victoriâ illâ *Sabaudica* erant potiti, cùm ecce! *Mantua* à *Cæſareanis* expugnatur. Id quo pacto acciderit, explicandum eſt. Sub crepuſculo matutino, *XV. Cal. Sextil.* antequā diluceſceret, *Cæſareani*, ſummo ſub ſilentio, inſtructis aliquot navibus excurrentes, ad civitatis portam appulerunt. Eaque inſtrumento effractorio reſeratâ, ſumma animorum cum contentione irrupe-

perunt. Tametſi ergò præſidiarii, tribuni, ac di
ſtæ, cuſtodiam urbis agentes, ſtrenuè obniter
tur, nihilo-minùs vires irrumpentium præval
runt. Sic ut omnes, qui ſub armis eſſent, ab ar
caderent. Dynaſtis, atque equeſtribus, benè mul
in funerum ſocietatem venientibus. Ità urbs vi
pugnata eſt. *Nivernenſis*, filio, dynaſtis aliis, fami
ribusque ſtipatus, in *Caſtrum* confugit. Sed, qu
defectus neque milite valeret, neque defenſion
parare ſufficeret, urgentibus *Cæſareanis*, comp
ſus, promiſit, ſe neque in *Gallias*, neque *Venetor*
partes, ſed in *Pontificis* terras, conceſſurum. Da
acceptâq;, fide, ſic *Caſtrū* tradidit. Seq; cū ſuis, *Fer*
riā cōtulit. Ità uſuvenit, *Palatiū* integro biduo ex
lāri. Ingentesq; diſſipari divitias. Ut haud ſegn
miles omni impetu in matronas, juvenculaſq; r
ret. Proditionem *Itali* accuſabant. Quâ eā in per
çiem urbs eſſet devoluta. Ajebant enim, *Centu*
nes, præſidiariis præfectos, cum *Cæſareanis*, inito
ſticontubernio, colluſiſſe. Sic, ut illis litterulis
ternunciis, quàm extenuatæ intrà mœnia for
vires, patefecerint. Ingruētibusq; *Cæſareanis* ſive
as reſerârint, ſive parùm reſtiterint. At plerumq
ita belli temporibus agitur. Ut vel fato, vel nef
dis proditionibus, civitates etiam munitiſſimę c
primantur.

XIII.

Rex Chriſtianiſſimus per legatum Electores I
perii, ſub comitiis Ratiſponenſibus inte
pellat.

JAm *Cæſaris* in poteſtate & *Mantua* erat, & *Niv*
nenſis ipſe. Ut, tametſi per *Sabaudiam Gallicana*
lia odores triumphales ſpargerent, *Cæſaris* tam
aquilæ *Mantuanis* illis poſſeſſionibus ex voto po
rentur. Ubi igitur apud *Ratiſponam Imperii* comi
haberi, intellexit *Rex Chriſtianiſſimus*, C
rolum Brulardum, legatum ſuum, eò dimiſit, qui *E*
ctoribus, pacis deſiderium uberiùs commendaret.
lius igitur, ad *Electores* directa, oratio hęc fuit. Mi
novumque, inquit, haud eſſe, *Reges Chriſtianiſſim*
tantâ ergà *Rom. Imperatores*, *Electoreſque*, immò qu
tem, ac felicitatem totius *Germaniæ*, identidem f
ri benevolentiâ. Illos enim ortum, ſanguinemq
è præcipua *Germaniæ* provincia ducere. Ut nō pa
ci indè ad *Cæſareum* illud faſtigium emerſeri
Hoc velut ex fonte, ac viviradice, ſingulare na
deſiderium, ſuper *Rom. Imperii Principum* fortuna
conjectum. Ut non fortè, ac caſu, orta hæc amic
tia, ſed à natura facta, videri debeat. Ea propte
majorum exemplis invitatum, *Regem Chriſtiani*
mum, non poſſe non, ſub præſenti, ac luculenta, c
mitiorum occaſione, officia ſua conteſtari. Et qu
dem non immeritò.

Siquidem enim *Reges*, ac *Principes*, tanquam *Ch*
ſtiani orbis membra præcipua, teneantur, Natu
duce, mutuas conferre operas; Ut boni publici d
fenſio ipſis incumbat. Utique neminem, abſq
conſcientiæ morſu, officiique oblivione, præſe
hoc *Collegium*, graviſſimi momenti de rebus, bon
que publico profuturis, congregatū, prçterire p
ſe. Etenim, prout ſpeculū, tametſi auro coruſcū, g
miſque intextis radians, nullius foret uſus, n

uniu

iscujuſque imaginem propriè repræſentet. Pa-
r, ſi *Reges Principesque*, tanquam virtutum, mo-
ique honeſtorum, ſpecula, cæteris *Regibus, Prin-*
ſque, rebus in arduis, officia ſua negent, quis illos
ue ſibimet ipſis, nedùm aliis, utiles eſſe, nõ pro-
atur? Quo quidem ſub agone ne *Chriſtianißimi*
s languor, ac tarditas, accuſari fortè queat, non
uit committere, quin hoc *Collegium* ſalutaret.
emque, quanto cum affectu, ac ſolicitudine, in
ſervationẽ *Germaniæ* dignitatis feratur, decla-
t. Ut hanc etiam honoris eminentiam ipſe ex-
dere cupiat. Quocircà, cùm *Electores* eo inſti-
o conveniſſent, quo ſalutaribus ſuis conſiliis
maniæ provideant. Hac de cauſſa, non, quòd cõ-
s illos adjuvare, ſed affectu proſequi, contende-
Regem provectum, non tàm amonere, quàm di-
ntiſſimè corrogare, vellent in rei publicæ com-
da totis animis, conatibuſque, incumbere. Nul-
enim potiorem dari commendationem, quàm
re publica optimè eſſe meritum. Ut & ipſi his
dibus coronari poſſint. Ex admiranda hujuſce
ndi creatione, ſapienti gubernatione, inſigni-
e elegantia, in *Dei* cognitionem mortales aſſen-
e; Altiſſimique in amorem ferri. Quid ergò
? Ità *Cæſares, Reges, Principesque*, imitari diſcant. Hi
m *Dei* characterem repræſentant. Ut, ſecundùm
inæ ſapientiæ particulam, ſubditis pacem, ac
ietẽ, adminiſtrent. Inprimis *Deum* in oculis ge-
t. Ejuſque ex mandato populis præſint. Hoc ſi
int, modò non omnes ad obedientiam, ſed et-
n ad amorem, atque cultum, provocabunt. Ut
minùs hæc regnandi dexteritas *Deo* grata, quàm
longævâ felicitate triumphatura ſit.
ſrent ergò *Electores*, & ſalutem, proſperitatem-
e, *Germaniæ* totis animis admitterent. Malo im-
nenti occurrerent. Quietique, ac tranquillitati,
picerent. Ne, ſi ejus fieri queat, vel noxiorũ bel-
rum ſcintillula ſuperſit. Hoc ſicubi dent effectũ,
re, ut hactenùs tot incommodis, tot cladibus,
xatam *Germaniam*, refoveant. Ipſi verò nominis
mortalitatem reportent. Eoque eventu *Regem*
n modò bonâ fide, ac conſiliis, illis acceſſurum.
d etiam *Rom. Imperii*, ejuſque incolumitatis, fide-
n, ac conſtantem defenſorem, fautoremq; per-
anſurum.

XIV.

uper pacificatione Italica, à Cæſare conditiones proponuntur.

AD religioſam illam, ingenuamque, *Chriſtianiſs.*
Regis conteſtationem, *Cæſar*, ſuper pacificatio-
e *Italica*, ſequentes proponere juſſit conditiones.
æſarem videlicet exoptatam in *Italiæ* pacem ferri.
elleque *Nivernenſi* poſſeſſionem conferre. Modò
ex Chriſtianiſſimus fœderibus quibuſcunque, cum
Rom. Imperii hoſtibus, tàm præſentibus, quàm fu-
ris, initis, pactiſq;, renunciaret. Adeóque fi-
em daret, ſi accidat, *Cæſarem, Imperiique Principes,*
m à *Turcis*, quàm aliis hoſtibus, infeſtari, ſe auxilio
uturum. Omneſque id genus extrà *Imperii* fines
ommuni operâ ejecturum. Deinceps *Rom. Imperii*
ive cauſſis, ſive *Principibus, Ordinibuſque*, ſe non in-
gereret. Iudiciumque, ſive juſtitiam, *Cæſari*, utique cui ſummo jure debeatur, permitteret.

XV.

Aliæ hujus pacis Italicæ conditiones proponuntur. Tandemque utrinque admittuntur.

SEd illas conditiones legatus *Gallicanus* admittere recuſavit. In alias itaque cõditiones itum eſt. Quæ deinceps *Cæſareanorum, Regiorumque*, mutuo superveniente conſenſu, poſt multas ventilationes, admitti cœpêre. Nimirùm *Rex Galliarum* bonâ fide promittit, ſe neque *Cæſarem*, neque *Imperii Principes, Ordineſque*, eorundemque provincias, ac regiones, vel per ſe, vel per alios, ullo pacto læſurum. Nedùm rebellantibus, *Cæſariſque, & Imperii*, hoſtibus, tàm præſentibus, quàm futuris operâ, ſumptibus, conſiliis, commeatu, atque id genus, opitulaturum, Ut magis illos debitæ ergà *Cæſarem* obedientiæ, ac ſubmiſſionis, velit ammonere. De rebus *Italicis* ità eſſe, ut *Cæſar* permittat, *Rexque* conſentiat, *Sabaudiæ Duci*, juxtà ſuperiorem tranſactionem, nondùm retractatam, quotannis impertiri octodeciu coronatorum millia. Quibus *Sabaudi*, è *Mantuano Ducatu*, prætenſionibus ſatisfieret. Eam in rem *Cæſaris, Regiſque*, coirent legati. Partemque, *Montisferratenſi* ditioni vicinam, *Sabaudo*, in compenſationem annuorum id genus proventuum, aſſignarent.

Auſtraſiæ Duciſſæ prætenſio aut in amicam tranſactionem, aut proceſſum, utrinque commodum, aut *Cæſaris* deciſionem, poſteaquàm hæc cauſſa ab *Electoribus* fuiſſet inſpecta, rejiceretur. Sic tamen, ut intrà annum, à poſſeſſione in *Nivernenſem* collata, res definiatur. Quo nomine *Carolus Gonzaga Dux* tenebitur ſententiæ, juxtà leges *Imperii* latæ, aut amica ſub compoſitione concluſæ, ſe conformare. Secùs ſi faxit, citrà impedimentum quodcunque, præſentiſque pacificationis violationem, à *Cæſare* utique executivè erit compellendus.

Duci de Guaſtalla pro quibuſcunque illius prętenſionibus, *Cæſar* ſex coronatorùm millia, à *Nivernenſi*, ejuſque hæredibus maſculis, numeranda, ordinavit. In cujus rei evidentiam *Doſorium, Luzzarum, Suzaram, & Regiſtonem*, loca illi adjudicavit. Quibus, in ſummæ illius compenſationem, uteretur. Interim, *Dux Parmenſis*, *Cæſaris* legatus, præfectum illis locis daret. Qui tàm *Nivernenſis* rationem haberet, quàm *Guaſtallæ* è proventibus ſatisfaceret.

Ipſe *Nivernenſis* verò apud *Cæſarem* reatum ſuum deprecaretur. Et tunc *Cæſarem*, ad *Pontificis Max. Regiſque Chriſtianißimi*, interceſſiones, literis comprehenſas, ex *Cæſarea* clementia, illũ in *Mantuæ, Montisferratique, Ducatuum*, poſſeſſionẽ, intrà ſex hebdomadarum ſpatium, mittet. Interea temporis legati *Cæſarei* regiones diſpertirentur. Partibuſque, ſi repugnent, propria autoritate ſuas tribuerent poſſeſſiones. Tametſi igitur legati eo intervallo, rem non perficiant, nihilo-minùs *Nivernenſis* in poſſeſſionem immediatè mitteretur. Quâ immiſſione præeunte legati, abſque mora, tàm *Sabaudo*, quàm *Guaſtallæ*, *Ducibus*, ſua cuiq; loca, poſſeſſionemque, conferrent. Sic in gratiam recepto *Nivernenſi*, tanquâ bonæ fidei vaſallo, *Cæſar*, adverſùs omnes hanc poſſeſſionẽ infeſtantes, protectionẽ, atq; auxilia, erogabit.

erogabit. Simulátque, ubi hæ pacis conditiones utriuſque partis ſubſcriptionibus, apud aulam *Cæſaream*, confirmabuntur, omnis offenſa, atque hoſtilitas, indicta legionibus vocatione, ceſſabit. Quo nomine, modico, ſub temporis intervallo, atque utrinque deſtinato, copias ex *Italia* reducet omnes. Sic tamen, ut intrà *Mantuam*, & *Canetum*, civitates, ac fortalitia, neceſſaria relinquantur præſidia. Cæteris locis *Nivernenſis* inſpectione commiſſis. Eadem lege *Rex Chriſtianiſſimus* ſuũ ex *Italia* revocabit exercitum. Exceptis *Pinarola, Bricaraſio, Suſa*, & *Avigliana*. Quæ loca redditis *Saubaudiæ*, ac *Pedemontii*, regionibus, præſidiis firmabit. Ipſe verò *Sabaudus* ſuas quoq; legiones è *Monteferrato* recipiet. Solâ *Trino* civitate retentâ. Ad ſummam, ſic inter omnes ageretur, ne miles ferociat, rerumque novarum ſuſpicionem moveat.

Ubi igitur civitas arx, atq; *Caſalis* ad *Nivernenſẽ* redierit, omniaque illa, ex lege, implebuntur, tùm *Cæſar Mantuam, Canetumque*, unà cum munimentis, ac loricis, poſtliminiò *Nivernenſi* contradet, præſidiaque exautorabit. Idem *Rex Galliarum* facturus, prædictas civitates *Sabaudo* reſtituet.

Pro hujuſce transactionis confirmatione, promiſit *Cæſar*, ſe ſaltus per *Rhetiam, Vallemque Tellinam*, integrè redditurum. Munitioneſq; deſtructurum. hac cum exceptione, ne poſtmodum, ſub prætextu quoviſcunque, loca illa communirentur. Quarum rerum majorem in ſecuritatem, tàm *Cæſar*, quàm *Rex*, obſides vel ad *Pont. Max.* vel *Magnum Ducem Hetruriæ*, vel *Principem Imperii Catholicum*, dimittent. Qui eouſque ſubſiſtant, donec *Tranſactio* præſens omni ex parte rata, confirmata, inque effectum deducta, ſit. Interim archiſtrategi, ſupremiq; militiæ ductores, obſides eligant. Quibuſque mittendi ſint, diſpiciant.

Præterea, ad *Chriſtianiſſimi Regis* inſtantias, *Veneti* quoque, hac ſub tranſactione, continerentur. Pari ſub lege. Nempè, ne quicquam poſthac vel adversùs *Cæſarem*, vel *S. Rom. Imperium*, molirentur. Copiaſque ſuas deducerent. Nulla in proximò relicta ſuſpicionis favilla. Interim, ſi aliud, hanc antè tranſactionem, à ſummis militiæ ducibus, per *Italiam* fortè deliberatum, decretumque, eſſet, hoc haberetur ratum.

Tandem, ſuper *Epiſcopatibus* illis, ad *Cæſarem* & *Imperium*, ſpectantibus, nempè *Metenſi, Tullenſi*, & *Verdunenſi*, nec non *Abbatia Görtzenſi*, aliiſque locis, à *Gallis* interceptis, *Cæſaris* conſiliarii, ac deputati, ſubintulerunt. An etiam hac præſenti ſub tractatione illis quoque litibus medicina fieri poſſit. Verendum utique eſſe, ne novæ illis è fontibus dividiæ emanarent. Sed *Regius* legatus excepit, nihil ſe hujusmodi habere in mandatis. Iuſſit ergò *Cæſar*, hæc quæſtio commodius in tempus rejiceretur. Tanquam amica compoſitione definienda. Interim, legatus urgere cœpit, *Cæſareus* miles à *Galliæ* Partibus deduceretur. Nec non propugnacula, nuper ad *Majenvicam* excitata, diruerentur. Hæc roganti reſponſum eſt, ea loca, tanquam *Imperio* ſubjecta, deſerenda non eſſe. Potiùs verò illud eſſe, ut *Rex Chriſtianiſſimus Verdunum*, ac *Metim*, *Imperii* civitates, à *Gallis* interceptas, munitaſq; reſtituat. Sed legatus, miſsâ hâc poſtulatione, nihilo-minùs cœpto inhæſit. Sic ut hanc diſceptationem in aliud tempus extraherent *Cæſareani*.

Secundùm hæc, *Auſtraſiæ*, ſive *Lotharingiæ* D
præſentibus pactis, ac conditionibus, frueretur.
tamen, ne quemquã legionibus illis ſuis offenc
Siniſtramque injiciat ſuſpicionem.

Injuriæ omnes, hoc ſub bello, utrobiq; illatæ,
literarentur. Omnibuſque, qui æra meruiſſen
gnoſceretur. Sic, ut neq; in honoribus, neq; for
nis, luant quicquam. Ablata reſtituerentur. Ca
vi abſque lytro dimitterentur. Quodſi accidat,
litiæ per *Italiam* ſupremos præfectos, id in man
tis habentes, de quibuſdam articulis, antè hanc
cificationem, tranſegiſſe. Tunc illud, quicquid
ratum haberetur. Si ſecùs ſit, hæ omnia ordine
ſervarentur.

Atq; in hæc nunc omnia, ac ſingula, datâ, ac
ptâq;, fide, *Cæſar*, ac *Rex Galliarum*, integerrimè
vanda, verbis, *Cæſareis, Regiiſq;*, ſanctè comp
miſerunt.

XVI.

Electores Imperii ad interpellationem Re Chriſtianiſſimi, reſpondent.

QUantumvis autẽ *Rex Chriſtianiſſimus* ſuper
ri pacificationi ab initiis haud pfunctoriè
pugnârit, ut primo poſtulato ſubſcribere nega
omninò, nihilo-minùs, intervenientib⁹ novis
tibus *Suecis*, *Cæſar*, ne tota tranſactio penitùs int
cideret, tempori obſecundans, non nihil remitt
cœpit. Sic ut conſummaretur hæc pacificatio. C
de re *Electores* ad *Chriſtianiſ. Regis* codicillos ſic
ſponderunt. Magnâ ſeſe voluptate, inquiũt, per
ſos eſſe, dùm *Rex* tẽpore ſic ſatis opportuno, le
tos ad diætam *Electoralem* dimiſiſſet. Et quidẽ e
in rẽ, quò pax, tot votis petita, inter *Magnates Ch
ſtianos*, & quidem *Catholicos*, repararetur. Solidaq
animorum cõjunctio ferruminaretur. Certè co
tribuendum eſſe, quòd eo ipſo tempore *Deus* t
Cæſaris, quàm *Regis*, vota juſſiſſet conſpirare. Vid
cet, ut nobilis deſideratæ pacis bonitas orbi re
tuatur. Ut non dubitent, ex mutua illa animor
concordia, *Chriſtianæ Reip.* incrementum certò
nire exſpectandum.

Quanquã a. rerũ, *Italicarũ* tranſactionẽ, *Imper
Regniſq;*, neceſſariã, atque utilem, datâ operâ em
turare cœpiſſent, ut ſumma diligentia in id incu
bant. Nihilo-minùs, cùm, ſub tractationis diffic
tate, aliud ex alio emerſiſſet corollarium, ſumma
rei eò uſq; fuiſſe extractam. Tàm enim *Ducẽ de G
ſtalla* ſuper ſumma ſibi aſſignatâ, tanquam inferio
moras injeciſſe. Quàm *Auſtraſiæ Ducem* per legat
etiam ſuas prætenſiones inſtanter urſiſſe. Ut eò u
rẽ trahi acciderit. Poſteaquã a. id gen⁹ remoris fu
ſet ſatisfactũ. Jamq; rei claritas, periculi verò, in
Chriſtiana Reſpubl. magis magiſq;, rueret, evident
illa eſſent, quæ bonæ, cordatæq;, mentis homini
amorem hujus pacis inſtillare debeant. Tanqua
quæ tàm *Eccleſiæ Catholicæ*, quàm *Regnis Cath
licis*, foret ſaluberrima. Has ab difficultat
ſeſe contem plationes ſuas, ſuper *Regis* pietate
conjeciſſe. Remq; conſiliis ſuis ſic quidẽ modera
cœpiſſe, ut haud dubitent, *Regem* illa calculo ſuo a
probaturũ. Ea n. ſub confidentia legatos, ſecun
ſeſe, in hanc *Tranſactionẽ* deſcendiſſe. Ut omnia b
nâ fide obſervatâ utrobiq; tàm *Cæſaris*, quàm *Reg*
autoritate, peracta ſint. De quibus jam utiq; *Re*
præſtolentur confirmationem.

JO. P

Io. Petri Lotichij

RERVM GERMANICARVM

LIBER XXXII.

CAPVT I.

De Guſtavi, Sueciæ Regis, adventu in Germaniam. Ejuſdemque virtutibus, viribus, copiis.

I.

Guſtavi, Sueciæ Regis, expeditione in Germaniam.

DE *Dario*, *Perſarum Rege*, à *Cyro*
decimo quarto, totius *Orien-*
tis Monarcha, annotavit *Q.*
Curtius; Illum, cùm de *Ale-*
xandri, *Philippi* filii, in *Per-*
ſiam expeditione, cognoviſ-
ſet, miſsâ ſuperbâ, contume-
lioſâ, atque imperioſiſſima,
ratione, *Alexandrum famulum* ſuum appellitâſſe.
rapiſque id negotii dediſſe. Irent, atque *Inſa-*
ntem illum Philippi adoleſcentulum (ſic enim per
ntemptum objurgabat) *verberibus*, & quidem
rilibus, *graviter cæſum*, indutumque poſt veſte
rpureâ, ſibi *vinctum* traderent. Navibuſque, u-
cum nautis ſubmerſis, omnes ejus *milites* ad ul-
riora maris rubri transportarent. Contumelio-
, atque imperioſè, ſic ſatis *Darius*! Sed non impu-
è! Mox enim bis terque ab illo, non quidem o-
oſo adoleſcente, ſed heröe virtutis admirandæ,
ctus, debellatuſque, digniſſimum eum vocavit
ictorem. Qui modò non *Aſiæ*, ſed totiùs orbis ter-
rum imperium, ſuſciperet. Per fidem? Multum
æc à primis erant diversa. Alteriuſque ſaporis.
Eadem ferè hoc tempore, ſub *Guſtavi, Sueciæ Re-*
s, perſona, in *Germaniam* expeditionem ſuſcipien-
s, fabula ludi cœpit. Tametſi enim pientiſſimus
nperator, *Ferdinandus II.* ob ſingularem in *Deum*
evotionem *ſanctus* appellatus, nihil minùs ageret,
uàm ut *Reges, Principeſque*, contemneret; Tantùm
beſt, ut *Guſtavi*, *Sueciæ Regis*, non quidem ado-
eſcentis, ſed bellatoris ſtrenui, ac fortunati, arma
inſuper haberet. Quem vel è fama, & victoriis, à *Polonorum Rege* relatis, æſtimari didicerat. Nihilominùs è *Cæſareanæ* militiæ chiliarchis, ac deductoribus, novimus, haud unum, alterumque, fuiſſe, cujuſmodi expeditionem *Suecicam* ab initiis tantùm non cachinnis exciperent. Sed etiam pro deridiculo haberent. Neque hoc impunè! Mox enim per *Pomeraniam* collatis cum *Suecis* armis, rem cum veteranis ſibi eſſe didicerunt. Ut, ſub *Francofordia* ad *Viadrum* occupata, victoriâque in campis *Lipſienſibus* à *Suecis* relatâ, jam non magis *Sueciæ Regis* virtutem inſuper haberent. Sed etiam admirarentur. Etiam metuerent.

Rectiùs verò, etiam ſub ipſis *Imperii* apud *Ratiſponam* comitiis, pronunciare didicerat *Thillyus*. Exercitatæ non tàm virtutis, quàm commendatæ moderationis, dux. Vix enim & belli poſt bellum inſequentis diuturnitas, & ſuorum hactenùs felicitas, duci non minùs ſapienti, ac veterano, quàm victorioſo, non poterant non eſſe ſuſpecta. Itaque præſentium bellorum telam haud temerè fritillo comparavit. Quo ludentes modò perdunt, modò lucrantur. Quibus adjecit: Aliquando etiam uſuvenire, ut alteruter omnia ſolus lucretur. Et tùm quidem habendi cupiditatem ſubintrare, ut pluria idem appetat. Tùm verò partem, jacturam facientem, ex impotentia, leges præſcribere conſueviſſe, quibus ludus ſit continuandus. Neque enim in lucrantis poteſtate eſſe; Ut ubi velit, deſinat. Donec tandem fortunâ, terga vertĕte, accidat, ut ille, qui primùm multa, immò omnia, lucratus fuerat, tantùm non lucrum omne diſperdat. Sed etiam propriam effundat ſubſtantiam. Eandem belli, atque ancipitem, eſſe aleam, prodidit ille. Quâ quidem nunc alter, aut alter, multa, fortunâ ridente, in poteſtatem redigit. Ut deinceps, eâdem tonante, plura, ac propria, amittat.

II. Omnia

II.

Omina ac Præludia, Expeditionis Suecicæ.

QUi hanc *Guſtavi Regis* (certè, prout videtur, non contemnendam) in *Germaniam* expeditionem ſublimare contenderunt, vaticiniis, ac prædictionibus, illam illuſtrem faciunt. Tanquam fato hic *Rex Germaniæ* fuerit debitus. Inprimis *Proteſtantium* rebus, tùm quidem afflictis. Narrant enim, juvenculam è gynæcæo *Stetinenſi*, *Pomeranæ Principis*, œſtro correptam, adventum *Regis*, ſuperiori *Anno M.DC.XXIIX.* tanquam è tripode, prædixiſſe. Idem ab aliis, pari œſtro correptis, paulò antè divinari cœpiſſe, in publicas ac vernaculas, *Germanorum* noſtrorum tabulas relatum eſt. Sed fides ſit penès autores. Hoc certum eſt, à pleriſque hunc *Sueciæ Regem*, *Leonem* ab *Aquilone* appellari tùm cœpiſſe. Ut non defuerint, qui quidem *vaticiniis*, ſive *viſionibus*, idem confirmare ſint conati. Maximè verò tùm, ubi fortuna *Regis* cœptis aſpirare notata eſt, *divinum*, hoc eſt, *Dei* numine miſſum, eſſe, ſuclamatum fuit in populo. Ut *Auguſtanæ Confeſsionis* vindex, liberator, reſtaurator, illuſtrator, prædicaretur. Nomen ipſi *Guſtavo Adolpho* fuit. Illinc ocioſi litteriones, ſervato *Guſtavi* pronomine, per anagrammaſmum non illepidum, *Guſtavo*, per litterarum μετάτασιν, elicuerunt *Auguſtum*. Easdem enim & totidem, litterulas *Guſtavi* nomen habet, quot *Auguſti* habet. Tanquam qui victoriis ad *Imperii* apicem venturus eſſet. Alii alia ejus generis tùm commenti ſunt. Quæ, quia ocioſa videri poſſunt, prætermittimus.

III.

De Guſtavi Regis virtutibus.

ILlud profectò in propatulo eſt, ad hanc *Guſtavi Regis* expeditionem concurriſſe *Virtutem*, ac *Fortunam*. Tantâ enim ille præpollebat *Sapientia*, *fortitudine*, *experientia*, atque *autoritate*, ut facilè nobiliſſimo *Perſarum Regi*, *Cyro*, de cujus non tàm inſtitutione, quàm expeditionibus, commentatus eſt *Xenophon*, aut cuivis herôum veterum, comparandus eſſe videatur. Effulſit in eo tàm animus regius, quàm forma, ac character, decorque, imperatorius. Ut hæc corporis pulcritudo, ac majeſtas facilè cæteras animi virtutes, quâlibet epiſtolâ efficacior, commendaret: Redderetque gratiores. Staturâ fuit oblongâ. Corpore decenter obeſo, robuſtoque, & militaribus laboribus aſſuefacto. Ut idem *Imperator*, ſive dux, exercitus, mileſque, eſſet fortiſſimus. Neque enim vel tantilla in eo timiditas fuit notata. Ut quaſvis in occaſiones, impreſſionesque, eſſet mentis confirmatæ, ac pluſquàm confidentis. Ut penè vitam contemneret. Quâ propriâ audacia, ac confidentia, quantùm chiliarchis, ac tribunis, præluxerit, gregariis præfuerit, dici vix poteſt.

De *Regibus Perſicis*, eorumq; faſtu, proditum eſt à ſcriptoribus *Græcis*. Eos autoritatem captâſſe exindè, quòd rarò prodirent in conſpectum. Paucos, aut ferè nullos, ad ſeſe intromitterent. Exquiſitis

intùs fruerentur voluptatibus. Sic ut ab extre
terræ finibus conquirerentur, de quibus iidem
luptatem perciperent. Sed non ea mens erat *Gu*
vo. Ut non faſtu, ſed inſigni *humanitate*, regi
ſplendorem temperaret, Ad exemplum qui
Ageſilai Regis, (quem veteres prædicant) *Guſta*
eo ipſo impendiò delectabatur, quòd identid
hominum in conſpectu verſaretur. Exiſtima
enim, vitam regiam nihil magis ornare, quàm
luce viveret. Splendoremque & acciperet, & i
pertiret. Ideóque nihil magis in votis habe
quàm ut univerſis ad ſe pateret aditus. Tanta n
rum inerat facilitas, ut haud rarò cum grega
familiares miſceret ſermones. Etiam in hoſtes,
victos, clemens, benignus, munificus. Delicias
voluptates, iſtorum, qui in cubiculis, ac teneb
latitant, ſpernebat. Ut hâc ſolâ videretur capi
luptate, ſi in armis verſaretur, victoriis potiret
fines extenderet, adverſarios ſuperaret, amicos
neficiis locupletaret. Hæc dulcis gloria. Hæc
tutis, ac laborum, exſpectabatur merces; Hæc
illi voluptas. Neque verò perfunctoria, aut
bea, illa *Regis* cenſenda venit affabilitas. Ut *Phil*
phiæ ſtudiis eſſet confirmata. Artibus exculta. L
guarumq; diverſarum peritiâ amplificata.

Feruntenim, eâ *Latini*, & quidem primarii
monis, copiâ illum abundâſſe, ut haud r
Poetarum elegantiorum verſiculos recitâſſe au
tus ſit. Ut etiam, ſuper lectione autorum veter
& quidem optimæ notæ *Philoſophorum*, certâ
Cui ingenii eleganti culturæ variarum ling
rum cognitionem ſuperaddidit. Ut *Galli*, *Itali*,
ſpani, cum *Rege* verba miſcentes, jurarent ling
ſuas illi eſſe vernaculas.

De *Continentia*, ac *Sobrietate*, eadem ejus eſt
ma. Quod enim in caſtris rariſſimum videri
teſt, neque *libidinibus* illum, neque *perportationi*
indulſiſſe, accepimus. Sic tamen operam da
amicis, ac ſympoſiis, ut aut de virtute, ac caſ
diſſereret. Aut id genus præcepta interſper
ret. Quibus convictores diutiùs, quàm ci
frui poſſent. Hâc viâ non tàm glorioſum ill
rat, quòd *Rex* eſſet, quàm quòd & aliis, & ſibi
primis, imperare poſſet. Veteres virum *fortem*
bonumque illum appellârunt, qui tria præſta
Nempè, ubi res poſtulat, laborum tolerantiâ p
iret cæteris. Ubi agendum eſt fortiter, fo
tudine excelleret. Et, cùm quid conſilio ſu
piendum venit, judicio præpolleret. Hæc quis
gat fuiſſe in *Guſtavo*? Ut non tàm laborum mili
rium, & ducis, & militis, officio ſtrenuè functis,
ret ſpecimina. Quàm judicii, conſilii, fortitudin
que rariſſimæ, velut cornucopiam ſuppedita
Tàm conſiliis inſtructus, tàm arte, ac ſapient
firmatus, quàm efficacia, fortitudine, dext
promptus. Sic ut in illo, tanquam rariſſim
rum virtutum, morumque, ſpeculo, militiæ p
fecti haberent, quod diſcerent, venerarentur
mitarentur, populares, ac gregarii, quod ſu
cerent, amarent, prædicarent. Et jam virtu
tàm multiplicis uſu, atque exercitio, ſic morib
ſuis aſſuefecerat *Chiliarchas*, ac *tribunos*, ut, qu
imperaret, promptè illi exequerentur. Ta
tùmque non de gloria certare viderentur. Q
ſic in oculis *Regis* eſſent gratiores.

Reſtat, ut de virtutum illa regina, ac princi
nim

irùm de *Pietate*, paucis videamus. Certè, de *Cy*-
em prodidit *Xenophon*. Illum, tametſi gentilem,
es ſuas actiones à rebus divinis ordiri cœpiſſe.
d verò *Guſtavus*? Hic *Rex* verè *Chriſtianus* idem,
neliori inſtituto, feciſſe compertus eſt. Ut ne-
laborioſam, atque ingentem, hanc expeditio-
, abſque *Deo*, precibuſque, auſpicaretur. Ut to-
ſſet in votis nuncupandis, totus in precibus ad
n fundendis. Quâ piâ, cordatâque, confiden-
ıperavit maria, procellas, hyemes, pericula, ad-
arios.

Quis enim eſt, qui, dùm de *Pietate*, aſylo in peri-
quibuſcunque tutiſſimo, intelligit, de *Fortuna*,
ıcceſſibus, indubitare velit? Profectò ità eſt,
ùm virtutes cæteræ cultores rarò deſtituant,
nunquam fruſtretur. Hac factum, ut inſtru-
cum exercitu, *Mare Balthicum* emenſus, in *Po*-
niam exſcenderit. Unâque poſt aliam victo-
t potitus. Uſque dùm, fulminis inſtar, exi-
temporis ſpatio, medios per hoſtes, mediam
ermaniam, penetrans, tot victoriis nobilita-
Thillyum hactenùs invictum, ad *Lipſiam* vin-
t. Famamque operoſa ex illa victoria in
nenſum extenderet. Ferebatur eo tempore
in votis habuiſſe, felicem ſe futurum, ſi *Thillyum*
ſſet. Vicit, & hac ex parte fœlix fuit. Ut jam
Achillem ſive *Herculem*, referre videretur. Quo
xtant verſiculi hi noſtri: tempore expeditionis
icæ, in *Germaniam* ſuſceptæ, effuſi: Quos non pi-
tanti in *Regis* memoriam, hîc interjungere:

altbicus, ô GVSTAVE, tibi non ſufficit orbis,
Qui victor Reges, exſuperaſque Duces.
At tibi non vanis nunc Thillyus imminet armis
Qui pariter Reges contudit, atque Duces.
Par benè compoſitum! Si nunc Guſtave, triumphos
Continues, vel mox Hercule major eris.

IV.

De Sueciæ Regum viribus.

DE *Sueciæ* regni amplitudine, unà cum adjun-
ctis provinciis, ab aliis autoribus ante hâc
ditum eſt, illud totam *Italiam*, *Galliamque*, æ-
are. Immò ſi *Finlandiæ Ducatus*, ac *Lapponum* pa-
huic jungantur, multò etiam utramque ſupe-
e. Hodieque *Suecia* complectitur ſub ſe *Fin*-
diam, *Gothiam*, *Bothniam*, partes *Lapponiæ*, *Scriefin*-
m, *Ingermanniam*, *Alandas Inſulas*. Quibus *Guſta*-
Rex nuper adjecit *Livoniam*, *Boruſsiæque* partem.
ii *Sueciæ* regnum dividunt in *Provincias* unde-
n. In quibus numerantur *Ducatus undecim*, *Comi*-
us duodecim. Celebratiſſima autem ab antiquis
icuſque ſcriptoribus audit gens *Gothica*. Quæ è
ecia, *viciniſque* regionibus, egreſſa, diverſis or-
s partibus ſeſe infudit. Ut etiam *Italiam*, *Romam*-
e, caperet. *Iornandes* è *Scanzia* inſula, tanquam
gina gentium, *Gothos* oriundos eſſe, prodidit.
uo vel è nominis ſeculis, & hiſtoriis, notiſſimo,
teſcit, gentem illam eſſe validam, armorum-
ue tractandorum peritam. Eò, quò ſub borea-
regione viventes corpora acquirant robuſta, ac
alida, laboribusque ferendis apta. Autor eſt præ-
tus *Iornandes*, *Iulium Cæſarem*, penè omnem mun-
dum ſubegiſſe, omniaque regna perdonuiſſe, ſolos *Gothos* tentâſſe quidem, ſed ſubegiſſe minùs. Hoc tempore, poſt occupata bona *Eccleſiaſtica*, regni proventus è *Monaſteriis*, atque *Epiſcopatibus*, ſecundò, è *Metallifodinis*, tertiò, è *vectigalibus*, ac *tributis*, quartò è *frumenti decimis*, *portoriis*, & id genus, deſummuntur.

Unicuique *Sueciæ* regni provinciæ certæ ſunt equitum, peditumque, copiæ. Sic ut per *Sueciam*, *Gothiamquê*, numerentur, peditum ſigna triginta duo. Unoquoque quingentos milites conſtituente. Hi in omnes caſus ſunt præſtò. Omnes vitæ humanæ labores facilè ferunt. Neque in victu delicati, neque veſtibus operoſi. Etenim eorum unuſquiſque proprios ſibi conficit calceos, veſtes, & id genus neceſſaria. Eadem in *Suecia*, ac *Gothia*, proſtant equitum ſigna undecim. In *Finlandia* duo. In *Smalandia*, *VVeſtgothia*, *Oſtgothia*, etiam certæ habentur equitum turmæ. Quas *Rex*, neceſſitatis tempore, augere ſolet. Ut hac præſertim tempeſtate *Guſtavus Rex* militiam *Suecicam* reddiderit auctiorem.

Copiis maritimis hoc regnum inprimis valet. Ut longè *Ruthenis* præponderet. Quorum *Magnus Dux* in mari claſſem habet nullam. *Rex Sueciæ* verò perpetuam alit quinquaginta navium claſſem. Sub *Thalaſsiarchi* unius ductu, Conſtat *Sueciæ Regem* citrà laborem, è veſtigio conquirere poſſe ſex nautarum millia. Ut nec gubernatores, nec remiges, atque id genus ſervitia nautica, curioſè veniant accreſcenda. Quorum ingens datur numerus. Interim, hybernis temporibus, ob glaciem, ac frigus, belli navalis uſus ferè nullus eſt, Cùm terrâ belligerandum ſit,

Ad ſummam, *Sueciæ Segem* maritimis viribus, copiis, præpollere, in confeſſo eſt. Ut nihilominùs, validiſſimoſque, exercitus expedire poſſit. Sicut è diverſis bellis, cum *Magno Ruthenorum Duce*, *Daniæ Rege*, & noviſſimè cum *Polonis*, tanto tempore geſtis, fit evidens. Ut vel continuis illis armorum ſub exercitiis, *Sueci* hodieque *Guſtavo Rege* nuper præeunte, milites audiant exercitatiſſimi. De equeſtri *Suecorum* militia dubitandum minus eſt. *Equitum* enim numeros tàm *Suecia*, quàm *Finlandia*, ſuppeditat. Ità tamen, ut tu videas, *Germanos* plerumque ſtipendiis ſolere obligari. Eò, quòd *Sueci* equis haud quidem deſtituuntur. Iiſque robuſtis, validis ac pugnacibus utuntur. Sed parvulis juſta altitudo deeſt. Ut ferè *manni* vocari poſſint. Quo nomine *Germaniæ*, aliarumque vicinarum gentium, equis concedunt.

V.

De Copiis, à Guſtavo, Sueciæ Rege, in Germaniam traductis.

QUæ fuerint autem vires, quæ copiæ, *Guſtavi*, *Sueciæ Regis*, hoc tempore, vel exindè colligi poteſt, dùm è *Suecis*, *Finlandis*, *Livonis*, *Lapponibus*, itemque *Germanis*, *Anglis*, *Scotis*, aliiſque gentibus, octogintà hominum millia produxit. Militiæ præfectis, ac tribunis, uſus eſt non minùs exercitatis, & egregiis. E quibus referuntur *Guſtavus*

Hornius, Nillſius de Brahe, Comes, *Henricus-Matthæus Turrianus, Io. Philippus Ortenbergius, Otto Ludovicus Rheingravius*, Comites, *Ioannes Bannerus, Guolffgangus-Henricus Baudiſius, Todo Kniphauſenius, Maximilianus Teuffel, VVallenſteinius*, Barones. Itemque *Achatius Tottus, Dietericus Falckenbergius, Alexander Lesleus, VVinckelius, Dänhofius, Streiffenius, Hallus, Hohendorfius, Vitzthumius, Mützefallus, Kirchbaumus, Monrojus, Tubaldius, Cochtitzius, aliique.*

Hic validus exercitus armorum, tormentorumque varii generis, apparatu, ſic quidem erat inſtructus. Ut, tametſi hæc cura ſpectaret ad certum *Tribunum Suecicum*, nihilo-minùs *Rex* ipſe contemplationem ſuper eam rem aſſiduè injiceret. Cujus induſtriâ inventa tormenta bellica, minoris generis, & ferè portatilia, quibus legiones utebantur. Et ſic quidem expeditè. Ut promptiùs, quàm ſclopeta manuaria, & toties, exonerarentur. Neque deerant illis copiis *Mathematici, Pyrobolarii, Mechanici, Cuniculari*, atque id genus artifices quæſitiſſimi. Quales mutuas in expeditiones, caſtrametationes, obſidiones, & id genus occaſiones, conferrent operas.

Frugalitatis, ac tolerantiæ, militaris *Rex* ſecurus erat potiſſimum in *Suecis, & Finlandis*, ſuis. Hi enim hyemem, ac frigora, rectiùs ferebant, quàm æſtum. Pugnantes terga non vertebant, niſi adversùs *Naturam* ipſam eſſet dimicandum. Tenui victu contenti erant. In turbas, ac ſeditiones, non ferebantur. Sicque continuis laboribus aſſuefecerant corpora, ut vix defatigari poſſe viderentur. Hæc aliæ gentes aliis *Regibus* vix dediſſent.

Interim, ſub præliis, hæ gentes ſic pugnare didicerant *Regi*, ut tanquam de virtute, de gloria, certarent. E quibus *Sueci, Finlandique*, cæteris animoſitate, ac conſtantia, prælucebant. Ità enim hi præliabantur, ut mallent in acie mori, quàm fugere. Uſque adeò ignominioſum toti genti arbitrabantur, ſi quis ſigna reliquiſſet, ſi quis hoſti tergum obvertiſſet. Hac fortitudine excitabant *Teutones, Anglos, Scotoſque.* Ut, illorum ad imitationem, pulcerrimâ contentione eniterentur, aliæ gentes, aliæ legiones, alias virtute ſuperare. Totaſque ſeſe *Regi* approbare. Quâ gentium, legionumque, ex æmulatione innumera naſcebantur *Regi* commoda. Qui, tanquam gymnaſii peritus magiſter, optimâ ratione alios, aliosque, ad virtutem, ac laudem, incitare callebat. Hac nihilo-minùs adhibitâ moderatione, ne æmulationes illæ in odia, ſed in benevolentiam, converterentur. Ut vel hæc virtutis, laudiſque, ſtimulatio *Teutones* potiſſimùm tangeret. Qui mallent graviſſimo mortis genere ſpiritum projicere, quàm patriæ genti ignominiæ maculam affricare. Ut vel hac famæ cupiditate etiam *Suecis* prævalere contenderent.

His illis iſtis copiis, tàm per *Sueciam*, quàm *Boruſſiam*, collectis, *Rex* in *Germaniam* ſuſcepit expeditionem. Sic ut legiones, navibus exceptæ, in *Pomeraniam* primo cum vere exſcenderent.

CAP. II.

Guſtavi, Sueciæ Regi[s] deductio cauſſarun[m] Quas ob præſente[m] in Germanos exp[e]ditionem ſuſcepiſſe

PRæmiſſis illis præliminaribus, ve[…] fimbriis, jã ipſum *Guſtavũ, Sueciæ* [Regem …] de cauſſis, quibus provocatus han[c …] *Imperium* expeditionem ſuſcepi[t …] perorantem audiemus. Talis au[tem] fuit illius *Apologeticus*: Tritum, ac vetus, eſ[t il]lud, inquit: Si vicinus laceſſat, provocetque, [...] num haud ulteriùs, pace frui poſſe. Hoc verò [...] rius ſic uſu venire, vel *Regem Sueciæ*, non ſine [...] pte incommodo, ejus rei ab aliquot annis do[cu]mentum perhibere. Ut etiamnunc in exemp[lum] eſſe poſſit. Etenim, quantumvis ab initiis a[...] gubernationis regiæ, nihil prius, antiquiuſ[que] habuiſſet, quàm ut cum finitimis *Regnis* ac *Pro[vin]ciis*, inprimis *Rom. Imperii Principibus*, jus amic[itiæ] coleret, ac continuaret. Nihilo-minùs illas [ad] pacem directas, cogitationes fuiſſe fruſtrà. [...] publicæ quietis oſoribus, per inſidias petitus, [...] riiſque machinationibus, clàm palàm intenta[tis] provocatus ſit. Sic, ut, poſt totius *Germaniæ* [...] ferro, atque incendiis, everſionem, jam aliquo[t] annis etiam *Sueciæ* ſuæ tranquillitas invideri [cœ]perit.

Illud quidem certum eſſe, *Regem* jam-pri[dem] à diverſis *Germanicæ* gentis *Principibus* ammo[neri] cœpiſſe, Videret, &c, dùm adhùc bellorum ig[nes] ſub *Germania* gliſcerent, certò perſuaſum habe[ret] quàm primùm hæc labes in viciniam irrepſi[ſſet] tùm quidem eandem, & communem, *Regi* fo[rtu]nam venire exſpectandam. Arma igitur para[ret] citiùſque in *Germaniam* educeret. Ut ſic comm[u]ne incendium communibus operis deleri poſſ[et.]

Jam neque tùm *Regi* occaſionem defu[iſſe.] Quòd tàm indigenæ hoc urgerent. Quàm ex[...] ſtimularent. Neque cauſſæ tùm bonitatem e[...] lâſſe. Quòd amici, & agnati, opprimerentur. [...] opem, ac liberationem, implorabant. Sed hoc [ſo]lùm animis obverſari cœpiſſe, futurum, ut oſ[ores] pacis publicæ diuturnam illam inſolentiæ cra[pu]lam tandem edormirent. Vicinorumque ſuor[um] inſontium regionibus ſeſe abſtinerent. *Regem* e[...] vel ex ſua fide, atque ergà pacem inclinatione, [...] cæteros æſtimâſſe. Adeóque, propriæ tranquill[ita]tis habitâ ratione, *Deo* rem committere malui[ſſe.]

Poſteaquàm verò *Rex* ſuperiori *Anno M.DC.X[...]* arma in *Boruſſiam*, *Polonorum Regi* ſubjectam, pr[o...] liſſet, tùm quidem, ſub illa *Germaniæ* vicinia, ſu[...] dorari cœpiſſe, quid ſibi in id genus pacis oſor[ibus ...]

eſſet. Et quàm verè ab amicis ammoneri cœ-
et. Quouſq; enim *Rex* ad oras *Maris Balthici* ac-
erat propiùs. Eò graviora ſibi ab id genus pacis
atoribus pericula inſtare, proſpexit. Quo au-
nomine illud appellet, non invenit. Dùm *Re-*
itteræ, *Tranſylvaniæ Principi* inſcriptæ, contrà jus
tium interceptæ, ac reſignatæ, ſunt. Sic, ut illæ,
is ſub figmentis, & publicè differrentur. Et a-
um in ſenſum torquerentur. Etiam tabellario
uſtodiam redactò.
Porrò, non ſemel ſpem affulſiſſe, futurum, ut
turnis inter *Poloniæ*, ac *Sueciæ*, *Reges* diſſidiis,
npoſitione interveniente, medicina fieret. Le-
is ex utraque parte diverſis ſub annis congre-
ntibus. Interim, miſſis tàm nunciis, quàm litte-
legatiſque, nihil ad extremos conatus reliqui
iſſe pacis turbatores illos. Remiſq;, quod ajunt,
iſque operam dediſſe. Ne pax inter *Polonos*, *Sue-*
ue, coiret, antequàm iſti fabulam peregiſſent.
plenas per *Germaniam* colus exoneraſſent. Eo in-
uto, ſi *Imperii Principes* in ordinē redegiſſēt, tùm
opprimendis pariter *Suecis*, omnem *Polonis* cō-
darent operam. Quam rem ut effectam darent,
corum conatus, ac vires, infringerent, *Polonorum*
ò potentiam ſublimarent, vetuiſſe iſtos ſub
erdicto, ne tam militum, quàm armorum, copia
cis è *Germania* ſuppeditaretur. Et adverſo omnia
Polonos ſpectarent ſubſidia. Tametſi igitur *Regi*,
obſtante hoc interdicto, copiæ nō contemnen-
acceſſiſſent. Nihilo-minùs iſtos anno inſe-
enti *M.DC.XXVII.* integrum, validumque, exer-
um, ſub *Holſatiæ Ducis* imperiis, in *Boruſſiam*, pro
lenis, expediviſſe. Non, ut hic numerus *Poloniæ*
gis titulum agnoſceret. Sed *Romani Imperatoris* a-
ilas, ac ſigna, palàm oſtenderet. Neque hîc ac-
ieviſſe iſtorum impotentiam. Ut armis hoſtili-
s *Suecos* perſequerentur. Ut etiam negotiatori-
s *Suecicis*, per *Mare Balthicum* ad *Germaniæ* civita-
s delatis, commercia porrò interciperent. Naves
tinerent. Bona expilarent. Tanquam eo pacto
ecos extra humanam ſocietatem ejicere, ac peni-
s aquâ, & igne, quod ajunt, iiſdem interdicere
llent. Eodem inſtituto eò magnis conatibus al-
borari cœpiſſe, quò commerciis maritimis in *Lu-*
ccam, ſociaſque civitates *Vandalicas*, converſis, ac
llatis, regni *Sueciæ* ſubditis negotiatio omnis in-
rciperetur. Ipſique, inſtructâ potente claſſi, viru-
ntiam omnem in *Mare* hoc *Balthicum* evomere
fficerent. Eò enim ſpectâſſe novos, inſolenteſq;,
os titulos. Cujuſmodi dominatum *Maris Balthici*
m præ ſe tuliſſent. Ut circà *Megapolitani*, ac *Pome-*
niæ, *Ducatuum*, occupationes, atq; eorū locorum
ortus, ac fortalitia, in poteſtatem redigenda, ſtre-
uè defatigarentur.
Diceret nunc itaq; ſententiam, quicunq; judicio
aleat. An *Sueciæ Rex* has ad injurias diutiùs conni-
ere? An verò, tanquam rebus novis, ſe abſtinere,
otuiſſet? Ut patienter hæc omnia cōcoquere. Ac,
ùm hęc in proximo gliſcerent, animū ſubducere,
ebuerit? Semel indubitatum eſſe, pacis turbato-
es iſtos portū *Stralesfundanum* ſibi elegiſſe. Ex quo
deinceps in *Mare Balthicum* pyraticam exercerent.
Spoliiſque ſuis ulteriùs velificarentur. Sed multo-
rum interfuiſſe tàm *Principum*, quàm *Civitatum*, hic
ut portus tranquillaretur. Ut potiſſimùm hæc cu-
ra *Regem Sueciæ* momorderit. Utiq; cui ab antiquo
Maris Balthici debeatur inſpectio.

Illæ cùm tùm amicorū ammonitiones, ac querelæ, tùm pacis turbatorum injuriæ, magis, magiſq; increſcerent, *Regem* primo vere *Anni M.DC.XXVIII.* in *Boruſſiam* ideò veniſſe, rebus ſuis ut proſpiceret. Ibi *Civitatis Stralesfundenſis* deputatos, ad *Regem* in *Boruſſiam* excurrentes, denuò quiritare cœpiſſe ſequentia in verba. Tametſi inſons *Civitas* neque in *Cæſarem*, neque *Rom. Imperium*, nedùm *Ordinum* quenquam, peccâſſet quicquam. Ut neque accuſari, ac citari, neque damnari, cœperit. Ut potiùs, ex ſpeciali *Cæſaris* decreto, indemnis declarata ſit. Adjecta ſub conceſſione; Tàm obſidionem tollendam, quàm exercitum deducendū, eſſe. Nihilo-minùs illis iſtis civitatem moleſtiis, atque afflictionibus, continuò divexari, ut nec *Cæſaris* conteſtatio, nec alia, ac diverſa, in ſublevationem *Civitatis*, cum *Arnheimio* chiliarcha intervenientia, pacta, ac conventa, penſi habeantur. Ut potiùs, adverſùs *Pacificationem* tàm *Religioſam*, quàm *Secularem*, in ſe, ſuoſque ſæviatur. Argentumque, ac munera, nuper expreſſa, denſa oblivione obliterentur. Nam & *Civitatem*, loricis hinc indè excitatis, obſideri. Pagos everti. *Denholmum* inſulam, citrà ullam belli denunciationem, non ſolùm invadi, ſed etiam, in *Civitatis* præjudicium, cōmuniri, accidiſſe. Tùm cæteros ad civitatem aditus, *Rugiamque* inſulam, præoccupari. Cives, anteà pecuniis emunctos vanis tractatibus eludi. Ut jam, poſt tot exactiones, ac moleſtias, portus, naves, arma, annonam, *Civitatem* deniqué ipſam, contradere jubeantur. Niſi id faxint, ignes, ferrumque, ſibi intentari. Dùm ergò neque ex *Rom. Cæſaris* mandato ſubleventur. Neque *Pomeraniæ Dux* tueri civitatem queat. Nedùm *Maritimarum Civitatum* ſocietas opituletur. *Civitatem*, privilegiis, majorumque exemplis, invitatam, teneri tantiſper externorū *Magnatum* auxilia implorare, uſque dùm hæ triſtes procellæ deſæviant. Se quidē hactenùs *Daniæ Regis* ſuppetiis uſos, *Dei* beneficio, primos illos impetus exanthlâſſe. Ne autem deinceps accuſari poſſint, tanquàm ad *Cæſaris* hoſtes deflexiſſent, remedium luculentius haud affulſiſſe ullum, quàm ut privilegia ſua, vim patientia, apud *Sueciæ Regem*, tanquam *Principem*, vt vocant, neutrū, ſubmiſsè deponerent. Eorumq; protectionem ſollicitarent.

Siquidem jam verò *Regi* in oculos incurriſſet, hoſtiles id genus impetus, inſolentemq; impotentiam, altioris eſſe indaginis. Nihilq; moderati præ ſe ferre. Tùm *Stralesfundanæ Civitatis* petitiones, ad *Regem* directas, legib⁹ tàm divinis, quàm humanis, fundari. Juxtaq; *Civitatis* ergà *Reges Sueciæ* reverentiam, officia, vicinitatem, nec non *Religionis*, commerciorū, libertatiſq;, cōmunionem, ad animum admiſiſſet, utiq; *Regem* nihil negare potuiſſe, Præſertim, ut admittere ne debuerit quidem, quò interceptâ à pacis iſtis turbatoribus *Civitate*, ex illo receptu pyratica exerceretur. Ac *Mare Balthicum*, tàm in *Regis* ipſius, quàm cæterorum *Magnatum* finitimorum, fraudem, latrociniis deinceps infeſtaretur. His de cauſſis factum eſſe, *Rex*, ut, examinatis antè rerum circumſtantiis, afflictæ *Civitati* neque conſiliū, neq; operam, negare ſuſtinuerit. Quippe *Regem*, ſub hac cauſſa, non tàm ſuper amicorum, agnatorumq; neceſſitatem, quàm propriam libertatem, ſecuritatemque, oculos conjeciſſe.

Quantumvis autem præſens remedium hoc no-

mine cenſeri debuerit, tanquam quod *Cæſaris* mãdato haud quidem adverſaretur. Tùm omnibus, per illum *Maris Balthici* tractum negotiantibus, ſecuritatem aperiret. Immò verò *Civitatem* è manibus *Daniæ Regis*, utiq; *Cæſaris* adverſarii, eriperet. Adeóque ſuo tempore meliorem tranſactionem conciliare quiret. Ut nihilo-minùs *Imperio*, quà jus ſuũ, nihil decederet. *Civitati*, quà privilegia, derogaretur nihil. Tranſactionis codicillis hæc evidenter conteſtantibus. Nihilo-ſeciùs, tantùm abfuiſſe, opportunæ hæ conditiones ut publicæ quietis turbatoribus placere potuerint. Ut multo magis non tàm in *Civitatem*, quàm *Regem* ipſum, inſurgere perrexerint. Etenim, videntes, *Civitatem*, excurſionibus, & pyraticæ, opportunam, è faucibus ſuis tanquam bolum eripi, mox facto impetu *Viſmariam*, alioſque portus, occupârunt. Neque hoc ſatis. Sed inimicam *Suecis*, *Poloniæ Regis* claſſem apud *Dantiſcum* excubantem, attraxerunt. Cujus operâ ſic quidem *Mare Balthicum* ſpoliis, rapiniſque, exercuerunt, ut *Rex Sueciæ* novam claſſem inſtruere, veteremque *Sinus Balthici* libertatẽ, non abſq; magnis tàm ſumptib⁹, q̃ laboribus, vindicare cogeretur.

Ne autem eorum quicquam, quæ tàm ad amicam compoſitionem, quàm ipſam pacis ſecuritatem, conciliandã, pertinere videbantur, tùm quidem omitterentur. Ecce! *Rex*, ſub pacificationis diæta, inter *Cæſarem*, & *Daniæ Regem*, apud *Lübeccam* aperta, loco ſuo minimè deeſſe præcogitavit. Sic ut legatos eò mitteret.. Tamque ratione *Straleſundæ Civitatis*, quàm aliarum, ab aliquot annis naſcentium, difficultatum, tractationem offerret. Ut juxtà pacem ipſam, inter *Cæſarem*, ac *Daniæ Regem*, quantum ejus quidem in ſe foret, adjutare vellet. Vix enim fieri poſſe, arbitrabatur, ut, abſque definitione litis *Straleſundenſis*, quæ unà *Sueciæ Regem* tangat, pax publica, ſolida, ac vera, cõcludi queat. Illum *Regis* tùm fuiſſe animum. Ut neque hoc propoſitum *Daniæ Regi* diſplicere potuerit. Qui lubens in tractationem *Regis* legatos admiſſurus erat, niſi *Cæſareani* oppidò, & quidẽ mordicùs, repugnâſſent. Tantùm n. abeſt, ut luculenta *Regis* legatio fuerit admiſſa. Utque litteræ regiæ reſponſo dignæ ſint habitæ. Ut ex adverſo *Regis* aures acerbâ violari contumeliâ acciderit. Dùm legati ipſius modò non cum contemptu rejecti ſunt. Sed etiam minis in illos ſævitum eſt. Niſi è *Lübecca*, immò *Germaniæ* totius finibus, excedant, fore, ut omnia exſpectarent ultima.

Id genus contemptum haud infimum ejuſce per ſe, ſecundùm omniũ gentiũ jura, ac cõſuetudines, eſſe ponderis, ut legitimam, ac ſufficientem, bello cauſſam vel ſolus præbere ſufficiat. Ut jam abundè, & rectà, vindicandæ regiæ exiſtimationis igitur, in arma deſcendere potuerit. Nihilominùs, cùm poſt aliquod intervallum, ubi regii legati in *Sueciam* rediiſſent, tandem à *Cæſareanis* reſponſum emanâſſet, quo illi ex parte errorem excuſare forent conati, *Regem* aliquo modo ad ſe redire cœpiſſe. Ut putârit, injuriam illam non quidem à *Cæſaris* legatis omnibus, ſed quibuſdam maleferiatis, profectam, inq; medio relinquendam, eſſe. Neque adhûcdùm illam injuriam id pondus mereri, ut *Magnates* inter ſeſe committere, belloque implicare, debeat. Præſertim, quòd reſponſum, inter cætera, fuiſſet, *Cæſareis* legatis, ex mandato, non licuiſſe cum quopiam

Magnatum, extrà *Daniæ Regem*, conferre rationes. In
terim , nullos ſeſe dubitare, ſi ejuſmodi de pro
poſito denuò, vel *Cæſar*, vel *Fridlandiæ Dux*, inte
pellaretur, fore, ut illis è locis ſic reſpondeatur, ſ
per quo liceat acquieſcere.

Sed hancce occupationem ejus fuiſſe generi
Ut, poſteaquàm *Rex* jampridẽ injuriis fuiſſet aff
ctus multiplicibus, jam, poſt exanthlatam illam p
tientiam, ulteriùs captandus, aut offuciis id gen
fallendus, eſſet.

Quo pacto enim *Rex* laceſſitus amplius per tr
ctationes, hûc uſque eo in rerum genere ſibi inu
tatas, cum *Cæſare* experiretur? Viis per *Imperiu*
obſeſſis omnibus? Diætâque *Lübeccenſi* præprop
rè finitâ? Nihilo-languidiùs, ne quicquam eo in g
nere intentatum *Rex* relinqueret, quo pacem,
trà armorum interventum, redimeret, regni *Sue*
conſiliarios hoc *Regi* perſuaſiſſe: Iret, & apud *E*
ctores, Rom. Imperii columnas, illis ſuper injuriis, c
quereretur. Abſque dubio enim illos proceſſu
id genus indignè laturos. Simulátque remedia pr
poſituros, eſſe, quibus *Regi* queat ſatisfieri. Etiam
lis ſuorum ammonitionibus *Regem* aures prębuiſ
Immò præfatis regni ſui conſiliariis permiſiſſe,
dimiſſio ad archiſtrategum *Cæſaris* legato, corà
explorarent, an naſcentes duos inter exercitus co
liſiones amicis remediis, ac fomẽtis, ſanari quire
Iviſſe igitur *Regis Camerarium, Stenonem Bielckeniu*
Krockerumi Baronem. Atque hoc prætereà habui
in mandatis. Siquidem adverſæ partis animum
pacem propendentem experiatur, tùm quoqu
in rem *Straleſundenſium* inducias impetraret. Uſq
dùm, jactis præliminaribus, plures poſſint mitti
gati. Summaque rei controverſæ amica ex lege c
ponatur. Ea cum inſtructione lgatum eſſe prof
ctum. Qui cùm primo vere apud *Straleſundam* a
puliſſet. Notâſſetque ſibi ex effectis, in oculos i
currentibus, rerum ordinem omninò inverſu
Dùm nempè adverſa parte nihil niſi hoſtile ge
retur. *Straleſundenſes* de die in diem acerbiùs infeſ
rentur. *Portus* maritimi, in *Suecos* ſpectantes, ra
nis, ſpoliiſque, polluerentur. Novæ copiæ, nova
ma, conquirerentur. Immò, ſub *Arnheimio, Ma*
ſchallo militari, integer exercitus contrà *Suecos* pr
palàm in *Boruſſiam* mitteretur. Meritò hærere a
mis, ac ſubſiſtere, cœpit. Ne autem fruſtrà miſ
eſſe videretur, interrogare cœpit conſtantiã ſua
an litteris *Fridlandiæ Ducem* tentaret. Sedit anim
velle tentare. Miſſis igitur codicillis, indicare c
pit, qua de cauſſa eò uſque miſſus eſſet. Juxtàq
obteſtari perrexit, miſſio daretur tàm expeditic
in *Boruſſiam*, quàm cæteris actionibus hoſtilib
Modò vellet fidem haberi illis reſponſoriis, cuju
modi è diæta *Lübeccenſi* ad *Regem* perveniſſent.

Sed immane abfuiſſe, ut *Fridlandiæ Dux* tùm pr
gredientem illum exercitum ſive revocare, ſive p
cis componendæ indiciolum vel obiter præbe
voluerit. Ut tandem hæc in verba proruperit.
exercitum vel ob id reducere non poſſe. Quòd ta
tæ, ac tùm abundantes, *Cæſari* eſſent copiæ. Ut il
rum ſub *Arnheimio* legionum exoneratione op
ſit. Ut cauſſæ etiam dentur, quibus de *Cæſar*, agna
ſuo, *Poloniæ Regi*, adversùs *Suecos*, eaſdem permitt
Hujus reſponſi autographum extare. Ut vel hi
diluceſcat, diætæ illius *Lübeccenſis* deputatos vix
riò reſcripſiſſe.

S

ed neque ſic languidè egiſſe *Regis* legatum. Ut
rò, inſtitutum urgere. Alteráque vice ſenten-
recoctam exſpectare, voluerit. Idem verò re-
nſum denuò cœpiſſe iterari. Ut copiæ magnis i-
ribus proficiſci juſſæ ſint. Illas verò, tantis cum
atibus iviſſe per *Boruſsiam* in *Sueciæ Regem*. Ut ni-
premus, idemque incorruptiſſimus, *Iudex* ma-
, ab illis fabricatum, in autorum capita detor-
t, dubio procul res tàm *Regis*, quàm amicorum,
atorumque, præſens tùm in diſcrimen adduci
uerint. Quis verò nunc uſpiam eſt? Qui dubi-
Regi cauſſarum ſatis, atque abundè, ſuppedita-
fuiſſe, ut pacis cogitationes tandem ſequeſtra-
Sui verò, ſuorumque, defenſionem per armo-
viam iniret?
nterim, adhûc-dùm quiddã interceſſiſſe. Quòd
dem belli effectum retardâſſet. Illud utiq; *Col-*
Electoralis fuiſſe reſponſum. Quod quidem *Rex*
cè cœpiſſet præſtolari. Illi ſuperacceſſiſſe *Daniæ*
s arbitrum, atque interpoſitionem. Illum enim,
ogationem *Sueciæ Regis*, promptè mediatorem
er *Cæſarem*, & hunc *Sueciæ Regem*, ſeſe ſtitiſſe. Ejus
ppe animi vel tùm fuiſſe *Regem*, ut, ſi ſuper mul-
icibus quantumvis id genus injuriis ſibi ſatisfie-
Tùm ſibi, amicis, atq; agnatis, in vicinia, optata
lgeret ſecuritas, etiam vel jam tùm, amore er-
em, pacemq;, publicam, miſsâ ultionis cupidi-
eſe in amicæ compoſitionis leges deſcendere,
àm ad ultima devenire, ferroque, atq; acie, de-
nere, malle.
Hac de re, hoc currente *Anno M.DC.XXX.* inſu-
Regem primo vere ad diætam, apud *Dantiſcum*
lictam, miſiſſe legatum, ſufficienti tàm poteſta-
quàm inſtructione, auctũ. An fortè pars lædens
um, tanquam parte læſa, initia tranſactionis re-
dia inire vellet? Sed, tametſi, uſque in *Iunium*
enſem, à ſuis exſpectatum fuiſſet, nihil minùs ta-
n actum eſſe, quàm de pace. Ut vix ejuſce tra-
tionis guſtus, ac promulſis, anteceſſerit. Interim
ſareos per *Pomeraniã* fortalitia, clauſtra, portuſq;,
tuſque præoccupâſſe, ac firmiùs, inſediſſe. Ut
hinc indicium deſumi potuerit, quàm illis a-
ca pax, ac quies, cordi eſſet. Tùm quid tracta-
us, fors incidentibus, veniret fidendum.
Electores quidem, *Regis* de ſententia, plurimùm ad
nc conciliationem opis, operæq;, afferre potuiſ-
Neque in diſcrimen vocari, voluiſſe illos. Sed vi-
orem *Imperii* priſtinum defloruiſſe. Invidorum
rò potentiam hac tempeſtate eas egiſſe radices.
t *Imperium* internis viribus prorsùs ſit defectum.
Interim, præfati *Electoralis Collegii* ad ſe emerſiſſe
periori *Aprili* menſe reſponſum. Quo quidem a-
imum *Regis*, in pacis ſtudia propendentem, plenis,
t ajunt, tibiis illi commendâſſent. Ut etiam ami-
itiæ jus, atque officia, obtulerint. Nihilo-minùs,
quidem injuriis, ac contemptui, *Regi* illatis, de
uibus litteræ regiæ conqueſtæ fuiſſent, remedia
pplicare neglexiſſent. Eo ſilentio *Regi* neceſſita-
em imponi. Ipſe ut remedia proſpiciat. Viaſque
icitas ineat.
Jam, ſiquidem *Regi* tot, tantæque, injuriæ ipſo
acto intentatæ, codicilli regii intercepti, atque ef-
fracti, ſubditi verò, miniſtri, ac milites, fuiſſent
ſpoliati, expilati, in ſervitutem abrepti. Tùm com-
muni mortalium ſocietati tã utilia, quàm neceſſa-
ria, commercia, ac negotiationes, ſuis præluderen-
tur. Tùm hoſtibus ſuis omnis generis auxilia ſup-
peditarentur. Eiſdem pacis cum *Suecis* tractatio-
nes diſſuaderentur. *Sueciæ Regis* amici, ac conſangui-
nei, ex ſingulari odio, provinciis, ac regionibus ex-
uti, triſte in exilium ejicerentur. Legati *Regis*, con-
trà gentium omnium, quantumvis barbararum,
morem contumelioſè repudiarentur. Tandemque
duabus, iteratiſque vicibus hoſtilis exercitus, abſ-
que ulla data cauſſa, contrà ſe ſuperinduceretur.
Annon hæc omnia ejus eſſent commatis, ut natu-
râ, juſtitiâque, ipsâ impellentibus, vindictam ſum-
mo jure extorqueant? Ut ſingula ejus comperian-
tur eſſe ponderis. Quæ ſatisfactionem poſtulare,
nolentemque in arma pertrahere, ſufficiant.

An ergò *Rex* ocioſus conſideraret, tot machina-tiones, tot conſilia hoſtilia, in *Mare Balthicum* fabricari? An oculis ſtertentibus non animadverteret, ſibi, ſuiſque, præparari omnia ultima, ipſumq;, rerum quarumcunque noviſſimum, interitum? An non defenſionis viam calcaret? An, hoſtilibus, undique conſpirantibus, molitionibus, ipſe non ſe tueretur? Exulantibusq; amicitiæ juribus omnibus, jus in armis quæreret? Vimque vi repelleret?

Omnibus igitur *Chriſtiani* nominis, bonæque, & honeſtæ, mentis amantibus, *Regem* ex æquo dijudicandum relinquere, an aliis remediis, quàm armis, ſecuritati, ac ſaluti, ſuæ hoc tempore conſulere potuerit? An alio pacto, ſecundùm *Deum*, innocentiæ ſuæ ſatisfaciendum fuerit?

Hoc loco objectari quidem poſſe, *Regem*, vel honoris, vel alieni, cupidum, rebus *Straleſundanis* ſeſe miſcuiſſe. Adeóque hoſtiles *Cæſareanorum* perſecutiones irritâſſe. Sed illis ſic abundè ſatisfieri. Si reſpondeatur, *Cæſareanos* tot afflictionibus *Civitatem* ad ipſas penè incitas adegiſſe. An ergò *Rex* quiritationibus illius locum nullum relinqueret? An afflictis ex affectu *Chriſtiano* non ſuccurreret? Præſertim hanc ad opem ferendam cauſſis impellentibus ſatis arduis? Si maximè *Cæſaris*, & *Imperii*, hoſtibus *Rex* ſuppetias tuliſſet. Si in adverſa fœdera deſcendiſſet. Alioque pacto quoviſcunque, tàm conſilio, quàm re, incommodare cœpiſſet: Tùm quidem fortè cauſſam allegari poſſe, quam ob foret accuſandus. Jam verò illorum ne micam quidem verè in ſe cudi. Siquidem, toto illo motuum *Germanicorum* tempore, *Regem* nulli diſſidentium partium acceſſiſſe. Nullam ne quidem ſuſpicionis anſam de ſe præbuiſſe. Tantùm abeſſe, aut offenſionis, litiſque materiam injecerit. Undè non poſſit non illatas injurias, contumeliamque, ad animum admittere. Innocentiamque coràm omnibus, honeſtæ mentis amantibus, ſuam conteſtari.

Proindè, hæc cùm *Regis* arma ad nullius *Rom. Imperii Ordinis* offenſionem vergant, (tanquam quibuſcum ſibi nihil litium ſit) ſed tàm in regni ſui, ſuorumque, quàm communis libertatis, defenſionem excurrant. Uſque dùm *Regis* agnati, amici, ac vicini, in ſtatum priſtinum, unà cum provinciis, ac regionibus, ſuis, reſtituantur. Tùm *Sueciæ regnum*, unàque *Mare Balthicum*, cum *Civitate Straleſundana*, in ſecuritate reponantur, penitùſque tranquillentur. Hac de re *Regi*, ſcrupulum relinqui nullum, fore, ut juſtitiæ, æquitatiſque, amans, lector, immò unuſquiſque, cui propria ſalus, atque incolumitas, cordi eſt hoc ageret. Id eſt, adverſæ partis

actiones,pro meritis, odiſſet. Penitùſque abominaretur. Ut tantò magis *Rex* confidat, omnes virtutis,ac patriæ, amantes,*Germanos*,immò *Chriſtianæ* mentis mortales, præſentem regiæ innocentiæ deductionem, armaque legitimè ſumpta,calculis ſuis approbaturos. Quæ unicè eò dirigerentur, quò injuſtæ id genus,& barbaræ,perſecutiones retundantur.

CAP. III.

De Guſtavi Sueciæ Regis, adventu in Pomeraniam.

I.

Sueciæ Rex, immiſſis in naves copiis, trajicit in Pomeraniam.

DIctum factum. Neque enim vana erat *Sueciæ Regis* ſine viribus indignatio. Qui, ſimulàtque inſtantis expeditionis cauſſas publicâſſet, copias in naves immiſit. Direxitque versùs *Pomeraniam*. *Cæſareanis*, per eas partes hybernantibus, nunciatio ea ingrata accidit. Tàm enim apud *Gryphisvvaldam*,quàm *Garzium* præſidiarii, magno numero aucti, novis operum, pro paranda defenſione, eductionibus defatigabantur; Ut vix diariis ſufficientibus, partim laboribus manus ſubducerent,partim aliis rationibus, ipsâque fugâ,egeſtati mederentur. Eo quippe, ſub continuis illis exactionibus,exhauſtu laborabat regio, ut tot legionum molem amplius haud ſufferret.

Interim,*Chiliarchæ*, ac *Tribuni*, *Cæſareani*, juxtà vetus illud, *Hannibalem ante Portas* inſtare, intelligentes, minimè ceſsârunt novis, iiſque arctioribus,*Ducem Pomeraniæ* conſtringere conditionibus, ac vinculis. Scilicet intrà *Stetinum*, ſedem ducalem,admitteret præſidium. Ita enim,litteris teſtibus,velle *Fridlandum*. Neque hoc grave futurum *Duci*. Siquidem cohortes tàm in *Cæſaris*, quàm *Ducis*, verba eſſent adigendæ. At *Dux*, poſtquàm, concilio *Procerum* coacto, animum confirmâſſet, negavit ſe facturum. Jam enim,reſpondit,ſe remedia proſpexiſſe, quibus *Stetinum* ipſe tueri quitus eſſet. Tametſi igitur *Torquatus de Comitibus*, *Fridlandi* legatus,apud *Ducem* inſtaret,rem præſentem ità poſtulare, *Dux* ut, in *Cæſaris*,*Imperiique*, commodum, cohortes præſidiarias intrà *Stetinum* reciperet. Nihilo-minùs *Dux* confidenter reſtitit. Objecitque, hoc petitum ſuperiori tranſactioni, dùm *Garzium* ac *Griffenhagam*, nuper contraderet, è diametro adverſari. Ut *Rugiæ* etiam inſulæ, à *Suecis* jam tùm interceptæ, jacturam illis exprobraret. Quæ utique,ab externis occupata, ſibique eſſet omninò ſubtracta. Neque ſegniùs *Dux*, atque dixerat, in civitatis, ſedis illius ſuæ, defenſionem incubuit. Civibus,ſu ditiſque, tanquam legitimis gladiatoribus, dom no corpora, animoſque, religioſiſſimè addice tibus.

II.

Guſtavus, Sueciæ Rex, è Mari in continente delatus, preces Deo immolavit.

DE *Alexandro*, ob rerum geſtarum magnitu nem,dicto *Magno*, in litteras relatum eſt. lum ex *Helleſponto*,incredibili mentis ardore acce ſum,trajeciſſe in *Aſiam*. Ubi igitur continente tetigiſſet,primus *Alexander* jaculum velut in hoſ lem terram conjecit. Armatuſque de navi trip diantis in morem proſiluit. Hoſtiasque imm lavit. Precatus, ne ſe *Regem* illæ terræ invitu admitterent. Idem ferè imitatus videtur hic G ſtavus *Rex Sueciæ*. Poſteaquàm enim, *VIII. Calen Sextil.*,in feriis *D.Ioannis Baptiſtæ*,cum claſſe parti apud *Rugiam Inſulam*, partim in portu *Stralesund no*,appuliſſet, primus in continentem egreſſus e Poſitiſque humi ſub dio poplitibus, preces illas: *Deum* effudiſſe,traditur. O immenſe *Deus*! Qui cœ lo,terræque, marique horriſono, imperas. Ecc quibus verbis bonitati tuæ gratias agam, me quò ſub hoc itinere,periculi pleno, tàm clementer ſe vâſti? Gratias,immò gratas gratias, è profun cordis mei, perſolvo tibi. Comprecorque,ſic in oculis tuis eſt,hanc expeditionem non in meu lucrum, ſed unicè in honorem tuum, afflictæq *Eccleſiæ* tuæ ſolatium, auxiliumque, collimare, ve les tua me gratia ſublevare,cœptoque favere. D *Pater*,tempeſtatem, ventoſque ſerenos. Quò exe citum, totè gentibus collectum, mox lætis oc lis ſub hoc littore aſpiciam. Sanctumque felicit opus tuum exequar.

Ajunt, regios conſiliarios, ac tribunos, navib egreſſos,pium hoc non tàm intuitos eſſe ſpectac lum. Sed ad ſuſpiria ac preces, *Regis*, auribus hau ſtas,lacrymis magnam partem haud temperâſſ Ad quos converſus *Rex*, Nolite, inquit, lacrym uti. Precibus utamini, toto de corde profectis. Ul enim abundè precum eſt, affatim quoque victo riarum futurum eſt. Credite, ſi diligenter preca mur, jam nos dimidium facti conſecutos eſſe.

III.

Rex Sueciæ VVolgaſtam civitatem occupat.

QUis *Chriſtianus* neget vim magnam ineſſe pre cibus? Precatus eſt *Rex*, & ſucceſſus non de fuit. Ubi enim apud *Rugiam* inſulam nihil inveni ret obſtaculi, *VVolgaſtam* rectà dirigere cœpit. Inſu lâ inibi interjectâ (*Spandavvhaganam* incola voca antè in poteſtatem redactâ. Mox portum *VVolga ſtianum*, tametſi loricis communitum, ſuperavi Miſſisque in *Vſedomum*, inſulam vicinam,legion bus, ducentos illic *Croatas* cæcidit. Indè, ſuperat *VVolgaſtæ* munitionibus, civitas vi expugnata e Utrinque cadentibus haud paucis. Reſtabat *Ca ſtrum* civitatis. Hoc enim *Cæſareani*,urbe expugna tâ, aliquàmdiu tuebantur. Usq; ad *Calendas Auguſt*

Qu

tempore etiam defenſores herbam ut ajunt,
exerunt. His ſub initiis regii *VVollinum* pro-
liebantur. Sed *Cæſarani*, civitate, atque arce, ex-
cis, jam tùm profugerant. Hac celeritate & ci-
tè altera, alteraque in proximo inſulâ, *Rex*
ebatur. Sic ut ſub initiis tres jam tùm ſuppe-
nt *Inſulæ*. Quibus *Rex*, tanquàm receptibus,
ſſitatis tempore, uti frui poſſet. Sic uſuvénit,
eteræ legiones *Suecicæ*, aliis, aliisque, patentibus
eſſivè portubus, ſub *Gryphisvvalda*, *VVolgaſta*, &
nvvalda, exſcenſiones facerent. Incolæ, exa-
num ſub *Cæſareanis* pertæſi, cum applauſu no-
exceperunt hoſpites. Quos mirabantur, admo-
n frugales, parvoque eſſe contentos. Sic ut ma-
ſumptibus alendi non venirent. Inprimis au-
ſic laboribus erant aſſueti. Ut quidvis non im-
rrimi molirentur.

IV.

*, ſummâ humanitate uſus, intrà Stetinum
admittitur.*

Er portus diverſos regiis ità in *Pomeraniam* pe-
netrantibus, non ampliùs res joco agebatur.
vndiquaque ad ſe introeuntes veteranos expe-
ſantur *Cæſareani*. *Torquatus de Comitibus*, lega-
Fridlandicus, nunc hoc, aliudque, animis agita-
. Neque videbatur ipſi ſatis eſſe exactum, qui-
rationibus copiis *Suecicis*, hinc indè ingruenti-
, iret obviàm. Itaque modò per inſidias *Stetini*
rceptionem tentabat. Modò copias bipartitas
tim apud *Anklamum*, partim verò *Gartzium*,
locabat. Qui cùm diverſas iniret rationes, ulte-
rique è *Pomerania* militem deduceret, *Rex*, hoc
ituto in rem ſuam uſus, inſtructa claſſe *Steti-*
petiit. Fortè tùm tempeſtas, mari incumbens,
is profectioni adverſabatur. *Rex* igitur, denuò
preces converſus, in poplitesque procumbens,
is eſt oràſſe *D E V M.* Daret ventos huic
editioni ſecundos. Votumque, pro afflictis
manis, fortunaret. Ibi ferunt oppidò, procellis
rigatis, cœlum affulſiſſe ſerenum. Sic ut,
dici temporis intervallo, vento carbaſa intran-
ecundo, claſſis, è centum, & pluribus, navibus,
icinia *Stetinenſi* appelleret feliciter. *Rex*que, *VI.*
Quintil. in conſpectu *Stetinenſium*, exſcenſio-
m faceret. Aciemque patente campo explicaret.
ià adimadverſâ, gubernator emiſſo tympanotri-
, nunciari juſſit *Suecicis*, Niſi recederent ab urbe
ngiùs, ſeſe, machinis bellicis quin experiatur, p-
peri non poſſe. Is ad *Regem*, in formando exercitu
cupatum, & equo tùm utentem, admiſſus, man-
tum herile expoſuit. Neq; hominem *Rex* vel tan-
lum dedignatus alloquio, ubi in nomen guber-
toris inquiſiviſſet, profectò, inquit, Herus ille
us vix poterat abjectiorem ad me expedire lega-
m. Quin igitur curriculo abiturus narra illi, ve-
ret ipſe, & cauſſas hujuſce adventus vel à *Rege* di-
eret.

Famâ regii nominis per *Stetinum* dilatatâ, omnes
colæ aures, animosq;, arrexêre. Mox igitur Gu-
rnatorem loci, Ducalesque conſiliarios, ad ſe e-
redientes, *Rex*, injecta dexterâ, humaniſſimis ex-
pit verbis. Et ſcitote, inquit, cur hùc cum exer-
tu, quem aſpicitis, delatus ſim. Nempè, ut à bono
tempore afflictos, oppreſſos, ejulanteſque, tot ho-
mines *Chriſtianos*, ſecundùm *Deum*, à tot vexationi-
b' redimam. Inq; libertate reponam priſtina. Hæc
igitur *Pomerania* id genus perſecutoribus, latroni-
busque, cum plena ſit, in iſtos rectâ movere conſti-
tui. Quam in rem *Stetino* mihi opus eſt. Hoc ut mi-
hi cum pace tradatis, autor vobis ſum. Niſi facitis
in promptu ſunt vires, quibus civitatem extor-
queam.

Illam ad *Regis* allocutionem, regeſſit *Tribunus*, &
legati: Hactenùs *Ducem* conſtanti fide, immotiſq;
paſſibus, *Cæſarem* veneratum eſſe. Eandem fidem,
atq; obedientiam, tàm *Cæſari*, quàm *Imperio*, ad fi-
nem uſq; vitæ, conſervaturum. Submiſsè ergò *Re-
gem* rogari, parceret hàc in parte *Duci*. Exercitumq;
deduceret. Neve terris, aliâs exhauſtis, majus in-
commodum imponeret. Ad hæc *Rex*, Non, inquit,
equidem veni, ut *Ducem* ſive à *Cæſare*, ſive *Imperio*,
divellam. Neq; aliarum regionum cupiditate affi-
cior. Satis enim terrarum mea mihi ſuppeditat
Suecia. Hoc iterùm vobis confirmo, mihi ſupremi
Numinis honorem curæ eſſe. Hoc nomine adſum
Germanis vobis. Ut tot *Chriſtianos*, ſub latronibus
gementes, liberem. Jugumq; illud ab oppreſſorum
cervicibus excutiam. Nolite timere. Non *Suecos*
experiemini raptores. Omnia præſente pecuniâ
mercabuntur. Mox adjecit: Multorum capitum
multas eſſe ſententias. Irent igitur, & *Ducem* ad ſe
adducerent. Illi enim *Regem* prolixiùs omnia expo-
ſiturum. Et hàc cum venia, ac pace, illi digreſſi
ſunt.

Intereà, dùm *Ducis* ſive egreſſus, ſive reſponſum,
exſpectaretur, aliquot horæ effluxerunt. *Rex* i-
gitur, offenſo non diſſimilis, ad cives, miniſtros-
que ducales, reliquos, ſermone converſo, rogavit,
ſe in civitatem ad *Principem* admitterent. Mox e-
nim regreſſurum. Renuentibus illis, mox cives ſic
alloqui cœpit: Mei *Stetinenſes*, inquit, confido e-
quidem, vos, ſuper adventum meo, gaudere. Tam-
etſi id eloqui reformidatis. *Dei* honor eſt. Veſtra-
que ſalus hîc vertitur. His de cauſſis vobis adſum.
Permittite, ut cohortes meæ civitatis veſtræ val-
lum occupent. Nullus erit vobis intrà lares mole-
ſtus. Neque etiam eò uſque intromittendus; Ità
vivo, & *Sueciæ Rex* natus ſum. Hæc prolocutus, *Con-
ſulem* civitatis turbæ miſtum eſſe, fit certior. Etiam
illi, ad ſe accerſito, dextram, benevolentiæ teſtem,
injecit. Cumque caput pileo nudatum, uſque ad
ruborem privati illius hominis, oſtenderet, mox
adjecit. Adſum vobis, inquit, amicus. Vos, ve-
ſtrumque *Ducem*, à latronibus ut vindicem. Non
adſum, tanquam *Rex*. Sed miles veni, qui vos tuea-
tur. Nolite neutralitatem, ut vocant, prætendere.
Ea vobis non dabitur. Facite ergò, ut ociùs, & cum
pace, admittar.

Hoc dùm familiari ſermonis genere ad aſtan-
tes utitur, ecce! *Dux*, rheda invectus, egreditur. *Rex*
igitur pedibus obviàm procedés, verbis, ſeſamo, ac
papavere, ſparſis, *Ducem* excipit, ac complectitur.
Moxque interioris admiſſionis votum repetit. Ad-
eſſe ſe, inquiens, *Ducem* ut, ſecundùm *Deum*, tuea-
tur. Regiones ejus vindicet. Inque libertate priſti-
na reponat. Adjectâ etiam hac conſolatione
non minimâ: Legiones ſuas nemini futuras one-
roſas. Ut præſentibus nummis de victu ſibi ac ne-
ceſſariis, proſpicere debeant.

Eam in ſententiam *Rex* ubi denuò humaniſſimis verbis peroràſſet, *Dux*, pace *Regis*, deliberandi ſpatium petiit. Nec mora, cum ſuis, paulum à turba ſeceſſit. Intereà *Rex* neque ſic tùm acquievit. Quin ſermone ad cives reconverſo illis omnem amicitiam, benevolentiamque, velut inſtillaret.

Finitâ deliberatione, *Rex* cum *Duce* in ſecreto verba contulit. Sed adhûc *Dux*, ſuper *Regis* admiſſione, refragabatur. *Rex* igitur, quo loco, quibus viribus, quaque celeritate, civitate potiri vellet, coràm oſtendit. Addiditque, Ne ſe ulteriùs morarentur. Utique ad alia properantem. *Dux* iteratò periculum allegare, & quàm grave ſibi futurum ſit, ſi à *Cæſare* ſeceſſionem faxit, obiicere, perrexit. Ad hæc *Rex*: *Straleſundam*, inquit, *DEI* beneficio, defendi. Non minimis ſumptibus conſervari. *Rugiam*, *Vſedomum*, *VVollinumque*, in poteſtatem redegi. Hæc omnia gratis reſtituam.

Sicque ſincerâ, atque optimâ, fide cum *Pomeraniæ Duce* agere decrevi. Ut totus hanc integritatem orbis commendaturus ſit. Nullusque dubito, quin omnibus, quibus animarum ſalus cordi eſt, hic adventus meus eveniat gratiſſimus. Ità enim affectus equidem ſum, ut brevi temporis ſpatio reliquas regionis partes à latronibus purgare. *Duciq;* reddere, cupiam.

Cùm hæc dixiſſet, interrogare cœpit *Dux*: An *Rex* hoſtium vires penetràſſet? Iisque reſiſtere ſufficeret? Cui ille: Claſſe hac, inquit, veho trigintà hominum millia. Viginti altera millia intrà *Sueciam* exſpectant imperium. Vt de ſparſivis per *Boruſſiam*, *Rugiam*, *Vſedomum*, exercitibus nihil inferam. Ad hæc *Dux*: Eſto ergò, inquit, in nomine *Domini*. Atque cum dicto *Regem* intromiſit.

Hoc modo *Rex* urbem præſidio ſuo confirmavit. Tormenta è navibus in vallum, ac propugnacula, cum numero, accerſivit. Sic, ut ſequentibus diebus civitatem, non ſatis munitam, ulteriùs cõmuniret. *Suecis* paucos intrà dies diverſa, antè urbem, opera, non ſine aſpicientium ſtupore, excitantibus. In quæ cives erogabant ſumptus. Alioquin centuriones, per vallum civitatis, ſub tentoriis vivebant, civibus haud moleſti. De quibus ille emanabat *Regis* ſermo: Ad milites non ſpectare cubicula. Ut magis ſub dio, & tentoriis, eſſe illis conveniat. Neque enim ipſe *Rex* de nocte intrà mœnia reſtabat. Sed in naves, tanquam regium cubiculum, ſingulis noctibus egrediebatur. Quo nomine, tota nocte civitatis portas volebat eſſe patentes. Ut, ſi quid accideret, ſine mora, & abſque tumultu, ire, ac redire, ſuſtineret. Sic enim in omnes belli eventus expeditos experiebatur *Tribunos*. Non ut rationes, prout alii ſolent, cum illis conferret. Sed ut omne velut ad momentum præparatis, quando vellet, uteretur.

Triduo poſt *Rex* mille quingentos delectos *Stargardiam*, viginti paſſuum millibus *Stetino* diſtantem, dimiſit. Qui cum diluculo civitatem vi expugnàrunt. Præſidiariis in turrim confugientibus. Undè diu, ſub bombardarum exploſionibus crebris, ſtrenuè repugnàrunt. Notantes autem, *Suecos* ſubter humum cuniculos agere, pyriique pulveris machinas ſubdere, veniam rogare cœperunt. Eâ impetratâ, ſub reculis, ac gladiis, dimiſſi ſunt. Magna, ejus civitatis ex occupatione, farinæ, armorumque, quantitate ad *Su*
redeunte.

CAP. IV.

De Pomeraniæ Duci
cum Rege Suecia
convento, ac trans
ctione.

I.

Pomeraniæ Ducis, cum Sueciæ Rege, paci
catio.

NE verò obiter, ac ſine conditionib
admiſſus videretur *Rex* armatus, p
cet inquirere, quibus legibus *Duci*
meraniæ, cum illo, convenerit. T
autem occurrit transactio. Pa
inter utrumque. Nos *Guſtavus-Adolphus*, *Rex Sue*
ex una, & nos *Bogislaus*, *Dux Stetini*, *ac Pomerania*
altera, parte, tàm pro nobis, quàm ſucceſſorib
Regnis, ac *Ducatibus*, noſtris, vigore præſentiu
conteſtamur. Poſteaquàm nos *Guſtavus - Adolph*
Rex Sueciæ, inauditas, gravesque, afflictiones, q
præfatus *Dux Stetini*, ac *Pomeraniæ*, unà cum reg
nibus, ac ſubditis, jam penè per triennium exan
lavit, ad animum admiſimus. Nec non ſang
nis, Religionisque, neceſſitudinem, ſingulare
que illam, quæ inter coronam *Suecicam*, reg
numque *Pomeraniæ* incolas, ex aſſiduis commer
rum uſibus, antè ſecula coaluit, atque hûcuſ
obtinuit, confidentiã, in memoriam revocavim
Inprimis etiam pacificationem illam, inter *Su*
regnum, & *Pomeraniæ Duces*, *Anno M. D. LXX.* in
riis *Luciæ*, in tabulas relatam recolere cœpim
Eâdemque operâ conſideravimus, quam ing
noſtri in præjudicium hæ regiones *Pomeraniæ* eſſ
occupatæ. Undè, tanquam ex officina, *Mare Bal*
cum infeſtari, commercia infringi, nosque, & re
noſtra, inquietari, proclive eſt. Ut vel hanc in ca
ſam afflictiones illę exerceantur. Proinde, noſ
rum eſſe putavimus partium, *Pomeraniæ Duci*
regionibusque, etiam abſque ulla prævia imp
ratione, ut opem ferremus. Simulátque, ſec
dùm *DEUM*, ab oppreſſione vindicaremus.
ut non minùs earum moleſtiarum, injuriar
hoſtiliumque offenſionum, è *Pomeraniæ* deſtru
ribus ad nos emanantium, rationem iniremus
ceſſariam. Hinc factum eſt, ut luculento cum ex
citu præfatam in *Pomeraniam* venerimus. Poſt
felicem *Rugiæ Principatus* occupationem, eò uſq
abſque ulla ferè patriæ corruptorum repreſ
ne, pedem tulerimus. Ut jam *Stetino* inhær
mus.

Ex adverſo, nobis *Bogislao*, *Stetini*, ac *Pomer*
Duci, deponderanda illa, quæ ſequuntur, occu
ba

Quippe pro derelictis eramus,auxiliis hu-
is defecti omnibus. Tantis copiis non li-
t obluctari. Subditi à putatitiis illis patriæ
nſoribus exarmati. Immò ſic quidem ex-
ti, extenuatique, premebantur; ut ne-
victus remedia; multò minùs defenſionis,
eterent. Accedit, illos, tantis ſub affli-
nibus, magis in ærumnarum, exoneratio-
incubuiſſe. Quàm ut id genus perſecu-
s, ſub vitæ periculo, tueri debuiſſent. Præ-
m, cùm appareret, pleraque, cum illis ini-
pacta, ac conventa, tametſi ſanctè ſtipulata,
e irrita. Ut emendationem tantarum mo-
arum ne ſperare quidem liceret. Quibus o-
bus, cumuli loco, ſupervenit, *Sueciæ Regem*
, tanquam *Cæſaris*, & *Imperii*; ſed *Pomeraniæ*
enus corruptorum, hoſtem copias educere. Ut
ones has ab injuriis,atque oppreſſionibus,vin-
re. Inque ſtatu priſtino reponere, affectus ſit.
ut porrò regno *Sueciæ* tranquillitatem reſti-
t. Cum *Civitate Straleſundana*, *Rugiæ Princi-*
, aliisque locis, vindicibus ſub armis recupera-
itâ ſeſe re ipsâ gerere velit. Ut potiùs hæc o-
ia prædicare, quàm ſub ultimo patriæ periculo,
ulare,debeamus.

His de cauſſis nos præfati, *Sueciæ Rex*, & *Pomera-*
Dux, utrinque tàm pro nobis, quàm regioni-
s noſtris, in honorem DEI, dictarumq; regio-
n noſtrarum ſolatium, atque incrementum,ſe-
entes mutuæ pacificationis leges ſancivimus.
mirùm, utrinque paribus paſſibus amicitiæ,ve-
que concordiæ, ac confidentiæ, jura bonâ fide
erceremus. Nullis offenſionibus operam dare-
is. Nedùm,ut per alios ejusmodi aliquid emer-
t,permitteremus. Nos mutuis operiis in jura,
tum, dignitatem, libertatemque priſtinam, ad-
rsùs vim,ac preſſuras, armis, auxiliisq;, mutuis
ndicaremus, ac tueremur. Mutua commoda,ac
mmercia, tàm è *Suecia* in *Pomeraniam*, quàm è
merania in *Sueciam*, exercenda, abſque ulla tergi-
rſatione, ultimis viribus proveheremus. Quo
omine veterrimmam illam confœderationem
utuam tàm pro nobis, quàm *Ordinibus* noſtris,
ntùm non renovamus. Sed etiam in perpetuum
tendimus, ac confirmamus. Sic ut ſingulis
cenniis hæc amica pacificatio redintegranda
t.

Hæc itaque renovata pacificatio non in offen-
onem,ſed defenſionem,dirigeretur. Niſi neceſſi-
s aliud poſtulet. Quo tempore uterque utrique,
o viribus omnibus, ultimiſque, opitularetur.
loc modo neque præſens ſanctio contrà *Cæſarem*,
nperiumque,ſed magis reſpectivè pro *Imperii* ſtatu,
ıb antiqua & libertate, & tranquillitate, conſer-
anda, itemq; *Pace* tàm *Religioſa*, quàm politica, aſ-
erenda, excurreret. Sic ut neceſſitudo illa, quâ
os *Bogiſlaus*, *Dux Stetini* & *Pomeraniæ*, *Cæſari*, *Impe-*
io, *ſuperioriſque Saxoniæ Circulo*, obligamur, (modò
billis nihil adverſi extimeſcendum ſit) non in-
ringeretur. Nedùm nos, unà cum regionibus,
c ſubditis, ab *Imperio Romano*, ejuſdemque *Impe-*
ii, ac *Circuli*, conſtitutionibus, avelleremur.
ed, juriſdictione territoriali, regalibus, juribus,
c dignitatibus, hactenùs uſitatis, deinceps utere-
nur, frueremur. Etiam *ordinibus*, ac vaſallis, ſubditisque, *Pomeraniæ* noſtræ, privilegiis, libertate, legibus fundamentalibus, juribus ſingularibus, & id genus requiſitis, ac ſtatutis, gaudentibus.

Siquidem igitur præſens unio eò tendat, quò nos *Dux Pomeraniæ* ab ærumnis, inter homines *Chriſtianos* inauditis, jam penè per triennium, adversùs *Imperii*, & *Circulorum*, conſtitutiones, *Pacem* publicam, immò ſpeciales *Cæſaris* declarationes, ac mandata, exanthlatis, liberari poſſimus. *Pomeraniæ Ordines* in ſtatu priſtino, finium, portuum, privilegiorumque, deinceps, excluſis novitatibus, ſecuritate, reponi poſſint. Sic utrinque convenit, hæc omnia bonâ fide obſervarentur. Singulaque, quæ *Pacificationi Religioſæ*, per *Rom. Imperium* ſancitæ, adverſentur, è medio datâ operâ tollerentur.

Pari lege *Pomeranæ* provinciæ, civitates, atque oppida, à *Sueciæ Rege* tàm occupata, quàm deinceps occupanda, *Duci Pomeraniæ*, unà cum regalibus, juriſdictioneque, citrà ullam exceptionem, ſumptuumque militarium refuſionem, reſtituerentur. Adjectâ hac ſaltem clauſulâ, *Pomeraniæ Dux* per ditiones illas ſuas inprimis *Rugiæ Principatum*, nequicquam abalienaret. Eosque conſtitueret præfectos, cujuſmodi, quoad regionum defenſionē, rationibus legatorū *Suecicorum* non refragarentur. Eâdem operâ *Civitati Straleſundenſi* ſua ſervarentur privilegia. Pactaque cum *Sueciæ Rege* inita. Sic tamen, ut illius oneribus, ſine mora, adhiberetur medicina.

De *Epiſcopatu Caminenſi*, tanquam ad *Pomeraniæ* regiones, *Ordineſque*, ſpectante, pariter utrinque convenit, ille etiam hac præſente ſub transactione contineretur. Si igitur accidat, præter opinionem, illum adversùs privilegia, ſtatuta, legesque fundamentales, electionemque tàm *Epiſcopi*, quàm *Coadiutoris*, infeſtari velle. Eo eventu teneretur *Rex Sueciæ*, unà cum *Pomeraniæ Duce*, *Epiſcopatum* prædictum omnibus modis aſſerere, libertatemque illi conſervare.

Neutra partium, abſque alterius ſcitu, conſenſuque, præſertim durante præſentis defenſionis neceſſitate, ad nova ſive pacta, ſive fœdera, tranſiret. Quod ſi uſuveniat, *Regem Sueciæ* in tractationes quascunque deſcendere. Hæ utique *Duci Pomeraniæ* communicarentur. Ejusque commoda ſimulátque ſpectarent. Quo nomine ſi qui *Magnates* alii, qui hanc in pacificationem unâ pedibus ire velint. Illis hoc liceret. Sic tamen, ne utriuſque regiones duriores experiantur conditiones.

Ejuſdem pacificationis intuitu ſi *Dux Pomeraniæ* deinceps bello petatur, illius cauſſam bonâ, ac ſincerâ, fide *Rex Sueciæ* ageret. Tantúmq; non ſuis modò virib9 defenſionem iniret. Sed etiam *Magnatum*, ſibi confœderatorum, aliorum quorumcunque, operas, ſuppetiasque hanc in rem adduceret. Defenſionemque illam potenter corroboraret. Idem vice versâ effectum daret *Dux Pomeraniæ*. Tanquam igitur non ſolum *Rex*, *Duxque*, ſub hac transactione, ſed regna ipſa, & provinciæ, unirentur, tàm *Sueciæ Regis* per *Pomeraniam*, quàm *Ducis Pomeraniæ* ſubditis per *Sueciam*; liceret utrobique eſſe indigenis. Sic ut *Sueci Pomeranos*,

ranos, & *Pomerani Suecos*, tàm bello, quàm pace, ſalvis tamen juribus, privilegiis, & immunitatibus, nationis utriuſque, honorarent, adjuvarent, proveherent.

Et, quò commerciorum utrinque curſus, confirmetur, monetæ regiæ æque per *Pomeraniam*, & ducales per *Sueciam*, ſuo quæque valore, admittentur.

Si nunc controverſiæ inter *Regem*, *Ducemque*, aut utriuſque provincias, ſubditoſque, naſcantur, illæ non armis, ſed remediis mitibus, ac pacificis, vel juxtà *Stetinenſem* illam ſub *An. M. D.LXX.* transactionem, definerentur.

Tandem, nos *Rex Sueciæ* nobis illud reſervavimus. Si quid humanitùs *Duci Pomeraniæ* accidat, hæreſque maſculus deficiat, antequàm *Elector Brandeburgicus*, tanquam in eventum deſignatus ſucceſſor, præſentem transactionem confirmâſſet. Hiſque regionibus ipſo opere ſuccurriſſet. Aut ſi *Electori*, ſuper ſucceſſione, controverſia intentetur. Sub illis tunc eventibus, licitum, permiſſumque, eſſet *Sueciæ Regi*, eiuſdemque ſucceſſoribus, *Pomeraniæ* regiones tantiſper ſub ſequeſtratoria, ac clientelari, tutela, ac protectione, poſſidere. Uſque dùm ſuper legitimâ ſucceſſione pleniſſimè conveniſſet. Nobiſque illo à ſucceſſore ſumptus belli (abſque tamen *Pomeraniæ* ſive regionum, ſive ſubditorum, *Ordinumque*, moleſtiis, collectiſque) fuiſſent refuſi. Unáque præſens transactio foret confirmata. Hæc omnia fide Chriſtianâ, optimaque, utrinque, exule dolo, ſervarentur.

II.

Dux Pomeraniæ, ob admiſſum intrà Stetinum Sueciæ Regem, Cæſari ſe purgat.

ILla inter *Sueciæ Regem*, *Pomeraniæque Ducem*, ubi coaluiſſet transactio, civitas *Stetinenſis*, unà cùm regionibus, in ſubſidium exercitus *Suecici*, duabus vicibus centena *Ferdinandicorum* millia contulit. *Bogiſlaus* autem *Dux* rationes inire cœpit, quibus *Cæſari* transactiouem, cum *Sueciæ Rege* pactam, conceptis verbis excuſaret. Codicillis igitur, ad *Cæſarem* dimiſſis, hoc vadum emetiri tentavit. Qui tales erant.

Supervacaneum, inquit, videri poſſe, ſi *Cæſari*, nunquam promeritas, illas ærumnas, calamitatemque acerbiſſimam, quibus cum penè per triennium, ſub *Cæſareani* militis in *Pomeraniam* ingreſſu, conflictatus fuiſſet, ab ovo deducere, aut, per circuitus, tædiosè recenſere velit. Hactenùs enim non tàm totum per orbem notoriam veritatem, ſuas, ſuorumque, querelas, quàm *Cæſaris* conteſtationes, ac diverſa reſcripta, luculentum perhibere teſtimonium. Ut taceat, ſub *Imperii* nuperis *comitiis*, tùm *Cæſari*, tùm *Electorali Collegio*, illarum querelarum cumulos; & quàm ad ultima quæque perventum ſit; ſe per legatos ſuos, & quidem circumſtantiis amplisſimis, datâ operâ intimaſſe.

Intereà, uſuveniſſe, ut *Rex Sueciæ* copioſum ac

validum, in *Pomeraniam* ſuam infudiſſet exer
tum. Ab illiſque perſonatis provinciæ defen
ribus, ſubditos ad cutim uſque exhaurientib
in armis verò parùm viriliter reſiſtentibus, mi
mè fuerit impeditus. Ut *Rex* modò, non *Ru*
principatum, modò non *Pœnemundanum*, ac *VV*
gaſtianum, portus maritimos, modò non *Vſedo*
inſulam, civitatem, regionemque, modò n
Schvveinæ, & *Divenaviæ*, munimenta, *VVollina*
que civitatem; loca omnia ſic ſatis commu
ta, citrà magnam difficultatem, occuparet.
etiam, ſuperatis illis *Stetini* velut propugnacul
ad *Stetinum* ipſum, ſedem ſuam ducalem;
ceſſerit. Id quod *Regi* factu non fuiſſet tàm
cile, ſicubi illi inſulas, portus, civitates, ac mu
menta, ſuprà relata, fortibus armis defendere
diciſſent. Itaque in hoc potiùs totos iſtos fui
ut ſubditos depilarent, regiones lacerarent,
vitates exurerent, vaſtarent, exſpoliarent, vacu
que relinquerent. Sicque *Suecis* terga obver
rent. Cuiusmodi exceſſus, barbaræque cru
litates, dictu horrendæ, veris documentis dem
ſtrari queant.

Neque hîc ſubſtitiſſe iſtorum furores. Ut
ter cætera, arcem, civitatemque, *Vckermünda*
arietâſſent, præſidiarios ſuos ejectâſſent. M
que locum dereliquiſſent. Idem apud *VVollin*
tentârunt. Ut ſedem *Ducalis* viduæ, *Saxoniæ E*
ctoris germanæ, exſpoliarent. Ignibuſque ſub
ctis exurere conarentur. Ubi ergò *Torquatu*
Comitibus pleraſque copias in anteriorem *Pome*
niam ſubduxiſſet, *Rex Sueciæ* opportunâ hac oc
ſione uti cœpit. Sic ut ex *Vſedomo* inſula curſu
recto cum claſſe apud *Stetinum* appelleret. Adm
randâque celeritate civitatem undique conclu
ret. Atque ſic quidem intrà tormentorum con
ctum urgeret. Ut neque defenſionis remedia
plicare. Neque auxiliarias *Cæſareani* exercitus
pias præſtolari, liceret.

Si nunc *Cæſar*, omneſque *Imperii Electores*, *Pr*
cipesque, calculum ordine ponerent, totuſque
bis ad animum admitteret, quo pacto præſens
fortunium *Dux* incurriſſet. Utique nullam
cenſuram, ſive judicium aliud quodcunque, ve
re ſibi exſpectandum. Quàm ſe fidei, ac conſt
tiæ, tot ſub ærumnis graviſſimis integerrimè ſer
tæ, indignam retuliſſe mercedem. Ut huius
eventus illi adversùs omnes *Imperii* conſtitution
pacemque publicam, invento novo, nimirùm
piarum hybernationibus, tributiſque, & exact
nibus, immenſis, aſcribendus ſit. Se enim, per
gratiam, hactenùs conſcientiæ ſatisfeciſſe. Ut n
unionibus, neque fœderibus, neque id genus c
ſiliis, acceſſerit. Ut nullis ſuſpectis actionibus a
mum adjecerit. Sed in integritatis, atque innoc
tiæ, paſſibus perſtans, officium fidelis *Imperii* me
bri ſit executus. Uſque dùm tandem tot conti
is exactionibus militum exhauſtus, atq; exten
tus, querelarum tot globos depoſuerit, legat
nes tot ſumptuoſas ad *Cæſarem*, & *Electores*,
miſerit. Etiam nuper inter *Cæſarem*, *Sueciæ*
Regem, apud *Dantiſcum*, alibique, intervenerit.
ſic, per *Dei* benedictionem operam ſuam in p
publicæ reductionem conferre poſſet. Interim
omnia fuiſſe fruſtranea, & abſque effecto. Ut, d

P

ẽns jam caſus interveniſſet , meritò veniat
ſandus. Rectiùsque jam ſuper ſalutiferæ pacis
ediis ſit deliberandum.

ametſi enim *Sueciæ Rex* jam tùm in *Imperium*
ſet impreſſionem. Nihilo-minùs tamen ſeſe
ſpem, atque exſpectationem, haud quidem
cere. Præſertim, cùm *Rex* ità videatur eſſe affe-
, ut neque ergà *Cæſarem*, neque *Rom. Imperium*,
uam hoſtes, educat. Sed ut commercia mariti-
eſtituat. Finitima *Imperii* membra, tàm ab an-
iſſimis temporibus, per confœderationes o-
jure conceſſas, quàm mutuum commercio-
uſum, *Sueciæ* regno neceſſitudine conjuncta,
a libertate, ac ſtatu, conſervet. Eosque adver-
im iniuſtam, à legionibus, ſub colore *Cæſarei*
inis, etiam contrà *Cæſaris* mandata, injectam,
rat, ac tueatur.

tque hæc illa eſſe. Super quibus *Cæſarem Dux*
niſsè erudire. Simulatque corrogare, vo-
it, pateretur *Cæſar* promiſſam *Cæſaream* gra-
 ſibi impertiri. Juxtàque, ſub tot onerum
levationibus, clemens dividere reſpon-
.

III.

*x Pomeraniæ, ob pacta, cum Sueciæ Rege ini-
ta, Cæſareanos irritat.*

QUantumvis igitur ſuperioribus illis expur-
gatoriis niteretur *Cæſarem* delinire. Ni-
tamen *Duci* effectum eſt. Aliis, ut fit, alia
ari perſuadentibus. Undè uſuvenit, ut lega-
arùm faventes experirentur *Electores*. Inpri-
s legionibus *Cæſaris*, per *Pomeraniam* erran-
us, eò uſque ingratum, exoſumque, e-
ſerat, ob *Regem* receptum, *Stetinenſium* no-
n, ut omnia ultima illis, ſi qui deprehendi poſ-
t, interminarentur. Ut non minùs ipſo opere ad
temam crudelitatem nihil reliqui facerent.
ucosque, in poteſtatem ex illis redactos, miſerè
cerperent.

Intereà, *Suecorum* iſti impreſſiones haud feren-
, pecorum abactionibus, expilationibus, in-
ndiisque, dabant operam. Sic, ut oppida, quæ
rvare aut nequirent, aut nollent, vel ſpoliis pol-
erent, vel incendiis omninò corrumperent.
primis verò molendina ab illis vim patieban-
r. Tanquam eâ devaſtatione *Regis* progreſſi-
us, non verò fortitudine militari, obſtare
ntenderent. Sed prudens, ac circumſpectus,
on minùs, quàm fortis, *Rex*, ſic quidem in-
ruxerat exercitum. Ut, inter neceſſaria cæ-
ra, ne quidem commeatus copiis deeſſet. Aut
lis tam ſubitò, ac facilè, foret jejunan-
um.

CAP. V.

De Sueciæ regis, in Ducatum Megapolitanum, excurſu.

I.

Guſtavus, Sueciæ Rex periclitatur.

ILla *Ducis Pomeraniæ* cum *Sueciæ Regẽ* unio, conjunctioque, militis *Cæſareani* ferociam ità exaſperavit, ut nihil non ſævitiæ in oppida, ſibi ſubjecta, eorumque incolas, abſque ulla deinceps commiſeratione, exercere ceſsârit. Maximè verò in *Penkunum*, & *Paßevvalckam*, *Pomeraniæ*, civitates, illis ſub crudelitatis generibus, tùm itum eſt, ut integro vix commentario omnia enarrari queant.

Poſteaquàm enim cives, continuis, ac graviſſimis, exactionibus extenuati, tributa, etiam extraordinaria, in momento conferre non poſſent, ſeniores, ditioresque, in vinculis abducti, cæteri expilati, ſunt. Sic, ut nec cædibus, nec conſtuprationibus, omni ferè ætati, parceretur. Ab hac ſceleris immanitate neque gravidis, neque puerperis, neq; vetulis, neque infantulis, exemptis. Sic ut multæ in necem uſque facto globo pollucrentur. Neque id ſatis. Sed ignibus injectis omni ſacra, profanaque, conturbari, domicilia tàm privata, quam publica, ipſaq; templa, in cineres redigi, cœperunt. Civibus, matribus, ſenibus, pueris, lactentibus, paſtoribus, ſenatoribus, ſine ullo diſcrimine, vulneratis, laniatis, in mortem actis. Sed grave eſt tot furoribus, tot libidinibus, has chartas polluere. Cùm tot inquinationibus, ſceleribuſque, recenſendis, vix unum aliqud ſufficiat graphium. Quibus ſine fine perpetratis *DEI* vindicis ultio differri quidem potuit, evitari non potuit.

Itáque, de periculo *Regis Sueciæ*, quod proditoris fraude intentatum, haud abſque difficultate, evaſit, rectiùs ſubiiciemus. Hic, ubi, aſſumptâ equitum cohorte unicâ, excurreret, loci cuiuſdam inſpiciendi igitur, parùm abfuit, quin in manus hoſtium incidiſſet. Quidam enim regius locumtenens, *Quintius* nomine, poſt principia ſubſiſtens, *Cæſareanis Regem* prodidit. Hac ut occaſione opportuniſſimâ uteretur. *Regem* enim capi poſſe. *Cæſareani* ergò, re compertâ, nihil morati, locum, ad quem *Rex* tendebat, propè communire, adeóq; nõ minùs à tergo vias concludere, cœperunt. Sic ut *Rex* intrà decipulam ferè eſſet, Neque progredi, neque regredi, ſuſtineret. Præſertim verò tàm exigua manu ferro viam aperire haud ſuffeciſſet. Dùm ità, nulla fugæ videtur eſſe ratio, ecce! tria equeſtrium ſigna, cohorsque equitum gravis armaturæ, à *Rege* ponè ſequi juſſa, optatò accelerant gradus. Et jam à mille quingentis *Cæſareanorum* videbatur eſſe concluſus *Rex*. Quid tùm? Perrupit Irata *Regis* virtus. Viamque inviam medios per hoſtes magnis auſis aperuit. Sic ut hoſtium ducenta cæderet paria, centum paria captiva duceret, cæteros in fugam coniiceret. Fertur fugi-

gitivus iſte proditor poſtmodùm eſſe confeſſus. Sibi quidem aliquoties in mentem veniſſe *Regem* glande ſclopeti interficiendi voluptatem. Sed toties, ubi ſclopetum id genus manuarium, quod equeſtres tractant, correpturus foret, & præcordiorum gravitatem, & dexteræ velut ſtuporem, ſe ab incœpto revocaſſe. Qui cùm fugâ longum valedixiſſet, ſub nominis infamia per furcas, ac patibula, publicari cœpit. Equeſtris ejus cohortis magiſtro, ſive præfecto, quòd proditionis eſſet conſcius, pro uva penſili in furcam acto.

II.

Sueciæ Rex educit in Megapolitanos.

HOc tempore, quo *Sueciæ Rex* penetrabat in *Pomeraniam*, *Fridlandi* per provinciam *Megapolitanam Vicarius*, concilio procerum apud *Guſtrovium* coacto, defenſionis novæ remedia præſcribebat. Nempè mille cataphractos, peditumque numerum haud contemnendum, ſtipendiis obligarent. Eorumq; omnium in conſummationem ſingulis menſibus tria *Ferdinandicorum* conferrent millia. Ità enim mandare, & velle, *Fridlandum*. Sed non parùm repugnârunt *Equeſtres*. *Ducem* onerum quorumcunque exemptionem regionibus promiſiſſe. Idemque chyrographo, ac ſigillo, corroborâſſe, remonſtrantes. Interim, non acquievit *Vicarius*. Neceſſitatem, ut ajunt, legem haud admittere, commonefaciens. Parêrent igitur & *Fridlando*. Et neceſſitati, extrà ordinem poſtulanti.

Hæc dùm in *Megapolitanis* altercationibus aguntur, *Rex Sueciæ* felicibus auſpiciis *Mare Balthicum* emenſus, non modò exſcenſionem fecit in *Pomeraniam*. Sed, ſuperatis tribus inſulis, portubus, civitatibusque, aliquammultis, magnâ provinciæ parte etiam *Stetino*, regionis metropoli, potitus eſt. Sicut præmiſſum. Quibus luculentis provectus ſucceſſibus, ſtatuit expeditionem in *Megapolitanos* convertere.

Tametſi verò *Tribuni* regii, inprimis *Pomeraniæ* proceres, apud *Regem* inſtarent, vellet, *Garzium*, ac *Grifenhagam*, vindicare. Eâque utriusque loci recuperatione provinciam pacare. Nihilominùs *Regi* aliud viſum eſt.

Cùm enim novæ copiæ tàm è *Suecia*, quàm *Boruſſia*, adveniſſent, certis de cauſſis in *Megapolitanos* educere præcogitavit. Poſtquàm ergò apud *Straleſundam* claſſem inſtruere juſſiſſet, ipſe eò, relicto *Stetino*, rediit. A *S. P. Q. Straleſundano* exquiſitis honorum ſolennitatibus exceptus. Sic in claſſis plenam inſtructionem *Rex* diligenter incubuit. Quâ rebus neceſſariis confirmatâ, ventis aſpirantibus, vela dare, ac *Megapolitanos* petere, juſſit.

Sic prima in finibus impreſſio in loricam, propè *Regniſum*, fluvium, turri inſignem, ſuſcepta. Quâ, ſub cæde multorum, oppidò in poteſtatem redactâ, illi, qui *Damgardenam* trans fluvium defendebant, potiùs in preces deſcende-
re, veniamque deprecari, quàm in armis re-
ſtere, cœperunt. Hoc aditu præoccupato, *Rüb*
tium versùs acies dirigebatur. Sed etiam hic
cus *Suecis* expugnatoribus ceſſit, non ſine ſ
guine.

III.

Rex, Edicto publicato, Ducatus Megapolit. ſubditos priſtinam ad obedientiam re- cat.

POſt vi expugnatos illos aditus, jam *Reg*
provinciam *Megapolitanam* patebat tranſi
Quò igitur equeſtres, cives, plebeosque, à *F*
landi dominatu ad priſtinam *Ducum* revoca
obedientiam, ſequente illos *Edicto* excitare n
deſtitit. *Guſtavus Adolphus*, *Sueciæ Rex*, *Duc*
Megapolitani, adjunctarumque dynaſtiarum, ſ
ditis, cujuscunque illi ſint conditionis, ſalute
Notum vobis, inquit, facimus, non ſine h
pectoris concuſſione, nos intueri coràm, qui
modis magnam partem, neglecta patriæ, relig
nis, juramentique, ſanctitudine, à *Principibus*
triis, agnatis, ac fratribus, noſtris, *Adolpho* F
derico, & *Ioanne Alberto*, fratribus, *Ducibus Me*
politanis, ſeceſſionem facientes, *Fridlando* adh
reatis. Uſque adeò, ut munia, ac ſtipendia,
illo ambiatis, cæteriſque peſſimo hoc exem
ſcandalum, offenſioniſque anſam, præbea
An neſcitis, *Fridlandum* archiſtrategum,
versùs divina, omniumque gentium, ju
Principatus illos patrios vi extorſiſſe? An obl
tum eſt, adversùs ipſam *Iuſtitiæ* legem, *Imp*
conſtitutiones, inprimis verò pacem *Gern*
niæ publicam, ſub pœna graviſſima ſa
tam, citrà ullius legitimæ cauſſæ colore
invaſiſſe hunc dominatum? Ut tantò ma
D E I mandatum in oculis ferre, patriæ, *P*
cipumque patriorum, amorem omnibus rel
mundanis anteponere, fideque, obedien
conſtantiaque, nihil antiquius habere,
beatis?

Ità factum, ut patriæ, religionis ſalvifi
juramentique, turpiter obliti, iſtius in pa
tranſieritis, qui patriæ *Principes*, magiſtrat
utique veſtrum, in exilium ejecit, *Relig*
veſtræ inſidias ſtruxit, libertati vincula im
fuit.

Quæ cùm ſic quidem comparata ſint, ut d
tiùs ferre non poſſimus, nempè conſangui
os, agnatosque, noſtros, ex nefando,
mnatoque, odio, ditionibus ſuis fraudari.
tique, ſecundùm *D E V M*, vindicem h
in rem exercitum eduximus, quo illos à triſti e
lio revocemus, inque poſſeſſionibus avitis, ac p
ſtinis, reponamus.

Siquidem enim nobis, tanquam *Chriſtianæ*
cleſiæ membro, incumbat, ſalvificæ ut
ligionis noſtræ curam ſuſcipiamus, profec
præter tot cauſſas, in medio extantes,
lias complures, toti orbi cognitiſſima
hæc ſolicitudo animum pupugit, lapſis
R

ionis, libertatiſque, rebus manum admovere-
. Poſteaquàm igitur, præoccupatis feliciter
egniſum fluvium, & *Rubnitium*, clauſtris, in
apolitanam provinciam, cum exercitu, intravi-
, utique tàm clementibus, quàm ſeriis, verbis
is inculcamus, velletis ilicet ad patriorum
cipum veſtrorum, obedientiam redire. Ar-
que inſtructi ſive in caſtra hæc noſtra excur-
, ſive operas veſtras legionibus noſtris; per
regiones *Megapolitanas* obviis, ſociare. Sic ut
nes, & ſingulos, *Fridlandi* miniſtros, quicun-
illi ſint, & quovis modo ab illo dependeant,
quam *DEI*, & *Religionis*, hoſtes, patriæque, ac li-
tatis, perſecutores, in vincula abripiatis, cæda-
eiiciatiſque. Nihilque ad debitæ obedien-
demonſtrationem reliqui faciatis. Quodſi iam,
od abominandum, dicto minùs audientes, plu-
facietis delicias; bona; fortunaſque veſtras,
m fidem, iuramentum, honorem, ac ſalutem,
ote, illa nobis ſuppetere arma, ac remedia,
bus à vobis periuris, infidis, ac proditoribus,
ſque, ac *Religionis*, contemptoribus, pœnas ſu-
re. Inque vos igne, ac ferro, animadvertere,
ſſimus. Ut nihilominùs voluntariis, ac morige-
, omnem vice verſa benevolentiam, pro re nata,
pertiri cupimus.

IV.

*x eodem Edicti genere Roſtochienſes ſtimu-
lat.*

Iuſdem monetæ extitit *Edictum* alterum. Quod
Rex detorſit tùm quoque in *Roſtochienſes*. Illis
tem ferè verbis *S. P. Q. Roſtochianum*, &, inter
os, nautas, remigeſque, & mancipia nautica,
mpellavit. Tametſi, inquit, cauſſarum, ratio-
mque, iuſtiſſimarum nobis ſit abundè, atque
atim, quibus, ſecundùm omnium gentium iu-
, legeſque militares, in vos omnes, qui patriis il-
veſtris *Principibus*, agnatis, ac fratribus, noſtris,
cibus Megapolitanis, repudium intentâſtis, à *DEO*
to, naturali, ac legitimo, magiſtratu veſtro ſeceſ-
onem feciſtis, *Fridlandi* in verba iurâſtis, adeo-
ne *DEO*, naturæ, fidei, religioni pietatique, ad-
erſari cœpiſtis, de rigore iuris militaris animad-
erteremus. Omneſque, præ ipſis hoſtibus, gra-
ùs tàm per aquas, quàm continentem; perſe-
ueremur. Nihiloſeciùs tamen; non abſque
ommiſeratione, ad animum admittimus, in tan-
hominũ multitudine, plurimos inſontes, ſontis
aucos, occurrere, Ut non tàm *Fridlandus* ipſe vos
patria, tanquam vomicas, eiicere præcogitârit.
t etiam patriæ proditores, ac periuri, tanquam
irudines ſanguini veſtro inhiantes, vobis eiectis
ortunis veſtris frui, ac diteſcere, affectârint. Quo
omine factum eſt, ut communi veſtræ civitati
actenùs tàm ſub mari, quàm continente, peper-
cerimus.

Poſteaquàm verò, cum exercitu hucuſque pro-
greſſi, tandem agnatis, ac fratribus, noſtris, *Me-
gapolitanis Ducibus*, provincias, contra omne faſ-
que, piumque, interceptas, recuperare, noſque,
& regnum noſtrum, ſecundùm *DEUM*, in ſecuri-
tate reponere, contendimus. Utique eò, inter
cætera, præſens quoque ſpectat expeditio noſtra,
quò pari operâ fidelibus ſubditis viam aperiamus,
quâ ab oppreſſione patriæ reſpirare. Eque ſervi-
tute ad priſtinam *Principum* ſuorum obedientiam
reverti, damnatæque ſervituti cervices ſubduce-
re, poſſint.

Proindè intermittere non potuimus, quin vos
omnes fidei, atque obedientiæ, ammoneremus.
Nihil dubitantes, vos, tanquam bonæ mentis, pa-
triæ, libertatiſque, amantes, occaſione, à nobis
data, opportuniſſimâ uſuros. Fœdumque iſtud
iugum excuſſuros, eſſe. Itaque, ſi hoſtes, & pro-
ditores, vi iniecta eiicietis, perſecutores ſub titu-
lo præſidii *Cæſarei* venientes, è mœnibus extermi-
nabitis, civitatemque veſtram in priſtina repone-
tis libertate, creditote, hoc integritatis veſtræ do-
cumentum in ore totius mundi futurum. Ut vix
aliis hederis luculentiùs nomina veſtra coronare,
laudemque à poſteritate vix ampliorem referre,
quiti ſitis. Ità vel hoc quoque ad vos redibit com-
modum. Ut gratiam, favoremque regium, ſi-
mulque tàm libertatis veſtræ, quàm commercio-
rum, reique familiaris, augmenta, à me exſpecte-
tis. Ex adverſo, ſcitote contraria vobis eventura
omnia. Si enim occaſionem hanc quàm ſuggeri-
mus, otioſis è manibus elabi ſinetis, datâque ope-
râ in ulteriorem ſervitutem *Fridlandicam*, non ſine
corporis, animæque, periculis, vos præcipitabitis,
ſic ſtatuitote, vos, tanquam *DEI*, *Eccleſiæ*, legum-
que patriarum, contemptores, brevi, pœnas eſſe
daturos. Ut his copiis, his claſſibus, vos terrâ, ma-
rique, perſequi, unâque privilegia, ac commer-
cia; veſtra deterere in omnem ætatem impella-
mur.

V.

*Cæſareani imponunt Roſtochienſibus. Sed Ste-
tinum tentant fruſtrà.*

ILlud *Regis Edictum* ſimulatque *Roſtochienſibus* in-
notuit, *Cæſareanos* diù latere non ſuſtinuit. Ne
itaque civitas, quod iuſſa erat, efficere poſſet, o-
mni induſtriâ præveniendum illi putârunt. Sic ut
ſequenti ſtratagemate imponerent. Nempè, tres
circiter equeſtrium legiones, in conſpectum ci-
vitatis moventes; tranſitum rogabant. Tan-
quam *Daminum* peterent, fortalitium illud à *Sue-
cicis* inſultibus defendendi propoſito. Creduli *Ro-
ſtochienſes*, quòd ſeriò *Cæſareanos* loqui putarent,
annuebant petitis. Sic tamen, ut turmatim co-
hortes traducerentur. Ità enim arbitrabantur ſuis
abundè ſatisfactum. Pars igitur ubi in forum
civitatis penetrâſſet; nihil aliud civibus in men-
tem veniebat, niſi per adverſam illos portam mox
egreſſuros. Sed ex tranſverſo accidit. Prioribus
enim intrà vias civitatis ſubſiſtentibus, mox reli-
quus numerus denſatis irrupit agminibus. Uſque
dùm urbe ex voto potirentur. Civibuſque arma
extorquerent. Ità *Cæſareanis* intrà urbem domi-
nantibus, prohibebantur *Roſtochienſes*, quò minùs
Suecis morem gererent.

Ceſſerat illud *Cæſareanis* feliciter. Aſt effectô
caruit, quod alia ex parte iidem verſus *Stetinum*
tentârunt. Innotuerat apud *Garcium* caſtra te-
Xxx nenti-

nentibus, *Regem* è *Pomerania*, aſſumptâ exercitus parte, impreſſionis alterius cauſſâ, exceſſiſſe. Ne igitur nihil agerent, hoc agendum illis occurrit. Nempè *Stetinum* peterent. An fortè voto illic aliquando potirentur. Sed animus, ac ſpes, fefellit oppidò. Quantumvis enim valida cum manu ad civitatem accederent, nihilominùs robuſtam notantes munimentorum, præſidiariorumque, vim, votis exciderunt. Sic ut ſine mora greſſus removerent. Qui ſubitaneus, ut videri poterat, regreſſus proditione vix caruiſſe putabatur. Præſertim, cùm intrà civitatis mœnia ignes ſuppoſiti tùm deprehenderentur. Interim, eiuſce rei veritas inveſtigari non potuit. Suſpicione, intrà incertitudinem, pereunte.

Externa.

De rerum Italicarũ Corollariis.

I.

Regis Chriſtianiſſimi progreſſus per Sabaudiam.

SUprà, ſub *Imperii* apud *Ratiſponam* comitiis, de *pace Italica* convenerat *Imperatori*, *Electoribus*, legatoque *Gallicano*, ſed adhucdùm *Chriſtianiſſimi Regis* exſpectabatur confirmatio. Quæ dùm extrahitur, intereà *Rex* per *Sabaudiam*, ac *Pedemontium*, luculentos fecit progreſſus. Ut tantùm non apud *Chamberinum*, *Sabaudiæ* metropolim, anteà ſubiugatam, excitaret *Curiam* provincialem, præſide, ac curialibus, ordine conſtitutis, ut ulteriùs *Anneſium*, *Ivellyum*, aliaſque civitates, in poteſtatem redigeret. Sic pari ſucceſſu *Crychius Mareſchallus*, *Regis* de mandato, *Charbonneriam* obſidione cinxit. *Vignelius* verò *Milanzam* arcem intercipere iuſſus eſt. Illinc *Montmillianum* civitatem ut concluderet. Interim *Rex*, cum exercitu, in vallem *Tarenteſeriam* promovit. Quo loco *Sabaudi*, magno cum emolumento, potuiſſent reiicere *Gallicanos*. Modò excitatis ſe maluiſſent tueri loricis. Itaque *Chriſtianiſſimi Regis* adventus illis hanc expectoràſſe videbatur audaciam. Ut nihilominùs, ad torrentem recedentes, illic loricâ ſeſe communire cœperint. Sed violenta regiorum illa fuit impreſſio, ut, modicè reſiſtentes, mox trans montem, *D. Bernhardo* cognominem, ſeſe reciperent. Quâ *Sabaudorum* fugâ *Rex* contentus, eò, quòd *Pedemontium* à *Sabaudia* iam dirimeret, gaudebat. Itaque hos aditus, fortalitio illic novè exſtructo, ilicet confirmavit. Illinc, relictâ *Montmilliano* civitate, quam, ſuper ſcopulo poſitam, obſidione tentare velle non videbatur opportunum, ad vallem *Auguſtam*, ſic dictam, ,
rexit.

II.

Hiſpani, apud Carignanum, profligantur à Gallis.

S*Pinola* animadvertens, *Galliæ Regem* hoc age
ut per vallem *Auguſtam*, ſecundùm *Bernhar*
num montem, obſidionem *Caſalinam* diſiicer
ſub *Philippo Spinola*, phalangem præmiſit, quæ (
rignanum præoccuparet. *Galloſque* eo prohibe
aditu. Parétur. Illicque, civitate in poteſtat
redactâ, ad *Padi* pontem fit caſtrametatio. In h
è partibus *Gallorum*, promovit *Tremovillius* trib
nus. Munimentaque educentes *Hiſpanos* reii
re tentavit. Sed prævalebant pedites *Hiſpan*
Ità ut *Tremovillius*, ad poplitem glande læſus,
ceptui caneret. Iterque *Pancalirium* verſùs re
geret. *Forceus Marchio* hoc intelligens, aliqu
aſſumptis legionibus *Carignanum* extorquere pr
ſumpſit *Hiſpanis*. Sed *Hiſpanorum*, trans *Padum*
greſſorum, vires cognoſcens, tantiſper ab inc
pto ceſſavit, uſque dùm pluribus ſub *Deſſiato*,
Momorancio, legionibus augeretur. Quibus
iutus, *Hiſpanis* ultrò emigrantibus, *Charignan*
recepit. Interim *Hiſpani*, in adverſam *Padi*
pam regreſſi, deſtructo illic ponte, munim
tis legiones confirmare ſtudebant, immiſſis m
chinis bellicis. Mox *Padum* tranſeuntes, in *Ga*
rum facie, loricas excitabant diverſas. Sed fo
intercurrentibus velut connexas. Pupugit h
res *Gallorum* ferocitatem maximè. Ut qui di
culter manus cohibebant. Sine dubio enim i
petus ſuſcepiſſent, niſi foret præcognitum, equ
ſtres *Hiſpanorum* legiones *Padum* ſuperare, pe
ſtres verò per pontem duci, poſſe. Tametſ
gitur pars ſtimularent, invadendos eſſe *Hiſpan*
priùſquàm munimentis ſeſe tegerent. Nihi
minùs pars conſtanter repugnabant. Oppi
periculoſum eſſe, aientes, hoſtem, munimen
ſe tuentem, adoriri velle. Exſpectarent igitur m
iores è caſtris regiis vires. Hæc ſententia om
bus probari cœpit. Mox, ubi *Forceus*, reliq
cum exercitu, ipſiſque tormentis bellicis, ſup
veniſſet, novas in deliberationes itum eſt. P
cuitque munimenta, tanquam civitatem, c
ronâ invadere. Ità factum, ut, præviis velita
bus præliis, totus ferè *Gallicanus* exercitus un
que ingrueret. Munimentaque, nondùm ab
luta, penetraret. Fortè fortunâ eo manè *Phil*
pus Spinola, unà cũ tribunis præcipuis, erat abſen
vus. Ut phalanx, ſive legiones *Hiſpanicæ*, eſſent
ſine capite. Interim hi, duce tametſi abſente, m
ſculè, animoſéque, repugnabant. Uſque dùm
multitudine vincerentur. Aliquot *Hiſpanor*
centuriis per munimenta illa cadentibus. E qu
bus numerabantur *Diego de Cardamas*, Proreg
Portugalliæ, *Ducis de Magnera*, filius, *Ludovicus Sapa*
Alonſus Suaſſus, *Beniſtus de Ribera*, *Ioannes de Maſq*
ta, *Antonius Cavalierus*, alii. Non paucis eiuſce d
gnitatis pariter captis.

Galli occubuêre *Cuirius*, *Eſtreuſque*, *Barones*, ue inferioris notæ. Ut vulneratorum amplior numerus.

terim, copiæ *Hiſpanicæ*, per *Padum* regredien- etiam tormenta ſecum reduxerunt, ponte re- incolumes. Tametſi enim *Galli* alium moli- ur pontem. Parùm tamen effecerunt: *Hiſpa-* adverſa ripa ſub munimentis ſeſe tenentibus. t nihilominùs à *Cæſaris* vindicatione *Galli* pro- rentur.

III.

Puella Italica Caſalina militat.

Um *Caſalis*, celebre illud *Italiæ*, & quidem *Montisferrati*, fortalitium ab *Ambroſ. Spinola* detur, *Toyraſius* tribunus *Gallicanus* fortiſſimus, *lis* gubernator, ad exemplum uſque, locum nuè defendebat. Sic, ut ad multiplices in ho- excurſiones, artes, ac ſtratagemata, nihil fa- t reliqui. Quâ quidem animoſæ fortitudinis le cùm inſignis eſſet, multos, exemplo ſuo, non centuriones, quàm gregarios, animare nota- eſt. Sic ut iuvenculas quoque *Italicas*, more *A- zonum*, in pugnas irritaret. Erat quippe *Caſalina* go, annos nata viginti. Hæc arma virilia ge- s, ſub quibuſcunque ſive eruptionibus, ſive ex- ſibus, in hoſtes maſculè eduxit. Sic ut *Hiſpanos* uammultos ad orcum dimitteret. Itaque ſti- dia, more cæterorum commilitonum, & me- t, & obtinuit. Quæ, tametſi graviter vulnera- ur, nihilominùs curata eadem confidentiâ veli- iones, ac prælia, ſicut anteà, frequentare perre- . Ut vel hinc liqueat, inter cæteras virtutes, qui- s ipſa facie, ipſo nomine, chorum ducunt præ- ntes matronæ, neque etiam *fortitudinis* laude ſe- m carere. Modò occaſio, atque exercitium, ſup- ditetur.

IV.

duciis exſpirantibus, Gallicanus exercitus movet in Hiſpanos.

Ic ubi *Caſalis* diu obſeſſoribus *Hiſpanis* ſtrenuè repugnâſſet, quindecim dierum induciæ inter- nerunt. *Sabaudus* ergò, maiori provinciæ parte à *llis* privatus, pacificationem plenam remis, ve- que, quod aiunt, urgebat. An ſic *Gallos* elimina- , ſuoſque ſibi reddere, ſuſtineret. *Cæſareani*, & *iſpani*, induciarum prolongationem prætende- ant. ſed refragabantur *Galli*.

Exſpirantibus igitur illis induciis, *Galli* apud *aluzam* conglomerabant integrum exercitum. ic ut eundem mox, ſub tribus *Galliæ Mareſchallis*, *orceo* nempè, *Schönbergio*, & *Marillaco*, tripartitò roducerent. Sic, antequàm moverent copiæ, *leßiſius*, *Beſanzonus*, & *Vignolius*, *Barones*, manum edeſtrium, promulſidis loco, præmittebant. Quæ iam aperiret. Pariterque provideret, ne exerci- us ordines deinceps dirimerentur. Aut annonæ, armorumque ſubſidiis, atque impedimentis, locus eriperetur. Hoc ordine totus exercitus uſque ad *Raconiſum* promovebat. Ut nihilominùs apud *Taurinum*, ſub *Tavaneo Marchione*, relinqueretur phalanx pedeſtrium, cum mille equitibus. Eo inſtituto, ſi quid tentaret *Sabaudus*, ut præſtò eſſent in excubiis. Dùm ſic per *Sommerivenium*, *Cecizolleſam*, & *Canallem*, progreditur exercitus, per indicem ductoribus nunciatur, apud *Ratiſponam*, ſub *Imperii* comitiis, ſuper pacificatione, eò uſque tranſactum eſſe. Interim, quòd, ratione *Caſalis*, appareret hæc tranſactio *Regis Chriſtianiſsimi* inſtituto adverſarii, cœptum illi urgere cœperunt. Sic tamen, ut ad *Golaltonium*, archiſtrategum *Cæſareum*, emitterent, pateretur ille *Cæſaris* copias ab *Hiſpanis* ſegregare. *Hiſpanis* enim, & *Gallis*, lege induciarum, ſolis acie experiundum eſſe.

Ubi *Aſtium*, aliaque oppida interiacentia, copiæ ſuperâſſent, apud *Ocimianum*, ſedecim paſſuum millibus à *Caſali* diſtans, re deliberatâ, viſum eſt rectà in hoſtes movere. Præſertim, cùm illi caſtra munimentis nondùm confirmâſſent. Sequenti igitur die in conſpectum hoſtis promotum eſt. Ut abſque mora iretur in legiones adverſas. Exercitus conſtabat ex octodecim pedeſtrium, & equeſtrium tribus præter propter millibus. *Hiſpanis* numero prævalentibus. *Forceus* igitur primos ducebat ordines, *Schönbergio* corpus, atque aciem, dirigente. *Marillaco* verò poſtrema ſuperingerente agmina. In ſeptem mediocres acies diviſo exercitu, è ſingulis præmittebantur cohortes, dictæ perditæ, quæ prælium inchoarent. Hæ acies inſequentes, ex aliquo intervallo, prævertebant. Ubi ergò intrà baliſtæ iactum, appropinquâſſent, omnis multitudo, in poplites procumbens, preces emiſit iaculatorias. Nuncupatis votis omnes mactè eſſe iubebantur. Neque ſegniùs ſuos quoque *Toyraſius* intrà *Caſalin* expediebat. Ut octingentos tàm equeſtris, quàm pedeſtris, armaturæ in occurſum *Gallis* ſuis educere meditaretur. Sic ut, conflictu naſcente, etiam ipſe partibus ſuis haud deeſſet.

Quanquam igitur *Hiſpani* etiam ſuas direxiſſent acies, globoſque *Toyraſii* audaciæ obieciſſent, nihilominùs *Galli* iubebantur confertis agminibus impreſſionem ſuſcipere. Quod quidem eâ ab illis factum eſt alacritate, ut, tametſi tormentis experirentur *Hiſpani* ſine miſſione, *Galli* nihil, aut parùm, moverentur. Interim, licet *Galli* nihil aliud, quam conflictum, depoſcerent, *Hiſpani* loco non movebant. Ut appareret, illos pugnam detrectando aliud quiddam meditari. Tantùmque *Gallis* obſiſtere velle.

V.

Inter Gallicanos, Hiſpanicoſque, exercitus tranſigitur, ſuper Caſali.

DUm ità diriguntur acies, ecce! *Mazarinus* mittitur ad *Schönbergium*, exercitus *Gallicani* directorem. Illi ut, nomine *Marchionis de S. Cruce*, indicaret, quod quidem hactenùs identidem negâſſet. Admiſſo *Mazarino*, in hanc itum eſt ſententiam. Nimi-

Nimirùm, *Marchio de S. Cruce*, unà cum exercitus *Hiſpanici* primoribus, numero triginta, è munimentis progrederetur. Pari numero exercitus *Gallicani* proceres obviàm irent. An ſic utrinque, ſuper *Caſali* tranſigere ſuſtineant. Vidiſſes igitur è caſtris *Hiſpanicis* procedere *Marchionem de S. Cruce, Philippum Spinolam, Ducem de Lerma, Ducem de Noceria, Serbellonum Comitem*, alioſque *Hiſpanarum* copiarum primores, dictum numerum complentes. Illis obviàm movebant *Gallicani* exercitus *Proceres*, pari numero. Egregio certè ſpectaculo, tot egregii, & quidem paludati, heroës, iam humanitate, ceremoniiſque id genus, ut vocant, curialibus certabant, qui anteà violentis ſeſe oppugnabant armis. Ubi ſic ſatis civilitati datum eſſet, tandem utriſque convênit. Nempè canones tranſactionis *Ratiſponenſis* omnes obſervarentur, ſolâ *Caſali* exceptâ. *Cæſar* igitur *Nivernenſem* in *Mantuæ*, ac *Montisferrati*, poſſeſſionem mitteret, ſicubi ille ſtato tempore ſeſe, more *Vaſalli*, ſubmiſiſſet. *Rheti*, atque *Vallis Tellinenſis* incolæ, in priſtina reponerentur libertate. Fortalitiis, novè excitatis, denuò deſtruendis. Eò uſque, dùm hæc omnia conſummarentur, *Chriſtianiſſimi Regis* exercitus ex *Italia* haud deduceretur. Nedùm *Sabaudia* excederet. De *Caſali* ſic eſſet. *Hiſpani* nempè proximo die *civitatem, arcemque*, traderent. Atque *Monteferrato* exirent. Sic ut eorum exercitus trans *Padum* in *Inſubres* moveat. *Galli* verſùs *Saluzam, Villanam*, & *Pignarolam*, ducerent per vias, maximè commodas. Interim, intrà *Caſalin* reſtaret legatus *Cæſareus*. Donec *Nivernenſi* inveſtitura, ut vocant, plenè obtigiſſet. Quo ſpatio cohortes *Gallicanæ* præſidium *Caſalinum* obirent. His ordine tranſactis, *Gallicanus* exercitus ad *Padum*, verſùs *Ocinianum*, reduxit: *Hiſpanis* adhûcdùm ſub acie conſiſtentibus.

VI.

Rex Chriſtianiſſimus ſuperioribus tractatibus colophonem adiicit. Toyraſioque, ob virtutem, maiores honores confert.

TOyraſius, re apud *Caſalin* fortiter geſtâ, *Hiſpanicum* inſpicere geſtiebat exercitum. Id illi, non ſine præcipui honoris exhibitione, permiſſum eſt. Pari, vel maiori, humanitate à *Gallicani* exercitus ductoribus excipi promeruit. Neque hoc ſatis. Sed *Rex Chriſtianiſſimus*, fortitudinis eiuſce memor, quò dignum virtute eius præmium elargiretur, coràm *Richelio Cardinali*, ac *Momorancio Duce*, *Toyraſio* ſolennes *Mareſchalli Gallicani* honores contulit.

Quantumvis igitur res ſic videretur comparata, tanquam omnia ſuper *Italica* pace eſſent confirmatiſſima, interim diverſa ſubindè emergebant obſtacula. Ut deinceps quoque novas iretur in tractationes. Inprimis *Rex Chriſtianiſſimus* non omnia approbabat, apud *Ratiſponam* conventa. Ut obiiceret, legatum limites mandati ſupergreſſum fuiſſe. Ut *Rex* ideóque calculum adiicere non poſſit. Neque languidiùs recalcitrabant *Hiſpani*. Ut oculos identidem in *Montemferratum*, *Caſalin*-

que, inſuper habitâ compoſitione, recoſivert
viderentur.

Poſtquàm verò ſub novis ſubindè tractatio
bus novæ naſcerentur controverſiæ, aliquai
ſper hæc pacificationis alea pependit ſatis du
Quouſque, ſub *Anno M. DC. XXXI.* legato ad
lam Cæſaream dimiſſo, *Rex Galliarum* menten
mnem explanavit. Iuxtàque, apud *Chieraſcon*
apertâ diætâ de omnibus pleniſſimè tranſac
eſt. Poſteaquàm igitur *Rex* tranſactionis arti
lum primum diſpunxiſſet, inſequentes tanc
clauſulas res omnis recidit.

Nimirùm *Nivernenſis*, more maioribus ſol
in poſſeſſionem ſolenniter mitteretur. Exce
locis illis, qua vel per *Montemferratum*, ad *Sal*
dum, vel ſub *Mantuana* regione ad *Ducem de G*
ſtalla, ſpectarent. Illorum inveſtituram ſive *Ni*
nenſi ipſimet, ſive *Epiſcopo Mantuano*, conferri
ſe. *Cæſareæ* copiæ, ſine mora, *Italiâ* excederent
mulátque *Hiſpanicæ*. Sic, ut, antè exitum *Iulii*,
ſent deductæ. Paucis remanentibus cohortil
ad locorum reſervatorum defenſionem nece
riis. Ad maiorem ſecuritatem, & quò omn
Rhetiæ clauſtra reſtituantur, obſides ad *Pont. M*
remitterentur. Sic, ut, circà *XIII. Calend. Sep*
bris, partibus conſtet, obſides conveniſſe. *G*
ſius itaque *Pontifici*, *Toyraſius* verò *Sabaudiæ Duc*
ſteretur. Uſque dùm locorum præmemorato
facta eſſet reſtitutio. Fortalitiorum interim
ctenùs excitatorum, omnimoda deſtructio m
ſe *Auguſto* perficeretur. *Rheti* verò præſidio *M*
tuano digredienti tranſeundi liberam facerent
teſtatem. Abſque eo, ut quicquam ſumptu
Rheti conferre debeant. Ternis pro vice coho
bus ſemel, ſimulque, tranſeuntibus. Captivi i
cem ex utráque parté permutarentur. Atque
& id genus aliis, ſub conditionibus deniqueres
licæ componi cœperunt.

VII.

Rom. Eccleſiæ Cardinales, abdicato Illuſtriſ
titulo, Eminentiſſimi nuncupari volunt.

DUm hoc loco de rebus *Italicis*, & quidem
litaribus, præmiſimus, non inopportunun
veniat etiam de actionibus *Eccleſiaſticorum* her
ſive *Præſulum*, iiſque togatis, appendicis loco,
ſpicere. Hoc verò, inquam, anno *S. Rom. Eccl*
Cardinales, coacto apud *Romam* concilio, decre
runt, deinceps *Romanæ Sedis Electores* non ampl
uſitato illo *Illuſtriſſimi*, ſed *Eminentiſſimi*, titulo u
rentur. Sic ut tàm præſentes, quam futuri, *Cardi*
les, unàque *Magiſter Hoſpitalis Hieroſolymitani*, *Re*
rendiſſimi, Eminentiſſimique, καθ᾽ ἐξοχὴν poſthâc in
gnirentur. Interim, cæteri ſive *Archiepiſcopi*, ſive *P*
mates, Epiſcopi, Præſuleſque, cuiuſcunque dignitat
ordiniſque, abſtinerent ſeſe hoc ab epitheto. N
Pontificem Max. offendere, dignitatibuſque, atq
indultis, *Sedis Apoſtolicæ*, excidere, mavelint. Ità ev
nit, hoc *Cardinalium Senatuſconſultum* ut *Ponti*
Max. non modò haberet ratum. Sed inſuper *Brev*
hanc in rem divulgatis, idem confirmaret, ſanciretque.

VIII.

erſonato Cacodæmone. Qui apud Mediola-
enſes, aulicum ſplendorem præ ſe ferens,
Ducem de Mammone profeſſus eſt.

ud autoritate tantorum *Sedis Romanæ Electo-*
m, ac *Præſulum*, non indignum. Hoc verò,
d ſequitur, abominationis, execrationiſque,
iſſimum. De *ſpectris* autem, *larvis, manibuſque,*
lentibus, complures, antè hæc tempora, non
ca in commentarios retulerunt autores. Sed
ci ferè, quod equidem ſciam, aut nulli, de i-
Dæmonibus, inter mortales, CHRISTVM pro-
os, & quidem ſub luce meridiana, ſeſe familia-
r ingerentibus, hactenùs perhibuiſſe legun-
Ut taceam, illud fidem penè humanam ex-
ere, dùm *Plutus*, ex orci tenebris hanc in lucem
rumpens, ſeſe pro *Principe* gerere, aulam, ſti-
oreſque, alere, rhedâque atque equis illuſtri-
, ſuperbire, cognitus proditur. Niſi igitur ho-
nes, tàm autoritate, quàm fide, conſpicui, hoc
gium portentum, monſtrumque infame, co-
inſpexiſſent, vix fabula præſens ſeverioris ho-
hominum auribus digna videretur. Sed veri-
ipſo eventu deprehenſa, diu latere non poteſt.
m non modò *Plutus*, per *Mediolanum Inſubrium*
em clariſſimam, ſole adulto, rhedâ, ac ſtipato-
us, illuſtris chorum duxit. Modò non *Ducem*
Mammone, iuxtà ſanctos codices *Biblicos* noſtros,
feſſus eſt. Sed inſecutura mala, atque infortu-
, innumera, dùm ſic mimum, atque hiſtrionem,
t, portendere cœpit. Et ne fruſtrà è tenebris
erſiſſet *Iupiter* iſte *Avernalis*, ecce! halitu, affla-
que ſuo, auras oppidò contaminavit. Sic ut hor-
ile naſceretur per *Italiæ* civitates, inprimis *Me-*
lanum, peſtis contagium. Indigenis ſinè nume-
quotidie infeſtâ lue ſpiritus proiicientibus.
in ergò in ſanitatem hominum, vitaſque, DEO
rmittente, ſæviret perſonatus ille *Draco*, promiſ-
porrò, ſtipendiiſque obligavit etiam veros, vi-
nteſque, homines, qui tragœdiam illam diabo-
am, ſe præeunte, ſtrenuè implerent. E quibus
ilielmum Plateam, & inprimis *Io. Iacobum Moram,*
nſorem, ambos *Mediolanenſes*, porrectis tan-
am hamo eſcis, in naſſam ſuam pertraxit. Ut
uberiùs commodis ſuis, per ipſoſmet homines,
verſùs homines, velificaretur. Propoſitis igitur
culis, auro ſignato plenis, oblatiſque in merce-
m *Moræ* tonſori, ſic cum illo pactus eſſe fertur.
nſor nempè puerum, nondùm ephæbum, vi-
un obtruncaret, laceraret, inque vaſculum con-
ceret. Superiniectis aliquot *viperarum, bufonum,*
rpentumque maximè noxiorum, paribus. Tot *ſcor-*
ionum, tot *araneorum*, & id genus peſtiferorum a-
imalium, adiunctis globulis. Ea omnia miſta, at-
ue intrà vas concluſa, ſtarent aliquantiſper ſub
igeſtione. Ubi iam probè fermentâſſent, tùm
dhibito *Alembico* per deſtillatoriam artem elice-
et *ſpiritum*, ſive *aquam peſtiferam*. E reſidentia, &
ecibus, haud ſegniùs præpararet *Linimentum, Pul-*
veremque. Hoc triplici eiuſdem remedii genere
inficeret ſub templis *Aquas*, ut, vocant, *luſtrales*,
inungeret fores, poſtes, manubria, conſpergeret-
que cœtus hominum clàm palàm convenientium.
Ità enim fore, ut catervatim plurimi horrendæ, ac novæ, peſtis ſeminio infecti, paſſim corruant, lumenque vitale relinquant. Intereà ea eſſet *Tonſoris* prærogativa. Nempè, à peſtis iſtius contagio immunis, cunctis, opem implorantibus, alexipharmaca, iuſto ſub pretio, diſpenſaret. Vitamque ad menſem, & paulò ulteriùs, ſanitatemque, certò promitteret. Atque hoc pacto, præter acceptã, ſive veriùs repræſentatam, à ſeductore, perſonato *Styge*, auri vim, *Tonſor* modò non ſanitatem proferre, ſed rem familiarem, opeſque, in immenſum extendere, poſſet.

Rectiſſimè olim prædictum eſt vel à *Romano Satyrico: Nequicquam illum ordine facere, qui quidem credat facilè.* Profectò, hic *Tonſor* non tàm facilè credidit, quàm oppidò periit. Quippe, dùm extrà legem vixit, nequicquam benè illi fuit. Dùm animum, manuſque, in mortes hominum exercuit, conſcientiam mille mortibus ſauciavit. Dùm *Dæmoni*, vel *Principem* profitenti, morem geſſit, mercedem iſtam mox retulit. Quâ quidem fraudulentus, & impoſtor, iſte, ſpiritus, amicos, ac familiares ſuos, beare ſolet; Neque enim fieri poterat, tàm vægrandia, atque horrenda, ſcelera, homicidiaque, diu ut magiſtratus, DEI in terris vicarios, fallerent. Horrenda quippe flagitia non niſi horrendi excipere conſucvêre, ac luctuoſi, exitus. Eadem calamitoſa cataſtrophe *Tonſorem*, unà cum complicibus; oppreſſit. In carceres enim, re explorata, à *Iudicibus* coniectus, & damnatus, eſt, ſic ut, carro à carnificibus alligatus, ædeſque à ſe interfectorum prætervectus, toties ignitis forficibus laceraretur, quoties ſceleris indignitas occurreret. Mox dextra, ſceleris miniſtra, amputari cœpit. Mox rotæ, contractis antè artubus, per tria horarum paria, vivus expoſitus. Mox in furcam ictus. Mox combuſtus, eſt. Cineribus in aquas diſperſis. Eodem momento *Moræ* domus à fundamento ilicet deſtructa. In locum vacantem perpetuæ ignominiæ ſuperinductâ ſtatuâ. Litteriſque quadratis, deſuper inſcriptis, tanti flagitii indicibus. Hoc cùm exquiſito ſupplicii genere *Tonſor*, & ſocius, afficerentur, curſores, ſive præcones, multitudinem, ad funeſtum ſupplicii theatrum excurrentem, præverterunt, qui cauſſas iſtius damnationis, ac ſupplicii magnâ voce proclamarent. Ità, inquam, omnibus eveniat, neceſſe eſt. Quicunque DEI, legumque, amore poſthabito, *Dæmonum* impoſturas, ac præcepta, ſequuntur. Tantumque non temporalibus, ſed æternis ſeſe mancipant carnificibus.

Quæ cùm portentoſa, atque infamis, fabula, ab hominibus fide dignis, ipſiſque gente *Italis*, ſuperiori illo anno diverſimodè referretur, non poſſum me abſtinere, quin *Epigramma* infrà ſcriptum, à me tùm ſuper execrandâ, horrendâque, id genus illuſione diabolica, deproperatum, ſuperattexam. Quod tale eſt:

Sanguineis quòd ſæva furit Bellona flagellis,
Extremaſque ciet dira per arma vices:
Quòd totæ toto bacchantur Erynnides orbe,
Cædibus & miſcent omnia ſacra. Parùm eſt.
En! (famâ maius!) iam iam Rex ipſemet orci,
Eumenidum veterem quem vocat ordo Patrem.
E tenebris, ſtygioque lacu, prorumpit in auras,
Chriſticolaſque novis terret in orbe minis.

Quà iacet Helveticas Inſubrum grandis ad Alpes
Vrbs, de lanigera quæ ſue nomen habet.
Illîc magnificas invadere dicitur ædes,
Et magni currus inſtar habere Ducis.
Antè, & ponè, cohors intextis veſtibus auro
Præcedit fictum, ſubſequiturque, Ducem.
Ille autem nitidis in equis, oſtroque ſuperbus,
Invehitur, quibus hic par nihil orbis habet.
Nec tantùm tenebris agit hæc, & luce ſepultâ:
(Namque nigros aliâs non niſi furva decent.)
Patrat at hæc medio, cùm ſol altiſſimus extat,
Cunctaque plus populis ſunt manifeſta, die.
Quid loquar? Horrenda diſpergit ſemina peſtis,
Perq; vias miſcet funera, perq; domos.
Qui diræ metuit contagia peſtis, & orat
Pharmacon à falſo Principe, liber abit.
Languidus at nullo tumidum qui Dæmona cultu
Proſequitur, (velut eſt rumor) obire ſolet.
Adde, quod humanas voces, & diſſerit omnes,
Pro ratione loci, pro populique, ſonos.
Quàcunque iſte ſuas agit, hâc, illâque, quadrigas,
Quacunque auguſtis iſte triumphat equis.
Pandunt clauſtra ſinus, penetralia ſponte pateſcunt,
Nullaque ſtat ſolidâ ianua fulta ſerâ.
A Clero iuſſus cauſſas edicere, dixit,
Facturum ſe, ſi Principe digna rogent.
Cætera quis referat? Dux DE MAMMONE vocari
Imperat. Hos titulos, hos amat iſte ſonos.
Quid ſuperaddendum? Non Dæmones amplius or
Infernas ſatagunt aut habitare domos.
Omnes ſed patulo Furiæ dominantur in orbe,
Iam ſe pro magno Principe Pluto gerit.
Quid, precor, hoc aliud? Quã quòd nunc ultima ſun
Iudicii nobis ſcilicet hora propè eſt?
Tempore quo ſtygius vinclis, pedicíſque, ſolutus
Ibit in humanos Iupiter iſte greges.
Imbelles qualis rugiens leo ſævit in agnos:
Sic in Chriſticolas ſæviet iſte leo.
At tu, Chriſte DEVS, qui Dæmona vincis, & orcum
Sub pedibuſque domas tartara fœda tuis.
Ne patere, ô DEVS alme, tui quò præda propelli
Fiant inſanis hîc, alibique, lupis.
Sanguine quas iuvat eſſe tuo, bone Chriſte, redempta
Deſere non, ô non, optime paſtor, oves.
Nos tua turba ſumus. Fas his ſit dæmonas auſis,
Cordatâq; in te vincere poſſe fide!
Donec ad auguſtas, cœleſtia gaudia, ſedes,
Dite vel invito, ſuſcipiamus iter.
Ergo Stygem quicunque petit vitare, Strygeſq;,
Se prece, ſe Domino ſervet & ille fide!
Tempora ſunt verè nunc ultima. Quiſque ſaluti,
Si ſapit, hîc animæ conſulat ergo ſuæ.

Io. Petri Lotichij RERUM GERMANI CARUM LIBER XXXIII.

CAPI. I.

Ad Ferdinandi II. Imp. dehortatorias Guſtavi Sueciæ Regis, reſponſoria.

SUprà *Guſtavi*, *Sueciæ Regis*, cauſſarum deductionē inſpeximus. Quas, pro expeditione, in *Germaniam* ſuſceptâ, allegavit. Iam eiuſdem, ad *Ferdinandi II. Imp.* dehortationem, reſponſoriam, ſive magis criminatoriam, ſubiicimus. Poſteaquàm ergò *Rex* armis ultricibus etiam in provinciam penetrâſſet *Mega politanam*, acceptis *Ferdinandi II. Imperatoris* li teris dehortatoriis, caſtris apud *Rübnitium Ioan* *Bannero* chiliarchæ intereà commendatis, *Strale ſundam* iter relegit. Quò ſic opportuniùs *Cæſar* interpellationi ſatisfaceret. Hanc verò in ſen tentiam tùm reddidit. Sereniſſime, ac Præpoten tiſſime, *Cæſar*! E codicillis tuis, *XV. Calend. Septem bris* ad me datis, pridie *Non. Octobr*, in caſtris a *Rübnitium*

itiam oblatis, intelligere fuit opportunum,
velut novam videri, copias meas in *Germaniam*
ciſſe. Ut tàm præſentium motuum cauſſas,
n intermiſſam huius belli denunciationem,
in caput devolvere cœperis. Scias autem, me
nare non potuiſſe, tàm imbecillam tecum in-
enire memoriæ recognitionem: Ut dubitare
s, quis noſtrûm primus alterum hoſtilibus ar-
aceſſiverit. Per fidem! animum tuum ſic æ-
iuſtique, amantem eſſe præconceperam. Ut
uidem alteri, quod deliquiſſet alter, obiicere
s.

lud verò tàm verum, totiuſque orbis in ocu-
ſt, *Mareſchallum* militarem tuum, abſque ulla
indictione, paulò ſuperioribus annis, inte-
n, inſtructumque, exercitum, ſub *Rom. Impe-*
quilis adverſùs me in *Boruſſiam* eduxiſſe. Ut
eteris, eiuſdem notæ, iniuriis, amicæ brevita-
udio, curioſè nihil hîc adiiciam. Quàm cer-
, indubitatumque, uſuvénit, neque tùm in-
entiam meam, neque *Conſiliariorum* regni mei
tum, pacificationis ineundæ igitur, miſſum,
valere potuiſſe. Quò minùs infeſtis, in me ex-
entibus, impreſſionibus læderer.

roindè, tametſi omnia ſingulatim, ſecundùm
drachmas, ſive ſemuncias, exactiſſimè depon-
re velim, non invenio, quo iure, quoque titu-
ræſentis belli cauſſa mihi ſit imputanda. Ut
o recti colore à me belli indictio poſtulari
at. Utpote cùm eadem deſultoria ratio antè in
habuerit locum. Studioſéque datum ſit obli-
ii id, quod mihi obiicitur. Quo nomine equi-
non infero, ſed propello, ſed amolior, bellũ.
ut fecialibus non ſit opus, ubi naturæ leges,
ndùm omnium gentium iura, imponunt de-
ionem. Neque verò ſic à me actum eſt, ut, fru-
ſpe pacis iniecta, nihil tale opinantibus ſuper-
erim. Ut geminis, ad *Rom. Imperii Electores* di-
is, codicillis, inſtitutum conteſtari cœperim.
eandem in viam à regni mei *Conſiliariis* anteà
n ſit. Per legatum archiſtratego tuo intimanti-
, niſi exceſſus, & errores, hactenùs commiſſi,
endentur, fore, ut, intuitu querelarum id ge-
æquiſſimarum, dignitatem meam aliis reme-
vindicarem. Neceſſitatiſque, mihi impoſitæ,
em penſi haberem.

Secundùm hæc, mentio fit, tanquam ab eo tẽ-
e, quo *Imperii* clavum tenere cœpiſti, nihil in
noris, rerumque mearum, diſpendium com-
tere volueris. Ut neque eò arma, ſive claſſes
ritimæ, ſpectârint. Undè neque mihi, neque
ni mei. Proceribus, fuiſſet expectandum ad-
ſi quicquam. Erroribus, ſi qui fortè interveniſ-
t, eiuſce ponderis non occurrentibus, ut iccir-
bello experiri, *Romanique Imperii* fines infeſtare,
buerim.

Iam, neque hîc opus eſt, ut vel ſuper hoc ſcru-
lo cervicem diſtorqueam: An hæ excuſationes,
cto ipſi contravenientes, non veram implicent
ntradictionem? Iudicet totus mundus. Equi-
m hoc exactè penetrare haud ſatago, (quis enim
ulos ſuos in alterius defigat præcordia?) an ex
ſtituto, & datâ operâ, me lædere ſuſceperis. In-
rim, ſub autoritate, & nomine, *Cæſaris* (ſive iam
ud præſcribere, ſive connivere, volueris) multa,
contemptus, & hoſtilitatis, plena, in me emanâſ-ſe, tàm manifeſtum eſt. Ut is, qui inficias ire velit, ſit idem facturus, ac ſi *Soli*, mundi oculo, per ſe radiantiſſimo, facem accendere, ac præferre, cupiat. Quâ confidentiâ vel conſcientiam tuam ſive teſtem, ſive iudicem, appello.

De armis, ac præparationibus militaribus, tuis ità eſt, ut rectiùs tacere, quàm curioſè ſententiam ferre, eveniat opportunum. Loquantur & conſiliarii, & conſilia tuorum. Actiones quippe militares tuorum in medio ſunt, eæque tàm ſuſpectæ, quàm evidentes. Ut ulteriori inductione non ſit opus. Si eius rei deeſſent teſtimonia, vel ſola, atque unica, *Pomerania* univerſo ſuis querelis mundo ſatisfacere queat. Cui enim incognitum, eam provinciam, nullo ſub prætextu alio, quàm *Suecici* huius belli colore, anno ſuperiori, ultimè divexari cœpiſſe? Sic, ut faſtidium, ac contemptus, mihi quæreretur.

Secundùm hæc, libenter confiteor, colliſiones id genus, mutuò natas, rectiùs remediis placidis, quàm armis, componi potuiſſe. Quo nomine optandum fuiſſet, eam tecum interveniſſe tolerantiam, iis ut oculis ferres auxilium, à me *Straleſundæ* civitati, innocenter afflictæ, erogatum. Quod quidem in nullum *Rom. Imperii* præiudicium, ſed communis *Chriſtianæ Reip.* quietem & commodum, militavit. Quàm copias, ab *Holſatiæ Duce*, ſub aquilis *Cæſareis*, adversùs me ſuperinductas, ego tùm quidem patiente animo tuli. Tametſi contrà omnia iura læderer. Cæteras iniurias taceo. Ità nullum fit dubium, dividias, ac lites, inter nos naſcentes, maturè potuiſſe componi. Ut ſic neque opus habuiſſem, immenſis ſumptibus copias contrahere. Quibus periculum ab hoc capite propulſarem. Inque *Germaniam* traiicerem.

Quandoquidem verò aliter tibi viſum eſt. Ut legati tui, apud *Lübeccam* convenientes, adversùs communia omnium gentium iura, legatos meos, in cauſſa *Straleſundenſi* eò dimiſſos, repudiarent. Iuxtáque copiæ tuæ hoſtiliter in me non ſemel inſurgerent. Utique nemo, bonæ mentis amans, ſecùs iudicare poterit, quàm non me, ſed te, reiectis remediis ordinariis, ac pacificis, omnibus, poſtrema prioribus, ex cupiditate belli, antetuliſſe. Quãquam igitur, multis modis laceſſitus, pace deſperatâ, iam dudùm, abſque ulla rerum novarum ſuſpicione, arma ſuſcipere potuiſſem. Neque enim mercari pacem oportebat. Nihilominùs tamen, quò *Chriſtiano* orbi animum, quietis amantem, conteſtarer, per *Daniæ Regis* latus pacis tractationem, intrà *Dantiſcum* ineundam, procuravi. Eoque nomine *Cancellarium* meum, cum plena tractandi poteſtate, dimiſi. Ut, contemplatione ſuper pacis bonitatem identidem coniectâ, etiam copias, non exiguis ſumptibus collectas, multa cum temporis, rerumque agendarum, opportunitatis iactura, retraxerim. Sed illius ſolicitudinis illa tandem ad me rediit merces, ut modò, non ſalutaria id genus cõſilia mea per multiplices molitiones eluderentur. Ut ne quidem dubites ſiniſtrum infelicis eius tractationis eventum in me reiicere. Certè, ſi iuſtitiæ viam calcare velles, oporteret te legatorum tuorum actiones velut in libra trutinare. Sic eventurũ eſt omninò, ut deprehendas, illos hoc egiſſe de in-

duſtria, ne ineundæ tractationis fundamenta iacerentur. Cùm ne quidem legatos meos alloquio dignos iudicâſſent. Sicut, ex more, par, & conveniens, eſt.

Deindè, ſi paulò accuratiùs tecum exactum fuiſſet, præfatam tractationis diætam non quidem *Dantiſco* alligandam venire, feciſſes rectiùs. Ea enim inter meos, *Dantiſcanoſque*, offenſionis mutuæ ſemina tùm quidem ſpargi cœperunt. Ut videri poſſit, datâ operâ illud quæſitum fuiſſe. Quò, naſcente hac colliſione, vel nullos mitterem, vel fruſtrà mitterem.

Hæc, & id genus, alia ſi quis nunc bonæ mentis ſub utraque ſtateræ lance expendat, quis noſtrûm meritò alterum accuſare poſſit, inveniet. Immò ſic agam. Ut conſcientiam, & illud, quod ſiniſtram intrà papillam ſalit, intrà te iudicem ſtatuam domeſticum. Ità enim innocentiæ atque indemnitatis, meæ ſecurus ſum futurus. Iam, dùm in armis ſto paludatus, poſt principia ingeris, te mecum, meoque *Sueciæ* regno, intemeratæ amicitiæ ius conſervaturum. Modò hæc arma ponam. Sed, quòd res non magis eſt integra, neque periculum, mihi, meiſque antè intentatum, non quidem, primis ſub labiis natat, ſed intrà effectum conſtitit. Ut terrâque, marique, non verbis tantùm aures meas violari, ſed armis, & verè, offendi me, acciderit. Ideóque ignoſcat mihi genius tuus, ſi id genus ſynceritatem perfunctoriam admittere nequeam. Ultrà enim verba quia læſus ſum, verbis ſatisfieri mihi haud patior. Ut arma, ex lege neceſſitatis mihi impoſita, tantiſper proferre affectus ſim, uſque dùm re ipſa, veriſque, ac ſolidis, fundamentis, diſcuſſo omni periculo, hic mihi eximatur ſcrupulus. Et, ſalva huius nominis exiſtimatione, ſufficienti ſub ſecuritate, acquieſcere valeam.

Quæcunque ergò fortuna hoc iuſtum meum propoſitum ſit exceptura, patienter feram utique. Rem ſiquidem omnem, quanta quanta eſt, divinæ providentiæ, cauſſæque bonitati, committere decrevi. Quodſi interim hoc ſedet, totius *Chriſtiani* orbis navim, iam à multis annis impetuoſi belli fluctibus tantùm non oppreſſam, in pacis optatæ portum deducere, atque communi naufragio vindicare, velle, ecce! ſic quidem affectus ſum, ut tàm pium, ac ſalutare, inſtitutum, ſuſceptis deinceps tractatibus, nullo pacto remorari cupiam. Quàm primùm enim hoc abs te obtineri poterit, ut reſpectivè affines, agnatos, amicos, ac vicinos, meos, nempè *Germaniæ Principes*, ac *Civitates*, priſtinum in ſtatum, quo antè hos motus *Germanicos* florere videbantur, reſtituere cogites. Quàmprimùm, inquam, ipſe conditionis, ac dignitatis, huius ſecurus ero. Quàm primùm inter regnum meum, finitimaſque provincias, vera, ac ſolida, amicitia, confidentiaque, reviviſcet. Simulátque ad has *Maris Balthici* oras ſuſpectæ copiarum, claſſiumque, præparationes tollentur. Eius enim *Maris* tutela ad me ſpectat. Simulátque deinceps iniuriarum, mihi intentatarum, ſumptuumque, hanc in defenſionem collatorum, æqua inibitur ratio. Tùm nemo te hoc effectum dediſſe citiùs colligere poterit, quàm me in pacis reductionem animum convertiſſe intelliget. Nihil enim æquè iucundum, acceptumque, contingere huic animo poterit. Quàm, ut, redu-

ctâ interiori confidentiâ mutuâ, dividiis, ac litib
detur miſſio. Egoque officiis, ac benevolen
conteſtatione, te vel ſuperare poſſim.

Quæ cùm ità ſint comparata, certè nullum
lim iniicere cuivis ſcrupulum, tanquam rebus,
ſecretis, aliorum curioſior accedam. Prout en
negotiis alienis me ingerere neutiquam ſoleo.
ſi illæ ſic quidem meis neceſſitatibus ſint conne
ut ſeparari nequeant. Ità nemo dicet me moti
acceſſiſſe *Germanicis*. Niſi illo ex incendio iam p
ximi ardere cœpiſſent parietes. Tametſi enim
perioribus annis civiles flammæ totam penè G
maniam corripuiſſent, ego tamen prudens me
ſtinui. Uſque dùm incendium hanc depopula
tur viciniam.

Ut ut nunc res cadat, ſive *DEUS* bellum no
ſive pacem, elargiatur, ſuper hoc religioſiſſi
verbis proteſtor, me nihil minùs, quàm inim
tias, adversùs *Rom. Imperium* hoc animo coqu
Quod quidem mihi affricatur. Tantùmque ab
ut in eius præiudicium quicquam moliar. Ut
gis intemeratæ illo cum amicitiæ ſanctitudin
exercere affectus ſim. Modò mihi arma non ex
queat. Dùmque hoſtibus meis auxiliatur, câ
operâ me & lædat, & laceſſat.

CAP. II.

Guſtavus, Sueciæ Re expeditionem ſuam in Germaniam ſuſc ptam, Rom. Imper Electoribus etian nunc excuſat.

POſt illam ad *Cæſarem* directã reſp
ſoriam, non ſic quidem *Rex* acq
ſcere cœpit, quò minùs *S. Rom.*
perii Electorum interpellatoriis itid
ſatisfaceret. Ità verò inſtitit ille:
ſtras, inquit, ô *Electores, VI. Id. Sextil.* datas, die
paulò ſuperioribus rectè accepi. Quem in mod
ergò, ab externa codicillorum inſcriptione,
quidem meritò, animadverti, defectum illu
quoad regium titulum, mihi debitum, iam t
dem impleri. Conſimiliter, ubi codicillos r
gnâſſem, æquè novi, inuſitatique, ſaporis ve
lud mihi uſuvénit, dùm, contrà morem, ac c
ſuetudinem, titulos illos, ſive nomina veſtra
ctoralia, in frontiſpicio præponi cœpiſſe, intui
ſum. Ut hanc rem, onuſque novum, *Regibus*, *Pr*
cipibuſque, externis, quibus cum *Rom. Imperio* n
commune eſt, imponere vobis ſedeat. Per fide
ità quidem mecum agitur, ut aut tituli regii n
fraudatione, aut nominis veſtri præſcriptione,

ſatâ operâ quæratis, quò dignitati meæ dero-
r. Omniſque deinceps inter nos litterarum
municatio exulare debeat. Interim, hoc, quic-
l eſt, ſic quidem excuſabo. Ut culpam in a-
rios transferam. Quorum calamos præco-
vi ſic quidem eſſe dentatos, ut communis pa-
urbatorum affectus, aculeoſque, rectiùs ex-
nere videantur. Dùm enim regiam dignita-
meam ſic perfunctoriè habent, facile illis au-
ri eſt, me id genus codicillos admittere nolle.
leinceps non ſtylo, ſed pilo, experiri liceat.
De *Cæſaris* ad me emiſſo epiſtolio eadem mea eſt
entia. Ut non liqueat, cur *Cæſarearum* litterarũ
raphe me *Principem*, & quidem ſuum, nuncu-
Tanq̃ ego quidem *Cæſari* ſubiectionis iure te-
. Cùm tamen ne glebam quidem poſſideam.
uſmodi vel *Cæſari*, vel *Rom. Imperio*, debeatur.
quodcunque per hoc regnum meum obtineo,
l omnia uni, ſolique, *DEO*, atque huic dextræ,
ptum ferre convenit. Ut, per divinam bene-
ionem, tàm cauſſæ bonitas, quàm bella, victo-
ue, hæc ocia mihi fecerint. Et ſic quidem,
debitus mihi honor negatur, ego quoque
ris paginas admittere negavi. Interim, hac ſu-
re non ero prolixior. Cùm conſtet, neque re-
, dignitatique regiæ meæ, ſic quicquàm dece-
e, neque vobis *Electoribus* accedere, poſſe.
Ad rem ipſam quod ſpectat, volupe mihi fuit
lligere, vobis ipſis iniurias, atque contemptus,
i à publicæ pacis turbatoribus, citrà meritum
m, intentatos, non approbari. Sed ſatius, mi-
ue fuiſſet iucundius, ſi temporiùs remedia his
ionibus convenientia applicare vobis placuiſ-
Ut iam tandem ea, quæ adverſùs me hoſtiliter
epta ſunt, obiter ſaltèm attingere velle, nimis
m ſit futurum. Equidem iam diu tàm litteris
ernunciis, quàm per miniſtros meos, prolixè
larare cœperam, quibus cauſſis graviſſimis, ur-
tiſſimiſque, impulſus *Straleſundenſium* civita-
uxilia conferre. Atque eò contemplationem
iicere, debuerim, quò regno meo ab aliquam-
ltis ſeculis fœdere iuncta civitas ab infortunio
ſervari, tùm regnum meum, ſimulque *Maris*
thici, ab impendentibus periculis in ſecuritate
oni poſſint. Ut enim eò uſque cunctari debeã,
nec hæc pericula adoleviſſent, nemo mihi faci-
erſuaſerit. Interim nihil à me quidem in *Rom.*
erium eſt peccatum. Ut, dùm nihil vel in illius
iudicium tentare volui, etiam ob id gratias mi-
deberi ſim arbitratus. Quas quidem videor pro-
ruiſſe vel eo, dùm *Civitatem*, iam vel à pacis tur-
toribus opprimendam, vel ab *Imperii* hoſtibus
piendam, tanquam per viam mitiorem, *Roman.*
perio aſſerui, conſervavique. Quo de inſtitu-
in præſentiarum nolo eſſe prolixior. Cùm faci-
prævideam, illis, quibus inſtituti illius mei ratio
n ſatisfacit, neque etiam colorem hunc gratum
turum.
An ergò civitas *Straleſundana* ſufficientes alle-
re queat cauſſas, quibus de externum ſive præ-
dium, ſive auxilium, adverſùs vim, in ſe ruentem,
ccerſere coacta fuiſſet, uſque dùm vel *Cæſaris*, vel
lectorum, opem impetraret, hoc ipſa dicat. Illa
utem iampridèm huius facti cauſſas idoneas uni-
erſo mundo reddere parata eſt. Modò coràm æ-
quis iudicibus experiri liceat. Neque verò illi, hac
ſub neceſſitate impoſita, grave fuerit vel ſenten-
tiam ferre, vel civitatem inſontem abſolvere. Cui
non obſcurum eſt, quàm tùm temporis non qui-
dem *Cæſaris* decreta, atque edicta, prævaluiſſent.
Sed potiùs indignatio, atque odia, utramque ab-
ſolviſſent paginam, & quidem iſtorum, qui omnia
ſumma in armis, ac copiis, præfecturaque ſua,
verti, præconceperant. Sic ut, ad nutus id genus
hominum, civitas perdi, atque exſcindi, debu-
erit.

Cæterùm, etiam hoc inculcatis, vobis perſua-
deri minimè, *Cæſarem*, abſque prævia ſive cauſſa,
ſive provocatione, ſive etiam externarum in *Infe-
rioris Saxoniæ Circulum*, *Mariſque Balthici* tractus,
copiarum irruptione, me, regnumque meum,
impetere velle. Cui opinioni ego quidem lubens
ſubſcriberem. Niſi tot tragica exempla hiſce meis
oculis obverſarentur. Tùm in medio eſſet, non
paucos nequicquam rectè feciſſe, qui citò credi-
derunt. Cùm hæc credulitas magno illis conſtite-
rit. Sic ut rerum, fortunarumque, omnium indè
paſſi ſint naufragium. Ut meritò ipſe culpandus
utique veniam, ſicubi curæ, atque inſpectioni,
meæ commiſſis regno, ſubditiſque, eâ ſive credu-
litate, ſive ſimplicitate, periculum, infortunium-
que, accerſere per ignaviam voluiſſem.

Tametſi igitur à *Cæſareis* miniſtris graviſſimas
accepi iniurias, à *Cæſare* tamen nihil adverſi exſpe-
ctandum mihi arbitror. Interim, cùm id genus pa-
cis corruptores, à me nequicquam laceſſiti, denſiſ-
ſimis in me iniuriis ſint invecti, ſic ut alias ſuper a-
lias inſtar cumuli, aggerere non dubitârint, ideó-
que nemo mihi vitio vertet, ſicubi non deſultoria,
ſed optima, ratione rebus id genus ſuſpectis occur-
rere ſatagam. Proindè, ſecundũ manifeſta omniũ
gentium iura, in legitima extortæ defenſionis re-
media incumbere cœpi. Sic ut neceſſitatis, non cu-
rioſitatis, arma parem. Eóque diligenter reſpiciã.
Quò vis, provinciis illata finitimis, à cervicibus
meis propellatur. Ne id genùs impetus id genus
prævaricatores, publicæque pacis hoſtes, etiam in
pomœria *Suecica* mea tentare deinceps audeant.

Quod ad directum, ut vocant, dominium, ſive
ius feudi, *Cæſari*, atque *Imperio*, debitum, facit, illud
equidem nullus impugno. Interim illud tanti non
eſt, ut amicitiæ, viciniitatis, agnationis, neceſſitu-
diniſque, vinculum tollat. Prohibeatque, quò mi-
nùs ego quidem, tanquam *Rex*, & *Princeps*, exter-
nus, afflictis conſanguineis illis meis, pro ratione
temporis, auxiliator accedere debeam. Præſertim,
cùm, mero ex pacis corruptorum odio, à nemine
defendantur. Ut in minùs citatos, minùs auditos,
id genus inuſitatus, ac violentus, cudatur proceſ-
ſus. Cuiuſmodi antè hæc tempora in *Imperio* nun-
quam conſtat uſuveniſſe. Si igitur, veſtra de ſen-
tentia, *Cæſari* cauſſæ fuerunt, quos ob agnato *Polo-
niæ Regi* auxiliator acceſſit, quis mihi cauſſas itidem
ſuppetere negabit, ut par faciam? Agnatoſque me-
os ſuſcipiam defendendos? An ergò auxilia, *Polonis*
in *Boruſſiam* emiſſa, non tanti eſſe putatis, ut ego
hac de re in *Germaniam* copias educam? Parique
lege experiar? Equidem nullus dubito, cauſſas vo-
bis fuiſſe certas, quibus de hoſtibus accederetis
meis. Utrùm autem hæ actiones citrà culpam ex-
currant,

currant, adeóque inhibere poſſint, quò minùs ego, ex æqua talionis lege, vobiſcum experiar, vos rogo, decernite ipſi. Neceſſitudo, quæ *Cæſarem* inter, *Poloniæque, Regem*, intercedit, me haud quidem obligare poterit. Ut hoſtilitates, atque iniurias, indè acceptas, ideóque concoquere oporteat. Illis accedit, nullo me iure prohiberi poſſe, quin dignitatem, ac faſtigium meum, adverſùs id genus prævaricatores afferam. Iniuriaſque, atque hoſtilia arma, in laſcivos provocatores retorqueã. Immò in hoſtes potiùs, ſub locis externis, educam. Quàm ut eos, non ſine aſſidua ſolicitudine, domi exſpectem. Ità enim vindicibus armis ulciſci licet temerè laceſſentes. Neque huic facto lex induciarum, me inter, & *Poloniæ* regnum, pactarum adverſatur.

Quæ omnia tametſi ſic quidem ſint comparata, ut toties ſim provocatus. Nihilominùs in arma primitùs haud incumbere cœpi. Ut vos, ac capita veſtra, obteſter, non ſemel à me viam quæſitam fuiſſe, quâ colliſiones, erroreſque id genus, remediis mitiſſimis componerentur. Dùm autem hæc, pacis amans, cupiditas, ſtudiumque meum, ad effectum ſpectare nequiit, per me non ſtetit. Ut illis rectè imputari fas ſit. Qui quidem remedia ſalubria, à me propoſita, tantùm non tergiverſando inſuper habere, ſed eludendo per contumeliam reiicere, non dubitârunt.

Viis ergò, fomentiſque blandientibus, locum nullum invenientibus, nemini uſque adeò mirum videri debet, ſi, præter voluntatem, ad ferrum, atque ignem, *Medicorum* more, extremo morbo extrema applicantium remedia, deveniendum mihi fuit. Siquidem enim, quâ morbus, ac læſio illa, ſanari ab initio poſſet, à vobis materia medicinalis præſcripta fuiſſet nulla. Cùm tamen & autoritate, & iudicio veſtro, meâ quidem ſententiâ, multum hanc ad rem adiumenti afferre potuiſſetis. Quis negabit, optionem mihi quidem oblatam, immò neceſſitatem impoſitam, fuiſſe, quâ me, meoſque, per modum defenſionis, in ſecuritatem re, operâque, vindicarem.

De eo verò, ſicut ab initiis proteſtari cœpi vice non ſimplici, ità eſt, ut etiamnunc iiſdem veſtigiis inhæream. Nimirùm, hoc præ me fero, me neque *Imperio*, neque vobis *Electoribus*, nedùm cæteris *Imperii Ordinibus*, malè cupere. Ac tùm demùm illis hoſtem futurum, à quibus fuero provocatus. Ut eò ſaltèm præſens mea ſpectet expeditio. Quò particularium quorundam hominum, ſub rebus turbatis commodis ſuis velificantium, quæſtibus, ſuperbiæ, libidinationibuſque, habenæ iniiciantur. Egoque, unà cum agnatis, ac vicinis, meis, in ſecuritatem priſtinam reverti queam.

Hæ ſi nunc placere queant conditiones, utique nullo vel pacto *Rom. Imperii* quietem turbaturus ſum. Ut neque *Cæſaris*, neque *Imperii*, ſive hoſtibus, ſive refractariis, auxiliator accedere velim. Ut potiùs eò ferar, quò communis pacis deſtructores ulciſci, & ab iſtis pœnas exigere. Ex adverſo illuſtria *Rom. Imperii* membra adverſùs iniurias, exitium, excidiumque, aſſerere valeam.

Denique, dùm ammonetis, ô *Electores*, vellem inſtituto ab hoc recedere, copiaſque deducere. Ego quidem illud tùm demùm futurum arbitror,

ſicubi priùs & iniuriis meis ſit ſatisfactum. Et
curitatis meæ, meorumque, certus ero. Abſque
larum tùm fortè, contrà me in *Boruſſiam* eductar
copiarum hoſtilitate fuiſſet, ut neque ego hanc
Germaniam expeditionem iam ſuſcepiſſem. Quc
ſi igitur nunc quoque legitimæ, ac ſecuræ, pa
conditiones aperientur. Egoque hoc verè, ac ſ
cerè, agi, intelligam. Tunc equidem me multi
vobis debere fatebor. Ut ultrò deponere ſim p
ratus, me tantam bonitatem præſente hac mea e
peditione unicè, ac tantùm, quæſiviſſe. Adeóc
obviis manibus amplecti velle. Quo nomine *Ch*
ſtianæ Reipublicæ gratulor. Voſque, ô *Electores*, n
uno me afficitis gaudio, dùm de pace firmâ, ſoli
que, reducendâ, ſubinfertis. Quam utique ema
rare geſtiatis. Neque enim hoc ab operoſa tàm
nerandi, inclytique, *Electoralis Collegii* veſtri virt
alienum eſt. Ut in pacis recomponendæ ſtudi
animis propendeatis. Ego verò meo quidem lo
à vobis omnia præclara, & cum amicitia coni
cta, mihi promitto.

CAP. III.

De Cæſareanorum, Suecorum, conflict bus. Deque clade S vellii, ductoris Cæſ rei. Aliiſque Suec rum progreſsibus.

I.

Sueci edictis Megapolitanos urgent.

A Litteris iterùm ad actiones, à ver
ad arma, relabimur. Neque uno lo
iam *Guſtavus, Sueciæ Rex*, militabat. S
ut tàm per *Pomeranos*, quàm *Megap*
tanos, copias utrinque proferret.
igitur caſtris apud *Rűbnitium*, verſùs *Megapolita*
ſpectantibus, *Ioan. Bannerum* præfeciſſet, hic pub
cato per provinciam edicto, ſeverâ, ac militari,
lege, tàm equeſtribus, quàm paganis, iniunge
cœpit, omnes, & ſinguli, hoc agerent. Nimirù
tàm annonam ſibi à prædatoribus, relictam, qu
iumenta ab abactoribus intacta, aut verſùs *Rűb*
tium transferrent. Aut trans *Regniſum* flumen in
ciniam *Straleſundanam* cogerent, traducerentq
Regem Sueciæ enim illo ſub inſtituto cum validis c
piis *Mare Balthicum* traieciſſe. Nimirùm, ut regi
nes, ſubditoſque, hactenùs ſub militibus, dic
tribulantibus, tantùm non excarnificatos, in libe
tatem, ac quietem, vindicaret. Sed *Principes* pat
os, veteres, ac gneſios, illos, in ſedibus priſtinis r
poner

ret. Eò igitur ſpectare *Regis* paternam ſeduli-
, unicuique tàm equeſtrium, quàm colono-
ut fortunas reliquas conſervet, non deſtruat.
s quidem miles nollet imitari raptores, & har-
omnia depopulantes. Ut magis rem cuiuſ-
miliarem aſſerere, atque in vado collocare,
t. Quæ amica, ac clemens, *Regis* ratio ſiqui-
non poſſit non fructuoſa uſuvenire omnibus,
mentis amantibus, utique nihil aliud exſpe-
, niſi hoc ut beneficium omnes obviis ample-
ur ulnis. Utique in indubitatum illorum e-
mentum cùm dirigatur. Si qui verò ſecùs fa-
ac repugnare, auſint, iſtos ipſo facto decla-
os, quàm adventu, ope, auxilioque, *Regis* eſ-
ndigni. Ut pro patriæ proditoribus, hoſti-
ue complicibus, cenſendi veniant. Adeóque
m in matriculam ſint referendi, qui *DEO* vo-
terga verterent, *Principes* patrios, immò, pro-
n ſalutem, odiſſent, hoſtes verò, & raptores,
munibus operis foverent, adiutarentque. In
commatis igitur homines, tanquam *DEI*, pa-
que, proditores, ſub militari ſeveritate, dein-
experiundum eſſe. Sic, ut neque fortunis co-
parcatur. Sed in prædia, familias, ædificia,
erro, atque igne, cuivis impunè animadver-
ac graſſari, liceat.

II.

berga, Pomeraniæ ulterioris fortalitium, à Suecis concluditur.

a dùm apud *Megapolitanos* pars copiarum *Sue-*
carum gerunt, pars altera intrà *Pomeraniam* æ-
paſſibus feriari haud cœperunt. Per ulterio-
Pomeraniam adhucdùm *Colbergâ* potiebantur
reani. Qui, ſub millenario ferè educentes, ten-
nt *Treptoviam* ad *Rigam* civitatem. Sic, ut de
tu ingruentes, ex utraque parte portas arieta-
t geminas. Sed alacritas præſidii *Suecici*, civium
coniunctio, ſic illos repreſſit feliciter, ut fru-
hanc dictam, nuptamque, tùm ſolicitarent.
apropter, ne, ſpe omni excluſâ, nihil agerent,
ſim omnia rapinis, atque expilationibus, fœdâ-
t.

Ne igitur diutiùs impunè moleſti forent, ecce!
difius, chiliarcha *Suecicus*, cum manu militari,
dimiſſus eſt, fortalitium ut, ſuperaccedentibus
onorum ſuppetiis, coronâ cingeret. Tentatam
ò obſidionem, cùm viriliter reiiceretur, mox
tavit in concluſionem. Ut eminùs ſaltèm aditus
occuparet.

Re cognitâ, *Cæſareani*, è caſtris, ad *Garzium*
tatis, miſerunt ſeptingentos, qui *Colbergenſibus*
em ferrent. Quibus *Sueci*, è caſtris *Stetinenſibus*,
currere iuſſerunt quatuor equeſtrium, & decem
deſtrium, cohortes. *Cæſareani*, intelligentes, ſe
ecis numero eſſe impares, *Colbergâ* valere iuſſâ, in
ædas, ac rapinas, diffuſi, per ambages fefellerunt
ecos. Ut nihilominùs ſpoliis onuſti impunè in
ſtra reverterentur. *Suecis* idem ſuo loco imitan-
bus. Paulò poſt neque ſic ferias egerunt *Cæſarea-*
. Ut denuò contemplationem, ſuper *Colbergæ* li-
erationem, iniicerent. Quo nomine *Torquatus de*
omitibus mediam emiſit phalangem, pari nume-
ro tàm ex equeſtribus, quàm pedeſtribus, conſtantem. Irent nempè, & *Colbergam* liberarent. Simulátque turmas, è *Boruſſia* adventantes, impeterent. Parique operâ per ulteriorem *Pomeraniam* hybernationes *Suecorum* corrumperent. Hoc ubi *Sueci* per indices didiciſſent, ilicet *Guſtavus Hornius*, *Mareſchallus* militaris, mille quingentos pedites, equitumque millenarium, è caſtris *Stetinenſibus* produxit. Cui *Baudiſius* etiam ſua cum manu acceſſit. *Cæſareani* hoc pacto ubi, nihilominùs in *Colbergæ* liberationem intenti, legionem *Kniphuſianam*, apud *Colbergam*, oppugnarent, tormentiſque experirentur, accidit, ut eos & *Baudiſius*, & *Otto Rheingrafius*, impeterent. Sic, ut, inito conflictu, multi utrinque deſiderarentur. Interim *Cæſareani* pedem retulerunt. Quorum veſtigiis, ad quatuor paſſuum millia, *Baudiſius*, aſſumptis equeſtribus, inhæſit. Hoc animadvertentes *Cæſareani*, patente ſub campo, in *Suecos* denuò direxêre aciem. Sic ut denuò recrudeſceret conflictus, non paucis utrinque, etiam cum *Baudiſii* periculo, cadentibus.

Secundùm hæc, *Sueci* eduxerunt *Löblitium*. Quo in tractu aliquot *Cæſareanorum* globos habuêre obvios. Itaque utrinque directâ acie in prælium itum eſt, *Baudiſio* alam hoſtium penetrante, inque fugam coniiciente. Interim cœlum nubilum, inſtanſque crepuſculum veſpertinum, eripuerunt diem. Sic ut partes utrinque diſiungerentur. Bono manè *Sueci* animadvertentes, *Cæſareanos* retrò ceſſiſſe, equeſtri ſub manu, non obſtante crepuſculo, illos perſequi cœperunt. Sed, cùm incidiſſent in legionem pedeſtrem, quæ quidem *Cæſareanis* auxiliatum venerat, ſic ab illa reiecti ſunt cum damno, ut terga obvertere cogerentur. Itaque nebulæ pugnandi facultatem interceperunt.

Hoc tempore apud *Stetinum* quoque haud perfunctoriè præliatum eſt. Cùm enim aliquot *Croatarum* turmæ *Stetinenſium* greges abigerent, *Denhofius*, tribunus *Suecicus*, aſſumptis quinque equeſtriũ cohortibus, in illos movit. Qui cùm paulò longiùs excurreret, in inſidiis latentes *Cæſareanos* incidit. Quibus ingruentibus magnam ſociorum partem amiſit. Gregibus non minùs, ac prędâ, *Croatis* potiuntibus.

III.

Sueci, frigoris patientes, hybernis temporibus præcipuè pugnant.

Nihilominùs res *Cæſareanorum*, præſenti rerum ſub turbine, per *Pomeraniam* in diem degenerare videbantur. Quòd enim ſubditos paſſim exhauſiſſent, parùm adiumenti ab ipſis exſpectare poterant. Magnâ provinciæ parte iam tùm à *Suecis* recuperatâ. Ceſſante igitur armorum felicitate, populi ſtudia erant defecta. Qui quidem in victorem tantùm curioſos reiicere conſueverunt oculos. Hoc pacto tàm annonæ, quàm æris, apparatuſque militaris, ingruebat penuria. Quâ palàm proſtante, mercenarius inſuper miles, cum fortuna vultum mutare ſolitus, nunc ſigna relinquebat, alióque, quò vocat error, diffugiebat. Nunc *Suecos* ad victores, &, ut apparebat, fortunatos, furtim ſeſe ſubducebat. Ad ſummam, haud ſegniùs ex contagio,

tagio, morboque militari maligno, multi cadebāt. Sic, ut aſperitas hyemis non paucos inſuper oppri-meret. Ex adverſo, *Sueci*, ſub *Aquilone*, locisque il-lis hyperboreis, nati, militantesque, rectiùs fere-bant frigora. Ut hybernationes haud magni face-rent. Quod cùm *Regi* præcognitum foret, apertè præ ſe tulit, hyemem favere militiæ ſuæ. Ut plura ſub *Bruma*, quàm ſub *Sirio*, efficere & vellet, & poſ-ſet.

Sed hoc inſtitutum non ridebat *Cæſareanis*. Uti-que, quorum legiones modò non è *Germanis*; ſed *Hiſpanis, Italis, Croatis*, & id genus gentibus, conflu-xerant. Hi itaque hybernationes afflictim deſide-rabant. Ità, ut menſores, ſive diverſoriorum deſi-gnatores, è caſtris ad *Suecos* mitterent. Qui ſtativa, & quidem hyberna, inter copias dividerent. Hoc enim, abſque rubore, præ ſe tulerunt *Cæſareani*. Nempè *Sueci*, more militari, inducias darent hy-bernas. Non quòd ſibi vel pugnandi animus, vel facultas, vel eorum quicquam, quod quidem ad bellum ſpectat, deeſſet. Intereà hyemis aſperita-tem, ſibi cumprimis moleſtam, detonare. Et fortè *Cæſarem* inter, *Regemque*, pacem coire poſſe. Quod ſi, præter exſpectationem, minùs eveniat, tunc primo cum vere ſeſe officium bonorum, ac fide-lium, militum facturos. Hæc ferè in verba cùm peroràſſent emiſſarii, *Rex* illis negativè reſponde-re iuſſit. Nempè *Suecos* ſuos toto anno militare cō-ſueviſſe. Neque magnoperè hyberna, atque hypo-cauſta, curare. Satius eſſe, ut prælia deinceps conti-nuarentur, quàm regionum ſubditi, hybernis illis ſub emunctionibus, enervarentur.

IV.

Sueciæ Rex intrà Megapolitanos fundit Savellii copias.

HYbernorum illa ſpe decollante, *Cæſareanorum* animos neque deſtituit, quantumvis ſub bru-ma, virtus. Sed fortuna deſtituit conatus. Dùm igi-tur *Sueci* occupatos provinciæ *Megapolitanæ* aditus communiunt, iamque *Daminum* civitatem obſide-re parant, *Torquatus de Comitibus*, Cæſareæ militiæ præfectus, *Savellio Duci*, eas per partes legionibus imperanti, haud ſegniùs in mandatis dedit, eductis equeſtrium tribus millenariis, adiunctisque præſi-diariis, & legionibus pedeſtribus paucis, in *Suecos* iret. Eosque, ſi cædere nequiret prorſùs, duntaxat prohiberet, ne fortalitia, ac munimenta, intrà re-gionem, ſui iuris faciant. Paret *Savellius* decreto. E-ductisque copiis *Suecos*, nihil tale opinantes, ado-riri nititur. Sed hi, rerum ſuarum ſatagentes, præ-viderant dolum. *Rege* igitur tùm præſente, etiam ſuos educunt, aciemque inſtruunt. Idem fecit *Sa-vellius*. Utràque ſic ſtante acie, *Rex* animadvertit, *Savellii* rem tormentariam parva, ac debili, manu eſſe confirmatam. Ideóque vel hinc mente præcō-cepit victoriam. Neque fefellit augurium. Quan-quam enim copias numero inferiores opponeret, nihilominùs confertis agminibus in *Cæſareanos* ſu-ſcepit impetum. Tanquam ordines perrupturus medios. Sic factum, ut pari lege *Savellius* ſpiſſaret cuneos. Interim, *Rex*, aliud ſimulando, aliud inten-tabat. Dùm enim impreſſionem facit, velut perru-pturus, ecce! ex inopinato diviſis ordinibus, m
invectus celeritate, ſuorum cum parte decli
tormentaque feliciter intercipit. Cæſis defen
bus omnibus. Quæ, in poteſtatem redacta, ſt
in *Cæſareanos* obvertit, inque eos acerrimè exp
tur. Ità factum, laxatis ut cuneis multi cade
plurimi *Roſtochium* verſùs, locaque finitima, d
gerent. Palanteſque interirent. Hoc pacto vi
Suecus trophæum erexit. Signis, tormentis, im
mentiſque, magno cum numero, interceptis.

V.

Rex Sueciæ vi expugnat Griffenhagam.

PRæcedens victoria præliminaris *Megapol*
mox alium intrà *Pomeraniam* cauſſabatur
umphum. *Rex* quippe, *Stetinum* reverſus, no
meditabatur expeditionem. Ubi igitur *Civit*
denuò loricis, ac munimentis, ad amuſſim co
mâſſet, poſtridie *Non. Decembr.* nocte intemp
pedeſtrium manum è caſtris produxit, in *Cæſ*
nos, è *Griffenhaga Colbergam* moventes, impe
facturus. Sed, quòd *Cæſareani* hoc *Suecorum* pr
ſitum odorari cœpiſſent, *Rex* tùm quidem fuit
ſtrà. Nihilominùs *Griffenhagam* admotis copiis
râ, marique, ſive aquistenùs, concluſit. Sic ut
drus navibus, tormentis apprimè multis inſtru
interciperetur. *Rex*, exploratum habens, mag
partem è caſtris apud *Garzium*, *Colbergæ* libera
ergò, excurriſſe. Seſeque intrà *Marchiam* no
circà *Stargardiam*, ac *Piricium*, tenere. Partem
intrà caſtra remanſiſſe. Adeóque, ad ripam *Vi*
in hyberna ſeſe dilatâſſe. Novis è *Boruſſia* au
copiis, X. *Calend. Ianuar.* cum duodecim pede
legionibus, & octogintà quinque equeſtriu
gnis, *Griffenhagam* verſùs, promovit. Sic ut non
nùs, adverſo licet *Viadro*, per naves actuarias
pontones, tàm manum militarem, quàm torn
ta, ingereret. Ità *Rex*, ipſâ ſub vigiliâ *Dominicæ N*
vitatis, ſtipatus non ità multis, produxit in con
ctum *Griffenhagenſium*. Sic, ut hoſtes non intel
rent, integrum inſtare exercitum. Media noc
bi octogintà numero tormenta bellica dirigi
piſſent, circà diluculum matutinum, magnis c
tibus res acta eſt. Sic, ut decem, quindecim, e
viginti, tormentis ſimul, ſemelque, exoneratis,
gna pars murorum deiiceretur. Qua præeunte
nâ, tàm vehemens à *Sueciis* ſuſcipiebatur incu
ut bis mille, & quingenti, præſidiarii tantam
lem impreſſionis ſufferre haud quiti eſſent. F
igitur illis pro remedio erat. Ut receptu ex ad
ſâ parte utentes, *Garzium* properarent. Relic
tergo paucis tàm tormentis, quàm gregariis.
quòd maturiùs præparâſſent abitum.

Sed loci præfectus, *Ferdinandus de Capua*, in
nus *Suecorum* venit. Qui cùm, ingruentibus ho
bus, ſigna militaria, ſive aquilas *Cæſareas*, aliò di
ſiſſet, ne à *Sueciis* diriperentur, eo inſtituto præſi
riis fugam digito velut monſtrâſſe videri pote
Qui cùm, ſub hoſtium incurſionibus vulnera
fuiſſet, captus, *Stetinumque*, præter exſpecta
nem, traductus eſt. Mallet itaque, ſub aquilis v
tantibus, *Stetinum*, quàm ſub cuſtodia, intrare. P
ter enim exactiones, quibus *Pomeraniam* lacerâ
eti

m ſpiritum devoviſſe ferebatur. Non acquie- um ſe, uſque dùm *Stetinum* redegiſſet in pote- em. Votum ex transverſo cecidit. Venit qui- n *Stetinum*. Quod *Capua* capere deſiderabat, ità cò venit. Non ut civitas in illius, ſed ille in tatis, eſſet poteſtate. Habuit ergò *Capuam Ste- mi* Non habuit *Stetinum Capua*. In quâ tandem ignantem profudit animam. Ut non minùs *E- bio* honoraretur eius tumulus. Quod multis n negatum eſſe *Regibus*, proditur.

Capua, Stettinum dixti te velle tenere:
Stettinum verſâ te modò ſorte tenet.
ic capiam Lætum Romanus dicere montem
Cæpit. Et eſt letho captus is ipſe ſuo.

dem enim ferè *Capuæ*, quod *Petilio, Coſſ. Roma- n Liguria* bellum gerenti, accidit. Qui cùm mõ- , cui *Lætum* cognomen erat, oppugnaret. Ho- ad milites, inquit, ego *Lætum* utique capiam. ien ab eventu fuit. Nam, autore *Val. Max.* onſideratiùs prœliando, fortuitum vocis ia- m *letho* proprio verè implevit.

VI.

tiæ Rex itidem Garzium extorquet Cæſa- reanis. Purgatque univerſam Pomera- niam.

Reverunt *Suecis* animi, ſucceſſu illo apud *Grif- ſenhagam* inſigniter aucti. *Rex* ideóque, fortu- vela inflante, nihil procraſtinandum eſſe, duxit. magnum in celeritate præſidium ſibi fore, ſapi- er iudicaret. Decrevit igitur ilicet tentare *Gar- m*, unicum illud ferè *Cæſareanorum* aſylum. Nec llit hic impetus. Poſtquàm enim, ſub turmis e- ſtribus *Marevicam*, trans pontem munimen- a ſic appellatum, cognoſceret, ecce! *Cæſaris Ma- ballus* militaris, *Schaumburgius*, nuperrimè in lo- n *Torquati de Comitibus* ſuccedens; attractis è nimento ad ſe cohortibus, tanquam ad *Garzii* enſionem ſe convertebat. Sic *Sueci* abſque cæ- & ſanguine, potiebantur propugnaculo. Inte- , *Schaumburgius*, viribus ſuis diffidens, *Garzium* poſitis exurebat incendiis. Ità ut annonam o- em, vinum, Zythumque, perruptis doliis, cor- nperet. Tùm tormenta, apparatumque armo- n, in *Viadrum* demitteret. Hâc tragœdiâ in thea- m inductâ, copiis magna ſub confuſione inſe- entibus, magnis itineribus *Francofurtum ad Via- m* properare cœpit. *Rex*, fortunâ ſic pſallente, oreas ducere doctus, nequicquam moratus, ex aque *Viadri* ripa, ſtrenuè fugientes perſequeba- . Sicut palantes paſſim ſternerentur.

Hâc auditâ *Schaumburgii*, *Cæſaris* præfecti, ad- rſâ fortunâ, cæteræ per *Pomeraniam* obhærentes giones, concuſſis veluti animis, pars *Francofur- m*, pars *Landsbergam*, exceſſerunt. Sic ut è *Piricio* s ſeptem equeſtrium cohortes celeri velut vola- ſeſe ſubducerent. In quos omnes *Sueci* opportu- s locis educentes, infauſtam illis profectionem fecerunt. Ut inprimis apud *Beervvaldam* multa *eſareanorum* pars ferro caderet. *Germanis* ius vitæ otinentibus, *Croatis* verò ſub acie gladii pereun- bus omnibus.

Sic factum, ut, extrà *Gryphiſvvaldam*, *Colbergam- que*, *Cæſareani* univerſa è *Pomeraniæ* provincia, mi- ſerrimè hactenùs divexata, magnaque *Marchiæ no- væ* parte, eiicerentur. Luculentæ illius in victoriæ memoriam, apud *Stettinum*, in feriis *Dominicæ cir- cumciſionis*, publicis gratiarum actionibus DEO per- ſolutis.

VII.

Georg. Guilielmus, Elector Brandeburgicus, adversùs raptores, latroneſque, Edictum pu- blicat.

ANtequàm eò uſque res rediiſſent, per *Mar- chiam novam* tanta *Cæſareani* militis quoque increbuit inſolentia, ac petulantia, ut omnia ten- tarentur ultima. Defectis enim pecuniarum, an- nonæque, ſubſidiis, ità omnis diſciplina militaris, iampridèm corrupta, calcabatur pedibus. Ut nihil dictu fœdum, atque immane, non patraretur. Ec- ce! enim globi gregariorum, adiunctis etiam cen- turionibus, ſub integris cohortibus, per regionem graſſabantur. Omniaque obvia ferro, atque in- cendiis, perdebant. Fertur ipſe, *Cæſaris* legatus, *Schaumburgius*, cohorruiſſe ad tantam percitorum hominum rabiem. In quibus melioris diſciplinæ ne quidem mica ſupereſſet. Ut hac ſuper perdito- rum ſupina licentia ad *Cæſarem* daret. Præ ſeque ferret, barbaras id genus libidinationes ſe, tan- quam *Germani* ſanguinis hominem, diutiùs intue- ri haud poſſe. Mallet igitur, cum pace, hac à præ- fectura militari ſe abdicare. Niſi tàm perditis a- ctionibus remedium inveniatur opportunum.

Inprimis igitur *Elector Brandeburgicus*, provin- ciæ princeps, ac dominus, in inquietos, ac furioſos, iſtos, ſequens tùm publicavit *Edictum*. An malo, nondùm ſic penitùs inveterato, aliquà mederi qui- tus eſt. Diploma erat eiuſmodi: Nos *Georgius Gui- lielmus, S.R. Imp. Elector, &c.* omnibus, & ſingulis, cuiuſcunque ſint ordinis, clementiam, & ſalutem. Nihil dubitam⁹, inquit, ad vos vel famâ emanâſſe, vel voſmet ipſos, non ſine irreparabili damno, fle- bilique cordis dolore, experimenta feciſſe, quibus nuperrimè, atque etiamnunc, prorſùs inauditis inſolentiæ, exceſſuumque, generibus milites *Cæ- ſareani*, eo nomine indignè ſeſe iactantes, provecti eſſent. Ut dùm partim has per regiones commi- grant, vel ſtativis utuntur, nihil ad ultimam petu- lantiam, crudelitatemque, faxint reliqui. Ità enim ſubditos modis penè omnibus divexant, affligunt, ſpoliant, expilant, percutiunt, vulnerant, cædunt- que. Ità greges abigunt, equos extorquent. Ità do- micilia fœdant, templa polluunt. Ità arcas, ciſtaſ- que, diripiunt. Ità virginibus, matroniſque, vim inferunt. Omniſque licentioſæ nequitiæ generi- bus bacchantur. Ut neque ulteriùs hoc ferendum, neque ocioſis oculis aſpiciendum veniat. Tantùm abeſt, ut in hoſtes hoc cum impetu ire fas ſit.

Id genus actionibus barbaris iam diu eſt, quòd connivere, ſubditoſque patientiæ ammonere, cœ- pimus. Intereà nos querelis dedimus operam. Ut, velut quiritando hanc ſarcire poſſemus, in queſtus itum ſit. Neque fruſtrà omninò opem imploravi-

mus. Sic, ut haud rarò auxilium nobis monſtratum ſit. *Cæſareique* tribuni, quàm ſeverâ triſtitiâ violari aures ſuas obſcœnis facinoribus nollent, re ipſa conteſtati ſint. Verùm, enim verùm, notamus vobis, inobedientiam militis eò uſque vires ſumpſiſſe, eò uſque inſontium ſubditorum afflictiones auctas eſſe, ut iam extrà leges vivatur. Militariſque diſciplina omnis eviluiſſe videatur. Præſertim, cùm uſuveniat, facinora id genus ſine fine dimitti impunita. Ut, tametſi rei apud tribunos accuſentur, hoc miſeris inſontibus imponatur onus, nominarent ſubſeſſores, & effractarios. Cùm tamen illi, ex officio, rectiùs in frivolè delinquentes, tàm inquirere, quàm animadvertere, poſſint. De reis, videlicet impoſtoribus, & latronibus, non de gneſiis militibus, hic ſermo ſit. Proindè, cùm, delinquentibus dimiſſis impunitis, delicta adoleſcant. Inſontes verò, afflictique, ſubditi identidem affligantur acerbiùs, quis non videt delictorum impunitatem peccandi licentiam ad ſummos provocare gradus. Immò aliis in exemplum malitiæ cedere.

Ut autem tandem aliquando huic malo eatur obviàm. Subditique noſtri tantis à calamitatibus vindicentur. Noſtrarum utique erit partium, de remediis deinceps proſpicere. Quocircà omnibus, ac ſingulis, regionum noſtrarum indigenis, feriis verbis mandamus. Nempè, *Cæſareanis* militibus, per patriam noſtram, ſub litteris fiduciariis, commigrantibus, ſive muneri ſuo ſatisfacientibus, nemo auſit quocunque pacto eſſe moleſtus. Ut magis illis omnem humanitatem approbet: Quàm ſit offenſioni. Si quis contrà facere conetur, is ſciat, ſibi *Principem* inimicum, pœnaſque paratas eſſe.

Secùs verò res ſeſe habeat cum illis armigeris. Cuiuſmodi, militiæ, ac muneris, turpiter obliti, rem ſpoliis, rapinis, cædibuſque, agunt. Equos fruantur, greges abigunt, vim ædibus, hominibuſque, inferunt. Adeòque præmiſſos omnis generis exceſſus patrant. In hos, inquimus, impetus vobis faciendus eſt. Hi in vincula coniiciendi. Ac ſive ad legiones *Cæſareas* finitimas, ſive, illis longiùs abſentivis, præfecturas noſtras proximas, remittendi ſunt. Sic, ut in pœnas rapi poſſint. Quodſi accidat, iſtos ſic quidem furere, frivoléque obniti, ut manus victas præbere monentibus nolint, tunc utique vim vi, cuneumque, ut aiunt, cuneo, trudere licebit. Ut de iure opprimi poſſint. Cùm alio alexipharmaco hic morbus non ſit curabilis. Id genus enim facinora *Cæſar* etiam atque etiam abominatur. Dùm hæc nequitia non militiam, ſed provinciarum deſtructiones, ſpectat. Quæ ſicut *Cæſaris* pietatem lædunt, ità barbara id genus flagitia aures illius graviter violant. Cuius *Cæſarea* voluntatis utique ſumus ſecuri.

VIII.

Schaumburgicus copiarum Cæſareanarum inclinationem Thillyo ſignificat.

PRocedentibus illis progreſſibus, mox etiam in *Marchionatum Brandeburgicum* promovere cœperunt *Sueci*. Ut iam non unius generis milite attererentur incolæ. Qua de re, præter *Edictum* ſu-
perius, ſolicitus *Elector Berlinum*, *Coloniamque*,
vitates finitimas, quantâ potuit operâ, commu
re, cœpit. Sic, ut res pretioſæ *Spandaviam*, loc
probè munitum, convectarentur.

Intereà *Sueci*, verſùs *Landsbergam* progreſſi,
ſareanis inſtabant. Sic ut illorum excurſiones
tunderent. Quocircà *Cratzius* tribunus, loci
bernator, inſultus præmetuens *Suecicos*, à *Schau*
burgio Comite, tùm apud *Francofurtum ad Viadr*
ſeſe tenente, tàm annonam, & tormenta, qu
milites ſubſidiarios, rogabat. *Schaumburgius* er
qui mallet accipere, quàm impertire, auxilia, m
ſine mora hac de re ad *Thillyum* dedit. Eidem
Cæſareanarum copiarum inclinationem, reſque
eiſas, ſequentibus ſignificare cœpit. Se, inquit,
termittere denuò non potuiſſe, quin *Thyllium*,
triuſque tàm *Cæſareani*, quàm *Ligariani*, exerci
archiſtrategum, ſuper præſente copiarum ſta
certiorem faceret. Ità autem rem eſſe compar
ut legiones tàm equeſtres, quàm pedeſtres,
commiſſæ, magis, magiſque, decreſcant. Pot
mùm, ſub his hyberna tempeſtate emigratio
bus, ſenſim dilabantur, imminuanturque.
quidem ſuprà octogintà equeſtrium ſigna rel
eſſe. E quibus tamen vix quatuor millia in aci
educere poſſit. De legionibus pedeſtribus ità e
Ut vix phalanx, ſive octo millia, ſuperſint. Q
hoſtibus obiicere liceat. De *Landsberga* metuer
ne inſultus hoſtiles ſuſtinere haud poſſit. Qui ſ
cus intercipiatur, vix ſibi facultatem relinqui F
cofurtum defendendi. *Cratzium* illa petere, q
rum ipſe ſit indigus. Pulveris pyrii mediocrem
ſupereſſe quantitatem. Annonæ nihil ſuppet
E tormentis bellicis, duo mediæ magnitudinis,
cto, vel decem, communis, ac trivialis, eſſe no
Fortè ne unicum dari equum, quo vecturam fa
re fas ſit. Præterea, ruſticanos, relictis domicil
aufugiſſe. Pagos, regioneſque, paſſim videri de
latas. Si qui ſuperſint equi, eos in aſyla abactos.
opportunum non ſit, hac ſub rerum omnium
digentiâ, ſive tormenta, ſive apparatum nece
rium, produci poſſe. Quibus enim ſudoribus
uſque transferri illa accidiſſet, dictu eſſe haud
cile.

Iam ſe non ſemel tres à *Thillyo* exſpectâſſe leg
nes. Sed nihil dùm certi intelligere. Si illud au
lium differatur, periculum ſubeſſe, ne tàm *Lan*
berga, quàm *Francofurtum*, eripiantur. Quo ſub
ſu inexſpectato, aditus, in *Sileſiam* pertingent
præcluderentur.

Hæc omnia ſeſe denuò *Thillyo* bonâ fide aper
debuiſſe. Sic, ut interiùs, vel animâ-tenùs, uſque
mortis neceſſitatem, affligatur, dùm, hoc ſuo te
pore, per ſuum velut latus, præſens emergeret
riculum. In ſeque velut, præeunte fortunæ con
ratione, hæc moles, hæc lerna, exundaret. *DEV*
& conſcientiam, teſtes ſe invocare. Sub quibus
demnitatem ſuam velit tueri. Ut nihilominùs,
ubi ſons deprehendatur, hunc reatum vitâ, & ſa
guine proprio, expiare ſit paratus.

Thillyus itaque hanc ſibi gratiam faceret, ſequ
rebus ſic nutantibus, in protectionem admitter
Ne famę, honeſtique nominis exiſtimationis d
quæſitę, uno veluti ſub momento, ſubitaneam
xit iacturam. Scilicet hoc ſibi toties eſſe in vot

Nemp

pè, felicem ſe fuiſſe, ſicubi hoc tempore *Po-*
niam haud intrâſſet. Modò enim ab experi-
ſe hauſiſſe magiſtra, quid rei eſſet, quòd ra-
ut nullus, præfecturam legionum *Cæſareana-*
per *Pomeraniam* adire elegiſſet. Scilicet hono-
eceſſionem, quàm quidem conſtet, multos
netuiſſe, proximis ſe contingere paſſibus. Ad
nam, fortunâ tonante, ac terga vertente, mi-
, unà cum ſpe, animos ipſos abiicere. Ut, ex-
alacritate priſtinâ, ad labores exiſtant piger-
. Iam, an ſolus ipſe tanto ſufficiat negotio,
yus, pro ſua prudentia, iudicaret. Hactenùs

d illas *Schaumburgii* querimonias quid reddi-
Thillyus, non ità planum eſt. Ab eventu tamen
it, eum tàm *Francofurti*, quàm *Landsbergæ*, ne-
riam iniiſſe rationem. Sic, ut ex *Halberſtatenſi*
tu, ubi novis *Magdeburgenſium* rebus intentus e-
Francofurtum ad Viadrum produceret. De qui-
infrà ſuo loco. Iam enim ad paraſceven *tragæ-*
llius *Magdeburgicæ* ſtylum convertimus.

CAP. IV.

De Magdeburgẽſibus, ob Cæſaris Edictum, in cauſſa Religionis, in Sueciæ Regis partes tranſeuntibus.

I.

Magdeburgenſes res novas agunt. Inque Regis Sueciæ partes tranſeunt.

TRahebant denuò ſua fata *Magdeburgenſes*. Quæ multi incurrunt, dùm fata timent. Ecce! enim vix magna ſub difficultate ſuperioribus annis excuſſerant à cervicibus triſtem obſidionis eam. Cùm de novo in pericula ruunt. Rebuſque nondùm confirmatis in partes *Guſtavi*, *Sueciæ Regis*, ſaltum faciunt. Dixiſſes, illos vindictam coquere, veteriſque offenſæ igniculos ſufflare. Sed, veluti prætendebatur, *Edictum Cæſaris*, in cauſſa *Religionis*, eiuſdemque amara executio, tantùm non multorum animos alienare, ſed novis motibus anſam præbere, cœperat. Ex hac parte *Cæſar*, pro *Leopoldo Guilielmo*, *Archiduce*, filio, urgebat primatum *Magdeburgicum*. Ut pleraque tàm intrà, quàm extrà, urbem, ad *Catholicæ Religionis* reproductionem ſpectare viderentur. Ex adverſo, haud ſegniùs *Saxoniæ Elector*, pro *Auguſto*, *Saxoniæ Duce*, filio, *Archiepiſcopatus* illius *Coadiutore*, poſtulabat ſibi primatum. Ut verbis proteſtantibus rem ageret. Quibus tertio loco ſuperacceſſit *Chriſtianus Guilielmus*, *Marchio Brandeburgicus*, primatus *Magdeburgici Adminiſtrator* dictus. Etiam hic metropolim illam ſolicitabat. Nimirùm, hoc agerent, tàm in ſuos, quã *Sueciæ Regis*, partes tranſirent. Fore, ut cervices iugo modò non ſubducant. Sed certa quęcunque auxilia, immò privilegiorum ſuorum extenſiõe, à *Rege* excipiant. Non diſplicuerunt hęc flammantia conſilia *Magdeburgenſibus*. Ut, tanquam fato urgente, in flammas, atque incendia, ruerent. Immò ferè omnes tandem conflagrarent.

Præeunte igitur *S. P. Q.* aſſenſu, *Adminiſtrator*, paucis comitatus, in urbem venit. *Ioan. Stalmannum*, legatum *Suecicum*, ſecum ſuperinducens. Intrà quam ubi per aliquot dies latére voluiſſet, tandem *Calendis Sextil.* in publicum prodiens, ſummo manè in *Curiam* progredi cœpit. Conſignatis illic fœderis tabellis, comitantibus *legato* regio, *Senatuque* univerſo, cum pompa, in ædem baſilicam itum eſt. *Hymno* illo illuſtri, & ſolemnibus actibus dicato, *TE DEVM LAVDAMVS*, in partes veniente. Non ſine multitudinis, voti prodigæ, lætis applauſibus. Peracto ſacro, *Marchio* in *Curiam* reverſus, eadem ſecreta repetiit. Unáque cum legato, obtinuit, liceret deinceps *Regi* tàm noctu, quàm interdiu, modò non per pontem, *Albi* impoſitum, ſed ipſam urbem, liberrimè copias producere. Sic, ut & intrà, & extrà, mœnia cohortes novas ſtipendiis ſimulátque obligaret. In hæc omnia, fati, fortiſque inſtantis, neſciæ mentes ultrò pedibus iverunt.

II.

Chriſtianus Guilielmus, Marchio Brandeburg. Adminiſtrator, clarigat in Cæſareanos.

FOEdere icto, confirmatoque, nihil moratus *Chriſtianus Guilielmus*, *Marchio*, dictus *Adminiſtrator*, ſub publicato *Edicto*, claſſicum canere cœpit. Illius clarigatio erat hæc talis: Nos, *DEI* gratiâ, *Chriſtianus Guilielmus*, &c. Notum facimus omnibus, ac ſingulis, præſulibus, Comitibus, equeſtribus, præfectis, conſulibus, civibus, ſubditiſq;, in univerſum. Poſteaquàm fabula, toti *Imperio*, immò mundo, notiſſima, percrebuit, *ordines*, *civitateſque Evangelicorum*, unà cum ſubditis, à *Pontificiis*, pro inſatiabili illorum tàm in cauſſa *Religionis*, quàm rerum ſecularium enovandarum, cupiditate, ſub omnis generis prætextibus, modis hactenùs inauditis, enervari, ac extenuari, accidiſſe. Ut neque, in ultimo conſtitutis, remedia, quibus ſe, ſuoſque, erigere queant, permittantur. Ut multò magis reformationis, noviſſimè intentatæ, rigor vires acquirat. Salutiferaque *Evangelica Religio*, & *Auguſtana Confeſſio*, unà cum doctrina, & ceremoniis, parique paſſu *Germaniæ* libertas, periclitentur. Eo in numero *Evangelicorum*, ultimè ſub perſecutionibus gementium, nos quoque tenemur. Neque ambos illos, tàm *Magdeburgicum*, quã *Hallenſem*, *Præſulatus*, abſque huius conſcientiæ vulnere, *Pontificiis*, ſub iactura ſalutiferæ tàm doctrinæ, quàm libertatis, cedere ſuſtinemus. Eo igitur factum, ut, citrà omnem culpam, quà ditiones, quà ſubditos noſtros, extrema fuerimus paſſi. Omnique humano auxilio excluſi. Sic, ut nos,

noſtroſque, tueri nullatenùs licuerit. Quo nomine foris auxilia accerſendi facultatem neceſſitas impoſuit. Intereà, illa hoſtium in ſubditos noſtros exerceri cœpit ſævitia. Ut partim furor in facultates, ac bona, partim in familias, affines, & agnatos, deſpumârit. Per id genus exactiones immanes, bonorumque ſubtractiones, inprimis æternæ ſalutis periclitationem, nobis ferè omnibus intentatam, pro divini honoris vindicatione, *Evangelicæ* religionis conſervatione, ſubditorum afflictorum liberatione, *Germanicæ* libertatis aſſertione, regionum defenſione, paciſque dilectæ recuperatione, medios per hoſtes penetravimus, & huc uſque pervenimus. Eo ſub inſtituto, hoc pium propoſitum, cum *DEO*, & *Guſtavi, Sueciæ Rege*, auxiliis, ut urgeamus, ac provehamus. Quem in finem ſubditorum noſtrorum, omnium, ſingulorumque, operâ, ac coniunctione, quàm maturrimè expedienda, nobis eſt opus.

Proindè, vigore principalis, & immediatæ, noſtræ poteſtatis, omnibus tàm in genere, quàm ſingulis in ſpecie, tàm benignis, quàm ſeriis, verbis mandamus, iniungimuſque. Ut pro eo amore, ac ſtudio, quò conſcientiæ ſatisfacere, puram, atque intemeratam, *Evangelicam* religionem conſervare, ſalutem æternam operari, tyrannidis inauditæ iugum excutere, almam pacem reſtaurare, feudorum, bonorumque, confiſcationem, amoliri, aliaſque, atque alias, pœnas declinare, affecti ſunt, ilicet hoc agerent. Nimirùm, noſtros id genus, Religionis, ac reſpectivè patriæ, hoſtes eiicerent. Illis neque tributa, neque ſubſidia, ampliùs erogarent. Tecto non exciperent. Sed, datis è turribus ſignis, tanquam ad claſſicum undiquacunque concurrentes, id genus peſtes, impeterent, ac perſequerentur. Quo fine tàm equeſtres, in equis armatos, quàm ſubditos cæteros, telis, ſclopetiſque, inſtructos, hîc intrà *Magdeburgum* adeſſe iubemus. Quò numero, delectuque, habito, in hoſtes id genus certis ſub cohortibus, legionibuſque, educere liceat. Conſtitutâ in repugnantes feudorum, aliorumque bonorum, immunitatumque, privationis pœnâ. Cætera tàm civium per oppida, quàm colonorum per pagos, multitudo viritim excubaret in armis. Ut interdiu, noctuque, in omnes belli occaſiones intenta, præſtò ſit, hoſtium conſilia, actioneſque, obſervet, omniaque, fideliter per indices explorata, referat. Adeóque novos, novoſque, militum manipulos cogat, atque huc ad nos diligenter remittat, Quodſi (quod abominandum) hoſtes hanc in patriam fortè moliantur reditum: eo eventu quàm primùm id nobis intimandum erit. Ut coniunctis animis, viribuſque, in iſtos maſculè eamus. Neque enim dubitandum eſt, dùm ſic pro pura, *Evangelicaque*, doctrina, pro libertate *Germanica*, pro veſtra liberatione, pro dilectæ pacis reproductione, noſmet ipſos caſibus, periculiſque, obiicimus, *DEI* nobis auxilium præſtò affulſurum. Ut *Sueciæ Regis* opis, opitulationiſque, in omnem eventum, ſimus ſecuri. Eam enim, in omnem fortunam, hic nobis promittit manum ſubſidiariam. Ut ad ultimam auxiliorum erogationem, ſummamque diligentiam, nihil ſit facturus reliqui. Divinâ ergô ſpe fulti, præſidio regio freti, certum

evidentis liberationis exſpectamus effectum. H
facientes, id, quod *DEO*, & conſcientiæ, ve
divino, Eccleſiæ Chriſtianæ, nobiſque, magiſ
tui veſtro, afflictis denique proximis veſtris, de
tis, præſtabitis.

III.

Magdeburgenſibus in Cæſareanos inſurgenti
varii interveniunt utrinque conflictus.

SUperiorem ad *Epiſcopi Hallenſis*, ſive *Magdeb*
Adminiſtratoris, clarigationem, paſſim mult
do in arma ruere cœpit. Sic, ut tumultibus, co
ctibuſque, fremerent omnia. Collectis enim
intrà metropolim, quàm in agro *Magdeburgico*,
hortibus, *Adminiſtrator* rem ſeriò urgere pe
Sic, ut è *VVolmerſtadio*, & *Calba*, *Cæſareanos*, v
iectâ, eiiceret. Eoſque, unà cum annona, a
armorum apparatu, in urbem redigeret.
quentibus diebus ipſe *Adminiſtrator* manum,
ex equeſtribus, quàm pedeſtribus, *Hallas* uſque
dem *Epiſcopalem* ſuam, eduxit. Noctu ergò p
quàm ſub ſilentio eò veniſſet, à plebe per feſt
ſive portulam, clam intromiſſus, civitatem in
teſtatem redegit. Cùm igitur non minùs imp
menta, quàm rem tormentariam, adduxiſſet,
hibitis machinis *Caſtrum Mauritianum*, civita
poſitum, etentavit. Sed cùm centurio è vi
Deſſavienſi propugnaculo auxiliares accepiſſet,
ſtitum eſt. *Adminiſtrator* nihilominùs occupat
Caſtri intentus obſidionem moliebatur. Pari
operâ manipulos militum ſtipendiis obliga
Quorum proventu auctus, oppida ditionis *M*
feldicæ finitima, *Bornſtadam*, *Frideburgum*, *Rote*
gam, aliaque, expilabat. Sed breve hoc
tripudium. *Cæſareanis* enim legionibus *Ha*
moventibus, tantâ cum feſtinatione *Magdebur*
properavit, ut impedimentorum, tormentoru
que, poſt ſe relictorum, curam ageret nullam. S
res, eum fugiſſe.

Nihilominùs, paulò poſt novæ cohortes *M*
gdeburgicæ Egelam, *Stasfurtum*, *VVanslebiam*, *Hald*
lebiam, *Calenfortum*, aliaque oppida redegerun
poteſtatem. Sic, ut populationibus, ſpoliiſq
rem agerent. In eos *Holckiana* dirigebatur leg
Ut, ſi quid porrò eiuſmodi auderent, hamus i
ac retia, tenderentur. Sed non omnia, ſecund
deliberationes, protinùs eveniunt. Tametſi en
dein apud *Garmerslebiam Holckiani* in *Magdeburgi*
facerent impetum, parùm effectum eſt. Ità ut *C*
ſareani potiùs, etiam in inſidias iſtorum incident
damnum, gravioremque incurrerent iacturam.

Secundùm hæc, tribunus locumtenens *Mag*
burgicus Caſtrum Mansfeldicum ſtratagemate inte
cepit, ſic ſatis munitum. Oneravit aliquot vehic
la ſaccis, ſtraminibus farctis. Quibus milites, i
frà iniectos, ſuperintexit, armis probè inſtruct
Vehiculis ad *Arcis* portas appropinquãtibus, ad c
ſtodũ acclamationes, qui eſſent, quid veherẽt, ſu
iecerunt aurigæ, dolo antè præparato, ſeſe frume
tum invehere, apud *Cœnobium Mansfeldenſe* acc
ptum. Ità, ſuſpicione exule, portæ reſerari c
ptæ. Vehiculis igitur intrà pontem, portaſqu
admiſſis, abditi, excuſſis ſaccis, proſiliunt, arm

qu

:expediunt, aditusque occupant. E quibus u-
,atque alter, ſclopeto exploſo, ceu dato ſym-
o, in proximis ſaltibus excubantem cohortem
ieſtrem invitavit in ſubſidium. Quibus præ-
pere advolantibus, *Arx*, ſine cæde, ac ſanguine,
ercepta eſt. Toties ergò vulpina efficit pellis,
od leoninæ negatur. Doluſque in hoſte virtu-
venit ſub titulos. Ut vel *Vlyſſes*, etiam *Græcis* iu-
ibus, *Aiaci* præferatur.

Cæterùm, *Cæſareani, Hallis* expugnatis, etiam *E-*
m, Stasfurtum, aliaque oppida, à *Magdeburgicis*
elicta, recuperârunt. Ut *Broſenam* quoque ex-
querent. *Calbamque*, ſub rigore tormentorum,
iſque reſiſtentium pleriſque, recuperarent. Ea-
n ſors *VVettinum* tetigit. Eum quippe locum
nturia *Magdeburgica* defendebat. *Cæſareanis* au-
n prævalentibus, præſidiarii tranſactionem ob-
ére. Sed mox ubi octogintà auxiliares nacti eſ-
t, ab incœpto reſiliêre. *Cæſareani* igitur iris du-
catis impreſſionem retentantes, oppido potiti
t. Parte reſiſtentium ſub ſtricto enſe occum-
nte. Parte maiori *Hallas* abrepta, inque cuſto-
am redactâ.

CAP. V.

De Magdeburgi nova à Cæſareanis concluſione. Itemque illuſtrium viroru captivitate, & obitu.

I.

Cæſareani loca, à Magdeburgicis occupata, recuperant.

ADhûc *Caſtro Mansfeldenſi* gaudebant *Magdeburgici*. Intrà cuius tractum tribunus *Magdeburgicus*, aliquot equeſtriũ collectis turmis, peditumque coacto millenario, nec non tormentorum pari aſſumpto, movebat *Hallas*. Vi igitur reſeratis civitatis portis, partem *Cæſareanorum* cæcidit, partem in vinculis abduxit. Eâdemque operâ, paulò antè apud *VVettinum* interceptos, ſocios liberavit. Quâ acceptâ *Cæſareani* famâ, factis globis *Hallas* direxerunt. Sed prudens ille tribunus, re intellectâ, maluit maturiùs retrorſùm vela dare, quàm omnia exſpectare ultima. Interim *Magdeburgum* vaſa, ut aiunt, ſalva non retulit omnia. Sub *Cæſareanis* enim, terga prementibus, pedites *Merſeburgum*, evaſerunt. Equites verò, *Querfurtum* properantes, manus inſequentium non omnes effugerunt. Sic, ut bona pars illic diſſiparetur.

Diſiecto hoc *Magdeburgicorum* globo, *Cæſareanis* non ceſſatum eſt, uſque dùm *Caſtrum Mansfeldicum*, unàque *Querfurtum*, recuperarent. Sub deditione præſidiariis nudè, ac ſine armis, *Magdeburgum* remiſſis.

II.

Magdeburgum à Cæſareanis denuò concluditur. Quò Rex Sueciæ Falckenbergium tribunum mittit.

EO res redierat, ut *Adminiſtrator*, deperditis locis extraneis ferè omnibus, quicquid haberet copiarum, in urbem reciperet. Quippe *Cæſareani*, agro *Magdeburgico*, oppidiſque finitimis, potiuntes, iam tùm recens urbi inſtabant. Quo fine, ut rectiùs metropolis illa ſtringeretur, *Cæſar Guolfgangum Mansfeldium, Comitem*, iuſſit *Archiepiſcopatus* agere vicarium. Qui mox *Hallas* vénit. *Caſtrumque Mauritianum* dictum, tanquam ſedem, occupavit.

Intellectis rebus *Magdeburgenſium* retrogradis, *Sueciæ Rex* in tempore vigilare. *Dietericumque Falckenbergium*, tribunum, mittere, cœpit. Qui rei militaris inſpectionem, ac curam, eo loco ſuſciperet. Et *Adminiſtratori*, nimis, prout videbatur, properanti, eſſet à conſiliis.

Vix recepto intrà urbem *Falckenbergio*, *Cæſareanis* in mentem vénit ovium greges, in conſpectu civium, abigere velle. Sic ut millenarius circiter propiùs adequitaret. *Magdeburgici* igitur, nihil morati, eduxerunt, præliumque tentârunt. Dùm autem *Cæſareani*, ob tormentorum iactum, propiùs haud venirent, neque etiam præſidiariis videbatur opportunum, longiùs ut progrederentur. Niſi mallent in inſidias, fortè paratas, impingere. Hoc animadvertens *Adminiſtrator*, aſſumptis aliquot equeſtris, pedeſtriſque, militiæ centuriis, duobuſq; tormentorum mediocrium paribus, ilicet eduxit. Factaque cum ſuis coniunctione, in hoſtes promovit: Sic de induſtria occultatis à tergo tormentis, ne ab adverſariis notari poſſent. Ubi propè ventum eſt, laxatis utrinque ordinibus, deſubitò glandibus tormentariis experiri cœpit, ut non paucos proſterneret. Ità, *Cæſareanis* in ſaltus ſeſe recipientibus, *Magdeburgici*, citrà unius capitis iacturam, paucis recuperatis ovibus, in urbem reverſi ſunt.

Paulò poſt, *Falckenbergii* iuſſu, ſexcenti pedites, equiteſque ducenti, ex urbe miſſi ſunt. Qui *Allenslebiam Novam*, oppidum, vi expugnârunt. *Cæſareanis* partim cæſis, partim in compedes ire iuſſis. Sed mox hic quoque bolus illis eſt ereptus. Tametſi enim *Schneidevvinus*, loci protector, maſculam ſuſciperet defenſionem. Nihilominùs aliquam multis *Cæſareanorum* millibus, quatuor tormentorum paria ſuperinducentibus, diu reſiſtere non quitus erat. Ut licet ſclopetis maſculè rem ageret, neceſſariis tamen pro toleranda obſidione defectis, paulò poſt deditionem offerre cogeretur. Quæ, multas tergiverſationes, tandem certis ſub clauſulis, à victoribus acceptata eſt.

III.

Franciſcus Carolus, Dux Lavvenburgicus, legiones pro Sueciæ Rege colligens, à Pappenheimio intercipitur.

ILla dùm inſtantis, *Magdeburgum* oppreſſuræ, calamitatis fundamenta ponuntur, intereà *Franci-*

ſcus Carolus, *Dux Lavvenburgicus*, in illis apud *Albim* partibus, intrà *Lübeccam*, atque *Hammaburgum*, aliquammultas, pro *Sueciæ Rege*, colligebat legiones. Quibus deinceps *Buceburgum*, *Lavvenburgum*, *Neohauſamque*, in poteſtatẽ redegit. Quòd autem tantæ eius haud eſſent vires, ut loca omnia tueretur, retentâ *Neohuſâ*, *Ratzeburgum*, ſedem *Auguſti Ducis*, fratris ſui, *Lubeccâ* octo paſſuum millibus diſtantẽ, civitate, atque arce, adeóque alveo in mare ſe exonerante, inſignem, ſub noctis ſilentio, intercepit.

Hæc famâ præcognoſcens *Pappenheimius*, ſine mora *Reinachum* tribunum, cum triũ circiter millium manu, *Albim* tranſire iuſſit. Ipſe ponè ducturus. *Reinachus* igitur, *Albi* ſuperato, *Neohauſam*, quãtumvis probè munitam, feliciter occupavit. Quo facto, *Pappenheimius*, nocte ſequente, magnâ celeritate uſus, *Ratzeburgum* perrexit. Ut, antequàm veniſſe nunciaretur, iam tùm magnam equeſtriũ *Lavvenburgicorum* partem oppreſſiſſet. Partitis idcóque agminibus, ex hac *Reinachus* pontem præcludebat. Ex altera *Pappenheimius* parte *Caſtrũ* premebat. Sic, ut loco, inſulæ in morem, aquis exiſtẽte circumfluo, *Suecis* negaretur acceſſus. Nec mora. *Auguſtus Dux*, nomine *Cæſaris*, ſuper arcis deditione, à *Pappenheimio* poſtulatus, *Cæſareanos* intrà arcẽ admiſit. Reſtabat intrà civitatem *Franciſcus Carolus*. Nec *Pappenheimio*, impreſſionem tentaturo, reſiſtere ſufficiebat. Miſſo igitur tibicine, ſuper induciis paciſci cœpit. Sed vix horæ quadrantem ipſi permiſit *Pappenheimius*. Qua de re *Franciſcus Carolus*, conſilio ex tempore capto, lembo *Lübeccam* evadere cogitabat. Quod notantes ſibi *Cæſareani*, *Ducem*, prout erat, per aquas fugam parare, ſuſpicati, tormentis in naviculâ creberrimè animadverterunt. Uſque dùm glande decuſſâ nautæ cervice, *Dux* pedem referens, ſeſe, unà cum cohortibus reliquis, *Pappenheimio*, ius vitæ largienti, permiſit. Atq; hæc prima fuit victoria, quâ *Pappenheimius* in *Suecos* tùm uſus eſt. Sic, ut reducto *Stadam*, indeque *Hamelium*, *Duce*, illis ſub partibus, ſuperato *Albi*, *Suecorum* conatus infringeret. Neque illinc verſus *Magdeburgum* ingruere poſſent, ſimulátque præcaveret.

IV.

Illuſtrium virorum obitus.

PRout huius *Anni M.DC.XXX.* initia variis prodigiis, ac monſtris, fuêre notatu digna, ità nõ minùs exodium tempeſtatibus variis, monſtris, virorumque illuſtrium emortualibus, extitit inſigne. Præter enim tempeſtates, grandines inuſitatæ magnitudinis iaculantes, nautæ p̃ *Hiſpanias*, *Batavoſq;*, & *Anglos*, colliſis per ventos furentes navibus, non unicum fecêre naufragium, magno hominum, bonorumque, numero aquis pereunte.

Inter cætera verò, hoc tempore oſtenſa, prodigia, narratur femina, è *VVaſſerlebia*, pago ditionis *Brunſvicenſis*, naturâ muta, evaſiſſe vocalis. Quæ, ſecundùm pœnitentiæ inculcationem, ubi multa prædixiſſet, eventu ipſo comprobata, ad priſtinam aphoniam poſt triduum relabi cœpit.

E viris illuſtribus, *XVII. Calend. Octobr.* hac è vita, veraque militia, emigravit fortitudinis, rerumque geſtarum, famâ memorandus, *Ambroſius Spinola*, *Marchio*, *Hiſpanicæ* militiæ imperator. Qui cùm, *Mediolano*, belloque *Italico*, paulò antè fuiſſet præfectus, apud *Scriviam*, *Italiæ* caſtrum, deceſſit. Eius

fatum mox inſecutus *Cardinalis Cleſelius*, *Vienn*
Epiſcopus, anno ætatis ſeptuageſimo ſeptimo
finem fecit. Cuius quod mortale fuit, apud *D.*
phani intrà *Viennam*, erecto *Doloris Caſtro*, ſolen
bus cum ceremoniis, tumulatum eſt.

Eodem penè tempore *Ligarianæ* militiæ,
Thillyum, ductor, *Io. Iacobus*, *Anholtinus Comes*, vir
te militari illuſtris, huius vitæ mimum imple
XIV. Cal. Novembr. Quem paucis abhinc ſeptima
Reinboldus Colaltonius, *Comes*, *Cæſareanæ* per *Itali*
militiæ ſupremus dux, intrà *Curiam*, *Rhetiæ* met
polim, eâdem fati lege, excepit: Corpore *Vienn*
relato, intràque ædem *Carmelitanorum Patrum*
lenniter contumulato. Eam autem famam ab
peditione *Italica* reportavit, ut huius inter ævi
ptimi commatis exercitus imperatores numer
mereatur. Sed violento mortis genere antè di
communis huiuſce lucis uſurâ privari cœpit *Io*
nes ab Hyen, *Baro*, *Cæſaris* conſiliarius aulicus.
cùm *Cæſarei* illius *Edicti* executionem per *Halber*
tenſem Epiſcopatum in ſe recepiſſet, pecuniis onuſ
Coloniam Vbiorum retrò properavit. Ubi cùm fo
in ſtratiotas *Belgicos* incidiſſet, tàm vitæ, quàm
quorum, pecuniarumque, iacturam eodem te
poris momento paſſus eſt.

Minoritarum Templo S...

CAP. VI.

De Saxoniæ Electore
conventũ apud To
gam celebrante.

I.

Saxoniæ Elector, ſuper conventu, deinceps ap
Lipſiam celebrando univerſali, intrà To
gam, cum ſuis, deliberat.

NOn uno hoc tempore *Imperium* f
grabat novorum denuò motuu
incendio. *Sueciæ Rex* vindicibus arm
per *Pomeranos*, *Megapolitanos*, *Brand*
burgicoſque, fulminabat. *Adminiſtrato*
& *Magdeburgenſes*, hoſtiles induẽtes vultus, *Thilliu*
remorabantur. Ut porrò *Electores*, *Saxo*, & *Brand*
burgicus, *Edicto Cæſaris*, eiuſdemque executionis
gore, offenſi, ſuper defenſionis remediis, ſerias in
rent deliberationes. Quo nomine, cùm *Elector*
ambo, apud *Annebergam* convenientes, commun
bus ſuper periculis, conſilia contuliſſent, de ind
cendo proximè conventu generali, illis conveni
Sic ut, coactis *Saxonici Electoratus Ordinibus*, intr
Torgam, ciuſce rei paraſceue præmitteretur. Qu
quidem loco ſequentia, tanquam in antecœnam
ac promulſidem, venerunt. Scilicet, an expediret
Proteſtantibus per *Imperium Principibus*, *Ordinibuſque*
aperire conventum. Et quibus ſub conditionibus
Tùm, ſi, præſenti ſub agone, remediis mitibus a
pud *Cæſarem* nihil proficientibus, *Proteſtantes* auxi
lium *Saxoniæ Electoris* implorent, quid agendum
foret? Iuramenti ſanctitudine nihilominus ſarta
te

ì. Quo pacto *Electoris* filius, *Auguſtus*, electio-
n *Primatus Magdeburgici* tueri queat, diſpicere-
Si accidat, *Ordines Catholicos* remedia pacifica-
is offerre, *Ordinibus Proteſtantibus* cæteris ex-
s, qua ratione tàm conſcientiæ, quàm ſecuri-
ſatisfieri poſſet? Quâque viâ, ſi alea ſic cadat,
nſio parari quiret? Si *Cæſar* quoque pecuniæ,
onæ, armorumque, ſubſidia poſtulet, quæ ido-
præparanda veniret excuſatio? Periculis deni-
increſcentibus, noviſque, ſub *Imperii* finibus,
entibus belli incendiis, an, & quo pacto, co-
pro ſuſcipienda defenſione ſufficientes, in-
erentur? Et, ſi maximè exercitus, defenſionis
o inſtruatur, quibus facultatibus, ac ſubſidiis,
dus eſſet?

I I.

oniæ Electoris invitatoria. Quâ Principes, Ordineſque, Proteſtantes, ad diætam Lipſi-nſem convocat.

Iprà, de *diæta compoſitoria*, inter *Catholicos*, *Pro-ſtanteſque*, *Ordines*, ſub comitijs decreta, præ-
um eſt. Quæ apud *Francofurtum*, ſuper *Edicti*
re ſive mitigando, ſive ſuſpendendo, erat ape-
da. Hanc *Saxoniæ Elector* non magnoperè pro-
at. Ut legatos etiam obiurgaret, tanquam
ndati limites tranſgreſſos. Quòd enim magis
eretur animis propendere in cordatam, inter
eſtantes ineundam, coniunctionem, ideóque
iùs in *conventum*, à *Proteſtantibus Electoribus*,
cipibus, *Ordinibuſque*, apud *Lipſiam* habendum,
batur. Remotis ſic aliis, aliiſque, obſtaculis,
dem circà exodium *Decembris*, *Elector* publicatis
uentibus tabellis, *Electores*, *Principes*, *Ordineſque*,
eſtantes, ad conventum, poſtridie *Non. Februar.*
à *Lipſiam* habendum, invitavit. *Romano*, inquit,
ri, ô amici, ſub nuperis comitiis *Ratiſponenſibus*,
e ſubmiſſis, diſertiſſimiſque, verbis indicatum
eam eſſe hac tempeſtate flebilem *Imperii* faciẽ,
nihi temperare nequeam, quin ſub loco oppor-
o, cum *Auguſtanæ Confeſſionis* ſociis, indicto cõ-
tu ſerias ineam, pacificaſque, rationes. Quò id
us ſub procellis, ac concuſſionibus, *DEO*, & cõ-
ntiæ, religioni, honori, ac poſteritati, ipſi de-
que *Cæſari*, ſatisfieri queat. Quo nomine, res ut,
oad *Edicti* rigorem, amicâ interveniente com-
ſitione, tranſigeretur, tàm *Cæſarem*, quàm *Electo-*
Catholicos, collegas utique meos, inprimis *Mo-*
tinum, & *Bavarum*, diligenter interpellare non
ſavi. Quanquam verò bonâ fide mihi relatum
nuper, ſub comitiorum finem, præfatis *Electori-*
Catholicis uſque adeò haud diſplicuiſſe, ut, poſt
ivatas illas hac de re, tanquam per modum di-
urſus, communicationes, deinceps in veras, gne-
ſque, deſcenderetur tractationes, quæ omnes in
iverſum *Auguſtanæ Confeſſionis* ſocios concerne-
nt. Interim *Electori Brandeburgico*, nonnulliſque
perii Ordinibus, è re viſum fuit, antequàm prædi-
æ compoſitionis diæta apud *Francofurtum* pro-
dat, *Ordines Proteſtantes*, opportuno loco conve-
entes, mutuas bonâ fide rationes conferrent.
Quæ cùm neceſſarii conventus ratio mihi etiam-
unc cœperit inculcari, ut vel ob id ad conſequen-
um tàm pii propoſiti ſcopum nihil reliqui ipſe
ſim facturus. Proindè, *VIII. Id. Februar.* inſtantis *anni M.DC.XXXI.* hanc in rem nominavi. Quo die mecum, *Elector Brandeburgicus* intrabit *Lipſiam*. Illic ut, ſecundùm *DEUM*, communibus interſimus deliberationibus.

Siquidem ergò me amor, ac propenſio veſtra ergà ſalvificum *DEI* verbum, tùm ſtudium conſervandæ *Confeſſionis Auguſtanæ*, haud fugiant. Eapropter licebit vobis certos homines, plenâ poteſtate inſtructos, ablegare. Qui quidem tempore, ac loco, conſtitutis, adeſſe, ac nobiſcum communes in deliberationes deſcendere, ſuſtineant. Quò ſic, communicatis antè conſiliis, tùm demùm ad decretam illam, ſub *comitiis, compoſitionis diætam*, fructuoſiùs progredi liceat. Scitote autem, hæc eò tẽdere, quò divini Numinis nominiſque gloria propagari, curſus ſalvifici *DEI* verbi conſervari, *Eccleſiæ* afflictæ occurri, oppreſſis ſolatium afferri, collapſa inter *Catholicos*, *Evangelicoſque*, *Ordines*, fiducia, atque integritas, reſtaurari, pax deperdita revocari, *Imperii* commoda provehi, ipſique *Cæſari*, ex iuramenti lege, fides conſtare, queat. Illos enim futuræ deliberationis huius cardines, piæque ſolicitudinis ſcopos eſſe, vobis utique cõfirmo omnibus.

I I I.

Saxoniæ Elector, pro Evangelicis Auguſtanis civibus, in cauſſa Religionis, quiritantibus, quartùm intercedit.

Illæ invitatoriæ tabulæ ubi, ſub centum, & ſexagintà, exemplis, per *Imperium* dividerentur, accidit, ut eodem fermè tempore, quò intrà *Lipſiam* curioſa inſtituebatur rerum, ad *Conventum* neceſſariarum, præparatio, idem *Saxoniæ Elector*, pro civibus *Auguſtanis*, ob eiuſdem cognominis *Confeſſionem*, ſub reformationis rigore, ſine miſſione quiritantibus, apud *Cæſarem*, quartùm interveniret. Interceſſoria fuit hæc talis: Quantumvis, inquit, *Cæſari*, in cauſſa *Religionis* quiritantis *S.P.Q. Auguſtani*, ampliùs moleſtus eſſe non debeat. Vel ob id, dùm iam aliquoties pro illis laborârit fruſtrà. Nihilominùs illam illorum eſſe calamitatem, miſeriam, triſtitiamque, illas circumſtantias, ut calamum abſtinere etiamnunc haud poſſit, quò minùs *Cæſarem* interpellet. Sub ſpe, futurũ, ut *Cæſar* hoc, tanquam ab *Imperii* fideli *Electore* profectum, cum gratia ad animum admittat. Rem verò ſic quidem eſſe comparatam, ut prò comperto habeat, præter ſuperiores illas afflictiones, *Auguſtanæ Cõfeſſionis* ſenatores, civeſque, *Auguſtanos*, omnia ferè pati ultima. Illis enim neque publica, neque privata, pietatis exercitia, ampliùs concedi. Ut ſevera, rigoroſâque ſub lege, cogi velint. Ut, inquiſitionis axiomate in partes veniente, eleemoſynæ, officia, munia, tantùmque non commercia ferè omnia, hominibus negentur *Evangelicis*. Eò velut ut cuneo in agnitæ confeſſionis ſuæ abdicationem compellantur.

Iam *Cæſarem* non dememiniſſe, quibus verbis, deductionibuſque fundamentalibus, toties fuiſſet uſus. Ut totidem penè argumentis iuratæ *Pacificationis Religioſæ*, cæteraq; *Imperii*, vincula, inculcârit. Nihil dubitans, *Cæſarẽ*, utiq; iuſtitiæ amantiſſimũ, pro officio *Cæſareo*, id genus paſſionibus manum benignam applicare velle. Nam, inter cætera, negari non poſſe, *Auguſtam* civitatem immediatum

Imperii membrum eſſe. In eam paſtores *Evangelicos*, fortè eiectos, ***Mauritium*, *Saxoniæ Electorem***, anno *M.D.LII.* pleniſſimè reſtituiſſe. Ut, iuxtà *Interimiſtici* ſyntagmatis abrogationem, tùm factam, ex eo tempore, *Confeſſionis Auguſtanæ* exercitium hucuſque illic ſit conſervatum. *Pacificationem Religioſam*, apud *Auguſtam*, anno *M.D.LV.* conſtitutam, diſertiſſimis verbis ſic habere: Nempè, dùm intrà complures *Liberas, Imperialeſque*, civitates, utriuſque *Religionis, Catholicæ*, & *Auguſtanæ Confeſſionis*, exercitium hactenùs in uſu fuiſſet, etiam deinceps ità ratum eſſet. Sic, ut *Liberarum* id genus, *Imperialiumque*, civitatum incolæ, tàm *Eccleſiaſtici*, quàm *Politici* pacificè, ac quietè, invicem tranſigant. Neutrique partium alterius *Religionis* conſuetudines, ceremoniaſque, ſive abolere, ſive diverſum quid urgere, ac cogere, liceat.

Tametſi igitur *Epiſcopus Auguſtanus*, quà *Auguſtam* civitatem, iuriſdictionis Eccleſiaſticæ axioma obiiciat. Eo ipſo tamen *Religioſæ Pacis* canones convellere nequit. Illis enim luculentis ſub verbis ſancitum eſt, Iuriſdictionem eccleſiaſticam adverſùs *Auguſtanæ Confeſſionis* religionem, fidem, miniſteria, conſuetudinem eccleſiaſticam, ordinem, ceremoniaſque, hactenùs ſive conſtitutas, ſive deinceps conſtituendas, non in uſum ducendam, ſed ſuſpendendam, eſſe. Tametſi igitur *Epiſcopus*, ſuper alia, aliaque, æde, in qua hactenùs cives *Evangelici* ſacrorum ſuorum exercitium liberè, publicéque, feciſſent, ſuper poſſeſſione controverſiam movere poſſit, velitque. Nihilo-ſeciùs, haud quidem indè ſequi, conceſſum illi eſſe, ut ob id civibus libero *Religionis Evangelicæ* exercitio interdicere auſit. Ut potiùs, vigore *Religioſæ Pacificationis*, iuratæque tranſactionis, nequaquam turbandi veniant. Liceatq;, ſub aliis civitatis locis, ædem illis excitare. Hoc ius civibus à ſuperioris ævi *Cæſaribus* ſemper huc uſq; conſervari cœpiſſe. Hoc *Rudolphum II. Imp.* ſub *anno M.D.LIIX.* confirmâſſe. Hoc ab ipſomet *Cæſare*, anno ſuperiori *M.DC. XIX.* intrà *Auguſtam*, in præſentia *Epiſcopi Auguſtani*, conſtabiliri uſuveniſſe. Pari ratione nullo colore inſolentem id genus, cõtrà *Pacẽ Religioſam* directè impingentem, proceſſum excuſari. Quòd enim *Epiſcopus* conventionem illam, antè *Religionis Pacificationem* pactam, allegaret, fruſtrà eſſe. Poſteriores enim deciſiones tollere conſueviſſe priores. Tùm, ſub *Pace Religionis*, in communem *Imperii* utilitatem, diverſum quiddam ſancitum fuiſſe. Ut, ſub forma ſanctionis, ceu vocant, pragmaticæ, *Pax Religioſa* dicta, conſtantis, ac perennaturæ, pacis vinculis aſtricta ſit. Contrà quam nullus qualiſcunque prætextus prævalere queat. Quæ omnia ſic quidem citrà omnem ſive ſcrupulum, ſive diſceptationem, ſunt poſita, ut etiã tùm emergentibus poſtliminiò controverſiis, dubiiſque, ordine ſit proſpectum. Cui enim illa clauſula, *Paci Religioſæ* inſerta, obſcura eſſe ſuſtinet? Nimirùm, omnia illa, quæcunque ſub ſuperioribus *Imperii* ſive *Receſſibus*, ſive cõſtitutionibus, ſive aliâs, continerentur, nihil huic pacificationi, ſecundùm articulos, clauſulaſque, quaſcunq;, penitùs derogarent. Ut actio Iuris indè formari nequeat. Iam, illis ſub nominibus, tranſactiones antecedentes ęquè uſuvenire, quis non intelligit?

Eiuſdem commatis etiam habenda eſt occupatio illa. Qua arguitur, ſub anno *M.D.LXXXII.* tranſ-

actionem hoc velle, nempè tranſactionem reſti
toriam dictam, & quidem *Cæſaream*, anno *M.*
XLVIII. pactam, omninò obſervandam eſſe. N
fruſtrà hic in ſcirpo, ut aiunt, nodus quæritur.
conſtet, præmemoratam illam *anni M.D. LXX*
tranſactionem non quidem de eccleſiaſticis, ſed
cularibus, excurrere. Ut longè à ſcopo abluc
Tantùm abeſt, ut æternæ *Pacis Religioſæ* vincula
befactare valeat. Accedit, particularem illam t
actionem tantùm *Epiſcopum* inter, & *Senatum*,
cluſis civibus *Evangelicis*, coiiſſe. Ut neque cives
vitari, nedũ ſuper ea re audiri, acciderit. Quò
nùs in poſteritatis præiudicium, obſtante lege
blicâ, & quidem contrariâ, committere potuer
quicquam. Neque enim hoc civibus licuit. N
ſenatoribus integrũ fuit, cives onerare velle. N
lius enim ius quęſitum alterius facto violari pot
Quid? quòd *Cæſarea*, triennio poſt, ſub *anno M*
LXXXV. ſubſecuta, confirmatio, prorſùs arguit
trarium? Quâ quidem omnibus *Electoribus*, tàm
cleſiaſticis, quàm *ſecularibus*, demandatur, ne, ſu
commemorata illa, ſub anno *M. D. LXXXIV.* tr
actione, inter ſenatum, & cives, pacta, & quic
in particulari, ſuper articulo *Religionis*, cives *E*
gelici onerentur. Ad ſummam, licet alia, atque
interveniens ſive declaratio, ſive tranſactio, op
ni quàquà velit, illæ omnes tamen, intervenie
Pacis Religioſæ clauſula inhibitoriâ, occiduntur.

Quæ cùm ità ſeſe habeant, iam *Cæſar* expen
ret ipſe haud gravatim, quo pacto actiones id
nus violentæ, in cives *Evangelicos* exercitæ, ven
excuſandæ. Et quid denique ſit exſpectandum,
ubi aheneis legum fundamentalium vinculis
inferatur? Iam ſe, ſuper commendata *Cæſaris* bo
tate, ac iuſtitia, nequicquam ambigere. Omnin
perſuaſum habere, futurum, ut his, aliiſque, *Reli*
nis gravaminibus, nec non militaribus afflictio
bus, ſine mora, remedia applicare. Simulátque
guſtanis civibus conſuetæ *Religionis* exercitium r
dere, vellet. Ne adverſùs *Pacificationis Religioſæ*
bulas ampliùs graventur. Hæc eiuſce generis e
de quibus denuò deprecetur. Iuxtàque ſubver
tur, niſi malo medicina fiat, inſtante ſub conve
Evangelico, hoc inprimis negotium ſolidè urg
Adeóque tractatibus, inter *Catholicos, Evangelico*
Ordines, ſuſcipiendis, moram iniici, poſſe. Ut om
in gravius, auctiuſque, *Imperii* periculum retrò f
ri queant. Quanto enim ſub animi dolore hæc i
aſpicere teneatur, hoc *Cæſari*, pro ſua ſapientia,
tellectu eſſe facile. Atque hæc illa eſſe, quæ qu
iterato *Cæſari* ſubmiſſè intimare. Unàque ratio
bus, ſuprà quoque allatis, roborare, voluiſſet. S
voto, quàm candidè, ac ſincerè, à ſe proficiſcent
tàm clementer, ac benignè, *Cæſar* ad animum a
mitteret.

IV.

Auguſtus, Dux Palatinus, in cauſſa Religionis
Guolfgango-Guilielmo, Palatino, fratre, u
getur. Pro quo Sophia, Daniæ Regis mate
vidua, directis ad Regem filium codicillis, i
tervenit.

ETiã hæc *Electoris* interceſſoria, tot vicibꝰ iter
ta, parũ ꝓfecit. Reformationis, ſemel incho
tæ, rigore nequicq̃ detonante. Ferũt, *Cæſaris* con
liarios aulicos *Eccleſiaſticorũ* ꝓcerũ, & in illis *Epiſco*

Auguſtan

ſani, ſeveritatem vel ideò probare haud ſu-
iſſe. Quòd, ſub rigoroſis id genus proceſſi-
neſcio quid mali *Imperio* velut tùm quidem è
nquo proſpicerent, ac prædivinarent. Neque
;, atque prædictum erat, evénit. Sicut dein-
patebit in progreſſu.
ed neque ſoli hoc ſeveræ reformationis opus
bant *Eccleſiaſtici*. Etiam ad ſeculares *Imperii*
ipes par ferè emanavit aſperitas. Nam *Auguſtus*,
Palatinus, Sultzbaccenſis, à *Guolfgango Guilielmo*,
ino Neoburgico, fratre, multa, tàm in cauſſa *Re-*
is, quàm rebus, iuriſdictionem ſecularem tan-
ibus, eodem tempore paſſus eſt. Qua de re *So-*
Daniæ Regina, vidua, ad *Chriſtianum*, *Daniæ Re-*
filium, ſic cauſſam *Auguſti Palatini* ſequentibus
codicillis: Ex tuopte, inquit, ſchedio, unà cum
tamentis, intellexi, quàm quidem tua, meó
ine, pro *Auguſto Palatino Sultzbaccenſi*, ad *Guolf-*
um-Guilielmum, *Palatinum Neoburgicum* dire-
interceſſoria infrà efficaciam extitiſſet. Ut vel
fatus *Guolfgangus Guilielmus Palatinus*, durum
n adverſùs fratrem, procedendi modum par-
ſub diſpoſitione paterna teſtamentaria, frater-
ue tranſactionibus, partim iuriſdictione ſive
itoriali, ſive iure, ceu vocant, ſuperioritatis,
orare, atque evincere, contendat. Iam meum
eſt, hanc litem ut *Guolfgango-Guilielmo Palatino*
veam. Sed hoc duntaxat extrà dubitationis a-
n pono, ſuperiori anno te ex ore legati, ad co-
ia *Ratiſponenſia* miſſi, didiciſſe, quàm quidem
ernæ teſtamentariç diſpoſitionis codex, ipſæq;,
è dependentes, fraternæ tranſactiones, *Guolf-*
gum Guilielmum Palatinum ſtringant. Ut etiam
ati codex teſtamentarius reformationem *Reli-*
is, ſub exhæredationis pœna, diſertiſſimis ver-
inhibeat. Ut tantò minùs illi id genus proce-
di facultas, poteſtaſque, indulgeri potuerit.
am, utrum, ſive reſpectu iuris, ut vocant, ſu-
ioritatis, ſive iuriſdictionis provincialis, id ge-
, ſub *S.Rom.Imperio Germanico*, inauditus hacte-
proceſſus veniat excuſandus, hoc utique pru-
tiæ tuæ diiudicandum committo. Ego verò
e ſententiam conſtanter amplector, ut omni-
præcogitem, ſicubi tres illos, *Guolfgangum-Gui-*
mum, Auguſtum, & *Io. Fridericum*, *Duces Palatinos*,
tres, accidiſſet ſub religione educari *Pontificia*,
tuq; maximus deflexiſſet ad *Proteſtantes*, tum ne-
e ſive jus ſuperioritatis, ut vocant, neque juris-
ctionem territorialem, prodeſſe illi potuiſſe, ut
n fratribus per ſe, quàm ditionibus illorum, re-
ionis enovationem intentaret. Neq; enim ab
la *Cæſarea* indultum venire exſpectandum, eo ut
dine vel pagum unicum, nedum territorium, ſub
formationis titulos vocare poſſit. Ex adverſo,
n dùm *Evangelicus Imperii ordo* ſub reformatio-
em vocatur, uſuvenire amat, ut illis etiam, *Eccle-*
ſticæ poteſtatis aliâs toto genere expertibus, exe-
tio extra ordinem permittatur.

Nam, cùm ſub *Pacis Religioſæ*, anno *M.D.LV.* pu-
licatæ, ſyſtemate, reſpectu *Proteſtantium*, conce-
tis verbis expreſſum ſit, ſub illis *Eccleſiis*, ac *Scholis*,
uæ *Proteſtantium* ſunt, jus *Epiſcopale* deinceps ex-
udi. Sicut illi ſuper rebus ſacris, intrà ditiones
as, libera permittatur diſpoſitio. Neceſſitate
uadam ſequitur, tantùm inter *Principes, Ordineſq́;*,
Catholicos, Epiſcopis jus inviolatum ſervari. Vt eo ipſo *Guolfgangus Guilielmus Palatinus*, ad *Pontificiam* religionem deflectens, jus *Epiſcopale* hominibus *Eccleſiaſticis* tradiderit. Si nunc territorium *Auguſti Palatini*, *ſalvâ pace Religionis*, ſub reformationis legem vocari debeat, cur illud non potiùs *Dillingenſis*, vel *Aichſtetanus*, *Epiſcopi*, exequuntur? Sed, cùm hæc res in *Imperii Principem* procedere nequeat, *Laicus* id ſub titulo juris ſuperioritatis efficiat, neceſſe eſt. Cùm tamen eo ipſo, quo ad religionem *Pontificiam* tranſiit, jurisdictionis Eccleſiaſticæ capax haud ſit.

Vt ut jam ſe ſe res habeat, ſemel certum eſt, pro-ut *Saxoniæ Elector* per legatum, *Viennam* dimiſſum, cæteriq; *Evangelici Electores, Principes, Ordineſq́;*, ampliſſimis verbis *Cæſari* remonſtrârunt, *Auguſtum*, & *Io. Fridericum*, *Palatinos*, tanquam natos, & feudis inveſtitos, *Imperii Principes*, juramenti ſacramento confirmatæ, *pacis Religioſæ* pleniſſimè eſſe compotes. Vt per bonorum paternorum ſeparationem dignitate ob id Principali non exciderint. Neque *Guolfgango Guilielmo Palatino* ea propter in aulam, miniſtros, familiam, ac ſubditos, fratrum, circa *Religionis* reformandæ articulum jus conceſſum ſit. Præſertim, ejuſce per *Rom. Imperium* proceſſus exẽplo obvio nullo. Vt alia etiam cum conditionis inferioris *Ordinibus* vice calcari cœperit.

Indè emerſit, ut *Auguſtus Palatinus*, ſuperioris anni ſub comitiis *Ratiſponenſibus*, etiam in tractationes, à *Cæſare* propoſitas, deſcendere repugnârit. Ne ſuper eo, quod ipſo jure ſibi debetur, diſceptare, atque tractationibus experiri, velle videretur. Tantùm abeſt, ut vel per ſe, vel miniſtros ſuos, à *Guolfgango-Guilielmo*, fratre, precibus contendere teneatur. Et quid, te rogo, libero, natoque, *Imperii Principi* moleſtius, intolerabiliusq; accidere poſſit, quàm ſi cancellarium, conſiliarios, miniſtroſq;, ad nutum alterius, conducere, ac cõponere cogatur? Sic equidem ſentio, ut omninò exiſtimem, *Evangelici Principis* ſecreta conſilia *Pontificiis* non poſſe nõ prodi è veſtigio. Si illa tàm conſiliariis Pontificiis, quàm ſub auriculari confeſſione *Clericis*, credantur. Næ ità eſt, ut miniſtri, præfecti, *Pontificii* in officio contineri haud poſſint, quomodocunque agant, ſiquidem illi non ad dominum, in cujus verba jurârunt, ordinarium. Sed ad extraordinarium, ſuæq; religionis caput, utiq; reſpiciant. Quo nomine *Auguſtus Palatinus* eo, quo nunc eſt, ſub ſtatu diu conſiſtere, aut acquieſcere, vix poterit. Quin, moleſtiarum, afflictionumq;, pertæſus, è ditione, ſibi *à Deo*, teſtamenti paterni tabulis, ipſoque jure, debita, nunc intercepta, in amarum, unà cum conjuge, & liberis, ibit in exilium.

Secundùm hæc, firmâ nitor ſpe, *Altiſſimum* tandem ſuper horribile iſtud conſcientiarum ſive flagellum, ſive jugum, oculos miſericordiæ ſuæ conjecturum. Tandemque cœtum ſuum, humana ope deſtitutum, è ſervitute *Aegyptiaca*, etiam cum triumpho, educturum. Interim, verbis, materno ex ore profectis, abs te contendo, velles etiam deinceps toties præfati *Auguſti Palatini* cauſſæ patrocinari. Eidemque, ſub hac afflictione, & perſecutione, haud infimâ, pro virili, manum commodare.

V. Feſtum

V.

Feſtum ſeculare celebratur à Proteſtantibus. Ob Auguſtanam Confeßionem, Anno M.D. XXX. Carolo V. Imp. oblatam.

HOc anno integrum vertitur ſeculum. Ex quo *Auguſtana Confeßio*, anno *M.D. XXX. VII. Calēd. Sextil.*, ab *Electoribus, Principibus, Ordinibusq;, Imperii*, ſub comitiis *Auguſtanis*, (undè id nominis habet) *Carolo V. Imperatori* publicè, ac ſolěniter, offerri cœpit. Ideoq; *Saxoniæ Elector*, memor pietatis, & officii, eum diem per omnes regionum ſuarum fines, publicatis feriis ſolennibus, ſecularem, & feſtum, eſſe juſſit. Cæteris ejusdem *Confeßionis Electoribus, Principibus, Ordinibusq;*, hunc novum *Iubilæum* pari cum feſtivitate ſolenniter concelebrantibus. Precesq; ad *Deum* coëffundentibus. Vt, cum à ſeculo hûcusq; *Confeßionem*, verbo ſalvifico fundatam, tueri dignatus eſſet, etiam deinceps hoc ſalutare cœli depoſitum proferre, ac conſervare, vellet.

Externa.

I.

De Daniæ Regis, & Hammaburgenſium, actionibus.

POſt luculentum illud intervallum ad res *Danicas* revolvimur. Inter *Regem* verò, & *Hammaburgios*, jam à bono tempore longæ interceſſerant feriæ, ſic, ut *Albis* videretur ex parte eſſe pacatus. Nihilo-minus hæ induciæ minimè fuerunt diuturnæ. *Rex* enim præparatam triginta ſex navium claſſem *Auguſto* menſe eduxit. Ipſe in *Hammaburgios* animadverſurus. Id intelligentes *Hammaburgii*, claſſi etiam ſuæ quatuor navium militarium paria adjecerunt. Quibus *Albis* oſtium inſederunt. Sub velis igitur expanſis hæc claſſis ubi excurreret, ab obvia navi didicit, *Regis* claſſem, tempeſtate disjectam, magna ſub confuſione, in iſthmum *Danicum* ſe recollegiſſe. Illic ut, magnis non ſine ſumptuum, & temporis, impendiis, reparari debeat. Sed fama fallax, & vero major, erat. Reparatis enim navibus paulò poſt *Rex*, infra terram ſanctam, appulit. Claſſis tota conſtabat è quadraginta navibus, & triremibus aliquam multis. Hanc prævidentes *Hammaburgii* ſuam expedire cœperunt claſſem, viginti novem navibus conſtantem. Pugnandi cupiditatem præ ſe ferentes. In hos rectà *Rex* produxit, tormentiſque ſtrenuè rem egit. Idem pari lege ab *Hammaburgiis* factum. Ut hi comminùs pugnare niterentur. Quod odoratus *Rex* hoſtium propoſitum, proiectis anchoris, veliſque retractis, claſſem firmavit. Sic ut *Hammaburgii*, vento vexati adverſo, optionem mutarent. Tametſi ergò, procedentibus diebus, utrinque res tormentis acerrimè denuò agi cœpiſſet, uſque ad navium complurium perforationes. Nihilominùs R
ventis aſpirantibus, *Hammaburgios* retroceden
inſecutus, feliciter *Glückſtadam* uſque perre
Quo loci, ſub fortalitii defenſione, claſſis part
diſpoſuit, partem in *Daniam* redire iuſſit. Mox r
vum, ad *Albis* ripam, propugnaculum excita
Commeatumque, ac commercia, ex *Holſatia* n
urbem inferrentur, inhibuit. Uſque dùm *C*
emiſſis dehortatoriis, utrinque partibus ferias
diceret.

II.

Inter Hiſpanos, & Anglos, nova pax coit.

HOc tempore, inter *Hiſpaniarum*, & *Angliæ*,
ges, emerſit pacificatio. Quæ *Ordines Imp*
Proteſtantes non obiter pupugit. Tanquam u
rebus afflictis plus detrimenti, quàm comm
eſſet exſpectandum. Illius contenta hæc refer
tur. Videlicet utrinque, tàm ſub mari, quàm c
tinente, armorum eſſent feriæ: hoſtilitatibus,
iuſcunque ſint generis, in univerſum abrogati
mnibus. Neutra pars alterius in præiudicium q
quam enovaret. Neque ſubſidia conferret ſiv
terius hoſtibus, ſive rebellibus. Etiam comm
eâdem lege interdicto. Hoc nomine fœderi
alterutrius in præiudicium vergentibus, ren
ciaretur. Subditis ex utraque parte has in lege
iuſſis. Porrò commercia terrâ, marique, ex
veteri, eſſent liberrima. Sic, ut *Hiſpanis* portus
glicanos ſubire, naveſque illic reparare, atque e
cere, liceat, præſtitis præſtandis. Eo libero ac
ſu, regreſſuque, uterentur non ſolùm naves o
rariæ, ſed etiam militares. Sic, ut numero ſept
vel octo, urgente tempeſtate, eo receptu uti
poſſint. Interim, antequam in portus veni
priùs à magiſtratu nautico licentiam impetrar
Niſi hoc faxint, tanquam factioſi pœnas dar
Denique *Angli* merces *Batavas*, ſub quocun
colore, in *Hiſpanias* inferre caverent. Et, ſi acci
ad interceſſionem *Angliæ Regis*, *Hiſpaniarum In*
tem cum *Batavis* tractatibus experiri, tùm eo
haberetur, quæcunque *Rex* foret propoſiturus.
Has in pacis mutuæ leges uterque *Rex* deſcen
Cuiuſmodi *XVI. Cal. Ianuar.* publicari cœp
Nitebatur quidem *Rex Anglicanus* perſuadere *B*
vis confœderatis. Irent, & parem pacis cum *Hi*
nis feriendæ operam tentarent. Sed alieniore
tùm quidem inventi ſunt. Quàm ut inſtitutu
lud placere potuiſſet.

III.

De rebus Hiſpano-Batavis. Itemque confli
quo Ioannes Naſſovius, ductor Hiſpani
capitur.

QUod olim de *Hadriani Imp.* & *Flori poëtæ* dic
riis amœbæis annotavit *Spartianus*. Idem f
ſuper convitiis hoc tempore *Vngariæ regni Palati*
& *Ragotſii, Tranſylvaniæ Principis*, mutuis, ſubinfe
fas ſit. Sed uſque eò dentatæ à quibuſdam allega
tur utriuſque *Principis* litteræ, quibus certatum e

ıbium ſit, an *Palatinus* acriùs provocare, an
ʀgotſius amarulentiùs vicem reddere, potu-
ıterim, hæc cum diſceptatio, ſuper vacante
ranſylvaniæ Principatu, integrum videatur ſa-
:onvitium, famæ, atque autoritati *Megiſta-*
llorum parcentes, rectà ad res *Hiſpano-Batavas*
ſtimus. Superiori verò anno *Guilielmus Naſ-*
,partium *Batavarum*, aliquot legiones in *Mar-*
Montium, regiones eduxerat. Eâ ut expedi-
loca aliquammulta redigeret in poteſtatem.
ıque *Düſſeldorſio, Mülheimioque*, inhiaret, tan-
ı piſcator moratur in ſcopulo. Sed opinio fe-
Paulò deinceps *Cæſareani, Hiſpanicique*, apud
kharam adverſo Marte pugnârunt. Quod ſic
em evenit. *Dydenius Baro, Veſaliæ* gubernator,
ratum habens, ſeptem *Cæſareanorum, Hiſpa-*
ınque, cohortes ad traiectum *Roſenroianum*
as excitare, è re fore putavit, ſi manum illam,
quàm egiſſet radices, diſiiceret. Eo nomine
inium, cum ducentis quinquaginta eque-
n, & millenaıio pedeſtrium, emiſit. Hos in-
pturus *Ioannes Naſſovius*, ductor *Hiſpanicus*, qui
erat intrà *Rheinbergam*, cum octo equitum, &
ıammultis peditum, ſignis, propè *Bünickha-*
appulit. *Iſſelſteinius* notans ſibi, *Hiſpanos* in pro-
latere, conſilio cum ſuis inito, rectà in eos
ducere decrevit. Neque languidiùs agebatur
nis. Sed hoc illis nocebat, quòd calidiùs mul-
quàm cautiùs, ferrentur in oppoſitos *Batavos*.
n igitur, veluti iam manubiis, ac prædâ, poti-
ur, facto globo ſclopeta exonerant uno velut
etu, accidit, ut *Batavi*, medio ſub equitum a-
ne ſclopetarios occultantes, diviſis utrinque
itum alis, bombardis mediocribus ſtrenuè
agerent, multoſque *Hiſpanorum* ilicet proſter-
ent. Hoc auſpicio provectus *Iſſelſteinius* in me-
n prorupit agmen, hoſtileſque perfregit cune-
Ioannes Naſſovius, ductor *Hiſpanicus*, tribus vul-
ibus ſaucius, venit in poteſtatem: non paucis
gone occumbentibus. Qui cùm mediocriter
eſſet reſtitutus, lytro perſoluto, ad ſuos dimit-
œpit.

IV.

Batavi, per Indiam Occidentalem, potiuntur Braſiliæ metropoli.

BElli germanas eſſe plerùmque *famem, peſtemque*, quis hodieque ignorat? Ut è *bello fames*, è λοιμῷ λιμὸς, id eſt, è *fame peſtis*, naſcatur. Continuis igitur apud *Batavos* bellorum durantibus motibus, haud novum videri poterat, interdùm *famem* æquis ſeſe bello ſociare paſſibus. Qua quoque hoc tempore *Batavos* fatigante, deliberari de granariis conſtituendis, arandiſque tot iugeribus pratorum, cœptum eſt. An his proventibus inopiæ, atque egeſtati, mederi liceat.

Eodem hoc tempore, pro deducendis è *Iuliaci, Cliviæ*, ac *Montium*, provinciis, copiis, inter *Cæſarem, Hiſpaniarum Infantem, Principes Imperii Ligarianos*, itemque *Belgii* confœderati *Ordines*, tranſactũ eſt. Sic, ut *Hiſpani* retinentes *Iuliacum, Orſoyam*, & *Rheinbergam, Batavi* ſervantes ſibi *Veſaliam, Reeſam*, & *Embricum*, cæteras utrinque copias præciſè evocarent. Neque hæc militis deductio ullo pacto tardaretur, ſed omni opera, atque humanitate, maturaretur.

Hæc ubi domi aguntur, interim iidem *Batavi*, foris militantes, intrà *Indiam Occidentalem*, fortunâ in *Hiſpanos* utuntur ſecundâ. *Henricus Cornelius Lonquius* enim, architalaſſus *Batavus*, *Braſiliæ* metropolim invaſit, & occupavit. Quantumvis igitur, luculentæ ſub claſſis præparatione, *Hiſpani* illa æſtate occuparentur. Parùm profecerunt. Iam tùm enim *Batavi*, locum præſidio, rebuſque neceſſariis, inſtructum, confirmare cœperant.

Eoſdem apud *Indos* alius archithalaſſus *Batavus*, *Pater* dictus, ſua cum claſſe, civitatem, & arcem, à *S. Martino* nuncupatam, expugnavit. Quod verò diu locum hunc ſervare non ſufficeret, pro expilationis metu, extortâ à civibus ingenti pecuniæ ſummâ, rebuſque pretioſis, & ad victum neceſſariis, intùs convaſatis, pro derelicto illum *Hiſpanis* permiſit.

Io. Petri Lotichij

RERUM GERMAN
CARUM

LIBER XXXIV.

CAP. I.

De Ferdinandi III. Ungariæ Regis, cum Mar
Philippi III. Hiſpaniarum Regis, Infan
Hymenæo.

I.

Nuptiarum regiarum recordationem, ſub ipſis bellorum æſtibus, armorum aſperitatem inflectere.

POST continua illa à tot annis civilium bellorum incendia, cędes, lanienas, ac clades, ad venerabile illud caſti, atque intemerati, *AMORIS*, templum lubens accedo. Quantùm enim triſtia, atq; horribilia, hactenùs truculenti *Martis* tropica, ac tragica, animos concuſſerunt, tantùm iam nunc, amabile ab omni ævo conſervatum, *Nuptiarum* nomen novâ mentes perfundit lætitiâ.

De *Alexandro, Philippi* filio, cognomento *Magno*, (cuius de laudibus ſcriptores omnis penè ævi ſunt prolixi) in litteras relatum eſt à *Diod. Siculo. Regem* nempè, incredibili expeditionis, in *Aſiam* ſuſcipiendæ, cupiditate flagrantem, cùm ſuper hæredis curâ, ammoneretur, ſanctum, ac venerabile, *Nuptiarum* decus repudiâſſe. Quid ità? Videlicet, cùm illius infrà ſpiritus eſſet *Macedonia*: ut novum etiam orbem animis tùm cõplecteretur: eò quidem curioſis reſpexit oculis, quò & regnum, ſive imperiũ, proferret latiùs. Et famam, à *Philippo* parente velut inchoatam, in immenſum extenderet. His ingentibus auſis, his conatibus, obſtare arbitrabatur thori ſociam, connubio ſtabili iunctam, propriamque dicatam. Sed alia mens, alius animus, *Ferdinando III. Vngariæ, Bohemiæque, Regi*. Hic quippe *Imperium* ampliſſimum, *Regna* ſplendidiſſima, *Provincias* luculentiſſimas, per manus inclytorum tot *Imperatorum Auſtriacorum* ad ſe devoluta, ac præparata, intuens,

ſatis feciſſe viſus eſt, ſi *Imperium* non quæreret
quæſitum admitteret. Si *Regna* non acquireret
acquiſita conſervaret. Si gloriam, à maioribu
abundantiſſimè partam, non extenderet, ſed
Eoo uſque ad *Heſperium* orbem immane paten
tueretur. Hoc ad propoſitum non illi laborio
Aſiam expeditione opus erat. Sed quiete, ſed f
lia, ſed hæredibus, egebat. Quibus *Europam*,
ipſo orbis *Imperio*, & tot regnis, ingens patrim
ſuppeditantem, contineret in officio. Non e
ignorabat, maiora ſe haud petere poſſe. Quàm
iam tùm à *DEO*, & *Natura*, antè eſſent præparat
conceſſa.

Alexander, tàm novi orbis, quàm gloriæ, avid
mus, ultrà *Macedoniam*, vix *Græcia* partem tene
Mallet igitur ampliores opes. *Ferdinandus Rex* v
exſpectabat *Imperiũ*, à *Romanis Cæſaribus* ad *Auſt*
cos devolutum: Poſtque ſapientiſſimi parentis
ceſſum ſibi debitum. An hic aliam *Monarchiam*,
trà hanc *Romanam, Europæamque*, quæreret? An a
pliora regna, præ *Germania, Vngaria, Bohemia, Cr*
tia, Slavonia, Auſtriaque, laudatiſſimorum *Cæſar*
genetrice, depoſceret? An aliam gloriam, quã
manam, quàm avitam, quàm paternam, quàm p
priam, hoc eſt, *Auſtriacam* illam, ſitiret? Per fide
Auſtriaco nomine maius in terris, ſublimiuſque,
invenire erat.

Alexander ille, à *Philippo* parente ſecundus fu
qui nominis gloriâ præpolleret. *Auguſtus Octavia*
Imp. ſuæ illi familiæ ſolus præluxit. Ut tamen a
quid iuxtà *Tiberio, Germanico, Druſoque*, contribu
dum videatur. Ex *Antoninæ* familiæ *Cæſaribus* v
duo, treſq;, laudibus, ac commendatione, illuſtr
floruerunt. Quid verò de *Ferdinandi Regis* fami
ſplendidiſſima? Quid de *Cæſaribus*, non *Auguſtis*, n

Anton

nini, ſed *Auſtriacis*, audiẽdum? Ecce! tot *Rodol-*
ot *Caroli*, tot *Maximiliani*, tot *Sigiſmũdi*, tot *Fer-*
ndi, deniq; , prærogativarum, ſublimitatis, bo-
is, virtutis, ſapiẽtiæ, artiumq; , ac philoſophię,
ibus, etiam invidiâ, teſte, exundant. Ut vix dũ
od præfiſcini loquor) cognita ſit *Cæſarum*, *Re-*
, *Principumq;*, familia alia, qualis numero, diu-
itate, præſtantia, dignitate, bonitate, audiat
clariùs. *Antoninorum* quidem nomen ſic amabi-
illuſtre, reddiderunt & *Antoninus Pius*, & *Anto-*
s Philoſophus, *Romani Imperatores*, ut *Severus Imp.*
n *Antonini* nomen titulis, rebuſque geſtis am-
imis, (quib⁹ vel ipſi *Iulio Cæſari*, cæteriſque pri-
ribus, ab *Herodiano* confidenter præfertur) præ-
ſerit. Tanta enim, autoribus *Spartiano*, & *Lam-*
o, *Antonini* tum nominis extitit veneratio. Ut
Auguſti famæ prælata ſit. Quis ergò, te rogo,
amet nomen *Auſtriacum*, à non uno *pio*, nõ uno
ſopho, nõ uno *victore*, ac *triumphatore*, redditũ in
is amabiliſſimũ? Cùm, poſt tot inclytos, tot in-
os, tot magnanimos, tot humanos, tot erudi-
Imperatores, nuper etiam *ſanctitate* præfulgẽtes,
io nempè, ô *Ferdinande* glorioſè! parente, *Fer-*
ndo II. Imp. dediſſet?

De *Peleo* narrat *Catullus*. Illum, ſub expeditione
nautica, *Nereidarũ*, inprimis *Thetidis*, pulcritudi-
captum. Qua cum, *Diis* applaudentibus univer-
feciſſet nuptias: mox *Achillẽ*, totius *Græciæ*, *Phry-*
q;, cõmunem terrorem, ſuſceptur⁹. At hic *Ferdi-*
dus Auſtriacus, *Rex* æquè elegantem peregit *Argo-*
ticam. Dùm *Hiſpaniarum*, *Indiarumq;*, *Regi*, tot re-
orum domino, & quidem agnato, eidemq; *Au-*
co, *aurei velleris* patrono, pietate, ac virtute, verè
REUM illud *VELLUS*, nẽpè *MARIAM*, *Neptuninen*
cerrimam, extorſit. *Harmoniæ* nuptias præſentiâ,
concentibus ſuis, *Muſas* novenſiles illuſtrâſſe, à
iſania diſcimus. *Thetidis* verò thorum genialem
s, *Deasq;* frequẽtâſſe omnes, è *Poeta Veronẽſi* hau-
nus. Qui, *Parcas Epithalamium* ceciniſſe, multaque
per inuſitata *Achillis* fortitudine, prædixiſſe, au-
r eſt. Ut *Apollinẽ* arreptâ lyrâ itidem *feſcenninos* tũ
iſſe, confirmet *Claudianus*. An ergò *Reges*, *Reginæ-*
, non faverent *Ferdinandi*, & *Mariæ*, tædis? Quos
us conjunxit, *Amor* ſociavit, *virtus* uniit, *Fortuna*
æparavit, *Maieſtas* complexa eſt.

Per fidem! ſicut placidum mare ex horrido, cœ-
m ex atro ſerenum, ridere ſolet mortalibus. Ità,
um poſt tragicorum tot caſuum, hoc ſeculum in-
ndantium, enarrationes, ad egregium illũ huma-
æ mentis affectum, *Amorem* videl. digredior, vide-
r equidem mihi, tanquàm belli triſtitiâ diſcuſsâ,
ultam animo huic nubem demere, pacemq; ve-
t delibare. Ut, expugnatis velut odiis, offenſa-
umq; acerbitatibus, particula gaudii aliqua præ-
ordia, bellorum aſperitatibus obſita, tacitè refo-
eat.

II.

Hiſpaniarum Infantis, ſponſæ, iter ex Hiſpaniis in Auſtriam.

Læto igitur ſtylo lautiſſimæ ſponſæ profectio-
nem, omiſſis præliminaribus illis philoſophi-
cis, perſequar. Et quidem hiſtoricâ fide. Ergò, *Hy-*
menæo feliciter faces præferente, nova nupta trire-
gia, anno ſuperiori, *M. DC. XXX. Iunio* menſe, ſolutis
puppibus *Barcellona*, *Catalaunici* regni metropoli,
diſceſſit. Duodecim triremium paribus deducentibus *Genuam*, *Liguriæ* caput. Quo loco, nomine *Cæſaris*, adventantem ſponſam fortunatam, ſub exquiſitimis ſolennium honorum demonſtrationibus, *Cardinalis*, & *Princeps*, *Dieterichſteinius*, excepit; *Viennam* porrò deducturus. *Genuæ* igitur ubi pompæ ac feſtivitati, ſatis datum foret, *Neapolim* abhinc, poſt ad *Ædem Lauretanam*, ventum eſt. Etiam hîc *Pontif. Max.* cæteriq; *Romani Principes*, reginam hoſpitam muneribus certatim affecerunt. Quæ has inter honorum ſolennes demonſtrationes, poſtridie *Idus Ianuar.* *Anconam* intravit. Eò *Veneti*, emiſſis ſex triremium paribus, per *Mare Hadriaticum Hiſpanam* deduxêre *Thetidem*, *Trieſtam* versùs. Nollent enim, ſub *Hadria* ſuo, *Hiſpanicas* admittere triremes, aureo vellere quantumvis onuſtas. *Trieſtam* cùm ventus dediſſet, *Leopoldus Archidux*, neque ſumptibus, neque pompæ, parcens, per curſorem *Cæſari* nunciavit *Infantis* adventum. Sic, *Archiduce* porrò comitante, apud *Viennam* feliciter appulit. Quâ verò pientiſſimi *Cæſaris* aggratulatione, quo *Ungariæ Regis* deſiderio, quibus *Cæſareæ Auſtriacæ* familiæ applauſibus, omniſq; feſtivitatis, pompæ, ac lætitiæ, generibus, admitti cœperit, dici vix poteſt.

III.

Matrimonii regii apud Viennam conſummatio.

Itaque, intrà ædem, *D. Auguſtino* dedicatam, par regium, præeunte ore *Cardinalis Dieterichſteinii*, dexteras junxit, matrimoniiq; in verba juravit. Peracto ſacro, tormentis per urbis vallum omnibus, tanquam terreſtri tonitru, populi plauſus, fremitusque, velut ſigno ſublato, accendi cœpit. Indè in dapes, & lautitiarum apparatus, itum eſt. Menſem ad eandem accubuerunt *Imperator*, & *Imperatrix*, *Ungariæq; Rex*, ex adverſo novæ nuptæ aſſidens. Illis ſucceſſit *Pont. Max.* legatus. *Mox Leopoldus Archidux*, unà cum *Archiduciſſa* conjuge. Mox *Leopoldus-Guilielmus*, *Cæſaris* filius, natu ſecundus. Mox illuſtriſſimum par *Archiduciſſarum*, *Cæſaris* filiarum. Denique, *Hiſpaniarum Regis* legatus, ordine quiq; ſuo, conſederunt. Scires, verè hæc *Chariſtia* eſſe. Hoc eſt, ſacra, conſanguineis, nempè *Cæſari*, *Regi*, *Archiducibus*, *legatiſq;*, tantùm dicata.

IX. *Calend. Mart.* variis exercitationibus ſcenicis, ludicriſque, per *Aulam Cæſaream* certatum eſt. Producta trium triumphalium curruum paria. Partim *Mannis* candidiſſimi coloris, partim *Cervis*, *Monocerotibuſq;*, bijugatis, tractorum. Unoquoque illorum concordiam muſicam rariſſimæ notæ repræſentante. Ut juxtà neque tubicinibus, æneatoribus, atque id genus buccinatoribus, parſum ſit. Secundùm hæc, *Neptunus*, viginti *balænis*, ſtipatus, prodiit. Intrà quarum viſcera exaudiebantur utricularii, & fiſtulatores. Mox *viridarium*, floribus pictum, vivoque, & ſaliente, fonte exornatum, venit in conſpectum. Mox *Venus*, unà cum *Papho*, *Idalio*, *Cythero*, *Eryce*, montibus bis duobus, muſicis, aliiſq; ſcenicis, comitata, cohortibus, ludibunda intravit. Quorum apparatus, chorusque, poſtremus antè *Cæſarem*, *Imperatricem*, *Reginamq;*, verecundè curſum ſtitit. Actuſque, repræſentavit comicos. Cæteri dies ſub catadromo, haſtiludiis, atque id genus pugnis velitaribus

ſcenicis, atque illuſtribus, à perſonatis heröibus argonauticis conſumpti ſunt. Quousque tandem triregia, & nuptialis, illa feſtivitas, in *venatoriis*, atque id genus exercitiis ludicris, feliciter deſineret.

CAP. II.

De Saxoniæ, Electoris, ſub conventu Lipſienſi, propoſitione. Ejusque diætæ actis.

I.

Elenchus Electorum, Principum, Ordinumq́, Imperii, apud Lipſiam congregatorum.

AMiti, ac placido, affectu, vocante annalium lege, ad ſimultatis, novorumque odiorum, ſeminaria invitus relabor. Nondùm enim irarum, bellorumque, *Germania* ſatis erat. Ut etiam, poſt tot circuitus, *Electoralis Saxonia* in belli neceſſitatem traheretur. Cujus præliminaria parabantur ſub conventu, apud Lipſiam indicto. Quo de hoc loco diſpiciendum venit.

Ubi igitur dies, *Conventui* dictus, inſtaret, catalogum *Electorum, Principum, Ordinumque*, apud *Lipſiam* comparentium, ſubiicere fert animus. Undè, quis numerus invitatorum fuerit, pateſcit. Præter autem *Ioan. Georgium, Saxoniæ*, & *Georgium Guilielmum, Brandeburgi, Electores*, perſonaliter intrantes, *Chriſtianus Brandeburgicus, Marchio Byruthinus, Ioan. Philippus, Dux Saxo Altenburgicus, Guilielmus, Dux Saxo Vinarienſis, Bernhardus, Dux Vinarienſis, Ioan. Caſimirus, Dux Coburgicus, Auguſtus, Dux Palatinus Sultzbaccenſis, Guilielmus, Heſſiæ Landgravius, Fridericus, Marchio Badenſis, Auguſtus, Princeps Anhaltinus*, coràm venêre. *Archiepiſcopo Bremenſi, Friderico-Vlrico, Brunſuicenſium Duce, Lüneburgico Duce, lineæ Zellenſis, Megapolitanis Ducibus, Onoltzbaccenſi Marchione, Abbatiſſa Quedlinburgica*, per legatos comparentibus. Per legatos itidem convenêre *Circuli Suevici Principes, Ordinesque, Circuli Franconici Comites, & Dynaſtæ*, itemque *Mansfeldici, Solmenſes, Stolbergici, Barbyci, VValdeccenſes, Lippiaci, Schvvartzburgici, Comites*, cum *Reuſſeniis*, & *Schönbergiis, Dynaſtis.* Pari numero *Argentina, Noriberga, Francofurtum, Lübecca, Brema, Brunſviga, Hildeſium, Nordhuſa, Mülhuſa, Auguſta Vindelicorum*, civitates, ſuos miſêre legatos. Aliique *Ordines* è prædictis legatis certos, ſuis nominibus, inſtruxêre.

***

II.

Saxoniæ Elector, per Hoëum, Concionator
aulicum, conſultationes orditur precibus.
mulatque hujus Conventus ſummam p
ponit.

SI ubi apud *Lipſiam* eſſet conventum, *Ioan. G*
gius Saxoniæ Elector, IV. Id. Februar. antequ
conſultationes auſpicaretur, preces, tanquam
mnis actionis, ritè inchoandæ, lapides angula
præmiſit. Ergò *Matthias Hoëus, Honbeneccius, C*
cionator aulicus primi ſubſellii, ad *D. Thomæ*, è P
mi LXXXIII. Verbis illis: *O DEVS, ne agas ſilenti*
Ne ſurdum agas, neque quieſcas, ô DEVS fortis.
ecce! inimici tui perſtrepunt. Et oſores tui extollunt
put. &c. concionem habuit. Si enim priſci, v
resq; *Romani*, nihil neq; publicè, neq; privatim
gendum ſuſcipiebant, niſi auſpicio priùs ſum
Quò magis *Chriſti* amantibus incumbit, tàm v
ſtæ, quantumvis gentium, conſuetudinis veſt
calcare. Veroque *DEO* noſtro, remotis gentili
fœtoribus, vota antè omnia nuncupare, ſucceſ
que orare ſecundos. Ità enim æquum, piumq
eſt. Ut multò magis, ſub cauſſa tàm ardua, au
cia à thure, & precibus, ſumere oporteat. Sed
perfunctoriè hic *Hoëi* ſermo pupugit, ut feri
Theologos adverſæ *Religionis.* Ut publicis in e
inſurgerent ſcriptis. Vocarentque vitiliga
rem, tanquam qui claſſicum caneret.

Peracto ſacro, *Electores, Principes, legatique,*
locum, conſultationibus deſtinatum, prope
runt. Quibus ordine conſidentibus, *Saxoni*
lector hæc in verba proponere juſſit. Nimiri
eidem *Saxoniæ Electori* non videri operæ preti
ut denuò recenſeat, quibus de cauſſis arduis,
cificisque, ad *Electoris Brandeburgici* inſtantia
petitionemque *Principum, Ordinumque, Pr*
ſtantium, præſentem aperuiſſet conventum.
lud enim omne è tabellis invitatoriis evadere m
nifeſtum.

Dùm ergò *Elector Brandeburgicus*, cæteric
Principes, Ordinesque, partim ipſi, partim
legatos, comparere frequentes voluiſſent, h
Saxoniæ Electori gratum accidere. Ut ab *Altiſſ*
unicè contendat, vellet, *Pater* benigniſſim
ſub præſentibus deliberationibus, cœleſtis ill
Spiritus gratiam deſuper aſpirare. Quò mo
non conſilia hæc omnia ad ſanctiſſimi ejus nor
nis honorem, ſalvifici verbi propagationem,
cleſiæ afflictæ conſolationem, *Rom. Cæſaris* aut
ritatis conſervationem, ſalutarium *Imperii* co
ſtitutionum ſtabilimentum, tot hominum, in
timis verſantium, relevationem, vergere, poſſi
Ut etiam non tantùm ad *Germanicæ* libertatis vi
dicationem, inter *Catholicos, Proteſtantesque*, C
dines confidentiæ, hactenùs collapſæ, reſtaurati
nem, pacisque denique ſecuræ, ac conſtantis,
ductionem, vergant. Sed cumprimis exoptatu
illum, nec minùs laudabilem, ſcopum felici
ferire, & aſſequi, ſatagant. Quo nomine præfa
Saxoniæ Elector, amorem, & cultum, ergà *DEV*
ſalvificumque ejus verbum, in eoque fundata
Confeſſionem Auguſtanam, exemplo majorum, uſq

ad u

ltimam hujus vitæ lineam, piè, conſtanter,
deliter, perſeverare affectus eſt. Sic, ut non
ùs, bonâ, ac *Germanâ*, fide, conteſtetur, ſeſe
tà eam obedientiam, eamque devotionem,
m quidem, ex lege, tàm *Cæſari*, quàm *Imperio*,
et, proferre ſtudeat. Atque haſce ad decla-
ones, tanquam ſcopos communes, ac præci-
os, tendere deliberationes præſentes. Ut ad il-
m inveſtigationem, conſecutionemque, ni-
quà labores, quà impenſas, ſit facturus reliqui.
quod pariter à viginti annis, ex quo *Electora-*
regimen tenuiſſet, ſibi ſuiſſet cordi, atque in o-
is.

Quandoquidem verò *Electori Brandeburgico*,
erisque *Ducibus*, *Principibus*, *Ordinibusque*, de
, quod inpræſentiarum deliberandum venit,
abulis invitatoriis, ſufficienter innotuiſſet,
etiam nuperrimè, ſub *Ratiſponenſibus comitiis*,
tentanda *Ordinum* conciliatione, privatim
t, & per viam diſcurſus, propoſitos pacifica-
nis mutuæ canones, dubio procul ſapienter, &
ndè, deponderârunt. Ut, quid reſponden-
m, concludendumque ſub negotio tàm arduo,
iat, exactum jam ſit. Quò omnia undique,
n coràm *DEO*, quàm *Cæſare*, ipſisque poſteris, ex-
ari queant. Proindè, *Electoris Saxoniæ* ad o-
es, ac ſingulos, ſpectat hæc propoſitio, an pla-
e poſſit, ut ad interrogationes collatis votis, ac
fragiis, meditationes, rationesque, conferre ve-
t. Quibus ſuperioris *Chriſtiani* propoſiti ſcopus
tineri ſuſtineat. Atque hæc ſunt, quæ *Elector*
xoniæ, *Electori*, *Ducibus*, *Principibus*, *Ordini-*
que, inpræſentiarum amicè proponenda eſſe
xit.

III.

lectoris Saxoniæ, ſuper remedio defenſionis, declaratio, Principibus, Ordinibusque, communicata.

Rocedentibus igitur diverſis ſeſſionum, delibe-
rationumque, actibus, *Saxoniæ Elector*, ſuper li-
tæ, & neceſſariæ, defenſionis axiomate, ſequen-
s concluſiones *Ordinibus* aperuit, hanc in ſenten-
am: *Saxoniæ Elector* rationes ineundæ defenſio-
s, ab *Electore Brandeburgico*, *Principibus*, *Ordini-*
usque, itemque abſentium *legatis*, collatas, in char-
mque conjectas, diligenter ad animum admiſit.
ibenter autem, & meritò, profitetur, diffidenti-
m, animorumq; inter *Ordines* dividias, multarum
olliſionum, malorumque, fontem, ac materiam,
ſſe. Prout ab experientia, eventus magiſtra, pa-
eſcit. Ab hac labe, & noxa, toto regiminis ſui
lectoralis tempore, *Elector* longè abfuit. Ut etiam
occaſiones, ad id genus offenſiones deducentes,
datâ operâ vitârit. Eoque potiùs reſpexerit, quò
inter *Ordines* mutuæ amicitiæ vincula ferrumina-
ret. Salutaresque *Imperii* conſtitutiones in vigore
ſuo conſervaret. Ut tantò magis animitùs indo-
leat, præfatas *Imperii* leges, ac vincula, inpræſen-
tiarum miſerrimè lacerari, ac convelli. Proindè
neceſſitatem impendiò flagitare, ſi reliquias ab
interitu, per *DEI* gratiam vindicare ſit animus,
Evangelici, ac *Proteſtantes*, *Ordines*, animos, dextras-
que, conjungerent. Reique publicæ ſalutem unanimiter defendendam ſuſciperent. Sic tamen, ne in *DEUM*, neque *Cæſarem*, *Imperiumque*, quicquam deſignetur. Quâ ſub exceptione, vel omnia ſua etiam conferre *Saxoniæ Elector* paratus eſt.

Secundùm hæc, *Elector* facilè largitur, dilectæ patriæ nationis *Germanicæ* remediis paratiſſimis opus eſſe. Ne, morâ extractâ, morboque invaleſcente, medela ampliùs locum non habeat. Jam enim periculi plena apparere ſymptomata pleraq;. Ut occaſio, quæ rerum agendarum maxima, fronte capillata, veniat arripienda. Illud ſibi omninò ferire animum creberrimè. Nempè ſemel tandem de remediis piis ac legitimis, diſpiciendum venire. Quibus perturbatæ *DEI* Eccleſiæ, tot hominum millionibus, acerbè, gementibus, ſolatii quiddam afferri poſſit. Abſque eo enim eſſe, ut *Electoribus*, *Principibus*, *Ordinibusq;*, vituperio ſit, ſi manus in ſinum dimittant. Adeòque, ſine certæ, ac legitimæ, defenſionis definitione, præſentem conventum diſſolvant. Neque verò illud ſufficere arbitrandum venit, ut definiatur, violentas illas militares actiones, tàm adversùs *Cæſareas* juratas capitulationes, quàm *Imperii*, & pacis publicæ, leges, excurrentes, aliaque ejuſdem generis corollaria, diutiùs haud quaquàm, conſcientiæ, famæ, nominis, dignitatiſque, ergò, ferenda eſſe. Niſi eâdem operâ, omnem in eventum, ſtatuatur, quibus remediis, viisque, ſicubi vota, ac preces, fruſtrà ſint, armatâ manu defenſio veniat ſuſcipienda. Inter hæc, *Elector* ſi conſiderat, non paucos, & quidem præcipuos, *Evangelicos Ordines*, non comparuiſſe. Sed etiam legatos potiſſimùm *Civitatum*, ſaltèm audiendi, non tractandi, cauſsâ, acceſſiſſe. Ideòque non liquet, quo cum fructu, ſuper articulis modò conſignatis, plena iniri queat tractatio. Ut magis ſubvereatur, ne hic tepor præſenti cauſſæ incommodet, *Ordinibuſque* præſentibus ſcrupulum moveat. Eo ipſo enim damnoſum hoc videri. Dùm ſemiplena hæc videatur tractatio. Magiſque ad evulganda conſilia comparata. Ut alias, aliaſque, intentiones modò non reddere difficiliores, ſed magnum rebus impedimentum iniicere, poſſit. Nec minùs idem cum periculo eſt conjunctum. Dùm, antequàm pars *Ordinum* vires conjungat, pars cætera interim opprimi amet.

Quò igitur in omnium oculis evidens evadat, ac manifeſtum, quàm *Electorem Saxoniæ* calamitas communis angat, ità eſt affectus, ut, pro defenſione regionum, à *DEO* ſibi creditarum, tres pedeſtrium, & binas equeſtrium, legiones ſtipendiis obligare. Juxtáque cohortes per provinciam jam tùm præparatas, defenſionales dictas, unà conjungere. Adeóque inſuper has copias, requirente neceſſitate, adaugere, præcogitet. Quibus mediis ſe, ſuoſq;, ſecundùm *DEUM* tueri conabitur. Si nunc *Brandeburgicus Elector*, cæteriq; *Principes*, & *Ordines*, juxtà canonem *Imperii*, unuſquiſq;, pro ſua virili, in medium conferant. Tunc utiq; ad ſinceræ amicitiæ, bonæq; fidei, conteſtationem *Saxoniæ Elector* nihil reliqui faciet. Ut, ex lege ſupremi ejus *Circuli* archiſtrategi, ſiniſtri quiddam patientibus ſuccurrere, iiſdemque auxiliator, & vindex, accedere cupiat. Quodſi eaſdem has conjunctionis leges *Circulis* finitimis amplecti, *Electorique* ſubſidia decer-

nere,placeat. Tunc *Electorem* illis ſincerâ fide juxtà *Circulorum* conſtitutiones,repromiſſurum.

Præterea,ſi adverſa pars *Confeſſionis Auguſtanæ* opprimendæ conſilia agitet. Eo eventu *Electorem* ab afflictis manum non ſubducturum. Sed tanquam verum,&conſtantem,*Confeſſorem*,more majorum, in honorem *Dei*, eiuſq; ſalvifici verbi conſervationem,juxtáque legum *Imperii* fundamentalium defenſionem,omnia ultima, ſine miſſione, facturum.

Siquidem verò præſens ad defenſionis ſuſcipiendæ nogotium ordine,ac directione, opus ſit, *Electorem* in memoriam revocare acta ſuperioris *anni M. D.LXXXIII.* Quo quidem in *V. Cal. Novembr. Conventus Evangelicus* itidē apud *Mülhuſium* fuiſſet indictus.Sed hoc inſtitutum tùm,interveniente *Electoris Palatini* obitu, interturbari accidiſſe. Eo autem tempore *Auguſtum, Saxoniæ Electorem*, avum ſuum, *Principem* tàm ſapientem, quàm *Rom. Imp.*gnarum, ejuſmodi cū inſtructione legatos miſiſſe. Nempè, ſub *conventu*, ſuper certis *Evangelicæ* conjunctionis *directoribus*,proponerent. Ità,ut tres *Electores*, tres *Principes*, totidemq; *Civitates*, (è quibus una eſſet è *Civitatibus Maritimis*) pleniſſimâ poteſtate,ab omnibus collata,valentes,certò ſub loco(quorum unus, & alter,nominarentur) convenirent. Deq; rerum ſumma deliberarent. Quodcunque igitur illis ſive directoribus, ſive delectis, è re viſum eſſet,hoc omnes conjunctis operis & amplecterentur, & effectum darent. Sic, ut unusquisq;, pro ratâ ſuâ,conferret. Atq; hæc tùm quidem ſapienter fuiſſe deliberata. Jam verò ſic comparatum videri, ut multorum *Ordinum* legati tractandi poteſtate non ſint inſtructi. Ut ob id neque idonea definiri concluſio,neque neceſſitati occurri,queat.

Hoc tempore populoſos conventus, ſicut aliâs, eſſe difficiles,ac tardos. Ut non tàm graviores requirant ſumptus, quàm ipſas deliberationes extrahant. Ea de re *Electorem Saxoniæ Ordinibus* deliberandum relinquere, utrùm ſuper id genus ſive *directores*,ſive delectos, plenâ poteſtate inſtructos, vellent coniicere oculos. Quò id, quod hoc ſub conventu definietur, & nunc, & deinceps, ordine queat effici. Eâ *Ordinum* ſententiâ intellectâ, *Elector* itidem, quantum ad ſe pertinere videbitur,nihil deſiderari patietur.

Si cæteri *Imperii Ordines Evangelici*, (in quibus *Rex Daniæ*, tanquam *Dux Holſatiæ*, *Civitatesque Maritimæ*, continentur) huiuſce in *Conventus* partes tranſire vellent, inopportunum non videri. Ut etiam ſolicitandi veniant. Et hanc quidem rem *Electori Saxoniæ* eſſe curæ.

Primum autem,potiſſimumque,in eo verti cardinem, ut, ſecundùm juramenti legem, inprimis *Cæſaris*, omniumq; illius regnorum, ac provinciarum, debita habeatur ratio. Ità ut obedientiam, amorem, ac cultum, nihil interturbet. Quibus ſub paſſibus decretiſſimum eſt *Electori*, integram fidem,ergà *Cæſarem*,uſque ad ultimam vitę lineam, proferre velle. Pari lege æquum,ac conveniens, eſſe, ut cum cæteris *Electoribus*, *Principibus*, *Ordinibusque*, jus amicitiæ provehatur. Idemque ex lege talionis ab iisdem exſpectetur. *Imperii* ſimulátque commodum poſtulare, ut finitimis cum *Magnatibus* nulla interveniat amicitiæ divulſio. Ità enim leges *Imperii*, ſub *aureæ*, ut vocant, *Bullæ* ſyſtemate, inculcare.Ut vel ob id hodieque *Suecorum Rex* tan-

tò magis veniat demulcendus. Quam in rem
verſum *Electorale Collegium* operam promiſit ſ
ſalvâ ſemper *Cæſaris* autoritate.

De mandatis avocatoriis, quibus retrah
ſubditi,ità eſſe,ut *Elector* jamdudùm per provi
ſuas certas leges evulgârit. Interim,ut comi
nomine evulgentur,hoc eſſe ex illis,ſuper quo
reat. Arbitreturque à totius rei ſumma ho
pendere.

Quoad ſtipendia militaria,eorumque conſ
tionem, conformitate opus eſſe. Si igitur *Or*
determinatiùs hîc ſententiam exponant, e
Electorem ſignificanter mentem declaraturū ſ
Seſe autem adhûcdùm ex lege veteri, hîc a
Ut meritò hominibus, inprimis præfectis,
taribus,ad amorem,patrię debitum,reſpicien
ſit. Ejusque libertatis vindicatio, virtutisqu
fortitudinis, laus, cuiviscunque reſpectui al
inprimis avaritiæ,præferri debeat.

Cætera corollaria ad totius rei ſubſtan
pertinere. Ut antè omnia rei publicæ ſalu
ſupremam legem impleat. Atque ab hac to
negotii finis pendeat. Eâdem operâ fundan
cum etiam hoc oportere eſſe indubitatum
promiſſa bonâ fide exſolvantur. Pro coronide
ctori hoc perſuaſum eſſe, futurum, præſens ut
ventus non abſque omni effectu, fructuque, ex
rat. Nam & de cautionibus, & viis, quibus cu
lectoribus, *Principibus*, *Ordinibusq;*, *Catholicis* p
ſcendum uſu veniat, ordine præviſum eſſe.
utique hujus *conventus* ſpectet,ipſiusque invita
nis,inſtitutum. Pari diligentia tribulationes m
tares deponderari cœpiſſe. Ad *Cæſarem* verbis
iniſiſſimis perſcriptum eſſe. Super licitę defen
nis remediis conveniſſe. Ut, ſuper delectibus
bendis, etiam deliberatum ſit. Quæ omnia
poſſunt non tot afflictos mortales, tanquam
latio delibutos, refovere. Siquidem ergò, qu
amicam cum *Catholicis Ordinibus* ſuſcipiendam
ctationem, *Elector* animum expectorârit. Ut
tempore ſeſe ulteriùs diffundere nequeat. T
ſuper querelis militaribus,rationes conferri cœ
rint. Utique ſuper eo deliberat *Elector*,quò præ
ti *conventui* bona imponi queat clauſula. Quo
mine *Receſſus* diploma conſignari juſſit. Idquo
lectori Brandeburgico,recognitionis cauſâ,antè f
rit exhibendum.

IV.

Saxoniæ Electoris, ſuper tractatione cum *lectoribus, Principibusq;, Catholicis, inei* *da,declaratio.*

INterim, ut pateat, quæ *Electoris Saxoniæ*, ſu
tractatione cum *Electoribus*, *Principibus*, *Ordi*
busq;, *Catholicis*, auſpicanda, tùm fuiſſet ſenten
ad *Electorum*, *Principum*, *Ordinumq;*, *Evangelicor*
præeuntes, ſcriptoq; comprehenſas, deliberat
nes, *XVI, Cal. April.* ſic reſponſum fuit. Nimirù
Saxoniæ Electorem, *Electoris Brandeburgici*, cæteroru
que *Principum*, *Ordinumq;*, ut & legatorum, conſ
tationes, ſcripto conſignatas, diligenter inſpexi
Quibus nempè viis cum *Catholicis Electoribus*, *Pr*
cipibus, *Ordinibusq;*, paciſcendum veniat. Quæ fu
damenta præſupponenda. Quid illis largiendu
Quibusve mediis,ac vinculis huius inſtantis tra
actionis ſecuritas foret aſtringenda. Ut juxtà ra

did

icatur, quo pacto *Evangelici Ordines*, tàm quoad
obia, dicta *mediata*, quàm alia id genus neceſſa-
jus habeant quæſitum, *Catholicis* ordine remō-
ri poſſit. Hæc omnia *Electorem* ſumma cum at-
ione & inſpexiſſe, & conſiderâſſe. Ut libenter
atur, totius rei ſummam exactè, & ad amuſſim,
fuiſſe excuſſam. Ut eorum in ſententiam juxtà
ibus cat, amicam illam tractationem non inſu-
habendam eſſe. Interim, *Electorem*, pro ſua er-
onum publicum ſolicitudine, non poſſe non
ſequentes interſpergere ammonitiones. Nem-
ſub ipſis tractationum prælimaribus, præcau-
ibus opus eſſe. Quò omnia, certis ſub ſecurita-
lauſulis, ordine, & accurate, tranſigantur. De
mulis autem, atq; id genus præparatoriis, tùm,
inſtante diæta, providendum eſſe. *Electoris* cer-
ro veræ *Religionis* conſervatione, ſtudium, con-
ſque magnaminitas, totius *Imperii* in oculis eſt.
hunc animum tàm pia conſilia, quàm publicis
llis conteſtatæ declarationes, actiones que, lo-
ntur. Nam & *Eccleſiæ CHRISTI* afflictionibus
imè afficitur. Et ſub afflictionibus gementium
erelis viſcera ſibi commoveri ſentit. Et *Ioſephi*,
ſcriptura loquitur, in commodo tangitur. Hoc
pio propoſito, ſecundùm *DEUM*, *Elector* con-
ntem perſeverare velle intemeratæ *Confeſſionis*
guſtanæ aſſertorem affectus eſt. Ut uſque ad bea-
n ex hoc mortali corpore immortalis animæ a-
lyſin, atq; emigrationem, nihil magis factur' ſit,
uàm ut divini, ac ſalvifici, verbi doctrinam ſine
e aſſerat, *Eccleſiæq́; DEI*, tot lacrymarum imbres
ofundenti, bonâ fide, auxiliator accedat.

Ex adverſo, non minùs *Electoris* in pacem, ac
ietem, inclinatio, menſq; in mutuæ amicitiæ, ac
nfidentiæ, reproductionem intenta, omnibus
notuit. Eò enim, exemplo majorum, conſilia, di-
gere cœpit omnia, ut neque laboribus, neq; ſum-
ibus, pepercerit, quò pacis commendata bonitas
morum rigori præferretur. Quantùm ſiquidem
i errent, qui in armis, fortunęq; incertitudine, o-
nem ſpem ponerent, ab exemplis, & experientia,
quere. Quantum ad canones, ſuper quibus tra-
andum, ſpectat. Iterùmque, iterùmq; *Elector* au-
or eſt, magnâ, immò accuratâ, opus eſſe circum-
ectione. Ut ad exquiſitam hîc diligentiam nihil
liqui ſit faciendum. Ipſe *Elector* nihil, quoad ſtu-
ium, ac curioſam ſedulitatem, in ſe deſiderari pa-
etur. Ut & archiva excutere, aliaque, hanc in rem
eceſſaria, præparare, velit. Antè omnia verò totis
æcordiis optat, oratque, *DEUM*. Vellet omnipo-
ens *Pater* hoc ab alto elargiri, quò omnibus *Evan-
elicam Religionem* profitentibus, *Ordinibus*, ex pleno
atisfieri. Atque id genus compoſitio coaleſcere,
oſſit, quâ *DEI* honor extendi, verbum ejus cœle-
ſte amplificari, *Eccleſia* afflicta refoveri, inter *Or-
dines* utrinque mutua confidentia, reduci, pax re-
ſtaurari, exoptataque ſecuritas, etiam cum poſte-
ritatis applauſu, recomponi, poſſit. Hæc vota,
hæ preces, ſunt *Electoris Saxoniæ*. Neque dubitat
hoc in pio affectu *Ordines Evangelicos* cæteros o-
mnes conſpirare. Quicquid enim *Elector*, ratio-
ne conſcientiæ, honoris, nominisque, facere pote-
rit, creditote, hoc omne ſincerâ, optimâque, fide
dabit effectum.

De diplomate *proteſtatorio*, ſuper *Edicto Cæſareo*, tàm *Electori Moguntino*, quàm *Cameræ Spirenſi*, intimando, ſic quidem ſentit *Elector*, ut cenſeat, illam præcautionis viam, ob inſtantem amicæ compoſitionis diætam, inpræſentiarum venire ſuſpendendam. Interim, nihilo minùs, ſub codicillis, ad *Cæſarem*, *Electoresque Catholicos*, dirigendis, verba tā contradictoria, quàm proteſtatoria, in uſum duci poſſe. Sic tamen in eventum placere poſſit. *Ordinibus* proteſtationis formulam conſignare velle, hoc *Electori* volupe eſſe. Traderent igitur ſpecimen. Quod *Elector* inſpicere. Et intereà, in omnem futurę tractationis eventum, præparare, vellet. Deniq;, ſi accidat, ab *Ordinibus Catholicis* diætam compoſitionis deſignari, etiam de eo diſpiciendum jam venire, utrùm *Evangelici Ordines* vel ipſi, vel per legatos, paulò antè convenire non detrectent. Quò ſic, ſuper inſtantis negotii ſumma rationes, mutuò communicare, ac conferre, liceat.

CAP. III.

De Electorum, Principum, Ordinumque, codicillis, ad Cæſarem dimiſsis. Quibus Lipſienſis illius Conventus decreta aperiunt.

PRocedentibus illis, & ad finem ſpectantibus, deliberationibus *Lipſenſibus*, *Saxoniæ Elector*, obſervatâ tàm *Cæſaris* autoritate, quàm propriæ confidencię ſecurus, maluit decreta illius ſui *conventus*, in aperto eſſe, q̃ ut in ſecreto laterent, lucemq; fugerent. Qua de re totius negotii cardinem ſequentibus *Cæſari* codicillis nomine totius *Conventus* aperire cœpit. Tibi, inquit, ô *Cæſar*, clementiſſimè innotuit, ex quo pio, inq; pacem proclivi, propoſito, nos *Electores*, *Principes*, *Ordinesq́;*, *Catholici*, ac *Proteſtantes*, apud hanc conveniſſemus *Lipſiam*. Prout hoc de inſtituto noſtro tùm quidem *Cæſari* demiſsè intimare opportunū duximus. Poſteaquàm igitur in deliberationes rectà deſcendimus, etiam ipſo ſub limine, verè calamitoſam *Rom. Imp.* non abſq; ingenti animorum perturbatione, confuſionem deponderavimus. Vt ea appareat defecti *Rom. Imp.* ægritudo invaluiſſe. Quæ, niſi mutuæ confidentiæ reproductione *Germanicæ* libertatis vindicatione, legū *Imperii* fundamentalium conſervatione, communiq; pacis reſtitutione, tanquā fomentis, recreetur, ulteriùs hanc morbi, ſymptomatumq;, periculi plenorum vehementiam perferre ne quidē poſſit. Illius enim honor, incolumitas, ac fortitudo, potiſſimùm in amabili harmonia, concordiaq;, vertitur. Vt *Electorū*, *Principū*, *Ordinumq́;*, præeminentia, dignitas, faſti-

gium,

gium, libertasq; tantum *Imperium* velut ſuſtentent. Prout hæc omnia ſyſtema illud legũ *Imperialiũ, Aurea Bulla* dictum confirmat. Quæ ſucceſſu temporis illis pacis tàm *Religioſæ*, quàm *Politicæ*, vinculis, ut etiam cæteris *Imperii* conſtitutionibus, ac receſſib⁹, tanquã fulcris ſolennibus, ſtabiliri, confirmariq;, cœpit. Ut videri poſſit, eam eſſe hujus *Imperii* illuſtrem, ac ſpecioſam, dignitatem. Quæ nullis facilè fortunę, adverſitatisq;, procellis labefactari queat.

Tantum abeſt, hanc ut in calamitatem devolvi debeat. Qualis quidem tanta eſt, & tàm conſpecta, ut abſq; intima cordis commotione, amariſq; lacrymis, aſpici nequeat. Multò minùs hic dolor ut efferri verbis poſſit.

Etenim, inter *Imperii Ordines* diffidentiam à longo tempore naſci, nutririq;, cœpiſſe. Et jam, ob *Edicti* evulgationem, malorum cumulum, graviſſimaſque executiones, exulceraſſe eouſque animos, ut ſanari vix poſſe videantur. Pariter in propatulo eſt, quibus modis *Germaniæ* libertas opprimatur. Jam enim *Pacis Religioſæ*, & *Politicæ*, fulcra validiſſima vehementer labefactantur. *Imperii* conſtitutiones, *Circulorum* ſanctiones, cæteriq; *Receſſus*, laude digni, tantâ premuntur caligine. Ut appareat, ea omnia ex humanis velut exceſſiſſe. Quæ omnia nobis omnibus, inprimis duobus *Electoribus*, *Saxoni*, & *Brandeburgico*, tanquam ſplendidi *Imperii* hujus ædificii columnis, ingentem afferunt dolorem. Siquidem verò illa animorum diffidentia, inter *Catholicos*, *Proteſtanteſq;*, *Ordines*, ob cauſſam bonorum *Eccleſiaſticorum*, initia ſumpſiſſet. Jam autem *Catholici Ordines* amicæ compoſitionis diætam proponere cœpiſſent. Utique ea de re ſic neceſſaria præparamus. Quo tùm ſic nos quidem coràm exhibeamus. Ut omnes illæ noſtræ deliberationes in *Dei* honorem, *Eccleſiæ* incrementum, poſteritatis fructum, conſcientiæque, honoris, ac nominis noſtri, vindicationem, excurrant.

Cæterùm, ô *Imperator*, ipſe judicabis clementiſſimè, neceſſitatis legem poſtulare, ut, ſi felix illius *compoſitionis diætæ* eventus exſpectari debeat, priùs *Edictum* illud, atque indè pendentes executiones, in totũ abrogentur. Omneſq; illinc hactenùs nati errores ac difficultates, ritè emendentur. Quo nomine operæ pretiũ fuerit, moleſtias, injurias, exactioneſq;, omninò recidere, quæ vel *Brunſuicenſi*, *VVürtenbergico*, *Ducibus*, *Anhaltino Principi*, *Hohenloenſibus*, *Stollbergicis*, *Lippiacis*, *VValdeccenſibus*, *VVertheimiis*, *Erpachiis*, aliiſq; compluribus, *Comitibus*, nec non diverſis, *Imperii Civitatibus*, *Circulorumq;*, *Franconici*, ac *Suevici*, *Equeſtribus*, acciderunt. Sic ut omnes, & ſinguli, illi *Principes*, *Ordineſq;*, priſtino in ſtatu reponantur. Cives verò *Auguſtani Evangelici*, adverſus *Pacem Religionis* graviter oppreſſi, ab afflictionibus prorsùs vindicentur. Pro quibus nuper ego *Saxoniæ Elector* toties conceptis verbis interveni. Jam verò denuò, omnes pro iis cõjunctis votis oramus.

Si enim & executionum id genus rigor, in cauſſa bonorum *Eccleſiaſticorum*, nihilominùs exerceri velit, non apparet ratio, qua in compoſitionis tractationes iri queat. Hæc enim, ut vocant, meram contradictionem in adjecto implicant. Ea enim procedente lege, nulla futura eſt partes inter tractantes æqualitas. Dùm nihil propemodùm relinquetur *Proteſtantibus*, ſuper quo in tractationes deſcendere poſſint, aut debeant.

Quid adversùs *Cæſareum Edictum*, *Saxoniæ Elect*[...] toties exceperim. Conteſtatuſq; ſim, me illi ac[...] dere non poſſe. Hoc *Cæſari* utiq; obſcurum non [...] Conſimiliter, quæ ego *Brandeburgicus Elector*, ſub [...] mitiis *Ratiſponenſibus*, interveniente declaratio[...] publicâ, ſalvâ *Cæſaris* autoritate, aperire feceri[...] Queq; nos cæteri tàm *Saxoniæ ſuperioris*, q̃ *Franco*[...] *ci*, & *Suevici*, *Circulorum*, *Ordines Evangelici*, propo[...] curaverimus, ea omnia *Cæſarem* haud fugiunt, [...] tantq; in medio. Ut è querelis, cumulatim ſup[...] ingeſtis, res fiat luculentiſſima. Quæ omnia co[...] pendifacere, hocq; loco ſaltèm, brevitatis ſtud[...] nominare, allubeſcit. Quapropter ad *Cæſarem* [...] miſſa convertitur oratio noſtra, pateretur clem[...] tiſſimè, more majorum, querelarum fundame[...] ad animum admittere. Illiſq; locum relinquere, [...] mulq; nobis omnibus, dùm *Edicto* illi morem ge[...] re non ſuſtinemus, ſed ſolenniter, & vigore pr[...] ſentium codicillorum, coràm te, ô *Cæſar*, contra [...] cendo proteſtari, jusque nobis noſtrum omni m[...] liori modo reſervare, tenemur, veniam impert[...] Quæ nos eò promptiùs abs te, ô *Cæſar*, impetra[...] ros nos confidimus, dùm nihil aliud, niſi comm[...] ne juris beneficium petitur. Dùm ab antiquo h[...] uſq; per *S. Rom. Imperium* hæc lex, hæc via, obtin[...] Dùm etiam hæ actiones, ad poſterorum mem[...] riam ipſis *Imperii* receſſibus ſunt inſertæ. Et di[...] denique illa ab *Ordinibus Evangelicis* adducunt [...] fundamenta, ac rationes, quibus gravamina, [...] intenta, deducunt, evincuntque, ut meritò, [...] tentendæ videantur. Quibus accedit, negari n[...] poſſe, hanc, ſuper bonis eccleſiaſticis, inter *Cath*[...] *licos*, *Proteſtanteſq;*, *Ordines*, controverſiam, non n[...] vam, ſed veterem, eſſe. Diuq;, ſuper dubio intel[...] ctu, velitationes interveniſſe, utraque parte ſ[...] pugnante rationibus.

Si nunc erroribus illis medicina fieri debe[...] tàm rei naturam, quam proprietatem, depoſce[...] hoc ut ordine, via, ac modo, per *Imperium* co[...] ſueto, definiatur. Ut ſic *Ordines Evangelici* [...] verſum quiddam neque admittere, nedùm exe[...] tionis rigore onerari, debeant. Nam illud dic[...] tare *Iuris* regulam. Nimirùm illud ſolùm, qu[...] certum, & indubitatum, eſſet, in executionem tr[...] hendum venire. Interim nihilo-minùs ſub exam[...] vocari poſſe.

De quo, ô *Cæſar*, ego *Auguſtus*, *Dux Palatin*[...] tàm meo, quàm *Ioan. Friderici*, *Ducis Palatini*, fra[...] mei, nomine, non ſemel, ob *Religionis* perſecuti[...] nem, à *Guolffgango-Guilielmo*, *Duce Palatino*, fra[...] noſtro, nobis intentatam, demiſsè conqueſt[...] ſum. Ego verò *Saxoniæ Elector*, tàm per littera[...] quàm legatos, interveniendo precari cœpi, h[...] utique *Cæſari* præcognitiſſimum eſt. Jam, *Du*[...] illos natos, feudisque confirmatos, *Imperii Pri*[...] *cipes* eſſe, adeóque ſub *Pace Religioſa* verè contine[...] nemo dubitat. Ut ſeparatio bonorum illis *Princi*[...] dignitatem haud adimat. Nedùm vel ex eo *Guol*[...] *gangus* - *Guilielmus*, *Dux Palatinus*, ſatis cauſ[...] habeat, in illos, aulam, conſiliarios, miniſtro[...] totamque familiam, ac ſubditos, illorum jus, p[...] teſtatemque, ut exerceat. Ut vel iccircò facultate[...] *Religionis* reformandę prætendere minùs poſſit. E[...] emplis, in inferioris ordinis hominibus contra[...] um evincentibus.

Han

antè irè ad te, ô *Cæſar*, demiſſa noſtra conver-oratio, patiaris *Palatinos* illos fratres, juxtáq; *gium Guſtavum, Ducem Palatinum*, ſuper *Comita-ldenzenſi* periclitantem, in *Cæſaream* admittere ectionem. Neque connivere, illi ſub tàm evi-i cauſſa, diutùs, ut, tàm quà *Religionem*, quàm libertatem, gravari debeant. Notiſſimi a juris eſt, ô *Cæſar* clementiſſime! *Iuſtitiam* ab caſibus haud ſequeſtrari.

Quibus querelarum faſciculis, tuas, ô *Cæſar*! au-nuperrimè ſub *Comitiis Ratiſponenſibus*, fatigâ-*Electoralis Palatina* vidua, *Ludovicus Philippus*, *Palatinus*, itemque ambo *Duces Megapolitani*, que quiritantes *Imperii Principes*, *Ordineſque*, omnia codicilli ſupplices loquuntur. Ut et-*Electorale Collegium* res id genus favorabiles ur-e non deſtiterit. Jam *Cæſari* obſcurum haud eo pacto dominis feudi dominium directum, ntibus verò agnatis debitum, proprioque fa-acquiſitum, jus inveſtituræ conjunctæ, auferri, que ineluctabile præjudicium quibuſcunque di dominis, cæteriſque *Electoralibus*, *Principibuſ-*ſecularium, ſtirpibus univerſis, irrogari. Quo dem fit, ut neque rei, neque feudi domini, a-ue, quorum intereſt, vel ſemel audiantur. Pro-mihi *Ioanni Caſimiro, Saxoniæ Duci*, ſuper feudis is, *Epiſcopatu Herbipolitano* potitis, uſuvénit, legatus, abſque ulla prævia ſalutatione, in præ-turam meam *Rombiltanam*, eodem fine, manu litari irruperit. Ut idem etiam illius vicarius, ſub ione *Coburgica*, tentârit.

Chriſtianus, Marchio Brandeburgicus, unà cum ntutoribus, nomine pupillorum ſuorum, *Mar-onum Onolzpaccenſium* juniorum, conqueritur, dum *Principum* ſecularium immediatum à *Ca-licis Ordinibus* intercipi, *Religionem* mutari, con-entiiſque hominum laqueos injici, velle.

Jam leges feudorum non permittunt, ut invito, udi domino vaſallus obtrudatur, aut, in quem ſuum exercere haud poſſit, inſinuetur. Quo no-inc *Fridericus Vlricus, Dux Brunſvicenſis*, queritur, per illa pecuniarum, ſumma, à ſe *Daniæ Regi* de-ta, nuperrimè ad *Cæſarem*, & jam noviſſimè ad *illyum*, redeunte, ſeſe infeſtari. Ità ut præfe-uræ ob id complures à *Thillyo* modò non occu-ntur, ſed in jus uſque hæreditatis, atque, ut vo-nt, ſuperioritatis velut adigantur. Tametſi præ-cturæ ſatisfactionem offerre cœperint. Eandem uſdem *Ducis* eſſe querimoniam ſuper cauſſa *Hi-eſienſi*. Dùm per *S. Rom. Imperium* aliàs con-ſſo, remedio *Reviſorio* cum effectu ſuſpenſionis, ti frui nequeat, Ut, hunc uſq; in diem, è ſede, ac ortalitio ſuo, *VVolferbyto*, neglectis pactis, rever-alibus, declarationibuſque, inprimis *Cæſaris* man-ato, veſut exulare. Præſidiarioſque nihilo-minùs lere, teneatur.

In Cauſſis, *Religionem* concernentibus, hæc e-nergit querela. Ut partes deplorent, ſententiâ ſe-nellatâ, neminem audiri. Sed actiones, ſive in-tantias codicillares, cum minis, & impetu, rejici. Qua de re *Cæſar* demiſsè corrogatur, vellet illis, a-iiſque difficultatibus omnibus, remediũ ſaluta-re afferre. Preſſoſq; à judicii limine haud rejicere.

De *Electorum, Principum, Ordinumque*, præemi-nentiæ, faſtigio, honore, ac dignitate, ità porrò eſt, magno ſub famæ, ac nominis, diſpendio, pericli-tentur. Satiſq; in propatulo extat, quibus per exa-ctiones, ac preſſuras, militares, injuriis ſint affecti. Prout *Cæſari*, ab univerſo *Collegio Electorali*, ſupe-riori Anno *M.DC.XXVII.* apud *Mülhuſium* intima-tum fuit. Ut idem jam denuò, ſub comitiis *Ra-tiſponenſibus* noviſſimis, reiterari cœperit. Immò verò, ego *Saxoniæ Elector*, ſuper eo tàm litteris, quàm miſſis legatis, ſub prolixo querelarum elen-cho. Verbiſque conceptiſſimis expedivi; quid tandem exſpectandum foret, ſicubi *Electores, Princi-pes, Ordineſque*, ſub cauſſis æquiſſimis, haud audian-tur. Nedùm illi, qui ſub afflictionibus gemerent, ſubleventur Rem enim extrà omne periculum haud eſſe.

Ego verò *Brandeburgicus Elector* toties conteſta-tus ſum, quæ eſſent *Principum*, *Comitum*, *dynaſta-rumque*, conqueſtiones. Quàm *liberæ*, *Imperiales*, & *maritimæ*, civitates cōdolerent. Ut ſupervacuũ vi-deri poſſit, ſi hæc omnia velim recenſere. Creſcen-tibus autem in diem periculis, aliquid ſaltèm non poſſum nō ſuperingere. Et primũ quidē tàm è *Cæ-ſarea*, quàm *Regia*, ſtipulatione, quàm *Imperii* cōſti-tutionib⁹, cōſuetudinibuſq;, ſatis claret, quis in *Im-perio Rom.* tàm ſub bellis defenſivè, quàm offenſivè, gerendis, modus ſit præſcriptus. Ut juxtà cōſtet, q̄ collectarũ, ſive tributorũ, eſſet habenda ratio. Ut etiã, ſub ultimis *Imperii* periculis, cùm *Turcus Impe-rii* pomœria graviſſimè infeſtâſſet, modùs, ac certi-tudo, ſit antè oculos. Sed quę tropica hactenùs hoc *Imperium* defœdârint. De iis utriuſq; *Electoris, Saxo-nis*, & *Brandeburgici*, querelæ, deſideria, ac vota, etiã ſuperioribus comitiis *Ratiſponenſibus* conteſtata, fi-dem perhibeant.

Simulátq; aliud, aliudq;, belli incendiũ reſtrin-gitur, paciſq; reducendę ſpes animos fovet, fore, ut afflicti *Imperii Ordines* ſubleventur. Ecce! oppidò immuneræ recèns conſcribillantur legiones. Qui-bus *Principes, Ordineſq;, Proteſtantes*, tanq̄ cataclyſmo quodã, obruuntur. Hæ ſi longo ſatis tempore prę-dictos *Ordines* enervârunt. Tùm demùm extrà *Im-perium* mittuntur. Exteros *Magnates* in odia, ipſaq; arma, adversùs inſons *Imperium*, ut laceſſant. Eo i-pſo prætextu fideliũ *Imperii Electorũ* ac *Principũ*, for-talitia in finibus extorquentur. Tanq̄ ſic *Cæſaris*, & *Imperii*, autoritati velificare oporteat. Cùm tamen nihil aliud quęratur, niſi ut, finitimis *Magnatibus* ſu-ſpicionē, bileq;, in naſũ cieāt. Novoſq; *Imperio* ac-cerſant hoſtes. Ità fit, ut, dùm fidelib⁹ *Imperii* mem-bris, tanq̄ defenſioni ſuſpiciendæ expertibus, for-talitia extorquentur, exteri irrumpentes hęc inter-cipiant. Defenſoreſq; novos, magno cũ famæ di-ſpendio, exturbēt, atq; ejiciant. Adde, ſi fideles *Im-perii Ordines* militib⁹ negarent impunè latrocinan-di licentiã, illos tùm hoſtes *Imperii* vocari cœpiſſe. Ut neq; militē, pro ſuorũ defenſione, conſcriben-di facultatē impetrârint. De militũ conſcriptioni-bus in genere, ſic eſt, ut unicuiq;, qui nomen ſaltèm fuerit profeſſus, hæc licentia ſit conceſſa. Undè in fideliũ *Ordinum* ditiones ſine diſcrimine itũ eſt. Ità ut illi avaritiæ, ſuperbiæq;, ſuæ duntaxat litare. Di-ſtrictuſq; lacerare, potuerint. Uſq; eò n. vetus mi-litiæ ratio, atq; autoritas, exulare cœpit. Ut jam ve-ſtiſpicis, ac ſalutigerulis, cohortes ſubjiciantur. Quas id genus famuli vel nunq̄ conſcripſerunt, vel viderunt nunquam: Nihilo-minùs ſubditorum e-munctionibus res ſuas augentes.

Circà militum productiones,vel migrationes,iſta obtinuit libidinatio. Nullus ſive *Elector*, ſive *Princeps*,ſive *Ordo*, vel ſalutari cœpit ampliùs. Sed vel menſor, vel caſtrorum metator ,vel annonæ ſtructor,vel id genus emiſſarius,pro animi ſententia,per longum,latumq;,deduxit legiones.Ut neq; *Principum* ſuburbanis,arcibuſq;,parſum ſit. Neq; ſubditis,abſque ultimi teruncii expreſſione, miſſio obtigerit. Tormentorum, rapinarum, expilationum,latrociniorum , incendiorumq; execrandis exceſſibꝰ ſic quidē ubiq; prævalentibꝰ, ut enarrari omnia nequeant. Ità factum, ut ꝑ graſſatores inſuper, ac depopulatores,neque colonis agriculturæ, neque mercatoribus negotiorum ratio conſtiterit.

Certè diſciplina militaris ſic penè omnis pedibꝰ calcatur,exulatq;.Ut dubitandum veniat,an apud pleroſq; vel mica pietatis, vel æterni ſupplicii timor,ſuperſit.Dùm,neq; bonæ mentis ſtudiū, neque virtus,ampliùs in uſu eſt. Neq; tanti fiunt *Electores,Principeſq;*, ut illorum ammonitionibus , inſtantiis,locus relinquatur ullus.Ut (ꝗ dictu fœdū) etiā injuriis,etiā cōtumeliis,graviſſimis ſint affecti.

Nemo *Imperii* conſtitutiones,nemo *Circulorū* leges ,vel ad animū ſaltèm admittere dignatus eſt. Tantùm abeſt , ut illis obligari voluerit.Ad ſummam,tot,tantique,exceſſus,tot,tantaque,flagitia, tot delicta, tot ſtupra, virginibus, matroniſque,à militibus illata,paſſim audita ſunt,ut & puerperis, & aris,rebuſq; ſacerrimis,vis facta ſit. Quorum omnium recordatione vel barbarorum præcordia moveri, conſentaneum eſt.

Unuſquiſque ſive centurio, ſive militiæ præfectus,ſub *Electorum,Principumque*,regionibus, liberè imperat,tributa exigit,extorquetque cenſus. Legionibus ſingulis, tanquam plenis, menſtrua numeranda ſunt. Niſi imperio,dictoque, paretur ilicet,aſſunt executores,tormentaque expediunt tribulatores. Sic agmine facto impetus fit in loca optimæ notæ.Hæc emunguntur,vaſtantur,perduntur.Ne reliqui extet quicquam. Si maximè fideles *Imperii Ordines* adventantibus præfectis militaribus mittunt obviàm legatos ſuos , deprecantur , inopiam ſubditorum exponunt. Ecce ! amica hæc ratio iſtis ſic exploditur. Ut legatos etiam abducant captivos. Quod quidem meis *Ducis Saxoniæ Altenburgicæ*, aliorumque *Ordinum*, legatis uſuvénit.Sub meis *Electoris Brandeburgici* provinciis ſic agitur. Tametſi tota ferè belli moles in meos incumbere cœperit. *Marchiamq;* veterem funditùs perdiderit. Immò *Rex Sueciæ* magnam regionum partē interceperit. Nihilo-minùs integra, & plena,poſtulātur tributa. Ut ea fidelitati meæ reddatur merces.Ne ex omnibꝰ ferè regionibꝰ,ac præfecturis, tantoperè corruptis,mihi relictū ſit,undè fortalitii,ac ſedis meæ,præſidiarios alam.

Illis omnibus, tanquam cumulus aliquis,ſuperacceſſit *Catholicorum Ligariani fœderis* exercitus. Hic variis migrationibus *Ordinibus Proteſtantibus* incommodavit plurimùm. Sic ut & ipſe ali poſtularet. Si quis igitur *Ordinum* facta militaria non protinùs approbaret,neque illis,quos, abſq; *Imperii Ordinum* conſenſu , provocâſſent, inque *Imperium* attraxiſſent, ilicet arma opponeret, hic ingrata ſub hedera proclamari , ac traduci, cœpit. Inprimis quoque illud *Ordines Proteſtantes* habet peſſimè, dùm eas, ſub ultimo exhauſtu, copias alere coacti ſunt. Quibus deinceps in ſemet-

ipſos, ſub amara executionis *Edicti* lege, itum e

Summa tributorum, per aliquot annos à fide bus *Imperii Ordinibus* expreſſorum , excurrit in m liones penè innumeros. Exceptis regionum, ſubditorum,damnis. Per fidem! ab aliquot or ne ſeculis, etiam ſub periculis ultimis, *Imperiū* t immanes cenſus haud contulit: Atque his dun xat annis ab *Ordinibus Evangelicis* exprimi accid runt. Tantùm verò abeſt, ut quà quà adjuti ſi Ut potiùs tantùm non funditùs opprimi,ſed & i tùs in conſcientia flagellari, *Germanicaque* liber te privari, cœperint. Ut jam *Taciti* locus ille,ſup *Britannia*, hanc in *Germaniam* torqueri amet. Ne pè hanc ſervitutem quotidie emere, quotidieq paſcere. Tametſi enim illa omnia, ſub neceſſita prætextu,velint excuſari.Nihilo-minùs *Cæſari* n tiſſimum fit.Adeóq; ab *Electoribus* univerſis ſub n peris *Imperii Comitiis*,deduci, à *Bavariæ Electore* v rò ſapienter inculcari, cœpit,ejꝰ firmitatis eſſe *I perii* cōſtitutiones,ut nullis,quantumvis maxim periculis labefactandæ veniant.Sunt n. leges per tùs immo tæ.Secundùm quam velut cynoſura *Electores,Principes, Ordineſque*, vivere jubentur.

Quanquam enim, ô *Cæſar*, ſub præfatis com tiis noviſſimis, clementiſſimè recepiſti, his ma te remedium applicaturum. Nihilo-ſeciùs deli in diem ſuccreſcunt. Ut, juxtà vetus illud, verè ci poſſit,duplicari lateres. Ecce ! enim tuus, ô C *ſar*, ſubdelegatus, *Oſſa* dictus, ad tuum mandatu à nobis *Saxoniæ Ducibus* , nobiſque *Schvvarcebu gicis*, *Stolbergicis*, *Reuſſeniis* ac *Schönbergicis* , *Comi bus*, ac *dynaſtis*, poſtulavit, ſinguli *Ducum* ſingu menſibus mille quadringentos quinquagin quatuor, penderent *Ferdinandicos*. Tametſi er nō tàm *Imperii* cōſtitutiones,quàm,ꝗ fieri hoc poſſit, inopiam illi objecerimus. Nihilo-langu diùs à nobis *Altenburgicis*, *Vinarienſibus*, & *Cobur cis,Saxoniæ Ducibus*, per *Thillyum*, decem *Ferdina dicorum* millia menſtrua, cenſu eò uſque multip cato,exiguntur. Et cùm fieri non poſſit, ut ta tum tributorum rigorem ferre ſuſtineamus, n que id leges permittant. Fit, ut executiones mi tares,quibus iſta vi exprimere, liceat,nobis inte tentur. Jam quoque,dum quinque millia *Fer nandicorum* unà cum quingentis,licitando obtu mus,accidit, ut aliquot cohortes, in regiones n ſtras immiſſæ, extorſionibus dent operam. Un colligere proclive eſt, quanto ſtudio hoc agatu Ut fideles *Electores,Principes,Ordineſque*,unà cum r gionibus,ac ſubditis, opprimantur. Quade re, præſcripto legū,*Receſſuumq; Imperii*,Anno *M.D.L* in publicas tabulas relatorum, ſuper damnis, co trà omnes id genus præfectos militares, ac ſubd legatos, proteſtantes nobis jus repetendi, vind candique verbis reſervamus.

Reminiſci poteris,ô *Cæſar*,etiā ſub bellis,atq; i ſultibꝰ,*Turcicis*, *Imperii Ordines*,quoad tributa coll gēda noluiſſe cogi. Ut ſub comitiis an. *M.D.XCV* & *M.DC.III.* verbis diſertiſſimis cœperint cōtrad cere. Exindè *Rudolphus II.Imp.*ubi ſub an.*M.DC.* ejuſmodi quiddā à *Circulis Imperii* poſtulaſſet, ip confiteri non dubitavit, hunc morem *Imperii* e veterem. Ut *Ordines* itentidem hac in cauſſa rep gnârint. Interim, quòd tùm temporis evident periculi eſſent ingens, neque liceret *Comitia* pr ſtò celebrare, *Cæſarem* , corrogâſſe, vel dunt

x

b caſu ſubſidia, non tanq̃ debita, ſed honora-
rogarentur. Pariter, cùm, Anno *M.D.LXXXII.*
ſtana Civitas, in tributũ, à cæteris *Ordinibus* ad-
ım, nõ conſentiret. *Cæſar* tùm *Auguſto, Saxoniæ*
ri, vicarias obtulit vices, perſuaderet ille hoc
ſtanis. Nẽpè nõ ut debitũ hoc exigi, ſed ꝑ tem-
honorarii loco venire. Et ſic aliâs quoq; in ſi-
cauſſa ab *Ordinibus* repugnatũ eſt. Sed, quid hac
râ ſit tempeſtate? Certè ſic quidẽ *Ordines*, com-
ıntur. Ut præfecti militares, ſubdelegatiq;, le-
rincipibus, Ordinibuſque, præſcribant, imperent,
rqueant, ac ſi abſolutus iſtis debeatur domina-
ſi quid n. tale imperatur, neq; paretur ilicet, di-
ſatorq; cum ſacciperio paratus eſt, ecce! tàm
premitur, torqueturq;, Uſq; dùm avaritiæ, ac
iditati, ſatisfactum eſt, Tametſi ad reſtim, &
ritum, præcipitentur omnia.

Quàm miſerabilis iſte ſit per *Imperium* bella ge-
li, tributaq; ab *Ordinibus* exprimendi, modus,
ô *Cæſar*, judicatu tibi facilè eveniat. Per fidẽ, eo
lenti proceſſu *Principes, Ordineſque*, cõfundun-
Subditi morigeri, regioneſq;, affliguntur. Ut
us querelarũ finis, nulla lamentationũ mode-
o, ſuperſit nullibi. Quouſq; n. pulcerrimũ huj⁹
rii ſyſtema coaluit, quouſq; annaliũ autores
porũ res geſtas litteris conſignârunt, tanta ſe-
Imperiique, corruptio intellecta non eſt.
rgà hæreditarias, ô *Cæſar*, provincias eã benevo-
iã, mitẽq; declaras affectũ, ut, per viã conven-
provincialiũ, ſubſidia nõ imperes, ſed inculces.
ũ igitur *Rom. Imperium*, cujus faſtigiũ, & libertas,
o orbe inclaruêre, ſub onere premitur. Ut, tanq̃
s *Ordines* jam ſervitutẽ totis cervicibus admiſiſ-
t, videri queat. Quid periculi tributa vægran-
violentæq; expreſſiones id genus, cauſſari to-
cœperint, annales loquuntur. Proſtantq; apud
ores exempla. Profectò externi *Magnates* curio-
ſuper has tribulationes conjiciunt oculos. Ut
exindè, proprii ſtatus ratione habitâ, occaſio-
n arripiant ſeſe his turbis immiſcendi.

Quandoquidem ergò tot, tantæq;, preſſuræ, tot,
tiq;, exceſſus, undiq; exũdent, ut majores haud
poſſint. *Cæſar* a. ſub ſtipulatione *Cæſarea, Electo-
us, Principibus, Ordinibuſque*, promiſerit, ſeſe illos,
tigio, dignitate, ac juribus, protecturum, defen-
ũq;. Tùm *Imperii* leges, *Circulorumque* conſtitu-
nes, diverſum ullo pacto admittant. Ut, ſi in cõ-
rium ſive edicta, ſive diplomata, maximè emer-
nt, ea mortua, ac nulla, eſſe debeant.

Proindè, ad te, ô *Cæſar*, dirigitur ſubmiſſa hæc o-
tio noſtra. Velles tandẽ hanc ingentẽ miſeriã, ca-
mitatẽ, neceſſitatẽq;, clementiſſimè ad animũ ad-
ittere. Simulátq;, q̃ periculorũ leges inde profi-
ſci amet, trutinare. Eâdẽ operâ *Ordines Evangelicos*
ingenti illa afflictione vindicares. Neq; cuivis-
nq; illos vexandi facultatẽ faceres. Sed, ex adver-
omnes, ſecundũ fidẽ ſtipulationis *Cæſareæ*, tuere-
s. Potentiã, vigorẽ, jura, privilegia, dignitatemq;
ndice manu aſſereres.

Ego quidẽ *Saxoniæ Elector*, prout anteà declaravi,
affect⁹ ſum, ego *Elector Brandeburgicus*, ità ſentio,
oſq; cæteri *Principes, Ordineſq;*, hoc profitemur, nos
d genus preſſuras diutiùs ſufferre nõ poſſe. Ut, re-
pectu tutelæ, ſubditis debitæ, ratione itidẽ cõſci-
ntiæ, honoris, *Electoralis* eminentiæ, *Principum* di-
gnitatis, libertatiſq; publicę, tributis id genus, exa-
ctionibus, migrationib⁹, delectibusq; adversùs le-
ges fundamentales, *Imperii* cõſtitutiones, cõſuetu-
dineſq;, hactenùs intentatis, connivere non ſuſti-
neamus. Neq; illud piũ, æquũq;, eſt. Sic n. neq; *Deo*
neq; poſteritati, nedùm ſubditis, ipſiſmet, ſatisfie-
ri, arbitramur.

Si igitur accidat, hoc ob inſtitutum à copiis mi-
litaribus nobis ut vis inferri velit, eo eventu confi-
dimus, fore, ô *Cæſar*, tanq̃ *Imperii* caput, ac prote-
ctor, nos omnes, ac ſingulos, in tutelã *Cæſareã* ut ad-
mittas. Neq; vitio vertas, ſi eo caſu legitimam nos,
noſtroſque, defendendi rationẽ ineamus. Interim,
denuò hiſce omnes, ac ſinguli, condicimus, cõpro-
mittimusq;. Nos in tua, ô *Cæſar, Imperiiq;*, fide, atq;
obedientia, debita conſtanter permanſuros. Ad-
eóq; tibi omni tempore omnẽ ſubmiſſionẽ decen-
tem, honorem, amorẽ, ſubmiſſumq; cultũ, fide ſin-
cerâ, *Germanicaq;*, conſtanter præſtituros eſſe. Quo
nomine tuæ, ô *Cæſar*, clementiæ, gratiæque, nos o-
mnes, Te verò inprimis *Patri* omnipotenti, etiam,
etiamque, commendamus. Juxtáque mite, ac cle-
mens, reſponſum nobis promittimus. Cui omnia,
quæcunq; à nobis proficiſci poſſunt, officia, devo-
tè, ac ſanctè, tàm offerimus, quàm debemus. Da-
bantur *Lipſiæ, XV. Calend. April. M. DC. XXXI.*

CAP. IV.

De Electorum, Principum, Ordinumq; reſcripto. E Lipſia ad Electores quatuor Catholicos dimiſſo.

SUperioribus illis, è *Lipſia* ad *Cæſarem* directis, codicillis ubi ſubſcripſiſſent ambo *Electores*, cæteriq; *Principes, Comites*, abſentiumq; *Legati*, paucis abindè diebus emerſit ejuſdẽ notæ reſcriptum, ad *Electores* quatuor *Catholicos* eodem ſub *Lipſienſi Conventu* exaratum. Tenor illius hic erat. Quę, inquiũt, ô *Electores*, cataſtrophe verè miſerabilis, ac periculi pleniſſima, dilectam patriam noſtram, *Germaniam*, fœdârit. Quæ diſſenſio animos *Ordinũ* diſtraxerit. Quæ labes leges fundamentales, cæteraſq;, nõ minùs ſalutares, q̃ juratas, *Imperii* conſtitutiones labefactârit, immò, ſub militum impotentiũ libidinationibus, omninò lacerârit. Quæ petulantia faſtigiũ, honorẽ, dignitatẽq;, *Electorũ, Principũ, Ordinũq;* (ſub qua dignitas, & nervus, *Imperii* recumbit) detriverit, eorũq; potentiã, ac vires fregerit. Inprimis *Ordines Evangelicos* à tot annis, ſub continuis, inordinatis, inauditiſque, copiarum conſcriptionibus, migrationibus, hybernationibus, emunctionibus, extorſionib⁹, rapinis, expilationibus, aliiſque id genus afflictionibus miſerrimis, exercuerit. Quæ barbaries miſeros, inſonteſque, ſubditos, ſub tot tormentis, atque ærumnis, exhauſerit, in exilium triſte ejecerit, omninóque oppreſſerit. Tot florẽtes provincias, ac regiones, vaſtârit: Leges, Juſtitiã, ordinẽq;, everterit, tot ſtupra, ac flagi-

tia,

tia,patrârit;Ut hæc omnia gentibꝰ,media ſub barbarie natis, *Deumq;*, & verbũ divinũ, neſcientibus, horrorẽ incutiant.Quæ tempeſtas *Germaniæ* libertatẽ,olim tot fortiũ herõũ ſanguine partã,hûc uſq; cũ laude cõſervatã,ac toto orbe cõmendatã,peſſũdederit. *Principes* , *Ordineſq;*, *Imperii*,tanq̃ ipſo facto ſub ſervitutẽ jã redactos , omnis generis moleſtiis, minis,injuriis,cõtume liiſq;,affecerit:Hęc omnia, & ſingula,ô *Electores*, vobis obſcura eſſe nequeunt? Cùm jam totum uſque eò mundum famâ impleverint.Ergone ſic agitur,ut, ſub *Imperio*,libero, *Ordines*, ampliùs neq; juribꝰ,privilegiis,dignitatibusq;, ſuis utantur,fruantur? Ut neq; protectio illis cõcedatur? Neq; mandatis in delinquentes eatur? Et,ſi maximè mandata expediantur, exſpirent abſq; effecto?Anne ſic *Electorũ*,*Principũ*,*Ordinumq;*,ſecundũ ſtipulationẽ ſive *Cæſareã*, ſive *Regiã* , habetur ratio? Ut cujuſvis infimæ fecis militari præfecto, *Cæſaris* nomine abutenti, *Principes*, *Ordineſq;*,morem gerere debeant?Quorum ad libidinẽ ſi nõ , obſtantibus conſcientiâ,libertate,ac dignitate,ilicet obviàm itur, minæ præſtò audiuntur,injuriæ, immigrationes,extorſiones , & id genus exceſſus ultimi exercentur.

Quis verò eſt,quineget,hactenùs *Imperii Ordines*, inuſitatâ uſos patientiâ , ſuper id genus malis, damnis,ac doloribꝰ,querelarũ effudiſſe cumulos?Remediũq;,ac liberationẽ,tot precibus ſolicitâſſe?Ut etiã univerſum *Electorale* collegium,nobiſcum,tàm ſuperiori Anno *M.DC.XXVII.*è *Mülhuſio*,quàm noviſſimis è *comitiis Ratiſponenſibus* ea omnia *Cæſari* demiſsè conteſtari,&,q̃ pericula immineant,fideliter repræſentare,cœperit, ſed nihil remedii inventũ, applicatumq;,eſt. Immò omnia omni momẽto in pejus degenerãt. Ut, poſtpoſitis juratis illis,& ſanctis legibus fundamentalibus, *Imperiiq;* cõſtitutionibus,lateres,ſecundũ vetus illud,modò nõ duplicari,ſed triplicari , acciderit.Ut ẽt à veſtro,ô *Electores*,exercitu ip ſometper *Thillyum*, ſupremum militiæ præfectũ,eædẽ exactiones,eædẽ extorſiones,ac querelæ,magnis conatibus ſint expreſſæ.Quibus de omnibus , præſenti ſub conventu, conjunctis actum eſt querelis.

Hac de re factum,ut,ratione conſcientiæ,honoris,nominis,dignitatiſq;, habitâ,à nobis cõcluſum ſit,id genus miſerandas , periculiq; plenas, ærumnas diutiùs exanthlari non poſſe.Ut neq; coràm *Deo*,neq; *S.Rom. Imperio*, nedùm poſteris, excuſare hunc errorẽ queamus.Tùm vos,ô *Electores*, in hoc conſentire nobiſcum arbitramur, ſub *Rom.Imperio* hactenùs inauditum eſſe, partem *Imperii Ordinum* cæteros pari reſpectivè honore, libertate,dignitateq;,utentes, ſub rigore militari, à tot annis exercito, tantùm non opprimere.

Quantã animis utrinq; diffidentiã diſſidiũ iſtud, in cauſſa bonorũ *Eccleſiaſticorũ*, à multis annis,peperiſſet.*Edicti* verò *Cæſarei* publicatio,& inſequẽtis executionis rigor,dividias illas augmentâſſet.Hoc in oculis verſatur omniũ.Neq; ulla deductione habet opus. Ut hoc loco, ſuprà à nobis litteris declaratã,perq; *Rom. Imperiũ* uſitatã,contradictionẽ, ꝓteſtationẽq;, reproducamꝰ.Conceptiſſimis verbis, modoq; utiliſſimo, diſertè repetẽtes,nos neq;,quà formã Judicii, & ꝓceſſus, neq; quò materiã,atque Executionem, illud admittere poſſe.

Ea de re à vobis, ô *Electores* , amicè,ac ſubmiſsè,
cõtendimꝰ,petimuſq;, velletis *Electorũ* duorũ,t
collegarũ veſtrorũ,cæterorũq; *Principũ*, *Ordinu*
tanq̃ nobiliũ *Imperii* membrorũ , totiuſq; rei
viſſimæ,ex *Electorali* officio,diligentes inire ra
nes.Quò,ſine mora , oneribus id genus intoler
libus remedium citò,tutò,ac jucundè,ut ajunt
hibeatur.Pax , ferè deſtructa , ac deperdita,po
miniò feliciter reducatur, firmiter ſtabiliatur,
que remedia,mitia, ac pacis cõſolidationi ido
Ordinum à tot annis naſcentium,jam ad ſummũ
creſcentiũ apicẽ, colliſiones nõ minori cũ laud
fructu, emẽdentur,ac ſanentur.Quo nomine
tiũ erit veſtrarũ,animos pacis amantes, ſolicit
nemq; ꝓ cõmunis patriæ incolumitate,in med
afferre.Unàq; *Religionis* veſtræ ſocios *Ordines* ea
in ſententiã pertrahere. Sic omninò neceſſe eſ
deinceps *Ordines Proteſtantes* copiarum veſtrarũ
ductionibꝰ, migrationibꝰ, hybernationibuſq;,
quoviſcunq; prætextu, oneretis,aut onerari p
tatis. Sed, magis ſanctas *Imperii* conſtitutione
ſpicientes,deinceps malo caveatis.Hoc n. ꝓced
di modò malè ad ineundas cõpoſitionis tracta
nes ibitur.Niſi n.id genꝰ preſſuræ,ærumnæq;,p
hâc tollatur,veremur,ne quid ſiniſtri accidat.
nomine,tàm coràm *Deo*,quàm toto mundo,m
bimur excuſari,ſi, præter voluntatẽ noſtrã, ma
non inferamus , ſed propulſemus. Nihil n. pac
more nobis priùs,antiquiùſque,eſt,nihil votis
ſtris accõmodatius datur. Quàm ut, amicâ in
veniente compoſitione,diffidentia omnis erad
tur.Ex adverſo , mutua,ac vera, confidentia,
quam ſolidiſſimum pacis,ac concordiæ,vincul
ferruminetur.Leges,cõſtitutionesq;, *Imperii* f
damẽtales obſerventur.Libertas *Germanica* re
reſcat.*Electoribus*, *Principibus*, *Ordinibuſque*,faſti
potentia,honor , privilegia,immunitates , ac j
conſerventur. Nemo, præter leges, faſq;, pium
inauditâ, diſcuſsâq; obiter, cauſsâ, damnetur.
turbationibus,preſſuris, ac confuſionibus , mi
detur.Pax univerſalis, conſtans, ac ſecura,redu
tur.Tandemq; miſeriis,calamitatibus,vaſtatio
bus,ſanguiniſq; humani coëffuſionibus, finis
ponatur.

Tantâ, ô *Electores*, à *Deo* conceſsâ,præpolletis
ſapientiâ, quàm experientiâ. Ut vos non fug
quæ poſt id genus extrema, etiam ſub regnis
buſque confirmatiſſimis, emergere ſoleant tr
ca,ac pericula,evidentiſſima. Ut eò proclivꝰ v
ſit prævidere, niſi vexationibus illis maturè ea
obviàm,imminere graviorẽ *S.Rom.Imperii* conc
ſionẽ.Ut,ſummo cũ *Electorũ* , *Principũ*,*Ordinumq*
vituperio,ac damno, totius *Imperii* ruina (qu
Deus clementer avertat !) exſpectanda veniat.
tuendum utiq; eſt,ne *Magnates* exteri hanc cauſſ
faxint ſuam. His *Imperii* rebus feſſis non, tanqu
reſtauratores, ſed deſtructores,ſuperaccedãt.*Or*
neſq; indifferẽter omnes,abſq; *Religionis* diſcrimi
peſſundent.Interim,à vobis amœbæã in pacis re
tutionem inclinationem pari paſſu nobis prom
timus.Nihilq; dubitamus , quin eundem ad pi
ſcopum unà nobiſcum collimare. Adeóq;, ſu
propoſitæ,illius amicæ compoſitionis diætam,
co,&tempore, antẽ conſtitutis ematurare, veli
Quo nomine reſponſum utique exſpectam
Quicquid autem,abſque conſcientiæ,honoris,n
miniſq;,detrimento,facere,poterimus,ſcitote,
ſed

ò, ac datâ operâ, impleturos. Ut æquitatis, que optatæ, ſtudium propalàm conſtare de- omnibus.

CAP. V.

De Conventus Lipſienſis Receſſu. Solenniter publicato,

I.

ventus Lipſienſis, ad finem ſpectantis, Receſſus publicatur.

C*Onventu Lipſienſi Proteſtantium* illo ad finem ſpectante, decreta, ſive *Receſſus*, poſtridiè *Calend. April.* in tabulas referri, publicarique, cœpêre.

Notum ſit univerſis. Poſteaquàm *Saxiæ Elector*, & *Burggravius Magdeburgicus*, ad inſtan- diverſorum *Imperii Principum, Ordinumque, Protantium*, inprimis ad amicam *Electoris Brandebur-* & *Burggravii Norinbergici*, interpellationē, nō ciente *Cæſare*, *Conventum* hanc apud *Lipſiam* a- uiſſet. Eo fine, ut ſuper propoſitâ à *Catholicis Eoribus* compoſitionis diæta, diſpicerent. Videtque, quid, abſque conſcientiæ, honoris, no- niſque, morſu, ac diſpendio, largiri poſſint. Quo *Eccleſiæ* afflictiſſimæ, poſteriſque, ordine ſatis- t. Hac de re tantùm non *Electores* ambo, ſed di- ſi *Principes, Ordineſque*, itemque abſentium lega- frequentes convenêre. Peractoque ſacro, ad de- erationes progreſſi omnia ſingulari cum dili- ntia deponderare cœperunt. Inprimis autem è, ac ſapienter, agnoverunt, τιμωρίαν illam, pec- tis noſtris multiplicibus, ac graviſſimis, debitam, n temerè uſuvenire, ſed à *Deo* irato immitti. Inrim *Deum*, non ſemper offenſum, etiam eſſe mi- ricordem. Qui, præeunte verâ pœnitētiæ emen- tione, ſolitus eſſet malum, gentibus jam deſtina- m, averruncare. Locumque in pœnæ gratiā ad- ittere: teſtibus ſacroſanctis illis oraculis noſtris. oc nomine præſentibus *Electoribus, Principibus, Ornibuſque*, itemque *Legatis*, convénit, nempè, per ovincias, regioneſque, *Proteſtantium* omnes, ape- rentur antè omnia dies, horæque, pœnitentiales; recibus, votiſque nuncupandis dictæ. Ut ſic ab e- endatione hujus vitæ ardente, ac ſeria, etiam pœ- æ, peccatorum flagella, mitigarentur.

Prout nunc igitur omnibus, ac ſingulis, more ajorum, nihil antiquius eſſet, quàm ut cum *Orinibus Imperii Catholicis* concordiam, *Deo gratam*, ono publico tàm utilem, quàm neceſſariam, jam b integris ſeptuagintà annis vacillantem, ac debi- em, per remedia mitia, atque ſub *Imperio Rom.* uſi- ata, reproducere, firmare, ac conſtabilire. Exulce- ataſq; mentes ſanare. Diffidentiam veterem, tan- quam præſentaneum, ac peſtilens venenum, eradi- care. Ex adverſo mutuam, eamque optimam con- fidentiam, conſolidare. Sicq; omne malum, atque infortunium, à *Rom. Imperii*, jampridē enervati, po- mœriis procul abarcere, liceat. Hac de re pro con- ſequendo tàm pio, tàm *Chriſtiano*, ſcopo, ad ſummā diligentiam nihil reliqui facturi; loci, & temporis à *Catholicis Ordinibus* denominationem exſpectant. Sicque in æquas, juſtaſque, declarationes animis propendent, ut & conſcientiæ, & pacis honeſtæ, rationes ſecum cæteris quibuſcunque, ſive reſpectibus, ſive conſiderationibus, longè præponderent. Eandem animorum æqualitatem viciſſim à *Catholicis Ordinibus* ſibi promittunt. Hocque præcogitant, ſicubi à *Catholicis* locus, tempuſque, definiantur, ſeſe aut coràm venturos ipſoſmet, aut legatos, ſufficiente poteſtate inſtructos, eo dimiſſuros.

Intereà, quò *Ordinum Proteſtantium* neceſſitatibus, maloq; invaleſcenti, duriſque executionibus, caveatur, omniaque priſtino in loco reponantur. Quò ſic, præeunte idoneâ præparatione, majori cū fructu, in tractationes iri poſſit. Omniū incredibili conſenſu concluſum eſt, tàm *Cæſari*, ſubmiſſa ſub conteſtatione, quàm *Electoribus Catholicis*, hoc decretum intimari oportere.

Secundùm hæc, cùm *Electores, Principes, Ordineſq; Proteſtantes*, hæc cura remordeat, tàmq; apud externos *Magnates*, quàm poſteros, vitio verti poſſit, ſi diutiùs ſic agant ſilētiarios, cōniveantq;, ſuper tot, tantiſq;, per cōplures annos, *S. Rom. Imperii* continuè affligentibus ærumnis, & exactionibus militaribus, undè querelarum jam-pridē ilias emerſiſſet. Siq; paterentur, adversùs *Cæſareas, Regiaſq;* ſtipulationes, *Imperii* conſtitutiones, legesq; ſeveras pacis publicæ *Electorum, Principum, Ordinumque*, eminentiam, dignitatem, jura, ac privilegia, violari, ac deſtrui. Utiq; ſub quâ ipſa *Electorum, Principum, Ordinumque*, eminentia, magna pars *Imperii* majeſtatis, dignitatiſq;, vertatur. Ut non minoribus cum ſudoribus, ſanguiniſq; tot fortiū herōū effuſionib9, libertas genti *Germanicæ* olim parta ſit. Proindè *Electoribus, Principibus, Ordinibuſque*, tàm præſentibus, quàm abſentium legatis, decretū eſt, id genus militares preſſuras, exactiones, extorſiones, hybernationes, migrationes, aliasque illegitimas, illicitasque, afflictiones, tanquam cum *Cæſareis, Regiiſque*, illis ſtipulationibus, manifeſtis *Imperii* cōſtitutionibus, juribus, immunitatibus, libertate *Germanica*, cōſuetudinibuſq; antiquis, notoriè, & directè, pugnantes, ulteriùs nō ſufferre. Sed, ſi porrò ſub tātâ libidine, ac licentia, jura omnia tàm ſacra, quàm profana, conturbante, infeſtari velint, ſtat ſentētia, ſecundùm *Deum*, licitæ defenſionis viā inire. Seſeq; adversùs vim, & injurias, deinceps cōmunire. Neq; n. cōſcientiā, honorē, dignitatē, famāque ampliùs inducias permittere. Sed in aures, in pręcordia, has voces, has querelas, penetrare: Irēt, & tot ſuſpiriis, tot fletibus, gementes, ejulantesq;, ſubditos vindicarent. Paritercq;, privilegia, jura, libertatēq;, à ſervitute, ab interitu, redimerent. Quo nomine priùs, ſub exegeſi, & deductione ampliſſima, *Cæſari* omnia eſſent remōſtrāda. Vellet, in tàm ęqua, piaq;, cauſſa, fidelibus *Electoribus, Principibus, Ordinibuſque*, haud deeſſe. Sed, tanquā mitiſſimus, juſtiſſimuſq;, *Imperator*, protector, ac defenſor, in partes deſcendere. Juſtasq; querelas inſpicere. Eandem ferè in ſententiam præſcriberetur ad *Electores Catholicos*.

Cęterū, requirēte arduę hujus cauſſæ neceſſitate, more majorū, *Electores, Principes, Ordineſq;*, de remedio deliberârūt, quò id gen9 cōvent9 univerſales, ac numeroſi, nō abſq; difficultate coaleſcētes, deinceps

ceps compendiſiant. Itaq; ſuper delectu actũ eſt. Sic,ut aliquammultis,ex *Ordinum* numero,huiuſce ſive *Conventus* , ſive *fœderis*, ſub plenæ poteſtatis conceſſione, directio mandaretur. Quibus , neceſſario tempore , convenientibus, omniaque ad amuſſim deponderantibus, liceret ſuper rei ſumma cognoſcere. Omniaque, ad emolumentum rei publicæ,dirigere, atque efficere. Sic,ut horum actiones non modò à cæteris *Evangelicis*, ſociiſque, *Ordinibus* approbentur. Sed etiam conſiliis, ne, operâque, adjuventur.

Quæ cùm decreta *Conventus* ejuſce abſque juſtis,legitimiſque , armis, facilè ſine effectu exſpirent,porrò *Electoribus, Principibus,Ordinibuſque*,certum eſt, ſecundùm *Circulorum* conſtitutiones,legitimæ defenſionis modum inire. Ità tamen, ne offendant, ſive laceſſant. Sed injurias propulſent.Legibus *Imperii* ac *Circulorum*, hanc viam præſcribentibus.

Et,ſiquidem *Imperii Receſſus*, Anno *M.D.LV.* in tabulas relatus, diſertis verbis *Ordinibus* vicinis,finitimiſque, mutuam , veramque, amicitiam, ac fidem,inculcet. Alter alteri,& proximo, omnia humanitatis, ac fraternæ caritatis, officia ut præſtet. Hoc enim tàm jus naturæ, commune,omniumque gentium, poſtulare. Ut idem amor proximi,pacis publicæ, cæteræque *Imperii* ſanctiones, requirant. Eapropter ſic quoque *Electoribus,Principibus,Ordinibuſque*, vnanimiter convénit, ſi accidat,præter exſpectationem, unum,alterumque,*Circulum*, adversùs *Cæſareas, Regiaſque*, ſtipulationes, legesque *Imperii* fundamentales, ac jura ſcripta, abſque data cauſſa, infeſtari, illi, quicunque eſſet, præviâ imploratione, modis omnibus ſuccurreretur. Sic tamen, ut nihilo-minùs *Cæſari* obedientiam, fidemque debitam, *Ordines* conſtanter perſeverent.

II.

Saxoniæ Elector decreta Conventus Lipſenſis aperit Cæſari.

PUblicato *Cõventus Receſſu,III.Non.April.* præeunte ſolenni valedictionis actu, diſceſſum eſt. *Electoribus* igitur *Principibus*, *Ordinibusque*,ac *Legati*
ſuos reverſis,paſſim ſub provinciis, regionibuſ
Proteſtantium claſſica pulſa audiri cœperunt.Si
per civitates, ditioneſque, undique magno nu
ro milites ſtipendiis obligarentur.

Commodùm autem vix digreſſis *Ordinibus,S*
niæ Elector exſpirantis illius *Conventus* definitio
Cæſari juxtà intimare perrexit. Codicilli erant h
les. Superiorib⁹ ſuis illis, inquit, ſe recepiſſe ſub
teris, futurum, ut *Cæſari*, quicquid ſub *Conventu*
pſienſi fuiſſet definitum, demiſsè intimaret. Illi n
Electorem ſtare promiſſo. Et, ne ab adverſariis *Ca*
diverſum quiddã poſſit perſuaderi, *Conventus* il
ſive decretorum, ſive *Receſſus*, exemplum iſtic ſe
mittere. Eò igitur inſtãter ſpectare vota, prece
Electoris mitiſſimus utiq;, clemẽtiſſimuſq;, *Cæſa*
gnaretur *Electorũ, Principũ, Ordinumq;*, juſtas in
cere querelas. Illiſq;, poſt tot, tantaſq;, à multo
pore perpeſſas afflictiones, atq; ærumnas, reme
clementiſſimè applicare. Libertatem *Germani*
priſtino, flori reddere. *Electoribus, Principibus, O*
nibuſque, eminentiam, dignitatem, honorem, j
ac privilegia, conſervare. *Imperii* conſtitutiones
geſq; fundamentales, aſſerere. Diffidentiã, ac
liſiones inter *Ordines*, in cauſſa bonorum *Eccleſi*
corum, ad ſummũ auctas, abolere. Errores per v
mitem, & gratam, recidere. Omniaq; ad ſupe
rem, eumque florentèm, ſtatum reducere. Qu
tandem miſeriis, calamitatibus, malorumque
que afflictionum, officinis, objecta pacis ſecura
firmæ, bonitate, miſſio, ac finis, imponi; Ultimu
que ferè ſpiritum trahenti *Germaniæ* vero illo
xiterio, *Pace* nempè, occurri, poſſit. Jamdùm *Ca*
fidem *Electoris*, intemeratumque, ac ſubmiſſum
moris affectum, eſſe exploratum. Ut, quàm ſinc
ergà familiam *Auſtriacam* ferretur, declarati
nulla egeat. Hanc ſe fidem, hunc cultum *Ca*
conſervaturum. Ut ſanctè, ac denuò, confir
tiſſimum faxit, nihil ſibi omnibus illis, apud *Lipſ*
intervenientibus, actibus, niſi pium, & *Chri*
num, illum ſcopum, quæri. Sub ſpe indubitatâ, f
ut *Cæſar* vice verſa æquiſſimis precibus, flagitationibusque ſuis benignas largiatur aures. Votique faxit compotem.

* * *

Io.P

Io. Petri Lotichij

...ERVM GERMANI-CARVM LIBER XXXV.

CAPVT I.

...e Cæſaris dehortatione. Tàm per litteras, quàm ... legatos Saxoniæ Electori objecta.

I.

...ſar tàm litteris, quàm legato miſſo Saxoniæ Electorem ab armis dehortatur. Remonſtrat-que, Edictum juſtiſſimis de cauſſis eſſe publi-catum, &c.

PAulò antè, quid *Saxoniæ Ele-ctor*, ſub *Conventu Lipſienſi*, tàm ſuo, quàm cæterorũ *Ordinum*, nomine, decreviſſet. Quamq; in ſententiam ad *Cæſarem* de-diſſet, prælibatũ eſt. Jam, le-ge ordinis, attexendum fue-rit, quid *Cæſar*, quid *Electores Catholici*, repoſuiſſent.

Poſteaquàm ergò *Cæſar*, acceptis *Saxoniæ Electo-*... codicillis, didiciſſet, quid rerum apud *Lipſiam* a-...retur, primùm verbis clementiſſimis, atq; extẽ-...ralibus, reddidit *Electoriq;*, ac ſociis, *Ordinibus*, pa-...s mutuæ conſilia inculcare cœpit. Ut, cùm tàm ...xiè hactenùs, ſuper ſincerę pacis reproductione, ...tum eſſet, *Elector* daret operam, ne tàm pium, ac ...ligioſum, propoſitum interturbaretur, ſed pro-...cheretur. Hæc *Cæſarem* verbis extemporalibus nõ ...otuiſſe non in compendio præmittere. Cætera vel ...er juſtam epiſtolam, vel legatos, proximè acturũ ...ſſe. Ejus enim ponderis videri *Conventus* illius de-...reta, ut, tantùm non *Cæſarem*, ſed *Electores Catholi-*...os, cæteroſq; *Imperii Ordines*, cõcernant. Quorum, ...ræcipuè *Electorum*, conſilia priùs forent auſpican-...da. *Saxoniæ Elector* igitur amorem pacis, eò uſq; re-...verenter habitum, nondùm abjiceret, ſed profer-...ret. Eandemq; mentem tàm *Electori Brandeburgico*, ...quà cæteris *Principibus*, *Ordinibuſque*, *Proteſtantibus*, ...ulteriùs perſuaderet.

Hęc tùm fuêre loco promulſidis. Deinceps *Cæ-*...*ſar*, quorsùm actiones *Proteſtantium* inclinarent, vel ...è *Conventus* illius *Lipſienſis* actis, ſolenniq;, non tàm publicato, quàm ad ſe miſſo, *Receſſu*, pcepit. Itaque nullo modo, uſq; dùm hæ ſimulates manifeſtos in belli ignes adoleviſſent, cunctari duxit opportunũ. Ut denuò *Electori* ſolicitudinem ſuam declararet. Pacem ſedulò commendaret, arma diſſuaderet. Hortareturq;, ne *Imperium*, aliâs novis, noviſq; mo-tibus obnoxiũ, in tempeſtivâ illâ ſimultate, armo-rumq; præparatione, gravius in diſcrimen adduce-ret. Sed dehortatoriis *Cæſaris* edictis morem gere-ret, belliq; ſtudium ſequeſtraret. Ità futurũ, ut ſa-lutaria pacis tandẽ conſilia prævalere poſſint. *Cæ-ſariſq;* benignũ, ſuper publica reducenda tranquil-litate, inſtitutum ne retardetur. Quæ omnia ut & cõmodiùs, & prolixiùs, *Electori* exponerentur, *Cæ-ſar*, *Iohan. Rupertum Hagenmüllerum*, conſiliarium au-licũ, miſit, qui coràm, diligenterq;, experiretur. Is, in *Saxoniam* profectus, *Electorẽ* apud *Torgam* offen-dit. Illique, juxtà leges mandati, *Cæſaris* mentem ſe-quentibus coràm declaravit. *Cæſaris* verba erant il-la: *Electorem* cõmodùm eſſe memorem, quæ noviſſi-mè, ſub *Conventu Lipſienſi*, tàm ſuo, quàm *Electoris Brandeburgici*, *Principum*, *Ordinumq;*, tàm præſentiũ, quàm abſentium, nomine, per cubiculariũ ad *Cæſa-rem* dediſſet. Quæ cùm ejus eſſent ponderis, ut di-verſæ, & prægnantes, partim petitiones, partim ac-cuſationes, non-nullos *Ordines Catholicos* cõcerne-rent, utiq;, illis inauditis, reſponſum fuiſſe. Quoad illi querelas inſpexiſſent.

Interim, paulò poſt aliud emerſiſſe poſtſcri-ptum. Quo *Cæſari* illius *Lipſienſis Conventus* decretũ, ac *Receſſus*, aperiri cœpiſſent. Abſq; eo tamen, ut ar-morum deſignatio adjecta ſit. Jam nihil minùs *Cæ-ſari* in mentem veniſſe, prę ſertim cùm *Electori* con-ceptis verbis pacis amorem, denuò cõmendâſſet, quàm fore, ut illa *Conventus* illius decreta emerge-rent. Dubio procul enim dehortatorias *Cæſareas* opportuno tempore *Ordinibus* intimari cœpiſſe. Tametſi verò hæc res ità videretur cõparata, ut, nõ niſi cõmunicato cum *Electoribus*, ac *Principibus*, *Ca-tholicis* conſilio, tractanda veniat. Nihil-ominùs, ne moræ extractio optimis deliberationib⁹ gravi⁹ ali-quod periculũ afferre poſſit, *Cæſar*, p ea ſolicitudi-ne, quâ dies, noctẽſq;, pmovẽdis *Imperii* cõmodis occupatur, operæ pretium viſum eſſe diutiùs ne ſi-leret. Sed, & *Cæſarei* officii, & poſteritatis, memor, ſuper præſente neceſſitate, ſincerâ, ac *Germanicâ*,

fide,per legatū,cū *Electore*,experiretur.Sub ſpe,fu-
turū,ut *Cæſaris* inclinatio,cōſtâſq;,ergà *Electorē*,ꝓ-
penſio, pari cultu, ac ſtudio,cōpenſaretur.Quod i-
gitur ad codicillos,è *Lipſia* tramiſſos, attinet,videri
ſummā rei verti ſub his duobꝰ.Nempè *Edictū Cæſa-
reum* abrogaretur:Et indè dependēs,*Executio*,tolle-
retur.Sic,ut jam quoq; hac viâ ablata reſtitueren-
tur.Alioquin amicæ cōpoſitionis tractationes locū
habere non poſſe. Deindè, oneribus militaribus,
graviſſimè urgentibus,miſſio daretur.

De primo ſic quidē eſſe.Ut *Cæſar* otio abuti,ac tę-
dioſè reꝓducere, nolit, quibꝰ expeditiſſimis cauſ-
ſis motus,*Edictū* illud publicâſſet.Id q́,præter ipſiſ-
ſima *Pacis Religioſæ* verba, nihil loquatur. Ut ad ur-
gentes *Catholicorū Ordinū*, adversùs leges prædictę
Pacis Religioſæ à tot annis afflictorum,inſtantias,re
cum *S.Rom.Imperii Electoribus* etiam,atq; etiam,de-
ponderatâ,tandē preces illorum juſſerit eſſe ratas.
Quæ cùm luculentis anteà ſub reſcriptis, ac dedu-
ctionibus,eſſent uberrimè conteſtata,ità,ut mani-
feſta ejus rei veritas etiā hominibꝰ, rerū *Imperii*,&
forenſiū, gnaris, licet *Proteſtantiū* partiū, *Catholicos*
juſtiſſimā hîc fovere cauſſam, confeſſionē propriâ
exprimat,utiq; curioſam hoc loco reſumptionem
inſtituere velle, videri ſupervacaneum.

Poſteaquàm igitur *Cæſari*,tàm conſcientiæ,quàm
juramenti *Cæſarei*,initâ ratione,ſalutarius,remediū
nullū offerri cœpit, quo quidē *Imperii* cōmoda ꝓ-
veheret.Quàm ut, ſub cauſſa tàm evidente,juſtitiā
tandē exerceret. Actionibuſq;, periculi plenis, ac
contrà canonē *Pacis Religioſæ* directè pugnantibus,
id genꝰ *ſpoliatorū* illegitimorū, ꝑ ſententiā definiti-
vā,ex officio *Cæſareo*,mederetur. Præſertim,cū hac
in parte afflictis,*Catholicis Ordinibus*,ſub bonorū in-
terceptione,diutiùs vanis,atq; inanibꝰ,illis tracta-
tionibus inhærere nō placeret. *Proteſtantibus* verò,
neq; ſub *Aula Cæſarea*, neq; *Camera Spirenſi*,emer-
gentibꝰ deciſionibꝰ acquieſcere velle, rideret. Hac
de re tandem feriâ lege, & definitione, opus fuiſſe.
Quòd licētia tēporū eò uſq; degenerâſſe videretur.
Ut illi, qui q̀dē bona *Eccleſiaſtica*, adversùs *Imperii*
cōſtitutiones,*Paciſq;* tā *Religioſæ*,q̄ *Politicæ*,leges eri-
puiſſent, de reſtitutione nunq̄ cogitarent quicq̄.
Tantum abeſt,ut prævaricationis iſtius pœnas me-
tuerent. Sed rem quantam quantā in compoſitio-
nem nudam rejicerent. Sperantes, hoc pacto non
poſſe non *ſpoliatores* magnâ uti frui prærogativâ.

Quanta jam verò rerum confuſio veniat neceſ-
ſariò exſpectanda, ſi unicuiq; integrum foret, ſub
omnis generis quæſito prætextu, altercandiq; ca-
coëthe,alterum primò *ſpoliare*. Dein in lites ambi-
guas,*Iudiciumque Reviſorium*, hominis ætate multò
diuturniꝰ,& velut immortale,inducere.Hoc expe-
rientiâ,eventuum magiſtram, docuiſſe. Omnia n.
id genus ſpolia,tametſi diſertiſſima *Pacis Religioſæ*,
Imperiique conſtitutionū, littera reclamet, totq; in
contrariū deciſiones,ac ſententię,proſtent,potiſſi-
mū exceptione juriſdictionis territorialis, indéq;
dependentiū jurium, colorem quærere. Si igitur,
abſq; inordinati,atq; immortalis, ꝓceſſus fine, *Iu-
ſtitia* exerceri nequeat.Si abſq; legibus fundamen-
talibus,conſtitutionibuſq;, ſit, cujuſmodi ſemeti-
pſas interpretantur, dùm ſub earū fundatione vel
litibꝰ id genus initiò occurſum fuit, quid deinceps
ſperandū maximè ſit,haud apparere. Cùm,ſi radi-
ces,è quibꝰ diffidentiæ rami ſuccreverūt, non fun-
ditùs recidātur,*Imperiiq;* ſanctiones,ſecundū ve
ac legitimū,ſenſum,nō executivè exerceantur,c
tè pfunctoriæ illæ cōpoſitionis viæ tametſi exul
ratas mentes abſtergere fortè poſſint, ulcꝰ ſana
ac conſolidare,nō poſſint. Ut ſubindè latentes
cineribus favillę denuò ſufflari. Aliudq; ex alio
cendium longè periculoſius excitari proclive ſit

Prout a.ſub publicatione ſuperioris *Edicti Cæ*
etiā pſcriptis certis, indè dependentis *Executio*
cancellis,ac litibus,ad implorationē læſorū *Or*
Catholicorū,*Cæſareo* officio ſuo ſatisfecit.Confirm
ter nullus repugnavit,quò minus etiā deinceps
micas in cōpoſitionis tractationes deſcenderet
Præſertim,ubi intellexiſſet, ſub noviſſimis illis *R*
tiſponenſibus comitiis, majoris periculi recidendi
neceſſarię pacis reducendę,igitur,*Catholicos Elec*
res eò pedibus ire. Ne igitur quicq̄ etiam hoc lo
à partibus *Cæſaris* deſiderari queat,jam-pridē leg
tum deſtinavit,qui diætam illam, ſimulátq; indi
tum hoc fuerit,inviſet. Ubi ſic quidē agere *Cæ*
decrevit,ut, quantum & cōſcientiæ,& ſupremi
ficii *Cæſarei*,ratio admittet,omnia libēter ſit fact
rus.Utiq; qui nihil magis hîc in votis habet,qua
ut hoc elogiū ad manes uſq; ꝓferre ſatagat, ta
omnibus à *Deo* conceſſis,victoriis eminentius: C
ſarē ſæpè,à ſuis,& *Imperii*,hoſtibus de bello in b
lum ꝓvocari,ac trudi cœpiſſe.Quibus ſi,ſe adhu
dùm vivente, & vidente, felicem illam clauſula
nempè pacem, ſuperinducere valeret,bis terq;
turū fortunatū.Profectò, ſi non aliundè, certè
linc *Cæſaris*, lenitas,ac moderatio, veluti palp
poſſit,dùm cum ipſis hoſtibus ſuis, & quidē p
duellibus pernicioſiſſimis, compoſitionis plac
rationes iniri permiſit.Quò ſic illos ad obedient
Cæſari debitā,reduceret.Cum *Regibus* verò,& *Pr*
cipibus,à quibus bello laceſſitus fuit,privatis cōm
dis inſuper habitis,eâ lenitate paciſci,& tranſige
cœpit, quò bono publico, cōmuniq; omniū tra
quillitati,conſuleret.Hæc illa iſta ut inuſitata *Cæ*
ris moderatio etiam adverſariis ipſiſmet præco
extorſerit.

Eo ergò tempore, quo *Edictum*,ejuſq; *Executio*
manavit, nihil *Cæſari* conſtabat de tractationib
Cujuſmodi fortè impediri poſſent.Ut a. ea bo
Eccleſiaſtica, qualia jam tùm ſub *Executionem* ven
ſent,redderet, aliiſq; jus quæſitū denuò ſubtrah
ret,& autoritate hac *Cæſareâ* ꝓhibetur *Cæſar*. Q
contemptum illum nō admittit. Et nullatenùs c
ſpectat,fore, hoc ut *Elector* deinceps urgeat. A
cæteri *Ordines* ſociæ confeſſionis,modò pacis red
cendæ ſtudium illis cordi ſit, idem inſtitutū perſ
verent.Semel utiq; à partibꝰ *Catholicorum* ſtare *Ex*
cutionē Iudicialem. Ab altera parte meras in fact
occupationes locū habere.Sic, ut bona *Eccleſiaſti*
à multo tempore *Proteſtantium* cōmoda auxerin
Jam verò, poſt immane temporis intervallum, n
ſine extenuatione reddantur.

Cæterū,quantū ad onera particularia, huic art
culo connexa, facit, *Cæſari* non obſcurum eſt, id g
nꝰ querelas nimis eſſe calidas. Ut ex adverſo *Cath*
licorum jura , legatorumq; *Cæſaris* inſtructione
tranſcēdantur.Quod genꝰ judicii aliàs ab illis, q
cum ſapientia loquuntur,inſuper haberi amat.N
hilo-minùs,tametſi ſuper omnibꝰ ſufficiētē cogn
tionē *Cæſar* ob tēporis anguſtiā, nondū eſt adept
Sic tamen affectꝰ eſt,ut in id genus particularia ſ
ten

rẽ inquirere velit. Adeóq;, ſi quicq̃ ab *Execu-*
:legatis, extrà inſtructionis *Cæſareæ* limites, ul-
eccatum ſit, ſanctè promittit, ſe debitum re-
ium ex tempore applicaturum.
:querelis, & exclamationibꝰ, ſuꝑ exactionibꝰ,
umnis, militaribꝰ, deq; *Electorũ, Principũ, Ordi-*
q̃, eminẽtia, honore, dignitate, juribꝰ, ac liber-
violatis, cõtẽptimq; habitis, non fugit *Cæſarẽ*,
n ſuperiori An. *M.DC.XXVII.* è convẽtu *Mül-*
o, noviſſimiſq; comitiis *Ratiſponẽſibus*, ab *Electo-*
omnibus, quã deinceps à *Saxone*, & *Brandebur-*
Electoribus, aliiſq; *Ordinibus*, ſingulatim, ammo-
, & in chartas referri, contigiſſent. Interim, nul-
ubitat, etiã *Saxoni*, & *Brandeburgico*, rationes, à
ri oppoſitas, ſcrupulum illum exemiſſe. Ut tàm
Comitiis illis *Ratiſponenſibus*, quàm codicillis, ap-
è ſcriptis, *Cæſar* mentẽ declarârit. Neq; n. *Cæ-*
oc ſive ab *Electore*, ſive ab alio quocunque fideli
rii Ordine, exſpectat, fore, ut *Cæſarem*, tanq̃ fa-
utorẽ, accuſent. Tanq̃ *Cæſaris* arma, & copiæ,
lectorum, Principumq̃, uique *Imperii* fulcrorum,
temptum, dignitatiſq;, & libertatis, oppreſſio-
, excurrant. Illud n. abeſt longiſſimè. Sed hæc
iùs *Cæſarei* regiminis intercidit infelicitas, ut
; ab hoſtibus, aliis ſuper alios ingruentibꝰ, ne-
à domeſticis, bellicontubernium clàm palàm
entibus, vel tantillas ſperare poſſit ferias. Undè
ſiliis melioribus, atq; in pacis reproductionem
ctis, operã dare liceat. Eam n. emerſiſſe hac tẽ-
ate confuſionẽ, ut, obſtantibꝰ tot hoſtibꝰ *Cæſar*
inariam legum, conſtitutionumq; *Imperii* ſalu-
ũ, viã ne calcare quidẽ potuerit. Ut, neceſſitate
mente ineluctabili, ſine dubio in illos ſævierit
tuna militaris, quos maximè habuiſſet obvios.
erim, neq; ſic *Cæſar* exactiones, cõcuſſiones, ex-
ſus, ac preſſuras, militares æquo fert animo. Ut
ies interdictis fulminârit. Atq; etiãnunc, ſi ſpe-
tim delinquentes nominentur, ſeverâ ſub lege,
mplariq; demonſtratione, pœnas exigere velit.
querelis quidẽ, & ejulationibus, multos fuiſſe
is accuratos, ac prolixos. Ut non parũ hæ ægri-
niç *Cæſaris* animũ turbârint, emollierintq;. In-
im, de remediis, & viis, quibꝰ copiç eſſent alẽdç,
ibuſq; rationibus magis opportunis, hoſtibus
curri poſſet, omnes eſſe ſilentiarios, & *Harpocra-*
imitari. Quodſi n. hoſtibꝰ occurrendum eſt, u-
; exercitu id fieri oportet. Si copiis migrandum,
ovendumq;, eſt, utiq; & conſcriptionibus, dele-
bus, ſtativis, hyberniſq;, opus fuit. Interim ex-
ſſus *Cæſar* probavit nunquam.
Sed eo fine noviſſima apud *Ratiſponã* aperuit co-
itia, ipſeq;, nõ obſtantibus quibuſcunq; difficul-
tibus, eò vénit, an cõmunibus, conjunctiſq;, o-
niũ *Electorũ* conſiliis, remediũ tantis concuſſioni-
us inveniri quiret opportunum. Verũ n. verũ, et-
m hoc tàm ſalutare, tàm neceſſarium, *Cæſaris* in-
itutum fuiſſe penè fruſtaneum. Ut, *Electoribus* non
omparentibus omnibus, intereà *Lipſienſis* ille *Con-*
entꝰ, emerſerit. Sub quo, inter cętera, decretũ fuiſ-
et, *Circulorum* auxilia pro *Imperii* mediis habenda
on eſſe. *Saxoni* igitur aliâs cognitiſſimum eſſe, quî
iat, ꝙ, ſub *Comitiis Imperii Ordinibus* ex parte repu-
nantibus, concluſiones ampliùs unanimibus ſuf-
ragiis abſolvi nequeant. Ut majores in colliſiones,
iffidentiæque ſcopulos, *Imperii* navis adacta ſit.
Tùm, ſub clandeſtinis molitionibus, hactenùs bel-
la domeſtica nutriri cœperint. Ut, furiis ex inex-
ſpectato ſemel, ſimulq;, prorumpentibus, vix ſub
Comitiis tantillum ſpatii relictũ ſit, ut ſuper neceſ-
ſariis defenſionis remediis, vel deliberare licuerit.
Neq; enim fidelibus, *Ordinibus* metus periculi per-
miſit, ut ſaltèm convenirent.

Ergóne *Cæſar* ocioſis oculis intueretur hoſtium
crudeles conatus? Ergóne ſe ipsũ, *Ordineſq̃* aſſiſtẽ-
tes, fideleſq;, rapinis exponeret? Ergóne magnã *S.*
Rom. Imperii Electorum partẽ opprimi, ac deleri, pate-
retur? Quò quidẽ ſpectavit hoſtiũ libidinatio? Per
fidẽ! neq; hunc reatũ piacularẽ coràm *Deo* expia-
re, neq; apud poſteritatem purgare, ſuſtinuiſſet. Ità
n. piè affectꝰ eſt *Cæſar*, ut, antequã ignaviâ ſuâ, tàm
ſplẽdida, *S. Rom. Imperii*, jam ultrà hos annos octin-
gentos omnibus gentibus terrori exiſtentis, ſtru-
ctura uno velut momento corruere, ipſeq; hujus
ſocordiæ ab annalium ſcriptoribus accuſari, de-
beat, ſi liceat, mille mortibus defungi malit. Tantũ
abeſt, ut, adversùs *Imperii* conſtitutiones feciſſe, in-
ſimulandꝰ veniat. Cùm ipſi *Ordines Imperii* hanc de-
fenſionis neceſſitatẽ *Cæſari* impoſuiſſent. Ut ingru-
entibꝰ extrà ordinẽ, remediis quoq;, neceſſitate ex-
tortis, extroardinariis aliquando utendum fuerit.

De *Electorum* ſub *Comitiis Ratiſponenſibus* ſiue am-
monitionibus, ſive conſultationibus, ità compara-
tum eſſe, ut hæ adversùs *Cæſarem* haud quaq̃ mili-
tent. Sicut quidẽ ſub *Cõventu Lipſienſi* torqueri uſu-
veniſſet. Quis n. nõ videat, multa illinc emergere
cõtradictoria, dùm, q̃ hactenùs ab *Electoribus Catho-*
licis approbari cœpiſſent, jam improbarẽtur? Satiùs
igitur futurũ eſſet, ſi illis ipſis verborum ſuorum ꝑ-
mittatur interpretatio; q̃ ut argumenti loco in *Cæ-*
ſarem torqueri ament. Neq; n. alium indè erui ſen-
ſum, *Cæſaris* de ſententia, q̃ huncce. Tales nẽpè eſſe
Imperii conſtitutiones, cujuſmodi vel nullo ſub pe-
riculo, vel neceſſitate, violari debeant. Subintelli-
ge, quando nimirùm illis remediis, inibi ꝓpoſitis,
veluti univerſalibus *Imperii comitiis*, deciſionibuſq;
ab *Ordinibus* majori numero, ſuffragantibus, ut frui
licet. Idem n. penè videri, vel nullas proſtare leges.
Vel, injuria tẽporum, legibus uti nõ poſſe. Quanq̃
enim aliâs nullæ leges, abſq; certis limitationibus,
latæ forent. Nihilo-minùs has paſſibus immotis,
abſq; deceſſione, perſtare cõſueviſſe: *Salutem populi*
ſupremã eſſe legẽ: Neceßitatẽ verò *nullã admittere legem.*

Accedit, *Lipſienſem* illã novã conjunctionẽ toto
genere in omnes *Imperii* conſtitutiones evidenter
peccare. Inter cætera, n. diſſertiſſimis verbis inter
decreta irrepſiſſe: Siquidem, ſub præſente *Imperii*
turbine, ſecundũ *Imperii* leges deſtributio fieri ne-
queat, illud in *Ordinum* præjudicium haud quidem
vergeret.

Si nunc *Ordinibus*, citrà conſenſum *Cæſaris* jus ar-
morũ nõ habẽtibꝰ, fas ſit, injuriâ tẽporis, ab *Imperii*
conſtitutionibus recedere. Quidnî idẽ *Cæſari* eſſet
integrũ, tanq̃ *Imperii* capiti? Utiq; cui patriç ſalus,
ac conſervatio, curæ eſt? Gladiuſq; à *Deo* obtigit,
quo uteretur.

Super expeditionibus *Turcicis* ejuſdẽ generis ob-
jici argumentum. Quòd n. An. *M.D.XCVII.* auxilia
Circulorũ negâſſẽt *Ordines*, eódẽ tẽdere. Nimirùm,
occaſione, ac tempore, permittentibus, rectè cal-
cari vias conſtitutionum, ordinarias. Atq; hoc li-
cuiſſe tùm quidẽ ſub expeditionibus, *Turcicis*. Illic
n. hoſtẽ œcumenicum, unicumq;, fuiſſe præ mani

bus. Cujꝰ utiq; adventus longè antè p̃ſciri potuerit. Interim, aliud aliis tẽporibus, & quidem Anno *M.DC.V.* obſervari accidiſſe. Quo quidẽ, urgente neceſſitate, cùm ꝓperandum foret, *Ordines* auxilia promptè cõtuliſſent. Neq; eſt, ut quiſq̃ arguat, *Cæſarẽ* viã exactionũ militariũ velle facere ordinariã. Eoq; *Imperii* conſtitutiones ſubvertere. Cùm nihil aliud, niſi ſui, *Imperiiq;* conſervationẽ penſi habeat. Satiꝰ n. eſſe, Rẽpublicã qualẽcunq;, q̃ nullã habere.

De *Cæſaris* regnis, ac ꝓvinciis, hæreditariis, ꝙ oggeritur, nẽpè *Cæſarẽ* illic auxilia, ſecundũ leges provinciales, ab *Ordinibus*, hunc in finẽ apertis cõſiliis, exigere. Ad id *Cæſar* reſpondet. Toto ſe corde optare, eâdẽ facilitate liceret ꝑ *Imperiũ* comitia celebrare, quâ apud ſuos domi *Proceres* cogeret. Tunc rem fore expeditiſſimam. Ut ſine labore auxilia excipere queat. Neque aliis remediis opus ſit.

Poſteaq̃ verò *Cæſar* hoc tẽpore bello *Suecico* diſtinetur. *Sueciæq; Rex* jam tùm ꝑ ſuperioris *Saxoniæ Circulũ* eos fecit progreſſus, ut, *Pomeraniâ* totâ ſub poteſtatẽ vocatâ, *Marchionatus Brandeburgici* loca, in parte *Oderæ* citima, interceperit, ſimulq; ſub ꝓvincia *Megapolitana* pedẽ fixerit. Ut jã *Sileſiæ* immineat. Utiq; *Cæſari* novũ videtur, ſub eo hoſtis ingruẽtis agone, ac periculo, *ſuperioris Saxoniæ* fideles *Ordines* modò nõ de remediis ne hilũ quidẽ ꝓpoſuiſſe, quibꝰ hoſtiũ vires retundi queant. Sed belli *Suecici* ne verbo quidẽ mentionẽ aſperſiſſe. Certè, *Cæſar* neq; à *Saxone*, neq; *Brandeburgico*, tanq̃ ſapientibꝰ *Imperii Electoribus*, exſpectat, fore, ut, ſub titulo allegatarũ preſſurarũ, humilimæq;, ſuꝑ militariũ onerum abrogatione, petitionis, *Cæſari Ordinum* auxilia, tàm neceſſario tẽpore, præripiãtur. Ut potiùs fidelium ſubditorum operâ ſit opus. Quocunq; modo liceat, periculis, hoſtibuſq;, ire obviàm.

Nuper, ſub *Comitiis Ratiſponenſibus*, ad *Cæſaream* ꝓpoſitionẽ, ſic quidẽ excepiſſe *Electores* præſentes. Tametſi, quoad iſtius belli initia, ex uſu fuiſſet, cõſilia *Electorũ* antè audiri, ac cõmunicari. Nihilo-minùs tamen, neq; ob *Straleſundæ Civitatis* obſidionẽ, neq; alias armorũ ad *Mare Balthicũ* p̃parationes, neq; copiarũ in *Boruſſos* eductionẽ, neq; *Megapolitanæ* ꝓvinciæ tranſactionem, *Sueciæ Regẽ* ſatis cauſſæ habuiſſe. Ut iccircò *Cæſarẽ, Imperiumq;*, hoſtilibus armis infeſtaret. Eas quippe res intrà *Imperium*, ejuſq; fines, uſuveniſſe. In quas *Suecus* falcem mittere non debeat. Prout ipſe intrà ſui regni fines alterıꝰ leges haud admiſſurus eſſet. Accedit, rẽ nõ novã videri, inter *Magnates* ſupremi ſubſellii, eoſdẽq; agnatos, obtinere, ut alter alteri, partim cognationis, partim fœderis, ergò auxilia elargiatur. Abſque eo, ut occaſio rupturæ, ſive belli inferẽdi, indè prehendi debeat. Cùm idẽ dubio procul à *Sueciæ* regno in ſimili caſu factũ ſit. Ut tantò minùs ad *Sueciæ Regem* ꝑtineat, ob translationẽ *Megapolitanæ* ꝓvinciæ, in *Cæſarẽ* arma convertere. Cùm indubitatum *Imperii* feudum illa ſit. Undè cauſſæ *Imperii* ad alteriꝰ, & q̃dẽ exteri, arbitrium non ſpectant. Quippe, *Electoribus*, rectà intervenientibꝰ, dubium nullũ fuiſſe relictum, quin *Cæſar* eo loco res *Megapolitanas* vellet reponere. Ne quiſpiã, ſuper denegatâ ſive juſtitia, ſive defenſione, meritò poſſit conqueri.

E quibꝰ prout cauſſæ bonitas ab armis *Suecicis* exulare ſufficienter declaratur, ut idẽ univerſi mũdi in oculis ſit. Pariter neceſſitas defenſionẽ *Cæſari* extorquet. Ut inofficioſum ſit, *Cæſarẽ* intrà tàm arctas *Imperii* conſtitutiones velle redigere. Quò
cioſis, vacuiſq; manibꝰ tàm proprium, quàm *Im*
rii, Ordinumque, interitum aſpicere teneatur.

Profectò ità quidẽ cõparatum eſſe videtur.
viis multò ſecurioribꝰ, citrà armorũ interventio
oneribus militaribus remedium inveniri potue
Modò *Electores, Ordineſq;*, cum *Imperii* capite, cõ
rare mallent. Sic n. hoſtibus hoc in *Imperiũ* ingru
di facultas potentiùs recideretur. Sed, ex adver
hoſtium legati potiùs admittuntur. Illiſq; arma
ferendi impunitas, clàm palàm promittitur. Un
tot *Ordinũ* ſubtractis auxiliis, in *Cæſarem* major
fenſionis difficultas redundat. Sed inprimis *Cæ*
altũ premit corde dolorẽ. Dùm intuetur tantã e
ſe ĩmerentẽ ꝓſtare diffidentiã. Ut, glaucomate
jecto, ꝓprium interitũ non videant. Neq; n. a
nimos admittunt, quanto cũ periculo *Regẽ* exter
armatum medium intrà *Imperiũ* recipiant. Qui
dem eâdem, ceu notum eſt, induſtria *Poloniæ*
gnũ captat. Ut deinceps, ſi potiatur votis, ac ſucc
ſibus, difficulter illius cupiditatẽ, impetuſq;, inf
ctere liceat. Plerumq; n. armorũ felicitatẽ aliena
regionum cupiditatẽ excipere. Certè, juramenti
cramentum, quo *Cæſar* obligatur *Imperio*, eò imp
lit, ut ſecundùm *Deum*, in tã juſta, idoneaq;, cau
Cæſar omnia ultima, in ſui, *Ordinumq;*, defenſio
ſuſcipere teneatur. Sub ſpe, *Deum*, qui ultimis
periculis toties vindicem manum præbuiſſet, e
deinceps *Cæſaris* arma, neceſſitate extorta, ſecun
turum. Quo nomine, omnia optima, non obſtan
bus perſuaſionibus quibuſcunq;, ab *Electore Sa*
niæ etiamnunc ſibi ꝓmittit. Futurũ, ſicut hacten
Elector, non ſine immortali nominis laude, *Cæſ*
etiã ſub ꝓpriæ vitæ periculo, fidem illibatam, of
ciaq; reverentiæ plena, abundè præſtitit. Ità ja
quoq;, & deinceps, eandẽ devotionẽ, amoremqu
perennare. Interq; herõicas virtutes cæteras, *Elec*
re dignas, conſtantis fidei, fideliſq; conſtantiæ, c
ronam promereri, vellet.

Non poteſt diſſimulare *Cæſar*, decretum ill
Lipſienſe ſatis arduum, & multæ cõſiderationis, h
præſertim tempore, periculi pleno, animum ſibi
parùm ꝑturbâſſe. Neq; arbitratur, ſimile dari ex
plum, quo *S. Rom. Imperii Ordines* adversùs *Cæſare*
ejuſq; exercitum, fœdus feriiſſe cõperiantur. Pr
ſertim illo tẽpore, quo *Rex* externus, in viſcera *Im*
perii ꝓgreſſus, *Cæſari*, fidelibus, atq; aſſiſtentibu
Ordinibus, arma infert. Tametſi n. à copiis *Cæſar*
militaribus moleſtias multis *Ordinibus* creari acc
diſſet. Eas tamen, neceſſitate, defenſionis arma p
ſtulante, emendari vix licuiſſe. Cùm neq; *Cæſar*
neq; ꝓvinciis, ac ſubditis, hæreditariis, ideóqu
parſum ſit. Tantùm abeſt, ut cauſſæ particulare
Iuſtitiæ exercitium concernentes, animos *Ordinu*
ſic quidẽ abalienare debuerint. Eandem n. quis n
ſcit, ab aliq̃ multis *inferioris Saxoniæ Ordinibus*, ann
paulò ſuperioribus, fabulã præludi cœpiſſe? Inte
rim quo cũ ſucceſſu labes illa emerſerit, docere
ventum. Ità, ut tùm *Cæſari* ipſe *Saxoniæ Elector* aliu
conſulere non potuerit, quàm arma maturè ven
re expedienda. Sed tantùm abfuit, ut infelicia pau
corũ *Ordinum*, ac flam̃antia, conſilia ꝓvincias, ſu
ditoſq;, à moleſtiis illis militaribus vindicârint. U
magis omnia ruinâ involvi cœperint. Faciliꝰ quip
pe ferri ſimplicẽ aliquẽ exercitum, q̃ geminũ. Mi
ri cum periculo ſuſtineri amicum, quãtumvis mo
leſtum

m.Quàm felicẽ,victoriiſq;, inhiantẽ,& infla-
oſtẽ.Ut difficillimũ ſit,omniũ,tã amicos mo-
s,q̃ hoſtes,ſucceſſu elatos,ac feroces,ſimul,ſe-
q;,pati.Undè,q̃ ꝓclive eſſet, ſub id genꝰ rebus
s,ꝓpoſitas amicæ cõpoſitionis tractationes ꝓ-
ere,hoc *Cæſarẽ* ſub tabulis dehortatoriis antè
ificanter ſubintuliſſe.
ub illo *Ordinũ Proteſtantiũ* novo,& magnæ cõſi-
tionis,fœdere,hoc ipſo *Cæſar* animũ ſolatur,ꝙ
s *Electores* p̃pollere novit inter cõpromiſſores.
õ dubitet,horũ moderatione, ac ſapientiâ,cę-
s *Ordines*,tanq̃ lupatis, inflecti poſſe. Tùm ſpes
Ordines ipſos,acceptis,inſpectiſq;,dehortatoriis
reis, ad officiũ,obedientiãq; priſtinã, eſſe redi-
s.Niſi malint in pœnas,ſub *Imperii Receßibus* cõ-
tas,aliaſq; ſeveras leges,quibꝰ in eos,ut ut belli
t alea,aniadvertere licet, incurrere. Si igitur
ris ad ſeſe,obedientiãq;, *Cæſari* debitã,redirẽt,
ine,ac rectè,facerẽt. Quo nomine *Cæſar Electo-*
perãdiligenter interpellat,vellet autoritatẽ at-
fficia ſua,non infimũ,pondꝰ habentia,bonâ fi-
nterponere. Quò, remotis,ac ceſſantibꝰ, pulſis
ſicis, in pacis reꝓductionẽ eatur. Sanguini hu-
o,regionũq; everſionibꝰ,parcatur, *Cæſareæ* de-
; copiæ auxiliis, atq; alimentis, ne fruſtrentur.
juſmodi, hoc ingruente bello *Suecico*, ſubſidia
nt continuanda. Quodſi *Electori* alia occurrant
è remedia,quibꝰ *S.Rom.Imperiũ*,*Cæſariſq;* regna,
inciæq; hæreditariæ,abſq; armorũ interventu,
ecuritate reponi,unàq; *Imperii*,hæreditariique
aris,*Ordines*,trãquillari citiùs,rectiùſq;,poſſint,
que *Cæſar* illa lubens percipiet. Certè *Cæſar* parũ
itat,id genus remedia inveniri, ꝑque *Electores*,
ncipeſq;,operas ſuas fideliter interponentes, pa-
q;,amantes,in effectum deduci, poſſe. Ut maje-
i ſuæ nihil derogare arbitretur, ſi, intuitu tot
riadum, ſub gladio miſerè gementiũ,quos à tã-
concuſſionibꝰ,bellorumq; ærumnis,liberare,ac
overe,geſtiat, *Cæſar* ipſe viã aperiat. Inprimis *E-*
ori amicæ interpoſitionis partes cõmittat. Quo
conſtanti *Cæſaris* ergà ſe propenſioni nihil etiã-
nc decedere certus ſit.
De *Edicti* Executione ſic eſſe. Tametſi ea res ad
eciæ Regẽ neq; pertineat, neq; armis illius colorẽ
erat,nihilo-minùs ſpẽ naſci. Fore, ut,ſub inſtã-
Conventu,ea remedia eruantur,quæ exulceratos
rimque animos ſanare, *Imperii* cõſtitutiones cõ-
vare,rectiorẽq; inter *Catholicos*, & *Proteſtantes*,
nfidentiam, ꝓducere, ſatagant. Rumpantur ut
ſtibꝰ hiræ. Quicunque *Imperio* malè cupiunt. Si
nc maximè *Sueciæ Rex* translationẽ ꝓvinciæ *Me-*
politanæ, ꝓ belli fomento,alleget. Et jam ſuprà ab
perii Electoribus ſatisfactum eſſe. Nempè, cauſſam
gem ſufficientẽ nõ indè decerpere. Ut iccircò *Cæ-*
rẽ,*Imperiumq;*, infeſtet. Inprimis *Rom.Imperii* emi-
entiam haud admittere,ut in cauſſas *Imperii* & *Iu-*
itiæ exercendæ,particulares, externi *Reges* falcem
mittant. Et jam,ſub *Comitiis Ratiſponẽſibus* inter-
oſitione *Electorũ*,eò res rediit,ut cauſſam illã, *Du-*
umq; Apologeticum,diligenter *Cæſar* inſpicere velit.
Indè ea ad *Megapolitanos* ſpes redit,modò jura illo-
ũ ſint ſalva,fores *Cæſareæ* juſtitiæ adhûcdũ illis eſſe
atentes. Ut eò maturiùs hac de re tranſigi poſſit.
Neque opus ſit,novis *Imperium* ſuccendere flãmis.
i nunc *Electori* amicæ interpoſitionis via fructuo-
a videri queat. Quo nomine, ad approbationẽil-

lius, *Cæſar* legatos,ſufficienter inſtructos, nominaturus eſt. Utiq; ex uſu fore,decreta apud *Lipſiã* arma ut ſequeſtrentur. Induciæque eò uſque extendantur,quoad tractationes ad finem perveniſſent. Alioquin *Cæſar* novas copias,novaque ſubſidia,cõquirere tenebitur. Sique mora trahatur,alia,atque alia,intercurrere poterunt accidentia. Quibꝰ ſpes pacis omninò extingui. Belli verò incõmoda,multorum *Ordinum* in perniciem,ſuccreſcere poſſint.

Atq; ab his omnibꝰ cũ *Cæſaris* animũ,pacis amantem,ſolicitudinemque ꝓ *Rom.Imperii* ſalute militãtem, *Elector* manifeſtè,ac ſignificanter,deprchẽdat. Utique *Cæſarem* declarationem *Electoris* cupidè exſpectare. Immò,ſi res deinceps armis decidenda ſit, fidele illius auxilium ſibi ꝓmittere. Ità n. & bonitatẽ cauſſæ,& hujꝰ *Imperii* honorẽ, incolumitatẽque requirere. Præſertim verò, cùm periculum *Luſatiæ* ſuæ *Electori* pignori datæ, immineat, *Cæſarẽ* cõfidere in ſubſidiis. Ut eâdem operâ & *Cæſari* provinciam,& ſibi pignus, conſervare velit.

CAP. II.

De Saxoniæ Electoris, ad Cæſaris poſtulata, declarationibus.

EAs *Cæſaris* ꝑ legatum refutationes ubi *Saxoniæ Elector* attentis hauſiſſet auribꝰ,ſimulátq; diligenter trutinâſſet,ſequenti ſub deductione ꝓlixis verbis repoſuit. Nimirùm, *Electorẽ* ea, q̃, nomine *Cæſaris*,*Io.Rupertus Hegenmüllerus*, legatus, expoſuiſſet,debita cũ reverentia admiſiſſe, diligẽterque cõſiderâſſe. Ad rei igitur ſummã ꝙ ſpectet, videri oppoſitionẽ illã ſub quatuor excurrere capitibus. Quorũ primũ cõcerneret *Edicti Cæſarei* publicationẽ. Erroreſq;, ac dividias,in cauſſa bonorum *Eccleſiaſticorum*,inter *Ordines Catholicos*, ac *Proteſtãtes*,à tot annis nutritas. Secundũ loqui de exactionibus inteſtinis militaribus. Quibus fideles, atque obedientes, *Ordines* à longo tempore ſine miſſione premerentur. Tertium agere ſuꝑ *Ordinum Proteſtantium* tã conjunctione, q̃ defenſione. Quartum denique reſpicere eò: Ut *Cæſar*,quoad *Sueciæ Regem*, *Electori* partes interpoſitionis cõmendet. Quò armiſtitium ad tempꝰ ꝓcurari amet. Eaq; ſuper re *Electoris* conſilium requirat. Jam,ut cum *Cæſare*,tanq̃ *Imperii* capite, *Elector* controverſiarum, ac litium, cathenã trahat,arbitratur eſſe inofficioſum. Ut debitæ identidẽ ſtudeat obſervantiæ. Neq; enim ſic comparatum videri,ut calamitatibus, ærumnis,ac periculis,in medio extantibꝰ, ꝓlixis id genus diſceptationibus, medicina fieri poſſit. Nihilo-minùs, cùm *Elector* in memoriã revocet, ſeſe *Cæſaris* interiorẽ conſiliarium, p̃cipuumq; *Imperii* fulcrum,eſſe,utiq; q in partẽ curarum *Cæſaris* veniat. Hac de re,habitâ cõſcientiæ,officii, honoris, ac dignitatis, ratione,æquum eſſe exiſtimat,ut *Cæſari*, debitæ ſub obedientiæ cõteſtatione,humilimè ꝓponat,ac cõſulat: q̃cunq; tã in *Imperii* honorẽ,atq; emolumentũ, q̃ *Ordinum*,ſummè afflictorũ,dignitatẽ,ac libertatẽ,vergunt. Sub ſpe futurum, hæc omnia *Cæſar*

tàm clementer, ac benignè, ad animũ admittat, q̃ humiliter, candidè, ac ſincerè, ab *Electore* afferâtur.

Igitur, ad *Cæſarei Edicti* publicationẽ ꝙ attinet, *Elector* operæ pretium haud arbitratur, denuò ꝓlixis ut deductionibus fatigetur. Ut nudè ſeſe rejiciat ad declarationes ſuas, ſecundùm *Imperii* conſtitutiones, ſuprà allatas. Hoc tantùm, ſuperpondii loco, illis ſuperaddit, optimâ, humilimâq;, niti ſeſe cõfidentiâ, *Cæſarem*, utiq; mitiſſimũ, juſtiſſimũque, æquâ mente laturum, ſicubi *Ordines* afflicti quærimonias ſuas tàm coràm throno *Cæſareo* deponant, q̃ ex cauſſis deducant. Ità n. juſtum *Cæſareum* officium, ità *Cæſaris* pietatem, ità jura tàm eccleſiaſtica, q̃ civilia, permittere. Ut etiam neceſſitas hanc legem, aliâs in *Imperio* receptam, imponat. Tùm cõſcientiæ ſanctitudo, quâ non eſt, ſecundũ *Deum*, res his in terris major, ſuo nomine idẽ exigat. Hanc n. quis neſcit inoffenſam, intemeratamq;, *Deo* ſervari oportere? Accedit, ſupremæ *Cæſaris* autoritati ne quicquã decedere, ſi *Ordinum*, ſub oneribus gementiũ, querelas inſpiciat. Leges quippe *Cæſareas* ſcriptas, eſſe luculentas, ac dilucidas. Quibus *Iuſtitiæ* thronus modò nõ obſcuretur, aut extenuetur, ſed illuſtretur, ſed confirmetur. Præſertim, cum ità ſub *S. Rom. Imperio* veteri conſuetudine ſit receptum. *Imperiiq; Receſſus*, ſub comitiis Anno *M. D.XLIV. Spirenſibus, Auguſtaniſq;*, in codiçes relati, nec non jura publica, idem diſertiſſimis verbis perhibeant.

Illud, inter cætera, *Cæſar* clementiſſimè ad animum admitteret, non unum, alterumque hominẽ privatum. Non alterum, alterumq;, duntaxat ex *Ordinibus*. Sed duos conjunctim, ac fideles *Electores*, totq; alios præcipuos *Imperii Principes, Ordineſque*, in querulas voces magno numero ꝓrumpere. Remediumque mite à *Cæſare* ſolicitare. Eam eſſe jurium concordiã omni, ſententiam ordinariam locum non habere in non citatum, non auditum, non defenſum. Aliâs naturam edicti illa imitari. Sic, ut in cauſſa *Religionis*, extrà canones *Pacis Religioſæ*, neq; ſtatuta, quicquam evaleant. Cujuſmodi, aliæq; declarationes, in univerſum eſſent reciſæ, ac ſublatæ.

Secundùm hæc, *Cæſari*, tanquam juſtitiæ fonti, non obſcurum eſſe, antequam ſententia ordinaria in effectum deduci poſſit, meritò executionem ceſſare omnem. Eamque, ſi quæ, cauſsâ adhuc pendente, eveniſſet, tolli oportere. Ut tantò minùs, ſuper *Cæſaris* clementia, ac bonitate, dubitandum veniat. Quin mentem, in cauſſis particularibus, à rigore longè velit ſubducere. Certè, *Electori Sax.* verè à *Catholicis Electoribus* objectari haud poſſe, unquam à ſe amicabiles tractationes eludi, aut ocioſas diſputationes, gloſſaſque novas, moveri, cœpiſſe. Dùm autem majorum ſuorum, magnâ pietatis, & ſapientiæ laude olim, & adhûc, florentium, *Pacemque Religionis* providentiâ ſuâ ex parte, fundantium, rationibus, atque inſtitutis, decente ſub moderatione, inhæreat, hoc utiq, ſibi fraudi eſſe haud poſſe. Jam cùm *Elector* intelligat, ità clementiſſimè ſentire laudatiſſimam *Cæſaris* bonitatem, ut tractationes, cum *Catholicis Ordinibus* inſtantes, haud faſtidiat. Sed legatos ipſe mittere cogitet. Utique hoc pacto tot luculentiſſimarum à *Deo* conceſſarum victoriarum fructum utiliſſimè confirmari, ſi in ſalutaris, ſecuræque, in *Imperium* reducendæ, pacis effectum totis animis feratur. Hanc illam iſtam indulgentiam *Cæſaris* manſue-

tudinem *Electorem* gratanter agnoſcere. Adeóqu
ſolicitè exſpectare, uſque dùm à *Catholicis Electori*
bus, Ordinibuſque, diæta illa nuncietur. Quâ ad ef
fectum ſpectante, ſic quidem, quantùm, conſcien
tiæ, honoris, ac nominis, cauſsâ, fieri poſſit, ani
mum, pacis cupidiſſimum, declarare, idemque ſo
ciis *Ordinibus* ſtudium inculcare, vellet. Ut nihila
ſummam pacis reſtaurandæ diligentiam ſit fact
rus reliqui. Sub voto, ac deſiderio, omnes, quorur
intereſt, eandem in communem pacem proper
ſionem afferrent. Lenitatem rigori, mitia extre
mis, præponerent. Tandemque illam tranquillit
tem, quam tot hominum myriades efflictim ſuſp
rabundi, & ejulantes deſiderent, per ſecuras, atqu
integerrimas, amicæ compoſitionis leges, felicite
& maturè conciliarent.

Pro ſecundo, quoad afflictiones militares, rẽ evi
dentiorẽ eſſe illã, q̃ ut ꝓlixa expoſitione habeat
p⁹. Totũ hoc negotium verti ſub cardinibus inſ
quentibus. Primùm *Electores, Principes, Ordines, Civ*
tateſq; liberas, tanq̃ utilia *Imperii* mẽbra, violẽtis i
gen⁹ exactionibus militarib⁹, aliiſq; exceſſib⁹, itẽ
q;, hacten⁹ ſub *Imperio* inauditis, luctuoſiſq;, pre
ſuris, haud quaq̃ eſſe obnoxias. Dein, tã ſalutare
tã ſapienter conceptas, tã ſanctè juratas, tã firm
vinculis aſtrictas, *Imperii* cõſtitutiones, viã, modi
que, ordine, ac ritè, præſcribere, quo quidem l
giones delectu probari, migrationeſq; inſtituer
poſſint. Tertio id gen⁹ conſtitutiones nulla etiar
quantumvis urgente, neceſſitate, tranſcendi opo
tere. Tantũ abeſt, ut à tã longo tẽpore preſſuræ,
exactiones, invaleſcere debuerint. Quarũ licent
eò excreviſſet, ut jam *Electores, Principes, Ordineſqu*
efficiantur tributarii. Tantùmq; non mancipio
more, exerceantur. Quartò, *Cæſarẽ*, ſub ſtipulati
ne regia, clementer promiſiſſe, ſeſe *Electoribus, Pri*
cipibus, Ordinibuſque dignitatem, honorem, pote
tiam, libertatemque, conſervaturum. Omneſqu
in *Cæſareã* protectionẽ admiſſurũ. Quintò, ſub e
dẽ ſtipulatione cautũ eſſe. Si quicq̃, abſq; *Elector*
Ordinumque, conſenſu, quà res *Imperii*, ſuſcipiatu
Ordines eo non teneri. Sextò, majoris ſecuritatis
gitur, eadem ſtipulatione cautum eſſe. Neque r
ſcriptum, neq; mandatum, ullum eo caſu in co
trariũ ꝑvalere. Uſq, eò, ut ſi quid ejuſmodi ex a
verſo in *Ordines* torqueri velit, illud pro invalid
mortuoq;, haberetur. Hãc itaq; eſſe legẽ fundam
talem. Adverſùs q̃ nullus *Imperii Ordinũ* onerand
foret. Ut, ſi contingat, præter illam legem, *Ordinu*
quemcunque urgeri, ille, ſuper ſtipulatione *Cæſ*
rea, fundatâ, excuſatione ſe tueri poſſit. Neque i
circò inobedientiæ inſimulandus. Multò minùs
ve præceptis, ſive edictis, duris, ac violentis, urge
dus, veniat. Si nunc juſtiſſimus, juxtàq; glorioſi
mus, *Cæſar* hęc omnia animis ſecum perageret,
quas nempè calamitates, anguſtias, ærumnas,
grimoniaſq;, ultimũq; infortuniũ, à tot annis *E*
ctores, Principes, Ordineſq;, deduci cœpiſſent. Quà
protritè, ab hominibus militaribus habiti eſſe
Quibus inuſitatæ crudelitatis generibus in illo
regiones, ſubditoſq;, ſævitum foret. Quę facino
dedecora, ac flagitia, ſumos duxiſſent ordines.
quãta moderatione, ac patiẽtiâ, iſti malorũ ſive c
muli, ſive nimbi ab *Ordinibus* exãthlati hacten⁹ ſi
Ut ſub ſuſpiriis, amariſq; lacrymis, has querelas t
ties humilima, ſub opis, atq; remedii, imploratio

ſaris pedes depoſuerint. Per fidem. *Elector* ali-
i perſuadere nequit, niſi hoc, futurum, ut ipſe
agnoſcat, *Ordinib.* cauſſam ſuppeditari æquiſ-
, quâ ſtante tot malorũ exonerationem non
it non efflictim ſolicitare. Ut neque, reſpectu
atis, tãta ſanguinis ſub effuſione partæ, neque
torũ, ſub afflictionib⁹ acerbiſſimè quiritanti-
eq; poſteritatis, impendiò ſic quidẽ periclitã-
e abſtinere ſuſtineant. Verũ, ex adverſo, *Cæſar*
s *Ordines* ab ærumnis vindicabit. Ab exactio-
abſq; toti⁹ *Imp. Ordinũ* cõſenſu, ac ſuffragiis, in-
, benignè liberabit. Nedũ, ut ſic emungantur,
uenturq;, permittet. Aut ut, advers⁹ *Imp. Cir-*
umq; cõſtitutiones, premantur, patietur. Ita. n.
Imp. Elect. Princ. Ordinib. & hos vice versâ *Imp.*
gari, ut hæc læſio, more majorum, locum inve-
nullum. Interim, ſic quidem ſentire *Electorem*,
ſarem hac in parte habeat excuſatiſſimũ. Nihi-
inùs, officii *Electoralis*, conſcientiæ, ac dignita-
tereſſe, ut tot afflictiones, tot ærumnas, tot cõ-
iones, ac violentas exactiones, quib⁹ *Ordines* ul-
exercerentur, ultrà intueri nequeat. Malle ci-
omnia pati, quàm ut ſe *Electore*, in cũrarum *Imp.*
em veniente, *S. Rom. Imp.* libertas cadere. Leges.
fundamentales eomodo labefactari, debeant.
Machinationes, periculi plenas, ab aliquo tem-
e ſub *Imperio* gliſcentes, ad *Electorem* haud ſpe-
e. Quas ſemper fuiſſet impendiò deteſtatus. Ut
ni quoq; opere, atq; induſtriâ, id gen⁹ molitio-
⁹ occurrere cœperit. Eóq; conſilia, ac delibera-
nes ſuas, direxerit, quibus mitibus viis, ac reme-
, turbæ componerentur. Confidentia erigere-
Manſuetudo rigori præferretur. Introductâq;
verſali, ac conſtante, pace, quarumcunq; moli-
num, atque offenſionum, pabula, ac fomenta, è
dio tollerentur. Quo nomine in eos culpam re-
t, qui q̃dem id gen⁹ rerum novarum autores ex-
int. De *Imperii comitiis*, eorumq; utilitate, ac ſo-
nibus, in medio proſtare. Atq; eorum hac tem-
ſtate neceſſitatem eſſe evidentem. Quid autem
nc in rem *Elector* conſilii contuliſſet, id ſuſtragia
, per legatos nuper apud *Ratiſponam* depoſita, ſi-
ificanter conteſtari. Interim, dùm alii antehâc
mitia Imp. turbâſſent, ejus nihil ad *Electorem* perti-
re. Tãetſi verò *Cæſar*, ſub regnis hæreditariis, fa-
liùs cogere queat conventus, ac conſilia. Nihilo-
ciùs tamẽ vel ob id univerſalia *Imp.* comitia negli-
nda min⁹ eſſe. Ut haud conveniens ſit, tributa, a-
sq; exactiones, *Ordinib.* in modum præcepti, præ-
ribere velle. Si non grave ſit, *Cæſar* benigniſſimè
penderet, qua ægritudine, eâq; geminâ, penitùs
onfundi poſſint *Ordines* afflictiſſimi. Si intelligant,
oco ſolatii, ac ſublevationis, tot humilimis ſub
recib⁹ enixè flagitatæ, ſeſe tributis, exactionibus-
ue id gen⁹ violentis ulteri⁹ exercẽdos eſſe. Neque
inem dari copiarum ſive migrationibus, ſive ſta-
ivis, ſive hybernis, à ſe ſuſtinendis. Ergóne in caſ-
ũ reciderẽt & *Imp.* libertas, & leges fundamẽtales,
æterẽque ſanctiones? Nemoq; fructum indè de-
erperet? Quid deniq; exſpectandũ veniret, ſi tàm
ſanctè, ſolenniterq; iuratæ, leges, tanquã cynoſura
ac norma *Lesbia*, ut vocant, habendæ, exſpirarent?
Violentiaq; potiſſimas ſibi vindicaret partes. Tàm
mite, ac benignũ, *Cæſaris* pect⁹, tã raram clementi-
am, ac lenitatem, *Electori* eſſe præcognitiſſima. Ut
haud quaquam credere ſuſtineat, *Cæſarem* (modò
recti⁹ erudiatur) paſſurum ſuo ſub regimine *Cæſa-*
reo ꝑ *Imperiũ* tantam exſurgere labem. Ut etiamnũc
Imperii cõſtitutiones, tanquam *Cæſareæ* majeſtatis,
ac gubernationis, fulcra, vacillare debeant.

Quo ſenſu *Electorum* cæterorũ enunciatũ (nempè
Imp. leges ne quidem ulla ſeſe ingerente neceſſitate
transgrediendas venire) accipiendũ foret evidens,
ac clarum, extare. Ut *Elector* eos cognoverit tã ſin-
ceros, ingenuosq;, utiq; qui idẽ, ꝙ loquantur, fide
Germanica ſentiant. Contextũ, & verba, eſſe diſſer-
tiſſima. Neq; ignorari, eaſdẽ ob exactiones milita-
res, eoſdem *Electores* querelarũ duxiſſe funiculos. Il-
lis autem neceſſitatis telum tũ oppòni uſuveniſſe.
Scilicet hanc cauſſam *Elect. Princ. Ordinibusq;* eſſe cõ-
munem, ne ꝑmittant, libertatem, incolumitatem-
que, *Imp.* ſic everti. Se q̃dem *Saxon. Elector.* pati illud
haud poſſe. Denuóq; ſperare, futurũ, ut *Cæſar* ſalu-
tarib⁹ *Imperii* cõſtitutionib⁹, legibusq; fundamen-
talib⁹, obligari ſe pateretur. Neminemq; adversùs
ſanctiones illas onerari ꝑmitteret. Jam dudùm o-
nera, ac calamitates, in immenſum excurriſſe. Ut
ſancta illa regula, *ſalutem populi eſſe ſupremam legem*,
meritò prævalere debeat.

De eo, dùm ſub *conventu Lipſienſi Ordines* cõdicillis,
ſive *Receſſibus*, inſeruiſſent, hac tempeſtate diſtribu-
tionem quoad auxilia conferenda, æqualem com-
modè fieri non poſſe, ſicut aliâs *Imperii* præſcriptũ
teneret, ità eſſe, ut *Cæſar* ſuſpicari nolit, hâc via in
Imperii leges peccari. Hanc enim diſtributionem o-
pis conferendæ non eſſe ordinariam illam, atque
ab *Imperio* præſcriptam. Sed extraordinariam, ac
voluntariam. Quâ *Ordines* ex compaſſione ſo-
cios, hac temporis injuriâ preſſos, atque extenua-
tos ſublevarent. Sic ut tantùm ſubſidiorum non
teneantur erogare, quantũ ex *Imperii* albo, ſive ca-
none, illis aliâs cõveniebat. Neq; hoc eſſe novum.
Ut toties, ſub univerſalibus *Imperii* comitiis, idem
uſuvenerit. Etenim ſub *comitiis Ratiſponen.* an. *M. D.*
XLII. Goslariæ, Mũlhuſio, Nordhuſæ, aliisq; *Civitatib.* in-
dultũ fuiſſe, ne, eo tẽpore, ob inopiam, numerum
militum, aliâs cõſtitutum, dependerent. Interim,
neq; ſic tamen *Imperii* cõnſtitutiones violari conti-
giſſe. Qui delinquit, delicti rationem reddat opor-
tet. Exempla hoc loco loqui, Ut verbis nõ ſit opus.

Secundùm hæc, *Electorẽ* nullaten⁹ meminiſſe, *Or-*
dinũ Proteſtantiũ humilimas flagitationes eò tende-
re, ut *Cæſar* exarmetur. Sed illud efflictim ſolicitare,
quò tandem à *Cæſare* ab ærumnis vindicari, liberta-
tiq; priſtinæ reddi, poſſint. Hoc reſpectu cauſſam
nõ eſſe, ut *Cæſar* illis indignetur, qui nihil aliud, niſi
ꝙ leges, ac ſanctiones, juramẽti ſacramẽto firmatæ,
jubent, & ꝑmittunt, corrogent. Impulſivas illas, ſub
Ordinum Proteſtantiũ humilimis cõdicillis allegatas,
haudquaq̃ novè eſſe excogitatas, ꝓductasque. Sed
ſuperioribus *Imp.* actis, *Cæſareisq;* declarationibus,
cõformes. Scilicet, *Electori* minimè eſſe perſuaſum,
eò rediiſſe præſentis iſtius tempeſtatis injurias, ut
iccircò leges ſilere, atq; eviléſcere, nullumq; ampli-
us in effectum deducere, oporteat. Conſimiliter, in
libera *Republica*, præſertim *Rom. Imperio*, inauditum
eſſe, eo loco haberi *Ordines*, ut pœnas quidem rigo-
roſas exſpectare poſſint. Honoris, dignitatis, liber-
tatisq;, cõmodis uti frui nõ poſſint. Hęc *Electorẽ* mo-
re majorũ, fide ſincera, & *Germanica*, ſubmiſsè affer-
re. Sub prece, & voto, vellet *Cæſar* hanc παρρησίαν æ-
quo animo, clemẽterq; reſpicere. Ut. n. tã ſubmiſsè,
quàm apertè remotâ, laciniâ, candidéque, agat, ad
hoc

hoc ſe ſacramento, officio, honore, ac dignitate, in partes venientibus, imppelli.

Super *Suecico, Italicoq;*, bello, q̃d *Elector* ſentiat, hoc conſilia, ac ſuffragia, ejus, ſub comitiis *Ratiſponenſib.* per legatos propoſita, declarare. Hiſque de rebus epiſtolarem, ad *Electorem Moguntinum* directam, deductionem loqui. Animitꝰ autem ſe præſentem tẽporis ſtatum optare meliorem. Nam ſanguinea bella ejꝰ eſſe generis, ut nemo, pendente *Martis* alea, fortunæ ſuæ ſecurus eſſe queat. Semper enim, etiã victori, metuendum venire, *Gradivo* adhûc fulminante. Præſtare animos *Ordinum* conciliare benevolentia. Fundatâq; meliori cõfidentiã extinctam pacem è cineribus reſuſcitare. Ne ſic fallacis *Fortunæ* rotę ſalus reipublicæ diutiꝰ committatur. *Regibusq;* exteris occaſio, ac ſpes, oggeratur, ex *Imperii*, & *Germaniæ*, ruinis ſpiritus tollere, commodiſq; ſuis litare, velle. Interim *Electorem* oculos tangere, fidẽque ſuam teſtari, ſuper *Cæſaris* optima voluntate ſe nihil ſuſpicari. Omninóque ſibi promittere, fore, ut *Cæſar* illa, quæ omnibus in univerſum *Imperii Ordinibus*, ſibiq; confirmâſſet, indubiè, præſtet. Hoc enim ſe ſummam intrà fiduciam complecti.

Bella abſq; copiarum ſuperinductionibꝰ, delectibusq;, geri nõ poſſe, eſſe extrà controverſiã. Nihilominꝰ *Imperii Circulorum, Executioniſq;*, conſtitutionibꝰ cautum eſſe, quibꝰ viis legionum migrationes, ſive deductiones, forent inſtituendæ. Ità enim potiſſimùm diſſertiſſimis verbis enunciare leges civiles, apud *Auguſtam* an. *M.D.XLIIX*. reformatas. Nempè copiis, *Cæſaris* nomen non modò ꝓfitentibꝰ, ſed certis documentis ꝓbantibus, ſub obedientiæ demonſtratione, concederetur tranſitꝰ. Sic tamen, ut illę præſente pecunia pro rebꝰ neceſſariis ſatisfaciant. Idem cautum eſſe *Imp. Receſſu*, an. *M. D. LV*. publicato. Cujꝰ verba eſſent illa: Legiones, ſi certis documentis probent ſe *Cæſari* militare, per *Imperii* diſtrictus, ac ꝓvincias, moverent, ſed ſuis ſumptibꝰ. *Cæſarq;* chiliarchis, ac tribunis, injungeret, illi regionum, locorumq;, magiſtratibꝰ apodixes ſuas offerrent. Providerentq;, ne *Imp. Ordines*, ſub militum delectibus, deductionibꝰ, aliisq; id genus moleſtiis, onerentur. Quibus accedunt ẽt hæc confirmatoria verba: Si militares copiæ prædictis è cauſſis tolerentur, tribuni, centurionesque, pro annona, ac ſumptibꝰ, ſatisfacerent. Idq; bona fide, & ſub juramenti ſacramento, implerent. Quæ leges inſequẽti an. *M.D.LXIV*. ſub *Executionis* conſtitutionibꝰ, confirmentur. Iam ſic q̃dem fideles *Ordines* ſubmiſsè, eſſe affectos, ut ſecundũ leges præſcriptas, copiis, *Cæſaris* migrationes, ac tranſitus, officioſè cõcedere omninò cupiant. Viciſſim à *Cæſare* humilimè ſibi repromittẽtes, fore, ut, ſuprà legum præſcriptum, nihil à ſe poſtuletur. Violentiſque exactionibus, in inſontes hûcusque excurrentibus, parcatur.

Moguntinũ, Trevirenſem, Colonienſem, Palatinum, & Brandeburgicũ, Electores, ſub dięta *Electorali Coloniẽſi*, an. *M.D.XXX*. remonſtrâſſe hanc in ſententiam. Siq̃dem *Rex Rom*. ſub electione, juramentũ deponere teneretur, ſe *Imp. Ordines*, adversꝰ jura, ac privilegia, vetuſta, non oneraturum, ſed ipſis libertatem, conſervaturum. Ideóque neminem obligari, citrà beneplacitum duobus ſimul ut ſe ſuccingat oneribus. Tametſi hoc nomine interpelletur.

Pro tertio, *Electori* ægrè accidiſſe, defenſionis illa remedia, noviſſimè ſub *Lipſienſi* conventu decreta, *Cæſarem* offendere. Ut, abſque exemplo, ſuſceptam

hanc defenſionis viã, eamque inexcuſabilem,
cupârit, Tanq̃ ejus generis actio in *Imper.* pro
eſſet nova, & inaudita. Nunquã enim eveniſſe
ob militares moleſtias inemendabiles, *Ordines*
adversꝰ *Cæſarem*, ejusque exercitum, defenſion
ac fœdus, pepigiſſe comperiantur. Neque ſic
comparatam eſſe. Ut *Cæſar* connivere hîc poſſit
remedia, ſi *Imp. Receſſib.* permiſſa, omninò ſibi re
vet. Niſi n. illi fœderi daretur miſſio, futurum
mandatis inhibitoriis, ac reſpectivè avocatoriis
ctis, experiri teneatur. Certè, eam interveniſſe
ctoris ſubmiſſam fiduciam, non poſſe fieri, ut *Cæ*
intuitu ſingularis à ſe cõteſtatæ cõſtantiæ, mer
rumque utiliſſimè præſtitorum, adverſum indu
animum. Iisque in ſe, cæterosque, *Imp. Elect. P*
Ordineſq;, & quidem ſeverioribus, uteretur ver
Nunquã n. *Electori* in mentem, animũque ven
tanquã in *Cæſarem* arma præpararet. Ut magis
ctionem *Cæſaream* ſibi ꝓmittat, Eandemque,
cum *Ordinib.* cæteris, contrà violentas exactio
omnes *Imp.* leges violantes, decenter imploret.
ties ſe quidem fidem, obedientiã, devotionemq
ſuam conſtanter proferendã, *Cæſari* declârafſe.
ties conceptiſſimis verbis, etiam ſub ipſo diætę
pſianæ Receſſu, hanc mentem conteſtari cœpiſſe.
tieſque, *Conventũ*, ac præparatoria illa, ad nulliꝰ
fenſionem ſpectare, publicis codicillis enunci
Ut intrà leges, conſtitutionesque, *Imperii* imm
paſſibꝰ perſiſtere affectus ſit. Hacq;, via jura ſe
rit integra. Quandoquidem igitur leges tàm d
næ, quàm naturales, omniumq; gentium, legiti
defenſionis opus permittant. Tùm imprimis *Im*
rii Ordinibus ratio, ſubditos ab injuriis, ac vi illa
vindicandi concedatur. Tũ quoq; *Imp. Receſſus*,
an. *M.D.LV*. publicatꝰ, hoc velit, *Ordinibus* amicè
ter ſeſe ut cõveniret. Hac lege vel *Conventũ Lipſ*
ſem noviſſimè cõfluxiſſe. Superque iisdem ejusd
Receſſus verbis fundari cœpiſſe. Neque quicqam
peccatum eſſe. Cùm porrò, ſub *Circuli* diæta, a
Gutterbocum an. M.DC.XXIII. celebrata, auxilia,
defenſione *Circuli*, ac ſubditorum, non cõtemn
da, fuiſſent decreta. Sic ut *Ordines* juſſi forent ſu
dia conferre gemina. Tametſi ejus temporis ve
tiones militares, reſpectu hujꝰ tempeſtatis iniu
rum ferrearum, aureę cenſeri potuerint. Verba
tem illiꝰ *Circuli Receſſus* extare hæc: De cætero,
ctorum, Principum, Ordinumq;, partes illæ ſunt, ne
ſubditos, regiones, populosque, fidei ſuæ credit
debito ſub pręſidio, tuerentur. Eos ab interitu
tali vindicarent. Ne vel tantillum, ipſis ꝙ relict
eſt, ſub migrationibꝰ, hybernationibusque, mili
eripiatur. Miſerique, omnibꝰ rebus exuti, fatiſc
deplorabundi. Eâdem prorsùs ratione, pro *Circ*
Ordinumq;, defenſione, hoſtiliumque invaſionu
cujusmodi *Circulo* accidere queant, ꝓpulſione,
ceſſitate urgente, hæc quoque licitę defenſionis
media decerni cœpiſſe. Quò ſubditos inſontes,
versùs *Imperii* ſanctiones, afflictos, preſſosq;, p
tegere. Cęterisq;, pari ſub afflictione gemẽtibꝰ,
pemque implorantibus, *Circulis* ſubvenire liceat

Eundem ejusdem anni *M.DC.XXIII. Circuli Re*
ſum diſertiſſimis verbis docere, quo pacto collig
dæ venirent. Quæ eſſet militaris diſciplina. Q
militum officia. Quæ archiſtrategorum mun
Quæ porrò animorum, viriumque, conju
ctiones ineundæ. Et denique quæ appara

arm

ꝛrum rationes forent auſpicandæ. Cùm igitur
ãtꝰ ille *Circuli Receſſus*, è *Gutterboco*, *Cæſaris*, *Ele-*
m, Principũ, Ordinumq;, legatis intimari, adeóq;
rtis verbis declarari, cœpiſſet, *Circulum* valida
nſionis pręparare remedia. Quibus modò non
et ipſum, contrà injurias hoſtiles, cõmuniret.
ẽt finitimis *Circulis*, ne idem patiantur, ſuccur-
t. Ideóq; nihil dubitare *Circuli Ordines*, *Cæſarem*
nagis regionum rationes initurũ. Neq;, ut mili-
nerentur, permiſſurum. Ecce! tùm quidẽ *Cæſarẽ*
iſſima reſponſione provectum, nullo modo il-
nſtitutum improbâſſe. Tantùm abeſſe, ut gra-
& inexcuſabile, decretum, prout nunc appella-
Ut ẽt, ſuper *Circuli* ſolicitudine, ac diligentia,
tias agere condignatus ſit. *Ordinibusq;* confirma-
errexerit: Nunquam *Cæſarem* ſic animum in-
iſſe, ut ulli *Circulorum* hybernationibus milita-
moleſtus eſſe voluerit. Sic tùm q̃dem uſuveniſ-
æc ut illius *Circuli* definitio *Franconiæ*, & *Inferioris*
oniæ, *Circulis* communicari, ſecundùmq; *Execu-*
is leges tempore neceſſario, ſubſidia rogari, cœ-
int. Dùm igitur proſtent jura, *Imperii* leges, con-
tudineſq; notoriæ, ipſiusq; *Cæſaris*, approbatio-
, *Electorẽ* nihil minꝰ dubitâſſe, quàm ut *Cæſar* ſic
dem commoveri potuerit. Neq; enim cenſen-
n eſſe eam *Ordinũ* conjunctionẽ, q̃ divina, natu-
gentiũq; jura, conſtitutiones, ac cõſuetudines,
nq; *Imperii Receſſus*, ac decreta, permitterent, no-
n poſſe vocari pactũ, fœdusq;. Dùmq; ꝑut præ-
ſſum eſt, hęc defenſio omni jure licita. Certisque
itibus incluſa, illud religioſiſſimis verbis ꝑmit-
nempè *Ordines Cæſari* fidem, obedientiamq;, pri-
nam cõſtanter navaturos, intrà *Imperii* leges mã-
os, ſaltemque merę defenſioni operam daturos
e. *Cæſar* ergò clementiſſimã iniret rationem, q̃d
ndem cum fidelibus *Electorib. Principib. Ordinibus-*
, futurum ſit, ſi hoc caſu neque iura, neque con-
utiones *Imperii*, neque conſuetudines, neque li-
rtas, neq, exempla noviſſima, prodeſſent. Dùm
turalem, licitamque, defenſionem ſuſcipere,
nque vi repellere, non eſſet integrum.

Quàm ſumo ſtudio *Elector*, laudatorum exemplo
ajorum, ſemper ſeſe abſtinuiſſet à fœderibꝰ. Quã
deliter partes in fœdera tranſeuntes, dehortari.
ocq, ẽt ſub agone raram conſtantiam declarare,
epiſſet, verſari in medio. Mallet. n. nunq̃ ſub *Im-*
rio fœdera emerſiſſe. Quodſi undique legibꝰ *Impe-*
hactenꝰ fuiſſet ęquè ſatisfactum, atq; jam fieret
Proteſtantib. certè *Imp.* vincula, ac firmamenta, ꝑ
nunc in oculis omniũ eſſet, ità quidem enervari
ud eveniſſet. Cùm *Vnionis* axioma prorupiſſet.
tholiciq; Ordines, naturę lege dictitante, *Ligarianũ*,
ud fœdus ex adverſo, defenſionis ergò oppoſuiſ-
nt, *Electori* illud extitiſſe oppidò ingratum. Utiq;
ui, pro ſua prudentia, facilè collegiſſet, q̃ hę divi-
ęabsque labe, ac periculo, detonare non poſſent.
lem tùm *Rudolphum*, ac *Matth. Imp.* cenſuiſſe. Con-
ucibiliꝰ eſſe, intrà leges *Imper. Ordines* manentes, u-
rumque fœdꝰ ut dirumperent. Cùm autem *Vnionis*
ſtema jampridèm diſſolvi cœpiſſet, tàm *S. Rõ. Imp.*
uàm reipublicæ, utile fuiſſe, ſi paribꝰ paſſibꝰ *Liga-*
anorũ conjunctio exſpirâſſet. Quo nomine *Elector*
axoniæ, ſub *conventu Ratiſponenſi*, anno *M. DC. XXIII.*
abito, *Electori Moguntino*, inductis rationum mo-
ẽtis graviſſimis, indicâſſet, ſub hac adjectione: Fo-
e, ut *Ordines Proteſtantes* tandẽ, exemplo *Ligarianorũ*,
rctius ſimulátque inirent fœdꝰ. Hoc enim novum
non eſſe. Ut *Electoris* avus, *Auguſtus*, exercitatę ſapiẽtiæ *Septemvir*, experientia, fortitudine, paciſq; ſtudio, laudatꝰ, nec minꝰ reverentia, ac cultu, ergà *Cæſarẽ* conſpicuꝰ, idem ꝑ ſe tulerit. Hunc enim, ſub juſtę extenſionis codicillis, è *Glückſburgo*, anno *M. D. LXXIV.* pridie *Cal. Octobr.* ad cæteros *ConElectores* tũ dediſſe hæc in verba: *Auguſtanæ Confeßionis Ordines*, ſi accidat *Ordines Catholicos* dividias meditari, defenſionisque cauſsâ, exteris cum *Magnatib.* fœdera ferire, ſecùs facere haud poſſe. Quin eandem fœderis, defenſionisque, rationem diducant. E quibus evidens fit, *Electorem* ſapientiſſimum rem illam viſam tùm fuiſſe non inconcinnam. Et quæ ſeveri mandati fulmine digna eſſet.

Quòd igitur eadẽ, & parili, libertate, ſecundùm leges fundamentales, tàm *Catholici*, quàm *Proteſtãtes*, *Imp. Ordines* tenerẽtur. Ut vel hinc, ꝙ alteris cõceditur, alteris negari nequeat. *Cæſarẽ*, ex animo juſtiſſimo, clementiſſimè dijudicare, juris, ęquitatisque, ęquilibrium, juxtà pręallegata *Imperii* exẽpla, eſſe neceſſarium. Ut ſi *Proteſtantes*, ob interruptam fœderis *Ligariani* copulam, ẽt in antifœdus eâdem intentione, à *Catholicis* ſuperinducta, coeant, hoc illis vitio verti nequeat. Legibus hanc licentiã omninò concedentibus. Sed illam *Electoris* neutiquam eſſe mentem. Dùm intrà *Imperii* leges ſeſe tenere cupiat unicè. Actionumque ſuarũ cauſſas alleget evidentes. De *Inferior. Saxon. Circuli* motibꝰ ità eſſe. Ut *Elector* eorum nondum dememinerit. Acta verò loq. Diſparitatẽq; inventu occurrere facilem. Faciliꝰ eſſe optare, quàm obtinere, hæc eadem cum illis forent tempora. Semel autem, iteratóq;, *Electorẽ* conteſtari, ſeſe invitum, & nolentem, defenſionis opus licitum, debitumq;, ſuſcipere. Sed eo omninò modo, quo q̃dem antè fuiſſet declaratum. Si nõ grave ſit, *Cæſar* duntaxat dignaretur elenchos adjectos clementiſſimè inſpicere. E quibꝰ, q̃d ſuis ſub regionibꝰ, & quidem per pręfecturas *Electoralis* viduę, inſolentiarum interveniſſet, haurire erit opportunum. Neq; . n. vel pręfectorum militarium interdicta quicquã habuiſſe efficacię, innoteſcit. Id genꝰ quippe fœdas enormitates uſuveniſſe eo tempore; Quo *Daniæ Regis* filiꝰ primogenitꝰ ſeſe apud *Electoralem* viduâ tenuiſſet. His ut ſuper injuriis *Electoris* patrocinium implorari. Ipſeque ammoneri, cœpiſſet, niſi caveat, iiſdẽ moleſtiis exponẽdum eſſe. Quàm altum autẽ vulnus hoc ſibi in animum uſque tùm penetrârit, id *Cæſari* eſſe cogitatu utiq; facilimum. Eundem furorem per inferiorem *Luſatiam* ſæviiſſe. Non ſemel enim turmas equeſtres, integrasq; cohortes, in regionem irruiſſe. Pagos, oppidulaque, expilationibus lacerâſſe. Tantúmq; non verbis inſolentibus fuiſſe protervos.

Iam nullum aliud *Electori* quidem occurrere remedium, quo licentia hominum militarium libidinantium, diſciplinęq; bellicæ corruptę, refrenari amet, quàm conſcriptis ordine legionibus. Hactenùs *Cæſari Electorem* adhæſiſſe, tanquàm muro, ut ajunt, aheneo, invictoq;. Nedùm hanc fiduciam ſequeſtrare velle. Sed cùm ea foret perditorum militũ licẽtia, ut tribunis, ac pręfectis, ulteriꝰ morẽ haud gerãt. Nec aliter, juxtà tribunorum ſuffragia, coerceri poſſint, quã armis. Ideóq; armis opus eſſe. Quo nomine, ſi *Elector*, ratione tempeſtatis, periculi plenę, duorumq;, hoſtiliter oppoſitorũ, exercituum, exẽplorumq; aliorũ tragicorũ, habitâ, legio-

nibus,

nib⁹,jam conſcriptis, miſſionem dare,cæteraſque ſtipẽdiis obligãdas,ac jã deſignatas,exautorare nequeat,hoc *Cæſarem*,vitio nõ daturum.Quã primùm autem optata pacis bonitas affulgere cœpiſſet,tùm *Electorem* ẽt officio non defuturum ſui. Cui nihil æquè jucundum accidat,q̃ ſi intueri poſſit,hæc tempora ſic quidem eſſe comparata. Ipſe ut onere militari,totq; ſumptibus, in legiones neceſſariò faciẽdis, inpræſentiarum exonerari ſuſtineat. Interim, *Cæſari* fidem atq; oſervantiam,ſuam ſubmiſsè conteſtari.Iludq; cæteris *Ordinibus* ſociis inculcare velle.Modò intrà limites conſtitutionum *Imperii* maneatur,fore,ut nulla,nequidẽ infima, moleſtia *Catholicis Ordinibus* afferatur.

Proindè à *Cæſare* ſubmiſſis precib⁹ contendere *Electorem*. Vellet nihil ſiniſtri de ſe quicquã ſuſpicari.Cæterisq; *Electoribus Principib. Ordinibusq;*, ſeveris ſub mandatis,parcere. Ex adverſo,militares moleſtias,atq; ęrũnas,tolleret. Tributiſq;,ac cenſib⁹ ne ulteri⁹ exigantur,finem faceret. Verùm enim verũ *Electorib. Ordinibusq;*,*Imperii* leges,privilegia,immunitates,libertatemq;,*Cæſarea* clementiâ, conſervaret.Neq; eos tàm in *Eccleſiaſticis*,quã ſecularib.cauſſis lædi pateretur. Pari operâ cum *Catholicis Ordinib.* amicabiles tractationes proveheret.Oneribus mederetur.Salutiferaq; pace extremo ſub agone vacillãs. *Rõ.Imp.* bearet. *Cæſari* enim judicatu eſſe facile.Si fideles *Ordines*, loco tantopere flagitatę ſublevationis, ulteri⁹ ſine miſſione graventur. Severiſq; mandatis urgeantur.Quid tandem futurum ſit?Et an totalis(quam *Deus* avertat!)deſperatio ſubſequi non amet? *Electorẽ* ſuarum rerum ſic quidem ſecurũ eſſe.Ut conſilia ſua,actioneſq;,à bonę mentis amãtib⁹ toto ſub orbe examinari liberè permittat.Propoſitam,cum *Sueciæ Rege* auſpicandam,cõpoſitionẽ amicam *Electorem* ex aſſe ꝓbare,tanquã ſummè neceſſariã. Et quidem ob illas ipſas cauſſas,ſuprà allegatas. Siquidẽ verò univerſum *Electorale* collegium hunc anteà lapidẽ movere cœpiſſet. Ideóq; meritò ſibi venire exſpectãdum, q̃d illinc reſultare poſſit. Tametſi autem *Elector*,vel ob id, ꝙ actiones ſuas apud *Cæſarem* denigrari exploratum habeat, haud fruſtrà hærere ſuſtineat. Nihilomin⁹, intemeratæ, & ſinceræ, ergà *Cæſarẽ* devotionis, amoriſq; versùs dilectam patriam,*Germaniam*,igitur brevi ſe ad *Regẽ* legatos expediturum. Quóq; ,ſuſceptis amicis tractationib⁹,ad certum tẽporis intervallum inducias obtinere queat,laboraturum. Sic tamen,ut anteà cum *Thillyo*, *Cæſaris* archiſtratego, rationes cõmunicet.Bonâq; fide,q̃d,&quouſq; actũ foret,nũciet. Juxtàq;, tàm *Cæſari*, quàm *Imperio*, fidelis,atque integerrimi, *Electoris* partes, ſeque totum, approbet. Sub prece, votoq;,dignaretur deniq;, ꝙ ſupereſt, *Cæſar* tot luculentiſſimarum, feliciſſimarumque, victoriarum famam coronare. Illarumque fructum, nempè ſyderearn, ſinceramque, ac firmam, pacem, totis animis toti *Imperio* clementiſſimè impertiri. Ita fieri omninò, ſublime ut *Cæſaris*, auguſtumque nomen ſe ipſo reddatur auguſtius. Totumque terrarum orbem hæc impleat, gloria, ſeris non niſi nepotibus futura ve neranda.

CAP. III.

De Cæſaris , ad Saxoniæ Electoris reſpo
ſionem,replication

CÆſari ubi *Hegenmüllerus* legatus *Ele*
Saxoniæ ſuperiores expurgatorias
mâſſet, *Cæſar* porrò partim laudat
partim dehortatoriis, verbis ad eundem uti p
xit. Replicatio hæc fuit. (Seſe *Cæſar* inquit) i
animo accepiſſe,*Electorẽ* ſuper propoſitione,p
gatum ſuum facta,perturbari cœpiſſe.Cùm ta
legationem eò poti⁹ direxiſſet *Cæſar*, quò cle
tiam, veteremq; illam fiduciam, magis conſi
ret. Quàm ſtomachum moveret. Prout igit
Electoris fidei conſtantia, conſtantiq; fidelitat
cten⁹ nihil dubitâſſet: pariter illi conteſtatiſſ
fieri, *Cæſarẽ*,ſibi, *Imperio*, *Archiducaliq;* familiæ,
tiplicia, fidelia, & laude digna,officia,merita
Electore præſtita, nullaten⁹ obliterare, ſed gr
nimo ferre,ac compenſare,velle.Ut hoc nomi
hil ſiniſtri ab *Electore* ſibi promittat. Sed fidei,
ſtantiæ,virtutique,illius plurimum tribuat. I
cò *Cæſarem* non poſſe ſibi temperare, quin
ſincerè,& confidenter, ſuper rebus,ad patriæ
lumitatem ſpectantib⁹, cum illo conferret,di
tiæq; *Ordinum*,ſi quæ fortè naſci cœpiſſet, inc
tur. Ut ẽt bonâ fide cõſilium ipſius requirat.
nempè in medium conſuleret,quibus viis mo
ſubindè naſcentibus obviàm ire. Igneſq;,ſub
rib⁹ latentes,extinguere,liceat. Interim, *Lip*
conventus reſcriptum grave ſibi accidiſſe. Ad
argumenta, atque obiectiones, utique *Cæſari*
ſet reſpondendum,Præſertim,cũm non ignor
id genus codicillos paulò poſt, divulgari co
viſſe. Quodſi enim, antequàm illud reſcrip
emerſit,datum *Cæſari* fuiſſet, clementer, confi
terque, cum *Electore* experiri, dubio procu
tempore meliùs ageretur. Neque accuſatori
deductio exſpectanda fuiſſet. Qua quidem
ſar oneretur, tanquam *Cæſareæ* ſtipulationi,
riique ſanctionibus, non ſatisfaciat. *Ordin*
Imperii, adversùs libertatem, jura, ac privil
multis modis gravet. Et quæ ejus generis cen
obteſtationes, petitioneſque, eſſent compl
Jam ità eſſe, ut *Cæſaris* ſumma autoritas ſu
exegeſi non tàm lædatur,quàm illi etiam *Conv*
Lipſienſi ſeſe inferant, qui antehâc contrà tàm
ſarem, quàm *Electorem*, conſilia, periculi plen
bricâſſent. Damnoſoque *Unionis* axiomati fo
ta præbuiſſent. E qua,tanquam lerna,præſe
duodecennale,bellum pullulâſſet.

Indè eſſe,ut *Elector* in ſe torqueri arbitrari n
quæ in alios forent dicta. Sicubi enim *Cæſar* a
nes illas *Lipſienſes* unicè *Electori* imputaret, aut
ſtri quicquam ab illo ſuſpicaretur, ne ſub illa i
gerrima confidentia partes arbitri inter *Cæſa*
ac *Suecum*,illi non obtuliſſet.

Cæſarem ideóque confidenter ſibi eti
nunc promittere, fore, ut *Elector* amore
ac devotionem, perſeveret. Eaque conſ
quæ ipſi, majoribusque ſuis, fuiſſent
taria,conſtanter proſequatur.Partim novis,pa
reconciliatis, amicis non uſque quáque ſtand
venire.Fortunę,ſat exiguę, flammantium id ge
conſiliorum,quib⁹ iſti ab initiis motuum uſi eſſ

etiamnunc deliberationibus *Lipſienſibus* ſeſe in-
rent, parùm credendum eſſe. Potiùs verò ex-
deret, an ex uſu ſit, eos in contubernium aſci-
;qui nuper *Proteſtantibus* nocere voluiſſent. Sic
dem, inter *Auguſtanæ Confeſſionis Ordines* relati,
ad ingenium redeuntes, ſub ope externorum
natam, tàm in *Catholicos*, quàm *Proteſtantes*, ea-
operâ inſurgere. Iamque diu affectatum *Impe-*
ominatum recoquere, queant.
d ſubſtantiã *Electoris* reſponſi quod attineat, & qui-
articulum ſuper *Edicto*, indéq; naſcentes peti-
es, *Cæſari* operę pretium non videri, ut, poſt tot
lentas deductiones, denuò diſceptationẽ hanc
mat. Toties enim *Cæſarem* reſcripſiſſe, ipſumq;
Edictũ, q̃ inſtructiones, legatis datas, loqui, ne-
em inauditum è poſſeſſionib⁹ venire extermi-
dum. Ut, ſi probari queat, bona id genus *Eccle-*
ica tempore *Transactionis Paſſavinæ*, vel incluſivè
ad *Religionis Pacificationẽ*, nunquam à *Catholicis*,
eſſa fuiſſe, tùm audirentur. Neq; apprehenſio,
in terminis prorsùs notoriis, utiq; qui, citrà o-
em tergiverſationem, celari nequeant, locũ ha-
et, Qua lege, ſi accidat, quenquã advers⁹ inſtru-
ones *Cæſareas*, ſub *Edicti* illi⁹ executione, lædi, aut
itatis cancellos præteriri, etiamnunc *Cæſarem*,
ndũ prævias declarationes, ſic affectum eſſe, ut
varicationibus mederi velit. Ut in amicæ com-
itionis tractationes totus feratur. Quò ſic utrin-
jus, atq; ęqualitas conſervari. Diffidentia abo-
, Rurs⁹ legũ *Imperii* fundamentalium, aliarũque
ſtitutionum ſalutarium, vigor refloreſcere poſ-
Nullusque, contrà faſque, piumque, oneretur.
ęterum, quoad prolixas, ſuper moleſtiis milita-
⁹, querimonias, ab *Electore* bonâ fide propoſitas,
ſarem nullaten⁹ exſpectare, ſic quidem ſentire, ac
aſum habere, *Electorem*, tanquã *Cæſar* fortè que-
is id gen⁹, toties iteratis, nõ indelectetur. Ut jã-
dẽ inſontium *Ordinum*, tantoperè gementium,
uſsâ intimè moveatur. Nihilq; magis in votis ha-
at, quàm ut tandem tot oneribus medelam ap-
care poſſit. Hanc in rem remedio illo, ſuperiori
no, ſub comitiis *Ratiſponẽſibus*, partim ab *Electorib.*
rtim abſentiũ legatis, ꝓpoſito, nimirùm *Circulorũ*
bſidiis, opus eſſe. Quibus utiq, neceſſariis his tẽ-
ribus in uſum, more majorum, ductis, exercitus
ſareus cõmodiùs ali, ac ſuſtentari, quitus eſſet. Sic
im, remediis locum invenientib⁹ ordinariis, ex-
aordinariis iſtis exactionibus, exceſſibuſque, ob-
àm iri poſſe. Ut deinceps diſciplina militaris col-
pſa emendetur, *Imperii* conſtitutiones obſerven-
r, migrationesque, atq; hybernationes, juxtà le-
es receptas, obeantur. Nihil igitur utilius fore,
uàm ut *Electores, Principeſq;, Circulorũ* pręſides, ma-
rè interpellentur. Sub ſpe, fore, ut *Circuli* ſuperio-
es, neceſſitate urgente, hanc rem agant. Conven-
uſque expediant. Quò ſic, mediis gerendi belli e-
ergentibus, *Ordines Imperii* exonerentur.
Interim, cùm jam tùm hac de re cum *Bavarico, Frã-*
onicoq;, Circulis, actũ ſit, eas illic naſci difficultates,
t *Cæſar* parùm ſpei relictum ſibi illinc videat, undè
xercitum pro tempore alere liceat. Hanc in rem
Cæſarẽ ab *Electore* cõtendere, vellet ille in mediũ cõ-
ulere, atq, id genus remedia ſuppeditare, undè ne-
ceſſaria adversùs hoſtes defenſio iniri queat. Nam,
abſq; illis auxiliis futurum eſſe, ſi copiæ, quibus *Cæ-*
ſar elargiri nihil poſſet, ſub ordinaria ſumptuũ re-
fuſione, ſaltèm admittantur, fieri non poſſe; *Cæſar*
ut exercitũ ſuſtentet. Neq; ẽt ſoli *Cæſari*, abſq; *Im-*
perii ſubſidiis, hanc defenſionem competere: Ut in
diffuſos *Imperii* fines patrimoniũ omne inſumere.
Ordineſq; regnorum hæreditariorum enervare, nõ
teneatur. Præſertim, cùm hactenùs plus ſumptuum
bellicorum à ſe, ſuisque, erogatum ſit, quã unquam
ab hoſtibus manubiarum exſpectare liceat. *Cæſarẽ*
nullatenùs *Ordinum* libertatem petere. Interim li-
bertatẽ illam pro eorundem conſervatione, nõ de-
ſtructione, militare. Adeóq; in libero *Imperio* non
ad unum aliquod, ſed univerſa illius mẽbra, venire
reſpiciendum. Ut, tametſi quidam *Ordinum* hoſti-
litatis *Sueciæ* ſint ſecuri, nihilomin⁹ ſuper capitis, a-
liorumque membrorum, ſecuritatem iniicienda
eſſet contemplatio.
Secundùm hæc, *Cæſarem* perſpicere nõ poſſe, quo
pacto præparationes, atque arma *Proteſtantium Or-*
dinum, apud *Lipſiam* ſic nuper conveniẽtium, in re-
medium querelarum militarium vergere ament.
Dùm enim bella gerantur ſubditorum ſudoribus,
Catholiciq; Ordines, eâ viâ irritati, ex adverſo obniti
conentur. Duplex incõmodum ſubditis immine-
re. Ut aut à domeſticis premantur defenſoribus.
Aut ab adverſa parte infeſtentur. Aut à domeſticis,
adverſariisq;, ſimul affligantur. Atq; his actionib⁹
remedia *Cæſari* utrinq; ſubtrahi, quò min⁹ idoneis
ſub auxiliis in *Sueciæ Regem* ire poſſit. *Elector* ergò
exactùs ſecum expenderet. An ſic ſubditi querelis
exonerari poſſint. Magis enim miſeros triplici
flagello ultimè exerceri. Neceſſarióq; velut oppri-
mi. Semel *Cæſarẽ* conſtanter hoc pro ſe ferre, modò
Circulorũ ſubſidia erogentur, tunc exercitum ordi-
nariis ſub legum cancellis coercendum, prævari-
catoresq; ſeverâ animadverſione puniendos, eſſe.
Quo nomine ſiquidem *Elector* univerſalium *Imperii*
comitiorum mentionẽ iniiciat, utique eódem ani-
mis inclinare *Cæſarem*. Sic ut hac ſuper re cogitare,
Electoremq; Moguntinum ammonere, velit.
Quantùm, pro tertio, *Conventum Lipſienſem* ibidẽ-
que decretum defenſionis opus, concernat, è cauſ-
ſis, ſuprà allatis, innoteſcere *Electori*, eo pacto onera
militaria non tolli, ſed augeri. Ut *Cæſar* ſibi tàm ab
Electore, quàm à cæteris *Electoribus, Principibus, Ordi-*
nibusq;, promittat, futurum, *Cæſareis* illi mandatis
pareant. Quæ quidem, requirente officio *Cæſareo*,
pro *S. Rom. Imp.* tranquillitate conſervanda, expedi-
enda forent. *Electorem* quippe neq; penès *Cæſarem*,
nedùm cæteros ſocios *Ordines*, unquã ſuſpecta de-
prehendiſſe cõſilia. Neq; deinceps deprehenſurũ.
Eam enim eſſe *Cæſaris* mentem. Ut *S. R. Imp.* leges
fundamentales, ſuper quibus, tanquam columnis,
ac baſibus, firmiſſimis, illud recumbat, ſartas tectas
tueri geſtiat. Ut cæteras conſtitutiones, rem mili-
litarem cõcernentes, itidem infringere nolit. Mo-
dò auxilia ab *Imperii Ordinibus* ſuppeditentur neceſ-
ſaria. Quibus *Cæſar Imperii* autoritatem vindicare
poſſit. Quodſi versùs lineam rectã non ſemper, uſ-
que quaque vela, ac curſum, dirigere liceat. Ne hoc
impedimentum haud quidem *Cæſari*, ſed illis, veni-
re imputandum, per quos *Cæſar* curſum rectum
abrumpere, adeóque à via regia deflectere, cogere-
tur. Ut ſic neque *Electori*, neque *Ordinibus* cæteris fi-
delibus, cauſſa ſuppeditetur, ſiniſtris versùs *Cæſarem*
inſurgerent ut velint perſuaſionibus.
Deniq;, cùm pro curandis, ſanandisq; tot milita-
ribus

ribus afflictionibus,querelisque tàm generalibus, quàm ſpecialibus, è medio tollendis,nullum, uſpiá affulgeat remedium ſalutarius. Quàm ut ſub deſideratæ,& aureæ,pacis reductione,tantis calamitatibus, ac morbis, appropriata,ut vocant & ſpecifica, applicetur medicina. Utique hanc omnes tanquam panacæam,ac divinum experimentum,anhelare , optare , deſiderare. Extrà cujus maturam applicationem *Imperii* diſſolutio ac mors, exſpectanda ſit. Proindè, *Cæſarem*, ab *Electore* clementibus, amantiſſimisque, verbis contendere,ne patiatur à quopiam ſibi deinceps perſuaderi. Tanquam ſiniſtræ *Cæſar* ſuſpicionis quippiam ergà eũ coquat. Et, cùm in medio non ſit,an *Collegium Electorale*, poſt reſcriptum illud,è *Ratiſbona* profectum, ulteriùs arbitrium interpoſuerit, *Cæſaris* porrò ad *Electorem* ſpectare votum, vellet autoritate ſua,non infimũ pondus habente,hanc rem agere. Seduloq; eniti,quò *Sueciæ Rex Imp.* ampliùs haud quidem turbet. Sed, locis, anteà occupatis,redditis, in regiam ſuam revertatur. Quo nomine,ut *Elector* cum *Thillyo* anteà experiatur, *Cæſarem* utraque amplecti manu. Nihilq; ad ſummam,curioſamq;,ſedulitatem reliqui facere affectũ eſſe, uſq; dùm remediis quibuſcunque ſalutaribus, idoneiſq;, communis,ac ſecurę pacis reſtaurationem efficere ſuſtineat. Id quod optima,ſinceràq;,fide clementer utiq; promittat.

CAP. IV.

De Electorum Catholicorum , ad intimationem Lipſienſis decreti, reſponſo.

SUprà *Conventus Lipſienſis* decreta ab *Ordinibus Proteſtantibus* ad quatuor *Electores Catholicos*, certo ſub reſcripto emanaſſe , præmiſimus. Codicillis *Proteſtantium* in medio extantibus. Jam itaque, quid *Catholici Electores*, ad id genus denunciationem, repoſuerint, inſpicere fert animus. Ita enim præſentium annalium ſeries requirit. Ut ea,quæ quidem, ad propoſitum facientia,in medio extant,ordine recenſeantur. Talis autem eſt reſpõſoria illa. Citiùs, inquiunt,ô *Electores*, maluiſſemus litteris veſtris vicem reddere. Niſi illę nobis res fuiſſent à vobis denunciatæ, ſuper quibꝰ cum *Catholicis Ordinibus* ſociis anteà fuit deliberandũ. Cõmuni videlicet cauſsâ non nos tantũ, ſed etiam cæteros *Ordines*, tangente. Quapropter, cùm certo ſub *Convẽtu* diſpicere, rationeſq; cõferre, teneremur, hûcuſq; reſponſum hoc noſtrũ extractum eſt. Quam moram ęquis ut animis feratis, amicè corrogamus. Initiò ergò, ꝙ ad difficultates militares facit, abſq; dubio hoc teſtimoniũ à vobiſmet ipſis merebimur, nos, noſtroſq; ſocios, *Catholicos Ordines*, nunquàm id geꝰ afflictiones approbâſſe. Sed potiùs conjunctis votis,ac precibus, ſub noviſſimis illis *comitiis Ratiſponenſib.* *Cæſaris* fidem humilimis verbis imploràſſe. Dignaretur infelicibꝰ id genus querelis remedi-

um afferre. Neque enim iſtos funeſti belli even
quos *Mars* truculentus veteri more, poſt ſe tral
conſuevit, duntaxat incurrerunt *Proteſtantes*. E
lectores, Principes, Ordinesq;, Catholici eoſdem, ut
manes paſſi ſint. Immò pluribꝰ ſub locis graviꝰ
riùsq;, premi cœperint. Quemadmodum autẽ
fati *Catholici Ordines*, tametſi à tot annis pluri
graviſſimisq;, exactionibus, migrationibus, hy
nationibuſque, extenuati, nihilominùs eò qui
abrepti non ſunt, ut iccircò arma in *Cæſarem*
verterent. Stativis, ac tributis, renunciarent. A
que manu armata defenſionẽ decernerent. U
tiùs obedientiam humilimam, ſecundũ *Deum*,
ri, Imperii capiti, perſeverent. Eoque humilim
reſpectu hoc onus patienter ſufferant. Ut ma
infauſta hæc tempora, adverſariorumq; conti
molitiones, quàm in *Cæſarem*, has ærumnarũ
ſas reiciant. *Cæſarẽ* quippe meminimus, bello n
vocâſſe. Sed armis, continuè in illum obverſi
ceſſaria, ipſaque neceſſitate extorta, oppoſuiſſ
ma, conſtat. Quod agnoſcentes *Ordines Cath*
hactenùs, unà cũ *Ordinibus Proteſtantibus*, tanti
emendationem ſubmiſsè à *Cæſare* ſolicitârunt.
vum igitur nobis, monſtroque ſimile, occurri
id apud *Lipſiam* conveniſſe *Ordines Proteſtantes*,
delicet, ut conſilia, immane patentia, *Imperioq;*
culoſa, coquerent. Eoque ipſo tempore, qu
Sueciæ, abſque ſufficiente cauſsâ, (prout ordi
pud *Ratiſponam* excuſſum, viſumque, eſt) *Impe*
valido cum exercitu, infeſtare, complures civit
arces, atque portus, occupare, cœpit, adeóque
ſtiles machinationes paſſim magnis conatibu
ferre nititur, *Cæſari* auxilia ſubtraherent. No
ſpectatis *Cæſareis* remediis, arma ipſi caperent.
mniaque ultima, ſub inexplicabili confuſion
tentarent.

Creditote, ô *Electores*! ſi vos, ſociique confo
rati *Ordines*, hanc ſententiam, altæ indaginis, e
dóque periculoſam, (quod utique minimè ex
ctamus) tenere, inque effectum deducere, ve
Neceſſariò à partibus *Cæſaris*, aſſiſtentiumque
dinum, omni meliori modo, de remediis diſpic
dum venire. Quibus obviàm eatur. Ut ſic an
graviores difficultates, colliſioneſque, ſint met
dæ. Quibus ipſi *Proteſtantes* hoc agent, ut viar
amicas tractationes ducentem, inſtanter q
tam, obſtruant. Objectiſque impedimentis iſt
ſcopum propoſitum, ſub calentibus id genus
ſiliis, non pertingant.

Ex adverſo, ſub hac alienatione, *Sueciæ Reg*
res, ac clauſtra, reſerantur. Ille ut hoſtiles con
provehere, tutoque pede in *Imperii* huius med
lia penetrare, poſſit. Dùm enim *Cæſari* auxilia
trahuntur. Militique *Cæſareo* aditus, quibus in
ſtes iri queat, præcluduntur. Ecquis nõ cum h
bus optimè comparatum eſſe negabit? Hac u
caſione ét plures, exterique, *Magnates* ſtimuler
ſub undis, ut ajunt lutulentis, ac confuſis, pi
velle. Ejus rei tàm vetuſta, quàm recentia, pro
exempla. Ut non deſint, qui, *S. Rom. Imp.* nunc h
nunc alium, locum eripiant. Falcem in res *Im*
mittant. Adeóque *Cæſaris* autoritatem, ac po
tiam, ſub totius *Germanicæ* nationis vituperio i
lebili, contemptim eludere non dubitent.

Accedit, iſtud profectò verum, gneſiumqu
medium haud eſſe. Quo *Electoribus Principibus C*

nib

q;, *Imperii*, prçeminentia, dignitas, honor, jura,
ivilegia, (quæ omnia ut violentur, nedùm nos
ittere valemus) conſerventur. Sed poti⁹ metui
, ſi ità exteris *Magnatibus* in *Imperii* viſcera graſ-
ermittatur, dùm *Cæſari*, *Imperii* capiti, auxilia
ucuntur, neceſſariaq;, *Imperio* debita, defenſio
tur, tùm demùm externis *Regibus* ſpiritus au-
, etiam hujus in *Imperii* præcordia uſque ut per-
pant. Pedemque fortiùs figant. Quo fine, atq;
tuto, potiuntes, tùm demùm ipſo facto demō-
unt. Quàm non tuendæ libertatis *Germanicæ*,
vindicandarum ſalutarium *Imperii* conſtitu-
um, ergò, ſed ut privatis commodis, uſibuſq;
icentur, hoſtiles ſuſcepiſſent expeditiones.
eventu, in partes nimis ſerâ veniente pœni-
iâ, tùm demùm ſe ipſos accuſabunt. Qui pri-
is ſub apertis valvis hoſtes introduxerunt. Dū
ſucceſſu, viribus, regionibuſq;, auctos, ampli⁹
liri ne potuerūt quidem. Tùm enim remedia,
us ab initiis *Cæſar* utiliter uti, vireſque ſociare,
iſſet, aut nō ſuffectura, aut fruſtrà futura. Ubi
oppreſſio ꝑ lōgas invaluiſſet moras. Satius igi-
it, noſtra quidem ſententiâ, eò allaborare, quò
junctis viribus *Rex*, *Sueciæ Imperii* hoſtis ꝓpriis
icans commodis, retundi. Atq; extrà *Imperii* fi-
eiici, poſſit. Eo enim facto, tùm denique, etiam
bello nondū conſopito, tàm querelis *Proteſtan-*
, quàm *Catholicorum*, utrinq; ſub ærumnis mili-
bus ſuſpirantium, medicina ordine fieri pote-
Ut ad min⁹ ea utrinq; reducatur æqualitas. Quâ
rveniente, nullus *Ordinum*, ſe plus cæteris affli-
œpiſſe, conqueri debeat. Iam verò, dùm præfa-
Rex Sueciæ, adverſùs *Cæſarem*, *Imperiumq;*, unam
aliam hoſtilitatem exercet. Dùm vos, ô *Electo-*
Ordineſq;, ſocii, paſſim arma capitis. Pro ſingula-
ſtra ſapientiâ, facilè coniicere poteſtis, *Cæſari*
convenire, prim⁹ ut arma ſequeſtret. Neq; e-
illud aut debet, aut poteſt ſuſcipere. Ut intereà
tes ex animi ſententia pergraſſentur. Quan-
m verò decretum illud *Lipſienſe* vocari cœperit
s defenſionis. Nihilo-minùs vobis obſcurum
d eſt. Ut etiam, ſub infelicibus hiſce bellis, per
rioris Saxoniæ Circulum, alibiq;, exempla conte-
tur. Quanta flamma è parva id genus ſcintilla
urgere. Totque nobiles provincias, regiones,
ditoſque, depaſcere cœpiſſet. Incendia enim, ſe-
aucta viribus, non niſi difficulter extinguun-
.

De nobis quidem ità eſt. Neq; inficias ire poſſu-
s. Sed toti⁹ *Imperii* in oculis eſt. Nos, unà cū *Ca-*
licis cęteris *Ordinib.* ex lege neceſſitatis defenſio-
iniiſſe fœdus. Sed illa conjunctio, *Cæſare* clemē-
imè conſentiente, coaluit. Sed, eodem *Cæſare* nō
ugnante, huc-usq; ſtetit. Sed unicè, ac tantùm,
Cæſareæ autoritatis, *Imperiiq;*, conſervatione, mi-
avit. Sed in hoſtes, idētidem im *Imperium* ingru-
tes, illa pugnavit. Nō ut *Ordines* læderet, ſed vin-
caret. Non ut deſtrueret, ſed ædificaret. Quanq̃
tem hoc on⁹, ꝙ à tot annis confœderati *Catholici*
ectores, *Principes*, *Ordineſq;*, ingentibus impendiis
ſtinuerunt, vires eorum ſuperaret, ut fieri ne po-
erit qdem, quin aliquando *Ordines Evangelicos*, ſi-
Proteſtantes, tanquam ferè in cauſſa communi, o-
rarentur. Nihilo-min⁹ hoc nullo neque impetu,
eq; lædendi conſilio, fieri oportuit. Ut ipſa impu-
rit partim urgens neceſſitas. Partim *Cæſaris* auto-
ritas, *Imperiiq;* periclitatio, hancce legem impoſue-
rint. Dū hoſtis aut in illas regiones impreſſionem
tentavit, aut jā tùm illic pedem fixit. Ut haud ſeci⁹
cum *Ordinibus* amica intervenerit tractatio. Dùm
hæ expeditiones à nullo mortalium, niſi hoſtib⁹, in
Imperiū impreſſiones tentantibus, ꝓvocari cœpêre.

Quò autem tandem ex illis iſtis mæandris, labyrinthiſq;, emergere, & *S. Rom. Imp.* dilectæq; patriæ noſtræ, ſecuram, conſtantemq;, pacem eò facilius, citiùsq;, reddere, liceat. Hanc in rem à vobis amātiſſimis verbis animit⁹ contēdimus. Velletis omnia exactiùs, penſiculatiùsq;, tanq̃ in ſtatera, trutinare. Conſiliisq; apud *Lipſiam* initis, oppidò periculoſis, miſſionem dare. Eamq; conſociis *Ordinib.* mentem inculcare, quò, ſecundùm *Cæſaris* tàm avocatoria, quàm dehortatoria, mandata, jam tùm ſub *Imperio* publicata, conſiliis, cœptiſq;, id genus ferventibūs, renuncient. Aditus præcluſos aperiant. Hoſtilibus actionibus, jam tùm gliſcentibus, ſeſe abſtineant. Potiùsque *Cæſari*, adverſùs *Sueciæ Regem*, *Imperii* hoſtē, auxilia bonâ fide cōmodēt. Hocq; pacto, ab ulteriori concuſſione *Imperiū* præſervent. Teſtamur hanc fidem noſtram, ità nos identidem fuiſſe affectos, atq; adhûcdùm eſſe, ut omnia illa ad amuſſim ſimus facturi. Quæ tàm, in particulari, ad *Electoralis* dignitatis incolumitatem, ac conſervationem, quā, in genere, ad reductionem deſideratiſſimæ pacis, pertinere videbuntur. Prout etiam hoc ſincerum, integerrimumq;, inſtitutum noſtrum, citrà dubium, factis ipſiſmet hactenùs declaravimus.

Secundùm hæc, quantum ad totius litis, ac diſceptationis, caput, nempè cauſſam *Religionis*, amicasque propoſitas tractationes, attinet. Næ nos quidem nihil aliud in votis habuim⁹, quàm ut *Ordines Proteſtantes*, ad *Cæſaris*, in cauſſa bonorum eccleſiaſticorum, publicatā ꝑ *Imperium*, ſentētiam, eam viam tenuiſſent, quam quidem leges communes, *Imperii* conſtitutiones, inprimis *Transactio Paſſavina*, & poſt inſecuta *Religioſa Pacificatio*, utiq; præſcribunt. Illa enim *Cæſaris* edictalis deciſio nihil aliud eſt, niſi ipſius *Pacis Religioſæ* compendium. Cùm hæc ſententia illi⁹ è fundamentis eruta ſit. Quo nomine fieri nequit, ut ampliùs ſive ſuper *Religionis Pacificatione*, ſive, *Edicto*, ſuper ea fundato, litem moveam⁹. Neq; enim novę *Pacificationis Religioſæ* legem exſpectamus. Cùm illa per ſe exiſtat dilucida. Inque *Religionis* cōtroverſiis vera habeatur norma, ac regula. Interim, ô *Electores*, ut evidens fiat, amicæ tractationis remedia à nobis minimè excludi, *Catholicis Ordinibus* ſic quidem denuò convénit, ut deinceps pacificæ compoſitionis diæta, ſub *comitiis Ratiſponenſibus* propoſita, aperiretur. Quò ſic unusquisq; ſuper eo, quo ſe contrà *Pacem Religioſam* lædi arbitratur, ſufficienter audiatur. Executioniſque edictalis transgreſſiones inſpiciantur. Quo nomine præfatæ diætæ, apud *Francofurtum* habendæ, terminum, in *III. Non. Sextil.* utique prorogamus.

Si nunc vobis tàm temporis, quàm loci, indictio placere poſſit, ut hac de re ſocios *Ordines* tempori⁹, ſi non grave eſt, ammoneatis, opus eſt. Interim, an hæc ratio vobis grata ſit, quosq; è numero *Ordinū* hunc ad conventum nominare ſedeat, illa, ut, è numero hoc noſtro, *Electori Moguntino* aperiatis, exſpectamus.

Deniq;, dùm contenditis, omnia priùs è nobis, tàm quà expeditiones militares, q̃ quà vias alias,

turbata, priſtino in ſtatu reponenda eſſe. Profectò ſapienter ipſi dijudicare poteſtis, hoc ſuprà vires noſtras excurrere. Adeóque ea eſſe poſtulata, quæ *Iuſtitiæ* præſides concernant. Neq; enim noſtrarum eſt partium, ut *Cæſari* legem prę̨ſcribamus. Eopte modò, cùm *Ordines Catholici*, per viam *Edicti*, non quidem propriâ, ſed *Cæſareâ*, autoritate, partē bonorum eccleſiaſticorum recuperârint, utiq; juſtiſſimo ejus rei titulo ſeſe tuentur. Quocircà, ſi huic poſtulato ſatisfieri non poſſit, vitio illis dari non oportet. Siquidem neq; juribus quæſitis renunciare, neque *Cæſaris* autoritati derogare, ſuſtinent. De cætero, *Electores Catholici* ità pacis ſunt amantes, ac ſtudioſi, ut, ſub inſtantibus tractationibus, quantum, honoris, ac conſcientiæ, cauſsâ, potuerunt, omnia libenter facturi ſunt. Quò illos pacis deſiderio unicè tangi, appareat.

CAP. V.

De Cæſaris mandato tàm monitorio, quàm Avocatorio. Quo Electores, Ordinesq;, Proteſtantes, ab armis adverſis diſcedere jubentur.

I.

Cæſar Mandatum Monitorium ad Electores, Ordineſq;, Proteſtantes, torquet.

PRæmiſſis illis *Cæſaris, Electorumq;, Catholicorum*, dehortationibus, ubi *Electores, Ordineſq;, Proteſtantes*, parùm, aut nihil, moverentur, ſed paſſim, juxtà *Lipſienſe* illud decretum, ad arma conclamarent. Ecce! *Cæſar* ſequens in illos fulmen tàm *Monitorium*, quàm *Avocatorium*, dictum, torqueri, publicarique, iuſſit. Nos *Ferdinand. II. Imp.* &c. omnibus illis, noviſſimè apud *Lipſiam* congregatis, conſiliaq; ſociantibus, *Electoribus, Principib. Comitib. Dynaſtis, Civitatib.* cæteriſque *Ordinib.* omnib⁹, ac ſingulis, cujuscũq; ſint dignitatis, ſtatus, ac conditionis, amicitiam, gratiam, & incolumitatem. Notum vobis facimus (neq; n. incognitum eſt) quo pacto, pro *S. Imp.* emolumento, ad paternam ſolicitudinem, ſedulitatemq;, nihil reliqui fecerimus, ut tandem aliquando, ſub diverſis, ac calamitoſis, *Imperii* motib⁹, nunq̃ à *Cæſare*, ſed ab *Imp.* hoſtib⁹, excitatis, poſt tot illuſtres, à *Deo* indultas victorias, illorum triumphorum fructũ, nempè ſalutarem, ſecuramque, pacem, conſequeremur, ac reſtauraremus. Reſtauratã conſervaremus. Cõſervatam ad poſteritatem uſq; propagaremus. Hęc omnia indè uſque ab initiis actiones, legationesq;, noſtræ conteſtantur. Ut etiam propriis ꝑfectionib⁹ minimè pepercerim⁹. Nedùm ẽt vel cum hoſtib⁹ juratiſſimis, ꝑduellibuſq;, in initia cõpoſitionis re-

media deſcendere dubitaverimus. An ſic iſtos ad
bedientiam revocare liceret. Ergà *Reges* verò *Pr*
cipesq;, ex mero pacis deſiderio, poſtpoſitis aliis
modis, conditionibusq;, quibuslibet, ſic nos ge
m⁹, ut rei publicæ ſalus ſuprema illa lex eſſet. N
ſic tùm q dem ferias egimus. Ut communis, deſi
deratæ, pacis amore accenſi, nuper *cõventum Rati*
nenſem Imperii Electoribus aperuerimus, eundem
urſerimus, corámque inviſerimus.

Accidit autem, dùm nos omnes, quib⁹ viis ad
cis ſecuritatem perveniendũ eſſet, ſolicitè deli
ramus, ut *Rex Sueciæ* hoc ocia nobis invideret. V
doq; cum exercitu hoc *Imperiũ* invaderet. Per m
inſulas, portusq;, interciperet. Per cõtinentem
rò, absq; ulla belli denunciatione prævia, clau
civitates, arcesq;, vi extorqueret. Indè factum,
conturbatis amicæ pacis conſiliis, ad defenſio
deliberationes, ac remedia, nos tranſire neceſs
juſſerit. Ubi igitur, ſuper reb⁹ *Italicis*, cũ *Galliarũ*
ge, transegiſſem⁹, ꝑximum fuit, ut eò cogitatio
converterem⁹: quò tantum nõ interna *Imperii*
domeſtica, potentia reviviſceret. Sed etiam ho
bus externè ſuperingruentibus, ſine magnis *Ord*
difficultatibus, occurri quitum eſſet. Pro primi
us ſcopi cõſecutione, volupe nobis fuit intellig
Catholicos, Proteſtantesq;, Imperii Ordines, eò mut
ferri animorum inclinationibus, ut, ꝑ compon
dis, in cauſſa bonorum *Eccleſiaſticorũ*, controver
amicam compoſitionis diætam apud *Francofur*
indixerint. Quò quidem *Cæſareum* noſtrum leg
ſub pleniſsima inſtructione, dimittere decrevi
De militaribus expeditionibus ſic eſt. Ut omni
la, q̃cunq;, de conſilio *Electorũ*, nobis ꝑponi cœ
re, placuerint. Ut ẽt in effectum deducere cœp
mus. Nam, ſuper modo conferendorum, juxtà
perii Circulos, auxiliorum, jam tùm, ſub *Circulo Ba*
rico, diætam provincialem indiximus. Sub *Franc*
co, Suevico, ſuperioris, & inferioris, *Rheni Circuli*
dem facturi. Legatosq; noſtros miſſuri.

Intereà, *Rex Sueciæ* ferias nullas egit. Qui, cùm
ploratum haberet, copias noſtras per *Pomerani*
defectis ad vitã neceſſariis, inclinare cœpiſſe. C
ſilio ex tempore capto, exercitum opportunè c
xit. Eoq; ſucceſſu brevi ſpatio auctus eſt. Ut jam
niverſa *Pomeraniæ* provincia, magnâ *Marchiona*
Brandeburgici parte, adeóq; locis nonnullis per
gapolitanos occupatis, potiatur. Idem majores in
em molitur progreſſus. Ut ẽt alii externi exerci
huic Imperio imminere perhibeantur. Eo ſub
ceſſu *Suecico*, vos, ô *Electores, Ordinesq;*! diætam a
Lipſiam indixiſtis. Sicut id nobis *III. Non. Ianuar.*
anno, *Saxoniæ Elector* litteris ꝑſignificavit. Qu
quidem eò collimare, judicavimus, quò ad ami
compoſitionis tractationes, à *Catholicis Ordini*
ꝑpoſitas, à nobis pariter approbatas, præpara
idonea ſuſciperetur. Exulceratio animorum le
retur. Damnoſa tolleretur diffidentia. Tandem
reducta interna, ac domeſtica, animorum ſanita
externis iſtis periculis eò feliciùs occurri quit
eſſet. Hac ſub ſpe, ac fiducia, in *Conventum Lipſien*
illum conſenſimus. Sed præter exſpectationem
transverſo res accidit. Quippe, non ſine magna
ius *Cæſarei* animi perturbatione, ac dolore inge
intelleximus. Eq; codicillis veſtris, ô *Ordines*, ad
directis, denuóque, è *Conventus* ejuſce *Receſſu*,
Saxon. Elect. tramiſſo, cognovim⁹, vos omnes, ac ſ
gul

os,ſub *Circuli Executionis* colore, decreviſſe, *Ca-*
i Edicti noſtri curſum vi injecta impedire velle.
:óq;,pro *S.Rom.Imp.* defenſione,neceſſaria no-
dversùs *Regis Sueciæ* invaſiones,ſub titulo into-
bilium, atq; *Ordinũ Imperii* libertati adverſan-
,enormitatum,auxilia omninò præcidere co-
. Immò novum, periculiq; plenum fœdus pe-
ſſe,armaque ſociare cœpiſſe. Quod quidem à
niæ Electore, pro paterna noſtra in illum pro-
ſione, præviaque amantiſſima dehortatione,
quam exſpectâſſemus.
Accedit, diverſis jam è locis famam emanare,
n, illiuſce in fœderis effectum, hincinde per
erii Circulos ad arma conclametur. Ut intrà *Im-*
ivitates potiſſimùm,ſub pulſis claſſicis,cohortes
endiis magno numero obligentur. Quæ copiæ,
; dùm in juſtum excreviſſent exercitum,ſub de-
ſionis pittaciis,forent colorandæ.Ità enim con-
leratis convénit.Ne quiſquam,ſive *Princeps*,ſive
s *Imperii Ordo*, amplius militiæ noſtræ præfectis
cquàm cenſuum,tributorumq;,elargiatur: Si-
látque claſſicum canere quiſque juſſiſſet.
Et jam, non vanas eſſe id genus imaginationes,
ntus docere cœpit. Dùm tributa ipſo facto ne-
tur. E quibus fit manifeſtum, hoc *S.Rom.Imp.*
s perturbato, ac periculi pleno,ſtatu,quo ſub
ltiplicis hoſtilitatis inſultibꝰ, nec minoribus ꝓ-
ſſibus, *Sueci* irruunt, ẽt novas has turbas emer-
e. Quales majorem *Imperio* concuſſionem, con-
onemq;,gravioresq; difficultates,inſuper cauſ-
aptæ ſunt. Ut ineluctabilem in diffidentiam, ac
liſionem, mutuò animos præcipitent. Quibus
maturè occurratur,metuendum utiq; eſt,ne u-
erſum hoc *Rom.Imperiumq́;*, cariſſimaque patria
tra *Germania*, undique novas in bellorum flam-
s coniiciatur. Tantùmque non verum,præſen-
ique, interitum, ac cõflagrationẽ exſpectet.
E prolixis quidem illis veſtris ſuper continuis
itaribus oneribus, deductionibus, quæ eſſent
erelæ, ac petitiones,percepimus.Ut autem ea ꝓ-
r legitimas foveatis cauſſas, perq; viam armorũ
novas agere velitis,hoc ꝗdẽ nobis haud ſuccur-
Ut neq; ullo pacto ꝑſuaſũ habeamꝰ, calida illa,
lammantia, conſilia ad pacẽ ſpectare. Cùm ma-
in *Imperii* (quam abominamur) totalem diſſolu-
nem,ipſamq; ruinam,conflata videantur.Quip-
quantũ ad primũ caput,nẽpè difficultates,ſuper
ſareo Edicto noſtro allegatas, tractationesq; ami-
,apud *Ratiſponã* decretas,attinet,quis dubitabit,
lidas illas,ac ſuſpectas, armorum præparationes
agis ſic quidem videri comparatas,ut videamini,
olentis id genꝰ remediis vos hoc agere, quò præ-
nſiones veſtras armis provehatis. Novamque
ansactionem Paſſavinam extorqueatis.Sed non vos
git,tractationibus amicis, familiaribusque,plus
curitatis, ac conſtantiæ, ineſſe, quàm violentis
preſſionibus. Ubi vis, & metus,conſtantiam ex-
ectorant. Super militaribus preſſuris,tot querelis
npetitis, cujusmodi ẽt *Electorum, Principum, Ordi-*
umq́;,præeminentiæ,faſtigio,honori,dignitati,li-
ertatiq;,toties detrahant,contemptumq; inferãt,
nicæ brevitatis ſtudio,hûc illa reꝓducimus, quæ
um *Saxoniæ Electore* per legatum noſtrum, ſuper
oc ipſomet canone, anteà communicavimꝰ. Ni-
irùm, nos in memoriam libenter revocare, quæ
uiſſet tàm ſub cõventu *Mülhuſino* an. *M.DC.XXVII.*
quàm *comitiis Ratiſponenſibus*, *Electorum, Ordinumq́;*,
cæterorum,ſententia,ac rogatio. Ex adverſo,non
dubitamus, illa vobis recta rationis lance depon-
derata eſſe,qualia ſub initiis *comitiorum Ratiſponenſi-*
um, codicillisque particularibꝰ, à nobis cœperunt
nõ ſemel remonſtrari. Quo nomine haud ſuſpicari
poſſumus (neque id actiones hactenꝰ noſtrę meren-
tur) ut [illegible]ſimulari queamꝰ, tanq̃ eò ſpectent arma,
& expeditiones noſtræ,ut *Electorum, Principumq́;*, di-
gnitati,libertatique,adverſaremur. Cùm ſolum,&
unicè,in *S.Rom.Imperii* conſervationem, velut ſco-
pum,dirigantur. Verùm.n.verùm,illa eſt hujus no-
ſtri tẽporis infelicitas, ut nõ tàm potentiâ noſtro-
rum,& *Imperii*, hoſtium,q̃ domeſticorum adverſa-
riorum colluſione, adeóque optimorũ cõſiliorum
fruſtatione, res eam ſub confuſionem redigantur.
Ut remediis idoneis,quibꝰ hoſtes maturè retundã-
tur,uti frui haud ꝗdem liceat. Ità uſu veniſſe arbi-
trandum venit,ut extrà ordinem iſta ad corollaria
neceſſitas impulerit, quâ ſtante multi haud per-
functoriè,quos ꝗdem ſors tetigit, pati cœperint.
Interim,tantùm abeſt,ut violentas exactiones,im-
potentes concuſſiones,aliasque id genꝰ militiæ no-
ſtræ enormitates, ęquo feramꝰ animo. Ut toties fidẽ
dederimus, ejus generis exceſſus, modò ſpecialiùs
demonſtrentur, à nobis ſevera ex lege, exemplari
ſub rigore,puniendos eſſe.
De genere militiæ,ejusdẽque alimonia,ità eſt. Ut
nihil æquè nobis deſideratum ſit,quã ut oneribus,
ac querelis,ſuſpirantium, *Ordinũ* medicinam face-
re potuiſſemus. Illorũ ſupplicationes, ac preces,nõ
abſque hujꝰ animi ſingulari conturbatione, inſpe-
ximꝰ. Itaque optimis opus fuit & conſiliis,& reme-
diis. Quibꝰ tàm *Ordines* ab oneribus vindicaremus.
Quàm hoſtes, abſque notabili *Ordinũ* difficultate,
retunderemꝰ. Sic,ut ſimulátque migrationes,dele-
ctus,& id genus moleſtiæ,(ſine quibꝰ bellum ne ꝗ-
dem geri amat) in ordinem reducerentur. Quò ex-
ceſſibꝰ (quos utiq; nunquã ꝓbamus) occurri queat.
Hoc nomine præſertim nuperrima apud *Ratiſponã*
comitia magna cum ſolicitudine urgere, illiſq;,nõ
obſtantibus difficultatibus quibuscunq;,intereſſe,
elegimus. An id genꝰ conſilia ab univerſo *Electorum*
collegio,quibꝰ tutò fidendum eſſe, haurire liceret.
Tametſi verò appareret ratio non tralatitia,auxilia
Circulorum ab *Electoribus* tùm ꝓpoſita, non ſatis ido-
nea,ac tuta,eſſe,quibꝰ *Cæſar*, ejuſq; copiæ, niti poſ-
ſint. Cũ res hęc non paucis implexa videretur diffi-
cultatib,ſicut abꝰ eventu mox innotuit. Nihilomi-
nꝰ hanc viam, ab *Electorib.* monſtratam repudiare
noluimus. Fortè,an ſic tenùs prodire liceret,ſi non
daretur ultrà. Interim, ẽt è veſtris, ô *Electores, Ordi-*
neſq́;, codicillis, decretiſq, præeuntibꝰ, didicimus,
vos *Circulorum* auxilia ꝓ *Imperii* remediis,ſive ſubſi-
diis,non habere. Ut neque comitia *Imperii* ampliùs
ſolicitentur. Accedit,vobis eſſe cognitiſſimum,quî
fiat,ut ſub *comitiis Imperii* deliberationes,abſq; de-
finitione, fruſtrà excurrant. *Ordineſq́;* univerſi ean-
dem in ſententiam haud conſpirent. Ut hactenùs
majores in dividias,diffidentięque ſcopulos,itũ ſit.
Ut à tot annis inteſtini, & civiles,hi motus,ſub di-
verſis,& tàm ſpecioſis,prætextibus,naſci cœperint.
Tot *Ordines*, tanquam hamo, & eſca, attraxerint.
Tandemque eo cum furore,atque impetu, ꝓrupe-
rint. Ut,ſub *Imperii comitiis*,ſuper defenſionis reme-
diis,ne quidem deliberari potuerit. Cùm neque fi-

deles, iſtis ſub procellis, *Ordines* congregare fuerit integrum. Nimis ſerò enim conſilia parantur, ubi armis, & expeditionibus, res agenda venit. Ergone, ſub tàm evidenti neceſſitate, ociaremur? Libidini hoſtium cõniveremus? Noſtrasq;, & obedientium *Ordinũ*, ꝓvincias prædæ exponeremus? Potiſſimam *Electorum, Ordinumq;, Imperii*, partem exſcindi, & exterminari, pateremur? Eò enim unicè ſpectârunt hoſtium machinationes. Næ ſupinum illum reatũ neq; coràm *Deo*, neq; poſteris, expiare, atq; excuſare, licuiſſet. Citiùs igitur mille, ſi liceat, mortibus hoc caput obiiceremus. Quàm ut illam de nobis fabulam annalium ſcriptores referre poſſint, noſtrâ ignaviâ, negligentiâq;, accidiſſe, hoc ut ſplendidũ *Rom. Imp.* ædificium, jam indè uſq; ab annis octingentis omnibus nationibus admirandum, metuendumq;, uno velut momento corruere debeat. Tãtùm abeſt, ut, emergentib⁹ ſubindè novis, noviſq;, motib⁹, ab ipſis *Imperii Ordinib.* clàm palàm ſeminatis, dùm, tantis ſub neceſſitatibus, intrà ordinarias *Imperii* conſtitutiones hac tempeſtate copias continere non datur, ideóq; *Cæſar* inſimulandus veniat, tanquam ſtipulationibus *Cæſareis* haud ſatiſfaciat. Quodſi enim, nobis oppoſitum, *Electorum*, illud apud *Ratiſponam* enunciatum utramq;, ut ajunt, paginam abſolvere debeat, nempè nullis, quantumvis urgentibus, neceſſitatibus, ac periculis, *Imperii* cõſtitutiones præteriri oportere. Næ multa, oppidò contraria (hactenùs à *Catholicis* maximè uſu apꝓbata) emergerent. Quibus prætermiſſis, ſatius eſt, ut illi ſuorum verborum fiant interpretes: Quàm hæc intempeſtivè contrà nos detorqueantur. Alium enim ſenſum nos quidem illinc eruere haud poſſumus, quàm huncce. Nempè, eò uſq; *Imperii* conſtitutionibus ſtrictè inhærendum venire, quoad remediis, ſub iiſdem contentis, ordinariis, nimirùm *Imperii* comitiis, ſuffragiiſq;, ſuper auxiliis militaribus, ac ſententiis, *Ordinum* plerorumq; omnium, pro more, uti frui licet. Et cùm temporis ſtatus conſultationes id genus admittit. Idem enim eſt, legibus carere: atque temporis injuriâ legibus uti non poſſe. Quanquam enim cæteræ leges, ferè omnes, certas patiantur exceptiones. Nihiloſeciùs hæc axiomata immotis perſtant paſſibus, videlicet, *ſalutem populi eſſe ſupremam legem*: Itemque, *Neceßitatem non admittere legem.*

Accedit, illam iſtam, apud *Lipſiam* decretam, conjunctionem directè in *Imperii* conſtitutiones peccare. Quippe diſertiſſimis verbis *Ordines Proteſtantes* præ ſe ferunt, hoc *Imperii* ſtatu, ordinariis auxiliorum diſtributionibus uti non licere. Neque id tamen in id genus conſtitutionum, *Ordinumq;*, præjudicium dirigi. Si nunc vobis *Electoribus, Ordinibusq;*, quibus, abſque *Cæſaris* conſenſu, jus armorum non competit, integrum ſit, inita præſentis temporis ratione, ab *Imperii* conſtitutionibus illis recedere, non apparet, cur idem nobis, ſupremo utiq; *Imperii* capiti, cui totius patriæ conſervatio commiſſa, áque *Deo* ipſo gladius traditus eſt, non liceat?

De expeditionibus *Turcicis*, argumenti loco inductis, ità eſt, ut obiiciatur, *Ordines, anno M.D.XCVII.* auxilia *Circulorum* negâſſe. Sed, quis non intelligit, idem hîc peti principium? Nempè, tùm quidem ordinariis utendum eſt remediis, ubi tempus, & periculum, illud admittunt. Id quod ſanè ſub militia indultum fuit *Turcica*. Illo enim tem-

pore unicus, ac certus, obtigit *Imperio* hoſtis,
tà, ut ſub certis, ac deſignatis, auxiliis in eum (cu
adventus diu antè præcognoſci cœpit) iri potue
Sed neq; exempla in contrarium deſunt. Na
tantùm non anno *M.DC.V.* ſed aliâs quoq;, urg
te periculi magnitudine, ad *Circulorum* aux
tranſitum eſt. Quę tùm ab *Ordinibus* promptè ac
trà tergiverſationem, conferri cœpêre.

Sed neq; eò militat inſtitutum noſtrum, ut,
hoc tributorum modò, *Imperii* ſanctiones abol
viamque hanc ordinariam inſiſtere, ac calcare,
limus. Ut nihil aliud, niſi noſtram, *Sacriq; Rom.*
perii vindicationem, ac conſervationem, inten
mus. Præſtat enim qualemcunque, quàm null
experiri rempublicam. Illud quoque argument
invalidum eſt, quo arguitis, nos, ſub regnis, p
vinciiſque, hæreditariis, præviis ordinariis c
ventibus provincialibus, auxilia ab *Ordinibus*
gere. Etenim totis animis optamus, ſicut ſub i
abſque mora, conventus ciere, auxiliaque pa
exſpectare, licet, ità in *Imperio* fieret. Ut, abſq; p
craſtinationibus, *Imperii* conventus aperire, ſu
diaque excipere, nobis fas eſſet. Certè, haud q
quam in nobis deſideraretur.

Quandoquidem verò hoc tempore potiſſim
bello *Suecico* diſtineamur. *Rexq;* præfatus ſuperi
Saxoniæ ſub *Circulo* eos fecerit progreſſus, ut to
modò non *Pomeraniam*, ſed & bonam *Marchion*
Brandeburgici partem, in partibus *Oderæ* citimis,
eóque loca per *Megapolim* nonnulla, in poteſta
redegerit. Iamque *Sileſiæ* noſtræ immineat. Ide
novum nobis occurrit, ſub his proximis, evide
buſq;, hoſtilibus invaſionibus, vos neq; conſili
neq; operã, ſub prolixis illis deductionib⁹, affe
quibus hic rictus ſanari queat. Ut ne verbulo
dem *Suecici* ejus belli mentionem vel tralati
aſpergatis. Interim, ex adverſo, hoc agitis, ut,
titulo afflictionum non ferendarum, reme
quæcunque, ad noſtram, aſſiſtentiumq; *Ordin*
conſervationem facientia, omninò præcid
Subque humilimę petitionis colore, dùm one
militarium ſublevationem prætenditis, ſtu
quæratis, etiam graviſſimis ingruentibus pericu
Cæſar ut exarmetur. Profectò, hæ actiones vel o
nobis oppidò graves, ac ſuſpectæ, accidunt, dù
memoriam revocamus, quæ, ſuperioribus ſub
mitiis *Ratiſponenſibus*, ad *Cæſaream* propoſitio
noſtram, ab *Electoribus* declarari cœperunt. I
rum ſententia fuit hæc talis: Tametſi, inqui
ſub belli iſtius initiis, *Cæſar*, communicato c
Electoribus conſilio, experiri ſæpiùs potuiſſet
hilominùs ſic quidem eſſe, ut neque *Straleſun*
civitatis obſidio, neque præparationes ad *M*
Balthicum militares, neque copiæ auxiliares in
rußiam dimiſſæ, nedùm *Ducatus Megapolitani* tr
latio, ſatis cauſſarum regno *Suecico* præbuerin
eapropter hoſtilibus *Imperium* invaderet ar
Quippe illa omnia ſic comparata eſſe, ut intrà
perii fines, fundumque, uſuveniſſent. Sub
bus *Sueco* vel tantillum *Cæſari* præſcribere h
liceat. Neque enim ipſum paſſurum eſſe, alte
ſibi, ſub regno ſuo, leges, limiteſque, præfigat.
iam illud ſupremis *Magnatibus*, ſanguine ac nec
tudine, ſive etiam fœdere, junctis, inuſitat
haud quidem venire, alter ut alteri, neceſſ
tempore, auxilia impertiatur. Abſque eo, ut ic

cò

auxiliator bello peti debeat.Idem enim vel à re-
o *Suecico* ipſomet factitatum fuiſſe. Ut tantò mi-
s illi fas ſit,in cauſſa *Megapolitana*,tanquam indu-
Imperii feudo, ac principatu, in res alienas fal-
n mittere. Arbitriumq;, ſub rebus *Imperii* pro-
is,ſibi uſurpare. Præſertim,cùm *Electores Imperii*,
ram ſuam interponentes, nihil ampliùs de no-
voluntate dubitarent. Quàm fore, ut patere-
r, cauſſam *Megapolitanam* ſic, eóque dirigi, quò
nò,ſuper denegata juſtitia , ac ſui defenſione,
ritò conqueri poſſit.

Prout nunc igitur armorum *Suecicorum*, in nos,
eriuq; Ordines, converſorum æquitas malè toti
ndo probari amat. Similiter neceſſitas extor-
à nobis defenſionis innoteſcit. Undè ne ſu-
cari quidem oportuit , inveniri poſſe non ne-
nem, qui nos, *Ordinesque Imperii*, tàm arctis in-
dere velit cancellis, legibusque, ut iccircò *Impe-*
Ordinumque , interitum ocioſis oculis ſpectare
eamur. Profectò, illud remedium, pro abo-
dis oneribus militaribus , nobis multò viſum
opportunius, ſi *Imperii* membra cum capite ſuo
tiùs vel uniti fuiſſent, vel adhûc-dum, uniren-
.Ità enim fieri poterat,ut, abſque armorum in-
ventu , hoſtes cohibiti eſſent. Niſi enim le-
os audire fuiſſet volupe. Niſi hoſtis ipſe præ-
npſiſſet, fore, ut à multis curſus ejus non impe-
etur. Cæteris verò *Ordinibus*, unà nobiſcum,
tractis auxiliis, defenſio futura eſſet difficilior,
iter,& rectiùs,hoc cum *Imperio* ageretur.

Inter hæc, non poſſumus non intimè contriſta-
ò uſque , præter omne meritum noſtrum, au-
m eſſe ergà nos animorum diffidentiam , ut
dines, voti prodigi, ne proprium quidem pen-
habeant interitum. Quid enim periculi ſibi
ſpectandum ſit , ſicubi *Rex* externus , etiam
oniæ regnum ſpe concipiens , media in *Imperii*
cera arma proferat , ignaræ ſortis mentes haud
idem perſpiciunt. Ut iſtius, ſi ventus felicior
baſa intret , cupiditati difficulter habenæ in-
i queant. Plerumque enim armorum felici-
em alienarum regionum cupiditas excipere
nſuevit. Quæ, ſi ſucceſſibus accenditur,inflatur-
e,inflecti vix poterit.

Noſtræ verò illæ ſunt partes, eoque ſacramenti,
perio depoſiti , religione adigimur, ut , ſecun-
m *DEVM* (qui nos, etiam ſub periculis, longè
aviſſimis, nunquàm deſtituit) in tàm pia, juſta-
e,cauſſa, neceſſariam noſtri,*Ordinumque Imperii*,
fenſionem ſuſcipiamus.Omniaq; remedia,quæ-
nque à *DEO*, natura,conſuetudine, legibusque
perii,iiſdem ſub caſibus,permittuntur,impenda-
us.E quibus vobis obſcurum eſſe haud ſuſtinet,
conjunctiones illæ veſtræ eum ad finem,nempè
ilitarium difficultatum exonerationem, ullo pa-
o collimare ſatagant. Per fidem! nos quidem e-
smodi aliquid prævidere nequaquam poſſumus.
aciliùs enim unicus fertur, quàm geminus, exer-
tus. Promptiùs toleres amicum, quantumvis
oleſtum, quàm felicem, victoriiſque inhæren-
m,hoſtem. Ut omnium difficilimè & amici, &
oſtis,copiæ ſimul,ſemelque, admittantur.Quid,
aulò ſuperioribus annis , idem ferè prætextus
ferioris Saxoniæ Ordinibus, præſertim ſubditis in-
ontibus,ſublevationis, utilitatisq;, attulerit,poſt
ot paternas noſtras ammonitiones , fruſtrà in-
tervenientes, experientia docuit. Itaque etiam atque etiam condolemus. Immò impendiò metuimus, prout hæc quidem inſurrectio univerſalis eſt, ità triſtem effectum univerſum *Imperium* eò graviùs eſſe inundaturum. Tantumque non *Imperii* everſionem cauſſaturum. Cujus ut ſive confuſio, ſive deſtructio, nobis imputari poſſit, procul abeſt.

Siquidem nunc verò nobis,tanquam *Cæſari*,ſupremoq; capiti,omninò incumbit, *Cæſareiq;* officii ratio exigit, tanto, ac tàm periculi pleno,malo cavere.Immò verò id genus fœdera,atq; arma, abſq; noſtro,tanquam *Rom. Cæſaris*,præſcitu,ac conſenſu invalida ſunt. Ut nulla ratione admitti queant. Sed tàm juribus ſcriptis communibus, quàm cæteris noſtris,*Imperiiq;*,legibus,conſtitutionibusq;,adeóque ſuperioribus dehortationibus,maturè, atq; in tempore,factis,è diametro adverſentur. Ut in pœnas,legibus expreſſas, oppidò, impingant. Tùm præfati *Conventus Receſſus* eò ferè collimet, quò tributis, ex neceſſitate hactenùs in uſum ductis,aliiſque id genus cenſuum remediis, (ſine quibus,aliiſque neceſſariis, defenſio idonea nulla poteſt ſuſcipi) præciſis, ac ceſſantibus, etiam *Cæſarei Edicti* noſtri, tanquam meræ *Pacificationis Religioſæ Executionis*, vis mediantibus illis conjunctionibus, infringatur,ac violetur. Quæ quidem ejus generis actiones putandæ ſunt, cujusmodi per *S.Rom.Imperium* hactenùs ſunt inauditæ. Neque ad *Circulorum* defenſionem reſtringendæ veniunt. Niſi lubeat forte *Ordinibus* quibuſdam particularibus hoc largiri, ut in cauſſis , *Cæſarem* concernentibus, ipſi *Iudicis* officio fungantur. Adeóque arma, quorum, abſque *Cæſaris* conſenſu , ſecundùm *Imperii* benè conſtitutos canones, uſus nullus eſt, in *Cæſarem* ipſummet,ejuſq; exercitus,convertant.Hæc omnia cùm à nobis admitti nec poſſint, nec debeant: Eapropter, vobis *Electoribus*, *Principibus*, *Ordinibusque*,omnibus,ac ſingulis,mandamus, atque edicimus, à præfatis illis tàm conjunctionibus, quàm armorum præparationibus, omninò recederetis. Copiaſq; unà cum tribunis, ac centurionibus, jam tùm ſtipendiis obligatas,rurſùs dimitteretis.Deq; cætero eam nobis demonſtraretis obedientiam, qualis,quantaq;,à vobis,tanquam noſtris,& *Imperii*,fidelibus *Electoribus*, *Principibus*, *Ordinibusq;*,ergà *Cæſarem*,caput utique veſtrum,requiritur. Ità enim juramenti veſtri ſanctitudo poſtulat.Ità *Cæſar* à vobis omninò exſpectat. Ità ſanè fiet,ut pax optata,ac neceſſaria,reducatur. Sanguini humano parcatur. Copiisq; noſtris *Cæſareis* alimentatio ineluctabilis,migrationeſq;, ac delectus, præſertim periculis evidenter urgentibus,non negentur.

Quo nomine, niſi paternæ hæ ammonitiones locum apud vos inveniant, iis, & ſeveris, remediorum generibus experiri cogimur, quibus, tàm pro *Cæſareæ* autoritatis noſtræ, vindicatione,quàm noſtrarum,cæterorumq; *Ordinum* periclitantium,regionum,ipſiusq; *Imperii* legum,conſervatione,nobis opus eſt. Sed certè ſic quidem eſt. Ut rigorem hunc mavelimus ſequeſtrare. Quàm durius quiddam in vos decernere. Eò enim præſens dirigitur paterna noſtra ammonitio , quo ſimulátque ſympathiam noſtram conteſtaremur. Tùm, quàm in id genus conjunctiones, adversùs *Imperii* canones excurrentes,atque, ſub cauſſæ idoneæ defectu,co-

aleſcentes,cōnſentire nequeamus,ad omnium notitiam publicaremus.

Ne quis ignorantiæ tenebras deinceps prætendere auſit.Sicut igitur ſpe certa nitimur, hâc *Cæſaream* noſtram dehortationem apud *Ordines* quoslibet, obedientiæ amantes, pondus habituram eſſe. Ut ſic ultima quæque non ſint exſpectanda. Conſimiliter,omnibus,ac ſingulis,obedientiam operâtibus, *Cæſaream* noſtram protectionem, communem,conſuetamq;,libertatem, jura, ac privilegia, inprimis pacem publicam,religioſamque,clementiſſimè,amantiſſiméque, offerimus. Simulátque etiam,atque etiam,promittimus,modò viæ, ac remedia, factu facilia, nobis monſtrentur,quibus, abſque magnis *Ordinum* difficultatibus, periculis hoſtium, non minimo cum ſucceſſu irruentium, obviàm ire poſſimus, nos eò omnem diligentiam,atque induſtriam,converſuros. Ut appareat,ad ſummam ſecuræ pacis reducendæ, *Imperiique* tranquillandi, diligentiam, nihil factum eſſe reliqui. Et jam eæ militiæ noſtræ præſcriptæ ſunt leges. Quarum ſummo ſtudio effectum urgebim[9]. Ut nemo deinceps,ſuper violentis concuſſionibus, prædis, expilationibus, & id genus, nobis ſummè adverſantibus, exceſſibus, magnoperè conqueri poſſit.

II.

Cæſar itidem Mandato Avocatorio experitur in Proteſtantes.

ILlud ubi præceſſiſſet Mandatum *Cæſaris Monitorium*, paulò poſt ejuſdem fulmen, *Avocatorium* dictum,ſubſequi cœpit.Quod tale eſt.

Nos *Ferdinandus II. Imperator.* &c.Omnibus *Electoribus,Principibus, Comitibus, Ordinibus,ſubditis,civibus*, ac communibus, *Imperii*, inprimis omnibus *tribunis militaribus,centurionibus, Magiſtris equitū*, cæteriſq; militiæ præfectis, adeóq; omnibus in genere, tàm equeſtris, quàm pedeſtris, armaturæ *militibus*, cujuſcunq; illi, extrà exercitus noſtros,ſub ſtipendiis, ſigniſque, militant, notum facimus. Quo pacto, propridie. *Non. April. Saxoniæ Elector*, è conventu *Electorum, Principum, Ordinumque*, abſentiumque legatorum, apud *Lipſiam* congregatorum, nobis prædicti *Conventus Receſſum* intimârit.E cujus perlectione, non ſine magna *Cæſarei* hujuſce animi perturbatione, & oſtenſione, percepimus, præfatos *Electores,Principes,Ordinesq;*, dehortatoriis noſtris inſuper habitis,ſub titulo *Circuli Executionis*, in novas, periculiq; plenas, armorum præparationes(quarum deſignatio nos fugit)prę̨eunte mutuo fœdere,deſcendiſſe.Quo nomine certis rumoribus ad nos perlatum eſt,etiam tùm,diverſis ſub *Circulis*, maximè per *Civitates Imperiales*,ad arma paſſim conclamari. Jam ex hiſce facile eſt intelligere, hoc,aliâs perturbato,nunc verò recèns periculoſo,*S.Rom. Imp.*ſtatu,omnia ferri in deterius. Dùm *Rex Sueciæ*, hoſtilib[9] in *Imperium* ſuſceptis impreſſionibus,tantùm non totam *Pomeraniam*, ſed etiam magnam *Marchionatus Brandeburgici* partem, locaq; nonnulla per *Megapolitanos*, occupavit. In diem ulteriùs graſſatur. Adeóq; plures hoſtiles exercitus poſt ſe trahit.Hocq; in *Imperium* infundit. Dùmq; rebellatrix *Magdeburgenſium* civitas nondùm ad obedien-

tiam redacta eſt.Ut,ſub his intempeſtivis moliti
nibus, omnibus ferè ad bellum gerendum n
ceſſariis,remediis deſtitui velimus. Undè ho
bus modò non optata progrediendi detur occa
Sed etiam majores excitentur concuſſiones.Ani
ulteriùs exulcerentur.Univerſumq; *Imperium* b
paſſim funeſtiſſimis exponatur incendiis. Qu
cùm ab octo integris ſeculis omnia, ut ajunt,o
repræſentârit: Hoc eſt, indè uſque hûc magna
autoritatis, dignitatiſque, prærogativâ floruer
jam unico velut impetu præcipitandum, inque
neres mittendum ſit.

Quodſi verò nobis,tanquam *Rom.Cæſari*,incu
bit, id genus naſcenti malo maturè cavere. I
táque ejus generis fœdera, abſque ſcitu,ac conſ
ſu,noſtro,non ſint licita. Sed contrà nos,*Imperi*
leges,ac ſanctiones, itemque *Cæſareas* dehortat
nes, manifeſtè pugnent. Subq; pœnis graviſſi
interdicantur.Ut nullo pacto has res novas adm
tere poſſimus.Proindè,mandamus,præcipimus
vobis omnibus, ac ſingulis, ſeriis verbis inju
gentes, ne, ſub pœnis, *Imperii* legibus conſtitu
omnibus illis ſive cohortibus, ſive legionibus,
mine fœderis *Lipſiaci* conſcriptis, quicquam
ve quoad delectus faciendos, ſive ſtativa, ſive
ſtrametationem, ſive tranſitus, adjumenti con
datis. Sed, ubicùnque quandocunque in illas
caſu,ſive ſtudio,incideretis, eas diſſipetis, proſt
natis,profligetis.

Chiliarchis, Tribunis militaribus, *magiſtris* eq
tum, cæteriſque militiæ præfectis, nec non om
bus in univerſum tàm equeſtris, quàm pedeſt
armaturæ militibus, quicunque vel jam tùm
pendiis ſeſe obligari paſſi ſunt, vel deinceps no
na profitebuntur, ſeverâ ex lege injungimus
quàm primùm ab hoc genere militiæ diſceda
Nedùm ſub ullo, qualiſcunq; is eſſet,colore de
ceps apud novè confœderatos illos, abſ
permiſſu tàm noſtro, quàm *Imperii* legum præſ
ſcripto,æra mereatis. Quo nomine vos omnes
ſingulos, ex autoritate *Cæſarea* noſtra, à milita
bus juramentis,ipſo facto per ſe irritis, pleniſſi
abſolvimus,immuneſque declaramus. In re
gnantes,ac refractarios, & quidem nobis,*Impe*
que, ſubjectos, ea ſtatuetur pœna. Ut omni
privilegiis, juribus, immunitatibus, feudis at
hæreditatibus, nec non juribus tàm tribulib
quàm civilibus, privandi ſint. In cæteros pe
grinos, & advenas, ubi in poteſtatem ve
ent, ſub ultimo capitis ſupplicio, animadver
tur.

Ex adverſo, ſi qui è *Chiliarchis, tribunis, ma*
ſtris equitum, *centurionibusq;*, adeóque gregariis t
equeſtris, quàm pedeſtris, generis militibus, h
mandato ſint audientes, è numero illo receda
noſtramq; *Cæſaream* ad militiam reconvertant
teſtimoniiſq; hanc humilimam obedientiam
ceant, illis omnibus veniam hiſce damus, *Cæſ*
amq; impertimur gratiam.

Secundùm hæc, totidem verbis mandamu
mnibus illis, apud *Lipſiam* fœdere junctis, *Ele*
ribus, *Principibus*, cæteriſque *Ordinibus*, ne jam
deinceps,inquilinis, indigenis, civibus, coloni
per regiones,ac diſtrictus veſtros, ulli[9] ſive trib
ſive cenſus,onerisq;, moleſtiam, adversùs nos,
ponatis. Quâ eâdem lege vaſallis,civib[9],indige
ſub

itiſque, ſeverè inculcamus, atq; injun-
is, ne illam in militiam, adversùs nos, noſtra
data, ipſaſq; *Imperii* conſtitutiones, excurren-
, ulla ſive tributa, ſive cenſus, à magiſtrati-
veſtris injunctos, pendatis, conferatiſque. Niſi
is libertatis, jurium civilium, tribuliumque,
rorumque privilegiorum quorumcunque, ja-
am facere, pœnaſque alias incurrere, ilicet. Ità
is ad illas leges, jurataſque ſanctiones, quibus
is *Rom. Cæſari*, ſupremo *Imperii* capiti, divincti
, potiùs, & antè omnia, fuerit reſpiciendum.
is ut incorruptè, ac firmiter, obſervetis. Juxtà
has *Cæſarei* noſtri mandati tabulas, prout æ-
m eſt, publicari, abſq; impedimento, ritè per-
tatis. Utiq; commonendi fuiſtis. Quo nomine
ulàtque vos, ô *Electores, Principes, Ordineſque*, ſicu-
d obedientiam, ac nobiſcum in gratiam, rever-
ini, adversùs *Pacis* tàm *Publicæ*, quàm *Religioſæ*,
ones, nullo pacto, vel per nos, vel per alios, læ-
nerariq;, permittemus. Atq; hæc nobis firma,
lecretiſſima, ſunt.

CAP. VI.

De particularibus quibuſdam Mandatis, dictis Advocatoriis, Quibus Cæſar civitates Imperiales, à fœdere Lipſiaco recedere juſsit.

I.

æſar civitates Imperiales urget. Avocatoriis illis Mandatis ut pareant.

Poſt univerſales illas *Cæſaris* tàm dehortatorias, quàm avocatorias, tabulas, quibus *Electores, Principes, Ordineſq;, Proteſtantes*, jubentur à novo, apud *Lipſiam* pacto, fœdere diſcedere, age, lu-
t inſpicere unum, atq; alterum, mandatum par-
cularius, quibus *Cæſar Civitates Imperiales, Ordineſ-
ue Equeſtres*, urgere perrexit. E quibus tale illud eſt,
uod ex aula *Cæſarea* ad liberas *Imperii Civitates* e-
nanavit. Nos *Ferdinandus II. Imperator*, &c. certis
ib indicib' exploratum habemus, quo pacto, ſub
olore novi apud *Lipſiam* nuper coëuntis fœderis,
er præcipuas *Imperii Civitates*, paſſim claſſicum
anatur, atque ad arma conclametur. Idque omne
ne ullo noſtro indultu, ac conſenſu, increbreſcat.
Dùm igitur jus armorum vobis non competit. Ne-
que ut aliis permittatis, licitum eſt. Hanc in rem
Cæſarea noſtra mandata publicari, atq; ad vos mitti, juſſimus. Quo nomine feriis, ac ſeveris, hiſce verbis mandamus, præcipimuſque, quàmprimùm, à publicatione mandatorum ſuperiorū, obedientiam debitam nobis præſtetis, rebuſque novis vos abſtineatis, refractarioſq; ſub pœnas vocetis. Scitis enim, abſque noſtro conſenſu, in fœdera, quæcunq; ſint illa, vobis coire non integrum eſſe. Utpote quibus protectio omnis à *Cæſare* veſtro petenda venit. Nam vel ob id à majoribus noſtris, ſuperioris temporis *Cæſaribus*, vobis, veſtriſque civitatibus, ob fidei, & conſtantiæ, laudem, ac merita, tot jura, privilegia, regalia, exemptiones, atque immunitates, obtigerunt, ut civitates veſtræ eſſent *Imperii patrimonium*, ac *fortalitia*. Ut eandem fidem, obedientiam, conſtantiamque, à vobis exſpectemus: Quò quidem hæc ſpectat *Cæſarea* noſtra ammonitio. Si enim *Cæſari* veſtro refragari, ac repugnare, vobis ſedeat. Creditote, privilegia vobis eſſe reſcindenda, commercia intercipienda, fortunas, ac bona, publicanda. Illaſque inſtare pœnas, quas *Imperii* conſtitutiones, ac triſte *proſcriptionis*, ſive *banni* fulmen, decernunt. Hæc utique, ſi obedientiæ ſtudere eligitis, vobis exſpectanda ſunt. Ut neminem eo eventu, præter vosmet ipſos, accuſare queatis.

Interim, ſeveritati, ac rigori, de induſtria adhucdùm parcimus. Melioraque à vobis exſpectamus. Sub fiducia, futurum, ut *Cæſareis monitoriis* morem geratis. Ab intempeſtivis armis, claſſiciſque, vos abſtineatis, quò, proximè, feliciterque, repreſſis. *Suecorum* conatibus, militaribus illis difficultatibus clauſula imponatur. Quo nomine fœdus illud veſtrum, *Imperii* conſtitutionibus oppoſitum, coiiſſe, ajunt. Illud ut reſcindatis, neceſſe eſt. Neq; enim, impendia, ſumptuſque dùm contrà *Imperium* facitis, laudi vobis eſt. Ut rectiùs *Cæſaris, Imperiique*, in partes venire obligemini.

Proindè, quid vobis decretum ſit, & utrùm *Cæſareis* illis mandatis noſtris morem, ex debito, gerere affecti ſitis, exſpectamus ociùs. Res enim per conjunctionem illam *Lipſiacam* eò quidem rediiſſe videtur, ut moras nón ferat. Sed promptis opus ſit remediis. Neque enim, periculis creſcentibus, protractam, incertamque, declarationem præſtolari licet. Quid igitur animi vobis ſit, & an *Cæſareis* illis mandatis noſtris promptè ſatisfacere ſedeat, prout, ex lege juramenti, par eſt, promptiùs expeditote.

II.

Cæſar, ab Vlmenſi Republica, contendit: Auxilia erogaret. Fœderique Lipſienſi renunciaret. Cui illa reſpondet.

Iam tùm ſub claſſicis pulſis præcipua, ac potens, *Reſpublica Vlmana*, octo peditum cohortes conſcripſerat. Quibus dubio procul, ex lege *Receſſus Lipſienſis*, uteretur. Maturè hoc reſcivit *Cæſar*. Itaque, cenſus, ac tributa militaria, illos eò uſque conferre, ac perſeverare, juſſit, uſque dùm ſub *Circulorum* conventibus, proximè aperiendis, hæc res definiretur. Simulàtque ſumptus, in claſſes erogandos, ſuprà indictos, dependerent. Potiſſimùm verò, an *Cæſaris* mandatis, tàm *monitoriis*, quàm *avocatoriis*, morigerari velint, indicarent.

Ad illa *Cæſaris* poſtulata ſequentibus ſubmiſsâ, quâ par eſt, conteſtatione, excepêre *Vlmenſes*. Nempè, tametſi, ob tributorũ militariũ, porrò continuandorum, poſtulationẽ, ſubmiſſam, ac decentẽ, interpoſuiſſent excuſationem, nec non impenſas, in claſſes faciendas, omninò erogare haud ſufficerent, illud haudquaq̃ de induſtria, & repugnandi animo, ſed ex rerum indigentia, profectũ eſſe. Etenim veris, ac gneſiis, apodixibus ſeſe demonſtrare poſſe, q̃, præter ſuperioris temporis exactiones, jam ſaltèm ab annis quatuor, trigintà numero talenta, id eſt, tres florenorũ milliones, impendiſſent. Necdũ his emunctionib⁹ finẽ eſſe ullũ. Ut in diem hæ difficultates excreſcebant. Eos n. cõtinuare militum, in proximo hybernantiũ, furores, impotentias, graſſationes, expilationeſq;, ut paſſim prædia, pagos, oppida, fortunas, bona, diripiant, deprædẽturq;. Domus incendant. Pecudes abigant. Homines, ſine ullo ætatis, ſexus, dignitadiſq;, diſcrimine, lacerent, cædantq;. Ut major abominatio à veris, ac juratis, hoſtibus exſpectari nequeat. Hac de re ſpẽ ſibi naſci, futurũ, ut *Cæſaris* offenſio non ſic quidem ꝓvocetur, ſicubi, in *Cæſaris, Imperiiq;*, uſum, *Civitatẽ*, ſibi creditam, omneſq; cives, ac ſubditos, à tàm barbaris, deteſtandiſq;, graſſatorib⁹, ac devaſtatoribus, quantum ejus in ſe quidem eſſet, omni meliori modo, vindicarent. Naturam velut ipſam creaturis ingenerâſſe ſui ipſius defenſionem. Eam omnium gentiũ legibus conceſſam extare in medio. Si igitur licitę ejus tuitionis rationes ineãt, nemineq; laceſſant, atq; offendãt, ſed velut fortunarũ ſuarũ reliquias, ac fragmina, conſervare nitãtur, ſperare ſeſe, C*æſarẽ* huic inſtituto ſuo offẽdi nõ poſſe. De cętero, quoad ſumpt⁹, in rè naumachariã faciendos, ità denuò humilimã operã ſeſe promittere, ut, ſi poſtulata tolerabilem ad mediocritatem reducantur, *Cæſari* non ſint defuturi. Ut, ſecundùm cæteros *Ordines, Imperii* conſtitutionibus ſatisfacere. Humilimamque, ac debitam, ergà *Cæſarem* devotionem, obedientiãq;, perſeverare, affecti ſint.

III.

Cæſar regerit Vlmenſibus.

NOn fuit contentus *Cæſar* illa *Vlmenſium* declaratione. Sed, acceptis codicillis *Reipublicæ* purgatoris, ſequẽtib⁹ regerere cœpit. *Cæſari*, inquit, ſuperiori *Civitatis* declaratione, nondùm ſatisfactũ, eſſe. Necdùm quippe liquere, an *Cæſaris* tàm *monitoriis*, q̃ *avocatoriis*, mandatis obtemperare velint. Ità illos hallucinari in propoſito. Atque aufugia præparare. Ut nihilo-minùs liqueat, eos, ſub titulo allegatarum ærumnarum militarium, rebus novis accedere. Fœderiq; inhærere. Jam illis non ignotum eſſe, quid id genus arma, adversùs *Cæſarem*, ejuſque exercitus, ſuſcepta, ſecundùm leges, conſtitutioneſque *Imperii*, poſt ſe trahant. Hactenùs enim *Cæſarem* conteſtari cœpiſſe toties, ſe debitis, certiſque, ſub pœnis, tàm in gregarios milites, quàm militæ ipſius præfectos, animadverſurũ. Modò actores dentur. Reiq; nominitentur. Idem adhûcdùm ſibi eſſe decretiſſimum. Quòd ſi graſſatorũ, latrociniaq; exercentium, manipuli ſic quidem viciniam illam infeſtent, neq; tùm magnoperè pro his compeſcendis armorum apparatibus opus eſſe. Extare enim in proximo cohortes, legioneſq; *Cæſareanas*. Illis uterentur. Interim, *Cæſarem* iteratò

urgere obedientiam, ſuperioribus illis man
debitã, præſtandamq;. Illis, prout ex lege par
tanq̃ obedientes *Imperii* ſubditi, morigerare
Niſi malint, ſe ſuoſq; pœnis exponere.

Hanc in ſententiam cum reſponſum fuiſſe
manis, paulò poſt *Cæſar Schrenckium tribunum*,
litteris fiduciariis, ut vocant, *Vlmã* dimiſit. Po
quàm igitur ſive tergiverſationem, ſive inobe
tiæ procraſtinationẽ, quoad edicta ſuperiora,
exprobâſſet *Senatui*, cõceptiſſimis verbis illis
davit, ilicet cohortes exautoratas p̃fato cõt
rẽt tribuno. Protectionẽ nõ aliundè, niſi à *C*
ntiq; legitimo ꝓtectore, peterẽt. Niſi hærat
palceãt, pœnas exſpectarẽt. Secundũ hæc, ad
eſt, *Cæſarẽ*, pro uſu *Imperii*, armis op⁹ habere. Q
igitur non obſcurũ foret, *Vlmanos* his appara
eſſe inſtructiſſimos, ideóque, pro realis obed
tiæ ſuæ demonſtratione, in bina cataphracto
millia, armaturam conferrent. Pro qua tolera
ipſis pretium rependendum ſit. Ut, ſub inſtan
Circulorum collectis, ſive tributis, hi ſumptus i
bulas expenſi venire, partemque ſolutionis im
re, debeant.

CAP. VII.

De Cæſaris Avocat
riis. Quibus Imper
Ordinibus Equeſtr
bus obedientiam i
culcavit.

I.

*Cæſaris dehortatoria. Ad Ordinum Proteſt
tium, apud Lipſiam congregatorum, vaſa
directa.*

CAEſar ubi ſic *Imperii* liberis *Civitat*
obedientiam, ſevera ſub ammoni
ne, clementer inculcâſſet, idem
deſtitit, inter cæteros actus deho
torios, etiã *Ordinibus* paſſim *Equeſtr*
fidem, conſtantiamq;, etiam, etiamq; commen
re. Ad *Equeſtres* igitur, & *Electorum*, *Principum*, *O*
numq;, *Proteſtantium*, vaſallos, ſequentibus uſus
codicillis ammonitoriis. Poſteaquàm illos ſub
mis comparére juſſos eſſe didicit. Poſteaquàm,
quit, certâ ad nos famâ perlatum eſt, vos ſub p
textu vaſallagii, pro implendo *Lipſienſi* fœdere, e
cari cœpiſſe. Tanquam finium patriæ ſuſcipie
foret defenſio. Nihil dubitamus, vobis jam tù
mandatis *Cæſareis* noſtris, tàm *monitoriis*, quàm *a*
catoriis, abundè, & ſignificanter, innotuiſſe, q
bus rationibus conjunctionem, & fœdus ill
modò non in *Imperii* conſtitutiones peccans, ſed
trà permiſſionem noſtram, legitimamq; cauſſa
ſuſceptũ, damnaverimus. Ut nequicquã id ge
rebus novis connivere poſſimus. Hocque faſti
noſtrum, ad omnium notitiam, publicari cu
verimus. Neque minùs ipſoſmet *Elector*

Pri

ipes, Ordineſque, ab hoc inſtituto, novitatis, &
culi, pleno, ſeriis verbis dehortari cœpim⁹. Ut
tàm militiæ p̄fectis, q̃ gregariis, ſeverâ ex lege,
nxerimus. Ne nomina illic profiterentur, aut
ndiis ſe obligari paterentur. Quodſi jam æra
cre cœpiſſent, ilicet ſe armis abdicarẽt, aliâs in-
ictis. Pariter neq; cives, neq; coloni, annonæ,
cenſuum hoc in bellum quicquam erogarent.
Tametſi verò, parùm ambigimus, fore, ut, re-
veſtrarum ſatagentes, mandatis *Cæſareis illis*
tris pleniſſimè morem geratis. Juriumq;, privi-
orum, atq; immunitatum, vobis à *Romanis Cæ-*
ms, Regibuſq; indultarum, exactam ineatis ratio-
Obedientiamq;, fidemq; veſtram more debito
nonſtretis. Ut, neq; ſub colore fœderis *Lipſienſis*,
ndata noſtra inſuper habere, alioq; reſpicere,
tis. Nihilo-minùs, quò perſpicuũ vobis evadat,
aternè ergà vos, veſtroſq;, immò univerſam rẽ
licam, affectus *Cæſar ſit*, aſpicite, vos ammone-
ac clementiſſimè dehortari, non deſtitit. Quo
mine injungimus, ac mandamus, fidem ac con-
ntiamq;, nobis perſeveretis. Sub jactura omniũ
vilegiorũ, jurium, immunitatũ, feudorum, hæ-
itatumq;, pœniſq; legibus *Imperii* cõſtitutis, ne
rma, ſtipendiaq;, vetita, & interdicta, rueretis.
, hac, periculi plenâ, tempeſtate in nos, tanq̃ *Cæ-*
m, ſupremumq; caput, oculos veſtros conjicia-
Nedùm eorũ quicquam, q̀ *Cæſaris* mandatis
erſetur, ſuſcipiatis. Tùm deniq;, ſi fortè, ſub p̄-
tù feudi, ac ſacramenti, veſtri, jam tùm ad loca
nſtituta convolâſtis, mementote, onus hoc vo-
adversùs *Cæſarem*, ſupremum feudi dominum,
manumque Imperium, imponi non poſſe. Ut ideó-
c, unà cum veſtris, quantò ociùs ſigna relinque-
domumq; remeare, debeatis. Niſi mavelitis in
ſaream indignationẽ incurrere. Pœniſq; ſuprà di-
s cervices implicare.

II.

*rculi Suevici Equeſtrium ad Cæſarem codicil-
li declaratorii.*

Anti erat fœdus *Lipſienſe* illud, ut *Cæſarẽ*, bello
Suecico intentum, plurimùm fatigaret. Id e-
m vel è tot totidemque mandatoriis tabulis
nſpicuum evaſit. Quibus *Electores, Principes,*
mites, Civitates, Ordineſque Equeſtres, in officio re-
nere laboravit. Cùm ergò ad *Franconici, Suevici,*
henanique, Circulorum, Equeſtres, eorundemque te-
archias, diverſas illas, & multiplices, mandata di-
xiſſet, *Circuli Suevici Equeſtrium* tetrarchia, ad *Da-*
bium dicta, inter cæteras, illa ferè in verba humi-
er *Cæſari* tùm reſcripſit. E *Cæſareis*, inquiunt, no-
s, noſtriſque tetrarchiis, miſſis, communicatiſ-
ue, *monitoriis, avocatoriiſque*, mandatis, non ſine ſin-
ulari animi dolore, ac perturbatione, intellexi-
us. Nempè adversùs pacis amantes *Cæſaris* ratio-
es, declarationeſque, ſuper pacificatione tàm *Re-*
gioſa, quàm politica, ſartâ tectaque conſervanda,
tiamnunc majores ſubindè ſub *Rom. Imperio* emer-
ere difficultates. E quibus niſi *Deus*, ἀπὸ τῆς μηχα-
ῆς, ex alto ſuccurrat, nihil niſi regionum, populo-
umq;, everſio foret exſpectanda. Prout jam verò
n tua, ô *Cæſar*, inq; tuorum majorum, fide nos, no-
tri parentes, cõſtanter acquievimus. Ità *Cæſar* cer-
ò exſpectet etiam deinceps obedientiæ hujus no-
træ ſecuritatem. Nos n. & cæteræ *Equeſtrium* per

Hegoviam, Algoviam, & partem *Rhetiæ ſuperiorem* tetrarchiæ, nihil magis curamus, q̃ ut mandatis *Cæſareis* ad amuſſim ſatisfaciamus: Nullaſq; ineamus rationes alias. Quo nomine, ratione directionis, non tàm cum ſociis tetrarchiis mandata cõmunicavimus, q̃ ſub conventibus, eâ de cauſſa indictis, eoſdẽ omniũ animos, eaſdẽq; inclinationes, p̄ſpexim⁹. Sic, ut nos omnes, illiq; conjunctim, neceſſitate urgente, fortunas omnes, vitamq; ipſam, pro *Cæſare* impendere cupiamus. Sub ſpe, futurũ, ut cæteræ nõ minùs *Equeſtrium*, ad *Nicrum, Sylvamque, Hercyniam* aliiſq; ſub tractibus, collegia, idem nobiſcum velint, idem raum habetant.

Secundùm hæc, ô *Cæſar*, ultimæ neceſſitatis telo urgemur, ut in gremiũ tuũ ærumnas, querelaſque, ſubmiſiſſimè deponam⁹. Tametſi verò perpetua illa ſpe nos, noſtroſque, jam aliquot ab annis, tanq̃ cibo quodam, ſuſtentavimus. Futurum ſperantes, ut onera militarium exactionum ſic quidem, intolerabiliũ ſi non excutere omninò poſſimus, ſaltèm juſta ſub moderatione frangere queamus. Nihilominùs, p̄cul abeſt, ut exactiones, & ęrumnæ, emolliantur. Ut potiùs in diem exaſperentur. Hactenùs enim ſub diſtrictu hocce noſtro cohortes tàm equeſtres, quàm pedeſtres, unà cum *Chiliarchæ* familia, alere cogimur. Ut ſingulis menſibus ultrà tredecim florenorũ millia pendamus. Ut de aliis extraordinariis difficultatibus, nẽpè aliarũ ſive legionũ, ſive cohortiũ, migrationibus, ſtativiſque, atq; id genus impendiis, nihil hîc curioſiùs allegemus. Quæ quidẽ tantę ſunt afflictiones, ut, niſi maturius hoc ingenti faſce levemur, neceſſariò ſuccumbam⁹. Jam n. ad ultima quæque ventũ eſt. Ut ulteriùs in fortunis noſtris nihil ſit reliqui, quo *Cæſari* officia præſtemus. Saltèm hæc vita, hic anim⁹, ſupereſt. Ut præter hujus corporis famulitium nihil liceat. Ità enim nos, noſtrique ſubditi, uſq; ad cutim, ſumus exhauſti, extenuatique, ut vix diaria ſuppetant. Moxq; unà cum uxoribus, ac parvulis, è laribus, & prædiis, flebile in exilium ejiciendi ſimus. Pridèm enim, rerum gerendarum nervus ille, pecunia nos deſtituit. Bona, prædiaq; noſtra tot nominibus obærata ſunt, ut creditoribus haud ſufficiant. Ea eſt nummorũ inopia, ut tametſi fortunas reliquas, ipſaſq; animas, oppignerare velimus, neminem inveniamus, qui vel in ultimis teruncio nos redimat.

Hanc nobis calamitatẽ auget, dùm tot, & quidem potiſſimæ, poſſeſſiones, *Equeſtres* à ſuperioribus *Ordinibus*, adversùs jura, vetereſque conſuetudines, nec non *Cæſarea* reſcripta, ac mandata, multiplicia, corpori, atq; ærario, noſtro *Equeſtri* ſubtrahuntur. Inter cæteros n. *Epiſcopus Auguſtanus*, ſex, ſeptemq;, equeſtres poſſeſſiones intercepit. *Ioannes, Princeps Hohenzolleranus*, poſſeſſionẽ *Hornſteinianã*: *Antiſtita Buchavienſis Corneliorum* poſſeſſiones: *Auſtriæ ſuperioris* directores dimidiũ *Filſa* dynaſtiæ: *Abbas Cœnobii Zvvifaltenſis*, bona ac reditus, *Montanorũ*: *Caſpar Bernhardus, Comes Rechbergius, Aychheimiũ, Zvveifelsbergam*, & *Dentemũlinũ*, dynaſtias: *Otto Henricus, Comes Fuggerus*, aliique, alia interceperunt. Ut jam multa, à corpore, ærarioq;, noſtro divulſa, ſuos patiantur mánes. Diſtrictu hocce magis magiſque ad incitas, q̀ dicitur, ipſumq; interitũ, inclinante.

Poſteaq. verò, ô *Cæſar*, oppidò fidelẽ, ac ſincerã, noſtrã devotionẽ ipſo facto multimodè cõp̄bâſti.

Quam

Quam quidē, ſub his militaribus concuſſionibus, etiam aliquot millionum impendiis, uſq; ad notoriā noſtrā extenuationē, ac de pauperationē conteſtari continuavimus. Nihilo-minùs iſtis hac tēpeſtate periculorum procellis ſumus expoſiti. Ut omni ferè momento hoſtiles impreſſiones, rapinas, expilationes, exterminationeſque, metuamus. Omnes enim in agro, per prædia, ædificiaque, minùs munita, diſperſi ferè vivimus. Ut conjuges, liberoſq;, ad loca ſecura transferendi, inibiq; alendi, facultate, deſtituamur. Niſi enim *Deus, Cæſarque*, nos protegat, ad publicationem uſque omnium injuriis obnoxii proſtamus. Hanc in rem, ô *Cæſar*, infimis, ſubmiſiſſimiſq;, precibus abs te contendimus. Velles nos ab interitu ſic quidē proximo potenter eripere. Eoq; fine ineluctabiles id genus exactiones millitares tollere. Aut ad minimum evidēter mitigare. Ablatas poſſeſſiones illas equeſtres, ſeveris ſub edictis, reſtituere. Voluntarios emigrantes in ordinem redigere. Nobiſq;, & conſociis noſtris, quotquot fidem, obedientiamq;, operabuntur, unà cum conjugibus, liberis, ſubditis, bonis, ac fortuninis, *Aquilas* impertiri *tutelares*. Quibus, ſub his *Rom. Imperii* concuſſionibus, urgente neceſſitate, uti frui valeamus. Quo nomine, ô *Cæſar* nos omnes gratiæ, clementiæ, protectioni, ac tutelæ, tuæ devotè etiam, etiamque, commendamus.

III.

Cæſar, ad Circuli Suevici Equeſtrium devotam declarationem, petitionemque, redhoſtit.

SUperioribus illis tabellis obſecutoriis ſuperaceſſit inſuper, ut tùm temporis à *Iulio Friderico, Ducatus VVürtenbergici* tutore, magna pars *Equeſtriū Suevicorum*, ratione ſeudorū, poſcerentur. Quàm proximè armis, equiſque, inſtructi, pro patriæ defenſione, adeſſent, ac ſeſe ſiſterent, Tametſi verò p̃fatus *Dux VVürtenbergicus* nihil aliud præ ſe ferret, q̃ *Cæſari*, atq; *Imperio*, hoc pacto fidem, obedientiā, devotioneq̄;, conſervari. Nihilo-minùs, humilimis à *Cæſare* precibus contendere, cœperunt *Equeſtres*, condignaretur *Cæſar* eam, ſuperpondii loco, gratiā ſibi impertire, Et quid, ſub id gen⁹, ratione vaſallagii, poſtulationib⁹, tā à *VVürtenbergico*, q̃ aliis *Principib⁹ Catholicis, Proteſtantibuſq;*, profectis, ſibi ſtatuendum, faciendumq;, eſſet clemētiſſimè ſubjicere.

Ad illas ergò *Equeſtrium* ſupplicationes ſic promptè à *Cæſare* cœpit reſcribi. Quanq̃, inquit, *Cæſar* de fide, ac devota illorū obediētia, nunq̃ indubitarit, ut etiānunc clementer, ac cū voluptate, intelligat, eos *Cæſaris* mandatis morigerari velle, Nihilo-minùs, conſtantiā hanc porrò illis inculcandā venire. Ut *Cæſar* ſingulari tangatur nō minùs ſolicitudine, quâ illorū querelis q̃ primū medicinam facere velit. Quod ad poſtulationem illā *VVürtenbergicā* ſpectaret, quâ quidē, ꝓ patriæ defenſione, juberentur armati ſeſe ſiſtere, haud difficulter vel è *Cæſareis* mandatis innoteſcere, quid omnibus *Imperii Ordinibus* fidelibus faciendū foret. Ut indè nō conveniat *Equeſtribus*, ſequeſtrato *Cæſaris* conſenſu, ſuſpectis id genus conclaſſationibus particularibus accedere. *Cæſarem* enim, adversùs hoſtes quoſcunque, ꝓtectorē illis fore. Quò igitur ſcirēt, ſeſe, ſuoſque conſocios, obedienāti, devotionemque, *Cæſa*-

inprimis debere. Ideóque mandatum particul
jam intervenire. Quod quidem ad *Franconici,*
nenſiſque, Circulum, *Equeſtres* jam tùm emanā
Hoc *Cæſarem* inſuper tàm clementibus, quàm
ris, verbis injungere, ne ullo pacto armis, ſive
junctionibus, ſub patriæ defenſionis prætext
loratis, accedant. Nedùm eum in finem tri
quicquam erogent. Sed inprimis *Cæſareis* man
pareant. Cæteroſq; quirites, atque equeſtres c
militones, hanc ad obedientiam adducant. Ni
lint immunitatum, jurium, privilegiorumq;,
rum jacturam incurrere.

IV.

Franconici Circuli Comitum, ac dynaſtarum
Cæſaris mandata, reſponſoria.

TEpidioris paulò ſaporis viſa eſt *Circuli Fr*
nici Comitum, Equeſtriumque, ſuper *Cæſarei*
mandatis, reſponſio. Quę quidē, tametſi front
nùs *Cæſari* humilimā promitteret obedientiam
terim, ꝙ, quà morigerationē, mandatis cōven
tem, vacillaret, minùs accepta fuit. Ità verò C
reddiderunt illi: Quem in modum, inquiun
Ordinibus, apud *Lipſiam*, incredibili cōſenſu, ſu
votiſſimis conteſtationibus, declaratum eſt, n
tum quidem, ꝙ ajunt, unguem à *Cæſaris* dev
ne, atque obedientiâ, recedendum eſſe. Ut ne
pacis amantes, *Ordines* offendendi. Neq; fœ
Imperii legibus vetita, ferienda, veniant. Religi
ſimis verbis intervenientibus, hancce cogitat
lectoribus, Principibus, Ordinibuſq; nunquam in n
tem aſſcendiſſe. Conſimiliter, nullum relinqu
dubiū, quin univerſi *Ordines* denuò nobis inte
rimis præeuntibus declarationib⁹ ſint ſatisfact
ut *Cæſar* eorum fidei, ac conſtantiæ, ſecuritaten
ferre queat. Neque enim aliud nobis innotu
illud. Nempè *Ordinum* conſilia, atque actione
nullum diſſidium, ſed *Cæſaris* ſupremam illam
toritatem, ſalutariumque *Imperii*, *Circulor*
que, conſtitutionum, obſervantiam unic
ſpicere. Ut mutuæ inter *Ordines*, multùm colla
confidentiæ, paciſque, tot innumerabilibus ſu
ſpiriis deſideratæ, reductionem duntaxat quær
Nos, ſub intemerata conſtantia, integerrimâq
gà *Cæſarem* fide, atq; obedientiâ, humilimis ve
obſecramus, dignaretur *Cæſar* in protectio
Cæſaream nos porrò admittere. Nihil ſiniſtri ſu
cari. Priſtinamq; clementiā, gratiamq;, versùs
perſeverare gratioſiſſimè. Hacten⁹ illi. Ad quę
ſar. Sibi nihil gratius, inquit, accidere potuiſſe,
ſi, mandatis ſeſe morem ex debito geſturos eſſe
dicillis ſuperioribus conteſtari: Factoq; ipſo c
probare, maluiſſent. Verùm, hoc illinc emerg
Nempè, *Lipſienſe* fœdus eo ſub colore excuſari
le etiamnunc, tanquam in nullum *Imperii* diſ
men militet. Sed ſupremę *Cæſaris* autoritati, *Imp*
Circulorumque, legum obſervantiæ, litet, ſtud
que. Ut etiam in mutuæ *Ordinum* confidentiæ,
parùm fractæ, paciſque tantoperè neceſſariæ,
ſtitutionem reſpiciat.

Siquidem autem, ſub cauſſarum deductioni
Cæſareis mandatis interjunctis, prolixè didiciſſ
immò in præſentiarū eventus liquidò loquatur
ma illla, apud *Lipſiā* decreta, viā nō ſuppeditare,
ad pacē eatur, militareſq;, tot querelis accuſatæ,
actiones tollātur. Ut magis, magiſq;, hoc ꝓcede

mo

affliẽtiones duplicentur. Subditique ad ul- redigantur. Inprimis ſimultas inter *Ordines* geatur. Hoſtibuſque *Imperii* conatus profe- i ampliſſima ſubminiſtretur facultas. His de is *Cæſarem* id genus rebus novis connivere quitum eſſe. Peæſertim, cùm *Conventus* iſtius tio, cum *Imperii* conſuetudinibus, *Executioniſ-* rdinariæ legibus, directè pugnet. Eam enim, efenſionis neceſſitate, obtinere legem. Nem- imitùs, ad ſummum, quinque *Circulorum* coi- præfecti, cum adjunctis. Niſi illi periculum nt amoliri, tùm quidem per *Electorem Mogun-* univerſalis diæta, dicta *deputatoria*, aperiretur. te ergò, an ea, quæ propriè ad *Cæſaris*, omni- ue *Ordinum*, conſultationes pertinent, à qui- am ſaltèm *Ordinibus* deliberanda veniant. ue verò ordine paratur defenſio, ubi hoſtis deficit. Qui utique erat nominandus. Sed non ob- ſcurum fit, tacitè *Cæſarem* peti. Quod quidem tan- tò minùs excuſari amat. Quantò illi, *Cæſaris, Impe- riique*, tanquam vaſalli, ad neminem potiùs, quàm *Rom. Cæſarem*, tenentur reſpicere. Ab eodemque tutelam, ac protectionem, exſpectare. Aliena enim velle auxilia conquirere, indignum utique eſt.

Proindè, vobis iterum, iterumque, ſub omnium privilegiorum, immunitatum, juriumque, priva- tione, pœniſque, ſuperioribus mandatis expreſſis, quibuſcunque, mandamus, præcipimuſque. Tàm veſtra ex parte illis morem gereretis. Quàm quiri- tes, commilitoneſque, æquales, idem ut faxint, ſumma cum diligentia, ammoneritis. Sic, ut plenis utrinque ſub velis morigeratio ordine inſtituatur.

**
*

Io. Petri Lotichij

RERVM GERMANICARVM LIBER XXXVI.

CAPVT I.

De Guſtavi, Sueciæ Regis, cum Galliarum Rege, nova confœderatione.

I.

Rex Sueciæ novas leges legionibus, per Pomeraniam relictis, præſcribit.

POST enarrationem rerum *Saxonicarum*, ad militiam *Suecicam* revertimur. Nondùm autem *Germaniæ* perdendæ ſufficiebat, *Guſtavum, Sueciæ Regem*, felicia proferre arma. Nondùm ſat erat, *Electores, Principeſque, Proteſtantes,* vo ſub fœdere, conclaſſare. Nondùm novi mo- s ad *Albim Magdeburgici* deferbuerant. Cùm ecce! mpoſito utcunque bello *Italico*, liliorum odo- m etiam per infauſtam *Germaniam* diffuſurus x *Chriſtianißimus*, fœdus, atque arma, cum *Guſta-* , *Sueciæ Rege*, ſociat. Sic ut, cum *Rex* alter *Imperio* n tùm gravis eſſet, non deeſſet *Rex* alter, qui no- s exercitus inſuper infunderet.

Antequàm verò fœderis illius regii articulos in- iciamus, leges militiæ *Suecicæ* prolibabimus, qui- s *Guſtavus Rex* legionibus ſuis, à tergo relictis, di- iplinam, frugalitatemq;, commendavit. Jam igi- r, poſt *Garcium*, & *Griffenhagam*, ſub poteſtatem *ecicam* redactas, omnia per *Pomeraniam* lætitiâ, ac tripudiis, fremebant. Publicis etiam votis, *Epiniciis, Soteriis, Panegyriciſque*, pro felicitate, ſalute, ac laudibus *Guſtavi Regis* ſolenniter nuncupatis, ac ſuſceptis. *Rex*, prudentia rerũ gerendarum inſtructiſſimus, animo illo, quo ſumma facilè omnia complectebatur, nõ ſufficere arbitratus, ut quæreret, niſi res partas itidẽ tueretur, ſub ea moderatione *Pomeraniæ*, jã integrè ferè à legionibꝰ *Cæſaris* vindicatę, p̄ſpexit. Quò ſenſim, ordine, ac diſciplina, militari intrante, ab exhauſtu, ſub tribunis *Italis* p̄peſſo, vires recolligere quita eſſet. Proprioq; tandẽ, in patriæ defenſionẽ, cõſcripto milite, regiones ſuas tueretur. Leges fuêre ejuſmodi. Nullꝰ militiæ *Suecicæ* ſive prȩfectꝰ, ſive gregarius, auſus eſſet *Eccleſiarũ, Scholarumq;*, iteq; *Xenodochiorũ*, & id genꝰ rerũ ſacerrimarũ, p̄poſitis, ſive moleſtiã, ſive violẽtiã afferre. Sic, ut neq; officia, neq; hoſpitia, illorũ cõturbaret. Niſi mavelit capitis, & vitæ, ſupplicio hanc noxam expiare. Stativorũ, vel diverſoriorum, deſignatio eſſet penès loci cujuſq; magiſtratũ. Cui neq; tribuni, neq; gregarii, refragarentur. Cenſu, & diariis, à *Rege* antè conſtitutis, contenti. Itaq;, ultrà hanc regiã conſtitutionẽ, nihil ſive à civibus, ſive paganis, depoſceretur. Tribunis tamẽ, ac centurionibꝰ, liceret exigere jus *hoſpitii, lignorum, candelarum, ſalis, & aceti.* Quæ

Quæ vulgò diaria vulgari illo *ſervitiorum* nomine veniunt.Interim inferioris commatis ordinum ductores,gregariiq;,præter jus *hoſpitii,lignorum,candelarumq;*,peterent nihil. Tribunique,ac cæteri militiæ prefecti,ſi honorarios alant ſtipatores,eos,abſque civiũ, colonorumq; impendiis, alerent; Inter hæc,evidenter, cautum eſſet, ne tribunis, centurionibuſq;,pro cujuſvis placito, erogentur hoſpitia ſubſidiaria. Neq; illis liceret diplomata protectoria non petentibus obtrudere. Aut aliud quicquam, in menſæ ſubſidium, ſub quocunq; colore, exprimere. Quodſi tutelarii milites ab *Equeſtribus*, ſubditiſq;, rogentur, illi itidẽ, ſecundùm leges regias, quotidie alerentur. Eâdem operâ cenſus conferrentur in præſentes, Extràq; hoſpitiũ nulli liceret vel teruncium exigere. Sic,ut,illegitimè exacta, ordine reſtituerẽtur. Militię præfectis,gregariiſq;, iter facientibus,niſi præſente pecunia,nihil erogaretur, Sed omnes pro hoſpitiis, diæta, vehiculis,equiſq;, ſatisfacerent. Niſi fortè *Regis*,aut archiſtrategorum, ſpeciale exhibeant indultũ. Emiſſarii,& qui abſq; ſcitu, indultuq;, tribuni, excurrunt, legionemq;,ac cohortem,deſerunt,à quibuſcunque impunè in vincula conjicerentur. Atque *Stetinum*, vel versùs legionẽ regiã proximã,deduceretur. Ubi,pro ratione,ac gravitate,delicti,luerent.Pariter milites, diplomate tribuni inſtructi,in itineribus neq; ſic licentiâ abuterentur.Exactionib⁹q; aut rapinis,darent operam. Ut illis liceat manus itidẽ injicere. Atq; ad pœnas dandas tribuno,vel legioni, reſervare,ac mittere. Interim cõdicilli,quos iſti ſecũ haberent, & quorum nomine miſſi forent, maturrimè loca ad deſtinata nihilo-minùs expedirentur. Hoc quoq; titulo curſores,ac veredarii,ſub codicillis fiduciariis,iter facientes, vehiculis conceſſis nõ longiùs abuterentur. Sic ut de ſtativis, ad ſtativa,commearent. Si cui, præter hanc legẽ,equus, vehiculumq;, adverſi quicquã patiatur,miles,qui damno cauſſam p̃bet, integrè locatori ſatisfaceret.

Palatia *Principũ*, *Equeſtriumq;*, præter neceſſarios locorum defenſores, militũ, hybernationumque, eſſent immunia. Nulluſq; ſive militiæ præfectorũ, ſive gregariorũ,accideret. *Ducis* legatis,præpoſitis, equeſtribus,conſulibus,ſenatoribus,civibus,atque colonis, injurias intentare.Niſi pœnis caput objicere velit certiſſimis. Hoc pacto negotiatores, mercatores,& omnes iter facientes,quicunq; intrà loca,à militibus poſſeſſa,res ſuas agant,nullo modo vel offenderentur,vel pecuniæ emunctione gravarentur. Ruſticanos verò, & agriculas, militũ præfecti accuratè protegerent. Nullumque tàm neceſſarii agrorum cultus impedimentum objicerent. Eadem planè ratio eſſet telonii,& vectigaliũ quorũcunq;. Ut nulla neque in portis, neq, portubus, novitas, atq; exactio, haberet locum. Tàm locorũ magiſtratibus, quam civibus, exteriſq;,privilegiis ordinariis gaudentibus. Si migrationes legionum, cohortiumque,de loco in locum uſuveniant, tunc neque pedeſtribus,neque equeſtribus,poſt principia voluntariò remanentibus, quicquam ſive diætæ,ſive cenſus, erogaretur. Sed à chiliarchis, tribuniſque, hanc ob prævaricationem, ſeverè plecterentur. De cætero,quæcunque errata, exceſſus,ac prævaricationes aliæ,hiſce legib⁹ adverſentur,tametſi hoc canone ſpecialiter haud exprimantur,pari lege,ac rigore,obſervarentur.Sic,ut militiæ præ-
fecti caverent inſontibus ſubditis quicquam
leſtiarum creare. Aut militibus,hoc ut fiat per
tere,ac connivere. Niſi eligant ipſi pro gregarii
ſpondere,damnũq; repẽdere. Hactenùs *Rex Su*

II.

Galliarum Rex, per legatos, cum Sueciæ R
fœdus ferit.

SEd *Ludovicus XIII. Rex Chriſtianiſſimus*, confir
tis intrà regnum patrium reb⁹, arma per *Ita*
nuper,in cauſſa *Ducis Nivernenſis*,æquè contrà
rem,Hiſpanoſq;, magnis conatibus proferebat.
expugnatã verò à *Cæſareanis Mantuam*, *Sabaudi*
à *Gallicanis*, cum *Pedemontii* parte,occupatã,ta
mutuis intervenientibus tractationibus, pa
cunque reddi cœpit *Italiæ*. Qua procedente
Chriſtianiſſimus arma in *Germaniam* convertere
crevit. Quòd igitur *Guſtavus, Rex Sueciæ*, nova,a
lida,ſub expeditione felices tùm faceret per I
rium progreſſus, tàm opportuno tempore a
cum illo,fœduſque,ſociare cœpit. Quo non
Herculem de Charnace, Baronem, non contemne
cum pecuniis,in caſtra *Suecica* dimiſit. Cui ubi
ſtavus Rex ſuos illos delectos, *Guſtavum Horn*
Mareſchallum militarem, *Ioannem Banerum*,mil
pedeſtris, præfectum generalem, & *Carolum B*
rum, Secretarium regium, adeſſe juſſiſſet, apud
vvaldam, ſequentibus ſub concluſionibus, utr
que inter *Regem*, fœdus coaluit. Nempè,utrum
inter tàm *Galliarum*, quàm *Sueciæ Regem*, fœdu
tum eſſet,in defenſionem utrinque amicorum
giorum, paribus paſſibus directum. Idem ad li
tatem tàm *Maris Balthici*, quàm *Oceani*, ſpectare
temque,in reſtitutionum oppreſſorum *Rom. I*
rii Ordinum, fortalitiorumque tàm apud utrum
Mare, quàm in finibus *Rhetiæ*, excitatorum,mil
ret. Quò ſic omnia in priſtino ſtatu,quo quidẽ
tè hos *Germaniæ* motus fuiſſent, reponerentur.

Illis præeuntibus fundamentis,ſiquidem ad
ſæ partis animi, in injuriarum, damnorumq;
penſationem, haud ferantur,ut,inſuper habitis
terceſſionibus quibuſcunque,nihil,hunc uſqu
diem, obtineri potuerit. Ideóque jam tanc
communium amicorum ſalus per viam armor
quæreretur. Quo nomine utique *Guſtavus, Rex*
ciæ, validum exercitum propriis ſumptibus in
maniam produxiſſet, ſuſtentâſſetq;. In hunc igi
effectum *Rex Galliarum* certam pecuniæ ſumm
Regi Sueciæ numeraret.

Conſcriptiones militum, mancipiorumq; n
ticorum, ut etiam navium, cæterique militaris
paratus, deductiones, per utrumque regnum
ſent amœbææ. Hoſtibus autem interdictæ. M
tes delinquentes more militari luerent pœnas.
gitivi autem dominis ſuis dederentur. Si jam,
ſecundante, *Rex Sueciæ* ſperatis potiatur ſucceſſib
Tùm, ſub locis occupatis, *Imperii* cõſtitutiones
ſervaret. Exercitiumque *Religionis Catholicæ*, qui
locis illud vigebit, illis conſervaret, non ref
maret.

Si qui fortè huic fœderi *Principes*, *Ordineſq;*,
terni, ſive intrà, ſive extrà, *Germaniam* exiſtent
accedere velint, iis hoc liceret. Hac ſub excepti
ne; Ne vel occultè, vel manifeſtè, tàm ſuo, qu
alioru

um,nomine, cum adverſariis veſticontuber-
a faciant. Sive vel *Suecia*, vel *Gallia*, *Regis*, vel rei
icæ,commodis obſtent. Sed ut ſumptus, pro
iſcuiuſque viribus, ſecundùm fœderis leges,
erant.
Cum *Bavariæ Duce*, *Principibuſque Ligarianis*, ſub
Imperio bellum non gereretur. Amicitiâ, ac
tra,ceu vocant,æquabilitate, in partes venien-
Modò idem faxint illi. Si res, *DEO* providente,
actationes deducatur,omnia utrinque fierent
municatis confœderatorum conſiliis. Sic ut
i partium liceat,abſque alterius ſcitu, ac con-
, in pacis conditiones deſcendere. Aut eiuſ-
di quiddam enovare.
Atque hoc fœdus à die ſubſcriptionis incluſivè,
e ad *Calend. Martias, ſtyl. vet. anni M.DC. XXXVI.*
rreret. Adeóque, niſi intereà pax intervenire
it, communibus confœderatorum conſiliis,
aheretur. Denique, cùm, anno ſuperiori, per
uſque *Regis* legatos, tractatio cœpiſſet, *Rex*
iæ verò intereà ſumptus hanc in expeditionem
ſſet immenſos, utique partibus convénit, ut
iæ Regi, in compenſationem earum expenſa-
, præſtò numerarentur centum, & viginti, *Fer-*
ndicorum millia. Fœduſque in annos ſex, ordi-
eſe inſequentes, excurreret. Abſque eo, ut de
ma quinque annorum reliquorum hæc præ-
ſumma decidi debeat.

CAP. II.

De Sueciæ Regis, per Marchionatum Brãdeburgicũ, progreſſibus. Eiuſdemque nova in Ducatũ Megapolitanũ expeditione.

I.

orquatus de Comitibus, Fridlandi per Pomeraniam legatus, Cancro decedit.

INter illas novi fœderis cum *Rege Chri-*
ſtianiſſimo deliberationes, *Guſtavus*,
Sueciæ Rex, fortunam militarem expe-
riebatur identidem faventem. Ut aut
acie decerneret, vinceretque. Aut ar-
s, civitates, fortalitiaque, per impreſſiones, obſi-
ioneſque, *Cæſareanis* extorqueret. Hac ſorte in
æſareanos tonante, non uno loco *Croatis* malè e-
t. Sic ut magnus eorum numerus à *Suecicis* oppri-
eretur. Qui cùm auro, argentóque, variiſque e-
quorum, more gentis, ornatibus, è ſolido argento fabrefactis, onuſti eſſent, optatas *Suecicis* ſuppeditabant manubias. Egeſtati, vel frugalitati potiùs, ſuæ tot cingulis, auro farctis, tot pectoralibus eodem è puriſſimo metallo fabrefactis, totidem verò lupatis, poſtomidibus, bulliſque, ac phaleris, ex argento micantibus medentes.

Tantis ſub lenociniis cùm *Rhamnuſia Suecorum* animos impleret, ut, præeunte virtute, comite felicitate, nihil non magnificum & ab hoſtibus ſibi promitterent, & obtinerent, accidit, virtutis æmulatione non pauci ut accenderentur. Reſque ingẽtes tàm patrarent, quàm efficerent. Virtute tanti *Regis*, pari ſucceſſu comitante, multis adverſæ partis militibus, tametſi haud ignavis, audaciam expectorante. E cæteris multis, ſignifer quidam legionis *Turrianæ* maſculum edidit facinus. *Vlrico Braunio* nomen erat. Hic, aſſumptis quindecim baliſtariis, nocte intempeſta *Oderam* traiecit. Inque ſtativa irrumpens, à ducentis *Croatis*, ipſoque *Chiliarcha*, inſeſſa, aquiligerum equeſtrem, unà cum quibuſdam ſtipatoribus, retrò fornacem, glande perfodit. Prædis inſignibus, ipſoque vexillo, aquila bifurcata coruſcante, impunè in caſtra *Suecica* relatis. Pro quo, in caſtris *Regi* oblato, aureo torque, virtutis ſymbolo, honoratus, pariterque integræ baliſtariorum cohorti præfectus, eſt. Et ſic quidem virtutem præmiis ornare decet. Intereà, *Torquatus de Comitibus*, *Fridlandi* per *Pomeraniam* legatus, *Italici* ſanguinis *Princeps*, è *Cancro*, morbo, *Medicorum* de ſententiâ, facilè incurabili, cœpit laborare. Inclinante igitur eô tempore *Cæſareanorum* fortunâ, quâ recedente etiam hominum favor plerumque fatiſcit, ſucclamatum eſt in populo, divinam illius capiti inſtare vindictam. Utpote qui anteà *Pomeraniæ* gravis fuiſſet. Ità enim ab antiquo obtinet, ut infelicitatem oppidò comes ſequatur contemptus. Ne igitur poſt fata quoque hic *Torquatus* eſſet inultus, tale illi *Epitaphium* à *Pomeranis*, ſub felicitate *Suecica* ſpiritus reſumentibus, obtigiſſe legimus. Quod noſtris verſiculis loqui fecimus. Eo autem hic *Torquatus*, illi *Capua*, pari ferè fato intercepto, (quo de ſuprà) componitur:

Capua captabat, ſed captus morte tenetur:
Retia ſic aliis qui parat, ipſe ſubit.
Torquatus, populos dùm milite torquet, & agros,
Torquetur cancro. Quis neget eſſe DEVM?
Sic venit in partes vindicta ſuperna. Nec ullum,
Eſt facinus felix, quod fit in orbe, diu.
Qui captat, capitur. Qui torquet, tortus habetur:
Sera quidem Domini pœna, ſed ampla, venit.

II.

Rex Sueciæ novo cum exercitu in Megapolitanos movet.

OPtato carbaſa implente vento fortuna *Regis Sueciæ* navigabat. Et iam *Brandeburgicarum* regionum pars non ultima, (*Marchionatum Novum* vocant incolæ) ſub poteſtatem venerat. Tametſi enim *Elector Cüſtrinum* fortalitium nondùm traderet, eorum tamen locorum aditus ſic communire cœpit *Rex*, ut *Cæſareanis* deinceps illàc negaretur tranſitus. Ubi igitur *Leslaus*, chiliarcha *Suecicus*, de

nocte ingruens, *Lockenitium* extorſiſſet *Cæſareanis*, oppidum, in *Pomeraniæ* finibus poſitum, manuque *Cæſareanorum* firmatum, *Rex*, publicato per *Marchionatum Novum* Edicto, inquilinos, ſubditoſque, iniuria temporum dilapſos, in patriam redire iuſſit. Tanquam qui, profligatis *Cæſareis* copiis, merè hoſtilibus, iam *Suecos* experirentur familiares, atque amicos. Reverterentur ergò ad lares, prædiaque ſua, quoſcunque dura ſors eieciſſet in exilium. Terraſque excolerent. Nihilque protectoribus *Suecicis* elargirentur, niſi quod in victu, ac pabulis, è ſua mediocritate conferre poſſint. Inemanſores, non ſecùs, atque veros in hoſtes, animadvertendum eſſe. Ità factum, ut multi, ab exilio revocati, patriam repeterent. Equeſtres verò, itidem à *Rege*, ſub indicto conventu, coacti, decem modiorum in frumentis millia, ſeptemque non minùs nummorum *Ferdinandicorum* millia, paucas intrà ſeptimanas, erogarent.

Præviis illis præparatoriis, *Rex* denuò promoturus in *Megapolitanos*, *Landsbergæ* inhiabat. Sed, quòd de obſidionis effectu malè ominaretur, fortalitio illo à *Cæſareanis* magnis conatibus communito, quibus *Thillii*, *Francofordiam* petentis, exſpectabatur adventus, mutavit optionem. *Guſtavoque Hornio*, *Mareſchallo* militari ſuo, ſub exercitus parte relicta, id in mandatis dedit. Nempè fortalitiũ intereà concluderet, dùm *Rex* in *Megapolim* excurrat. Sic, ubi *Rex* tres ſimulátque legiones in *Colbergam*, *Pomeraniæ* fortalitium, ire iuſſiſſet, aſſumptis reliquis copiis, armorumque apparatu neceſſario, ſub ſedecim millibus, novam in *Megapolim* expeditionem retentavit, media quantumvis ſub hyeme.

Poſt *Prentzlaviæ* igitur oppidi deditionem, primos *Rex* impetus in *Brandeburgum Novum*, civitatem ſic dictam, convertere cœpit. Cui cùm ſummo manè copias admoviſſet, primo die rem bombardis agere iuſſit. Uſque dùm, ſub ſequentis noctis nigredine, tormenta direxiſſet. Præſidiarii, videntes, ſeſe *Regis* viribus eſſe impares, deditionem obtulerunt. Sub ſarcinulis igitur, armiſque, dimiſſi ſunt, ſolita cũ exceptione illa, ne intrà quartam anni partem, tàm contrà *Regem*, quàm *Pomeraniæ*, & *Megapolitanos*, *Duces*, militarent. Pariterque civibus parcerent. Transfugaſque, ſine fraude, traderent.

Hæc poſt principia, in *Klempenaviam* itum eſt. Quâ pari felicitate interceptâ, *Treptoviâ* ſponte exceſſêre *Cæſareani*. Itaque ſors iam *Loitzæ* imminebat. Hanc, immiſſo tympanotribâ, antequàm caſtra ad *Damminum* proferret, *Rex* deditionem facere iuſſit. Repugnavit initiò Centurio *Italus*, audaciâ, prout videbatur, plenus. Cauſſabaturque, ſe exemplum *Treptovienſium* haud imitaturum, ſed ad ultima quæque boni militis officio functurum. Paludatus igitur fertur in gynæcæum prodiiſſe. Tanquam *Marti* gladium erepturus. Sed blandimentis muliebribus mox exarmata illius detonuit ferocitas. Ut tàm honorato ſexui, & ſibi, parcere velle, ſubintraret animum. Quâ mollitie ſubitò enervatus, ubi à *Rege* ſuperveniente interrogaretur, utrùm defenſionem, an deditionem, parare affectus eſſet. Cùm *Regis* potentiæ obniti nequiret, ſe ſe in deditionem animo ferri, reſpondit. *Rex*, ipſe

ut in caſtra veniret, iuſſit. Vénit, &, ſepoſito pa
damento, aureo decoratus torque, coràm R
comparuit. Ibi ecce! equeſtrium, quos vocant,
luntariorum aliquis, interrogare cœpit audaci
ſuam, an torquato illi aureum monile extorq
ret, antequàm compoſitionis lex interveniſſet.
mora, impetrato *Regis* aſſenſu, *Italo* funiculos
reos palàm extorſit. Homine, cui ſemel exped
rata eſſet à gynæcæo animoſitas, etiam hoc opp
brium concoquente. Atque, hac ſub fabula, *Lo*
ceſſit tùm *Suecis*.

Sic progreſſus ad *Damminum* factus eſt.
fortalitium in omnem eventum ſic præparatur
rat, neceſſariiſque inſtructum, ut obſidionis la
rem ferre poſſe putaretur. Quanquam verò p
ſidiarii ab initiis ſtrenuè obniterentur, nihilo
nùs *Rex* ità rem urgere cœpit, ut prima ferè n
uſque ad obſeſſorum ſepimenta, ſive loricas,
tingeret. Paulò antè *Dodo Kniphuſenius* aliquo
giones è *Straleſunda* adduxerat *Regi*. Huic igitu
cidit cuſtodia ſorti, ut arcem, civitati adiacent
paludibuſque cinctam, oppugnaret. Hoc int
gentes obſeſſi, iniectis ignibus arcem deſtruxe
Quò, præſertim è turri, benè munita, eò mel
facerent defenſionem. Ex altera parte *Teuff*
tribunus oppugnationem tentabat. Sed ob
ſuſceptis eruptionibus munimenta turbab
Qui cùm, inductis ſubtùs cuniculis, arcem ſuff
intelligerent, deditionem arcis fecerunt. *Rex*
gna ſeptem, à dedititiis relata, loco trophæi,
vallo arcis, erigi iuſſit. An hoc terriculament
vitati obſequium perſuadere poſſet. Sed fru
fuit. Ideóque tormentis, ſine miſſione res agi
pit. Uſque ad murorum ruinam. *Savellius Du*
vitatem defendebat. Qui cùm ultima præ o
videret, *Regi* deditionem fecit: dimiſſus cum ſi
undecim, ſarcinulis, armis, tormentiſque duo
Pupugit huius loci iactura *Thillyum* haud mod
Qui maluiſſet, *Savellium* adventum ſuum ex
ctaſſe, aut *Roſtochium* cohortes eduxiſſe. Tantus
rò annonæ, armorum, tormentorum, pulveri
pyrii, apparatus *Suecis* ceſſit, ut tãquam in id g
commeatus, armorumque, officinam incider
Eâdemque operâ tàm armamentarium, quàm
narium, invenirent. Ex hoc loco *Quintius* pr
tor, *Regis* vitæ nuper inſidiatus, maturè profuge
Cùm obſidionis eventum exſpectare nollet.

Illo rectiùs tàm fidem, quàm virtutem, *Regi*
bavit *Megapolitanus* quidam, *Ioan. Meltkenius*, e
tum magiſter. Hic, ſub *Dammini* obſidione, à
ad *Malchinum*, oppidum ſic probè munitum, a
à ducentis præſidiariis defenſum, miſſus, feſtive
minùs, quàm opportuno, ſtratagemate uſus, in
cepit. Aſſumptis igitur trigintà ſex equeſtri
noctu profectus, colonos undiquaque congl
vit. Illis ignes circà oppidum undiquaque exci
iuſſis, numerum funiculorum ardentium ex a
ribus paſſim non minùs curavit ſuſpendi. Hoc
lo præeunte, ſummo manè tubicinem immiſ
iuſſit nunciare, *Regem* univerſo cum exercitu in
re. Dederent ergò locum, dùm veniæ locus e
Interim, ſi vellent vitæ conſulere, ad ſe regium
tique legatum, tractandique plena poteſtate
ſtructum, extrà mœnia, armis depoſitis, exire
Regiſque, quàm ſuavis eſſet, clementiam experi

Quid ſit? *Regis* nomine,metuque exercitus in-
is, perculſi animi, arma deponunt, dicto pa-
,extràque portas feruntur. Ibi ecce! *Meltkeni-*
ibus,quatuorve, equeſtrium manipulis, illos
ımdans,mox carris impoſuit omnes, & ad *Re-*
epido,ac feſtivo, ſub ſpectaculo, deduxit. Ità
dum, ſine cæde, & ſanguine, captum eſt. Præ-
rii verò, terrore panico exanimati ferè, ſub
a *Suecica* venerunt. Duplici cum commodo
fortunâ excurrente. Ut & civitatibus,arcibus,
idiſque,interceptis plurimis rem augeret. Et
reanis, ſub legiones *Suecicas* ire iuſſis, copias
oboraret.

III.

zfeldius tribunus, intrà Roſtochium, manu
Iacobi Varmeyeri trucidatur.

d, non ſine horrore, ad triſte illud facinus ac-
edo,quod hoc tempore intrà *Roſtochium* patra-
ępit. Et quidem ab homine litteris imbuto.
us enim illud, & quidem *Ovidianum*, eſt in me-
, artem mores emollire, ferociamque, ſubin-
te humanitate, excutere. Sed hîc contrarium
vénit. Quod, quo pacto contigerit, ſic accipi-
Erat intrà *Roſtochium Hatzfeldius*, tribunus *Cæ-*
nus, civitatis gubernator. Ad eum, in ædibus
cellarii cuiuſdam viduæ hoſpitio utentem, fa-
iariter itare ſolebat iuvenis quidam, cui *Iacobo*
mejero, Oſnabruccenſi, nomen erat, hoſpitæ for-
gnatione iunctus. Hic ab ineunte ætate litteris
tus erat. Ut etiam ſcholaſticos illos in *Iuriſ-*
dentia honores conſecutus foret, gradum *Licen-*
vocant. Hic crudelem in prædictum tribunum
n coquebat, ſive morbo mentis, quam *Melan-*
liam κατ' ἐξοχὴν *Medici* vocant, abreptus: ſive ob
na, ſicut fertur, in patria à tribuno intercepta,
, & quidem alto, animi dolore in rabiem penè
n actus. Auditi enim dicebantur iſtius hominis
mones, futurum, ſi occaſio ſeſe ingerat, ut ultio-
ncumberet. Latent hæc *Hatzfeldium* tribunum.
que hominis vitæ genus, aliâs ſedentarium, e-
modi quiddam præ ſe ferebat, ut timeri debu-
t. Iſte igitur præparatis domi bipenni, ac cultris
obus, ſecandi peritiſſimis, *XI. Cal. Februar.* manè,
trà horam octavam, & nonam, ad tribunum in-
editur. Tanquam ſuper diplomate ſalvi, ut
cant, conductus, interpellaturus. Homo, penè
meſticus, & latibus illis familiaris, promptè ad-
ittitur. Ubi igitur in ſecreto tribunum compel-
ſet, remotis ille miniſtris, ſe huic indulſit. Sic ut
anu propriâ ſive codicillos illos integrè exararet,
e exaratis ſubſcriberet. Hac occaſione percuſ-
r, qui à tergo inſtabat, opportuniſſimâ uſus, bi-
nnem è pallio expeditam, ſub ictu validiſſimo,
rvici intentavit. Sic, ut in menſam ſemimortu-
s procumberet. Mox, repetito bis ictu, adhibitis
ultris, cervicem à trunco recidit. Reciſamque, ac
annis involutam, ſub pallio extulit. Nemine fa-
ulorum quicquam ſuſpicante. Patrata hac cæde
cus, *Senatoris* cuiuſdam ædes ingreſſus, caput retrò
rcam abdidit. Ipſe verò, alios ad lares delatus, in
avam vinariam ſeſe ſubduxit. Tribuni cubicula-
ius, paulò poſt pollutum cæde conclave intrans,
ad exemplum penè *Bagoæ*, *Holofernis* à *Iudæa* matrona obtruncati, viſo triſtiſſimo ſpectaculo, totus cohorruit. Totamque ilicet familiam convocavit. Fit ſtrepitus tectis. Portæ civitatis occluduntur. Pulſis claſſicis tota urbs fremit. Perque præconem ingens proponitur præmium ei, qui percuſſorem indicâſſet. Præeunte diligenti inquiſitione, tandē à mercenario detegitur. Educiturque è latebris, duobus antè confectus vulneribus, minimè tamen lethalibus. Ità enim, dùm caperetur, pugnârat, tãquam moriturus antè, quàm ad mortem, fœdumque ſupplicium, deduceretur.

Hoc pacto primùm in carceres abreptus, noluit edere, ubi caput reciſum demiſiſſet. Tandem etiam hoc, curioſa ſub inveſtigatione, illas intrà ædes ſenatorias, non inventum, repertum eſt. Rogatus cauſſam, cur tàm triſte, & fœdum, patrâſſet facinus? Regeſſit, Facti ſe quidem pœnitentia tangi nulla. Quippe *Tribunum* ità de ſe probè meritũ eſſe. Paulò poſt, adhibitis quæſtionibus ubi in tàm nefariæ cædis cauſſas accuratiùs inquireretur, ſub ipſis tormentis, ſpiritum proiecit. Abſque eo, ut quicquam enunciaret. Mortuo ſic inter fidiculas *caput*, ac *dextra*, per carnificem recidi, inque furcam agi, cœpêre. Trunco in quatuor partes diſſecto, intràque clathros ferreos, antè civitatis portas, quadrifariam diviſo, ac ſuſpenſo. *Hatzfeldii tribuni* verò quod reliquum fuit, *XI. Cal. April.* ad *D. Mariæ Deiparæ*, intrà *Roſtochium*, ſolennibus ſub ceremoniis, tumulari cœpit.

IV.

Banerus, ductor Suecicus, Peruſium, Tribunum Cæſareanum, Gryphiſvvaldiæ gubernatorem, ſuper deditione compellat.

Rege ulteriùs progrediente, *Banerus*, apud *Damminum* gubernator reſtabat. Hic ergò *Peruſium*, tribunum *Cæſareum*, intrà *Gryphiſvvaldiam* præſidio præfectum, litteris tentare cœpit. An fortè huius quoque civitatis, *Cæſareanis* per *Pomeraniam* relictæ, deditionem perſuadere quitùs eſſet. Res, inquit, poſt *Dammini*, aliorumque oppidorum, occupationem, eò nunc rediiſſe, ut *Gryphiſvvaldiæ* neque commeatus, neque alia id genus neceſſaria, ampliùs inferre liceat. Adeóque, ſuper ſpe ſubſidii, planè actum ſit. Ut nullo ampliùs ſive obſidionis, ſive expugnationis, labore, ſed mora ſaltèm temporis, ipſaque fame, res effici poſſit. Intereà, hoc rerum cardine, moram eſſe damnoſam. Quæ utique, ſi extrahatur, conditiones non niſi graves, faciléque intolerabiles, gignere ſoleat. Prò ea igitur humanitate, quâ *Banerus* ferretur in omnes generoſæ militiæ præfectos, ac milites, ſeſe *Peruſium* non poſſe non ammonere. Nimirùm, in tempore, quod rerum primum eſſet omnium, rerum, præſentiſq; temporis, ſatageret. Sibi, cohortibuſque, parceret. Maturéque, ſuper honeſtis conditionibus, ac prudenter, diſpiceret. Se quidem nihil dubitare, quin à *Rege* præſidiariis liberã dimiſſionem, ſub conditionibus non ingratis, impetrare queat. Si autem *Peruſius* ultima experiri eligat, tùm quidem difficulter *Regis* gratiam obtineri. De cætero, magno animi dolore ſe affici, dùm

intelligat, illum depopulationibus, atque incendiis, regionem fœdare. Quâ quidem barbarâ ſævitiâ miles *Cæſareanus* differatur. Semel ipſe perpenderet, *Chriſtianos* utrinque eſſe, à quibus hoc bellum gereretur. Nihil autem hoc ſalutari nomine eſſe indignius, quàm in inſontes, miſeroſque, ſubditos ferro, flammiſque, ſævire. Ideóque *Peruſius*, ſi ſe ammoneri patiatur, malo deinceps, atque id genus exceſſibus, caveret. Ne, ſi fortunam novercantem (ſicut nullum ſit dubium) experiatur, inque poteſtatem *Suecorum* redigatur, tandem prȩmium, id genus incendiariis dignum, referat.

Illam ad *Baneri* interpellationem pauca *Peruſius*, & ioco ſimilima, regeſſit. Nimirùm, inquit, tantum negotium ſic quidem præcipitari non poſſe. Morâ enim ad militis deductionem ſibi opus eſſe. Interim aliquid aliud fieri poſſe. Seſe enim victorioſi *Cæſaris* exercitus auxilia præſtolari. Ut *Thillyo* archiſtratego hanc rem exponere, eiuſque arbitrium excipere, cogitet. De incendiis adiecit, fruſtrà ſibi hoc obiici. Bene enim conſcium eſſe. Ut nihil flammis ipſe quidem perdiderit, niſi quod fortalitio *Gryphiſvvaldico*, eiuſque confirmationi, impedimento fuiſſet. Hæc in verba ubi reſpondiſſet, ilicet languidos, inermeſque, è civitate excludere. Curiamque ſepimento è palis circumdare, cœpit. Sic, ubi *Suecos* ſibi inſtare iam exploratum haberet hic *Peruſius*, gente *Italus*, fertur cives *Gryphiſvvaldenſes* ſumma cum violentia tùm demùm exercuiſſe. Ità, ut civitatem, deſtructis tot ædificiis luculentis, laceraret. *Academiam* eius loci nobilem deſtrueret. Civeſque, ſub ſeveris exactionibus tantùm non enecaret. E quibus in paſtores *Evangelicos* quoque graviter ſæviit. Paganum enim parochum, ruſticis ſub eius parochia militiæ *Cæſareanæ* gregarium è medio tollentibus, ob id in carceres coniecit, mulctaque non contemnenda, vel ob id, exercuit, quòd agricolis fugâ vitæ conſulentibus potiri nequiret. Eandem, vel atrociorem, iniuriam *Bertholdo Cracovitio*, anterioris *Pomeraniæ Superintendenti*, *Theologo* famigerato, intulit. Qui cùm in *Patres Societatis*, ut vocant, liberiùs fuiſſet invectus, ferulis, ſive virgis, puerili more, eũ cædere iuſſit. Tandem eam ad inopiam redactus hic *Gracovitius*, vix habuit, undè, aſperrima ſub hyeme, adversùs frigora ſubſiſteret. Cuius laribus cùm alius quidam militiæ *Cæſareanæ* præfectus interminaretur ignes, atque incendia, maſculè ſubiecit: Non opus eſſe, hoc ut facinus tribunus aliquis, ſuperioriſque dignitatis miles, ipſe perpetrare velit. Etiam infimi calonis, ac lixæ, manus in id ſcelus ſufficere.

Hæc, dùm intrà *Gryphiſvvaldiam* aguntur, intereà *Colberga*, poſt *Straleſundam*, fortalitium maritimum, præcipuum, hactenùs à *Guſtavo Hornio*, per menſes integros quinque, obſidione preſſum, ſpectare cœpit ad deditionem. Quòd enim à tanto tempore nihil neque commeatus, neque ſubſidii, intrà mœnia, recepiſſent. Ut de auxiliis planè deſperarent. Circà *Calendas Martias*, in deditionis conditiones deſcendere cœperunt. *Hornius*, curſoribus ad *Regem* dimiſſis, quid, & quouſque, cum obſeſſis, tractandum ſibi foret, requiſivit. Voluntate autem *Regis* exceptâ, tolerabilibus ſub conditionibus, obſeſſis ius emigrationis conceſſit. Po-
ſtridie ergò *Cal. Mart.* ſex equeſtrium, novem
pedeſtrium, cohortes more militari, ſolenni
Cæſareani eduxerunt. Relicta à tergo ingenti t
mentorum, pulveris pyrii, glandium, & id ge
apparatus bellici, copia. Ut non immeritò iuſt
armamentarium vocari poſſet. Illis vix è civitat
greſſis, è *Roſtochio*, & *Viſmaria*, naves aliqua
multæ tàm milites, quàm commeatum, invec
ræ, advenerunt, in alto adverſa ſub tempeſt
diutiùs iactatæ. Quæ cùm, ſeriùs appellentes,
ditionem factam intellexiſſent, ociùs indè, t
quam in ſcopulos impingentes, velis ſolutis
relegerunt.

CAP. III.

De Thillij in Megap
litanos expeditione

I.

Thillyus Neobrandeburgum expugnat.

C*olbergâ*, maritimo illo fortalitio p
cipuo, ſub leges *Suecicas* redacto, u
verſa ulterior *Pomerania* militiâ *C*
reanâ iam exonerabatur. Sic, ut,
Italicæ gentis tribunis incolæ grav
mè divexati, cum *Suecis*, iam quoque confœd
tis, vivere mallent. Adeóque geſtientes eor
contubernia admitterent. Supererat ſola, atqu
nica, *Gryphiſvvaldia*, adhûcdùm à *Cæſareanis* inſ
Quæ ſuis reſervabatur manibus.

Inter hæc, apud *Cæſareanas* copias ſic quidem
comparatæ videbantur, ut, *Guſtavo, Sueciæ R*
vindicibus armis paſſim feliciter progrediẽte, n
xima ferè, atque unica, ſpes *Catholicis Imperii Or*
nibus in *Thillyo* ſtaret. In hunc igitur, rebus in
nantibus, tanquam in *Fabium Germanicum* quen
qui res collapſas virtute ſuâ reſtitueret, omnes
mnium animi, oculique, erant obverſi. Sic, ut p
rùm dubitarent, fore, ut hic, pro more, *Regem S*
ciæ è *Germania* eiiceret, ultrà *Balthen* profligaret,
pſamque in *Boreæ* patriam uſque victricibus arn
exterminaret. Hactenùs enim illa erat invicta p
nè *Thillii* dextera, ut pietate non minùs, qua
temperantia, caſtitate, ac vita ſobria, virtuteq
militari, conſpicuus, extrà *Guſtavum*, *Regem Suec*
eundemque antagoniſtam, parem ferè haber
neminem. Nihil minùs igitur exſpectabatur, qua
ſi *Thillyus* in *Regem* duceret, fore, ut *Imperium* à *Su*
cis non multò poſt purgari poſſet. Sed aliter fat
fortunæque, tùm viſum erat. Ut *Magdeburgum*, m
gna, & famoſa, illa ad *Albim Parthenope*, ſub *Adm*
niſtratore, Marchione Brandeburgico, *Religionis* cauſſ
armiſque *Suecicis*, nimis confiſa, *Cæſari* manifeſtu
intentans repudium, *Thillii, Pappenheimiique*, con
tibus magnoperè obſtaret. Hanc in rem, quò civ
tati vetuſtæ, potenti, ac munitæ, iam tùm res n
vas agenti, tumultuantique, habenæ iniici poſſen

inſtru

ructiſſimo opus erat exercitu. Verendum nā-
occurrebat, ſi *Regi* iretur obviàm, *Magdeburgò*
iper habito, ac poſt terga relicto, ne gravius in-
dium *Imperium* intereà corriperet. Ipſaque me-
illia, ac præcordia, depaſceret. Præſertim *Ele-*
ibus, Principibuſque, Proteſtantibus, ſub recenti fœ-
e, in arma adverſa ruentibus.
Nihilominùs *Pappenheimio* ceſſerat ſors, *Magde-*
gum in ordinem hic ut redigeret. Qui ſuprà, *ſedi-*
orum dictus *ſcopulus*, rebellantes per *Auſtriam* ru-
anorum exercitus, tantùm non invictos, felici
rtu gladio oppreſſerat. Hoc *Magdeburgenſes* ma-
s conatibus premẽte, intereà *Thillyus*, à *Schaum-*
gico, cæteriſque *Cæſareanæ* militiæ archiſtrategis,
ocatus, ſtatuit in *Regem* educere. Conatuſque il-
, iam penè *Sileſiæ* imminentis, retundere. Poſt-
quàm ergò legiones è provinciis *Iuliaci, Friſia O-*
tali, Primatu Bremano, itemque *Suevia, Franconia-*
, ad ſe evocâſſet, inſtructum præparavit exerci-
m. Hoc versùs *Francofurtum* ad *Oderam* promo-
. Inibique, delectu habito, locum mediocriter
nfirmare cœpit. Quod igitur ægrè ferret, *Regem*
ciæ in *Megapolitanis* fulminare, progreſſibuſque
indè nobilitari, ſtatuit, *Regi* eò uſque in occur-
n educere. Confirmatis ergò pecuniis, ſtipen-
ſque, militum animis, ubi *Francofordiam* paucis
hortibus defendendam ſuis commendaſſet, è
ſareanis, Ligarianiſque, copiis miſtum, validum-
e, eduxit exercitum, tormentis, rebuſque neceſ-
iis, ad amuſſim inſtructum.
Rex, vires *Thillii* per indices præcognoſcens, diſ-
ſitos per curſores *Kniphuſenio*, *Neobrandeburgum*
nenti, nunciavit: Excederet loco. Militemque
portum aliquem deduceret. Non poſſe enim
ri, ut tàm validis hoſtium viribus ipſe reſiſteret.
ederet igitur neceſſitati, ac meliori ſe fortunæ
ſervaret. Hás in via *Thillyus* intercepit litteras.
eque intellecta *Cratſium* tribunum præmiſit,
i locum coronâ cingeret. Ipſe copias integras
ulò poſt ſuperinduxit, poſtquam *Feldsbergam* ar-
m in itinere *Suecicis* extorſiſſet, cæſis præſidiariis
l unum omnibus. *Kniphuſenius*, mandati regii i-
arus, acerrimam præparabat defenſionem. Sic,
Thillyanorum aliquot impreſſiones maſculè re-
nderet. Quòd igitur ſolis defenſionem bombar-
s, illiſque duplicariis, quibus vulgò oppidorum
ortas, muróſque, inſtruunt, ſuſciperet, facilè e-
entum animo prævidere poterat, nempè, ſe tan-
s viribus futurum imparem. Præſertim, cùm ap-
aréret, *Thillyum* ſub coronâ locum invaſurum.
aque, conſilio ex tempore capto, per tympano-
ibam, in *Cæſareana* emiſſum caſtra, inducias uni-
s diei petiit. Negavit hoc *Thillyus*, impreſſionem-
que fieri iuſſit. Quâ ſummâ violentiâ ſuſceptâ, op-
idum expugnatur, præſidiariis ſub ſtricti enſis ira
ereuntibus omnibus. Solus *Kniphuſenius*, equò
rolapſus, capitur. Hæc dùm apud *Neobrandebur-*
gum fiunt, intereà, *Sueci*, *Vingerſcium*, chillarcham
Cæſareanum, è *Roſtochio* equeſtrium millenarium
Thillyo adducturum, in itinere intercipiunt. Cæſiſ-
que plurimis retrò compellunt.

II.

Thillyus, mutato propoſito, exercitum, Mag-deburgum versùs, reducit.

THillyus, cruentâ apud *Neobrandeburgum* relatâ victoriâ, videbatur iacturam militis ſui in expugnatione loci illius pereuntis, ſub rationibus paulò accuratioribus ruminare. Ubi enim perſpiceret, tanti laboris eſſe vel oppidum mediocre *Suecis* extorquere, facilè iudicare potuit, quid exſpectandum eſſet, ſi *Regi* potenti, belli gnaro, ac felici, integras *Pomeraniæ*, ac *Megapoleos*, provincias eripere conaretur. Quòd igitur à tergo *Magdeburgenſes* faſtidia crearent non contemnenda, mutato propoſito, *Rappinum* copias reduxit. Senſimque ad *Magdeburgum*, tanquam periculoſorum ad *Albim* motuum officinam fœcundiſſimam, reflexit. Tametſi eo tempore, *Marchionatus Brandeburgicus*, *Francofordia ad Viadrum, Landsberga*, ipſaque *Sileſia*, non obiter periclitarentur.

III.

Rex Sueciæ, regrediente Thillyo, novam parat expeditionem.

AB illa parte *Thillyus* videbatur non nimis fortunæ ſuę credere. Dùm, mutato inſtituto, curſum, primò in *Suecos* directum, mutaret. Retróque, *Magdeburgum* versùs, duceret. Neque maior *Regi*, aliâs impavido, naſcebatur confidentia. Ut *Thillyo*, apud *Neobrandeburgum* hærenti, ſupervenire; Cumque eodem acie experiri nollet. Quòd enim *Rex* tantæ rei ſummam non affectus eſſet, præcipitare, inque acie novaculæ, quod dicitur, exponere. Tũ miles *Suecicus* totâ ſuperiori hyeme laboribus continuis eſſet defatigatus, *Thillyanus* verò exercitus à longis illis feriis recens educeretur, alias res animis peregit. Nempè, ut *Cæſareanorum* vires per circuitus frangeret potiùs, quàm periculoſam pugnę generalis ſubiret aleam. Quo nomine apud *Stettinum* tàm legiones, quàm naves, præparavit. Quibus *Oderam*, adverſo licet flumine, tranaret, & ſuum faceret. Fabrefacto igitur ponte portatili, latitudinis non aſpernandæ, aliiſque neceſſariis, versùs *Angermündam* promovit. Mox apud *Svedium Oderæ* pontem, alibiq; iuxtà *Fieratum* pontem alium imponere, utrumque verò loricis, ac munimentis, apprimè confirmare, iuſſit. Quo ſub diſtrictu, *Rex*, copiis non contemnendis collectis, auxiliiſque è *Suecia*, ac *Borußia*, ſuperaccedentibus, caſtra metatus eſt. Sic, ut ex hoc loco opportuno vel *Landsbergam*, vel *Francofordiam*, vel in *Megapolitanos*, educere poſſet. Non latebat *Thillyum*, quid *Rex* iſtic vellet. Ideóque *Coloredonium* cum manu equeſtri miſit, an pontem *Suecorum*, *Oderæ* impoſitum, labefactare poſſet. Profectus ille invenit pontes, caſtraque, ſic munimentis, ſub introducto *Oderæ* agmine, iam tùm communita, ut nimis ſerò contrà iturus videretur. *Thillyus*, re intellecta, apud *Bötzaviam* ſubſiſtens, recepto *Coloredonio*, *Brandeburgum Vetus*, & *Havelbergam*, promovit, totis conatibus in *Magdeburgi*, tanquam novæ belli materiæ, expugnationem intentus. Fortè, quòd ſtatus belli ſic quidem ſuaderet. Vel *Magdeburgum*, obſidionem urgente *Pappenheimio*, mox capi poſſe, perſuaſum haberet.

CAP. IV.

Francofordia ad Viadrum, à Rege Sueciæ expugnatur.

I.

Rex Sueciæ militem è Pomerania deducit.

REx, novam animo volvens expeditionem, militemque è *Pomerania* deducturus, *Ordinibus* provinciæ conventum indixit. Hæque in verba proponere iuſſit. Siquidem univerſa iam penè *Pomerania* à *Cæſareanis* eſſet liberata, etiam ſe hanc illis facturum gratiam, copiaſque, ne oneri forent, propriasaliò deducturum eſſe. Reſtare enim rerum gerendarum integrum adhuc numerum. Quem quidem vellet, ſub divinis auſpiciis, ordine perſequi. Irent ergò, &, pro neceſſaria finium defenſione, ne hoſtis patriam deinceps infeſtare poſſit, *Ordines* ſuiſmet ſtipendiis decem pedeſtrium, ac tria equeſtrium, millia obligarent. Qui, in verba *Regis*, *Duciſque*, iurantes, regionum ſuſciperent defenſionem. Inter hæc, cùm apodixim, quâ *Ordines* anteà, ſuper ingenti pecuniæ ſumma, tribuno *Cæſareo* fidem obligâſſent, ſimulátque liberali manu, neſcio undè interceptam, reddidiſſet, uſque eò obſequentes eos expertus eſt, ut poſtulatis regiis promptè annuerent omnibus. Immò *Regem*, ulteriùs progreſſurum, votis, epiniciiſque, proſequerentur. Ut etiam, pro patriæ reſtituta libertate, euchariſtica ſubmiſſè deponerent.

II.

Rex movet Francofordiam. Eamque expugnat.

PRæmiſſis illis præliminaribus, ubi *Rex*, apud *Suedium*, caſtra, quatuor paſſuum millibus in circuitu patentia, metatus eſſet, eademque, unà cum duobus, *Oderæ* iniectis, pontibus, accuratè communiiſſet, conquiſitâ armorum, tormentorum, commeatumque, vi, *VIII. Cal. April.* versùs *Francofordiam* promovit. Tormenta maiora per *Oderam*, minora per continentem, producebantur. Quorum omnium numerus duas ſuperabat centurias. *Rex* ipſe, ex altera *Odera* parte, mille pedeſtres, & centum equeſtrium cohortes, præduxit. Ex adverſa parte *Hornius Mareſchallus* ducenta equeſtrium ſigna, pluresque peditum legiones, ſubmiſit. *Banerus* verò, aliquam multis ſub peditum copiis, cuſtodiam tormentorum, navium, pontiumque, ſuſcepit.

Hac ſub productione validi exercitus, *Fürſten-*

valdia, & *Zedenicum*, intercipiebantur. *Sueciqu*
centurias quinque *Croatarum* incidentes par
cæciderunt, partem effuſa ſub fuga diſperſer
E quibus *Rex*, quos è *Cæſareanis* capiebat, ad me
la in *Sueciam* uſque amandare conſueverat. Si
potiſſimùm *Croatas* ad fodinas damnaret cup

Schaumburgius, archiſtrategus *Cæſareanus*, *F*
cofordiæ tùm defenſor, intellecta *Regis* expedi
ne, ſe rectâ peti, oppidò iudicavit. Omni cor
igitur, in civitatis defenſionem incumbens,
ſeptem tàm equeſtrium, quàm pedeſtrium, in
ſumptis millibus, obnitebatur. Modis, qui
cunque id fieri poſſet, hoſtiles impreſſiones e
pturus omnibus. Illi paulò antè *Tiffenbachius*
bunus, militiæ *Cæſareanæ* recèns deſignatus *M*
ſchallus, ſeſe adiunxerat.

Primùm igitur *Libuſſinum* uſque cum exer
promovit *Rex*. Poſtero die in *Francofordien*
conſpectum eduxit, locum, caſtris idoneum,
ſpecturus. Hoc animadvertentes *Cæſareani*, b
numero prorumpentes, velitarem cum *Suecis*
gnam inierunt. Sed mox repreſſi ſunt. Quòd
tur *Tiffenbachius* paulò antè ſuburbia, vineas,
muſque, deſtruxiſſet, opportuna hac occaſ
Sueci in ſuburbanum uſque noctu penetrâr
Loriciſque excitatis unius noctis beneficio ſic
dem ſeſe communire cœperunt; ut, licet *Cæſar*
tormentis acerrimè rem agerent, nihilomi
Suecis parùm ultrà noceretur. Tertio *Non. A*
præparatis ad id operibus tormenta ſuperind
bantur. Quæ *Rex* ipſe, nullis parcens labori
dirigebat. Intereà, quòd à tormentorum ex
ſionibus aliquandiu feriæ intervenirent, *Cæſa*
nis naſci cœpit ſuſpicio, tanquam eæ non e
fortè *Suecis* vires, ut rem cœptam ſeriò urgere
ſent. Qua confidentia animos fatigante, tan
non, ſine miſſione, tormentis, bombardiſque,
agebant improbè, ſed etiam dicteriis, ac ludi
Suecos impetebant. Sed non frivolis, atque in
bus, occupabantur *Sueci*. Ut, operibus ſeriis in
ti, mox ad portam *Gubenicam* foſſis ſuis pertin
rent. Ibidemque *Cæſareanos* intrà civitatem co
pellerent. Directis igitur ſex tormentorum p
bus, *Rex* portam illam deiicere iuſſit. Circà veſ
tinum crepuſculum, locumtenens *Miſnicus*, *And*
Anerus, *Pegavienſis*, iniectis ſcalis primus in mœ
eniti cœpit. Quâ hominis audaciâ, pari cum f
tuna, *Suecis* aſpirante, mox vallum civitatis
giones occupârunt. Sic, ut *Rex* votum, inſtitutu
que, anticiparet. Hominique, tàm audax faci
feliciter molienti, in *Centurionem* evecto, in p
mium virtutis, mille *Ferdinandicos*, benignè ela
retur. Fortunâ igitur fidibus canente, annon
gauderet. Annon felici illo ſucceſſu utere
Certè, denſatis agminibus ſic fortunam, ultrò v
cantem, ſequi iuſſit. Quibus ingruentibus *Cæſar*
ni è vallo in interiora civitatis compulſi ſunt. I
ergò per portam *Gubenicam* legiones irrumpeba
Suecicæ. Sic, ut *Schaumburgius*, intrà civitatem d
fenſionem parans, *Baudiſſo* cum equeſtribus
perveniente, irritis ſub conatibus laboraret. R
ac defenſione, deſperatâ, animus victis in fuga
ut fit, ferebatur. Undè, tùm demùm, in part
veniente, confuſione, omnia vulneribus, cæd
buſque, miſcebantur. Nec una hoc ſub turbi
præſt

tò erat calamitas. Dùm enim cohortes ſpar-
ncertæque ſalutis, fugam capiunt, perque por-
effunduntur, ecce! alii, impedimenta expedi-
interturbant aditus, fugientes remorantur,
que implicantur. Hinc omnes præſentaneo
olvuntur exitio. Inter enim clamores, irritoſ-
fugientium conatus, ſupervenientes *Sueci*, eã
gem ſtrictis mucronibus cauſſabantur, ut per
orum cumulos vix daretur tranſitus. Tùm O-
amnis, quos enſis non hauſit, excepit innume-
: Antè ſenectam, iuſtamque ætatem, ut olim,
onte deiectos. Reſtabat ultrà pontem muni-
tum, valido è *Cæſareanis* præſidio inſtructum.
impetus *Suecorum* diu non impunè aſpecturi,
nentis in civitatem obverſis, pontem laxarunt,
tregeruntque. Quo facto, caſis, tuguriiſque, ac-
lis, machiniſque in *Oderæ* fluentum præcipita-
etiam hi, timore alas ſubminiſtrante, fugã e-
runt infortunium.
nter confertas, *Suecorum* irruptiones, *Cæſareani*
ſub pulſis claſſicis, inducias, iuſque deditionis,
uirentes, fuêre fruſtrà. Quòd enim nimis ſe-
id eſſet, ſtrictique enſis ira ampliùs, furorque
orum, cohiberi nequirent, itum eſt eò, quò
una, quò ira, quò præda, vocabant. Has inter
es *Cæſareanis*, ius vitæ petentibus, ſucclamatum
Suecis: Haſce ſcilicet victimas cõmilitonibus,
ximè apud *Neobrandeburgum*, ſub *Thillyo*, cæſis,
eri. Hac *Polyxenâ* illorum manès oportere pla-
. Sic bis mille, & plures gladius abſumpſit. È
bus *Virnemundus*, *Moncuculius*, *Hevonus*, *Hardec-*
& *Herberſteinius*, tribuni, ſunt deſiderati: Infe-
ſuis hanc cladem nobilitantes. Circiter octin-
ti capti ſunt. Quorum numerum *Sparraus*, *Val-*
ius, *Meveſius*, *Butlerus*, *Sebaudius*, aliique, tribu-
auxerunt. Hi *Stetinum* ducti ſunt. Tercenti
taxat è *Suecis* perierunt, vulneratis inſuper
nquagintà paribus.
Tàm luculenta hæc *Regi* obtigit, victoria, ut pa-
hactenùs iacturam *Cæſareani* feciſſe non ſint
. Non ſolùm enim civitate ilicet potitus eſt ex
o. Sed dimidium exercitum eâdem operâ fudit.
tribunos *Cæſaris* nominatiſſimos partim cæci-
, partim captivos abduxit. Trigintà *Regi* ceſſe-
taquilæ: Ingenti armorum, tormentorum,
lveris pyrii, plumbi, funiculorum, glandium-
e, copiâ in poteſtatem redacta. *Tiffenbachius*, re-
uis cum tribunis, ac cohortibus, evaſerat in *Si-*
os, versùs *Glogoviam maiorem*. In quem *Rex* ali-
ot equeſtrium, ac cataphractorum, direxit mil-
arios. Intereà civitatis direptio per trihorium
rmiſſa eſt *Suecis*. Qui cũ hac licẽtia abuterentur,
que in petulantiam provecti, *Rex*, *tribunique* ſu-
rvenientes, partim fuſtibus, partim ſtrictis en-
us, libidinationem illis expectorârunt. Sic, ut
quammulti, in furcas acti, uvas imitarentur
nſiles: Sedatis militum his furoribus, per civitã-
m emerſit incendium, octo ædificiorum abſu-
ens paria. Quâ haloſi ſuppreſſa, ſex legiones in
vitatem, tanquam in ſtativa, immiſſi ſunt. Sic,
plerique civium lares duos, treſque, militum
anipulos, haud caperent. Neque annona pa-
iſque proventus, ampliùs ſuppeteret. Qua de re
nnonę à *Cæſareanis* relictę, ubertatem *Rex* tàm in
ives, quàm milites, iuſſit diſpertiri.

III.

Rex, Francofordiâ potitus, ſuper ſucceſſu hoc ſuo, Electores, Ordineſque, Proteſtantes, apud Lipſiam congregatos, erudit.

NOvo hoc apud *Francofordiam* ſucceſſu auctus *Rex*, *pridie Non. April.* ſolennes gratiarum actiones, feriaſque, per caſtra, ac civitatem, indixit. Simulátque hanc recentem, à *Cæſareanis* relatam, victoriam *Electoribus*, *Principibus*, *Ordinibuſque*, *Proteſtantibus*, apud *Lipſiam* congregatis, per litteras ſignificavit. Supervacuum, inquit, eſſe equidem, cenſeo, ô *Electores*, *Principes*, *Ordineſque*! vobis armorum meorum æquitatem, inque communem *Evangelicæ* reipublicæ directam hanc meam expeditionem, ut pluribus declarem. Cùm iampridèm, quid velim, cur venerim, ſub ſole adulto pateſcat. Tùm ipſo opere à me conteſtatum ſit. Ut non credere poſſim, reſtare quenquam, cui utique actiones meæ innotuiſſent, qui magnoperè dubitare auſit. Eò igitur ſpectat hæc præſens interpellatio, ut in animis veſtris teſtatum relinquam, quantoperè me afficiat, diu deſideratus, ille veſter conventus. Ut conſilia mirificè approbem. Vobiſque confirmem, tantùm heroicas illas veſtras inclinationes apud me pondus habere. Quantum equidem, ſub armorum meorum auſpiciis, vobis in hanc ſcenam orcheſtram ſuppeditare præcogitavi.

Poſteaquàm igitur Altiſſimus hæc ocia, hanc commoditatem, nobis utrinque aperit. Dùm, forti dexterâ ſua, hoſtes, antè faciem noſtram, univerſa è *Pomerania* profligavit. Eoſque terrore, metuque, ſic quidem confudit, ut hactenùs vix ſubſiſtere, pedemque figere, viſi ſint. Inprimis verò cœlo debeo. Dùm heri, ſub *Francofordiæ* ad *Viadrum* expugnatione, & tribunos *Cæſareanos* partim fudi, partim, cum trigintà ſignis, in poteſtatem redegi. Eâdemque operâ & civitatem cepi, & ſeptem legiones, unáque totam hoſtium his in partibus manum, cum tormentorum, pulveris pyrii, annonæque, apparatu, deſtruxi, intercepique. Pro hac utique opportuna rerum gerendarum occaſione, *DEO* inprimis debentur gratiæ. Ut hac ipſa in reipublicæ emolumentum deinceps uti nobis liceat opportunitate. Quo nomine mearum erat partium, vos amicè ammonere, itemque corrogare. Velletis occaſionem hancce capillatam è manibus haud dimittere. Sed conſilia eundem in ſcopum convertere. Sub ſpe, futurum, ut, ſicut hac *Palmarum Dominica*, *DEVS* hoſtes ultus eſt noſtros, *Eccleſiæque* ſuæ ſignificanter ſtetit in partibus. Ità fundamentum reſtaurationis rei *Evangelicæ*, paciſque tàm *Religioſæ*, quàm *Politicæ*, iactum eſſe. Prout ergò *DEVS* illam vobis inſpiravit confidentiam, media ut inter adverſæ partis arma conventum aperire, conſiliaque conferre, audeatis. Ità viam, ac remedia, ſine dubio, porrò monſtrabit, quibus id, quod deliberatum eſt, queatis efficere. Hac ſub confidentia, affectuſque veſtri ſecuritate, prolixior eſſe nolo. Potiùſque à vobis, utique ſociæ *Religionis* membris, & aſſertoribus, ſententiam

heroibus dignam, fidelemque communicationē, mihi promitto. Ego, quantum in me eſt, vobis hoc in curſu tantùm non monitor, ſed & cooperator, & effector, ultimis ſub omnium virium impendiis, acceſſurus ſum.

IV.

Eiuſdem ſententiæ Sueciæ Regis Epiſtola, ad Saxoniæ Electorem directa.

SEcundùm illos codicillos, *Electoribus, Ordinibuſque, Proteſtantibus* inſcriptos, *Rex* eiuſdem commatis epiſtolâ *Saxoniæ Electorem* interpellavit. Tāetſi, inquit, ô *Elector*, non immeritò dubitarem tecum, ſuper rebus, & eventibus, porrò communicare. Præſertim, cùm id antè feciſſem quidem, ſed, quàm gratū ſit, haud intellexiſſem. Nihilominùs, eâ confidentiâ niſus, quâ ſperò utique fortunam, meam, eandem *Religionem* profitentibus, idemque periculum ſuſtinentibus, non poſſe diſplicere, nullus intermittere potui, quin aperirem, *DEI* beneficio, novâ, ac ſolenni, me auctum eſſe victoria. Dùm omnipotens fortitudine dexteræ ſuæ, ſub noviſſima *Francofordiæ* ad *Viadrum* expugnatione, copias *Cæſareas* contrivit, ac diſſipavit. *Sparræus* enim, & *VVallius*, tribuni, capti ſunt. *Tiffenbachius* verò, *Mareſchallus*, unà cum *Moncuculio*, pedeſtriumque legionum reliquiis, ſub confuſione, ac iactura, totius rei armamentariæ apparatu, fugâ dilapſus eſt. Hac de re nullus equidem dubito, quin *Rom. Imperii Principes*, *Ordineſque*, *Auguſtanam Confeſſionem* profitentes, vellent, reiecto ab oculis glaucomate, lucem intueri, manum divinam, in partes venientem, agnoſcere. *Deoque*, hoc ad choragium vocanti, diutiùs haud repugnare. Ut eò minùs ambigam, ô *Elector*, te, tanquam *Electorem* præcipuum, & officii, & hæreditariæ virtutis, memorem, præſentis temporis opportunitatem non neglecturum, Sed patriam, è diutinis tàm corporis, quàm animæ, ærumnis vindicaturum eſſe. Proindè, hoc tibi denuò etiam etiamque facio confirmatiſſimum, me neque ambitione, neque novarum regionum intempeſtiva cupiditate impulſum, arma hæc ſuccepiſſe. Sed *DEI* honorem, regni mei tranquillandi, totque *Chriſtianorum* hominum milliones, ſub afflictionibus quiritantium, vindicandi, ſtudium hanc expeditionem perſuaſiſſe. Ut confidam, *DEUM*, cuius auſpiciis hûc uſque provectus utique ſum, hunc curſum etiam deinceps optatum ad finem deducturum. Cùm igitur ad univerſos ſimulátque *Principes*, *Ordineſque*, *Proteſtantes*, dediſſem, operæ pretium erat, ô *Elector*, tibi ut inprimis, utique conventus illius directori, hanc mentem aperirem. Iuxtáque integerrimum conteſtarer inſtitutum. Amicè rogans, cum illis omnibus æquas pro temporis opportunitate rationes conferre, velles.

CAP. V.

De Sueciæ Regis, cum
Electore Brãdebu
gico, tranſactiōn
Qua præeunte, M
gdeburgi in liber
tionem incumbit.

I.

Thillyus, pro vindicandâ Francofordiâ ad
ram, ſeriùs educit.

THillyus, in *Magdeburgi* occupation
ſub ingentibus incumbens conati
intellectâ *Regis* versùs *Francofor*
Oderanam expeditione, in occur
educere cœpit. Confirmatis igit
pud urbem loricis, ac munimentis, ne quid o
ſi, ſe abſentivo, magnoperè audere, aut no
quiti eſſent, diligenter proſpiciens, magna
exercitus parte, promovere, *Regique* occur
tentavit. Sed, vix apud *Brandeburgum Vetus* app
rat, ecce! narratur *Francofordiæ* expugnatio.
peractâ *Rex Landsbergæ* inſtaret, eo quoque
mox potiturus. *Thillyus*, graviſſimis cauſſis m
magnis itineribus *Magdeburgum* repetiit. An,
mis ſub conatibus, urbem in poteſtatem redig
Regiſque curſum, in *Sileſiam* tendentis, inhiber
tageret.

II.

Bavariæ Electori militiæ tàm Cæſareæ, q
Ligarianæ, ſtatum nunciat Pappen
mius.

HÆc dùm *Thillyo* curæ ſunt, intereà *Pappen*
mius tàm *Cæſareanæ*, quàm *Ligarianæ*, mil
ſtatum *Bavariæ Electori* tranſcribit. Præſentem,
quit, ô *Elector*, copiarum ſtatum, prout nunc
quin ob oculos tibi ponam, omittere nequeo.
autem ſeſe res habet. *Rex Sueciæ*, copiis è *St*
ſundâ, & *Boruſſia*, excitis, ità auxit vires, ut n
longè prævaleat. Iamque *Francofordiam* pre
Proteſtantes, apud *Lipſiam* congregati, defenſio
parant. Iamque brevi ſpatio iuſtum, validu
que, exercitum acquirent. *Angli* dicuntur
rè in via eſſe. Neque ocioſi erunt huius fa
læ ſpectatores *Batavi*. Ut vicinia hæc omnis
motus univerſales inclinet. Si caput, ac chorag
detur.

Dubio procul, ſuper *Francofordiæ* liberan
nimis ſera ſuſcipietur deliberatio. Si exerci
hic trans *Oderam* deducendus ſit, tunc utique *P*
teſtantibus facile fuerit & exercitum formare,
Magdeburgum vindicare. Sic ut *Albis* poſt ca
Cæſareanis intercludi, & ab *Imperio* recidi, po
Ex adverſo, niſi *Francofordiæ* occurratur, res æq
pendet.

Ut b

t bona pars copiarum manifeſtè periclitetur. ue in *Bohemiam*, *Sileſiamque*, aperiatur aditus, illyus in regna educat hæreditaria, tùm qui- de *Imperio* ferè actum erit. Si *Imperium* tuebi- tunc *Cæſaris* patrimonium inclinat. Niſi *DEVS*, unt, ἀπὸ τῆς μηχανῆς aliquid ab alto ſuperin- t, cuiuſmodi mens humana aſſequi non ſuſti- res multò videntur hoc tempore triſtiores, e unquam aliâs.

mpridèm non tàm monitorem, quàm vatem, Sed vereor, ne magis intempeſtivus, & infe- quàm falſus, fuerim conſiliator. Hoc me in- is ægrè habet, quòd tot his in partibus *Chri- orum* animulæ, iam tùm *Catholicæ Eccleſiæ* dul- nem prægustantes, corrumpuntur. Remedia rerum cardine ex aula *Cæſaris* exſpectanda non . Sed *Ligariani* fœderis nervo opus eſt. Moram ntamcunque hæc pericula non ferunt, abſque ura. Bellumque commodè proferri nequit. , præter locorum cõfirmata præſidia, duo for- tur diſtincti, validique, exercitus.

æc dùm ſcribo, hei mihi! narratur *Francofor-* xpugnatio. Sub qua legiones, defenſionem il- tè parantes, ſub ſtricti enſis ira, periiſſent. *Rex Landsbergam* acerrimè premit. Cui *DEVS* tor aſſit. Neque enim locus, à *Ligarianis* divul- mpliùs ſervari poterit. His duobus ſub locis militiæ *Cæſareanæ* intercidit. De *Magdeburgo* ſic ut obſidionis continuatio ſit futura difficilis. a enim urbs ultráque citráque caſtris venit in- lenda. Ut *Regis* inſuper copiis obviàm ſit eun- . Proindè, humanum quodcunque remediũ itur in conclaſſationibus, citiſſimiſque dele- us. Itemque pacificatione *Italica*. Intrà *Leodi- m*, ac *Iuliacenſem*, provincias, præſentibus pe- iis brevi, ſex expeditorum equeſtrium millia igi poſſunt. Neque difficilis erit peditum per *naniam* proventus. Ut etiam per *Auſtraſiam* le- nes cogi queant. Res ut agatur ſeriò, neceſſe antequàm cæteri præveniant. Alioquin & pe- lum augebitur, & impenſæ duplo maiores re- rentur.

III.

er Francofordiâ expugnata à Suecis, apud Viennam trepidatur.

HÆc cùm *Pappenheimii* tùm, ſuper militia *Cæ- ſaris*, eſſet ſententia, ferunt, non ſegniùs apud nnam, ſuper *Regis Sueciæ* ſucceſſibus, trepidatum ſſe. Quòd igitur *Cæſar* nimis ſerò legionum, *Po- ianiam* eò uſque exercentium, petulantiam in- lexiſſet, ad ſuos converſus, nonnullis, non abſ- e offenſæ ſignificatione, exprobrare cœpit, pa- m fideliter hactenùs, ſuper rebus tàm *Pomeranis*, àm *Suecicis*, ſibi referri contigiſſe. Multa enim, ubi temporiùs facta fuiſſet medicina, potuiſſe æcaveri. Iam eò rem rediiſſe, ut ipſe *Cæſar* excur- opus habeat, inſpiciatque, quid rerum præfecti ilitares agerent, quàmque delirarent.

Hac ſub animorum perculſorum nube, *Cæſar* ad *idlandum* miſit, qui illi ſupremam rei militaris æfecturam denuò offerrent, ſed repugnavit iſte. t citiùs videretur in partes *Hiſpaniarum Regis*, uàm *Cæſaris*, tranſiturus.

IV.

Rex Sueciæ deditione capit Landsbergam.

INtereà, rebus apud *Francofordiam* confirmatis, *Rex* direxit iter *Landsbergam*. Quo nomine cen- tum, & viginti, equeſtrium cohortes, pariterque, ſub *Baudiſſio*, *Teufelio*, *Vicethumio*, *Rheingrafio*, *Trau- tio*, *VVinckelio*, *Turriano*, & *Ortenburgio*, *Comitibus*, i- temque *Corvillio*, *VVeiſſio*, *Lesleo*, *Hallenio*, *Streiffio*, *Baſſarto*, *Thubaldio*, *Dargitio*, *Callenbachio*, & *Damni- cio*, tribunis, novem legionum completarum pa- ria, apparatu tormentario apprimè inſtructa, pro- duxit. Quibus in antecœnam præmiſit *Guſtavum Hornium*, & *Ioannem Banerum*, legatos, cum manu haud contemnenda.

Ad *Landsbergam* ubi perventum eſſet, *Rex*, nihil moratus, copias propè admovit. Ut exiguo tem- poris ſpatio operibus hoſtium inſtaret. Moxque, viâ per paludes inviâ, ſed compendiariâ, à ruſtica- nis præmonſtratâ, exercitum, unà cum tormentis, produceret civitatis in conſpectum. Ut, quòd o- lim de *Alexandri* copiis, etiam ſcopulos, & præci- pitia, ſuperantibus, ſucclamatum fuit, volâſſe pu- taretur. Rem in ancipiti verſari animadvertens *Cratzius* iunior, tribunus, electa cum ſuorum ma- nu, è civitate prorumpens, in *Suecos* ſuſcepit im- preſſionem. Sed ità fuit exceptus, ut diem illum videret ultimum, ſocioſque vix eidem periculo ſubduceret.

Paulò poſt *Rex* civitatis munimentum præci- puum, cui à *vaccis* vægrandibus nomen inditum, expugnavit. Intrà quod cùm tres cohortes in po- teſtatem redegiſſet, *Landsbergenſes* deditionem of- ferre cœperunt. Quæ conditio acceptata eſt. Sic, ut inſequenti manè, unà cum ſarciunculis, duobuſq; tormentorum paribus, viginti quinque pedeſtriũ, & duodecim equeſtriũ, ſigna educerentur, & qui- dem versùs *Gloggoviam maiorem*: Poſteaquàm, ſeſe, intrà quatuor menſes integros, contrà *Regem* haud militaturos, ſacramento antè aſtrinxiſſent.

V.

Rex cum Electore Brandeburgico paciſcitur. Verbis intercurrentibus notatu dignis.

OCcupatâ hoc modo *Landsbergâ*, *Rex* putaba- tur ulteriùs in *Sileſiam* penetraturus. Sed, di- ſpertitis in *Sileſiæ* finibus, apud *Croſſam*, aliaq; loca, aliquammultis cohortibus, reduxit *Francofordiam*. Illic ut copias conglobaret, pro ſuſcipiendâ *Magde- burgum* versùs expeditione. Quibus collectis *Sue- vum* flumen traiecit. Indè *Calendis Maiis Ortenbur- gium Comitem* legatum ad *Electorem Brandeburgicum* præmiſit. *Elector* verò, *Regis* adventu cognito, *Sigiſ- mundum Marchionem* in occurſum excurrere iuſſit. *Rex* igitur *Spandaviam*, & *Cüſtrinum*, fortalitia, pro receptu ſibi cedi, totidemque verbis, pro copiis annonam, ſtipendiumque menſtruum, rogavit. Sub hac promiſſione, quàmprimùm liberâſſet *Magdeburgum*, tùm ſe quidem utrumque fortali- tium eſſe redditurum.

Abſque

Abſque eo fieri non poſſe, ut *Rex* ultrà progrediatur. Illis adiecit: De *Electoris* fide ſe parùm dubitare. Interim, præſidiarios varios eſſe, & mutabiles. Cuiuſmodi, ſi urgeantur, fores præcludere, aditumque ſibi negare, poſſint. Prout anteà uſuveniſſet. Sed parùm effecit *Ortenbergius*. Ut etiam *Guſtavus Hornius, Mareſchallus*, eſſet fruſtrâ. Ideóq; *Regis* opus eſſe videbatur præſentiâ. Ut ipſe, cui nihil facilè negari utique poſſit, cum *Electore* ageret. Aſſumptis igitur quinque equeſtrium cohortibus, peditum millenario, quatuorque inferioris notæ tormentis, *Berlinum* properavit. Illi, ad quatuor paſſuum millia, *Elector* obviàm proceſſit. Præmiſſis ſalutationis ſolennibus, *Rex*, & *Elector*, in ſaltus ſecedentes, de graviſſimi momenti rebus ſermones miſcuerunt. Mox *Elector*, ad ſuos digreſſus, poſtulata *Regis* propoſuit: *Rege* interim *Archipalatinam* viduam compellante.

Paulò poſt, *Electore* ad *Regem* redeunte, denuò in tractationes itum eſt, ſed abſque effecto. Itaque *Rex* in caſtra rediturus erat. Sed gynæcæum iniecit moras. Neque deſtitit, donec *Regi* conſtantiam abitus expectorâſſet. *Rege* intrà *Berlinum*, cum ducentis ſuorum, recepto, (cætera manus in proximo excubabat) die ſequenti denuò in graviſſimas itum eſt tractationes. Exercitu regio intereà verſùs *Berlinum* promovente. Confuſus, & triſtior, *Elector*, quam viam ſub præſente agone eligeret, teneretque, difficulter invénit.

Quâ notatâ ſibi animi contractione, *Rex* illa in verba, memoratu digna, tùm quidem prorupit. Equidem, inquit, *Electori* vitio non do, quod ſubtriſtior eſt, quod vultum haud explicat. Quippe ardua, & cum periculo coniuncta, à me petuntur. Sed hoc velim intelligeret *Elector*, ea, quæ poſtulo, non in meos, ſed *Electoris*, eiuſque patriæ, immò totius *Chriſtiani* orbis, uſus, ac commoda, redundare. Mox, ad *Ioan. Albertum, Ducem Megapolitanum*, ſermone converſo, adiecit. Ego verò, inquit, rectà tendo *Magdeburgum*. Illud ab obſidione ut liberem. Sed non tàm mea, quàm *Proteſtantium*, res agitur. Si nemo manus commodare, nemo ſubſidium ferre, cupiat, næ ego, illûc, unde veneram, pedem ut referam, neceſſitatem impoſitam video. Intereà locis præoccupatis me continere, pedemque figere, poſſum. Exindè, ſi *Cæſari* pacificationem offeram, ſcio, me non fruſtrà futurum. Ut, luculentis ſub conditionibus, paciſci, *Stockholmiamque* meam reducere, poſſim. Verùm vos cavete! Etiam, ſub ultimo DEI iudicio, ſcitote, vos *Proteſtantes* fore accuſandos. Dùm nihil, in ſancta *Evangelii* cauſſa, nomine, ac loco, veſtro condignum efficitis. Ut etiam hîc inter mortales hunc reatum expiare debeatis. Si enim actum eſt cum *Magdeburgo*, egoque copias reduco, tunc vos videritis.

Has inter concertationes ubi dies elapſus eſſet

integer, tandem, ſuper *Spandavia*, *Regi* gratif
tum eſt. Qui fidem dedit, quàm primùm *Magde*
gum foret à ſe liberatum, tùm *Spandaviam* in p
ſtatem *Electoris* omninò redituram. Sic *Nonis*
exercitus regius, *Berlino* relicto, movit *Spandav*
Propterque *Suevi* alveum, ex adverſo *Spand*
caſtra tenuit. *Rege*, ſub inſpectione *Axelii Lillei*
buni, præſidium imponente. Quod tàm in R
quàm *Electoris*, verba iuravit.

VI.

Rex, Magdeburgum verſùs, expeditionem
ſcepturus, à Saxoniæ Electore ſubſidia ro

POtiebatur iam *Rex* facti ferè dimidio, nimi
Spandavienſis fortalitii receptu. Quo, for
fortè novercante, (quam lubricam divam
immeritò *Rex* non minùs fortis, quàm circum
ctus, aliorum exemplis, metuere didicerat) ſi
copiis ſuis accideret, uti frui poſſet. Itaque co
ſtim *Potsdammum* deduxit exercitum. Cuius a
tum præſcientes *Cæſareæ* cohortes, *Brandebur*
Rathenaviam, aliaque in proximo loca, defen
collectis ſarcinulis, in caſtra *Magdeburgica* mat
mè pedem retulerunt. Idem legiones equeſtr
pud *Serveſtam* diſpoſitæ, fecerunt. Ut, cognit
gis adventu, *Albim* traiicerent, inque pontem *I*
vienſem ſeſe ſubtraherent. Interim, neque m
ſpes in pontis illius ſtabat defenſione. Ut, ſim
que *Rex* appropinquaſſet, ſic omnia ad fugan
iam illic ſpectarent. Sed *Rex* aliam elegerat v
Mallet enim per pontem *VVittebergenſem*, imp
to ab *Electore Saxone* tranſitu, copias tradu
quàm diutiùs ſub occupatione pontis illius *I*
vienſis fatigari.

Eo nomine è *Potsdammo* diverſos *Rex* ad *El*
rem dedit codicillos, verbis, perſuadendi vim
bentibus, apprimè ſcriptos. Simulátque per *V*
bergam tranſitum, unà cum tormentis, appara
militari, depopoſcit. Inſtanterq; urſit. Sed *Ele*
reverentiam, ac devotionem, *Cæſari* debitam,
ùs animo volvens, humaniſſimis verbis illi gra
cari negavit. Ex qua mora, & temporis extractio
dùm *Rex* tranſitum, & ſubſidia, rogat, *Elector*
negat, factum eſt, ut, inter manus dilabente rei
liter gerendæ occaſione, *VI. Id. Maias*, ſub flebil
tragica, expugnatione, *Magdeburgum* tantùm n
abſque veniæ iure, laceraretur, ſed, ignibus et
ſubiectis, funditùs excideretur, deleretur que.
cuius non minùs memorabili, quàm luctuoſ
ac fatali, excidio, deinceps, ex hiſtoriæ
lege, ordine agendum erit.

⁂

Io. Petri Lotichij

ERUM GERMANICARUM

LIBER XXXVII.

CAP. I.

e Magdeburgenſium, & Marchionis Brandeburgici, dicti Adminiſtratoris, rebus novis. Factique confidentia.

I.

a merita Magdeburgenſes obiecerint Cæſareanis.

ARmet ſe aſperitate pectus, præcordia obfirmentur duritie. Dū iſta narrantur, cuiuſmodi, ob magnitudinem inuſitata, ob luctum, ac triſtitiam, nimis funeſta, ob pondus priſcis illis ſeculis non niſi rariſſimè cognita,
raritatem temporibus ſuperioribus facilè in-
dita, hanc in calamitoſam deſpumârunt tem-
ſtatem. Ut tot recenſendis tropicis, tragiciſ-
e, quæ hac noſtra ætate duntaxat vel ſuper *Mag-*
burgum, *Rom. Imperii* civitatem tàm vetuſtam,
uàm potentem, ac munitam, fatali ſub neceſſi-
te, incubuerunt, hic animus ſufficiat. Hicque
ylus in tàm horrendi excidii deſcriptionem per-
uret. Undè verò, inquam, has tàm lacrymoſi
ventus procellas exordiar? Undè tremenda illa
œnarum genera, quibus vix *Germania* enarran-
is ſat eſt, petam? Procul abeſt, hoc ut calamo
àm flebilem, tàm inuſitatam, me aſſequi poſſe
utem calamitatem. Quiſquis enim, omni po-
teritati ſtupendam, exprimere ex merito velit
cataſtrophen iſtam, memoriâ ferreâ, ſtylo forti,
atque invicto, dùm verbis facta æquare oportet,
polleat, neceſſe eſt. Si igitur quieto, ac placido,
hoc ſcriptionis genere tàm horrendæ fabulæ, ab
ovo, ut aiunt, recenſendæ, par vix ſum, vel ob hoc excuſandus utique videbor, dùm, vitio mentis humanæ, dolor multa ſupprimit, quæ materia lætior longè copioſiùs exerere conſuevit. Ità ut lubens culpari velim, ſi tanti revocatio luctus animum ab ingentibus malorum cumulis quandoq; tacitè ſubducat.

Sed fingamus, ipſum *Magdeburgum* cauſſam, innocentiamque, ſuam, quâ ſeſe nuper tueri conabatur, perorare. Et, undè eſſet, quòd ad extremum tàm diris lacerata fuerit furoribus: quòd novam ad *Albim Troiæ Germanicæ* haloſin præbuerit, ſuiſmet verbis ediſſerat ut urbs ipſa (cuius nihil niſi umbra ſupereſt) permittamus.

Iam diu erat, ex quo confertis ſub *Cæſaris* copiis premeretur urbs illa, ad *Albim*, à *Virginis Caſtro* nomen habens. Iam ultimæ non ſemel devaſtationis lineas, atque imaginem velut, duxerat. Sed vetus illud eſt: *Sæpè tranſire caſum, aliquando invenire.* Quid ergò eſt? Et undè tantæ in hocce caput calamitatis moles coniuravit? Egone, inquit, promerueram, hæc ut & ultima, & triſtiſſima, à *Cæſare* meo, venerando *Imperii* capite, exſpectarem? Egone, tanquam putridum *Imperii* membrum (cuius fortalitium, cuius ornamentum, fui haud ultimum) omninò recidenda eſſem? Profectò iuſtitiæ, æqui bonique, amans, *Cæſari* morigera, *Imperio* fidelis, hactenùs perſtiti. Nec una hæc laus mea eſt. Sed elogio multiplici inſigniri merui. Si quis maximè dubitet, ſciat, me *Cæſaris* hoſtes neque foviſſe, neque operas illis ſociâſſe. *Mansfeldium* quippe, tùm proſcriptum, non admiſi.

admiſi. Copiis *Danicis* non acceſſi. Ex adverſo, totis his ſub *Germania* motibus, *Cæſareanos* in urbem recepi, hoſpitiis, commeatu, armis, & id genus ad militiam neceſſariis, iuvi ſedulò. Etiam tormenta ſubminiſtravi. Etiam ingentem pecuniarum ſummam impertivi. Atque ut innoteſcat, non vulgaris eſſe notæ, quæ tempore præſtiti maximè neceſſario, inter cætera fidelitatis argumenta, te, ô *Spandavia*, appello. Te teſtem requiro. Tu dices, tu confirmatiſſimum dabis, tùm, cùm *Cæſaris* legiones, in conſpectu tuo, cum fame, atque indigentia, magis, quàm hoſtibus, pugnarent, me defectis ſubveniſſe, me famelicis opem tuliſſe. Me naves, cereviſia, vino, frumento, panibus, avena, onuſtas, magno numero erogâſſe. Hoc nomine *civicâ* potiorem merui coronam. Non enim civem duntaxat, non militem ſaltèm, ſed integras cohortes, ſed legiones, ſed univerſum exercitum refovi, conſervavi, reſtitui. Etiam, ut non tàm tribuni hanc beneficentiam, in quirites ſuos abundè declaratam, prædicarent. Sed *Cæſar* ipſe morigerationem, humanitatemque, illam haberet gratam. Siccine ergò angues ſinu meo fovi, cuculi ova excluſi, me ut, ceu matrem, perderent? Itane famelicos, languidoſque, ego ego refeci, me ut delerent? *Ingratique* illius (quo de apud *Senecam*) *hoſpitis* notas referrent? Illis addo, naves ipſaſmet, cæteraque, quibus pontes firmantur, exercitusq; traducuntur, me larga manu, tanquam è penuario, præbuiſſe. Quid? quòd *Albis* traiectum, *Imperii* uſibus non tàm fructuoſum, quàm neceſſariũ, defendi: conſcriptis hunc in finem ſtipendiariis octingentis. Quos meis per quinquennium alui ſumptibus. Erogatis vel hanc duntaxat in defenſionem talentis plurimis.

Hæc, & id genus, officia bonâ fide cùm præſtiterim, largâ manu erogârim, nocet eſſe piam. Obeſt perſtitiſſe fidelem. Ecce! enim, dùm fidei, ſedulitatiſque, præmium exſpecto, modò non premor, ſed plector, ſed iugulor. Semel quippe ab adverſariis hoc in caput coniuratum erat, munitum illud, & vetuſtum, *Rom. Imperii* domicilium, ſive *Caſtrum Virginis*, quod *Magdeburgum* vocant, in ordinem redigendum, immò deſtruendum, eſſe. Ut omnis proſpiceretur occaſio, quâ inſons *Parthenope* accuſari, damnari, evertique, qui ita eſſet.

Primùm ergò per cuniculos res agi cœpta eſt iſta. Sic, ut reditus mei, per agrum diſperſi, unáque nomina, interciperentur. Neque ſuppeteret, undè ſcholarum, ſacrorumque, myſtæ ali poſſent. Abhinc in civium meorum commercia impetus eſt factus. Ut tàm per *Albim*, quàm continentem, impedirentur negotiationes.

Iactis iſtis flebilis ſcenæ præparatoriis, deinceps commeatus mihi negari cœpit. Proruperunt enim centuriones, qui armis iniectis prohiberent, ne in poſterum vel unicus farris modius in urbem ampliùs inferretur. Sed omnis hic annonæ proventus inter militiæ præfectos ſtrangulari cœpit. Qui maritimas per civitates annonam hanc pretio divendentes lucello, atque avaritiæ ſuæ, illinc velificârunt. Tandem, diu quæſita, obſidionis cauſſa inventa eſt. Nam dùm præfecti militares annonam per aquas, ſuo more, flagellant, ac devehunt, accidit, ut mancipia nautica, metu famis, magiſtratu inſcio, diætetica interciperent, a[c] queſtrarent. Sic color natus eſt *Cæſareanis*; Ut [ur]bem, quod diu in votis fuerat, ipſammet imp[ete]rent. Manuſque, atque arma, inferrent. Nar[n] ſuburbanum, (*Neapolim* vocant) & *Sudenburg* illinc occupârunt. Undè civibus gravior dolo[r] uri cœpit.

Has illas iſtas ad fortunæ, corporiſque, a[n]ſtias, acceſſit adhuc aliud malum, oppidò atr[oci]us. Quippe, præter ſubtracta corpori alime[nta] etiam in animarum paſcua eſt itum. Hoc er[at] tantos inter fatalium malorum cumulos, gl[isce]bat, ut *Religio* periclitaretur. Everſâque *Conf[eſſio]ne*, ut vocant, *Auguſtanâ*, *Pontificis Romani* præv[ale]rent ſanctiones. Eæque, in partes veniente re[for]matione, reſtabilirentur.

Atque id genus ſub ultimis ferè corporis, [for]tunæ, animæque, bonorum periculis, nemo cui *Virginis* pudicitia, ac caſtitas, foret curæ. N[on] inventus ullibi, qui vel conſilio, vel re, in[ſ] *Magdeburgo* ſuccurreret. Ergò, ubi ſic rebus turbatis propemodùm omnibus, *Chriſtianus* [Gui]*lielmus*, *Marchio Brandeburgicus*, dictus huiuſce [de]*matus Adminiſtrator*, ſeſe in urbem intuliſſet, pl[uri]rumque civium animi, oculique, tanquam in munem patriæ *Iovem* quendam, ac tutelare nu[men] in eum conjecti ſunt. Sub ſpe, futurum, ut, i[llius] operâ, neſciæ fati, ſortiſque futuræ, mentes à [mo]leſtiis, diu intentatis, evidenter liberarentur. [Hoc] pacto patientia, hactenùs læſa, eò uſque deg[ene]ravit. Ut defenſio decerneretur. Ut arma cape[ren]tur. Hoccine igitur ius naturæ, omnibus uti gentibus commune, quo unuſquiſque ſuum [de]fendit, perduellionis crimen vocabitur. Hæc il[la]

II.

Thillyus, nomine Cæſaris, directis ad Chriſ[tia]num-Guilielmum, Brandeburgicum, [...]ctum Adminiſtratorem, dehortatoriis, [in]culcat obedientiam. Monet, urget, mi[na]tur. Cui hic reſpondet. Factumque lit[eris] tuetur.

QUæ ferè in verba ubi *Magdeburgenſes*, pa[...] antè funeſtum, ac lamentabile, excidiu[m] publicâſſent *Apologeticum*, merita ſua *Cæſare[o]* exprobrantes. Non defuerunt *Cæſari*, maxim[è]que *Thillyo*, ex adverſo rationes, quibus *Magdeb[ur]genſibus* inobedientiæ, prævaricationis, ac fœ[deris] rebellationis, crimen intentarent. Quòd en[im] iam tùm *Guſtavus*, *Rex Sueciæ*, per *Pomeranos*, *Me[gapo]litanos*, & *Brandeburgicos*, minimè vanos, feci[ſſet] progreſſus, *Magdeburgumque*, tanquam *Danaën G[er]manicam*, unicè peteret, utique ex qua, velut eq[uo] illo *Troiano*, veràque militiæ officina, deinceps a[li]undè copiarum poſſet educere. Novaque iden[ti]dem conquirere ſupplementa. Iſtoque recept[u] tàm ampliſſimo, quàm tutiſſimo, uti frui. His, [a]liiſque, non infimi momenti de cauſſis, *Thilly[us]* *Adminiſtratorem*, iam tùm manifeſtè partium *Su[e]cicarum*, ut res novas palàm, ac ſumma confide[n]tia, ageret, nomine *Cæſaris*, dimiſſis ad eum cod[i]cillis, dehortandum eſſe duxit. Nempè videre[t]

qui

dageret. Tanquam generoſi, & præcipui, in-
Germanos, ſanguinis *Princeps*, ad obedientiam
ſarũ reverteretur. In armis plus iuſtò ne con-
eret: Præſertim exulante cauſſæ bonitate. Niſi
: mite compoſitionis remedium amplecti velit,
, utique *Cæſareanæ, Ligarianæque,* militiæ præfe-
ſupremo, non deforearma, ac compulſoria,
ibus tàm *Principem*, quàm *Magdeburgenſium* civi-
em, redigat in ordinem.

Sed irritatus magis, quàm mitigatus, *Chriſtia-*
Guilielmus, Brandeburgicus, dictus *Adminiſtrator*,
amaris verbis *Thillyo* reddidit. Non ſe, in-
it, *Thillyo* tanti officii acceſſionem invidere. Ut,
eri queat, prærogativam etiam ſublimiorem
tet. *Cæſareique*, ſicut iactitet, nominis cauſſa, ho-
rem, ac venerationem, illi debeat. Sed *Imperii*
nſtitutiones, ſuperque his iuratas *Cæſaris* ſan-
ones, obſtare ſibi, quò minùs, fide, ac ſacra-
ento, quo utique *Imperio*, tanquam *Germanici*
guinis *Princeps*, obligetur, inſuper habito, mu-
re præſente ſe abdicare poſſit. Hoc enim funda-
entales *Imperii* leges, hoc conſcientiam ſuam,
c dignitatem, hoc ius quæſitum, famamque,
c denique communem *Imperii Germanici Ordi-*
n Proteſtantium cauſſam, haudquaquam admit-
e. Tantò minùs in oculos incurrere, *Thillyum*
editiones militares, executioniſque proceſſus,
utrumque *Saxoniæ Circulum* legibus *Imperii*
nformare. Ut tàm præfatas illas ſanctiones,
àm *Ordines Proteſtantes* in univerſum omnes, in-
lerabilibus oneret præiudiciis. Quo nomine
ud occurrat, rebus ità ſeſe habentibus, quibus
odis ipſe id genus ſive dehortatoriis, ſive crimi-
toriis, ſive comminatoriis, morem gerere ritè
leat. Sed hanc potiùs ſibi extorqueri ammo-
tionem, videret ipſe *Thillyus*, quid gereret: quo
cto tàm *Cæſaris*, quàm *Ligarianorum*, copias du-
ret, dirigeretque. Ne *Cæſarei* illius throni, *Impe-*
que, id genus proceſſibus minimè excuſabilibus,
b *Cæſarei* nominis colore, & abuſu, ſicut hacte-
ùs non ſemel eveniſſet, fundamenta ipſe collabe-
ctet. *DEIque* vindictam, proprium in interitum,
b ineluctabili famæ diſpendio, provocet. Se qui-
em *DEUM*, hominumque fidem, obteſtari, nihil
inùs ſibi veniſſe in mentem, quàm ut ergà *Cæſa-*
m, Imperiumque nationis *Germanicæ*, vultus ele-
aret. Rebuſque novis, ſive ſeditioſorum homi-
um factionibus (quo titulo inſontibus *Magde-*
rgicis extorta diffamaretur defenſio) operam
aret. Tantùm abeſſe, ut arma temerè capiat, no-
iliſque pacis reſtitutionem retardet. Actiones
uippe ſuas luculento ſibi fore teſtimonio. Dùm,
tempore motuum *Bohemicorum*, ad uſque annum
I. DC. XXV. tanquam *Inferioris Saxoniæ Circuli* di-
ector, omnibus, quòd aiunt, copiis elaborârit, ut,
i quid adverſi in *Cæſarem* emergeret, illud oppidò
onſopiretur. Hanc rem non tàm eius temporis
onſilia, ſed legationes, actioneſque, illius *Circuli*
auſſa ſuſceptas, loqui. Ut aulæ *Cæſareæ* adver-
aria idem conteſtentur. Eandem ſibi mentem,
andemque fidem, ergà *Cæſarem* etiamnunc per-
ſtare. Modò poſſeſſionum ſuarum ſecuro eſſe licu-
iſſet.

Dùm autem ſint, qui hactenùs, adverſùs alle-
gatas *Imperii* leges, pacta, ac conventa, fidem ac
conſtantiam, à bono tempore arma, minùs neceſ-
ſaria, extendant. Illiſque *Ordines Proteſtantes*, eo-
rumque regiones, exhauriant, opprimantque, defenſiones, novoſque motus, præcipitent. Ut, dùm ex hoſtibus nemo ſupereſt, in *Proteſtantes* ire-
tur. Omniaque pluſquàm barbaricæ crudelitatis, turpitudiniſque, generibus, fœdarentur. Sicut per *Pomeraniam*, ſed proprio ſub interitu, ſævitum eſ-
ſet. Hæc illius eſſe notæ, ut execrari magis, quàm tolerare, liceat. Iſtis omnibus accedere, ſe, neque citatum, nedùm auditum, extrà ordinem è *Prima-
tu, Epiſcopatuque*, iniecta vi militari, exturbari, eii-
cique, cœpiſſe. Tanquam neque *Cæſar*, neque *Cæ-
ſaris* iuramentum, neque *Imperii* leges, ſanctioneſ-
que, neque iuris, iuſtitiæque, norma, ampliùs in mundo haberent locum. Tanquam illi eſſent *Or-
dines Proteſtantes*, eorumque regiones, ac provin-
ciæ, quibus, excluſis beneficiis, iuriſque, ac iuſti-
tiæ, regulis, omnibus, tantùm non, ut aiunt, aqua, & igni, foret interdicendum. Hac de re denique, tàm divinis, quàm humanis, omniumque gentiũ, inprimis *Imperii*, iuribus, tantùm non conceſſam, ſed præſcriptam, ſed ultima ſub violentia extor-
tam, ſe parâſſe defenſionem. Cuius utique even-
tum *DEO, Iudici* illi inculpatiſſimo, committat. Ut neque hanc mentem, hancque ſibi impoſitam de-
fenſionis neceſſitatem, etiamnunc ſequeſtrare af-
fectus ſit.

Quò enim ſpectet, quòd adverſùs iuſque, pi-
umque, codicillis ſuis, anno *M. DC. XXVI.* ad *Cæſa-
rem* directis, ſupplicibus, haud ſatisfiat? Quid ſit, quòd omni humanâ ope, ac ſubſidio, deſtituatur? Ergóne non ad *DEI* potentiam confugeret? Ergó-
ne *Sueciæ Regis*, confœderatorumque *Magnatum*, auxilia aſpernaretur? Siccine *Epiſcopatus* ſubditos, iuramenti ſacramento obligatos, deſtitueret. An fidem, illis datam, ipſe inſuper haberet. Paſtor-
que ovibus deeſſet. Næ indiſſolubili illos animæ ſuæ nexu aſtrictos ſic quidem eſſe, hoc ut vincu-
lum tàm leviter labefactari non debeat. Tantam fuiſſe hactenùs militis per *Germaniam* ſummam, impunitamque, licentiam, tantas rapinas, expila-
tioneſque, ut maior penè eſſe vix ſuſtinuerit. Ut tandem in conſcientias, & *Religionem*, ſævitum ſit. Politicæque libertati eædem iniiciantur com-
pedes.

DEO inprimis ſe timorem, *Cæſari*, iuxtà *Imperii* conſtitutiones, fidem, obedientiamque, debere. Sed *Cæſaris* faſtigium, autoritatem, ac potentiam, ſub ſanctionibus, iuramento confirmatis, *Cæſareis*, *Imperii* legibus, *Ordinumque, Circulorumque*, iuri-
bus, denique *pacis* tàm *Religioſæ*, quàm *ſecularis*, ca-
nonibus, inquirendam, venerandamque, venire. Iam ſe, ſecundùm *DEUM*, ſub auxiliis præfati *Regis*, illiuſque confœderatorum, ità conſtanter anima-
tum perſtare, ut in conſcientiæ, patriæque, viola-
tores, tanquam *DEI*, hominumque, hoſtes, regio-
numque peſtes, iam mox vindictæ opportunas, ire. Subditoſque, à tàm corporis, quàm animæ, af-
flictionibus immenſis, ac fœdis, pro virili liberare, ſatagat. Si nunc maximè periculis, ac difficultati-
bus, caput obiiciat, hoc ſe, tanquam *Chriſtianum, Germanumque, Principem*, honori *DEI*, toti *Rom. Im-
perio*, eiuſque legibus fundamentalibus, ex liberri-
mo, *Germanicoque*, affectu, debere. Volentemque

ſe & *Religioni*, & patriæ, velut devovere. Ut & divini auxilii, & famæ, *Germanici* ſanguinis, & bonæ mentis, *Principe* dignæ, ſecurus utique ſit.

CAP. II.

De vera Magdeburgi, ſub Pappenheimio, ipſoque Thillyo, obſidione.

I.

Pappenheimius obſidione urget Magdeburgum.

QVI rebelles per *Auſtriam*, magniſq; ſub copiis tumultuantes, rurſticanos, in ordinem redegerat, videlicet *Henricus, Comes Pappenheimius*, idem, ſeditioſorum ſcopulus, *Magdeburgicis*, res novas agentibus, ſub obedientiam reducendis, obtigerat. Etiam, procedentibus illis *Thillii*, & *Adminiſtratoris*, altercationibus, *Caſtrum* illud: à *Virgine* dictum, obſidione premebatur. Ut res non ampliùs perfunctoriè, ſed ſeriò, gereretur. Quòd ergò *Falckenbergius*, tribunus regius, urbis præfectus, conatibus *Pappenheimii* refragaretur, fertur ab hoc promiſſionibus, pecuniiſque, fuiſſe tentatus, an ſic eius pertinacia expugnari quiret. Scilicet nunciari illi iuſſerat *Pappenheimius Mareſchallus*: Dolere ſibi, tàm bonæ mentis, commendatæque virtutis, hominem, quò quidem nomine is prædicaretur, adversùs ſummum *Chriſtiani* orbis caput, *Regi* externo operam dare. Multas eum, & luculentiores, exſpectare conditiones, ſi *Cæſari* militare mallet. Uſque eò, ut familiæ titulos augere, pecuniiſque, ac fortunæ bonis, rem amplificare, poſſit. Sed *Falckenbergius* ſuſpecta illa dona, & quæ hamos imitantur, peroſus, maſculè contra ivit. Si proditorem quæreret *Pappenheimius*, inquit, alibi ſolicitaret. Fidem apud ſe, *Regi* datam, tàm tenui filo non pendere. Quicunque igitur, eiuſce rei nuncius, altera vice, ſuper id genus perfidia, ſeſe interpellaturus foret, huic furcam, ac reſtim, præmii loco, præparari. Qui, ne videretur ſic quidem obiter, atque in primis labiis, conſtantiam fovere, ſuſcepta in obſeſſores maſcula impreſſione, quàm verè, atque ex animo, ſentiret, uſq; ad multorum internecionem, ſpecimen dedit.

Hoc tempore Vice-tribunus, *Chieſa* dictus, qui ob præclaram *Cæſari*, ſub *Mantua* expugnatione, navatam operam, ſub comitiis *Ratiſponenſibus*, titulis equeſtribus ſolenniter auctus fuerat, in manus devénit *Magdeburgicorum*. A quibus neci datus eſt. Apud quem cùm codicilli tàm à *Pappenheimio*, quàm *Guolfgango, Comite Manſfeldio*, iiſ-

dem quadrigis triumphum à *Magdeburgo* devic
exſpectantibus, ad aulam *Cæſaream* directi, repe
eſſent, rumor ab obſeſſis differri intempeſti
cœpit, tanquam ab illo heroum pari res inſidiis,
ſævitiâ, plenæ in *Magdeburgum* cuderentur. Cù
tamen potiùs privata interveniret æmulatio, qu
bus nempè operibus, machiniſque, more milit
ri, urbs expugnari poſſet expeditiùs, mutuas
trinque, tanquam ſuper virtute, altercationes
ſcipientium. Ut etiam gubernatoris, ac vicar
deinceps apud *Magdeburgum* conſtituendi à *Cæſa*
partes alter, & alter, ambire videretur.

II.

Magdeburgicis luxuriantibus ipſe Thillyus,
niverſo cum exercitu, ſupervenit.

NOndùm magnoperè obſidionis, latè pate
tis, laborem curabant *Magdeburgenſes*. Sed
octo paſſuum millia, propter *Albim*, versùs *Schö*
beccam, militare ſepimentum deducentes, hoc
gebant, ut ea parte ex *Electorali Saxonia* commea
potirentur. Nec infeliciter hoc illis cecidit. Ben
ficio enim huius operis ad tempus modò non a
nonam invexerunt. Sed & *Barbyum* centuriis p
deſtrium aliquammultis invadentes, magnum fa
ris proventum, eo ſub oppido, à *Cæſareanis*, ali
que incolis, depoſitum, interceperunt. Tame
autem *Pappenheimius* ſuorum manum, pro ope
illius deſtructione, ſequentibus diebus immitt
ret. Nihilominùs tamen, loricâ ad perfectione
uſque tùm quidem eductâ, auxiliiſque ex urbe i
ſtantibus, repreſſi ſunt, non ſine ſuorum iactur
Ità factum, ut hoc opus toto menſe perſtaret int
ctum. Sic, ut *Magdeburgenſes* ad octo paſſuum mi
lia, variis ſeſe eminùs tuerentur, ſepimentis, ac l
ricis, antequàm ad mœnia veniretur. Unde urb
amplitudinem æſtimare liceat.

Poſtquàm verò *Thillyus*, contrà *Sueciæ Regem*
Megapolim educens, mutâſſet propoſitum. Au
quòd leoni prædam, quod aiunt, difficulter e
torqueri, haberet præcognitum. Aut quòd cu
Magdeburgo ità quidem videretur comparatum, u
niſi hæc belli, motuumque novorum, officin
Proteſtantibus, noviſſimè apud *Lipſiam* in fœdus, a
que arma, prorumpentibus, eriperentur, faci
totum militiæ *Cæſareanæ* ſtatum immutare poſſe
Hoc conſilio propridie *Cal. Mart.* magnis conat
bus è *Pegavia* integrum reduxit exercitum. Toti
que viribus in urbis adverſæ obſidionem arctio
rem incubuit. Quo nomine, per ſaltus appropin
quans, intrà *Preſterianam, Crucenhorſtianamque*, lo
ricas, legiones collocavit. Sic, ut præſidiariis i
urbem regreſſum interciperet. *Albiſque* ripam u
tramque tormentis, ritè diſpoſitis, communire
Hæc intelligens alterius loricæ defenſor centurio
fieri non poſſe arbitratus, ut tantis copiis ipſe reſ
ſteret, aut ſalvus evaderet, herbam, ut aiunt, ſpon
te porrexit, immò obtulit. Sic ipſe, cum quatu
or tormentis, octogintaque gregariis, in *Thill*
poteſtatem, eiuſque cohortium ſupplementun
devenit. Alius verò inferioris notæ locumtenen
murum, ſive nudum ſepimentum, in proxim
defendens, ità acriter, duobus ſaltèm gregario
ru

n manipulis inſtructus, reſtitit, ut quintùm im-
ſſionem reiterantes retunderet, pluresque cen-
ario è *Thillyanis* ſterneret. Uſque dùm glande
us alteriùs iacturam cubiti faceret. Interim vir-
is exiſtimatione in urbem remitti meruit. Ita-
e ordine in loricam alteram, dictam *Preſteria-
n*, itum eſt. Quam cùm *Thillyus* urgeret tormē-
, defenſores in *telonii* receptum ſeſe ſubduxe-
nt. Erat intrà *Cracoviam* pagum turris benè
ida. Hanc duo circiter militum manipuli in-
ebant. *Thillyus*, ſuperinductis tormentis, tàm
ı etiam hoc ergaſtulum impetere iuſſit, uſque
m numero, & languore, extenuati deditionem
cerent.

Inter hæc, *Guolfgangus Mansfeldius* ex altera *Albis*
a, loricam *Bückavianam*, eâdemque operâ, in-
gram circiter cohortem, intercepit. *Thillyus*
rò *loricam*, benè munitam, à *telonio* nomen ha-
ntem, abſque inſigni militis iacturâ, expugna-
non poſſe, animadvertens, aliam trans *Albim
icam*, à *cornu rubello* nuncupatam, tormentis ſi-
miſſione trans aquas impetiit. Quæ cùm no-
ſſimè loco arenoſo foret exſtructa, neque appa-
ret ratio, qua diutiùs defendi quiret, præſidia-
, aſſumptis ſecum machinis, loco exceſſerunt.
illyus ergò bono manè militem navibus traie-
t, loricamque etiam hanc occupavit. Quâ a-
irante fortunâ, turmas aliquot equeſtres versùs
bem, *officinamque lateritiam*, præmiſit, eo inſti-
to, an pons, in *telonium* ducens, intercipi, eiuſ-
ue loricæ defenſoribus regreſſus in urbem præ-
di, poſſit. Sed *Falckenbergius*, eam in rem inten-
s, è *lorica telonaria* defenſores in urbem maturè
vocavit. Ponteſque deiicere,, adituſque ad ur-
em firmiùs communire, iuſſit. Benè ceſſit præ-
dii è *lorica telonaria* deductio *Thillyo*. Ut laborem,
m expugnationi eiuſce operis deſtinatum, lu-
ens ſequeſtraret. Interim, non niſi ſub veſperam,
mmiſit cohortes. De induſtria cavens, ne ſuffoſſo
orte pulvere pyrio ſuis noceretur.

III.

*Interceptis operibus externis, benè multis, pro-
piùs urbi admoventur caſtra.*

Loricâ telonariâ illâ *Thillyanis* cedente, iam o-
pera, ac munimenta, externa, numero circi-
er viginti, obſeſſis erepta erant omnia. Tot
umptibus, totidemque militibus, fruſtrà ferè in-
umptis. Quòd igitur obſidio iam ad urbem pro-
ximè ſpectaret, ab *Epiſcopo*, *Falckenbergio*, *Senatu-
que* civico, eam in ſententiam itum eſt, utrumque
ſuburbium, nempè *Sudenburgum*, ac *Neapolim*, præ-
ſidio deſtituendum eſſe. Fieri enim non poſſe, ut
loca illa ampla, adversùs integrum exercitum,
tuerentur. Niſi iacturam reſidui militis vix ad in-
terioris urbis, ac fortalitii, defenſionem ſuffici-
entis, porrò facere velint. Itaque iam vetus, in-
teriuſque, *Magdeburgum* reſtabat unicè. Sed, pro-
ut fit in multitudine, non deerant, qui hoc inſti-
tutum oppidò damnarent. Aiebant enim, o-
mni conatu enitendum obſeſſis fuiſſe non imme-
ritò, quò utrumque ſuburbium defenderetur ul-
timè.

Ità enim obſidionem ab interiori fortalitio ad
tempus abarceri potuiſſe. Sic, ut morâ magis,
magiſque, extractâ, *Sueciæ Regi* commodum fuiſ-
ſet, liberationem urbis tentare, atque efficere.
Contrà, ſub utriuſque ſuburbii ceſſione, animos
obſeſſis minui, obſeſſoribus augeri, accidiſſe. Sup-
peditatamque hoſtibus opportunitatem, quâ non
ſolùm ſuburbiis, tanquam receptibus, uterentur,
ſed etiam intrà tormentorum urbanorum iactum,
tuti perſtarent. Ipſaque urbis in pomœria, foſ-
ſas, mœniaque, progrederentur.

Sudenburgum igitur, iam tùm à *Cæſareanis* infe-
ſtatum, *XI. Calend. Maii.* ſuppoſitis ignibus confla-
gravit. Urbanis ipſiſmet ædificia deinceps com-
planantibus. Hac opportunitate invitati *Cæſareani*
ad ipſa urbis munimenta acceſſerunt. *Pappenhei-
mius* quoque per pontem nauticum, apud *Schön-
beccam Albi* impoſitum, quinque pedeſtrium legio-
nes ſuperinduxit. Caſtraque apud *Stagnum ru-
brum*, antè *Neapolim*, metari cœpit.

IV.

*Magdeburgici, intelligentes, obſeſſoribus rem
ſeriò agi, paulò ſeriùs errores ſuos agno-
ſcunt.*

Mox ſuburbium ſemidirutum ingreſſus, co-
hortesque aliquot hoſtiles in urbem reiici-
ens, quadrifariàm dimiſſis foſſoribus versùs ur-
bem murorum ſepimenta, foſſaſque antecurſo-
rias, excitare iuſſit. Eo tandem indicio urbanis
deprehenſum tùm quidem fuit, quàm *Thillyo*, *Pap-
penheimioque*, res ageretur ſeriò. Omniaque ad
communis civitatis expugnationem ſpectarent.
Ferunt, neque *Epiſcopo*, nedùm præfectis militari-
bus, civiciſque, antè eum diem in mentem veniſ-
ſe, fore, ut interior urbs verè eſſet obſidenda. Quâ
cogitatione ſequeſtratâ, neque de præſidio, tàm
amplo, tàm irregulari, fortalitio neceſſario, ne-
que annonæ, militiæque, apparatu, ſic ſatis erat
proſpectum. Ut tùm demùm, ſed nimis ſerò, a-
gnoſcerent, quanta ſub animorum caligine cæcu-
tire cœpiſſent, dùm, ſub operum externorum fru-
ſtranea defenſione, interiùs domicilium, urbiſque
præcordia, denudâſſent. Accedebat civium, an-
nonæ flagellatorum, avaritia. Qua factum, ut
præſidiariis diaria aut tenuiſſima, aut nulla, niſi
præſente pecuniâ, cederentur. Sic, ut ſtipendia-
riorum multi ſive ex indigentia, ſive corrupta zy-
thi coctura, indignantes profunderent animas.
Ad ſummam, vix præſidiariorum duo millenarii,
ducentique, & quinquagintà, equeſtrium, omni è
numero fuêre reliqui, qui quidem integrâ ſanita-
te, armiſque, uterentur.

Cum urbe, præcipuoque fortalitio, ità verò
comparatum erat, ut hoc inprimis ſedulo, indu-
ſtrioque, ſive architecto, ſive inſpectore, habe-
ret opus. Quæ res, hoſtibus iam impendiò urgen-
tibus, nimis ſerò, ac præpoſterè, conſiderabatur,
uſque ad animorum languorem. Satius igitur
fuiſſet, interiùs agere res ſuas, omnemque in e-
ventus, defectuſque, coniicere contemplatio-
nem. Quàm foris eſſe curioſum. Siniſteriùs quip-
pe eminùs ſuſcipitur defenſio, ubi lar ipſe labo-

rat. Sed ſerò, aut nunquam ſapiunt *Magdeburgenſes.* Iam enim neceſſitas non ædificationem permittebat. Ut una, ac ſola, defenſio in partes veniret. Dixiſſes, mentes voti prodigas, nimiſque in damna præcipites, hîc ſuſpiriis editis inſtantem calamitatem velut prædivinâſſe. Quæ quidem vix ullis, & quidem confertiſſimis, lacrymarum imbribus ſat defleri poterit. Necdùm tamen cæcis mortalibus, & in pœnas multiplices reſervatis, tantis ſub anguſtiis, ac defectibus, viſum eſt, morbum agnoſcere, & ſanari velle. Hæc ſi ab ægro voluntas exulat, fruſtrà remedia, licet commendatiſſima, adhibentur. Potiùs placet, ſedet, ſententia perſtat, rem diffuſam, atque amplam, neque operibus, neque præſidio, ſatis inſtructam, velle tueri. Et quidem contrà *Cæſaris, Ligarianorumque*, exercitus. Spem faciebat *Rex Sueciæ*, hoſtium hos univerſos globos, à ſe vinci poſſe. Hac ſpe, tanquam cibo, ſuffulti, *VIII. Cal. Maias*, indicto proceribus concilio, in *Curiam* frequentes conveniunt, in defenſionem etiamnunc coniurant. Vices, operaſque, quem quiſque locum defendat, inter ſeſe ſortiuntur. *Falckenbergio*, ſecundùm inſpectionem univerſalem, cecidit ſorti partis illius cuſtodia, quæ versùs *Sudenburgum* ad portam *Krö'keniam* porrigitur. *Carolo Hunoni Ambſterrothio*, vigiliarum præfecto generali, diſtrictus, à porta *Kröckenia* versùs *Neapolim*, ipſamque ripam piſcatoriam, obtigit. Ripam, dictam piſcatoriam, ipſi piſcatores, parſque civium, unà cum *Albi*, defendendam ſuſceperunt. *Troſtio*, tribuno locumtenenti, pons, quo per *Albim* itur, eademque porta, commendari cœpit. Ipſe ſive *Epiſcopus*, ſive *Adminiſtrator*, adiuncto ſibi vicetribuno, dicto *Longio*, curam munimenti, ponè *Eccleſiam* cathedralem noviſſimè excitati, cum partibus adiacentibus, habuit. Cives, verò, ſecundùm octodecim ſectiones, noctu omni ex parte vallum ſupremum inſederunt. Dimidia parte eorum interdiu has vices obeunte. Milites denique præſidiarii ad valli radices, pomœria, mœniaque, ſunt diſpoſiti. Ut ſic *Falckenbergius* diligenter, atque ordine, munia, operaſque, divideret, recteque imperaret. Modò mens læva civium, regique neſcia multitudo, imperatis haud repugnâſſet. Quippe ſedulitatis, ac curarum, in locum ſocordiâ, ignaviâque, ſuccedentibus, multipliciter peccatum eſt. Nunc enim æmulatio pro coniunctione, ſimultates, atque odia, pro fide, atque integritate, in partes veniebant. Qui tenuioris erant fortunæ, opulentioribus invidebant licentiam, ut putabant, ampliorem. Quod illi diutiuſculè domi reſtitarent. Tametſi interdùm dominorum vices famuli obirent. Neque omninò inculpati erant ditiores. Quippe, qui vel ſemel in die, vel rariùs, vel frigidè, vallum inſpicerent. E quibus fortè erant, qui aliud cauſſarentur, omninòque adverſam tuerentur ſententiam. Nimirùm, ipſis ab initiis, ſeſe inconſultis, fœdus cum *Rege Sueciæ*, ipſoque *Adminiſtratore*, conflatum eſſe. Viderent igitur fabulæ autores, quam ſcenam in theatrum introduxiſſent. Ità clàm palàm animis diffidentibus, rebus prout fieri amat ſub adverſis, & inclinantibus, ex unitate

in partes, ac ſciſſiones, itum eſt. Neque def
runt, qui quidem magno numero in civitatis
lum itarent, non defendendi, aut hoſtes rei
endi, animo. Sed, ut aut in novitates inqui
rent, aut confabulationibus animum implere
Alii zytho, ſub ipſo vallo intrà lagenas accerſi
plus operæ dabant, quàm bombardis. Alii,
teri ex lege, illi loco, cui ſemel deſtinabantur
xiùs adhærebant, quàm lapidi, ut aiunt, lepas.
neque ſociis aliis ſub partibus ſuccurrere, ne
ſtationem, pro re nata, mutare, vellent. Ità
ſuvénit, ut pars, hoſtibus obiecta, dies, noct
que, fatigarentur. Pars, quieta ſub ſtatione,
nihil, aut perperàm agerent. Negatâ ſociis eti
operâ ſubſidiariâ.

V.

Magdeburgenſes in hoſtium caſtra diverſis
cibus erumpunt.

PRocedentibus illis civium ſimultatibus,
hilominùs non defuerunt, qui, ferociâ
cæteris valentes, à *Falckenbergio* contenderent,
ceret in hoſtes erumpere, diverſaſque ſuſcip
impreſſiones. Ne videantur *Magdeburgenſ*
ſpiritus omninò cecidiſſe, *Cæſareanis* verò ſuper
lia tolli. Diu repugnavit gubernator, mil
cauſſatus penuriam. Tandem fieri eiuſmodi
quid permiſit. Sic, ut, poſt *Neapolim* occupata
eodem die tres ſuſciperentur eruptiones. E q
bus primam impreſſionem in *Neapolim* fecit *A*
ſterrothus, aſſumptis viginti peditum paribus. C
ſiſque ſedecim cervicibus, gerras, ſcaphaſque,
iecit: redactis in urbem paucis captivis. A quil
intrà urbem protractis narratum eſt, capi opp
tunè potuiſſe *Pappenheimium*, poſt murorum
dera latitantem, ſicubi tribus ultrà paſſibus p
vecti eſſent. Alteram eruptionem *Falckenb*
gius ſuſcepit per latus vicetribuni *Troſtii.* Hic,
ſumptis aliquot peditum, equitumque, centur
aliâ parte in hoſtes eduxit. Maſculéque inve
quiritationes hoſtibus, ius vitæ implorantib
extorſit. Ut, ſi paulò validiorem eduxiſſet m
num, integram *loricam*, à *cornu rubro* nomencla
ram habentem, ſuperare potuiſſet. Sed vi
integra ſupervénit legio è caſtris. Ut cæſis nil
lominùs *Cæſareanorum* duabus circiter centur
receptui canere cogerentur. Etiam hæc p
ſuos induxit captivos. Tertiam impreſſion
rurſus *Ambſterrothus*, generalis vigiliarum præ
ctus, iteravit. Qui alterâ vice in *Neapolim* prorumpens, intrà foſſas viginti *Cæſareanorum* paria obtruncavit, relatis in urbem ſpoliis nonnullis.

***

CA

CAP. III.

hillyus, miſsis per tubicinem in urbē codicillis, Magdeburgenſibus, ſub ſpe veniæ, deditionem inculcat.

I.

hillyus, ſuper deditione, Adminiſtratorem litteris compellat.

S Uperiores ab obſeſſis eruptiones antequàm ad effectum ſpectarent, *Thillyus*, miſſis per tubicinem codicillis, *Chriſtiano Guilielmo Brandeburgico*, *Adminiſtratori*, deditionem, perſuadere ntavit. Tenor erat ille: Sine dubio, inquit, ô inceps, meminiſti adhuc, quibus verbis ex *Halberadio* noviſſimè ad te dederim. Bonâque fide inlcârim, hoc ageres, nimirùm tàm conſiliis, quā ctionibus, adversùs *Cæſarem* irregularibus, te abineres. Commercia perduellium, paciſque hoium, fugeres. *Cæſari* verò, tanquam *Teutonici*, ac etuſti, ſanguinis *Princeps*, obedientiam præſtares. uxtáque non vanis rationibus deponderares, uantum familiæ, nomini, honori, atque autoriati, ſub tàm temporalis, quàm æternæ, ſalutis peiclitatione, diſcrimen immineat. Tametſi verò em concepiſſem, fore, ut hæc ſincera ammonio locum inveniret, iuſtumque obtineret pondus. ihilominùs eventus oppidò contrarium produit. Dùm eò uſque hoſtiles molitiones, factioeſque *Magdeburgicæ*, ad ſummum pervenerunt radum, ut, niſi maturè ad pœnitentiam redeas, acilè nunquam eò velùt ex malorum barathro, ut ſumma cum difficultate, emergere poſſis. Neue verò tuâ hîc duntaxat intereſt. Sed omnes, per idem latus tuum, *Magdeburgenſes*, omnes, tano ſub numero, cives, indigenæque, inſontes, onnes feminæ, puellæ, parvulique, extremè perilitantur. Quorum omnium animulæ à DEO deinceps vindictam depoſcent. Inque te ultricem provocabunt *Nemeſin*.

Proindè, quò calamitatem, tanquam præ foribus ſtantem, adhucdùm amoliri liceat. Ipſeque, & omnes, quorum intereſt, re ipſa intueri, ac velut palpare, poſſitis, à *Cæſaris* partibus animum vobis nocendi procul abeſſe. Ut clades, quæ inſtat, etiam ſit abominationi. Ut etiam perditionis cauſſa nem ni, niſi qui *Magdeburgenſes* in hæc ultima præcipitavit, ordine tribuenda veniat. Hac de re aliter facere non potui, quin te denuò bonâ, ac ſincerâ, fide etiam, etiamque, exhortarer, velles tandem in temetipſum deſcendere, omniáque peſſiculatiùs excutere. Iamque, dùm adhuc datur, id genus factiones omninò eiurare. Pertinaciam, armaque ipſa, oppidò deponere, hoſtilitatem expectorare, *Magdeburgenſibus* bonam mentem inſtillare. Adeóque cum *Cæſare*, tanquam ſupremo *Imperii* capite, in gratiam reverti.

Hæc via eſt, quâ impendens infortunium declinari, *Cæſaris* clementia reduci, firmarique, poteſt. Ut etiam *Magdeburgenſibus* hoc tempore eà tranſactio obtingere amet, cuiuſmodi poſthâc nunquam fuerit exſpectanda. Auxilia externa, ô *Princeps*, quibus credidiſti, quibus hos in labyrinthos inductus es, vide! Et deprehẽdes, illis tutò fidendum non eſſe. Ut hactenùs verbis, promiſſiſque, tibi ſatisfactum ſit. Neque verò eſt, ut deinceps liberationem hoc pacto exſpectare velis. Eò enim extremorum res rediit, ut, niſi ipſe te liberes, hoc eſt, conditiones propoſitas amplectaris, *Cæſarique* te ſubmittas, conclamatum utique tecum ſit.

II.

Thillyus totidem verbis Magdeburgenſibus bonam mentem inſtillat.

TOtidem verbis *Thillyus* periculi magnitudinem ipſiſmet *Magdeburgenſibus* ob oculos poſuit. Illoſque etiam tùm ad frugem redire iuſſit. Senſus litterarum hic talis erat: Iampridèm, inquit, ô *Magdeburgenſes*, etiam cum damno veſtro, didiciſtis, quid ſit illud, adverſùs *Cæſarem* vultus elevare, fœdiſque accedere rebellionibus. Ità enim agitur vobiſcum, ut iam omnium bonorum temporalium, fortunarumque, notoriam feceritis iacturam. Nec illud ſufficit. Sed, DEO permittente, eo eſtis loco, ut vos omnes, unà cum pulviſculo, quod aiunt, hiſce copiis perdere queam. Ineluctabile quippe vobis omnibus, veſtriſque uxoribus, ac liberis, exitium præſtò eſt.

Quemadmodum autem perſuaſum utique non habeo, vos eò uſque excæcatos, dementatoſque, eſſe, ut omninò præſentem in interitum præcipites abripiamini. Neque ad obedientiam, *Cæſari* debitam, eiurata rebellatione, reverti cupiatis. Hac de re, ſuperpondii loco, autor, monitorque, vobis accedo, ne velletis fores gratiæ, adhucdùm patentes, vobis præcludere. Sed, depoſita pertinacia, quàmprimùm obedientiam, ac devotionem, ſupremo *Imperii* capiti convenientem, operantes, veniam poſceretis. Clementiamque *Cæſaream* ulteriùs ne repudiaretis, dùm licet. Niſi hoc vobis etiamnunc placere poſſit. Iſtique ſitis, qui contumaciam, fœdamque rebellionem, potiùs perſeverare, quàm *Cæſaris* gratiam ambire, eligatis. Creditote, iam bipenem radicibus veſtris inſtare. Eamque vobis minari cataſtrophen. Ut, niſi maturrimè malo ingenti caveatis, calamitates ultimas abarceatis, omnes omnes, unà cum uxoribus, liberis, fortuniſque reliquis, in flebile exitium ruatis præcipites. Certè, in oculis veſtris eſt, nempe illos, qui quidem protectionem, & auxilia, vobis ſunt

polliciti, nihil minùs cogitâſſe, quàm ut vobis pdeſſent. Iam enim uſque in interitum & hanc regionem, & vos ipſos, deduxerunt. Itaque, denuò vobis inculco, agite, pœnitentiam, dùm licet, emendate, vos ab exitio, quod eſt in proximo, vindicate. Niſi velitis hanc ſalutarem admittere medicinam, fruſtrà deinceps, rebus prorſùs conclamatis, opem implorabitis. Hæc vobis cordi ſint. De cætero, quæ in verba ad *Chriſtianum Guilielmũ, Brandeburgicum*, ipſumque *Falckenbergium* tribunum, dederim, hîc ab exemplis, vobiſcum communicandis, diſcitote.

III.

Thillyus eadem ultima nunciat Falckenbergio tribuno.

NEque deſtitit *Thillyus* eiuſdem commatis codicillis tentare *Falckenbergium* tribunum, urbis gubernatorem. An tantùm non ſuadere, ſed perſuadere, poſſet. Ità verò ille: Nulla, inquit, opus eſt prolixa deductione, ut tibi, ô bone, omnibuſque, cognitiſſimum ſit, quæ ultima in tropica *Magdeburgenſes*, ſupinâ ſuâ contumacia, ac rebellandi libidine, incidiſſent. Quorumque autorum ſeductionibus eò uſque eſſent dementiæ abrepti. Iam enim ſic quidem comparatum eſt, ut, ſi, intrà exigui temporis ſpatium, ad ſanitatem, ac pœnitentiam, haud redeant, nihil, præter totalem interitum, præſenſque exitium, exſpectare queant. Præſertim, cùm omnis auxilii, omnis alia liberationis ratio exulet. Siquidem verò ipſe calamitatibus, atque infortuniis, eorum haud delector. Sed malim eos, prȩeunte debita, ac ſubmiſſa, ergà *Cæſarem, Imperii* utique caput, reverentia, inſtantem effugere cladem, atque everſionem. Hac de re nullum mihi reſtat dubium, quin ipſe ſapienter expendere velis, quàm grave, atque inexpiabile, eſſet, ſi, ſub prȩſenti agone, autor porrò fueris, ut tot inſontium hominum millia, ſub vitæ, fortunarumque, iactura, oppidò perire, omniaque ultima pati, debeant. Neque enim hunc reatum coràm DEO purgare poteris. Utque neque *Rex* ipſe gratum habiturus ſit, ſicubi regium militem eo pacto tanquam in lanienam, ac macellum, præcipites.

Proindè, nihil dubitavi, ſuper id genus ultimis, tecum has per litteras experiri. Simulque monitor accedo, velles iuramenti meminiſſe, quo *Cæſari*, tanquam *Imperii* ſubditus, obligaris. Quo nomine, rectiùs, ſalutariuſque, facere potes nihil, quã ſi *Magdeburgenſibus* pertinaciam non augeas, ſed expectores. Non armorum protractionem ſuadeas, ſed obedientiam, pœnitentiamque, perſuadeas. Per fidem, ſic quidem eſt, niſi maturrimè ad bonã mentem revertamini, nulla vos auxilia, fruſtrà exſpectata, ac ne quidem *Mars* ipſe, ſervare deinceps poſſit. Neque verò ego credere velim, ipſum *Regem Sueciæ*, tanto rerum ſub diſcrimine, aliud aut abs te poſtulare, aut exſpectare.

IV.

Brandeburgicus, ſive Adminiſtrator, reſpondet Thillyo.

QUid *Brandeburgico*, ſive *Adminiſtratori*, ad
teram *Thillii* interpellationem, & quid
compulſoriam, animi fuerit, è ſequenti pate
reſponſo. Ità verò reddidit ille. Tuas verò,
quit, ô *Thilli*, non ſine huius animi commotio
recitari audivi. Simulátque optare cœpi, cert
eſſem, an tute hæc nomine *Cæſaris*, atque ex ma
dato, ad me dediſſes. Sic enim maiori cum re
rentia admittere debueram. Secundùm hæc,
lare equidem te nolo: Prout antiqui, & præcip
inter *Germanos* ſanguinis *Princeps*, hactenùs ſic q
dem egi, ſic me *Chriſtiano* more geſſi, ut me qu
quam ferè mortalium, nedùm *Cæſarem*, offen
rim. Multò minùs contrà fidem, ac iuramentu
deliquerim. Ità hunc uſque in diem, in meris
turæ, licitæque defenſionis terminis, verſari cœ
Ut hoc, quodcunque eſt, nulla coràm *DEO*
conſcientiæ macula, tueri poſſim. Tùm omni
in univerſum *Ordinibus Proteſtantibus*, totique uſq
adeò orbi, bonæ mentis amanti, idem probare
lim. Atque huius rei in teſtimonium *DEUM* a
pello. Ut ipſæ meæ actiones, ac conſilia, uná
ad *Cæſarem* directi codicilli, obedientiæ meæ
beant ſuffragari. Quodſi igitur eo tempore, ſecu
dùm *Imperii* conſtitutiones, clementer audiri,
accidiſſet. Tùm tàm è *Primatu Magdeburgico*, qu
Epiſcopatu Halberſtadiano, præſulatibus meis, qu
rum in poſſeſſionem pleno electionis iure ve
ram, inaudita cauſſâ, non fuiſſem miſerrimè e
ctus, utique hæc ad extrema nunquam perven
ſem.

Interim, cave putes, tuâ mihi ammonitione
ſe opus. Quam tamen, ſicubi humanitas tibi dict
vit, gratanter equidem admitto. Ità enim conſta
ter, & ingenuè, affectus ſum, ut deinceps, ſecu
dãte ſacroſancti *Spiritus* aurâ, nihil facturus ſim,
ſi quod in *DEI* honorem, ſalutiferi eius verbi pr
pagationem, *Pacis* tàm *Religioſæ*, quàm *publicæ*,
ductionem, vergere queat. Ut iſtis, qui hæc om
confundere, ac penitùs deſtruere, cogitant, a
quando, coràm *Patre* cœleſti, rationes reddend
eſſe, certò perſuaſum utique habeam. Quodſi m
ximè temporalis hic pœna ſuperventura non
æterna certè ſub rigoroſo illo *DEI* iudicio, met
enda veniet.

Ut autem, ſub hac cauſſa ardua, minùs pecca
prudentiùs verò proſpicere, poſſim. Utique ſic a
fectus ſum, ut *Saxoniæ*, & *Brandeburgici*, *Electoru*
conventus illius *Lipſienſis* directorum, conſilia v
lim auſpicari. Dùm enim, hoc ſub negotio, tan
non honor, & exiſtimatio mea, tantùm non *Prim*
tus, & *Epiſcopatus*, tantùm non *Magdeburgenſis* h
Civitas, tanguntur. Sed communis illa *Proteſtantiu*
Reſpublica, qua ſub *Electores*, *Principes*, *Ordineſqu*
comprehenduntur, afficitur. Æquum eſt, comm
nicatis omnia ut peragantur conſiliis. Quò ſic c
di imminenti obviàm iri, *DEI* honor, ac doctrin
propagari, *Cæſari* autoritas conſervari, totiuſq
Imperii incolumitas ordine proferri, ſuſtineat. Q
nomine noviſſimè apud *Lipſiam* deliberari cœp
Ubi *DEO* autore, animis feliciter conſpirantibu
illa emerſit, cordata, atque integerrima, definiti
cuiuſmodi iamdudùm faciliùs optari, quàm ſpe
ri, potuit.

Prout ideóque præfati *Electores*, utique quo
quo

ad *Primatum* hunc *Magdeburgicum*, intereſt plu-
ùm, omnes ſuas, apud *Lipſiam* coniunctas, deli-
ationes ad *DEI* honorem, *Cæſaris* autoritatem,
que publicæ ſalutem, direxerunt. Conſimiliter
s naſcitur, eos etiam, ſub hac cauſſâ communi,
que conſilio, neque re, mihi defuturos eſſe. Ut,
icquid tandem *Electores* illi iuſſerint, id omne ef-
ere ſim paratus. Modò iam media non denegen-
, quibus pium hocce propoſitum deducere li-
t in effectum. Eo enim nomine & morâ mihi o-
eſt. Et litteris fiduciariis, ſive ſalvi conductus,
vocant, uti teneor Quarum beneficio legati ire,
redire, poſſint. Iam nullus equidem dubito, ſic-
Electores illi contemplationes ſuas ſuper *Cæſarem*,
perium, cæteroſque *Ordines*, & me quoque, con-
unt: ità *Sueciæ Regem*, ex regia animi indulgentia,
anquam mihi ultima quæque, ex lege, pollici-
n, commendatæ pacis rationibus haud adver-
urum. Ut ſic, pro communi patria, *Germania*,
nquillanda, proximè auſpicia ſumenda, promo-
ndaque, ſint. Quæ ut ematurari queant, ad accu-
tam diligentiam nihil equidem facturus ſum re-
ui.
Eo ergò nomine abs te contendo, velles hoc ſu-
r reſponſo, ſatis commodo, acquieſcere. Mihi-
e moram vel tantillam, legatis verò meis eundi,
deundique, facultatem concedere. Rem eam
nc eſſe nemo dubitat, cuiuſmodi *Cæſari* pergra-
, tibi verò honorifica, futura eſt. Ut, ſi tàm pium
opoſitum ad effectum ſpectet, nullo alio lucu-
ntiori elogio venerandam illam canitiem tuam,
canaque menta, condecorare poſſis. Ut hæc fa-
a & viventi tibi, &, fatis functo, apud poſterita-
m, immortale decus, nomenque indelebile, con-
liare ſufficiat.

V.

Magdeburgenſes reſpondent Thillyo.

Oſt *Brandeburgici*, ſive *Adminiſtratoris*, reſponſũ,
talis fuit *Senatus Magdeburgici* exceptio: Tantùm
eſſe, inquiunt, ut fœdum rebellionis crimen in
ſe, aut pertinacię vitium, torqueri poſſit. Ut eiuſ-
odi aliquid nunquam in mentem venerit. Con-
arium potiùs emergere è *Cæſaris* ipſiuſmet decla-
ationibus. Qui quidem luculento ſeſe, ob devotã
lam conſtantiam, etiam temporibus admodùm
eceſſariis, etiam periculis ſub urgentiſſimis, con-
ſtatam, elogio honorare non fuiſſet dedignatus.
Hanc obedientiam, hanc fidem, etiamnunc ſibi eſ-
e cordi. Immò ipſummet *Thillyum*, apud *Lavven-*
urgum ſubſiſtentem, eandem ſuam devotionem
ommendâſſe. Prout tunc quidem legatis ſuis fu-
ſſet conteſtatus. Eapropter rem nunquam eò de-
abi potuiſſe, niſi adversùs *Cæſaris* mentem, volun-
atemque, totque *Cæſarea* intervenientia promiſſa,
Civitas ab integro ſexennio, abſque ulla legitima
cauſſà, per invidos, ac malevolos, oppugnari cœ-
piſſet. Ab eò enim tempore fortunas, ac commer-
cia, deſtrui, reditus, proventuſq;, intercipi, omnia-
que ſibi ultima intentari, accidiſſe, ut diutiùs id ge-
nus ærumnis exanthlandis pares non fuerint. Illis
omnibus acceſſiſſe conſcientiarum atrox iſtud fla-
gellum. Dum, citrà *Cæſaris* mandatum, cauſſæque
inſpectionem, quà *Religionem*, tantùm non torti eſſent. Hanc ſibi pro conſtanti devotione præclaram reddi mercedem. Hoc illud fidei, ac conſtantiæ, eſſe præmium. Ut, rem *DEO* committentes, extortæ, ſumméque neceſſariæ, defenſionis modum inierint. Non, ut ergà *Cæſarem*, tanquam venerabile *Imperii* caput, vultus elevarent. Sed iſtis reſiſterent, qui optimam *Cæſaris* voluntatem inverterent, clementiamque eius in indignationem commutarent. Quo nomine, ſuperiori *Annò M. DC. XXX.* has querelas, prolixa ſub deductione, ad *Cæſarem* detuliſſent. Superque continuis illis afflictionibus eſſent conqueſti. Cuiuſmodi querelæ ſiquidem typis excuſæ proſtarent, ob id, maius innocẽtiæ ſuæ perhibere teſtimonium. *Thillyoque* iſthîc, tramitti, ut cauſſam ſuam inſpicere poſſit. Proindè, perſuaſiſſimum ſibi eſſe, modò *Cæſari* afflictionum ſuarum veritas, cum fundamento, innoteſcat, &, quantis huc uſque à tot annis ærumnis exerceri cœpiſſent, aperiatur, fieri non poſſe, quin graviſſimè commoveatur.

Quandoquidem ergò ipſa æquitas proprio nomine poſtulet, ut innocenti, & tantis malis preſſæ, civitati tandem remedium præſens adhibeatur. Quò id genus ab ærumnis evidenter queat liberari. Hac de re, communicatis conſiliis, operæ pretium videri ſibi, hæc cauſſa arbitrio *Saxonis*, & *Brandeburgici*, *Electorum*, pariterque *Maritimarum Civitatum* confœderatarum arbitrio committeretur. Sic, ut, quicquid illis hac in parte decretum eſſet, ex æquo, bonoque, vellent exequi. Atque hanc ſuam ſententiam etiam ſuperioribus diebus per legatos *Thillyo* intimare voluiſſe. Quòd autem aditus omnes ſuis forent præcluſi, hucuſque illud inſtitutum fuiſſe extractum. Iam conceptis verbis ſeſe corrogare, pateretur *Thillyus* mittendi facultatem ſibi, ſuiſque, impertiri. Quò è ſuorum numero delectos ad loca deſtinata amandare, ac ſine mora tàm urgens negotium ematurare, liceat. Interim, inducias permitteret, hoſtilitatemq; ſequeſtraret. Hocque cum tubicine, quid animi eſſet, declararet.

V I.

Falckenbergius tribunus, Thillyo vicem reddit.

SEd militaris planè, id eſt, brevis, & *Laconica*, iſta fuit reſponſio, cuiuſmodi ad *Thillyum* à *Falckenbergio* profecta eſt. Tametſi, inquit, ad *Thillii* codicillos, prolixo ſub excurſu, fuſiuſculè vicem reddere debuiſſet. Nihilominùs huic labori ſe malle ſuperſedere. Sub ſpe, futurum, ut tàm *Adminiſtratoris*, quàm *Senatus Magdeburgici*, reſcriptis, acquieſcere poſſit. Si nunc ergò animum, pacis amantem, piamque, & Chriſtianam, ſympathiam, quam utique, teſtibus litteris, præ ſe ferat, ipſo eventu declararet, rectiſſimè hoc pacto ad immortalem nominis famam graſſaretur. Se quidem, hoc ſub caſu, omnia facturum. Quæcunque tàm conſcientiæ, quàm nominis, ratione admittere poſſit.

* * *

CAP. IV.

De Thillyo, tertiùm deditionem humaniſsimis verbis urgente.

I.

Civitatis rebus inclinantibus, Thillyus moram, atque inducias, negat Magdeburgenſibus.

ACceptis illis reſponſis, *Thillyus* initiò *Magdeburgenſium* votis, petitiſque, annuit. Promiſitq; legatis liberam eundi, redeundique, facultatem. Ut etiam ſingulis tubicines deſtinaret, itineris comites. In hoc intenti *Magdeburgenſes* iam delectos nominabant, qui legatorum munere fungerentur. Ex illis *Döngartenius*, *Reipubl. Syndicus*, & *Heydemannus*, *Adminiſtratoris conſiliarius*, ad *Saxoniæ Electorem*, *Ioan. Stalmannus*, conſiliarius regius, & *Kühlwinius*, vir Conſularis, ad *Electorem Brandeburgicum*, *Franciſcus Caluterus* verò, unà cum *Reip. Secretario*, *Lübeccā*, dimittendi erant. Sed mox in auras hoc evanuit propoſuit. Nam paulò poſt, inter hæc, *Thillyus* mutavit optionem. Negavitque mittere tubicines. Quòd nimis ſerum eſſet, de legationibus agere, ubi omnia ad finem fabulæ ſpectarent. Etenim res *Civitatis* eò rediiſſe, regeſſit, ut moram ulteriùs haud ferrent. Sic uſuvenit, hæc ut ſpes mittendi legatos decollaret.

II.

Thillyus Saxonem, & Brandeburgicum, Electores, ſuper Magdeburgenſium contumacia, interpellat.

NIhilominùs *Thillyus*, nihil procraſtinandum eſſe ratus, ipſemet, dimiſſis ad *Saxonem*, & *Brādeburgicum*, *Electores*, litteris, vices *Magdeburgenſium* obire maluit. Ne quid fortè, poſſit deſiderari. Quā, inquit, extremam in neceſſitatem *Magdeburgenſes* ſupina iſta deduxiſſet pertinacia ſua. Quàmque finitimæ regiones hactenùs, iſtorum cauſſā, tantùm non forent oppreſſæ, hoc eventum præſentem teſtari. Nuperrimè ſe quoque *Electores* ſubmiſſè corrogâſſe, vellent, autoritate ſua interveniente, contumaciam obſeſſis expectorare. Et iam porrò, dū ad ſedulam obedientiæ debitæ inculcationem ipſe nihil reliqui feciſſet, bonâ ſpe niti cœpiſſe, futurum, ut diuturnam iſtius pertinaciæ crapulam edormientes, tandem in ſeſe deſcenderent *Magdeburgenſes*, ad ſanitatem redirent, *Cæſariq;* ſeſe ſubmitterent. Nihilominùs ſe hactenùs eſſe fruſtrà. Ut identidem obſeſſi eundem volvant lapidem, contumaciæque ſine miſſione operentur. Ex omnibus autem circumſtantiis illud emergere, iſtos vel ob id obedientiæ, ac devotionis, fideique, de-
meminiſſe, quòd confiderent in fœdere, ac co
cluſionibus, apud *Lipſiam* factis. Inprimis ad ext
na auxilia, tanquam ſalutem, unicè reſpicerent.
etiam in horas liberationem exſpectent. Illudo
efflictim agant, quò maturrimè regias copias
trahant.

Siquidem verò hæc res magnæ, arduæque e
conſiderationis, nec minùs tàm in *Electorum*, qu
cæterorum *Imperii Ordinum*, periculum, incōm
dumque excurrat. Sapienter quippe *Electores* pe
iudicare, quid maximè auxilii ab externis *Magn*
bus foret exſpectandum. Dùm & experientia qu
tidiana, & exempla, in medio extent, ſatiſque p
bent, nihil illis, præter proprium commodum,
minatumque, quæri. Ut illa omnia, quæcunqu
poteſtatem redigere licet, citrà ullum alterius
iuſcunque reſpectum, ad ſe rapiant. Tandem
tàm ſubditis, quàm ſuperioribus, ineluctabilis i
neceſſitatem imponant. Totiuſque *Imperii* me
bra dilacerent. Hanc in rem ſe aliter facere h
potuiſſe, quin *Electores* denuò interpellaret. C
rogaretq;, paterentur hanc cauſſam exactiùs p
lò ad animos admittere. Simulque cooperari,
Magdeburgenſes inobedientiæ veternum ociùs
cutere, inſtanſque malum, evitare, queant. Qu
enim illi contumaciam perſeverare, externa
auxilia has in partes adducere, laborent: Tùm
quoque integrum eſſe, ipſe ut peregrinas ge
complures in *Imperii* meditullium accerſat. Par
pari referat. Undè non niſi ultimæ confuſio
chaos exſpectandum foret.

III.

Nihilominùs obſidionis effectum inſtanter
get Pappenheimius.

HÆ ubi litterarum miſſiculationes inter T
lyum, & *Magdeburgenſes*, frequentantur, int
eà *Pappenheimius* obſidionem acerrimè urgere p
rexit. Qui, dùm *Neapoli*, ſuburbio ſic dicto, poti
tur, beneficio murorum ſemidirutorum, eâ pa
uſque ad *civitatis* foſſas opera produxit. Quæ di
ſiccæ, aquarumque eſſent exules, eò propiùs ir
pſit, ut infrà tormentorum contactum tùm qu
ſuos collocaret in vado. Nihilominùs obſeſſi, t
mento quodam, uſque in turrim proximam ec
cto, compluresirrumpentium confecerunt.

Quà *Neapolis* verſùs *Sudenburgum* proſpicit, lo
gæ agebantur feriæ. Solis equeſtribus excubias
lic agentibus. Eò, quòd *Civitas* eo loco eſſet mu
tiſſima.

Calendis Maiis, intrà *Neapolim*, noctu excitaba
propugnaculum, eo loci urbano propugnacu
oppoſitum. Ex hoc multùm urbs fatigabat
Sed, totis conatibus urbanis obnitentibus, mu
toſque è numero *Cæſareanorum*, ipſumque ſive a
chitectum, ſive baliſtarium, perdentibus, huic
peri miſſio data eſt. Poſt hæc, in aliquot dies, to
mentorum, exploſionibus feriæ ſunt indictæ. S
ut ad cuniculorum, ſepimentorumque, eductio
ſedulam nihil reliqui fieret. Iamque pluribus lo
aditus in foſſas urbanas pateret. Mox alia duo pr
pugnaculorum paria ibidem *Pappenheimius* excit
vit. Quibus ubi tormentorum maiorum octo p
ria ſuperimpoſuiſſet, urbem inſtantiſſimè impet
re iuſſit.

Omni

mnia iam ad veram impreſſionem, ſub co-
facieńdam, ſpectabant. Sola, atque unicà, il-
rris, portæ ſuperinſtans, tum propugnacu-
ex ſolido lapide proximum, conatus remorà-
ur. Ne quid extremi tentaretur. Interim de-
gregariorum paria, unà cum manipulorum
ore, per caveam intrà vallum urbis penetrâ-
. Sed à ſupervenientibus urbanis partim diſie-
partim cæſi, captique, ſunt. Hoc momento u-
rſa urbs conclamabat ad arma. Neque aliud
ectabatur, quàm *Cæſareanos* coronâ urbem in-
ros eſſe. Præſertim, cùm iam tùm ſcalæ muro-
parietibus eſſent iniectæ. Ea occaſione *Thil-*
Pappenheimius, Schönbergius, aliique proceres
tares, præſtolabantur certam urbis deditio-
. Sed nihil minùs in mentem venit *Magdebur-*
. Ut omnibus, quod aiunt, copiis acerrimam
rent defenſionem: tormentorum, baliſta-
que, glandibus, ultrò citróque mixtim voli-
ibus, ut nimbum, grandineſque, repræſen-
nt. Hæc interdiu agebantur. Noctu autem
gna vis glandium ignitarum ſpecie, ac magni-
ine, malum punicum imitantium, in urbem e-
labatur: ſed citrà magnum effectum. Ea enim
civium vicatim cura, ac circumſpectio, ut hi
es ilicet opprimerentur.

Etiam *Thillyus* omni induſtria in obſidionis ef-
tum incumbebat. Quòd intelligeret, *Sueciæ*
is copias iam tùm *Serveſtam* pertingere. Dùm
ur & *Saxoniæ Elector*, & cæteri *Principes Prote-*
tes, exercitum conflarent, metus erat, ne hæc
iunctio, hæc moles, in ſe, ſuoſque, redunda-
. Hoc non neſcientes *Magdeburgenſes*, tan-
am finitimis *Regis* ſubſidiis confiſi, noctu lan-
diùs agebant. Tanquam ſic mox eſſent in va-
. Neque enim voti prodigas, inque ſpes ambi-
ſas, mentes terrebat, iam tùm, utroque ſubur-
potiuntes, *Cæſareanos*, cervicibus ſuis inſtare.
nniaque facilè ultima fieri poſſe. *Falckenbergius*
idem non minùs induſtrii, quàm ſeduli, guber-
toris partes obibat. Sed ſolus tanto oneri non
at par. Qui, tametſi quartam ſuo loco in hoſtes
ſcipiens eruptionem, circiter *Sudenburgum Cæſa-*
norum ſexagintà proſterneret, manipulorum-
e ductorem captivum abduceret, parùm tamen
tantam rerum ſummam emolumenti attulit.
illyani enim nihilo languidiores, continuatis la-
oribus, apud *Sudenburgum* muros urbis penetran-
s, duo tormentorum paria illic dimiſerunt. Qui-
us deinceps in pomœria, & antemœnia, prædicti
lius propugnaculi experiri ſine miſſione cœpe-
unt.

IV.

Thillyus tertiùm humaniſſimis verbis Admi-
niſtratori, Magdeburgenſibus, Falckenber-
gioque, ſuadet deditionem.

CUm iam bipennis ferè radicibus, enſis inſta-
ret iugulis, *Thillyus*, cladem ſuperincumben-
tem prudenter animo volvens, tanquam obſeſſos
eripere mallet, miſſo intrà mœnia tubicine, ter-
tiùm humaniſſimis, conceptiſſimiſque, verbis,
VIII. Id. Maias, deditionem ſuadere perrexit. Tanquam hanc mentem per vices, ac gradus, velut inſtillare vellet.

Primùm igitur ad *Brandeburgicum* ſic iteratò præmiſit. Tametſi, inquit, ô *Princeps*, ſic affectus eram, ut legatis tuis eundi, redeundique, facultatem vellem indulgere liberam. Nihilominùs, ipſe intelligis, illis *Civitatem* iam verſari in ultimis, ut neque res moram ultrà, neque miſſiculationes, admittat. Unicùm ergò, tanquam in pixidecula, reſtat remedium. Nimirùm hoc; Ut, excluſis ſive conſiderationibus, ſive perſuaſionibus quibuſcunque, quàm promptiſſimè *Cæſari* vos ſubmittatis. Hanc in rem bonâ fide etiamnunc monitor accedo, ſaperetis, dùm licet. Cæterùm, ô *Princeps*, tu quoque ſapienter colligis, hæc extrema ſine magno quoque periculo, atque incommodo, tuopte, non poſſe deſpumare. Quo nomine maturatò eſt opus. Submiſſioque haudquaquam venit procraſtinanda. Proindè, ex affectu integerrimo, ſinceroque inſtituto, ad te porrò ſpectat hæc commonefactio mea, velles, tanquam natus, & præcipui nominis, *Imperii Princeps*, tui ipſius, ſanguinis, nominiſque, exactam inire rationem. Periculoque, quod impendet, tete ſubducere. Si moram ergò cogitas, fruſtrà es. Expedita ſit, & prompta, ſententia tua. Neque enim præceps, ac ferè momentanea, occaſio aut deliberationes curioſas admittit, aut auxilia te etiamnunc ſperare ſinit. Brevis igitur eſto. Eandemque *Magdeburgenſibus* tuis mentem religioſè inſtilla. Ut appareat, illos pacem magis, quàm interitum, ſalutem potiùs, quàm calamitatem, prævia conveniente ſubmiſſione, penſi habere. Hactenùs ad *Brandeburgicum Thillyus*.

Litteræ verò, quibus *S. P. Q. Magdeburgicum* ad frugem reducere tentavit, fuêre eiuſmodi: Vobis quidem, ô *Magdeburgenſes*, cogitabam veſtros mittendi liberam impertire facultatem. Sed mutavi optionem. Videtis enim res *Civitatis* veſtræ eo nunc loco eſſe, ut moram ultrà non ferant, abſque inevitabili periculo. Quo nomine nimis tarda fuerit miſſiculatio illa, eaque ſine omni, excurret efficacia. Iccircò, nullum cùm præſentius vobis hoc tempore offeratur remedium, quàm ut, quod diu profuturum eſt, ſtatuatis ſemel. Vobis iterùm, atque iterùm, monitor ſum, miſſis ambagibus, & inanibus, res agatis. Hoc eſt, ſalutem veſtram compendifacite, voſque, ſicut par eſt, *Cæſari* ſubmittite. Niſi hoc etiamnunc vobis placere poſſit, ſcitote, præſentiſſimum cervicibus veſtris ſuperimpendere periculum. Quo uno velut, eoq; infauſto, momento, vitæ, fortunarumque reliquarum omnium, iacturam indubiè facturi eſtis. Si iam non ſtat, *Cæſari*, ſupremo *Imperii* capiti, vos ſubmittere velle, certè periiſtis. Si iam nondùm ſapere velle vobis opportunum ſit, certè nimis ſerò, aut nunquam, ſapietis *Magdeburgenſes*. Aſpicite pericula, quæ vobis inſtant. Metuite ſtricti enſis iram, quæ iugula veſtra petit. Demite nubem oculis, dùm datur. Et remotâ laciniâ, pacem, vobis etiamnunc oblatam, ſalutem, tanto ſub agone neceſſariam, admittite, arripite. Hæc lux, creditote, vobis poſtrema illuceſcit, quâ ſalvi eſſe poteſtis. Quâ pacis, compoſitioniſque, vias calcare conceditur. Si nunc tantùm non in aures, ſed etiam præcordia, hæc mea celeuſmata dimittitis, benè eſt.

Veſtra

Veſtra enim ſalus agitur. Si verò (quod abominor) porrò repugnatis, in medio relinquendum eſt. Equidem verò, intemeratæ huius conſcientiæ ſecurus, & coràm *DEO*, & univerſo terrarum orbe, merebor veniam, Ut ex adverſo vos ipſi, & iſti, qui vobis hanc pertinaciam inſpirant, reatum expiare debeant graviſſimum. Utpote tantorum malorum, calamitatumque, autores, tàm *DEO* pœnas dabitis. Quàm omnis in ore poſteritatis fabula eritis : *ſerò, aut nunquam, ſapere Magdeburgenſes.*

Tandem illis ſimulàtque verbis compendiariis, ad *Falckenbergium* exaratis, uſus eſt *Thillyus*. Quæ, inquit, *Brandeburgico*, ipſiſque *Magdeburgenſibus*, à me, ſincerâ, rectâque, fide, iteratò tranſſcripta ſunt, illa dubio procul etiam tibi innotuiſſe, arbitror. Iam, nihil dubito, fore, ut, tanquam *Imperii* ſubditus, invito animo aſpicias, præſente rerum ſub agone, *Civitatis Magdeburgicæ* totalem ſive interitum, ſive excidium. Dùm præſtat, illa, præeunte debita ergà *Cæſarem* ſubmiſſione, ut conſervetur, quàm pereat, ac deſtruatur. Te igitur, ex lege humanitatis, iteratò ammonere volui. Certò ſtatuens vel ipſummet *Sueciæ Regem*, præſente ſub caſu, aliud neque imperare, neque ſuadere, velle.

CAP. V.

De flebili Civitatis Magdeburgēſis tàm expugnatione, quàm conflagratione.

I.

Magdeburgenſibus Thillyanum caduceatorem diutiùs remorantibus, omnia ad expugnationem præparantur.

ADhucdùm denſa nocte premebantur animi *Magdeburgenſium*. Ut tantùm nō glaucomate, ſed ipſis tenebris obiectis, non viderent periculum, immò excidium, quod cervicibus inſtabat. Dùm ergò audaciam ſuam interrogant, dùm fortitudinem recenſent, adeóque turpe putant, rebus undique conclamatis, veniam, ac pacem, depoſcere. Ecce! caduceatorem *Thillyanum* iuſtò diutiùs, intrà urbem, remorantur. Dùm, ſub ipſo vitæ, fortunarumque, naufragio, curioſis dant operam conſultationibus. Cùm enim conſilium eſſet ex tempore, immò ipſa neceſſitate, præcipitandum, (quod inculcârat *Thillyus*) ecce! illi dies terunt deliberationibus. Et, tanquam alta ſub pace, conventibus experiuntur. Dùm ergò caduceator *VIII. Id. Maias* urbem intrâſſet, tantùm abfuit, ut ſub *Laconica* quadam ſententia, ac definitione, præſtò

dimitteretur. Ut, per biduum integrum, uſqu
VI. Id. Mai. detineretur. Quis autem neſcit, r
gnas res celeritate confici? Ut ſub ipſa neceſſit
ultima omnia minante, curioſis diſceptationi
inſiſtendum haud ſit. Præſtat enim, fati hor
dùm licet, benignam ex tempore amplecti, ac
ptare. Quàm amiſſam ex oculis occaſionem,
repentemque, calamitatemque, invidè deplor
Sic igitur tubicen, uſque in fatalem, & infauſt
illum diem, quo periit *Magdeburgum*, detentus
Fortè eodem ut cum urbanis, & communi, c
deretur ſepulcro. Nam aſſiduus *Pappenheimiu*
hil operæ intermiſit, uſque dùm obſidionis effe
potiretur. Eodem enim die, quo ultimùm p
conditiones obſeſſis offerebantur, ecce! è *Ne*
manipulos quoſdam ſuorum valli urbani inte
ra penetrare iuſſit. Sed hi mox ab obſeſſis reie
exturbatique, ſunt. Nihilo-languidiùs *Pappen*
miani denuò in foſſas urbanas irrepſerunt, ge
congeſtis ſeſe munientes. Sed iidem ab *Amſte*
tho ſuperveniente duplici vice repulſi ſunt. E
nim res redierat, ut obſeſſi, ex defectu pulv
pyrii, non ampliùs tormentis rem gererent.
manipulatim ſeſe defenderent. Sub ipſis qui
rerum noviſſimis, tùm demùm, ſuper pulveris
rii officinis, ac molendinis, deliberari cœpit.
ſi proventus in tempore à *Senatu* fuiſſet reclu
certè magnum obſeſſis adieciſſet increment
Dùm, ſub ſalis petræ abundantia, etiam *Cæſare*
hoc apparatu, facilè potuiſſent prævalere. Se
quoque ſerò ſapere viſi ſunt *Magdeburgenſes.* E
ſtris *Cæſareanis*, à *Nonis Maiis*, uſque in *VII. Id. M*
baliſtis, ac tormentis, diu, noctuque, res acerr
acta eſt. Tertio enim die, poſt ſolem adultum
meridianum, exploſionibus continuis miſſio
cœpit. Quo ſpatio aliquot glandium myria
in urbem, ſed abſque notabili effecto, eiacul
fuiſſe, memorant. Quibuſdam enim urbis ſub
cis tantùm non vallum glandibus immiſſis
rumpi, ſed conſolidari etiam, viſum eſt. E *Ne*
laboratum fuit, turris, portæ ſuperimpendens
in ſubiectam foſſam deiici poſſet. Quò cavitas,
cerie oppleta, incurſuris aditus præberet. Se
tranſverſo evénit. Turris enim, tormentorum
petu deiecta quidem procubuit, ſed non ex v
Ad latus enim revoluta, non quidem foſſam,
propugnaculum vetus, macerie implevit. I
modo directis in pomœria, *Neapolim* verſùs
ctantia, quatuor tormentorum paribus, trip
murorum collefactata fuit contignatio. Sed v
lo nihil deceſſit. Neque glandes, dictæ puni
numero quadringentæ, in urbem eiaculatæ,
cumentum aliquod, effatu dignum, intuleru
Sic, ut inter tot acerrimas tormentorum exp
ſiones, vix quatuor civium, præſidiariorumq
paria occumberent.

II.

Cæſareanis, à tormentorum impetu ferian
bus, Magdeburgenſes ferias longas, ipſamq
miſſionem, fruſtrà ſomniant.

UBi *VII. Id. Maias Cæſareani* fortè tormentis, e
rumque exploſionibus creberrimis, ad ten
pus f

:rias indixiſſent. Pariterque è *Sudenburgo*
inas aliquammultas deduxiſſent. Ecce! no-
mnia ſibi fingentes *Magdeburgenſes*, iam tan-
præclarè ſecum actum putabant. Tanquam
us deſperaret expugnationem. Daturuſque
ſis eſſet miſſionem. Sed eâdem operâ & fal-
tur, & fallebant. Aiunt quidem *Thillyo* tùm
uiſſe propoſitum, niſi, tentatis primis inſul-
, urbe potiretur, intrà paucos dies ; copias
n occurſum educturum: ſic tamen, ut obſidio
ominùs continuaretur. At, quò plus ignaræ
nentes ſperant, eò citiùs in ſupplicium, & in-
m, abripiuntur. Ecce! enim aliud, nimirùm
ſtum illud exitium, tùm fabricabatur *Magde-
nſibus*. Quod quo pacto, aſtris indignantibus,
erit, ordine tradendum erit.
:ilicet eâ nocte, quâ *Cæſareani* tormentorum
ant ferias, *Magdeburgenſes*, animis erecti, inter
ique metumque fluctuabant. Diceres eos
en languidiùs timere. Quo nomine tametſi
, præſidiariique, tàm pedites, quàm equites,
nocte per vallum urbis excubias agerent. Ni-
ninùs, *Cæſareanis* eo tempore feriantibus, ur-
circa gallicinium ; pro more, lares repetie-
familiares, quieti operam daturi.

III.

gdeburgum à Cæſareanis flebiliter expu- gnatur.

non fugiebat *Cæſareanos*, tanquam per indi-
pleraque præcognoſcentes. Itaque ſic qui-
, omni poſteritati tremenda, ac flebilis, urbis
ignatio in *VI. Idus Maias* incidit: Ferè in ipſas
urum ſive ferias, ſive *inferias*. Quibus *Romanis*
gentilibus *Lemuria* celebrabantur. Hoc eſt,
um inferiæ. Ut vel hinc, *Ovidii* calculo, infau-
i eſſet *Maio* menſe nubere: Illaque tàm infau-
lies non immeritò in nefaſtis habenda. Atró-
ſignanda ſit lapillo. Sic ut altera intrà *Germa-
Troia* tàm hoſtilibus gladiis, quàm flammis, &
dem medio die, apud *Albim*, miſerrimè confla-
ret, ac periret.
Talis autem deformis iſtius excidii extitit pa-
:eve. Veſperâ præcedente, cùm, ob ſilentium
tum, urbani ſpes ſuas ambitione prorogarent,
d vota infauſta properarent, concilio indicto
efecti militares in caſtris *Thillyanis* convenêre.
tiones collaturi, quibus urbis expugnatio fo-
tentanda. Nec enim *Thillyo* hæc res videba-
facto facilis. Ut de ſucceſſu dubitaret. Sed
nedio procerum ſententiam dixit certus qui-
m tribunus. *Thillyum* cohortatus, circà ante-
:anum, ſive matutinum tempus, inſultus fieri
beret. Illis enim horis plerumque cives, mili-
ſque, nocturnis illis vigiliis fatigatos, ad lares
verti, ſe ſeque lecto componere, conſueviſſe.
ui argumento exemplum *Traiectinorum* ſuperad-
dit. Eiuſdem civitatis expugnationem eodem
mpore feliciter ſucceſſiſſe, memorans. Avidis
ribus bibit hanc tribuni ſuaſoriam *Thillyus*, non
pugnantibus cæteris. Locumque invénit hæc
pportuna locutio. Mox igitur operas partiri cœ-

pit. Sic, ut *Pappenheimius*, unà cum *Gronsfeldica*, *VVangleriana*, & *Savellica*, legionibus, propugnaculum, ſive munimentum ingens, quod ſpectabat *Neapolim*, impeteret. *Adolphus*, *Dux Holſatus*, loricam antè portam *Kröckerianam* invaderet. *Mansfeldius Heydeccum*, locum ſic dictum, in poteſtatem redigeret. Tres verò legiones *Cæſareanæ*, adiunctis cohortibus aliquammultis *Ligarianis*, munimentum intrà pontem, & *Albim*, irruerent. Hoc modo ſigno, ſub tormenti exploſione, dato, quadrifariam urbs invaderetur. Hæc eâ veſperâ deliberari, concludique, cœperunt. Sed, tanquam è cathedra, ut aiunt *Medici*, hæc tùm proponebantur. Quâ, per demonſtrationes, & inductiones, omnes facilè morbi ratiocinationibus curantur. Cùm ad effectum res ſpectat, pauciſſimi evadunt incolumes. Ità hoc loco nondùm facilè, nondùm planum, erat, quo pacto inſultus, impreſſioneſque, in urbis vallum, ac propugnacula, ſuſcipi poſſent. Præſertim, cùm tormentis, ut aliâs, nondùm patefacti eſſent aditus. Nedùm per foſſas, macerie ulla oppletas, daretur incurſio.

Interim, pendente hac incurſionis alea, *Pappenheimii* induſtria ſedulitas viam invenit. Huic enim locus, ſorte datus, favebat admodùm. Sic, ut foſſam ſua parte experiretur ſiccam. Vallique declivis crepido, nulliſque obnoxia urbanorum iniuriis, facilè irruentes admitteret. Quâ affulgente rei gerendæ commoditate, de noctu omnia ad impreſſionem præparavit neceſſaria, ſcalas vallo admovit, veſtigia formare, palos revellere. Aliaque id genus idonea curare iuſſit. Quid fit? Sub horis antelucanis denuò ſenatum militarem coëgit *Thillyus*. Tametſi antè concluſum fuiſſet. Ità ſuper ſucceſſu etiamnunc dubitabatur. Ut impreſſio, ſummum in manè decreta, uſque ad horam ſeptimam matutinam, extraheretur.

Poſteaquàm igitur *VII. Id. Maii*, *Magdeburgenſibus* conveniſſet, ſuper dimittendo caduceatore *Thillyano*, qui poſtero die in caſtra remittendus eſſet, accidit, ut magna pars civium, noctu per vallum vigilias exercentium, primo manè domum properarent. Tanquam die albeſcente nullum inſtaret periculum. Idem factum eſt à præfectis militaribus, à vigiliis tùm ordinariis ferias agentibus. Ut hi quoque quietem, ac lectos, ſectarentur. *Falckenbergius* verò tubicinem in caſtra remiſſurus, in *Curia* inter *Senatores* occupabatur. Ecce! autem, dùm hi codicillis, illi lectis, ac quieti, dant operam. Cæteri verò, per valli regiones, inſomniâ feſſi, hiant, ac languent, nihilque minùs, quàm inſultus hoſtium oecumenicos, præſertim cùm tormentis nulli ſtrati forent, præparatique, aditus, ſomniant. Eheu! *Pappenheimius*, ex adverſo *Neoſtadii*, in novum illud munimentum, totis conatibus animoſos ſuſcepit inſultus. Poſtquàm militarem antè teſſeram, *IESVS-MARIA*, tæniaſque candidas, cubito affingendas, inter ſuos diviſiſſet. Mixtim igitur tàm equeſtres, pedibus enitentes, quàm pedeſtres, irruerunt. Quindecimque præſidiarios, in valli ſummitatem uſque, repulerunt. Mox in munimentum proximum itum eſt. Et iam intrà teli iactum erat multitudo.

Cùm

Cùm ſuperveniens è curia *Falckenbergius* hanc manum feliciter reiecit, deſideratis *Cæſareanorum* ad minùs quinquagintà paribus. At, licet hoc loco irruentes reiicerentur, nihilominùs aliâ parte *Cæſareani* portam, malè cuſtoditam, mox ſuperârunt. Pauci enim, illic excubantes, præſidiarii, in ſomnos, quàm pugnas, erant procliviores. Miles verò ſtationarius, eâdem ſomnolentiâ præventus, non antè intellexit, hoſtes ingruere, antequàm gladio perfoſſus oculos, unà cùm ſociis, ultimum, & longum, in ſomnum conderet. Ità *Cæſareani* tàm vallo, quàm porta, potiri cœperunt. Ut hâc prima aperiretur in urbanorum interitum via.

Tametſi autem totâ urbe hæc vox, *Hoſtis adeſt*, perſonaret. Omnibuſq; viis ad arma arma conclamaretur: Campanis etiam, è turribus commotis, funeſtæ tragœdiæ ſigna darentur. An ſic extremam fatalis excidii horam propellere, hoſteſque reiicere, liceret. Parùm tamen, aut nihil, actum eſt. Nam triſtis, & confuſa, civium, militumque, multitudo, tentant ſeſe quidem in armis, gladios retractant, in mortem ſe præcipitant, hoſtibus maximè obluctantur. Sed nimis ſerò. Heu! durus fati tenor peragit partes ſuas. Nimiſque tardum eſt, fatis obſiſtere velle. Hanc miſeris auget calamitatem *Falckenbergii* caſus. Quo pereunte iam perierat *Magdeburgum*. Conveniebatque hoſtibus.

Procedentibus his intrà mœnia præliis, ubi cives, militeſque, defectis neceſſariis, à reliqua multitudine magnam partem derelinquerentur, non pugna ampliùs ferè, ſed tumultui res ſimilior, in confuſionem degeneravit. Hoc animadvertentes *Cæſareani*, cęteras urbis regiones ſucceſſivè oppreſſerunt. *Adolphus Holſatus* enim, in loricam apud portam *Kröckerianam* inſultus ſuſcipiens, primùm ab urbanis retundi cœpit. Quòd autem *Pappenheimia, Gronsfeldica, VVangleriana, & Savellica*, legiones, iam tùm ſuperâſſent vallum, unà cum munimento proximo, accidit, ut hæc multitudo ſupervenięns urbanos ferè omnes illic proſterneret.

Mansfeldius, antequàm ſuo loco in *Heydeccum*, urbis partem ſic dictam, inſultus faceret, aliquantiſper reſtitit. Mox, iiſdem ſuſceptis inſultibus, bis repulſam tulit. Quòd autem legiones aliquam multæ iam tùm mediam in urbem penetrâſſent, ipſe manum ſuam per portas bipatentes infudit.

Idem, circà munimentum intrà pontem, & *Albim*, uſuvénit. Etiam hîc tandem, ubi urbs capta fuiſſet, inſultus à *Cæſareanis* tentari cœperunt. Sed exiguo cum effectu. Uſque dùm, urbe victa, rebuſque deſperatis, volentes herbam, quod dicitur, porrexerunt.

Famâ cognitum eſt, niſi munimentum illud dictum noviſſimum, *Neapolim* proſpiciens, tàm malè cuſtoditum, defenſumque, foret, fieri non potuiſſe, ut tantum, cæteris ſub regionibus, caperetur fortalitium.

IV.

Laniena, & haloſis, Magdeburgica.

POſteaquàm verò illud munimen, ex adverſo *Neoſtadii*, unàque porta *Kröckeriana*, eſſent vi exſuperata. Etiamque *Falckenbergius* occubuiſſet,
utique tàm cives, quàm milites, ſunt compulſ
trà urbem ut reconfugerent. Qui tametſi cert
cis defenſionem retentarent, iamque, animo
dente *Fabro*, centurione quodam, etiam h
uſque in vallum, versùs *Neoſtadium* ſpectans,
ciſſent. Nihilominùs diu hic conatus felix
extitit. Pręter enim id, quod centurio graviter
neratus, ſpiritum, dextramque, ſubmiſit: *Th*
confertis agminibus, in urbem infuſis, defe
nem parantibus ſupervénit. Directiſque in
urbis patentes tormentis tumultuantes, tanq
fulmine, conterruit. Ità ceciderunt civibus
tus. Omniſque tùm cœpit expectorari ilicet a
cia. Ut, pleriſque, ad lares patrios confugient
nemo ſupereſſet, qui arma proferret. Aut ſi
in armis deprehenſus eſſet, is oppidò necep
reatum expiaret. Atque, hac ex neceſſitate,
horam undecimam meridianam, univerſa u
poteſtatem venit *Cæſareanorum*. Qui ſub vall
lantium inſtar, errantes, ius vitæ deprecaba
pauci fatum evaſerunt. Licet enim quidam
reanorum veniam illis indulgerent. *Gallo-Bel*
men, ſub *Pappenheimio* merentes, nulli faci
percerunt. Etiam ipſis barbaris crudeliores
paſſim in matronas, gravidas, parvulos, hom
que eccleſiaſticos, nulla ſexus, ætatis, conditi
ac dignitatis, ratione habitâ, intemperanti
ſævirent. Uſque eò, ut vel commilito
cæteris ſtomachum moverent, eſſentque ab
nandi.

Ubi ergò tandem portis bipatentibus leg
equeſtres, & *Croatæ*, infundi cœperunt, ibi
totis viis, agminibuſque, in ſpolia, rapinas, c
matronarum, puellarumque, conſtupratione
eſt. Quæ fœditas, ac barbaries, dictu horrend
D. Catharinæ ultrà quinquagintà feminæ late
extractæ, manibus uſque ad articulorum iunc
implicitis. Quibus cervices reſectæ fuerant. N
prægnantes, etiam in ipſis partus agoniis, ac n
ſitatibus, ingruentium militum enſes duplici
tris, & infantis, cæde purpurârunt. Ad ſumn
tàm horrenda laniena, ac calamitas, captam p
bem increvit, ut vix ferrea voce omnia, cen
que, ut habet *Poëta*, linguis, poſſint enunciari.

Sic dùm *Mars*, ſævique licentia ferri, capta
chantur in urbe, ecce! etiam paulò atrociùs n
nempè *Vulcani* furor, ſuppoſitis è faſcibus, faci
que, in altum exſuperans, obvia quæque late
paſcere cœpit. Suppoſuerant fortè *Cæſareani*,
mùm in urbē irrumpentes, tædas, pice, ac ſul
re, infectas. Hoc pacto ut cives ab urbis defen
ad larium vindicias averterent. Sed propoſi
flamma etiam ſuperavit. Ut, pręter inſtitutum,
gui temporis ſpatio, incendium eas acquirere
res. Quibus modò non paſſim ędes urbanas, ſa
profanaſque, corrumperet. Sed etiam prædat
bus ſpolia invideret, atque interturbaret. Ign
enim vento interveniente increbreſcentibus,
ingens prædones abegit. Ut aut in vallum co
tes reconfugerent. Aut, matronas, puellas, eq
viroſque, iam tùm vinculis iniectis, in caſtra
gerent. Feminarumque, immò puellarum mi
rennium, libidinibus, uſque ad mortis neceſſ
tem inermi ſexu adacto, abuterentur.

Bran

Brandeburgicus, ſive *Adminiſtrator*, lævum crus
ndeperfoſſus, caput ſauciatus, bombardiſque
crſis contuſus, in caſtra abductus eſt *Pappenhei-*
a. Undè *Volmerſtadam* deduci cœpit. *Ambſterrot-*
Vslerus, tribuni, vicetribunus, *Boyrus*, aliique
:fecti militares, nec non *Külvvinus*, *Faber*, *VVeſt-*
lus, viri conſulares, cũ paucis ſenatoribus, jus vi-
obtinuêre. *Longius*, *Creſsius*, *Halleus*, pluresq; mili-
,officiales, itemq; *Braunius Conſul*, aliique ſena-
es, partim ferro perierunt, partim ignibus ab-
npti ſunt.
Vulcanus, vento incendium fortè fortunâ irri-
te, paucarum horarum curriculo, ſic quidẽ vires
xit. Ut ab hora decima meridiana, uſq; in horã
ctis decimã, univerſam urbem, unàq; tria *Eccle-*
um parochialium paria, (quarum turres partim
mbeis, partim cupreis, laminis integebantur)
: nõ *Cœnobia* quæcunq;, deleret. Redigeretq; in
eres. Superfuerunt, ex hac haloſi, centũ, trigintà
vem, caſæ piſcatoriæ, ad *Albis* ripam ignibus ere-
e. *Baſilica* quoq;, ac cathedralis, ædes, itemq; *Cœ-*
ium, *Deiparæ Virgini* ſacrum, unà paucis in circui-
cum ædificiis, conſervabantur. *Monachis*, militũ
e, ac ſubſidiis, flammas omni deditâ operâ abar-
atibus.
Ibi quies cædibus, flamiſq;, data eſt, milites tùm
mùm, cùm ſuprà omnia expilâſſent, etiã, avari-
ſtimulante, ipſa in terrarũ viſcera penetrârunt.
: ut è cavis, cryptiſq;, quibus pretioſa, ac cariſſi-
,quæq; cives recondiderant, opes erueret. Qui-
ſdam etiam horum locorum profuit expilatio.
uamvis bona pars inter fumos, caligineſq;, dùm
eſauros captant, vitæ ſuæ theſaurum profunde-
nt. Interim è locis ſubterraneis veſtes, ſtragula,
gentum, ſuppellex, lardum, butyrum, viſque im-
enſa cereviſiæ, extracta ſunt, Quanquam divitiæ
urbanæ non reſponderent plurimorum, etiam
gias opes ſomniantium, cupiditatibus. Quippe
ri, argentique, ſignati præcipua quantitas in cõ-
aſſationes, & præſidium urbanum, jam tùm antè
erat inſumpta.

V.

Interfectorum numerus.

CEſſi cædibus, rapinis, violationibus, milites,
tanquam *Centauri*, nuptias *Pyrithoi* fœdantes,
iam cineribus *Virginis Magdeburgicæ* inſultârunt.
aptaque, immò funditùs everſa, in urbe, quod-
nque tripudii genus toto triduo cõmenti ſunt.
eque jam magis urbis nomen ruinarum mereba-
r fœditas. Ut potiùs aumarium vocari poſſet.
bi enim ante biduum ſteterant palatia, illic erant
elunceæ, ſtabula. Ubi ædes ſplendebant, ibi rude-
,murique ſemidiruti, fœtebant. Ubi viæ porri-
ebantur, per antiquam, ac luculentam, urbem
ucentes, iſtîc macerie, ac ſqualore, omnia con-
purcabantur. Videbant hanc abominationem
apti cives aliquammulti. Et bis tetro hoc ſpecta-
ulo torquebantur. Ut felicium innumero eſſent
lli, qui, antè flebilem hunc patriæ caſum, primi
ecidiſſent. Priùſque ſanguine ſuo ſtrictos imbuiſ-
ent mucrones, quàm ut horrendo urbis ſub exci-
lio oculos conſcelerare debuiſſent. Ipſe *Thillyus*,
ntrà flammis, cædibuſq;, crepitantem urbem, per
cæſorum cumulos obequitans, fertur non obſcu-
ras projeciſſe lacrymas. Tantæ urbis, cujus ſervandę
fuerat cupidus, cõmunis mortalitatis admonitio-
ne, deplorans calamitatem. Neque enim tàm hor-
rendam cataſtrophem, præter exſpectationem, ex
tranſverſo, accidentem, ipſe præcogitaverat. Qui
cùm flammis prorumpentibus, quantum ejus fieri
commodè poterat, occurrere juſſiſſet, etiam ca-
ptis, vitamque velut prædam è tanto infortunio
referentibus, publica ſub præconis voce, pulſiſque
claſſicis, parcere juſſit.

Confugerant in ædem cathedralem fœminarũ,
puellarum, puerorumque, decẽ circiter centuriæ.
Civibus, militibuſque, aliquammultis, idem intrà
aſylum ſeſe recipientibus. His omnibus veniã de-
dit *Thillyus*. Neque ſolum vitæ uſum conceſſit. Sed
triduana inedia ſemiconfectis etiam diaria, undè
vivere poſſent, diſtribuit. Hoc pacto, *IV. Id. Majas*,
omnes, quibus belli fortuna pepercîſſet, in prote-
ctionem admiſit. Quibuſdam, urbis dirutæ nuper
primoribus, ſubmiſſo poplite veniam deprecanti-
bus, promptè ignovit. Iiſdemque certam ad præ-
fecturam deductis, unà cum uxoribus, liberiſque,
diætam adminiſtrare juſſit. Ad milites, intrà ædem
cathedralem adhûc-dùm latitantes, ipſe intravit.
Quos ubi verbis, pro re nata, idoneis, tàm ſuper
prævaricatione ſua, quàm negligẽtia, objurgâſſet,
veniâ condignatus eſt. Promiſitque omnibus ſti-
pendia, ſi *Cæſari* militare vellent deinceps.

Quis clamores, ploratus, ejulatuſque ſatis di-
gnè deſcribat, cujuſmodi, *VI. V.* & *IV. Id. Majas*, ab
interfectorũ parvulis, per vias, ac deſolatæ, urbis la-
tibula, clàm palàm exaudiri cœperunt? Quibus ni-
hil, præter has querulas voces, *Pater jo*, *Mater jo*, *u-*
bi ubi es? in ore fuit? Multi enim infantium, per
vias interfectorum, ſanguineque, ac tabo, manan-
tium, parentum cadaveribus inhærentes, vix indè
avelli potuêre. Subindè miſerabiliter, fruſtràque,
dulce illud parentum nomen, ſuclamantium. Aliâ
parte lactentes inventi ſunt, matrum obtruncata-
rum uberibus etiamnunc affixi. Fruſtràque mater-
num, nectar ore requirentes. Quorum tàm exer-
tus, triſtiſque, erat ejulatus, ut vel pumici ſympa-
thiam extorquere. Tyrannoſque vel impotentiſſi-
mos inflectere, potuiſſet.

Numerus omnium, ſub belli fortuna, occum-
bentium, certus definiri vix poteſt. Cùm plures i-
gnis atrocitas, quàm gladii furor, oppreſſerit. U-
trinque pereuntium ratio exacta reddi nequit. Illi
enim, quos *Mars* hauſit, globatim in *Albim*, tan-
quam commune ſepulcrum, projecti ſunt. Quibus
verò *Vulcanus* ſpiritum interclûſit, hi, quòd ſub ca-
vis, cryptis, latibuliſque, ſparſim periiſſent, magno-
que numero hinc indè extraherentur, numero
comprehendi vix ſuſtinuere. Ità duplex flagellum
viduavit deſolatam urbem. Dùm, qui ſtricti enſis
iram, militiſque ruentis rabiem, vellent effugere,
latebris ſeſe occultarent. Sub quibus *Vulcano* ſæ-
viente, ac jus vitæ nullis permittente, atrociùs, ſive
fumo, ſive flammis, ſive ædium ruinis, ſuffoca-
ti, exuſtiq;, perierunt. Neque mors una, aut etiam
duplex, miſeris ſat erat. Notati enim, iſtis ſub re-
rum ultimis, cujus modi infidelibus aliâs, ac fundo
carentibus, aquis *Albiacis* corpora, crederent, cer-
tamq; mortem oppetere; Quàm ut ſub ira inſani,
ac violenti, militis mille mortibus perire mallent.

Aut horrendis, omniaque depaſcentibus (quibus ne quidẽ mortales digiti apicem credere audent) flammis ſeſe, conſumptione ſub præſentiſſima, objicerent. Per fidem! notatu dignum videtur, pleroſque mortalium, dùm aut hoſtiles enſes, aut id genus ultima effugere tentant, toties in profluentes ſeſe projicere. Undè nihilo-minùs, præſertim nandi imperiti, præſens exitiũ inſtare præcognoſcunt. Ergóne rectiùs, prout vocant, toti creditur elemento, quàm hominibus? Aquæne, fundo penè carentes, homine, ad humanitatem nato, factoque, fideliores? Sed in viam.

Quanquam verò non deeſſent, qui quidem occiſorum, & à *VI. Id. Maij* ad uſque *XII. Calend. Iunias*, incluſivè, in *Albim* projectorum, numerum deducerent. Supputantes, tria millium paria, quadringentos, ac quadraginta, duntaxat projectos fuiſſe. Nihilo-minùs etiam hic calculus minimè videtur eſſe accuratus. Cùm illi tantùm, qui ſuprà terram perempti reperti eſſent, communi illo *Albis* tumulo cõponerentur. Interim, magna pars ſubtùs terram cryptis, cavis, latebriſque, ſuffocati, vix annum intrà dimidium, in lucem eruerentur. Omnium verò rectiſſimè, ſi à quoquam alio hæc à *Magdeburgicis*, poſt belli fortunam relictis, peti poterat certitudo. Sed, quòd illi per caſtra diverſa ſparſim diſtracti, diſſipatique, totidem viis dilaberentur, res etiamnunc incerta relinquitur in medio. Neque verò credendum eſt, ſi vel omnes cives, tùm ſuperſtites (quorum circiter quadringenti ſuperfuiſſe perhibentur) calculum ponere voluiſſent, eos omnium familiarum, liberorum, ac famulitiorum, tàm exactam habuiſſe rationem. Ut certi quiddam definire potuerint. Cùm nemo hac ſupputatione vel finitimarum, contiguarumque, viarum concives, ac proximos, comprehendere valeat. Quid enim ille de interfectorum numero certi divinaret, qui primo fors ſub expugnationis, aut everſionis, limine, aut paulò poſt, in vincula, inque caſtra, abreptus, tragœdiæ finem haud ſpectavit? Quid, inquam, occiſorum numeros is curioſiùs computaret, qui, vitæ incertiſſimus, cum ingruentibus militibus, ſuper vita, veniaque, licitare, atq; omnia magis ultima, quàm numeros, cogitare, debuit? Næ, dùm cives ſuperſtites, tanquam victimę, proximè immolandę, in caſtra paſſim abrepti ſunt, magis illa de fuga, quàm inanibus illis, ſolliciti fuêre. Ubi n. pridiè *Idus Majas*, intrà caſtra *Cæſareana*, apud *Fermerslebiam*, fortè naſcerentur incendia. Ea confuſio ſic quidem captivis, ipſique *Stalmanno*, legato *Suecico* profuit, ut omnes palantiũ more, furtim dilaberentur. Hoc pacto miſeris profuêre incendia. Rebus ut turbatiſſimis fugâ ſibi conſulerent. Alia, & diverſa, videbatur eſſe urbanorum incendiorum ratio. Hæc enim dùm ædes, civeſque, latebris ſeſe occultantes, conſumunt. Ecce! eâdem violentiâ opes deſtruxerunt, quibus raptores, ac multivoli, milites poterant diteſcere. Neque ſegniùs ipſi raptores, dùm prædis inhiant, cryptas, latebraſque, perquirunt, opum cauſsâ, aut fumo ſuffocati, aut ædium ruinis oppreſſi, interierunt. Sic præda, flammis intercepta, corvos deluſit hiantes. Sic occiſorum inquilinorum numeros etiam *Cæſareanorum* cupiditas auxit. Dùm, pro opibus, lætitiæ autricibus, ipſi lethum incurrerunt. Supereſt, ut, de incendii iſtius *Magdeburgici* artificibus, vel tria, quod ajunt, hoc loco verba ſupperattexan[...] Objiciebant quidem *Cæſarei* miſeris *Magdeburg[...]ſibus*, tùm victis, debellatiſque, ipſos illos fuiſſe [...]cendiarios, patriæque ſuæ impotentes deſtruc[...]res. Sed plebeus hic erat ſermo, & vix veriſim[...] Meminimus quippe, archiſtrategum, ac mil[...] *Cæſareo-Ligarianæ* præfectum primi nominis, lib[...]ter confeſſum eſſe. Suopte conſilio, primo ſub [...]bis expugnatæ limine, gregarios tædas, igneſq[...] ſparſim ſuppoſuiſſe. Eo inſtituto: Quò cives [...] armis ad incendiorum neceſſitatem retraher[...]tur. Faciliorque urbis obtingeret debellatio. T[...] tùm verò abeſſe, ut totius urbis funeſtiſſima cõflagratio in mentem ſibi venerit. Ut totis p[...]cordiis *haloſin* illam penè *Trojanam*, præter ex[...]ctationem, ex tranſverſo, accidentem, abomi[...]ri cœperit. Ità verò, dùm fatalem neceſſitate[...] ignoravit, & præcavere ſtuduit, triſtem fati leg[...] non tàm adjuvit, quàm præcipitavit.

CAP. VI.

De Vaticiniis, Omin[...]bus, ac Prodigi[...] Magdeburgi Excid[...]um Præſignificant[...]bus.

I.

P. Lotichii ſecundi, ſuper Excidio Magdebur[...]co, vaticinium.

FAtum etiam ſaxis, arboribusq;, [...] tempore venire, prodidit antiq[...]tas. Ut non minùs urbes, ipſaque [...]gna, fatali ſuccumbant neceſſit[...] Quis enim *Thebarum*, quis *Tr[...]* quis *Carthaginis*, aliarumque urbium famoſiſſi[...]rum, interitus neſcit? Ita verò certa ſtant om[...] lege, ut ortus ſui primordia, itemque augmen[...] atque ipſa decrementa, habeant definita, ac ce[...] circumſcripta ſpatiis. Hoc nomine noſtrâ æt[...] *Magdeburgicæ* urbis, vetuſtæ, munitæ, ac poten[...] terribile iſtud excidium non caſu, ſed fatali ve[...] lege, eveniſſe, vel è *Vaticiniis*, ac præſagiis, diu a[...] præmiſſis, vel *ominibus*, hanc everſionem conco[...]tantibus, liquere poſſit. Certè, hanc fatalem, ac [...]ſerrimam, famoſæ *Ciuitatis* cladem, antè plu[...] quàm ſeptuagintà, annos prædixerat *P. Lotichius [...]cundus, Solitarienſis, Poetarũ Germaniæ* facilè prim[...] conſanguineus noſter. Qui tàm obſidionem, qu[...] expugnationem, nimis verè è tanto intervallo [...]dit, ac deſcripſit. Cujus carmina ſiquidem mini[...] ſint publici ſaporis, profuerit, integram illam [...]*giam*, ſive potiùs *Vaticinium*, hoc loco in grati[...] lectoris, interjungere. Ità verò ille, *lib. II* ad *Ioac[...]*

m[...]

m Camerarium, Papenbergenſem, DE OBSIDIONE BIS MAGDEBVRGENSIS, *Elegia IV*. Quam ſu- ·ioribus annis *Martinus Opitius*, *Poeta Germanico* mine præſtans, eleganter vernaculis ſub nume- recenſuit.

Si vacat arcanis aures præbere querelis,
Nec data per lævas omnia ſpernis aves.
Accipe, quæ primis, Ioachime, cadentibus aſtris,
Accipe, quæ vidi, cùm foret orta dies.
Nox erat, & placidos ſpargebant ſydera ſomnos,
Quos leuis aëria devehit aura via.
Plauſtraq́ Mænalia dùm cuſtos flecteret urſæ,
Somnia ſunt curas hæc imitata meas.
Flumen erat, dubito, fuerit num Rhenus, an Iſter,
Spumifer aut Albis, ſed, reor, Albis erat.
Stabat arenoſo vetus urbs in margine ripæ,
Omne cruentato milite cincta latus.
Caſtraque ſpectabat Virgo de mœnibus altis,
Fallor? an in læva ſerta fuêre manu.
Flebat, & invitis miſcebat fletibus iram,
Turrigero longas vertice ſciſſa comas.
Ergo fremens, quis me manet exitus? inquit: An ultrà
Sors mea, quò tandem progrediatur, habet?
En! ego, quam fovi tot ſecula fortiter urbem,
Nobile cui de me nomen habere dedi.
Efferus ex imis evertere ſedibus hoſtis
Nititur, & veniæ jus ſupereſſe negat.
Hic pietatis honos? Ea libertatis amatæ
Gratia? Quid fieret, ſi ſcelus auſa forem?
Proſit, & excuſet, quòd ſum mihi conſcia recti,
Et caput in patria nulla quòd arma tuli.
Sed prodeſſe parùm eſt. Labes hinc prima laborum:
Hoc miſeræ (verum ſi profitemur) obeſt.
Mœnia debueram natalia prodere, texi:
Fida nec innocuis civibus eſſe, fui.
At decus hinc noſtræ quondam meruêre puellæ,
Ad quas & populi ſumma relata fui.
Gratia vindicibus jam nulla rependitur armis:
Cùm tulerint aliæ præmia, plector ego.
Quid faciam? quâ ſpe nitar? quò lumina flectam?
Vnde petam feſſis perdita rebus opem?
Non mea connubiis operatur in urbe juventus,
Pace bonâ caſti gaudet Amoris opus.
Squalida vaſtatis apparent frugibus arva?
Hoſtis ab agricola non ſinit arva coli.
Nec lego purpureos in ſerta recentia flores:
Non mihi flos pratis mollibus ullus hiat.
Funera bis vidi campis indigna meorum:
Damna bis adverſo triſtia Marte tuli:
Hei mihi, qualis erit (quod abominor) exitus orbis,
Concidet hoſtili ſi reſerata manu?
Quis tenerum pavidæ latus hauriet enſe puellæ?
Virginitas cujus præda latronis erit?
Hæc, oculi quæcunque vident, cinis omnia fient:
Vtraq́ dicetur flebile ripa ſolum.
Ergo dies veniet, qua mœnia nulla tuebor,
Parvaq́ reſtabit nominis umbra mei.
Quaq́ fuit murus, terram proſcindit arator.
Vrbsq́ ſub his, dicet, collibus alta fuit.
Quid gravius, victore Geta, miſeranda tuliſſem,
Cæſare quàm magno bella gerente fero?
Atq́ utinam ſævi potiùs mea viſcera Thraces,
Perſaque, & extremus dilaceraret Arabs.
Hoc tamen infelix caſus ſolarer acerbos:
Vulnera cognata ſunt graviora manus.
Majorum tumulos, ſacraſque Tuiſtonis umbras,
Teſtor, & hæc tacito ſydera fixa polo.
Me ſervaſſe fidem. Si mentior, ultima nunquam,
Quæ patior, tantis hora ſit ulla malis.
Et tamen, ut furiis inſurgit atrocibus hoſtis?
Si libet, in cineres ſæviat ille meos.
Herbiferæ valles, gelidique in vallibus amnes,
Quicquid & in terris dulce relinquo, vale.
Eſte mei memores ripæ, Nymphæque ſorores,
Longa mea in veſtris regna fuêre locis.
Plura querebatur. Noſtro ſed protinùs omnis
Corpore defluxit ſomnus, & orta dies.
Mœſtus, & obſcuræ turbatus imagine noctis,
Sub matutini lumina Solis eram.
Montis inacceſſi radicibus adjacet imis
Lucus, ubi variæ conſociantur aves.
Eſt ſacer arbuſtis, vaſtiſque receſſibus, horror:
Per medium raucæ volvitur amnis aquæ.
Hic trepidæ ſpeciem repetens in valle quietis,
Ergo quod (ajebam) ſomnia pondus habent?
Cur nimiùm memini? veriſque ſimillima vidi?
Languidus aurorâ cur oriente fui?
Dùm quæror, & variis turbatus obambulo curis
Mobilis arboreas impulit aura comas.
Ecce! quatit rapidis Iovis armiger aëra pennis,
Albus & in curvis unguibus hæret olor.
Nulla fuga eſt capto. Spectantque, ſilentque, volucres,
Aſpera dùm fulvæ præpetis arma timent.
At vigil, auroram qui cantibus evocat, ales
Audet ab aëriis obvius ire jugis.
Tunc volucer ſævas exercitus undique pugnas
Suſcitat: alarum plauſibus antra fremunt.
Intereà removent ſubeuntia nubila Solem,
Præſagique micat fulminis igne polus.
Terreor, & vanos reor hæc quoque fingere ſomnos,
Sed patula vigilans ilice nixus eram.
Mox paucæ redeunt, & ovantes Sole reducto,
Paulatim molli pace fruuntur aves.
Et nive candidior, veluti jam fata vocarent,
Fundit olor dulces ad vada nota ſonos.
Protinùs exclamo: Superi mea viſa ſecundent!
Inque Notos, quicquid triſte minantur, eat!
Nec minùs indigenis voveo ſua munera Nymphis,
Et palmis hauſtas libo duabus aquas.
Hæc tibi, cui fas eſt caſus aperire futuros,
Carminibus volui non reticere meis.
Plura quidem vidi: ſed, quæ celanda putaui,
Valle ſub arcana cætera quercus habet.

II.

S. Noriberti, Epiſcopi, oſſa, ac reliquiæ, Magdeburgo Pragam transferuntur.

ILlud *vaticinium* fuit, eventu, nimis veraci, confirmatum. Hoc verò quod ſequitur, *Prodigii* locum impleviſſe, vix negari poſſit. Notus autem eſt, vel è *Macrobio*, vetuſtiſſimus ille *Romanorum* ritus, ut *Deum*, ſive *Patronum*, cujus ſub tutela *Roma* eſſet, in myſticis haberent, nullique revelandis, ſacris. Sic, ut urbis *Latinum* nomen ignotum eſſe vellent. Id vel ob id religiosè obſervatum fuit. Nam, cùm gentiles obſiderent urbem hoſtilem, eam capi poſſe confidebant, ſicubi certo *carmine* priùs evocâſſent *patronos*, ſive *tutelares* deos. Abſque hoc

erat, ut obſidionis effectum deſperarent. Hac de re factum, ajunt, ut *Romanæ urbis patronus* etiam doctiſſimis ignoraretur. Alii enim urbis numen tutelare *Iovem* crediderunt. Alii *Lunam*, alii *Angeronam*, quæ digito ori impreſſo, ſilentium denuntiat, aliique *Opem*, allegârunt. Quòd igitur *Romani* hoſtili id genus evocatione toties, & quidem cum ſucceſſu, uſi fuiſſent, in hoſtium urbes, omni induſtria cavebant, ne idem ipſi, divulgato tutelæ ſuæ nomine, paterentur. Hinc *Virgilianum* illud, ſub *Trojæ* excidio, de *diis* antè *tutelaribus* evocatis, hûc reſpicit:

> *EXCESSERE OMNES adytis, ariſque relictis,*
> *Dii, quibus imperium hoc ſteterat* ———.

Cui ſuccenturiatur *Romanus Satyricus*, dùm eandem famoſæ *Trojæ haloſin* attingit:

> ———*Sic, profanatis ſacris.*
> *PERITVRA TROIA PERDIDIT PRIMVM DEOS.*

Tametſi verò à gentilium id genus fœtoribus, ac deliramentis, procul abeat *Chriſtiana* noſtra pietas, ut ſuperſtitioſis tutelarium numinum evocationibus nemo, *Chriſtianæ Eccleſiæ* aſcriptus, uti velit. Nihilo-minùs, dùm *D. Noriberti, Epiſcopi Magdeburgenſis*, reliquiæ, ſuperiori *Anno M. DC. XXVII.* è *Magdeburgo* evocari, *Pragamque* transferri, cœperunt, ominoſum id fuiſſe, eventus docuit. Sic, ut *periturum Magdeburgum perderet primùm ſanctos*. Illæ autem ſub feriis indictis ſolennibus, à *Cardinali Dieterichſteinio*, *Abbate Strohofano*, aliiſque proceribus, ac clericis, intrà *Pragam* admiſſæ ſunt. Ut poſteà, per portarum triumphalium ternarium, in *Monaſterium Strohofanum*, introductæ, peculiari reconderentur ædiculâ, ſive ſacrario.

III.

Prodigia, & oſtenta, à Vallo, & mœnibus, urbis deſumpta.

SUperiori *Anno M. DC. XXIX.* ubi *Magdeburgum* à *Fridlando* obſideretur, ſub finem obſidionis, non ſine ſtupore, ab ipſis indigenis, obſervari accidit: *vallū*, ac *mœnia*, urbis, ad quinquagintà circiter orgyias, (quarum unaquæque ſex pedum menſuram, vel quantùm manus inter expanſas continetur, comprehendit) in ſe ſubſidere, ac collabi, cœpiſſe. Undè futuri excidii, vel magni alicujus mali, indicia deſumpta ſunt.

IV.

Prodigia, à Turrium urbis ruinis, petita.

INter cætera, illud quoque dirum *Magdeburgenſibus* omen præbuit. Dùm *Anno M. DC. XXX.* autumni temporibus, horribili paſſim ſæviente ventorum tempeſtate, *turrium* aliquot, intrà *Magdeburgum*, apices decuſſi, humoque ità quidem infixi, ſunt; Ut humanâ ope evelli ſic ferè nequirent. Illinc autem excidium urbi præſignificatum fuiſſe, vel è *Romana hiſtoria* pateſcit. Autor enim *Val. Maximus*, *Octavium Conſulem* infauſtum id genus *omen* timuiſſe quidem, ſed vitare non potuiſſe. Ex *Apollinis* enim ſimulacro per ſe caput abrumpi, & humo infigi, cœpiſſe, ut evelli nequiret. Sic cum armis à *Cinna*, collega ſuo, diſſidentē animo præſumpſiſſ[e] eâ re ſignificari *exitium* ſuum. Metumque augu[rii] triſtem finem excepiſſe. Impleto poſteà ab eve[n]tu diro *omine*, tùm demùm caput terræ refigi p[o]tuiſſe. Idem cum *Magdeburgo* uſuvenit. Ut non[...] nius turris apex, à culmine ventorum turbine d[e]cuſſus, humo infigeretur. Tanquam urbis faſt[i]gium, culmen, honoſque, à vertice dejiciendus, i[n]que ipſam humi abyſſum præcipitandus fore. Tùm enim, quo tempore hoc *oſtentum* ſuper u[r]bem incubuit, meminimus iiſdem diebus, apu[d] *Hamelium*, ad *Viſurgim*, à *Thillyo*, *Pappenheimio*, *Gron[s]feldio*, cæteriſque militiæ *Cæſareo-Ligarianæ* præf[e]ctis, ſuper obſidione *Magdeburgi* deliberatum, co[n]cluſumque, fuiſſe.

V.

Prodigia è Cœlo, & Aſtris, data.

EOdem *Anno M. DC. XXX. XIII. Calend. Decemb[ris]* horribilis *Ecclipſis*, & quidem *Lunaris*, hora n[o]ctis decimâ, in *Geminis*, per trihorium continuavi[t]. Aſpicienteſque conterruit. Sic ut cœlo fudo è c[a]pite *Orionis* ſcintillulæ albicantes emergerent, fo[r]mam flagelli, imitantes, áque meridie versùs, *S[e]ptentrionem Magdeburgo* velut minantes.

Anno M. DC. XXXI. IV. Non. Majas noctu *crucis* [...]bæ imago, ab *iride*, duplici formata, *Lunamque* pl[e]nam penetrans, versùs *Septentrionem*, animadve[r]ſa eſt.

Eodem *Anno, III. Non. Majas*, circiter horam [o]ctavam veſpertinam, informis denuò *Ecclipſis*, ſ[...] martiali *Scorpionis* aſteriſco, prominuit. Cujus pr[æ]curſor claudicans, ac retrogradus, erat *Satu[r]nus.*

V. Idus Majas, poſtquam flebilis urbs, in man[us] hoſtium incidens, periiſſet, *Lunæ*, *Saturnique* retr[o]gradi, *quadratus*, ſub bellicoſo *Scorpionis* ſigno, a[c]cidit. Sub quo paucos ante dies *Ecclipſis* iſta conſt[i]terat. Ità ut hæc jam tandem triſtem, ac veru[m] effectum impleverit.

VI.

Prodigia è Partubus monſtroſis.

NEque ſaltèm ab aëre, *meteoris*, *ſyderibuſq[ue]* impendens *Magdeburgo* clades deſumi cœp[it]. Sed etiam *partus monſtroſi* hanc iram cœleſte[m] paulò, antequàm urbs deſtrueretur, infauſtu[m] præbuerunt oſtentum. Ecce! enim ſub urb[is] ſuburbio (*Neoſtadium* vocant) ductoris ordinu[m] uxor aliquot continuis diebus partus difficulta[te] laboravit. Eò uſque, ut, remediis nihil proficie[n]tibus, vitam cum morte commutaret. Antequà[m] igitur feſſam laboribus animam exhalaret, à m[a]rito, & aſtantibus, enixè petiit, curarent poſt ob[i]tum uterum aperiri, fœtumque conſiderari. Pr[o]mittitur hoc triſte beneficium moribundæ. Po[ſt]que uterus per chyrurgum, ac pollinctorem, ap[e]ritur. Ecce! autem, puer mirandæ magnitudin[is] & velut triennis, producitur in conſpectum. Q[ui] capite galeam ferret, armis thoracem munire[t], pedibus ocreas, imitatione ejuſce temporis, oſte[n]dere[t]

ret. Veritate ità repræſentatâ, ut ſuperinjecta
icula commodè detrahi poſſet. E thorace the-
ngens militaris carnea propendebat. Quâ
idem gregarii glandes, & faſciculos, è pulvere
io paratos, recondunt. Ea intùs, inſtar ſtoma-
, ſive vaccini, ſive ovilli, hirta erat: Duos rotun-
s oſtendens globulos, magnitudine glandes
opetarias imitantes. Quæ omnia, ubi, non ſine
pore detinuiſſent aſtantium oculos, dubio pro-
indicio fuerunt, jam *Magdeburgo* cruentos, ac
eſtos, inſtare hoſtes. Cujuſmodi è ſuburbio il-
otiſſimam obſeſſis paucos poſt menſes, cla-
n intulerunt.

CAP. VII.

De Magdeburgenſiũ diſsidiis, & ſeditionibus, domeſticis.

I.

ter Excidii Magdeburgenſis cauſſas conjunctas, allegantur domeſticæ civium diſſenſiones.

PRæter occultas, & fatales, illas neceſſitates, ſive naturales, ſive adjuvãtes, vocare lubet cauſſas, quæ intrà ipſos cives ortum duxêre. Sicut ſunt dividiæ, colliſiones, ac ſeditiones, dome-
icæ. Quis autem neſcit, ſub obſidionibus, eò uſ-
ue indigenarum proferri alacritatem, quàm diu
rnu copia ſuppetit? Nihilque ſive annonæ, ſi-
rebus aliis neceſſariis, decedit? Poſtquàm autem
s in arctum tendunt, annona flagellatur, diæta
æciditur. Jupiter, in arca quot ajunt, cõſumitur,
ericula ſuccreſcunt, omniaque inſtare videntur
obſeſſoribus ultima. Tùm quidem plerumque
ſci amant ſuſpiciones, dividiæ, manifeſtęq; haud
rò colliſiones. Ut mali, ac pertinaciæ, origo in
roceres rejiciatur, ſuperiores, tanquã ob rem ma-
geſtã, accuſentur, utpote, qui conſilia non reco-
erint, ſed præcipitârint. Indè ſuſpicionibus, divi-
iis, colliſionibuſq;, gliſcentibus, multi ad felicio-
es reſpiciunt. Hoſtiſq; potiùs partibus, eò quòd
rævalent, accedere amant. An ſic, rebus inclinan-
ibus, cervices, fortunaſq;, ſuas ſalvas extricare ſu-
tineant. Eædem dividiæ domeſticæ, inter ipſos-
net *Magdeburgenſes*, excidium triſte, ac fatale, iſtud
oadjuvantes, notari cœperunt. Neq; enim gneſia,
c ſolida, animorum locum habuit conjunctio.
Neque in fortalitii defenſionem eâ, quâ par erat,
ura, diligentia, ac ſolicitudine, itum eſt. Ut inpri-
nis homines militares, ac pſidiarii, ſubtractis ho-
pitiis, alimentiſq; neceſſariis, inſuper haberentur.

De his omnibus lubet hîc interjungere quere-
lam cujuſdam *Magdeburgenſis* exulis. Qui, poſt fle-
bile urbis excidium, ſibi, fortunæque ſuæ, relictus,
ad amicum ſequentes dedit codicillos. Tàm arduũ, inquit, opus, ac molimen, quod in honorem *Omnipotentis* unicè, collimare debet, majori utique pietate, ſolidiori animorum, conjunctione, imperteritâque fortitudine, fuerat ſuſcipiendum. Cujuſmodi certè requiſita non infelices *Magdeburgenſes* deſtituerunt. Omnibus quidem probari initiò cœpit, *Adminiſtratorem* in urbem, protectionemque, admittendum eſſe. Quo nomine, poſtridiè *Calend. Novembres*, anno ſuperiori *M.DC.XXX.* totius populi cum applauſu, ac fremitu, hæc fabula in ſcenam introduci cœpit. Illud enim nobis in oculis erat, fore, ut civitas tàm univerſa incrementis augeretur, Quàm fortunæ civium, ac commercia, gliſcerent. Itaque mallemus majores opes. Eò ſpectantes, quò rem magis augere, quàm parta tueri, liceret. Opes ergò, quòd non vera eſſent, quas animis præconceperamus, bona, liquet; quàm fragile actionum noſtrarum in illis poſuerimus fundamentum. Dùm igitur plerique avaritiæ ſuæ velificare ilicet non poſſent, ecce! cum fortuna mutabant vultus. Ubi aliquid, præter exſpectationem, dandum eſſet, chyragram ſimulabant, magiſtratum audaciæ inſimulabant; cæteriſque, qui fabulam in theatrum introduxiſſent, invidiam conflabant. Ipſi jam ad *Cæſareanos* reſpicientes, ipſi fortunis, ac cervicibus, ſuis metuentes. Profectò, ſi omninò hæc alea jacienda fuit. Si, Religionis, ac profeſſæ pietatis, cauſâ, aliquid hoc tempore pati velle decretum erat, næ bona illa, caduca, ac fragilia, puerilibuſque conſentanea crepundiis, (quæ vel ob id, quòd incertiſſimo fortunæ flatu hûc, atque illûc, aguntur, nullo in loco, nulla in perſona, ſtabilibus nixa radicibus, ſubſiſtunt, gentium ſapientes *bona* vocare non ſunt dignati) majoris æſtimare non oportebat. Quàm ut pietatis, communiſque ſalutis, cauſſa iccircò periclitari deberet. Profuerit, militibus, ac præſidiariis, bene feciſſe. Profuerit, majorum exemplo, fortitudine niti cœpiſſe. Profuerit, hanc in præſentem neceſſitatem, corpora, animaſque, religioſiùs conjunxiſſe. *Falckenbergii* inſtitutis aures præbuiſſe. Vallum diligentiùs & inſpexiſſe, & cuſtodiiſſe. Neque enim ſic agebant hoſtes, ut nobis diſceptationis anſam darent. Tempuſque litibus extrahendum permitterent. Mirandum ergò eſt, cùm appareret, præſidiariorum nos laborare inopiâ, equiteſque operam in defendendis valli ſtationibus offerrent, nos neque hoſpitiis, neq; commeatu, illos juvare voluiſſe. Ut valgis iſtos, ut ajunt, duceremus ſuaviis, uſque in extremam hanc everſionis neceſſitatem. Rectiùs itaque commeatum, etiam abundantem, in eos diviſiſſemus, qui nos defendere paterant. Quàm ut illis annonam, ac fortunas noſtras, reſervaremus, qui nobis fatalem intulerunt interitum. Undè, quàm militibus noſtris proclive fuerit, animis abalienatis, pro nobis pugnare, nemini ſit obſcurum.

Ità factum, ut aliæ, aliæque, cauſſæ interitum in hunc noſtrum conſpirârint. Ut etiam à multis, in *Cæſaris* partes inclinantioribus, de induſtria quæſitum ſit, quò intervenientibus diſſidiis interioribus, hoſtium conatus prævalerent. Quis enim *Thillyo* autor fuiſſet, ut eo ipſo tempore, quo vallum derelinqueramus, civitatem impeteret, niſi proditor? Quis perſuaſit cives domum itâſſe, ac

dormitare, niſi ſuſurro, niſi veterator? Profectò, ità quidem eſt, ut in nos *Deus*, ob peccata noſtra, ſic quidem animadvertere decreverit. Sed, qui, è tanto naufragio, nihil aliud, niſi hanc vitam, tanquam prædam aliquam, retulimus, nihilominùs confidimus, futurum, ut juſtæ indignationi ipſius, hactenùs in nos, cæteroſque *Auguſtanam Confeßionem* profeſſos, ob verbi divini, miniſteriique, contemptum, aliaque, non inferiora delicta, ac flagitia, flagranti, ſatisfactum ſit. Neque eſt, ut cæteri *Imperii Ordines*, *Civitateſque*, eandem nobiſcum incorruptam *Auguſtanam Confeßionem*, jam vehementer periclitantem, profitentes, ſuper hac, quantumvis flebili, everſione noſtra, aut animum deſpondeant, aut metu ſupervacuo percellantur. Sed hæc ad illos redeat emendatio, noſtroque exemplo cautio. Ut deinceps pio, veroque, ardore animos, dextraſque, conjungant. Neque fortunas, pecuniaſque, fluxas, & inſtabiles, divino honori, cultuique, anteferant. Citiùſque omnia faxint, quàm ut, ſecundùm confeſſam Religionem, libertate illa *Germanica*, ac vetuſta, privari debeant. Si nihil aliud, per fidem vel adverſariorum conjunctiones illos admonere debebant, ut fortiùs unirentur. Ut vires, nervoſque, ſociarent. Eoque reſpicerent, quò inferiis tot interfectorum vindiciæ parari queant. Neque enim dubitandum venit, *DEUM*, juſto tempore vindictam exigere velle. Hactenùs ille.

II.

Thillyani, ſuper Haloſi Magdeburgica, tripudiant.

HActenùs, quibus fortuna, belli pepercit, *Magdeburgenſibus*, nihil, præter ſuſpiria, & lacrymas, relictum erat. Ut luctus ſuos vel indè congeminarent, dùm intueri oportuit, etiam victores *Thillyanos* milites, qui, aliorum ex infortuniis commoda deducebant, inſuper cineribus velut *Magdeburgicis* inſultâſſe. Cumprimis autem pupugit miſeros, ac palantes, *Thillyum* ipſummet, aliâs non tàm fortitudinis, quàm prudentiæ, ac moderationis, laude famigeratum, ſolennes, ſuper hac victoria, legionum præfectis indixiſſe ferias. Ut *Idibus Majis*, præeunte apud ædem cathedralem, intrà everſam, perditamque, urbem, ſacro, ſub hymno illo triumphali, *Te DEUM laudamus*, aliiſque feſtivæ lætitiæ tàm ſignificationibus, quàm tormentorum, funeſtis aliâs, exploſionibus, publicam celebraret feſtivitatem. Cùm vel *Romani* olim ducibus ſuis, ſuper reductis ad obedientiam ſive provinciis, ſive civitatibus, nullo pacto jus *triumphandi* indulſiſſent. Ut vix *ovationem* decreviſſe, ſint comperti.

III.

Autoris, ſuper eadem Haloſi Magdeburgica, Elegia.

INterim, non obſcurum eſt, eo tempore, è *Cæſareanorum*, ac *Catholicam Religionem* profitentium, numero, etiam ipſi alioquin *Thillyo*, inuſitatam,
nimiſque funeſtam ac flebilem, tàm pulcerrim
munitiſſimæque, urbis everſionem amaras e
torſiſſe lacrymas. Novi enim, non defuiſſe b
næ mentis amantes, humanæque calamitatis m
mores, qui recordatione tàm flebilis lanien
quàm totalis everſionis, vix biduo, triduoque, c
ræ corporis, indulſiſſe, aut penè cibum, niſi ſub g
mitu, ſumpſiſſe, notati ſunt. Quo nomine n
que ego quidem me abſtinere poſſum, quin E
giam illam, ſuper flebili *Magdeburgica Haloſi*,
iam tùm ſub caſtris *Cæſareanis* mihi natam, hoc l
co ſuperinducam.

Quæ talis eſt:

Quàm nihil humanis tutum ſit fidere rebus,
Seu cenſere duces, oppida, ſive, juvat.
Urbs, opibuſque, viriſque, potens, & mœnibus, eccel
Hoc docet exemplo Parthenopæa ſuo.
Hæc reliquas veluti regina virago per urbes.
Eminuit, quotquot Teutonis orbis habet.
Integrum ſiquidem fuit oppugnata per annum
A ducibus, Cæſar Carole Quinte, tuis.
Sed neque Cæſareis ceßit, neque Saxonis, armis
Sic nunquam, vinci neſcia, victa fuit.
Quid loquar? Haud magis eſt pro tempore neſcia vir
Hei! ſpolium miles virginitatis habet.
Credere quis poßit? Ceu puncto temporis uno
Urbis honos tantæ, virginitaſque, perit.
Succubuêre feris non infima nuper ab armis
Oppida, diverſis vi ſuperata locis.
Nullius at clades tàm flebilis hactenùs urbis,
Chriſticolas dùm fert Chriſtidos ora, fuit.
Hei mihi! quæ facies captæ, quis ſpiritus, urbis,
Victor ubi muros miles haberet, erat?
Mœnia quæ longos ſteterant invicta per annos,
Nil, ceu momento debilitata, valent.
Inde ruit miles, rabie velut actus, & intrà
Mœnia plus veniæ jus ſupereſſe negat.
Tollitur ad cœlum clamor lugubris, & omnis
Obvius hoſtili civis ab enſe perit.
Quiſquis in occurſu gerit arma, necatur ab armis,
Qui venit enſe, fero protinùs enſe cadit.
Ille lares, natoſque ſuos, dulcemque maritam,
Certus ab hoſtili ſurripuiſſe manu.
Ecce! lares, prolemque ſuam, fidamque maritam,
Vulnere non uno ſaucius, antè perit.
Illic nata ſuo ſuprema dat oſcula patri,
Dùmque dat, à ſævo milite rapta cadit.
Hic benè dilecti conjux antè ora mariti
Mille modis, ſi non cæditur enſe, perit.
Parte alia teneræ, ceu victima denſa puellæ
Coguntur durum ferre ſub hoſte jugum.
Atque alia plures preßi ſub mole fatiſcunt:
Barbarus uſque adeò ſævit in orbe furens.
Sic ubi devicta bacchatur miles in urbe,
In ſpolium vitam, divitiaſque, rapit.
Millia multa foro cæduntur, & undique latè
Millia tot, numero deficiente, jacent.
Atque alios alibi ſubitò, nil tale putantes,
Opprimit irati militis enſe furor.
Ceu pavidæ totis diſcurrunt undique campis,
Martius à tergo cùm lupus inſtat, oves:
Haud ſecùs imbellis cœtus, matreſq; nuruſq;,
Perq; domus fugiunt undiq;, perq; vias.
Sed non ulla fugæ ratio, non ulla ſalutis
Spes, infelices quæ tueretur, erat.

Inſ

ſtat atrox hoſtis, mediasq; per Albidos undas;
Corpora, ceu prædas, mille cruentus agit.
lbi pater, vix tot inhumatis ſufficit, aut pro
Tot tuus eſt tumulis alveus iſte ſatis.
d nec aquis omnis potitur, licet optat, agente
Intus in urbe ſuas enſe, vel igne, vices.
ccumbit miſeram ferro leges ampla per urbem,
Cæditur ut miſtis femina, virq;, locis.
anguine tabet humus, multoq; cadavere moles
Aggeritur, tumuli deficiente loco.
ntera (horrendum dictu?) crudelior omni
Milite, Vulcani ſævit in urbe furor.
Depaſcitq; domus latè. Non profuit uſus
Lucis, & Albiacæ proximus humor aquæ.
Quòd minus hoſtis habet, flamma vis devorat. Et qui
Fortè latere cupit, dum latet, igne perit.
Plurimus ut vitat, latebris abſconditus, hoſtem,
Interit in mediis, liber ab hoſte, focis.
n caveis alius vitam tutatur: at intus
Triſtiùs, igne domum præcipitante, perit.
lli flamma vorax, huic ſtringit guttura fumus,
Mille locis nex eſt, mille parata modis.
Incumbunt domibusq; domus, atq; ædibus ædes,
Fitq; frequens tectis, culminibusq; fragor.
Non ego, ſive foret vox hæc mihi ferrea, ſive
Traderet ipſa ſuam Calliopæa lyram.
Cuncta queam memori comprendere triſtia verſu?
O Nympha! infelix non magis eſſe, potes.
Non talis Solymam peſſumdedit impetus urbem:
Non Troiæ facies illius illa fuit.
Illam dira fames conſumpſit, & ignea peſtis,
Hæc, nox, infelix quando periret, erat.
At neq; peſtis atrox, noctis neq; luridus horror,
Te fera nec domuit, mortis alumna, fames.
Scilicet optata quæ debuit eſſe ſalutis
Cauſſa, tua fuit hæc cladis origo, dies.
Mœnia, debueras queîs tutior eſſe, fuêre
Scilicet exitii maxima cauſſa tui.
Tu niſi munitas inter regina fuiſſes
Vrbes tot, quotquot Saxonis ora tenet.
Forſitan intactis tua gloria paſſibus iret,
Albiacasq; fores maxima propter aquas.
At nunc, quantus honor, tua magna potentia quanto
Creverat, & vires ſumpſerat aucta ſuas.
Tantò flebilior tua deſolatio, tantò
Triſtior in miſeris iſta ruina locis.
O ſuperi! reliquas quis nunc manet exitus urbes?
Hæc ſi tàm miſerè digna perire fuit?
Ludit in excelſis divina potentia rebus:
Nec feriunt humiles fulmina parva caſas.
Eminet in magnis fortuna potentiùs. Et qui
Tardatur, caſus pondus habere ſolet.
Quid iuvat immenſis extendere ſumptibus urbem,
In cineres uno ſi queat ire die?
Dic age, quo tantam meruiſti Numinis iram
Crimine? Cur tales iuſſa ſubire vices?
Cauſſa latet. Quamvis prædixerit alter, & alter,
Exitii Vates fata propinqua tui.
Ergo jaces miſerande cinis, quoque flebile buſtum,
Nudaq; jam ſupereſt nominis umbra tui.
Rudera pro domibus, cinis eſt pro civibus, intus
Noctua triſte melos, haud philomela, canit.
In pratis flos nullus hiat, flos nullus in hortis,
Vtraq; jam facta eſt flebile ripa ſolum.
Pro thalamo tumulus, pro myrto mœſta cupreſſus
Iam peragunt partes inde, quoq; inde, ſuas.
O pereant turres, foſſæ, vallumq;, nefanda
Vrbes ſi penitus ſeditione ruunt!
Cuſtodes valeant! Cuſtode potentior omni
Hei mihi! fatalis terminus ille fuit.
Ergo, viatorem ne clades horrida poſthâc
Fallat, & interitus triſtis imago tui:
Ad ripas, pater Albi, tuas lapis extet, & urbis
Triſtibus inferias indicet ille notis:
Parthenope, flavum celeberrima nuper ad Albim,
Hic petitur manes, altera Troia, ſuos.
Armis quæ fuerat vix expugnabilis, uno
In cineres abiit ſeditione die.

CAP. VIII.

De Guſtavi, Sueciæ Regis, ſuper Magdeburgi everſione, Apologetico.

INtellectâ tragœdia *Magdeburgica*, *Guſtavus*, *Rex Sueciæ*, non potuit non graviſſimè perturbari. Præſertim, quòd confertis ſub copiis in itinere eſſet, obſidionis liberationem tentaturus. Ne igitur infauſtus, luctuoſusque, hic illi urbis interceptæ, everſæque, caſus fortè imputari poſſet, evulgato ſequenti *Apologetico*, moram intervenientem ſic quidem cœpit excuſare. Nimirùm, inquit vero verius eſſe *Regi* à *S. P. Q. Magdeburgico* ſumptus, pro conſcribendo mediocri exercitu, neceſſarios negari cœpiſſe. Quicquid ipſe vel impendiò monuiſſet, vel, cautionis loco, obtuliſſet. Ut neque regiis, neque *Brandeburgicis*, ab *Adminiſtratore* tùm collectis, cohortibus intrà urbem ſive hoſpitia, ſive diaria, aſſignari acciderit. Uſque dùm *Cæſareani* obſidionem dedita omni opera urgere cœpiſſent. Indè uſuveniſſe, cùm in tempore copiæ haud quidem confluerent, hoſtibus ſpatium, ac mora, indulgeretur, intereà ut commodis ſuis velificare poſſent. Sic *Regis* propoſitum neque pondus habuiſſe, nedùm ad effectum ſpectare potuiſſe, conatibus, aquæ in morem, diffluentibus.

Ut autem innoteſcat, quibus de cauſſis *Rex* mediocrem illic exercitum colligere præcogitâſſet, notatu dignum eſſe, eo tempore, quò, circà finem *anni M. DC. XXX. Adminiſtrator* in urbem veniſſet, opportuniſſimam præ omnibus, fuiſſe occaſionem. Nam viciniam tùm à *Cæſareanis* legionibus fuiſſe vacuam. Ut commodè collectioni copiarum operâ dari potuerit. Absque igitur *S. P. Q. Magdeburgici* fuiſſet repugnantia, *Rex* tùm brevi ſpatio legiones aliquammultas tàm equeſtres, quàm pedeſtres, potuiſſet contrahere. Quibus ad minimùm proclive

fuiſſet *Pappenheimii*, obſidionem molientis; conatus diſpungere. Hac ratione totum belli ſtatum facilè mutari. Omniaque, per diœceſin *Magdeburgicam*, tàm ad annonæ, quàm armorum, apparatum facientia, hoſtibus opportunè ſubduci, intráque urbem convectari, ſuſtinuiſſe. Sic, ut urbs in expugnabilem belli ſive arcem, ſive ſedem, ſuppeditare. Totamque latè viciniam terrere, atque intrà officium continere, ſuffeciſſet. Ut de cæteris, indè catervatim emergentibus, incrementis nihil curioſiùs accerſat. Inprimis verò dolendum eſſe, tàm diu urbem haud durâſſe, uſque dùm *Rex*, profligatis è *Pomerania*, & apud *Oderam*, legionibus *Cæſareanis*, ſine impedimento curſum accelerâſſet.

Quâ verò induſtria, ac ſedulitate, *Rex* laborâſſet, ſumptus, in legiones colligendas neceſſarios, ſive per *Lübeccenſes*, ſive *Hammaburgios*, operâ litterarum, ut vocant, collibealium, ad *Magdeburgenſes* transferre, cùm aliâ id ratione fieri ne quidem potuerit, hoc præfatis illis urbibus abundè conſtare. Ut, neceſſitate requirente, confirmari poſſit. Dùm igitur, in ipſo *Magdeburgici* belli limine, error, non exiguus, ſeſe inſinuârit, hoc *Regi* minimè, ſed proditoribus *Magdeburgicis*, aliisque, hoſtes tàm commeatu, quàm armis, adjuvantibus, venire imputandum.

Tametſi igitur *Rex* intereà magnam pecuniarum, aliarumque rerum neceſſariarum, vim *Magdeburgum* remiſiſſet. Eademque operâ urbi auxilia regia toties ſanctè promiſiſſet. Nihilominùs omnibus, quibus lotum pectus aceto eſt, rectiùs conſtare, quàm illa pollicitatio non quidem abſolutè, abſurdéque, ſed ſub illis conditionibus, ſi fieri ejus poſſit, interpretanda veniat.

Neque enim, ut cæco impetu imprudenter, tanquam in tenebris, ingrueret, deque rei ſumma periclitaretur, moras omnes præcipitare iccircò *Regem* oportebat. Ut nedùm hac incogitantia urbi prodeſſe licuerit.

Si nunc itaque *Rex*, luculentis ſub demonſtrationibus, probare queat, omnem, quæ quidem ab homine expectari poteſt, curam, ſedulitatemque, ſuper *Magdeburgo* vindicando, ſeſe impendiſſe.

Sed, impedimentis, ex transverſo intervenientibus, mutari neſciis, retractum fuiſſe. Utique confidit, futurum, neminem rectæ, ſanæque, mentis reperiri, qui tragicum, flebilemque, eventum, & quòd urbi non ſuccurſum ſit, in *Regem* reiicere audeat. In propatulo enim eſſe, ſub *Regis* adventum, tàm validas per *Pomeranos*, *Megapolitanosque*; excubâſſe copias, ut illis exercitus regius numero par haud quidem fuerit. Illas itaque, clauſtra maritima præoccupantes, *Regi* aditus, quo *Magdeburgum* penetraret, intercluſiſſe. Sic, ut ſimpliciter *Rex* non potuerit, rebus nondum confirmatis, per medios hoſtes, ultrà milliaria quadragintà, tranare. Omnique è latere inſultus exſpectare. Adde, vel hoc negari non poſſe, *Regis* copias, circà exodum anni *M. DC. XXX.* intrà *Pomeraniam* appuliſ-

ſe. Quibus *Rex*, ſub rigore hyemis, contin
tis ſine miſſione laboribus, eos feciſſet prog
ſus, ut facilè exemplum deſit. Ea autem
potiſſimùm omnia ſpectâſſe, an *Magdeburg*
ſucceſſivè ab hoſtili obſidione poſſet li
rare.

Quanquam verò *DEI* beneficio (ut
te à quo omnis proficiſcatur victoria) acci
rit, ut *Rex Griffenhagam*, & *Garcium*, loca mu
ta, hoſtibus extorſerit. Nihilominùs cùm ad
apud *Cüſtrinum* negarentur, *Regem* fuiſſe proh
tum, quò minùs rectà versùs *Magdeburgum* edu
ret. Urbemque, ſecundùm *DEUM*, exanimi ſen
tia vindicaret. Neque enim regulas, ſive pruc
tiam, militiæ admiſiſſe, *Rex* ut antè prædi
rum illorum locorum occupationem, totius
peditionis ſummam præcipitaret. Ità *Cra*
tribuni, gubernatoris *Cüſtrinenſis*, tergive
tione uſuveniſſe, ut, ſæviente bruma, *Regi*
iam exactis ſub legibus, vadimonium offe
ti, negaretur tranſitus. Annonaque, ac
bulationes, præcluderentur. Interim legio
hoſtiles, *Landsbergam* uſque, evaſiſſe. Copia
gias verò, fortitudine commendatas, tantùm
cum inopia conflixiſſe. Illam nunc, inter c
ras, eſſe evidentem, potiſſimmamque, cauſ
quî factum ſit, quòd *Rex*, jam tùm confuſas, C
reanas legiones haud profligare: diſtrictum il
intrà *Albim*, & *Balthicum* ſinum, non omninò
gare: adeóque vindicibus armis *Proteſtantibus*
Imperium Ordinibus maturiùs ſuccurrere, pot
ſet.

Si nunc maximè obiiciatur: *Regem* rect
Thillyum educere, eumque propellere, de
iſſe. Huic vel anteà ſatisfactum fuiſſe. D
præmiſſum ſit, regium exercitum, præci
equeſtrem ſuperiori hyemis inclementiâ,
nè non debilitari occœpiſſe. Ut, ſub neg
apud *Cüſtrinum* tranſitu, notabiliter labefa
tus ſit. Undè confertiſſimis illis, longisque
riis corroboratis, *Thyllianis* viribus vix par f
ſet. Maximè, *Rex* ſi contrà ſtimulum, ut
junt, calcitrare, atque, exule prudentia n
tari, totius rei *Evangelicæ* ſummam in acie
vaculæ ponere, properâſſet. Id genus præc
tantiâ univerſam facilè potuiſſe everti fabul
Ut nedùm *Proteſtantibus Imperii Ordinibus*, ned
ipſi *Magdeburgo*, licuiſſet ſuccurrere.

Atque ab enarratis illis fundamentis j
liquere, quo pacto ab eo tempore, quo quid
Thillyus è *Megapolitanis*, *Brandeburgicisque*, ex
citum reduxiſſet, *Regi* cauſſa imputari qu
nulla, cur regiis illis promiſſis fidem haud ad
derit.

De obſidionis tempore rem ità ſeſe habe
Ut poſt diſſipatas apud *Griffenhagam*, *Garciumq́;* c
pias, nihilo-minùs *Cæſaris* legiones, denuò recol
ctæ, novum formârint exercitum. Qui quidem
duodecim hominum millia excurriſſet. Hoc rob
non fuiſſe aſpernandum. *Thillyum* verò apud *Alb*
(dùm alter ille exercitus intrà *Marchionatum*, *Fr*
cofordiam, *Landsbergam*, *Croſſæq́;* principatum, ſeſe
nuiſſet) multis cū millibus excubaſſe. Omnesq;
occaſiones oculos conjeciſſe. An ergò *Rex* exerc
apud *Oderā* poſt caput relinqueret? *Thilliūq́;* pete

Et

tàm antè, quàm retrò, tanquam inter ſa-
, & ſaxum, quod ajunt, impendiò urge-
.
uò autem *Rex* nihilo languidiùs conſcien-
DEO, fidem orbi *Chriſtiano*, ſervaret il-
am. Illamque autoritatem regiam fortibus
s acquiſitam, tueretur. Immò affectum
Eccleſiam Germaniæ Evangelicam, & particula-
ergà *Magdeburgum*, uberiùs conteſtare-
Hanc in rem ab ipſo expeditionem versùs
coſordiam heroicis auſis fuiſſe ſuſceptam. Quæ
lem civitas à ſeptem millibus *Cæſareanorum*
et defenſa. Ubi, *DEI* beneficio, denuò
oriâ luculenta, ac planè extraordinaria, fu-
auctus. Tanquam cœleſtis ille *Imperator*
naculatam, atque integerrimam, *Regis* ergà
atem *Chriſtianam*, intentionem hac via no-
are conſtituiſſet. Sic eveniſſe, ut, conti-
tis illis victricibus progreſſibus, à tergo ampliùs
d magnoperè timendum eſſet ampliùs. Nihi-
inùs, *Schaumburgium* archiſtrategum, exiguo
poris ſpatio, apud *Glogoviam* majorem, ſex
ninum millia conglobâſſe. Quibus è *Sile-*
, *Moravia*, *Bohemia*, *Vngaria*, aliisque pro-
ciis, ſupplementa ſuperveniſſent identi-
n.
Interim, hæc omnia tanti non fuiſſe, ut *Re-*
animum à vindicando *Magdeburgo* ſubdu-
e potuerint. Ut *Rex* quibuscunque pericu-
Magdeburgi curam, ac reſpectum, præferret
cè. Quamvis enim *Thillyus* ità *Albim*, pon-
njecto, in poteſtate haberet, ut ab utraque
a, ubicunque libuiſſet, exercitum traducere,
ormare, poſſet. Hoc tamen animoſis *Regis*
is nequicquam obſtitiſſe. Poſteaquàm enim,
ocedentibus cum *Electore Brandeburgico* diu-
rnius, ac tædioſis, tractationibus, tandem,
nem in eventum, univerſo cum exercitu,
apud *Berlinum* appuliſſet. Nempè, quo re-
ptum illic tutiſſimum præpararet. Abſque
jus præventione non potuiſſet in *Thillyum* edu-
re. Niſi de ſtatu ſuo regio, totiusque rei ſum-
, periclitari mallet. Tùm demùm, certis
conditionibus, permiſſo ſibi receptu *Span-*
vienſi, *Potsdamum* promoviſſe. Sub ſpe, fu-
rum, ut *Elector Saxoniæ*, cujus utique intereſ-
plurimùm, pro vindicando *Magdeburgo*, aut
pias ſociaret. Aut tranſitum, versùs pon-
m *Deſſavienſem*, permitteret. Sic, ut ſecundo
mine ad urbem producere. Commeatum-
e è *Miſnia* excipere, poſſet. Aut denique ma-
inas bellicas aliquammultas, apparatu neceſ-
rio inſtructas, ſuppeditaret. Quò pericu-
ſæ plenum opus aleæ, nimirùm urbis obſeſ-
liberatio, ſuſcipi ſuſtineat. Nihilo-ſeciùs
gis tot interpellationes, tot codicillos, conce-
tiſſimis verbis exaratos, fuiſſe fruſtra. *Electo-*
m enim, ſingulari civitate uſum, *Regi* auxilia
egâſſe. *Cæſarisque* reſpectum magis, quàm *Ma-*
deburgenſium periclitationem, penſi habuiſſe. Qui-
us adde, *Electorem Brandeburgicum* neque com-
eatum, apparatumque, bellicum, ſatis tutò
largiri aut voluiſſe, aut potuiſſe. Dùm iden-
idem ad *Saxoniæ Electoris* declarationem reſpi-
eret. Ità ferè utrobique accidiſſe, *Rex* ut u-

trumque *Electorem* neque amicum, neque hoſtem, experiretur. Illud igitur apud tàm *Regem*, quàm omnes militiæ regiæ præfectos, tùm quidem in confeſſo extitiſſe. Niſi commeatus, penès *Brandeburgicos* penitùs defectus, ex *Electorali Saxonia* ſuppeditaretur, regium exercitum, ſicut aſperâ nuper hyeme, ità jam æſtivis ſolibus, exhauſtum, durare vix ſuſtinuiſſe. Ità, ut *Thillius*, ſuo loco cunctando, ac penè dormitando, regias copias, jam ob alimentorum inopiam tantùm non diffidentes, conterere potuerit. Sic ut non minùs cum fame, quàm hoſte, in vicinia excubante, militesque, inopiæ pertæſos, ad defectionem, ſub tot novis conclaſſationibus, opportunè ſolicitante, fuiſſet depugnandum. Poſteaquàm ergò paucis abindè diebus fatalis, ac flebilis, urbis expugnatæ caſus *Regis* ad aures perveniſſet. Tùm quidem, non ſine ſingularis triſtitiæ conteſtatione, *Regem*, ob mutatas belli rationes, pro ſui ſtatus defenſione, retrò duxiſſe. Illudque remedium, neceſſitate dictitante, nolentem volentem apprehendiſſe. Cujusmodi quidem imprudentioribus durum, atque inſolens, videri queat.

Sed & naturam, & bellicæ neceſſitatis legem, etiam multò duriora poſtulare. Prout omnes, rei militaris gnari, eandem cum *Rege* in ſententiam deſcenderent. Cæteros, belli inexpertes, magis commiſeratione dignos eſſe, quàm ut emendari queant.

CAP. IX.

Thillyus expugnationem Magdeburgi Saxoniæ Electori ſignificat. Cui Elector reſpondet.

Simulátque tragœdia illa *Magdeburgica* eſſet peracta, *Thillyus* oppidò hanc cataſtrophen *Saxoniæ Electori* ſignificavit. An fortè conclaſſationibus, apud *Lipſiam* decretis, moram iniicere poſſet. Porróque propoſuit, ſe miſſurum delectos, qui quidem, ſuper pacificationis legibus, aliisque neceſſariis, cum *Electore* rationes conferrent.

Hanc ad interpellationem ſequentibus excepit *Elector*: Ex illius, inquit, codicillis ſeſe didiciſſe, quo pacto *Thillyus* urbem *Magdeburgicam* expugnâſſet, aliaq; juxtà proponere cœpiſſet. De *Magdeburgo* autem ſic eſſe, ut optet, rem aliis modis componi potuiſſe. Quo ſic tantâ calamitatẽ, lanienam, ac cladẽ, procul arcere licuiſſet. Vix, inter *Chriſtiani* nominis homines, à multis ſeculis tàm inuſitatæ ever-

ſionis

ſionis, ac miſeriæ, exemplum dari. Ut neque ſub annalibus tàm triſtis tragœdia à longo tempore occurrat. Certè, ſe exindè non parùm cœpiſſe perturbari. Neq; ominari poſſe, quid, præter devaſtationes, *Imperio Romano* maximè exſpectandum veniat. Niſi id genus belli incendia, interveniente rectiori fiducia, ſecuraque pace, maturrimè extinguantur. Omnes quidem ſuas tàm conſultationes, quàm actiones, hactenùs ad *Chriſtianæ*, neceſſariæque, pacis reproductionem, tanquam ad ſcopum rectiſſimum, collimâſſe. Ut etiamnunc nihil ſanctius, nihil antiquius, habeat. Quo nomine, cùm *Thillij* prudentia, ac circumſpectio, multis ſibi nominibus eſſet commendata, non diſplicere conſilium, quo quosdam delectos mittere cogitet. Eapropter apud *Torgam* exſpectaturum ſe legatos. Cumque illis nonnulla communicaturum. Interim juxtà clementer à *Thyllio* contendere, vellet deinceps *Ordinibus Proteſtantibus*, quà hybernationes, ac ſtativa, quà exactiones, difficultateſq; id genus alias, parcere. Ne ne motibus anſa detur.

Quanto cum cultu, & ſtudio hactenùs *Rom* *Cæſaris* autoritatem *Elector* proſecutus foret. Qu ta fide *Cæſari* devotionem, & officia, probâ hoc ne quidem fugere *Thillyum*. Eandem o dientiam, ac ſubmiſſionem, adhucdùm ſe pe verare. Ut autem, ſuper tàm pretioſis, tàm ſ ra lege ſancitis, tamque arctis vinculis confir tis, *Imperii* conſtitutionibus, ſanctionibus, l busque, exigat obſervantiam. Pariterque *lectoralem* dignitatem, ſtatum, honorem, lib tatemq;, conſervet. A que populis, ac regioni à *DEO* concreditis, omnis generis enormita adversùs *Imperii* leges, tàm ſanctè confirma peccantes, amoliatur. Hoc utique ſibi fraud eſſe non poſſe. Ut iccircò vel à nemine veniat reprehendendus.

* * *

Io. Petri Lotichij

RERUM GERMANI CARUM

LIBER XXXVIII.

CAPUT I.

De Electoris Brandeburgici, cum Sueciæ Re[g] transactione. Ejusdemque, hoc ob factum, [a]pud Cæſarem excuſatione.

I.

Electori Brandeburgico, ex pacto, Spandaviam repetenti, fit reſtitutio. Sic tamen, ut Rex paulò poſt idem ſive extorqueret, ſive reciperet, fortalitium.

Paulò antè, dùm de *Regis Apologetico*, ſuper flebili *Magdeburgenſium* tragœdia, ſermo eſſet, meminimus, *Guſtavum*, *Sueciæ Regem*, infelicis *Magdeburgicæ*, urbis, tùm obſeſſæ, vindicationem tentaturum, precibus uſum armatis, certis ſub conditionibus, ab *Electore Brandeburgico* obtinuiſſe *Spandaviam*. Quo fortalitio, ſi quid fortè ad ſi accidiſſet, pro receptaculo, uteretur. Ea ita cùm lex interveniſſet, nempè *Rex*, poſt ſolu *Magdeburgi* obſidionem, locum redderet, non ſtitit *Elector* reſtitutionem confidenter urgere hoc graviùs tulit, ac quicquàm opinaretur. Q ità quidem hæc repetitio videretur compar tanquam *Electores*, *Ordinesq;*, *Proteſtantes*, hoc a rent, ut actiones ſuas, cauſſamque communem *Rege* ſegregarent.

Interim promiſſum (quod ajunt vulgò impl re debitum) implevit. Et *VI. Non. Iun.* fortalit reddidit. Sic tamen, ut tu videres, *Regem* ſem ſenſum indignationẽ coquere. Miſit quippe quidem ſerâ veſperâ tubicinem, qui *Berli*

us nunciaret, *Regem* ſequenti die ſuperventu- adeóq; portis apertis intraturum. Niſi is ſibi geratur, de cætero *Regem* neque ſuper infortu- neque laniena, neque expilatione, reſponde- le. Civium multitudo ad hæc non magis ſtu- quàm expavit. Præſertim, cùm altero manè ntegrum in civitatis conſpectum produceret citum. Caſtrisque formatis tormenta in arcem eret.

pportunè tùm *Io. Georgius Arnheimius*, mi- *Electoralis Saxonicæ* archiſtrategus, cum *Ele- Brandeburgico*, intrà *Berlinum* erat. Hic, pro ndo *Rege*, ultrò citròque commeans, tridu- inſumpſit fruſtrà. Tandem *Electrix*, unà vidua *Archipalatina*, totoque gynecæo, in ca- profecta, verbis delenificis preces in omnes endens, (more *Veturiæ* illius, nobilis ma- æ *Romanæ*, qua de apud *Dion. Halycarnaſſæum*) *Regem* exarmavit. Quâ præeunte præpara- e, deinceps *Elector* ipſe ad *Regem* egredi cœpit. igitur de rebus graviſſimis ambo contuliſ-, *Rex* placabilior mitiores admiſit conditio- Gui aliâs decretiſſimum erat, & civitati expi- onem, & geminæ legionis intromiſſionem, in- are. Modò unius bombardæ ab adverſa parte rveniſſet vel exploſio.

dhûc alterum in triduum tractationes ſunt quidem extractæ. Quibus tandem feliciter nsactis, *Rex* ſub viridario cum *Electore* cœnam pſit. Altero manè nondùm plenè illuxerat, *Rex* per aquas diſceſſit. Ecce! autem, dùm ſuis erat, tormenta, quorum erant numero nona- tà, baliſtarii exonerarent. Nempè, prout ſen. at, in patentes campos diſploderent. Iſti, re è intellectâ, machinas, in civitatem, ſedemque *toralem*, obverſas, omnes rectà ejaculari cœpe- t. Quod quanto non tàm cum terrore, quàm iculo, fuerit conjunctum, nemo ignorat. m è numero illorum erant quadragintà, im- dið, & accuratè, infarcta, quæ globos ejacula- tur, trigintà pondo æquantes. Hi, ædificia non o loco perrumpentes, etiam cubilia penetrâ- t, ponè lectiſternia procidentes. Singulari id- que *DEI* providentiâ factum eſſe conſtat, ut ne- indè læderetur. Ità pridie *Id. Iunii* exer- us regius direxit *Spandaviam*. Quæ denuò *Re-* venit in poteſtatem. *Rex* ergò, hoc ubi forta- um, unà cum *Brandeburgo*, & *Ratenavia*, præſidio mâſſet, apud *Fravvenvvaldiam* navim ingreſſus *tinum* diſceſſit.

II.

lector Brandeburgicus, tàm ob conventus Li- pſienſis definitionem, quàm transactionem, cum Sueciæ Rege initam, ſeſe Cæſari pur- gat.

PRæeunte illa tractatione, poſt multas tergiver- ſationes, tandẽ *Regi, Electoriq;*, convénit, ut pro- ncia *Brandeburgica* dependeret deinceps trigintà *rdinandicorum* millia. Simulque *Regi*, pro receptu, *pandavia* permitteretur. Ut etiam *Cüſtrino*, ſub ortis patentibus, ex animi ſententia, quando li- itum eſſet, potiretur. Interim, *Electoris* in uſus, ali- uot *Marchionatus Circuli* excipiebantur. Sic, ut le- giones regiæ equeſtres à *Megapolitanis*, *Pomeranisq;* alerentur. Quæ ubi ſic quidem fuiſſent utrinq;, nõ abſq; labore, transacta, *Elector*, operæ pretium ar- bitratus, ut *Cæſari* ſe, vel quoad definitionem con- ventus illius *Lipſienſis*, purgaret, ſequentes excuſa- torias, antè præparatas, *Viennam* emiſit. Non ſe qui- dem, inquit, diffiteri, mandata, à *Cæſare* divulgata, gravem animo ſuo induxiſſe nubem, ac dolorem. Dùm, loco toties quæſitæ, ſperatæq;, omnis gene- ris difficultatum exonerationis, neque ipſe, ne- dùm cæteri *Ordines Proteſtantes*, vel reſcripto digni ſint habiti. Ut longè gravioribus oneribus, in ſe- ſe decretis, ampliùs fatigari, adeóque, tanquam res novas, & illicitas, agerent, duriuſculè, etiam mi- nis intervenientibus, inſimulari velint. Sibi certè mentem non ſubire, neque unquam ſic quidem in *Imperio* obtinuiſſe, ut fideles *Electo- res*, *Principes*, *Ordineſque*, hactenùs ergà *Cæſa- rem*, ſub univerſi ferè patrimonii profuſione, fi- dem, ac devotionem, conſtanter conteſtantes, ſic quidem exciperentur. Quo nomine ipſe *Elector*, u- nà cum cæteris *Electoribus*, *Principibus*, *Ordinibusque*, id genus durum fulmen ne quidem exſpectâſſet. *Cæſari* toties ſe, unà cum ſociis *Ordinibus*, ſubmiſſis verbis intimare cœpiſſe, quanta eſſet in *Imperio* propriis cõmodis velificantium libidinatio. Quàm omnia vaſtarẽtur, evertereẽturq;. Quantam *Imperii* conſtitutiones vim paterentur. Quàm *Ordinum* honor, protectioq;, periclitarentur. Quàm liber- tas illa *Germanica* pedibus calcaretur. Quàm *Ele- ctores, Ordinesque*, protritè haberentur. Propriisque ſub provinciis injuriis tantùm non afficerentur. In- ſuper id gen⁹ execrandi exceſſus paſſim exercerẽtur, cujusmodi inter *Chriſtiani* nominis homines ante- hâc facilè incomperti fuiſſent. Ut mirari liceat, iſta omnia eò uſque vindicem *Dei* manum effugere.

Non obſcurum eſſe *Cæſari*, quàm *Catholici Ordi- nes* juxtà quoq;, ſuper id genus enormitatibus, fu- iſſent conqueſti: Ut potiſſimùm hæ ærumnæ *Ordi- nes Proteſtantes*, eorundemq; inſontes regiones, ac ſubditos, affligant. Eò enim rem rediiſſe, ut nullo ampliùs in honore habeantur. Ut fuſtes *Principi- bus* ſervili more intentari cœperint. Auditæq; ſint voces, nempè conficiendos, immò exſcindendos, venire *Magnates*. Sic, ut præciſis ſive nervis, ſive me- dullis, cancrino gradu, ad numeros, ordines- que, *Comitum* relabi eſſet neceſſitas. Hæc omnia jam à tot annis faſtidia intuliſſe nationes peregri- nas: ejusque notæ homines, quales quidem quà di- gnitatem, quà ordinem, ſibi minimè eſſent compo- nendi. Undè *Cæſari* dijudicare eveniat opportunũ, quàm graviſſimè hic dolor *Ordines Evangelicos* angat, dùm in memoriam revocant, quantis, ob res for- titer geſtas, elogiis mactentur majores ſui. Quan- tamq; nominis famam totum per orbem diffude- rint hanc ad uſque ætatem. Vt tormenti loco futu- rum ſit, ſi intueantur dignitatem, titulos, ac fa- mam, à tot ſplendidiſſimis *Cæſaribus* magno in pretio hûc- usque habitam, iam à peregrinis pro vili haberi, pedibusque calcari. Vt ſacri *Ro- mani Imperii Electorum*, *Ordinumque*, dignitas, li- bertaſque, iam unico velut momento perire de- beat, non abſq; perpetua nationis *Germanicæ* igno- minia. Hæc omnia quantacunque *Cæſaris* in ſinum à ſe effuſa eſſe. Vt conſtantiæ, ac fidei hoc referat præmium. Interque cæteros graviſſimè affligatur.

Neq;

Neq; ſuas tantùm hoc loco, ſed univerſorum *Electorum* eaſdem eſſe querelas. Qui quidem, ſecundùm ſe, ſuperiori an. *M.DC.XXVII.* apud *Ratiſponam* conceptiſſimis verbis fuiſſent conqueſti. Remediumque tantæ malorum lernæ à *Cæſare* inſtanter efflagitâſſent.

Hoc ſe quidem libenter, atque ingenuè profiteri, quoties *Cæſari* ſuper ſuâ, ſuorumque ſubditorum, neceſſitate, ac calamitate, verba facere cœpiſſet, toties *Cæſarem*, quàm ſevera triſtitia id genus querelis violarentur aures ſuæ, ſub ſingularis condolentiæ teſtificatione, declarâſſe. Ut jure, meritóque, hæc mitis, & egregia, demonſtratio omni exceptione major habenda ſit. Interim, neque ſic tamen ærumnis manum, medelamque, adhiberi accidiſſe. Ut omnia in pejus devolvi cœperint. Eò uſque enim diſciplinam militiæ corruptam degenerâſſe, ut nemo cœlum putet, nemoque *DEUM* pluris faciat. Sed, tanquam contrà ipſam pietatem, virtutemque, & honeſtatem, *Germanicam*, bellum ex profeſſo, ut ajunt, gereretur, omnia ad libidinem eſſent comparata. *Cæſarisq;* ipſius ſacrum, ac venerabile, nomen vix tantivis fieret. Ut eo duntaxat pro palliandis, furoribus, ac nequitia ſua, turpiter abuterentur.

Quæ cùm ſic quidem forent comparata, ut *Cæſaris* autoritas debito honoris cultu fraudetur. Neque mandatis ampliùs mos geratur. *Electoresq;*, inprimis *Principes*, *Ordineſq;*, tametſi id *Cæſar* impendiò urgeat, protectione omni prorsùs excidant. Hac de re ſpē ſibi naſci, fore, ut *Cæſar* inclementer ad animum haud admittat, quæ nuper, ſolenni apud *Lipſiam* habito conventu, *Ordines Evangelici* decreviſſent. Dùm enim tàm jura naturalia, quàm *Imperii* conſtitutiones, legeſque ſcriptæ cæteræ, etiam privatis quibuslibet defenſionem permitterent. Eò minùs *Electoribus*, *Principibus*, *Ordinibusq;*, vitio dari poſſe, ſi tandē, poſt tot ſum̃a cū patientia exanthlatas injurias, quarum cumulus in dies, immò horas propè ſingulas, accreſcat, neceſſariam regionum, populorumque ſuorum, defenſionem ſuſcipiant. Neque enim ſic meritos eſſe *Ordines Proteſtantes*, ut *Cæſar* illis impoſitam defenſionis neceſſitatem invidere, aut eripere, velit. Cùm *Catholicis Ordinibus* ea facultas permittatur ampliſſima. Jam *Cæſarem* modò non à *Catholicis*, ſed etiam *Proteſtantibus*, *Imperii Ordinibus*, abſque ulla religionis, diſcriminatione, eligi cœpiſſe. Jam eundem *Cæſarem* omnibus indifferenter *Ordinibus* fidem, regio ſub diplomate, obligâſſe. Iam nullum præſentius apparere remedium, quo exulceratæ *Ordinum* mentes ad ſanitatem pervenire queant, quàm *Ordinum* utrinque æquabilitatem. Ut appareat. *Cæſarem* clementiam ac protectionem, æquè debere tàm *Proteſtantibus*, quàm *Catholicis*. Cùm igitur *Catholicis Ordinibus* ea defenſionis media liberrimè concedantur, quantis illi quidem in rem ſuam opus habere videantur. Qui *Evangelicis*, iiſdemque fidelibus, *Ordinibus* hoc negari poſſit commune beneficium ? Neque enim hoc promeritos illos eſſe, ut identidem pœnas, atque injurias exſpectare: Regionesque, ac populos ſuos, rapinis, expilationibus, aliiſque læſionibus, pro cujusvis libidine, teneantur exponere. Ergóne *Catholicis* ſolis liceret, arma, & defenſionem parare, *Proteſtantibus* non liceret.

Non ſe quidem dememiniſſe, quæ hactenù
ter *Electores*, *Principesq;*, dictos aſſiſtentes, cæte
que *Imperii Ordines*, diſcriminatio introduci v
iſſet. Sed, ſi res exactiùs ad ſtateram depond
tur, evidenter pateſcere, plus impenſarum,
ſumptuum, pro *Cæſare*, ejusque militia, fe
Proteſtantes, quàm *Catholicos*. Sic quidem, ut o
penè patrimonium eam in rem profudiſſe vi
queant. Ut vel hoc nomine *Cæſar* negare non
ſit defenſionem ſuam *Proteſtantibus*, cum *Cath*
arma jam pridèm ultricia tàm liberali manu pe
ſiſſet. Illud inſuper tàm in conſpectu eſſe, quàn
inceps futurum evidentius, quàm expediat, *El*
res, *Ordineſque*, fideles propriarum regionum i
defenſionem. Ut procul mercenarii id genus a
liendi veniant, qui quidem, *Cæſaris*, & *Imperii*, c
modis poſthabitis, propriis velificentur cupi
tibus. Nihilque magis ſtudeant, quàm ut exa
rum infortuniis diteſcant, fortunaſque ſuas ex
dant. Hæc iſta eſſe, cujusmodi jam anteà, tanq
è tripode, eſſet vaticinatus. Ut vero veriora
titiſſe præſagia, ipſe oſtenderit eventus. Certè,
Cæſari, ejusque militiæ, officia præſtarentur
minùs grata, quàm debita, tàm regiones ſuas B
deburgicas, quàm *Pomeraniæ* terras, ab annis ali
multis, tot tàm equeſtris, quàm pedeſtris, arm
ræ legiones immenſis aluiſſe ſumptibus. Si
pagi non ſolùm, ſed civitates integræ, devaſta
nis fœditate perierint. Tùm eam concurriſſe
bunorum avaritiam. Ut ſtipendia menſtrua u
eò exactè exprimerentur, tanquam ne unica
dem ex integro ſignorum numero deſiderar
cervix. Eo, & tanto, rigore tributa fuiſſe exto
tanquam id *Cæſari* curæ, ſalutique, eſſet, ne ve
runcius, è tributis id genus reſiduus, dimitt
tur. Etiam in ipſas monetas graſſari cœpiſſ
bidinantium vitulationes. Ut etiam hic delec
tanquam in ſcirpo, ut ajunt, nodus aliquis, qu
retur.

Hinc aureas, ſive argenteas, & quidem inſig
res, monetas poſtulari cœpiſſe. Sic ut ſtrangul
intrà arcas divitiæ etiam apud peregrinos inv
rent cum valore fautores. Nervique, ac ſuccus
jus *Imperii* aliò transferrentur.

Ex adverſo, obſtitiſſe ſibi æmulos. Ut, quant
vis impendiò flagitârit, non tamen è copiis pro
is, intrà *Boruſſos* ſibi ſervientibus, vel duas ſaltèn
giones, ad ſedis ſuæ, aliorumque fortalitioru
ſus neceſſarias, impetrare potuerit. Neque hîc
quieviſſe invidiæ virus. Ut ſubſidia porrò, qui
alendus ſibi eſſet miles ſive limitaneus, ſive pr
diarius, intercepta ſint. Immò verò ità jurisdic
nem ſuam cœpiſſe violari. Ut leges præſcribi
perint, quibus vivendum ſibi eſſet. Ut præfect
ſuis, tanquam alienis, & per gratiam, uti debue
Neque tantum ſibi à parcis alieni patrimonii d
ſoribus relictum fuiſſe, è quo viveret, undè
lam aleret. Inter hæc manifeſta medio in foro
trocinia, neque ſedi *Electorali* ſuæ parſum fuiſſe.
id genus raptores, ac vultures, quotidie in cives
nienas exercentes, tributaque exprimentes, d
intueri debuerit. Quibus de omnibus, tot vici
iteratæ, ad *Cæſarem* extarent, querelæ.

Poſteaquàm veró *Rex Sueciæ* in fines *Imperii*,
quidem *Pomeraniæ* terras, exercitum infudiſſ
tùm demùm patuiſſe, quàm malè pro *Cæſare* mi

tar

ent legiones,fruges cõſumere aptæ. Quàm ma-
unptus collocari cœpiſſent,ab annis compluri-
,cum tot regionum exhauſtu,extorti. Ut neq;
nero juſto cohortes conſtitiſſe, neq; adversùs
as impreſſiones durâſſe, ſint deprehenſæ. Ità
ſareas copias haud quidem *Cæſari*, ſed avaritiæ,
itâſſe. Adverſoque tempore,cum *Rex* inſtaret,
ga obvertiſſe. Quippe, unius anni decurſu,illis
entibus,*Regẽ* modò non univerſa *Pomerania*,ſed
egro *Electorali* uſque ad *Albis* ripam,*Marchionatu*,
iri cœpiſſe, ſic ut *Elector*, omni defenſionis ope
titutus, incideret in manus *Suecorum*. Nemini
m obſcurum eſſe, *Regem*, integro ſub exercitu,
ſtrinum,fortalium ſuum,petiiſſe. Bis ſedem *Ele-
alem*,omnibus cum copiis, etiam tormentis di-
tis,territâſſe. Adeóq; verbis diſertiſſimis enun-
ſe, niſi *Elector* copias cum *Rege* coniungeret,
ſtrinum, Spandaviamque, contraderet,mani-
i hoſtis loco futurum eſſe. Neque ſic quidem
igatam fuiſſe *Regis* indignationem. Ut *Electori*
tereà objecerit,ob *Cüſtrinum*,hactenùs ſibi im-
miſſum, uſuveniſſe, quò minùs *Rex* dilabentes
arcio,& Griffenhaga, legiones intercipere, ac cæ-
e,potuiſſet.Hoc,tanquam hoſtile quiddam, ſi-
ntentari accidiſſe.Ut vel ob id,ex lege hoſtilita-
perſequendus eſſet.
n conjunctionem adversùs *Cæſarem*, ſe permo-
i non ſuſtinuiſſe. De cætero, ex lege neceſſi-
is, *Regi* morem geſtum eſſe. Cùm fieri non po-
rit,ut,defectis defenſionis mediis, *Elector* dere-
us, viribus *Suecicis* obniteretur. Iam, abſque
legionum *Cæſaris*, omnisque ſubſidii, ac prote-
onis,privatione,fuiſſet,*Elector*,anteà exhauſtus,
s in tricas incidiſſet minimè. Neque enim i-
provocâſſet. Neque *Regem* hoſtem in regiones
raxiſſet.Ut potiùs,majorum exemplo,cum fini-
is *Magnatibus* pacem, amicitiamque, excò-
e,omniaq; bello, atque armis, præferre, ſtu-
ſſet. Quodſi ſibi,antè præparato,*Rex* ejuſmodi
quid intentâſſet, certè vel *Electorem* obniti potu-
, vel tàm ſeveras conditiones exſpectare non
uiſſe. Iam neceſſitatis iſtud occurriſſe telum, ut
n fulminis habuiſſe videri queat.Si regiones uti-
e *Brandeburgicæ* anteà non fuiſſent attritæ, certè
s *Cæſari*, inſtar muri, eſſe valuiſſe. Ut jam idem
rimonio *Cæſareo*, quod quidem ſibi accidiſſet,
tuendum veniat. Sed hujus facti cauſſas redde-
t illi: qui quidem ob id provincias ſuas, abſque
fenſione,deſtituiſſent,quò *Magdeburgum* violen-
s perderent, exſcinderentque penitùs.Interim,
n ſatis planum videri,quid illinc vel autoritatis,
utilitatis,ad *Cæſarem* redire amet.
Quæ ſiquidem tempeſtas hactenùs in caput *E-
ctoris* deſæviiſſet, *Cæſarem* vitio dare haud poſſe
teris *Ordinibus Proteſtantibus*, ſic ubi ipſimet eam
lli aleam, fabamque, quæ quidem in ſe cudi cœ-
ſſet,exſpectare nollent. Neque ſub hac neceſſa-
e defenſionis impoſita lege, ſpem ſibi etiamnunc
æcidi,fore,ut, ſi ipſemet *Elector* regiones, popu-
ſque proprios,ab injuriis vindicare valeat, *Cæſar*
oc negare velit. Ut potiùs, ſi quid præter meri-
m, adverſi accidiſſet, condolere velit. Semel
ippe deperdito hoc ſuo *Electoratu* neminem eſſe,
ui jacturam reſarcire affectus ſit. Ut appareat,le-
ones nuperas non tàm regionum defenſionem,
àm interitum, ac deperditionem, data omni o-
era quæſiviſſe.

Inter hæc omnia *Cæſarem* obſervantiæ, ac fidei *Ordinum Proteſtantium* omninò eſſe ſecurum. Ut actiones *Ordinum* integerrimæ, hûcuſque continuatæ,teſtimonio ſint luculento. Tùm *Cæſaris* obligatio,ſanctiſſimis aſtricta vinculis, ſcrupulum non admittat. Quippe definitiones illas *Lipſienſes* neque in caput *Cæſaris*,neque in regna, ac provincias *Cæſareas*,dirigi. Ut in iſtos tendant, qui quidem vi injecta adversùs fundamentales *Imperii* leges,omniaque gentium jura,ac ſacra, *Ordinibus* porrò moleſti eſſe conarentur.

Eapropter optimâ ſe ſpe niti, futurum,ut *Cæſar* deponderatis ordine circumſtantiis,integerrimam *Electorum*, *Principum*, *Ordinumque*, *Proteſtantium* obſervantiam, cultum, ſtudiumque, ergà ſe ad animum admitteret. *Cæſarei* nominis autoritate magis pro *Ordinum Evangelicorum* emolumento, ac protectione,quàm in pœnam,nunquam meritam, uteretur. Omnibusque,quod ajunt,hoc ageret copiis,quò, temporibus *Cæſaris*, poſt tot exanthlatarum perturbationum, ac calamitatum, myriades, tandem nobilis, & commendata pacis bonitas per hoc *Imperium* reflorefcere, *Electores*, *Principes*, *Ordineſque*, dignitatem, honorem,ac libertatem,à majoribus per manus ſibi contraditas, tueri, queant. Utque omnibus ex æquo jus ſuum,ſuaque ſecuritas,ac quies, poſtliminiò redintegretur, conſerveturque.

MERCANTILE LIBRARY PHILADA

C A P. II.

De Ferdinandi II. Imp. ad Electoris Brandeburgici, Apologeticum, reſponſo.

AD hanc *Electoris* expurgatoriam ſequentibus reddidit tùm quidem *Imperator*: Etiam ſibimet ipſi, inquit, nihil magis in votis fuiſſe, quàm ſic cum *Imperii* rebus hac tempeſtate foret comparatum,ut *Cæſar* mandatis manum ſubducere potuiſſet. Quòd autem apud *Lipſiam* non de remediis, quibus indicta apud *Francofurtum compoſitionis diata* ematuraretur, actum, deliberatumque,fuiſſet,iccircò neque ſic abſque mandatis,ac dehortatoriis, *Cæſarem* experiri, ac connivere, debuiſſe. Dùm igitur potiùs de bello,& conglaſſationibus, quàm de pacis reductione, conſilia illic cuderentur, *Cæſarei* officii rationem poſtulâſſe, intervenientibus dehortatoriis, *Ordinibus* pacis ſtudium, ſimulátque *Imperii* leges,ut inculcaret.

Poſteaquàm verò prolixa ſatis,& aculeata, illinc emerſiſſet invectiva, quâ quidem *Cæſar* inſimularetur, tanquam ſtipulationibus *Cæſareis*, conſtitutionibusq; *Imperii*, haud ſatisfeciſſet. Sed *Imperii Ordines* adversùs jura, libertatem, ac conſuetudines, plurifariàm onerâſſet. Vt de cæteris cenſoriis, obteſtatoriisque,clauſulis nihil afferat. Ità uſu-

veniſſe, ut definitiones illæ *Lipſienſes*, deinceps *Cæ-*
ſari communicatæ, exſpectationi *Cæſaris* è diame-
tro, adverſarentur. Nihil aliud, quàm res novas,
armorumque præparationes, ſaperent. Quæ cum
conjunctiones ità quidem viderentur comparatæ,
ut neque conſilia *Cæſaris*, in pacis reductionem di-
recta, adjuvarent. Neque *Imperii*, oneribus mede-
rentur. Iuxtáq;, abſq; *Cæſaris* aſſenſu, tolerari haud
ſuſtinerent. Tùm cauſſæ, inibi allatæ, eò reſpicerẽt,
quò *Cæſarei Edicti* curſus, atque executio, impedire-
tur. Eâdemq; operâ, ſub colore exactionum mili-
tarium, nihil aliud quæreretur, niſi ut *Rex Sueciæ* ex
Imperii finibus eò minùs excludi poſſet. Hac de re
Cæſarem ſecùs facere haud ſuſtinuiſſe, quàm ut *Cæ-*
ſarei faſtigii, autoritatiſque, memor, accuſationes
illas, præter meritum ſibi intentatas, diſpungeret.
Simulque conclaſſationes id genus inſolitas, illici-
tasque, reſcinderet. Quò quidem ſpectent manda-
ta. Quibus ut firmiùs *Cæſar* inhæreret, è juramenti,
ac legum, ſanctitudine, eò magis invitari. Iã enim,
quod curioſa, ac ſedula, *Cæſaris* ſolicitudo antè pręvidiſſet, ipſo facto diluceſcere. Nempè per con-
claſſationes id genus viam non aperiri, qua ad pa-
cem iretur, ſive oneribus militaribus medicina fie-
ret. Ut præſens rei militaris difficultas in immen-
ſum potiùs augeatur. Subditique ultimè magis,
magisque, periclitentur. Neque ſic animorum dif-
fidentiam inter *Ordines* tolli. Sed experientiam jam
tùm teſtatum facere, quàm immatura hac armo-
rum conjunctione *Ordines Catholici* irritentur.
Subditique utrinque acerbiùs affligantur. Et,
quod primum, potiſſimumq;, eſt, *Imperii* hoſtibus,
has inter dividias, ac colliſiones, domeſticas, adit[9],
viæq;, ſternantur: quibus hujus in *Imperii* infortu-
nia, ac clades, graſſari queant. Per fidem, admiratio-
ne dignum eſſe, cùm à *Sueciæ Rege*, per ſuperioris
Saxoniæ Circulum, tàm *Electori*, quàm cæteris *Ordini-*
bus, tributa imponantur, nemine eſſe, qui repugnet,
qui querelam ad *Cæſarem* deferat. Ex adverſo, ſi *Cæ-*
ſar, pro *Imperii* vindicatione, ſubſidia, atque opem,
contrà hoſtes, identidem ingruentes, depoſcat,
tùm quidem ad exactam querelarum accumula-
tionem nihil reliqui fieri. Ut quibus ſumptibus,
copiisque, hoſtes reiicii poterant, iiſdem conatus
iſtorum tantùm non foverentur.

Cæſari quidem, ex *Electoris* codicillis, innoteſce-
re, quàm ipſe armorum præparationem, ſub colore
corruptæ militaris diſciplinæ, variarumque, hacte-
nùs intervenientium, querelarum, tùm quòd man-
datis *Cæſareis* mos non geſtus ſit, excuſare laboret.
Interim, tantùm abeſſe, ut ſub gravioribus *Imperii*
motibus rectior diſciplinæ militaris ratio iniri poſ-
ſit. Ut, ſub rerum neceſſariarum defectibus, gra-
vior extimeſcenda veniat tumultuatio. Tùm verò,
fundamenti loco, iſtud eſſe præſupponendum,
nempè *Cæſarem* nunquàm militares exceſſus ap-
probare cœpiſſe. Ut tot in medio extẽt declaratio-
nes, quibus fidem ſuam ſanctè, aſtrinxiſſet. Modò
in particulari, contrà delinquentes ſive militiæ
præfectos, ſive gregarios, formentur querelæ, tùm
quidem *Cæſarem* ſevera ex lege in ſontes jus dictu-
rum eſſe. Et jam tùm quoque, ſub gladii rigore,
in nonnullos animadverti accidiſſe. Ut deinceps
idem facturus, *Cæſareoque* officio minimè defutu-
rus, ſit.

Illud ſumma admiratione dignum videri, dùm
eo ipſo temporis articulo, quo *Cæſar*, indictis
pud *Ratiſponam* comitiis, communibus *Electoru*
Principumq;, uſurus ſuffragiis, id genus querelis,
difficultatibus, mederi, ordinariaque, ſub id gen
Imperii caſibus, remedia, nimirùm *Circulorum* ſu
ſidia, applicare voluiſſet, quibus tàm copiis *Cæſar*
deinceps alendis, quàm querelis, cumulatim eme
gentibus parîterque *Imperii* conſtitutionibus, ſat
fieri poſſit, invitati *Electores*, *Ordinesq;*, *Proteſtant*
non quidem apud *Ratiſponam*, ſed intrà *Lipſia*
conveniſſent. Ut etiam, invito, & contradicen
Cæſare, res novas agere, copiasque conſcribere,
dubitârint quidem. Tanquam hac via onerum ſu
levatio ſperanda eſſet, vel invito, ac dehortan
Cæſare. Profectò, negari nullo modo poſſe, tàm *E*
ctorem, quàm cæteros, apud *Lipſiam* congregat
Ordines, dùm ſubditis, juxtà querelarum cumul
parcere vellent, illis extremas ſuperinducere m
leſtias. Dùm eorum ſucco, & ſanguine, advers
Catholicos, bellum ſuſcipere cogitent. Quòd igit
etiam *Catholici*, jam auctâ diffidentiâ, rebus ſuis d
futuri non eſſent. Hoc ipſo mutuo *Ordinum* diffic
uſuvenire, ut utrinque *Cæſari* ſubtrahantur rem
dia, quibus in *Regem Sueciæ*, publicum utique *Im*
rii hoſtem, uti aliâs liceat. Hoccine eſſet inſontib
ſubditis velle parcere. Cùm ſic quidem populi n
unico, ſed triplici, affligantur flagello?

Cæterùm, *Cæſaris* in oculis prorsùs inſolens
inuſitatum, hoc videri, dùm, inſuper habitis *Cæ*
ris dehortationibus, modò non apud *Lipſiam* ar
decreta, ſed etiam protinùs in effectum deduc
forent. Sic, ut tàm *Cæſareis*, quàm *Ligarianis*, co
ilicet tributa palàm, & ſuperciliosè, negarent
Cohortes è ſtativis vi injecta eiicerentur. N
pauci etiam de facto necarentur. Non ſecùs, a
in juratum, manifeſtumque, hoſtem iretur. Ci
tamen jampridèm *Cæſar Imperii Ordinibus* conteſ
tiſſimum feciſſet, ſummam totius *Cæſareanæ* mili
ad *Rom. Imperii*, ejusdemque *Electorum*, *Principu*
Ordinumque, conſervationem, unicè tanquam
ſcopum, dirigi. Quibus accedit, etiam ipſum
Electorem per legatos, *Ratiſponam* emiſſos, qu
Sueciæ Regi, pro inquietando *Imperio*, ſatis cau
non eſſet, declarare cœpiſſe.

Tantò magis abeſſe, ut *Cæſar* meritò accuſ
queat, tanquam ullum *Imp. Ordinẽ*, datâ operâ, c
trà faſque, piumque, extrà inevitabilem belli n
ceſſitatem, aut afflixerit. Aut jura pacis tàm re
gioſæ, quàm ſecularis, turbârit. Cùm ex adve
externis hoſtibus nihil potius quæratur, quàm
Imperii iura, legesque, convellant. Novisque
fœderibus id genus ad inſtitutum ſuum eò pro
ptiùs graſſentur.

Electorem quidem præ ſe ferre, quàm nihil ap
Lipſiam tàm in caput *Imperatoris*, quàm *Arthidu*
lem familiam, regnaque, & provincias, ad ill
ſpectantes, decretum eſſet. Sed hoc decreto iſ
ſolum deſignari, qui quidem ſe, cæterosque fœ
re junctos *Ordines*, injecta vi, adversùs jura t
divina, quàm humana, infeſtarent. Interi
quinam illi eſſent, de eo eſſe altum ſilentium. N
lominùs, ex circumſtantiis, ipſoque convent
Lipſici receſſu, inſinuari, ſub hoc colore, non ali
niſi ipſius *Cæſaris*, copias, *Regi Sueciæ* objectas, v
nire intelligendas. Dùm, vigore decreti illius *L*
pſici, jam tùm ipſo facto legionibus *Cæſarea*

neg

rentur tributa. Ut tàm migrationes, delectus,
ativa, quàm cætera, ad militiam neceſſaria,
dia prorsùs præcidantur, intercipiantur-

m annon, illo ſub prætextu, *Cæſar*, ingruenti-
mperii hoſtibus, auxiliis privaretur? Annon i-
quæ quidem in copias *Cæſareas* deſignarentur,
n in *Cæſarem* redundarent, unusquisque, qui
; paſſione, atque affectu, judicat, facilè perſpi-
Etiam ipſummet *Electorem*, cæterosque *Lipſici*
ris *Principes*, non prorsùs futuros periculi im-
es, ubi hoſtium conatus, ac ſucceſſus, ſint de-
ps prævalituri. De eo, quod argueret, *Catholicis*
nibus provinciarum ſuarum defenſionem ha-
ùs fuiſſe permiſſam, ut ex adverſo *Ordinib. Pro-*
ntibus idem beneficium negari nequeat, *Cæſaris*,
o ſermonem, paucis multa compendifacientē,
ixum non futurum. Nempè, ab annis aliquam-
tis, *Ligarianorum* exercitum, utilem tàm *Cæſari*,
n *Imperio*, navâſſe operam. Ità, ut modò non
ris neceſſitati acceſſerit, ſed etiam juxtà nul-
Imperii Ordinem, *Religionis* cauſsâ læſerit. Neque
n querelas indè exaudiri accidiſſe. Dùm igitur
â fide, ſuperioribus *Imperii* ſub motibus, *Cæſarē*
uviſſet. Tùm ipſi *Ordines Catholici* diverſis ab ho-
us peti cœpiſſent. Facilè innoteſcere, quæ di-
minatio inter arma *Ordinum Catholicorum*, & res
vas *Lipſienſes*, conſtituenda veniat. Prout igitur
ar gratanter admitteret, ſi ab uno, alteroq;, *Im-*
i Ordinum, adversùs tàm proprios, quàm comu-
Imperii hoſtes adjuvaretur. Ità, ſi à multis *Ordini-*
, conjunctis tàm conſiliis, quàm operis, *Cæſari*
ſidia prçſtentur, communisq; effectus in *Imperii*
olumentum dirigatur, hoc nō poſſe nō appro-
i. Interim, ſi unquam *Ligariani Ordines*, more
nventus illius *Lipſici*, res novas agere comperti
nt, crederet *Elector*, hoc inſtitutum, utiq; *Cæſaris*
tigio oppoſitum, nunquam laudari poſſe. Ut eo.
n juſto ardore reſcindendum veniat: Tanquam
od in *Cæſaris* eminentiam, *Imperiiq;* præiudicium,
litet.

Electorem quidem opponere, ſicubi propriarum
ovinciarum defenſio ſibi fuiſſet permiſſa: neque
ecos eò uſq; progredi potuiſſe. Neq; ſe vel *Cūſtri-*
m, vel *Spandaviam*, *Regi* contradere debuiſſe. Ut
s ejuſce facti ratio ſit reddenda, qui quidem re-
num ſuarum defenſionem jactâſſent, ſed tem-
re neceſſario, quò promptiùs *Magdeburgi* exci-
um procurarent, auxiliis omnibus deductis ſeſe
ſtituiſſent.

Jam, quo pacto cum id genus afflictionibus ſeſe
s habeat, *Cæſarem* in medio relinquere. Integrum
item quaſi verti annum, ex quo innotuiſſet, *Re-*
m Sueciæ tàm ſub provinciis *Brandeburgicis* hyber-
âſſe, quàm de loco in locum commigrâſſe, aditus-
ue intercepiſſe. Interim, neque ſuper his illis mo-
ſtiis, ſicut aliâs, querelas emerſiſſe. Neque *Electo-*
m à *Cæſareanis* auxilia corrogâſſe. Tantùm abeſſe,
t conjunctis cum *Cæſare* viribus, in hoſtes ire, eos-
ue reiicere, præſumpſerit. Illud verò *Cæſari* non
bſcurum eſſe, non ſemel rogari cœpiſſe, *Elector* in-
er *Cæſarem*, *Regemque*, jus neutralitatis, ut vocant,
âdemque operâ jus proprias regiones defendendi,
btineret. Utrùm autem eo tempore id permitti,
x utrùm *Cæſari*, *Imperioq;*, *Elector* idoneis, ac ſuffici-
ntibus, modis cavere, potuiſſet. Utrùm, ſi maximè

patriam eo pacto, ſub colore neutralitatis, præſervare licuiſſet, iccircò bello miſſio data fuiſſet. Utrùm *Regem* è *Pomeranis*, *Megapolitanisq;*, eiicere, *Imperiumq;*, ab inſultibus præſervare, potuiſſet.

Et utrùm denique, *Cæſare* in eas uſq; provincias bellum neceſſariò dilatante, *Electori* parcendum fuiſſet, quò minùs copiis *Cæſareis* annonam, & id genus neceſſaria, ſubminiſtraſſet. Hæc omnia *Cæſarem* hominibus, rei militaris peritis, ordine dijudicanda relinquere. Nœ illud haberi indubitatū, fieri non potuiſſe, quin duplex, & oppidò grave, in *Electorem* redundâſſet onus, ſicubi & ipſe defenſionem provinciæ ſuæ parare, & ſemel, ſimulque, ex obedientiæ debitæ lege, *Cæſaris* copiis, ſub finitimis regionibus militantibus, commeatum, & id genus neceſſaria, ſuppeditare debuiſſet.

Cæſarem quidem haud quaquam ſic ſentire tanquam copiæ, ac legiones, ſuæ forent extrà vitium. Tanquam non variis abutentes exceſſibus propriis velificentur commodis. Tanquam non opportuna defenſionis ſubſidia ſubtracta fuerint. Interim totius labis fontem illinc ſcaturire, dùm *Stettinum* fortalitium, aliaque loca, commodè munita, citrà repugnantiam ſufficientem, *Regi* ceſſiſſent. Potiſſimam ergò progreſſuum *Suecicorum* ſive cauſſam, ſive cardinem, in eo verti, & hactenùs, quò minùs *Imperium* tranquillaretur, excurrere, quòd magna *Imperii Ordinum* pars magis in hoſtium, quàm *Cæſaris*, ſupremi utique capitis, partes deſcendant. Ut maior hoſtibus, quàm *Cæſari*, favor, maius, evidentiusq;, auxilium, indè proſtet. Ità, quibus *Ordinum* auxiliis *Cæſar* in hoſtes uti frui debebat, his hoſtes, aſſenſu antè præparato, in *Cæſarem* uſos fuiſſe, conſtare. Profectò, ſi alia deeſſent teſtimonia, vel *conventum Lipſienſem* utramque hîc, ꝙ ajunt, paginā abſolvere. Nec enim *Ordines*, ſuper auxiliis, adversùs *Sueciæ Regem* erogandis, vel unico verbulo mentionem injeciſſe. Ut etiam auxilia *Imperii*, *Circulorumque* pro tempore *Cæſari* negare omninò non verecundati ſint.

Electorem præterea non dememiniſſe, quam in ſententiam *Cæſar V. Id. April.* ad illum dediſſet. Iret nempè, & in *Imperii* ſecuritatem aditus, ac fortalitia, *Thillyo*, archiſtratego *Cæſareano*, crederet. Hoc facto, de neceſſitate, in quam nunc quidem incidiſſet, ut quereretur, non habuiſſet.

Quòd dùm maluiſſet negligere, iam non apparere cauſſam, cur defenſionis defectum in *Ligarianum* reiicere velit exercitum. Eum enim datâ operâ *Magdeburgi* ſecurum eſſe voluiſſe. Videlicet, ne intrà locum illum, *Imperio* fortè ereptum, nova belli officina fabricaretur.

Denique, quantùm ad *Conventum Lipſienſem*, ejusque definitionem, armorumq; præparationes, attineret, certè neq; ipſam illam diætam, eò modo, quo aperiri cœpiſſet, excuſari poſſe. Tantùm abeſſe, ut illius decreta ſecundùm ſive leges *Imperii*, ſive *Executionis* canones, approbari queant. Quippe indictionem eiusce conventus, & quidem talem, hactenùs in *Imperio* inſolentem eſſe. Ut in *Executionis* canones directè impingat. Quibus inter cætera, cautum eſſet, ut quinq; *Circulorum* centuriones, ſive præfecti, unà cū adiunctis, convenirent. Siquidem verò per illos periculis remedium applicari idoneum nequeat, tùm utique ab *Electore Moguntino* univerſalis diæta, deputatoria dicta, indiceretur.

Ffff 2 Ad-

Ad hæc, potiſſimum defenſionis requiſitum, videlicet offenſionem locum hîc habere prorsùs nullum.

Quodſi nunc utique *Cæſaris* copias, pro *Imperii*, fideliumque *Ordinum*, defenſione, conſcriptas, adeóq; communibus operis, ac ſumptibus, alendas, inaudito prorsùs exemplo, differre, atq; infamare, allubeſcat, tanquam tumultuarias, ac domino carentes, turbas, de quibus, ſub *Imperii* conſtitutionibus, proviſum eſſet. Nihilo-minùs, hanc denominationem penès *Ordines*, apud *Lipſiam* fœdere junctos, non fore. Verùm enim verùm, ſiquidem *Cæſaris, Electorumq;*, & *Ordinum, Catholicorum*, nominibus, conſcriptæ eſſent, eo ſub rigore in eas iri non poſſe. Iſtis accedere, partem *Circuli Ordinum*, abſq; conſociis, definire nihil poſſe.

Neque ejus momenti, illo ſub conventu propoſitos, eſſe articulos, ut determinare fas ſit, quouſque *Edicto Cæſareo* parére oporteat. Tùm, an *Cæſari* liceat, pro *Imperii* defenſione, citrà comitiorum indictionem, in caſu neceſſitatis, *Ordinum* auxilia poſtulare. Hæc ejus quidem generis eſſe, ut ab una aliqua *Ordinum* parte ſeparatim, haud poſſint definiri.

Secundùm hæc omnia, *Cæſarem* ab *Electore* amantiſſimis verbis contendere, vellet moras omnes præcipitare. *Cæſareisq;* tàm *Monitoriis*, quàm *Avocatoriis*, ilicet morem gerere. Militem proprium cum legionibus *Cæſareanis*, adversùs *Sueciæ Regem*, ſociare. Hacque via *Imperii* pacem, ac tranquillitatem, adiuvare. Illudq; inſuper effectum dare, quò *Spandavia* fortalitium poſtliminiò in poteſtatem ſuam redire, aditusque, ac clauſtra, apud *Cüſtrinum* recuperari, poſſint. Utque *Cæſareis* mandatis ex debitæ obedientiæ lege, mos geratur ilicet.

CAP. III.

De Inferioris Saxoniæ Ordinibus Proteſtantibus. Apud Lübecam, quouſque decretum conventus illius Lipſienſis admittendum eſſet, deliberantibus.

I.

Thillyus Inferioris Saxoniæ Ordines, ne Lipſienſi fœderi accedant, dehortatur.

TAnti ponderis erat *Proteſtantium* apud *Lipſiam* conventus, indeque emergens fœdus, ut non modò ſuperiorem per *Germaniam Principes* confœderati legionibus conſc
bendis darent operam, Sed denuò *Inferioris Saxon*
quoque *Ordines* inquietarentur. Tanquam in part
tranſire mallent. Quo nomine, indicta circà C
Maias apud *Lübeccam Circuli* diætâ, à *Bremenſiu*
Brunſuicenſium, Hildeſianorum, Lüneburgenſium, H
ſatorum, aliorumq; *Ordinum, Civitatumq;*, legatis d
liberari cœpit, quousq; decretum fœderis *Lip*
ad ſeſe ſpectaret, foretque admittendum.

Quòd ergò *Cæſar*, naſcentibus ſub his novis,
graviſſimis, motibus, mandatis, atque interdict
ſuperiorem per *Germaniam*, fulminaret, ecce lco
tagio belli rursùs quoque ad *Inferioris Saxoniæ O*
dines commigrante, novo velut cuſtode opus er
qui per *Gueſtphaliæ, Saxoniæq; inferioris*, partes exc
baret. *Cæſarisque* nomine, ne res *Imperii* periclitar
tur, provideret. Præſertim, cùm jàm tùm illis qu
que ſub finibus conventus agitarentur, paulò po
pro more, manifeſtas in hoſtilitates erupturi. Vel
igitur *Palinurus*, ſive navis gubernator, aliquis,
omnem ventorum, imbrium, marisque tempeſt
tem intentus eſt. Conſimiliter *Thillyus*, tanqu
puppi ab alta, proſpectans novos, per *inferior*
Saxoniam denuò gliſcentes, motus, diligenter e
gilare, remisq;, quod ajunt, velisque eniti, cœp
an tempeſtatem hanc novam maturrimè declin
re, ac frangere, quitus eſſet. Quam in rem ſeque
tibus codicillis *Ordines*, jam tùm per legatos no
conſilia, resque novas, agitantes, in viam revoca
ſtuduit: Quas turbas, inquit, ſanè graviſſima
quibusdam maleferiatis *Cæſaris* adverſariis hac
nùs per *Imperium* excitari accidiſſet. Quasque
linc in ærumnas ac calamitates, tantùm non
gi, oppida, civitates, ſed etiam integræ regiones,
provinciæ, immò univerſi *Circuli*, præcipitari c
piſſent. Quamque fœdam in vaſtationem, co
fuſionemque, *Imperium* omne deveniſſet.
omnia magis planctibus, quàm commemoratio
ocioſa, eſſe digniſſima. Sed neque ſic dùm invid
furoribus, tumultibusque, ſatis factum eſſe.
in diem novæ ſeditiones, novique motus, gliſca
Dùm ſuſpecta recèns in fœdera iretur: In arm
& conclaſſationes, deſcenderetur: immò exte
Magnates in hujus *Imperii* præcordia allicere
tur.

Atque hos quidem ab initiis credulis mentib
mellitis verborum globulis imponere; Ut cùm a
ſynthia in fine ac fundo ſpirent, priùs pocula pr
pinent, circùm oras mellis dulcedine infecta. N
pè in limine ſpecioſum ab illis adduci colorem, t
quam communis *Confeſſionis* ſociis, ac membr
tempore neceſſario, ſuccurrere, libertatisque *G*
manicæ florem ultimè tueri, aliisq; beneficiis lab
rantes erigere, deſiderent.

Interim, hunc fucum eſſe. Has inſidias aurib
fieri. Poſtquàm enim principia, hac benevolen
captatione, præventa forent, tùm demùm, abje
perſonâ, verã apparere faciem. Nihilq; aliud ab
fectis liquere, quàm privatis illos inhiare comm
dis, propriumq; quærere dominatum. Fiſtul
igitur, quod ajunt, dulce, eò usque canere conſu
viſſe, dùm auceps volucres decepiſſet. Mox eni
rebus antè confirmatis, pro libertate jugum, p
immunitate ſervitutem, *Principum, Ordinumq;*, c
vicibus illos ſuperinducere. Scilicet illud, vel pr
ſente *Sueciæ Regis* exemplo, doceri. Eum enim
mni

a,quæ occupâſſet hactenùs, abſq; ullius ſive a-
tionis,ſive amicitiæ,reſpectu, de facto, ſibi re-
are,tanquam propria. Ut etiam per *Pomeraniã*,
tusq; illos maritimos, *Civitates*,mari finitimas,
rcipiat. Eaſdemque communiat. Nulla alia de
ſa,niſi ut *Imperii Civitatibus* deinceps commer-
ntercludat. Illisque perpetui ſive jugi, ſive tri-
,neceſſitatem imponat.

oſteaquàm verò famâ compertum haberet,
quam,ſub nupero apud *Lipſiam* conventu,qui-
Electores,Ordinesque,arma decreviſſent. Prout
tùm hinc indè militum globi confluerent,ma-
ſque copiæ in dies ſtipendiis obligarentur. Iam
ò ejus generis hæ res eſſent,quæ multùm in re-
u habeant inprimis *Cæſari, Electoribusq́;*,& *Ordi-*
,aſſiſtentibus multimodè ſint ſuſpectæ. Quip-
d genus conclaſſationes,abſq; *Rom: Cæſaris* per-
ſu, propria autoritate ſuſceptas ; tantùm non
icione plenas, ſed *Imperii* conſtitutionibus ad-
as,eſſe. Proindè, ſuarum fuiſſe partium,ubi in-
exiſſet,ſuper fœdere illo *Lipſico* , apud *Lübeccam*
inum legatos conveniſſe, quantum,& quouſq;,
retum illud *Lipſicum* ſeſe ſtringeret, deliberatu-
ammonitionibus ſuis ut interveniret. Vide-
nempè, quid agerent. Inprimis fidem, ac de-
ionem, *Cæſari* debitam, penſi haberent. A *Cæſa-*
anquam ſupremi ſecularis magiſtratus, obedi-
ia ne recederent. Sed conſtanter capiti ſuo
mbra unirentur. Neque ullius hominis ſua-
â ab hac regia via declinarent. Ex adverſo
animum admitterent : Prout à *Cæſare* hûcuſ-
dignitatis , honoris ; ſtatusque , augmen-
, ac conſervationem , obtinuiſſent : ſic è con-
rio ab externis *Magnatibus* ; propriis commo-
velificantibus , nihil aliud ; niſi privilegio-
amiſſionem , commerciorum interceptio-
n, totalemque ſtatus ſui everſionem, unà cum
luctabilis ſervitutis jugo , indubitatè exſpe-
nda eſſe. Si non aliud, deterreat, profectò ex-
ientiam pro teſte eſſe , quantum illi infortu-
m ſibi conflârint , quicunque hactenùs ad-
ſis contrà *Cæſarem* fœderibus acceſſiſſent , ex-
nisque auxiliis,ipsâque ambitione,ſpes ſuas di-
ſent.

Quem in modum ergò nullus dubitaret, fore,
nanc,à bona mente profectam,ammonitionem,
undùm pondus ſuum diligenter trutinent,neq;
ventos abire permittant. Ut etiam ultrò,& ſpon-
ergà *Cæſarem* fidem,obedientiam,devotionem-
e, expectorare nolint. Ità pari lege futurum
e, *Cæſaris* indulgentiæ, gratiæque, deinceps ut
t ſecuri. Ingensque privilegiis,immunitatibus,
gnitatique acceſſurum,deinceps exſpectent in-
ementum. Ut eâdem operâ commercia non mi-
s provehere quiti ſint.

II.

Thillyus Archiepiſcopatus Bremenſis ſubditos , ob res novas ſuſpectos , interdictis terret.

NEque vanus ille, quem *Thillyus* hauſerat, videbatur rumor, Iam tùm enim per finitimum *Bremenſem Archiepiſcopatum* rerum novarum ſeminia ſpargebantur. Ut ditio *VVürſteniana*, ſic dicta , neſcio quid monſtri aleret. Prævisâ iccircò hac tempeſtate, *Thillyus* , ne latentes ſub cineribus favillæ in apertum prorumperent incendium, *Reinachium* tribunum miſit , qui hanc lernam maturrimè retunderet. Hic , in regionem illam ubi intrâſſet , evocatis ad ſe *Ordinibus*, ſub indicto conventu , ſequentia proponere cœpit: Superioribus , inquit , diebus *Thilly*, ſupremi *Cæſareæ, Ligarianæque*, militiæ archiſtrategi, ad aures perveniſſe , quàm regionis incolæ clandeſtinas foverent conſpirationes. Uſque eò,ut hunc furorem contrà *Cæſarem* , *Cæſareanasque*, legiones, ſpirare dicerentur, quo *Cæſareanos* intrà fines more *Siculo* ad unum omnes opprimerent, ac delerent. Ea de cauſſa ſe quidem miſſum eſſe , hoc fœdum facinus , turpesque conatus , ut in ipſa, quod dicitur, herba extingueret. Dicerent igitur, quid, nomine *Cæſaris*, *Thillyus*, quid legiones, cohortesque, ſibi promittere debeant. Quodſi nunc fortè vires,manumque ſuam , haberent inſuper , ſine mora ſe ſuperinducturum copias confertiſſimas , cujusmodi integram regionem evertere , tùm facinoris ab autoribus pœnas ſumere, quitæ eſſent. Non ſe fugere , improbas eſſe in numero inquilinorum cervices , quibus volupe foret intueri patriam , hoſtilibus flammis exuſtam. Interim , patriæ, ſalutisque propriæ, amantibus aliam ſe optare mentem. Nimirùm, hamos, & eſcas, ab id genus perduellibus porrectas, ſeriò ut fugiant. Neque ſeſe vel ab iſtis in diverſum abripi patiantur, qui garriant , *Thillyo* ſub hac manu quæri *Religionis Auguſtanæ* abrogationem. Illud enim procul abeſſe. Etenim neque *Imperatori* hoc curę eſſe. Neque *Thillyum*, citrà mandatum,ejusmodi aliquid præſumere. Ut ipſe *Reinachius* fidem interponere modò velit, fore, ſi ſubditi fidei , atque obedientiæ, ergà *Cæſarem* memores, animos rebus novis ſubducant, nullum patiantur detrimentum. Neque habitationum ſuarum deſtructionem , quæ flammis oppidò efficiatur, exſpectent. Niſi hanc viam ingrediantur, excidium totale præſtò, atque in foribus, eſſe.

Ut ſive in *Anglicanis*, ſive *Suecicis* , auxiliis confidant , rem admiratione haud quidem carere. Neque enim multum ſubſidii indè venire exſpectandum. Præſertim, cùm *Rex Sueciæ* ſuo exercitu loca quæcunque devaſtet,& evertat. Ex adverſo,ea hactenùs *Cæſareanorum*, has inter expeditiones,mitis accedat ratio, ac curioſitas, quæ incolarum adverſitatibus minùs gaudeat. Sed commodis illorum velificetur.

Ità enim poſt *Danicas* nuper irruptiones uſuveniſſe, inſontium ut ſubditorum ea haberetur ratio, quo proximè ab afflictionibus prægreſſis reſpirare poſſent. Semel perpenderent humiles, & ad decipiendum proclives , indigenarum animi, patriam illam, quàm quidem incolerent, ſibi,ſuisque,hæreditariam,propriamque. *Archiepiſcopatus* verò regimen temporale, & ambulatorium, eſſe. Modò enim hunc *Archiepiſcopum* ad clavum ſedere. Mox alium exſpectari. Viderent ideòque, neque ſalutem ſuam contemptim haberent , aut pro-

proiicerent. De cætero ſic quidem eſſe, ut tribunus de furtivis machinationibus, codicillisque ſuſpectis, hinc indè miſſiculatis, exactè omnia cognoverit. Interim, ſe hiſce propalandis meritò ſuperſedere. Quòd etiamnunc illud prohibeat *Thillyus*. Saltèm hoc utique perſuaſum haberent, æquè *Cæſareanis* intrà *Bremæ* mœnia dari corycæos, qui quidem omnia, quæ illic fabricarentur, in tempore aperiant. Dicerent eapropter, abſque circuitu verborum ullo, quid ſentiant. Neque enim ſe illum eſſe, ut nudis promiſſis ſatisfieri ſibi velit. Ideóque codicillis fidem aſtringerent. Darentque hujus rei apodixin. Qua accepta vellet militem deducere.

III.

Idem Archiepiſcopo Bremenſi obedientiam ergà Cæſarem inculcat.

ILlam ad *Reinachii* tribuni increpatoriam ubi *VVürſtenii* fidem ſuam *Cæſari* codicillis aſtrinxiſſent. Nimirùm, in omnem fortunam, *Cæſari* ſeſe fidem, obedientiam, ac devotionem, integerrimè, ſanctiſſiméque, obligare. Curaturos ſedulò, & unicè, ut tantùm *Cæſaris* legionibus per tractus *Archiepiſcopales* nunc, & deinceps, obviis, ne quà noceatur: ſed omne incommodum, quantum quidem in ipſis eſt, ſtudioſiſſimè propulſetur. Sic quidem ſedula acquievit *Thillii* curioſitas, ut nihilominùs ipſe juxtà *Archiepiſcopum Bremanum* putaret litteris ſibi interpellandum.

Toties inquit, nomine *Cæſaris*, *Archiepiſcopo* ſe autorem fuiſſe, abſque *Cæſaris* indultu, atque conſenſu, quoad *Archiepiſcopatus* illicitam de facto translationem, cum nullo, quicunque eſſet, mortalium rationes, tractationesq; iniret. Multò minùs ad arma veniret. Sed etiamnunc, & deinceps, prout hactenùs, *Cæſaris* in fide, ac devotione, conſtanter permaneret. Sub ſpe, fore, hæc ut ſincera ammonitio locum invenerit, omnesque adverſas, animo obrepentes, cupiditates extinxerit.

Nihilo minùs, omnem præter exſpectationem, certo rumore ſe didiciſſe, quàm maleferiatorum hominum, privatum magis, propriumq;, commodum, quàm *Archiepiſcopi* emolumentum, ſitientium, perſuaſionibus aures inclinâſſet. Iamq; in eo eſſet, ut non ampliùs clàm res novas agat. Sed publicis etiam ſub conclaſſationibus univerſam provinciam irritet. Præfectisque in mandatis det, ſubditos armarent, ac præpararent.

Quò, occaſionibas quibuscunque ſeſe ingerentibus, quolibet tempore eorum operâ uti fas ſit. Atque has actiones eas quidem eſſe, ut furtivis externis cum *Magnatibus* implexæ ſint molitionibus.

Jam verò ipſi non obſcurum eſſe, quàm graviſſimam illinc in *Cæſaris* offenſionem incurrere, onusque, atque infortunium, prorsùs intolerabile, ſubditis temerè inferre, laboret, niſi maturrimè mentem inconſulto iſti propoſito ſubducat, inque viam redeat. Hanc in rem, non potuiſſe ſe quidem ſecùs facere, quin nomine *Cæſaris*, iteratò illi inculcaret, ſuis autem verbis ſubmiſsè roga-
ret, vellet id genus cœpti, periculi pleni, ever
tum diligenter ad animum admittere. Dúmqu
licet, pedem ex illo barathro referre. Unde dei
ceps ſaluus vix emergere ſuſtineat.

IV.

Archiepiſcopi Bremenſis ad Thillyum expu gatoria.

ISta cùm fuiſſet *Thillii* invectiva, non deſtitit *A*
chiepiſcopus ſequenti expurgatoria contrà ire. I
lectione, inquit, codicillorum *Thillii* non ſi
mentis triſtitia, ac confuſione, ſe hauſiſſe, quà
dura, & dictu indigna, ab invidis ſibi imput
rentur. Ut iſtis etiam *Thillyus* jam præoccupat
ſit. Tanquam *Archiepiſcopatus* translationem anim
agitaret, vetitis fœderibus accederet, atque inſ
per de facto conclaſſaret. Sed neque inferioris n
tæ illam extitiſſe moleſtiam, dùm, non ſine jurisd
ctionis ſuæ ſingulari præjudicio, nuperrimè ap
Baſtallam conventum, ſe præterito, indixiſſet. I
que ſe, *Ordinesque*, verbis amarulentioribus, d
tonuiſſet.

Jam *Thillyum* minimè fugere, ut etiam rei p
cognoverit, quàm ſibi ſincerâ, & religiosâ, er
Cæſarem fide, atque honorificentia, nihil priùs, a
tiquiusque, fuerit. Ut citiùs de proprio capite, r
gionibus, ac populis, maluerit periclitari, quàm
cultum, & devotionem, versùs *Cæſarem* ſequeſtr
ret. Ut etiam hoc reſpectu hactenùs *Femeræ* regi
nis jacturam fecerit. Quæ etiamnunc, ſub tri
tributorum ſervitute, gemeret.

Secundùm hæc, per totos trigintà annos, q
luculento intervallo præfuiſſet *Archiepiſcopatu*
conſilia, atq; actiones, ſuas teſtatum facere, qua
to ſtudio fœdera, novasque conjunctiones, vitâ
ſet. Ut nemo hunc reatum veris teſtimoniis in
ternum in ſe quidem cudere poſſit. Sperâſſe
meliorem jurium archiepiſcopalium aſſecutum
ſe informationem *Thillyum*, quàm ut ipſe domi
translationem, adversùs ſanctiones archiepiſc
pales, meditari auſit. Neque enim tàm *Capitul*
res, quàm *Ordines* ſuos, hoc æquis animis latur
eſſe. Ut neque ipſe ullis hunc in rem cauſſis in
pellatur. Nedùm ejusmodi quiddam vel per ſ
mnium ad mentem admiſerit.

De conclaſſatione, armorumq; præparation
ità eſſe. Ut, cùm provincia ſua à tot annis tribut
in militiam *Ligarianam* faciendis, omninò for
exhauſta, facilè *Thillyus* judicare pro ſua prudent
poſſit, quàm idoneè, & feliciter, *Archiepiſcopus* legi
nes ſtipendiis obligare queat.

His, aliisque, de cauſſis, ſperâſſe, *Archiepiſcopu*
fore, ut, intuitu fidei, meritorumque, conſta
ter præſtitorum, tametſi vel aliquà in devium ab
pi fortè, vel ab adverſariis ſibi ejusmodi quidda
affingi potuiſſet, à *Thillyo* antè eſſet compellandu
quàm ſe prorsùs inſalutato, rerumque omniu
ignaro, publicâ intrà provinciam ſuam indic
diæta dentatis, amarisque oppidò verbis ipſe d
ferretur.

Denuò itáque ſe conteſtatiſſimum reddere
nunquam in mentem veniſſe, ut aut cont
Cæſarem fœderibus accedat, aut arma præp
re

ſoc enim in viribus ſuis haud quidem eſſe. Ut ùs à *Cæſare* omnem ſecurus exſpectet proteiem. Ejuſque intuitu onerum militarium ſubionem ſemper, & enixè, flagitârit.

nterim, paucos præſidiarios, pro finium *Holſa*efenſione, ſeſe conſcribere cœpiſſe. Neque id em diffideri. Sub ſpe, hoc tàm per *Imperii* contiones, quàm exemplo agnati ſui, utique ſibi e. De cætero, quod de præfectis allegaret, ſe nnocentiſſimum. Ut in prævaricatores ſi inci- poſſit, iſtos ſevera ſub lege coërcere velit, Mootor, & index, detur. Atque hanc animi ſui licentiam antehâc præfectis militaribus cotam eſſe. Ut ad ſatietatem uſque in delinquennimadvertere ſit affectus.

CAP. IV.

De Reformationis per Sileſios executione.

I.

ſpud Sileſios, dura ſub executionis lege, Reformatio gliſcit.

HÆc dùm inter *Proteſtantes* novorum motuum paſſim incendia gliſcunt, nihilo-ſeciùs, à partibus *Catholicorum*, reformationis rigor, & quidem per *Sileſios*, ultrà proceſſit. Ecce! enim ſeenti fulmine *Henricus Nebronius, Baro, Svveidnicii, ſaverenſis, Ducatuum*, militiæ præfectus ſupreis, *Strigaviam* civitatẽ tùm percuſſit. Edicti, pucè affixi, tenor fuit hic: Nihil quicquam, init, ſe dubitare, quin *Strigaviæ* civibus cognitiſſiim ſit, quo pacto vetuſta, *Catholica*, & unicè ſalica, *Religio*, ſub qua quidem majores ipſorum ab quammultis ſeculis p.è tàm vixiſſent, quàm deſiſſent; poſt aliquam intercapedinem, divina atia, in duos illos *Ducatus* poſtliminiò reduci, áe civitatibus acceptari, cœpiſſet. Si quidem ve- exploratum habeat, complures fundamenta *tholicæ* illius *Religionis* nondùm rectè percepiſſe. t etiamnunc à paſtoribus *Acatholicis*, conſcientiæ orum acerbiùs flagellentur. Hac de re ab initiis i nihil antiquiꝰ fuiſſe, quàm ut errores fortè obærentes, recènsque injectos, per eruditos, idoeoſque, homines, quàmprimùm emendaret, amorumque divulſiones præcaveret. Hoc nomie ſe non tàm codicillis, quàm verbis conceptiſſiis, cohortatum fuiſſe, deinceps ab excurſibus ad *atholicos* ſeſe non tàm abſtinerent, quàm ex adrſo *Catholicorum* conciones unicè, ac ſtudiosè, equentarent. Iuxtàque errores, fortè occurens, hominibus eccleſiaſticis detegerent. Aque ils rectiùs informari ſeſe paterentur. Hæc in vera illos tùm quidem & verbis, & injecta dextera, romiſiſſe. Ut nihil dubitârit, fore, ut corde conrmarent, quod ore præ ſe tuliſſent. Jam verò conrarium emergere cœpiſſe. Dùm reipsâ intelligat, erba illa primis, quod dicitur, in labiis nata eſſe, ihilque quæri aliud, quàm ut ſibi ſubdolè imponatur. Etenim hûc-uſque apud *Lutheranos* id geius excurſus clàm palàm increviſſe. *Catholicæ Religionis* exercitia partim negligentiâ, partim contumaciâ, contemptim habita eſſe. Ut neque privatæ infomationes quæſitæ, nedùm admiſſæ, ſint. Undè accidat, ut ſtudium pietatis *Catholicæ* ſemel recognitæ, modò non ꝓmoveatur, ſed relangueſcat, & pro vili habeatur. Ut etiam haud deſint, qui palinodiam canere, & ab hac agnita *Catholica Religione* recedere, velle ferantur.

Hæc nunc damnoſa, ac periculi plena, circa res ſacras, tropica, cùm, ratione officii, neutiquam tolerare ſuſtineat. Utique è quibus, ſucceſſu temporis, non tàm omnis generis turbæ, quàm tumultuationes, eſſent exſpectandæ. Proinde, ſeverâ ex lege, ſe edicere, atq; mandare, deinceps *Iudex Regius, Senatuſque Strigavienſis*, omnes cives, indigenaſque, à publicis civium immunitatibus, ac privilegiis, excluderet. Neque ulla quacunque ſive hæreditate, ſive legato, uti frui permitteret. Uſque dùm modò non verbis nudis, ſed ſacroſanctæ euchariſtiæ perceptione, confirmaſſent, ſe, à ſemel agnita, *Catholica* veritate, ne latum quidem, quod ajunt, unguem receſſuros, ſed conſtantiſſimè hac ſub fide, ac confeſſione, permanſuros, ſuoſque eadem ad ſacra pertracturos, eſſe.

Si quis nunc ſit, qui contumaciam malit præferre obedientiæ, exercitia pietatis *Catholicæ* malitioſè negligat, liberos ſcholis ſubducat, aliiſque hoc querquero exemplo ſcandalum præbeat. In iſtum ſic quidem *Iudex* regius, *Senatuſque* civicus, ſine miſſione, animadverteret, quò omnibus civium privilegiis, uſibus, ac commerciis, oppidò privetur. Neque immunitatum quarumcunque reddatur capax, uſque dùm fidem ſacramento aſtrinxiſſet, conſtantiamque declarâſſet.

Eſto autem, quaſdam præfractas dari cervices, quibus beneficiũ emigrationis potiùs ridere poſſit, quàm ut datam ſuprà fidẽ velint implere. Hunc quoque in eventum, ſe, lege officii, injungere, ne *Iudex* regius, *Senatuſque*, hoc beneficium ulli permittat, niſi priùs decimam omnium bonorum partem impenderit. Creditoribus ſatisfecerit. E liberis, hæredibuſque, maſculos, annum ætatis decimum octavum, femellas, annum undecimum, nondùm attingentes, certâ cum bonorum ad eos, tàm de jure naturæ, quàm legitimæ, ceu vocant, ſpectantium, portione, poſt ſe relinqueret. De cætero *Sileſiæ* principatibus excederet. Neque unquam ſeſe intrà has ꝓvincias redituru͂, deponeret.

Quodſi nunc uſuveniat, quemcunq; à profeſſa *Catholica Religione* reſilire, ſcandalum, turbaſque, movere, ordinemq;, turbare, iſti *Iudex* regius, *Senatuſq;*, ilicet emigrationem, ſub conditionibus præmiſſis, injungerent. Et, niſi, intra menſis ſpatium, dicto ſit audiens, carceribus manciparent. Neque miſſionem darent, uſq; dùm plenam *Catholica* in fide informationem foret aſſecutus.

Deniq; cùm obſcuru͂ non ſit, bonã eoru͂ partẽ eſſe, qui à ꝓfeſſa illa ſancta *Catholica* religione haud recedere, ſed eam pietatẽ conſtanter tueri, melioremq; informationẽ admittere, cupiant. Interim, hominum cauſsâ, quoru͂ apud ſe reſpectus prævaleat, ſeſe abſtineant. Ad illos omnes ſpectare ſeriam hanc ammonitionẽ ſuam, rẽ tàm arduam, animeq; ſalutẽ tangentem, exactiùs deponderarent, benè, pièque monenti, locum darent, veritatemque *Catholicam* conſtanter perſeverarent.

II.

Intrà Vallem Ioachimicam reformatio vi tentatur, ſed abſque effectu.

DUrus quidē, ſed tolerabilior, reformationis modus, per *Sileſios*, & quidem intrà *Strigaviā*, ſuſceptus, videri poſſit ille. Sed nimis vehemens, & inhumanitate plenus, rigor exiſtimari queat iſte, qui quidem à legatis *Cæſaris*, pauciſque hominibus eccleſiaſticis, ſub manu militari, intrà *Vallem Ioachimicam*, tractum intrà ſaltus *Bohemicos*, & *Miſniam*, exerceri cœperat. Ecce! enim *Colobratus*, & *VVahlius*, dynaſtæ, *Cæſaris* legati, aſſumptis duobus *Societatis Ieſu*, ut vocant, *patribus*, ſub manu quinquagintà pedeſtris armaturæ militum, in *Vallem Ioachimicam* illam penetrant. Civibuſque, nihil tale exſpectantibus, milites obtrudunt. Qui, cùm à civibus repugnantibus in lares haud admitterentur, juſſi ſunt, foribus, feneſtriſque, effractis, per vim, cum impetu, ſeſe infundere. Hoc ægerrimè ferentibus civibus, ut jam vix continerent manus, legagati revocant milites, inque diverſorium immittunt.

Die Proximâ, ſacro peracto cœtus in curiam evocatur. Dicto audientes ſunt. Ibi comparentibus recitatur Edictum *Cæſareum*. Nimirùm, tàm præſentes, quàm abſentes, hac de re cōmoniti, hoc agerent. Videlicet, intrà tridui ſpatium, ad *Catholicæ Eccleſiæ* gremium reverterentur omnes. Niſi hoc faxint, tàm è fortunis, quā patria, ejicerentur. Poſtridie, ſub pœna decem *Ferdinandicorum*, omnis tàm adultorum, quàm ephæborum, cohors jubetur ſacro intereſſe. Hoc facto à legatis citantur omnes. Sed plerique oppidanorum jam tùm erant dilapſi. Præfectus itaque civicus eos, qui ſupererant, adeſſe juſſit. Sed venire negârunt. Eandē, ajentes, ſeſe, cum abſentibus, exſpectare fortunam. Hæc intelligentes legati, tàm in *Conſulis*, quàm *præfecti*, lares milites infuderunt. Sed alter jam per fores poſticas evaſerat. Propoſito autem hoc irrito, in obvios cives, octo numero incidunt milites. Hoc pugnis, ſclopetiſque, antè dedolatos, coràm *legatis*, ac *Patribus ſocietatis*, ſiſtunt. Jubentur omnes ſub minis vegrandibus, *Catholicos* canones amplecti. Hic cùm rumor percrebuiſſet, concio in foro panario confluxit è civibus. In hos militum manipulus eduxit, tanquam captivos abducturus. Sed reſtiterunt cives. Milites ergò, ſclopetis rem agentes, civem ilicet proſtraverunt, non paucos inſuper vulnerantes. Hoc furore exacerbata multitudo lapidib⁹ excepit milites. Sic, ut fugâ omnes ſibi conſulerent, uno atque altero, lapidibus neci dato. Nec mora, velut ſigno ſublato, à plebe concurſum eſt. Ut jam milites, ultima timentes, evaderent in curiam. Propriiſque civium illic depoſitis, armis ſeſe tutarentur. Interim, ſic tùm quidem exarſit multitudo, ut priùs haud miſſuri eſſent curiam, quàm omnes ad unum ſtratiotas perdidiſſent. Legati, quantos ex his parvis motuum favillis ſeditionis ignes excitari proclive eſſet, colligentes, caduceatorem miſerunt, qui civibus indicaret: Acquieſcerent modò, manuſque abſtinerent ab armis. Nihil de cætero adeſſe periculi, Sic ut etiam chyrographo ſuopte confirmatiſſimum reddere cupiant, deinceps, in cauſſa *Religionis*, minimè eſſe infeſtandos. His bl
dimentis furor repreſſus eſt. Ut apodixi reddi
ſedatis civibus, tàm *Legati*, quàm *Patres Societa*
militeſque, impunè dimitterentur. Interim in
genæ, fœdere inito, conjurantes arma nihilo-m
nùs expedire cœperunt. Quibus, re urgente, b
in cauſſa, uterentur.

Sed *Cæſaris* paterna intervenit ſedulitas, gravi
ra timentis. Ne fortè his è doloſis cinerum fav
lis magni quidam, & œcumenici, motus exſurg
rent. Præſertim, ſi obrepentibus, furtimque ſ
inſinuantibus, *Suecis* hæc captaretur occaſio. Fi
timaque plebs *Bohemica*, jam tùm in res novas p
clivis, hoc ad choragium pertraheretur. Ea de
Vallis Ioachimicæ indigenis conſultò indicare juſ
ad ſeſe redirent, *Catholicos*, aliò dilapſos, cives re
perent, omniaque in priſtino tranquillitatis ſt
reponerentur. Futurum, deinceps ſub *Religioni*
vocatione ut gravandi non ſint.

Externa.

I.

Cæſar, indicto apud Lüneburgum conventu, D
niæ Regem Hammaburgiis conciliare ni
tur.

HOc tempore, quo *Chriſtianus, Rex D*
niæ, ægrè ferebat, filios regios, ob
formationis rigorem, & executione
per poſſeſſiones ſuas archiepiſcopal
infeſtari, ut ob id diverſis cum *Cæſ*
litteris experiretur: *Cæſar* in illud incubuit, ut lit
ac controverſias, inter *Regem*, & *Hammaburgios*, h
ctenùs intercurrentes, dirimeret. Quo nomin
conventu apud *Lüneburgum* indicto, *Auguſtum* j
niorem, *Ducem Brunſvicenſem*, & *Lüneburgicum*, n
minavit, qui, inter legatos cæteros, *Regem Civit*
reconciliaret.

Is ergò, antequàm *Lüneburgum* intraret, ſeque
tibus *Regem* cœpit interpellare. Tametſi inqu
Cæſar, in cauſſa *Regis*, & *Hammaburgenſium*, ex of
cii *Cæſarei* lege, ſecundùm *Imperii* conſtitutione
pacem, diſſidiis collapſam, reſtaurare: Perque *av*
catoria, inhibitoria, reſtitutoria, ac *demolitoria*, edict
omnia illa, quæ legibus adverſa eveniſſent, è med
tollere, potuiſſet. Nihilo-minùs amicæ compo
tionis remedia præponderare cœpiſſe. Eapropte
vigore mandati *Cæſarei, Regem*, ad *III. Non. April. Lü*
neburgum citari, atque invitari. Vellet illic ſtat
die coràm ſeſe, vel legatis ſuis, eo nomine miſſi
comparere. Sub hac clauſula, ad alterius partis m
ram, nihilo-minùs, ſecundùm jura, hujuſque C
ſareæ deputationis legem, procedendum eſſe.

II.

Chriſtianus, Rex Daniæ, negativè reſpondet

ILla in verba ubi pariter ad *Hammaburgenſes* pe
ſcriptū fuiſſet, hi morē edicto *Cæſareo* geſſerun
Rex verò, clauſulis ſuperioris citationis offenſu
lega

os mittere recuſavit. Illis enim *Auguſto Duci*
n reddidit: Codicillos ejus, inquit, tantùm nõ
s ad ſe perferri accidiſſe. Sed etiam contenta
cujuſdã ſaporis viſa fuiſſe. Dùm exemplũ cõ-
onis *Cæſareæ* (juxtà ꝙ legatos ſuos informare,
æparare, debuerit) eadem operâ ſimul, ſemel-
haud fuiſſet tranſmiſſum. Secundùm hæc, a-
um videri, adversùs pacta, ac conventa, noto-
nicũ duntaxat numero *Principem* hoc ad inſti-
m nominari cœpiſſe. Ut taceat, hanc deputa-
em quidem præ ſe ferre, tanquam amica com-
tionis lege res tranſigenda eſſet. Nihilo-mi-
, in adjecto, clauſulam cõminatoriam reclama-
Dùm minantia verba hoc velint. Sicubi alteru-
artium moram trahat, moremq; haud gerat,
lo-minùs, ſecundùm leges, procedendũ fore,
d genus præjudiciorũ, non infimæ notæ, intui-
iquidem *Rex* prohibeatur, quò minùs legatos
tat. Eapropter, quovis meliori modo, ſeſe de-
er conſtantiſſimis verbis proteſtari. Neque id
us tractatibus accedere poſſe. Nihilo-minùs
m, amore, ac ſtudio æquitatis, ſic quidem ſen-
. Modò præjudiciis præallegatis detur miſſio,
undùm pacta, ac conventa, fiat proceſſus. Et
è omnia, *Hammaburgii* reſtituant ablata. Eo e-
tu tunc quidem *Regem miſſurum* delectos, qui,
nmunicato ſecum antè *Cæſareæ* commiſſionis
mplo, ſuo nomine in amicæ tractationis legem
cendant. Si ſecùs res cadat, nullatenùs ſeſe de-
ctare, quin cauſſa, ſecundùm leges, ordine in-
ci, ac ventilari, poſſit. Quò ſic *Regis* in pacẽ pro-
nſa voluntas, ipſo opere cognoſcatur. Hactenùs
:.
Ità uſuvenit, ut tractationes exſpectarentur
ſtrà, Legatique, re infecta, diſcederent.

III.

Galliis, inter Reginam matrem, & Ludovi-
cum XIII. Regem Chriſtianiſſimum, filium,
variæ naſcuntur dividiæ, ac colliſiones.

Urida terribiles olim aconita miſcuiſſe no-
vercas, fratrumque non minùs vetuſtis iſtis ſe-
lis raram fuiſſe gratiam, à gentilium ſcriptori-
s proditum eſt. Quòd igitur ætas parentum, ſic-
ajunt, pejor ſit avis, progenieſque itentidem
ccedat vitioſior, haud adeò mirum videri pote-
, ſi hac tumultuosâ, ac fatali, tempeſtate, quâ pie-
, fideſque, multis in locis acerbo exilio proſcri-
ntur, etiam caritas, etiam ſpes ipſa penè, toties
ulare comperiantur. Profectò, tot hodieque
lla inter conſanguineos graviſſima geri cœpiſſe,
uis ignorat? Quæ dùm exempla, in medio po-
a, plerúmq; tantùm non trita, & obvia, ſed præ-
puę notę, tranſvolare fert animus, nihilo-minùs,
lege hiſtoriæ aliquid hîc quoque ſuperintexen-
um videtur de *Reginæ matris*, & *Ludovici XIII. Re-*
Chriſtianiſſimi, filii, dividiis. In ampliſſimo e-
im *Galliarum* regno illo cui obſcurum eſt varias
bindè, graves, ac multiplices, naſci conſueviſſe
olliſiones? Ut haud rarò, regiis præſertim in au-
s, ubi tot cervices, aut bella, aut honores, aut di-
tias, prædaſque, ſitientes, varias, quibus in ſubli-
ne emergant, artes comminiſcuntur, fabulæ acci-
ant, & metamorphoſes. Undè, turbatis pacis ſtu-
iis, ſub turbulenta bellorum fortuna, capita
xtollere quiti ſint.

Id genus inquietorum hominum molitionibus, ac conſiliis eveniſſe, arbitrandum eſt, ut in *Galliis Regina* mater à *Ludovico*, *Rege Chriſtianiſſimo*, abalienata, caritatem, à filio primogenito ſequeſtratam, amplo cũ modio in *Gaſtonem*, natu ſecundum transferret. Quâ notata ſibi regiæ matris inclinatione, non defuerunt in tanto dynaſtarum, miniſtrantiumque, favorem regium captantium, numero, qui, ut ipſi, hac ſub opportunitate, propriis velificarentur commodis, operas ſuas offerre, oleumque, ꝙ ajunt, flammis ſuperaffundere, nõ dubitârunt. Ità factum, ut dividiis obrepentibus, matri regiæ, & *Regi* filio, haud conveniret. Rumore vires eas acquirente, ac differente, tanquã conſiliis furtivis hoc ageretur, ut, *Rege* filio in *Monaſterium* detruſo, *Gaſton*, filius natu ſecundus, *Dux Aurelianus*, regni faſces capeſſeret. Hæc conſilia, nimis calida, prout fama garriebat, tùm quidem, horribili ſub ſecreto, coquebantur. Sed, prout res ſecretiſſimæ, cujuſmodi complures inter complices flagellantur, rarò teguntur. Citiùs enim homines cõſueſcant flammas, (ꝙ veteres prodiderunt) ore tenere, quàm ut ſecreta tegant. Ità, hoc novum, & horribile, arcanum diu latere non ſuſtinuit. Quin in propatulum emergeret.

Cõmodum tùm *Richelius*, *Cardinalis*, *Regis* intimus, potiſſimuſque, cõſiliarius, &, ut veteres ajunt, τὰ πάντα, in *Normanniam*, regni provinciam, ſeceſſerat. Illius cùm aliâs apud *Regem* gratia tanta foret, ut nemo illi poſſet reſiſtere, proclive erat animos multorum regni *Principum*, procerumq;, ab eo alienari. Interim, inter adverſarios, *Richelio*, ut fieri amat, non defuêre clientes, qui inſidias paratas illi clàm indicarent. Caveret, quibus crederet.

Rex, re intellecta, & patefacta, ſex pedeſtrium, & duas equeſtrium, cohortes, miſit, qui reginam matrem, ſub cuſtodia, *Moulinum* deducerent. Hoc reſciſcentes dynaſtæ, ac proceres aulici, ſecreti iſtius gnari, oppidò aulæ regiæ valedicentes, diverſa per itinera dilabi cœpêre. Quà vel ſecuritas, vel cupiditas, errantes vocavit, ac diſtraxit. Interim, non pauci intercepti è vinculis cauſſam dixerunt. At *Reginæ* matri, ſub cohortibus, cuſtodiæ præfectis, data eſt excurrendi facultas, quà quà libitum foret. Sic tamen, in aulam ne veniret, antequàm cum *Rege* rediiſſet in gratiam.

Rex, *Pariſios* reverſus, ad fratrem, indè profugum, *Cardinalem Valettanum* emiſit, qui eum in aulam revocaret. Sed, *Alcibiadis* hic conſilium ſecutus, comparere recuſavit. Ne igitur, ab hac fratris regii ſimultate, magnum aliquod *Galliæ* belli incendium, infortuniumque, foret extimeſcendum, *Rex*, aſſumptis corporis cuſtodibus, *Aureliam* properavit. *Princeps*, nuncio accepto, tanquam *Rex* frater integro ſub exercitu ſe peteret, cum manu equeſtri, ad *Bellegardum*, *Burgundionum Ducem*, ſeſe recepit. Interim *Rex* quoque penetravit in *Burgundiones*. Sed denuò frater evaſerat. *Rex* igitur, reb⁹ hinc indè compoſitis, germanum ulteriùs perſequendum eſſe, operæ pretium haud arbitratus, *Aureliæ*, ſedis fraternæ, cuſtodiam, ac præſidium, *Chaſtilionæo Mareſchallo* commendavit. Moxque *Amboiſenam*, arcem, partibus fratris impendiò addictam, intercipere, atque in ordinem redigere, juſſit.

IV. *Gaſton*,

IV.

Gaſton, frater regius, è Burgundionibus Regem codicillis interpellat. Amoliturque à ſe crimen ſeditionis.

INtereà *Dux Aurelianus Veſontionem*, in *Burgundiones Hiſpanicos*, ſeceſſerat. A quo turmæ equeſtres, dilapſæ, *Gallias* repetierunt. Sic ut, præter manum equeſtrem, è ſeptuagintà cervicibus conſtantem, nec non *Belgardum*, *Elbeuffium*, *Roaumeſium*, & *Moretum*, *Principes*, in comitatu haberet neminem. *Hiſpanicus*, apud *Veſontionem* gubernator, exquiſitis *Aurelianum* ſub honorum demonſtrationibus excepiſſe notatus eſt. Sic tamen, ut illum, præter morem gentilium, tanquam hoſpitem, & velut ſupplicem, in protectionem admittere dubitaret.

Vénit tunc, ducentorum manu ſtipatus, *Pariſios Richelius*. Qui cùm oppidò ſalutandum ad *Regem* intraret, offendit illum ad *Reginam* conjugem forte, ſuper *Aureliano Duce*, fratre, verba facientem. Diſſimulante *Rege*, tanquam *Richelium* ad ſe intrantem, non notâſſet ſibi, ecce! *Regina* conjux, ad *Richelium* converſo ſermone: Et tu, inquit, totum utique mundum habes partibus tuis adverſantem. Nam & has *Gallias* trigintà auri millionibus fraudâſti. Et gravi non minùs bello implicâſti. Quæ regiæ conjugis verba poſtquàm avida aure bibiſſet *Rex*, oppidò ſubjeciſſe auditus eſt. Tametſi, inquit, univerſùs te oderit orbis, *Rex* ego tamen tibi non ſum defuturus. His cum verbis, celebrato prandio, *Rex* injectâ manu *Richelio* fidem regiam confirmans, eum ſecum *Verſaileſum* deducere cœpit.

Inter hæc, ubi *Rex* apricaretur primo vere apud *Baigneuſam*, paucoſque conſiliariorum, vel nullos, haberet ſecum, ecce! *Brianſonius Baro*, captata hac opportunitate, *Regem* adire auſus eſt, nomine *Aureliani Ducis*. A quo codicillos, *Regi* inſcriptos, ſimulátq; obtulit, amarioris ſaporis, ac ſic ſatis dentatos. *Rex*, hominis audaciâ offenſus, *Brianſonium*, iſtum, per cuſtodiæ corporis vicarium, in vincula conjicere, ac *Dijonenſe* in caſtrum abducere juſſit.

Sed codicilli *Aureliæ Ducis* erant hujuſmodi: Rex, & domine, clementiſſime! E reſponſo illo, inquit, quod ad interpellatorias meas Tua Majeſtas reddidit, ſummo cum dolore, animadvertam neceſſe eſt, dari homines, quorum quidem in eo labor, ſtudiúq; occupatur, quò me variis artibus Tuæ Majeſtati denigrent, ac deforment. Ut etiam, quo deanteà conqueri cœpi, tibi fucum facere poſſint, & quidem, ſi fieri queat, ea in cauſſa, quæ te maximè concernit. Sic, ut glaucoma objiciant oculis tuis. Ne vel rem ipſam, cujuſmodi illa eſt, vel circumſtantias, quæ magni utique ſunt ponderis, emetiaris. Sicque à veritate omninò in tranſverſum rapiaris. Clementiſſime Domine! Illud, inquam, in oculis tuis novum videtur, dùm tibi, ſuper arreſto matris meæ, locutus equidem ſum. Tanquam res aliter ſeſe haberet. Et tute liberam ipſi feciſſes facultatem, quà quà vellet, ad ar-

cium ſuarum aliquam, ex animi ſui ſentent[…]
ſeſe conferendi. Quis autem perſuaſum habe[…]
illam priſtinæ libertati reſtitutam eſſe? C[…]
tamen *Eſtreus*, *Mareſchallus* illam, prout notum [...]
arreſto detineat. Ut etiam arx *Compignia*, ubi [...]
tinetur, tàm equeſtris, quàm pedeſtris, militiæ [...]
hortibus accuratè cuſtodiatur. Quibus feriò [...]
junctum eſt, impedirent, ne dilabatur. Accedit[...]
ſub præparatione, ac præſidio, eò uſque illam [...]
ligenter aſſervari, ut major cura intervenire [...]
queat. Neque enim ſeverior ratio vel ma[...]
feſti regni *Galliæ* hoſtis cujuſdam haberi p[...]
ſit, qui quidem medio ſub bello captus foret. [...]
iam regiæ matris *Medicus* interceptus, & è vin[...]
lis cauſſam dicere juſſus, eſt. Cujus operâ, ad ſa[...]
tatis, vitæque conſervationem, utique illi app[...]
mè opus eſt. Atque hæc quidem omnia tàm [...]
toria ſunt. Ut omnes illud carcerem nuncupe[...]
quod tu quidẽ detenſionis nomine colorare c[...]
tendis. Per fidem, inquam ego, Domine clem[...]
tiſſime, proditor eſſem, graviſſimè in te, Regin[...]
matrem noſtrã, meque ipſum peccarem, ſi veri[...]
tem, remota lacinia, nudam, ac ſine veſte, non a[...]
rirem. Quam quidem plerique, tanto cum ſtud[...]
tibi ſubducere laborant. Quippe, cùm even[...]
doceat, veritatis nitorem tenebris, noctiſque [...]
lore, obfuſcari, ne illa oculis tuis pateat. Undè [...]
magis mearum erit partium, providere, dùm [...]
peregrina in theatrum inducitur ſcena. Equid[...]
nullus dubito, fore, ut mihi ignoſcas, ſicubi, [...]
tas inter cauſſas, ac rationes, ſuperinducam ad[...]
dùm vel unicam. Illa verò hæc eſt. Sicubi fo[...]
(quod *Deus* avertat!) eveniat, ut matri meæ, *R*[...]
næ, ob luctum, vitæque præſentis aſperam con[...]
tionem, quæ quidem, ſicut cæteræ id ge[...]
rationes, tibi non ſatis videntur eſſe [...]
gnitæ, humani aliquid accidat. Si, inqu[...]
præſenti ſub dolore, in ægritudinem incid[...]
Eaque ſub vitæ conditione, prout nunc quid[...]
eſt, rebus humanis valedicere, debeat, quant[...]
putas autoritati tuæ impendere deceſſione[...]
Numquid hoc pacto & ultimo matris alloqui[...]
benedictionis verbis, te omninò privabis? Q[...]
bus verbis hunc dolorem, hanc jacturam, ſola[...]
re? Si tàm cauſſam inſpicias, quàm circumſt[...]
tias. Quæ lætitia deinceps tàm triſtem infort[...]
nubem detergere poterit? Ergò, domine clem[...]
tiſſime, dùm licet, huic malo occurre. Mihi[...]
tàm liberè te interpellanti, da veniam. Neque e[...]
fides, regiæ matri debita, ſecùs à me requirit. [...]
que id, quod propono, regiæ autoritati tuæ adv[...]
ſatur. Per fidẽ, apprimè cognitũ mihi eſt, prode[...]
tua remedium ut applicetur dextera. Ut proi[...]
rem omnem juſtitiæ, prudentiæ, bonitatiq[...]
committam tuæ. Interim, de me ſic quid[...]
eſt, ut rerum novarum ſtudio haud quaquam[...]
aula receſſerim. Regnique ſive ſtatum, ſive ſub[...]
torum quietem, perturbare ſim affectus. [...]
ego his oculis aliquammultos, ea ſub luct[...]
ſa, rerum facie, intuitus ſum, Ut nemo [...]
barbara gerat corda, qui quidem miſericor[...]
haud tangatur. *DEUM* teſtor, me vel proprio ſ[...]
guini nolle parcere, modò illos redimere ſataga[...]
Tantùm abeſt, ut afflictis geminare velim a[...]
ctionẽ. Utrùm regnum inquietare cupiam, [...]
exi[...]

vide, dùm unicâ *Amboyſenam* arcem meam
nentis haud confirmavi. Sed in mandatis
e ut jubente *Fecquirio* traderetur. Quan-
contrarium tibi perſuaderi voluerit. Quàm
xteris mihi conveniat *Principibus*, vel abindè
nsfit,ut , dùm è *Bellegardo* cedere coactus
nemo vel quidem mihi auxilio fuerit, vel ci-
s portas reſerare ſit auſus. Quanquam verò,
ib fuga mea, exterorũ mihi affulſerit favor.
o-minùs iſtorum potentia, qui armis tuis
cœperunt, prævaluit. Ut meæ ſorti condole-
idem potuerint, opem ferre non potuerint.
ue enim tuis viribus reſiſtere ſufficiebant. Ita-
ompaſſio, quæ fortunæ meæ uſuvenit, pro
a eſt, ut indignatio tua evaſerit auctior. Cer-
m *Aureliam* reliqui, extrà familiares, aulicoſ-
meos, vix centum equeſtres in comitatu ha-
Numerum certè longè infirmiorem, ipſe col-
, quàm qui res novas agere poſſit. Hi ſaltèm
ris ſive cuſtodes, ſive comites, extiterunt mei.
s, ubi flumen tranſiiſſem, dimiſi ilicet. Serva-
ũtaxat neceſſariis, ac familiaribus. Sed ſuper-
, hoc in numero, plura inſuper teſtimonia,
confirmabunt, me non ob id exceſſiſſe aula,
ut adverſarer rationibus. De illis Tuam Maje-
m *Brianſonius* coràm erudiet, viva, ac vocalis,
tola. Ipſe jam duas allegavi cauſſas, quas ob re-
exceſſiſſem. Quarum prior eſt, autoritatem
m adversùs calumniatores ut tuerer. Dùm
uſabar, me criminis ejus, cujus utique potiſſi-
miniſtri tui rei peragebantur, complicem fuiſ-
Huic invidiæ alio pacto occurrere rectiùs haud
ſe videbar, quàm ut, vel tuæ autoritatis reſpe-
, me ſubducerem. Poſterior hæc impulit ratio.
libertatis meæ accuratiùs ſatagarem. Neque
n vanum extitiſſe hunc metum, eventus do-
t.

Annon enim, quod *Reginæ*, matri meæ, accidit,
ni inſtare, arbitrarer? Etiam, quid metuendum
hi fuerit, vel diplomata, in hoc caput publica-
fidem perhibent. Ut inprimis declaratio illa,
æ, cùm Majeſtas tua è *Compignia Pariſios* reverte-
ur, in me cudi cœpit, illud evidenter compro-
t. Ergóne tenerrimus filii ergà matrem amor
tioſus vocabitur impetus? Ergò officium di-
tur fidele, regnoque utile, ſi quis *Regem*, fratrem-
e unicum, mille excogitatis artibus, collidet?
uæ quidem ſacra, & horribilis, ratio diu antè à
næ mentis amantibus prævideri cœpit. Quis
at, an hæc vera ſit cauſſa, ut *Berullius Cardinalis*,
natus meus, furtim *Regem* experiri cœperit ira-
m numen? Dùm oculis caligare, noſque mu-
is odiis inflammare, ac committere, noluit? Et
eſunt, quæ hùc-uſque moras mihi injecerunt,
ominùs querelis præcordia deterſerim, quò
inùs animum hoc faſce levârim. Sed non id mi-
i quæritur, ut illos excuſem. Ut libenter rectiùs
udiri velim. Utinam verò T.M. placere poſſit,
eritatis intimatio! Libeatque naſcenti illinc
onſequentiæ querqueræ metam præfigere! Si
oc ad effectum ſpectare poſſit, utique rei publi-
æ ſatisfiet, *Rex* quietus erit, *Regina* revertetur in
bertatem, ego tecum in gratiam redibo, ac ſe-
uritatem. Non jam laboro articulatim ad ca-
ita epiſtolæ tuæ reſpondere. Ne culpari poſſim,

tanquam magis T. M. offendere, quàm placare, cogitem. Sub illa igitur finio clauſula. Humilima ut ſub petitione, & oblatione, recipiam, me ea facturum, quæ mihi imperabuntur, videlicet, in regnum ut revertar. Hoc ut exequar, nihil aliud, niſi ſecuritatem, requiro. Et quidem illam, quam omnes, quibus pertuſum non eſt cerebrum, æquiſſimam arbitrabuntur: Pro ratione ejus, quod quidem accidit. Nec eſt, hac ut ſub conditione includam matris meæ, *Reginæ*, libertatem. Vel ob id, quòd è codicillis tuis hanc ſpem hauſi, futurum, ut jam tùm, antequàm hæ tabellæ traduntur, eam poſſideat pleniſſimè. Quibus accedit, ut non videam, quo pacto tu quidem, egoque, vivere poſſimus, quàm diu ſub hac triſti conditione attinebitur illa.

De me ità eſt. Ut M. T. bona, ſinceraque, fidè promittam, me eo illi cultu, ac ſubmiſſione, addictum eſſe. Ut hac veneratione ad infimos quoque miniſtros, ſubditoſque, accedam. Colophonis loco, ſi accidat, hac ut cum ſorte adverſa diutiùs confligere debeam. Pluresque eruantur artes, technæque, quibus tua mihi provocetur indignatio. Nihilo-minùs ea mecum perſtat voluntatis rectæ conſtantia, ut ad affectus, & venerationis, ſtudium, quo M. T. obligor, nihil ſim facturus reliqui.

De quibus omnibus ut *Brianſonius* erudiat, qui hos codicillos offert, utique in mandatis habet. Cujus verbis fides ut habeatur, oro. Ego utique M. T. humilimus cliens, ac ſervulus, tàm vivere, quàm mori, paratus ſum. Vale. Dabantur apud *Veſontionem*, *Calend. April. M.DC. XXXI.*

VI.

Rex Chriſtianiſſimus criminis læſæ Majeſtatis reos peragit, ac proſcribit, omnes qui partes Ducis Aureliani, fratris, ſequebantur.

PRidiè, antequàm codicilli, ſuperiores exararentur, *Rex Chriſtianiſſimus* tabulas proſcriptionis in eos publicavit, qui *Ducis Aureliani*, fratris, partes ſecuti, è regno exceſſiſſent. Formula fulminis erat hujuſmodi. Nos *Ludouicus*, *Galliæ*, & *Navarræ Rex*, &c. Omnibus, ad quorum hæ tabellæ pervenient oculos, ſalutem. Tametſi ſufficientibus hùc-uſque itentidem conteſtationibus, quanto cum ſinceræ, rectæque, voluntatis affectu, ergà fratrem noſtrum unicum, ac dilectum, *Aureliæ Ducem*, propenderemus. Quantaque cum honoris demonſtratione ejus nomen proſequeremur. Ut hanc animi noſtri inclinationem per vias, ac rationes, non niſi multiplices, ergà eum abundè declararemus. Tametſi quoque reditus ejus, ab eo tempore, ex quo peccare, parteſque archiſtrategi regni *Galliæ* per *Italiam* deſerere, cœpit, luculentis ſub additionibus, auxerimus. Nihilominùs, etiam ſic quoq; connivendũ eſſe duximus, ſub ſpe, fore, ut ſub huj⁹ benevolentiæ demonſtratione, ad animũ admiſſa, facti pœnitentiã emendaret. Juxtaq;, quò reatũ pleniùs expiare quitus eſſet, deinceps nobis gratificaretur ſtudioſiùs.

Quo nomine conſiliarios, ac familiares, ejus magnis nobis obligare cœpimus muneribus. Ut etiam, fratre ſic rogante, *Cancellarium* ipſius titulo *Curiæ Pariſinæ Præſidis* honoraremus. Interim, nobis notavimus, tàm malitiam, quàm ambitionem, id genus hominum pati non cœpiſſe, nobis invicem ut cōveniret. Aut ut in rebus, regni ſummam concernentibus, conſilia, ac rationes, conferremus. Ità factum, ut nobis inſciis ex aula receſſerit, cùm cauſſas commorandi haberet ampliſſimas.

Iſti autores fuerunt, copias ut, noſtro nomine ſuſtentatas, colligeret. Equeſtres, ſub ſua provincia, & aliundè, ad ſe evocaret. Legiones per provincias finitimas ſtipendiis obligaret. Commeatum convectaret. Arma & id genus apparatus bellicos, conquireret. Principes finitimos, aliâs tàm nobis, quàm regno noſtro, malè cupientes, ſolicitaret.

Quanquam ergò per agnatum, & dilectum, noſtrum, *Cardinalem Valettanum*, ſub vitæ, bonorumque, promiſſa ſecuritate, illum in aulam revocaremus. Tantùm tamen abfuit, vt veniret. Ut, à ſuis perſuaſus, relictâ *Aureliâ*, è regno excederet. Quò ſic plus ultrà à nobis ſegregaretur.

Proindè, cum *Moretus Comes*, *Elboeuffius*, *Bellegardenius*, *Roanuſque*, *Duces*, *Coigneſius Præſes*, *Laurentius*, *Monſigotus* quæſtor, & pater *Chanteloubenius*, primarii id genus conſilii fabricatores extent. Unà è regno exceſſerint. Citràque luculentum noſtrum edictum, *Bellegardus* fratri noſtro per *Burgundiam*, provinciam noſtram, aditus patefecerit. *Chanteloubenius* verò, cui ſevera ex lege injunctum erat, maneret intrà *Nanteſium*, *Aureliam* ſeſe recepiſſet, ſcilicet, ut hac parte fratis noſtri è regno emigrationem maturaret.

Eapropter, aliter facere non poſſumus, poſteaquàm, machinationes, & conſilia, pacem, ac quietem, ſubditorum noſtrorum, totiuſque regni, interturbantia, inſpicere cœpimus, quin huic rictui manum opponeremus.

Hanc in rem omnibus, & univerſis, notum facimus, nos, conſiliis *Principum*, *Ducum*, *Parium*, *Dynaſtarum*, & conſiliariorum, regni noſtri, provectos, declarare, ac vigore præſentis, noſtra manu ſubſcriptæ, declarationis, decernere omnes illos criminis læſæ *Majeſtatis* reos, convictoſque, renunciantes, nempè *Moretum Comitem*, *Elboeuſium*, *Bellegardum*, *Roanum*, *Duces*, *Coigneſium Præſidem*, *Laurentium*, *Monſigotum*, *Chanteloubeum*, cæteroſque omnes, cujuſcunque ſint conditionis, ac ſtatus, quicunque tàm ſontico propoſito adhæſerunt, fratri noſtro peſſimi conſilii autores fuerunt, ut etiam, unà cum illo, è regno exceſſerint. Cæteri verò, pro ipſo militem conſcribillantes, ſeditiones in populo concitârint, quò ſic tàm intrà, vel extrà, regni fines autoritati regiæ detraherent. Dicimus ideóque, & edicimus, in iſtos omnes ut decernatur, tanquam in criminis læſæ *Majeſtatis* reos, & pacis publicæ turbatores, pro legum ſeveritate. Qua in cauſſa partes erunt *Procuratoris* noſtri generalis, ejuſque vicariorum, diligenter ut effectum det, quò feuda regni, hactenùs poſſeſſa, tanquam deperdita, ad nos redeant, cæteriſque regni poſſeſſionibus rursùs uniantur. Cætera eorum bona, tàm mobilia, quàm immobilia, fiſco noſtro addicimus. Eo ipſo officia, ac dignitates, hactenùs in eos col-

latas, abrogamus. Eoſque, quibus id genus ho
rum inſignia deinceps conferantur, inhabiles
que indignos, pronunciamus. Niſi, intrà m
ſpatium, ab hac publicatione, in gratiam no
cum revertantur. Reatumque deprecentur. (
nomine veniam illis promittimus, qui ſtato t
pore à cæteris ſeceſſionem faciunt, quales qui
per contumaciam inobedientiæ ſuæ plenis
operantur. Eo inſtituto curiæ *Dijonenſis* con
riis, dilectis utique noſtris, mandamus, has ta
las publicè recitarent, divulgarent, inque
verſaria referrent. Sic ut articulatim on
perſequantur. *Procuratorique* generali noſtro
num commodent, quò ſontes, unà cum faut
bus, ac complicibus, convincant, convictoſ
ad pœnas debitas rapiant. Denique, per
vincias cæteras noſtras, archiſtrategis, vica
centurionibus, civitatumque, ac portuum,
fectis, inculcamus, irent, ac tàm per milites, q
cæteros regni ſubditos, id genus perduelles, a
fractarios, publicarent. Per *Iudices* in illos pr
derent. Uſque eò, ut, ſub campanarum clang
bus, in omnes iſtos fiat impetus, manuſque i
ciantur, quicunque, ſub contemptu autorit
noſtræ, abſque regii noſtri *Secretarii* ſubſcrip
ne, magnique noſtri ſigilli impreſſione, coho
auſint conſcribillare. Hoc pacto licebit illos p
varicatores in vincula conjicere, damnare. R
tentes verò, ac ferro reſiſtentes, fas erit etiam
ſtulatim diſcerpere.

VI.

Dux Aurelianus, exul, varios quærit re ptus.

A*Vreliæ Duce*, extrà regnum errante, *Rex Burg
dionum* fines milite cœpit confirmare,
motus præcaveret. Nihilo-minùs, miſſo *Angole
Duce*, fratrem ad aulam revocavit. Tametſi ig
à *Proceribus* regni cæteris magnâ id ſedulitate a
retur, an hæc controverſia componi poſſet.
hilo-minùs *Aurelianus* negavit ſe in partes tranſ
rum, niſi unà & ſocii, inprimis *Regina* mater, pri
na in libertate reponerentur.

Qui cum notaret ſibi, adventum ſuum, a
Burgundiones, *Belgiumque Hiſpanicum*, non admod
eſſe gratum, ſubveritos, ne hac cauſſa bellum
in partes attraheretur, *Nanceam* in *Lotharingos* c
ceſſit. Hoc è loco, datis ad *Curiam Pariſinam* co
cillis, orare cœpit, ſocii ejus in priſtinam vindi
rentur libertatem. Ex adverſo, fugæ hujus cau
omnes rejecit in *Richelium Cardinalem*. Sub petit
ne, ſub criminali in eum proceſſu animadver
retur.

Interim, quòd appareret, manſionem eti
hanc, ſub *Auſtraſiæ* provincia, non diuturnam e
neque, abſque illius aulæ periculo, excurrere,
ſilæam Rauracorum emiſit neceſſarios, qui illic
tempus hoſpitium ſibi compararent. Sed reſpo
derunt *Rauraci*, paucos ad dies, ſive unam, altera
que, ſeptimanam, *Duci* ſeſe quidem lubentes h
ſpitium præbituros. Ut autem *Dux* ſedem illic p
nat, hoc ex illis eſſe, quod ex lege contractus,
fœderis, cum *Galliæ* regno initi, admittere vix
ſtineant.

Hoc reſponſo legati abſterriti *Argentinam* defl
xetunt. Idemque jus hoſpitii à *S. P. Q. Argentine*
corr

rogârunt, an cum manu quadringentorum e-
ſtrium *Dux* admitti poſſit. Qui quidem re ad
num diligenter admiſsâ, ſubjecerunt, vix hoc
d ſe, tanquam civitatem limitaneam, hac præ-
im tumultuum plena tempeſtate, fieri poſſe.
erim, *Duci* liberum eſſet, primùm ad paucos
s ad ſeſe concedere. Deinceps rationes inituros
, quibus omnia humanitatis officia in illum
na manu conferrent.

VII.

... Chriſtianiſſimus magnis conatibus arma præparat.

HÆc inter, *Dux Auſtraſiæ* omnem movere cœpit lapidem, quò, ſi liceat, lites illas compone-
. Sed nondùm licuit. *Rex Chriſtianiſſimus* ergò,
gnis viribus in copias conſcribendas intentus,
lique conclaſſavit. Ut etiam *Batavos* cieret. In-
tibus ſumptibusque rem urgeret.

VIII.

...tavi, inter cætera, Guilielmum Vranium, Henrici filium, parentis ſucceſſorem nominant.

...la *Chriſtianiſſimi Regis* armorum præparatio u-
raque, quod ajunt, manu cupidè aripiebatur à
...avis. Tametſi enim *Rex Angliæ* inducias, cum
...banis recèns ineundas, ſuaderet, *Batavi* tamen,
...e Chriſtianiſſimo in arma incumbente, potiùs
lum, tantis ſub auſpiciis, quàm ocium, ac pa-
n, amplecti maluerunt. Ut etiam, cæteros inter
paratus bellicos, provinciæ confœderatæ quin-
quagintà florenorum millia menſtrua in mili-
n *Suecicam* conferrent. Currente hoc anno, *VIII.*
...Maij, Ordines Belgii confœderati *Guilielmum V-*
...ium, Henrici filium, ſi quid parenti fortè acci-
et, in ſuceſſorem declarârunt. Codicilli, quibus
munitas, dignitaſque, illa conferebatur, erant
tales: *Ordines Hollandiæ, Seelandiæ*, & *Friſiæ Occiden-*
...s, notum faciunt.

Poſteaquàm fidem, officia, ac merita, quibus
epotentes *Ordines*, Illuſtriſſimi *Principes, Guiliel-*
...s, Mauritius, & *Henricus Fridericus*, *Vranii*, guber-
tores *Belgii*, affecerunt, ad animos admittunt,
ratiſque animis conteſtari amant, quàm jucun-
tantorum officiorum, tot ſub periculi plenis,
graviſſimis, occaſionibus, ad honorem *Dei*, & e-
olumentum communium provinciarum, præ-
torum, ſibi eſſet memoria, ac recordatio. Quàm-
ne firmam in ſpem venerint, fore, ut *Guilielmus*
...inceps, Avi, patrui, ac parentis, veſtigia calcatu-
s, ſuo tempore, eadem fide, ac felicitate, tàm *Re-*
ligione, quàm regiones, eſſet propugnaturus. Hanc
in rem, maturis ſuſceptis deliberationibus, decre-
tiſſimum ſibi eſſe, ut, ſi quid humanitùs *Henrico*
Principi, parenti (quod *Deus* diu, ac longè, vellet a-
moliri!) fortè accidat, in ejus locum unanimibus
ſuffragiis ſurrogent, ac ſufficiant, *Guilielmum Prin-*
cipem, filium. Omneſque, quas *Princeps* pater digni-
tates, honores, præeminentias, titulos, inſtructio-
nes, inpræſentiarum obtinet, ampla manu in il-
lum conferant. Illis omnibus ſuo tempore ut am-
pliſſimè utatur, fruatur.

Hoc decretum *Ordines*, per delectos ſuos, *Hen-*
rico Principi, parenti, præſente, *Guilielmo Principe*,
filio decenter intimari, juxtáque, quibus ad hoc
adducti eſſent argumentis, declarari, curârunt.
Non potuit non eſſe hæc *Ordinum* benevolentia
Henrico Principi acceptiſſima. Ut, gratiis impendiò
actis, ſanctè promitteret, ſe nulla non ſub occaſio-
ne *Guilielmo* filio inculcaturum, Totus nempè in
eo eſſet, &, majorum exemplo, juxtà *Religionem* a-
vitam, patriæ jura, libertatem, faſtigiumque, pro-
pugnare, ac tueri, niteretur. Quibus cum verbis
legatos inſtructiſſimis adhibuit epulis, eumque
diẽ, variis repræſentatis ludicris, feſtum, ac ſuum,
eſſe voluit.

IX.

Hiſpani, Cæſareanique, in apparatus bellicos pari lege incumbunt.

NEque lentiùs *Hiſpani*, ſuarum rerum ſatagen-
tes, operoſis ſub impenſis, belli fortunam re-
tentârunt. Tanto autem ſub fervore, ac ſeveritate,
per provincias *Ibericas* cenſus tùm quidem exige-
bantur, ut nemo vel è *Proceribus, Ordinibusque*, exce-
ptâ *Infante, Belgii* gubernatrice, gregariis militibus,
& hominibus mendicantibus, immunis eſſet. *Flan-*
dria quindecim pedeſtrium millia, & ſexcentos e-
queſtriũ, *Brabantia* decem millia, *Arteſia* octo mil-
lia, *Clerici* decem millia, aliæque provinciæ, pro
rata, ut vocant, promiſerunt. Sic, ut has copias per
integros novem menſes propriis alerent impen-
diis, militibuſque ſatisfacerent. Eâdem operâ per
civitates ingens armorum, commeatuſque, per a-
grum verò frumentationum, pabulationumque,
magna vis conquiri cœpit.

Quanquam verò, juxtà decretum conventus
Lipſici, per *Imperium Proteſtantes* conclaſſarent. Ni-
hilo-ſeciùs *Catholici Electores*, ac *Principes*, omnes
propemodùm, in novorum bellorum proroga-
tionem, nervos intenderunt. Sic, ut inprimis *Cæſar*,
indictis per *Bohemos, Sileſioſque*, diætis, ingentes pe-
cuniarum, armorum, vehiculorum, ac fru-
mentationum, numeros contra-
heret.

* *
*

Io. Petri Lotichij
RERVM GERMANI CARVM
LIBER XXXIX.

CAPVT I.

De Suevico, & Franconico, Circulis, fœderi L pſico renunciantibus.

I.

Proteſtantes, paſſim vires colligentes, ſuperveniente exercitu Cæſaris Italico, retunduntur.

FRemebant hoc tempore plerique per *Imperium Proteſtantium* armis *Circuli*. Ut novum, ingensque bellum parturirent. Et jam, inter cæteros *Ordines*, etiam per *Alſatiam* ſtipendiis cohortes obligabant *Argentinates*. Etiam *Durlachius* in partibus erat, militemque cogebat. Etiam, *VVürtenbergicus* arma expediebat. Sic, ut jam tùm *VVimpfenâ* interceptâ, *Bavaricos* præſidiarios ejiceret. Idemque *Auguſtæ Vindelicorum* injungere vellet, irent, &, pro *Circuli Suevici* defenſione, millenarios quatuor conſcriberent.

Sed magiſtratus *Civitatis Catholicus* huic inſtituto oppidò repugnavit. Partimq; inopiam objecit. Majorem verò in partem edicto cavit, ne quis civium, ſub amiſſione privilegiorum urbanorum, æra mereret, extrà *Cæſaris* militiam.

Hæc dùm magnis auſis illis in locis fervent, ecce! *Vicethumius*, & *Oſſa*, legati *Cæſarei*, oculos ſuper *Argentinates* injiciunt. Tanquam ejus in Reipubl. cõcluſionem cum tempore collaboraturi. Hoc nomine, cum legionibus in ditionem *Comitis Hanovico-Lichtenbergici* penetrantes, *Lichtenaviam* occupârunt. Annonâque ex *Haganoa* hûc convectatâ, excitatis propter *Rhenum* loricis, locum tutari cœperunt. Nec mora, datis ad *Argentinates* codicillis, *Oſſa* injunxit, miſſionem darent militi, armiſq; ſeſe abſtinerent. Sed negavit hoc civitas, vetuſtis illis privilegiis, quibus inſtructa liberè hoc ad *Imperium* veniſſet, allegatis. Ut etiam tranſactionem nuperam *Aſcipyrgicam* objiceret.

Intereà, copiæ *Cæſaris*, ſub manu *Fürſtenbergii*, ex
Italia in *Germaniam* revocabantur. Quæ ubi re
in *Circulum Suevicum* irrumperent, *VVürtenber*
non ſatis erat tùm virium, hunc exercitum ut re
ceret. Tametſi enim obluctaretur, *Imperiique* co
ſtitutiones prætenderet, parùm tamen effectû e
Quòd civitates, locaque finitima, metu, & ſpe d
biâ, fluctuarent. Sic primùm, cum impetu, in *Me*
mingam itum eſt. Cum interminatione, niſi civi
imperata faceret, omnia paſſuram eſſe ultima. S
Senatus, *Electoris Bavari* interceſſione, per gratia
obtinuit, ut ejurato decreto *Lipſico*, pœnæ loco, e
pilationem quinquaginta florenorum millibus
dimeret, cohorteſque, ac tributum menſtruu
admitteret.

Memmingâ ſub leges vocatâ, mox ordo *Kempte*
tetegit. Hæc autem imperium nihil morata, ult
claves obtulit, cohortes intrò recepit, lytroque i
genti, octogintà florenorum millibus, perſolu
periculum declinavit.

II.

Cæſareani, prætentatâ Vlmâ, Ducem VVürte
bergicum decretum Lipſicum ejurare j
bent.

PRæliminaribus illis civitatibus potiuntes *Cæ*
reani, de ulteriori ſucceſſu ſperârunt rectiù
Mallent igitur *Vlmam* inprimis redigere in ordin
ſi id per fortalitium licuiſſet. Ad propoſitum a
tem per vim graſſari ſe non poſſe, prævidentes,
artes converſi ſunt. Putabantur tùm fuiſſe int
urbem homines, partibus *Cæſareanorum* impendi
faventes: qui quidem cum exercitu forinſeco c
ſpirâſſe ferebantur. Atq; hi, narrante famâ, mo
excogitârant, qua urbs per cuniculos, mœnib
ſuffoſſis, nudari, expugnariq;, poſſet. Sed in temp
re indicio famulæ proditio detegi cœpit.

Hæc intrà ædem, vel ballaviam, *Teutonicam* m
niſtram, notavit ſibi rem eſſe præ manibus inge
tem

,magnæque ſuſpicionis plenam. Itaque,con-
ntiâ flagellante, civibus certis inſinuavit, reli-
ne ſe urgeri, ſecretum ut certum magiſtratui
palaret. Neque enim ſeſe rem tantam intrà præ-
lia, quò minùs efferret, ſtrangulare poſſe. Pro
ione iccircò tàm rei neceſſariæ, quàm arduæ,
citata, aperuit, nempè, intrà ædem *Teutonicam*,
gno numero vaſcula, pulvere pyrio infracta, la-
Modò promptè inveſtigarentur, facilia in-
tu fore. Eò enim ſpectare ſecretum, ut, proxi-
Dominicâ, ſub concionis ſacro, ignes ſubjice-
ur. Sicque patefactâ, mœnibus dejectis, civita-
i irrumperetur. Adjectis etiam confidenti-
hiſce dictis: Locuſtam, ſive aniculam, pretio
ruptam, tàm horribilis ſecreti effectum datu-
. Hæc intelligens *Senatus*, manum militarem
niſit, quæ in inſidias inquireret. Inventa prout
ula indicârat, proditionis opera. Apertique
tùs humum cuniculi, uſque ad turrim pul-
e pyrio refertam, penetrantes, quæ mœnibus
abat. Sine mora ergò apparatus ille inflamma-
s, oppidòque noxius, in urbis armamentarium
nsportari cœpit, cujus quidem vis & quantitas,
t ingens. Simulátque extracta quatuor homi-
n paria, è quibus fœminæ quatuor, cujuſmodi
tanti ſceleris effectum pretio fuerant emerca-
Abſque eo igitur famulæ fuiſſet indicio, ſubje-
stùm ignibus civitatis mœnia, uſque ad mani-
tam irruptionem, collabefactari potuiſſent. Jam
n enim in proximo excubabant legiones, quæ
entum, inſtituto ſuo opportunum, præſtolaren-
. Sed, cùm fortuna cladem ab urbe propelleret,
idiaſque everteret, *Cæſareani*, tanquam aliud a-
ntes, atque ad *Thillyum* feſtinantes, tranſitum,
mmeatumque, petere cœperunt. Rectà exindè
provinciam *VVürtenbergicam* educentes, popula-
nibus omnem viciniam corruperunt.

Eorum adventu, *Iulius*, *Adminiſtrator VVürtenber-
us*, collectum è ſedecim millibus exercitum, pro-
xit ad *Tübingam*, campiſque diffudit. In hos *Für-
nbergius*, interceptis *Minſingena*, & *Reutlinga*, civi-
tibus, nocte intempeſta promovit, *Marte* exper-
rus. Ejus copiæ ad viginti hominum excurre-
nt millia, ſub *Anhaltino Principe*, *Sultzio Comite*,
tringerio, aliiſque ductoribus. Quibus ubi de-
etum eſſet, explicatâ coràm acie, diſpoſitiſque
rmentis, exercitum adoriri *VVürtenbergicum*, ec-
! *Adminiſtrator*, ope ſociorum deſtitutus, nec tan-
s viribus, ex inopinato ingruentibus, par, in-
anſactionem deſcendere, quàm graviora regio-
ibus, ſub tutela ſua verſantibus, imponere maluit.
aque in conditiones itum eſt. Quas tales tùm
roponebat *Fürſtenbergius*: Nimirùm *Adminiſtrator*
ecreto *Lipſico* renunciaret. Fœdus ejuraret. Arma
oneret. Subditis miſſionem daret. *Cæſareanis* ſta-
iones divideret. Suiſque, ut *Cæſari* mereant, non
nterdiceret. Et de cætero morem gereret. Ità fu-
urum, ut cum *Cæſare* reverteretur in gratiam. *Ad-
miniſtrator*, pro civitatibus *Imperii*, intrà *Sueviam*
poſitis, interveniens, etiam has præſenti tractatio-
ni inſerere laboravit. Sed negavit *Fürſtenbergius*, u-
nicuique, inquiens, ſive civitati, ſive ordini, pro ſe
reſpondendum eſſe. Ideoque, pro tribunis, ſibi me-
rentibus, egit. Ne hæc ſua illis fraudi foret expedi-
tio. Ad hæc *Fürſtenbergius*: Præſentem quidem, in-
quit, reatum hac compoſitione expiari. At, ſi qui
antehâc peccâſſent, illam prævaricationem à ſe
condonari non poſſe. Tametſi verbis, ad clemen-
tiam conciliandam opportunis, eam in rem *Cæſa-
rem* eſſet veneratus. An ejuſmodi aliquid impe-
trare liceat.

Quibus ultrò, citròque, curioſè diſcuſſis, tan-
dem has in leges utrinque deſcenſum fuit. Nempè
Adminiſtrator, unà cum ſuis omnibus, mandatis *Cæ-
ſareis*, ex debito, ſatisfaceret. Decreto *Lipſienſi* nun-
cium remitteret. Ex adverſo, tàm ipſe, cum fami-
lia, quàm pupilli, Principſque vidua, unáque mi-
niſtri, familiares, ac tribuni, in protectionem, pri-
ſtinamq; cũ *Cæſare* gratiâ, reverterentur. Abhinc,
juxtà *Cæſaris* mandata, ſubditos domum dimitte-
ret, dimiſſos exarmaret. Peregrinis, ſtipendio ob-
ligatis, in præſentia delectorum *Cæſaris*, miſſionem
daret. Neque obſtaret, quò minùs ad militiam *Cæ-
ſaream* tranſirent. Si quibus arma ſub *Cæſare* ferre
haud rideret, iſti, adversùs *Cæſarem* deinceps haud
militaturos, ſacramento caverent. Hæcque eadem
lex ſervaretur cũ auxiliaribus, à cæteris *Principibus*,
Ordinibus, ac *Civitatibus*, *Adminiſtratori* ſubmiſſis.
Denique *Cæſareanum* illum exercitum *Dux* ſub pro-
vinciam reciperet, quouſque *Imperatori* viſum eſ-
ſet, commeatuque neceſſario juvaret. Sub hac re-
ciproca cõpromiſſione, ex partibus *Cæſareanorum*,
milites intrà terminos modeſtiæ futuros, debita-
que ſub moderatione tandem provincia illa exceſ-
ſuros eſſe.

III.

*Vlma, Norinberga, Civitates, totuſque Franco-
niæ Circulus, ſub leges redactus, renunciant
Lipſienſi decreto.*

SEd, præter *Fürſtenbergii* fidem, & inſtitutum, mi-
litaris licẽtia, pro more plus ſibi permiſit, quàm
è re provinciæ, ac ſubditorum, eſſet. Ipſe verò *Für-
ſtenbergius*, magna copiarum parte in ſtativa diviſa,
aſſumptis legionibus ſelectis versùs *Vlmam*, *Nord-
lingam*, *Eslingam*, *Reutlingamque*, reduxit.

Paulò antè *Vlmani* aliquammultas in caſtra
VVürtenbergica direxerant cohortes. Sed hæ, in via
hærentes, ubi ſuper tranſactione intellexerunt,
vela re colligentes, magna cum ſedulitate iter re-
collegerunt, periculumque evitantes in urbem
reverſi ſunt. Mox itaque *Vlmam* par ſors, ſive caſus,
excepit. Ubi enim provincia *VVürtenbergica* ſpiri-
tus ſubmiſiſſet, *Vlmenſeſque* auxiliis in proximo de-
ſtituerentur, ad exemplum *VVürtenbergii*, cũ *Cæſa-
re* in gratiam reverti, quàm ultima quæque exſpe-
ctare, maluerunt. Hoc nomine ſtatutum illud *Li-
pſienſe* ejurantes, ſex pedeſtrium, & duo equeſtriũ,
ſigna exautorârunt. Tributorumque veterri-
mam rationem diducentes, aliquot *Cæſareanorum*
cohortes aliquouſque, ſub agro ſuo, aluiſſe com-
perti ſunt.

Eo pacto poſteaquàm cæteras, ſub *Circulo Sue-
vico*, *Imperii* civitates *Fürſtenbergius* à fœdere *Lipſico*
reſilientes in ordinem redegiſſet, arma in *Franco-
nicum* convertere perrexit *Circulum*. Ubi loco-
rum pari felicitate *Ordines*, *Civitateſque*, ado be-

dientiam *Cæſaris* reducens, fœderi *Lipſico* valedicere juſſit. Interim, *Brandeburgicus Marchio*, antequàm hæc vis ingrueret, quinque equeſtrium cohortes, pedeſtrium verò millenarium, ad *Electorem Saxoniæ* præmiſerat.

Quid *Norinberga* faceret? Hæc quoque non diu morata, *Vlmæ* imitatione, par fecit, ſtatutumque *Lipſienſe* reliquit. Ut ultrà neceſſariam præſidii rationem, tria millia æra merentium exautoraret.

CAP. II.

De Electore Saxoniæ, conſtantiam ſuam, quoad decretum Lipſienſe, proferente. Diætamque novam apud Dreſdam aperiente.

I.

Elect. Saxoniæ decreto Lipſienſi conſtanter inhæret.

TAmetſi paulò antè *Saxoniæ Elector* confœderatis apud *Lipſiam Ordinibus* inculcâſſet conſtantiam, fidemq; dediſſet, ſe ne latum quidem unguem à pactis antè legibus receſſurum. Irent modò, *DEUM* orarent, decretoque inhærerent. Pariterque arma haud ſegniter expedirent. Nihilominùs, quin præcipua *Lipſienſis* illius conventus membra ab inſtituto reſilirent, præcavere non evaluit.

De *Sueciæ Rege* ità eſſe, præ ſe tulit, ut nondùm arma cum illo ſociare ſit affectus. Illud enim decreto repugnare. Interim modò legiones, & arma, expedirent *Ordines*, pacem ſe proximè exſpectare. Quodſi tamen ratio pacis non inveniat locum, & ultima immineant, tùm quidem fore tempus, & occaſionem, quâ *Rex* in partes venire, munuſque archiſtrategi obire, queat.

Quòd igitur *Catholici Magnates* viderentur illi hoc agere, quò *Auguſtanam Confeſſionem* ad tibicines, prout ajunt, mitterent, funuſque pararent. Eò animoſiùs obniti cœpit, quò illis illorum conatibus oppidò reluctaretur. Præſertim, cùm, ſub excidio *Magdeburgico*, appareret ratio non tralatitia, partem adverſam omnem in *Proteſtantes*, eo ſub agone, virulentiam eructare voluiſſe. Proindè, cùm *Hegenmüllerus*, legatus *Cæſareus*, veniſſet ad *Electorem*, ut, nomine *Cæſaris*, ſuper fœdere *Lipſico*, coràm experiretur, *Elector* apud *Torgam*, antequam legatum dimitteret, juxtà reſponſum, codicillis expreſſum, in præſentia procerum aulicorum, objicere nullus intermiſit, quàm *Matthiæ Imp.* beatæ recordationis, & *Ferdinando II.* nunc rerum p
tienti, fidelis fuiſſet. Quæque officia ſincerâ, opt
mâque fide præſtitiſſet. Viceverſa, quæ, quant
que, pollicitationes ſibi, in *Luſatiam* educenti, ſ
per intemerato *Confeſſionis Auguſtanæ* exercitio, e
ſent factæ. Quamque nulla interjicienda fore
obſtacula, quò min' *Evangelicæ Religionis* curſus i
terturbari poſthâc quitus eſſet. Sed multa ſe de
derare in promiſſis, cujuſmodi non fuiſſent ord
ne impleta. Potiſſimùm, cùm *Magdeburgi* iſta pl
quàm tragica everſio mentem ſibi percellat.

Hanc in rem *Electorem* à legato contendere, v
let apud *Cæſarem* ſuo nomine inſtare, quò quere
Proteſtantium, apud *Lipſiam* nuper congregatoru
quantò ociùs remedium applicetur, hicque mo
bus à fundamento curetur. Niſi hoc fieri poſ
Electori fraudi eſſe non oportere, ſi præcitatum L
pſienſe illud decretum tandem deducat ad ef
ctum. *Deoque*, & tempori, rem omnem co
mittat.

II.

*Electoris, ad Ferdinandum II. Imp. & Fe
dinandum III. Vngariæ Regem, pe
toriæ.*

QUibus ſub verbis ubi legatus eſſet dimiſſ
Elector porrò ſequentibus *Cæſarem* dimiſsè i
terpellare non deſtitit. Cultum, amorem,
demque ſuam, inquit, quibus *Cæſarem*, familia
que *Archiducalem*, proſecutus foret, eſſe in med
Hanc illam iſtam integritatem abſque fuco, ac
mulatione, ſemper interveniſſe. Ut nihil an
quius habuerit, quàm ut *Cæſari* officia tàm gra
quàm utilia, conteſtaretur. Secundùm hæc, m
leſtum ſibi accidere, dùm in hæc tempora incid
ſet. Quibus ea, quæ oppidò ſint oculis ingra
animoque adverſa, intueretur. Ideoque enix
Cæſare flagitare, pateretur eò animum *Cæſare*
inflecti, neque ulteriùs admitteret, quò fide
Ordines adversùs *Imperii* conſtitutiones, libertate
ac conſuetudinem, ulteriùs affligerentur. Sed ta
dem querelis, ac gravaminibus, mederetur. C
liſiones inter *Ordines* clementer tolleret. Con
dentiam reſtabiliret. Pacemque tandem re
tueret. Semel autem *Cæſar* ad animum intim
admitteret, quid denique exſpectandum ſit, ſic
bi *Ordines* tandem aliquando hac in parte refov
ri non accidat. Se, præter integritatem, ac fide
ad *Cæſarem* afferre nihil. Ut *Cæſari*, & *Imperio*, co
ſtantiam præſeverare velit unicè. Vice verſâ, ſ
Cæſare juſtitiam, gratiam, ac protectionem, ſec
rè exſpectare. Sub demiſſa corrogatione, *Cæ*
tàm fidelis *Electoris* ne dememiniſſet. Neque tà
duris remediis adversùs *Ordines* uteretur. S
mitiſſima remedia clementiſſimè præferret.

Hæc cùm ad *Ferdinandum Cæſarem* dediſſet, i
ſimulátque *Ferdinandum Regem* filium, interpel
vit: Dignaretur *Rex*, penès *Cæſarem* parente
opportunâ ſeſe ingerente occaſione, interve
re, ac petere, quò *Cæſar* ſolicitudini ſuæ, rectæq
voluntati, ſubveniat. Manſuetudinem, ac le
tatem, explicet. Dividias, ac diſſidia, *Catholi*

inte

er, *Proteſtanteſque, Ordines* creſcentia, dirimat. *E*-ores, *Principes, Ordineſque*, pro libertate ſua, tuea-. Leges fundamentales, *Imperiique* conſtitutio-s, in vigore ſuo conſervet. Neminem adversùs actiones illas oneret. Adeóque languidum, penè defectum, *Imperium* ab ultimo, funeſto-e, interitu præſervet. Hoc iter, hancce viam il-n eſſe, quâ afflictos *Electores, Principes, Ordineſque* i apprimè devincere. Seque, & *Archiducalem* fa-liam ſuam, omnibus commendatiorem red-re, tantúmque non hanc laudem æternitati nſcribere, ſuſtineat.

III.

ector, apud Dreſdam, diætam provincialem aperit.

Ecundùm hæc, *Elector* diætam provincialem, *Dreſdæ* celebrandam, ſequentibus indicere cœ-t: Nimirùm, inquit, paucos effluxiſſe annos, quò ordines convocâſſet, conventumque ha-uiſſet anteà. Ut nihil æquè in votis habeat, ìàm ſi huic labori ſuperſedere pro tempore ueat. Illam autem eſſe *Imperii* neceſſitatem, a finium ſuorum pericula, ut non decreſcant, d vires identidem acquirant majores. Ut nul-s intermittere poſſit, quin cum provinciæ pro-eribus conſultet. Rationeſque ineat, quibus lecta patria adversùs pericula quæcunque præ-rvari amet. Eapropter, è paterna cura, ac ſo-citudine, provectum *Electorem* diætam apud *reſdam* ad *SS. Trinitatis* feſtum indicere. Venirent empè omnes poſtridie. Auditoque ſacro, loco onſueto deliberationibus adeſſent. *Electoriſque* nente, ac propoſitione, perceptâ, illud delibera-ent, decernerentque, quod ad *Religionis Evange-cæ* conſervationem, patriæ utilitatem, & unius-ujuſque ſecuritatem, pertinere videbitur.

IV.

Elector, per legatos, agit cum Thillyo.

Oſt flebilem illam urbis *Magdeburgicæ* haloſin, *Thillyus*, miſſis ad *Elect. Saxoniæ* tàm litteris, quàm egatis, hoc multis videbatur agere, quò, tragica lla everſione in medio extante, tàm *Electorem*, quàm cæteros *Ordines Proteſtantes*, terreret, illiſ-que decretum illud *Lipſicum* excuteret. Dùm gitur coràm *Hegenmüllero*, legato *Cæſareo*, *Elector* paulò antè recepiſſet, ſuper amicæ pacis tractationibus, inter *Cæſarem, Regemque Sueciæ*, ſuſcipiendis, ſeſe data opera vigilaturum. Sic tamen, ut hac de re priùs cum *Thillyo* velit communicare. Eapropter, pridie Calend. Jun. è *Lipſia Miltitium*, & *VVolckersdorfium*, legatos, miſit ad *Thillyum*, qui illa proponerent. *Thillyo*, inquiunt, innotuiſſe, quo conſilio nuper *Cæſar* ad *Electorem* miſiſſet *Hegenmüllerum* legatum, eo fine, ut inter *Cæſarem, Sueciæ Regem*, pacis ſuſciperentur tractationes, *Electoreſque*, & *Ordines Proteſtantes*, tanquam arbitri, intervenirent, induciaſque ſatis luculentas procurarent. Secundùm hæc, *Thillyus* meminiſſet quibus verbis, ſatis aſperis, urgere cœpiſſet. *Ordines Proteſtantes*, copias, pro defenſione patriæ, ſubditorumque, conſcriptas, exautorarent, mandatiſque *Cæſareis* morem gererent.

Jam ipſe judicaret, an remediis id genus, ſub *Imperio* inuſitatis, duriſque, neceſſitati hujus temporis medela afferretur. Cùm nihilo-minùs leges *Imperii* juramento confirmatæ, hoc inculcent, ut amicâ interveniente ratione, ſub afflictione gementes, *Ordines* ipſo opere refoveantur, adversùs libertatem, *Imperiique* conſtitutiones, ne onerentur. Ne accidat, dùm ignes extinguere labor eſt, majus naſcatur incendium, omniaque flammis exſuperantibus porrò involvantur.

Nuper etiam *Electorem Moguntinum* litteris experiri cœpiſſe. Quibus hoc ſolicitè ageret, videret nempè *Elector Saxoniæ*, quibus rationibus *Regis Sueciæ* per *Imperium* progreſſus retundantur. *Cæſari* auxilia non intercipiantur. Nedùm inter utriuſque *Religionis Ordines* diffidia foveantur. Se quidem omni induſtria laboraturum, ne gravior inter *Cæſarem*, *Ordineſque*, colliſio, aut ruptura emergere ſuſtineat.

Idem *Georgium*, *Heſſiæ Landgravium*, ſignificâſſe. Nempè *Electorem Moguntinum* miſſo legato explicâſſe, quàm *Catholicorum Principum* confœderatorum conventus, apud *Dünckelſpilium* coactus, finiiſſet. Illudque decretum emerſiſſet, proximè poſt *Calend. Sextiles* apud *Francofurtum* aperiendum eſſe diætam. Quâ amicis legibus *Ordines Catholici*, *Proteſtanteſque*, deinceps experirentur. Sic, ut, intrà quatuor ſeptimanarum paria, ipſo actu conveniri poſſit. Ità quidem affectos eſſe *Ordines Catholicos*, ut ad ſummam ac ſedulam compoſitionis, amicæque pacis procurationem, nihil facturi ſint reliqui. Hæc *Landgravius* ordine ſignificaret. Par ipſummet *Electorem Moguntinum* facturum.

Neque hoc loco acquieviſſe *Landgravium*. Ut porrò indicaret, *Cæſarem*, per *Trautmansdorfium Comitem*, & *Stralendorfium*, *Imperii Vicecancellarium*, ad ſe codicillos dediſſe, quibus tantùm non *Hegenmülleri*, legati illius, actiones præallegaret, ſed peculiarem animi in pacem inclinationem conteſtaretur. Ut porrò declararet, jam demùm candidiſſimos affulgere ſoles, remediaque oſtendi luculenta, quibus tàm ſuper bello *Suecico* amica lege tranſigi queat: quàm ex *Edicto* emergentes quærimoniæ conſopire fas ſit. Illa nunc remedia, abſque moræ extractione, expedienda venire.

Quæ cùm ſic quidem forent comparata, *Electorque* anteà *Cæſaris* legato aperuiſſet, quæ ratio eſſet decreti *Lipſici*. Quouſque militia *Proteſtantium* extenderetur. Quámque illa, præter divinarum, humanarumque, ipſius naturæ, & omnium gentium, legum obſervantiam, *Imperiique* conſtitutionibus licitam defenſionem, decernat nihil. Ut neque conſuetudinibus *Imperii* adverſetur. Neque in cujuſcunque mortalium offenſionem militet. Tantò minùs, ut *Cæſaris* autoritati quicquam illo pacto deroget. Ut potiùs ſincera, optimâque, fide confirmet, ſeſe

deinceps ſubmiſſionem , devotionemque, *Cæſari* conſervaturum eſſe. Ut, ſicut anteà hanc conſtantiam ipſo opere demonſtrare cœpiſſet; etiam ſub hoc rerum agone, periculi pleno, affectus ſit. Proindè *Electorem* firma ſpe niti, futurum, ut mentem hanc ſuam *Thillyus*, tanquam in nummo ſculptam, inſpiciat. Sinceramq;, & ſubmiſſam, obſervantiam, & quàm integerrimè affectus ſit, ipſe videat, totuſque approbet. Ut neque juſtis, æquiſque, *Electoris* petitionibus refragari velit. Illud enim unicè ab *Electore* ſpectari, impendioque, ac mirificè, deſiderari. Quò legibus, ſacramento confirmatis, juribuſque tàm naturalibus, quàm omnium gentium calculo approbatis, vigor conſervetur. *Electoribus* dignitas, officium, ac prærogativa, conſtet. *Imperii* uſus, & conſuetudines, obſerventur. Promiſſa, tàm ſanctè facta, impleantur. Officia, & merita, non minori fide, ac conſtantia, quàm utilitate, præſtita, tàm laudibus, quàm præmiis, condecorentur. Hæc omnia ſic quidem videri comparata, ut *Elector* magis ſatisfactione, ac benevolentia, quàm afflictione, aut interminatione, ſit condignus.

Tàm rectum, ingenuumque, *Electoris* amorem, fidemque, ergà *Imperatorem*, *Thillyo* eſſe cognitiſſimam. Undè facilis illi foret conjectura, quanto ſibi ſit dolori, tanquam è vetuſta illa familia qui natus, meritiſque *Electoralibus* illuſtris, eſſet, ut eo pacto neque inclementiùs tractari, neque vi, ac minis, compelli, debeat. Etiam *Electorem Moguntinum* jam nunc cœpiſſe conteſtari, quàm, ex partibus *Catholicorum*, migrationes, emunctiones, & exceſſus, legionum haud probarentur. Ut ad legum fundamentalium, *Imperiique* conſtitutionum, conſervationem, unàque *Pacificationis* tàm *Religioſæ*, quàm *Politicæ*, obſervationem, libertatiſque, ac dignitatis, *Ordinum* vindicationem, nihil operæ, laboris, ac ſumptuum, in ſe deſiderari ſit paſſurus. Illis *Electoris Bavarici* laude dignum ſuperaccedere ſuffragium. Dùm nuperis apud *Ratiſponam* comitiis, hoc in genere ſapienter intuliſſet, *Leges Imperii* nulla quantumvis neceſſitate transſcendendas venire. Ut hoc neque *Thillyum* fugere poſſit: Adverſariis *Imperii* ejus rei fidem facientibus.

Articulum, tàm carò partæ, confirmatæque, libertatis, nec non legum fundamentalium, *Imperiique* conſtitutionum, in vigore conſervandarum, omnes, abſque *Religionis* diſcriminatione, *Ordines*, ſinguloſque, concernere. Ut illis *Elector* in præjudicium tentare nihil auſit, poſſitque. *Electorem* ſe utique *Imperii* immotam eſſe columnam. Eoque nomine obligari ad *Imperii* honoris, utilitatiſque, ſtabilimentum. Accuratiùs igitur, diligentiùſque, expenderet *Thillyus*, ſi accidat *Ordines Proteſtantes* graviùs affligi, aut vi injecta in ordinem redigi, velle, hoc ex illis eſſe, quòd animos, jam pridèm diffidentes, acerbiùs vulnerare, majoreſque colliſiones exaſperare, poſſit. Quò minùs ad amicas pacis tractationes perveniri amet. Ut color hoc pacto quæri videatur, tanquam hoc de induſtria agatur, ut amicæ compoſitionis propoſitum eludatur. Ut, dùm quidem compoſitionis diæta

nominetur, paciſque ſtudium, ac cura, præte[...] datur, interim *Ordines* copiis præveniri, m[...] joreſque in tricas, ac calamitates, conjici, u[...] veniat.

Ipſummet *Electorem Moguntinum* hoc age[...] quò intereà utriuſque *Religionis Ordines* colliſ[...] nibus ſeſe abſtineant. Scopumque propoſ[...] pacificationis haud interturbent. Ut opera[...] ſuam; eundem ad effectum ſpectantem, pr[...] mittat. Neque verò *Saxoniæ Electorem* illa d[...] poſſe conciliare. Nimirùm, quò modò in[...] ſeſe congruere poſſint, amicæ compoſitionis [...] gibus experiri, & nihilo-minùs *Ordines* [...] mis affligere, velle. Si enim, ex parte *Cat[...] licorum*, quæratur, hoſtilitas omnis quò de[...] meſcat. Quidni idem competeret *Proteſt[...] tibus*, intereà pari lege ne offendantur.

Etiam etiamque denuò *Electorem Saxo[...]* conteſtari, quàm fide, & cultu, ergà *Cæſarem* co[...] ſtanter proferendo, nihil prius, antiquiúſq[...] habeat. Ut *Electoribus* cæteris, collegis utiq[...] ſuis, quæcunque humanitatis officia decla[...] re, nullumque ex *Ordinibus Catholicis* ullo [...] cto offendere, cupiat. Ex adverſo, tàm à *Cæſa[...]* quàm *Electoribus*, cæteriſque *Ordinibus Catholi[...]* hoc ſe quidem optimâ fide ſibi polliceri, fu[...] rum, ut promiſſa, ſibi, aliiſque *Ordinibus*, fac[...] impleantur. Nemo adversùs *Imperii* leges fu[...] damentales, aliaſque ſanctiones, affligatur. S[...] ſecundùm normam, ac cynoſuram, legum, tanquam fidelem, *Electorem*, eo tenore, quo [...] perioris ævi *Cæſares* conſueviſſent, amaret, & p[...] ſequeretur. Pari operâ cæteri *Electores* ſe c[...] legam integerrimæ mentis eodem ſinceri am[...] ris affectu condignarentur. Ut etiam ab [...] juriis, *Electori* intentatis, honorem, atque e[...] ſtimationem ſuam, vindicare affecti eſſent.

Proindè, ſiquidem in eo totius rei ſumm[...] vertatur, ut meritò propoſitum pacis ama[...] centrum, etiam à *Catholicis Ordinibus* amplex[...] tum, nec minori cum cupiditate à *Proteſtan[...] bus* deſideratum, immobile eſſe oporteat. H[...] de re *Electorem* contendere à *Thillyo*, prout a[...] mus ejus, aliàs in pacem propenſus, eſſet præc[...] gnitus, pro ea, nuperrimè conteſtata, huma[...] tate, ageret, officia utilia interponeret, pac[...] que remedia proveheret. Neque advers[...] *Evangelicos Ordines* armis decerneret. Mul[...] minùs, ſicut rumor differat, hoſtiliter experi[...] tur. Ipſe enim facilè viderit, quàm hæc via [...] pacem, ac quietem, *Imperio* conciliandam, c[...] ducat minimè. Ut potiùs in mæandros, labyrinthos, deflectat. Hirtis, teſquiſque, i[...] plicet. Adeóque, deſperationi opportuna, [...] ctum cauſetur ingentem.

Secundùm hoc, manifeſtum evadere, qu[...] in cauſſa tàm juſta, legitimaque *Ordines* mi[...] audiantur. Legibus fundamentalibus vis f[...] Adeóq;, loco liberationis, inſontes armis opp[...] mi, plectique velint. *DEUM* juſtitiæ vindice[...] immò ipſam eſſe juſtitiam. Ut ſevera ex [...] juramenta, ſanctéque promiſſa, exigat. *Elector* nihil præter fidem, & integritatem, penſi habe[...] Pacem & quietem, unicè ſpectare. Ut deince[...] res *Electore* dignas, gerere, ac ſuſcipere, meditet[...]

Inp[...]

lmis autem de *Cæſare* certò ſibi promittat, fe- it ſuper demiſſa à ſe facta declaratione aquie- Neque patiatur, *Electorem* contemptu, injuri- e, affici. Tantùm abeſt, ut prorſùs debeat rimi. Hoc denique *Electorem* ultrò recipere, ſe- *rdinibus Proteſtantibus* etiam deinceps autorem irum, nempè armis ſuis intrà terminos mode- ,conſtitutionumque *Imperii*, ſeſe tenerent. Ne- em ex *Ordinibus Catholicis* offenderent. Erro- jue, ſi qui fortè occurriſſent, oppidò emenda- t. Immò inſuper dicteriis, dentatisque ſermo- us, ſeſe abſtinerent. Sub ſpe, futurum, ut *Thillyus* ropter *Proteſtantibus* eò facilius parcat. *Electoris* egerrimam mentem abundè inſpiciat. Pro pa- eproducenda operas ſociet. Priſtinumque ergà *torem* affectum perſeveret. Neque ſubditis s damni quippiam inferat. Ut etiam verbis, ntemptus plenis, minisque aſperis, in re- nes *Electorales* diſſeminatis, connivere no-

V.

ectoris Saxoniæ, ſub diæta provinciali, propoſitio.

HÆc in verba ubi *Thillyus* à legatis *Electoralibus* cœpiſſet interpellari, nihilo-minùs cum ercitu in *Thuringos* promovit. *Elector* igitur, to tempore *Lipſiâ Dreſdam* reverſus, *Ordini-* s, ad diætam provincialem invitatis, ſe- entia propoſuit. Nempè, utrùm conven- s, apud *Francofurtum* indictus, adeundus eſ- t? Et undè id genus ſumptuum petendus oventus? Quid cum *Thillyo* fieri oporteat: ui per *Thuringos* hoſtilibus ingrederetur ar- is? *Legatisque Electoralibus* tàm perfunctoriè ſpondiſſet? Quid *Cæſari*, decreti *Lipſici* ab- gationem urgenti, reſpondendum? Quid idem interpellanti *Bavaro Electori* reponen- im? Quo pacto copiæ alendæ, diſtribuen- æque? Et quæ ſupplementa porrò forent ad- cienda? An ſub hac violenta *Saxonicæ* fami- æ, ejusque agnatorum, confœderatorumque, feſtatione, pro excutiendo jugo, *Ordinibus nperii Proteſtantibus*, eorumque ſubditis, poſt ot enormes afflictiones, intentato, arma cum *ege Sueciæ* ſociare expediret? Quid denique *Ele- or*, ſuper *Primatu Magdeburgico*, in cauſſa ad ſe ma- imè ſpectante, ſtatueret?

VI.

Dreſdenſis diætæ decretum.

ID genus problemata poſteaquàm exactà rationis ſtaterâ trutinari cœpiſſent, concluſio n rem *Electoris* emerſit, ſic tamen, ut illa, inſtar ecreti, in myſticis haberetur. Hoc tamen romptè patuit, juxtà ingentem erogatam frumentationis, pabulationisque, vim, equetres, tanquam legitimos, ut ajunt, gladiatores *lectori*, domino ſuo, corpora, fortunas, vi- amque, religioſiſſimè addixiſſe. Nec non in ummis tres auri milliones pro tempore obtuliſſe.

Copiæ, jam tùm conſcriptæ, excurrebant ad octodecim hominum millia, trecentos, & quinquagintà. Sic ut equeſtrium millia quinque, trecenti & quinquagintà: Pedeſtrium verò eſſent millenarii tredecim. Ductores, & tribuni, ſub *Ioan. Georgio Arnheimio, Mareſchallo* generali, nominabantur potiſſimùm *Io. Melchior à Schvvalbach, Eques*, & *Locumtenens* generalis, *Dietericus Taube*, generalis rei armamentariæ, & *Rudolphus à Bindtauff*, generalis vigiliarum præfectus. Quibus accedebant *Ioan. Guilielmus*, *Dux Saxo Altenburgicus*, *Hofkirchenius Baro*, *Ioan. Georgius*, *Comes Solmenſis*, *Klitzingius*, *Dietericus à Starſchedel*, *Cæſar Pflugius*, *Euſtachius Löſer*, tribuni. Et jam antè diætam legiones prædictæ confluxerant. Quæ in *Electoratus* finibus, & circà *Lipſiam*, dividebantur. Ut, novo ſuperaccedente decreto, decem alia millia reſtarent ſtipendiis obliganda.

Hæc cùm, unà cum armorum, & rei tormentariæ, apparatu, in belli antecœnam veniſſent, reſtàbat miſſus ſecundus, ſive τὸ ἄριστον, ſicut veteres vocàrunt. Nimirùm, an arma cum *Rege Sueciæ* ſocianda venirent? Atque hoc conſilio mittebatur *Arnheimius*, rationes cùm *Rege* initurus ſecretiſſimas. Quippe *Electori* jam tùm erat exploratum, quàm omnia ultimo fluctuarent ſub periculo. Quàm res communis *Evangelicæ* è tenui penderet, quod texit aranea, filo. Quantùmque *Elector*, ab adverſa parte, valgis, quod dicunt, duceretur labiis. Meriſque lactaretur promiſſis. His, aliisque, urgentibus cauſſis adigebatur, extremo ut tanquam ſub morbo extremo uteretur remedio.

CAP. III.

De Saxoniæ Electore, ad Catholicorum Electorum, ſuper decreto Lipſienſi, interpellationem, vices reddente.

HOc ubi tempore *Electores Catholici* per *Elect. Moguntini* latus, dediſſent ad *Saxoniæ Electorem*, decretumque *Lipſienſe* impugnâſſent, ecce tàm *Saxo* ſic contrà ivit: Quid *Moguntinus*, inquit, cæteriq; *Electores Catholici*, ad *Proteſtantium Electorum, Principum, Ordinumq;*, è *Lipſia* intimationes, ſuper afflictionibus militaribus, &, in cauſſa bonorum *Eccleſiaſticorum* pendentibus animorum diſſidiis, quoad amicæ cōpoſitionis remedia, ac tractationes, quàm primùm auſpicandas, prolixa ſub inductione repoſuiſſent, hoc ſe è lectione litterarum cognoſcere. Cùmque *Electore Brandeburgico* communicare, cœpiſſe. Tametſi igitur, ſuper communi reſponſo, rationes inire, & conferre, potuiſſet, nihilò-minùs, ſingularis confidentiæ veteris ergò, ſeſe intereà particu-

ticulare iſthoc reſcriptum maluiſſe præcipitare, quàm ut cauſſæ, in medio verſanti, re ſic urgente, haud ſatisfieret.

Initiò autem, ſe in medio relinqueee, quid *Moguntinus*, cæterique *Electores Catholici*, ſuper decreto *Lipſico*, allegâſſent. Ut, in jure apprimè fundatam, ad *Cæſarem* nuper directã, deductionem, & ea, quæ cum *Moguntino* hanc in rem communicâſſet, hûc, compendii gratiâ, referat. Eam eſſe infelicis hujus temporis injuriam, ut animum ſibi haud parùm perturbet. Quodſi autem hactenùs, prout ipſe quidem toties extitiſſet monitor, lenitati rigor prævaluiſſet, exteros *Magnates*, quibuscum amicitiæ jus colendum eſſe, inculcet *Bulla Carolina*, variis ſub locis min⁹ irritari, *Imperiumq;*, absq; *Ordinũ* conſenſu, turbari, accidiſſet. Iuxtáq; copiæ, à multo tempore, adversùs *Imperii* leges, libertatemque à majoribus multo ſudore, & ſanguine, partam, fideles, & ſuprà modum tolerantes, *Ordines*, tantùm non opprimentes, in diverſas, easq; exteras, plagas non fuiſſent traductæ. Si, inquam ſalutares *Imperii* leges omnium utrinq; ex ęquo actionum norma, ac cynoſura, perſtitiſſent. Si deniq; belli fortuna, copiarũque abundantia, haud eò deveniſſet intemperantiæ, ut vi injecta perrumpere vellet omnia: certè, rectiùs hac cum patria nationis ageretur *Germanicæ*.

Negari non poſſe, quanta *Catholicis Ordinibus* ab *Vnitis* in limine faſtidia fuiſſent tùm quidem objecta. Ut codicilli, & deductiones, teſtentur, quę hinc emerſiſſent querelæ. Quàmq; *Imperii* cõſtitutiones vim fuiſſent paſſæ. *Chriſtianum II. Electorem*, fratrem ſuum dilectum, nunquam fœdus iſtud approbâſſe. Ut magis deteſtatus ſit. Illudque inculcârit, intrà *Imperii* ſanctiones, ac cancellos manerent, neq; citrà leges quenquam onerarent. Ejus *Chriſtiani*, uná que *Henr. Iul. Ducis Brunſuicẽſ.* & *Ludovici, Heſſiæ Landgravii*, dehortatorias extare, *an. M.DC.X.III. Cal. Sextil.* ſubcõvẽtu *Pragenſi*, ad *Vnitos* datas. Quarũ, inter cętera, hæc occurrerent verba: *Neq; ſic quidem omnia ſub prætextu copiarum Paſſavicarum, Alſaticarumq;, excuſari. Has enim ad Cæſarem ſpectare. Nullos Imperii Ordines offendere. Cùm ſub Leopoldi Archiducis Epiſcopatibus, abſq; ullius finitimi Ordinis detrimento, foveantur. Quodſi vos quoq; intrà fines veſtros, ex lege Imperii, militem continere maluiſſetis, in tantam inſontes ſubditi neceſſitatem, calamitatemq;, non fuiſſent conjecti.* Hactenùs illi. Ex iis nunc manifeſtũ evadere, quæ fuiſſet fidelium, rerumque *Imperii* gnarorum, *Electorum, Principumq;*, ſententia. Sapienter judicantium, neq; *Cæſari*, multò minùs *Ordinibus*, licere, ſuis ut copiis finitimos gravent. Sed intrà fines proprios, ex *Imperii* lege, militem contineant.

Verùm enim verùm, quàm miſerabilis, & calamitoſa, hactenùs, & quidem à bono tempore, fuiſſet *Electorum, Ordinumq;, Imperii* ratio. Quàm peſſimè à militibus affligi cœpiſſent. Quamq; regiones, unà cùm ſubditis, eſſent devaſtatæ, deſolatæ, ultiméq; peſſumdatæ, omnium verſari in conſpectu. Ut conſtanter ſic quidem ſentiat, ſi per *Rom. Imp.* utiq; libertate, & juribus ſuis, toti mundo commendatiſſimum, hoc ſive jus, ſive injuria, obtineat, neſcire ſe penitùs, quà parte tanti *Imperii* apex, dignitasq;, nec non *Electorum, Ordinumq;*, juxtà ſanctionis verba, faſtigium, decus, juris, iuſtitiæq;, norma,

vis, atq; potentia, conſiſtere poſſint. Ut longè
rioris notæ privilegiis, immunitatibusque, q
provinciæ, & regna hæreditaria, exceptis nati
bus barbaris, conſendum veniat. Immò, ſi hic t
exſpectandus ſit, iuribus, ac prærogativis illu
ſtituatur deinceps prorsùs omnibus. Atq; ho
mine exertim ac magna voce, ſe exclamare :
hæc tumultuario recidatur, aliaque, & hone
fidelium *Ordinum* habeatur ratio, malle ſe den
omnia exſpectare, patique, ultima, quàm u
Electorale nomen hac nota deinceps apud p
ros differendum ſit: Nimirùm, ſuis illis tem
ribus, ſe *Electore, Romani Imperii*, nationisque
manicæ, libertatem iſtas in tricas, ſervituten
ineluctabilem, redigi cœpiſſe. Fidem ſuam
in medio, *Deumque*, & homines, ſe obteſtar
iam deinceps hanc conſtanter declaraturum.
lum illud à ſe rogari, vice versâ ſui haberet
tio illa, quæ *Electore* foret condigna.

Neque ſic in *Imperio* ageretur, tanquam o
eſſent conturbanda. Sed *Electoribus, Ordinibu*
dignitas, libertas, ius que quæſitum, conſerv
tur. Neque adversùs indiſſolubilia *Imperii* le
vincula onerarentur.

Cæterùm, quòd *Moguntinus*, cæteriq; *Ele*
Catholici, fœdus illud ſuum, dictum *Ligarianu*
ſererent. *Proteſtantium* verò *Electorum, Princi*
Ordinumq;, per violentas militares afflictione
preſſum, defenſionis decretum (tametſi illud
dem fœdus nuncupari haud poſſit, ſed in meri
perii conſtitutionum paſſibus, adeóq; tàm div
quàm naturæ, omniumq; gentium, iuribus, a
ſuetudinibus ipſius *Imperii*, fundetur) vel ob id
quam illegitimum, damnarent: Eo, quòd *Ca*
corum Ordinum fœdus *Cæſaris* tàm ſcitu, quàm r
tu, coaluiſſet. Quódq; tantùm, & unicè, pro *Ca*
autoritatis, *Imperiiq;*, conſervatione, militet.
videlicet eius eſſe generis, cuiusmodi ſibi nov
mirandiq;, videantur ſaporis. Quicquid enim
munes, & œcumenicæ, *Imperii* conſtitutione
mitterent, hoc nemini fraudi eſſe oportere. Q
diu iuſti, æquiq;, norma ſuperſit. Ut in hoc tàn
ra civilia, quàm canonica, conſentiant.

Secundùm hæc, ſi *Catholici* illius *Ligariani* fo
ris ortus excutiatur, ex actis omninò liquere
oppidò diverſam. Nimirùm, ſuperioris ævi *Cæ*
utrumque tàm *Ligæ*, quàm *Vnionis*, axioma pr
periculi plena, noxiaque, habere cœpiſſe. Ità e
Cæſaris reſcriptum, ſub *An. M.DC.XIII.* illis ſub
bis extare: *Siquidem*, inquit, *prout omninò app*
iuxtà prædictam Ligam, & Vnionem, atq; id genus
emergentes, porróq; impendentes, difficultates, Cæſar
ſtigium, atq; autoritas, in qua per Dei gratiam, & un
mem Imperii Electorum, electionem, poni cœpimus,
culter conſiſtere poterit. Totidem verbis denuò *A*
DC.XVII. Cæſarẽ reſcripſiſſe: *Prout*, inquit, ô *Ele*
ante annos aliquãmultos per S. R. Imp. naſcẽtes, & pa
periculi plenas, noxias, & ſuſpectas, Ligas, Vniones, a
dera, non quidem approbâſti, ſed etiam. &c. Et ſub
git: *Hanc in rem hactenùs ad paternam curam, a*
licitudinem, nihil reliqui fecimus, quàm ut præfatas
junctiones, ac fœdera, (quæ utique in totalem comm
datæ harmoniæ diſſolutionem, Romanique Imperii
ritum, & excidium, ſub evocatione copiarum p
grinarum, degenerare poſſint) tolleremus. Omn
pi

ſtatu reponeremus. Veteruſque illius confidentiæ orem ſanaremus. Quo factum, ut, per pararios, illos, qui quidem veterrimam Catholicam profi- r Religionem, illud obtinuerimus, ut in Ligariani u ſui abrogationem jam tùm inclinent; ac promit- , modò idem ex adverſa parte efficiatur. Neque hûcusque curam ác ſolicitudinem, *Cæſaris* nieviſſe. Ut porrò *Electori Palatino*, *Imperii*- iberis *civitatibus*, apud *Hailbrunnam* tùm con- gatis, conceptis verbis hocce ſtudium incul- t. Ut non minùs ad ſe, *Saxoniæ Electorem*, erit. Etiam ipſe, in rem, intentionemque, *rii*, collaboraret. Suâque interventione, poſitum adjuvaret. Immò verò, neque ſic que elanguiſſe *Cæſaris* ſedulitatem. Ut ſe- ntibus inſuper *Electorem Moguntinum* exhor- cœperit. : *Tu quidem, ô Elector*, inquit, *abs- prolixa inductione, commeminiſſe poteris, quibus de ponderantibus cauſſis, itemque fideli labore, ac ſoli- dine, à tempore aditi noſtri regiminis, tàm verbis, m litteris, operam dederimus, quò, ab annis ali- mmultis pactæ, damnoſæ ſegregationes, dividiæque, non fœdera, & uniones, ſub Imperio, ex una, altera- , parte reſcinderemus.* Annectit poſteà: *Quæ te, ô Elector, cæteriſque confœderatis Catholicis, tractationes prægreſſas, pro abrogatione fœderis Li- iani, declarationes intervenerunt, modò pars altera faxit; atque exequatur.* Et deinceps additur: *m eminùs ad nos odor emanârit, brevi inter te, & con- leratos, futurum conventum. Nos verò, è præfato cio noſtro Cæſareo, paterna, clementique, ſolicitu- ne, non libenter admittamus, ut præfata noxiæ in perio, dilecta Germanicæ nationis patria noſtra, id ius Uniones, ac fœdera, ſub præſenti, & diffidentiæ ple- , ſtatu diutiùs tolerentur. Hanc in rem contendimus, hortamurque, te, amicis, juxtàque clementibus, verbis, am ſeriò iniungentes, tuo loco, ſub conventu illo Ca- olicorum, omnem moveas lapidem, & apud ſocios, pro- apprimè potes, hoc agas, dataque opera enitaris, ò omnia id genus fœdera diſſolvantur; ac recidan- . Nobisque, tanquam ſupremo Imperii capiti, de- tus habeatur honor, ac reſpectus.* De hoc *Cæſaris* oſtulato denique, ſub anno *M. DC. XVII. VII. alend. Quintil.* ſubintuliſſe *Ioannem Svveickar- m*, nuper *Electorem Moguntinum*, & in *Archiepiſco- tu* anteceſſorem. Qui quidem *Cæſarem* ea in erba id genus fœderum diſſolutionem requiſiviſ- ,conteſtetur.

Exindè nunc omnibus, totique mundo, evi- ens fieri, an *Ordinum Catholicorum* fœdus ini- ô, ſicut annis etiam inſequentibus, *Cæſare* & iente, & volente, prout allegatur, coaluerit, ec ne? Dùm *Cæſar* eodem, nigroque calculo, àm *Ligam*, quàm *Unionem*, pro conjunctione oxiâ, periculi plenâ, & immane patente, decla- ârit. Ut etiam *Cæſareis* verbis confirmet, *Cæſarem*, tempore auſpicati *Cæſarei* regiminis, diverſis ucceſſivè vicibus, paternâ interveniente, cura, c ſolicitudine, operam dediſſe, quò tàm oppi- lò damnoſæ dividiæ, fœdera, & uniones, per *mperium*, utraque ex parte, diſſolverentur. Ut tiam ſuperiori *Electori Moguntino* ſeriis verbis in- culcârit, antè, & ſub, conventum hoc ageret, quò ejus generis fœdera exautorarentur.

Quid; quantumque, hodiernus *Cæſar* hac in parte *Catholicis Ordinibus* indulſiſſet, hoc ſibi qui- dem eſſe obſcurum. Interim, de hoc dubium fieri nullum, etiam illum majorum veſtigiis velle inhærere; idemque hac in cauſſa penſi habere. Quodſi tamen *Cæſar* alteri partium quicquam e- jusmodi indulgeat, eo pacto animum *Cæſaris*, iu- ſtitiæ amantem; id, quod uni permittatur, alteri partium non negaturum. Vel ob id, quòd utrius- que *Religiones Ordines*, ſecundùm indiſſolubilia *Imperii* vincula, pari honore, libertate, ſtatu, ac protectione, utantur fruantur. *Cæſarque* utros- que, ſecundùm *Imperii* ſanctiones, in protectio- nem æquè admittere, parique loco habere, vel- le, ſub ſacramento confirmâſſet. Prout *Chri- ſtiani II. Saxoniæ Electoris*; *Henrici Iulii, Ducis Brun- ſuicenſis*, & *Ludovici*, *Heſſiæ Landgravii*, codicilli, è *Praga* ad *Electorem Palatinum*, & *Unitos*, dimiſ- ſi, fidem facerent. Hanc ob cauſſam, non poſ- ſe fieri, ut *Cæſar*, tametſi velit, *Proteſtantibus* con- trà *Catholicos*, & *Catholicis* contrà *Proteſtantes*, gra- tificari ſuſtineat. Quantumvis illud ſive per vi- am ſupplicationis, ſive legationis, ſive aliam quam- cunque, tentetur.

Præter hæc, famam narrare, quam *Cæſar*, ſub proximis apud *Ratiſponam* comitiis, ad *Catholicos* confœderatos, de fœdere *Ligariano*, ſubintuliſſet. Conſequentiæ legem à *Proteſtantibus* fore exſpe- ctandam. Et hac de re conſulendos eſſe *Ordines Catholicos* ipſosmet. Tanquam propoſitionis ejus maximè gnaros. Ad ſummam, quæcunque uni par- tium permitti uſuveniſſent, eadem alteri negari haud poſſe.

Pro ſecundo, quòd *Catholici Electores* arguerent, fœdus *Ligarianum* ideóq; confirmari, decretum ve- rò *Proteſtantium*, apud *Lipſiam* factum, (tametſi il- lud quidem ſub *Imperii* conſtitutionibus fundetur, noviq; fœderis rationem non obtineat) repudiari, quòd illud unicè pro *Cæſareæ*, autoritatis tàm con- ſervatione, quàm *Imperii* defenſione, excurrat. Hoc objectum ejusce generis eſſe, ut *Proteſtantium* cauſſæ coràm DEO, hominibusque, juſtæ, nihil queat derogare. Quippe, citrà dubium, neminem convincere poſſe, eam, apud *Lipſiam* decretam, omnibusque, tàm divinis, quàm humanis, omni- umq; gentium, iuribus fundatam, defenſionem, in derogationem faſtigii *Cæſarei* dirigi. Eſſe enim ſin- ceras, ſanctéq; conteſtatas, *Ordinum* conteſtatio- nes in medio. Ut ad eundem prorsùs ſcopum, vide- licet libertatem, tàm pretiosè partam, colliment. Tùm ſubditos inſontes adversùs omnes iniurias, violentiamq;, ſub æquilibrio iuſtiq;, boniq; tuean- tur. Quæ utiq; fulcra, & vincula, eſſent fundamen- talia. Ut nihil, vel parùm, de eo aſpergat, calami- toſum *Imperii* docere ſtatum, quàm malè credere- tur fœderibus. Parùmque utilitatis exindè hoc ad *Imperium* rediret.

De illa coniunctione, iam recèns ab *Ordinibus Catholicis* conſtitutâ, & quibus verbis foret ſanci- cita, lubentem ſe ſuperſedere. Ut in medio re- linquat. Saltèm ſe ſuper *Ligariani* fœderis ini- tiis, & ab annis aliquammultis progreſſu, ſermo- cinari. Si nunc *Elector Moguntinus* acta denuò evolvat, evidens fore, *Electorem Ioannem Schvveick- hardum*, unáque *Electorem Bavaricum*, tùm *Du- cem. XV. Cal. Octobr. anno M. DC. X.* modò non ad *Io-*

achi-

achimum Erneſtum , *Brandeburgicum* , *Guolfgangum Guilielmum*, *Palatinum*, & *Chriſtianum*, *Anhaltinum*, ſed ad ipſummet *Fridericum*, *Electorem*, *Palatinum*, cæterosq; *Vnionis Ordines*, ſub illis verbis dediſſe: *Sicubi accidat, Ordinem Catholicum neceſſaria utcunq; defenſionis arma parare. Tunc ſecundùm Hallenſe decretum, idem finitimis Vnionis Ordinibus licere. Vndè eo caſu, ſub hac periculi plena tempeſtate, noſtrarum rerum rectius ſatagere. Nosque, noſtrasq; regiones, ac ſubditos, prout, antè Deum, totumq; terrarum orbem, tenemur, nullius in detrimentum, aut periculum, quantumcunq;, ſed ſecundùm tã naturalia quàm divina, omniumq; gentiũ, jura, pro mera noſtri, noſtrorumq;, eaq; licita, defenſione, in ſecuritate ponere, adigimur. Prout hoc, nulloq; alio, inſtituto, certum militis numerum contrahere aggredimur.* Hæc illi.

Ex illis denuò manifeſtari, *Ligarianorum* fœdus, ac conjunctiones, nullum alium in ſcopum, præterquam licitam ſui, ſuorumque defenſionem, militare. Ut hoc, nulloque alio, propoſito certus militis numerus conſcribatur. Quodſi nunc verò *Proteſtantes* eadem pro ſe allegarent. Juxtáque fidem, ac devotionem, ſub luculentis illis demonſtrationibus, conteſtarentur. An eapropter, dùm neque novum fœdus feriunt, ſed in meris *Imperii*, *Circulorum*, *Executionisque*, paſſibus, notoriisque conſuetudinibus, occupantur, nequaquam eſſent audiendi? An conſilia ea vocabuntur periculoſa, ac flammantia? An in illos aſperis, inuſitatisque, *Edictis* experiri fas erit? Cùm neque ejus hoc in caſu rigoris exemplum proſtet? An denique violentis armorum viribus opprimentur? Atque hæc omnia, tanquam, juſta, perhibebuntur? Certe, vel ſecundùm *Moguntini*, & *Bavari*, mentem, ſententiam dici oportere. Nempè, dùm *Catholici Ordines* neceſſariam parent defenſionem, eadem ratio obtineret apud *Proteſtantes*. Atque hanc eam eſſe cauſſam, ſuper qua univerſus judicare debeat mundus.

Secundùm hæc, *Electorem Moguntinum*, tanquam rerum *Imperii* gnarum, meminiſſe, etiam hunc morem fuiſſe *Cæſaribus*, *Regibusque Romanis*, ut cum quibusdam *Imperii Ordinibus*, tametſi diverſæ *Religionis*, certi fœderis leges ſociarent ipſi. Ut interim *Cæſar* in alteram partem, æquè fœdere utentem, mandatis experiri tàm aſperis, violentisque armorum ſuperinductionibus, expilationibus, & oppreſſionibus, uti cœperit, nullis ſub annalibus proſtare. Ità quoque exempla, ſuprà allegata, recentia loqui: tametſi *Cæſar* fœdus *Ligarianum* admodùm improbârit, ſerióque mandârit, à quibuscunque fœderibus recederetur, nunquam tamen eò usque egreſſum eſſe *Cæſarem*, ut, aſperis, ſeverisque, edictis invectus, etiam armis premeret, compelleretque. Quanquam autem tàm *Ordines Catholici*, quàm *Proteſtantes*, ſeveræ legi *Cæſaris* morem haud geſſerint, tantùm tamen abfuiſſe, ut increpatoriis in *Catholicos* ſeverioribus animadverſum, ut omninò per viam armorum compulſoriis parſum ſit. Præſertim verò eò promptiùs veniam illos tuliſſe, quò ſubmiſſiùs deprecati eſſent, naturæ legem, rationemque ipſam, immò jura tàm divina, quàm humana, hanc defenſionem permittere. Neque morem eum in *Imperio* eſſe novum. Sed

Bullam Carolinam duntaxat illicitas conſpirat
nes, ac conjunctiones, adversùs *Magiſtratum*, ve
re. *Imperiique Civitates* liberas peculiaribus po
re privilegiis, à *Cæſaribus*, *Regibusq;*, conceſſis. H
illas urgere. Et pace publica, per *Imperium* ſanc
conſtanter hactenùs uti. *Cæſarem* deniq;, ſuper t
Ligæ, quàm *Vnionis*, utrinque miſſionibus, tracta
bus experiri cœpiſſe.

Si nunc *Bavarus Elector* archiva ſua excuti p
mittat, facilè evidens futurum, quid de fœd
bus *Imperii* ſtatuendum veniat. Quippe, temp
electionis *Regis Ferdinandi primi*, apud *Coloniam*,
no M. D. XXX. adversùs quam *Ioannes*, *Saxoniæ*
ctor, unicè pugnâſſet, fœdus naſci cœpiſſe inte
undem *Electorem*, & *Heſſiæ Landgravium*. H
fœderi acceſſiſſe *Galliarum Regem*. Ut etiam c
Ioanne, *Vngariæ*, & *Henrico*, *Britanniæ*, *R*
bus, ſuper eadem actum ſit conjunctione. Qu
tumvis igitur *Cæſaris* mandato poſtulatum e
nempè *Ferdinandus* pro *Rege Romanorum* ag
ſceretur. Nihilo-minùs confœderatos illo
ſententia perſiſtere, cauſſisque, ac liber
ſua ſe tueri, perrexiſſe. Quo loco antece
rum *Bavariæ Electoris*, videlicet *Guilielmi*, & *Lu*
vici, fratrum, heroica reſponſa omni poſter
ti, exempli vice, ſingulari cum laudis prædicatio
eſſe commendanda.

Qui, ſub reſponſo, ad *Electorem Saxoniæ*,
anno M. D. XXXIII. dato, non dubitâſſent
uti verbis: *Quanquam verò*, inquiunt, *Ro*
nus Cæſar, dominus, & agnatus, utique noſter clemen
ſimus, nobiscum per Principes egerit clementiſſimè, elec
nem ratam haberemus. Tùm ipſe Cæſar, copiis ſelect
mis principatus hos noſtros inundans, ut, vel,
imminens periculum, à nobis affirmationem ex
mere poſſe videretur, & nos metu in partes venire ferè c
pelleremus, hoc urgere voluerit.

Nihilo-minus, non obſtantibus circumſta
illis quibuslibet, ſub optimi commatis prætextib
hanc usque in horam rem omnem extraximus.
que hæc eo fine ſignificamus, ne rumoribus, fortè
gentibus, habeatur fides. Neque de noſtra conſtantia d
tari poſſit. Ità enim ſumus affecti, ut actiones, Princip
dignas, demonſtrare ſatagamus.

Mox ſubjungunt: *Porrò amantiſſimis ver*
celare non poſſumus, Cæſarem, non obſtante mu
plici noſtra tergiverſatione, ſive negativa, inter
dùm conſiliarii noſtri eſſent apud Coburgum, de
ad nos miſiſſe Guolfgangum Dietericum à Pfird,
quitem. Sub reiterata, clementique, poſtulati
electionem illam admitteremus. Ad quam inſtanti
ſine mora, tùm quidem ſic excepimus: Noſtro
lo aſſenſu electionem nedùm ratam fore, nedùm
ſenſiones ilicet tolli. Satius nobis ſubmiſſè videri
Cæſar cauſſas ejuſce diſceptationis removeat.

Quippe Cæſarem nos celare nolle, eo tempore,
apud Coloniam electio perageretur, contráque e
tanquam modùm procedendi hactenùs inauditum,
mergeret tàm proteſtatio, quàm provocatio, nos,
ito vobiscum, cæterisque agnatis veſtris, conſilio
hoc deliberaſſe, quibus verbis, ſuper hac novitate
ſar erudiretur. Proque eius averruncatione, &
clinatione, ſubmiſiſſimè corrogaretur. Hacte
illi.

Eandem in ſententiam, ſuper eodem articu

Io

em Electorem, ad *Henricum* ; *Angliæ Regem* ; *Ca-*
Septembr. anno M. D. XXXI. reſpondiſſe: *Et qui-*
inquit ; *prout regio legato coràm conteſtatus ſum*,
EI, *gratiam, ſic perſeverabo. Veluti mihi, tàm Ger-*
ca nationis, *mei ipſius*, *& poſterorum meorum*, *li-*
s, eiuſque reſpectus ; *imponit. Neque enim decens*
, ut ſecùs faciam, quàm maiores mei , *potiſſimùm*
ricus, *Saxoniæ Elector, frater meus, fecerunt.* Hæc

uper his proteſtationibus, provocationibus,
ontrà *Cæſaris* mandata exceptionibus; itemque
quenti *Saxoniæ Electoris*, utriusque *Bavariæ Du-*
Heſſiæ Landgravii, conjunctione, nec non cum
iarum Rege, hac in cauſſa icto, fœdere , & quæ
porrò cum aliis *Regibus*, ſuprà nominatis, in-
eniſſent tractationes, tametſi *Cæſari* intimatum
ſet, ſuper *Germaniæ* libertate, *Principes* conſtan-
xcubare: Nihilo minùs àlio, & magis ſpecio-
lo ſub caſu, *Electores*, *Principesque* , tàm amari
oris mandatis urgeri non accidiſſe. Ut lon-
minùs in illorum provincias graſſatum ſit.
dùm tributis exhauriri ſubditos uſuvenerit. Po-
tùm amicis tractationibus, remediisque com-
itionis, rem omnem cœpiſſe conſopiri. Ut et-
reverſalibus *Saxoniæ Electori* cautum ſit,
tà animosè, ac conſtanter, majores iura liber-
s aſſeruiſſe. Eoq; pacto apud *Romanos Cæſares* in
ore fuiſſe. Iam quoque expedire, ab hac vio-
ta aſperitate recederetur. Arcusq; plus ſolitò ne
deretur. Si enim *Elector* deniq; eò usq; adigatur,
otius negotii ſummam ad univerſi terrarum or.
notitiam, pro *Electoralis* ſuæ dignitatis, nomi-
que, vindicatione, publicare debeat, tùm utique
ltà è tenebris in lucem emergere poſſe, quæ, ut
nſa ſub ignorantiæ nube tegantur, magnis, ſi li-
t, impendiis ament redimi.

Præterea , *Electorem* non fugere, litteramque
ſareæ replicationis, ad *Ordines Catholicos* ſub pro-
nis apud *Ratiſponam* comitiis, directè, conteſtari,
m *Cæſar* , ſuper eo articulo, fœdera, ac conjun-
ones, jusque armorum, concernente, conceptis
bis aſtrueret: *Si res ad naturalis tàm defenſionis*,
m neceſſitatis, *terminos reducatur*, *tùm non ultrà of-*
ſionem hanc legem extendi oportere. Quibus verbis
ueat, *Cæſarem Ordinum* conjunctiones, in caſu
fenſionis neceſſariæ, ipſummet approbâſſe.

Inſuper, *Electorem Moguntinum*, ſecundùm ſe, non
benter depoſiturum , quàm ſub *pacis publicæ* re-
rmatione, *An. M. D. XLVIII.* ad q̃ *Cæſar* ipſe tã *Im-*
ii, q̃ provinciarũ hæreditariarũ, cauſsâ, unáq; o-
nes *Imp. Ordines*, per modũ contractus, obligarẽ-
r, his rotundis verborũ globulis, inſertũ fuiſſet:
empè, à tempore huius publicationis, nemini, cuiuſcunq;
nitatis, *ordinis*, *ac conditionis, ſit, licere, ſub quacunq;*
uſſa, ſub quocunq; ſive nomine, *ſive prætextu*, *alterum*
mu petere, invadere, capere, opprimere. Indè eſſe, ut
us ſuus , *Auguſtus*, *Saxoniæ Elector*, ſub conventu
tenburgico ad Tubarim, *An. M.D.LXXXIV.* per con-
iarios ſuos , commonere cœperit illis verbis:
empè Cæſarem omnimodè obligari, *ut Electores*, *Prin-*
es, Ordinesq;, *ſub hac pacis publicæ conſtitutione* , *tue-*
tur. Idem Cæſari Ordines, idem Ordines Ordinibus ſan-
è repromitterent. Canonesq; pacis publicæ, modò conſtitu-
s, ex pacto, obſervarent. Tùm ne quicquam ignorari,
æſarem, ſub ſanctione regia, fidẽ *Cæſaream* ſequen-
formula aſtrinxiſſe. Quæ talis eſt: *Tam debemus*,
quàm volumus; *Electores*, *Principes*, *Præſules*, *Comites*,
Barones, aliosque Imperii Ordines, nullo modo armis infe-
ſtare. Ut neq; hoc ipſi agamus. Neq; per alios fieri permitta-
mus. Hæc *Cæſar*.

Jam *Thillii* exercitus ; & vires militares ; ſive
Cæſaris ; ſive fœderis *Ligariani* , nomine , cen-
ſeantur , nihilo-minùs; quàm diu hæc legum vin-
cula conſtabunt ; fieri haud poſſe ; ut evincatur,
Catholicis Ordinibus integrum eſſe , quò adversùs
Electores, & *Ordines*, fideles, illa ſub militari, vio-
lentia, experirentur.

Ut nedùm naturæ, neque gentium, jura, neque
Imperii conſuetudines ; nedùm quoque, propriæ
Catholicorum Ordinum aſſertiones, adversùs leges,
ſacramento confirmatas ; ipſamque partam li-
bertatem, inaudito prorsùs, & deteſtando, exem-
plo, iſtos tributa exigendi modos permittant. Ne-
que enim hac in parte *Cæſaris* fidem accuſari fas eſ-
ſe. Utique cùm, citrà illius ſufficientem præco-
gnitionem, debitamq;, plenamq;, informationem,
hæc quantacunque uſuvenire *Electori* ſit explo-
ratum. Quantumvis etiam, pro tantæ violentiæ
colore, afferri velit, tanquam ex *Ordinibus* alter,
& alter, in *Cæſarem* deliquiſſet. Interim leges ſcri-
ptas modum longè alium præfigere ; quo quidem,
ſub hoc caſu, experiundum ſit. Pari ratione *Cæſa-*
rem ; ſub ſanctione electionis, ſacramento con-
firmaſſe, nullum ſe deinceps, tàm ſuperioris, quàm
inferioris, ordinis *Procerum*, absque cauſſa ; & in-
auditum, banni fulmine percuſſurum. Sed, ſe-
cundùm ordinarium juris proceſſum, juxtà leges
Cameræ Imperialis, conſtitutionesque *Imperii*, ſen-
tentiam dicturum.

An igitur bonæ fidei *Ordines* ; antequàm au-
diantur, antequam convincantur, antequam ſen-
tentia ordine feratur, atque in eos decernatur, ſic
quidem armis infeſtandi ſint, hoc ſeſe toti terra-
rum orbi relinquere dijudicandum. Neque enim
hunc proceſſum extravagantem alio, quàm inter-
dictæ violentiæ, titulo inſigniendum venire. Ad-
hæc, non absq; animi dolore, ſibi innoteſcere, us-
que eò vehementiam progredi cœpiſſe. Ut, ſeque-
ſtratâ verecundiâ, cum impetu in *Memmingam* nu-
perrimè, *Kemptenamq;*, itum ſit. Cùmq; violentiæ
reſiſtere nequirent ; ingenti pecuniarum mulcta
impoſita, tanquam pœnas dare, decretumq; *Lipſi-*
enſe ejurare, cogeretur. Sic ſimulátq; *Imperii Receſſi-*
bus, ſuper quibus decretum illud fundatur, renun-
ciatum eſſe. An igitur factionis nomine hæc nun-
cuparetur conjunctio? An *Principes* merebuntur,
ut ob id hoſtium loco veniant habendi?

Jam *Catholici Ordines*, ſi patiantur, expenderent,
DEI oculum vindicem , juſtitiam, inprimis juris-
jurandi ſanctitudinem, à quocunq;, tàm ſupremæ,
quàm infimæ, ſortis mortalium ſeverè exigere. Ut
contrà juramenti legem delinquentibus pœnas ir-
roget. Neque connivere velit, quò ſocii *Electores*,
ab his juratis legum vinculis recedere, *Ordinesque*
cæteros eum in modum exercere , torquere, &
opprimere, conentur. Niſi enim huic rictui tem-
poriùs ſolennis adhibeatur medicina , metuen-
dum eſſe, ne ruptis inteſtinæ colligationis vinculis,
ac ligamentis, ingens ſequatur ruptura. Cujusmo-
di ampliùs , niſi ſub prognoſtico, curari nequeat.
Pronamque ſecum trahens deſperationem nimis
ſerò querelas cieat. Semel ea ſe perſtare in ſen-
ten-

tentia. Ut per DEI gratiam, actiones, tàm *Chriſtiano Principe*, quàm *Electore*, dignas, ſuſcipere cogitet. Exemploque majorum, laude dignorum, *Germanicæ* nationis, ſui, & poſterorum, libertatem ſtrenuè, & conſtanter, aſſerere affectus ſit.

Quòd tandem *Elector Moguntinus*, unà cum cæteris *Conelectoribus Catholicis* ſuper cauſſa bonorum *Eccleſiaſticorum* publicatum, *Edictum Cæſareum* arbitretur vacare controverſiâ. Nedùm ſuper articulis controverſis, inibi deciſis, tractationes admittere velit, durum videri. Non enim obſcurum eſſe, quid *Ordines Proteſtantes*, diverſis ſub contradictionibus, præſertim codicillis illis, è *Lipſia* ad *Cæſarem* directis, petitoriis, tàm quà formam, quàm quà merita, oppoſuiſſent. Ad quæ, compendii gratiâ, etiamnunc ſeſe reiiciat. Neq; verò invenire, quid commodi ex proximo compoſitionis conventu ſit exſpectandum, ſi illa ſit *Catholicorum* ſententia. Illud enim ejus generis videri extremum, ſuper quo dividiæ, ac lites, nimis altas egiſſent radices.

Iccircò haud ſe exſpectare, futurum, ut *Elector*, unà cum collegis *Catholicis*, hocce ultimum perſeveret. Quid enim utilitatis id genus extrema in Reipublica afferrent, in quas calamitates, & everſiones, deſpumarent, eſſe in propatulo. Nempè utramque partem æquè pati conſueviſſe. Ut deinceps nimis ſerò, & poſt principia, pœnitentiam emendent. Meritò ergò, majorum exemplo, moderationes amplectendas. Eas ſectandas, prehendendasque, eſſe.

Jam hoc moderationis amicæ ſtudium ſe ſibi maximè ab *Ordinibus Catholicis* eò magis promittere, ſi deſiderium eorum, in rectioris confidentiæ, nobilisque pacis reductionem directum, penſi habeat. Ea ſub ſpe integerrima, quò ipſe pacis cupiditatem, ſecum conſtanter intervenientem, toti denuò terrarum orbi declaret, miſſurum, ſe legatos *Francofurtum*, nihil dubitando, fore, ut *Ordines* cæteri eadem ſpe, & inſtituto, facturi ſint idem. Nec minùs *DEVM* ſe ex intimis venerari præcordiis, vellet utiq; pacis, omniumque bonorum diſpenſator, ille, animos, cupiditatemque, pro reproducenda veterrima confidentia, ac pace, cœlitùs inſpirare. Suo quidem loco ſeſe omnia denuò facturum, amore, ac pacis ſtudio, quæcunque coràm Deo, eccleſia, conſcientia, dignitate, poſterisque, tueri maximè poſſit.

Pro coronide, non poſſe ſe præterire, quàm crudeles rapinæ, & expilationes, barbarique id genus exceſſus, ſub violatione matronarum, virginumque, locorum ſacrorum prophanatione, & id genus flagitia, apud milites adhûcdùm tragœdiam communem implerent. Adeóque per *Ducis Saxoniæ*, agnati ſui, regiones, ſuperioremque *Saxoniæ Circulum*, ſævirent, ſine miſſione. Cujusmodi è codicillis, ad *Ioan. Philippum Saxoniæ Ducem*, ejusque præfectos, directis, liquere queant. Adjectis etiam petulantibus verbis: Niſi in tributa conſentirent, omnia eſſe conturbanda, ac devaſtanda.

Quem jam deinceps eventum ejus notæ expreſſiones violentæ, ſævæque actiones, efficere eſſent aptæ, id cum tempore futurum planiſſimùm.

Supráque fuiſſe non minùs indicatum. Sen
lud *Imperii* leges, juſtumque *Cæſaris* regi
cui obedientia ex debito foret alligata, no
mittere. Illud cum *Electorum, Principum, Ordi*
que, libertate pugnare. Illud ejus generis v
tanquam milites ad hoc nati factique, immo
cti, eſſent, ut leges quascunque everterent. N
ampliùs juris, juſtitiæque, vinculis aſtringere
Adeóque *Electorum, Principum, Ordinumque*, l
tatem in ſervitutem commutare ex conduct
ctoq; niterentur. Impendiò, rebus ità ſeſe u
habentibus, metuendum venire, ne *Magnat*
terni, tanquàm ocioſi hujus fabulæ ſpectat
manus in ſinum diutiùs haud dimittant. Sed,
etiam illorum interſit, ne *Germaniæ* hæc lib
penitùs peſſundetur, verendum, ne & ipſi ex o
ſtra in theatrum proſiliant, éque ſpectatoribu
vente occaſione, evadant actores. Quàm,
in membris ſuis languidum, *Imperium* omnin
bilitari, enervarique, cœpiſſet, hoc omniun
in conſpectu. Jam vires ampliùs haud ſupped
Hancque tabem etiam vel manu palpari. *Or*
ſuperioris, & inferioris, ſubſellii, tantùm no
ſtes, confuſosque, notari. Vulgum, medi
deſperatione, quiritare, *DEVM* in auxilium,
diciasque], implorare: Magiſtratus verò p
ctionem flagitare.

Proindè, ſe *Elect. Moguntinum* denuò amicè,
genter, impendióque, rogare, vellet illud effec
dare, quò id genus violentiæ, ac crudelit
ſine mora recidantur: unicuique, ſecun
canones pacis publicæ, quies, & ſecuritas,
ſtetur. Nemo, adversùs leges *Imperii* fu
mentales, ſalutaresque conſtitutiones, onere
Periculumque, in conſpectu poſitum, av
tur. Seditioque, & interitus, indè metu
dus, præcaveatur.

Jam ſe tàm ab illo, quàm in univerſum o
bus, rectum illud, verumque, exſpectare t
monium, ut, tot litteris in medio extanti
nihil ad diligentem curam, petitionem, am
nitionem, ſedulamque, & multiplicem, com
nefactionem, reliqui fecerit. Ut inprimi
credibili patientiâ provectus ſit. Omniaque
tulerit ultima. Prout jam tandem coràm *DEO*,
minibusque, obteſtari velit.

CAP. IV.

De Carolo, Angli
Rege, per legatun
apud Viennam, p
Palatinatus reſtitu
tione, denuò ſolic
tante.

I.

I.

ar, Ordineſque Catholici, numeroſos colli-
gunt exercitus.

la cùm *Electoris Saxoniæ*, toties iterata, fuiſſet
eclaratio. Iamque *Hegenmüllerus, Cæſaris* legatus,
xoniæ rediiſſet *Viennam*, acceptata quidem eſt
torū obſervantia, & devotio, quâ *Cæſaris* in fide,
ue obedientia, ſe permanſurum, promiſerat.
erim, tametſi ſolius, ac meræ, defenſionis cauſſâ,
ıa à ſe ſuſcipi, prætenderet, quòd ſine miſſione
ilominùs copias augeret, vel *Mauritii Electoris*
mplo, res ſuſpecta videri cœpit. Quanquam
ı deeſſent, qui has *Proteſtantium* vires, ac con-
ctiones, haud adeò magni facerent. Quòd *Cæ-*
s copiæ ingenti numero prævalerent. Quippe
omnibus *Catholicis Ordinibus* conclaſſabatur. Ut
parte *Cæſaris* vires impendiò accreſcerent. E
ibus, inter cæteros, *Patres Societatis* propriis ſum-
bus quinque numero legiones conſcripſerunt.
enbergius Princeps, per *Stiriam*, *Carinthiam*, *Car-*
lamque, tàm pecuniarum, quàm militum, vim
nquiſivit. Ut nihilo-languidiùs ſub *Vngaria, Bo-*
ma, Moravia, Sileſia, lociſque, ac provinciis, plu-
us, tàm cenſus, quàm legiones, colligerentur. In
em incumbebat *Cardinalis Dieterichſteinius*. Ut ſi-
ılàtque legiones & ille conſcriberet. *Heminius*
oque *Pfaltzburgicus* gubernator, *Viennâ* in *Au-*
ſiam dimiſſus, in mandatis accepit, ut hic, unà
m Auſtraſiæ Duce, exercitum, è ſeptendecim ho-
num millibus, ſtipendiis obligaret. Quibus o-
ibus acceſſit *Ordinum Catholicorum*, recens apud
inckelſpilam decretum. Quo illud agebatur, ut
ſſim miles numeroſus etiam his ab *Ordinibus* co-
retur.

II.

aroli, Angliæ Regis, legatus, denuò Palatina-
tus reſtitutionem, apud Viennam, urget.

Ic, dùm novi identidem, & funeſti, incendia
belli per omne *Imperium* recrudeſcunt, *Caroli,*
nglia Regis, qui nuper apud *Ratiſponam* fuerat, le-
atus *Viennam* rediit, *Palatinatus* reſtitutionem da-
operâ ſolicitaturus. Qui cùm, coràm admiſſus,
icendi impetrâſſet copiam, ſequentibus cauſſam
iam perorare cœpit: *Magnæ Britanniæ Regem*, in-
uit, tàm è reſponſo, ac reſcripto, à *Cæſare* nuper a-
ud *Ratiſponam* datis, nec non legati præſentis com-
nemoratione, prolixiuſculè cœpiſſe erudiri, quo-
ſque, in cauſſa *Palatina*, res foret deducta. Dùm
imirùm *Cæſar* recepiſſet, futurũ, ſi *Palatinus* qua-
uor, ſub reſcripto *Cæſareo* præſcriptas conditio-
es debita cum ſubmiſſione tàm acceptaret, quàm
mpleret, *Cæſar* ut, nullo iure obligatus, ſed merâ
rævalente gratia, intuitu *Hiſpaniarum*, *Magnæque*
Britanniæ, Regum, amicè intervenientium, non mo-
dò reatum omnem remitteret; triſteque proſcri-
ptionis fulmen tolleret. Sed ex *Archipalatinatus* par-
tibus, ſub manu *Hiſpaniarum Infantis* pro tempore
verſantibus, alimenta *Palatino* erogaret.

Quanquam verò hæc reſponſio eius eſſet gene-
ris, quæ *Regis* ſui animum non immeritò perturba-re, aliaque ut media, tàm eo tempore, quàm etiam-nunc, ſubminiſtrata, caperet, ſtimulare potuiſſet. Nihilominùs *Regem* benignam illam, ac mitem, tractationis, quantumvis toties tentatæ, viam adhucdùm præferre maluiſſe. Præſertim, cùm, inter ſe, *Regemque Hiſpaniarum*, coaleſcente pace, illinc in ſpem erigatur, fore, ut petiti ſui, recti, legitimiq;, ſcopum tandem aſſequatur. Magnam quippè ſe, ſuper *Cæſaris* lenitatem, ac manſuetudinem, confidentiam coniicere.

Proindè, ſiquidem res eò rediiſſet, ut inter ſe, & *Hiſpaniarum Regem*, pax eſſet conſtituta, confirmataque: quæ ſi nondùm coiiſſet tranſactio, pro impedimento allegari ſuſtinuiſſet, quò minùs hæc quoque tractatio felicem ad finem perduci queat. Hanc in rem *Magnæ Britanniæ Regem* ſe legatum denuò mittere, eoque toti mundo recens conteſtari, maluiſſe, quàm ſibi iucundum foret, ſi per benigna tractationum remedia, modò ſpes ſuperſit, quicquam obtineri poſſe, ad inſtitutum collimare queat, quàm ſeveriori lege rei ſummam dubiæ ſortis aleæ committere debeat. Neque enim abſque amicitiæ, ſecum cum *Auſtriaca* familia intervenientis, violatione, ac ruptura, illud fieri poſſe.

Ne quid autem, pro huiuſce illius tractationis conſummatione, deſiderari amet, *Regem* eò uſque affinis ſui animum inflexiſſe, ut, præeuntibus multiplicis generis conteſtationibus, omninò paratus, conditiones id genus quatuor, à *Cæſare* præſcriptas, ipſo opere implere velit. Quantùm, vel honoris, vel conſcientiæ, cauſſâ, à ſe quidem fieri, æquitatique conveniens videri, queat. Sub certa fiducia, futurum, ut *Cæſar* proſcriptionis fulmen abroget. Cum eo in gratiam revertatur. Regioneſque patrimoniales, unà cum iuribus, poſt tot exanthlatas moleſtias, diuturnumque exilium, reſtituat. Quibus modis verò, viiſque, *Palatinus* præallegatis illis conditionibus velit ſatisfacere, de his legatum ſuo tempore, ubi, nomine *Cæſaris*, quòd humilimis verbis roget, conſiliarii nominarentur, acturum. Qui quidem, pro tractationibus, ulteriùs promovendis, ſicut apud *Ratiſponam* fieri cœpiſſet, operas ſociarent.

Quæ cùm nunc quidem illa eſſet *Palatini* declaratio, ut ſpes ſit, eam *Cæſaris* gratiæ, lenitatique, fore ſufficientem. Ut ſeveriora illi imponi non debeant. Hanc in rem *Regis* ſui intervenire petitionem, pateretur *Cæſar* tandem, intuitu tot legationum, tractationumq;, tot diverſorum *Regum, Principumque*, interceſſionum, ceterorumque, aliis temporibus ſuperinductorum, argumentorum fundamentalium, ut & præſentis, impendentiſque, *Europæ* ſtatus, ipſiuſque *Palatini* declarationis, affinem ſuum in gratiam poſtliminiò admittere. Eidemq; tàm gratiam, quàm reſtitutionem, quam utique utramque, à tot annis, accurata ſub cura, ac diligẽtia, ſuperaccedentibus omnium ferè per *Europam Regum, Principumque*, interceſſionibus, quæſiviſſet, impertiri. Hactenùs cancellis nimis anguſtis *Cæſaream* includi gratiam. Hanc *Cæſar*, prout ſupremo *Chriſtiani* orbis capiti eſſet conveniens, dilataret. Clementiamque, cuiuſmodi aliis, & quidem atrociùs delinquentibus, obtigiſſet, indulgeret paulò uberiorem. Ità futurum in oculis omnium, ut *Cæſaris* faſtigium, totumque per terrarum orbem commendata lenitas, ampliſſimis deprædicetur

laudibus. Gratiæque tàm mitis radii nubibus clementiæ, tàm in anguſtum tendentis, ne obſcurentur. Ponderandam venire *Regum, Principumque*, dignitatem. Quibus dedecori ſit, moderatione illa ſua, tàm ab initiis horum motuũ, quàm deinceps, conteſtata, ſi petitionibus, ac meritis, ſi tot legatorum miſſiculationibus, ſi tot curis, ac laboribus, p *Principe*, ſibi ſanguine, & affinitate, iuncto, nihil aliud, niſi alimenta, impetrare ſufficiant. Quæ tamẽ, vel ſeſe tacentibus, iura præſcribant. Legeſque pietatis nulli negent. Denique *Cæſar*, cuius conditionis *Principi* veniam det, excuteret. Quippe illum ex *Electorali* familia oriundum, potentiſſimiſque *Europæ Regibus, Principibuſque*, affinitate, & neceſſitudine, devinctum eſſe. Quemque, ſub iuvenilibus annis, dùm adhuc infrà virilem conſiſteret ætatem, magis aliorum, quàm propria, conſilia præſens in periculum induxiſſent. Ut denique, vel ob numeroſam, inſontemque, prolem, ſi non aliâs, dignus eſſe videatur, cui ius veniæ concedatur.

Si nunc ille cum *Cæſare* in gratiam redeat, poſſeſſionibuſque ſuis reddatur, tunc utique *Cæſarem* ſplendidam ſolennibus tot triumphis impoſiturum clauſulam. Tùm ſimulátque effecturum, quò præpotentiſſimi nominis memoria, modò non univerſum per terrarum orbem celebretur. Sed etiam in ſacratiſſimo pietatis, ac virtutis, templo, ampliſſimo venerationis cultu afficiatur. Ità enim ſui ipſius victoriam, quæ omnium eſſet ſplendidiſſima, *Cæſarem* aſſequi. Proverbioque, ſive ſententiæ illi, fidem facere, qua perhibeatur, eâ parte *Principes*, quâ faciles ſunt in ignoſcendo, proximè ad *DEUM* accedere. Ut hoc *Cæſar* teſtimonio, quo quidem dùm condonat, & benignè facit, eóque ipſo divinam bonitatem imitatur, utique maximo, nihil penè maius his in terris exſpectare poſſit.

Secundùm hæc, *Cæſarem* nullo propè alio luculentiori ſymbolo, tot *Reges, Principeſque*, hactenùs intercedentes, ſibi devincere poſſe. Eâ enim gratiâ, quæ ad unum rediret, obligari multos. Inprimis *Cæſarem* vinculis indiſſolubilis amicitiæ *Regem* ſuũ ſibi obligare, ac ferruminare, quitum eſſe. Ut non minùs affinem ſuum, éque ſorore unica dilectiſſima tot pronatos liberos, ad perpetuæ obedientiæ, ac venerationis, leges, aſtringat. Hocque familiæ *Auſtriacæ* faſtigium, tanquam ſolido, ac duraturo, amoris, & benevolentiæ, munimento conſtabiliat. Et ad poſteros uſque hanc felicitatem extendat.

Præterea, hoc ipſo opere *Cæſarem* tantùm non *Magnatibus* gratificaturum. Sed tot à multis annis gementium inſontium populorum querelas, lacrymas, petitiones, & eiulatus, exauditurum. Tot hominum, afflictorum, pacemque unicè deſiderantium, myriades refoturum. Ab interitu, proximè inſtante, vindicaturum. Utque tanta mortalium multitudo, pro totius *Auſtriacæ* familiæ incolumitate, deinceps *DEO* ſupplicatura ſit, effecturum.

Cæſarem denique, ne omnes illi, quorum intereſſet, per diuturnas illas ambiguę ſpei, exſpectationis, ac tractationum, moras ultimè defatigarentur, proviſurum. Adeóque, ne conſilia ex neceſſitate, & tempore, captent, prohibiturum. Sic cauſſas, ac prætextus, novorum bellorum, quos utique *Magnates* finitimi, exterique, facilè, ſuppeditatâ hac occaſione, prehendere queant, recidi funditus.

Certumque, ac ſolidum, fundamentum præp
ri. Quo ſuper rectior, ſecuriorque, pax, non tà
Germaniam, ſed univerſam *Europam*, ædificari q
at. Cæterique, iam tùm naſcentes, motus, faci
conſopiantur. Quem quidem in finem omnes
quibuſcunque ſub reconciliatione, ac reſtitutio
Palatini, gratificabitur, operas ſuas libenter c
ferent. Ut ex adverſo præmetuendum venia
toties ignominioſâ *Magnates* repudientur repu
illos, & quidem facto agmine, plus olei, quàm
quæ, flammis inſperſuros eſſe. Proindè *Cæſar*, h
& alia, pro laudata *Cæſarea* tàm lenitate, quàm
pientia, ad animum admitteret. Ob oculos v
poneret ex hac parte *Philippi III. Hiſpaniarum* Re
& *Alberti Archiducis*, interceſſiones, ſuperioril
annis factas. Dein, ex altera parte, in memori
revocaret *Iacobi, Angliæ Regis*, totius ſub *Bohen*
belli hiſtoria, declaratam moderationem. Nec
inferiora ergà *Auſtriacam* familiam merita. Cu
penè ſine numero excurriſſent tàm in *Germanian*
Hiſpanias, legationes. Totidemque vicibus itera
interpoſitiones. Eiuſdem generis intervenire
iam hancce *Regis* ſui legationem ultimam. Q
tàm *Hiſpaniarum Regis* autoritate, atque aſſenſu, q
Daniæ Regis quoque interceſſoriis, corroboraret
De his omnibus cogitaret. Inſuper illius *Princi*
cuius cauſſâ laboretur rationem haberet. Qui q
dem ad fidei, devotioniſque, conſtanter demo
ſtrandæ, ſedulitatem, tot multiplicis generis f
gitationibus, tot humilimis codicillis, nihil relic
faceret. Ut illa, quæ iniuria infelicium iſtoru
temporum hactenùs ſunt intermiſſa, deince
maiori cum fervore, diligentia, ac ſtudio, compe
ſare affectus ſit.

Inter hæc, *Cæſar* quoque mitibus, ac clemen
bus, oculis reſpiceret ad tot inſontes *Palatini* lib
ros. Cæterorumque agnatorum, ac conſanguine
rum, multitudinem, *Cæſaris* gratiam, pietatemqu
implorantium non negligeret. Tandem, velut
medio poſita, honorem, elogium, utilitatem, fe
citatem, incolumitatemque, *Cæſar* deponderar
Quorum omnium cumuli, ad *Annam Perennam* u
que, tàm in *Auſtriacam* familiam, quàm univerſi o
bi *Chriſtiani* regna, ac ſpatia, eſſent indè redund
turi.

III.

Eiuſdem Anglicani legati inſtantia.

HÆc in verba non publici ſaporis ubi *Anglic*
nus ille legatus peroraſſet, ferunt, non mu
tum abfuiſſe, quin *Cæſar Archipalatinatum* reddere
Sed, quòd provinciæ illæ in tot partes, totidemqu
dominos, diviſæ fuiſſent, vix videbatur ampli
eſſe in manu *Cæſaris*, hæc res ad effectum ut ſpect
ret. Etenim *Palatinatum inferiorem* poſſidebat *H*
ſpaniarum Infans, *ſuperiorem* tenebat *Elector Bavar*
Pars quoque *Elect. Moguntino*, pars aliis finitim
Principibus, ceſſerat. Sic ut ingrata facilè accidere
quod tùm quidem ferebatur, reſtitutionis men
tio.

Quod cùm ſubodoraret legatus, ut nihil ferè
liud, quàm temporis protractionem, cathenam
que, & nexum novarum tractationum, mente pra
conciperent, conceptiſſimis verbis exclamare co
pi

licerent utique *Cæſaris* conſiliarii, an *Archipa-*
tus eſſet reſtituendus, nec ne? Adiectis etiam
erbis: *Regem* ſuum modum, formulamque,
criptorum, quâ quidem *Palatinus* reatum de-
aretur. Quibus præmiſſis, denuò exertim in-
ogare totidem verbis perrexit: Dicerent tan-
, an *Palatini* reſtitutio foret exſpectanda, nec
Quid tùm verò à *Cæſareanis* reſponſi emerſiſſet,
ſatis nobis eſt exploratum.

CAP. V.

oſt liberatam per Suecos univerſam à Cæſareanis Pomeraniã: Duces Megapolitani, quoque, ſolenniſſima cum pompa, revertuntur in patriã.

I.

Suecis, Gryphiſvvaldia tandem, hûcuſque reſiſtens intercipitur.

A Rebus *Saxonicis, Palatiniſque*, ad arma *Suecica* relabimur. Neque enim ſub tã diverſi generis actionibus, ac rebus geſtis, eâdẽ ſemper chordâ, more in-ertis citharœdi illius, apud *Flaccũ*, ob-rare licet. Poſteaquàm verò *Guſtavo, Sueciæ Regi*, um *Electore Brandeburgico*, ſuper *Spandavia, Cüſtri-que*, fortalitiis, conveniſſet, *Stettinum* Rex rever-s eſt. Commodùm tùm *Magni Ducis Ruthenorum* idem appulerant legati. Quos *Rex*, ſolennibus cũ remoniis, ad ſe introduci iuſſit. Fama erat, *Ma-um* ſive *Moſchorum*, ſive *Ruthenorum*, *Ducem* hono-ria offerre *Regi* tàm in nummis, quàm in militi-is, ſubſidia. Hæc dùm apud *Stettinum* celebrãtur, tereà per eam provinciam ſola reſtabat *Gryphiſ-valdia*, hucuſque à *Cæſareanis* defenſa. Quæ unicè *uecorum* eò uſque eluſerat conatus. Contigerat illi ortalitio tribunus, ſive gubernator, homo *Italus*, ui *Peruſio* nomen fuit. Hic ad ultimam penè, quã ives, incolaſque, à bono tempore exercuerat, ſæ-itiam nihil reliqui fecit. Undè, prout videri ab e-entu potuit, iratam in caput ſuum concitavit *Ne-meſin*. Tantum apud *DEVM* pondus utique habent ppreſſorum, & gementium, tot hominum ſuſpi-ia, tantum valent quiritationes, & lacrymæ. Ubi rgò adveniſſet fatalis eiuſce hominis dies, ecce! p-ridie *Idus Iunias*, cohors *Suecorum* equeſtrium pro-pè ad civitatis portas adequitavit, tanquam pecu-dum gregem, in conſpectu præſidiariorum, aba-ctura. Sed excidunt propoſito. Greges enim eâ lu-ce fortè aliam per civitatis portam prodierant. Ne ergò hæc provocatrix cohors nihil feciſſe videre-tur, ecce! laceſſentium more, exoneratis bombar-dis, tumultuari velut viſa eſt. Quo nuncio acce-pto, *Cæſareani* intrà *Fortalitium* ad arma conclamã-runt. Sic, ut equeſtres maximè in equis fremerent. Qui cùm extrà mœnia educerent, ipſe *Peruſius*, offi-cii ſui oblitus, unà cum paucis equeſtrium præfe-ctis, excucurrit. Vix mœnia egreſſis tres equeſtriũ *Suecicorum* turmæ ab antecurſoribus notari cœpê-re. *Peruſio* igitur tribuno indicatum eſt, ne ulteriùs pergeret. Sed ſe fortalitio, & præſidiariis, reſerva-ret. Negavit ſe facturum. Nihilque benè monen-tes moratus, paulò longiùs à mœnibus proceſſit. Sed, in inſidiis latentes, alii equeſtres *Suecici*, viã, ne in civitatem regreſſus illi pateret, oppidò inter-cluſerunt. *Croatæ*, in anguſtias eas redacti, ilicet in fugam effuſi ſunt. Pars ut aquas proximas pene-trarent. Pars oppidò *Suecicis* ingruentibus perirẽt. Ità cum paucis familiaribus, tanquam piſcis in ſic-co, derelictus *Peruſius*, primùm ſocios iuxtà ſe vidit occumbentes. Mox ipſe glandibus petitus, tactuſ-que, quòd telis diceretur impenetrabilis, præter gemitum, ſanguinis emiſit nihil. Sed *Suecici* homi-nis *Itali* confidentiam, artemque, notantes ſibi, a-lio experimento hanc in rem utentes, paulò poſt, accuratiùs infarctis fiſtulis, perfoſſis utrinque late-ribus, tanquam victimam, proſtraverunt. Semine-cique torquem aureum, aurei velleris inſignibus illuſtrem, detraxerunt. Ità, quem civitatis incolæ, ob rigorem, ac ſævitiam, pridèm timidiſſimis in-terfecerant votis, ſpectaculum præbuit humanæ miſeriæ. Iacuitque indefletus, totiuſque multitu-dinis commiſeratione indignus. Ecce! hic quoque magnis cogitationibus præcordia impleverat. Ec-ce! tempus ſibi finxerat, in quod procul diſtans e-iuſce fortalitii defenſionem extraheret. Sed non diu ſervat fortuna fidem. Ut graviùs, & præter ex-ſpectationem, toties in vitulantes, ac magna ſibi promittentes, cervices militares bacchetur.

Vix iſte funeſtam, properantis fati legem im-pleverat, ecce! *Tottus*, archiſtrategus regius, ali-quammultis cum legionibus, ſupervénit. Ut iam, iuſta ſub corona, atque obſidione, civitatem cin-geret, machinaſque bellicas diſponeret. Quibus antè præparatis, miſit intrò, qui deditionem poſtu-larent. Sed audacter repugnârunt *Cæſareani*. Itaque *Sueci*, rem ſeriò urgentes, tormentis experiri cœ-perunt. Neque languidiùs egerunt obſeſſi. Ut, tur-matim erumpentes, in *Suecos* validam ſuſciperent impreſſionem. Sic ut pedeſtres *Suecorum* cohortes, niſi ab equeſtribus fuiſſent ſublevatæ, tùm confun-di potuiſſent. Deſideratis utrinque non paucis, *Cæ-ſareani*, intrà mœnia compulſi, tormentis pariter rem egerunt.

Sed mox hic fervor elanguit. Ubi enim die ſe-quenti denuò poſtularetur deditio, mitiùs ab ob-ſeſſis reſponſum eſt. Ut mox, pactis conditionibus, loco tradito, more militari, excederent. Qui cùm, ex pacto, à regiis *Loitzam* deducerentur, illi, pacto-rum obliti, in itinere *Havelbergam* deflexerũt. Quo facto, ab *Hallio*, tribuno regio, ſuperveniente, op-preſſi ſunt. Sic, ut equeſtres primùm diſſiparentur. Mox mille, & quingenti, pedeſtriũ exarmati, par-

Hhhh 2 tim

tim occumberent, partim arma traderent, militiamque ſequerentur regiam.

Rex, multo armorum, legionumque, apparatu è *Stettino* poſtridie ſuperveniens, non potuit non mirari tàm properatam munitiſſimæ civitatis deditionem. Cui par fortalitium per integram haud occurreret *Pomeraniam*. Quippe vallum intuebatur inuſitatæ latitudinis. Foſſæ ſatis amplæ, profundæ, aquiſque exundantes, in oculis erant. Ut de aliis loricis, ac ſepimentis, extraneis nihil deſideraretur. Gratias igitur *Rex* agebat fortunæ ſuæ, tū properatis *Peruſii* tribuni fatis. Undè factum, ut tàm munito loco promptè potiretur. Quem ſi tueri voluiſſent obſeſſi, deditio in aliquot adhuc mēſes, ſub multo & temporis, & laboris, hominumq; diſpendio, potuiſſet extrahi. Nam fortalitium erat apprimè munitum. Annona in quatuor menſes ſuppetebat. Copia pulveris pyrii ducentis ſtrangulabatur doliis.

II.

Gryphiſvvaldiâ Regiorum in poteſtatem veniente, totam per Pomeraniam, à Cæſareanis liberatam, tripudiatum eſt.

HAc *Gryphiſvvaldiæ* occupatione univerſa *Pomerania* lætos exporrexit vultus. Tanquam quæ totis iam finibus, operâ *Suecorum*, *Cæſareanas* eieciſſet copias. Itaque etiam, publicis, ac ſolennibus, ſub feriis, vota, pro patriæ reſtitutione, ſunt ſuſcepta. Ut epiniciis, & euchariſticis, omnia fremerent. Neque ſegniùs apud *Stockholmium*, *Regis Sueciæ* regiam, feſtiva publicabatur ſolennitas. Quâ, pro bellicis *Regis* per *Germaniam* ſucceſſibus, gratulationibus, & ſoteriis, fremuerunt indigenæ. Sic, ut quadragintà ſex aquilæ, ſub hac *Regis* expeditione, *Cæſareanis* extortæ, è turribus, trophæorum in morem, ſuſpenderentur.

III.

Pomeraniâ liberatâ, eâdem operâ Megapolitanus Ducatus per Suecos vindicatur.

SIc prima cecinerant *Regi* epinicia *Pomerani*. Quē mox plenus apud *Megapolitanos* exſpectabat triumphus. Alterum enim, intrà patriam afflictum, *Pomeraniæ Ducem*, veluti à militarium oppreſſione, ſervaverat. Alteros *Megapolitanos Duces*, è patria, & finibus, eiectos, extorres, exules, in provinciam, ſub triumphali ſolennitate, veràque ovatione, reſtituerat. De illo præmiſſum eſt. Sequitur, ut hoc quoque ſuperattexamus. Ergò, ubi *Pomerania* non ampliùs regiis opus haberet legionibus, omnis indè armorum apparatus in *Megapolitanos* cœpit cōverti. Quod ad inſtitutum *Straleſunda* magnam ſuppeditabat opportunitatem. Ut, tanquam è vagina, copias ſubmitteret. Quæ, in *Megapolitanos*, iam magnam partem ſub leges *Suecicas* vocatos, infuſæ, *Güſtroviam*, *Bützoviamque*, ſucceſſivis vicibus expugnârunt. Qui è *Bützovia* eduxerunt *Cæſareani*, *Roſtochium* properantes intercepti ſunt. *Croatis* bonam partem pereuntibus. Quibus cæſis, magna vis auri inventa eſt. Repertæque ſub impedimentis lagenæ, non quidem vino generoſo, ſed auro ſignato, torquibus aureis, & gemmis, refertæ. Iam ſ
& ordo, exſpectabat *Roſtochianos*. Qui, parem
tunam metuentes, in eo toti erant, ut convaſ
res pretioſas ad loca tuta amandarent. Hoc d
ſub inſtituto fatigantur. Et iam per navium, re
cariſſimis oneratarum, *Dantiſcum* dimittunt. E
ab archithalaſſo *Suecico*, re per indices explorat
pud *VVolgaſtum* excubias agente, præda omnis
tercipitur.

IV.

Schvverinum expugnatur.

FOrtunâ pro *Suecis* fidibus canente, *Rex Monr*
tribuno *Scotico*, in mandatis dedit, *Plaam* ci
tatem in ordinem redigeret. Id quod hic, eie
tridui intervallo præſidiariis, feliciter effecit.
præliminaribus præventis, in *Schvverinum* civi
tem, ſedemque ducalem, diſſipatis in vicinia *Cæ*
reanis, itum eſt. Cuius loci deditionem haud lo
abeſſe, diro ſive *omine*, ſive *oſtento*, incolis antè
tari cœperat. Etenim, paulò antè cohors equeſt
ſub ſigno, vel aquila, volante, noctc intempe
non ſine ingenti ſtridore, in vallo civitatis rep
ſentabatur. Uſque eò, ut *Cæſareanorum* excubi
res, ſive ſtationarii, metu perculſi, ſeſe ſubdu
rent. Illud à viris tùm quoque exercitatis ſenſib
præditis, pro victoriæ, ſive recuperationis, in
inſtantis, præludio, haberi cœpit. Nec fefellit
ventus. Qui paulò poſt eſt inſecutus.

Etenim, dùm *Sueci* intereà oppida aliquamm
ta recèns invadunt, & recuperant, ecce! ipſi qu
que *Megapolitani Duces*, collectis ſub *Lohauſenio*,
Dumenyo, cohortibus haud paucis, in patriæ ill
ſuæ vindicationem, coniunctis viribus incubuē
Igitur, *XVI. Cal. Sextil. Adolphus Fridericus, Dux*, c
hactenùs intrà *Lübeccam* ſeſe tenuiſſet, ad copi
ſub præfectura *Schönbergica* collectas, promov
Ubi cùm agrum à *Cæſareanis* purgâſſet, ſuperacc
dentibus decem equeſtrium cohortibus, ad *Schv*
rini, civitatis, ac ſedis ducalis, recuperationem a
mum adiecit. In hoc dùm eſſet totus, de eo delib
ravit, quo pacto *Cæſareanis* è civitate in arcem
ceptum intercluderet. Itaque utraſque civita
portas impetere, & velut arietare, iuſſit. Hoc dù
fieret, *Rellingero*, equitum magiſtro, dedit in ma
datis, iret ſua cum manu, & navigiis ſtagnum
menſus, dùm præſidiarii in civitatis defenſione o
cupantur, aditus versùs arcem interciperet. Par
ille dicto, ut iuſſus erat. At, dùm paulò expediti
equeſtres ſuos conſpectui exponit, *Cæſareanos* ilic
ad arma provocavit. Sic, ut non pauci *Suecoru*
Megapolitanorumque, tàm vulnerarentur, quàm o
primerentur. Interim, quanquam *Dux* arce tū
non potiretur, civitate potitus eſt. Notatâ eni
ſibi equeſtrium ſub navibus irruptione, iam tū
ambo centuriones *Cæſareani*, *Celyus*, & *Milatzius*,
arcem temporiùs reconfugerant. Tametſi igitu
à redacta in poteſtatem civitate, *Dux* ilicet ar
quoque deditionem poſtularet, maſculè illi rep
gnârunt. Uſque dùm *Tottus*, archiſtrategus *Sue*
cus, adductis tàm cohortibus, quàm tormentis,
auxilium ſuperveniens, machinis bellicis direct
refractarios illos paulò poſt ad arcis quoque co
traditionem compelleret. Pactis igitur interven

entibu

tibus, ſub ſarcinulis, ſignis expanſis, armiſque riuſque generis, more militari, partim *Dömizam*, rtim *Viſmariam*, dimitti cœperunt.

V.

perâ Guſtavi, Sueciæ Regis, Megapolitani Duces, ſolenniſſima cum pompa, in patriam reducuntur.

Ecuperatis hoc pacto locis per *Megapolitanos* plerique, ipſoque *Schvverino*, ſede principali, ordinem redacta, *Guſtavo*, *Sueciæ Regi*, in mentē nit, ut aliquem expeditionis illius ſuæ pro temre prima manu decerperet florem, ac fructum. *ucesque* fratres, ceu triumphi in morem, ſub puicis ovationis feriis, in patriam ſolenniſſimè reiceret. *Gaſtroviam* itaque dùm pompa intrat, ſeiens ſolennitas notari cœpit. Principio, intrà hom ſeptimam, & octavam, matutinam, omnibus r civitatem campanis aſſonantibus, ingentis lætiæ ſigna data ſunt. Clangore campanarum inrpolatim acquieſcente, ternarius tormentorum ellicorum explodi cœpit. Mox è turribus ordine nnibus tibicines, ac fiſtulatores, hymnum illum præſentârunt. *Caſtrum fortiſſimum DEVS utiq; noreſt.* Hic campanarum clangor, hic tormentoum ſtrepitus, & hæc fiſtulatorum modulatio, uſue ad horam circiter nonam, durârunt. Iſta inter ſtivitatis initia, cives arma induerunt. Cohortes electæ ex agro vicino in civitatem properârunt. Numeruſque equeſtrium *Megapolitanorum* confluit. Hi omnes, certis globis diſtincti, ad duo paſuum millia, *Regi, Ducibuſque*, obviàm proceſſerunt. ic, ut tympanis, tubis, lituiſque, ſecum aſſumptis, irciter tremerent omnia. Choruſque *parochorum*, c *ludimoderatorum*, lentis paſſibus antecedens, ſub oncordia muſica, reduces *Duces* patrios conſaluaret.

Ab illis cùm *Rex, Duceſque*, exciperentur ſolenniter, hymnus ille, *Laus, & perennis gloria, DEO Patri, Filio, & Spiritui Sancto*, pertentatum demulſit aëra. Mox, *Duces* ad *Regem* converſi, pro præſtito beneficio, immortales depoſuêre gratias. Quibus peractis, ſequenti ſub pompa, ordinibuſque, *Güſtroviam* ntrare perrexerunt.

Primum agmen duxerunt *Cantores*, & *Eccleſiaſtici, hymnos triumphales* ſelectiſſimos concinentes. Eos exceperunt *Senatores, Civeſque, Güſtravienſes*, unáq; vicinarum civitatum *delecti*. Poſt hos, octingenti *Equeſtres*, ſub ſignis octonis, inſignia *Megapolitana*, infrà aſſcriptis elegantibus rythmis, præferentibus, in equis proceſſerunt. Ab indè par fecialium, holoſerico amethyſtino circumamictorum, notatum. Quorum alter *Schvverinenſem*, alter *Guſtravianum*, *Ducatus*, repræſentavit. Equis invectus uterque plumis diſcoloribus, è viridi, candidoque, ornatis. Pone hos ſolus inequitavit *Ioannes Albertus, Dux Megapolitanus*, pulla veſte uſus. Hunc à tergo inſecuti ordine triginta ſex ſtipatores, xiphomachæris manus inſtructi. Hos ſex æneatores, & triginta ſex tubicines, exceperunt, veſtibus, ex cœruleo, viridi, candidoque, coloribus, induti. Poſt illos omnes, *Guſtavus, Rex Sueciæ*, ſolus in equo, veſte tota viridante, renidere cœpit. Stipatoribus concurrentibus viginti quatuor. Utrumque verò latus cuſtodientibus utrinq; octodecim equeſtris armaturæ hominibus. A *Regis* tergo *Adolphus Fridericus, Dux Megapolitanus*, holoſerico amethyſtino excultus, poſt eum *Bogislaus, Pomeraniæ Dux*, cuius dextram *Daniæ Regis* filius, lævam *Guilielmus, Churlandiæ Dux*, clauſit, omnes in equis, proceſſerunt. Indè ambo *Duces Megapolitani* iuniores, inter *Baudiſium*, & *Streiffium*, tribunos, medii perrexerunt. Tandem *Duciſſæ*, heroïnæ, nobileſque, matronæ, ac viragines, centum, & triginta, rhedis invectæ, hoc illuſtre abſolverunt choragium. Quibus cuſtodia è mille, & octingentis, equeſtris armaturæ militibus, adiuncta.

Antequàm in civitatem ordines intrarent, campanarum ſonitus de induſtria triſtis, & feralis, fuit. Ubi autem intrò ventum eſt, ilicet lætiſſimis clangoribus omnia fremuerunt. Neque ab hoc velut tripudio ceſſatum eſt, uſque dùm *Rex*, cum *Principibus*, perrexiſſet in templi penetralia. Sic concio, è *Pſalmo CXXVI.* & quidem illis verbis: *Qui cum lacrymis ſementem faciunt, cum gaudiis meſſem excipient:* audiri cœpit.

Peracto ſacro, ſub reiteratis companarum omnium clangoribus, *Rex*, duobus comitatus *Ducibus*, in *Curiam* perrexit. Quibus *Conſules, Senatuſque*, humilima ſub inclinatione, proceſſerunt obviàm. Sic in verba iuratum eſt. *Rexque*, nomine *Ducum*, ſubditis immunitatem impertivit. Pro maiori publicæ illius feſtivitatis demonſtratione, decem doliorum paria, vino referta, & viginti paria, Zytho ſpumantia, per forum civitatis diſponi cœpêre. Ingenti pariter pannis cocti multitudine, iuxtà vinum, Zythumq;, in cados diffuſum, inter cives, genialem in morem, diviſâ. Neque hoc ſatis. Sed aureæ, argenteæque, in populum proiectæ, monetæ, quarum altera parte *Principum* effigies; alterâ *Pellicanus*, roſtro præcordia ſaucians, eminebant, lætitiam reddebant auctiorem. Sub hac feſtivitate, *Rex* iuſſit, matres, quotquot infantulos lactarent, omnes. Infantuliſque de hoc lætitiæ nectare inſtillarent. Quò ſic quoque ſeri nepotes huius illius antiquiſſimorum *Ducum* exulum, in patriam ſolenniſſimi comminiſſent reditus. Perque manus hæc donativa, ſive congiaria, traderent, ac deprædicarent. Atque hoc ordine, hac via, ingentis ſub lætitiæ, gratulationis, ac tripudii, feſtivis illis demonſtrationibus, ſubditi ferias publicas conſummârunt feliciter.

***

Io. Petri Lotichij
RERUM GERMANI CARUM
LIBER XL.

C A P. I.

Thillyus, cum exercitu, dirigit in Thuringos, Heſſos. Sed Guſtavo, Sueciæ Rege, ſuperan te Albim, revocatur.

I.

Thillyus, exciſo Magdeburgo, dirigit in Thuringos.

HActenùs *Sueciæ Rex*, tanquam obicem, ſive pomum *Atalantæ*, ut eſt in fabulis poëticis, *Thillyo* obiecerat *Magdeburgum*. Quo ille remoratus impedimento, minùs poſſet in *Regis* ſive actiones animadvertere, ſive progreſſus eius retardare. Hoc obſtaculo tandem ſub ipſa velut radice reciſo, *Thillyus* res alias agitare cœpit. Nempè animum eò adiecit, quò *Regis* conatibus proximè occurreret. Interim non unicus *Rex* erat in partibus. Qui novam belli ſuggereret materiam. Sed etiam *Elector Saxoniæ*. Etiam totus *Proteſtantium* chorus, eandem coquebat armorum fabulam. Ut non univerſos in adverſarios ſemel, ſimulque, movere eſſet integrum. Sic priùs in *Saxoniæ Electorem*, ne hic quoque Regis accederet militiæ, ire elegit. Viſurus, quid vellet fortuna, antequàm hic *Regis* in partes tranſiiſſet. Hoc conſilio in *Thuringos* primùm eduxit. Poſteaquàm, pro *Albis* defenſione, poſt ſe reliquiſſet *Pappenheimium*.

Igitur per *Virunos, Hercynioſque*, reliquis cum copiis producens, non paucos ſuorum, intrà ſaltus à ruſticanis interceptos, deſideravit. Sic, ut legiones neceſſariò remitteret, quæ, plebis furores retundentes, armorum apparatus, è *VVolferbyto* accerſitos, deducerent. His plebeæ multitudinis iniuriis ſtimulati militares, ubi in *Thuringos* veniſſent, præ-

conceptam in inſontes indigenas indignation
effuderunt, paſſim rapinis, expilationibuſque,
Vinarienſes, Schvvartzeburgicos, alioſque, rem ag
tes. Illic *Franckenhuſa* civitas primùm direptio
bus lacerata, mox ignibus everſa eſt. Pari imp
multitudo militaris in *Comitiſſæ Gleichenſis* ſed
tumultuari cœpit. Sic ut vis penè gynecæo,
mundi muliebris detractione, inferretur.

Hoc cum rigore proximè in *Erphordiam* itum
Cui *Thillyus*, nomine *Cæſaris*, deditionem ſua
ſed non perſuaſit. Civitas quippè ampla, ſolo f
cundo, locoque opportuno, undè tàm in *Saxon*
quàm *Heſſos*, dirigi poſſit, ſita, admodùm videb
tur opportuna, quæ integrum aliquantiſper ale
quita eſſet exercitum. Ex eo quoque receptu *Sax*
nibus abundè noceri poterat. Ut *Franconiæ* eâdem
perâ *Epiſcopatus, Civitates Imperii* liberas, ordineſq
equeſtres, coercere foret integrum. Tùm illud ſp
ctandum veniebat, quò hac tanquam è ſpecula
Saxonum, quàm *Heſſorum*, conclaſſationes, iniec
velut lupatis, poſſent refrenari. Verùm, tametſi h
illæ rationes, ſatis ſpecioſæ, *Thillyo* civitatis diffu
expugnationem ſuadere ſufficerent, idque *Catho*
cam Religionem profitentes cives impendiò urge
viderentur, nihilominùs alia intervenerunt, q
mutare *Thillyo* non fuit opportunum. Etenim ia
tùm *Saxones, Heſsique*, armis erant provecti, ut ta
tùm non minari velle viderentur. Ut civitas, cit
oppugnationem, non eſſet ſub leges ventura. R
bus igitur gravioribus urgentibus, cùm ultrà pe
geret *Thillyus*, ſub annonæ, & pecuniarum, ex-
preſſione, tùm quidem ſatisfieri ſibi
paſſus eſt.

II. Th

II.

Thillyus infeſtat Heſſos.

HOc tempore, quo apud *Thyrigetas* ſubſtiterat *Thillyus*, legatum miſit *Caſſellas*, qui à *Guilielmo*, *ſiæ Landgravio*, ſequentia, ſatis dura, extorque-:. Nempè quinque ſive *Cæſareas*, ſive *Ligarianas*, :rà *Heſſiam* admitteret legiones. Copiis, recèns nſcribillatis, miſſionem daret. *Caſſellas*, & *Ziegen-inam*, fortalitia, contraderet. Aut amici, aut ho-s, vultus induceret. *Cæſareaniſque* tributa pende-t. Ad quæ ferunt *Principem* verbis illis, prout vi-ri poterat, dentatis tùm reſpondiſſe. Neque ho-em, neque amicum, ſe eſſe. Ut legiones in regio-em admittat, hoc ſibi perſuaderi non poſſe. Ut eò inùs ſedem ſuam tradere affectus ſit. Neque ſibi lupe eſſe proprium militem exautorare. Quòd habeat ipſe opus. Non convenire poſſe militi-us ſuis, utique tyronibus, cum *Thillii* veteranis. eóque haud conſultum fore, ut intrà ſtativa cō-ittantur. Si iam *Thillyus* vi experiri velit, neceſſa-am eâ lege ſibi impoſiturum defenſionem. Re-ius conſilium, niſi grave ſit, ſe *Thillyo* ſubminiſtra-rum. Quod, ſi placere poſſit, rerum neceſſariarū, ibutorumque, abundè queat ſuppeditare. Iret empè in *Boiariam*. Peteretque *Monachium*. Illic e-im *Rhamnuſiam*, illic cornucopiam, habitare.

Quæ quidem ubi non poſſent non *Thillii* aures dere, ilicet *Cratzium*, *Coloredoniumque*, tribunos, ilitari cum manu, in *Heſſiam* dimiſit. Ille ut *Smal-ldiam*, *Vachamque*, urgeret. Hic ut *Saltzungenam*, *Crucibergam*, fineſque *Heſſiæ*, depopularetur. Ità ctum, diverſis ut ſub partibus regio infeſtaretur. ohorteſque ſparſivæ funderentur. Milite *Heſſo* trà provinciæ præcordia, ad *VVerræ* fluentum, ſe-recipiente. Hoc pacto ad viginti quatuor, aut irciter trigintà, paſſuum millia, deſolata regione, ix reliquum fuit, undè *Thillyani* famem propulſa-ent.

III.

Thillyus, in Heſſos producturus, Sueciæ Rege, ad Albim fulminante, à Pappenheimio revocatur.

IAm iam, ad *Abbatis Fuldenſis*, ſub vicinorum afflictionibus gementis, querelas, integrum in *Heſſiā* infundere parabat *Thillyus* exercitum. Sed ecce! à *Sueciæ Rege*, infrà *Magdeburgum Albim* penetrante, hoc eius interturbabatur propoſitum. Sic, ut relictis *Heſſis*, *Thuringiſq;*, aliò deduceret. Quibus tùm, ſuper diſceſſu *Cæſareanorum* inexſpectato, ingens aucta lætitia. Ut feriis, publicè, ac ſolenniter, indictis, frementes tripudiarent.

Quouſque igitur *Rex* intereà fuiſſet progreſſus, iam indicabimus. Ille, *Pomeraniâ* nuper poſt *Gryphiſvvaldiam* interceptam, liberatâ, poſt triumphū etiam, ſub *Ducum Megapolitanorum* reſtitutione, partum, collectis copiis, circà *Cal. Quintil.* è provinciâ *Brandeburgicâ*, *Albim* verſùs, direxit. Moxque, apud *Hieryc huntem*, ſic dictum *Cœnobium*, appulit. Ut uſque pontem ad *Magdeburgicum* ſpeculatores dimitteret, ſuper legionibus *Cæſareanis* inquiſituros. Hoc *Regis* adventu cognito *Pappenheimius* bis ſeptem equeſtrium cohortes, unà cum mediocri pedeſtrium manu, è *Burgo* in *Magdeburgum*, iam nō civitatem, ſed vacuam, mœnibuſque ambitam, retraxit aream. *Rex*, intelligens abeſſe copias adverſus, partem ſuorū trans *Albim* traduxit, *Tangermündamque*, oppidum, in edito ſitum, præſidio *Cæſareo* obiter firmatum, impetere iuſſit. *Suecici*, magnis rē agentes conatibus, poſt unum, alterumq;, aſſultus, vi locum expugnârunt, partim cæſis, partim in gratiam admiſſis, præſidiariis. Hæc ubi via *Regi* aperiretur, poſt *Cal. Quintiles* plures ſuorum tranſmiſit, qui omnia ad ripas navigia, pro ſternendo ponte, conquirerent. Ità accidit, ut, tridui ſpatio, pons *Albi* imponeretur. Idemque lorica-tenùs communiretur.

Hoc pacto *Rex* exercitum, impedimenta, machinas, apparatumque bellicum, traduxit. Ipſe verò *Tangermündam* petiit, eo loco, ceu diverſorio, uſurus. Ibi tùm è *Cæſareanis* nuperrimè præſidiariis captivi, ante *Regem* adducti, in poplites prociderunt, ius vitę timidiſſimo murmure flagitantes. Quibus *Rex* iſtis reddidit verbis: Surgite, inquit. Neque enim *DEVS* ego ſum, quem iſto adoretis cultu. Quin *DEVM* adorate, tanquam ius vitæ vobis facientem. Illi gratias debetis. Scitote autem, aliâs pœnis vos dignos eſſe. Gravioraque meruiſſe. Ità enim, more peſſimo, ubi victores eſtis, ſævire didiciſtis. Ut meos, plebemque indemnem, *Turcis* crudeliùs affligatis. Ecce! nihilominùs veniam vobis largior. Quo cum verbo pars militiam *Suecicam* ſequi, pars refragantium in cuſtodiam redigi, cœperunt. *Rex* verò, paucis cum millibus, tantiſper apud *Tangermündam* ſubſtitit, uſque dùm *Brandeburgum vetus*, civitas *Marchionatus* ſic dicta, à tergo communiretur.

Eo commodè peracto, *Rex* attractis univerſis copiis *Magdeburgum* tentâſſet, niſi ſubvereri accidiſſet, *Thillyum*, apud *Mülhuſam* ſubſiſtentem, integro cum exercitu, mox futurum in partibus. Necdùm, ſuper *Saxoniæ Electore*, *Rex* quicquam certi promittere ſibi poterat. Tutius ergò ſecutus conſilium, intrà *Albim*, & *Havelum*, apud *VVerbenam*, caſtra communivit. Uſque dùm appareret, quid futurum eſſet cum *Proteſtantibus*. Hæc intrà caſtrorum amplitudinem *Rex*, è *Tangermünda* quoque, & locis finitimis, omnes tàm pedeſtres, quàm equeſtres, contraxit copias. Ut etiam pontem portatilem illic collocaret. Nam duplex indè redibat ad *Regem* cōmoditas. Sic, ut civitates, beneficio *Haveli*, commeatum importarent. Exindéque tàm in *Marchionatum veterem*, *Primatum Magdeburgicum*, provinciamque *Megapolitanam*, poſſet excurrere.

IV.

Rex velitaribus prœliis in Thillyanas advenientes legiones feliciter experitur.

ANtequàm *Rex* apud *VVerbenam* metaretur caſtra illa, *VII. Id. Quintil. Banerus*, generalis excubiarum præfectus, ex æde cathedrali, in edito poſitâ, in *Havelbergam* deſuper ingruere cœpit. Sed *Cæſareani* è caſis piſcatoriis ſtrenuam in *Suecos* ſuſceperunt defenſionem. Donec *VVincklerus*, tribunus *Suecicus*, aquas, ultrà umbilicum uſque, emenſus, vi ſimul irrupit, civitatemque, cæſis armatis pluribus, in poteſtatem redegit.

Hæc, & alia, cùm illic gererentur à *Suecis*, *Pappenheimius*,

heimius, viribus impar, *Thillii* auxilium cœpit implorare. Neque repugnavit illius voto *Thillyus*. Ut ilicet *Cratzium*, generalem vigiliarum præfectum, cum certis quibuſdam millibus, *Albim* verſùs, dimitteret. Ut ipſe inſuper totis cum copiis ponè ſequeretur. Tanquam qui *Regem* in aciem, antequàm caſtra ſic ſatis communiiſſet, mallet pertrahere. *Rex* igitur, per exploratores edoctus, *Thillyanas* legiones iam tùm apud *VVolmerſtadam*, ſub diœceſi *Magdeburgica*, &, lege militiæ, primùm equeſtres, appuliſſe, magnis itineribus *Cæſareanos* defatigatos, &, prout fieri amat, ſecuros eſſe, ratus, manum equeſtrium ſuorum non minùs quietè refectam, quàm expeditam, locis idoneis clàm immittere præcogitavit. Qui intrà equeſtrium *Cæſareanorum* globos, ac legiones, ſub audaci irruptione, ſeſe immitterent. Per ſtativa diviſos funderent. Totumque, ſi liceat, exercitum conturbarent. Ubi ergò, intrà *Marchionatum veterem* equeſtrium manum conglobâſſet, noctu profectus, ultrà *Tangermündam* perrexit. Altero manè ſpeculatoribus dimiſſis à captivis didicit, quàm vix ultrà octo paſſuum millia abeſſent primitiæ hoſtiles. Nam tùm *Montecucliana*, & *Holckiana*, legiones, intrà *Borgſtallam*, & *Angernium*, pagos, ſeſe tenebant. *Rex* igitur, agmine tripartito incedens, partem *Borgſtallam* præmiſit, qui legionem *Cuculianam*, ex inopinato invadentes, partim fuderunt, partim diſſipârunt. Alter globus dùm in *Angernam* ducit, *Rex*, inter utroſque ſuorum, in *Bernſteinianam* incidit legionem, ſub ſignis conſiſtentem. Iam tùm enim hoſtilis incurſus acceperat nuncium. Quæ cùm turmas ſuas duas diviſit in partes, *Rex* ilicet ſuorum globum immiſit. *Bernſteiniani*, hoſtilem intuentes manum, tanquam pugnaturi primùm fiſtulas exonerârunt. Sed *Suecorum* aliis, aliiſque, ſubſidiariis ſuperingruentibus, in fugam effuſi ſunt. Sic, ut *Bernſteinius* tribunus, & *Colobratius Baro* adoleſcens, occumbentes, unà cum impedimentis, multos ſuorum in fuga amitterent. *Rex* pagum eo loco, evitandæ confuſionis cauſſâ, ſuppoſitis ignibus, incendi iuſſit. Sic noctis obſcuritas fugientibus profuit, remorata perſequentes.

Reſtat, ut de impetu, qui à *Rheingrafio* in *Angernam* pagum ſuſceptus eſt, adiiciamus. Is primò in pagum turmam equeſtrium præmiſit. Qui ubi, præter impedimenta, milites non haberent obvios, pagum egreſſi, inciderunt *Holckianam* in legionem, tumultu eminùs percepto, pariter ſub ſignis ſeſe tenentem. Hæc, ingruentes *Suecos* maſculè excepit, primoſque ſuſtinuit impetus. Ubi autem *Sueci* denſatis inſtarent agminibus, *Cæſareani*, multis ſuorum, unâque ſignis duobus, deſideratis, fugâ pugnam diremerunt. Hac parte ne nox confuſionem fortè pareret, etiam hunc *Rheingrafius* pagum, incolis iam anteà profugis, flammis crepitantibus perdere iuſſus eſt.

Non caruit velitaris iſta expeditio prædis, manubiis, ſpoliiſque, ex hoſtico relatis, luculentis. Et *Rex* fortè ulteriùs fortunam ridentem tentâſſet. Niſi, tenebris impeditus, prævidiſſet rumoribus, pulſiſque claſſieis, tota fremere caſtra. Hoc itaque contentus ſucceſſu, noctu ſenſim, ſub tubicinum clangore, legiones, *Stendallium* uſque, retraxit. Ubi, quòd vindictam ſibi paratam ab hoſtibus extimeſceret, per biduum copias apud ſe contin
Sed *Cæſareani*, ultrà pagos iſtos, flammis abſu
ptos, locumque conflictus, non progreſſi t
quidem ſunt. Quibus cognitis, *Rex* in caſtra ap
VVerbenam conceſſit. Deque neceſſariis, qui
advenienti hoſti occurreret, proſpicere cœ
Ceciderunt eo in conflictu tres *Cæſareanorum* c
turiæ, pluribus in cuſtodiam abreptis. E *Sue*
Carolus Ludovicus, *Palatinus Lauttereccanus*, pe
Qui, poſtquàm ſigniferum *Cæſareanum* glande p
foſſum ex equo deturbaſſet, ab eius commilito
vindictam exigente, duabus glandibus perforat
VVerbenamque delatus, non abſque ingenti *Regis*
mitu, ſpiritum reddidit.

V.

Thillyus, ad VVerbenam uſque, producens,
ſtra caſtris opponit. Defectâque annonâ
ercitum reducit.

INtellecta ſuorum ſtrage, *Thillyus* apud *V*
merſtadam exercitum recenſuit. Collectiſ
copiis eâ circumſpectione produxit, tanqu
identidem obvio cum *Rege* acie pugnaturus.
cautione etiam poſtero die *Tangermündam*
que promovit, *Suecicis* eo è loco anteà dilapſis.
terim *Croatæ* in tres *Suecorum* equeſtrium tur
eâ veſperâ inciderunt. Quibus cum ad uſque c
puſculum res fuit. Donec *Schönbergius*, gener
rei tormentariæ præfectus, in iſtos educens, ob
rantes diſiecit. Non enim id videbantur agere
riò *Sueci*, ut pugnarent. Ut duntaxat vexandi ca
ſas, & occaſionem, de induſtria ſectarentur. Ex
dè *Arnburgum* exercitus perrexit, multis ſubi
intervenientibus velitaribus præliis. Uſque d
apud *VVerbenam* regiis caſtris caſtra *Thillyus* op
nere cœpit. Ubi tùm quidem particularibus, &
verſis, pugnatum eſt præliis. *Rex* autem, non t
fortis, & audax, quàm curioſus, ac ſapiens, eâ c
communiverat caſtrâ, ut *Thillyo* in ea nihil iu
permitteretur. Sic morâ aut *Thillii* copias atter
re, vel luculentiorem acie experiendi occaſion
præſtolari, maluit. Interim, neque ſic quidem ni
agere volebat *Thillyus*. Sed *Holſatiæ Duci* in mand
tis dedit, is manu ſatis valida in *Regis* caſtra impre
ſionem ſuſciperet. *Holſatus*, morem geſturus, den
fortè tùm ſeſe ingerente nebulâ, oppidò fuit in
peditus. Sic receptui canentes *Thillyani* poſtmod
tormentis experiri cœpêre. Ut magno numer
glandibus in civitatem, ac caſtra regia, eiaculati
rem agerent. At paulò poſt, tormentis in caſt
Thillyana reductis, etiam hic elanguit impetus, r
giis extrà metum verſantibus. Antè *Cal. Sextile*
bis mille equeſtrium *Suecicorum* in caſtra *Thillyan*
impreſſionem tentantes, cum *Croatis* manus con
ſeruêre. Quibus, deſideratis aliquammultis, retr
cedentibus, *Sueci* ad ipſa penè uſque *Cæſareana* ca
ſtra penetrârunt. Sed, directis tormentis, totiſqu
copiis è caſtris prorumpentibus, repulſi ſunt. No
paucis utrinque deſideratis.

Procedentibus illis velitationibus, *Rege* pu
gnam detrectante, fruſtrà fuit *Thillyus*. Ut inter
eà defectis tàm pabulationibus, quàm commeatu
ac frumentatione, fatigaretur. Accedebat eiu
tempo-

nporis ſiccitas, ſic ut *Albiaci* latices, ſiti fauces u-
ıte, per caſtra pretio divenderentur. Hoc enim
induſtria agebatur *Suecis*, ut, ſub legionibus, ſu-
i *Tangermündam Albim* penetrantibus, commea-
;, ex *Halberſtadio*, lociſque finitimis, caſtris *Cæſa-
nis* deſtinatus, & debitus, interciperetur. Qui ſi-
ılátque itinera paſſim infeſtabant, ut apud *Mag-
urgum*, & in vicinia, immenſa vis panis cocti, ob
ɔram, aëris vitio tùm corrupta ſit. Quæ neceſſi-
Thillyum tandem eò adegit, ut, cùm, metu famis,
riclitari nollet, tùm in *Regem* ire non quitus eſſet,
ıſim exercitum *Arnburgum*, & ſucceſſivè *Tanger-
indam*, retraheret. Relictis apud caſtra ad tem-
s legionibus expeditiſſimis. An ſic fortè *Regem* in
gnam pertrahere quitus eſſet. Non fugit hoc
illui inſtitutum curioſum, & ſedulum, *Regem*, per
ɔloratores pleraque inveſtigantem. Qui ſuos
n niſi in poſtrema *Cæſareanorum* ſubmiſit agmi-
.Illic ut rectiùs ſpoliis darent operam. Quod il-
ne ſic quidem ſucceſſit infeliciter.
Ubi ergò apud *Tangermündam* caſtra metatus
, pontemque è lintribus *Albi* impoſuit, turmæ
ecica, variis ex angulis furtim irrumpentes, nunc
cudes abegerunt, nunc alia vitæ ſubſidia ſubtra-
runt. In quas tametſi *Holckius* tribunus, integræ-
ıe legiones, haud rarò educerent, nihil tamen
atu dignum his fuit tùm quidem effectum. Eò,
ıòd *Rex*, ultrà citráque *Albim*, irrumpere, ac *Thil-
nos* faſtidiis pluribus exercere, didiciſſet. Tam-
ſi ergò *Thillyus* in adverſam moviſſet *Albis* ripam,
que ſic tamen annonâ potiri potuiſſet ſufficien-
Si enim diviſiſſet ex utráque ripa exercitum, *Rex*
midiatas ſine dubio fudiſſet copias. Ut penè,
icquid ageret, tanquam fato quodam impediri
illyus videretur. Fame iccircò, ſitique, exercitum
emenſibus, etiam paulò poſt *Tangermündâ*, toto-
ıe *Marchionatu veteri*, exceſſit. Perque agrum *Ma-
ebürgicum* copias diſpoſuit.

V I.

*ex Sueciæ, à Galliarum, Angliæque, Regibus,
itemque Batavis, ſubſidia impetrat.*

DUm ſic ad *VVerbenam* ſe caſtris tuetur *Rex Sue-
ciæ*, per *Angliæ, Scotiæque*, regna, ſub *Hammel-
onio Marchione*, aliquot legiones, phalangem cō-
ituentes in *Regis Sueciæ* uſum, ſtipendiis obligari
eperunt. Quibus aſſumptis *Hammelthonius*, ma-
tima emenſus ſpatia, per *Pomeraniam* ad *Regem*
errexit. Eiuſque imperio ſeſe ſubmiſit.
Eodem tempore *Rex Sueciæ Benedictum Ochſen-
rnum, Baronem*, ablegavit ad *Galliarum Regem*, di-
erſis, arduiſque, de negotiis, in rem communem,
boraturum. Hic, ſingularis ſub honoris demon-
rationibus, exceptus, magnoque in pretio habi-
ıs eſt. Sic, ut extrà ordinem, poſt duarum ſepti-
ıanarum decurſum, (quo tempore *Regum* legatis
ıutia, ſive diætetia, apud *Gallos*, exhibentur) ni-
ilominùs tàm epularum honorariarum lautitiis,
uàm aliis non vulgaris honoris ſolennitatibus, af-
iceretur. Eò uſque iucundus, ac gratus, *Regi Chri-
ſtianiſſimo* videbatur *Suecorum* per *Germaniam* ar-
ıorum ſucceſſus. Quod vel exindè tùm quidem

patuit evidentiùs. Etenim, cùm eodem tempore *Cæſaris* legatus, *Curtius Baro*, apud aulam *Pariſinam* ſeſe teneret, invitis ſic ferè hic oculis intueri debuit, quæ eſſent *Galliæ Regis*, ſuper rebus, progreſſibuſque, *Suecicis*, congratulationes. Ità, ut legato illi *Suecico* palàm ingens pecuniarum ſumma numeraretur, ex animi ſui ſententia. Sic ut tu vel è vultibus hominum diſceres, aliam haberi tùm *Cæſarei*, aliam *Suecici*, legati apud *Gallos* rationem.

Illis ſubſidiis auctus *Rex Sueciæ*, porrò ad confœderatos *Belgii Ordines*, ſequentes dimiſit codicillos. Quàm egregiam occaſionem, inquit, mediaque idonea, ac luculenta, ſub expeditionis ſuæ progreſſibus, pro vindicanda re *Evangelica*, iam tùm preſſa, *DEVS* ſuppeditaret, hoc illis utique obſcurum haud eſſe. Nam, dùm, unius anni ſpatio, *Cæſareanos* univerſa è *Pomerania* eieciſſet, magnam partem *Electoratus Brandeburgici* repurgâſſet, provinciamque *Megapolitanam*, exceptis locis non ità multis, hæreditariis *Principibus* reſtituiſſet, iam ſe in eo eſſe, ut, ſuperato *Albi*, *Proteſtantium* regiones quarum ſubſidiis hactenùs hoſtes bella geſſiſſent, prætervectus, in *Catholicorum* provincias deinceps graſſari poſſit. Modò in tempore *Regi* ferantur ſuppetiæ; Neque aliò vires convertere teneatur.

Ordinum quidem expeditionibus hoc eſſe effectum, ut *Regis* hoſtibus externa ob id non acceſſerint auxilia. Iam, cùm intelligat, *Ordines* legionibus quibuſdam miſſionem daturos, communem utique cauſſam, pro qua ipſe militet, pro ſe rogare, ne illud hoc tempore faxint. Sed ad menſes inſuper aliquot retineant. Ne accidat, hoſtium vires exindè corroborari. Aut igitur eò uſque dimiſſionem extraherent, quoad *Regis* res meliori forent loco. Aut ſi omninò ſedeat legiones exautorare velle, illas per opportunas vias ad ſe proximè dirigent in *Germaniam*. Quid *Batavi* ad hanc *Regis* interpellationem reſcripſerint, non proſtat. Illud verò ab eventu patuit, illos, *Regis* rogationi annuentes, legiones ulteriùs detinuiſſe.

V I I.

Thillyus denuò Heſſos tentat.

QUi nuper, ſuper *Heſſorum* iniuriis, conqueſtus erat *Abbas Fuldenſis*, ille periculis hactenùs, abſente *Thillyo*, auctis, ſolum mutavit, *Herbipolimque* confugit. Dùm igitur *Guilielmus Landgravius*, è decem millibus exercitum conſcriptum, intrà *Caſſellas*, & *Ziegenhainam*, collocat, annonamque, & armorum apparatum, illuc convectat, ecce! *Fürſtenbergius* ſuas illas copias, *Fuggeruſque* decem legiones *Ligarianas*, recèns collectas, unà in *Heſſiam* infundunt. Et pleraque loca latè depopulantur. *Landgravius*, tot adverſis legionibus ſeſe imparem eſſe, perſpectum habens, ad *Sueciæ Regem*, intrà caſtra apud *VVerbenam* ſe tùm tenentem, excucurrit. Undè, ad *Elect. Saxoniæ* digreſſus, paulò poſt *Caſſellas* rediit.

Eam *Principis* profectionem indignanter tulit *Thillyus*. Cùm facilè, quid ageretur, odore perciperet. Itaque, an provinciæ *Ordines* in *Principem* irritare poſſet, ſequentibus è *Tangermünda* Equeſtres,

ſtres, ſubditoſque, *Heſſiæ* tùm compellavit. Scirent, inquit, ſibi innotuiſſe, *Guilielmum Landgravium*, relictâ *Heſſiâ*, ad *Sueciæ Regem* profectum, etiamnunc, apud *VVerbenam*, intrà caſtra ſubſiſtere. Iam ipſi iudicarent, quàm minùs conveniens illud quidem ſit, nempè *Imperii Principem* ad profeſſos *Cæſaris* hoſtes, nimirùm *Suecos*, tranſire, cumque iiſdem rationes, ac conſilia, hoc tempore conferre. Aliud certè *Principem* nuper promiſiſſe, quàm ipſe quidem adversùs *Cæſarem* nihil vel deliberare, vel tentare, foret affectus. Nunc verò oppidò emergere contrarium. Dùm planum, & evidens, fiat, quanta cum *Cæſaris*, & *Imperii*, hoſtibus ineantur conſilia. Quàmque hoſtiles interveniant machinationes. Quo nomine ſiquidè *Landgravius* ipſo facto ſe hoſtem confiteatur, idemque nunc cenſeri debeat, amicis verbis ſe monitorem illis accedere, hoc agerent, nempe *Principi* repudium intentarent. Intrà patriam non reciperent. Neque edictis illius deinceps morem gererent. Uſque dùm *Cæſar*, hac de re confeſtim erudiendus, quid fieri velit, reſpõdiſſet. Intereà, provinciales, ex fide, & debito, protectionem *Cæſaream* admitterent. Niſi id faxint, pro hoſtibus pariter eſſe habendos. Ut eadem pericula, ac difficultates, indè emergentes, indubiè expectare teneantur.

CAP. II.

De Thillyo, in Electorem Saxoniæ arma convertente.

I.

Thillyus, per legatos, agit cum Electore Saxoniæ.

SEd *Heſſi*, dicto *Thillii* minùs audientes, maluerunt *Principi* ſuo fidem conſervare. Quàm in diverſum abire. Intereà *Thillyus Proteſtantium* vires, ac conatus, oppidò ſuſpectos, periculiſque plenos arbitratus, evocato ad ſe *Fürſtenbergio*, illud meditari cœpit, ut, dùm *Regem* caſtris ſe tuentem, impetere nequiret, arma in *Saxoniæ Electorem* converteret. Eundemque aut decretum illud *Lipſicum* eiurare iuberet. Aut caſtris, regionibuſque, exueret. Quæ dùm, tot hoſtibus undique ſeptus, agitat, poſtridie Id. Sextil. *Ioannem Reinhardum* à *Metternich, Epiſcopatus Halberſtatenſis Adminiſtratorem*, & *Ottonem Fridericum, Baronem Schönbergium, Ligariani* exercitus generalem rei tormentariæ præfectum, & tribunum, tanquam legatos, nominavit, qui, nomine *Cæſaris*, ad *Electorem* pergerent. Coràmque cum illo agerent. Ubi ergò apud *Merſeburgum*, duodecim paſſuum millibus *Halla* diſtans, ad *Electorem*, exercitum illic recenſentem, perveniſſent, humaniſſimè excepti, poſtmodùm ſic cauſſam ſuam, quã

ob miſſi erant, perorare cœperunt: *Cæſarem*, inq
unt, poſteaquàm diverſis è locis bonâ fide eru
cœpiſſet, quo pacto, non obſtantibus dehorta
riis, pariterque monitoriis, avocatoriiſque, m
datis, tàm *Elector Saxoniæ*, quàm cæteri, apud *Li*
congregati, *Electores, Principes, Ordineſque*, decre
ſemel facto, armorumque præparationibus,
miſſione, inhærerent, denuò, arrepta occaſio
intermittere noluiſſe, quin *Electori* difficultates
pericula, ab id genus immaturis conclaſſationi
indubiè exſpectanda, modò per *Thillii* latus, e
que ſubdelegatos, ſincerá, optimâque, fide o
culos poneret. Profectò ità quidem eſſe, ut *Ele*
ſua pro prudentia, ipſe iudicare queat, quàm
ve *Cæſari* accidat, faſtigium, autoritatem, pr
minentiamque, *Cæſaream* tàm perfunctoriè,
beri, ut eæ, quæ paterno ex affectu ſuprà à *Cæ*
fuiſſent profectæ, ammonitiones, uſque eò
ullo pondere cecidiſſe comperiantur. Secund
hæc, non ignorari, cæteros *Principes*, *Ordine*
quoad armorum ſuſceptionem, potiſſimùm
los ſuper *Electoris* actiones iniicere, eiuſque i
tutum imitari. Ut ipſamet ocularis experie
confirmet, *Electoris*, cæterorumque *Ordinum*,
paratus bellicos non viam illam monſtrare, qu
pacem, militariumque onerum ſublevation
eatur. Ut potiùs exactiones, afflictioneſque, in
meris modis, uſque ad inſontium ſubditorum
preſſionem, ſic conduplicentur. Hoc hoc illu
ſe, quòd *Cæſar* initiò prævidiſſet. Prædixiſſet
fore, ut immaturis id genus belli apparatibus
tholici Electores, Principes, Ordineſque, magis, magi
irritentur. Subditi paſſim gravioribus afflicti
bus divexentur. Inprimis, quod utique eſſet
leſtiſſimum, *Romani Imperii* hoſtibus, quò op
tuniùs commodis ſuis velificentur, portæ, fore
reſerentur. Immò viæ, adituſque, aperiantur. T
etſi enim hoc tempore à *Sueciæ Rege* tributa, & o
ra, notæ haud infimæ, *ſuperioris Saxoniæ Circulo*,
periique ſubditis, imponantur, quis tamen eſt,
hoc indignè ferat? Quis eſt, qui hac de re co
Cæſare in querelas erumpat? Hoc pacto cenſus
collectas, quib. *Cæſar* in hoſtes ire queat, inter
ti. Magnoque ſub cumulo aliò detorqueri.
Cæſarem apprimè in memoriam revocare, tàm i
maturos apparatus bellicos, ſub colore corru
militaris diſciplinæ, excuſari cœpiſſe. Creſcenti
hinc indè copiis militaribus, conſequens eſſe,
annona ſive flagellari, ſive corrumpi, atque ab
mi, ſoleat. Ut difficilius ſit diſciplinæ militaris le
revocare apud numeroſam multitudinem, div
ſiſque dominis militantem, quàm ſub modico
ercitu, iiſdemque legibus utente, rigorem exer
re. Multò minùs *Cæſari* exactum eſſe, quo pacto
lector, cæterique apud *Lipſiam* coniuncti *Electo*
Principes, Ordineſque, id genus *Imperii Receſſus*, cui
modi in *Reges, Principeſque*, exteros, etiamque
Imperio obvios, ſed, abſque ſcitu, ac conſenſu, *Cæ*
ris, arma capientes, *Imperiique* pacem turbant
graſſatoreſque alios, cuſi fuiſſent, in rem ſuam,
verſùs tàm *Cæſaris*, quàm *Cæſari* hoc ſub bello a
ſtentium *Ordinum*, copias, intorquere poſſint.
ne tùm quidem, cùm *Ordines Lipſici* in arma p
rumperent, ullus intrà *Imperium*, niſi *Cæſaris*,
retur exercitus. Quo utique in *Sueciæ Regem* iret

Tan

Tantò maiorem exindè *Cæſari* naſci dolò-
ı, dùm *Ordines Lipſici*, inſuper habitis pater-
Cæſaris dehortatoriis mandatis, nihilominùs,
iuſa reverentia, ſine mora decretum illud ſuum
ffectum deduxiſſent. *Cæſaris, Cæſarique* aſſi-
ıcium *Ordinum*, copiis cenſus, ac ſtativa, audà-
negari cœpiſſent. Sic, ut in obvios vis fieret.
iſtrique, non ſecùs ac confeſſi hoſtes, in mor-
adigerentur. Indè uſuveniſſe, ut *Imperii* hoſtes
iores facerent progreſſus. Aditusque, ac forta-
præcipua, à *Lipſici* fœderis *Ordinibus* contradi-
ræoccuparent. Iam, utrùm colore nuper ac-
ſito hæc excuſari queant. Et, an illi *Ordines*, qui
talia faxint, coràm *Cæſare*, tanquam *Rom. Impe-*
apite, hunc reatum purgare ſuſtineant, nequic-
m apparere. Præſertim, cùm *Ordinibus* illis con-
atiſſimum ſit, *Cæſaris* actiones militares omnes
mperii, omniumque *Electorum, Principum, Ordi-
nque*, conſervationem, collimare. Quo caſu ipſi
Ordines, tàm ex fide, & debito, quàm totis virib⁹,
eretur *Cæſari* operas ſuccedaneas conferre. Ne-
enim de iure in *Cæſarem* torqueri poſſe, tanquā
Ordinibus quenquam, contrà faſque piumque, de
uſtria, ſub huius belli ineluctabili neceſſitate,
endiſſet. Aut privilegia, ac iura, cuiuſcunque,
eter pacificationis tàm *Religioſæ*, quàm ſecularis,
es, turbâſſet. Cùm ex adverſo exteris hoſtibus
il aliud ſpectetur, niſi ut *Romani Imperii* huius
moniam, à tot ſeculis eleganter conſervatam,
ruant. Rebuſque ſic quidem perturbatis felici-
d inſtitutum graſſari poſſint.

Certè *Confeſſionis Auguſtanæ Ordinibus* hanc cau-
dem fore neceſſariam, ut diſpiciant, quibus cū
igionis fœdus ſanciant. Ne cum iis contrahant,
os hactenùs è *pacificatione Religioſa* ipſimet exclu-
ent. Si igitur illam *Auguſtanæ Confeſſionis* œcu-
nicam appellitare velint defenſionem, diceret,
uo turbari cœpiſſent. Dicerent, quis, adversùs
is Religioſæ canones, provocâſſet. Si iam ſectari-
plures ſub hoc *Auguſtanæ Confeſſionis* axioma, id
od illis pridèm quæſitum eſſet, admittant, facilè
urum, ut deinceps, iſti ſi emergât, ope externo-
n, in ipſos ſæviant patronos. Iam, an, abſque cō-
entiæ morſu, *Proteſtantes* hoc facere poſſint, *Cæ-
em* in medio relinquere. Quid verò *Imperii* con-
tutiones, & pax tàm *Religioſa*, quàm ſecularis, hac
parte concedant, hoc illis utique curæ futurum.
Elector illis, à quibus anteà fuiſſet offenſus, diffi-
lter ſe credere queat. Ut ſatis cauſſæ nequicquā
beat, cur à cæteris *Electoribus*, fidem, & obedien-
m, *Cæſari* debitam, ſequeſtrare velit. Prout anteà
ſar inculcâſſet.

Electorem quidem, cæteroſque apud *Lipſiam* con-
nctos *Ordines*, ſanctè conteſtari, nihil minùs ſibi
quam veniſſe in mentem, quàm ut contrà *Cæſa-
n* arma capiant. Ut magis à *Cæſare* omnem exſpe-
ent protectionem. Nihilominùs *Cæſari*, inter
c, nullum deſignari hoſtem, adversùs quē tàm
erofas conſcribant copias. Ut in ipſius *Cæſaris* ex-
citus, in *Sueciæ Regem* militantes, hæc arma ten-
ere videri queant. Prout etiam, poſt decretum il-
d *Lipſienſe*, ipſo effecto uſuveniſſet. Quodſi ergò
ſar ſic quidem deſtitui velit, ut adversùs *Imperii*
oſtes, ſecundùm concluſionem *Lipſicam*, tributa,
nſus, ſuppetiæ, aliaque id genus ſubſidia, ad bel-
m neceſſaria, negentur. Quid *Cæſar* aliud indica-
ret, quàm illa, quæ quidem in exercitus ſuos deſi-
gnantur, in ſemetipſum redundare? Præſertim, ſi
hoſtis inſtituto potiatur, an maiora non metueret?

An autem illi, qui, in tàm notoria, ineluctabili-
que, *Imperii* bellica neceſſitate, ex *Imperii*, toties ꝑ
ſe allegatis, conſtitutionibus, negant, vel latum, ꝙ
aiunt, unguem ab *Imperii* legibus recedendum eſſe,
tametſi vel *Romanum Imperium* ob id omninò in ſe
collabi, ac collidi, debeat, rectè, & ordine, ſentiant,
ipſi viderint. Certè, *Conventum* illum *Lipſienſem*, ar-
maque inibi decreta, ſecundùm *Imperii* leges, ap-
probari non poſſe. Ut eius generis hæc novitas, ac
res, cenſenda veniat, cuiuſmodi facilè *Imperii* diſ-
ſolutionem efficere apta ſit. Idque tàm, quà pote-
ſtatem, quàm quà cauſſam, quà modum, & conclu-
ſionem. Quibus de omnibus *Cæſar* non mediocri-
ter dubitare cœpiſſet. Ut anteà plurib. hac de ma-
teria egerit. Sub ſpe, futurum, ut, ad *Cæſaris* tot mul-
tiplices remonſtrationes, ſponte ſua ab id genus
decreto reſilirent. Mandatiſque, clementiſſimè
conceptis, morem gererent. Etenim, quod ad con-
ceſſionem attinet, *Cæſari* haud apparere, quo pa-
cto hic *conventus* ad illam, ſub *Anno M.D. LV. Circuli*
conſtitutionem, ad quam referri quidem velit, ap-
plicari poſſit. Quippe, ſub nullo alio titulo tùm pu-
blicari cœpiſſe, quàm ut, ſub inſtante *Franconiæ*
diæta, cum *Catholicis Ordinibus* amica fundaretur
compoſitio. Diffidentia noxia, unà cum pulviſcu-
lo, tolleretur. Adeóque *S. Romani Imperii* maieſtas,
ac vis, interna conſolidaretur. Illis accedere, non
quidem præſentem ad *Conventum*, ſecundùm ca-
nonem illum, è finitimis duos, tres, quatuorve, *Cir-
culi* ſive præfectos, ſive tribunos, eorundemque vi-
carios, ſed omnes in univerſum *Proteſtantium Ordi-
nes*, etiamque eos, qui *Auguſtanæ Confeſſionis* axioma
haud profiteantur, & ſine dubio noxia quæque ſe-
minarent, invitari cœpiſſe. Cùm tamen ſuprà dicta
conſtitutio hoc arguat, ſi *Electores, Principes, Ordineſ-
que*, ad hoc *Circuli* tribuni officium vocentur, nihi-
lominùs, ſub colore huius officii adminiſtrationis,
neque præeminentiam ullam ſibi arrogarent. Ne-
que ullam in cæteros *Ordines* poteſtatis prærogati-
vam, præter eam, quæ legibus ſit expreſſa, exerce-
rent: tametſi vel *Ordines* libenter admitterent, ad-
eóque, abſque *Cæſaris* conſenſu, tale caput elige-
rent. Sed, cùm hoc ipſum cum legibus pugnet *Im-
perii* fundamentalibus, inque ſupremam *Cæſaris*
præeminentiam peccet, omninò invalidum illud
omne, & abſque ullo pondere, excurrere.

Ut neque œcumenici illi conventus, delibera-
tiones arduæ, concluſioneſque mutuæ, conſtitu-
tionibus permittantur. Sed illud inculcetur, tàm
finitimi, quàm ꝓcul diſſiti *Ordines*, ac magiſtratus,
mutuam exercerent fidem, atque humanitatem.
Alter alterius commoda proveheret, infortunia,
ac pericula, pro virili, abarceret, ac declinaret. Ne-
que ullus offenſionis anſam præberet. Sed differen-
tias, fortè naſcentes, ipſa, quod aiunt, in herba op-
primeret. E quibus omnibus non illud quidem e-
mergat conſectarium, tanquam hac lege *Ordinibus*
facultas concederetur, irent, & pro libitu conven-
tus aperirent, adversúsque *Circuli* conſtitutiones,
in fœdera deſcenderent.

De cauſſis verò illius *conventus* ità eſſe, ut nedùm
hæ ſint idoneæ. Nam evidens fieri, ſub id ge-
nus congreſſibus *Imperii* conſtitutiones, *Cæſariſ-
que* e-

que edicta, vocari in dubium. Deque eo rationes iniri, quouſque illis contradici, armiſque occurri, queat. An ſub flagrante *Imperii* bello *Cæſari* neceſſaria neganda ſint ſubſidia, hæc ſub deliberationem maximè illic venire. Sed neque pacis publicæ conſtitutiones, neque *Circuli Executionis* leges, eiuſmodi quicquam vel verbulo attingere. Ut potiùs extravagantes id genus conventus, è quibus armorum præparationes, ac fœdera, emergere conſveviſſent, ſub ſevera lege, pœniſque haud infimis, prohibeantur. Tùm potiſſimum, pro aperienda *Circuli* defenſione, deſiderari requiſitum, nempè veram, & illicitam, notoriamque, offenſionem. Quæ cùm ab *Imperii*, orbiſque *Chriſtiani* ſecularibus in rebus capite, præſumi neutiquam poſſit, conſimiliter non conveniens eſſe, altera, & quidem minor, *Imperii Ordinum* pars, quicquid, pro iuſtitiæ, patriæque, defenſione, neceſſario tempore *Cæſar* decernat, ut pro intolerabilis afflictionis genere ilicet differat. Atque hoc impetu adversùs ſupremum, à *DEO* præpoſitum, magiſtratum arma corripiat. Tametſi enim *Ordines Lipſici* ſic ſentiant, aut magis colorem quærant, licere ſibi tributis bellicis vi propria cervices ſubducere, nihilominùs maiorem *Imperii Ordinum* numerum in diverſum abire. Atque ex adverſo ſtatuere, ſub publico *Imperii* bello, *Cæſari* auxilia, etiam ultima, venire eroganda.

Inter hæc, modum planè occurrere heterogeneum, quàm qui, pro unius, alteriuſque, *Circuli* defenſione, ſub allegatæ pacis publicæ conſtitutionibus, foret præſcriptus. Prout unuſquiſque, ſub lectione *Circuli* conſtitutionum, paciſque publicæ, intelligeret. Scilicet circumſtantias illas, quæ ſequuntur, totius negotii ſummam quàm maximè reddere ſuſpectam. Quò enim ſpectet, ſub *Conventu Lipſienſi* tàm accuratas indici accidiſſe excubias? Quid ſit illud, in advenas, illâc tranſituros, tàm ſolicitè inquiri cœpiſſe? Quid velint ſibi iuramentorum iterationes? Tanquam ſuper ſecreto, non divulgando, ſed myſtico, ſuſceptæ? Quid denique præ ſe ferant, ſub conventu illo, flammantes, & æſtu pleni, ſermones, concioneſque, etiam typis excuſæ? Sed non opus eſſe, ut hæc, & plura, id genus, corollaria, vel è ſermonibus, publiciſque declamationibus, petantur. Ipſum ſecretum ipſo potiùs deprehendi cœpiſſe ab eventu. Ut in diem uberiùs ipſo opere manifeſtetur. Tandem cum *Conventus* illius decreto ſic eſſe comparatum, ut, quouſque illud *Cæſari* cœperit intimari, iampridèm ſub mandatis ſufficienter declaratum ſit, quàm illud cum *Imperii* conſtitutionibus pugnet, *Cæſareique* officii in præiudicium vergat. Deliberationibus igitur extrà legem currentibus, *Imperiique* ſanctiones turbantibus, neque concluſum, ſive decretum, abindè emergens, ſine labe futurum.

Exemplum *Conventus Circuli* apud *Guterboccum*, ſub *anno M. DC. XXIII.* univerſali huic *Lipſienſi* confœderationi haud quadrare. Illam enim, inibi decretam, defenſionem non adversùs *Cæſarem*, *Cæſariſque* copias, militâſſe. Ut longè minùs iuſtitiæ legem excutiat, *Cæſariſque* ſive ſententiis, ſive *Edictis*, adverſetur. Ut tùm quidem in *Imperii* hoſtes, & proſcriptos, directa, *Cæſariſque* permiſſu, abſ-

que ſcrupulo, confirmata, ſit. Quòd enim ha
nùs alter, & alter, *Circulus* onus militare fu
perpeſſus, hoc temporis iniuriæ, neceſſitati
venire tribuendum. Optandumque eſſe, iſt
ret rerum pro tempore ſtatus, iſta conditio,
quidem tùm fuiſſet. Cùm nempè potiſſima
moles regionibus *Palatinis*, plagiſque *Rhenanis*
cumberet. Neque enim eorum tùm hoſtiur
res extitiſſe tantas, quantæ, ſub *Inferioris Sa*
Circuli defectione, prorupiſſent.

Quæ ratio eſſet militiæ *Ordinum Catholico*
prolixâ deductione hoc loco non indigere. Q
pe, cùm *Ordines* ipſi diſcrimen *Electori* ſufficie
remonſtrâſſent. Prout igitur *Cæſar* gratanter
nimum admitteret, & meritò, ſicubi ſibi, adve
tàm proprios, quàm *Imperii*, hoſtes, auxilia
nea præſtentur. Ità eò gratius accidere, mel
que eum emolumento, ſi à compluribus, co
conſiliis, operiſque, pro *Imperii* incolumitate
ſar adiuvetur. Eſto autem, adversùs *Cæſaris* a
ritatem, ullo tempore (quod quidem nunq
facilè futurum eſt) id genus decretum emer
cuiuſmodi apud *Ordines*, intrà *Lipſiam* confœd
tos, prodiiſſet, eo quidem eventu *Cæſarem El*
confirmatiſſimum facere, ſe eadem in illos, ex
cio *Cæſareo*, ſub ſeveritate, pro faſtigio ſuopte,
uſque *Imperii* ſalute, animadverſurum.

Siquidem verò, prout præmiſſum, cæteri
cipes, Ordineſque, Proteſtantes, eiuſce militiæ ca
ſuper humeros *Electorum*, *Principumque* ſuper
notæ, contemplationem iniiciant. *Elector* haud
ficulter iudicaret, quàm proclive ſit, omne i
dependens infortunium in ſe cudi, ac redund
poſſe. Neque enim ſatis exploratum eſſe,
confœderatorum numero dari queant, qu
quidem volupe ſit, *Electorem* profundiùs rebus
vis intricari, quàm ut facilè ſe poſtliminiò e
dire poſſit. Ut, ſi ad præcipitia deventum ſit,
ſolus ſibi, & fortunæ ſuæ, relinquatur.

Quæ interim, quantaque, *Electori*, eiuſque
claræ, & eminenti, *Electorali* familiæ, *Principibu*
liis, regionibus, ſubditiſque, ſi decretum illud
rere, ac proferre, velit, damna, & detrimenta
cilè exſpectanda veniant. Quàm difficulter h
notam, coràm toto *Rom. Imperio*, poſteriſque,
tergere queat. Sicubi hoc procedendi genere i
univerſos *Imperii Electores, Principes, Ordineſque*,
gens ſive rictus, ſive ruptura, (cuiuſmodi ſanè,
bus ſic quidem comparatis, neceſſariò foret
ſpectanda) interveniat. Illuſtriſque, à tot ſec
ædificata, *Imperii* harmonia deſtruatur. Totaq
& venerabilis, eiuſce corporis compages ſemel,
mulque, diſſolvatur, corruatque. Hæc omnia
ctori ſapienter venire præponderanda.

Certè, cur ad id genus ultima deveniendu
aut eò uſque provocandum ſit, *Cæſari* non liqu
Ut *Electori*, ratione onerum militarium, par
cauſſæ ſuppeditetur, undè quiritare poſſit. Cùm
ius regionibus magis, quàm ullius alterius *Imp*
Ordinis, hucuſque parſum ſit. Nedùm *Cæſarem*
lum eſſe, qui, de induſtria, ulli iuſtitiæ adminiſt
tionem negâſſet. Ut eam, vigore iurium, *Imp*
conſtitutionum, legumque fundamentalium,
ratarumque ſanctionum, omnibus, citrà præiu
cium, indulſerit. Eandem *Cæſari* perſtare mente

S

ut nullus *Imperii Ordinum* ſuper hac *Cæſaris* iu-
uſtitiæque, diſpenſatione, meritò conquereri
eat. Tanquam imploranti iuſtitiæ adminiſtra-
negari, turbarique, cœpiſſet. Illis, quicunque,
ita ſub modeſtia, ad *Cæſarem* querelas defer-
t, quotidie ius dici, impertirique. Ut *Cæſar* et-
nunc iteratò in diætam amicæ compoſitionis,
d *Francofurtum* indictam, animis feratur. Le-
oſque, iam tùm ſufficienter inſtructos, nomi-
it. Ut ſic nihil omninò, quod ad pacis redin-
rationem faxit, in ſe deſiderari queat. Hac de
dem exſpectare *Cæſarem*, fore, ut *Elector*, cæ-
ique, apud *Lipſiam* congregati, *Ordines* obedi-
iæ, & debiti, memores, paria facerent. Rebuſ-
e ſic quidem comparatis, dùm nulla urgeret ul-
ia id genus, & periculi plena, tentandi neceſſi-
, deſperata ne præcipitarent conſilia. Verùm
m verùm, hoc tempore, quo fores gratiæ ad-
edùm paterent, defectibusque, has colliſiones
tè cauſſantibus, aliis, magiſque ſecuris, viis
dicina fieri queat, antequàm armis interveni-
s animi utrinque graviùs inflammentur, conſi-
id genus renunciarent. Eoque pacto tàm com-
nem, ſummè periclitantem, patriam, quàm
e inſontium hominum fortunas, ſanguinem-
e, redimerent.

Ne autem in *Cæſarem* quicquam eorum torque-
umet, ideòque hæc omnia denuò *Electori* fuiſſe
culcanda. Sub clementibus, amicisque, obteſta-
onibus, vellet *Elector* omnia, pro eo rerum pon-
re, intimiùs in animum dimittere. Neque dun-
at per ſe armis renunciare. Sed copias illas ſuas
ſari ſub tributis id genus indictis, ac conſtitutis,
rmittere. Quò *Cæſar* eò faciliùs, feliciùſque,
llo *Suetico* finem imponere ſuſtineat. Tùm quo-
e, pro autoritate ſua, quâ præpolleat, cæteros
ctores, Principes, Ordineſque, ab inſtituto, rebuſ-
e novis, in viam revocaret. Mandatiſque *Cæſa-*
i morem gereret. Reique ſummam ad ultima
educere nollet.

CAP. III.

De Saxoniæ Electoris, ad Thillyanorum, nomine Cæſaris, legatorum propoſitiones, declarationibus.

I.

Saxoniæ Elector legatis Thillyanis tàm verbis extemporalibus, quàm ſub reſcripto, ſatisfacit.

Illis ſub exegeticis ubi peroraſſent *Thillyani*, petierunt, ſibi quàm primùm commodo ſatisfieret reſponſo, *Elector*, quid *Thillyo* ageretur, & quorſum res ſpectaret, perſpectum habens, nihilominùs vultu, ad lætitiam, familiaritatemque, compoſito, humaniſſimè hoſpites excepit. Sed notatu digna fuêre illa verba, quibus, poſt celebratas epulas, ad ſubdelegatos uti cœpit: Nimirùm, inquit, iam tandem evidens fieri, *bellaria* illa *Saxonica*, huc uſque protracta, in menſam ſecundam inferri velle. Ità enim vulgò tùm rumor differebat militaris, (quod apud *Homerum Polyphemus*, de *Vlyſſe*, poſt laniatos ſocios, ultimo loco devorando, ſubintulerat) tanquam *Cæſareanis* idem ageretur, ut poſt principia in *Saxonem* animadvertendum reſtaret. Interim, inquit, hoc perpenderent, inter tragemata, pro more, etiam nuces, dapeſque ludicras, ac ſpectatiles, inferri conſueviſſe. Quibus confringendis maxillæ, denteſque, plerùmque fatigentur. Proindè viderent provocatores illi, ne multi, nucibus id genus comminuendis dùm dant operam, dentes elidant. Ut multa inſuper inter ipſa bellaria, ſupremaſque nuces, intercidere ament.

Hoc præliminari *Elector* ſermone uſus, mox integrum, codicillis comprehenſum, reddidit reſponſum. Quod quidem extitit huiuſmodi: Nempè *Electorem*, pro ea clementia, qua, ſuper afflicto huius tempeſtatis *Imperii* ſtatu, *Cæſar* ſe cōpellare dignatus fuiſſet, ſubmiſſas, ac decentes, perſolvere grates. Ut iuxtà cleméter admittat, *Ioannem, Comitem Thillyum*, exercitus præfectum generalem, huic oneri humeros ſuppoſuiſſe. Cuius utique *Electori* aliàs commendata, & *Germanica*, integritas, ſub id genus tractationibus, innotuiſſet.

Quantum verò ad rei ſummam ſpectet, *Electori* in præſentiarum videri ſupervacaneum, ut, intuitu humilimæ ergà *Cæſarem*, tanquam venerabile, & dilectum, *Imperii* caput, reverentiæ, debitæque obſervantiæ, ſuper decreto *Lipſienſi*, prolixiùs velit diſceptare. Ut, compendii amore, ad illam, à ſe primitùs his in paſſibus profectam, deductionem ſeſe reiiciat. Quâ quidem ſubmiſſâ, ſinceraque, fide anteà *Cæſari* remonſtrâſſet, quibus de cauſſis impellentibus, tàm divinis, quàm naturalibus, omniumque gentium, iuribus, præſertim *Imperii* conſtitutionibus, conſuetudinibuſque veterrimis, ritè, atque ordine, fundatis, in tàm neceſſariæ defenſionis leges coactus deſcendiſſet. Et quorsùm hæc illa ſua ſpectaret præparatio. Quò autem tàm *Thillyo*, quàm in univerſum omnibus, dilucidiùs ob oculos ponatur, quæ eſſet ſuſceptæ illius, extortæ, & legitimæ, defenſionis bonitas. Quamque, de conſuetudine *Imperii*, ſi tàm antiqua, quàm noviſſima, exempla excutiantur, ſolido nitatur fundamento. Hanc in rem *Electorem* cum *Thillyo* id genus codicillorum exemplum cōmunicare, cuiuſmodi nuper ad *Electorem Moguntinum* amanter deſtinâſſet. Neque, ſuper hac integerrima ſua conteſtatione, totius mundi iudicia extimeſcere. Ut potiùs omnium in univerſum cognitionibus hanc cauſſam ſubmittat. Sicque affectus ſit, ut etiam deinceps, re urgente, luculentiori aliqua, modeſta tamen, deductione propoſitum tueri cogitet.

Proindè *Cæſarem* ſe venerari humilimè, veniam hanc daret *Electori*, dùm à ſententia illa recedere

non quitus eſſet. De cætero *Electorem* ſanctiſſimè conteſtari, quàm ſibi nunquam veniſſet in mentem, ut *Cæſaris*, tanquam ſupremi, & devotè colendi, *Imperii* capitis, autoritati quicquam derogare præcogitârit. Interrogaret *Thillyus*, ſi velit, *Electoris* ſive conſilia, ſive actiones, ab ipſis regiminis aditi ſui initiis huc uſque conſtanter continuatas. Interrogaret tot *Cæſaris* litteras, conceptiſſimis verbis *Electori* gratias peragentes. Per fidem! aliis ſe hederis, aliis illo tempore teſtimoniis, ornari cœpiſſe. Etiamnunc igitur eandem ſeſe mentem, eandem perſeverare velle devotionem. Sub ſpe, futurum, ut cæteri *Ordines Proteſtantes* eòdem inclinent. Quos quidem *Elector* eam in rem ſedulò commonefeciſſet. Idemque eſſet porrò facturus.

Cæterùm, *Electorem* haud perfunctoriè perturbari, dùm ruminet, quantis pro tempore ſub periculorum procellis *Rom. Imperium* fluctuet. Quoque rictu *Chriſtiani* orbis mœnia marceant. Neque tamen ſuper remedio laboretur. Iam pridèm, penè uſque ad ravim, quod fertur, ſe nihil ad ſingularem, fidelem, diligentem, totieſque iteratam, tàm ammonitionem quàm petitionem, feciſſe reliqui. Toties ſe diffidentiæ collapſæ reſtaurationem, afflictorum inſontium ſublevationem, *S. Imperii* legum fundamentalium obſervantiam, *Germanicæ* libertatis, tanto ſudore partæ, conſervationem, univerſaliſque, & quidem ſecuræ, ac cōſtantis, pacis redintegrationem, unicè, ac fideliter, inculcâſſe. Ut, requirente officio, ſacramentoque, *Electorali*, hæc, & alia, in medium conſulere debuerit. Quo quidem nomine ad tot, à ſe dimiſſas ad *Cæſarem*, *Electoreſque*, collegas ſuos, tàm ſubmiſſis, quàm amantiſſimis, verbis exaratas, epiſtolas datâ operâ provocaret. Ut etiamnunc ſanctè, publicéque, conteſtetur, nihil aliud ſub cœlo à ſe quæri, deſiderari, optari, petique, quàm univerſalem, ſecuram, duraturamque, pacis bonitatem. Ut nihil magis odio proſecutus ſit, quàm flammantia, noxiaque, & ad diffidentiam graviorem apta, conſilia. Quibus adhucdùm nihil potiùs deteſtetur. Proindè, ſiquidem *Electoris* ſolida, & fervens, fides, tot fortia merita, toties & *Cæſari*, & *Imperio*, conſtanter præſtita, omni *Imperio* forent cognitiſſima. Utique nunquam ſperare velle *Electorem*, futurum, his ut omnibus ſepoſitis, *Cæſar*, glorioſiſſimumque *Cæſareum* nomen, eâ notâ onerari velit, ut *Elector Imperii* tàm fidelis, tàm utilis, tàmque generoſus, loco & gratiæ, & remunerationis, protectioniſque debitæ, vi iniecta compellendus veniat. Illud quidem haud in obſcuro eſſe, quàm, ſub odii plenis ſermocinationibus, etiam minæ iam tùm ſibi intententur. Ut diverſis ſub exercitibus, in *Saxoniam* infuſis, more aliorum, in ordinem redigendus utique ſit. Neque minùs ferri in propatulo, ad *Saxoniæ* ſuæ fines numeroſas excubare copias. *Thillyumque*, ipſummet, ſub *Cæſareæ* autoritatis periclitatione, in *Sueciæ Regis* exercitum educere cœpiſſe. Sed iam retrò ferri, *Saxoniamque* ſuam, proximéque ad aulam, menſamque, *Electoralem* ſpectantes præfecturas, rapinis, aſſultibus, expilationibus, & id genus exceſſibus, paſſim conturbare. Per fidem, iſta omnia eius eſſe generis, ut *Electoris* præcordia ma-

gnis, arduiſque, impleant cogitationibus. In
rim, ſe, utique *Germani* ſanguinis, tantoperè
promeritum, *Principem*, vix poſſe adduci, ut c
dat, hæc illa iſta ultima in caput ſuum fabric
Cæſaremque, mitemque, iuſtumque, eò inflecti
tuiſſe. Ut etiam *Con-Electores* cæteri, quorum q
dem copiæ coniunctim inſtarent, modò vinc
tàm ſanctè iurata, penſi habeant, in hoc conſ
tiant. *Thillyuſque* ipſe, tanquàm commendati
minis heros, id ſuadere, id agere, poſſit. Quò
ctoris decantata per *Imperium* fides eo præmio
afficienda. Præſertim, ſi *Elector* reſpiciat, & ad a
mum admittat, quàm quidem hoc tempore
mnia ad amicæ compoſitionis diætam, proxim
pud *Francofurtum* auſpicandam, ſpectent. Per
dem, illud in totius mundi oculis novi, admir
dique, exempli loco futurum ſit, ſiquidem ſive
ſtantibus, ſive pendentibus, tractationibus a
cabilibus, interim cauſſa armis, vique iniecta,
cidi velit. Ità enim diffidentiam, aliâs profun
auctam radicibus, tantùm non ad ſummum e
dere culmen. Sed etiam ultimam in neceſſitate
ipſamque horribilem deſperationem, præci
tare.

Etiam *Electorem Moguntinum* ſibi, ad præallc
tam deductionem, amanter reſcripſiſſe, nimirù
cùm iam in eo res verſetur, ut amicæ compoſit
nis tractatio mox veniat auſpicanda, ſuperflu
videri, ut pluribus hac de re agere velit. Ut i
potiùs omnia ad ipſum remittat conventu
DEVMque pacis veneretur, vellet felices imper
ſucceſſus, *Sacrumque Roman. Imperium* conſtan
tranquillare. Se *Electorem* in eo eſſe, ut, ad inſt
tiam præcipuorum *Cæſaris* conſiliariorum, pro
me legatos *Viennam* dimittere cogitet. Prout,
exhibitione litterarum, eam in rem perſcrip
rum, ſubdelegatis anteà curâſſet intimari. Q
propter, hæc ut omnia, per *DEI* gratiam, eò f
ciùs perficiantur. Inſtitutum optimum neque i
pediri, neque confundi, queat. *Electorem* à *Thi*
clementiſſimis verbis contendere, pateretur,
œcumenicæ pacis, ac quietis, reſtauratione,
ſontium hominum lanienæ parcere. Rapinas,
pilationes, impreſſiones, & id genus afflictior
militares, à regionibus, ſubditiſque, *Electorali*
procul amoliri. Quippe, re ipsâ deprehendi, qu
id genus hoſtilibus aſſultibus, nunquam prom
ritis, morbo minimè fiat medicina. Sed ani
graviùs vulnerentur. Ut facilis oppidò ſit con
ctura, ac prognoſis, quis denique, ſub id gen
procedendi genere, exſpectandus veniat eve
tus.

II.

Thillyus, coniunctis cum Fürſtenbergio copi
in Saxoniam producit. Denuóque litteris
lectorem compellat.

PEndentibus illis cum *Sax. Electore* tractatibu
intereà *Thillyus*, promotis *VVolmerſtadâ* caſtri
Islebiam verſus producere cœpit. Ubi cum *Fürſte*
bergio copias coniunxit. Ambo igitur exercitu
Electoralem verſus *Saxoniam* moverunt. Effectu
id, quod à ſuperioribus erant iuſſi. Sic, ut ia
tùr

miles in *Electorales* ſubditos animadvertere in-
ret.

nter hæc, *Elector* copias tàm equeſtres, quàm
eſtres, primùm apud *Lipſiam* contraxit. Mox,
eunte delectu, verſùs *Eulenbergam*, *Torgam*
dimiſit. Eódemque tormenta direxit. Ità,
Dreſdâ non minùs per aquas apparatus armo-
ſubmitteretur. Caſtris verò apud *Tor-*
communitis *Albis* eâ parte aditus cuſtodiren-
.

Sed *Thillyus* promovit *Hallam*. Undè è *Merſebur-*
Electorali oppido, commeatum poſtulavit. Id
gavit eius loci centurio. Antequàm ab *Electore*
et indultum. *Thillyus* igitur *Pappenheimio Mare-*
allo in mandatis dedit, iret, & oppidum, aſſum-
s unà tormentis, in ordinem redigeret. Hoc
n dicto profectus *Pappenheimius* ſuburbia illicò
ipienda militibus permiſit. Mox, ubi dedi-
nem poſtulâſſet, præſidiarii *Saxonici*, numero
adringenti, ex mandato *Electoris*, ſequeſtrata
enſione, locum tradiderunt. Hoc facto im-
ſſi *Thillyani*, arcis cuſtodiâ *Centurioni* eius loci,
æſidio exempto, permiſſâ. Atque hæc illa fuê-
prælimin aria, quibus deinceps in *Epiſcopatus*, re-
neſque *Saxonicas* patrimoniales, ſub rapinis,
liiſque, itum eſt.

Iacta hac alea, *VVeiſſenfelſam* petiêre *Thillyani*,
pidum præſidio vacuum. Cuius cives, nihil
nùs, quàm defenſionem, meditantes, aliquot
rdinandicorum millia, quibus direptionem redi-
erent, obtulêre. Sed expilationem lytro avarus
ætulit miles. Quâ, ad pulviſculum uſque, fa-
, proxima, eademque, ſors *Fribergam* excepit.
ſucceſſivè *Naumburgum*, *Iena*, *Zeitſa*, aliæque fi-
timæ civitates, manes paterentur ſuos. Incolis
ltiplici ſub afflictionum genere plurima, & gra-
ſſima, exanthlantibus.

Nihilominùs *Thillyus*, maiori exercitus cum
rte apud *Hallam* ſubſiſtens, non ceſſavit litteris
trò *Electorem* ſolicitare. An fortè ſuam in ſen-
ntiam inflectere quitus eſſet. Earum tenor
rè erat huiuſmodi: Gratias ſe, inquit, debere
ctori, quòd ſubdelegatos ſuos tàm clementer, &
mittere, & audire, fuiſſet condignatus. De cæ-
ro, ſic quidem eſſe, ut *Electoris* data reſponſio
ſari pro tempore ſatisfacere nequeat. Ea pro-
er ſe ſubmiſſis verbis autorem accedere, ne vel-
Elector deſperatis locum dare conſiliis. Sed,
ſque ulteriori temporis extractione, *Cæſareis*
andatis, tàm *Monitoriis*, quàm *Avocatoriis*, mo-
m gereret, Inſtructionemque, ſubdelegatis no-
ſſimè exhibitam, admitteret. Niſi id placere
oſſit, ſe, quantumvis invitum, teneri, ut id, quod
tique habeat in mandatis, efficiat. Neque e-
im *Cæſaris* mandatum ſibi fore tranſgrediendum.
Ieque bellicam præſentis temporis neceſſitudi-
em ulteriores moras permittere. Hactenùs *Thil-*
us.

III.

*axon. Electoris, ad iteratam Thillii interpel-
lationem, replicatoria.*

QUæ cùm *Electoris* ad aures perveniſſent, & tàm quid intrà fines ſuos à *Thillyanis* ageretur, quàm ad ſe ab ipſomet *Thillyo* denuò perſcriberetur, intelligeret, non potuit non graviſſimè animis conturbari. Interim, ſic quoque reddidit *Thillyo*: Quod de gratiarum actione, inquit, præmitteret, hoc à *Thillyo* humanè magis, quàm meritò, fieri. Etenim *Electorem* ſic quidem ex debito *Cæſari* obligari. Interim; quod ad cauſſæ caput ſpectet, maluiſſe *Electorem* citiùs reſcribere, niſi bonâ fide exſpectâſſet, futurum, ut rapinis, expilationibus, incendiiſque, ſub ditionibus *Electoralibus*, graſſantibus, miſſio daretur. Ità enim promittere cœpiſſe *Thillyum*. Ut iuxtà oppidorum interceptorum reſtitutionem præſtoletur. Hac de re factum eſſe, ſeriùs aliquantò ut *Elector* reſpondeat. Quam moram utique ferret *Thillyus* haud graviter.

Quantum ad rei ſummam pertineat, eâ niti *Electorem* confidentiâ, ut certus ſit, ad ſubdelegatorum propoſitiones, ſe ità quidem, ſub humilima, ac laudabili, declaratione, reſpondiſſe, prout obedientia, ſacramento obſtricta, *Imperii* conſtitutiones, & præſentium rerum ſtatus, requirant. Ut nihil minùs dubitârit, quàm hoc, fore, ut *Cæſar* à ſe requirat aliud: præter id, quod aliâs, ſecundùm *Imperii* conſtitutiones, debeat. Si igitur humilima hæc ſua conteſtatio locum, præter exſpectationem, non inveniat, ad tàm domeſticorum, quàm externorum, immò totius orbis, iudicium ſe provocare.

Quid obedientiæ *Cæſari Elector*, tanquam fidelis *Imperii Septemvir*, debeat, hoc ſibi utique præcognitum eſſe. Ut id à viginti integris annis, quibus præſit *Electoratui*, didicerit abundè. Neque verò hanc fidem ſibi primis ſaltèm, quod aiunt, natâſſe in labiis. Ut ſincero, & *Germanico*, pectore, indeque emergentibus operibus, ac meritis, toto orbe clariſſimis, ad exemplum uſque, & cum laude, hoc conteſtatus ſit. Quo nomine, qua laude, tot laboribus, heroicè exanthlatis, dignius promeruiſſet præmium, quàm quod hac vice, præter exſpectationem, ſibi velit retribui. Ex adverſo, non obſcurum eſſe, quid *Cæſar* eo tempore, quo ſingulari *DEI* providentiâ, omniumque *Electorum* ſuffragiis, ad faſtigium illud *Cæſareum* ſublimari cœpiſſet, *Coronâque*, & *Sceptro*, potitus fuiſſet, ſibi, cæteriſque *Electoribus*, *Principibus*, *Ordinibuſque*, ſanctè promiſiſſet. Ut eius adhucdùm promiſſi ſit ſecurus; *Cæſareamque*, & promiſſam protectionem exſpectet. Dùm ergò, non obſtantibus rationibus quibuſcunque, inpræſentiarum, loco debitæ tàm gratitudinis, quàm compenſationis, id genus præmium diſpenſari velit, hoc ſe potiſſimùm *DEO*, iudici illi incorrupto, committere. Neque iuxtà celare poſſe, quàm hoc prognoſticum iampridèm in ſe cudi cœperit, fore, ut ità ſecum ageretur. Interim ſe, tanquam *Germani* ſanguinis *Electorem*, obſtrepentibus fidem non habuiſſe. Sed iam triſtem vaticinii illius eventum non ſine vehementi animi concuſſione, experiri.

Quandoquidem ergò *Elector*, abſque honoris, dignitatis, libertatis, & nominis, violatione, plura promittere nequeat. Quàm ſe quidem *Cæſari* fide infucata, ſincera, ac conſtantiſſima, factu-

 rum

rum omnia humilimè, diligentiſſiméque, quæcunque ſalutares, ſanctéque iuratæ, *Imperii* conſtitutiones, tàm caput, quàm membra, in ſolidum obligantes, depoſcerent. Proindè *Electorem* à dilecto *Cæſare* ſuo humilimè, confidentiſſiméque, exſpectare, ille, tanquam iuſtus, ac mitis, *Imperator*, dignaretur ulteriora à ſe haud poſtulare. Maximè verò, ac potiſſimùm, violentis illis, in ſe, ſuóſque detorquendis, remediis ſuperſederet. Cauſſam hanc non ſuam ſolùm, & propriam, ſed ſibi cæteris cum *Electoribus* communem, eſſe. Nam æquè *Imperii Septemviros* reliquos, ac ſe, tàm ex officio *Electorali*, quàm fide ſanctè iurata, teneri, oculos ſuper *Bullam Carolinam*, *Imperiique* libertatem, coniicere. Ut non minùs tàm heroica pro fortitudine, quàm præclara ſapientia, ſua, impellantur, hanc rem haud indiligenter proſpicere. Ut eò minùs *Elector* ab his ſanctionibus recedere, ac communia illa iura labefactare, quitus ſit. Poſteaquàm verò, ſepoſitis illis omnibus, nihilominùs rapinis, expilationibus, feminarum, tàm nuptarum, quàm innuptarum, conſtuprationibus, incendiis, & id genus ſævitiæ generibus graviſſimis, per regiones *Electorales*, miſſio detur nulla. Immò etiamnunc, ſine fine, graviora emergant. Plura oppida, locaque, vi iniecta occupentur. Atque inter ea his quoque diebus, præter alias, & multiplices direptiones, *Friberga*, *Michelnium*, *Pegavia*, *VVeiſſenfelſa*, *Zeitſa*, aliæque civitates, ac præfecturæ, partim ſubiectis ignibus deletæ, partim aliis, diriſque, modis vexatæ, ſint. Ut etiam *Cancellario*, conſiliariis, cæteriſque præfectis, funiculi in frontes, ac tempora, adigi, rotarique, numellæ in manuum pollices torqueri, feminiſque etiam in propatulo ſtupra inferri, contigeris. Ut de aliis id genus, & enormibus, exceſſibus nihil ſuperaddat. Dùm etiam cervices iactare auſint, ſeſe reliquis civitatibus, præfecturiſque, *Electoralibus*, eadem faſtidia, infortuniaque, ſeriò præparare. Undè *Elector*, ſuper vindicandis, ſublevandiſque, ſubditis, tot querelis, lacrymiſque, impendiò fatigetur. Ut neceſſitate urgente de iis cogitare adigatur remediis, quibus tàm contemptum, quàm vim illam, amoliri queat. Si igitur in ea deſcendat conſilia, quæ quidem iura, ipſaque natura, uſuſque, permittant, *Elector* verò hactenùs ad animùm non admiſiſſet, utique ſibi fraudi non futurum.

Quo nomine D E V M, hominumque fidem, conteſtetur, indemnem ſe eſſe. Nihilque prius, antiquiuſque, habere, quàm ut nihilominùs *Cæſari*, *Imperioque*, debitam fidem, amorem, & obedientiam, perſeverare cupiat. Pro coronide, ſe honeſtam, ſecuram, conſtantem, univerſalemque, pacem toto corde deſiderio deſiderare. *Thillyumque* corrogare, vellet illam ſuo quoque loco bonâ fide adiuvare.

CAP. IV.

De Saxoniæ Electore, vires cum Sueciæ Rege ſociante.

I.

Thillyus intercipit Lipſiam.

SEd multùm abfuit, *Electoris* illa ſer & affectuum plena, remonſtratio ſatisfaceret *Thillyo*. Ut hic, moras mnes præcipitans, prout iuſſus er inſtituti ſui effectum urgeret. Poſt die igitur *Calend. Septembris Scheiditium* educe proximè ad *Lipſiam* copias promovit. Caſtriſq antè portam *Hallenſem* diſpoſitis, quâ parte civi tem expugnare poſſet, diſpicere cœpit. *S. P. Q.* pſienſis armatâ illa *Thillii* præſentiâ confuſus, mi qui decenter interrogarent, quorſùm illa ſpec rent. Simulátque peterent, ne quid hoſtilitatis ſe decerneretur. Neque enim civitatem unqu quicquã in *Cæſarem* deſignâſſe. Sed neque his p cibus *Thillyus* inclinavit aures. Ut etiam torme ta ſuperinduceret, triſtem effectum minan Graviùs conterriti, concuſſique, *Lipſienſes*, om generis commeatum, ac diætetica, caſtris infer tes, precibus inſtare cœperunt, pateretur *Thil* litteris conſignare, quid à civitate fieri velit. enim ſe rem omnem ad *Electorem* rectiùs dela ros. Annuit huic voto *Thillyus*. Ilicetque ce turionem immiſit cum codicillis, inſtitutum ſu manifeſtantibus. Præſidiarii, ubi, quid ageret cognoviſſent, negârunt ſe facturos. Protinuſq in armis renitentes, iniectis facibus loca ſub bana incendiis delere cœperunt. Quo fac *Thillyus* incendia prohibere, atque extinguere, i ſit. Sed vento flammis favente, crebriſque è ci tate tormentorum explôſionibus, accidit, ut n les fruſtrà eſſet, tripliciſque ſuburbii confinia co flagrarent.

Procedentibus id genus incendiis *Thillyus* t menta in civitatem dirigere iuſſit. Quibus t nocte ſtrenuè rem egit. Ut etiam glandes, ut v cant, igniarias intrò proiiceret. Quanquam a tem coronâ civitatem invadere iuſſiſſet, nihi minùs incendiis, adhucdùm continuantibus, n les eſt prohibitus. Sequentibus diebus, flamn ſubſidentibus, civitate denuò recognitâ, nota ſibi, ſuperare ædificia, ad foſſas civitatis ab ig bus intacta. Quæ confeſtim macerie, & text impleri curavit. Indè gerras, faſceſque, conqui re, proximéque omnia ad impreſſionem ſuſci endam præparare, iuſſit. Præſidiarii, tormentis liquantiſper ſeſe tuentes, paulò poſt remiſeru ſuper deditione conſilia agitantes. Quam obl tam *Thillyus* haud recuſavit. Sic, ut, more milita *Saxonicis* dimiſſis, & *Eulenbergam* deductis, *VVanglerus*, tribunus *Thillyanus*, civitatis novam defenſionem auſpicaretur.

***

II. Sax

II.

oniæ Elector copias cum Sueciæ Rege con-
ungit.

Oſt diverſas, prout fieri amat, litterarum, ver-
orumque, diſceptationes, tandem ad arma,
tilemque rigorem, res delabi cœpit. *Elector*,
iam eventu habens exploratum, quid ſibi, ſu-
e, totique *Proteſtantium* choro, exſpectandum
t, conſilio ex tempore capto, iam demum ne-
itatem ipſam poſtulare, arbitratus eſt, ut, cùm
ex adverſo armis in ſe ageretur, ipſemet arma
riperet. Vireſque cum *Guſtavo, Sueciæ Rege*, tan-
n ſociaret. Cuius cùm prognoſtica, vaticiniis
ilima, ipſo eventu deprehenderet. Tùm *Al-*
gerium, *Tieffenbachiumque*, utrumque genera-
vigiliarum præfectum, pluribus cum copiis, è
ſia, aliiſque regionibus, productis, cervicibus
uper ſuis inſtare didiciſſet, ut quàm promptiſ-
è cum *Rege* coniungeretur, maturato opus ha-
it.

Re inter *Regem*, *Electoremque*, omni ratâ, tranſa-
que, *Rex*, relicto apud *VVerbenam*, pro caſtro-
n defenſione, *Baudiſſo*, cætero cum exercitu, in
curſum eduxit. Ubi ergò per pontem *VViteber-*
ſem tranſmiſiſſet, poſtero die apud *Dubenam*,
opter *Muldam*, vires cum *Saxoniæ Electore* univit.
at tùm quoque intrà caſtra *Elector Brandeburgi-*
. Ideóque coniunctis conſiliis deliberari cœpit,
o pacto hoſtibus occurrendum foret. An expe-
et tanti, ac tàm ardui, negotii ſummam œcu-
enicæ alicui pugnæ committere? An verò tutius
nſilium præferendum? Nimirùm, hoſtes ut
orâ attererentur, paulatimque conſumerentur?
rtur *Rex* hanc in ſententiam magis propendiſſe:
empè, dubiæ, incertæque, ſortis aleæ ne tanti
omenti res, & quæ non tàm univerſum nego-
m *Evangelicum*, quàm *Imperii Ordines Proteſtantes*
nnes, eorumque ſalutem, concernat, ultimo
poneretur periculo. Uno quippe momento tan-
m fieri diſpendium, quod integer haud annus
ſarciat. Sed huic ſententiæ regiæ oppidò repu-
avit *Elector Saxoniæ*. Magniſque conatibus pu-
nam aliquam generalem urgere cœpit. Sub his
lis adiectis inſtantiis: Niſi pugnæ ſummaria de-
rnatur, fieri non poſſe, ut hoſtis extrà *Saxoniam*
iciatur.

Ut etiam commeatus ſibi non ſuppetat, quo
uidem tàm ſuus, quàm regius, exercitus ali ſuſti-
eat. *Cæſareanis* iam potiſſimam provinciæ ſuæ
artem præoccupantibus. Irent igitur unà in oc-
urſum *Lipſiam*, coniunctiſque viribus hoſtem ad-
rirentur.

CAP. V.

De Cæſareanorum, ſub Thillyo, apud Lipſiã, clade. Et memorabili Guſtavi, Sueciæ Regis, victoria.

I.

Thillyus in occurſum ducit contrà Regem; & Sax. Electorem.

QUæ cùm, quoad pugnam, *Regi, Electorique*, eſſent decreta, haud ſegniùs in pugnam quoque, ſicut hactenùs vincere toties didicerat, incubuit *Thillyus*. Itaque, poſt confirmatam novo præſidio *Lipſiam*, more ſuo, exercitum produxit, hoſtibus occurſurus. Præſertim, ubi *Regis, Electoriſque*, coniunctiones intellexiſſet, nihil ſibi procraſtinandum eſſe, iudicavit. Primùm igitur patentibus campis copias diſpoſuit, tanquam in caſtris, utcunque communitis, exſpectaturus *Regem, Saxonemque*. Hoc loco ad diem unum, alterumque, ſubſtitit. Et quanquam multorum animi eò inclinarent, hoſtes loco ſic opportuno præſtolandos eſſe, nihilominùs evicit illorum ſententia, qui conſulerent, in eos rectà movendum. Neque enim dubitabatur, præeminere *Cæſareani* exercitus robur, ut regii, *Saxoneſque*, ubi ad manus ventum eſſet, putarentur impreſſiones non toleraturi. Quo nomine præveniendi, & velut opprimendi, forent. Hoc conſilio, poſtquàm ſemihoræ ſpatio, intrà aciem conſtitiſſet, lentis itineribus verſùs *Lindenthalam*, *VVitteritſchum* minus, ac maius, *Breidenfeldamque*, pagos, proceſſit. Sic, ut cohortes aliquot tàm equeſtres, quàm pedeſtres, tanquam exploratorias, præmitteret. Ipſe verò uſque ad ſaltus, & furcæ viciniam, exercitum proferret. Ubi ergò ab emiſſariis *Regis, Electoriſque*, adventum didiciſſet, antè omnia collis, locique, itemque venti, ab occidente flantis, opportunitatem præeligens, tormenta diſponere, aciemque formare, cœpit. Cuius forma, ac ſeries, ille fuit. Lævum cornu *Pappenheimio* commiſit. Corpus medium ipſe ſuſcepit. Dextro verò *Fürſtenbergium* cornu præfecit. Hac ſub acie conſiſtens animo imperterrito hoſtes opperiri decrevit.

Neque minori fiducia *Rex* in conſpectum produxit. Ut, emenſo apud *Podelvitium* pagum querquero aditu, (quem *Thillyus* ideóque iniectis flammis abſumere tentavit; quò, fumo indignante vento in regios obverſo, oculorum acies obtunderet) dextrâ-tenùs verſùs *Lipſiam* moveret, campo pariter patente aciem diſponens, directis initiò minoris, maioriſque, generis tormentis. Illius acies hæc erat: Dextrum cornu tuebatur *Rex* ipſe. Utpote quod è potiſſimis equeſtribus conſtabat. Corpus tenebat *Teuffelius* tribunus. Cui aſſiſtebant legiones *Teuffelii*, *Oxenſtirnii*, *Erichhauſenii*, & *VVinckelii*. Lævo cornu præerat *Guſtavus Hornius*. Supplementum reſervabat *Ioannes Banerus*, pedeſtris armaturæ præfectus generalis.

Cui adiungebantur *Turriani, Hebronii*, & *Vicethumii*, legiones pedeſtres. Alis *Hebronii* eiuſdem, & *Halleru*, equeſtribus appendentibus.

Acies denique *Saxonica* talis fuit : *Elector* ſiniſtra-tenùs ſuum produxit exercitum. Propterque *Zebuſam*, pagum, ſub tormentorum vægrandium poſitu, aciem formavit. Siniſtri cornu, tanquam potiſſimi roboris, curam *Elector* ſuſcepit. Dextro cornu *Arnheimius* præfuit. Cæteras partes curârunt *Taubenius*, & *Bindhofius*, tribuni, & præfecti generales.

II.

Elenchus tribunorum, tàm Cæſareanorum, quàm Regiorum, & Electoralium, qui tùm legiones duxerunt.

UT autem appareat, quibus viribus, viriſque, ſive ductoribus, hoſtiles utrinque conſtitiſſent acies, pugnarique cœpiſſet, fert animus, tanquam ſub elencho, hæc inſpicere. Sub *Thillii* ergò, nomine *Cæſaris*, auſpiciis, numerabantur *Renconius, Merodius, Hatzfeldius, Baumgartenius, Piccolomineus, Strozza, Dux Holſatiæ, Chieſa, Gallaſſius, Fürſtenbergius, Dux Saxo-Lauenbergius, Montecuculius, Balderonus, Dieterichſteinius, Sultzius, Coronius, Geyſius, Colloredonus, Ervvittus, Savellius, Pappenheimius, Blanckhardus, Heraucurtius, Reinacherus, Comargonius, VVallius, VVanglerus, Bernſteinius, Schönbergius, Cronburgius, Dux Saxoniæ, VVingerskius, Saradetzcius, Forgatſchiuſque*: qui omnes, tribunorum officio fungentes, ſinguli ſingulas duxêre legiones, eaſque exercitatas, ac veteranas. Potiſſimùmque tàm validas, ut unaquæque ferè legionum præter propter è tribus hominum, pro more, conſtaret millibus.

E *Sueciæ Regis* præfectis militaribus illi fuerunt: nempè *VVunſchius, Banerus, Tottus, Soopſius, Steinbockus, Hallerius, Axelius Lillius, Ochſenſtirnus, Haſeverus, Teuffelius, Erichhauſenius, Hohendorfius, VVinckelius, Guſtavus Hornius, Callenbachius, Baudiſius, Hammelthonius Marchio, Vslarus, Mynrous, Ramſayus, Rheingrafius, Damitius, Sperreuterius, VVallenſteinius, Turrianus, Dargitius, Hebronus, Mitzefallus, Vicethumius, Redvvinus, Curvillius, Schaffmannus, Cochtitkius*, omnes tribuni, omnes legionum ductores. Sic, ut tamen plerique non totas legiones, ſed cohortes delectas, ducerent.

Electoris Saxoniæ copiis ſequentes præfuêre *Chiliarchæ*, ac *tribuni*: videlicet *Steinavius, Bindauffius, Arnheimius, Schvvalbachus, Löſerius, Glitzingus, Starſchedelius, Guilielmus, Dux Altenburgicus, Taubenius.*

III.

Inter Cæſareanos, Regios, Saxonicoſque, pugna committitur. Quâ, victo Thillyo, Rex victoriâ potitur.

DIxiſſes par benè compoſitum. Ità enim *Thillyus* tot luculentis relatis eminebat victoriis, ut nil niſi vincere noſſet. Ità tanti *Regis* virtus
Fortuna, pariter tot ſplendidis triumphis illu
radiabat, ut vix rectiùs olim *Hannibali Scipio*
collatum fuiſſe, ſive *Livio*, ſive *Polybio*, innote
Accedebat veteranus utrinque exercitus, rebu
triuſque ad conflictum neceſſariis inſtructus
terque vincendi peritus. Paribus ergò animis,
ribus conatibus, paribuſque ferè viribus, hoſt
inter ſeſe committebantur exercitus. Ab h
diei duodecima, cùm *Sol* altiſſimus, pugnari c
ptum eſt. *Thillyo* tormentis prima pugnæ au
cia ſuſcipiente. Cui *Rex* eadem machinar
conſalutatione accuratè reſpondit. Hæc mu
tormentorum concertatio uſque in bihorium
tracta eſt. Sic ut mediocris utrinque cade
multitudo. Interim paſſim ad velitares pug
eſt tranſitum. Cùm verò *Rex* cognoſceret, ſuo
cornu ſiniſtro à tormentis adverſæ partis non
rùm lædi cœpiſſe, ilicet alios ordines ſuperin
xit. Simulque venti faventioris partem ſuis con
liavit. Mox *Thillyus*, promoto cornu ſiniſtro,
tiſſimis equeſtrium viribus valente, in regii ex
citus cornu dextrum impetus ſuſcepit. Totiſ
hoc egit conatibus, quò ad lævam campo pat
te, ventoque ſecundo, potiretur. Hæc dùm
dita agit opera, equeſtres illæ copiæ, unáque
deſtris *Ducis Holſatiæ* legio, longiùs, & ultrà
tam, excurrere, ut dextrum cornu, citrà propc
tum, non directè impeterent. Quæ miſtos
deſtrium ordines inter equeſtres, à quibus ac
rimè excipiebantur, animadvertentes, ad læv
magis declinârunt. Hocque modo priùs in
gia ſupplementa, quàm in primos ordines, in
derunt. Quæ *Rex* opportunè, ac turmatim,
perinductis legionibus, ità quidem dextrè ſub
vavit, ut mox hoſtium cornu illud lævum, ci
magnam repugnantiam, frangeret. Inque fug
coniiceret.

Peractâ hac pugnæ promulſide, ſequitur m
ſus ſecundus. *Thillyus* ergò notatâ ſuorum incli
tione, tota ſub pedeſtrium mole, unà cum legi
nibus utrinque equeſtribus, è collibus deſcend
In quod corpus ubi *Rex* è tormentis, ad cornu
vum diſpoſitis, acerrimè animadverteret, mu
to *Cæſareani* ordine in *Saxonicum* impreſſionem
cêre exercitum. Quicquid verò equeſtrium *C*
ſareanorum in ſiniſtrum regiorum cornu incid
oppidò diſſipari, fugarique, cœpit. Sed ex adve
ſo *Saxones* tàm pedeſtres, quàm ex parte equeſtr
laxatis, turbatiſque, ordinibus, arma proiicie
tes, in fugam coniecti ſunt. Quos dùm *Cæſare*
ni, votorum iam tùm prodigi, plenamque ſ
promittentes victoriam, paulò longiùs inſequu
tur. Partemque tormentorum *Saxonicorum* in *Su*
cos obvertunt. Iuxtáque *Schönbergica, Cronberg*
ca, & *Baumgartenica*, legiones, reliquias exercit
Saxonici inſectantur, ecce! regiorum cornu l
vum, unáque *Hebroni*, & *Vicethumii*, ſupplement
in *Cæſareanos* produxerunt. Qua ſub ſtatio
diu à *Cæſareanis* fortiter pugnatum eſt. Ut regi
equeſtres, illac impetentes, animoſè identide
reiicerent. Tandem cum legione *Gothica*, à *R*
ge dextrâ-tenus ſubmiſſa, delectiſque agmin
bus equeſtribus, anteà ad cornu lævum con
ſten

atibus, ſuperaccedens *Guſtavus Hornius*, maſcu-
n ordines hoſtiles ſuſcepta impreſſione, uni-
ſam *Cæſareanorum* perfregit, perrupitque, a-
m. Saltèm duobus hoſtilium legionum pari-
s, quòd ob pulveris, inter pugnandum excita-
altitudinem, tanquam ſub nocte quadam, te-
rentur, ſalvis evadentibus. His illis auſpiciis
ovectus *Rex*, aſſumpto cornu dextro, uſque ad
a ſylvoſa perrexit. Ubi, poſt tormentorum
paratum omnem in poteſtatem redactum, tàm
ſareani, quàm *Ligariani*, exercitus partes reſi-
as adortus, totam denique molem prorſùs diſ-
avit.

Relatâ, poſt acrem, atque ancipitem, quinque
rarum pugnam, tàm ſpecioſâ victoriâ, *Rex* in
gientes, ac palantes, immiſit equeſtrium ma-
m. Quæ numerum, partim propriorum tri-
norum rhedas, curruſque, ſpoliantem, par-
n *Lipſiam* verſùs confugientem, citis paſſibus in-
rcepit, ac confecit. Sic, ut color noctis fugien-
s gladio eriperet. Ulteriùſque inſequentium æ-
s reprimeret.

Ità nox, quæ aliâs à nocendo dicta, victis pro-
it. Ut plures *Lipſiam*, *Merſeburgum*, & *Hallam*,
etu urgente, evaderent. *Thillyus*, tametſi & ipſe
lneratus, & languidus, magna celeritate *Halber-
dam* properavit. Qui cùm, triplici vulnere ſau-
us, etiam haſtis illis tremebundis, oblongiſque,
capite, cubitoque dextro, contuſus eſſet, ſu-
rveniente *Lavvenburgio Duce*, multitudinis ma-
ibus ereptus, alióque relatus eſt. Ferunt, etiam
lum, è glande, circà dorſi ſpinam, impactâ, reli-
uo vitæ tempore eâ parte in integrum reſtitui
aud quidem potuiſſe. Quo cum *Halberſtadam* pe-
etravit, comitatus, fuit ſub ſignis numero quin-
ecim. Ut tamen plures, quàm ſexcenti, pedites
on concurrerent. Illius veſtigiis *Pappenheimius*
hærens, ſub ſignis quadragintà, vix quatuorde-
m equeſtrium centurias retulit ſalvas.

DECLARATIO LITTERArum & Numerorum Æri Inciſorum.

A. Breitenfeldium.
B. Lindenthala, vulgò Linckel.
C. VVideritſchium minus.
D. VVideritſchium maius.
E. Nemus.
F. Collis Furcalis, vulgò Galgenhügel.
G. Tormentorum Thyllianorum diſpoſitio.
H. Cornu ſiniſtrum Thillyanorum Pappenheimio commiſſum.
I. Comes Pappenheimius.
K. Corpus medium, ſub Directore Thyllio.
L. Cornu dextrum ſub Fürſtenbergio.
M. Comes Fürſtenbergius.
N. Ponticulus, quem Rex Suecorum cum ſuis in conſpectu Thyllianorum traiecit.
O. Podelvvizium.
P. Q. Tormenta Suecica.
R. Cornu dextrum Suecicum, ſub auſpiciis Regis.
S. Rex Suecorum.
T. Corpus medium Suecicorum, cui Teuffelius præfuit.
V. Teuffelius Tribunus.
X. Cornu lævum Suecicorum, ſub Guſtavo Hornio.
Y. Guſtavus Hornius.
Z. Legiones reſervatæ: harum cornu dextrum.
Aa. Sub auſpicio Ioannis Bannerii.
Bb. Corpus medium, ſub conductu.
Cc. Hebronii Tribuni.
Dd. Cornu lævum, dirigente Hallo Tribuno.
Ee. Zchölka.
Ff. Ietſchlitzium.
Gg. Seehuſa.
Hh. Acies & Tormenta Electoralia.
Ii. Cornu lævum Electoris.
Kk. Corpus medium, Duce Electore.
Ll. Cornu dextrum: quod tuebantur.
Mm. Arnhemius, Taubius & Bindhovius.

LEGIONES THYLLIANÆ.

1. *Renconica.*
2. *Merodica.*
3. *Neo-Saxonica.*
4. *Baumgartica.*
5. *Piccolominica.*
6. *Strozzica.*
7. *Holſatica.*
8. *Chieſaica.*
9. *Gallaſſiaca.*
10. *Saxonica & Fürſtenbergica.*
11. *Montis Cuculi.*
12. *Balderonica & Dierieſtenia.*
13. *Thylliana.*
14. *Coronina.*
15. *Geyſiaca.*
16. *Colloredica.*
17. *Ervvittica.*
18. *Savellica.*
19. *Blancartica.*
20. *Pappenhemia.*
21. *Heraucourtica.*
22. *Reinacheriana & Comargica.*
23. *VVahliana.*
24. *VVangleriana.*
25. *Bernſteniana.*
26. *Schönburgica.*
27. *Cronbergica.*
28. *Saxonica vetus.*
29. *VVingerskia.*
30. *Croatarum.*
31. *Tragonicorum.*

LEGIONES SUECICÆ.

32. 33. *Octo Cohortes equeſtres Finlandicæ, VVunſchii CLXXX.*
34. *Sclopetari, Bannerii.*
35. 36. 37. *Duodecim Cohortes Equeſtres, Todtii. CLXXX.*
38. *Sclopetarii, Banverii.*
39. *Octo Cohortes equeſtres Gothicæ occidentales; Soopii.*
40. *CLXXX. Sclopetarii, Bannerii.*
41. *Octo Cohortes equeſtres Smalandicæ, Steinbockii.*
42. *CLXXX. Sclopetarii, Halli.*

43. Quatuor Cohortes Gothicæ Orientales.
44. Quatuor Signa peditum, Axelij Lillii.
45. Quatuor Signa peditum, Oxenſtiernæ.
46. Quatuor Signa peditum, Haſtveri.
47. 48. 49. } Duodecim Signa peditum, Regis, directore Teuffelio.
50. Quatuor Signa peditum, Erichhanſii.
51. Quatuor Signa peditum, Halli.
52. Quatuor Signa peditum Hohendorffii.
53. 54. 55. } Duodecim Signa peditum, VVinkelii.
65. Duæ Cohortes equeſtres, Guſtavi Hornii.
57. Quinque, Callenbachii.
58. CCCLX. Sclopetarii.
59. Quinque Cohortes equeſtres, Callenbachii.
60. CCLXXX. Sclopetarii, Oxenſtiernæ.
61. Tres Cohortes equeſtres, Baudiſſii.
62. CCC. Sclopetarii, Erichhanſii.
63. Tres Cohortes equeſtres, Baudiſii.
64. CCC. Sclopetarij, Erichhanſii.
65. Tres Cohortes equeſtres, Baudiſſij.
66. CCLX. Sclopetarii, Hamilthonij.
67. Quinque Cohortes equeſtres Regis, directore Vſlaro.
68. CD. Sclopetarij, Munrei.
69. Quinque Cohortes equeſtres, Vſlari.
70. CCCL. Sclopetarij, Ramſaii.
71. 72. 73. } Duodecim Cohortes equeſtres Rhingravij.
74. Livonicæ quatuor.
75. Curlandicæ quatuor.
76. Damizii tres.
77. Sperreuteri quatuor.
78. VVallenſtenii peditum Signa quatuor.
79. Halli & Com. à Turri quatuor.
80. Damizii quatuor.
81. Dargizii quatuor.
82. Hebronii quatuor.
83. Quatuor item.
84. Mizeſallii quatuor.
85. Vizthumii quatuor.
86. Redvveni quatuor.
87. 88. } Halli duodecim Cohortes equeſtres.
89. Courvillii quatuor.
90. Schaffmanni quinque.
91. Cochtizkii quinque.

LEGIONES ELECTORA-les Saxonicæ.

92. 93. } Cohortes equeſtres aliquot Steinavii.
94. 95. } Octo Cohortes equeſtres, Bindhovii.
96. Cohortes equeſtres aliquot.
97. Arnhemii Cohors delecta.
98. 99. } Eiuſdem decem Signa peditum.
100. 101 } Schvvalbachii decem Signa peditum.
102. Læſeri decem Signa peditum.
103. Electoris ſex Signa peditum.
104. 105. } Glizingii decem Signa peditum.
106. 107. } Starſchedelii decem Signa peditum.
108. Cohortes equeſtres aliquot.
109. 110. } Octo Cohortes equeſtres Saxo-Altenburgicæ.
111. 112. 113. } Electoris Cohortes equeſtres, ſub Vice-Trib[...] Taubio.

IV.

Interfectorum numerus.

CÆſorum utrinque tantus extitit numerus
novem hominum millia communi de ſent
tia cecidiſſe perhibeantur. E quibus Sueco[...]
perierunt ſeptingenti, Saxonum bis mille. Deſi
ratis Cæſareanorum circiter millibus bis tribus.
quibus præcipui nominis fuêre Otto Fridericus, [...]
Schönbergius, generalis rei tormentariæ præfec[...]
& tribunus, Dietericus Othmarus ab Ervvitte, Bon[...]
dius, Planckhardus, Grotta, tribuni. Qui, præter
teros inferioris notæ equitum magiſtros, ac c[...]
turiones, partim ilicet occubuerunt, partim p[...]
lò poſt è vulneribus acceptis defecerunt. Quor[...]
in numero inprimis ponendus eſt Adolphus, [...]
Holſatiæ. Qui ubi pari legè vulneribus confec[...]
inque caſtra Suecica delatus, fuiſſet, paulò poſt
lapſo trihorio, exſpiravit.

A partibus Suecorum ceciderunt quoque ma[...]
nominis viri, videl. Maximilianus Teuffelius, H[...]
rius, Calenbachius, Adregaſtus, Damitius, trib[...]
Corvillius verò, idem tribunus regius, captiv[...]
Cæſareanis abreptus eſt.

E Saxonibus, iiſque proceribus, deſiderati [...]
Nempè Rudolphus Bindhoſius, generalis vigilia[...]
præfectus, Euſtachius Löſerus, Starſchedelius ſen[...]
tribuni, Hugoldus Starſchedelius, generalis excu[...]
rum magiſter, Diſcavius, Lammingerus, aliique c[...]
plures.

CAP. VI.

De Ominibus, Cæſ[...] reanorum cladem [...] pud Lipſiam præſ[...] gientibus. Suecor[...] que progreſsibus.

I.

Memorabilis Cæſareanorum illa clades.

Tan[...]

TAntæ, ac tàm memorabilis, victorio-
ſiillius, & clariſſimi, *Cæſareani*, ſub
Thillyo, exercitus cladis, dubio pro-
cul fato diu deſtinatæ, imminentia
nòn latuêre ſigna. Vetus illud in me-
eſt: *Non caret effectò, quod voluêre duo.* Ut ex col-
one duorum illorum, tàm *Cæſaris*, quàm *Regis*,
tenùs utrinque victorioſorum, exercituum,
n niſi magna clades, magna rerum mutatio, im-
nere quiret. Ecce! enim pari ardore, pari fi-
cia, pari contentione, paribus utrinque ferè
ibus, ac copiis, pugnatum eſt. Uterque exer-
us (ſi *Saxones* excipias) è veteranis fuit. Uter-
e loco, ſpatióque, opportuno, aciem formavit,
menta diſpoſuit. Utrinque, ſtante prælio,
, ac fortiter, dimicari cœpit. Ut modò *Suecici*,
odò *Cæſareani*, evaderent ſuperiores. Diuque
cepseſſet victoriæ alea. Tanquam *Cæſaris* for-
na, tot triumphis illuſtrior, ægerrimè mutaret
lus. *Regique* advenæ ſe permitteret. Quouſ-
e id, quod longè antè *Ominibus* fuerat præſigni-
atum, tanquam fato deſtinante, emerſit. Ni-
rùm, ut *Guſtavus, Rex Sueciæ, Proteſtantium* armis
iutus, à victricibus *Cæſaris* aquilis inſignem, ac
culentam, referret victoriam.

II.

Omina cladem antecedentia.

Ed age dùm, quod à veterrimis illis rerum *Ro-
manarum* ſcriptoribus, *Floro, Paterculo, Suetonio*,
iiſque, curioſè olim obſervatum eſt, *omina* cla-
s illius inſpiciamus. E quibus paulò *anteceden-*
s primo loco præmittenda veniunt. Nam, in-
r cætera, apud *Sonnevvaldam*, *inferioris Luſatiæ*
ppidum, ſub cœlo tantus fragor inſonuit, quan-
s à bombardis, machiniſque bellicis, inter præ-
andum, amat exaudiri. Sub feriis *Aſcenſionis Do-
minica*, femina ruſticana ramulum pyri arboris,
uatuor florum, quos *bellides* vocant, paria in ſum-
nitate ferentem, in *Mindam*, civitatem apud *Vi-
rgim*, intulit. Memoratu dignum eſt *oſtentum*,
uod apud *Aſcherslebiam* è cœlo patuit. Aëre e-
iin ſudo duo concurrere in nubibus notati ſunt
xercitus, mutuò prælíantes. Quorum alter ab
uſtro, alter ab *Aquilone*, tetendit. Hi, medium
olis corpus penetrantes, acerrimè conflixerunt.
ic, ut *Septentrionales* copiæ, à *Meridiana* plaga pro-
ectam, aciem bis vincerent. Hæc pugna, *XIV. &
XIII. Calend. Iul.* bis notari cœpit, & quidem ho-
â eâdem. Biſque, pugna finitâ, vir prodiit, ob-
onga involutus chlamyde, arcu manum inſtru-
ctus, qui ſagittâ exercitus *Aquilonaris* ductorem
roſterneret. Undè etiam iſte evanuit exerci-
tus. Sagittario mox itidem in auras abeunte. Pau-
ò poſt apud *Friburgum* in *Thuringis*, itemque *Mer-
ſeburgum*, aquæ cruentari viſæ. Eadem cruen-
tatio aquarum, ſub foſſis civitatis, & euripis, e-
mergens, *Hallas* conterruit. *XI. Calend. Iulii*, intrà
VVitebergam, mero, totoque meridie, *Sol*, è palli-
do, rufoque, coloribus, apparuit. Cuiuſmodi
phænomenon eo die, quò *Magdeburgum* periit,
notatum. Circiter ipſas *Calendas Quintiles*, in pa-

go, *Viennæ* proximo, (*Traiskirchen* incolæ vocant) felis domeſtica, duos catellos, unicam verò felim, eodem partu proiecit. Quod monſtrum aulam in *Cæſaream* tùm quidem illatum eſt.

De *Geniis* peculiari libello, etiam mortalibus, prolixus eſt *Plutarchus*. Quæ hoc loco inducere velle, ocioſum ſit. Quò ſpectat *Flori* illud, de *Bruti* genio, antè pugnam comparente, eidemque *Bruto* vitæ finem prædicente. Eius ferè notæ eſſe videtur, quod quidem *XII. Calend. Quintil.* intrà *VVitebergam* accidiſſe fabulantur. Aiunt enim media nocte, antè horam duodecimam, tempeſtate ventorum præeunte, *Equitem*, comite aterrimo cane, & duobus pedeſtris armaturæ militibus, funiculos ardentes præ ſe ferentibus, ſuper vallum fortalitii aſcendiſſe. Cumque miles, eo loco ſtationes ſervans, pro more, adventantem inclamâſſet, Quis eſſet. Articulatè reſpondit. Mox, denuò ab eodem interpellatus, falſè cachinnari occœpit. Abindè, alterâ vice in vallum emergens, inequitavit. Undè, ſpectrum eſſe, patuit. Quod ubi ſtationarii, & illi, qui in excubiis ſunt, accuratiùs forent intuiti, obſervârunt, primarii cuiuſdam *Archiſtrategi Cæſareani* vultus id ſpectrum mentiri, ac repræſentare. Undè ſequenti manè, etiam ſub ſacramento, fabulam, coràm ſuperioribus, narrare iuſſi ſunt. Etiam illis, qui antehâc *Cæſari* militârant, vultus *Cæſareani* illius *archiſtrategi* à ſpectro repræſentatos fuiſſe, confirmantibus.

Ferunt, *Thillyo*, vel *Electoris Saxoniæ* teſtimonio, commendatæ prudentiæ, moderationiſque, heröi, poſt funeſtam illam tragœdiam *Magdeburgenſem*, ſub prognoſtico, prædictum tùm quidem fuiſſe, à neſcio quo: Scilicet votiva *Marti* ſuo ſuſpenderet arma. Cùmque famam nominis, tot ampliſſimis relatis victoriis, in immenſum extendiſſet, deinceps *Fortunam* reverenter haberet, armiſque ſe abſtineret. Niſi mallet vinci. Tantique nominis, & exiſtimationis, iacturam pati.

Quo loco, dùm, ſuper *Thillyo*, ſermo eſt, non inopportunum ſit, intertexere actum *Comicum*. Qui, præſcribentibus *Patribus Societatis*, intrà *Hildeſium*, à iuventute ſcholaſtica repræſentari cœpit. Ea ſub ſcena tùm quidem in theatrum producebantur *Sueciæ Rex*, & *Thillyus*, in equis incedentes. Tanquam qui duello inito, de rei ſumma, certaturi eſſent. Sed, præter exſpectationem, ex tranſverſo, ſecus, ac ſpes erat, cecidit. Poſteaquàm enim, coràm veniens *Thillyus*, *Regem* amari ſaporis verbis, quid, & cur, advena *Imperium Germanicum* inquietaret, obiurgâſſet, accidit, ut, dùm gladium ſtringere tentat, perſonatus ille *Rex Sueciæ*, manu promptior, ſclopeto manuario exploſo, perſonatum *Thillyum*, facie-tenùs oblæſum, ex equo deturbaret. Undè, ſuborto tumultu, mox penè feſtiva illa, & Comica, ſcena, in amaram, degeneravit tragicamque cataſtrophen. Sed non defuêre exercitatæ prudentiæ homines, qui eum eventum, cuiuſmodi deinceps *Thillyum* excepit apud *Lipſiam*, prædivinarent.

***

III. Omi-

III.

Omina, cladem concomitantia.

ANtecurſoria vidimus *Oſtenta*, & *Omina*. Supereſt, ut cladem, *Cæſareanis* fato deſtinatam, *Omina* concomitantia, paucis ſubiungamus. Ferebatur autem *Thillyus*, paulò antè fatalem pugnam, ubi apud *Lipſiam* cum exercitu appuliſſet, ſuburbanis locis tùm fortè incendio abſumptis, ſub crepuſculum caſtra, ſub ipſo cœmiterio, metari occœpiſſe. Quod non ſine *oſtento* accidiſſe, nemo fortè ignorat. Sed nihil illo præſentius, dùm *Guſtavo*, *Sueciæ Regi*, nocte pugnam antecedente, ſomnium ſpem victoriæ ſequentis iniecit. Edidit autem *Rex*, per quietem ſibi viſum eſſe, tanquam *Thillyum* capillis-tenùs prehendiſſet. Sed teneri à ſe non potuiſſe, antequàm ſiniſtro *Regis* cubito morſum ille inflixiſſet. Quod quàm de *Electoralibus Saxonicis* copiis, ſub acie, cornu *Regis* ſiniſtrum conſtituentibus, à *Thillyo* profligatis, intelligere eveniat opportunum, eſt in propatulo. Quibus tertio loco accedit. Nimirùm, antè pugnam initam, *Columbam* candidi coloris, fortè fortuitò, ſub ſigno *Saxonum* equeſtri, notari cœpiſſe. Quæ quidem, toto conflictus inſequentis tempore, ibidem circumvolitâſſe fertur. Quibus ſuperaccedit, eundem in diem incidiſſe cladem *Lipſienſem*, quò ſuperiori anno in *Paſſevvalckam*, *Pomeraniæ* civitatem, diu hoſpitia, ac tributa, erogantem, à *Cæſareanis* ſævitum fuerat.

IV.

Sueciæ Rex Victor Merſeburgum, & Hallam, recuperat.

DE *Ominibus* hactenùs. Iam pauca hoc loco, de victoriæ tàm illuſtris progreſſibus, ſuperadiiciemus. *Rex* ergò tàm vincere, quàm victoriâ uti, edoctus, ad *Lipſiæ* recuperationem, quæ à *VVanglero*, tribuno *Cæſareo*, defendebatur, unàque *Pleiſſenburgici* caſtri, paulò antè, ſub ipſis pugnæ præludiis, *Thillii* in poteſtatem venientis, recuperationem, animum adiecit. Sed, cùm tàm prompta non videretur futura deditio, ad alia feſtinans, maluit hanc provinciam, ſive negotium, *Electoris* induſtriæ committere. Cùm ergò apud *Merſeburgum* confluxiſſent aliquammultæ *Cæſareanorum* legiones, *Rex*, equeſtri ſub manu, in illas provectus, cæſis bis millibus, reliquos inter captivos habuit. Sic ut multi illorum deinceps caſtra ſequerentur *Suecica*, exercitu regio his è *Cæſareanorum* acceſſionibus notabiliter aucto. Idem paulò poſt, recuperatis *Merſeburgo*, & *Halla*, evenit. Ut, tribunis in cuſtodiam redactis, cæteræ cohortes, defenſioni operam dantes, *Suecis* adiicerentur.

* * *

V.

Elector recipit Lipſiam. Publicaſque gratiar
actionis, ob tàm ſolennem victoriam,
Saxoniam ferias indicit.

INtereà *Lipſiam* redegit in poteſtatem *Elector.*
ut, præeunte tranſactione, *Idibus Septembr*
Cæſareani ſub ſarcinulis collectis, armiſque utr
que generis, educerent: Signis nihilominùs in
lutis, exulantibuſque pulſis claſſicis. E quibus
ad *Saxonicam* tranſivêre militiam. Pars ad
cum deſtinatum ſub cuſtodia deduci cœpêre.
terim, cùm *Coroninus* tribunus, *VValmerothus*,
ercitus legatus, aliique inferioris ordinis præf
militares, nec non *Ordines Eccleſiaſtici*, ſub *Ca*
exercitus clade, intrà *Lipſiam* confugiſſent, il
mnes, extrà tranſactionis leges, fuêre. Ut diu
more captivorum, attinerentur. *Elector* ergò,
miſſo idoneo præſidio, ſolennes per *Saxoniam*
blicavit ferias. Quibus DEO, pro tàm illuſtri,
teſtantibus conceſſa, victoria ſub feſtivis gratula
nibus, devotæ nuncuparentur gratiarum ac
nes.

Externa.

De rebus Batavo-Ga
licis, & Portugallic

I.

Henricus Vranius in Morinos, ſive Fland
educit. Illos ſub leges, & tributa, voca
rus.

HAc æſtate tàm *Hiſpani*, quàm *B*
vi, validas agitabant armorum p
parationes. Inprimis, intrà *Ha*
Comitis, magnis *Proceres* fatigab
tur deliberationibus. In quas
tuentes *Hiſpani* ex adverſo paria faciebant. *Sa*
Crucis Marchio à *Rege Catholico* copiis præfectus
Belgicis. *Ioannes*, *Comes Naſſovicus*, quoque ing
tem præparavit exercitum. Ut *Henricus*, *Comes M*
tanus, legionibus intrà *Moſam*, ac *Rhenum*, præeſ
Carolus de Columna provincias ad *Moſam* defen
ret. *Zapata* verò apud *VValckinum*, *Grimbergius*,
nique, *Freſinus*, & *Grobendonckius*, ſua cum ma
Brabantiam minorem tenerent. Quæ ubi vices
quidem partitæ fuiſſent, *Sanctæ Crucis*, & de *Ay*
na, *Marchiones*, *Dynkircham*, *Oſtendam*, *Grefelinga*
Mardykum, *Neoportum*, *Hülſtamque*, ſeſe recipient
claſſibus inſtruendis, pro maris defenſione, op
ram dederunt.

Hæc inter, deliberationibus apud *Hagam Com*
tis ad finem ſpectantibus, *Batavi*, paſſim copi
contrahentes, eas, ſub manu *Henrici Vranii*, u
cu

apparatu bellico, navibus impoſuêre. Qui,
tquàm ad *Veſaliam* legiones aliquammultas *Hi-*
icis copiis inter *Moſam*, & *Rhenum*, excubanti-
, oppoſuiſſet, circà *Maii* exodium, per *Rhenum*
ındo flumine deſcendens, apud *Rameckam* ap-
it. Quo loco integer colligi cœpit exercitus.
c quater navium millibus excepto, intrà *Aquas*
ntes, ut vocant, & *Bucholdum*, conſtitit. Recen-
igitur exercitu, ſub ducentis, & quinquagin-
pedeſtrium ſignis, ſeptuagintàque equeſtrium
ortibus, aſſumptis quinquaginta numero ma-
nis bellicis, per *Lievtum*, flumen ſic dictum,
ldegenam perrexit. Ut mediæ horæ ſpatio *Bru-*
, *Flandriæ* metropolim, attingeret. Eius adven-
incolæ paſſim ſic quidem triſtes, confuſique,
rc palantium, diffugerunt, ut res quaſcunque
tioſas ex agro in urbes, ac fortalitia, convecta-
t. *Vranius*, intrà caſtra ſubſiſtens, quatuor *Flan-*
Ordines ad ſe evocavit. Illos ſub leges, ac tribu-
ut redigeret. Simulátque cenſus, ſive tributa, à
cennio debita, extorqueret.

II.

anius, ſupervenientibus Hiſpanis, è Flandria retrò cedit.

Ed manſio *Vranii* iſtic non fuit diuturna. Qui
cùm ingentes *Hiſpanorum* copias, ſub *Ioanne*
ſſovico, contrà ſe præparari, didiciſſet, vaſa con-
mare, ac ſarcinulas colligere, iuſſit. Sic, ut *VIII.*
lend. Iun. ſumma cum feſtinatione, re infecta,
cederet *Maldegenam* uſque. Indè ad *Aquas flu-*
tes, civitatem ſic dictam, deduxit. Ibidemque
ſpanos, adversùs ſe moventes, communitis ut-
nque caſtris, exſpectare decrevit. Sed, mutato
ſtituto, paulò deinceps, exercitu in naves repo-
o, equeſtres *Bergizomium*, pedeſtres verò *Guili-*
nopolim, ac *Gertrudebergam*, tramiſit. Multis tùm
ore fuit, *Vranium* non tàm metu *Hiſpanorum*,
ntrà ſe ingruentium, quàm commeatus inopiâ,
trò duxiſſe. Iam tùm enim panis, Zythique,
etium impendiò flagellabatur. Ut temporis ſic-
tas vix ſufficientes præberet humores, laticeſ-
ue, undè equorum globi poſſent aquari. Quo-
m iam tùm, aquis defectis, plures millenario
rierant.

III.

iſpani, commiſſo navali prælio, à Batavis ſuperantur.

Am tùm *Vranius* circà *Bredam* ſeſe ferebat. Un-
dè *Hiſpanis* nata ſuſpicio, tanquam civitas illa pe-
eretur. Ut eapropter omnis generis commeatu,
neceſſariis, ei proſpicerent. *Brabantiamque* di-
poſito ſub exercitu confirmarent. Neque hîc ac-
uieverunt *Hiſpani*. Sed apud *Bruxellas* decreto fa-
to *Batavos* tàm terreſtri, quàm navali, bello fati-
gare iuſſerunt. Quo nomine copiæ maiores con-
cribi, naveſque, ac carri, aliaque id genus utriuſ-
que expeditionis requiſita, magnis conatibus
præparari, cœpêre. Neque defuit *Monachus*, qui
ormentorum bellicorum cupreorum, & quidem
portatilium, inventionem recèns proderet. Videlicet, triplex machina, & quidem glandem trilibrem, etiam ultrà *Scaldim*, eiaculans, ab unico ut circumferretur homine.

Hic ubi apparatus bellicus ab *Hiſpanis* conquiri cœpiſſet, pars exercitus in *Bergenſem* dimiſſa *Marchionatam*. Quæ ſibi notans *Vranius*, potiſſimam *Batavarum* copiarum manum tranſtulit *Bergizomium*. Ut navium numerum *Lillonem*, *Bergizomiũque*, ſimulátque transferret. Fineſque illos munimentis firmaret.

Ex adverſo, *Hiſpani* apud *Safftingenam* inſigne munimentum excitârunt, quod illis *Batavorum*, ſive, ut trivialiter appellant, *Geuſiorum perſpecillum* tùm nuncupatum. Pariterque intrà *Antverpiam*, ſub *Ioanne Naſſovio*, ingentem, ac validam, claſſem inſtruxerunt. Quæ ſimulátque *Barbanzonio Principi* commendata tùm fuit. Hæc conſtabat è quinquagintà navibus militaribus, decem pontonibus, octodecim navibus longis, unáque ingenti machinarum bellicarum numero. Quarum bona pars ex ære ſingulari induſtria fabricatæ, nuncupantur *Mansfelditæ*. His omnibus adiungebantur minoris generis machinæ cupreæ plurimæ. Quinque, vel ſex, hominum armatorum, ac delectorũ, millibus in partes venientibus.

Iſtis tùm præparatis ordine omnibus, ne ſecretum per peregrinos, illâc tranſeuntes, differretur, advenæ, clauſis *Antverpiæ* portis, detineri ab aliquot diebus cœperunt. Quouſque ex urbe, ſecundo *Scaldis* amne, circà *Calend. Septembr.* claſſis promovit. Sequentique die apud *Safftingenam* appulit. Tametſi igitur *Batavi* è *Lilloo*, finitimiſque fortalitiis, tormentis in præternavigantes ſtrenuè experirentur, currentes tamen prohibere non ſuſtinuerunt.Ità factum, ut *Calendis Septembr.* claſſis è portu *Safftingenano*, ponè *Tholam* inſulam, *Schaldi*-tenùs ſolvens, abſque ullo periculo, apud *Keetam* rates firmaret, cæteraſque naves, ſocias, atque auxiliares, eo loco præſtolaretur.

Sed *Batavi*, nequicquam feriantes, poſtridie *Cal. Septembr.* ſua cum claſſe, ſub *Vranio*, & *Hollaero Valtkeniſſio*, vicearchithalaſſo, in *Hiſpanos* properanter eduxerunt. Initoque navali prælio acerrimo, in multam uſque noctem continuato, tandem victoriâ potiti fuderunt, profligâruntque, *Hiſpanos*. Ut, appetente manè, præter magnum eorum numerũ, qui aquis perierunt, pars navibus diffugerent, pars, continentem petentes, alias per vias dilaberentur. Præter inſignem ab hoſtibus relatam victoriam, prætatæ naves, pontones, actuariæ, & phaſeli, omniſque armorum, annonæ, rerumque id genus neceſſariarum, apparatus, unà cum tribus hominum militarium millibus, *Batavorum* venerunt in poteſtatem. *Ioannes Naſſovius*, *Barbanzoniuſque*, unà cum quibuſdam aliis dynaſtis, beneficio noctis, lembo evaſerunt. Vexilla nautica de induſtria apud *Bruxellas* remanſerunt, præter unicum è ſerico candido, cui quadratis aureis litteris inſcriptum. *DOMINA NOSTRA.*

E captivis fuêre nominis præcipui *Ruveroitius*, *Baro de Leiden*, *Dülckenius*, nuper *Crollii* gubernator, tribuni: præter cæteros centuriones, ſigniferos, duoſque *Capucinos Patres*, unicum verò *Societatis I E S V* ſacerdotem. Qui omnes notaban-

tabantur triſtes, confuſique. Scires, eos metuere locum, qui ſine fundo eſt. Et ſub quo *Batavi*, nempè ſub plagis maritimis interioribus, pro more, ius vitæ nulli concedunt. Sed ſuprà ſpem omnes, lytro exſoluto, veniam impetrârunt. Rumor erat, claſſem illam *Hiſpanicam* petiiſſe *Guilielmopolim*. Sic, ut per mare ex inopinato locum invaderet. Iuxtáque exercitus terreſtris altera ex parte idem faceret, & coöperaretur. Interim à captivis, rerum omnium, quorſum claſſis dirigeretur, neſciis, nihil tale cognoſci potuit.

Eam ubi triſtem ſuorum cladem auribus hauſiſſet *Sanctæ Crucis Marchio*, ilicet exercitum, magna ſub feſtinatione, retraxit *Antverpiam*. Atque hoc pacto ingentes illæ *Hiſpanorum* præparationes, toto æſtatis decurſu per *Brabantiam*, *Flandriamque*, factæ, inſumptique quatuor auri milliones, paucarum horarum ſpatio, in ventos abierunt, ſive potiùs aquis diffluxerunt. Res, fortunâ novercante acta, pupugit dynaſtas *Hiſpanos*, *Belgaſque*. Sed nihil iſte caſus movit *Hiſpaniarum Infantem*, *Belgii* gubernatricem. Ut in unius fortunæ incertitudinem hoc, quicquid eſt, referret diſpendii.

Cæterùm, non ſola iſta fuit *Hiſpanorum* tùm iactura. Ut damnum quoque propter *Geldriam* incurrerent. Poſteaquàm enim *Batavis* compertum fuit, ſex *Italorum* millia intrà *Belgium*, & quidem in *Geldriæ* vicinia, appuliſſe, rationem inierunt, quâ illis hoſtili more adventum congratularentur. Itaque *Styrumio Comiti* in mandatis dederunt, Iret nempè, & nihil tale exſpectantes, adoriretur. Hic è *Veſalia*, *Reeſa*, & *Embrico*, aliiſque locis, quadraginta equitum cohortes, & peditum millenarium, contraxit. Iiſdemque *Geldriam* perrexit. Sed, ad traiectum, ceu vocant, novum pertingens, intellexit, legiones antè trihorium illinc moviſſe. Solos quingentos eorum ſub villa eo loci ruſticana adhucdùm reſtitare. In eos euntes equeſtres villam totam circumdederunt. Inclutí primo limine bombardis ſtrenuè rem agebant. Sed, cùm *Batavorum* pedites ſuperveniſſent, res ſeriùs acta eſt. Ut, villa conflagrante, multi incendiis perirent, bona pars, quod ius vitæ, à *Styrumio* oblatum, repudiarent, ſub gladio, & bombardis, caderent, cæteris in captivitatem abreptis.

IV.

Chriſtianiſſimi Regis mater è Galliis Bruxellas evadit.

A Rebus *Batavorum* pauliſper finitimas in *Gallias* digredimur. Ecce! autem hoc tempore adhucdùm inter *Regem Chriſtianiſſimum*, *Reginam* matrem, & *Aurelii Ducem*, fratrem, continuabant ſimultates. *Regina* enim mater apud *Compiegniam* arcem, milite cuſtodita, attinebatur. Quòd ergò *Rex* poſtmodùm quoque, loco pedeſtrium, equeſtres, pro continuanda cuſtodia, illuc mitteret, *Regina*, quàm proclive ſibi foret nondùm libertatem ſperare ſuam, ſuper remediis deliberare cœpit, quibus ſemetipſam vindicaret, éque poteſtate *Regis*, filii ſui, evaderet. Id quod paulò poſt,

operâ fidelium familiarium, ex animi ſente
perfecit. Poſteaquàm enim omnia, ad fug
neceſſaria, diligenter antè fuiſſent præparata
pſa, *VI. Id. Quintil.* ſub crepuſculo matutino,
arcis oſtiolum egreſſa eſt. Ubi tametſi ad
ſtantiam mille paſſuum rhedam haberet diſp
tam, maluit tamen equo uti, rhedâ locum i
lium reiectâ. Sic magnis itineribus profec
per vias invias ſumma celeritate traducta, mil
riaque *Gallicana* aliquammulta exiguo temp
ſpatio emenſa, deinceps loco opportuno rhe
conſcendit. Eâque *Avennium Arteſiorum*, vigi
& quinque, à *Chompignio* milliaribus *Gallicani*
ſtans oppidum, feliciter pervenit.

Illic ab *Hiſpaniarum Infantis* legatis ſolenn
conſalutata, mox *Brüxellas* ſplendidè deducta,
eóque potiſſimam regii palatii in partem ad
ſa eſt. Sed plerique *Brabantiæ*, *Flandriæ*, aliari
que *Belgii Hiſpanici* provinciarum, dynaſtæ, ſu
tique, parùm illius *Reginæ* adventu lætari vide
tur. Metus enim erat, ne diuturni materiam
belli deduceret, tanquam è tela, *Rex Gallia*
Provinciaſque infeſtaret. Præſertim, cùm in
ximo tàm validas aleret copias. Neque mul
hoc abfuit prognoſticum. Quippe *Rex* paulò
inceps conceptiſſimis verbis obteſtari co
Niſi *Regina* mater redderetur, regnique ſui ſt
illinc tranquillaretur, fore, ut ipſe quoque pa
Regem Catholicum, quod illi ægrè eſſet, deſigna
Neque prorſus ſine pondere hæc verba cec
runt. Nam vel *Batavis* auxilia valida, quibus
tentiùs *Regi Catholico* bellum inferrent, ſupped
vit. Ut ipſe etiam deinceps in *Attrebates*, ſive
teſium, arma proferret. Quibus de infrà ſuo
pluribus.

V.

Portugallicani à Batavis in mari fun- duntur.

EO tempore *Malacca*, *Americæ* civitas, ab
diu obſeſſa, ab *Hiſpanis* verò liberata, fue
Quo *Portugallicani*, aſſumptis navibus milit
bus aliquammultis, ſub auſpiciis *Nuni Alvareſi*
theldi, gubernatoris ſui famigeratiſſimi, fo
nam maritimam etentandam ſibi elegerunt.
occurrunt fortè duæ *Batavorum* liburnicæ,
cum navi magna, & operoſa, quam *VValckere*
nuncupabant. Quæ circà nonaginta *Philippico*
millia intrà ſeſe ferebant. Quibus ſub
commercia facerent. In has *Nunus* ille imp
ſuſcipit. Qui dùm navi *VValckerena* ingenti
nus infert, ecce! hæc ſulphure, & flammis, ſucc
ſa, *Nunum* illum, cum ſociis, in aërem diſper
Sic, ut *Portugallicanorum* claſſis pars præcipua p
ret, ac collideretur oppidò. Neque hoc in ag
parſum eſt *Batavorum* liburnicis illis. Ut unà, c
omnibus, intùs ſtabulantibus mortalibus, eod
involverentur exitio.

Inter hæc *Portugallicani* non ſemel, ſed bis, fu
infelices. Dùm enim quinque numero tri
mes, benè magnas, pro *Fernambuci* recuperat
ne, expediunt. Iamque è *Cadiza* versùs *Liſa*

…m ſolvunt, ecce! triremium prima, architalaſ-…n vehens, noctu, in introitu portus, in ſcopu-…n impingit, ſimulátque colliditur. Ducentis …minibus, quinquagintà machinis bellicis, magnoque annonæ proventu, intereuntibus. Et jacturam non niſi inſignem, cauſſantibus.

* *
*

Io. Petri Lotichij
…RERVM GERMANICARVM
LIBER XLI.

CAPVT I.

…De Compoſitionis diæta, inter Catholicos, Proteſtantesque, Ordines, in cauſſa bonorum Eccleſiaſticorum, apud Francofurtum indicta.

I.

…Catalogus Principum, Ordinumque, Catholicorum, qui hanc ad diætam legatos miſerunt.

SUprà de querelis *Proteſtantium*, tàm ratione *Edicti* illius *Cæſarei*, in cauſſa bonorum *Eccleſiaſticorum*, quàm afflictionum militarium ergò, emergentibus, prolixè, atque abundè, præmiſimus. Ad quarum effuſiſſimas tot …rojectiones, *Cæſar*, ut *Compoſitionis* apud *Franco-…urtum* indiceretur *Conventus*, admiſit. Sic, ut ra-…iones inirentur, an animorum illa inter *Catholi-…os*, *Proteſtanteſq;*, *Ordines*, diu continuata, & jam re-…ènsaucta, exulceratio ad ſanitatem, idoneis u-…rinque tentatis fomentis, perduci poſſet. Quo …uidem inſtituto *III. Non. Sextil.* initia ejus diætæ …rævента ſunt. Paulò antè, quàm fatalis illa apud *…ipſiam* clades in *Cæſareanos* incumberet.

Ut autem conſtet, rem feriò utrinq; agi cœpiſ-…e, agedùm *Principes*, legatosque, inſpiciemus ordi-…ne, cujusmodi hunc lapidem, laboremq;, volven-…tes, tàm ſalutari negotio manus admoverunt. *Cæ-…ſar* ergò, ne quid hac parte in ſupremo *Imperii* capi-…te, deſiderari ſuſtineret, legatos miſit *Io. Caſparem à Stadion*, *Ordinis Teutonici* magiſtrum, *Cæſariq;* conſiliarium ſecretiorem, *Hermannum*, *Baronem Queſtenbergium*, *Conrad. Hiltebrandum*, *ICtum*, aulæ *Cæſareæ* conſiliarios. Quibus adjunxêre

Moguntinus Elector Fridericum à Sickingen, *Decanum Archiepiſcopalem*, & in ſpiritualibus *Vicarium*, ut vocant, generalem, *Gerhardum de VValdburg*, dictum *Schenck*, *Ioan. Erneſtum Neuſeſſerum*, & *Ioan. Fridericum Agricolam*, utrumque ICtum, omnes conſiliarios electorales.

Treviranus Elector Ioan. Guilielmum à Metzenhauſen, *Decanum Archiepiſcopalem*, *Gangolfum*, *Epiſcopum Davalienſem*, & *Suffraganeum Spirenſem*, *Iacob. Zantum à Merlen*, *Io. Anethonum*, *ICtum*, utrumque conſiliarium electoralem.

Colonienſis Elector Bertholdum, *Comitem à Königs-Eck*, & *Aulendorff*, dominum in *Rotenfels*, & *Stauffen*, *Decanum Archiepiſcopalem*, *Ioan. Adolphum VVolffium*, cognomento *Metternich*, conſiliarium Cameralem, & ſecretiorem, *Ioan. VVernerum Kaſtum à VVormß*, *Dietericum Dürhofium*, & *Petrum Hulsmannum*, ſecretarium aulicum.

Bavarus Elector Ioan. Chriſtophorum de Preyſing, *Baronem de Preyſing*, cognomento *Cronfinckelum*, *Electoralem* conſiliarium ſecretiorem, *Mareſchallum* aulicum, *Camerarium*, dicaſterii aulici præſidem, præpoſitumq; *Bernſteinenſem*, *Bartholomæum Ribelium*, conſiliarium ſecretiorem, & *Vice Cancellarium*, præpoſitum *Roſenheimenſem*, *Ioan. Fridericum Hervvartum ab Hohenburg*, *ICtum*, & conſiliarium, aulicum.

Secundùm *Cæſarem*, & *Electores*, *Archiducalis* fa-

milia *Auſtriaca* miſit *Maximilianum VVilibaldum, S. R. Imp.* archidapiferum, *Comitem in VVolfseck, Archiducis Leopoldi* Camerarium, itemq; *Guilielmum Binerum, ICtum,* aulæ Imperialis, & *Leopoldi Archiducis,* conſiliarium, *Auſtriæq; ſuperioris* cancellarium.

Archiepiſcopus Salztburgicus Io. Marcum ab Altringen, conſiſtorii Eccleſiaſtici directorem, canonicum *OlmitZanum*, *Martinum Haaſum*, ejusdem conſiſtorii Cancellarium, amandavit.

Epiſcopus Papenbergicus Franciſcum Hatzfeldium, dominum in *Crudorff*, & *Miltenberg*, *Epiſcopalis Papenbergenſis Eccleſiæ Cãtorem*, *Canonicũ* in Creutzburg, & dynaſtiæ *VVolfsburgenſis* in *Carinthia Vicarium*. Itemq; *Io. Murmannum*, Epiſcopatus in *Gangolff Decanum*, *Anthonium VVintherum*, conſiliarium, *Francofurtum* direxit.

Epiſcopus Herbipolitanus Rudolphum à Stadion, Capitularem Epiſcopalem, *Io. Brandium*, conſiliarium ſecretiorem, *Ioan. Schillingum*, conſiliarium & dicaſterii aulici ſecretarium, eódem ablegavit.

Epiſcopus Aichſtettanus Ioan. Ludovicum Baronem de Graffeneck, Epiſcopatuum *Aichſtettenſis*, & *Auguſtani*, canonicum *Io. Chriſtophorum Metzger*, conſiliarium, & Cancellarium, easdem ad deliberationes proficiſci juſſit.

Epiſcopus VVormatienſis Io. Friderico Agricolæ, conſiliario *Electorali Moguntino*, eidemq; legato, vicarias impertivit operas.

Epiſcopus Conſtantienſis Georgium Dietericum, *Conſtantienſis Præſulatus* Decanum, *Auſtriacum*, *Conſtantienſemq;*, conſiliarium, & *Matthæum VVeltzerum*, conſiliarium, & præfectum *Mörſeburgicum* ſupremum, expedivit.

Epiſcopus Baſilienſis conſiliariis *Moguntinis Electoralibus*, iisdemque legatis, cauſſam commiſit ſuam.

Epiſcopus Freyſingenſis operâ legatorum *Saltzburgicorum* uſus eſt.

Landgravius Leuchtenbergicus iisdem legatis litteras credidit, ut vocant, honorarias.

Abbatiſſa Eſſenſis Colonienſibus legatis res ſuas credidit.

Abbas VVeingartenſis Matthæo VVeltzero, *Conſtantienſi* conſiliario, & legato, tanquam advocato proprio, uti cœpit.

Abbas S. Emerani, apud *Ratiſponam*, legatis *Saltzburgicis* vices ſuas commendavit.

Adminiſtrator Murbachii, & *Luderchi*, *Epiſcopatuum*, legatos pleroſq; *Catholicos* omnes cauſſæ ſuæ advocatos elegit.

Abbatiſſa, ſive *Antiſtita*, *Monaſterienſis*, intrà *Ratiſponam*, legatos *Saltzburgicos* cauſſæ ſuæ patronos eſſe voluit.

Iisdem *VValdburgius Baro* rem omnem, ſub conceſſa plena poteſtate, commiſit.

S.P.Q. Colonienſis eodem inſtituto amandavit *Io. à Poland*, conſulem ſeniorem, *Fridericum VViſchium*, Syndicum & Profeſſorem, & *Gervvinum Meinertzhagenium*, ICtum, eundemq; profeſſorem.

Quos *Colonienſium* legatos pariter *S.P.Q. Aquisgranenſis* res ſuas compendifacere, ac ſub certa, ac plena, inſtructione, agere juſſit.

II.

Syllabus Principum, Ordinumq;, Proteſtantium, qui ſuos quoq; Francofurtum conſiliarios ablegarunt.

PRæmiſſis *Cæſaris, Electorum, Principum, Ordinu*
que, Catholicorum, legatis etiam illi ſubnecter
veniũt, qui nomine *Electorum, Principum, Ordinum*
Proteſtantium, eundem ad *Conventum Francofurte*
ſem, amandari cœperunt.

E quibus *Elector Saxoniæ* eódem ablegavit *Frid*
ricum Metſchium à Reichenbach, Electoralem, aulicu
que, conſiliarium, eundemq; conſiſtorii ſuperi
ris *Eccleſiaſtici* præſidem, *Caſparem à Bünigavv*, A
pellationum conſiliarium, preſulatusq; *VVückene*
ſis prefectum, *Gabrielem Düntzelium*, & *Io. Georgiu*
Oppelium, ICtos, & conſiliarios aulicos.

Elector Brandeburgicus miſit *Balthaſarem à Brun*
conſiliarium aulicum, & cameralem, *Gerhardum R*
milianum à Callon, cognomento *Leitmarum*, con
liarium aulicum, & cameralem, *Matthiam Pollaniu*
conſiliarium ſecretiorem, & *Adamum Neſtleru*
conſiliarium aulicum, cameralemq;. Illis adjecit

Ioannes, Dux, Palatinus Rheni, Bipontinus, Iacobi
Großhanß, JCtum, & conſiliarium.

Duces Saxoniæ quatuor, nempè *Altenburgici, Vin*
rienſes, Coburgici, & *Iſenacenſes*, nominârunt, *Io. Fri*
ricum à Brand, conſiliarium aulicum, cenſuum ap
Altenburgum præpoſitum, eundemq; dicaſterii a
lici apud *Ienenſes* aſſeſſorem.

Brandeburgicus, lineæ *Culmbaccenſis*, *Marchio*, cu
poteſtate, & inſtructione, miſit *Vrbanum Caſpar*
à Feiliſch, conſiliarium ſecretiorem, Cancellariu
apud *Byrhutinos*, & *Georgium Rittershuſium*, conſili
rium, & *Burgrafiatus Norimberg.* apud *Onoltzbacc*
ſes aſſeſſorem.

Chriſtianus, & *Auguſtus*, *Duces Brunſuicenſes*, & *L*
neburgenſes, legatis *Heſſo-Darmſtatinis* cauſſas ſ
commendarunt.

Dux Brunſuicenſis, lineæ *VVolfferbytanæ*, ableg
vit *Arnoldum Engelbrechtum* conſiliarium ſecreti
rem, & cancellarium.

Dux VVürtenbergicus cauſſam ſuam agere ju
Ioannem Löfflerum, *Cancellarium*, *Ioachimum Fabru*
Io. Fridericum Iägerum, JCtos, & conſiliarios præ
puos.

Landgravius Heſſo-Darmſtatinus cauſſam egit ſu
per *Cunonem Quirinum Schütz, ab Holtzhauſen*, co
ſiliarium ſecretiorem, aulæ *Vicarium*, præfectu
Rüſſelsheimenſem, *Anthonium VVolſium à Todtenvva*
conſiliarium ſecretiorem, *Cancellarium*, & præ
ctum in *Vtzberg*, & *Vmbſtatt*, *Theodorum Reinkin*
conſiliarium, & *Acad. Marpurg. Vice Cancellarium*,
ſtum Sinoltum, dictum *Schütz*, conſiliarium, & p
feſſorem *Marpurgenſem*.

Fridericus, *Marchio Badenſis*, uſus eſt operâ *Iac*
Löffleri, Cancellarii VVürtenbergici.

Ludovicus Eberhardus, Oethingæ Comes, nomina
Melchiorem Eraſmum, conſiliarium *Palatino-Neob*
gicum, Reipubl. Francofurtenſis Syndicum.

Franconiæ Comites collegiati cauſſæ ſuæ patro
nium tranſtulerunt in *Iacobum Schützium*, conſi
rium *Palatino-Sultzbaccenſem*, eundemq; *Cance*
rium Hohenloicum.

Reſpublica *Argentinenſis* miſit *Danielem Ring*
rum, Civitatis Conſulem ſupremum, *Io. Frideric*
Schmidium, conſiliarium, & Syndicum.

Reſpublica *Norinbergenſis* cauſſam ſuam pere
operâ *Georgii Chriſtophori Volkhammeri, Ioan. Ch*
ſtophori Tucheri, Senatorum præcipui nominis,
Io. Chriſtophori Herpferi, conſiliarii, & Syndici.

R

Reſpublica *Mœno Francofurtenſis* cauſſæ ſuæ pro-[...]xit per *Hectorem Guilielmum à Günterod, Scabinum, Senatorem. Chriſtophorum Dreudelium,* JCtum, cun[...]mque *Scabinum*, & *Senatorem, Melchiorem Eraſ-[...]m*, & *Maximilianum Fauſtum ab Aſchaffenburg*, u-[...]mq; JCtum, conſiliarium, ac *Syndicum*.

Reſpublica *Vlmenſis* præſentiâ, operâque, *Mat-[...]æ Claußenii*, ICti, conſiliarii, ac *Syndici*, uti cœ-[...]t.

Equeſtres Franconici, per latus *Friderici Fa-[...]cii*, Juriſconſulti, & conſiliarii, rebus ſuis velifi-[...]runt.

CAP. II.

De Actionibus, inter Catholicos, Proteſtantesque, eo ſub Conventu, emergentibus.

I.

[...]ſaris ſententia proponitur à legatis Cæſa-[...]reis.

VBi ergò prædicti apud *Francofurtum* conveniſſent legati, primâ intrà *Curiam Auguſtalem*, ſive *Romanam*, ceu vocant, ſub *Nonis Septembribus*, apertâ ſeſſione, *Cæſarei* legati, vigore inſtru-[...]ionis ſuæ, tantæ rei jecerunt primordia. Propoſi-[...]o talis fuit: Imperatoriam Majeſtatem, inquiunt, [...]æſentibus legatis *Cæſaream* ſalutationem, grati-[...]n, & omnem incolumitatem, impertiri, atque ap-[...]recari. Iuxtáq; ſequentia proponere. Nimirùm, [...]m jam undiq;, inprimis toto ſub *Imperio*, per-[...]ebuiſſet, quo pacto *Imperator*, toto *Cæſarei* regi-[...]inis ſui tempore, inprimis ſub nuperis *Ratiſponen-[...]ſis* comitiis, nihil ad ſummam diligentiam reli-[...]ui feciſſet, quò, tentatis remediis quibuſcunq; ſa-[...]taribus, convenientibusq;, poſt tàm diuturna, & [...] tot annis non tàm immenſis cum ſumptibus, [...]uàm regionum, ſubditorumq;, afflictionibus, ge-[...]a, & exanthlata, bella, tãdem univerſalis, cõſtans, [...] ſecura, pax denuò reſtauraretur. Eoque ipſo tot [...]ſontes, & gementes, *Imperii Ordines*, ſub tantorum [...]nerum ſublevatione, refoveri, confidentiaq; *Ger-[...]anica*, jam diu immane collapſa, reſtaurari, qui-[...]t. Nihilo-minùs in propatulo eſſe, omnibusque [...]lus ſatis innotuiſſe, quibus de intervenientibus [...]pedimentis, *Imperatoriæ Majeſtatis*, in pacem uni-[...]è directæ, deliberationes, omnis generis adver-[...]ntibus, periculi plenis, noxiisque, machinationi-[...]us, de die in diem retardari, omninóq; eludi, [...]cepiſſent.

Interim, cùm *Cæſari* nihil magis cordi ſit, quàm pacis, communisque ſalutis, reproductio. Tùm veterrimæ illius, & *Teutonicæ*, confidentiæ ferruminatio. Ut omnia huic ſolicitudini, huic curæ, poſthabeat. Ideóque clementiſſimè annuiſſe, præſens ut *Conventus*, nuperrimè ſub *Ratiſponenſi* diæta utrinque approbatus, ſpectaret ad effectum. Quo nomine legatos utique præſentes dimiſiſſet.

Jam verò tenorem inſtructionis ſuæ illum intervenire, nimirùm intereſſent huic *Conventui*, ſimulátque cognoſcerent, quæ ab *Auguſtanæ Confeßionis Electoribus, Principibus, Ordinibusque*, tanquàm parte impetrante, remedia proponerentur. Hac adjecta ſub exceptione, conſilia, & propoſitiones, eò dirigerentur, ne *S. Rom. Imp.* legibus fundamentalibus, conſtitutionibusq;, *Religionisq;* pacificationi quidquam adverſetur. Nedùm *Cæſaris*, per *Imperium* juſtis de cauſſis publicato, *Edicto*, derogetur. Sed ut *Cæſari*, tanquàm unico, ac ſupremo, Judici, finalis deciſio, approbatio, ac confirmatio, ritè, atq; ordine, conſervetur. Hæc omnia legatos, ex debito, implere, præſentibusq;, ſecundùm leges mandati, ordine, ac ritè, aperire, ac præponere juſſos eſſe.

Prout nunc ergò *Cæſar* nihil dubitet, eâdemque operâ omnes, ac ſingulos, conceptiſſimis, clementiſſimisq;, verbis ammoneat, eò conſiliis, prudenter præconceptis, collimarent, quò quidem præſens ſpectet *Conventus*. *Cæſarisq;*, in pacem inclinantiſſima, dirigatur propenſio. Unáq;, ſibi concredita, militet inſtructio. Ità vice verſâ affectum eſſe *Cæſarem*, ut, datis occaſionibus quibuſcunque, ſub *Cæſareæ* clementiæ demonſtratione, gratioſè, ac benè, illis cupiat.

II.

Proteſtantium Ordinum Legati excipiunt.

AD illam *Cæſareanorum* legatorum propoſitionem, talis fuit *Ordinum Proteſtantium*, per legatos præſentes, præliminaris exceptio. Quem in modum, ajunt, *Proteſtantium Electorum, Principum, & Ordinum*, conſilia ſemper, & usque, eum in ſcopum collimâſſent, ut *DEI* honor inprimis quereretur, confidentia vetus, non parùm collabefactata, reædificaretur, commendata nobilis pacis bonitas ſtabiliretur, tàm pretioſè parta libertas *Germanica* conſervaretur, omniaque in reſtitutionem, *Imperii* conſtitutionum, *Pacificationis Religioſæ, & Politicæ*, legumque fundamentalium, obſervationem dirigerentur.

Hac de re *Imperatoria Majeſtas* eſſet ſecura, nihil aliud, etiam præſenti ſub *Conventu* quæri ab *Electoribus, Principibus, Ordinibusq;, Proteſtantibus*, niſi ut veterrimo illi inſtituto ſuo etiamnunc omninò ſatisfiat.

De cætero, ſuper *Cæſareæ* propoſitionis capitibus, iisque ſatis ponderoſis, & arduis, ſeſe, humilima ſub reverentia, ſerias ſuſcepturos deliberationes. Ut tàm verbis, quàm codicillis, ritè, atque ordine, agere, experirique, cupiant.

* * *

III.

Proteſtantium Ordinum, legati, certis ſub conditionibus, propoſitiones ſuas auſpicantur.

PRæmiſſis illis præliminaribus, *XIIX. Calend. Octobr.* nova, ut vocant, aperiri cœpit ſeſſio, ſive congreſſus. Quo ſub *Proteſtantium* legati nomine ſuperiorum, propoſitiones ſuas, antè præmeditatas, eáſque, tabellis conſignatas, obtulêre *Catholicis*. Tenor illarum ille fuit.

Jam tandem, in nomine ſacroſanctæ, & glorioſæ, *Trinitatis*, ſub præliminaris, prima ſeſſione allati, ejusdemque Chriſtiani, voti repetitione (quo quidem *DEUS* ſuppliciter poſceretur, vellet ab alto, favente *S. ſancti Spiritus* aurâ, præſentibus, intereſſe deliberationibus, easq; ad benedicti nominis ſui gloriam exoptato beare eventu) ſeſe ad totius negotii ſummam, ac caput, ſe convertentes, præmiſsâ promulſide, tanquam ad miſſum ſecundum, accedere. Certósque ineundæ tranſactionis articulos in medium afferre. Quos haud gravatim, ſi vellent, audirent.

Principiò verò tametſi uſuveniſſet, *Electores Catholicos*, ſub codicillis, ſuperiori tempore tàm ſuo, quàm cæterorum *Ordinum*, nomine, publicatis, intimatoriis, præ ſe tuliſſe, ſeſe ab *Edicto* illo *Cæſareo*, anno *M.DC. XXIX.* evulgato, recedere non poſſe. Sic, ut illud problematicum, aut de quo diſceptari queat, non eſſet habendum. Ut ſuper articulis, inibi deciſis, denuò quaviscunq;, quantumvis amicâ, viâ ventilationem admittere non ſuſtineant. Nihilo-minùs, ex adverſo, *Ordines Proteſtantes* illa, & quidem meliori, ſpe, tanquam cibo, nutriri, futurum, ut *Catholici* hunc rigorem haud quidem perſeverarent. Sed potiùs, majorum exemplo, totiesq; declarata, laude digna, in pacem pro inclinatione ſua, amicas tractationes in præſentiarum minimè faſtidirent. Benevolasq; æquis, ac tolerabilibus, compoſitionis remediis aures darent.

Poſteaquàm igitur *Ordines Proteſtantes*, adversùs præmemoratum *Edictum Cæſareum*, diverſis ſub remonſtrationibus, inprimis deductione ampliſſima, *XV. Cal. April.* ad *Cæſarem* directa, interveniſſent. Simulátq; exceptiones ſuas, ipſis legibus fundatas, tàm quà judicii, ac proceſſus, formam, quàm quà merita communia, ſeriatim, ac conſtanter, deduxiſſent.

Eâdemq; operâ, juxtà tenorem legum, & conſtitutionum, *Imperialium*, quæcunq; jura, beneficia, ac conceſſiones, pro more, in *Imperio* recepto, ſibi reſervâſſent. Hanc in rem ſeſe omnia, & ſingula, illa, in optima, & ſolenni, immò extenſiſſima, juris forma, pro tàm ardui negotii dignitate, omni meliori modo repetere, ſibique reſervare. Adeòque diſertiſſimis verbis, conteſtari, ſi maximè præſens inchoata tractatio ſine effecto (quod quidem *Deus* clementer prohibeat) exſpiret, eo eventu nullo quidem pacto ſeſe obligari, aut teneri, velle. Ut *Ordines* omnes, ac ſinguli, deinceps juribus, ac beneficiis, ſuis quibuscunque, ullum citrà præjudicium, quovis tempore uti frui evaleant.

Secundùm hæc, quovis meliori modo ſeſe pro-

teſtari, non eò ſpectare præſentem compoſiti
nis actum, ut ulla via, aut ratione, quomodocu
que excogitatâ, adversùs ſanctè juratæ *Pacis Re*
gioſæ canones, tanquam indiſſolubilia commu
pacificationis vincula, eatur. Ut potiùs hic m
rus aheneus nullo modo violandus ſit. Omni
que, eo vinculo comprehenſa, æternâ ferrumi
tione conſolidari debeant. Quo quidem nomi
ſeſe jura ſalva ſuperioribus ſuis conſervare. N
que hilum, quod ajunt, denuò indè remitte
poſſe.

Sic paru paſſu cautum eſſet, ne illa omnia, ſi
gulaque, ſub hoc compoſitionis actu, nomi
Proteſtantium Ordinum, propoſita, atque in me
um, amicæ pacis amore, allata, ullius forent ſ
valoris, ſive ponderis: Si, quod abominandu
hæc pacis auſpicata tractatio ſine forte ſuo f
ſtretur. Sed omnia illa tanquam non dicta, nõ fac
absq; ullo caderent pondere. Inq; ventos abire

Intereà, ad negotii ſummam quod ſpectet,
quidem *Ordines Proteſtantes* eſſe affectos, ut n
ratione cum *Catholicis* prolixas, ſuper articulis q
buscunque, inire ament logomachias. Quippe
rum controverſarum, à tot annis utrinque diſ
ptatarum, momenta, & argumenta, haud vice ſi
plici propoſita, bonam partem eſſe cognitiſſi
Neque verò ſic temporis haberi rationem. N
dúm animis exulceratis, fomenta applicari.
magis è re ſit, quàm proximè ad ipſam compoſit
nem, ejusque ineundæ media, plenis velis acce
rare.

Quandoquidem igitur in propatulo extet,
vinâ bonitate *Ordines* utrinque, à tot annis, q
usque pacis amorem, manſuetudinemque,
teris prætuliſſent reſpectibus, amantiſſimis
tionibus mutuò conſpirâſſe. Adeóque ſub
leganti, *Deoque* grata, harmonia illa, *Imp*
commoda provexiſſe. Ut, præter *Turcos*, *Ch*
ſtiani nominis hoſtes juratiſſimos, quibuscu
que externis *Magnatibus* eſſent terrori. Omn
que ab hoc *Imperio* pericula conjunctis anim
viribusque, longiſſimè amolirentur. Ità hac
nùs, tametſi *Proteſtantes Archiepiſcopalibus*, a
que inferioris notæ bonis eccleſiaſticis, fruer
tur, nihilo-minùs prævaluiſſe mutuæ neceſſi
dinis, conjunctionisque, copulam, ut hæc ſa
berrima neceſſariæ pacis ratio utramque, q
dicitur, hûc usque abſolverit paginam. Eaprop
meliorem iniri viam haud quidem poſſe, qu
ſi amantiſſima, & veterrima, illa etiamnunc
ducatur ratio. Poſſeſſionesque *Eccleſiaſticæ* omn
absque ulla ſive exceptione, ſive prætenſio
quocunque ſub colore id fieri queat, *Proteſta*
bus quietè permittantur. Ablata, ac vi occupa
pleniſſimè reſtituantur. Ut eum ad tenorem po
miniò redeant quæcunq;, quo quidem, ſub an
M.DC. XX. nuperrimè fuiſſe, conſtet. Sive illæ p
feſſiones *poſtulationibus*, ut vocant, ſolennibus
quiſitæ, ſive ſucceſſionibus, aliisque modis q
buscunq;, obtentæ fuiſſent. Pariter, quibus in
cis *Anno M. DC. XX.* liberum *Auguſtanæ Confeſſi*
viguiſſet exercitium, idem iisdem, ſine quere
conſervaretur. Sic, ut omnis occupatio reddat
irrita. Inprimis civibus *Auguſtanis*, *Evangeli*
Religionem profitentibus, liberrimus, ac ple
ſimus, exercitii veræ, & gneſiæ, *Auguſtanæ Con*
ſi

nii, Carolo V. Imperatori, Anno M.D.XXX.VII. Ca-
d.Quintil. oblatæ, uſus, & quæcunque ad ſacra il-
rum ſpectant eccleſiaſtica, iisdemque debentur,
enißimè reſtituantur. Atque hanc in rem, à
rtibus *Catholicorum*, caveretur verbis ampliſſi-
is, fore, ut deinceps hac in cauſſa non turben-
r. Sed æternâ, ſolidâque, ſecuritate perfruantur.
ua lege utráque pars utrique ſufficienter, ſanctè-
e, etiam interveniente juramento, promitteret,
t aliis modis, præſente ſub tractatione invenien-
s, ſatisfaceret.

Tametſi autem *Ordines Proteſtantes Reſervatum* il-
d *Eccleſiaſticum*, è cauſſis piis, laude dignis, & con-
ntiæ plenis, jam antè declaratis, tàm conſcien-
e, quàm honoris, habita ratione, admittere ne-
ueant. Nihilo-ſeciùs tamen illis *Archiepiſcopalia*,
iaque id genus bona *Eccleſiaſtica*, unà cum libe-
veræ *Confeſſonis Auguſtanæ* exercitio, ſacris, mini-
eriis, ceremoniis, uſibúsque eccleſiaſticis cæ-
ris, quibus quidem *Proteſtantes*, indè usque has
æſentes ad perturbationes, gaudere cœpiſſent,
trà ullam prætenſionem, pleniſſimè reſtitueren-
r. Immò, quoad *Archiepiſcopatus*, *Præſulatus*, ac
onaſteria, nullo deinceps pacto infeſtarentur. Sed
nnia, more ſuperioris temporis, in medio relin-
uerentur.

Atque ſic quidem nullum ſupereſſe dubium,
uin hæc via, hæc mitiſſima ratio, *Catholicis* placere
oſſit. Maximè, ſicubi ſubſequentia rerum, cauſſa-
imque momenta æqua tanquam in bilance de-
onderent.

Ex illis primùm hoc occurrere, Nimirùm *Prote-*
antibus ſatis conſpicua & robuſta, eſſe fundamen-
. Quibus *Reſervatum* illud *Eccleſiaſticum*, in ſui præ-
dicium, admittere non ſuſtineant. Ut vel indè
dignitatibus *Eccleſiaſticis* arceri haud valeant.
Deindè, cum *Archiepiſcopatibus*, *Epiſcopatibusque*, cu-
ismodi jam poſt tantum intervallum, infeſtaren-
ır, rem eſſe planè diverſam. Ut ad materiam *Re-*
rvati illius *Eccleſiaſtici* minimè referri amet. Quip-
e iſtud hoc de caſu, quo quidem ſive *Archiepiſco-*
atus, ſive *Epiſcopatus*, per ſe, & ſua ſponte, unà cum
ıbditis, reformationem auſpicaretur, nullo pa-
to loqui. Ut, ſecundùm jura, ac leges, eò haud-
quaquam trahendum, torquendumque, veniat.
Prout olim, indè usque hûc, à majoribus, non
ninùs ſapientia, quàm pietate, præditis, hoc indu-
itati fundamenti loco haberi cœpiſſet. Quippe
ui, ſecundùm DEUM, omnia paci, ac concordiæ,
oſtpoſuiſſent. Ut controverſias, ac diſceptatio-
ıes, tanquam colliſionis magiſtras, ipſos ſcopu-
os, datâ operâ declinâſſent. Illis accedere tem-
oris, diuturnitatisque, notoriam obſervantiam.
Ad quam hoc in caſu meritò foret reſpiciendum.
Eam enim modò non per alterum, alterumq; ſed
nnumeros propemodùm actus, confirmari uſu-
veniſſe. Immò ipſam temporis diuturnitatem hûc
facere. Ut tandem ritè, rectéq; excutiendum veni-
t, quæ mala, & incommoda, ex animorum di-
vidiis, ac colliſionibus mutis, in *Republica* propul-
ulare ſoleant. Eam quippe divulſionem poten-
tiſſimorum *Imperiorum* deſtructricem eſſe. Ut,
in quas hæc calamitates, monſtra, & tragœdias,
deſpumet, ulla ſub inductione declarare velle, non
ſit operæ pretium. Exempla proſtare in me-
dio. Parteſque tàm has, quàm illas, tandem má-
nes ſuos pati, Nimiſque ſerò, poſt principia, in-
fortunium deplorare, conſueviſſe. Meritò ergò,
vel hocce intuitu, amore tranquillitatis publicæ,
remedia. Arcumque, ut ajunt, plus ſolitò inten-
dendum haud eſſe.

IV.

Catholicorum Ordinũ deputati, ad propoſitiones Proteſtantium Ordinum legatorum, reſpondent.

Iſta cùm *Proteſtantium Ordinum* legati diſertè pro-
poſuiſſent, ex adverſo *Ordinum Catholicorum* de-
putati ſequentibus exceperunt. Quæ nempè
Proteſtantium Ordinum legati, *VII. Calend. Octobr.*
menſe ſuperiori, tàm verbis, quàm codicillis, e-
diſſeruiſſent, ac communicâſſent, hæc omnia
non modò *Catholicorum Ordinum* legatos atten-
tis percepiſſe auribus, ſed etiam cæteris conſo-
ciis legatis, propoſitionis verba coràm non exci-
pientibus, intimâſſe.

Ut etiam codicillos, ſecum communicatos, ſua
fide inſpicere, cum inſtructionibus, ſive præſcri-
pto ſuo, conferre, omniaque maturas ſub delibe-
rationes vocare, non neglexerint. Neque, videri
operæ pretium, hæc ut omnia prolixiùs recenſean-
tur. Iam ſimulátque *Catholicorum Ordinum* conſi-
liarios, ac legatos, pari lege totis animis intimè
vovere, vellet *Pater* omnipotens, cooperante ſa-
croſancti ſui *Spiritus* gratiâ, omnia illa, ſuper qui-
bus hîc ſuſcipietur tractatio, eò dirigere, ac dedu-
cere, quò inprimis ad divini ſui nominis gloriam,
nobiliſque pacis reductionem, conſpirare, ac col-
limare, ſuſtineant.

Quantùm ad prææallegatorum codicillorum
contenta, moræque intervenientis excuſationem,
faxit, tametſi, à partibus *Catholicorum*, prout eſſet
notorium, *Proteſtantium Ordinum* adventus, non
ſine ſumptibus, temporiſque jactura, diu cœpiſ-
ſet deſiderari. Nihilo-minùs *Catholicos Ordines* pa-
cis amorem id genus expenſis, & moleſtiis, longè
prætuliſſe. Ut ejusce finis conſequendi ergò, ni-
hil in ſe deſiderari ſint paſſi. Ut, animis, patien-
tiæ plenis, idoneam, ac ſalutarem, exſpectârint eò
usque declarationem. Nihilque minùs ſuſpicari
cœperint, quàm hoc, fore, ut, poſt tot, tantaſque,
devoratas expenſas, ac moleſtias, *Ordines Proteſtan-*
tes ea afferrent in medium, quæ quidem magis ex-
trema, quàm pacis remedia, ſaperent. Interim, hæc
omnia in medio volentes ſeſe relinquere.

De *Edicto* primùm *Cæſareo*, ſuper deciſis *Imperii*
gravaminibus, antè hoc biennium publicato, ità
eſſe, ut *Catholicorum Ordinum* ſcriptum intimato-
rium, nec non ſuperiori anno *M.DC.XXX.* pridie *Id.*
Novembr. Proteſtantibus Ordinibus datam declaratio-
nem unà cum obteſtationibus, & exceptionibus,
in memoriam revocent.

In eo igitur adhûcdum ſummam rerum verti.
Ut *Catholicis Ordinibus*, extrà controverſiam, il-
lud ſartum tectumque habeatur *Edictum*. Prout
quidem *Proteſtantium Ordinum* legatis minimè
excidiſſet, *Cæſarem*, mediantibus fundamentis e-

videntibus, tàm reſcriptis, quàm legationibus, citrà *Iudicis* debitum, tanquam ex ſuperabundanti, *Ordinibus Proteſtantibus* ſententiam, ſemel latam, declarâſſe.

Eandemque, tàm in formalibus quàm materialibus, eò uſque confirmâſſe: Ut nullis ſolidioris momenti rationibus hactenùs potuerit labefactari. Quibus accedit, partes utrinque litigantes à tot annis, ſuper deciſis ſub *Edicto Imperii* gravaminibus, ſufficienter audiri cœpiſſe. Ut utrinque *Cæſarem*, tanquam indubitatum *Iudicem*, recognoverint. Undè *Catholicis* jus quæſitum emergant.

Quanquam nihil aliud, niſi quod *pacis Religioſæ* conſtitutio, ejusdemque confirmatio, dictitat, inibi contineatur. Cujus quidem conſervatio conceptiſſimis verbis ad *Cæſarem* pertinere aſſeratur. Undè *Cæſareæ* jurisdictioni vis infertur. Salutarisque juſtitiæ, ſine qua *Imperium* conſtare nullum ſuſtinet, vigor peſſundatur. Nempè, ſi de eo, quod quidem ſemel per ſententiam *Iudicis* definitum eſt, nova identidem ſuſcipiatur diſceptatio.

Neque verò ex *Imperii* ſive actis, ſive conſtitutionibus, liquere, à ſententia *Cæſaris*, utique ſupremi *Iudicis*, ſemel lata, provocari poſſe. Neque ejus commatis beneficia proſtare. Ut potiùs oppidò contrarium leges decernant. Nimirùm ab *Imperatorum* ſententiis, ulteriora provocationis remedia non concedi. Quo nomine proteſtationes, & reſervationes adversùs edictalem ſententiam, à *Proteſtantibus*, *Ord.* injectæ, in medio relinquantur.

Quandoquidem ergò articuli omnes, ac ſinguli, ſub *Edicto* comprehenſi, *Pacificatione Religioſa* antè decidantur. Hac de re exſpectare *Ordines Catholicos*, futurum, ut *Ordines Proteſtantes* pro ea, qua ergà *Pacem Religioſam* feruntur, obſervantia, nihil-minus agant, quàm ut *Edictum Cæſareum*, ſub conſtitutione illa *Religioſæ Pacificationis* firmis radicib' fundatum, denuò in diſceptationem vocēt, *Ordinibusq; Catholicis*, ſuper olim concluſa, jam verò per *Edictū* confirmata, *Pace Religionis*, novas ſive controverſias, ſive tractationes, iniiciāt. *Cæſarē* quippe, vigore propoſitionis *Cæſareæ*, diſſertiſſimis verbis præ ſetuliſſe, quàm in id genus tractationes nullo pacto feratur. Quamque, tametſi ejusmodi quiddam à partibus utrinque reaſſumi velit, illud nunquam approbaturus ſit.

Dùm nunc autem *Ordines Proteſtantes* proteſtando recipiant, ſeſe *Paci Religioſæ*, tàm ſanctè juratæ, adamantino *pacis* vinculo, vim nullam facturos. Ut potiùs ſartam tectamq; quovis tempore tueri velint. Eandem *Catholicis Ordinibus* perſtare mentem. Ut hac in parte omninò condicant, compromittantque. Nihilo-minùs eâ ſpe nituntur, ſiquidem ipſimet prænominatam *Religionis Pacem*, tametſi hûc usque oppidò ſibi gravem, modò non in paſſibus, ut vocant, utilibus, ſed ſecundùm articulos, & clauſulas quascunq;, hactenùs obſervâſſent, adeóque deinceps, niſi ex adverſa parte contrà eatur ſine labe, obſervare cupiant, fore, ut *Ordines Proteſtantes* idem velint. *Catholicique* ea lubentes permittant, quæcunque ſub illo ſyſtemate, ſibi utilia, ac profutura, contineantur.

Inprimis autem, à partibus *Catholicorum*, conc
ptis verbis & quidem proteſtatione prævia, cav
tur, hanc actionem, & quæcunq; ſub hac tranſ
poſſunt, ad nullos alios, niſi *Auguſtanæ Confeſſionis*
lim *Carolo V. Imperatori*, *Anno M.D.XXX.VII. Cale*
Quintil. oblatæ, intemeratæque, *Ordines*, cuju
modi quidem ſub *Religioſa Pacificatione* contine
tur, ſpectare. Ut multò minùs illis, quæ ſalu
ribus *Imperii* conſtitutionibus, præcipuè verò *I*
perii Receſſu, anno M.D.LXVI. publicato, comprehe
duntur, ullo pactò renunciare ſint affecti. In pa
ticulari verò, cùm *Equeſtris Franconiæ Ordo* neq
Imperii Statum repræſentet, neque ſub plenis *I*
perii ſive deputatoriis dictis, ſive aliis, conven
bus, aut ſeſſionem, aut ſuffragii ferendi facul
tem, obtineat. Ut nedùm ad *Imperii* comit
quibus anno *M.D.LV.* *Pacificatio Religioſa* ordi
atque ex profeſſo, ut ajunt, conſummata fuit,
vitari cœperit. Indè eſſe, ut præfatorum *Equeſtri*
legatos *Ordines Catholici* ad tractationem adm
tere nequeant. Neque verò in præjudicium
illud verget: *Equeſtrium* dictorum legatum, tù
cùm propoſitio *Cæſarea* aperiretur, ignoran
bus *Catholicis Ordinibus*, eorumque legatis, auſc
tâſſe.

Eâdem operâ, quæcunque à *Catholicis Ordinib*
durante præſentis tractationis diæta, vel an
re pacis, vel *Proteſtantium* in *Ordinum* favore
proponi poterunt, (ſicubi fortè hæc tracta
ſcopum, ac finem, ſuum non attingat) nu
pacto obligabunt. Nedùm in præjudicium v
gent. Sed, tanquam nunquam dicta, nunqu
tractata, aut præconcepta, occident penitùs.

Neque verò iſthoc agitur *Ordinibus Catholic*
ut, cùm *Ord. Proteſtantibus*, ſuper uno, alteroq
articulo, prolixas ſuſcipere amant diſceptat
nes. Id quod tantò minùs fuerit neceſſariu
modò, ſub quibuscunque, *Pax Religioſa* pro cy
ſura, & norma *Lesbia*, habeatur. Loquaturqu
pſalmet.

Denique, etiam *Catholici Ordines* omnia
quæcunque cum *Ord. Proteſtantibus* agent, trac
bunt, conſummabuntque, ea alio modo neq
quam, niſi ſub clementiſſima *Cæſaris* confirmat
ne, eò usq; peragentur. Quò nomine rite, ac ſol
niter, hiſce proteſtantur.

Quantum verò ad compoſitionis medium
partibus *Ordinum Proteſtantium* propoſitum, fa
jam antè prævîſum illud magis extremum vi
ri, quàm ut pacem conciliare, ſatagat. Neq
Ordines Catholicos admittere quitos eſſe. C
tàm *Paſſavinæ Transactioni*, quàm ipſimet *Paci*
ligioſæ, adverſetur. Quippe, quod initiò poſtu
tam renunciationem concernit, ſuper omnib
adversùs *Paſſavinam Transactionem*, *Imperiiq;* co
ſtitutiones, interceptis bonis eccleſiaſticis. Dum
hoc poſtulatur, videlicet omnia illa, quæ ad ma
Catholicorum poſtliminiò redierunt, eum in
tum, quo quidem fuiſſent anno *M. DC. XX*
reſtituerentur. Hoc ſub articulo meminer
Ordines Proteſtantes, ipſis tàm *Transactionem P*
ſavinam, quàm *Religionis Pacificationem*,
ra ſcripta, *Imperiique* conſtitutiones, oppi
adverſari. Ut ampliſſima ſub deductione, *I*
perii Acta abundantiſſimè conteſtentur, quib

mo

dis præfati *Ord. Proteſtantes*, ſuper occupatis bo-
eccleſiaſticis, identidem cœpiſſent interpellari.
magis *Ord. Catholici*, ab Anno *M.D.LVI.* ad An-
n *M.DC.XIII.* incluſivè, ſub comitiis *Ratiſponen-*
s, veterem hanc ſeriò agitârint querelam. Tam-
igitur, ſolo, atque unico, pacis amore, ad arma
prosiluiſſent, nihilo-minùs haud interim illos
quieviſſe, quin *Proteſtantibus* ſubindè cauſſæ ſuæ
uitatem remonſtrarent, ac de jure ſuo nihil re-
tterent. Sed per diverſos *juris* proceſſus, viamq;
um, experirentur. Cæteraque ordine vindica-
nt.

Pari ratione evidens, notoriumq;, extare. Nem-
antè *Religionis* diſcriminationem, *S. Rom. Imperii*
dines tàm *Eccleſiaſticos*, quàm *Seculares*, ratione bo-
rum, vixiſſe conjunctiſſimè. Adeóque *Magnati-*
cæteris omnibus, inprimis *Chriſtiani* nominis
ſti, *Turco*, fortiter reſtitiſſe. Prout nunc igitur,
o conjunctionis illius conſervatione, & adver-
s hoſtes quoſcunque copula, tàm *Paſſavina* illa
anſactio, quàm *Pax Religioſa*, potiſſimùm militent.
quidem, poſteaquàm, adversùs pacta, *Proteſtan-*
bona eccleſiaſtica invadere cœpiſſent, *Catholicos*
iritantes officium *Iudicis* imploraſſe. Sed tantùm
fuiſſe, ut *Ord. Proteſtantes* reſtitutionem, ac pœ-
tentiam, emendârint. Ut magis, à tempore pa-
æ *Pacis Religioſæ*, comitiorum decreta, inibique
ſtulata adversùs *Turcos* auxilia, etiamnunc re-
rdentur. Immò ſic penitùs toties conturbentur.
t præcipuè, ſupremis ſub comitiis, quoad auxilia
urcica, recta, ac ſincera, ſive conſpiratio, ſive con-
uſio, emergere haud potuerit. Undè bonorum
cleſiaſticorum, contrà *Paſſavinam Tranſactionem*,
acemque Religionis, occupatorum, defenſio me-
um quidem haud eſſet, quò animorum conjun-
io conſervatur. Ut potiùs vera ſit ſcaturigo, ac
na, undè diffidentiæ labes profluxit. Multaque,
uæ in *S. Rom. Imperii*, totiuſque *Chriſtiani* orbis,
mmoda vergere potuiſſent, cœperunt impedi-
, & intercidere.

Eapropter, à partibus *Catholicorum*, eò minùs in
æc media deſcendere licere. Quòd eo pacto li-
ites, tàm ſanctè confirmatæ, *Pacis Religioſæ*, citrà
llum dubium, transgreſſuri. Novamque, ſuperio-
oppidò contrariam, tranſactionem forent re-
mpoſituri. Et, quemadmodum, ſuper bonis ec-
leſiaſticis, dictis *Mediatis*, antè *Tranſactionem Paſſa-*
inam jam tùm interceptis, eo tempore *Catholici*
enunciaſſent. Sic ſuper illis poſtliminiò, adversùs
andem *Tranſactionem*, *Pacem Religioſam*, aliaſque
mperii leges fundamentales, temerè occupatis, a-
iſque id genus proceſſibus, contrà *Religionis Paci-*
cationem introductis, acquieſcere illos haud poſ-
e. Niſi in æternum *Harpocrati* ſilentium dedicare.
Prætenſionibusque id genus omnibus nuncium
emittere, mavelint. Quo nomine tàm ſuperiori
empore, toties, quàm etiamnunc, denuò, excipe-
ent, juſque ſuum ſibi reſervarent.

Quantum porrò ad *Reſervatum* illud *Eccleſiaſticū*
pectet, indubium eſſe, id ipſum, tanquam præci-
uam, & quidem ſubſtantialem, *Pacis Religioſæ* par-
iculā, cenſendū venire. Quippe hanc, conſentien-
ibus, & minimè repugnantibus, *Ord. Proteſtanti-*
us, tùm inter vivos exiſtentibus, conſummatam
uiſſe. Prout *Ferdinandi I. Imperatoris*, *Proteſtantibus*
ùm diverſis vicibus, inprimis Anno *M.D.LVII.* & *M.D.LIX.* datæ; reiterətæque, declarationes, nec non aliquot *Electorum*, *Principum*, *Ordinumque*, litteræ originales (cujuſmodi, ſi res poſtulet, coràm exhiberi queant) evidenter conteſtentur. Nec enim *Catholicos Electores*, *Principes*, *Ordineſque*, aliter in *Pacem Religioſam* conſenſiſſe, niſi *Reſervatum* illud *Eccleſiaſticum* conceptis verbis interjungeretur. Ut etiam omninò, cadente hac conditione, tractationem omnem ejurare citiùs elegerint, Id ipſum, abſque ulla limitatione, *Cameræ Imperiali* intimari cœpiſſe. Viderent nempè & eatenùs ſententiam ferrent. Pari operâ ab *Electoribus*, *Principibus*, *Ordinibuſque*, *Proteſtantibus* autographis, ſigilliſque, confirmari uſuveniſſe. Ut etiam in *Imperii Receſſus* relatum ſit, Prout *Imperii* & *Acta*, & *Adverſaria*, evidenter loquantur. Atque hinc eſſe, *Catholicis Ordinibus* cauſſa ut nulla ſuppetat, undè cum *Proteſtantibus* ſuper præmemorato *Reſervato*, nullatenùs litigare teneantur. Ideqóue bona, ac ſincera, ſpe niti, fore, ut *Proteſtantes* nihil prius, antiquiuſque, habeant, quàm ut *Tranſactioni Paſſavinæ*, *Pacique Religioſæ*, ex debito ſatisfiat. Ea enim pacta, ac tranſacta, & tanta, eſſe vincula, quibus, pro ſtabiliendâ Reipublicæ, humanæque ſocietatis, concordiâ, ſolidiora haud dentur fulcra. Ut modò nō pax, ac tranquillitas, publica iis contineatur. Sed etiam unicuique jus ſuum conſtet. Ipſaque animorum conjunctio conſervetur.

Siquidem ergò ſub *Cæſaris*, per *Imperium* publicata, *Edictali* ſententia, nihil aliud comprehendatur, niſi quod antè ſub *Pace Religioſa* evidenter cautū fuiſſet, eapropter ſpē naſci futurū, ut *Proteſtantes* illi ſeſe conforment. Neque enim præſentem eò ſpectare tractationem, nova ut *Religionis Pax* conſtituatur. Aut ut *Cæſaris Edictum*, & quæ illi ſunt conformia, in diſceptationem revocentur. Sed ut, ſuper exceſſibus, ratione *Executionis*, intervenientibus, amicæ conferantur communicationes. Sicut non tam *Electorum* quatuor *Catholicorum*, ſuprà allegati, codicilli intimatorii, ſed *Proteſtantium Ord.* legatorum, pridie *Id. Novembr.* depoſitæ, declarationes, fidem faxint ampliſſimam. Hanc in rem ſic quidē amica ex lege denuò paciſci *Catholicos*, ſicubi alter, & alter ex *Ord. Proteſtantibus*, ſive adversùs *Religioſæ Pacis* canones, ſive ratione *Executionis Edicti*, citrà debitum urgeri, affligique, cœpiſſet, aut alias afferret querelas, ſuper quibus ſalvâ *Pacis Religioſæ*, & *Edicti Cæſarei*, pace, abſque moræ, extractione, tractari, agique, poſſit. Tùm quidem *Catholicos* ea omnia libenter inſpecturos. Seſeque ſic probaturos eſſe. Ut *Proteſtantibus* ad oculum liquere queat, quàm *Catholicis* pacis publicæ, & populi ſuprema ſalus, curæ eſſent. Quàmque, citrà *Pacis Religioſæ* canones, *Proteſtantibus* graves, ac moleſti, eſſe nollent. Atque hoc pacto admittere *Ord. Catholicos*, nempè ut *Auguſtanæ Confeßionis Exercitium*, juxtà leges *Pacis Religioſæ*, obtineret. Ut autem, in civitatis *Auguſtanæ* cauſſa, ſententiam ferre, aut quicquam ventilare, velint, hîc ſibi, quòd ajunt, aquam hærere. Reverentiamque obſtare. Quâ quidem prohibeantur, ne in *Imperatoris* diſpoſitionem, ac præſcriptum, falcem mittant.

* * *

V.

Ord. Proteſtantium legati denuò excipiunt.

SEcundùm ſuperiores *Ord. Catholicorum* exceptiones, declarationeſque, *Ord. Proteſtantium* legati ſequentem velut appendicem, ad *Ordinis Militiæ Teutonicæ Magiſtrum*, cæteroſque conſiliarios, deputatoſque, *Cæſareos*, tùm porrò direxerunt. Nimirùm, inquiunt, citrà dubitationis aleam, *Ord. Militiæ Teutonicæ Magiſtro*, cæteriſque conſociis legatis, referri accidiſſe, ſicut aliâs clementer, & ordine, meminiſſent, cujuſmodi *Ord. Proteſtantium* legati paulò antè proponere cœpiſſent. Ea autem fuiſſe iſtius generis. Nempè, omnia, ac ſingula, quæcunque, nomine *Cæſaris*, tàm verbis, quàm reſcriptis, univerſis *Imperii Ordinibus* intimari cœpiſſent, vice versâ quæ *Ordinum Proteſtantium* demiſſæ ſuperveniſſent declarationes, hæc omnia in medio verſari. Supervacaneûq; videri, ea quâta quanta velle denuò recenſere. Inprimis igitur, nomine ſuperiorum, *Cæſaris* ad pedes humilimas ſeſe deponere gratias. Pro illa auguſta, pia & benigna, ſolicitudine, quâ *Imperii Rom.* ſacratiſſimum illud jubar condignaretur, ſuper illud ſerias cònjicere contemplationes. Quò tandem, rebus fractis, feſſiſque, penè omnibus, poſt tàm diuturnum profligatæ pacis exilium, communis patriæ, *Germaniæ*, pomœria, fines, ipſaq; præcordia, tranquillari, quiete publica refoveri, totque *Imperii Ordines* inſontes, ac quiritantes, dignitati, decori, ac tranquillitati, priſtinæ reſtitui, ſuſtineant. Per fidem, veterrimam animorum conſpirationem, ac confidentiam, jam abundè collapſam, opus habere reſtauratione. *Imperiumque* priſtino nitori reddi oportere. Quo quidem nomine plenis, ut ajunt, tibiis collaudanda foret mitiſſima illa *Cæſaris* indulgentia. Qui quidem ad tàm ſalutaris ſcopi conſecutionem, paciſque nobilis reproductionem, nihil faceret reliqui. Ut etiam modò non præſentem aperiat conventum. Sed ſumma porrò non minùs autoritate, quàm luculenta dignitate, præditos, hanc ad diætam ableget conſiliarios. Sub voto, ac ſpe, humilimis verbis etiam, etiamque, corrogantes, vellet *Cæſar* laudatiſſimum illud animi indulgentis inſtitutum benigniſſimè perſeverare. Simulátque perſuaſiſſimum habere, nullum alium in finem, ac ſcopum, collimare *Electorum*, *Principum*, *Ordinumque*, *Proteſtantium* conſilia, & actiones, niſi ut collapſa inter *Ordines* mutua animorum confidentia bonis auſpiciis renaſci, pax, planè exulans, revocari, *S. Rom. Imperii* conſtitutiones, *Paciſque* tàm *Religioſæ*, quàm *Secularis*, canones, cæteræque leges fundamentales, cuſtodiri, conſervarique, poſſint. Neque hæc vota, hæc pia propoſita, duntaxat primis, ut ajunt, in labiis ſibi errare. Ut id omne ſeriis, intimiſque, agant, optentque, precibus, conatibuſque. Quò præſenti ſub conventu, omnibus, quod dicitur, copiis elaborent, ne *Cæſar*, quoad ejus fieri queat, quicquam in ſeſe deſiderare ſuſtineat. Atque eum in finem ſic quidem legatos compromittere. Ut deinceps fuſiùs, ac prolixius, ſeſe expectorare velle, condicant. Quo quidem ſub propoſito jam mora ſibi

injiceretur, dùm cum *Ord. Catholicorum* leg
nondùm ad totius rei ſummam, caputque, acc
re datum fuiſſet. Interim, jam tùm ſeſe, &
guntinos legatos, ſuper certò conventus die,
berare cœpiſſe. Sic, ut utriuſque *Religionis* depu
congrederentur. De eo autem, quod, præter ex
ctationem, non ſine *Cæſareorum* conſiliario
moleſtia, hæc hactenùs fuiſſet tractationis incl
tio, ità eſſe, ut moram oppidò ſibi ingratam, de
centur. Rogentque, hoc tædium potiùs cauſſæ
vitati, aliiſque juxtà incidentibus impedime
quàm ſibi, aſſcribere paterentur. Quo qui
nomine *Ord. Proteſtantium* legati, iidemque del
in præſentiarum idoneam injicerent excuſa
nem.

Jam verò *Militiæ Teutonicæ Magiſtro*, relatum
teris autem *Cæſareis* legatis, *Proteſtantium* prop
coràm audientibus, eſſe cognita. Quibus acule
acerbi ſaporis, atque, legatorum opinione, h
promeritis, reſponſis in ſeſe itum fuiſſet. Dùm
tim moræ objiceretur faſtidium. Partim, q
ad propoſitionem *Cæſaream*, ſuperiori *Septe*
publicatam, hactenùs perfunctoriè ſaltem, &
ter, reſpondere cœpiſſent, arguerentur. Tanq
iccircò accuſari velint. Quod quidem, non
proprio, quàm ſuperiorum ſuorum, nomine
non parùm grave accideret. An igitur fas eſſ
allegata illa mora quantacunque illis implere
ctora cogitationibus, tanquam hac via *Cæſ*
ſplendidorumque *Cæſaris* legatorum, autoritas
beretur propoſita? Tanquam hæcce ejus por
ris meritò cenſenda veniant, ut *Cæſari* humil
intimanda ſint? Jamq; de diſceſſu deliberan
iccircò occurrat? Profectò, ne quidem potuiſ
la verba ſibi non accidere amari ſaporis, dùm i
cari cœpiſſet, ità judicare *Cæſareos* legatos *Ger*
nos ſeſe meminiſſent. Utique quibus ſemel dat
des ſincerè foret ſervanda.

Jam illam, & quidem tantam, *Electorum*, *Pri*
pum, *Ordinumque*, *Proteſtantium*, ipſorundemqu
mulátque legatorum, inprimis ergà *Cæſarem* in
venire devotionem, ut hac in parte nemini
dant. Tùm illam unà concurrere versùs *Cæſari*
gatos obſervantiam, cultumque. Ut ne quid
illo tempore in mentem ſibi venerit, quicq
adversùs *Cæſaris* faſtigium, & autoritatem, m
minùs ſive ejuſdem, ſive etiam eminentium C
ris legatorum, honoris derogationem, deſign
velle.

Dùm verò, quà *Ord. Proteſtantium* legator
adventum, paulò ſeriorem, tùm quà aliquot
rum, poſt apertam propoſitionem *Cæſaream*,
ram, accuſari velint, immeritò ſeſe eatenùs rep
hendi. Etenim neutiquam hoc uſuveniſſe, quò
ſumma procraſtinando extraheretur. Sed illas
ximi momenti, ac ponderis, rationes rectà
terceſſiſſe, cujuſmodi tantùm non *Ord. Cath*
corum legatis ſuffeciſſent, ſed etiam *Cæſareis*
putatis, præeunte idoneâ excuſatione, ſuffici
tes viſæ forent. Sic, ut eâdem fideliâ tàm *O*
nes Proteſtantes, quàm eorum legati, verſaren
extrà culpam. Profectò, nullum fieri dubiu
ſicubi *Imperator* ipſe ſub hac diæta eſſet præſe
quin, admiſſis ad animum tàm prægnantibus i
pedimentis, clementiſſimè vellet acquieſce
Tantùm abeſt, ut id genus ingrati ſaporis rep
henſ

ıſionibus experiri cupiat. Illam quoque, & im- nſam, juxtà intervenire hujuſce arduæ cauſſæ .vitatem, ut ipſamet ſuis verbis pro legatis lo- atur. Neque enim, ſub tàm graviſſimo, præju- iiſque pleniſſimo; negotio ſibi illotis, quod a- ıt, manibus, hoc eſt, abſque neceſſariis, ac debi- , deliberationibus, procedendum fuiſſe. Tam- i ſimulátque, quoad tractationis curam, ac di- entiam nihil in ſe quidem deſiderari ſint paſſi.

Quocircà, cùm, ex lege æquitatis, ſpem præcon- piſſent, futurum, ut; quemadmodùm, in id ge- s graviſſimi momenti actionibus, ſuperioris æ- tis glorioſiſſimi *Imperatores*, *Imperii* comitia, ac ætas, *Cæſarea* ſua præſentia ipſimet illuſtrantes, ın ſemel, pro ratione cauſſarum, ac circumſtan- ırum, moras etiam, paulò longiores æquiſſimis hilo-minùs tuliſſent animis, pari paſſu *Ferdinan- m II. Imp.* eadem tàm clementia, quàm indulgen- ı, inpræſentiarum uſurum. Qua quidem ſpe, ac ınfidentia, humilimè, etiamnunc erigantur. Ne- ıc exſpectent, fore, ut moræ vel tantillæ obje- ıio *Cæſari* atroci ſtylo delineanda. Sed potiùs in ım *Ord. Proteſtantium* melioribus coloribus re- æſentanda. Penitúſque diſpungenda, ſit.

Pro ſecundo articulo, quòd objiceretur, *Prote- antium* legatos, quoad rei caput, ac ſummam, ni- ildùm in medium contuliſſe, cumque *Cæſaris* le- atis communicâſſe, hoc verò ejus generis videri lum, ut immerentes haud parùm vulneret. Tan- uam illi eſſent, qui, inſuper habita fide *Germana*, ıinùs facto impleviſſent, quod ad *Cæſaream* præ- untem propoſitionem anteà verbis promittere œpiſſent. Jam ad innocentiam ipſam ſeſe provo- are. Et denuò totidem verbis, ſicut antè, quoad otius negotii cardinem, benè memores, repetere. Nimirùm, illam eſſe *Electorum, Principum, Ordinum- ue Proteſtantium* mentem, illud deſiderium. Ut, ad xtenſionem honoris divini, redintegrationem eterrimæ optimæque, jam collapſæ, confidentiæ, eductionem, & conſolationem, nobilis, & amicæ, ot votis, tot ſuſpiriis, deſideratæ, jam acerbo exi- io damnatæ, pacis, conſervationem, tàm pretioſè artæ, *Germanicæ* libertatis, reſtaurationem, & fir- nam, *S. Rom. Imperii* conſtitutionum, *Religioſæ* & *ſe- ularis*, pacificationis, cæterarumque legum funda- nentalium, obſervationem, nihil quicquam reli- qui ſint facturi. Hæc propter *Cæſarem* ſecurum eſſe poſſe, eam intercedere *Ord. Proteſtantium* con- ſtantiam, ut tàm pium, tàm *Chriſtianum*, hoc tem- pore propoſitum nullo pacto ſequeſtrare. Sed ſub hoc maximè conventu, perſeverare omninò cu- piant. Quibus illis præmiſſis conteſtationibus jam nihil legatis ſupereſſet, quod adjicerent. Ut multò minùs ſuſpicari queant, legem fidei *Germanicæ* à ſeſe inſuper habitam fuiſſe.

Secundùm hæc, minimè negari, porrò ſeſe con- dixiſſe, fore de cætero, ut, ſuper clementiſſimis, nomine *Cæſaris*, factis propoſitionibus, tanquam ſuper rebus inſigniter arduis, humilimas confe- rant deliberationes. Iiſque præeuntibus, porrò tàm verbis, quàm codicillis, ſubmiſsè, ac ritè, vi- cem reddantque ac reſpondeant.

Poſteaquàm verò præſens tractatio inter *Catho- licos* & *Proteſtantes*, vigore *Catholicorm* reſcripti in- timatorii, aliarumque id genus declarationum, nullo alio exceptum fuiſſet ſenſu, præterquàm u- troſque inter *Ordines* aperiendam eſſe tractatio- nem. Undè acciderit, ut legati utrinque nulla alia ſub lege dimitti cœperint. Per fidem, dùm inſtru- ctionibus ſuis hi accuratè inhærere debuiſſent, ob id quidem reprehendendos nō eſſe. Neq; enim vel ſuſpicari ipſis in mentem veniſſe, fore, ut *Cæ- ſaris* legati, abſque medio, amicam compoſitio- nem urgere vellent. Quo nomine ipſi quidem ſu- prà nullo pacto condixiſſent. Sed operas ſuas, ex inſtructionum lege, offerre tùm cœpiſſent. Ut limitata hæc quidem promiſſio eò uſque exten- denda haud veniat.

Ità quidem, inter præcipui, & graviſſimi, mo- menti articulos, illum occurriſſe, meritóque de- ponderandum fuiſſe. Dùm, nomine *Cæſaris, Cæſarei* legati conceptiſſimis verbis præcaviſſent, nempè media illa, ab *Ord. Proteſtantium* legatis proponen- da, ſic quidem eſſent comparata. Tantùm non ut *S. Rom. Imperii* legibus fundamentalibus, *Pacique Religioſæ*, omninò conformentur. Sed etiam *Edicti Cæſarei*, per *Imperium* publicati, rationibus haud adverſentur. Sic ut *Cæſari*, tanquam unico, ſupre- moque, *Iudici* ſententia definitiva, & ultima, o- mnibus modis reſervetur. Hanc, prorsùs inex- ſpectatam, ejus momenti eſſe clauſulam, ut, ful- minis inſtar, legatorum animos percuſſerit. Ut vel hinc etiamnunc confidant, fore, ne ſibi vitio ver- tatur, aut *Cæſarei* legati ferant impatientiùs, ſicu- bi, ſuper novo hoc emergente axiomate, ſupe- riores ſuos ſubmiſsè erudiant. Aliudque reſcri- ptum indè præſtolentur.

Interim, cùm appareat, hanc moram ſiniſterio- rem in ſenſum trahi. Tùm *Proteſtantium* legati, ob injuriam temporis, variaque accidentia, curſo- ribus veredariis, ob belli pericula, ordinem non ſervantibus, tàm promptè reſponſa rectiùs optent, quàm ſperent. Hac de re ſibi non conveniens vi- deri, ut cum *Cæſaris* legatis diſceptare velint.

Quandoquidem verò anteà toti *Imperio*, ipſiſ- que *Cæſaris* legatis, ſit præcognitiſſimum, quibus modis, ſuper hac clauſula, *Cæſareum Edictum* con- cernente, mox ab illius publicatione, & ſucceſſi- vis deinceps vicibus, diverſi *Electores, Principes, Ordi- neſque, Proteſtantes*, immò univerſi *Imperii Circuli*, e- gregiis fundamentis ſuffultis, deductionibus, ac confutationibus, tàm quà *Iudicii* formam, quàm *Proceſſum*, & *merita cauſſæ*, ſalva ſemper ſupremo *Cæſaris* autoritate, prælixè, ac dilucidè, interve- niſſent. Eoque nomine, more ſub id genus caſibus in *Imperio* recepto, jura, beneficia, & indulta, quæ- cunque, prout ex *Imperii Actis* ſit evidens, ordine, ac ſolenniter, reſervâſſent.

Eapropter *Cæſareis* legatis, pro præcipua, & lau- dabili, eorum humanitate, judicatum eſſe oppor- tunum, quî *Ord. Proteſtantium* legatis, tanquam mi- niſtris, integrum ſit, hac ut ſub neceſſitate de ſupe- riorum ſuorum juribus, ſive expreſsè, ſive tacitè, quicquam remittant. Ut ſic potiùs extrà culpam fuerint cenſendi legati, ſiquidem eam viam, ſibi à ſuperioribus præſcriptam, calcare comperian- tur.

Qui quidem humilimâ ſpe nitantur, futurum, ut *Cæſar*, pro rerum circumſtantiis, cauſſiſque ſu- prà inductis, præſertim, dùm res ſub amicæ cōpoſi- tionis terminis vertitur, æquitaſq; utrinq; ex lege intercedit, inclementiùs haud ꝓvehatur. Nedùm

cauſſæ

cauſſæ ſive cognitione, ſive deciſione, experiatur. Hæc enim extrà legatorum inſtructiones excurrere. Ut potiùs *Cæſaris* indulgentiâ permittente concedatur, quò ſic, ab utriuſque partis conſiliariis inchoata, tractatio ulteriùs proferri amet.

CAP. II.

Guſtavo, Sueciæ Rege, poſt victoriam Lipſicam, per Imperium progrediente, tractationes apud Francofurtum abrumpuntur.

I.

Ord. Catholicorum legati, ſub diſceſſum, denuò paucis reſpondent.

HAs inter *Ord. Catholicorum*, *Proteſtantiumque*, apud *Francofurtum* tractationes, clades illa apud *Lipſiam* tetigit *Cæſareanos.* Victore igitur *Sueciæ Rege* ſublatis ſignis in *Franconiam* uſq; progrediente, etiam intrà *Francofurtum* à *Cæſaris* legatis trepidari cœpit. Qui, dùm vaſa colligunt, animiſque ſunt in itinere, *V. Non. Octobr.* verbis replicare non deſtiterunt ſequentibus. Nimirùm, inquiunt, *Catholicorum* legatos in genere, è ſupremis *Proteſtantium* legatorum codicillis, percipere, omnia videlicet illa, quæcunq; primis ſub propoſitionibus in medium contuliſſent, ordine cœpiſſe, ſecundo hoc ſubmiſſu, reponi. Quanquam igitur, à partibus *Catholicorum*, ſub *Imperii* comitiis, *Electorumq;* diætis, conventibuſq; aliis, res toties veris ſub fundamentis ſufficienter fuiſſet diſcuſſa. Quibus ea, quæcunq;, pro firmanda *Proteſtantium* ſententia, allegari ſuprà cœpiſſent, nervosè, ac ſolidè, forent confutata. Ut porrò omnia illa, à *Catholicis* ordine ſcriptis-tenùs deducta, è jure publico, naturæ æquitate, inprimis tam litteris, verbiſq;, q̃ ſenſu, *Pacificationis Religioſæ*, confirmari queant. Nihilominùs, ſiquidẽ è præmiſſis hac ſub tractatione collationibus, appareat, legatos ſufficientibus etiamnunc inſtructionibus deſtitui. Tùm *Electores, Principes, Ordineſque*, longâ locorum intercapedine eſſe disjunctos, ut mediocri tempore, ob viarum pericula, in diem creſcentia, curſores commodè ire, ac redire, ne quidẽ, aliamq; informationem inferre, poſſint. Simulátq; *Cæſarei* legati, partim ob ſiniſtrã valetudinẽ, partim cauſſas rectà intercedentes graviſſimas, abitũ ſeriò meditentur. Quorumi abſque præſentia, præſertim, cùm *Cæſar* aliis legibus hunc conventum non permiſiſſet, nihil effatu dignum,
aut conſtans, concludi quitum ſit. Tantùm ab
ut, ſub hujus temporis periculis, res eo quiden
in ſtatu, ut diutiùs apud *Francofurtum* hæ tracta
nes continuari ament. Hac de cauſſa *Ord. Cath*
corum legatos, rebus ità ſeſe habentibus, prox
meditari abitus. Quandoquidem ergò, vigore
ſtructionis ſuæ, prioribus, ſuprà factis, declara
nibus aliud ſuperadjicere haud poſſint, quàm
dem ad *Ord. Proteſtantium* legatorum reiteratas
timationes anteà attuliſſent. Ut juxtà, ob itine
pericula, & quòd Superioribus ſuis, pro more,
quæ præſentibus ſub tractatibus uſuveniſſent,
intimare nequeant. Nihilo-minùs nullos ſeſe
bitare, prout modò dictis Superioribus ſui
mens, ille animus, haud eſſet, tanquam medias
ce tractationes omninò abrumpere vellent,
futurum, ut intereà etiam *Proteſtantes*, pro tàm
dui negotii dignitate, intimiùs rem omnem
ponderarent. Quò ſic deinceps, ſub plenioril
ſufficientibuſque, inſtructionibus, ubi utrin
ſuper conventu, locoque partibus conveniſſet
ve *Francofurti*, ſive alibi, hæc tractationes contin
ri ſuſtineant. Sub ſpe, etiam *Ord. Proteſtantibus*
rationes diſplicere non poſſe. Intereà *Catholicor*
Ord. legatos, nomine ſuorum Superiorum, om
illa, quæcunque ſub *Ord. Proteſtantium* propoſit
nibus, replicationibusque, in rem ſuam facere p
ſint, acceptare. Contrariis verò diſertiſſimis ver
contradicere. Ut pari operâ Superioribus illis
jura, beneficiaque, ordine tueri ſpecialioremo
confutationem eorum, quæ, ſub *Proteſtantium*
plicationibus, fuiſſent injecta, reſervare, tene
tur.

II.

Diſcedentibus Francofurto Ord. Catholicor
legatis, Proteſtantium conſiliarii, & depu
ti, Electorem Moguntinum interpellant.

C*Atholicorum Ord.* legatis fortunam *Suecic*
reformidantibus, magnamq; partem jam t
Francofurto diſcedentibus, ſuperior reſpon
tanquam valedictoria, per nomenclatore
pridie *Non. Octobres, Saxonicis* intimari cœpit. Q
acceptâ *Proteſtantium* legati ſequentes codicillos
Electorem Moguntinum direxerunt. Ex illis, inquiu
litteris, quas quidem tàm *Electoris Moguntini*, qu
cæterorum *Ord. Catholicorum*, legati, ſub diſceſſu
ſibi intimari curâſſent, affatim ſeſe hauſiſſe, q
fuiſſet illorum, ad *Proteſtantium* legatorum con
ſtationes, pro ineunda amica compoſitione, n
quidem accurata, ſed certis limitibus reſtricta, c
claratio. Ut juxtà etiam cauſſas didicerint. Quas
diutiùs apud *Francofurtum* ſubſiſtere, non ſine p
riculo, illi nequirent.

Quantùm jam ad contenta codicillorum ill
rum faxit, non tantùm omnia illa in medio ſ
relinquere. Sed pari quoq; lege Superioribus ſ
ſuper omnibus, quæcunque præſentem, jam a
ruptam, ſub tractationem veniſſent, ἰσ ἀμοιβ
conceptis verbis jura conſervare.

Diſceſſum verò *Ord. Catholicorum* legatorum
quidem interveniſſe prorsùs inexſpectatum. Ne
enim ejuſmodi aliquid cœpiſſe ſeſe ſuſpicari. Pr
ſertim, cùm ſpes fuiſſet, fore, ut, præeuntibus il
præliminaribus, jam tandẽ utrinq; coràm ration
confe

ferri potuiſſent. Quo quidem nomine *Prote-tiū* legati jam tùm operas ſuas cœpiſſent offer-Quò ſic, tractationum inchoatarum continua-ne,propiùs ad rei totius ſummam,propoſitæq; is ſcopum,perveniri amet. Profectò,quò magis us tempeſtatis increſcant bellorum pericula,eò gis cauſſam publicam poſtulare,feriæ ſuper pa-ida patria ut continuentur,ac conſummentur, ctationes.

Poſteaquàm autem factum, ut ajunt,infectum ldi nequeat. Neq; tàm inopinatis diſceſſibus ipſi ſam dediſſent. Sicut *Ord.Catholicorum* codicilli i-met loquerentur. Neceſſum eſſe, hæc ut quæ-nque relinquant in medio. Superioribuſq; ſuis dine commemorent. Interim, ſeſe diſſimulare n poſſe,quàm *Ord.Catholicorum* legatorum fina-illa declaratio nihilo-minùs ſibi cordi ſit. Nimi-m,dùm ſic quidem ſentiant *Catholici*, ut inchoa-antè tractationes nequaquam abrumpere ſe-at. Ut potiùs, deſævientibus his illis iſtis hujus npeſtatis procellis, deinceps, loco,& tempore, ſtinatis, hi actus redintegrari poſſint. Eadem ha-enùs,in pacem conſpirantia,fuiſſe *Ord.Proteſtan-m* conſilia, eaſdem intentiones. Ut haud dubi-nt,ſicubi ab *Ord.Catholicis* ad Superiores ſuos hac re perſcriberetur, illos loco, æquiſque rationi-s minimè defuturos. Quò omnia, ad propoſitū opū pertinentia, cum fructu ematurari queant.

Quandoquidem verò *Elector* rectè cōmeminiſ-t,quantas à bono tempore, ſuper naſcentibus, bindéq; increſcentibus,ſeveris, & noxioſiſſimis, *ecutionibus*, *Proteſtantes* projeciſſent querelas, ac uiritationes. Prout quidē, hoc etiam-nunc tem-ore,dùm *Francofurti* res agitur,apud *Electoris* con-liarios,ac legatos, inſtanter ſolicitari cœpiſſet. lempè,dùm amicæ compoſitionis ſuſcipitur tra-tatio,interim prædictæ *Executiones* ſequeſtraren-ır. Utique amicis id genus tractatibus è diametro epugnantes. Quæ quidem ad aures *Electoris* perve-iſſe ſit credibile. Tametſi interim tot onerum, ifficultatumque, emendatio nulla ſuperveniat. ed omnia, ſine miſſione,priſtinum ſeveri rigoris enorem decurrant.

Eam ob rem intermittere ſeſe non ſuſtinuiſſe, uin *Electorem* denuò ſubmiſsè, ac reverenter,da-âque operâ,exorarent. Vellet, in rem commu-em,& quò graviori malo temporiùs occuratur, culos ſapientiæ ſuæ ſuper idoneas vias,mediaque, onjicere. Quò tandem præmemoratæ *Executiones*, & quæ iſtas,tanquam umbra corpus,concomitan-ur, quibuſcunque ſub locis, ſine mora,abrogen-ur. Omniaque priori in ſtatu reponantur. Ne ſpe-atæ pacis, mediantibus illis tractationibus, pro-notio in poſterum retardetur. Sed potiùs com-pendifiat.

III.

Iidem è Francofurto interpellant Ferdinandum II. Imp.

SEcundùm illas,ad *Elect.Moguntinum* directas lit-teras,non deſtiterunt iidem *Proteſtantium* lega-i,eodem è *Francofurto*, inprimis *Cæſarem* humilimis verbis devotè venerari. Nimirùm, inquiunt, apud *Imperatoriam Majeſtatem* haud quidem prolixa cō-memoratione eſſe opus. Ut jam-pridem illi con-ſtet clementiſſimè. Quo videlicet fine tàm *Ord.Ca-tholicorum*, quàm *Proteſtantium*, conſiliarii,ac legati, pro amica invenienda compoſitione, ſuper con-troverſiis,in cauſſa bonorum *Eccleſiaſticorum*, jam recèns apud *Auguſtam Vindelicorum*, aliiſque in lo-cis,occupatorum,à tot annis utrinq; gliſcentibus, apud *Francofurtum* conveniſſent. Pari fideliâ ſive jam tùm innotuiſſe, ſive porrò intimandum eſſe. Quo pacto in amicas illas tractationes itum foret. Diverſiſq; tàm ſub propoſitionibus, quàm con-greſſibus,rei tantoperè neceſſariæ,ac ſalutaris, ini-tia fuiſſent præventa. Ut ſpes non exigua cœpiſſet naſci,modò inchoatas id genus tractationes con-tinuari accidiſſet, præſentis *Conventus* eventum o-ptatum,fructumque non poſtremum, potuiſſe ex-ſpectari. Sic ut,pro, collapſa ferè, veterrima ani-morum utrinque confidentia, almæque, & nobi-lis, pacis optata reductione, præſertim bellorum periculis magis, magiſque, increſcentibus, robu-ſta,ac ſolida, fundamenta ædificari potuiſſent.

Poſtquàm autem *Ord. Catholicorum* legati,præ-ter exſpectationem, & ex transverſo, non-nul-lis de cauſſis,ſupremis illorum codicillis allegatis, inducti, præcipiti feſtinatione *Francofurto* diſceſ-ſiſſent. Secùs ſeſe facere non potuiſſe. Quin omnia in medio relinquerent. Tametſi tàm neceſſarii o-peris continuationem feriis votis impendiò deſi-deraſſent.

Nihilo-minùs cùm *Catholici* legati, ſub diſceſ-ſum,litteris præeuntibus, recepiſſent, illos eo fine haud abitum præcipitare, tanquam, ſemel cœptas, tractationes penitùs,ac prorsùs,abrumpere ſedeat. Ut magis, illis reſervatis ſartis tectiſque, de-nuò, partium utrinque ad placitum, redinte-grari, certiſque ſub viis, ac conditionibus, pro-duci poſſint. Quo nomine jam res in eo verſe-tur,ut certis deinceps utrinque legibus reconve-niri amet.

Intereà, *Cæſarem* haud fugere, quæ, quantæque à bono tempore, *Ordinum Proteſtantium*, ſuper increſcentibus,gravibus, ac damnoſis,tàm *Execu-tionibus*, quàm *Exactionibus*, fuiſſent quiritationes. Cujuſmodi nondùm miſſionem impetraſſent. Ut etiam, durante hoc *Conventu*, ampliſſimus earum cumulus ſit injectus. Quæ cum actiones rigoroſæ è diameto cum *Chriſtiano* illo pugnent inſtituto, dùm utraque ex parte amicæ compoſitionis ine-untur rationes. Ut metus ſit, ne ſic quidem propo-ſitæ pacis ſcopus adiri poſſit. Ut magis animorum diſtractiones veniant extimeſcendæ. Omniaque ruant in deterius. Præſertim,cùm, hujus ſub tra-ctationis negotio, *Cæſari* nequicquam *Ord.Catholi-ci* velint prævaricari. Proindè, ad *Cæſarem* ſpectare legatorum preces, pateretur feriò,ac paternè, eò animum inclinare, effectumque dare,quò graviſ-ſimæ id genus ſive *Executiones*, ſive afflictiones, unà cum pulviſculo,tollantur. *Ordineſque*, paſſim ſub id genus oneribus gementes, ſibi, priſtinoque ſtatui, reddantur. Quò ſic amicæ pacis tractatio deinceps promoveri, conſummari-que,ſuſtineat.

CAP.

CAP. III.

De Thillyo, poſt cladem, apud Lipſiam acceptâ, verſus Viſurgim, & Heſſiam, ſe recipiente.

I.

Fuggerus, novo Ligarianorum cum exercitu, Heſſiam intrat.

SUprà novi *Ligarianorum*, præcedente æſtate collecti, exercitus injecta eſt mentio. Cui quidem *Otto Henricus Fuggerus* præficiebatur. Hic, inſtante autumno, in *Heſſiam Inferiorem* promovit. Eo fine, quò *Guilielmo Landgravio* illius *Lipſici* fœderis definitionem expectoraret. Sed res aliter cecidit. Tametſi enim *Heſſos* è diœceſi *Fuldenſi*, finitimiſque tractibus, ejiceret. Prohibere tamen minùs potuit, quin præfatus *Landgravius*, è caſtris *VVerbenam Suecicis* redux, ſub finem *Auguſti*, cum tribus pedeſtrium millibus, & ſexcentis, equeſtrium verò decem cohortibus, tribuſque venatorum centuriis, manuque ſubditorum, unà cum tormentis, *Caſellis* circà veſperam educeret. *Fritzlariamque*, ad *Electore Moguntinum* pertinens, oppidum, peteret. Quod, fruſtrà poſtulatâ deditione, ubi portas vi injecta reſeràſſet, ſuperatiſque muris militem immiſiſſet, contrucidatis, præter aliquot numero præſidiarios, novem civium, in armis reſiſtentium, paribus, in poteſtatem tùm redegit. *Heſſi*, oppido potiuntes, ilicet in direptiones incubuerunt. Sed, elapſo bihorio, ipſe *Landgravius* obſequitans ſtricto gladio effrænem militis licentiam compeſcuit. Urbeculæ præfectus, quòd, lingua intemperantiori abuſus, indignationem *Principis* provocâſſet, in vinculis *Ziegenhainam* miſſus eſt.

II.

Idem Fuggerus Inferioris Heſſiæ provinciales ad defectionem ſolicitat.

QUanquam autem, inter hæc, *Vinarienſes* in *Fuggerianos*, apud *Rotenburgum*, impetus facerent, treſque *Croatarum* cohortes funderent. Nihilo-minùs *Fuggerus* codicillis, *VI. Id. Septembr.* è *Fachonia* ad *Inferioris Heſſiæ* proceres directis, defectionem ſolicitare non deſtitit. Quibus, inquit, de cauſſis *Cæſar* jam tùm à bono tempore decretum iſtud *Lipſicum* abrogârit. Verùm etiam quibuſcunque *Ordinibus* confœderatis, mediantibus publicis, paſſim per *Imperium* divulgatis, mandatis,
ſevera ex lege interminatus eſſet, hoc utique
clàm eſſe haud poſſe. Ex adverſo ſiquidem
lielmus Landgravius noxium ſuum inſtitutum
vim proferre conaretur. Hocque nomine
claſſaret, delectuſque faceret. Immò etiam, ex
nis undecunque aſſcitis auxiliis, ſine ulla dat
ſta offenſione, fideles *Imperii Ordines* infeſt
Prædis, rapinis, incendiis, cædibus, expilationi
que, operam daret. Adeoque, veri, ac jurati
ſtis in morem, debaccharetur. Hac de re *Cæſ*
ſibi in mandatis dediſſe, iret copioſumque ex
tum colligeret. Juxtàque, ſecundùm æquitat
ges, in refractarios animadverteret. Quæ cùn
ſeſe habeant. Et ſtricti enſis ira, ubi ſemel n
provinciam invaſit, ſuperiorque pro libidine
minatur, cohiberi, neque ex facili tùm remed
applicari, queat. Proindè, ut temporiùs mal
verent, hanc ſe amicam afferre ammonitio
Ipſi igitur judicarent, utrùm expediat, noxiis
cipis ſuis conatibus ſeſe applicare. Eidem re, &
ſilio, operam dare. Collectis per regionem ſti
diariis uti. Scenamque, perperam inchoata
exodium uſque, producere. Dubio procul ſ
eſſet, ad *Cæſaris* clementiam, ac protectionen
confugere. Copias approquinquantes *Cæſar*
ſtativa admittere. Militi conſcripto miſſionen
re. Ab hoſtibus terga ſubducere. Refractario
triæ, paciſque, turbatores dedere. Ipſoque
facto *Cæſari* obedientiam, ſeſeque totas, appr
re. Atque hanc ſcilicet illam eſſe viam, quâ
dem patriam conſervare. Bonaque propria,
tunaſque ſuas, à periculis vindicare ſatagant.
cùs accidat, jam paratas ſibi eſſe legiones. Qu
id, quod in mandatis habeat, utique effectum
re poſſit. Ipſi nunc viderint, quibus hunc rea
coràm DEO, patria, proximo, ipſaque poſter
expiare liceat.

III.

Guilielmus Landgravius occupat Fachonia

HÆc *Fuggerus*. Sed non illa fuit mens *Heſſo*
Utilicet vultus in *Principem* ſuum eleva
Ejuſdemquem rationibus adverſarentur. *L*
gravius quoque tantò audentior cœptum urg
Copiaſque adaugere, perrexit. Hæc inter, m
lia rerum per *Heſſiam* facies emerſit. Quippe,
lyo ad *Lipſiam* acie victo, ingratus, & infauſtus
rumor latè conteruit *Cæſareanos*. Eodem enim
fulmine percuſſus *Altringerius*, jam tùm legion
liquot, bis tria hominũ millia conſtituentes,
lyo adducturus, quæ quidem *Erphordiam* att
rant, retrò duxit. Verùm enim verùm, ipſe
que *Fuggerus*, & *Merodius*, ultrà phalangem
gram ducentes, non ſine conſternatione, *Heſſi*
ceſſerunt.

Eam inter præcipitem *Cæſareanorum* deduc
nem, *Guilielmus Landgravius* in *Fachoniam* fecit
petum. Sic, ut oppidum tribus pedeſtrium, un
que equeſtrium, cohortibus firmatum, expu
ret, præſidiariis magnam partem ſub ſtricti
irâ cadentibus. Intercepta *Præſulis Fuldenſis*
gna, unà cum tormentis, *Kotteritioq;*
tribuno, *Caſſellas* remiſſa.

* *
*

IV.

IV.

hillyus, accepta apud Lipſiam clade, Viſurgim
verſùs. Et porrò in Heſſiam, deflectit.

INſolens quidem pro tempore, ſed nimis verum,
erat, *Thillyum*, hactenùs vincere doctum, apud
ipſiam, à *Guſtavo, Sueciæ Rege*, acie victum; caſtriſq;
xutum, fuiſſe. Ità nemo facilè, quantumvis illu-
tris bellator, fortunam totò vitæ ſuæ tempore fa-
ventem expertus eſt. Quæ cùm in bello potiſſi-
nùm prædominetur, proclive erat *Thillyo* quoque,
ntè obitus, humani aliquid imminere. Hic, ubi
egem viciſſet, non niſi à *Rege* vinci debuit. Victus
rgò, & vulneratus, ex *Aſcherslebio* ſe contulit *Hal-*
erſtadam. Illic ut palantes, ac diſperſos, ad ſe attra-
eret manipulos. Legioneſque feſſas, laceratasque,
ſiliceret, redintegraret. Mox accerſitis, è *VVolferby-*
to tormentis, laceras exercitus, tanquam naufra-
gii, tabulas penès *Hildeſium* recollegit. Hanc ma-
num rumor narrabat *Lipſiam*, tùm obſeſſam, vin-
dicaturam. Sed aliud agebatur *Thillyo*. Nimirùm,
ut, collectis ſarcinulis, *Viſurgis* in angulos ſeſe reci-
peret. Ibidemq; copias, opinione ſua parciùs con-
fluentes, juſto adaugeret cumulo. Quòd enim
globi, numero haud contemnendi, victores ad
Suecos, Saxoneſque deſciviſſent, commendata *S.P.Q.*
Halberſtatenſi, debita *Cæſari*, devotione, contradi-
tiſque, quibus à ſexennio caruerant, civitatis cla-
vibus, *Præſulum*, hominumque eccleſiaſticorum,
choro ſtipatus, *Idib. Septembr.* lentis, modiciſque, i-
tineribus, quò tàm adverſæ valetudini mederetur,
quàm in via palantes attraheret, promovit. Uſque
dùm, circà X. *Calend. Octobr. Hüxariam, Epiſcopatus*
Corvayenſis civitatem, attigit. Hîc, in gratiam pede-
ſtrium, ponte *Viſurgi* impoſito, tres peditum, duas
verò equitum, legiones ex *Vbiis* excepit. Quibus
refotus tormenta, ex *Hamelio*, pro novo inſtruen-
do exercitu ſuffectura, ſuperaddidit.

Ubi igitur *Iuſtum Maximilianum, Gronsfeldiæ Co-*
mitem, anteà locorum ad *Viſurgim* gubernatorem,
denuò confirmâſſet, in diœceſin *Paderbornenſem*
progredi cœpit. Neque hîc diu moras traxit. Sed,
ubi famâ percepiſſet, *Sueciæ Regem* non ſibi, ſed
Franconiæ potiùs, imminere, conſultò in *Heßiam*
perrexit. Penésque *Fritzlariam* mox appulit. Red-
eunte ità novo in præcordia ſpiritu, *Thillyanæ* co-
hortes in *Ziegenhaynenſis* fortalitii ſuburbanum,
cohorte equeſtri, manuque ruſticanâ, firmatum,
fecerunt impetum. Sic ut prædas, captivos, ma-
nubiaſque, referrent. Interim, fortalitii defenſo-
res, tormentis in hoſtes ingruentes acerrimè anim-
advertentes, non paucos *Cæſareanorũ* confecerunt.
Ità tamen, ut utrinque, bona pars caderent. His
præeuntibus novi belli præludiis, diebus ſequen-
tibus, *Thillyus* copias, cum recèns in *Heßiam* ſuperin-
ductis *Fuggeri*, & *Altringerii*, legionibus, conjunxit.
Iuſtoque auxit numero. A quibus, more militari,
paſſim, quà tranſitum eſt, locorum ità quidem ſæ-
vitum fuit, ut luculenta, ſatiſque triſtia, in-
digenis poſt ſe reliquerint ve-
ſtigia.

CAP. IV.

De Guſtavo, Sueciæ Rege, Erphordiam obtinente. Et quibus utrinque conditionibus tranſactum ſit.

I.

Guſtavus Rex, ſuper ſucceſſu ſuo, ferias intrà Sueciam aperit gratulatorias. Educitque ex Inferiori Saxonia in Thuringos.

POſt abruptam, penéque irritam, apud *Francofurtenſes Compoſitionis* diætam, ipſumque *Thillyum*, diſperſi exercitus fragmina recolligentem, vireſque novas acquirentem, ad *Guſtavum Regem* revertor. Hic diverſis per *Germaniam* provectus ſucceſſibus, jamque plenâ apud *Lipſiam* victoriâ auctus, ferias apud *Stockholmium*, ſedem *Sueciæ* regiam, publicas, ac ſolennes, aperiri juſſit. Quibus pro victricibus *Regis* armis *Deo* deponerentur gratiæ. Proque ulterioribus in rem *Evangelicam* ſucceſſibus ſimulátque nova nuncuparentur vota. Ea ſub ſolennitate, quadragintâ, & ſex, aquilæ, *Cæſareanis* per *Germaniam* hactenùs extortæ, turri regiæ prominuerunt. Tanquam prædictorum ſucceſſuum, & triumphi, monumenta.

Inter hæc, dùm *Thillyus*, novas recollecturus vires, intrà *Viſurgis* receptus, in *Heßiam* uſque aſcendit, *Rex* intrà *Hallas* ſubſiſtebat. Ne igitur diutiùs moras trahendo illuſtris illius victoriæ fructus perderet, rebus per *Hallenſem*, *Magdeburgicum*, & *Halberſtatenſem*, *Epiſcopatus*, confirmatis, ſuffectoque *Ludovico, Principe Anhaltino*, vicario, novas animis agitare cœpit expeditiones. Ubi ergò cum *Saxoniæ Electore*, eò uſq; excurrente, *Vinarienſibus Ducibus*, ipſoque *Anhaltino*, rebus ſuper arduis, deliberâſſet, ſuavique, & regiæ humanitatis pleno, ſub oſculo, *Principes* illos dimiſiſſet, *XV. Calend. Octobr.* integrum produxit exercitum. Sic, ut ſupra *Querfurtum* movens, in *Thyrigetas* dirigeret. *Erphordiamque* provinciæ metropolim, civitatem ſatis amplam, & deinceps rebus gerendis opportunam, dirigeret.

II.

Regi, Erphordiam pro receptu poſtulanti, diutiuſculè S.P.Q. Erphordienſis per legatos repugnat. Sed fruſtrà.

EO inſtituto *Rex* progrediens, petenſque *Franconiam*, *Sigiſmundum Häuſnerum*, legatũ, *Erphor-*

diam præmiſſt, qui ſequentia, nomine *Regis*, à *Senatu* poſtularet. Nimirùm *Erphordienſes*, ad imitationem *Electoris, Principum, Comitumque*, per *Thuringiæ* provinciam rerum potientium, pro ratâ, ut vocant, ſuâ, militi regio, mox affuturo, annonam ſubminiſtrarent. Stativaque, pro compeſcenda militis licentia, dividerent. Adeóque ad *Guilielmum. Ducem Vinarienſem* hac de re certos homines dimitterent. A quo quidem ſuper his, aliiſque id genus neceſſariis, eſſent erudiendi.

Ad hanc legati regii intimationem, *Senatus Erphordienſis*, re antè deliberata, reſpondere juſſit. Tametſi ab annis compluribus, ordine ſeſe inſequentibus, tonante hac tempeſtate bellica, *Civitas*, quâ commeatum, & granaria, haud perfunctoriè exhauriri, ejuſdemque diſtrictus, ac ſubditi, attenuari, cœpiſſent. Nihilo-minùs, ſiquidem, hoc negotium quoſcunque *Thuringiæ Ordines* tangat, remque *Evangelicam* concernat. Adeóq;, pro compeſcenda tranſeuntis militis ferocia, faxit. Utique nec ſeſe hîc futuros exleges. Sed diligentem daturos operam. Quò tàm commeatus ſubminiſtrari, quâ ſtativa apud ſubditos, ſive paganos ſuos, dividi, queant. Quo nomine citiùs, ut ajunt, quàm aſparagi coquantur, in aulam *Guilielmi Vinarienſis* delectos eſſent dimiſſuri.

Eo reſponſo legatus ſatisfieri ſibi paſſus eſt. *Erphordienſes* autem, promiſſa implentes, *Vinariam* ſuos ire juſſerunt. Ibi ecce! coràm admiſſis *Dux* priora propoſuit. Tertiumque inſuper adjecit, *Regem* nempè civitati præſidium impoſiturum. Ad hæc delecti civitatis ſubmiſsè exceperunt, Nêpè, ſuper commeatu, & ſtativis, rem jam tùm planam eſſe. Tertium verò articulum novum, ac majoris momenti, videri. Quo de ut quicquam promitterent, nihil utique habeant in mandatis. Interim, extemporali excuſatione utentes, modeſtè remonſtrârunt. Etiam haud ſemel, vel tempore paulò ſuperiori, diverſos exercituum *Imperatores*, idem à *Civitate* poſtulâſſe. Sed omnes eos hactenùs, intuitu cauſſarum maximè evidentium, placatos mutâſſe optionem. Eadem nunc ſpe *S.P.Q. Erphordienſem* niti, fore, ut *Rex* clementer ſatisfieri ſibi, civitatique parcere, patiatur. Quo nomine *Ducem* venerari cœperunt, dignaretur apud *Regem* cauſſæ civitatis patrocinari. Illamque à capitibus ſuis moleſtiam abarcere. Ad quæ *Vinarienſis*: Jam, inquit, iter ad *Regem Thuringiæ* appropinquantem, meditor. Neque defuturus ſum, ubi coràm venero, petitis veſtris. Interim, ut civitatis *Senatus* hanc cauſſam per delectos ipſemet apud *Regem* agat, vos judicate, an expedire queat.

Hæc inter *Bullionæus*, generalis diverſoriorum deſignator, ſuperveniens indicavit, exercitum *Civitati* inſtare. Perque agrum ejus proxima nocte ſtativa exſpectare Hoc intelligens *Senatus*, præmiſit ſuos ad *Regem*, qui, ſuper articulo tertio, diligentiùs agerent, Moleſtiamque amolirentur illam. Hi profecti ſummo manè *Regem*, tentoriis egredientem, præeuntibus litteris ſive ſacris, ſive fiduciariis, ſub dio, ſubmiſſis verbis cœperunt interpellare. Nimirùm, quæ initiò, nomine *Regis* ſuper annonæ, & ſtativorum, diſtributione, *Civitati* proponi cœpiſſent, ea ſeſe jam ordine eſſe effecturos. Sic, ut ſpes ſit, *Regem* ac-

quieſcere poſſe. Ad tertium articulum, vide
cet civitatis deditionem, quod ſpectaret, nom
S.P.Q. deprecari ſeſe, *Rex*, quoad præſidii imp
nendi neceſſitatem, parceret. Potiùſque ci
in univerſum omnes, atque inter eos *Catholicos*
ve *Pontificios*, unà cum *Moguntini Electoris* bo
conſiliariis, præfectis, ac miniſtris, totoque *Cl*
corum ordine, ſimulátque, univerſam *Civitatem*
juſque agrum, ac ſubditis, in protectionem
mitteret. Atque damnis, & infortuniis, ſub
ercitus productione, præſervaret. Hæc illi.
quæ *Rex*, non minùs fortis, quàm facundus, ſ
intulit. Quòd, inquit, *S.P.Q. Erphordienſis*,
delectos ſuos, reciperet, ſeſe, ſuper commea
ſtativiſque, promptè gratificaturos, hoc ex
eſſe, quod quidem *Regi* gratum accideret.
eo verò, quod præſidium intrò mittendum
precarentur certis, nec inanibus, ſub cauſſis,
eſſe, *Rex* ut malit, aliam tempeſtatis illius em
ſiſſe faciem, ut hanc ad poſtulationem minùs
geretur. Sed eam præſentis neceſſitatis re
intereedere legem, ut, cauſſis multò evidenti
bus præventus, à propoſito recedere ne quid
poſſit. Interrogarent *Electorem Brandeburgic*
Pomeraniæque Ducem: Et diſpicerent, an illi
gnates fortalitia ſua, locaque munita, ac belli
tunæ opportuna, eximere potuiſſent. Quò
nùs præſidiis immiſſis regiis confirmari cœ
rint. Niſi igitur *Rex* hæc loca, in ultimũ com
nis rei *Evangelicæ*, detrimentum, pro derelictis
bere velit, præſidii intrò mittendi effectum
eſſe neceſſarium. Ut citiùs commendata
nis, victuſque, bonitate, quàm hac præſidii ne
ſitate, incolæ carere ſatagant. Neque e
hanc civitatem, hos aditus, hæc loca, in bel
ventus opportuna, ignaviâ quadam neglige
venire. Proindè nihil tàm præſens, ac v
dum, eſſe, quod *Regem* ab hac ſententia dimo
re ſuſtineat. Neque enim ſe civitatis pe
aures inclinare quitum eſſe. De cætero ſic
clivem ferri *Regis* animum, ut, ſub condition
admodùm tolerabilibus, præſidii hanc nec
tatem extendere nolit, niſi quouſque ipſiuſme
vitatis ſecuritas, ratioque præſentis belli, ſine
ceptione, hoc requirere videbuntur: Ut eti
ſevera ſub militiæ lege, poſt caput relinquen
præſidiarios illos coercere cupiat. De cæt
petitis ità verò eſſe, ut, cùm *Elector Mogunti*
hoſtili more tractandus, civitatis juriſdiction
prætendat hæreditariam, *Rex*, divina adjutus
tiâ, haud difficulter civitatem in poteſtatem
digere poſſit. Sic, ut pleno jure belli, q
quidem vincula reliqua quæcunque, & id ge
obligationes, dirimat, uti. Inque rem tàm fu
quàm confœderatorum, ex animi ſententia,
liceat. Nihilo-minùs, quò connata *Regis*
mentia, humanitas, ac propenſio, quá ergà om
Evangelicæ rei addictos, feratur, fiat evident
maluiſſe per media ingredi mitiſſima. C
bus cives, ſubditique, gaudere, ac *Regi* gratific
queant, Atque hæc ipſa ſiquidem jam tùm,
opportuna moderatione, impleri accidiſſ
Tùm, quoad intrò recipiendum præſidium, du
procul porrò implenda veniant. Ideóque *Reg*
ſub verbis regiis, omni meliori, quo quidem

f

eri amet, modò, ſanctè promittere, futurum, ut ſi indifferenter omnes, omnibus, ac ſingulis, hatenùs exercitis, juribus, privilegiis, immunitatiuſque, ſecurè gaudeant. Contràque quoſcunue, illa impugnantes, regiis armis protegantur. nter hæc, ut *Rex Catholicos* ſegreget, ſeveriùſque, c quidem iſtorum more, in *Auguſtanæ Confeſſionis* ominces ſævientium, exerceat, cauſſas non deeſſe ufficientes. Interim, ad interceſſionem *Senatus*, *egem* hanc illis gratiam facere, unàque indemnes enunciare. Sic, ut cives in univerſum omnes, xcepto nemine, hac *Regis* promiſſione, & indulentia, conjunctim gaudere debeant. Nihilo-minùs, ut hoc nomine *Moguntini Electoris* bona, minitrique, totuſque *Clericorum* ordo, contineri velit, *Regem* admittere non poſſe. Vel ob id: Quòd àm *Regi*, quàm confœderatis, à *Catholicis* illis, aliiſque, ſub *Ligariano Exercitu*, comprehenſis, *Ordinibus*, omnia intentari cœpiſſent hoſtilia. Sic, ut tàm vitæ, fortunæque, ſuæ, quàm regno, & provinciis, ultima quæque intentâſſent. Nihilo-ſeciùs *Regem* ità quidem affectum eſſe. Ut ultima pari modio in illos neque deſignare. Neque pro tempore, tanquam in hoſtes, ire, velit. Ut potiùs, poſt felicem intrà mœnia ingreſſum, coràm cum illis agere. Eaſque rationes inire, cupiat. Quò magis regiam humanitatem delibare, civitatiſque interceſſione uti frui. Tùm *Proceres*, ac ſuperiores, ſuos, ab hoſtilibus armis deinceps ut remittant, eò rectiùs ammonere, ſuſtineant. Eam *Regis* benignam declarationem legati ſubmiſsè, ac gratanter, acceptantes, receperunt, ſeſe de omnibus ad *Senatum* relaturos. Annexâ iteratâ hac petitione, ſiquidem civitas, poſt tantas à tot annis bellicas procellas, exhauſtu ſic fermè laborans, laborem præſidii, intrò mittendi, exanthlare vix ſufficeret, ideòque *Rex* denuò afflictis dignaretur parcere. At quæ *Rex* ilicet: Vos verò, inquit, neque eum in caſum ſumptus aut conferetis, aut debebitis quicquam. Sed communis *Thuringiæ* proceres, ad quos quidem communiter omnes hæc ſpectat ejus civitatis tutela, ac defenſio, conjunctis impendiis militem alent. Interim, neque ſic tùm acquieſcentes legati, porrò ſuper hoc onere amoliendo intervenerunt. Juxtàque, ut *Mogunt. Electoris* præfecti, ac miniſtri, unà cum toto *Clericorum* choro, in protectionem regiam admitterentur, inſtanter ſolicitare perrexerunt. At *Rex* priori reſponſo inhærens, ſubjecit, jam tùm ſe quidem ſententiam dixiſſe. Irent modò, &, cùm, ſuper præſidio recipiendo, à *Senatu* inſtructi non eſſent, audita referrent. Simulátque ultimam declarationem ſibi quantò ociùs ſignificarent. Quippe *Regem* non priùs in civitatem venturum, antequàm hæc ipſi res ex voto obtigiſſet. Mox, abeuntibus ſic porrò inculcavit: Nolite, inquit, moras, tanquam funiculum, ducere. Neque vobis, rem periculo conjunctam eſſe, ſolicitè perſuadere. Etenim aliâs, me vobis intrà mœnia hoſpitem futurum graviſſimum, probè equitem perſpectum habeo. Creditote verbis regiis. Quibus jam antè jura, ſtatuſque veſter, vobis cœperunt confirmari. Eorum ſecuri nolite properantem diutiùs attinere. Omnis enim mora properantibus, ne dicam bellatoribus, ingrata. Interim exercitus præmittam primitias. Ut, me adventante rectiùs confidere, meiſque portas, aliaque loca præcipua, contradere queatis.

Legati, juſſa regia exequentes, paulò poſt *Regem* remeant. Demiſsèque explicant, *Regis* adventum *S.P.Q. Erphordienſi* eſſe jucundiſſimum. Ità, ut *Regem* officiis, ac ſtudiis, coràm, pro virili ſuâ, demereri geſtiant. Interim, non ſine veniæ præfatione, modeſtè ſubintulerunt, jam tùm portas propriis civitatis præſidiariis probè communiri cœpiſſe. Sic, ut legionibus regiis illis antecurſoriis opus quidem haud ſit. Ad hæc *Rex* denuò replicavit. Morem, inquit, iſtum *Rex* ego, quoad vigilias; portarumque cuſtodias, per civitates, quas belli temporibus intravi, equidem obſervari ſemper. Nec mihi metas, ac fines, hoc in caſu, quàntum, & quouſque, præfigi ſum paſſus. Vel triti illius verſiculi memor:

Alterius non ſit, qui ſuus eſſe poteſt.

Idem inſtitutum adhùc perſequor. Præſertim hoc tempore. Quo quidem tàm cauſſæ, quàm occaſiones, occurrunt pleniores. Ite igitur denuò. Et quàm primùm, quid ſuper tertio poſtulato animi ſit, ſine mora narrate.

Dimiſſi cum hac ultima reſponſione legati, ubi intrà civitatem rediiſſent, ociùs omnia, quæ coràm, & cum *Rege* fuiſſent acta, *Moguntinis* conſiliariis, præfectoque, ordine intimârunt. Qui quidem, re curiosè ponderatâ, ea in verba reſponſum dederunt. Quandoquidem, inquiunt, rumor per civitatem percrebeſcens *Regis* in *Thuringiam* adventum confirmâſſet, ſeſe tàm antè, quàm etiamnunc, miniſtros *Electorales*, totamque *Clericorum* concionem, advocâſſe. Propoſitâque hujus temporis, & periculi, conditione, interrogâſſe, Vellentne *Regem* intrà civitatem admittere? Ibi omnes, incredibili penè conſenſu, velle ſe, excepiſſe. Neque enim, ut *Regi Civitas* in armis obniteretur, fore conſultum. Hanc in ſententiam ſeſe iteratò humiliter compromittere. Ac vice verſa verbis, promiſſiſque, regiis, ſuper civium ſtatu, ac juribus, factis, plenam ſicut par eſſet, adhibere fidem. Nequicquam dubitantes, *Regem*, tanquam *Chriſtiani* nominis, & glorioſum, *Principem*, eas clementiæ rationes cum *Electoralibus* miniſtris, totoque *Clericorum* agmine, initurum eſſe, ut, poſt humilimæ ſubmiſſionis, & deprecationis, ſolennia, à ſeſe particulatim deponenda, etiam regiæ clementiæ proclivitatem, bonitatemque, deinceps plenis, ut ajunt, tibiis prædicare queant. Hoc cum completorio reſponſo irent legati denuò ſine mora. *Regique*, ſuper admittendo in urbem præſidio, poſteaquàm ſuperiores cauſſæ, in medium allatæ, nihil profeciſſent, ſatisfacerent. Dataque operâ caverent, ne quid antecurſoriis *Regiis*, inque civitatis cuſtodiam præmiſſis, legionibus accideret, unde offenſio naſci poſſit.

III.

S.P.Q. Erphordianus civitatis claves Regi permittit.

ILlâ confidentiâ denuò *Senatus* ad *Regem* legatos ſuos dimiſit. Juxtàq; *Patribus, Quiritibuſq;* in quinque *Curias* convocatis, rei totius ſummâ, maturamq;

ſive deliberationem, ſive concluſionem propoſuit. Sed totâ urbe ilicet rumor, quo nihil magis mobilitate viget, percrebuit, Nihil periculi, nihil hoſtilitatis, metuendum eſſe. Sed de eo venire diſpiciendum, quò *Regi* in urbem adventanti, ſolenni, & debita, cum honoris demonſtratione, obviàm iri poſſit. Utque legionibus, promulſidis loco præmiſſis, nulla detur offenſio.

Simulátque ergò legati urbani ad *Regem* in caſtra, plena ſub declaratione, excurrunt, ecce! illis in conſpectu urbis legatus regius fit obvius. Narratque *Guilielmum, Vinariæ Ducem*, legione regia equeſtri ſtipatum, eſſe in foribus. Qui quidem, nomine *Regis*, in civitatem produceret, deque neceſſariis provideret. Hæc illi, per internuncium, *Senatui* aperuerunt. Nec mora. *Guilielmus Dux* tempore antemeridiano, aliquot cum equeſtrium cohortibus, urbi appropinquavit. Ubi ilicet, juxtà factum *Senatus-Conſultum* intrà mœnia receptus, in forum uſque produxit. Firmatiſque eo loco cohortibus, par officialium in *Curiam* miſit. Qui potiſſimos è *Senatibus*, & quidem duos, ad ſe accerſerent. Illis, antè ſe comparentibus, ſic expoſuit: Nimirùm, inquit, ſine dubio urbanos legatos *Senatui* retuliſſe. Quibus verbis *Rex* civitatem ſtatus, ac privilegiorum ſuorum, juſſiſſet eſſe ſecuram. Simulque indicâſſet, fore, ut manum militarem, tàm equeſtrem, quàm pedeſtrem, in urbem præmitteret. Hanc in rem *Regem* ſibi hos equeſtres permiſiſſe. Quibus ante veſperam ſuperventura eſſet manus pedeſtris. Eo fine, ut vigiliæ intrà portas diſponi. Cæteraque pro *Regis* introitu, præparari quirent. Sic, ut nulla confuſio foret extimeſcenda. Secundùm hæc, *Regem* à *Senatu* contendere. Ea lege amica, quâ præſidium intromittere velle decreviſſet, ſimulátque portarum claves *Duci* contraderet. Quò ſic porrò tàm *Cluſio*, quàm *Patulcio*, ut eſt in hiſtoria *Romana*, ſatisfieri. Tùm cuſtodia, ac vigiliæ, aliaque *Regis* miniſteria, ritè peragi ſuſtineant. Hactenùs enim *Regem* hanc legem omnibus, quaſcunque intrare cœpiſſet, ſive præſidiis firmaſſet, præſcripſiſſe civitatibus.

Illam ad *Ducis* intimationem ſic quidem tùm regeſſit *Senatus*. Quòd *Rex Civitati*, jurium, ſtatuſque, ſecuritatem verbis promiſiſſet regiis, hoc *S.P.Q. Erphordianum* lubentes intellexiſſe. Ut non ampliùs animum inducant, quoad ſive vigilias, aliaque miniſteria, *Regi* repugnare velle. Eo nomine ſeſe jam delectos denuò præmiſiſſe, qui nunciarent, veniret modò *Rex*, & intrà urbem præſidium collocaret. Sub ſpe, futurum, ut *Rex* ex voto jam tandem acquieſcere valeat. Interim *Dux* præcaveret, ne à legionibus ſupervenientibus, ſive civibus, ſive conſiliariis, & miniſtris *Electoralibus*, cæteriſque *Clericis*, noxa, damnumque, inferatur. De *Clavibus* ilicet contradendis, ità eſſe, ut hæc res infra poteſtatem ſuam excurrat. Interim, ſe loco ſuo id poſtulatum reſervare. Malleque, ſi fieri ejus poſſit, hoc ſequeſtraretur. Sed *Dux* ſic contrà eſt orſus: Semel perpenderent, ſecurique eſſent, *Regi* verba illa, quibus civitati integritatem ſtatus ſui promiſiſſet, non imprudenti excidiſſe. Sed eſſe cum effecto. Tùm eò inclinare *Regis* inſtitutum, quò omnia rectè, atque ordine, curentur. Neque tumultui, aut noxæ, occaſio præbeatur. Et, cùm ſibi, tanquam *Principi* proximo, ejuſque civitatis protectori, hæc demandata fuiſſet pr[…] vincia, eò lubentiùs huic oneri humeros ſupp[…] ſuiſſe. Quò ſic ipſe quoque communi civita[…] cui aliâs optimè cupiat, benevolentiam conteſ[…] retur ſuam. Graviuſque malum declinaret. P[…] tempore neque turmas equeſtres præſentes, neq[…] agmina pedeſtria inſequentia, in domus civi[…] intrudenda. Sed ſubminiſtratâ diætâ, in foro con[…] nenda venire. Uſque dùm *Rex* ipſemet intret. I[…] terim, cum traditione clavium ſic quidem com[…] ratum eſſe. Ut *Senatus* illas commodè nega[…] nequeat. Maximè, cùm hic actus juribus, ac pri[…] legiis, civitatis, modò antè à *Rege* confirmatis, […] hilum quidem deroget. Sed tantùm, & unicè, h[…] traditio ad *Regis* tàm honorem, quàm majorem […] curitatem, ſpectet. Quo nomine *Rex* injunxi[…] *Duci*, ab equo ne deſcenderet, priuſquam clavi[…] conceſſionem obtinuiſſet. Irent igitur denuò, […] *Senatui* hæc referrent. Interim, moras omnes pr[…] cipitarent, claveſque offerrent. Simulátque qu[…] dam è numero ſuo penès ſe relinquerent, qu[…] rum operâ præſenti ſub rerum agone poſ[…] uti.

Parent illi dictis. *Senatuique* rem omnem a[…] riunt. Re igitur deliberatâ, paulò poſt remitt[…] ad *Ducem*, adhûcdùm equo ſuperinſidentem, […] nuncient: *Senatum* ita ſentire, ut, ergà *Regem* h[…] milimæ conteſtandæ honorificentiæ igitur, […] certum miniſtrum, huic oneri præpoſitum, no[…] ne *Civitatis*, claves contradere velit. Et quidem […] hac diſſertiſſima reſervatione. Nimirùm hic […] iſte actus, ſecundùm promiſſum regium, *Civit*[…] juribus, privilegiis, & immunitatibus, nequ[…] quam derogaret. Qua obteſtatione præviâ, po[…] adjecerunt: Plures eſſe civitatis miniſtros, qui[…] portarum claves cœpiſſent demandari. Ut præſ[…] & ſubitò, omnes conquiri nequeant. Inter[…] *Dux* moram intervenientem haud moleſtè f[…] ret. Simulque permitteret, miniſtri illi, quor[…] in manibus claves verſentur, deinceps quoq[…] huic oneri, evitandæ confuſionis ergò præeſſe[…] mandatoque non minùs, regii ſuperventuri g[…] bernatoris parérent. Hæc omnia *Duci* diſplicu[…] non poterant. Inter hæc, legati, ac conſiliarii, […] gii, unàque *Civitatis* delecti, urbem intrantes, […] *natui Regis* clementiam, ac promiſſa, cœper[…] confirmare. Futurum, ajentes, ut *Rex*, in urb[…] venturus, autographo, ac diplomate, *S.P.Q. E*[…] *phordienſi*, ſuper juribus, ac privilegiis, ſuis, cave[…] Unàque à *Senatu* codicillos, ut vocant, reverſa[…] exigat. Tametſi verò *Rex* ea veſperâ nondùm […] bem ſit ingreſſurus, nihilo-minùs manum ped[…] ſtrem præmittere illum decreviſſe, quæ quide[…] majoris ſecuritatis ergò, portarum cuſtodiam, t[…] telamque, ſuſcipiat. Hæc denuò percipens *Sena*[…] præeunte humili recognitione, gratanter ſe int[…] ligere, reſpondit, *Regem* mitem, ac benignum, […] iam codicillis, ſuper *Civitatis* juribus, proviſuru[…] Ut de reverſalibus cum conſiliariis regiis tract[…] tionem haud recuſent. Adjecta etiam hac cond[…] tione. Nimirùm *Rex* eodem diplomate particul[…] ria *Electori Moguntino* jura præſervaret. Sed totid[…] verbis regeſſerunt regii, hanc rogationem tot[…] quidem coràm *Rege* injectam, ſed minùs approb[…] tam, fuiſſe. Ipſum enim *Regem* miniſtris *Elector*[…] *libus*, ipſiſque *Clericis*, loqui velle. Interim *Civita*[…]

dele[…]

electi hoc agerent. Articuloſque, ſibi utiles, præ-
arent, chartiſque comprehenderent. Eoſque
uantò ociùs regiis offerrent. Intereà, miniſtri,
s tribus cophinis inditas, in palatiũ, *Regi* præpa-
tum, inferunt claves, Quæ quidem regio exhi-
entur tribuno. Sic, ut iidem miniſtri clavigeri ad
undem remitterentur.

IV.

*ex urbem intrat. Simulque eleganti ſermo-
ne S. P. Q. Erphordiano cauſſas hujus ex-
peditionis ſuæ explicat.*

Equenti die, à meridie, *Rex* in urbẽ feliciter ad-
ventans, à civitatis proceribus ſolenni cũ con-
ratulatione exceptus eſt. Qui quidem ſimulátque
enuò civitatem protectioni regiæ commendare
on deſtiterunt. Poſteaquàm, tonante hac tempe-
ate bellica, variis jactata procellis, immenſis ſum-
tibus exhauſta, fuiſſet. Neque enim illam eſſe
ivitatis conditionem, adjecerunt, ut tricis id ge-
us bellicis ſe miſcere voluerit. Ut magis com-
endatam pacis bonitatem amplecti elegerit.
Quippe, more cæterarum urbium, ea non eſſe ci-
itatis commercia; indè ut res ſuas augere poſſit.
t duntaxat ex agricultura vivat. Ex quo evidens
iat, quàm difficulter ex id genus difficultatibus e-
nergere ſuſtineat.

Ad hæc *Rex* ipſe ſubjecit: Scirent nempè, quæ
Regis apud *Leubigenam* fuiſſent verba regia. Videli-
et, communem civitatem, civeſque in vniver-
um omnes, ſub *Regis* tutela, ac protectione, fore.
Eoque nomine omnia, utrinque tractata, ac com-
romiſſa, ſub codicillis, *Rege* adhûcdùm præſente,
onfirmanda. Parique operâ litteras *Reverſales* ex-
edien das, eſſe. Quo fine conſiliarii regii jam ha-
erent in mandatis; unà cum *Senatus* delectis ut
ractationes auſpicentur. Interim *Rex*, quoad civi-
atis exhauſtum, ſympathiam ſuam declaravit.
Nihilo-minùs, tametſi cives beneficio agricultu-
æ familiam alerent, adjecit illa: Meminiſſent, in-
colas cives eſſe. Quibus, pro civitatis ſtatu, ac li-
ertate, omnia ferenda forent ultima. Modò ex-
empla majorum imitari velint. Aſpicerent enim,
anta ſub civitatis circumferentia, tot turres. A-
ſpicerent vallum, mœnia. Aliaque, ad defenſio-
nem ſpectantia, requiſita. Illinc enim judicatu eſ-
ſe opportunum, quàm bonâ fidẽ majores ſui egiſ-
ſent. Irent ergò, & veſtigia eorum calcarent. Præ-
ſertim, hac communi per *Germaniam* re *Evangelica*,
& libertate, periclitantibus, tanquam cauſſis ma-
ximè arduis, rem ſtrenuè urgerent. Neque enim
dubitandum venire. Modò munimentis jam tùm
præſentibus, pro hujus tempeſtatis conditione,
cumulus ſupperadderetur, majorque defenſionis,
quàm ſumptuum, ac laborum, ratio iniretur, non
facilè civitati metuendum eſſe. Scilicet in proximo
exempla tragica ammonere, quid faciendum. Si e-
nim illi maturiùs operas, ſumptuſque, contuliſ-
ſent, ſi ardentiùs rem communẽ adjuviſſent, pro-
fectò tàm præceps amoliri ſuffeciſſent exitium. Il-
lud igitur, quod alios perdidit, intueri. Ex alio-
rumque incõmodis commodis ſuis velificari, o-
portere.

Hæc in verba præliminaria ubi *Rex* ediſſeruiſſet,
in *Monaſterium* ad *D. Petri* ſeſe contulit: Cumque
Abbate, & *Patribus Societatis*, ſeorſim ſermones mi-
ſcuit. Die inſequenti *Regi* codicillos, ut vocant,
Reverſales obtulêre *Clerici*. Quibus, invocato *SS. Tri-
nitatis Numine*, in modum juramenti, fidem aſtrin-
xerunt: ſeſe, adversùs *Regem*, regnum *Sueciæ*, o-
mneſque illius confœderatos, neque verbis, ne-
que operibus, neque conſiliis, machinationibus-
que, quibuſcunque, clàm, palàmque, quomodo-
cunque humana fingere, & excogitare, poſſit ra-
tio, nunquam quicquam præſumpturos, acturoſ-
que, aut ullo pacto hoſtilem animum declaratu-
ros. Sed eò uſque, quàm diu hoc bellum protra-
hetur, *Regi* fideles, obedienteſque, futuros. Sic,
ut nulla neque *Pontificia* ſanctio, neque jus, aut
privilegium, illos ab hac obligatione eximere va-
leat.

Poſtridie, ubi urbis opera, ac munimenta, *Rex*
pridie attentiùs inſpexiſſet, architectoque urba-
no novorum operum adjectionem inculcâſſet,
codicillos, ſive *diploma ſecuritatis*, ſuper *civitatis* ſta-
tu, ac juribus, *Senatui* contradere juſſit. Quo eo-
dem actu cùm *Senatus* litteras *Reverſales Regi* ſimul-
átque reddidiſſet. Rebus utrinque placidè tranſa-
ctis, *Rex* ad *Senatum, Tribuſque*, in aulam ſuam evo-
catas, intraque atrium convenientes, præſentibus
tot magni nominis *Ducibus, Principibus, Comitibus,
Dynaſtis, conſiliariiſque*; ac *tribunis*, regiis, dubium,
majori an majeſtate, quàm gratiâ, ſequentibus fe-
rè verbis perorare cœpit: Complures, inquit, è
numero veſtro arbitror exiſtere, ô *Erphordienſes*,
quibus quidem admiratione dignum videtur,
quid ſit illud, quòd *Rex* ego regna, & provincias
hæreditarias meas, reliquerim. Caputque tantis
periculis, ac moleſtiis, objiciendo, in *Germaniam*,
hancq; nunc in *Thuringiam*, venerim. *DEUM* ſanctè
teſtor, non ea de cauſſa me impulſum eſſe, ut re-
gna mea, ut provincias, aliorum dominatuum ad-
jectionibus, amplificarem. Sed, ut calamitoſum
ſuper ſtatum, quo agnati, & amici, mei per *Germa-
niam*, uſque ad extortam veræ, & *Chriſtianæ Con-
feſſionis* defenſionem, libertatiſque periclitantis
vindicationem, affliguntur, oculos hos conjice-
rem. Illiſque, prout fas piumque eſt, opem
ferrem. Quid verò eſt? *DEUS*, inquam, ſine dubio
hoc ad munus me vocavit. Qui indè uſque hûc a-
nimum, vires, benedictionem, victoriaſque in-
gentes, elargitus eſt. Ità ut, *DEO* ducente, his victri-
cibus armis, effecerim. Ut nunc *Pomerania, Megapo-
litani, Marchia, Saxonia Electoralis, Archiepiſcopatus
Magdeburgicus*, aliæque regiones, (quòd præfiſcini
loquar!) pro tempore à crudelibus, hoſtilibuſ-
que, oppreſſionibus magnam partem vindicari;
Communiſque res *Evangelica*, atque, indè pendens,
libertas ſecularis, melioribus fulcris confirmari,
cœperint. Quæ ſic quidem comparata videntur,
ut, ſi ſeriò deinceps cæteri cooperentur, *Chriſtianæ
Eccleſiæ* incrementum, *Evangelicorumque Principum,
Ordinumque*, per *Germaniam*, hactenùs tanto ſub o-
nere gementium, incolumitas, proferri ſatagant.
Interim, nos omnes oportet huic operi manus ad-
movere. Neque enim ſufficit, communem neceſ-
ſitatem, ac periculum, intrà nos ut gemitibus, ac
ſuſpiriis, metiamur. Etiam unuſquiſque tenetur,
juxtà ardentem *Dei* invocationem, ut res agat. Hoc
eſt, manus, vireſque, conjungat. Hoc tempore ſic
quidẽ cũ *Evangelicis*, tã ſuperioris, q̃ inferioris, or-
dinis, omnib⁹ cõparatũ eſt. Non ſecùs, ac ſi, impor-

tuoſo ſub æquore, magna quadam navi compoſiti, ferremur. Fingite igitur, hancce navim ventorum rabie præcipitem agi. Jamq; in naufragiũ inclinare. Ibi ecce! non quidem ſufficit, pauci duntaxat remis ut incumbant, imminenſque naufragium amoliri ſtudeant. Cæteri verò ventos ocioſi proſpiciant, manus in ſinum demittant, per navim deſideant, ac confabulationibus experiantur. Verùm enim verùm, hoc opus, hic labor, eſt, omnes ut expediti, atque alacres, hunc lapidem volvamus. Quantumque cujuſque in viribus eſt, omnes unà nervos, operaſque, intendamus. Quò navis illa, ultimè jactata, periculo ſubducatur. Inque portum exoptatum deferri queat. Tùm verò unuſquiſque à labore ferias agere. Laboriſque compenſationem exſpectare, poterit. Inprimis à *DEO* excipiet retributionem. Dùm, pro divini nominis honore, & ſalutiferi *Evangelii* incremento, aliquid de facultatibus ſuis, quantũvis fluxis, contulit in mediũ. Si abſque hac cũſideratione eſſet, næ ego intrà regna, ac provincias meas, optatâ frui quiete. Ac ſtatu, ſive conditione regia, contentus eſſe, poſſim. At, hac in communi cauſſa, divina me impulit vocatio. Ità, ut modò non patriam, ſed omnia cum patria etiam cariſſima, poſtponendo, huic non minùs arduæ, quàm neceſſariæ, maximéque utili, próvinciæ, onerique, me accinxerim. Jam, prout intuemini coràm, per *DEI* gratiam, athleticè valeo. Fortunâque utor ſecundâ. Sed, dùm exercitum versùs hoſtẽ validum, potentemq;, educo. Qui omnibus, etiã excogitatiſſimis, modis, ac rationibꝰ, in infortunium meũ conſpirat. Ut me ex humana hac ſocietate tollat. Quis neſcit, facilè uſuvenire poſſe, ut fortuna, aliâs in rebus humanis, præſertim bellicis, inconſtans, ac varia, mihi terga vertat? Egoque ſive valetudinis, ſive vitæ hujus, diſpendium faxim? Interim, neque ſic me periculum abſterrebit. Neq; fortunæ fallacis reſpectus ab hac expeditione neceſſaria me revocabit. Sed certus equidem ſum, abſq; *DEi* providentia nihil adverſi mihi accidere poſſe. Ut potiùs omnia, quæcũq; hac mea ſub vocatione obtingere mihi ſuſtinẽt, tametſi, coràm mortalibus, etiã infeliciſſimæ notæ eſſe videãtur, eò, ꝙ *DEVM* timeo, *Deiq;* honorẽ, omni cũ diligentia, & facultate, profero, mihi ꝓfutura, eſſe, ſat ſciã. Atq; hoc nomine tùm demùm me felicẽ arbitrabor, ſicubi *CHRISTVS*, Dominus meus, illâ me dignabitur gratiâ, ut nominis ejus cauſſa quidvis pati debeã. Par, idemq;, vos omnes, quotquot adeſtis, ut cogitetis, æquum, piumque, eſt. Quanquam verò nõ omnes mecũ in hoſtes educitis. Neque cõminùs pugnatis. Nihil-ominùs, unusquiſq;, ſua pro vocatione, & modio, eò laborabit, quò de facultatibus, ſudoribuſq; ſuis, partẽ bonorũ, à *Deo* conceſſorũ, impendat. Curſumq; ſancti *Evangelii* promoveat. Præſertim, cùm unuſquiſq; facilè præcogitare poſſit, ſi, (ꝙ *Deus* clementer avertat) hoſtes prævalituri ſint, tùm demùm omnes omnium facultates periclitari. Ut omnia modò non bona diripiantur. Sed ipſa quoq; conſcientia, animæque ſalus, locũ præripientibus idololatricis traditionibus, in ultimis verſentur. Ego quidem nemini libenter ſum moleſtus. Neq; me præterit, quibus à tot annis hæc civitas difficultatibus fuerit expoſita. Sic, ut pecuniarum impenſas haud exiguas fecerit. Quæ tamen omnes, ſi res ordine conſideretur, ad-

versũ voſmet ipſos, ſociæq; *Cõfeßioni* addictos, c
perunt converti. At cõmunis vos excuſat hæc ca
mitas. Ut malũ hoc, more cæterorũ ꝑ *Germaniá O*
dinum declinare haud potueritis. Interim, ſic qui
ſeſe res habet. Ut cũ tẽpore, impenſis pecuniar
exſpirantibus, fomentis, & reſtaurantibꝰ remedi
res geri poſſit. Jã verò adhûcdùm ſic eſt, ut hoſt
nõ inanẽ jacturã paſſi, omni cũ conatu, ac potent
in vindictã ferantur. Magnaſq; contrahant vir
Ideoque, vel ex hac parte, tẽporiùs p̄cogitandũ v
nit, quibꝰ viribꝰ occurramꝰ. Quibꝰ numeris, ac l
gionibꝰ, in ꝓcinctu ſtemꝰ. In quẽ finẽ tàm num
quàm homines, requiruntur. Neq; hæc res abſq
moleſtia multorũ deſpumare poteſt. Profectò, t
maſculos, honoratos, p̄cipuoſq;, tribunos hoc ſ
bello amiſi. Ut multũ tàm tẽporis, quàm ſumptu
requiratur, uſq; dùm eorũ in locũ pari virtute pr
ditos conquirã, ac ſufficiã. Hæc vel ob id dico. U
dùm cũ tẽpore etiã vos ordo tanget, ut, ꝓ belli i
continuatione, ſumptꝰ facere, aut ejuſmodi ali
conferre, teneamini. Tũ demũ ne impatienter h
feratis. Sed, tanq̃ in re ſummè ardua, æquis hoc o
animis ſuſtineatis. Volenteſq; opẽ præſtetis. Ant
hinc abeo, ſerias ſuſcipiã deliberationes. Deque
vobiscũ conferã, quî poſſitis nonnullarũ rerũ pr
tia auctionari. Aliiſq, id genꝰ rationibꝰ rẽ cõmu
ſicut, hac belli tẽpeſtate, pluribus in locis uſuvén
extendere. De iis ità vobiſcũ agã, ut has leges de
ceps ipſe ratas habere, ac conſervare, velim. Ro
autem vos, per & propter, ſanguine manantia *D.*
S.N.CHRISTI IESV vulnera, ne arduum hoc neg
tium, quo quidẽ tàm propria veſtra, quàm omn
veſtrorum, ipſiuſque poſteritatis, æterna ſalus ve
titur, perfunctoriè ſaltem ad animos admittat
Sed curioſâ ſedulitate trutinetis. Exemplũ me
vobis antè oculos ponatis. Veſtroq; loco vo
digna faciatis officioſi, ac volentes. Neque en
dubitare convenit, quin *DEVS* larga benedicti
ne vobis retributurus ſit.

Suprà toties humilimè à me, inſtanterque, co
tendiſtis, ut, quoad præſidium, civitati impone
dum, vobis parcerem. Sed permitterem, propr
ut milite vos hanc in rem uteremini. Hanc p
titionem veſtram lubens admiſiſſem, & eaten
peperciſſem. Niſi præſentis tempeſtatis nece
ſitas, veſtrûmque ipſorum, ut & communis r
Evangelicæ, commodum, requirerent aliud. Cr
ditote, multò, inquam, gratius mihi foret, ſi l
giones, militeſque meos, conjunctim omnes a
versùs hoſtes educere poſſim. Quàm ſi hi
indè, pro civitatum, locorumque, defenſion
complures diſtribuere. Exercitumque debilitar
teneor. Profectò ſic quidem tàm veſtra, quàm v
ſtrûm omnium, poſtulat incolumitas. Quodſi
nim (quod *Deus* avertat!) hoſtis vobis ſupervenia
atq;, è præſidii non ſufficientis defectu, civitati p
tiatur, creditote, jam periiſtis. Neque vobis int
mœnia deſunt homines, quibꝰ tutò haud creditu
Eos annon putatis cũ hoſtibꝰ colludere, civitatẽ
furtivis tradere poſſe molitionibꝰ? Si quid ejuſm
di fortè accidat, quãta cõmuni rei *Evangelicæ* dec
ſio immineat, facilis eſt conjectura. Proindè, h
tẽpore aut p̄ſidio meo opus habetis: aut ultimè p
riclitari mavultis. Quàm primùm verò ſoles affu
ſerint quietiores, ſecuritaſq; ꝑmittet, tunc equid
ſecundùm verba mea præſidium hocce deducan

Interea

tereà, omnem dabo operam, ne onus alendi litem vos ſolos premat. Sed finitimi *Ordines*, orum ſalus cum veſtra eſt conjuncta, hanc in rem nptus conferant.

Etiam gubernatori denuò imperabo, ſevera ex ge militem ut coerceat. Nedùm in populo conſionem cauſſetur. Hactenùs ſtipendiarii mei ſic iidem diſciplinæ melioris fuêre obſervantes, ut illus, invito domino, vel vineam intraret, uvamıe contrectaret.

Multò minùs res majoris momenti vi extorıeret. Jam verò paulò ſecùs cum exercitu agitur eo. Adſunt enim multi, ex hoſtilibus legionibus ansfugæ; nulla meliori diſciplina emendati. Quos tàm promptè in ordinem redigere non licet. li multis modis moleſti ſunt. Proindè, hoc vobis dulò inculco, diligenter eò reſpiciatis. Ut, ſi forid genus caſtrenſes communi civitati, aut cuiisbono, moleſti veniant, pacem domeſticam ırbent, vim, manusque, in res alienas iniiciant, nc iſtos non ampliùs pro militibus habeatis. Sed os cenſeatis, quorum operas factis deterrimis nitari cœperunt. Hoc nomine in iſtos animadertite, vincula coniicite, pœnas promeritas deernite. Neque vel animis præſumite, neque ıetuite, quin rectè, atque ordine, feceritis, aut ravius quiddam deſignaveritis. Sed ità graum in oculis meis hoc erit officium veſtrum, ut o pacto mihi complacituri ſitis. Dùm penè ſic ollapſam, militarem diſciplinam mecùm reſtauare collaboratis. Quo fine utique vobis poeſtatem facio ampliſſimam, illud ut efficiatis. Ut dversùs omnes, qui huic meæ refragabuntur ſenentiæ, vos ordine defendere, ac tueri, ſim affetus. Profectò, jam prædixi, absque præſidio vos ſſe non poſſe. Iam ipſimet eligitote, Utrùm *oves*, an *upos*, intrà mœnia fovere mavelitis. *Oves* ſanè habeɔitis. Ubi, ſevera ex lege hujuſce conſtitutionis neæ, malos pœnæ gravitate coërcebitis. Ex aderſo *lupos* aletis noxios. Sicubi minis iſtorum, ac uroribus, cedentes, delinquentibus pœnas haud trogabitis debitas.

Prætereà, civitatis veſtræ opera, & munimenta nſpexi. Inveniq;, & vos, & majores veſtros, pro cōnuniendo hocce loco, & labores, & ſumptus haud exiguos inſumpſiſſe. Sic tamen, ut operam hanc, mpenſamq;, non fruſtrà collocaveritis. Dùm, para ſub manu, adversùs magnam hoſtium vim, hanc civitatem confido me defenſurum. Interim, cùm ratio, ſive offenſio, bellica præſentis temporis ab llis majorum tempeſtatibus longè ſit diverſa. Neceſſe eſt, ut id genùs amplæ urbes melioribus quoque modis communiantur. De iis jam dixi architecto veſtro. Illiq; indicavi, quibus rationibus diverſa opera novè ſuperſtrui, educiq;, queant. Hoc igitur agite. Et, quod vobis, poſterisq; veſtris, profuturum utique eſt, ſine mora, & ſeriò, ſupperaddite. Neq; laboribus, neq; impenſis, parcite. Qui ſi vel illud pāſi habebitis, quò munitior, validiorq;, urbs futura eſt veſtra, eò minori præſidiariorum numero habebit opus, næ hoc commodo vel tantillo moleſtiam illam ſolari poteritis. Ità *Rex* ſum, amo vos, mei *Erphordienſes*! Nec ſinam, ut verborū meorum, quibus jura, privilegia, & immunitates, conſervavi, quodcunq; fruſtrà cecidiſſe, evidens fiat. Sanctè enim implebo omnia. Vosq;, advers⁹ quoscunq;, pro virili, regiè tuebor. Hactenùs non conſuevi urbes premere. Aut ſub ſervitutis, jugum cogere. Nedùm ut juribus, privilegiisque, quicquam detraham. Sed potiùs hoc effectum dedi, ut illis ſtatum ſuum conſervârem. Adeóq; florentes eſſe juberem. Prout quidem inprimis *Rigam Livonorum* adjuvi. Si qua in re hanc civitatem juvare potero, ut, vel quà iura, ac libertatem, incrementa capiat. Vel, quà commercia, res familiares amplificet. Id quidem facturus ſum diligenter, atque ex animo. Neq; deeſt vobis hoc tempore occaſio. Qua vetuſta illa in libertate veſtra reponi. Et ad formam *Reipublicæ liberæ* redire, queatis. A quo quidem flore, dùm hactenùs tantùm non oppreſſi fuiſtis, non parùm receſſiſtis. Hæc equidem vobis promitto. Viciſſimq; reciprocam à vobis, optimamq;, fidem ſecurè exſpecto. Quo nomine ut verbis meis ad amuſſim confidere poſſitis, ecce! *codicillos confirmatorios*, à me pollicitos, unáq; *litteras Reverſales*, à vobis mihi tradendas, in chartas coniicere, vobisque inſpiciendas exhibere, iuſſi. Id quod ordine factum eſſe, dubitare nullus debeo. Si iam hæc utrinq; data, acceptaq;, fides vobis non adverſatur. Agedùm; licebit, præſtò ut conſummentur omnia.

De cæteris, quæ præſentem ad rem bellicam pertinere videbuntur, egi cum agnato meo, *Guilielmo, Saxoniæ Duce*, itemque *Iacobo à Steinberg*, legato. Illi, meo nomine, vobiscum diligenter modum, rationemque, inibunt. Quibus nimir. mediis opera, ad fortalitium neceſſaria, ematurari. *Civitas* commeatu, & re tormentaria, ſufficienter iuvari. Tùm præſidiarii deinceps ali, poſſint. Quæ omnia ſi absq; *Thuringiæ* procerum auxiliis civitas impendere debeat, onus reddent longè difficilimum. Proindè, ut ſex è numero veſtro delectos nominetis. Eorundemque nomina mihi conſignetis, res poſtulat.

Denique, conſtitui dulciſſimam coniugem meam hûc transferre. Sic, ut aliquantiſper hanc intrà civitatem ſubſiſtat. Modò certus ſim, vos bona, & ſincera, fide ergà illam ferri. Quam quidem mihi de vobis indubitatò polliceor. Ità enim confidentiam ergà vos meam, ſincerumque affectum, quo civitatem hanc proſequor, vel illo magis magisque deprehenditis ſymbolo. Dùm reverendam thori ſociam, tanquam potiſſimum hæc inter mundana theſaurum, derelinquere non ſuſtineo. Quo ipſo firmiter perſuaſum eſſe vobis convenit, eâ me vos complecti benevolentiâ. Ut nunquam vobis deeſſe velim.

V.

Codicillorum Regis Confirmatoriorum, litterarumq; Reverſalium, quæ fuerint contenta.

Abſolutâ illâ *Regis* oratione, nomine *S. P. Q. Erphordienſis*, ſolenniter, & demiſsè, deponi cœpit gratiarum actio. Nimirùm, quòd *Rex* tantus, præeunte oratione tàm maieſtatis, quàm ſapientię, ac facundiæ, plenâ, eam ſibi faceret gratiam. Ut nō tàm, ſub ſingularis clementię, & propenſionis, conteſtatione, multa benignè offerat. Sed etiam commoneat. Ea eius eſſet notæ, & quidem optimæ, ut *S.P.Q.* modò non humilimè, ac gratanter, admittant. Sed etiam plenis, quod dicunt, tibiis, de-

cantare velint. Eo igitur loco in præſentiarum res *civitatis* verſari, ut ſuper *Regis diplomate Confirmatorio*, demiſsè acquieſcant. *Litterasq; Reverſales* eadem operâ reciproca offerant. Iam ſeſe officii ſui ergà *Regem* fore memores, Monitisq; usq; quaque morem deinceps geſturos. Sic, ut sereniſſimæ *Reginæ*, *Regis* conjugi, ſicubi intrà *civitatem* aliquantiſper ſubſiſtere dignabitur, omnia, pro perturbati hujus temporis conditione, officia, ac miniſteria, bona fide, & ſubmiſſo ſtudio, declarare cupiant. Quo quidem nomine porrò ſeſe, ſuosque, communemque *Civitatem*, ſingulari *Regis* clementiæ, ac protectioni, etiam atque etiam, commendare vellent.

Quæ cùm in verba, nomine *Senatus*, *populiq;*, civitatis *Conſul* reddidiſſet. *Rex* ſublatâ voce interrogare cœpit: Utrùm, quæ *Conſul* præmiſiſſet, implere vellent? Quibus, velle ſe affirmantibus, *Rex*, quàm hæc devota voluntas ſibi placeat, uberiùs ſignificavit. Sicque concionem dimiſit. *Senatus* igitur, ad mandatum *Regis*, è numero ſuo ilicet *Sexviros* nominavit. Eorumque nomina *Regi* offerri curavit.

Jam, quæ *codicillorum Regiorum* tùm quidem eſſent contenta, inſpiciemus. Nimirùm, *Rex* ſuo, hæredum, regnorumq;, nomine, omnibus, ac ſingulis, civitatis *Erphordienſis Conſulibus, Senatoribus, civibusq;*, excepto nemine, (quò tamen ſub numero, tametſi *Senatus* toties verbis conceptiſſimis interveniſſet, certis de cauſſis, pro tempore, *Electoris Moguntini* miniſtros, cæterosq; *Clericos*, comprehendi noluit) ſub litteris receptis *Reverſalibus*, *Rex* clementiſſimè promittit, ac confirmat. Fore, ut Juribus, privilegiis, jurisdictionibus, exemptionibus, feudis, judiciis, bonisq; propriis, tàm intrà *civitatem*, quàm in agro ſuo, quibuscunque, absq; ulla exceptione, ſecurè, ac quietè, uterentur, fruerenturq;. Regiisque armis, ac viribus, quantum ejus fieri, poterit, ſummo ſtudio, ac conatu, adversùs quoscunq;, defenderentur. Præſidium ulteriùs non extraheretur, niſi quoad communis ſucuritas, bellique ratio, hoc poſtulabunt. Severa, quantùm ejus fieri poteſt, in militem belli exerceretur diſciplina. Secundùm *Deum* omne periculum, ac malum, à *civitate* propelleretur. Quicquid hac vice, tàm ratione admiſſi præſidii, quàm communis rei *Evangelicæ*, igitur, *Civitas* aut feciſſet, aut factura eſſet, hoc omne ſive per viam juris, ſive armorum, *Rex* jam, & deinceps, tueretur. Indemnitatemque præſtaret. Inprimis, ſub ſperatâ pacis tractatione, deinceps nominatim *civitatem* includeret. Ad ſummam, pro

æquitate communis illiùs expeditionis *Evangel.*
regia præeunte indulgentia, ac gratia, clementi
mè faveret.

Litteris *Reverſalibus* ſequentia continebant
Videlicet, ante omnia, *Regis* ſingularem oblat
clementiam, gratiamq; omnes, & ſingulos, *conſil*
rios, *Tutores*, *Tribus*, civesque *civitatis Erphordienſis* h
milimè, ac gratanter, acceptare. Ex adverſo,
litteris Reverſalibus, ſeſe validiſſimis vinculis oblig
re. Nimirùm tàm *Regi*, quàm regiis hæredibus,
gnisq;, regiisque confœderatis, quàm diu hoc *R*
gionis bellum continuabitur, neque pax emerget
deles, officioſos, ac morigeros, futuros. *Civitate*
adversùs *Regis* hoſtes ultimè defenſuros. In *Regis*
jusq; agnatorum, periculum, damnum, & infor
nium, nihil ſive clàm, ſive palàm, tàm per ſe, qu
per alios, ullo pacto molituros, tentaturos, fac
ros. Sed potiùs omne periculum, noxam, det
mentumq;, ſumma cum diligentia, amolituros,
clinaturos. Deniq;, ſub humilimæ ſubmiſſionis
gratitudinis, ſignificationibus, bonam, integra
que, fidem, ac conſtantiam, ſicut viros bonos dec
ſine crimine, ac contradictione, operaturos.

Illi utrinq; *codicilli* ubi ordine dati, acceptati
fuiſſent, *Rex*, quantumvis occupatiſſimus, nihil
minùs, ſuper commerciis, & proventibus, ampli
candis, rationes conferri juſſit. Quibus ritè imp
tis, ac conſummatis, *VI. Cal. Octobr.* bono ma
Arnſtadam cum exercitu promovit. Ejus in limi
abitus, ubi miles civis cujusdam *Pontificii* ædes, ſp
lii cauſsâ, invaſiſſet, *Rex* deprehenſum latrone
medio ſub foro, ilicet in furcam agere juſſit. Præ
diariorum numerus è ſexcentis, & ampliùs, equ
ſtrium, & bis mille, & ſexcentis, pedeſtrium, p
mùm conſtitit. Quibus, è variis legionibus, in
num coagmentatis, *Georgius Ludovicus*, *Comes L*
vvenſteinius, gubernator fuit præfectus. Adjunc
Iacobo à Steinberg, legato regio. Intereà, cùm proc
ve eſſet, à tanta præſidiariorum multitudine ci
impendiò onerari. *Rex*, ejusce oneris certior
ctus, quò difficultatibus id genus cum fundame
to medicina fieret, *Axelium Oxenſtirnium*, *Cancel*
rium, & *legatum*, ampliſſimum, illûc dimiſit. C
jus ſapientiâ, ac moderatione, intervenien-
te, civitatis onera iſta tolerabilem
redacta ſunt ad mediocri-
tatem.

Io.Pe

Io. Petri Lotichij

RERVM GERMANICARVM

LIBER XLII.

CAPVT I.

De Guſtavo, Sueciæ Rege, Franconiam invadente.

I.

Rex, in Franconiam pergens, Königshofium fortalitium illîc intercipit.

REbus apud *Erphordiam* confirmatis *Rex Guilielmo, Saxoniæ Duci, Thuringiæ* vicario conſtituto, modum proſcripſit, quò tàm *Erphordiam*, novis ſuperadditis, operibus, validùs communiret, quàm rationem novi conſcribendi exercitus iniret. Illis præeuntibus, partem exercitus *Gotham* dimiſit, ſine mora hac quoque civitate potiuntem. Partem verò *Rex* ipſe *Arnſtadiam* produxit. Ubi cum *Günthero, Comite Schvvarzenburgico*, pernoctavit. Sequenti die *Ilmenaviam* attigit. Triduumque, in ſaltibus ſuperandis, porrò inſumpſit: Antequàm confertis agminibus producere quitus eſſet. Propridie *Cal. Octobres* arcis *Mansfeldicæ* præfectum, iniquo tempore venationi operam dantem, unáque arcem ipſam, intercepit.

Indè per *Comitatum Hennebergicum*, ab *Altringerii* copiis horribiliter laceratum, deduxit ad *Aulam Regiam*, vulgò *Königshofen* vocant, *Ducatus Herbipolitani* fortalitium. Quo loco integrum recollegit exercitum. Præſidiarii, ſuper deditione poſtulati, initiò repugnârunt. Sic, ut in adventantes *Suecos* tormentis experirentur. *Rex* autem adductis machinis, feriò effectum urſit. Turriq; dejecta, defenſoribus nunciari juſſit. Feminas, parvulosque, quàmprimùm dimitterent. Locum quippe ignibus venire perdendum. Quo percepto defenſores nuncio, triſtes, confuſiq;, ſine mora, fortalitium dediderunt. Immenſa vis annonæ, armorum, tormentorumque, & id genus apparatus militaris, immò etiam *Iupiter in arca*, quod ajunt, hoc eſt, magna auri, argentiq;, & id genus pretioſæ, eccleſiaſticęq;, ſupellectilis, quantitas, tanquam è promptuario, hîc erui cœpit.

II.

Schvvinfurtum civitas deditur.

POſt *Aulam Regiam*, luculentum illud fortalitium, exiguo labore in poteſtatem *Suecorum* redactũ, tantus terror per *Franconiam Catholicorum* præoccupavit animos. Ut, quorſum vel diffugerent. Vel res pretioſas reconderent, vix invenirent. Ipſe *Franciſcus, Epiſcopus*, ac *Dux, Herbipolitanus*, convaſatis rebus quibuscunque pretioſiſſimis, beneficio *Mœni*, maturiùs per aquas periculum evaſit. Conditionesque, à *Rege* oblatas, repudiavit. Cæteri ſive *Catholici*, ſive *Clerici*, eò, quòd *Religionis* immunitatem *Rex* concederet, paulo poſt *Suecicas* venerunt ſub leges.

Iactis illis initiis, *Rex* paulò poſt *Civitates Franconiæ liberas*, præcipuéq; *Schvvinfurtum*, codicillis interpellavit ſequentibus: Non obſcurum, inquit, eſt vobis, cùm toti jam tùm terrarum orbi cõſtet, quibus urgentib⁹ de cauſſis cum *Chriſtiani* nominis exercitu noſtro has usq; in regiones aſſcenderimus. E quibus primum facilè ſibi locum illa vindicat. Quòd *Confeßionis* noſtræ ſocios, jam diu, quà conſcientię flagella, ac tormenta, impendiò gementes, ab iſta *Catholicorum* tyrannide, divinâ patrocinante gratiâ, vindicare decrevimus. Quo nomine ſiquidem intelligamus, etiam vos, veſtramq; civitatem, haud infima pati cœpiſſe. Proindè, hoc cum tubicine, vobis adventum noſtrum ſignificare. Simulátq; cognoſcere, viſum eſt, utrum præſidio *Cæſareo*, nobis adverſo, teneamini? Et q̃d vobis animi ſit? Si nunc eo eventu, hoſtili præſidio ejecto, nobis portas reſerare. Præſentemque divinam, ac miraculoſam, vobis oblatam, occaſionem gratanter amplecti vobis ſedet. Sic ſcitote nos eſſe affectos. Ut, ſequeſtrato hoſtili vultu, amici faciem indue-

nduere. Vobisque oppidò adeſſe, velimus. Sin refragari vobis eſt animus. Mementote, hanc tergiverſationem manifeſtæ hoſtilitatis loco, habendam. Moreque militari excipiendam venire. Prout nunc ergò optima quæque à vobis exſpectamus. Ità, ſi res ſecùs cadat, tàm coràm *Deo*, quàm hominibus, excuſabimur. Quo nomine reſponſum veſtrum præſtolamur.

Circà exodium *Septembris*, *Erneſto*, *Duce Vinarienſi*, apud *Aulam Regiam* conſtituto, vicario, *Rex* aſſumptis copiis *Schvvinfurtum* perrexit. Præſidiarii *Cæſarei*, accepto hoc nuncio, *Herbipolim* maturè ſe receperunt. *Rex* igitur *Calend. Octobr.* legiones eò præmiſit. Altero die, bis novem cohortium equeſtrium paribus ſtipatus, civitatem ipſe intravit. Ubi igitur, collatis cum *Senatu* rationibus, locum conſideràſſet. Intellexiſſetque, ob *Mœni*, & ſitus, opportunitatem, commodè communiri poſſe. Confeſtim meliorem ad confirmationem adjecit animum. Tresq; pedeſtrium, duas equeſtrium verò, centurias, pro defenſione, immiſit.

III.

Rex, Herbipoli præoccupatâ, Arcem Ducalem vi expugnat.

Redacto in ordinem, *Schvvinfurto*, *Rex Herbipolim* copias produxit. Cùmque ſuburbii deditio pernegaretur, arietibus adhibitis, portisq; vi perfractis, militem immiſit. Locumq; expilari conceſſit. Cùm neque ſic quidem *civitas* dederetur, uſq; in ſequentem diem, deliberandi ſpatium *Senatui* indultum fuit. Eo intervallo modò non præſidiarios, ſed magnam civium, feminarum, monachorumq;, partem, convaſatis rebus pretioſis, in *Arcem* dilabi, obſervatum. Quo facto, *Rex* civitatem occupare juſſit. Eâ ſub leges vocatâ, ilicet legiones *Suecicæ* contrà *Arcem* induci cœperunt. Sed neque ſic languidè egit miles *Epiſcopalis*. Qui quidem è propugnaculis, & loricis, educens, per aliquot horas in velitare prælium manus conſeruit. Usque dùm intrà propugnacula, non ſine jactura, compelli, & retundi, cœpit.

Intereà, ex *Arce* diu, noctuq;, ſine miſſione, tormentis, bombardisq;, res acta fuit. Sic, ut pons ſubindè impeteretur. Nemine è *Suecis* eo loci vel comparere auſo. Tametſi verò glandes, inſtar grandinis, illic per aërem volarent. Nihilo-minùs agmina globatim *Rex* induxit. Foſſisq; illis antecurſoriis adrepere juſſit. Exanthlatis ità laborib⁹ improbis, oppidóq; periculoſis, miles ad pontem *Arcis* munimentum impetens vi expugnavit. Mox portam, aulamq; anteriorem, præoccupare tentavit. Sed cū pons ſublicius, in altum ſublatus, conatus eluderet. pauſa intervenit. At mox, tanquam conjunctis, ac denſatis, viribus, *Arx* utraq; ex parte, & quà civitatem, inſtar promontorii, proſpectat, & quà retrò tendit, vi expugnari cœpit. Qua ſub violentia mille, & quingenti, perierunt præſidiarii. Solus centurio ſubmiſſo poplite ſupplex à *Rege* jus vitæ & petiit, & obtinuit. *Monachos* viginti, & plures, numero. Adeóque quoscunque ſtricti enſis furor homines invaſit, laniena perdidit. Sic, per *Arcem*, aulam, ædem aulicam, ipſaque adyta myſtica, tanquam in

macello, mactatos intueri, horribile viſu fuit. M
ta tamen feminarum, monialium, ſenatorum, &
rorum præcipuorum, pars, ſervata. Qui lytro
tam redemerunt.

Hanc intrà *Arcem* quæ fuerit reperta anno
rei tormentariæ, machinarum bellicarum, ſupe
ctilis pretioſæ, argentique ſignati, cornu copia
ci vix poteſt. Quis Equile, tot nobilibus *Equis*
fertū? Quis *Vinorum* proventus, etiam in vigint
plures, annos ſufficientes, recenſeat? Ad ſumm
omnia, quæcunque ad regiæ Aulæ ſplendorem
diætam, requiri videbantur, hîc abundè ſuppe
bant. Militique in prædam cedebant

Quà ſitum, & munimenta, *Arx* hæc dubio p
cul cum munitiſſimis *Germaniæ* arcibus certare
terit. Nam ſuper petram excelſam, longâ à vic
montibus intercapedine remotam, ædificata
Undè noceri ipſi nequit. Adde, illam propugna
lis, munimentis, foſſis, atq; id genus operibus
amuſſim communiri. Intusque atriis, ac concl
bus, ſplendidis, expoliri, accidiſſe. Sic ad *Mœni*
jectum, fluminis tàm piſcoſi, quàm navigab
more cujusdam promontorii, proſpectat. U
commeatus, aliaque neceſſaria, commodè imp
tari poſſunt.

IV.

Thillyus ejusce Arcis vindicationem medi tur. Sed nimis ſerò.

Hoc pacto *Rex* fortunam identidem, expe
batur ſecundam. Quæ, ſimulátq; apud *Lipſ*
vultus ergà *Thillyum* corrugâſſet, tanquam re
in gratiam nollet, hoc ſupercilium, aſperitatem
cœpit proferre. Tametſi enim *Thillyus*, adjunctis
bi *Fuggeri*, *Altringeriiq*, copiis, in vindicationē *A*
Herbipolitanæ incūberet, fruſtra fuit. Cū enim *R*
per *Franconiā* ꝓgreſſus invitis cognoſceret anim
apud *Fuldam* exercitum recenſuit. Copiasque
nuò in verba jurare juſſit. Recenſita centum, &
ctogintà, duò equeſtrium ſigna: præter legio
pedeſtres benè multas. Hoc exercitu, comite F
denſi præſule, *Heſſis* malè credente, versùs *Aſcip*
gium movit. Ubi legiones *Lotharingicas*, duodec
hominum millia conſtituentes, partibus aſſci
ſuis. Et jam in eo erat, ut datâ operâ *Regem* ab
cis Herbipolitanæ expugnatione averteret. Sed
pondere hic quoq; elanguit conatus. Ecce! en
iam tùm *Rex*, nihil procraſtinare ſolitus, *Arcem*
pugnârat. Mutato igitur inſtituto, *Thillyus* res al
egit. Et, cùm penè per *Franconiam* conclamat
eſſet, *Rege* iam tùm univerſa ſic ferè regione, lo
exceptis paucis, potiente, exercitum versùs *Ba*
riam retraxit.

V.

Rex Epiſcopo Bambergico, cæterisq; Electorib Catholicis, conditiones pacis præſcribit.

Tam luculenta *Regis* felicitas etiam *Norinb*
genſibus perſuaſit, victori ſeſe ut permitt
rent. Neque languidius hûc propendere
debatur *Epiſcopus Bambergicus*. Modò id,
ne diſcrimine, fieri licuiſſet. Cui quidem *R*
iſtas obiecit, pro pace auſpicanda, leges: Vid
li

:*Epiſcopus*, cum *Capitularibus*, ilicet *Regi tres* au-
yriades dependeret. Fortalitia *Principatus* ſui
cipua, *Forchemium* utique, & *Cronacham* contra-
et. Singulis menſibus eos cenſus, quos *Liga-*
iis dependet, conferret. Militem denique è mi-
ı *Ligariana* revocaret. Fœderique nuncium mit-
ct.

Neceſſitate premente, *Epiſcopus*, unáq; *Capitu-*
s, eò inclinâſſe ferebantur, ſic ut *Regis* in verba,
oad fidelitatem, jurare velle viderentur. Sed,
òd *Thillii* illis in partibus adventus ſuaderet a-
d, tractatio illa, vix dùm inchoata, ſine effecto
t.

Rex nihilo-minùs, felicitate plenus, *Moguntino*,
lonienſi, *Trevirano*, *Electoribus Imperii Catholicis*, ſc-
entes præſcripſit conditiones. Modò arma à
eſare ſequeſtrare mallent. Et principiò quidem,
iid illis animi eſſet? Et utrùm hoſtium, ana-
icorum, in partes tranſire vellent? interrogare
epit. Dicerent illud absque ullo verborum
rcuitu. Eoque nomine, ſi pacem armis præfe-
nt, ſinguli ſingulis menſibus quadragintà *Fer-*
nandicorum millia dependerent. *Regique* quovis
mpore annonam, tranſitusque liberos, permit-
rent. Ex adverſo, *Cæſarem* neque conſilio, neque
: juvarent. Niſi provinciis privari malint. Sic
uoque *Auguſtanæ Confeſsionis* exercitium ſuis ſub
egionibus, *Scholasque*, & *Eccleſias*, inſtaurari con-
ederent. Bona, ac poſſeſſiones, hoc bello *Pro-*
ſtantibus ablatas, redderent. Inque horum o-
nnium fidem, ac confirmationem, fortalitia illa
raderent. Quorum denominatio penès *Regem*
tique futura ſit. Niſi hæ leges placere poſſint.
egem remediis illos præſentibus, videlicet ferro, &
gne, in ordinem redacturum.

CAP. II.

De Sueciæ Rege, Ducatum Herbipolitanum novas ſub leges vocante. Hanoviamque arte intercipiente.

I.

Rex Ducatum Herbipolitanum novas vocat ſub leges.

REgi pleraque ſuccedebant ex animi ſententia. Quò plures igitur regiones ſubjugaret, eò majores acquirere conſueverat vires. Ut jam quoque novè per *Franconiam* conclaſſaret. Novisque ſub triumphis, ac plauſibus, novas colligeret copias. Qui ſicut hoſtes terrebat fortitudine, pari ſelicitate conjuncta. Ità amicos, ac clientes, facundia, & blandiloquio, delinire ſategit. Hac civilitate *Equeſtres* per *Franconiam* ſcitè quoq; demulſit. Ut excuſaret, ne ægrè ferrent, quòd cùm exercitu intrâſſet provinciam. Illisque eſſet moleſtus. Minimè malignitatis hoc ſignum eſſe. Ut potiùs à neceſſitate hujus temporis bellica proficiſcatur. De cætero, ità *Regem* eſſe affectum. Ut protector, & tutor, illis accedat. Regiumque ſanguinem pro omnibus patriæ, *Germaniæq;*, amantibus, fundere non dubitet.

Inter hæc, *Thillyus*, ſpe vindicandæ *Arcis Herbipolitanæ* decollante, per *Intuergos* iter tetendit. Aliisque cogitationibus præcordia implevit. Sic ut in tranſitu *Hanoviam* tentaret. Ea verò repugnante, *Babenhuſam* occupavit. Qui cùm, in *Bambergenſes* usque, aſcendens, eò locorum *Regis* conatibus obſtaret. *Rex*, reconverſis agminibus, *Rotenbergam Tubarinorum*, *Cæſareanis* illinc exactis, mòxq; *VVerthemium* propter *Mœnum*, in poteſtatem redegit.

Siquidem ergò *Ducatu Herbipolitano*, totaque ſic ferè *Franconiâ*, potiretur, infrâ ſcriptum diploma, quo quidem novum regimem, novasq; leges, introduxit, per *Epiſcopatum* illum *Herbipolitanum* divulgari curavit. Ad ſatietatem usq; inquit, toti terrarum orbi, omnibusq; in univerſum, innotuiſſe, quo pacto *Rex*, poſt amicas, urgentes, at ipſo effecto irritas, conteſtationes, & ammonitiones, ſubindè fruſtrà operam, & ſudorem, perdere, tantúmque non eludi, cœpiſſet. Sic, ut poſt graviſſimas, clàm palàm, adversùs omnium gentium jura, regnis, ac provinciis, ſuis intentatas, molitiones, datasq;, ſine cauſſa offenſiones, conſanguineis, agnatis, partimque veteri ex lege confœderatis, deeſſe ne quidem ſuſtinuerit. Dùm adversùs *Pacis* tàm *Religioſæ*, quàm *Secularis*, ſanctiones, illos à bono tempore vehementer affligi accidiſſet. Ut non tàm ex affectu, commiſerationis pleno, voluntateq; divinâ indubiè in partes veniente, ſed etiam pro neceſſariâ ſtatus, regnorumque ſuorum, confirmatione, excitatus, ſuperiori *Anno M. DC. XXX.* cum exercitu, in *Rugiam*, *VSedomumque*, inſulas, transfretârit. Feliciterq; illis recuperatis, in *Pomeraniam*, horribiliter à regionum depopulatoribus laceratam, proceſſerit. Usque dùm, divina auxiliante gratia, diverſisq; ab alto aſpirâtibus victoriis, poſt tot aditus, portus, ac clauſtra, in poteſtatem redacta, hoſtes non tantùm universâ *Pomerania*, ſed etiam toto *Electorali Marchionatu*, procul ultrà *Viadrum*, *VVartam*, *Havelum*, & *Albim*, ejecerit, ac profligârit. Ità factum, ut finitimos *Electoratus*, ac provincias, inprimis verò præcipuum illum *Ducatum Megapolitanum*, unà cum adjunctis dynaſtiis, vindicârit. Legitimisque, & hæreditariis, *Principibus*, inauditâ cauſsâ condemnatis, & in exilium actis, reſtituerit. Eâdemque operâ ſubditorum tàm animas, quàm corpora, à patriæ corruptorum manibus, in libertate repoſuerit.

Tametſi jam verò confidenter animum obfirmaſſet, futurum, ut, intuitu id genus triumphantium, totiusque mundi cogitationes longè antevertentium, progreſſuum ſuorum intuitu, adverſarii præſentaneam *Altiſſimi* manum, ſuper id genus tyrannicis actionibus, vindictam poſcentem, abundè notarent ſibi: Simulátque, quò, intermiſſis diverſarum regionum deva-

vaſta-

vaſtationibus, pax *Imperio* reddi, præcipuiq; *Ordines* ab afflictionibns, hûc usque exanthlatis, liberari, poſſint, operam darent. Melioremque viam calcarent. Nihilo-minùs oppidò contraria emerſiſſe omnia. Ut, ſuperpondii loco, nihil dubitârint, etiam *Saxoniæ Electorem* aliâs conſtantiæ, quietisq; nomine, apud omnes in univerſum, ſine diſcrimine, etiam hoſtes ipſosmet, tanquam firmam, fidamq;, *Imperii* columnam, commendatum, hoſtilibus armis impetere. Dùm initiò quidem, extrà litem verſantes, *Epiſcopatus* infeſtârint. Mox patrimonium *Electorale*, poſſeſſionesque illas antiquiſſimas, invaſerint. Sic, ut, contrà *Imperii* conſtitutiones quascunq;, pactaq;, & conventa, particularia, tot diverſas, præcipuasq;, civitates, vi injecta, expugnari. Utráque aliquot oppidulorum, pagorumq;, centurias, funditùs everti, contigerit. Quibus iſtis graviſſimis illatis offenſionibus ſtimulatus, coactusq; *Elector*, tàm pro propria, quàm ſuorum, defenſione, unà cum *Rege* arma ſociare. Fœdusque jungere, non neglexiſſet.

Secundùm hæc, *Regem* confidentiſſimè præſumpſiſſe. Ità eſſe, ut *Rom. Imp. Ordines*, præſertim *Ligariani*, oppreſſionis ſociorum maximè exoſi dominatus, introductionem abominentur. Et tanquam legitimi patriæ amatores, querqueros id genus proceſſus, *Germanicæ* nationi ſuperinducendos, haudquaquam approbent. Sed potiùs in reductionē pacis reſtabiliendasq; *Imp.* cōſtitutiones, oculos, ſenſusq;, coniiciant. Aut duntaxat, ab hoſtilibus armis ſeſe abſtinentes, neutri partium aſtipulētur. Quippe laudabile *Electorum Collegium* non ſemel, ſed iteratò, ſed ſupremis apud *Ratiſpon.* comitiis, publicis verbis conteſtari cœpiſſe. Quàm ipſi hoc bellum nunquam approbâſſent. Id quod, illis invitis, prorupiſſet. Ut juxtà porrò amicitiæ intemeratæ continuationem litteris offerre ne dubitârint quidem. Hoc nomine tùm *Regem*, ſub fœdere, cum *Galliæ Rege* icto, recepiſſe. Se quidem cum præfatis *Ligarianis*, incorruptæ amicitiæ lege, experturum. Modò illi paria facere. Armaq;, tanquam ſive amici, ſive neutri, ſequeſtrare cogitent.

Interim, eo tempore, quo *Rex*, ſecundùm *Saxoniæ Electorem*, apud *Lipſiam*, in conſpectum hoſtium ꝑduxiſſet, prorsùs eveniſſe contrarium. Dùm *Ligarianorum* vires & contrà ſe ſtetiſſent. Et, poſt luculentam à *Deo* ſibi indultam victoriam, hoſtilia arma protuliſſent. Hac de re in *Franconiam* ſe moviſſe. An ſic, juxtà victoriæ illius proſecutionem, pacis corruptores in rectas pacis conditiones pertrahere. Collapſæq; tàm *Religioſæ*, quàm *Secularis*, *Transactionis*, ſic ferè collapſæ, reſtaurationem procurare, quitus eſſet. Sic *Papebergenſi*, & *Herbipolitano. Epiſcopis*, tanquam *Ligariani* corporis membris, tolerabiles à ſe offerri cœpiſſe conditiones. Quibus illi cōmodè potuiſſent acquieſcere. Sed à partibus *Herbipolitani* non niſi ſub ferro, ac tormentis bellicis, ſibi reſponſum fuiſſe. Sic, ut ſatis cauſſarum, atq; abundè, oblatum ſit. Cur in interiorem *Epiſcopatum* penetraret. *Deo* igitur ſecundante eveniſſe, ut, potiſſimis *Epiſcopatus* locis in poteſtatem redactis, benè munitam *Arcem Herbipolitanam* injecta vi expugnaret.

His ità peractis, non ſibi occaſionem defuiſſe opportuniſſimam, potentiamq;, qua, ex veterrima talionis lege, idem faceret, atque exſequeretur, quod reliquis fidelibus *Imp. Ordinibus*, totidemq; *Confeſ-*

ſionis ſuæ privatorum hominum, ſine cauſſa a
ctorum, millionibus, antè accidiſſet. Verùm, q
animo regio id id gen⁹ enormitates, & vindict
minimè ferretur. Sed poti⁹ in reproductionē
neſtæ, ſecuræ, commendatæq;, totum per *Imper*
pacis, unicè inclinaret.

Jam verò appareret, magnam *Epiſcopatus He*
politani partem pro tempore nulli domino fide
ramenti obligari. Cæteros verò, ſuprà dicta F
ciſo *Epiſcopo* jurejurando devinctos, citrà neceſſi
(ſi quidem tolerabiles pacis conditiones illi co
giſſet offerri) derelictos, & deſertos, eſſe. Proi
rem ipſam poſtulare. *Regemq́;* eò clementiſſimè
mis propendere. Ut intereà tàm provinciæ, q
ſubditorum, curam ſuſcipere cogitet. Quous
Altiſſimus, pro ineffabili ſua providtiaē, contro
ſiam, præſentemque fabulam, læto aliquo exo
beare. Pacemq; exoptatam interjungere, di
tur. Eo fine ſe provinciā in protectionem adm
ram. Certamque regiminis normam, ſuffectis
ſonis idoneis, præſcripturum.

Proindè *Regem* ſeriis verbis quibuscunq;
fectis, quæſtoribus, prætoribus, Conſulibus, S
toribus, civibusq;, mandare. Irent: Et, à publ
tione præſentis diplomatis, nec non ſuperio
intimationibus, locis ſolitis comparerent. Fid
que darent, aſtringerentq;. Unáq; cæteris, q
cunq; proponentur, legibus, mandatisq;, mo
gererent. Prout nunc igitur *Rex*, ſuper obedie
debita, nihil dubitet. Ità affectum eſſe, obedien
morigerosq;, in protectionem, tutelamque ad
tere. Conſcientiis libertatem exercitiumq; per
tere. Uſumque jurisdictionis, privilegiorum, c
ſuetudinumque, clementiſſimè conſervare. It
jam præpoſiti regiminis provincialis auxiliis,
ac beneficio, uti frui queant. Ex adverſo, in c
temptores gratiæ huius regiæ, ea pro ſe veritat
nimadverſurum eſſe. Qua quidem illi cenſear
digni. Sic, ut prævaricationes impunè haud la
ſint.

II.

Sueci, arte Hanoviam. Steinaviam verò
Mœnum oppugnando, capiunt.

Simulátque diploma illud eſſet divulgatum,
ſuper *Hanoviam*, qua arte occupari poſſit, inj
contemplationem. Eo fine ſex equeſtrium coh
tes, & pedeſtrium, equis utentium, manum,
Hubaldo tribuno, eò dimiſit. Qui magnis itineri
ex *Herbipoli*, & *Carlſtadio*, profectus, ſpatio unius
ei, & noctis, illic, intrà horam quintam, ac ſexta
matutinam, commodè appulit. Ope ergò parar
rum adjutus, ponè *Arcem*, mox in vallum per aq
pervénit. Occiſisq; excubitoribus, reſeratisq; p
tis, in civitatem penetravit. Nec mora: ſingul
induſtria portas, *Veterem* à *Nova* civitate ſeparāt
occluſit. Ne præſidiariis è *Nova* ſuperveniendi
teret facultas. Sic faciliori negotio *Cæſareani*
Veterem, in armis renitentes, ſuperati ſunt. Civil
non-nullis, ut ferunt, fortè unà, dùm militibus
ſcentur, vulneratis.

In poteſtatem redactâ *Veteri*, *Hubaldus* tribu
per præconem proclamari juſſit, miles parce
ſpolio, & civibus, perq; vallum quietus eſſet. M
Nova cives, defenſoresq;, ammonuit, ponerent

na,maloque caverent. Centurio *Cæſareanus*, No- præfectus, initiò rem extrà periculum arbitra- ,ſuos juſſit eſſe ſecuros. Quod enim non pu- et fieri poſſe, ut *Sueci*, unius noctis intervallo, *ranconia* eo usque pertingerent, judicavit, è vi- io *Aſcipyrgio Cæſareanos*, quos quidem pridie ad- caſſet, intrâſſe. Tandem, re compertâ, ar- , defenſionemque, retentavit. Sed ſeriùs, ibunus enim *Suecicus*, tormentis in *Novam* di- ctis, oppidò ei ferociam expectoravit. Im- ſſasque prædictas equitum cohortes, reſera- portis, impreſſionem tentare juſſit. Licet i- ur centurio clàm, pretio emptum, dimiſſurus et famulum, ſociorum, in proximo excubanti- ,auxilia imploraturum. Nihilo-minus à *Sue*- ,mora omni præcisâ, ad deditionem compelli epit. Qui, in anguſtias redactus, fidem *Comitis* ploravit. Nimirùm, imperata facturum: ſicu- antè *Comes* conſenſiſſet. *Comes*, in vallum à *etis* deductus, interroganti reſpondit, ſeſe, tan- iam captivum, ſuique juris haud eſſe. Ipſe *nturio* videret, quid expediret. Ad hæc ille roga- cœpit, miſſio ſibi, militibusque, daretur, ſub ſar- nulis, duplicisque armaturæ genere. Negavit oc tribunus *Suecicus*. Potiúsque imperavit, cives uicunque in lares patrios recederent. *Centurio* erò, unà cum duabus cohortibus ſuis, armis in- erſis ad portas *Novæ* ſeſe ſiſteret. Arma poneret. Gratiæque, ſive humanitati, *Suecorum* ſeſe permit- eret. Hoc peracto, tribuni *Suecici* humanitas edititiis arma inferioris, ut vocant, generis beni- nè magis, quàm ex pacto, illis retribuit. Simul- ue eos, quicunque *Regis* ad militiam tranſire vel- nt, ſtipendiis obligavit. *Centurio* intrà cuſtodiam emanſit, multis gregariis apud *Suecos* nomina ſua im profitentibus. Captus ibidem eſt *Mercius Baro*, liique officiales *Cæſarei*, nuper ſub pugna *Lipſica* ulnerati. Et intrà *Hanoviam* valetudinem curan- es. Tribunus verò, ſive gubernator, *Suecicus*, pri- ùm *Arce*, mox *Veteri*, *Novâq;* *Hanovia*, ex voto po- tus, ſine mora à finitimis *Ordinibus Catholicis*, *Vetteraviæq; Dynaſtis*, more militari, tributa ex- git.

Intellecta felici *Hanoviæ* occupatione, *Rex Her- ipoli* exercitum, ex utroque *Mœni* littore, *Aſcipyr- ium* reduxit. Defenſores, *Regis* ſeveritatem refor- nidantes, non exſpectato hoſtium adventu, lo- um, anteà diſpoliatum, deſeruêre. Quem *Rex* ili- et præſidio firmavit, *Steinaviamq;* perrexit. Hoc- e oppidum, *Mœno* adjacens, ab octogintà præſi- liariis defendebatur. Quibus melior *Titan* im- lebat præcordia. Ità, ut, more *Aſcipyrgicorum*, oſte nondùm etiam viſo, minùs de fuga cogita- ent. Hi igitur manipuli, vel integrum exerci- um ſuſtinere auſi, eò usque ſub oppugnatione du- ârunt. Usque dùm magna mœniorum parte tor- mentorum vi dejecta, cùm ſpes in anguſto fo- ret, honeſtam facerent deditionem. Undè, more militari, liberrimè, æquis ſub conditionibus, dimiſſi.

**
*

CAP. III.

De Francofurto, in Regis poteſtatem veniente.

I.

Rex Sueciæ potitur Francofurto.

AD *Franconiam* hac parte, vel ipſo nomine teſte, *Francofurtum* ſpectat. Urbs hoc tempore, ſi quæ per *Rom. Imperium* altera, privilegiis, *Cæſarum Rom.* inaugurationibus, mercibus, nundinisq;, nec non ædificiis, & jam denique ſuperadjectis propugnaculis, foſſis, ac munimentis, inſignis, ac ſplendida. Illius enim nomenclatura, & etymon, quo quidem *Francofurtum* vulgò, id eſt, *Francorum Vadum*, dicitur, *Francis* originem debet. Quod optimæ notæ *Poëta Elegiacus*, idemq; *Francus*, ſuperiori ævo, repræſentare conatus eſt his verſiculis:

Quà FRANCI *quondam, ſumptis in* SAXONES *armis,*
Lintea ſpumoſis applicuêre VADIS.

Quibus ferè, licet brevibus, accuratis tamen non minùs, quàm elegantibus, verbis oppoſitæ trans *Mœnum* alteriùs civitatis, ejusque huic urbi ponte lapideo conjunctæ, quæ de *Saxonibus* nomen præſcripſit, quoad etymologiam, ſimulátque ratio redditur.

Poſteaquàm ergò *Rex*, immenſis glorię, fortunæ, ac ſucceſſuum, calcaribus ſtimulatus, felicitatem illam proferre ultrà niteretur, *Hanoviâ* parvo labore ſuperatâ, minimè acquievit. Sed etiam nobile illud *Rom. Imperii Emporium*, *Francofurtum*, ad *Mœni* ripam in proximo ſitum, ſumma cum cupiditate, petiit. Ad hujus igitur, tanquam ad *Cajæ* alicuius, nuptias profectus, ingentem exercitum, viginti hominum millibus conſtantem, *V. Id. Novembr.* ex *Herbipoli*, iuxtà utramq; *Mœni* ripam, deduxit. Secundo flumine naves omnis generis commeatu, machinisq;, & apparatu bellico, plenas, dimittens. Quibus, quid vellet, eminùs, comminùsque deſignavit.

Ubi *Hanoviam*, ingenti incolarum ſub applauſu, intrâſſet, *Philippum Reinhardum*, *Comitem Solmenſem*, ad *Francofurtenſes* præmiſit. Cum poſtulatione: *Senatus*, communis rei *Evangelicæ* bono, *Regi* civitatem permitteret. Præſidiumque intrò reciperet. *Senatus*, tanquam ſydere percuſſus, ad hanc novitatem ferè expavit. Mallet ergò meliorem fortunam. Neque deſtitit ſatis arduis, graviſſimisq;, rationum momentis contrà pugnare, cauſſamq; ſuam ſolicita curioſitate perorare. Sciret *Rex*, quibus nominibus *Imperatori*, *Imperioq;*, hæc *Reſpublica* eſſet inprimis devincta. Quantumq; periculorum, ac caſuũ, extimeſcendum veniret. Parceret proindè. Neque contrà ſive *Cæſarem*, ſive *Imperium*, quicquam gravius imponeret. Potiúsq; neutralitatis, ut vocant,

lege ſecum experiretur. Sed legatus regius armatis inſtans precibus ſumma repugnavit cum confidentia. Decretiſſimum, regerens, *Regi* eſſe, civitate velle potiri. Auditâ hac ſententiâ, *Senatus*, miſſis ad *Regem* delectis, coràm conceptiſſimis verbis deprecari cœpit. Ibi *Rex* reddidit: Semel civitate ſibi opus eſſe. Neque fieri poſſe, hanc ut à tergo absq; præſidio relinquat. Ipſam neceſſitatem, belliq; rationẽ, pro ſe loqui, Illamque imponere legem. Neq; etiam vel à *Carolo* parente ſe ſic quidem erudiri cœpiſſe, tanti ponderis locum ut, poſt caput, ſine præſidio dimittat. Irent, *Senatui* hanc neceſſitatem inculcarent. Morasq; omnes præcipitarent. Aliter fieri haud poſſe. Niſi volentes hoc faciant, machinas adeſſe bellicas. Quibus, more clavium, uteretur. Tandem ſeveritati preces adjecit: Rogare ſe, Ne ultima exſpectarent. Sibique, quoad, præſidium intromittendum, tantoperè diffiderent.

Patres, quo in loco res eſſet, quámq; victricibus, & ampliſſimis, copiis parùm reſiſtere ſufficerent, perſpectum habentes tandem, ubi rationibus diu quidem, ſed fruſtrà, pugnâſſent, *Regi* tranſitus permiſerunt. Sic, ut legiones equeſtres, unáq; impedimenta, turmatim traducerentur. Agmina verò pedeſtria infrà *civitatem* navibus, lintribusque, tranſverſo *Mœno* devecta, exſcenſum facerent. Adjectâ hac ſub clauſulâ: Jam *Rex* illâ *Patrum* conceſſione ſatisfieri ſibi pateretur. Præſidiiq; rigorem remitteret. Hæc *Regi*, apud *Vffenbachium* ſubſiſtenti, nonnihil demulſerunt animum. Interim pleniſſimè haud acquievit, niſi pro evidẽti pontis defenſione, quo *Francofurtum*, & *Saxenhuſa*, intercurrente *Mœno*, conjunguntur, ſexcentos ſclopetarios regios admitterent. Eo cum reſponſo legati ubi in urbem revertuntur, ecce! *Rex*, non exſpectata completoriâ ſententiâ, integrum exercitum, *XV. Cal. Decembr.* civitati admovit. Moxque tàm equeſtres, quàm pedeſtres, legiones, eleganti ſub ordine, traduxit. Ità, ut, *Saxenhuſanam* per portam infuſæ, portâ *Bockenhemiana*, quæ *Höchſtariam* deducit, rectâ egrederentur. Relictis intrà *Saxenhuſanum* fortalitium ſexcentis, qui pontis cuſtodiam ſuſciperent. Quibus aliquantiſper *Rex* ipſe ſtipendia dividere juſſit. Traducta ſunt hoc die pedeſtrium ſeptuagintà quatuor, equeſtrium quadragintà quinque, ſigna. Inter quæ *Rex*, equo refulgens, humaniſſimo vultu, totiesque adaperto capite, concionem *Francofurtenſem* ſalutavit. Eâdemq; veſperâ, quâ *Höchſtaria Suecis* deditionem fecit, apud *Niddam* pernoctavit. Sequenti die viginti ſex equeſtrium ſigna denuò urbem tranſierunt. Navibus milite, tormentis, reque militari, inſtructis, ſecundo *Mœni* flumine, *Moguntiam* versùs, curſus dirigentibus. Neque minùs ex adverſa *Mœni* ripâ militaribus agminibus frementibus. Eademque via deſcendentibus.

XII. Cal. Decembr. Rex Francofurtum repetiit. Intráque *Cæſaris* palatium ſolenniter receptus, cum *Heſſiæ*, tàm *Caſſellanæ*, quàm *Darmſtatinæ*, lineæ *Landgraviis*, unáque *VVetteraviæ* dynaſtis, tùm quidem in urbe præſentibus, diverſis ſuper occaſionibus, ſermones ſociavit. Mox, nondum elapſo biduo, ubi à *Georgio*, *Heſſiæ Landgravio*, *Rüſſelsheimium*, in ſupercilio *Mœni*, ſitum, *Moguntiamque* proſpectans, fortalitium, in poteſtatem antè recepiſſet, *Höchſtariam* ſe contulit. Ubi, ſacro indicto, ſuper eo, quòd urbe *Francofurtenſium*, ſine cæde, & ſanguine, potiri c[…] piſſet, *Deo* vota, gratesque, nuncupavit.

II.

Regis cum Senatu Francofurtano transactio

ANtequàm verò *Rex* ad ulteriora proceder[…] ſuper rei ſummâ, cum *Francofurtenſibus* trans[…] git: Nimirùm jam, & deinceps, quàm diu præſe[…] *Proteſtantium* bellum continuaret, *Regi*, regiisq; e[…] ercitib⁹, per urbem tranſitus quovis tempore co[…] cederetur. Ex adverſo, *Regis* hoſtibus *S. P. Q. Fran*[…] *furtanus* hocce beneficium omninò negaret. M[…] tò minùs alio pacto quoviscunque gratificaret[…] Sed urbem ultimis viribus, usq; ad extremam, […] ajunt, ſanguinis guttulam, defenderet. Hæc […] parte urbis fierent, *Rex* verò *S. P. Q.* rectam, ſin[…] ramque, fidem promittit. Quâ quidem urbem a[…] versùs hoſtes quovis tempore tueri ſtudebit. […] mulátque privilegia, ſtatumque, ejus haud cont[…] babit. Quodſi deinceps pax per *Imperium* reco[…] ponatur. Tunc quidem hæc urbs, inter cæter[…] pacificationi ordine includeretur. Indemnitate[…] que, intuitu hujusce cum *Rege* transactionis, pe[…] tùs conſequeretur. Hæc *Rex* implebit.

III.


Rex, ſuper nundinis, commerciisq́, cavet, Fra[…]*cofurtenſibus.*

PRocedentibus expeditionibus regiis, *Senat*[…] porrò non deſtitit *Regem* ſubmiſſis verbis int[…] pellare. Dignaretur commerciis, ſub iſtis belloru[…] periculis, penè tùm collapſis, rursùs viam aperi[…] Quóque tàm peregrini, quàm domeſtici, tàm ve[…] ditores, quàm emptores, ſine *Religionis* diſcrimi[…] itineribus pacatis, ire, ac redire, poſſint, clement[…] providere. Simulátque hanc commercia exerce[…] di libertatem, præeunte diplomate, ad omniu[…] notitiam, divulgare.

Ad quam quidem petitionem, ſub exodium h[…] jus *an. M.DC.XXXI. Rex* illas tabellas publicari tù[…] juſſit. Quandoquidem, inquit, *Regi* haud eſſet o[…] ſcurum, quæ ad *Rom. Imperium*, aliasque gentes […] iam propria *Sueciæ* regna, omnes in univerſum […] continuatione tàm commerciorum, quàm prop[…] gatione nundinarum, neceſſitas, utilitasq;, redir[…] Hac de re *Senatui Francofurtano* jam anteà fidem d[…] diſſe. Futurum, ut, juxtà *Transactionem* prægreſſa[…] *Civitati* privilegia, jurisdictio, dignitas, ſarta tec[…] que conſtarent. Eorundemq; omniũ exercitiu[…] atque uſus, tàm ad Eccleſiaſticos, quàm ſeculare[…] tàm *Chriſtianos*, quàm *Iudæos*, extenderetur. Inpr[…] mis verò commercia reſtaurarentur. Quò ve[…] immunitas hæc etiam ad externos extendat[…] Peregrinique hac de re non minùs erudiantur. I[…] circò *Regem* chiliarchis, ac tribunis, ut etiam […] commune quibuscunque inferioris ordinis tàm […] queſtris, quàm pedeſtris, armaturę, militib⁹, ſeri[…] ſeverisque, verbis etiam ſub corporis, vitæque, p[…] vationę, mandare, Mercatores, inſtitutoresque, […] mnes, ac ſingulos, unà cum mercibus, ac miniſtr[…] ſine *Religionis*, nationis aut ordinis, diſcriminati[…] ne, quicunque *Francofurtum* negotiarentur. Me[…]

ces

Eigentliche Delineation vnd Grundtriß, des Feldlägers der Vnirten Fürſten bey Oppenheim, Vndter dem Commando Margrafen Joachim Ernſt von Brandenburg General Leütenant derſelben Armee. Nach ſeinem Rechten Maß alle Quartier auß getheilt vnd verzeichnet. Anno 1621.



. General Lieütenent. B. General über die Artelerei. C. Moras. D. Graf Fritz von Solms. E. Gen. Comiſſ: Helmſtetter. . Vnterſchiedliche Herren. G. Kriegs Raht. H. General Quartier Meiſter. I. Schreiber vnd Fiſcal. K. Gen. Prouoſt, Comiſſari, vnd andre Officirer. L. 3. Compagnie fußuolck zu 200. mañ, vnd Herren Brackels 250. mañ. M. 3. Comp: Infanterie. N. 6. Compag. zu 200. mañ ohn die Officierer. O. Platz der Wagen. P. 6. Compag: zu 200. mañ. Q. Marckententer. R. Moras.

1. Das Geſchütz. 2. Materialien. 3. Karn vnd Artellerei pferd. 4. Schantzengräber. 5. Zimmerleüht, Maürer, Schmidt, vnd andere handtwerksleuht. 6. General Leütenent, 7. gemeltes Gener: Leütenent Logament. 8. Ingenieür, Conducteür, vnd Contzolleür. 9. Botsknecht der Artellerei. 10. Conſtable vnd Büchſenmeiſter. 11. Ammunition vnd Commiß.

RPJCB

q; haud ſuſpectas cujuscunque ſortis importa-
t. Securè, impunéque, absq; ulla ſive emunctio-
, ſive moleſtia, ire, ac redire, permitterent. In de-
quentes conſtituto vitæ, capitisq;, ultimo ſup-
cio. Quo quidem tàm reus, quàm conſcius, ac
ator, quisquis facinus diſſimulârit, neque dete-
it, absque ulla exceptione, puniendus foret.

CAP. IV.

)e Rege Sueciæ, Rhenum ſuperante. Et Moguntiacum capiente.

I.

lector Moguntinus, non exſpectato Regis adventu, Coloniam Agrippinam diſcedit.

IAm præcipuas ad *Mæni* tractus civitates, potiſſimiq; nominis fortalitia, *Rex* redegerat in poteſtatem. Ut unicè *Rhenum* quoq; debellare cogitaret. Quo nomine apud *Höchſtariam* pon-
m *Mæno* impoſuit. Multumque navium, ponto-
umq;, quibus tormenta bellica, variaque, ad rem
ilitarem facientia, inſtrumenta, deveherentur,
umerum conquiſivit. Naves ingentis craſſamenti
ſeribus, ſic præmuniebantur, ut non ſecùs ac ſub
rica caſtrorum milites tegerentur. His haud vul-
aris commatis apparatibus *Gulielmus Heſſiæ Land-
avius*, ſuas ſuperinduxit copias numero, ut puta-
atur, decem millia æquantes. Prævisis illis appara-
bus, viribusq;, contrà ſe ingruentibus, *Elector Mo-
untinus*, *Epiſcopo Vormatienſi* comitante, cogitavit
e abitu. Receptisq; intrà *Moguntiacum* duobus *Hi-
anorum* millibus, defenſionem præparavit. Adq;
læni, Rheniq;, confluentes, quibus vadum obſtrue-
entur, naves, lapidibus, ac macerie, oneratas, di-
iſit. Palisq; circiter fundo impactis, *Suecos* tranſi-
u prohibere laboravit. Quibus ità præſtructis *E-
ctor*, usq; dùm hæc deſæviat fortuna, in *Vbios* re-
eſſit. *Hiſpanis* illis præſidiariis magnam, ac ſingula-
em, ſedis illius *Electoralis* defendendæ animoſita-
em præ ſe ferentibus. Quorum tamen inſolêti fe-
ocia cives tùm mallent caruiſſe.

Quid verò tùm *Sueci*? Hi, laboribus aſſueti, ſine
nora obſtructas *Rheni* fauces purgantes, vadum
eddiderunt navigabile. Intereà pars exercitus re-
ii citeriores has *Rheni* partes ad *Moguntinam* ſedem
pectantes, tametſi ab *Hiſpanis* præmunitas, invaſit.
Vallufiamq; civitatem expugnare cœpit. Tam *Hi-
panis*, quàm ruſticanis, arma ſociantibus, occiſis
erè omnibus. Quo terrore regionis ulterioris in-
colas percellente, *Rex* cæteris indemnitatem, ſecu-
itatemq;, promiſit, ſi ad quinquagintà *Ferdinan-
dicorum* millia, lytri vice, deponerent. Unáque
Regis in verba jurantes, eos menſtruos cenſus, quos quidem anteà *Electori* ſuo contuliſſent, dependerent.

In ordinem redactâ hac citimâ *Rheni* parte, loca ad *Lanum*, perque *VVetteraviam*, finitima in prædam venerunt. Sic, ut *Limburgum* civitas, ſaltibus *Abnobiis* adjacens, illic interciperetur quoque. Potiſſimus *Suecici* exercitus numerus, in ripa *Rheni*, apud *Caſsiliam*, diſpoſitus, loricis, operibusque, excitatis, *Moguntiaco* minabatur. Sed nondum apparebat via, quæ *Rex* copias traduceret. Civitatemque ſeriò urgeret.

II.

Rex, propter Oppenheimium, Rhenum tranſit. Eâdemq; civitate potitur.

BErnhardus quidem, *Dux Vinarienſis*, apud *Bingium*, trans *Rhenum* cohortes traduxerat. Jamque *Turri* illa inſulari, à muribus nomenclaturam habente, unà cum arce *Ehrenfelſa*, ceu vocant incolæ, potiebatur. Verùm, quòd *Norinbergenſes* tùm à *Thillyo* premerentur, auxiliaque expeterent, ab incœpto reſiliit.

Rex, accepto hoc nuncio, vel, quòd *Reip. Noricæ* ſuccurrere, vel alia commodiori parte *Rhenum* tranſire, vellet, *Calend. Decembrib.* per pontem *Francofurtanum* in *Intuergos* copias produxit. Ubi, rebus *Noribergenſium* (quibus de infrà) in melius mutatis, *Gernshemium*, *Benshemium*, *VVeinheimium*, *Heppenhemium*, *Starckenbergamque*, oppida finitima, ab *Hiſpanis* partim deſerta, partim dedita, ordine occupavit. Quibus præventis locis, opportunas ſuper *Rheni* tranſitu ſuſcepit cogitationes.

Paucis abhinc diebus, aſſumptis apud *Stockſtadam* lintribus, ipſe, comitum duntaxat ſtipatus ternario ingente audaciâ *Rhenum* trajecit. Quo munimentum, ex adverſo *Oppenheimii* parte poſitum, *Stellæq;* nomenclaturam adeptum, cognoſceret. Sed parùm abfuit, quin hoc loco *Rex* fortunam ſuam in numerato habens, confidentiâ nimiâ in *Hiſpanorum*, in hoſpites incurrentium, manus incideret. Itáq; maturrimè pedem trans aquas retulit. Fortunaq; adhuc velificante ad ſuos feliciter rediit. Sequenti manè, naviculatoris *Nierſteinenſis* operâ interveniente quingentorum manum in adverſa expoſuit ripa. Etiam hîc fortuna animoſitatem *Suecorum* adjuvit. Tametſi enim bis ſeptem *Hiſpanorum* equeſtrium cohortibus hæc parva *Suecorum* manus validiſſimis retunderetur conatibus. Nihilo-ſeciùs, hi cedere neſcientes, tàm diu ingruentium impetus ſuſtinuerunt. Usque dùm auxilia *Suecica* ſupervenirent. *Hiſpanosq;* intrà *Oppenheimium* compellerent.

Profligatus ea parte *Hiſpanis*, *Rex*, epinicii, vel precum matutinarum, loco concinere juſſit Pſalmum CIII. *Benedic, anima mea, Iehova: omnia inteſtina mea nomini ſanctitatis ejus.* Quo finito, aliquot inſuper tàm equeſtres, quàm pedeſtres, legiones, unà cum tormentis, traduxit. Moxque ipſe trajecit. Contráque *Oppenheimium*, illúdque à ſtella nomen adeptum, munimentum, oppidò direxit, *Munimentum* ergò deditione accepit. *Civitate* verò vi expugnata, quingenti ex *Hiſpanorum*

norum pertæſis, arma, & fortunam, *Suecorum* adjuvantibus. *Rex*, ea parte, qua *Rhenum* ſuperavit, ſempiternæ memoriæ igitur; columnam, ſive obeliſcum, poni juſſit.

III.

Legiones Hiſpanicæ, & Lotharingicæ, Palatinatus Inferioris partem illam deſerunt. Regi verò Moguntiacum deditur.

CONjunctim tàm *Regis* virtute, quàm fortunâ, paſſim prævalentibus, non inanis terror tàm *Hiſpanos*, quàm *Lotharingicos*, *Palatinatus*, defenſores, inceſſit. Ut, relictis inferioris notæ oppidis, pars intrà *Francothalam*, pars *Moguntiacum*, confugerent. Ità, ut unica *Francothala*, quæ per *Palatinatum* defenſionem parabat, ſupereſſet. Eadem confuſione *Vormatiâ* exceſſerunt *Lotharingici*. Poſteaquàm civitatem anteà, argento, auroq;, ſupellectilique pretioſâ, emunxiſſent. Potiſſimosque civium, ulteriùs exercendos, ſecum abduxiſſent.

Redacto hac via in ordinem *Oppenheimio*, *Rex* rectà exercitum *Moguntiaco* admovit. Seriisque in *Hiſpanos* ivit conatibus. Illi quidem initiò repugnantes ſtrenuè ſuo loco non defuêre. At *Rex*, graviſſima belli negotia celeritate confici, edoctus, magnâ induſtriâ ſic legiones admovit. Ut intrà tormentorum conjectum conſiſteret. Foſſas civitatis præoccuparet. Portasque arietaret. Cùm igitur ſub coronâ in civitatem impreſſio tentanda inſtaret, *Hiſpani* ſpiritus ſubmittentes, *Idib. Decembr.* certis ſub conditionibus, deditionem fecerunt. Ità tormentorum pari, armis utriusque generis, ſarcinulisque, permiſſis, excedentes, ſub ſtipatoribus, *Lucenburgum* deduci cœpêre. *Rex*, *Moguntiacum* intrans, ingentem tormentorum, pulverisque pyrii, & id genus apparatus, numerum invenit. Occupatâque *Electorali Arce*, DEO, pro hac quoque victoriæ parte, indictis feriis, vota, ac grates, nuncupavit. *Ordinibus Eccleſiaſticis*, *Chriſtianis*, *Hebræisq;*, magnâ pecuniarum impensâ, ceu lytro, expilationem redimentibus.

CAP. V.

De civitatibus, ulterioribus, intrà Palatinatum Inferior. Franconiam, Wetteraviamque, ſitis, Suecorum in poteſtatem venientibus.

I.

Königſteina fortalitium, Moguntinis ereptum, à Rege Stolbergio Comiti redditur.

POſt *Moguntiam* itidem continuâ *Sueco-rum* felicitate in ordinem redactam, in finitimas illis in partibus civitat- pari eventu, ac ſucceſſu, itum eſ- *Rheingrafius* enim *Suecicarum* partium cæſis apud *Trorbachium* novem *Hiſpanorum* eque- ſtrium, *Francothalam* tendentium, cohortibus *Simmeram*, itemq; *Baccharacum*, *Caubam*, *Poppartum* & *Veſaliam ſuperiorem*, ſucceſſivè occupavit.

Ejusdem fortunæ melioris *Heſſi* participes, interceptis *Falckenſteina*, *Reiffenbergaq;*, *Königſteina*, fortalitio montano, caſtra admoverunt. Usque dùm *IX. Cal. Ianuar.* deditionem fecit. Quâ præeunte *Rex* arcem *Stolbergio Comiti*, cujus ſub poteſtate fuerat anteà, reſtituit.

II.

Fridberga, VVeteraviæ civitas, cum Brunfelſ- arce, Suecis ceditur.

HÆc dùm cum *Moguntiaco*, *Konigſteina*, & illi- *Rheni*, partibus aguntur, ecce! per *VVetera- viam* defenſores *Hiſpani* ſponte *VVetzflariam*, *Geln- huſamq;*, deſerunt. Reſtabat unica ferè *Fridberg-* Quæ cùm ſuper deditione à *Suecis* poſtularetur *Ludovicus Verreickenius*, loci præfectus, absque per- miſſu *Philippi* de *Sylva*, nomine *Regis Hiſpaniarum* *Infer. Palatinatus Gubernatoris*, ſeſe locum permitte- re non poſſe, paciſci cœpit. Impetratis hoc nomi- ne induciis decendialibus, miſerunt *Fridbergenſes* tàm *Caſtri*, quàm *Civitatis* nomine, *Crucenacum*, qu- id percontarentur. Rogarentq;, parceret *Guberna- tor* rebus *Civium* afflictis. Neq; majorem ſuperad- deret periculis ſub præſentibus afflictionem. *Hi- ſpanus*, indignatione plenus, etiam nondùm audi- tis, nunciari juſſit, tàm *Caſtrum*, quàm *civitatem*, i- neceſſitatem usq; ultimam, eſſe defendenda. Ho- ſe imperare. Nihilo-minùs loci præfectus, quò- rebus ſuis diffideret, præſidium in proximam ar- cem *Brunfelſam* tranſtulit, Illic ut accuratiorem inſtitueret defenſionem. Ipſe verò, cum familia, conſilio neſcio quo, intrà *Fridbergam* remanſit.

Hæc ubi ad aures *Chriſtophori Hubaldi*, gubernatoris *Hanovici*, perveniſſent, ſine mora is tàm *Caſtrum*, quàm *Civitatem*, *Fridbergenſium*, immiſſo præſidio, nomine *Sueciæ Regis*, occupavit. Præfectum verò *Hiſpanicum*, neſcio quam fortunam illic exſpectantem, arreſto attinuit. Eò, quòd pactas transgreſſus eſſet inducias.

Quòd igitur hoc tempore fortuna rideret *Suecis*, etiam *VVeteraviæ Comites* in bellicontubernium hæc pertraxit felicitas. Sic, ut ipſi collecto milite obſiderent. Paulóque deinceps in poteſtatem *Brunfelſam* redigerent. Quo facto *Hiſpani* univerſa *VVeteraviâ* ſunt exacti.

III. Spi-

III.

pira, Landavia, Cronevveiſeburgum, in partes tranſeunt Suecicas.

Aribus fidibus fortuna per *Palatinatum* reliquum cantabat *Suecis*. Tametſi enim unica *rancothala* per *Hiſpanos* pararet defenſionem. *Spira* men, *Landavia*, & *Cronvveiſeburgum*, civitates, felitatem ſequebantur *Suecicam*. Sic, ut his in tractius, pro *Suecis* conclaſſaretur acerrimè. Parvoque emporis ſpatio legiones confluerent.

IV.

lanheimium, fortalitium Archipalatinum, intercipitur.

QUod ſuperioribus annis, non ſine magnis tàm laboribus, quàm ſumptibus, ad deditionem ompulerat *Thillyus Manheimium*, præcipuum illud *rchipalatinatus* fortalitium. Hoc *Bernhardus*, *Dux inarienſis* nullo ferè labore, nullaque impenſa, ſed rte, intercepit. Dùm, per cuſtodum inertiam, irreſit. *Germanisq;* parcendo, cæteros, eosque exteros, ecidit. *Maravalius* centurio, eiusq; ſignifer, lytro erſoluto, dimitti quidem cœperunt. Sed neq; ſic uidem impunè. Poſteaquàm enim, purgandi huus facti cauſſa, *Heydelbergam* veniſſent, tribunus *Ligarianus*, ſub ultimo ſupplicio, in utrumq; animdvertit. Eò, quòd locum, probè munitum, proq; atione belli *Ligarianis* neceſſarium, ſine cauſſa, anquam rem vacuam, per ignaviam perdidiſſent.

V.

Guſtavus Hornius occupat Mariæthalam.

EOdem, quo *Regi*, ſereno ridebat fortuna vultu *Guſtavo Hornio* quoq;, archiſtratego regio. Qui cùm integram, à diſceſſu *Regis*, per *Franconiam* retinuiſſet phalangem, ſatis felices illis ſub partibus non minùs fecit progreſſus. *Mariæthalam* igitur, ſupremi illius *Ordinis Teutonici Magiſtri* ſedem, obſidione cinxit, tandemq; deditione cepit. Quanquam enim tàm *Cæſareani*, quàm *Ligariani*, locum fortunæ *Suecicæ* eripere tentarent. Nihil tamen agentes propoſito exciderunt. Inq; *Suecorum* manus, novum hîc trophæum erigentes, cum damno inciderunt.

VI.

Idem Heilbrunnam in poteſtatem redigit.

VBi ergò tàm *Eccleſiaſtici* homines, quàm cives, pecuniis non exiguis diſpoliationis periculum redemiſſent, *Hornius Heilbrunnæ*, quantumvis ſub hyeme, caſtra admovit. Paulò antè, defenſionis ergò, *Cæſareus* legatus, *Oſſa* legionem *Lotharingo-Pfaltzburgicam*, decem ſignis conſtantem immiſerat. Ità, ut civitas diaria præberet. Equeſtres verò finitimi menſtruos ſuppeditarent cenſus. Contrà hos *Hornius XIII. Cal. Ianuar.* nocte intempeſta manum præmiſit equeſtrem. Quæ civitatem coronâ cingeret. Quibus præeuntibus, ſub diluculò, per tubicinem poſtulavit: *Lotharingici* traderet locum, ſibiq; permitterent. At præfectus *Lotharingicus*, ſeriò hoc negans, diverſis è partibus *Suecos* ſalutabat tormentis. Sic, ut equos proſterneret aliquammultos. Ea intellecta obſtinatione, *Hornius* à meridie, binis denuò miſſis tubicinibus, non deſtitit *Senatū* codicillis interpellare. Viderent nempè, quibus commodiſſimis rationibus præſidio ſeſe exonerarent. Absq; hoc fore, ut ipſe modum ineat, quo hoſtes poſſit eiicere. Interim, civium, eandem ſecum *Religionem* profitentium, cauſsâ, male ſe extremis ſuperſedere remediis. Huic inſtituto remis, quod ajunt, velisq; repugnavit præfectus. Potiùsq; urgere cœpit cives, arma ſecum ſociarent. Hoſtesq; pari opera reiicerent. Sed penitùs hoc illi negârunt. Ut magis in larium, quàm communis civitatis, defenſionem ferrentur. Has inter dividias nihilominùs præfectus rem egit tormentis. Nihilo-minùs procedentibus diebus civitatis molendinum, à ſexagintà *Lotharingicis* defenſum, ſuperârunt *Sueci*. His præliminaribus provecti, proximum labefactârunt propugnaculum. Sic, ut, vi tormentorum, illud deiicerent. Reiq; baliſtariæ magiſtrum, pluresq; è defenſoribus, è medio tolleret. *Lotharingici*, eo loco non vanam impreſſionem metuentes, poſteaquàm denuò ſuper deditione per novum tubicinem ſolicitarentur, circà veſperam, quod dicitur, porrexerunt herbam. Pactis ergò conditionibus idoneis, liberè emigrârunt: Magna *Gallicanorum* tùm parte ad *Suecos* deficiente.

Hornius, intrà civitatem admiſſus, ædem *Teutonicam*, tanquam hoſpitium, occupavit. Quam rem graviter tulit ædis præpoſitus. Cui *Hornius* ſic oggeſſit. Etiam jam tùm ſedem *Teutonici Ord. Magiſtri Regis Suecorum* verſari ſub manibus. Cur ergò cæteris, ad *Ordinem* ſpectantibus, abſtineret ſe bonis? Quod igitur hic locus rebus gerendis videretur opportunus, ilicet quingentis veteranis ſub *Smidbergio* illum firmavit. Supellectilia *Catholicorum*, eò ſecuritatis ergò, antè redacta, in rationes, & fiſcum, venerunt. Unáq; è finitimis tractibus, frumenti, viniq;, proventus intrà civitatem, tanquam granarium quoddam, ſtrangulari cœperunt. Mox eadem ſors *VVimpfenam*, *Vlmam Nicri*, aliaque confinia oppida, excepit: Leges *Suecicas* admittentia.

Io. Petri Lotichij

RERVM GERMANI CARVM

LIBER XLIII.

CAPVT I.

De Thillij rebus. Legatoque Hiſpanico, nomin Ferdinandi II. Imp. cum Saxoniæ Electore ſuper pace, communicante.

I.

Thillyus, Rotenburgo, & VVinshemio, Franconiæ oppidis, recuperatis, urget Noribergam.

PAulò antè de *Thillyo, Noribergam* urgente, prelibatum eſt. Ut tùm, obſidionem formidantes, *Norici* auxilium *Regis* implorarent. Poſtquàm igitur *Thillyus*, junctis cum *Fuggero*, & *Altringerio*, copiis, *Rotenburgum Tubarinornm*, *VVinshemiumq*;, recuperâſſet, circà *XIV. Calend. Decembr. Noribergæ* admovere exercitum. Magnamq; tàm commeatus, quàm pecuniarum, quantitatem exprimere, tentavit. Sed utrumq; pernegârunt *Noribergenſes*. Tanquam igitur ſub corona invadere vellet urbem, legiones ſuperinduxit. Totiesq; ſub ſignis tenuit, tanquam ſubindè facturus impreſſionem. Inter hæc, urbs totis conatibus in defenſionem incubuit. Exiguique temporis ſpatio, novis ſuperadditis operibus, loca defecta confirmavit. Quibus magno operarum fervore peractis, cohortes regiæ, ſub *Solmeio Comite* inibi merentes, diverſis velitaribus, ſub præliis, *Cæſareanos* fatigârunt. Parique diligentiâ è turribus, vi tormentorum, non abſque effecto, res tùm quidem geſta eſt. Sic, ut omnia ſeriam ſpectarent ad defenſionem, ſi quid *Thillyus* vellet. Senatus enim è civium, operarumque, nec non præſidiarii militis, numeris, trigintà hominum millia, intrà mœnia recenſuit, delectuque probavit. Quorum operâ, inſtantè neceſſitate, uteretur.

II

Idem, Norico relicto, VVilt Zburgum fortalitium occupat.

SEd, quòd tùm ratio belli obſidionem urbis,
quidem ſeriis conatibus defenſionem parantis
Thillyo non ſuaderet, *Donavvertham* versùs, rebu
ſic urgentibus, præcipiti feſtinatione, copias de
duxit. Quæ improviſa celeritas non fuit absqu
infortunio. Nam in itinere, ſive ex incuria, ſiv
inſidiis, conflagrante pulvere pyrio, magna ſu
per exercitum incubuit ſtrages. Ut tàm tormen
tis ipſis, quàm legionibus, cæterisque apparati
bus, damnum inferretur haud modicum. Ea in
tellecta ſortis adverſitate, ferunt tùm quidem ex
clamâſſe *Thillyum*. Jam demùm pluribus à ſe depre
hendi indiciis *Fortunæ* verſuram. Quæ, nuper etian
ſibi blandiri ſolita, nunc mordeat, favoreq; in indi
gnationem commutato, iraſcatur. Inq; caput ſuun
præter exſpectationem, ex transverſo conjuret, a
ſæviat. At felix eo tempore, & terque quaterqu
fortunatus, *Rex*, *Rheni, Mœniq*; illis confluentibus
educebat versùs *Herbipolim*. *Noribergenſibus* utiqu
opem laturus. Sed, cognito *Thillii* diſceſſu, ſuper
Moguntiaci obſidionem oculos retorſit: copiasqu
retrò flexit.

Interim *Thillyus* cum exercitu versùs *Nördlingam* promovit. Cúmque exindè *Heilbrunnæ* vindicationem agitaret animis, fortunâ impeditus novercante, priùs deditionem oppidi intellexit, quàm ipſe eſſet in via. Eo fruſtratus propoſito, *VViltzburgum, Onoltzbachianæ* ditionis fortalitium, vel, ejus loco, *Carolshemium*, *Onoltzbachum*, *Rothemiumq*;, poſtulavit. Diu renitentibus, illis, quorum intererat, tandem, vi, minisq;, injectis, *VViltZburgum* dedi cœpit. Quem locum, *Suecis* haud parùm obſtantem, *Thillyus*, immiſſo *Pappenheimio* juniori, ilicet idoneo roboravit præſidio.

* * *

III. Le-

III.

[L]egatus Hiſpanicus, permittente Ferdinando II. Imp. cum Saxoniæ Electore, ſuper pace particulari, communicat.

PErturbatis, poſt *Cæſareanorum* apud *Lipſiam* cladem, divulſiſque *Imperii* rebus, ſucceſſus illos *Guſtavi, Sueciæ Regis*, nimiùm nimiùmque ſecun[d]os, reſpiciens *Imperator*, ſuper remediis, quibus [c]urrenti huic externorum fortunæ habenas inji[c]eret, cœpit deliberare. Ibi inter cæteros, *Hiſpania[r]um Regis* apud aulam *Cæſareá* legatus, *Marchio Carrettanus*, proponere cœpit, nomine *Regis Catholici*, [ſ]e *Saxoniæ Electorem* utiq; tentaturum, ſi *Cæſar* permitteret. An illum in partes reducere. Aque *Suecis* ſegregare ſuſtineret. Non diſplicuit *Cæſari* illud legati officium. Qua de re ille *Henricum Paradiſium, Baronem Erſcheidenum*, nominavit. Qui in *Saxoniam* pergeret. Coràmque cum *Electore*, nomine *Regis Catholici* ageret ſequentibus: Nimirùm *Hiſpaniarum Regem* toties, ac ſæpiſſimè, operam impendiſſe, quò per *Rom. Imperium* pax tàm ſalutaris, quàm ſecura, redintegraretur. Hocq; fine cumprimis *Oratori* ſuo in mandatis dediſſe, Videret ſedulò, quibus rationibus amicitia, hactenùs inter *Regem*, ejuſque *Familiam Auſtriacam*, & *Saxoniæ Electorem*, interrupto tenore exercita, deineeps quoque ſarta tectaque conſervaretur. Siquidem verò hoc tempore, præter omnem exſpectationem, ingentes animorum utrinque occurrant dividiæ. E quibus veterrimæ illius neceſſitudinis potiùs ruptura, quàm conſolidatio, veniret metuenda. Ideóq; *Regem* conſtituiſſe, eò omnes cõvertere velle cogitationes, deditáq; operâ eniti, quò ſic, idoneâ interveniente interpoſitione, colliſio hæc periculoſa emendaretur. Modò illud *Electori* non ingratum accideret. Semel hoc verò ſtatueret *Elector*, nihil antiquius eſſe *Regi*, quàm ut *Elector*, ejuſdemque tota poſteritas, fortunæ incremento uterentur proſperrimo. Ut in ſingularem amoris, fidei, & affectus ſui, conteſtationẽ, hîc totus propendeat. Proindè *Regi* ſuo hanc viam viſam eſſe conſultiſſimam, placeret *Electori*, gravamina, ac pretenſiones ſuas, codicillis cõſignare. Juxtáq; par hominũ, preſens ad effectũ, idoneorum, certum ad locũ dimittere. Et tùm quidẽ *Oratorẽ* Hiſpanicũ, quò idẽ à *Rom. Imperatore* obtineri queat, enixè daturũ operã. Quib⁹ utrinq; convenientibus eæ partes *Oratoris* future eſſent, ut quoad ejus fieri queat, ſe arbitro, inſpectis utrinq; differentiis, reconciliatio, & pax, recomponi amet.

IV.

Ad propoſitionem Hiſpanici legati, reſpondet Elector Saxoniæ.

ILlam ad *Hiſpanici* legati intimationẽ, ſic tùm quidem excepit *Elector*. Videlicet, ex omnibus illis, q *Marchio Carrettanus* proponi juſſiſſet, apparere, inter *Familiam Archiducalem*, & *Electoralem Saxonicam*, tantùm, pacem haud univerſalem, ſed particularẽ, quæri. Jam *Electoris* illas partes eſſe, ut *Hiſpaniarum Regis* ſtudiũ plenis, quod dicitur, tibiis cõmendet, eò, quòd pacis ſecuræ reproductionẽ, reædificare per *Imperium* tantopere, defatigetur. Ut porrò ergà *Electoralem Saxonicam* familiam, inſignem animi declaret benevolentiam. Quò nomine nihil non *Regi* debeat *Elector*. Oretq; officioſè, vellet *Rex* hanc *Chriſtianã*, ac laude dignã, voluntatẽ ulteri⁹ ꝓferre.

Cumprimis igitur *Electorem* in memoriam ſibi revocare ſingularis illius amoris, fideiq;, conſtantiam. Qualis ab aliquot ſic ferè ſeculis *Auſtriacam* inter *Familiam, Domumq; Electoralem Saxonicam*, laudabiliter fuiſſet exercita. Quæq; cõmmoda, utilitates, laudeſque, indè utramq; in familiã, adeóq; totũ *Rom. Imperium* emanãſſent. Profectò, majorũ imitatione, ab adito *Electorali*, & jam, *Dei* gratiâ, per unum, & viginti, annos continuato, regimine, ſibi nihil magis cordi fuiſſe, quàm ut hæc mutua laudabilis, utiliſq;, confidentia conſervaretur feliciter. Magis magiſq; conſolidata, ad poſteritatem uſq; tranſiret. Hæcq; omnia modò non primis nataſſe in labiis, ſed toto corde à ſe in effectum deduci cœpiſſe. Ut nihil ad ultimam diligentiam reliqui fecerit, quàm ut pax, & quies, tanquam in quibus gentilium olim ſapientiſſimi præcipuam felicitatis humanæ partem poſuiſſent, intrà *Rom. Imperii* fines conſervaretur. Differentiæ, dividiæq;, ipſo in limine dirimerentur. Noxia iſta diffidentia, tanquã atrox *Reipubl.* peſtis, quàm maturrimè è medio tolleretur. Ex adverſo mutua inter *Ordines* & amica, confidentia, reſtauraretur. Inprimis *Cæſari*, tanquam ſupremo *Imperii*, reverendiſſimoque, capiti, ex debito, fides, amor, atque obedientia, conferrentur. Illius autoritas, citrà quam nulla ſubſiſteret poteſtas, unáque leges fundamentales, cæteræque *Imperii* cõſtitutiones, tàm caput, quàm membra, obligantes, integrè conſervarentur. *Electoribus, Principibus, Ordinibuſque*, privilegia ſua conſtarent. Deniq; unuſquiſque in univerſum juribus uteretur ſuis. Sic, ut *Iuſtitiæ* curſus minimè interciperetur. Libertaſq; *Teutonica*, multo cum tot heroum ſanguine parta, perq; *Dei* gratiam hûc uſque generoſè defenſa haud labefactaretur.

Quantam ſubmiſſam fidem, cultum, obedientiam, conſtantiamq;, ergà *Cæſarem* identidem declarâſſet *Elector*. Quanta, & quàm fidelia, utilia, generoſa, & memoratu digna, officia illi, unáque toti *Familiæ Auſtriacæ*, & quidem duro tempore, quo, plerorumq; hominum opinione valdè periclitari cœpiſſet, rebuſq; ſic quidem in anguſtis recta fides, ingenuuſq; amor, probari meruiſſet. *Elector* intrepido animo præſtitiſſet. Ut modò non vitam, fortunaſq;, dignitatẽ, & honorẽ, provincias, & populos, in acie, quod dicunt, novaculæ poſuerit. Sed etiam pericula, odia, & ſimultates, præcipuorum *Magnatum* ipſe, cum ſuis incurrerit. Hæc omnia nõ tantùm in totius *Imperii* oculis verſari. Verùm inſuper famâ per totũ *Chriſtianum* orbem, finitimaſque gentes, eſſe divulgata. Ut iccircò operæ pretiũ non ſit, omnia, vel pleraq; tædioſa recapitulatione hoc loco velle ſuperinducere.

Neque ſaltèm ſic cœpiſſe *Electorem*. Sed & *Cæſari* obedientiam, ac devotionem, ſed & amorẽ, ac verſùs *Archiducalẽ* familiam propenſionem, identidem, ac ſemper, conſtanti tenore perſeverâſſe. Ut nihil vice verſa à *Cæſare* juſto, mitique, pioque, quàm *Cæſaream* clementiam, gratiam, juſtitiam, protectionem, tutelamque. Ab *Auſtriaca* verò familia rectam, ſinceramq; amicitiam, exſpectare deberit. Præſertim, cùm etiam gentiles, quibus aceto lota præcordia, tàm conſtantis monetæ fidem,

profuturaque officia, gratanter remunerari conſueviſſent. Juxtà verò *Electori*, familiæque ſuæ, promiſſiones factæ eſſent luculentæ. Futurum, ut hæc omnia larga manu retribuerentur. Neque ſe meminiſſe poſſe, unquam quicquam vel à ſe deſignatum fuiſſe. Quo *Cæſaris* indignatio ſive provocari. ſive *Imperii* legum, conſuetudinumque, læſio allegari, quita ſit.

Illud quidem nequaquam negari. Poſteaquam per hoc *Imperium* militares invaluiſſent difficultates. Conglaſſationes, migrationes, diſpoliationes, exactioneſque, cæteræque id genus enormitates, ad ſummum evaſiſſent. Regiones, civitateſque, everterentur. *Electorum, Principum, Ordinumque* dignitas, honor, atque exiſtimatio, à profanis, indomitiſq;, militibus protritè haberetur. Dùm ea fuiſſet illorum ratio, tanquam *Electores, Principes, Ordineſque*, legibus *Imperii*, bono ordine, & honeſtis moribus, prorsùs extinctis, bello victi, & domiti, ſubque acerbum ignominioſæ ſervitutis jugum miſſi eſſent. Tùm quidem *Electorem*, tanto ſub diſcrimine *Imperio* fluctuante, ab annis aliquammultis diverſis *Cæſarem* interpellâſſe codicillis. Subque ampliſſimis deductionibus fideliſſimè repræſentâſſe, quanta mali, infortunii, neceſſitatiſque, lerna tàm *Rom. Imperio*, quàm ipſimet *Cæſari, Auſtriacæque* familiæ, impendere queat. Hac ratione flagitari cœpiſſe, vellet *Cæſar* tantæ tempeſtati quàm maturrimè idoneum applicare remedium. Pacemque ſalutarem, longiùs profligatam, reſtituere. Cruentiſque id genus bellis, ac regionum depopulationibus, finem modumque imponere. Neque verò iſtîc acquieviſſe *Electoris* ſedulitatem. Sed inſuper pretioſam ſuperiori *Anno M.DC.XXX.* miſiſſe *Viennam* legationem. Omnia ampliſſimis verbis recapitulâſſe. Supremiſque apud *Ratiſponam* ſub comitiis, in puncto bonorum *Eccleſiaſticorum*, vigore *Edicti Cæſarei*, Anno *M.DC.XXIX.* publicati, repetendorum, tàm ſolicitis, quàm urgentibus, verbis, bonâ fide inſtitiſſe, remediumque efflagitâſſe. Interim majorem in dies evaſiſſe hominum malè feriatorum licentiam. Exactiones ulteriùs exaſperari cœpiſſe. *Edictumque*, ſub *Executionis* militaris rigore, ad effectnm ſpectâſſe. Ut, inter hæc, neque *Electorali* familiæ *Saxonicæ*, tàm præclarè meritæ, parſum ſit. Dùm *Electoris* filius, in *Coadjutorem Primatus, Archiepiſcopatuſque, Magdeburgenſis*, cum promiſſione de ſuccedendo, à *Capitularibus*, incredibili cum conſenſu ſolenniter, & legitimè, poſtulatus, nihilo-minùs, cauſsâ prorsùs inauditâ privari, exturbarique, voluiſſet. Tametſi vel *Cæſari* in limine hanc rem *Elector* litteris expoſuiſſet. Nemoque, tanq̃ in re per *Imperiũ* notoria, contradixiſſet.

Quòd igitur cæteris nõ minùs *Ordinibus, Proteſtantibus*, inprimis *Civibus Auguſtanis*, in cauſſa *Religionis*, afflictiones duplicarentur. *Electorque* ab illis omnibus ſine intermiſſione urgeretur, promiſſiq; *Electoralis*, antehac ſub *Anno M.DC.XX.* dati, ammoneretur. Iccircò *Cæſari* idem *Electorem*, ſub *IX. Calend. Septembr.* Anno ſuperiori *M.DC.XXX.* codicillis prolixè ſcriptis, denuò remonſtrâſſe. Petitioneq; ſuperiorẽ, quo in tẽpore remediũ malo quæreretur, optima fide iterâſſe. Sub illa adjecta clauſula. Niſi ſub onere gementib⁹ *Ordinibus* occurreretur, *Electorem* ſecùs facere haud poſſe, quin afflictis illis *Proceribus* conventum proximè indicat. Deque rerum ſumma placidas ſuſcipiat de-

liberationes. *DEUM* verò, hominumque fidem
ſe obteſtari, nullatenùs inordinatis motum cogi-
tationibus hæc omnia ſuſcepiſſe, quò *Cæſari* ſto-
machum moveret. Multò minùs ut autoritati eju
ſupremæ, quàm utique ſemper habuiſſet in ocu-
lis, tàmque optimâ, ſinceràque, fide defender
collaborâſſet, quicquam unquam detraheret. V
rùm enim verùm, ſancti illius juramenti religi
nem hûc impuliſſe. Quâ quidẽ tàm *Imperatori*,
Imperio, obligaretur. Ut ex officio *Electorali* amor
ac fide, ergà *Imperatorem*, affectu, ſinceraq; ergà *A*
ſtriacam familiam propenſione, ſecùs facere
quidem potuerit. Ut non minùs propriæ d
gnitatis, ſtatuſque, reſpectus, intimumq; pacis d
ſiderium, quò quies, ac tranquillitas, reduci, *Imp*
riumque priſtino flori reddi, queat, hancce lege
præſcripſerint. Neque ſolam hîc interveni
Electoris curioſam ſedulitatem. Dùm, ſub *Elect*
rali diæta, ſuperiori Anno *M.DC.XXVII.* apud *Mü*
huſium celebrata, ſuper id genus militaribus exce
ſibus, *Cæſar* ammoneri cœpiſſet. Tùm minim
novum, ſed in *Imperio* receptum eſſe morem illu
Unáque ultimam idem ſuis verbis poſtulare *C*
ſaris conſiliarii eæ interveniant partes. Ne illu
ad quod tàm juramenti ſanctitudine, quàm loc
& officio, reſtringitur, diſſimulet. *Imperiique* cau
ſam & ſalutem, negligat. Sub ſpe, fore, ut nihil ha
in parte in concinni, & cujus juſta non queat re
di ratio, à ſe deſignatum ſit. Sic, ut, ſuper mod
ſtiæ, obedientiæque, plenis illis ammonitionibu
judicium totius orbis haud reformidet.

Etiam *Hiſpaniarum Regem*, tùm, cùm ab initi
hi motus per *Bohemiam* gliſcerent, hoc ſibi teſt
monium per legatum ſuum in aula *Cæſarea* ordin
rium, *Comitem de Ognata*, ejuſque ſubdelegato
ſub *Anno M. DC. XIX.* plena manu contribuiſ
Nempè *Electorem* illum eſſe, qui leges conſtant
aſſereret. Hocque nomine perennem ſibi con
pararet famam.

Hæc nunc, & plura, *Electorem* præſtitiſſe. U
denuò, merito ſuo, hac laude fraudandus no
ſit. Quippe, neceſſitate ipſa flagitante, totq
intervenientibus querelis, & cohortationibu
Electorem impulſum, *Electoribus*, *Principibus, Or*
dinibuſque, Proteſtantibus, conventum aperuiſ
apud *Lipſiam.* Sub quo tantùm non illa, qu
jura divina, humanaque, dictant, legeſque, co
ſtitutiones, & conſuetudines, *Imperii* permittun
ſolicita, fidelique, & haud clancularià, operâ del
berari. Sed *Cæſari* inprimis, nomine legatoru
tùm præſentium omnium, ampliſſimâ, eaque fu
damentali, deductione, ſuper extraordinariis,
minimè tolerandis, *Imperii Ordinum* afflictionib
intimari cœperint. Sub ſpe firma, & indubi
Cæſarem tantis malis medelam applicaturu
eſſe.

Poſtquàm verò, loco remedii, & fomenti, certi
ſimi, *Cæſar*, ad aliorũ inſtigationes, in *Electores, Prin*
cipes, Ordineſque, etiam inauditâ cauſſa, amari ſapo
ris mandatis, tàm *Inhibitoriis* dictis, quàm *Avocato*
riis, fulminâſſet. Tùm quidem ab *Electore*, humili
ma fideliq; mentis ſub ſignificatione, *Apologeticũ* e
manâſſe, eo ipſo tempore, quo *Cæſaris* legatus ad
veniſſet. Ut juxtà autographis ad *Cæſarẽ* nõ modò
ſed *Cæſaris* primogenitũ, *Ungariæ* & *Bohemiæ, Regem*

diligen

genter directis, idem datâ operâ ſolicitârit. Eó-e collimârit. Quò *Cæſari* cauſſæ relatio optimâ e coràm peragi. Tùm cogitationes *Cæſareæ*, ex-emites, ac benignè, naſci poſſint.

Siquidem verò, ſine mora, copiæ *Cæſareæ*, ex *Ita*-evocatæ, primùm *Suevicum*, dein *Franconicum*, *rculos*, vi injecta militari, eò adegiſſent. Ut modò n legiones, pro defenſione tàm juribus divinis, àm profanis, licita, conſcriptas, exautorarent. ecretumque *Lipſicum* illud, ſuper univerſali illo *perii*, Anno *M. D. LV.* publicato, *Receſſu* propriè ndatum, non ſine inſigni *Saxonis*, & *Brandeburgi-Electorum*, cæterorumque *Ordinum Proteſtantium*, ntemptu, etiam litteris teſtibus, ejurarent. mmò verò, inauditâ illa ſub *Imperio* vi compulſo-à, ſub tributorum jugum denuò redigerent. Im-ò majores inſuper exactiones imponerent. Ea ofectò ejuſmodi fuiſſe, qualia *Electoris* animum ille modis ſauciâſſent. Interim exactam ſecum ævaluiſſe tolerantiam. Ut ſpes ſuas illicò non queſtrârit omnes. Sed, etiam contrà ſpem, ni-ilo-minùs rectiora ſperâſſet.

Tametſi interim *Thillyus*, poſt crudele illud *agdeburgi* excidium, præ oculis habuiſſet *Sueciæ egem*, quo cum bello experiretur. Nihilo-ſeciùs m totam exercitus ſui, ad tot hominum millia currentis, molem, etiam abſque prævia denun-atione, contrà ſe, in *Saxoniam* convertiſſe. Da-naque ſine numero excitaſſe plurima. Ut ſpo-is, ac rapinis, replerit paſſim omnia. Nedùm vel *rincipum, Comitumque*, viduis pepercerit. Aliiſque genus exceſſibus nullum neque modum, neque nem, fecerit. Neque ſic tùm quidem acquieviſſe rchiſtrategum illum. Ut etiam amari ſaporis co-icillis, in ſe, quantumvis ex antiqua, eminenti-ne, familia oriundum, præclariſque meritis in-gnem, iverit. Ut aliâ hederâ tàm ſacrum caput eritò coronari ſit dignũ. Interim, etiã ſic quoq; *lectorem* obtinuiſſe antiquum. Hoc eſt, patientiam eteris reſpectibus ferè omnibus prætuliſſe. Immò oc nomine legatos ad *Thillyum*, apud *Oldislebiam* ubſiſtentem, direxiſſe. Illudque, quod ad pacis eductionem, emendandamque animorum col-iſionem, tùm pertinere videbatur, conceptis ver-is ſolicitâſſe. Pari ſtudio litteras ad *Moguntinũ*, *Co-nienſem*, & *Bavarum*, *Electores*, dimiſiſſe autogra-phas. Quibus impendiò corrogârit, bonâque fide cohortatus ſit, mediis uterentur mitioribus. Ex-remis ſeſe abſtinerent. Afflictos ad deſperata con-ilia ne adigerent. Fortunæ fallaci ne nimiùm cre-derent. Illique rei totius ſummam porrò non per-mitterent. Denique ſibi, rectæ fidei, utili, præclaré-que merito, *Electori*, tanquam totius orbis fabulæ, hanc ſive gratiam, ſive compenſationem, haud re-tribuerent.

Præter hæc, diverſis, iiſque amantiſſimis, hanc n rem, codicillis, ad *Electorem Moguntinum* directis, ſum ſe fuiſſe. Ut etiam *Apologetico* ſatis prolixo, oque cum fundamento deducto, *Decretum* illud *Lipſicum* tueri cœperit. Legatiſque ſuis, *Francofur-tum*, ad *compoſitionis* diætam, dimiſſis, idem præ-ſcripſerit. Diligenter, cum *Ord. Catholicorum* lega-tis, profutura utrinque ventilarent. Quid? quòd *Georgio, Heſſiæ Landgravio*, toties inculcâſſet. Iret ſi-mulátq;, penéſq; *Electorem Moguntinum*, ac cæteros *Ordines Catholicos*, operã nõ pœnitendã navaret.

Sed neq; ſic quidem remedium affulſiſſe. Quippe *Thillyum*, tametſi, jam tùm è *Thuringis*, adversùs *Sueciæ Regem*, exercituum reduxiſſet, intraque *Marchionatũ*, apud *VVerbenã*, oppoſuiſſet, nihil-ominùs, ſub *Cæſarei* nominis periclitatione, relictis *Suecis* in *Saxoniam* recurriſſe. Etiam hunc actum *Electori* animum perturbâſſe. Ut, niſi amor pacis viciſſet, adventantibus copiis ſuo, intra patriam collecto, exercitu nocere potuiſſet. Neque cauſſam, quò minùs id faceret, defuiſſe. Interim, maluiſſe ſe vel hîc proprios vincere impetus. Neque hoc quoque momento præcogitâſſe, futurum, ut ulla ſibi hoſtilitas, nedùm crudelitas, paulò poſt inſecuta, inſtaret. Sed magis, tanquam *Germani* ſanguinis *Electorem*, *Germanâ*, integerrimâque, fide rectiùs ſperâſſe. Hocque nomine *Fürſtenbergium Comitem*, copias ex *Italia* reducentem, alioſque *Circulos* opprimentem, per provinciam ſuam ſecurè dimiſiſſe. Ut etiam hoſpitalitatis officium in illum conferre non ceſſârit. Id quod ipſe *Fürſtenbergius*, litteris teſtibus, gratanter deprædicare nullus dubitâſſet. Cùm ex adverſo, ſicubi volupe fuiſſet, *DEO* ſecundante, & tranſitum illi intercludere, & proprio cum exercitu in illius caput educere, potuiſſet. Sic enim fieri licuiſſe, antequam *Thillyus* & *Fürſtenbergius*, copias jungerent, jam tùm vires illæ debilitarentur. Sed longè pluris apud *Electorem* fuiſſe fidelem, ſubmiſſamque, devotionem, ingentemque ergà *Cæſarem*, & *ConElectores*, amorem. Ut amicæ pacis deſiderium primas obtinuerit partes. Sic factum, poſtquàm *Thillyus* indicâſſet, ſibi, nomine *Cæſaris*, ſuper præſente *Imperii* ſtatu, vel per ſe, vel per ſubdelegatos, agendum eſſe. *Elector* eum in finem nominârit *Mörſeburgum*. Immò ipſemet, tantò luculentiùs conteſtandæ ſuæ, tàm versùs *Cæſarem* reverentiæ, quàm in pacem propenſionis igitur illa ſubdelegatorum inſtructio ſatis tùm quidẽ foret aculeata. Propoſitionisq; ſumma illa exiſteret: Nempè *Elector* non modò ſuo loco conclaſſationibus ſe abſtineret. Copias *Cæſari*, quò bello *Suecico* citiùs finis imponi poſſit, ſub ſolitis cenſibus, permitteret. Sed etiã confœderatis *Electoribus*, *Principibus*, *Ordinibuſq;*, idẽ perſuaderet. Eos à rebus novis retraheret. *Cæſarea* mandata veneraretur. Neque extrema mitioribus præferret. Nihilo-minùs *Electorem*, jam tùm quoque *Thillyanis* in præfecturas, *Electorali* menſæ, aulæque, deſtinatas, vim injicientibus, multipliciter licet offenſum, verbis illis, ſeſamo, ac papavere, ſparſis, modeſtè uſum eſſe. Videlicet, ſe denuò, ac porrò, devotionem ergà *Cæſarem* perſeveraturum. Eandemque cæteris *Ordinibus Proteſtantibus* inculcaturum eſſe. Sub hac adjecta declaratione: Quò pax, & tranquillitas, quantò ociùs reproduci poſſit, ſe humilimo hoc ſub voto legationem ad *Cæſarem* directurum. Interim rogare *Thillyum*, eò uſque parceret inſontibus *Electoris* provinciis, ſubditiſque. Armis noxiis, violentiſque, manum ſubduceret. Magiſque in univerſalis pacis reſtaurationem, quàm ſanguinis fuſionem, ferretur. Omnibusq;, quod dicitur, copiis id genus commendatæ bonitatis propoſitum minimè impediret, ſed proveheret. Profectò totius mundi in oculis rem novam, abominationiſque plenam, fore. Si intereà dùm cum *Electoribus*, *Principibus*, *Ordinibusq;*, *Catholicis*, apud

Franco-

Francofurtum, amicæ compoſitionis aperitur, inituruque, ratio. *Electorque Moguntinus*, hac de controverſia interpellatus, rem omnem amantiſſimis verbis eò rejicit. Res armis, ſumâq; decidi velit violentiâ. Undè non modò animi utrinque graviùs divellerentur. Sed ipſam ad deſperationis neceſſitatem adigerentur. Nedùm vel etiamnunc *Electorem* ſive credere, ſive exſpectare, poſſe. Hoc *Cæſarem*, juſtumque, deſignare velle, ut *Electori Saxoniæ*, præclarè merito, armis illatis gratia rependatur. Cùm neque *Electores* collegiati, ratione juramenti, vinculique, intervenientis, hoc admittere poſſint. Nedùm vel ipſe *Thillyus* aut ſuadere, aut exequi velit.

Jam nihilminùs ſive *Electorem*, ſive quoſcunque, quorum intereſt, ſuſpicari debuiſſe, quàm hoc, fore, ut propoſita, ac directa, illa ad *Cæſarem* legatio, ſub tàm miti, pacificaque, declaratione, rejiceretur. Quòd *Thillyus* cōceptis verbis diſertè reclamâſſet. Eam eſſe præſentis temporis faciem, ut *Cæſar* id genus declarationibus acquieſcere nequeant. Ut magis diverſis vicibus, & jam paulò antè, ſevera ex lege mandârit. Si fortè *Imperii Ordines*, inſuper habitis *Thillij* adhortationibus, *Cæſareis* mandatis locum non relinquant. Decretum *Lipſicum* non ejurent. Militem conſcriptum, ſub ſolitis cenſibus, ac tributis, oppidò, & effectivè, haud permittant, *Cæſarique* morem gerant. Eo fine *Thillyus* in eos omnes, operâ exercitus *Cæſarei* illud executivè ſuſciperet. Quod quidem *Cæſaris* præeminentia, autoritas, ſublimitaſque, in puncto mandatorum transgreſſorum, poſtulare videbuntur. Ea in verba *Thillyum* denuò urgere cœpiſſe. *Elector*, ſine ulteriori moræ extractione, *Cæſaris* tàm *Avocatoriis*, quàm *Inhibitoriis*, mandatis ſatisfaceret. Eaſque, quas per ſubdelegatos ſuos propoſuiſſet, leges admitteret. Alioquin, ſi ſecùs eveniat, ſe manus abſtinere non quitum eſſe. Quin ea, quæ quidem in mandatis nomine *Cæſaris* habeat, efficiat. Ità enim inevitabilem neceſſitatis rationem, bellique legem, depoſcere.

Dictum factum! Ab extrema enim illorum verborum parte, *Thillyum* univerſo cum exercitu provectum occupâſſe *Mörſeburgum*. Inque *Saxoniam* hoſtiliter ingredientem incendiis, rapinis, ſpoliis, expilationibus, viduarum, virginumque, conſtuprationibus, aliiſque id genus haud inferioris notæ exceſſibus, per latera militum ſuorum, ſæviiſſe. Ut in hujus calamitatis deſcriptionem nullus ſufficiat calamus. Sine animi ægritudine tragœdia ne referri quidem ſatagat. Nedùm inter ipſos ferè barbaros immaniora patrari queant. Quò enim ea ſpectet ſævitia? Quòd apud *Zeitzam* cancellario, conſiliariiſque ſuis, manus intuliſſent, impactis reſtibus capita rotâſſent, fidiculas pollicibus intorſiſſent, cæteraque ejus farinæ flagitia perpetrâſſent. Hæc omnia *Electoris* animum plus juſtò vulnerâſſe. Nihilo-minùs, etiam hiſce ſub immanitatibus, *Cæſaris* reſpectum, paciſque, ac quietis, deſiderium præponderâſſe. Sic, ut, poſtquàm relicto *Mörſeburgo* rediiſſet *Lipſiam*, exercitum, illic caſtris diffuſum, *Torgam* adduceret. **Eo inſtituto**, quò, in proximo duobus excubantibus **exercitibus**, à partibus *Electoris*, exceſſibus, aliâs evenire ſolitis, fieret medicina. Interim *Electorem* litteras ad *Thillyum* dediſſe verbis efficacibus plenas. Nempè loca

præoccupata redderet. Exercitum ex *Electorali*
trimonio deduceret. Neve ulteriùs offende
Neceſſitatiſque, ac defenſionis, legem non im
neret. Adjectis proteſtantibus verbis. Verùm
hæc omnia ſurdas *Thillyum* præbuiſſe aures. C
ptas hoſtilitates non ſequeſtrâſſe, ſed auxiſſe.
ut deinceps *Lipſiam*, civitatem ſuam tàm patrir
nialem, quàm provincialem, admotis caſtris o
deret. Ferro, ignique, anguſtaret. Uſque dùm,
ceſſitate præventa, deditionem faceret. Id
Naumburgo, *VVeiſenfelſæ*, *Quedlinburgo*, aliiſque
vitatibus, tùm uſuveniſſe. Quibus militem im
ſuiſſet.

Poſteaquàm igitur *Elector* neque precibus, n
flagitationibus, neq; rationibus, neq; ammoni
nibus, nedùm oblationibus, quibuſcunq;, o
nuiſſet quicquam. Neque, ſecundùm *DEVM*,
ulla, niſi in armis, affulſiſſet ulla. *Electorem*, ſup
pondii loco, ultimò codicillis, apprimè ſcrip
Thillyum præmonuiſſe, ſed conatu itidem fruſ
neo. Quòd igitur ratio, viaque, alia appareret
la, præter exſpectationem, atque ex tranſve
Electorem eò evidenti neceſſitate adactum fu
Ut, citrà omnem voluntatem intuitu hono
conſcientiæ dignitatis, ac nominis, ſubditoru
que ſub igne, ferroque, hoſtili gementium, op
que lacrymis, ac ſuſpiriis, implorantium, coact
aliter facere haud potuerit, quàm promotis
ſtris cum *Sueciæ Rege*, in proximo ſeſe tenente,
res, copiaſque, ut ſociaret. Inque hoſtes, perm
tentibus tàm divinis, quàm naturæ, omnium
gentium, juribus, educeret. Etenim jam tùm, p
ter *Thillyum*, etiam *Altringerium*, novis cum co
etiam *Tiffenbachium*, *Mareſchallum* militarem,
gionibus per *Sileſiam* conglobatis, *Saxoniæ* ſuæ
minuiſſe. *DEO* ergò ſecundante, ſe, cum *Sueciæ R*
obviàm, atque in conſpectum, produxiſſe. Etia
nunc illa ſub ſpe, futurum, arbitratus, ut armis m
tuò maſculè oppoſitis, res adhûcdùm, interveni
te tractatione, componi poſſet. Sed etiam
propoſitum decollâſſe. Poſtquàm enim exerc
utrinque moviſſent propiùs, *Thillyum* ilicet di
xiſſe aciem, tantùmque non provocâſſe. Quâ p
visâ illius cupiditate, etiam *Suecicas*, *Saxonicaſq*
copias pugnam deſiderâſſe. In quam deinceps, a
que ulla locorum prærogativa, itum fuiſſet. Il
ſupremum illum, cœli, terræque *Iudicem*, *DE*
Opt. Max. cauſſæ meliori patrocinantem, præeu
animoſo, cruentoque, prælio, luculentam *Su*
Regi, ſibique *Electori*, victoriam indulſiſſe.

Ab eo tempore quantis, quàm diriſque mili
ris ſævitiæ generibus *Hennebergicum Comitatū*
lacerâſſet *Altringerius*, *Tiffenbachius* verò, pari au
cia provectus, uſque ad *Dreſdam*, ſedem ſuam, ſp
liis, incendiiſque, rem egiſſet, eſſe in propatu
Triſtemque locorum faciem, ac ruinas, loqui.

Quæ cùm ſic quidē cōparata forent omnia, j
Hiſpaniarum Regi, omnibusq; in univerſum, judi
tu fore opportunum, quantam fidē, obedientia
circumſpectionem, reverentiam, conſtantiamq
demonſtraſſet *Elector*. Quantamque, ſub gravi
mis id genus periclitationibus, tolerantiam, p
ciſque cupiditatem, ipſo facto conteſtari cœpiſſ
Ex adverſo, fieri evidens, quo proceſſu in ſe *Elect*
itum fuiſſet. Ut denuò ad *Deum* provocet. Inq
conſcientiæ, fidei, actionumque bonitate confid

rectiſ

tiſſimè, Divinique auxilii, in tàm juſta cauſſa, tus utiq; ſit. De cætero *Electorem* totis animis turbari, rem eò uſq; ad extrema, ipſamq; de- iiſſe ad deſperationem. Interim, bonam cauſ- ſecum triumphare. Qua præeunte, tàm coràm o, quàm hominibus, indemnitatem ſuam con- re confidat. Nihilo-minùs ſuo loco ſe ſolenni- vovere, Ea proximè inveniri, proponique, poſ- t remedia. Quibus, abſque temporis extractio- , univerſalis, ſecura, ac conſtans, pax per *Rom. Im- ium* redintegretur. Confidentia, harmoniaque ter caput, & membra, omneſque alioquin utrin- e, *Ordines*, neceſſaria reædificetur. Sicque *Im- ium*, vehementer concuſſum, perturbatumque, uina præſervetur. Priſtinoque in vigore reponа- r. Sed *Electori* haud apparere, quibus rationibus, c rerum ſub extremitate, *Germaniæ*, dilectæ pa- iæ, in ultimis agenti, ſub tractationibus particu- ribus, medicina fieri queat. Exempla enim con- arium evincere. Dùm vel præſenti rerum ſub mpeſtate, quâ *Imperium* cœpiſſet periclitari, me- antibus illis, ad pacis ſcopum perveniri haud po- erit. Ut potiùs majores indè motus exoriri ac- derit. Neque verò *Elector*, tametſi velit, hoc poſ- t. Qui enim, abſque *Regis Sueciæ*, cæterorumque *oteſtantium* collegiatorum *Ordinum*, conſenſu, oc deſignaret? Interim, ſi pacis univerſalis, ſecu- æ, ac conſtantis, rationes inirentur, hanc viam il- m eſſe, quæ rectà ad quietem, ac tranquillita- m, ducat. Et hanc *Electorem* præferre, hanc votis epoſcere. Quæ ſi placere queat. Tùm quidem *E- ctorem*, pro notoria ſua, & toti mundo compro- ata, in pacem propenſione, quoad ejus fieri a- et, omnia facturum.

CAP. II.

De Saxoniæ Electore, copias in Bohemiam producente. Pragãque occupante.

I.

Cæſareani ejiciuntur è Luſatia.

T*iffenbachius*, cujus ſuprà mentio facta, hoc tempore, ſub finem *Septembris*, cum duodecim hominum millibus, è *Sileſia* in *Luſatiam* fecit impreſſionem. Pluresque non tantùm invaſit civitates. Sed pagos propè innumeros incendiis perdidit. Indigeniſque, cæteras interafflictiones, tributa, haud ferenda, impoſuit. Ex illis quædam legiones *Iuterbocum* petiêre. *Schliebenaque* expugnatâ, *Hertzbergæ* confinia perturbârunt. Sed cùm *Saxonici* in iſtos moviſſent, pagis exuſtis, retulerunt pedes. Neque iſtud ſatis. Sed turmæ *Croatarum*, ad uſque *Dreſdam* excurrentes veterem, palatium venatorium intercipere præcogitârunt. Quæ cùm furtiva molitio per indicem detegi cœpiſſet, tormentis in eos directis, propoſito exciderunt. Non tamen antè receſſum eſt, quàm in facie *Dreſdæ veteris* horrea aliquammulta ſubjectis abſumpſiſſent facibus.

Id genus furoribus, regionumque depopulationibus, quò *Elector Saxoniæ* mederi poſſet, exercitum, tùm apud *Lipſiam* ſubſiſtentem, produxit in *Luſatiam inferiorem*. Quo cum mox, *Cæſareanis* indè recedentibus, *Arnheimius* in *Luſatiam ſuperiorem* promovit. Verùm, neque illic *Cæſareani* pedem figentes, pleriſque locis deſertis, partim in *Sileſiam*, partim *Bohemiam*, receſſerunt. Quo facto, *Saxones*, præſidiis intrò miſſis, *Luſatiam* denuò confirmarunt.

II.

Saxones, in Bohemiam penetrant.

POſtquàm verò illic corporibus curandis dies aliquammultos dediſſent, curſu in *Bohemiam* directo, *Schlackenaviam*, civitatem à *Cæſare Mansfeldio Comiti* dono datam, unà cum pulviſculo, quod adjunt, expilârunt. Indè *Auſigam* pergentes centuriam equeſtrem adventu ſuo, præ terrore, ejecerunt. Idem apud *Teplizium*, civitatem thermis inſignem, *Staramque*, fortalitium montanum, evenit. Nam hìc ſimulátque quadringenti præſidiarii, integrum in proximo exercitum præmetuentes, dilapſi ſunt. Ità, abſque repugnantia, *Leitmeriziam* itum eſt. Hæc quoque, ſolo frugifero, fœcundoque, propter *Albim*, ſita civitas in poteſtatem venit. E qua paulò antè *Cæſareus Iudex*, aſſumpto hominum eccleſiaſticorum globo, *Pragam* confugerat. Mox *Reudnitiam* ſors tetigit. Quæ nocte intempeſtâ intercepta, quòd cives intùs omnes *Religionem* profiterentur *Pontificiam*, direptionibus patuit. Captis hominibus præcipuis. *Iudæis* verò, quorum illic uber proventus, auro, argentoque, quibus valebant, egregiè emunctis.

Iſtam ob *Saxonum* in *Bohemiam* impreſſionem, terror ferè panicus viciniam concuſſit omnem. Ut incolæ modò non trivialibus paſſim excederent, ac mediocribus, oppidis. Sed ex ipſamet regia *Praga* homines nobiles, præcipuique, convaſatis rebus quibuſcunque pretioſiſſimis, *Budam albam*, *Viennamque*, confugerent. E quibus odioſo reformationis negotio præpoſitus, *Hegnerus Secretarius*, aſſumpta familia, *Iovem* ſuum in arca reconditum, à periculo vindicaturus perdidit. Ipſo enim in via glande perfoſſo, uxor, cum liberis, amiſſis *Ferdinandicorum* quindecim millibus, in cuſtodiam abrepta eſt.

Univerſo deinceps ingruente *Saxonico* exercitu, *Pragamque* dirigente, etiam *Cæſaris Vicarius*, unà cum *Præſulibus*, magnâque *Eccleſiaſticorum* parte, emigravit. Quos manus militaris, anteà defenſionem paratura, nunc expectorata defenſione, unà cū *Fridlando*, *Balthaſare Marradaſio*, *VVanglero*, *Michna*, cæteriſque id genus proceribus, ponè ſequi cœpit. Ità, ut cives *Pragenſes*, tanquam oves ſine paſtore, ſine ordine, ac lege, derelinquerentur.

III. Saxo-

III.

Saxones Pragam deditione capiunt.

HÆc non neſciens *Arnheimius*, *Calend. Novembr.* miſſo intrò tubicine, trium *Pragenſium* civitatum poſtulavit deditionem. Adjecta pollicitatione: unicuiq; ſe liberum permiſſurum *Religionis* ſuæ exercitium, abſque ſervitii jugo. Ad quam pollicitationem triplicis *Pragæ Senatus* delectos in caſtra emiſit, qui, ſuper deditione, paciſcerentur. Sequentes igitur articuli utrinq; acceptati tùm quidem ſunt. Nimirùm milites, in univerſum omnes intrò miſſi, quieti ſtuderent. Neq; cuiquã, quà vitam, fortunaſq;, nocerent. *Civitatibus Pragenſibus*, ultrà præſidii moleſtiam, intrà lares nulla crearetur difficultas. Nedùm *Monaſteriis, Collegiis, Templiſque*, vis, manuſque inferretur. Eâdem ſecuritate ſeſe ad omnes extendente *Eccleſiaſticos*. Sic, ut nihil adverſi illis à milite crearetur. *Dynaſtæ*, *equeſtres*, *Cæſaris* conſiliarii, *Senatoreſque* civici, ab oneribus domeſticis, militibuſque alendis, eximerentur. Neque arreſto, lytroque, premerentur. Quibus ſi in eventum ſiniſtri quiddam accidat, tunc *Arnheimius*, militiæ *Saxoniæ Mareſchallus*, ſive civitatum *Pragenſium* gubernator, jus diceret. De eo, quòd triplicis *Pragæ* delecti rogando interveniſſent, ſalvo juramento, ſalviſque miniſteriis, quo quidem *Cæſari* obligentur, omnes tolerarentur: Aut, abſque lytro, quocunque libitum ſit, liberè, ſecuréque, emigrarent: *Arnheimius* certi nihil definivit. Sed integram hanc rogationem ad *Electorem* rejecit. Quòd verò triplicis *Pragæ* civium, incolarumque, facultates *Senatoribus* eſſent optimè perſpectæ. Eo nomine deſignatio diverſoriorum foret penès ipſos. Pariter fex, globuſque *Iudæorum*, eandem admitteretur in protectionem, ac ſecuritatem. Denique conjunctæ *Civitates Electorali* tutelæ ſeſe ſubmittentes, paci, quietique, ſtuderent. Bonâque, & ſincerâ, fide uſq; quaque agentes, defectioni, ac tumultibus, anſam præberent nullam.

IV.

Exules in Bohemiam revertuntur.

PActis illis præeuntibus, quindecim equeſtrium, & tredecim pedeſtrium, militiæ *Saxonicæ* ſigna intrà urbem admitti cœperunt. Quo facto, exules, &, ob *Religionis Evangelicæ* odium, ejecti, atque extorres, paſſim per civitates, pagoſque, in patrimonia ſua reverſi, lares, prædiaque ſua, cum fœnore, recuperârunt. Quòd enim homines *Catholici*, permiſſu *Cæſaris*, ſub rigore reformationis, bona illa occupâſſent, & ab illo tempore excoluiſſent, accidit, ut pluribus in locis ingens vini, frumentorumque, & id genus proventuum, quantitas lucro veniret. Neque languidiùs per *Bohemiam* Plebs ruſticana tùm cœpit rebellare. Dùm ad victores *Saxones* deflectens, partim propriorum dynaſtarum, partim *Eccleſiaſticorum*, fugâ dilapſorum bona diſpoliavit. Multoſque, fortè obviòs, neci dedit. Ut etiam milites vel ipſos *Cæſareos*, in manus incidentes, communis hujus lucis uſurâ perivaret. Orcoque dimitteret.

V.

Saxones apud Limburgum cædunt C[…] reanos.

NE autem *Saxones* per *Bohemiam* tàm lice[…]
támque impunè, debaccharentur, *Cæſar*[…]
contractis è *Sileſia* ſub *Tiffenbachio*, *Marradaj*[…]
Götzenio, copiis, *Limburgum* promoverunt.
ſpe, legionibus *Ligarianorum* auxiliaribus ſe[…]
jutos *Saxones* fundere poſſe. *Arnheimius*, re i[…]
lecta, magnam exercitus partem ilicet conv[…]
vit. Et, ne *Pragenſes* ſuſpicari poſſent, quo r[…]
re, quoque præſidio poſt caput intrà urbem[…]
cto, eduxiſſet, ſub ſilentio noctis, *Pragâ Limbu*[…]
rectà direxit. Cùmque propè veniſſet, acie d[…]
ſita, in hoſtes iturus erat. Sed *Cæſareani* ejuſc[…]
ventus propè gnari, maluerunt impreſſionen[…]
ſuſcipere, quàm exſpectare. Ideóque, ma[…]
provecti auſis, primo ſub impetu, *Saxonum* e[…]
ſtres rejecerunt. Quâ viſa ſuorum inclinati[…]
Arnheimius omni operâ, ac conatu, ſuos, jam[…]
terga obvertentes, revocavit, aciemque reſti[…]
Poſteaquàm verbis, in rem præſentem præpa[…]
conſtantiam diligenter inculcâſſet. Intermin[…]
niſi non tàm honoris, vitæque, rationem ini[…]
quàm patriæ, totiuſque *Germaniæ*, inprimis *Ec*[…]
Chriſtianæ, cauſſam defenderent, futurum, ut[…]
met in iſtos, tanquam in proditores, ac tran[…]
gas, inque *Electorem*, *Deumque*, cujus honor hî[…]
niret in diſcrimen, perjuros, directis torm[…]
ſeverè, atque ultimè, experiretur. Quid ducis[…]
ſtantia, quid virtutis ſedula inculcatio, penès r[…]
tem poſſet, vel hîc patuit. Etenim erecti verb[…]
lis animi, redeunte intrà præcordia fiduciâ[…]
ctaque virtute, ſic denuò animosè pugnam re[…]
târunt, ut, cooperantibus eâdem opera torme[…]
Cæſareanos, ordinibus laxatis, in fugam conjice[…]
Intráque *Limburgum* compellerent. Quo facto[…]
heimius civitatem coronâ cinxit. Ejuſque dedi[…]
nem poſtulavit. Obluctantibus igitur *Cæſare*[…]
tormentiſque rem agentibus, idem ſeriò te[…]
vit *Arnheimius*. Sic, ut glandibus, mala *Punica*[…]
tantibus, intrò miſſis, oppidum incenderet. […]
cum ſurgente incendio *Cæſareani* per pontem[…]
bi impoſitum, in adverſam ſeſe receperunt rip[…]
Eodemque ponte diſrupto *Saxonibus* negâ[…]
tranſitum. Deſideratis utrinque non paucis, c[…]
oppido conflagrante, *Cæſareani* dilaberentur, […]
heimius, quòd, ruptura pontis obſtante, produ[…]
non quitus eſſet, *Pragam* rediit.

VI.

Egra occupatur à Saxonibus.

HOc tempore, in limine menſis *Decembris*, […]
quoq; in *Saxonum* venit poteſtatem. Id q[…]
ſic quidem accidit. E *Saxonibus* millenarius circ[…]
in conſpectum civitatis produxit. Hinc *Sen*[…]
portas occludere, civeſq; in armis eſſe juſſit. Sed[…]
hil minùs factum à civibus. Quid fit? Dùm *Sena*[…]
ſuper defenſionis deliberat mediis, ecce! à civi[…]
ſignum explosâ datur bombardâ. Quo indi[…]
P[…]

æeunte, cohors equeſtrium ad portam pontanã
celerat gradus. Poſtulátque intromitti. Sed ne-
vitis, qui portarum cuſtodiæ erat, præfectus. In-
rim coriarii, alutariique, & fex civium, ſecuribus
iectis portas vi aperuerunt. *Saxoneſque* patenti-
is viis intromiſerunt, quotquot aderant, omnes.
c, ut, antequàm hanc *Senatus* fabulam reſciſceret,
m tùm cohortes forum occupârent: Poſtularēt-
ie diverſoria. Quorum facta deſignatione, mi-
s *Monialium Cœnobium*, cellaſque, expilaturus e-
t. Sed, obſtiterunt centuriones. Sic tamen, ut
dines eccleſiaſtici, interveniente pecunia, hanc
xationem redimerent, deque ſecuritate licita-
ntur. Poſtridie tribunus *Saxonicus* cives convo-
tos in *Electoris* ſui verba iurare iuſſit. Qui, incre-
bili ſub conſenſu, nequicquam repugnantes,
ore gladiatorum legitimorum, *Electori* animas,
rporaque, religioſiſſimis verbis addixerunt. Ità
rſum eſt civium facultatibus. Exceptis externo-
m hominum, *Iudæorumque*, bonis, quæ direptio-
ibus patuerunt.

VII.

*nter Saxones, Cæſareanoſque, variæ velitatio-
nes.*

E*Grâ* eo pacto interceptâ, mox *Elnbogium, Schla-
ckenvverta, Falckenavia*, aliaque in proximo op-
ida, ſub titulos, & leges, *Saxonum* iverunt. Exuli-
us, ob cauſſam *Religionis*, per *Saxoniam* nuper di-
erſis, in patrimonia, ac lares patrios, non abſque
ripudio, revertentibus. Interim, non ceſſârunt
æſareani paſſim per *Bohemiam Saxonicis* eſſe mole-
i. Nam *Croatæ*, ad *Pragam* uſque excurrentes, po-
ulationibus rem egerunt. Qui tametſi adverſâ ſub
offkircho, tribuno *Saxonico*, cum fortunâ conflicta-
i cœpiſſent. Nihilo-minùs *Cæſareani*, in *Rackoni-
am*, civitatem *Pragæ* vicinam, impetum facientes,
teinavii tribuni manum, è quingentis equeſtrium
onſtantem, ferè ad omnium uſque internecionẽ
eleverunt. Diverſis quoque tribunis apud *Pragam
axonicis* per *Croatas* interceptis.

Quod igitur per *Bohemiam* tàm feriæ, q̃ concio-
es, ritu *Proteſtantium*, incredibili ſubditorum ſub
pplauſu, reſtaurarentur, res hæc homines *Catholi-
os*, inprimis *Eccleſiaſticos*, impendiò momordit. Sic
t, fama narrante, in *Pragæ* proditionem conſpira-
ent. In ipſa feſti natalitii *D. & S.* noſtri paraſceve
oc effecturi. Teſſerâ datâ, ſi campanis antè veſpe-
am ferè omnibus urbs perſtreperet, tunc *Cæſarea-
i* voto potirentur. Hoc nomine ruſticanus ſche-
lium, panis maſſæ incluſum, deferret in caſtra *Cæ-
aris*. Perque hiatum murorum, intrà *Cœnobium
Strohofanum* datâ operâ excitatum, conſpirationis
conſcios immitteret. Sed res caruit effectu. *Hoffkir-
hius* enim, urbis gubernator, re maturè compertâ,
homines eo è *Cœnobio* exegit omnes. Urbemque
pacavit.

Intereà, procedentibus utrinque diverſis veli-
taribus præliis, *Rackonizâque* à *Saxonicis* recuperatâ,
maligna, & occulta, lues legiones per *Bohemiam* af-
fligere cœpit *Saxonicas*. Qua quidem de re *Elector*
novis operam dedit militum ſupplementis. Sic, ut
modò non defectibus occurreret, ſed etiam legio-
nes ulteriores conſcriberet. Illiſque, extrà provin-
ciam, luſtrationes, ac ſtativa, deſignaret.

CAP. III.

De actionibus per Saxoniam inferiorem, inter Cæſarean. Suecicoſq; evenientibus.

I.

Roſtochium, aliquantiſper obſeſſum, Suecis deditur.

A Rebus *Saxoniæ ſuperioris*, ipſaque *Bohemia*, ad *Saxoniam inferiorẽ* deflectimus. Quid intereà per *Megapolitanos* actum eſſet, contemplaturi. Iam verò, antequàm *Thillyus* apud *Lipſiam* acie victus foret, *Roſtochium Achatius Tottus*, tribunus *Suecicus*, cooperante *Ioanne Alberto, Duce Megapolitano*, obſidione infeſtabat. Remque ſeriis urgebat conatibus. Sic, ut propè per foſſas antecurſorias mœnibus inſtaret, cuniculiſque ſubtùs humum effoſſis, immiſſo pulvere pyrio, ultima tentaret. Sed, civiũ cauſſâ, mora intervenit. Interim *Virmundus Baro*, civitatis gubernator, exarmatis intùs civibus; defenſionem, parabat ſtrenuam. Sub ſpe, fore, ut à *Thillyo*, reiecta obſidione, ſublevaretur. Quo nomine diverſas ex urbe in obſidentes ſuſcepit impreſſiones. Sed mox hic ſpiritus, intellecta *Thillii* apud *Lipſiam* clade, elanguit. *Tottus* enim è re ſua fore arbitratus, ſi *Virmundo* cladem illam *Cæſareanorum* nunciaret. Paulatimque, non apparente auxilii ſpe, audaciam expectoraret. Neq; hoc quidem infeliciter cecidit. Tametſi enim *Virmundus* fabuloſam ab initiis putaret hanc narrationem. Nihilominùs, ſpemq; metumq; inter, paciſci cœpit: Liceret ſibi, familiarem, fidumq; hominem, explorandæ veritatis cauſſa, dimittere. Qua cognitâ, deinceps, pro re nata, ut loquũtur, vellet ſuper rei ſumma decernere. Admiſſa eſt conditio. Ità tamen, ne ad *Thillyũ*, utiq; longiùs abſentem, ſed proximum præſidium *Cæſareanum*, explorator iret. Reique certitudinem referret. Sed nimis vera tùm quidem erat *Thillii* clades. Quam ubi *Virmundus* intellexiſſet, militeſque experiretur ſuos animis abalienatis in res novas inclinare, ſequentibus ſub conditionibus, paciſci, urbemq; dedere, cœpit *Idib. Octobribus*. Nimirũ, *Gubernator*, unà cum centurionibus, militibus, hominibuſq; eccleſiaſticis, eorumq; ornatu, ac reqſitis, ſub tormentis duobus primæ notæ, tertioque inferioris commatis, abſque eo tamen, ut vel *Regis Sueciæ*, vel *Ducum Megapolitanorum*, vel ipſius *Roſtochienſis Senatus*, inſignia præ ſe ferant, liberè educeret. Adiecta pulveris pyrii, glandium, funiculorum, idonea quantitate. Sic ut, collectis ſarcinulis omnibus, ſub ſignis volantibus, armis utriuſque generis, glandibus intrà buccas retentis, funiculiſque ardentibus, quæcunque impedimenta, carros, equos, & id genus requiſita, aut *VVolferbytum*, aut in proximum *Cæſareanum*

fortalitium, ſub cuſtodia *Suecica*, emigrent. Relictis apud *Roſtochium*, quouſque cuſtodia *Suecica* rediiſſet, *Centurione*, & *locumtenente*, obſidibus. Cuſtodia antè non regrederetur, quàm *Cæſareani* forent in vado. Emigrantibus commeatus neceſſarius, ac diaria, in itineribus præberentur. Pro tormentis, eorumque apparatu, nec non ægrotis, devehendis, ſufficientia commodarentur vehicula. Deſtinatũ ad locum uſque pertingentia. Captivi utrinque, abſque lytro, permutarentur, diætâ antè perſolutâ. Transfugæ verò ſine fuco dederentur. Ex utraque parte nulli milites ad defectionem ſolicitarentur. Dividiæ, ac colliſiones, inter milites, civeſq;, exortæ, eſſent funeratæ, & mortuæ. Si qui ſint tamen, q nolint acquieſcere, hi iure experirentur. Munimẽta civitatis ſervarentur intacta. Cuniculi monſtrarentur. Tormenta, & eò ſpectans apparatus, bona fide traderentur. Senatuique, & civibus, nulla ſive direptio, ſive exactio, intentaretur. Quibuſcunq; *Fridlandiæ Ducis*, his ſub regionibus conſtitutis, cancellario, conſiliariis, miniſtriſq;, liberum eſſet, vel unà cum vehiculis, reculiſq; ſuis, educere, vel intrà mœnia remanere. Quo nomine nulla illis crearetur moleſtia. Arma, civibus neceſſitate extorta, qbus *Virmundus* pro milite ſuo non haberet opus, redderentur. Neq; *Senatui*, neque civibus, neq; *Academicis*, ulla inferretur ſive vis, ſive moleſtia. Si, (quod abominandum) in itinere, ſub ditione *Megapolitana*, incendium fortè naſcatur, tunc hoc neque *Virmundo*, neq; cohortib⁹ eius, improbaretur. Incendiarius verò ſevera ex lege plecteretur. Stantibus illis conditionibus, poſtridie *Idus Octobres*, *Virmundus* bis mille, & ducentos, pedeſtrium, duas cohortes equeſtrium, turmamque *Croatarum*, eduxit. Quibus omnibus deducendis centum, & quinquagintà, equeſtres *Suecici* obtigerunt.

I I.

Virmundi cohortes apud Magdeburgum à Banero diſſipantur.

IAm igitur in itinere cum ſuis erat *Virmundus*, ad *Viſurgim* dirigens. Illic ut à *Thillyo*, quorſum eundum eſſet, exciperet. Sed *Guolfgangus Mansfeldius*, gubernator *Magdeburgicus*, q *Cæſareanis* illis in partibus imperabat, revocavit illum *Halberſtadam* verſùs. Sub mandato, ille, adiuncto ſibi *Bönighauſenio*, *Halberſtadam*, præſidio *Suecico* firmatam, expugnaret. Paret hic *Mansfeldii* mandato. Illiſque, quibus inſtructus erat, tormentis civitatem infeſtare pergit. Sic, ut parvo temporis ſpatio, *Suecis* quantumvis apprimè renitentibus, bonam murorum partẽ deiiceret. Interim, quòd alio pulveris pyrii apparatu, præter eam partem, q̃ *Roſtochio* attulerat, non eſſet inſtructus, paulò poſt elangueſcente conatu ab incœpto remiſit. Quo de defectu certior factus *Mansfeldius*, iuſſit *Virmundum*, re infecta, verſùs *Magdeburgum* cohortes producere.

Eo verò tempore *Banerus*, ſub integra phalange, *Magdeburgum*, intùſque *Mansfeldium*, iam tùm concluſerat. Sic, ut præcipuos præoccuparet aditus. *Mansfeldius* ergò, ꝑ importando commeatu, ſolicitus, *Virmundum*, & *Bönighauſenium*, ad ſe vocavit. Quibus intrò per triduum ſubſiſtentibus, intereà *Banerus*, re cõpertâ, in *Bönighauſenios* magna celeritate profectus, partem diſſipavit, partem, unà cum duobus ſignis, in poteſtatem redegit. Eâdem feli-

citate *VVanslebiam* dirigens, *Virmundanas* concl
cohortes. Quę cùm, defecto commeatu, obſidi
tolerare nequirent, præfecti, impetrata venia,
ditionem fecerunt. Tametſi igitur *Viſurgim* ve
deduci peterent, nihilominùs hoc illis negavit
nerus. Iuſſitque ſub titulos ire *Suecicos*. Undè fa
ut *Cæſareani*, re deſperatâ, partim ſigna diriper
partim *Banero* offerrent. Legeſque *Suecicas* adn
terent. Undè magnus tùm quidem *Banerianis*
gionibus acceſſit cumulus. Locoque victoriæ c
ſtitit hic ſucceſſus.

I I I.

Arx Mansfeldica deditur Suecis.

PAulò deinceps, præter *Calbam*, etiam *Arx Ma*
feldica vẽnit in manus *Suecorum*. Eam obſide
Schneidevvinus, tribunus *Suecicus*. Præſidiarii qu
initiò acriter renitentes partibus ſuis haud def
runt. At, cùm caſtra intelligerent ſupplementis
geri, foſſaſque hoſtiles uſque ad fortalitium p
duci, ut abſque magno effecto tormentis agere
ſenſim ſpiritus ſubmiſerũt. Moxque, in fine *Dec*
bris, deditionem fecerunt. Inſignis ſiliginis, trit
vinique, quantitas, intrà *Arcem*, tanquam grana
quoddam, inventa. Articuli, quibus utrinque
tum eſt, fuêre illi. Scilicet *Arx* à *Cæſareanis* trad
tur tribuno *Suecico*. Qui illam *Comitibus Mansfe*
cis, *Auguſtanam Religionem* profitentibus, red
Codicilli, autographa, aliaque id genus docum
tà, apud *Arcem* manerent ſarta, tecta. *Guolfgangi*
mitis bona, intùs recondita, eſſent ſub *Sueciæ R*
& huiuſce tribuni, humanitate. *Centurionibus*,
rumque *locumtenentibus*, vehicula ſuppeditaren
neceſſaria, uſque ad locum, ad quem ſecurè for
deducendi. Cæteri milites ſub armis, ac ſarcin
emigrarent. Iiſque, quibus ad *Suecos* tranſire li
eſſet, id liceret. Reliqui, ſi qui forent *Catholici*
rarent, intrà ſex menſes ſeſe neque adverſùs *Su*
Regem, neque *Saxoniæ Electorem*, militaturos. *Ev*
gelici hanc militiam in æternum ejurarent. I
Arcem captivi liberè dimitterentur. Sub cautio
de non offendendo. Omnia intrà *Arcem*, tàm r
tormentariam, quàm commeatum, ſpectantia
ne fuco traderentur, & quidem ſub inventario.
pellectilia, cæteraque antè tranſactionem *Comi*
ſæ à *Centurionibus* liberali manu oblata, eſſent
humanitate, & diſpoſitione, tribuni *Suecici*. C
ſummatis illis pactis, ſeptuagintà è numero pr
diariorum ad *Suecos* defecerunt. Cæteri *Magdeb*
gum petierunt.

IV.

VViſmaria deditur Suecis.

EAdem, quę *Virmundum* tetigerat, fortuna, p
lò poſt *Grambium* tribunũ, *VViſmariæ* guber
torẽ, excepit. *Sueci* enim, poſt *Roſtochium* in pote
tem redactũ, *VViſmariæ* caſtra admoverunt. P
ſentientes hoc *Cæſareani* defenſores, ad maris *B*
thici littus, ad aliquammulta milliaria, excurſus
cientes, oviũ, pecudumq;, greges abactos intrà
vitatem compulerunt. Quo facto, integro ſub n
lenario, impreſſionem in *Suecos* ſuſceperunt. In
pugnâ haud tralatitiâ, multi utrinq; deſiderari c
perunt. Uſq; dũ *Tottus*, auctis viribus, reiecit ta
Cæſareanos. E quibus *Adeſſa Pareius*, tribunus *Ital*
Suecis verò *Breidenbachius*, vice-tribunus, cecide
Eo conflictu debilitatis *Cæſareanis*, *Grambius*

a

aſ animo agitare cœpit. Procedente itaque tem-
ore, ubi auxilii ratio exularet penè omnis, eò cō-
mplationem, oculoſque, coniecit, quò aliquan-
, ſalva nominis autoritate, ſuper honeſta dedi-
one, pacifci poſſet. Quo nomine ab *Adolpho Fride-
co, Duce Megapolitano*, contendere cœpit, ſibi *Cen-
rionem* ad *Tiffenbachium*, archiſtrategum *Cæſareū*,
ittendi daretur facultas. Undè, quid ſibi exſpe-
tandum eſſet auxilii, peteretur. Ad hæc *Dux*, tàm
ueciæ Regis, quàm proprio, nomine, regeſſit: Modò
rambius tribunus, utique *Teutonici* ſanguinis, fidei-
ue, miles, hoc ex animo, id eſt, ſincerè, & abſque
alitia, doloque malo, ageret, deditionemq; ma-
urare vellet, tùm, ſequentibus ſub conditionibus,
oc ipſi integrum fore. Nimirùm, præfatus, eoque
omine dimiſſus, *Centurio*, litteris, ut vocant, fidu-
iariis, tàm nomine *Sueciæ Regis*, q̄ *Ducis*, inſtructus,
b tubicinis deductione, liberè, ac ſecurè, iret, re-
iretq;. Ità tamen, ut trium ſeptimanarū, vel ad ſū-
um, unius mēſis, ſpatio, re peractâ, reverteretur.
i tū triduum, quatriduumque, ultrà inſumi acci-
at, hoc eſſet extrà damnum. Intereà, *Crambius* de-
itionis articulos in chartam coniiceret. Ducique
itteret. Meritò verò, more militari, utrinque tā
er aquas, q̄ continentem, intervenirent induciæ.
Iſq; ad *Centurionis* reditum, bona fide, et datis ob-
idibus, obſervandæ. Sic, ut utraque pars intrà limi-
es, iam poſſeſſos, ſeſe contineat. Neque quicq̄ cō-
rà deſignet. Inprimis in munimentum, à balæna
uncupatum, nihil neque commeatus, neque rei
ormentariæ, neque lignorum, importaretur. Idē
unimentū ſicubi intereà temporis, defectis fortè
eceſſariis, deditionem faxit, hoc nihil tranſactio-
i derogaret. Ipſe verò *Grambius* fidem daret, ſe, p̄-
unte integerrimâ tranſactione, ſub *Centurionis* re-
itum, qualemcunque is tandem referret declara-
ionem, *Viſmariam* fortalitium, unà cum operibus,
c loricis, circumiacentibus, in manus *Sueciæ Regis*,
Ducisque, contraditurum.

V.

Grambii cohortes à Suecis funduntur.

Dimiſſo ſub hac pollicitatione *Cēturione*, inter-
eà *Grambius* tribunus, cum *Duce*, & *Totto*, egit
ſup deditione. Promiſitque, ſe, circiter huius anni
exodium, civitatem traditurum. Militemque in
Sileſiam deducturum. Sed, tanquam non ſtetiſſet
promiſſis, accuſari cœpit. Nam tandem *IV Id. Ianu.*
anno inſequenti, tria hominum millia, & ducen-
tos, eduxit. Qui cùm iam in itinere *Sileſiam* attigiſ-
ſet, officialem *Suecicum*, militem *Cæſareanum* furtim
ad defectionem ſolicitantem, glande traiicere iuſ-
ſit. Hinc recentis mali ſeges. *Tottus* enim, re per in-
dices compertâ, irâ plenus, *Lobauſenium* tribunum
ſubmiſit, qui quingentos in via cæcidit, bis mille
dedititios reduxit, cæteros diſſipavit. Sic *Grambius*,
unà cum legionis *Secretario*, nummis pleno, *Gry-
phiſvvaldiam* reduci cœpit. Uſque dùm accuſatio-
nibus ſatisfeciſſet. Nam & tormenta, fœno tecta,
& trecentas numero bombardas, devexiſſe inſimu-
labatur. Ut non minùs naves, intrà *VViſmariam* à
Fridlando præparatas, quarum apparatus in medio
erat ampliſſimus, rebus neceſſariis, lucri cauſſâ,
fraudâſſe, diceretur.

VI.

Damitza ſe ſubmittit Suecis.

Supererat hoc ordine *Damitza*. Cui non candi-
diores, quàm *Röſtochio*, & *VViſmariæ*, affulſēre ſō-
les. Eo enim tempore, quo *Grambius*, ſuper *VViſma-
riæ* deditione, licitabatur, *Lobauſenius*, aſſumptâ ex-
ercitus *Suecici* parte, valida *Damitzam* ſtrinxit obſi-
dione. *Straubius* gubernator, ſociorum exemplò,
defectis quibuſdam neceſſariis, auxilio omni, prō
ratione temporis, excluſus, in deditionem pedibus
ivit. Qui pactis ſequentibus ſub legibus dimiſſus
eſt. Videlicet ipſe gubernator, cum præfectis mili-
taribus, gregariiſque omnibus, ac ſingulis, ſub ar-
mis utriuſque generis, tribus vexillorum erectorū
paribus, glandibus intrà buccas retentis, thecisque
pyrio pulvere refertis, *XIV. Cal. Ian.* bono manè e-
duceret. Poſteaquàm pridie antè tormentorum, &
id genus apparatus militaris, deſignationem obtu-
liſſet. Illi, ſicut ex *Centurionibus* liceret educere rhe-
dam unam, carrum unum, utrumque quadrigariū,
cum tribus equis ephippiariis. *Vice-centurionum*, &
ſigniferorum, unicuique permitteretur eſſedum bi-
iugum. Itemque equus currilis. Cæteris inferioris
notæ officialibus ſingulis integrum eſſet ſingulos
educere carros. Iis omnibus, *Ducum* nomine, dare-
tur immunitas. Ut à nemine, cuiuſcunque ſit ordi-
nis, ſive ſuper iniuriis, ſive ſpoliis cuiuſcunque ge-
neris, compellandi veniant. Si quis tamen gravi dē
cauſſa acquieſcere nolit, is legib⁹ experiretur. Hæc
ſub immunitate impunè dimitterētur per omnes,
hoc tempore *Regi Sueciæ*, *Proteſtantibuſq;*, militan-
tes, legiones, ac cohortes. Uſque dùm *Mindam* ad
Viſurgim perveniſſent. Illi quoque, ſub cohorte e-
queſtri *Suecica*, ſecurè deducerentur. Ægri, langui-
dique, uterentur vehiculis neceſſariis, in dies eno-
vandis. Diaria, pro temporis ratione, gregariis, diç-
taque, & pabula, diſtribuerentur præfectis milita-
ribus. Sacellano legionis, unà cum hominum ec-
cleſiaſticorum pari, liceret ornatus ſuos, arcamq;,
ſine moleſtia, vindicare. Iniuriæ utrinque omnes
altâ oblivionis nube tegerentur. Pari more capti-
vi, abſque lytro, ſub ſumptuum refuſione, permu-
tarentur. Illis tamen partem alterutram, quam e-
ligant, ſequendi foret facultas. Alia ratio eſſet trāſ-
fugarum. Qui, ſine fraude, nominarentur. Diſce-
dentes nullis promiſſis ad defectionem ſolicitarē-
tur. Neque à quopiam, quoad ſarcinas, reculaſque,
moleſtia crearetur. Sic tamen *Lobauſenio* tribuno
facultas eſſet intrà fortalitium, ſub diſceſſum, im-
pedimenta inſpiciendi. Gubernator loci omnia
tormēta, apparatumque militarem, bona fide tra-
deret. Operaque, & munimenta, intacta relinque-
ret. Cuniculoſq;, & dolos præparatos, cōmonſtra-
ret. Si fortè ſub itineribus incendiū naſcatur, hoc
neq; gubernatori, neq; cohortib⁹, fraudi eſſet. In-
cendiarius verò, præſente notore, à gubernatore,
ſine miſſione, plecteretur. Deniq;, uſque dùm co-
hors, cuſtodiæ data, rediiſſet, par præcipuorum mi-
litiæ præfectorum daretur pro obſidibus. Qui, re
peracta, cum tubicine, vel tympanotriba, ſecurè
deducerentur *Mindam*.

Stantibus illis pactis, ſub tribus ſignorum ſubla-
torum paribus, *Cæſareani* eduxerunt. Sed eundem,
quod dicitur, in lapidem, quo ſuperiores, impege-
runt. Pars enim ad *Suecos* defecēre. Pars in itineri-
bus dilapſi ſunt. Cæteri, quòd adverſus pactas le-
ges deliquiſſe inſimularentur, à *Banero* ſupervenī-
ente ſunt oppreſſi.

CAP. IV.

De Saxoniæ Inferioris Circulo, in Suecos inclinante. Et actionibus Gueſtphalicis.

I.

Saxoniæ Inferior. Ordines conventum apud Hammaburgium aperiunt.

HAc ſub belli fortuna in *Cæſarem* tonante, *Saxoniæ Inferioris Ordines*, *Civitateſque*, intrà *Hammaburgium*, *Gãbriviorum*, conventum indixêre. Summa rei eò tendebat, quò fines pacarent. *Cæſareoſque*, & *Ligarianos*, hoſpites hactenùs moleſtos, eiicerent. Hanc in rem, defenſionis igitur, tres legiones conſcribendas eſſe, decreverunt. Quarum primam *Archiepiſcopatus Bremenſis*, *Ducatus Lüneburgo-Brunſvicenſis*, lineæ *Zellanæ*, *Brunſvviga*, & *Hildeſium*, nempè mille noningentos, ac quinquagintà, pedeſtres, centum, & viginti ſeptẽ, equeſtres: alteram *Ducatus Megapolitanus*, *Epiſcopatus Ratzeburgicus*, & *Lübecca*, videlicet mille, ſexcentos, & ſeptuagintà quinque pedeſtres, trecentos, ſexagintà ſex equeſtres: tertiam deniquè *Duces Holſatiæ*, *Epiſcopatuſq; Suerinenſis*, nempè mille, quadringentos, & quadragintà quatuor, pedeſtrium, conſcriberent, alerentque. E quibus *Archiepiſcopus Bremanus*, qui *Cæſareos*, *Ligarianoſque*, exterminaret, oppidaque recuperaret, facilè primus extitit. *Hammaburgii* verò, eò, quòd paulò ſuprà novis à *Cæſare* privilegiis augeri, intráque *Civitatum Imperii* liberarũ numerum referri, cœpiſſent, nihil in *Cæſarem* adverſi deſignârunt. Sub præparata hac excuſatione, quòd adversùs *Daniæ Regem* armis fatigarentur, ſeſe purgantes.

Inter eos, *Georgius*, *Dux Lüneburgicus*, nuper partium *Cæſaris*, (pro quo legionem ducebat) iam *Catholicorum*, in cauſſa *Religionis*, reformationibus offenſus, pro *Sueciæ Regis*, *Proteſtantiumque* confœderatorum, cauſſa, militare cœpit. Non unâ hanc in rem legione à ſe ſtipendiis obligatâ.

II.

Circuli Gueſtphalici ordines cum Guilielmo, Heſſiæ Landgravio, paciſcuntur.

INter hæc, turbatis *Cæſaris*, *Imperiique*, rebus, etiã *Guilielmus*, *Heſſiæ Landgravius*, armis ſuis univerſum penè *Gueſtphaliæ Circulum* haud ſegniùs territavit. Qui, poſtquàm commeatus magnam quantitatem, nuper à *Thillyo* per diœceſin *VValdeccenſem* coemptam, tranſtuliſſet & *Caſſellas*, & *Ziegenhainam*, porrò *Non. Octobr.* exercitum integrum, ex octo pedeſtrium millibus, decem equeſtrium ſignis, & ſeptem tormentorum paribus, conſtantem, intempeſtâ nocte produxit. *Mündaq;*, oppido, ad *Viſurgis*,
& *VVerra*, confluentes, poſito, octoque mille pa
bus *Caſſellis* diſtanti, admovit. Illud trecenti def
ſores *Thillyani* tenebant. Qui, cùm impreſſiones
bi paratas, viderent, deditionem ilicet feceru
Sub ſignis expanſis, armiſq; utriuſq; generis, e
grantes. *Mündani* gubernatoris exemplum paril
inſecutus paſſibus ille, qui hoc tempore *Hüxari*
oppidum paulò infrà, ob pontem *Viſurgi* impoſi
traiectui opportunum, cuſtodiebat. Sic, ut *H*
eadem facilitate dederetur. Quibus aucti ſucce
bus *Heſſi* ex *Epiſcopatu Padebornenſi* tantos iumen
rum, & id genus ſpoliorum, numeros abegeru
ut exhauſtis hac parte à *Thillyanis* nuper *Heſſia* ih
lis, in damni compenſationem, abundè retrib
rent. Tametſi igitur *Iuſtus-Maximilianus*, *Co*
Gronsfeldius, fortalitiorum ad *Viſurgim* guberna
Ligarianus, ſeriis huic in vicinia rictui obnitere
conatibus. Dimiſſiſq; equeſtrib⁹ turmis, ſub di
ceſi *Padebornenſi*, trecentos, & octogintà, *Heſſor*
funderet. Nihilominùs, ob ſævientem tùm in
ſareanos fortunam, viciſſitudines id genus paſ
ingruentes, deteſtari quidem potuit, emend
non potuit.

III.

Gueſtphaliæ Ordines pleriq; Heſſiæ Landgra
cenſus offerunt.

ISto ſub rerum turbine diœceſis *Fuldenſis* per
lectos, *Caſſellas* dimiſſos, *Landgravio* ſex *Ferdin*
dicorum millia obtulit. Sub multa, ac prolixâ, c
teſtatione, inſtanter orans, pateretur *Princeps* te
peſtatem illam *Suecicam*, dùm *Regis* in verba iur
iubebantur, à cervicibus ſuis amoliri. Iuxtaq; ſu
potiùs in protectionem vicinos admittere: *La*
gravii in verba promptiùs iuraturos.

Eo pacto ſiquidem *Heſſi*, diverſis potiuntes ſ
ceſſibus, arma ſua dilatarent. Perq; adiacentes *C*
tholicorum Ordinum provincias, in poteſtatem re
ctis arcibus, oppidiſq;, victricia ſigna proferre
Finitimi *Gueſtphaliæ Ordines*, quibus ſub procellis
fluctuarent, quàmq; facilè deinceps opprimi p
ſent animis agitantes, Amoliendi gravioris pe
culi igitur, legatos ad *Landgravium* ire iuſſeru
Qui quidem, ſuper conditionibus maximè tole
bilibus, paciſcerentur.

Illis ſic tùm quidem reddidit *Landgravius*: Qua
quam verò, inquit, ſatis, atq; abundè, cauſſarum
bi eſſet, ut ad exemplum *Thillii*, *Fuggeri*, atq; *Altri*
gerii, *Heſſiæ* ſuæ regiones ſub matronarũ, virginu
que, violationibus, incendiis, ſpoliis, cædibus,
latrocinationibus, crudeliſſimè devaſtantium, (c
iuſmodi exceſſus nullis facilè, ſub annalibus lega
tur, nedùm unquam per *Germanicum* innotuiſſe
Imperium) eodem furore militari per finitimas *C*
tholicorum provincias ſęviat. Militemq; ſuum libe
rimè, atq; exanimi ſententia, bacchari iubeat.

Nihilominùs malle ſe mitiorem calcare via
Ultimumq; ab iſtis, qui tempeſtivè deprecari c
piſſent, rigorem ſequeſtrare. Ideóq; hanc in ſent
tiam ſeſe legatis denunciare. Si intrà octiduum *Fr*
der. Fürſtenbergius, archipræfectus, unà cum conſ
liariis aliquammultis *Arnsbergicis*, ſive coràm ſe, ſiv
conſiliariis ſuis militaribus, compareat. Super præ
ſidiis, intrà *VVeelam*, arcem *VVarſernam*, itemq; *Me*
ſchedenam, *Giſeckenam*, *Kallenhartum*, *Bleckedam*, *Bri*
lonum, *Mörsbergam*, *Niderbacum*, *Hallenbergã*, *Schmal*

lenber

ergam, VVinterbergamq., civitates, recipiendis, nſigat. Bonamque pecuniæ ſummam, pro dire- onis periculo, dependat. Se deinceps, ea ſevera lege, luxurianti militi habenas iniecturum. Ut mò, ſuper violentia, & exceſſibus, quiritare de- at. Niſi hoc mite propoſitum placere poſſit, ſeſe iniecta, & cum rigore, præſidiarios immiſſurum. uo eventu quàm infauſtum regionibus immi- ät *Gueſtphalicis* excidium, tàm ipſum archipræfe- um, quàm conſiliarios cæteros, divinare poſſe.

IV.

olonienſis Elector diætam celebrat provincia- lem.

As inter œcumenicas *Rom. Imperii* turbas, *Colo- nienſem* non minùs *Electorem*, de provinciis ſu- *Heſſiæ* finitimis, ſolicitum, nonnihil per legatos m eodem *Landgravio* egiſſe, ꝓditum eſt. Neque nim exiguus *Epiſcopatus* & provincias, illius, ſub licitate *Suecica*, inceſſerat terror. Qua de re tan- s *Elector* ut nihiloſeciùs, rebus quantumvis ſic fe- perturbatis omnibus, rationem patriæ defen- ndæ iniret, *Ordines*, indicto conventu provincia- convocavit. Præmonſtratiſque, quibus pro tem- ore urgerentur, periculis, auxilia tàm in nummis, uàm legionibus, decernere iuſſit. Hanc ad neceſ- riam *Electoris* ſui propoſitionem, *Ordines* ducen- na *Ferdinandicorum* millia decreverunt. Hac ta- nen adiecta conditione. Pecuniæ hæ, non alium, ræter *Epiſcopatus* defenſionem, in uſum conferre- ur. Quo ſtante decreto, triplex provinciæ ordo, idel. *Comites*, *Equeſtres*, & *Civitates*, contenderunt, empè *Ordo Eccleſiaſticus* potiſſimam id genus pecu- niarum partem dependeret. At parùm obtinue- unt. Evénit enim, ut, tanquam in trutina, utraque ars ex dimidio, æquoque, conferre per ſententiā uberetur. Undè ilicet aliquammultæ legiones, ꝓ *rchiepiſcopatus* defenſione, ſtipendiis cœperunt obligari.

V.

Archiepiſcopus Bremanus Ord. Catholicos in- feſtat.

NEque verò hæc militaris fabula ludebatur, præſente ſub tempeſtate, per unam duntaxat, alteramque regionem. Sed vix per *Germaniam* an- gulus erat reliquus, quem non *Mars* truculentus flagello ſuo peruaſiſſet. Certè, vel *Archiepiſcopatus Bremani* miles, fortunâ tùm vela *Suecica* inflante, ſic quidem crociter in *Catholicos* ſæviebat, ut de indu- ſtria in illos videretur coniuràſſe. Quo nomine *Verdam*, ſedem *Epiſcopalem*, intercipiens, *Monachos*, *Eccleſiaſticoſque*, ad unum omnes, illinc eiecit. Ho- mines inermes, *Rotenburgum* confugientes, dimiſ- ſo ad *Archiepiſcopum Secretario* ſuo, quid ſibi hic im- petus vellet, quidque magnoperè exſpectandum eſſet, interrogare cœpêre. Quibus redditum ver- bis ſatis aſperis: Aut *Cæſareani* milites, totuſque *Clericorum* chorus, ex *Archiepiſcopatu* recederent. Aut eiiciendi eſſent.

Hæc dentata locutio, minis coniuncta, non po- tuit non hominum *Eccleſiaſticorum* ſauciare ani- mos. Sic, ut auxilia undecunque implorarent. Nec mora, *Rheinachus* tribunus, *Stadæ* gubernator, cum octingentis pedeſtrium, ducentiſque equeſtrium, profectus, rectà in *Archiepiſcopales* iſtos eduxit. Sed propoſito excidit. Dùm enim propè *Bremam* mo- vet, ecce! cives moras, neſcio quas, illi iniiciunt. Undè, inſtituto fruſtratus, partem diœceſeos ar- chiepiſcopalis laceravit. Spoliiſque onuſtus *Sta- dam* reduxit.

VI.

Gronsfeldius Verdam, Langvvedelamque, re- cuperat.

EXiguâ interiectâ morâ, *Iuſtus Maximilianus*, *Co- mes Gronsfeldius*, archiſtrategus *Ligarianus*, par- tiumque ad *Viſurgim* gubernator generalis, luxu- riantium id genus ſub *Archiepiſcopatu Bremano* no- vorum militum inſolentiam diutiùs impunè haud poterat intueri. Proindè evocato denuò ad ſe *Rhei- nachio* tribuno, *Mindâ* eduxit. Intráque *Hoianam* dy- naſtiam tria hominum millia conglobavit. Quibus cum, aſſumptis tormentis aliquammultis, *Alleræ* vadum tranſiens, *Verdam* impetiit. Equeſtres *Archi- epiſcopo* militantes, prævíſo hoc impetu, abſque re- pugnantia, *Langvvedelam* dilapſi ſunt. Pedeſtris ma- nus aliquouſque reſtitit. Tandem, viribus inferi- or, deditionem fecit. Convaſatiſque reculis, emi- gravit.

Verdâ in ordinem redactâ, rectà *Gronsfeldius* in *Langvvedelam* ivit. Quanquam verò præſidium *Epi- ſcopale* per biduum acriter reſiſteret. Nihilominùs, ubi diutiùs neque obniti, neque obſidionis labo- rem tolerare, poſſent, etiam hi herbam porrigen- tes, more militari, miſſionem impetrârunt. Neque hoc ſatis. Sed non multò poſt *Gronsfeldius* diſpoſi- tas cohortes iuſſit animadvertere in *Archiepiſcopi* equeſtres. Ceſſit & illud feliciter, atque ex voto. Nam turmę *Gronsfeldianæ* in epiſcopales commodè incidentes, partem illorum orco dimiſerunt. Par- tem verò ad *Bremam* uſque perſequentes, intrà mu- ros illos tutelares reconfugere coëgerunt. Sic, ut, ſub velitaribus illis animadverſionibus, nova militiæ ratio, ab *Archiepiſcopo* tentata, facilè exſpiraret.

***

Io. Petri Lotichij

RERUM GERMANI-CARUM

LIBER XLIV.

CAP. I.

De Ferdinando II. Imper. Fridlandum ad mili-tiam revocante.

I.

Fridlandus revocatur ad militiam.

EA communis huius per *Imperium* perturbationis, quâ, *Guſtavo Rege* victore, vulnus ſuper vulnus, clades ſuper cladẽ, affligebat *Cæſarem*, tùm quidem erat facies, ut facilè cum *Romanorum* olim tempeſtate, temporibus *Hannibalis*, unam poſt aliam victoriam reportantis, comparari poſſe videretur. Itaque vel *Scipione*, qui audacia, fortitudine, ac felicitate, nova tot vulnera, tot clades, fulminando diſcuteret, vel *Fabio*, non minori fortitudine, quàm ſapientia, ac circumſpectione, cunctando res labantes reſtituente opus erat. Seneſcente enim *Thillii* fortunâ, alium deſultoria hæc diva deſiderabat bellatorem, cui more conſueto primùm blandiretur, mox illuderet. Id deinceps *Fridlando*, novo illi, & memorando, fortunæ ſive ſpectaculo, ſive ludibrio, accidit. Qui ſi militiam, reique imperatoriæ in caſtris ſummam, iteratò non attigiſſet, felix utique fuiſſet. Sed aliud agitabat *Rhamnuſia*. Nempè hanc velut luculentam fortunæ pilam ut primùm in altum denuò tolleret. Rurſuſque ad infima quæque præcipitem daret, humoque ſive ſaxis, illideret.

Quòd igitur eodem tempore terror duplex occupaſſet *Cæſaris* regna, & provincias. Tàm quòd *Rex Sueciæ* præternaturales, & violentos, per *Imperium* facilè omne faceret progreſſus. Quàm quòd *Saxoniæ Elector* à fœdere, & coniunctione *Suecica*, avelli nequiret. Sed ſeparato, proprioque, cũ exercitu *Bohemiam* infeſtans, iam tùm *Pragam* quoque, ſedem regiam, occupâſſet. Variiſque ſub
cibus, civitatibus, oppidis, dynaſtiiſque, in po
ſtatem redactis, immenſam vim annonæ, appa
tus militaris, auri, argentique, confeciſſet. Eap
pter, ne *Auſtriacus* potentatus tàm difficili temp
re gravius aliquod caperet detrimentum, om
bus, quod dicitur, copiis laboratum, vigilatu
que, eſt. Illis omnibus ſuperaccedebat timor ha
vanus ſuper *Vngaris*, in res novas propendentib
Ut porrò lerna iſta ruſticanorum ſuprà *Anaſu*
certè multorum capitum, toties in *Cæſarem* inſ
gens, etiam novos ſpiraret furores.

Iſtis omnibus eâdem tempeſtate, velut glo
facto, emergentibus procellis, *Cæſar* ſolicitare i
ſit *Fridlandum*. Scilicet omnem ſcabitudinem a
mo, deleret ſine cicatrice. Pateretur que ſe reco
ciliari etiam amiciſſimis. Immò verò reverteret
ad militiam *Cæſaream*. Quod, ne, pro *Manlia*
ſua illa aſperitate, negaret, miſſus eſt *Eggenberg*
Princeps, *Cæſaris* conſiliarius intimus, idemque i
ter *Fridlandi* amicos facilè primus. Hic igitur t
iniectis precibus diu tergiverſanti inhumanitate
expectoravit. Ut oggereret: Tametſi quidem
partibus *Cæſaris* uſque eò nuper ſui præclara no
fuiſſet habita ratio. Ut ob id ad militiam redi
debeat. Nihilominùs, *Eggenbergii* amicitiæ quò
debeat plurimùm, eiuſce intuitu ſeſe non nihil f
cturum. Ità ut, ad *Calendas* uſque *Martias*, copia
ſed abſque archiſtrategi titulo, colligere velit. Ne
que verò ſe vel cum hoſtibus conflicturum, v
impreſſiones, aut eiuſmodi quiddam, ſuſce
pturum. Intereà ſive alium ſibi proſpicerent ex
ercitus imperatorem. Sive, quod tutius utique e
ſet, pacem auſpicarentur. Atque huius laboris nu
lam ſe poſtulare mercedẽ. Ut etiam centena *Fer*

dinan-

andicorum millia, honorarii loco oblata, ingen-
animo repudiaret. Tantùmque ſumptus, ad
es menſes neceſſarios, requireret.

Mitigatus ex parte *Fridlandus* apud *Znambram*,
oraviæ metropolim, novos militiæ fecit appara-
s. Sic, ut trecenti, per provincias *Cæſaris* hæredi-
rias, finitimaſque regiones *Catholicas*, dimiſſi, pa-
rii, ingentes hominum numeros ſtipendiis ob-
garent. Quæ multitudo, unà cum *Tieffenbachii* le-
onibus, ſub leges *Fridlandi* vocatis, per *Auſtriacas*
as provincias, non ſine ſubditorum faſtidio, col-
gi, inque ſtativa dividi, cœpit.

II.

*umptus iaculatorii, apud Aulam Cæſaream, no-
vos in belli apparatus collati.*

IT autem appareat, non tralatitiis novos exer-
citus parari tùm cœpiſſe conatibus, iaculato-
os ſaltèm contemplabimur ſumptus, cuiuſmodi
trà *Aulam Cæſaream* tùm quidem à *Magnatibus*, in
ovi exercitus inſtaurationem, collatos eſſe, acce-
mus. E quibus *Rex Hiſpaniarum*, primo ſub limi-
e, trecenta ducatorum: *Rex* verò *Vngariæ*, & *Bohe-
iæ*, trecenta *Ferdinandicorum* millia erogârunt. *Eg-
nbergius Princeps* centena *Ferdinandicorum* millia, &
iſcopus Viennenſis octogintà eiuſdem monetæ mil-
a, adiecerunt. Illis *Cardinalis*, & *Princeps*, *Dieterich-
inius* centena florenorum, *Michna Comes* centena
alerorum Bohemicorum, & *Stralendorfius*, *Imperii
icecancellarius*, octodecim ducatorum, millia, con-
lêre.

Neque *Cæſar*, cum tot regnis, ac provinciis, hoc
mpore ſumptibus, ac collectis, pepercit. Indictâ
uippe apud *Viennam* diætâ provinciali, pro con-
rvatione fortalitiorum, in finibus *Vngariæ* poſito-
um, ducenta, & ſeptuagintà ſex, florenorum mil-
a: Pro *Vienna*, *Rabâ*, *Neohuſalia*, munimentis, *Nuſ-
rfiique* aquæductibus, ducenta florenorum mil-
a: Pro *Vienna*, ad duodecim paſſuum millia, con-
rmatione, præſentiſque neceſſitatis lege, tàm au-
lia in nummis, quã annona, parata, ſine ulla mo-
a, decernenda, poſtulavit. At neque tantùm *Ma-
nates*, *Principes*, *dynaſtaque*, novas illas novam in ex-
editionem fecerunt impenſas. Sed homines cæ-
ri tàm *Eccleſiaſtici*, quàm politici, nobiles, ignobi-
ſque, conſtituto in cuiuſcunque facultates, ac ca-
ut, cenſu, ſuas porrò ſuperaddidêre ſymbolas. Ut
emo ruſticanorum, nemo proletariorum, ipſo-
umque capitecenſorum, infimoque è famulitio,
mmunis haberetur. Atque hæc pecuniarum, mili-
riſque apparatus, vis vel intrà *Auſtriam* conquiri
œpit. Inter cæteras enim provincias, *Sileſii*, pro vi-
inti octo legionibus, ſatisfecerunt. Eodem cenſu
omnes tàm nobiles, quàm ignobiles, ipſaque
ervitia, conſtituto.

III.

*Maximilianus, Elector Bavariæ, novam Frid-
landi ſublimationem improbat.*

SEd novam illam *Fridlandi* tàm ad militiam *Cæſa-
ream* revocationem, quàm ſublimationem, hoc tempore, certis de cauſſis, improbare viſus eſt *Elector Bavariæ*. Mallet enim alium, & quidem tanta cũ poteſtate, militię ducem. Quam in rem, hic ubi rumor increbuiſſet, ſupremum aulæ ſuæ magiſtrum, *Baronem Donnersbergium*, dimiſit ad *Cæſarem*. Qui, facta coràm dicendi copia, illa in verba peroravit. Præmiſſis autem illis, ut vocant, communibus, *Elector* excuſare cœpit moram. Quòd ſub tanta *Rom. Imperii*, inprimis *Franconiæ*, & partium *Rheni*, *Circulorum*, perturbatione, *Cæſari* veram, præſentemque, ferre ne potuiſſet quidem opem. Ut enim *Sueciæ Regi* reſiſteret, opis ſuæ haud fuiſſe. Etiam *Infantem Hiſpaniarum Bruxellis* ad ſe dediſſe, ſub hac cautione: Sapienter utique diſpiceret. Neque abſque iuſtis, ac ſuffecturis, viribus in *Regem* iret. Satius quippe fore, cunctando ſpem, roburque, proferre. Quàm feſtinando, ſuper tota rei ſumma periclitari, malumque accerſere. Exſpectaret ergò, dùm vires *Catholicæ* ſociarentur. Neque enim *Infantem* rebus *Imperii* defuturam.

De cætero, adiecit, cum *Bavariæ* ſuæ poſitu ſic quidem eſſe comparatum, ut tantis viribus impar ſit. Hoſtes enim eis paucos dies ſic illas regiones lacerare poſſe. Ut tanquam ſcopis purgatæ videri queant. *Galliarum Regem* intereà eò animis propendere, ut, in rem *Ordinum Imperii Catholicorum*, numeroſum contrà *Sueciæ Regem* exercitum educere paret. Prout quidem *Electori* nuper intimari curâſſet. Saltèm ſummi *Pontificis* exſpectari confirmationem. Ut nihil indè *Auſtriacæ* familiæ veniat metuendum.

Tametſi verò *Elector* ſperâſſet, non futurum, ut *Cæſar* iſtum, qui quidem, ad totius *Electoralis collegii*, *Annô M. DC. XXX.* apud *Ratiſponam* congregati, inſtantiam, ab officio ſupremi militiæ ducis fuiſſet remotus, iteratò revocaret ad militiam. Eodemq; imperatorio munere, præſertim ſub eminentia priſtina illa, ſublimaret. Quod quidem ſibi *Electori* non poſſit non accidere grave. Nihilominus illud omne, ſub tàm evidenti, & magna, perturbatione, ſe in medio relinquere. Sub hac adiecta petitione. Si fortè deinceps hic *Fridlandus* cum exercitu in *Imperium* mittendus foret, ne pateretur *Cæſar*, *Bavariã* ſuam tranſitu, migrationibus, ſtativiſque, moleſtari.

Et cùm hoc tempore tàm *ſuperiori*, quàm *Inferiori Palatinatui* inſtent tropica, præſertim *Sueciæ Rege* loca præoccupante plurima. Totque felicibus ultrà nitente progreſſibus Ut mox omnem *Palatinatum* eripere ſatagat. Hoc eventu *Cæſarem* ab *Electore* corrogari, dignaretur *Auſtriam* ſuprà *Anaſum*, anteà pignori datam, retribuere. *Electorem* denique omnem daturum operam, quò *Cæſari*, quantùm eius fieri queat, opportunam ferat opem. Et ab *Auſtria* omnem propellat noxam. Quo nomine iam tùm provinciæ ſuę delectos in armis eſſe. Aditúſque ad *Danubium* firmare, iuſſiſſet. Ut de cætero curam illam ſequeſtrare nolit. Quò *Auſtria* ſuprà *Anaſum* ab inſultu hoſtili præſervetur.

***

CAP. II.

De Galliarum Rege, in Auſtraſiam movente. Liberiſque Rom. Imperii urbibus, fortunam Suecicam ſequentibus.

I.

Galliarum Rex invadit Auſtraſiam.

MUltùm verò abeſſe videbatur, ut, ſecundùm præconceptam confidentiã. *Rex Galliarum*, pro *Ord. Imperii Catholicis*, iuſtum adversùs *Sueciæ Regem* educeret exercitũ. Ut, inſtituto prorsùs contrario, *Suecorum* ſuperaccedens partibus, *Cæſari* veniret metuendus. Ità enim fœderis exigebat, ſuprà inter utrumque *Regem* pacti, ratio. Ubi ergò *Soiſſonum Comitem* regno patrio apud *Pariſios* præfeciſſet *Vicarium*. Eique, copias tàm equeſtres, quàm pedeſtres, conſcribendi, caſtra metandi, civitates oppugnandi, & in univerſum ea omnia, qua quidem eſſent profutura, in paſſibus, ceu vocant, utilibus, agendi plenam feciſſet poteſtatem. *Rex Chriſtianiſſimus* inſtructum in *Lotharingiam*, ſive *Auſtraſiam*, eduxit exercitum. *Metimque* movens, diverſas in poteſtatem redegit civitates. Simulátque ea loca, ſuperioribus annis à *Cæſareanis* intercepta, ac firmata, occupavit. Sed parùm abfuit, quin *Rex*, extrà regnum profecturus, à ſicario intrà aulam, ac palatium regium domi conficeretur. Obſervatus enim, & in vincula abreptus, fuit latro, oblongo, præacutoque, manum inſtructus cultro, idem, quò *Rex* erat, per atrium obambulans. Quo furcifero in pœnas reſervato, paratas *Rex* evaſit inſidias.

In *Auſtraſiam* igitur promotis caſtris confirmavit *Duci*, nihil illi à ſe fore periculi. Modò ipſe offenſionis cauſſam non præbeat. At *Dux Aurelianus*, intellecto intrà *Metim Regis* adventu, *Nanceio* valedicens, in *Burgundiones* ſeſe recepit *Hiſpanicos*. Interim *Auſtraſiæ Dux* fidem *Regi* dabat. Pollicitus, ſe rebus regii fratris non acceſſurum. In cuius confirmationem fortalitium, *Regi* opportunum, ſimulátque tradidit. Quanquam præſens *Chriſtianiſſimi Regis* expeditio, ſub tanta *Suecorum* per *Imperium* felicitate, magis ad *Germaniam*, quàm *Lotharingiam*, ſpectaret in receſſu.

II.

Reſpubl. Veneta, & Argentinates favent Suecis.

FElicitatem multos attrahere amicos, à veterib⁹ proditum eſt. Ut, quos fortuna aſpiciat vultu ridente ſecunda, eoſdem & populi favor comite-
tur indubius. Hoc pacto *Rex Sueciæ*, felicitate be-
lica plenus, legatum miſit ad *Venetos*, qui ſimulát-
que regiæ illius *Reipublicæ* favorem auſpicaretu-
Nec illud ſiniſtrè evénit. Nam legatus, per duo
menſes *Venetiis* ſubſiſtens, præter ſolennis, & mu-
tiplicis, honoris conteſtationem, à *Patribus* purpu-
ratis auratâ torque inſignit⁹, negotiis ex animi ſen-
tentia peractis, dimitti cœpit. Ut ſic, fortunâ fid-
bus canente, *Arctôi Regis* fama, ac gratia, ultrà *H-*
driam penetraret. Ità, bellum quorsùm evaſuru-
ſit, nemo ſatis ab initio proſpicere ſatagit. Ità n-
ipſe bellator ſæpenumerò fortunam currente
frænare, aut ſiſtere, ſufficit. Ut eò interdùm fort-
næ abripiat æſtus, quò nec cogitatio, nec ratio in-
puliſſet. Prout autem à diſſitis *Italiæ* gentibus, ali
in *Cæſares Auſtriacos* animis alienioribus, *Rex* dub
procul rogavit fœdus, ſubſidia, pecunias. Ità ab *A-*
gentina, *Imperii* vrbe libera, ipſo vel nomine com-
mendata, per peculiarem eò amandatum orator
Marcum Rehlingenium, ſuper commeatu, tranſit
receptuque, paciſci iuſſit. Etiam hîc fama *Regi* i
gentem conciliaverat applauſum. Ut parùm, a
nihil, etiam hi *Argentinates* negarent.

III.

Tranſactio inter Sueciæ Regem, & Vlmam, Im-
perii urbem liberam.

QUanquam autem, an, & quibus ſub conditi-
nibus, tàm *Veneti* purpurati, quàm *Argentin-*
tes, cum *Rege*, pepigerint, in medio non extet. I
tñ extat *Tranſactio*, quâ *Rex Vlmenſibus* dedit, ab i
demq;, accepit fidẽ. Quâ non pigebit hoc locò i
teriungere. Ea verò talis eſt: Nos *Guſtavus Adolph*
DEI gratia, *Suecorum*, *Gothorum*, ac *Vandalorum*, *R*
magnus Dux Finlandiæ, *Dux* in *Eheſten*, & *Carelen*, *D*
minus in *Ingermanland*. &c. Et nos *Seniores*, *Conſul*
& *Senatores* civitatis *Vlmenſis*, notum facimus p
nobis, hæredibus, ſucceſſoribuſque, noſtris, ite
que reſpectivè regnis, magnis ducatibus, prin
patibuſque, Civitate, ac regione, publicis hiſce c
dicillis conteſtantes. Poſteaquàm nos *Rex Suec*
ſub regio noſtro exercitu, zelo pietatis *Chriſtian*
aliiſque, ſatis arduis, cauſſis impellentibus, pro vi
dicandis *Electoribus*, *Principibus*, *Ordinibuſque*, *Evan*
licis, ſub afflictione gementibus, proque liberta
Germanicæ conſervatione, ſecureque, & conſtant
pacis reductione, in *Imperium* nationis *German*
eduximus. Perque *Inferiorem*, *Superioremque*, *Sax*
niam, uſque in *Mœni*, *Rhenique*, partes, itemque *Fr*
conicum, *Suevicumq;*, *Circulos*, progreſſi ſumus. No
inter cæteros complures *Electores*, *Principes*, *Ordine*
que, *Evangelicos*, *Rom. Imperii* civitatem liberam, *V*
mam nempè, in regiam noſtram protectionem,
tutelam, clementiſſimè admiſiſſe. Quo quide
nomine illam in protectionem, tutelam, ac defe
ſionem, noſtram, hiſce, & quidem ſequentibus ſu
conditionibus, admittimus. Sic, ut, divina favent
gratiâ, nos iis, eorum civibus, ſubditis, incolis, c
mnibus ſub iuriſdictionem ſpectantibus, iuxtà *E*
angelicæ Religionis, *Auguſtanæque Confeſſionis*, confi
mationem, exemptiones, privilegia, iura, faculta
tes, ac bona, tàm intrà, quàm extrà, civitatem, ult
mè conſervemus. Contràque iniurias quaſcunqu

tuea

amur. Ea lege, ut omnes illos, quicunque *Vlme-*
àm in territoriis, dynaſtiis, bonis, ac facultati-
s, ullo pacto infeſtare, bello petere, obſidere, at-
e affligere, meditentur, pro noſtris hoſtibus ha-
imus, omnique vi reiiciamus. Civitatem verò
que quaq; omni meliori modo defendamus. Ita-
e neque pacem faciemus, niſi civitas includatur.
emptioneſq;, cum iuribus, ac privilegiis, adver-
hoſtes ſuos, quaſcunque, ſufficienti ſub cautio-
ſecurè poſſideat. Quo nomine in priſtino ſtatu,
que omni damno, pleniſſimè eos reponemus.
nniaque, quæ à nobis fieri quacunque ratione
ſſunt, fœderiſque ſocium, ac protectorem, de-
it, implebimus.
Quo autem, tàm pro nobis, quàm ipſiſmet, nec
n communi re *Evangelica*, præſidium promiſſum
nori cum difficultate alere queant. Ecce! cle-
nter indulgemus, ut cẽſibus, ac reditibus, è bo-
, balaviiſque, *Ordinis Teutonici, Clericorumq;*, tàm
rà, quàm extrà, *Civitatem*, provenientibus, hanc
rem utantur. Eundemque in finem ab *Ordinibus*
tholicis, ſub civitatis iuriſdictione poſitis, tributa
gant, & impendant. Et, cùm *Vlma* civitas ſit li-
tanea, rebuſque gerendis opportuna, nos *Rex*
cia non permittemus, ut ſub territorio, ac iuriſ-
tione, eius delectus militum, ſive diribitoria,
beantur. Neq; ſtativa dividantur. Sed, ſi inevita-
is belli ratio hanc imponat neceſſitatem, ut ex-
citus regius per civitatem ſive tranſmittendus,
e in proximo continendus, ſit, tùm utique *Rex*
ovidebit, ut iuſta ſub diſciplinæ militaris mode-
ione, quantum eius fieri poteſt, & abſque civi-
is, eiuſque ſubditorum, diſpendio, hoc omne
rficiatur.
Denique, cùm *Rex* intelligat, civitatem annis
terioribus per continuas illas exercituũ migra-
nes, exactioneſque, exhauſtam eſſe. Ut ad ali-
iammultos auri milliones hæc extendatur iactu-
æriſque alieni contractio. Proindè *Rex* de me-
s deliberat. Quibus, cum occaſione, ſi liceat,
e damnum poſſit reſarciri.
Ex adverſo, nos *Seniores, Conſules,* ac *Senatores, Ci-*
atis Vlmenſis, tàm pro nobis, quàm communis ci-
atis nomine conteſtamur, promittimus, locoq;
amenti ſanctè condicimus, nos *Sueciæ Regem*, co-
namque *Suecicam*, pro protectore noſtro reco-
ituros. Illi fidem omnem operaturos. Nihil con-
hæc pacta, ac conventa, deſignaturos. Damna
olituros, commoda provecturos. Perque huius
lli, (cuius cauſſę bonitatem ſolenniter approba-
us) & ſi quæ ex hoc, tanquam fonte, exſurgent
lla ſuccedanea alia, eorumque, continuationẽ,
nſtantiam noſtram, abſque fraude, declarabi-
ũs. Sic tamen, ut, ſub pacis recompoſitione, ſub
munitatum, iurium, ac privilegiorum, noſtrorũ
demnitate, tranſactionis legibus ritè includẽdi,
iſtinóque in ſtatu reponendi, ſimus. Quò inſti-
to, nullis *Sueciæ Regis*, communiſque fœderis *Ev-*
gelici, hoſtibus, hanc civitatem, hoc fortalitium
ſtrum, ſive aperiemus, ſive permittemus. Neq;
æſidium ab illis intrò ſumemus. Sed omnibus, qͥ
citur, copiis repugnabimus. Ut neque, inſcio *Re-*
, tractationibus experiri. Nedùm tributa, anno-
m, & id genus apparatus bellicos, conferre, veli-
us.
In fidem ſpecialis huius protectionis, tàm debe-
mus, quàm volumus, numero præſentis noſtri prę-ſidii mille, & ducentos, ſuperaddere. Eoſque propriis ſumptibus alere. Sic, ut *Rex*, tanquã director abſolutus, gubernatorem præficiat. Qui, unà cum cohortibus, tàm *Regis*, quàm *civitatis*, in verba iuret. Omniaq;, quæ ad officium illud requiruntur, & *Regis*, & *civitatis*, nomine, exequatur.

Præterea, *Regi* per civitatem, fortalitia, ac territoria, prout ratio belli, communiſq; rei *Evangelicæ*, poſtulabit, dabimus acceſſum, tranſitum, regreſſumque, liberrimum. Ut toties, quoties receptibus illis opus erit, utatur. Fines, adituſque, ſuo præſidio confirmet. Sic tamen, is ut miles tàm *civitati*, quàm *Regi*, iuramento ſit aſtrictus. Noſtra ſub directione in diverſoria mittatur. Sumptibus *Regis*, abſque civitatis, civiumque, moleſtia, alatur. Cauſſâque præſidii ceſſante, ſine dolo, ilicet deducatur.

Porrò, *Regi* tàm per *civitatem* ipſam, quàm *civitatis* territorium, ut conclaſſet, támque equeſtris, q̃ pedeſtris, generis militem conſcribat, liberam facimus poteſtatem. Sique *civitatis* res, ac tranquillitas, permittat, ità affecti ſumus, ut præſidiũ omne, retentis duntaxat trecentis, *Regi*, non noſtro, ſed illius, ſumptu cedere. Numerumque priorem identidem redintegrare, velimus. Eadem ratio obtinebit cum ſubditis, navibuſque noſtris. Ut, re urgente, etiam illos armare, *Regiſque* directioni credere. Naves verò, quotquot parare licebit, pro pontis exſtructione, commodare, nautiſque, ac ſervitiis, inſtruere, velle, *Rege* id poſcẽte, promittamus. Denique, *Regi* commerciorum liberè exercendorum, annonæ, armorumque comparandorum, devehẽdorumque, intrà *Civitatem*, iuriſdictionemque noſtram, in quantum illis carere ſufficimus, facultatẽ damus. Ut etiam ex armamentario noſtro machinas bellicas, remque tormẽtariam, ſed ſub cautione de reſtituendo, educere. Subditiſque noſtris ꝑ munimentis, atque operibus, tàm excitandis, quã communiendis, uti, valeat. Ad ſummam, omnia illa bonâ fide implebimus. Quæcunque à patriæ, *Religioniſque Evangelicæ*, amantibus, confœderatiſque, poſtulabuntur. Adeóque tàm *Regis*, quàm communis belli, ſtatus, ac ratio, requirere videbũtur. Quæ quidem verbis amœbæis, reſpectivè regiis, ſincerâ, bonâque, fide, hiſce compromittimus.

Externa.

De rebus Gallico-Italico-Rheticis. Itemq; Batavis.

I.

Dux Mantuanus intrà ſedem ſuam ſolenniter, & cum applauſu, reſtituitur.

HActenùs, quà res *Italicas*, pauſam fecimus. Iam verò poſtliminiò ad eas revertentes, de iſtis verba faciemus, quæ poſt apud *Chieraſcenem* factam tranſactionẽ,

Cæſareiq;

Cæſareique exercitus ex *Italia* diſceſſum, acciderunt. Ergò *Dux Mantuanus*, ubi per legatos apud *Aulam Cæſaream* inveſtituram, ceu vocant, adeptus eſſet, in provinciam ſuam ſolenniter, magno ſubditorũ cum applauſu, ac feſtivis congratulationibus, reverſus eſt. Incolis, poſt funeſti belli labores, quanta eſſet commendatæ pacis bonitas, animis, votorum prodigis, haud ſegniter in memoriam revocantibus. Peractis illis ſolennibus, *Dux* præcipuos quoſdam homines, & inter eos *Ioannem Franciſcum Gonzagam, Marchionem*, nuper apud *Mantuam* à *Cæſareanis* deſignatum gubernatorem, eò, quòd, ſuperiori tonante bello, cladem communem adiuviſſent, minùſq; cum patria fide bona egiſſent, è vinculis cauſſam dicere iuſſit. Ergà quem novum *Principem*, dominumque ſuum, quò incolæ ſubmiſſionis devotæ publicarent conteſtationem, mille, & quingentos, ſtipatores, pro cuſtodia illius, ſtipendiis ſuis obligarunt.

Tametſi verò *Cæſareani*, ex lege tranſactionis, fortalitia, ac munimenta, per *Rhetiam* nuper complanâſſent. *Gallicani* verò *Suſam, Aviglianamque*, dereliquiſſent. Ut iam *Italia* omninò pacata videri poſſet. Nihilominùs hæc fortuna mox vitri duntaxat ſplendorem præ ſe tuliſſe viſa eſt. Dùm ſimultas, ac diffidentia, velut naturâ ſuâ inter *Hiſpanos Galloſque*, gliſcere ſolita, modò non inducias dare, ſed vires, ac pabula, reſumere, cœpit. Quippe *Galli*, quos omnes exceſſiſſe *Italiâ* mallent *Hiſpani*, per globos, ac centurias, denuò intrà *Caſalin*, & *Mantuam*, ſeſe inſinuabant. Quod obſervantes *Hiſpani*, legiones quaſdam, & inter eas *Solmenſem*, & *Schaumburgicam Teutonicas*, intrà *Mediolanenſem* retinuerunt provinciam.

II.

Hiſpani, & Galli, per Italiam novum coquunt bellum.

QUòd ergò *Dux de Feria, Mediolani* gubernator, fruſtrà retentatis tractationibus, *Germanicum* militem haud dimitteret. Sed furtim ſupplementa cogeret. Ut *Galliarum Regi* haud vana naſceretur ſuſpicio, tanquam *Hiſpanus* ille hoc ageret. Nimirũ auctis clàm copiis bellum recoqueret. *Rhetoſq;, Galliæ* confœderatos, nihil tale exſpectantes, opprimeret. Inprimis, cùm hoc propoſitum, quò populos illos à *Gallis* ſequeſtraret, tàm corruptionibus, quàm minis, urgeret. An ſic in partes pertrahere. Proximoque vere in *Gallos* inſtigare, quitus eſſet. Proindè *Galliarum Rex* cohortes, utique iam tùm è *Mantuana, Montisferratiq;*, provinciis deductas, eò, undè venerant, redire iuſſit. Simulátque *Turraſſium Mareſchallum*, aliquammultis cum cohortibus, intrà *Caſalin* miſit. Illic ut commeatum pararet. Novique belli præparatoria conquireret. Quo fine à *Genuatibus* obtentus eſt tranſitus. Ut è *Maſſilia* naves frumentariæ eò, in *Montemferratum* uſque ſolverent.

Neque ſegniùs cum *Sabaudiæ Duce*, ſuper *Pinarola*, & *Peroſa*, fortalitiis limitaneis, à *Chriſtianiſſimo Rege* agi cœpit. Pro quibus *Duci* cedenda eſſent loca æquipollentia alia. Ad hæc *Sabaudus Mediolanenſi Vicario* nunciavit. Fieri nõ poſſe, ut *Sabaudiam* abſque decem pedeſtrium millibus, & equeſtriũ millenario, *Pedemontium* verò, citrà ſex pedeſtriũ m
lia, & equeſtrium millenarium, tueatur. Mitte
ergò promiſſa trecentorum coronatorum mil
Superiori è bello ſibi debita. Cui reſpondit *Gub*
nator: Scilicet, eam ut pecuniæ ſummam iam de
dat, infrà facultates eſſe ſuas. Interim, ſi quid ac
dat, auxilio ſe illi haud defuturum. At hæc reſ
ſio, prout videbatur, frigida non arriſit *Saba*
Neque enim verbis, ſed re, ſibi ſatisfieri, poſtu
bat. Hac de re, ne à *Gallis*, tranſitus petentibus, ſi
ſtri quicquam metuendum eſſet, tàm ſuper *Pina*
la, arce, ac civitate, quàm *Peroſa* fortalitio, cont
dendis, paciſci cœpit. Ut etiam apud *Suſam* re
admitteret præfectum. Hac ſub conditione. Si
per *Italiam* recomponatur, loca prænominata,
trà ſextam ſeptimanam, redderentur. Neque *Sa*
audus Reginæ matris, fratriſquè regii, cauſſam
veret.

III.

Rex Chriſtianiſſimus differentias inter Saba dum, & Genuates, componere nititur.

DAtâ, acceptâque, fide, *Galli*, intrà *Pinarolam*
miſſi, loricas, atque opera paulò antè deſt
cta, reædificârunt: locum quatuor inſuper con
mantes propugnaculis. Interim, gliſcentibus no
motibus, *Sabaudus* ipſemet arma, legioneſque,
ravit. Ut *Genuates*, quibuſcum ſibi nondùm con
niebat, facilè ſuſpicarentur, hæc in ſe cudi fulmi
Tanquam coniunctis *Galliarum Regis* viribus, pe
rentur. Quo nomine etiam hi conclaſſantes, tri
mes ſuas, peregrè dimiſſas, revocârunt. Neque
rò fruſtrà ſuper *Sabaudo* hîc ſuſpicabantur *Ligu*
Id enim, quod metuebant, tùm coquebat ille. S
litem hanc diremptururs, intervénit *Rex Chriſtia*
ſimus. Miſſoque ad *Rempublicam* legato, quàm illi
hil à ſe periculi eſſet, confirmavit. Iuxtáque o
ram ſuam offerre cœpit. Quâ *Sabaudo* reconcili
Genuates. Novamque inter vicinos potentatus
micitiam ſancire vellet. Regeſſerunt *Genuates*: *R*
Chriſtianiſſimi operam nondùm ſibi placere po
antequàm ex *Hiſpanus*, quid ſibi facto eſſet opus
ſcriptum habeant. Ideóque trium menſium int
vallum requiri, antequam ſententiam dicere q
ant. Quo exſpirante, operam, favoremque *Regis*
ſe gratanter admiſſuros. At id genùs procraſtin
tio non ridebat *Sabaudo*. Verenti, ſi eò uſque re e
trahatur, ne ab *Hiſpanis*, per *Italiam* magnis cona
bus bellum recoquentes, aliud fieri. Statumq
ſuum turbare poſſit.

IV.

Rheti in partes Chriſtianiſſimi Regis tranſeun

INter hæc, *Cæſareanis*, relictis *Rhetiæ* clauſtris, ex
Italia in *Germaniam* reducẽtibus, ea cura momo
dit *Regem Chriſtianiſſimum*, quo pacto clauſtra illa
poteſtatem redigeret. Parteſque *Rheticas*, unà cu
Valle Tellinenſi, priſtino in ſtatu reponeret. Oppe
tunè hoc tempore *Rhetorum* animi à *Cæſareanis*, *H*
ſpaniſq; videbantur alieniores. Quæ res *Regis* adi
vit conatus. Sic factum, ut, prænumeratâ inge
pecuniæ quantitate, clauſtra mercaretur. Illiſq
Roanum Ducem, ne quid adverſi accideret, præfic
ret

ricarium. Itaque magnis conatibus intrà *Rhetos*
i militum peragebantur delectus, multitudine
ſigna globatim confluente. Pupugit hæc novi-
Mediolani gubernatorem. Itaq;, miſſo caducea-
e, iuſſit indicari *Rhetiæ* proceribus. Delectos
terent *Mediolanum*. Magnamq; auri vim refer-
t. Modò in partes *Hiſpanorum* concedere, *Regiſq;*
protectioni ſeſe ſubmittere, malint. Sed præoc-
atæ nummis *Gallicis* mẽtes negârunt obſequiũ.
â repulsâ *Hiſpani* irritati nihil niſi ferrum, ignesq;
e, *Rhetis* interminari cœperunt. Vénit eodem
npore intrà *Rhetiam Cæſaris* quoque legatus. Et-
hic dehortatus eſt, ne *Cæſari*, familiæque *Au-*
ıcæ, tranſitus negarent. Sed, more maiorum, cō-
tem *Cæſari* operarentur devotionem. Sed ſur-
, ut aiunt, canebatur fabula. *Rheti* enim, argen-
ginâ præventi, parùm ad rem reſpondentes,
llis datam fidem perſeverabant. Legionesq; ni-
procraſtinando, aliquammultas contrahebant.
erim *Lucernates*, cæterique *Cantones* intrà *Helve-*
n Catholici, ad *Mediolanenſis* illius gubernatoris,
cis de Feria, inſtantiam, fœderis tabulas renovâ-
t. Intráque provincias ſuas milites ſtipendiis
ligari permiſerunt. Sic tamen, ut trecenta coro-
orum millia, ſibi debita, prænumerarentur.

V.

llis Tellinenſis incolæ Rhetis ſe purgant, ac ſubmittunt.

lis ſub *Rhetorum* ad bellum præparatoriis, haud
nanis terror *Vallis Tellinenſis* incolas inceſſit. Ne
c nova fabula ſuo etiam in theatro, intrà patriâ,
et peragenda, haud abſque multorum lacrymis.
teà enim ad potentiores hi defecerant. Qua de
diviſis inter *Rhetiæ* proceres doliis, *Falerno* patrio
nis, rogare cœperunt, populi nomine, pateren-
Rheti finibus ſuis parcere. Paratos ſeſe eſſe cer-
es *Rhetis* ſubmittere. Modò omnem ſcabitudi-
m animis deleant. Veteriſque erroris, ſive deli-
, vindictam eiurent. Sed *Rheti*, dùm vi, & armis,
teratores in ordinem redigere, priſtinamque ad
votionem reducere, tentant, parùm gratum illis
ddidêre reſponſum.

VI.

Hiſpani, Batavique, pugna navali decernunt.

ULtrà *Alpes Rheticas* in *Novum orbem* ſaltum fa-
cturi, nonnihil hoc loco de *pugna navali*, quæ
ſpanos inter & *Batavos*, fatales, ac iuratos, hoſtes,
tervénit, ſuperingeremus. Nimirùm, poſteaquã
c æſtate *Hiſpani*, ſub directione *Antonii de Ocquẽ-*
, validam, pro recuperando *Fernambuco*, claſſem
æparâſſent, eâ portum ad *Sanctum* ſolverunt. *Ad-*
iralis Batavus, tùm *Fernambuci* defenſor, prævisâ
oſtili claſſe, claſſem haud languidiùs ſuam, è ſede-
m navibus conſtantem, impoſitis præſidiariis ſex-
entis, inſtruxit. Inque *Hiſpanos* adventãtes eduxit.
onventum eſt in *portu omnium ſanctorum*, ad *Fer-*
mbucum. *Batavus*, *Hiſpanorum* claſſe, è quadraginta
uinque navibus, nempè viginti quinque triremi-
us præcipuæ notæ, aliiſq; viginti navibus milita-
bus, inſtructa, in conſpectum prodeunte, maluit
primos impetus ſuſcipere, quàm exſpectare. Qua audacia provectus, admiſſis ſex navibus, in *Hiſpanos* ivit. Sic, ut utramque *Hiſpanorum* navem prætoriam impeteret. Quo facto, triremes illæ *Hiſpanicæ* ſuis opem tulerunt. Pugnatum eſt utrinque animosè, non ſine multorum & ſanguine, & internecione. Uſque dùm ambæ *Batavorum* prætoriæ, incendio ſuperante, perierunt, vix ſalvis quinq; cervicibus. *Hiſpanica viceprætoria*, unà cum navibus tribus aliis, iuxtà *Batavas* illas pereuntes, mergi cœpit. Quo caſu evénit, ut reliquæ *Batavorum* ſuperſtites, ab auxiliaribus ſuis fraudatæ, *Hiſpanicarum* è globo ſeſe extricarent. Navemque *Hiſpanicam*, noctu laternigerulam, interceptam, *Fernambucum* referrent. Quæ quidem viginti duobus machinis æneis, ducentiſque capſis, ſaccharo refertis, abundabat.

CAP. III.

De mortibus hominũ illuſtrium. Itemque rebus novis, mõſtroſis, ac prodigioſis, hoc an. M. DC. XXXI. contingentibus.

I.

Ludovici Friderici, Ducis, & Adminiſtratoris, VVürtenbergici: Caroli, Ducis Mantuæ, & Rötelii, itemque Magnæ Duciſſæ Hetruriæ, funera.

PArtem hiſtoriæ cõſtituere illuſtriũ, ac clarorum, hominũ tàm natales, quàm emortuales, ſuprà, in operis limine, præmiſſum. Hunc ergò tenentes ordinem, narramus, *VII. Cal. Februar.* diem ſuum obiiſſe *Ludovicum Fridericum, Ducatus VVürtenbergici Adminiſtratorem*, & quidem è catarrho, prout *Medici* noſtri vocant, ſuffocativo. Succeſſit in *Adminiſtrationis*, ſive tutelæ, regimine frater *Iulius Fridericus, Dux VVürtenbergicus*. Qui, dũ ſubditi in verba iurant, etiam *Abbatibus* intrà provinciam ſeſe tenentibus, difficili quantumvis, & tropicorum pleno, illo tempore, leges præſcripſit, quibus, provinciæ nomine, cenſus conferrent, de cæteroque, morem gererent. Niſi pareant, proventus, ac reditus, illorum venales exponere, indeque fiſco ſatisfacere, iubet. Quæ res *Præſulibus* non infimæ notæ uſque eò ingrata accidit.

Intrà *Septembrem Caroli, Ducis Nivernenſis*, & *Mantuani*, filius, *Dux Rötelius*, ad plures abiit. Coniugem gravidam, filiumque, & filiolam, poſt ſe relinquens.

Iiſdem paſſibus, circiter exodium *Octobris*, *Magni Ducis Hetruriæ* coniunx, ex humanis emigravit.

Poſtquàm,

Poſtquàm, germanum ſuum, *Roman. Cæſarem*, inviſura, ex *Italia Paſſavium* perveniſſet. Gaudium igitur, & lætam feſtivitatem, quæ in illius adventũ apud *Viennam* pręparabatur, ne delibaret, mors invida ipſo ſub itinere tantæ matronæ lethiferas iniecit manus. Præcipitiſque catarrhi prolapſu ſpiritum interclufit. Sic haud rarò magnæ cogitationes etiam in præcordiis ſtrangulantur. Ipſoſque, quib⁹ in terris aliàs nihil negatur, *Magnates* fallunt. Ite nunc humiles animæ, & magna vobis promittite. Ite cauti, & ſpes veſtras ambitiosè ne præcipitate. Nempè hæc regia matrona antè diem, quo reditũ in patriam animo ſuo finxerat, & ſibi , & patriæ, ſurrepta eſt. Nempè ingens gaudium, quod inſtabat, mutavit in luctum. Diſcite nunc *Magnates*, etiam in itineribus mortem timere. Etiam inter ipſa gaudia, lætaſque cogitationes, etiam inter os, & panem, quod aiunt, triſtia multa, ipſumque lethum, ſeſe inſinuant. Corpus defunctæ *Seccaviam* intrà *Stiriam* relatum. Ubi iuxtà *Carolum Archiducem*, parentem, funebri ſub pompa, contumulari cœpit.

II.

Ædes SS. Trinitati Nova, intrà Ratiſponam, à S. P. Q. dedicatur.

SUprà prælibatum eſt, *Senatum, Populumque, Ratiſponenſem, Confeſſioni Auguſtanæ* addictum, *Religionis* ſuæ exercitium, certo ex pacto, & contractu, obiiſſe intrà *Cœnobii* ædem *Ordinis Dominicanorum*. Quam quidem, erogatis in *Monachos* ſex florenorum millibus, poſſidebat loco pignoris, vel hypothecæ. Hanc pecuniam, ſub *comitiis Ratiſponenſibus*, *Hiſpaniarum Regis* legatus, ſingulari uſus munificentia, *Senatui* refudit, ac retribuit. *Cœnobiumq;* eo onere liberaliter ſublevavit. *Senatus* igitur, impetratà à *Cæſare* conceſſione, alio de loco ſibi proſpexit, ubi ædem novam ſibi, ſuiſque, exſtrueret. Ità, ſub *Iulio* menſe , *anno M.DC.XXVII.* prima huius ædis fundamenta poni cœpère. Ædificium verò inſequente *anno M. DC. XXXI.* circà initium *Decembris* conſummatum eſt. Qua de re *Nonis Decembr.* præmiſſa præparatione idonea, ſolennis inaugurationis actus ſucceſſit. Sic, ut, præeunte ſacro, hymnis, ac concentibus muſicis, clangentibus, templum *SS. Trinitati* dedicaretur. Diviſis inter parvulos, memoriæ ergò, monetis honorariis, feſtum huius votivæ dedicationis conteſtantibus.

III.

Vaticinia hominum, œſtro percitorum.

HOc tempore, quo *Confeſſionem Auguſtanam* ꝓfitentes, eiiciebantur, rigore reformationis, ex *Auſtria*, dynaſtæ cuiuſdam exulis filia, annorum viginti quatuor, intrà *Noribergam* hoſpita, nonnulla haud inopportuna, vaticinari cœpit. Quippe, certis viſionibus exercita, è ſacro codice multa ardua, & cum pondere coniuncta, expoſuit. Afflictos verò, & exules, bono animo eſſe iuſſit. Inter cætera, hac formula uſa : Videte, inquit, quàm navicula *CHRISTI* medium emenſa ſit profundum! Modò, ô boni, remis incumbite. Et mox deducetur in portum. Agite igitur, quod agitis, & remis, id eſt, precibus, operam date. Ubi hæc in verba dixiſſ *Evangelicæ Religionis* perſecutores reprehendiſſ ſuperque vita æterna diſſeruiſſet, quem quid ſermonem in tres, quatuorque, horas extraheb ecce! toto corpore algore prehendebatur. Sic, neque arteriarum pulſus obſervaretur. Neque helitus indicium ſupereſſet. Neque totus corpo articulus inflecti poſſet. Elapſo horæ quadran anima, tanquam è peregrinatione , redibat in corpus. Ipſaque neque eorum, quæ ſecum aut cta, aut à ſe dicta, eſſent, quicquam meminerat.

Pari ibidem œſtro correpta ancilla *Auſtriaca*, liâs vitæ probæ, multa ſuper bellis inſtantibus p ſagiit. Cui ſuppar femina ditionis *Hohenloicæ* va cinio tùm innotuit. Quas quidem prædiction tametſi à vulgo, prout fieri amat, inſuper haber tur, à vero parùm abluſiſſe compertum eſt.

IV.

Famulus, naturâ & mutus, & ſurdus, fit v calis.

DE *Crœſi*, famoſi illius *Perſarum Regis*, filio, n moratu dignum eſt, quod prodidit *Herodo* Is, naturâ mutus, cùm nulla arte vitium emend quitus eſſet, tandem magno metu perculſus , cem protruſit. Ubi enim, *Sardi* urbe expugna miles quidam occiſurus *Crœſo* inſtaret, filius mu patri cædem imminere conſpicatus, in vocem rupit: Homo, inquit, quiſquis es, parce *Crœſo*! que ab hoc primo effato poſtmodũ tota vita m ſit vocalis. Illud *Crœſo* prædixerat *Pythia*. Filium liquando regium die infelici evaſurum vocale Certè, vel hac tempeſtate, diebus utique hei! mis infelicibus, plures, naturâ mutos, evaſiſſe v cales, famâ percepimus. E quibus hiſtoriam ad leſcentis , obſonatori cuidam *Suecico* famulan hoc loco interiungere fert animus. Ea autem ta Sub finem huius *anni M. DC. XXXI.* quo temp *Rex Sueciæ* poſſidebat *Moguntiacum*, adoleſcens q dam militaris, naturâ mutus, ea in civitate *V. C Octobr.* fit vocalis. Ità enim *M. Ioan. David Sigw tus*, legionis *Suecicæ*, qua ſub famulabatur ado ſcens ille, concionator, ipſe cõſignaverat. Nem *V. Calend. Octobr.* ad concionatorem caſtrenſ acceſſerunt *Petrus Schaumbrotus*, veteris, à cœru colore nuncupatæ, legionis obſonator, *Hallen Saxo*, & *Martinus Roterodamus*, è *Golnavia*, pedeſt militiæ legionarius, eadem ſub legione merent Indicium perhibuerunt, ſuper præfati obſonato famulo. Qui quidem naturâ mutus, ſurduſque vaſiſſet vocalis. Petentes, haud dubitaret ſecũ h ius rei oculare ſumere experimentum. Nec eni famulum, capitis debilitate præventum, ipſum v ſufficere. Quid fit? Ab extrema parte verbi conci nator eò, quò vocatur, pergit. Adque mutum del tus: Equidem orare, inquit, docebo te. Primas ig tur inter preces tuas erit ſancta *Oratio Dominic* Hoc cum verbo mutus voce articulatâ, & clarâ, p fectè, & ad unguem, quod aiunt, recitavit ſanctu illud omnium orationum compendium. Ità, ut o mnes, quicunq; intrà hypocauſtum eſſent, prob atque ordine, audirent, intelligerentque. Recit tâ illâ oratione, interrogare cœpit concionato An alias ſimulátq; preces mente complecteretu

ac pro

proferre, poſſet? Annuit non ſaltêm famulus. d ilicet *Symbolum Apoſtolicum*, decemque *DEI* prę- ɔta, eadem vocali volubilitate, peroravit. Con- natore, admiratione plenus, porrò. Quis, & un- , eſſet, non ceſſavit percontari. Ad quæ ille, ſe *conem*, natum *Golnaviæ*, pago ad *Hallas* proximo, ique *Caſpari* nomen eſſe, rectè, atque ordine, re- ſſit. Parentes, adiecit, præmaturâ morte prære- ɔs, ſe non cognoviſſe. Ab equeſtris verò digni- is homine, *Guilielmo Schickenio*, in vicinia habi- nte, ſibi diætam fuiſſe ſubminiſtratam, ac neceſ- ia, cuius à famulitio fuiſſet. Indè equeſtris apud *ecos* militiæ legionarium ſe exegiſſe. Quo cum gnæ apud *Lipſiam* interfuiſſet. Annos ætatis, ut bat, habebat circiter viginti quatuor. Corpore is expeditus, capillitio criſpus. Tota ætate mutus âs. Ut nec vocis indicium præbuerit unquam. onec in feriis *D. Ioannis Evangeliſtæ*, intrà quintã, ſextam, matutinam, primùm vocem edere cœ- t. Prima eius verba hæc fuêre: *DEO* in cœlis gra- ſagam oportet, qui mihi loquelam dedit. Hæc diens obſonatoris uxor ilicet marito, & cæteris mmilitonibus, eodem contubernio utentibus, dicavit. Antequam verò vocem ederet, per bi- um ægrotavit. Subindè frontem, ac pectus, ma- deſignans, tanquam his è partibus impendiò leret. Tandem à concionatore, ſuperpondii lo- , interrogatus, A quo nempè, & quo pacto, mu- s, & ſurdus, anteà, orare didiciſſet? Ità *DEO* benè mplacitum fuiſſe, reddidit. Præfatus *Martinus terodamus*, unà cum diverſis, hanc in rem adhibi- , teſtibus, ſanctè depoſuit, adoleſcentem illum ſe eneris indè uſque cognoviſſe, totâ ætate hacte- s mutum, ſurdumque. Quòd autem factus vo- lis eſſet, idem, qui ſuprà, concionator, unà cum ſonatore, famuli hero, aliiſque militibus officia- ɔus, mandato *VVinckelii* tribuni, ad examen con- catis, bonâ, ſinceràque, fide depoſuit.

V.

Monſtra.

Odem hoc anno, *IV. Cal. Decembr.* intrà *Vien- nam Monſtrum*, tribus manibus, duobus capiti- us, tribuſque pedibus, informe, & horrendum, e- erſit. Quod intuentibus, per biduum vitale, ſtu- orem incuſſit.

III. & pridie Id. Decembr. tanta tempeſtas, & tur- o, apud *Viennam* ſævit. Ut modò non per aquas, continentem, multis noceret. Sed inſuper è no- *Collegio*, & *Academia*, *Patrum Societatis*, par turriũ, ppidò excelſarum, à culmine deiiceret. Sic, ut ſer- recíſæ videri poſſent. Quarum altera ſuper *Col- gium* incubuit. Altera ſuper tecto reſedit. Tam- ſi autem nemo indè læderetur, interim non de- êre, qui infortunia, ac tropica, impendentia di- inarent.

Circà finem verò *Septembris Pragæ*, intrà aulam egiam, victoris uxor vermes duos, longitudinis dmirandæ, partu reiecit. Mox, oborto incendio, ires, in quibus femina ſeſe tenuit, conflagrârunt.

E pecudum familia, vacca gravidata, antè *Hilde- um*, terribile proiecit, in feriis *Matthiæ Apoſtoli*, & uidem tale, monſtrum. Caput, *Monachum* refe- ens, culullum appendentem referebat. Cervix e- rat denſa, glabra, ac pinguis. Aures prominulæ æ- quabant caninas. Lingua acuta in ſpithamæ lon- gitudinem exporrigebatur. Poſteriora, ſed abſq; oſſium compage, vituli formâ conſpiciebantur. Hoc triſte ſpectaculum ſpectatores, inprimis *Cle- ricos*, conterruit.

Denique, in fine *Decembris*, apud *Meuſelvvitzam*, duodecim paſſuum millibus *Lipſiâ* diſtantem, la- cus in cruorem verti cœpit. Immò ipſius *Lipſienſis* civitatis intrà foſſas aquæ purpurârunt.

****

Externa.

De prodigioſa Veſuvii motis, apud Neapo- lim, ex æſtuatione. Variiſque indè civi- tatum, oppidorum- que, natis excidiis.

Inter feralia ſigna, ac prodigia, bello- rum motus, horribileſque conver- ſiones, portendentia, etiam *Aetnæ Si- ciliæ* montis, inſolitas eiaculationes, olim à gentilibus numerari conſue- viſſe, vel è *Petronij Arb. Satyrico* diſcimus. Ità verò il- le, de mutatione *Reipub. Romanæ*, inter *prodigia*, & *portenta*, recenſet:

Armorum ſtrepitu cœlum furit. Et tuba Martem
Syderibus tranſmiſſa ciet. Iamq; AETNA VORATVR
IGNIBVS INSOLITIS, & in athera fulmina mittit.

Olim ſive *Meſſala*, ſive *Valgius*, *AEtnam* montem vo- caverant *unicum*. Tanquam non plures montes e- vomant ignẽ. Sicut eos redarguit *Seneca*. Ut enim *Bays*, & id genus hodieque *thermis*, penè innumeris, inprimis de *Chymera*, *Lyciæ* monte, apud *Plinium*, *O- lympo*, *AEthiopiæ*, & *Thecla*, *Islándiæ*, aliiſq; montibus, autoribus *Richardo Dinotho*, & *Annio Vaterbio*, flam- mas evomentibus, nihil hîc dicamus. Quis, inquã, ignorat, *Veſevum*, ſive *Veſuvium*, montem *Campaniæ*, non longè à *Neapoli*, more *AEtnæ Siculæ*, flammas, fumoſq;, reiicere. Huius igitur inſoliti ignes, hor- rendæque evomitiones, ſiquidem hunc in annum incidiſſent, operæ pretium facturum me arbitror, ſi prodigium hoc omni ævo terribile, ac ſtupendum, exponere aggrediar. Tametſi verò ex hiſtoriis tẽ- porum liqueat, *Veſuvium* olim quoque inſolitas flammas eructâſſe. Ut, autore *Dione Caſſio*, tempo- ribus *Veſpaſiani*, & *Titi*, *Impp.* anno poſt natum *D.* & *S.N. CHRISTVM* octogeſimo, *Calend. Novembribus*, immane ſęviiſſe legatur. Tametſi quoque, ſub *Con- rado Imp.* anno *CHRISTI* milleſimo trigeſimo ſexto, inter flammas, pumices, ſiliceſque, evomuerit. Un- dè ſub cineribus par civitatum, pagi verò aliquã- multi, perierunt. Sic, ut tùm quidem illos cineres ventus, ęſtuſque, *Romam* uſque, immò per *Africam*,

Ægyptumque, detulerit. *Pliniuſque Veronenſis*, cauſſas tanti ardoris propiùs inſpecturus, lapidibus, cineribuſque, obrutus; infauſtæ curioſitatis publicârit exemplum. Cui ſuppar *Empedocles* extitit. Hic enim immortalitatem nominis aliquo facinore ſibi cõparaturus, datâ operâ in *AEtnam* ſe præcipitavit, autore *Horatio*. Nihilominùs iſta omnia, ſi præſentem ad *Veſuvii*, nimis tremendam, exæſtuationem conferantur, nulla ſunt. Audite autem, dictu horrenda. Omnique deinceps ætati ſtupenda, quæ ſequuntur.

Mons autem hic *Veſuvius*, quoad circumferentiam, ultrà triginta extenditur milliaria *Italica*. Sic, ut à *Neapoli* duodecim, à mari, ſex diſtet milliaribus. Tota vicinia egregiis civitatibus, oppidis, pagis, arcibus, ac palatiis, ad invidiam uſque, floruit. Vini melioris abundantia, ſelectiſque varii generis fructib⁹, utpote *citriis, limoniis, aurantiis, amygdalis, dactylis*, aliiſque nobilioribus terræ proventibus, ſic quidem affluens ut terreſtris facilè paradiſi nomenclaturam meruerit. Verùm enim verùm horrenda, ac terribili, iſta montis exæſtuatione, & terræmotu, accidit, omnis ut ille flos, ac venuſtas, velut in momento, funditùs everteretur. Quâ parte igitur mons *Neapolim* ſpectat, perierunt *Turris Græca, Turris Nunciata, Iorium, Reſina, Portici*, oppidula, aliaque prædia complura, vino, granis, fructibuſque, delicatiſſimis, refertiſſima. Ut hæc iactura ad duos coronatorum milliones aſſcenderit. Ex altera montis parte versùs *Septentrionem*, inter pagos cæteros, *Viana* civitas, quinq; à monte milliaribus diviſa, per cineres ardentes, lapideſque inter flammas eiaculatos, omninò obruta, deſtructaque eſt. Ut, pauciſſimis hominibus evadentibus, ſaltèm quinque ædificia ſuperfuerint. Loci eius *Princeps* ex ictu lapidis lethale vulnus accepit. Cuius palatii ne quidem veſtigia notari potuêre.

Quò autem horribilis, ac verè tragica, hæc hiſtoria tanquam ab ovo, ut aiunt, cognoſcatur, ordine, & ſecundùm circumſtantias, paulò altiùs lacrymoſam repetemus tragœdiam. Poſtridie *Non. Decembr.* ſummo manè, immenſæ craſſitudinis nubes, ex imis *Veſuvii* fornacibus, in æthera uſque aſſcendit. Pluresque alias iuxtà ſe rotans minores nebulas, magis, magiſque accrevit, variiſque, ſub circumgyrationibus ſursùm proferri cœpit, ut etiam interdùm omninò viſum effugeret. Hanc fœdam, & immanem, exhalationem nocte præeunte diverſi anticipârunt terræmotus. Qui quidem *Neapolim* mediocriter concuſſerunt. Sic tamen, ut invalidiores audiri non potuerint. Multitudo hominum tàm inexſpectato ſuper ſpectaculo, triſtis, & confuſa, in partes veniente curioſitate non infimâ, altiſſima quæque urbis loca petit. A quibus tamen, præter nubem, modò magis, modò minùs, obſcuram, denſamque, nihil tùm quidem obſervari oculis potuit. Plurimi ex indigenis, montiſque accolis, tutiſſimam eligentes viam, citò profugerunt. Undè hominum confluxus intrà *Neapolim* in immenſum excrevit. Terra ſæpenumerò contremuit, ac ſine miſſione concuſſa eſt. Undè *Cardinalis Compagnius*, qui ſub *Arte*, dicta *Græcâ*, apricari, aëreque, valetudini ſuæ maximè conveniente, uti frui, conſuevetat, conſternato ſimilis, *Neapolim* feſtinavit. Ilicetque ſupplicationes, ut olim gentiles

vocârunt, ad omnia deorum pulvinaria; proceſſi-
neſque publicas, decrevit, ac celebravit.

Intereà nox ingruit. Qua ſub tantus, tàmq-
horrendus, flammarum ſtrepitus exaudiri cœp-
ut ſi omnes ferrariorum fabrorum undique foll-
eodem in loco operas ſociâſſent, immanibus iſt-
atque ex imò tartaro erumpentibus, fragorib-
conferri haud ſuſtinuiſſent. Hæc ignium, ac ve-
torum, lucta durabat abſque pauſa. Haud rarò v-
rò tàm vaſta, atq; horriſona, intervenêre tonitr-
cuiuſmodi nunquam, vel è tormentis quibuſq-
maximis, ſub expugnatione fortalitii, exaudiri p-
tuêre. Mons nihilominùs, ſine miſſione, nebu-
atras, mephiticaſque, eructavit. Quæ variis ſ-
formis, modò flammas, modò fulgura, imitant-
oppidò diſperſæ ſunt. Abindè nubes ſeſe dilata-
totamque *Neapolim* invadere, cœpit. Undè inn-
meri homines, mephitim iſtam naribus attrahe-
tes, læſi ſunt. Sed continui fragores, terræque co-
cuſſiones, aëris obfuſcationi, ac tenebris, imn-
mephiticis exhalationibus, ſub noctis vicinia, ſ-
peraccedentes, eum univerſæ urbi incuſſerunt p-
vorem, ut omnes vitam, tanquam rem perdita-
ilicet deſperarent. E dynaſtis, & proceribus, pa-
unà cum uxoribus, & liberis, intrà templa conf-
gerunt. Pars, rhedis inſtructis, extrà mœnia
prædia, locaque diſſita, properârunt. Pars eq-
ſtrium, extructis aſſerum ex compage medio f-
foro, lociſque ſpatioſis, tabernis, ſeſe tenueru-
An ſic vitam, tanquam manubias, ac prædam,
infortunio referre poſſent. Ecce! quid fit? *VII.*
Decembr. cineres univerſam, inſtar nivium, obtex-
runt *Neapolim*. Sed pluvia, velut cœlitùs miſſa, h-
infernalem labem diſcuſſit. Quæ quidem parti-
in aëre volitantibus cineribus miſceri, partim
neres in tectis ædium percolare, limpidaque, e-
dere, viſa eſt. Abſque hac cœleſti pluvia fuiſſet, v-
civitas, vix incolæ, præſens effugiſſent periculu-
Nam cineres ardentes, quibus urbs tegebatur, n-
fuiſſent abſque noxa. Neque favillæ cinerum, p-
aërem obvolitantes, non potuiſſent non corr-
ptionem cauſſari evidentem. Dùm homines nol-
tes volentes hanc labem pulmonibus attraxiſſe-
Eiuſdem diei ſub diluculum mons immenſam v-
aquarum, cinerumque ardentium, eructavit. Un-
flammarum pleni, præcipiteſque, nati ſunt torre-
tes. Qui deinceps incredibili cum impetu, ac vi-
lentia, pluribus è locis, cataclyſmi in morem, c-
perunt præcipitari. Nulla, quantumvis ſolidiſſim-
nixa radicibus, arbor reſtitit, quin à fundo eſſet
vulſa. Nullum ædificium, palatiumque, tantò cu-
fundamento extructum, prævaluit, quin oppi-
ſubverteretur. Id genus flumina, de montibus pr-
cipitata, obvia omnia complanârunt. Alióque f-
rioſo ſub impetu tranſtulerunt. Perierunt civitat-
finitimæ complures, unà cum oppidis, pagiſq; nu-
meroſis, funditùs deletis. Portus maritimus, q-
mare *Neapolim* influit, eo tempore, quo mons ſe-
commovit, bono tempore, notabili ſub latitudin-
versùs montis radices, exſiccari cœpit. Quos con-
ſuetos terræmotuum aiunt eſſe effectus. Credib-
le fit, dùm ex imo montis barathro cineres ingen-
cum impetu reiecti ſunt, naturam, fugâ vatui, ob-
ſtructis aëris externi viis, attraxiſſe marinas illas a-
quas. Nec enim tanta aquarum colluvies è cœlo t-

præci-

ecipitata eſt, cuiuſmodi id genus ſubitos amnes
ıſſari, ac formare, ſuſtinuiſſet. Tametſi non de-
erint, qui affirment, aquas non è mari, ſed lacu,
radices montis ſtagnante, fuiſſe in ſublime e-
otas.

Eo verò die nondùm patuit tota huius infortu-
i hiſtoria. Cùm populi, intrà urbem ſeſe tenen-
s, nondùm compertum haberent, quæ foris ac-
diſſent luctus plena. Cœlum quoque eâ caligine
m fuit obductum, ut tenebræ diem eriperent.
ariis nihilominùs ſuſceptis ſupplicationibus, vo-
, ac proceſſionibus, *Numinis* placatio tentari cœ-
t. Quanquam, præ pluvia, toto die continuante,
lebri ſolennitati nonnihil deceſſit. Eundem te-
orem obſervavit terræmotus, ſed paulò remiſ-
r. Tantâ humanas mentes invadente conſter-
tione, quanta ferè, ab hominum memoria, ma-
r fingi nequit.

VI. Id. Decembr. terræmotus quidem adhucdùm
ıravit. Sed montis fragor aliquantulum remiſit.
ıpervenit, cœleſte illud remedium, pluvia. Quæ,
u dulce refrigerium, ſqualidas terroribus men-
s deterſit. Neque prohibuit, quò minùs ſuppli-
tiones, proceſſioneſque, peragerentur. *Cardina-*
Archiepiſcopo, Vicarioq; Regio, ipſiſmet, tàquam ſub
ıblicis communis urbis exequiis, inter ſupplicā-
um choros, prodeuntibus. Omnium *ordinum Mo-*
ıchi, unà cum *Monialibus*, aliàs hæc in panegyrica
aud venientibus, nudo pede ſupplicationibus il-
s interfuêre. Eos virilis, femineique, ſexus incre-
ıbilis multitudo, pariter nudo pede procedens,
ſecuta. Multi aut veſtitu *Monachos* finxerunt, aut
ccis ſeſe involverunt. Quidam *crania* hominum
ıortuorum, alii ſanctorum *oſſa*, ac *reliquias*, mani-
us geſtârunt. Pars *lapides* magnitudinis, ponderiſ-
ue haud infimi, collo-tenùs geſtârunt. Pars *cathe-*
ıs, non minùs denſas, quàm graves, poſt ſe traxe-
ınt. Alii *coronas ſpineas* capitibus ſuis intorſerunt.
lii *reſtibus* cervices circumdedêre. Alii, *Crucis* ad
nagiriem, *trabes* ponderoſas fabricantes, illis hu-
ıeros onerârunt. Illorum denique cumulus, glo-
uſque, qui *flagellis* propria terga purpurârunt, ferè
ne numero fuit.

V. Id. Decembr. maris æſtus, ſatis impetuoſus, de-
it inducias. Nihilominùs iſtius tractus littora, im-
ıane fumantia, arboribus, roboribuſq;, è mari re-
ectis, tegebantur. Cineres, è monte prolapſi, ma-
nam locorum maritimorum partem, narrantibus
ıautis, oppleverunt. Iidem confirmârunt: Ante-
ıâc ſe infrà ſcopulum, qui in proximo eſt, curſum
lirexiſſe. Sed iam, aquis defectis, longiùs digredi-
ndum eſſe. Pari admiratione præfati naucleri ob-
ongum monſtrârunt promontorium. Quod qui-
lem paulò antè illic prominere cœpiſſet, antehâc
ıaud obſervatum. Sic, ut, cùm nuper ad littus prō-
ıè feciſſent curſus, iam ſibi per circuitus excurren-
lum eſſet. Credibile eſt, avernales illos, & flam-
nantes, ex monte cum violentia præcipitatos tor-
entes illud abſcidiſſe. Huicque loco, tanquam ap-
ıendicem, adieciſſe.

Palatium *Principiſſæ de Stigliano*, apud *Arcem Græ-*
iam, ad illam ſpectantem, eò, quod in ſummitate
petræ, mare proſpectantis, ædificatum eſſet, per-
manſit illæſum. Cætera vicina palatia è fundamen-
tis emota, ſoloque æquata, ſunt. Sic, ut pauciſſima
murorum reſtarent rudera, ruinæ erepta. Ædes
cathedralis, pluribus locis dehiſcēs, cineribus op-
pleta ſcatebat. Ædificiis aliis tàm publicis, quàm
privatis, ità complanatis, ut neque viarum, neque
domuū, indicia reſtarent. Hos inter ſqualores ne-
que via ducebat, neque progredi tutum erat. Niſi
quis toto corpore in dololos impingere cineres
mallet. Undè ardore prorumpēte facilis uſtulatio.
Nam paſſim tellus favillis cinerum ardebat. Fruti-
ceſq;, ſi qui ſuperſtites vim fluminum avernalium,
ne eradicaretur, declinâſſent, quòd eſſent flexibi-
les, nihilominùs ius veniæ nullum à cineribus im-
petrare fategerunt. Quò minùs conſumerentur.
Ità omnia per cineres redacta in cineres. Plurimi
defunctorum corporum, paſſim diſperſorum, ar-
tus flebile præbuerunt calamitatis humanæ ſpe-
ctaculum. Inventaque ſunt fruſta, nigra, poroſa,
retorrida, & ſicca, dubio procul humanas carnes
repræſentantia.

Famâ compertum eſt, eiuſce loci gubernatorē,
incautiùs verſus montem adequitantem, unà cum
equo ſubitò interiiſſe. Cineribus enim obrutus in
momento vitæ finem fecit, rogumque pro ſepul-
tura accepit. Id ſubitaneum fatum pluribus acci-
dit. Quicunque terribile iſtud perditionis genus
haud promptè effugerunt.

IV. Id. Decembr. nonnulli per continentem *Petrā*
Albam profecti *Reſinam* petierunt. Sed pluviæ, & vē-
torum, tempeſtate prohibiti ſunt. Inſequenti die,
viâ per cineres ſtratâ, ad *Arcem Græcam* perrexerūt.
Sed metus identidem euntes tenuit. Ne, ſi paulùm
à via declinarent, cineribus involverentur. Ingens
illa aquarum è cineribus præcipitatio à *Petra Albâ*
quidem ad mare uſque non excucurrit. Nihilomi-
nùs eorum locorum facies multò miſerabilior ex-
titit, quàm intrà *Arcem Græcam*. Etenim aliis ſub
partibus campus cinerum, vaſtationumque, ple-
nus apparuit. Hoc verò loco cadaverum tàm hu-
manorum, quàm brutorum animalium, in partes
ſciſſorum, inenarrabilis cōfuſio intuentibus acer-
bas elicuit lacrymas. Ut tot arbores, ianuæ, fene-
ſtræ, ſcamna, gauſapa, veſtes, ſtragula, ſedilia, dō-
lia, arculæ, & id genus ſupellectilia, iam ſemiuſta,
ac deſtructa, cineribus magnam partem ſepeliren-
tur. Inter eundum ingens illacrymantium chorus
eorum fuit obvius, qui primo ſub limine profugi-
entes poſtmodùm reverſi ſunt, tanquam explora-
turi, quid cum parentibus, laribus, fortuniſq; ſuis,
ageretur. Sed ne ullum quidem apparuit illis ſua-
rum, quas antè reliquerant, poſſeſſionum veſtigiū.
Ut, neque, quò ſe verterent, explorarent. Neque
locum, quo civitas, lareſque, ſtetiſſent, oculis aſſe-
querentur. Potiſſima infelicium id genus hominū
felicitas illa erat, quòd vitam, tanquam prædam,
referrent. Quo nomine vota, ac grates, *DEO* nun-
cupabant, quòd terribili, præſentiq;, periculo, cui
quidem erant vicini, fuiſſent divinitùs ſubtracti.
Hac, quantumvis lacrymarum plenâ, recordatio-
ne animos, ſub tanta calamitate, erigebant. Hac
felicitate iacturam parentum, liberorum, fortuna-
rumque, ſolabantur. Præter *Arcem Græcam*, eo loco
ædificatam, qua olim pulcerrima civitas, *Herculana*
dicta, floruit, complura oppida, mari obverſa, vi-
delicet *Arx Nunciata*, ubi olim *Pompeia* ſteterat, i-
temque *Reſina*, *Petra Alba*, *Sanctus Georgius*, aliaque
non ignobilia, interierunt.

Quâ parte continentem, & agros, mons proſpe-

ctat, horribilior multò facies locorum apparuit. Ut hæc calamitas cum *Petræ Albæ* infelicitate nequicquam comparari meruerit. Quòd enim his ſub locis abſentia maris cinerum,combuſtilium,& purgamentorum id genus,nihil eluiſſet,multò fœdiora,tanquam in peſtilentia campos,ut aiunt, videre licuit omnia. *Arx Octaviana*, à *Leone XI.Pont. Max.* è familia *Medicæa* oriundo,poſſeſſa,à culmine penitùs deiecta, ſoloque æquata,eſt. Eodem calamitoſæ deſtructionis genere *Scaffatta, Palma, S. Anaſtaſius,Laura,Pomiliana,Strianum,*&*Sarnum*,è medio ſublata ſunt. Iactura ineffabilis computari nequit.Non modò enim montis hîc contiguitas , ac vicinia, feraciſſima, fœcundiſſimaq;, per ſe cognita eſt.Sed tractus finitimus, tanquam urbis *Neapolitanæ* penu, ac granarium , cinerum combuſtionibus,quorum altitudo ad haſtæ militaris oblongæ (*Petronius Rom.* tremebundam,ac ſupervolitantem, vocavit) ſublimitatem , acceſſit, conſumptus eſt. Nulla finium indicia,nulla agrorum,limitumque, veſtigia,ſuperfuêre. Sed campi, cineribus conſiti, flebile rerum caducarum ſpectaculum oculis ſubiecerunt. Quæ purgamenta vix multorum annorum laboribus depurgari potuêre. Arbores, vites, fruticeſque,radicitùs extirpatæ. Et de cætero, ſi quid ſuperfuit,incendiis conſumptum. Vini, fructuumque, & id genus proventuum, damnum ſub rationes, ac calculum, vocari nequit. *Quadrupedum* numeroſi greges, per paſcua ſparſi in interitus ſocietatem ilicet venerunt. Neque *feris animalibus*, neque *volatilibus*, parſum eſt. Quorum omnium ſive pedum celeritas, ſive pennarum pernicitas , tàm præceps infortunium effugere haud valuit. Etiam *piſcium* multitudo interemptorum in conſpectum vénit.Undè coniicere ſit opportunum,ſimulátque vel maris fundamenta fuiſſe emota. Toto præſentis calamitatis decurſu, intrà *Neapolim* cauſſis forēſibus miſſio data eſt. Ut,clauſo foro,templis, precibuſque,litaretur unicè. Poſtmodùm tumulandis mortuorum cadaverib⁹ ſuperſtites magno numero manus iniecerunt. Ut etiam iumenta terrâ obruerent,ne vitium aëri inferret putredo. Pari operâ,coniunctis finitimarum civitatum auxiliis,miſſi ſunt cuniculares,qui vias aperirent denuò regias. Interim adhucdùm minari videbatur mons, ſubindè flammas eructans. Etiam nubes, ab initio cōſpecta , imis erumpebat ſine pauſa è fornacibus. Quanquam multorum opinione, uſque eò in ſublime non aſſurgeret. Et,quod notatu cumprimis dignum,mons videbatur notabiliter è vertice reſediſſe. Tanquam hoc informi partu, diverſis nuper gravidatus montibus, complures ex utero ſuo

reieciſſet fœtus. Ab aliquot diebus interim ciner
non ampliùs evomuit. Nihilominùs tellus ſubi
dè contremuiſſe notata eſt;

Intrà *Cattari* civitatis tractum, per horas ſex i
tegras, materia quædam terreſtris, in cineres m
tata, ſupernè decidit. Undè montes, viæ, & ædi
cia,ſuperintegi cœperunt, tanquam omnia ciner
bus forent obſita. Et hæc quidem prodigioſa n
vitas *XVII.Cal.Ianuar.* noctu inchoavit. Tenebr
eum in modum diem eripientibus, ut neque pr
ximus proximum videret,nedùm agnoſceret. H
tenebræ per biduum continuârunt , uſque dù
rurſùs dies albeſcere cœpit. Nec monſtro care
facem,inſtar candelæ, præeuntem, ſignâſſe vi
Quæ verſùs *Meridionalem* plagam deflectens,per
cto paſſuum millia intrà alveum fluminis eius lo
diſcurrēs,deinceps tertia vice ſub æquore ſeſe me
ſit,*Neapolimque* verſùs receſſit. Tandem,ubi la
bens hæc fax domunculam in via , *Soranza* dict
occupaſſet, non abſque militum, excubias age
tium,terrore,evanuit.

Inter hæc illa iſta tropica,luctus,lacrymarumq
plena,communis obtinuit ſententia, Nempè,ſi
fuiſſet ventorum verſùs *Neapolim*, quàm alias pa
tes,tempeſtas,abſque dubio univerſam urbem,i
trà quam octogies centena hominum millia co
putantur,ſub cineribus ſcintillantibus, ſcopuliſ
è montis barathro ſurſùm reiectis,miſerrimè co
flagrantem interiiſſe. Quanquam tamen nihil t
tam per urbem,quod non cineribus obtegeretu
tutum remanſit, intactumque.Eat nunc, ſui tem
poris monſtrum illud,*Caligula Imp.*! Et de felicit
te temporum ſuorum, quòd nullis calamitatib
publicis inſignirentur,quæratur! Per fidem! in
narrabilis terror , inaudita facilè antehâc *Veſuv*
montis exæſtuatio,totque civitatum,oppidorum
pagorumque, immò regionum, tractuumque,
verſio , ipſiuſq; *Neapolitanæ* urbis, periclitatio, ſu
ficere tyranno potuiſſent,ne *exercituum cædes, fam*
peſtilentiam, INCENDIA, HIATUM ALIQUEM TER
RAE, optaret. Veritus,autore *Suetonio*,ne ſui imm
neret rerum proſperitate oblivio. Dùm per flag
tia,ac calamitates,tàm dira cervix ſeculis innote
ſcere optavit. Profectò, hæc ſcena,pluſquàm tra
gica,non ſaltèm præſentem ætatem, ſed etiam fu
tura, ſi quæ inſtant, ſecula pœnarum divinarum
undecunque vel è montibus,ipſoque barathro, e
rumpentium,calamitatiſque humanæ, ammoner
ſufficiat. Quâ quidem vix horrenda magis altera eo in genere ullo fuit cognita ſeculo.

***

Io.Petr

Io. Petri Lotichij
RERUM GERMANICARUM
LIBER XLV.

CAP. I.

De Galliarum, & Sueciæ, Regum, ſuper Rom. Imperio debellando, coniunctionibus. Itemque induciis, inter Sueciæ Regem, & Ligarianos, ad tempus provenientibus.

I.

alliarum Rex, præoccupatâ Auſtraſiâ, Rom. Imperio inſtat.

PAulò ſuprà, de *Regis Chriſtianiſſimi* in *Auſtraſiā* expeditione, prælibatum eſt. Qua quidem *Rex* fines, ad *Germaniam* ſpectantes, nuperque à *Cæſareanis* in poteſtatem redactos, modò non reuperavit. Sed etiam *Epiſcopatum Metenſem*, etiam *uſtraſiæ*, ſive *Lotharingiæ, Ducem*, in ordinem redeit. Etiam, felicitate *Suecicâ* illectus, ipſam in *Germaniam* arma prolaturus erat. Sic, ut in *Alſatiam*, *piſcopatumque Argentinenſem*, ſpes ſuas præpararet. Quo nomine *Argentinates* partibus ſuis conciliare tuduit. Sub colore, veniſſe ſe, inquiens, *Germanos* fflictos à iugo *Hiſpanico* ut vindicaret. Omneſque, *Hiſpanis* operam dantes, armis perſequeretur. Neq; uſtam ab hoc propoſito abeſſe cauſſæ bonitatem. Olim enim hanc provinciam, hanc urbem, ad *Galiarum* regnum ſpectâſſe. *Epiſcopatumque* à *Dagoberto, Galliarum Rege*, fundatore, originem duxiſſe. Sed *Guſtavus, Rex Sueciæ*, non videbatur id æquo laturus animo. Quòd ipſe *Germaniæ* protectionem, cuius gratiâ veniſſet, prætenderet. Velletque *Imperium* priſtino reſtituere flori ſuò. Ut hoc intuitu rivalem pati vix poſſet. Mallet igitur *Germaniam* protegere, quàm prodere.

Cùm legati *Gallicani*, nomine *Regis* ſui, obiiceret, adverſùs legem fœderis excurrere, dùm *Rex Sueciæ* ultrà *Rheni* vadum copias produxiſſet. Excepit *Guſtavus Rex*: Siquidem, inquit, *Rex* veſter nón vénit. Fineſque illos *Hiſpanis* extorſit. Ipſe ut venirem, & facerem, maturato opus habui. Nec enim ſecuritatis meæ ratio aliter exigere videbatur.

Interim, cùm intelligeret, *Regem Chriſtianiſſimū* exercitum nihilominùs in *Germaniam* dirigere, ſic cum illo dividere, ac paciſci, cœpit; Nempè *Galli* directiùs in *Hiſpanos* irent. *Sueci* verò hoſtes ꝑ *Germaniam* reliquos perſequerentur. Quippe duorū, ac diverſæ nationis, *Regum* duos exercitus eodem in territorio ſeſe mutuò vix ferre, abſque ingrata colliſione.

Quanquam verò putaretur vulgò tantis *Regibus* hòc tempore, ſuper *Imperii* rebus, non optimè cōvenire. Nihilominùs eventus docuit planè diverſum. Ità, ut cōiunctis ambo virtutibus, viribusq;, ꝑ retundenda *Auſtriacæ* familiæ potentia, conſpirarent. Quo fine *Rex Chriſtianiſſimus* modò non victorioſos *Guſtavo Regi* progreſſus gratulari cœpit. Sed etiam, ſubminiſtratis ſumptibus, inſtigare perrexit, pergeret ità feliciter. Nedùm cum *Cæſare* pacem feriret. Seſe omnes vires, nervoſque, hoc in commune ſibi cum *Suecis* bellum, iam & deinceps, converſurum. Ità factum, cùm virtutis æſtimatione, ingens *Guſtavi Regis* apud *Gallos* eſſet autoritas, facilè *Rex Chriſtianiſſimus* ſuperiori propoſito annueret. Exercitumque, ſe *Pariſios* regrediente, in *Trevirorum* fines, contrà *Hiſpanos*, dimitteret.

⁂

II.

Galliarum Rex bellum indicit Cæſari.

HOc tempore, perturbatis *Germaniæ* rebus, magna pars *Clericorum* intrà *Gallias* profugerunt. Qui, in *Cœnobia*, ac *Collegia*, diviſi, multa in *Guſtavum, Sueciæ Regem*, tanquam crudeliter, & tyrannicè, in homines *Eccleſiaſticos*, & quidem *Catholicos*, ſeſe gerentem, publicis differebant ſermonibus. Illum, clamantes, *Religionis Catholicæ* in exitium conſpirare. Illum homines *Eccleſiaſticos* ubique locorum triſte in exilium eiicere. Inſtarque flagelli, variis ſub afflictionis generibus, bacchari. Factum eſt indè, rumore hoc paſſim increbreſcente, ut à vulgò non tàm in *Sueciæ*, quàm *Galliæ*, *Regem*, cum invidia, maledicentiaque, coniuncta, diſſeminarentur. Qua de re cùm *Rex Chriſtianiſſimus* potiùs contrarium haberet exploratum. Divulgatis tabellis publicis, invidiam ſocio *Regi* diſpungere conatus, quàm ille, ex adverſo, quibuſcunque ſub locis, in quibus hactenùs *Religio Catholica* ſonuiſſet, nihil immutaret. Quàm nullis iugum conſcientiæ imponeret. Quàm neminem è *Catholicis*, niſi qui ſub adventum ſuum voluntariò profugiant, eiiceret. Sed liberrimum *Catholicæ* pietatis exercitium permitteret. Ad omnium notitiam propagavit.

Interim *Cæſari*, familiæque *Auſtriacæ*, manifeſtū indixit bellum. Sic ut legatis, intrà aulam regiam præſentibus, conceptis iſtud verbis denunciaret. Irent nempè. Et hoc *Regis* decretum ſuperioribus ſuis intimârent.

III.

Galliarum Regis interpoſitione, Rex Sueciæ Ligarianis Principibus, ius neutralitatis, ceu vocant, petentibus, leges quaſdam præſcribit.

VErùm alia, & meliori, ſpe pectora impleverāt *Electores, Principeſq́ꝫ, Ligariani*. Futurum confidentes, *Galliarum Rex* arma, pro *Religionis Catholicæ* defenſione, adverſùs *Sueciæ Regem* ut converteret. Sed hæc conſilia, hæc vota, infrà effectum ſteterunt. Ut longè à deſtinatione ſua abeſſent: quamvis conceptiſſimis id verbis precati. Ne igitur interpellantibus *Rex Chriſtianiſſimus* negaret omnia, ius *neutralitatis*, prout vocant, cum *Rege Sueciæ* ineundum, illis propoſuit. Hoc, tanquam ſalutare remedium, utique amplecterentur. Belloque renunciarent. Se curaturum, deinceps ne *Rex Sueciæ* ipſis ſit moleſtus. Pacemque, ac quietem, interturbet. Quæ ratio ubi *Ligarianis* non omninò diſplicere potuiſſet, legati *Gallicani*, nomine *Regis* ſui, ea de re *Regem Sueciæ* interpellârunt. Qui, ad ſocii *Regis* inſtantiam, illis ſub legibus, tùm quidem condixit. Poſteaquàm, inquit, *Rex Sueciæ Bavariæ Ducis*, fœderiſque *Catholici*, prò obtinēdo neutralitatis, ut vocant, iure, intellexiſſet deſideria, quanquam illi bello hactenùs *Cæſareo* ſeſe applicantes, nihil aliud mereantur niſi bellum. Nihilominùs, ad interceſſionem *Regis Chriſtianiſſimi*, *Sueciæ Regem*, ſplendidis hanc in rem è *Gallia* dimiſſis legatis, pro conteſtando ergà *Galliarum* utique *Regem* fraterno affec[...] ſuo, eius petiti facultatem facere. Modò ſubſc[...]ptæ impleantur, conditiones. Nempè, cum R[...] *Sueciæ*, eiuſque regnis, ac provinciis, hæreditari[...] unáque cum confœderatis *Germaniæ Electorib*[...] *Principibus*, *Ordinibuſq́ꝫ* quibuſcunque, inprimis S[...]*xoniæ Electore*, *Dux Bavariæ*, eiuſq; confœderati, i[...] *neutralitatis*, datâ, acceptâque, fide ſanciret. Ill[...] conſtanter, ac ſine labe, conſervaret. *Regiq́ꝫ Sue*[...] ſufficienter caveret. Hoc ſtante pacto, neque ip[...] neque confœderati, adverſùs *Regem*, eius copias,[...] vinciaſque iam tùm occupatas, adeóque *Elector*[...] *Principes, Ordineſque* quoſcunq;, ſocios, cæteroſq[...] *Evangelicos*, in univerſum omnes, hoſtile quicqua[...] moliretur, aut faceret. Sed militem intrà fines,[...] miteſq;, ſuos contineret abſque offenſione. Ide[...] *Dux Bavariæ, Principeſq́ꝫ* confœderati *Catholici*, qu[...]cunq;, ad *Evangelicos Principes, Ordineſq́ꝫ*, ſpectant[...] fortalitia, arces, munimenta, civitates, provinci[...]que, intrà *Saxoniam Inferiorem* ab *anno M.DC. XII*[...] durante hoc bello, occupata, & poſſeſſa, redder[...] Priſtinoque in ſtatu, quo quidem hoc antè bellu[...] fuiſſent, reponerent. Idem, cum confœdera[...] *Catholicis*, legiones è provinciis *Evangelicorum* pr[...]ximè deduceret. Inque proprio collocaret pat[...]monio. Idem, unà cum ſociis, exercitum, ultrà d[...]cem, ſive duodecim, hominum millia excurren[...] haud aleret. Cætera pars exautoraretur. Legion[...] verò prædictæ, ſive conceſſæ, in civitates, locaq[...] patrimonialia, dimitterentur. Abſque eo, ut ſ[...] forma exercitus, teneantur. Illis exautoratis c[...]piis, *Cæſari* haud permitteret, intrà provincias pr[...]prias, proprium ut militem clàm palàm diſpon[...] Sic, neque *Cæſari*, neque aliis *Sueciæ Regis* hoſtib[...] vel ipſe, vel confœderati, facultatem facerent i[...]trà ſuas provincias militem conſcribendi, delect[...] faciendi, arma, alioſque apparatus militares, com[...]parandi. Sed bonâ fide pactæ *neutralitatis*, ut v[...]cant, leges ne tranſgrederetur. Tranſitus utriſq[...] partibus, prout commodum erit, permitterentu[...] Abſque eo, ut regionibus illius, ad quem ſpectan[...] noxa creetur.

Ex adverſo, lege talionis, *Rex Sueciæ*, unà cu[...] confœderatis, neque *Bavariæ Duci*, neque ulli *L*[...]*gariani* fœderis *Ordini*, cuius ditiones adhucdù[...] non eſſent occupatæ, ſolo excepto *Papenbergenſi* [...]*piſcopo*, foret moleſtus. Sic ut nullo ſub onere mil[...]tari cuiuſcunque generis affligat. Sed æqua ἐς ἀ[...]μοιβὴν talionis lege experiatur. Loca, per *Palatin*[...]*tum Inferiorem* occupata quantacunque, excep[...] *Spirâ*, tàm diu *Bavariæ Duci* permitterentur. Uſqu[...] dùm inter illum, ac *Palatinum*, cooperantibus *Ga*[...]*liæ, Angliæque, Regibus*, amica compoſitio, proxim[...] aperienda, emergat. Neque liceret *Duci Bavari*[...] cæteriſque confœderatis, occupatas à *Rege* provi[...]cias vel per ſe, vel per alios, repetere. Sed *Regis* i[...] poteſtate, uſque ad communem aliquam tranſa[...]ctionem, manerent. Pari lege nullis *Ordinibus Ev*[...]*angelicis*, cuiuſcunq; ſive nominis, ſive generis, ſu[...] *Sueciæ Regis* protectione verſantibus, *Principes Liga*[...]*riani Catholici* ullo pacto clàm palàm nocerent[...] Neque commerciorum utrinque curſus, imped[...]rent. Captivi abſque lytro permutarentur. Inpri[...]mis *Adminiſtrator Hallenſis*, à *Thillyo* intrà *Magdebur*[...]*gum* interceptus, abſque noxa, dimitteretur.

Pro quorum omnium conſummatione promit[...]

tit *Re*[...]

Rex Chriſtianiſſimus, ſe operam daturum, ut *Dux*
varia, confœderatique per *Germaniam Principes*
itholici, has pactas neutralitatis, ceu vocant, le-
s ſanctè obſervent. Quas ſi fortè tranſgredian-
r, tùm quidem curaturum, tranſgreſſores per
am armorum omnibus ut viribus eò adigantur.

IV.

*eutralitatis, ceu vocant, tractatio omnis in-
tercidit.*

Llas in leges neutralitatis ubi *Rex Sueciæ* condi-
xiſſet, ecce! fidem dedit legatus *Gallicanus*, ſe p-
rante, intrà duarum ſeptimanarum ſpatium, à
rtibus *Ligarianorum*, ſuperiora illa *Regis* poſtula-
eſſe confirmanda. Quo nomine *Rex Sueciæ* eò ul-
ue in armiſtitium, ſive inducias, conſenſit. Hac
men ſub exceptione. Nempè legatus *Gallicanus*
dem operâ eniteretur, quò *Pappenheimius* è *Gueſt-
alia, Magdeburgicoque Archiepiſcopatu*, ilicet militē
educat. *Bavaricaq;*, ſive *Ligarianæ*, copiæ è *Bohemia*
cedant, caveantque offendere. Interim *Regi* per-
iſſum eſſet, civitates, fortalitiaque, quæcunque
m vel concluſionibus, vel obſidionibus, preme-
t, urgere. Cumque obſeſſis, induciis hiſce nihil
bſtantibus, ſuper deditione, liberè agere. Loca-
ue, dimiſſo ex lege militari præſidio, ordine oc-
ıpare.

Procedentibus illis tractationibus, variæ à va-
is ſeminari cœpêre, per modum, diſcurſus, ſer-
ocinationes. Nempè, eam eſſe *Regis Sueciæ* præ-
ntem fortunam, ut, abſque diſpendio, *Ligariano-
m* petitionibus accedere queat. Tametſi enim
ca occupata reſtituat, pacemque illis reddat, ni-
ilominùs quædam fortalitia ſibi reſervet, quibus
curitati ſuæ proſpiciat. Ità fieri poſſe, *Rex* ut, de-
ilitatis ſubindè hoſtibus, ſatis, atque abundè, me-
iorum acquirat, undè bellum feliciter extrahere
ıfficiat. Eâdemque fideliâ *Regem Chriſtianiſſimum*
d maiorem propenſionem, operáſque in belli ſo-
ietatem coniungendas, provocet.

Ligarianis hanc tractationem paulò occurrere
uriorem. Quippe illis idoneam excuſationem vix
ræparari, quâ *Cæſari*, familiæque *Auſtriacæ*, cui tàm
rctè obligentur, tanta ſub neceſſitate, auxilia ne-
ent, ocioſique manus in ſinum dimittant. Ut iux-
à *Religio Catholica* ingentis hoc pacto patrocinii
axit iacturam. Cuius diſpendium tàm facilè re-
arciri nequeat.

Eò ſpectare *Galliarum Regis* conſilia, Nimirùm,
ıt *Cæſarem, Ligarianoſq;*, ſeparet. *Imperiiq;* ſceptrum
liam in familiam transferat. Quod ut abſque *Re-
igionis Catholicæ* diſpendio eveniret, *neutralitatis*, ut
vocant, colorem inventum eſſe. Si nunc *Ligariani*
hanc in ſententiam pedibus eant, tunc utique ia-
ctam eſſe aleam. *Galliarumq;* *Regem* ſcopum ſuum
ferire. Sin minùs eveniat, nihilominùs *Regem Chri-
ſtianiſſimum* cauſſam ſuam à *Rege Sueciæ* minimè ſe-
queſtraturum. Sed illius progreſſibus eò uſque u-
ſurum, uſque dùm propoſito illi ſuo velificetur.
Ac deinceps ab *Auſtriaca* familia parùm ſibi metuat.
Si nunc obiiciatur, Has *Regis Chriſtianiſſimi* actio-
nes ſpectare ad *Religionis Catholicæ* oppreſſionem.
Reſponſionem eſſe in promptu. Nempè *Ligaria-
norum* fuiſſe, dùm licuit, *neutralitatis*, ut vocant, à
ſe procuratæ, leges amplecti. Tùm, ſuper *Religionis Catholicæ* immunitate, antehâc fœdere cautum eſſe. Videlicet *Rex Sueciæ* nihil enovaret.

Eas inter *neutralitatis*, ſic dictæ, tractationes, legatus *Gallicanus* non deſtitit è *Monachio* ad *Sueciæ Regem* dare, Totum ſe in eò eſſe, ut *Regi* pacis media, minimè contemnenda, ematuret. *Electorem* enim *Bavarum* eò haud languidè inclinare. Interim *Rex Sueciæ*, interceptis è codicillis, didicit, *Electorem Bavariæ* hoc agere, ut, dimiſſis per litteras, ut vocant, collibeales ſumptibus, *Pappenhemio* facultatem apetiat novas contrahendi, augendique, copias. Quòd igitur, exſpirantibus tùm ferè induciis, haud obſcurè colligeret, inducias præeuntes à *Ligarianis*, pro *Romanæ Eccleſiæ* commodis, ingenti calliditate procurari. Quibus nihil aliud quæratur, quàm ut victoriarum ſuarum curſus, rationibus quibuſcunque excogitatiſſimis, inhibeant. Intereáque vires, quantas quantas poſſint, contrahant validas. Quibus *Regis* Conatibus occurrant, atque obluctentur. Præſertim, cùm hæc res ſeriò illis ageretur nequaquam. Sed *Regis* poſtulationes, protractis ſub deliberationibus, datâ operâ identidem prolatarentur. Proindè, *Hiſpanis* quoque, apud *Moſellam* legionatim confluentibus, versùsque *Francothalam*, pro *Palatinatus Inferioris* ſive defenſione, ſive recuperatione, ſeſe moventibus, *Rex Sueciæ* his, aliiſque, rationibus offenſus, induciarum prolongationem recuſavit. Tametſi id legatus *Gallicanus* impendiò urgeret. Sub petitione, ac novo promiſſo, ſi *Rex* alterius inſuper ſeptimanæ ſummam ad illas adiiceret inducias, futurum, ut ex voto utrinque *neutralitatis*, ſic nuncupatæ, conſummationē, citrà dubium, inſequi oporteat. Sed *Rex*, moræ omnis impatiens, actionibuſque deditus, ſimulatæ amicitiæ apertam ac profeſſam prætulit hoſtilitatem. Armiſque, prout anteà, cœptum urgere perrexit.

CAP. II.

De Electore Trevirenſi, Galliarum Regis protectionē admittente.

I.

Elector Treviranus, in partes Galliarum Regis tranſiens, offendit Sueciæ Regem.

DUm igitur cæteri *Electores*, ac *Principes*, *Ligariani* ius neutralitatis, ut vocant, à *Sueciæ Rege* certis ſub legibus præſcriptum, ſeriò non admittunt, ſed moras trahunt, ecce! *Philippus Chriſtophorus, Elector Treviranus*, *Suecis* iam tùm *Electoratum Moguntinenſem* præripientibus, certis, neque infimi momenti, de cauſſis, in partes *Galliarum Regis* maluit

luit tranſire, quàm cum *Suecorum Rege* paciſci. Qui cum per legatum, codicillis *Electoralibus* inſtructum, hanc mentem ſuam, ſuper *Galliarum Regis* iam tùm admiſsâ protectione, *Sueciæ Regi* expoſuiſſet, ſtomachum illi movit. Ità enim è reſponſo, legato dato, liquere poſſit. Eius ſaporis autem illud extitit. Nimirùm *Regis* auribus ingratum eſſe, quòd *Elector* copiis ſuis non tantùm hyberna, ſtativaque, neget. Sed velut arma *Gallicana* minetur. Immò interſpergere haud dubitet, tanquam *Rex* anteà condixiſſet, ad interventionem *Regis Galliarum*, ſe *Electoratui Trevirano* haud futurum moleſtum. Per fidem, minas illas peregrini cuiuſdam ſaporis eſſe. Neque enim hoc ſe exſpectare à *Rege Galliarum*, tanquam provocare, & rationibus ſuis adverſari, velit. Si verò eiuſmodi aliquid emergat; ſe *DEO* cauſſam committere. Ut iuxtà rationes inire cogitet, quid fieri oporteat. *Regem* ſe eſſe; & quidem illum, quem quis impunè vix laceſſat. Interim videret *Elector* de mediis, calculumque ſapienter poneret, quò quadragintà hominum *Gallicanorum* millibus, auxilii cauſſâ evocatis, prout deprædicet, ſatisfaciat. Ponderaret igitur loculos, immò omnia exactiùs ad mentem admitteret. Ne, dùm obnititur, etiam exercitum *Suecicum* intrà provinciam attrahat. Si tùm quidem auxilia opponere velit *Gallicana*, ſe cum *Hiſpanis* eo eventu paciſci poſſe.

De interpoſitione *Regis Galliarum*, modò obiecta, ità eſſe, ut *Regi* nihil conſtet. Vix enim bidui ſpatium præteriiſſe, ex quo legati ſecum fuiſſent *Gallicani*. Interim hoc libenter profiteri *Regem*, antehâc *Galliarum Regi* ſe promiſiſſe, futurum, ſi *Elector Treviranus*, à fœdere *Ligariano* recedat, eo eventu à ſe non hoſtis, ſed amici, loco ut habeatur. Eundem ſibi adhuc perſtare animum. Sic tamen, ut poſtulet, copiis ſuis ab *Electore*, quà ſtativa, quà annonam, ſatisfieri. Neq; auſit milites ſuos, tutelæ loco, immiſſos, ſicut antè accidiſſet, eiicere. Aliâs in illum, tanq̃ hoſtem eundum eſſe. Tametſi verò legatus *Electoris* ſui in pacem deſiderium, ac propenſionem conceptis verbis prædicet, illudque aſpergat, tanquam *Electoris* partes inter *Ligarianos* eſſent facilè infimæ. Nihilominùs *Regem* tàm citò credere non didiciſſe. Neque enim, tametſi ſub iuramenti ſanctitudine iurantibus, fidem haberi poſſe. Cùm longè diverſum, ſub comitiis *Ratiſponenſibus*, emerſiſſet, decretum. *Rexque* non ità pridem ab *Epiſcopo Papebergenſi* cœpiſſet eludi. Iret itaque, & *Electori* inculcaret, ſtativa, & commeatum, inter copias *Suecicas* dividenda eſſe.

II.

Elector Treviranus, publicis tabulis admiſſam à ſe Galliarum Regis protectionem divulgat.

INter hæc, denuò in tractationes itum eſt. Sub quibus ſequentes *Electori* leges præſcriptæ. Nimirùm tranſitus per pontem apud *Confluentes* permitteret. *Ehrenbreitſteinam* fortalitium *Regi Sueciæ* traderet. Præſidiumque in verba *Regis* adigeret. Tolerabilem pecuniarum numerum copiis *Suecicis* impertiret.

Super illis quidem *Elector*, ad *Galliarum Regis* i- terpoſitionem, tractationes reiterare, iuſque ne- tralitatis, ut nuncupant, ſub protectione *Gallic- na*, admittere cœpit. Ità, ut hoc inſtitutum ſub - verſis publicaret mandatis. Sed provinciæ *Ordin-* diverſum ab *Electore* ſentientes, legiones *Hiſpani-* attraxerunt. Ità, ut *Elector* ad tempus exulare iub- retur. Uſque dùm, *Gallicanorum, Suecorumque*, - perâ, eiectis *Hiſpanis*, in ſede priſtina reponeret-

Mandatum prius, quod, ſuper admiſſâ *Gal- rum* protectione, *Elector* publicavit, fuit eiuſmo- Nos *Philippus Chriſtophorus*, *DEI* gratiâ, *Archiepiſ- pus Treviranus, Epiſcopus Spirenſis, &c.* publicis hi- tabellis notum, teſtatumque, facimus. Nimirù nos, intuitu ultimorum id genus motuum bellic- rum, per *S. Rom. Imperium*, præſertim, ſub *Archie- ſcopatu, Epiſcopatuque*, noſtro, naſcentium, ind- ctos, quò exceſſus, ac pericula, quibus modò n- *Epiſcopatus Herbipolitanus*, ſed *Electoratus Moguntin-* quoque, tantùm non opprimuntur, à noſtris ce- vicibus amoliremur, *Chriſtianiſsimi Regis, Ludov- XIII.* tutelam, ac protectionem, ſingulari pietat- paciſque recuperandæ, amore, ac deſiderio, fav- rabiliter oblatam, admiſiſſe. Quòd enim *Caſ-* cuius exercitus aliis occupabantur locis, auxiliu- non ferret. Quòd *Regi Hiſpaniarum* abundè eſ- oneris. Quò regna ſua adversùs externas vires p- muniret. Ut, domi occupatiſſimus, aliis ſuccur- re nequiret. Tantùm abeſt, ut prodeſſe poſſit. Pr- ut vel *Moguntiacum*, *Hiſpanicis* auxiliis deſtitutu- evidenti eſt teſtimonio. Proindè, quò nos, n- ſtroſque ſubditos, vigore iuramenti, à nobis pr- ſtiti, ab interitu præſervaremus, protectionem - lam regiam, qua nos, noſtroſque, adversùs qu- cunque, vim inferentes, tueri velle promittit, n- tàm pro nobis, quàm pro amicis, conſiliariis, C- *mitibus, Baronibus, Equeſtribus*, tàm *Eccleſiaſticis*, q- *Secularibus*, itemque *civitatibus, arcibus, oppidis, p- gis, prædiiſque*, tàm ad nos, quàm noſtros, ſpecta- tibus, admiſimus. Quò quidem nomine *Chriſti- niſsimi Regis* auxilium implorare cœpimus. Idq- etiamnunc deſideramus, acceptamuſque. Ade- que quibuſcunque familiaribus, ac ſubditis, ma- damus. Hoc agerent. Videlicet *Chriſtianiſsimu- Regem, Ludovicum XIII.* pro domino, ac *Rege* ſu- quoad auxilia, ac tutelam, agnoſcerent. Illius a- xilia, legiones, ac cohortes, intrà provincias, civ- tates, arceſque, reciperent. Illiſque, quantum e- in facultatibus, alimenta, ac diaria, præberen- Quò ſic, coniunctis vobiſcum viribus, & perſo- nam noſtram, & hunc ſtatum, defendere ſatagan-

Poſterioris mandati tenor fuit huiuſmodi: No- abſque ſingularis animi lætitiæ interventu, celar- vos haud ſuſtinemus, quibus modis *Altiſsimus* nos noſtroſque tàm *Archiepiſcopatus*, quàm *Epiſcopatus* ab imminenti interitu, crudeli ab hoſte intentato vindicârit. Salva itaque res eſt, modò à perſecu- tionibus *Hiſpanicis* ſalvi ſimus. Cùm enim *Electo- Bavariæ*, tàm ſuo, quàm aliorum, nomine, ad fide- lem, & heröicam, *Galliarum Regis* interpoſitionem neutralitatis, ut vocant, axioma pepigerit, con- ſummâritque. Noſtrarum utique partium fuit, in tempore vigilare, eandemque tranquillitatem pe- riculis anteferre. Quo inſtituto, cooperante divi- na gratia, *Galliarumque Regis* ſuffragio, illud obti- nuimus,

imus;ut *Rex Sueciæ* nos, noſtroſque tàm *Archiepi-*
patus,quàm *Epiſcopatus*,& provincias,iuſſerit eſſe;
but vocant;neutrales.Cuius tranſactionis bene-
io totius *Rom.Imperii Ordines*,cæterique his con-
ederati *Chriſtiani* nominis *Magnates*, iam optata
o pace,ac quiete;modò volupe ſit,unà convivere
terunt.Quapropter; præparatis idoneis ſub ex-
ſationibus,tàm *Suecos*,quàm *Hiſpanos*,ut delinia-
,opus eſt. Quò ſic, adverſus prædictæ, neutrali-
tis leges,nihil adverſi ſive nobis, ſive ſubditis no-
is,intentetur. Quodſi verò fortè accidat, nos,
o quoviſcunque colore, adverſus pacta, ac con-
nta, velle onerari. Eo tunc eventu *Rex Chriſtia-*
ſſimus tàm nobis,quàm *Catholicis* in univerſum o-
nibus,ſi res exigat,præſens auxilium, opemque,
nctè promiſit. Sic ut per *Imperium* omne hanc
luntatem ſuam publicare nihil dubitet.
Hæc omnia ad animum ut admittatis, æquum
. Quippe gratas etiam *DEO Opt. Max.* debetis
atias,facta ut verbis,reſcriptiſque,conſonent.Et
geila ceſſent.Cæterùm,in eo toti eritis, quò *Hi-*
nitis perſecutionibus, in ſubditos noſtros graſ-
ntibus,ipſo cum effectò,detur miſſio.Unáq; ſub
cis propaletur quibuſcunq;, quorum intereſt, q̃
idem præſentis noſtræ neutralitatis,ceu vocant;
nctio,atq; introductio, primitùs ad *DEVM*, dein
variæ Electorem,tanquam eiuſce rei autorem,non
rò nos,reiicienda ſit. Si nunc accidat, (quod ab-
minandum) ut noſtri nihilominùs affligantur:
deóque,ſub auxilii *Hiſpanici* prætextu,prout qui-
m apud *Moguntiacum* uſu vénit, cædibus, incen-
s, rapiniſque,omnia perturbentur. Simulátque
: *Archiepiſcopatus Suecorum* in manus, prædaſque,
nire.Unáque *hac Religio Catholica* everti, debeat.
ùm utique culpa nobis meritò imputabitur nul-
Ut prævaricatores inprimis *DEO*, tùm toti *Im-*
rio, *Pontifici Max.* cæteriſque *Chriſtiani* nominis
agnatibus,rationes reddere teneantur.

CAP. III.

De Duce Palatino-Neoburgico. Itemque S. P. Q. Colonienſi, Regem Sueciæ, pro pace, interpellãtibus.

I.

Dux Palatinus Neoburgicus, ſuper pace, interpellat Sueciæ Regem.

HOc tempore illa erat *Regis Sueciæ* fortuna, & autoritas, ut pleriſque per *Imperium Magnatibus* eſſet terrori. Certatimque,tàm ſuper pace,quàm neutralitatis conceſſione, interpellaretur à *Principibus*. E quibus *Guolfgangus Guilielmus* quoque *Dux Palatinus Neoburgicus*, miſſis ad *Regem* legatis, hanc rem diligenter egit,quò,tanta ſub *Imperii* p̃turbatione, halcyonia ſua tueretur. Legatorum oratio talis ferè extitit: *Ducem*, inquiunt, dominũque ſuum,à *Rege* ius neutralitatis, ut vocant, petere. Deprecarique, vellet *Rex* arma, manuſque, à provinciis,ſubditiſque ſuis, abſtinere. Illum eſſe illius ſtatum, ut hactenùs motibus id genus bellicis haud acceſſerit. Neque alteri partium plus æquo contulerit. Ut etiam *Ligariano* fœderi deinceps manum,ſumptuſq;,omninò velit ſubducere.

Ad hæc *Rex* ſubiecit: Nihil ſibi hactenùs cum *Palatino* intercedere inimicitiarum. Ut cauſſa exulet,cur illum armis petere velit. Nihilóminùs, ſi fortè intelligat, illum, prout factum eſſet anteà, hac tempeſtate, *Hiſpanos, Cæſareos, Ligarianoſq;*, trãſitu,commeatuq;, aut alia re quácunque, velle iuvare,eo tùm eventu *Regi* vitio verti non poſſe, ſi illis in locis quoque tàm hoſtes, quàm eorum auxiliares,ultimis perſequeretur viribus. Interim *Palatinus* copiis ſimulátque ſuis acceſſus, regreſſuſque; liberè permitteret.

De eo verò, quòd legati,nomine *Principis* ſui,ius neutralitatis,ità dictæ,urgeant,ità quidem eſſe, ut *Rex* non valdè detrectet. Modò,plena ſub conceſſæ poteſtatis inſtructione,ſeriò, ac conſtanter; illud agant. *Neutralitatiſque*, ab adverſis partibus indultæ,documenta edant. Tùm *Regem* quoque petitis eorum non refragaturum. Sed æquè in tractationes deſcenſurum eſſe.

Regeſſerunt legati, Tametſi plenâ tractãdi poteſtate haud forent inpræſentiarum inſtructi; nihilo languidiùs ſeſe *Regi* conteſtatiſſimum facere, *Ducem* tàm penès *Hiſpanos*, quàm *Batavos*, pleno neutralitatis iure uti frui.Atque ſic quidem affectũ eſſe, ut cæteris partibus,adverſus *Regem*, nihil velit indulgere.

Illis, non ſine ſtomacho, perceptis *Rex* ſuperintulit: Siquidem,inquit,ità ſeſe res habet, ut neque plena agendi poteſtate ſitis inſtructi. Neque ab adverſis partibus obtentæ neutralitatis documenta edere queatis. Scitote,nedùm vobis illud; quod ab aliis nondùm impetrâſtis,me largiri poſſe. Quin igitur ſtat ſententia; tàm hoſtes, quàm auxiliares, illis,quibus reperire fas eſt,locis, unà cum competitoribus,ultimè velle ulciſci. Interim copiis ſuis *Dux* acceſſus,regreſſuſque,impertiret. Nec aliam exſpectaret à *Rege* declarationem.

Territi hoc fulmine legati, rationes inierunt, quò per *Auguſtum*, *Ducem Palatinum Neoburgicum*, partium tùm *Suecicarum*, *Regem* delinirent. Mitiuſque reſponſum ad ſuos referrent. Sed fruſtrà fuerunt. *Rege* à propoſito nequicquam recedente.

II.

S. P. Q. Colonienſis, pro pace, itidem Regem Sueciæ veneratur.

INcrebreſcente ad *Rhenum*, ſuper felicitate *Suecica*, terrore ferè panico; ut vocant, ecce! haud ſegniùs intrà ampliſſimam *Colonienſium* tùm trepidabatur urbem. Ut *Francofurtum* uſque præmiſſis legatis; verbis modeſtiæ; ac venerationis; plenis *Regem* demulcerent. Pacemque deprecarentur. Et quidem hoc adiecto argumento, ſeſamo velut, ac papavere, ſparſo: Videlicet *Li-*

gariana

gariano ſeſe fœderi nunquam acceſſiſſe. Nedùm eò ſumptus contuliſſe. Ut auxilia non minùs *Hiſpanica*, pro urbis defenſione oblata, recuſârit.

Dubio procul hæc tempeſtiva benevolentiæ præventio *Regis* animum mitigavit. Qui ſi ſolita celeritate, quâ bellatores, præſertim felices, ingentia quæque perficiunt, uti, tantamque urbem, ab initiis confuſam, ac trepidantem, (intrà quam tot exercitus formare fuiſſet opportunum) admotis caſtris urgere, maluiſſet, iuxtà plurimorum opinionem, audaciam fortè ac conſtantiam, illi expectorare potuiſſet. Itaque ab executione ad tractationes *Rex* converſus, ſive illi *Regis Chriſtianiſsimi* reſpectus, ſive aliud quiddam, obſtaret, ſequentes urbi conditiones obiecit. Quibus ordine admiſſis, deinceps pacis commoditate uterentur. Nimirùm cùm inter cauſſas à *Rege* ſuſceptæ huiuſce expeditionis non poſtrema eſſet *Religionis Evangelicæ* à *Roman. Catholicorum* preſſuris vindicatio. Iuxtáque neminem fugeret, intrà *Coloniā* à multis retrò annis id genus rigorem, perſecutionemq;, exerceri. Hac de re *Colonienſibus* beneficium neutralitatis indulgeri, ſicubi id genus rigorem, quo quidem homines *Evangelici* tantùm non opprimerentur, è veſtigio abrogarent. *Confeſsionis Auguſtanæ* intrà urbem exercitium permitterent liberrimum. *Evangelicos* tàm in civium numeros, quàm tribus, ac collegia, æquè, ac *Catholicos*, reciperent: Edictis quibuſcunque vel olim, vel recèns, conceptis, ac promulgatis, ſine effecto exſpirantibus. Atque hæc immunitas etiam ad *Evangelicorum* extenderetur liberos. Pari paſſu quorumcunque commerciorum uſus tàm *Evangelicis*, quàm *Catholicis*, eſſet liberrimus. Sic neque *Evangelicorum* nuptiæ deinceps à *Catholicis* confirmarentur ſacerdotibus. Neque impuberes, pubereſque, ad ludimoderatores mitterentur *Catholicos*.

Secundùm hæc, neque conſiliis, neque re, operâque, *Regis* hoſtibus accederent. Sed conſpirationibus, molitionibuſque furtivis, omninò ſeſe abſtinerent. Sumptuſque omnes adverſæ parti negarent. Sic ut neque litteris intrà urbem, ut vocant, collibealibus darent operam. Sic tranſitus per urbem aut utriſque partibus permitterent, aut omninò negarent. *Regis* vero tribunis, ac miniſtris, acceſſus, regreſſuſque, aperirent. Immò regio legato intrà urbem locum darent. Qui, ne ſub hac neutralitatis tranſactione fucus fiat, provideret. Denique tàm regiis, quàm partium illarum ad *Rhenum*, *Regi* ſubiectarum, ſubditis, ut etiam confœderatorum, amicorumque, ſuorum populis, mercatoribuſque, tàm intrà, quàm extrà, civitatem commerciorum exercendorum poteſtatem facerent. Hæcque omnia ſine fraude conſtanter, atque ordine, implerent.

III.

Ad poſtulata Regis Sueciæ Colonienſes reſpondent.

ISta ubi fuiſſent *Regis* poſtulata, dicta pace, legati receperunt, ſeſe de illis omnibus *Senatum* erudituros. Verùm articulus ille, ſuper exercitii *Religionis* libertate, *Evangelicis* permittenda, inprimis pupugit. Nihilominùs, quò ſuſceptas tractationes non quidem abrumperent, ſed proferrent, rationes inire cœperunt. Sic tamen, ut haud languidiùs in urbis defenſionem incumbentes, militem con
ſcriberent. Noviſque munimentis operam da
rent.

Interim neque ſic civium ditiſſimi quique tre
pidare ceſſârunt. Bona pars enim, quibus *Plutus*, ve
Ariſtophanis teſtimonio, aliâs timidiſſimus, favebat
convaſatas res pretioſiſſimas ex *Vbiis* in *Batavos* te
mittebant. Sed non impunè. Quippe populatrice
catervæ, de induſtria *Suecos* mentientes, eo ſub co
lore, prædas abegerunt opulentas. Ut plurimus, di
facultates ſuas pecuniarias à periculo præſervar
vellet, eo ipſo ultimè periclitaretur. Damnumqu
ineluctabile incurreret.

Interim, poſtulatis regiis diligenter excuſſis, v
deponderatis, eam in ſententiam *Regi Senatus Colo
nienſis* reſcribere cœpit: *Sereniſsime*, ac *Præpotentiſſi
me*, *Princeps*! *Rex*, & *Domine*, clementiſſime! Quæ
ſuper commerciorum intrà civitatem noſtram li
bertate, apud *Francofurtum*, deputatis noſtris ſcri
pto-tenùs clemētiſſimè indicâſti, eà omnia partin
viva, ac prolixa, noſtrorum ex relatione percepi
mus, partim è litteris didicimus. Nihil itaque ma
gis erat in votis, quàm ut, præeunte reverentiâ de
bitâ, quantò ociùs, ſuper verâ ſubſtantia, ac pro
prietate, quantum ad *Religionis*, citrà exſpectatio
nem propoſitum, negotium facit, humilimè re
ſponderemus. Sed, quod, interveniente commu
nis mortalitatis neceſſitate, *Parca Conſulis*, & qui
dem ſenioris, uxori minimè pepercîſſet, partim e
jus matronæ inexſpectata morte perculſi, partin
poſtulati, valdè ardui, pondere prægravati (ſine cu
jus diligenti ventilatione, cumq; *Imperii* actis, ſu
periori ævo occurrentibus, curioſa collatione, ni
hil decernere licuit) citiùs nos expedire nō potue
rimus, veniam, *ô Rex*, humilimis verbis depreca
mur. Ne moram hanc quantamcunq; feras incle
mentiùs. Sed potiùs certò ſtatuas, eos nos eſſe, qu
ad amplificandam nominis, honoriſque, tui exiſti
mationem nihil reliqui facturi ſimus. Quò minù
dubitamus, ſi iſti, qui *Regem* hac in parte inquietâ
runt, & nihilo-minus *Auguſtanam Confeſsionem* hau
profitentur, rem ipſam, ſicut eſt, ſecundū proprie
tates, affectioneſq; ſuas, proponant, tùm quidē no
hac in parte clemētiſſimè potuiſſe excuſari. Quip
pe toto ſub *Imperio* notiſſimæ eſt veritatis, *Evangeli
cos* neq; antè, neq; poſt, *Annum M. D.LV.* quo *Pacifi
catio Religionis* coiit, multò minùs deinceps, hâc in
trà civitatem, *Religionis* ſuæ exercitio uti frui cœpiſ
ſe. Vt nullatenùs externis, peregriniſq;, nec nor
Catholicis indigenis, plenarium civitatis jus, citr
juramenti legem, & quidem ſub hac clauſula, ſe ve
terem *Catholicam Religionem*, toto vitæ ſuæ tempo
re, profeſſurum, conferatur. Vt etiam in illis, ſi qu
ab *Eccleſia Catholica* ſeceſſionem faxint, evileſcat
Neq; in *tribus*, ac *collegia*, quiſpiam admittatur, niſ
qui requiſitis id genus ſit inſtructus. Nimirùm, nor
defuêre, qui, ſub nomine civium *Evangelicorum*, ge
minis ſub *Auguſtanis comitiis*, *Anno M.D.LV.* tàm per
ſonaliter, quàm per ſubſtitutos, apud *Cameram Spi
renſem*, adverſus majores noſtros, ſup permiſſu *Ev
angelicæ Religionis*, ejuſdemq; exercitii, ſupplices in
tervenerūt. Sed illis hæc petitio, per viā *Iuſtitiæ*, op
pidò negari cœpit. Et qui dē è prædictis illis, aliiſq;
cauſsis. Præſertim, ꝙ ea ipſa immunitas nulli *Ca
tholicorum* à quocunq; *Evangelicorum*, *in Imperio*, ſi
ve *Ordine*, ſive *Civitate*, eſſet permiſſa.

Illi

lis conatibus fruſtrantibus, tandem, *anno M.*
X. hanc intrà *Civitatem* concitatis motibus in-
nis, ad idem inſtitutum pergraſſari non deſti-
. Sed abſque ſucceſſu. Itaque nulla vi iniectâ
ti, ſed ex mera electione, aſſumptis familiari-
ſarcinulisque, magno numero *Civitate* exce-
tes, *Mülheimium* oppidum petierunt. Ibidemq;
s fixerunt. Sub ſpe, fore, ut illic fortalitium ex-
erent. Commerciaque, & nutrimenta. *Civita-*
deducerent. Atque eo pacto, adverſus tot
rum, tot *Regum Romanorum*, antiquas, & à tot
lis poſſeſſas, conceſſiones, *Civitatis* ſtatum, for-
amque, everterent.

Quandoquidem ergò, ô *Rex*, eò quidem colli-
regia tua declaratio; diverſis ſub codicillis
nentiſſimè conteſtata: nimirùm expeditionem
n adverſus nullum *Imperii Ordinem*, quo cum
controverſia intercedat nulla, dirigi. Ut ne-
ia *Religionis*, ſecundùm *Imperii* conſtitutiones,
eſque fundamentales, moderari cupias. Illiſ-
locis, in quibus *Catholica* ſonat *Religio*, ius ſuum
are non detrectes. Prout illud *Iuris*, *Iuſtitiæ*
ſtudium multa hactenùs cum laude declarâ-
Tùm verò nos illi ſimus; qui nullius in verba
leris iuravimus. Sed debita cum reverentia *Re-*
ſurreximus. Ut etiam deinceps, adverſùs hanc
miſſam, amicamque, conteſtationem noſtram,
il inconcinni deſignare ſimus affecti. Ea de re; ô
, ad te ſpectat hæc ſubmiſſa noſtra confiden-
Ut ſimulátque humilimis verbis corrogemus;
les, in hoc *Religionem* concernente, ac per viam
itiæ deciſo, articulo, ſecundùm regias illas, cle-
ntiſſimaſque, conteſtationes tuas, conſcientias;
ſtras, fidemque, iuramento quotannis bis obli-
ndam, graviùs haud quidem onerare. Potiùſq;
biicum viventibus *Evangelicis*, adeóq; hoſpitiis,
commerciis, more civium, indè uſque huc, utē-
us, abſque eo, ut ad *Catholicorum* ſive ſcholas, ſi-
ecclesias, adigantur, obedientiam, pacem, quie-
nque, inculcare. Sic, ut cæteri, qui quidem à no-
ultrò fecerunt ſeceſſionem, legibus, iampridèm
.P.Q. *Colonienſi* unanimibus ſuffragiis latis, ſe-
conforment.

De cæteris, legatis noſtris oblatis articulis; illa
ſententia noſtra, ut, quantum eius abſque læ-
ne honoris, ac iuramenti, quo quidem tàm *Cæ-*
i, quàm *Imperio*, huicque *Civitati*, obligamur,
ri ullo modò poteſt, ſic nos ergà te, ô *Rex*; hu-
ilimè geramus. Ut nihil in nobis deſiderare que-
. Quod ſupereſt, ô *Rex*, etiam atque etiam ſub-
iſſis verbis corrogamus, patereris civibus noſtris,
mmerciis operam dantibus, merces interceptas
ſtituere. Commerciorum libertatem poſtlimi-
ò reddere. Neque, rerum novarum ſtudioſis, ſu-
tronibus plus æquò aures inclinare. Gratiamq;,
nel nobis oſtenſam, in indignationem conver-
re. Et hanc quidem ſubmiſſæ obſervantiæ no-
ræ confirmationem pluribus coràm depoſituri e-
mus. Niſi, ô *Rex*, famâ narrante, & longiùs à
nobis receſſiſſes. Et legatus noſter intereà cum
morbo litigâſſet. Vale! Et nos regia
gratia conſtanter proſe-
quere.

CAP. IV.

De Sueciæ Regis, & Ragotſii, Tranſylvaniæ Principis, coniunctionibus.

I.

Sueciæ Rex per legatum ſolicitat Ragotſium, Tranſylvan. Principem. Super impreſſione in Auſtriam facienda.

NE ſolo cum *Suecia Rege* negotium eſſet *Cæſari* per *Imperium*, ecce! etiam per *Vngariam*, inprimis *ſuperiorem*, novi gliſcebant motus. Confluente enim manu ruſticanâ, haud ſegniùs in partes veniebant equeſtres, inter bella nati, factique. Qui omnes facto globo *Caſchaviam* civitatem cōcludebant. Color ex eo quærebatur, quòd paulò antè *Petrum Ozáſarnum*, tribunum ſuum, in vincula redactum, in partes diſcerpſiſſent. Huius capitis ultionem fremebant. Hac interim ſub prætextus ſpecie aliud tegebatur; nimirùm *Religionis* libertas. Quam quidem tumultuario, atque incompoſito, agmine defendendam ſuſcipiebant. Ne igitur præſens ſeditio vires ſumeret, *Tranſylvanumque*, aliâs provocatu facilem, & vix hac tēpeſtate quieturum, in arma pertraherent, conſultiſſima viſa eſt via, furores illorum fomentis, blanditiiſque, magis, quàm minis, mitigare. Iam tùm enim *Tranſylvanus* res novas agebat. Ut à *Rege Sueciæ*, pro impreſſione in *Vngariam*, *Auſtriamq;*, ſuſcipienda, ſolicitaretur. Quod ut ematuraret, *Strasbergius Baro* miſſus eſt. Hic, maioris ſecuritatis igitur, iter per *Poloniam* direxit. Indè, apud *Mungatſcham* fortalitium appellens, obviàm prodeunte *Davide Solonio*, tribuno *Tranſylvanico*, ſub manu militari, per *Vngariam ſuperiorem* impunè deduci cœpit. Legatus ergò, coràm *Principe* admiſſus, nomine *Regis* ſui, rogavit, Iret *Princeps*, & communi rei *Evangelicæ* bono, exercitum contrà *Cæſarem*, *Auſtriamq;*, educeret. Conditionem hanc lubens ille admiſit. Pollicitus, ſe primo vere, ſimulátque gramine campi veſtirētur, copias producturum. Nec mora: confeſtim delectus, habere, legiones recenſere, armaque parare, iuſſit. Quò ſic ad claſſica inſtructi concurrere, *Principique*, in aciem egreſſuro, operam navare queant. Arriſit hæc novitas ſubditis. Ut volentes etiam iſti ad arma proſilirent. Adhæc *Sueciæ Rex* confirmatiſſimum fecit *Tranſylvano*, fore, ut, quæcunque per *Vngariam* occupet, ſe non contradicente ſecurè poſſideat.

II.

Tranſylvanus dynaſtarum, equeſtriumque, foris degentium, ac ſic quidem ſuſpectorum, bona publicat.

ILle *Regis Sueciæ* legatus antequàm ad *Ragotſium* penetraret, iam tùm *Princeps* videbatur bellum recoquere. Præmiſit enim *Viennam*, qui à *Cæſare* poſcerent, nimirùm à *Sigiſmundo Prebasvario* ſupplicium ſumeretur. Iſtum enim eſſe, qui, inter cæteros dynaſtas *Vngaros*, anteſignanus, & fortunæ, & vitæ, ſuæ inſidias ſtruxiſſet. Dùm, rebus diſpoſitis, ſub venationis occaſione, tentâſſet opprimere. Quod facinus ut eò faciliùs in effectum duceret, iã tùm *Davidem Solonium*, *Principis* tribunum primarium, *Stephanumque Bethlenum* iuniorem, abalienatos, hac ſpe lactâſſe, futurum, ut ille *Edzethum*, ſub *VVaradinenſi Comitatu* fortalitium, hic verò *Arcem Levenſeriam*, ſecurè poſſideret. Atque ad hæredes tranſmitteret. Hanc proditionem ſibi ab ovo, ut aiunt, à *Davide Solonio* detegi cœpiſſe. Cuius veritatem, præeunte inquiſitione, penetrâſſet. Sic, ut inter conſpirationis ſocios, in poteſtatem redactos, *Miconem Ferenſium*, inter complices haud poſtremum, iam tùm capitis damnârit. Quod igitur *Prepaſvvarius* manus ſuas effugiſſet, inſtare cœpit *Ragotſius*, *Cæſar* iſtum iuſto ſupplicio, iuxtà ſuperioris anni pacificationem, afficeret, verèque plecteret. Ità enim pactis, quantumvis haud unica cõtraventione violatis, ſatisfieri. Tametſi igitur *Cæſar* promitteret, ſe pœnas ab illo ſumpturum. Nihilominùs neque ſic acquievit *Ragotſius*, niſi verè, atque ex tempore, hoc fieret. Sed *Vngariæ Palatini* obſtitit autoritas. Qui, *Prepaſvvarii* cauſſam agens, illum pœnæ eripuit.

Secundùm hæc, indictâ intrà provinciam diætâ, *Ragotſius* decretum publicavit. Tametſi *Iazygibus* ſuis, extrà patriam viventibus, hactenùs fuiſſet indultum, ut per vicarios, ac miniſtros, res ſuas curarent. Nihilominùs hanc legem iam nunc conſultò abrogari. Nimirùm, omnes intrà patriam redirent, poſſeſſionibuſque ſuis ipſimet præeſſent. Neque abſque *Principis* conſenſu, ſub privatione bonorum omnium, excederent. Quòd autem *Georgius Hallerus*, tùm temporis *Cæſaris* apud *Sackamazam* tribunus, divenditis intrà *Tranſylvaniam* bonis, reditum negaret. Unáque *Ladislaus*, & *Stephanus*, *Czakii*, toties citati, non comparerent. Tanquam qui intrà *Vngariam* ſub *Rege* mallent vivere. Hac de re bona illorum, ſub diæta provinciali, confiſcari cœpêre. Tametſi verò illi, obiectis codicillis *Cæſareis*, quibus è regno *Vngariæ* excedere prohibebantur, obniteretur. Nihil effecerunt. *Princeps* enim, unà cum *Tranſylvaniæ Proceribus*, hoc agebat. Ut, diligenti ſuſcepta inquiſitione, proditiones deinceps amoliretur. Obiterque vel ſuſpectos exterminaret. Quo nomine omnibus, ac ſingulis, in quos ſuſpicio cadebat, exilium indic
tur ilicet.

III.

Dividiæ inter Bethleni viduam, & Ragotſium.

SEd non ſola iſta *Ragotſium*, ut dynaſtas ſuos
leviter ſuſpectos, exigeret, exercebat diffic
tia. Ut etiam dividiis inter *Bethleni, Principis* de
cti, viduam, & *Ragotſium*, porrò certaretur. E
pore præfata illuſtriſſimi nominis vidua *Tock*
arcem, ſibi viduitatis nomine promiſſam, poſ
bat. Eius aulam *Czakyus* alter, partium *Cæ*
Vngariæque Palatini amantiſſimus, frequenta
Ubi cùm *Tockaia*, in *Vngariæ* finibus poſita, acc
præberet miniſtris *Cæſareis*, factum, ut his *Pri*
vidua aures inclinaret familiares. Qua occaſi
captatâ *Vngariæ Palatinus Munkyum* fortalitium
duæ *Principi* ſimulátque loco dotis permiſſum,
iugi verò ſuæ oppignoratum, nitebatur in pote
tem redigere. Et iam tùm vidua *Princeps*, anim
dulgentioris, ac liberalis, præfato illi *Czakio* d
ta ducatorum millia, unà cum *Torzali* oppid
Falerno Tockaiano nobilitato, conceſſerat. S
hæc ſeriam, ac diligentem, contemplationem
iiciens *Ragotſius*, unà cum *Tranſylvaniæ Proceri*
vereri cœpit, ne mitis illa viduæ *Principis* ratio
que indulgentia, provinciæ incommodaret. C
nomine contendere cœpit, præfato *Czakio*,
quam malorum omnium, fortè inſtantium,
teriæ, & fonti, miſſionem daret. Pollicitus, h
faxit, tùm ſe illam, tanquam *Electorali* ſanguine
tam, inſtar matris, propriæque coniugis, modò
veneraturum. Sed omnes illas facultates, po
ſioneſque, à *Gabriele Bethleno* dictas, ſine omn
ctura, redditurum. Ut omnes illos reditus ſec
percipere poſſit. Immò, provinciæ ſumptibus,
pedeſtris quàm equeſtris militiæ centuriam,
corporis cuſtodia, alere ſuſtineat.

Sed fruſtrà erat Ragotſius. Tantùm enim abe
ut *Czakyus* ex aula *Principis* viduæ dimitteretur.
potiùs illîc fortunatus, & τὰ πάντα, eſſet. Numm
que modio metiretur. Immò paulò poſt regii
garici tribuni titulo ſuperbiret. Quæ cùm Rag
animum flagellarent, vindictamque in *Vngariæ*
latinum illc unicè ſpiraret, miſſis in *Aſiam* lega
auxilia imploravit *Turcica*. Ferunt, *Imperatorem*
tomannicum remiſiſſe *vexillum, falcatum enſem, ceſ*
& *tympanum*. Tanquam ſymbola, quibus ſe c
ſentiente, & opitulante, bellum foret ſuſceptu
Neque ceſſavit *Tyrannus Turcicus*, ſub pœna gla
Perſici, inculcare tàm *Muldaviæ Principi*, quàm *B*
præfecto, (barbari ſua lingua *Baſſam* vocant) ire
Et *Tranſylvaniæ Principi* auxilia, quantacunque depoſceret, quàm maturrimè erogarent.

* * *

Extern

Externa.

CAP. I.

De actionibus Polono-Suecicis.

I.

ſſelii, legati Suecici, ad Ordines Poloniæ, apud VVarſaviam, congregatos, ſuper Guſtavo, Sueciæ Rege, in Regem Poloniæ eligendo, Suaſoria.

AB *Auſtro* ad *Aquilonem* deflectentes, de rebus *Polonicis* hac appendice videbimus. Jam autem *Sigiſmundus*, *Polonorum Rex*, ad malam, ut vocant, ætatem, id eſt, triſtem, morboſam-e devenerat ſenectam. Ut, præter effœtas in rpore vires, etiam morbis, mortis nunciis, fatiretur. Qui cùm, ſine ſpe reconvaleſcentiæ, aviter decumberet, *Proceres*, regni, indicto apud *arſaviam* conventu, media proſpicere cœpent, quibus, ſi quid *Regi* & ſeni, & languido, acciret, motus præcaverent. Novumque ſufficent *Regem*. Hoc eò impenſiùs illis tùm quidem abatur, quòd exploratum haberent, *Moſchos*, e *Ruthenos*, inducias ulteriores non permittere. d magnis auſis, apparatibusque, bellum recoiere. Illi dùm datur opera conventui, ecce! *cleſiaſticis, Secularibuſque*, unà congredientibus, ud convénit. Illi enim homines *Evangelicos*, nquam perniciosâ hæreſi contaminatos, & forntes, è regno excludere conabantur. Hi verò, ntrarium ſentientes, id omninò negabant. Ità nultatibus, odiiſque, initio certatum eſt.

Id opportunè intelligens *Iacobus Rüſſelius*, *Regis uecia*, apud *Livoniam* legatus, ſequentes codicilſè *Riga* direxit *VVarſaviam*. Neſcio quæ non *Ponis* perſuaſurus. Argumentum eorum tale fuit. Quamprimùm, inquit, intellexiſſet *Guſtavus*, *Rex uecia*, dominus ſuus clementiſſimus, immò è funamentis irrefutabilibus, nullamque ſive excetionem, ſive amicitiæ colorem, admittentibus, idiciſſet, quibus modis violentiæ, iniquitatiſque lena, adversùs tàm ſanctè juratæ ſexennalis paificationis leges, clàm palàm & nimis calidè, & ſiemiſſione, fabricarentur conſilia, & quidem ab jus notæ hominibus, qui omnia in *Republica* pro bidine agerent. Qui fidem, publicè, datam, tanuam rem vacuam, inſuper haberent. Quique ub *Borealibus* illis plagis, ac regionibus, atrocis, à è patrati, convincerentur criminis. Dùm libidiantibus, ac perpetuis, auſis, tàm regna, quàm poulos, ſine diſcrimine, omnes *Monarchiæ Hiſpanica*, amiliæq; *Auſtriacæ*, p faſq;, nefaſque, ſubjicere, quantũ in iis quidem eſt, conarentur. Et poſteaquàm *Rex* tàm in limine, quàm progreſſu, expeditionis illius ſuæ in *Germaniam*, tot varii generis penetrâſſet experimẽtis. Quo pacto inauſpicatæ, noxiæq;, id gen⁹ hominũ, invaluiſſent impoſturæ, tãq̃ totius humanæ ſocietatis hoſtiũ, qui quidẽ interiores regni præoccupâſſent aditus. Totiuſque regiæ gubernationis habenas inflecterent. Immò omnia pro libidine agerent, diſpenſarentque. Ibi tùm *Regi* in mentem veniſſe, quàm perniciosæ *Auſtriacæ* factionis machinationes illa ſub *Republica* tantùm non gliſcerent; ſed regnarent. Ut *Rex* improbè laceſſitus, ac provocatus, interrogare conſcientiam; ſolidiſſimiſque argumentis animum firmare, cœperit, atroces id genus, oppidóque hoſtiles, actiones, quas quidem tàm generoſus, herôicuſque, ſpiritus ne quidem diſſimulare quitus ſit, ulteriùs nolle concoquere. Præſertim cùm id genus tàm clanculariæ, quàm manifeſtæ, molitiones & divinis, humaniſque, juribus adverſarentur oppidò: & ſancta fide juratis induciis ſexennalibus, præcipuè autoritati laudatiſſimi *Sueciæ* regni, *Imperiique Germanici* detraherent. Cujus utique libertatem ab inuſitata tyrannide *Rex* ut vindicaret, ac tueretur, non ſine ſingularis pietatis, gloriæque, ſtimulo felicibus ſub auſpiciis, foret profectus. Proindè, cùm *Rex* ſuper remediis, quibus autoritatem, regna, perque *Imperium Romanum* intervenientia ſolennia fœdera, tueretur, injuriiſque, ac violentiis id genus ſatisfaceret, deliberâſſet, etiam hoc moleſtum accidiſſe, ut compertum habeat, induciarum ſanctitudinem labefactari, hoſtileſque tàm excurſiones, præparari. Jam iſtos ejus mali fontes eſſe, qui quidem ſub armis pulſiſque claſſicis, nati, arma, ac ſeditiones, ſpirarent. Inſatiabiles cupiditates, ſub colore *Religionis*, cultuque eccleſiaſtico, ambitiosè tegerent. Compendioque internorum motuum, ingenti ſub calliditate, familiæ *Auſtriacæ* commodis velificarentur. Iſtos à tot annis *Reipublicæ* peſtilentia fuiſſe ſydera. Adversùs ſtatum, ordinemque ſecularem, conjurâſſe. Non hâc tantùm, ſed ſuperiori, ætate nihil ad ultimam malitiam reliqui feciſſe; quò, ſpiritu vertiginis, rebelioniſq;, in *Rempublicam* ſuam introducto, ſtatum communem perturbarent. Patriam cum finitimis *Regibus*, *Magnatibuſque*, collid erent. Bellumque è bello, tanquam funiculum ducerent. Hoc modo ſparſis civilibus incendiis *Hiſpanicæ* cupiditati aperiri feneſtras. Facileque uſuvenire, eaſdem in tricas *Polonia* ut pertrahatur, quibus jam à decennio ſororiantis *Bohemiæ* regnum involvi cœpiſſet. Hanc illam iſtam eſſe viam, quæ ad libertatis oppreſſionem ducat. Hoc ejuſmodi videri ſtadium, ac curiculum, quod externis in patriam ſuperinductis gentibus, *Reipublicæ* totius devaſtationem, everſionemque tandem acceleret.

Ea propter, ubi *Rex* quæcunq; ejus generis flammantia conſilia, contrà pactarũ induciarũ, fidẽ, & ſacramentum, excurrentia, inque *Regem* ipſum, *Romanumque Imperium*, directa, ad animum, ſic ſatis generoſum, fortemque, vocâſſet. Jam tandem, divina inſpirante gratiâ, remedium occurriſſe, pietati tanti *Regis* conforme. Quo quidem in illud incumberet, ut technarum, impoſturarumque, & bellorum, fabricatores iſtos potenter retundat. Sanguiniſque *Chriſtiani*, cujus pocula impotentes iſti *Eccleſiaſtici Regibus* ſuarum partium propinent,

ſitim expectoret. Adeóque hoſtibus, *Rempublicam* periculoſò bello involvere, cupientibus occurrat. Eum videlicet in finem *Regem*, ſalutis illorum, tranquillitatiſque, amantiſſimum, tanquam *DEO* ſuggerente, eò animis inclinare, ut cum *Proceribus* conſilia participare, adeóque remediorum opportunorum, ſatiſque efficacium, rationes conferre, velit. Quibus deſperatæ malitiæ hominum periculoſiſſimi conatus modò non communi operâ retundi. Sed etiam ſalutaris, interioriſque, amicitiæ, ac fœderis, fundamenta, poni, poſſint. Ità fore, ut inter vicinos, veterrima illa confidentia, ac neceſſitas, reproducatur. *Reſpublica Polonica*, in priſtino felicitatis, ac libertatis, ſuæ ſtatu repoſita, refloreſcat. Immò evidentiùs reſplendeat. Adeóque *Chriſtiani* nominis *Magnatibus, Ordinibuſque*, incorrupta, ac ſincera, pax, ſecuritaſque, refulgeat. Neque verò *Regem* ſuum dubitare, ità quidem per ſe affectos eſſe *Proceres*, ut hanc præclaram, ac veluti, non ſine numine, divinitùs allabantem, gratiam, occaſionemque, haud inſuper habeant. Sed reverenter, dùm capillata eſt, gratanterque, lubentes admittant. Ne, dùm alas vibrat, fruſtrà deinceps, & invidè, requiratur. Eò confidentiùs igitur *Regem* hoc ſibi ab illis promittere, modò illi eſſe velint, quibus *Reipublicæ* ſalus, incolumitas, inque priſtinum felicitatis ſtatum reductio, præcipua lex ſit. Illûc enim, per divinam gratiam, redire. Faſtigioque ſuo multo cum honore reddi, poſſe. Cæterùm, *Regi*, in id incumbenti, quò periculi plenis id genus præmiſſis machinationibus obviàm iret, opportunè ejus farinæ impoſtorum occurriſſe commentum. Quo quidem de novo, in patriæ *Reipublicæ, Chriſtiani* orbis, *Sueciæ, & Germaniæ*, regnorum, noxam, conſpirare deprehendantur. Dùm electionem regiam, antequàm ſedes vacans publicetur, impotentibus animis urgerent. Idque non ſine *Chriſtiani* nominis *Magnatum* contemptu, & injuria. Quibus regnum electivum pro hæreditario vellet obtrudi. Cùm igitur præſens ea ſit occaſio, quæ *Regi* cogitationes, vindictam in prævaricatores ſuprà allegatos excutiat, utique clementiâ, & amore, victum, eò inclinâſſe animum, illis ut remota lacinia nudum velut pectus detegat. Et abſque omni circuitu loquatur. Non dubitans, hanc ſuam mitiſſimam propenſionem illis, quorum intereſt, *Proceribus* diſplicere non poſſe.

Proindè cauſſis ſatis arduis, æquiſſimiſque, *Regem* ſtimulatum, miſiſſe ad potentiſſimam *Polonorum Rempublicam* legatos, plena, eaque irrevocabili, poteſtate inſtructos. Qui hoc ſalutaris copulæ vinculum, hoc aheneum fœdus, hanc mitiſſimam conjunctionem, *Polonis* ordine intimarent. Sic ut hoc velut alexicaco *Hiſpanicæ* peſti occurratur. Quæ quidem contagio ſuo ità jam tùm *Boreales* infeciſſet gentes, ut mox ad tibicines mittat. E quibus inprimis *Poloniæ* regno, magna cum violentia, internecinum præparetur toxicum. Eo fine, ex lege mandati, legatum ſeſe ſiſtere. *Regiſque*, ac domini, ſui nomine, tàm ſalutarem, tàmque multis modis utilem, prædicare conjunctionem. Quæ quidem incredibilem *Poloniæ Reipublicæ*, *Littaviæque Magno Ducatui*, felicitatem, ceu *Nilo* inundante, afferre ſatagat. Naturam enim, & genium, ejuſce conjunctionis, inter *Regem*, & *Polonicam Rempubli-*

cam, omni meliori modo confirmandæ, illum e
Ut hac, velut è cœlo deſcendente, occaſione,
adoptaretur, qui quidem *Sueciæ Rex* eſſet. Qui
divinam gratiam *Oceano Balthico* legitimè præ
ſet. Qui divinâ pariter in partes veniente pro
dentiâ, *S. Romani Imperii*, finitimorumque regn
rum, liberator, & vindex, audiret. Et qui denic
libertatis tàm reſtaurator, quàm defenſor, tot
per *Chriſtiani* nominis orbem immortali non ſ
gloria partos titulos virtute operoſa, invictâq
proferre quitus eſſet. Eo modo *Regem* dignitate
laudemque, à *Polonica Republ.* acceptam, vig
hujus conjunctionis, retribuere, facereque p
priam. Ut etiam quarumcunque illuſtrium vic
riarum tàm famam, quàm utilitatem, illi comm
nicet, Nec non *Oceani Balthici* navigationes, ac c
mercia, non ſine præcipuis proventibus, liber
ma manu aperiat. Immò hac via omnium, pat
ſincerè amantium, vota, ac deſideria, expleat. Di
per *Regis Sueciæ, Imperiique Romani* confœderati,
tus, *Reſpublica Polonica* perpetuæ pacis, ac felici
tis, incrementa, magno cum fructu, percipere
ſtineat. Ità enim futurum, ut *Rex* illi *Cæſarem, M*
gnumque Ruthenorum Ducem, optimâ ratione con
liet. *Tartaros* animosâ virtute amoliatur. *Coſag*
rumque Zaporofskiorum inſultus retundat. Quin i
mò *Imperatorem Turcicum* aut ad æquas pacis leg
redigat. Aut recalcitrantis vires heroica virt
frangat. Tandemque armorum ſuorum felicita
ſuper vera pietate fundata, omnes omnium h
ſtium terrores longiſſimè propellat.

Illum eſſe *Regem* ſuum, qui *Vngariæ, & Bohem*
regna *Reipubl. Polonicæ* vinculo adamantino co
jungere, ſolidoque amicitiæ glutine ferrumi
re, queat. Illum eſſe, qui dictam *Remp.* è commu
periculo, in quod finitimi populi conjurâſſent,
ripere. Fatalemque illam horam, jam ſic ferè d
cretam, diſpungere ſuſtineat. Illũ eſſe, qui regnu
gentis *Polonicæ* à tryannide ſanguinaria, furtimq
obrepente ſervitutis *Hiſpanicæ* jugo, per impoſt
ras *Machiavellicas, Ieſuiticaſque*, diu intentato, vinc
care, inque priſtino fortunæ, ac felicitatis, ſtatu
ponere, ſatagat. Illum eſſe, qui hanc per co
junctionem legibus autoritatem, ac vigorem,
ſtituere. Prærogativas, & immunitates, mille m
dis extendere. Officia hominum militarium,
patria optimè promeritorum, præmiis egregi
ac ſolennibus, remunerari, ac compenſare, tàm v
lit, quàm poſſit. Adeóque, tanquam legitimus d
vinorum donorum diſpenſator, non modò toti
regni proventus amplificare, largâque manu div
dere, ſed etiam incolarum quorumcunque, D
cooperante benedictione, fortunas, ac facultate
augere, ac ditare, geſtiat. Illum eſſe, qui *Reipubl. P*
lonicæ liberas, ſecuraſque, navigationes per *Boſph*
rum Thracium, paludes *Mæoticas*, ac *Mare Mediterr*
neum præſtare. Eque lege amicitiæ, cum *Turcaru*
Imperatore intervenientis, exiſtimationiſque ha
vulgaris, aulam apud *Ottomannicam* florentis, *D*
nubii commercia aperire valeat. Illum eſſe, qu
intercedente hac conjunctione, admodùm ſal
tari, pacem internam, jam collapſam, ſanare. Fo
deraque cum *Regibus*, ac *Magnatibus*, externis co
ſtabilire, amet. Illum, beneficio hujus vinc
li, cenſus, ac tributa, penè uſque ad ſanguinem e
acta, aut omninò abrogaturum. Aut ad minimum

ex an

animi ſententia eorum, quorum intereſt, com-
oderaturum. Illum hoc tempore, quo *Reſpublica,*
diverſos iterati matrimonii regii hæredes, faci-
ericlitari poſſit, motibus id genus civilibus, ac
riculi plenis, remedium inventurum. Adeóque,
rocelloſa maris velut tempeſtate, in perpetuæ
nquillitatis vadum deducturum. Neque ſub
lis orbita, aut his in terris, futurum alterum, qui
o aut rectiùs, aut efficaciùs, conſanguineam *Po-*
ici ſanguinis familiam exaltare, ac conſervare,
piat. Modò *Auſtriacæ* familiæ devotionem eju-
nt. *Hiſpaniarumque Regi* longum valedicant. Il-
m eſſe, qui cultum *Religionis*, abſque conſcientia-
m (quibus ſolus, & unicus, imperet cœli *Domi-*
, terræque *Creator*) flagello, eo modo inſtituat.
t oculos omninò ſuper leges *Reipubl.* fundamen-
les, formulamque, ac conditiones, juramenti re-
, ſuper illis præſtandi, conjiciat. Illum, illa ſub
publ. Præſulibus, Epiſcopis, Abbatibus, tàm *Romanæ*,
àm *Græcanicæ*, Eccleſiæ addictis, pro ratione di-
nitatis, ac perſonarum, ea ſub humanitate, quàm
ſiſmet optare eſſet integrum, præfuturum. Ità
men, ne *Senatores*, & *Equeſtres*, hac de re debeant
onqueri. Illum *Rom. Eccleſiæ Cardinales*, fortè ex
a *Republ.* florentes, alioſque *Eccleſiaſtici* ordinis
omines, ſub protectionem admiſſurum. Privile-
aque eiſdem confirmaturum. Adjecta hac u-
ica clauſula: Modò *Patres Societatis* dũtaxat è *Crer-*
choviano Cœnobio excluderentur, aut in *Hiſpanias*
mitterentur. Aut, ſi alterutra conditio ride-
illis nequeat, ad purpuratos *Venetos* nolentes vo-
ntes redire juberentur. Profectò unicuique tàm
ccleſiaſtici, quàm ſecularis, ordinis, qui quidem
culis, ſanitate integrâ præditis, *Religionem* reſpi-
eret, patriamque amaret, confeſſionem exprimi.
llis verò, qui vltrò, veritatem ſequerentur, in o-
ulis clariùs futurum. Nimirùm illam ſuam *Rem-*
ublicam, tàm inteſtinis, quàm externis, perturba-
onibus, ac periculis, velut quadam neceſſitatis
ege, obnoxiam fluctuare. Quouſque *Hiſpanici*
d genus emiſſarii, *Auſtriacæque Monarchiæ* procura-
ores, ac pararii, in ſinu ſuo foverentur. Tantùm
beſſe, ut, ſi colluvies illorum hominum à conſi-
is ſit *Reipubl.* tùm cum finitimis gentibus aut verè,
ut ad ſpeciem, fœderis ullius obtineat ratio. Ma-
imè, ſi finitimorum ab illis judicia, & opiniones,
ntè deponderentur. Denique illum eſſe, qui non
olùm *Reipubl.* fines, versùs *Orientem*, extendere, ſed
ommodis penè innumeris beare, valeat. Qui-
us de non opus ſit multis. Ut ipſi *Proceres*, juxtà
egregiam illam ſuam humanitatem, nec inferio-
em prudentiam, de his omnibus ſententiam ferre
queant. Si nunc igitur animo gratiſſima filia
lla, nempè ſalutaris conjunctio, felici *Nixiâ*, na-
ſcatur. Tùm *Regem* eò uſque pium, integræque
eſſe fidei, ut omnia illa, ſub juramenti formula
comprehenſa, immò fortè ampliora, conſtanti, &
inviolabili, lege præſtare velit.

Illis ordine omnibus, niſi *Regis* connata obſtet
modeſtia, legatum velut de ſuo adjecturum. Fo-
re, ut præeunte ſalutaris conjunctionis illius vin-
culo, *Polonorum Reſpublica* pluribus, majoribuſque,
immunitatibus, ac felicitatibus, ſublimetur, atque
unquam ab ullo *Rege* ſeparatim, aut ab omnibus
tot à ſeculis collectim, ornari, honorarique, cœ-
piſſet. Neque hoc loco neceſſum eſſe, ut veterri-
ma *Polonorum* fortitudo, ſpirituſque in libertatem
propendens, curioſè allegari debeant. Tanquam
animi, naturâ ſuapte generoſi, calcaribus egeant.
Tanquam, domi fortitudinis, juſtitiæ, ſapientiæ-
que, exemplis proſtantibus, non ad virtutem fe-
rantur. Adeóque proximorum ſuorum ſucceſ-
ſibus erecti animis altiora agitent. Tempore-
que tàm neceſſario, libertatis amore, impenden-
tium periculorum magnitudinem amoliantur.
Ad quæ omnia ſolius conjunctionis illius benefi-
cio quàm feliciſſimè queant graſſari. Ut illam me-
ritò in oculis ferre debeant.

Semel ità eſſe. Ut omnia eò dirigant conſilia,
aut quò patriæ ſalutem, ac libertatem, inſtar pri-
mæ legis, habeant. Aut deinceps *Hiſpanico, Auſtriaco,*
aut *Tartarico, Turcicoque*, jugo ſeſe ſubjiciant. Quo
eventu non poſſit non tàm illuſtris *Reipubl.* corpus
carptim interire. Illud enim vero verius eſſe, niſi
Auſtriacæ machinæ, in *Polonos* directæ, optatò ca-
dant. Tùm quidem tàm ab *Eois*, quàm *Occiduis*,
orbis plagis, horribilem imminere cataſtrophen.
Cujuſmodi regni ſtatum evertere ſufficiat.

Interim ſuppremum regnorum omnium fun-
datorem, diſpenſatoremque, longè optatius re-
medium, ex animi illorum ſententia, largiturum.
Intráq; clementiæ ſuæ alas *Rempublicam* protectu-
rum. Quod ut eò rectiùs ratum haberi queat,
ecce! *Regis* clementiam, fidem, atque integritatem,
rectà intercedere. Qui quàm profundiùs in in-
clinationes, propenſioneſque, illorum penetra-
ret, adeóque è fundamentis irrefutabilibus o-
mnia ſibi promitteret. Tàm firmâ, indubitata-
que, niteretur ſpe. Futurum, ut ipſi ſibi non de-
ſint. Sed ſalutarem hanc conjunctionis cum *Rege*
occaſionem haud negligant. Conſiderantes, eum
eſſe *Reipubl.* ſuæ ſtatum, omnium, quibus lotum
pectus aceto, de ſententia, qui quidem graviores
rictus haud ferat; Si fortè gravius infortunium
tonet. Ut neque remedium opportunius eligere.
Neque heröa, qui illud induſtriùs applicare, ſa-
tagat, inveniant. Qui quidem hujuſce per legati
latus illis regiam clementiam, fortitudinem, pru-
dentiam, felicitatem, laudemque, & honorem, effi-
caciter offerret. Sub ſpe, fore, ut illi viciſſim tan-
tæ clementiæ, integritatique, cæteriſque illis de-
clarationibus regiis, communis patriæ, *Reipublicæ*,
& *Chriſtiani* orbis, bono, talionem rependant.

De cætero, ſe legatum, apud *Rigam Livonorum*,
ut etiam in *Germaniæ* finibus, negotiorum regio-
rum causâ, ad menſes aliquammultos, ſub-
ſiſtere decreviſſe. Ut intereà, divinæ providentiæ
moderationem, juxtáque diætæ illius *VVarſaviæ*
decretum, exſpectet. Et ſic quoque, ſuper hac hu-
jus ſalutaris regiæ conjunctionis intimatione, re-
ſponſum, tantis hominibus condignum, præ-
ſtoletur.

II.

Rüſſelii petitum à Poloniæ Proceribus, magna cum confidentia, rejicitur.

QUid verò hoc ad propoſitum *Proceres Polonici*?
Næ, quanta cum confidentia rogaverat *Rüſſe-
lius*, tanta illi fiducia negârunt oppidò. Et pri-
mùm quidem ad ſuperiores illos codicillos nihil

 reſpon-

reſponderunt. Cùm verò inſtaret *Rüſſelius*. Denuòque curſorem, litteris ejusdem ſaporis inſtructum, *VVarſaviam*, ubi *Proceres* conventum celebrabant, dimitteret. Diu deliberatum fuit, an audiendus eſſet, nec ne. Tandem ſententia ſtetit, audiendum eſſe. Ergò coràm admiſſus, *Latino* idiomate cauſſam dixit. Nimirùm nuperrimè à *Rüſſelio* litteras ad *Proceres* emanâſſe. Illis cùm ſatisfactum haud fuiſſet, ſe mitti cœpiſſe, reſponſum ut urgeat. Et, cum dicto, alteros porrexit codicillos. Illis à *Mareſchallo* regio in manus acceptis, reſeratis, ac pellectis, cùm *Procerum*, tùm præſentiû, auribus argumenti novitas ingrata accideret. Reſponſum fuit, nomine omnium: Rectiùs facturum, inquiunt, fuiſſe curſorem, ſi petitioni illi ſuperſediſſet. Videlicet illam obtinere inter ſeſe legem. Ut is, qui, *Rege* adhûcdùm vivente, mentionem creandi *Regis* novi iniiceret, tanquam patriæ proditor, damnaretur. Ut hæc non minùs novitas adversùs inducias pactas excurrat. Si ipſe nunc intrà *VVarſaviam* eſſet *Rüſſelius*, durius fortè quiddam auditurum. Sicut quidem par eſſet. Modò *Caroli* exemplum, legatis *Polonicis* manus iniicientis, imitari mavelint. Nihilominùs hac vice hanc illi fieri gratiam, impunè ad ſuos ut reverti queat. Caveret autem malo. Et alterâ vice ejusdem ſaporis nuncium ne iteraret. Niſi præſenti caput obiicere periculo, ludibrioque, eligat.

CAP. II.

De comitiis Polonicis, apud Warſaviam celebratis.

I.

Regis Sigismundi, Ordinumq; regni, propoſitiones, ſub comitiis VVarſavicis ventilatæ.

PRælibatis illis legati *Suecici* intimationibus, jam ad acta conventus, ſive comitiorum *VVarſavicorum*, accedemus propiùs. Et primùm, quid *Sigismundus Rex* poſtulârit, inſpicere fert animus. Ità autem ille ordiri juſſit. Deliberarent nimirùm *Proceres*, quibus armis *Magno Ruthenorum Duci* occurrendum ſit. Quippe hoſtem iſtum jamdudùm præparâſſe copias. Subditos bello exercuiſſe. Paſſim milites contraxiſſe. Fortalitiaq; tàm milite, quàm apparatu militari, confirmâſſe. Adeóq; calculum ſuper induciis falsò ponere. Tanquam illæ præſenti ſub æſtate ſpectent ad finem.

Quòd diverſæ, quoad futuri *Regis* electionem, occurrerent, etiam apud *Coſſaggos*, de inſtinctu *Regis* hoſtium, molitiones, proſpiciendum eſſe, quò, ſub interregni eventu, ſucceſſor certus deſignaretur.

Guſtavi, Sueciæ Regis, per *Imperium Romanum* felices ſucceſſus magnæ eſſe conſiderationis. Ideóq; perpetuæ pacis inducias, mediantibus *Galliæ*, *[A]gliæq;*, *Regibus*, cum illo iretur. Simulátq; *Tartaror*[um] inſultibus remedium opponeretur. Præſidiaq; t[àm] per *Boruſſiam*, quàm *Poloniam*, ſub ſtipendior[um] certitudine, roborarentur. Si accidat, *Regem*, vi morbi articularis, diplomatibus ſubſcribere n[on] poſſe, ratio iniretur, quâ arte, ac moderatione, [is] defectus ſublevari poſſit. Ne ſic regni negotia [ſu]ſpendãtur. De monetæ auctione, atq; adulterat[io]ne, viderent ex animi ſententia *Proceres*. Deniq; quidem *Regina* mater, *Chriſtianæ* recordationis, regno optimè promerita eſſet, ipſam poſtulare [æ]quitatem, quò *Principum*, natu minorum, quoad [pro]ventus, & alimenta, idonea habeatur ratio. *Eccle[ſia]ſticis* igitur eorum è numero cederentur bona [ec]*cleſiaſtica*, pro tempore vacantia. *Seculares* verò [re]ditibus bonorum, à *Regina* poſſeſſorum, frue[ren]tur. Atq; hanc præcipuæ notæ intervenire co[nſi]derationem. A qua totius regni autoritas, ſalus[q;] dependeat. Hanc igitur *Regem* curam *Proceribus* [ſol]licitè commendare. Viderent, *Regemq;* ſub triſti[tiæ in]duatu conveniente decreto exhilararent. Ità fo[re], ut paterna ejus ſolicitudo, ſuper regnum affid[uè] conjecta, tanquam cordiali aliquo epithemate, [le]veatur.

Ejusdem ferè ſaporis tùm *Procerum* regni e[x]têre deliberationes. Nimirùm, cùm incertum e[ſſet] an *Cæſaris* legatus, pro procurandis, in uſum *Polo[no]rum*, ulterioribus induciis, apud *Magnum Moſchor[um] Ducem*, aliquid ejusmodi impetrâſſet, de eo ſe[riò] deliberaretur, quibus indictis tributis, ac ſub[ſi]diis, quàm maturrimè inſtructus præpararetur [ex]ercitus. Quòd verò *Rex* & mala urgeretur ætate [&] morbis, mortis conſanguineis, detineretur, eti[am] illo adhûcdùm vivente, ſucceſſor futurus deſig[na]retur. Quo ſic interregni difficultatibus iretur o[b]viàm. Interim hic actus neq; liberæ electionis j[u]ribus, neq; *Regis* prærogativis, quicquam ullo p[a]cto derogaret. Sed *Rex* eodem, quo priùs, tenc[re] *Rempublicam* adminiſtraret. Sic, ut deſignatio i[n] tùm demùm, ſi quid *Regi* accidiſſet, haberet locu[m]. Poſt hæc, *Principibus*, natu minoribus, proſpice[re]tur de reditibus. Undè ritè, ac decenter, vivere[nt]. Ac *Reſpublica* ab oneribus, & ære alieno, ſubleva[re]tur. Unáq;, ſub regionibus limitaneis, in *Tartar[os] Turcosq;*, vergentibus, neceſſariæ aperirentur d[e]fenſiones. Monetæque auctio ad iuſtam revocar[e]tur mediocritatem.

II

Procerum Poloniæ declarationes.

ILlæ fuiſſent ubi *Regis, Procerumq;*, propoſitione[s,] non quidem diverſi, ſed eiusdem, commatis, f[a]cile erit, optatæ illinc emergentis, deciſionis eve[n]tum divinare. Itáq;, quà bellum, in *Moſchos* prof[e]rendum, decreta ſunt auxilia. Nimirùm decem h[o]minum millia, pro cuſtodiendis finibus, præmi[t]terentur. Siq; rumor certus ſit, *Moſchos* in ulteri[o]res inducias haud deſcendere, tùm quidem maio[]res copiæ conquirerentur. Quo nomine *Vladisla[us] Princeps* promiſit, ſe cum ſex hominum millibu[s] affuturum. Quòd ſi accidat, hoſtem validiſſimu[m] educere exercitum, tùm quidem *Lituani* cenſ[] non contemnendos, partim ilicet, partim ſub *A*[]

tum[]

mni initia, dependendos, cõferrent. Super *Princi-*
us junioribus ità quidem honeſtis ſub rationi-
s transactum eſt, ut *Io. Alberto*, eccleſiaſticum or-
iem profeſſo, *Epiſcopatus Cracovienſis*. Alteri verò,
lemq; eccleſiaſtico, *Epiſcopatus Ermlandianus*, cõ-
rretur. Cæteris ſecularis conditionis, *Caſimiro*, &
exandro, Principibus, unà cum ſorore *Principe*, per-
iſſæ ſunt poſſeſſiones. Quibus antè *Regina* mater
m per *Poloniam*, quàm *Lituaniam*, gaudebat. Ità
nen hæc omnia decernebantur, ut nihilominùs
gu prævaleret diſpenſatio.

Quæ cùm *Procerum* indulgentia permulſiſſet *Re-*
animum, ecce! plenus hic gaudio certum the-
urum, hûcusq; ſibi inter regalia, reſervatum, gra-
tudinis loco, regno permiſit. Illo nempè à *Regis*
ceſſu ut uterentur. Conciliatus eſt hoc pacto
tzevilius Princeps, procerum potiſſimus, *Regi* ſuo.
uem anteà numen inimicum experiebatur. Hic
nim datâ operâ conventualibus inculcare cœpe-
t, Viderent collegæ, & cæteri *Proceres*, quibus ho-
eſtiſſimis rationibus regiis proſpicerent filiis. Ità
nim æquitatem poſtulare, Ità *Regem* patrem meri-
m eſſe. Qui quidem provincias hæreditarias, ꝓ-
riasq;, in uſus regni haud dubitâſſet impendere.
æteræ quæſtiones de *Monetis*, & *Interregni* difficul-
te, in aliud tempus ſunt rejectæ.

III.

ex Angliæ interpellatur. Vt, tanquam arbiter, inter Polonos, Suecosq;, pacem prolonget.

[I]Llas inter *Regis*, *Procerumq;*, ſuper *Reip*. bono, de-
liberationes, haud quidem vanus erat terror,
per *Moſchorum* præparationibus. Nam, iſtorum
rovocationibus, etiam in hujus anni limine, jam
ùm in *Poloniam* irrumpentes *Tartari*, usq; ad *Kiobũ*
xtenderant populationes ſuas. Ulteriùs dubio
rocul progreſſuri, niſi miræ altitudinis nives adi-
us prohibuiſſent. Hac de re per *Podoliam, Volhi-*
iam, *Lituaniamq;*, ſuper ingentibus *Moſchorum* in
ellum præparationibus, trepidatum eſt. *Prodigiis*,
& oſtentis, eodem tempore ſimulátq; intervenien-
ibus, mortalium mentes impendiò inſuper con-
urbantibus. Nam, in partibus *Ruthenos* versùs,
nons dehiſcẽs, aquam ſanguineo colore tinctam,
rofudit. Ut è mõtis cavitate glandes diverſi, gene-
s, tàm machinis bellicis majoris, minorisq;, notæ,
quàm bombardis, aptæ, eruerentur. Par, atq; æquè
inſolens, *oſtentum* in fortalitio *Poloniæ* limitaneo,
versùs eosdem *Ruthenos*, ſive *Ruſſos*, notari cœpit.
Cùm enim nocte intempeſta terror panicus in-
gruiſſet, tanquam hoſtes impreſſionem inopinatò
facerent, manè ſequentis diei nihil ejusmodi ap-
paruit. Interim cumulus glandium ferrearum,
cruorem ſudantium, inventus. Quarum pars, mi-
raculi loco, *VVarſaviam* mitti cœpit.

Ex hac igitur parte ubi *Rutheni* imminerent *Po-*
lonis, non absq; monſtris, futuræ cladis prænunciis,
conſultiſſima viſa eſt via, ut, altero hoſte, nimirùm
Moſchorum tyranno, premente, cum altero, videli-
cet *Suecorum Rege*, paciſcerentur ulteriùs. Ne duo-
bus ſimul graviſſimis eodem tempore involveren-
tur bellis. Ità factum, ut tàm *Regis*, quàm *Procerum*,
unanimi decreto, in *Angliam* mitteretur *Rakoſchius*
legatus. Qui *Regem*, tanquàm pacificationis ſuſci-
piendæ futurum interpellaret arbitrum. Præeun-
te igitur, nomine *Poloniæ Regis*, ſolenni gratiarum
actione, quòd *Rex Angliæ* per legatos, unà cum
Galliarum Rege, transactionibus *Boruſſiacis* operam
impendere condignatus eſſet, rogare porrò cœ-
pit, dignaretur *Rex*, primo ſub vere, tempore op-
portuniſſimo, legatos, poteſtate plenâ inſtru-
ctos, denuò emittere. Qui intrà *Regium Montem*
in *Boruſſis*, civitatem ſic dictam, inter utrasque par-
tes, tractatus reiterarent. Simulátque, omiſſis illis
allegatæ nuper prærogativæ difficultatibus, quàm
proximè ad rem ipſam progrederentur. Secun-
dùm hæc, ſiquidem ratio non tralatitia appareat,
induciis jam mox exſpirantibus, *Moſchos* bellum re-
tentaturos eſſe. Quo fine ſub tribunis *Scoticis*
barbari multas cogerent legiones. Ea de re *Regem*
à *Rege* rogari, nollet *Moſchus* vel armis, vel mili-
tibus, vel aliis apparatibus bellicis, opem ferre. Po-
tiúsque, ne quis ſubditorum barbaris militet, edi-
cto caveret.

Has ad petitiones ſic quidem tùm *Angliæ Rex*:
Seſe futuris ſub pacis, inquit, tractationibus offi-
cio, locoq;, haud defuturum. Sicut quidem, indu-
ciarum tempore, feciſſet. Legatoq; ſuo cauſſam di-
ligenter, commendaturum. Quò omnia, extrà *Po-*
loniæ Regis præjudicium, peragantur. Et niſi pax
coëat, omninò legatus hoc procuret, quò induciæ
ſatis prolixæ interveniant. De prærogativa benè
eſſe. Nec enim, in rem *Poloniæ Regis*, legatum hîc in-
jecturum ſcrupulos. Modò idem faxit *Galliarum*
Rex. Super veris tempore, an *Guſtavo Regi* placere
poſſit, ſe non minùs viſurum. Locum verò, quoad
legatos peregrinos, ſatis incommodum, ac diſie-
ctum, videri. Interim, in gratiam *Poloniæ Regis*, etiam
hanc moleſtiam ſe devoraturum.

Ad *Moſchos*, ſive *Ruthenos*, quod ſpectet, etiam
illis *Regem* pacis ſtudium inculcaturum. Neque
milites, arma, aliaque id genus neceſſaria, i-
ſtis ſuis è regnis permiſſurum. Interim, ut il-
los, iam tùm apud *Moſchos* nomina profeſſos,
retrahat, hoc ſibi integrum non eſſe. Ne iſtius
gentis animos exaſperet. Inque *Anglorum*, illûc
negotiantium, pericula, ac damna, irritet. Quip-
pe crebriora cum *Moſchis*, quàm vel cum *Po-*
lonis, vel *Boruſſis*, eſſe ſuis commercia. Eapropter,
ne negotiationes intercipiat, ſibi agendum eſ-
ſe cautiùs. Nihilo-minùs alias initurum eſ-
ſe rationes. Quibus ſubditis ſuis amorem *Mo-*
ſchis inſerviendi queat expectorare. Hactenùs *Rex*
Angliæ. Interim, eâdem ſuper pacificationis cauſſa,
cum *Rege Chriſtianiſſimo* actum fuit.

CAP. III.

De Sigismundi, Poloniæ Regis, exceſſu. Novisque Procerum deliberationibus.

I.

De Sigiſmundi Regis exceſſu.

Irciter finem *Aprilis Sigiſmundus*, ejus nominis *Tertius, Poloniæ Rex*, poſteaquàm ab *an. M. D. LXXIIX.* indè usq; hûc, per quinquagintà tres annos, regno præfuiſſet, quicquid ejus mortale fuit, in terris depoſuit. Naturali enim, ſive ipſo cum ſenio irrepente, morte ſolutus apud *VVarſaviam* deceſſit.

Etenim, ubi *X. Calend. Maij*, animi cauſsâ *Opæzam*, quatuor paſſuum millibus *VVarſaviâ* diſtantem, aſſumptis filiis regiis, non-nullisq; regni *Senatoribus*, excurriſſet, circà veſperam *VVarſaviam* rediit. *IX. Cal. Maij*, de conſilio *Medicorum* cubiculariorum, *Rex animum* remediis adjecit, & quidem cœlo proceloſo. Sequenti die alterationes notari cœpêre, & quidem horis pomeridianis. *VII. Calend. Majas*, cùm ad ſacrum audiendum veſtiretur, inque templum deferretur, languor ac cardialgia, obrepsêre. Sic, ut *Rex* lateris ſiniſtri *hemiplegiâ* prehenderetur; pupilla ejusce lateris oculi omninò fatiſcente, ut albugo duntaxat obſervaretur. Ea parte *oris* quoque *tortura* ſupervenit. Sic, ut dynaſtæ præſentes, qui erant à cubiculis, præſentaneam eo adhûc die *Regis* mortem extimeſcerent. Interim poſtridie vires quodammodo recuperavit, vocemque licet languidiuſculè, reddidit. *V. Cal. Majas* manè omnia in pejus relabi viſa ſunt. Sic, ut extremo, prout vocant, chriſmate perfunderetur. Veterisque teſtamenti tabulas, ut etiam ſucceſſionem regii filii, natu maximi, approbaret. Eo die compreſſione thoracis laboravit admodùm. Ut verba non ampliùs protruderet. *Vladislaus*, filius primogenitus, accepto triſti nuncio, præproperè (aberat enim longiùs) *VVarſaviam* feſtinavit. Adque moribundum *Regem* parentem ſine mora ingreſſus eſt. Qui cum vocem non ampliùs ederet, dextra, capiti filii impoſita, quid vellet, deſignavit. *IV. Cal. Maias*, circà meridiem, paroxyſmi aliquales permiſerunt inducias. Fonticulisque apertis, oculi lacrymas protruſerunt involuntarias. Ibi tùm *Senatores* regni præſentes, videlicet. *Palatinus, Leezickius, Podolskius, Smolenskius, Mſeislauskius, Malbonskius, & Dempskius*, una cum utroq; regni *Cancellario*, *Archiepiſcopum Gnieſenſem*, regnique *Mareſchallum*, in aulam evocârunt. Qui eâdem apud *VVarſaviam* appulerunt veſperâ. Quo tempore per vomitum expultrix facultas non nihil rejecit. Media nocte omnia declinârunt. Ut jam *Rex* crederetur exſpiraturus. Quo nomine cubicularii, equeſtres, cæterique aulici, ſub oſculo manus, triſtes, ac confuſi, *Regi* moribundo longum ave, atq; vale, dixerunt. Eo die, cùm ſuper corona *Suecica*, *Vradislao Principi* cedenda, à *Senatoribus Rex* interrogaretur, capite annuit. Propridie *Cal. Majas*, hominum ſermonibus jam tùm vita functus perhiberetur, ſed adhûc animam primis, quod ajunt, in labiis traheret, admiſſa eſt multitudo. Sic, ut unicuique integrum eſſet *Regis* dextram oſculo venerari. Tandem pridie *Calend. Majas*, intrà horam

tertiam, ac quartam, matutinam, piè, ac placid
obdormivit. A meridiè facies mutari viſa e
ut vix agnoſceretur. Indè corpus, veſte pu
là ſerica circumamictum, intráque tricliniu
repoſitum, aliquousque intrantibus patuit. *M*
dici tàm ſubiti mali cauſſas retulerunt, præt
naturales ſenii languores, in vini *Vngarici*, m
raci, & quidem horni, à *Rege* apud *Opæzan*
ſuprema ſub apricatione, ſumpti uſum. [
etiam non nihil cibis, ut vocant, militaribu
ac validioribus, quibus *Rex* delectabatur, tribu
rent.

II.

Proceres regni denuò VVarſaviam convoca tur.

SIc ubi mors importuna tantum quoque *Reg*
prophanâſſet, ut infimæ fecis mortalibus h
lege parem faceret, regni *Proceribus* denuò n
vus apud *VVarſaviam* conventus, ſub initium *I*
nij, aperiri cœpit. Sed lento pede in deliberati
nes itum eſt. Eò, quòd *Senatores* variis inter ſ
diſſiderent ſententiis. E quibus *Ordines Eccleſiaſ*
ci novi *Regis* urgebant electionem. Eoque non
ne, ne factionibus feneſtra aperiretur, jubeba
filios regios, absque ulla ſive hæſitatione, ſ
perſuaſione, ſuffragia ferre liberrimè. Sed dive
ſum omninò ſentiebant *Seculares*. His enim c
ræ erat, antequàm novus deſignaretur *Rex*, pri
ut regni gravaminibus applicaretur medici
Hoc remis, quod ajunt, velisque impend
poſtulabant. Ubi igitur filii regii *VVarſav*
diſceſſiſſent, voce præconis exertim proclama
juſſerunt. Eum, quicunque novæ electionis r
giæ, antequàm oneribus regni ſatisfactum ſ
mentionem eſſet injecturus, infamiæ labe not
tum, inſtar patriæ hoſtis, exterminandu
fore.

Hic *Secularium* rigor *Eccleſiaſticis* oppidò diſp
cere cœpit. Interim, cùm *Chriſtophorus*, *Pri*
ceps Ratzevilius, *Evangelicam Religionem* profeſſu
regni *Mareſchallus* nominaretur, ecce! hic, po
varii generis, & acerbas, digladiationes, tande
inter partes eò usque lites compoſuit. Ut, ſu
præſente conventu, antè omnia, regni grav
mina deciderentur. Idoneique ex utroque o
dine dynaſtæ hoc ad munus eligerentur. Qu
bus ſubſequentes canones, in deliberationem a
mittendos, præſcripſit. Nempè, primùm, ſ
per patriæ libertate, obrepentibusque adve
sùs hanc oneribus, conſultaretur. Convent
præſens, antè ſententiam definitivam, minim
diſſiliret. Ne novi *Regis* electio, communis b
ni intuitu, præcipitaretur. Pacificatio *Religioſa* co
firmaretur. De remediis, quibus tàm *Sueciæ Reg*
quàm *Moſchorum Duci*, occurratur, inirentur r
tones. Fœdera conſolidarentur. Deque m
do interregni ſtatueretur. Interregni *Ordin*
conciliatio procuraretur. Oneribusque *Equ*
ſtrium, ſuper *Ordinibus Eccleſiaſticis* quiritantiu
medicina fieret. Etiam ſuper *Reipublicæ* dignitat
& officia, quo quo modo diſtribuenda, iniiceret
con

templacio. Deniq; judicia tàm aulica, quàm unalia, ac comitialia, emendarentur. Nc alteri r, quà jurisdictionem, moleſtus ſit.

III.

cleſiaſticis Ordinibus, quantumvis, invitis diæta VVarſaviana, certis ſub conditionibus, finitur.

HAs inter deliberationum velitationes, *Eccleſiaſticis* ægrè erat. Subverebantur enim, ne, præ-entibus *Evangelicis*, immunitatibus ſuis quic-am decederet. Neq; hæc ſuſpicio prorſus tùm idem videbatur inanis. Præſertim hominibus *ularibus*, qui autoritate, ac potentia, valebant, i-in illos acuentibus. Illud igitur clàm palàm co-ebatur, quò *Eccleſiaſticorum* fortunæ, ac vires, in menſum auctæ, in ordinem redigerentur. Fa-ltasq; poſſeſſiones hinc indè provinciales mer-ndi illis negaretur.

Inter cæteros, *Lublinenſes* inſtabant improbiùs. e poſthàc *Societatis patribus* ad *Regem* futurum pa-ret acceſſus. Prout quidem, ſuperioris *Regis* tem-ribus, accidiſſet. Neq; *Rex* eorum è numero ute-tur ſacerdote confeſſario, Neque iſti licitarent per bonis provincialibus. Id genus amari ſaporis jectionibus impendiò repugnabant *Patres Eccleſtici*. Sed fruſtrà erant. Immò *Archiepiſcopum* inter *nieſenſem*, regni *Poloniæ* membrum primarium, *tzeviliumq;*, *Principem*, ſuper *Evangelicæ Religionis* ertate, ingrata naſcebatur colliſio. Dùm nempè uleati illius *Ratzevilii* ſermones non parùm *Ar-iepiſcopi* aures violarent. Protruſerat enim ille: *cleſiaſticorum* proprium eſſe, curare templa, ac res cras. Manusque à regni, & provinciarum, admi-iſtratione, abſtinere. Quæ quidem objectio non oterat nonſevera triſtitia vulnerare animos.

Nihilo-minùs, procedentibus quantumvis illis igladiationibus, in deliberationes itum eſt. Sic, t tandem antè *Nonas Quintiles* diæta finiretur. ubſequentesque articuli utrinq; approbarentur. Nimirùm, ante omnia, pro interregni ſecuritate, iritim conclaſſaretur. Unàque exercitus, ad duo-ecim hominum millia excurrens, ſtipendiis obli-aretur. Etiamnunc tractationes pacis cum *Rege uecia* reproducerentur. Perq; latus *Electoris Brande-urgici Rex* ille, ſuper loco, ac tempore, tentaretur. Quodſi locus, extrà ſive *Lübeccam*, ſive *Hammabur-ium*, nominaretur in *Boruſſis*, hoc utique utràque, quod ajunt, manu fore amplectendum. De tem-ore ſeſe vel antè, vel ſub electione regia, viſuros. Ratione tàm præcedentium præjudiciorum, quàm novarum conſtitutionum, publicæq; ſecuritatis, uſtitiæque adminiſtrandæ, certæ ferrentur leges. Neq; enim conveniens eſſe, ut in cauſſis criminalibus ſoli *Mareſchalli*, unà cum *Aſſeſſoribus*, à ſemet ipſis electis, ſententiam ferant. Sed hoc judicium certis è *Proceribus*, idoneisque hominibus, conſtitueretur.

Quoad res *Eccleſiaſticas*, poſt varias, gravesque, altercationes, in puncto pacis & ſecuritatis, quà diſcrimen *Religionis*, res aliter tranſigi haud potuit, quàm ut *Romano - Catholi* ſuperioribus tranſactionibus aliquid adiicerent. Cui tamen inſtituto ſic quidem repugnârunt. Ut non niſi cum clauſula, & ſalvis *Romanæ Eccleſiæ* juribus, ſubſcriberent. Id quod tàm *Græcos*, quàm *Evangelicos*, pupugit. Ut, ſub reſervatione iuris ſui quoque, ad tempus admitterent. Interim cæteræ, controverſiæ inter *Græcos*, *Romanosque Catholicos*, ſuper bonis *Græcorum* interceptis, in aliud tempus rejectæ ſunt. Summâ directorii ad *Vladislaum Principem*, certosque eam in rem deputatos, redeunte. Pari operâ *Monetæ* reductio in aliud tempus eſt extracta. De reſtitutione utriusque *Churlandiæ Ducis*, ſub inſtantibus regiæ electionis comitiis, videretur. *Regiorum Principum* petitionibus, utique æquiſſimis, ſatisfieret. Dùm, usque ad tempus, electionis, aulæ regiæ alendæ ſumptus è publico, rogarent. De cæteris, è theſauro regio, à defuncto *Rege*, in ſubſidium aulæ, tanquam privatis, erogatis ſumptibus, jam refundendis, proximè deliberaretur.

Diæta electionis, circà *XV. Calend. Octobres*, indiceretur. Ità tamen, ut, antequàm ad ſolennia procedatur, oneribus ſatisfactum ſit publicis. Ea, ultrà conſuetum *comitiorum* terminum, nempè ſeptimanas ſex, haud extenderetur. Modò intereà exceſſibus quibuscunque medicina fieri queat. Eam ad electionem unusquisque, cui id de jure competit, accederet. *Palatinis* verò, quos patria lingua *VVeyvvodas* nuncupant, ob inſtans periculum, eò usque excurrere non ſuſtinentibus, liceret ſuffragiis per nuncios experiri. Interim, pro electionis regiæ feſtivitate, *Mareſchallorum* juſſu, pons è navibus *Viſtulæ* imponeretur. Locusque deſignaretur. Hoſpitiaque *Palatinis*, circà tamen incolarum noxam, dividerentur.

Cæterùm, ut in aperto ſint illæ conditiones, de quibus præſente ſub diæta, quoad *Religionis* diſſidia, inter *Ordines* transactum fuit, operæ pretium fuerit, illas quoque hoc loco ſuperinducere. Tales autem illæ: Videlicet, ne pax publica deinceps ulla de cauſſa, modo, ac via, violari queat, eapropter omnes, ac ſinguli, partibus ſuper *Chriſtianæ Religione* diſſidentibus, tàm pro nobis, quàm poſteris noſtris, ſanctè promittimus, nos pacem mutuam mutuis operis conſervaturos. Intuitu diſſidii illius, in cauſſa *Religionis*, ſanguinem non profuturos. Neque quemquam, ob diſcrimen illud, in forum protracturos. Multò minùs tàm in bonis fortunæ, quàm corporis, itemque honoribus, moleſtos futuros. Ut neque carceribus, aut proſcriptione, in illos experiri. Neque magiſtratui cuicunque, hanc viam tentaturo, opitulari, velimus. Verùm enim verùm, ſi quis præmiſſas violare cautiones, ſanguinemque fundere, aut id genus pœnas deinceps intentare, auſit, contrà illum, tanquam prævaricatorem, ex hac lege obligati, ibimus omnes. Tametſi vel actio iſta per viam proceſſus judicialis, colore quodam velit inſtitui.

Secundùm hæc, fidem porrò damus, nullas ſententias tribunales, hactenùs tàm ſub *regno*, quâ *Lituania*, adversùs diſſidentium illarum partiû pace, ſecuritatemq;, publicatas, & velut vim legis præ ſe ferêtes, fore ratas. Neq; in effectû ex officio de-

ducendas eſſe. Prout quidem ſuperiori *anno M. DC.XXVII.* diſertiſſimis verbis cautum fuiſſet. Usque eò, ut ſi fortè huic præſenti conſtitutioni, ullum à quocunque magiſtratu emerſiſſet decretum, hoc abſque ullo eſſet pondere. Quo nomine quæcunque mandata, pacem illam publicam lædentia, tàm ex aula nuper regia prodeuntia, quàm deinceps proditura, damnamus.

Intrà regni civitates, in quibus diſſidentes ſub templis, à ſemet ipſis ædificatis, publico *Religionis* ſuæ utuntur exercitio, nulla fieret enovatio. Omniaque eodem permanerent ſtatu. Si verò ſeparata non habeant templa, tumultus evitandi cauſsâ, nova ne exſtruerent. Sed intrà privatos ſacris ſuis liberè vacarent lares.

Tametſi verò præcedente *anno M.DC.XXXI.* lex in publicæ pacis turbatores lata, ſatis videatur ſevera. Nihilo-minùs hoc, tanquam auctarium, adiicimus. Nempè deinceps id genus cauſſas, pacis publicæ violationem, ſecuritatemque partium diſſidentium, tangentes, non obſtante delinquentis ſive genere, ſive dignitate, non ampliùs in numerum criminum præteritorum referendas eſſe. Sed, è ſpeciali privilegio, tanquàm crimina modò facta, ac recentia, judicari oportere. Interim, ſi quis ex *Eccleſiaſticorum* numero delinquat, is *Eccleſiaſticæ* jurisdictioni traditus, præeunte inquiſitione, plecteretur. Pari lege, ſi diſſidentibus miniſtris, ſub quacunque ſive cauſſa, ſive prætextu, actio intentetur, id nullo ſub alio foro, niſi competente, peragerctur. Et ſic unusquisque actor, veteri ex lege, forum rei ſequeretur. Proque ſumptibus judicialibus ordine caveret.

CAP. IV.

De Electoris Brandeburgici, ad Poloniæ Proceres directis, poſtulatis. Et Uladislai Principis, in Regem ſublimandi, virtutibus.

I.

Elector Brandeburgicus à congregatis apud VVarſaviam Poloniæ Proceribus diverſa poſtulat.

DAs inter *Procerum* ſub conventu *VVarſaviano* deliberationes, *Elector Brandeburgicus*, aſſumptis mille & quingentis ſtipatoribus, in *Boruſſos* excucurrit. Undè ſuos *VVarſaviam* dimiſit
legatos, ſequentia à *Proceribus*, illic congrega[…]
poſtulaturos. Ejusmodi autem fuêre illa: Nin[…]
rùm, quòd *Elector* neq; ad præſentem *Ordinum* co[…]
ventum vocaretur, neque cum eodem ſuper int[…]
regno conſilia communicarentur, ideóq; adver[…]
leges, ac feudi pacta, errorem committi. Qu[…]
Proceres deinceps emendarent. Ut cum *Sueciæ R*[…]
pacificationis tractationes denuò aperiantur, […]
conſultorem illis eſſe. Ut eam in rem omnem v[…]
impendere operam. Modò quà neceſſaria præ[…]
ratoria, antehac decreta, mora nõ iniiceretur. M[…]
ta verò hactenùs, adversùs feudi leges, irrepſi[…]
Cujus modi, ad alterius partis inſtantiam, per v[…]
reſponſorum regiorum, emanâſſent. Ut etiam […]
verſæ novitates, abuſus, ac præjudicia, adversùs […]
risdictionem ſuam, aliaque jura *Boruſſica*, introd[…]
ci cœperint. Ea omnia præſente ſub conventu […]
dines abrogarent. *Electori* ſibi, tanquam præcip[…]
Polonicæ Reip. membro, primarium quibuscunq[…]
ſub conſultationibus locum deberi. Ideóque ſe[…]
inſtantem novi *Regis* electionem meritò invita[…]
dum. Neque prohibendum eſſe, quin votum, […]
ſuffragium, dicat liberrimè. Inter *Poloniam ma*[…]
rem, & *Marchionatum*, pacta limitanea, hactenù[…]
partibus *Polonorum* multipliciter violata, reno[…]
rentur. Exceſſusque ab utriusque partis legatis […]
ſtimarentur. Simulátque impoſturæ, ſub *VVar*[…]
velificationibus, contrà poſtremam transacti[…]
nem occurrentes, tollerentur. Sequeſtrationis, […]
Boruſſiam ſibi impoſitæ, onus eſſe graviſſimum. […]
lud igitur, à partibus regni, ſublevaretur. Sub[…]
diumque, è *Boruſſiæ Ducatu* ad *Regem* redundans, […]
mitteretur. Quippe ſumptibus illis, ad præſidii […]
ſtentationem, ſub locis ſequeſtratis continua[…]
dam, ſibi opus eſſe. Denique induciarum leges […]
amuſſim obſervarentur. Contrà quas cùm liber[…]
commerciorum, ſub *Viſtula*, per frumentoru[…]
confiſcationem, primo vel anno laborare cœp[…]
ſet. Civesque *Mariæbergenſes*, prorsùs inſontes, i[…]
gentem illinc paterentur jacturam. Utique hæc […]
mendarentur.

II.

Brandeburgico legato Poloniæ proceres reſpo[…] dent.

ELectoris Brandeburgici poſtulata vidimus. Ja[…]
Poloniæ Procerum reſponſum inſpiciemus. […]
verò illi: Non ſe quidem, inquiunt, arbitrari, qui[…]
quam à regiorum partibus adversùs feudi leg[…]
eſſe peccatum. Dùm *Electorem* antehâc nunqua[…]
ejusmodi ad conventum *Ordinum* invitari accidi[…]
ſet. *Regem* ultrà quadragintà annos integros reg[…]
faſces tenuiſſe. Tamque luculento ſub interval[…]
multos conventus, comitia, ac conſilia public[…]
frequentari uſuveniſſe. Interim *Electorem* nunqua[…]
vocari contigiſſe. Neque cum *Rege*, neque *Republ*[…]
ca, illum cœpiſſe expoſtulare. Ut eò minùs novu[…]
videri debeat, ſiquidem *Elector* hunc ad ſpeciale[…]
conventum, quo quidem minori cum ſolennitat[…]
quàm ſub œcumenicis regni comitiis fieret, de r[…]
gni negotiis, electionisq; regiæ præparationibu[…]
agatur, non vocaretur.

Dùm autem ad inſtantem novi *Regis* electione[…]
invitari vellet, rem ejusdem eſſe commatis. E[…]
eni[…]

ñ, *Senatores, Ordineſq;*, ſuperiorum tàm *Interre-*
rum, quàm *Electionum*, adverſariis diligenter in-
ctis, invenire non poſſe, id genus petitionem ab
toris majoribus unquam emerſiſſe. Neq; exem-
m dari. Quo obtineri queat, aut *Principes* agna-
, aut regios filios, ad regiam electionem fuiſſe
niſſos. Neq; verò vel *Electoris* parentem, vel *Ele-*
em ipſum, ad *Ducatus Boruſſiæ* feudi ſucceſſionem
venientes, ſolenniterque, ut vocant, inveſtitos,
quam earum rerum injeciſſe mentionem. Ea de
ogarent *Senatores* regii, *Elector* deinceps *Reipubl.*
nſuetudinibus ſe conformaret. Nolletque rem,
n hac ſua, quàm majorum, tempeſtate inſolitam
quirere. Nihilominùs *Elector* hanc ſi cauſſam ſuâ
tis niti juribus arbitretur, vellet illam ſub *Ele-*
nis comitiis *Senatoribus* proponere. Iam enim
dines (quos ſua lingua *Nuncios Provinciales* indige-
t) eam in rem pręparatos, inſtructosq;, non eſſe.
De *Guſtavo, Sueciæ Rege*, ità quidem ſentire *Proce-*
Ut eo cum novas pacis tractationes auſpicari
rcupiant. Modò ille non repugnet. Et jam hac
re, nomine *Ordinum*, ad *Galliæ, Angliæq;, Reges* per-
ibi cœpiſſe. Nimirùm, præmiſſa debita gratiarũ,
o præſtitis ſuperioribus officiis, actione, vellent
nuò pro pacis reproductione, poſt prægreſſas il-
inducias, cooperari. Quam in rem ſiquidem *E-*
tor quoque operam ſuam *Reipubl.* offerret, hanc
luntatem *Ordines* gratanter non tantùm admit-
re. Sed etiam corrogare, pateretur *Elector* tàm a-
d *Reges* illos arbitros, quàm partem adverſam,
nominationem loci, & temporis, emalurare. Et,
ſive apud *Lübeccam*, ſive *Hammaburgium*, loca illa
ſita, ſed intrà *Boruſſos*, populos viciniores, hæc
ta aperiretur, providere. Quæ ſicubi antè vel
ſtantem futuri *Regis* electionem inchoari poſſit,
voto futurum.

Præterea, de controverſiis *Poloniæ* regni & *Mar-*
ionatus, Pomeraniæq;, limitaneis, ità eſſe, ut *Reſpubli.*
formulas pactorum veterum velit extare invio-
tas. Atq; jam tùm *Mareſchallum* regni, tanquam
agnæ Poloniæ archiſtrategum, recepiſſe, ſe æquita-
m earum rerum inſpecturum. Quoad cæteras
rò differentias, intrà *Dralinenſeranum* præfectum
ilitare, & *Pomeranos*, gliſcentes, illud regno frau-
i non eſſet, præfectum è poſſeſſione prædii cujus-
am, ſive villæ antecurſoriæ, ejectum eſſe. Interim,
otius iſtius negotii ſumma, ſub inſtantibus regiæ
ectionis comitiis, certis quibusdam arbitris com-
itteretur.

Illud verò *Senatoribus, Ordinibusq;*, novum, ac
rave, accidere. Nimirùm *Electorem*, adversùs feu-
i pacta, immò ipſius *Inveſtituræ*, ut vocant, privi-
egium, ſuperioris anni cenſus, triginta floreno-
um millia facientes, hactenùs tardare. Pariterque
ujus currentis anni penſiones, eandem ſummam
onſtituentes, remorari. Quo nomine *Ordines* ſatis
irari ne quidem ſuſtineant, etiam *Electorem* hoc
ogare auſum, ſibi ut penſiones illæ, tanquàm ſe-
queſtræ, remitterentur *Mariæbergam*. Aut à *Republi-*
omninò condonarentur. Cùm tamen jampri-
èm toties ex defuncto *Rege*, ac *Republ.* cognoviſ-
t, ad præſidii illius *Mariæbergici* ſuſtentationem
empublicam non obligari. Ut ipſe potiùs apud di-
tam *Mariæbergam* alios excipiat proventus. Qui-
us præſidium alere quitus ſit. Neque hoc loco
pro *Electore* devaſtationem provinciæ *Boruſſicæ* poſ-
ſe allegari. Cùm cæteræ regni regiones jacturam,
noxamque, multò etiam graviorem, fuiſſent paſ-
ſæ. Quam nihilo-minùs *Reſpublica* teneretur con-
coquere. Quæ cùm ità eſſent comparata, ab *Ordi-*
nibus ammoneri *Electorem*, juxtà juramenti fidem,
debitum *Reipubl.* ſolveret. Neque ulteriùs in mora
eſſet.

Denique, induciarum leges, cum *Guſtavo, Sueciæ Rege*, pactas, à *Republica* ſine violatione ſanctè ob-
ſervari. Ut potiùs ex adverſo demonſtrari poſſit,
illis à *Guſtavo Rege* non omni ex parte ſatisfactum
eſſe. Quàm quòd *Poloni* prævaricationis damnari
poſſint. Quanquam enim frumenta, aliæque id ge-
nus merces, ſive *Dantiſcum*, ſive *Elbingam*, civitates-
que finitimas, perveniſſent. Interim neque vel in-
dè apparere, quo pacto in leges prædictas pecca-
tum ſit. Cùm jactura potiùs proprias, quàm alie-
nas, civitates iſta tangat. Quæ utique à ſuis ſit reſar-
cienda.

III.

Vladiſlai, Poloniæ Principis, primogeniti regii, in Regem ſublimandi, virtutes examinantur.

ILlis verbis ubi *Proceres* regni reſpondiſſent *Ele-
ctoris* legatis, deinceps rectà in electionem novi
Regis itum eſt. Omnium autem vota, omnium præ-
dicationes, plenis velut tibiis decantatæ, in *Vladis-
laum Principem, Sigismundi Regis* primogenitum, cer-
tatim ferebantur. Hunc *Ordines* regni amabant.
Hunc provinciæ, hunc ſubditi, deſiderabant. Hunc
Rom. Pontifex, hunc *Imperator*, hunc *Angliæ Rex*, com-
mendabant. Neq; *Proceres Evangelici*, neq; *Coſaggi*, ſi-
ve prætoriani, neq; *Græcanici*, repugnabant. Soli
tantùm *Epiſcopi, Proceresq; Eccleſiaſtici*, videbantur
abludere. Monſtriq; quiddam alere. Mallent
enim *Caſimirum, Principem* juniorem, quàm hunc
Vladislaum, Regem. Furtim cauſſantes, illius zelum
ergà *Religionem Catholicam* non ſatis flammantem
eſſe. Illum plus juſtò favere hæreticis, iiſdemque
aſſueſcere familiariùs. Illum venationibus ni-
miùm diſtineri. Illum negotiis regni hoc tempore
expediendis, ob lentulitatem, imparem eſſe. Illum
podagricis doloribus exerceri. Illum deniq; hoſti-
bus, regno imminentibus, inferiorem. Neq; rebus
gerendis idoneum. His aliisq;, noctis colore tin-
ctis, prætextibus optimi *Principis* famam, ne in *Re-
gem* ſublimaretur, onerare laborabant tùm, ut vul-
gatum eſt, *Clerici*.

Sed longè generoſioris ſaporis illæ fuêre laudes.
Quibus *Proceres* regni *Seculares Vladislaum Principem*
inſignire cœperunt. Ut regia dignitate judicarent
iccircò digniſſimum. Ajebant autem: Hunc,
intrà *Poloniam*, è *Iagellonico* ſtemmate, oriundum.
Hunc omnibus penè *Europæis Regibus* conſanguini-
tate junctum. Hunc à *Sigismundo* patre, *Polonorum
Rege*, educatum. Hunc ætate compluribus regni *Se-
natoribus, Equeſtribusq;*, quibuscum in aula, & exer-
citiis equeſtrib⁹, adoleviſſet, ęqualē. Hũc lōgũ, offi-
ciorũ, morumq;, patrię gnarũ. Hunc benè meritos
cognoſcere. Hunc florentis ætatis herôem eſſe,
& qui-

& quidem magnanimum, aſſiduum, prudentem, humanum, affabilem, munificum, juſtitiæ amantem, belli gnarum, ad quoscunque labores impigrum. Hunc expeditionibus, contrà *Moſchorum, Turcorumq;, Tyrannos*, hoſtes utiq; totius terrarum orbis potentiſſimos, ſuſceptis, nomine regni, partim interfuiſſe. Partim operâ ſuâ clauſulam impoſuiſſe. Adeóq; nuper, tempore belli *Borußici*, herôë laude dignum repræſentâſſe. Hunc *Severinenſerorum Ducatum*, unà cum *Smolenſconâ* Civitate, regno adjeciſſe. Hunc callere *Polonicè*. Ut, præter hanc linguam ſibi vernaculam, etiam *Latinis*, etiam *Italicis*, etiam *Germanicis*, diſertiſſimè loquatur verbis. Hunc varia externa regna, ac nationes, peragrâſſe. Moresq;, uſusq;, peregrinos addidiciſſe. Hunc, ſub *Belgio* interfuiſſe famoſæ obſidioni *Bredanæ*. Hunc delectari *ſtudiis* tàm *politicis*, quàm *militaribus*. Operamq; dare *Hiſtoricis* autoribus. Præſertim qui de *architectura* commententur. Hunc *Sigismundum* patrem, nuper *Regem* tacitè deſignâſſe ſucceſſorem. Dùm illi curam fratrum commendâſſet. Paucisq; antè obitum horis *Sueciæ regnum* contradidiſſet. An ſic cum *Guſtavo Rege*, ſuper diſſidiis, natoq; bello, faciliùs tranſigere quitus ſit. Hunc in *Moſchorum* ſive *Magnum Ducem*, ſive *Imperatorem*, eligi cœpiſſe. Ut illic, ob virtutis exiſtimationem, multos experiatur amicos. Cui genti cùm in oculis habeatur, facilè uſuvenire poſſe, ut nationem iſtam vel ad inducias redigat, vel omninò ſibi ſubiiciat. Hunc *Catholicæ Religionis* eſſe obſervantiſſimum. Sic tamen, ut non oderit *Evangelicos*. Cujus rei vel illud teſtimonio eſſet. Quòd, dùm *Romæ* fuiſſet, etiam comitatu ſub ſuo aliquammultos habuiſſet *Evangelicos*, etiamnunc aulam ſuam frequentantes. Hunc præcipuos regni *Proceres* colere. Dignumq; judicare, cui faſces regni committantur. In hunc *Coſaggos* totis animis inclinare. Nihilq; dubitare, pro ejus ſalute, quolibet cum hoſte depugnare.

Neq; dubium fieri, hunc *Tartarorum* inſultus facilè repreſſurum. Qui &, ob virtutis laudem, à victorioſo *Sueciæ Rege* magni fieret. Et cum *Saxone*, ac *Brandeburgico, Electoribus*, cæterisq; *Germaniæ Principibus*, jus amicitiæ coleret. Hunc *Galliæ, Angliæ, Daniæq;, Reges, Infantemq;, Hiſpanicam*, benevolentiâ proſequi. Et hunc ipſum, quòd ætate floreret, dubio procul magni alicujus ſive *Regis*, ſive *Monarchæ*, filiam connubio ſibi juncturum. Cujus interventu aut luculenta, regni acceſſio, aut auxilia, fœdera, actaq; alia, forent exſpectanda. Hunc, immanis illius theſauri, à tot annis à *Rege* parente collecti, & indè usq; hûc conſervati, poſſeſſorem, magno ad res gerendas nervo præpollere. Hunc denique beati parentis *Regis* temporibus, diverſas, ac præcipuas, quasdam familias partim exaltâſſe, partim conſervâſſe.

Hanc in ſententiam ubi *Vladislai Principis* nu
roſas laudes decantâſſent *Seculares*, accidit
multis, etiam antehâc invidis, invitisq;, exprim
tur confeſſio, *Vladislaum, Vladislaum*, inquam, re
diademate eſſe digniſſimum.

IV.

Vladislao, novo deſignando Regi, nova obiici tur poſtulata.

POſteaquàm ergò res eò ſpectabat, *Vladisla*
Regem ut eligeretur. Ferunt tùm quidem
vincias illas illi objeciſſe nihiloſeciùs conditio
Videlicet, futurus *Rex Borußiam, Livoniamq;*, a
recuperaret. *Moſchis* pacem extorqueret. *Tart*
rum, quotannis aliquot hominum myriades in
dam abripientium ſervitutem, inſolentias re
deret. *Coſaggis*, ne equeſtres infeſtent, habenas i
ceret. Cum *Turcis*, aliisq; finitimis *Magnatibus*,
coleret amicitiam, ut nihilo minùs terrori ſit.
niq; exactionibus, tributisque, perpetuis, mi
nem daret.

Quæ cùm fuiſſent ſive provinciarum, ſive ſu
torum, tùm quidem poſtulata. Superacceſſ
quoque *Senatores* regni, qui ejusmodi porrò qu
dam non minùs urgerent. Nimirùm *Vladislaus*
gni *Sueciæ* titulum, à *Rege* parente, dùm viveret,
miſſum, quo utebatur, ſequeſtraret. Seq; eò us
illo abſtineret, quoad *Regi* defuncto juſta pa
ſent. Iam enim decretum eſſe, *Regem Sueciæ* juſto
titulo venerari velle. Sed negavit hoc *Vladislaus*
tulum illum à *Rege* parente, beatæ recordatio
absq; operâ *Senatorum regni* ſe accepiſſe, præfa
Ideóq;, absq; magno primogenituræ ſuæ præj
cio, ab eo recedere non poſſe. Secundùm hæc
torium eſſe, adjecit, *Regem* parentem titulum ill
tàm hæreditatis, quàm coronationis, jure acq
viſſe. Quem cùm *Rex* pater, dùm adhûc viveret
permiſiſſet, ignoſcerent, quòd hac in parte
morem gerere nequeat. Aliàs ſe illum fore, qui
natorum ſenatusconſulto ſe omninò conform
affectus ſit.

Hæc cordata reſponſio ſic quidem pupugit
chiepiſcopum Gnieſenſem, ut *Principem* ſub pertina
nota traduceret. Simulátq; animo complectere
Inſtante ſub novi *Regis* electione, ſe ſuffragium
niorem natu in *Principem*, his, aliisque, de cau
collaturum. Ità enim cum *Regina*, paulò ante, qu
hac è vita emigraret, paciſci cœperat. Ut idem
minùs *Patres Societatis* impendiò urgerent
Quibus de omnibus quid factum
ſit, patebit in pro-
greſſu.

Io. P

Io. Petri Lotichij

ERVM GERMANI-CARVM

LIBER XLVI.

CAPVT I.

)e nova Cæſaris armatura. Et Fridlando ad imperium militare revertente.

I.

æſare novos contrahente exercitus, Ordines ſuprà Anaſum onerum ſublevationem petunt.

DE *Hannibale*, olim *Remp. Romanam* multis cladibus affligente, proditum eſt, ei nusquam majores vires fuiſſe objectas, quàm ſi propiùs ad *Romam* admoviſſet caſtra. Illic enim, neceſſitate urgente, copiis, ducibusq;
uantumvis per *Italiam* cæſis, novos identidem
uces, novosque emerſiſſe exercitus. Par pro-
emodùm, de victricibus *Guſtavi*, *Sueciæ Regis*,
er plerasque *Imperii* provincias fulminantis, ar-
nis, dixerimus. Hic enim, quantumvis *Cæſarem*
pud *Lipſiam* caſtris exuiſſet. Jamque ingenti fe-
citate provectus usque in hæreditarias *Cæſaris*
rovincias penetrâſſet, nullibi ferè maiores bel-
invenit apparatus, quàm ubi *Auſtriæ* imminere
ideretur. Hoc enim tempore, ſpe metuque ple-
is interioribus illis regnis, ac provinciis, patrimo-
ialibus, ingentes undiquáque contrahebantur
xercitus. Ut omnia loca ſumptis conferen-
lis, annona, atque armis, expediendis, dele-
ctibus militum inſtituendis, & id genus novi bel-
i præparationibus, fremerent. Neque ſaltèm
mmenſum *Cæſaris* hanc in neceſſitatem poſceba-
ur patrimonium. Sed in *Hiſpanias*, *Romam*,
otamque *Italiam*, dimittebantur legati, auxilia ſolicitaturi. Ità modico tempore factum, ut circiter legiones ſeptuagintà ſub *Fridlando* confluerent. Hæc numeroſa multitudo ubi per regna, ac provincias patrimoniales, divideretur, accidit, ut ſubditi ſub diverſis eodem tempore gemerent oneribus. Dùm & cenſus, ac tributa, juxtà novas indictiones, conferrent. Et ſimulátq; militem intrà ſtativa alerent.

Qua de re *Ordines Auſtriæ* ſuprà *Anaſum*, miſſis ad aulam *Cæſaream* delectis, etiam, atque etiam, quiritare cœperunt. Nimirùm, poſt tot legionum delectus, diverſis vicibus habitos. Poſt tot tàm æſtiva, quàm hyberna. Itemque tranſitus, tributa, motus ruſticanos, præcipuorum hominum emigrationes, regionis depopulationes, commerciorum defectus, æris alieni onera, ſubditos depauperatos, aliasque id genus concurrentes difficultates, *Cæſar* parceret provinciæ. Aliâs non admodùm amplæ, ſed montium ſterilitati expoſitæ. Partimque cenſus, etiam in *Croatas*, intrà *Bohemiam* ſeſe tenentes, remitteret. Partim ſtativorum deſignationem *Ordinibus* permitteret. Calonumque multitudinem, legiones ſequentium, tanquam ſpumam, reiiceret.

Illis ſic quidem reſponderi cœpit. Nempè *Cæſari* nihil prius, antiquiusque, eſſe. Quàm ut fideles provincias, ac ſubditos, ab omni militari moleſtia tantùm non ſublevare; ſed etiam prorsùs eximere, valeat. Neque eam intervenire *Cæſaris* ſeveritatem, ut non difficultates, ab illis perpeſſas, ad animum admittat. Locorumque, exhauſtu laborantium, querelis moveatur. Ut hæc omnia haud perfunctoriè antè oculos

oculos habeat. Nihilò-minùs cùm hanc legem non curioſitas *Cæſaris*, ſed durus iſte neceſſitatis cuneus, imponat. Dùm hoſtis, tot ſucceſſibus, tot viribus, auctus, magnâque *Imperii* parte potitus, jam velut *Auſtriæ* patrimonio immineat. Legionesque, ac copiæ, *Cæſareæ* hactenùs tot cladibus ſint debilitatæ, & attritæ. Ut, niſi novæ vires, novique exercitus, contrahantur, illisq; arma, annona, ſumptusque neceſſarii, conferantur, hoſtibus *Cæſar* obviàm ire non poſſit. Tantùm abeſt, ut patrimonialia regna, ac provincias, tueri ſufficiat. Viderent igitur *Ordines*, manibusque palparent, non quidem *Cæſarem* ſubditis ſuis, ſed violentam, ineluctabilemque, neceſſitatem, has leges præſcribere. Quo fine nollet exſpectare, etiam fideles *Ordines* loco ſuo defuturos. Sed, unà cum ſociis provinciis, æquè propemodùm feſſis, atque exhauſtis, tàm in cenſibus, quàm permittendis ſtativis, cooperaturos. Ità ut indictiones à ſubditis volentes exigant. At ipſi interim propriis è loculis erogent. *Cæſaremq;* juvent. Ut ut igitur lex hæc ſevera, & amara, videri queat. Interim diuturnam hanc tēpeſtatem haud futuram. Ut iſta, quò citiùs ſumptus indictivos expediant, eò maturiùs detonare poſſit. Cenſuum cōferendorū ſummam non minùs videri tolerabilem. Ut porrò in defenſionem patriæ,, ipſorumque ſubditorum, impendatur. Interim ſtativorum, ſive diverſoriorum, deſignationes *Ordinibus* denuò permitti. Curarent hoc negotium pro *Reipublicæ* commodo. Sic tamē, ne reditus, ad *Cameram* ſpectantes, juxtà factam exemptionem, onerentur. De *Croatis*, ad *Iſolanum* tribunum intrà *Bohemiam* pertinentibus, ſic quidem eſſe, ut hinc ipſis non minima obveniat difficultas. At meminerint, onus fore longe gravius, ſi cohortes illas intrà provinciam admittere juberentur. Tantùm enim ab *Ordinibus* hîc poſtulari ſtipendia. Ut neque annonam, ſive frumentationes, neque pro equis pabulationes, impendere teneantur. Etiam *Cæſarem* illam illis facere gratiam. Ut cohortes equeſtres *Gonzagianas* velit deducere. Quo ſic provincia calonibus, impedimentisque, exonerari amet. Ità futurum, ut ſuper indictionibus cæteris, ad moderationem reductis, magnoperè conqueri vix ſuſtineant.

Quodſi tamen è calonum turba labes remaneat, illa protinùs, ex lege, eiiceretur. Immò, ſi quisquam adversùs leges militares, recèns publicatas, oneretur. Hæc quærela protinùs deferretur ad legionis ſive centuriones, ſive tribunum. Undè, niſi remedium detur, apud *Fridlandum* illis dies diceretur. Neque enim ſive gregariis, ſive militum præfectis, indulgendum eſſe, iſti ut pro libidine ſubditos divexent. Legesque, jam præſcriptas, transgrediantur.

De cætero ſic quidem eſſe affectum *Cæſarem*, ut pro commodis, ac ſalute, regnorum, provinciarumque ſuarum, unicè ſit ſolicitus. Inque deſideratæ pacis reproductionem impendiò feratur. Quâ tandem fideles *Provinciarum Ordines* refovere. Ab omni militari moleſtia exonerare. Multisque commodis, & incrementis, locupletare, geſtiat.

* *
*

II.

Fridlando imperium militare denuò; am-
pliſſimis ſub conditionibus, confertur.

ILlas inter aliquammultarum provinciarum tù
temporis querelas, quibus *Cæſar* eâdem fidel
clementer ſatisfieri juſſit, ecce! ampliſſimis prop
ſitis præmiis, conditionibusque, placatus *Fridl*
dus, ad imperium militare poſtliminiò reverti c
pit. De *Achille*, *Græcorum* fortiſſimo, prodidit *H*
merus, eum *Agamemnoni*, exercitus *Achivorum Im*
peratori, iratum, receſſiſſe è caſtris. Manusque à p
gna abſtinuiſſe. Interim *Hectora*, *Troianorum* ill
fulmen, abſente *Achille*, multas *Græcis* ſubindè int
liſſe clades. Neque hanc felicitatem, ferociamq
ſubmiſiſſe, donec tot precibus *Græcorum*, præmi
que oblatis, neceque *Patrocli*, amici ſui, mitigat
Achilles, in caſtra redierit. Fortunamque, ac vict
rias, etiam *Hectore* occiſo, ſuis reſtituerit. Idem pr
pemodùm (ſi *Teutonas Græcis* componere fas eſt
ſuo modo, ~~de~~ *Fridlando* dixerimus. Ille enim, qu
diu ab exercitu *Cæſaris* abfuit, eò usque *Guſta*
Rex, plerumque victor univerſum *Imperium* t
ruit. Ubi autem, more *Achillis*, placatus *Fridlan*
ad militiam rediit, illic ecce! denuò hoc ſub du
ingentes confluxêre *Cæſari* copiæ. Ut novam
ſpem, fortunamque, *Auſtria* conſurgeret. Quo
violenta *Guſtavi Regis* nuper felicitas intrà canc
los ferè redacta. Ipſeque *Suecicus Hector* non mul
poſt, ſub *Fridlandi* copiis, & militiæ, & vitæ, fine
apud *Lüzam* fecit. Sic tamen, ut nihilo-minùs ac
rimos poſt ſe reliquerit mortis vindices, *Suecos* ſu
Quibus de videbitur in progreſſu.

De conditionibus, quibus in caſtra *Græcor*
ſuorum retractus eſt *Achilles*, præfatus egit *Ilia*
autor. Nos pariter, ſuper ampliſſimis conceſſio
bus, quibus *Fridlando* ſimultas expectorari cœp
jam diſpiciemus. Itaque, precibus expetitus,
quidem tempore neceſſario, iis paciſci cœpit ſ
rationibus, quæ quidem viderentur extraordin
riæ, genio verò ſuo inſigniter convenientes.
quibus fuêre illæ. Nimirùm, imperii militaris a
pliſſima, abſolutiſsimaq;, fortuna, & potentia, p
nès ſe eſſet. Sic, ut ex animi ſententia, ſive bellu
proferre, ſive pacem interponere, poſsit. Et h
pacto tàm *Cæſaris*, & totius *Auſtriacæ* famili
quàm *Hiſpaniarum Regis*, archiſtrategus modò n
deſignaretur, ſed confirmaretur, ſupremus:
tàm ſplendido officio in ſe ſolenniſsimè colla
Cæſar exercitibus ipſe neque intereſſet, neque i
peraret. Sed, recuperato *Bohemiæ* regno, aulam *P*
gæ aleret. *Balthaſare Marradaſio*, ſub cuſtodia du
decim hominum millium, illius, ſicut & regni, c
ram ſuſcipiente. Usque dùm univerſalis per *Imp*
rium nationis *Germanicæ* emergat pacificatio.
enim ſentire *Fridlandum*. Ut, *Bohemis* præſentia
gis ſui opus eſſe, judicet. Modò *Cæſar*, ejusque *arc*
ſtrategus generalis, rebellionum velint eſſe ſecuri. I
terim, ꝓ præmio ordinario, *Auſtriacarū* provinci
rum una, loco pignoris, ſolenniſsimè ſibi ceder
Supremumque *Imperii* regale, ut vocant, illis f
provinciis, quas occupaturus eſſet, loco præm
extraordinarii, conferretur. Confiſcationes p

Imp

erium penès ſe forent, ſub facultate abſolutiſſi-. Sic, ut neque *Dicaſterium Cæſaris* aulicum, neq; *nera Cæſarea*, nedùm *Iurisdictio Spirenſis*, quic-un præſcribere. Nedùm tàm in generalibus, im ſpecialibus, definire, poſſit. Eadem licentia, 'acultas, tàm in venia reis concedenda, quàm ɔfiſcationibus illis, *Fridlando* pateret. Ut his ɔq; ſub caſibus liberrimè diſpenſet. Et, tametſi aula *Cæſarea* alter, & alter, fortè ſalvi, ut vocant, ɔductus tabulas obtineat. Eæ tamen conceſſio-;, extrà *Fridlandi* confirmationem, haberentur 'alidæ. Tantúmq; ad fidem, ac famam, non ad na, extenderentur. Sic, ut realis veniæ jus tan-n, & unicè, apud *Fridlandum* eſſet. Quippe *Cæſa-* nimis eſſe mitem, atq; indulgentem. Sic, ut u-:uique facilè apud *Aulam Cæſaream* jus veniæ fa-. Quo nomine eventurum, ut media, quibus tri-nis, militumque præfectis, benè meritis, præmia :ribui, militibus verò diaria adminiſtraturi, que-t, ſint defectura. Quodſi, modico, vel longo, mporis procedente intervallo, in *Imperio* pacifi-tio tentetur. Tùm quidem *Fridlandi* res, ac præ-nſiones, privatæ, inter cætera verò nominatim *icatus Megapolitanus*, transactionibus illis ordine ſererentur. Nihilo-minùs, ſumptus, & expenſæ, o militiæ cōtinuatione, ſibi erogarentur omnes. mulátque *Cæſaris* provinciæ patrimoniales ſibi, ɔpiisque ſuis, perfugii, ac receptus, cauſsâ, pate-nt quandocunque.

III.

ridlandus copiis, per Auſtriacas provincias in ſtativa diviſis, novas, quà diaria, præſcribit leges.

DEnuò igitur in officio, ac potentia, velut re-gia, ex voto ſuo, confirmatus *Fridlandus*, leges ublicavit, quibus intrà provincias *Cæſaris* hæredi-rias legiones diviſæ uterentur. Nimirùm ſingulis ribunis, unà cum neceſſariis, ac familiaribus, ſin-ulis menſibus ſtipendia numerarentur: factâ eo-um ſubductione, quæ per ſtativa, quoad com-neatum, reciperent. Tribuno cuilibet pro quin-lecim, centurioni, pro octonis equis, pabulatio ubminiſtraretur. Gregariis, pedeſtris armaturæ nilitibus ſingulis, juxtà diaria, impertirentur qua-uor, equeſtribus ſex, cataphractis novem, floreni. tà, ut nihilo-minùs certa in equos pabulationis limenſio fiat. Extrà hanc conſtitutionem militi-ous nihil deberetur.

Interim dynaſtarum arces, prædia, habitatio-nes, molendina, eorumque ſubditi, ab hoc excipe-rentur onere. Sic, ut non minùs parceretur tem-plis, cœnobiis, ſcholis, xenodochiis, hominibus eccleſiaſticis, ac parochiis. Quibus omnibus dare-tur immunitas. Sed accidit, dùm bona ſubdito-rum pars, defectis pecuniis, leges illas tàm ſtipen-diarias, quàm alimentarias, implere nequiret, vel iccircò nomen militiæ daret. Rati, ſatius fo-re, ab aliis nutrimenta exſpectare, quàm eo ſub faſce domi egere, ac gemere.

* *
*

IV.

Cæſar miſſis legatis à Pont. Max. Principibusq; Italiæ, auxilia conquirit.

ILlos dùm intrà patriam bellorum *Cæſar* aperit apparatus, nihilo-minùs haud deſtitit per lega-tos *Pontificem Maximum*, cæterosque *Italiæ Principes*, ac *Reſpublicas*, ſuper auxiliis conferendis, ſolicitare. *Cardinalis* igitur *Paſmannus*, *Archiepiſcopus*, *Graneſis*, & *Savellius Dux*, *Romam* profecti, à *Pont. Max.* obtinue-runt viginti quatuor *Ferdinandicorum* millia, in ſin-gulos menſes eroganda. Adhæc, *Epiſcopos*, ac *Præſu-les*, quoscunque, penès *Reges*, ac *Magnates*, *Catholicos*, rerum potientes, *Pontifex* ammonuit, illorum *Regũ* animos in rem *Cæſaris* inclinarent. Auxiliaq; contrà hæreticos impertirent. Pari liberalitate redituum eccleſiaſticorum è decimis ſextam partem, per tri-ennium conferendam, promiſit. Idem ſanxit, Ne quis *R. E. Cardinalium*, absq; *Pontificis* conſenſu, *Regi* cuicunq; legati vicem præſtaret. Nedùm illum *Rom. Eccleſiæ* membrum adversùs profeſſam *Religio-nem* militaret. Secundùm illos, *Rabatta*, *Cæſaris* con-ſiliarius, & præfectus militaris *Gradiſcanus*, mitte-batur ad diverſos *Italiæ* megiſtanes. A quibus, prout affectus regnabant, nunc ſuppetiæ, nunc re-pulſæ, emanârunt. *Veneti*, inter cæteros, quòd ſupe-riori bello omninò eſſent exhauſti, præparatam af-ferebant excuſationem, ſe pro tempore prodeſſe non poſſe. Interim *Maris Hadriatici* copiam factu-ros. Hancq; in rem proprias commodaturos trire-mes. Adeoq; de cætero, pro *Italicæ* libertatis conſer-vatione, nihil non cooperaturos. Adhûcdùm *Man-tuæ*, à *Cæſareanis* nuper expugnatæ, triſtis facies non-nullorum illis in tractibus megiſtanum animos fla-gellare videbatur. Ut vel hæc præconcepta offenſa tàm ſanguinis, quàm *Religionis*, affinitati præponde-raret. Sic, ubi eo in itinere etiam *Mantuam* attigiſſet legatus, tantus in eum, ob præfatæ cladis memo-riam, exarſit plebis furor. Ut mox rabioſorum ma-nibus diſcerperetur, niſi illum *Dux* periculo eripu-iſſet. Pro ſubſidiis igitur conferendis, juſſus eſt civi-tatis ruinas inſpicere, tanquam *Cæſarei* militis res geſtas. Quibus de *Cæſari* coràm referret.

CAP. II.

De Sueciæ Rege, Palatinatum Inferiorem recuperante.

I.

Regina Sueciæ apud Francofurtum excipitur.

ANovis per *Auſtriam Fridlandi* præpa-rationibus, ad *Sueciæ Regis* progreſ-ſus, executionesque, reflectimus. E-jus ubi ſinus pari aurâ *Virtus*, & *For-*

tuna, implerent, tantæ felicitatis etiam contemplatricem, participemque, maluit aſſciſcere regii thori ſociam. Quò gaudii juxtà, ſolennisque felicitatis, in partes veniret. *Regina* ergò poſteaquàm per *Thyrigetas*, *Miſnicosque*, peractis itineribus *Hanoviam* adventâſſet, *Rex*, è *Francofurto* obviàm profectus, ſolennibus cum ceremoniis lætabundus illam excepit. Parvâque interveniente morâ, hac cum magna animi parte, *Gelnhuſam* excucurrit. Indè *Francofurtum* reditum eſt, ſub ipſis *Ianuarii Calendis*. Totâ civium coronâ in arma per vias publicas, feſtivosq; applauſus, inter machinarum bellicarum congratulationes, effusâ. Et ſic identidem *Regi* fortuna blandiebatur, ut inter tot lætos ſucceſſus paſſim ad illum, more columbarum, ad candida tecta volantium, confluerent *Principes*, *Dynaſtæ*, *legati* omnes fortunam illius devenerantes.

II.

Seciæ Rex reliqua per Inferiorem Palatinatum oppida, nempè Crucenacum, Baccheracumq;, occupat.

INterim *Rex*, nihil procraſtinare ſolitus, tàm lætis paſſim rerum ſucceſſibus non frangi, ſed firmari, cœpit. Ubi ergò in finitimum *Palatinatum*, &, quæ ab *Hiſpanis* illic defendebantur, oppida, legiones proferre conſtituiſſet, *Fridericum Palatinum*, intrà *Belgium* ſeſe tenentem, ad ſe evocavit. Qui, *III. Id. Februar. Francofurtum* perveniens, *Regi*, pro belli continuatione, patrimonioque ſuo recuperando, bonam auri ſignati ſummam dependit. Ferunt, tùm *Regem Sueciæ* familiaribus, aulicisque, hanc legem præſcripſiſſe, nempè *Friderico Palatino*, ſub regio titulo, & cultu, omnes aſſurgerent.

Poſteaquàm ergò induciæ, cum *Catholicis* fœderis *Principibus* antè pactæ, exſpirâſſent, in bellum denuò omni conatu itum eſt. *Rex* intelligens, *Hiſpanicas* ad *Moſellam* confluere copias, præproperè ſecundo *Mœni* agmine *Moguntiam*, lintre duobus cum comitibus exceptus, feſtinavit. Illic ut exercitum colligeret. Hoſtibusque occurreret. Interim *Rheingrafius*, in *Hiſpanorum* actiones intentus, aſſumptis turmis equeſtribus, ſaltus inſedit. Ubi cùm *Hiſpani* tranſirent *Moſellam*, primæ quidem legioni pepercit. Sed inſequentes cumulos rejecit. Sic, ubi in naſſam ſuam primum agmen induxiſſet, ferè ad unum omnes cæcidit. Septingentis enim ilicet occumbentibus, reliquis dedititiis, parcere juſſit: Redactis in poteſtatem ſignis octo. Quæ partim *Regi* apud *Moguntiacum*, partim *Reginæ*, intrà *Francofurtum* boni ominis ergò, offerri cœpêre.

Præmiſſis illis velut præliminaribus, *Rex* legiones rectà *Crucenacum* petere, locumq; obſidere, juſſit. Ipſe paulò poſt adventavit. Ità, civitate expugnatâ, *Hiſpani* obvii, quorum bona pars in arcem evaſerat, ſub acie gladii perierunt. Civium laribus, quà expilationem, parſum eſt. Mox arx feriò peti cœpit. Quæ ubi, acriter defenſa, primâ rejeciſſet impreſſionem, mox *Regi*, cuniculis rem agenti, ſub pulſis claſſicis, deditionem obtulit. Quo facto, nulla interveniente transactione, ſub ſpe veniæ, arma deponentes ſeſe promiſerunt. Nihilominùs *Rex* ar-

ma illis tradere juſſit. Quibus receptis emi
runt. *Suecicorum* hoc in agone ducenti cec
runt, diverſis centurionibus vulneratis. Ne
Rex præſens tùm fuit extrà periculum. Ete
ſub impreſſione, in arcem ſuſcepta, ad latu
gis gregario militi caput glande perforatum eſ
tà ut reſupinus in *Regem* ſe reiiceret. Plures
in proximo perirent alii. Eadem vi injecta *Rh*
grafius Kirchbergam civitatem expugnans, *I*
præſidiarios oppreſſit omnes. *Teutonibus* verò
tæ, militiæque *Sueciæ*, jus fecit. Mox *Bacch*
manus admovit. Intrà quod oppidum ubi tub
nem, deditionem poſtulantem, ablegâſſet,
turio Hiſpanicus, *Paulus Berdranglius*, cordat
ſpondit, illud nuncium ſibi gratum eſſe, ut
ſine poculis tribus, ut veteres vocârunt, or
ſiccatis, additoque munuſculo, clarigatorem
mitteret. Adjectis hiſce verbis, gratum ſibi
Suecorum adventum. Neque enim ſe arcem
munitam, quàm annonâ inſtructam, ità perf
ctoriè tradere poſſe. Elapſo biduo alius ſupe
ceſſit clarigator. Sed idem retulit reſponſum.
de re deinceps, immiſſis *Suecorum* ducentis
mediam noctem oppidum intercepum eſt.

Primùm perforatis portis irrepsêre. Mox i
cœmiterium conſtitêre. Indè turrim unam, at
alteram, invadentes, dejecerunt *Hiſpanos*. I
Fürſtenbergiam, *Stahlbergiamq;*, arces, in poteſta
redegerunt. Defenſoribus partim cæſis, parti
cuſtodiam abreptis.

Præmiſſis præliminaribus illis, cùm *Bernha*
Ducis Vinarienſis, legionarii prioribus auxiliat
venirent, in *Arcem Baccheracenſem* oppugn
converti cœpit. Ubi igitur unam, alteramq
ſeptimanam foſſis antecurſoriis, operibus
excitandis, inſumpſiſſent, tandem, re ad impreſ
nes ſpectante, *Hiſpani*, initiò ſtrenuè repugnan
deditionem obtulêre. Quæ illis, ſequentibus
conditionibus, obtigit. Nimirùm, tàm præf
militares, quàm gregarii, *Hiſpanici* ilicet edu
rent. Iis verò, quibus animus eſſet, in partes *S*
cicas tranſire, hoc liberrimè liceret. Sic enim
ri conditione, absque ulla controverſia, cum
litibus *Suecicis* futuros. Cæteri, antiquum ob
nentes, armaturâ ſuperiori, ſarcinulisque relict
emigrarent. Centurioni arma, atque equus, p
mitterentur. Subque cuſtodia *Suecica*, ad *Hiſ*
nos ſuos deduceretur. Ità evenit, ut præter un
manipulum, conſtantiæ operantem, cæteri le
Suecicas admitterent.

III.

Rege jubente, Caubam, Palatiumq; Rheni, He
occupant.

SUpererant eo ſub diſtrictu *Cauba*, *Gudenfelſa*,
Pallas, ſive *Palatium*, *Rheni* munimentum ill
inſulare. Hæc ad loca occupanda, *Rege* juben
Conradus ab Vffeln, tribunus *Heßicus*, ſeſe accinx
Primùm igitur, ſub noctis ſilentio, quadringe
tos pedeſtris armaturæ immiſit. Qui oppido p
tiuntes, defenſores partim obtruncârunt, part
in *Arcem*, & *Turrim*, à furibus nomenclaturam h
bentem, rejecerunt. Sic commodè alea cecidit. U

opp

ppido intercepto, *Arx*, in edito ſita,& *Palatium*, *heno* inſtans, invicem ſepararentur. Nec mo-a,tribunus *Heſſus*, utriusque loci deditionem po-ſtulavit. Id confidentiùs negatum ab *Hiſpanis*. tâ,ut, acerrimè repugnantes, defenſionem ur-gerent. Sed mox, ſuperinductis auxiliis, machi-nisque bellicis, *Thylo ab Vsler*, tribunus locumte-nens, *Heſſis* acceſſit. Hinc tàm *Arx*, quàm *Palatium*, tormentis peti cœperunt. Qua procedente ſe-veritate, utrinq; deditio facta eſt. *Hiſpanis*, præeun-te tractatione, ſub ſignis volantibus, reculis, ac ſarcinulis, emigrantibus. Perque aquas ſecundo *Rheno*, ſub cuſtodia, *Confluentes* ad usque, dedu-ctis.

Inter hæc, *Moguntiacum* à *Suecis* novis operibus, ac munimentis, confirmari cœpit. Duplici pon-te, quorum alter trans *Rhenum Caſſellas* attigit, al-ter apud *Koſthemium*, pagum ſic dictum, *Mœnum* fe-cit velut pervium, illic eodem tempore excitato. Nec minùs ad *Mœni*, *Rhenique*, confluentes, *Rex*, non niſi magna animis agitans, *civitatis Novæ* fun-damenta ponere juſſit. Cui à *Flaminibus*, & *Vva*, no-menclaturam indidit. Opere, ſub numeroſa ho-minum multitudine, fervente,

CAP. III.

De Thillyo, Papebergam paulò antè à Guſtavo Hornio occupatam, vindicante.

I.

Guſtavus Hornius Epiſcopatum Papebergenſem urget.

Jampridem *Regem Sueciæ* numen iratum experiebantur *Papebergenſes*. Quòd enim *Epiſcopus* primùm, ope deſtitutus, certis ſub conditionibus, *Regis* protectionem nolens volens ad miſiſſet, *Thillyo* verò ſuperveniẽte hoc onus excuſſiſſet, factum, ut *Guſtavus Hornius*, *Mareſchallus* regius, cum parte exercitus intrà *Franconiam* relictus, juberetur injecta manu *Epiſcopatum Papebergenſem* in ordinem redigere. Hic ergò juſſa executurus, collectis apud *Svvinfurtum* copiis, *Höchſtadium* civitatem in poteſtatem redegit. Inter hæc, è *Forcheimio* fortalitio quinq; pedeſtrium, totidemque equeſtrium, cohortes, ſub tribuno *Eſpagnio*, educentes, in vigilias equeſtres *Solmenſes* impetum fecerunt. Tanquam illis oppidi obſidionem diſiicere tentarent. Cohortes *Solmenſes*, numero inferiores, ilicet *Cochtitzkium* tribunum in auxilium evocarunt. Quo gradum accelerante *Thylliani* ſubindè retroceſſerunt. Usque dùm, ad quatuor paſſuum millia, *Forcheimium* attigerunt. Ubi cùm pedeſtres itinere feſſi, urgentibus regiis, vix ultrà poſſent, loci commoditate utentes, partim cœmiterium, partim alia loca defenſioni opportuna, inſederunt. Inque impetentes *Suecos* tàm confidenter pugnârunt, ut aliquammultos ſigniferos, & id genus præfectos militares, proſternerent. Signoque potirentur regio. Id conſpicatus *Kochtitius* novos reiteravit impetus, uſque dùm cubito-tenùs ſauciaretur. Interim legionis ejusce vicarius, tribuni vicem implevit. Tandemque, poſt acerrimam velitationem, *Thillyanos* partim fudit, partim diſſipavit.

II.

Papeberga à Suecis occupatur.

Hochſtadio præoccupato, *Guſtavus Hornius* quinque equeſtrium, & duo pedeſtrium, ſigna *Papebergam* versùs dimittere cœpit. Ubi ergò *Calendis Februariis* eò veniſſent, ſuper civitatis deditione, interrogârunt.

Quòd ergò homines *Eccleſiaſtici*, majorum gentium *Præſulibus* longè antè, unà cum rebus quibusque pretioſiſſimis, illinc emigrantibus, in civium viribus nullam ſpem reponerent. Tùm præſidiarii pridie ejus *Forchemium* avocari cœpiſſent. Certis ſub conditionibus urbs tradita eſt. Sed vix dùm *Sueci* erant intromiſſi, ecce! manus delecta è *Cronachæ Monaſterio* pariter irrumpens, ope civium novos illos hoſpites eiicere tentavit. Sed fruſtrà. *Sueci enim*, maſculè reſiſtentes, tàm delectos iſtos, numero quingentos, quàm cives, rejecerunt. Undè cives, in curiam confugientes, vel illinc defenſionem paraturi videbantur. Sed etiam hic fervor paulò poſt elanguit. Ut delectis illis, ceu vocant, terga vertentibus, ipſi cadentibus animis, intrà lares, tanquàm deos illos gentilium tutelares, ſeſe reciperent. *Suecis* igitur per omnem civitatem liberè graſſantibus, ingens terror civium occupavit animos. Nihil aliud, niſi præſentem necem, tàm quòd à pactis reſiliiſſent, quàm in armis vultus elevâſſent, exſpectantes. Sed nihilo-minùs illis parſum eſt. Ut furor in palatia *Præſulum*, ac *Cœnobia*, deſæviret. Ac pleraque *Eccleſiaſticorum* bona, quæ quidem eſſent relicta, diſcerperentur. Has inter expilationes, cum *Carmelitanis*, ac *D. Franciſci Monachis* paupertatem profeſſis, rectiùs agebatur. Hi enim, quòd opibus deſtituerentur, extrà periculum erant. Sicut enim nudus viator etiam coràm latrone cantillat impunè. Ità ne mendicanti quidem theſaurum vel integra cataphractorum cohors eripere poſſit.

Intellecto autem ſuorum periculo, *Guſtavus Hornius*, integro ſub exercitu, *Papebergam* direxit. Cujus in verba, nomine *Regis*, cives, anteà exarmati, jurare jubebantur. Parocho tùm quoque *Evangelico*, intrà ædem cathedralem, ſecundùm *Auguſtanæ Confeſſionis* axioma, concionem peragente. Exquiſita hunc actum excipiente concordià muſicâ.

III.

Thillyus adverſus Guſtavum Hornium producit. Papebergamq; recuperat.

EO pacto cùm intrà *Papebergam*, civitatem ſatis amplàm, ſedem utique *Epiſcopalem*, tripudiarent *Sueci*, & *Guſtavus Hornius* oculos ſuper *Forchemium*, regionis fortalitium, coniiceret, tempeſtate verò hybernâ prohiberetur. Ecce! *Epiſcopus Papebergenſis Electorem Bavariæ* rogare non deſtitit, quò *Thillyus* mitteretur. *Epiſcopatumque* ab hoſtibus vindicaret. Nec defuit *Elector Epiſcopo*. Sic, ut *Thillyus*, ſubvenire juſſus, ilicet apud *Ambergam*, ſuperioris *Palatinatus* metropolim, contraheret exercitum, delectusque haberet. Quo cùm, è viginti hominum millibus conſtante, ſuperinductis viginti duabus machinis bellicis, aliisque neceſſariis, in *Noricos* promovit. *Altendorfio* igitur, *Lauſa*, aliisq; in *Norico* oppidis, præſidio firmatis, *Forchemium* direxit. *Guſtavus Hornius*, *Thillij* adventu per indices cognito, vires, quibus hoſtibus reſiſteret, diligenter expedivit omnes. Interim, indicto tribunis concilio, diu deliberare cœpit, an *Papebergam* tueretur. Quòd enim civitas eſſet ampla, ac diffuſa, mœnibus parùm firma, interque colles ſita, non viſum fuit operæ pretium, legiones eo ſub loco ut periclitarentur. Interim, ex alia parte occurrebat civitatis fœcunditas, multiplexque in rem *Suecicam* utilitas, ut rationes contrariæ prævalerent, civitatem operibus, quantum ejus fieri poſſit, adventitiis præſtò firmandam eſſe. Præſertim, cùm *Bernhardi*, *Ducis Vinarienſis*, auxilia confidenter exſpectarentur. Diviſis igitur inter legiones operibus, ilicet in defenſionem itum eſt. Veteranis legionibus promptè id, quod deſignatum erat, perficientibus. Intereà *Thillyani*, ſaltibus tecti, gradus accelerârunt. Ut in proximo inter virgulta notarentur. *Hornius*, hoſtibus jam tùm imminentibus, ſuorum animos confirmans macte eſſe, armaque expedire, juſſit. Mox *Solmenſem Comitem* ad equeſtrium excubias præmiſit, inhibiturum, ne illi fortè consererent manus. Hic, iuſſa executus, operum juxtà, nondùm perfectorum, eductionem urgere cœpit. Intereà per *Kochtitium* tribunum legioni *Baudiſſinæ* hanc legem præſcripſit. Maneret illa intrà civitatem, locaque attributa gnaviter defenderet. Hoc ſchedium, nullo ſeſe offerente latore idoneo, ubi *Kochtitius* per equitem internuncium tramiſit, accidit, ut hic, errore lapſus, legionem è civitate extraheret. Proximéque ad ſaltus illos, ſub quibus *Thillyani* conſpiciebantur, induceret. *Hornius*, ipſe excubias, inſpecturus, dùm excurrit, ecce! ex transverſo, & præter exſpectationem, reperit legionem illam, nimis longè versùs hoſtes progreſſam, & jam tùm velitare prælium exſpectantem. Indignatus igitur, rem contrà inſtitutum procedere, quàm maturrimè cohortes illas in ſuburbana recedere juſſit. Metus enim naſcebatur haud vacuus, ſi *Thillyani* in legionem, eminùs occurſantem, ſuſciperent impreſſionem, facilè intervenire poſſe confuſionem. Quæ pau[...] lò poſt obtigit. Interim, cùm hoſtilis exercitu[...] præter paucos emiſſarios, è ſaltibus conſpicuos adhûc longiùs abeſſe videretur, *Hornius*, *Solmen*[...] comitante, legiones inſpexit ſingulas. Illiſque, ul[...] in acie conſiſterent, loca aſſignavit. Mox tu[...] mam equeſtrem ultrà fluvium præmiſit, ſciſcita[...] tum ſuper hoſtili exercitu. Hæc, præproperè re[...] verſa, *Thillyum* univerſis cum copiis appropinqua[...] re, jamque civitati inſtare, narravit. Nec feſel[...] lit eventus. *Hornius* igitur ociùs equeſtres *Bila*[...] *vii* cohortes retraxit. Utque opera, nondùm[...] à *Solmenſi* legione perfecta, militesque operarios tegerent, juſſit. Id ille dum effectum dare ſtu[...] det, ecce! in terga *Bilavianorum* duæ legiones *Thil*[...] *lyanæ* impetum facientes, oppidò confuſionem vel antè præviſam, cauſſantur. Undè ſimulát[...] que gregarii *Solmenſes*, terrore præventi, opera, ſta[...] tionesque, deſeruêre.

Tametſi igitur *Hornius*, *Solmenſiſque*, parti va[...] cillanti ſuccurrentes, hoſtes ingruentes non ſe[...] mel reiicerent. Stationesque priſtinas tàm co[...] hortibus *Solmeiis*, quàm *Muſſelianis*, reſtituerent. Nihilo-minùs, legionibus veteranis certis ſub lo[...] cis ac ſtationibus, tàm intrà civitatem, quàm ſub[...] urbia, diviſis, nec tàm citò ſuccurrere ſuſtinenti[...] bus, parùm hoc conatu profectum eſt. Simulátqu[...] enim *Hornius*, indè digrediens, cæteras confirma[...] ret, obiretque, legiones, accidit, ut priores denuò vacillarent. Perque pontem intrà ipſam civita[...] tem profugerent. Neque hic fugientium impe[...] tus in integrum reſtitui tùm quidem potuit. Quic[...] quid ageret, obniteretúrque *Comes Solmenſis*. Ut i[...] pſe interim crure-tenùs vulneraretur. Ità factum ut legio pedeſtris *Thillyana*, fugientium tergis in[...] hærens, per pontem in civitatem unà irrumpe[...] ret. Hoc proſpiciens *Hornius*, parva *Thurriana* le[...] gionis pedeſtrium cum manu, *Suecis* inſequenti[...] bus, *Thillyanos* rejecit. Pontemque præoccupa[...] tum deſtruxit. Sic reſtitutâ pugnâ, nihilo minù[...] ſuper eventu dubius *Mareſchallus* regius tàm di[...] alios poſt alios *Thillyanis* pugnantes objecit globos. Uſque dùm ipſe calones in alteram *Mœni* ripam tramitteret. Machinasque bellicas, unà cum apparatu militari, in naves imponeret. Cecide[...] runt hac ſub impreſſione *Suecorum* trecenti. [...] *Thillyanis* verò *Sultzius Comes*, tribunusque *Croatarum* inter cæteros, deſiderati.

Noctis intervenientis colore, & occaſione uſus *Hornius* legiones pedeſtres, unà cum *Baudiſinis*, aliiſque equeſtrium turmis, *Kitzingam* versùs deduxit. Undè apud *Eltmannum* oppidum in adverſam *Mœni* ripam evaſerunt. *Croatæ*, veſtigia quidem cedentium ponè ſecuti, ad tempus inſtiterunt, ſed absque magna curioſitate. Scires, eos pugnam non admodùm deſiderare. Cæteræ legiones *Suecicæ*, citimam *Mœni* ripam legentes, per pontem *Hallſtättenſem*, à tergo ignibus abſumptum, de voluntate *Hornii* transeuntes *Hasfurtum* perrexerunt. Quibus ſic ordine utrinque peractis, *Mareſchallus*, ponte *Eltmanniano* non minùs deſtructo, copias denuò contraxit. Multosque, præ metu dilapſos, denuò in viam reduxit. Interim, à regionis incolis, *Thillii* partibus impendiò faventibus, pons *Hallſtatenſis* mox reparari cœpit. Per quem aliquammultas

is equeſtrium legiones *Thillyus* tramiſit. Sic, t ſuprà *Hasfurtum Suecis* obiicerentur. *Mareſchallus*, tàm ſubitaneum hoſtis progreſſum adiratus, turmam dimiſit, quæ tranſitus occaonem ſciſcitaretur, pontibus maximè corrutis. Itaque ubi emiſſarii captivos adducerent, b illis didicit *Hornius*, legiones quatuor apud *lalſtadium* tranſiiſſe. Qui ſimulátque intelligens, a illos per ſaltus, viasque occultas, impetum ieri poſſe, ilicet cum equeſtribus ſub noctis conicinio profectus, *Planckharti*, & *Merodij* junioris, legiones, octo mille paſſibus à *Papeberga* colocatas, antè diluculum oppreſſit, penitúſque, exceptis quatuor cohortibus, aliò dimiſis, delevit: Relatis ſignis duobus. Hanc ſoiorum cladem *Croatæ* proximi percipientes, parim ſaltus petierunt. Undè tamen, amiſſo ſigno, multi ceciderunt. Partim ad ſocias cohores, intrà *Staffelbachium* pagum ſeſe tenentes, conugerunt. Cœmiteriumque, muris benè altis muitum, inſederunt. Quos ubi *Hornius*, pedetrium operâ deſtitutus, ignibus injectis perdere præſumeret. Nihilo-minùs vicinas legiones *Thillyanas*, oppidoque opem ferre potentes, ſubveritus, ab incœpto deſtitit. *Hasfurtum*que, & adjectas ſtationes, repetiit. At neque ic quoque languidè egit *Thillyus*. Quin toto cum exercitu *Hasfurtum* peteret, dubio procul jacturam, antè perpeſſam, vindicaturus. Prævidit ócopportunè *Hornius*. Præmiſſisque ante ſe caonibus, & impedimentis, copias abſque diſpendio *Svvinfurtum* deducere cœpit. Illic cùm civitatem, immiſſis *Caroli Hornii*, *Truchſeſii*, & *Solmeij Comitis*, legionibus, confirmâſſet, equeſtresque ad diſtrictum quatuor, vel ſex, paſſuum millia diſpoſuiſſet, ipſe cum pedeſtrium manu *Geltersbemium* petiit. Illinc in hoſtium conatus contemplationem conjecturus.

CAP. IV.

De Sueciæ Rege, è Francofurto cum exercitu in Franconiam, adversùs Thillyum, proficiſcente.

I.

Sueciæ Rex contrà Thillyum educit.

Gvſtavus *Hornius* ubi ſic ſatis prudenter legiones conſervâſſet, nihilominùs illic locorum fortunę revolutionem veritus, *Regi*, quo in loco res eſſent, ſignificavit. An huic rictui remedium applicare vellet. Quo *Rex* accepto nuncio, ilicet judicavit, fore operæ pretium, ſiquidem *Mareſchallo* ſuo ſuppetias ferret. Reſurgentemque *Thillium* omnibus, quod ajunt, perſequeretur, ac debellaret, copiis. Itaque, cùm animum tàm *Heydelbergæ*, quàm *Philippopoli*, expugnandis, adjeciſſet, mutavit inſtitutum. Tantúmque hanc in rem unicè incubuit.

Diſpoſitis igitur tàm copiis, quàm tormentis bellicis, quo quæque ordine progrederentur, priùs res tàm apud *Moguntiacum*, quàm *Crucenacum*, confirmavit. Mox *III. Non. Martias Rex* ipſe *Höchſtariam* promovit, *Auguſto*, *Palatino*, *Bernhardo*, *Vinarienſi*, & quodam *Megapolitano*, *Ducibus*, aliiſque dynaſtis, comitantibus. Quibus cum eâ veſperâ *Steinaviam*, in ripa *Mœni* oppidùm, attigit. Pridiè *Non. Mart. Rex* apud *Aſcipyrgium* habuit delectus. Recenſuitque duodecim pedeſtrium legiones, equeſtrium ſex millia, tormentorum diverſi generis numero quadragintà. Eò uſque *Regina* excucurrit, deducentibus *Friderico Palatino*, & *Philippo Ludovico*, fratre, *Duce Simmerano*. Illinc enim *Francofurtum* eſt reditum.

Sub hac, recèns auſpicata, expeditione, *Rex Marchionem de Brezæ*, legatum *Gallicanum*, interrogare cœpit, ecquid ſibi, ſuper *Rege Chriſtianiſſimo*, maximè ſperandum eſſet. Quòd enim legiones tùm *Gallicanæ* in *Imperium* penetrarent. Intráque ditionem *Sarapontanam* ſeſe tenerent. Neſcio quid ſuſpicabatur. Diceret ergò legatus, & quidem abſque circuitu, an ſatis tuta fides? Ibi ecce! *Marchio* per caput ſuum confirmavit verbis religioſiſſimis, ſincerâ, optimâque fide *Chriſtianiſſimum Regem* ſuum ergà *Sueciæ Regem* ferri. Ut ſanctiorem amicitiam optare ne quidem poſſit.

Sic velut recèns accepta, dataque, fide, *Rex Lorium* perrexit. Copias verò *VVerſlingam* præmiſit. Inde *Arnſteinium*, mox *Geltersheimium*, promotum eſt. Poſtridie *Svvinfurtum* attigit. Undè retrò *Arnſtenium*, & *VVerſlingam*, reduxit, copias, illic adventantes, inſpecturus. Indè *Dettelbachium* acies direxit. Ubi, ſacro, more *Evangelico*, peracto, jentaculum ſumptum. Tandem apud *Kitzingam*, cum *Rege* ſuo, *Guſtavus Hornius* conjunxit copias. Ut ſic exercitus ad trigintà hominum excurreret millia.

II.

Sueciæ Rex S. P. Q. Svvinfurtenſi conſtantiam inculcat.

PRiusquàm verò ejus expeditionis effecta inſpiciamus, non abs re fuerit codicillos quoſdam regios conſiderare. E quibus tanti *Regis* profundior ſolicitudo deprehendi queat. Ea autem in verba, antequàm exercitum produceret, ad *S. P. Q. Svvinfurtenſem* dedit. Parùm, inquit, *Regem* dubitare, quin fiat, ut hoſtes, pro more, ex illa *Papebergenſi* actione, totius belli auſpicia præſumant. Speſque ſuas ditent ambitione. Adeóque cruda in vota properantes multa, & vero majora, ſibi de victoria, polliceantur. Sic, ut animos, rei *Evangelicæ* addictos, perturbent, novisque impleant terroribus. Nihilo-

minùs *Regem* ſpe meliori niti, omnes illos, penès quos vera in *DEUM* pietas, inque patriam amor, radices egiſſent, haud facilè rumoribus id genus aures inclinaturos. Ut magis famæ mẽdacis, quàm conſtantiæ ſuæ, laude dignæ, rationes inire velint. Ut potiùs, quantm id genus commentis tribuendum veniat, ipſi judicent. Quippe, quòd *Papeberga* derelicta eſſet, ejusce, tanquam pagi diffuſi, jacturam parùm communis rei *Evangelicæ* bono incommodare. Cùm magis calcar, ac ſtimulum, addere debeat, pro ſuſceptæ illius liberationis opere ſolidiùs deinceps firmando, ferruminandoque. Ità enim ſtatuendum venire. *DEUM* juſtitiæ fontem, nempè eò uſque *Eccleſiæ* ſuæ hoſtes induxiſſe. Ut opportuniùs illos opprimere. Novumque potentiæ, ac vindictæ, ſuæ ſpecimen edere, velit. Hac ſub *Chriſtianæ* pietatis plena confidentia *Regem* jam tùm exercitum producere. Hoſtes, ubicunque locorum ſubſiſtant, quæſiturum. Quò ſic honoris divini, *Eccleſiæq́ Chriſtianæ*, diu laceratæ, vindicta evidenter exigatur. Confœderatis verò, & amicis, inprimis ſuccuratur.

Jam veſtrarum, inquit, erit partium, ô *Svvinfurtenſes*, ut, pro ea veſtra prudentia, quâ hactenùs admiranda *DEI* opera oculis veſtris aſpexiſtis, & jam quoque, quorsùm illa tendant, adhûcdùm deprehenditis, vos ipſos conſtantiæ ammoneatis. Animosque confirmetis. Interim, cùm nõ ſit obſcurum, tot capitum tot eſſe, ut ajunt, ſententias, ne mihi ſit fraudi, dum vos præſentibus codicillis exhortandos eſſe prævideo. Non, ut quicquam de fide veſtra ambigam. Sed illam, tanquam cote, ut acuam. Utq; animos, ſemel ſumptos, neutiquam deiicere, ſed confirmare, ſed conſtantiæ ferrumine conſolidare. Aliosque, fortè vacillantes, atque in devia abreptos, in viam reducere, velitis. Quo nomine diligenti cautione opus eſt. Ne dolis, molitionibusque furtivis, locum detis. Sed portas, mœniaque veſtra, ſummo ſtudio cuſtodiatis. Auxiliumque regium, ſi fortè hoſtes aliquid audeant, certò vobis promittatis. Quo de ut certiores omninò eſſe ſuſtineatis, ecce! *Rex* ego exercitum jam vos versùs educo: Præſentem vobis hac dextera laturus opem. Interim, apud *Moguntiacum* ſic rebus illis communibus prævisũm eſſe, ſcitote, ut nihil poſt caput hoc *Reip. Evangelicæ* extimeſcendum ſit periculi. Quippe *Galliarum Regis* amicitiæ, confirmante id ipſum legato noviſſimo, ſecurus equidem ſum. Ut, *Gallicanorum* in provinciam *Lücenburgicam* ſub inſtantibus impreſſionibus, magnum rebus meis incrementum diſtractis hoſtibus, exſpectem. Ut non minùs *Bernhardus*, *Dux Vinarienſis*, peculiari cùm exercitu, *Hiſpanos*, quodcunque his ſub partibus auſuros, reiicere. *Chriſtianus* verò, *Dux Palatinus Birckenfeldius*, ſuis cum legionibus, *Oſſam*, cæterosque, *ſuperiorem* intrà *Rheni circulum* tumultuantes, tribunos *Cæſareanos*, divino interveniente auxilio, coërcere, ſatagat.

* *
*

CAP. V.

De Sueciæ Regis, ad Electorem Saxoniæ paræneticis. Aliisque, pro commerciorum libero uſu, publicatis diplomatibus.

I.

Sueciæ Rex, directis ad Saxoniæ Electorem codicillis, arma, ac virtutem, ejus deprædicat. Ac porrò mactè eſſe jubet.

EOdem tempore acceptis *Rex* ab *Electore Saxoniæ* litteris ſic tùm quiden reddidit ilicet. Tuæ verò, inquit, ô *Elector*, affinis, ac frater, dilecte, heſterna luce, poſtridie *Id. April.* rectè ad manus meas pervenerunt. Quo nomin gratias debeo. Iuxtáque, ex lege arctæ neceſſitudinis, bonis avibus naſcentis, narro, exec tempore, quo legatum meum, *Laurentium Nicolai*, ad aulam tuam præmiſi, univerſas tàm *Cæſaris*, quàm *Ligarianorum*, vires, ſub *Altringerio*, *Fuggero*, *Fürſtenbergio*, & *Lotharingiæ Duce*, cum *Thillyo* coiiſſe. Et jam apud *Tubarim Franconiæ* fluvium, eos exercitus, quinquagintà hominum millia conſtituentes, ſeſe tenere. Sine dubio illud captantes, quoad *Hiſpanicis*, *Bavaricisque*, ſuperaccedentibus auxiliis, *Rhenano*, & *Suevico*, *Circulis* confirmatis, auctis tantoperè viribus progredi. Meque, & te, unáque ſuperioris *Germaniæ Ordines*, ſegregare, ſuſtineant.

Per fidem! id ipſum eſt, quòd quidem in limine victoriæ, apud *Lipſiam* partæ, animis mecum antè peregi. Futurum, ut hoſtes in illud omni induſtria incumbant; Eóque colliment, quò auctis undecunque viribus hanc illam notam eluant. Nobisque vicem reddant. Qua de re vel tùm quoque ſuper illud à me injecta eſt contemplatio. Quibus modis hûc uſque, divina ope, liberatas provincias confirmare. Viresque meas, hoſtibus ſuffecturas, æqua proportione habita, augere. Illisque denique ſub locis, quibus amicis parùm, aut nihil, noxæ inferrem, in inimicos educere, quitus ſim. Sic ut, propriis, ac domeſticis, ſub regionibus, tàm meis, quàm iſtorum, copiis hoſtes urgeam. Quo inſtituto meo cũ exercitu tantùm non hanc in *Franconiam* penetravi. Tantùm non, redactis in poteſtatẽ ſede principali, ac fortalitiis, eò redegi hoſtes. Ut hûc tanquã ad indelebile incendium, per regiones confœdera-

ratas, properare cogantur. Verùm enim verùm, ſâ operâ vires meas, relatione ad hoſtiles copias bitâ, ſic quidem adaugere cœpi ſedulò. Quò hoſtium impetus modò non ſuſtinere. Sed, divina cooperante gratia, periculũ à liberatis locis *Evangelicis* noliri, liceat. Quo fine *Ioanni Banero*, ad *Albim*, & *velum*, archiſtratego meo. Pariter *Guilielmo, Du-Vinarienſi*, in *Thyrigetis*, &, apud *Erphordiam*, rerum tienti, in mandatis dedi, uterque idoneas copias lligeret. Ut porrò *Achatio Totto* idem injunxem. Videret & ille, quò intrà *Saxoniam inferiorem* juſtum extenderet exercitum. Ut de teris copiarum novarum apparatibus nihil adam.

Interim, hæc dùm mihi curæ ſunt, nihil dubire debui, eam affulſuram *Principum, Ordinumque, vangelicorum* maturam conjunctionem, cooperaonemque. Quâ temporiùs ſuperaccedente, hoes, ſub fervente victoria, prorsùs opprimi. Vireſue vacillantes, & hinc indè disjectæ, antequàm ex tegro confluerent, tùm quidem deleri, potuiſent. Sed, præter exſpectationem, ex tranſverſo, cidit. Ut magna, vel potior, pars eorum, quoum intereſt, nihil, aut parùm, hanc in rem adjuenti attulerit. Magis verò præparatâ ſub diuturæ periclitationis, paupertatiſque, juxtàque fœders *Lipſici*, excuſatione, obluctari cœperit. Tanuam ſic, ô *Elector*, abs te quidem, ſevera ſub lege, xerceantur, ut gemino flagello eodem tempore aſtigari haud debeant. Tametſi verò tàm mihi, uàm toti orbi, ad ſatietatem uſque, cognitum ſit, uibus modis major *Evangelicorum* pars, uſque ad rates, & oſſa, exhauriri cœperit. Tùm, eâ ipſa de auſſa, conteſtandæ ſympathiæ igitur, poſt caput elictis regnis meis, ac provinciis, ego quidem illoum liberationi me accinxerim. Eamque, ut uantò ociùs efficere queã, hac forti dextera, huuſque ſub capitis periclitatione, etiam, etiamque, nitar. Interim, ratio non apparet, cur illi, qui quilem afflictionibus, ac miſeriis, involvuntur, vel ob d, quòd jam tùm illis malè eſt, malint intrà ſordes, c colluviem, ſpiritum projicere. Quàm reliquas ortunarum ſuarum particulas, quò extricare ſe, ametſi non abſque moleſtia, poſſint, porrò imendere. Sic neque *Chriſtianæ* pietati, neque ratioi, conſentaneum eſt, me, præter tot auri milliones lè meo expenſos, hoc onus, hos ſumptus, unicè xanthlare. Id quod ne quidem fieri poteſt. Inerim hoc ultrò largior. Ut proventus, è bello naſcentes, lubens, pro *Chriſtianæ Eccleſiæ* incremento, elim conferre. Sicut ſponte me facturum, prout actenùs uſuvénit, recipio.

De te, ô *Elector*, ità eſt. Ut me hactenùs, immortali nominis cum fama, æmulare cœperis. Dùm olus tantum exercitum, quantum nullus alius, auiſti. Inque hoſtes maſculè eduxiſti. Ut nullus lubitem, te eo, quo cœpiſti, pede conſtanter, ac ine miſſione, cooperaturum. Eſto autem, cæeros *Principes*, *Ordineſque*, dùm hæc communis fabula per nos luditur, intereà feriari, manusque in inum demittere. Adeóq; ultima nolle impendere! An ſic arbitraris, omnia illa, quæ quidem fortiter à me præſtructa ſunt, eodem fulmine in ſe minùs poſſe revolvi, ac corruere? Cùm etiam, vel ſub cio hactenùs, ubi hoſtes ultrà quadraginta paſſuum millia fuère abſentes, erogare ſumptus multò graviores conſueviſſent. An ergò ſoli nos tanto oneri ſuſtinendo pares erimus? An molem illam, ne in ſe relabatur, ſufficienter ſuffulciemus? Scilicet hoc ex illis eſt, quod recoctæ ſapientiæ tuæ dijudicandum relinquitur. Semel illud indubitatum eſſe convenit. Tametſi ô *Elector*, ſatis valido ſis inſtructus exercitu: Tametſi hoc laudabili tuo exemplo cæteris facem accendas. Signoque velut ſublato oſtendas, quid ſit agendum. Nihilo-minùs, ſi copiæ illæ tuæ cum viribus hoſtilibus conferantur. Apparebit, vix tuas tibi legiones, pro regionibus, quantumvis intactis, vel duntaxat pro finibus defendendis, ſufficere. Tantùm abeſt, ut *Religionis*, ac periculi, ſocios, tueri, lapſamque rem reſtaurare, queas.

Siquidem igitur ego quidem hunc in agonem omnia inſumam ultima. Eaque media, quæ è provinciis, à me hactenùs, occupatis, proveniunt, eò dirigam. Certè, neque ſic evidens ſit, quo pacto inſtitutum proferre poſſim. Nam meo me, quod dicitur, modio metiri. Meæque defenſioni velificari, oportebit. Interim, hoſtis undecunque vires conquiret. Ineluctabilique ſub pondere cervicem meam premet. Ut vel te, ô *Elector*, unà cum *ſuperioris Germaniæ Principibus*, à me ſegreget. Aut tuam in patriam tàm hoſtiles, quàm amicos, exercitus inducat. Cujus quidem liberatio nuper multo ſanguine parta eſt. Interim, quanta exindè toti rei *Evangelicæ*, inprimis tibi, jactura impendat, illud tùm quidem deteſtari poſſimus, emendare non poſſimus. Quo nomine optandum eſſet, me *Chriſtianis* illis cum copiis eò uſque non pertigiſſe. Quàm ut medios victoriæ curſus abrumpere. Totque hominum milliones in inextricabiles vitæ, animæque, labyrinthos inducere, debeam. Si igitur impendenti malo quàm maturrimè obviàm procedere ſtat ſententia. Per fidem, ipſa neceſſitatis lex requirit, non modò proprium exercitum, immortali nominis cum fama hùc uſque provectum, propriis, & quidem è *Sileſia*, provenientibus, ſumptibus ut porrò foveas. Sed etiam, juxtà datam fidem, eò uſque extendas, quò amici, ac confœderati, tui tranquillari ament. Ego cumprimis, qui ejus ſubſidii ſecurus utique ſum, confidere queam. Proindè profuerit, ut amicos, *Lipſicique* fœderis ſocios, certis ſub codicillis ſeriò cohorteris. Vellent illi operas ſuas quantò ociùs ſociare. Neque, ſub paupertatis, neque prædicti fœderis, colore, ſeſe nobis ſubtrahere. Sed omnibus modis arma, ac nervos, conjungere. Proque operis neceſſitate, abſque tergiverſatione, rem communem adjuvare. Nam ſic quidem ſtatuendum eſt. Nempè exercitum hunc meum capitis loco habendum. In cujus conſervatione totius rei *Evangelicæ* ſumma vertitur. Is nunc in acie, & pomœriis regionum tuarum, verſatur. Ubi cum validiſſimis hoſtium viribus depugnandum venit. Qui, ſi fidelibus amicorum ſubſidiis, & regionum occupatarum proventibus, haud foveatur, neceſſitate quadam aut elangueſcere, aut retrocedere, cogitur. Quandoquidem verò rei militaris ſummam, ac directionem,

nem , liberè mihi permiſeris. Et jam ſtativorum deſignatio ejuſce prærogativæ pars ſit non ultima. Haud dubium mihi quidem fit, ô *Elector*, te ſub id genus, aliiſque, conſiderationibus, *Thuringiam*, & quæ ad illam ſpectant, mihi permiſſurum. Sic, ut in rem communem, prout occaſio dabit, eâ regione uti frui liceat. Ità enim, ſi benè memini, apud *Hallas utrique* fraternè convénit. Ego ut *Thuringia* fruerer, tu *Sileſia* potireris. Ut nunquam mente aſſequi poſſim, cam intervenire quitam eſſe ſive diverſoriorum deſignatorum novitatem, ut, ſub fœderis *Lipſici* prætextu, vel diverſum ſentire, vel præripere, ſis affectus. Sanè, ſi quis non invitus fœderi *Lipſico* cenſus conferre cupiat, id per me quidem licebit. Ut nullatenùs invideam. Modò hoc ne fiat coactè. Aut neceſſitati meæ deroget. Alioquin ſine offenſa iſtud cõcoquere vix poſſim. Et ſi accidat, eo ex errore, mihi copias retrahendi neceſſitatem imponi: Tùm quidem, *DEUM*, hominumque fidem, obteſtatus, doleam neceſſe eſt, tàm nobilem *Teutonicæ* libertatis, ac conſcientiæ, vindicandæ occaſionem è manibus dimiſſam eſſe. Ut illi, qui quidem ſuper flagello gemino hactenùs quiritare cœperant, tùm demùm ſub ſcorpionibus, ſive ſcutica quintuplici, videlicet *Thillyo, Altringerio, Fürſtenbergio, Fuggero, & Lotharingo*, ſimul ſemelque infeſtantibus, acerbè ingemiſcere queant. Nimiſque ſerò tot hominum *Chriſtiani* nominis myriades, libertate perditâ, in miſerandæ ſervitutis barathrum ſeſe præcipitari, ſint deploraturi. Prout autem nulli bonæ mentis, multò minùs tibi, ô *Elector*, id genus calamitatem imprecari fas eſt. Ità indubitatâ in *DEUM* ſpe nitor. Fore, ut, divinâ affulgente gratiâ, modò unuſquiſque pro virili rem communem adjuvet, non tantùm *Electorales* tuas provincias, ſed etiam *Thuringicos* ſaltus, ſub quibus utriuſque noſtrûm in præſentiarum ſalus vertitur, ſufficienter tuear. Provincias *Electorales* confirmem. Commune quin etiam inſtiſtutum, quantò ociùs armis felicibus in effectum ducam.

II.

Rex Sueciæ, pro tranquillandis commerciis, nundinis, agricultura, curſoribus veredariis, Edicta divulgat.

ANtequàm ad actiones inter *Regem*, & *Thillyum*, militares progredimur, non inopportunum ſit, diplomata præmittere. Quibus *Rex Sueciæ* è *Kitzinga, Franconiæ* civitate, commercia, nundinas, agriculturam, & curſores veredarios, tranquillare laboravit. Tale autem eſt illud *Edictum*. Poſteaquàm, inquit, *Regi* intimari cœpit, quibus modis ſuperiori tempore, inprimis tàm ſub nundinis *Francofurtenſibus*, quàm illis menſibus, quibus agricultura perficitur, variis generis latrociniis, inſultibus, rapinis, cædibus, aliiſque id genus oppreſſionibus violentis, hinc indè ſævitum ſit. Ità, ut toties agricolis, ſub notabili tàm utilis, quàm neceſſariæ, agricolationis impedimento, ſive equorum, ſive boum, paria à raptoribus ſint ablata. Undè eſt, ut pluribus in locis, teſtante id flebili

deſolationis facie, atque experientia, magna pa
agrorum fertiliſſimorum, abſque ulla cultura d
turpetur. Famiſque neceſſitas tàm in jument
quàm homines, graſſetur. Ut multi, ob annona
flagellantem, aut miſerè ſpiritum trahere, aut m
ſerius vitam, ab exhauſtu torridam, projice
comperiantur.

Qui cum abuſus modò non in integrarum pr
vinciarum, incolarumque, perditionem verga
Tùm conſequenter exercitus regios, diverſis ſu
Imperii Circulis verſantes, tangat. Ut alimoniæ,
frumentationis, defectus non uno loco, neq
abſque copiarum jactura, præmetuendus ſit, N
ſi id genus violentis exceſſibus, ſub ſeveræ milit
ris diſciplinæ lege, occurratur. Proindè *Regen*
ſuper communi, ac neceſſario, bono, ſolicitun
tàm intuitu vernalium apud *Francofurtum* nund
narum, quàm agriculturæ, veris tempore auſp
candæ, de oportuno deliberâſſe remedio. Qu
quidem tàm commerciorum, vecturarum, n
gotiationumque, uſus, quàm agricolationis lib
rum exercitium, reſtaurari poſſit. Atque ob
ſeriis, ſeveriſque, verbis mandare, atque injung
re, tàm infimæ notæ equeſtris, pedeſtriſque, arma
turæ militibus, quàm militum præfectis quibu
cunque, hoc agerent. Nempè omnes omnium o
dinum ſive peregrè advenientes, ſive commercia
ſive agriculturam, exercentes, tàm ſub itineribu
quàm pagis, prædiis, ſaltibus, agriſque, rerum ſua
rum ſatagentes, offendere, ſpoliare, affligere, a
remorari, caverent. Neque homines, neque for
tunas, aut commercia, neque vehicula, equos, bo
ves, atque id genus res mobiles, impeterent, diri
perent. Ullamq; ſive in continente, ſive per aquas
moleſtiam, moramque, quoviſcunque ſub præ
textu, injiciant. Niſi vitæ periculum, capitiſqu
proprii pœnam, incurrere mavelint. Eo nomine
quò hæc res ſeriò agi poſſit, *Regem* magiſtratibu
locorum facultatem facere ampliſſimam. Videli
cet in auxilium advocatis tribunis regiis, in pro
ximo excubantibus, omnes id genus, ac ſingulos
tàm pedeſtris, quàm equeſtris, militiæ graſſatores
latrones, pecudũ abactores, hominum percuſſo
res, agriculturæque deſtructores, vi injecta com
prehenderent, in vincula conjicerent. Regiiſque
vicariis, ac tribunis, debita, eaque rigoroſa, ſub
pœna plectendos traderent. Pari lege, quò exa
cta, & ſevera, *Regis* voluntas tantò evadat eviden
tior, pœnaque in delinquentes exerceatur, *Regem*
cujuſcunque ordinis præfectis militaribus injun
gere. Niſi officii, honoris, ac famæ, jacturam incur
rere, *Regem* numen inimicum experiri, pœnaſque
vindices ſubire, ament, itinera videlicet, omni da
tâ operâ, intrà ſtativa ſua, tranquillarent. In graſſa
tores diligenter inquirerent. Suſpectoſque, vel
realiter delinquentes, prehenderent, examinibuſ
que ſubjicerent. Adeóque illius farinæ errones,
qui ſive fictis, ſive ſuſpectis, ſalvi conductus, ut
vocant, codicillis abutantur, in vincula, ac com
pedes, conjicerent. Ac pro re nata plecterent.
Niſi id faxint, in languidos, ſuſpectoſque, hujus
Edicti executores eadem pœna, quæ in delinquen
tes, ſtatueretur.

Secundùm hæc, cùm *Regi* impendiò non poſſit
non diſplicere, eò excreſcere audaciam, ut tàm

præ-

efecti militares, quàm gregarii, modò non po-
rum, ut vocant, magiſtros, eorumque curſo-
: publicos, adverſus fidem, ac codicillos regios,
riis modis infeſtent. Equoſque veredarios, in-
:is dominis, ac ſine pretii compenſatione, abi-
nt, debilitentque. Immò ſubditos (quo nomi-
Rex intelligat omnes, ſua ſub protectione, ac po-
ſtate, viventes) toties, ac levi de cauſſa, ſic qui-
m, inter cætera, exerceant, ut ad diverſorum
illiarium emenſionem, tanquam tabelliones or-
narios, ac pretio conductos, adigant. Immò op-
danorum, ruſticorumque, equis, vehiculiſque,
rem ſuam, pro libidine abutantur. Ità ut tàm
ommerciorum, quàm agriculturæ, neceſſitas o-
ninò violetur; ac cadat. Ea propter *Regem* ſimu-
tque damnoſum id genus abuſum penitùs abro-
are. Neque deinceps tàm præfecti militum, quàm
ilites, hac in parte peccent, pro delicti magnitu-
ine, ſeveram, capitalemque interminari pœnam,
ne miſſione irrogandam. Atque hoc pacto de-
ceps nullus ſive poſtarum magiſter, ſive oppida-
us, ſive ruſticanus, tenebitur vel equos, vel vehi-
ula, militibus permittere. Ut à finitimis regiis
ibunis, ac præfectis, datâ operâ hoc jus conſer-
ari debeat. Si qui contrà facere, quereliſque læ-
orum minùs favere, deprehendantur. Hi mo-
ò non ſpolia de ſuo afflictis reſtituent. Sed de-
itas quoque, & ſeveras, luent pœnas. Quas qui-
unque militiæ noſtræ addicti evitare volent,
uic *Edicto* morem gerere, ac ſatisfacere, ſtu-
lebunt.

III.

dem Rex, nundinarum Francofurtenſium cauſ-â, diploma evulgavit.

AB illo ſuperiori *Edicto*, per civitates, oppida-
que quæcunque, palàm divulgato, tranquilli-
as utcunque peregrè iter facientes, negotiantes,
groſque colentes, reviſere cœpit. Sic, ut ſecu-
itas, qualiſcunque belli temporibus ſperari amat,
eaffulgeret. Hoc intelligens *Francofurtenſis Res-*
ublica, quàm nundinarum rationibus par *Regis E-*
lictum prodeſſe queat, idem à regia indulgẽtia im-
etravit. Nec defuit *Rex* æquo *Reipub.* voto. Sed,
evero ſub codicillorum pariter regiorum fulmi-
e, ſanxit, promulgavitque, ne quis militiæ regiæ
ive præfectorum, ſive inferioris ordinis militum,
uderet ullum ſive mercaturam facientem, ſive
hoſpitem, inprimis ad Nundinas *Francofurtenſium*
vernales quoviſcunque è loco adventantem, infe-
ſtare, aut ullo pacto remorari, aut impetere. Sed
tàm iter facientes, quàm eorum facultates, com-
mercia, equi, vehicula, naveſque, impunè dimitte-
rentur. Sic, ut liberrimè ultrò, citròque, commea-
re liceat illis omnibus.

Eo nomine ad amuſſim, ac diligenter, provide-
rent militum præfecti, ne quid mercatoribus, & i-
ter facientibus, accidat ſiniſtri. Aut ullo pacto via-
rum violetur ſecuritas. Si quid ex adverſo uſuve-
niat, ſpoliaque committantur, tùm illi, quos penès
locorum eſt inſpectio, pro damno illato ſa-
tisfacerent. Pœnaſque luerent me-
ritas.

* * *

****

Externa.

Galliarum Rex cum Rege Africano paciſcitur.

VT appareat, ampliſſimum *Galliarum Regem* non ſub unico terrarum orbe, ſive per *Europam* ſaltèm, arma proferre. Sed etiam novum in orbem vires ſuas extendere. Ecce! hoc loco de pacificatione, hoc tempore inter *Regem Chriſtianiſſimum*, & *Africani* orbis *Regem*, quem *Barbaricis* ità dictis, terris præeſſe fama eſt, interveniente, videbimus. Nimirùm, poſt quindecim annorum pactas inducias, inter *Chriſtianiſſimum*, *Barbaricumque*, *Regem*, *AEthiopibus* imperantem, pax violari cœpit. Eam *Gallicanus* quidam, & *Chriſtianæ Religionis* perfidus deſertor, nefariè rupit. Dùm è bibliotheca *Regis* illius *Marocani*, inter cæteros codices, opera *D. Auguſtini*, & quidem autographa, omnia, furto ſurripuit. Ea, tot unionibus, lapilliſque pretioſis, ſuperinducta, ac veſtita, pretio quatuor auri milliones æquare putabantur. Quæ perjurus iſte peculator è *Revengado* in *Hiſpanias* tranſtulit. Ubi in hunc uſque diem aſſervantur. Deinceps verò, operâ *Richelii Cardinalis*, inter utrumque *Regem* pax renata eſt. Hic enim, miſſis legatis *Gallicanis*, ſequentibus ſub legibus, *VIII. Calend. Octobr.* tranſigendo, pacem redintegravit. Nempè inter potentiſſimos *Reges*, *Molpum*, & *Qualidum*, *Africæ Imperatorem*, *Maroconis Regem*, itemq; *Chriſtianiſſimum Galliarum Regem*, inter cætera, ſic convenit. Ut omnia *Gallicana* mancipia, apud *Saleam*, *Saffeam*, aliaque *Africani Imperatoris* oppida, regiones, ac triremes, captivorum more, ſeſe tenentia, abſque mora, dimitterentur libertimè. Neque ulli deinceps hanc in ſervitutem redigerentur homines *Gallicani*. Sic omnes, ac ſinguli, mercatores *Gallicani*, per præfati *Imperatoris Africani* provincias negotiantes, navibuſque appellentes, commercia pleno jure in continente exponerent, venalia facerent, permutarentque. Idque abſque ulla ſive impenſa, ſive tributo, præter veterrimam rationem indicto.

Eâdem immunitate *Imperatoris Africani* ſubditi per *Gallias* uterentur, fruerentur. *Gallicanæ* naves è *Barbariæ* portubus, libera ſub poteſtate, commeatum, aliaque neceſſaria, deducerent. Eadem facultate *AEthiopibus* per *Gallias* conceſſa. Si accidat *AEthiopes* hoſtiles expugnare naves, intràque illas reperire homines *Gallicanos*, tùm hi unà cum omnibus bonis, ad ſe ſpectantib⁹, impunè dimitterẽtur. *Gallicanis* liceret per *Regis Maroconis* civitates conſtituere conſules. Cujuſmodi cauſſas *Chriſtianorum*, tàm quà mercaturam, quàm negotia cætera, inſpicerent. Idem *Cœnobia PP. Capucinis* erigerent, *Gallicanorum* in uſus. Sic, ut unaquæq; *Religio*, ſine diſcrimine, atque impedimento, exerceri amet.

Si aliorum *Chriſtiani* nominis mercatorum, ſed natione haud *Gallorum*, interim *Gallicanis* mercibus utentium, naves intrà *Barbariam* appellant. Tùm utiq; eadem negotiandi, facultas illis indulgeretur, ea prorsùs lege, qua penès *Levantenam* inſulam, ipſamque *Conſtantinopolim*, proceditur. Ex adverſo *Rex Chriſtianiſſimus* adversùs ſive *Barbarici*, ſive *Africani*, *Imperatoris* ſubditos *Hiſpanis* nulla ſuppeditaret auxilia. Illique *Galli*, qui intrà expugnatas *Hiſpanorum* naves fortè reperiantur, omnes ſub haſta, ut ajunt, venderentur. Inque mancipiorum eſſent numero. *Cæſari Africano* fas eſſet,

tempore neceſſitatis, arma intrà *Gallias* liberè co
parare. Inque ſuos uſus transferre. Sic tamen, ut
in *Chriſtianiſſimi Regis* confœderatos, & amic
haud exerceat. Sententiæ, & deciſiones, à con
liariis *Cæſaris, Africani*, inter *AEthiopes*, *Gallicanoſq*
latæ, abſque controverſia, ſpectarent ad effectu
Sic, ut *Gallis* intrà *Gallias* novis actionibus expe
ri haud liceat. Eadem lex amœbæa obtineret in
Gallias. Sic, ut illic quoque cauſſæ, inter utriuſq
Regis ſubditos ventilatæ, itidem dijudicarentur, definirenturque.

* * *

Io. Petri Lotichij

RERVM GERMANICARVM

LIBER XLVII.

CAPVT I.

De Sueciæ Rege, cum exercitu in Noricos, Bavaroſque, penetrante. Ejuſdemque intrà Noribergam adventu.

I.

Sub ludicro puerili, homines otioſi, apud Chamum, de totius quaſi belli inter Regem, ac Thillyum, eventu, experiuntur.

PAulò antè, de *Regis* nova, adversùs *Thillyum*, in *Franconiam* expeditione, prælibatum eſt. Jam de ejuſce expeditionis eventu videbimus. Antequàm verò in actiones illas, oppidò ſeveras, ſeriaſque, ſtylum injicimus. De ludicro fert animus diſpicere, quod apud *Chamum*, *ſuperioris Palatinatus* civitatem, inter pueros, ludum litterarium frequentantes, accidit. Tenebat ſeſe tùm apud *Papebergam Thillyus*, copiis inſtructus haud contemnendis. Is *Guſtavum Hornium* eo ex *Epiſcopatu* exegerat. Qui ne gravius fortè incommodum illic incurreret, *Regis* ſui invocavit auxilium. *Rex*, non inſuper habitis *Mareſchalli* ſui intimationibus, è *Moguntiaco* productis copiis electiſſimis, progredi cœpit in *Franconiam*, *Thillyum*, ſi liceat, denuò aut ſuperaturus, aut debellaturus. Hic eventus, illa exſpectatio, multo
rum, inprimis curioſorum, fatigabat animo
Mallent enim antè victoriam, ſive etiam pu
gnam, ſuper triumpho, certiores eſſe. Prævalen
te ità ambitioſâ animorum procacitate, homini
bus ejus loci *Eccleſiaſticis* in mentem vénit, è tyro
nibus ſcholaſticis, in duas partes diviſis, formar
velit gruum pugnam fictitiam. Alterique, inte
ephœbos, agilitate præpollenti, *Regis*, alteri itiden
pari induſtria prædito, *Thillij* nomenclaturam im
ponere. Quid fit? Scena vulgatur, emanatque i
publicum. Sic, ut Conſulis urbani filius *Thillij* par
tes repræſentaret. Qui, ſub pulſis claſſicis, centum
ac quinquagintà, pueros, nomina profitentes, col
legit. Sed nullus, inter homines *Catholicos*, puero
rum fuit inventus, qui *Regis* perſonam ſuſpicer
affectus eſſet. Tandem per ſortem perſonatus *Re*
prorupit. Qui pariter, ſub tympani ſonitu manun
è quinquagintà, & paulò pluribus, ſub ſignum
imperiumque, ſuum redegit.

Hic poſtridie, ſub lituorũ, claſſicorũq; clangore
ſigniſq; ſublatis, munimentum, ſive loricam, apu
portam arenariam, occupavit. Secundùn

hos

os; poſt trihorij intervallum, perſonatus duxit *Thillyus*. Quem civium, *Clericorumque*, urba, inter eundum, mactè eſſe juſſit. Virum videl. præſtaret, fortiterque *Suecum* impeteret. Sed eque ſic languidus *Rex* perſonatus in *Thillyanos* obviam produxir. Undè, pugnâ coortâ, *Thillyani* in fugam ſunt conjecti. Hæc intuentes *Clerici* aud deſtiterũt *Thillyanis* virtutem inculcare. Irent enuò, impreſſionemque maſculè iterarent. Paent monentibus ephœbi. Denuòque fortunam etentantes, alteram ſuſcipiunt impreſſionem. Sed *uecus* tali ſub acie ſuos diſpoſuit, produxitque. Ut niverſa concio hanc induſtriam admiraretur. Pe le collato mox *Thillyani* ſecunda vice profligari œperunt. Perſonato *Thillyo* à *Suecis* capto, inque inculis ad lares patrios deducto. Ubi certo ſub ytro caput redimere juſſus eſt. Atque hunc evenum ficta illa, & ſcenica, tùm quidẽ habuit pugna.

Cui par ferè exemplum traditur vel à Procopio. Cùm enim *Vittiges* obſideret *Romam*, *Samnites* puei ipſimet, pecora paſcentes, per luſum, duos è cœu ſuo elegerunt, corporis habitudine inſignes. Quorum alteri *Beliſarii*, alteri *Vittigis*, nomen impoſuêre. Et hos pro victoria certare juſſerunt. Eo ludicro de totius belli eventu conjecturam faturi. Quid fit? Perſonatus *Vittiges* vincitur. Inque terram proſternitur. Quem cæteri pueri illuendo, increpandoque, è proxima ſuſpendunt arbore. Moxque, lupo in fabulam veniente, præ terore, omnes aufugiunt. Sic, ut derelictus ille, perque ludicrum ſuſpenſus, interim eo è cruciatu verè periret. Idem penè fuit belli *Gothici* eventus: puerorum duello præſignificatus. Nam *Gothi*, inſigni clade affecti, obſidionem ſolvere coacti ſunt. Super quibus, ipſoque *Vittige*, victis, tùm quidem *Beliſarius* triumphavit.

II

Thillyus, cognito Regis adventu Papebergam derelinquit. Quem inſequuntur Sueci.

FIctam autem tyronum ſcholaſticorum pugnam illam veræ inter *Regem*, *Thillyumque*, inſequentis pugnæ ſimulacrum præbuiſſe haud inane, patuit ab effectis. Prout ordine dicetur. Nam *Thillyus*, ſuper *Regis* adventu, certior factus, ilicet vaſa conclamare, ſive ſarcinulas colligere, juſſit. Ità, ut regreſſus meditaretur. Eo nomine legiones quaſcunque versùs *Forchemium* vocavit. Ubi, recenſitis, ac conjunctis, copiis, ad *Danubium* direxit. Qui cùm diverſoriorum deſignatorem biduo antè *Lauffam* dimiſiſſet, cum codicillis, profectionem tribunis inculcantibus, in itinere à *Suecis* curſore intercepto, diplomata *Regis* in manus pervenerunt. Undè, quid *Thillyo* ageretur, planum fuit.

Nihilo-minùs pridie *Id. Mart. Forcheimio*, & *Papeberga* ruſticanis ſub cohortibus, præſidio firmatis, *Thillyus* exercitum *Erlangam* produxit. Poſteaquàm comeatus, vinique proventum *Palatinatum inſuperiorem* præmiſiſſet. Tanquam jam tandem *Papebergenſem Epiſcopatum* haberet pro derelicto. Neque illûc unquam foret rediturus. Nec mora: *Gallaſium* tribunum, intrà *Elnbogenam Bohemorum* paucis cum cohortibus ſubſiſtentem, ad ſe evocavit. Qui dicto paruit. Ab *Erlanga*, duodecim paſſuum millibus à *Noriberga* diſtante, magnis itineribus versùs *Bavariam* perrexit. Ne hæc periclitaretur provincia.

Sed veſtigiis ilicet inſtabant *Sueci*. Sic, ut, dùm *Thillyus Erlanga* diſcedit, *Guſtavus Hornius* cum legionibus antecurſoriis attingeret *VVinsheimium*. Eum rectà inſequebatur *Rex*. Apud quem tùm *Ioan. Banerus*, & *Guilielmus*, *Dux Vinarienſis*, univerſo apulerant cum exercitu. *Rex*, *XIV. Cal. April.* promotis *VVinsbemio* caſtris, pernoctavit intrà *VVilmersdorfium*. Poſtridie *Furtum*, propè *Noribergam*, attigit. Quo ſub itinere par fratrum *Marchionum Onoltzpaccenſium* habuit obvium. Qui ea veſperâ *Regem* obſequiis demulcebant. Illic recenſito exercitu, quem *Noribergenſes* juvabant commeatu, numerari cœperunt circiter quadragintà quinque hominum millia.

III.

Sueciæ Rex à S. P. Q. Noribergenſi ſplendidè excipitur.

INtereà *XII. Calend. April. Henricus Guilielmus, Comes Solmenſis*, apud *Papebergam* in poplite vulneratus, intrà *Schvvinfurtum* ad plures abiit. Ejus obitu non mediocriter perculſus *Rex*, eodem die, *Friderico Palatino*, *Auguſto*, *Duce Palatino*, cæteriſque *Principibus*, ac *dynaſtis*, concomitantibus, è *Furto* perrexit *Noribergam*: poſtquàm jam tùm exercitum versùs hoſtes præmiſiſſet. *Regi*, ad urbem appropinquanti. *Senatus*, unà cum *patriciorum*, *civiumque*, primoribus, eleganti ſub equitatu, proceſſit obviàm. Supiniſque, & feſtivis, populi aggratulationibus, in urbem deduxit. Viis omnibus civium armatorum cuneis, totque incolarum quæſitiſſimis acclamationibus, undique frementibus. Neque indigenæ, tantum *Regem*, tantum herôem, liberali admodùm facie refulgentem, intuentes, explere videndi poterant ſatietatem. Ut plauſibus, congratulationibuſque, nihil prius haberent. Multis verò è gaudio lacrymæ promanantes, elegantes per faciem, & genas, ambitioſi imbris ducerent ſulcos. Præmiſſis illis communibus, omnibus ſolennis, & accerſiti, honoris demonſtrationibus, *Regem* devenerari cœpit *Senatus*. Modò non honorariis, è *vino*, *avena*, *piſcibus*, duobuſque *machinarum bellicarum*, omni cum apparatu inſtructarum, paribus, humiliter oblatis. Sed inſuper duobus ingentis magnitudinis poculis argenteis, inauratiſque, quorum alter globum *cœleſtem*, alter *Terreſtrem*, repræſentabat, per *Chriſtophorum Führerum*, & *Chriſtophorum Volckhammerum*, muneri datis. Quibus omnibus *Regi* adventum demiſsè, nomine *Senatus*, illi congratulabantur.

IV.

Sueciæ Regis ſermo ad Noribergenſes.

AD eas humilimas *Senatus* conteſtationes ſequentibus verbis familiaribus perorare cœpit *Rex*. De honorariis, inquit, ô *Noribergenſes*, ago vobis gratias. Nullo autem munere me magis honorare poteritis, quàm ſi conſtantiam, hac

ſub

ſub communi re *Evangelica*, declaretis. Rogo, ne patiamini vos ab hac, quam calcatis, via deduci ſive metu, ſive terrore, ſive ingentibus promiſſis, ſive duris interminationibus, ſive illecebris, ſive inanibus, ſive affectibus, ſive animi paſſionibus. Quibus utique mortales ſunt obnoxii. Inprimis his noſtris temporibus. Quibus *Principum*, toti terrarum orbi leges præſcribentium, avaritia prædominatur. Nihil, ſcio, intentatum relinquent hoſtes, quò vel promittendo, vel fallendo, vel terrorem incutiendo, defectionem perſuadeant. Quàm callidos enim, & quàm potentes, experiamur hoſtes, in propatulo eſt. Semel inter *Auſtriacos, Hiſpanos*, & *Pontificem*, conjuratum eſt, omnes delendos eſſe à ſtirpe *Evangelicos*. Hunc velut in præfixum ſcopum dirigunt conſilia omnia, actiones omnes. Hûc tela, hûc machinas conjiciunt ſuas. Hûc potentiam omnẽ, vires omnes, convertunt. Illud unicè agunt, vigilantes meditantur, dormientes ſomniant. Foris quidem pacem ſimulant. Sed ejus notæ pacẽ. Qualis quidem in omniũ *Evangelicorum* interitum vergat. Totque animarum perdat milliones. *Deus* vos tot animarum millibus præpoſuit. Et quidem in urbe tàm populoſa. Cujus parem ferè tot vitæ meæ tempore his oculis non aſpexi. Illi à vobis dependent omnes. Vos, inſtar heliotropii, ſequuntur omnes. Quo nomine in ſpem venio, fore, illis ut ſic præſitis, quò ſuo tempore antè tribunali *Dei*, totiuſque *Chriſtiani* orbis oculos, actiones veſtras tueamini. Patricii ſanguinis eſtis omnes. Majoresque veſtri ſuperiori ætate per totum terrarum orbem inclaruerunt. Hæc illorum veſtigia calcate. Hanc laudem veſtram facite. Inprimis præſens, & magni ponderis, opus, tanquam bonæ fidei, & patriæ, amantes, pro viribus coadjuvate. Memento, quæ veſtra ſit futura conditio, ſicubi, *Dei* permiſſu, in hoſtium manus incidatis. Quo rigore putatis vos deinceps eſſe vexandos? Per fidem! Et multa, & admiranda, oculis veſtris *Deus* ſubjecit. Et ità quidem eſt, ut non minùs gravia paſſi ſitis. Ità hæc per flagella *Deus* nobis peccata revocavit in memoriam. Ut non minùs potenter nos protexerit. Equidem verò, inquam, demirari ſat nequeo, proque divino, manifeſtè in oculos incurrente, auxilio prædico. Tantum hoſtem, támque cæcum, fuiſſe, qui hanc cæteraſque *Imperii* urbes in poteſtatem haud redegerit. Quas tamen hoc antè biennium, trienniumque, jam tùm ſic ex voto tenebat, ut tantũ vel prehendere debuerit. Miraculosè vos *Deus* conſervavit. Sicut me quoque hanc in expeditionẽ vocavit. Quippe citiùs, ne cœlum rueret, præmetuere potui, quàm ut putârim *Noribergam* me perventurum. Regna, & provincias meas, reliqui, omniaque cariſſima. Plurimos virtute herõica inſignes viros, mecum aſſumpſi. Qui omnes mecum communem vitam periculis objecerunt communibus. Quorſum, inquitis, hæc tendunt? Videlicet, inquam ego, ut rem communem *Evangelicam*, libertatemq; *Germaniæ*, reſtaurarem. Et ſic deinceps quoque agam, ut aut *Rex*, aut heros, non ſim, niſi, divino ſub auxilio, de rei *Evangelicæ* communi bono, & vobis inprimis, benè mereri cupiam. Ea enim, ſuper quibus fidem dedi diverſis ad me miſſis, legatis veſtris, ſanctè implebo. Deponderate igitur, moneo, quàm ardua ſit res, quæ eſt præ manibus. Et, per *Deum*, & capita veſtra, vos obteſtor, operamini cõ-

ſtantiam. Neque ſinite animos veſtros inflecti:
magis *Ordines*, civitateſque, à vobis dependen
animate. Sed quid ego hæc ad vos? Admittite,
rogo, hanc ammonitionem. Non, tanquam fid
veſtram in dubium vocem. Sed ut currentibus
caria addam. Non eſt, ut exſpectetis, *Deum* ejuſ
di præconem vobis quotidie miſſurum, ſicut
Qui vos juvare, conſolari, defendere, ac proteg
cupiat. Durate adhûc parum, patienterque p
ſentes exanthlate moleſtias. Immò veſtras op
conjungite. Et (quod etiã, etiãq; juvat inculcare)
ſeverate conſtantiam. Ità *Deus*, qui hactenùs
miraculosè, etiam per angelos ſuos, auxilio v
fuit, eâ vobis aderit gratiâ, ut hæc urbs veſtr
reat, floreat, ſummatque incrementa. Vos au
per totum orbem laudes diſpergatis veſtras. E
tandem tàm in hac, quàm æterna, vita *Deo* conj
ctis vocibus laudes, ac grates, canemus imm
tales.

CAP. II.

De Sueciæ Rege, D
navvertham occ
pante. Thillyumqu
ad Lycum, ſecunc
vice profligãte. Qu
ſub conflictu vuln
ratus Thillyus pau
poſt vitæ finem feci

I.

Rex Sueciæ Thillyum, in Bavariam præeunt
citis paſſibus inſequitur.

Ecundùm illa honoraria, *Regi* obl
Senatus excogitatiſſimi generis ep
regiam menſam inſtruxit. Ipſi verò
natores Regi ad menſam miniſtrâr
Ità factum, ut *Rex*, ipſe, cæteriq; *P*
cipes, cultum, humanitatem, ſplendorem, ac pro
ptitudinem, *Noribergenſium* plenis, ut ajunt, ti
commendantes, nullibi ſibi per *Imperium* tar
honoris, humanitatiſque, demonſtrationes o
giſſe, ultrò deponerent.

Intereà famâ cognitum eſt, *Thillyum* è *Noric*
mninò exceſſiſſe, locis quibuſcunque anteà ex
latis. Qui cùm præcipuos homines in *Palatina*
ſuperiorem abduxiſſet captivos, *Rex* P P. *Capuci*
intrà *Noribergam* ſeſe tenentes, pariter injecto a
ſto coërcuit. An hoc velut repræſaliorum, ceu
cant, jure illos vindicare poſſet. Quo facto, *Noril*
gâ versùs *Svvabachum* diſceſſit, exercitũ inſecutu

:*Thillyus*, identidem cedens, direxit curſum in *varíam*. Sic, ut , in tempeſtiva ſua in *Epiſcopa-m Papebergenſem* expeditione, nihil aliud fermè ficeret, niſi ut *Regi* viam in *Bojos* præmonſtraret. òque *Suecos* induceret.

Rex intelligens *Thillyum* versùs *Ingolſtadam* ma-iſitineribus deflectere, ad *Donavverthani*, *Bava-* velut clavem , perrexit. Ad quam ubi perven-m eſſet, ilicet munimentum, in edito ſitum, nec-m juſtam ad defenſionem perductũ, intercepit, æſidiariis per cuniculos furtim in civitatem di-bentibus. Mox miſſo tubicine deditionem oſtulavit. Negavit hoc *Rudolphus Maximilianus*, *ux Lavvenburgicus*, nihil ſibi cum *Rege*, præter jus morum, ac gladii , commercii eſſe, reſpondens. loc accepto nuncio , *Rex* coronæ in modum, ad artes *Danubii*, incluſit civitatem. Directiſque par-m ex editis, partim declivibus, locis tormentis, bſeſſos fatigare cœpit. Sed ſimili cum fervore, ormentis ex adverſo ſubindè exoneratis, ab ur-anis reſponſum eſt. Neque ceſſavit *Dux* unam, lteramque, legionis *Gronbergicæ* cohortem in ad-entantes *Suecos* emittere. Unáque pedeſtris arma-uræ milites poſt ædificia anteurbana, macerie, & extis, repleta, abdere. Sed in *Gronbergicos* partim queſtres ſuos *Rex* immiſit, partim in pedeſtres, æ-ificiorum commoditate utentes, tormentis rem git, illi ut confusè intrà mœnia reconfugerent, i furtim, & prout poterant, dilaberentur. Nihilo-iinùs *Dux* retentabat ſubindè excurſiones. Sed um damno ſuorum. Hac ſpe decollante, ad a-iud converſus , è turri, ad portam coriariorum ic dictam, fatigavit *Suecos* aliquantiſper. Donec, lirectis eò quoque tormentis , exiguo temporis ntervallo, turris crebris machinarum perforata landibus, uſum ſui obſeſſis haud præbuit ampliùs. Eâ veſperâ fama vulgavit, *Thillyum* adventare cum exercitu, civitatem vindicaturum. Neque id o-mninò vanum erat: *Thillyanis* equeſtrium turmis in onſpectum prodeuntibus. Atque hoc erat, ut ci-ibus enixè deditionem urgentibus *Dux* auxilia *Thillyana*, jam tùm adventantia, objiceret, precan-ibuſque repugnaret. *Rex*, eâdem ad ſe, ſuper *Thil-lij* adventu, emanante famâ, circà veſperam *He-bronum* tribunum , cum bona pedeſtrium manu, in alterum civitatis latus, trans *VVörnizam* fluvium, penetrare , obſeſſoſque impenſiùs urgere, juſſit. Sed circiter primam noctem ſonitus impedimen-torum, turmarumque equeſtrium, pontem trans-euntium , exaudiri cœpit. Undè, aſſiduis ſub tor-mentorum exonerationibus, *Rex* pontem , civita-temque, concuſſit , obſeſſis paria facientibus, ut auribus is horror ingratus eſſet. Ità verò , ubi obſeſſi omni ex civitatis parte urgerentur , acci-dit, *Dux*, deſperata loci defenſione, ſummo manè antè diluculum , aſſumptis cohortibus *Thillya-nis* , ut per pontem excederet. Ubi tùm quidem utrinque minimè ſudibus præuſtis, ſed glandibus globatim volitantibus , acta res eſt. Sic , ut emigrantibus haud parceretur. E quibus cùm cohortes in *Hebronum* quoque tentarent impreſſionem, ſic excipi tùm quidem cœperunt, ut trecenti ilicet caderent, reliqui ca-perentur.

Rebus ità procedentibus, interim *Sueci*, in ci-vitatem irrumpentes, quoſcunque *Thillyanos*, poſt principia relictos , trucidârunt. Parſum qui-dem civium vitæ eſt. At bona in direptionem venerunt. Tametſi verò *Rex* emitteret gravis armaturæ equites, hoſtes ut perſequerentur. Ni-hilominùs tanta *Dux* induſtria jam tùm pericu-lum evaſerat. Ut, præter paucos interceptos, nihil manubiarum referrent. Quos, tanquam ergaſtularios , *Rex* novis antè civitatem ſuperin-ducendis loricis adhibuit. Perierunt *Thillya-norum* antè, & intrà , mœnia quingenti. Qui communi *Danubii* ſepulcro conditi piſcibus præbuerunt eſcas. Hoc modo *Donavvertha*, intrà quam tormentorum , frumenti , & ſalis, quantitas *Suecis* ceſſit, poſt integros viginti quin-que annos , operâ *Regis* priſtinæ tàm libertati, quàm religioni , reddita eſt. Aditu in *Bava-riam*, *Auſtriamque*, jam tùm patefacto.

II

Elector Bavariæ , & Thillyus , conjunctis viribus , apud Rainam caſtra metan-tur.

IMmiſſo intrà *Donavvertham Redvvino* tribuno, *Rex* collectis copiis *Thillij* legit veſtigia. Is tùm ad *Lycum*, propter *Rainam* civitatem , caſtra metari cœperat. Cui *Elector* copias provincia-les delectas conjunxit. *Regi*, ne in *Bavariam* pe-netraret, aditum præcluſurus. Quo quidem fi-ne totum *Lyci* tractum , uſque ad *Auguſtæ* pomœ-ria excurrentem , præmunivit. Ponteſque de-ſtruxit. Neque hoc ſub agone *Auguſtæ* parſum fuit. Quin præſidio *Bavarico* immiſſo, ſatis va-lido, urgeretur. Ædificiis, hortis, æſtiviſque, per ſuburbana laceratis, inque loricarum nomen-claturam venientibus.

Interea , regii turmatim apud *Danubium* paſ-ſim irruentes , diverſis potiri cœperunt locis. E quibus *Epiſcopatus Auguſtanus* univerſus , in ci-tima *Lyci* parte , aliaque intrà *Vlmam*, ac *Dona-vvertham* , ad quinquagintà paſſuum millia, op-pida in poteſtatem redacta ſunt. *Ginsburgo* por-rò, *Elchingena* , *Gundelfingena*, *Lavvinga*, *Dillinga*, *VVindlinga* , *Hochſtadio*, *Kirchberga*, ac *Pappenhei-mio*, civitatibus , idem facientibus, regiiſque ſeſe ſubmittentibus. Intrà quas omnes magna fru-mentationis copia *Suecis* ceſſit, vini proventu ex-ſpectationi haud reſpondente. Bona , ac ſu-pellectilia , civium , uſque ad libidinem mi-litum , quidvis non exiguiſſimo pretio vendentium, permutantiumque, direptionibus patue-runt.

III.

Rex,profligatis Electoris, Thillijque,apud Lycum, copiis, aditu Bavariæ potitur. Quo ſub conflictu, accepto lethali vulnere, Thillyus, Ingolſtadam delatus vitæ mortalis finem facit.

ERgò eò res redierat, ut *Rex Lycum* conaretur penetrare, *Elector* verò, ac *Thillyus*, caſtris diſpoſitis, aditum negarent. Eo fine propiùs movebat *Rex*. Sic, ut in parte *Lyci* citima, duarum horarum itinere, infrà *Rainam*, ex oppoſito exercitus *Bavarici*, circiter *Nordhemium*, conſiſteret. Itaque res non videbatur factu facilis, ut *Rex*, abſque magna ſuorum jactura, penetraret. Præſertim, cùm legiones *Thillyanæ* è regione ſaltus præoccupâſſent. Viaſque, cæſis arboribus, feciſſent invias. Interim virtuti *Regis* nihil non videbatur pervium. Ut, quò magis hoſtes obniterentur, tantò acriùs hic urgeret. *Lycique* tranſitu potiri laboraret. Qui dùm loci, fluminiſque, ſitus, ac qualitates, conſiderat, ecce! convexitatem, ſive littora curva, paulò altiora, obſervare cœpit, quæ figuram peninſulæ repræſentarent. Hoc loco tres loricas, duas ad utrumque latus, & tertiam intrà umbilicum, excitari juſſit. Sic, ut in circuitu conjungerentur. Intrà has magnum tormentorum majoris, infimæque, notæ numerum ſuperinduxit. Ut crucis in modum, ſine miſſione in legiones, ſaltus inſidentes, experiretur. Simulque his tonitrubus & legiones illas abarceret. Et pontem *Lyco* imponere feſtinaret. Cujus ut exſtructionem, & quid regiis ageretur, *Thillyani* minùs proſpicerent, *Rex* ſuccenſis tædis, pice infectis, de induſtria fumos excitari curavit ingentes. Ità induſtria calliditate ponte perfecto trecentos *Finnonum*, in ſingula capita ſingulis decem *Ferdinandicis* erogatis, in adverſam dimiſit ripam. Qui expedita manu loricam illic excitârunt celerrimè. Hoc ſibi notantes *Thillyani*, è ſaltibus iſtis diſpoſitis ſub tormentis conatus hoſtium conabantur eludere. Ut tertiâ vice impreſſionem tentarent, ſed toties operam, ac ſudorem, quod dicitur, perderent. Interim neque ſic tormentis *Rex* indixerat ferias. Ut adhùc dùm intrà ſaltus ſeſe tenentes fatigaret. Magnamque dejectis vi tormentorum lignis, arboribuſque, ſtragem inter *Bavaros* cauſſaretur.

Inter hæc non deerat *Regi* per pontem pedeſtres traducendi copias facultas. Equeſtribus legionibus fortè fortunâ vadum invenientibus. Cujus beneficio etiam hæc armatura fluvium tranavit abſque detrimento. Quid verò tùm *Thillyus*? Hic, notato ſibi illo *Regis* progreſſu, legionibus è ſaltibus productis, pugnæ fecit copiam. Itaque utrinquè commiſſis agminibus acerrimè dimicatum eſt. Uſque dùm, accepto ad dextri cruris ſuram lethali vulnere, *Thillyus* languere cœpit. Quòd igitur etiam *Altringerius*, cæterique præcipui nominis tribuni, itidem graviter ſauciati forent. Sexcenti[c]... gregariorum ſub acie cecidiſſent, *Elector* recep... canere juſſit. Eandem in ſententiam archiſt... tegi pedibus deſcenderunt. Quo conſilio ci... veſperam præmiſſa ſunt impedimenta: etiam c... ſorum cadaveribus in vehicula ſublatis. N... ctis ſub colore exercitus, non abſque confuſi... ne, *Neoburgum*, & *Ingolſtadam*, properavit. E... dem, & quidem *Ingolſtadam*, deferebatur *Th*... *lyus*, tot exercituum famoſus ductor, toties... ctor. Sed ille erat illius è vulnere languor, ... toties vel in itinere putaretur exſpiraturus. I... terim, viribus parùm confirmatis, per aliqu... dies vitam produxit. Donec, ob oſſicula, m... nu chyrurgorum exempta, intolerabili dol... re correptus, non abſque *Electoris Bavariæ*, trib... norumque, & totius exercitus, acerbo gem... tu, hujus vitæ mortalis finem fecit. Atque h... eſt ille *Mimus*, quem quidem *Thillyus*, *Cæſaris*, ... *Bavariæ Electoris*, archiſtrategus fideliſſimus, be... lator, ac victor, feliciſſimus, fortunâ, ſub *Rege Su*... *ciæ*, unà cum ſenecta ætate, declinante, implev... Si igitur, vel *Maronis* teſtimonio, *Lauſo* juve... laudi fuit *Æneæ* magni dextrâ cecidiſſe. Qu... non arguat, *Thillyum* anteà tot *Principum*, *Reg*... *que*, victorem, non niſi à *Rege*, & quidem bell... tore, facilè incomparabili, vinci potuiſſ... Hocque nomine famæ illius parentatum eſſ... Ut potiùs, gentilium imitatione, gratulari i[p]... liceat, dùm & morte militari, & quidem tanti *R*... *gis* ſub armis, neque ſubitò, & abſque pietatis ... animum revocatione, deceſſit.

CAP. III.

De Seciæ Rege Au-guſtam Vindelico-rum obtinente. Atque intrante.

I.

Seciæ Rex, retrocedente exercitu Bavarico, Auguſtam petit.

POſtridie, & ſeriùs, intellexit *Rex*, *Electorem*, *Thillyumque*, noctis beneficio, exercitum reduxiſſe. Itaque vel tùm quoque ſubmiſit legiones, quæ cedentibus imminerent, ſtragemque inferrent. Nec prorsùs inanis hæc fuit opera. Cùm & manipulos aliquammultos carptim cæderent. Et captivos reducerent. Intràque ſaltus, ſuprà dictos, magnum armorum projectorum numerum, reperirent. Quòd igitur *Bavari* etiam *Rainam* civitatem derelinquerent, certis hic locus ſub conditionibus *Suecis* deditionem

RPJCB


Gegginger Thor.
S Vlrich
Capucin:
S. Catharina.
S. Anna.
S. Mauritz
Prediger.
Roht tor.
S. Margreta.
Vogel Thor.


H. Creütz
Wertabrucher Thor
Ieſuiter
S. Georg
U A
Der Dom zu Vnſ Fraw
Fiſcher thörle
U S T A
S. Steffans
S. Saluat
S. Gilgen
Steffinger thor
Oblatrthor
Franciſcaner
Lech Fluuius
Keyſer Schantz
Königs Schantz

RPJCB

ionem fecit. Civibus expilationis periculum nultis auri, argentique, impendiis redimentibus.)iu ità quæſita, jam inventa, *Bavariæ* clave, *Rex* b adverſa, citimaque, *Lyci* parte, copias versùs *ugustam* producere cœpit. Quam poſtridie ttigit. Hoc ſub itinere legatus *Palatino-Neo-urgicus* ad *Regem* tetendit. Qui quidem, operâ *Guſtavi Hornii*, ad *Regem* tùm fuit perductus. Ubi ergò, pro *Rege* demulcendo, colorem dicere vellet, & quî factum fuiſſet, ut regio illa *Palatina Thillyo* ſeſe permiſiſſet. Et neutralitatis, ut vocant, jus inviolatæ remonſtraturus foret. *Rex*, antè prima illius verba, acerbi ſaporis invectivâ ſic quidem uſus, prorupit talibus. Vos verò, inquit, mihi impoſuiſtis. Dùm multa ſcriptis ad me dediſtis, nihil eorum impleviſtis. Itàq; cum hoſtibus meis vobis colludere fuit volupe. Quos acceſſu, regreſſuque, juviſtis, tormentis ſuppeditatis auxiſtis, intrà civitates, loco præſidii, admiſiſtis, de cæteroque multiplicis auxilii genere provexiſtis. Ex adverſo, ne quidem codicillos regios meos admittere dignati eſtis. Ut etiam tubicini meo necem intentare viſum ſit.

Quid ergò eſt? Ad hoc fulmen legatus tantùm non expávit. Ut nihil ampliùs lingua, faucibus hærens, protruderet, niſi hoc: Litteras ſibi eſſe à *Duce* creditas, quas *Regi* offerret. At mox ſubjecit *Rex*: Et *Dux* veſter inquit, vobis eſt ſimilimus, & vos *Duci*. Neque enim quicquam aliud vobis agitur omnibus, niſi ut dies noctesque de modis diſpiciatis, quibus *Evangelicis* imponatis. Niſi igitur *Neoburgum* tradideritis, ſcitote, vobis periculum fabricari. Territus *Regis*, equo progredientis, verbis aſperrimis, legatus, deflexit ad *Auguſtum*, *Ducem Palatinum*, arma *Regis* ſequentem. Huic ubi, porrectis litteris dominicis, invidiam, tàm *Ducis*, quàm conſiliariorum, nomine, expectorare tentâſſet, nihilominùs à *Rege*, adhûc tonante, tale reſponſum tulit. Iret, &, pro exercitu regio, ducenta millia pondo in panibus, & trecenta, *Zytho* referta, dolia, caſtris inferret. Et tùm quidem ſe de reſponſo ulteriori, in illos ferendo, cogitaturum.

Intereà *Bavari*, intrà *Neoburgum* perfugientes, ubi locum adversùs impreſſiones hoſtiles tueri deſperârunt, exceſſerunt illinc. Tormentorum mediocrium tria paria, unà cùm pulvere pyrio, & plumbi laminis, devehentes. Pontemque reſcindentes. *Rex* accepto ejuſce rei nuncio, *Landsbergium* tribunum, cum equeſtrium quingentorum manu, confeſtim dimiſit. Qui, comitante ducali legato, nomine *Regis*, civitatem occuparet. Pontemque recomponeret. Neminemque ſive è ſenatoribus, ſive civibus, dilabi ſineret. Quibus ordine ſatisfactum eſt.

II.

Rex potitur Auguſtâ.

NEc mora: *Regi* per indices ſignificari cœpit, octodecim pedeſtrium, & duo equeſtrium, ſigna *Bavarica* intrà *Auguſtam* ſeſe tenere. Quorum animos ità quidem terror percellat, ut facili negotio ſperari queat deditio. Tametſi enim auxilia fortè exſpectare poſſint *Bavarica*, nihilominùs civium *Evangelicorum* reformidari illis copiam. *Rex* ergò, ad obſidionem ſeſe accincturus, ſuprà infráque *Lycohuſam* pontes extrui, loricas ædificari, machinaſque deſuper bellicas diſponi, juſſit. Priuſquàm igitur, *Bavaricis* ex urbe rem tormentis ſtrenuè agentibus, *Rex* ſevera obſidionis ex lege, experiretur, tubicinem ad *Senatum* immiſit, codicillis ejuſce ſaporis inſtructum. Nempè tametſi, inquit, *Rex* putâſſet, futurum, ut *Civitas* id genus rebus militaribus manus ſubducat, ſuorumque ipſorum liberationem bona fide quærat, ematuretque. Nihilo-minùs rem novam videri ſibi. Dùm, abſque ſufficiente cauſſa, manifeſtos intromiſiſſent hoſtes. Eoque nomine ipſo facto hoſtilitatem declarâſſent. Ut vel hinc *Regi* cauſſarum ſit abundè. Cur in illos hoſtili viciſſim jure experiri debeat. Interim, ſe connatæ memorem clementiæ, hoc illis ſignificare. Irent, & *Bavaricas*, aliaque ejuſdem notæ, cohortes ſequeſtrarent, ejicerentque. Scabitudinemque omnem deponerent. Ità *Regem* illorum rationibus haud adverſaturum.

Ad regios illos codicillos ſic tùm quidem demiſsè reſponſum eſt à *Patribus* conſcriptis *Auguſtanorum*: Dolentibus verò, inquiunt, animis ſeſe cognoviſſe, quàm *Regem*, admiſſo ſuper præſidio, offendiſſent. *DEUM* ſe, fidemque ſuam, conteſtari, nihil minùs ſibi in mentem veniſſe, quàm ut in armis reſiſterent. Si quid ejuſmodi factum eſſet, hoc *Cæſari*, juramenti memores, negare ſeſe haud potuiſſe. Ut igitur præſidiarios ejiciant, hoc utique infrà poteſtatem eſſe ſuam. *Rex* igitur dignaretur tribuno ſuo tolerabiles conditiones offerre. Abitumque perſuadere.

Illis denuò *Rex* ſequentibus reddidit. Volupe ſibi, inquit, fuiſſe, dùm intelligat, *Præpoſitos*, *Conſules*, ac *Senatores*, civitatis ſuæ, & quidem florentis, ſtatum nolle periculis exponere. Ut in armis reſiſtere non affecti ſint. Denuò autem ſe monitorem accedere: Quàm primùm ejicerent præſidiarios. Qui quidem neque intùs numeroſæ civium multitudini, neque foris victorioſo *Regis* exercitui repugnare ſuſtineant. Interim, ſi ità velit, ſe tribuno tolerabiles non invidere conditiones.

Eò uſque *Regis* procedente indulgentiâ, *Guſtavus Hornius*, *Mareſchallus*, dedit ad urbis tribunum. Nihil ſe dubitare, inquit, quin tribunus *Principi* ſuo tàm fortiter, quàm fideliter, operam navare deſideret. Ut eò minùs, exule ratione, tàm nobilem *Rom. Imperii* gemmam in acie novaculæ, quod dicitur, exponere cogitet. Dùm eleganti ſub occaſione conſervare id poſſit. Quod, ſi refragetur ingenti, indelebilique, ſub pœnitentia, & execratione, perdat. Tametſi autem civium multitudo numeroſa quidem exiſtat. Interim civitatis munimenta præcipuas non mereri laudes. Ut etiam præſidiariorum qualitates ſint præcognitæ. Illaque *Bavari* pro tem-

pore videatur eſſe conditio. Ut ab eo auxilia exſpectari haud poſſint. Cùm vel *Thillij*, *Altringeriique*, defectus, ac jactura, ſic ſatis affligat. Ut ſui ipſius magis, quàm aliorum, in defenſionem feratur. Hac de re ſe *Regem* interpellaturum. Sub ſpe, fore, ut tolerabiles tribuno permittat conditiones. Modò urbem tradat. Aliàs ejuſmodi quiddam exſpectandum non eſſe.

Neque deſtitit *Senatus Auguſtanus*, re cum *Evangelicis* civibus communicatâ, per latus illorum, ſic porrò *Regem* demulcere. Illi igitur etiam humilimis verbis conteſtari cœperunt. Nempè, præſidium illud, ſeſe juxtà cum ignariſſimis, intrà civitatem admiſſum fuiſſe. Idque ex ſevero, ſicut intelligant, *Cæſaris* mandato. Qui tribuno totius utique civitatis permiſiſſet poteſtatem. Jam præſidii ejectionem in magiſtratus manu non eſſe. Dubioque procul tribunum, certis abſque conditionibus, non exceſſurum. Sed fortèrem (quod abominandum utique) in ultimam neceſſitatem deducturum. Inter hæc, *Evangelicos* cives, tanquam civitatis partem potiſſimam, ejusmodi quiddam non promeritos. Ut ultima exſpectare, ac pati, debeant. Ea propter majorem in modum ſeſe ſupplices *Regem* venerari. Dignaretur id genus conditiones tribuno indulgere. Quibus ille cum honore civitati miſſionem dare. Impendenſque malum unà removere, poſſit.

Atque ità quidem obtentum eſt, ut tribuno *Bavarico* libera, more militari, emigrandi facultas concederetur. Qui, poſtquàm tormenta diſpoſita, alioſque apparatus militares, diligenter exploràſſet. Juxtáque ſubvereri cœpiſſet, ne, ſi ad ultima rem deduceret, totius rei ſumma intrà urbem periclitaretur, tandem liberam emigrandi copiam, ſibi oblatam, acceptavit. Poſtridieque ſub ſignis volantibus, impedimentis, ac ſarcinulis, armis utriuſque generis, funiculis ardentibus, & id genus requiſitis, *Ingolſtadam* versùs, additâ *Suecorum* cuſtodiâ, produxit. Viginti quatuor ſignis regiis in urbem immiſſis.

III.

Sueciæ Rex Senatum Auguſtanum reformat. Evangeliciſque dignitates, & officia, dividit.

REdacta in poteſtatem urbe, *Rex Senatum Catholicum*, delectoſque *Evangelicorum*, ad ſe *Lycobuſam* evocavit. Quibus cum, ſuper *Reipubl.* forma, deinceps conſtituenda, contulit. Eas in deliberationes dies aliquammulti cœperunt inſumi. Tandem eò res recidit, ut, ex lege talionis, *Catholicorum Senatorum*, loco motorum, in titulos, juraque ſuccederent *Evangelici*. Ità civitatis ſtipatoribus, aliiſque miniſtris, *Catholicis* ilicet miſſio data eſt. Veterrimis illis in ſucceſſionem repoſtulatis. Pariter, ſuper *Armamentario*, *Xenodochio*, cæteriſque *Reipubl.* præfecturis, inprimis ſuper *Statu Eccleſiaſtico*, à *Catholicis* ſibi vindicato, liberrimè *Rex* diſpenſavit. Ut *Evangelicos* has quoque ad dignitates vocaret.

Quæ cùm nova *Senatus* reaffulgeret form ac facies, ecce! poſtridie *Id. April.* circà meridien *Rex* urbem ſolenniter intravit. Patriciis, ac c vibus præcipuis, ſub eleganti equitatu, *Regi* ob viàm progredientibus. Adventumque demi sè congratulantibus. *Rex*, antequàm ex equ deſcenderet, properavit ad *D. Annæ*. Ædemqu ingreſſus, præcunte ſacro *Evangelico*, *Confeſſione Auguſtanam*, in præſentia *Friderici Palatini*, *Augu ſti*, *Ducis Palatini*, *Guilielmi*, *Ducis Vinarienſis*, *Ioa nis*, *Holſatiæ Ducis*, *Chriſtophori*, *Marchionis Durla tenſis*, aliorumque *Electorum*, & *Principum*, lega torum, innumerorumque ferè *Comitum*, *Baronum* ac *Tribunorum*, juxtáque, recèns reſtaurati, *Sena tus Evangelici*, numeroſæque multitudinis, ſo lenniſſimè introduxit. Primùm muſica per mulſit aërem concordia. Quâ finiente, *Fabri cius*, *Theologus*, ac *concionator*, regius, *Pſalmi Davidi ci*, numero *XII.* illa verba, pro concione, expli cavit: *Siquidem Miſeri evertuntur. Et Pauperes in gemiſcunt. Ecce! exſurgam equidem, inquit DOMINVS. Ecce! ego auxilium feram, ut confidente docere queatis.* Quæ cùm verba præſenti tempo ri induſtriè applicarentur, ſolennis interiori gaudii perceptio omnis generis pertentavit au ditorum animos. Ut multi lacrymis, è gaudio naſcentibus, irrorarent genas, raro, ac pulcro ſpectaculo. Concione peractâ, *Hymnus* ille tri umphalis, *TE DEVM LAVDAMVS*, vernaculo idiomate inſonuit. Actu hoc *Eccleſiaſtico* denuò, ſub concordia muſica, finiente. Ità *Evangelicis*, aliis pariter ſub templis, *DEO* vota tùm nuncupantibus, nata eſt ſolennis, & inexſpectata, hilaritas. *Catholicis*, dura ſub neceſſitate, dubio procul aliud oculis, aliud præcordiis, præ ſe ferentibus.

IV.

Sueciæ Regis in verba jurant Auguſtani.

FInito illo actu, *Rex*, unà cum *Magnatibus*, ac *Principibus*, ad forum vinarium adequitans, *Marquardi Fuggeri* palatium intravit. Indè procedentibus *Archiſtrategis*, ac *tribunis*, regiis, ſuperacceſſère *Comites*, ac *Barones*, noviterque conſtitutus *Senatus Evangelicus*. In foro aliquammultæ legiones ſervabant excubias. Mox multitudo civium *Regis*, è feneſtra proſpicientis, in verba juravit. Neque dedignatus tùm fuit *Rex*, & quidem adaperto capite, eleganti concionem alloqui ſermone. Quâ abſolutâ *Philippus Sattlerus*, *Secretarius* regius, juramenti formulam cœpit recitare. Quæ talis erat. Juratis, *Regi*, & *Coronæ Sueciæ*, vos fidem præſtituros. Ejus commoda provecturos, incommoda declinaturos. Ad ſummam, omnia illa promittitis, quæcunque ſubditi hæreditario tàm domino, quàm magiſtratui legitimo, dependere debent. Ità vos *DEVS*, tàm animâ, quàm corpore-tenùs, juvet.

Et hanc juramenti formulam *Rex* pridie, antequàm ſacramentum deponeretur, civibus propoſuit per *Georgium Fridericum*, ſeniorem, *Comitem Hohenloium*. Quem *Rex* apud *Auguſtam Vicarium*,

rium, *Suevicique Circuli Archiſtrategum*, conſtituit. Ut, ſi quis è civibus eſſet; qui formulam illam rationibus ſuis adverſari arbitraretur; ille hoc temporiùs indicaret. Sed nemo repugnavit. Ut tàm *Catholici*; quàm *Evangelici*, ſine tergiverſatione; illa in verba adigerentur. Conſumatis illis omnibus tùm demùm *Rex* inſtructas ad epulas; cùm *Principibus*, conceſſit. Quo tempore novus *Senatus* honoraria conſueta; quà *Vinum*; quà *Avenam*, quà *Piſces*; offerri curavit. Epulis ubi quies data fuit; *Rex Curia*; *Armamentario*; cæteriſque ſpectatu dignis monumentis, inſpectis, urbe relictâ, in caſtra receſſit. Ubi cùm *Senatus* integer; ejuſque munia; idoneis ſub ſubjectis, è numero *Evangelicorum* deſumendis; nondùm coaluiſſent; *Rex* ſub *Nova Curia* ſortes experiri. Numerumque tàm *Senatorum*; quàm *officiorum*, viris ex ordine, ac cœtu, *Evangelicorum* ad ea delectis, aptiſque, implere, juſſit.

CAP. IV.

De Sueciæ Rege, Ingolſtadam petente.

I.

Sueci per ulteriorem Sueviam feliciter progrêdiuntur.

REbus apud *Auguſtam* confirmatis; *Rex* ulteriorem in *Sueviæ Circulum* dimiſit exercitum. Qui *Memmingam*; *Nördlingam*, *Kemptenamque*; aliaque loca per *Algoviam*; redegit in poteſtatem. Pari ſucceſſu ad *Lycum* ſita oppida admiſerunt leges *Suecicas*. Quorum è numero fuêre *Landsberga*; *Mündelhemium*, *Schöngavia*, *Fuſſena*, & id genus. Neque ſic circiter *Vlmam* poſſeſſionibus *Catholicorum* parſum eſt. Locis quibuſcunque factis tributariis. E quibus *VVeiſſenhorna*; & *Ehingena*, exarmabantur: rebus tormentariis; intùs inventis; *Vlmam* redactis. Ità fortuna, *Suecis* paſſim fidibus canens; ſpectabat versùs *Lindaviam*.

Interim fatale malum inſtabat *Leutkirchenæ*, ſub *ſuperiori Suevia civitati Imperiali* liberæ. Hanc *Oſſæ*; tribuni, ac legati; *Cæſarei* cohors tenebat equeſtris. Cujus cùm magiſter, ſive præfectus, paulò antè à civibus ammoneretur, *Suecos*, poſt *Memmingam*, in ordinem redactam; imminere. Iſte tamen fabulæ loco rem habuit. Sed non fefellit hæc fama. *Tupadelius* enim; tribunus *Suecicus*, non multò poſt, aliquammultas gravis armaturæ equitum cohortes ſuperinduxit. *Leutkirchenamque*, prius coronâ cinctam, dedi ſibi poſtulavit. Magiſter equitum cohortis *Oſſanæ* jàm famæ illius fidem manibus palpans, mallet ſe cum ſuis *Lindaviam* ſubducere. Sed nimis ſerò; hoſtibus latus omne claudentibus; deliberatur de fuga. Itaque, obſeratis portis, ſeque; ſuoſque, tanquam intrà caveam; concluſit. *Sueci*, oppidi aditus omnes præoccupantes; mox per tubicines deditionem poſtulârunt; cùm jam pomœriis, portiſque, inſtarent. Idem imitatus *Magiſter equitum Oſſanus*, dimiſit in muros ſuum quoque tubicinem; qui, præeunte claſſico; liberam pro ſe, ſuiſque, emigrandi facultatem peteret. Id à *Suecis* negatum eſt. Juſſuſque eſt ſeſe gratiæ *Suecorum*; traditis armis; permittere. Ità jus vitæ omnibus affulſurum. Confuſus; ac triſtis; ille ipſemet è mœnibus idem; quod anteà per tubicinem; ſolicitare cœpit. Sed duriores *Sueci* priora reddiderunt verba. Ibi ecce! aliquis ex *Oſſanis* ſclopeto exonerato *Suecorum* è numero quendam glande transadigit; poſtridie eo è vulnere animam exhalantem. Hoc facto irritati *Sueci* partim ſcalis admotis civitatis occupationem tentârunt: partim ſecuribus; & id genus inſtrumentis, è ſuburbano ſurreptis; manus inſtructi, portas effringere conati ſunt. *Oſſanus*; ſummè confuſus, &, quid primùm; poſtremumque; ageret, neſcius, de porta ad portam obequitavit. Interim *Sueci*, per portas penetrantes; ſclopetis, ac glandibus, rem egerunt. Sed *Oſſani*; armis ſeſe abſtinentes; hinc indeque diffugientes; nutibus velut jus vitæ rogârunt. Undè, præter paucos, oppidò occiſos, capti ſunt. *Tupadelius*; civibus parſurus; multitudinem cohibere non potuit; quin civitas expilaretur. Undè *Sueci* ſpoliis; tàm *Oſſanorum*; quàm civium; onuſti *Memmingam* redierunt. *Leutkirchenâ*, eò, quòd præſidio digna non videretur, derelictâ. Eam cohortis ſuæ præcipuæ jacturam eò uſque indignanter tuliſſe fertur *Oſſa* tribunus, ut proditorem, eo nomine accuſatum; haſtis præpilatis objecerit.

II.

Sueciæ Rex tentat Ingolſtadam. Vbi Chriſtophorus; Durlacenſis Marchio, tormentaria glande ictus, occumbit.

INtereà *Rex*, nihil ꝓcraſtinare ſolitꝰ, ipſe caſtra ꝓmovit. Perq; *Aichachā* petiit *Ingolſtadā*. *Electorē Bavarū* intrà fortalitium illud ſeſe tenentē, oppugnaturus. Sed, quòd hic locus eſſet munitiſſimus; omnique tàm munimentorum; quàm armorum, militumque defenſorum; apparatu inſtructiſſimus, non abſque difficultate, ac periculo, hoc proceſſit negotium. Tametſi enim *XII. Calend. Maj.* regii munimentum antepontanum expugnarent. Aliudque in proximo præcipuæ notæ (munimentum) impeterent, magna nihilo-minùs tàm militarium præfectorum; quàm gregariorum, ſub jactura; rejecti ſunt. Neque *Rex* illo die citrà magum fuit periculum. Ut velut hunc apud obicem, ac terminum; fortuna; hûc uſque aſſidua in partibus, reſtitare; ac deliberare, videretur. Mox in *Regem*; hactenùs victorem inſignem; ac felicem; vultus elevatura. Illi enim, tùm quidem ad *Danubii* ripam opera neſcio quæ inſpecturo, glans tormentaria equum; cui inſidebat, penetravit, dejecitque. Ut propè *Regis* ſuram contingeret. Hic caſus; qui *Regem* tranſiit,

Chriſtophorum , *Durlacenſem Marchionem*, invenit. Nam , *Bavaris* è fortalitio ſine miſſione tormentis rem agentibus,accidit , ut *Marchioni*, rei militari intento , glande tormentaria media capitis pars decuteretur. Undè nece præſentiſſima è vivis ereptus eſt. Eundem luctuoſum vitæ ſuæ minimum tribunis , ac militibus, fortiſſimis pluribus, ibidem implentibus.

III.

Sueciæ Rex eleganti, tametſi funebri, ſermone Durlacenſi Marchioni parentat.

Achillem , *Græcorum* antè *Trojam* fortiſſimum, in funere *Patrocli* amici ſui , lacrymas projeciſſe,exequiaſque curâſſe, non ſine humana ſortis ammonitione, ab *Homero* accepimus. Idem, in funere *Chriſtophori,Marchionis Durlacenſis*,factum à *Guſtavo , Suecorum Achille.* Qui quidem non lacrymis,ſed ſermone, ad tot *Principes, Comites, Tribunos*,ac *Dynaſtas*, converſo,ſub communis mortalitatis commemoratione , amico ſuo parentavit. Talis autem erat vox *Regis.* Exceſſus *Marchionis Durlacenſis* , inquit, *Principis* multa virtute coruſci,atque ob id memoriâ, ac laude,digni,fumanteſque hæ glandes,communis me ammonent mortalitatis. Ut iiſdem planè caſibus, quibus etiam pauperrimus exercitus mei ſtipendiarius ſubeſt,ſim ipſe expoſitus. Quippe illa eſt naturæ lex vetertima. Ut neque proſapiæ ſublimitas, neque corona, nedùm hæ præſentes victoriæ,me fato eripere ſufficiant. Qua de re ut divinæ me conformem voluntati,neceſſum eſt. Tametſi autem *DEUS* huic vitæ finem faciet. Nihilo-minùs cauſſam illam, quam propugno, haud inſuper habebit. Nempè, ut *Germania* priſtinæ libertati ſuæ reddatur. Facile eſt illi alium quendam excitare. Qui me prudentior, animoſior,ac fortior, exiſtat. Hocque bellum feliciter perficiat. Nec me fugit , ſucceſſus illos meos , illam fortunam, apud multos conflare invidiam. Qui ſimplicioribus perſuadent, Nihil aliud à me quæri,quàm ut regionibus expilatis ipſe diteſcam,cæteros depauperem. Sed loquantur ipſi ſpoliati *Principes.* Quos in poſſeſſionibus ſuis repoſui. Dicant *Creditores* mei apud *Francofurtum* , & alibi, teſtimonium. A quibus ingentem pecuniæ ſummam accepi mutuò.Memorent *Chiliarchæ*,& *Tribuni*,mei. Quibus cum tot periculis hoc caput objeci liberè. An ego & regnum meum,& omnia, quæ hoc in mundo ſunt cariſſima , alio reliquerim inſtituto , niſi ut *Auſtriacorum* frangerem tyrannidem? Paciſque amicæ,ac ſecuræ, commendatam bonitatem reducerem.

Hæc cùm voce, ſingularem conciliante, gratiam,profudiſſet,ecce! aſtantes, ſermonem interrumpentes,etiam cum lacrymis, orare cœperunt. *Rex*,utpote à cujus ſalute totius exercitus dependeat conſervatio , deinceps & ſibi, & copiis parceret. Neque tanta ſub fiducia tàm ſacrum caput periculis objiceret. Interim legionibus pugnas committeret.Seſeque prout hactenùs,duceret.Modò non fidem omnes polliceri. Sed ipsâ operâ,quid poſſint,& deceat,impeturos.

CAP. V.

De Bavariæ Electore, Ratiſponam intercipiente.

I.

Legatus Gallicanus, inter Sueciæ Regem , Bavariæque Electorem , inducias tentat , ſed fruſtrà.

Hactenùs *Elector* copias quoque ſuas circà *Ingolſtadam* tenebat. Cui cùm appareret , *Regem* in ulteriorem provinciam ſuam cum exercitu progreſſurum, ubi armis inhiberi illius impetus nequiret, arte & tractatibus, ejuſmodi quiddam tentare ac divertere , cogitavit. Qua de re per latus legati *Galliarum Regis*, apud *Monachium* reſidentis, dynaſtæ *Eſtiennei*, *Sueciæ Regem* aggredi cœpit. An partibus ſuis illum conciliare quitus eſſet. Accepit hanc conditionem legatus. Ac ſine mora ad *Regem* in caſtra *Ingolſtadiana* profectus , *Electoris* in pacem, & inducias,propenſionem, coràm *Sueciæ Rege, Friderico Palatino, Auguſto,Duce Palatino* , *Duce Holſatiæ* , *Guſtavo Hornio,Mareſchallo* , cæteriſque *Chiliarchis*, ac *Tribunis*, præcipui nominis , expoſuit. Cui ſic quidem *Rex* reddidit. Minimè ſibi, inquit, videri veriſimile, illud *Bavaro* curæ eſſe, ut ſecum paciſci velit. Codicillos enim interceptos deſignare oppidò contrarium. Ut etiam *Cæſaris* epiſtola, *Bavaro* inſcripta, pariterque intercepta, belli continuationem ſapiat. Tùm, ſub *Fridlandi* auſpiciis,auxiliarem exercitum , quinquaginta hominum millia conſtituentem , præmittat. Interim *Regi* ſibi illud nuncium haud eſſe ingratum. Ut citiùs indè *Bavaria* deſtruatur, quàm ut regiis copiis noceri queat. Subjecit legatus : *Galliarum Regi* his in paſſibus nihil accidere gratius , quàm ſi *Bavaro* jus neutralitatis, ceu vocant, cõcedatur. Ad hæc *Rex* : An ergò ego inquit, *Bavaro* regias meas copias, *Papebergam* uſque, perſequenti, provocantique , non reſiſterem ? Sed non deſtitit legatus *Electorem Bavariæ* conceptiſſimis verbis excuſare.*Thilly* inſtitutum iſtud fuiſſe , ſubinferens, non *Electoris.* Ut, ad *Epiſcopi Papebergenſis* inſtantiam,*Thillyus*, & quidem extrà ordinem, illam expeditionem ſuſceperit. Tantùm abeſſe , *Elector* ut juſſerit,hoſtilibus *Regem* armis impetere. Iterùm excepit *Rex* : Jam demùm ſibi pateſcere, quid velit legatus. Nimirùm, ut *Regi*, mero meridie tenebras eſſe, perſuadeat. Cur igitur *Bavarus* tàm delectus ſuos, quàm legiones *Ligarianas*, permiſiſſet ? Cur à *Thillyo* , extrà mandati limites agente , non ſumpſiſſet pœnas ? Legatus,ubi huic telo directè non haberet, quod opponeret,ſermonem ad alia detorqueret.Et virtutes *Bavari* extollere,cœpit. Qui , non abſque egregiæ venerationis ſigni-

nificatione, *Regis* mentionem peregiſſet. Sed
x promptè ſuperintulit. Jam tùm ſibi *Bavari*,
uſque *Flaminum*, inſtitutum penitiùs eſſe co-
nitum. Illum enim duplicata circum amici-
gauſapina. Ut modò cæruleum, modò ru-
ellum, colorem foris vertat. Super illa emi-
ere interſignium *Crucis Burgundicæ*, ex albo, &
bro, coloribus. Sic uſuvenire, ut colores
bindæ permutet. Interim ità quidem eſſe. Ut
ac vice *Sueciæ Regi* imponere non poſſit. Uti-
ue genium illius jam-pridèm intimiùs cò-
noſcenti. Hæc in verba differenti *Regi* fami-
iariuſculè obſtrepebat legatus, ad ſingula
onfutative reſponſurus. Sed indignantior *Rex*
lentium illi præſcripſit. Et, condono tibi igno-
antiam tuam, inquit. Næ, ex libertate *Gallica*,
lus æquò tibi ſumis. Neque enim putabam me
bi eſſe tàm familiarem. Illud verò ſcire debe-
as, Mihi, *Regique* tuo, rectiùs convenire, quàm
te tibi perſuadeas. Ut neque ab illo ad me
miſſus ſis. Neque litteras ſive ſacras, ſive fidu-
iarias, afferas. Illud verò tuis rebus condu-
ibilius fuerat, ut non tàm familiaribus, ac pu-
lici ſermonis, verbis ad me utereris. Sed ma-
orem dictis illis tuis miſceres venerationem. O-
ortebat enim te memorem eſſe, Cum quo, &
n quo loco, loquereris. Eò fulmine percuſſus
egatus, deprecari cœpit veniam, Non mali-
nitatis, ſed linguæ volubilitatis, illud ſignum
ſſe, cauſſatus. Mox, deterſo rubore, inſtare ni-
ilo-minùs perrexit: *Rex* conditiones propone-
et. Et quidem illas. Undè pax ſperari queat.
Cui *Rex*: Si *Bavarus*, inquit, exercitum exau-
orabit, armaque deponet, tunc utique dabun-
ur illi conditiones. Rurſus inſtitit legatus: Et-
am ſic quoque conditiones præſcribi poſſe. Cui
lenuò *Rex*: Jam denique ſibi evidens fieri, quàm
per circuitus loquatur. Illudque agat, ut *Bavarus* in-
duciis fruatur, uſque dùm juſtas collegiſſet vires.
Ipſe deponderaret, nempè peccatorem peccati
remiſſionem, abſque progreſſa pœnitentiæ e-
mendatione, fruſtrà rogare. Idem facere *Ba-
varum*. Illum enim cùm *Rege* paciſci velle, & ni-
hilo-minùs arma non deponere. Sed neque ſic
quidem urgere deſtitit legatus. Ut ulteriùs, ſu-
per conditionibus, rogaret. Cui denuò *Rex* re-
converſo ſermone reddidit. Si, inquit, *Bavarus*
exercitui miſſionem dabit. Neque *Cæſari* illum
permittet. Nedùm intrà triennium adversùs
me arma corripiet. Tunc utique confirmo tibi,
futurum, ut nec illi, nec provinciæ, nec ſubditis,
per *Bavariam* quicquam accidat incommodi. Ni-
ſi hæc lex placere poſſit, *Ingolſtadam* traderet
Regi, locum hoſtibus perſequendis idoneum.
Aut denique verè, ac ſufficienter, caveret.
Se neque hoſtibus regiis auxilio futurum. Sed
omnia, quæcunque *Regis* amicis, ac confœdera-
tis, eripuiſſet, reſtituturum. Unaque copias o-
mnes dimitteret. Aut ſatis exiguas retineret. Ad
quæ iterùm legatus: *Bavarum* ejus eſſe animi.
Ut militi proprio miſſionem dare velit. Inte-
rim, ut tàm *Cæſareas*, quàm *Ligarianas*, exautoret
copias, hoc penès eundem non eſſe. Non potuit
Rex diutiùs diſſimulare offenſam. Et tu quidem,
inquit, iſte eſſe videris. Qui intempeſtivis illis di-
ſtinctionibus tuis fucum mihi facias. Etiam, etiam-
que edico tibi. Niſi proximo inſequenti die con-
ditiones conſummabuntur. Tùm quidem ego, ſub
militaribus, ac ſeveris, executionibus, per *Bava-
riam*, illa editurus ſum ſpecimina. Ut tàm *Bavarus*,
quàm ejus neceſſarii, experiri debeant, ſibi cum
hoſte rem eſſe. Illud enim vobis decretum eſſe, ex-
perior. Ut eò uſque, donec *Fridlandus* ſuperveniat,
me temporis extractione ludificetis. Tandem le-
gato etiam hoc urgenti: *Chriſtianiſſimum Regem* a-
micis, ac confœderatis, ſuis inſtructo, validoque,
cum exercitu, auxilio fuiſſe. Eidem *Regi*, & *Bavaro*,
optimè convenire. Ut vel hoc pacto gratum ha-
beat, ſi *Bavaro* jus, ut vocant, neutralitatis permit-
tatur. Colophonis loco, ſubjecit *Rex*: Per ſuperio-
res legatos ſe *Galliarum Regi* inſtitutum ſuum ſi-
gnificaſſe. Ut ex adverſo fides *Regis Chriſtianiſſimi*
confirmari ſibi cœperit. Illi ſe confidere. Quod ſi
fortè uſuveniat, etiam *Bavaro* ferri auxilia. Neque
hoc ſe valde curare. Siquidem ab eventu docea-
tur, *DEUM* ſibi benè velle, atque eſſe in partibus.
Quemadmodum vel ad *Lipſiam* hujus rei feciſſet
experimentum. Ut pileo illi caſtoreo, ſibi tùm qui-
dem erepto, ejuſque pretio, tot *Cæſareanorum* ſan-
guine, ac jactura, jampridèm abundè parentatum
ſit.

II.

Elector Bavariæ intercipit Ratiſponam.

HÆc ubi diligens ſatis, ac curioſa, legati illius
Gallicani interpellatio apud *Sueciæ Regem* fuiſ-
ſet fruſtranea. *Elector* propoſito fruſtratus, eò cogi-
tationes intendere cœpit omnes, quò quàm pri-
mùm vires cum *Fridlando* conjungeret. Hæc animis
agitans, *Ingolſtadâ* tribus legionibus, aliisq; requi-
ſitis neceſſariis, confirmatâ, promotis caſtris, ſecū-
dùm *Danubii* ripam, perrexit *Ratiſponam*. Quæ qui-
dem urbs arte quadam in *Electoris* devenit poteſta-
tem. Poſteaquàm enim illi eſſent felicium *Sueciæ
Regis* armorum progreſſus. Ut hoc ſub vere *Anni
M.DC.XXXII.* etiam *Circulo* inſtaret *Bavarico*. Ea-
propter *Ordines Bavariæ*, indicto priùs intrà *Landiſ-
hudam* conventu, deinceps apud *Monachium* cum
Ratiſponenſibus tranſegerunt. Ut urbs, ſicubi ultima
flagitaret neceſſitas, mille, & quingentos, admit-
teret præſidiarios. Pari lege quatuor *Circuli Ordines
Eccleſiaſtici*, urbem incolentes, æqualia conferrent
tributa. Sic, ut omnia & conſiliis, & auxiliis, con-
junctis agerentur. Quo facto, paulò poſt prædi-
ctus militū defenſorum numerus, habito delectu,
ſub juramento, ſeſe *Reipublicæ* fideles fore, ſub dio
præſtito, immiſſus eſt. Sed non diu felix eſſe potuit ci-
vitas. Urgente enim *Bavariam Sueciæ Rege*, etiam
Bavariæ Elector civitatem urgere cœpit. Et, quòd de
Senatus, civiumque, ulteriori admiſſione dubi-
taretur, res per cuniculos tentata eſt. An ſic,
abſque difficultate, & tumultu, ſub *Bavaricam*
poteſtatem pertrahi quita eſſet. Nec inanis hæc
prorſus fuit exſpectatio. Ità verò alea ordine jacta
eſt. Primùm, circa tempus ſerotinum, par militum
Bavaricorum in turrim urbanā, à *D. Petro* nomencla-
turā obtinentem, conſcendere cœpit. Qui ſpecula-
tori obſtarent, ne turmas, urbi appropinquantes,

ſigno edito, indicaret. Intereà nocte concubia equeſtres adoleſcentes in urbem admiſſi ſunt. Quibus militiæ præfectus, *Saliſanus* tribunus, abeundi, redeundique, fecit poteſtatem. Die albeſcente ſpeculator tàm equeſtris, quàm pedeſtris, armaturæ, cohortes, non procul ab urbe, ſeſe tenentes, conſpicatus, ob præſentes milites inhibitores, ſignum edere non ſuſtinuit. Mox, circà horam quintam matutinam; citiùs ſolitò porta urbana reſerari cœpit. Centurione *Bavarico*, integra ſub cohorte, portæ cuſtodiam obeunte: *Civesque*; ac ſtipatores urbanos, ſub bombardis eos in uſus præparatis, ac directis, abigente. Nec mora: Antè urbis portam claſſicis canentibus, duæ illæ cohortes, anteà viſæ, iter accelerantes, ſine obſtaculo urbem intrârunt. Tametſi enim civium quidam, cataractas ſervans, funem inciſurus eſſet. Nihilo-minùs à præfecto militari, bombardam manuariam præparatam intentante, etiam hic repreſſus eſt. Succeſſit altera pedeſtris militiæ cohors. Inque urbem irrepſit. Quæ ubi locum conſtitutum præoccupâſſet, ecce! adoleſcentes illi equeſtres de nocte occupati, incitatis equis in campos provolârunt. Qui ubi, bombardæ manuariæ ſub exoneratione, ſignum dediſſent, ecce! alia è proxima valle proruperunt agmina. Quæ ſtrictis mucronibus, bombardiſque ſublatis, more hoſtili, in urbem penetrârunt; non ſine multorum indigenarum tàm conſternatione, quàm quorundam internecione. Indè, tanquam intrà urbem hoſtiliter captam, tumultuatum eſt. Ædibus civium effractis, tabernisque mercatorum expilatis. Ità ut ſpolia ultrà ducenta, florenorum millia computarentur. Neque hoc ſatis. Sed, ſub pulſis claſſicis, civibus arma extorqueri cœperunt ilicet. Sic, ut intervenientibus varii generis exceſſibus, intrà mœnia graſſantibus, urbs undecim equeſtrium cohortibus, duobus verò pedeſtrium millenariis, impleretur, non abſque intolerabili incolarum onere.

Quòd igitur, præter exſpectationem, ac meritum; inſons *Ratiſpona* à legionibus ità premeretur *Bavaricis*, non deſtitit hanc ſuam querelam *Cæſaris* in ſinum effundere. Tantique oneris ſublevationem enixiſſime rogare. Neque defuit mitiſſimus *Cæſar* quiritantium votis, ac precibus. Sed, ut quamprimùm *Imperio* fidelis *Reſpubl.* è tantis emergeret anguſtiis: Neque militum libidini exponeretur: ſequentes ad *Electorem Bavariæ* direxit codicillos. De quibus, inquit, ô *Agnate, Affinis, & Elector*, noſtræ, & *Imperii*, civitatis *Ratiſponenſis, Camerarii, & Senatores*, per legatum ſuum, *Chriſtophorum Haffnerum*, ſubmiſſè, & impendiò, quiritare cœperunt. Nimirùm, exercitus noſter *Cæſareus*, ſub vigore privilegiorum, jurium, ac conceſſionum, quibus hactenùs civitas gaviſa eſt, deduceretur, civibusque, quà indictiones, tributa, aliosque exceſſus, parceretur. Immò, juxtà *Bavarici Circuli* decretum, præſidiariorum numerus, ultrà mille quingentos non extenderetur. Sed & ſevera diſciplinæ militaris lex in illos exerceretur, inſolentiisque daretur miſſio. Hæc omnia tàm è civitatis querela, quàm adjectis ejuſdem argumenti pandectis, quarum

copiam hic facimus, dilucēſcere poterunt. Qua
re res grata nobis eveniet, ſi id genus exceſſibus
medicina. Neq; enim te convenienti uſurum m
deratione dubitamus. Ut porrò hanc rem, ejuſc
effectum, urgere, ac declarationem noſtram ſu
jungere, viſum ſit. Amicè, ac clementer, cont
dendo, velles inſolentiis, & exceſſibus, medi
nam facere. Subque tempeſtiva moderatio
ſuccurrere. Ne quis deinceps jure poſſit co
queri.

Ejuſdem generis epiſtola tàm interceſſori
quàm adhortatoria, paulò poſt à *Cæſare* ad *E*
ctorem emanavit. Cujus quidem illa ſunt co
tenta. Bonâ fide, inquit, ô *Agnate, Affinis, & Elect*
nobis intimari cœpit, fidelem nobis, & *Imper*
civitatem *Ratiſponenſem*, hûcuſque modò non d
tam, juramentoque aſtrictam, fidem, & o
edientiam, integrè ſervâſſe. Nedùm conſili
ac molitionibus, ſuſpectis acceſſiſſe. Sed etia
Cæſareis noſtris, *Bavaricisque*, legionibus, pro vi
li ſua, lubentem volentemque, manum comm
dâſſe. Militiam noſtram, quantum ejus quide
penès illam fuit, adjuviſſe. Ac deinceps ſed
lò ac promptè, adjuturam eſſe. Nihilo-minù
præter exſpectationem, ac meritum, ex transve
ſo, illis uſu venire omnia. Ut poſt graviſſimas n
per querelas, à nobis communicatas, tantùm no
ſublevari haud cœperit. Ut potiùs ſub vitæ pr
vationis, incendii, expilationis, atque id genus e
tremorum, interminationibus, ſubindè à milit
bus cives exerceantur. Annona, ac proventus o
mnes, exhauriantur. Adversùs libertatem, jura
privilegiaque, multis modis premantur. Miſeri
que tàm commercia, quàm vitæ ſubſidia, eripian
tur. Tametſi verò nobis quidem dubium relin
quitur nullum, fore, ut eò, quo nomine abs te, tam
quam *Bavarici Circuli* archiſtratego, civitatis *Ra*
tiſponenſis defenſio ſuſcepta eſt, pro ſingulari, nobi
inprimis cognita, moderatione tua, ultrò rebu
feſſis medearis. Idoneâque interveniente emen
datione militem, extrà leges licentiosè in cive
bacchantem, coerceas, pœnisque in ordinem re
digas. Nihilo-ſeciùs, cùm ſub aliquam multi
Imperii Comitiis, aliisque id genus *conventibus*, a
pud *Ratiſponam* celebratis, nihil aliud à nobis a
nimadverti potuerit, quàm *Civitatis* illius regi
men, legesque politicas, æquitati fuiſſe conformes
Ut nulla indè querela emanârit. Eapropter non
ferendum putamus, præcipua illa civitas ut pror
sùs, ac totaliter, peſſundetur. Quo quidem even
tu tàm nobis, quàm *Imperii Ordinibus*, ſuper ape
riendis deinceps *Imperii comitiis*, ac *conventibus*, ſpes
omnis præcideretur.

Tametſi ergò tàm noſtrum, quàm tuum, inſtitutum eò tedit, quò præcipuus hic locus, aditusque, pro *Imperii* conſervatione, defendatur. Interim præfectis militaribus non permittendum venit, illi tàm indignis interminationibus ut experiantur. Civitatemque in terrores, difficultates, & interitum, coiiciant. Quo fine clementer, & amicè, contendimus, velles, ô *Elector*, *Ratiſponenſi* civitati, ſub onerum militarium juſto moderamine, parcere. Exceſſibus militaribus ſeverum applicare remedium. Interminationes id genus amoliri. Effectumque longè propellere. Inprimis

imis verò, ex lege *Circuli*, ità quidem *Civitatis* ram, ac rationem, inire. Quo illi *Imperii* li-ertas, flos, ác vigor, conſervetur. Adversùs perii, *Circulique*, leges non onerêtur. Sed i-quidem cùm ea agatur, ne quis ſuper læſionibus ſthac meritò conqueri ſuſtineat.

CAP. VI.

De Suecíæ Rege, Monachium deditione capiente.

I.

uecia Rex, relicta Ingolſtada, occupat Monachium.

Electore Bavaro ab *Ingolſtada* copiâs verſùs *Ratiſponam* deducente, idem *Regi* quoque vénit in mentem. Ut, cùm, abſque legionum diſpendio, fortalitium ulteriùs urgere velle non videetur opportunum, cum exercitu ulteriorem penetraret in *Bavariam*.

Principiò igitur, præcipuum provinciæ adium, *Mosburgum*, altero verò die *Landshutanam* àm civitatem, quàm arcem, deditione cepit. Mox *Civitatem, Epiſcopatumque, Freiſingenſem* redegit in oteſtatem. Undè ingens, quà commeatum, opiis *Suecicis* affulſit commoditas. Neque enim oto hoc præſentis belli tempore quicquam incommodi hæc paſſa fuerat regio.

Rege ſic in vicinia rerum potiente, terror *Monachienſes* haud ſegnior invaſit, metuentes, prout res rat, eandem ſibi rectâ inſtare plagam. Quâ de re lelectos *Freiſingam* versùs præmiſerunt ad *Regem*. Qui ſub conditionibus, quoad fieri poſſet, tolerabilibus, paciſcerentur. *Rex* eas cœpit proponere conditiones, cujuſmodi minùs placerent. Et fortè color quærebatur *Monachienſibus*, quò *Regis* adventus extraheretur. Tanquàm intereà ſtatus militaris mutari quitus eſſet. Hoc non latebat *Regis* ſagacitatem. Ut tantò citiùs exercitum produceret. *Monachiumque* peteret. *Monachienſes*, quo in loco res ſua eſſet, intelligentes, maturè fortunam ſuam interrogare cœperunt, an ſe ſe victori *Regi* ſubmitterent, temporiúsque dederent. Quo obtinente conſilio, civitatis ſeniores, primoresque, obviàm excurrentes, ſub humillimæ venerationis, ſubmiſſionisque, conteſtatione, *Regi* civitatis claves obtulêre. Ea humilitas *Regi* non diſplicuit. Ideóque *Nonis Maijs* exercitum ad *Monachium* produxit. Intráque aciem conſiſtere juſſit. Mox, circà meridiem tribus immiſſis legionibus, *Rex*, comitantibus *Friderico Palatino*, *Auguſto Palatino*, *Vinarienſi*, & *Holſatiæ, Ducibus*, totidemque *Comitibus*, dynaſtis, ac tribunis, civitatem intravit. Unàque cùm *Friderico*, & *Auguſto, Palatinis*, *Arcem* ducalem occupavit. Cæteris *Principibus*, ac *dynaſtis*, alias intrà ædes præcipuas, diviſis. Impedimentisque, coronæ in modum, circiter civitatem, diſpoſitis. Poſtridie *Rex*, unà cùm *Principibus*, inſpexit armamentaria. Illic ecce! defuncti reſuſcitari cœperunt. Ità enim ruſticanis *Bavaricis* in ore erat. Quippe machinæ bellicæ nobiliſſimæ, pulcerrimæque, ſub humo fuerant reconditæ. Aſſeribus ordine ſuperinjectis, tanquam omnes fuiſſent diu antè deductæ. Sed *Regi* curioſo, & induſtrio, ac neſcio quid non ſuſpicanti, mox patuit dolus. Ut ruſticani hominis indicio proderentur omnia. Ibi tu vidiſſes tot pulcerrimæ notæ machinas operâ proletariorum produci. Cuiusmodi globo velut facto ſubtùs fuerant defoſſæ. Ruſticani, ad id operis delecti, volentes videbantur manus conferre. Quòd *Rex* aureum inter iſtos imbrem larga manu mitteret. Ipſeque familiaribus verbis viam monſtraret, quâ ſepulti in lucem revocarentur. Omnes machinæ, tùm quidem repertæ, numerabantur centum, & quadraginta. E quibus octoginta duæ fuerant defoſſæ, omnium pulcerrimæ. Eæque maximæ, medioxumæ, & inferioris, ſive mediocris, notæ. Sex paria duodecim *Apoſtolorum* nominibus veniebant. Valdè ingens machina, *Aper* dicta, inprimis præeminebat. Quæ ferè omnes, ſub victoriis ſuperioribus, *Friderico Palatino* apud *Pragam*, *Chriſtiano*, *Duci Brunſuicenſi*, & *Daniæ Regi*, fuerant erepta. Ut etiam ex illis ad *Sueciæ Regis* avum quædam ſpectarent. Sed pulcro fuit illud ſpectaculo, dùm è quâdam machinarum illarum triginta ducatorum millia, intùs abdita, operarii eruere cœperunt. Quæ quidem auri maſſa, omnibus *Apellis, Phidiæ, Græculorumque* delirantium, ſimulacris formoſior, aliaque, atque alia, ſubindè eruta, átque in lucem producta, ſic quidem *Regis* demulſerunt animum, ut, tanquàm novum inveniſſet regnum impendiò, ſe illis oblectaret. Nec mora. *Machinas* illas, raraque, ac pretioſa, id genus monumenta, non uno è loco collecta, *Auguſtam Rex*, aliaque ad loca, curavit deportari. Sic, ut par fatum, quod annis ſuperioribus *Archipalatinatum* exercuerat, jam *Bavariam* premeret. De cætero, ſic quidem agebatur cum civibus, ut illis parùm, aut nihil, crearetur moleſtiæ. Abſentivorum verò ædes expilarentur.

Jam tùm enim primæ, & opulentioris, notæ homines emigrârant. Non potuêre non cives præſentes inuſitatam *Regis* prædicare clementiam. Quam quidem ne unquam ſperare fuiſſent auſi. Cùm igitur *Rex* à legatis quadringenta *Ferdinandicorum* millia poſtulâſſet, pro redimenda civitatis expilatione, ſaltèm moderationem ejus poſtulati enixè corrogarunt. Ut nihil non, pro concilianda regia gratia, promptè offerrent.

Quòd enim, derelictorum loco, à magiſtratu ſuo exponerentur, omnibus, quod dicitur, copiis, ſub obedientiæ, ac promptitudinis, demonſtrationibus, ſaluti ſuæ proſpexerunt. Ità factum, atque tranſactum, eſt, ut *Monachienſes* trecenta, *Epiſcopatus Freiſingenſis* ducenta, *Landishuta-*

huſani centena , *Ferdinandicorum* millia dependerent.

VII. Non. Majas, *Rex* totum, apud *Monachium*, luſtravit exercitum. Antequàm verò egrederetur, primariam illam *Patrum Societatis* ædem ingreſſus, aliquantiſper cum *Patre* collegii *Rectore*, ut vocant, ſuper ſacramento *Cœnæ Dominicæ*, *Latinos* contulit ſermones. Indè ad copias progreſſus, diverſas formavit acies. Quas non tàm cum voluptate, quàm admiratione, inſpexit multitudo. Tandem ex equo deſcendens more gregarii militis, humerum bombardâ onerare. Eâdemque operâ repræſentare, cœpit, quo compendio baliſtarii, tàm in genua procidentes, quàm conſidentes, tàm ſtantes, quàm inclinabundi, concurrentibus agminibus, glandes ejaculari, bombardasque explodere, ſatagerent. Tantâ tùm uſus affabilitate, ut infimæ ſortis ſtipendiarios familiariſſimis verbis ſuos vocaret commilitones.

Biduo poſt, in feriis *Aſcenſionis Dominicæ*, intrà palatii *Electoralis* atrium ſplendidiſſimum, ſacrum, ritu *Evangelico*, peragi curavit. Concioneque, & precibus finitis, prandium ſumpſit. A meridie ad *B. Deiparæ Virginis* adequitavit. Ritusque, ac ceremonias, *Catholicorum* tùm ſub feriis illis conſideravit. Ea ex æde digreſſus, aureum *Ovidiani Iovis* imbrem imitando, aurum in populum ſpargere juſſit. Undè, pro more, ingens coorta turbæ concertatio. Aliâs palatium *Electorale*, quæſitiſſimis ſumptibus fabrefactum, & ſplendidè renidens, tanquam rem penè ſacram corrumpere, ac diruere, noluit. Ne videretur tantus heros aut invidiam præ ſe ferre. Aut vindictam in lapides, ac picturas exercere.

II.

Ruſticani Bavarici, præter militares, durius in Suecos experiuntur.

INterim neque ſic languidè egit *Elector*. Sed ex omni, apud *Ratiſponam* ſeſe tenente, exercitu mille expeditiſſimorum delegit equeſtriun
Qui, *Freſingam* excurrentes, *Suecos* illic oppr
merent. Sed hi, in res ſuas intenti, tantum no
diligentem loci ſuſceperunt cuſtodiam. Sed, dc
lo intellecto, ſic quidem illos exceperunt, ut in o
curſum ducentes, plures eorum funderent, cæt
ros profligarent.

Intereà ruſticanos, hactenùs, dùm cæte
Germania bellis civilibus conflagrat, nihil i
commodi paſſos, inconſueta, ac dura, p
pugit calamitas, ac deſolatio. Quippe qui, v
lut inter lilia, ac violas, nuper renidentes
jam pauperiem, duramque egeſtatem, guſt
re cogebantur. Moræ itàque, inopiæque, in
patientes, conjurârunt in *Suecos*, patriæ,
patrimoniorum, decoctores. Ità, ut glc
bo facto cohortes obvias, manipulatimque i
gredientes, modò non opprimerent, fund
rentque. Sed in poteſtatem redactos mutilaren
Manus, pedesque, reciderent. Oculos eru
rent. Naresque, auresque, truncarent. V
riisque id genus ſub tormentis excarnificaren
Sed parùm illinc communi regionum calam
tati parentatum eſt. Ut omnia extremam ſpe
ctarent ad everſionem. Nam *Suecici*, ruſt
canorum crudelitate efferati, igne, ac ferr
furioſi in furioſos, animadverterunt. Sic,
Pagorum aliquammultæ centuriæ ultricibus
abſumerentur flammis. Ruſticanisque und
cunque in poteſtatem redactis, crudelis iſta affatim compenſaretur libidinatio.

Io.Pe

Io. Petri Lotichij

RERVM GERMANICARVM LIBER XLVIII.

CAPVT I.

De Pappenheimio, Magdeburgum, à Suecis obſeſſum, vindicante.

I.

ppenheimius, collecta ad Viſurgim parva manu, Magdeburgum vindicat.

VArium, & mutabile, ſemper *Fortuna*. Quæ perpetuò eſt ſolita humanis illudere rebus. Sicut enim *Guſtavo*, *Sueciæ Regi*, per *Germaniam ſuperiorem* contrà *Thillyum*, & *Bavaros*, favebat impendiò. Conſimiliter *Pappenheimio*, per *Inferio- n Saxoniam* res ſtrenuè, ac feliciter, gerenti ad- rsùs *Suecos*, affulſit. Quocircà, ubi paulò antè de *ſtavi Regis* admirandis, penéque violentis, egimus cceſſibus. Jam de *Pappenheimii* militia, & progreſ- us, non minùs fortunatis, quàm potentibus, ex ge annalium, ſubinferemus. Hic *Lucretiæ*, ut ajunt, ventus erat *Tarquinius*. Sive in duros nodos duro i experiretur cuneo.

Ubi ergò *Banerus*, archiſtrategus *Suecicus*, *Ma- burgum* (ſive vetuſtæ nuper, validæ, ac potentis, itatis, modò deſolatę, mœnia, ſive rudera, voces) m exercitu ad decem hominum millia excurren- , obſideret. Et jam, defectis intùs rebus neceſſa- s, *Philippus*, *Comes Mansfeldius*, loci gubernator, obus præſidiariorum millenariis inſtructus, vi- retur mox deditionem facturus. Ut jam velut ciſci cum *Suecis*, abeundiq; in *Sileſiam* facultatem petrare, laboraret. Quo nomine jam tùm per *xoniam* tranſitus petebatur. Ecce! in tempore at- e opportunè reb⁹ *Gueſtphaliæ*, *Saxoniæq́; inferioris*, lis ſuccurrere decrevit *Pappenheimius*, alter ſive *ſareanorum*, ſive *Bavarorum*, ſui temporis *Scipio*. c mora, celeritate, qua res plerumque in bello ignæ conficiuntur, uſurus, paucis aſſumptis ne- ſſariis, in *Vbios* tetendit. Communicato cum *Ele- re Colonienſi* conſilo, indè per *montes*, ut vocant, ofectus *Caſios*, in *Gueſtphaliam* direxit. Donec loca, *Bavaricis* pręſidiis ad *Viſurgim* adhûcdùm confirmata, & inter ea, *Hammelium*, attigit. Terruit ejus adventus hoſtes. Et cùm de induſtria ſpargere juſſiſſet, tanquàm legiones aliquammultæ ponè ſequerentur, jam *Sueci* aures arrexerant. Ut *Pappenheimium*, nihil, aut parùm, procraſtinare ſolitum, cervicibus ſuis inſtare arbitrarentur. Ità famâ interdùm geruntur bella. Claritasque ducis facilè milites attrahit. Hoſtibusq; imponit. Iubetq; credere id, quod ſolet evenire. Paucos igitur dies apud *Hamelium* quieti dedit. Usque dùm è *Neoburgo, Minda*, ipſoque *Hamelio*, cohortes aliquot delegiſſet. Quas carris, è *Comitatu Schaumburgico* excitis, includens, improba ſub hyeme, *VVolferbytum* producere cœpit. Illic *Geleeni* tribuni, ac gubernatoris, operâ uſus, parvam hanc manũ eò uſque auxit, uſq; dùm bis mille, & octingentos, tàm pedeſtris, quàm equeſtris, armaturæ in univerſum contraxit. Poſteaquàm autem *Philippo Mansfeldio* adventum ſuum per indicem ſignificâſſet, ilicet ille tractatib⁹ dedit miſſionem. *Pappenheimiumq́;* deſiderare cœpit. Hic, famâ comitante, è *VVolferbyto* movens, novo commento de nocte, & quidem inter carros, progredi perrexit. Ne quisquam fortè debilitatem roboris ſui (ità enim ipſe narrare ſolebat) hoſtib⁹ proderet. Juſſit autem, omnes diverſoriorum deſignatores ut ſtativa dividerent, quanta pro exercitu, quatuordecim hominum millia capiente, ſufficerent. Idem annonæ inculcavit præfectis. Etiam illi pro tàm confertis copiis tantum commeatum requirerent. Mox duos emiſit *Croatas* cùm codicillis, *Mansfeldio* indicantibus, ejusdem notæ numeroſum ſub ſe accelerare exercitum. Duraret modò, uſque dùm adeſſe poſſit. Hi emiſſarii, tanquam rem ſeriò agentes, ſtudio inciderunt in *Suecos*. Undè, reſignatis hoſtilibus litteris, fama, ſuper adventu multitudinis *Pappenheimianæ*, *Suecis* confirmari cœpit.

Banerus proindè viribus ſe inferiorem arbitra-

bitratus. Tùm, quod impreſſionem æquè ab obſeſſis exſpectaret. Maturè, præmiſſis impedimentis, reduxit legiones. Quo accepto nuncio non potuit non *Pappenheimius* ridere acumen hoſtium. Eò, quòd ſub colore illo imponi ſibi fuiſſent paſſi. Fiducia, & ſpe, ſic plenus per *Schöningenam*, & *Helmæſtadium*, direxit. Nec cohibere potuit milites, quin his quoque ſub itineribus impotenter agerent. Illinc per *Garlebiam* perrexit *Magdeburgum*, magno cum tripudio à ſuis ſolenniter admiſſus, & receptus.

Hæc luculenta fortuna, quâ quidem veteranorum, intrà *Magdeburgum* concluſorum, duos, tresve, circiter millenarios ſuis illis adjunxit, eò uſque generoſos *Pappenheimii* auxit ſpiritus, Ut jam quidvis non in *Suecos* illic locorum, eorumque ſocios, ac confœderatos, tentaret. Copiasque haud ampliùs noctis colore tegeret. Sed palàm educeret. Sed aperto *Marte* confligeret. Totiesque victor evaderet. Id quod ſucceſſivè fuerit demonſtrandum.

Eâ enim vel tùm veſperâ, quâ intraverat aumarium *Magdeburgenſe Pappenheimius*, manum militarem ſub *Geleeno*, *Goltzio*, & *Preunero*, tribunis, emiſit *Serveſtam*. Eam civitatem, tanquam *Lipſienſis* illius fœderis membrum, in ordinem redacturam. Interim, quòd ſub noctem ſuper copiis *Georgii*, *Ducis Lüneburgici*, adventantibus, deinceps cum *Banero* conjungendis, rumor differretur, quæ quidem *VVolfferbyto* imminerent, mutato inſtituto ſuos revocavit.

II.

Pappenheimius derelinquit Magdeburgum.

CÆterùm, *Barbyum* agmina pervenêre *Pappenheimica*. Quæ ubi, ſpe prædæ, ad direptionem oppidi properant, circà veſperam, (prout rumor ferebat) ecce! notârunt ſibi igniculos, ſive faces, coronæ in modum, civitatem ambientes. Arbitrati igitur, igniũ multitudinem neceſſariò inferre præſidiariorum copiam, receptui cecinerunt. Etiam hac ſpe tùm decollante. Cives poſtridie, rerum penè omnium ignari, ubi, quantum evaſiſſent periculum, ad animum cœperunt admittere, miraculi loco rem habentes, id quòd cum ignibus uſuveniſſet, angelorum cuſtodiæ tribuerunt.

Inter hæc, *Banerus* exercitum apud *Calbam* tenebat intrà caſtra. Illic, ſi quid vellet *Pappenhemius*, exſpectaturus. Sed hic, percepta, ac confirmatâ *Ducis Lüneburgici*, cum copiis adventantis, famâ, decrevit aumarium illud *Magdeburgenſe* derelinquere. Utpote qui veteranorum illa manu noviſſet rectiùs uti. Itáque rebus expilatis, convaſatiſque, omnibus, partem mœnium, munimentorumque, corrupit. Partem tormentorum in *Albim* projecit. Partem aliis modis, impactis clavis, inutilem reddidit. Navesque, molasque navales, deſtruxit. Ut haud temere à *Germano Poëta*, ſive *Vate*, prædici cœperit. Etiam *Magdeburgenſium cineres* haud fore quietos. Atque ità, *Magdeburgo* (cujus parva velut nominis umbra ſupereſt) derelicto, manum ſuam, jam notabiliter auctam, *Pappenheimius* redu
VVolferbytum.

III.

Pappenheimio diſcedente, Magdeburgi reſt
rationem Sueci tentant.

HOc pacto, diſcedentibus *Cæſareanis*, *Ban*
in ruinas *Magdeburgicas* tres immiſit coh
tes. Quo nuncio accepto exules ac ſuperſtites
digenæ intrà patrios, quantumvis deſolatos
ceptus revertentes, agriculturæ animum a
cerunt. Neque deſtiterunt, qui viciniam in
lunt, miſerabilium conatus adjuvare. C
ità rectiùs victum quærere, locaque deſolata
purgare, atque interpolare, quiti eſſent.
cùm ſub regiis armis ultimam illam civitatis,
tunarumque ſuarum, everſionem attraxiſſ
non dubitârunt ex ordine ſuo delectos ad
cia Regem emittere. Sub petitione, condignar
Rex è ruinis urbis patriæ halcyonia ſibi repar
Eóque rem deducere, quò ſucceſſivè è ruderi
iſtis nova civitas emergeret. Inque ſtatu flore
reponeretur.

Ad hunc miſerabilium interpellationen
Rege ſic quidem reſponderi cœpit. Si eveni
D E I ope, *Regem* cœptum operis ſui curſum
liciter ad finem deducere. Tùm ſe modò
conſiliis, ſed reipſa, ac ſumptibus, everſæ c
tatis reſtaurationem provecturum. Dùm er
infelix civitas, eò, quòd *Regis*, reique *Evangelicæ*, p
tibus conſtanter adhæſiſſet, omnia pateretur
ma. Non inconveniens videri, illius æqua hab
tur ut ratio. Se igitur id genus privilegiis, & i
munitatibus, loco proſpecturum, ut incolis om
bus tàm gaudio, quàm emolumento, hæc res fu
ra ſit.

Interim, nomine *Regis*, *Axelius Oxenſtiri*
Cancellarius in antecœnam privilegiorum prom
ſorum, ſub codicillis, ſequentes adjecit dec
rationes. Nimirùm, *Regem* volentem perm
tere, ab hoſtibus everſa, ac deſolata, *Magdeburge*
civitas è ruderibus, ac ruinis, ut reſurgat, reæ
ficetur, ſtatuque in florente reponatur.
nomine jam anteà *Rex* operam benignè pro
ſiſſet. Ut etiam, majoris clementiæ conteſtar
igitur, diploma illis regium indulgeat. Ne
minùs eò animis propendere, *Regem*, ut, præv
ſufficiente rerum informatione, privilegia, & i
munitates, augere. Et quæcunque ad reſta
liendas leges, ordinemque, politiæ, requir
videbuntur, ſancire, affectus ſit. Sic, ut *Re*
in reparationem, ac reædificationem, increme
tumque, civitatis everſæ voluntas evidentior f
Exulesque, ac reliqui, cives, hanc gratiam t
percipere, quàm ſine dubio prædicare,
beant. Quo quidem fine, ut reſtauratio ci
tatis quantò ociùs, promptiúsque, tentari p
ſit, *Regem* exulibus, & indigenis omnia illa, à pra
diariis *Cæſareanis* derelicta, ex æquo permitte
Eâdemque operâ æs cyprium, & id genus,
cives ſpectantia, ſive metalla, ſive materiatur
gratis concedere. Quæ præſens loci gubernat

ju

ſta ſub proportione, pro ædificiorum reſtaura-
one, inter cives dividere debeat.

Eodem tempore *Rex Ioannem Novidium Epiſco-*
m Lincopienſem, Theologum, celebrem, è *Suecia*
llas evocare cœpit. Qui rem *Evangelicam*, intrà
agdeburgenſem, Hallenſemque, regiones, quomodo-
nque collapſam, in ordinem, priſtinumque ſta-
m, revocaret. Simulátque collegium aperiret
eologicum, tanquam bonarum legum, pietatis in-
rimis, ordiniſque, ſeminarium.

CAP. II.

De Guilielmo, Duce Vinarienſi, Göttingam expugnante.

I.

uilielmus, Dux Vinarienſis, & Banerus, copi-as coniungunt.

A Magdeburgo ad *Pappenheimium* rever-
timur. Hic ubi, in regreſſu, ſub *Gelee-
nio* tribuno, ſex pedeſtrium cohorti-
bus, unica verò equeſtrium centu-
ria, confirmâſſet *VVolferbytum*, pro-
inciam ingreſſus *Lüneburgicam*, apud *Burgdorfium*,
nitimaſque partes, expilationes ſuis integro tri-
uo permiſit. Quo loco cùm ſubditi à militibus
nulta paterentur, auſus eſt etiam litteris, ad *Geor-
ium, Lüneburgicum Ducem*, emiſſis, interminari. Ni-
ſi militem proprium oppidò exautoraret, aut
bi permitteret, ſe in eo totum eſſe, ut *Zellas*, pro-
inciæ ſedem, ociùs intercipere, igneque ac ferro,
bvia quæque perdere, decreverit.

Sed *Sueci*, in res novas *Pappenheimii* ſerias conii-
ientes contemplationes, vires coniungere feſti-
ârunt. Et iam *Guilielmus, Dux Vinarienſis*, nomine
egis, per *Thuringiam*, aliquammultas collegerat le-
giones. Sic, ut decem millibus imperare credere-
ur. Hic ergò impedimentis, apparatuque bellico,
uxtà inſtructus, *Erphordiâ* in *inferiorem Saxoniam*
romovit. Ubi cum *Banero* copias coniunxit.

II.

Guilielmus Vinarienſis expugnat Göttingam.

INſtabat hic exercitus *Goslariæ*. Iccircò *S.P.Q.Gos-
larienſis*, miſſis ad *Vinariã Ducem* legatis, pacẽ de-
precari cœpit. Convẽnit ergò utrinque, *Goslarien-
ſes Suecicum* ut admitterent præſidium. Quo rece-
pto, in provinciam *Brunſvicenſem* exercitus perre-
xit. Ubi apud *Seeſenam* oppidum, *Battendorfius*, ma-
giſter equitũ, ſuprà *Hamelium* in *Cæſareanos*, & qui-
dem legionem pedeſtrem *Löbelianam*, incidens, ex-
torta aliquot ſigna *Vinarienſi* obtulit. Tanquam
ei, feliciter, & generoſè, cœptæ, auſpicia.

Creſcente belli fiduciâ, præter *Northemium*, nu-
per à *Ligarianis* derelictum, *Göttingam* direxit *Vina-
rienſis*. Utique civitatem probè munitam: Et quæ
Thillyo, magna cum laboris, militis, temporiſque,
impenſa, carò conſtitiſſet: tentaturus. Præſertim,
cùm per indices didiciſſet, eam non tàm præſidia-
riorum, quàm annonæ, defectu, laborare. Defen-
debat hanc *Ioan. Georgius Carthauſenius*, audacior,
fortiorque, miles, quàm cautior. Qui cùm ultrà
pedeſtrium trecentos, equiteſque quinquaginta,
ſub ſeſe non haberet, auſus eſt *Vinarienſi*, per tubi-
cinem bis deditionem poſtulanti, repulſam inten-
tare. Ità factum, *Dux* ut coronâ civitatem cinge-
ret. Pauloque deinceps, tametſi obſeſſi tormentis,
bombardiſque, ſtrenuè rem agerent, ipſe loci ge-
nium perſpiceret. Ergò, re commodè deliberatâ,
precibuſque, ac votis, nuncupatis, *Civitatem* co-
ronâ invadere iuſſit. Octonis locis ſuſcepta eſt im-
preſſio. Tanquam *omnia octo*, ut eſt in adagio, hîc
eſſent perficiẽda. Et *Carthauſenius* quidem hoſtib⁹
ſe totum approbavit. Ità, ut neq; voluntas, neq; au-
dacia, deeſſet. Interim, cùm tot locis idoneos, ac
ſufficientes, defenſores obiicere, ac vim tormẽto-
rum, ſuo loco directorum, ac cooperantium, elu-
dere non ſuſtineret, locus, exigua ſub ingruentium
iactura, expugnari cœpit. Defenſores pleriqué vi-
ctorum manibus ceciderunt. *Carthauſenius* verò,
unà cum vicario, & ſignifero, *Patribus Eccleſiaſticis*,
PP. Franciſcanis, ac *Monialibus*, aliiſque hanc intrà ci-
vitatem, tanquam aſylum, nuper confugientibus,
in poteſtatem vẽnit. *Vinarienſis*, inſpecto, & recen-
ſito, rei armamentariæ, intùs repertæ, apparatu,
fortunæ ſuæ gratias egit. Diemque huic victoriæ,
votis, hymniſque, illuſtrem, ſolenniter dedicavit.

III.

Duderſtada ſe ſubmittit Vinarienſi.

EO ſucceſſu auctus *Vinarienſis*, in regionem *Mo-
guntiacam* (*Eichsfeldiam* vulgò vocant) caſtra
promovit. Simulque per clarigatorem *Duderſtadã*
tradi ſibi poſtulavit. Ordines regionis, aliorum ex-
emplis cautiores, maluerunt temporius ſeſe ſub-
mittere. Quàm fortunarum ſuarum everſionem
exſpectare. Itaque, ſub tolerabilibus conditionib⁹,
pactum, præſidiumq; admiſſum eſt. Intranti *Vina-
rienſi S.P.Q.* modò non poplitibus ſubmiſſis claves.
Sed cohortem pedeſtrium, ducentis, ac quinqua-
ginta, nominibus conſtantem, honorarii loco, ſi-
mul obtulerunt.

IV.

*Guilielmus Landgravius oppida ſub diœceſi Pa-
debornenſi recalcitrantia, ad obedientiam
reducit.*

HOc eum tempore *Pappenheimius*, qui quidem,
Lemgovienſes, Herfordianos, Bilefeldanos, alioſque
in proximo, magna auri quantitate emunxiſſet, eſ-
ſet in partibus, eo ceu tutelari numine freti *Pade-
bornenſes, Guilielmo, Heſſiæ Landgravio*, repudium
intentârunt. Sic, ut, negatis *Landgravio* tributis, de-
fenſores *Pappenheimianos* intromitterent. Ægre hoc
tulit *Landgravius*. Ilicetque collecto exercitu *VVar-
burgum* expugnavit, multis præſidiariorum ſtricto
ſub ferro occumbentibus. Nec multò poſt *Mündã*,
ad *VVierra*, & *Viſurgis*, confluentes, itemque *Amœ-*

 neburgum,

neburgum, Volckmarſa, aliaque hinc indè oppida, ſub leges *Heßicas* vocata ſunt.

CAP. III.

De Pappenheimio, Volckmarſam, Einbeccam, Stadamq; civitates, vindicante, & occupante.

I.

Pappenheimius, Heſſos, Volckmarſam occupantes, per Gronsfeldium, cædit. Einbeccâque potitur.

NOn potuit illos *Heſſorum* progreſſus concoquere *Pappenheimius.* Sed, opportunâ captatâ occaſione, dùm illi *Volckmarſâ, Eichsfeldiæ* civitate, potiuntur, ac iam iam, nihil adverſi ſuſpicantes, intrà mœnia diverſoria captant, ecce! in proximo excubias agentem, *Iuſtum Maximilianum, Comitem Gronsfeldium*, generalem vigiliarum magiſtrum, delectis cum legionibus, curriculo in hoſtes immiſit. Qui *Heßis*, nihil tale exſpectantibus, superveniens, dictam apud *Volckmarſam*, magnã, ac notabilem, intulit ſtragem. Oppidumque, hoſtibus partim cæſis, partim profligatis, recepit.

Intercepta ſunt ex *Heßis* ſigna equeſtria novem, tormenta quinque, mortarium unicum. Gregariorum occubuêre plures ducentis. Duo *Comites*, quorum alter *VVittgenſteinianus*, deſiderati. Capti præfecti militares decem, unà cum ducentis inferioris notæ armigeris.

II.

Pappenheimius intercipit Einbeccam.

COmmendatâ *Gronsfeldii* induſtriâ feliciter adiutus *Pappenheimius*, uberiùs fortunam, quam utique, fortitudine duce, in numerato habebat, tentare haud deſtitit. Quòd ergò, *Duce Vinarienſi*, & *Banero*, unà cum copiis, ad *Regem* in *Franconiam* evocatis, non haberet, qui illis ſub partibus valdè obſtaret, exercitum in provinciam *Lüneburgicam* traiecit. Eius regionis *Einbecca* civitas, inter cæteras, occurrere cœpit, cui arma intentaret. Ferebatur enim ſuperioribus annis in *Bavaricas*, ſive *Ligarianas*, legiones, propter civitatem moventes, amari ſaporis proieciſſe dicteria. Sic, ut, aut ob linguæ incontinentis vitium, aut vitulinam petulantiam, pœnæ videri poſſet matura. Eam ergò, admotis caſtris, ſuper deditione, urgere cœpit. Reſpõdit civitas initiò, more ſuo, importuniùs. Quòd in copiis tàm *Lüneburgicis*, q̃ *Heßiacis*, confideret. Sed ità quidem *Lüneburgos* ab *Heßis* feliciter ſeparárat *Pappenheimius*, ut vires coniungere non ſu[...] nerent. Defendebant oppidum duæ pedeſtri[...] cohortes, ſexagintáque *Suecici* equeſtres. Quib[...] cives, linguâ, quàm dextrâ, promptiores, parũ a[...] xilii afferebant. Ità evénit, ut *Pappenheimio*, per [...] duum oppidum, haud perfunctoriè munitum, [...] vera ſub obſidione, affligenti, tertio die fieret d[...] ditio. Quâ factâ, annona, aliæque, ad militiam n[...] ceſſaria, oneratis tot impedimentis, *Hamelium* c[...] perunt convectari. Civibus linguæ volubilitas i[...] magnò conſtitit. Pro redimenda enim expilatio[...] extremitate, auro, argentoque, apprimè emun[...] ſunt. Supellectilibus argenteis eundem in num[...] rum venientibus.

III.

Pappenheimius denuò Heſſos, Lüneburgicoſqu[...] fundit.

PRocedente tempore *Pappenheimius* ſuper *Heſ[...]* apud *Hüxariam* ſeſe tenentes, curioſos conie[...] oculos. Quòd igitur legio *Heßiaca* ad *Viſurgim* tù[...] extrà *Hüxariam*, in ſtativis eſſet, nihil tale exſpect[...] tem oppreſſit. Captus eſt tribunus, unà cũ aliqu[...] cohortibus. Cæteri perierunt. *Landgravius* id, qu[...] accidit, præmetuens, duas inſuper legiones ſubm[...] ſit auxiliares. Sed æquè ferè illas excepit, fuditqu[...] *Pappenheimius*. Quo terrore cæteri, qui *Hüxaria[...]* tenebant, *Heßi* confuſi, ſeſe ſubduxerunt, relic[...] poſt caput tormentis, & id genus neceſſariis. Q[...] cùm in *Viſurgim* dimiſiſſent, *Ligariani* ſupervenie[...] tes adhibitis vectibus extraxerunt.

Hoc pacto ubi *Pappenheimius* inſtaret *Heßis*, *Lan[...] gravius* haud deſtitit auxilia implorare *Lüneburgi[...]* Neque repugnavit *Dux*. Sed ecce! cùm ſex equ[...] ſtres, quatuor verò pedeſtres, in *Heßiam* dimitter[...] cohortes, etiam hic globus apud *Hannoveram* à ſ[...] pervenientibus *Pappenheimicis* magnam partem f[...] di cœpit. Equeſtribus enim diſſipatis, intercepti[...] que eorum præfectis, pedeſtres intrà fortalitiu[...] confugerunt.

IV.

Pappenheimius Stadam, à Suecis obſeſſam, vin[...] dicat.

CUm diverſis *Guſtavi, Sueciæ Regis*, archiſtrate[...] gis, ac tribunis, hoc tempore res erat *Pappen[...] heimio*. Non modò enim cum *Landgravio*, *Lünebur[...] gico*, & *Vinarienſi*, itemq; *Lavvenburgico*, *Ducibus*, & *Banero*, ipſi certandum fuit. Ut porrò *Archiepiſcopu[...] Bremenſem, Achatium Tottum, Baudiſium*, alioſque, il[...] lis ſub partibus, experiretur adverſarios. In quos o[...] mnes ſolus feliciter eduxit. Cùm ergò *Achatius Tot[...] tus, archiſtrategus Suecicus*, cum novem hominu[...] millibus in *Bremenſem Archiepiſcopatum* perrexiſſet, coniunctis cum *Archiepiſcopo* viribus, pluribus è locis *Cæſareanos* eiicere cœpit. Primùm enim in *Verdã* ſedem *Epiſcopalem*, itum eſt. Ubi cùm præſidiariorũ ducenti in *Suecos* educerent, illis partim cæſis, partim captis, *Verda* deditionem fecit. Itaq; *Buxtehudã* tetigit ordo. Quam *Tottus* iuſta obſidione, ſub tormentis, urgẽs paucorum dierum ſpatio occupavit. Deditione enim facta defenſores, more militari, dimitti cœpêre. Eodem tempore *Daniæ Rex* videbatur in partes venturus. Emiſſis enim, ſub *Marquardo Rantzovio*, tribus cohortibus, *Freiburgum* ad *Albim*, civitatem, intercepit. Neque ſatis planum erat,

t,quis *Regi* color quæreretur. Sed non diu im-
nè hoc tulerunt *Danici*. Incolæ enim regionis
'urſteniana, unà cum ſtipendiariis *Archiepiſcopali-*
,globo facto,de nocte ſupervenerunt. *Danoſque*
rtim cæſos,partim captos, eiecerunt. Pupugit
oc facinus *Daniæ Regem*. Miſſo igitur ad *Tottum*,
chiſtrategum *Suecicum*, legato, in cauſſa inqui-
re iuſſit,undè,& cuiuſmodi,illud eſſet.Sed nega-
rè reſpondit tùm *Tottus*, fabulam eam ſe inſcio
ractam eſſe,conceptis verbis conteſtatus. Tam-
ſi igitur *Cæſareani* laborarent tùm quidem *Daniæ*
gem in partes trahere, oblatis in militiæ præmiū
remenſi, ac *Verdenſi*, *Epiſcopatibus*. Nihilominùs in
iecos Rex inſurgere recuſavit. Sic,ut potiùs è *Dania*
l Suecia Regem legatos dimitteret. Qui colliſiones
rtè naſcentes diſpungerent. Veteriſque amici-
æ ius renovarent, ferruminarentque. Quod tùm
uidem ex voto ſucceſſit.

Interim, *Buxtehudâ* recuperatâ, *Stadam* direxit
ottus. *Albiſque*, uſque eò pertingentem, alveum, ſi-
traiectum, immiſſis inſedit navibus. Mox, ca-
ris antè civitatem diſpoſitis, loricam ad *Albim* e-
ıctam feliciter in poteſtatem redegit, non paucis
æſareanorum inibi occumbentibus. Interim, tam-
ſi loricâ potirentur *Sueci*, res ſic quidem erat cō-
ırata, ut à ſuis haud facilè defendi quirent. Quod
nimadvertentes obſeſſi, poſtridie mille, & quin-
entos, eduxerunt. Tantoque cùm fervore impreſ-
onem facientes loricam oppidò recuperârunt.
eciderunt eo ſub impetu *Suecorum* circiter ducē-
,ac quinquagintà, præfectis eorum interceptis,
ıtràque *Stadam* redactis.

Accepto hoc nuncio *Pappenheimius*, cum exer-
itu in *Archiepiſcopatum Bremenſem* properare cœ-
it. Tametſi enim *Heſſi*, per ditionem *Padebornen-*
m recens tumultuantes, conarentur illum à pro-
oſito divertere. Fruſtrà fuerunt nihilominùs. Se-
nel enim illi decretum erat, *Stadenſes* velle libera-
e. Id quòd ſucceſſit auſpicatò. Quippe modò nō
ıitinere *Rotenburgi* obſidionem diſiecit. Sed etiā,
pud *Zellas*, aliquam multas cohortes *Lüneburgicas*
æcidit. Nitebatur quidem omni conatu *Tottus* ir-
itum reddere adventantis *Pappenheimii* inſtitutū.
Quo fine in antecurſorias illius copias maſculè a-
nimadvertere viſus eſt. At tàm violenta ſuperve-
nit paulò poſt *Pappenheimii* impreſſio. Ut *Tottus*, re-
iſtere non ſuſtinens, in regionem *VVurſtenianam*,
ohauſenius verò *Buxtehudam*, dilaberentur. Ità *Pap-*
enheimio reddita eſt *Stada*. Neque hoc ſatis. Sed
uperrat in pximo manus *Suecica* è mille, & quin-
entis. Qui quidem paulò antè recens ſtipendiis
bligari cœperant. Sic ut nondùm armis integrè
ſſent confirmati. In iſtos quoque feliciter pro-
movit *Pappenheimius*. Ità, ut plurimos funderet, cę-
teriſque captis ſigna extorqueret. Indè, *Kedingenam*
regionē depopulatus, *Hornburgum* impetiit. Quā-
quam autem defenſores, cooperantibus inquili-
nis, initiò ſtrenuè reſiſterent. Paulò poſt tamen,
urgentibus ſumma cum violentia *Pappenheimianis*,
herbam porrexerunt; pactis ſub conditionibus
Buxtehudam dimiſſi.

V.

*Pappenheimius, evocatis præſidiariis, Stadæ re-
nunciat.*

INter hæc, *Franciſcus Carolus, Dux Lavvenburgicus*,
nuperrimè certis ſub conditionibus à *Ligarianis*
dimiſſus, novas parabat legiones, & quidem alterā
equeſtrem, pedeſtrem alteram. His ordine luſtra-
tis, & inſtructis, magnis itineribus *Buxtehudam* cō-
tendit, ſeſe cum *Totti* copiis coniungendi animo.
Cecidit hæc alea ſecundis avibus. Ità factum, ut
Sueci, diverſis ſub velitationibus, in *Pappenheimia-
nos* experirentur. Quòd autem pabulationis defe-
ctu laborarent equeſtres *Cæſareani*, nec in *VVurſte-
nam*, *Hadelenamque*, regiones, à *Suecis* præoccupa-
tas, incolis viritim conclaſſantibus, pateret, abſq;
difficultate, tranſitus. His, aliiſque, de cauſſis, præ-
ſertim, quò veteranis illis defenſoribus copias au-
geret, *Pappenheimius Stadæ*, tanquàm loco procul
diſſito, longum vale dixit. Hoc inſtituto provectus
magiſtratui civitatis claves reddidit; gratiis ob
præſtitum hoſpitium civiliter peractis. Simulát-
que tributum, paulò antè poſtulatum, benignè re-
miſit. Cùmque, ſuper *Religionis* reformatione, ani-
mos placâſſet, ægrotorum inibi relictorum, nume-
rum ſeriis verbis commendavit.

Tentaverat quidem *Pappenheimius* in partes at-
trahere *Daniæ Regem*. Sic, ut *Rex* videretur *Stadam*,
illo emigrante, ſibi vindicaturus. At dehortatoriis
ſuis effecerunt *Sueci*, *Rex* ut manum abſtineret.
Nolletque eas per tricas *Archiepiſcopatum* filio ſuo
conferri. Ità, abſq; huius propoſiti effectò, dereli-
ctâ civitate, *Pappenheimius* receſſit. Quo militem de-
ducente, ille ad *Albim* diſtrictus *Suecis*, aditus occu-
pātibus, geminamq; legionem intrò mittentibus,
obtigit, liberrimè. Interim, *Cæſareanis* ad *Viſurgim*
ſeſe recipientibus, neq; ſic cōveniebat archiſtrate-
gis *Suecicis*. Ut *Dux Lüneburgicus*, & *Tottus*, ſuper rei
militaris prærogativa, altercarent. Cui diſſidio *Rex*,
remedium applicaturus, *Totto* ad ſe evocato, ſub-
ſtituit *Baudiſium*. Totiuſque rei militaris ſummam
per *Saxoniam inferiorem* in *Ducem* tranſtulit.
Sic ut è *Lüneburgicis*, *Suecicisſque*, legio-
nibus unus formaretur exer-
citus.

***

Io. Petri Lotichij

RERUM GERMANI CARUM

LIBER XLIX.

C A P. I.

De Principum, Ordinumque, Sileſiæ, apud V ratislaviam, conventu. Et quantum ab illi novo Cæſaris, ſub Fridlando, exercitui aux liorum acceſſerit.

I.

Principes, Ordineſque, Sileſiæ apud Vratislaviam congregati, Cæſari decernunt auxilia.

DE *Pappenheimio*, feſſis *Cæſaris* ꝑ *Gueſtphaliam*, *Saxoniamque inferiorem*, rebus opportunam, utiliſſimamque, operam navante, tanquam in compēdio, præmiſſum eſt. Sub quo, poſt *Thillii* caſum, fortuna *Ligarianorum* haud obſcurè videbatur reſpirare.

Ab illius actionibus digredientes, lege ordinis, in varias velitationes, pugnaſq;, tàm per *Alſatiam*, *Sueviamq;*, quàm *Palatinatum*, ac *Bohemiam*, inter *Cæſareanos*, *Hiſpanos*, *Bavaricoſque*, ex hac, itemque *Suecos*, *Saxonicoſque*, ex alia parte, ſparſim coincidētes, ſtylum iniiciemus. Quæ antequàm ſucceſſivè hocce libello expediamus, primùm de conventu *Principum*, *Ordinumque Sileſiæ*, illincque decretis pro *Cæſare* auxiliis, præmittere fert animus.

Poſtulatum verò *Cæſaris* erat eiuſmodi. Tametſi *Cæſar* nihil aliud in votis habeat, quàm ut ſubditis, &, inter eos, *Sileſiis* quoq;, omni meliori modo parcere. Oneraq;, ſub legionibus, in hyberna immittendis, imponere non ſit affectus. Niſi illud ultima, & ineluctabilis, neceſſitas depoſcat. *Cæſareique*, ſtatus, ac patrimonii, conſervatio per ſe flagitēt. Quibus quidem ſummè urgentibus extremitatibus *Cæſar*, præter omnem exſpectationem; atque ex tranſverſo, cogeretur hanc mitiſſimam impræſentiarum ſequeſtrare rationem. Temporiſque magis
iniuriis, quàm clementiæ, ac benignitati, ſuæ ve
ficari. Proindè invitis animis *Principibus*, *Ordinib*
que, *Sileſiæ* eſſe moleſtum *Cæſarem*. Dùm magis d
ra neceſſitatis lex hyberna pro legionibus *Cæſare*
nis per *Sileſiam* conſtituenda, quàm *Cæſar* ipſe, d
poſcat. Inſtarque cunei trudat, atque extorquea
Interim ſic clementiſſimè ſentire *Cæſarem*. Ut, ſu
Fridlandiæ Ducis inſpectione, illam applicare vel
moderationem. Quò rigore militaris diſciplin
legiones coërceri. Iuſtaque inter *Ordines*, regione
que, proportio, atque æquitas, obſervari quean
Sic, ut loca, magis hactenùs paſſa, ac debilitata, m
nora onera ferre iuberentur.

Quòd igitur provinciæ *Sileſicæ* antehâc volente
Cæſaris rebus haud defuiſſent. Eapropter, ſub ha
luculenta, ultimaque propemodùm, neceſſitate
Cæſarem deſiderare, ac clementiſſimè contendere
Vellent iam quoq; *Principes*, *Ordineſque*, cenſus cō
ferre. Quibus legionibus ꝑ *Sileſiam* hybernaturis
ſatisfieri queat. Eam intervenire præſentis tempe
ſtatis iniuriam. Ut provincias per patrimoniales o
mnes hyberna iſta extendantur. Legioneſq; ali debeant. Quo nomine *Cæſarem* rectiùs confidere, etiam *Sileſios*, promiſſi memores, bonâ fide his in paſ
ſibus cooperaturos.

II.

Principum, Ordinumque, Sileſiæ, ad poſtulata
Cæſaris, declarationes.

HActenùs *Cæſar*. Eandem in ſententiam, per
Comitem à VVeitzenhofen, militiæ *Bohemicæ* le-
gatum, *Fridlandus* præfatis illis *Sileſiæ Principibus*, *Or*-
dinibuſ-

ibuſque,* intimari curavit. Nimirùm, quòd *Cæſar* berna, ac ſubſidia, poſtulâſſet, non curioſitatis, t rigoris, ſed neceſſitatis, ſignum eſſe. Ut luben- is, ſi præſens admittat tempeſtas, id genus one- bus ſuperſedere voluerit. Interim rebus *Cæſaris* o tempore alio pacto ſatisfieri non poſſe. Ut ipſe hilominùs, iuſto ſub moderamine, rerum belli- rum ſummam adminiſtrare. Ac, ne quid licenti- ; à milite perpetretur, præcavere, cogitet.

Quò itaque tàm *Cæſari*, clementer poſtulanti, uàm neceſſitati, improbè urgenti, ſatisfacerent *rincipes, Ordineſque*. Indicto apud *Vratislaviam* cō- ntu, frequentes congredi, vireſque ſuas, & quid leant humeri, uſque ad teruncium ferè, quod a- nt, exactiùs trutinare, atque excutere, cœperunt. Quanquam verò arduum id genus, à *Cæſare* profe- um, neceſſitate verò extortum, occurreret po- ulatum. Ut neque principium, multò minùs me- ium, finemq;, inveniant. Quò requiſitis ſub ſum- tibus legiones alere, inque hyberna admittere oſſint. Nihilominùs, quò *Cæſari* prolixam, atque umilimam, ſuam volūtatem, eâ, qua par eſt, obe- ientiâ conteſtarentur. Paratos eſſe *Principes, Ordi- eſque*, etiam ultimos tentare conatus. Quò *Cæſari* eliquis è facultatibus pro tempore ſuccurrere, cō- tantiamque devotiſſimam, devotionemque con- tantiſſimam, omni meliori modo, ſeſeque totos, pprobare valeant. Dùm enim hæc lex cæteras ex quo tangat provincias. Nolle ſeſe quidem hac in arte prætendere exemptionem. Tametſi arbitrē- ur, ſeſe, quà expenſas, cenſuſque, aliquammultis b annis collatos, reliquis illis provinciis, ſubductis ationibus ſub æquâ proportione, longè prævale- e. Itaque ſequentes in declarationes unanimi- us ſuffragiis pedibus itum eſt.

Nimirùm, *Principes, Ordineſque*, clementiſſimis *Cæſaris* poſtulatis, tanquam à neceſſitate expreſſis, ùm, pro publici ſtatus conſervatione, per *Sileſiam* ybernationes, legionumq; inſtaurationes, poſcā- ur, humilimè ſeſe ſubmittunt. Unanimiterque in o conſentiunt. Ut omnes, ac ſinguli, è reſiduis fa- cultatibus, ſincerâ, optimâq;, fide porrò conferre velint etiam ultimos teruncios, quò *Cæſari* autori- as conſervari. Statuſq; publici confirmatio cōſo- lidari, poſſit. Interim à *Cæſare, Rege*, ac *domino*, ſuo humilimè ſibi promittunt, & exſpectant. Futurū, ut, ſi, ex devoto obſequendi ſtudio, fortè plura de- ponant, ac polliceantur, quàm quidem in effecto præſtare queant. *Cæſar* hoc non quidem temerita- ti, aut tergiverſationi, ſed rebus defectis, clemen- tiſſimè dignaretur aſſcribere. Tātùm enim abeſſe, ut ocioſam hanc videri velint præparâſſe excuſa- tionem. Ut omnes, ac ſinguli, tàm ſupremæ, quàm infimæ, notæ, lubentes, atque ex animis, parére ſint affecti. Siquidem igitur militis admiſſio, alimenta- tioq;, non ſeparatim unum, alterumq;, ex *Ordini- bus*, ſed collectim omnes, concernat. Iuxtáq;, non tàm ſecundùm provinciarum leges, ſed mitiſſimā *Cæſaris* declarationem, æqua applicari debeat mo- deratio, ac ꝓportio. Quo nomine porrò *Dux Frid- landiæ*, ꝑ *Imperii Comitem de VVeitzenhofen*, & *Carolū Stredelonium de Montagni*, legatos ſuos, iuſſiſſet uni- uſcuiuſque regionis, ac loci, inſpicere qualitates. Non obſtantibus *Svveidnicenſis*, & *Iaurici*, itemque *Oppelnii*, ac *Ratiborii, principatuum*, nec non eiuſdem notæ *Principatus*, ac civitatis, *Vratislavienſis*, prote- ſtationibus. Coarguentibus, fieri vix poſſe, ut, ſub novis emergentibus oneribus, ſibi ſtatus publici conſervatio conſtare queat. Id genus obiectionibus inſuper habitis, per maiora, ceu vocant, ſuffragia illa emerſit declaratio. Quanquam quę, qualeſque, ſive cohortes, ſive legiones, iam tùm admitti debeant, non liqueat. Eam diſpenſationem, moderationemq;, in *Fridlandiæ Ducem* venire reiiciendam. Secundùm hæc, cùm ſubſidiorum conferendorum cardo in hoc vertatur. Ut à numeratione præſentis pecuniæ legionum inſtauratio pendeat. Ob id *Principes Ordineſque*, omnes, ac ſinguli, hoc agent, ut quantò ociùs tribunis, aut præfectis militaribus, intrà regiones ſuas divertētibus, certā pecuniæ ſummam, quantamcunq; corradere potuerunt, pro legionibus inſtaurandis, dependant. Militibus verò, iam tùm ſtipendio obligatis, ac præſentibus, annonam, ſub panibus, carnibus, cereviſia, itemq; reſpectivè avena, & pabulationibus, iuxtà *Fridlandi Ducis* canones, adminiſtrent. Viciſſim exſpectantes, fore, ut ſevera ex lege diſciplina militaris exerceatur. Diæta domeſtica, id eſt, caro, ac cereviſia, domi nata, ne reiiciatur. Pecuniaque, ac nummis, in momento quaſi non præſentibus, executio illicò locum non habeat. Sed aliqualis permittatur reſpiratio. Quo quidē nomine *Principes, Ordineſq;, Chriſtianum, Baronem de Illo*, generalem vigiliarum magiſtrum, utique animi, & voluntatis *Fridlandiæ Ducis*, gnarum, ſimulátq; *Comitē Schaumburgicum*, generalem rei tormentariæ magiſtrum, prima quaq; occaſione ad ſeſe invitabunt. Cumq; illis, ſuper uno, alteroque, capitulationis militaris articulo, amicè conferent. Quò ſic, tàm inter *Ordines*, quàm milites, nulla, aut parva; naſcatur difficultas.

Quantùm ad rei ſummam, nempè legionum inſtaurationem, ac complementum, ſpectat, ità quidem *Principes, Ordineſq;*, decernunt. Ut per *Burggrafium*, tribunumq; à *Donavv*, & *Stredelonium* præfatū, *Duci Fridlando* intimare ſint affecti. Nimirùm, eò uſq; ſeſe viriculas ſuas datâ operâ extenſuros, quò legionibus, ſibi deputatis, modò non ſtipendium menſtruum numerare. Sed in tribunos quoq; partem pecuniarum itidem conferre, ſuſtineant. Hæc ut quàm maturrimè expediri, iuxtáque militibus diaria ſuppeditari, poſſint, omnem ſeſe operam, ac ſudorem, impenſuros. Ut, quantumvis in aliquāmultas auri myriades hæc ſumma excreſcat, parabiliſque haud quidem in multorum oculis eſſe videatur, nihilominùs ſeriis, ultimiſq;, conquirenda ſit conatibus. Sub indubitata ſpe confidentes, ſi quid de cætero miles, pro affligendis ſubditis, extorquere conetur, illud omne, iuſta ſub ſeveritate, tàm plectendum, quàm refundendum, eſſe. Ut ſimulátque legiones iam inſtauratæ, ac numeros ſuos habentes, iuxtà mitiſſimam *Cæſaris* declarationē, ſint deducendæ. Interim, quo pacto tàm pecuniarum, quàm commeatus, proventus idoneus cōparari poſſit, hoc opus, hunc laborem, eſſe. Ut hæc ſolicitudo quanta maxima animos potiſſimùm fatiget. Qui quidem, in vota properantes, cupiditate, ac placendi ſtudio, vires longè antevertant. Et quanquam, ſuper indictionibus, ac collectis, extraordinariis, per omnes regiones generaliter publicandis, quibus hoc negotium ematurari poſſe creditum eſt, conſultari cœperit. Nihilominùs, ꝙ

hæc ſatis ampla, atq; intricata, videretur miſtura, ac prolixitas. Neque generalis ærarii ratio tàm promptè iniri poſſet. Eò ſententiis itum eſſe. Nimirùm, unicuiq; *Ordinum* integrum foret, ſuo loco vigilare. Quò ſive per ordinarias, ſive extraordinarias, indictiones, tantum æris conquirere queat. In tempore ut attributam ſibi ſummam præparare. *Cæſariſq;* expeditionem quanta maxima licet induſtria, adiuvare, ſatagat.

Interim, indictiones, ſive *Cæſarei* cenſus veterrimi, conceptis verbis hoc loco excipiuntur. Ut etiã *Ducis Fridlandiæ* prætenſiones, nomine *Cæſaris* aſſignatas, *Principes, Ordineſq;*, ſuo tempore implere cogitent. De vectigalibus, ſive cenſibus, è iumentis ad *Cæſarem* redeuntibus, ità eſſet. Ut, quicquid, hoc ad momentum uſq;, in *Cameram Cæſaream*, vel anticipando, rediiſſet, hoc illinc haud revocaretur. Id verò, quod nondùm in ſolutionem veniſſet, hanc in neceſſitatem inſumeretur. Ità, ut non minùs *Ordinibus*, pro onerum militarium extraordinariorum impendiis, apud *Cameram* ſatisfiat. Et licet cenſus *piſcarios, molendinarioſq;*, *Principes, Ordineſq;*, à cenſibus *pecuariis* ſeparare, *Cæſariq;*, ſub diæta *Bernſtätten-ſi*, reſervare, decreverint. Nihiloſeciùs tamen humilima ſpe nituntur, fore, ut, ſicut tàm *iumentorum* quàm *piſcium, molendinorumq;*, cenſus nullum alium in finem, niſi ut legionibus ſatisfiat, provinciæque tranquillentur, conſtitui cœperunt, *Cæſar*, ſub evidentiſſima tàm neceſſitate, quàm ſubditorum depauperatione, has illas collectas gratioſiſſimè ſibi permittat. Quò præſente è neceſſitate emergere fas ſit. De cẽſibus verò *carnariis* ità eſt. Ut id, quodcunque *Cæſar*, pro æris alieni compenſatione, *Principibus, Ordinibuſq;*, remiſit, in impenſas haſce militares interim erogaretur. Ex adverſo, quod ad cenſus *Cereviſiarios* duplicatos attinet, tametſi illi in ingentem excreſcant ſummam. Pariterq; hanc in militiam impendi poſſint. Nihilominùs ſic quidem paciſcuntur *Principes, Ordineſq;*, eas ut collectas integrè *Cæſari* conſervare cupiant. Quæ, ac par, ratio itidem iniretur cũ teloniis, ad *Cæſarem* propriè redeuntibus. Interim, quoad *Ordines* mutuò, atq; inter ſeſe, hæc obtineret ratio. Ut quidem de cenſib' *pecuariis, piſcariis*, ac *molendinariis*, reſiduæ, & nondũ factæ, ſolutiones, ab unoquoque *Ordinum* poſſint colligi. Inq; neceſſitatem hanc militarem impendi. Interim ſinguli eam quantitatem poſtmodùm refunderent. Ne ſic, dùm *Ordines* aliquammulti partes ſuas iampridèm dependerunt, hi verò debitum illud alios conferunt in uſus, oriretur inæqualitas. Quando tardioris ſolutionis homines, & qui multum hoc pacto debitorum accumulâſſent, multò melioris forent conditionis, præ illis, qui, promptè ſolutionem obeuntes, etiam anticipando loculos exhauſiſſent.

Quò autem eius rei certitudo inveniri poſſit, ità quidem *Ordinibus* convenit. Nempè unuſquiſq;, à tempore huius decreti, certo ſub elencho, conſignaret, quid, quantumq;, cenſus *pecuarii* toto anni decurſu dependant. Quibus modis partim *Cameræ* ſatisfecerit, partim hanc in militiam erogare contendat. Ea omnia, ſub acceptilationis, ut vocant, apochis, docerentur. Sic ut eadem ratio & *carnariorum, molendinariorumq;*, cenſuum ſit ineunda.

Præterea, ab *Ordinibus* nonnullis illud quoque, gravaminis loco, cœpit allegari. Videlicet, ſuperiori *Anno M.DC.XXVII.* privatos quoſdam, inprin[...] *Commendatores*, ut vocant, & ex parte *Capitular*[...] tametſi & illi ſub territorio comprehẽdantur. C[...] ſuſq; in *Cameram* provincialem inferant. Saltẽm[...] vel à iuriſdictione eximantur. Nihilominùs à t[...] butis militaribus reſilire. Exemptionemq; præte[...] dere omnimodam. Proindè *Principes, Ordineſq;*, [...] quidem definiunt. Sperantque, ſuper eo, *Cæſar*[...] *Regiſq;*, ſui confirmationem. Nullum deinceps ſi[...] ex ordine *Commendatorum*, ſive *Capitularium*, h[...] ſub ultimæ neceſſitatis caſu, ullam exemptionem[...] quæcunq; tandem ſit illa, allegare, aut prętender[...] poſſe. Maximè, cùm *Cæſar* ipſe ne quidem *Auſtr*[...] *Inferioris Monaſteriis*, quò minùs præſentem in ne[...]ceſſitatem conferant, parcere dignatus ſit. Sed il[...] omnes, ac ſinguli, ex lege proportionis, partes ſua[...] abſq; tergiverſatione, ſimulátq; depẽdeant. Nec[...] alium ad locum, quàm ſibi competẽtem, iuxtà *An*[...]*ni* ſuperioris *M.DC.XXIX.* decretum, reconfugian[...] Nedùm ut ab aliis *Ordinibus* in compendium attra[...]hi queant.

De *Ordinum Glogoviæ maioris* afflictionibus, per[...] peſſiſque ærumnis, & quàm iam tandem ad incitas[...] quod aiunt, rediiſſent, neq; ſymbolas ſuas ampliù[...] conferre poſſint, plus ſatis *Principibus, Ordinibuſq;*[...] & non ſine cordolio, innotuiſſe. Mallent itaq; me[...]liorem fortunam, ſoleſque candidiores. Quò illi[...] opitulari, ac ſuccurrere, liceat. Interim, cùm iſta ſi[...] præſentis tempeſtatis iniuria, ut omnes ferè ex æ[...] quo mánes, ut aiunt, ſuos patiantur. Exſpectand[...] venire tempora tranquilliora, quibus iuvari que[...]ant. Ut inpræſentiarum æqua illorum non minù[...] haberi debeat ratio.

Denique, cùm maior neceſſitas obſcuret mino[...]rem. Incendiumque qua parte eſt nocentiſſimum[...] maximumq;, aquis ſuperfuſis reſtinguendum ſit[...] Eò fieri, hoc ut tempore *Principes, Ordineſq;*, ad re[...] ſive particulares, ſive deliberationes provinciales[...] æriſque alieni fatigationes, deſcendere nequeant[...] Sed ea omnia occaſionem in commodiorem reiiciant. Quò quidem *Duciſſam Teſchenſem* ſuis illis cũ prætenſionibus, alioſque id genus ſolicitatores, remittant. Suo tempore illis ex æquo non defuturi.

Ne autem, ſub legionum per provincias diſtributionibus, quo eventu ſumptibus identidem eſſet opus, pecuniæ ex defectu res neceſſariæ negligantur. Operæ pretium videri, generali cenſuum ærario ut proſpiciatur. Proindè *Principes, Ordineſq;*, ſimplicem, atq; admodùm tolerabilem, cẽſum indicere. Sic, ut, cis paucos menſes, intrà *Lupercalia*, de millenario quinque penderentur, per omnem provinciam. Pœnâ executionis in moratores conſtituta.

Tandem, ſuper comitiis *Polonicis*, proximo menſe *Martio* inſtãtibus, deliberari, concludiq;, cœpit. Nimirùm, de impreſſionibus, in *Burggrafium de Donavv*, eiuſq; ſubditos, factis, apud *Poloniæ Regem* verbis conceptiſſimis quiritandum. Simulátq; deprecandũ, eſſe. Quò, ſuper vectigalibus, ſive teloniis, auctis, itemque repræſaliis, de facto tentatis, aliiſque, inter *Polonos*, ac *Sileſios*, occurrentibus, difficultatibus, per certos utrinque legatos, ex ęquo tranſigi poſſit. Ne pars læſa indè ad fora, ſive tribunalia, ſive ordinaria, reiiciatur. Sub annexa petitione: Compactata illa *Archivis Regni* & infereretur. Et univerſæ ad *Poloniæ* notitiam publicarentur.

CAP.

CAP. II.

De Suecorum per Sueviam Würtenbergicam, Alſatiamq; progreſsibus.

I.

VVürtenbergica provincia inclinat in Suecos.

SUprà commemoratum eſt, *Fürſtenbergium*, cum exercitu, ex *Italia* reduce, nomine *Cæſaris*, veniſſe in provinciam *VVürtenbergicam*. *Ducemq;*, ſive *Adminiſtratorem*, vi iniectâ, cò redegiſ- Ut arma, fœduſque illud *Lipſicum*, eiuraret. Nihilominùs *Sueciæ Regis* famâ, & felicitate, illecti bditi res novas videbantur coquere. Tametſi periori anno tàm *Thillyus*, quàm *Altringerius*, illic ybernâſſent. Sed, cùm *Thillyus* militem deduceret golſtadam, apparatumq; armamentariū è *Schornrfio*, & *Guisburgo*, aliò transferret, indigenę denuò, nnis receptis, in *Suecos* cœperunt inclinare. Unè tributa *Cæſareanis* negata ſunt. Ex adverſo *Sue-* per regionem milites ſtipendiis obligârunt. Ea s *Eccleſiaſticorum* hominum, *Cœnobiis* ſeſe tenenum, animos, ceu ſydere quodam, percuſſit. Prærtim, cùm iam tùm cohortes *Suecicæ* illas per *uevia* partes irrumperent. *Catholiciſque* minarenr. Immò diverſis ſucceſſivè potirentur oppidis.

Intrà *Hallas Suevicas*, civitatem ità dictam, ſeſe m tenebat *Speerreuterus*, *Chiliarcha Suecicus*, eo lo- *Cæſareanis* admodùm moleſtus. In hunc produbant *Cæſareani*, ordinibus antecurſoriis iam tùm *onthemium*, *Baronis Limpurgici* ſedem, attingentius. *Speerreuterus* ergò, more *Regis* ſui, in cohortes nteambulatorias animadverſurus, duabus ſub enturiis eduxit. An hoſtium conatus interturbae poſſet. Nec infeliciter alea cecidit. Ubi igitur ntellexiſſet, intrà *Sonthemium* duas *Croatarum* cohortes, centurias pedeſtrium tres, unamque equetrium, ſubſiſtere, evocatâ ad ſe legione *Stockheimeriana*, impreſſionem in hoſtes tentare decrevit. ed cuſtodiam, excubiaſque, invenit ſic quidem aratas, ut ſubitò illis ſupervenire haud quitus eſet. Qua de re, ſub pedeſtrium operâ, tàm diu pagum urgere cœpit, uſque dùm invento, patefactoque, aditu, irrumperet. *Cæſareanoſque* eiiceret. Quos ultrà pagum inſecutus, inita velitari pugna, nagnam partem profligavit. Interim, cùm, cuſtodiæ ergò, poſt caput reliquiſſet magiſtrum equitum, cohortes auxiliares ducentem, *Cæſareanorum* nova in hunc inciderunt agmina. Ità, ut ipſe quoque *Speerreuterus* circumdaretur. At *Sueci* commaſculatis animis etiam iſtos ſtrenuè reiecerunt mpetus. Ut è *Cæſareanis*, in arcem *Dannebergicam* confugientibus, deſiderarentur duo, treſque, militiæ præfecti, cum quinquagintà gregariis captis non paucis. E *Suecicis* non minùs ceciderunt, captique ſunt, aliquammulti. Tametſi igitur *Sueci* hoc velitari prælio prævaluiſſent. Nihilominùs *Speerreuterus*, veritate è captivis expreſſa, ad *Regem* litteras dedit. Et, quòd viribus *Cæſareanorum* reſiſtere nequiret, auxilia rogavit. Simulátque, quantum momentum *Halla* civitas, pro cuſtodiendo *Mœni* traiectu, præberet, ſubiecit.

II.

Argentinates in Lotharingicos animadvertunt.

FAtalis illa tempeſtas bellica, undiquacunq; deſæviens, etiam hoc tempore agrum *Argentinenſem* afflixit. Illic enim turmæ *Lotharingicæ*, bono tēpore libidinantes, tandem etiam *Reipublicæ* pagos exurere tentârunt. Sed non impunè. *Argentinates* enim, emiſſis duabus equeſtrium, unaque pedeſtriū, centuriis, iuſſerunt in *Auſtraſios* animadvertere. Ità factum, hæc ut manus *Pleſſenheimium*, pagum arce conſpicuum, delata, in quatuor cohortes *Lotharingicas*, circiter mille impedimenta, ſpoliis onuſta, tenentes, impetum ſuſciperet. Poſtque anceps prælium funderet, ac profligaret. E quibus integra periit centuria, duobus ſignis equeſtribus, aliquot impedimenti, bonoq; equorum numero, in poteſtatem redactis. Ità præſidiariæ cohortes, auro, equis, ſtragulis, veſtibuſq; auro intertextis, onuſtæ, magno cum tripudio, in urbem reverſæ ſunt, tubicine, ac gregariis ſex, ſuorum è numero, ſub prælio occumbentibus.

Interim, neque ſic *Reſpublica* ſperare potuit, agrum ſuum fore quietiorem. Quo nomine denuò ſubmiſit trecentos. Qui, cooperantibus ruſticanis, porrò in *Lotharingicos* inquirerent. Eoſque è vicinia eiicerent. Neq; hæc miſſio fuit infrà effectum. Etenim in turmam *Lotharingicam* incidentes *Argentinates*, alterâ vice, octo interfectis illorum paribus, rheda, impedimentis, carriſque, potiti ſunt. Hoc ut ſub procedendi rigore, tàm præſidiariis, quàm ruſticanis, operas ſociantibus, *Lotharingicis* omnis expectoraretur diutiùs per *Alſatiam* commorandi voluptas, ac procacitas.

III.

Per Marchionatum Durlacenſem tàm Sueci, quàm Cæſareani, ferro, atque igne, graſſantur.

NEque hoc tempore cauſſam ſuam à *Suecis* ſequeſtravit *Comes Hanovicus Lichtenbergicus*. Dū munimentum illud prævalidum, quòd *Cæſareani* ſuperioribus annis apud *Druſenheimium*; *Rheno* ultrà citráque impoſuerant, nomine *Regis*, unáque *Lichtenaviam* civitatem, occupavit.

Inter hæc, operam quoque ſuam navavit *Suecis*, *Chriſtianus*, *Dux Palatinus Birckenfeldius*. Qui per *Alſatiam*, regioneſque finitimas, integrum conſcripſit exercitū. E quò aliquāmultæ turmæ equeſtres, apud *Argentinam Rheni* pontē tranſeuntes, inq; anteriores *Auſtriacas* provincias irrumpentes, diverſa expilârunt oppida, nonnullis in cineres redactis.

Eâdem vi iniecta *Stuffenburgum*, ditionis *Badenſis* arcem, præeunte expilatione, devaſtârunt. Vini, & annonæ, proventibus non contemnendis, eò, quòd impedimentis deſtituerentur, poſt caput relictis. Mox *Hochfelda*, ad *Oſſam*, legatum *Cæſareum*, ſpectans, ſpoliis, ignibuſque, eſt everſa. Sed *Cæſareani*, ex *Hagenoa* educentes, in ſpoliatores inciderunt. Cæſiſque non paucis ſpolia extorſerunt.

Paulò poſt *Sueci Stollhofenam, Raſtattamque*, (cuius indigenæ, veteri more, vinum non menſura, ſed amphorâ, metiuntur) invaſerunt. Irritatus id genus inſultibus *Oſſa*, tribunus *Cæſareanus*, collectis ad *Briſacum* duobus hominum millibus, *Loram* civitatem, octo paſſuum millibus *Argentinâ* diſtantem, occupavit. *Offenburgumque*, duabus pedeſtriũ immiſſis cohortibus, confirmavit. Mox, ad *VVillſtadam*, *Hanovicæ* ditionis oppidum, promotis cohortibus, deditionem poſtulavit. Defenſor loci, centurio *Suecus*, tàm ſuorum, quàm agreſtium, manu adiutus, primâ vice reiecit *Cæſareanos*. Promittebat enim ſuorum ſibi auxilia. Idem exſpectabatur *Cæſareanis*. Nullis autem affulgentibus *Suecorum* ſuppetiis, reconverſi *Cæſareani* magnis conatibus oppidulum expugnârunt: occiſis, quos in armis inveniebant, quibuſcunque. Centurio tametſi, cum magna ſuorum parte, in arcem ſe reciperet, nihilominùs, rebus neceſſariis defectis, paulò poſt in poteſtatem vénit: gregariis omnibus ſub leges *Cæſareas* redactis. Ità tàm oppidum, quàm arx, præviâ expilatione, ignibus iniectis conflagrârunt. Eodem tempore præſidiarii *Francothalenſes*, *Heydelbergenſes*, & *Philippopolitani*, viciniam omnẽ depopulationibus paſſim exercuerunt. E quibus ex *Heydelberga* ſeptem equeſtrium cohortes, apud *Philippopolim*, *Rhenum* traiicientes, *Hagenöam* uſque, evaſerunt. Inque itinere, apud *Lauterburgum*, cohortes *Suecicas* recèns inſtauratas, operâ civium, oppreſſerunt. Qua de re paulò poſt *Sueci*, oppido recepto, eò, quòd cives proditionis aliâs, codicillis interceptis, peragerent reos, primores è vinculis cauſſam dicere. Conſulem verò, ſub *Landaviæ* facie, in arborem, ceu furcam, patibularem ire iuſſerunt.

Cum illis *Oſſa* legatus tria pedeſtrium millia, duodecimque equeſtrium cohortes, coniunxit. Quibus viribus per *Alſatiam* deſcendens *Cronevveiſſeburgum* ſubegit. Mox, in *Alſatiam* ſuperiorem regreſſus, viribuſque auctus, in meditullium provinciæ *Durlacenſis* irrupit. *Marchionemque*, delectibus tùm operam dantem, eò adegit, ut ilicet noviter collectis copiis miſſionem daret, ſub tituloſq; *Cæſareos* mitteret. Interim equeſtres cohortes hæc tropica evaſerant. Neque tantũ hoc loco res *Marchionis* agebatur. Sed etiam *VVürtenbergius*, etiam *Palatinus Birckenfeldius*, *Duces*, aliique tribuni *Suecici*, erant in partibus. Quorum omnium conatus eâdem fideliâ diſpunxit. Magnamque pecuniæ vim *Durlacenſi* extorſit.

Diſiectis illis obſtaculis, in *Hanovicam* ditionem reduxit legiones. *Stollhofenamque* impetiit. Præfectus militis *Suecici* duas ubi ſuſtinuiſſet impreſſiones, defectis auxiliis, more militari, deditionem fecit. Undè, pactis ſub conditionibus, *Durlacum* deduci cœpit. Ergò *Lichtenaviam* proximè tetigit ordo. Cuius defenſor centurio eò uſque locum tueri inſtitit. Uſque dùm, defectis neceſſariis, abſq; pactis legibus, victoris poteſtati, ac gratiæ, ſeſe permitteret. Sic oppidum, primò expilatum, mox ſu[bi]ectis facibus, in cineres redactum. Nec mora. E[o]dem incendii flagello in interiorem *Hanovicam* d[i]tionem ſævitum eſt. Ut diverſi numero pagi eod[em] tempore in fumos, auraſque, abirent. Subditis, m[i]ſerandam inter ſortem illam, ultrà citráque *Rh[e]num*, omnia dura, atque ultima, perpetientibus.

CAP. III.

De Suecorum, & Hi[ſ]ſpanorum, ſub Pala[ti]tinatu inferiori, con[]greſsibus.

I.

Hiſpani à Suecis, apud Moguntiacum, fundu[n]tur.

PRæter ferè *Francothalam* nihil, ſ[ub] *Palatinatu*, reliqui erat *Hiſpanis*. Qu[i] fortalitio cohortes aliquammultæ ducentes *Neapolim Nemetum*, poſt fr[u]ſtraneam civium repugnantiam, o[p]pidum redegerunt in poteſtatem. Sed non illa *Ib[e]rici* militis erat deliberatio, locum ut tueri vellen[t]. Ut, pecudibus, aliiſque rebus utilibus, abactis, l[o]cum derelinquerent.

Eo tempore novæ legiones *Hiſpanicæ*, *Moſella[m]* traiicientes, *Altzeyam* movebant. Hoc *Oxenſtirnu[s]* *Cancellarius Suecicus*, apud *Moguntiacum* ſeſe tenen[s], ubi didiciſſet, quàmprimùm turmas equeſtres *Su[e]cicas* contrahere. Superque actiones *Hiſpanicas* cu[]rioſos coniicere oculos, iuſſit. Id evénit felicite[r]. Nam ubi *Lucas Cagronius*, legatus *Hiſpanicus*, duode[]cim cohortes equeſtrium producẽs, pluresq; po[]inſtare iubens, conſtituiſſet *Rheingrafium*, ſub ſtati[]vis, opprimere. *Rheingrafius*, præparatis antè nece[ſ]ſariis, obviàm produxit. In quem ſimulátque mo[]vit *Hiſpanus*, perſuaſus, cohortes *Suecorum* non it[a] multas proſtare. Sed mox, integras hoſtium legiones conſpicatus, poſt unius, alteriuſque, ſclopet[i] exonerationem, in fugam ſe coniecit. In eos *Rheingrafius*, aliquot tàm ſuæ legionis, quàm *Finonum*, aſſumptis cohortibus, invectus, magnam partem *Hiſpanorum* fudit: trecentis ilicet pereuntibus, & ſignis bis ſex ex hoſticò relatis. Tametſi igitur aliæ cohortes *Hiſpanicæ* decem ponè ſequerentur. Nihilominùs hæ, ſociorum periculis cautiores, in caſtra redierunt. Poſtridie *Sueci* aliud, & quidem noviſſimum, ſignum *Hiſpanis* extorſerunt. Adeóque, uſque ad caſtra hoſtilia progreſſi, ſolicitare viſi ſunt *Hiſpanos*. Sed hi tùm quidem latere, quàm ancipitem in pugnam venire, maluerunt.

II. *Hiſpa-*

RPJCB

Grundtriß vnd Entwürff etlicher ohrt der Chür Pfaltz, vnd



1.2 die Spaniſche Armee.

A. Schwediſche Armee auff der Höhe Schargiert die Spanier ſo im Thal. no 3. gehalten.

B. Zweyte Troffen der Schwediſchen mit den Spaniſchen. No. 4.

Spanier nach etlichen treffen, Endtlich gar daraüß geſchlagen worden.



dritte Treffen. N°: 5
Vierte Rencontre bey Lautereck N°: 6.
Moraſs. F Spaniſch Bagagi Wägen Verbrent.

G. Letſte Treffen N°: 7 da die Spaniſchen
gantz Zertrent worden.

RºJCB

II.

ſpani, in Palatinatum evadentes; Spiram Nemetum intercipiunt. Poſteaque derelinquunt.

QVieſcentibus hoc pacto *Hiſpanis, Sueci* receſ-
ſerunt *Moguntiacum.* Interim illi, viribus au-
, ductu *Comitis Ridbergii,* & *Philippi de Sylva,* aliâ
i præproperè evaſerunt in *Palatinatum.* Præerat
m *Spiræ Nemetum* tribunus *Suecicus.* Qui cùm,
per deditione ab *Hiſpanis* compellaretur, excluſa
fenſione, promptè deditionem fecit. Quòd igi-
r copias auxiliares *Suecicas,* è *Moguntiaco* aſcen-
ntes, ac propè inſtantes, ne quidem exſpectâſ-
:, *Oxenſtirnus, Cancellarius* regius, tanquam ob il-
udabile factum, cauſſam è vinculis illum dicere
ſſit. Interim, *Hiſpanis Spiram* communientibus,
ud ſegniores *Sueci VVormatiam Vangionum* novis
nfirmârunt operibus. Itâ, ut ſuburbia, magnis
vium ingratiis, ſubruerentur. Sed fruſtrà *Hiſpa-*
illis exſpectabantur auxilia, ſub *Gonzalio de Cor-*
a mox affutura. Qui tametſi apud *Treverim* iam
m appuliſſet, nihilominùs aliud quiddam inter-
enit, quo illius in *Palatinatum* tardabatur expedi-
o. Nimirùm *Henricus Vranius,* exercitum contrà
iſpanos producens, erat in mora. Sic, ut modò
on *Cordua,* ſed illi inſuper, qui *Spiram* recèns oc-
upârant, in *Belgium* revocarentur.

III.

Sueci Hiſpanos, in Belgium evocatos, cædunt.

COmmodùm hoc intellexerat *Oxenſtirnus.* Ita-
que, in emigrantes intentus *Hiſpanos, Suecicas*
icet præparavit copias. Ipſe, cum *Chriſtiano, Pa-*
tino Birckenfeldio, Rheingrafiana, Palatina, Schave-
tia, Islerica, Hubaldica, & *Rellingeriana,* legionibus
queſtribus, aciem directurus. Quibus *Hohendorfii,*
icethumii, VVallenſteinii, Hubaldi, Kanofscii, Hor-
ecci, aliæque, pedeſtres legiones, ſeſe adiunxe-
unt: Superinductis maioris, minoriſque, notæ
ormentis numerò viginti. Eò cum exercitu *Oxen-*
irnus illo die *Altzeiam* attigit. Poſtridie, *Hiſpanis,*
erſùs *Moſellam* ſaltus petentibus, inſtare perrexe-
unt *Sveci.* Sic, ut *Rheingrafium,* cùm expedita ma-
u, in promulſidem præmitterent. Totoque cùm
obore citis paſſibus ſubſequerentur. *Hiſpani,* quò
es redijſſet, coràm intuentes, præmiſſis impedi-
ientis, antè ſaltus, ſub planitie, aciem explicue-
unt. Interim *Sueci* locum editum occuparunt, do-
ec tormenta fuère ſuperinducta. Sed *Rheingrafius,*
ugnæ cupidus, primos in *Hiſpanos* ſuſcepit impe-
us, & eò quidem ſucceſſu, ut quatuor illis ſigna
xtorqueret. In quos cùm tormenta directa ſine
niſſione animadverterent, ut loco conſiſtere ne
uiti quidem eſſent, retrò ceſſerunt. Mox, urgen-
ibus *Suecis,* iterùm pedem fixerunt. Sic *Suecorum*
onfluxêre equeſtres. Inque hoſtes impetum fe-
ère. Pariter copiæ pedeſtres ſupervenientes, ma-
hinis illis inferioris notæ, quas legionarias nun-
cupant, in *Hiſpanos* experiri cœperunt. Undè denuò pedem referentes ſaltus petierunt. Eos omni à parte inſequentes *Sueci,* modò à lateribus, modò à tergo, premere perrexerunt. Dùm verò, ſub loco, arborum exule, *Rheingrafius* in ordines poſtremos tentat impreſſionem. Ecce! *Hiſpanici* pedeſtres, in inſidiis latitantes, in *Suecos* animadvertunt. Sic, ut receptui tùm quidem hi canere cogerentur.

Nox interveniens ulteriorem diremit pugnam. *Sueci* per ſaltus legiones diviſerunt. Hæc *Hiſpanis* data quies eſt. Quibus, ubi ad animum admiſerunt, *Suecos* & iuſto inſtare cum exercitu, & animo aciè decernendi veſtigiis inhærere, Nihil fugâ præſentius viſum eſt. Qua de re, noctis colore tecti; quantam maximam potuêre, viam devorârunt. Sed, nihil cunctantes *Sueci,* etiam tempore antelucano, *Hiſpanos* perſecuti ſunt. Donec eos, collem occupantes, adoriri cœperunt. Illic commiſſo velitari prælio denuò utrinque pugnatum eſt. Donec, ſuperinductis *Suecorum* tormentis, rurſùs *Hiſpani* terga verterunt. Inter hæc, turmæ *Suecicæ,* ad dextram paludes ſuperantes, *Ratzenhuſam* attigerunt. Id quod videntes *Hiſpani,* tantò deſiderio in pugnam, ferri hoſtes. Ut paludibus, montibuſque, non obſtantibus, unicè manus conſerere percupiant. Deſtructo illic ponte, magnam impedimentorum partem ignibus ſubiectis conſumpſerunt, quò expeditiùs *Suecorum* è manibus ſeſe ſubducerent. Nec fefellit hic conatus. Eâ enim nocte totâ fugæ incubuerunt. Poſtridie adhucdùm inſequentes *Sueci* ex hoſtibus centuriam unam, cum ſemiſſe, interceperunt. A quibus intellectum, *Hiſpanos* initiò nihil minùs, quàm *Suecos,* exſpectâſſe. Poſteaquàm verò ſemel à *Suecis* urgeri cœpiſſent, tùm quidem terrore ſub continuo præcipites abiiſſe. Simulátque, ea ſub feſtinatione, & militis, & impedimentorum, iacturam feciſſe. Ubi ad *Lautereccam* ventum eſt, in *Hiſpanos,* illic conſiſtentes, *Rheingrafius* iteratò ivit. Verùm illi, antequàm copiæ *Suecicæ* ſupervenirent, per vallem dilapſi ſunt. Nihilominùs poſtridie idem *Rheingrafius,* in impedimenta invectus, magnam eorum partem ſpoliavit, cæſis cuſtodibus. Ità evénit: ut ex *Hiſpanis* homines circiter mille, & quingenti, impedimentaque ferè univerſa, deſiderarentur. Ut tamen rectiùs profugerent, quàm omnes, prout tùm quidem caſus minabatur, ſub hoſtibus perirent. *Oxenſtirnus, Cancellarius regius,* cui ſufficiebat, eò uſque prodiiſſe, contentus hac *Hiſpanorum* debilitatorum iacturâ, receptui tùm quidem canere iuſſit. Marti ſuo ſpolia illa apud *Moguntiacum* nuncupaturus.

CAP. IV.

De Sueciæ Rege, Helvetios, ſuper fœdere, interpellante.

I. Ad

I.

Ad Sueciæ Regis rogationem, ſuper fœdere, Helvetii potiſſimùm Catholici, negativè reſpondent.

ILla *Guſtavi, Sueciæ Regis*, ſub immenſis per *Rom. Imperium* progreſſibus, erat felicitas, ac confidentia, ut fortunam ſuam etiam ultrà *Alpes*, proferre velle videri poſſet. Quo fortè nomine ad *Helvetios* dimiſit legatum, illos ſuper fœdere interrogaturum. *Catholici* igitur *Proceres* apud *Lucernam* conventum indixêre. Quo finiente, reſponſum eſt legato, intereà intrà *Tigurum* ſubſiſtenti, hæc in verba: *Romano-Catholicos Proceres* gratias pro eo agere, quòd *Rex* fœdere ſuo dignos iudicaret. Seſe non minùs *Regi*, quàm armis illius, multum tribuere. Interim in fœdus hoc tempore quò minùs deſcendere queant, cauſſas rectà intercedere. Ut libertatem ſuam tueri unicè ſint affecti. Sed legatus regius inexſpectatum illud reſponſum viſus eſt tuliſſe iniquiori animo. Ut ipſe *Lucernam* excurreret. Superque aſperitate illa, nomine *Regis* ſui, coràm expoſtularet. Cui denuò *Proceres Catholici* vicem reddidêre: Siquidem alijs *Magnatibus*, inquiunt, inprimis familiæ *Auſtriacæ*, iure fœderis, eſſent obligati. Eapropter alieno, ac novo, fœderi accedere minùs poſſe.

Interim *Evangelici Proceres* paulò mitiùs egiſſe viſi ſunt. Tametſi enim fœderis quidem legem non admitterent. Nihilominùs ſuas per provincias *Regi* militis conſcribendi fecerunt copiam. Quæ res *Leopoldum Archiducem* pupugit. Hunc ut non minùs lapſum illis, per legatos exprobraret. Moneretque, miſſis illis parariis *Suecicis*, hæreditarij cum *Auſtriacis* fœderis vincula ne convellerent.

II.

Helvetii Rhetos in protectionem admittunt.

SEcundùm hæc, pars *Helvetiorum*, *Evangelici*, indicta apud *Badenam* diætâ, decrevêre *Hiſpanis* deinceps negare tranſitus. *Rhetoſque* admittere velle in protectionem. Eandem in ſententiam tandem quoque *Catholici* pedibus iverunt. Cuiuſmodi quidem ab illis tùm haud exſpectabatur.

III.

Cæſareani, & Gallicani, ſuper Rhetis, diſſident.

HOc tempore *Oſſa*, *Cæſareus* legatus, hærebat *Lindaviæ*. Ubi, loco munimentis confirmato, in belli præparationes impendiò propendebat. Sic, ut diverſas illic quoque conglobaret legiones. Id per indices ad *Rohanum Ducem* differri cœpit. Scilicet *Cæſareanorum* glomerationes id genus deſignare, quàm iis id agatur, ut quàmprimùm in
Rhetiam faxint impreſſionem. Quo nomino
banus, *Cæſareanorum* actionibus curioſos applic
oculos, in eo totus fuit, quò viribus collectis
reſiſteret. Itaque diverſa hinc indè, ubi res
ſcere videbatur, excitabat fortalitia. Potiſſim
verò apud *Valenzam*, propter *Rheni* pontem,
talitium extrüxit noviſſimum. Quo quidem
cluſit *Maienfeldam*. Impreſſiones in *Rhetos* câl
prohibiturus.

Tametſi verò anteriorum provinciarum
ſtriacarum Cancellarius, apud diætam *Badenſem*,
vetiis bonâ fide confirmaret, *Oſſanas* illas præp
tiones ad *Rhetos* neutiquam ſpectare. Nihilo
nùs *Proceribus* vix videbatur veriſimilis hæc na
tio. Qui enim, ut aiunt, ſemel ab igne læſus eſt
fans, flammas, focumque, deinceps reformid
Ità ſuperiorum annorum exemplum flagellaba
nimos. Ut ſubindè ſuſpicio obtineret, eiuſm
denuò conſilia fabricari.

Interim neque ſic ferias egit *Rohanus*. Ut o
induſtria evigilaret. In eóque totus occuparet
Quò tàm conſiliis, quàm copiis, *Oſſanis* occu
ret. Qui, quò *Spartam* hanc, ceu veteres vocâru
ornaret, à *Chriſtianiſſimo Rege* hoc ſub offició ſol
niter cœpit confirmari. Sic, ut *Archiſtrategus Rh*
cus, audiret, ſimulque apud *Helvetios* legati extra
dinarii vicem obiret. Hic igitur, pro ſua autor
te, per *Rhetiam*, quoad res bellicas, liberè diſpo
ret. *Helvetioſque* ad concordiam nomine *Regis*,
hortaretur. Quò eò pleniùs hanc in rem ope
ſociare valeant.

IV.

Vallis Tellinæ novatores operas ſuas Gallica offerunt.

PAulò poſt *Vallis Tellinæ* primores, quos t
perduelles vocabãt, per *Venoſtam ICtum*, eo
mine ad *Rohanum Ducem* ablegatum, operas ſ
Chriſtianiſſimo Regi offerre nulli dubitârunt.
quidem per circuitus, variaque proteſtatoria v
ba, ſedulò remonſtrare conatus eſt, primores e
Regem Chriſtianiſſimum inclinantiſſimè ferri. Q
bus paucis, iiſque extemporalibus, verbis *Roha*
reddidit. Nimirùm animos, inquit, iſtorum re
ùs innotuiſſe. Ut præcordiorum interioribus, il
cum externis, & proteſtantibus, verbis, haud co
veniat. Maximè, cùm illius notæ homines co
perti ſint. Qui quidem partium *Gallicanarum* fa
tores obtruncâſſent. Proindè paucis diceren
quid velint. Multipliceſque emendarent error
Quo caſu maiorem ſive gratiæ, ſive clementiæ, a
ceſſionem ſibi promittere auſint. Sin minù
nunquam eiuſce generis vel ſaltèm ſpem
ſtendi.

V.

Rohanus, quoad Religionis interdictæ exerci tium, in Rhetis nihil enovat.

PRocedentibus illis rebus, *Engadinenſes*, quà *R*
ligionis Evangelicæ uſum, à bono tempore ſub in
terdict

lictò *Leopoldi Archiducis* vetitum, res novas ten-
int. Sic, ut, diverſis ſub locis, conciones repro-
erent. Id non paſſus eſt *Epiſcopus Curienſis*. Ut
de re ad *Rohanum* querelam deferret. Quâ in-
ctâ, ille confeſtim miſit , qui concionibus, et-
ſuopte nomine, interdiceret. Neque enim,
bat, hanc tempeſtatem ità comparatam videri.
mutationes, in *Religionis* cauſa, fovendæ veni-
. Eo ipſo enim cervices inquietas novorum tu-
ltuum colores ſuperinducere quitos eſſe. Tan-
am *Religionis* reformatæ compendium quærere-
. Omniaque eius in incrementum datâ operâ
igerentur.

CAP. V.

De Saxonum, & Cæſareanorum, per Bohemiam, velitationibus.

I.

Saxones apud Brandiſium fundunt Cæſareanos.

HÆc inter corollaria bellica ad *Saxones*, per *Bohemiam* tùm rerum potiuntes, tranſimus. Et iam in eo res erat, ut *Cæſareani*, ſub novis illis *Fridlandi* præparationibus, rectiùs confidere,
rituſque ſumere, inciperent. Quo nomine pri-
o vere validis conatibus *Brandiſium* impetierunt.
xones, cùm reſiſtendo non eſſent, *Hofkirchenii Ba-
nis*, gubernatoris *Pragenſis*, fidem implorârunt.
ec defuit ille ſuorum deſideriis. Sed, aſſumptis a-
quot equeſtrium cohortibus, hoſtes, non paucis
ciſis, reiecit. Reque feliciter peractâ, præſidio-
e confirmato, *Pragam* rediit. Sed nihil minùs ac-
ieverunt *Cæſareani*, quanquam denuò eſſent fru-
à. Ubi enim paulò poſt *Croatarum* legio, unà cũ
deſtrium ducentis, iteratò invaſiſſet *Brandiſium*,
b ſpe, illud expugnari poſſe. Nihilominùs ex
anſverſo res cecidit. Centurio quippe, loci de-
nſor, intellecto *Croatarum* reditu, pedeſtrium
nturiam per viridarium aulicum in inſidiis col-
cavit. Mox in hoſtes impetum fecit. *Croatis* den-
tis agminibus rem ſeriò urgentibus, ſimulavit il-
fugam. Datâque operâ verſùs viridarium decli-
ävit. Neque *Croatæ*, aliâs expediti, priùs quic-
uam habuerunt, quàm ut cedentibus inſtarent.
que viridarium uſque penetrarent. Perducti igi-
r eum ad locum, quo in inſidiis pedeſtres late-
ant, ſic quidem excepti ſunt. Ut *Centurione* cum
is reconverſo, & cohorte illa è latibulis proruin-
ente, coniunctis operis ad internecionem uſque
ernerentur. Sic, ut bona pars oppidò occumbe-
ret. Cæteri partim interciperentur, partim præpetibus equis erepti fugâ dilaberentur.

Eodem tempore *Croatis* aliis in locis fortuna adverſari viſa eſt. Ubi enim turmæ aliquam multæ, *Muldaviam* traiicientes, *Pilſenam* properarent, à ruſticanorum manu, cum *Saxonibus* operas ſociantium, fuſi, fugatique, ſunt. Hippagine, ſaburrâ oneratâ, atque in aquas dimiſſâ.

II.

Satza, Bohemiæ civitas, à Cæſareanis recuperatur.

SEd non diu eundem ſervat fortuna vultum. Ut velut ludendo diverſis imponat partibus. Ea autem ſic quidem noviter aſpirare cœpit *Cæſareanis*. Ut ſuperiorem iacturam facilè diſpungerent. Dùm *Satzam* paulò poſt vi iniecta expugnârunt. Hoc ſic quidem uſuvenit. Etenim *Cæſareani* exploratum habentes, quàm illud *Saxonibus* ageretur ſeriò, quò *Satzam* munimentis ſuperinductis confirmarent. Quippe qui eo nomine iam tùm tres pedeſtrium, totidemque equeſtrium, cohortes, præſidii cauſſa, immiſerant. *Fridlandus* ergò *Gallaſio*, tùm *Pilſenam* tenenti, in mandatis dedit. Videret nempè, quo pacto civitatem illam, antequàm ſic quidem communiretur, in poteſtatem redigeret. Accepta hac lege ille *Marzinum* tribunum, ſub mille pedeſtrium, & quingentis equeſtrium, eò direxit. Qui noctis, civiumque *Catholicorum*, beneficio, mox in civitatem evaſerunt. Tametſi igitur præſidiarii maſculè reniterentur. Perque bihorium reſiſterent. Nihilominùs plerique, unà cum civibus, ſub ſtricti enſis ira, ceciderunt. Venerunt in poteſtatem non pauci dynaſtæ *Bohemici*. Sub *Saxonici* exercitus progreſſibus, eum intrà locum, tanquam aſylum, reconfugientes. E quibus fuerunt *Guilielmus Fridericus de Colobrath*, *Chriſtophorus Hrobſchiſcius*, *Fridericus Scherka*, *VVeederſchichius Scherka*, *Bohuslaus Marchaldus à Tredatz*, *Carolus Greiffingerus*, *Bohuslaus ab Hrobſchütz*, *Ludovicus Noslingerus*, *Bohuslaus Vdetzcius*, *Schönavius*, *Georgius Kniſchius à Tetavv*, *Miraſchafcius*, & *Georgius Hadeccus*. Qui omnes *Pilſenam* abducti ſunt, *Hadecco*, quòd alterius cuiuſdam *Exernini Comitis* bona invaſiſſet, præ animi mœrore, ſpiritum proiiciente.

III.

Saxones intrà Bohemiam periclitantur.

FOrtunâ ſic tonante, *Saxonici*, intrà *Kadenam*, & in proximo, ſeſe tenentes, collectis ſarcinulis *Annabergam* regreſſi ſunt. Qua quidem ſuppeditatâ commoditate *Cæſareani Kadenam*, *Comothaviam*, & *Schlackavvaldam*, promptiùs recuperârunt. Spe hos inter progreſſus rurſùs affulgente, fore, ut hoſtes, intrà *Bohemiam* mox concludi queant. Quo fine ſtratis per ſaltus roboribus viæ reddi cœperunt inviæ. Sic fortuna, nuper *Saxonibus* affulgens, mutabat vultus. Mox

inverſo

inverſo ordine *Cæſareanis* aſpiratura. Et ſine dubio, rebus ità inclinantibus, eiuſmodi aliquid fieri potuiſſet. Niſi altitudo nivium eò tempore conatibus obſtitiſſet. Nam tùm quoque ea *Pragæ* erat conditio. Ut omni ex parte, niſi quà *Dreſdam* ſpectat, concluſa videri poſſet. *Croatis* uſque in *Album montem* ſubindè excurrentibus. Neque minor afflictio premebat *Pragam* ipſam ; eiuſque viſcera. Nam fames, ex annonæ defectu, peſtiſque, in incolas mixtim graſſabantur. Sic, ut partim inopiæ, partim contagii, fuga, multi indè recederent. E *Saxonicis* pariter bonam partem, interque eos *Ioan. Georgium*, *Comitem Solmenſem* ; lues exanimaret. Nihilominùs rebus ſic ſatis dubiis *Hofkirchenii* tribuni proſpexit induſtria. Ut tàm internis hoſtibus, morboſis nimirùm aëris infectionibus, quàm externis, videl. *Cæſareanis*, quoad eius fieri poſſet, remedia applicarentur.

IV.

Saxo, & Brandeburgicus, Electores, nova præparant ſubſidia.

INtereà *Croatarum*, nihil minus, quàm quietem, amantium, multitudo pagos, locaque *Pragæ* finitima, exercuit. Ut *Michelnium* vicum ſubiectis exurerent facibus. Diriſque modis in indigenas ſævirent. In iſtos *Saxonici* ex urbe produxerunt quidem, ſed turbatores, celerrimis equis confiſos, aſſequi tentàrunt fruſtrà. *Hofkirchenius* quapropter, regiæ urbis gubernator, intelligens, ſub *Cæſareanorum* conglobationibus, non vanum urbi imminere periculum, per præconem, ſub pulſis claſſicis, triplicis *Pragæ* civibus indixit. Si fortè, tumultu naſcente, contingat urbem à *Cæſareanis* invadi. Eo caſu homines *Catholici* neque in forum ; viaſque publicas, progrederentur. Neque vel è feneſtris proſpicerent. Illi ex adverſo, qui partium eſſent *Evangelicarum*, fidemque *Electori* ſervarent integrâ, cum armis in forum equarium prodirent. Ibidemque militiæ legem acciperent. Sic ubi res *Saxonicæ* per *Bohemiam* inclinare occiperent, *Elector*, indictâ intrà *Torgam* diætâ, præſente, ac coöperante, *Electore Brandeburgico* ; in novos belli proferendi conſurrexit apparatus. Ità ut de ſubſidiis ageretur, legionibuſque recèns conſcribendis. Eò *Vlricus Dux*, *Daniæ Regis* filius, pervénit ; *Electori Saxoniæ* militaturus. Cui ilicet *Bindaufenii*, tribuni nuper ad *Lipſiam* occumbentis, ceſſit legio. Inter cæteros, qui confluxerant, legatos ; *Cæſareani* ferebantur pacem rogâſſe. Sed ſumptuum illis obiecta eſt repulſio. *Elect. Brandeburgico* vel ſolo, pro damnis ſibi illatis, viginti milliones requirente.

V.

Saxonici denuò Satza potiuntur, eiectis Cæſareanis.

INterim novi illi armorum continuandorum intrà *Saxoniam* apparatus non fuerunt omninò abſque pondere. Ut neque ſic quoque *Cæſareani* rebus ſuis confiderent. Sed, *Cadenâ* derelictâ. *Satzam* emigrarent. Quo loco fortuna militaris nobilitare cœpit *Danicum Principem*, regium filium. Is enim, manu mediocri inſtructus, *Satzam* vi iecta feliciter expugnavit, præſidiariis partim ſis, partim captis.

Hanc acceptam plagam retribuere, ac penſ re, cupientes *Cæſareani*, ſub duodecim centur *Elnbogenam* civitatem aſſultibus terruerunt. P turi loco, niſi *Vicethumius* tribunus eos reieciſ Ità ſine effectu laboratum eſt.

CAP. VI.

De Suecorum, & Bav rorum, per Suevia ſuperiorem, Franc niam, Palatinatum que, certaminibus.

I.

Ruſticani per Sueviam, tractumque Fulde ſem, tumultuantes, à Suecis, Heſſiſque, primuntur.

PEr varias hac tempeſtate *Rom. I* *perii* provincias cùm *Bellona* furer variis hinc indè tumultibus paſſ certatum eſt. Quæ quidem dive rerum diſcrimina non una rece ſeri poſſunt pagina. E *Bohemia* igitur in *Sueviam* *periorem* revertentes, de rebus *Suecicis*, *Bavariciſq* nonnulla ſuperaddemus. Suprà autem prælib tum eſt, *Suecos*, ſucceſſibus aliis, aliiſque, ſubin auctos, per *Sueciam* uſque in *Podamicum lacum*, *Lindaviam*, penetrâſſe. Quibus in locis, quòd h mines *Catholici* licentiam militarem, fortunaru que ſuarum deſtructiones, ferrent impotenti manus ruſticorum coniurare cœpit. Tanqua plebs tumultuaria, quod hactenùs *Cæſari*, *Elect* *ribuſque*, negatum erat, *Suecos* debellare, atque e cere, poſſit. Prout igitur id genus res novæ ab nitiis incautos animos titillare, in progreſſu ve pungere, conſueverunt. Conſimiliter hîc qu que uſuvénit. Nam, tametſi, ſub *Schvvendio* trib no, confluerent ruſticanorum globi apud *VVei* *gartenam*, magnis, ventoſiſque, cogitationib præcordia implentes. Nihilominùs, *Suecis* ſupe venientibus, paulò poſt hic furor detonuit. Ce tis ut ſub legibus arma ponerent, pœnitentian que emendarent. *Schvvendio* illo, tanquam fab læ autore, in vinculis *Vlman* deducto. Putâſſes v ſaniam, impotentiamque, plebis omninò defe buiſſe! Sed nihil vulgo inconſtantius. Mox enin *Suecis* aliò digredientibus, nova coniurat man Collectiſque apud *Pregentiam* viribus, *VVangena* ac *Ravenſpurgum*, excucurrit. Ubi, diverſis lo in poteſtatem redactis, præſidia *Suecica*, non ſa valida, oppreſſit.

Illoru

illorum tumultuantium exemplis invitati agreſtes apud *Kemptenam*, idem in luctuoſæ audaciæ theatrum venerunt. Sed non diu extrà leges viventibus benè eſt. *Sueci* enim, principiis rectiùs occurri, prænoſcentes, diverſas circà *Vlmam*, *Augustamque*, inſtruxêre legiones. Quibus in tumultuantes promoverunt. Indè apud *Kemptenam* aliquammultæ furioſorum centuriæ immolari cœperunt. Dum autem pars intrà ædem ſacram, tanquam aſylum, ſeſe recipit, *Sueci*, ſubiectis facibus eos exuſſerunt. Ut partim fumo, flammiſque, perirent: partim è turri ſeſe darent præcipites. Pari rigore ubi intrà *Oberndorfium*, *Zupperridamque*, iæ cohortes ruſticanæ funderentur, pagis non paucis in cineres redactis, plebs, tragicis id genus caſibus ammonita, palinodiam canere. Armaque proiicere, cœpit. Sic, ut furor, pro more, in ſeipſum ſæviret. Maliquè autores è medio tolleret.

Vixdùm expectorari cœperat iſta *Suevicis* agreſtibus procacitas. Cùm eadem perverſâ emotæ mentis libidinatione provecti per *Fuldenſem* ditionem ruſticani, pari audaciæ nomina dederunt. Etiam hi, militis *Heſſici*, onerumque bellicorum, impatientes, armis correptis vultus elevârunt. Tributaque negârunt. Sed raro diuturna fuit temeritas inconſulta. *Heſſi* enim confertis agminibus plebi, quantumvis armatæ, ſupervenientes, cæſis, captiſque, tumultuantium quingentis, cæteris diſſipatis, etiam hos furores maturrimè extinxerunt.

II.

Oſſa fruſtrà tentat Biberacum.

PRocedentibus iſtis agreſtium tumultuationibus, *Oſſa*, legionibus apud *Briſacum* collectis aliquammultis, in *ſuperiorem Sueviam* iter tetendit. Ubi, ruſticanis in partes venientibus, *Memmingam* tentare viſum eſt. Sed, *Suecicis* apud *Vlmam* copias ex adverſo, quibus occurreretur, præparantibus, mutato inſtituto, *Biberacum* deflexit. Invitatus à *Clericis*, *conſulibuſque*, plus illius, quàm *Suecorum*, quorum nuper in poteſtatem venerant, partibus addictis. Sed etiam hæc ſpes infrà effectum ſtetit. Quantumvis enim ſub aſſultibus civitatem expugnare niteretur. Fruſtra tamen fuit, civibus *Evangelicis*, choroque femineo, ſub ſaxorum, aquarumque ardentium, pluvia, confidenter repugnantibus. Ut, poſt reiteratam impreſſionem, deſideratis ſuorum quadringentis, receptui ſignum daret. Præcipitique feſtinatione, quod *Suecicas* copias inſtare didiciſſet, aliò dirigeret. Iam tùm enim *Sueciæ Rex*, aſſumptâ exercitus parte, *Auguſtâ* produxerat *Memmingam*, in *Oſſam* iturus. Qui tùm *Lindaviam* verſùs ſe recepit: *Catholicis* illis apud *Biberacum* conſultoribus in cuſtodiam redactis.

III.

Bavarici occupant VVeiſſenburgum.

REgis illo diſceſſu *Bavari* expeditiores legiones aliquammultas, ſub *Cratzio*, & *Cronbergio*, tribunis, è caſtris *Ratiſponenſibus Monachium* dimiſerunt. An fortè *Suecos* illic opprimere liceret. Sed hi conſilia hoſtium antevertentes, in occurſum moverunt. *Bavari* igitur, *Ingolſtadam* deflectentes, *VVeiſſenburgum* oppidum oppugnârunt. Defenſores *Suecici*, ſuo officio fungentes, aliquantiſper, non ſine obſidentium damno, reſtiterunt. Qui cùm ſuorum auxilia fruſtrà exſpectarent, tandem, pactis deditionis legibus, more militari, miſſionem impetrârunt. Quanquam, neſcio qua de cauſſâ, factum ſit, ut *Sueci* poſtmodùm, adverſùs pactas leges, arma contradere, militiamque *Bavaricam* ſequi, iuſſi ſint.

IV.

Rex Sueciæ è Bavaria reducit Donavvertham.

PLurimas ubi per *Germaniam ſuperiorem* occupâſſet provincias *Rex Sueciæ*, plurimis etiam locis occupabatur. Modò *Cæſareanis*, modò *Bavaricis*, fatigantibus. Ergò, ubi vix in *Sueviam ſuperiorem*, adeòque *Rhetiam primam* dictam, aſcendiſſet, *Bavaris* apud *VVeiſſenburgum*, & loca finitima, recèns inſultantibus, à ſuis è *Memmingâ* revocari cœpit. Permiſſò eaproptèr *Guilielmo*, *Vinarienſi Duci*, duodecim millium exercitu, commendatâque *Sueviæ ſuperioris* cauſâ, *Rex Auguſtam* rediit. Legioneſque, intrà *Bavariam* diviſas, contraxit. Quo tempore cùm *Monachienſes* lytron nondùm ex integro dependiſſent, primores tàm ex *Eccleſiaſticorum*, quàm *Secularium*, ordine *Auguſtam* traduxit, tantiſper ſub cuſtodia manſuros, uſque dùm, uſque ad aſſem, ſatisfeciſſent.

V.

Forcheimium, & Papeberga, obſidionibus fruſtrà urgentur.

INterea *Forcheimium*, & *Papeberga*, denuò à *Suecis* urgentur. Quam rem *Dux Saxo-Coburgius*, *Marchioque Brandeburgicus Culmbaccenſis*, unà cum *Equeſtribus Franconicis*, impendiò adiuvabant. Qui ubi *Haſtverum* tribunum, pedeſtrium, equeſtriumque, manu inſtructum, *Papebergam* præmiſiſſent, is, ſuburbano potitus, præſidiarios interiorem in civitatem reiecit. Mox, diſpoſitis in edito tormentis, civitatem impetere cœpit. Neque minùs factum à præſidiariis *Bavaricis*. Hi enim, in ſuburbana impetus facientes, manum delectorum *Goburgenſium* oppidò reiecerunt. Sed tribunus, immiſſis militibus ſtipendiariis, ruſticanos dilabentes loco ſuo reſtituit. Poſtridie denuò *Bavari* tormentis rem egerunt. Undè manus agreſtium *Coburgicorum*, quos vulgò delectos vocant, iteratò diffugit, ſtatione deſerta. Quam ſociorum trepidationem iſti, qui tormenta ſervabant, conſpicati, ſolutis equis, diſiectiſque machinis, effuſam in fugam ſeſe pariter coniecerunt. Id animadvertentes *Bavari*, ſuſceptâ excurſione, tormentis quibuſdam potiti ſunt. Eodem die *Muſſelius* tribunus tres delectorum, duas verò ſtipendiariorum, cohortes ſuperinduxit. Qui cùm

illas quoque civitati admoviſſet, *Bavaris* ſeriò repugnantibus, ſimiliter à ſuis, fugere magis, quàm dimicare, eligentibus, deſertus eſt.

Interim illud cecidit feliciùs. Cùm enim auxilia *Bavarica* obſeſſis advenirent, *Haſtverus* tribunus, aſſumptis quinque equeſtrium cohortibus, obviàm movit. Magnamque illorum partem cæcidit. Ità, ut hi auxiliares exſpectarentur fruſtrà. Sed neque ſic quidem rebus ſuis diffidere animadverſi ſunt *Papebergenſes*. Ut, re per indices cum *Forcheimenſibus* deliberatâ, excurſiones in caſtra *Marchionis Culmbaccenſis* ſuſciperent. Multoſque opprimerent. Sed *Kevenhillerus* tribunus, in proximo ſtationes ſervans, *Brandeburgicis* operam tulit. Inito igitur acri conflictu è *Papebergicis* quadringenti ceciderunt, poſt terga relictis impedimentis, apparatu militari onuſtis. Ità ſiniſtris avibus profecti *Papebergenſes*, ſociis in tempore ad conſtitutum non venientibus, acerbas huius excurſionis dederunt pœnas. Quanquam verò, ſuperaccedente *Truchſeſio* tribuno, obſidio impenſiùs urgeretur, nihilominùs paulò poſt hîc fervor elanguit. Penitùſque in ventos abiit. Famâ copiarum *Fridlandicarum* hoc *Suecorum* inſtitutum penitùs interturbante.

VI.

VVertheimenſis Comitatus, operâ Sueciæ Regis, reſtituitur dynaſtis eius nominis Evangelicis.

PRævalentibus nihilominùs tùm quidem per *Franconiam* armis *Suecicis*, *Vicarius* apud *Herbipolim* regius, aſſumptis aſſeſſoribus ſuis, deſcendit *VVerthemium*. Ubi à præſente eius nominis *Comite*, ſub equitatu eleganti, ſolenniter eſt exceptus. Poſtridie legati *Suecici*, deducentibus tribus eius loci *Comitibus*, unà cum familiaribus, ac *Senatu* civico, re ſacra peracta, in locum, præſenti ſolennitati convenientem, proceſſerunt. E quo *Cancellarius* regius conceptiſſimis verbis donationem *Suecicam*, eiuſdemque, ceu vocant, inveſtituram, publicavit. Mox tribus ordine *Comitibus*, ſuper poſſeſſione recepta, congratulatus, ſubditos à iuramento, quo *Ioan. Dieterico*, *Comiti Lövvenſteiniano*, obligabantur, abſolvit. Quo facto, tormentorum, campanarumque ad unam omnium, fragore, & impulſu, ſolennitas eò fuit evidentior. Quóque non tàm ipſi dynaſtæ, quàm ſubditi, rectiùs augerentur lætitiâ, ecce! ius mancipii, ſive ſervitutis, hactenùs in ſubditos exercitum, abrogari cœpit à *Comitibus*. Eius faſtidii in locum ſuccedentibus privilegiis veterrimis.

Sed non multò poſt vicarius ille per *Franconiam* regius, *Ludovicus Eberhardus*, *Comes Hohenloius*, unà cum *Barone Oepfingenſi*, aliiſque miniſtris *Suecicis*, eadem ferè in cauſſa profecti, in poteſtatem venerunt *Cæſareanorum*. Nam, dùm *Ebingam* civitatem, *Cœnobiumque Oſtermarckianum*, è donatione *Suecica* ad ſeſe ſpectantia, occupare contendunt, in itinere ab hoſtilibus intercipiuntur cohortibus. Quæ, favente *Senatu*, civitatem occupârunt. At hæc illis non fuit diuturna ſtatio. Ut mo
Bernhardo Vinarienſi superveniente, à *Suecis*, effi
ctis ſub portis irrumpentibus, opprimerentur.
lis, qui è numero *Senatorum* faviſſent *Cæſarean*
furtim ſeſe proripientibus.

VII.

Bavari in Palatinatum ſuperiorem progre untur. Ubi Sultzbacum ſubiugant.

SEcundùm hæc, *Elector Bavarus* non intermi
quin *Ratiſponam*, non mediocriter exhauſta
munimentis, operibuſque, exactiùs confirmar
Quare præſtructâ, lociſque finitimis ſufficie
præſidio roboratis, copias in *Palatinatum ſuper*
rem deduxit. Mox cum *Fridlando* vires, quæ tù
quidem è centum & quadraginta quatuor equ
ſtrium, quinquaginta, atque octo, peditum, c
hortibus conſtare videbantur, coniuncturus. S
ubi tùm *Ambergam* iretur, diverſa agmina *Sultzb*
cum, quatuor paſſuum millibus diſtans oppidu
tentârunt. Sed identidem animoſitate civium r
iecta ſunt. Donec, ſub *Ioan. Eberhardo*, *Baro*
Schönbergio, valida manus idem oppidum impeti
Quo quidem haud longè poſt, dùm auxilia è *N*
rico exſpectarentur fruſtrà, cives quoque, ob ſ
pendiarii militis defectum, ultimè defatigare
tur, ſub conditionibus, potiri cœpit. Nihil
minùs, promiſſis, ac pactis, parùm impletis,
civitas, & arx ducalis, fœdè expilata eſt. Ut neq
civibus porrò, nedùm conſiliariis, furor milita
parceret. Sed omnes illi, magna pecuniaru
impenſâ, vitam, familiaſque, redimere cog
rentur.

VIII.

Sueciæ Rex movet Noribergam. Indeque i Palatinatum ſuperiorem contendit. Quo ſu itinere Sultzbacum recuperatur.

INvaleſcentibus hoc tempore viciſſitudinibus
Sueciæ Rex erat inquietior. Ità, ut nunc ab hi
nunc illis, laceſſeretur. Vixdùm enim è *Suevi*
ſuperiori reverſus erat *Auguſtam*, illis partibus pro
ſpecturus, cùm ecce! *Electoris Bavarici* expediti
in *Palatinatum ſuperiorem* narratur. *Rex* igitur ne
que ſic quidem cunctandum ſibi arbitratus, re
collecto exercitu, cuius non minùs partem poſ
caput, defenſionis ergò, relinquebat, *Donavver*
tham, & illinc *Noribergam*, direxit. Quam *V. Id*
Iunias, unà cum *Friderico Palatino*, *Franciſco Carolo*
Saxo-Lavvenburgico, *Ioanne*, & *Alexandro*, *Holſatis*
Ducibus, itemque *Friderico* iuniori, *Marchione O-*
noltzpacenſi, intravit. Poſtridie, *Furtum* egreſſus,
copias antè urbem, ſequenti ſub ordine, pro-
duxit.

Primùm decem legiones pedeſtres tenuerunt
ordinem. Has viginti tormenta ingentis magnitudinis, ac diverſi generis, exceperunt, totidem minoris notæ machinis inſequentibus. Abindè centum equeſtrium ſigna notata. Poſt quæ

caloncs

lones, atque impedimenta, ſupervenerunt. Ex tera urbis parte conſimiliter ſexagintà peditum, centum, ac quinquagintà, equitum, ſigna proeſſere. Trigintà tormentis inferioris commatis, alonibuſque, ſubeuntibus. Antequàm omnis ranſiiſſet exercitus, dies integra ſurrepta eſt. Veperi apud *Lauffam* ſtativa cefferunt. Quòd oppium octò paſſuum millibus diſtat *Noriberga*. Undè oſtmodùm *Ambergam* itum eſt.

Ea die voluntarius quidam à *Regè* contendere cœpit, pateretur ſibi indulgere equeſtrium centuriam vel unicam. Viſurum ſe quidem, an *Sultzacum*, locum oculis ſuis familiarem, *Bavaris* poſſet extorquere. Illi *Rex* modò non centuriam uiam, ſed equeſtrium quadringentos, adiecto certo ductore, permiſit liberaliter. Ut ipſe cum exercitu, apparatuque tormentario, lentis ſubſequeretur paſſibus. Iſti igitur, ſub crepuſculum veſperinum, ad civitatem accelerantes, atque ex edito gmen oſtendentes, immiſſo tubicine deditionem poſtulârunt ilicet. Defendebant locum *Bavarorum* cohortes tres, pedeſtris una, duæ equeſtres. Tubicine intùs moras trahente, immiſſus nſuper clarigator alius, qui in momento, & breviſſimam, eamque ſive affirmativam, ſive negativam, referret ſententiam. Interim, quòd hoſtiles copiæ in vicinia notarentur, maiora auxilia à *Rege* peti, obtinerique, cœperunt. Tametſi verò centurio primitùs defenſionem pararet, cives exarmaret, èque turribus, mœnibuſque, eminùs pugnaret, ſarcinulaſque intrà arcem ducalem recondèret. Nihilominùs paulò poſt hic ſpiritus cecidit. Undè in caſtra ad ipſum dimiſit *Regem*, deditionemque, ſub conditionibus, offerre cœpit. Neque *Rex* renuere viſus eſt. Poſtridie igitur, pactis conditionibus, *Bavari* ſub ſarcinulis emigrârunt. *Centurioni* autem, paulò ultrà oppidum provecto, id, quod præmetuere cœperat, accidit. Cùm enim ſuprà *Bavari* præſidiariis *Sultzbaccianis* pactas leges malè ſervâſſent, equitibus *Suecicis* ingruentibus, glande perfoſſus, atque ex equo deturbatus, eſt. Gregarii, hanc intuentes ſeveritatem, in poplites proiecti, ius vitæ enixè deprecati ſunt. Sic, ad unum omnes, veniâ impetratâ, in *Suecorum* partes tranſierunt.

Illa præventione, ac *Suecici* militis celeritate, tùm quidem effectum fuit, ne civitas, arxque ipſa, à *Bavaris* diriperetur. Iam enim ex *Ambergâ* advenerant emiſſarii, qui, unà cum pulviſculo, quod aiunt, expilationem facerent. Spoliaque *Ambergam* referrent. Sed, *Suecicorum* equitum præſentiam reformidantes, ſarcinularum obliti, animis in fugam propendebant. Interim paulò ſeriùs pedibus alas induentes, dùm evadere contendunt, intrà portas quidam intercipiuntur. Cæteris eiuſdem loci *Patribus Societatis*, aliiſque *Clericis*, in captivitatem abductis. *Rex* eâ veſperâ intrà civitatis arcem erat pernoctaturus. Sed, quòd hoſtiles copiæ, ultrà quatuor paſſuum millia, illinc haud abeſſe dicerentur, apud caſtra remanſit. Confirmatoque exercitu, exploratorias turmas verſùs *Ambergam* præmiſit. A quibus ubi didiciſſet, *Electorem*, ſine præſidio poſt caput relicto, *Ambergâ VVeidenam* moviſſe. Pandectaſque omnes, unà cum *Clericorum* cœtu, ſecum aſſumpſiſſe. *Rex*, intacta civitate, exercitum produxit.

* * *

Io. Petri Lotichij

RERUM GERMANI CARUM

LIBER L.

CAPI. I.

De Fridlando, novo ſub exercitu, progrediente Bohemiamque à Saxonibus repurgante.

I.

Fridlandus inſtructo cum exercitu Bohemiam intrat. Pragamque recuperat.

FRidlandi arma, diu quidem, & ſeriò, præparata, non intrà labia duntaxat, ſive chartas, ac diplomata, ſteriſſe, ſed cum effecto, etiam ipſi *Sueciæ Regi* oneroſa, fuiſſe, mox patebit. Ubi primùm, quid illius inter exercitum, & *Saxonicos*, per *Bohemiam*, acciderit, præfati erimus. Ille igitur poſteaquàm, pro *Cæſare*, per regna, ac provincias hæreditarias, conclaſſâſſet. Legioneſque numeroſas, regionibus ſub patrimonialibus, inſtaurâſſet, ac foviſſet. Rebus ad tantam expeditionem præparatis quibuſcunque neceſſariis, apud *Znambram*, *Moraviæ* civitatem, luſtratis copiis, quadragintà circiter hominum millia recenſuit. Hoc cum numeroſo, validoque, exercitu in *Bohemiam*, primo vere, terrâ herbeſcente, profectus, obvia quæque oppida, eiectis *Saxonibus*, recuperavit.

Secundùm hæc, *Saxoniæ Electori* per legatos proponi curavit, quàm ipſe, nomine *Cæſaris*, pleniſſima pacis rationes ineundì poteſtate eſſet præditus. Hoc igitur, ſi placere queat, ageret *Elector*. Et certos homines ad ſe dimitteret. Qui ea, quæ in medium foret propoſiturus, auribus haurirent. Ad hanc interpellationem *Elector Arnheimium Mareſchallum* eo nomine ablegavit. Quem è *Saxonia* ad ſe adventantem *Fridlandus* tantùm non humaniſſimis verbis excepit. Tantùm non hon ſtiſſimè habuit. Splendidiſque lautijs honoravi Sed etiam, pro pace ferienda, propoſitiones in m dium contulit. Quas ut *Saxoniæ Elector*, cum ſoci *Elect. Brandeburgico*, deponderaret, & excutere contendere cœpit.

Illas *Fridlandi* propoſitiones ubi *Arnheimius* r dux recenſuiſſet. Haud difficulter prævidit *Electo* illud denuò agi, quò pax duntaxat particulari conciliaretur. Quòd igitur hæc res videretur alie nior, quàm ut *Reipublicæ* in univerſum conducer poſſet, ingrati ideóque fuit ſaporis. Quapropte eam in ſententiam *Fridlando* reddidit. Nuperrim inquit, ſibi cum *Sueciæ Rege* fœderis illam interve niſſe legem. Cuius intuitu, ſine illius calculo, n quidem in tractationes tranſire, multò minùs pa ciſci, ſuſtineat. Moleſtum id tùm accidit *Fridland* auribus reſponſum. Ut nihilominùs per *Sparrenun Chiliarcham* denuò *Electorem*, inſtanterque, tentaret. Sed eadem ſubindè retulit verba.

Fruſtrà igitur cùm eſſet ſuis cùm pacificationibus *Fridlandus*, confertiſſimis ſub copiis *Pragam* petiit. Ex illa paulò antè *Hofkirchenius* tribunu duas legiones, unam pedeſtrem, alteram equeſtrem, de induſtria reduxerat. *Fridlandus* autem, cùm intrà *Montem album*, ſuperioribus victoriis nuper nobilitatum, appuliſſet, directis viginti numero tormentis, illicò mœnia deiecit. Ut incurſuris amplus pateſceret aditus. Sed, ſub ſuſceptis etiam aſſultibus, duę legiones *Saxonicæ*, pró defenſione relictæ, ità quidem animoſè reſtitêre irruentibus, ut aliquoties *Cæſareanos* incurſores reiicerent. Quæ cùm, ultrà vires pugnando, diutiùs

Fridlan-

ridlandicis repugnarent, tandem ſuperatæ in Ar-m regiam confugerunt. Sicut, ſub conditioni-us ſive nullis, ſive viliſſimis, contraditis viginti uatuor ſignis, poſitiſque notæ ſuperioris armis, migrarent. Quæ res tùm quidem *Saxonicis* in vi-uperium, *Cæſareanis* verò in titillationem, ceſ-it,

Neque ſic quoque deſtitit *Fridlandus Electori* pa-em inculcare. Sed novos obiecit, inellitoſque erborum globulos. Sub iteratâ conteſtatione, uàm ex animo, ſinceroque affectu, hanc rem a-eret. Nihilque aliud, præter commendatam pa-is bonitatem, quæreret. Hiſce ſub novis capta-ionibus, eiuſdem ferè cum illis ſuperioribus ſa-oris, identidem legati *Fridlandici* eundo, redeun-oque, tempus, tanquam funiculum, traxerunt. ine dubio enim pax ingenti calliditate ſimulaba-ur. Quo ſub colore *Fridlandus*, quæ eſſet *Saxonici* xercitus, iam tùm in res novas propendentis, onditio, penetrabat. Quippe ſingulari illa, & n bello licita, imperatoriâ calliditate uſus, quam *Græca* appellatione στρατήγημα vocant, dubio procul in præſentem neceſſitatem, ex animi ſui ſen-entia, *Saxones* præcipitâſſet, niſi *Arnheimii* induſtriâ fuiſſet prohibitus. Iam tùm enim omnibus *Bohemiæ* oppidis exceſſerant *Saxones*. Ut, præter aditus *Leutmeritianos*, obtinerent nihil. Quo loco cùm integer exercitus, per unam, alteramque, ſeptimanam, ſubſtitiſſet. Medias inter tractationes *Fridlandus* iam tùm ex altera parte *Brüxiam*, & porrò *Außigam*, direxit. Illic nempe quò *Saxonibus* aditus intercluderet. Quò ſic nec ad *Albim*, nec per ſaltus, ac loca edita, evadere quiti eſſent. Hoc inſtitutum præliminare ubi ſucceſſiſſet, meditabatur cum univerſo exercitu *Leutmeritium* utraque ex parte, antè, & retrò, pontem, anguſtare. Eòque rem redigere. Quò *Saxones*, re conclamata, conditiones pacis, ab illo propoſitas, aut amplecti. Aut, ſi maluiſſent peius periclitari, vires *Fridlandicas* penetrare, cogerentur. Quod quidem fieri vix potuiſſet. Commodùm hunc dolum *Sueciæ Rex* præſenſerat. Ideóque ad *Arnheimium* dedit, caveret cum *Fridlando* confligere. Illud enim hoſti eſſe curæ unicè. Ut *Electoralem* exercitum opprimat. Tantiſper ergò acquieſceret, uſque dùm *Rex* ipſe superveniat. Qui quidem morâ excluſâ, mox affuturus, cæteráque, pro rei ſumma, neceſſaria proſpecturus foret. Neque ſegnior *Arnheimius* dolum dolo ultus eſt. Dùm enim, miſſis hinc indè tubicinibus, ac curſoribus, dies aliquammultos tereret, ecce! ſub ſilentio intereà calones, & impedimenta, *Außigam* lentis itineribus præmiſit. Partimque per montes *Pirnam* dirigere iuſſit. Undè, ſub colore noctis, reliquum exercitum, unà cum tormentis, per pontem *Leutmeritianum* produxit. Sic, ut pari calliditate hoſtibus illuderet. *Pirnamque* copias induſtriè ſubduceret. Ubi igitur, præter paucos ſive calones, ſive languidos, *Cæſareani* reperiſſent nihil. *Fridlandus* cum corde ſuo litigare cœpit. Quòd propoſito, ſapienter, & callidè, excogitato, excidiſſet. Tempuſque rebus inanibus, ac, more aquarum, diffluentibus, fruſtrà extraxiſſet.

* * *

II.

Fridlandici Egram, aliaſque finitimas civitates, intercipiunt.

MIſſis igitur artibus illis, ad virtutem converſus *Fridlandus*, re ipſa, quod callidis deliberationibus aſſequi nequiverat, efficere cogitavit. Quo nomine magnis itineribus *Egram* promovit. Illinc, ut, coniunctis cum *Bavariæ Electore* viribus, proximè in *Sueciæ Regem* iret. Hac ſtante ſententiâ, *Fridlandici*, *Egram* pervenientes, civitatem poſtulârunt. Sed *Saxonicus* tribunus, *Starſchedelius*, loci defenſor, initiò acriter repugnavit. Ità, ut circiter ducentos hoſtili è numero funderet. Verùm, quòd civitati eâ parte, quâ maximè debilis erat, novem ſupervenirent legiones. Nullaque, aut exigua, difficultate illac irrumpere quitæ eſſent. Tribunus, auxilii exul, prævisa tempeſtate iſta, maturè paciſci cœpit. Sic, ut cum ſarcinulis, armis, funiculis ardentibus, iiſque, è *Saxonia* eò uſque adductis, tormentis, more militari, ſolenniter emigraret.

Egrâ in poteſtatem redactâ, ordo tetigit *Elnbogenam*. Eam *Holckenius*, *Strategus Fridlandicus*, aſſumptis certis legionibus, impetiit. *Vicethumius* tribunus, defectis defenſionis mediis, pactis legibus tolerabilibus, deditionem fecit. Quòd enim cohortes eius recèns ſtipendiis eſſent obligatæ, nedùm armis inſtructæ. Tùm apparatus militaris intrà *Egram* ſtrangularetur. Obſidionem ideóque ſuſtinere non potuit. Quò igitur militem, vel ſic recèns conſcriptum, *Electori* conſervaret, illis ſub regulis miſſionem impetravit ſic ſatis honeſtam. Nimirùm tàm tribunus, quàm officiales, ac gregarii, unà cum miniſtris, equis, impedimentiſque, itemque ſarcinulis, armiſque, funiculiſque ardentibus, liberè, ſub cuſtodia *Teutonica*, *Annabergam* uſque, emigrarent. Neque impedimentis, ſarciniſque, vis ulla fieret. De civibus ità eſſet. Illi an venia digni ſint, de eo videret *Cæſar*. Interim neque expilatio, neque redemptio, illis intentaretur. *Eccleſiaſticis* hominibus, unà cum uxoribus, liberis, ſarcinuliſque, liceret eâdem libertate educere. Idem fas eſſet civibus, iam tùm emigraturis. E quibus ſi qui uxores, liberoſque, aliò amandâſſent, illi ſuos ſecurè reducerent. Equeſtris conditionis, alijſque, ex agro intrà civitatem nuper ſeſe recipientibus, liberum foret redeundi ad prædia ſua, vel quocunque animus vocaret. Eadem immunitas daretur illis, ſi qui fortè è *Suecicis* adeſſent. Interim *Saxonici* nihil, præter res, ſarcinulaſque ſuas, equoſque tàm proprios, quàm in agro interceptos, aſſumerent. Illa enim liberè permitti quæcunque. Denique, pro ægris transportandis, vehicula concederentur: bonâ fide, ſub adiecta cuſtodia, remittenda.

***

CAP. II.

De Bavarici Electoris, & Fridlandi, apud Egram, coniunctionibus. Regiſque Sueciæ, apud Noribergam, caſtrametatione.

I.

Fridlandus cum Elect. Bavaro coniungit vires.

EGrâ, *Elnbogenâque*, in poteſtatem redactis, *Fridlandus*, aliquot rhedarum, impedimentorumque, centuriis, diverſiſque tàm equeſtris, quàm pedeſtris, militiæ legionibus, invectus, *Egram* pervénit. Cui decem *Ferdinandicorum* millia *S. P. Q. Egranus* dependere iuſſus eſt. Intereà *Bavarus Elector*, è *VVeidena* cum exercitu movens, per *Turſcheridanos Egram* direxit. Ubi ex voto copiæ utrinque cœperunt coniungi.

II.

Sueciæ Rex apud Noribergam caſtrametatur.

INtellecta illa *Cæſarei*, *Bavaricique*, exercituum coniunctione, *Rex* oppidò copias è *Palatinatu ſuperiori* reduxit. Sic, ut *Sultzbacum* quoque (quo loco legatos *Tranſylvanicos* dimiſit) præſidio exempto, derelinqueret. Qua de re conſiliarii ducales, civiumque primores, unà cum neceſſariis ſuis, intrà *Noribergam* confugerunt.

Bavari, nova ſub virium coniunctione, nihil non audentes, provinciam *Culmbaccenſem* latè populabantur. Diverſis oppidis in poteſtatem redactis, ſimulque direptis. Undè ingens terror indigenas pcuſſit. Sic, ut paſſim trepidaretur. Omneſque ſive aſyla, ſive receptus, quærerent. Ubi pretioſa quæque reconderent. Ipſe *Marchio*, rebus ſic ferè conclamatis, diffidens, cum familia, interiorem in *Saxoniam* ſeſe tùm quidem recepit.

Inter hæc, *Rex* diverſas legiones, ſub auſpiciis *Bernhardi, Ducis Vinarienſis*, in *Saxoniam* dimiſerat, *Electori* adverſus *Fridlandum* auxilio futuras. Quæ iam tùm ferè tractum *Lipſienſem* attigerant. Has omnes *Rex*, mutato inſtituto, revocavit. Ubi *Elec* *Bavariæ, Fridlandumque*, ſibi inſtare. Communiqu operâ *Noribergam* movere, cognovit. Eâdem ope râ (prout præmiſſum eſt) legiones *Suecicæ, Crona chium*, & *Papebergam*, obſidionibus fatigantes, a exercitum redire iubebantur. Iam tùm enim *Ca ſareani, Bavarique*, confertiſſimis accelerabant a gminibus. Sic ut, exercituum præcurſores, *Croata* apud *Sultzbacum* oberrarent. In quos cùm *Re* quatuor equeſtrium cohortes immiſiſſet, cæſi quidem, captiſque, pluribus, *Sueci* evaſêre victo res. Qui poſtquàm, confidentiâ pleni, fugiente inſequerentur, in inſidias, turmaſque ſatis validas impegerunt. Undè, niſi qui fuga dilabi cœperant pauci, aut nulli, evaſerunt.

Cæterùm *Rex*, in conſilia, actioneſque, hoſtiun intentus, ubi didiciſſet, *Noribergam* rectà peti miſſis ad *Senatum* legatis, periculum indicare cœ pit. Nimirùm, *Regi* urbis ſalutem inprimis in o culis, ac curæ, eſſe. Ut nihil non eius cauſſa velit Indè uſuvenire, ut illius ſeriam in defenſionen totus feratur. Fortunaſque, vitamque, pro e impendere affectus ſit. Proindè, ſic quidem ſenti re *Regem*. Ut univerſam modò non urbem, ſed a reas, locaque potiſſima, munimentis ſuperinductis confirmare cogitet. Quò, re ità poſtulante intrà id genus loricas caſtrametari ſuſtineat. Et enim exploratiſſima ſibi eſſe hac in parte hoſtiun conſilia. Ut illud deliberatò agant, quò *Rex* ab urbe ſegregetur. Urbſque deinceps vi iniecta expugnetur. Ità enim plagam, & damnum, per *Bavariam* illatum, illorum opinione, ſanari, compenſarique, poſſe. Eo verò inſtituto è *VVeidena*, *Egraque*, primùm *Adorſum*, & *Olſnizam*, adverſus *Saxoniæ Electorem*, produci cœpiſſe. An ſic *Rex* eò, relicta urbe, evocari poſſet. Quò *Electori*, ſicut quidem anteà præcogitâſſet, opem ferret. Hoc *Regi* ſub abitu ipſi rectiùs *Noribergam* peterent.

Illud *Regis* inſtitutum ubi *S. P. Q. Noribergicus* utrâque, quod dicitur, manu approbâſſet. *Rex* poſtridie ſupervénit, urbiſque munimenta, ac propugnacula, diligenter inſpexit. Mox autor fuit, ut univerſa urbs, ad mille paſſuum diſtantiam, in circuitu, foſſis, murorum ſepimentis, loricìſque, induceretur. Quæ opera tanto cum fervore, cooperantibus aliquot hominum millenariis, ſuſcepta, ac peracta, ſunt, ut bidui ferè ſpatio pleraque abſolverentur. Intrà quæ, ad iuſtam maturitatem perducta, *Rex* ſequentibus diebus caſtra diſpoſuit. Ità tàm copiis regiis, quàm urbi, proſpectum eſt. Iuſſæque ſunt legiones, ac turmæ, cæteræ undecunque emigrare. Inque regia apud *Noribergam* caſtra properare.

III.

Sueci apud Neomarchiam à Fridlandicis funduntur.

SEcundùm illud *Regis* prognoſticum ubi *Elector Bavarus, Fridlanduſque*, copias è *Palatinatu ſuperiori* producerent verſus *Noribergam*, primitùs apud *Sultzbacum* ſeſe demiſerunt. Undè, ſub nocti

...lis ſilentio, aliquot legiones, cum tormentorum parte, *Neomarchiam* proceſſere. *Rex* ergò, quo loco hoſtiles copiæ hærerent, ac quid agerent, cogniturus, *Tupadelium* chiliarcham, cum equestrium gravis armaturæ legione, aliiſque inſuper dictis cohortibus, emiſit, ſuper hoſtibus ſciſcitaturum, captivoſque adducturum. Is primùm ex *Croata* intercepto didicit, rem tormentariam *Fridlandicam*, ſub mediæ phalangis cuſtodia, apud *Neomarchiam*, iam tùm appuliſſe. Sed ecce! mox ruſticani hominis indicio maiorem habuit fidem. Qui, dùm affirmaret, *Fridlandicorum*, tormenta ſervantium, numerum ultrà duo millia haud excurrere, *Chiliarcham* permovit, ut impreſſionem in iſtos faciendam cenſeret. Neque defuit huic cœpto fortuna prælimìnaris. Ità, ut quatuor obiectas *Croatarum* cohortes partim funderet, partim diſſiparet. His illectus auſpicijs ulteriùs dùm progreditur, ecce! à confertis agminibus obruitur, ut, *Tupadelio* capto, univerſa deleretur legio, cæteræ cohortes, amiſſis duobus ſignis, in poteſtatem venirent.

Percepto illo ſuorum conflictu, *Rex*, aſſumpta potiſſima equeſtrium parte, *Neomarchiam* tetendit, ſuis opitulaturus. Verùm, ubi in itinere, quid cum ſuis factum eſſet, ordine didiciſſet, reconverſis agminibus in caſtra *Norica* properavit. Illaque porrò omni cura, atque induſtria,ematurari, ac confirmari, iuſſit. Sic ut, laborum militarium patiens, *Rex* ipſe interdiu, noctuque, operibus porrò perficiendis operam daret. Opificeſque, ac mercenarios, quibuſcunque ſub locis, dictis accenderet, cohortareturque.

IV.

Sueciæ Rex amarâ quidem, ſed memorabili, in Strategos, tribunoſque, ſuos, ob diſciplinæ militaris corruptelam, utitur invectivâ.

INtereà varii inter partes naſcebantur conflictus. Multùmque damni, ac detrimenti, à catervis populatricibus inferebatur regionum incolis. Rapinis, ſpoliis, direptionibus, & id genus exceſſibus, paſſim invaleſcentibus. Ità cùm *Sueci* quoque, & inter illos, *Teutones*, apud *Regem* diſferrentur. Tanquam qui per *Palatinatum ſuperiorem* ad extremam nequitiam, latrocinando, graſſando, ſpoliando, cædendo, virgines, matronaſque, conſtuprando, nihil reliqui facerent. Ut etiam hoſtibus atrociora patrarent. Hac de re tot querelis emanantibus, *Rex*, pridie *Calend. Quintil.* in feriis *D. Petri*, & *Pauli*, *protoapoſtolorum*, omnes ad ſe *Principes*, *Comites*, *Dynaſtas*, itemque *Strategos*, ac *tribunos*, invitavit. Iiſdemque tàm ſeveris, quàm indignantibus, verbis dolorem ſuum, ſuper diſciplina militari corrupta, exindéque, tanquam ex malorum officina, emergentibus tot rapinis, ſpoliis, latrociniis, cæteriſque id genus exceſſibus, auctum, conteſtari, iſtorum verò impotentiam exectare, cœpit coràm. Ut multis horror pervaderet artus. Tantæque, ac tàm ſeveræ, invectivæ ad increpationem, oppidò percellerentur. Neque enim, qui *Regem* noverant familiariùs, tantæ indignationis memoriam animis recolebant. Verba increpatoria fuêre eiuſmodi. ô *Principes*, ô *Comites*, ô *Dynaſtæ*, ô equeſtres, vos vos, inquam, illi eſtis, qui patriam veſtram iniurii, ac temerarii, deſtruitis, & evertitis. Vos *Strategi*, vos *tribuni*, cæterique præfecti militares, ad unum omnes, vos, inquam, omnes, excepto nemine, illi eſtis, qui, ſine diſcrimine, furtis, rapiniſque, operam datis. Vos *Religionis* veſtræ ſocios depeculamini. Vos furtis illis veſtris efficitis, ut anima mea vos faſtidiat. *DEUM* enim, creatorem meum, teſtor, quàm illud quidem, quod infrà ſiniſtram eſt papillam, mecum eiulet, ubi veſtrûm aliquem ſaltèm intueri incipio. Dùm legum bonarum, præceptorumque quibus vos informavi, temerarii prævaricatores illam publicaſtis vituperii maculam, ut in triviis dicatur: *Regem*, utique amicum, plus inferre damnorum, quàm hoſtes. Per fidem, ſi *Chriſtiani* eſſe vultis, vel illud deponderare debebatis, quid *Rex* ego hucuſque, cauſſâ veſtrâ, ſuſceperim. Quàm regiam hanc valetudinem, vitámque, pro vobis, veſtraque libertate, pro temporali, atque ſempiterna, ſalute veſtra, impendam.

Equidem regno meo theſaurum ſubtraxi, dùm milliones quatuor hocce in bellum inſumpſi. Ex adverſo, ne tantillum quidem è *Germanico* regno veſtro retuli, ut me vel perfunctoriè amiciam. Immò malim excuſſa lacinia nudus obequitare, quàm veſtris ut memet indumentis cooperiam. Omnia, quæ *DEUS* mihi dedit, vobis tribui. Neque (pax auribus eſto!) vel hara mihi eſt reſervata, quam non inter vos oppidò dividerem.

Nemo veſtrûm eſt, qui fruſtrà quicquam à me rogârit. Ut non ilicet voti ſit factus compos. Nolui enim quenquam, qui rogaret, à facie mea triſtem diſcedere. Si iam leges meas, ſi præcepta mea, tenuiſſetis, næ ego vobis regiones, armis occupatas, dividerem omnes. Ego verò, *DEI* gratiâ, ſatis opulentus ſum, paupertatis ſecurus ſum. Nec eſt, ut quicquàm fortunarum veſtrarum deſiderem. Quod ſi quoque *DEI* obliti, honoriſque veſtri immemores, à me ſeceſſionem facere, & oppidò diffugere, vultis, ſcitote, me nihilominùs, tanquam *Chriſtiani* nominis *Regem*, ſic conſtanter affectum eſſe. Ut *DEI* iuſſa nihilominùs perficere & pro vobis hanc vitam profundere, cupiam. Si nunc in rebellationes animis inclinatis, ſcitote, hoc decretiſſimum mihi eſſe. Priùs ut cùm *Suecis*, ac *Finnonibus*, meis in vos experiri ſic quidem velim, ut fruſtulatim utrinque ſimus diſcerpendi.

Iam vos per *DEI* miſericordiam obteſtor, redite, quæſo, ad vos. Præcordia, ac conſcientias proprias, interrogate, quàm malè agatis, quàm hunc animum eò uſque mihi quidem conturbetis. Ut lacrymis vix me abſtineam. Etiam vobis dico. Siniſtrè, inquam, mecum agitis, ob corruptam militarem diſciplinam. De fortitudine veſtra nihil eſt, quod conquerar. Illâ ſiquidem vos ſtrenuos, & laude dignos, præſtitiſtis viros.

Hoc ut nomine multùm vobis debeam. Denuò igitur, per *DEI* miſericordiam, vos rogo. Deſcendite in voſmetipſos. Animos, conſcientiaſque veſtras, excutite. Ac mementote, quo pacto aliquando coràm *DEO* actionum veſtrarum rationes reddere velitis. Malè mihi eſt, dùm tàm depravata cum natione litigo. Ut mox mei pertædeat. Iam ſi pietate proficere eſt animus, monita hæc mea interiùs admittitote. Mox enim in hoſtes producturi videbimus, qui viri, qui integræ mentis, bonæque fidei, ſint bellatores.

Hoc irati *Regis* fulmineo ſermone omnium perculſæ mentes penè non riguerunt. Ut multi non invenirent, quid dicerent. Multis anguſtia cordis lacrymas prolicuit. Ubi igitur *Regi* pecudes, à decurione abactæ, monſtrarentur, ecce! præfatum decurionem capillis-tenùs arripiens, manu ad phylaciſtam deduxit, pœnas ut daret. Illis verbis eum, inter ducendum, affatus: Huc, inquit, ades, mi fili! Satius eſt, ut ego quidem pœnas abs te exigam meritas. Quàm *DEUS* modò non te, ſed etiam tuâ cauſſâ, me, noſque omnes, plectat. Parem tùm pœnam duo equitum magiſtri, à direptione venientes, eodem temporis articulo ſubierunt.

CAP. III.

De Fridlando, Sueciæ Regem apud Noribergam, concludente.

I.

Fridlandus Sueciæ Regem, apud Noribergam, concludit.

Pridie *Calend. Quintil.* eodem die, quo *Regis* illa in *Quirites* ſuos detonuit increpatoria, *Elector Bavariæ*, & *Fridlandus*, collectis apud *Neomarchiam* copiis *Regniſum* fluvium traiecerunt. Caſtraque, tribus paſſuum millibus diſtantia, *Regi* apud *Noribergam*, ad *Regniſum* ſeſe tenenti, obiecerunt. Munimentiſque circumquaque corroborárunt. Undè fuit, ut interclusi, quà *Forcheimium*, *VVeiſſenburgum*, *VViltzburgum*, ac *Ratiſponam*, undiquáque ad *Noribergam* aditus, caſtris regiis omnem vehiculorum, commerciorumque, uſum negarent. Hoc pacto tàm *Noriberga*, quàm *Rege*, eodem tempore in anguſtias illas redactis, *Fridlandus* id agebat, ut, annonâ, rebuſque neceſſariis, defectis, *Regem* ad iniquas pacis conditiones adigeret. Quo nomine tàm conditiones pacificationis proponere. Quàm inducias rogare, cœpit. Uſque dùm inchoatæ tractationes conſummarentur. Inſuper *Tupadelium* tribunum, nuperrimè captum, unà cum aliis captivis, abſque lytri perſolt tione, liberrimè dimiſit. Muneribuſque ſolenni ter affectum ad *Regem* redire iuſſit.

II.

Noribergenſes conſtantiam Regi probant.

VErùm, quòd eius generis pax quæreretur *Fridlando*, qualis quidem ad ſummam rei pu blicæ parùm faceret, *Rex* ingenti animo tractationes repudiavit. Ut, tametſi cum *Noribergenſibu* ſic quidem, poſt occupatos quoſcunque aditu concluſus attineretur, nihilo-ſeciùs tamen con ſtantiæ ſuæ perindè litaret. Neque aliter urbs e rat affecta. Ut omnia, cum *Rege*, in rem commu nem, impendere vellet ultima. Quo nomin vires ſuas intrà mœnia computans, ultrà triginta, ut ferunt, hominum millia, arma ferre poten tium, recenſuit. Ex illis delectus in urbis defenſio nem habitus, intráque viginti, ac quatuor, ſign redactus, eſt. E quibus ſingulis diebus pars ter tia, unà cum *Suecis*, ad urbis patriæ defenſionem progrediebatur. Ea verò intrà urbem tùm qui dem proſtabat cornucopia, ut *S. P. Q. Noribergicu* toto illius concluſionis tempore, caſtris regiis an nonam ſuppeditaret. Eò uſque, ut, quà commea tum, nihil deſideraretur. Necdùm rerum pre tia in immenſum excreſcerent. Quà frumentationes enim annona in integrum ſufficiebat annum. Ut duntaxat in molendinis, quibus grana com minuuntur, defectus naſceretur. Undè panes dif ficiliùs cōparabantur. Nihilominùs militibus ſti pendiariis hac in parte ſatisfiebat. Utpote quo rum opera eſſet neceſſaria. Interim avenæ pre tium fuit ingens. Ut difficulter haberi poſſet: ho pabuli genus: equis cum numero, è pabulationi defectu, ſuccumbentibus.

Has inter diætæ auctiones, difficultateſque, eo loco erant nihilominùs res *Regis*, ut neque *Bavari Elector*, neque *Fridlandus*, tametſi copiis prævalentiores, nocere poſſent. Caſtra enim eum in modum undique communiri cœperant. Ut multis, rei militaris peritis, eſſent facilè admira tioni. Tametſi palatia, æſtiva, ædiculæque hor tenſes, hoc ſub agone, admodùm periclitaren tur.

Intrà urbem metus, pavórque, ratione hoſtium, obſervatus ferè nullus. Ut omnes, ſub *Reg* præſente, affabili, & humano, optimè confide rent. Nec defuêre inter *Suecos*, qui codicillis, numeriſque rhytmicis vernaculis, tanquam incentivis, *Noribergenſibus* conſtantiam inculcarent. Eoſdemque mactè eſſe iuberent. Quos utique dignos iudicavimus, qui ſub ſequentibus *Latinis* verſiculis à nobis apponerentur. Tales verò illi:

Norimberga, decus Romani nobile regni,
Hoſtica iurârunt in caput arma tuum.
At DEUS, è cœlo miſeratus mittit Achatem,
E Suecis, qui te more parentis amat.
Fortibus hic miſtus candente ſub axe tribunis
Exigit inſomnes in ſtatione vices.
Sis memor ô tanti Regis! Si ferre recuſas,
Quam potes, ipſa tibi damna creabis, opem.

Si pro-

Si profis castris, te regia castra iuvabunt:
Si noceas illis, quis tuus uſus erit?
Vna ſalus castris ſervatis ferre ſalutem:
Hac Suecos, hac te, parte levare potes.
Quàm conferret opes, urbs nuper nobilis, omnes,
Cui de Virginibus fertile nomen erat.
Sed cecidit, cunctata ſuas impendere vires?
SERO, POST DAMNVM QVI SAPIT, ILLE SAPIT.

III.

Rex Freyſtadium, Fridlandi granarium, infeſtat, & evertit.

UBi ergò utrinque hoſtilia caſtra, eaque potentia, tàm *Cæſareana*, quàm *Regia*, in proximo eſſent, & contigua, proclive erat celeberrimas nacivelitationes. Undè tot fortia pectora ad orcum immitti cœpêre. Neque verò hæc prælia parva inter manipulos ſaltèm intervenêre, ſed integras toties cohortes abſumpſêre. Cùm enim *Fridlandus*, inter cætera id genus tentamina, eâ parte, quâ castra regia arbitrabatur eſſe imbecillia, impreſſionem ſuſciperet, à *Rege*, id temporiùs cognoſcente, non ſine damno reiectus eſt. Hunc enim bellatorem nemo impunè provocabat. Cuius cùm virtus, inſtar animoſi leonis, difficulter cancellis, ac repagulis, iſtis coërceretur, non potuit, non ſubindè excurrere, prædaſque ex hoſtico referre. Iccircò, cùm è captivis hauſiſſet, *Fridlandi* granarium, ſive horreum, eſſe intrà *Freyſtadium*. Eòque incredibilem panis, farinæ, ſalis, aliarumque id genus ad diætam rerum neceſſariarum; vim è *Palatinatu ſuperiori, Ratiſpona, Bavaria, Aichſtadio*, aliiſque locis finitimis, convectari cœpiſſe. Vix ut mille impedimenta huic cornucopiæ aſportandæ ſufficerent. Et iam legiones in via eſſent, commeatus illos in caſtra deducturæ. *Rex*, non diu moras trahere ſolitus, ilicet decrevit, tentandam eſſe hanc quoque viam, annonamque corrumpendam. Itaque eâ adhuc veſperâ *Tupadelium Chiliarcham*, cum manu equeſtri, *Freyſtadium* præmiſit. Qui, ſub noctis conticinio, adventans, ubi rem eſſe in vado intellexit, machinis illis effractoriis, portis iniectis, his quidem effectò fruſtratus eſt. Itaque, & ſcalis ad mœnia admotis, & machinis illis tertiò adhibitis, validumque effectum cauſſantibus, civitatem tandem feliciter invaſit. Omneſque tàm milites, quàm cives, in armis reſiſtentes, oppreſſit. Indè, iumentis abactis, iniectis ignibus oppidum delevit. Sic, ut omnia, quę non in prędas veniſſent, conflagrarent.

Rex, ne *Tupadelius* in reditu periclitaretur, cum quingentis pedeſtrium, turmiſque equeſtrium aliquammultis, ponè ſequi cœpit, ſuis auxilio futurus. Qui dùm inter *Burgktonam*, & *VVendelſteinium*, in *Sparrenum, Strategum Fridlandicum*, valida cum manu in pabulatores *Suecicos* animadverſurum, incideret, oppidò ſeria naſci cœpit pugna: Quæ tamen, *Rege* in partes veniente, mox diremta, *Fridlandicis* equeſtribus disiectis. Interim pedeſtres, ſaltus occupantes, animoſè repugnabant. Sic ut non pauci è *Regis* familiaribus, ac domeſticis, occumberent. Interim *Rex* ipſe induxit pedeſtres ſuos. Undè mox *Fridlandicos* è ſaltibus eiecit, fudit, fugavitque. Perierunt *Cæſareanorum* ſexcenti ipſo *Sparreno*, (qui, intrà paludes latitans, à morione ſuo proditus eſt) aliiſque inferioris notæ præfectis, gregariiſque, in poteſtatem venientibus. Signa, quòd è lanceis antè direpta eſſent, ſaltèm relata tria. Quorum latores *Rex*, ſicut cæteros tàm præfectos militares, quàm gregarios, ad unum omnes, quòd utilem navâſſent operam, muneribus affecit. Hacque ſuper victoria, tàm intrà mœnia, quàm caſtra, euchariſtia celebravit.

IV.

Cæſareani, diverſis ſub locis, à Suecicis funduntur.

FRidlandus, everſo tàm ſuper horreo ſuo, quàm *Sparreno*, utique ſupplementorum, è *Bohemia* adventantium, *Stratego*, capto, fremebat. Mallet igitur præſentem ſumere vindictam à *Suecis*, modò res habuiſſet aditum. Interim de aliis annonæ proventibus illi diſpiciendum erat. Cùm iam tum tàm frumentationes, quàm pabulationes, in anguſtum tenderent. *Suecicis* undiquáque legiones, quibus *Regi* ſuccurrerent, contrahentibus, itineráque infeſtantibus.

CAP. IV.

De confœderatis Imperii Principibus; Sueciæ Regi apud Noribergam ſuccurrentibus.

I.

Bernhardus Vinarienſis Landsbergam, Fuſſenamque, recuperat.

ADhucdùm per *Sueviam* fulminabat *Bernhardus Vinarienſis*, ruſticanis illic rebellantibus inventus ſcopulus. Qui, cùm paulò antè *Leopoldi, Archiducis*, copiæ *Landsbergam*, *Füſſenamque*, occupâſſent, mox eaſdem civitates recuperavit. *Landsbergenſium* enim primores *Duci* adventanti ſupplice genu claves obtulêre, humiliter deprecati, quòd nuper *Cæſareani* potiti eſſent civitate, per ſeſe non ſtetiſſe. Ità innocentiâ ſuâ, modeſtiam-

ſtiamque, conteſtantibus parſum eſt. Sub interdicto, ne quiſquam è militari numero dedititiis noceret.

Immiſſo idoneo præſidio, *Fuſſenam* perrexit. Eamque repugnantem vi expugnavit. Cæſi fuêre illic trecenti. Capti plus mille. E quibus diverſi *Comites*, ac *dynaſtæ*, venerunt in poteſtatem, ſignis ereptis pleriſque. Undè potiſſimus pedeſtrium *Archiducalium* flos, ſub militiam *Suecicam* miſſus, interceptuſque eſt.

II.

Freyberga Bavariæ à Suecis deletur.

EOdem tempore legiones *VVürtenbergicæ*, *Suecis* miſtæ, *VVeingartenam*, *Sueviæ* oppidum, expugnarunt, cæſis ruſticanorum præſidiariorum trecentis. Mox *Ravenſpurgum*, præſidio vacuum, aliaque in proximo oppida, occupârunt.

Interim *Freyberga*, *Bavariæ* civitas, tribus *Auguſtâ* paſſuum millibus diſtans, à *Croatis* adiuta, de nocte præſidiarios *Suecicos* oppreſſerat. Sed non impunè. *Banerus* enim, in facinoris, ac lanienæ, ultionem, ex *Auguſta* produxit. Locumque impetiit. E quo cùm diffugiſſent *Croatæ*, nihilominùs cives defenſionem parârunt. Ità factum, ut, loco vi expugnato, indigenæ, arma ferentes, immolarentur omnes, tanquam victimæ. Cùmque chorus feminarum, parvulorumque, extrà mœnia eiectus fuiſſet, civitas ſubiectis facibus deleri cœpit.

III.

Sueci intrà Franconiam concurrunt.

LIndaviam hac tempeſtate ad *Lacum Podamicum* concluſerant *Sueci*. Sed, cùm in auxilium poſcerentur à *Rege*, pariter concluſo, obſidio ceſſavit. Iſta *Suecorum* emigratio inquietis animos addidit ruſticanis. Ut denuò retentatâ temeritate res novas agerent. Numeroſâque ſub multitudine veteres rationes diducerent. Tametſi vel intrà *VVeingartenam* occiſorum cumuli adhucdùm iacerent, ſepulturâ carentium. Quàm diu, incultis, aſperiſque, velut regionibus nives hærent, intrà ſcopuloſas agreſtium, aratro haud domefactorum, mentes eò uſque remanet obſtinatio. Ut veterrima illa audacia, ſub *Suecicis* in *Noricum* evocatis, novas acquireret vires.

Etenim *Guilielmus*, *Dux Vinarienſis*, è *Magdeburgico*, & *Thuringiæ*, tractibus, tùm legiones convocatas educebat in *Franconiam*. Cui, ſub *Hoffkirchenii* ductu, *Saxoniæ Elector* manum ſubiunxit, legionibus quatuor conſtantem. Illis *Heſſiæ Landgravius* ſuas quoque ſuperaddidit copias. Ut è *Moguntiaco*, & illis *Rheni* partibus, ſub *Chriſtiano*, *Palatino Birckenfeldio*, auxilia accelerarent.

Confluentibus eo pacto *Suecicorum* copiis populatrices apud *Forchemium*, *Bambergam*, *Kitzingamque*, *Cæſareanorum* catervæ varijs affectæ ſunt cladibus. Modò ut à *Suecis*, modò *Vinarienſibus*, modò *Birckenfeldicis*, modò *Heſſis*, impeterentur. Ità cùm paſſim noxam incurrerent *Fridlandici*, ca-
tiùs deinceps in populationes ire notati ſunt. S
ut à caſtris haud recederent longiùs.

IV.

Confœderatorum Imperii Principum copiæ R[e]gi ſuccurrunt.

ILlæ ubi *Saxonicæ*, *Palatinæ*, *Heſſiacæque*, copiæ
pud *Kitzingam* conveniſſent, *VVinsbemium* d
inceps promoverunt. Ubi *Bernhardus Vinarienſ*
& *Banerus*, ſuas quoque ſuperaddidêre vires. U
iam novus, idemque numeroſus, exercitus è qui
quagintà auxiliariorum millibus combinaretu
Hæc manus ampliſſima rectà per *Neoſtadienſes* p
tiit *Noribergam*. Ut paulò deinceps, ingenti *Re*
congratulatione, ad caſtra perveniret *Norica*. Qu
ubi ſubſidiariæ copiæ feliciter advolâſſent, *R*
fortunæ ſuæ gratias egit, proque ulteriori ſucce
ſu vota nuncupavit. Satiſque mirari non potui
in copias illas auxiliares à *Fridlandicis* nihil fuiſſe
itineribus etentatum.

V.

Fridlandus caſtris ſeſe tuetur.

FRidlandus, *Regem* iam viribus auctum, ac potio
rem, intelligens, copias, hinc indè diſperſa
intrà caſtra contraxit. Deque eo proſpicere cœpi
quò *Regi* deinceps, nihil non facilè auſuro, reſiſt
ret. Iam tùm enim præcogitabat, non fore, ille
diutiùs quieſceret.

Fuggerus ergò, *Strategus Bavaricus*, ſex hominu
millia è *Bavaria* ſuperinducens, *Landsbergam* denu
cinxit obſidione. Præſidiarii, numerò octingent
ſatis acrem ſuſceperunt defenſionem. Quo
mœnibus per tormenta deiectis, pateſcente ad
tu ſatis amplo, pulvere pyrio, & id genus milita
apparatu, defecti, deditionem facere cogerentu
Cùm igitur ſub ſarcinulis emigrarent, *Bavarici* i
equos *Suecicorum* manus iniecerunt. Undè accidi
ut plerique *Bavaricas* admitterent leges, equoſq
ac reculas, eo pacto redimerent.

VI.

Sueciæ Rex, apud Noribergam, caſtra invadi[t] Fridlandica.

REx ergò tantis ſociorum auctus copiis non ni
ſiingentibus tùm pectora implevit cogitatio
nibus. Quid primum, quid deinceps, quid deni
que, potiſſimùm tàm numeroſo, recèns acquiſi
to, ſub exercitu exequeretur. Putabatur enim
præſens regius exercitus ad ſeptuagintà hominun
excurrere millia. Neque fieri poterat, ut tàm in
gens multitudo diu conſiſtere poſſet, abſque ma
gna annonæ flagellatione, rerumque neceſſaria
rum defectu. Cùm iam tùm tàm frumentatio
quàm pabulatio, in anguſtum tenderent.

Itaque tentare viſum eſt, an *Bavariæ Elector*, *Frid*

landuſq;

nduſque, è caſtris, probè communitis, in aciem, pugnam, pertrahi poſſent. Sed hæc res infrà eſ- aciam fuit. Cùm enim innotuiſſet, *Regem* iam ribus prævalere, neque *Bavarus*, neque *Fridlandus*, aciem prodierunt. Sic tamen, ut tormentis in *iecos* acerrimè experirentur. Et haud ſemel veli- res emitterent turmas. Quas, re urgente, rurſùs traxerunt. Procedentibus diebus *Rex* operibus citatis tormenta ſuperinduxit. Quibus caſtra *idlandica* ſine miſſione impetiit. Eo tępore *Frid- ndus* ex anterioribus caſtris in ſaltus copias ſub- ucens duos occupavit colles. Eoſque, cæſis in rcuitu roboribus, impendiò communivit. Ubi verſa intervenêre prælia. Verùm *Rex*, quòd vi iectâ nihil proficeret, caſtris promotis circà *Fur- m* diviſit exercitum. Vix dici poſſit, quæ frumē- tionis, pabulationiſque, penuria tot hominum illenarios utrinque tùm infeſtârit. Sicut enim liâs λιμὸς, & λοιμὸς, veteri adagio dicuntur mala ſſe contigua. E *fame* enim plerúmque oritur *lues*. à hîc haud ſegniùs uſuvênit. Ut diariis defectis regarii multis pravis humoribus viſcera, ac ve- as, implentes, è vitio ac putredine, contagium, malignitatem, inferrent. Tùm cornipedes, pa- ulis excluſi, catervatim interirent. Undè cada- rum, & quidem numeroſorum, exiguo ſub loci atiò, & quidem ſub *Caniculæ* ſydere, putreſcen- ùm, fœtor auras contaminare. Vitiumque, iam in homines ſæviens, accendere, cœpit. His malis peracceſſit aquarum apud *Furtum* potabilium iopia. Neque enim, præter fontem unicum, roſtabant ſcaturigines aliæ. De *Xerxis* ſtupendæ olis exercitu memorat *Diod. Siculus*, eius ſuper- entu modò non fontes, ſed amnes, ſiccari cœ- iſſe. Idem accidit huic quoque fonti. Ut à gre- ariis ſiticuloſis ilicet exhauriretur. Ubi igitur arſimonia in fundo ſubſtitit, tùm quidem non anis rebellantes multorum ſtomachos ſubiit auſea. Animadverſum enim, ſed nimis ſerò, fuit òc iuſculum non fuiſſe abſque carnibus. Dùm andum canum, felicúmque, cadaveribus, illic oſtium operâ proiectis, immanè putuit. Sic ra- ò, ut in triviis alunt, unà calamitas abſque pe- iſſequa. Ut fame, ſitique, haud perfunctoriè in- aleſcentibus, etiam ventriculi ſupinatio iſta, ac on inane faſtidium, multos perderet.

Paulò mitiùs affligebantur *Fridlandici*. In hos, què ferè ineâiâ ſiccos, innumera culicum, muſca- umque, ſæviebant agmina. Ut vix durare quiti ſſent.

VII.

Rex alterâ vice tentat caſtra Fridlandica.

Adhucdùm *Rex* minabatur impreſſiones *Frid- landicis*. Neque receſſurus videbatur, ante- quàm omnia, quod dicitur, octo etentâſſet. Qua cupiditate plenus ubi à captivis didiciſſet, hoſtes itinere eſſe. Paucaſque poſt caput reliquiſſe le- giones. Denuò, univerſo cum exercitu, ad caſtra *Fridlandica* acceſſit, propiúſque urgere cœpit. Ibi cùm patuit error. Nam captivi, dùm *Fridlandus* ca- ſtra arctiùs contraxerat, receſſiſſe illum arbitrati fuerant. Neque verò hoc, quodcunque erat, avi- ditati *Regis* obſtitit, quò minùs inſtitutum proſe- queretur. Neque tanti illi erant tribunorum ſi- ve voces, ſive dehortationes, inferentium, militi- bus opus eſſe. Hanc enim haud abſque laniena rem peragi poſſe. Quòd munimentis hoſtes præ- valerent, ſylvis cæduis tegerentur, inque locis e- ditis caſtra metati eſſent. Idem ferè legionibus in mentem veniebat. Sed nihil movebatur *Rex*. Ut cœptum exequi velle firmiter ſederet. Accitis igi- tur, & directis, in caſtra *Fridlandica* ſexagintà nu- mero tormentis, tanto cum ardore ſuſcepta fuit impreſſio, ut omnia fragoribus fremerent, ac to- narent. Hæc inter tonitrua *Fridlandus* militem in caſtris continuit, ſaltemque tormentis ex adverſo reſpondit. Niſi igitur in edito caſtra poſuiſſet *Frid- landus*, fors aliquid fieri potuiſſet. Nam *Sueci* le- gionatim per quinque horarum paria ſuſcipiebāt inſultus. Uſque dùm nox interveniens hos cona- tus diremit. Inter hæc, *Gronbergica* prodiit legio. Quæ mox per *Stallhanſenium* à *Finnonibus* ità repreſ- ſa eſt, ut pauci evaderent. Ipſeque *Gronbergius* le- thaliter vulneraretur. Sic intrà telorum iactū *Fin- nones* conſtitêre. *Bernhardus Vinarienſis* verò locum editum præoccupavit. Quò ſi tormenta deduci potuiſſent, fortè *Fridlandicis* non exigua imminuiſ- ſet confuſio.

Sic ubi *Sueci*, nullis tecti ſepimentis, apertó *Marte* caſtra oppugnant, proclive erat multos op- pidò perire. Deſiderati enim plures, quàm duo hominum millenarii, ilicet immolatorum. E qui- bus numerantur *Boëtius*, *Scepterus*, *Mackinus*, *Crails- haimius*, *Malſpurgius*, præfecti militares, aliique complures. Vulnerati fuêre *Rosſteinius*, *Pforrenus*, tribuni. Itemque *Erpacenſis*, *Caſtellanus*, *Eberſteinen- ſis*, *Thurrianus* iunior, *Comites*, cæterique anonymi. Inter captivos attinebatur *Leonhardus* ille *Thorſten- ſohnius*, generalis rei tormentariæ magiſter, alió loco cum pedeſtrium manu aliud tentans, itemq; *Erichandus tribunus*, aliique.

Ex *Fridlandi* partibus eadem ferè ſæviit fortu- na. Ut paulò pauciores caderent gregarii. *Ioan. Ia- cobo Fuggero*, *Comite*, *Aldobrandino*, & *Caraffa*, a- liiſque duobus, *tribunis*, unâque ſignis tribus, deſi- deratis.

E quibus, quàm hæc quidem impreſſio cæde, ac ſanguine, haud vacârit, fit evidens. Pugnâ in- terveniente tantâ, ac tàm fervente, ut *Fridlandi* e- quus, glande tactus, domino inſidente, procide- rit. Quod idem *Bernhardo Vinarienſi* accidit. *Rex* ſi- mulátque periculo evidenti eò uſque fuit finiti- mus. Ut glans tormentalis particulam ſoleæ ex d- ctrea dextri pedis, in ſummitate, decuſſerit.

Re igitur illo ſub periculo, diſpendióque ſatis calidè tentatâ, *Rex* ad *Pegneſum* reduxit exercitum. Caſtraque communivit. Tametſi verò velitatio- nibus quotidianis iccircò minimè daretur miſſio.

Nihilominùs *Rex*, alia animis volvens, pau- lò poſt aliorſùm tranſtulit exer- citum.

***

Externa.

Externa.

De motibus Gallicanis. Inter Galliarum Regem, & Gaſtonē fratrem, naſcentibus.

CAP. I.

De Duce Aureliano, Regis Chriſtianiſsimi fratre, arma inferente.

I.

Aurelianus cum exercitu movet in Burgundiones.

SUprà de dividiis, inter *Regem Chriſtianiſſimum*, *Reginam* matrem, & *Gaſtonē*, fratrem unicum, obortis, prævìſum eſt. Iam, ut actiones militares, poſt *Reginæ* matris, & *Gaſtonis*, in *Belgium* emigrationem, naſcentes, inſpiciamus, fuerit opportunum. Sine dubio autem tantorum patrii regni exulum diſceſſus non poterat non eſſe ſuſpectus. Ut nihil aliud, quàm civile bellum, minari videretur. Maximè, cùm partes, tàm diffidentes, quàm potentes, utrinque in arma propenderent. Magnatum enim colliſiones plerumq; alio remedio, quàm bello, vix curantur.

Illorum motuum pro extinguendis incendiis, *Corduba*, *Archiſtrategus Hiſpanicus*, primo vere venit *Pariſios*. Apud *Regem*, inter cætera, conciliationem tentaturus. Sed *Rex Chriſtianiſſimus* exſpectationi non reſpondit. Undè, cùm voti compos haud fieret, enſem adamantibus coruſcantem, dono oblatum, tanquam lautia, admittere legatus recuſavit. Interim, ſub diſceſſum, univerſalis, per *Germaniam* reſtaurandæ, pacis curam *Regi* conceptiſſimis verbis commendavit.

Idem *Ordines Eccleſiaſtici* per *Gallias Regi* inculcabant ſine miſſione. Nimirùm, *Catholicis* per *Germaniam*, adverſùs *Sueciæ Regem*, manum commodaret, opemque ferret. Niſi id fieret, *Catholicæ Religionis* prærogativam non poſſe non, ſub *Sueciæ Regis* progreſſibus, periclitari, obiicientes. Sed illa erat tùm quidem *Galliæ* cõditio. Ut, extrà fœderis, cum *Sue-*
ciæ Rege icti, interventionem, *Rex* eiuſmodi quid
deſignare non quitus eſſet. Interim *Catholicis* p*G*
maniam obiiciebantur ad tempus melliti verbo
globuli, quibus in ſpem erigerentur. Fore, ſpera
tes, ut *Rex Chriſtianiſſimus*, pro *Rom. Eccleſiæ* defe
ſione, arma corriperet. Præſertim, cùm pecun
Regi Sueciæ, Bataviſq;, promiſſæ, numerarentur q
dem, ſed exercitus, ſub auſpiciis *Comitis Suſani*, p
Suecis educendus, negaretur. Sed hoc colore ma
favor popularis captabatur, quàm ut res ſeriò ag
retur.

Gemino enim tùm metu dividebatur aula r
gia. Ex hac parte, ſicubi *Sueciæ Regi* palàm decern
rentur auxilia, timebatur offenſa *Eccleſiaſticoru*
Ex alia verò, ſicubi *Auſtriaci* prævalerent, reform
dabantur rebellantes, apud *Regis* fratrem, *Du*
Aurelianum, nomina profitentes.

Inter hæc *Dux Aurelianus* minimè acquievit. S
in eo totus fuit, quò inſtitutum ſuum, adverſùs
chelium Cardinalem, vi iniecta, perficeret. Reſq
regni *Gallicani* immutaret. Quo nomine colle
copias, ſub finem *Maij*, *Moſam*, *Moſellamq;*, traie
inque *Burgundiones* produxit.

II.

Aureliani Ducis diploma. Quò Gallos ad ſe i
vitat. Contraque Richelium Cardinalem i
cendit.

ILlic cùm proſcriptorum, exulumq;, nuper
Richelium Cardinalē ab officiis, præfecturiſq;,
poſitorũ, catervas exciperet, ſequens ſive incen
vũ, ſive invectivam, in præfatum *Cardinalem* pub
cavit. Omnibus, inquit, ſe notũ facere. Poſteaqu
Rege, domino ſuo clementiſſimo, per tabellas ſ
plices, petiiſſet. A *Curia* verò *Pariſienſi* conſimili
conceptis verbis contendiſſet, de iure, legumq
rigore, nimirùm iretur in *Amandum*, *Cardinalem*
chelium, tanquam quietis publicæ perturbatore
Regis, regiæque familiæ, hoſtem, communis in
lumitatis deſtructorem, violentum præcipuar
regni partium uſurpatorem. Eumque, ac tantu
tyrannum. Qui potiſſimum procerum regni n
merum opprimat. Totiuſque gentis, ac Reipu
felicitatem labefactet. Ut illinc *Dux Aurelianus*
vitus, ac coactus, poſt devoratam à tanto tempo
patientiam, interveniente nominis, honoriſq
ſui periclitatione, ad arma proſiliat. Manuq
militari tàm damnoſas *Richelii* illius molitiones
tundere cogitet. Niſi conſentire, atque ocioſis i
ſpicere velit oculis, totius regni, cuius in defenſi
nem ipſe quidem, *DEI* providentiâ, hunc in mu
dum veniſſet, vincula, ac fundamenta, convel
Proindè, ſe omnes, ac ſingulos, tàm *Regis*, quàm
gni, amantes, invitare. Venirent, manuſque ſoci
rent. Sic, ut *Regi* manifeſtum, atque evidens, fi
quàm callidis id genus, ac doloſis, conſiliis, mach
nationibuſque, circumventus eſſet. Illi honore
hunc ampliſſimum per manus conferre ſic qui
Aurelianum. Quò *Regis* ipſiuſmet operâ molitio
id genus everterentur. Maloque remedium app
caretur. Quod quidem per iſtos fuiſſet introd
ctum. Qui *Regis* autoritate abuti didiciſſent.

Atq

Atque hoc pacto legum ſe viam calcaturum. Quò ſic ab omnibus, *Richeliana* tyrannidis ſociis, ac omplicibus, pœnas ſumat. Neque ut cæteris *Regis* onæ fidei miniſtris ab his injuria intentetur, ommittat. Quo fine dolori ſibi utique futurum it, ſi cuiquam mortalium, reipublicæ, cui pluri-nùm ſe comperiat obligatum, cauſſa, moleſtus eſ-e debeat.

III.

Aurelianus S. P. Q. Digionenſium.

SEcundùm illud, *Aurelianus* hos quoque codicil-los, ad *S. P. Q. Digionenſem*, direxit. Cupiditatem, nquit, affectumq; commiſerationis plenum, quo quidem ergà oppreſſos *Regis* ferretur ſubditos, has ibi quidem dictare leges. Ut *Regem* è periculis, qui-nus circumſcribatur, iſtorumque inſidiis, qui ejus utoritate abuti ſoleant, eripere cupiat. Quo uti-que nomine contrahat exercitum. Proindè, cùm n *Burgundionibus* aliquantiſper ſibi ſubſiſtendum it. Exercitumque, tanquam *Regis* vicarius, ducat. Civitatis illas intervenire partes, ſibi ut commea-u, rebuſque neceſſariis, ſuccurrant. Hanc in rem nitti præſentem tubicinem. Delectum nempè hominem ad ſe quantò ociùs ablegarent. Quo cum, ſuper rebus id genus neceſſariis, via, ac tra-ctatio, iniri poſſit. Se quidem nihil dubitare, quin ſine mora velint id, quod illis foret ſalutare. In ſe-quiorem eventum, nihil aliud, quàm interitum, at-que everſionem, venire exſpectandum.

IV.

Digionenſes codicillos Aureliani, haud reſigna-tos, mittunt ad Regem. Ab eodemque auxilia requirunt.

ILlos *Aureliani* codicillos præfecti, ac miniſtri, re-gii, apud *Digionem*, haud reſignant. Sed ad *Regem* dimittunt. Interim hæc in verba *Duci* reſcribunt. Omni debito, inquiunt, venerationis cultu ſeſe *Ducis* accepiſſe codicillos. Siquidem verò ad hoc unicè obligentur, civitatem *Regi* ſuo ut ſervent. Hac de re minimè fore conveniens, neque licere ſibi cujusquã codicillos, præter regios, admittant, ſive reſignent. Ità factum eſſe, ut codicillos præno-minatos quantò ociùs ad *Regem* deſtinârint. Undè reſponſum utique exſpectent. De cætero ità affe-ctos eſſe, ut ſecundùm jura, ac leges, omnia ſeſe illi debere fateantur.

Ad hoc curiæ *Digionenſis* reſponſum ilicet ſub-jecit *Aurelianus*. Se quidem, inquit, ad ſatietatem uſque, Magiſtratui civitatis ſignificâſſe. Quibus de cauſſis neceſſitate urgente arma pararet. Ni-mirùm, ut regni ſtatum, ſic ſatis rotæ inſiſtentem, lubricumque, tueretur. Eo nomine ſiquidem ne-ceſſariò ad tempus intrà provinciam *Burgundicam* ſubſiſtere decreviſſet. De mediis illi diſpicerent, quibus hic aleretur exercitus. Malumque, inevita-bile aliâs, declinarent. Interim non deeſſe ſibi no-tores. E quibus didicerit, quàm illi jam tùm o-mnem venerationis cultum, quo quidem ſibi obli-gentur, ſequeſtrarent. Idque id genus miniſtro-rum operâ agerent. Qui quidem magis propriis, ac privatis, quàm, publicis, commodis velificentur. Antequàm igitur ſubditis cogatur eſſe moleſtus, has denuò litteras familiares illis inſcripſiſſe. Ut temporiùs, quid facto opus ſit, decernere. Damnũ-que ineluctabile amoliri, queant. Etiam hoc alterum epiſtolium, minùs reſignatum, æquè ad *Regem* direxerunt *Digionenſes*. Nuperrimè, in-quiunt, *Regi* ſeſe adventum regii fratris, *Ducis Aure-liani*, intimâſſe. Juxtàque adjeciſſe, quibus ſub ſolicitudinibus, malo tàm præſente, verſarentur. Jam verò majorem, præſentioremque, capitibus ſuis impendere procellam. Dùm *Dux* civitatem obſidione cinxiſſet. Adeóque ferro, atque igne, ex-pilationibus, pecuniarumque extorſionibus, per regnum, etiam manifeſto hoſte pejus, experiretur. Cujus rei vel hoc evidens emergeret indicium. Dũ plerosque pagos, ac prædia, per civitatis agrum, partim vaſtâſſet, partim in cineres vertiſſet. Quo-rum è numero veniret vel inprimis *D. Bernhardi Monaſterium*. Undè quidem eſſet, ut impellente ne-ceſſitate, ſuburbanum injectis ignibus ipſi abſum-pſiſſent. Quò id genus hoſtilitatibus irent ob-viàm. Nihilo-minùs ſic conſtanter ſentire, ut intrà mœnia ſeſe defendere. Fortunaſque, vitaſque, pro *Rege*, impendere, velint.

V.

Montmorantzius Dux in partes Aureliani tranſit.

SVperius illud *Aureliani* diploma non prorsùs fuit abſque effecto. Vt multi, qui *Cardinali Riche-lio* adverſabantur, in partes venirent. Caſtraque *Aureliani* ſequerentur. E quibus potiſſimus erat *Dux Montmorancius*, provinciæ *Gallicanæ* guberna-tor. Qui quidem tàm *Regi* carus, quàm totius regni incolis, erat in oculis. Vt non inanis viros ſpectatæ autoritatis pleroſque præveniret admiratio, tan-tæ dignitatis hominem rebellantium ſuccedere periculis. Neque defuerunt, qui ſecùs judicarent. Nimirùm *Montmorancii* defectum ſapienti *Regis* conſilio de induſtria uſuveniſſe. Quò per hunc *Aurelianus* ſaniora vocaretur ad conſilia. Ità fore, ut illius conſiliarii potiſſimi, *Montmorancio* adver-ſantes, abalienarentur. Illos enim haud paſſuros, totius rei ſummam, ſupremamque militiæ admi-niſtrationem, penès hoſtem eſſe. Verùm e-ventus docuit oppidò contrarium. Quo de in pro-greſſu.

Iſta *Montmorancii* ad *Aurelianum* defectio ubi fa-mâ ad aures *Regis* pervenit, illicò, juſſu regio, in-trà *Pariſios* palatium ejus ſub *Regis* titulos venit. Vt ſupellex, & magna argenti vis, in fiſcum refer-retur.

Eâdem tempeſtate ad *Aurelianum* deflexit *Epi-ſcopus Albyus*, etiam civitate in conſenſum tractâ. Sic ut copiis *Aureliani* magnum abindè accede-ret adjumentum. Tamque rem tor-mentariam, quàm tormenta ipſa, ſuppedi-taret.

* * *

MERCANTILE LIBRARY ... ASSOCIATION

VI.

Digionenſes tertiò Regi neceſſitatem ſuam aperiunt.

SEd *Digionenſes* conſtantiam *Regi* perſeverabant. Quam cùm illis; diverſis ſub incendiis, expectorare niteretur *Aurelianus* , talibus hi tertiò *Regem* cœperunt interpellare. Nimirùm inquiunt, *Aurelianum* adhûcdùm omnia ſibi minari ultima. Niſi præſidium intrò recipiant. Undè eſſet, ut per ſex dies continuos excubâſſent in armis, tormenta idoneis locis diſpoſuiſſent, aliiſque de rebus neceſſariis proſpexiſſent. Superioribus diebus veniſſe obſeſſores uſque ad civitatis foſſas. Et jactâſſe, jam jam ſeſe focum inſtructuros, undè eâ nocte plus ſatis caleſcere queant. Et cum dicto ſuburbanum ingreſſos ad *D. Nicolai* plures, quàm trigintà, ædes ignibus perdidiſſe. Iſtos dubio procul graviora fuiſſe tentaturos , niſi tormentorum tùm quidem vis conatus tàm feros inhibuiſſet. Procedentibus diebus *Ducem Eſchalonnam* , & *Chevomeſium*, ſeſe recepiſſe. Ubi itidem milites per incendia ſæviiſſent. Mox *Aplometum* ventum eſſe. Ubi omnia pariter flammis exuſta, vix ædiculâ poſt caput relictâ. Eo furoris genere turmas *Chevinium* , *Fenajum*, ac *Conternonum*, perrexiſſe, ac pleraque fœdâſſe, etiam per itinera ſegetibus corruptis , ſubditiſque vel intrà hortos, vineaſq;, latitantibus, extractis, atque immolatis. Secundùm hæc, per *Schalonam* provinciam omnium eorum ædificia, quicunque ſive pecuniam, ſive commeatum, negâſſent, cœpiſſe everti. Auditaſque eſſe minas, ac voces, quibus miniſtros regios vocarent tyrannulos. Aliaque evomerent atrociora. Interim has minas, hæc convitia, ab *Hiſpanicis* turmis potiſſimùm emanare. Cujuſmodi è *Morinis* eſſent; & in *Tectoſagos* tenderent, novorum illic motuum ſuſcitandorum cauſsâ. Ut tantis ſub exceſſibus credibile ſit, ſubditos nullos facilè tàm futuros furioſos, qui à *Rege* ad id genus depopulatores deficere velint.

Epiſcopum quidem *Nemauſenſem* , *Toyraſii Mareſchalli* germanum, unà cum magiſtratu, cæteriſque *Catholicis* indigenis , in partes *Aureliani* tranſiiſſe. Interim, *Calvininos* præveniſſe. Imiſſoque *Forceo Mareſchallo*, *Epiſcopum* ejeciſſe. Idem *Epiſcopo Vſtcenſi*, paria tentanti, accidiſſe. Interim, tametſi arces aliquammultæ deſciviſſent, *Tectoſagos* tamen, vicinarumque regionum incolas, fidem, atque obedientiam, confirmâſſe.

CAP. II.

De Chriſtianiſsimi Regis fulmine. Quo Aurelianum fratrem, ejusque copias , per-culsit.

I.

Rex Chriſtianiſſimus, in fratris tumultuatio-nes, tàm armis, quàm Interdicto, animad-vertit.

ISti cùm motus haud tralatitii exerc-
rent *Gallias*. Metusque eſſet, ne civi-
belli incendium illud majores acqu-
reret vires. Ecce! *Rex* fratris reb-
novis juſtas objecit copias. Ità,
Schönbergium Mareſchallum modica cum manu,
Tectoſagos præmitteret , qui cuſtodiret aditu-
Quem *Forceus* inſtructo cum exercitu inſecutus,
pud *Lugdunum* ſecundo *Rhodano* deſcendit, quò e-
expeditiùs in *Aurelianum* duceret.

Progredientibus illis duobus *Mareſchallis*, *Re-*
ſuper fratris impreſſionibus, totoq; ejus exercit-
ſequens publicavit *III. Id. Sextil. Interdictum*. Tan-
etſi, inquit, frater, *Dux Aurelianus*, anno ſuperior-
cauſſarum abundè ſuppeditâſſet *Regi* , quò veh-
menter indignaretur. Dùm, abſque conſenſu,
permiſſu, ſuo, è regno exceſſiſſet. Continuis furt-
viſque molitionibus operam dediſſet. Exter-
Magnates in regni, quorundam invidorum *Prin-*
pum conſiliis, quietem irritâſſet. In regni finib-
exercitum collegiſſet. Regnumque perturbâſſe
Hinc eſſe, *Rex* ut, conſanguineum ſuum *Forceu-*
Mareſchallum, cum juſtis copiis, expediverit. Q-
quidem catervas, quotquot habuiſſet obvias, f-
diſſet omnes, diſſipâſſetque. Multoſque è præfect-
militaribus in poteſtatem redegiſſet. E quib[9] no-
nulli, quòd *Cæſari*, nonnulli, quòd fratri militaren-
depoſuiſſent: Nihilo-minùs *Regem* altè diſſimu-
lâſſe, ac, tanquam fratris res novæ iſtæ, tametſi op-
pidò graves, ac tranſverſæ, ad ſe non ſpectarent, i-
ſuper habuiſſe. Dùm ſic quidem judicâſſet, fut-
rum, ut declarationes, ſuperiori anno tàm prid-
Cal. April. quàm *Id. Sextil.* in eos, qui quidem tà-
cum fratre, quàm *Regina*, matre reverendiſſima, ex-
ceſſiſſent, publicatæ, ſufficerent pro ſubditis fide-
bus, quò minùs fratris in partes deſcenderent. T-
illos, qui quidem *Regi* eſſent ab officiis, jam quoqu-
fratri ſeſe applicantes, ad obedientiam, patrium-
que in regnum, reducerent. Ut non minùs ip-
fratri cauſſæ iniquitatem in memoriam revoca-
rent. Qui tàm noxiis aures præbuiſſet conſiliis, I-
genus molitionibus operam dediſſet. Quales qu-
dem è diametro cum obedientia, cultu, atque ob-
ſervantia, quibus is *Regi* obligetur, pugnarent. U-
omninò in præjudicium ſtatus regii, cujus in uti-
interitum conſpirâſſet, vultus elevârit. Cuius ta-
men meritò conſervationem, quietem, exaltatio-
nemque, quærere debebat. Prout quidem *Rex* tot-
illo regiæ gubernationis tempore, ex quo, *Dei* pro-
videntia, faſces tenuiſſet, unicè, ac ſedulò, indè u-
que hûc eniteretur.

Interim mitioribus illis remediis , ac delibera-
tionibus, præter exſpectationem nihil aliud pro-

cura

uratum fuiſſe, niſi ut frater audacior, procacior-ue, redderetur. Cœptoque inhæreret. Dùm i *Regis Hiſpaniarum* conceſſit provincias. Ad præ-atum illum *Regem, Romanumque Cæſarem*, alioſque *Magnates*, dimiſit legatos. Qui quidem tàm co-ias, quàm pecunias, ſolicitarent. Quò ſic qui-em adversùs regiam ſedem inſtitutum perſeque-etur. De quibus omnibus *Rex* diverſos per orato-es, ac legatos, erudiri cœpiſſet. Ut non minùs è itteris, hinc inde interceptis, pleraque didicerit. Quàm hoc illi ageretur. Ut auxiliis finitimorum *Principum*, partim confœderatorum, armata cum manu hoc in regnum irruere auſit. Proinde *Regem*, e urgente, etiam invitum, exercitus, ſub *Forcei*, & *Effiati, Mareſchallorum*, ductibus, in *Archiepiſcopatum Trevirenſem* nuper emiſſos, revocaſſe. Illis ut utere-ur. Simulátque, ne frater, peregrinis cùm copiis regnum infeſtet, àverteret. Verùm enim verùm, llum etiam *Regem* antevertiſſe. Et, antequàm è *Germania* legiones advertarent, *Moſam, Moſellamq;*, rajeciſſe, hoſtileſque manus *Burgundionibus* intu-iſſe. Neque iſtud ſatis fuiſſe. Sed, ſub ejus nomine *XV. Cal. Quintil.* diploma emanâſſe. Quo quidem præ ſe ferat, actiones illas, à ſe profectas, in regni *Gallicani* commodum vergere. Ut non minùs ſic quidem *Regis* autoritati detrahat. Dùm regni ſta-um vocet velut deploratum. Ejuſdeinque mali materiam *Cardinali Richelio*, conſanguineo ſuo di-lectiſſimo, aſcribat. Cùm tamen, per *Dei* gratiam, *Rex* profiteri poſſit, hoc regnum à nullo tempore tantæ potentiæ, prudentiæque, ac circumſpectio-nis, atque etiamnunc, jeciſſe fundamenta. Ut jux-tà fides agnati *Cardinalis*, officiaque operoſa, ac fructuoſa, toti mundo ità quidem probari cœ-perint. Ità ut invidum eſſe ſit neceſſe, qui actioni-bus id genus, feliciter provectis, notam inurere cupiat.

Etiam titulo vicarii, ſive archiſtrategi, regii fratrem abuti, milites conſcribere, incautisq; im-ponere. Auſumque eſſe, dimiſſis ad *Digionenſes* tàm codicillis, quàm nunciis, contendere. Illi deputa-tos mitterent, qui ſuper commeatu, ac diariis, in milites ſuos dividendis, agerent. Huic edicto civi-tas morem non geſſit. Qua de re, immiſſis in ſub-urbana catervis, & hæc, aliaque loca finitima, priùs expilata, in cineres ire juſſit. Subditos omni ty-rannidis genere exercuit. Factiſque iſtis tàm ſpe-cioſos præſcripſit titulos. Tanquam ſummo jure arma in *Regem* proferret. Ut eadem ſub inſolentia, ſine miſſione, debacchetur adhùcdùm.

His, aliiſque, injuriis *Regem*, tàm ſalutis pro-priæ, quàm defenſionis regni, ſubditorumque, neceſſariò occurrere. Et jam juſta, idoneaque, per viam armorum, opponere remedia. Dùm duos ſimulátque, ſub *Forcei*, & *Schönbergii, Mare-ſchallorum*, agnatorum ſuorum, auſpiciis, exerci-tus immittat. Pariterque autoritate, poteſtate-que, regiâ, quâ fratri, ſicut cæteris ſubditis, di-vina ſuffragante gratia, præeſſet, uti decreve-rit. Ne quis tàm projectæ mentis deinceps temerè auſit vel fratris caſtra ſequi, vel leges illius am-plecti.

Proinde *Regem* in præſentiarum notum facere. Nimirùm de conſilio *Principum, Ducum*, cætero-rumque dynaſtarum, ac ſatraparum, nec non in-teriorum regni conſiliariorum pro ſuperioris il-lius antedictæ declarationis, anno præcedente bis factæ, confirmatione, etiam-nunc, ſub ma-nu, ac ſigillo regio, declarare, ac decernere. O-mnes, & ſinguli, illi, cujuscunque, ſive ordinis, ſive conditionis, ſubditi, qui fratris caſtra, ejuſ-que actiones, vel directè, vel indirectè, ſeque-rentur, aut quocunque modo illi adhærerent, pro perduellibus, læſæque majeſtatis regiæ reis, pa-ciſque ac quietis publicæ turbatoribus, haberen-tur. Sic, ut juxtà legum, interdictorumque, ſeve-ritatem, ſine ulla exceptione, in iſtos animadver-tendum ſit.

De fratre verò ità eſſe. Ut *Rex* confidat et-iamnunc, fore, ut, quis, eſſet, cujus dignitatis eſſet, quem honorem *Regi* deberet, ad animum, cœle-ſti cooperante afflatu, admittat. Ut non minùs ſpes ſit, illum tandem abominandas id genus ſuo-rum depopulationes, rapinas, expilationeſque, quibus regni ſubditi, ad everſionem uſq;, affligan-tur, faſtiditurũ. Hac de re condicere, ac promitte-re. Si accidat, ut intrà ſex hebdomadarum, ab hac publicatione, intervallum, ad bonitatem regiam reconfugiat. Omnibus tàm externis, quàm in-differenter quibuscunque cæteris, miſſionem det. Militaribus actionibus, impreſſionibuſque, renun-ciet. Intráque conſtitutum aut ipſe veniat, aut per legatos compareat. Adeòque ad obedientiam re-revertatur. Tùm verò *Regem* errorum illorum me-moriam depoſiturum. Cum eo in gratiam clemen-ter rediturum. Omnia illi bona, poſſeſſiones, redi-tusque, refuſurum.

Atque eâ humanitate complexurum. Ut ſatis, atque abundè, cauſſarum arripere debeat, *Regis* bonitatem tàm deprædicandi, quàm perverſa, ac noxia, eorum conſilia deteſtandi. Qui quidem, in *Galliarum* regni, ſuique ipſius, damnum, animum exacerbaſſent. Ex adverſo, ſi, poſt exactum termi-num, adhuc querquero propoſito inhæreat. Neque præſenti declarationi ſatisfaciat. Eo e-ventu *Regem*, adversùs præfatum fratrem, ſibi ea reſervare jura, ac beneficia. Quæcunque ſibi, pro ſtatus, ſecuritatis, ac quietis, populorum, ſubdi-torumque, conſervatione, videbuntur opportuna. Sic, ut ſecundum hanc præſentem declarationem, ſuperiorumque temporum, in pari caſu, decreta, procedatur. Eapropter dilectis, ac fidelibus, con-ſiliariis, aulæ, curiæque, regiæ aſſeſſoribus, præ-ſcribere, atque injungere. Irent, præſentem decla-rationem recitarent, publicarent, inque adverſa-ria, & commentarios, referrent. Dataque operâ effectum urgerent. Inque ſonticos, ex præſcripto, abſque miſſione, ſeverè animadverterent. Eodem fine *Regem* cauſſarum patrono apud regiam curiam generali mandare. Etiam hic omnia, ad veram re-giæ hujus voluntatis executionem ſpectantia, dili-genter, pro ratione officii, exequeretur. Atque hanc quidem *Regis* illam voluntatem, ac ſenten-tiam, obtinere.

II.

Aureliani copiæ à regiis funduntur.

PRæeunte illo fulmine, *Rex* intellecta *Montmo-rancii* defectione, cohortes prætorianas auxit.

Validaque cum manu *Lugdunum* perrexit. Quo ſic rectiùs fratris actionibus reſiſteret. Locaque intercepta âd obedientiam reduceret.

Hæc inter *Montmorancius* ſalinas *Pequéjanas*, ad *Regem* ſpectantes, intercepit. Saliſque proventus infrà conſtitutum publicavit pretium, pro captanda aura populari. E civitatibus, quas, nomine *Aureliani* occupârat, numerabantur *Bagnolium, Minarguesium, Clermontium, Agdea, Beziera, Pezenaſa, Feixa*, & *Leucatea*. Interim civitates, quibus *Calviniani* potiebantur, *Regi* fidem conſervabant, exemplo *Eſpernoni, Vitrii, Crichii, Granmontii, Cremailii*, aliorumque *Principum*, ac provinciarum, præſidum, imitati. *Toyraſus* quidem *Mareſchallus* ob fratres, *Aureliano* operam navantes, ſuſpectuſeſſe cœperat. Ne fortè faceret idem.

Sed hic, ubi, de ſua fide dubitari velle notavit ſibi, conceptis verbis, ſe contrà rebelles pro *Rege* dimicaturum, profeſſus eſt. Et jam tùm eò res redierat. Ut *Aureliani* complices à *Rege* veniam deprecarentur. Siquidem rebellantium ſucceſſus raro conſueverint eſſe diuturni. E quibus *Dux Roaunneſus*, unà cum filio, *Regi* reconciliatus fuit.

Neque diu felix erat *Aurelianus*. Quippe cujus copiæ diverſis ſub locis à regiis fundebantur. *Saultius* enim *Comes*, apud *Bagnolam*, cæcidit ſexcentos. E quibus quadringenti præſtò ceciderunt, reliqui cum *Eſtrangio Comite, tribuno*, venerunt in poteſtatem. *Privaſa*, & *Viveroiſa*, civitates, partium *Aureliani*, occupari non ſegnius cœperunt: gubernatoribus in vincula conjectis. Et hæ velut pugnæ videri poterant præliminares. Nam paulò poſt duæ ſuſuperacceſsêre clades. Quæ *Aurelianum* redegerunt ad incitas. Omneſque ejus deſtruxêre conatus. Nam *Forceus Mareſchallus*, ubi cognoviſſet, *Elbæuſium* cum parte copiarum *Aureliani* eduxiſſe, *Beaucairenam* arcem ut commeatu, ac re tormentaria, confirmaret, obviàm produxit. Conflictuque inito eum, interceptis impedimentis, profligavit. Quo facto, arx oppidò fecit deditionem. Abindè *Schönbergius Mareſchallus* præcipuâ *Aurelianum* affecit clade. Nam ubi *Arx. S. Felicis* ab *Aurelianenſibus* eſſet occupata. Civitas verò in hanc inſurgeret, *Schönbergiique* imploraret auxilium. Ille, moras omnes præcipitans, ſub mediocri manu, etiam tormentis excluſa, illis acceſſit. At, cùm appareret, *Aurelianum* magna copiarum parte inſtare, nihilo-minùs haud ſubmiſit ſpiritus. Sed ipſo facto demonſtraturus, quàm ſubditis, *Regi* obedientiam navantibus, opem ferre deſideraret, fortunam faventem eſt expertus. Nam intrà arcem hoſtes concluſit. Et poſt ſex dierum paria deditionem facere coëgit. Sic arx, magni utique ponderis, ad obedientiam rediit. Abſque qua fuiſſet, civitates aliæ finitimæ in ordinem redigi ne quidem potuiſſent. Etiam hic ſucceſſus non fuit inauſpicatus. Sed plura poſt caput traxit commoda. Accidit enim, ut tàm *Aurelianus*, quàm *Montmorancius*, ſuperioris arcis interceptione exciti, tria pedeſtrium, & duo equeſtrium, millia, unà cum voluntariorum manu, & tribus majoris notæ tormentis, educerent, in regios ituri. Hoc *Schönbergius* per indices cognoſcens, inito cum *Brezano Marchione* conſilio, decrevit, ea ipſa hora, qua *Arcis S. Felicis* deditio foret conſummata, in hoſtes rectà movendum, & alteram arcem *Aryam* capiendam, venire.

Eò enim ſpectabat *Aureliani* conatus, ut aut *S. F*
licis caſtrum vindicaret. Aut, ſi res aliter cecidiſſe
circà *Aryam* caſtra metarentur. Etenim *Shönbergi*
agmina ponè ſuperinducenti, *Brezanus*, antecu
ſorias ducens cohortes, indicavit, hoſtiles in pro
ximo adventare copias. Atque hoc meditar
ut, parte regiorum per pontem proximum tran
miſſa, in cæteros faxint impetum, *Schönbergius* p
aditum, ab illo præmonſtratum, lubens legio
nes produxit. Sic mox aditus penetrârunt, flu
menque trajecerunt, antequàm, quid conſilii ca
perent, *Aurelianis* eſſet exploratum. Quam po
felicem trajectionem mox, aciem explicante
impedimenta verſùs *Aryam Caſtrum* dimiſerun
Hæc conſpicati *Aurelianenſes* ipſi quoque flume
traiicere, regiiſque aditum intercludere, tenta
runt. Sicut *Aryam* itidem properarent, locu
pro pedeſtribus idoneum delecturi. Sed *Schönber*
gius, datâ operâ antevertens, prior locum inte
Aryam, & hoſtes, occupavit. Ut ſic partem ho
ſtium, flumen traiicientium, opprimeret. Qu
fine ſumma cum feſtinatione produxit, ut inte
properandum, ne quidem ordines ſervaret. Qu
ſic hoſtes, flumen tramittentes, ſine mora adorire
tur. Itáque diviſis duas in partes quatuor coho
tibus prætorianis, ut, inſtar alarum, equeſtribu
appenderent, aliiſque id genus præmiſſis neceſſa
riis, velites ac diobolares, immiſit in hoſtes, illi
caſam, foſſaſque, præoccupantes. Sorte igitu
jactâ, equitatus regius ſub *Brezano* utrinque ten
tavit impreſſionem. Sed in tàm profundas incide
runt foſſas, ut penetrare haud poſſent. Interi
per meliorem viam alia pars equeſtrium trana
vit. Inque hoſtes glandibus experiri cœpit. Se
non impunè tulerunt. Ut ſeverè excepti recepti
canerent.

Rebus ità procedentibus, *Laurieresus*, & *Beaure*
gardus, invento aditu, per viam, quantumvis op
pidò difficilem, promoverunt. Primique fuêre, qu
tranſilientes viam aperirent. In illos *Montmoranciu*
oppidò centuriam educens, aditu prohibituru
erat. Sed hoc illi non ex facili evénit. *Montmo*
rancius enim graviter ſauciari cœpit, *Rieuſio Comi*
te, aliiſque, ilicet occumbentibus. Pariter pedite
regii *Montmorancianorum* pleroſque proſtrave
runt. Cæteris fugam arripientibus. Ità ut *Mont*
morancius unico conflictu derelictus conficeretur
Ubi ergò paucos inter comites evadere nititur
inque patulos evadit campos, in *Schönbergii* cohor
tem impegit. Per quam ubi ferro viam aperuiſſet
tandem in prætorianos regios, legionemque
Camblayanam, incidit. Ità factum, ut, poſt multo
id genus caſus, equus ejus glande perfoſſus, oc
cumberet. *Montmorancius* verò, ex equo prolapſus
in manus veniret regiorum. Ab hac magna vi
ctoriæ parte *Schönbergius*, & *Brezanus*, fortunam
ſuam interrogare cœperunt, an, cùm felici aura
provecti eſſent, totque præcipui homines cecidiſ
ſent, denuò belli aleam jacerent. Itáque cùm pe
horam integram in facie, ac conſpectu, hoſtium
aciem compoſuiſſent, neque illi impreſſiones ten
tarent, *Aryam*, verſùs reducentes, intrà civitatem,
ac ſuburbanum, copias omnes diviſerunt. *Aure*
lianus ipſe legionibus ſuis affuit. Cujus cùm au
res ſevera illa triſtitia, ſuper *Montmorancii* capti
vitate, violarentur, triſtis, & confuſus, exclamaſ
ſe fer-

ceſertur: Jam actam eſſe fabulam. Neque ſegniùs obſtupit ejus exercitus. Ut magna pars in *Tectoſagos* reconfugeret. Reliquias verò *Aurelianus* *Bezieram* deduceret.

III.

Inter Regem, & Aurelianum fratrem, tentatur pacificatio.

REx *Nonis Septembribus* perrexit *Lugdunum*. Cui civitatis conſules, tanquam *Regi* ſuo, in genua procidentes, obtulêre claves. Sequenti die nuncium eò delatum eſt ſuper clade, & *Montmoranci*i captivitate. Eo tempore *Thomaſus*, *Sabaudiæ Princeps*, ibidem appulit. Cui *Rex Crichium Mareſchallum*, *Baronemque Halincovetum*, in occurſum miſit. Cauſſa hujus adventus illa erat. An *Regem Aureliano* fratri conciliare quitus eſſet. Quo quidem nomine ſimulátque ſupervénit *Nuncius Apoſtolicus*. Quibus *Rex* ſic ſatisfecit. Pacem jam coiiſſe, inquiens. Modò *Regina* mater, & *Dux Aurelianus* frater, redirent in aulam. De cæteris actum eſſe rebellibus. Eò, quòd bis peccando, fratremque ſeducendo, crimen læſæ majeſtatis commiſiſſent. Ut vel illinc veniâ digni non ſint.

Paulò poſt aliquammulti equeſtris dignitatis, *Aureliani* partes ſecuti, ejus rebellionis pœnas, ſub capitis ſupplicio, dederunt. Quanquàm ex eorum numero eſſent, qui utilem antehâc apud *Caſalin*, ſub *Italico* bello, *Regi* navâſſent operam: multisque precibus vellent redimi. Eandem capitis pœnam *Vicecomes Eſtrangius*, unà cum aliis, ob idem rebellionis crimen, tulit. Pluribus, eandem ob cauſſam, in furcam actis. Hac notata ſibi ſeveritate cæteri, qui cùm *Aureliano* erant, fugâ ſenſim dilabi cœpêre. Eò, quòd ſupplicii gravitate terrerentur. Et parùm felices actionum illarum notarent effectus. Ità exercitus in diem decrevit. Etiam *Albya* civitate, poſt cladem prægreſſam, *Epiſcopum* eiiciente, ſeſeque *Regis* gratiæ permittente. Eorum exemplum *Lunellus* imitari cœpit.

V. Non. Septembr. Rex, unà cum *Cardinali Richelio*, ingentique, comitatu, *Lugduno* per continentem perrexit in *Delphinatum* provinciam, apud *Viennem* pernoctaturus. Res tormentaria per aquas, copiæ verò, ad trigintà hominum millia excurrentes, per continentem, deduci cœpêre.

Hæc *Aurelianus* intelligens ſpiritus ſubmittere cœpit. Moxque, per *Forcei Mareſchalli* latus, à *Rege* ſalvum, ut vocant, conductum petere haud deſtitit, quo legatum mittere liceret. Quâ impetratâ licentiâ, *Schaudebonneum Baronem* ad *Regem* ablegavit. Hoc proponente, rogavit, *Rex* jus vitæ, veniæque, faceret *Montmorancio*. Inque dignitate, & fortunis priſtinis, reponeret. Eadem immunitas concederetur dynaſtis cæteris, in partes *Aureliani* tranſeuntibus. Deindè, decem auri myriades *Rex* fratri permitteret. Quò tàm *Hiſpaniarum Regi*, *Belgiique*, gubernatrici, quàm *Lotharingiæ Duci*, ſatisfaceret. Eidem *Duci* regiones redderet. Matrique *Reginæ*, ſibique, ſecuritatis ergò, loca quædam contraderet. Sed *Rex* ad omnia illa propoſita reſpondit negativè. Hac adjecta declaratione. Si ad obedientiam frater rediret. Tùm *Regem* omnium commiſſorum memoriam depoſiturum. Omnibusque illis, qui partes ipſius ſecuti forent, jus veniæ facturum. Ità ad tempus in tractationes itum eſt. Locis pleriſque ad *Regis* clementiam reconvertentibus.

E conditionibus autem de quibus utrinque actum, fuêre ſubſequentes. Primùm *Rex* cum *Aureliano Duce*, fratre, revertitur in gratiam. Qui aut apud *Compiegnyum*, aut *Turſium*, ſeſe ſiſtet. Quem ad locum *Comes Aleſius*, *Ducis Angouleſmii* filius, ſub comitatu ſexcentorum equeſtrium, ſtipatorum regiorum, illum deducet. Pari, vel ſuccedanea, clementiâ *Regem* fratris familiares, ſive aulicos ordinarios, impertiri. Cæteris, partes ejus ſequentibus, jus vitæ, bonorumque, eſſet, ſic tamen, ne deinceps officiis præeſſent regiis. *Montmorancius* maneret intrà cuſtodiam pro *Regis* beneplacito. *Elbæuffius* verò in *Caſtrum* ſatis munitum amandaretur.

In *Cogneuſium Præſidem*, & *Montigotum Secretarium*, proceſſus ordine formaretur. Synodus certa ex *Archiepiſcopis*, *Epiſcopisque*, coiret. Quæ, ſuper *Albij*, *Nemauſenſis*, aliorumque, *Epiſcoporum* rebellionibus, cognoſceret, ferretque ſententiam. *Aurelianus*, Invectivam, in *Cardinalem Richelium* publicatam, damnaret. Apud *Bezierſam Regem* indicturum intrà *Theoſactos* conventum. Quibus aliquot è *Curia Toloſana* adjungerentur delecti: *Regem* munimenta per provinciam pleraque in ſubditorum perniciem vergentia, deſtructurum. Simulátque, revocatis in ordinem quibuſcunque, ſub initia *Decrembris*, *Pariſios* reverſurum, *Aurelianus* deinceps apud *Richeliam* ſeſe ſiſteret. De *Regina* matre ità proviſurum *Regem* ex animi ſententia.

Præliminaribus illis articulis denuò adjecti ſunt hi tales: *Regem* nempè fratri, *Duci Aureliano*, ejuſque aulicis, reatum remittere. Omniumque id genus factorum memoriam obliterare. In illis *Dux Elbæuffius* numerabatur: *Bellegardi Ducis* mentione peracta nulla. De *Montmorancio Rex* nolebat quicquam promittere. Peregrini milites abſque miſſione honeſta, ſive codicillari, *Gallicani* verò, & quidem præſidiarii, ſub ferulis albis, dimitterentur. Dynaſtæ, equeſtres, conſuleſque, *Regi* ſeſe ſiſterent. Ac jus veniæ apud *Curiam Oecumenicam* impetrarent. Eadem immunitate *Regem* dignari civitates, ac ſocietates. Sub hac reſtrictione, ut pœnas nihilominùs in iſtos reſervet, qui quidem fœdæ perduellionis crimine plurimùm deliquiſſent. Reditus *Eccleſiaſticorum* impenderentur pro *Eccleſiarum* reparatione, & pauperum ſolatio. Officia aliis conferrentur. De jure verò procederetur adversùs *Epiſcopos*, juxtà legum rigorem. Ex *Epiſcopis* autem in *Regem* vultus elevâſſe *Vſtcium*, *Nemauſenſem*, *Aigdenum*, *Lodoneum*, *Bezierſum*, & *Albium*.

Secundùm canones illos intermedios, denique has in leges tranſitum eſt. Nempè *Rex* bona fide fratri condonat reatum. Et quidem hac ſub conditione, ut ex animis facti eum pœniteat. Ipſoque opere declaret, nolle ſe ad ingenium re-

 dire.

dire. Sicut antehâc quidem factum eſſet, poſtquàm jam tùm *Rex illi* gratiæ locum feciſſet. Primùm igitur fuerit requiſitum, *Dux* ipſe ut noxam etiam litteris confiteatur. Tùm *Regem*, pro reatu condonando, obliterandoque, humiliter deprecetur. Huic ſuccedaneum eſt, ut vadimonium det, caveatque, de non ampliùs offendendo. Quæ quidem promiſſio tàm verbis, quàm factis implenda venit. Promiſſio verbalis in his vertitur. Ut fidem det, ſeſe molitionibus quibuſcunque, tàm intrà, quàm extrà, regnum nuncium miſſurum. Nullis ſive *Hiſpaniarum Regis*, ſive *Auſtraſiæ Ducis*, ſive etiam *Reginæ* matris (quàm diu illa hoc ſub ſtatu, quo quidem nunc eſt, verſabitur) partibus acceſſurum. Sed eo in loco, à *Rege* deſignando, permanſurum. Ità victurum, ſicut fidelem *Regis* ſubditum condecet.

Realis cautio, ſive fidejuſſio illa eſt. Primùm nihil commercii habeat cum illis, quibus fœdere tenebatur. Neque illorum cauſſas vel propriis, vel *Regis* ſumptibus foveat. Neque pronunciet, juſtam ſuppeditari querelam, ſi *Rex* in iſtos decernat, quod quidem ſunt promeriti. Interim miniſtri Ducales, qui quidem *Aureliano* fratri ipſimet à miniſteriis ſunt, excipiuntur. Ne apud *Regem* vel gratiam, vel beneficium, rogare auſit pro externis, qui ſibi additi ſunt, familiaribus. Ne fortè rurſùs in res novas ferantur. Quibus ex mera gratia conceditur, ut dies ſex apud *Rugillonem* ſeſe teneant, coque confugiant. Deinceps pro conſiliariis id genus homines admittat, quos quidem *Rex* nominaturus ſit. Ne poſthâc adversùs *Regem* iteratò peccetur.

Quodſi quenquam, vel *Regi* duntaxat ſuſpectum, jam tùm foveat, qui monſtri quiddam alat, huic *Dux* ipſe motu proprio det miſſionem. Cùm *Regi* non obſcurum ſit, conſilia quæcunque noxia, quibus *Dux* aures inclinâſſet, à *Laurentio*, tanquàm fonte, emanare. De omnibus ille ordine referat, quæ quoquo modo in *Regis*, regnique, detrimentum, in conſultationes veniſſent, aut bonæ fidei miniſtris nocere potuiſſent. Ad hæc omnia, antequàm *Rex* ei culpam remittat, obligetur. Et quò denique luculentiùs appareat, *Ducem* præſcripta omnia bona fide implere velle, ſub juramento omnes aſtringat familiares, ſeſe deinceps iſtorum omnium quæcunque in tractationem venerint, notitiam *Regi* intimaturos, præſertim ſi quid accidat, quod *Regis* adverſetur decretis.

IV.

Pacificationis mutuæ confirmatio.

PRæeuntibus illis clauſulis benè multis, tandem mutua illa emerſit pacificatio. Quæ infrà ſcriptis codicilis cœpit confirmari. Ità enim promiſit *Aurelianus*. Nos *Gaſton*, filius regius, *Regis* frater unicus, *Dux Aurelii, Charthreſii, Galloiſiique, Comes Foixanus*, in omnia, nomine *Regis* per *Bovillantium*, penſionarium regium generalem, præſcripta, conſentimus, pedibuſque imus. Dataque fide, ac verbis *Principe* dignis, promittimus. Nos omnia illa ordine, ac conſtanter, implere, nihilque ex ad verſo deſignare, velle. Porrò condicimus, fidemq damus, nos per omnia laudatis, integerrimisq;, *Regis* conſiliis, ac propoſitis, præſertim illis, quæ a ſtatus regii faſtigium ſpectant, nos conformatu ros. Omnesque illos, quos quidem *Rex* amat, amo re proſecuturos. Ut inprimis agnatum noſtrum *Cardinalem Richelium*, amemus. Quem ob fidem ergà *Regem*, regnumque univerſum, declaratam ſemper magni fecimus. His codicillis ſubſcripſ *Gaſton.*

Illæ verò regiorum deputatorum fuêre declara toriæ, quibus *Bovillantius* ſubſignavit. Nempe, vi gore præmiſſorum, *Rex* cum fratre *Duce* in gratiar revertitur, eumq; dignitati, ac poſſeſſionibus ſui reſtituit. Sic, ut deinceps quieti ſtudeat. Eoqu loco vivat, quem illi *Rex* utiq; nominabit. Eaden lege *Ducis* familiaribus *Rex* reatum remittit. Cri menque perduellionis, antea commiſſum, tolli Eoſq; in poſſeſſionibus quoq; ſuis reponit. Quæ ta men gratia ad illos extenditur, nõ qui fugâ ſunt an tè dilapſi, ſed jam præſentes ſunt. Idem *Rex Elbæuf Duci* factorum veniam indulget, poſſeſſioneſq; re ſtituit. Qui eo loco quoque, quem *Rex* deſignabit aulam alet. Secundùm hæc, Nos quoque deputati ad hoc à *Rege* delecti, præſentibus articulis ſubſcri bimus. Promittimuſq;, operam daturos, *Rex* ut in trà triduum adiiciat confirmationem. Quæ qui dem talis extitit.

Nos *Ludovicus*, *Dei* gratia, *Rex Galliæ*, ac *Navarræ* poſteaquàm inſpexim⁹ ſuperiores canones omnes à dilecto, unicoq;, fratre noſtro propria manu cor roboratos. Perq; *Bovillantium*, penſionarium gene ralem, *Marchionem Forſium*, *Montis peſſulani*, guber natorem, ſigillo communitos. Ideóq; acceptamus ratos eſſe volumus, confirmamuſque omnes illos Volumuſque, omnia ut, juxtà tenorem præmiſſo rum, in effectum ducantur. Nihilque, quò minu omnia peragantur, obſtet.

V.

Ejuſdem Pacificationis publicatio.

ILla ubi apud *Mompelium Cal. Octobr.* emerſiſſet mutuæ inter *Regem, Ducemq;*, fratrem, pacificatio, pridie *Non. Octobr. Aurelianus*, ſub quingentorum equitum manu, *Lugdunum* intravit. Illi in occurſum tendentes ducenti civitatis primores, in poplites excepti, adventum congratulari, claveſq; civitatis offerre, cœperunt. Abindè, tormentorum ſub ſtrepitu, ſolennia intervenerunt. *Duxque* intrà diſpoſitos civium, ad ſeptem hominum millia ſeſe extendentium, cuneos, à civitatis portis uſque ad palatium gubernatoris, proceſſit, non ſine animi voluptate. Hoc loco cùm aliquot dies feſtivitati, ac tripudio, dediſſet, cum *Elbæuffio*, & *Roaunneſio*, *Ducibus*, *Tourſium* diſceſſit, illic *Regi* occurſurus. Qui tùm quidem per *Tectoſagos* ingreſſus, plures præcipui nominis perduellium pœnas dare juſſit. Deque cætero, contrà malos, ac degeneres, mores, bonis ivit legibus.

CAP.

CAP. III.

De Montmorantij Ducis ſupplicio. Vndè Aurelianus denuò regno exceſsit.

I.

Rex, tempeſtate incidente pluvia, unà cum toto ſuo comitatu, apud Narbonam periclitatur.

POſt pacatam regni tempeſtatem, *Rex Chriſtianiſsimus* alia cœli tempeſtate, ac procella ſuperincumbente, non parùm cœpit periclitari. Cujus vis cùm nullo humano ingenio, dùm tonat, frangi poſſit, ideóque evidenti noxa, ac periculo, minùs vacat. Quippe *Rex* pridie *Id. Octobr.* è *Mompelio*, & *Bezierſa*, *Narbonam* tendens, ubi ad duo millia paſſuum civitatem attigiſſet, evidenti periculo, præter omnem exſpectationem, fuit expoſitus. Tametſi enim ſub climate *Mompeliano* plus caloris, quàm frigoris, toto ferè animi decurſu, obſervare ſit. Ità, ut antè *Calendas Ianuarias* gelu haud urgeat. Nihilo-minùs extrà ordinem tanta derepentè ſuperincubuit tempeſtas ac tàm inuſitata, ac frigidiſſima, ut octo prætorianorum regiorum, quatuorque haſtatorum *Helveticorum*, paria vi frigoris miſerrimè perirent. Etiam triginta mancipiis ſtabulariis, impedimenta curantibus, in gelidiſſimæ necis iſtius tùm contubernium venientibus. Inter hæc, ubi *Rex*, prout præmiſſum, circà veſperam, *Narbonâ* proficiſcitur, ecce! dùm rhedâ exceptus fluvium tranat, tàm repentina tempeſtas, fulgure, tonitrubus, ventiſque furentibus, miſta, ſuperincubuit. Ut torrentes in proximo extrà alveum exundantes totam viciniam, ad quatuor paſſuum circà *Narbonam* millia, aquis ſuffunderent. Qua ſub impetuoſa procella tantùm non rhedæ, carri, impedimentaque regia, ſub inundatione fluctuârunt, ſed etiam molendina aquis abripi, hortique radi, cœperunt. Undæ ſic quidem in momento accreſcere notatæ ſunt, ùt unuſquiſque pro vita redimenda occuparetur propria. Interim *Rex*, & *Regina*, temporiùs, abſque noxa, intra civitatem recipiebantur. Gynecæum verò, choruſque matronarum, ac puellarum, aulicarum ſic quidem aquis repentè ſuperfuſis intercipiebantur, ut ulteriùs progredi integrum non eſſet. Qua ſub neceſſitate totam noctem intrà rhedas conſumpſerunt. Neque facibus, tædiſque, ullus erat locus, vento, pluviaque, magnis ſub furoribus, partes agentibus. Sic ferè auxilium humanum omne in anguſto erat. Quicquid *Rex* magna ſub ſolicitudine imperaret. Perierunt eâ nocte omnes ferè aulicorum muli, carrique. E quibus quinque mulorum paria, regios menſæ apparatus, paropſides argenteas, ac ſtragula, portantes, ſimulátque peſſum ierunt. Die albeſcente totis viis concurrebatur, pro redimendis è cataclyſmo periclitantibus. Naviculæque ac phaſeli, carris impoſiti, in diluvium projiciebantur, in uſus deſolatorum. Sed tantùm vix proficiebatur, ut fœminarum chori omnes vindicarentur. Regiæ enim pediſſequę etiam hunc diem, noctemque ſequentem, in ſtationibus priſtinis exigere tenebantur. Tertio die rhedæ tandem, ab undis, ultrà octoginta paſſus, è via regia rejectæ, reperiebantur. De quibus jam tùm par puellarum enectarum triſte humanæ calamitatis ſpectaculum præbuit. Cæteræ aſſeribus applicitæ velut natabant. *Rex viginti* duos perdidit mulos, rebus pretioſis onuſtos. Perierunt & duo veſtiſpici, cum veſtibus, & pecuniis, regiis. Eadem ſors *Reginam* tetigit. Ut hæc quoque, ſicut & pediſſequæ cubiculares, veſtium, ſive mundi muliebris, jacturam faceret. *Legatus* pariter *Sabaudicus*, hoc ſub comitatu *Regem* ſecutus, unà cum dynaſtis cæteris præcipui nominis, impedimentis eſt exutus omnibus. Neque vanus iſte ſive luctus, ſive tropus, extitit. Cùm ultrà quinquaginta, & octo, aulicorum paria aquis miſerrimè interiiſſent.

II.

Montmorancius, apud Toloſam, capite plectitur.

DEtonante illa prodigioſa tempeſtate, *Rex Narbonâ* perrexit *Toloſam*. Intràque civitatem decem, ſuburbanum verò quatuor cohortes *Helveticas*, unà cum legione *Navarena*, immiſit. Illinc *Brezeus Marchio*, ſub manu ſexcentorum equitum, profectus, *Montmorancium* adduxit. Is *XVI. Cal. Novembr.* in curiam delatus, ſub cuſtodia centuriæ *Helveticæ*, attinebatur. Mox coràm duobus *Curiæ* primoribus, *Cadillaco*, & *Longio*, cauſſam dicere jubeatur. Indè teſtes produci cœperunt. *XIV. Cal. Novembr.* ſententia per *Curiales* lata eſt. Quæ illicò ſpectâſſet ad executionem, niſi *Montmorancius* eum diem, ſibi ultimum, per amicos, præcario à *Rege* impetrâſſet. Quò conſcientiam pacare, peccata confiteri, mortemque ad inſtantem rectiùs animum præparare, quitus eſſet. Neque negavit hoc ei extremū *Rex*. Simulq; ex ordine, *Societatis Monachum* ad illum, ſic petentē, dimiſit. Secundùm hæc, *XIII. Cal. Novembr.* rhedæ impoſitus, univerſa civitate in armis excubante, à *Charluſo Comite*, regiorum ſtipatorum tribuno, ſub cohortium aliquammultarum cuſtodia, per vias civitatis omnes diſpoſita, in *Curiam* deduci cœpit. Ubi publicè auditus, ac damnatus eſt. Nempè, ut ob crimen læſæ majeſtatis, capite plecteretur. Omnibus ab eo acquiſitis fortunis in fiſcum regium redigendis. *Rex*, intellecta capitali ſententia, per præfatum *Charluſium* bacillum, *Mareſchallis* proprium, unà cum ordinis *S. Spiritus* inſignibus, ab eo repetiit. Quæ ſine mora volens contradidit. Ità fato factū, ut *Dux Montmorancius* uno, eodemq; die omnium honorum, dignitatiſque tàm *Eccleſiaſtica*, quàm ſecu-

ſecularis poſſeſſionem, ac fortunarum, adeoq; vitæ mortalis, acerbam faceret jacturam. Circà meridiem ſententia in eum promulgata eſt; Undè, poſt trihorium, intrà *Curiam*, in conclave perductus, occluſis foribus, capitisamputationem ſuſtinuit. Defuncti cadaver publico omnium conſpectui per aream expoſitum, magnum undè fortunæ ludibrium, miſeriæque humanæ ſpectaculum, peti poſſet. Is *Montmorancius*, præſente animo, & ſine omni mœroris indicio, mortem tàm funeſtam, ſubiit, cùm jam annos haberet triginta quinque. Ferebatur hunc luctoſæ executionis actum acceleràſſe conjuratio quorundam. Qui, ut *Montmorantium* à ſupplicio redimerent, *Cardinalis Richelij* agnatam, itemque *Marchionis Brezani* filium, aſtu interceperant. Ut intrà horas viginti quatuor in *Flandros* deportarent. Hiſque velut obſidibus pro redemptione *Montmorancii*, licitarentur. Sed plus in fiducia facti, quàm eventu, fuit. Septem enim conjurantium paria intercepta è vinculis cauſſam dixerunt. Ecce! ſub unius *Montmorantii* cervice univerſa ejus familiæ lux, ac proſapia, vetuſtate *Burbonios* antecedens, extincta ſic quidem eſt.

III.

Schönbergius, Forceus, & Brezanus, Mareſchalli, ad ſublimiores honores emergunt.

EO ferè momento, quo *Montmorancius* in *Curiam Toloſanam* deductus audiebatur, *Regis* mandato, eadem à *Curia Schönbergius* provinciæ illius gubernator, omnium ſub fauſtis acclamationibus, ſolenniter renunciabatur. Poſtridie pares ad honores ſublimatus *Forceus*, novum *Regi* depoſuit juramentum. Cui *Rex* ipſe, ſub fidelis officii compenſatione, gratulari cœpit. Neque ceſſavit *Rex* eodem die *Brezanum* bacillo, *Mareſchallis* proprio, inſignire. Sic ut civitatum, ac fortalitiorum, apud *Caletum*, gubernationem illi quoque conferret. Quæ quidem dignitas nuper ad *Montmorancium* ſpectârat. Ità, ut unius, ſicut in *Scholis* ajunt, corruptio, alterius eſſet generatio.

IV.

Aurelianus, Montmorancii caſu territus, denuò è regno recedit.

INterim triſtis, & inexſpectatus *Montmorancii* caſus multorum tàm præcipuæ dignitatis, quàm mediocris notæ, hominum animos percuſſit. Præſertim quòd illius exiſtimatio, & prærogativa, non fuiſſet per *Gallias* vulgaris. Ejus germana, *Condei Principis* conjux, cadaveri juſta paravit. Cæteri conſanguinei *Pariſiis* exceſſerunt. Ità hæc multorum, ac præcipuorum, hominum alienatio videbatur de novo in motus paulò graviores deſpumatura. Inter cæteros verò, audito *Montmorancii* triſti fato, intimè perculſus eſt *Aurelianus*, *Regis* frater, apud *Tourſium* ſubſiſtens. Mallet ergò pacificationis inter *Regem*, & ſe, articulos nunquam coiiſſe. Itaque rebus novis denuò præcordia implevit; rejectaque pace, in *Belgium* è regno receſſit. Mox ſequentibus ad *Regem* expoſi latoriis uti cœpit. Minimè quidem, inquit, ſe i ficias ire, tranſactioni, nuper mutuò pactæ, ſe ſu ſcripſiſſe. Et, tametſi leges fuiſſent oppidò gr ves, dignitatemque ſuam non parùm onerante nihilò-minùs illis morem geſtum eſſe. Sub ſpe, confidentia, fore, ut captivus tùm *Montmoranciu* famâ, vitâque, conſervatâ, dimitteretur. Jam ver ex tranſverſo, emergere oppidò contrariu Dùm *Rex*, invidorum fabulis accenſus permiſiſſe præfatus *Montmorancius* ut capitis damnaretu Oppidòque funeſto afficeretur ſupplicio. Ha de re ſe ad illam tranſactionem ampliùs non obl gari. Ut decretum ſit, velle patriam deſerere. N fortè accidat, etiam ſe quoque ſub captivitat aut alio graviori infortunio, periclitari. Nequ deſtitit *Rex* vicem reddere fratri. Jam tanden inquit, quaternâ vice fratrem, malè ſeductum abſque ulla ſuppeditata ſingularis momenti cau ſa, è regno emigrare. De *Montmorantio* enim it eſſe. Ut omnium calculis, ſecundùm leges, ca pitis ſit damnatus. Iſtum enim, flabelli loco, fui ſe, qui *Reginæ* matri abitum *Brüxellas* perſuaſi ſet. Iſtum potiſſimam *Galliæ* provinciam ad de fectionem impuliſſe. Iſtum ſub publica civil belli acie captum eſſe. Iſtum denique interdi ctæ, ac vetitæ, militiæ, adversùs *Regem* excurren tis, archiſtrategum fuiſſe. Qui dexterâ prætu liſſet enſem, ſanguine fidelium *Regis* ſubditorum tanquam minio, tinctum, ac coruſcantem.

Secundùm hæc, *Rex* non intermiſit, quin *Bou thelirium*, ærarii inſpectorem, ad *Aurelianum* fra trem *Brüxellas* dimitteret. Illi ut reditus in re gnum perſuaderet. Simulque omnem ſecurita tem confirmaret. Sed *Aurelianus*, veſtigiis velu territus, repugnavit. Interim legato ſubindica vit, ſe, privati inſtar, quieti operam daturum. Ni hilque adversùs ſive *Regem*, ſive regnum, deſigna turum. Modò ſumptibus, pro aula ſua neceſſariis non deſtitueretur.

V.

Galliarum Rex Batavos in Hiſpanos ſolicitat.

GLiſcentibus id genus rebus novis, *Rex* gravio graveritus, inſtructum exercitum, ad *Arteſiæ, Hannoniæque*, fines, ductore *Soiſſono Comite*, dimiſit. Undè *Hiſpanis* terror injiciebatur, tanquam *Rex* ob id *Provincias Belgicas*, quòd intrà illas *Regina* mater, fraterque *Dux Aurelianus*, attinerentur, bello infeſtare decreviſſet. Præſertim, quòd *Aureliano*, in patrias *Gallias* nuper impreſſionem meditanti, illinc evidens emerſiſſet auxilium. Sed hæc offenſa intrà ſimultatem conſtitit. Ità, ut licet *Rex* bellum manifeſtum *Hiſpanis* nō indiceret. Nihilominùs, fermentante illa indignatione, per latus *Batavorum* vindictam meditaretur. Quo nomine ingentem pecuniarum vim ad *Ordines Batavos* direxit. Conceptiſque verbis urgere cœpit. Irent modò, & validiſſimam in *Belgium Hiſpanicum* expeditionem ſuſciperent. Seſe, quàm primùm exercitum produxiſſent, recèns auri millionem illis numeraturum.

Interim,

Interim, præter triſtia id genus per *Gallias* à perduellibus ſumpta ſupplicia, *Curia Digionenſis Conſiliarium* præſidem, *Montſigetum Secretarium*, *Valentinenſem* gubernatorem, itemque *Eſtiſſacum*, damnavit. Quorum illi tres ſecuri percuſſi ſunt. *Montſigetus* verò è laqueo uvam repræſentavit penſilem. Cæteri abſentivi, tanquam in cera, & imaginibus, repræſentati, in furcam acti. Interi, hoc tempore *Cardinalis Richelius* periculoſè ægrotavit. Cui cùm emiſſarius *Italus* toxicum præparâſſet, deprehenſus, hoc facinus ſub carnificis manu, expiavit.

***

Io. Petri Lotichij RERVM GERMANICARVM LIBER LI.

CAPVT I.

De Pappenheimio, per Heſsiam, Gueſtphaliamque, fulminante.

Superiori ſermone de *Pappenheimio*, *Tottū*, *Strategū*, *Suecicū*, apud *Stadam*, & *Heſsicas* legiones penès *Volckmarſam*, cædente, præmiſſum fuit. Jam in actiones illius ulteriores inquirere volupe eſt. Is denuò per *Gueſtphaliam* in *Heſſos* eduxit copias. Ut *Heſſi* pleraque tàm ad Viſurgim, quàm *VVerram*, loca præſidiis nudarent. *Caſſellaſque* remitterent. Ità illi *Drengelburgum*, *VVitzenhuſa*, *Alledorffium*, *Eſchvviga*, ac *Münda*, *Heſſiæ* oppida, ceſſerunt. Quibus recèns auctus ſucceſſibus *Eichsfeldiam*, regionem *Moguntinam*, *Heſſis* finitimam, petiit. *Duderſtadamque*, unà cum adjacentibus civitatibus, intercepit. ità accidit, ut vires ſuas per *VVerræ*, *Heſſiæque*, tractus diffunderet. Jamque *Thuringiæ* immineret. Sine dubio vel *Mülhuſium*, vel loca finitima, tentaturus, niſi *Georgius*, *Dux Luneburgicus*, & *Baudiſius*, ejus obſtitiſſent conatibus. Sic *VVerrâ* poſt caput relictâ, in diœceſin *Padebornenſem* perrexit. Interim, præſidio confirmatis *Eichsfeldiæ* oppidis, creberrimos in *Thuringiam* illic fecit excurſus. Ut paſſim in populationes, ac prædas, iretur. Circiterque *Mülhuſium* infeſtarentur omnia.

***

II.

Pappenheimius tentat Hildeſium.

INter hæc, *Luneburgici*, & *Heſſi*, obſederunt *Stifvvaldiam*, abſente *Pappenheimio*. Quod oppidum ubi *Lintelous*, tribunus *Pappenheimianus*, vindicare tentâſſet, fruſtrà fuit. Ità, ut, deſideratâ ſuorum centuriâ, pedem referret *Hamelium*. Ubi igitur *Luneburgici* deinceps *Calebergam* pari obſidione tentarent, *Pappenheimio* in partes veniente, verſùs *Hildeſium* reduxerunt. Illos inſecutus *Pappenheimius* ſimulàtque copias admovit *Hildeſio*. Eductiſque in montem *Mauritianum* tormentis, civitatem impetiit. Ubi autem tùm ex urbe, quàm caſtris *Luneburgicis*, viciſſim urgeretur, mutata optione, obſidionem diremit. Miſitque, aliò divertens, qui *Calebergæ* munimenta ſolo æquarent. Idem cum *Peina* effecit *Geleenius* tribunus. Ut, *Pappenheimio*, alia tùm conſilia agitante, etiam hoc oppidum, præſidio *VVolferbytum* reducto, nudaret.

III. Pap-

III.

Pappenheimio, ab Hiſpanis in Belgium evocato, Lüneburgicus potitur Duderſtadâ. Concluditque VVolferbytum.

TAnta erat hoc tempore virtutis *Pappenheimii*, ob res fortiter, feliciterque, geſtas, fama, ut *Batavis Trajecti ad Moſam* obſidionem acerrimè urgentibus, in auxilium ab *Hiſpaniarum Infante*, *Belgii* gubernatrice, ingentibus ſub promiſſis, ſolicitaretur. Quantumvis igitur res *Gueſtphalicæ* ejus abſentiam ferrent ægerrimè, inprimis *Elector Colonienſis* invitis hanc expeditionem intueretur animis. Nihilo-minùs *Pappenheimius*, ſive ingentis gloriæ novis agitatus ſtimulis, ſive magnificis invitatus pollicitis, *Hildeſio*, & *Calebergâ*, relictis, apud *Pollium* exercitum trajecit. Verſuſque *Rhenum* promovit, in *Belgium* excurrendi animo. Copiæ ejus tùm quidem è decem pedeſtrium, legionibus conſtabant. Ità, ut decem pedeſtrium, & novem equeſtrium, legionibus conſtabant. Ità, ut decem pedeſtris, & quinque equeſtris armaturæ millia, computarentur.

Illa ubi repentina, diſcedente *Pappenheimio*, ingrueret apud *Viſurgim* mutatio; ac facies, ecce! tùm *Vinarienſes*, *Heßique*, per *Thuringiam*, ſub globis confluentes, præſidiariis illis *Pappenheimicis* per *Eichsfeldiam* reſtiterunt. Ne deinceps populationibus, ſicut anteà, eſſent moleſti. Inprimis verò *Georgius*, *Dux Lüneburgicus*, junctis cùm *Baudiſio* viribus, eódem eduxit. Ità *Duderſtada*, regionis metropolis, obſideri cœpta eſt. Tametſi igitur è diverſis *Fürſtenbergicæ*, *Breyneriana*, & *Reinachianæ*, legionum cohortibus, manuque ruſticanorum, locus defenderetur. Ut obſidio difficilis, ac diuturna, videri poſſit. Præſertim, cùm munimentis, operibuſque, civitas eſſet inſtructa; ut lento pede *Suecis* daretur per vices adrependi facultas. Tùm ſimulátque intrà civitatis vallum ſuppeterent areæ, horti, foſſæque, ut nova hîc defenſio potuiſſet inſtitui. Nihilo-ſeciùs res, præter exſpectationem, aliter cecidit. Ut præſidiarii, ſeditione oborta, miſſis quibuſcunque defenſionis remediis, ſuper deditione cogitarent, *Suecis* vix jam tùm fermè urbanas ad foſſas ſepimentis ſuis pervenientibus. Itaque tympanotribâ in caſtra emiſſo, ſuper deditione, verba facta. Quo nomine *Sueci* obſides immiſerunt: Eâdem operâ è civitate centurionibus in caſtra egredientibus. Sed non ilicet coiit tùm quidem tranſactio. Cùm enim *Ligariani* paulò altiores poſcerent conditiones. *Sueci* verò nihilo-minùs obſervarent, neceſſitate quadam urgeri dedititios, reſponſum eſt deditionem offerentibus, permitterent ſeſe gratiæ, & arbitrio, obſeſſorum. Mox, gliſcentibus intrà mœnia partium factioſarum odiis, magiſter equitum in caſtra hoſtica egreſſus, etiam quadam cum ſolicitudine, rogare cœpit. Pateretur *Dux*, & *Baudiſius*, obſeſſos intrà civitatem centuriones, ac præfectos militares, in protectionem admittere. Contráque gregariorum injurias aſſerere. Jam tùm enim excubitores manu injecta centuriones ſuos è Vallo proturb[a]bant. Ut magnis exclamarent boatibus: H[a]ctenùs ſe quidem *Cæſari* militâſſe. At jam [...] *Regis* militiam venturos. Ità, tranſactione abrupt[...] ſequenti die, duabus intrà-miſſis legionibus *Su[e]cicis*, magna pars obſeſſorum ſub titulos regios v[e]nit. Cæteri tàm præfecti, quàm gregarii, idem f[a]cere recuſantes, in cuſtodiam remiſſi ſunt. A[t]que hoc modò civitate, magna parte præſidia[...]riorum, unà cum tormentis duodecim, annona[...]que copiâ, in poteſtatem redactis, tùm quide[m] *Ligarianis* illic locorum præcidi cœpit opportun[i]tas. Quò minùs deinceps conſcribillarent, d[e]lectuſque haberent. Immò verò oppida v[i]cina, præſidiariis *Pappenheimianis* ſpiritus proj[i]cientibus, deditionem fecerunt, ruſticanis, ante[a] rebellantibus, cùm numero occiſis. *Baudiſius* ver[ò] ne *Duderſtada* deinceps quoque moleſta eſſe po[ſ]ſet, vallum, unà cum operibus externis, demoli[ri] juſſit.

Cæterùm, præſidium *VVolferbytenſe*, jam-pr[i]dem, more ſuo, totam exercebat viciniam. Ut pe[...]cudes abigeret, frequenteſque in excurſiones [a]lias incumberet. Qua de re fatigati quoqu[e] *Brunſuicenſes* decreverunt iſti inſolentiæ occurr[e]re. Eaque parte, quâ *VVolferbytum* ſpectat urbe[m] ſuam, diſpoſitis cohortibus libidinationem illa[m] retundere. His præventis præliminaribus, mo[x] ſuperacceſsêre *Lüneburgicus*, unáque *Lohauſeni[...]* tribunus. Magiſque fortalitium concluſionibu[s] impetiêre, *Baudiſius* verò, copiarum partem cu[m] *Heßis* jungens, cætera *Eichsfeldiæ* loca in ordine[m] redegit. Inter quæ *Volckmarſa* præſidiariis dila[...]bentibus eò quòd antea *Heßis* nocuiſſet, primùm expilari. Mox ſubjectis facibus, mœnibus, porti[s]que, dejectis, in triſtes verti cœpit cineres. Docu[...]mento, ac terrori, futura, ne oppida idem tent[a]rent alia.

CAP. II.

De Gallis, ex Archiepiſcopatu Trevirenſi Hiſpanos ejicientibus.

I.

Arx Ehrenbreitſteinia ceditur Gallis.

DE *Archiepiſcopo*, & *Electore*, *Trevirano* [...] præmiſſum eſt, illum ſub *Galliarum* *Regis*, rebus ad *Rhenum*, *Moſellamque* inclinantibus, veniſſe protectionem. Quòd igitur huic *Electoris* inſtituto tàm *Capitulares*, *Ordineſque* provinciæ, quàm *Hiſpani* ipſi, refragarentur, recepit *Rex Chriſtianiſſimus*, ſe & *Hiſpanos* ejecturum, provinciamque pacaturum, *Electorique* reſtituturum eſſe

ſe. Quo nomine cùm inter cætera loca, ab *Hi-
ſpanis* præoccupata, *Arx Ehrenbreitſteinia*, (aliis *rmonius Lapis* dicta) inſtar ferè promontorii, in *eni*, ac *Moſellæ Confluentes* ſpectans, tantùm in *Ele-
oris* eſſet poteſtate, hæc *Gallis* oppidò, ex lege fœ-
eris, tradi cœpit. Quod quo pacto evenerit, biter indicabimus. Circà finem *Maij* manus *Gal-
cana*, apud *Bingium* naves diſpoſitas intrans, per *accheracum* versùs *Lorium* direxerunt, illic per-
octantes. Sequenti manè *Montebaurium*, & ſic d *Ehrenbreitſteinam*, perrexerunt. Quòd igitur anti momenti *Arcem*, ad quàm curioſis totum fe-
è *Imperium* reſpicit oculis, *Gallis* tradere velle, non deò factu facile videretur, præſertim tribuno, præſidiariis, modò non in *Electoris*, ſed *Capitu-
arium* quoque verba, adactis, calliditate, & inge-
io, hanc in rem fuit opus. Itaque, tribuno a-
iorſum ablegato, juſſi ſunt centuriones, magna ub defenſorum parte, pontem *Moſellanum* custo-
dire. Ne illàc *Hiſpani*, res novas agitantes, irrum-
perent. Cæteri, tormentis tranſponendis occu-
pati, & res alias agere juſſi, ſunt. Ità evenit, ut *Galli-
cani* abſque tumultu intrarent. Quàm hujus fa-
moſæ *Arcis* ab externis gentibus occupatio paſſim *Treviranos*, *Moguntiacos*, ipſoſque *Vbios*, territârit, dici vix poteſt. Interim *Elector*, codicillis emiſ-
ſis *Apologeticis*, hanc cauſſam ſuam tueri non deſti-
tit. Ut, poſteaquàm *Cæſar, Sueci, Galli, Hiſpanique*, hanc nympham cupidiſſimè, expetiiſſent, ipſe tot procis diutiùs repugnare ne potuerit quidem. Præſertim, cùm *Capitulares*, à ſe ſeceſſionem fa-
cientes, res novas agerent. Sic quidem è tot dif-
ficultatibus compendium fuiſſe inveniendum. Eligendumque illud, quod viſum eſſet utique fa-
cilimum.

II.

*Sueci Confluentes, præeunte obſidione, occu-
cupant, Gallisque cedunt.*

ARce illa interceptâ, non diu quieti eſſe pote-
rant *Hiſpani*, *Confluentium*, civitatis, à *Rheni*, & *Moſellæ*, conjunctionibus, ità dictæ, defenſores. Nam Arce-tenùs à præſidiariis *Gallicanis* cre-
briùs per tormenta ſalutabantur. Mox *Sueci*, *Gallis* auxiliantes, eductis è *Moguntiaco* legionibus, civitatem ſeriis conatibus obſederunt. Initiò, pro more, ſtrenuè ab *Hiſpanis* repugnatum eſt. Qui cùm diutiùs *Suecorum*, magis magiſque ob-
ſidionem urgentium, viribus reſiſtere non ſuffi-
cerent, paulò poſt deditionem fecerunt. Undè pactis conditionibus, more militari, emigrârunt, *Suecis* ex adverſo intromiſſis. Sic eâdem operâ *Rhenus*, ac *Moſella*, unà cum *Arce* penè incompara-
bili, ipſaque *Confluentium* civitate in manus ho-
ſtiles devenêre. Quibus tàm arte, quàm Mar-
te, interceptis, modò non *Montebaurium, Engerſa, Hamerſteinia, Laniſteinia, Lanecca*, cæteraque oppi-
da finitima, præſidiis nudari, ſed etiam provin-
ciæ *Colonienſes* trepidare, cœperunt. Ut ipſe quoque *Elector*, relictâ *Bonnâ*, in urbem *Vbiorum*, *Agrippinam* olim nuncupatam, ſe reciperet. At non multò poſt *Sueci*, auro *Gallicano* in partes ve-
niente, *Confluentes* confœderatis ceſsêre *Gallis*, *Veſalia ſuperiori, Bodobrigaque*, (hodie *Poppartum* vo-
cant) eâdem operâ contraditis.

III.

*Iidem Graffenbergam arcem, apud Throrba-
cum, oppugnando capiunt.*

PAulò antè è *Franconia*, in partes illas *Rheni*, à *Rege* miſſus, advenerat *Guſtavus Hornius*. Qui cùm intelligeret, quid factum eſſet cùm *Arce*, & *Confluentibus*, *Caſtrum* illud, apud *Throrbacum*, (in-
colæ *Graffenbergam* vocant) ſatis munitum, & *Moſellæ* inſtans, obſidione cinxit. Illius enim opportunitate uſi nuper *Hiſpani* aliquoties inte-
gras trajecerant copias. Cùm autem aliquan-
tiſper, renitentibus *Hiſpanis*, fruſtrà eſſet, tormen-
tis rem egit. Loricaſque extraneas, ad impreſſio-
nem ſuſcipiendam, fecit pervias. Centurio, arcis defenſor, impreſſiones inſtantes, omniaque, ut fieri amat, ultima veritus, ſine mora de deditio-
ne cogitare cœpit Quâ, certis ſub conditioni-
bus interveniente, etiam *Sueci* novo aditu po-
titi ſunt. Quo quidem ad tempus mediocres copiæ poſſint debilitari, ac rejici. Interim *Hi-
ſpani*, eandem fortunam apud *Kirchbergam* formi-
dantes, mœnia, vallumque, ejuſce civitatis, ne prodeſſet *Suecis*, complanârunt.

CAP. III.

De corollariis, inter Cæſareanos, & Suecos, per Alſatiam naſcentibus.

I.

*Cæſareani agrum Argentinenſem populan-
tur.*

A Confluentibus in *Alſatiam* proficiſci-
mur. Etiam illic res militares, hoc tempore geſtas, inſpecturi. Siqui-
dem ergò intrà *Treviranos* iſta inter-
veniſſent tropica, *Bronchorſtiana*, *Köllingerana*, & *Metternichiana*, legiones *Ligaria-
na*, pro *Archiepiſcopatus Trevirani* defenſione re-
cèns conſcriptæ, aliò pedem retulerunt. Per *Lüceburgenſes* enim, ac *Mediomatricios*, in *Alſa-
tiam* evadentes, apud *Colmariam*, *Seleſtadiam-
que*, ſeſe tenentibus *Cæſareanis* copiis, acceſſê-
runt. Quibus auctus ſupetiis *Montecuculius* di-
verſoriorum deſignatorem ad *Argentinates* dimiſit, ſtativa per urbis agrum poſtulaturum. Negatum hoc

hoc eſt ilicet. Nihilo-minùs *Cæſareani*, interdicto non obſtante, in ditionem urbanam, irrumpentes, apud *Marlenheimium*, locaque contigua, non abſque gravibus indigenarum faſtidiis, ſeſe demiſerunt. Hoc eo quidem illis agebatur inſtituto, quò exerercitum eas per provincias ſatis validum ſucceſſivè colligerent.

II

Cæſareani denuò Marchionatum Durlacenſem infeſtant.

INterim *Montecuculius*, & *Oſſa*, *Strategi Cæſareani*, conjunctis viribus tàm *VVürtenbergicam*, quàm *Durlacenſem*, provincias in ordinem redigere conabantur. Quo fine, contractis viginti quinque equeſtrium cohortibus, additiſque aliquam-multis peditum millibus, versùs *Durlachium* progreſſi ſunt. *Brettâque* expilatâ ducentos præſidiarios *Suecicos* ſub leges ſuas vocârunt, civitate penè everſâ. Provocatus hac inſolentiâ *Iulius*, *Dux VVürtenbergicus*, integram ducens ſtipendiariorum, delectorumque phalangem, *Cæſareanis* inſtitit. Cujus adventu cognito, *Montecuculius* deflexit *Knitlingam*. Oppidumque, præeunte direptione, cæſiſque defenſoribus, redegit in cineres. Vix ex incendio tribus, quatuorve, ſervatis ædiculis.

III.

Guſtavus Hornius apud VViſſelochum fundit Ligarianos.

PAulò antè *Henricus à Metternich*, gubernator *Heydelbergicus*, accitis è *Philippopoli*, *Epiſcopatus Spirenſis ſede*, cohortibus, *VViſſelochum*, civitatem conterminam, defenſionem parantem, impetere cœperat. Qua de re, aliis ſuprà concurrentibus cauſſis, *VVürtenbergicus* auxilia imploravit *Suecica*. Neque defuit huic voto eventus. Nam *Guſtavus Hornius*, & *Rheingrafius*, eductis è *Rheni* apud *Moguntiacum* partibus validis copiis, opera ferre laborârunt. Sic, ut legiones equeſtres per pontem navalem apud præfatum *Moguntiacum* trajicerentur. Pedeſtria verò agmina penès *VVormatiam*, beneficio navium, tranſirent. Indè ad *Nicri* tractus, & *Mannheimium*, promotum eſt. Ubi tàm diu caſtris ſeſe tenuerunt, uſque dùm appareret, ubi eſſet, & quid ageret, *VVürtenbergicus*. Ad quem jam tùm præmiſſæ erant turmæ.

Interim narratur, *Cæſareanos*, *Brettâ* potitos, jam urgere *VViſſelochum*. Quibus ſeſe cohortes ex *Heydelberga*, & *Philippopoli*, conjunxiſſent. Defenſores autem *Durlachianos*, tametſi vi tormentorum, atque ignibus, impetitos, adhùcdùm perferre obſidionem. Hac famâ accepta *Hornius* eduxit copias, locum illum vindicaturus. Quæ cùm *Suecica* inſtarent auxilia, *Metternichus*, per indices edoctus, ſolutâ obſidione quantò ociùs *Heydelbergam* ſeſe recepit. E cujus cohortibus nihilo-minùs quidam fuêre intercepti. Illi enim, qui ad *Montecuculium*, *Oſſamque*, præmiſſi erant, auxilia poſtulaturi, in manus *Suecorum* inciderunt. E quibus, inprimis codicillis, auxilia implorantibus, didicit *Hor-*

nius, quàm vniverſus *Cæſareanorũ* equitatus poſt
die ſuperventurus, *Metternichoque* apud *VViſſe*
chum operas ſociaturus, eſſet. Itaque tantâ, & tà
opportuniſſimâ, occaſione in rem ſuam uti quà
primùm deliberavit. Mox, loco idoneo præ
ſo, caſtris diſpoſitis ſub ſilentio ſeſe continuit,
delituit, ne hoſtibus innoteſceret hæc captatio.

Inter hæc, fallax fama impoſuit *Cæſareanis*. Tar
Ligariani VViſſelocho quidem potirentur. Sed à *Su*
cis ſupervenientibus recèns eſſent concluſi. N
mora. *Montballionem*, & *Vicethumium*, tribun
cum expedita equeſtrium manu, *Montecuculius*
dimiſit, obſeſſis opitulaturos. In quos, tùm a
ventantes, immiſſa *Rheingrafiana* legio, *Cæſarean*
poſt mediocrem repugnantiam, diſſipavit, fug
vitque, & ad octo paſſuum millia perſequi cœp
Montballionus tribunus, unà cum legionis ſuæ *Vi*
rio, aliquot equitum magiſtris, & ducentis greg
riis, occubuit. Si qui equis dilapſi intrà ſaltus co
fugiſſent, iſti à calonibus ſupervenientibus co
fecti ſunt. Sic tota illa *Cæſareanorum* manus, è mi
le equeſtribus, & magnam partem cataphract
conſtans, periit. Immò verò hac ſub ſtrage inge
tes illæ deliberationes, quibus *Montecuculius*,
Oſſa, pectora implebant, integrumque per *Al*
tiam exercitum paraturi erant, omninò detonu
runt. Ut potiùs, ex adverſo, pro *Suecis* omnia r
derent. *Horniuſque* eundem jam effectum oppo
tuniùs urgere ſatageret. Pro eo enim, quòd *C*
ſareanis paulò antè creverant animi, jam fortur
tonante iidem dejiciebantur. Ut ſumma cu
feſtinatione *Philippopolim*, tanquam ad receptu
reconfugerent. Id exploratum habens *Horniu*
cum exercitu *Rheinhuſam* acceleravit. An fortè *C*
ſareanos illic, ad *Rheni* trajectum, opprimere lic
ret. Præſertim, cùm cognoviſſet, navicularu
illic, phaſelorumque, copiam eſſe, quibus hoſt
uterentur. Sed paulò ſeriùs appulit. *Cæſarean*
jam conſtitutum ad locum delatis. Alioqu
fors ejuſmodi aliquid accidere potuiſſet.

Erepta hac occaſione, *Hornius* ditionem intra
vit *Badenſem*, tanquam tractum, ſub quo vires ho
ſtibus facilè accreſcere poſſint, populaturus. In
tereà turmæ illæ *Cæſareanæ*, per agrum *Argentinen*
ſium ſtativa exercentes, non ſine indigenarum ſpo
liis, *Hagenoam* properârunt. Quam ad civita
tem *Montecuculius*, & *Oſſa*, itidem pertingentes, co
lectis illis cohortibus, *Seleſtadam*, *Colmariam*, *Bri*
ſacumque, magnis itineribus feſtinârunt, agro *Ar*
gentinenſi denuò haud parùm moleſti, & graves.

IV.

Argentinates Suecis per pontem Rhenanum
tranſitus indulgent.

REſpublica, tribunorum *Cæſareanorum* inhu
manitate offenſa, *Suecis* eò, integro ſub exer
citu, adventantibus tranſitum per *Rheni* pontem
eò faciliùs indulſit. Ut *Hornium*, *Mareſchallum Sue*
cicum, *Rheingrafiumque*, ſub ducentis equeſtribus
urbem intrantes, tantùm non per deputatos ami
cè, ac ſol nniter, exciperet, ſed etiam muneribu
Principe dignis, ex lege civitatis, utpote vino, ave
na, piſcibus, eadem veſperâ honoraret. Sequent
di

e equeſtrium agmina antecurſoria per pontem
roduxerunt, tres circiter millenarios numero cõ-
ituentia. Quibus ſupervenêre cohortes aliquam-
iultæ pedeſtres, tormenta nõnulla ſervantes. Hæc
ıanus eâ nocte *Benfeldam* versùs perrexit. Oppi-
aque contermina, nihil ejuſmodi tùm quidem
xſpectantia, intercepta, diripuerunt. Indigenis
ıetu, ac pavore, palantium inſtar, diffugientibus:
uecis verò è ſpolio inſigniter ditatis.

V.

Stollhofena à Suecis occupatur.

EQueſtria *Suecorum* agmina dùm tractum *Benfeldanum* populantur, ac diripiunt, intereà *Hu-*
aldus, tribunus itidem *Suecicus*, pedeſtres legiones
tollhofenio, *Comitatus Hanovici* oppido, militiæ op-
ortuno, admovit. Defenſoribus contrà nitenti-
ıus rem deinceps tormentis egit, & quidem ſine
niſſione. Ut paulò poſt civitatis turres, loricaſ-
ue, pleraſque dejiceret. Præſidiariisque defenſio-
ıis materiam excuteret. Quibus nudati admini-
ulis ſuper deditione verba fecerunt. Dati utrin-
ue obſides. Inque conditiones itum. Sed, cùm de-
enſores nihilo-ſeciùs tormentis experirentur a-
errimè, *Hubaldus* requiſitis obſidibus, indicari
uſſit obſeſſis, jàm demùm jus veniæ illis fore nul-
ùm. Pugnarent igitur, quoad viverent. Interim
horus feminarum, parvulorumque, veniam, ac
ıs vitæ, ſupplicando obtinuit. Ità abſque pactis
acta eſt deditio: *Germanis* in partes *Suecicas* trans-
untibus, *Italis* verò, cum centurione ſuo, in cu-
lodiam relatis. Niſi igitur pulveris pyrii defe-
tus deditionem acceleràſſet, fortè locus, haud
erfunctoriè munitus, tormentiſque è *Spira Ne-*
netum cò redactis, aliquamdiu inſuper potuiſſet
lefendi.

VI.

Offenburgum expugnatur à Suecis.

STollhofena in ordinem redactâ, etiam hic *Hubaldus* tribunus legiones pedeſtres in *Alſatiam ſuperiorem* produxit. Tranſitu per *Rheni* pontem æquè ab *Argentinatibus* adjutus. Agmina ejus, è *Germanis*, *Suecis*, *Gallis*, *Scotiſque*, conflata, tormentiſque aliquammultis, impedimentiſque, inſtructa, tria millenariorum æquabant paria.

Inter hæc, cæteræ legiones *Suecicæ*, *VVürtenbergicis* miſtæ, *Offenburgum*, à *Cæſareanis* derelictum, petierunt. Civitas, obſidione impedita, inducias rogavit, tanquam deditionem factura, & obtinuit. Sed ſub fuco, ac colore, hoc interim trecentos pedeſtres, octogintaque equeſtres, è *Briſaco* accelerantes, furtim intromiſit. Quibus receptis, molendinis, æſtivis, ædiculiſque hortenſibus, injecto igne deſtructis, rem ſeriò egit. Bombardiſque, ac tormentis, nonnullos, tanquam ſub armiſtitio, propiùs adequitantes, ad internecionem uſque, proſtravit. *Sueci*, jam abſque fuco ſecum agi perſpicientes, magnis conatibus obſidionem urgentes, *Hornii Mareſchalli* auxilia implorârunt. Is, nihil cunctatus, cum magna exercitus, ac tormentorum, parte, approperavit. Mox, machinis diſpoſitis, ignivomas iſtas glandes, mala *Punica* repræſentantes, ejaculari cœpit. Undè intrà mœnia ingens fœminarum, parvulorumque, quiritatio exaudita. Ea nocte *Hornius* præcipuæ notæ machinam civitatis portæ propè admovit. Undè defenſores ſupercilia poſuêre, herbam, quod ajunt, porrigentes. Ità ſuper deditione utrinque, ex conditionibus, conventum eſt. Præſidiariiſque, more militari, honeſta obtigit miſſio. Interim civitati, conterminiſque locis, impoſita tributa. Sic ùt ab *Offenburgo* tantùm, pro lytro, viginti florenorum millia præſtò poſtularentur, quingentis *Suecorum*, pro præſidio, admittendis. Simulátque in *Suecia Regis*, velut domini hæreditarii, verba, tanquam ſervi, ac mancipia, jurarent. Quibus peractis, civibus arma ſunt extorta. Magnaque, inibi annonæ, tormentariique apparatus, quantitas ad *Suecos* rediit.

Hoc pacto *Equeſtres* per *Alſatiam* leges admittentes *Suecicas*, unà cum regionibus, tributa offerebant. Ut ſalvos conductus, prout vocant, *Suecicos* paſſim ſectarentur. Et ſic quoque id genus ſub felicibus *Suecorum* progreſſibus, intermedia *Badenſis* provincia, antè hos annos undecim, ad hæredes *Edoardicos* redacta, jam *Durlacenſibus* reddebatur. Nihilo-minùs *Guilielmus*, *Marchio Badenſis*, *Edoardicus*, nomine *Cæſaris*, archiſtrategi in partibus *Rheni* officio ſeſe accinxit. Qui reliquas turmas *Cæſareas*, fortè duo millenariorum paria conſtituentes, per civitates, ac fortalitia, tùm quidem diviſit.

CAP. IV.

De Cæſareanorum, Saxonum, & Suecorum, conflictibus per Sileſiam.

I.

Cæſareani in Luſatiam irruunt.

SIngulari *Fridlandi* inſtituto factum eſſe conſtat, ut poſt prægreſſam illam ſuper pace particulari tractationem, *Cæſareani* hactenùs parcerent *Saxonicis*. Ille enim, apud *Egram*, voce præconis publicari juſſit, Ne quis è *Cæſareanis* deinceps *Electoris Saxoniæ* ſive provincias, ſive ſubditos, infeſtaret. Idem inculcavit ſuis per *Bohemiam Balthaſar Marradaſius*. Cùm enim manus ruſticanorum *Catholicorum* in *Saxoniam* graſſaretur, ſub ſevero interdicto, capitiſque ſupplicio, vetuit, ne quiſquam altera vice hunc in lapidem offenderet. Sine dubio autem hoc *Fridlandus* captabat, an ea interveniente moderatione *Electorem* delinire, adeòque à *Suecis* abſtrahere, inque partes *Cæſaris* invitare, ſuſtineret. Verùm, non ea mens *Saxoni*,

non ea erat fides. Ut tàm perfunctoriè à fœdere, cum *Sueciæ Rege, Principibuſque Evangelicis*, icto, reſiliret. Quæ poſteaquàm inexpugnabilis conſtantia patuit, denuò *Cæſareani*, miſſis blandimentis, ad rigorem armorum reconverſi ſunt. Itaque, in limine æſtatis, aliquot millia *Cæſareanorum*, tormentis, impedimentiſque, inſtructa, in *Luſatiam* è *Sileſia* irruperunt. *Lübenamque*, *Sittaviam*, & *Görlicium*, civitates, occupârunt.

II.

Saxonici, Lübenam expugnantes, Sittaviam fruſtrà tentant.

PRocedentibus illis novis irruptionibus, *Elector*, copiis apud *Dreſdam* collectis, delectus inſtituit, inque præſentem expeditionem omni conatu incubuit. Mox exercitus partem, ad recuperanda *Luſatiæ* loca, dimiſit. Ubi igitur ad *Lübenam* ventum eſt, ſeptingenti præſidiarii acriter reſtiterunt. Quouſque *Saxones* directis tormentis civitatem vi expugnârunt, magnamque *Cæſareanorum* partem, more militari, deleverunt. *Budiſſinamque* reduxerunt. Sed non ea felicitas diuturna fuit *Saxonibus*. Nam paulò poſt revertentes *Cæſareani* civitatem denuò expugnârunt. *Cæſiſque* pluribus, cæteros ſub ſigna miſerunt. Ità factum, ut infelix *Lübena*, intrà decem dies, ter occupata, jacturam fortunarum ferè omnium faceret.

Interim *Arnheimius*, *Mareſchallus Saxonicus*, inſtructo cum exercitu è *Budiſſina* direxit *Lübenam*. *Cæſareani*, integris copiis reſiſtere non valentes, relicto oppido, *Sittaviam* receſſerunt. Itaque hanc civitatem oppugnare cœpit *Mareſchallus*. Intrà quam ubi plura quàm viginti, *Cæſareanorum* ſigna, etiam tormentis ſuppetentibus, pararent defenſionem, in validas, crebraſque, velitationes itum eſt. Cùm autem integer millenarius è civitate in obſeſſores excurſionem faceret, accidit, ut *Saxonici* illos modò non rejicerent. Sed loricam, & ſuburbanum, occuparent. Adeóque ad portas uſque unà penetrarent. Verùm, quòd *Cæſareani* per vias civitatis in armis diſpoſitos haberent cuneos, catarractaſque objicerent, obſeſſores, in ſuburbium recedentes, poſtridie injectis ignibus mediam civitatis partem peſſumdederunt. Inter hæc, par legionum *Cæſareanarum*, auxilii ergò, è *Bohemia* ſupervênit. Quas *Saxones* magnam partem diſſipârunt, ut quinque tantùm cohortes, relictis impedimentis, in civitatem evaderent. Quòd autè à captivis diſcerent *Saxones*, *Marradaſium* aliquammultas ſuperinducere legiones. *Sittaviæque* liberationem meditari. Obſeſſores *Lübenam*, & ultrà *Hojerſwertham*, receſſerunt.

III.

Saxones Glogoviam majorem occupant.

ILlic dùm *Saxones* per dies aliquot corpora curant, quietique ſtudent, *Franckenſteina*, itemque *VVeidavia*, apud *Nyſſam*, *Sileſiæ* civitates, injectis ignibus conflagrârunt penitùs. Incertum, an ab incendiariis, an militibus, hoc prodierit infortunium. Mox *Arnheimius*, ſuppeditato ſuis in al[...] quot dies commeatu, in *Sileſiam* magnis itiner[...]bus produxit. Perque *Saganam*, & *Freybergan[...]* dirigens, *Glogoviam majorem* attigit. Simulátqu[...] circà decimam noctis horam, tribus diverſis lo[...]cis civitatem impetiit. Defenſores, decem p[...] deſtrium, & ſex equeſtrium cohortibus inſtru[...]cti, è civitate, beneficio *Viadri*, in munimentu[...] dilabi cœpêre. Manipuli aliquot, morâ prævent[...] in arcem quantumvis confugientes, mox he[...]bam, quod ajunt, porrexêre. Ità civitas à *Saxon[...]bus* direpta. Interim in loricam, ſive munimen[...]tum, trans *Viadrum* directis tormentis acerrimè [...]tum eſt. Ut *Cæſareani*, rebus ſuis diffidentes, in fu[...]gam inclinarent. Sed, cùm *Saxones* etiam ja[...] tùm *Viadrum* ſuperâſſent, intrà munimentum r[...] confugerunt. *Arnheimio* autem tormentis re[...] acerrimè ac ſine miſſione, diu noctuque urgent[...] tandem dedititii honeſtæ rogârunt, more milita[...]ri, emigrationis facultatem. Datum eſt jus vit[...] Permiſſæ ſarcinulæ. Sic tamen ſuperioris not[...] armaturam, ſignaque numero ſexdecim, prout [...]pud *Pragam* acciderat *Saxonicis*, contradere ju[...] ſunt. Undè, deducente *Taubenio* tribuno, in *ſu[...]periorem Sileſiam* proceſſerunt.

IV.

Cæſareani à Saxonicis apud Steinaviam pro[...]fligantur.

SEcundùm hæc, *Kalckreuterus* tribunus, muni[...]mentum *Steinavienſe*, apud *Viadrum*, intercepi[...] præſidiariis partim cæſis, partim in poteſtatem redactis. Quâ fortunâ pariter frumenti, ferri pannique linei, proventu auctus eſt, quo nave[...] illic diſtinebantur. Illo, conveniente præſidi[...] firmato, *Arnheimius*, univerſo cum exercitu, *Lignicium* perrexit. Aque *Duce* cognomine civitatis de[...]ditionem, & quid maximè rebus ſuis ab illo ſpe[...]rare poſſet, poſtulavit, *Dux* armis inſtantibus, o[...]mnia ſe pro *Electore* facturum, promiſit. Qua acceptata declaratione, *Arnheimius Lignicium* intravit. Diſpoſitiſque copiis, partem exercitus *Glogoviam* remiſit. Ipſe verò, cæteris cum legionibus, *Goldbergam* movit, illic in catervas *Cæſareanas* animadverſurus. Sed, turmis illis populatricibus dilabentibus, ubi apud *Lembergam* exercitum *Cæſareanum* confluere didicit, ipſe *Glogoviam* pariter direxit. Illic auxilia *Suecica*, ac *Brandeburgica*, præſtolaturus.

Interim *Cæſareus* exercitus, ſub *Balthaſare Marradaſio, Schaumburgo, & Mansfeldio, Comitibus, Schaffgotſioque*, & *Illoneo*, tribunis præcipui nominis, è viginti hominum millibus, confluxit. Qui *Saxonicorum* veſtigia legens *Steinaviam*, eademque opera munimentum adjectum, deditione cepit. Hic ſucceſſus ità quidem animavit *Cæſareanos*, ut jam rectà *Glogoviam* tendere, *Saxonicoſque* ejicere, geſtirent. Sed hæc felicitas fuit ferè ephemera, ac diaria. Quippe interim *Tupadelius* tribunus, collectis tàm *Suecicis*, quàm *Brandeburgicis* legionibus numero ſex, arma cum *Saxonicis* ſociavit. Quâ præeunte conjunctione, ipſi *Steinaviam* educentes, *Cæſareanorum* vota anticipârunt.

Ubi

Ibi ergò coràm ventum eſt, *Cæſareanos*, in edito onſiſtentes, *Arnheimius* rejecit. Locique opportuitate uſurus, diſpoſitis tormentis hoſtes, intrà nunimentum confugientes, urgere perrexit. Unè non mediocrè illis acceſſit damnum. Mox arrilente occaſione, admiſſo pedeſtrium millenario, :ivitatem expugnavit. Sic ut hòc agone mille præidiariorum ſub ſtricto enſe perirent. Civitaſque ncenſa conflagraret. Eâ adhûc veſperâ etiam exercitum *Cæſareanum* aggreſſurus erat *Arnheimius*; niſi rectà rationes interceſſiſſent, hoc inſtitutũ utique diſſuadentes. Itàque in diem ſequentem hic rejectus eſt conatus. Quò quidem *Sueco-Saxonici*, nſtantes *Cæſareanis*, pagum interceperunt, hoſtibus valdè opportunum. Ità factùm, ut multi è *Cæſareanis*, illum locum cuſtodituri, profugerent, intráque *Viadrum* tumularentur. Poſtridie *Arnheimius* aditus ſuprà *Viadrum* inſedit, pro commeatu, qui ex *Vratislavia* accerſebatur, auxiliiſque, excludendis. Nec deſtitit, quin paulò deinceps, ponte ligneo ſuper *Viadrum* ſtrato, tentaret, an *Cæſareanis* munimentum ultrà *Viadrum* excitatum, extorqueret, porróque copiis equeſtribus illos velut ſepiret. Sed hoſtes, id genus conatus maturè prævidentes, omni operâ pontis exſtructionem tàm impedire, quàm de nocte validam ſuſcipere impreſſionem, cœpêre. Nihilo minùs, à *Saxonicis*, oppidò renitentibus, ab adverſa parte perierunt ducenti. Qua notata ſuorum ſtrage, *Cæſareani* trans pontem properè produxerunt. Hanc in feſtinationem hoſtium intenti *Sueco-Saxones*, de noctu turmas equeſtres tranſmiſerunt, quæ in fugientia animadverterent agmina. Itaque bono manè caſtra peti cœperunt. Quo invaleſcente impetu *Cæſareanorum* reliquiæ *Viadri* ſubſidium petiêre non abſque, prout fieri amat, confuſione. Undè circiter octingenti aquis perierunt. Qui citimam *Viadri* loricam defendebant, per integrum reſtitêre trihorium. Donec, auxilio excluſi, etiam hi fecerunt deditionem.

V.

Sueco-Saxonici, Cæſareanos, Vratislaviam confugientes, perſequuntur.

ARnheimius, *Cæſareanorum* fugam dirigi versùs *Vratislaviam*, cognoſcens, eodem die, ad octo paſſuum millia, dilabentes inſequi cœpit. Quo inſtituto *Kalckſteinius* tribunus, prima producens agmina, tormentis inſtructa, *Neomarckam* primùm, mox *Kantam*, civitates, civibus extorſit, præſidiiſque firmavit.

Cæſareanus exercitus *VII. Cal. Sept.* apud *Vratislaviam* appulit. Ubi per pontem oblongum profectus inter *Viadrum*, & *Olavum*, caſtra metari cœpit, loco ſic quidẽ opportuno, ut tàm fluminibus, quàm ſaltibus, paludibuſque, defenderentur. Nec alius, niſi unicus, pateret aditus. Sed præter exſpectationem, hæc quoque ſtatio illis non fuit diuturna. Poſtquàm enim urbs votis non reſponderet, alia ex alia emerſit difficultas. Talia autem tùm quidem fuêre poſtulata, quibus *Cæſareani Vradislaviam* fatigàrunt. Diceret nempè *S.P.Q. Vratislaviensis*, an *Cæſaris* partes tueri vellet, nec ne? An pro exercitu annonam, & apparatum tormentarium, erogare? Urgenteque, prout appareret, neceſſitate, ſi copiæ ab hoſtibus petantur, intrà mœnia receptus dare, pateretur? Et an per urbem penetrare liceret? Urbanique, in hoſtes ingruentes, tormentis experiri, ſibique auxiliari, hoc pacto non detrectarent? Ad hæc ab *Vratislavienſibus* ejuſmodi emanavit reſponſum. Nimirùm, ſeſe in fide *Cæſaris* conſtanter manſuros eſſe, idque ex debito. Annonam inpræſentiarum haud ſibi licere impertiri. Eò, quòd urbs populoſa mediocri proventu, qui ſupereſſet, privanda non ſit. Interim, ſi hoſtibus reſiſtere poſſint, erogaturos ſeſe tantum, quantùm hoc tempore liceat ſubducere. Ut autem copias intrà urbem admittant, hoc ex iis eſſe, quòd quidem civibus nullo pacto expediat. Ejuſdem commatis eſſe & illud: dùm per urbem requirant tranſitum. Neque hoc civibus, neque copiis ipſis, conducere. Sic enim urbem facilè in ultima præcipitari pericula. Neque civibus ex uſu videri, ut tormentis hoſtes abarceant, donec copiæ hæ longiùs abeant. Expenderent ſaltem, quæ incommoda urbi forent metuenda. Hactenùs enim hoſtes per agrum urbanum nihil hoſtile tentâſſe. Quo nomine neque cives vellent laceſſere. Neque malum cauſſari. Id quod neque coràm *Cæſare*, neque poſteris, excuſari valeat. Interim hac amœbæa urbem niti ſpe, ſi fortè ab hoſtibus infeſtetur, fore, ut copiæ *Cæſareæ* ferant opem.

Sed inexſpectata hæc *Strategis Cæſareanis* accidit declaratio. Mallent ideóque *Carolum Hannibalem, Baronem de Doña*, hanc illis ſpem non feciſſe. Hic enim conceptis verbis, emiſſis in munimentum uſque *Steinavianum* codicillis, tribunis *Cæſareanis* inculcârat: Sicubi accidat, ut hoſtibus cedere, munimentumque relinquere, ac receptus quærere, teneantur. Tùm utique nullum alium receptum, niſi *Vratislaviam* peterent. Securique eſſent, ſi hoſtes inſequantur, mediam exercitus partem intrà mœnia ad minùs venire recipiendam. De cæteris rem fore ſalvam. Sic verò perſuaſiſſimum hoc foret, ut tutò confidere queant. Illa mitiſſima *Donavii Baronis* pollicitatio tametſi neque *Schaffgotſio, Illoneoque*, nedùm *Schaumburgio*, *Mansfeldioque*, rideret. Minimè rationi conſentaneum, perſuaſumque, habentibus, futurum, ut urbs etiam multò minores copias, quàm dimidiam exercitus partem, intromittat. Potiùſque proponerent, rectiùs ſeſe facturos, ſicubi *Glazam*, versùs loca ſylvoſa, peterent. Illic enim neque hoſtes multùm nocere, neque *Principatus*, civitateſque, premere, poſſe. Ut præ metu, ne à tergo periclitari queant, progreſſu ſuos abrumpere cogantur. Nihilo-ſeciùs *Marradaſius*, litterarum illarum, inprimis promiſſorum, à *Donavio* factorum, ſecurus, excuſſo ſaniori conſilio, *Vratislaviam* deduxit. Undè tàm copias damnum, quàm *Donavium* præſens excepit vituperatorum calumnia.

VI.

Cæſareani denuò, apud Vratislaviam, profligantur.

CÆſareanis inter *Viadrum*, *Olaumque*, caſtrametantibus, copiæ equeſtres *Sueco-Saxonicæ* apud

Liſſam, ſex paſſuum millibus ab *Vratislavia* diſtantē, appulerunt. Cùmq; hoſtium ſtationes intellexiſſent, diverſis ſub turmis ulteriùs excurſiones ſuſcepêre, uſque dùm ferè ad urbis pomœria appropinquarent. Ad hos igitur egreſſæ *Croatarū* cohortes, velitationibus cum *Suecis* experiri cœperunt. Ea pugnæ præludia aliquoties intervenêre. Ut, tāetſi cives à *Cæſareanis* ſolicitarentur, manus adverſùs *Suecos, Saxonicoſque*, ſociarent, nihil tamen illis obtineretur. Mox integer exercitus *Sueco-Saxonicus*, unà cum tormentis, impedimentiſq;, ad urbem uſque, proceſſit, & quidem citatis greſſibus. Ubi igitur quingentis abeſſent paſſibus, ecce! *Arnheimius* aciem explicare, tormenta diſponere, impendióq; in *Cæſareanos* glandibus experiri, cœpit. Simulátq; mille pedeſtres impreſſionem ſuſcipere juſſit. Quo facto, novâ naſcente confuſione, calones, qui impedimenta ſervabant, diſruptis vinculis, in equis avolârunt, relictis poſt principia carris. In hos tàm *Croatæ*, quàm cæteri equeſtres *Cæſareani*, ipſimet fecêre impetus. Sic, ſub colore noctis, *Cæſareani* per pontem in adverſam *Viadri* ripam evaſerunt, relictis circicer impedimentis trecentis. Manè appetente, *Arnheimius* pontē *Olavo* ſuperimponere cœpit. Sed ſtipendiarii, ſucceſſibus tumidi, non exſpectata pontis exſtructione, tranabant ultrò torrentem, ultrà umbilicum aquas penetrando. Sicq; caſtris expugnatis ducentos immolabant. Mox munimentum quoq; antepontanum in poteſtatē redegerūt. Niſi igitur *Cæſareani* ilicet pontē ignibus abſumpſiſſent, fortè tùm quidem omnes ultimè potuiſſent periclitari. Cùm igitur *Sueco-Saxonici Viadri* trajectionem impendiò urgerent, à *Cæſareanis*, acerrimè renitentibus, prohibiti ſunt. Eo die non inanis intrà *Vratislaviā* naſcebatur tumultuatio. Quòd enim *Carolus Hannibal, Baro de Dona*, unà cum *Henrico VVenceslao, Duce de Bernſtatt, & Senatoribus* quibuſdam, in urbis vallū aſſcendens, pro contemplandis utriuſque partis copiis, tormentum, à ſe in *Sueco-Saxonicos* directum, exploſiſſet. Tanta civium in eum conſurrexit indignatio, & fremitus, ut armis arreptis improbè exclamarent, tradiq; ſibi poſtularent dynaſtam. Ut etiam, more vulgi, conviciis non temperarent. Præſertim, cùm *Sueci*, dimiſſis ad urbem cohortibus, ſuper injuriis, & læſione, quererentur, autoremque facti depoſcerent. Itaque, furore plebis deinceps detonante, *Donavius*, comitantibus *Senatorum* præcipuis, extrà urbem deduci cœpit. Ubi neq; ſic tùm quidē impetuoſum vulgus ſibilis, ac conviciis, ſe abſtinuit.

Intereà, adhûcdùm *Sueco-Saxonici* prohibebantur à *Viadri* trajectione. Sed *Arnheimius* reſciſcens, adhûc alterum per *Olaum* in proximo dari pontē, miſſo iſtûc equeſtrium millenario, pontem impetere juſſit. Ad quadringenti defenſores *Cæſareani* jam antè pontē deſtruxerant. E quibus tamen centum oppreſſi, cæteri cum *Rodſtochio* tribuno, in poteſtatem redacti ſunt. Hûc mox *Arnheimius* promovit exercitum. Pontiſque in reparationē incubuit. At poſtridie *Eichſtättus*, tribunus *Cæſareanus*, aſſumptis quindecim pedeſtrium, cohortibus, advolavit, pontis reſtaurationem impediturus. Pontemque ignibus corrupturus. Sed fruſtrâ fuit. *Sueci* enim tàm maſculè repugnârunt. Ut modò non pontem vindicarent. Sed ducentos hoſtium proſternerent. Undè pons nihilo-minùs reparari cœpit.

Etiam altera apud *Vratislaviam* caſtra tenebant *Cæſareani*. In quæ *Sueci, Saxonicique*, ingruentes, etiam hinc *Cæſareanos* ejiciebant. Itaque intrà ædem cathedralem confugerunt illi. Ubi cùm neque ſic quidem ſtatio appareret diuturna, duo tormentorum optimæ notæ paria, unà cum mortario, in urbem miſerunt. Quò ſic expeditiùs magnis itineribus progredi poſſint. Altero die *Klitzingius tribunus* tormentis in eos ſubindè cœpit animadvertere. Simulque impreſſiones ſuſcepit. Undè *Cæſareani* denuò, properè ſeſe ſubduxerunt, relictis impedimentis pleriſque. *Sueci* igitur, *Saxonicique* pedeſtres, ſolutis *Cæſareanorum* equis, fugientes inſecuti multos tàm confecerunt, quàm interceperunt.

Cæterùm *Schaffgotſius & Eichſtettus*, tribuni, tria equeſtrium millia ducentes, etiamnunc laborabant hoſtibus tranſitum intercludere. Nihilo-minùs *Arnheimius* abſoluto ponte quingentos traduxit pedeſtres. Et quanquam initio hoſtium vires reformidaret, neque ſuis confideret. Attamen, intellectâ *Cæſareanorum* novô apud *Vratislaviam* confuſione, denuò turmas ad ſe nocte accerſivit equeſtres. Quibus ſummo manè apud *Namslaviam* provectus, in *Cæſareanos* duplò valentiores, felici ſuſcepta impreſſione, novam excitavit confuſionem. Ità ut *Eichſtettus* tribunus, cum ſignis compluribus, captiviſque fermè ducentis, interciperetur. Deſiderati è *Saxonicis Baro Rechenbergius*, aliuſque magiſter equitum, cum paucis gregariis. Quo denuò *Cæſareani* debilitati conflictu, exercitus fragmina, & tabulas, vix è tanto numero ultrà ſex millia aſcendentes, *Oppelnam*, & *Coſelium* deduxerunt. Tanti utique momenti eſt, ſemel titubare, ac confundi, exercitum. Ut felicitas virtus vocetur. Pavor verò, ac cōſternatio, puſillanimitatis vicē præbeat.

VII.

Sueci, tanquam victores, Vratislavienſibus, præſcribunt leges.

Vetus illud eſt: *Victorem præſcribere leges.* Quod hoc quoque loco obtinuit. Cùm enim, dilabentibus *Cæſareanis*, legiones *Suecicæ, Saxonicæque*, apud *Vratislaviam*, tripudiarent, *Æde cathedrali*, jam antè in poteſtatem redacta, ecce! *Tupadelius* chiliarcha *Suecicus*, non dubitavit *S.P.Q. Vratislavienſi* res novas itidem inculcare. Primùm igitur præliminaribus verbis, quanta eſſet *Sueciæ Regis*, ergà *Eccleſiæ Evangelicæ Ordines* in univerſum omnes, animi propenſio: Quantoque omnes juvandi ferretur ſtudio: præmiſit. Mox tanti heröis laudes, ac merita, digreſſus, ad particularia deſcendit. Nihilque veritus eſt poſtulare. *S.P.Q. Vratislavienſis* in partes *Suecicas* tranſiret. Decretum *Lipſienſe* amplecteretur. *Cæſareanarum* copiarum præfectis, cujuſcunque ordinis, per illum *Principatum*, deinceps negaret tranſitum. Multò minùs auxilio eſſet. *Cæſareos* reditus copiis *Sueco-Saxonicis* impertiret. Acceſſus, regreſſuſque, iiſdem commodaret. Reque urgente, ſuccurreret, ac patrocinaretur. Hæc ut exactiùs deponderari poſſent, ſpatium deliberandi ad dies aliquot conceſſit. Tametſi igitur *Senatus* obiter admoneret, hoc poſtulatum magis ad totam provinciam, quàm urbem, ſpectare. Ut prolixius deliberationis intervallum ſimulátque requiratur. *Tupadelius*

adelius tamen vota illa ſuſpendere, ac procraſtinare,noluit. Qua de re elapſo illo termino, *Senatus*, re deliberatâ, ſic ordine reſpondit.

Ut *S.P.Q. Vratislavienſis* in partes *Suecicas* transeat,fidemque, ac juramenti ſanctitudinem, qua quidem *Cæſari* teneretur, velut in momento,abjiciat,hoc ex illis eſſe, quod urbi nimis grave,& religionis plenum,videatur. Parceret itaque. Neque enim pro tempore cauſſam urgere, cur fidem *Cæſari* ejurent, alteriuſque in ſacramentum transeant. Ut nec fieri id poſſit,nedùm coràm *Cæſare* excuſationem mereatur. De *Lipſienſi* decreto ità eſſe,ut,quà *Confeßionem Auguſtanam*, communis civitas omnia velit, quæcunque in *Religiònis* emolumentum à ſe proficiſci queant. Ut autem *Cæſareanarum* copiarum præfectis, ſub hoc *Vratislavienſi Principatu*, neget tranſitus, hoc infrà civitatis poteſtatem eſſe. Quàm verò per civitatem concedere tranſitus nolint, ſuper hoc ſe quidem promittere: Ejuſmodi quiddam non futurum eſſe. Ut interim reditus *Cæſari* negent, alterique impertiant, hoc per ſe non ſtare. Parceret igitur etiam huic denominationi.Interim hoc *Senatum*, *P.Q. Vratislavium* indulgére tàm *Suecicis*, quàm *Saxonicis*. Nempè decem cervices per unam portam intromitterentur. Sic tamen, ut arma portatilia,& ſuperioris notæ,inter portarum excubitores deponantur. Illi neq; per urbem pernoctarent. Sed præſente precio neceſſaria licitarent. Alia media,quibus urbs favere poſſit, aut debeat, pro tempore haud proſtare.

Hoc reſponſum,per deputatos, unà ſub circumſtantiarum deductione in chartas conjectum, atque à *Senatu*, tribuniſque plebis, confirmatum, tùm quidē fuit. Sic ut per legatos *Tupadelio*, *Schvvalbachio*,& *Kötteritio*, tribunis,intrà hortos, & æſtiva,extrà mœnia ſeſe tenentibus, offerretur. Quibus in manus acceptis excepit *Schvvalbachius*, ſeſe litteras inſpecturos, ſententiamque dicturos eſſe. In aliud ergò conclave digreſſi, re per horæ quadrantem communicatâ,rursùsque progredientes, ſic ore *Kötteritii* tribuni præeunte, reſponderunt. Gratias, inquit,& *Tupadelium*, & *Schvvalbachium*, ſe quoque, deponere legatis, pro eo,quòd articulos reſponſorios, chartis conſignatos, offerre voluiſſent. Ex illis,cujus animi,& ſententiæ *S.P.Q.* eſſet,ſic ſatis ſibi innotuiſſe. Ut in omnibus utrinque ſibi,excepto unico,conveniat. Neque enim ſe illud pro tempore urgere,ut *Cæſari* fidem ejurent. Tempore multa,inprimis conſilia,maturare. Et,ubi deinceps cum *Principibus*,*Ordinibuſque*,de ſumma belli,tractandum veniat,aliam rerum faciem emergere poſſe. Quibus de jam hæc ſufficerent. Intereà *Sueco-Saxonicum* intromitterent præſidium. Quò ſibi liceat eſſe eò ſecurioribus. De cæteris articulis rem facilè in vado eſſe. Modò ſuper præſidio admittendo non repugnent. Quo eventu mox exercitum ab urbe in hoſtes deducendum eſſe. Quodſi hoc propoſitum extrahere, ac retardare velint, fortè,tunc utique & exercitum moras tracturum. Et provinciam populaturum,eſſe. Quod utique mallent evitare. Atque hac ſuper interrogatione ſeſe etiamnunc ſententiam præſtolari.

Secundùm hæc, etiam legati, impetratâ digrediēdi veniâ, re ſummatim exactâ,redeuntes ſic depoſuerunt. Superiores,inquiunt,articulos reſponſorios ſic ſatis comiter fuiſſe admiſſos, de eo,*Senatus P.Q.* nomine, ſe decentes deponere grates. Interim unicè,atque impendiò, deprecari, quà præſidium intromittendum,parcerent. Illam enim eſſe viam,quæ civitatem, à partibus *Cæſaris*,in interitum præcipitet. Ut nec color detur, quo hunc reatum purgare queant. Nollent igitur *Evangelicæ Religionis* ſociis infortuniū accerſere. Cauſſam enim adhûc in medio eſſe: ejuſque exitum in *Dei* manibus. Eo eventu civitatem ab exercitibus *Cæſareis* omnia metuere ultima. Neque eſſe, extrà *DEUM*, auxiliatorem,in quo confidere liceat. Ideóq; denuò corrogare,mitterent hanc interrogationem, neq; iterarent. Nullum enim ſibi cognitum eſſe,qui civitati periclitanti poſſit opitulari.

Verùm, non ſic quidem acquieverunt homines militares,quin per *Kötteritium* inſtanter, ac denuò,urgerent. Præſidii rationem neceſſariam eſſe illam. Quæ niſi à voluntariis efficiatur, cogi debeat. Non multo verborum opus eſſe circuitu, ut in hoc conſentiant. Quippe rem citrà præjudicium excurrere. An neſcirent, *Sueciæ Regem* univerſum tueri *Rom. Imperium*, afflictoſque in priſtino ſtatu reponere? Huicque rerum ſummæ ſecundarias *Saxonem* & *Brandeburgicum*, *Electores*, ſociare,atque conferre operas? Qui igitur totum vindicarent *Imperium*,illos neque *Civitati*, neque provinciæ integræ, neceſſitate urgente,defuturos. Proindè voluntariò admitterent, quod amoliri non liceat. Semel enim conſtitutum eſſe,civitatis ſecuritate velle potiri. Proindè hoc agerent. Nimirùm malo,quod civitati inſtare poſſit, caverent. Omniaque exactiùs deponderarent. Bonâ fide ſeſe cum civitate experiri. Illique optimè cupere. Si quis dolosè, ac fraudulenter, agat,hunc *Diris* devoveri. Ejuſdem *Religionis* vinculum animos conciliare. Cur ergò non arma ſociarent? Cur ſeſe mutuis auxiliis fruſtrarentur? Cur non omnia, quæcunque ad divini honoris incrementum pertinere videantur, in paſſibus legitimis,proveherent? Cur non,ex adverſo *Religionis* hoſtibus,& qui *Confeßionem Auguſtanam* exſcindere laborent, conjunctis viribus reſiſterent? Eoſdemque eadem opera perſequerentur? Non igitur eſſe, ut diutiùs repugnent. Aut à *Cæſare* noxam exſpectent. Ea enim, quæ *Dei* gloriam concernant,cæteris prævalere reſpectibus omnibus.

Præmiſſis illis *Schvvalbachius tribunus* non dubitavit adjicere: Antehâc, inquit,equidem pro *Rom. Imperatore*,ſub cauſſa belli legitima, ſic militavi,ut hanc equeſtrem dignitatem titulis auxerim. Jam verò,cùm verbi divini purior cultus,ſaluſque *Chriſtianorum*, periclitentur, utique dimicare etiam contrà *Cæſarem* non dubitavi. Neque hoc propoſito receſſurus ſum, tametſi vitæ oporteat jacturam facere. Tantùm verò abeſſe, ut vituperium indè exſpectet. Ut cum tantis *Magnatibus* famam præſtoletur evidentiorem. Idem conſideraret civitas. Neque hac in cauſſa *Cæſaris* offenſam magis, quàm *Dei*, penſi haberet. Quid ergò eſſet, addidit? Quid morarentur conſentire? Satis de præſidio actum videri. Jam de conditionibus videndum venire.

Illa ubi eſſent *Sueco-Saxonicorum* urgentia verba,legati *Civitatis*, ſub evidenti remonſtratione, denuò contendere cœperunt, mitterent hanc in-

terrogationem. Satisfieri autem ſibi paterentur communis civitatis propenſione, ac voluntate egregia. Neque enim rationes afferri poſſe, quibus *Reſpublica* tutò acquieſcat. Itaque præſidii acceptionem nollent operoſiùs inculcare. Si qua in realia tàm *Suecicis*, quàm *Saxonicis*, copiis uſui eſſe poſſint, tùm pro re nata, ſeſe illis non defuturos.

VIII.

Suecis ab Vratislavienſibus Baſilica, ſive templum cathedrale, permittitur.

FRuſtrati exſpectatione ſua *Strategi* illi *Sueco-Saxonici*, nihilo-minùs neque ſic quidem urgere, aliudque, ex alio ducere, deſtiterunt. Dùm ergò civitas nollet præſidium admittere, etiam hac in parte ſeſe aliquid de rigore remittere, ac vices, operaſque bipartiri, velle regreſſerunt. Placeret igitur partem præſidii urbani, ſub manu præfecti militaris, ad ſe transferre. Eâdem ſeſe rurſus operâ totidem cohortes, ſub certo præfecto, immiſſuros. Qui utrinque in verba jurarent. Hanc denique rogationem legati rejecerunt ad *Magiſtratum*. Simulque unius diei, pro deliberatione, ſpatium impetrârunt. Ità die ſequenti, ipſis *Id. Septembr. Senatus*, auditâ legatorum replicatione, in *Curiam* bono manè confluxit. Reque conſtitutâ, à meridie *Iungermannum* centurionem, litteris fiduciariis inſtructum, dimiſit in caſtra. Omni induſtria accuraret, quò verbis, rationibusque, humaniſſimis, tribunos illos deliniret. Propoſitumque expectoraret. Qui cùm in ſecreto cum *Suecis*, *Saxoniciſque*, diu contuliſſet, tandem ſuperadjecit: Civitatem ſic quidem ſentire. Ut milites ſtipendiarios ſuos ſibi ſervare, nullamque permutationem concedere, cupiat. Quòd enim *Rom. Imperatori*, tanquam domino hæreditario, cui utique juramenti ſanctitudine devinciantur, illud negari accidiſſet. Eò minùs ſive *Suecis*, ſive *Saxonibus*, hoc permitti poſſe. Trecentos enim excurrere annos, ex quo tempore intrà mœnia externum non fuiſſet præſidium.

Poſt longas igitur, & prolixas, tractationes, *Vratislavienſes* hoc indulſerunt, ut *Templum cathedrale* ſex equeſtrium, ac decem pedeſtrium, cohortes admitteret. Quæ quidem è *Principatu Vratislaviano* alerentur. Et ſic quidem, rebus tandem tranſactis, *Sueco-Saxonici*, *Arnheimium* ſequentes, cæteras legiones deduxerunt.

IX.

Catholicæ Religionis exercitio per Sileſiam paſſim abrogato, Auguſtana confeſſio refloreſcit. Nyſſaque, & aliæ civitates, expugnantur.

ILlas inter tractationum extractiones, varia per *Sileſiam* oppida in *Suecorum*, *Saxonumque*, poteſtatem venerunt. In quibus *Confeſſionis Auguſtanæ* exercitium tùm quidem cœpit refloreſcere. Sic ut, præſertim in illis circà *Reichebachum*, & *Franckenſteinam*, tractibus, *Calend. Septembr. Lutheranæ* doctrinæ axiomia, ſacramentorumque uſus, juxtà *Auguſtanæ Confeſſionis* canones, adminiſtraretur poſtliminiò. Undè chorus indigenarum, nuper minis ad *Catholica ſacra* adactorum, eâ ſub pœnitentiæ demonſtratione, ad ſacram proceſſit ſynaxin, ità ut multis lacrymæ excuterentur. Inter cæteras, *Svveidnitia* civitas *Auguſtanæ Confeſſionis* reproductionem ab *Arnheimio* flagitavit. Qui, miſſo concionatore *Evangelico*, votis illorum ſubſcripſit.

Idem pluribus in locis reformationis ſucceſſit negotium. Ut *Monachi*, ac ſacerdotes *Pontificii*, hac ſub enovatione, maturrimè emigrarent. Quorum imitatione, etiam civitatum præfecti, ac ſenatores, adverſæ *Religioni* addicti, alibi halcyonia quærentes, ſtationes deſeruêre. Cùm neque illis quidem, ſub id genus tropicis, à vulgo, more ſuo in res novas propendente, affulgeret ſecuritas.

Cæterùm, progreſſibus hujus per *Sileſiam* expeditionis feliciter auctus *Arnheimius*, cæteris locis, anteà in poteſtatem redactis, tanquam cumulum quêdam, adjecit *Nyſſam* civitatem. Quam quidem cepit deditione. Pariterq; *VVartenburgum*, *Baronis de Dona* caſtrum, diuturno labore communitum, intercepit. Undè in viginti tormentorum paria, magnumque inferioris notæ armorum apparatum, incidit. Paulóque ulteriùs provectus, catervas *Croatarum* apud *Glazam* fortalitium cæcidit. Dimiſſiſque illic legionibus, potiſſima cum copiarum parte, *Oppelnium* direxit. Quam quidem vi injecta expugnavit, cæſis præſidiariorum, ſub furore militari, plurimis.

Externa.

De actionibus Hiſpano-Batavis.

CAP. I.

De Batavis, Venloum, & Ruremundã, occupantibus.

I.

Oxenſtirnus, legatus Suecicus, Batavis, in maturam expeditionem propendentibus, calcar addit.

PAulò ſuprà præmemoratum eſt, *Galliarum Regem*, ob *Reginam* matrem, *Ducemque Aurelianum* fratrem, in *Belgium Hiſpanicum* tranſeuntes, offenſum, *Ordines Batavos*, etiam ſubminiſtratis ſumptibus pro notabili in *Hiſpani-*

cas

ſolicitaſſe illas Provincias ematuranda ex-editione. Eam dubio procul acceptantes *Ba-vi* conditionem, ſub huius anni limine, o-nibus, ſub ſe merentibus, militum præfe-tis, ſeriò indixerunt, ad Calendas Martias ſin-uli cohortibus;antè ſuppletis;ac præparatis,adeſ-ent. Imperiaque exſpectarent. Eâdem operâ aves, pro inſtruenda claſſe, reficiebantur, ut uàm primùm, rebus neceſſariis inſtructæ, inſer-irent impreſſioni claſſiariæ. Ex adverſo *Belgium iſpanicum* omnibus, quod aiunt, copiis elabora-e cœpit, quò maturrimè non minùs exercitus et-am ſuos produceret. Quo nomine per regna *Hi-banica* indictiones auditæ ſunt.

Quò magis itaque in evidentem *Batavi* expedi-ionem incumberent, *Rex* non unicus inſtitit. Præ-er enim *Galliarum Regis* ammonitionem, *Rex Sue-iæ* inſuper *Oxenſtirnum* legatum *Cancellarii* illius egii agnatum, è *Galliis* in *Batavos* eam in rem tranſi-e juſſit. Qui *Hagam Comitis* intrans ceremoniis olennibus,ac ſplendidis, exceptus eſt. Poſtridie ntrà *Ordinum*, & *Vranii*, conſeſſus admiſſus ſaluta-ionis illa communia depoſuit. Abindè, more *Ba-avo*, per deputatos cum eo actum eſt fuſiùs. Cu-us miſſionis ſumma eò excucurrit. Nempè, *Sueciæ Regem*, venerabilis amicitiæ mutuæ præeunte lege, ogare *Ordines Confœderatos*, paterentur copias ſuas videnti ſub expeditione maturiùs educere. Quò ic, communi ſub occaſione, communibus hoſti-bus omni ex parte occurri, eorundemque vires de-bilitari, poſſint. Hæc res ſponte currentibus calcar dedit. Ità, ut legati voto abundè tùm quidem pol-licitationibus ſatisfieret. Unàque, atque altera, legio porrò recèns ſtipendiis obligaretur.

II.

Flandriæ ſubditorum, ſuper copiis, in Germaniam emiſſis, querelæ. Itemq; Claſſis Indicæ aurea vellera.

UBi ergò *Ordines Hollandiæ*, *Friſiæque*, conventu indicto, decreviſſent, maturandam eſſe expe-ditionem. *Vranioque* hanc in rem de ſumptibus ve-nire proſpiciendum. Ecce! *Flandriæ Comitatus* ſub-diti hanc ſeriam, ingentemque, *Batavorum* præpa-rationem bibulis auribus haurientes, dimiſſis ad *Infantem Hiſpanicam* codicillis, prolixam texere notati ſunt querelam. Nimirùm, inquiunt, illam in præſentiarum *Hiſpanicis* provinciis inſtare neceſ-ſitatem, ut vigilantiâ præcipuâ ſit opus. Præſertim, cùm *Vranius* validam, ingentemque, præparet ex-peditionem. Dùm igitur copiæ in *Germaniam ſupe-riorem* identidem emitterentur. Rogari *Infantem* verbis humilimis, pateretur legiones illas, *Impe-ratori*, & *Ligarianis*, permiſſas, in *Belgium* revocare, Patriæque inprimis proſpicere.

Sed tanquam tralatitia hæc *Hiſpanis* tùm qui-dem accidit rogatio. Illi enim æquè, ac ſuprà, iden-tidem copias in *Germaniam* expedire perſeverâ-runt: quæ tùm temporis ad *Moſæ, Moſellæque*, traje-ctus tetenderunt. Interim non ſegniùs domi quo-que arma parârunt. Ut etiam intrà *Hiſpanias* in-gens præpararetur claſſis, non tàm pro vellere ar-genteo deducendo, ſed etiam *Fernambuco* expu-gnando. Verùm, utroque hoc exciderunt propo-ſito. Nam cùm *Claſſis* argentaria ex *Nova Hiſpania* in *Indias Occidentales*, triginta conſtans navibus, *Ha-vanam* peteret. Illic ut cum alia claſſe vires con-jungeret. Ecce! magnâ tempeſtate disjecta eſt, decem indè navibus colliſis, ac pereuntibus. E quibus par triremium, *Iove* argenteo oneratarum, ſimulátque mergi cœpit. Hominum millenario, ac quingentis, atque inter eos dynaſtis, præfectiſ-que, præcipui nominis, communi ſub maris exle-gis calamitate occumbentibus.

Hæc ubi procella multorum per *Hiſpanias* fla-gellaret non obſcurâ triſtitiâ animos, nihilo-mi-nùs paulò deinceps candidiores ſoles prodire viſi ſunt, ubi alia claſſis aureo vellere onuſta, ſub *Thomæ Aroſtigvii* ductu, ex *Indiis* feliciter appulit. Quæ cùm octo auri milliones inferret, *Rex Catholicus* hac compenſatione ſuperiorem jacturam eò re-ctiùs concoquere ſuſtinuit.

III.

Batavi, exercitum educentes, Venloum, & Ru-remundam, civitates, occupant. Vbi Erne-ſtus Caſimirus Naſſovius occumbit.

EO tempore, ſub ingenti ſecreto, *Henricus Comes Montanus*, ab *Hiſpanis* ſeceſſionem faciens, venit *Hagam Comitis*. Ubi ab *Vranio*, legatoque *Gallicano*, exceptus, intràque *Palatium* receptus fuit. A cujus adventu paulò poſt *Ordinum Batavorum*, ad provin-cias, civitatesque, *Hiſpanicas*, directum, emanavit decretum. Quod tale fuit: Poſteaquàm *Hiſpani*, eorumque complices, propter tyrannicas, ſub ci-vitatũ expilationib⁹, exuſtionib⁹, excarnificationi-buſq; actiones, antehàc à confœderatis *Belgii Ordi-nibus* pro hoſtibus renunciari cœpiſſent. Illi verò, non obſtante hoc reſpectu, partim aſtu, ac furtivis molitionibus, partim injectâ vi potiſſimas provin-ciæ partes redegiſſent in poteſtatem. Sic, ut multæ regiones, crudelibus modis exercitæ, jacturam li-bertatis, privilegiorum, ac jurium, ſuorum feciſ-ſent. Eoque ipſo commerciorum, fortunarumq;, caſu obrepente, ingens immineat ruina. Hac de re, ex lege viciniæ, eoque affectu, quo proximarum provinciarum incolas proſequerentur, opportu-num ſibi viſum eſſe, illos amicis verbis ammonere. Exemplo majorum ſuorum, durum, & intolerabi-le iſtud *Hiſpanorum* jugum excuterent. Operaſque confœderatis cum provinciis ſociarent. Quo no-mine in præſentiarum auxilium exercitus *Batavi*, ſub circumſpecta *Vranii* directione, ipſis offerri. Sub ſancta hac pollicitatione, illas & civitates, & regiones, unà cum incolis, tàm *Eccleſiaſticis*, quàm *Secularibus*, cujuſcunq; modò eſſent ſive ordinis, ſi-ve conditionis, à ſe defendẽdas. Subq; jurium, pri-vilegiorum, & immunitatum, *Religioniſq; Catholicæ*, exercitiis, uſibuſq;, liberrimis, protegẽdas venire. Ità, ut cum illis, ex amicæ vicinitatis, lege, vivere, negotiari, commerciiſque mutuis operam dare, affecti ſint. Eo ipſo futurum, ut *Hiſpanis* communi-bus, majoribuſq;, viribus obviam iri amet. Tùm univerſæ provinciæ *Belgicæ* in priſtina quiete, ac refloreſcente ſtatu, reponi poſſint. Quaratio-

ne ſiquidem incolarum res, & peculium, augeatur. Non vanam ſpem naſci, præfatas illas provincias, unà cum dynaſtiis, incoliſque, hac occaſione feliciter uſuros. Seſeque ex voto conformaturos eſſe.

Ubi ergò ingentes intrà provincias confœderatas præceſſiſſent armorum præparationes, quibus *Batavi* tàm per continentem, quàm mari-tenùs, in *Hiſpanos*, velut hoſtes œcumenicos, educerent. Ecce! antequàm exercitus moveret, indictis feriis, pro felici caſtrorum ſucceſſu, vota cœperunt nuncupari. Illis peractis ſacris; *XV. Calend. Iun. Vranius* equeſtres præmiſit copias. Quas mille, & quingenta, excepêre vehicula. Tota verò caſtra poſtridie à *Neomago* ſubſequi cœperunt. Prima agmina ducebantur à *VVeinbergenio* tribuno, & *Erneſto Caſimiro Naſſovio*, equeſtris militiæ archiſtratego. Eos exceperunt legiones equeſtres aliæ. Pontonumque multitudo carris impoſitorum, omnis generis rutris, ligonibus, bidentibus, aliiſque inſtrumentis bellicis, onuſta. Tormenta notabantur numero octoginta majoris, minoriſque, notæ. Baliſtariis, cunicilariis, & id genus opificibus, pulcro ordine procedentibus. Inter hæc, *Guilhelmus Naſſovius, Roſencrantzius, Pinſeniuſque*, paulò altiùs tres produxêre legiones. Hoſtibus, ſi quid vellent, occurſuras.

Nec mora, mox hæc expeditio cœpit ſpectare ad effectum. *Vranius* enim, *Artena* arce potitus, *Venloum* per equeſtres concluſit. Uſque dùm integer ſuperveniret exercitus. Primùm igitur foſſis, ac numerorum ſepimentis, excitatis, tormenta diſponi cœperunt. Quibus impendiò cooperantibus poſt triduum civitas *Vranio* ſe permiſit. *Hiſpani*, ex lege militari, dimiſſi ſunt.

Præventis illis auſpiciis, *Erneſtus Caſimirus Naſſovius*, cum equeſtrium manu, numeroque tormentorum, ſummo manè *Ruremündam* cinxit. Qui dùm circà civitatem ſepimenta excitat militaria, omniaque pro obſidione ordine diſponit, circà meridiem glande bombardaria, ſic ferè debilitata, in capite læſus eſt. Undè paulò poſt intrà horam tertiam, ac quartam, hujus vitæ, non ſine ingenti ſuorum dolore, implevit mimum. Interim, ſequentibus ſub conditionibus, poſtridie civitas fecit deditionem. Nimirùm *Senatus Religionis Calvinianæ* ſectatoribus intrà civitatem templum aperiret, pro ſacrorum uſibus. Civitas, ſub obedientiam præpotentium *Ordinum* liberè ſe recipiens, deinceps uteretur juribus, privilegiis, reditibus, quibuſcunque. *Catholicæque Religionis* exercitium continuaret. Quouſque ſeſe *Ordinum*, hoc in paſſu, legibus conformabit. Neque illi præſidium eſſet moleſtum. Sed eodem tenore, quo cæteræ confœderati *Belgii* civitates, illis permittendum. Magiſtratibus, & illis, qui præſunt, officia conſervarentur. Ità tamen, ut in verba *Ordinum* jurent. Quicunque, nomine *Regis*, officia geſſiſſent, manerent intrà civitatem, poſſeſſionibuſque fruerentur, abſque ullo confiſcationis metu. Quodſi emigrare cupiant, hoc intrà biennium facerent, bonis ſuis commodè, atque ex animi ſententia, divenditis. Reditus ordinarii, pro civitatis neceſſitatibus uſuvenientes, eodem in ſtatu relinquerentur. De quibus ci[...] tatis opera, ac munimenta, confirmarentur. To[...] menta, arma, annonaque, ad *Regem* ſpectantia, tr[...] derentur illis, quos miſſurus eſt *Vranius*. O[...] mnes præfecti militares, gregariique, *Regi* ſtipe[...] diis obligati, ſub plenis armis, ſignis volantibu[...] pulſis claſſicis, glandibus intrà buccas retentis, f[...] niculis ardentibus, ſarcinuliſque, *Rheinbergam* l[...] bertimè educerent. Vehiculis ab *Vranio* indu[...] tis, quibus opus erit. Sub cuſtodia ad uſque qu[...] tuor paſſuum millia. Deinceps, comite tub[...] cine, deducerentur *Rheinbergam*. Sub ſuperior[...] bus articulis feminæ, & impedimenta, tàm pr[...] fectorum, quàm gregariorum, comprehend[...] rentur. Præſens *Cancellarius*, & quidam *con[...] liarii*, nec non centuriones, civesque, ſub *Vr[...] nii* permiſſu, & diplomatibus, abſentivi, it[...] demque *Eccleſiaſtici*, certis de cauſſis profecti, r[...] dirent, priſtiniſque gauderent beneficiis. Pr[...] ſentes *Regis* conſiliarii, ac miniſtri, quicunqu[...] in continente habitare velint, tributaque [...] trinque perſolvant, illud abſque ulla ſpeciali pe[...] miſſione, ſive ſalvo conductu, exequerentur. H[...] adjecta clauſula, ne quid adversùs *Ordines* co[...] fœderatos deſignent. Miniſtri, conſiliarii, qua[...] ſtores, & fiſcales, hactenùs officiis ſuis fungente[...] nullo pacto ratione iſtorum muniorum, infeſt[...] rentur. Nedùm actio in eos ſive perſonalis, ſiv[...] realis, haberet locum. Sed omnia in unive[...] ſum perpetuo tranſcriberentur ſilentio. Ex ad[...] verſo, reditus, proventus, tributa, ratione[...] que, ab anno *M. DC. XXXI.* reſtantia, & ad *Rege[...]* pertinentia, exigerentur. Pari lege omnes pa[...] dectæ, codicilli, Privilegia, Acta, & Sigill[...] ſub archivis, & curia, præſentia, redderentu[...] illis, quos *Ordines* nominabunt. Sic, ut ratio[...] num quoque ſuperioris anni traderentur exem[...] pla. *Ruremündanis* denique graviora non impone[...] rentur onera, quàm, ſubducta proportione, *Neo[...] magum, Zutphania*, & *Arnheimium*, tres *Geldriæ* civi[...] tates præcipuæ, ferrent. Illis conſummatis tracta[...] tionibus, ratiſque articulis, *Hiſpanis* egredientibu[...] præſidiarii *Batavi* ſunt intromiſſi.

IV.

Leodienſes, beneficio Galliarum Regis, Medii eſ[...] jubentur à Batavis.

HAc ſub *Batavorum* expeditione, *Leodienſe[...]* jampridèm in *Galliarum Regis* per *Auſtraſian[...]* ſucceſſus curioſos coniicientes oculos, illud animi[...] agitare cœperunt, quò ſeſe maturiùs ex hac tempeſtate ſubtraherent. *Mediiq;*, ſicut vocant, haberentur. Eum igitur ſcopum aſſecuturi, per *Chriſtianiſſimi Galliarum Regis* latus effecerunt, quod in votis erat. *Rex* enim tantùm non penès *Batavos*, ſed aulam *Bruxellenſem* etiam hanc *medietatem*, ſive, ut vulgò vocant, neutralitatem, illis impetravit. Quo obligati beneficio, *Fenſueum Baronem, Ducatus Bullionai* gubernatorem, juxtà *Ruelleſum* conſulem, denuò ad *Regem Chriſtianiſſimum* demiſerunt. Illi tàm pro *Regis* interceſſione humiles deponerent grates. Quàm gratiæ regiæ, inter cætera, porrò *Rempublicam* commendarent.

Lega-

Legatis, poſt exhibitas litteras fiduciarias,
uſſam ſuam perorantibus, *Rex* ſequentes co-
icillos reſponſorios, ad *Ordines* provinciæ *Leo-*
ienſis, datos, diſtribuit. Quorum verba erant i-
a: Nimirùm, inquit, miſſionem *Fenfuei Baro-*
is, *Ruelleſique* conſulis, legatorum, *Regi* pergra-
um fuiſſe. Illos enim loco, ac teſtimonio, per-
everantis illorum ergà *Regem*, regnumque, de-
otionis extitiſſe. Etiam legatos ſuo munere ſic
uidem fungi cœpiſſe, eorum ut rogatio apud ſe
ocum clementiæ invenerit. Neque optimam
oluntatem defuturam eſſe, quâ *Rex* declarare af-
ectus ſit, quàm illorum felicitatem, atque emolu-
nentum, ex animis quærat. Ejuſmodi igitur, & a-
iud nihil, præſertim hoc temporis ſtatu, data oc-
aſione, à ſe exſpectarent.

Secundùm hoc reſcriptum, *Rex* porrò lega-
is, verbis clementiæ plenis, coràm ſuperingeſ-
it. Nempè *Regi* ſibi, inquit, pergratùm ac-
idere. Dùm tres provinciæ *Leodienſis Ordines*,
ræeuntibus tàm codicillis, quàm verbis *Fen-*
uei Baronis, *Ruelleſique* conſulis, memoriam be-
eficiorum, à majoribus ſuis, *Galliæ Regibus*,
ntehàc acceptorum, nondùm depoſuiſſent.
Prout velilla, laude, ac memoratu, digna, ve-
ſtigia, ſub templorum elegantium fundationi-
us, aliiſque id genus beneficiorum generibus,
a ſub provincia, in oculos incurrerent. Pari
operâ commodùm eveniſſe, ut interceſſoriæ *Re-*
gis, tàm apud *Hiſpaniarum Infantem*, quàm con-
fœderatos *Belgii Ordines*, cum pondere fuiſ-
ſent. Cùm ſine dubio, ſi abſque illa *Regis*
fuiſſet interventione, medietatis jus illud ob-
tineri haud quidem potuiſſet. Irent nunc le-
gati, & tribus provinciæ *Ordinibus* intimarent.
Regem illis etiam deinceps optimè cupere. Hanc-
que clementiam, benevolentiamque, datis qui-
buſcunque occaſionibus, magis factis, quàm
verbis, implere velle. Vice versâ eandem *Re-*
gem ſibi ab illis promittere benevolentiam amœ-
bæam, qua in regni ſui amplificationem, ac com-
modùm, conſpirent. Quo nomine ſcirent *Re-*
gis gratiam fore duplo auctiorem. Conceſſio-
nes porrò & exemptiones, à *Carolo VII.* & *Ludovi-*
co XI. Galliæ Regibus, majoribus ſuis, profe-
ctas, ſe renovaturum, confirmaturumque. Im-
mò omnem operam daturum, quò à partibus tàm
Hiſpaniarum Infantis, quàm *Ordinum* confœderato-
rum, provinciæ *Leodienſium* jus medietatis, ceu vo-
cant, ſartum tectumque conſervari queat. Quo
fine *Rex* per legatos ſuos, illic commorantes, hanc
rem curaturus eſſet.

CAP. II.

De Henrici, Comitis Montani, ſeceſsione ab Hiſpanis.

I.

Henricus, Comes Montanus, ſeceſſione ab Hiſpanis facta, litteris interpellat Hiſpaniarum Infantem.

Duces exercitus, fortiter, ac glorioſè, vincentes, haud ſemel in invidiam, crimenq; affectati regni, veniſſe, vel exemplo *Belliſarii* triumphantis, è *P. Diacono* innoteſcit. E contrà, eoſdem, fortunâ adversâ, ac partibus non favente haud ſegniùs omnium plerumq; odia, & accuſationes, incurrere, pluribus indiciis probari poteſt. Ut etiam *L. Minucio*, *Coſ. Romano*, rem in *Æquos* infeliciter gerenti, *Conſularis* illa dignitas, ſub amara increpatione, à *L. Quintio Dictatore*, referente *Livio*, fuerit abrogata. Ejuſce rei hoc tempore evidens in *Henrico*, *Comite Montano*, belli duce laudato, ac ſtrenuo, nobis ſuppeditatur paradigma. Cui poſtrema expeditio, *Batavis* ingenti calliditate *Veſaliam* intercipientibus, cùm, fortunæ magis, quàm virtuti, tribuenda, non uſque quaque dynaſtis riſiſſet *Hiſpanicis*, inter cætera, invidiam conflavit. Sive igitur nationis æmulatio, ſive alia id genus ſimultas, illi nocuiſſet, de remedio cogitare cœpit, quo ſeſe ingratis, invidiſq;, commilitonibus ſubduceret. Hac de re, relicta ſtatione militari *Hiſpanica*, in *Batavos* & deinceps *Leodienſes*, recedens, cauſſam abſentiæ ſuæ, tàm *Hiſpaniarum Infanti*, quàm cæteris *Belgii Hiſpanici Ordinibus*, per codicillos reddidit. Quorum illi, qui ad *Hiſpaniarum Infantem*, provinciarum gubernatricem, primitùs emitti cœperunt, ſunt hi tales: *Sereniſſima Princeps*, inquit, quin, ſuper injuriis, mihi intentatis, apud te humilibus verbis conquerar, intermittere nequeo. Nam & ex defectu legionum imperium militare mihi abrogatum eſt. Et jam id agitur, ut honeſtæ exiſtimationi meæ, prorsùs abolendæ, inſidiæ ſtruantur. Ut neque fides, neque merita, quibus per integros quadraginta annos familia mea mecum *Hiſpaniarum Regibus* operam navavit, ullo ſint loco. Tria enim fratrum paria ſub regia perdidi militia. Ejus commatis hæc quoque accedit querela. Nempè è pernicioſo provinciarum regimine accidere, ut felicibus hoſtium armis *Religionis Rom. Apoſtolicæ* interitus acceleretur. Scilicet, equeſtres, & indigenæ, ſordent, *Hiſpani* verò ſoli, inſtar pomorum, natant. Famæque, atque opibus ſuis, velificantur. Illos nihil æquè penſi habere, conſtat, quàm, oppreſſis indigenis, atque equeſtribus, tàm impotente ſub dominatu, ut perpetua ſerie hoc bellum, inſtar funiculi, ducant. Quo nomine inducias remorantur. Illudque unicè agunt, quò, cæterarum nationum ſub contemptu, ipſi ſoli rerum potiantur. Non me fugit, ô *Princeps*, quàm tute aliam rerum faciem lubens intuereris. Et quàm opportunum foret, ut provinciarum *ordines*, excluſis *Hiſpanis*, aliis legibus experirentur. Cùm enim, nomine *Regis*, antè biennium, mihi *Mareſchalli* militaris offerre condignata ſis imperium. Et illud quidem oculis obverſetur, provincias in interitum inclinare. Ea propter, illi officio me ut accingam, tàm provinciarum ſalus, ac proſperitas, quæ mihi curæ eſt, quàm jurium, ac pri-

vile-

vilegiorum, *Religioniſque Romano-Catholicæ*, conſervatio, me impellunt. Ut omnes operas, fortunaſque, impendere cupiam, uſque dùm in florentem reducantur ſtatum. Subque pacis optatæ reproductione poſtliminiò reſplendeant. Sic ut, ô *Princeps*, ſub quieta, ſubditiſque accepta, gubernatione, tàm præeſſe, quàm prodeſſe, queas. Hoc quippe tempore ab id genus hominibus *Reſpublica* turbatur, qui nihil aliud, niſi provinciarum everſionem, intendunt. Subditorumque calamitatibus paſcuntur. Neque enim, prout equidem judico, utilius conſilium aut ſuppeditari, aut meliori rationi regionum neceſſitatibus ocurri, poterit. Proindè eo inſtituto ad *Leodienſes* me recepi. Illic ſecundam præſtolaturus fortunam, donec tàm juſtum, támq; utile, propoſitum quàmprimùm deducere poſſim in effectum. Quod, *Deo* conatibus aſpirante, futurum mihi promitto. Cujus te quidem tutelæ, ô *Sereniſſima*, commendo. Qui tibi valetudinem longævam, ac felicem, toti verò *Chriſtiani* nominis orbi ac mihi, meliora largiatur tempora.

II.

Ejuſdem ad Præſules, Ordinesq́; Belgij Hiſpanici, litteræ.

NEc ſat illi fuit, *Infanti Hiſpaniarum*, quid vellet, indicâſſe. Ut porrò totidem verbis ad *Præſules*, & *Ordines*, provinciarum dederit. Nullus, inquit, dubito, ô *Amici*, quin prout ſunt hominum mores, multi multa, & quidem ingrati ſaporis, ſuper eo, in vulgus diſſeminaturi ſint, dùm imperium militare mihi cœpit abrogari. Ideóque notum vobis equidem facio, ex tranſverſo, ac præter voluntatem meam eveniſſe, ut copiæ, quarum mihi tùm uſus erat neceſſarius, mihi ſubtraherentur. Etenim me neutiquam fugiebat, hoſtes in proximo delectus inſtituere, copiaſque luſtrare. An ergò non indoleam, tàm ſiniſtram mei habitam eſſe rationem? Ut pro officii mei, à tanto tempore, per quadraginta annos, fideliter præſtiti, compenſatione, hoc excipiam? Ut, præter tria fratrum, ſub hac *Regis Hiſpaniarum* militia, occumbentium paria, etiam ipſe tàm honoribus illis, quàm vita fortè ipſa, privandus ſim? Prout verò naturali ex inſtinctu in *Belgii* res ſecundas feror. Ità, ex adverſo, omnia intrà Provincias in caſum inclinare, ægerrimè mihi quidem accidit. Indè eſt, ut vos publicis hiſce tabellis alloqui conſtituerim. Ex quo ſententiam, ac propoſitum meum, vobis haurire ſit proclive. Quo animo, pro provinciarum, omniumque noſtrûm, ſalute, atque incolumitate, ſim affectus. Sub ſpe, futurum, hæc ut vobis declaratio non modò non accidat ingrata. Sed etiam operas veſtras ſociare cupiatis. Quò deinceps optatâ pace, ac quiete, poſtliminiò introducta, gaudere queamus.

Secundùm hæc, opportunum duxi, vobis, hoc ſub alloquio, ſimulátque repræſentare, undè & quibus de cauſſis, *Marhio de Leganes* vultus in me elevârit. Offenſamque coquens mihi apud aulam *Hiſpanicam* conflârit invidiam. E quibus illud præcipuum locum obtinet, quòd *Bruxellas* eo tem-
pore copiis, expilationem de induſtria meditan
tibus, præſentique devaſtationi, eripui. Quer
liſque civium ſubſcripſi. Quæ res uſque adeò pu
pugit tùm quidem *Marchionem*. Ut criſtas è pile
plicatiles, in mea, pluriumque, præſentia, proje
cerit. Cùm tamen *Ambroſius Spinola Marchio*, con
ceptis verbis etiam gratias mihi depoſuiſſet, quò
cives ſervavi. Neque extrema illis intentari per
miſi. Alterùm ejus ſimultatis ſeminarium hc
eſt. Nimirùm, præfatus *Marchio*, coràm tùm v
vente *Spinola*, ſumma cum animi impotentia ira
cundiſſimis mihi obiicere cœpit verbis: In eo m
implacabiliter peccâſſe, dùm aliquandò hom
nibus, legionibuſque, *Italicis* permiſiſſem. Ill
primos ordines ducentes, primi in hoſtes, mover
te exercitu, ducerent. Neque enim hanc pra
rogativam ulli alteri, extrà *Hiſpanos*, nationi, jux
tà vel *Regis* ſanctionem, competere, cauſſatu
Præter hæc, *Hiſpanorum*, in internecionem mea
conjurantium, odia ſatis perſpicio, vel ex eo, dùi
effigiem meam, apud *Bruxellas*, intrà portam ſte
lariam extantem, globulis trajecerunt. Illis ſupp
eſt hoc quoque. Dùm litteras, ſuper prærogativ
militari à *Rege* ad me ſpectantes, nunquam trad
dêre. Nihilo-minùs, antequàm tabellas illas mil
ceſſiſſent, ut in *Hiſpanias* proficiſcerer, perſuader
conati ſunt.

Hæ nunc, & id genus injuriæ, calumniæq; ac d
fficultates, perplures, quarum magna pars diverſ
temporibus mihi objecta eſt, non niſi juſta ſu
temporis extenſione, à me narrari poterunt. U
totum juxtà mundum in admirationem coniicer
ſatagant. Quis enim non ſtupeat, me inſolen
tiis, inſultibuſque, illis ferendis à multo tempor
parem fuiſſe? Interim, dùm ſubditorum inſon
tium afflictiones conſidero. Militum ſtipendia
riorum inopiam contemplor. Certè bonam i
ſpem venio, fore, ut eò plures hoc inſtitutun
meum ad animum admittant. Illudque calculi
ſuis approbent, adjuventque ultrò. Ut ex adverſ
noxias *Hiſpanorum* (qui, ſub quotidianis illis ſui
conventibus, rei benè gerendæ occaſiones diſper
dunt omnes) actiones abominentur. Eóque ſum
mam rerum dirigant, quò pro introducenda i
provincias quiete, ac ſecuritate, *Infantis Hiſpanic*
regimen aliis ſub legibus confirmetur. Nequ
ſcio defuturos *Reges*, *Principeſque*, qui hanc in rem
manus, operaſque, commodabunt. Ego deniqu
ea fide, atque integritate, vobis officia mea declarare, ac navare, cupio. Meliorem ut ne quidem exſpectare liceat.

III.

Ejuſdem, ad homines militares, pro conſervatione ſtatus publici, declaratoria.

NEque hîc quidem acquievit *Henrici* illius, *Comitis Montani*, indignatio, ac curioſitas. Verùm publico quoq; diplomate, ſuper reducenda *Provinciarum* quiete, ac felicitate, homines militares ſic quidem cõpellare perrexit. Ità verò ille: Nos *Henricus, Comes de Monte*, exercitus *Hiſpanici Mareſchallus* generalis, omnibus, has tabulas inſpecturis, cu-

juſcun-

ıſcunque dignitatis, nationiſque, notum, teſta-
ümque, facimus. Nimirùm, nos, ob injurias, & inhumanitatem, *Hiſpanorum*, pro fidelibus noſtris, per annos integros quadragintà præſtitis, officiis, eò animum adjeciſſe, ut officio, imperioque militari illi noſtro, pro provinciarum privilegiis, ac juribus, itemque *Religionis Romano-Catholicæ* conſervatione, militumque juxtà votis, ac deſideriis, ſatisfacere cupiamus. Atque hoc illud eſt, cur *Leodium* pro tempore ſeceſſerimus. Nimirùm, ut omnium nationum, exceptis *Hiſpanis*, centuriones, ſigniferi, ac locumtenentes, nobis exoptati, acceptique, ſint futuri. Quibuſcunque ſub imperio noſtro militare velle viſum erit. Illis enim, pro cujuſcunque loco, ac qualitate, munia partiemur. Stativaque dividemus. Sub ea declaratione, futurum, ut ſingulorum juſta, & idonea, habeatur ratio. Sic quidem, ut ſi quis ſive locum tenens, ſive alius, ducentos adducat pedeſtres, ille in centurionem ſublimetur, poteſtatemque habeat nominandi locumtenentis. Sic, ſi quis ſignifer, aut locumtenens, centuriam equitum conquirat, inferatque, is magiſter equitum deſignetur, cum poteſtate nominandi tàm locumtenentem, quàm ſigniferum. Egregariis equeſtribus in ſingulos dies unuſquiſque tres *Ferdinandici* partes, è pedeſtribus verò ſinguli albos novendecim, accipient. Uſque dùm delectus haberi poterit. Quo tempore unicuique menſtruum numerabitur ſtipendium. Deinceps ſingulos in menſes ſingulis cujuſcunque ſive dignitatis, ſive ordinis, perſolvendum. Et hæc illis certitudo erit confirmatiſſima.

Eapropter omnes, quibus provinciarum ſalus eſt curæ, quibus jugo *Hiſpanico* colla ſubducere velle ſedet, & quibus denique honoris, atque officii, ſublimatio quæritur, certioraque ſtipendia petuntur, invitamus. Venirent modò intrà *Leodium* ad aureæ crucis interſignium. Et intrà diverſorium nomina ſua parariis, ac delectis, noſtris profiterentur. Hæc ille.

CAP. III.

Hiſpaniarum Infantis ad provinciarum Ordines, ſuper Henrici, Comitis Montani, actionibus, dehortatoria.

Illas ad publicationes ubi magna pars à partibus *Hiſpanorum* apud *Henricum Montanum* nomina profiterentur. Ità, ut modico temporis ſpatio validum colligeret manum. *Hiſpaniarum Infans*, rebus id genus novis ad animum admiſſis, vereri cœpit, ne provinciarum *Ordines* quoque attraheret in partes. Itáque præoccupandos illorum judicavit eſſe animos. Ne indè rei publicæ quiddam detrimenti accideret. Eo fine ſequentes ad illos divulgavit, dehortatorias. Vobis, inquit, Admodùm Reverendi, itemque Reverendi in CHRISTO Patres, Nobiles, ac dilecti, dubio procul è fama, vero veriori, innotuit, quàm *Henricus*, *Comes Montanus*, ejuſce honoris, ac dignitatis, tàm à *Rege*, domino, agnatoque, noſtro, *Principe* ſuo hæreditario, quàm nobis acceptorum beneficiorum, oblivìſci cœperit. Ut adversùs juramenti, obligationis, ac debiti, leges peccârit. Neque quis veſtrûm aliquà ambigere poſſit, ecce! exempla tabellarum, ab illo paſſim divulgatarum, adjungimus. E quibus noxium illius hominis inſtitutum, diu clàm habitum, jam verò ſub rebellium conjunctionibus, & obſidione *Trajecti* ad *Moſam*, palàm emergens, facilè judicare, & inſpicere, poteritis. Neque verò perduelles illi obſidionem illius civitatis tentare fuiſſent auſi, niſi præfatus *Comes Montanus* operam ſuam promiſiſſet. Illud enim furtivæ molitiones, tractationeſque, utrinque diu fomentatæ, conteſtantur. Quicquid autem antehac nonnulli ſuper eo ſuſpicari notati ſunt, ejus rei nunc veritatem oculis intuentur, ipſo eventu confirmatam. Ejuſmodi quicquam ut à vobis exſpectemus, non eſt. Veſtri enim affectus certitudo nobis conſtat. Ut de conſtanti ergà *Regem* obedientia, ſanctamque *Catholicam, Apoſtolicam, Romanam Eccleſiam*, obſervantia veſtra, nihil ambigamus. Confirmatiſſimum habentes, vos rectiùs ſub imperio, ac tutela, hæreditarii veſtri *Principis* permanſuros. Quàm ſtramineam pacem, cujus quidem *Montanus* mentionem iniicit, amplexuros eſſe. Næ color, qui oſtenditur, renidens, atque inſignis, apparet. Sed res, & cauſſa, ſuſpicionis malæ plena eſt. Ut ſub eo prætextu minimè ille quidem eventus, ſed aliud, quæratur. Jam actiones id genus, ſuperiori ſeculo, ſub annis *M. D. LXXVI.* & ſequentibus, in ſcenam productas, vobis in memoriam revocantes, exemplorum loco, eſſe volumus. Confidimuſque, futurum, ut, cùm ea tempeſtate facta vobis ſit injuria, dum fides, & integritas, veſtra tentari voluit, jam eò ardentiùs nobis operam navetis. Auxiliaq; pridem exſpectata, conferatis. Neq; verò deerit occaſio, quà *Regi* fidem veſtram commendemus. Eamq; declaremus gratitudinem, quam ne quidem unquam ſperare potuiſtis.

II.

Ejusdem Hiſpaniarum Infantis ad Leodienſem Senatum nunciatoria.

Eaſdem ob res novas *Henrici, Comitis Montani, Hiſpaniarum Infans* dedit ad *Leodienſes*. Non aliter perſuaſum nobis eſt, ô *Amici*, inquit, quàm damnoſas molitiones, quib⁹ *Henricus, Comes Montanus*, operam dedit, tàm ab illo illius ad vos adventu, quàm è tabellis hinc indè divulgatis, ad nos à diverſis magiſtratibus, pro fide, & ſubjectione eorùm

rum, quoque dimiſſis, vobis ſatis ſuperq; fuiſſe detectas. Ut hæc res publicos in motus, tumultuſq;, deſpumet. Dùm copias noſtras, per vias illegitimas, ad defectionem ſolicitat. Undè, quid judicandum vobis ſit, in medio evidentiſſimè extare, perſuaſum habemus. Ad illa nihil aliud afferre poſſumus, quàm hoc. Nimirùm, id genus injuſtis querelis anſam à nobis datam fuiſſe nullam. Sed oppidò contraria eveniſſe omnia. Etenim tàm à *Rege*, quàm nobis, ea, & quidem præcipui honoris, ac nominis, adeptus eſt munia militaria, aliaque minora beneficia. Quæ antehàc nulli facilè ejuſce originis, ac dignitatis, homini collata fuiſſe meminimus. Ut non minùs illinc tàm exiſtimationi, quàm fortunis ſuis, velificari ſategerit. Sed illorum omnium memoriam depoſuiſſe illum conſtat penitùs. Dùm præſentis tempeſtatis in procellas vota ſua hactenùs ſuſpendiſſe evincitur. Ex quo conjectura naſcitur luculenta, iſtum hanc in occaſionem oculos modò non conjeciſſe, ſed animo conjuràſſe. Siquidem verò certam in ſpem venimus, neutrum vos opprobraturos. Ideóque firmiùs confidimus, futurum, ut auxilio, à vobis, finitimiſque *Principibus*, *civitatibuſque*, exſpectato, minimè fruatur. Sed propoſito omni excidat. Dùm vultus ergà *Regem* elevare, manumque militarem, adversùs obedientiæ ſuæ legem, ex omnibus cæteris gentibus, excluſis *Hiſpanis*, colligere. Tituloque *Mareſchalli* militaris regii imponere, contendit. E quibus illius hominis actionibus cæcis, & enormibus, facilè vobis obrepet faſtidium, & abominatio. Ut omni opera res novas illas abhorreatis.

Neque permittatis, ut, ſub regiæ militiæ colore, iſte ſtipendiarios noſtros attrahat. Vobiſque ipſis periculum accerſat. Quo nomine, ut, propriæ ſecuritatis cauſſa, illum è civitate, & finibus veſtris, eiiciatis, erit opus. Ne in ſuſpicionem veniatis, tanquam jus medietatis, viciniæque legem, ejurare vobis propoſitum ſit. Dùm iſtum in ſinu veſtro fovetis. Qui tumultuationes, ac rebellationes, cauſſari, vobiſque eo nomine incommodare, meditatur. Exulibus enim, & res novas agentibus, nihil æquè eſt cordi, quàm ut eos, ad quos ſe recipiunt, eandem in calamitatem, qua quidem ipſi tenentur, præcipitent. Quantò magis à vobis exſpectamus, futurum, cum præfatus *Henricus Comes* jus civitatis veſtræ, ut fama eſt, profiteatur, ut eò majori vi, ac conatu, actiones ejus, oppidò ſuſpectas, diſpungatis. Neque conniveatis, ut ab eo, qui vobis juramenti lege obligatur, hæc inſolentia in nos emergat.

Credite enim, ac perſuaſum habete, ſi quis è veſtratibus reperiatur, qui intrà has provincias conſilia in vos perieuloſa fabricare, ſtatumque veſtrum perturbare, auſit, nos id genus novatorem intrà noſtras civitates minimè tolerare velle.

Tantùm abeſt, ut noxiis ejus conatibus fomenta præbere cogitemus. Videlicet id *Henricus Comes* publicis ſub tabellis profitetur, quàm ipſi hoc agatur, ut nimirùm harum provinciarum ſubditos, ab obedientia hactenùs conſtante, in *Regem* inflammet, ac concitet. Eoque ipſo tàm provinciarum, quàm *S. Catholicæ*, *Apoſtolicæ*, *Romanæque Religionis*, excidium, cauſſetur. Interim fiſtula tàm dulce canit, tanquàm earum rerum, quarum quidem ille in interitum conjuravit, conſervationem intendat. Si non aliud, certè ætatis ſuperioris exempla, nos admonent, quàm nihil boni indè nobis promittendum veniat. Cùm mala, emergere ſolita, tanquàm in ſpeculo quodam, his oculis intueamur. Quo nomine omnia illa ſeriis verbis, ô *Amici*, vobis repræſentare decretum erat. Sperantes abindè nobis affulſuros fructus illos, cujusmodi ab amicitia, & confœderatione, illa veſtra nobis promittimus.

III.

Philippus, Hiſpaniarum Rex Henricum, Comitem de Monte, citat Bruxellas.

VIx dùm illa *Infantis Hiſpaniarum* epiſtola commonefactoria ad *Leodienſes* pervenerat, ecce opportunè narratur, *Henricus Comes* exceſſiſſe *Leodio*. Jàm tùm enim inter magiſtratum, & cives motus gliſcebant. Ne illa ſub inquietatione malum tàm agro, quàm civitati ipſi, accerſeretur. Ubi ergò ille *Aquiſgranum* ſe recepiſſet, *Infans Belgii* gubernatrix, hoc nomine *Leodienſibus* veluti gratias egit, quòd fœderis, neutraliſque legis, & amicitiæ, memores, *Henricum Comitem* ferre noluiſſent. Aliter enim pactis, ac conventis, ſatiſfieri non potuiſſe.

Intereà, ne conatus illi ulteriùs ſerperent, *Philippus IV. Rex Hiſpaniarum*, quo provincias tranquillaret, præfatum *Henricum*, *Comitem de Monte* ad reddendas ejuſce propoſiti cauſſas, ſub interdictoriis, criminatoriiſque, tabellis, per civitates *Brabanticas* divulgatis, *Bruxellas* citare cœpit.

Diploma fuit ejuſmodi. Nobis, inquit, à dilecto, ac fideli, noſtro cauſſarum patrono generali, remonſtrari accidit. Omnibus fabulam eſſe notiſſimam, quibus legibus *Henricus*, *Comes de Monte*, non tantùm vaſalli, ac ſubditi, nomine nobis obligetur. Sed vel ex eo, dùm & multa, & varia, beneficia à lenitate noſtra accepit, multisque & egregiis, tàm honorariis, quàm muniis, ac titulis, auctus fuit, devinctus ſit. Quippe, modò ſenatoris, & conſiliarii noſtri, prærogativam adeptus eſt. Modò ad ſublimiores illos honores, nimirùm totius *Geldriæ* provinciæ gubernatoris eminentiam, provectus, etiam in militiæ noſtræ *Mareſchalli* generalis faſtigium ſublimari cœpit, poſteaquàm anteà tàm rei tormentariæ, quàm copiarum equeſtrium, archiſtrategus audiiſſet.

Profectò, vel minima id genus bonorum, beneficiorumque, undè res ſuas affatim amplificare ſuſtinuit, recordatio, illum ad conſtantis, ac perpetuæ, fidei, vel ergà *Principem* ſuum ordinarium, demonſtrationem, adhortari, & invitare, debuerat. Ut nihil curioſè inferamus de diverſis ſacerrimi juriſiurandi actibus, ac formulis. Quibus toties, quoties ad novas, ac majores, id

genus

enus dignitates emerſit, in verba noſtra conce- tiſſimis, religioſiſſimiſque, juravit verbis, nobiſ- ue ſe totum, fidemque ſuam, aſtrinxit. Verùm le, omnium eorum oblitus, obedientiam, nobis ebitam, excuſſit. Adversùs beneficentiam no- tram quàm maximè peccavit. Ut tàm adversùs ios, quàm provincias illas noſtras, vultus elevârit. Dùm, pro pernicioſo ſuo propoſito, auſus eſt codi- illorum & declarationum, typis excuſarum, hinc ndè diſſeminatarum, numerū, publicare. Iiſdem- que quoſcunq; milites, centurioneſq;, exceptis *Hi- ſpanis*, ad ſeſe invitare, ac pellicere. Sub ampullis, & ſollicitationib⁹, tàm ſpecioſis, quàm callidis, fore, militiæ ſuæ, cœptiſque, accedant, eos commodis non minùs, quàm honoribus, augere cupiat. Quod quidem nihil aliud eſt, quàm ut ſtipendiarios no- ſtros ſigna, ac cohortes, relinquere, perduellio- nemque fovere, jubeat. Neque verecunda- tur huic culpæ titulum, coloremque, prætexe- re. Dùm ſe militiæ noſtræ *Mareſchallum* nuncu- pat, ipſo facto, quàm hoc nomine abutatur, op- pidò declarans. Annòn igitur perduellionis is convincetur criminis, qui quidem compertus eſt ad pleroſque provinciarum, civitatùmque, noſtrarum magiſtratus, dediſſe litteras, chyro- grapho ſuo roboratas, quibus præſulibus, e- queſtribus, civitatibuſque, *Belgii* res novas per- ſuadere, coloribus cum ipſa tàm veritate, quàm honeſtate, pugnantibus, accerſitis, ac fictis, per- duellionem obſcurare, novoſque, & œcumeni- cos, in nos motus ciere, etentavit. Neque ſic qui- dem acquievit. Sed inſuper ad *Sereniſſimam Prin- cipem, Iſabellam Claram Eugeniam*, *Dei* gratiâ *Hiſpa- niarum Infantem*, amitam noſtram perdilectam, codicillos, fallaciæ & impoſturæ, plenos, dimi- ſit. Quibus, exule veritate, præ ſe fert, nihil ſibi priùs, antiquiuſque, eſſe, quàm ut omnibus cō- natibus provinciarum noſtrarum commodum, ac quietem, procuret. Poſtquàm igitur vel per miniſtrum ſuum cubicularium id genus codicil- lorum numerum diſſeminâſſet. Eum verò, in- trà *Brabantiam* captivum attineri, intellexiſſet. Eò uſque indignatio ejus prorupit, ut objurga- toriis verbis & miniſtrum repoſceret, & confi- denter denuò deponeret, codicillos illos ſe au- tore conſcriptos, divulgatoſque, fuiſſe. Sub in- terminatione, niſi is, qui cubicularium interce- piſſet, redderet, fore, ut ſuo tempore hujus facti pœnas det.

Hæc nunc omnia evidenter declarant, quàm ille hæc conſilia, has illas iſtas molitiones, er- gà *Principem* hæreditarium, cui vel ob præme- morata illa beneficia devinctus erat plurimùm, diu antè agitâſſet. Ut duntaxat in opportunam oculos occaſionem conjeciſſe videatur. Quò i- gitur rectiùs ad inſtitutum iſtud ſuum graſſare- tur, tempore hoc opportuniſſimo, quo quidem perduelles *Trajectum ad Moſam* obſidione conclu- ſerunt, uti cœpit. Id quod ne unquam qui- dem vel tentare fuiſſent auſi, niſi, cooperante *Henrico Comite*, eum effectum ſecurè promittere cœpiſſent.

Quandoquidem verò id genus facta, atque attentata, præliminaria eſſe comperiantur cri- minis læſæ Majeſtatis, patriæ proditionis, in ſu- premo gradu, perduellionis itemque, publicæ- que quietis turbationis. Neque in illis provin- ciis, ſub quibus juris, juſtitiæque, nomen vene- rabile eſt, id genus motus tolerandi veniant. Hac de re cauſſarum patronus generalis, quò tàm officio, quàm *Infantis Hiſpaniarum*, amitæ noſtræ, edicto, ſatisfaceret, ad *Præſidem*, ac conſiliarios, ſupremi noſtri conſiſtorii aſſeſſores, fideles, ac dilectos, noſtros, ac jam, ſuper juſtitia hac in cauſſa adminiſtranda, pleniſſima poteſtate inſtru- ctos, querelam direxit. Qua demiſsè petiit, providerent, quò adversùs *Henricum*, *Comitem de Monte*, de jure, ac legibus, pro ejuſce criminis atrocitate, decerneretur. Proindè, perpenſa to- tius rei ſumma, vobis inpræſentiarum injungi- mus, ac mandamus. Nimirùm, ad inſtantiam ſenatoris, ac procuratoris noſtri generalis, au- xilia decerneretis. Quibus, pro re nata neceſ- ſariis, *Henricus*, *Comes de Monte*, ubicunque loco- rum intrà provincias noſtras reperiri poſſit, in- tercipi, atque in cuſtodiam redigi, ſuſtineat. Quò ſic, coràm prænominati conſiſtorii noſtri præ- ſide, & aſſeſſoribus, judicio ſiſtatur. Propter- que crimina, ab eo tentata, pro rei circumſtantiis, deinceps affulgentibus, pœnas luat. Si nunc u- tique in cuſtodiam redigi nequeat, tùm quidem citationibus, ſub pœna æterni exilii, & omnium bonorum confiſcationis, illum proſcribetis. Ad- eòque prima, ſecunda, tertiâque, & completoria, vice peremptoriè, ſine ulla alia clauſula, ſive, ex- tenſione termini, citabitis. Nimirùm ipſe ſe ju- dicio noſtro ſiſteret. Accuſationes procurato- ris generalis audiret, cauſſamque ſuam, ſi poſſit, tueretur. Niſi, intrà primum, ſecundum, ter- tiumque, in ſingulos dies bis ſeptem excurren- tem, terminum, compareat. Fore, ut in abſentem, ex legum ſeveritate, procedatur, prout illud de jure, & conſuetudine, id genus in caſibus, fieri amat. Itáque denuò mandamus, ac ſubjungimus, reo commodè audito, ſententiam ſine mora feratis ordine, ac more ſolito. Sique emergat, *Henricum*, *Comitem de Monte*, perduel- lionis reum peragi, tùm quidem, ſub banni, & con- fiſcationis, publicatione, aut alio quovis modo, legibus expreſſo, in omnia bona, poſſeſſiones- que, ad præfatum *Comitem* propriè ſpectantes, manus iniiceretis, inque tabulas referretis. Præ- eunteque juſto inventario, nobis tranſmiſſo, de bonorum iſtorum curatoribus, fide dignis, diſpi- ceretis. Cujuſmodi diſpenſationis ſuæ rationes reddere ſufficiant. Hæc omnia ut ordine effi- ciatis, utique à nobis pleniſſima conceditur au- toritas, ac poteſtas, eaque ſpecialis. Eodem no- mine quibuſcunque miniſtris, ſubditiſque no- ſtris, injungentes. Etiam illi hac in re tam conſi- liis, quàm re, omnem operam navarent. Auxi- liiſque, quibus opus fuerit, inſtructi id, quod juſſi ſunt, effectum darent. Hæc enim voluntas, hoc decretum noſtrum eſt. Denique, cùm fa- ma narret, præfatum *Comitem de Monte* è noſtris provinciis aliò emigrâſſe, abſentivumque eſſe. Eo nomine mandamus inſuper, citationis diplo- ma, tàm è ſuperiori *Curia* noſtra, quàm palatio civitatis noſtræ *Bruxellenſis*, ut etiam curia civi- tatis *Namenſis*, quæ proximè locum, ubi nuperri-

mè ſubſiſtere cœperat, attingit, itemque in valvis templorum, publicaretis, affigique curaretis. Quo ſic ignorantiam prætexere ne poſſit quidem. Dùm eo ſub vigore, ac valore, omninò habenda venit præſens hæc citatio, non ſecùs, ac ſi in prænominatum ipſum *Comitem de Monte* fuiſſet directa.

CAP. IV.

De Batavis, Trajectum ad Moſam obſidentibus.

I.

Henrico, Comite Montano, in armis contrà Hiſpanos continuante, Batavi Moſæ Trajectum obſidione cingunt.

ILlud cùm divulgari cœpiſſet *Hiſpaniarum Regis* fulmen, Nihiloſeci' *Henricus, Comes Montanus, Alcibiadis*, ſimili in cauſſa ferè ab *Athenienſibus* citati, ſed comparere recuſantis, imitatione, à *Belgio Hiſpano* exulare, quàm periculoſam judicii aleam ſubire, maluit. Sic tamen cœpto inhærens manum non contemnendam ſtipendiis obligavit. Qua quidem ſub *Batavorum* protectionem ſe tùm quidem recepit.

Ad quem paulò antè, dùm apud *Leodium* eſſet, *Batavorum* delecti, ſub quatuor cohortium equeſtrium cuſtodia, ire juſſi ſunt. Qui quidem, unà cũ *Henrico Montano, Walſiſenium*, & *Rochefortum, Comites*, alioſque, ſuper *Hiſpanorum* feroci impotentia, quiritantes, invenerunt. Quibus una, eademque militabat ratio, diutiùs *Hiſpanorum* ſub *Belgio* ferociam haud tolerandam. Sed iſtud jugum ab ingenuis cervicibus penitùs excutiendum eſſe.

Intereà, *Henricus Vranius*, præparatum producens exercitum, *Maſeycam* intercepit. Cúmque per *Hermannum-Ottonem, Comitem Styrumium, Sittartam*, poſt trihorii obſidionem, redegiſſet in poteſtatem, eo die *Hiſpanis*, quid vellet, deſignare cœpit. Nam paulò poſt præliminaribus equeſtrium agminibus, civitatis illius, nempè *Moſæ Trajecti* aditus præoccupavit. Donec poſtridie integro ſuperveniente exercitu, & in conſpectu urbis conſiſtente, ipſe loca urbana inſpicere, caſtraque legionibus ſingulis dividere, perrexit. Qua præviſa obſidionis facie, defenſores urbis tormentis rem agere, emiſſiſque equeſtribus, experiri cœperunt. Sed illis, cum damno, in urbem rejectis, mox infrà urbem, pons *Moſæ* navalis impoſitus eſt. Caſtraque magno cum fervore à metatoribus excitata ſunt. Ità ut foſſis, ſepimentiſque, ſex pedes in ſummitate, & totidem, in latitudine habentibus, ilicet communirentur. Neque minùs à loricis excitandis multiduto ferias egit. Quibus abſolutis tor menta ſuperinducta. Mox, rebus ordine diſpoſiti glandibus in urbanos animadverti cœpit. De fenſores, ſui quoque officii memores, furiosâ ſ ſceptâ excurſione, caſtra hoſtilia invasêre. S etiam hi, deſideratis haud paucis, receptui cane non multò poſt compulſi ſunt. Qua velitatio præeunte, per tympanotribam, in caſtra dimi ſum, aliquot horarum rogârunt inducias, pr mortuis humandis. Id quod illis ex voto ol tigit.

Sequentibus diebus magnis cum laborum im pendiis foſtæ, ſepimenta, ac loricæ, confirma cœperunt. Uſque dùm *III. Id. Iun.* manus vali tàm equeſtris, quàm pedeſtris, ex urbe in caſtra in preſſionem fecit. Tanquam foſſas antecuſori intercipere, ac corrumpere, vellet. Sed etiam i conatus infrà effectum fuit. Fruſtrati enim pr poſito intrà mœnia reconfugerunt, copiis in e educentibus confertiſſimis. Pridiè *Id. Iunias*, u niverſa caſtra, versùs *Brabantiam* ſpectantia, n vis, geminiſque, ſepimentis communiri accidi Sic, ut ſuprà caput urbis, qua parte *Styrumius* caſt tenuit, alius pons navalis *Moſæ* ſuperimponeretu Loriciſque utrinque confirmaretur: incluſis int caſtra pagorum illa parte duobus paribus.

Ubi ergò *Vranius* eo loco, quo *Hiſpanorum* time bantur impetus, munimentum, quatuor propu gnaculis inſtructum, præparâſſet, ipſe, juxtáqu *Brederodius* tribunus, foſſas illas antecurſorias tù quidem infrà foſſas civitatis direxerunt. Q quidem labores, ſub tormentorum è duabus lo ricis, continuis exploſionibus, defendebantu Interim præſidiarii neque ſic quidem ociari nota ſunt. Sed è munimento antè portam *Wimmerin geriam*, dimidiam *Lunam* imitante, in caſtra *Batav* impreſſionem ſuſcepêre. Quo impetu *Gallican* intrà foſſas excubias ſervantes, diffugere fui ſent coacti, niſi in tempore illis ſuccurriſſent *An glici.* Ità propè autem inter partes tùm quiden ventum eſt, ut manus conſererent. Glandibuſ que illis manuariis, mala *Punica* repræſentantibus ejaculantes inter ſeſe experirentur. Nihilominùs urbani, pro more, rejecti, poſtridie induciis per bihorium impetratis, mortuis humandi dederunt operam. Quibus peractis juſtis militaribus, rigor tormentorum denuè increvit. Uſque eò, ut res glandibus, non ſudibus præuſtis, urgeretur ſeriò.

II.

Hiſpani, producto exercitu, Trajecti ad Moſam liberationem efficere conantur.

PRocedentibus acerrimæ obſidionis illius operibus, jampridèm *Hiſpani* in id totis incumbebant viribus, quò civitatem præcipuam, ſibique maximè commendatam, liberare ſatagerent. Quo fine circà *Thienam*, *Dieſtium*, & *Hogardenam*, copias conglobârunt. Etiam legionibus è *Palatinatu inferiori* hanc in rem révocatis. Huic exercitu, ad ſedecim hominum millia excurrenti præerat *Marchio de ſancta Cruce.* Qui quidem in caſtra hoſtica rectà promovit, circiter *Stockamum*

ſeſe

ſeſe dimittens, tanquam illuc, flumen traiiciendi animo, veniſſet. Hîc quòd *Styrumii*, ſub legionibus militaribus ferè occurſantis, conatus animadverteret, receſſit. Ex aliaque parte, poſt mediæ horæ ſpatium, ad caſtra *Brederodiana* pervenit. Ubi, tanquam impreſſionem facturus, ſubſtitit. Ideóque, eò præproperè accitus, *Vranius* omnia ſic quidem præparare cœpit, ne quid hoſtium impetus nocere quiret. Sed, neque ſic tùm quidem interdiu quicquam ejus modi tentatum eſt. Uſque dùm, ſub colore noctis, *Moſam* traiicere conati ſunt. Quo nomine, apud vicini fluminis oſtium, octo pontones aquis iniecerunt. Illis quadringentos *Germanorum* pedeſtrium impoſuêre, periculum facturos. Qui ſi in adverſam evaſiſſent ripam, tunc utique excitata ſeſe tuerentur loricâ. Quoad *Hiſpanis*, ſuper eventu adhucdum dubitantibus, poſtmodò inſecuturis adjuvari queant. Quorum ſub defenſione deinceps, jacto hoc initio, pons ædificari amet. Sed plus erat in exſpectatione, quàm efficacia. *Styrumius* enim antecurſores, ſic excepit, ut ducentis, & quinquagintà, occiſis, inque aquas præcipitatis, pars cætera, pontonibus duobus glandium vi perditis, intrà *Vranii* caſtra abduceretur captiva. Nihilo-minùs *Hiſpani*, ad *Vranii* caſtra accedentes, pedem fixerunt, munimentiſque, quantùm ejus quidem fieri potuit, ſeſe texerunt.

XI. Calend. Iulias, poſtquàm pridie è caſtris *Batavis* glandibus punicis in urbem certatum eſt, *Anglicani*, apud portam *Wymeringerianam* loricam ſemilunarem, è qua bis fuerant rejecti, expugnârunt. Sed non impunè. Centum enim, ac quinquagintà, gregarii, è quibus centuriones tres, locumtenentes duo, & ſigniferi quinque, deſiderati ſunt. Induciis utrinque, pro mortuorum ſepultura, pactis. Iiſdem glandibus punicis *X. & XI. Calend. Quintil.* acta res eſt. A quibus tàm horribilis ſupervénit effectus, ut civium ejulationes uſque in caſtra exundarent. Hæc glandium punicarum ejaculatio etiam paulò ultrà continuata eſt.

VIII. Calend. Quintil. Batavi frumentatores, è *Belgio* in caſtra *Hiſpanica*, ſub cuſtodia, excurrentes, fuderunt. Aurigis, ſub lytro, dimiſſis, carris verò, ac vehiculis, divenditis. *VII. Cal. Quintil.* & ſequentibus diebus, *Batavi*, apud portam *VVymeringeriam*, appropinquarunt. De nocte verò *Styrumius* cum manu equeſtri denuò *Hiſpanos* à trajectu *Moſæ* prohibuit. Mox trecenti ſclopetarii dimiſſi ſunt, qui loco opportuno caſtra impeterent *Hiſpanica*. Nec caruit ſucceſſu propoſitum. Illi enim in excubias moventes trucidârunt complures. *Italo* centurione, quòd incantamentis eſſet impenetrabilis, haſta, ſive ſecuri, *Amazonia*, in necem adacto.

Calendis Quintilibus magna vis commeatus, reique tormentariæ, in caſtra *Batava* è *Neomago*, *Aquisgrano*, finitimaque *Batavia*, ſine incommodo, importari cœpit. Ut pariter è *Limpurgenſi* tractu res eſuales, è caſeo, butyro, lacticiniiſque, ampla manu inferrentur. Rerum diæteticarum pretiis penè vileſcentibus. Neque ſic tamen, rebus mox in anguſtiam redactis, defenſores deſtitere. Quin in caſtra excurſiones iteratò retentarent. Hoc prævidens *Vranius*, admiſſa equeſtri cohorte, illos laceſſivit. Sic, ut ex urbe prodeuntibus reditus aliâ cohorte interciperet. Ità factum, ut multi, vino antè madefacti, in manus venirent. Ebrietatiſque, ab hominibus eccleſiaſticis, audaciæ cauſſa, injectæ pœnas darent. *IV. Non. Quintil.* poſteaquàm caſtra denuò, adversùs *Hiſpanorum* impetus, confirmari cœpiſſent, in urbis pomœria foſſis, ſepimentiſque, itum eſt. Cùm igitur *Batavi* jam foſſis inſtarent urbanis, tormentiſque directis vallum peterent, hiatum patefacturi, per quem impreſſionem ſuſcipere quiti eſſent, ecce! obſeſſi loricam ſeminularem, ac penè dejectam, relinquentes, tormenta in imo dimiſerunt, quò ſic *Batavis* irrepentibus occurrerent. Interim *Hiſpani*, ad duo paſſuum millia, antè caſtra *Batava*, egeſta tellure, ſeſe communivêre. Diſpoſitiſque tormentis in caſtra *Styrumii*, circà vigiliarum ſuperinductiones, animadverterunt. Qui omnem *Moſæ* tractum, ad *Venloum* uſque, inſedit. Neve *Hiſpani* traiicere poſſent, ſepimentis ſuperinductis munivit. Eodem die ſub noctem denuò *Hiſpani* tentarunt *Moſæ* trajectum. Sed iterùm obſtitit *Styrumius*. Ut, non ſine ſuorum jactura, receptui canerent. Eo tempore *Dux Bullionæus* ad caſtrum *Argentilanum*, non procul à caſtris *Batavis* diſſitum, perrexit. Eoque intercepto magnum rebus *Hiſpanicis* adjumentum attulit.

Pridie *Non. Quintil.* prætentatis anteà cuniculis, præſidiarii in obſeſſores *Gallicanos* audaces fecerunt impetus. Eoſque è foſſis aliquouſque profligârunt. Quod ubi feliciter eveniſſet, poſtero die idem maſculè retentârunt. Ità, ut loricam ſemilunarem recuperarent, initoque conflictu acerrimo, quadringenti utrinque occumberent. Hic eventus denuò animavit *Hiſpanos*. Ut iterùm in *Moſæ* tranſitum ferrentur. Quo propoſito *Ioannes*, *Comes Naſſovius*, rectà ad *Vranii* caſtra producens, tumultus excitavit. Mox diviſis copiis, partem ad *Moſam* dimiſit, illic ut iteràtò tranſitum tentarent. Hæc manus ad *Dilsenam* deflectens, illic pontones ſuos de vehiculis in aquas dimiſit. Trajectiſque ſexcentis, quindecim illic, diſpoſuit tormenta. Sed Fruſtrà hic quoque fuêre. Eundem enim, velut ſuprà, impegerunt in lapidem. Ut omnes, qui vadum trajeciſſent, paucis exceptis, opprimerentur.

Poſtridie *Nonas Quintil. Batavi* partem equeſtrium, & vehiculorum, *Hiſpanicorum* interceperunt, occiſis nonnullis, complures in caſtra inferentes captivos. Sed die inſequenti paria fecerunt *Hiſpani*. Nam, ſub viginti cohortibus equeſtribus, ad *Vranii* caſtra adequitantes, ducentos quinquagintà carros, cum quadrupedibus, abegerunt. Eo die magno utrinque fervore dimicatum eſt. Dùm *Hiſpani*, in opera *Batava*, impetus facientes, nihil non eorum in poteſtatem redegerunt. Undè, acerrimo naſcente conflictu, inter cæteros multos, *Comes Hanoviæ*, florentis ætatis juvenis, unà cum *Proto*, legionis ſuæ vicario, occubit. Pugnâ ab hora undecima uſque ad ſecundam pomeridianam extractâ. Et-

iam, ab hoc conflictu, præſidiarii retentârunt novam irruptionem. Sed, parte ſuorum cadente, etiam hi repreſſi ſunt. Eo tempore *Henricus, Comes Montanus*, manu valida auctus, apud *Hensbergam* ſeſe tenebat. *Hiſpani* verò fortunam ſuam interrogantes, denuò *Moſam*, ſub bis ſex navicularum paribus, tentârunt. E quibus quatuor jam vadum ſuperârant, ex adverſa ripam humo egeſta ſeſe munientes. Sed equeſtres *Batavi* ſupervenientes etiam hos diſpunxerunt conatus. Emiſſariis illis partim contrucidatis, partim captis. Naviculiſque everſis. Interim, neque ſic quidèm ferias egêre *Hiſpani*; Quin omnia, ut ajunt, octo tentarent. Vadumque ſuperare etiamnunc confertis viribus conarentur. Sed, tametſi utrinque tormentis res ageretur acerrimè, parùm illis etiam hac vice profectum eſt. *Hiſpanus* è ſuorum numero non nullos præcipuæ notæ militiæ præfectos deſiderantibus.

Abindè, quantumvis quatuor equeſtrium ſuorum cohortes ſignis ſublatis in caſtra profugerent *Batava*, nihilo-minùs *Hiſpani* in *Brederodii* caſtra impetus fecerunt. Sed oppidò etiam hîc ſunt rejecti. Eo die *Gallicani* opera urbanorum impetentes, quoddam eorum vi expugnârunt. E quo tamen poſtridie rejecti ſunt, non ſine cruento, ut fieri amat, certamine. Paulò poſt pars *Batavorum* in *Hiſpanorum* manus incidit. Cùm enim quingenti *Hiſpanici*, à *Rhinberga*, & *Geldria*, confluentes, infrà *Venloum*, apud *Rodebergam*, aditus inſediſſent, per quos *Batavis*, annonam in caſtra importantibus, tranſeundum erat. Ecce! intrà anguſtas fauces, in *Batavos*, nihil ejuſmodi prævidentes, ac ne aciem intrà carros formare potentes, *Hiſpani* irruunt. Fuſiſque circiter ducentis, vaſcula diverſa, argento plena, tormentorumque octo paria, eripiunt. In quos tametſi illi, qui *Arſenam*, ac *Venloum*, cuſtodiunt, collectis cohortibus animadverſuri excurriſſent, nihil tamen effectum eſt. Jam enim *Hiſpani* erant in tuto, ſpoliaque partiebantur.

III.

Guilielmus Naſſovius, intrà Antuerpiam, & Bergizomium, munimenta quædam expugnat.

Illa dùm apud *Moſæ Trajectum*, ſub obſidione, peraguntur, *Guilielmus Naſſovius*, etiam ſub limine hujus expeditionis, aſſumptis legionibus non nullis, per *Vahalim*, flumen ità dictum, deſcendit. Sic, ut intrà *Antverpiam*, & *Bergizomium*, alia quoque parte lites moveret. Qui ubi magno navium ſub numero, apud *Lilloum* appuliſſet, intrà *ſtellare*, ac *Philippinum*, munimentum anchoras jaciens, loricam *Stellariam* injecta vi impetiit. Super hiſce motibus inexſpectatis apud *Antverpiam* non mediocriter trepidari cœpit. Vel ob id, quòd tùm temporis, neque apud urbem, nedùm intrà *Flandros*, copiæ ſuppeterent. Ea neceſſitate error patuit *Hiſpanis*, quàm malè ageretur, dùm, copiis in *Germaniam* emiſſis, domi penè milite, in defenſionem ſuffecturo, deſtituerentur. Interim neque ſic quidem animum abjecerunt illi. E quibus *Carolus de Columna*, ex iis cohortibus quas in partibus contrahere poterat, unà cum gubernatore *Antverpienſi*, modica cum manu, tormentiſque aliquot, profectus, munimentum iſtud, à *ſtella* nomenclaturam ſortitum, vindicar[e] conabatur. Sed *Roſecrantzius*, tribunus *Batavus*, opportunè producens, ſic eos quidem excepit. Ut, cæſis ducentis, propoſito exciderent. Et jam tùm, qui munimentum defenderant, *Batavis*, fecerunt deditionem. Ità, ut gregarii moverent *Antverpiam*. Tribuni verò, exemplo gubernatoris *Veſalienſis*, cautiores, mallent apud *Batavos* militare, ac vivere, quàm penès *Iberos* de vita periclitari.

Illis novis ſucceſſibus, his quoque ſub partibus, aucti *Batavi*, perfoſſis ſtagnis, ac lacubus, continentem, ſive tractum *Antverpianum* aquis ſuperfuſis fecerunt ferè navigabilem. Undè tàm vulgus ignobile, quàm cives *Bruxellenſes*, & *Antverpienſes*, tot ſiniſtris caſibus irritati, plerorumque malorum originem, & fontem, in *Hiſpanos*, *Patreſque ſocietatis*, rejecerunt. Sic, ut res mox ad tumultuationem ſpectaret. Dicteriis, ac conviciis, tàm in nationem *Hiſpanicam*, quàm *Patre[s] Societatis*, non uno loco diſſeminatis. Quas criminationes, ſiquidem abſque regiæ illius gentis offenſa legi non poſſint, meritò prætermittimus. Intereà, *Guilielmus Naſſovius* etiam munimentum *Iacobinum*, ſic dictum, deditione cepit. Mox *S. Ambroſii* fortalitium aſſultibus impetiit. Undè, tametſi defenſores, accitis è proximo munimento *S. Viti* auxiliaribus, repugnarent acriter, nihilo-minùs viribus hoſtilibus reſiſtere non ſuſtinentes, pactis conditionibus, herbam porrexerunt. Eductis gregariis numero octogintà. Eadem ſors excepit loricam *Hogervverſianam*. Ut poſt defenſionem, fruſtrà ſuſceptam, etiam hæc dederetur.

Cæterùm *Naſſovius* ad munimentum illud *S. Viti* trajecit. In quem *Hiſpani* glandibus impendiò animadvertentes, jam jam obſidionem exſpectabant. Sed *Naſſovius* ad munimentum illud *ſtellare* deflectens, poſteaquàm munimenta ſingula confirmâſſet, valida cum manu nautica in munimentum *Nahmenſe*, quod *Antverpiâ* viginti paſſuum millibus diſtat, produxit. Hoc in poteſtatem redacto, in *Saffringenam* itum eſt. Quo loco *Hiſpani* nuperrimè novum excitârant munimentum, in contemptum *Batavorum*, *Geuſiorum perſpecillum* nuncupatum. Etiam hujus defenſores *Hiſpani* initiò rem tormentis agebant ferociſſimè. Mox, miteſcente audacia, gregarium emiſerunt, codicillis inſtructum. Qui à tribuno *Hiſpanico*, tractum *VVaeſanum* defendente, peteret ſex pedeſtrium millia, & equeſtrium ſexcentos, pro auxilio. Sed emiſſarius, unà cum codicillis, interceptus eſt. Itáque *Naſſovius* etiam hîc perruptis ſtagnis continentem fecit navigabilem. Id præfecti *Hiſpanici* intuentes, mox defenſione deſperatâ, munimentum tradiderunt. E quo, ſub quatuor ſignis, paulò plures trecentis, emigrârunt, unà cum trigintà mancipiis nauticis, ſub ſignis volantibus, aliiſque id genus, more militari, ſolennibus. Inventæ undecim machi-

machinæ diverſi generis metallicæ, cum octoginta ſeptem vaſculis, pulvere pyrio refertis. Quibus accedebat annona in duodecim dies ſufficiens. Sic, dùm milites *Hulſtariam*, remiges verò *Antverpiam*, peterent, accidit, ut neque centuriones à convitiis gregariorum ſudorum in itinere eſſent immunes. Dentatis enim id genus objectionibus ridebant puſillanimitatem præfectorum. Quòd tàm levi brachio eum locum, & quidem tantum, cujus conſervatio partes illas lacuſtres circiter omnes terrere, ac frænare, potuiſſet, pro derelicto habuiſſent. Ità, ut, mutato nomine, fabula non ampliùs de *Geuſiorum*, ſed nunc *Flaminum perſpicillo*, dicatur. Hæc conviciorum epigrammata ubi in itinere præmitti cœpiſſent, ecce! tùm quidem, ubi ad *Hulſtariam* ventum eſt, atrocibus jambis res acta eſt. Nam adventantibus, & jam intraturis, portæ occludi cœperunt. Adjectis mordacibus, ac petulantibus, verbis, pudendum eſſe, ajentes, tàm præcipui nominis munimentum tàm dedecorosè deditionem feciſſe. Neque hæc vox popularis fuit abſque effectu. Quippe centuriones è vinculis cauſſam apud *Bruxellas*, ob rem malè geſtam, dicere coacti ſunt. Ubi condignum virtute ſua, more militari, præmium retulêre.

CAP. V.

De Papenheimio, Trajectum ad Moſam à Batavis vindicare conante.

I.

Elector Colonienſis ab expeditione in Belgium, Papenheimium retrahere nititur.

Hiſpani, metuentes, ne periculum immineret *Hulſtariæ*, manum equeſtrem per *Antverpiam* eò dimiſerunt. Interim *Guilielmus Naſſovius*, ab *Vranio* in caſtra, ob *Papenheimij* adventum, evocatus, jam tùm militem deduxerat omnem. Tantùm munimentis, anteà occupatis, præſidio neceſſario corroboratis.

Illa verò tùm erat virtutis *Papenheimii* exiſtimatio, ac fama, ut, rebus ad *Moſæ Trajectum* periclitantibus, *Hiſpaniarum Infans*, *Belgii* gubernatrix, ingentibus impenſis, promiſſiſque, illum è *Gueſtphalicis* tractibus, unà cum exercitu, evocaret. Stimulante igitur gloriæ magis, quàm pretii, cupiditate, medios fortunæ ſuæ apud *Viſurgim* interrumpens curſus, evocanti morem gerere decrevit. Quantumvis locorum, à ſe occupatorum, ea eſſet conditio, ut hoſtibus non una parte urgentibus, abſentiam hanc ferrent ægerrimè. Hoc inſtituto præcordia implens, *Hammelium*, *Einbeccam*, *VVarburgum*, *Duderſtadam*, *Volckmarſam*, *Padebornam*, cæteraque ad *Viſurgim* loca rebus neceſſariis confirmavit. Ipſe verò cum exercitu *Rhenum* verſus progrediens, à *Dortmundanis* tria tormentorum expreſſit paria.

Quæ cùm *Papenheimii*, medio ſub felicium per *Gueſtphaliam* armorum curſu, inexſpectata interruptio, atque abſentia, *Luneburgici*, *Heſſorum*, ac *Baudiſii*, conatibus impendiò faveret. Ut loca per *Archiepiſcopatum Colonienſem*, finitimaſque, ac ſororiantes, provincias, evidenti obiicerentur periculo pleraque. Hanc ob rem *Elector Colonienſis* novam illam *Papenheimii*, & ex transverſo accidentem, expeditionem invitis cognovit animis. Ut ſequentibus, ad legatum ſuum, intrà caſtra *Papenheimica* ſeſe tenentem, daret: Quàm graves, inquit, querelæ à conſiliariis noſtris *Padebornenſibus* emergant, eas tibi ab exemplis inſpicere eveniat opportunum. Quandoquidem ergò res illa ſit periculoſæ conſequentiæ plena, & quæ ſtatum publicum, inprimis nos particulariter, impendiò concernat.

Proindè *Mareſchallo* Generali, *Papenheimio Comiti*, aperies, prolixiuſque in mentem revocabis, quàm ineluctabiles difficultates, ubi adverſariorum conatibus haud ibitur obviàm, emergere ſatagant. Quámque res commiſerationis plena ſit futura, ſicubi *Epiſcopatus*, ac Provinciæ noſtræ trans rhenanæ, hactenùs in rem communem omnia conferentes, omni auxilio ſic quidem orbæ, hoſtium exponantur direptionibus. Inſonteſque indigenæ in ultimam adigantur deſperationis neceſſitatem. Quo nomine nihil dubitabimus, futurum, ut, pro commendata illa experientia ſua, ſtudioque provincias noſtras conſervandi, ipſe nihil eorum intermittat, quæ quidem videbuntur neceſſaria. Juxtàque in memoriam revocet, quæ, dùm *Rhenum* trajicere meditaretur, tàm codicillis, quàm verbis legatorum noſtrorum, benignè inculcavimus.

Paulò deincèps, ubi *Elector* ex famà didiciſſet, quàm *Papenheimii* in caſtra *Batava* irriti excurriſſent conatus, ſequentem ad eundem legatum ſuum, direxit appendicem. Jam tandem, inquit, *Mareſchalli* fuerit in oculis, quis rectius illi dediſſet conſilium. Profectò, alea iacta eſt. Eamque fabulam in *Germania* theatrum expeditione iſta ſuperinducere poterit. Unde non tantùm *Archiepiſcopatus* hi mei, ſed *Imperium* univerſum, novos conjiciantur in motus. Illinc obſtinationis fructus ſunt? Ut trans *Rhenum* verſus *Viſurgim* poſiti *Epiſcopatus*, & regiones, paribus, iiſque ultimis, exponantur periculis? Næ difficilis futura eſt huiusce facti expiatio. Intereà, tantùm non prorſùs exhaurior. Cui autem hoc damnum, niſi *Mareſchallo*, acceptum referam? Inculces illi licet: Me datâ omni operâ autorem eſſe, vellet monitis, ac ſolicitudinibus, meis locum relinquere. Neque enim monſtro ſimilem illius expeditionem rebus publicis quicquam prodeſſe, conſtat. Quem quidem eventum, vereor, mox dabit

bit res ipſa. Dùm, unius cujuſdam civitatis cauſsâ, tot regiones, tot populi, omnia in rem communem impendentes, perire iubentur.

II.

Henricus Vranius, ſuper Papenheimii adventu, neceſſaria præparat.

SIc dùm integerrimis *Electoris* monitis repugnat *Papenheimius*, contrqàue *Batavos* producit, intereà *Henricus Vranius* modò non civitatem obſeſſam urgere, ſed etiam in adventum *Papenheimii* ea, quæ videbantur neceſſaria, præparare perrexit. Nunc enim aliâ parte caſtra novis loricis, foſſiſque, ſuperinduxit. Nunc murorum ſepimenta tota circiter caſtra in altitudinem erexit. Nunc quoque foſſas profundiùs excavari curavit.

Obſeſſi, annona affatim ſuppetente, urgebantur pulveris pyrii penuria, ſenſim ingruente. E quibus cives per civitatem diſpertiti in armis excubabant, providentes, ne ab injectis glandibus ignitis incendium fortè naſceretur. Quem in eventum ſcalis, uncis, ſcorteisque ſitulis, erant inſtructi. *Clerici* æquè arma aptabant lateribus, ſed à vigiliis erant immunes. Interim, hi plumbeas ex ædium tectis laminas decerpentes, glandibus bombardariis formandis occupabantur. Quibus uterentur præſidiarii.

Obſeſſores, jam tùm civitatis inſtantes portis, pomœriis potiebantur. Diverſis excitatis loricis anteportanis, quibus excurſiones prohiberent. Quibus dùm antè civitatem obſeſſam laboribus fatigantur *Batavi*, *Guilielmus Naſſovius*, tribus ſuorum millibus invectus, in caſtra propervenit. Equeſtres igitur cohortes, è caſtris egredientes, tormenta, ac cuſtodes illorum, ſecurè locum ad deſtinatum deduxerunt. Quibus nova legio, apud *Leodienſes* conſcripta, ibidem ſupervenit. Dùm igitur omni vi tormentorum adhibita in obſeſſos itur, ità, ut jam mœnia intra portam *Wymerigeranam* adjecta, ingentem præberent hiatum. Ecce! tùm, paulò antè recenſito apud *Neuſſam* exercitu, *Papenheimius*, emenſis itineribus, apud *Moſæ Trajectum* appulit. Eo tempore *Corduba*, *Hiſpanicæ* militiæ archiſtrategus, caſtra, *Vranii* caſtris directè oppoſuit. In quem *Vranius* in ſublime emotis tormentis dirigere cœpit, ut ferè *Hiſpanus* fruſtrà laboraret.

Poſtridiè *Galend. Sextil.* duabus legionibus præeuntibus, caſtra *Batava* conſiderare cœpit. At tormentis, ferale carmen ſonantibus, retrocedere coactus fuit. Artubus, brachiis, pedibusque, ſuorum vi glandium in ſublime emotis, ac per aërem volantibus. Hoc facto periculo, è promulſide diſcere erat proclive, quid de miſſu ſecundo, hoc eſt, vero prælio, ſi caſtra *Hiſpanus* invadere tentâſſet, fuiſſet ſperandum. Nihilo-minùs, redeunte intrà animum fiduciâ, paulò poſt confertis agminibus impreſſionem in caſtra hoſtica retentavit. Sic, ut tria faſcium millia milites inferrent, quibus foſſas, interincurſus, farcirent. Uſque adeò omni vi atque induſtria, aditus quærebantur *Hiſpanis*. U[...] hæc animoſa impreſſio ab hora veſperę nona uſqu[e] in ſequens extraheretur diluculum. Sed etiam hi[c] conatus acerrimus magno conſtitit, multis utrin[...]que cadentibus.

III.

De furioſo Papenheimii, in caſtra Batava aſſultu.

INter hæc, *Papenheimius Maſeycam*, cum exercitu perrexit. Ubi præſidiarii *Batavi Moſæ* traject[um] prohibere conabantur. Sed penetravit *Papenheimius*. Geminâque *Moſæ* impoſitum pontem, utrinque excitatâ, loricâ communivit. Mox *Batavorum* pontem inſuper tentavit. Sed fruſtrà fuit. Itaque, in conſpectum hoſtium producens, caſtra caſtris *Styrumianis* directè oppoſuit. Eductiſque operibus, ac ſuperinductis tormentis, caſtra *Batava* ſine miſſione impetiit. Cùm ergò eo loco *Guilielmi Naſſovii*, & *Bullionai Ducis*, legiones equeſtres conſediſſent, *VII. Id. Augusti*, rebus ordine præparatis, in *Mauritii*, & *Guilielmi*, *Naßoviorum*, itemque *Bullionai* equeſtres, primùm duabus ſub legionibus, mox ſuperinductis integris peditum copiis, quas à tergo ſtimulabant equeſtres, furioſos ſuſcepit aſſult⁹, ut pervaſurus, eſſe videretur. Gregariorum unoquoque faſcem è vepribus capite-tenùs geſtante, quo ſimulátque foſſæ opplerentur. Hic impetus tàm concitatus, vehemenſque, fuit, ut *Batavi*, è ſepimentis recedentes, *Papenheimianis* loricam permitterent. Sed ex adverſo tanta tormentorum è caſtris *Batavis* ſuperincubuit procella, ac nimbus, ut paulò poſt reiicerentur. Scalis, uncis, ſcaphiis, in caſtra relatis, magnam partem purpuratis. Pugnatum eſt hac ſub impreſſione ab hora prima pomeridiana uſq; ad veſpertinam ſeptimam: Impenſis viribus quantis maximis. Verùm etiam hæc opera, hic ſudor, periit. Deſiderati ſunt ex hoc prælio acerrimo circiter duo gregariorum millia, unà cum *Lindloo* tribuno. *Comargonio*, *Palando*, chiliarchis, aliiſque ſuperioris, inferioriſque, notæ præfectis, gregariiſque plurimis, haud perfunctoriè vulneratis. Pugnante ità *Papenheimio*, *Hiſpani*, tanquam rem aliam agentes, hanc fabulam riſu exceperunt. Ut vix tùm quoque ſibilis, ac convitiis, ſeſe abſtinerent. Tantùm valet iners vitium, ambitio. Nunquam ferè ſocias in operas excurrens. Ne quid prærogativæ accederet alteri. Sed rectiùs factum ab obſeſſoribus. Hi enim, eodem momento ex urbe prorumpentes, octogintà *Anglicanos*, unà cum duobus ductoribus, fuderunt.

CAP. VI.

Trajectum ad Moſam deditur Henrico Uranio.

Fini-

FInitâ illa pugna aſperrimâ, ac valdè cruentâ, *Vranius* quadragintà, ac plures, equeſtrium cohortes, unà cum pedeſtrium legionibus aliquammultis, antè caſtra dimiſit *Papenheimica*. Periculũ factur⁹, an pugnã retentare vellet. Sed hi, memores infortunii, maluerunt tormentis rem agere, quàm pugnæ aleam denuò jacere.

Fatiſcentibus illis pugnandi libidinationibus, *Vranius* per cuniculos, ſulphure, & rebus nitratis, infrà humum defoſſis, plenos, civitatem aggreſſus eſt. Ità *Angelicani* ſuſceptis aſſultibus irrumpere nitebantur. Hiatu autem exiſtente non ita magno, rejecti ſunt, deſideratis cervicibus numero quadragintà. Secundùm hæc, *Vranius* denuò id genus ſulphuratos retentavit loculos. Ut tandem plenam faceret impreſſionem. At obſeſſi, liberatione deſperatâ, ultima experiri nolentes, ſigno è propugnaculis dato, deditionem obtulêre. Ità, pactis induciis, ex urbe duo centuriones, cum *Clerico*, ac *Conſule*, obſidum loco in caſtra egreſſi ſunt, duobus vice verſa centurionibus in civitatem immiſſis. Totâ illâ nocte in transactiones itũ eſt. Tandẽ, *XII. Cal. Septembr.* circà diluculum, coiêre pacificationis coagula. Undè, biduo elapſo, mille, & ducenti *Hiſpanorum*, ſub ſarcinulis, funiculis ardentibus, ſignis expanſis, pulſis claſſicis, novemque tormentis, in *Brabantiam* emigrârunt. Ita potens, & munita, urbs, *Trajectenſis ad Moſam*, ab *Henrico Vranio* per undecim ſeptimanas obſeſſa, centumque, & pluribus, tormentis impendiò impetita, in conſpectu duorum potentiſſimorum exercituum, *Papenheimii* nempè, & *Gordubæ*, ad deditionem redacta eſt.

II.

Articuli, ſub quibus facta deditio.

OBſeſſis ex voto obtigit ſic ferè tranſactio. *Batavi* enim tolerabiles admodùm præſcripsêre leges. Hac ut lenitate monſtri quiddam alere viderentur. Cauſſis dubio procul non obſcuris intervenientibus. E quib⁹ ſunt hæ tales: Nimirùm, antè omnia, utrinque placitum eſt, injuriæ, ac convitia, tàm inter eccleſiaſticos, quàm ſeculares, homines, & antè, & ſub obſidione, intervenientia, omninò tollerentur, funerarenturque. *Religio Reformata* deinceps non modò in civitatem introduceretur, ſed etiam publico ſub exercitio, duobus ſub templis, ad id idoneis, perſonaret, more per provincias *Ordinum* confœderatorum uſitato. *Præpoſito* ad *D. Servatii*, adeóque quibuſcunque ſive eccleſiaſticis, ſive ſecularibus, inprimis *Præpoſito* ad *D. Mariæ Deiparæ*, nec non *Decanis*, & *Capitularibus*, unà cum ſubditis ſuis, itemque quatuor parochis, Collegioque *Patrum Societatis*, pariterque *Cænobiis* cujuſcunque ordinis, dignitatis, ac qualitatis nemine excepto, intrà civitatem permanentibus, conſervarentur bona, reditus, dignitates, privilegia, exemptiones, immunitates, juriſdictiones, beneficia, munia, conſuetudines, pacta, & indè huc uſque tàm intrà, quàm extrà, civitatem acquiſitæ poſſeſſiones. Prout illas hunc uſque in diem obtinuerunt. Ut nemini vel minimam illis liceat inferre moleſtiam, vel impedimentum, vel faſtidium. Pari paſſu intrà civitatem *Rom. Catholicæ Eccleſiæ Religio*, ejuſdemque exercitium publicum, ſicut antè, ità jam, & deinceps, per templa, ac *Cœnobia*, citrà ullum ſive impedimentum, ſive tædium, vigeret. Omnium civium, incolarum, familiarum, bonorum, privilegiorum, immunitatum, & exemptionum, nec non opificiorum, Xenodochiorum, cæterarumque, tàm intrà, quàm extrà, civitatem fundationum, cùm per aquas, tùm continentem, jura manerent ſarta tectaque. *Ordines* confœderati *Belgii* per urbem, ejuſque diſtrictus, ac territoria, nihil juris ſibi vendicarent, extrà id, quod *Hiſpaniarum Regi*, tanquam *Brabantiæ Duci*, debetur. Prout index, veteri more, apud *Senatum* cuſtoditus, docebit. Rationes, nuper in tabulas relatæ, redderentur. Communiſque juriſdictio, unà cum indè pendentibus requiſitis, ſicut antè, ità nunc quoque, *Principi Leodienſi* indiviſa conſtaret. Iidem *Ordines*, communibus operis, unà cum *Epiſcopo*, & *Principe, Leodienſi*, tanquam in civitate, & provincia, utrinque ab aliis provinciis, ac civitatibus, ſeparata, regimen adminiſtrarent. Eo tenore, quo antehâc tàm *Hiſpaniarum Reges*, quàm *Epiſcopi*, hanc civitatem, quoad forum, & res judiciales, mutuis gubernaſſent operis. Edictorum, mandatorumque, publicatio, itemque res monetaria, eodem maneret in ſtatu, quo temporibus *Hiſpaniarum Regis*, civitatis domini, fuiſſet. Miniſtris *Principis Leodienſis* officia, abſq; ulla ſive moleſtia, ſive juramenti exactione, conſtarent. Omnibus tàm civibus, quàm eccleſiaſticis, unà cum familiaribus, ac bonis, libera eſſet emigrandi, ſuaque vendendi, poteſtas. Abſque eo, ut quiſquam hoc impedire, ac prohibere, auſit. Ex indultu *Ordinum Belgii* confœderatorum, liceret omnibus, ac ſingulis, civitatis incolis, intrà proximũ biennium, in alias *Hiſpaniarum Regis* provincias, ac civitates, tranſire, negociari, reſque ſuas agere. Ità tamen, ut civitatis gubernatori priùs ſeſe ſiſtant. Neque quicquam, quod in præjudicium *Ordinum* vergere queat, ſuſcipiant. Civitati, ejuſque incolis, nulla, citrà communicationem cum *Ordinibus*, & *Principe Leodienſi*, imponerentur nova onera. Pari paſſu civitas, ejuſque dominium, non urgeretur pro ſumptibus, in civitatis novam communionem faciendis. Sed portas, mœnia, & munimenta, jam tùm extantia, propriis ſumptibus, tueretur. Præſidiarii tàm equeſtres, quàm pedeſtres, unà cum impedimentis, & apparatu tormentario, intrà civitatem eo loco collocarentur, quo quidem ſub *Hiſpanarum Rege* ſeſe tenuiſſent. Aut, in earum rerum defectu, cum magiſtratu porrò tranſigeretur. Codices rationarii, tàm civitatem, quàm id genus communitates, concernentes, ſemel rati habiti, confirmarentur. Neque in illos denuò inquireretur. Nomina, è civitate antè, & ſub obſidione, contracta, civitas diſſolveret. Quod verò æs alienum, pro *Hiſpaniarum Rege*, conflari accidiſſet, iſtud è dynaſtiis, & proventibus, tractuum ad *Moſam*, diſpungeretur.

* * *

CAP. VII.

De Batavis, Limburgum occupantibus.

REbus apud *Moſæ Trajectum* tranſactis, *Pappenheimius* ex hac, *Hiſpani* ex alia, parte deduxêre exercitus. *Vranius* verò, intromiſſo præſidio, civitatis loca, tormentis concuſſa, ac labefactata, reparavit. Intrà caſtra nihilo-minùs aliquantiſper ſubſtitit. Ut quidem foſſas antecurſorias radi, ſed caſtrorum munimenta, præſertim eo loco, quo *Papenheimius* aſſultus tentaverat, confirmari, curaret. Illis præeuntibus, *VII. Cal. Septembr. Starckenbrockium Baronem*, adjunctis viginti ſex equeſtrium cohortibus, & tribus peditum millibus, unà cum tormentis, ac mortariis, è caſtris, *Limpurgum* versùs, dimiſit. Equeſtres ergò primâ nocte civitatem concluſerunt, pedeſtribus ſecundo die veram obſidionem efficientibus. *Hiſpani* defenſores ab initiis, more militari, repugnârunt. Sed, poſtquàm tormentis, ſine miſſione in mœnia tonantibus, hæc alacritas ipſis expugnaretur, deditionem obtulerunt.

Articuli tranſactionis fuêre ejuſmodi. Omnes utrinque injuriæ, & hoſtilitates, tàm quà *Eccleſiaſticos*, quàm *Seculares*, & antè, & ſub obſidionem, intervenientes, ex toto oblivioni traderentur. Intrà *Limpurgum*, totamque illam apud *Moſam* provinciam, *Catholicæ*, *Apoſtolicæ*, *Romanæ Religionis* exercitium tàm ſub templis, quàm cœnobiis, aliiſque locis conſuetis, ſine ullo impedimento, vigeret. Interim loca non minùs idonea concederent, quibus *Reformatæ Religionis* uſus aperiretur. *Præpoſitus*, ac *Parochi* civitatis, cæterique homines eccleſiaſtici, parique paſſu *Iudices*, *Senatores*, itemque cujuſcunque ordinis, ac dignitatis, incolæ, manerent in quieta bonorum, redituum, privilegiorum, exemptionum, juriſdictionis, officiorum, aliarumque conſuetudinum, poſſeſſione. Sic, ut nemo illis ſit moleſtus. Neq; quicquam damni, tædiique, afferat. Eadem ratione *Prætori*, *ſcabinis*, *cauſſarum patrono*, cæteriſque id genus ſive cauſſidicis, ſive miniſtris, officia conſtarent, abſque rerum novarum interventu. A quibus ſi recedere volupe ſit, hoc itidem liceret iſtis liberrimè. *Ordines Provinciarum confœderatarum* per civitatem *Limpurgenſem* neque juriſdictionem, neque aliud ejuſmodi quicquam, ſibi vendicarent, præter illud, quod quidem ad *Hiſpaniarum Regem*, tanquam *Brabantiæ*, & *Limpurgi*, *Ducem*, ſpectat. Prout quidē civitatis obtinerent privilegia. Omnibus incolis, tàm eccleſiaſticis, quàm ciuibus, militibuſque, anteà *Hiſpaniarum Regi* inſervientibus, integrum foret, vel intrà civitatem ſubſiſtere. Vel bonis quomodocunq; alienatis, hæreditatibuſque divenditis, emigrare. Idq; abſque onere, ſive moleſtia ulla. Illis verò, quicunq; intrà civitatem perſiſtent, cujuſcunque ſint ſive ordinis, ſive dignitatis, indulta eſſet commerciorum, negotiationumq; quarumcunque exercendarum facultas. Interim neq; *Ordinum* confœderatorum, neque *Vranii*, in frauden quicquam tentarent. Profectioneſque ſuas gubernatore inſalutato ne inſtituerent. Codicilli rationum, aliorumque documentorum, antehâc producti, ac rati, jam nunc quoq; ejus eſſent vigoris Quo nomine omnia, ad *Comitem de Noylles*, per omnem *Moſæ* regionem, ſpectantia priſtinis juribus exemptionibusq;, gauderent. Sic, ut vel *Secretarium* ſuum, *Ioannem Vaulxium*, vel miniſtrum aliũ quempiam, mittere poſſit, pro illis, quæ eò pertinent conquirendis. Abſque eo tamen, ne quid in *Ordinum*, *Vraniique*, præjudicium obrepat. Præſidium intromittendum non ampliùs oneraret *Magiſtratum*, quàm anteà. Sed ſub iiſdem maneret legibus

II.

Articuli particulares. Quibus cum Comite Noylleſio, Ducatus, & Caſtri, Limpurgici, gubernatore, tranſactum eſt.

PRæter canones illos ſuperiores, novas atque ſingulares, in leges cum *Noylleſio Comite*, *Civitatis*, *Caſtri*, & *Ducatus*, *Limpurgici*, viciniſque ad *Moſam* tractus, gubernatore, tranſitum eſt. Nimirùm præfatus *Comes*, unà cum tota familia, ſarcinuliſq; omnibus, liberè emigraret *Leodium*. Subminiſtratis hanc in rem vehiculis neceſſariis. Niſi tot vehicula in præſentiarum, quot quidem ille opus habeat, comparari queant, liceret illi, intrà ſex menſium ſpatium, ſupellectilia reliqua evocare. Milites verò, intrà urbem exiſtentes, emigrarent ſub armis utriuſque generis, funiculis ardentibus, glandibus intrà buccas detentis, ſignis expanſis, pulſiſque claſſicis. Permitterenturque *Comiti* duo tormenta, unum majoris, minoris notæ alterum. Gregariis pariter carri ſubminiſtrarētur, ꝓ impedimentis deportandis. Si cuipiam è militibus intrà civitatem ſive ædes, ſive fundi, eſſent, hos illis intrà anni decurſum divendere, ſarcinulas verò intrà ſeptimanas ſex, aſportare, liceret. Præfatus denique *Comes* annonam, remque tormentariam, adeóque omnia, ad *Hiſpaniarum Regem* pertinentia, contraderet in manus illius, quem quidem *Starckenbruchius* tribunus nominabit.

Sub illis ergò legibus præſidium emigravit, *Limpurgicum*. *Comes* verò, pleriſque gregariis ad *Batavos* tranſeuntibus, conceſſit *Leodium*. *Caſtrum Limpurgenſe* (hoc ut in tranſcurſu adjiciatur) ſuper petra in edito ædificatum, probéque munitum, propugnaculiſque validis inſtructum, eſt. Eo, cum civitate, in ordinem redacto, *Batavi S. Vitum*, *Falckenburgum*, & *Dalennum*, occuparunt. Quibus procedentibus illorum ſucceſſibus non potuerunt non tractus *Hiſpanici* finitimi perturbari. Sic, ut toto in circuitu regio *Batavis* tributa penderet. *Comitatu Namurano* quinquagintà florenorum millia annua, pro redimenda vexatione, dependente. Eandem viam *Lüceburgo* quoque calcante.

CAP.

CAP. VIII.

De Ordinum Batavorum ſuaſoria. Ettentatis inter Hiſpanos, Batavoſque, induciis.

I.

Ordinum confœderati Belgii, ad Ordines Belgii Hiſpanici, ſuaſoria, codicillis divulgatæ.

SEcundùm hæc, vento *Batavorum* vela inflante proſperrimo, nihil dubitârunt *Ordines* confœderatarum provinciarum, ſequenti ſub declaratoria epiſtola, *Ordines Belgii Hiſpanici* mellitis verborum globulis delinire. An ſucceſſivè in naſſam ſuam pertrahere quiti eſſent. Poſteaquàm, inquiunt, diuturnũ, & lamentabile, bellum per provincias *Belgicas*, aut interveniente univerſali compoſitione, aut certa pacis tranſactione, aut induciarum denique extractione, potuiſſet conſopiri. Niſi abſoluta tàm ſuper eccleſiaſticos, quàm ſeculares, horumque omnium poſſeſſiones conjecta dominandi libidinatio hanc ſubditorum felicitatem evertiſſet. Ambitioque, interminationes, & diffidentia, *Hiſpanorum* hæc ocia turbâſſent. Quibus, ipſorumque complicibus, nihil quidem aliud cordi eſt, niſi ut extractis his bellis civilibus, ſub ſubditorum depauperatione, ipſi diteſcant. Intráque *Hiſpanias* tùm his è proventibus ſuperbire queant. E qua velut ſcaturigine promanat, totiuſque mundi eſt in oculis. Nihil aliud illis quæri, niſi ut per provincias *Belgicas* civile hoc incendium perpetuò gliſcat. Regiones in ultimam redigantur neceſſitatem. Et ſic tandem, tanquam provinciæ ſubjugatæ, juribus, privilegiis, exemptionibus, commerciis, & id genus beneficiis, priventur omnibus. Proindè *Ordidines provinciarum* confœderatarum, ſuperioribus illis, *XI. Calend. Iun.* datis, conteſtationibus, adhûcdùm inhærere. Nihilque magis in votis habere. Quàm ut *Ordines* quoque *Belgii Hiſpanici*, majorum exemplo, armis ſeſe in libertatem vindicarent. Jugumque illud *Hiſpanicum*, ſervile, & intolerabile, prorsùs, à cervicibus excutientes, in partes provinciarum unitarum liberrimè tranſirent. Futurum ſperantes, ſicut ipſi vindicibus armis libertatem ſibi peperiſſent. Eâque commodè uterentur, fruerentur. Ità vicinos illos *Ordines*, adeóque tot ſuperioris, quàm inferioris, dignitatis homines, tàm eccleſiaſticos, quàm ſeculares, paria facere. Seſeque in ſtatu liberrimo reponere, poſſe.

Atque hoc quidem nomine ſeſe ſub prudente, circumſpecto, ac forti, imperio *Henrici, Principis Vranii* validum, inſtructumque, produxiſſe exercitũ. Non, ut quenquam eo perturbarent, aut everterent. Sed magis provinciis, civitatibus, ac regionibus, ut ſuccurrerent; opemque ferrent. Uſque dùm jugum *Hiſpanicum* excutere, ſeſe in libertate priſtina reponere, queant. Sub ſancta, atque intemerata, hac conditione, ac ſtipulatione. Fore, ut id genus civitates, ac regiones, conſervatis quibuſcunque tàm eccleſiaſticorum, quàm ſecularium, cujuſcunque ordinis, ac conditionis, ſint, incolarum juribus, ac privilegiis, ſicut jam, ità deinceps, immunitates, exemptiones, conceſſioneſque, unáque *Romanæ Catholicæ Religionis* exercitium, proferant, tueanturque. Ut etiam à ſeſe armis vindicibus protegendi veniant. Utique qui nihil aliud in votis habeant. Quàm ut cum vicinis dilectis, & confœderatis, ſincerâ, & amicâ, fide experiri, vivere, negotiarique poſſint.

Hoc eſſe illud. Unde *Hiſpanorum* potentia conjunctis viribus feliciùs non modò retundi queat. Sed univerſæ totius *Belgii* provinciæ in pacem, priſtinumque, illum florem, ac vigorẽ, commerciorumque amplificationem, reduci ſuſtineant. Si igitur fortè inveniantur, qui tantoperè ſalutaris hujus negotii ematurationem retardare auſint. Illos, cujuſcunque ſive dignitatis, ſive ordinis, eſſent, ſevera armorum ultricium lege, bonorumque, ac fortunarum, confiſcationibus, venire coercendos. Qui igitur ſapiant, hanc *Charybdim*, hanc *Scyllam*, fugerent. Ea de re optimè confidere, ac ſperare, *Ordines* confœderatos, non eſſe, ut prænominatæ *Provinciæ*, *Civitates*, ac regiones, diu tergiverſentur. Sed pedibus hanc in ſententiam eant. Communemque libertatem, ac ſalutem, communibus operis, armiſque, (quod utique in rem ſuam foret) adjuvent.

II

Ordines Belgii Hiſpanici, ſuper induciis, mittunt legatos.

PRæmiſſa illa *Ordinum Batavorum* ſuaſoria, unáque *Henrici, Comitis Montani*, arma, & actiones, (qui implacabilem *Hiſpanorum* hoſtem profitebatur, adeóque in legiones adhûcdùm incumbens, multos per *Brabantiam* experiebatur fautores) in cauſſa fuêre, complures ex incolis *Belgii Hiſpanici* ut jam tùm inclinante cum fortuna vultus mutarent. Deque eo cogitationes ſuſciperent, quibus occaſionibus aſperitatem excuterent *Hiſpanorum*. Seſeque in libertate reponerent. Accedebant civitatis illius præcipuæ, *Trajecti ad Moſam*, à *Batavis* recens occupatio, aliique id genus ſucceſſus militares. Unde animi ſubditorum fluctuare, magiſque ad feliciores, pro more, reſpicere, cœperunt. Et jam, vires mutua acquirente diffidentia, eò veniebatur. Ut dynaſtæ de dynaſtis, ſubditi de ſubditis, tanquam in partes adverſas inclinantibus, ſuſpicarentur.

Ea præviſa tempeſtate *Hiſpaniarum Infans* vereri cœpit, ne, gliſcentibus id genus ſeditionis igniculis, paulò poſt gravius tumultuationis manifeſtæ naſceretur incendium. Quod igitur, ab integris trigintà annis, intrà *Belgii Hiſpanici* provincias, haud vſuveniſſet, apud *Bruxellas* conventum *Ordinibus* indixit. Super eo deliberaturis, quibus reme-

remediis *Belgium Hiſpanicum* à graviori rictu præſervari poſſet. *Ordines* igitur diligenter deponderantes, quibus inventis rationibus *Septendecim* illæ *Provinciæ* ſub unum ſyntagma poſtliminiò coire queant. Tùm pax, reducta, firmis conſtantiæ vinculis aſtringi, perpetuarique, ſatagat. Tandem communibus collatis ſuffragiis, in inducias contrahendas pedibus iverunt. His an præliminaribus ad ſcopum illũ regiũ ſucceſſu temporis perveniri amet. Re itaq; penſiculatius exacta, *Reipub. Antuerpienſis* cõſiliari⁹, unáq; *Senator Gandavẽſis* primi ſubſellii, pariterque *Schvvartzenburgicus Baro*, nomine provinciæ *Lũceburgicæ*, *Trajectum ad Moſam* dimiſſi ſunt legati. Sive pacem, ſive inducias, pacturi. Ubi ergò *Idibus Septembr.* coràm *Vranio*, litteras fiduciarias, ab *Hiſpaniarum Infante*, & *Cardinali de Queva*, autographis confirmatas exhibuiſſent. *Vranius*, de nonnullis neceſſariis præfatus, rejecit hanc rem ad *Ordines*. Interim, ut legati ad ſuos quoque à quibus miſſi erant, *Brũxellas* reverterentur, duarum illis ſeptimanarũ indulſit ſpatium. Sic, illis *Brũxellas* regredientibus, *Ehrenſteinium*, è *Dordraco*, *Bereaumontium* è *Seelandia*, & *Hertzfeldium*, ex *Vltrajecto*, dynaſtas ad *Ordines Batavos* ablegavit. Qui, de eo, quod interveniſſet, erudirent.

Intereà *Vranius*, re benè, ac feliciter, geſtâ, ad ſuos properabat. Quo fine caſtris, ac loricis, complanatis, civitatem uno equitum, ac quatuor peditum millenariis, confirmavit, quibus *Dux Bullionaus* gubernator præfici cœpit, *Goldſteinio* tribuno vicarii partes ſuſcipiente. Senatoribus veterrimis loco motis ſucceſsêre novi magiſtratus, *Romano-Catholicam* religionem nihilo-minùs profitentes. Civibus eò, quod hac novitate commerciorum amplitudinem animis præconciperent, pleriſque multa ſibi promittentibus.

III.

Induciarum tractatio in Hagam Comitis rejicitur.

ELapsâ ſeptimanarum pari, denuò ab *Hiſpaniarum Infante* ſequentes legati *Trajectum ad Moſam* redire juſſi ſunt. E quibus fuêre *Guilielmus de Blaſere*, *Baro de Hellibus*, *Senator Gandavenſis* primarius, *Schvvarzeburgicus Baro*, è *Lũceburgo*, *Penſionarius Antuerpienſis*, *Archiepiſcopus Mechlinenſis*, *Philippus de Cavarel*, *Abbas ad S. Vaſium*, apud *Artrebates*, *Penſionarius Brũgenſis*, *Anchermontius Baro*, *ex Hannonia*, *Ioannes Ronnetus*, ſenator *Nahmenſis*, & *Petrus Broideus*, civitatis *Duacenſis* penſionarius. Illis nomine *Ordinum Batavorum*, reſponderunt, præter præmiſſum ternarium, *Culenbergius Comes*, *Pavius* conſiliarius,, *Dumelsdickius*, & *Voſsbergenius*, *Barones*. Hi aliquantò poſt, apud *Moſæ Trajectum*, appulerunt. Tametſi igitur illic tractationis tentarentur præliminaria. Nihilo-minùs, cùm legati *Hiſpanici* non, tanquam provinciarum *Ordines*, ſed nomine ſubditorum regiorum, hanc diætam auſpicarentur.

His, aliiſque incidentibus de cauſſis, diæta præſens, mutuo partium conſenſu, in *Hagam Comitis* rejici cœpit.

* * *

IV.

Orſoya à Batavis intercipitur.

STante communi decreto illo, *Vranius*, rebu[s] poſt caput confirmatis, exercitum, è ſeptende[cim] pedeſtrium, & ſex circiter equeſtrium, milli[bus], versùs *Geldriam* produxit. Quò in itinere poſtridie *Id. Octobr.* quidam *VVolfius*, centurio *Batavus*, ſub manu octingentorum ſclopetariorum ſingulari calliditate uſus, *Orſoyam* civitatem inter[cepit]. *Hiſpani*, in arcem confugientes, tàm diu re[ſtitêre]. Uſque dùm è *Rheinberga* accitis auxiliari[bus], nimis maturè ſpoliis inhiantes, oppreſsêre. Sicque cæſis plurimis, civitatem recuperârunt. Gregarius *Batavus*, primùm irrumpens, militemque ſtationarium obtruncans, captus, ac membratim ferè diſcerptus eſt. Sed non diuturna hæc *Hiſpanis* fuit felicitas. Etenim paucis abhinc diebu[s] *Guilielmus Naſſovicus*, & *Diedenius Baro* aſſumptis u[triuſque] triuſque armaturæ aliquammultis millibus, in ve[ram] civitatis iſtius obſidionem incubuêre. Quan[quam] igitur defenſorum *Hiſpanorum*, *Italorumque* millenarius acerrimè obluctaretur, nihilque, au[t] parùm obſeſſoribus cedere. Nihilo-minùs, ad in[...]citas redacti, deditionem extrahere non ſuffece[runt]. Sic, pactis conditionibus, *VII. Id. Novembr.* poſt civitatem, arcemque, præſidio firmatam, i[n] partes diſcerpto gregario ſuo juſta militaria pera[...]gentibus.

Inter hæc *Vranius*, dimiſſis in hyberna copiis *Hagam* tetendit. Quam intranti modò non *Ordine[s]* ſuper victoria, gratulari cœperunt. Sed inſuper ſub tormentorum, campanarum, tubarum, ac tym[pa]norum, miſtis clangoribus, tanquam pleno ſu[b] triumpho, omnia fremuerunt. Ut multitudo animos, lætitiâ plenos, uſitatas illas, *Vivat Vranius* in acclamationes velut exoneraret. Nec mora, ubi plauſuum procella illa detonuiſſet, *Vranii* juſſu *Diedenius Baro* cinxit aquis-tenus *Rheinbergam*. Ut nec è *Veſaliæ*, nec *Orſoyæ*, portubus naves illac dimitterentur. Quibus accedebat *Geldriæ* civitatis concluſio. Qua obtinente nihil, abſque evidente periculo, poterat inferri.

V.

Hiſpanici Belgii legatorum, apud Hagam Comitis, præliminaris propoſitio.

CIrcà exodium *Novembris*, *Hiſpanici Belgii* legati, nimirùm *Archiepiſcopus Mechlinienſis*, *Abbas S. Vaſii*, apud *Attrebates*, *Dux Areſchottus*, *Baro Schvvartzeburgicus*, *Hellibuſus*, *Anchermontius*, dynaſtæ, & *Brodeus Duacenſis*, ſub comitatu, ad nonagintà ſex homines excurrẽte, & duobus tubicinibus, *Hagam* intrârunt. Ubi ſolennibus cum ceremoniis admiſſi, cœnâque dapali excepti, ſunt.

Præeuntibus ſalutationis conſuetæ communibus, ſub *Ordinum* confœderati *Belgii* conſeſſu, è legatis quidam hæc in verba dicere cœpit. Poſteaquàm, inquit, ô *Ordines* præpotentes, *Ordinibus* noſtri *Belgii*, apud *Bruxellas* adhûcdùm congregatis, innoteſcit.

Quo pacto, ad amicã eorũ interventionem, hac

ex

æ parte ratio haud diſpliceret, qua quidem funeſto, exitiali, ac cruento, bello clauſula imponi poſſit. Ea propter ad vos huc in *Hagam* uſque dimiſſi ſumus. Ubi, ſolenni cum honoris, hoſpitalitatisque, conteſtatione, nobis adventum eſtis congratulati. Et jam tùm feciſſemus paria. Niſi conſtaret, antè, quàm pleno *Ordinum* ſub conceſſu legationis auſpicia præveniri cœpiſſent, id apud vos in more non eſſe. Ea propter, in conſeſſu veſtro comparemus. Et, nomine *Ordinum* noſtrorum, tanquam committentiùm, ſecùndùm omnis amicitiæ, jureq; viciniæ, benevolentiæ, & humanitatis, oblationem, ità quidem profitemur, nos in belli oppidò luctuoſi, ac pernicioſi, continuationem haud ferri. Ut integerrimis ſub rationibus deſideremus calamitoſæ id genus ſcenæ finem impònere. Neq; hoc è loco diſcedere, vellemus, priusquàm communis, & amicæ, pacis tractatio ſpectâſſet ad effectùm. Hoc ut feliciter eveniat, tempus, locum, hominesque, requirimus. Coràm quibus porrò de ſumma rerum agamus. Sub ſpe, Altiſſimum, pro inenarrabili ſua bonitate, divinam huic inſtituto benedictionem cœlitùs erogaturum eſſe. Neq; verò noſtro defuturi ſumus loco. Ut quanta maxima induſtria eniti cupiamus. Quò Provinciæ illæ noſtræ in priſtinam quietem, pacem, ac felicitatem, quàm proximè reſtituantur.

VI.

Ordinum Batavorum exceptio.

SEcundùm illam legatorum præfationem, nomine *Ordinum* confœderati *Belgii*, *Norduyci Præſes* ſic quidem cœpit excipere: Domini, inquit, *Præpotentes Ordines* ſic quidem deponunt. Nempè legatorum adventum ſibi accidere gratiſſimum. Itaque firmâ ſpe, ac fiduciâ, nituntur, fore, ut inſtructio illorum ità quidem comparata ſit. Quò ſic finis, atque clauſula, moleſto, ac diuturno, bello imponi queat. Quòd quidem id genus hominum ambitioſa ſuccrevit procacitate. Quorum infinitam dominandi libidinationem, neque *Eos*, neque *Heſperus*, ſatiare, atque extinguere, amat. Tùm cò contemplationes ſuas conjiciunt, quoad, introducto ſtatu abſolutè *Monarchico*, etiam communium harum Provinciarum reliquam libertatem, jura, ac privilegia, penitiùs opprimant. Neq; verò *Præpotentes Ordines* recuſant, quin legati, ſecundùm inſtructionis ſuæ tabulas, deinceps experiantur. Ut bona, ſinceràq;, fide tractationes auſpicari cogitent.

VII.

Propoſita induciarum tractatio, refragante Hiſpaniarum Rege, ſine effecto exſpirat.

PRælibatis illis præliminaribus, *Henricus*, *Comes Montanus*, unà cum *Warfuſſeno Comite*, magnâ ſtipante catervâ, *Hagam* venit, ſingulari ſub honoris demonſtratione, exceptus. Mox per *Ordinum Batavorum* deputatos articuli aliquam multi *Belgii Hiſpanici* legatis offerri cœperunt. Super quibus, tanquam fulcris, pax firmari poſſet. Undè oppidò tractatio omnis reddita intricatior. Nam, quòd illæ hypotheſes ultrà legatorum inſtructionem excurrerent. Nedùm, abſque committentium *Ordinum* permiſſu, de illis tranſigere fas eſſet. Indè factùm, ut, perſpecta rerum difficultate, legati *Bruxellas* recurrerent. Sub hac lege. Id genus objectiones domi ſuperioribus illis ſuis communicandas venire. Quo facto vellent redire ad inſtitutum. Verùm enim verùm, ſimulàtque *Præſules*, ac *Principes*, legati illi, *Bruxellas* reverſi, *Hiſpaniarum Infanti* rem, prout geſta erat, aperuiſſent, illa, nihil cunctata, per curſorem *Hiſpaniarum Regi* omnia tranſcripſit. *Rex* itaque, offenſò ſimilior, ſub interdicto vetuit, ne quis deinceps *Belgii Ordinum*, abſque permiſſu ſuo, cum *Batavis*, in pacificationis tractationes deſcenderet. Ità omnis illa, tametſi ferè inchoata, ſive pacis, ſive induciarum, actio corruit. Dùm igitur ex hac parte *Rex Catholicus* ſuis interdicit, non defuit ex altera *Rex Chriſtianiſſimus*, qui idem faceret. Perq; legatos *Batavis*, excluſâ pacificationis tractatione, bellum inculcaret. Eâdemq; operâ ſumptus, & auxilia, promitteret.

VIII.

Novum Inquiſitionis axioma per Hiſpanias emergit. Et Caroli de Columna actiones ſub Belgio.

HAc tempeſtate famâ increbuit, tanquam per *Hiſpanias* multi præcipuæ notæ homines novæ accuſarentur hæreſeos. Ob id novò emergente *Inquiſitionis* rigoroſæ axiomate. Dùm, velut ad *Iudæos* apellas deficerent, plerique cœperunt accuſari. Hinc apud *Madritùm* magna pars potiſſimorum incolarum primùm conjecti in carceres. Mox capitis partim damnati, partim vivi in rogos miſſi ſunt. Clamabat, prout fit in populo, invidia, tanquam regiis theſaurariis hac ſeveritate quærerentur pecuniarum cōpendia. Dum etiam illi, qui claſſem regiam nuper versùs *Havanam*, *Braſiliamque*, inſtruxiſset, referrentur inter damnatos. Hacq; lege fortunarum jacturam facerent omnium. Unde livor iners neſcio quid non criminari cœpit. Neq; verò tùm *Caroli de Columna*, tribuni *Hiſpanici*, actiones probabantur *Belgis*. Cùm enim *Rex Galliarum*, ſub *Soyſoni Comitis* manu, in finibus *Arteſiæ*, & *Hannoniæ*, duodecim hominum millia haberet diſpoſita. Præfatus *Columna*, aliquam multis pariter hominum millibus inſtructus, apud *Cambricum* ſeſe demiſit. Scilicet ut ſuper res *Gallorum* curioſos conjiceret oculos. At cùm hic exercitus nō poſſet non regionibus, quas tetigit, accidere oneroſus, ac gravis, ſucclamatum fuit à multitudine, tanquam data operâ, extortis aliquot auri myriadibus, non tondere, ſed deglubere, vellet. Quòd igitur ſubditi id genus exactiones ferrent dolentiſſimè, variæ ad aulam *Bruxellanam* emanarunt tùm quidem querelæ. Sic, ut, remediis non affulgentibus, *Epiſcopus Gandavienſis*, & *Abbas Prickianus*, legati mitterentur in *Hiſpanias*, ſuper id genus violentis enervationibus, cōqueſturi. Tantoq; malo medicinam facturi. Ne vis iſta militaris deſpumaret in ultimam quamq; neceſſitatem. *Regiorumq;* ſubditorū mentes, unà cum fortunis, everteret. Qui vellent *Regi* aliàs conſtantem navare obedientiam. Debitamq; inculpatæ ſubmiſſionis legem pati.

Jo. Pe-

Io. Petri Lotichij

RERVM GERMANICARVM

LIBER LII.

CAPVT I.

De Cæſareanis, in Saxoniam, & quidem in Variſcos, moventibus.

I.

Holckenius, Strategus Fridlandicus, in Variſcos irrumpit.

POſt diffuſam rerum *Hiſpano-Belgicarum* interjectionem, ad ordinem, & inſtitutum, videlicet actiones *Germanicas*, revertimur. Suprà autem, de *Cæſareanorum, Suecorum, & Saxonum* per *Sileſiam* præliis, præmiſſum fuit. Ubi cùm *Cæſaris* copiæ apud *Vratislaviam* profligari, fugarique, cœpiſſent, *Fridlandus* rationem excogitavit, quâ *Saxones* aliò diverteret. Hoc nomine *Henricum ab Holcke*, *Mareſchallum*, circà *Calend. Sextil.* cum ſex hominum millibus, tormentorumque apparatu, in *Saxoniam* immiſit. Qui damnum, per *Sileſiam* illatum, pari modio retribueret, *Saxonumque*, illic prævalentium, vires diſtraheret. Nec fruſtrà fuit. *Holckenius* enim, in *Variſcos* legionibus productis, ità quidem, more militari, civitates, oppida, pagos, ſubditoſque inſontes, exercuit. Ut querelarum emergentibus cumulis *Elector* fatigatus *Arnheimium*, cum exercitus parte, indè evocaret in *Saxoniam*. Neque verò tantùm populationibus operam dedit *Holckenius*. Sed *Adorphum*, *Curiam*, *Annabergamque*, civitates, tametſi partim deditione captas, expilari permiſit. Illinc in *Olsnizam* itum eſt. Cujus cùm defenſores recalcitrarent, injecta vi per portas effractas locus expugnari cœpit. Sic, cæſis indigenis pleriſq;, ædificia quoque flammis ſunt abſumpta. Mox *Plavvenam* tetigit ordo. Ut, tametſi oppidum deditione veniret in poteſtatem, vix direptionibus daretur miſſio. Ità evénit, ut pagis non paucis in cineres itidem redactis, univerſa illa *Variſcorum* regio ſub ferro, atque igne, devaſtaretur.

II.

Zvvickavia deditur Holckenio.

SIc ubi milites incendiarii etiam ad *Dreſdam* usque, ſedem *Electoralem*, in pagos graſſarentur *Holckenius* porrò *Zvvickaviam* oppugnavit. Primùm igitur, ex more, per equeſtres civitatem conclusit. Altero die, juſtas admovens copias, directis quatuor tormentorum paribus, obſeſſorum fidem explorare cœpit. Cives, cum parva defenſorum manu, per octiduum impendiò reſtitêre. Quòd verò continuis illis laboribus, ac vigiliis, exhaurirentur, neque auxilia in promptu eſſent, poſt conditiones ter oblatas, tandem in deditionem, ſub conditionibus admodùm luculentis, ac plauſibilibus, deſcenderunt. Quam quidem ſub ſequentibus legibus, poſt triduanam tractationem, fecerunt. Nimirùm, *Zvvickavienſis* civitas ducentos gregarios *Germanicos*, pro præſidio, intromitteret. Qui illis diariis, quibus defenſores ſuperiores uſi eſſent, ſatisfieri ſibi paterentur. Iidem ſevera ex lege militari coërcerentur. Neque patribusfamiliâs, convivarum ſuperinductione, neque mulieribus, nedùm cuiquam, moleſti eſſent. Pagi finitimi, præfecturæque ſubditi, in ſocietatem alimoniæ venirent. Nihilque, præter hoſpitii communia, cives erogarent.

Nulla, quoad *Religionis* exercitium, miniſtrosque, tàm quà templa, quàm quà Scholas, fieret novatio. Pariterque *Electoris* præfectis, civitatis ſenatoribus, civibus, incolisque vis nulla inferretur. Neque alterius in verba adigerentur. Sic, ut *Electori* fides, ac devotio, conſtet integerrima. Ità nihil, ſive quà præfecturæ, ſive Senatus, regimen, immutaretur. Res tormentaria, & id genus apparatus, ſub armamentario civitatis obvius, permitteretur civitati. Neque alios in uſus con-

onverteretur. Hoc pacto baliſtarii, & armorum llorum præfecti, eſſent indemnes. Neque civibus, orumque, ephœbis, arma extorquerentur, neque neceſſitas militandi imponeretur. Etiam pau- is illis ſtipendiariis conceſsâ miſſione liberrima. Proventibus, ac reditibus, *Electoralibus* nulla fieret ris, neque deceſſio. Sed illi omnes ſuo loco, re- ponerentur. Abſque eo, ut præſidiarii à rebus an- nonariis cenſus, ac pretia, extorqueant. Homini- bus eccleſiaſticis, viduis, pupillis, & id genus exem- ptis, conſtarent immunitates ſuæ. Omnes in to- tum direptiones, extorſioneſque, multò magis ſpolia, exactiones, & incendia, tàm à templis, præ- fecturiſque, quàm ſubditis, civibus, equeſtribuſ- que, & externis, pro tempore intrà civitatem con- fugientibus, exularent penitùs. Nedùm tale quid vel obiter tentandi militibus permitteretur, facultas. *Dynaſtis, equeſtribus*, præfectiſque *Electora- libus*, nec non indigenis, incoliſque, tàm eccleſiaſti- ci, quàm politici, ordinis, ſarcinulas, ſupellectilia, equos, jumenta, miniſtroque, abſque offenſa, lice- ret educere liberrimè. Iiſque, quibus ſal- vo conductu, ſive litteris fiduciariis, opus ſit, hoc ſive jus, ſive beneficium, cederetur abſque pre- tio. Liberumque foret unicuique poſſeſſiones divendere, atque emigrare, abſque ſpolio, vel te- runcii alicujus extorſione, Frumentationes, pabu- lationeſque, tàm intrà horrea, quàm loca campe- ſtria, obviæ, haud impeterentur. Ut neque zythi, vinique, proventibus, ad civitatem, incolaſque, pertinentibus, manus inferretur. Sed unuſquiſ- que civium ſuo gauderet. Antequam archiſtra- tegus *Cæſareanus* præſidium intromittat, priùs le- giones, impedimenta, caloneſque, deducerem- tur. A quorum omnium diſceſſu, die inſequen- ti, præſidiarii immitterentur. Hac lege, *Oberſtei- navia*, arx *Electoralis*, civitaſque, & præfectura uni- verſa, unà cum oppidis, pagiſque, alio præſidio *Cæſareano*, citrà hoc, urgenda non eſſent. *Electorali- que* non minùs apud *Planitium*, & *VVieſeburgum*, quæſtori aditus ad hanc *Zvvickaviam* daretur liber- rimus. Inprimis etiam numerus antedictorum nullo pacto unquam augeretur. Illis verò, ſicut & centurioni, diverſoria deſignarentur à ſenatu civico. Civitatis defenſores, fortè in manus ob- ſidentium incidentes, abſque lytro, dimitteren- tur.

His ità ſtantibus legibus, ex adverſo, conſules, ſenatoreſque, bona, ac ſincera, fide receperunt, ſeſe prænominatos ducentos præſidiarios, *V. Ca- lend. Septembr.* bono manè, juxtà pactos canones, intrà civitatem admiſſuros. Hoſpitia deſignatu- ros. Illis acceſſus, regreſſuſque, quàm diu illic manſuri ſunt, liberè permiſſuros. Adeòque bo- na fide cum illis acturos. Furtivis, clanculariiſ- que, molitionibus operam non daturos. Vim illis non illaturos. Nec, ut inferri queat, admiſſuros. Sed, ſuper damnis imminentibus, erudituros. Quòd ſi inter cives, ac milites, præter opinionem, emergant colliſiones, tùm centurio ſuper mili- tum, & ſenatus ſuper civium, cauſſa cognoſce- ret. Denique, ſi hoc præſidium ſuo tempore ad exercitum emigret *Cæſareanum*, tùm quoque, ci- trà quamcunque offenſam, unà cum impedi- mentis, ac ſarcinulis, educeret. Atque hæc o- mnia, ac ſingula, fide *Germanica*, optimâque, u- trinque implerentur. Sic, ut, extrà præſidii il- lius rationem, civitati juriſdictio, juraque in u- niverſum tàm publicè, quàm privatim, compe- tentia conſerventur. Nihilque adversùs con- ſtitutiones, ſtatumque priſtinum, etente- tur.

III.

Præter Zvvickaviam, Variſci ultima patiun- tur.

PRofectò inquam ego, ex animi ſententia hæc alea cecidit *Zvvickavienſibus*. Qui quidem a- nimoſitate, ac confidentia, ſua id genus maximè tolerabiles archiſtratego *Cæſareano* velut extorsê- re conditiones, ut vix munitiſſima, populoſiſſima- que urbs altera, ad triarios, & deditionem, com- pulſa, leges ſublimiores, facilioreſque, impetrare quita ſit.

Intereà, tametſi huic parſum fuit civitati, mi- nùs *Cæſareani* cæteris pepercerunt *Variſcis*. Nam *Auguſti* arcem, ſic dictum palatium pulcerrimum, itemque *Schoppaviam*, locaque plura, direptioni- bus fœdârunt. Apud *Oedernium* pejus actum eſt. Præterquàm enim, quòd quingentos o- mnis ætatis, ſexuſque, homines, partim ſub ſtri- cta enſis ira interemerunt, partim in cavis ſuffo- cârunt, etiam civitatem ignibus injectis abſum- ſerunt, paucis relictis ædiculis, publicæ calami- tatis indicibus. Vix enim decem civium effu- gerunt.

Abhinc populatores in *Chemnitium* fecerunt impetus. Quibus cùm repugnaretur, ſubur- bium ignibus deleri cœpit. Quæ calamitas vi- cinos quoque tetigit pagos. Cives *Chemnicen- ſes*, indignatione tot infortuniorum accenſi, ſub integra centuria, tentârunt excurſionem. Sed damno cum ſuo. Nam dùm, legum militarium expertes, globum in tria diſpertiuntur agmina, paulóque licentiùs evagantur, ſupervenientibus à *Cæſareanis* cincti ſunt. Undè ſeptem civium, decem verò paganorum, paria ceciderunt. Qui- buſdam etiam è numero populatorum occiſis. Quos ſocii in equos, ut vocant, dextrarios ſub- latos, abduxêre. Neque ſic furor militum de- dit inducias. Sed, poſteaquàm manus eque- ſtris, apud *Schindersbergam*, pagum unum, at- que alterum, flammis abſumpſiſſent, inter cæ- tera loca, *Fravvenſteina*, civitas, ſedecim paſſuum millibus *Dreſdâ* diſtans, expugnari cœpit. Intrà quam tàm cives, quàm præſidiarii, ſub acie gladii, tanquam in macello, cruentis ſub lanioniis, perie- runt.

* *
*

Zzzz CAP.

CAP. II.

De Sueciæ Rege, denuò cum Helvetiis fœderis rationem diducente.

I.

Orator Suecicus, negato fœdere, Helvetios in viam neutralem vocat. Cui inſtituto Leopoldus Archidux repugnat.

ADhûcdùm illa erat *Guſtavi*, *Sueciæ Regis*, magnanimitas, ac confidentia, ut ſpes, è felicitate bellica ſubindè naſcentes, ultrà *Alpes*, nubibuſque vicinos illos ſcopulos, extenderet. Quam in rem nuper, ſicut præmiſſum eſt, *Oratorem* ad comitia, *Badenæ Helvetiorum*, ſuperiori anno *M.DC.XXXI.* habita, dimiſerat, an provincias illas non minùs liberas, quàm potentes, armorumque gloria venerabiles, in fœderis contubernium pertrahere quitus eſſet. Quòd igitur *Proceres* illi, præter exſpectationem, reſpondiſſent negativè, cauſſis moti evidentiſſimis, ecce! *Orator Suecicus*, nonnihil indè commotus, mutavit optionem. Profeſſuſque eſt, quò *Regis* autoritati ſatisfaceret, illam rogationem, ſuper fœdere, magis ab ingenio ſuo, quàm *Regis* ſapientia, emanâſſe. Nequaquam enim poſitivè, ſed ſuaſoriè, fœderis mentionem, & quidem à ſe, factam fuiſſe. Quòd ea interveniret, & quidem curioſa *Oratoris* ergà liberam *Rempublicam* propenſio. Ut non poſſit non utilia, ac profutura, illis ex animo vovere. Jam illorum eſſet, capillatam, ac faventem, hancce occaſionem è manibus haud dimittere, ſed penitiùs ad animum admittere, ac capillatam prehendere. Ad quam tùm quidem propoſitionem exercitatæ ſapientiæ *Proceres*, ſecundùm *DEUM*, nihil prius, antiquiuſque, præ veterrima libertate patria, habentes, ſic quidem, ſub œcumenico TREDECIM, ut vocant CANTONUM conventu, depoſuerunt. Ut appareret, non offerre illos fœdera, ſed recipere. Neque recipere quoque, ſed delectum habere, prudenterque omnia proſpicere. Interim, cùm neque ſic quidem *Oratoris Suecici* diligentia acquieſceret. Quin *Cantones* quoſdam ſpecialiùs ſolicitaret, promiſſiſque urgeret. Proindè commonefactus *Leopoldus*, *Auſtriæ Archidux*, non committendum putavit, quin hanc novi, externique, fœderis rationem per codicillos diſſuaderet. Sed etiam, dimiſſis ad diætam *Badenenſem*, hoc anno *M.DC.XXXII.* celebratam, legatis, veterrimi, illius, & hæreditarii, *Auſtriorum* cum *Helvetiis* fœderis rationes ſedulò inculcaret. Argumenta ferè præcipua fuêre illa: Nimirùm, inquit, juxtà hæreditariam id genus unionem, hac tempeſtate fœdus cum *Sueciæ Rege* conſiſtere non poſſe. Ideóque copula illa hæreditaria immotis paſſibus conſervaretur. Malè feriatis perſuaſionibus locus non daretur. Sic, ut promiſſis *Suecicis* aures non præbeantur. Tumori, ac viribus præcocibus, ab illis jactatis, nihil aut parùm, tribuatur. Sed deponderent, id genus potentiam, quantumcunque pro tempore colorem præ ſe ferat, nō propriis, ſed alienis, niti pedibus. Facilique negotio interverti poſſe. Illud enim de rebus quibuſque omnibus præcocibus ab antiquo, vel in triviis, objici: Præcoces flores haud eſſe diuturnos. Ac, quod citò fiat, citò perire conſueviſſe. Ut idem de triumphis illis *Suecicis* non abſurdè dici amet. Jam tùm enim *Cæſarem*, familiamque *Auſtriacam*, ità manus, vireſq;, confirmâſſe. Ut hoſtibus abundè reſiſtere ſufficiant. Ut etiam exercitas hûc-uſque impreſſiones optato cum effecto retundere valeant. Quo quidem nomine *Proceribus Helvetiorum* confirmatiſſimum eſſe oporteat: tàm *Cæſarem*, quàm *Archiducem*, jus unionis hæreditariæ ſartum tectumque, abſque rictu, ſervaturos. Adeóque, quicquid ad viciniæ melioris extenſionem facere poſſint, nullò unquam pacto intermiſſuros. Ammoneri itaque *Proceres*, paulò exactiùs proſpicerent, quid, & cum quibus, tractationes agitarent. Simulátque legatum *Suecicum* extrà pomœria ejicerent.

Ad illam *Archiducis* interpellationem regeſsêre *Helvetii* legato: Seſe ità ſentire, ut unionem illam, cum familia *Auſtriaca* intervenientem, hæreditariam bonâ, intemeratâque, fide proferre ſint affecti. Modò ex altera parte idem fiat. Exceſſuſque militares, nuper, diverſis ſub legionum productionibus, in ſubditos ſuos exerciti, deinceps abrogentur. Interdictumque, quo *Baſilienſibus* negentur frumentationis uſus, ac commercia, tollatur. Simulátque novi mercatus, in ſuorum præjudicium, introductionem antiquare velint. Niſi ea lex obſervetur, neque ſeſe vinculis tàm arctis obobligari. Ut nedùm *Auſtriacum* illud fœdus reclamet, quin *Helvetii* alias ad confœderationes inſuper, ſibi tàm honeſtas, quàm commodas, tranſire queant. Interim, patriæ incolumitatē apud ſe primam legem eſſe. Ut meritò veterrimi quoque fœderis ratio cæteris reſpectibus præponderare debeat.

II

Sueciæ Rex jus medietatis Helvetiis proponit. Idemque perſuadet.

NIhilo-minùs *Sueciæ Rex*, ubi *Helvetiis fœderis* acceſſionem perſuadere non poſſet, jus *medietatis*, ceu vocant, ſive ſtatum neutralem, perſuaſit. Directis enim novis ad *XIII. Cantones* codicillis, contendere perrexit. Hoc agerent: Nempè copiis *Hiſpanicis*, ex *Italia* in *Germaniam* tranſituris, aditus præcluderent. Juſque neutralitatis utrobique cōſtanter amplecterentur. Hanc ad iteratam interpellationem, *XIII. Cantones*, apud *Badenam* congregati, reſponderunt. Nihil dùm ſibi, ſuper *Hiſpanicis*, ex *Italia* in *Germaniam* moventibus, copiis, innotuiſſe. Tantò minùs deductionis facultatem, ac tranſitum, à ſe rogari cœpiſſe. Jam ſibi propriæ liber-

bertatis conſtanti propagatione nihil prius, antiquiuſque eſſe. Ut hoc nomine ne cogitent quidem, ſe ejuſmodi quiddam deinceps rogetur, aditus permittere. Aut quicquam deſignare. Quo patriæ quies turbari, ſedeſque belli in ſe derivari, queat. Interim quoad legibus patrii fœderis illius nihil deroget, neutralem illam non diſplicere viam. Ut eam bonâ fide, conſtanterque, amplecti velint. Sub ſpe, futurum, ut *Rex* militiam ſuam, copiaſque, ſic quidem dirigat, quo confœderata *Helvetiorum* ſocietas, eorumque adjuncti, & amici, ab omnibus bellorum injuriis immunes eſſe queant. Neque viciniæ ſuæ, quantum ejus fieri poſſit, noceatur. Hactenùs enim ſeſe à motibus *Germanicis* datâ operâ manus abſtinuiſſe.

Putares nationem, inteſtinis inter ſeſe, quâ *Religionis* diſcriminationem, diſſidiis præoccupatam, eò, quòd affectibus diviſi eſſent *Proceres*. Parſque in *Cæſarem*, & *Hiſpanos* inclinarent, pars verò in *Regis Sueciæ*, ac *Proteſtantium*, vota ferrentur. Etiam ſuffragia, & auxilia, dividere voluiſſe. Sed illi, veteri more, cum ſapientia locuti, maluerunt affectibus ſuis leges dicere. Patriæque quietem, ac ſalutem, cæteris reſpectibus facilè omnibus anteponere. Ea igitur victoria, qua quidem ſemetipſos viciſſe comperti ſunt, provecti, non, quid affectus ſuaderent, ſed quid expediret, ac conduceret, amplexi ſunt. Ut, in conſervationem liberrimi illius ſtatus ſui, neque novis fœderibus, multò minùs motibus bellicis, accederent. Itáque decretiſſimum illis fuit, externis quibuſcunque copiis aditus negare. Ne ſibi, ſuiſque provinciis, malum accerſerent. Ea igitur ſub diæta, ſequeſtratis affectibus, mutuis ſub ſtipulationibus, denuò in veterrimæ confœderationis jura, decreta, ac ſanctitudinem, conjurârunt. Ut ſi fortè accidat, quemcunque è confœderatis ſuis, adversùs pacem publicam, jura, privilegia, conſuetudines, immunitateſque, gravari, infeſtarique. In eum hoſtem, quicunque eſſet, conjunctis armis, operiſque, omnes educerent. Vitamque, ac ſanguinem, tanquam legitimi gladiatores, pro communis patriæ libertate, funderent.

III.

Rex Chriſtianiſſimus medietatem illam omninò approbat. Quæ quidem Helvetii ſociis, viciniſque, multùm profuêre.

EAm *medietatis* legem *Rex Chriſtianiſſimus* tantùm non totus approbavit. Sed etiam inculcavit. Etiam per *Ducem Rohanum, Landeumque* dynaſtam, apud *Helvetios, Rhetoſque*, tàm ordinarios, quàm extraordinarios, legatos ſuos, apud *Sueciæ Regem*, effecit, neutralis illa utrobique lex, ac ratio, ſolenniter ut confirmaretur. Tametſi enim apud alteram hoc *Anno M.DC.XXXII.* menſe *Novembri*, intrà *Badenam* celebratam, diætam, *Archiducis Leopoldi*, intereà ad plures emigrantis, vidua, gemina interveniente legatione, ſeriis verbis inculcaret. Siquidem, inquit, ità ſederet, legem amplecti velle neutralem. Hoc non ab unica ſaltem *Suecorum*, ſed altera quoque, nempè *Cæſareanorum*, parte peragetur. Ità enim medietatis poſtulare legem. Ut antè omnia veterrima *Auſtriacæ* illius confœderationis, à tanto tempore exercitæ, ratio prævalere debeat. Cujus autoritate, & intuitu, penès *Suecicos, VVürtenbergicosque*, miniſtros, efficiendum ſit, ut *S. Blaſii Abbatia, Villingenſis*, cæterarumque civitatum, ſylveſtrium dictarum, duo paria, nec non finitimæ regiones *Auſtriacæ*, ab injuriis bellicis eximantur. Nihilo-ſeciùs ab *Helvetiis* remonſtrari cœpit. Seſe quidem *Auſtriacæ* illius vetuſtiſſimæ unionis axioma incorrupto tenore obſervaturos. Modò amœbæum hoc eſſet. Interim motus illos, nuper *Bohemiam*, nunc univerſum *Imperium*, inundantes cum illa unione *Auſtriaca* nihil habere commune. Quâ ſub exceptione in medietatis prædictæ confirmationem pedibus itum eſt. Illa ut hac modò non ſub diæta, ſed etiam inſequenti, corroboraretur. Ubi tale quidem emerſit *Ordinum* decretum. Nempè aditus, ſaltuſque, ſuos tàm uni, quàm alteri, partium præcludendos venire. Neque permittendas eſſe ſuis in provinciis militum conſcribillationes. Et cùm per *Abbatis S. Gallenſis* ditiones copiæ *Lindaviam* uſque penetrâſſent, monere non deſtiterunt. Præſul etiam aditus deinceps ſuos præcluderet. Modò neutralitatis, ut vocant commodis uti frui velit.

Illos inter exercitatæ prudentiæ, continentiæque, limites ubi perſtarent *Helvetii*, tantùm non vetuſtiſſimæ patriæ tranquillitatem provexerunt. Sed etiam finitimis multùm profuêre. Etenim, dùm liber *Comitatus Burgundicus* impreſſionem à *Suecis* metuere viſus eſt, id periculum, mediante *Helvetiorum* interceſſione, exſpiravit. Eadem immunitas *Abbati Rheinavienſi*, per ſeptem *Türgoviæ Ordinum* legatos, à *Gallis* conſervata eſt. *Tigurum* inprimis, pro ſibi oppignoratis *Kleggövienſis Comitatus provincialis* regionibus, ac ſubditis, tàm à *Suecicis*, quàm ex parte *Cæſareanis*, pro curioſa, ac fideli, diligentia ſuâ, obtinuit. Ne quid tàm regio, quàm ſubditi, paterentur detrimenti. Neque impreſſio illa *Lottſtettiana*, clades, atque incendium, cæteraque infortunia, habuiſſent aditum. Sicubi *Tigurinorum* conſiliis in tempore locum dediſſent. *Tigurini* itaque, ſine religionis diſcriminatione, tàm pro *Rheinavienſi Abbate*, quàm aliis ſive eccleſiaſticis, ſive ſecularibus, viciniam incolentibus, *Ordinibus* intervenerunt. *Tigurini* bonam captivorum partem à *Gallicanis* vindicârunt, lytri pretio ad moderationem vocato. *Tigurini* deniquè, *Suetis* in *Sueviam, Hegoviamque*, immò *Epiſcopi Conſtantienſis* ditionem, ingruentibus, amicæ vicinitatis ex lege, plurimum in rem communem emolumenti contulêre. Hæc ut illis ab humanitate commendatio vel noſtris verbis hoc loco ex merito debeatur.

CAP. III.

De dividiis, ac diſcriminibus, inter ipſos Helvetios naſcentibus.

I.

Inter Tigurinos, ex una, & Lucernates, Vrios, &c. ex altera parte, emergunt dividiæ, ac lites.

IAm ſic ſatis ab externis injuriis videbantur ſecuri **Helvetii**. Sed inteſtina peſtis, ac labes, gravius minabatur damnum. Nec enim regna, ac provinciæ, promptiùs ad interitum ſpectant, quàm ſi ſuis ipſæ viribus ruant. Civiliumque bellorum incendiis conſumantur. Quò magis igitur *Romanum Imperium* foris à tot annis ingentibus. Ità ſua quoque tropica eò impenſiùs *Helvetiis* veniebant metuenda. Quòd, proximo ſic quidem ardente *Vcalegone*, haud perfunctoriè propriis timendum eſſet parietibus. Accedit, eâ facilè provincias *Helveticas*, ſub liberrima illa vivendi ratione, laborare invidiâ. Ut multos invenire ſit *Magnates*, qui illorum rictus non invitis aſpiciant oculis. Sed ad rem. Gliſcebant inter *Tigurum*, ex hac, & *Lucernates, Vrios, Svicenſes, Vndervvaldenſes, Zugioſque*, ex illa parte, iræ, litium procuratrices. Neque ſegniùs eodem tempore diſſidebant *Bernates*, ac *Solothurii*. Ut vix alia pateret ratio, quàm fore, hæ dividiæ ut in manifeſtas diſpumarent colliſiones bellicas. Priùs igitur de *Tigurinis*, mox de *Bernatibus*, eorumque adverſariis, videbimus. Res ſic ſe habet. *Tigurinis*, inquam, unà cum quinque illis ſive civitatibus, ſive *Ordinibus*, unàque *Claruſanis*, commune in *Türgöviam*, nempè *Comitatum provincialem*, geritur imperium. Ut ſimulátque, concurrentibus *Appenzellanis*, *Comitatum Rheinthalanum* gubernent. Illis duabus ſub regionibus jam inter partes convenerat. Ut tàm *Catholicæ*, quàm *Evangelicæ*, *Religionis* exercitium eſſet liberum. Quâ ſtante tranſactione, *Tigurini*, à tempore *Religionis* reformatæ, ab integro ſeculo, indè uſque hûc, *Conſiſtorium* illic aperuerunt *Eccleſiaſticum*. Superiores *Rheinthalæ* itidem indigenæ, ultrà hominum memoriam, ea pollebant conſuetudine. Ut, parocho fatis concedente, alium vacantem in locum ipſi quibuſdam ſub partibus, abſque ulteriori confirmatione, immitterent. Sic tamen, ut loca aliquammulta *Abbatis S. Gallenſis* conſenſu, ac confirmatione, haberent opus. Iſtius nunc *Conſiſtorii Eccleſiaſtici* uſus *Tigurinis* controverti cœpit eodem planè tempore. Quo *Rheinthalenſibus* quoque, ſub vocatione parochorum, à tàm immani intervallo conſueta, lis intentata eſt. Ità verò evenit.

Cùm *Abbatis S. Gallenſis* ſubditus, ſub præfata *Türgövienſium Ordinum* juriſdictione vivens, Anno *M.DC.XXIX.* cùm fœmina, nullo quidem agnationis, ac conſanguinitatis, jure ſibi devincta, ſed qua cum ad ſacrum baptiſmatis fontem, pro infantis initiatione, reſpondiſſet, matrimonium pepigiſſet, *Abbas* id genus tædas maritales, tametſi in hominibus *Evangelicæ Religioni* addictis, ratas habere negavit. Niſi vel à conſiſtorio *Epiſcopali Conſtantienſi*, vel *Nuntio Pontificio*, ejuſce rei permiſſionem excepiſſent. Quo rigore accuſabatur, tanquam *Evangelicæ* juriſdictionis ſubditos conſiſtorio *Tigurino* ſubducere. Imperiumque ſuum in cauſſa *Religionis*, præter debitum, extendere, vellet. Non tuli hoc *Tigurum*. Tanquam factum pacificationi provinciali, qua ſub hi comprehendebantur ſubditi oppidò contrarium.

Antequam autem hæc prima lis decideretur ecce! alia ſimilis farinæ emerſit cõtroverſia, & quidem gemina. Nimirùm duo hominum paria, *Abbatis* ſubditi quidem, ſed ſub *Tigurinis* incolentes quorum alterum par in ſecundo, ac tertio, affinitatis, alterum verò in tertio, ac quarto, conſanguinitatis, gradu ſibi reſpondebat, ſuperiori *Ann* *M.DC.XXX.* coràm conſiſtorio *Tigurino* comparuêre. Licentiamque contrahendi matrimonii corrogârunt. Id illis utrinque ex voto obtigit. Sed *Abba* itidem repugnavit. Ut operâ præfecti provincialis *Rheinthaliani* hominis *Catholici*, ad quem è quinque ſuperioribus illis *Civitatibus* edictum impetraverat, uſus, illud impediret. Qui, *Tigurinorum* mandato inſuper habito, colorẽ hunc attulit, tanquam civitatum pluralitati obſequendum fuiſſet. Ità quo minùs illa conſummarentur, matrimonia, interdicto vetuit. Pariterque parocho *Evangelico*, eidemque civi *Tigurino*, eò, quòd coràm conſiſtorio pro illis verba feciſſet, officium, parochiamque abrogavit. Quo ipſo jus conſiſtorii *Eccleſiaſtici*, ſub *Rheinthala* ad *Tigurinos* ſpectans, labefactare conatus eſt. Ut, quà parochiæ abrogationem, adversùs conſuetudinem vetuſtiſſimam, plus juſtò ſibi tribuerit. Dùm & parochis vivendi regulã, modumque, præſcribere. Nec non intrà *Altſtettam* templa *Evangelicis* præcludere, auſus fuit.

Poſteaquàm igitur hæc querela in diætam, ab *Ordinibus Türgôviæ, Rheinthalæque*, apud *Fravvenfeldam* civitatem, ſub Anno *M.DC.XXX.* celebratã, rejiceretur. Adeóq; *Abbas* ſententiã poſtulâſſet, nempè etiã nunc ſui p *Türgöviam*, & *Rheinthalam* utriuſque religionis ſubditi, tantummodò ad *Conſtantienſis* conſiſtorii tribunalia, ſicut antè religionis reformationem uſuveniſſet, poſtliminiò remitterentur. Pariterque ſibi jus, atque inſpectio, æquè in ſubditos *Evangelicos*, quàm *Catholicos*, deferretur. Accidit, ut *Epiſcopus Conſtantienſis*, tanquam ejus regionis, ut vocant, *Ordinarius*, ſuos quoque eò mitteret legatos. *Abbatis* cauſſam in caſibus id genus matrimonialibus adjuturos. Subditi verò, & *Magiſtratus Tigurinus*, unà cum *Glaruſanorum*, & *Appenzellenſium*, legatis *Evangelicis*, corrogaret. Ne quid in leges exemptionis, conſuetudinis, uſuſque, hactenùs exercitas, deſignaretur. Sed omnia priſtino in ſtatu relinquerentur. Nec enim præſens tempus, locumque, pro dijudicanda hac cauſſa, opportunum videri. Quòd alio nomine hæc diæta aperiri cœpiſſet. Nihilo-minùs quinque *Ordines* illi *Catholici* ſententiam dixerunt. Qua videlicet per utramque tàm *Türgoviæ*, quàm *Rheinthalæ*, regionem ſubditis *Evangelicis*, in genere omnibus, nec tantùm *Abbatis* jurisdictioni ſubjectis, conſiſtorii *Tigurini* frequentationem negârunt. Jus conſtituendi parochos verò per tractum *Rheinthalæ* ſuperioris *Abbati* purè, ac ſimpliciter, tribuerunt. Quo ipſo *Abbati* ex animi ſententia cecidit alea. *Epiſcopo* autem plura, quàm ſperare fuiſſet auſus, obtigerunt. Quid? quòd utrique *Præſuli* hæc ſententia definitiva litteris, ac ſigillis, corroborata ceſſit. Tametſi *Tigurini*, unà cum legatis

Evan-

ſvangelicis Glaruſanis, conceptis verbis omnia juris)eneficia proteſtando ſibi reſervarent. Atque jus, & leges patriæ confœderationis provocarent. I-tà quidem vel tùm quoque decreti publicatio ili-:et emanavit. Ut haud ſegniùs ad executionem 'es ſpectaret.

Sed ecce! ob ſententiam illam, è gemina contro-verſia, aliàs ſatis exaſperata, triplex emerſit digla-diatio. Dùm ne ſic quidem *Tigurini*, ratione plu-rium ſuffragiorum, ſociis *Ordinibus* largiri cœpêre prærogativam. Undè inter illos utrinque veras ex-citari contigit colliſiones. Sic ut controverſia, or-dine tertia, evaderet prima, periculoſiſſimaque. A parte quinque *Cantonum* periclitabatur exiſtima-tio. In cujus corroborationem totis incumbe-bant viribus. Nequicquam præ ſe ferentes, hanc cauſſam ulla laborare difficultate. Ut pleno jure uterentur. Tanquam, ſub communi juriſdictio-ne, pluralitas ſuffragiorum, & quinque *Ordinum* decretum, unicæ parti, nempè *Tigurinis*, uſque eò præpolleret. Ut neque de jure dignarentur com-promittere, neque cauſſæ ventilationem admitte-re. *Tigurini* autem ingerebant. Non ſe ideóq; cauſ-ſa cadere, quòd ſoli contrà quinque ſtarent. Sed hoc, ex fœderis, pacificationiſque mutuæ, lege, obtineri, ut in cauſſa hac, ſive controverſia, *Ordi-nes*, aliàs, reſpectu *Religionis*, diviſi, quinque nume-ro, pro parte unica, venirent. Ità enim pacifica-tionis articulos verbis loqui diſertiſſimis. Ut *Or-dines* utrinque in duas partes ſegregentur. Qua-rum utraque iiſdem fruatur juribus. Quinque igitur *Ordines*, tanquam eidem *Religioni* addictos, unicam tantummodò abſolvere partem. Ità enim vetuſtiſſimas ſocietatis leges inferre. Nimirùm, pacem tàm provincialem, quàm religioſam, diſ-ſertiſſimis verbis utrobique paritatem inculcare. Ut quinque *Ordines*, eidem *Religioni* addicti, eſſent pars tantùm unica. Neque enim aliter ſub foro conveniri poſſe. Aut rationem dictare. Niſi alterutrius religionis profeſſio everti velit. Pro-indè, cùm *Ordines Catholici* de rigore ſuo nihil re-mitterent, etiam *Tigurini* animos, ex adverſo, commaſcularunt. Arbitrati, ſatiùs eſſe, citam mor-tem, ſub victoriæ ſpe, exſpectare. Quàm lentam, & certiſſimam, everſionem diuturnis ſub tormen-tis, tantem experiri. Quo eventu, tàm hi, quàm illi, communi cauſſæ fidentes, utrinque arma expedi-verunt.

II.

Controverſia, ex lege fœderis, quatuor commit-titur arbitris.

Gliſcentibus hoc pacto partium odiis, *Catholi-ci Ordines* autoritate *Regum*, ac *Magnatum*, nite-bantur *Catholicorum*. Quos, codicillis imploratos, in conſenſum trahere cœperant. Idem egerunt ſuo loco *Tigurini*. Tàm ut bonitati cauſſæ ſuæ ve-lificarentur, quàm auxilia, ſi opus ſit, adcerſerent. Intereà, ferventibus id genus dividiis, periculi ple-nis, univerſa confœderationis *Helveticæ* ſocietas, unà in conſortium evocatis fœderis adjunctis, diverſos aperuerunt conventus. Quibus lites illas dirimerent. Sed ſine effectu laboratum eſt. Tametſi enim utrinque argumentis, confuta-tionibusque, res ageretur acerrimè. Nihilo-mi-nùs ad remedium quaſi ultimum, id genus in ca-ſibus, fœderis lege, præſcriptum, deventum eſt. Nimirùm, ad *Tigurinorum* inſtantiam, res in qua-tuor, duos *Catholicæ*, & duos *Evangelicæ*, religionis arbitros, rejici cœpit. Illi ut cauſſam communem inſpicerent. Sententiamque ex æquo dicerent. Talis verò illa extitit.

Nos infrà ſcripti *Franciſcus Ludovicus ab Erlach, Baro de Spiez*, *Chiliarcha*, & *Prætor Reip. Bernenſis*, *Ioan. Rudolphus Fäſchius. Reip. Baſilienſis* tribunus ſu-premus, nomine *Coſ.* & *Senatus Tigurini*: Et nos *Ioan. Daniel de Montenach*, liberæ dynaſtiæ *Pontiæ* cō-director, *Senator Reip. Fryburgicæ*, & *Ioan. Iacobus à Staal, Reip. Solothurienſis* ſenator, nomine *Prætoris*, præfectorum, Provincialium, ac Conſiliario-rum, quinque *Ordinum Catholicorum*, videli-cet *Lucernatum*, *Vriorum*, *Svitiorum*, *Vndervval-denſium*, & *Zugiorum*, tanquam controverſiæ iſtius utrinque nominati arbitrarii judices, notum, te-ſtatumque, facimus præſenti diplomate, quorum intereſt, omnibus. Nempè Anno *M.DC.XXX.* ſub diæta *Badenſi*, intrà *Turgoviæ*, ac *Rheinthalæ*, juriſ-dictionem, incidentibus cauſſis matrimonialibus, intrà *Tigurinos*, tanquam actores, ex una, & *Lucer-nates, Vrios, Svicios, Vndervvaldenſes*, & *Zugios*, tan-quàm reos, ex alia parte, naſci cœpiſſe lites, ac di-vidias. Super his quæſtionibus. An *Turgoviæ*, ac *Rheinthalæ*, ſubditi, *Evangelicam* profitentes religio-nem, in cauſſis matrimonialibus, coràm conſiſto-rio ſive *Conſtantienſi*, ſive *Tigurino*, reſpondere tene-rentur? Et utrùm, ſub ſuperioris *Rheinthalæ* diœ-ceſi, jus conſtituendi, ut vocant, parochos ad *Abba-tem S. Gallenſem*, an verò *Evangelicos* eò loco ſubdi-tos, pertineret? Jam ab *Ordinibus* illis *quinque Ca-tholicis* ſuperiori illo *Anno M.DC.XXX.IV. Cal. No-vembr.* apud *Fravvenfeldam*, emerſit tùm quidem ſententia. Cui *Tigurini* conceptiſſimis verbis contradixerunt. Læſionemque gravem, tanquam *Religionis* ſuæ axioma violaretur, allegârunt. Ea-propter, procedentibus illis controverſiis, nos, pro totius confœderatæ ſocietatis lege, hac in cauſſa, *Iudices* nominari cœpimus. Quo hic apud *Badenam*, comparentibus partium legatis, cauſſam inſpiceremus. Siquidem igitur hanc controver-ſiam diverſis ſub conventibus apud *Badenam* ventilari acciderit. Nihilo-minùs nos arbitri, ac Iudices, ad *III. Cal. Septembr.* partibus, hanc a-pud *Badenam*, diem diximus. Inſtanterque tàm amicis, quàm ſeriis verbis, inculcavimus, pateren-tur amico noſtro arbitrio hanc controverſiam ſubmittere. Quo ſic provinciam illam jus di-cendi ſatis oneroſam deponere liceat. Id modò non nobis, ſuperioribuſque noſtris, utrinque pro-mitti cœpit. Ut etiam, ad inſtantiam *Chriſtia-niſſimi Regis*; tanquam domini, & confœderati noſtri, intervenientibus *Rohano Duce*, & *Iacobo de Stäffis*, dynaſtæ *Mollondini*, utpote per *Helvetiam*, *Rhetiamque*, legatis, ſingulari cum regii nominis reverentia, condixerint. Undè factum, ut *XIV. Cal. Septembr.* totius rei cardinem amicæ diſqui-ſitioni ſubjicientes, utriuſque partis legatis, non-dùm ſufficienter inſtructis, indultum fuerit, ad-hucdùm ſuperiores ad ſuos redire, pleniſſimam-

que tractandi poteſtatem ab illis tandem impetrare. Admiſerunt illi hanc quoque legem. Et, propridie *Cal. Septembr.* ſufficienti poteſtate utrinque inſtructi, redierunt legati. E quorum tùm quidem numero comparuêre *Henricus Brömius, Coſ. Tigurinus, Salomon Hirtzelius*, ſenator, & penſionarius, & *Georgius Grebelius*, archigrammateus, nomine *Tigurinorum*. Nomine *Lucernatum*, affuit *Henricus Fleckenſteinius*, Eques, Chiliarcha, & Senator. Nomine *Vriorum*, legatum egit *Ioan. Henricus de Fontibus*, præfectus, ac chiliarcha. Nomine *Sviciorum* reſpondit *Ioan. Sebaſtianus ab Ibrog*, præfectus. Nomine *Vndervvaldenſium* ſeſe ſtitit *Sebaſtianus VVürtzius*, præfectus. Et denique, nomine *Zugiorum*, *Beatus Laubenius*, centurio, & præfectus, comparuit. Qui omnes, ac ſinguli, nomine ſuperiorum ſuorum, in ſequentes amicæ, ac mutuæ, pacis articulos pedibus iverunt. Bonâ fide compromittentes, ſeſe ex æquo utrinque ſatisfacturos eſſe.

Pro primo ergò, fidei confeſſio, ac *Religio*, ex parte *Tigurinorum*, tanquam confœderatorum amicorum, ac fidelium, ſub communi illa *Türgoviæ*, ac *Rheinthalæ*, jurisdictione, eſſet permiſſa, ſecura, ac libera. Neque ejus *Religionis* ſubditi, tàm quà pietatis exercitium, quàm cætera, indè pendentia, à quopiam deinceps, infeſtarentur. Pro ſecundo, *Ordines*, ad quos communis *Turgoviæ*, ac *Rheinthalæ*, ſpectat juriſdictio, controverſias utrinque incidentes ex æquo dijudicarent, ac componerent. Sic, ut ſcapha dicatur ſcapha. Quemadmodum indè uſque à majoribus uſuveniſſet. Quodſi tamen, præter exſpectationem, & ex tranſverſo, in cauſſa *Religionis Evangelicæ*, & rerum indè pendentium, lites eveniant. De quibus, ſub pacis patriæ ſyſtemate, prævíſum dilucidè non ſit. Tùm in id genus diſcriminibus non ilicet ferretur ſententia. Sed in amicam iretur compoſitionem. Quodſi, præter exſpectationem, etiam hæc compoſitionis ratio fortè exulet, locumque non inveniat. Eo eventu, ex lege pacis patriæ, utriuſque *Religionis* eligerentur diribitores, ac judices. Qui juxtà ritus, regulaſque veterrimas, tàm ex jure amicitiæ, quàm æquitatis, ſententiam dicerent. Parteſque partibus, exſpectoratâ invidiâ, conciliarent.

Quandoquidem verò, pro tertio, per cæteras provincias uſu receptum, æquitati, ac rationi, conforme eſſet, ut in cauſſis matrimonialibus, unusquiſque, à ſuæ *Religionis* judice, dependeat. Proindè, apud conſiſtorium *Eccleſiaſticum* intrà *Tigurum* ſubditi *Evangelici*, apud *Conſtantiam* verò *Catholici*, *Turgoviam*, & *Rheinthalam*, incolentes, indigenæ comparerent. Si verò actor in hominum *Catholicum* inſtituat querelam, vel eundem, ſuper matrimonio, compellet. Tùm utique forum rei ſequeretur. Judicemque interpellaret *Catholicum*. Pari paſſu ſi accuſatus *Evangelicam* profiteatur *Religionem*. Tùm conſimiliter quoque forum *Evangelicum* petendum eſſet. Huic deciſioni ubi *Iudices Friburgenſes*, & *Solothurii*, repugnâſſent, utriſque partibus convénit.

Nempè, *Ordines* quinque *Catholici*, quantùm in ipſis eſt, admittent hanc clauſulam. Neque obſtabunt. Uſque dùm *Ordinibus* in univerſum, communis patriæ faſces gerentibus, commodum fuerit legem ferre, ac publicare. Qua quidem interdiceretur, ne poſthâc diverſæ *Religionis* ſubditis matrimonia contrahere fas ſit.

Quartò denique ſuperioris *Rheinthalæ* cœtibus *Evangelicis*, è quibus emanâſſet hæc controverſia, parochos *Evangelicos* apud confœderatos *Helvetios* quærendi eſſet facultas. Sic, ut duos ſimul, honeſtæ vitæ teſtimoniis inſtructos, ac jam tùm myſteriis ſacroſanctis, cenſurâ, atque examine, præeunte, initiatos, & admiſſos, *Abbati S. Gallenſi* ſiſterent. E quibus alteri ſive præſul, ſive præfectus ejus, miniſterium ordine conferret. Juramentique ab hoc novitio, more veteri, ſanctitudinem exigeret.

Quæ cùm dilucidatio, & amica tranſactio, è fideli, ſincera, integerrimaque, & *Helvetica*, fide, per nos præfatos judices illos arbitrarios, communi de ſententia, lata ſit. Proindè, ità ſentimus, decernimus, volumuſque, fideles, & amici, confœderati noſtri, tàm *Tigurini*, quàm cæteri *Ordines* quinque *Catholici*, ſuper litibus, ac dividiis, antedictis, penitùs acquieſcerent. Sibi invicem conciliarentur. Diffidentiæque intervenienti miſſionem darent. Omniaque illa, quæcunque, durante ſub controverſia, tàm verbis, quàm factis, læſionem ſapiant, funditùs delerent, funerarentque. Prout igitur partes utrinque juribus ſuis per *Türgoviam*, & *Rheinthalam*, ad ſeſe utrobique ſpectantibus, nihil derogant. Conſimiliter illis (cæteriſque, quorum, citrà hanc tranſactionem, intereſt, omnibus) quà eminentiam, juriſdictionem, regalia, & id genus privilegia, nihil decedet. Ut nedùm quicquam in confœderatam noſtram patriam veterrimam, pacem publicam, tranſactiones, & Receſſus, multò minùs *Ordinum* exiſtimationem, ac præeminentiam, eorumque omnium præjudicium, poſſit militare. Tantò minùs ut nobis judicibus arbitrariis, ac deputatis, id fraudi ſit. Quibus utique nihil antiquius fuit, priuſque. Quàm ut patriæ noſtræ confidentiam, pacem, ac quietem, conſervaremus. Hacque, periculi plena, potiſſimùm tempeſtate, per *Dei* gratiam, ſic quidem vigilaremus. Quò eam internæ, ac ſociæ, incolumitatis bonitatem etiam ad poſteros propagare fas eſſet. In quorum omnium fidem nos *Franciſcus Ludovicus ab Erlach, Baro de Spietz*, chiliarcha, & Prætor, *Reip. Bernenſis, Ioan. Rudolphus Faſchius, Reip. Baſilienſis* tribunus ſupremus, *Ioan. Daniel de Montenach, Eques, Reip. Fryburgenſis*, & *Ioan. Iacobus à Staal, Reip. Solothurianæ*, ſenatores, hos codicillos (quorum par ejuſdem tenoris expediri cœpit) ſigillis noſtris communivimus. Abſque eo tamen, ut quicquam indè vel nobis, vel hæredibus noſtris, exſpectandum ſit incommodi. Nos verò, ad id muneris requiſiti archigrammatei, nominatim *Ioan. Iacobus Zieglerus, Reipubl. Schafhuſianæ*, & *Mauritius VVagnerus, Reip. Solothurenſis*, ſcribæ, ſubſcripſimus. Actum *Badenæ Helvetiorum*, Anno *M.DC.XXXII. V. Cal. Septembr.*

His ordine conſummatis, diplomata, ab *Ordinibus quinq; Catholicis* ſuprà *Epiſcopo Conſtantienſi*, & *Abbati S. Gallenſi*, per ſententiam collata, repeti, exautorariq;, cœperunt ilicet. Sub qua amica transactionis

actionis lege detumeſcentibus partium odiis, tanta indigenas reviſit lætitia. Ut, in motuum, periculi plenorum, metum novæ tranquillitatis, ſecuræque, ac recompoſitæ, pacis lux intraret. Quo nomine conviviis, aliiſque tripudiis, tanquàm feſtivæ, ac ſolennis, lætitiæ teſtificationibus, tùm quidem eſt certatum.

CAP. IV.

De novs inter Bernates, ac Solothurios, litium ſeminibus.

I.

Inter Bernates, ac Solothurios, novi motus gliſcunt.

Vix dùm ſopitæ erant inter *Tigurinos*, & *Lucernates*, cæterosq; quatuor *Ordines Catholicos*, offenſiones. Ecce! nova litium materia *Bernates* inter, ac *Solothurios*, prorupit. Etenim, cùm, ſub autumnum anni hujus *M.DC.XXXII. Tigurini, Bernates, Baſilienſes*, & *Schaphuſiani*, ducentos præſidiarios in *Mülhuſam*, *Alſatiæ* civitatem, ſibi fœderere junctam, immittere decreviſſent, *Bernates*, pro ſua parte quinquaginta ſtipendiarios eô nomine amandârunt. Qui aditus, *Cluſam* vocant, ad *Solothurium* quidem ſpectantes, ſed hactenùs communis confœderatæ ſocietatis lege liberos, ac permiſſos, ſubeuntes, præter omnem exſpectationem, à duobus præfectis *Solothurianis*, ſub campanarum clangoribus viritim conclaſſantibus, hoſtiliter ſunt excepti. Vt poſteaquàm funiculos ardentes extinguere juſſi, compulſique, fuiſſent, mox præfectorum alter in locum impenetrabilem, atque iniquum, illos adigeret. Eoque facto, conjunctis viribus, ambo præfecti furore pluſquàm barbaro tàm bombardis, quàm ſtrictis enſibus, in captivos veluti animadverterent. Vt neque trans torrentem profugientibus parſum ſit. Sed etiam quirinalibus dictis haſtis injectis aliquammulti, è ponte dejecti, feſſas animas exhalârint.

Furore paulò detonante, cæteri partim expilari, partim in cuſtodiam abripi cœperunt. Ità ut, media inter latrocinia, convitia fœda, atque indigniſſima, etiam vulneribus ipſis penè graviora, aures, animoſque, impendiò vulnerârent.

Jam vix hoc atrox facinus emerſerat, ecce! *Solothurii* legatos *Bernam* ire juſſerunt. Qui quidem præparatis excuſationibus, & quòd potiſſimùm magiſtratu inſcio error commiſſus fuiſſet, deprecarentur. Simulátque legem patriam, quâ res tranſigi poſſit, proponerent. Si quid fortè durius ſtatuerent *Bernates*. Sed non ea erat *Bernatum* oſcitantia, ut colorem admitterent. Ut magis ſeverâ cùm indignatione exclamarent, atrox, & parricidale, facinus commiſſum. Fœdus patrium, pacemque patriam, immane lacerata, eſſe. Nec mora. Inveſtigatâ hiſtoriæ veritate, *Solothurios* per litteras urgere non deſtiterunt. Traderent nempè ſceleris autores, ac parricidas. Aut ipſi, juxtà atrociſſimam prævaricationem atrocibus, meritisque iſtos afficerent pœnis. Dein ſuper intentatis convitiis reſponderent. Cæſorum uxoribus, ac liberis, ſatisfacerent. Vulneratis, ac ſpoliatis, damna compenſarent. Iiſque ordine impletis, tùm demùm, quid *Bernates*, decreturi ſint, exſpectarent. Niſi hoc placere queat, inſequentis mali originem *Solothuriis* affricandam venire. Hac juſta quantumvis *Bernatum* indignatione videbantur magis irritari, quàm mitigari, *Solothurii*. Ut jam non magis facinus excuſarent. Sed tantùm non defenderent. Ac velut ipſe magiſtratus fuiſſet in partibus. Ità *Bernatum* exacerbatio ferè ad ſummum evaſit. Ut, cùm *Solothurios* undiquáque cingant, primùm arreſtis experirentur. Mox, aditibus interclufis, annonam negarent. Undè *Solothuriis*, utpote extrà leges viventibus, malè fuit. Ità ut cum damno ſuo trepidarent, fineſque nihilo-minùs communirent.

Surgentibus illis inteſtinis incendiis paulò gravioribus, *Vndecim* cæteri *Cantones* nihil ad exquiſitam diligentiam reliqui fecerunt. Quò hydram hanc in ipſa, quod dicitur, herba opprimerent. Hoc nomine tres ordine apud *Badenam* diætæ celebrari cœpêre. Quarum priori, nomine *Regis Chriſtianiſſimi*, ipſe interfuit *Rohanus Dux*, è *Rhetis* eò profectus. Ad alteram præcipui nominis ſubdelegatum dimiſit. Ad tertiam *Galliarum Regis* orator ordinarius, *Landeus Baro*, acceſſit.

II.

Rohani Ducis, ad XIII. Ordines, ſuper pacis ſtudio, monitoria.

Sed omnia, aut ajunt, octo meretur integerrima *Rohani Ducis* ammonitoria oratio illa. Qua quidem, nomine *Regis Chriſtianiſſimi*, *XIII. Cantonibus* internæ, ac domeſticæ, pacis ſtudium impendiò inculcavit ſequentibus. Prout, inquit, ſingulari animi cum gaudio diſſidiorum, per *Türgoviam*, *Rheinthalamque*, nuperrimè naſcentium, intellexi compoſitionem. Ità vero dolore præoccupor, dùm novarum litium ſemina inter *Ordines Bernates*, ac *Solothurios*, recèns ſparſa eſſe, comperio. Per fidem, eò magis dolendus iſte rictus eſt, dùm illo præſertim tempore intervenit. Quo quidem omnib⁹ apparere poſſit. Illo ſub ſtatu *Rempublicam* veſtram verſari. Quo pacem facilè, ſolida, ac fraterna, illa mediante concordia, proferre. Contráque motus quoſcunq;, finitimis gentibus ſub belli onere gementibus, ſecurè ſubſiſtere ſuſtineat. Videlicet hæc illa eſt cauſſa. Vt ego hanc ad vos ſuſceperim profectionem. Quò ſic partes diſſidentes, nomine *Regis Chriſtianiſſimi*, domini mei, ad communem adhortarer pacem. Quam ſic quidem poſtliminiò mox reconſurgere poſſe ſpes eſt. Modò partes odiis, ſimultatib⁹, atq; id ge-

nus acerbis affectibus, dent miſſionem. Ne nihil excuſationibus nimis incumbant. Illi verò offenſionem juſtò duriorem foveant. Sic enim quis neſcit viam facilè omnem, amicam ad compoſitionem ducentem, intercludi? Illud potiùs opus, ille labor utique profuturus eſt. Si ſecundum circumſpecta majorum veſtrorum conſilia illud iter calcabitis. Quod vobis, in id genus domeſticis diſſidiis, jam olim non ſine laude præmonſtratum. Nec minori cum fructu indè usque hûc calcatum, fuit. Nihil enim certiùs habendum venit. Quàm omnes ac ſingulos, *Ordines* illis legibus ſtatum conſervare ſuum conſueviſſe, quibus initiò præſcriptis eundem cœperant fundare. Quantò longiùs ergò à norma recedunt iſta, tantò concitatiùs in exitium feruntur. Atque hæc ità eſſe, vel veſtræ illius *Reipublicæ* evincunt exempla. Poſteaquàm, ſequeſtratis bellicis domeſticis, jam ab integro ſeculo, cautiſſimis illis rationibus ſapienter provecti, eam homini veſtro conciliâſtis autoritatem. Ut potentiſſimis *Chriſtiani* nominis *Magnatibus* ſitis in oculis. Utique amicitia veſtra uti frui deſiderantibus.

Inter hæc, non arbitror, mihi fraudi fore, ſi demonſtro, Nihil inter mortales ad collidendos animos aptius, fortiuſque, inveniri, quàm *Religionis* diſcriminationem. Itáque conſilia nimis calida, ac flammantia, quæcunque hoc ſub prætextu ingeruntur, ſedulò fuerint evitanda. Ut magis ad vitam majorum pientiſſimorum veniat reſpiciendum. Qui quidem, mediante amicæ pacis glutine, & mutua confidentia, eam vobis pepererunt, reliqueruntque, libertatem, qua quidem adhûcdùm gaudetis. Procul igitur faceſſant iſtorum captationes. Quibus tàm privati affectus, quàm utilitas domeſtica, cordi ſunt.

Tantùm abeſt, ut per id genus inſtrumenta, ac media *DEUS* opera, ac miniſteria, ſua propaget. Ut magis interveniente vita pia, actionibusque integerrimis, demonſtrandum ſit, nos verè, ac ſincerè, *Chriſtianos* eſſe. Jam dùm hanc rem datâ operâ urgeo, *Ordines* honoratiſſimi! cauſſa illa impellor. Nempè, vobis ut diſcriminationem obiiciam ſalutaris ejuſce conſilii, quod *Rex* meus impertit. Præ cæterorum inſuſurrationibus, quibus, ſub colore *Religionis*, imponunt. Inque ultima, ipſamque fatalem everſionem, præcipitare contendunt. Qui, dùm per univerſum *Chriſtiani* nominis orbem, ob ambitionem ineluctabilem, fidem *Catholicam* ultimo exponunt periculo. Hoc agunt, ut neque *Eccleſiæ* ſuæ capiti convitiis, neque *Chriſtianiſſimo Regi*, parcant. Tametſi illi, quantùm quidem in ipſis eſt, impendant omnia. Quò ea, quæ quidem ab aliis corrupta ſunt, in viam revocent, emendentque.

Næ hac tempeſtate per *Germaniam*, quà fidem *Catholicam*, nihil ſecurum eſſe videtur. Niſi quod ſub *Chriſtianiſſimi Regis* protectionem venit. Qui quidem, ſuper fidei *Catholicæ* ſinceritate illam præcipuam declarat ſolicitudinem. Ut *Principes*, *Ordineſque*, etiam adverſam *Religionem* profitentes, ſolius, atque unici, *Regis* in autoritatem oculos coniicientes, illis locis, à ſe in poteſtatem redactis, *Catholicæ* fidei exercitium permittant liberrimum. Ità, ut abſque *Regis* cura, ac ſolicitudine, illa eſſet, jam-pridem *Religio* graviori ſub diſcrimine periclitaretur. Si neſcitis, age, confirmo vobis, *Chriſtianiſſimum Regem* illum eſſe *Principem*. Qui nulla tenetur vitii labe. Sed omnium virtutum choro ſic quidem ſtipatur. Ut & fortitudinem, & vires omnes, eò convertat quaſcunque. Quò amicos, fœderiſque ſocios, conſervet. Neque ullum mihi ſit dubium, quin illis, quibus honor obtigit, ut *Regis* in notitiam venerint, res nova videri queat. Dùm illius laudes prolixiori ſermone non proſequor. Sed tanta eſt, & tàm nobilis, ejuſce nominis, per totum terrarum orbem diffuſa, gloria. Ut res, heroicè geſtæ, ſuis verbis paſſim loquantur. Neq; meis indigeant corollariis. Veſtri jam fuerit, ô *Domini* honoratiſſimi! Videlicet, hac ſub tempeſtate, his ipſis motibus, tanti *Regis* veſtrâ cauſsâ ſolicitudinẽ ex merito penſiculare. Quippe, inter cætera, ubi *Rex* vel è *Cantonibus Catholicis* litteras accepiſſet. Quibus verebantur, ne quid à copiis tàm *Cæſareis*, quàm *Suecicis*, appropinquantibus *Helveticæ* ſocietatis finibus, adeóque communi tranquillitati, nocumenti afferretur. Simulátque contendebant, *Rex*, pro ampliſſima ſua autoritate, legem medietatis, à *Sueciæ Rege* nuper oblatam, verè confirmare ac ſtabilire, vellet, Per fidem! *Rex* indulgentiſſimus ſine mora tàm mihi, quàm *Landec Baroni*, apud *Rhetos* legato ordinario, in mandatis dedit. Nempè rem tàm ſalutarem, pro communi ſocietate *Helvetica*, datâ operâ procuraremus. Formulamque, & media, quibus ſatisfieri poſſit, à vobis ipſis requireremus. Quæ ſic percepta, atque in codicillos conjecta, quantò ociùs ad *Regem* perferrentur.

De cætero, etiam hoc, coronidis loco, aſpergere viſum eſt. Nimirùm, eò jam *Regis* ſpectant intentiones heroicæ. Ut, dùm motus intrà regnum domeſticos feliciter compoſuit, iam ſuper actiones externas eò magis curioſos conjiciat oculos. Quo nomine equidem promitto, futurum, ut proximè à *Rege* per legatum ordinarium ſatisfiat. Qui, hactenùs graviſſimis negotiis occupatus aliis, maturiùs ad vos mitti vix potuit. De me, ità eſt. Ut magis factis, quàm verbis, conteſtari affectus ſim. Me illum eſſe, qui bonâ, integerrimâq;, fide vobis inſervire, ac prodeſſe, cupiat.

III.

Confœderatis Cantonibus cæteris arbitrium cauſſæ ſuſcipientibus, partium odia detumeſcunt.

SIc, ubi *Rex Chriſtianiſſimus*, ſalutaribus provectus conſiliis, colliſiones illas domeſticas amoliri, pacemque, ac confidentiam, inter partes reducere, ſuaſiſſet, neq; à cæteris confœderatis *Cantonibus* quicquam operæ intermiſſum eſt. Quò vulnus illud remediis mitibus excluſa belli aſperitate, conſolidaretur. Ideóque, ne morâ morbus invaleſceret, *Tigurini*, *Lucernates*, *Zugii*, *Baſilienſes*, *Fryburgenſes*, & *Staphuſiani*, tam *Bernam*, quàm *Solothurium*, dimiſerunt legatos. Fabulam, prout eſſet acta, inſpecturos. *Solothurium* quidem viribus impar, confœderatorum deciſio-

ciſioni acquieſcere velle, præ ſe ferebat. *Bernates* verò compromittere recuſantes, hoc urgebant, nimirùm *Solothurii*, tanquam graviſſimè offendentes, tàm ſecundùm jura divina, quàm humana, ac domeſtica, ſeveri magiſtratus officio fungerentur. Idem videbantur inculcare præſentes *Ordinum* legati. At *Solothuriorum* animos ejus rei difficultas diſtrahebat. Qui cùm in delinquentes ſententiam tuliſſent ſatis frigidam, *Bernates*, aliàs læſos, haud languidiùs in vindictam provocarunt. Ut jurarent, fore, niſi *Solothurii* ſententiam oppidò ferrent parricidali ſcelere dignam, ſeveramque, ſeſe fœderis mutui tabulas, tanquam violatas, ruptasque, iſtis reddituros. Inſtarque rei funeratæ projecturos. Quo nomine jam tùm amicitiæ renunciabant. Deinceps *Solothurios* pro peregrinis habituri.

Iſti igitur calamitatum, indè emergentium, redderent cauſſas. Utpote qui nollent in ſontes animadvertere, quo parceretur inſontibus. Ex adverſo deprecabatur *Solothurium*. Flagitabatque, legati ingente ab illo onere juſtitiæ in domeſticos exercendæ ſeſe ſublevarent. *Bernates* verò verbis illis inhærebant proteſtantibus. Sic tamen pars utraque ſociorum implorabat opem. Tandem *Solothuriis* via monſtrari cœpit. Quam in puniendis reis calcarent. Ejusmodi enim ſive ſententia, ſive declaratio, à cæteris *XI. Ordinibus* tùm quidem emerſit.

Nimirùm, inquiunt, fideles, & dilecti, noſtri confœderati *Bernates*, pro *Chriſtianiſſimi Galliarum Regis*, itemque ſuperiorum noſtrorum, honore, hoc agerent. Et pro conſtanti confœderationis ſociæ incolumitate, ac conſervatione, arreſta, atque interdicta, relaxare. Aditusque, exautoratis cuſtodibus, aperire, vellent. Quantùm verò illorum ad gravamina ſpectat. Dùm, ſuper ſententia, à dilectis pariter confœderatis noſtris *Solothuriis* lata, haud acquieſcunt. Nempe, illa cæterorum *XI. Ordinum* tàm amica, quàm neceſſaria, emergit declaratio. Pro pace, mutuaque confidentiâ, reſtituendâ, utilis, ac fructuoſa. Confœderatorum utique noſtrorum *Solothuriorum* nuper civis, & apud *Bechburgum*, præfectus, *Philippus à Roll*, intrà centum, & unius, annorum ſpatium, à tempore præſentis proſcriptionis, cum *Magiſtratu* in gratiam ne reverteretur, admitteretur que. Qui, ſi intrà cæterorum *Ordinum* fines inveniatur, oppidò in vincula conjiceretur. Veterique ex lege, aut magiſtratui ſuo traderetur. Aut, tanquam homicidiorum autor, pacisque publicæ turbator, ſecundùm jura, capitis pœna afficeretur. Niſi fortè eveniat, eum à commendati nominis civitate *Bernatum*, confœderatorum noſtrorum dilectorum, ſive proximè, ſive multò poſt, ejus delicti veniam conſequi. Patrimonio, & bonis, iſtius nihilominùs in fiſcum redactis. De *Vrſino Brunnero*, apud *Falckenſteinam* præfecto, ità eſt.

Scilicet iſte quoque, poſt bonorum confiſcationem, ſexennalemque proſcriptionem, nunquam ad honeſta rediret munia. Niſi priùs à *Bernatibus* jus veniæ, gratiæque, obtineat. Pari paſſu *Henſellus*, præfecti nuper *Bechburgenſis* famulus, tanquam primus cædium autor, ac patrator, æterna mulctaretur proſcriptione. Qui, ſi in manus incidat, ſecundùm leges *Cæſareas*, pœnas ſceleris perſolveret. Iſti denique, qui de ponte haſtas intorſiſſent. A quisque merſos, exarmatosque, crudeliùs vulneràſſent, obtruncâſſentque. A dilectis confœderatis noſtris *Solothuriis* in cuſtodiam redigerentur. Et, ſi res poſtulet, ſub quæſtionibus criminaliter examinarentur. Deinceps verò, pro ratione delictorum, ſeverè plecterentur. Cum iis etiam, qui convitia, ac calumnias, projeciſſent, ſic procederetur. Scilicet, apud *Solothurium*, in præſentia legatorum *Bernenſium*, ſi id illis placere poſſit, publicè palinodiam canerent. Pœnitentiamque emendarent.

Quoad ſumptuum, ſive damni, compenſationem, fideles, & dilecti, confœderati noſtri *Bernates* totius petitionis elenchum conſignarent, contraderentque. Et ſic quoque, ſalva *XI. Ordinum* moderatione, confœderati noſtri dilecti *Solothurii*, de bonis proſcriptorum, *Bernatibus* ſatisfacient. Niſi accidat, ut ipſæ partes, ex lege amicabili, inter ſeſe tranſigere velint. Id quod illis utique erit integrum.

Interim, hæ lites, hæc diſcrimina, nullo pacto utrique *Civitati* fraudi erunt. Sic, ut neque juribus, neque jurisdictionibus, neque autoritati, nedùm confœderationi mutuæ, tranſactionibus, receſſibusque, quicquam derogent. Vt omnia illa, quæcunque hac ſub actione, tàm verbis, quàm codicillis, in medium utrinque allata ſunt. Aut per convitia diſſeminari cœperunt. Pro mortuis, ac funeratis, habenda veniant. Sic, ut ſubintrante reconciliatione odia detumeſcant. Revocatæque ad mutuam benevolentiam manus intermittant bellum. Quò fraterno nexu utrinque, ſoluta ſimultate, animi prorsùs ferruminentur.

Has in amicæ reconciliationis leges ab *XI. Ordinibus* ubi ſententia coiiſſet, legati *VI. Ordinum*, unà cum *Oratore Gallicano* ordinario, *Landeo Barone*, profecti, deciſionis illius effectum urgere cœperunt. Ibi *Solothurii* quidem legem acceperunt. Interim, quòd archiparricidas juſto, ac ſevero, ſupplicio haud afficerent, *Bernatibus* ſatisfactum minus eſt. Neque enim his tàm perfunctoriis pœnis ſuorum ſanguini parentari poſſe, apparebat. Quo non remittente rigore, tandem *Solothurii*, non abſque notabili ægritudine, eò redacti ſunt. Ut nonnullorum ſanguinem funderent. Victimisque velut iſtis offenſam *Bernatum* placarent. Atque hac ratione cùm deinceps quoque *Solothurii* damnum compenſarent, hæc tempeſtas, amicitia, ac pace, interveniente mutuâ, detonuit.

CAP. V.

De novis, in cauſſa Religionis, inter Tigurinos, ac Lucernates, &c. per Turgoviam,

coviam, recrudeſcentibus odiis. Itemque de Sueciæ Rege obſervationem juris neutralis urgente.

I.

Sub Turgovia, in cauſſa Religionis, nova reſurgunt onera, odiaque.

Non intempeſtivè à *Gallicano Principe* paulò antè fuit præmiſſum. Nimirùm nihil æquè mortalium animos divellere quàm *Religionis* adverſæ odium. Id verè ſic habere, præter cæterorum hodieque exemplorum copiam, vel *Helvetii* teſtimonium non unicum perhibent. Nam ecce! vix inter *Tigurinos*, ac *Lucernates*, alioſque quatuor *Ordines Catholicos*, ſuper *Turgoviæ* rebus, ſopita erant diffidia. Cùm non multò, poſt etiam paulò acerbiora gliſcere denuò cœperunt odia. Quæris, undè, & qua de cauſſa? *Religionis*, inquam, diſcriminatio hæc infert tropica. Qua factum, novis ut motibus *Ordines* paulò antè inter ſic quidem reconciliatos, fomentum præberetur. Vix dùm ergò ſub cicatrice coaluerat vulnus, cùm iterùm reciditur. Etenim dùm *Catholici* per *Turgoviam*, & *Rheinthalam*, denuò *Evangelicæ Religionis* ſubditi moleſti ſunt. A *Tigurinis, Glaruſanis, & Appezellenſibus*, conventus apud *Badenam* aperiri cœpit. Mox intrà *Turgoviam*, *Rheinthalamque*, diverſis vicibus deliberationes ſuſceptæ. Querelarum capita præcipua fuêre illa. Nimirùm, ſub locis aliquammultis, ubi *Evangelicæ Religionis* exercitium in uſu eſt, *Catholicos*, ceu vocant, *Collatores* paſtoribus tàm quà conciones, quàm preces, novas, atque ingratas, præſcribere leges. Reditusque annuos negare. Eadem impotentiâ provectos inhibere exercitationes catholicas, ac conciones funebres. Ut neque ordine ſacra ſua celebrare, neque convenire, liceat. Illis ſub locis, quibus quidem *Evangelicæ Religionis* ſubditi deſtituantur ejuſdem confeſſionis parochis, interdictum eſſe, ne quis ad loca proxima, ſacrorum cauſſa, excurrat. Ut ſub *Catholicis* ſacerdotibus tàm ad infantium baptiſationes, quàm jurium matrimonialium conſummationem, velint adigi. Neque hìc iſtorum ſubſiſtere impetus. Sed infantes, antè ſacri baptiſmatis perceptionem fortè decedentes, ad loca infamia relegari. Ut vel ad leproſorum, vel patibularis notæ hominum, tumulos reiiciantur. Eadem ſeveritate, ſub campanarum ſonitu, injungi, capita ut nudent, & in poplites procumbant. Itemque ferias extraordinarias magna cum devotione celebrent. Si qui contrà faxint, in illos ſeverè animadverti. Accedit, *Evangelicos* & à bo[…] nis eccleſiaſticis, & officiis honorariis, exclud[…] Inque hos *Inquiſitionis Hiſpanicæ* axioma torque[…] ri. Variaque tàm ſcriptis, quàm verbis, diſſe[…] minari convitia. Si accidat, feminam *Evange[…] licæ* confeſſionis cum viro *Catholico* ſociare ma[…] trimonium. Tùm quidem novam nuptam à ſa[…] cerdote confeſſario ad *Religionis* ſuæ ejurationem adigi. Ejuſdem comatis eſſe, dùm pupillis *Evan[…] gelicis* præficiantur tutores *Catholici*. Omneſqu[…] ſubditi in univerſum ſive promiſſis, ſive mini[…] vique injecta, ad defectionem ſolicitentur.

Hæc, & id genus, onera cùm increbreſceren[…] *Tigurini* datâ operâ de remediis diſpicere cœpe[…] runt, quibus mederentur. Ex adverſo, *V. Or[…] dines Catholici* hanc rem, tanquam vacuam, au[…] ludibrio habebant, aut ſub veterrimo inveſti[…] turæ parochialis, ut vocant, jure excuſabant. A[…] *Tigurini* poteſtate jurisdictionali nitebantur. Un[…] dè *Religionis* penderet arbitrium. Inprimis pa[…] cificationis publicæ fundamenta pro ſe allega[…] bant. Quibus *Religionis* libertas radicaretur. Tù[…] jura, ſive receſſus, à *Catholicis* objectos, labo[…] rare. Nedùm eſſe authenticos, cauſſabantur. E[…] jusmodi nunc, ultrò citróque jactatis, digladia[…] tionibus, partes de novo collidebantur. Ut ſu[…] diætis parùm, aut nihil, ageretur. Quàm argumen[…] ta utrinque codicillis exciperentur. Deinceps ſu[…] conventu *Ordinum* œcumenico retractanda.

Ubi ergò comitia apud *Badenam* annua, & ſolennia, haberentur, *Tigurini* non deſtite[…] runt hanc cauſſam ſuam impendiò urgere. Su[…] perque tenore, ac vero pacificationis patria[…] ſenſu, dilucidationem petere. Et ſi, ejus intuitu, negent querelis, *Religionis* in cauſſa naſcentibus, medicinam applicare. Tùm confœderatæ ſocietatis ad leges provocarent. Verùm *Catholici* maluerunt hanc controverſiam dilatare, & extrahere. Quàm definire. Sic tametſi ſub conventu *Svicenſi* exſpectaretur deciſio, nihilo-minùs res in ſuſpenſo reſedit.

II.

Sveciæ Rex, ex jure medietatis, urget Helvetios. Ne copiis Hiſpanicis, ex Italia imminentibus, tranſitum concederent.

Iſtas inter inteſtinas, ac domeſticas, *Helvetiorum* dividias, *Rex Sveciæ*, ubi intellexiſſet, *Hiſpanicas* inſtare copias. Quæ quidem ex *Italia* per *Alpes* tranſitum quærerent in *Germaniam*. *Ordines XIII.* ſequentibus interpellavit codicillis. Poſteaquàm, inquit, ô *Amici*, certa fide mihi innotuit, *Hiſpaniarum Regem* omni data operâ in id incumbere. Quò, impetrato à vobis tranſitu, copias ex *Italia* adversùs me traducet. Eoq; ipſo conſilia noxia in effectum ducat. Hoſtibuſq; meis opituletur. Proindè, intermittere non volui, quin vobis in memoriam revocarem. Quanta cum nominis exiſtimatione, & laude, hactenùs *Reſpublica* veſtra libertatem ſuam adversùs omnes, qui quidem illam labefactare conati ſunt, tueri laborârit. Ut inprimis contrà *Burgundicam*, & *Auſtriacam*, familias,

ias ; fortibus armis pugnârit. A quibus modò ion libertati veſtræ exitium intentari cœpit. Sed; præter fortunæ bona, etiam animæ opes pericli-ari viſæ ſunt. Neque duntaxat olim hoc illis uit quæſitum. Sed etiamnunc vobis faſtidia o-mni induſtriâ præparant, obiiciuntque. Qui-bus illam amicitiam, quæ mihi vobiſcum eſt com-munis, expectorent. Interim meliori ſpe nitor. Fo-ſe, ut legem medietatis neutralem exactiùs obſer-vetis. Hoſtibuſque meis tranſitum præclu-datis.

Quod ſi quid ſecùs, & ex transverſo, accidat, eam mihi video imponi neceſſitatem. Ut, more meo, hoſtibus occurram. Bellumque veſtras in provincias transferam. Quo quidem errore vobis malum accerſere. Eaque infortunia, quæ quidem bellum, ſicut umbra corpus ; ſequun-tur, attrahere, vobis proclive eſt. Interim, me hic animus jubet ſperare rectiùs. Ut amœbæa ex lege vobis omnibus, ac ſingulis, confirmem. Me ità quidem ſincerè affectum eſſe. Ut nihil non, ve-ſtrî cauſsâ, velim.

Illam ad *Regis* inſtantiam, à *Proceribus Helvetiorum Evangelicis*, decretum ſolenne emerſit. Neque vel *Sueciæ Regi*, nedum ejus hoſtibus, aditus, tranſitus-que, permittere. Sed intrà medietatis legem ſeſe continere, velle. Quæ quidem ſententia calculis XIII. *Cantonum* communibus deinceps confirmari cœpit.

CAP. VI.

De Galliarum Rege, Auſtraſiam in ordinem redigente.

I.

Galliarum Rex, in Auſtraſiæ Ducem, arma cum Aureliano, Regis fratre, ſociantem, animad-vertit.

PAulò ſuprà proditum eſt, *Electorem Treviranum*, lege medietatis ad-miſsâ, tranſiiſſe in partes, ſive protectionem, *Galliarum Regis*. Quòd igitur *Arx Ehrenbreitſteinia*, *Confluentes*, aliaque oppida finitima, veniſſent in manus *Gallorum*, *Rex Chriſtianiſſimus* datâ operâ in id in-cubuit, quò pariter *Treverim*, ac *Philippopolim*, *Cæſareanis, Hiſpaniſque*, eriperet. Quo fine inſtru-ctum in *Alſatiam* infudit exercitum.

Qua ſub expeditione ubi famâ cognoviſſet, *Auſtraſiæ*, ſive *Lotharingiæ*, *Ducem* copias augere. Inque partes *Aureliani*, *Regis* fratris, inclinare. Sic, ut jam tùm illum ad ſe evocâſſet. Inque regios arma ſtrinxiſſet. *Rex*, his rebus noviſ-ſimis offenſus, ex *Alſatia* in *Auſtraſiam* reduxit exercitum. Atque ex lege hoſtica experiri juſ-ſit. Sic integer exercitus, circà *Damringenam* confluens, porrò *Bockenheimium*, *Alstorfium*, *Dün-ckaſtelam*, *Nommeryam*, & *Pontem Muſſonium*, præ-ſidio apprimè confirmavit. Ubi, cæſis duabus equeſtrium *Lotharingicorum* cohortibus, exercitus *Nancejum* perrexit.

II.

Rex Montpaſſonium Ducem litteris interpel-lat.

ILlam inter novam expeditionem *Rex* dedit ad *Montpaſſonium Ducem*. Litteræ erant ejus ſa-poris. Prout, inquit, *Regis* illud indè uſque ab initio regiminis fuiſſet ſtudium. Quò ſubdi-tis pacem, ac tranquillitatem, conſervaret.

Ità omnibus eſſe cognitiſſimum, *Regem* nulli labori, ac ſolicitudini, adeòque neque ſibi ipſi, pepercisse. Quò uſque rem publicam adjuva-ret. Communemque ſubditorum incolumita-tem proveheret. Jam *Regi* minùs venire impu-tandum, quòd ſperatum ad effectum pervenire nequeat. Ut non niſi ægerrimè noviſſimum pa-triæ rictum intueatur. Dùm ab illis regni ſui quies perturbetur.

Qui quidem multis modis *Regi*, regnoque, ob-ligarentur. Ut potiùs officia, operamque, at-que obſequium, debeant. Quàm ut vultus in *Regem* elevare. Pacemque turbare, auſint. Ne-minem dari, cui obſcurum ſit, quàm humaniſſi-mam rationem *Rex* fratris ſui, *Aureliani Ducis*, ac familiarium illius, habuiſſet identidem. Sed, o-mnia eſſe ingrata. Benignumque ſe fruſtrà fuiſ-ſe. Dùm frater, *Dux Aurelianus*, improbis ſuo-rum conſiliis ſeductus, jam à quinque, vel ſex, annis in res novas, noxiaſque, incumbat. Et quidem illo tempore. Quo *Rex* negotiis tàm in-trà, quàm extrà regnum ; graviſſimis diſtinere-tur.

Iſtis nunc auſis, ſeditionis plenis, ſuperiori anno, ſua quidem ſententia, ſubſidium ſubtractum eſſe ſatis validum. Dùm *Auſtraſiæ Ducem* ab *Aureliano* ſeceſſionem feciſſe accidiſſet. Qui quidem aliàs fugam fratris è regno adjuviſſet. Eo ipſo tempo-re *Regem*, humaniſſima ratione uſum, ſuper *Ducis* promiſſis acquieviſſe. Vt unius ſub fortalitii tradi-tione ſatisfieri ſibi paſſus ſit. Cùm facilè *Du-cem* tota è provincia eiicere potuiſſet. Sed *Regem* obſtitiſſe. Ne illi, qui tàm poterant, quàm deſidera-re videbantur, hoc efficerent.

Poſteaquàm verò *Regi* innotuiſſet, præfatum *Ducem*, vice gratitudinis debitæ, dùm verbis fidem addere debuiſſet, ad ingenium rediiſſe. Priores-que molitiones retractâſſe. Tùm quidem nihil o-peræ intermiſſum fuiſſe, quâ *Dux* in viam revo-caretur. Sed immane abfuiſſe, ut *Dux* ad mo-deſtiam redierit. Vt magis adversùs *Regem*, e-jusque rempublicam, omnes illos ſolicitâſſe compertus ſit. Qui quidem conatibus ſuis favere videbantur. Eum enim *Cæſaris* fidem imploraſſe, & in *Regem* inſtigâſſe. Eum auxi-lia

lia *Hiſpanica* flagitâſſe. Quibus frater adversùs *Regem* uteretur, & quidem *Regem*, ſupremumque magiſtratum ſuum. Eum ipſum, id genus inſtituto provectum, copias auxiſſe. Delectus novos inſtituiſſe. *Regioſque* homines ad defectionem ſolicitâſſe. Eum quoque loca aliquammulta munimentis corroborâſſe. Nulla alia de cauſſa: quàm ut *Regi*, regnoque, noceret. Sed illam nihilo-minùs interveniſſe *Regis* humanitatem. Ut vix credere ſuſtinuerit, tantum furorem in *Ducem* cadere poſſe. Niſi è diverſis codicillis tàm ipſius, quàm parentis, & ſororis, manibus exaratis, commodè interceptis, illud didiciſſet. Ex illis liquere omnibus. Quàm modò non paratus ſit cauſſam fratris adjuvare. Ut etiam conſilia ſubminiſtret. Quibus, pro corona regni intervertenda, ſibique uſurpanda, graſſaretur. Dùm vel hæc in verba ipſi inculcâſſet improbiùs: Fieri non aliter poſſe, quin corona in *Aurelianum* transferenda eſſet.

Illis omnibus ſuperveniſſe adhûc teſtimonia alia. Quibus *Regis* ſuſpicio confirmari cœperit. Nimirùm, *Puyum Laurenſum Baronem* dediſſe ad *Principem Pfaltzburgicam*. Quibus illi fidem faxit, conſilia in medio eſſe ardua. Cujuſmodi effectu carere nequeant. Quis ergò eſſet, qui non videat, *Regem* minùs facere haud potuiſſe, quàm ut arma pararet? Quibus machinationibus id genus, meridiana luce clarioribus, potenter obviàm moveret? *Regem* quidem in ſpem veniſſe, futurum, ut *Dux Auſtraſiæ* malo caveret. Cùm jam tùm *Rex* certos aditus, ac fortalitia, quibus hoſtes niti valeant, præoccupaſſet. Eaſque copias haberet præparatas, ut jam tùm in *Germaniam* expediviſſet exercitum. Non tàm pro *Electoris Trevirani* ab interitu vindicatione. Quàm *Romanæ Religionis*, cæterorumque *Electorum Catholicorum*, aſſertione. Quibus in procinctu ſtantibus copiis facile eſſet molitiones illas *Lotharingicas* diſpungere. Sed procul abeſſe, ut *Rex* rectè ſperârit. Ut *Lotharingus* potiùs omnia etentârit, quò vel *Regem*, ab auxilio *Electori Trevirano* ferendo; prohiberet. Expeditionemque ſuſceptam faceret irritam. Iſtis auſis invectum deliquiſſe in transactionem *Vickenſem*. Qua cautum utique fuiſſet. Ne poſthâc *Aureliani* partes ſequeretur. Verùm, contrà pacti legem, illum jam tùm *Aurelianum* in regnum vocâſſe. Bellique aleam jeciſſe. Dùm cohortem equeſtrium, ad *Fiantum Marchionem* ſpectantem, oppreſſiſſet. Quò ſic patefacto aditu *Aureliani* copias in regnum intromitteret.

Has nunc illas iſtas eſſe cauſſas. Quibus *Rex* impulſus in *Auſtraſiam* ſuſcepiſſet expeditionem. Quò iram, juſtamque indignationem, in *Ducem* converteret. Illumque, ob pacti transgreſſionem, caſtigaret. Sic, ut intrà patriam, ſive *Lotharingiam*, inveniat, quod in *Gallias* auſus eſt. Atque hæc ob id *Regem* prolixiùs enarrare conſtituiſſe. Quò *Dux Montpaſſonius* eundem ad ſcopum unà collimare. Suæque provinciæ ſubditis idem ſtudium præſcribere, ſatagat. Nullum autem fieri dubium, quin *DEUS* juſtum, ac ſincerum, *Regis* propoſitum foret ſecundaturus. Sicut aliâs legitimis ſub occaſionibus divinum affulgeret auxilium. Nam eas eſſe illius *Ducis* actiones. Ut nihil relinquat intentatum. Quò, excluſa omni fide, ac pacto, regium ſtatum perturbet. Ut inſuper jure vaſalli *Regi* devinctus feudum jam tùm per feloniam amiſerit. Rem tàm utilem, quàm neceſſariam, eſſe. *Rex* ut conſilia, periculi plena, evertat. Ne ſive regno, noxa conflari amet. Tùm pax, ac tranquillitas, ſubditorum labefactetur. Sed ut pax dilecta poſtliminiò reviſat populos. Quam utique, divina aſpirante gratia, reducere cogitet.

III.

Pax inter Regem, & Auſtraſiæ Ducem, refloreſcit.

SEd non diu arma *Rex* per *Lotharingiam* circumtulit. Ecce! enim non defuerunt pararii. Qui *Regem Duci* reconciliarent. Noviſſimæque pacificationis rationes inirent. Id quod paulò poſt ſucceſſit feliciter. Nam ſic quidem, inter cætera, fuit transactum. Nempè *Regi* civitates, probè munitæ *Clermontium*, *Stenaja*, & *Iametcium*, contraderentur. *Dux* arma poneret. Neque quicquam deinceps, ſub colore quocunque, adversùs *Regem* tentaret.

Re denuò ex voto transacta, *Rex* litteris, ad *Soiſſonium Comitem* directis, quantam, abſque cæde, ac ſanguine, per *Auſtraſiam* reportaſſet victoriam, conteſtari cœpit. *Regem* ſe, inquit, non mediocri gaudio perfundi. Dùm ſic quidem res ceciderit. Ut frater ejus, *Dux Auſtraſiæ*, melioribus conſiliis locum relinquens, *Regi* amicis rationibus ſatisfeciſſet. Quibus regni pomœria augeri, amplificarique, ſit opportunum. Nam ſibi locum, apprimè neceſſarium, tradi cœpiſſe. Cui accederent civitates inſuper duæ aliæ, obſidum velut loco, ſibi permiſſæ. Nimirùm, *Clermontium*, unà cum adjuncta regione, jam in partem regni veniſſe. Cujus quidem in defectu *Regi* grave fuiſſet, locorum aliorum, æquè utilium, ac neceſſariorum, defenſionem ſuſcipere. Itaque ex animi ſententia hanc aleam cecidiſſe. Siquidem illa re, quæ quidem deſiderata fuiſſet, jam potiretur. Jam vel illud hinc emergere emolumentum. Ut, inter cætera, vel *Verdunum* uſque, pateat tranſitus, abſque eo, ut fines *Auſtraſiæ* petantur. Ut parùm de eo periculo afferat. Quod *Mediomatricibus* abindè afferri potuiſſet. Dùm & illæ, aliæque in proximo civitates, faciliùs nuper obſidione premere licuiſſet. Lucrum illud *Regi* videri eò evidentius. Dùm ſaltèm talionem in nummis rependeret. Quos quidem *Rex* non magni faceret. De *Stenaja*, & *Iametcio*, civitatibus, intrà annos quatuor à *Duce* redimendis, ità eſſe. Ut vel ſitus illarum, quanto emolumento veniant, indicet. Nam *Moſa* leges illinc præſcribi poſſe. Qui utique *Gallias* à *Luceburgicis* dirimat. Iret nunc *Soiſſonus*, & hoc lætum, jucundumque, nuncium omnibus *Regi* fidelibus impertiret.

iret. Inprimis per aulam regiam, omnesq; *Pari-*
os, diffunderet.

CAP. VII.

De eodem Rege Chriſtianiſsimo Treverim occupante.

I.

Exercitus Gallicanus regreditur in Alſatiam.

PAce per *Auſtraſiam* denuò reducta, exercitus *Gallicanus*, ſub imperio *Fiati Mareſchalli*, in *Alſatiam* iter relegit. Qui cùm è viginti quatuor hominum millibus præter propter conſtaret. Tùm tormentis majoris notæ inſtructus eſſet, paulò lentiùs proceſſit. Uſque dùm n *Argentinatum* fines pervenit. Illic enim commeatum, navesque, quibus *Rheno* pontem imponeret, petiit. Sic tamen, ut apud amicos, ac familiares, omnia nummis præſentibus mercaretur. *Auſtriacis* verò ſubditis, more militari, plurimùm incommodaret. Aſcenderat tùm *Elector Treviranus* è *Moguntiaco Spiram Nemetum*, eo inſtituto, ut *Arcem Philippinam*, (ſive *Philippopolim* vocare libeat) *Gallicanis* traderet. Quo nomine intromiſſo tubicine præſidiariis indicare juſſit, vaſa colligerent, & emigrarent. Sed neque admittebatur tubicen. Neque, præter exſpectationem, aliud à loci gubernatore reſponſum referebat, quàm hoc: Nempè, ſe non magis pro *Electore*, ſed ipſo *Imperatore*, fortalitium defendere.

Ut ad ultima uſque hanc *Cæſari* fidem proferre, locumque tueri, velit. Quod ne fruſtrà præ ſe tuliſſe videretur, ecce! omnia, pro toleranda obſidione neceſſaria, præparare. Suburbanumque, & caſas piſcatorias, ignibus deſtruere, cœpit. Inter hæc, exercitus jam tùm *Landaviam*, & *Cronevviſſeburgum*, attigerat.

II.

Arpajuvius Vice-Comes litteris, ad Trevirenſes datis, deditionem poſtulat.

SEd obitus *Fiati Mareſchalli* intervenit. Qui, cùm febri acuta per decendium affligi cœpiſſet, *XVI. Calend. Sextil*, apud *Lützelſteinam* naturæ debitum implevit. Antequàm decederet, filio, ad ſe adventanti, ſuprema illa inculcavit verba: *Time*, inquit, *DEUM*, *& honora Regem! Ità quidem felices experiere rerum tuarum ſucceſſus. Et tibi bene erit.* Quo cum dicto exſpiravit. *Rex* in locum vacantem mox ſubſtituit *Eſtreum Mareſchallum*. *Suſanum* verò *Comitem*, & *Arpajuvium Vicecomitem*, *Mareſchallos* militares deſignavit. Qui relictâ *Philippopoli*, copias, juxtà *Moſellam*, deduxêre versùs *Treverim*.

Vbi ergò *Arpajuvius*, prima producens agmina, in proximo appuliſſet, ſequentibus codicillis, ad civitatis magiſtratum directis, prætentavit deditionem. Eaproрter, inquit, *Chriſtianiſſimi Regis* exercitum, cui ipſe imperaret, has in partes veniſſe. Quo petitionibus *Archiepiſcopi*, & *Electoris*, tanquam illorum domini, ſatisfieri queat. Vt juxtà *Chriſtianiſſimi Regis*, tanquam *Eccleſiæ* primogeniti, partes interveniant. Quò tàm præcipui nominis *Præſul*, in ſtatu, dignitateque priſtina, reponeretur. E qua quidem adverſariorum, ac conjuratæ partis noxiis conſiliis fuiſſet ejectus. Iam *Regem* ſic ſevera ex lege velle, ac mandare. Sine mora *Archiepiſcopum*, & *Electorem*, dominum utique ſuum, vel, ejus nomine alium quenquam, litteras *Electoris* fiduciarias præmonſtrantem, intromitterent. Et quidem ea cum manu militari, quæ pro defenſione loci requireretur. Hoc ſi faxint, ſe, nomine *Electoris*, illis promittere. Futurum, ut, gratiâ, in partes veniente eorum non alia, quàm fidelium ſubditorum, haberetur ratio. Neque opus eſſe, ipſe ut cum exercitu diutiùs illic moras trahat. Vt propediem copias è vicinia deducere paratus ſit. Modò ipſi juſtæ petitioni locum relinquant. Beneque momenti morem gerant. Sin, ex transverſo, mavelint unctis verborum globulis id genus hominum, ipſorum ſub ſumptibus, & incommodis, propriis commodis velificantium, plus deferre, quàm æquiſſimis, à ſe in medium allatis, rationibus. Vtique, ſe illis, ex mandato regio, bellum indicere. Sic, ut in illos, ex lege militari, hoſtiliter animadvertere. Civitatemque, tanquam perduellium ſubditorum contubernium, militibus ſuis in prædam exponere, cogitet. Parerent igitur, ſi periculum declinare mallent.

III.

S. P. Q. Trevirenſis objectæ rebellionis crimen diluit. Cauſſasq; adducit, quas ob deditionem facere nequeat.

ACceptis illis per clarigatorem codicillis, *S.P.Q. Trevirenſis* hanc in ſententiam dedit reſponſum. Non ſine ſingulari, inquiunt, animi dolore nuncium illud eveniſſe. Dum intelligant, *Chriſtianiſſimum Regem*, ad petitionem, & inſtantiam, *Electoris*, ac domini, ſui exercitum eò uſque dimiſiſſe. Quò *Elector* in dignitate priſtina, è quà citrà omnem æquitatem fuiſſet ejectus, reponi poſſit. Atque hanc in rem *Vicecomitem* maluiſſe illos præmonere. Irent, & ſive *Electorem*, ſive alium quenquam, ejus nomine codicillis fiduciariis inſtructum, unà cum manu militari, ad defenſionem loci ſuffectura, intromitterent. Niſi hoc placere poſſit,

Vicecomitem, bellum ſibi denunciare. Omnique hoſtilitatis genere, tanquam adversùs ſubditos rebelles, experiri velle. Vt etiam civitatem militum libidini, ac prædæ, exponere cogitet. Iam illud indubitatum haberi, Seſe uſque quáque hactenùs, ſicut etiamnunc fidelium ſubditorum legem impleviſſe. Vt *Electori* in civitatem ingreſſus, regreſſuſque, permittantur liberrimè.

Illo jure quovis ut tempore, ex animi ſententia, uti frui poſſit, Vndè de jure inobſequentiæ crimen ſibi intentari nequeat. Multò minùs ut ſuper crimine rebellionis convinci queant. Etenim nunquam vel à *Cæſare*, ſupremo *Rom. Imperii* capite, vel ab *Hiſpaniarum Rege*, tanquam ejus civitatis protectore hæreditario, nedùm à *Moguntino*, & *Bavaro*, *Electoribus*, utique hac in cauſſa civitatis, & provinciæ, ab una, & *Electoris*, domini ſui, ab altera parte, legatis, rebellionis crimen ſibi fuiſſe objectum. Vt magis *Cæſar*, miſſo illo oneroſo titulo, ſeſe dignos arbitraretur, quos, diverſis ſub codicillis, *Electori* ſuo commendaret. Adeóque ſententiam patientibus animis exſpectare iuberet.

De *Hiſpanico* præſidio ſic quidem ſeſe rem habere. Vt *Elector* non ſemel à *Cæſare* cœperit contendere. Pateretur *Hiſpanos* ſub iuſtæ defenſionis ſpecie admiſſos, deducere. Sed ità quidem excepiſſe *Cæſarem*, ut, ſi *Elector*, ſub vadimonio ſufficiente, promittat. Se neque in civium bona, neque vitas, adverſi quicquam deſignaturum, nedùm in eorundem oppreſſionem, aliud præſidium immiſſurum, eſſe. Tunc utique deductionem præſidii extrahere nolit.

Hæc omnia ſi nunc iuſta ſub moderatione ad aures *Regis Chriſtianiſſimi* veniſſent. Nullos ſeſe dubitare, *Regem*, rebus ſic ſe habentibus, obſidionem non fuiſſe decreturum. Vt tantò minùs omnia hoſtilia versùs ſe præſcribere voluerit. Quòd enim *Hiſpanicum* illud præſidium hactenùs non eſſet deductum, hoc per ſe non ſtetiſſe. Vt in manu *Hiſpaniarum Infantis* reverſatur. Proindè, ad *Vicecomitem* officioſam converti orationem ſuam. Vellet ille ſententiam, argumentis minimè ſolidis fultam, in melius mutare. Semelque ſtatuere. Minimè ſe quidem rebellium, ſed fidelium ſubditorum, nomine cenſendos venire. Vndè hoſtilibus id genus actibus eò rectiùs poſſit ſuperſedere.

IV.

Arpajuvius Treverim, juſta ſub obſidione cinctam, deditione capit.

QUæ cùm *Trevirenſium* declaratio non eſſet ad palatum *Arpajuvij*, ecce! copiis propiùs admotis, de nocte ſepimenta, & loricas, induſtria celeritate excitari curavit. Ut, præter opinionem, manè ſequenti *Trevirenſes*, obſidionem iam tùm in facto eſſe, intuerentur. Qua de re excurſionem quidem tentarunt *Hiſpani*, ſed ità à *Gallis* excepti ſunt, ut ſine effecto laborarent. Ità vera proceſſit obſidio. Cui mox *Eſtreus Mareſchallus* ſupervénit. Hujus ſub adventum denuò *Hiſpani* in caſtra impreſſionem ſuſceperunt. Sed non impunè. Nam cæſis non paucis duo ſigna equeſtria ſunt extorta. *Calendis Sextil.* pluresin caſtra ſuperacceſsêre legiones. Undè ex utraque *Moſellæ* ripa civitas anguſtari cœpit. Tametſi igitur obſeſſi diverſas retentarent excurſiones. Nihilo-minùs fruſtrà fuerunt. Interim tormentis ſine miſſione in civitatem res agebatur. Ut mœnia, ad centum uſque paſſus dejecta, aditus præberent. Hanc occaſionem non negligens *Eſtreus*, ſuos uſque ad foſſas urbanas ſuperinduxit. Ubi, rejectis defenſoribus, pedem fixerunt. *VI. Id. Sextil. Eſtreus Arpajuvium* trans *Moſellam* in legiones *Hiſpanicas* auxiliares animadvertere juſſit. Qui, aſſumpta octingentorum equeſtrium manu, *Hiſpanis*, nihil tale cogitantibus, supervénit. Cúmque ex inopinato præventi vix equis uti ſuſtinerent, fugientes uſque in partes *Luceburgicas* rejecit, ac profligavit.

Ità ubi obſidio conatibus haud tralatitiis urgeretur. Obſeſſosque hiatus mœnium, impreſſionibus idoneus, territaret. Etiam *Gallicanis* jam tùm intrà foſſas urbanas obrepentibus. Cives, ultima veriti, deditionem offerre cœperunt. Quo factum, ut, datis utrinque obſidibus, in ſequentes iretur deditionis leges. Nempè emigratio perageretur plenis ſub armis, ſarcinulis quibuſcunque, pulſis claſſicis, ſignis expanſis, glandibus intrà ſeptum dentium detentis, funiculiſque ardentibus geminis. Annonarius, ac tormentarius, apparatus, ad *Hiſpaniarum Regem* ſpectans, traderetur. Annonæ verò & rei tormentariæ, præfecti, hominesque baliſtarii, emigrarent unà. Quibus, ut & vulneratis, languidiſque, vehicula ſuppeditarentur. Annona, & vini proventus, ad centuriones, ac cohortes, pertinens, paribus vehiculis deduceretur. Ex adverſo, captivi omnes, ac ſinguli, abſque lytro, à *Gallis* redderentur. Ægri, ac vulnerati, emigrare præ imbecillitate non ſuſtinentes, ſubſiſterent tantiſper intrà Xenodochium. Uſque dùm reconvaluiſſent. Et tùm, ſub *Mareſchalli* codicillis, dimitterentur.

Extrà obſides nemo vel civitatem intraret. Vel munimentis appropinquaret. Sed, tumultus evitandi cauſsâ, *Hiſpanis* hâc bono manè educentibus, *Galli* illâc immigrarent.

Pro indigenis, ac civibus, ità transactum fuit. Videlicet tàm *Capitulares*, quàm cives, veterrimis gaudentes privilegiis, damni eſſent immunes. In quos ſi quicquam *Electori* actionis eſſet, cum illis ſecundùm leges experiretur. Nihilo-minùs omnibus tàm *Clericis*, quàm civibus, facultas emigrandi fieret libera. Sic, ut illis quoque, qui remanerent, & nihilo-minùs emigrandi animum haberent, hoc, ſub integri anni ſpatio, integrum foret. Quo ſpatio bona, & fundos, divendere. Supellectilia verò ſimulátque educere, poſſent. Si qui tàm è *Clericis*, quàm civibus, eſſent abſentivi. Illi omnes intrà urbem redirent. Priſtinâque tàm autoritate, quàm libertate, fruerentur. Abſque eo, ut, ob abſentiam illam, quiſquam iis moleſtus ſit.

Inte-

Interim; neque ſic ſatis cautum videbatur civibus plerisque. Ut *Regis*, adversùs *Electorem*, protectionem implorarent. Sed hanc rogationem, tanquam alterius ſaporis, *Mareſchalli* tùm ad *Regem* ipſum rejecerunt. Interim, dùm hunc canonem, prout videbatur, apprimè neceſſarium, obtinere non datum fuit. Ecce! tria civium, res novas agentium, & qui in viciniâ non nihil autoritate ſua poſſent, paria in agro civitatis ſedecim ruſticarorum centurias conglobârunt. Quibus intra mœnia pares alii idem tentabant. Plebemque, in partes tranſeuntem, arma parare jubebant. Sed non diu prolata eſt hæc quidem conjuratio. *Arpaiuvius* enim, ubi potiſſimos præoccupaſſet turmis ſuis aditus, ſex illos è civibus novatores, in poteſtatem redactos, in furcam egit. Quorum ſupplicio civitatem ad obedientiam, articulos verò pactos intra confirmationem, redegit.

Externa.

De rebus Polonicis.

I.

Vladislaus Rex Poloniæ inauguratur.

SUo quoque loco ſuperiùs virtutum regiarum, in *Vladislao*, *Sigismundi Poloniæ* nuper *Regis* primogenito, conſpicuarum, mentionem peregimus. Qui cùm regio ob id faſtigio haberetur omnium *Ordinum* calculis digniſſimus, ſolenniſſimæ inaugurationis diæta in proximum *Septembrem* rejecta eſt. Eo menſe appropinquante, *Ordines* regni apud *Warſaviam* convenêre. Qui deinceps, in limine *Novembris*, incredibili conſenſu defuncti *Regis Sigismundi* primogenitum, *Vladislaum Sigismundum* in *Polonorum Regem* elegerunt.

Hæc antequàm ſolennis peragerecur denominatio, *V. Id. Octobr.* ad regni *Poloniæ Proceres*, duo fratrum germanorum paria, ſub nomine legatorum, ſub comitatu ſplendido, ire juſſit. Quibus illis ſeſe *Breſcyus Palatinus*, *Alexander Ratzevilius Princeps*, *VViſnovveſcyus Princeps*, *Oloſynſcyus Baro*, regni theſaurarius, *Scaroſca Oycorotzcyus*, *Kaſſanoſcyus* ſenior, & *VVilinſcyus Palatinus*, proceres regni potiſſimi, adjunxerunt. Ex illis ergò *Caſimirus* regius *Princeps*, natu ſecundus, tàm ſuo, quàm fratrum, nomine ſermonem ordiri, proque *Vladislao* fratre verba facere, cœpit. Secundùm hæc, *Prümſelii Epiſcopus*, contraditis *Vladislai* codicillis fiduciariis, elegantem exorſus orationem, tàm in defuncti *Sigiſmundi Regis*, ejusque majorum, quàm *Vladislai Principis*, merita excurrere perrexit. Ut, poſteaquàm res, ab ipſo contrà *Turcos*, *Moſchos*, *Suecoſque*, heroica laude geſtas, deprædicâſſet, hæc in verba prorumperet: Nimirùm, commendatæ virtutis *Principem* illa niti fiducia. Ut, cùm ſub *Polonicæ* libertatis arce hanc lucem aſpexiſſet, ſperet, futurum, excluſis candidatis exteteris, ipſe aliis præferendus. Hocque nomine ad regium faſtigium ſublimandus, eſſet. Ex adverſo, fidem dedit, ſe omnia illa, apud *Electionis* comitia decreta, rata habiturum, verbisque regiis ſanctè confirmaturum.

Illam ad propoſitionem *Archiepiſcopus*, nomine *Ordinum* cæterorum, excepit. Pergratam, inquit, accidere legationem præſentem. *Ordineſque* ſic quidem non minùs affectos eſſe, ut ſuper illo propoſito communibus operis deliberare jam tùm cogitent. Sed conſiderate mihi tàm ſplendidam, amabilemque, apud *Polonos* à nullo tempore notatam, legationem! Dùm nempe fratres, (quorum, juxtà *Ovidianum* illud, gratia rara eſſe plerumque conſueviſſet) & quidem numero quatuor, pro fratre, in *Regem* ſublimando, ipſimet unanimi ſtudio, incredibili conſenſu, intervenire condignati ſunt. Idem ſequenti die, nomine *Pontif. Max.* inculcavit *Nuncius Apoſtolicus*. Adhortatus *Ordines*, nullum, niſi *Catholicæ Religioni* addictum, libertatemque *Polonicam* tueri potentem, in *Regem* eligerent. Eoque nomine *Vladislaum Principem* quibuscunque præferrent. Eadem propridie *Id. Octobr.* *Oratoris Cæſarei*, *Herberſteinii Baronis*, fuit oratio. Ut, inter cætera multa, pro *Vladislao Principe*, in *Regem* evehendo, ſymbolam conferret. In ejusque electionem unicè propenderet.

II.

Vladislai, Poloniæ Principis, ad S. P. Q. Dantiſcanum declaratoria.

SEd profuerit hoc loco interjungere declarationes, quas *Vladislaus Princeps*, antequàm regiæ electionis terminus inſtaret, ad diverſos *Poloniæ Ordines* emiſit. Quibus aditum ad regni coronam ſibi feliciter præparavit.

Dùm, inter cætera, *Ordinibus Auguſtanæ Confeſſionis* non vanas obtulit promiſſiones. Tanquam qui errores, in cauſſa libertatis *Religionis* naſcentes, emendare. *Evangelicis* liberum *Religionis* ſuæ exercitium permittere. Omnemque, ejus rei cauſſa, ſecuritatem præſtare, vellet. Vt pares cum *Catholicis* ad ſenatorias dignitates non minùs evehere. Ac de cætero ſingulari favore proſequi, eſſet affectus.

Quâ de re non minùs ad *Rempublicam Dantiſcanam* præmiſit codicillos. Qui ejus fuêre ſaporis. *Vladislaus*, ejus nominis *primus*, DEI gratia, *Suecorum*, *Gothorum*, ac *Vandalorum*, *Rex* hæreditarius, *Princeps Poloniæ*, electus *Magnus Dux Moſchorum*, *Schmolentzconis*, & *Sievvievicii*, *principatuum*, Adminiſtrator. &c.

S. P. Q. Dantiſcano S. P. D. Eadem, inquit, ô præpotentes, ſingulariter dilecti! divina voluntas, quæ mihi ſub *Poloniæ* corona natales præ-

buit, etiam hoc inſtillavit, voluitque, ut utraque fortuna mea ſpectaret ad *Rempublicam*. Præcipuè verò cœlum inter nos utrinque luctum illum publicum, ob exceſſum *Sigiſmundi Regis*, beatæ recordationis parentis, ac benefactoris, naſcentem, inter nos diviſit.

Qui, ut antè me nationum, ipſius imperiis ſubjectarum, emolumentum quæreret, nihil ad ultimam diligentiam fecit reliqui. Ut neque fortunis, neque propriæ vitæ, parceret. Sub tàm gravi, acerboque, dolore vel hoc nobis fuerit ſolatio. Dùm eo ipſo ſociam gerimus *Rempublicam*. Quando ſecuri ſumus, in pectoribus integerrimarum tàm *Poloniæ*, quàm *Lituaniæ*, nationum, memoriam tàm pii, tàm commendati, ac felicis, regiminis, nunquam eſſe intermorituram.

Neque verò pari paſſu deleri poterit tanti, ac tàm mitiſſimi, *Regis*, ergà ſuos confidentia. E qua profectum eſt. Ut regios filios, filiasque, plenam in regni *Procerum* tutelam contradiderit. Per fidem! abſque ingratitudinis nota deſpumare illud ne quidem poſſit. Si merita tanti, & à tanto tempore faſces gerentis, *Principis*, ac benefactoris, oblivione obliterare fortè velimus. Nempè in ipſam peccabimus pietatem. Niſi ſupremis ſatisfiat teſtamenti tabulis. Quæ utique labes tàm laudatæ famæ nationum præcordia nunquam ſubitura eſt.

Prout nunc ergò, ô *Amici*, communem tàm noſtrum, quàm hujus *Reipublicæ* parentem lugetis. Ità vel debita, ac naturalis, pietas ſuo nomine flagitat. Pupillorum videlicet regiorum decentem iniretis rationem. Qua ſuper propenſa voluntate veſtra ſiquidem confidam rectiùs. Neqe etiam illud equidem committere debebam. Ut magis communem hunc in luctum incumberem, minùs in *Reipubl.* ac patriæ commoda intentus eſſem. Jam quo ſub periculo illa verſetur, dùm abſque capite, ſub interregni procellis fluctuat, neque vobis eſt obſcurum. Ut nullus equidem dubitem. Quin hunc rictum quantò ociùs ſanare cupiatis. Mearum duntaxat fuerit partium, huic oneri meos ut ſupponam humeros. Modò illi, judicio veſtro, tantæ provinciæ pares cenſeantur. Et qui ſuperioribus illis annis, dùm laboribus, periculiſque, nullis ſeſe ſubtraxêre, non unico experimento, probari cœperint.

Profectò ità quidem eſt. Ut nulla hoc ad poſtulatum ambitione ferar. Quam etiam ſub tenerioribus illis annis meis expugnare didici. Totique huic univerſo conteſtatus ſum, non minùs me obedire, quàm imperare, poſſe. Interim mecum dulcis amor patriæ utramque abſolvit paginam. Is cum primo nutricis lacte mihi ipſo ſub ortu inſtillari cœpit. Ut indè, ſucco illo in alimentum, & ſanguinem, converſo, adoleverim. Donec hanc ad ætatem perveni.

Atque illinc eſt. Ut toties pro patria ſanguinem fundere haud detrectârim. Ut etiam deinceps, pro ejus incolumitate, atque autoritate, omnes fortunas, ipſumque hoc caput, impendere nihil dubitem. Per genium veſtrum juro, memoriam continuæ illius majorum veſtrorum, à tot ſeculis conſtanter declaratæ, gratitudinis, mihi animum addere. Vt ſubindè aures tinniant. Dùm ſuaviſſimas illas congratulationes, quibus beatæ recordat. *Regi* parenti meo, bono *Reipubl.* omine ſuper felici ſobolis proventu aſſurgere, & in vota ferri conſueviſtis, in memoriam revoco. Illorum nunc vel ob id lubens perago mentionem. Quò & meam vobis, & quidem affectus plenam, conteſtarer confidentiam.

Interim, ut more ſive candidatorum, ſive competitorum, montes promittam aureos, non eſt. Sufficiat, me omnes illas pietatis partes implere paratum eſſe. Quas quidem filius gneſius, & DEI amans, matri ſuæ debet. Jam ô domini, ſpes eſt, vos in illius, meique, rejectionem non ferri. Vt juſto tempore libera à vobis ſuffragia exſpectem. Veſtræque tutelæ, ſicubi plures occurrere queant competitores, me credam. Quo nomine, indubitata ſpe fretus, vobis omnibus omnem tàm benevolentiam, quàm beneficentiæ ſtudium, promitto. Feliciterque, ac diu, vos valere opto.

III.

De articulis, ſive conditionibus, quibuſdam, tàm antè, quàm poſt Electionem intervenientibus.

UBi igitur novi *Regis* electio ſpectaret ad effectum. Virtuſque, & pietas, *Vladislai Principis*, omnium calculis tanto faſtigio indicaretur digniſſima. Antequàm ſolennis illa *Regis*, recèns electi, denominatio publicaretur, *Ordines Poloniæ Eccleſiaſtici* datâ operâ urgere, ac contendere, cœperunt. Nempè templa quæcunque, ſive parochiæ, *Catholicis* olim ereptæ, & hodieque in *Evangelicorum* manibus verſantes, reſtituerentur. Quo nomine templum parochiale etiam *Dantiſcani* redderent. Interim nova ædificandi templa illis facultas fieret. Sed *Evangelici* confidenter repugnârunt. Vndè hoc corollarium in medio relinqui cœpit.

Peracta verò electione, *Rex* deſignatus in articulos propoſitos juravit. Idem ſuo loco ab *Ordinibus* factum. E quibus *Epiſcopus* de *Prümſelio*, ubi ad *Religionis* canonem ventum eſſet, jurare negavit. Sed *Rex*, abſque hæſitatione, etiam hîc promptitudinem ſuam declaravit. Tametſi verò *Ordinibus Eccleſiaſticis* clauſula illa, qua jura *Eccleſiæ Romanæ* ſalva conſervabantur, permitteretur. Nihilo-minùs conceptis verbis cautum fuit. Ne illa clauſula quicquam paci, ſecuritatique publicæ, derogaret.

E numero canonum, ſive pactorum, *Regi* electo ſub juramenti ſanctitudine confirmandorum, fuêre ſequentia. Nempè *Rex* nullo alio, nomine regni, uteretur ſigillo, quàm quo *Cancellarius* utitur. Ne, inſciis regni ſenatoribus, matrimonium contraheret. Ne conſiliarios peregrinos accerſeret. Nedùm exteris apud aulam plurimùm indulgeret. Sed fortalitia aliquam multa in

ta in finibus excitaret. Sed provincias ; regno ereptas , ſeriis conatibus recuperare niteretur.

Hæc in verba ubi juratum eſſet , etiam cæteri *Principes* ſuo quiſque loco idem fecerunt. Quibus electionis regiæ peractis ſolennibus ; tàm *Exequiis Sigismundi Regis*, parentis , quàm inaugurationi *Vladislai*, *Regis* novi , itemque regni comitiis, paulò poſt celebrandis, certi dies deſignari cœperunt. Omnibus id genus ſolennibus intrà *Cracoviam* ordine conſummandis.

IV.

Magnus Dux Moſchorum bello Polonos infeſtat.

ETiam in ipſis floribus eſſe acredinem, veteres non immeritò prodiderunt. Vt tantò minùs gaudium, ac feſtivitas, abſque dolore, plerúmque excurrat. Quo nomine cùm recèns electus *Polonorum Rex*, unà cum regni *Proceribus*, ſuper eo deliberaret. Quo pacto induciæ, cum *Sueciæ Rege* nuper intervenientes, porrò extendi. Ac diuturnæ pacis ferrumine ſolidari, poſſint. Ecce! novæ turbæ, novique hoſtes, nempè *Moſchi*, conſurgunt. *Poloniſque* minantur. Sine dubio autem *Magnum Ducem Moſchorum* iſtud pupugit. Unguiſque, quod ajunt, fuit in oculis. Quòd intelligeret, novum *Poloniæ Regem* pariter titulis *Ruthenicis* illis uti. Hinc illa invidia. Hinc belli furor, ac decretum. Ergò ubi remorderet hæc ſimultas, archiſtratego ſuo, *Michaëli Boriſſevitio Scheyno*, in mandatis dedit. Iret, inſtructiſſimiſque cum copiis, in hoſtem ſuum, *Vladislaum* illum, qui ſe *Magnum Ducem Moſchorum* nominet, educeret. Omnique militaris crudelitatis genere experiretur. Neque hoc ſatis. Sed, quò magis ſanguinolentam exaſperaret ultionem ; *Tartaros, Getasque*, ſimulátque in bellicontubernium evocavit. Qui pari atrocitate in *Polonos* irrumperent, omniaque latè popularentur. Sic uſuvénit , eodem ut tempore *Polonis* cum duobus , & quidem præpotentibus, hoſtibus res eſſet.

* * *

Io. Petri Lotichij

RERVM GERMANICARVM

LIBER LIII.

CAPVT I.

De Sueciæ Rege è Norico copias producente. Ubi à Tartarorum legatis ſalutatur.

I

Rex Sueciæ è Norico producit Neoſtadium.

POſt varias intercurrentes actiones , non minùs obſervatione digniſſimas , tempus monet , ut ſtylum iniiciamus in res illas ingentes, quæ hoc tempore inter *Sueciæ Regem* , *Bavariæ Electorem* , & *Fridlandum* , intervenêre. Quòd enim pars utraque non minùs ingentibus auſis , quàm immenſis copiis, prævaleret. Proclive erat , non niſi maximi momenti effectus exſpectandos venire.

Quo nomine generoſus *Regis* ſpiritus nihil minùs , quàm ocium , proſequebatur. Ut identidem in opere eſſet. Et aut vinceret , aut provocaret. Pariter , tot victoriis illuſtres , tàm *Bavarus* , quàm *Fridlandus* , ſicut neque virtute , neque magnanimitate , deſtituebantur. Ità viribus , potentiâque , eminebant. Ut , toties quoque vincere edocti , ſaltèm fortunam, & rei feliciter gerendæ occaſionem proſpicerent.

Quem in modum in fritillo ludentibus uſuvenit. Ut modò hic, modò ille, calculorum jactu ſuperior evadat. Sociumque tantùm non provocet: ſicubi vela ſecundus impleat ventus. Par viciſſitudo in bello cui non evidens? Ecce! enim paulò antè *Fridlandus*, provocatoris partes ſumens, *Regem*, cum exercitu, eò redegerat, ut ad *Noribergam* confugeret. Et urbe, tanquam ſcuto, ſe præmuniret.

Quid fit? Paulò deinceps *Rex*, confœderatorum *Principum* auctus copiis, tantùm non è ſeptis illis emerſit. Sed, egreſſus caſtris, *Bavarum, Fridlandumque*, ſeriis laceſſivit conatibus. Ut etiam, illis pugnandi copiam non facientibus, concitatiſſimas ſuſciperet hoſtica in caſtra impreſſiones. Ergò & illi didicerunt intrà ſepta copias conſervare. Aliamque, & opportuniorem, acie experiendi occaſionem præſtolari.

Hæc, fruſtrà tentatis tot aſſultibus, explorata habens *Rex*, ubi, per unam, alteramque, ſeptimanam, à magnis, ac violentis, iſtis in caſtra impreſſionibus, feriæ, utrinque ſatis longæ interveniſſent, moræ ulterioris impatiens, prior alas vibravit. Univerſasque copias *VI. Id. Septembr.* unà cum impedimentis, tormentorumque apparatu, ſub lituis, pulſisque claſſicis, in conſpectu hoſtium, è *Furto* produxit *Neoſtadium*. Quò tàm frumentatione, quàm pabulatione, liberius frueretur. Nec enim fieri poterat, ut, in tanta copioſiſſimorum exercituum vicinia, annona non in arctum tenderet.

II.

Famis, peſtiſque, contagium exercet Noribergenſes.

QUa famis ſubintrante neceſſitate, dùm corpora multis vitioſis, & ad putredinem aptis, implentur humoribus, uſuvénit, ut morbi maligni, contagium, ipſaque peſtis, in multitudinem ſævirent. Quodſi enim aliâs, dùm unicus, & mediocris, confluit exercitus, annonaque, ac pabulatio, abundè ſuppetit, conſuetum eſt. Ut è tot gregariorum millibus, eodem loco concurrentibus, quorum alter hoc, alter illo, confligit cum morbo, corporum communicatione, nova plerumque lues naſcatur. Dùm vel malignitas tranſitione nocet. Vel diſpoſiti facilè in morbi communionem trahuntur. Vel è querquera victus ratione, dùm modò milites vino, modò zytho, modò lacticiniis, modò fructibus horariis, aliiſque id genus eſculentis, ſine ordine, ſed cum impetu, ingeſtis, viſcera, venaſque, prægravant, morbi generantur. Vel ſub tempeſtate ſive fervente, ſive pluvia, ſive impendiò gelida, corpora debilitantur, vitiumque contrahunt. Vel denique ab equorum, jumentorum, hominumque, ſive excrementis, ſive lanienis, ac cladibus, aër inquinatur. Qui labe conceptâ, vitii ſeminaria in ſubjecta ſpargit corpora, recipiendæ lui idonea.

Ecquis, inquam, valdè ambigat, in confertiſſimis illis apud *Noribergam*, & quidem certo ſpatio concluſis, exercitibus, poſt famem emerſiſſe labem? Qua quidem ingens conſumi cœpit multitudo. Indè eſt. Ut vel intrà caſtra regia, vel urbem ipſam tutelarem, eſſent non pauci. Qui, ex annona ſive defecta, ſive corrupta, intrà unam, alteramq; ſeptimanam, ne micam panis guſtarent quidem. Quòd enim, uſque ad triginta paſſuum millia, ſegetes, pagi, oppidaque, perderentur. Proclive erat, tàm ruſticanos, quàm calones, ipſosque ſucceſſivè gregrarios, ſtrenuè eſurire.

Quibus mediis ad corporis, vitæque, productionem deficientibus neceſſariis, annon morbi facto agmine intrarent? Id, ſi unquam aliâs, vel tum quoque patuit evidentiſſimè. Etenim modò non calones, ſed globi ruſticanorum, magis cum indigentia, quàm hoſte, pugnantes, paſſim impleverunt hortos, prata, Xenodochiaque. Ut alvinis profluviis primùm, iisque malignis, mox contagioſis, epidemicisq;, febribus, in multitudinem graſſantibus, ægri non tàm urbis cœnobia, locaq;, pauperum uſibus dicata, opplerent. Sed per vias, ſed compita, paſſim luctus plena, notarentur miſerorum lectiſternia.

Qua invaleſcente neceſſitate minor hominibus hominum obrepſit cura, quàm aliâs brutorum eſſe conſuevit. Ecce! enim iſta acceſſit *Libitinæ* atrocitas. Ut non ampliùs efferrentur ſinguli. Sed mortuorum cumuli in carros conjecti eadem ſcrobe, vel fovea, contegerentur.

Per fidem! ajunt, noſocomium urbanum *Suecicis* militibus, iiſq; languidis, eò uſq; diſtentum fuiſſe. Ut defunctorum è cadaverib⁹, inſtar lignorum, ac pyræ, congeſtis, montes tantiſper accumularentur. Quoad *Libitinarius*, quiete data, opportunum fuit numerum, in carros cõjectum, effoſſa ſcrobe, conjunctim humo obruere. An ergò non è labe labes oriretur? An è tot intumulatis defunctorum corporibus viventes non inficerentur? Aëris commercio, ad vitam neceſſario, tot, inquinationibus ultimè corrupto? Quàm igitur minùs opportunum fuerit etiam civibus ex hac tempeſtate vitam redimere, nemini fit obſcurum. Urbs enim, ſatis alioquin populoſa, tantam juventutis, indigenarumq;, fecit jacturam, ut propè viduata videri potuerit. Quippe, dùm quotidie multiplicantur funera, accidit, ut, ſubducto calculo, è civibus, hoc anno vitam cum morte mutantibus, elati ſint octo mille, & quingenti. Intrà noſocomia ſpiritus projecerunt decies novies mille, & ſexagintà. Eorum, qui carris manuariis extrà mœnia protrudi cœperunt, numerantur mille octingenti, & quadragintà ſex. Univerſo numero, eodem anno intrà *Noribergam* defunctorum, ad viginti novem hominum millia, quadringentos, & ſex, excurrente. Ut interim illorum cumuli, qui quidem extrà urbem, per hortos, prata, cæteraque loca, tanquàm aumaria, turmatim interierunt, alio, ac ſeparato, ſub codice computandi veniant. Quibus de procelloſæ calamitatis fluctibus, tantùm non urbem illam inundantibus, jam non ero prolixior.

III.

Sueciæ Regem legati Tartarorum ſalutant in caſtris apud Noricum.

INter hæc, dùm *Rex* caſtris excedit, movetque ulteriùs, mirùm videri, poterat, *Cæſareanos*,

Bava-

Bavaricoſque, deliteſcere. Neque in procedentes quicquam tentare. Sed dubio procul; quid *Rex* deſignaret; illis ignorabatur. Non defuerunt, qui judicarent, *Regem* datâ induſtriâ à *Noriberga* tùm receſſiſſe. An fortè ſic illos contrà urbem inducere quitus eſſet. Quo nomine putabatur caſtra ſua omninò reliquiſſe intacta. An ſic quoque illos, tanquam intrà ſepta, cogere. Faciliùſque opprimere, liceret. Sed non tàm mens læva fuit *Cæſareis, Bavariſque*. Ut non eſcas, hamoſque, à ſagaci quantumvis piſcatore diſpoſitos, pari calliditate didiciſſent effugere. Nam urbs aliquot præſidiariorum millenariis confirmata erat. Ut, ſi quid vellent hoſtes, conari, juſtis viribus ſeſe tueretur. Regiis præerat *Kniphauſenius*; civicis verò *Schlammersdorfius*, ambo tribuni. Quibus accedebat *Oxenſtirnus, Cancellarius* regius, vir ſapientia plenus. Qui quidem, nomine *Regis*, eo loco ad clavum ſedebat.

Eo tempore fama *Guſtavi Regis*, ſtupendis illis militaris felicitatis progreſſibus eò uſque in *Rom. Imperii* præcordia provecti; etiam ultrà *Tanaim, Propontidem, Boryſthenemq;*, emanavit. Undè potentiſſimorum *Scythiæ*, ſive extremæ *Sarmatiæ*, (quos hodieque novo velut nomine *Tartaros* nuncupant) populorum *Princeps, Gianus Becquereyus, Magnus Cham Imperii Chrimnitz, Magnus Princeps Czircaſſiorum*, & *Procopiorum*, legatos miſit. Qui *Guſtavo, Sueciæ Regi*, ob virtutem; & admirandos bellorum ſucceſſus, quorum omnium fama etiam in intima *Scythiæ* loca penetrâſſet, congratularentur. Eidemque amicitiam *Scythicorum* id genus *Principum* ſimulátque offerrent. Cujus barbaricæ quantumvis legationis in memoriam, cùm conſtet, tùm quidem vernaculis ſub rhytmis itum fuiſſe. Non poſſum ſtudio meo tempore, quin *Romanis* verſiculis his tanti *Regis* laudibus parentare pergam quoque. Ità autem habetote!

Aſpice, ceu patuli virtutis nobile mundi
Nomen in omnigenas geſtiat ire plagas!
Barbaricaſque calor jubeat miteſcere mentes,
Gloria dùm magnos tollit in aſtra viros.
Scilicet extremis hoc Rex Guſtavus ab oris.
Tempore, quo bellis Teutonis ora fremit:
Excivit genteſque feras, populoſque minaces,
Quos, lacti miſtus, ſanguis equinus alit.
Sarmatico procul hi properantes nuper ab Iſtro
Intrârunt agros, Norica terra, tuos.
Scilicet eximios ut gratarentur honores,
Guſtavo. Quem vel barbarus omnis amat.
Quippe, quis invictæ miracula fortia dextræ
Digna triumphali laude fuiſſe, neget?
Barbarus ergo tuos auget legatus honores,
O Rex, vel Scythicis ſuſpiciende Getis!

CAP. II.

De Cæſareanis, Bavariciſq;, è Norico, versùs Saxoniam, progredientibus.

I.

Fridlandus è Norico deducit exercitum. Gallaſſiumque dimittit in Saxoniam.

IAm tùm *Sueciæ Rex* in *Francis* apud *VVinsheimium* erat. *Fridlandus* ergò finitimis locis miſerè corruptis, ac vaſtatis, tàm ſuum, quàm *Bavaricum*, è *Norico* deducere cœpit exercitum. Ut, propter *Noribergam*, versùs *Forchheimium*, moveret, caſtris itidem à tergo relictis intactis. Intrà quæ tanta muſcarum, culicumque, conſederant agmina. Ut vix pecudes, hominesſque, illic durare quiti eſſent. Inter eundum, *Anſpachium*, *Dünckelſpilum*, *Nördlingam*, aliaque oppida, à ſe priùs occupata, præſidiis nudavit. Catervaſque illas conjunxit exercitui. Quem apud *Forchheimium* in partes diviſit. Ibidemque ad tempus caſtra metari cœpit.

Quòd ergò copias ſic ſatis exundantes unica haud facilè ferret regio, generali vigiliarum præfecto, *Gallaſſio*, decem hominũ millia permiſit. Quibus in *Electoralem* irrumperet *Saxoniam*. Hic, versùs *Bohemiam* dirigens. *Lauffam*, oppidum *Noricorum*, *Suecico* præſidio utcunque firmatum, ſed à civibus, agricoliſque, acriter defenſum; impetiit. Tametſi igitur obſeſſi per diem, noctemq;, confidenter repugnarent. Mox tamen, ſuperinductis tormentis, in anguſtias redacti, deditionem fecerunt. *Suecicis* ſub titulos *Cæſareos* vocatis, civitas direptioni patuit. Ut non minùs interim novo, & validiori, firmaretur præſidio. Paulò deterior ſors excepit *Grevenbergenſes*. Ex illis enim, loci deditionem negantibus, modò non plurimi cæſi ſunt. Sed, prævia expilatione, locus omninò ignibus everti cœpit. Indè *Sultzbacum* perrexit. Quæ civitas quanquam anteà direptionibus haud ſemel patuiſſet, nihilo-ſeciùs reliquias etiam huic militi conferre debuit. Sic per *VVeydenam, Egramque*, producens *Gallaſſius* in *Saxoniam* perrexit. Ubi cum *Holkenio Mareſchallo* copias conjunxit.

II.

Rex Rainam, Bavariæ oppidum, recuperat.

REx, intellecto *Fridlandi* diſceſſu, diutiùs intrà caſtra ſeſe non continuit. Sed pariter exercitũ produxit. Eundemq; diviſit. Cujus partẽ ſub imperio *Bernhardi Vinarienſis Kitzingam* ire juſſit. Alterã partẽ *Roteburgum* dimiſit. Ne hoſtes fortè per provinciã *VVürtenbergicam* irrumpere, ac nocere, poſſent. Ipſe verò cum valida manu *Noribergam* profectus, caſtra inſpexit hoſtica. Conſideravitq; munimẽta. Quæ tantã hominũ impetentiũ multitudinẽ nuper cõfeciſſent. Perluſtrato caſtrorũ vacuorũ genio, per *Onoltzſpacum, Dünckelſpülam, Nordlingamq;*, perrexit *Donavvertham*. Per quam noctu legiones traduxit. Sic, ut versùs *Auguſtam, Algaviamq;*, moveret, *Rainam, Bavariæ* civitatẽ, recuperaturus. Hanc paulò antè *Bavari*, legionibus aliquot *Florentinis*, ex *Italia* recèns adventantib⁹, adjuti, *Suecicis* extorſerant. Poſteàquàm enim ſeriis, oppidũ conatib⁹ mediante obſidione, urgere cœpiſſent, *Mitſchefallus*, *tribunus Suecicus*, frigidã parans defenſionẽ, tametſi *Rex* in proximo conſiſteret, *VI. Cal. Octobr.* locum *Bavaris* tradidit. Pupugit hæc ſuorum puſillanimitas *Regẽ*, jam tùm auxilio futurũ. Quòd ergò locus

hic inter *Auguſtam* ; ac *Noribergam*, eſſet medius. Quo intercepto utriuſque urbis commercia ſeparentur. Viſum fuit, oppidũ denuò velle recuperare. Quo nomine, apud *Marcam Biberacenſem*, pontem *Lyco* impoſuit. Eumque loricis corroboravit. Ubi ergò circiter *Offenburgũ* cæſis *Croatarum* quadringentis ſeptem ſigna extorſiſſet, copias, unà cum tormentis, trajecit. Confeſtimque excitatis loricis, tormentiſque directis, obſidionem ſeriò retentavit. Opportunè tùm cœlum nebuloſis obtegebatur exhalationibus. Id *Regis* profuit inſtituto. Ut quàm proximè caſtra oppido admoveret. Ità multa toties inter manus occurrunt, quæ militarem adjuvare ſolent experientiam. *Rex* igitur, nihil procraſtinare ſolitus, ipſe tormentum direxit. ipſe exploſit. Neque baliſtarii *Regis* ad exemplum, miniſteriis ſuis defuerunt. Quibus ubi res ſeriis ageretur conatibus, obſeſſi, ſpiritus ſubmittentes, deditionem obtulerunt. Ità eodem adhûc die quadringenti veterani, unà cum turmis equeſtribus, emigrârunt. Pedeſtribus abſque armis, equitibus verò ſine equis dimiſſis. Idem enim ſuprà *Suecis* acciderat dedititiis. Ità quidem paucarum horarum ſpatio, oppidum feliciter recuperari cœpit. Cujus non tàm ſitus, quàm firmamentum, à *Rege* præparatũ, non videbantur in cõtemnendis habenda.

Interim, tametſi, præter opinionem, citiùs in poteſtatem redigi cœpiſſet locus, qui vix intrà ſeptimanã videri poterat expugnabilis. Nihilo-minùs *Rex* frigidam illam *Mitſchefalli*, tribuni ſui, defenſionem eapropter probare noluit. Ut illi apud *Neoburgum*, propter *Danubium*, diem diceret. Juberetque rei malè geſtæ cauſſam reddere. Ubi cùm alium colorem idoneum præcipitatæ deditonis afferret nullum. Niſi quòd oggereret, gregariorum aliquammultos, miſſo ad ſe ſignifero, nunciâſſe, niſi deditionem faxit, arma ſeſe poſituros eſſe. Admiſſa eſt hæc quidem excuſatio. Sed, quòd neque in ſigniferum, nedùm ſeditionẽ agentes gregarios, ilicet gladio animadvertiſſet, capite plexus eſt. Cæteris exemplo futurus, ne tàm perfunctoriam deinceps oppidorum, ſibi creditorum, defenſionem agitarent. Eo tempore exercitus *Bavaricus* circà *Ingolſtadam* hærebat. In hunc *Rex* intentus, eódem promovit. Sed jam tùm *Bavari* ſeceſſerant *Ratiſponam*. Itáque *Rex Ingolſtadæ* ſeriò inhiabat. Tandem omnibus, quod dicitur, copiis fortalitium impetiturus. Quo nomine pontem, *Danubio* impoſitum, apud *Neoburgum* reparavit. Quinquagintaque numero tormenta, unà cum immenſo rei militaris apparatu, ex *Auguſta* per aquas eò traduxit. Ut aliis è locis id genus præparatoria, atque opifices, magnis conatibus evocaret. Sed turbato propoſiti ordine ingens iſte apparatus haud ſpectavit ad effectum. Nam *Elector Saxoniæ*, à copiis *Cæſareanis*, intrà patriam ſuam pleraque devaſtantibus, circumdatus, imploravit auxilium *Regis*. Indè factum, ut mutato inſtituto, *Rex Rainam* reduceret. Relictoque illic exercitu, aſſumptis tribus equeſtrium, & totidem pedeſtrium, legionibus, *Nördlingam* deflecteret. Simulátque hîc, ſicut inprimis apud *Auguſtam*, præſidia confirmaret. Ne quà civitatibus illis tàm facilè nocere poſſent *Bavari*.

* * *

III.

Fridlandus occupat Coburgum.

INter hæc, *Fridlandus* in ditiones, *Culbaccenſem*, ac *Coburgicam*, promovit. Mallet itáque *Plaſſenburgo* potiri fortalitio. Niſi loci communitio, temporiſque anguſtia, ſuaſiſſent aliud. Neque enim ea erat fortalitii, probè confirmati, conditio, ut perfunctorios magni faceret ſive concluſionis, ſive obſidionis, conatus. Ut integra, ſeriaque, ſub oppugnatione, debilitandum videretur. Ex adverſo, *Byrhutum*, civitas, *Marchionis Brandeburgici* ſedes, à *Fridlandicis* intercipi, expilarique, cœpit, Ut parem fortunam *Creuſſena*, *Begnitium*, aliaque loca complura, tùm quidem incurrerent. Interim *Culmbacum* fortalitium reſtitit. Tametſi enim illud *Fridlandus* miſſo tubicine, codicillis, miniſque, toties, nomine *Cæſaris*, urgeret. Præſidium *Suecicum* tamen animosè reſtitit. Ut etiam in catervas populatrices tormentis acriter animadverteret. Qua ſpe decollante, *Fridlandus* majores è caſtris *Forcheimianis* accivit vires. Ut tormentorum circiter quinquagintà numerum ſuperinduceret. Has ſecundarias copias per *Bambergam* movere juſſit *Coburgum* versùs. Quam civitatem ducalem integra ſub phalange per legatos ſuos concluſit, Moxq; occupavit. Quòd autẽ arcẽ defenderet *Tupadelius*, tribunus *Suecicus*, hæc expugnatio eò difficilior extitit. Quanquam enim *V. Non. Octobr.* impreſſio in arcem tentaretur: Quingentis *Cæſareanorum* injectis ſcalis inſcenſionem ſuſcipientibus. Nihilo-minùs *Tupadelius*, acerrima ſub defenſione, modò non arcem tueri. Sed impreſſionem meditantes, & jam intrà foſſas irrepentes, omni vi, atque induſtria, rejicere cœpit. Ut tàm milites, quàm ſcalæ, præcipitarentur. Multique, infecta impreſſione, vitam ſimulátque, glandibus expulſam, projicerent. Hæc obſidio non fuit abſque omine. Nam, eo ferè momento, quo *Coburgum* in poteſtatem vénit *Cæſareanorum*, *aper* ingentis magnitudinis, in ſuburbium uſque, penetravit. Ubi à molitore perfoſſus eſt. Neque hoc oſtentum fuit incomitatum. Sed ecce! *Aquila*, ſuper civitate, dùm nubes tranat, à, neſcio quo, globulo perfoſſa, ſupernè in civitatis aream decidit. Undè, more multitudinis, varii hominum ſuper his *oſtentis* intervenêre ſermones.

IV.

Sed Arce inexpugnatâ regreditur.

SIc caſu, vel fato, evénit, *Fridlandus* ut abſque effecto illic laboraret. Nam, dùm *Tupadelius* non minori dexteritate, quàm fortitudine, arcem defendit. *Bernhardus Vinarienſis* quoque, apud *Svvinfurtum*, in *Iſolani*, *Croatarum* ductoris, cohortes acriter animadvertit. Ut tàm ſigna, quàm impedimenta, illis extorqueret. Certè, *Fridlandus*, deſperato ſylvæ *Hercyniæ*, à ſe quæſito, tranſitu, cujus conſequendi igitur jam tùm *Schleuſingenã*, aliaque loca finitima, præoccupârat, mox

mox ab arcis obſidione, re irrita, receſſit. Optionemque mutavit. Sic, ut expilata *Coburgenſi* civitate, *Neoſtadio* autem, *Aichsfeldia*, & *Helleburgo*, oppidis, in cineres redactis, legiones deduceret. Hac ſub digreſſione *Elector Bavarus* reliquas ſub *Altringerio*, ac *Coloredono*, legiones ſuas ſegregare, *Ratiſponamque* reducere, juſſit.

V.

Gallaſſius, per Saxoniam Electoralem progrediens, Altenburgum, Kemnitiumque, intercipit.

DUm hæc apud *Coburgum* geruntur, jam tum *Gallaſſius* in *Saxoniam Variſcorum* penetraverat. Qui per *VVonſiedelium*, & *Rübnizam*, loca flammis exuſta, apud *Curiam* appulit cum exercitu, ad duodecim hominum ſelectorum millia excurrente. Qui quidem ſex tormentorum paribus, & mortariis aliquot, erat inſtructus. E *Curia* promovit *Plavviam*. Ubi miſſo ad *Zvvickavienſes* tubicine, pro quatuordecim hominum millibus annonam, eo die conquirendam, popoſcit. Sed *Senatus* oppidanus ilicet delectos obviam miſit. Qui, exhibitis tranſactionis cum *Holckenio* tabulis, deprecarentur. Ac tempeſtatem hanc propellerent. Illis inſpectis, regeſſit *Gallaſſius*: Quod, inquit, ſub id genus conditionibus, admodum tolerabilibus, tranſegiſſent *Zvvickavienſes*, eo ipſo illos prudenter feciſſe. Se autem non meminiſſe, inde uſque, à primis horum motuũ per *Rom. Imperium* initiis, id gen⁹ deditionis canones occurrere. Certè, ſic quidẽ haud inconveniens futurum, ſi cæteræ civitates iſthoc exemplum imitarentur. Hoc pacto nolle ſe tranſactionem violare. Ut etiam rectiùs confirmare velit. Interim annona ſibi opus eſſe. Quâ utique exercitus carere nequeat. Hoc propoſito poſtridie *Zvvickaviam* direxit. In itinere verò unam, alteramque, legionem *VVeydam* ire juſſit. Quæ diverſa illo ſub tractu loca occupârunt. Interquæ *Altenburgum*, *Ducum* ejus nominis *Saxoniæ* ſedes, in poteſtatem venit. Ut non ſolùm intrà ſtativa *Cæſareanos* admitteret. Sed etiam non contemnendam pecuniarum partem, pro lytro, exprimeret. Neque ſic tamen in ſecuritatem ſeſe vindicârunt. Quin, *Gallaſſio* ſuos avocante, ſuburbium porrò diriperetur. Ità in *Chemnitium* eſt itum. Quæ civitas, , more *Zvvickaviæ*, fecit deditionẽ. Interim, pro redimendo direptionis periculo, undecim *Ferdinandicorum* millia ſunt extorta. Quorum pars præſtò numerari. Pars ſolutionis in ſeptem dierũ paria fuit extracta. Præſidiariorum *Saxonicorum* ea fuit fortuna, quæ apud *Pragam* uſu venit. Nimirùm, ut armis utriuſque generis deſtituti, ſub ferulis albis emigrarent.

VI.

Gallaſſius, & Holckenius, junctis armis Freibergam, Miſniamque, occupant.

VEntum erat ad *Freibergam*, civitatem, tàm *Electorum* conditoriis, quàm metalli fodinis, illuſtrem. Illic *Gallaſſius* cum *Holckenio* junxit copias. Neque vana hujus exercitus videbatur potentia. Legionibus *Saxonicis* intrà *Sileſiam* abſentivis. Ut tàm præſtò advolare ne poſſent quidem. Et ſic ratio apparebat haud tralatitia. Quâ, viribus intrà *Saxoniam* renitentibus ferè nullis, *Fridlandus* modico temporis ſpatio integrum in poteſtatem redigeret *Electoratum*. Iiſdemque provectus ſucceſſibus per *Marchionatum Brandeburgicum* in *Megapolitanos*, *Stargardianos*, & *Roſtochienſes*, penetraret. Provinciamque, nuper deperditam, recuperaret.

Junctis ità viribus *Freibergam* ſeriis tentare cœperunt conatibus. Neque defuit ſuo loco *Löſerus* tribunus, civitatis defenſor. Hic boni militis officio functus, excurſionibus, & id genus præliis velitaribus, multos *Cæſareanorum* attrivit. Interim, arctiſſima obſidione incluſus, tormentiſque impetitus, eò uſque durare haud potuit. Donec auxilia advolarent. Qua de re, ubi magna mœnium pars, unà cum turribus, (undè potiſſimum obſeſſoribus intentabatur damnum) fuiſſet dejecta. Et jam, per cuniculos præparatos, inſtarent ultima. *Gallaſſius*, immiſſo feciali, pacificationem, & veniam, obſeſſis obtulit. Niſi dicto audientes eſſent, omnia ultima, id eſt, ignes, gladioſque, etiam in gravidas, fœtuſque nondùm editos, ſtringendos, more militari, interminatus. Quòd igitur obſeſſis auxilia, fortè in via hærentia, haud apparerent. Tùm annona flagellaretur. In deditionem pedibus itum eſt. Sic, ut *Saxonici* præſidiarii, more *Pragenſi* noviſſimo, cum ſarcinulis quidem pedites, ſed abſque armis notæ ſuperioris, equites verò relictis quadrupedibus, *III. Non. Octobr.* emigrarent. Canones tranſactionis fuêre ejuſmodi. *Tribunus Saxonicus* quidem, itemque militum præfecti, cum ſarcinulis, equis, & cæteris rebus, ac familiaribus, ad ſe ſpectantibus, gregarii verò ſolis accincti gladiis, emigrarent. Sub cuſtodia *Dreſdam* uſque deducendi. Et hanc illis fieri pro tempore gratiam, vel præter ordinem. Aliâs enim, cuniculis jam ſub obſidione præparatis, indultum iſthoc exulare. Quà *Religionis* negotium, nihil enovaretur. Neque *Electoralibus* ſive conſiliariis, ſive metallifoſſoribus, moleſtia inferretur. Eadem conditio eſſet regiminis tàm eccleſiaſtici, quàm ſecularis. Cæteri tàm equeſtris conditionis homines, quàm ſenatores & eccleſiaſtici, & politici, ſecura uterentur tranquillitate. Arxque *Electoralis* pari ſub tutela eſſet. Conſummatis illis conditionibus, ſub præſidii emigratione, nihilo-minùs ajunt, lytri loco, à civitate auri myriadem poſtulari cœpiſſe. Sic, ut ob hypogæa, ſive conditoria, *Electorum* non minùs octogintà *Ferdinandicorum* millia poſcerentur.

Secundùm hæc, ad *Albim* perventum eſt. Tentarique cœpit, an in adverſam fluminis ripam perveniri poſſet. Quo nomine primùm *Miſnia*, præſidio vacua, in poteſtatem venit. Interim, quòd pons, *Albi* aliâs impoſitus, corrumpi cœpiſſet de induſtria. Tùm legiones *Saxonicæ* ex adverſo tormentis trajectionem ſine miſſione prohiberent. Inſtituto exciderunt. Interim, ab hac *Albis* parte, reſiſtente nemine, omnia liberè populationibus attriverunt. Sic, ut *Oſchatium* civitatem, unà cum pagis adjacentibus, partim diriperent, partim exurerent. Quæ quidem ſors adverſa etiam *Lummitſchium*, etiam *VVurtzenam*, ferè excepit.

* * *

CAP.

CAP. III.

De Pappenheimio, Hildeſium occupãte. Et in Saxoniam movente.

I.

Pappenheimius, & Gronsfeldius, è ditione Padebornenſi Baudiſium ejiciunt.

HOc tempore intrà *Saxoniam* pleràque ad magnam aliquam ſpectabant cataſtrophen. Dùm illic vis omnis exercituum, armorumque, conflueret. Nam etiam *Pappenheimius*, à *Belgica* expeditione redux, eò è *Gueſtphalia* evocabatur. Antequàm igitur etiam hic *Martem* ſuũ iſtûc converteret, intereà, quid apud *Viſurgim* egiſſet, præmittemus. Siquidem verò ille, fruſtrà tentatâ *Trajecti ad Moſam* vindicatione, exercitum trans *Rhenum* reduxiſſet. Primùm, circà *Suſatum*, ſubſtitit. Mox *Padebornam* direxit. Eum tùm *Epiſcopatum* exercebat more militari *Baudiſius*. Qui cùm copiis eſſet inferior, in tempore *Hüxariam* deflexit. Illic caſtris ſe defenſurus. Legioneſque auxiliares acquiſiturus. Interim *Brackelam* oppidũ defendebant *Baudiſini*. Contrà hos cum manu tàm equeſtri, q̃ pedeſtri, eduxit *Gronsfeldi⁹*. Defenſores illos ejecturus. Sed neq; ſic elanguit *Baudiſii* cura. Quin oppidum illud vindicare contenderet. Quo fine cum *Gronsfeldio* conflixit. Sed inauſpicato. *Gronsfeldius* enim, cæſis hoſtium non paucis, tria ſigna *Baudiſio* extorſit. *Baudiſius* nihilo-minùs, fortunam ſuam retentans, prælium redintegravit. *Gronsfeldianiſque* ſignum unicum, cum tribus tormentis, eripuit.

Præeunte illo conflictu *Pappenheimius* integro ſub exercitu, in *Baudiſium* direxit. Qui, quamquam intrà *Huxariam* defenſionem meditaretur, loricìſque, eum in finem excitatis, obniti præcogitaret. Mox tamen, cognito, ex utraque *Viſurgis* parte, tàm *Pappenheimii*, quàm *Gronsfeldii*, adventu, vaſa colligere. Et ſe, ſuoſque, fortunæ ancipiti ſubtrahere maluit. Ubi ergò *Pappenheimius* in *Hüxariæ* conſpectu, collem occupâſſet. Superinductiſque tormentis experiri cœpiſſet. *Baudiſius* legiones in campum patentem extraxit. Ac, tametſi *Pappenheimius* à tergo manum equeſtrem immitteret, earum circumſpectione ſuos deduxit. Ut legiones modò non conſervaret. Sed etiam in inſequentes *Pappenheimianos* acriter animadverteret. Sic, tametſi *Suecorum* hoc è conflictu deſiderarentur quadringenti, ille tamen *Ligarianis*, paulò avidiùs rem gerentibus, tria eripuit ſigna.

II.

Gronsfeldio liberante VVolferbytum, Pappenheimius potitur Hildeſio.

BAudiſio è *Gueſtphalia* ejecto, reſtabat apud *VVolferbytum Georgius, Dux Lüneburgicus*, fortalitii illius obſidionem impendiò urgens. Ejus conatus *Reſp. Brunſvicenſis*, & *Lohauſenius* tribunus, tùm ſeriò adjuvabant. Ut jam annonâ, rebuſque neceſſariis aliis, defectis, ſine dubio in deditionem mox præſidiarii incubuiſſent.

Hunc morbum curaturus *Gronsfeldius*, aſſumptis viginti equeſtrium cohortibus, ſingulari celeritate, & noctis colore, uſus, in fortalitium penetravit: obſeſſoribus nihil tale exſpectantibus. Mox, præſidiariorum adjutus ope, in caſtra tàm *Lüneburgica*, quàm *Brunſvicenſium*, invectus, decem hoſtium deletis cohortibus, plurimos intercepit. Sic, ut *Lüneburgicus*, reliquo cum exercitu, ad *Brunſvigam* confugeret. Illicque, operâ munimentorum, ſeſe tueretur. Eo pacto disjecta per *Gronsfeldium VVolferbyti* obſidione, novemque ſignis *Pappenheimio* oblatis, mutato fortunæ ordine, jam *Hildeſio* inſtabant *Cæſareani*. *Pappenheimius* enim, novo ſucceſſu illo auctus, *VI. Cal. Octobr.* integrum urbi admovit exercitum. Ilicetque deditionem poſtulare cœpit. Poſtquàm urbanis denunciari curâſſet. Traderent modò urbem. Et certis conditionibus experirentur. Non enim eſſe, ut auxilia exſpectent ulla. Siquidem tàm *Lüneburgicus*, quàm *Baudiſius*, recèns à ſe eſſent fuſi, fugatique. Si vel adhûc dubitent, integramque verbis militaribus fidem adhibere repugnent. Aſpicerent ſigna, victoriæ utriuſque, & rei feliciter, ac verè, geſtæ teſtimonia. Niſi igitur monitis in tempore pareant. Futurum, ut nimis ſerò pœnitentiam emendent. Paulò poſt enim gratiæ ſuperfuturum locum nullum.

Hildeſienſes, hoc fulmine percuſſi, nihilo-minus ab initio defenſionem parabant. Sub ſpe, *Merretichium*, tribunum *Suecicum*, cum legione ſua, in urbem venturum. Verùm iſte à *Pappenheimianis* procul tùm quidem rejectus fuit. Ità, cùm urbs ultrà quingentos præſidiarios non numeraret. *Pappenheimius* verò obſidioni ſeſe omni conatu accingeret. Accidit, ut ampla, nec perfunctoriè munita, urbs intrà triduum faceret deditionem. Quod in multorum auribus non tàm novum, quàm *Pappenheimii* famam auxit.

Conditiones victor præſcripſit tales: Ultrà duos præſidiariorum millenarios *Hildeſienſes* non exſpectarent. Qui numerus deinceps quoque ſubtrahendus foret: ſicubi cives commodè ſeſe gererent. Illi verò ducenta *Ferdinandicorum* millia erogarent. Ità direptionis, aliarumque difficultatum militarium, periculum evitaturos. Exercitium *Religionis* eſſet liberum. Neque quicquam enovaretur. Sic civibus, ſi quibus id eſſet volupe, emigratio permitteretur. Hi canones quòd ſerotino tempore proponerentur, induciæ utrin-

utrinque in ſequentem auroram ſancirentur. Quâ portis reſeratis miles præſidiarius immitti queat. Intereà darentur utrinque obſides.

Admiſſis illis legibus, poſtridie res ſpectavit ad effectum. Sed, cùm in mille, & trecentos, magiſtratus civicus conſenſiſſet, duplo major immitti cœpit numerus. Ut quatuor millenarii, & plures, infunderentur. Poſteaquàm igitur cives, in Curiam evocati, arma ſimulátq; contradere juſſi eſſent. *Suecici* defenſores ſub ſigna *Pappenheimiana* redacti ſunt. At ſenatui, populoque, ſequentes leges recèns præſcribi cœpêre. Nimirùm ducenta illa *Ferdinandicorum* millia præſtò numerarent. Montem *Mauritianum* extrà mœnia in priſtinum ſtatum redigerent. *Cœnobiumque* reædificarent: Hominibus *Eccleſiaſticis*, ſive *monaſticis*, ſuper illatis damnis ſatisfacturi. Itidem ablata *Patribus Societatis* reſtituerentur. *Canonicis* verò redituum interceptio compenſaretur. His ſuperacceſſit, loco appendicis. Scilicet *Stirvvaldiam*, in modum fortalitii, reædificarent. Apparatumque tormentarium, nuper interceptum, refunderent. Pariter quadragintà *Ferdinandicorum* millia, antehàc à *Clericis* in *Suecos* erogata, rependerent. Deque cætero morem gererent.

Itá, in anguſtum redactis *Hildeſienſium* rebus, cives vaſa argentea, & id genus pretioſa, in medium contulerunt. Uſque dùm ſummæ, ſub deditione pactæ, ſatisfieret. Neque inſolutionem pannos, neque annonam, tùm renuit *Pappenheimius*. Quibus tàm gregariis, adversùs hyemis inſtantis rigorem, quàm præſidio *VVolferbytano*, pro fortalitii, quoad diætam, confirmatione prodeſſet.

III.

Pappenheimius in Saxoniam à Fridlando evocatur.

Ea cùm eſſet *Hildeſienſium* res anguſta, ut pluribus civitatibus idem periculum inſtaret, ecce! medio ſub novarum victoriarum curſu, à *Fridlando* in *Saxoniam* evocatur *Pappenheimius*. Jàm tùm enim *Hanovera* trepidare cœperat. Ut mox *Pappenheimio* ſpiritus ſubmiſſura videretur. Sed profuit illius diſceſſus. Quanquam enim civitas, & munimentis, & præſidio, aliiſque ad obſidionem neceſſariis, inſtructa, defenſionem quidem pararet. Fortè aliquid aliud fieri potuiſſet, ſicubi, quod veteres olim prodiderunt, *Hannibal* ille exctbâſſet *antè portas*. Interim hunc aliò fata trahebant. Sic, rebus apud *Viſurgim* confirmatis. Inſpectioneque tàm fortalitiorum, quàm regionum ad *Gronsfeldium* redeunte, *Pappenheimius* versùs *Thuringios* exercitum produxit. Quibus in tractibus *Mülhuſium* deditione cepit. Mox, illa civitate ſub lytro perſoluto dimiſſa, *Longam Saltzam* direptionibus fœdavit. Idem *Thenſtadio* obtigit infortunium. Indè *Iſenacum* tentavit. Sed, hæc ubi civitas reſiſteret, impetus in *Crucibergam*, uſque in expilationem, deſæviit. Indè per *Heldrungenam*, & loca finitima, *Naumburgum*, iter tetendit. *Erphordienſes Pappenheimii*, tùm ſummam pecuniarum poſtulantis, arma, minaſque veriti, miſerunt in promulſidem aliquot *Ferdinandicorum* millia. Polliciti, ſe cum tempore plura erogaturos. At, *Guſtavo Rege* in auxilium urbis adventante, *Pappenheimius* iter perſequi cœpit. *Merſeburgumque* dirigens, *Salam* illic trajecit. Copiaſque cùm *Fridlando*, cujus cauſsâ tùm quidem invitatus erat, conjunxit.

CAP. IV.

De Fridlando, copias in Saxoniam porrò infundente. Lipſiamque occupante.

I.

Fridlandus in Saxoniam irrumpens, Lipſiam petit.

Is verò, *Fridlandus*, inquàm, *Coburgicæ* arcis ſolutâ obſidione, in *Electoralem* cæteras copias infudit *Saxoniam*. Sic, ut in *Variſcos* itidem movens, *Plavvena*, *VVeidaque*, ſuperatis, luſtraret exercitum. Moxque apud *Altenburgum* cum *Holckenio*, *Gallaſſioque*, vires ſociaret. Quanquam igitur paulò antè, ſub militaribus illis copiis, *Saxonia* paſſim acerbè exerceretur. Jam tamen, legionibus undiquaquè exundantibus, longè graviùs, ultimèque, cœpit affligi. Nam deinceps, inter cætera, *Croatæ Neoſtadium*, *Kahlamque* diripuerunt. Quod cùm *Salfeldæ* à *Croatis*, *Teutoniciſque*, cohortibus intentaretur, *Roſa*, *tribunus Suecicus*, maſculè reſtitit, Utique, re infecta, non ſine ſociorum jactura, recederent, autor fuit. Interim, tàm ſuburbium, quàm pagi proximi, ignibus injectis, præviа direptione, deleri cœperunt. Invaleſcente ergò regionum terrore, indigenæ præcipui nominis, collectis ſarcinulis, partim *Erphordiam*, partim *VVitebergam*, aliaque ad loca tutiora, familias ſuas tranſtulerunt.

Procedente *Cæſareanorum* exercituum conjunctione illa, *Fridlandus* rectà direxit *Lipſiam*. Præmiſſaque equeſtrium manu, obſidionis auſpicia fieri juſſit. Hoc prævidentes indigenæ, ac mercatores, res pretioſas *VVittebergam* paulò antè tranſtulerunt. Itáque poſtridie *Id. Octobr.* turma equeſtrium finitima civitatis loca præoccupavit. Incolaſque è pagis proximis, abactis equis, jumentiſque, ejecit. Mox aliæ, aliæque, ſupervenientes turmæ aditus inſidere, ac præcludere, cœperunt. Neque mora. Elapſo biduo, *Fridlandus* geminos codicillos per tubicinem intromiſit Quorum illi ad *Senatum*, hi *Pleiſenbürgicæ* arcis centurionem, ſpectabant. Itá autem *Fridlandus* interpellavit *Senatum*. Nihil, inquit, ſe dubitare. Quin, more cæterarum

per

per *Electoralem Saxoniam* civitatum, etiam *Lipſia* ad devotionem *Cæſaris* reverti. Ducentoſque pro præſidio intrà arcem admittere, vellet. Quodſi præter opinionem, eveniat, ut repugnare eligant. Cauſſenturque, ipſe ut integro cum exercitu ſuperaccedere cogatur. Mox ſeſe confertiſſimis cum copiis ex *Altenburgo* affuturum. Et ea quidem militari ſeveritate experturum. Ut univerſo iſthæc fabula *Imperio* terrori ſit futura. Ponerent igitur arma. Et malo caverent.

Ad illa imperatoria, ac minantia, verba *Senatus* ità reddidit: Sibi quidem litteras inſcriptas fuiſſe traditas. Quarum contenta utique inſpexiſſent. Sed *Caſtri* eam eſſe conditionem. Ut civitas illi leges præſcribat nullas. Quippe *Electorem* præpoſuiſſe centurionem, qui curam *Arcis* gereret. Ad illum ſeſe per deputatos ſuos miſiſſe *Ducis* quidem litteras. At, quòd nominis proprii eſſent exules, centurionem eas haud reſignâſſe. Quo nomine illas intactas remitterent. Atque hoc cum reſponſo eâ veſperâ in caſtra remeavit tubicen. Interim *Lipſienſes*, in ſeriam civitatis incumbentes defenſionem, bombardis in adventantes *Cæſareanos* experiri cœperunt.

Sequenti die centuria, è tribus pedeſtrium, partibus, unica verò equeſtrium, conſtans, excurſionem ſuſcepit. Sed, re ferè irritâ, mox rediit. Eadem veſpera præfatus iſte tubicen, in urbem reverſus, omnia illa, quæ *Fridlandus* litteris anteà denunciâſſet, coràm iteratò expoſuit. Adjectis minantibus verbis: Niſi temporiùs, inquit, dicto forent audientes, ſeveras ejuſce contumaciæ pœnas eſſe daturos. Sed idem, quod ſuprà, retulit reſponſum.

Inter hæc *Cæſareanorum* globi propiùs ad urbem adequitârunt. In quos tormentis animadverti cœpit. Mox agmina pedeſtrium ſupervenerunt. A quibus oppidani excurſores intrà mœnia rejecti ſunt.

Poſteaquàm igitur ſecunda vice tubicen *Lipſienſium* negativam *Frindlando* intimâſſet, ecce! *XII. Cal. Novembr.* miſit *Holckenium Mareſchallum.* Qui aliquot legiones, unà cum re tormentaria, ſuperinduxit. Veræque obſidionis auſpicia fecit. Quanquam enim è turribus, munimentiſque, *Saxones* ignibus, glandibuſque, tonarent. Nihilo-minùs ſuburbia, ædiculæque hortenſes, occupari cœperunt. Iterùm duo tubicines alii, vultibus opertis, in urbem venerunt. Sed eandem repetentes cantilenam, eodem ſub reſponſo dimiſſi ſunt. At mox novus ſupervénit clarigator. Qui in hæc verba ſevera, ac ferè ultima, expoſuit: Nimirùm, ſemel *Fridlando* decretiſſimum eſſe, *Lipſia* velle potiri. Niſi volentes ergò civitatem contradant, illam vi extorquendam eſſe. Si nunc pacis, ac ſalutis, eſſent amantes, impetrata facerent abſque multa, ac nihil profutura, tergiverſatione. Niſi hoc faxint, nulli hominum, ac ne canibus quidem, jus vitæ futurum. Omnes enim more victimarum, eſſe contrucidandos. Ab illis vægrandibus, & militaribus, verbis quibuſdam expectorari cœpit audacia. Ut emolleſcentes animi, depoſita ferocia, ſpectarent ad deditionem: Sed multitudo, ac plebs, obſtitit. Sic denuò ſuperiorem, ac primam, illam in negativam reditum eſt.

Ubi ergò, excluſâ tractatione, violentia inve niret locum, circà veſperam *Holckenius* ignibus glandibuſque, in urbem ſtrenuè perrexit animad vertere. Idque pluribus diebus tùm quidem e continuatum. Ità, ut civium alter, & alter, ind læſus, ac mutilatus, cæteros communis admonere periculi. Cùm interitus, morſque, ut ajunt, eſſet in olla. Ubi igitur afflictiones id genus ingraveſce rent, non multò, poſt tractabiliores redditi indi genæ, conditiones deditionis, jam non magis mo leſtas, admiſerunt. Sic *Academiæ, Senatus*, ac *Civium* delecti, duabus invecti rhedis, *Schönfeldiam* excurſo opus habuêre. Ubi, ſuper deditione, conventum eſt. Conditiones intervenêre paucæ. Eæque ſatis tolerabiles. Nimirùm, tàm *Academia* quàm *Senatus, Civitaſque*, manerent ſub *Electoris* devotione; Sed nullo pacto *Cæſareanis* repugnarent. Ea fide data, cætera omnia priſtinis juribu ſuis reſervarentur. Quàmprimùm *Caſtrum* feciſſet deditionem, tùm ſub ducentis confirmaretur defenſoribus. Cæteri præſidiarii deducerentur.

Præeunte deditione, millenarius pedeſtrium in urbem immiſſus eſt. Quorum pars portarum curam ſuſcepit. Pars *Collegium Petrinum*, *Caſtro* oppoſitum, occupavit. Mox *Holckenius* intravit. Omniaque diligenter proſpicere cœpit loca, è quibus in *Caſtrum* tormentis impetus fieri poſſet. Itáque ruſticanorum, intrà urbem confugientium, carri, equique, conquiri cœperunt. Qui fimetum magnis conatibus ex aumariis extraxerunt. Atque ad eminentiam collis, conglobârunt. Ità, diverſis ſub locis, velut è purgamentis iſtis, loricæ excitatari cœperunt, quibus ſuperinducta tormenta. Ut non minùs è doliis vacuis cereviſiariis, fimo repletis, componerentur gerræ. Quibus ea occaſione compendifactis, in *Caſtri* oppugnationem itum eſt. Sic, ut non minùs agmina tàm peditum, quàm cataphractorum, forum urbanum, viaſque publicas, inſiderent. Centurio, *Caſtri* defenſor, eò uſque tormentis ſine miſſione rem egit. Quoad ipſe ejuſdem monetæ machinis impetitus, oppidò in inducias, deditionemque, deſcendit. Deduxit igitur, ſub ſarcinulis, funiculis ardentibus, ſigniſque volantibus, ducentos, ac quinquagintà, defenſores in forum. Ubi vexillum cœpit exautorari. Mox civibus, in curiam vocatis, arma extorta ſunt. Simulátque quinquagintà *Ferdinandicorum* millia poſtulata. Uſque merces, ac res venales, ad *Norimbergam, Auguſtam*, aliaſque civitates, in partes *Regis Sueciæ* tranſitum facientes, detegerentur, licet, ſevera ſub pœnæ deſignatione, inculcatum eſt. Intrà *Caſtrum* immitti cœperunt pedeſtrium cohortes duæ: cæteris ex urbe in caſtra redire juſſis. Interim, quò *Arx* defendi poſſet rectiùs, ſpatium, atque ambitus ejus, deſtructis in circuitu mœnibus, & id genus ædicularum impedimentis, diligenter cautum fuit.

II

Poſt Lipſiam civitates complures deditionem fecerunt Cæſareanis.

Lytro quinquaginta *Ferdinandicorum* perſoluto, cæteriſque præparatis neceſſariis, *Cæſareani*, per citimam *Albis* partem, populationibus operam dantes, compluribus potiti ſunt oppidis. Nam *VVeiſſefelſſam*, *Merſeburgum*, *Naumburgum*, aliaſque ejus tractus civitates, ſub leges vocârunt. Eâdem operâ *Holckenius Hallas* miſit *tribunum*. Qui annonam, aliaque, pro *Archiſtrategis* neceſſaria, depoſceret. Qui cùm ſub veſperam immiſiſſet tubicinem, *Senatus* uſque ſequentem in auroram reſponſum diſtulit. Poſterâ appetente aurorâ, *Senatui* comparenti tribunus, nomine *Holckenii Mareſchalli*, gratias egit, quòd promiſſis ſtetiſſent. Superque annona annuere non repugnaſſent. Mox igitur, affuturos eſſe, paciſci cœpit, qui eô nomine annonam exigerent. Cumque illis porrò amicis verbis experirentur. Nec mora; paulò poſt enim *Hatzfeldius* tribunus, cum pedeſtrium manu, ſupervenit. Qui modò non annonam depopoſcit. Sed etiam, quæ eſſet *Caſtri Mauritiani* conditio, perquiſivit. Itáque tàm annonam civitas præbuit, quàm cohortes intromiſit. Undè *Hatzfeldius* ilicet ad *Caſtri* obſidionem ſeſe accinxit. Cui cùm *Suecici* defenſores multùm negotii faceſſerent, *Pappenheimius*, à *Fridlando* miſſus, ſupervenit. Sed idem, rebus urgentibus gravioribus, dùm avocaretur, ſine effectо laboravit.

CAP. V.

De Sueciæ Rege, in Saxoniam, Electoris cauſsâ, producente. Naumburgumq; recuperante,

I.

Sueciæ Rex, Electori opem laturus, movet in Saxoniam.

Itigabat hoc tempore *Rex* cum corde ſuo. Dùm magis *Fridlandum*, quàm fortunam ſuam, ſequi juberetur. Mallet enim per *Sueviam*, *Bavariamque*, in ipſam *Auſtriam* proferre arma. Geniumque belli ſui ſequi. Quàm ut cancrino more regrederetur. Eamque ſocii, ac confœderati, in *Electoris* patriam copias, & arma inferret. Quam quidem eminùs tueri, ſuiſque illis nuperrimè in ſuperiorem *Germaniam* progreſſibus immunem periculi reddere præcogitaverat. Sed mirabile eſt fortunæ ingenium. Ut, quibus multo à tempore ſeſe totam ſic ferè indulſit, tandem terga vertat. Iiſque felicitatem velut ex urna ſubitò aliquando effundat omnem. Ità enim vel *Thillij* exemplum docuit. Qui diu felix erat, ut bis terque infelix tandem redderetur. Totuſque occumberet. Quantò præcocius fatum *Guſtavum Regem* exſpectabat. Hic enim victorioſo *Thillyo* longè præcocior, celeriorque, etiam citatius præcipitium vel unico momento excepit. Dùm enim *Thillyus* ſexennio, aut ampliùs, è *Bohemia*, uſque ad limites *Maris Balthici*, victorias ſuas protulit. Ecce! *Rex*, tantùm biennii ſpatio uſus, atque è *Balthicò* ſinu emergens, continuam, penéque incredibilem, victoriarum felicitatem, per tot principatus, tot provincias, in medias uſque, abſque offenſa, protulit *Sueviam*, *Bavariamque*. Prout igitur *Romanis* olìm uſuveniſſe, in commentarios relatum eſt, illos *Parthos* ſubjugare vix valuiſſe. Tanquam iſte *Imperio Romano* conſtitutus eſſet terminus. Ità propemodùm *Guſtavo*, *Sueciæ Regi*, accidiſſe evincitur. Ut ipſe ultrà *Bavariam* felicitate ſuâ non aſſcenderit. Quâ de re, fortunâ niſi diatrice, in *Saxoniam* retractus eſt. Illic ut mox ingentem ſpiritum, cui neque *Suecia*, nedùm ferè *Germania*, par videbatur, projiceret. Sic, dùm animum, immenſis cogitationibus plenum, ſubit, hoc meditari, *Fridlandum*, quò *Electorem Saxoniæ* omninò enervaret. Atque *Regis* armis ſepararet. Tùm per vaſtatam, ſubjugatamque, *Saxoniam* mòdò non hyberna præciperet. Modò non *Albis* trajectu potiretur. Sed ſucceſſu temporis in ipſam *Megapolitanam*, quâ exutus erat, vindicia proferret arma. His, aliiſque, de cauſſis, inprimis animo, & fide, in *Electorem*, lege fœderis, propendentibus, *Rex* ſocio auxilium dùm negare non debuit, ferre debuit. Ità uſuvenit, requirentibus pactis, *Rex* ut, ſede belli ad *Danubium* uſque prolata, auſis inclinantibus, retrò ad *Albim* vocaretur. Tanquam qui mox regio ſanguine *Saxonicas* purpuraturus eſſet terras.

Ergò *Neoburgo*, *Raina*, & *Donavvertha*, poſt caput relictis, per *Nordlingam* venit, intravitque *Norinbergam*. Quo tempore cùm *Cæſareani Lauffam*, oppidum in proximo ſitum, communire cœpiſſent, *Kniphauſenius*, *Strategus Suecicus*, in eos ex urbe eduxerat. Repugnabant quidem initiò defenſores, more militari. At *Kniphauſenio* tormentis rem agenti, mox, herbam porrigentes, humanitati *Suecicæ* ſeſe permisêre. Undè *Noribergam* deducti ſunt. Nihilo-minùs miſſę erant è *Bavaria Croatarum* turmæ, obſeſſis opē laturæ. In has *Rex* ipſe eduxit verſùs *Herſpruccam*. Sed *Croatæ*, in vicinia ſeſe tenentes, audito *Regis* adventu, maturè in fugam ſeſe conjecerunt. Etiã noctis beneficio, locis relictis vacuis, dilapſi. Interim, ſex ejuſce levis armaturæ centuriæ equeſtres, inter *Altfeldam*, & *Eiſmansbergam*, reſtabant; In has media nocte *Rex* produxit. Nihilque ejuſmodi expectantes oppreſſit. Ità, ut trecenti perirent. Quinquaginta, unà duobus cum ſignis, in poteſtatem venirent: cæteri dilaberentur.

Inter hæc, *Rex* legiones, ad *Danubium* ſeſe tenentes, cum quibus tùm erat *Regina*, ad ſe evocavit.

Nempè per *Franconiam* ad ſaltus *Hercynios* tenderent. Ibidemque ſe opperirentur. Qui, rebus apud *Noribergam*, cæteramque *Franconiam*, confirmatis, eodem produxit. Ubi igitur apud ſaltus *Hercynios Bernhardi Vinarienſis* copias ſuis conjunxiſſet, apud *Arnſtadam* legiones illas, unàque regiam conjugem, præſtolari cœpit. Quibus paulò poſt feliciter exceptis, *Erphordiam* direxit. Luſtratoque illic, ad viginti veteranorum, ac triariorum, millia excurrente, exercitu, *Guilielmo Vinarienſi Reginæ* curam commendavit. Cujus cùm oſcula ultimùm libâſſet, & triſte illud, extremumque, dixiſſet vale, *Budſtadam* promovit.

II.

Rex apud Naumburgum caſtra metatur.

HOc loco *Rex* didicit, *Pappenheimium* ante biduum per viciniam deduxiſſe copias. Itáque *Bernhardum Vinarienſem*, cum expedita equeſtrium manu, præmiſit, qui in poſtrema hoſtium, ſi liceat, agmina animadverteret. Sed *Vinarienſis* tùm quidem fuit fruſtrà. Quippe *Pappenheimius* jam apud *Merſeburgum Salam* trajecerat. Ut, arce *Heldrungenſi*, vi expugnatâ, rursùsque derelictâ, cum *Fridlando* vires ſociaret.

Eâ ſpe decollante, in *Naumburgum* feliciùs itum eſt. Nam cùm *Holckenius, Strategus Fridlandicus*, manipulos aliquot pedeſtrium in civitatem amandâſſet. Quò lytri partem, ſuperiori tempore pro expilationis periculo promiſſam, reſiduamque, extorquerent. *Rex Brandenſteinium tribunum*, certis cohortibus inſtructum, illûc præproperè dimiſit. Qui cùm ſummo manè ad civitatis uſque portas adequitâſſet, nomine *Regis*, intromitti poſtulavit. Quanquam igitur excubitores magiſtratus, quiritiumque, fidem implorarent, nihilo-minùs *Sueci*, injectis bipennibus portas perforârunt. Perruptiſque repagulis cohortes infuderunt. Captis illis *Cæſareanis*, ad civium interceſſionem, jus vitæ obtigit. Qui ſi, ad trihorium uſque, civitatem defendere, fatigiſſent, ſine dubio ſalvi fuiſſent. Quippe vixdùm civitas à *Suecis* fuerat occupata, cùm ecce! *Breda*, tribunus *Cæſareanus*, cum equeſtrium ſexcentis, impedimentiſque, ſupervénit. Intrà civitatem ſtativa capturus. At excidit propoſito. Ubi enim, præter exſpectationem, in *Suecicos* excubitores incidiſſet, *Brandenſteiniumque* notaret obviàm educentem, citis paſſibus ſuos retraxit *VVeiſſenfelſam*.

Commodùm *Regi* ceſſit *Naumburgi* illa interceptio. Nam, poſtquàm copiæ equeſtres apud *Altenburgum* pagum *Salam* penetrâſſent, pedeſtres verò per pontem *Keſſerianum* produxiſſent, paulò poſt univerſus exercitus regius apud *Naumburgum* caſtra metari cœpit. Quòd enim *Rex* intelligeret, hoſtes ultrà ſecundum lapidem non abeſſe. Sed apud *VVeiſſenfelſam* conſiſtere. Omni ingenio, atque induſtria, tàm *Naumburgi*, quàm caſtrorum, in defenſionem incubuit. Ut, ſi ità res exigeret, illic acie decernere quitus eſſet. Quo nomine tàm locorum editorum, quàm *Salæ*, & adjacentis agri, ſitum curioſis inſpexit oculis. Ut totam civitatem, ejuſque circuitum, data omni operâ murorum ſepimentis circumveſtiret. Neque languidiùs duos *Salæ* ſuperimpoſuit pontes. Pro reducendis legionibus pedeſtribus opportunos. Alios verò in proximo, itidem extantes, pontes deſtruxit. Ne hoſtibus fortè commodarent. Tàm ſedula verò, immò admiranda, hîc intervénit *Regis* cura, ut modò non caſtra ipſe diſponeret, locaque omnia ſolicitè proſpiceret, ac communiret. Sed ipſe turmas populatrices educeret, ipſe hoſtium conatus exploraret, ipſe captivos interciperet. Neque verò civitatem intrâſſe viſus eſt, uſque dùm, magnam ſepimentorum partem elaborari cœpiſſe, præcognitum habuit. Quo nomine tàm intrà caſtra, quàm ſuburbium, reſtitit. Illis operibus ferè ad maturitatem perductis, *Calend. Novembr.* demùm intrà civitatem ſumpſit cœnam. Nihilo-minùs neque ea quidem nocte intrà mœnia pernoctare viſus eſt. Ut, ſuo more, in caſtris noctem frangeret. Indè, rebus paulò magis confirmatis, cùm interdiu in caſtris verſaretur, binoctium intrà civitatem abſumpſit. Quouſque pridie *Non. Novembr.* copias pedeſtres ferè omnes in civitatem immiſit: legionibus equeſtribus in pagos proximos diviſis. Et jam in eo erat. Ut annona, tanta ſub copiarum multitudine, defecta, cum fame fuiſſet confligendum. Niſi provida *Regis* induſtria etiam hanc emendâſſet indigentiam. Dimiſſis enim annonariæ rei præfectis, tàm per *Electoralem Saxoniam*, quàm *Thuringiam*, commeatus ſummo cum ſtudio conquiſivit. Ut ſic exercitui diætæ eſſet abundè. Qui quidem aliâs, exhauſtis, deſtructiſque, horreis, granariiſque, eſurire debuiſſet.

CAP. VI.

De magna, ac memorabili, apud Lützam pugna. Qua ſub tàm Guſtavus, Sueciæ Rex, quàm Pappenheimius, cecidit.

I.

Fridlandum, ad Lützam recedentem, Rex inſequitur.

VEnio nunc ad memorabilem, fatalemque, illam pugnam, qua non modò *Pappenheimius*, belli illud fulmen, ſed *Guſtavus*, *Rex* ipſe, tàm virtute, quàm fortitudine, ac felicitate, ſtupendus, vitæ, militiæque, finem fecerunt. Certè, fortuna, quæ utriuſque caput tot victoriis antè ſub-

ſublimavit, jam novercante odio utrumque, medias inter ſpes, atque immenſas cogitationes eodem tempore oppreſſit. De quorum exceſſu, ſicut & *Pugnæ* ipſius *Lüzenſis*, hiſtoria, cùm diverſi autores diverſa commentati ſint hactenùs. Neque idem omnium ſit conſenſus. Nos bonâ fide illam viam calcabimus. Quâ quidem tutiſſimè, veriſſiméque, tantæ cladis ſeriem recenſeri poſſe, arbitramur. Ut partim vivis hominum militarium narrationibus, qui pugnæ illi tùm quidem interfuêre, nitamur. Partim fidem aliorum, qui quidem ſuper *Regis* exceſſu ſanctè conteſtari cœperunt, indubium vix vocare auſimus.

Ubi ergò pridie *Non. Novembr. Rex* didiciſſet, *Fridlandum è VVeiſſenfelſa*, relictis caſtris, *Lüzam*, octo paſſuum millibus *Lipſia* diſtans oppidum deflexiſſe. Fortè illic locum, pugnæ opportunum, ſi urgeatur, præoccupandi animo. Aut ut *Electoris Saxoniæ* cum *Rege* conjunctionem impedire rectiùs ſuſtineret. *Rex* ipſis *Nonis Novembribus*, peracto manè ſacro, è *Naumburgo* exercitum produxit. *VVeiſſenfelſam* ubi attigiſſet, exploratores nunciârunt, *Fridlandum*, utique regii adventus certiorem, ſub acie conſiſtere. Tanquam *Regis* impetus excepturum. *Rex* igitur, ſub formata itidem acie, produxit. Undè mox, apud tranſitum, pontemque, *Ripachianum*, levis armaturæ cohortes, concurſu utrinque facto, in velitare prælium deſcenderunt. Ut mox quoque regii tormentis, dictis legionariis, in hoſtes experirentur. Interim mox interveniens ulterioris pugnæ copiam diremit. Ità tota nocte utrinque exercitus plena ſub acie conſtiterunt. Antequam diluceſceret, *Rex* impetus in *Fridlandum* erat ſuſcepturus. Sed denuò cœlum, & nebulæ, non permiſerunt. *Fridlandus* igitur poſtridie *Non. Novembr.* nebuloſi aeris beneficio uſus, ſummo manè *Lüzam* perrexit. Foſſaſque, illic jam tùm extantes, profundiores fieri juſſit. Quas pedeſtris armaturæ militibus implevit. Ut jam tùm inſtar ſepimenti forent. Defenſionemque qualemcunque præberent. His, aliiſque, præparatis, *Rex* recedentem à dextrà inſequi, tormentaque magnis conatibus accerſere, cœpit. Interim *Fridlandus* tormentis, apud molendinum pneumaticum propè *Lüzam* jam tùm diſpoſitis, in adventantes *Suecos* experiri juſſit.

II.

Rex, acie diſpoſita, cùm duobus ſtabulariis, explorandi animo, ab exercitu digreſſus, à Fridlandicis, Regem haud agnoſcentibus, funditur.

EA *Fridlandi* notatâ ſibi confidentiâ, *Rex* ilicet, ſub rerum neceſſariarum proviſione, aciem eodem ferè modo, quo apud *Lipſiam* vicerat *Thillyum*, diſpoſuit. Sic, ut reſpectu aciei *Fridlandicæ*, in longum latumque versùs *Lipſiam* deflectentis, exigua videri poſſet. Etenim à dextro *Suecos*, à lævo cornu *Germanicos* collocavit equeſtres. Quorum illi *Rex*, huic *Bernhardus Vinarienſis*, præfuit. Unumquodque cornu conſtabat octo catervis. Quarum ſingulæ receperunt octo cohortes, unà cum quinquagintà ſclopetariis. Sic, ut quatuor catervæ priores, quatuor verò, poſteriores abſolverent ordines. Corpus exercitus pedeſtris in centro, medioque, collocavit. Itidem in octo catervas diviſum. Quarum quatuor, primos ducentes ordines, imperium agnoverunt. *Nicolai, Comitis VVeiſſenburgii* Reliquis quatuor, poſt principia ſtantibus, *Dodo Kniphauſenius*, pedeſtri militiæ *Strategus*, fuit præpoſitus. Hoc ordine diſpoſitâ acie, præter morem, audaciam ſuam interrogâſſe ferunt *Regem*, tanquam dubitantem, an cum *Fridlando*, utique auctiorem exercitum ducente, confligeret? An verò *Saxonicas, Lüneburgicaſque*, copias exſpectaret auxiliares? Nihilo-minùs, cùm exploratum haberet, *Fridlandum* pugnandi copiam facere. Id quod diu *Rex* optare ſolitus erat. Juxtáque *Pappenheimium*, cum legionibus aliquammultis, in tempore abſentivum eſſe, *Hallaſque* infeſtare. Oppidò animum confirmavit, pugnandum eſſe: Antequàm in caſtra reverteretur *Pappenheimius*. Illius enim virtuti *Rex* tribuebat plurimùm. Hunc ut à cæteris *Cæſaris Strategis* ſolum militis boni, & laudati, titulo dignaretur. Nedùm à quopiam facilè metueret, niſi ab illo cicatricoſo (hoc enim à facie, ſub *pugnà Pragenſi*, cicatricibus fœdata, nomen milites illi per luſum, haud per contemptum, indiderant) *Pappenheimio*. Cui, quot eſſent cicatrices, totidem, & multò plura, maſculæ virtutis ſuppetebant ſigna. Fiduciam *Regis* auxit ſignum equeſtre, eo manè à *Suecicis* populatoribus *Croatis* ereptum. In cujus umbilico litteris quadratis eminebat vox hæc, *VICTORIA*. Lætus accepit hoc *omen Rex*. Votiſque nuncupatis, omnia in inſtantem præparavit pugnam. Sic, ut jam tandem in juſtum totis animis ferretur prælium. Quo inſtituto fervens, aſſumptis duobus ſtabulariis, ab exercitu, in acie conſiſtente, ultrà quingentos circiter paſſus digreſſus eſt. Quò exercitum, ac tormenta, loco opportuno diſponeret rectiùs. Interim, nebulâ diem ferè eripiente, ut nemo longiùs proſpicere quitus eſſet, paulò ulteriùs perrexit, ignorans, hoſtes tàm eſſe propinquos. Mox nebulâ viſum hebetante, incidit in turmam equeſtrium *Fridlandicorum*. Qui quidem captivum abducere nitebantur, neſcientes, cum *Rege* ſibi eſſe negotiũ. Quod ſi tùm illis quidem, prout erat proclivè, effectum dare placuiſſet; per fidem! tanti *Regis* ſub captivitate, præſens hoc bellum ingentem feciſſet rictum. At iſti fortunam ſuam, *Regemque* ignorabant. *Rex* autem nihil minùs, quàm capi, volebat. Neque enim tantam nominis regii famam obſcurare potuiſſet prõptiùs. Itáq; cùm pugnare, ac vincere, dedidiciſſet in vitâ, etiam ſub mortem dimicare maluit, tametſi vincere non daretur. Quâ de re ſclopetis illis manuariis, ex epiphippio propendentibus, aliquouſque ſeſe defendere cœpit. Quibus exploſis, manum evaginato inſtruxit gladio. Sed ne quidem ſic ſive *Hercules*, ut ajunt, ſive *Guſtav9*, adversùs multos. Cohors. n. *Fridlandica*, ternarium circumveniens, impactis aliquot glandibus *Regem* trajecit. Ut ex equo prolaberetur, enſem nihilo minùs dexterâ prætendens. Sed non totus ex equo procidit. Ut altero pede è ſtaticulo, quo inter equitandum pedes firmantur, propenderet. Et à cornipede, è conflictu, ſeſſore jam tùm excuſſo, profugiente, aliquouſq; protraheretur. Qui, dùm ſic ſeminex rapitur, ab hoſtibus, ſine miſſione perſequentibus, undecim vulneribus, tàm bombardis



quàm enſibus, inflictis, confectus eſt. Quorum duo caput penetrârunt: tertio tempora, quarto malas, transadigentibus. Cætera in reliquas corporis partes caſus detulit. Inter hæc, alter ſtabularius, pariter glande pfoſſus, ex equo pcidere, animamque exhalare, viſus eſt. In alterum igitur, & ſuperſtitem, famulum ingruentes *Fridlandici*, interrogare cœperunt, Ecquiſnam eſſet ille, qui primus ex equo procidiſſet? Militiæ *Suecicæ* quendam præfectum eſſe, reddidit famulus. Sic, ubi etiam hic jus, vitæ neque deprecaretur, neque capi vellet, (ecce! tantam miniſtri fidem!) pariter ad internecionem uſque perfoſſus. Atque ex equo deturbatus, eſt. Mox par illud ſtabulariorum, quorum ultimus nondùm omnis morte deceſſerat, veſtibus ſpoliari cœpit. Eâdem violentiâ in *Regem*, paulò ulteriùs protractum, eundemq; exanimem, itum eſt. Sic, ut uſque ad ſubuculam, veſtimenta illi detraherentur. Quo facto, integra cohors ſuper cadaver *Regis* produxit. Equus verò regius, curriculo provectus, ad exercitum *Suecicum* rediit. A quo promptè agnitus, interceptuſque, eſt. Quòd igitur cruoris veſtigia præ ſe ferret, bombardæque manuariæ, utrinque ex epiphippio appendentes, eſſent globulis vacuæ, facilè *Bernhardus Vinarienſis*, inſpecto equo, conjecturare potuit, quid *Regi* accidiſſet. Quamque in proximo hoſtes conſiſterent. Mox *Sole* nubila diſcutiente, exercitum *Fridlandicum*, apud *Lützam* in proximo plenam explicantem aciem, conſpicere cœpit. Ubi ergò aciem confirmâſſet, legioneſque mactè eſſe juſſiſſet, directis tormentis, claſſicum canere juſſit. Ità, circà undecimam meridianam, utrinque magnis tàm auſis, quàm viribus, legiones, ac ſigna, concurrerunt, uſque in noctem. Quæ etiam hoc loco partibus, tanquam virgâ interpoſitâ imperavit, miſſionem. Ibi ecce! cùm *Fridlandus* copias deduceret, etiam duobus à tergo relictis tormentis, quæ feſtinatio excluſerat. Tùm quidem *Vinarienſi* ſpatium datum eſt, ut ſpeculatores emitteret, pro inveſtigando regio cadavere. Quid fit? Alterum ſtabularium, paulò extrà locum, ubi pugna fuerat commiſſa, adhûc ægerrimè animam trahentem, reperiunt. Cui alter mortuus adjacebat. Interrogatus igitur, qui adhuc vivebat, ſe procidentem quidem *Regem*, unáque ex equo propendentem, notaſſe ſibi, retulit. Illi ergò, qui miſſi erãt, dùm ulteriùs inquirunt, paulò deinceps regium cadaver, uſque ad ſubuculam, veſtibus ſpoliatum, ſubque equorum ungulis protritum, ac fœdatum, inveniunt. Ut nemo facilè *Regem* agnoſceret. Tantùm mutatus ab illo *Guſtavo* fuerat. Ità cadaver, unà cum famulo, adhûc ſupervivente, ad *Vinarienſem* deduci cœpit. Qui omnia ex ore ſuperſtitis, quo modo acta eſſet luctuoſa id genus fabula, didicit. Sic, ubi triſte fatum expoſuiſſet, poſt trihorium, ex quo repertus fuerat. etiam hic famulus animã exſpiravit. Tanquam eò uſque, donec hanc ſcenam recenſeret, durare debuiſſet. Quid hîc, inquam, eſt ſuperaddendendum maximè? O ſortem, ô caſum, tanto *Rege* indignum! Cui dùm ſapientia, pietate, virtute, fortitudine, felicitate, doctrina, experientia, forma, humanitate; nemo facilè è gentilibus illis heroibus par fuit. Neque etiam deinceps major fortè *Rex* eo in genere exſpectandus fuerit. Qui, prout amicis ac ſubditis, dilectus, ac venerabilis, extitit, ita etiam ipſis adverſariis, hoſtibuſque, virtutis intuitu, admirationem, laudeſque nonunicas, expreſſit. Ite nunc mortales, & magnis cogitationibus pectora implete! Ite nunc *Reges*, & ſpes veſtras in alios, alioſque, orbes diſponite. Dii, Deæque! Quàm longè hic *Rex* à deſtinatione ſua jacet! Si modò, cujus virtus, ac fama, *Eöos*, *Heſperioſque*, implent, neque unquam facilè, donec rerum præclarè geſtarum memoria ſuperfutura eſt, deleri poterunt, jacere poterit.

Quo

Quo loco non poſſum non, corollarii igitur, raram, inuſitatamque penè, ſuperioris famuli, prædicare fidem, ac conſtantiam. Tantùm non ad aras uſque, quod ajunt, ſed ipſam in mortem, deductam. Is mori maluit, quàm *Regem*, vel tùm mortuum, nominare, hoſtibuſque prodere. Is, *Regis* ſalute deſperata, neque ipſe, dùm licuit, ſervari voluit. Ergò non vivo ſaltem domino fidelitatem præſtitit. Sed etiam defuncto *Regi* ſilentio, ac morte propria, more *Indicarum* feminarum, in communes cum maritis mortuis rogos inſilientium, parentavit. Hæc conſtantia ſi à ſervo profecta eſt. Ecquid à liberis, ingenuis, nobilibuſque, animis exſpectandum ſit?

III.

Pugnæ Lüzenſis plenior enarratio.

PRofectò, inquam, juxtà *Satyricum Poëtam*,

—— Mors ſola fatetur,
Quantula ſint hominum corpuſcula! ——

Et, cùm anteà tota *Suecia* non caperet *Guſtavum Regem*, jam tantum heroa, ſuffragante alio *Satyrico*, capit.

Quinque pedum fabricata domus. Qua nobile corpus
Exigua requieſcit humo. ——

De cujus laudibus videbunt autores patrii. Nos, dùm hoc loco bellorum noviſſimorum telam proſequimur ad inſtitutum redimus. Quo nomine paulò accuratiùs ut *pugnam* illam *Lüzenſem* inſpiciamus, lex horum commentariorum requirit. Conflictus fuit ejuſmodi. Poſteaquam totò illo manè per levis armaturæ turmas equeſtres velitationes præceſſiſſent, jamque *Vinarienſis* locis opportunis tormenta diſpoſuiſſet, circà undecimam meridianam, ad juſtæ pugnæ neceſſitatem res devenit. Primùm, utraque ex parte copiæ equeſtres *Fridlandicæ* prælii fecerunt auſpicia. Uſque dùm corpus pedeſtre, juxtà molendinum pneumaticum, in aciem proceſſit. Quæ quidem copiæ ad dextram, antè *Lüzam*, priùs injectis ignibus conflagrantem, ne hoſtes à tergo penetrare ſuſtinerent, plenam direxerunt aciem. Sed *Suecicæ* legiones nihilo-ſeciùs commaſculatis animis, ſub plena ac directa, acie, ad latus oppidi rectà in copias *Fridlandicas* moverunt. E quibus legiones *Suecicæ* pedeſtres primos ſuſceperunt impetus. Ità pede collato tametſi *Fridlandici* duabus illis foſſis, aliiſque perfunctoriæ defenſionis corollariis, facilè præpollerent. Nihilo-minùs, *Suecicæ* catervæ, animoſam facientes impreſſionem, paulò poſt *Cæſareanos* è foſſis illis vialibus ejecerunt, interceptis, tormentis numero ſeptem, illic diſpoſitis. Hoc aſpirante ſucceſſu, mox alia caterva *Suecica*, foſſas ſuperans, in hoſtilem catervam, triplo populoſiorem, invecta, etiam hanc prorsùs fudit, diſſipavitque. Ut pari felicitate uſque in *Cæſareanorum* catervam tertiam *Suecis* iretur. Sed mox præliminaris hæc fortuna vultum mutavit. Cùm enim alia, ac nova, caterva *Fridlandica*, cum turmis equeſtribus, in debilitatas illas catervas *Suecicas* incurſionem faceret. Accidit, ut ambæ illæ catervæ *Suecicæ*, unà cum legione *VVinckleri* tribuni, in auxilium prodeunte, modò non retunderentur. Sed penitùs funderentur. Sic, ut etiam tormenta, antè deperdita, redirent ad *Cæſareanos*.

Inter hæc, *Vinarienſis* tormenta, antè legiones, ac catervas, diſpoſita, direxit in molendinum pneumaticum. Undè *Fridlandus* ſuis è machinis in *Suecicas* catervas ſic quidem animadvertere cœperat, ut à ſtatione recedere cogerentur. Et ſic quoque *Cæſareanis* non exiguum acceſſit nocumentum. Paulò poſt *Vinarienſis* catervam equeſtrem è dextro cornu in *Cæſareanorum* ſiniſtrum cornu immiſit. Qua furioſa impreſſione factum, ut caterva *Fridlandica*, ejuſque auxiliares, terrore dejectæ, ſtationibus relictis, terga obverterent. Sed mox duæ *Croatarum*, eæque immenſæ, turmæ, è cornu ſiniſtro invectæ, in *Suecorum* dextrum cornu, tantò cum furore, ac clamore, fecerunt impetus. Ut modò non impedimenta, ſarcinulis, apparatuque tormentario, onerata, interciperent. Sed etiam partem equeſtrium confunderent. Hæc occaſio magnum *Cæſareanis* afferre potuiſſet emolumentum. Niſi nebuloſi aëris interveniens denſitas viſum illis eripuiſſet. Alioquin, ictu iſto animadverſo, *Cæſareanis* graviorem inferre potuiſſent *Suecis* noxam. Ità, caligantibus *Cæſareanis*, *Sueci* tres catervas equeſtres ſubmiſerunt. A quibus turmæ *Croaticæ* cum damno rejici cœperunt. Nec mora: *Vinarienſis*, legionibus illis confuſis ſingulari dexteritate in integrum reſtitutis, cornu ſiniſtrum produxit. Eoque & tormentis legionariis, nec non ſclopetariis inter equeſtres miſtis, in tormenta *Fridlandicorum* eò uſque animoſos ſuſcepit impetus. Ut, copiis pedeſtribus operas unà ſociantibus, mox modò non tormentis antedictis illis ſeptem potiretur. Sed alia inſuper ſeptem tormentorum paria, apud molendinum pneumaticum, in poteſtatem redigeret. Iiſque in hoſtes obverſis, magnam exercitus *Cæſareani* partem in fugam conjiceret. Quem quidem terrorem auxit novum infortunium. Dùm impedimenta, apparatu tormentario inſtructa, & ad *Fridlandum* ſpectantia, intrà molendinum iſtud pneumaticum, & furcam patibularem, ex inopinato ignibus acceptis conflagrarunt. Undè tàm terror, quàm noxa, major *Cæſareanos* invaſit.

Cæterùm, velitaria hactenùs videri hæc poterant prælia. Dùm *Pappenheimius* eſſet abſentivus. Ille enim, aliquàmmultis cum legionibus, intrà *Hallas* urgebat *Caſtrum Mauritianum*. Undè, à *Fridlando* in caſtra præproperè excitus, mox laborantibus *Cæſareanis* opem tulit. Et ſic tùm quidem pugna immenſis conatibus redintegrari cœpit. Ecce! enim felix *Pappenheimii* virtus inclinantem ſuorum aciem reſtituit. Qui confertis agminibus invectus eò uſque *Suecorum* catervas perrupit. Ut hoſtes modò non ingenti damno, tametſi acriter reſiſtentes, afficeret. Sed etiam tormenta, paulò antè intercepta, recuperaret omnia. Cujus ingentibus auſis tametſi obniterentur *Sueci*, denuòque, à *Pappenheimio* lethaliter vulnerato, tormenta quædam vindicarent. Nihilo-minùs noctis color intervenit. Qui quidem memorabilè, ingentem, pluresque per horas durantem, pugnam iſtam diremit.

DECLARATIO LITERARUM ET
Numerorum æri inciſorum.

A. *Acies Suecica.*
B. *Fridlandica.*
C. *Oppidum Lüzena.*
D. *Foſſæ binæ ſive ſepimenta, ſclopetariis impleta.*

E. *Molendina aliquot pneumatica.*
F. *Tormenta Fridlandica.*
G. *Tormenta Suecica* 15.
H. *Tormenta Suecica Legionaria* 40.
I. *Currus re tormentaria onuſti.*
K. *Torrens.*
L. *Curſitzium, pagus.*
M. *Scholtzingenſe nemuſculum.*
N. *Molitoris tuguriolum.*
O. *Furca.*
P. *Currus aliquot Cæſareanorum ad rem tormentariam pertinentes.*

A. ACIES SUECICA.

Legiones equeſtres in Cornu dextro.

1. *Finnlandorum.*
3. *Gothorum Occidentalium.*
5. *Surmanlandorum.*
7. *Vplandorum.*
9. *Gothorum Orientalium.*
11. *Smalandorum.*
2.4.6.8.10. *Selecti Sclopetarii, in fronte cornu dextri.*

Legiones Pedeſtres, in corpore medio.

12. *Suecica.*
13. *Regia, à colore ſignorum denominata crocea, ſeu flava.*
14. *VVinckelii, ſive cœrulea.*
15. *Ducis Bernardi Vinarienſis, ſive viridis, cum legione VVildenſteinii tribuni.*

Legiones equeſtres in Cornu ſiniſtro.

16.18. *Bernardi Ducis Vinarienſis.*
20. *Kalbergij.*
22. *Curlandorum VVrangelij.*
24. *Diſenhuſii.*
26. *Curvillij.*
17.19.21.23.25. *Selecti Sclopetarii in fronte Cornu ſiniſtri.*

Legiones Equeſtres reſervatæ à tergo cornu ſiniſtri.

27. *Stechnizij, & Gallicana.*
28. *Steinbachii.*
29. *Brandenſteinii.*
30. *Comitis Leoſtenii.*
31. *Anhaltina.*
32. *Hoffkirchii.*
33. *Legiones pedeſtres, Tribunorum Mizlaffii, Roſſovii & Geiſsdorffii.*
34. *Comitis Turriani, & Haſsiaca.*
35. *Legio Equeſtris, Tribuni Ohmii.*
36.37. *Legiones pedeſtres Tribunorum Kniphuſii, Boſii, & VVilhelmi Ducis Vinarienſis.*

Legiones Equeſtres reſervatæ à tergo Cornu dextri.

38. *Vſsleri.*
39. *Haſsiaca.*
40. *Beckermanni.*
41. *Bulacheri.*
42. *Goldſteinii.*
43. *VVilhelmi, Ducis Vinarienſis.*

B. ACIES FRIDLANDICA.

44.57.62. *Cohortes Croatarum.*
45.46.47. *Legiones aliquot cataphractorum.*
48.49.50.51.56. *Legiones aliquot peditum.*
52.53.55.58.59.60.61. *Legiones aliquot equeſtres.*
54. *Selecti Sclopetarii.*

IV.

Numeri utrinque occiſorum.

NOn novum eſſe, ut ambo exercitus, ęquatâ ferè fortunâ, utrinque trophæa erigant, vel è *Thucydide* claret. Idem hîc uſuvénit. Neutra pars victa videbatur. Tametſi enim *Fridlandus, Pappenpenheimio* occumbente, exercitum *Lipſiam* retraheret. *Sueci* verò priſtino in loco conſiſterent. Nihilominùs famâ, ab ipſis *Suecicis* tribunis emanante, accepimus. Eo loco tùm quidem fuiſſe res exercitus *Suecici*. Ut, ſi *Fridlandus* vel unicam inſuper tentâſſet impreſſionem, facilè hoſtes, jam tùm regreſſum meditantes, retundere ſategiſſet. Interim *Sueci* ſuum lugebant *Regem*, & quidem tantum. Cujus ingenti jacturæ nullus facilè, quantumvis confertiſſimus, componi poterat exercitus. Quòd unius herois generoſo ſub pectore plures laterent militares copiæ, plures victoriæ. Ex adverſo, *Cæſareani* deſiderabant *Pappenheimium*. Qui, fatis nimis properantibus ereptus, hoc fortunam ſuam ſolari potuit, quòd tanto *Regi*, ſuiſque antè diem ſubtracto, eidemque funeris ſocio, ſupervixit. Non defuerunt enim, qui commentariis, in publico extantibus, affirmare auſint, Et *Regem*, & *Pappenheimium*, eodem cornu pugnâſſe. *Pappenheimiumque* ex *Hallis* adventantem, ilicet, qua parte copiarum conſiſteret *Rex*, interrogare, illâcque irruere, cœpiſſe. Ità, ut ab initio à non-nullis creditum ſit. Tanquam *Pappenheimius*, collata manu, *Regem* oppreſſiſſet. Sed aliud ab eventu, veritatis magiſtro, patuit. Tametſi illi, qui *Pappenheimio*, jam tùm lethaliter vulnerato, atque intrà rhedam decumbenti, miniſtratores fuêre, narrare non dubitârint. Illum audito *Regis* exceſſu, tanquam qui pugnæ interfuiſſet, ſuſtuliſſe oculos. Et ad ſuos dixiſſe. Irent nunc, & *Fridlando* referrent. Se quidem pro *Cæſare*, & patria, ſanguinẽ fudiſſe, vitæ prodigum. Quod igitur *Cæſar* morienti ſibi non retribuere poſſet, hoc & conjugi, & liberis, parente orbis, compenſaret.

Tàm inſigne, & penè incomparabile, heroum par, *Guſtavus Rex*, & *Pappenheimius*, ſiquidem pugnã illam *Lüzenſem*, toti orbi, poſteritatiq;, poſthâc futuram memorabilem, ſanguine ſuo nobilitâſſent. Age, non poſſum non immortali utriuſq; virtuti, atque honori, apponere hoc loco, unum, alterũq;, *Epigrammation*, mihi tùm temporis inter manus natum.

Super GVSTAVI, SVECIÆ REGIS, exceſſu.

NOmine GVSTAVVS fueras, Rex inclyte! Nec, te,
AVGVSTVM forti Marte fuiſſe, nego.
Quæ tibi par tantum fert altera regia Regem?
Immortalis eris, SVECIA donec erit.

II

In Eundem Ejuſdem exceſſum.

TV licet occumbis mediis Mars alter in armis,
Nil minùs invicta mente per arma cadis.

Maximus omnis eras? Ne poſſes maior haberi,
Te fera Parca tuos ſuſtulit antè dies.

De Henrico Pappenheimio.

QVis te fervidior pro Cæſare militat? Et quis
Impendit vitam, ut velut ipſe, ſuam?
Hoſtica tu præceps irrumpis in agmina, forti
Sternis & in Suecis millia multa manu.

II.

De Eodem Ejuſdem fato.

INvictis quis te ſuperavit victor in armis?
Gloria par auſis quæ fuit ulla tuis?
Tu modò non magno pro Cæſare regna tueris,
Hic, alibiq́ʒ, duces, oppida, caſtra, domas.
Quinetiam junctis pugnas cum Rege ſub armis,
Inter & hæc, unà Rege cadente cadis.
Ergò, donec erit Guſtavi nobile nomen,
Et Papenheimiacum nobile nomen erit.

Præter generoſum, & facilè incomparabile, illud *heroum par*, à partibus *Cæſareanorum*, fortiter pugnando occubuerunt *Lanus*, *VVeſtrumius*, *Foveſius*, *Piccolhominæus*, tribuni: *Breda*, *Taxheimius*, *Lampertus*, *Cammerhofius*, tribuni locumtenentes. Alique, tàm ſuperioris, quàm inferioris, notæ, præfecti militares. Præter quos, ingens illorum fuit numerus, qui quidem acerrimo, ac diutino, illo è conflictu vulnera, ac cicatrices, retulerunt. Sic, ut bona pars nihilo-minùs, è vulneribus, ſub chyrurgorum manu poſtliminiò exſpiraret. E quibus fuêre præcipui, *Bertholdus*, *Comes VVallenſteinius*, *Comargonius*, *Breunerus*, ſenior, & *VVitzlebius*, tribuni. Gregariorum, utrinque cadentium, cumuli acceſſerunt ad novena hominum millia.

Quo loco intermittere nequeo, quin, vel è *Lucretio*, corollarii loco, hîc interjungam, ſuo more, perhibente: *Dulce eſſe, ex terra, in mari periclitantes aſpicere*: Neq; minùs *Dulce eſſe, magna prælia eminùs, atqʒ ſine periculo, intueri.* Cujus illa ſunt:

Suave, mari magno turbantibus æquora ventis,
E terra magnum alterius ſpectare laborem.

Itemque:

Suave etiam, belli certamina magna tueri,
Per campos inſtructa, tua ſine parte pericli.

Quorsùm illa, rogas? Hæc, inquam, ſi ad animum conſideratiùs admiſiſſet præcipui nominis præſul, *Abbas Fuldenſis, Rom. Imperatricis Cancellarius*, quippe qui fabulæ duntaxat ſpectatorem, non pugnatorem, egit, vitam utiq; diutiùs proferre ſuſtinuiſſet. Alea enim belli, ne *Regibus* quidem parcens, nedùm illi pepercit. Sic, ut ſpectatorem, pro actore, ſimulátque è medio tolleret.

Verùm illa belli, & præliorum eſſe ſolet merces. Ut, qui vitam, tanquam rem pretioſam, non proiicere, ſed propagare, velit, funeſtum illud fugiat contubernium. Cùm æquè tàm ſpectatores, quàm pugnatores, cruenta obruat fortuna.

E *Suecis*, hunc pugnæ memorabilis agonem morte ſua condecorantibus, inter cæteros, deſiderati ſunt *Islerus*, generalis vigiliarum præfectus, *Erneſtus*, *Princeps Anhaltinus*, *Comes Turrianus*, *Comes Schlickius*, *Comes Nicolaus*, *Gersdorfius*, *VVinckelius*, tribuni, *Baro à Felß*, aliique. Quorum pars præſtò mortem, medios inter conflictus, oppetiit: pars deinceps intrà *Nauburgum* è vulneribus deceſſit.

CAP. VII.

De ominibus, cladem Lüzenſem, Regisque, & Pappenheimii, necem præſignificantibus.

I.

Foſſæ antemœnianæ Lüzenſes, cruoris ſpeciem oſtendentes, cladem illam inſtantem deſignârunt.

SUperioris illius apud *Lipſiam* cladis fama eſt ingens, quâ *Thillyus* à *Regé* victus. At hujus *Lüzenſis* pugnæ nomen excurrit ingentius. Qua neq; *Cæſareæ*, neq; *Regiæ*, vinci ſuſtinuêre copiæ. Ut *Rex* victor, victorq; *Pappenheimius*, media inter arma dùm animas ponunt utrinq;, ſanguine ſuo hanc faxint immortalem. Dùm conjuncta tantorum mors *heroum* nullo poſthac reticebitur ævo.

Sicut autem magnas *clades* certa plerûmq; *oſtenta* præſignificare conſueverunt. Ità, in *Magnatibus*, violentæ mortis genus evidentiſſimis ſive ſignis, ſive ominibꝰ, toties indicari cœpiſſe, annotatum eſt. Hoc nomine, quid ſibi voluerit foſſarum apud *Lüzam* antemœnianarum, ſuperioribus annis notata, cruentatio, jam ab eventu patuit. Dùm inter *Cæſareanos*, *Regioſq́ʒ*, eodem penè loco, quo, antè hos annos ſeptingentos *Henricus Auceps Imp.* magno prælio *Vngaros*, rapinis, ac populationibus, *Imperium* fœdantes, attrivit. Ità, ut tot millia, partim oppidò cæſa, partim ſauciata, ſanguine ſuo *Saxoniam* imbueret. Tàm magna, tàm ſeria, novemque in horas continuas extracta, committi cœpit pugna. Cujus memoria facilè nullo poterit obliterari ævo. Profectò, inquam, toto die tormentis res acta eſt. Quorum tonitrua ad aliquot paſſuum millia auditu horrenda, incolis terrorem incuſſerunt. Ut de conflictu, toties reiterato, partibus modò his, modò illis, prævalentibus, nihilo-minùs vices utrinq; æquante fortuna, nihil æquè inferri poſſit. Quàm hæc prælia magna, atq; admiranda, videri. Ut dynaſtæ, ac tribuni, inprimis *Rex* ipſe, ipſe *Pappenheimius*, feroci, ac funeſto, iſto ſub prælio occumbentes, modò non pugnam illam, ſed *Saxoniam*, ſed *Lüzæ* humilitatem inprimis, celebrare, ac nobilitare ſatagant.

II.

Curriculum Regis, per Germaniam, felix quidem, ſed breve, futurum, prædictum è nonnemine.

ILlo tempore mihi, militares inter præfectos verſanti, non ſemel relatum eſſe, memini. Antequàm *Guſtavus Rex* copias infunderet in *Germaniam*. Fuiſſe in illis *Gambriviorum* partibus, quà *Hammaburgium* caput extollit, celebrem *Medicum*, neſcio, an etiam *Aſtronomiæ* peritum. Qui confidenter, tanquam è tripode, prædixiſſet, *Guſtavi Regis* curſum per *Rom. Imperium* felicem quidem, ſed malè diuturnum, adeóque, ultrà biennium, non futurum. Quæ quidem divinatio ferè cum effectu coincidit.

III.

Rex ipſe, mortem inter arma ſibi inſtare, velut præſagiit.

ANimas hominum in ſomniantibus multa præſagire, exemplo *Cyri* ſui, prodidit *Xenophon*. An ergò in vigilantibus hac divinitate, & perſpicacia, anima, inprimis ſapiens, & non è vulgo, deſtitueretur? Neutiquam! Quis enim neſcit, à ſapientibus, ac magnis, viris ſæpenumerò, tanquam vaticinantibus, profecta eſſe? Quæ deinceps ipſomet comprobari cœpêre eventu? Par divinatio in *Guſtavo* ipſo, de ſe ipſo, cõperta eſt. Qui, *Neſtoreæ* eloquẽtiæ flumine ad *S. P. Q. Erphordienſem* ſermonem prolixum exorſus, non ſine animo, mortis præſago, ſubintulit. Expenderent videlicet omnes, quantis *Rex* caput obiiceret periculis. Et quàm proclive eſſet, inter horrida infeſti *Martis* arma, ipſe ſpiritum, vitamque, ut proiiceret. Idem, cùm à *Fridlando* apud *Noribergam* concluderetur, amara ſub invectiva, ad *Principes, dynaſtas, Strategos, Tribunoſque*, ſub ſe militantes, profiteri cœpit. Viderent nimirùm, dùm diſciplinæ militaris plerique obliviſcerentur, prædiſque, & expilationibus, darent operam, non fore diuturnum. Id genus prævaricationibus ſe ut torqueant. Tametſi enim ipſe pro *Germania*, & fide patria, ſanguinem fundat. Inſtitutumque perducere ad finem nequeat. Nihilominùs à cœlo alium ducem exſpectandum venire. Qui ſe longè ſapientiùs, fortiúſque, præſentis belli telam pertexere ſufficiat.

IV.

Verba Regis notatu digna.

ILla verò *Regis* verba inprimis obeliſcum mereri videntur. Quibus, paucis antè exceſſum diebus, ad *Fabricium*, concionatorem aulicum ſuum, ingenuè, piéque, depoſuerat. Moleſtum ſibi, ac grave, accidere. Dùm populus, quà quà tranſiret, paſſim nimios ſibi decerneret honores. Tanquam *Rex*, utique homo, & mortalis, tutelare quoddam numen eſſet. Eo ipſo enim proclive eſſe, ut, præceptorum divinorum immemores, magis in humanis armis, copiisque, quàm in cœleſtibus auxiliis, confidant. Sequeſtratisque ad tempus precibus *DEUM* offendant. Undè *Rex* non poſſit non vereri. Ne brevi aliquando *DEUS* hujus culpæ pœnam vel ab exercitu ſuo depoſcat. Vel ſemetipſum, mediante temporali letho, ex hac humana ſocietate, tollat. Certè, neque *Philippo, Regi Macedonum*, inter gentiles, erat obſcurum. Magnas pleraſque felicitates magnos poſt ſe trahere conſueviſſe ab antiquo luctus. Cùm enim eodem tempore triplici felicitate, ac gaudio animum inundâſſet, exclamavit: ô *Dii! modico hac compenſate damno!* Idem igitur *Guſtavo Regi*, ne poſt tot, ſine miſſione, ſibi datos triumphos, aliquid magnæ cladis lateret, metuendum fuit.

V.

Succeſſus nimii, oppidò ſuſpecti.

QUo nomine (ſi modò inter arma liberè loqui fas eſt!) ipſe non ſemel dùm naturam harum rerum ſublunarium, viciſſitudineſque mortalium varias, excutio, in mentem, memoriamq; revocavi. Vix tàm inſignem, concitatam, ac continuam, *Regis* felicitatem, abſque tropo, atq; infortunio, diu excurrere ſuſtinere. Dùm, ſecundùm naturam, quæ moderata quadam gaudet quiete, illa diutiùs durare comperiuntur, quæ lento procedunt gradu, ſervantq; ordinem. At, quæ, ceu fulmine acta, ordinem, mediumque transvolant, citiùs hiſtoriam ſuam abſolvere conſueverunt. Undè, vel illa ſuper *Regis* fortuna extraordinaria, vel ſimili caſu alio, illi mihi nati ſunt antehâc verſiculi.

Odi ſucceſſus nimiùm, nimiúmq; ſecundos:
Stare ſolet nunquam res violenta diu.

VI.

Omina, ab Equis regiis deſumpta.

VAria olim, & ferè contemptus plena, narrantur à *Suetonio*. Quibus *Imperatoribus*, tanquam præeuntibus prodigiis, violentæ mortis genus prę̨ſignificari cœpiſſet. Itáque, quin ab *Equis*, undecim numero, iiſq; dextrariis, & *Regis* propriis, antè *Noribergam* ſubitò pereuntibus, indicium funeſtum deſumi potuerit, hodieq; vulgus minimè dubitavit. Ejusdem, vel paulò ſeverioris, notæ eſt. Dùm enim eo, & quidem ſupremo vitæ die, quo *Rex*, apud *Lüzam* pugnaturus, eundem equum, quo in *pugna* illa *Lipſienſi* feliciter uſus fuerat, conſcendit. Accidit, ut vector equus bis pedibus anterioribus caſum minaretur, ac ceſpitaret. Id quod eum antè diem nunquam feciſſe obſervatus fuit.

VII.

Rex, fato inſtante, ſubtriſtior.

QUi *Regem* prælio ſupremo interfuiſſe, commẽtantur, meminerunt, illum, in *pugnæ Lüzenſis* limine, etiam *Cæſareum* faſtigium animis agitantem, ad *Quirites* ſuos, ſub virtutis inculcatione, edidiſſe:

diſſe: *Miles, deſtinato ſcopo, ictuque, ferias. Miles, jamjam gnaviter pugnes. Ità futurum, ut, trihorii ſpatio, me Monarcham videas.* Sed fides eſto penès autores. Alii, *Regem*, eo die exclamâſſe ajunt, dulciſſimo *D.* & *S.N. IESV* nomine ter ordine invocato, ô *IESV, IESV, IESV*, mihi dexter adeſto jam pugnaturo. Sed variè varii. Iſtud ferè omnes comperio mutuo conſenſu confirmantes. Nempè *Regis*, in pugnam abeuntis ultimam; non fuiſſe illam alacritatem, quâ anteà ſuis affulgebat. Ut tàm imperia languidiùs in tribunos divideret. Quàm ſtipatores penè omnes à ſe reiiceret. Tanquam triſtes illas animæ, & corporis, dividias, jam jam inſtantes, mente jam tùm complecteretur.

VIII.

Pappenheimius quoq; tàm vitæ prodigus, quàm mortis præſagus.

HActenùs de *Guſtavo Regè. De Pappenheimio* illud extrà dubitationem excurrit, *Illum* non minùs, pro *Cæſare*, & patria; *tàm vitæ contemptorem, ac prodigum, quàm mortis præſagum, fuiſſe.* Toties enim ad amicos familiari ſermone ſubinferre conſueverat. Vix fieri poſſe, plures ut in annos vitam extrahere ſuſtineat. Tot enim periculis, præliiſque, ſe caput liberè obiicere. Undè tandem caſus, ſæpè tranſiens, aliquando obrepere amet. Iſtud unicè ſe hac in vita militari deſiderare, iſtud mirificè expetere, non ſemel adjecit. Ut cum *Guſtavo, Sueciæ Rege*, pro virtute, præliari aliquando poſſit. Quo ſub agone tametſi fortè cadere debeat. Hoc ſibi ſolatio ipſa in morte futurum, (quod *Lauſo*, ſub *Æneæ* dextrà cadenti, acclamatum eſt) dùm tanti, ac tàm magnanimi, *Regis* manu cadere meruiſſet. Votum fortuna ſecundavit. Quanquam enim (quod nonnemo affirmat) manus cum *Rege* non conſeruiſſet. Eodem tamen die, eodem illo prælio, quo *Rex* occubuit, fortiſſimè pugnando ſpiritum reddidit. Immò ſupervixit, *Regiſq;* fatum auribus hauſit. Ut *Regis* funere *Pappenheimio* honor creverit. Et *Pappenheimii* caſu *Regis* caſus evaſerit illuſtrior.

* * *

Io. Petri Lotichij
RERVM GERMANICARVM
LIBER LIV.

CAPVT I.

De Suecis, auxilia Saxonica excipientibus. Fridlandoque recedente, Lipſiam, aliasque civitates, occupantibus.

I.

Bernhardus Vinarienſis VVeiſſenfelſam: Fridlandus verò Lipſiam, reducit.

PUgnam ſic ferè utrinque æquante fortunâ, ut nulla partium ordine victa dici poſſet, *Cæſareani*, lethaliter vulnerato, aut tùm defuncto, *Pappenhemio*, paulùm ultrà locum conflictus receſſerant. Quòd igitur neſcio quo ſive terrore, (fortè ob copiarum *Saxonicarum* appropꝫerantium famam) ſive inſtituto, *Lipſiam* deflecterent. Et pauca impedimenta à tergo relicta requirerent. Sequenti manè *Croatæ*, ſub octodecim ſignis ad locum conflictus reverſi, diſpicere cœperunt, an reliquias vindicare poſſent. Sed *Vinarienſis* producens illos effuſam in fugam conjecit. Quo facto *Regis* quod reliquum fuit rhedæ impoſitum, unà cum exercitu, reduxit *VVeiſſenfelſam.* Illic languidis, feſſiſque, quietem daturus, *Saxonicaſq;*, *Lüneburgicaſq;*, legiones præſtolaturus. Quibus deinceps *Fridlandum* cedentem urgere ſatageret. *Fridlandus* autem noctu digreſſus, venerat *Lipſiam.* Quem exercitus ponè ſequi cœpit. Sic, ut *VI. Id. Nov.* univerſæ copiæ, unà cum impedimentis, ad urbem

bem

bem producerent. E quibus trigintà duo ſigna in civitatis forum, intrà mœnia, intromitti cœperunt. Cujuſmodi ſuperiori è conflictu, quoad numeros ſuos, admodùm debilitari acciderat. Illis præeuntibus tota civitas copiis impleri, ac ferè diſtendi viſa eſt. Ut incolis, inter tot cervices militares penè non oppreſſis, malè eſſet. Interim, *Fridlando* diſceſſum, præter exſpectationem, maturante, circà veſperam copiæ deductæ ſunt. Ut modò non per noctem, ſed diem fermè integrum ſubſequentem, ſine miſſione legiones producerentur. Pro *Pleiſſenburgi*, *Caſtri* urbani, defenſione, ducenti defenſores, paucique numero in urbis tutelam, remanſerūt. Cùm igitur jam integer penè exercitus proceſſiſſet, *Holckenius Mareſchallus Senatui* civitatis claves humaniſſimis verbis reddidit. Qui, ubi ægrorum curam commendâſſet, adjecit: Seſe verbis viro forti dignis, fidē nunc addere. Futurūque confidere, ne ſe illinc profectum tùm votis, aut convitiis, interficiant. Cùm eam, pro ratione temporis, ac militiæ, civitatis iniiſſet rationem. Ut, ſuper actionibus illis ſuis, jure haud conqueri poſſe videantur.

De victoria igitur, quam alii *Cæſareanis*, alii *Suecis*, plenis, ut ajunt, aſſcribunt tibiis, quid ordine conſignem, vix occurrit. Sunt enim, qui *Cæſareanis* ceſſiſſe ſigna militaria circiter ſexagintà, annotârint. Ex adverſo, alii *Suecos* tormentis *Cæſareanorum* ferè omnibus potiri cœpiſſe, tradunt, paucis inſuper ſignis relatis. At, cùm uterque exercitus, hic *Lipſiam*, ille *VVeiſſenfelſam*, ſeceſſiſſet. Nec *Sueci*, niſi poſt aliquot dierum intervallum, in cedentem, neſcio quibus de cauſſis, *Fridlandum* moviſſent. Non admodùm liquere, arbitror, quæ partium maximè, vera ſuper victoria, ſibi gratulari potuiſſet. illud in confeſſo eſt, exercitum utrumque, more *Græcorum*, trophæa erigere ſuſtinuiſſe. Nam *Cæſareani*, ſuper *Guſtavi Regis* fato, & *Sueci*, ſuper *Pappenheimii* caſu etiam hanc ſive lætitiæ, ſive luctus, partem fortunâ æquante, triumphare poterant. Sicut tùm quidem factum eſſe meminimus. Ut, cùm *Sueci*, tanquam ſuper victoria, ferias celebrarent. Itidem ſuis quoque ſolennia *Cæſareani* indicerent epinicia.

II.

Saxonici recuperant Lipſiam.

INtereà legiones equeſtres tàm *Saxonicæ*, quàm *Lüneburgicæ*, iter accelerârunt. Dùm *Sueci* adhûc apud *VVeiſſenfelſam* ſubſiſterent. E quibus *IV. Id. Novembr.* quatuor equitum paria, dum plauſtrum apud *Lipſiam* portam *Grimmenſem*, à paucis tàm militibus, quàm civibus, defenſam, diſtendit, intrârunt, *Cæſareanos* titulos mentientium. Ità admiſſi, oppidò contrucidatis militibus, portam occupârunt. Jacta feliciter aleâ, mox manus centum, & quinquagintà, auxiliaribus inequitavit. Omneſque, intrà mœnia obvios, *Cæſareanos* vicatim contrucidavit. Secundùm illos emiſſarios, *Taubenius*, ſua cum legione, itemque *Hoffkirchenius*, *Pfortusque*, tribuni, itemque *Altenburgicus*, & *Lüneburgicus*, *Duces*, intrârunt. Sic, ut quadragintà cohortes equeſtres in forum uſque producerentur. Cætera manus ſuburbia occupavit. Ilicet igitur in *Arcem* itum eſt. Ut bis per clarigatorem poſceretur. Sed centurio, alterius, nempè anteceſſoris ſui ob rem malè geſtam, *Dreſdam* versùs in cuſtodiam abrepti, exemplo cautior, maluit pugnare, quàm hanc turpitudinem incurrere. Quo pertinaciam operante, excitatis operibus, ac loticis, ſuperinductiſque civitatis tormentis, res feriò acta eſt: E fimeto, quo ingentes illi ſacci lanares implebantur, fabricatis ſepimentis. *III. Id. Novembr.* circiter octingenti pedeſtres *Saxonici*, pro *Arcis* urgenda obſidione, ſupervenerunt. Undè miſſio obtigit, qui intrà mœnia erant, equeſtribus. Cùm igitur res tormentis intràque, *Arcem* ſeriò ageretur, pridie *Id. Novembr.* tympanotriba immiſſus deditionem urgere, ac jus veniæ promittere, cœpit. Illi reddidit centurio. Decretum ſibi, ſuiſque, eſſe, velle intrà *Caſtrum* tàm vivere, quàm honeſtè mori. Ità enim leges militares militibus dictitare. Ne igitur ſibi parcerent. Hoc enim, ex adverſo, ſeſe operam daturos eſſe. Ità uſuvēnit, ut aliquammulti utrinque globulis perforarentur. Quo igitur *Pleyſſenburgum* hoc *Caſtrum* ad incitas redigeretur, *Kniphauſenius*, *Strategus Suecicus*, paulò poſt ſupervēnit. Datâque operâ expugnationem etentavit. Et tùm quidem à defenſoribus trepidari cœpit. Ut tympanotribam, codicillis inſtructum, ad *Fridlandum* pro maturandis ſuppetiis, emitterent.

Hunc interceptum, in conſpectu obſeſſorum, *Kniphauſenius* in furcam agere juſſit. Ut juxtà per cuniculos, ſulphure, pyrioque pulvere, fartos, excidium moliretur. Ubi ergò quarumdam rerum neceſſariarum incidiſſet penuria, poſtridie *Cal. Decembr.* maluerunt in deditionis leges deſcendere, quàm ultima experiri. Qua de re, ſequentibus ſub conditionibus, ſunt dimiſſi.

Nimirùm, *Centurio*, unà cùm tàm mediocris, quàm inferioris, notæ præfectis militaribus, gregariis, *Clericiſque*, ad ſe pertinentibus, *III. Non. Decembr.* emigraret. Priùs vero captivos, cujuſcunque ordinis, dignitatiſque, ſint, dimitteret. Neq; cuiquam *Electoralis Saxoniæ* ſubdito moleſtus eſſet. Idem, ſicut & reliqui præpoſiti primarii, cum impedimentis, equiſque, dimitteretur. Modò nihil eorum ad ſubditos ſpectet. Vique ſit ablatum. Gregariis, ultrà jus ſarcinularum, & quidem propriarum, quæ dorſo-tenùs comprehenduntur, efferre liceret nihil. Sic omnia, tàm ad rem tormentariam, quàm annonariam, ſpectantia, intrà *Caſtrum* relinquerentur intacta. Nedùm ſigna, ſive vexilla, intus reperta, propriaque, tollerentur. Centurio, datis obſidibus idoneis, caveret, nihil neque fortalitio, neque civitati, per cuniculos, incendiaque diſpoſita, imminere periculi. Si qui in partes *Evangelicorum* tranſire optent, iis *Centurio* neque quà famam, neque quà vitam, noceret. Interim, *Centurio*, unà cum ſociis ſuprà nominatis, uſque ad fines deduceretur *Bohemicos*. Sub cuſtodia, ac tutela, ne à ruſticanis illic aliquid ipſi accidat. Sic tamen, ſub obſidibus caveret, quoad cuſtodes, ſive deductores, illi *Lipſiam* ſalvi rediiſſent. Stantibus his conditionibus, propridie *Non. Decembr.* obſeſſi numero circiter trecenti, abſque calonibus, cum chitama-

ramaxio, rheda, ſeptemque impedimentis, dimiſſi ſunt, cohortibus aliquot tàm levis, quàm gravis, armaturæ equeſtrium euntes deducentibus. Ità fortalitium, *Electori* reſtitutum, inſpectioni ceſſit *Pfortenii tribuni.*

III.

Sueci potiuntur Chemnitio.

DUm hæc apud *Lipſiam* aguntur à *Saxonicis*, interim *Sueci*, luſtrato ad *Weiſſenfelſam* exercitu, quatuor equeſtrium, & octo pedeſtrium, recenſuerunt millia. Quibus *Saxo*, & *Lüneburgicus*, inſuper quinque equeſtrium adjecerunt millenarios. Hæ copiæ, ultrà *Grimmam* provectæ, *Chemnitium* infeſtârunt. Quam intrà civitatem ternarius legionum, ſub *Comargonio*, *Palando*, & *Contreraſo*, *tribunis*, defenſionem parabat. Jam tùm, è vulnere, apud *Lüzam* accepto, intrà oppidum deceſſerat *Comargonius.* Cujus exuviæ pridie *Pragam* devehi cœperant. Itàque *Contreraſus*, loci defenſionem ſuſcipiens, ab obſidionis initiis, ſtrenuè, per dies aliquammultos, *Suecis* repugnavit. Uſque dùm *Kniphauſenius*, generalis vigiliarum præfectus, magnis conatibus rem urgens, tormentis muros dejecit. Patefactoque aditu omnia ad inſtantem præparavit impreſſionem. Quæ cùm minimè fugerent obſeſſos, herbam, quod ajunt, porrexerunt. At, quòd eò uſq; repugnâſſent, alias conditiones, præter illas, impetrare tùm quidem non potuerunt.

Tribunus videlicet civitatem eâ ſub conditione, quâ nunc utique eſt, dederet. Rebus tàm ad annonam, quàm apparatum tormentarium, ſpectantibus omnibus, bonâ fide contraditis. Omnes tàm eccleſiaſtici, quàm ſecularis, ordinis homines, quicunque ſint intrà civitatem partium *Evangelicarum*, abſque lytro, omnique moleſtia, impunè dimitterentur. *Tribunus* ſubditis *Electoralibus*, ſub tributorum exactionibus quibuscunq;, nihil incommodaret. Neq;, ut id per alios fiat, permitteret. Simulátq; ſuper deditione transactum ſit, claves portarum traderet. Milites è ſtationibus deduceret. Inque foro, ſub funiculis extinctis, glandibus, ac pulvere pyrio, ſequeſtratis, ſiſteret. *Tribuno* liceret rhedas, impedimenta, equos, ſarcinulasque omnes, educere. Idem cæteris *Tribunis*, ac *Tribunis-locumtenentibus*, fas eſſet. *Præfectus vigiliarum* ſupremus verò, & *Centurio*, unicâ ſive rheda, ſive ſimplici vehiculo, & quidquid intrà illud aſportari poteſt, contentus eſſet. Neque vel locumtenentibus, vel ſigniferis, liceret ultrà duos equos, altero vectore, altero onerario, emigrare. Cæteri inferioris ordinis ſive menſores, ſive metatores, ipſique gregarii, ultrà ſarcinulas doſſuarias, efferrent nihil. Si qui ſint è militibus, qui in partes *Evangelicorum* tranſire cupiant, illorum neque honori, neque vitæ, hoc fraudi eſſe. Pro cuſtodia, qua ſub *Friburgum* versùs deducendus ſit, obſidibus datis caveret, ſe illos ſecurè dimiſſurum, nihilque incommodi provinciis *Saxonicis* inter eundum illaturum, eſſe. Tandem, certi quidam *Croatæ*, tanquam notorii prędones, ſub hac transactione, nullatenùs comprehenderentur. Et, ſi accidat, leges has violari, tùm transactio nulla eſſet. *Tribunusque* pro erroribus reſponderet.

Conſummatis illis pactis, XII. *Cal. Ian. Cæſareani*, relictis poſt ſe XXIV. itemque aliis ſex, intrà *Hildeſium* acceptis, ſignis, tormentiſq;, & id genus, emigrârunt. Sed ilicet tàm à *Suecis*, quàm *Cæſareanis* fide malè ambulante, in impedimenta factus impetus. Ità, ut diriperentur omnia. Quo naſcente tumultuatione gregarii ferè omnes, exceptis quinquaginta *Italis*, ſub titulos venerunt *Suecicos*. *Fortgatſchius tribunus* quoq;, aliiq;, ad exercitum *Fridlandicum* ſpectantes, præcipui nominis præfecti, eò, quòd ſub transactione non continerentur, injecta manu à *Suecis* dimiſſi non ſunt.

IV.

Guſtavi filius, Guſtavus, apud Chemnitium, vulneratur.

DUrante ſuperiori *Chemnitii* obſidione, *Guſtavi Regis* filius naturalis, *Guſtavus*, ſeptendecim circiter annorum adoleſcens, *Regi* parenti facilè omnia, quà vultum, quà corporis habitum, ſimilis, intrà *Wittebergam* ſtudiis dabat operam. Ubi ergò ſub *pugna Lüzenſi*, *Regem* cecidiſſe, intellexit, ſub XV. ſtipatoribus *Grimmam* curriculo excucurrit. Sed fama vero, ut ajunt, erat verior. Qua de re, ne fucus fortè fieri poſſet, tàm diu apud *Vinarienſem*, cæteroſque *Proceres*, precibus inſtitit, uſq; dùm ſibi aperiretur ſandapila, Inſpecto regio funere, inter lacrymas, exclamare cœpit adoleſcens. Age, inquit, jam mihi quoq; ſeriò enitendum fuerit. Quò hoc quoq; caput humo tollam. *Regiq;* fato vel vitæ hujus impędio parentare quitus ſim. Ea dùm juvenilis animi commaſculatione, ſub *Chemnitii* obſidione, curioſiùs caſtra obequitat, ac perluſtrat, ecce! ab obſeſſis, creberrimè bombardis rem urgentibus, ſub humero, ſive ſcapula, vulneratur. Quæ tamen plaga minimè fuit illi lethalis.

V.

Zvvickavia à Suecis recuperatur.

CÆſareani, qui *Fribergam* intrà *Miſniam* defendebant, accepto ſuper rebus *Chemnicenſibus* nuncio, ſponte poſt caput relicta civitate, *Zvvickaviam* emigrârunt. Sed neq; hęc illis manſio fuit diuturna. Nam, *Chemnitio* ſub poteſtatem redacto, copiæ *Suecicæ* ilicet eò deduxerunt. Eo tempore adhùc *Caſtrum Pleiſſenburgum* intrà *Lipſiam* ſtrenuè oppugnantibus renitebatur. Sed *Kniphauſenius* omni induſtria deditionem accelerans, remq; perficiens, etiam ſine mora perrexit contrà *Zvvickaviam*. Defendebat oppidum *Suiſus Baro*. Qui cùm, in ſe iri, animadvertit, omni data operâ defenſionem paravit. Ultimaq; exſpectare decrevit. Quo fine, ſuburbiis igne injecto deſtructis, tàm *Arcem*, quàm *Armamentarium*, *Fanumq;* civitatis, haud perfunctoriè comunivit. Aliaq;, ad defenſionem neceſſaria, pręparavit. Nihilominùs, intępeſta licet hyeme, *Kniphauſenius* obſidionem cœpit auſpicari. Qui, tametſi tellus, frigore, ac glacie, concreta, obſtare huic propoſito videretur: ille haud languidiùs arte atq; induſtria, contrà hyemis aſperitatem pugnare cœpit. Etenim ſuper ſtruem, è lignis, roboribusque, con-

congeſtam, cùm terram ſcaphio penetrare nefas eſſet, tormenta collocavit. Gerriſque, ſive aliis id genus textis, uſus, ſine miſſione obſeſſos urgere perrexit. Mox granarium, ignibus conceptis conflagrans, notabilem incolis incuſſit pallorem. Obſeſſi, inter hæc, minimè egerunt ferias. Sed excurſionibus, tormentis, bombardiſque, acerrimè ſeſe tueri non deſtiterunt. Uſque dùm *Kniphauſenius*, foſſis macerie oppletis, mœnia tormentis dejecit. Patefactoque aditu, tempore quantum-vis difficili, impreſſionem meditari viſus eſt. Quâ ſub neceſſitate *Suiſus* ad deditionem faciendam compelli cœpit. Quæ illi, ſequentibus ſub articulis, nomine *Vinarienſis*, obtigit. Videlicet gubernator, *VI. Calend. Ianuar.* poſt quintam matutinam, legiones quaſcunque, tàm *Cæſareas*, quàm *Ligarianas*, ſine diſcrimine, ſub ſignis patentibus, funiculis geminis ardentibus, duplicis armaturæ genere, globulis intrà dentium ſeptum detentis, nec non pyrii pulveris, glandium, & funiculorum, non contemnendo proventu, itemque tormentis duobus legionariis, liberè, impunèque, ac ſine moleſtia, emigraret. Sic, ut pedeſtribus omnia impedimenta, equi, ſarcinulæque, eadem impunitate permitterentur. Nedùm vel calonibus obiiceretur moleſtia. Eadem licentia fieret equeſtribus. Ut, ſive *Cæſari*, ſive *Ligarianis*, militent, in equis armati, manuſque bombardis jaculatoriis inſtructi, ſub ſignis volantibus, exirent. Idem jus eſſet *Conrado Schleisburgio*, legionis *Cæſareæ*, legato. Eadem eſſet ratio ægrorum, languidorumque. Pro quibus deportandis ſi vehicula forte non ſufficiant, *Vinarienſis* permiſſu, vel currus militares eò uſque ſubminiſtrarentur. Vel iſti tantiſper intrà civitatem tolerarentur. Uſque dùm valetudinem recuperent. Quo tempore, ſub litteris ſalvi conductus, liberè dimitterentur. Et ſic quidem cavebitur, ne quicquam ſive periculi, ſive moleſtiæ, *Baroni*, omnibusque ad eum quocunque ſub nomine ſpectantibus, inter emigrandum, crearetur. Pari lege, à partibus *Suecorum*, nemini liceret milites exeuntes vel nummis, vel promiſſionibꝰ, ad defectionem ſolicitare. Denique emigrantes, ſub cuſtodia ducentorum, ſive trecentorum, equeſtrium, quibus aut tribunus, aut tribunus-locumtenens, præſit, deducerentur *Presſvvicum*, quà *Commothaviam* itur. Nedùm ſingulis diebus ultrà octo paſſuum millia profectio ſuſciperetur.

Qui cùm utrinque pacti, ratique, forent canones, *Suiſus*, ſub viginti quinque ſignis, ultrà millenarium, centuriam unam cum ſemiſſe, pedeſtrium, nec non ſex tàm *Croatarum*, quàm aliàs levis armaturæ, equeſtrium, centurias, eduxit. Calonum turba in bis mille, & centena capita, excrevit, & ducentos equos. Sic unum funiculis, duo verò vehicula, pulvere pyrio onerata, par tormentorum legionariorum, itemque ducenta, & quinquagintà, impedimenta in numerum emigrantium venerunt. Quibus cum omnibus *Suiſus*, ex lege tranſactionis, cuſtodia ſuperaddita, versùs *Bohemiam* promovit.

Atque hoc pacto uſuvénit, ut, *Zvvickavia* ab hoſtibus exonerata, ſimulátque univerſa à *Cæſareanis* tùm quidem purgaretur *Saxonia*. Ne igitur *Fridlandici*, magno numero ad *Bohemiæ* fines tùm diſpoſiti, poſtliminiò ea parte irrumperent, *Vinarienſis* cavit ſedulò. Dùm, ſub *Ohmio Chiliarcha*, millenarium equeſtrium, totidemque, ſub *Mitzlaſſio tribuno*, pedeſtres, illìc dimiſit.

CAP. II.

De Oxenſtirno, Cancellario regio, directionem copiarum Suecicarum ſuſcipiente. Suecorumque per Alſatiam, ſub Benfeldiæ fortalitii occupatione, progreſsibus.

I.

Oxenſtirnus, Cancellarius regius, Suecicarum copiarum Director deſignatur.

REdierat res cum *Suecis* ad interregnum. Ne igitur tanta expeditio eſſet deinceps ſine vicario, ac capite, ecce! ingens illud ultramarinæ ſapientiæ lumen, *Oxenſtirnus*, *Cancellarius* regius, totius exercitus *Suecici Director* dictus eſt. Hic vir tàm prudentia, experientiaq;, militari, dùm *Regem* ſuum ſub tot graviſſimis occaſionibus aſſiduò comitatur, quàm artibus, plenus, poſteaq̃ copias regias bonis legibus confirmâſſet, ad *Electorem Saxoniæ* profectus eſt. Ejus ut adjutus tàm conſiliis, quàm auxiliis, ingenti illi rerum communiũ, per *Regis* exceſſum obtingenti rictui, rectiùs mederetur. Non ingrata fuit *Electori* hæc compellatio. Qui, cùm ingentem animi, ſub *Regis* caſu, dolorem conteſtari cœpiſſet, fidem ſuperaddidit. Se non idcóque ad arma tranſiliiſſe, ut deſineret. Ut potiùs rem *Evangelicam* ſummo fervore provehere. Omneſq; conatus, ac vires illuc convertere cogitet.

Eâ conſtante, ac cordatâ, *Electoris* declaratione erectus *Oxenſtirnus*, jam tùm animis in itinere erat. Eandem ut fidẽ ab *Electore Brandeburgico* acciperet, daretque. Sed rebus apud exercitum urgentibus tùm quidem impediri cœpit. Itáq;, ne inter copias regias ſive confuſio, ſive ducum æmulatio, rerum ſummam perturbaret. Partem exercitus ſub *Bernhardi Vinarienſis*, partem ſub *Guſtavi Hornii*, imperium, per ſuperiorẽ *Germaniam*, abire juſſit. Ut nihilo-minùs *Georgium Lüneburgicum*, ſub *Todonis Kniphuſenii*, *Mareſchalli*, adjutorio, juſtis inſtrueret copiis. Qui per *Circulum Gueſtphalicum* fulminaret. Nec tàm conſcribendi illic militis facultatẽ, quàm forta-

fortalitia, ac receptus, veterrimos, ad *Viſurgim Ligarianis* extorqueret. De quorum progreſſibus ſuo loco ordine videbitur.

II.

Guſtavus Hornius Benfeldam, fortalitium Alſatiæ præcipuum, obſidione urget.

INtereà, cùm de *Bernhardo Vinarienſi*, apud *Lüzam* cum *Fridlando* confligente, præmiſſum ſit, jam poſtliminiò ad *Guſtavũ Hornium* revertimur. Fuderat ille apud *VViſſelochium*, pugna *Mansfeldica* nobilitatum, legiones *Cæſareanas*. Ab hoc ſucceſſu per *Alſatiam* arma protulit. Ubi igitur ab *Argentinenſi Republ.* (prout ſuprà prælibatum fuit) tranſitu juvaretur, ulteriores in provincias illas *Auſtriacas* promotis copiis, varia loca intercepit. Ut tandem ad præcipuum regionis ejusce fortalitium, *Benfeldam* videlicet, caſtra admoveret. Cujꝰ cùm deditionem *VI. Non. Septembr.* fruſtrà poſtulâſſet, juſta obſidione experiri cœpit illicò. Ità enim tanti fortalitii requirebat prærogativa. Præterquàm autem, quòd locus, egregiè munitus, & quinquangularis, eſſet, foſſis inſuper inducebatur duplicibus. Valloque, aggeribus, ac propugnaculis, benè arduis, aliiſque id genus operibus, ad exemplum, erat inſtructus. Ut haud inferiùs tormentis exquiſitis, apparatuq; militari, nec non pedeſtrium octingentis, equeſtrium verò centuria unà, cum ſemiſſe, adeòque ruſticanorum, quos delectos vocant, manu, haud perfunctoriè defenderetur. Par, ac conveniens, tantò loco erat gubernatoris, *Bulachii*, animus. Ut ultima potiùs ſub obſidione exſpectare, quàm muneri ſuò deeſſe, mallet.

Equeſtribus ergò, prò more, obſidionis auſpicia prævenientibus, noctis opportunitate lorica, telonaria dicta, artificio quodam intercepta eſt. Mox inſequenti die univerſus ſupervénit exercitus. Sic, ut *Hornius* ad *Arenas*, locum ità dictum, *Rheingrafius* apud *Cogenheimium*, *Sermersheimiumq;*, *Plato* tribunus apud *Kertzfeldam*, *Schavelitzcius*, penès *Herbsheimium*, *Zillardus* verò circiter *Rosfeldiam*, ſtationibus diviſis, caſtra metarentur. Prima igitur veſpera per foſſas antecurſorias initia præventa ſunt. Quæ paulò poſt ſic quidem excreverunt, ut poſtridie obſeſſis ea res monſtro penè videretur ſimilis. Nondùm *Sueci* direxerant tormenta. Itáque ab obſeſſis duæ turmæ equeſtres, ſub tormentis domeſticis ſecuræ, prodierunt. Quas impetentes *Sueci* tormentis illis è vallo rejecti ſunt. Ità ſine mora itum eſt in texta, atque opera, quibus obſeſſores machinas ſuas quoque ſuperinducerent. Triplicique via tàm tormentis diverſi generis, quàm mortariis, experirentur. Nihilq; ad foſſarum antecurſoriarum productionem facerent reliqui. Hæc notantes ſibi obſeſſi, etiam ſepimenta ſua antemœniana in altitudinem extraxerunt. Tormentiſq; *Suecorum* opera deſtruere laborârunt. At parùm effectum eſt. *Sueci* enim laboribꝰ aſſueti, productis foſſis, operibusq;, jam mox ſuburbium attingebant. Glandibusq; illis igniferis, mala *Punica* imitantibus, indigenas territabant. Undè è locis ſuburbanis cives res quaſq; cariſſimas in interius fortalitium tranſtulerunt. Adhùcdùm opera, è quibus mortaria dirigebantur, paulò longiùs aberant. Quàm ut effectum ederent ſperatum. Itáq; admovebantur propiùs. Neq; ex adverſo obſeſſi egerunt ferias. Ut, inter alios defenſionis apparatus, *XVII. Cal. Octobr.* duas pedeſtrium cohortes, foris advenientes, noctis beneficio, intromitterent. Quæ res ubi *Hornii* ad aures veniſſet, ilicet ille hos ſimulátq; per aquas patentes aditus, loricis illic adjectis, obſtruere juſſit. *XV. Cal. Octobr.* ubi quinquaginta glandes *punicæ* obſeſſos fatigâſſent, innotuit *Suecis* aquagium per ſulcos erivari poſſe. Saltuſq; proximos illud obſeſſis commodare. Ut per eas latebras auxilia irrepere queant. Prout antè quidem factum fuiſſet. Quo nomine *Hornius* apud *Hüttenheimium* aquas priùs ſtagnare fecit. Mox in altũ ſurgentes, ſup prata adjacentia diffundere cœpit. Quæ quidem penès loricam telonariam recipiebantur alveo. Ità quidem factum. Ut tàm foſſæ antemœnianæ deplerentur. Quàm torrens ſuburbanus, exhauſtis ductuum venis, deſiccaretur. Immò deinceps eâ parte neque nuncius obrepere ſuſtineret. Tantùm abeſt, ut auxilia exſpectari, aut penetrare, poſſent. *VII. Cal. Oct.* obſeſſi, animoſa ſuſcepta excurſione, in operarios caſtrenſes animadvertere cœperunt: tormentis à vallo ſine miſſione cooperantibus. Sed *Sueci*, paucis ſuorum deſideratis, excurſores rejecerunt.

III.

Cæſareani conantur Benfeldenſibus ſuccurrere.

ILlos inter labores continuos *Sueci* jam tùm foſſis antemœnianis inſtabant. Ut jam macerie, textiſque illas obſtruere. Tùm tranſitus illâc, cuniculoſq;, agere occiperent. Sic, dùm ad pomœria perveniretur, obſeſſi majoribus paulò, acerrimiſq;, conatibus hoſtes tàm propinquos amoliri cœperũt. Ut jam ferias retentarent non ſemel excurſiones. Undè multis utrinq; hujus vitæ mortalis lux occidit. Supervenêre etiam è *Briſaco* legiones *Cæſareanæ*. Quæ ad uſq; caſtra *Suecica* penetrârunt. Periculum facturæ, an obſeſſis prodeſſe aliquà ſuſtinerent. Sed infrà effectum res ſtetit. Et duntaxat præliis velitaribus concurſum eſt. Interim *Epiſcopatus Argentinenſis Vicarius* è *Tabernis Galliarum Regis* legatum codicillis, eandem in rem ſcriptis, interpellavit. Vellet apud *Suecos*, quà *Benfeldiam*, eò uſque procurare, ac dilatare, inducias. Quoad pateat, quibus rationibus *Rex Chriſtianiſſimus Epiſcopatus* illius curam ſuſcepturus eſſet.

Hoc tempore *Seletſtadium* quoque à *Rheingrafio* concludebatur. Cujus tùm quidem in abſentia, *Cæſareani*, numero ſeptingenti, eam fecerunt in equeſtres turmas impreſſionem. Ut feriantibus ſupervenientes magnum *Suecorum* funderent numerum. Manubiaſque, & equorum globum, inferrent. Disjectis illis turmis *Rheingrafianis*, circà exodium *Septembris*, *Cæſareani*, è *Tabernis*, *Moltzheimio*, *Dachſteina*, aliiſque per *Epiſcopatum* oppidis pluribus, legiones apud *Briſacum* formârunt aliquammultas. Ut manum illinc, ad decem hominum millia excurrentem, producerent *Seletſtadium*. Tentaturi, an *Benfeldiæ* fortalitium, non languidè obſeſſum, omninò vindicare. Aut ad minùs immiſſis cohortibus confirmare, poſſent. Id exploratum habens *Hornius*, nihil eorum intermiſit, quæcun-

que ad caſtrorum defenſionem videbantur neceſſaria. Quo fine legiones, per ſtativa diſperſas, evocavit in caſtra. Saltuſque, ante ſucciſos, inſedit. Operibusque, ac ſepimentis, communivit.

VII. Id. Octobr. Cæſareani, è *Seletſtadio* moventes *Ratzenhuſam* extorſerunt *Suecis*. Poſtridie, apud *Hüttenheimium*, aggeres, ſive chelę, aquis intercipiendis excitatæ, vim paſſæ, reparari cœperunt. Ut jam ad fortalitium nulla ampliùs influeret aquatio. Quòd igitur *Sueci* textis foſſas opplerent, viamq; illis ſternerent. Obſeſſi machinaſq; uſq; eò demiſerunt. Ut, humo velut ſuffoſſæ, in opera *Suecica* dirigerentur. Eademq; labefactarent. Sed aliâ viâ huic rictui obviàm itum eſt. Interim *Cæſareani*, è *Seletſtadio* educentes, obſidionem diſiicere conabantur. Sed *Rheingraffius*, obviàm producens, facto in prima agmina impetu, non paucos tàm fudit, q̃ captivos abduxit. Undè pars cætera *Seletſtadium* receſſit. Fortalitio illinc, ad utramq; *Ellæ* ripam, ſepimentis, loriciſq;, incluſo, ac communito, conatus illi *Cæſareanorum*, pro tollenda obſidione, prorſùs cœperunt elanguere. Ex adverſo, *Sueci* dies, noctesq;, laborare, foſſaſq; penetrare operibus, laborârunt. Quibus quanquam obſeſſi reluctarentur impendiò. Intúſq; foſſis, ac ſcrobibus, ad majorem defenſionem excitatis, occurrerent. Nihilo-minùs à tormentis *Suecicis*, undiquaque ordine diſpoſitis, etiam iſti conatus retundi cœperunt. Ut nullis ampliꝰ ſtatio ſub vallo relinqueretur tuta. Sic interim *Hornio* copiæ, tormenta, variaque eam in rem tàm olim, quàm recèns, excogitata, ſuppetebant inſtrumenta. Nihil ut facilè deſideraretur. Præſertim *Republ. Argentinatum* quæcunque ſubſidia ampla manu conferente. Undè obſidentibus magnum acceſſit emolumentum.

IV.
Benfeldia, ſuper deditione, paciſcitur.

S*Vecis* eò pacto prævalentibus. Foſſaſq; antemœnianas, jam penè deſiccatas, textis, ac macerie, obſtruentibus. Et jam inſuper infrà muros, ac vallum, cuniculos agentibus. Nec non aliis partibus tàm per tormenta, quàm glandes, ignitas *Punicas*, impendiò fatigantibus. Obſeſſis tandem, tametſi diu, & animosè repugnantibꝰ, cecidêre ſpiritꝰ. Præſertim, ubi auxiliorũ, ac liberationis, ſpes evanuiſſet. Qua fortuna ad incitas, quod ajunt, tendente, gubernator, ſuper deditione, cogitare cœpit. Ergò *VI. Cal. Novembr.* per tubicinem, in caſtra emiſſum, interrogavit *Hornii* fidem. Pateretur hanc ſibi facere gratiam. Quò, tubicinem, codicillis patentibus inſtructum, *Tabernas*, ad *Epiſcopatus Argentinenſis Vicarium*, emittere. Ejuſque ſub aſſenſu fortalitium contradere, ſibi liceat. At negavit *Hornius*. Qua de re utrinque aliquantiſper ſeriò res produci cœpit. Dùm ergò obſeſſores cuniculis experiuntur. Etiam obſeſſi cuniculis oppoſitis occurrunt. Operarioſque *Suecicos* expellunt. Sed non impunè. Mox enim obſeſſi reiici cœperunt. Ità, ut vias, ductusque, à tergò obſtruerent, canerentque receptui. Hæ molitiones ubi tantiſper proferrentur, gubernator, *V. Cal. Novembr.* veritus ultima, deditionem obtulit. Quæ, datis ilicet obſidibus, poſtridie, ſequentibus ſub articulis, coiit.

Videlicet gubernator, centuriones, equitum magiſtri, cæteriq; militiæ præfecti, unà cum militibus, baliſtariiſq;, cujuſcunq; conditionis, impunè, à liberè, abſque ullo quæſito colore, ſub ſignis patentibꝰ, duobus tormentis medii generis, unoque impedimento, pulvere pyrio, & id genus apparatu, onerato, pariterque globulis intrà buccas detentis, funiculis ardentibus, pulſis claſſicis, clangore tubarum, armis utriuſq; generis, unà cum familiaribus, impedimentis, equis, ac vehiculis, ſarcinuliſque, ſine moleſtia, emigrarent. E quibus ipſe gubernator, unà cum familiaribus, impedimentiſque quibuſcunque, *Tabernas* deduceretur. Cæteri verò magiſtri equitum, ac centuriones, unáq; gregarii, *Briſacum*, datis obſidibus, pergerent. Secundùm hæc, omnes *Eccleſiaſtici*, ſive *clerici*, præſertim qui *Achlenam* incolunt, exercitium pietatis ſuæ, per *Cœnobium* deinceps, ſicut anteà, continuarent. Diętamq; ab eleemoſynis peteret. Cæteris, ſi qui intrà fortalitium ſubſiſtere nollent, ſine moleſtia, emigrandi libera eſſet facultas. Itidem cives, abſq; offenſa, *Catholicæ Religionis* uſum obirent. Qui verò, ſub ſummo *Præſulatu*, ad rationes, & munia, ſediſſent, etiam illi, præeuntibus codicibus, ac tabulis accepti, & expenſi, in manus miniſtrorum regiorum priùs contradendis, unà cum familiaribus, armis, equis, impedimentiſq; duobus, liberè, ſecuréque, egrederentur. Si qui, ob afflictam valetudinem, emigrare non ſuſtineant. Illi tantiſper intrà civitatem remanerent. Quoad reconvaluiſſent. Et deinceps ſub litteris fiduciariis, ſecurè dimitterentur. *Gubernator*, *centurionibus*, cæteriſque id genus militum præfectis, prædia, bonaque ſua, ſub *Epiſcopatu* ſita, ſive incolendi, ſive divendendi, libera eſſet facultas. Modò *Regis* ſub protectionem confugiant. Simulátque deditio fuiſſet facta, liceret gubernatori militem officialem ad *Vicarium Epiſcopatus* generalem amandare. Omnemque rei geſtæ hiſtoriam intimare. Civitati, civibuſque, nihil quà privilegia, libertatem, jurisdictionem, jura, ac privilegia, derogaretur. Neque exactiones imponerentur. Sed ab imminentibus præſidiis, quoad ejus fieri queat, eximerentur. Ut, adversꝰ injurias quaſcunq;, defendi debeant. Atq; unicuiq; ordine jus dicendũ ſit. Hoc pacto jam, & deinceps, civibus, ſine diſcrimine omnibus, quandocunque fuerit lubitum, ampla eſſet, ſecuraque, bona ſua diſtrahendi, emigrandique, poteſtas. Illi quoque, quicunque agrum civitatis incolerent, intráque fortalitium ad tempus confugiſſent, abſque lytro, moleſtiaq;, unà cum jumentis, equis, reculiſque, dimitterentur ſine labe. Eadem eſſet captivorum conditio. Sic, ut utrinque, abſque lytri ſolutione, damni ſint, expenſarumque, immunes. Denique omnia, tàm ad apparatus tormentarios, quàm annonarios, ſpectantia, nedùm ſive ad gubernatorem, ſive centuriones, ſive cives, pertinentia, ſine fraudè contraderentur in manus delectorum. Quos quidem *Hornius Mareſchallus* eſt nominaturus. Hoc nomine *III. Calend. Novembr.* horâ octavâ matutina, fieret deditio. Suburbio jam tùm in manus *Suecorum* veniente. Quodſi neque ſic gubernatori integrum ſit, unà cum familia omni, intrà conſtitutum illud tempus, emigrare poſſe. Illi, ut ſub conſueto domicilio, diem inſuper, noctemque, inſumat, cohortem verò adjunctam in ſuburbium dimittat, indultum eſſet.

Atq;

Atque illæ tùm quidem fuêre leges. Quibus *III. Cal. Novembr.* præſidium *Benfeldanum* deduci cœpit. Quorum è numero *Cæſareanus* quidam *centurio*, unà cum tota cohorte ſuâ, datæ fidei immemor, in partes *Suecicas* ſaltum fecit. Ex altera parte *Hornius* ſuos intromiſit. Vallumque, loricas, ac munimenta, mœniaque, ac quæcunque ſub ſuperiori obſidione anteà vim paſſa eſſent, redintegrari juſſit. Ut inſuper operibus illis quendam velut cumulum adjiceret. Fortalitiumque operoſius communire pergeret.

CAP. III.

Seletſtadium, Colmaria, atque Haganoa, à Suecis occupantur.

I.

Poſt Moltzheimium, Seletſtada à Suecis obſidetur. Inq; poteſtatem redigitur.

FOrtunâ fidibus canente *Suecis*, facilis illis obtigit chorea. Nec enim ſola, atque unica, per *Alſatiam Benfeldia* vénit in poteſtatem. Ut innumera penè oppida, ac civitates, deinceps minori operâ ſubjugarentur. Hac parte non tàm fortis, quàm felix, *Otto-Ludovicus Rheingrafius*, non uno loco triumphum reportavit. Ille enim, poſt *Benfeldiam* in poteſtatem redactam, *Marckelsheimium* perrexit. Quem locum defenſores equeſtres ubi dedere negarent, *Rheingrafius* vi expugnavit. Partemque præſidii, pro more, cæcidit, partem captivam abduxit. Eadem ſors tetigit *Epſſingam*, *Dambachium*, *Gemebram*, *Oberberckenam*, *Mutzigam*, & *Keſtenholtzium*. Quæ oppida pleraq; deditionem fecerunt. Excepto *Keſtenholtzio*. Id quod vi injecta expugnari cœpit: interfectis intus, quicunq; armis parâſſent defenſionem, omnibus. Pridie *Non. Nov. Hornius* perrexit *Moltzhemium*. Deditionemq; poſtulavit. Nullo igitur apparente evidenti auxilio, civitas, aliarum infortunio territa, elapſo biduo, *Suecos* admiſit. His auſpiciis *Hornius* verſus *Seletſtadium* copias produxit. Sic, ut *VII. Id. Novembr.* tàm exercitum, quàm tormenta illûc dirigeret. Cùm igitur *Keſtenholtzium* attigiſſet, tubicinem *Seletſtadium* dimiſit cum codicillis, civitatis deditionem à *Senatu* poſtulantibus. Sed repulſam tulit oppidò. Proindè *Hornius* obſidioni ordine ſeſe accinxit. Defendebat locum *Breittenbachius*, tribunus locumtenens, duabus equeſtrium cohortibus, & pedeſtriũ ſexcentis, inſtructus. Hi, animoſam inſtituentes defenſionem, pridie *Id. Novembr.* validam manè fecerunt excurſionem. Quanquam cum damno non ità magno reiicerentur. Interim *Sueci* foſſis illis antecurſoriis, loriciſque, rem gnaviter agebant. Ut mox civitati imminerent. Tormentaque diſponerent. Cùm igitur ſeriis utrinq; ſub conatibus res procederet, denuò *Cæſareani*, ſub globis confluentes, obſidionem diſturbare conabantur. Quo fine, *XVI. Calend. Decembr.* duodecim equeſtrium cohortes, unà cum ſignis quibuſdam equitum ſclopetariorum, per pontem *Briſacenſem* in alteram *Rheni* ripam produxerunt. Illic legiones, intrà *Auſtraſiam* conſcriptas, atque è præſidiis hinc indè combinatas, exſpectantes. Hac conjuncta manu res ut tentaretur. Sed, ex transverſo, quod hoſtibus intentabant, illis uſuvénit. Ecce! enim aſſultibus felix *Rheingrafius*, conſilio illo maturè intellecto, interturbavit hoſtium conatus. *Cæſareanoſque*, nihil tale exſpectantes prævénit. Inque ipſis ſtativis magnam eorum partem oppreſſit. Ità multis ſimulátque in poteſtatem redactis, vix unica equeſtrium centuria, in adverſam *Rheni* ripam relabens, periculum evaſit. Conatuſque, ſuper vindicando *Seletſtadio*, ſine pondere, exſpiravit.

II.

Seletſtadium deditur Suecis.

PRocedentibus illis ſucceſſibus, complures porrò civitates leges admiſerunt *Suecicas*. E quibus fuêre *Cæſaris Caſtrum*, *Ammerſvvejera*, *Türckheimium*, *Sancta Crux*, *Harliſchheimium*, *Ruffacha*, & *Monaſterium*, ſub valle *Gregoriana*. Interim, adhûcdum repugnabat *Seletſtadium*. Sed *Hornius* tormentis, ignibuſq;, ſic urſit obſeſſos. Ut diverſas civitatis partes ſuccenderet. Ædeſque aliquammultas corrumperet. Undè indigenæ quiritare cœperunt. Poſteaquàm igitur præſens obſidio in menſem circiter excurriſſet, neque auxilii ratio aſpiraret ulla, poſtridie *Cal. Decembr.* ſub illis conditionibus, deditio proceſſit.

Primùm defenſores *Cæſareani*, tàm equeſtres, quàm pedeſtres, ſub ſignis volantibus, tubis clangentibus, æneatoribus, ac pulſis claſſicis, nec non funiculis ardentibus, glandibus intrà dentes retentis, duobus inferioris notæ tormentis, impedimentoque, apparatu tormentario inſtructo, educerent. Languidoſque, manubias, ſarcinasque, aſportarent. Permiſſis cohortium unicuique duobus impedimẽtis, totidemq; carris. Emigratio autem fieret manè, *III. Non. Decembr.* ſub cuſtodia, *Briſacum* verſus. Quò ſub manu alicujus bonæ mentis præfecti militaris ſecurè deducerentur. Obſide poſt caput ejuſdem monetæ relicto. Secundùm hæc, vulnerati, languidique, emigrare non ſuſtinentes, intrà Noſocomium *Seletſtadianum* curarent valetudinem. Ex illis ſi qui emergant, illi, ſub litteris fiduciariis, ad legiones priſtinas liberè dimitterentur. Quicquid, durante obſidione, utrinque miles prædatus eſſet, ea omnia, ſive ſint equi, ſive res aliæ portatiles, tanquàm prædæ militares, ac licitæ, haud repeterentur. Atque hæ leges ſpectabant tùm quidem ad militares.

Interim, cum *S. P. Q. Seletſtadiano* ſequentia intervenêre pacta. Nimirùm, civibus præſens, jam tũ ſuſcepta, defenſio minimè fraudi eſſet. Sed illis omnibus, ac ſingulis, tàm *Eccleſiaſticis*, quàm *ſecularibus*, *Romano-Catholicæ Religionis* uſus permittere-

tur liberrimus. Nedùm vis, aut injuria, fieret ſive *Cœnobiis*, ſive privilegiis, ac juribus, quibuscunque. Quo nomine indigenis, incoliſq; ſive *Cæſari* nuper operas navantibus, ſive defenſionem coadjuvantibus, nihil periculi ſive quà vitam, ſive quà facultates ullo modo intétaretur. Præſuppoſitis illis, nomine regni *Sueciæ*, nulla alia, majorque, in civitatem *Seletſtadianam* exerceretur juriſdictio. Quàm quæ hactenùs per *Romani Cæſaris* miniſtros, præfectosque provinciales, obtinuiſſet. Quo nomine civitati omnia, tã divina, quàm humana, jura, immunitates, exemptiones, vetuſtæq; conſuetudines, conſervarentur. In particulari quoque jus ſub pago *Kintzen* ſartum tectumque conſtaret. Ut neque quà *Senatum* jam, & deinceps, enovatio extimeſcenda eſſet ulla. Si itáque è *Senatu*, civibus, incoliſque, tàm *Eccleſiaſtici*, quàm ſecularis, ordinis, ſive jam, ſive deinceps ille, vel ille, emigrare vellet. Hoc iis, ſub libera bonorum tàm venditione, quàm aſportatione, quovis tempore integrum foret. Ità, ut nulla extimeſcenda veniat quocunque ſub colore exactio. Sed potiùs, ſub litteris fiduciariis, ſecurè emigrare liceat. Denique præſidio intolerabili, aut extraordinario, haud gravaretur civitas. Sed in defenſores neceſſarios tàm diaria, quàm diſciplina, ac juſtitia, ordine dividerentur. Simulátque penès *Senatum*, utique cui civium facultates rectiùs ſint perſpectæ, diverſoriorum deſignatio maneret. Iſdemque foret *Curiam*, *Tabularium*, *Senatores*, & id genus homines, ab oneribus publicis aliàs immunes, eximendi plena poteſtas. Quo ſic liberiùs illi omnes officiis, muniiſque, ſuis vacare ſuſtineant. Quorum omnium in fidem, has tranſactionis mutuæ tabulas regni *Sueciæ* conſiliarius, & *Mareſchallus* militaris, chyrographo corroboravit. Ità evénit, ut *III. Non. Decembr.* *Cæſareanis* emigrantibus, *Suecici* immigrarent. Et à civibus, pro redimendo expilationis diſcrimine, viginti nihilominùs *Ferdinandicorum* millia exprimerentur. *Iudæorum* cœtibus, quorum illic quædam eſt colluvies, magnis impenſis itidem vexationem redimentibus.

III.

Dux Auſtraſiæ, ſuper Benfeldia, ſibi oppignorata, Suecos interrogat.

Antequàm *Benfeldia* dederetur, *Auſtraſiæ Ducis* legati, unà cum *Guſtavi Hornii* deputatis, convenére apud *Mariakirchenſes*. Qui, cùm, ſuper flebili *Regis* exceſſu, luctum, ac ſympathiam, *Principis* ſui conteſtari cœpiſſent, inter cætera, hanc in ſententiam, propoſuerunt. Nimirùm, *Benfeldiæ* fortalitiũ, *Dachſteinam* arcem, & *Tabernas*, loco pignoris, ſive hypothecæ, ad ſe ſpectare. Pro quibus *Dux* olim præcipuam pecuniarum ſummam mutuam erogâſſet. Eo nomine *Ducem* amantiſſimis verbis interrogare, Ecquidnam ſibi, ſub hac rerum cataſtrophe, foret exſpectandum? Ad illam legatorum intimationem deputati *Suecici* reſponſo, benevolentiæ pleno repoſuerunt. Seſe quidem, ſuper id genus ſive pignoribus, ſive hypothecis, nihil definire poſſe. Ut hæc interrogatoria ad *Regni* comitia veniat reiicienda. De cætero, ſic quidem affectos eſſe *Suecos*. Ut *Duci* confirmatiſſimum faxint. Fore, ſi *Cæſareanis* neque conſilio, neque re, accedat, nihil quicquam moleſtiarum à militia *Suecica*, exſpectet. Ut potiùs tàm regiones, quàm ſubditi, illius, ſi fortè à *Cæſareanis* ſiniſtri quicquam patiantur, defendendæ ſint.

IV.

Colmaria ſpontaneam Suecis facit deditionem.

Vixdùm *Seletſtadium* in poteſtatem *Hornii* pervenerat, ecce! *Sueci* denuò turmas fundunt *Cæſareanas*. Accidit autem, ut *Croneccus*, tribunuslocumtenens *Cæſareanus*, turmas equeſtres, numero quinque, educeret, *Einhauſenium*, tribunum *Suecicum*, intrà ſtativa, ſi fortuna vellet, oppreſſurus. At hic conatus infelix ipſius in caput recidit. Nam dùm *Edingenam* movet ecce! *Zillardum*, tribunumlocumtenentem *Suecicum* equeſtri ſub manu itidem producentem, habuit obvium. Qui, conflictu cum *Cæſareanis* inito, paulò poſt hoſtium ordines perrupit, perturbavitque. Sic, ut *Croneccus*, dùm prædam, aut glorioſam fortè ſectatur, vitam amitteret ipſam. Ità haud raro uſuvenit, ut is, qui alienam metere cupit meſſem, perdat propriam. Vitamque, bonis quibuſcunque pretioſiorem, tanquam rem vacuam, effundat ipſam.

Secundùm illam qualemcumque victoriolam, *Edingena* civitas *Suecos* adventantes intromiſit. Qui poſtridie, nova felicitate aucti, etiam propè *Briſacum* par cohortium pedeſtrium ad internecionem deleverunt, paucis in captivitatem ſecum abductis.

Illi iſti *Suecorum* continui per *Alſatiam* ſucceſſus ubi *Cæſareanis* ipſis facilè eſſent terrori. Proclive fuit, multorum hominum, plerumque cum fortuna vultus mutantium, animos victoribus illis conciliari. Quo nomine *Colmaria* quoque, civitas haud perfunctoriè munita, maluit ad *Suecorum* felicitatem reſpicere. Quàm *Cæſari*, rebus tùm illic locorum inclinantibus, fidem ſervare. Hæc ergò, ubi metus eſſet obſidionis. *Tribunuſque Cæſareus*, loci defenſor, haud videretur inclinare in maturam deditionem. Verita fortunarum ſuarum afflictionem. De remedio deliberavit. Quo ſe, ſuoſque, in libertate priſtina poneret. Fidemque *Suecis* venderet. Proindè, conſpiratione præeunte, *Tribuno*, ac cohortibus, arma extorquentes, illum arreſto, hos cuſtodiæ, mancipârunt, nonnullis ſimulátque hanc inter altercationem vi injectâ obtruncatis. Hac re præclarè geſtâ, *Hornio Mareſchallo* rem omnem indicantes, ſuper *Suecici* præſidii intromiſſione, paciſci cœperunt. Qui oblatum civitatis officium utráque, quod dicitur, manu amplexus; ſequentes *S.P.Q.* volenti præſcripſit deditionis leges.

Nimirùm, *Corona Suecica Colmariæ*, tanquam *S.Rom. Imperii* civitati, libertatem, immunitatem, jura, ac privilegia, tàm *Eccleſiaſtica*, quàm *Secularia*, conſuetudineſque veterrimas, ſarta tectaque conſervabit. Eo prorſus tenore, ac vigore, quo quidem ſuperiori *Anno M. DC. XXVI.* eminuiſſet. Neque major, ſeveriorque, in cives exercebitur juriſdictio, quàm quæ hactenùs, à *Roman. Cæſaribus* fuiſſet in uſu. Inprimis *Regnum*

Sueciæ omnes indigenas, tàm *Eccleſiaſticos*, quàm *Seculares*, utriuſque ſexus, in protectionem clementer admittet. Illiſque liberum *Religionis* ſuæ exercitium, ſine ulla querela, indulgebit. Prout verò *Magiſtratus* conſtitutio pertineret ad *Coronam Suecicam* abſolutè. Itâ hoc in puncto civitati providebitur. Ut hæc diſpoſitio potiùs proſit, ac conducat. Quàm veterrimis illis legibus, conſuetudinibuſque, derogare debeat. De præſidio intromittendo ſic quoque eſſet. Ne *Civitas*, ultrà mediocritatem, eo oneretur. Sed diverſoria, ac ſtativa, deſignet ipſamet. Denique omnes, civitatem incolentes, gauderent, domibus, fortuniſque domeſticis. Proque earum conſervatione niterentur protectione regia. Sic tamen, ut jus emigrandi non minùs eſſet liberum.

IV.

Guſtavus Hornius Colmarienſibus exercitium Auguſtanæ Confeſſionis reſtituit. Haganoamq́; malè repugnantem, capit.

PRælibatis illis, *Hornius*, *IV. Id. Decembr.* intravit *Colmariam*. *Senatuſque Argentinenſis* conſenſu evocavit *Ioannem Schmidium, Theologum*, ac *Profeſſorem*. Qui, quòd antè quinquennium, ſub introductione *Religionis Pontificiæ*, concionem valedictoriam, ultimamque, ad cives habuiſſet, jam etiam, fortunâ alternante, primam, ſecundùm canones *Evangelicos*, inſtitueret declamationem. Quo auditoribus illis ſuis veterrimis ſtudium, zelumque, *Confeſſionis Auguſtanæ* inculcante, factum, ut deinceps par *parochorum Evangelicorum* ſacris *Evangelicis*, illic celebrandis, præficeretur. Exercitio *Confeſſionis Auguſtanæ* poſtliminiò reſtituto.

Quæ dùm pleraque omnia ex animi ſententia *Suecis* affulgent. Ecce! *Hornius*, emiſſo *Haganoam* tribuno-locumtenente, nunciare, ac proponere, juſſit. Siquidem, abſque tergiverſatione, confugerent ſub protectionem *Suecicam*. Tunc utique illi immunitates, exemptiones, jura, ac privilegia, quæcunque manſura intacta, atque intemerata. Sin aliud ſedeat. Atque in armis obſiſtere libeat. Tùm quidem, mutato ordine, omnium illos beneficiorum acerbam facturos jacturam. Ut inſuper etiam temporis, impenſarumque, diſpendia reſarcire debeant. Sicubi ſuperinductis tormentis expugnandi ſint.

Quid fit? Ut facilè eſt volentes attrahere. Itâ *Haganoenſes* quoque, audita *Hornii* interminatione, cervices oppidò ſubmiſerunt. *Suecoſque*, malè repugnando, ſuſceperunt non inviti.

CAP. IV.

De Bavaricis per Sueviam præpollentibus. Itemque Saxonicorum per Sileſiam actionibus.

I.

Bavarici, recuperatâ Landsbergâ, per Sueviam prævalent.

ANtequàm *Guſtavus Rex* in *Saxoniam* copias reduceret, mediocri ſub exercitu, ad *Birckenfeldium Palatinum*, ac *Banerum*, ſpectante, *Auguſtam*, cæteramque *Sueviam*, confirmaverat. Sic, ut illi ad tempus legiones *Bavaricas* hinc indè diſiicerent. Tùm, inter oppida cætera, *Landsbergam*, ad ſextum lapidem ab *Auguſta* diſtantem, recuperarent. Quantumvis enim tàm præſidium *Bavaricum* acriter repugnaret, quàm legiones aliquammultæ obſidionem diſpungere conarentur. Nihilominùs, auxiliis illis uſque ad *Monachium* rejectis, mœnia tormentis deiici, impreſſioneſque tentari, cœperunt. Quâ extremitate indigenas, defenſoreſque, territante, civitatis deditio ſubſecuta eſt ilicet.

Interim fortuna iſta *Suecis* non fuit diuturna. Ubi enim *Altringerius* numerum copiarum *Bavaricarum* auxiſſet. Jam tùm illæ denuò *Suecis* illic prævalere notatæ ſunt. Quippe *Landsbergam* (quæ, in morem balnei, nunc hos, nunc illos, ſubindè admiſit) illam denuò cinxerunt obſidione. Repugnârunt *Sueci*, identidem ſuorum auxilia ſperantes. Sed fuerunt fruſtrà. Sic, defecto pulvere pyrio, nimis ſerò emendârunt pœnitentiam. Ut jam ſeſe obſeſſorum arbitrio permittere juberentur. Quo facto, gregarii ſub ſigna miſſi. Centuriones verò, ac præfecti militares, *Ingolſtadam* versùs in cuſtodiam deducti, ſunt.

Provecti illis auſpiciis *Bavarici* non deſtiterunt plura per *Sueviam* loca vindicare. Sic, ut *Güntzeburgum* quoque, locum inter *Vlmam*, *Auguſtamque* opportunum, interciperent. Undè omnia, uſque ipſam ad *Auguſtam*, deinceps haud languidè infeſtârunt.

II.

Guſtavus Hornius ex Alſatia evocatur in Sueviam.

B*Anerus* quanquam dimidiam circiter, aut ampliùs educere quitus eſſet phalangem, viribus

tamen erat inferior. Quàm ut *Bavaricis* occurrere ſuſtineret. Qua de re *Ordines Sueviæ Evangelici* fidem *Guſtavi Hornii* appellarunt. Vellet ille, legionibus ex *Alſatia* productis, res apud *Sueviam* labantes erigere. Hoſtibusque, ulteriora molituris, habenas inijcere. Paret *Hornius* ſolicitè opem rogantibus. Cúmque apud *Alſatiam* legiones ſic ferè abundarent, relicto poſt caput *Ottone Ludovico Rheingrafio*, cui *Alſatiæ* inſpectionem intereà commiſerat, ipſe, rebus prudenter confirmatis, *XV. Cal. Ianuar.* manum, tàm ex equeſtribus, quàm pedeſtribus, conſtantem, trans *Rhenum* produxit. Porrò in *Sueviam* moturus, *Baneroque* legiones ſociaturus. Eo in itinere *Friburgum Briſgoviæ* tentavit. (Quid enim tentare noceret?) Ecce! civitas, *academiâ* illuſtris, nimis obſequioſa, antè poſtulationem integram, totaq; verba, dedit, quod poſtulatum eſt. Sic, ut, velut amicitiæ ſecura, etiam abſque pactis, legibusque, ullis, *Hornium* ilicet intromitteret. Quo pro officio viginti *Ferdinandicorum* millia numerare juſſi sũt incolę. Etiam huic loco, haud inopportuno, idoneo ſub præſidio proſpectũ fuit. Quo diligenter corroborato, *Mareſchallus Suecicus*, ſub exodium anni, per ſaltus *Hercynios, Neoſtadium*, porróque in *Sueviam*, feſtinavit.

III.

Cæſareani, intrà Sileſiam, Nyſſa potiuntur.

Relicta ad tempus *Suevia*, ex lege annalium, in *Sileſiam* digredimur. Etiam illic locorum antequam hujusce operis abſolvamus partem primam, res inter *Cæſareanos, Suecos, Saxonesque*, intervenientes, inſpecturi. Ità verò tùm quidem erat comparatum. Ut, *Saxonicis* copiis paulò ſuprà ſub *Arnheimio* contrà *Fridlandum* evocatis, mox *Cæſareani* vires illic reſtaurarent. *Nyſſamque*, civitatem, ac ſedem *Epiſcopalem*, in poteſtatem redigerent. Quanquam ergò *Sueci, Saxonesque*, conjunctis viribus loci ejus expugnationem datâ induſtria retentarent. Mox tamen, *Cæſareanis* numero prævalentibus, fervor iſte reſedit.

Eo tempore *Carolus Hannibal à Dona*, pro *Cæſare*, intrà *Poloniam*, aliquammultas collegerat legionęs. Quas dùm in *Sileſiam* producit, ecce! *Sueci, Saxonesque*, aditus præoccupantes, in anteriora illa agmina ſic animadverterũt. Ut, cæſis centuriis nõ nullis, reliquas turmas in fugam conijcerent. Quæ tamen haud multò poſt, ſub ductore ſuo, denuò coierunt.

IV.

Arnheimio, in Sileſios reducente, Franciſcus, Albertus, Saxo-Lavvenburgicus, pro emendanda diſciplina militari, diploma divulgat.

INterim, illæ erant intrà *Sileſiam* refloreſcentes quidem *Cæſareanorum* vires. Ut, tàmetſi intrà *Münſterbergam*, ac *Sthrelenam*, *Croatarum* populatorum funderentur cohortes tres. *Kochtitiusq;*, tribunus *Suecicus*, ſua cum legione *Koſelium, Liſchvvicum*, & *Iagerndorfium*, occuparet. Nihilominùs nova à *Cæſareanis*, paſſim copias augentibus, imponeretur neceſſitas. Ut *Arnheimius* cùm exercitu è *Saxonia* eſſet revocandus.

Hic ergò apud *Olaviam*, unà cum *Mareſchallo* exercitus, ubi appuliſſet, concilio tribunorum coacto, deliberare cœpit. Quibus rationibus potiſſimis copiæ *Cæſareanæ*, haud perfunctoriè ſuccreſcętes, debilitari ſatagerent. Illic ubi ab indigenis, ſuper corrupta militari diſciplina, indeq; emergentibus rapinis, expilationibus, latrociniisq;, multiplices, ac prolixæ, afferrentur querelæ. Quo tantis furoribus obviàm iri. Regionumq; incolis rectior ſecuritas conſtare, poſſet. Ecce! *Franciſcus Albertus, Dux Saxoniæ, Electoralis* exercitus *Mareſchallus* generalis, ſequens interdictum divulgavit.

Nos, inquit, omnibus, ac ſingulis, quorum intereſt, inprimis illis, qui ſub copiis per *Sileſiam Evangelicis* militant, tàm ſuperioris, quàm inferioris, notæ præfectis militaribus, & ad ſummam quibuscunq; tàm equeſtris, quàm pedeſtris, generis gregariis, amicitiam, favorem, clementiam & incolumitatem. Notum verò facimus, quibus faſtidiis, animum hunc inundantibus, ſummaq; cum offenſione, ſine miſſione, auribus hauriamus, iſtam eſſe per *Principatus Sileſiæ*, tàm per civitates, quàm pagos, militis libidinem, atq; impotentiam. Ut major propemodum fingi haud poſſe videatur. Multos enim ajunt, ſub colore adnovitiorum, qui fortè peregrini ſunt, ac ne quidem legem hujus militiæ agnoſcunt, eum in modum licenter, ac barbarè, graſſari. Paganos, equeſtrisq; cõditionis homines, abſq; ulla diſcriminatione, prout quidem libidinatio, atq; impotentia, uniuscujusq; dictitant, ſpoliare, expilare, lytron extorquere, fuſtibusq; cædere. Ut atrociùs in manifeſtos, ac profeſſos, hoſtes ſævire nequeant. Tanquam hæ provinciæ, rectore carentes, ad uniuscujusq; petulantiam, prædis, direptionibusq;, immò totali everſioni, eſſent expoſitę. Undè quidem nihil exſpectandum venit aliud. Niſi ut, defectis reb⁹ ad vitæ hujus ſuſtentationẽ neceſſariis omnibus, tàm indigenæ, quàm milites, cum indigẽtia, ac fame, acerrimè cõfligere debeãt. Quæ cùm oppidò noxiæ, ac damnoſæ, inſolentiæ, petulantiæq;, genera modò non communi rei *Evangelicæ* nihil quicquam emolumenti afferant. Ut potiùs omnia tàm divina, quàm humana, beneficia perturbent, atq; evertãt. Proindè, ne labes in ipſam perditionem excreſcat, feriò metuendum, precavendumq;, eſt. Quo nomine ad omnes, ac ſingulos, tàm equeſtris, quàm pedeſtris, militiæ præfectos ſpectat præſens interdictum. Deinceps id genus inſolentiis, barbarisq; exceſſibus, ad exemplum, ac terrorem, uſq;, ſevera ex lege, in totum mederentur. Ne poſthàc improbitas, ac fœda protervia, iſta locum inveniat. Inprimis unusquisq; ſive tribun⁹, ſive gubernator, eo loco, cui præpoſit⁹ eſt, neminĩ ſuorum indulgeat. Quò id genùs barbaries in ſubditos exerceri poſſit, Sed potiùs ab hujus diplomatis transgreſſoribus ſeveras exigat pœnas. Ne agricolatores, ipſique cives, patria excedere, alibiq; halcyonia quærere, cogantur.

Secundùm hæc, civitatum, regionumque incolis, plenam facimus poteſtatem. Sicubi id genus occurrant prædones. Cujusmodi neque *Vicarii* generalis, *Arnheimii*, neque noſtris, tanquam *Mareſchalli* campeſtris, nedùm aliorum ſuperioris notæ *Strategorum*, *tribunorum*, ac *tribunorum*;

rum-locumtenentium, codicillis fiduciariis non ſint inſtructi. Inferioris enim ſubſellii magiſtri equitum, & centurionis, tabellæ, hac in parte, erunt abſque pondere. Neque etiam cauſſas idoneas allegare poſſint, quas ob hoc, vel oppidum, illum, iſtumque, pagum, attingere opus habeant. In iſtos omnes, peſſimo more, ſpoliantes, expilanteſque. Fuſtibus cædentes, jumenta, equoſque, abigentes, aut annonam, ac diætetica, intercipientes. Oppidò manus injicerent. Inque vincula redigerent. Proximamque ad legionem, abſque necis intentatione, deducerent. Quò ſic malitia, ac libidinatio, iſtis, ſibi quidem in pœnam, aliis in terrorem, ſub carnificis manu, expectoretur. Eſto autem, ejus ſarinæ graſſatores ſeriò repugnare, neque legem ullam admittere velle. Adeòque vi expugnandos venire. Eò utique caſu vis iſtis injiceretur, abſque ullius pœnæ metu. Oppidòque, tanquam ſontici, etiam in necem adigerentur. Si ità res exigat. Quo nomine nihilo-minùs judicio, ac modeſtia, opus fuerit. Ne plus ultrò hæc abeat licentia. Inſonteſque (quos hoc loco excludimus) cum ſontibus fortè opprimat. Quam utique procedendi viam non probamus, ſed deteſtamur. Hactenùs ille.

Publicato eo militari fulmine, apud *Olaviam*, non minùs de aliis occaſionibus, æquè gravibus, & quidem copiarum *Suecicarum* ſuprema adminiſtratione, deliberatum fuit. Cùm enim, ab exceſſu *Regis*, etiam illis legionibus, intrà *Sileſiam* militantibus, *Strategus* eſſet præficiendus. Ejus rei ſumma, incredibili omnium conſenſu, ad *Tupadelium* tribunum rediit. Qui ſimulàtque hac prærogativa fuiſſet inſignitus, nihilo-minùs parùm dubitavit *Arnheimii*, *Electoralis Archiſtrategi*, imperium admittere, & ſequi.

CAP. V.

De Suecis, ſub Baudiſio, Archiepiſcopatū Colonienſem, eâdemq; operâ Tuitium, infeſtantibus.

I.

Pappenheimio ad plures emigrante, Baudiſius Archiepiſcopatum Colonienſem infeſtat.

E *Saxonia, Alſatia, Suevia, Sileſiaque*, in *Germaniæ inferioris* tractus deſcendimus. Etiam illic, quid, poſt tàm *Guſtavi Regis*, quàm *Pappenheimii* exceſſum, accidiſſet, contemplaturi. Sed his potiſſimùm in regionibus deſiderabatur *Pappenheimii* virtus. Quo nuper & vivente, & vincente, ſecurus erat *Archiepiſcopatus Colonienſis*. Ut tantò licentiores, illo ad plures abeunte, jam experiretur hoſtes. Etenim, ab illo apud *Hüxariam* profligatus nuper *Baudiſius*, affulgente rei gerendæ occaſione commodiori, jam tùm vires auxerat. Ità, ut ſub *Novembri*, per montes *Caſtos*, in *Archiepiſcopatū Colonienſem* penetraret. Cujus cùm adventus *Electori* innotuiſſet, delecta ſubditorum manus obviàm produxit. *Naſſoviumque* prima præducentem agmina, cordatè rejecit: *VVittgenſteinio Comite*, inter equeſtres cæteros, obtruncato. Et niſi cohortes equeſtres *Solmenſes* fuiſſent auxilio, à quibus manus *Colonienſis* disjecta eſt, gravius utique iſtis imminuiſſet diſpendium. Præoccupato regionis aditu, mox *Baudiſius* in *Bergenſem* irrupit ditionem. *Syburgumque*, unà cum *Arce*, haud perfunctoriè munita, expugnavit. Undè tàm annonæ, quàm rei tormentariæ, proventu auctus eſt.

Mox *Lincium*, in ſupercilio *Rheni* poſitum, oppidum deditione cepit. Cujus ad exemplum, deinceps *Blanckeburgum*, *VVindecca*, aliaque in proximo loca, cervices ſubmiſerunt. Nec mora. Mox, in alteram *Rheni* ripam trajectis legionibus, munimentum excitavit. Quo vadum pacaret. Trajectumque eo loco impediret. Ità factum, ut *Rheinecca*, *Mons S. Apollinaris*, proximaque oppida, priùs expilata, præſidiis immiſſis firmarentur. Quanquam autem tres *Colonienſes* centuriæ niterentur munimentum illud, *Lincio* oppoſitum, *Suecis* extorquere, penitùſque complanare. Attamen oleum, quod dicitur, operamque perdiderunt. Quòd illa eſſet munimenti conditio. Ut tàm levi brachio everti vix quitum eſſet. Sic abſque effecto exſpiravit iſthoc propoſitum. Interim, neque ſic quidem ſecurus erat *Baudiſius*. Ut plures trajiceret in adverſam *Rheni* partem cohortes. Tantùmquè non munimentum uberiùs confirmaret. Sed inſuper *Andernacum* obſidione premeret. Quàm civitatem ubi ad dies aliquammultos, ſub tribus tormentorum paribus afflixiſſet. Necdùm obſeſſi in deditionem deſcenderent. Tandem vi expugnatio facta eſt. Omnibus, quicunque in armis reperirentur, tanquam in macello, contrucidatis. Ipſaque civitate, velut ſub haſta, libidinibus, avaritiæque, militum expoſitâ, publicatâque.

II

Reſp. Colonienſis in Tuitii communitionem incumbit.

Illas in *Baudiſii* actiones curioſos, ac ſolicitudinis plenos, *Reſp. Colonienſis* defigens oculos, re maturè deliberatâ, in *Tuitii*, oppidi transrhenani, hanc nomenclaturam à priſco *Tuiſcone* deducentis, communitionem incumbere cœpit. Sic, ut hæc res non obiter, ac perfunctoriè, omniq; data induſtria, impendiò ageretur. Quod inſtitutum ubi *Baudiſio* novum, ſuſpectumq; videretur. Tàm, quæ *Reſpublica* antehàc à *Guſtavo*, *Sueciæ Rege*, jus medietatis enixè ſolicitâſſet. Quàm eum colorem id genus molitionibus prætexeret. Tanquam illis munimentis molendinorū transrhenanorum, ad urbem ſpectantium, ipſiuſque trajectus, ſecuritas quæretur.

Etiam ipſe de mediis cogitare cœpit. Quibus conatus urbanorum, tàmque ampliſſimæ munitionis opus, retunderet. Initiò igitur cauſſari non deſtitit. Se iccircò, quòd cum legionibus in *Archiepiſcopatum* veniſſet, legem neutralitatis minimè violâſſe. Siquidem neque in urbem, neque urbanos, peccâſſet quicquam. Ut magis amicitiæ cum illis rationem diducere, quàm offendere, malit. Interim *Tuitium* extra *Reipublicæ* jurisdictionem excurrere. Super quo nedùm ullum juris ſive prætextum, ſive prætenſionem, urbs formare poſſit. Jam illam occurrere præfati *Tuitii* communionem. Ut perfunctoriæ, ac particularis, defenſionis rationem procul excedat. Ut potiùs in receſſu cineres doloſos repræſentet. Sub quibus titiones deliteſcant ardentes. Illis adde, *Rempubl.* antehâc alia juxtà ſe, atque in proximo, fortalitia nunquam ferre potuiſſe. Prout vel *Mülhemii* exemplum, ac demolitio, proſtaret. Actaq;, & proteſtationes, ſub ſuperiori proximè *Circuli* illic conventu emergentes, evincerent. Ut inſuper, ſub eodem *Circuli* conventu, ſuper *Tuitio*, conceptis verbis remonſtrarent *Colonienſes.* Illam obtinere ab antiquo privilegiorum ſuorum prærogativam. Ut præter paucos naviculatores, portitores, ac remiges, illic perferre nequeant. Tantùm abeſt, ut vel oppidum (multò minùs fortalitium) eo loco excitari debeat. Niſi igitur vis exemptionibus illis ſuis veterrimis afferri velit, ædificia illic quæcunque eſſe diruenda. Undè ergò eſſet, quòd nullo, quod dicitur, exemplo urbs hanc in rem novam, & quidem tàm repentè, prorumperet? Undè, & cur, tàm ſubitò optionem mutaret? Dùm anteà ne quidem ædificia, aut pagi faciem, ferre voluiſſet, jam ipſa, ex adverſo, manus inferat. Fortalitiumque non poſtremæ notæ excitari curet? Anne ergò hanc novæ, oppidóque ſuſpectæ, munitionis deductionē non gravatè ferrent, non abominarentur, *Suecicæ* militiæ proceres? An ipſe non contrà iret *Baudiſius*? Præſertim, cùm ea de re à magni nominis *Principibus* ammoneri cœpiſſet?

III.

Baudiſius invadit, occupatque, Tuitium.

Quæ cùm ſic quidem *Baudiſio* comparata viderentur, ut concoquere haud poſſet, emiſſis ad *Senatum Colonienſem* non ſemel codicillis, tàm novo, ac ſuſpicionis pleno, opere manus ut ſubducerent, dehortari cœpit. Illi reſpondit *Reſpublica*: Nullum alium in finem ſpectare qualemcunque oppidi illius communitionem, niſi ut *Rheni* trajectus, molendinaque, eo pacto defendantur. Quo nomine ut jam ipſi *Colonienſes* locum illum communire & poſſint, & velint, rem ſic quidem ſe habere, ut *Tuitium* jam tùm pleno donationis jure ad ſe redierit. Eo pacto neque contrarietatem emergere. Neque privilegiis ſuis injuriam afferri. Ad hæc *Colonienſium* exceptio, tanquam monſtro ſimilis, non potuit placere *Baudiſio.* Utique qui exploratum haberet, multò majorem intervenire operis apparatum. Quàm ut vel trajectui, vel molendinis illis, inſervire debeat. Præſertim, quòd illa eſſet munitionis amplitudo. Ut modò non legiones, intrà urbem ſtipendiis obligatas, ſed pedeſtres integri alicujus exercitus copias, intrà capacitatem concludere poſſit. Undè proclive fuit *Baudiſio* ſuſpicari, Nimirùm, colorem illum tantis munimentis haud quidem ſufficere. Dùm aliud urbs verbis creparet, aliud conſiliis agitaret. De donatione non minùs res videbatur intricatior, quàm quæ conceptam ſolveret ſuſpicionem. Nam, ut ut in donationis jus, ac requiſita, ſcrupuloſiùs haud inquiratur. Sed hoc problema in medio relinquatur. Nihilo-minùs extrà ordinem, atque irregulare, occurrere, viſum eſt, quod ſuper donatione afferretur. Neque enim in poteſtate ſive *Electoris*, ſive *Principis*, ſive *Imperii Ordinis*, cujuscunque, eſſe, replicatum fuit. Ut ſive civitatem, ſive pagum, donationis jure, in alium transferre ſuſtineat. Illud enim non tàm legibus ſcriptis adverſari. Quàm in præjudicium tertii excurrere. Neminem enim, alterius in fraudem, ac detrimentum, ſecundùm omnes *Iuris* canones, poſſeſſiones alienare quitum eſſe. Prout hoc ipſum argumentum *Reſp. Colonienſis*, in cauſſa *Mülheimiana*, licet diſparis ſaporis, ſuperioribus annis haud vice ſimplici apprimè urgere didiciſſet.

Hæc, & id genus, alia ubi penſiculatiùs ad animum admiſiſſet *Baudiſius*, putavit id ſuarum eſſe partium. Ut id, quod humanitate à *Repub.* impetrare nequiret, manu militari obtineret. Vique injecta intempeſtivam illam munitionem disjiceret. Eam in rem, collectis tàm equeſtris, quàm pedeſtris, militiæ copiis, ſuperinductiſq; tormentis, versùs *Tuitium* promovit. Et, quanquàm præſidii *Colonienſis* millenarius non parùm obluctaretur, noctis beneficio tamen rudimenta fortalitii occupavit. Defenſores, re conclamata, intrà *D. Vrbani* confugerunt. Ubi, uſque in auroram ſequentem, *Suecis* obſidentibus, concludi cœperunt.

IV.

Baudiſius militem è Tuitio reducit.

Vixdùm albeſcere dies cœperat. Cùm ecce! *Colonienſes* è munimentis, ac turribus, in *Tuitium* tormentis ſine miſſione experiuntur. Et jam ad *Rheni* ripam nauiculatorum, ac confuſæ plebis confluxerant globi. In quos, ſimulque urbem ipſam, *Baudiſio* licuiſſet itidem machinis animadvertere. Nihilo-minùs ille conſultò manum traxit. Sive, quòd legem neutralitatis violare nollet. Sive, quòd extrà *Tuitii* munitionem, urbem irritare haud placeret. Ea de re, adjuncto tubicine, legatum dimiſit. Qui cauſſas occupationis ſuæ aperiret. Simulátque magiſtratum à cœpto intempeſtivæ munitionis illius opere dehortaretur. Quid fit? Neque legatus, neque tubicen, admitti cœpit. Ut, niſi ilicet receſſiſſent, jam jam tormentis forent excipiendi. Tàm irata intrà urbē cōmotam numina ubi paulò exactiùs cōſideràſſet *Baudiſius*. Inſpectaq; tàm *Tuitii*, conditione, ac ſitu, quàm operis, amplitudine, alia animo

animo agitâſſet. Quòd tueri locum, abſque difficultate, haud ſufficeret. Mutavit optionem. Legioneſque, relicto poſt caput oppido, libera manu deduxit. Luſtratiſque in campis *Tuitianis* copiis, aliquantiſper ſub acie ſtetit. Mox nullo interveniente obſtaculo, *Mülhemium* reduxit. Sub exſpectatione, futurum, ut *Colonienſes*, tàm celeri *Tuitii* interceptione ammoniti, deinceps munitionibus darent miſſionem, maloque caverent. Dùm æquè facilè deinceps, tametſi fortè conſummatum, opus poſſet in poteſtatem redigi. Sed hæc ſpes oppidò decollavit. Quantumvis enim *Reſpublica*, præeunte ore *Pavii*, *Ordinum* confœderati *Belgii* legati, promiſiſſe ferebatur. Tanquam opus prolixæ illiuſce munitionis diruere, ac complanare, eſſet animus. Ut, ex adverſo, unico aliquo, eoque compendioſo, apud adverſam *Rheni* ripam exſtructo, munimento, tàm trajectum, quàm molendina, tueri vellet. Nihilo-ſeciùs, tantùm abfuit, ut operis iſtius demolitio poſtmodùm inſecuta ſit. Ut potiùs contrarium evenerit. Cœptumque in juſtam molem educi cœperit. Id modò non pupugit *Baudiſium*. Sed illam confirmavit ſuſpicionem. Nihil aliud hoc prolixo quæri receptaculo. Quàm ut ſuo tempore integer illic exercitus *Hiſpanicus* admitti poſſit. Cujus rei indicium tùm occurrere videbatur longè certiſſimum. Dùm eo ipſo tempore adventantibus apud *Rhenum* è provincia *Lüceburgenſi Hiſpanicis* copiis omnis generis commeatum, apparatumque militarem, immò cohortes ipſas, *Reſpubl.* impertiret. *Gronsfeldiique*, generalis rei tormentariæ præfecti, præſentiam efflictim deſideraret. Adeòque per illum *Rheni* tractum *Batavis* commerciorum negaret uſum.

V.

Suecici militis, captivi intrà Tuitium, audax facinus.

INterim, neque ſuperior *Baudiſii* deductio fuit abſque ſanguine. Rarò enim infeſtæ multitudines ſine cædibus divelli amant. Idem hic uſuvenit. Poſteaqq. n. *Anglicanorũ*, *Scotorumq.* manipuli, prædis inhiantes, poſt copias *Baudiſii* deductas, traxiſſent moras, in illos irruẽtes *Vbii* partẽ ceciderũt, partẽ abripuerunt in ergaſtula, & cõpedes. Neque etiam *Sueci* pepercerunt adverſariis. Ut, ex lege talionis, aliorum ſub cervicibus, hanc cladem expiarent. Sicut vel eodem ferè agone, unius *Suecici* militis audacia, aliquot *Colonienſium* perierunt centuriæ. Etenim *Baudiſio* militem è *Tuitio* in campos producente, manus plebea, ac nautica, ex urbe trajecit. Jam, hoſtibus ultrò provectis, arma, & conflictus, etentatura. Sed oppidò luctuoſa iſtorum libidinationem excepit cataſtrophe. Ecce! enim miles è *Suecis* captivus, ubi intrà *D. Vrbani* apud *Tuitium*, ſub manibus *Vbiorum*, vitam deſperâſſet. Rationem excogitare cœpit. Quâ uno momento plures ſecum in perditionem abriperet. Itàque notatis ſibi, intrà ædem proſtare vaſcula pyrio pulvere referta. Igne induſtriè admoto, effecit, ut, conceptis in momento, & omnia cum tonitru perrumpentibus, flamminis, modò non ædes à fundamento disjiceretur. Sed trecenti circiter homines horribili mortis genere conſumerentur.

Externa.

De rebus Danicis, Galliciſque. Itemque Turcicis.

CAP. I.

I.

Inter Chriſtianum, Daniæ Regem, & Rempubl. Hammaburgenſium, Belgii confœderati Ordines pacem reducere tentant.

ADhùcdùm inter *Chriſtianum*, *Daniæ Regem*, & *Hammaburgios*, excurrebant litium diſcrimina. Ut, tametſi diverſis ſub vicibus partium tentari cœpiſſet reconciliatio, nihilo-minùs hic labor exſpiraret abſque effectu. Interim hanc ad cauſſam, inter cæteros *Magnates*, etiam ſymbolam ſuam contulerunt *Batavi*. Dùm per legatum ordinarium hanc quoq; rẽ tentârũt. Parique operâ telonii, apud *Oreſundam*, *Carelium*, & *Krackoſenam*, auctionem deprecari cœperunt.

Ad illam *Batavorum* interpellationem hæc in verba *Rex* repoſuit. Tametſi, inquit, *Rex*, ſecundùm gentium quarumcunque jura, tùm laudatiſſimæ memoriæ majorum ſuorum inveteratam juriſdictionem, ac conſuetudinem, abſque ullius hominis contradictione, pleno jure polleat. Ut telonia ſub fortalitiis, ac civitatibus, ad ſe propriè ſpectantibus, prout id regni conditio poſtulare videbitur, augere poſſit. Eoque nomine, ac jure, cæteris *Magnatibus* haud quidem exiſtat inferior. Nihilo-minùs, pro captanda vicinitatis benevolentia, ex mera, innataque regia manſuetudine, ad rogationem *Ordinum confœderatorum*, ſe eò animis propendere. Ut ad *VI. Id. Quintil.* præfati telonii auctionem exautotare. Eaque de re ad vectigalium apud *Oreſundam* præpoſitos mandata, hanc querelam emendatura, dirigere, velit. Secundùm hæc, illam accedere *Regis* ergà *Ordines* inclinationem. Ut *Batavis* nautis, ac mercatoribus, per *Norvvegiam*, alibique, intercepta navigia, merceſque, unà cum damnis, refundere cogitet. Modò querela ordine inſtituatur. Qua inſpecta læſis ſuccurrere, omniaque reſtituere, cupiat. Atque hanc in ſententiam *Regem* jam tùm *Ordinum* legato fidem dediſſe. Futurum, ut quanto ociùs illi morbo adhibeatur medicina. Neque deinceps id genus exceſſus, ac tumultuationes, naſci ament, ea lege, *Inquiſitionis* axioma extrà ordinem ſanciendum, aperiendumque, venire.

De

De *Hammaburgiis* ſic quidem eſſe. Etiam hac in parte *Regem* multum debere *Batavorum* humanitati. Et, ut appareat, ſe *Ordinum* in gratiam nihil non velle. Ità *Regem*, ad allatam interceſſionem, clementer promittere. Si *Hammaburgii*, ingentem illam prævaricationem ſuam agnoſcentes, centena *Ferdinandicorum* millia præſente pecunia numerarent. Extrà illa, quæ jam tùm *Friderico*, & *Vlrico, Ducibus*, filiis regiis, promiſiſſent. Paritérque majorem in *Albim* juriſdictionem, quàm quæ ipſis ſuperiori Anno *M.DC.XXIV.* fuiſſet, haud arrogarent. Tùm quidem *Regem*, ſalvis nimirùm, exceptiſque, proceſſibus judicialibus, tàm apud *Aulam Cæſaream*, quàm *Dicaſterium Spirenſe*, etiamnunc pendentibus, *Hammaburgiis* permittere, atq; indulgere. Dolia ſua per *Albim* deinceps non tàm liberè diſponerent. Quàm per regnum, ac provincias regias, perſolutis vectigalibus, navigationes, negotiationeſque, more cæterorum, ſine moleſtia, obirent.

Quodſi nunc eveniat, regiam illam benignitatem, rationemque mitiſſimam, *Hammaburgios*, more ſuo, faſtidire. Neque in id genus humaniſſimas conditiones pedibus ire velle. Tùm utique *Regem* rem omnẽ relinquere in medio. Sicq; nihilo-minùs affectum eſſe. Ut neque *Ordinibus*, neque illorum ſubditis, eo pacto incommodare meditetur. Modò igitur *Ordines* viam, ac media, proſpicere, poſſint, quibus eorum ſubditi antè *Glückſtadam* ab *Hammaburgiis* internoſci ament. Tùm quidem illis per *Albim* acceſſus, regreſſuſque, quà navigia, quà bona, futuros liberrimos.

II.

Daniæ Rex, ſuper reducenda per Germaniam pace, Ferdinandum II. Imp. nec non Fridlandum, interpellat.

GVſtavi, *Sueciæ Regis*, nuper ſub *pugna Lützenſi* occumbentis, caſus etiam *Daniæ Regis* aures, animumque, non modica cum triſtia vulneravit. Qua de re nihil ad integerrimam voluntatem, ſedulitatemque fecit reliqui, quò pax per *Germaniam* poſtliminiò renaſci quita eſſet. Salutaribus id genus conſiliis provectus, *Viennam*, ad *Aulam Cæſaream*, dimiſit legatum. Qui quidem, coràm *Cæſare*, cauſſam hanc diligenter ac fideliter, exponeret. Ut non minùs, eandem in rem, ſequentibus codicillis, *Calend. Decembr.* ſcriptis, ad *Fridlandum* daret. Qui quidem illius tùm fuêre ſaporis.

Chriſtianus, Daniæ, & Norvvegiæ, Rex, Alberto, Fridlandiæ Duci, Cæſareæ militiæ *Archiſtratego*, S. *Illuſtriſſime Princeps*, amice ſingularis, ac dilecte! Tibi, inquit, obſcurum haud quidem eſt, quâ nuper integerrima provectus ſolicitudine, inter *Cæſarem*, & *Sueciæ Regem*, tanquam partes, arbitri, ac mediatoris, nomine, intervenerim. An pernicioſas id genus lites, interjectis rationibus humaniſſimis, diſpungere. Pacemque *Germaniæ* conciliare, quitus eſſem. Quo ſic *Chriſtiani* ſanguinis per *Rom. Imperium* profuſioni daretur remedium. Tametſi ergò, ad ſcopum illum ſolicitè anhelaverim. Et à *DEO* ejus voti particeps fieri ſperârim. Nihilo-minùs, indè uſq; hùc optatus defuit huic ꝓpoſito ſucceſſus. Quòd fortè divina in partibus eſſet, ſecúſque conſtituiſſet, providentia. Neque enim utrinque defuiſſe intelligebam bonæ mentis hominum numerum. Qui quidem in commendatam pacis, quietiſque, bonitatem totis animis ferrentur. Poſteaquàm verò jam nunc fama conſtans hùc quoque emanavit. Nimirùm, ex impenetrabili Numinis Altiſſimi conſilio, ac voluntate, *Guſtavum Adolphum, Sueciæ Regem*, lethi viam calcâſſe. Utique intermittere nullus equidem potui. Quin ergà *Rom. Imperatorẽ* antehàc, in cauſſa pacis reducendæ, conteſtatum, deſiderium illud meum reproducerem. Denuóque datâ operâ urgerem. Jam, quò tàm ardui momenti propoſitum eò feliciùs ſuccedere Atque in effectum deduci, poſſit. Ad te, ſicut antehâc, amica hæc ſpectat petitio. Velles, pro ea humanitate, qua in pacem, ac concordiam, inclinare prædicaris. Unàque autoritate, quâ quidem vales plurimùm. Reverendæ Majeſtatis *Imperatori* amorem honeſtæ, ſinceræque, pacis, viamque, ac media, ad illam ducentia, conceptis verbis inſtillare. Hoc, inquam ego, ex illis eſt, quo ad gloriam, ac beneplacitum, *DEI*, ſupremi illius, & altiſſimi, pacis *Principis*, nihil æquè dirigi ſuſtinet. Ut juxtà tot hominum, ultimè afflictorum, myriades nullum aliud fomentum potentiùs confortaremet. Ut *Rex* ego inſuper, tanquam beneficio abs te affectus eſſem, hoc præcipuo loco habiturus ſim. Vale.

CAP. II.

Rex Chriſtianiſsimus, per legatum, Bruxellas emiſsum, Reginæ matris Confeſſarii, alteriuſque, cervices petit. Sed deditio negatur.

SUpplices olim etiam *Græcos* apud gentiles neque tradi, neq; occidi, debuiſſe, inter cæteros, autor *Thucydides*. Qui enim volentes in alteri⁹ venerant poteſtatem, ac more ſive exulũ, ſive ſupplicum, tametſi nuper quoque adverſarii, in tutelam admiſſi erant. Illi perſecutoribus haud tradebantur. Tametſi vel ob id bello eſſet decertandum. Idem hoc tempore intrà *Belgium Hiſpanicum*, & quidem apud *Bruxellas*, uſuvênit. Quod quâ ratione factum ſit, ordine expediam. Hoc tempore nondùm *Regis Chriſtianiſſimi* in eos, qui *Aureliani Ducis*, fratris partes ſecuti fuerant, indignatio detonuerat. Ut identidẽ, velut in perduelles, proceſſus, ac ſupplicia, cuderentur. Quòd igitur matris *Reginæ* confeſſarius, *Chantelupus*, aliúſque de *S. Germano* dictus, tanquam ejuſce criminis anteſignani, tubæ,

tubæ, ac flabella, accuſarentur. *Rex Rogleſium Baronem* dimiſit *Bruxellas*. Nempè, nomine *Regis*, par illud hominum maleferiatorum ſibi tradi contenderet. Quò debito ſub ſupplicio tanti criminis reatum expiarent.

Legatus ubi *Ordinibus*, intrà *Bruxellas* præſentibus, codicillos regios offerens, reſponſum rogâſſet, illi rem in *Hiſpaniarum Infantem* rejecerunt. Sine cujus conſenſu nihil decernere liceret. Ubi ergò, mora interveniente, reſponſum extraheretur, *Rogleſius* conceptis verbis, & quidem per litteras, *Ordines* urgere cœpit. Domini mei, inquit, *Rex Chriſtianiſſimus*, dominus meus clementiſſimus, mihi in mandatis dedit, hûc ut proficiſcere, voſque, juxtà litterarum regiarum oblationem, alloquerer. Jam, antè triduum, vobis, coràm admiſſus, mandati illius tenorem intimavi. Ubi cùm tres è numero veſtro recepiſſent, ſeſe hac de re cum *Sereniſs. Infante* deliberaturos eſſe, eò uſque acquieſcere debui. Jam, cùm, præter exſpectationem, declaratio emergat nulla, operæ pretium duxi, illa, quæ coràm propoſiturus fueram, in litteras referrem, vobiſque remonſtrarem. Nimirùm, inquam, tantus *Rex*, quantus quidem dominus audit meus, qui veluti totius *Chriſtiani* nominis orbis judicem repræſentat arbitrarium, neutiquam, more ſupplicantis, ſe offert. Ut in limine cujuſcunque totius mundi *Regis*, quantuſcunque ille tandem ſit, hoc habitu comparere nolit. Scitote igitur, illud tàm litteras meas honorarias, quàm mandatum, ſpectare. Ut à vobis, nomine *Regis*, contendam. Nempè in manus meas, tanquam reos, ac ſonticos, contraderetis *Chantelupum*, & *S. Germanum*. Quorum ille documentis ſufficientibus eſt convictus. Ut etiam ab ejus hominis, cui plurimùm credidit, confeſſione damnari cœperit. Ut porrò cæterorum complicum in cuſtodiam redactorum, una, eademque, vox ſit, Eum *Regina* matri noxiorum conſiliorũ fuiſſe autorem. Quæ modò non tàm in regii ſtatus, reique publicæ, detrimentum, quàm caput *Richelii Cardinalis*, cudi cœperunt. Qui tamen ea fide, qua *Regi* obligatur, officia præſtitit. Ut jure deſiderari poſſit nihil. Profectò, inquam, is eſt *Chantelupus*. Qui, privati emolumenti cauſſa, nihil ad exquiſitam diligentiam facit reliqui. Quò dividiis inter *Regem*, *Reginamque* matrem, natis, fomentum, pabulumque, identidem ſubminiſtret. Hic verò *S. Germanus* ipſe ſibi, inſtar turdi, quod ajunt, accerſivit malum. Dùm, diſſeminatis adversùs *Regem*, regnique ſtatum, libellis, oppidò peſtiferis, ſemetipſum damnavit. Quæ cùm res toti terrarum orbi innotuerit. Ideóque hocce loco, abſque tædio, reproduci non poterit.

Atque hæc eſt, inquam, ô *Domini*, præſentis meæ legationis ſumma. Ob quam biduum inſuper vobis dabo, atque impendam. Donec reſponſum excipiam. Sub ſpe, fore, eam hîc ut demonſtretis humanitatem, ac ſapientiam, qua quidem abſque reſponſo utique dimittendus non ſim.

Ad illam legati inſtantiam tandem *Hiſpaniarum Infans* reſponderi juſſit. Se nimirùm deſiderio *Regis Chriſtianiſſimi* ſatisfacere haud poſſe. Illos enim, qui in captivitatem poſcerentur, *Reginæ* matri à miniſterio eſſe. Ut *Infans* iis leges præſcribere non ſuſtineat. Atque hac cum declaratione legatus dimiſſus rediit *Pariſios*.

II.

Ob vectigalium ſive novitatem, ſive auctionem plebs per Gallias, Hiſpaniaſque, tumultuatur.

INter hæc, apud *Lugdunum in Galliis*, ingens naſci cœpit plebis tumultuatio. Quòd enim *Rex*, à continuis in bella ſumptibus, exhauſtu velut laborare inciperet. Majores verò in novas expeditiones conquireret impenſas. Ecce! rebus annonariis, videlicet vino, frumentationibus, ſalibuſque, itemque telarum ſericarum, holoſericarum, auróque intertextarum artificibus, novum imponere juſſit vectigal. Sed plebs, hac novitate perculſa, animos uſque in furorem alienavit. Ità factum, ut quingenti id genus ſive textores, ſive opifices, gladiis ad latus inſtructi, aliis inſuper ejuſdem farinæ confluentibus complicibus, præ rabie, palatium telonarium facto agmine diriperent. Arcas è feneſtris projicerent. Immò, tabulas, codices, pandectaſque regias, aurum, argentum, veſteſque, ac telas, pretioſas, in unum conferrent acervum. Injectiſque facibus antè palatium omnia concremarent. Immò, ne quibus cineres fortè eſſent uſui, in profluentem diſpergerent reliquias. Patrato hoc præliminari ſcelere, ad majora progreſſus furor, etiam in eos impetus fecit, qui ſuper *Vino* vectigalia colligerent. Sic, ut plura id genus telonariorum irruerent, expilarentque, ædificia. Omniaque, inter manus occurrẽtia, ſupellectilia ignibus abſumerent itidem. Nec rabies iſta miſſionem facilè datura videbatur. Niſi *Halincurtius Baro* ſeditioſos verbis unctis, atque in rem præſentem præparatis, placâſſet. Sub promiſſione, futurum, ut deinceps id genus vectigalia abrogarentur. Ità furor dedit inducias. *Rex* autem, ne hic morbus invaleſceret, aliquot legiones in urbem immiſit. Furoris iſtius autoribus, ſub carnificis manu, audaciã expectoraturus. At iſti, naſo præditi, odorẽ ejuſce executionis eminùs aſſequentes, fuga periculum evaſerunt.

Paulò atrocior furor, eadem in cauſſa, tùm invaſit *Hiſpanos*. Ut cùm *Gallorum* impetus in ſupellectilia ſæviret, *Hiſpanorum* ferocia in ipſos homines baccharetur. Novum autem vectigal in res ſalinarias conſtitui cœperat apud *Biſcajam*. Illinc indigenæ animis efferati, omnes *Regis Catholici* miniſtros, quotquot illis præpoſiti eſſent teloniis, contrucidârunt. Neque iſtud ſatis. Verùm, cùm *Archithalaſſus* in autores ſceleris, per milites, vellet animadvertere. Iſti globo facto tres ſtipendiariorum millenarios, factioſa manu occiſos, in pelagus projecerunt.

CAP. III.

I.

Imp. Turcicus, ingenti conquiſito exercitu, Babylonem Chaldæorum metropolim, expugnare nititur.

Supe-

SUperioribus annis *Rex Perſarum Babylonem* ingentem illam *Meſopotamiæ* urbem, tantoperè ab *Herodoto, Beroſo, Plinio, Q. Curtio*, aliiſque autoribus, celebratam, *Chaldæorum* nempè metropolim, *Turcis* extorſerat. In ejus recuperationem *Imperator Turcicus* totis animis, viribuſque, ferebatur. Ut, ſub *Anno M.DC.XXIX. Cuſeronum Baſſam*, tanquam *Primũ Vezirium*, eò amandaret. Qui hyberna tametſi ſub tempeſtate obſidionis primordia præveniret. Primúmque per *Perſiam* depopulationibus experiretur. Hæc mandata excipiens *Cuſeronus*, ingentibus pectus implebat cogitationibus. Ut exercitum, è ducentis capitum millibus conſcriptum, immenſo auri, annonæ, ac rei tormentariæ, apparatu inſtrueret. Jam tùm verò hic antè victoriam ſibi promittebat triumphum. Ut jactaret ferociùs. Fore, ne ſub *Babylonis* obſidione diu tempus extraheret. Sed foſſas urbanas, uſque ad murorum chelas, ſive ſepimenta, cæſorum cumulis impleret. Quo ſic ſuper aggeſtis cadaveribus œcumenica ſuſcepta impreſſione unico aliquo impetu urbem, expugnare quitus eſſet. Sed, prout plerumque ampullatores longè à ſcopo feriunt, extráque deſtinationem ſuam relinquuntur. Ità huic *Vezirio* uſuvénit. Ut, dùm ſpem omnem in copiis ſuis poneret, turpiter confunderetur. Sicut in progreſſu fiet evidens, Ille *XIV. Calend. Sextil.* exercitum è *Nicomedia* produxit, tàm exacto diſciplinæ militaris ſub rigore. Ut in omnes capitaliter ilicet animadverteret. Quicunque ſive civibus, ſive paganis, quo quo pacto moleſti eſſent. Ut etiam nudas ad querelas juberet carnificum expediri ſecures. Hac ſeveritate iter dirigens, *VII. Calend. Octobr.* promovit *Aleponam*. Ubi apud *Cuchmeydanum, Sultani Turcici* viridarium, caſtra metari cœpit. Quo loco cùm majorum copiarum partem (nondùm enim omnem collegerat exercitum) præſtolaretur, ingentis, & implacabilis, ſeveritatis ſpecimina edidit. Ut nullis neque dynaſtis, nedùm barbarorum primoribus, parceret. Primùm ergo, apud *Aleponam*, tres præcipui nominis præfectos *Turcicos*, quos barbari *Baſſas* vocant, unà cùm aliis inferioris notæ præfectis militaribus, gregariiſque, diverſos ob reatus, horribili ſub executione, immolare juſſit.

Iſtis rigoroſæ ſeveritatis provectus initiis, porrò apud *Aleponam* in *Anglicanæ* nationis *Conſulem* ſævire perrexit. Nempè *Gallicanæ* nationis *Conſul* ad *Vezirium*, ſuper navibus quatuor militaribus *Anglicanis*, quantumvis ad pyratas pertinentibus, tres naves parvas onerarias, intrà *Maſſiliam*, & *Alexandriæ* portum, diripientibus, querelam detulerat. Ilicet, antè tota verba, *Anglicanorum* bona, ædificia, merceſque, apud *Aleponam*, concluduntur. Mercatorum plurimis in cuſtodiam redactis. Exin pyratæ *Anglicani*, malo caventes, *Maſſilienſibus* naves ablatas, unà cùm impenſis omnibus, reddiderunt. Sic, ut apud *Alexandriam, Baſſæ, Agao, Cadyoque*, miniſtris *Turcicis*, ex aſſe ſatisfacerent. Quæ impenſæ in quinquagintà coronatorum millia excreverunt. Interim, nondùm ſatisfactum erat *Vezirio Primo*. Tanquam per *Monarchiam Ottomannicam* ab *Imperatore* ſecundas partes gerendi. Hic igitur *V. Calend. Octobr. Anglicanæ* nationis *Conſulem* ad ſe intrà papiliones vocari juſſit. Qui cũ paulò ſeriùs acceſſiſſet, admiſſus tùm quidẽ haud fuit. Sequenti die *Conſul Gallicanus*, nationis ſuæ primoribus ſtipatus, ſalutatũ venit *Veziriũ*. Qui verbis, ſic ſatis ad humanitatẽ compoſitis, exceptꝰ eſt. Ut etiã, ꝓ more, ſellâ honoraretur. Sed ſupervenienti *Anglicano Conſuli* contrarius obtigit vultus. Ut ſtans inſuper amaris objurgaretur verbis. *Vezierius* enim vultu, indignationis pleno, in eum intuens, interrogare cœpit. Quid cauſſæ eſſet, ut pyratæ *Anglicani* in portum *Alexandrinum* irruere. Naveſque illic diripere, eſſent auſi? An neſcirent, portum maritimum illum eſſe liberum? Quem tamen neque *Melitenſes*, neq; *Florentini*, attingerent? Excepit *Conſul Anglicanus*: Illas naves non fuiſſe pyraticas, ſed *Britanniæ Regis* militares. Ad hæc verba efferatior factus *Vezirius*, exclamare cœpit. Ergò, inquit, ſi *Rex* utique tuus pacificationis leges violavit, neque ego quidẽ ulteriùs illi obligor. Et, cùm dicto, immiſſis ſpiculatoribus, *Conſulem*, unà cum *Interprete*, prehendere, inque aream antè *Caſtrum* producere, laqueoque utrumque ſuffocare, juſſit. Ad tàm tyrannicum edictum, ubi *Interpres*, homo pinguis aqualiculi, pedibus properare nequiret, jam carnifices ex arbore proxima ei ſpiritum elidere conabantur. Hæc notans *Conſul*, projectis intrà carnifices trigintà ducatis, à laqueo illum redemit. Ut ſub ſecuri periret paulò honeſtiùs. Id quod oppidò ſpectavit ad effectum. *Conſul* verò, in equum ſublatus, intrà *Caſtrum* in fœdas carceres eſt conjectus. Ubi neminẽ è ſuis habuit vel miniſtrantem quidem. Sed in tanta rerũ extremitate, hoc illi erat potiſſimum. Quòd ſuperviveret. Jam tùm enim nihil aliud illi erat, quàm mors, præ oculis. Interim avaris hoc agebatur *Turcis*. Ut captivum auro emungerent. Qui, ſimulátq; trigintà ducatorum erogâſſet millia, poſtridie è ſqualore, ac carceribus, dimitti cœpit.

II.

Primus Vezirius, inuſitata ſeveritate uſus, apud Aleponam, Baſſas, præfectoſque alios Turcicos, ſtrangulare jubet.

PRæliminaria illa *Vezirii* ſævitiæ ſpecimina videri poterant. Itaque reſtabant paulò atrociora. Nam *III. Calend. Octobr. Murolium Baſſam*, gente *Georgianum*, unà cum filio, nepote, & trigintà quinque familiaribus, è medio tollere juſſit. Eò quod, ſub præfectura ſua, tyrannidem in ſubditos exercuiſſet. Simulátque peculatus reus eſſet. Tametſi enim, cum peculatu ſuo aufugiſſet. Attamen, apud *Arzerum, Armeniæ magnæ* civitatem, in vincula redactus eſt. Pridie *Calend. Octobr.* è *Baſſa*, ſive præfecto *Nigdano*, in furcam acto, fecit uvam penſilem. Is, cauſſa fratris, hanc patiebatur ignominiã. Quòd ille, nẽpè frater, *Baſſa Bontanus*, partiũ eſſet *Perſicarũ*. Undè hic *Nigdanus*, apud exercitum *Turcicum*, tanquam explorator, accuſabatur. Poſtridie *Cal. Octobr.* itidẽ *Magnum Magiſtrum Aleponenſem, Zitalem Chelebyum*, in furcam egit. Quòd ærarium *Cæſaris* expilâſſet. Neque peculatum illum in rationes, ſive codicillos, retuliſſet. Hæc cùm eſſent ſtudia, hæc *Vezirii* exercitia, nimis ſevera, tantiſper apud *Aleponam* moras extraxit. Uſque dùm legiones alias, tàm pedeſtres,

deſtres,quàm equeſtres,è *Damaſco* excepiſſet.Quibus auctus,poſtridie *Non.Octobr.*caſtra produxit.Erat in ejus tùm comitatu *Mahometus Effendyus*, theſaurarius *Aleponenſis*.Hunc ad tertium ab *Alepona* lapidem,*Hilanum* uſque,ſecum aſſumpſit.Ubi denuò caſtris compoſitis triduum poſuit. Poſtquàm ergò theſaurariꝰ ille, dicta pace,*Aleponā* reverti cogitaret.Moras immanes injecit *Vezirii* ſeveritas. Et, Heus tu,inquit, jam diu eſt, ex quo populum apud *Aleponam* deglubere cœpiſti. Ne igitur denuò ſic quidem de corio, ut ajunt, humano ludere poſſis. Ecce! alia via calcanda tibi fuerit.Quo cum dicto, etiam illū extrà papiliones ſtrangulare juſſit. Mox miniſtros miſit, qui omnes ejus fortunas in fiſcum referrent. Quas tamen filiis reddidit. Ne videri poſſet.Tanquam parentem, bonorum cauſsâ,perdidiſſet.

Neque ſic quidem *Vezirii* rigori erat ſatisfactum. Qui, poſteaquàm in montium fauces,inter *Muſulium*, & *Babylonem*,penetrâſſet,ubi tàm à mōtibus,quàm *Tigri*, immenſæ vaſtitatis flumine,aditus,inſtar iſthmi alicujus,anguſtatur,*Perſis* loca opportuna præoccupantibus,prohiberi cœpit.Tametſi enim magnis conatibus penetrare niteretur. Nihil tamen effecit. Ut magno ſuorum cum diſpendio ſignum receptui dare cogeretur. Fruſtrà igitur dùm in *Perſas* irrumpere laborat, ecce! iras in ſuos reconvertit. Eo enim tempore *Cenerocus*, *Georgianorum Princeps*, ſuperiori Anno *Confeſſionem Turcicam* amplexus, accuſabatur apud hunc *Vezirium*.Tanquàm qui *Arzerum* civitatem *Perſis* prodere,ac tradere, præcogitâſſet. Ergò ſeverus iſte executor, *Vezirius*, militari,ſive tyrannico, more provectus,tàm *Principem* , quàm filium, unàque quinquaginta,ſub eo prævalentes,primores,capitis ſupplicio, ſub ſecuri, reatum expiare juſſit.

Paulò antè *Imperatori Turcico* hoc quoq; in mentem venerat. Velle novum quendam *Baſſam*, unà juſto cum exercitu,in *Ægyptum* infundere.Ejectoque *Cairi* præfecto, regnum vindicare. Idem hic perfecit tùm quidem *Vezirius*. Ut *Turcos* ſimulátq; è *Mucha*,locisque finitimis,eliminaret. Fruſtulatimq;, *Arabum* more,diſcerperet. Indè,navibus uſus,*Sueſam*,ſic dictā civitatem, trajecit. Quæ ad *Arabiæ* fines ſita eſt.Quam *Emirus* quidam præfectus, natalium dignitate gentes inter iſtas præcipuus, tuebatur.

III.

Abaſus, Perſarum Rex, moriturus, nepotem è filio adoptat. Regemque eſſe jubet.

CUrrente ſuperiori *Anno M.DC.XXIX.M.Martio*, *Scha Abaſus* , *Rex Perſarum*,naturæ legem implevit.Poſtquàm ab annis quadraginta duobus *Imperio* præfuiſſet. Quod quidem trium regnorum, nimirùm *Ormuſonus*, *Cantabaris*, & *Babylonis* acceſſionibus auxerat. Undè à ſuis eò impenſiùs deſiderabatur.Præſertim, ꝙ *Turcis* triumphū extorſiſſet haud unicū. Hic ubi ſentiret labentem per viſcera mortē. Quā quidē *Babylonii Mathematici* antè prędixerant. Ex urbe *Casbina*, ubi ſedes aliàs erat regia,lentis itineribus *Farabatū*,versùs *Mare Caſpium*, direxit. Erat illi filius unicus. Sed cæcus,& imperio inutilis. Hac de re miſit,qui nepotem adducerent.Cujus parentem, nempè filium ſuum,capite plecti juſſerat. Videlicet illum,ſe adhùc vivente, in regio ſolio ut confirmaret. Quid fit? Princeps ille, octodecim circiter annorum adoleſcens,in *Regis* conſpectum ubi vēnit,totus inhorreſcere,ac tremere,occœpit. Qui,cùm vereretur, ne idem ſibi accideret, quod parenti uſuvenerat. In poplites procumbens,pedes ſenis amplectebatur. Timidiſſimo murmure ſubjectiſſimè rogans , quid vellet *Rex* mandare ſervulo. Illi *Rex*: Te, inquit,mi fili, eam ob cauſſam hûc venire curavi. Ut te & ſucceſſorem meum,& *Regem*,deſignem. Neque enim me fugit,brevi futurum , ut *DEUS* animam meam ex hoc corpore ſegreget. Meque ex humanaque tollat ſocietate. Adoleſcens,ſpe dubius,nondùm credere poterat,ſenem ſeriò loqui.Metuebat enim verba illa uncta ; ac blanda , tanquam hamos,& eſcas,quibus in naſſam trahuntur, pereuntq;, piſciculi.Tantùm valet terror tyrannidis. Ut,tametſi exquiſitis utantur verborum deliniimentis, interdùmque ſeriò loquantur , fides illis adhibeatur nulla. Quis enim à tyranno exſpectet beneficium? Quis hæreditatem? Niſi ſanguinarius? Niſi latrociniis, homicidiiſq;,ac flagitiis , pollutus? Cautiùs igitur, vel proprii parentis exemplo, reſpondere didicerat , adhûcdùm pavidus, adoleſcens.Et dii, inquit , avertant illud! Ut ego faſces unquam regios affectare vel per ſomnium quidem cogitare cœperim. Et cum dictis amaras projecit lacrymas,veri doloris, ac metus,teſtes. Sed avus,ſeriò locutus, admiſſum ad oſcula adoleſcentem, hæredem deſignavit. Eundemque,antequàm è vita diſcederet , *Perſarum Regem* proclamare juſſit.

IV.

Vezirius obſidionem Babylonis fruſtrà tentat.

ILlis ſeveri,rarique,exempli exercitis apud *Babylonem* pœnis,acceptiſque è *Damaſco* novis copiis, *Vezirius*, quindecim majoris, & quadraginta minoris,notæ tormentis inſtructus , poſtridie *Non. Octobr.* *Aleponâ* movit in *Chaldæam*, *Babylonem* intercepturus. Plenus enim tumore, ac perſuaſionibus,omninò futurum arbitrabatur, *Sophium Chaimum*,tùm , nomine *Perſarum Regis* , urbis gubernatorem , qui quidem triginta ſtipendiariorum millibus, intrà mœnia redactis, defenſionem parabat, mox, audito vel ſaltem *Turcorum* adventu, aut in fugam ſe conjecturum, aut *Vezirio* deditionem facturum. Iſta enim penès *Mahometanos* ſupina ſtabulatur arrogantia, ac faſtus. Ut illis inſolentibus pectora impleant barbari cogitationibus. Tanquam omnes gentes, ac nationes, *Turcis* cedere cogantur. Hac ventoſa imaginatione profectus apud *Niniven* , *Meſopotamiæ* ad *Tigrim* fluvium urbem vetuſtiſſimam,exercitum recenſuit.Qui quidem tùm è centum, ac ſexaginta, hominum armatorum conſtabat millibus. Sed mox ſpes præconcepta diffidentem *Vezirii* fraudavit animum. Dùm,*Perſas* intrà *Babylonem* triginta armatorū millia ſufficienti in prolixum tempus commeatu inſtructa,alere,didicit. Secundùm hæc,concilio tribunorum coacto, optionē mutavit. Decrevitque, tàm diu *Perſarum* terras populationibꝰ eſſe vexandas,uſque dùm cōmeatus intrà urbem foret con-

ſumptus. Ipſeque intereà *Iſphaonem*, civitatem *Parthorum*, intercepiſſet. Hoc inſtituto è *Ninive*, (barbari hodieque *Muſulam* vocant) relictis majoris momenti tormentis, promovit. Confectiſq; quinque dierum itineribus, fortalitium, à *Murato Baſſa* olim excitatum, à *Perſis* verò deſtructum, reparari curavit. Indè enim in *Amadanam* regionem patet aditus. Quid fit? Ecce! duo *Chami*, vel *Baſſæ*, *Perſici*, hæc apud clauſtra, in quator millia *Turcorum* faciunt impetus. Mediamque iſtorum partem delent. Hæc clades pupugit *Vezirium*. Ut ab infauſto iſthoc initio totius expeditionis ſucceſſum metiretur.

Cæterùm, neque ſic à cœpto reſilicbat. Quin *Iſphaonam* civitatem peteret. Jam tùm enim inflatiùs jactitabat, *Babylonem* utique manus ſuas evadere non poſſe. Itáque, per planiciem, in *Amadanam*, regionem oppidò fertilem, produxit, Quam, ne *Perſis* eſſet uſui, omninò corrupit. Exindè versùs *Tiurum*, (aliàs *Caucaſum* dictum) montem inhoſpitalem, ac nivoſum, inter *AEgyptum*, & *Mare Pamphilicum*, projectum, movit. Quo loco per triduum clauſtra montoſa, ſatis anguſta, penetranda fuerunt. Sic, ut viritim tranſeundum eſſet. His in anguſtiis ſex dierum paria, incredibili ſub labore, ac defatigatione, conſumpta ſunt. Non ſine notabili exercitus decremento. Cujus ea quidem erat debilitatio. Ut eo ſub iſthmo à decem *Perſarum* millibus integræ fundi potuiſſent copiæ. Poſtquàm igitur *Vezirius* emenſis montium clauſtris pervaſiſſet in planiciem *Medorum*, poſt tantos ſudores corpora terrarum fœcunditate, ac proventibus, curaturus.. Ecce! jam tùm prævenientes *Perſæ* fruges, annonamque deſtruxerant omnem. Ne quid hoſtibus ſupereſſet. In hæc attentos *Vezirius* defigens oculos, errorem ſuum, magna ſub conſternatione, ad animũ admiſit. Tàm quòd intrà clauſtra montium, exercitui deſtruendo opportuna, diſtineretur. Ubi vel commeatu, aliiſque neceſſariis, laborare. Vel à *Perſarum Rege*, ingentem apud *Parthos* exercitum conquirente, fundi, poſſet. Hac de re, mutato inſtituto, maturrimè per clauſtra exercitum reducere. Quàm intrà fauces iſtas, ac loca confragoſa, impeditaque, de totius rei ſumma periclitari, maluit. Quodſi enim hæc occaſio, utique opportuniſſima, *Perſis* in tempore per indices innotuiſſet, ſine dubio cum *Turcis* actum fuiſſet. Sed paulò ſeriùs hoc illis fuit intelle tum. Ut nihilominùs ſex *Chami* mitterentur, qui *Turcis*, ex anguſtiis reducentibus, ſupervenirent. Et ſine dubio multæ legiones *Turcicæ* illic fundi potuiſſent, niſi ambitio præfectorum *Perſicorum*, quâ alteri alter præpollere. Primoſque in hoſtem ſuſcipere impetus, meditabatur. Hanc fabulam evertiſſet. Dùm igitur *Perſæ* itinera tripertitò dividunt. Segniuſque producunt. Intereà *Vezirius*, operâ paganorum adjutus, per compendia reduxit exercitum. Ut, elapſo duodecim dierum ſpatio, ſalvus in campos *Amadanos*, ingenti non ſine gaudio, reverteretur. Pro eo igitur, quòd ingens, præſentaneumque, evaſiſſet periculum, diis ſuis barbara nuncupavit vota. Ut non minùs apud *Niniven*, quàm *Aleponam*, cæteraſque in proximo civitates, ferias indiceret. Quibus ſub ſolenni tormentorum exploſione, diis gratiæ, tanquam ſuper victoria, peragerentur. Quòd copias, abſque clade, in portum deduxiſſet è naufragio. Nihil enim dubitatur. Si abſque præfectorum *Perſicorum* ambitione illa fuiſſet, exercitum *Turcicorum* omnem uſque ad internecionem potuiſſe deleri. Itáque, dùm iſtis haud convénit, certè *Perſarum Regi* ingens ſubtracta fuit felicitas.

V.

Vezirius ab obſidione Babylonis rejicitur.

Sic ubi vaſa, ut ajunt, ſalva *Niniven* retuliſſet *Vezirius*, luſtrato exercitu, ſtipendia diſtribuit militibus. Eo pacto copiis ut animos adderet. *Babylonemque* promptiùs expugnaret. Jam tùm enim cruda adhûc vota properabat, ſtudioque in obſidionem præpoſtera propellebat. Ambitioſa, ſuo more, perſuaſus arrogantia. Futurum, ut commeatu intrà *Babylonem* notabiliter conſumpto, etiam præſidii decreviſſet multitudo. Hac exſpectatione plenus, poſt *Idus Quintil.* bipartitò produxit exercitum. Sic, ut partem copiarum ultrà *Tigrim*, partem in citima fluminis ripa, unà cũ tormentis, movere juberet. Præter quas, *Baſſam Aleponenſem*, equeſtriũ ferè phalange inſtructum, præmiſit. Qui loca versùs *Eöas* plagas apud *Babylonem* explorarent. Sed etiam hæc *Turcorum* phalanx non fuit extrà periculum. Dùm enim, ad tertium ab urbe lapidem, octo *Perſicorum* equeſtrium millia, *Babylonem* tendentia, *Turcicis* agminibus illis occurrunt, ecce! acerrimus committitur conflictus. Ut denuò media ex parte *Mahometani* occumberent. Ipſeque *Navaicus Baſſa*, dùm turpem ſuorum fugam ſiſtere laborat, vulneraretur. Ità factum, ut multi è captivis intrà *Babylonem*, triginta ſtipendiariorum millibus defenſam, abducerentur. *Turci* verò, alterâ acceptâ clade, ab incœpto reſilirent. Interim *Vezirii* ferocia caſus iſte potiùs ſtimulare cœpit. Quàm ut animum dejiceret. Nam ſub *Calend. Sextil.* ultrà, citráque *Tigrim*, *Babylonem* concludere perrexit. Cui ingens defenſorum *Perſicorum* multitudo, diverſis ſuſceptis ſub excurſionibus, fuit oppidò moleſta. Ut parùm à *Turcis* metuerent. Præſertim, cùm *Sophyus Camus*, gubernator, ex urbe colones, hominesque nullius frugis, tanquam res vacuas, ejeciſſet. Ut ſic tantæ urbis defenſio ſolis ſub armatis, & quidem integro præſidiariorum exercitu, animosè ſuſciperetur. At *Turci* totum menſem *Septembrem* triverunt in foſſis illis antecurſoriis, ac ſepimentis. Quibus ad obſidionem iretur propiùs. Tandem menſe *Octobri* loricam, viginti dierũ ſpatio, excitavit. Quam ſuper quindecim, ſive octodecim, vægrandes machinas bellicas induxit. Hanc moram illi hominum, id genus rerum militarium gnarorum, penuria objecit. Neque hæc tarditas ſola fatigavit *Turcos*. Ut porrò tormentis in mœnia experiretur, loco videlicet inopportuniſſimo. Qui inter duo propugnacula, quaternis machinis æquè vægrandibus, à *Turcis* ſub ſuperiori obſidione relictis, inſtructæ, intercurrebat. Sed neque *Turci* iſta præcognoverant tormenta. Neque foſſam ingentem, eo loco à *Perſis* excitatã, undiſque è *Tigri* ſuffuſam, qua parte *Turcis* impreſſio præparabatur, notaverant ſibi. Ea autem erat ingens *Perſarum* calliditas, atque illuſio. Ut foſſam omnem palis ſuffultam, rudibus, ac perticis longiſſimis, integerent. Ceſpiteſq;, è terra reciſos, ad dimidii pedis altitudinem,

dinem, ſuperponerent. Veritate ita repræſentatâ, tanquam, cõtinentis in morem, terra illic eſſet ſolida, ac gramine aliâs obducta. Interim, inſtar decipulæ, omnia doloſe erant præparata. Ut, qui ſemel, vel obiter, pedem illic ponerent, ceſpitibus retroactis, in foſſam aquis ſtagnantem, ac plenam præcipitarentur.

Hæ inſidiæ cùm fugerent obſeſſores, ecce! *Turci XII. Cal. Decembr.* univerſalem ſuſcipiunt impreſſionẽ. Quib⁹ ipſe *Vezirius* interfuit. Ergò *Spacchios*, relictis equis pugnaturos, cõmiſit inſpectioni *Surio Baſſæ, Beglerbeco* per *Natoliam*, militi ſtrenuo. Et hoc nomine *Vezirio* commendato. Iſtum comitabantur complures alii *Baſſæ*, ac tribuni. Quorum globi, unà cum *Ianitſcharis*, ſive prætorianis, excurrebant ad trigintà hominum millia. Iſti omnes immenſo cum barritu, ac clamore, more barbaro, impreſſionẽ faciebant. Perſuaſi, dùm nullos è propugnaculis notarent ſibi, fore, ut perrumperent. Sic imprudentes totis ſub legionibus, aſſultus tentantes, impingunt. Superq; diſpoſitas irruentes decipulas, eò uſque in ſubjectam foſſarum altitudinem præcipitabantur. Ut, tanquam terra dehiſcente, abſorberetur. Perierunt hoc ſtratagemate plures, quàm decem *Turcorum* millenarii. Quos omnes immiſſus *Tigris*, ſub aquarum, ad haſtæ tremebundæ ſublimitatem accedente, altitudine, ſuffocavit. Tantùm verò aberat, ut legiones, terga pereuntium premẽtes, vindicare ſocios poſſent. Ut plerique à diſpoſitis copiis *Perſicis*, foſſas iſtas curioſè obſervantib⁹, jaculis perimerentur. Quippe urbis gubernator eâ parte, quâ aſſultus tentabantur, circiter quindecim armatorum millia diſpoſuerat. Ut etiã propugnacula aliquot millenarii defenderent. A quibus omnibus, magno conatu cooperantibus, etiam ea agmina, quæ in doloſas foſſas non præcipitarentur, jaculis, glandibuſq;, proſternebantur. Sic accidit, ut ulteriùs *Surius Baſſa, Spacchiorum Chiliarcha*, cum ſex, vel ſeptem, *Baſſis* aliis, pluribuſque tribunis, transfigerentur. Quicunque igitur in foſſas procideret, ilicet aquis ſuffocabãtur. Qui verò ſive palis, ſive perticis, adhærebant, vel natare didicerant. His omnibus vel jaculis, vel ſaxis, vel haſtis oblongis, impetitis oppidò erat moriendum.

VI.

Vezirius, re irritâ, triſtis, & confuſus, copias reducit.

ISta clades ſiquidẽ, inſtar tempeſtatis, ſive nimbi, in *Turcos* incumberet, *Vezirius*, re deſperatâ, neq; perituris ſecurrere, neq; cæteris opitulari, ſuſtinens, triſtis, confuſuſq;, ſignum receptui dedit. Et, cùm priùs ante victoriam triumphum ſibi temerè promittere fuiſſet auſus, jam *Perſis* victoriã, triumphumq;, reliquens cũ corde ſuo litigare, infelicitatemq; ſuam accuſare, cœpit. Itáq; tàm *Damaſci*, quàm *Aleponæ*, præfectis in mandatis dedit, Poſteriores copias ad quindecim hominum millia excurrentes, magna diligentia ſibi, cum primis agminibus promoturo, ſuperinducerent. Sed neq; hîc ſatis tuta erat fides. Ut clades ſuper cladem duplicaretur. Rarò enim, qui infelix eſſe cœpit, ſemel viſus eſt fuiſſe infelix. Ut alterius infortunii finis novi luctus evadat principium. Idem hoc loco accidit. Ubi enim præfecti illi poſterioris ordinis agmina producunt. Ecce! *Sophyus Camus* octo equeſtrium millia ex urbe immittit. Qui ingenti ſub æſtu *Turcos* impetentes non multò poſt perruperũt hoſtium ordines. Quantumvis *Damaſci*, & *Aleponæ*, præfecti animoſe obluctarentur, Quorum ille graviſſimè fuit vulneratus. Hic verò potiſſimam ſuorum partẽ amiſit. Quòdſi neq; tùm ingentes *Spacchiorum* turmæ ex media acie ſuppetias tuliſſent. Facilè poſtrema illa agmina, ſub acinace Perſico, funditùs periiſſent. Cùm ſic tamen tria *Turcorum* millia deſiderarẽtur. *Perſæ* verò ingentibus ſub tripudiis tot captivos in urbẽ infunderent. Quo quidem nomine dictu penè fit incredibile, quantus fuerit *Perſarum*, ſuper obſeſſæ urbis à tyrannide *Turcica* liberatione, fremitus. Ut tantò acerbiorem extitiſſe *Vezirii* luctum exiſtimandum veniat. Qui quidem modò non bolum, quem mordicùs ſe tenere jam arbitrabatur, tanquam è faucibus, amiſit. Sed etiam numeroſum exercitum, ſub temporis, & ſumptuum, profuſione, vehementer, acceptis tot cladibus, attrivit.

Quòd igitur multi ſigna relinquerent, ac paſſim dilaberentur. *X. Calend. Decembr.* obſidionẽ ſolvere cœpit. Niſi graviùs fortè periclitari mallet. Quòd ergò majoris notæ tormenta, defectis equis, bubalis, cameliſque, deducere vix quitus eſſet, præfectis, ſub ſe militantibus (*Baſſas* vocant) in mandatis dedit. Singuli ſingula *Niniven* uſque aſportarent. Interim, neque ſic tùm quidem acquieſcebant *Perſæ*. Ut ex urbe duodecim emiſſi equeſtrium millenarii inſuper, ſuſcepto impetu, etentarẽt. An non-nulla, ſub abitum, *Turcis* poſſent tormenta extorquere. Hæc illa manus *Perſica IX. Cal. Decembr.* poſtrema *Turcorum*, jam caſtra metantium, impetivit agmina. Illic denuò *Turci*, confuſioni proximi, laxabant ordines. Et niſi ſupervenientis *Vezirii* induſtria reſtituiſſet aciem. Tormentiſq;, in *Perſas* obverſis, experiri cœpiſſet. Abſque dubio poſtremæ illæ exercitus catervæ tùm quidem fuſæ, diſſipatæque, fuiſſent. At *Perſæ*, tormentorum odorem, & efficaciam, haud ferentes, ubi circiter tres *Turcorũ* denuò cæcidiſſent millenarios, pugnæ miſſionem dederunt.

His caſibus attritus *Vezirius* iter dirigebat *Niniven*: præfecto *Aleponenſi*, unà cum tribus, quatuorve, millibus, *Arzurium* dimittens, pro præſidio fortalitii illius limitanei. At hæc ſtatio illi nõ fuit diuturna. Vix enim per menſem illic hæſerat. Ecce! à *Perſis* ingruentibus ejicitur, fortalitio deinceps alterâ vice complanato. Reliquas legiones *Vezirius* in finitimas diviſit civitates, re tormentaria intrà *Niniven*, ſub cuſtodia octo millium prætorianorum, (quos barbari *Ianitſcharos* nuncupant) redactâ. Tanquam qui intrà *Meſopotamiam* hybernaturus. Et verè proximò novam, acerrimamque, *Babylonis* obſidionem retentaturus, eſſet. Interim *Imperator Turcicus* ſic quidem expugnationis memorandæ illius urbis domi erat ſecurus. Ut varios ignes artificiales magnis impendiis præpararet. Quibus, triumphalis lætitiæ ergò, ſimulatque nuncium victoriæ accepiſſet, apud regiam ſuam uteretur. Sed nimis ambitioſa, ac cruda, hæc ſpes, dùm ad vota licentiùs properat, *Tyrannum* ex alto fefellit. Diſce nunc victoriam non à viribus humanis, ſed à cœlo, exſpectare.

CAP. IV.

De quibuſdam alterius notæ corollariis Turcicis.

I.

Sultanus Turcicus fulminibus terretur.

INter hanc expeditionem, à *Primo Vezirio* in *Chaldæam* ſuſceptam, ingens tempeſtas ſuperiori *Anno M.DC.XXX. Conſtantinopolim* afflixit. Fulmina enim, grandine, & tonitrubus, miſta, ità quidem, ad ſummos pervenientia gradus, concuſſerunt ad tremorem uſque ædificia. Ut conſtantiſſimis quibuslibet *Turcis* audaciā expectorarent. Sed inprimis, è cæteris omnibus, *Tyranno Turcico* abundè erat, quod horreret, ꝙ trepidaret. Quippe nocte concubia fulmen in cubiculum *Tyranni* deſuper impactum, etiam periſtromata, & conopeū attalicum, quo lectus ejus inducebatur, flammis conceptis ſuccendit. Ut ocior jaculo è lecto profugeret. Sed neque ſic terrori omni ſatisfactum fuit. Nam etiam profugientem aliud, ac ſecundarium, fulmen penè exanimavit. Dùm intrà hypochondrium, cubitumque dextrum, fulminatio iteratur. Ità, ut, præ ingenti terrore, animo defectus in pavimentum procideret, alioquin damni immunis. Ubi ergò tàm inelucṫabili, & prȩſenti, periculo caput ſubtraxiſſet, immenſam vervecum multitudinem *Mahometo* immolavit. Interq; pauperes viginti ducatorum millia dividere juſſit.

Cæterùm, ſiquidem ſuperiori versùs *Babylonem* expeditione copiæ *Turcicæ* vehementer cœpiſſent debilitari, cum *Perſis* induciæ biennales *Anno M.DC.XXXI.* intervenerunt. Quò ſic legiones, longis ab itineribus feſſas, refovere. Rectiùſque in majores armorum præparationes ire, liceret.

II

Ser Coſaggos, ut vocant, Polonicos nova, apud Conſtantinopolim, naſcitur tumultuatio.

MAlè, ajunt, eſſe extrà legē viventibus. Quantò pejùs erit veram extrà pietatem vitam trudentibus. Ut credibile ſit, tanquam medio in mari, atque inter procellas, fluctuare *Turcorum* animos. Ut identidem tumultibus ferè exponantur. Ejuſmodi procella quoq; hoc *Anno M.DC.XXXII.* apud *Aulam Turcicam* notari cœpit. Quo cum ſuperiori hyeme *Rex Polonorum* præcepiſſet *Coſaggis*, terra, marique, populantibus. Irent, & pyraticas, quibus per *Pontum Euxinum* in *Turciam* excurrunt, ignibus abſumerent. Parent illi mādato regio. Et aliquammulta eò dimittunt millia, qui edicti effectum urgeant. Ibi ecce! *Sauromatæ* ulteriores (quos hodieque *Tartaros* vocant) in *Coſſaggos* irruunt. Ut non paucos opprimerent. Quo facto irritati *Coſſaggi*, mutato prorsùs inſtituto, primo vere in *Turciam* ſuſcipiunt impreſſionem. Septemque numero diripiunt civitates. Hæc ægerrimè ferens *Imperator Turcicus Adryzyo* præfecto injunxit, quàm primùm ultricia in *Poloniam* proferret arma. *Principiſque Tartarorum, Magni Chami*, auxilia ſuis adjungeret. Quid fit? Interim mater *Imp. Turcici* germanæ ſuæ maritum ad *Primi Vezirii* honores ſublimare contendit. Hoc ſubodorantes prætoriani milites (quorum non vana penès *Turcos* potentia) malunt *Vezirio*, cui benè cupiebant, hanc dignitatem conſervare. Quo nomine rem novam illam deteſtantur. Seſeque opponunt. At *Cæſar*, inſtituto matris favens, ad conjuratos dimiſſo *Patriarcha*, *Muftio* dicto, conatur hanc iſtis expectorare audaciam. Sed ecce! pro monitore fortè cenſor, ac reprehenſor, evaſerat *Muftius*. Ut liberiuſculè in illos inveheret. Ibi rabie perciti prætoriani ilicet *Pontificem* obtruncant. Nec mora idem facit *Imperator*. Occiditque *Vezirium*. Et tùm quidem vera conjurationis incendia gliſcunt. Ut milites aliquammultos præfectos, ſive *Baſſas*, cauſſam *Cæſaris* ſui foventes, è medio tollerent. Sed *Cæſar* eos furores, non niſi *Spacchiornm*, & *Ianitſcharorum*, (ità prætorianos fere vocant) copioſo ſanguine reſtinguere valuit. Dùm enim neque minis, neque pecuniis, rabies ſedari poſſet, capitali multorum ſupplicio èffrenes iſtæ cervices in ordinem redigi cœperunt. Has inter barbaricas lanienas, *Singereyus, Regis Perſarum* ſororius, *Turcis Cerkaſiam* totam, aliamque provinciam, armis intercepit. Idem intrà *Tartariam* potentem ſuis partibus induxit auxiliarium manum. Ut, ſi *Magnus Chamus* in *Poloniam* produxiſſet, iſte ſine dubio ejus in regiones irruiſſet. Ità, ne ſoli *Chriſtiani* nominis *Reges* hac tempeſtate, more nimis barbaro, à tot annis implacabilibus, odiis, belliſque, inter ſeſe digladientur, etiam barbari barbaris mutuò inſidiantur, ac moleſti ſunt.

E quibus *Adzyus Baſſa* cum exercitu contrà *Perſas* profectus eſt.

* * *

Io. Pe-

Io. Petri Lotichij

RERVM GERMANICARVM LIBER LV.

CAPVT I.

De Friderici Archipalatini, apud Moguntiam, exceſſu.

I.

Francothala, emigrantibus Hiſpanis, deditur Suecis.

ALexandrum Seuerum Imp. ſuper *morte* bellica, & *imperatoria*, ſibi inſtante, impendiò lætari ſolitum, annotavit *AEl. Lampridius*. Oſtendit enim optimos quosque, & inter eos *Alexandrum*, ſibi cognominem, *Philippi* filium, *Pompejum*, *Cæſarem*, *Demoſthenem*, *Tullium*, cæteroſque inſignes viros, non quieta morte oppetiiſſe. Tantùm ergò illi animi fuit. Ut jactitaret, ſe diis comparandum, ſi in bello periret. Interim, neque ſic quidem ex voto diem ſuum obiit. Quippe belli quidem tempore, at non in bello, ſcurræ barbari manu, barbaricoque gladio, confectus eſt. Poſteaquàm ergò paulò antè heroas illos noſtræ ætatis, videlicet *Guſtavum, Sueciæ Regem, Pappenheimium*, alioſque, *morte imperatoria*, atque in acie, cadentes inſpeximus. Jam de illis *Magnatibus, Principibuſque*, hac velut ſub appendice, videbimus. Qui quidem temporibus belli, ſed nō in bello, naturali, quieta, ac ſicca, morte deceſſerunt.

E quibus cùm facilè ſua illa tempeſtate apud has *Rheni, Mœnique*, plagas, chorum duxerint *Fridericus Archipalatinus*, & *Mauritius, Heſſiæ Landgravius*. Lubet de illis, eorumque emortualibus, nonnihil ſuperattexere. Huicque annalium parti primæ clauſulam imponere.

Antequàm verò, quid *Friderico Archipalatino* humanitùs accidiſſet, excutiamus. Primùm, quæ *Palatinatus* patrii, ejus ante exceſſum, conditio, ac facies, extitiſſet, in compendio videbimus. Jampridèm autem, ſub armis *Suecicis*, emerſerat novus per *Palatinatum*, maximè *Inferiorem*, vultus. Ut omnis provincia, præter *Heydelbergam*, ac *Francothalam*, ad priſtinam rediiſſe videretur hæreditatem. Neque diu poſt victas præbuit, diutiuſculè concluſa, *Heydelberga* manus. Ut unica ſupereſſet *Francothala*. Quæ à *Rheingrafio*, copias *Suecicas* ducente, uſque in hyemem obſidebatur. Tandem etiam hoc præcipuum regionis fortalitium, cujus fides graviſſimis ſub bellicis occaſionibus anteà *Principi* ſuo probari cœperat, herbam, quod ajunt, porrexit. Cùm enim gravi obſidione acerrimè, ac diu, urgerentur defenſores *Hiſpanici*. Nec ratio, aut via, appareret, quâ obſidionis effectus retundi poſſet, præeunte *Hiſpaniarum Infantis, Belgii* gubernatricis, conſenſu, *III. Non. Novembr.* deditio ſolenniter inſecuta eſt. Sic, ut tàm naves ſuppeditarentur, quæ *Hiſpanicas* cohortes ſecundo *Rheno* deducerent *Moguntiacum*. Quàm à ſubditis non minùs ſexagintà erogarentur vehicula. Quibus ſarcinæ militares ad *Moſellam* uſque deveherentur. Sub illis itaque conditionibus *Hiſpanis*, tùm quidem emigratio permiſſa eſt. Nimirùm, tribuni, magiſtri equitum, centuriones, cæterique præfecti militares inferioris ordinis, nemine ſive eccleſiaſticæ, ſive ſecularis, dignitatis miniſtro excluſo, educerent ſub armis plenis, ſignis volantibus, tubis clangentibus, pulſis claſſicis, glandibus intrà buccas detentis, funiculiſque ardentibus, eoque ordine, quo gubernatori opportunum videbitur. Quæcunque tàm annonam, quàm rei tormentariæ apparatum, ſpectent, *Regique Hiſpaniarum* debeantur, ea omnia hanc inter tranſactionem non corrumperentur. Sed fortalitio conſervarentur. Exceptis machinis bellicis quinque, *Hiſpaniarum Regis* inſignia exhibentibus. Has, unà cum requiſito, certo ſub moderamine, apparatu tormentario, gubernator ſive per continentem, ſive aquas, deveheret. Gubernatoris, militiæ præfectorum, itemque gregariorum, ſarcinulæ, neque intrà, neque

extrà civitatem, inſpicerentur, aut impedirentur. Sed, pro earum ſubvectatione, ſexagintà erogarentur, uſque intrà *Regis Hiſpaniarum* provinciam, vehicula. Abſque damno remittenda. Pro reliquis ſive ſarcinulis, ſive diæteticis, quibus tàm fœminæ, cum parvulis, quàm ægri, & peſte infecti, in itinere opus habeant, ſuppeditarentur naves numero ſex, ſub cuſtodia militari. Quarum beneficio è *Nicro* ad *Moſellam*, & *Confluentes*, indeque in proximam regionem, civitatemque *Hiſpanicam*, tutò, liberè, ac ſecurè, deducerentur, ſub diæta honoraria, pleniſſimaque omnium adverſitatum cujuſmodi à *Gallis, Suecis, Belgiſque*, occurrere poſſint, immunitate, uſque ad gubernatoris beneplacitum. Qui neque ſuo loco committeret, quo à ſuis quicquam, moleſtiæ incolis, per quos tranſitur, accerſatur. Cuſtodia militaris conſtaret è centumequeſtribus *Suecicis*, aut pluribus etiam, ſi res exigat. Diariaque pro militibus, pabula pro equis, ſic ſatis tolerabilia, procurarentur. Stationeſque, & diverſoria, commodo tempore, antequam adveſperaſcit, deſignarentur. Si quibus per aquas in *Belgium* deſcendere, aut familiam, uxores ſcil. liberoſque, itemque ſarcinas, amandare placeat, id integrum eſſet. Eoque nomine ſalvo, ceu vocant, conductu, ſive litteris honorariis, inſtruerentur. Omnia illa, quæcunque ſive ſpolio militari obtingentia, ſive è fugitivorum, mortuorumque, bonis reſidua, eſſent, nullo pacto repeterentur. Ut neque ſubditi equos, fructuſque, forte interceptos, neque milites adverſæ partis, eorumque confœderati, quicquam repoſcerent. Quoviſcunque ſub prætextu conventione locum habente nulla. Si quibus rideat intrà *Francothalam* remanere, atque habitare, ſive poſtliminiò illûc reverti, illis libera eſſet facultas. Haberenturque eo loco, quo cæteri *Palatinatus* ſubditi. Ex adverſo, ſi quibus emigrandi ſit voluptas, illis liceret mobilia, vini, frumentorumque, proventus divendere. Nominaque intrà annum, & ſemiſſem, per agrum exigere. Fundis verò pari cum cæteris ſubditis lege uterentur, fruerenturque, abſque ulteriori ſive tributo, ſive exactione. De gregariis ità eſſet. Nempè nulli, ob id, tàm quòd hoſtilibus in armis repugnâſſent, quàm antehâc adverſæ parti militâſſent, ſub diſceſſum, attinerentur. Quòd ſi qui intrà civitatem latibula ea de re petant, hi abſque diſſimulatione producerentur. Neque quiſquam ſive præmiis, ſive promiſſis, ad defectionem ſolicitaretur. Durante ſub hac tranſactione, uſque ad ipſum emigrationis momentum, milites civibus, ultrà diaria conſueta, haud eſſent moleſti. Neque quicquam eorum, quod ſive ad cives, ſive viduas, pupilloſque, ſpectet, vi raperent, interverterentque. Pari lege milites præſidiarii creditoribus intrà civitatẽ, ante abitũ, ex aſſe ſatisfacerent. Quo nomine cũ *Philippus de Sylva*, gubernator, pro vino, frumento, pannoque, & pecuniis, ad ſe devenientibus, reſpondiſſet. Proindè, in rem tàm *Senatus*, quàm civium *Francothalenſium*, earum expenſarum ſolutionem apud aulam *Bruxellenſem* procuraret. Antequam emigratio ſpectet ad effectum: Sive eo ipſo die quo peragetur, nullus *Suecicæ* militiæ ſive præfectus, ſive miles, civitatem intraret. Neve ad quater paſſuum millia propiùs accederet. Niſi ſub litteris fiduciariis illud exequi juſſus ſit. Atque ſic, ab hoc die, nempè ipſis *Idib. Novembrib.* omnes utrinque ceſſarent hoſtilitates. Captivique, abſque lytro, liberè dimitterentur. Tributa, cenſus, ac pabulationes, *Hiſpanicis* eò uſque, juxtà deſignationem, debita, ordine compenſarentur. Tandem poſt tranſactionem hanc conſummatam, ſubſcriptionibuſq; confirmatã, tubicen *Suecicus* quendam ex *Hiſpanicis* ſecurè, *Liſaram* uſque, deduceret. Qui deinceps, ſub ſalvo, vt vocant, conductu, *Bruxellas* pergeret. *Hiſpaniarumque Infanti*, quid factum eſſet, ordine intimaret. Ut ſic, quorſùm hoc præſidium foret deducendum, emigrantibus conſtet. Ex eo intervallo poſt decendium emigratio ritè peragetur. In fidem horum omnium, utrinque, darentur obſides. Præſentiſque tranſactionis tabulæ à provinciæ *Principe* confirmarentur.

II.

Friderici Archipalatini apud Moguntiacum exceſſus.

ILla, dùm è *Francothala Hiſpanorum* uſuvênit emigratio. Et jam patrimonii ſui plenam *Fridericus Archipalatinus* ſperare potuit recuperationem. Ecce! aliam *Lacheſis* viam, illi calcandam, objecit. Ut *Principem* etiam hac ex humana ſocietate omninò emigrare juberet ipſummet. Poſteaquàm enim ille, circiter exodium *Septembris*, à *Guſtavo, Sueciæ Rege*, è *Norico* recedens, aliquot dies apud *Mœno-Francofurtum* poſuiſſet. *Alzeiam* in *Palatinatum* indè digreſſus, mox rediit *Moguntiacum*. Quo loco, poſt acerbum, & triſte, duodecim ferè annorum exilium,

—— *terris jactatus, & alto,*

ſecundùm diverſas, ac graves, animi paſſiones, dùm & patria, regionibuſque propemodùm omnibus, filioque, primogenito, rariſſimæ indolis *Principe*, in conſpectu paterno, infida maris importunitate ſurrepto, privatur, in periculi plenam corporis incidit ægritudinem. Ut, poſt dierum quatuordecim decubitum, tandem *XIII. Calend. Decembr.* horâ ſeptimâ matutinâ, mortalis hujus vitæ finem faceret. Ferunt, etiam hunc ſupremum illi diem non ſine prodigio, ac terræmotu, fuiſſe. Prout natali ipſius terram notabiliter tremuiſſe, omnes, qui *Palatinatum*, ac viciniam, incolunt, rectè meminêre. Quòd igitur divinum, ac fatale, quiddam, ſub magni hujus *Principis* natalibus, lateret. Eo forte fuit proclivius, illum æquè fatalibus, ſub *Bohemiæ* regno gliſcentibus, motibus, unà in theatrum, ac ſcenam, potuiſſe produci. Quòd enim ſub florentis juventæ annis, rebus ſic ferè per *Imperium* ſub pace luxuriantibus, tàm *Bohemorum*, quàm ſuorum, conſiliis flammantibus impelleretur. Tùm emergentibus clàm palàm *Mathematicorum*, ſive hariolorum vaticiniis, tanquam flabellis, accenderetur. *Princeps*, dignitate, ac potentia, florentiſſimus, naturâ, ac moribus, parùm ferox, aut malus, dùm magis aliorum impotentiam, quàm genium ſuum, ſequitur, humani quiddam paſſus, periculi plenam illam jecit aleam. Ut omninò veriſimilimum ſit, tanti nominis, dignitatis, ac potentiæ, *Imperii Septemvirum*, magis hominum maleferiatorum perſuaſionibus, quàm ambi-

ambitione,provectum,in *Bohemicum* iſtud incidiſſe naufragium. Inter cæteros enim fallacium *Mathematicorum* objectos applauſus, quibus illi in *Bohemiam* evocato feliciſſima quæq; promittebantur. Memini equidem, etiam poſt *Chriſtiani Brunſuicẽſis*,apud *Höchſtariam*, cladem, cùm jam vel tùm omnia eſſent ſub caſu, non defuiſſe, inter cæteros, quendam præcipui nominis *Bohemiæ* dynaſtã, tùm *Directorem* dictum. Eundemq; non ineleganter eruditum.Qui quidem etiam tùm firmiſſimis,prout videri poterat, animum confirmabat inductionibus.Futurum,ut *Fridericus Archipalatinus Rex* modò non amiſſam recuperaret *Bohemiam*. Sed *Chriſtiani* nominis orbẽ,inſtar *Mallei*,victor contereret.Verſiculos apponemus ipſoſmet. E quibus, quid,ſub *Anno M.DC.XXI.*voluerit,evadet luculentum. Tales autem ſunt illi:

Fata volunt,ſcriptura docet,peccata loquuntur,
Quod FRIDERICVS ego MALLEVS ORBIS ero.

Videte,inquam, quid flammantia poſſint conſilia. Videte,quid momẽti habuerint ipſorum *Procerum*, etiam poſt res inclinatas,confidentiſſima verba.Sed nemo hactenꝰ, ut ajunt, inventus eſt mortalium, qui horis ſaperet omnibus. Nedùm ut *Princeps*, tãetſi magnus,tot conſultoribus utens, & quidem ea ætate,quę utiq;,autorum veterum calculo,veniam plerumq; mereatur, non errare poſſit, Profectò, ſi, apud *Xenophontem*,familiari colloquio *Hiero Rex* demonſtravit *Simonidi*. Majoribus multò *Reges* periculis,laboribus, curiſq;, obnoxios eſſe; quàm privatos homines.Illos enim à pleriſq; ſubditorum fictis,adulatoriiſq;, verbis, inter cætera,vel ob metum, vel utilitatem,laudari, amariq;. Hos verò; (videl.privatos) abſq; tàm adulationis, quàm metus,interventione, rectiùs ob virtutem coli. An quis valdè dubitabit, idem etiam ab eventu didiciſſe vel tantum *Principem*? Qui dùm,poſt *Rom.Imp.* inter ſummi loci, & ordinis, *Electores*, ac *Principes*, præcipua facilè dignitate emineret. Nihilominùs, ubi, calidis multorum, ac tùm quidem ſpecioſis, conſiliis in diverſum abreptus,intricatiſſimis, iſtis, ac periculi pleniſſimis, *Bohemiæ* motibus ſe,ſuumq; faſtigium commiſit. Inque funeſtum belli (quod quidem gentiles olim non immeritò dulce inexpertis eſſe,prodiderunt) vénit contuberniũ. Multa,immò pleraq; ſub humanis actionibus, etiam apud *Magnatum*, *Regumq*, aulas, inania,ac quavis vanitate vaniora, intervenire, vel ſuopte ſive exemplo,ſive periculo, poſteris conteſtatiſſimum facere,ac conſignare,poſſit.

III.

Regiæ Friderici Archipalatini conjugis lamentatoria. Quæ luctum, è fatali illo exceſſu conceptum, Belgii confœderati Ordinibus per legatos ſuos aperuit.

Triſtiſſimo illo,ſuper mariti fato, perculſa nuncio regia *Friderici* apud *Hagã Comitis* vidua, modò non altũ indoluit. Ingentiq; prævẽta eſt luctu. Quem *Vranius*, cæteriq; *Principes*,ac *Dynaſtæ*, conſolatoriis verbis lenire oppidò laborârunt.Sed etiam, ſequentibus diebus, legatis ad *Belgii confœderati Ordines* dimiſſis, funus illud, mœroremq; ſuum,conteſtari cœpit. Oratio illorum talis fuit.Regina, inquiunt, domina noſtra clementiſſima, *Ordines* ô *Præpotentes*! multâ vos ſalute impertit. Feliciaque omnia comprecata,ſuo nomine,ità intimare juſſit. Nimirùm, quo pacto immenſo illi totius mundi *Domino*, ſecundùm ſapientiam ejus, prorsùs impenetrabilem, inenarrabilemque, viſum eſſet, *Bohemiæ Regem*, &c. conjugem ſuum dilectiſſimum, ex hac miſera, caduca, & fragili,in æternam, lætitiæque conſtantis plenam, vitam evocare. Prout igitur animis, ac fiducia ſingulari, ergà vos,ô *Ordines*! *Regina* fertur. Fidemq;, & amicitiam,indiſſolubilibus vinculis aſtrictam, quæ quidem inter vos, & *Archipalatinam* familiam, jampridèm interceſſit, ad animum admittit. Ità exceſſum *Regis* jam τȣ μακαρίτȣ, quem *DEVS XIII. Cal. Dec.* ubi apud *Moguntiacum* ſubſiſteret,vocavit ad cœlites, vobis omnium primo intimare cogitavit. Quo nomine,tanquam præcordia, tantis mœroribus, luctibusq;, obſeſſa, curaſq;,& querelas,in ſinum veſtrum velut exonerare valeat,impellitur. Si enim aliquo pacto, ẽt ad intima penetrantem viſcera, incredibilem, à ſuaviſſimi conjugis exceſſu, impactum dolorẽ leniri poſse arbitratur,Per fidem, in veſtram illam benevolentiam tanꝗ hanc jacit anchoram. Cenſetq; in vado,luctu contritũ penè animũ, acquieſcere poſſe. Ubi per invadoſam iſtã triſtitiam tantùm non fractus,opem, ac ſolatiũ,alibi invenire vix ſatagit. Et quis non hunc luctum eò graviorem, eò magis dolendum,arbitrabitur? Cùm poſt acerbiſsimum inyictiſsimi illius, & omniũ fortiſsimi, *Sueciæ Regis*, caſum, oppidò accidiſſet? Qui quidem, tanquam *Epaminondas* alter, ipſa in morte victor deceſsit. Tũ illa eſt *Reginæ* ſecundaria afflictio. Ut rebus ſub cõmunibus, per *Germaniam* evidenter commutatis, defuncti *Regis* conſiliis,ac directionibus,jam potiſſimùm habuerit opus.Nempè viam,ad plenam *Archipalatinatus* recuperationem tendentem, jam tùm ſic quidem obtigiſſe planam, ſtratamq;.Ut, ſi *Rex* maritus ætati ſuæ modicum adhùc temporis adiecíſſet ſpatium. Secundùm omnium opinionem, mox in priſtinã patrimonii,potentiæ,ac dignitatis, poſſeſsionem,undè ab hoſtibꝰ fuerat eiectus,redire potuiſſet. Illis omnibꝰ ſuperaccedit amor filiorum dilectiſsimorum. Qui quidem vulnus facit multò aſperius. Dùm quinq; intuetur liberorum cariſsimorũ paria.Qui infrà ætatẽ ſunt, orphani ſunt, exules ſunt.Ideòq; conſilio,&operâ, indigent.Quem in modum igitur *Regina*, domina noſtra clementiſſima, admittit, ſuper exactiſsimo ſuo dolore,conſolationem,vel ex eo, dùm *Dei*, patris clementiſsimi voluntatem, ac beneplacitum, expendit penſiculatiùs.Cuius quidem ꝓvidentia,tametſi ſępenumerò videatur dura eſſe, ac ſevera, nihilo-minùs identidem omninò commendata, ac ſalutaris,accidit illis.Qui quidem divinæ voluntati ſuam confirmare didicerunt voluntatem. Ità ſuper veſtram,ô *Ordines*! oculos coniicit humanitatem. Spei, ac confidentiæ certiſsimæ,plena. Fore, ut, ſicut hactenùs defunctum ergà *Regem*, ſe,filioſque *Principes*, omnesque *Archipalatinæ* familiæ addictos, ſingularẽ affectũ, benevolentiam,ac ſolicitudinẽ,declarâſtis.Totq; egregiis demonſtrationibꝰ, ipſo opere,ac quibuſcunq; ſub occaſionibꝰ,cõteſtari cœpiſtis.Pro quibus tàm *Regina*, quã filii *Principes*, ſingulares,memoreſque, deponunt gratias. Sub fide, ea omnia imis præcordiorum ſub receſsibus, tanꝗ tabellis haud deletilibus, ſed æternam benefactorum memoriam cuſtodientibus, inſcripta eſſe.

Ut nunquam non de remediis,&occaſionibus,cogitare debeant. Quò gratitudinem operari. Pariaque facere ex debito, ſatagant. Ità jam quoque,& deinceps, egregiam illam amicitiam veſtram modò non continuare. Sed etiam,re exigente, amplificare,velletis. Quo ipſo,quàm afflictio,& calamitas,*Reginam*,ejusq; liberos, impendiò afficiens,vobis quidem cordi ſit,teſtatũ facietis. Immò eorum omnium veluti partem in vos recipietis. Adeóque in partem doloris,luctusque,venietis ipſi.

Quæ cùm ſic quidem comparata ſint,ut confirmatione nulla egeant. Ideóq; *Regina*, operæ pretiũ eſſe, minimè arbitratur. Ut vel ſuam,vel filiorum ſuorum,cauſſam curioſiùs commendet.Præſertim, cùm,ô *Ordines*, ex innata vobis beneficentia, eò ultrò propendeatis. Ut jam tùm vota etiam anteverteritis. Dùm *Oratoribus* veſtris, tàm in *Britanniam*, quàm *Germaniam*, dimiſſis, jã tùm in mandatis dediſtis.Illi rerum neceſſariarum curam ſuſciperent. Omniaq;, quæcunq; profutura eſſe queant, proſpicerent. Et profectò res oppidò favorabilis,iuſtaque,in medio verſatur.Nempè regiæ viduæ,& pupillorum,res agitur. Et quidem illius *Principis*.Qui certè amicitia,ac fœdere,vobis eſt conjunctus.Immò verò ejus generis hæc res eſt. Quàm *Deus* ipſe in verbo ſuo inculcavit.Ut omnes illi, qui hoc dãt effectum,benedictionis è cœlo ſint ſecuri.Quod igitur illo etiam eſt ſublimius.Hoc indè ad vos,*ô Ordines*,indubiè redundabit. Ut,dùm amorem,& propenſionem,ergà afflictos,induitis.Dùm veterrimę amicitiæ,ac confœderationis,conſtantiam,ſine labe,deducitis. Dùm *Principum*, præter ejus,armis, oppreſſorum,aſylum eſtis.Dùm innocenter ꝓſcriptis perfugium datis. Dùm viduis, ac pupillis,patrocinanimi. Dúmq; libertatẽ,atq;*Religionem*,aſſeritis. Creditote,illa ipſa eſſe,media,undè florentis, & celebratæ,*Reip.*veſtræ magnificẽtia majus incrementum ſumere valeat.Si neſcitis, interrogate fortunam veſtram! Et invenietis, vel ab eo tempore. Ex quo illis,qui quidem,præter meritum,è *Germania*,dilecta patria ſua,ejecti ſunt,tàm mite hoſpitiũ præbuiſtis, tàm benigna auxilia erogâſtis. *DEVM Opt. Max.* divinæ bonitatis, ac benedictionis, ſuæ imbrem ſuper *Remp.*veſtram larga manu deſtillâſſe. Vt rationibus prorſ' admirandis manifeſta hactenùs ſumpſerit incrementa. Neq; dubitatè,*ô Ordines*! Majores identidem vobis è cœlo promitti ſucceſſus. Quouſq; laudatum, ſanctumq;,illud propoſitum veſtrum,conſilia, atq; actiones,proſequemini.Atq; hæc quidem illa iſta eſt via.Quâ vobis amicos,ac neceſſarios,impendiò devincitis.Vt contrà, hoſtibus terrori exiſtentes, unâ poſt aliam victoriâ potiamini. Niſi grave ſit, per genium veſtrum, vos rogo,*ô Ordines*! Ne diſpliceat,integerrimam defuncti *Regis* confidentiam, paulò penitiùs ad animos admittere.Illaq; ſupremæ petitionis verba intimiùs depõderare. Quib' quidem *Rex* aliâs toties, & iã deniq;, uſus fuit.Certè dũ eò res rediiſſet,ut animam ſuam in *Creatoris* manus jamjam redderet, ſub ipſo animæ emigrationis limine profari cœpit. Conjugem meam, inquit, liberoſque perdilectos, quod attinet. Fidenter utiq;, & ſecurè,confido equidem. Hacq; ipſa ſub certitudine ex vita abeo. Fore,ut,ſecundùm *DEVM*, *Ordines Batavi*,*Vraniusq; Princeps*, ſimulatq; *Rex*, frater meus, pro illis ſingularem afferant ſolicitudinem.Hactenùs illi.

IV.

Ludovicus-Philippus, Dux Simmeranus, Archipalatinatus nominatur Adminiſtrator.

ARmis *Suecicis* hac tempeſtate recuperatus *Archipalatinatus inferior*, ne eſſet, poſt exceſſum *Friderici*,abſq; curatore. Ecce! ejus Provinciæ adminiſtratio ad *Ludovicum-Philippum*, fratrẽ,*Ducem Simmeranum*,rediit.Hic in lucem prodiit *Heydelbergæ,X.Cal.Dec.An.M.DC.II.*Adoleſcẽs,ſtudiorũ cauſsâ,*in Gallias* miſſus eſt.Undè cùm in patriam reverſus foret,*An.M.DC.XIX.* unà cum *Friderico, Electore*, tùm à *Bohemis* in *Regem* electo, & evocato, fratre, profectus eſt *Pragam*. Ut ſolenni *Regis* coronationi intereſſet.Cùm nondũ annos ætatis haberet ſeptẽdecim.E *Bohemia, An.M.DC.XX.*in *Marchiam*, ad *Electorẽ Brandeburgicum*,ſeceſſit. Ubi autẽ,rebus fratris,poſt cladem *Pragenſem*,fractis,attritisq;,*Spinola Marchio* exercitũ *Burgundicum* è *Belgio* in *Palatinatum* infunderet.Accidit,ut etiam hic *Princeps*,tametſi adoleſcens, & minorennis, magnâ *Archipalatinatus* parte interceptâ, etiam proprio patrimonio, *Ducatu* nempè *Simmerano*, privaretur. Qua de re, ſub prolixa innocentiæ, adoleſcentiæque illius minorennis, deductione, à *Ferdinando II.Imp.* reſtitutionem patrimonii,per vim armorum *Hiſpanicorum* ablati,demiſsè quæſivit.Ut eadem ſub cauſſa,*Loyſa Iuliana*,vidua *Electrix*, mater, etiam ſuis è poſſeſſionibus ejecta,apud *Aulam Cæſaream*,& ſexus inermis beneficia, & damni compenſationem, urgeret.Ibi ferunt, *Ferdinandum II. Imp.* utiq; mitiſſimum,tot precibus,codicilliſque, aures inclinantem, & matrem, viduam *Electricem*, & filium natu ſecundum, *Ducem Simmeranum*,innocentes declarâſſe. Neque ſimplici vice ad *Hiſpaniarum Infantem*, litteris interveniſſe.Pateretur *Infans* utriq; tàm poſſeſſiones, à *Spinolæ* exercitu interceptas,reddere.Quàm milites deducere,ac tributa ſuſpendere.Omninò enim æquum eſſe,ut è poſſeſsionibus,reditibuſq; ſuis,uterq;,more *Principum*,aleretur. Sed per *Hiſpanos*,ãliud quaſi egentes, ſtetiſſe perhibent, quò minùs hæc res ſpectaret ad effectum. Dùm illi,morâ interpoſitâ,velut funiculum trahere.Remq; de induſtria protelare, viſi ſunt. Ità factum, ut tàm *Electrix* vidua, quàm *Ludovicus* Philippus,*Dux Simmeranus*, exſpectatione ſua identidem exciderent. Vſq; dùm *Guſtavus*, *Sueciæ Rex*, victricibus ab *Oceano Balthico* in *Imperium* provectus armis,in *Rheni* partes ipſumque P*alatinum*,penetraret.*Hiſpanos*, è *Lutera*, *Simmera*,Kirchberga,& *Crucenaco*, aliiſq; civitatibus,eiiceret.Poſſeſſioneſq; patrias exulib' reſtitueret. Quo nomine,per *Axelium Oxenſtirnum*,regium *Cancellarium*,pręeunte diplomate,inveſtituram illam conceptiſſimis verbis aſſerente, præfatum *Ludovicum Philippum*,*Ducem* Palatinum, circà *V.Cal. April.*in ditiones patrimoniales immiſit.Eundemq; adhortari iuſſit, quantò ociùs Princeps in *Palatinatum* veniret. Poſſeſſionesq; patrimoniales, iam modò *Suecicis* armis vindicatas, pleno iure occuparet.Id quod ſiquidem ingratum accidere ne quidem poſſet,ille, aſſumpta coniuge,*Maria Eleonora*,ex *Electorali* familia *Brandeburgica Marchioniſſa*, ad *Guſtavum Regem* properavit.Gratanterq; tanti *Regis* beneficium admiſit.

CAP

CAP. II.

De Mauritii, Heſſorum Landgravii, vita, ſtudiis, & emortualibus.

I.

Mauritii natales, ac ſtudia.

POſt *Fridericum Archipalatinum*, ad *Mauritium, Heſſorum Landgravium*, delabimur. Hic felicibus Muſarum auſpiciis prodiit dias in luminis auras *An. Chriſti M.D. LXXII. VIII. Cal. Iunias.* Pater ipſi fuit *Guilielmus, Heſſiæ Landgravius*, dictus *Sapiens*, avus *Philippus*, cognomento *Magnanimus*. Matre natus eſt *Sabina, Chriſtophori, Ducis Würtenbergici*, filia. Ubi ergò, tantis parentibus ortus, naturâ ſua ad virtutẽ tot⁹ ferretur, ſub optimis ejus ætatis *Philoſophis*, optimis præceptorib⁹, more *Antonini Philoſophi, Imperatoris*; ſtudiis (undè ille, autore *Iul. Capitolino, Philoſophi* nomen adeptus eſt) totum ſeſe mancipavit. Ea ſingulari ingenii bonitate provectus, humaniora illa ſtudia, quæ propriè velut *Philoſophica* vocant, præcipuâ tamen aviditate *Artem Poëticam*, eſt complexus. Ut ſponte ipſi carmen veniret ad numeros. Ultroneo, & naturali, ductu verſiculi ꝓfluerent. Cùm igitur minimè ad ocia, ſed velut ad ſtudia, ſe natum putaret. Admodùm adoleſcens divinum illud *Davidicorum Pſalmorum* opus, raro, divinoq;, ingenio in *Elegiaci carminis* bonitatem feliciter transpoſuit. In quo matura, ac litteris plena, eruditio jam tùm annos, & ætatem, ſenilis ſapientia adoleſcentis captum, carminis concinnitas, atque elegantia, *Principis* indolem, quovis cum eruditiſſimo *Poëta*, ac *Philoſopho*, certantem, à *Principe* ſuperavit. Quod quidem rariſſimum in *Principe* divini ingenii ſpecimen *Illuſtriſſimo*, pariterq; ſincerioris notæ *Mathematicis* illis diſciplinis famigeratiſſimo, *Principi, Guilielmo*, κατ᾽ ἐξοχὴν dicto *Sapienti*, parenti, *Caſſellis* typis ex officina principali divulgatum, ſacrum

Eſſe ſui voluit monumentum, & pignus, amoris.

Miretur aliquis, *Principem*, & quidem adoleſcentem, eâ ætate inveniri tàm ſedentarium, ſtudiiſq; præſertim *Poëticis*, operam dantem aſſiduam. Ut tantum divinorum *Pſalmorum* opus *Poëtica* paraphraſi elaborare quitus ſit. Certè, plerorumq; *Principum* ille genius haud quidem eſt, ut diu eodem loco quieſcant. Ut etiam de *Auguſto Imp. Principe* aliàs tàm litterato, quàm miti, proditum ſit. Eum vel ſub tonſoris manu tantiſper, quoad iſte miniſterium ſuum peregiſſet, durare vix ſuſtinuiſſe.

At tanta fuit cupiditas hujus *Principis*, atque in ſtudia illa *Philoſophica* ardor. Ut vel eo dũtaxat edito egregio virtutis litteratæ ſpecimine nequicquam acquieverit. Ut, ubi pectus ſemel litteris, & eruditione, impleviſſet, majora in dies, juxtà graviores diſciplinas, molimina aggredi perſeverârit. Dixiſſes, hæc fuiſſe ferventis adoleſcentiæ ſtudia. A quibus facilè maturior ætas, ampliſſimi principatus, ac provinciæ, curis intenta, facilè feciſſet ſeceſſionem. Sed hîc nihil min⁹ evênit. Tametſi, n., ad cœlites evocato *Guilielmo* parẽte, *An. Chriſti M.D.XCII.* ætatis vigeſimo primo, in luculenti patrimonii, & regionum, regimen ſuccederet. Quos graviores negotiorum æſt⁹, ubi ad *Imperium* vocaretur, difficulter admiſiſſe *Antoninum Imp.* dictum *Philoſophum*, memorant. Immò paulò poſt in conjugialem ſocietatem, copulamq;, tranſiiſſet. Undè proclive fuit, vel ipſum *Cupidinem* meditanti, ſcribentiq;, calamum toties ſurripere. Nihilominus obtinuit etiam vel tùm *Poëta* illius *Germani*, optimi commatis, calculus. Hæc in verba ſcribentis:

Difficile eſt, tacitos naturæ abſcondere motus,
Ponere difficile eſt, quæ placuêre diu.

Idem in tanto *Principe* fuit evidens. Tantùm enim abfuit, ut, *Muſis* velut obſtetricantibus, amoremq; ſui ipſo cùm nutricis lacte inſtillantibus, à teneris velut unguiculis tenerrimè dilectis illis melioribus diſciplinis, ſtudiis, carminibuſq;, miſſionem daret. Ut potiùs hanc viam, ſemel cœptam, ſemel animis altiùs hærentem, etiam ſupremos ad uſq; vitæ dies, calcandam ſibi eſſe, conſtanter iudicaret. Quid enim de eo dicam? Nimirùm *Principem* hunc ad omnem facilè magnificentiam natum factumque fuiſſe. Vtiq; quem natura divinâ, præ cæteris, beaverat indole. Educatio, juxtáq; magni parentis exemplum, ad virtutem incitaverat. *Rhamnuſia* ex ampliſſima hæreditate, opibus, regionibuſq;, ditaverat. Vt nullus facilè ſuæ conditionis *Germaniæ Principum* ſua illa ætate ſplendidiorem aleret aulam. Ad tanti, ac tàm virtuoſi, *Principis* famam confluentibus dynaſtarũ, equeſtriũ, maximéq; litteratorum, hominum circulis. Quos ipſe *Princeps* non tàm genio, ac virtute ſua, attrahebat. Quàm ſalariis, officiis, muneribus, & honorariis, paſſim invitabat, conquirebatq;. Vt vel illo ſub ſplendore, quem homines utique pleriq; in beatis habent, acquieſcere potuiſſet. Sed non acquievit his omnibus *Mauritii* virtus. Qui cùm plerarumque per *Europam* gentium linguas, inſtitutione, & uſu, ſibi feciſſet vernaculas. Omnivariiſque pectus ſtudiis, ac melioribus diſciplinis, inſtruxiſſet. Eò porrò conjecit contemplationem, quò non ſibi ſolùm, ſed etiam ſubditis, etiam poſteris, prodeſſet.

Grammatices igitur præcepta ſaluberrima, à ſe optimis è fontibus hauſta, ac digeſta, typis deſcribi curavit. Juxtáque, inter cætera excelſæ mentis graviora molimina, *Proſodiæ*, ſive rei *Poëticæ*, ſyſtema itidem divulgavit. Quo inſigni, & erudito, opere puriorem, commodioremque, viam per regulas, atque exceptiones, firmiſſimas, ea ſtudia, quibus ipſe delectaretur maximè, tyronibus modò non geneross̀e inculcare, ſed etiam, ſi fieri queat, inſtillare laboravit.

Quod ſi nunc πάντα ὄχλῳ, quod ajũnt, merebitur *Platonis* ſententia. *Tùm demùm florere Rempublicam, ſi aut Philoſophi imperarent, aut Imperatores philoſopharentur.* Per fidem! an felicior *Heſſiâ*, hac in parte nuper floruerit provincia alia, dubitari

tari poſſit. Illud enim modò non albis lapillis notari, ſed cippis, atque obeliſcis, inſcribi dignum eſt. *Mauritium Principum* litteratiſſimum, & litteratiſſimorum *Principem*, tantùm non domi, atque intrà *Muſæum*, philoſophari cœpiſſe. Sed dona ſua (quod optimi ingenii, ac naturæ melioris, proprium eſſe, ajunt) protuliſſe foràs. Poſtq; leges patriæ Eccleſiaſtico-politicas, *Conſilio, ac Virtute*, conſtitutas, præcepta etiam *Scholaſtica*, Artiúmque humaniorum addiſcendarum ingenuas formulas, ſtudioſę juventuti hactenùs præſcripſiſſe, ut optimum *Patriæ* patrem. Ut etiam exindè illam laudem, illam voluptatem, fructumq;, in vita exciperet. Ut in *Academiis*, *Gymnaſiisq;*, tàm *Heſſiæ* patriæ propriis, quàm exteris inſuper, *Mauritii, Principis* verè *Philoſophi*, præcepta ſaluberrima addiſcerent tyrones aſſiduè. Prædicarent magnificè. Aliosque ſucceſſivè, magno cum emolumento, docerent, atque erudirent, optimè, utiliſſiméque.

II.

Perſarum Rex, Mauritii Principis famâ Virtutis excitus, Caſſellas emittit legationem.

TAmetſi verò illo quoque tempore, & quidem ex eo hominum genere, qui quidem litteras vix perfunctoriè deguſtârunt, (*Ars* enim, ut ajunt in triviis, *non habet oſorem, niſi turpiter ignorantem*) nō deeſſent ſugillatores. Qui quidem hoc in *Principe* non virtutem, non eruditionem, accuſarent. Sed *Philoſophica*, atque *Poëtica*, ejus vel ſtudia ob id carperent, quòd eſſent nimia. Prout etiam *Antonino Imp.* dicto *Philoſopho*, ſua tempeſtate objectum fuiſſe tradidit *Capitolinus*. Dùm crimini datum eſt, tanquam *Imperatorem* à cæteris intentionibus ferè omnibus Philoſophiæ ſtudium abduceret. Redderetq; ſeverum, ac triſtem. Quis tamen ob id *Mauritium* culpare auſus fuit? Tanquam regimini, ac provinciis, deeſſet? Tanquam ſeverior, ac triſtior, evaſiſſet ſtudiorum meditationibus? Cùm omnibus eò magis *CONSILIO*, & *VIRTVTE*, deliberationes, conſultationesque, graviſſimas, recoxiſſe viſus ſit. Ut, juxtà illud *Ovidianum*, quod de ſtudiis humanioribus, & arte, inculcavit:

Emollit mores, nec ſinit eſſe feros:

etiam humanitatem, comitatemq;, humaniorum illorum ſtudiorum, utiq; ab ipſa comitate nomenclaturam obtinentiū, uſibus tanquam cote, acuiſſe ſolitus fuerit. Ut nemo illo affabilior, nemo facundior, nemo in menſa, ac convictu familiari jucundior, facilè occurreret. Cui nulla ferè dies ſicut abſq; autoris lectione abiit. Ità nullum τὸ ἄριστον, nulla cœna, fuit abſque acroamate, ac quæſtione Philoſophica. Ut meritò de *Mauritii* menſa dici poſſet, quod *Timotheus, Cononis* filius, dux *Athenienſis*, de *Platonis cœna*, apud *Ælianum*, prodidit: *Illos*, inquit, *qui cum Platone cœnarent, etiam poſtero die benè habere.* Hoc appoſitè quoq; de *Mauritii* menſa dici poterat. Quâ convictores modò non epulis, ferculiſq;, lautiſſimis, paſti dimittebantur. Sed inprimis ſententiis, animo gratiſſimis, acroamatibus jucundiſſimis, pectora implebant. Ut longè poſt ejuſce convictus & meminiſſe, & animum exin paſcere, ſuſtinerent.

De *Alexandro*, *Philippi* filio, ea curioſa diſquiſitione diſputavit *Plutarchus*. Ut penè ambigat, an major ille *Philoſophus*, quàm *bellator*, extitiſſet. Addit etiam: *Regem* graviſſimas illas inter expeditiones bellicas, de *Acroamatibus Philoſophicis*, ſibi antehâc, ſub diſciplina *Ariſtotelis* præceptoris, traditis, ſolicitum fuiſſe. Ut *Philoſopho* exprobrârit. Dùm illa *Elementa*, tanquam propriè ad ſe ſpectantia, nuncupâſſet alteri. De *Iul. Cæſare*, *Alexandri* imitatore, prædicavit *Lucanus*. Etiam hunc, medios inter civilium bellorum æſtus, de *Mathematicis, Phyſicisq;*, ſtudiis. Adeóque, de *fontibus Nili* perquirendis, ſedulum, prolixumque, fuiſſe. Qui quoque, referēte *Suetonio*, ſub ipſo civilium armorum fremitu, duos de *Analogia* libellos ad *M. Ciceronem* perſcripſiſſe. Itemq; *Poëma*, quod dicitur Iter, concinnaſſe traditur. Etiam *Auguſtus Imp. Poëticam* attigit. Et quidem haud obiter. Ut, tempore *Balnei*, *Epigrammata* meditaretur. Opusque integrum hexametris verſibus pangeret, cujus & argumentum, & titulus, fuit *Sicilia*. Idem *Tragœdiam*, *Aiacem* dictam, ſcribere exorſus erat. Ut plurium *Imperatorum, Regum, Principumq;*, libellos eruditos, ac faciles, publicantium, exempla aliundè accerſere velle, haud ſit opus. Tantò minùs igitur fraudi fuerit *Mauritio Principi*, quòd *Carmina*, quòd *Poëmata*, quòd *Grammaticen*, quòd *Proſodiæ Elementa*, dedit, ac publicavit. Ut majori vel eo ipſo laude, ac fama, ſit digniſſimus. Prefatum *Antoninum Imp.* & *Philoſophum*, illum, milites non ſagatos, ſed togatos, aluiſſe, in litteras relatum eſt. Eò, quòd ipſe eſſet togatus. Idem propè ipſi *Mauritio* contigit. Nempè hic dynaſtas, equeſtres, aulicosque ſuos, togatos effecit. Hoc eſt, armis litteratis exultos eſſe juſſit. Ut *Principis* ad exemplum plerique omnes operam darent artibus, ſtudiiſque *Eloquentiæ, Hiſtoriarum*, & ejuſmodi diſciplinis *Philoſophicis*. Undè aliquando & ſibi, & patriæ, prodeſſent. Quæ cùm virtutis, & eruditionis, florentiſſimæ, in *Mauritio Principe*, fama modò non omnem ferè impleret *Europam*. Sed etiam in *Aſiam*, ad ipſos barbaros, *Getasque*, emanaret. Factum eſt. Ut vel potentiſſimus *Perſarum Rex* è paludato quoque togatus evaderet. Dùm, *Mauritii* virtute motus, integram, regiam, ac ſolennem, *Caſſellas* dimiſit eò uſque legationem. Quæ, ſequeſtratis tantiſper feris armis, *Mauritio*, armis togatis ſplendidiſſimo, munera, *Regis* nomine, ferret. Hancque illi togatæ virtutis felicitatem ſolenniſſimè congratularetur. Quo quidem loco, ſi unquam aliâs, *Ciceronis* illud in triumphum duci meruit. Quod in triviis jactitant:

Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ.

III.

Elegidarion Mauritii Principis. Quo ipſe ſtudia ſua Philoſophica, tanquam in nummo quodam, expreſſit.

SEd longiùs, ac præter inſtitutum, tàm litterati *Principis* jucunda recordatio me abripit. Ut ergò ad oculum, quod ajunt, evidentiſſimè omnib' innoteſcat, tantum *Principem* non ocio, non vino, nō aleæ, non equis, (quantumvis aulico ſplendore, ſpectaculis theatralib', & comicis, concentibus muſicis,

aliiſq;

aliisq; id gen⁹ oblectationibus, vacârit, non minùs quotidie, ac ſæpiſſimè) ſed ſtudiis, ſive *Philoſophicis*, ſive *Poëticis*, addictum ſeriò fuiſſe. Ecce! elegans, eruditumq; ipſi⁹ *Elegidarion*, ꝙ olim *Erotematibus Poëticis* præfixit, hoc loco ſuperinducemus. Undè tantū non profunda, & emaculata, tanti *Principis* eruditio æſtimari poſſit. Sed ét ardor, & cupiditas, in elegãtias *Poëticas*, inuſitat⁹, tanq̃ in numiſmate quodam, inſpici, & ad animum admitti, ſuſtineat. Audite autem, ſi non grave eſt, *Principem Poëtam*, & ſui ſeculi *Apollinem*! *Carminibus* loquentem!

Diverſos diverſa iuvant. Omniq; palato
Non omnes ſapiunt, conveniuntq; cibi.
Quiſq; ſuo capitur ſtudio: Sua quemq; voluptas
(Quá ſine vix homini vivere dulce) trahit.
Inſpirant alii ſpumantia follibus æra,
Vt ſtatuas condant arte, Perille, tuâ.
Hic fundit pyrio replendas pulvere cannas,
Eiicit indè ſono terrificante globos.
Educta hinc cœlo moles, ſylvæq; tremiſcunt,
Turbatiq; pavet regia vaſta maris.
Non ſic irata iaculatur fulmina dextrâ,
Nec tonitru cœlum Iupiter ipſe quatit.
Deſcribunt alii vario ſibi ficta colore,
Vt faciant fuco mortua viva ſuo.
Oſtendunt alii fugientis temporis horas,
Et vigiles harum ſingula puncta notant.
Annumerant alii tremulis ſua cantica chordis,
Vtrem pro cithara gaudet habere Midas.
Hos iuvat in gyrum validos torquere caballos:
Illos arma iuvant, Martia pugna iuvat.
Augendi eſt aliis immenſum cura peculi,
Fallor? an his Plutum dixeris eſſe deum.
At volupe eſt aliis ſpoliare volucribus auras,
Piſcibus & fluvios, & nemus omne feris.
Plena trahunt alios udi carcheſia Bacchi,
Queis aliud nihil eſt vivere, quàm bibere.
Noſtra ſed Aöniæ venatio ſorbia Muſa eſt,
Proq; fera cervâ vera Minerva placet.
Nos iuvat inventis attexere carmina Muſis:
Sat fuerit, Muſis ſi placuiſſe queam.
Muſa noſter amor, dulces antè omnia Muſæ:
Noſter amor docti turba novena chori.
In cuius medio radianti vertice Phœbus
Increpat argutæ fila canora lyræ.
Nunc blandos Elegos, faciles nunc autor Iambos,
Heröosve, canens, non ſine laude, modos.
Ergo nova novus arte liber nunc prodit in auras,
In quo Phœbicolis regula certa datur.
Regula certa datur: qua, dùm modò noveris illam,
Scire potes ſtricti tempora certa pedis.
Scilicet hæc faciunt tibi metra, metrumq; poëma,
Seria ſeu placeat pangere, ſive ioca.
I liber alitibus dextris, & mollibus auris,
Exceptus, genium, ſi merearis, habe.
Qui te doctoris non dedignantur honore,
Fundere fac facili mollia metra ſtylo.
Metra quibus conſtet ſua laus hominiq; Deoq;.
Scilicet his unis ſerviet omne melos.
Exoptaq; diu lectoris ut ore veharis,
Proſperaq; autori fata precare tuo.

IV.

Mauritius Princeps ſui temporis Mecænas.

Tanta, ac tàm elegans, cùm eſſet litteris exculta, atq; erudita, virtus. Non immeritò ipſe quoq; ſuperioribus annis exclamâſſe videbor, ſequentibus verſiculis. Ubi felicibus auſpiciis in tanti *Principis* veniſſem notitiam:

Tu modò non Vates es, Princeps, Principe digno
Sed potiùs primo Phœbus Apollo loco.
Plaudite iam Vates! Maieſtas ampla Camœnis
Surgit, & à tanto Principe Vate decus.

Antoninum Imp. dictum *Philoſophum*, *Scævola*, juris periti, operâ præcipuè uſum fuiſſe, narrat *Capitolinus*. *Papinianum* verò *ICtum*, *Severo Imp.* amiciſſimum extitiſſe, annotavit *Spartianus*. An ergò etiam, *Mecœnate Mauritio*, defuêre *Marones*, ꝓut cantillat *Flaccus*? Minimè gentium! Ecce! enim *Mauritius*, cùm *Academiam Marpurgenſem* haberet, litterarū, litteratorumq; officinam inſtructiſſimam, ét ſuos aluit in ſinu ſuo *Papinianos*, *Scævolasq;*, ſuos *Ariſtoteles*, ſuos *Marones*. Quis. n. hiſce nominibus indignos judicet, inter cæteros, *Herman. Vultej. Io. Goddæum, Rodolphum Goclenium* Senior. *Herman. Kirchnerum*, aliosque *ICtos, Philoſophos, ac Poëtas*, illos, non è trivio, ſed majorum gentium? Quo loco, cùm *Princeps* ille *Philoſophus*, cum *Goclenio Philoſopho* ſuo, & frequentiſſimè, & familiariſſimè, converſari conſveviſſet, vix ſtudio me temperare poſſe videor. Quin & illud tàm *Principi Philoſopho*, quàm *Philoſopho Principis*, antehàc à me deſtinatum, hoc loco interjungam:

MAVRITIVS. GOCLENIVS.

Gloria Mauritius Cattorum prima. Secunda
Goclenius. Princeps ille, ſed ille Sophus.
Omnigenas callet Princeps Celſiſſimus artes:
Omnigenas artes callet & iſte Sophus.

V.

Mauritii Principis emortuales.

Regnavit *Mauritius Princeps* ſplendidè, ac feliciter, ad annos circiter triginta quinq;. Uſq; dū hi crudeles ac barbari, è *Bohemia* in *Germaniam*, omnesq; penè provincias finitimas, ſeſe, ceu inundatione quadam, infudiſſent motus bellici. Qua impetuoſa tempeſtate, cùm ob *Religionis* profeſſionē, (*Reformatam* vocant) *Vnioniſq;*, ſic dicti fœderis, diſſolutionem, rebus omnibus à parte *Friderici Archipalatini* (cui quidē hic ſtudbeat *Mauritius*) invidiam ſibi paratam eſſe cerneret. Quò liberiùs, vitæ ꝙ eſſet reliquum, & pietati dare, & expeditiùs philoſophari, poſſet ꝓvinciæ regimen, magnorum *Regum* imitatione, ſponte, & lubens, in man⁹ *Guilielmi*, *Heſſiæ Landgravii*, filii natu maximi, reſignavit. Nō multò poſt, exacto quinquennio, ex hac fragili, & impetuoſa, vita, in æternæ, ac cœleſtis, illius beatitudinis portum delatus. *Guilielmus* filius, Marte, quàm Arte, illuſtrior, tanto cum ſplendore, & apparatu, defuncti parentis *Mauritii* manibus parentavit. Ut exacto, integroq;, volumine, unà cū figuris, æneis, totâ *Heſſiæ Principū* genealogiā, & inprimis *Mauritii* parētis *Exequias*, celebrātib⁹, in quęſitiſſimas *Apollinis* illius ſui ſeculi laudes itum ſit. Cujus ubi *Elogia viginti Academiarum, Scholarumq;*, tàm intrà, quàm extrà, *Imperium* illuſtrium, panegyricis cantari meruerint, amicum lectorem, compendii igitur, ad volumen illud *Exequiale* remitto. E quo ſiquidem *Cenotaphii inſcriptio* plura contineat, pro pleniori tanti *Principis* vitæ conditione profutura. Ecce! hùc totidem verba transferre, & mutuare, viſum fuit operæ pretium. Ecce! autem illa:

MAV-

MAVRICIVS D.G.Heſſiæ Landgravius.
Celeberrimorum Heroum,
D.Guilielmi, Sapientis, Filius.
D.Philippi, Magnanimi, Nepos.

Naſcitur Caſſellis An. Chriſti. M.D.LXXII. Maij D.XXV. Matre Sabina Wirtenbergica, Chriſtophori Ducis filia.

Succedit patri, ex humanis ærumnis ad cœleſtia evocato, An. Chriſti M.D.XCII. Ætatis XXI. Vxorē ducit Agnetem Solmenſem, Anno inſequente M.D.XCIII. Ex qua ſuſcepit Filios tres, Ottonem, Mauritium, Guilielmum, & Filiam unicam, Eliſabetham, poſtmodò nuptam Ioanni Alberto Megapolitano. Prima coniuge An. M.DC. II. defuncta, ſecundis votis ſibi jungit An. ſequente M.DC. III. Iulianam Naſſoviam. Ex qua itidem ſuſcepit Filios ſeptem, Philippū, Hermannum, Mauritium, Fridericum, Chriſtianum, Erneſtum, Philippum minorem, & Filias ſeptem, Iulianam, Sabinam, Magdalenam, Sophiam, Chriſtianam, Eliſabetham minorem.

Antè ſe verò, turbato mortalitatis ordine in cœleſtem Patriam præmiſit Mauritium majorem, Ottonem, Philippum utrumq;, Sabinam, Eliſabetham majorem, Chriſtianam, Iulianam.

Superſtitem reliquit Guilielmum primogenitum, in jure ſuperioritatis, & principali regimine, ſucceſſorem, Hermannū, Mauritium minorem, Fridericum, Chriſtianum, Erneſtum, Agnetem, Magdalenam, Sophiam, Eliſabetham minorem.

Princeps Religionis purioris Aſſertor, Eccleſiarum Orthodoxarū Nutricius, Literarū, ac Literatorū, ſummus Patron⁹, Libertatis Germanicæ, & boni publici, ſtudioſiſſmus.

Qui

Cùm variis curis, & laboribus, fractus, multisq;, peregrinationibus Reip. cauſſa, immenſo ſumptu, ſuſceptis, jactatus, pro gratia odium, pro ſtudio invidiam, retuliſſet. Et inſuper, ob aſſertam ὀρθοδοξίαν, Ditionum ſuarum jacturā feciſſet maximam, pertæſusq; rixarum, & iniuriarū, quibus indè ab exceſſu Illuſtriſ. patrui. D. Ludovici Senioris, H.L. vexatus fuerat, laudatiſſimo ſummorum Regum, & Principum, exemplo, ſeſe regimine abdicâſſet.

Quietem demùm invēnit optatiſſimam, in morte. Qua obiit placidiſſimâ Eſchvviga Anno Chriſti, M.DC.XXXII. Martij D.XV. Poſtquàm in hiſce terris vixiſſet Annos LIX. Menſes X. Dies X. Et gubernationi cum laude præfuiſſet ad Annos fermè XXXV. Et ſibi, Deoq;, deſtinaſſet vitæ reliquum, quod fuit Annorum quinq;.

VI.

Autoris hujus operis Elegia. Quâ Mauritio H.L. parentavit.

PRo colophone, ad imitationem *Herodoti, Diog. Laërtii, P. Criniti,* aliorumq; ſcriptorū, cōmentariis ſuis ſive *Oraculorum* reſponſa, ſive illuſtrium virorum elogia, metricè ſcripta, interjungentium, *Elegidion* funebre, ex debito, non minùs equidem hîc appoſiturus videor. Quo ſuperiorib⁹ annis *Mauritij Principis* illius inferiis parentare ſum juſſus. Quòd enim, dùm viveret, tantùm *Muſagetam* aliquoties carminib⁹ humiliter venerari cœpiſſem. Neque *Princeps* pro ea, quâ innotuit, ex litterarum cultura, humanitate, dubitâſſet bis, terq;, carminibus autographis, (quæ in medio ſunt) honori meo clementer velificari. Etiam ergà defunctum religioſam obſervantiam vel hiſce ſub annalibus conteſtari præcogitavi.

Immenſas ſi quis numeris attingere laudes
Mauritij, toto quas habet orbe, velit,
Iliadem condat vena pollente, neceſſe eſt:
Non eſt ingenii pauperis iſte labor.
Vix pater huic oneri, quamvis celeberrimus arte,
Ennius argutis par queat eſſe modis.
Vix Thamyras, ipſis auſus certare Camœnis,
Mavelit huic vaſto credere vela mari.
Comicus hoc vix tentet opus, tentetq; Tragœdus,
Hoc ferat imparibus vix Elegia modis.
Alter ab immenſo vates exſurgat Homero,
Virgilio ſeu par alter, & alter, eat.
Qui canat eximii præconia Principis huius:
Illius ingenio nil prius orbis habet.
Plangite Pierides! Iam veſter deſiit eſſe
Phœbus in his, nuper raptus in aſtra, plagis.
Si quis in humanis fuit unquam verus Apollo,
Mauritius certè verus Apollo fuit.
Si fuit Aönidum dux, ſi Charitumq; choragus,
Scilicet hic dux, hic ille choragus, erat.
Si qua ferè regio, ſi temporis ullius ætas
Tàm docto felix Principe vate fuit.
Scilicet hæc ætas, hæc Teutonis ora triumphum
Ducit, & eſt iſtis Heſſia clara bonis.
Ergò mortales hæc cùm faſtigia laudes,
Et meritis æquent omnia magna ſuis.
Vos, ô Aönides, vos ô conferte Camœnæ,
In collaudando Principe vate, vices!
Dicite, ceu tenero fuerit ſacer impetus ævo
Ad Muſas plenis accelerare viis.
Dicite, ceu, luſtris tres ut tribus adderet annos,
Dùm foret in pretio læta juventa ſuo:
Davidicos docto perarârit carmine pſalmos,
Ingenii magnum divitioris opus.
O quot præſignes illo ſub tempore vates
Optârunt vires carminis eſſe pares!
O quot in hoc illas Magnates Principe laudes
Sectari ſtudiis haud patuêre ſuis.
Eſt aliquid, magnumq;, heroo ſtemmate naſci,
Seu populis leges, ſeu dare iura, ſuis.
Maius at eſt, totum virtutibus ire per orbem,
Et iuxtà patrii ſceptra tenere ſoli.
Quid loquar? At toto pluſquàm memorabile cœlo
Hoc facinus, pauci quo potiuntur, erit.
Cùm, populis heros, & laudibus, editus, orbe
Poſſidet haud toto Marte, vel arte, parem.
Talis erat nuper Cattorum gloria. Tanta
Scilicet ingenii dona fuêre tui.
Parcite Teutoniæ proceres! Vix Principe Princeps
Alter Mauritio maior in arte fuit.
Sive per Europam quis, ſive per Aſida terram,
Huic alius vix par invenietur, eat.
Mauritius doctis (vates applaudite! Muſis
Doctior, ingenuas carminis auxit opes.
Mauritius tandem (valeat modò Delphicus ille?
Heſſicus, & novus, & verus, Apollo fuit.
Quis referat cultos, quos ſparſit in orbe, libellos,
Seu facili ſcriptos carmine, ſive ſtylo?
Aucta quibus nigros penetravit fama per Indos,
Attigit & Thracas, barbaricosq; Getas.
Teſtis, Achæmeniis Rex qui dominatur in oris,
Mauritii quæ ſit gloria, quantus honor.
Nam procul Eöos, qui ferrent munera, Perſas
Miſit ad Heſſiacas, captus amore, plagas.
Quid? quòd finitimos virtus hæc rara Monarchas
Certatim in laudes iuſſit abire novas.
Scilicet hæc vis eſt doctrinæ maxima, magnes
Illius ingenii ſcilicet ille liquet.

Trans

Trans mare, trans terras, trans diſsita climata; Reges
Qui trahit, immemores nec ſinit eſſe ſui.
Quis mihi iam doctos illo ſub tempore vates,
Ordine quosque ſuo, dinumerare queat?
Vndiq; qui, facto velut agmine, & undiq; Phœbum
Facundi numeris hunc coluêre ſuis!
Vt facerent verſus, dulcis tua gloria multos
Impulit, & vires, ingeniumq; dedit.
Tu pueros ſtudiis, tu formas arte magiſtra
Ingenuos iuvenes, eximioſque viros.
Tu modò fundator non es, ſed doctor, & ipſas,
Quas facis, ipſe tua perficis arte ſcholas.
O decus, ô cunctis memorabile nomen in oris,
O Princeps ſtudiis invidioſe tuis!
Non ego ſublimes titulos, aulæq; potentis
Splendorem, numeris commemorabo meis.
Patria te vivo quo floruit Heſsia nuper:
Sic ubicunq; palàm maximus omnis eras.
Iſta canant alii. Sat ſit mihi, ſi modò pompam
Ingenii ex aliqua parte referre queam.
Ergo per Europam dùm, dumq; per Aſidos orbem,
Et reliquas mundi, quas habet ille, plagas.
Parva vel Aönii reſtabit nominis umbra,
Et quota Muſarum famâ ſuperſtes erit.
Mauritii ſeris divinum nomen ab annis
Poſteritas memori ſemper in ore feret.
Mauritio vates aſſurgent undiq;, Phœbum
Vnanimiq; colent relligione ſuum.
Ipſæ Mauritium Muſæ ſine fine canentes
Heſsiades dici, Mauritideſq;, volent.
Nos quoque, quod ſupereſt, celebres peragemus honores
Carmine Mauritio, Mauritioq; ſtylo.

CAP. III.

De Illuſtrium virorum complurium inferis. Rerumq;, notatu dignarum, hoc Anno M. DC. XXXII. contingentium, caſibus.

I.

Illuſtrium hominum complurium obitus.

PRæter ſuperiùs enarratos *Reges, Principes, heroaſq;*, tàm belli, quàm pacis, ſtudiis florentiſſimos, hoc anno partim ſub acie, ac conflictibus, bellica, liquidaq;, partim domi morte quieta, ac ſicca, decedentes. Plures reſtant cùm illuſtres viri, tùm matronæ. Cuiuſmodi, huius pariter anni decurſu, tàm ſub armis, quàm ſtudiis domeſticis, ex lege fati, ad plures emigrârunt.

E quibus, *Auſtraſiæ Duciſſa, Ferdinandi II. Imp.* cõiugis, videlicet *Imperatricis*, germana, deceſſit menſe *Februario*. Quo ferè tempore *Dux de Guaſtalla* intrà *Viennam* mortalis corporis exuvias, anima ad ſuperos evolante, depoſuit. Hic *Princeps*, ſingulari devotione conſpicuus, vetuit exequias ſibi, poſt obitum, fieri magnificas. Undè, abſq; ullo apparatu, funus ad *D. Auguſtini* fuit elatum intrà urbem.

Pridie *Id. Sextil.* noctu, horam intrà duodecimã, è vita, tanquam è ſcena, emigravit *Ioan. Sparrenius, Baro, Regis Sueciæ* conſiliarius bellicus, & apud *Moguntiacum* tùm gubernator. Cuius lethum citis paſſibus ponè ſequi cœpit *Nicolaus Hornius, Sueciæ Regis* itidem conſiliarius, idemq; per anteriorem *Pomeraniam* præfectus bellicus. Qui *XI. Cal. Septembr.* naturæ legem implevit apud *VVinsbemium*, in *Francis*.

III. Non. Septembr. Leopoldus, Auſtriæ Archidux, *Lacheſi* vitæ fragilis filum abrumpente, venit in *Libitinæ* contubernium, apud *Oenipontem*, intrà *Alpes Tyrolenſes*, ad cœlites evocatus. Quo tempore & *Carolus, Hiſpaniarum Infans*, apud *Madrittũ*, & *Auguſtus, Dux Palatinus Sultzbacenſis*, apud *Francos*, uterque fatales exegit annos.

Paulò poſt *Franciſcus, Dux Auſtraſiæ*, aliâs *Vaudemontius* dictus, rebus mundanis ultimum illud vale dixit *Idib. Octobribus*.

Neq; *Parca*, minimè parca, pepercit *Henrico, Comiti Schönbergio, Chriſtianiſsimi Galliarum Regis* legato, ac *Mareſchallo*. Quem, quòd res militares magna induſtria adminiſtraret, ætatis anno quinquageſimo nono, non ſine *Regis* ingratiis, intrà *Burdigalam VII. Id. Novembr.* apoplexiæ fulmen percuſſit, ſuſtulitque.

Illi naturali, & conſueta, morte vitæ finem fecerunt. At ſequens caſus, quo *Fridericus Rantzovius, Chriſtiani, Daniæ Regis*, Vicarius, aulæque magiſter, eodem die oppreſſus eſt, inſuetus, & irregularis, videri queat. Qui cùm apud *Coppenhagam*, intrà regium viridarium, cum *Rege* ſumpſiſſet cœnã. Paulóque diutiùs, uſque in ſeram veſperam colloquiũ extraxiſſet. Pace dicta, tandem receſſit. Perque urbis vallum perrexit domum. Qui cùm, parùm potus, miniſtris recedere iuſſis, paulùm ſecretò procederet, tanquam aquã, ut vocant, petiturus, mox in ſubiectam præcipitatus foſſam, ſpiritum aquis ſubintrantibus elidere cœpit. Miniſtri, caſum auribus percipientes, attonitis ſimiles, curſum accelerârunt. Exploratoq; domini lapſu, oppidò funeſto, quiritium fidem implorârunt. Sed nemo fuit repertus, qui à fatali meta iam pereuntem, & ad ima procidentem, revocaret. Omni auxilio humano prorsùs fatiſcente, Hac miſerrima calcata lethi via, poſt trihorium, cùm vivus ſervari non potuiſſet, mortuus è fundo fuit extractus. Rectiùs *Menalcas* paſtor, in *Virgilianis* inculcavit; Vel greges incuſtoditos ripæ fluminis propiùs admovendos haud eſſe:

Parcite oves nimium producere! NON BENE RIPÆ
CREDITVR———

Tantùm abeſt, ut ſub noctem præcipitio, ac foſſis antemœnianis, homo fortis, ac ſapiens, ſe credere debeat. Mitiori mortis genere animam reddidit pridie *Cal. Decembr. Fridericus, Dux Palatinus Lautereccanus*. Intrà *Auguſtam Vindelicorum* fatali horâ rebus humanis ereptus.

II.

Chriſtianus Guilielmus, Marchio Brandeburgicus, religionem, ut vocant, Lutheranam mutat in Pontificiam.

HActenùs, à flebili *Magdeburgi* excidio, *Chriſtianus Guilielmus Marchio, Adminiſtrator Magdeburgicus*, ſub ipſa laniena, & haloſi, à militibus *Thillyanis* captus, *Viennamq;*, ac porrò *Neoſtadium*, traductus erat. Ad eum cùm ſacerdotes *Catholici* creberrimè intrarent. Multaque, ſuper *Religionis* controverſiis, *Principi* inculcarent. Accidit paulò poſt, ut, operâ *Diaconi* cuiuſdam, eiurata *Religione Lutherana*, in partes tranſiret *Catholicorum*. Solennibuſq;, ſub æde aulica, cum ceremoniis euchariſtiam, ſub *VNA*, ſicut *Bohemi* nuper vocabat, perciperet. Qua re ſacra peracta, reliquum illum diem ſolitudini, ac precibus, dedit. Ferunt, *Principem*, cuſtodiæ nuper mancipatum, vel ideò liberari, atque ad ſuos redire, noluiſſe. Ne videri queat. Tanquam amore magis liberationis, quàm pietatis cauſſa, *Confeſſioni Auguſtanæ* renunciâſſet. Undè, vitę quod eſt reliquum, ſub *Cæſare* frangere eò minùs dubitat.

III.

Aquila ingentis magnitudinis, intrà Rhetiam, à milite glandetenùs transfigitur.

PRimo vere ineuntis huiuſce anni miles quidã, intrà *Rhetiam*, ad *Scalas* dictum locum, præcipuæ magnitudinis *Aquilam*, (*poëtæ* vocant *Iovis armigerum*) demiſſius volantem, pleno ſub volatu glande bombardaria transfixit. Undè propè militem, ſtationes ſervantem, decidit. Spatium alarum expanſarum excucurrit in pedes novenos. Ungues cœrulei coloris immane patebant. Venatores ex exenteratæ alitis ſtomacho ungulam damæ, interque cætera oſſa, tibiæ humanæ, radium extraxerunt. Qua ſuper rara, mõnſtroſâque penè, captura, variis, prout in populo fieri amat, certatum eſt opinionibus.

IV.

Somæ montis exæſtuatio. Itemque Gothæ civitatis incendium.

EOdem hoc anno terribilis accidit *Somæ* montis per *Italiam* eructatio. Ut, in ſublime eiaculatis ignibus, cineribus, ſaxiſque, etiam torrentes extrà alveos emoveret. Plurimaſque apud *Arienzonam* tàm domus, quàm arbores, non ſine evidenti exitio, corrumperet.

Eadem penè, & quidem totalis, haloſis tantùm non univerſam *Gothæ* civitatem laceravit, delevitque. Ubi enim, circiter finem *Septembris*, ex incuria machæropæi, ingens naſceretur incendium. Illud ultrà ſexcenta ædificia perdidit. Atque uſque eò ſęviit. Donec, duabus civitatis partibus in flammas abeuntibus, tertia duntaxat pars ab interitu vindicaretur.

Atque ſic,

Hactenùs eſt exacta mei pars prima laboris Hiſtorici.

Tu, *DEVS Opt. Max.* exercituum *Imperator, Victor, Triumphator*, paciſque commendatæ largitor unice! Da, precor, ut poſt hos viginti octo propè annos, ex quo tempore *Rom. Imperium*, & dilecta patria *Germania*, civilibus, ac graviſſimis, ſine miſſione, laceratur bellis. Tandē tuo beneficio, tuo munere, pax, rerum optima, mortales reviſat. Deſiderabilis illa gentium tranquillitas, commendatęque bonitatis utilitas, poſtliminiò refloreſcat. Pietas collapſa reſtauretur. Iuſtitia, bonæ artes, ſtudiaque amicitiæ, & humanitatis, apud nos ab exilio revocentur. Da, inquam, *Pater* clementiſſime! *Monaſterienſis* illa *diæta*, ad quam velut communem aliquem pacis mercatum, totius *Europæ*, ſecundùm *Cæſarem*, tot *Reges*, & *Magnates*, legatos ſuos emittũt, non ſine optimo ſucceſſu, effectoque, exſpiret! Hæcque altera *annalium*, quæ reſtat, pars, tuo cœleſti beneficio, ſub reverendæ, & amabiliſſimæ pacis refloreſcentia, deinceps feliciter abſolvi poſſit. Sic ora noſtra, ſub pœnitentiæ, ac vitæ, emendatione, memores, ac grati, in hymnos, in laudes, reſolvemus. Tibique uni, ex ſoli, *Statori, Triumphatori, Servatori, Iehovæ*, ſine fine, & intimis viſcerum penetralibus, *pæanas*, ac vota, nuncupabimus.

* * *

FINIS.

INDEX

INDEX RERUM MEMORA-BILIVM,

Quæ

IN HOC VOLVMINE SIVE COMMENTARIIS Rerum Germanicarum exhibentur, locupletiſsimus, iuxta Alphabeti ſeriem & numerum paginalem digeſtus.

A.

Albani Ducis ſeveritas & perſecutio. 4
Albertus Archidux Auſtriæ, miſſo ad Batavos legato, retentat pacis prolongationem. 290
Altenburgum à Cæſareanis capitur. 1113
Amœnoburgum à Chriſtiano Duce Brunſvicenſi interceptum. 275
Angliæ Rex, vide in I. Iacobus: & in C. Carolus.
Angli fortalitium S. Martini dictum obſidentes, à Gallis reijciuntur. 535
Anglicanus Advocatus, quod in Fridericum Palatinum calumnias evomuiſſet, pœnas luit. 263
Anhaltinus Dux Chriſtianus proſcribitur. 234
Cæſaris gratiam implorat. 272
Anholtinus Comes VVolferbytum & Nynburgum concludit. 501
Antverpia à Principe Vranio fruſtrà tentata. 411
Apologia Bohemorum ſub Vtraque. 15
Aqua in ſanguinem mutata. 47
Aqua dulcis in mari Gallicano. 47
Aquenſium Civium tumultuatio. 6
Aquila intrà Rhetiam glandetenus transfigitur. 1153
Arndii libellus precationum in ignibus conſervatur. 416
Argentoratum vniverſitatis privilegia ab Imperatore impetrat. 259
Argentorati Aula Epiſcopalis, Illuſtris Fraternitas dicta, Catholicis reſtituitur. 514
Argentinenſes ad Electorum è Conventu Mülhuſiano monitoriales reſcribunt. 149
favent Suecis. 980
in Lotharingicos animadvertunt. 1039
Suecis per pontem Rhenanum tranſitum indulgent. 1068
Arminij hæreſis. 117
Arminiani per Belgium novorum tumultuum autores. 471
Arpaiuvius Vice-Comes Gallicanus Trevirenſibus rebellionis crimen obiicit, ac deditionem poſtulat. 1105
Treverim deditione capit. 1106
Aves peregrinæ ac variæ. 7
Auguſta Vindelicorum reformatur. 632. ſeqq.
deditur Regi Sueciæ. 1023. ſeq.
Auguſtanæ Confeſſionis ordines per Auſtriam pro abrogatione edicti contra exercitium Religionis Cæſari ſupplicant. 403. 404. 407. 408.
contra Senatus Viennenſis decretum de abrogando exercitio Religionis proteſtantur. 404
Auguſtana Confeſſio per Sileſiam refloreſcit. 1074
Auguſtus Dux Palatinus, in cauſſa Religionis, à VVolfgango VVilhelmo fratre, urgetur: pro quo Sophia, Daniæ Regis mater, vidua, directis ad Regem filium, codicillis, intervenit. 812
moritur. 1152
Aurelianus Dux, Regis Galliarum frater, Regem codicillis interpellat; amoliturque à ſe crimen ſeditionis. 898
varios quærit receptus. 900
tum exercitu in Burgundiones movet. 1056
Gallos diplomate ad ſe invitat, contraque Richelium Cardinalem incendit. 1056
Digionenſes literis interpellat. 1057
eius copiæ à regiis funduntur. 1059
reconciliari tentatur Regi. 1061
Montmorantii caſu territus, denuò è regno recedit. 1064
Auſtraſia à Galliarum Rege invaditur. 980
Auſtriæ Ordines apud Cæſarem pro Bohemis intercedunt. 28
Auſtriæ inferioris ordines Catholici ſuos ad Turrianum mittunt. 55
eorum ſuper Turriani reſponſo ad Ferdinandum Regem relatio. 55
Evangelicos ad Conventum Viennæ celebrandum invitant. 105. 106
Auſtriæ ordinum ſub Vtraque gravamina. 37
ad Ducem Bavariæ Legatos mittunt. 198
Bavariæ Duci ſe ſubmittunt. 199
copias ſuas eidem cedunt. 199
homagium Cæſari deponunt. 199
Auſtriæ Dynaſtæ perduellionis rei in cuſtodiam rediguntur. 236
Auſtriæ Ordines ſupra Anaſum Imperatori homagium denegante, ab exercitu Bavarico compelluntur. 112
quinque dierum inducias ac deliberandi ſpacium à Bavariæ Duce rogant. 197
auxilia Hungarorum, & Gabrielis Bethleni implorant. 198
onerum ſublevationem petunt. 1007

Auſtriæ inferioris ordinum querela ad Imperatorem, ſuper Polonici militis inſolentiis. 163
Ferdinando Imp. tanquam Archiduci ſuo, homagium deponunt. 165
ex iis refractarij pro perduellibus declarantur ac proſcribuntur. 165
in cauſſa religionis interdictis urgentur. 644

B.

Babylon à Turcis obſidione tentatur, ſed fruſtrà. 1139. ſeqq.
Baccheracum Spinolæ deditur. 195
à Rege Suecorum occupatur. 1010
Badenſium Marchionum Eduardicorum cauſſa Imperatori ab Electore Moguntino commendata. 195
ab Imperatore deciditur. 348
Badenſes Marchiones inter tranſigitur. 515
Balæna. 819
Bamberga à Suecis occupatur. 1011
à Thillio recuperata. 1012
à Suecis fruſtrà tentatur. 1045
Barcellona Regi Catholico cenſum & obedientiam, negat. 471
Barnefeldij Nex & ſupplicium. 128
Baſſampierius, Gallicanus legatus, apud Londinum, navium interceptarum, & Reginæ miniſtrorum eiectorũ, reſtitutionem, urget. 524. ſeqq.
Batavi Expeditionem nauticam in Indias decernunt. 284
Alberto Archiduci Auſtriæ pacis prolongationem animosè recuſant. 291
in Monachos edicta publicant. 327
portum maritimum, omnium Sanctorum dictum, & S. Salvatoris civitatem, occupant. 412
Gogum intercipiunt. 419
eis commercia cum Hiſpanis interdicta. 470
tumultuantur hinc inde ob vectigalium onera. 472
victricia Cæſaris arma ſuſpecta habentes, copias undecunque augent. 605
ductorem Hiſpanicum, Ioannem Comitem Naſſovium capiunt. 814
potiuntur Braſiliæ metropoli. 815
VVilhelmum Principem Vranium, parentis ſucceſſorem nominant. 901
cum Hiſpanis pugna navali decernunt. 983
Venloum & Ruremundam occupant. 1075
Moſæ traiectum obſidione cingunt. 1082. ſeqq.
ſuper Pappenheimij adventu neceſſaria præparant. 1086
obſeſſos ad deditionem cogunt. 1087
Limpurgum occupant. 1088
ad ordines Belgij Hiſpanici ſuaſorias codicillis divulgant. 1089
Orſoyam intercipiunt. 1090
Bavariæ Elector apud Cæſarem pro Electore Saxoniæ ſua ſub provincia ſuper oneribus militaribus conquerente, intercedit. 558
hunc exercitus Cæſareani Imperatorem creandum non eſſe, rationes. 760
novam Fridlandi ſublimationem improbat. 979
cum Thillio coniunctis viribus apud Rainam caſtrametatur. 1021
à Rege Suecorum ad Lycum profligatur. 1022
Ratiſponam intercipit. 1027
Sultzbacum in Palatinatu ſuperiori ſubiugat. 1046
cum Fridlando coniungit copias. 1058
recuperat Landsbergam. 1133
Baudiſſius tribunus Suecicus Archiepiſcopatum Colonienſem infeſtat. 1135
occupat Tuitium. 1136
Bearnenſes bello petuntur à Ludovico XIII. Galliarum Rege. 292
Belgici motus ſub Albano duce. 4
ex hæreſi Arminiana. 127
Bellum inter Imp. Carolum V. & Principes proteſtantes. 2
inter Mauritium Elect. Sax. & confœderatos, & inter Carolum V. 2
Alſaticum. 3
Germanicum. 3
Iuliacenſe. 3
Bohemicum. 5.10.12.19.25
Mantuanum. 22
Mediolanenſe. 22
Sabaudicum. 22
Benfelda deditur Suecis. 1130
Bergizomum à Spinola obſeſſa, & à Mauritio Vranio liberata. 327.328
Bernates inter ac Solothurios novi motus gliſcunt. 1099
Biberacum ab oſſa fruſtrà tentatur. 1045
Bibliotheca Archi-Palatina direpta partim, partim Romam delata. 320
Bockelheimia Arx maſculè reſiſtens tandem Hiſpanis expugnatoribus cedit. 195
Bohemia ab antiquo Religionis novationibus ac diſſidiis aſſueta. 10
Bohemi divulgant Apologiam. 15
Lutheranam doctrinam amplectuntur. 10
Religionis Auguſtanæ liberum à Cæſaribus exercitium exorant. 10
Literas Maieſtaticas impetrant. 10
Obtentâ Religionis libertate, etiam Sileſiis, pro eadem impetranda adiumento ſunt. 12
ſub Vtraque bellum promovent, militeſque conſcribunt. 25
factum prius apud Cæſarem excuſant, &, ne exercitus Cæſareanus in Bohemiam mittatur, deprecantur. 26
cum Cæſaris exceptione & Bohemorum replicatione. 26
à Cæſare Rebelles declarantur. 29
à Cæſare media pacis orant, mediatoreſque ac arbitros erogant. 29
Turcas in auxilium evocaſſe inſimulantur, cuius excuſationem inſinuant. 30
ad Bavariæ ducem in cauſa ſua mittunt Legatos, abindeque Reſponſum referunt. 31
Admonentur ad obedientiam ab Electore Saxoniæ: Eorundemque replicatio. 33
confirmantur privilegia eorum à Ferdinando Rege. 48
eorum gravamina & poſtulata. 49
Ferdinandum Regem repudiant. 64.72.73
literis ad Electorem Saxoniæ datis graviter ferunt, Ferdinandum Regem ab Electorali Collegio Francofurtum evocatum. 64
Legatos Francofurtum mittunt, qui coram Electoribus ſuper præſentia Ferdinandi Regis conqueruntur. 65. 66
ſuper electione eiuſdem proteſtantur. 66
cũ Moravis, Sileſiis, &c. arctior confœderatio. 69.70

Frideri-

Fridericum V. Electorem Palatinum in Regem eligunt. 72.ſeqq.
Gabrielem Bethlenum Tranſylvaniæ Ducem in auxilium ſolicitant. 101
à Saxoniæ Electore auxilia corrogant. 140
ad Electorum è Conventu Mulhuſiano monitoriales excipiunt. 148
ab Electore Saxoniæ neutralitatem petunt. 179
Electorem Saxoniæ deprecantur. 182
ad Bavariæ Ducis criminationem reſpondent. 204
Pragam verſùs militem educunt. 208
aciem formant. 209
ad Pragam vincuntur funduntur que. 210
poſt cladem Pragenſem cum Bavariæ Duce tranſigunt. 213
Bohemiæ directores præſentes iuſſu Cæſaris in cuſtodiam adiguntur. 234
abſentes citantur. 235
proſcribuntur. 235
defunctorum memoria & bona damnantur. 235
Bohemica Comitia. 13.604
Bohemici Sacerdotes, eò, quòd ſub concionibus perduellionem foviſſent atque accendiſſent, exilio damnantur. 240
Bonnæ propagnaculum, vulgò Mitra Flaminum ſive Pfaffenmütz vocata, Rheno imponitur. 220
Borgia Cardinalis Neapolitanis præficitur. 298
Tibur ac Caietam deſcendit. 299
in Prochytam inſulam defertur. 299
Neapolim venit, militum præfectis in eius partes deſcendentibus. 299
Brandeburgicus Elector, per legatum ammonitus, in Imperatoris partes deſcendit. 504
in Boruſſiam venit, conventumque indicit. 545
ſuper regionum ſuarum depopulationibus apud Cæſarem conqueritur. 707
adverſus raptores latroneſque Edictum publicat. 805
tàm ob conventus Lipſienſis definitionem, quàm initam cum Suecorum Rege Tranſactione, ſeſe Cæſari purgat. 887.ſeqq.
à congregatis apud VVarſaviam Poloniæ proceribus diverſa poſtulat. 1004
nova conquirit ſubſidia. 1044
Brandeburgici Marchionis Alberti perſecutio. 2
Brandeburgicus Marchio Chriſtianus VVilhelmus clarigat in Cæſareanos. 807
religionem Lutheranam mutat in pontificiam. 1154
Breda à Marchione Spinola obſeſſa. 410
& capta. 412
Bremenſium Archiepiſcopus Cæſaris filius Leopold-VVilhelmus à Pontif. Max. declaratur. 649
Bremenſes conantur lites inter Daniæ Regem & Hamburgios dirimere. 752
Bremenſis Archiepiſcopus Ordines Catholicos infeſtat. 977
Brunaviæ Ædes ab Evangelicis ædificatæ, ab Abbate eius loci deſtruitur. 3
Brunſvigæ diæta provincialis celebratur. 426.ſeqq. 437.ſeqq.
Brunſvicenſes Duces Vlric-Fridericus & Chriſtianus interpellant ad Electorem Saxoniæ pro Luſatia. 183
Brunſvicenſis Dux Vlricus Fridericus in Cæſaris verba iurat. 457.458
contra ſententiam à Camera Imperiali in cauſſa Hildeſienſi latam, inſurgit. 648
Brunſvicenſis Dux Chriſtianus in rem Friderici Palatini copias in Haſſiam educit. 275
Amœnoburgum intercipit. 275
ex Haſſiæ finibus retrocedere compellitur. 279
per VVeſtphaliam aliquot oppidis potitur. 307
ad Bambergenſem & Herbipolenſem Epiſcopos Epiſtolas emittit. 307
è VVeſtphalia in ditionem Moguntinam movet. 308
ad Mœnum cæditur. 309
cum Mansfeldio per Lotharingiam movet. 325
alterius brachij uſum perdidit. 326
eius ad Thillyum exprobratoria. 356
pro Saxoniæ inferioris circulo militat. 354
ex inferiori Saxonia emigrare iubetur. 357
ob iniunctam emigrationem Inferioris Saxoniæ Principes incuſat. 357
alterâ vice à Thillyo cæditur. 357
tempeſtate ſubortâ in mari tantùm non opprimitur. 400
Buceri corpus exuſtum. 5
Buckingamus, quid cum nuptijs Hiſpanicis factum eſſet, coràm ſenatu regio recenſet. 391
in Conventu Anglicano perorat. 578
querelis petitur à plebe Anglicana. 579
eius conſiliarius à mercenariis cæditur. 579
per ſicarium confoditur. 618
Bucquoius Bohemiam invadit. 29
in Auſtriam movet. 105
aciem Cæſareanorum ordinat. 210
Presburgum cingit coronâ, atque recuperat. 255
Neohuſaliam fruſtrà oppugnat, ibidemque cæditur. 255
Budiſſina ab Electore Saxoniæ oppugnata. 184.185
Buxtehudani in præſidiarios Danicos iniurij. 561

C.

Cacodæmon Perſonatus apud Mediolanenſes. 797
Cæſar: vide in M. Matthias: & in F. Ferdinandus II.
Cæſareani Pragæ è feneſtris præcipitantur. 4.14.15
in Holſatiam penetrant. 500
in Iutiam caſtra promovent. 501
VVolferbytum & Nynburgum concludunt. 501
deditione capiunt. 503
apud Coſelium à Danicis oppreſſi. 505
in Poloniam educuntur. 685
Garzium & Griffenhagam Pomeraniæ Duci extorquent. 733
iis poſt Fridlandi abrogationem, novus anxiè quæritur Imperator. 759
Conditiones pacis Duci Nivernenſi præſcribunt. 770
Mantuam expugnant. 776
imponunt Roſtochienſibus: ac Stetinum tentant fruſtrà. 793
funduntur à Suecis. 804
loca, à Magdeburgenſibus occupata recuperant. 809
eorum Status in Pomerania. 860
Ducem VVirtenbergicum decretum Lipſiacum eiurare iubent. 902
è Luſatia eiiciuntur. 971
à Saxonibus cæduntur. 972
agrum Argentinenſem populantur. 1067
Marchionatum Durlacenſem infeſtant. 1068
in Luſatiam irruunt. 1069
à Saxonicis apud Steinaviam profligantur. 1070.ſeq.

ſeq.
potiuntur Nyſſâ. 1134
Caletum, Galliæ fortalitium, laborat proditione. 602
Cardinales creantur duodecim. 740
abdicato Illuſtriſſimi titulo, Eminentiſſimi nuncupari volunt. 796
Caroli Archiducis, Brixienſis ac Vratislavienſis Epiſcopi Literæ, ad Lignicij Ducem. 110
Caroli Gallorum Regis Edicta in Reformatos. 4
Carolus, VVallia Princeps, in Hiſpanos excurrit. 371
ſuper matrimonio Hiſpanico ſuſcipit tractationem. 371.391
quæ extemplò corruit. 373.391
re infectâ revertitur. 375.391
veras nuptias contrahit cum Henrietta Maria, Galliarum Regis ſorore. 396
eamq; è Galliis in Angliam deducit. 398
in Regem Angliæ coronatur. 410
Carolus Rex Angliæ in Hiſpanos arma expedit. 410
inter hunc & Galliarum Regem colliditur. 524. ſeqq.
Rupellenſes in protectionem admittit. 575.ſeqq.
eius legatus Cæſarem Electoreſq; pro Friderici Palatini reſtitutione interpellat. 755
tam quà proſcriptionis Palatini abrogationem, quàm quà reſtitutionem in Electoratum, à Cæſare reſponſum ſolicitat. 757
Palatinatus reſtitutionem apud Viennam denuò urget. 913
interpellatur, ut tanquam arbiter, inter Polonos Suecoſq; pacem prolonget. 1001
Carpezanus, tribunus Mansfeldicus, uxorem adulterii inſimulatam, oppidò per carnificem reciſa cervice obtruncat. 359
Caſalis obſeſſa. 567.795
Caſalina puella militat. 795
Catholicos inter & proteſtantes de remediis ineundæ tranſactionis, ſuper Edicto Cæſareo ſub comitiis Ratiſponenſibus propoſitis, deliberatur. 762.ſeqq.
Cauba deditur Haßo. 1010
Chamberinum à Rege Galliarum capitur. 775
Chami in ſuperiori Palatinatu à Scholaribus pugna fictitia de belli inter Regem Sueciæ & Thillyum eventu exercetur. 1018
Characteres inſolentes & prodigioſi. 47
Chriſtianus IV. Daniæ Rex cum Rege Suecorum fœdus renovat. 127
indignatur Hamburgenſibus. 217
apud Segebergam in Holſatis conventum celebrat. 244
indignatur Spinolæ Marchioni. 244
legatos mittit ad Cæſarem, pro exculpando Friderico Palatino. 245.ſeqq.
exercitum in Comitatum Schaumburgicum educit. 249
miſſo ad Imperatorem legato denuò pro Friderico Palatino intercedit. 311.ſeqq.
adiuvante Saxoniæ inferioris circulo arma adverſus Cæſarem præparat. 414
Imperatori, ſe à principibus inferioris Saxoniæ in Archiſtrategum electum eſſe, ſignificat. 415.425
in VVeſtphaliam arma profert. 422
per caſum Hamelii infortunium ſubit. 423
Electoribus Imperii Catholicis bellum denunciat. 446
arma cum Mansfeldio ſociat. 449
omnes copias apud VVolferbytum contrahit: negotiationibuſq; apud Hammaburgium in Hiſpanias interdicit. 450
per legatum fruſtrà tentat Sileſios. 452
abſentivo Fridlando in Thillyum movet. 453
VVilhelmum Principem Palatino-Neoburgicum ſuper expeditione ſua erudit. 453
Imperatorem ſuper pacis tranſactione interpellat. 454
apud Lutheram cæditur. 455
poſt acceptam cladem copias recenſet. 456
nova auxilia conquirit. 456
apud Holſatiam ſuis conventum indicit & conclaſſat. 457
Hoyam arcem expugnat. 457
ſuper reaſſumenda pacis tractatione Saxoniæ Electorem interpellat. 492.493
VVolferbyti exonerationem à præſidiariis Duci Brunſvicenſi negat. 494.ſeqq.
in Thillii actiones ad Albim intentus. 495.496
provinciam Lunæburgicam depopulatur. 497
pacis codicillos per Holſatiæ Ducem ad Electorem Saxoniæ tranſmittit. 498.499
ei legatos Mülhuſium mittendi facultas negatur. 499
Lubeccenſes dehortatur, ne Imperatori aſſentiantur. 538
novas ſuſcipit expeditiones. 584
Kielam navibus tentat, ſed fruſtrà. 585
Rugiam inſulam concludit: Vſedomumque inſulam aliam occupat. 585
quàm in pacificationem inclinet, ſub reſcripto publico declarat. 596
cum Imperatore de ſumma rei apud Lubeccam tranſigit. 598
pro Ducibus Megapolitanis in exilium eiectis apud Cæſarem intervenit. 672
contemptum ſibi ſuiſque ab Hamburgiis illatum, vindicat. 750
eius cum Hamburgenſibus actiones. 814
Hamburgiis reconciliationem negat. 896
hunc inter & Hamburgenſes pacificatio tentatur. 1137
ſuper reducenda per Germaniam pace Cæſarem, nec non Fridlandum interpellat. 1138
Civitates Imperii Saxoniæ Electorem querelis interpellant. 321
Cleracum expugnatur. 294
Cloſtergrab ab Archiepiſcopo Pragenſi funditus deſtruitur. 13
Coburgum à Fridlando occupatur. 1112
Colmaria ſpontaneam Suecis facit deditionem. 1132
exercitium Auguſtanæ Confeſſionis recuperat. 1133
Colmariana Diæta. 511
Colonia Agrippina pro pace Sueciæ Regem veneratur. 993
in Tuitii communitionem incumbit. 1135
Colonienſis Elector diætam celebrat provincialem. 977
Pappenheimium ab expeditione in Belgium retrahere nititur. 1085
Columna apud Belgium Hiſpanicum in partes Ambroſii Spinolæ ſuccedit. 605

Index.

Cometa. 6.44
Comitia Ratiſponenſia. 330.ſeqq.
Compoſitionis diæta Francofurtenſis. 937.ſeqq.
Confeſſio Auguſtana. 2
Confluentia à Suecis occupata. 1067
Confœderationum origo. 2
Confœderatio Regis Angliæ & Batavorum. 420
Coniuratio factionis Barnefeldianæ in Mauritium Principem Vranium detegitur. 378
Coniuratio in Regem Chriſtianiſſimum Ludovicum XIII. detecta. 434.476
Corduba obſidione cingit Francothalam. 269
Coſaggi apud Conſtantinopolim tumultuantur. 1144
Crempena à Fridlandiæ Duce expugnatur. 587
Croatæ in Ditmarſos irruunt. 500
Crolla à Principe Vranio expugnata. 539
Cronvveiſſenburgum ceditur Suecis. 965
Crucenacum à Spinola captum. 189
à Rege Suecorum expugnatur. 1010
Curia Rhetorum à coniuratis expugnatur. 349
Curiana Seditio. 41.349

D.

Damitza ſe ſubmittit Suecis. 975
Daniæ Rex: vide in C. Chriſtianus IV.
Daniæ proceres literis Fridlandum interpellant. 502
à Cæſare pacem petunt. 574
Danici ex Archiepiſcopatu Bremenſi, itemque VVolferbyto ac Nyburgo eijciuntur. 502
per Sileſiam agunt & Glogoviam expugnant. 504
ſub Baudiſſio è Sileſia dilabentes, fundunt Cæſareanos: & viciſſim ab his cæduntur ac diſſipantur. 506
Budiadicam aliaſq; regiones etentant. 587
Dantiſcani Regem Poloniæ ſuper pace reducenda interpellant. 612
Deſſavienſis pons à Fridlandiæ Duce interceptus. 419
Digbius Angliæ Regis Legatus apud Cæſarem Friderici Palatini reſtitutionem ſolicitat. 262
inducias urget. 262
ſuper armiſtitio fruſtrà urget Bavariæ Ducem. 263
ſuper Bavariæ Ducis tergiverſatione apud Cæſarem conqueritur. 263
apud Bruxellas Palatini reſtitutionem fruſtrà ſolicitat. 280
Digionenſes à Duce Aureliano interpellantur literis, quas haut reſignatas Galliarum Regi mittunt, auxiliaque requirunt. 1057.1058
Dominicanorum ordo Hiſpaniarum Regis legati liberalitate intra Ratiſponam ædem recuperat. 770
Donavverda à Duce Bavariæ intercepta. 3
Dordrechtana Synodus contra Arminianos. 128
Dreſdenſis diæta. 905.ſeqq.
Duderſtada à Vinarienſi Duce VVilhelmo ſubiugata. 1033
cedit Duci Lunæburgico. 1066
Durlacenſis Marchio cum parte exercitus Vnioniſtarum in Briſgoviam movet. 159
pro Friderico Palatino exercitum educens, à Thyllio vincitur. 304
per Holſatiam à Comite Schlickio cæditur. 500

E.

Eccleſiaſticorum bonorum reſtitutionis ergo Electores Principeſque Catholici Mülhuſii interveniunt: 508
Eccleſiaſtica bona quædam ab Argentoratenſibus repetuntur. 514
poſt pacificationem Paſſavinam intercepta, reddenda eſſe, communis per Imperium querela. 619.ſeqq.
Edictum Cæſaris pro placandis Bohemiæ motibus. 16
de reſtituendis bonis Eccleſiaſticis emanat. 623
examinatur. 710.ſeqq.
Egra deditur Cæſari. 231
à Saxonibus occupatur. 972
à Fridlandicis intercepta. 1049
Ehrnbreitſteinia ceditur Gallis. 1066
Einbecca à Pappenheimio capta. 1034
Electorum, Legatorumq; apud Francofurtum, adventus. 60
eorum deliberationes. 61
Electorum propoſitiones pro pace Bohemis tranſcriptæ. 67
acceptationem Coronæ Bohemicæ Friderico V. Palat. diſſuadent. 76
apud Mülhuſium conveniunt. 141
Decretum Friderico Palatino per literas aperiunt. 144
Proteſtantes per Imperium Principes officii ſui ammonent. 145
ut & Hungariæ Auſtriæq; ordines. 146
Bohemos item, ſociaſque provincias. 146
nec non VVetteraviæ ac Sueviæ Comites, ordinemque circuli Rhenani equeſtrem. 147
Eorum Conventus novus apud Mülhuſium indicitur. 499
ad Cæſaris propoſitionem Ratiſponæ factam reſpondent. 738
belli difficultates in Fridlandum reiiciunt. 739
Regem Sueciæ dehortantur, ab invaſione Imperii ut deſiſtat. 758
ad interpellationem Regis Chriſtianiſſimi in Comitiis Ratiſponenſibus factam reſpondent. 778
Catholici, aliique Principes Mülhuſii Eccleſiaſticorum bonorum ergo interveniunt. 508
Catholici ad intimationem Lipſienſis decreti reſpondent. 840
Eleonora Ferdinandi II. Imperatoris Coniux, in Romanorum Imperatricem Ratiſponæ ſolenniſſimè inauguratur. 769
Elnbogium Bavaricis deditur. 252
Embdani reſponſione Comitis Friſiæ orientalis offenſi. 419
Engaddini tumultus. 41
Erphordia Regi Suecorum receptum poſtulanti fruſtrà repugnat. 949
civitatis claves Regi permittit. 951

F.

Fagii corpus exuſtum. 5
Falckenavia Bavaricis deditur. 252
Ferdinandus Archidux Auſtriæ in Regem Hungariæ coronatur. 22.24
Auſtriacarum Provinciarum regimen, ab obitu Alberti Archiducis auſpicatur. 47
Eius literæ ad Bohemiæ Vicarium. 47
confirmat privilegia Bohemica. 48

eius Vicarii ac miniſtri per Bohemiam, Moraviam & Sileſiam ab officiis deponuntur. 57
ad placandos Sileſios mittit: Eorum excuſatio. 57
coronatur in Regem Romanorum. 59.ſeqq.
Media pacis ab Electoribus propoſita admittit: quæ Bohemi inſuper habent. 67
eius ad Bohemorum obiectiones reſponſum. 67
Succeſſionis hæreditariæ in Bohemiæ regno deductionem promulgat. 75
recens Imperator inauguratus Viennam redit. 112
miſſis ad Electores legatis ſuper Friderici Palatini, itemque Bohemorum Hungarorumque iniurijs, conqueritur. 134
publicatis codicillis electionem, coronationemque Bohemicam Friderici damnat, deſuperque proteſtatur. 134
eamque damnationem & proteſtationem Regi Danorum & Ordinibus Saxoniæ utriuſque per legatos intimari facit. 137.138
ad Fridericum Palatinum Edictum monitoriale emittit. 150
ut & ad Principes Ordineſque Imperij Bohemis adhærentes. 151
ad Duces, item tribunos, officialeſque militiæ Bohemicæ. 151
nec non ad Civitates Imperiales. 151
cum Gabriele Bethleno inducias paciſcitur. 161
eius ad ordinum Auſtriæ inferioris Supplicationes Reſponſio, & pro Auguſtanæ Confeſſionis exercitio Declaratio. 164
Ordines Saxoniæ inferioris ſuper exercitu Spinolæ confirmat. 173
Equeſtribus ad Rhenum & per VVetteraviam literas ſecuritatis indulget. 173
ſuper banni fulmine adverſus Fridericum Palatinum, deliberat. 173
Electori Saxoniæ confirmat, rem Evangelicorum extra diſcrimen futurum. 174
eidem expeditionem in Bohemos committit. 174
ad Sileſiæ Principes Ordineſque monitoriales emittit. 175
pro executione facienda, vrget Saxoniæ Electorem. 181
ſuper victoria Pragenſi exultat, ac proceſſiones ſolennes celebrat. 214
per Edictum Gabrieli Bethleno Hungariæ Regis titulum abrogat. 221
in caput Mansfeldij ingentem decernit pecuniarum ſummam. 231
Civitates Imperiales, Vnioni ut renuncient, hortatur. 241
Ducem Brunſvicenſem, ne novuum bellum foveat, dehortatur. 245
Erneſtum Schaumburgi Comitem pro Principe declarat. 249
Sileſios tam ſibi conciliat, quàm confirmat. 257
Digbio, Angliæ Regis Legato Chriſtiani Halberſtatenſis impreſſionem obijcit. 280
Comitem Schvvarzenburgium in Angliam mittit legatum. 288
cum Eleonora Mantuæ Duciſſa matrimonium contrahit. 292
Reformationis Pragenſis cauſſas adduçit, iiſque demulcet Electorem Saxoniæ. 324
Comitiorum cauſſa Ratiſponam intrat. 338
propoſitionem promulgat. 331.ſeq.
reiecto Friderico Palatino Maximilianum Bavarum deſignat Electorem. 340
Electores Saxonem & Brandeburgicum, venire negantes, denuò ad Comitia Ratiſponenſia invitat. 345
à Saxoniæ Superioris Circulo auxilia petit. 363
cum novo Turcorum Sultano Amurathe fœdus redintegrat. 365
legatos mittit ad Batavos. 378
Edictum promulgat in Auguſtanam Confeſſionem profitentes. 402.ſeqq.
promulgato Edicto è provincia Auſtriæ ſuprà Anaſum, parochos, & ludimoderatores Confeſſionis Auguſtanæ eijcit. 405
itemque ex Hornalia. 405
Chriſtiano IV. Daniæ Regi arma diſſuadet. 415
ad Daniæ Regis epiſtolam, qua ſe Saxoniæ inferioris Archiſtrategum ſignificaverat, redhoſtit. 424
Saxoniæ inferioris Principes Ordineſque, arma ut deponant, dehortatur. 435
pactis per Hungariam induciis Fridlandum mittit in Sileſios: & de proſcriptionis fulmine in Ioan-Erneſtum Ducem Vinarienſem Electorem Saxoniæ monet. 473
Carolum Hannibalem à Dona, ad Electorem Brandeburgicum dimittit. 478
Megapolitanos ac Lubeccenſes edictis territat. 498
apud diætam Colmarianam per Principes arbitros, Friderico Palatino Ex-Electori proponit. 511
eoque nomine ad Ducem VVürtembergicum perſcribit. 513
ad Argentoratenſes, ſuper Baſilica, & aliis parochiis, ad Catholicos uſus ſpectantibus, Edictum emittit. 514
commerciorum maritimorum cauſa Lubeccenſes per legatos interpellat. 537.547
Conventum Pragenſem indicit. 541.542
Paſtores ac ludimoderatores, dictos proteſtates, inferiori Auſtria emigrare iubet. 541
per legatos civitates maritimas ſolicitat. 547
Megapolitanam provinciam, Ducibus abrogat, ac in Fridlandum transfert. 551
Mantuæ Ducatum in modum ſequeſtri ſibi vendicat. 567
ad Mantuæ ac Montisferrati proceres & ſubditos edictum emittit. 568
communicato cum Electore Moguntino conſilio, ſuper conventu Mülhuſiani decretis deliberat. 571
Magdeburgenſis Eccleſiæ Capitularibus, à poſtulatione Auguſti Ducis Saxoniæ ut abſtineant, interdicit. 581
Mandatum ad Epiſcopum Herbipolitanum emittit, ne Equeſtribus Franconicis Confeſſionem Auguſtanam extorquere velit. 613
in memoriam victoriæ apud Pragam in Monte albo obtentæ, ædem cum cœnobio poni curat. 616
Edictum ſuper reſtituendis bonis Eccleſiaſticis, poſt pacificationem Paſſavienſem interceptis, publicat. 623
pro executione Edicti legatos per Imperij fines dimittit. 631.ſeqq.
Mandatis urget Magdeburgenſes. 657
cauſſas publicat, quas ob Duces Megapolitanos è poſſeſſionibus eieciſſet. 666.ſeqq.

in cauſſa Ducatus Mantuani exercitum mittit in Italiam. 692
ad Pontificis Max. interpellationem reſpondet. 693
poſtulatis Galliarum Regis it obviam. 694.ſeqq.
ſuper querelis Comitis Philippi Mauritij obſidionis Hanovicæ cauſſam exponit. 727
ad diætam Ratisponenſem proficiſcitur, ibidemque proponit. 734
ad Electoris Saxoniæ obteſtatorias reſpondet. 749
in Comitiis Ratiſponenſibus bellum in Sueciæ Regem decernit. 758
per Imperium leges publicat, quibus Suecorum impreſſiones retundere nititur. 759
Saxoniæ Electorem ab armis dehortatur, remonſtratq; Edictum iuſtiſsimis de cauſsis eſſe publicatum. 829
ad Saxoniæ Electoris reſcriptum replicat. 938
mandatum monitorium ad Electores, ordineſque Proteſtantes torquet, quo eos ab armis adverſis diſcedere iubet. 842
mandato avocatorio experitur in Proteſtantes. 846
civitates Imperiales urget, avocatoriis illis mandatis ut pareant. 847
ab Vlmenſi Republica contendit, auxilia erogaret, fœderiq; Lipſienſi renunciaret. 847
Ordinum Proteſtantium Lipſiæ congregatorum vaſallos dehortatur. 848
ad Circuli Suevici Equeſtrium devotam declarationem petitionemq; redhoſtit. 850
indicto apud Lunæburgum conventu, Daniæ Regem, Hamburgiis conciliare nititur. 896
novos contrahit exercitus. 1007
miſsis legatis, à Pontif. Max. Principibuſque Italiæ, auxilia conquirit. 1009
Ferdinandus III. Hungariæ Rex, in Bohemiæ Regem coronatur. 543
eius in Romanorum Regem exaltatio in Comitiis Ratiſponenſibus inſinuatur. 762
cum Maria Hiſpaniarum Regis Infante nuptias celebrat. 816
Fluviorum exiccationes. 8
Fœdus inter Galliarum Regem, Venetos & Sabaudiæ Ducem, recens coit. 367.398
Forcheimium à Suecis fruſtrà obſeſſum. 1045
Francofurtenſium Civium ſeditio adverſus Senatum. 5
Francofurti diata ordinibus Catholicis ac proteſtantibus in cauſſa bonorum Eccleſiaſticorum indicta. 937. ſeqq.
Francofurtum ad Mœnum cum Rege Sueciæ tranſigit. 961. ſeq.
Francofordia ad Oderam à Rege Sueciæ expugnata. 858
Franconiæ Comites ac Dynaſtæ ad Cæſaris mandata reſpondent. 850
Franconiæ circulus renunciat Decreto Lipſiaco. 903
Franconiæ & Sueviæ Principes ac ordines, Edicti Cæſarei ſuper reſtituendis bonis Eccleſiaſticis, ſive moderationem, ſive ſuſpenſionem, petunt. 645.ſeqq.
Francothala ab Hiſpanis obſidione cincta. 269
ſuperveniente Mansfeldio liberatur. 269
Hiſpanis deditur in modum ſequeſtri. 361
lege contractus ab Anglicanis repetitur, Hiſpanis reddere renuentibus. 400
emigrantibus Hiſpanis, deditur Suecis. 1145
Freyberga Bavariæ à Suecis deletur. 1054
Freyberga à Gallaſſio occupatur. 1114
Fridberga VVedderaviæ Civitas cum arce Brunfelſa Suecis ceditur. 964
Fridericus V. Elector Palatinus, Saxoniæ Electorem interpellat ſuper prolongatione Electionis Imperatoriæ. 59
in Regem Bohemorum eligitur. 72.ſeqq.
acceptatio coronæ Bohemicæ ab Electoribus diſſuadetur. 76
reſpondet Bavariæ Duci ad dehortatorias Coronæ Bohemicæ. 82
electionem dignitatemque regiam, à Bohemis oblatam, admittit. 83
ſcribit ad Saxoniæ Electorem. 84
Electionem Bohemicam acceptaturus, Duci Bavariæ hanc ſuam mentem exponit. 85
Bohemiam verſus progreditur. 87
venit Pragam. 88
Bohemiæ Rex creatur. 89
eius pro exculpatione literæ Apologeticæ. 91
& intimatio ad Poloniæ Regem, Remp. Venetam, Principeſque Italiæ. 94
ac literæ poſtliminares ad Bavariæ Ducem. 95
ei naſcitur Rupertus filius. 113
eo Bohemiæ regnum non reddente variæ ac magnæ per Imperium in armis fiunt præparationes. 113
in Baſilica Pragenſi Imagines ſacras abominatur & abrogat. 126
Vratislaviam pergit. 131
Principibus Ordinibuſq; Sileſiis propoſitionem intimari facit. 131
ad Electorum è Conventu Mülhuſiano monitoriales excipit. 147
Ferdinando Imp. ad Edictum Monitoriale Reſpondet. 152
ad Bavariæ ducem ſuper detentione Coronæ Bohemicæ literas poſtliminares emittit. 154
ab Electore Saxoniæ neutralitatem petit. 179
ſub Feudorum renunciatione, in Saxoniæ Electorem invehitur. 186
ad Duces Saxoniæ, Coburgicum & Iſenacenſem mandatorias emittit. 186
eius Querela Vnioniſtæ miſſa. 190
ad Bavariæ Ducis increpatorias reſpondet. 204
Primogenitum ſuum è Bohemia ſecuritatis ergo ablegat. 206
expetit alloquium Ducis Bavariæ. 206
poſt cladem Pragenſem 24. horarum inducias à Bavariæ Duce petit. 211
pro eo ſub Anglicani cuiuſdam Equitis nomine, Apologeticus divulgatur. 227
Gabrielem Bethlenum confœderationis ac conſtantiæ admonet, promittitque novum exercitum. 228
arma recoquit, ideoque à Cæſare proſcribitur. 231
Mansfeldij conſtantiam probat, eundemq; ut fidelem ſibi operam porrò navare velit, hortatur. 251
literis interpellat Electores ad Comitia apud Ratiſponam celebranda invitatos. 252
exilium ſuum piè ac modeſtè tulit. 254
antequam veniret in patriam, ad Principes Statuſque Imperij Proteſtantes literas præmiſit. 300.302
è Belgio in Palatinatum redit. 302
Angliæ & Daniæ Regibus, tanquam arbitris morem gerit, copiiſque ſuis ſub Mansfeldio ac Chriſtiano Halberſtadio miſsionem dat. 317
exſpectatione ſuâ fruſtratur. 317
Palatinatu in Regis ſoceri protectionem tradito, res novas agit. 330

Electoris Saxoniæ opem autoritatemque implorat. 352
literis denuò interpellat Electores Saxonem & Brandeburgicum. 380.ſeqq.
Ducem VVürtembergicum. 385
Electorem Moguntinum. 387
Electores ſub Comitiis apud Ratiſponam congregatos interpellat. 756
Fridlandus Dux exercitum cogit pro Imperatore. 418
eumque per circulos Franconicum, Suevicumque diſtribuit. 418
ac in Saxoniam inferiorem educit. 419
pontem Deſſavienſem intercipit. 419
Mansfeldium ad pontem Deſſavienſem cædit ac fugat. 449
cum copiis in Iutiam arma movet. 501
Daniæ proceribus ad interventionem reſpondet. 502
ingentem exercitum in Sileſiam expedit, locaque, à Danicis intercepta, pleraque recuperat. 505
Coſelio potitur. 505
Sileſiam recuperat. 506
Roſtochio leges præſcribit. 587
Straleſundam retentat. 607
ſuos in Ducatum Megapolitanum miſſos inſtruit. 553. ſeqq.
Straleſundam tentat. 559
oppugnat. 560
à Cæſare obſidionem tollere iubetur. 562
cum Pomeraniæ Duce tranſigit. 563. ſeq.
Crempenam expugnat. 587
tentat Magdeburgenſes. 653. ſeqq.
à Daniæ Rege claſſem petit, quâ ad debellandum Sueciæ Regem uteretur. 689
à Poloniæ Rege, pro permiſsis illi copiis, ſtipendiorum ſolutionem urget; exprobratque ex parte officia Polonis præſtita. 690
eius imperium, mores ac potentia Electoribus Catholicis fiunt ſuſpecta. 730
de novo Daniæ Regem irritat. 731
Hamburgios alioſque tentat. 731
ei imperium militare abrogatur, quod modeſtè admittit. 754. ſeq.
revocatur ad militiam. 978. 1008
copias per Auſtriacas provincias in ſtativa dividit. 1009
Bohemiam intrat Pragamq; recuperat. 1048
Egram aliaſque finitimas civitates intercipit. 1049
cum Electore Bavariæ vires coniungit. 1050
Sueciæ Regem apud Noribergam concludit. 1052
è Norico deducit exercitum, Gallaſsiumque dimittit in Saxoniam. 1111
Coburgum occupat. 1112
in Saxoniam irrumpens Lipſiam occupat. 1115
civitates item complures alias. 1117
poſt pugnam Lutzenſem Lipſiam reducit. 1124
Friſiæ Orientalis Comes cum Embdanis colliditur. 419
Fuggerus cum novo Ligarianorum exercitu Haſsiam intrat: ac provinciales ad defectionem ſolicitat. 948
Fürſtenbergius Comes Northemium expugnat. 497
Füſena à Duce Bernardo Vinarienſi capitur. 3053

G.

Gabriel Bethlenus ad Bohemorum ſolicitationem reſpondet. 101
exercitu collecto in Hungariam movet. 102
Caſchaviam intercipit. 102
Neohuſaliam expugnat. 103
copias ſuas cum Moravis atque Bohemis coniungit. 107
Presburgum obtinet. 107
cum Comite Turriano Viennam infeſtat. 112
Hungariæ Princeps declaratur. 129
in Hungariæ Regem eligitur. 162
confœderatos ſuos pro ſe & Friderico Palatino exhortatur. 229
coronam atq; inſignia Hungariæ è Presburgo aliò transfert. 230
indignatur Moravis ob defectionem. 230
vires hinc inde colligit, Cæſareanoſque urget. 254
epiſtolam ad Tartariæ Principem emittit. 254
obſidionem Presburgi fruſtrà urget. 270
in Moraviam graſſatur. 271
cum Cæſare tranſigit. 271
à Turcorum Imperatore ingentes conquirit copias. 363
ingenti cum multitudine contra Auſtriam ingruit. 363
Cæſareanum exercitum coronâ veluti cingit. 364
re cum Cæſareanis ad incitas redactâ inducias offert. 364
poſtulatis excidit apud Imperatorem, tituloque Principis privatur. 365
miſsis ad Imperatorem legatis pacem impetrat. 377
Catharinæ Brandeburgicæ nuptias ambiens, ab Imperatore literas commendatitias impetrat. 445
ad ſecunda vota tranſit, cum nympha Brandeburgica. 468
res novas agit & denuò paciſcitur. 468
Gallaſsius, cum Holckenio iunctis armis, Freybergam Miſniamque occupat. 1113
per Saxoniam Electoralem progrediens, Altenburgum, Kemnitiumque intercipit. 1113
Galliæ Rex. Q. in L. Ludovicus XIII.
Galliæ Regina mater Bruxellas evadit. 936
Gallicanus Legatus inter Sueciæ Regem Bavariæque Electorem, inducias tentat, ſed fruſtrà. 1026
Gallicana expeditio pro Duce Nivernenſi in Italiam, intra Allobroges retunditur. 569
Gallicanæ expeditionis in Italiam ſuſceptæ cauſſæ publicantur. 770
Gallicanus exercitus movet in Hiſpanos. 795
tranſigunt invicem ſuper Caſali. 795
regreditur in Alſatiam. 1105
Garzium à Cæſareanis Pomeraniæ Duci extorquetur. 733
Cæſareanis ereptum. 805
Genuates Sabaudium ſuis quocunque modo infeſtandam publicant. 431
cæduntur à Sabaudis. 431
Genuæ coniuratio detegitur. 618
Georgius Dux Luneburgicus à Rege Daniæ ad Imperatorem deflectit. 450
Georgii Haſsiæ Landgravii, cum Sophia Eleonora Duciſſa Saxoniæ, nuptiæ. 518
Germershemium à Leopoldo Archiduce interceptum. 318
Glaza Cæſareanis deditur. 271
Glogovia à Danicis expugnata. 504
Glückſtada à Fridlandiæ Duce fruſtrà tentata. 586
Gogum à Batavis interceptum. 419

Gotha

Index.

Gotha incendio ferè deleta. 1154
Gottinga à Thillyo expugnata. 453
à Vinarienſi Duce VVilhelmo. 1033
Gregorius XV. Pont. Max. ad Carolum VValliæ Principem literas dat. 374
Griffenhaga Cæſareanis deditur. 733
à Rege Sueciæ vi capitur. 804
Grotius fidelitate vxoris è carceribus evadit. 286
Gryphiſvvaldia à Suecis intercipitur. 915
Guſtavus Adolphus Suecorum Rex cum Danorum Rege fœdus renovat. 127
Mariam Eleonoram, Marchioniſſam Brandeburgicam, matrimonio ſibi iungit. 223
Boruſsiam infeſtat, magnamq; partem ſubiugat. 479
Dantiſcum tentat. 480
Marienbergâ, aliiſque vicinis oppidis potitur. 480
Mevam obſeſſam liberat. 480. 481
apud Dirſchaviam Polonos cædit. 545
Imperij Romani exulibus inter provincias ſuas halcyonia promittit. 546
cum Straleſundenſibus tranſigit. 608
in Dantiſcanos fulminatur. 609
arma in Cæſarem decernit. 682
ad Electores Imperij literas emittit. 683
Electorem Brandeburgicum litteris interpellat. 685
cum Rege Poloniæ inducias pangit. 686
& cum Dantiſcanis. 688
arma adverſus Germaniam præparat. 689
ſuper iniuriis ſibi illatis, Electores Imperij interpellat. 732
Rugiam Inſulam occupat. 733
in Germaniam movet: Eius virtutes, vires, copiæ. 779. ſeqq.
cauſſas reſcripto publico deducit, quas ob in Germanos expeditionem ſuſcepiſſet. 782
immiſsis in naves copiis traiicit in Pomeraniam. 786
in continentem delatus, preces Deo immolat. 786
VVolgaſtam occupat. 786
intra Stetinum admittitur. 787
periclitatur. 971
in Megapolitanos educit. 792
Edicto publicato Ducatus Megapolitani ſubditos ad priſtinam revocat obedientiam. 792. 802
eodem edicti genere Roſtochienſes ſtimulat. 793
ad Imperatoris dehortatorias reſpondet. 798
expeditionem ſuam in Germaniam ſuſceptam Electoribus Imperii excuſat. 800
Colbergam concludit. 803
intra Megapolitanos fundit Savellii copias. 804
Griffenhagam vi expugnat. 804
Garzium extorquet Cæſareanis, purgatáq; vniverſam Pomeraniam. 805
novas leges legionibus per Pomeraniam relictis præſcribit. 851
cum Galliarum Rege fœdus ferit. 852
in Megapolitanos novo cum exercitu movet. 853
regrediente Thillyo, novam parat expeditionem. 857
militem è Pomerania deducit. 858
Francofordiam ad Oderam expugnat. 858
ſuper hoc ſucceſſu, Electores ordineſque Proteſtantes Lipſiæ congregatos erudit. 859
ut & Saxoniæ Electorem. 680
deditione capit Landſpergam. 861
cum Electore Brandeburgico paciſcitur. 861
Magdeburgum verſus moturus, à Saxoniæ Electore ſubſidia rogat. 862
ſuper Magdeburgi everſione Apologeticum divulgat. 883
Electori Brandeburgico Spandaviam ex pacto reſtituit. 886
à Galliarum Angliæque Regibus, itemq; Batavis, ſubſidia impetrat. 921
victoriâ potitur adverſus Thillyum apud Lipſiam. 930
Merſeburgum & Halam recuperat. 934
ex inferiori Saxonia in Thuringos educit. 949
Erphordiam poſtulat. 949
vrbem intrat, & Senatui cauſſas expeditionis ſuæ explicat. 953
in Franconiam pergit, ac Königshofium fortalitium intercipit. 957
Schvvinfurtum ad deditionem cogit. 957
Herbipolim occupat & arcem ducalem vi expugnat. 958
Epiſcopo Bambergico, cæteriſq; Electoribus Catholicis conditiones pacis præſcribit. 958
Ducatum Herbipolitanum ſub leges vocat. 959
Hanoviam ac Steinaviam ad Mœnum capit. 960
potitur Francofurto. 961
cum Senatu tranſigit, eiq; ſuper nundinis commerciiſque cavet. 962
Rhenum tranſit ac Oppenhemio potitur. 963
Moguntiam deditione capit, ac Königſteinium fortalitium Comiti Stolbergenſi reddit. 964
Ligarianis Principibus Ius neutralitatis petentibus, leges præſcribit. 990
ſed re infectâ. 991
per legatum ſolicitat Ragotſium, Tranſylvaniæ Principem, ſuper impreſsione in Auſtriam facienda. 995
Reginam apud Francofurtum excipit. 1009
reliqua per Inferiorem Palatinatum oppida occupat. 1010
contra Thillyum educit. 1013
Schvinfurtenſibus conſtantiam inculcat. 1013
directis ad Saxoniæ Electorem codicillis, arma ac virtutem eius deprædicat, ac porrò macte eſſe iubet. 1014
pro tranquillandis commerciis, nundinis, agricultura, curſoribus, veredariis, Edicta divulgat. 1016
nundinarum Francofurtenſium cauſſâ diploma evulgat. 1017
à Noribergenſibus ſplendidè excipitur. 1019
Thillyum, in Bavariam præeuntem, citis paſsibus inſequitur. 1020
profligatis Bavariæ Electoris Thilliique apud Lycum copiis aditu in Bavariam potitur. 1022
retrocedente Exercitu Bavarico Auguſtam Vindelicorum petit. 1022
potitur Auguſtâ. 1023
Senatum ibi reformat, atq; Evangelicis dignitates & officia confert. 1024
tentat Ingolſtadam, ſed fruſtrà. 1025
Chriſtophoro Marchioni Durlacenſi parentat. 1026
relicta Ingolſtada, occupat Monachium. 1029
Helvetios ſuper fœdere interpellat. 1042
è Bavaria reducit Donavvertham. 1045
movet Noribergam; inde in Palatinatum ſuperiorem, & Sultzbacum recuperat. 1046
apud Noribergam caſtra metatur. 1050

in Stra-

in Strategos, Tribunoſque ſuos, ob diſciplinæ militaris corruptelam, amarâ utitur invectivâ. 1051
apud Noribergam à Fridlando concluditur. 1052
Freyſtadium, Fridlandi granarium infeſtat & evertit. 1053
apud Noribergam Fridlandica invadit caſtra. 1054. ſeq.
negato fœdere, Helvetios in viam neutralem vocat. 1094
quam Rex Chriſtianiſſimus omninò approbat. 1095
Helvetios urget, ne copiis Hiſpanicis, ex Italiâ imminentibus, tranſitum concederent. 1102
è Norico producit Neoſtadium. 1109
à Tartarorum Legato in caſtris ſalutatur. 1110
Rainam Bavariæ oppidum occupat. 1111
Electori opem laturus movet in Saxoniam. 1117
apud Naumburgum caſtrametatur. 1118
Fridlandum ad Lützam recedentem inſequitur. 1118
à Fridlandicis inexploratione glandibus aliquot traiectis occubuit. 1119
Guſtavus Guſtavi apud Kemnitium vulneratur. 1127
Gutſchinenſis Arx apud Bohemos, incenſo fortè pulvere pyrio miſerrimè diſiicitur. 167

H.

Hagenoa à Mansfeldio intercepta. 296
à Leopoldo Archiduce recuperatur. 318
à Suecis capta. 1133
Hala Saxonum à Rege Suecorum capitur. 934
Halberſtatenſis Epiſcopatus reformatur. 648
Hamburgenſes quiritantur apud Regem Daniæ. 217
Super Daniæ Regis Actionibus apud Principes Saxoniæ inferioris quæruntur. 218
cum Daniæ Rege per legatos experiuntur. 750. ſeqq.
Hanovia per VVitzlevium obſeſſa. 727
Hanovia à Suecis capta. 960
Hanovicus Comes Philippus Mauritius Cæſari novum fidelitatis iuramentum offert. 728
præſtat. 729
Hanſeaticæ Civitates. Q. Maritimæ.
Haslangius tribunus ab Hungaris interceptus occumbit. 205
Haſſiæ Landgravii, utriuſque lineæ, inter ſe tranſigunt. 520. ſeqq.
Haſſi Caubam, Palatiumque Rheni occupant. 1010
Heydelberga à Thillyo expugnatur. 318. 319
Heilbrunna à Suecis in poteſtatem redacta. 965
Helvetii apud Badenam conveniunt. 546
cum Suecorum Rege fœdus pangere renuunt. 1042
Rhetos in protectionem admittunt. 1042
à Rege Sueciæ in neutralitatem vocantur. 1094
inter ipſos dividiæ natæ. 1096
Henrici IV. Galliarum Regis cædes. 294
Herbipolis à Rege Suecorum occupata. 958. ſeq.
Hildeſienſis cauſſa per ſententiam definita. 648
Hiſpaniarum Rex: vide in P. Philippus.
Hiſpaniarum Infans ad Daniæ Regem codicillos emittit. 455
provinciarum ordines ſuper Henrici Comitis Montani actionibus dehortatur. 1079
ad Leodienſem Senatum nunciatoriam emittit. 1079
Hiſpanicus Orator, Angliæ Regem inter, Regiſque filium, novarum diſcordiarum ſeminâ diſpergit, quæ tamen per Curiam diſploſa. 396
ſuper pace particulari cum Electore Saxoniæ agit. 967
Hiſpani Veteraviam ſubiugant. 225
Iuliacum expugnant. 291
Lipſtadium ad deditionem cogunt. 361
traiectum ſiue velific tionem è Rheno in Moſam, eque Moſâ in Demeram aperiunt. 472
obſident Caſalis fortalitium. 567
eorum progreſſus in Italia. 569
funduntur à Gallis. 775. 794
commiſſo prælio navali, à Batavis ſuperantur. 935
Hiſpani cum Batavis pugna nauali decernunt. 983
à Suecis apud Moguntiam funduntur. 1040
in Palatinatum evadentes Spiram intercipiunt. 1041
in Belgium evocati à Suecis cæduntur. 1041
Archiepiſcopatu Trevirenſi eiecti. 1066
Moſætraiecti à Batavis obſeſſi liberationem tentant. 1082
legatos Hagam Comitis mittunt ſuper tractandis induciis. 1089. ſeqq.
Hohenloius Comes Georg-Fridericus proſcribitur. 234
à Cæſare in gratiam recipitur. 272
Hohenzollerenſis Comes ab Imperatore ad Principes Ordineſque counitos Noribergam mittitur: eius peroratio. 115. ſeqq.
in Principem evehitur. 348
Holckenius tribunus Fridlandicus in Variſcos irrumpit, Zvvickaviamque deditione capit. 1092
Hornius Epiſcopatum Bambergenſem urget. 1011
apud VViſſelochum fundit Ligarianos. 1068
Benfeldam Alſatiæ fortalitium obſidione urget. 1129
& ad deditionem cogit. 1130
Moltzheimium ac Seletſtadam in poteſtatem redigit. 1131
Hagenoam capit. 1132
ex Alſatia contra Bavaricos in Sueviam evocatur. 1133
Hoya arx à Rege Daniæ expugnata. 457
Hungarica. 22. 23. 24
Hungariæ Rex: vide in F. Ferdinandus III.
Hungariæ procerum declaratio ad Cæſaream propoſitionem. 23
& Ferdinandi regis replicatio. 24
Conventum celebrant Preſburgi, eiuſque rei Legato Cæſareo rationem reddunt. 128
publicato diplomate, cur Ferdinandum Regem repudiarint, cauſſas dicunt. 129
cum Bohemis eorumque ſociis confœderationem mutuam ineunt. 129. 130.
in mutuam coeunt unionem. 162
Bethlenum Hungariæ Regem pronunciant. 162
Hungariæ Palatinus dehortatur Bethlenum, ut à propoſito recedat. 103
Hungarici motus, eorumque cauſſa & fomes. 96
Hungarica Diæta Neoſoliæ. 161
Hungari ac Tranſylvani, cum Bohemis, mutuam confœderationem deſiderant. 124
Hungari diſſidentes Gabrielem Bethlenum, Tranſylvaniæ Principem, captant. 101
ante cladem Pragenſem à Cæſareanis cæduntur. 207
Comitia celebrant, & à Bethleno deficiunt. 255

I. Iaco-

I.

Iacobus Angliæ Rex Friderico Palatino auxilia decernit. 168
patrimonium eius non admodum rigoroſè defendit. 196
Senatu Regni coacto, reſtitutionem Friderici Palatini urget atque intendit. 261
eo nomine ad Cæſarem Legatum mittit. 262
denuò apud Imperatorem pro Friderici Palatini reſtitutione inſtat. 287
eiuſdem commatis Epiſtolam ad Hiſpaniarum Regem emittit. 288
convocatis regni curiis ſive ſenatoribus ſuper Palatinatu vindicando deliberationes aperit. 289
re infectâ Senatum diſſolvit. 289
pro Reformatis per Gallias intercedit. 295
pro Reformatis Gallicanis intercedit. 346
Francothalium Hiſpanis in modum ſequeſtri dedit. 361
cum Hiſpaniarum Infante ſuper induciis ſive Imperii pace ſequeſtra tractat. 362
Palatino genero, ut in hanc tractationem compromittat, inculcat. 362
novas ſubditorum Palatinatus querimonias ad Hiſpaniarum Infantem refert. 362
ſuper Caroli filij matrimonio proponit & decernit. 369.ſeqq.
Carolo, ut in Hiſpanias excurrat, autor eſt. 371
tentatis varijs pacis reducendæ remediis, in arma incumbit. 390.398
Patres Societatis Ieſu, unà cum Clericis aliis, ſub edicto, ex Anglia, Scotia & Hybernia eiicit. 390. 396
Curiarum Regni Convento indicto, magnificentiſſimè invehitur. 391
Angliæ procerum poſtulatis ſubſcribit. 391
decreta Curialium Regni gratanter admittit. 392
ſuper fidei confeſſione pariter pronunciat. 395
Iægerndorffius Marchio à Saxonicis cæſus & fugatus. 185
proſcribitur. 234
pro Friderico Palatino exercitum cogit. 256
Epiſcopatum Nyſſenſem exactionibus exercet, & per Sileſiam ſuper Pragenſi Executione contra Cæſarem diplomata evulgat. 256
Sileſios comminatur. 259
eius copiæ è Sileſia eiiciuntur. 271
Ieſuitæ è Bohemia exterminantur. 17
eorum Apologia. 18
è Moravia eijciuntur. 51
è Sileſia proſcribuntur. 51
Hungariâ exire iubentur. 52
Pragam poſtliminiò revertuntur. 215
Belgio exire iubentur. 285
ex Anglia, Scotia & Hybernia eiecti. 390.396
Ignatius Loiola, Ieſuitici ordinis autor, inter Sanctos refertur. 329
Imperator: vide in M. Matthias: & in F. Ferdinandus II.
Imperatrix in Bohemiæ reginam ſolenniſſimè coronatur. 542
Indicia Expeditio Batavorum. 284
Indiarum occidentalium Reguli ac Principes liberos ſuos ad Batavos mittunt, curæque Principis Mauritij Vranij committunt. 286
Induciæ inter Ferdinandum Imp. & Gabrielem Bethlenum. 161
Hiſpanis inter Batavoſque tentatæ. 1089.ſeqq.
Inedia miraculoſa puellæ Halberſtatenſis. 445
Inquiſitionis fulmen per Angliam. 5
Inquiſitionis per Hiſpanias novum axioma. 1091
Inſecta varia. 417
Irides tres. 47
Iubilæus annus celebratur, ob Auguſtanam Confeſſionem Anno 1530. Carolo V. Imp. oblatam. 814
Iuliacum ab Hiſpanis expugnatum. 291
Iuliacenſes & Montenſes Equeſtres apud Cæſarem, ſuper VVolfgango VVilhelmo Duce Palatino, conqueruntur. 515
Iuliaci Ducis Exequiæ. 616

K.

Kaufburium religionis reformatione fatigatur. 643
Kemnitium à Cæſareanis capitur. 1113
à Suecis recuperatur. 1127
Klingenberga Marradio deditur. 252
Kniphauſſenius capitis damnatus abſoluitur. 358
Königshofium fortalitium à Rege Suecorum capitur. 957
Königſteinium fortalitium Comiti Stolbergenſi redditur. 964

L.

Landavia deditur Suecis. 965
Landsberga Regi Suecorum deditur. 861
à Duce Vinarienſi Bernhardo recuperatur. 1053
à Bavaricis recuperatur. 1133
Langvvedela à Ligarianis recuperata. 977
Laudeburgum à Mansfeldio expugnatum. 303
Lavvenburgicus Dux trucidatur à ruſticis. 198
Rudolphus Maximilianus intra Leodium de vita periclitatur. 486
Franciſcus Carolus, legiones pro Sueciæ Rege colligens, à Pappenheimio intercipitur. 809
Leodienſes beneficio Galliarum Regis medii eſſe iubentur à Batavis. 1076
Leopoldus Archidux Auſtriæ Hagenoam, Spiram, Germershemium & VVormatiam recuperat. 318
reſignatâ Epiſcopali infulâ, de matrimonio cogitat. 470
Lichtenſteinius Princeps Bohemiæ vicarius creatur. 323
Senatum Pragenſem, unà cum Paſtoribus Evangelicis reformat. 323
Liga Catholicorum. 2
Ligariani apud Herbipolim conveniunt, & de rei ſumma deliberant. 157
ad interpellationem Co-unitorum Noribergæ conventum celebrantium reſcribunt. 157
expeditionis Durlacenſis cauſſam interrogant. 159
à Durlacenſi Marchione tranſitum impetrant. 160
copias apud Coloniam Vbiorum colligunt, ac in Bavariam educunt. 160
apud Heydelbergam conveniunt. 650
Lignicij Comitis cum Bohemis communicatio ſuper poſtulato Cæſaris. 38
Limpurgum à Batavis occupatur. 1088
Linzium à Ruſticanis Auſtriæ obſeſſum. 461.462
Lippæſtadium, poſt oppugnationem, Hiſpanis deditur. 361
Lipſia à Thillio intercepta. 928
Electori Saxoniæ reddita. 934

cedit Fridlando. 1115
à Saxonicis recuperatur. 1116
Lipſiaca diæta Proteſtantium. 810.811.818.ſeqq.
Receſſus. 827
Lipſiacum Prælium. 950.ſeqq.
Londini ſub Catholicorum concione, auditorium, ad multorum internecionem corruit. 376
Lotharingia à Rege Galliarum occupata. 989
Lubeccenſis Conventus Civitatum maritimarum. 547
Lubeccenſes conantur lites inter Daniæ Regem & Hamburgios dirimere. 752
Lubena à Saxonicis expugnatur. 1070
Ludovicus XIII. Galliæ Rex moturus adverſus Imperatorem, Civitates Reformatas per Galliam ſubiectas expugnat: Coniungit vires cum Guſtavo Adolpho Sueciæ Rege. 5
in partes Regis Anglicani inclinat. 168
Ferdinando eius opem depoſcenti aſſenſum haud præbuit. 169
Libello edito Bohemis conciliatur. 169
diſſidet cum matre Regina. 220
Hugenottas ſive Calvinianos expugnare incipit. 220
in Bearnenſes odio Religionis Reformatæ movet. 292
Monhorium Civitatem expugnat. 346
ſuper recipiendis Patribus Societatis Ieſu fruſtrà Venetos ſolicitat. 346
Montem Peſſulanum urget. 347
cum Sabaudiæ Duce verſus Italiam militem educit. 430
movet in Genuenſes. 431
Romani Imperii Electores Catholicos interpellat. 433
Hiſpanis obnititur. 466
colliditur cum Rege Angliæ. 477
Eius legati, Comitis Marchevillij oratio in Diæta Mülhuſina. 510
inter hunc & Angliæ regem colliditur. 524.ſeqq.
Rupellam obſidione cingit. 588.ſeqq.
Pariſios recurrens ſummam rerum Richelio Cardinali commendat. 590
cognito Anglicanæ claſſis adventu, in caſtra redit. 590
Rupellenſibus veniam condonat. 593
Rupellam ſolenniſſimè intrat. 594
ſuper expeditione Italica Cæſarem interpellat. 692
per legatum Baſſampierium Helvetiorum auxilia ſolicitat impetratque. 771
ſuper bello Italico producendo deliberat. 774
Chamberinum occupat. 775
per legatum Electores Imperii ſub comitiis Ratiſponenſibus interpellat. 776
per Sabaudiam progreditur. 794
cum Sueciæ Rege fœdus ferit. 852
cum Regina matre colliditur. 897
criminis læſæ Maieſtatis reos peragit, ac proſcribit omnes, qui partes Ducis Aureliani fratris ſequebantur. 899
invadit Auſtraſiam. 980
differentias inter Sabaudiæ Ducem & Genuates, componere nititur. 982
præoccupatâ Auſtraſiâ, Romano Imperio inſtat. 989
bellum indicit Cæſari. 990
cum Rege Africano paciſcitur. 1017
in fratris tumultuationes tàm armis quàm interdicto animadvertit. 1058
tempeſtate apud Narbonam periclitatur. 1063
Batavos in Hiſpanos ſolicitat. 1064
in Auſtraſiæ Ducem, arma cum Duce Aureliano ſociantem, animadvertit. 1103
Montpaſſonium Ducem literis interpellat. 1103
Auſtraſiæ Duci reconciliatur. 1104
per legatum Bruxellas emiſſum, Reginæ matris confeſſarij, alteriuſque ſervices petit: ſed deditio negatur. 1138
Ludovicus Haſſiæ Landgravius, Halberſtatenſi, ut è finibus recedat, author eſt. 275
auxilij gratia Mauritium Haſſiæ Landgravium requirit. 276
à Mansfeldio capitur. 305
dimittitur. 10
Ludovicus Philippus, Dux Simmeranus, Archipalatinatus nominatur Adminiſtrator. 1148
Lunæburgicus Dux potitur Duderſtadâ, concluditq; Volferbytum. 1066
Luſati Evangelici Saxoniæ Electorem, ne in proximos, Evangelicoſq; moveret; prolixa inductione dehortantur. 175
Lutzenſis pugna memorabilis. 1118.ſeqq.

M.

Magdeburgenſes Capitulares Auguſtum Saxoniæ Ducem, in Succeſſorem Archiepiſcopatus eligunt. 580.ſeqq.
Cæſari poſtulationis prægreſſæ cauſſas reddunt. 582
Magdeburgenſium Archiepiſcopus Cæſaris filius Archidux Auſtriæ à Pontifice Maximo declaratur. 583.649
Magdeburgenſium turbæ primæ. 653.ſeqq.
in partes Regis Sueciæ tranſeunt. 807 ſeqq.
eorum querelæ. 863
Magdeburgum à Cæſareanis obſidione cingitur. 809. 866. ſeqq.
flebiliter expugnatur. 87 ſeqq.
à Suecis obſeſſum, Pappenheimius vindicat. 1031
Maieſtaticæ Literæ. 3.10.12
Manhemium Thillyo traditum. 320.321
deditur Suecis. 965
Mansfeldia à Suecis occupata. 974
Mansfeldij Natales, & in Bohemiam adventus. 36
expugnat Pilſenam. 35
banni fulmine feritur. 37
eius copiæ à Bucquoio caduntur. 58.59
occupat Piſſeccam. 113
abſentis Friderici Palatini partes tuetur. 230
à Cæſareanis pecuniis propoſitis tentatur, an è Bohemia exire velit. 230
rapinis atque per Bohemiam exactionibus dat operam. 231
novo inſtructus exercitu, Bavaricis inſtat. 264
Bambergenſi ac Herbipolenſi Epiſcopis interminatur. 264
Thillyanos & Bauerum tribunum cadit. 265
cum Thyllio compoſitionem quærit, at ſimulatè. 265
de capite periclitatur. 265
aquâ & igni interdicitur. 265
eius caſtra contagium ac peſtis corripit. 266
intellecta Palatinorum defectione, aſtu & ſtratagemate evadit. 268
Francothalam ab obſidione Hiſpanorum liberat. 269
Hagenoam intercipit. 269
Tabernas expugnando fruſtrà fatigat. 296
cæteras Alſatiæ civitates Auſtriacæ ditionis affligit. 296

296
ab Imperatore denuò proſcribitur. 296
arcem Meydenburgicam & Cæſaream civitatem, fruſtrà tentat. 297
promiſſa maſculè reſpuit. 302
Thillyum apud Vislochium vincit. 303
Laudeburgum expugnat. 303
Copias Leopoldicas Hagenam obſidione cingentes profligat. 305
in ditionem Haſſo-Darmſtadianam exercitum reducit, & Ludovicum Landgravium intercipit. 305
coniunctis viribus cum Halberſtadio in Alſatiam educit. 310
cum Brunſvicenſi, movent per Lotharingiam. 325
in Belgium. 326
Gallicanis provinciis ſuſpectus eſt. 325
tranſitu apud Burgundiones cum Corduba confligit. 326
exercitum in Friſiam deducit. 335
regreſſum in Monaſterienſes tentat. 360
à Iacobo Angliæ Rege novis copiis præficitur. 398
arma, ac tormentariæ rei apparatum requirit. 399
in navigatione in Angliam, ſub naufragio periclitatur. 399
ad pontem Deſſavienſem à Fridlando cæditur. 449
cum Ioan-Erneſto Duce Saxone Vinarienſi coniunctis viribus, in Sileſiam Hungariamque promovent. 451
cum Cæſareanis committitur. 469
Gabrieli Bethleno copias cedit. 469
in Angliam digreſſus codicillos Bethleni Regi tradit. 469
teſtatur. 484
Mantuani Ducatus ſucceſſio. 566
Mantuæ Dux intra ſedem ſuam ſolenniter reſtituitur. 981
Mantuam verſus Imperator exercitum mittit. 692
Mantua à Cæſareanis expugnata. 696.776
Mariæthala à Guſtavo Hornio occupatur. 965
Maris reciprocatio inſolita. 47
Maritimæ Civitates legatis ad Cæſarem dimiſſis, cauſſas exponunt, quibus prohibeantur in nauticas cum Hiſpanis expeditiones compromittere. 551
pro pace Magdeburgenſium, cum Fridlando agunt. 659.663
apud Lubeccam conventu indicto, ſuper defenſionis mediis, ſi fortè infeſtentur, deliberant. 690
Marpurgenſis ditio ceditur Ludovico Landgravio Haſſiæ. 367
Marradius Legiones contra Bohemos educit. 161
relictas in finibus copias in Bohemiam adducit. 205
Thaborinum expugnat. 272
Matthias Cæſar Edictum Pragam mittit, pro placandis Bohemiæ motibus. 16
eius Reſcriptum cauſas Bohemicorum motuum continens. 19
milites pro Bohemis conſcribi vetat. 28
eius Literæ ad Lignicij Principem, ſuper Bohemorum invaſione; Eiuſdemque reſponſio. 38
Bohemis compoſitionem proponit, effectumque inſtanter vrget. 39
Mauritius Haſſiæ Landgravius in Conventu Mülhuſiano pro Bohemis intervenit, atque per legatum ab Electore Sax. contendit, ne Catholicis Principibus aſtipulari velit. 141.142
in Comitatum VValdeccenſem impreſſionem facit. 279
in cauſſa ſucceſſionis Marpurgenſis condemnatur & privatur. 348
Mauritius Vraniæ Princeps ſuper apparatu Hiſpanico in Palatinatum Germaniæ Principes co-unitos monet. 169
Maximilianus Bavariæ Dux Fridericum V. Electorem Palatinum, ne electioni Bohemicæ aſſentiri vellet, dehortatur. 79
Friderico V. Electori Palatino ad acceptationem electionis Bohemicæ reſcribit. 86
reſcribit Friderico Palatino. 155
pro Ferdinando Imp. exercitum educit. 156
cum exercitu in Auſtriam movet. 196. ſeq.
cum exercitu movet. 160
Linzium verſus movet. 198
movet in Bohemiam, divulgatque edictum Cæſareum ſuper Sparta ſibi commiſſa. 200
Fridericum Palatinum increpat. 203
in vlteriorem Bohemiam promovet. 204
adverſus Pragam expeditionem dirigit. 205
Bohemis inſtat. 208
cum Cæſareanis ſuper pugna deliberat, Pragamq; movet. 208.209.210
aciem diſponit atq; explicat. 209
in Bohemiam revertitur. 214
victoriam Pragenſem per literas Pontifici Max. aperit. 214
novo cum exercitu in Palatinatum ſuperiorem movet. 266
Palatinatus ſuper ordines & ſubditos exhortatur. 266
Electori Moguntino ſuper illis, quæ cum Mansfeldio intercesſerant, actis, ſe purgat. 280
Elector deſignatur. 340
ab Imperatore S. Rom. Imperii Elector & Archidapifer inauguratur. 341
iam Bavariæ Elector, Electoribus Moguntino ac Saxoni aſſurgit. 344
Vide plura in B. Bavariæ Elector.
Mediolani Gubernator Vervam Sabaudorum fruſtrà obſidet. 431
Megapolitanus Ducatus ab Imperatore Ducibus abrogatur, ac in Fridlandum transfertur. 551. ſeqq.
per Suecos vindicatur. 916
Megapolitanus Dux Ioan. Albertus à Cæſare in amiſſas poſſeſſiones reſtitutionem flagitat. 673
Megapolitani Duces quamobrem poſſeſſionibus eiecti. 666. ſeqq.
iis reditum in patriam puer Suerinenſis vaticinatur. 733
operâ Regis Suecorum in patriam reducuntur. 917
Megapolitanis à Cæſare Conventus Guſtrovium indicitur. 553. ſeqq.
in Ducis Fridlandi verba iurant. 555. ſeq. 731
à Rege Sueciæ ad priſtinam revocantur obedientiam. 792.802
Merſeburgum à Rege Sueciæ occupatur. 934
Metenſium civitas ab Arcis præfecto periclitatur. 133
Mexicanorum tumultus. 388
Miſnia à Gallaſio capitur. 1113
Moguntia Regi Suecorum deditur. 963
Moguntinus Elector Duci Brunſvicenſi novum bellum diſſuadet. 245
reſpondet legato Bavarico. 283
Leopoldum Auſtriæ Archiducem commonefacit. 284

ad Saxonis obteſtatorias de translato Electoratu Palatino reſpondet. 344
ſub diæta Mülhuſina articulos quoſdam proponit. 510
Coloniam Agrippinam diſcedit. 963
Moltzheimium à Suecis in poteſtatem redactum. 1131
Monachium à Rege Sueciæ occupatur. 1029
Moneta per Imperium aucta & adulterata. 226
Montalbanum expugnatur. 294
Montanus Comes Henricus fruſtrà Batavis obnititur. 677
ſuſceptâ in Velaviam expeditione, cum Styrumio Comite confligit. 679
ab Hiſpanis ſecedit, & Hiſpaniarum Infantem literis interpellat. 1077
ad præſules Ordineſque Belgÿ Hiſpanici literas emittit. 1078
pro conſervatione ſtatus publici declarationem ad militares divulgat. 1078
citatur Bruxellas. 1080
Montmoranzius Dux in partes Ducis Aureliani tranſit. 1057
apud Tholoſam capite plectitur. 1063
Moravica Comitia. 604
Moraviæ ordines Bohemorum partibus accedunt. 30
Comitia celebrant. 52
Directores provinciæ nominant, militæ Duces conſtituunt, ac cum Bohemis mutuum fœdus feriunt. 53
à Leopoldo Archiduce contendunt, ne à Tampierio infeſtentur. 104
victoria potiuntur adverſus Tampierium. 104
Comitia celebrant Prinnæ. 105
Friderico V. Palatin. Elect. Regi Bohemiæ homagium præſtant. 131
pro venia eroganda ad Cæſarem legatos mittunt. 215
per ſententiam damnati. 240
Moſætraiectum à Batavis obſidione cinctum. 1082. ſeqq.
deditur Batavis. 1087
Moſchorum Magnus Dux bello Polonos infeſtat. 1109
Mülhuſianus Conventus Electorum. 141. 499. 507
eorum decreta. 143
Mülhuſii in Conventu Electorum per Cæſaris legatum proponitur. 507
Münda ad Viſurgis oſtium à Thillyo ſub cruenta incolarū laniena expugnatur. 450
Murium Agmina per Germaniam. 7
MORTVI, quorum in his Commentariis hinc inde fit mentio:
Anna Rom. Imperatrix. 42
Albertus Ioannes Smirzicius, Baro Bohemus. 43
Andreas Laurentius, Medicus. 43
Albertus, Archidux Auſtriæ. 311
Antonius Priulus, Dux Venetus. 379
Abrahamus Scultetus, Theologus. 446
Adolphus, Holſatiæ Dux. 462
Ambroſius Spinola, Marchio. 810
Auſtraſiæ Duciſſa. 1153
Auguſtus, Dux Palatinus Sulzbacenſis. 1153
Balthaſar Meiſnerus, Theologus. 489
Belioioſæ Comes. 489
Buckingamus, Dux Anglicanus. 618
Carolus Philippus, Dux Sueciæ. 330
Conradus Vorſtius. 330
Carolus, Archidux Auſtriæ. 417
Chriſtianus, Dux Brunſvicenſis. 483
Carolus, Princeps Lichtenſteinius. 547
Carolus Emanuel, Sabaudiæ Dux. 776
Carolus, Mantuæ Dux. 983
Chriſtophorus, Marchio Durlacenſis. 1025
Carolus, Hiſpaniarum Infans. 1153
David Pareus, Theologus. 330
Erneſtus Ludovicus, Dux Saxo-Lavvenburgicus. 198
Emericus Turzo, Comes Hungarus. 311
Erneſtus, Princeps Schaumburgicus. 329
Enno, Friſiæ orientalis Comes. 445
Erneſtus, Comes Mansfeldius. 484
Erneſtus Caſimirus, Comes Naſſovius. 1075
Franciſcus de Bonne, Dux Deſdiguerius. 489
Fridericus V. Archi-Palatinus Comes. 1146
Franciſcus Vaudemontius, Dux Auſtraſiæ. 1153
Fridericus Ranzovius. 1153
Fridericus, Dux Palatinus Lautereccanus. 1154
Gothofredus Antonÿ, IC. 43
Guiſius, Cardinalis. 311
Gregorius XV. Pont. Max. 379
Georgius Remus, IC. 445
Gonſalius, Gubernator Veſalienſis. 471
Gabriel Bethlenus, Tranſylvaniæ Dux. 729
Guſtavus Adolphus, Rex Suecorum. 1119
Guaſtallæ Dux. 1153
Henricus, Comes Tampierius. 196
Heuricus, Magnii Dux. 294
Hornanus Comes. 445
Hermannus Otto, Friſiæ Orientalis Comes. 445
Hatzfeldius, Tribunus. 855
Hetruriæ Magna Duciſſa. 983
Henricus, Comes Schonbergius. 1153
Ioan-Iacobus Bauerus, Tribunus. 265
Iacobus, Magnæ Britanniæ Rex. 408
Iuſtinus, Comes Naſſovius. 412
Ioachimus Sigiſmundus, Marchio Brandeburgicus. 445
Ioachimus Erneſtus, Marchio Onoltzbachianus. 445
Ioan-Hartmannus Beyerus, Medicus. 445
Ioan-Erneſtus, Dux Vinarienſis. 486
Ioan-Svicardus, Elector Moguntinus. 488
Ioannes VVinckelmannus, Theologus. 489
Ioan-Fridericus, Dux VVirtembergicus. 617
Iacobus Reihingus, Theologus. 617
Ioannes Cleſelius, Cardinalis. 810
Ioan-Iacobus, Comes Anholtinus. 810
Ioannes, Baro ab Hyen. 810
Ioannes Sparrenius, Baro Suecicus. 1153
Ludovicus Gravius, Medicus. 43
Lotharius, Elector Treverenſis. 379
Ludovicus, Haſſiæ Landgravius. 488
Ludovicus, Comes Fürſtenbergius. 547
Ludovicus Fridericus, Dux VVürtenbergicus. 985
Leopoldus, Archidux Auſtriæ. 1153
Maximilianus, Archidux Auſtriæ. 42
Matthias, Rom. Imperator. 45
Marcus Antonius de Dominis. 329
Mauritius, Princeps Vranius. 412. 445
Michael Obentrautius. 435
Marquemontius, Cardinalis Lugdun. Archiepiſcopus. 489
Mauritius, Haſſiæ Landgravius. 1149
Nicolaus Hornius, Eques Suecicus. 1153
Oſmannus, Turcorum Imperator. 339
Philippus III. Hiſpaniarum Rex. 306
Paulus V. Pont. Max. 310

Petrus Plancius, Geographus. 330
Philippus Iulius, Pomeranorum Dux. 445
Pappenheimius Comes. 1118.1125
Robertus Bellarminus, Cardinalis. 311
Rudolphus Chriſtianus, Comes Embdanus. 617
Rudolphus Goclenius, Senior, Philoſophus. 617
Remboldus, Comes Collaltonius. 810
Styrumius, Tribunus. 445
Sigiſmundus III. Poloniæ Rex. 1002
Turrianus Comes Iunior. 612
Torquatus de Comitibus. 853
Thillyus Comes. 1022
Vincentius, Mantuæ Dux. 547
VVilhelmus, Dux Bavariæ. 417
VVilhelmus Verdugo. 619

N.

Naſſovius Comes VVilhelmus intra Antverpiam ac Bergizomium, munimenta quædam expugnat. 1084
Neapolitani motus, autore Duce de Oſſuna. 297
Neobrandeburgum à Thillyo expugnatum. 856
Neoburgo-Palatinus Dux, ſuper pace interpellat Sueciæ Regem. 993
Niddæ fluvii curſus interceptus. 47
Nienburgum ad Viſurgim à Thillyo fruſtrà obſidetur. 434
Cæſareanis deditur. 503
Niverniæ Dux Cæſari obſequium negat. 568
auxiliis Gallicanis fultus, inducias recuſat. 569
denuò à Cæſare monitoriis vltimis compulſus, filium ad aulam Cæſaream obſidem mittit. 571
ei à Cæſareanis pacis conditiones præſcribuntur. 770
eius Cohortes intercipiuntur à Cæſareanis. 775
Noribergenſes renunciant Decreto Lipſiaco. 903
conſtantiam Regi Suecorum probant. 1052
famis peſtiſq; contagio defatigantur. 1110
Northemium à Thillyanis expugnatur. 497
Nuptiæ Pariſienſes ſanguinariæ. 4
Nyſſa Sileſiæ à Suecis expugnatur. 1074
in Cæſareanorum poteſtatem redigitur. 1134

O.

Offenburgum expugnatur à Suecis. 1069
Ogersheimium cum exercitu Hiſpanicò mediante vpilione tranſigit. 268
Oldenburgicus Comes apud Imperatorem pro Mansfeldio intercedit. 355
Onoltzbachianus Marchio Bavarò militem in occurſum ducit. 160
Oppenhemium deditur Spinolæ. 189
à Sueciæ Rege occupatur. 963
Ordo Equitum Militiæ Chriſtianæ, à Duce Nivernio & Comite Altheimio recèns apertus. 126
Orſoya à Batavis intercepta. 1090
Oſſa fruſtrà tentat Biberacum. 1045
Oſſunæ Dux Neapolim commovet. 297.298.299.300
Oxenſternius Baro legatus Suecicus, Batavis, in maturam expeditionem propendentibus, calcar addit. 1074
Oxenſtiernius Cancellarius regius ab obitu Regis Suecicarum copiarum directionem ſuſcipit. 1128

P.

Palatinatus ſuperior in partes Ducis Bavariæ tranſit. 268
Palatina vidua in ſuam poſſeſſionem intromitti fruſtrà petit. 400
Panis cruorem ſtillans. 417
Pappenhemius Comes Ruſticanos Auſtriæ rebellantes fugat, diſſipatq;. 463
Magdeburgum vindicat. 1031.*ſeq.*
Haſſos Volcmarſam occupantes cædit, potiturque Einbeccâ. 1034
Lunæburgicos fundit. 1034
Stadam à Suecis obſeſſam vindicat. 1034
per Haſſiam VVeſtphaliamque fulminatur, Hildeſiumque tentat. 1065
ab Hiſpanis in Belgium evocatur. 1066
Moſætraiectum à Batavis vindicare conatur. 1085
caſtra Batavorum ad Moſætraiectum aſſultu tentat. 1086
Baudiſium è ditione Paderbornenſi eiicit. 1114
potitur Hildeſio. 1114
à Fridlando in Saxoniam evocatur. 1115
Pacis articuli inter Hiſpaniæ & Galliæ Reges quoad res Rheticas & Vallis Tellinæ propoſiti. 466.467
Pax tentatur inter Poloniæ & Sueciæ Reges, ſed fruſtrà. 481
Pacificationis articuli Regi Daniæ obiecti. 499
Pax inter Cæſarem & Turcum. 515.518
inter Polonos & Suecos denuò tractatur, ſed fruſtrà. 545
Pacis deliberationes inter Cæſareanos & Suecicos. 731
Pacificationis Italicæ conditiones proponuntur. 777
Pax inter Hiſpanos & Anglos. 814
Pacificatio inter Regem Chriſtianiſſimum eiuſque fratrem. 1061.*ſeq.*
inter Daniæ Regem & Hamburgenſes tentatur. 1137
Perſæ victoriâ potiuntur adverſus Turcos. 483
Perſarum Rex Abaſus moriturus, nepotem è filio adoptat, eumque Regem eſſe iubet. 1141
Mauritii Haſſiæ Landgravii famâ excitus, Caſſellas legationem emittit. 1150
Petrus Heinius, claſſis Indicæ orientalis præfectus, devictis Hiſpanis ingentem auri argentiq; vim extorquet. 606
Philippus Rex Hiſpaniarum adverſus Palatinatum, exercitum præparat. 169
varias per Hiſpaniam novationes aperit. 306
Belgio confœderato commerciis ſuorum interdicit. 420
portum omnium Sanctorum dictum, civitatemque S. Salvatoris recuperat. 421
Daniæ Regi bellum diſſuadet: cui hic regerit. 425
Henricum Comitem Montanum citat Bruxellas. 1080
Pilſena à Mansfeldio expugnatur. 36
Thillyo deditur. 251
Pinarola cedit Gallis. 774
Piſces inſoliti. 8.9
Plurſium, monte oppreſſum. 6.43
Pluvia ſanguinis. 7.224
Mellis. 8
Poloniæ Rex: vide in S. Sigiſmundus III.
Poloniæ Sueciæque Reges inter induciæ ſuſcipiuntur. 686
Poloniæ Regis Legatus apud aulam Turcicam pericula ſubit. 340
Poloniæ proceres Regem, ne Ferdinando Imp. in auxilium accedat, & negotio Bohemico ſe immiſceat, dehortantur. 125
Ruſſelii petitum de Guſtavo Adolpho Suecorum Rege in Regem Poloniæ eligendo confidenter reiiciunt. 999

Polonica Comitia VVarſaviæ celebrata. 997.999.
1000.1002.1003.1004
Poloni ingentem Tartarorum multitudinem fundunt. 389. 390
cum Suecis ſuper induciis tranſigunt. 413
Mevam expugnare nituntur, ſed fruſtrà. 480
Putskenam expugnant. 544
à Suecis apud Dirſchaviam cæſi. 545
à Moſchorum Magno Duce bello petuntur. 1109
Pomeraniæ ærumnæ. 741
Pomerania in libertatem priſtinam vindicatur. 916
Pomeraniæ Dux in Cæſaris partes deſcendit, & in hyberna Cæſareanos admittit. 504
ad Cæſarem legatos mittit, ſuper moleſtiis & exactionibus militaribus quiritaturos. 556
ſuper corrupta militari diſciplina, exactionibuſque ac vexationibus variis quiritatur. 739
cum Rege Sueciæ paciſcitur. 788
ob admiſſionem Sueciæ Regis intra Stetinum, Cæſari ſe purgat. 790
ex hoc capita Cæſareanos irritat. 791
Portugallicani à Batavis in mari funduntur. 936
Putskena à Polonis expugnata. 544
Praga Bavariæ Duci deditur. 212
Saxonibus. 972
à Fridlando recuperatur. 1048
Pragenſis tumultus, & quorundam Cæſareanorum exturbatio è feneſtris. 4.14.15
Pragenſis clades. 206. ſeqq.
Pragenſis Executio. 237. ſeqq.
Pragenſis Academia Patribus Societatis Ieſu confertur. 323
Pragenſis Senatus, unà cum Paſtoribus Evangelicis reformatur. 323
& in Dynaſtas ac Equeſtres inquiritur. 325
Pragenſis matrona, & adulterii & parricidii rea, fœdum ſe in ſupplicium præcipitat. 487
Pragenſis conventus à Cæſare indictus. 541
Presburgum à Gabriele Bethleno interceptum. 107
à Bucquoio recuperatum. 255
Prodigia Bellum Bohemicum præſignificantia. 5
Prodigia varia. 379.617.697
Proteſtantibus à Pontificiis, quà Religionis pacificationem, quà bonorum Eccleſiaſticorum poſſeſſionem, publico diplomate cavetur. 143
Proteſtantes Principes utrum Imperatori, in cauſſa adverſus Bohemos auxiliari debeant? Quæſtio ab Erneſto Saxoniæ Duce Theologis Acad. Ienenſis & VVitebergenſis propoſita. 166
Proteſtantes ad Cæſarem codicillos dimittunt, quibus Lipſienſis conventus decreta aperiunt. 821
ad Electores Catholicos reſcribunt. 825
à Cæſareanis retunduntur. 902
Proteſtantes inter & Catholicos de remediis ineundæ traſactionis, ſuper Edicto Cæſareo, ſub comitiis Ratiſponenſibus propoſitis tractatur. 762. ſeqq.

R.

RAgotſius Tranſylvaniæ Princeps à Rege Sueciæ per legatum ſolicitatur ad impreſſionem in Auſtriam faciendam. 995
Dynaſtarum, equeſtriumque, foris degentium ac ſuſpectorum, bona publicat. 996
Dividias fovet cum Gabrielis Bethleni vidua. 996
Raina Suecorum Regi cedit. 1111
Ratiſponæ Comitia habita. 330. ſeqq.
Ratiſponenſis diæta. 734. ſeqq.
Ratiſponenſium Comitiorum Receſſus. 768
Ratiſponenſes Ædem SS. Trinitati novam ædificant. 984
Ratiſpona Electori Bavariæ deditur. 1027
Redeius Ferentius à Setſchio Georgio interceptus, præ metu exanimatur. 255
Reformati per Gallias varios celebrant Conventus. 293
apud Roſſilionem diætam indicunt. 293
à Rege veniam petunt obtinentq;. 347
Reformatio Religionis Auguſtanæ per Archiducatum Auſtriæ. 402. ſeqq.
apud Sileſios, dura ſub executionis lege, gliſcit. 895
intra Vallem Ioachimicam vi tentatur, ſed abſque effectu. 896
Reihingus Ieſuita Confeſſionem Auguſtanam amplectitur. 311
Religio & de ea proloquium. 1
Religionis exercitium Confeſſionis Auguſtanæ per Auſtriam, Bohemiamque, abrogatur. 614.644
Religionis reformatio apud Auguſtam Vindelicorum. 632. ſeqq.
apud Kaufburium. 643
variis ſub regionibus lociſque tentatur. 614.632. ſeqq. 643. ſeqq. 648
Rhetia, Valliſque Tellina, nomine Ludovici XIII. Galliarum Regis ab Hiſpanis vindicata. 400
permittuntur Pontifici Romano. 546
Rhetiæ & Vallis Tellinæ res. 465
Rheti cum Valle Tellina tranſigunt. 432
in partes Regis Chriſtianiſſimi tranſeunt. 982
ab Helvetiis in protectionem admiſſi. 1042
Rhetici motus. 41.42
Rhetica perſecutio in Evangelicos ſuſcepta. 225. 273. ſeqq.
Rhetica multitudo ab Auſtriacis oppreſſa, rebellat, atque in Hiſpanos Auſtriacoſque cum ſucceſſu inſurgit. 349
Rheticis rebus à Gregorio XV. Pont. Max. articuli præſcribuntur. 367.368
Rhetica munimenta Leopoldi Archiducis Auſtriæ ab Helvetiis improbantur. 368
Richelius Cardinalis, nomine Regis Chriſtianiſſimi, ingentem exercitum in Italiam reducit: atq; intervenienti Pontificis Max. legato pacis conditiones proponit. 773
Pinarolam occupat. 774
Rintelenſis Academia aperta. 261
Rohanus Dux Montem Peſſulanum per inſidias & proditionem tentat. 600
quoad Religionis interdictæ exercitium nihil enovat in Rhetis. 1042
ſuper pacis ſtudio XIII. Ordines Helveticos admonet. 1099
Roſtochium Fridlando deditur. 587
edicto ſtimulatur à Rege Sueciæ. 793
Suecis deditur. 973
Rotenburgum à Thillyo recuperatum. 966
Rugia inſula à Suecicis occupata. 733
Rupellæ intercipiendæ initia iaciuntur. 294
Regi maſculè reſiſtit. 295
à copiis regiis anguſtatur. 475
mediantibus Angliæ Rege & Batavis ſuper ea re tranſigitur.

gitur. 476
à Rege Angliæ in protectionem admittitur. 575. ſeqq.
à Rege Galliarum obſeſſa & devicta. 588. ſeqq.
Ruremunda à Batavis occupata. 1075
Ruſſelius legatus Suecicus, ad ordines Poloniæ apud VVarſaviam congregatos, ſuper Guſtavo Adolpho Suecorum Rege, in Regem Poloniæ eligendo, perorat. 997
Ruſticani apud Marpurgum in Haſsia cæduntur. 107
eorum motus per Auſtriam. 458
ad Imperatorem delectos ablegant. 460
Linzium obſident; & proceres ſuper deditione ſolicitant. 461. 462
Holſatiæ Ducem cum ſuis cædunt. 462
Rübnerum & Lindloum tribunos fugant. 463
à Pappenheimio fuſi, fugati, diſsipatiq́. 463
per Auſtriam rebellantes ſupplicijs afficiuntur. 540
per Suevidm, tractumque Fuldenſem tumultuantes à Suecis Haſsiſque opprimuntur. 1044

S.

Sabaudiæ Dux adverſus Italiam militem educit. 430
movet in Genuenſes, & eorum auxilia cædit. 431
in Hiſpanorum partes tranſit. 774
Sabaudorum progreſſus in Italia. 569
funduntur à Gallis. 775
Sancti Goari oppidum & Rheinfelſa arx, ad Rhenum, deduntur Georgio Haſsiæ Landgravio. 451
Sancti Salvatoris civitas à Batavis occupata. 412
ab Hiſpanis, Batavis erepta. 421
Sanguineus ſudor è latere gregarii militis. 697
Satza Bohemiæ Civitas à Cæſareanis recuperatur. 1043
à Saxonicis denuò recipitur. 1044
Saxoniæ Princeps Elector Cæſaris voluntatem, atq́ arbitrij ſibi factam copiam Bohemis denunciat: Cui illi reſpondent. 40
eius reſponſio ad literas Friderici V. Electoris Palatini. 84
Ordinibus Saxoniæ ſuperioris Conventum ad Lipſiam indicit. 139
Bohemis auxilia corrogantibus reſpondet. 140
ad Vnioniſtarum interpellationem reſcribit. 170
reſponſum ad Mauritii Haſsiæ Landgravii ſuper expeditione Hiſpanica monitoriales. 171
eius ad eiuſdem commatis intimationem Ioannis Palatini Ducis Bipontini, reſcriptum. 172
in Luſatiam educit exercitum. 181
proceres Luſatiæ exhortatur. 181
Budiſsinam oppugnat. 184. 185
Sittaviam progreditur. 185
Sileſios ad Imperatoris obedientiam reducit. 219
Sileſios, ut Iägerndorffium fugiant, confirmat. 257
nomine Imperatoris à Sileſiis homagium exigit. 258
pro Friderici Palatini reſtitutione intercedit. 316
ſuper querelis Civitatum Imperialium, Electorem Moguntinum, ac Ludovicum Haſsiæ Landgravium interpellat. 322
eoſdem ſuper Reformatione Pragenſi interpellat. 324
ſuper Electoratus tranſlatione in Ducem Bavariæ, Electorem Mognntinum obteſtatur. 343
quid Imperator in Ioan-Erneſtum Vinariæ Ducem deſignaturus ſit, VVilhelmo fratri, ſignificat. 474
Imperatori author eſt, ut ematuretur à Con-Electore Brandeburgico Collegii Electoralis redintegratio, & Bavariæ Ducis in Electorem ſuffecti, approbatio. 477
apud Cæſarem pro Duce Pomeraniæ literis intervenit. 556
Collaltum, militiæ Cæſareæ ductorem increpat. 558
negat Cæſari à poſtulatione Magdeburgenſi recedere. 581
Capitularibus Magdeburgenſibus literas reverſales exhibet. 582
pro liberatione Georgii Zeamanni apud Leopoldum Archiducem intervenit. 615
adverſus Edictum Cæſareum de reſtituendis bonis Eccleſiaſticis, excipit, prolixamque opponit deditionem. 627
cui Cæſaris Conſiliarii reſpondent. 629
apud Cæſarem pro Auguſtanis intercedit. 635. 637
Confeſsionem Auguſtanam, vulgò Pupillam dictam, evulgari mandat. 640
Cæſari Proteſtantium querelas atq́ difficultates ob oculos ponit. 701
Ratiſponam ad Diætam collegiatam remittitur. 706
Regis Sueciæ in Imperium adventum Cæſari ſignificat. 747
Cæſari, eius & Brandeburgici Electoris ſubſidia expectanti, negativè reſpondet. 747
ſuper Conventu Lipſiaco celebrando, cum ſuis Torgæ deliberat. 810
Principes Ordineſq́ Proteſtantes ad diætam Lipſienſem convocat. 811
pro Evangelicis Auguſtanis, in cauſſa Religionis quiritantibus quartum intercedit. 811
per Concionatorem aulicum conſultationes precibus orditur, ſimulatque proponit. 818. ſeqq.
Cæſari decreta Conventus Lipſienſis aperit. 828
ad Cæſaris poſtulata reſcribit. 833
Decreto Lipſienſi conſtanter inhæret. 904
Ferdinandum II. Imp. & Ferdinandum III. Hungariæ Regem hoc nomine literis interpellat. 904
apud Dreſdam diætam provincialem aperit. 905
per legatos agit cum Thillyo. 905. 922
ad Electorum Catholicorum, ſuper decreto Lipſienſi interpellationem replicat. 907
copias cum Rege Sueciæ coniungit. 929
recipit Lipſiam. 934
à Regis Hiſpaniarum legato ſuper pace particulari interpellatur. 967. ſeqq.
copias in Bohemiam producit. 971
Pragam deditione capit. 972
Egram occupat. 972
nova præparat ſubſidia. 1044
Saxonici apud Brandiſium fundunt Cæſareanos. 1043
intra Bohemiam periclitantur. 1043
Satza potiuntur. 1044
Lübenam expugnantes, Sittaviam fruſtrà tentant. 1070
Glogoviam maiorem occupant. 1070
recuperant Lipſiam. 1126
Saxo-Lavvenburgicus Dux Franciſcus Albertus, pro emendanda diſciplina militari diploma divulgat. 1134
Saxoniæ inferioris Principes apud Regem Daniæ pro Hamburgenſibus interveniunt. 218
eorum præparationes bellicæ. 351. ſeqq.
copias conſcribunt. 354
quid rerum agant, Saxoniæ ſuperioris circulo, notum faciunt. 416
ad interminatoriam Thillyanorum propoſitionem redarguunt. 427. 429
ſubditos vaſalloſq́ ſuos, fortè ſub Imperatore militantes, publico reſcripto citant avocantq́. 448

conventum apud Hamburgum aperiunt. 976
Schaumburgi Comes declaratur Princeps. 249
Schlickius Comes Zvethelium occupat. 38
à Saxonibus interceptus Pragam mittitur. 236
in Iutiam progreditur. 501
Schmalcaldica Conſœderatio. 2
Schvverinum à Suecis expugnatur. 916
Schvveidnicenſes, cùm in Religionem Catholicam ante condixiſſent, palinodiam canunt. 644
Schvvinfurtum Regi Suecorum deditur. 957
Scioppii Claßicum belli ſacri. 133
Seletſtada à Suecis capitur. 1131
Sigiſmundi Poloniæ Regis Epiſtola ad Lignicii Ducem. 110
eiuſdem Sileſiis facta inculcatio mutui pacis deſiderii. 111
Ferdinando Imp. contra Bohemos auxilia promittit. 125
ob Turci denunciationem belli Varſaviæ Comitia celebrat. 224
Turcos devincit. 224
Tartaros fundit Turciamq; populatur. 224
in periculo mortis à ſicario. 225
Dantiſcum intrat. 482
Sileſia reſtituitur Imperatori. 506
Sileſiaca Comitia. 604
Sileſiæ perduellium bona conſiſcantur. 604
Sileſiæ ordines Bohemorum partibus accedunt. 30
Confœderationem Pragenſem confirmant. 107
Capitularibus Vratislavienſibus iuramenti formulam proponunt. 109
reſpondent ad Friderici Regis poſtulata. 132
apud Vratislaviam congregati Cæſari auxilia decernunt. 1036
ad obedientiam Cæſaris revertuntur. 219
Saxoniæ Electori pro tranſactione atque hoſpitalitate ſolennes deponunt gratias. 219
Soles tres. 47
Solothurianus Conventus. 466
Spandavia Electori Brandeburgico reſtituitur. 886
Spinolæ Marchionis conatus dereguntur. 170
cum exercitu movet mittitque nomine Alberti Archiducis ad Mauritium Haßiæ Landgravium codicillos. 170
ad Durlacenſem Marchionem literas emittit. 171
item ad Senatum Francofurtenſem. 171
Oppenhemium petit, intereaque Crucenacum intercipit. 189
Bockelheimiam arcem expugnat. 195
Baccheracum occupat. 195
Bergizomio copias admovet, ac obſidionem diſſolvit. 327.328
Bredam obſidione cingit. 410
eamq; ad deditionem cogit. 412
Spira à Leopoldo Archiduce occupatur. 318
ceditur Suecis. 965
ab Hiſpanis intercepta. 1041
Stada à Thillyo expugnata. 565.566
Steinavia ad Mœnum à Suecorum Rege capitur. 960
Stetinenſes Sueciæ Regem admittunt. 787
Stollhoffena à Suecis occupatur. 1069
Straleſunda à Duce Fridlandiæ tentata & oppugnata, ſed fruſtrà. 559.ſeqq.607
tranſigit cum Rege Sueciæ. 608
Strasberga à Suecis expugnatur. 611
à Polonis fruſtrà retentatur. 612
Subiſius Comes Gallicanus adverſus Regem Chriſtianißimum inſurgit, & caditur. 433
in Angliam confugit. 475
Sueciæ Rex: vide in G. Guſtavus Adolphus.
Sueci cum Polonis ſuper induciis tranſigunt. 413
Dantiſcanis moleſti. 545
Strasbergam expugnant. 611
Gryphiſvvaldiam ſuper deditione compellant. 855
Fridbergam VVedderaviæ occupant. 964
Spiram item, Landaviam, ac Cronvveiſſenburgum. 965
ut & Manheimium, Mariæthalam, ac Heilbrunnam. 965
Roſtochium occupant. 973
arcem Mansfeldicam: & VViſmariam. 974
Damitzam. 975
Bambergam capiunt. 1011
per ulteriorem Sueviam progrediuntur. 1025
per Ducatum VVürtenbergicum progrediuntur ac per Marchionatum Durlacenſem. 1039
apud Neomarchiam à Fridlandicis funduntur. 1050
Confluentiam Rheni ac Moſellæ occupant, & Graffenbergam. 1067
fundunt Ligarianos apud VViſſelochum. 1068
Stollhoffenam expugnant, ac Offenburgum occupant. 1069
Vratislavienſibus præſcribunt leges. 1072
potiuntur Kemnitio. 1127
recuperant Zvvickaviam. 1127
Suecicæ naves à Dantiſcanis funduntur. 609
Suecicus legatus Cæſareanos è Borußia revocare fruſtrà nititur. 684
Sueviæ & Franconiæ Principes ac ordines, Edicti Cæſarei ſuper reſtituendis bonis Eccleſiaſticis, ſive moderationẽ, ſive ſuſpenſionem, petunt. 645.ſeqq.
Sueviæ proceres Ordineſq; ſuper Edicti Cæſarei executione, corruptâq; diſciplina militari conqueruntur. 698
hoc nomine ad Conſiliarios Cæſaris aulicos reſcribunt. 700
ſuper militaribus afflictionibus conqueruntur. 744
Sueviæ Equeſtres codicillos declaratorios ad Cæſarem emittunt. 849
Sultzbacum in Palatinatu ſuperiori à Bavaricis ſubiugatum, à Rege Sueciæ rurſum liberatur. 1046
Sylva Ducis Vranio Principi certis conditionibus deditur. 676.ſeqq.

T.

Tampierius in Bohemos educit. 29
Presburgum intercepturus occumbit. 196
Tartari à Polonis cæſi. 389.390.483
Tempeſtates inſolitæ. 8.399.400.417.617
Terræmotus per Siciliam ſive Apuliam. 9
per Germaniam. 7
in finibus Ferrariæ. 417
Thaborinum à Marradio expugnatum. 272
Thillii laudes in pugna Pragenſi. 211
Pilſenam auro expugnat. 251
cæditur à Mansfeldio. 265
Mansfeldium inſequitur. 270
oppidum ab oſtio Nicri dictum expugnat. 297
à Mansfeldio apud Vislochium vincitur. 303
Heydelbergam expugnat. 318.319

Manhei-

Manheymium petit. 320.321
in Comitem evehitur. 348
ad opprimendum Mansfeldium, Inferioris Saxoniæ Principes ſolicitat. 354
cum exercitu in Haſſos & propè Viſurgim movet. 355
Friderico Vlrico Duci Brunſvicenſi minatur adventum. 355
ab inferioris Saxoniæ circulo petit, ut unà ſecum in Chriſtianum Halberſtatenſem ducant. 356
ex inferiori Saxonia iubetur emigrare. 357
in Friſiam cogitat, Embdanamque civitatem maritimam fruſtrà tentat. 359
in Haſſos reducit, apud illos hybernaturus. 361
Daniæ Regis arma ſuſpecta habens literis Principis inferioris Saxoniæ tentat. 414
cum Daniæ Regis conſiliariis agit. 423
Daniæ Regem literis interpellat. 412
cui hic reſpondet. 426
ſub diæta apud Brunſvigam provinciali per legatos proponit. 426.428
Nienburgum ad Viſurgim fruſtrà obſidet. 434
ad Calenbergam de Friderico Saxone & Obentrautio Tribuno victoriam reportat. 435
literis Friderici Palatini interceptis, Saxoniæ inferioris Principibus Daniæ Regis inſtitutum detegit. 436
de milite in Saxoniam inferiorem introducto reſcriptum publicat. 448
in Haßiam inferiorem fertur. 540
Mündam ad Viſurgis oſtium, ſub cruenta incolarum laniena expugnat. 450
Mauritio Haßiæ Landgravio leges præſcribit. 451
Gottingam expugnat, pariterq; Danicos apud Calebergam fundit. 453
Holſatiæ Ducem, ne rebus Danicis accedat, dehortatur. 489
itemque Holſatiæ Equeſtres. 490
totidemque verbis Equeſtres Megapolitanos. 491
Lavvenburgo potitur. 496
in Holſatiam penetrat. 500
Stadam oppugnat, expugnatq; 565
Brunſvigæ leges præſcribere tentat. 588
ei vicariæ Cæſareani exercitus confertur adminiſtratio. 761
Neo-Brandeburgum expugnat. 856
exercitum Magdeburgum verſus reducit. 857
pro vindicandâ Francofordiâ ad Oderam ſeriùs educit. 860
nomine Cæſaris, Chriſtianum VVilhelmum, Marchionem Brandeburgicum, Adminiſtratorem Magdeburgenſem, dehortatur, obedientiam inculcat, monet, urget, minatur. 864
Magdeburgum verſus movet, eamque obſidet. 866. *ſeqq.*
ſuper deditione Adminiſtratorem literis compellat. 869
Magdeburgenſibus bonam mentem inſtillat. 869
eadem nunciat Falckenbergio tribuno. 870
rebus inclinantibus moram atq; inducias negat Magdeburgenſibus. 872
Saxonem & Brandeburgicum, Electores, ſuper Magdeburgenſium contumacia, interpellat. 872
humaniſsimis verbis Adminiſtratori, Magdeburgenſibus, Falckenbergioq; deditionem ſuadet. 873
ad expugnationem omnia præparat. 874
civitatem flebiliter expugnat. 875
Magdeburgi everſionem Electori Saxoniæ, ſignificat. 885
Inferioris Saxoniæ Ordines, ne Lipſienſi fœderi accedant, dehortatur. 892
Archiepiſcopatus Bremenſis ſubditos, ob res novas ſuſpectos, interdictis terret. 893
Archiepiſcopo Bremenſi obedientiam erga Cæſarem inculcat. 894
exciſo Magdeburgo, in Thuringiam movet. 918
infeſtat Haſſos. 919 921
à Pappenheimio ad Albim revocatur. 919
ad VVerbenam uſq; producens, defectâ annonâ exercitum reducit. 920
cum Electore Saxoniæ agit. 905.922.*ſeqq.*
coniunctis cum Fürſtenbergio copiis, in Saxoniam producit, denuoque literis Electorem interpellat. 926
intercipit Lipſiam. 928
in occurſum ducit contra Regem Sueciæ, & Electorem Saxoniæ. 929
in fugam agitur. 930
Viſurgim verſus, ac porrò in Haßiam deflectit. 949
Rotenburgo & VVinshemio recuperatis, Noribergam urget. 966
VViltzburgum fortalitium occupat. 966
adversus Guſtavum Hornium producens Bambergam recuperat. 1012
cognito Regis Suecorum adventu Bambergam derelinquit. 1019
lethali accepto vulnere Ingolſtadam delatus occumbit. 1022.
Tieffenbachius Baro ſupplicio afficitur. 236
Tigurinorum lites cum Lucernatibus, Vriis, &c. 1096. *ſeqq.* 1102
Tranſylvani cum Bohemis mutuam confœderationem deſiderant. 124
Hungarorum quoque fœderi accedunt. 163
Treveris deditur Gallicanis. 1106
Trevirenſis Elector Abbati S. Maximini apud Trevirim litem intentat. 446
in partes Galliarum Regis tranſiens, offendit Regem Sueciæ. 991
publicis tabulis protectionem Gallicam divulgat. 992
Troppavia Imperatori reſtituitur. 506
Tſchernembelius Baro Auſtriacus media compoſitionis ac pacis Ferdinando Regi privatim proponit. 54
Tuitium à Baudißio occupatum. 1136
Turcicus Imp. Poloniæ Regis legatum altero oculo privare iuſsit. 163
Polonis bellum denunciat. 224
Friderico Palatino auxilia offert. 253
expeditionem in Polonos decernit. 303
Turc. Imp. Oſmannus in Aſiam, Mecham verſus peregrinaturus, prætorianis reſiſtentibus, tumultus ciet. 338
capitur ac ſtrangulatur. 339
Turcorum Imperator renunciatur Sultanus Muſtapha. 339
ab Imperatore Ferdinando pacis prolongationem petit. 338
Turcorum novus Imperator creatus Amurathes. 365
cum Imperatore tranſigit. 515.518
ei integrum ſub Arabia felici regnum intercipitur. 517
Babylonem Chaldæorum metropolim expugnare nititur. 1139.*ſeqq.*
fulminibus terretur. 1144
Turcici Legati adventus & expeditio Neoſoliæ. 162

Turcorum res inquietæ. 546
Turci à Polonis maſculè excipiuntur, partimque funduntur. 304
cum Polonis tranſigunt. 304
turmatim in Thraciam iter relegentes ab Eſterhaſio fuſi ac diſiecti. 365
captivi ab Eſterhaſio Viennam deducuntur. 376
cæduntur à Tartaris. 417
Hungariam depopulantes reijciuntur. 469
Turci cæſi à Perſis. 483.517
Turgoviæ in cauſſa Religionis nova reſurgunt onera odiaque. 1102
Turriani Comitis Literæ ad Auſtriæ Ordines. 38
cum Bohemico milite Moraviam invadit. 52
in Auſtriam inferiorem movet, & diverſa loca occupat. 54.55
Labaviam occupat, caſtraq; ad Viennam admovet. 56
obſidionem Viennenſem ſolvit. 59

V.

Vallis Tellina & Rhetia nomina Galliarum Regis ab Hiſpanis vindicata. 400
Vallis Tellina Rhetis reconciliata. 432
Vallis Tellinæ & Rhetiæ res. 465
Vallis Tellina & Rhetia permittuntur Pontifici Rom. 546
Vallis Tellinæ Incolæ Rhetis ſe purgant & ſubmittunt. 983
Vallis Tellinæ novatores operas ſuas Gallicanis offerunt. 1042
Varisci ultima patiantur ab Holckenio tribuno Fridlandico. 1093
Vaticinia. 8
Vdenhemium ab Elect. Palatino deſtructum. 3.22
Vectigalium novitas & auctio per Gallias Hiſpaniaſque materia tumultuum. 1139
Venetiis Coniuratio nova detecta. 21
Veneti Patres Societatis Ieſu admittere recuſant. 346
Veneta Reſp. Hiſpanis obnititur. 466
Venetæ legiones funduntur à Cæſareanis 775
Veneti favent Suecis. 980
Venloa à Batavis occupata. 1075
Verda à Ligarianis recuperata. 977
Verdugonis laudes in pugna Pragenſi. 211
Verdunenſis Epiſcopus Galliarum Regi urbi arcem imponere ſatagenti refragatur. 599. ſeq.
Verlinga Marradio deditur. 252
Verva Sabaudorum à Mediolani Gubernatore fruſtrà obſeſſa. 431
Veſalia Hiſpanis arte erepta. 680
Veſuvii montis apud Neapolim exæſtuatio. 985
Vienna à Gabriele Bethleno infeſtata. 112
Viennenſis Senatus civibus Auguſtanæ Confeſſionis interdicit exercitio Religionis. 403
Vinarienſis Dux Bernhardus Landsbergam Füſenamq; recuperat. 1053
Ioan-Erneſtus cum Mansfeldio coniunctis viribus in Sileſiam Hungariamque promovet. 451
in Sileſiam regreſſus omnia eo locorum perturbat. 452
diverſis per Sileſiam locis potitur. 473
propinquorum conſiliis renititur. 475
VVilhelmus ſuper Cæſaris reconciliatione, Georgium, Haſſiæ Landgravium, interpellat. 474
cum Banero copias coniungit. 1033
Göttingam expugnat. 1033
Duderſtadam ſubiugat. 1033
Vladislai Poloniæ Principis virtutes. 1005
Poloniæ Rex inauguratur. 1107
ad Dantiſcanos declaratoriam emittit. 1107
Vlma renunciat Decreto Lipſiaco. 903
cum Rege Suecorum tranſigit. 980
Vnio Proteſtantium. 2
Vnitorum Imperii Principum, in turbis Bohemicis cura & ſolicitudines. 34
apud Noribergam Conventum celebrant. 114. ſeqq. 145.149.157
ad Electorum è Conventu Mülhuſiano monitoriales excipiunt. 149
in Briſgoviam movent. 159
apud Vlmam Conventum celebrant, ibidemque cum Ligarianis tranſigunt. 160
ſuper expeditione Hiſpanica in Palatinatum Saxoniæ Electorem interpellant. 169
apud Oppenhemium caſtra metantur. 188
ad Francofurtum educunt. 189
derelicto Oppenhemio, VVormatiam verſus movent. 189
multis modis ſuſpecti, ignaviæ accuſantur. 190
publicis libellis perſtringuntur. 190
cauſſas tarditatis Apologetico reddunt. 193
cum Spinola acie decertare tentant. 195
cum Cæſare paciſcuntur, exercitumque dimittunt. 240. ſeqq.
intercedunt apud Cæſarem pro Palatini reconciliatione. 243
Vranius Princeps cum copiis in Palatinatum movet. 195
re infectâ in Belgium regreditur. 225
obnititur conatibus Spinolæ, tentatque per Stratagema Antverpiam, ſed fruſtrà. 412
Crollenſem civitatem expugnat. 539
Sylvam-Ducis occupat. 676. ſeqq.
in Morinos ſiue Flandros educit, illos ſub leges & tributa vocaturus. 934
Hiſpanis ſupervenientibus retrò cedit. 935
Vratislaviæ Principum Ordinumque Sileſiæ conventus celebratur. 1036. ſeqq.
Vratislavienſes Suecis Baſilicam ſiue Templum Cathedrale permittunt. 1074
Vrbanus VIII. Pont. Max. ſuper rebus Rhetiæ & Vallis Tellinæ in partes Hiſpanorum inclinat. 465.466
ægrè fert Cæſaris exercitum in Italiam penetrantem. 692

W.

WArſavica Comitia Polonorum. 611.997.999. 1000.1002.1003.1004
Weiſſenburgum à Bavaricis occupatum. 1045
Wertheimenſis Comitatus, operâ Sueciæ Regis, reſtituitur Dynaſtis eius nominis Evangelicis. 1046
Weſtphaliæ Ordines ſuper confœderatione deliberant, ſed fruſtrà. 123
cum Wilhelmo Haſſiæ Landgravio paciſcuntur. 976
Wetteravia ab Hiſpanis ſubiugata. 225
Wilhelmus Haſſiæ Landgravius pro mitigatione ſententiæ in cauſſa Magdeburgenſi, dat ad Coloniæ ac Saxoniæ Electores. 366
Fachoniam occupat. 948
oppida ſub diœceſi Paderbornenſi recalcitrantia ad obedientiam

dientiam reducit. 1033
Wiltzburgum à Thillyo occupatum. 966
Winsbemium à Thillyo recuperatum. 966
Wirtenbergiæ Ducatus fœderi Lipſiaco renunciare cogitur. 902
nclinat in Suecos. 1039
Wirtenbergiæ Dux Edicto Cæſareo ſuper reſtituendis bonis Eccleſiaſticis emanato fruſtrà obnititur. 647
ſuper exactionibus ac vexationibus militaribus quiritatur. 746
Wiſmaria traditur Suecis. 974
Wolferbytum Cæſareanis deditur. 503
à Duce Lunaburgico concluditur. 1066
per Gronsfeldium liberatur. 1114
Wolgaſtum per Cæſareanos Danis eripitur. 585
à Suecia Rege occupatur. 786
Wormatia à Leopoldo Archiduce capta. 318

Z.

Zeamannus Reip. Campodunenſis Eccleſiaſtes, à Leopoldi Archiducis ſubdelegatis in cuſtodiam deducitur. 615
de mandato Cæſaris è Tyrolenſi cuſtodia dimittitur. 730
Zuethelium à Comite Schlickio occupatum. 38
Zvvickavia ab Holckenio capta. 1092
à Suecis recuperatur. 1127

FINIS.

ERRATA.

NE in horum Commentariorum lectione hæreas, Amice Lector, ecce viam, qua rectius progredi, erroresq; toties obvios, amoliri poſſis, monſtramus. Tu igitur ſequentibus, quæ aſſcripta legis, loca obſcura, ſi placet, emenda.

Pag.13.facie.2.l.17. Cloſtergrabianæ. p.15.f.2.l.33. hoſtes omnibus. p.16.l.16. ſcriptum. p.17. fac.2.l.ult. univerſo. p.18. fac.2.l.22. optionemq;, p.21.l.7. interpretatio, deſiſioq;. l.10. quod poſita. l.15. nihil antiquius. l.56. adeſſet. p.22.l.12. habet. p.23.l.34. Archidux. p.23. fac.2.l.49. immunitates. p.24. fac.2.l.2. rata haberet, & ex æquo, & bono promitteret. p.26.l.7. nimirum. l.48. futurum ut. p.27.l.10. munus. p.28.l.4. eoſdemq;. p.29. l.13. ſunt. l.49. aliam partem. fac.2.l.32. detorquere. l.50. infortunium ſubditos. p.30.l.21. ſufficientem. l.28. Sileſiam. p.31.l.27. Nihil minus. p.31.l.44. Ducatibus. p.12. fac.2.l.2. decreta. l.15. dicti. l.49. poſito enim caſu. l.50. aduerſus. p.33.l.48. promoueret. p.36.l.3. apud Germaniam. p.37. fac.2.l.56. nudè. p.38.l.30. deleantur iſta. ad id acta cti. fac.2.l.ult. minimi. p.39.l.33. libertatem. l.42. coxiſſent, in propatulo. p.41.l.ult. aream. p.42.l.13. fugitivos. fac.2.l.36. Laërtii, p.44.l.32. intēpeſtivos, p.46. fac.2.l.39. eripiebat. p.47.l.2. Diacono. p.48.l.ult. hæc. fac.2.l.43. quò. p.53.l.7. interrogatumq;. p.56. fac.2.l.39. ipſæ. p.59.l.5. fuerunt, non erant contemnenda. p.60. fac.2.l.19. apud Francofurtum. p.62.l.45. utiq;. l.64. iatraliptis fac.2.l.ult. præ. p.63.l.53. veteri p.65.l.62. ut & p.67.l. toto orbe. p.68.l.61. dilucescat. p.71.l.42. antiquis. p.72.l.3. accerſere. l.30. impetrata. fac.2.l.7. iſta conſilia. p.73.l.17. abindè p.73.l.2. iuſſerint. l.7. cœpiſſe. fac.2.l.51. notãdum eſſe. p.74.l.7. attineat. fac.2.l.22. contrahantur. ibid. ſolere. p.75.l.13. referri. fac.2.l.60. in tantum. p.76.l.39. piam. l.40. glorioſam. l.42. exoptatam. p.78. fac.2.l.31. id belli. l.32. effluente. p.79. fac.2.l.27. inundarint. p.80. fac.2.l.1. poſitum. p.81.l.2. exſurgerent. fac.2.l.42. verſarentur. p.82.l.ult. prævidiſſe. l.53. quererentur. p.83. fac.2.l.31. hæredes, committere. l.40. Ferunt. p.84.l.1. probo magis. l.9. proficiſcentem. p.85.l.9. deſignârint. l.42. rem id genus. l.46. fideleſq; amici. p.85. fac.2.l.55. queat. fac.l.3. (prout veteres dixerunt) p.87.l.50. Symbolam. fac.2.l.63. par. p.57. fac.2.l.17. Senatu. fac.2.l.59. civiciq;, p.89.l.17. portis. p.90.l.3. novâ. l.52. ornatam. fac.2.l.51. ſparſis. p.91.l.10. ſolennibus. l.42. laqueos. fac.2.l.52. licitisq;. l.56. civilis. pag.92. fac.2.l.5. peregrinas. l.29. modum. l.43. quoad. p.94.l.6. detrectent. p.95.l.3. Bohemiæ. l.13. ſerò. p.96. fac.2.l.7. ex læſa. p.97.l.23. μισάνθρωπος. p.100. fac.2.l.8. Tùm. l.43. armisq;. p.101. fac.2.l.54. ac ſtudio. p.102.l.41. intuliſſe. l.55. ſcil. ut. fac.2.l.33. Setſchium. l.42. ilicet. pag.102.l.41. rectà. fac.2.l.22. fines. p.106. fac.2.l.28. politicas. p.107.l. penult. quater. p.108.l.44. antiquam. fac.2.l.40. antiqua. l.57. uniriq;. p.111.l.1. quererentur. l.45. Omninoq;. p.113.l.28. Quouſq; fac.2.l.15. numerum. l. ἄζωονδον. p.114.l.22. qui codicillis. fac.2.l.4. pro vili. l.58. commiſſuros. l.ult. apud Noribergam. p.115.l.4. Eodem venerunt. l.32. Cæſari. fac.2.l.10. inpio. l.22. vero verius. l.26. eſſe. Quod Cæſar. l.50. & vægrandibus. l.59. Eo nomine. pag.116.l.61. directà. pag.117.l.12. comparatam. pag.118. fac.2.l.40. in rem. pag.158.l.39. Catholici. l.49. turmarumq;. l.ult. è Belgio. fac.2.l.13. opportunò. l.38. Franconicum, l. ultim. uſq;, p.159.l.13. antiquum, p.161. fac.2.l.59. antiqua, ac priſtina. p.163.l.24. quos tum. fac.2.l.32. textæ. fac.2.l.5. ultimis, p.165. leg.5. hîc, l.12. hanc optimam voluntatem, fac.2.l.14. atrium. l.21. Leonh. p.166.l.32. quæ in ipſos. l.33. ibid. eſſet, fac.2.l.6. iniri neceſſariò. l.29. dilectionibus, p.167. fac.2.l.19. junxerat. l.35. è cava copiam, p.168.l.21. ſucceſſu, fac.2.l.11. maneret, p.169.l.36. quàm, l.40. In ea, fac.2.l.26. movet, p.170. fac.2.l.21. ac litteræ. p.171.l.14. commeatui, tranſituiq;, pag.172.l.21. admiſſum, fac.2.l.50. tàm Imperatorem, pag.174.l.21. proviſurum, fac.2.l.17. iam tùm. p.178.l.1. evadere queat, l.27. Proteſtantium, fac.2.l.34. compedeſq;, p.179.l.6. confuſis, l. penult. perciperet, p.180. fac.2.l.33. alea, l.50. reddidiſſe, p.181. fac.2.l.45. quas mittimus, ibid. conteſtantur, p.183.l.1 producat, p.190.l.27. plurimi, p.191.l.30. cura, l.40. relligione, p.192.l.29. vectes, fac.2.l.51. detonſa bipennibus, p.193.l.44. Sutoris, fac.2.l.12. hominum maleferiatorum, l.62. haud, p.194.l.12. ridere, l.32. haudquaquam, fac.2.l.28. haudquaquam, p.196. fac.2.l.30. miſſione, p.p.199.l.36. ipſis, fac.2.l.50. tùm, p.200.l.42. conformes, ibid. l.43. eſſe non poſſit, fac.2.l.30. apud Freyſtadium, p.201.l.53. novos ſubditos, p.202.p.2.l.35. niteretur, p.203. fac.2.l.23. paſſim rogâſſe, p.207.l.5. otioſos, l.39. Tale fuit, fac.2.l.43 phæcaſiatis, p.213.l.40. utq;, fac.2.l.45. eſſet, pag.215.l.22. venia roganda, p.216. fac.2.l.16. pœnitentiam, l.54. & Religioni, p.217.l.41. eoſdemq;, p.219.l.21. dimidium, p.220. fac.2.l.16 ſuppeditare, l.49. deinceps, mitram, p.221.l.5. Edicto. p.222.l.16. utq;, p.223.l. penult. illuſtriſſima, p.224.l.2. Stockholmiam, p.225.l.13. operam, quod dicitur, fac.2.l.52. Rhetia, p.227. fac.2.l.12. promiſiſſe, p.229.l.45. milite. fac.2.l.17. obiiciamus, p.231. fac.2.l.8. admiſſu, p.233.l.57. intrà Pragam, pag.238.l.3. datum ſit. Itemq;, p.241. fac.2.l.64. nomine quibuscunq;, p.242. fac.2.l.49. Deichmannum. p.244.l.11. Dixiſſes, l.30. Palatini, p.245. fac.2.l.30. ad animum, p.246.l.29. nullam, p.248.l.31. corruitura p.250.l.40. à quinq; integris, fac.2.l.52. poſt Erici, p.251. fac.2.l.38. inultos, p.253.l.9. ipſi libenter, fac.2.l.38. ἄζωονδον, l.41. ἄδωρα, p.254.l.22. petentis, fac.2.l.47. iſtos, p.236. fac.2.l.31. Pontificiæ Confeſſionis, l.ult. execrandaq;, p.257.l.31. animos, l.41. erat. l.63. & quidem Auſtriaco, fac.2.l.43. evomuiſſe, p.259.l.3. partes, pag.260.l.21. ſingulis eorum, fac.2.l.3. iiſq; finitimis, l.11. confluxerunt, fac.2.l.21. tàm ſuperioris. fac.2.l.21. tàm ſuperioris, quàm inferioris, pag.261.l.36. tentatis, fac.2.l.2. per tot. l.30. impetrata, pag.264. fac.2.l.22. Bauerus. p.266.l.30. luem. p.267.l.59. ſàm, fac.2.l.60. irent nunc, p.268. fac.2.l.36 paulò antè. l.44. conſilij, p.269.l.59. catervas, p.271.l.11. exemplum imitatus. l.23. occepiſſet, l.24. poſteaquàm, fac.2.l.36. cæſi ſunt, p.272. fac.2.l.59. ſive pater, quò, l.ult. alijs, pag.273.l.59. Summa ſupplicationis, fac.2.l.13. reatumq;, p.274.l.28. iſtorum, p.278.l.40. aut rejicere, fuiſſe animatum, l.46. partibus, p.279.l.18. humeris ſuis, p.280. fac.2.l.41 impetrare, l.37. præconcepta, p.281.l.16. perveniri, l.47. commeatu, p.283 l.12. impetu, p.284. fac.2.l.1. ut eadem, l.37. pars. p.285. fac.2.l.47. eligere, p.286. fac.2.l.15. Gorcum, p.287.l.14. tentare rogando, nititur, p.288.l.31. nequeant, p.289. fac.2.l.41. maturè,, p.291.l.59. cũ libertate, fac.2.l.41 ſi liceret, p.292. fac.2.l.27. equitum alis, p.293. fac.2.l.14. quà fidem, p.294.l.29. auſa foret, l.39. conceſſiones, fac.2.l.15. quiritatio, p.295. fac.2.l.5. infeſtare Rex, p.296.l.39. coronâ invaſit, p.298, fac.2.l.38. multis, iisq; magnis, p.299. fac.2.l.38. ſucceſſu minimè, p.300.l.16. lætos, p.301. fac.2.l.2. ratio, pag.303. fac.2.l.46. ne Imperium affectare, p.305.l.28. ſuperincumbentibus, p.306.l.12. potuit, p.307. fac.2.l.16. Nemeſis, l.45. ferox, p.308.l.3. diteſcere cœpit, l.53. animarum paſtorem, fac.2.l.50. Veteraviam, p.310. fuêre, p.311.l.15.

l.15.Trimalchioni,fac.2.l.17.illam Confeßionem.p.319.
l.22.coronâ,fac.2.l.31.Veerum,l.48.deduceretur.p.320.
l.15.tùm relatos.l.22.partem librarij,fac.2.l.9.Thillyus.
l.28.cuſtodia celebri,l.48.Qui locus ab omni,p.321.l.ult.
hyberna,p.324.fac.2.l.3.usq; quaq;,p.325.l.54.ſuprà vi-
dimus,fac.2.l.4.Auſtraſiam,l.61.Mansfeldiumq;,p.327.
fac.2.l.7.comminatione,p.325.fac.2.l.23 Bohemiaq; Re-
gem legitimum,atq; Electorem ſeptimum,l.33.inſtammâ-
rit,p.334.l.9.nolint,l.31.in impotentiam,p.335.l.53.
mentem induere,p.339.l.43.noduq;,l.55.ipſe Cæſar tri-
buno,p.340.l.15.Muſtapha hic erat,p.342.l.32.Quàm
igitur,p.349.l.8 arcibus,p.350.fac.2.l.7.priſtinam li-
bertatem,l.26.oppetere,p.353.l.49.rogatis,p.355.fac.2.
l.51.inferioris Sax.p.357.l.24.boni,p.359.l.49.inſtitu-
tum,p.364.l.39.lacerarent,fac.2.l.5.cōmilitonum.l.30.
ferè ulla,p.365.l.56.tribunus legiones,p.366.fac.2.l.39.
ſine offenſa,p.367.l.38.Catholici,p.368.l.29.obſervan-
tiam,p.369.l.24.octo Prettigavenſium,p.370.l.32.poſ-
ſeßiones,p.371.l.40.ut hoc facinus,p.373.fac.2.l.36.cer-
tabant,pag.374.l.58.æſtimatam,fac.2.l.9.cæteros,l.34.
movemur,p.375.fac.2.l.6.recludatis,l.40.alieniorem,p.
376 l.6.cōgratulaturus,fac.2.l.ult.protracta,p.378.fac.
2.l.15.cōmaſculare,p.379.l.23.metu inteſtini,l.38.ut in.
p.381.l.53.Germaniæ oppidò,pag.382.fac.2.l.1.Bavari.
ἀπὸ τῆς μηχανῆς,l.57.debeo,l.52.ut tàm,p.385.fac.2.l.
53.quis prætulerit,p.386.fac.2.l.47.mißionem,l.ult.cœ-
perit,p.387.fac.2 l.45.iter,p.390.fac.2.44.tàm.p.393
l.61.queat,p.394.l.11.florere queant,l.8.ingentis,& ju-
ſti,l.27.crederentur,fac.2.l.39.in veſtram,p.395.l.54.in-
clinauit,p.396.fac.2.l.14.majori jam eum,l.30.copiæ p.
399.l.6.dynaſtiis,l.12.etentaſſet,l.45.optato,l.57.ut in
ſinu,p.403.l.39.factum,p.404.l.14.ſub plena.ibid.diæ-
ta,p.407.l.36.venerabimur,p.409.fac.2.l.62.Denuo,
p.411.l.42.Mauritio,p.412.l.48.eſt,p.413.l.51.futuros,
p.415.l.33.ſuſpectumq; accidere.fac.2.l.63.temporis car-
dine,p.416.l.44.ſontibus corrumpat,fac.2.l.50.quidem
inſtituto,p.420.l.22.Vranius,p.422.l.43.invidendis,p.
424.fac.2.l.60.Circuli,p.426.fac.2.l.16.corroborētur,
p.433.fac.2.l.26.fortalitium p.434.fac.2.l.5.Beaufor-
tio nomen erat,gente Arteriano,ex Gallo-Belgæ l.12.pro-
diret,ibid.l.36.legione,p.435.fac.2.l.51.& effrænis,l.53.
irrepenti,p.440.fac.2.l.21.deſignare,p.442.fac.2.l.50.
exercitus ſui,p.443.l.50.copiarum,pag.447 fac.2.l.8.
nunciari,p.450.fac.2.l.30.confiſi.p.452.fac.2.l.25.tu-
bicen,p.456.fac.2.l.28.Batavi quoq;,p.457.fac.l.42.fa-
veret,p.459.l.59.ut pro defunctis,p.461.fac.2.l.47.ſub
præſidio,p.465.l.37.quo denuò,fac.2.l.54.coercerentur,
p.466.fac.2.l.30.Guadaniolæ,l.44.in res novas.p.468.
l.51.numerare,p.477.l.44.Collegij Electoralis,fac.2.l.
38.μηχανῆς,p.488.fac.2.l.36.loricis,p.482.l.54.tri-
umphis,p.484.l.20.brachioq;,fac.2.l.19.conatuum,p.
485.l.21.fraudentur,p.486.l.29.nominis,fac.2.l.53.
ſolennitas,p.488.l.47.perfractis,p.497.l.2.Illam oblite-
rabitis,pag.l.4930pæ.pag.500,fac.2.l.25.in Cimbricâ,
p.502.l.40.inſontes,fac.2.l.21.cubicularium,p.504.l.
35.Pomeraniæ,p.521.fac.2.l.penult.deponit,p.525.fac.2.
l.52.linguæ Anglicæ,p.529.l.22.objicitis,l.41.captatis,p.
539.fac.2.l.54.Vranius,p.541.l.3,qui ſibi in pœnam,
l.25.cervicibus,p.544.l.33.Oratorium,p.546.fac.2.l.
49.toparcha,p.547.l.42.magis in terras,fac.2.l.21.
antè obitum,p.508.fac.2.l.42.deſpumaret,p.550.l.30.
Cuiusmodi,p.551.fac.2.l.39.Imperij principis,p.554.l.
14.Fridlandiæ,fac.2.l.57.enixè rogare,p.555.fac.2.l.
54.iniecta dexterâ.l.6.retrò:deprædicari,p.557.l.43.ut
ſuppetat,p.558.l.57.concoquere,p.560.l.51.ſubſidia
rogare,fac.2.l.7.intenti.l.41.admißis hactenus,p.561.
fac.2.l.54.Cùm viribus,p.568.l.48.ſecurus eſſe,l.50.cō-
tigerit,p.569.l.21.ocia hic egit,aut deſes fuit,p.570.l.15.
potiusq;,l.17.permiſiſſet.fac.2.l.10.S.Petri vallem,l.39.
equitatu careret,p.573.l.14 ut paucis.p.574.l.28.oc-
curratur,p.176.fac.2.l.48.requiri,p.582.l.39.data,ro-
garunt,p.583.fac.2.l.3.antiquum,p.586.fac.2.l.27.
immiſsis navibus,l.57.illorum retudiſſent,p.589.l.1.quæ-
ſitis,l.22.ut vocant,l.25.manubias,l.60.paulò poſt,fac.
2.l.26.venerat,p.592.fac.2.l.17.manum voluntaria-
rum,l.36.plenis linteis,p.593.fac 2.l.42.pervenêre.l.49
hæc in verba,p.594.l.18.erratum eſt,fac.2.l.57.nulli
intromittebantur,l.61.famelicos,p.595.fac.2.l.37.ſo-
lito proterviores,l.54.ultrà,pag.596.fac.2.l.23.hæc res
Fridlando,l.46.Nec hîc iſte,p.597.fac.2.l.34.ut aiunt,
octo.p.599 fac.2.l.57.Imperij ſubditus,p.600.l.33.rem
deducere,p.661.l.48.inirent conſilia,fac.2.l.23.arrigere
cœpit,p.602.l.45.centum cataphractos,p.610.l.15.ne-
gotiatores,l.61.Senatui apparuerunt,p.611.fac.2.l.53.
animadvertere,p.612.l 49 paulò poſt,fac.2.l.13.præ-
dis.l.15.impetum,ibid.an illorum,l.23.Butlerus,l.36.
ciuitati,p.613.fac.2.49 quis,te rogo.p.614.fac.2.l.45.
id genus,p.616.fac.2.l.12.ductus,p.622.l.8.territum;
ne.p.624.l.4.ac ſic quidē,fac.2.l.10.diſertißimis.p.627.
l.penult.Cæſari,eiusq; familiæ Auſtriacæ,p.633.fac.2.l.
39.refragari,aut in.retrò l.22.urbis iniungi.p.635.fac.
2.l.53.contrairet,p.636.l.50.compromiſiſſe,p.637.fac.
2.l.19.mandatorum,Catholicorum,l.32.quiritarent,p.
644.fac.2.l.10.tanquam amicos,p.645.l.9.àq; maio-
rum,l.24.præcocibus animis,p.649.fac.2.l.41.hoc loco,
p.655.l.51.decrevit,p.659.l.62,tubicen,p.661.l.ult.
negato iterùm acceſſu,fac.2.l.22,antè tota verba,p.664.
l.40.tubicen,p.671.l.53.diluceſcit,p.672.l.35.inter-
poſitione vices,p.674.l.20.habebunt,l.47.faxit,etiam,
fac.2.l.55.laceſſere,p.675.l.7.tenuiſſet,p.676.fac.2.l.
20.ab initiis,l.42.præſciſcens,p.678.fac.l.23.rata ha-
berētur,p.680.l.12.maiorem,l.47.crepido,p.681.l.7.
primipilaris,l.10.cum coniuratorum pari,l.55.iacturam,
fac.2.l.5.certatum eſt,l.63.averteret,retrò,l.34.minimè
commatis,p.683.l.5.dißidenti,l.46.An hoc pacto,p.688.
fac.2.l.34.parare,p.693.l.pen.damnoſas,p.694.fac.2.l.
11.tot inſontes,p.696.fac.2.l.48.profectio.l.49.cōſtitue-
bantur,p.697.l.34.tropica,præſagia,p.702.l.37.affli-
ganturq;,p.704.fac.2.l.32.iuxta interpellatorias.p.713.
l.4.anſam,p.714.fac.2.l.26.exſpirârint,p.715.fac.2.l.
22.nemo,p.722.l.45.ſi valere,fac.2.l.39.aliter.l.51.
Nam ſapienter,p.725.l.13.minùs procedendi,p.727.l.
27.præſidium,l.35.Hanovicum agente,p.731.l.6.Hac
cum,p.732.l.52.reatum,p.733.l.12.Si iam,l.24.tropi-
ca,l.25.præcipua,l.30.orbis,fac.2.l.26.ominibus,l.35.
dictu incredibile.p.736.l.28.reconciliando,l.49.ſubditi
deniq;,ac privati,fac.2.l.27.deſcendit,p.737.l.56.conni-
retur,fac.2.l.32.imitationi,l.64.fabulæ actores,p.738.
l.6.queat,p.739.l.42.remonſtrari,p.740.l.43.Quo te-
meritatis,l.58.defunctorum cadavera,fac.2.l.51.ſuffer-
re.p.741.fac.2.l.34.differretur,p.742 l.5.invaluerint,
fac.2.l.16.his ſub flagitijs,l.37.ut etiam,l.62.civilium,
p.743.l.40.educerentur,l.ult.& ſibi,& toti,p.745.fac.
2.l.30.Conventuumq;,p.747.l.21.eo in ſtatu,p.748.l.
22.viciſsitudinibus,p.760.l.33.nollet,p.766.l.39.Mo-
naſticos,p.769.l.51.in quiete reponi,l.58.in quiete,pri-
ſtinoq; ſtatu,reponantur,fac.2.l.38.genere internuncio.
p.771.l.14.verſari dextra,fac.2.l.iuſtas,l.54.iuſtas ad
hoc,p.772.fac.2.l.48.Quibus vos,p.777.fac.2.l.22.o-
ctodecim,p.779.fac.2.l.3.ductoribus,l.25.plura,p.780.
l.25.è Guſtavo,p.784.fac.l.29.Krockerium,p.785.l.ult.
præcluderentur,p.786.fac.2.l.14.proſilijt,p.787.fac.2.
l.39.ſuper adventui,p.788.l.18.conſervavi,p.789.l.35.
mutuis operis,fac.2.l.14.reponi queant,p.791.l.24.omnia
ſacra,p.795.l.9.hic,ut,p.800.l.44.àq;,p.805.his.82.
lege perditorum,l.95.eſſet,ibid.l.119.poſſemus iacturam,
p.806.

p.806.l.5.nobis,ibid.l.38.furantur,p.813.l.25.via, ibid. l.51.ibit exilium,p.817.l.17.prælatum, l.98. Menſam, p. 819.l.23.deponderârit, l. 97. potiſsimarum, p. 103. poſſint,ibid.l.109.deliberat, quò, p.821. l. 12. præliminaribus,p.823.l.89 ſuperingerere,p.824. l ult.vel eo. p. 825. l.24.ullibi.ib.l.47.nullo, l.53.ſeges, p.827. l.1.ſedulò, p. 828.l.10.re,operaq;,p.831.l.24.intercedit,l.57.fruſtraneum,p.832.l.antepenult.minori cum, p.833. l.18. temporis,l.52.Etiam,p.834.l.36.omnium,p.839.l.95.exactius,l.131.inſurgere,p.841.l 19.poterunt,l.56.in.pag. 842.l.14.l.14.poterunt,l 15.ſint,p.843.l.100.enormitates,l.120.eſſet,p.844.l.39.Et temporis, p.848. l. 14. excreſcant,l.33.hoc inſtituto,l.34.in rem, l.78.placeant, p.849.l.22.conſtantiam,l.77.ratum habeant, p.850. l. 18.militares,l.24.fortunis,l.63. obedientiam, ibid. Cæſari,l.66.Circulorum,l.92.Electoribus,p.851.l.43.prælibabimus,p.852.l.42.præſumeret,p.853.fac.2.l.25.aurea.p.854.fac.2.l.2.aurea,p.858.l.9.Hæcq;. l.43.præduxit,p.870.fac.2.l.12.ne,l.30.p.872.l.21. propoſitum, p. 873.l.24.ejaculabantur,p.875.fac.2.l.58.affigendas,p. 878.fac.2.l.25.Secundi,pag.879.l.7.omina.l.57. proſcindet,p.880.fac.2.infauſtumq;,d.881.l.6.nos,p.882.l. 53.furor,p.883.l.3.ſufficis,l.7.ſeges,fac.2.l.10. patitur, p.885.l.38. diuturnis,l.59.civilitate,p.887.l.19.extat, p.889.l.25.contradita,ib.l.48.conclaſſationibus,p.890 l.3.Nihilq;,p.895.l 49.ex adverſo, p.899.l.39. Hos.p. 902.l.18.ſub.l.36.miniſtrans,p.903.l.8.infarcta, ibid. fac.2.l.ult.ad obedientiam,p.904.l. 53. mitiſsima clementiſsimè,p.906.l.42.ſuffragium,p.907.fac. 2.l.41. tùm,p.909.l.28.conſulendos, p.910. fac.2.l.27.eſſent, p.915.fac.2 l.auream p.917.l.8.pleruq;,fac.2.l. 40.panis,l.48.adeſſent,p.921. l.36. prementibus, fac.2.l. 38. dirigerent, p.939. l.41. quæreretur, p.941. l. 5.remedia placida præferenda,p.942.fac.2.l.36.ament, l.38. modò pax Religioſa,p.943.fac.2.l.19.ideòq;,p.944.fac.2. l.8. fuiſſet ſuſcepta,l.31.protrita,p.946. l.29.ſubmiſſu, pag. 948.l.1.CAP.IV.l.19.ad VVerbenam, fac.2.l.29.totos, p.949.l.1.fac.2.CAP.V.l.23. è turri regia,p.950.fac. 2. l.9.ſubditos,l.10. Aq;,p.951.fac.2.l.3.ad Regem,l.14.obſervavi,retrò fac.1.l.60.equidem,p.952.fac.2.l. 31. diſertiſsima,pag.955.fac. 2. l.60.eſſe,p.957.l.13.præſcripſit,p.959.fac.2.l.60.ut id genus,pag.960.l.16. Vtraq;. fac.2.l.3.in id genus,l.16.providentia,p.964 fac.2.l. 48. transgreſſus,p.966.fac.2.l.19.Rex è Rheni,p.968.l. 11. conclaſſationes,fac.2.l.24.poſtulare rationem, Nempè,p. 969.l.4.benignè,fac.2.l.4.exercitum,pag.970. l.9. iuſtumq;,piumq;,fac.2.l 18.ſpes niſi p.973.fac.2. l. penult. carri,equi,p.985.fac.2.l.31.de Bays, p.987.fac.2.l. 41. obvolitantes potuiſſent,p. 988.fac.2.l.34. queratur, pag. 992.fac.2.l.29.nequeat,p.994.l.3.recuſarim, l. 16. uteretur,p.997.fac.2.l.30.iam, 1001.l.44.generis, pag. 1003.fac.2.l.48.profuſuros,p.1003.l.11. rogare Senatores regios,ibid.fac.2.l.58.Hùc locorum,p.1007.l.31.ſumptibus conferendis,p.1009. l.19. adminiſtrari, p. 1010. l. ult.permiſerunt,fac.2.l.1.tradi,l.11.Suecicæ,p.1016.fac. 2.l.35.inticerent.p.1018.l.68.ſuſcipere, p.1020. l. 24. toto.l.35.mementote p. 1022.fac.2.l.31.neq; ſuvtio,neq; p.1023.fac.2.l.59.conſervare poſsit,p.1026.l.62. impleturos,fac.2.l.49.Cur.p. 1039.fac.2.l.26. impedimentis, p 1043.l.10.quitas,l 26.ſpiritus,l.27.primo,fac.2.l.43. externi,p.1055. l.41. feliumq;, p.1057.l. 28. exſpectandam.p 1058.l.42.Calvinianos,p.1060.l.12.exemplum. p.1063.l.20.anni,fac.2.l 39.iubebatur,p.1065 fac.2.l.1. interim,p.1066 l.18.deleantur ſeqq. pedeſtrium legionibus conſtabant.Ita,ut decem.Sunt enim ſuperflua,p.1068 l.37.opem,p.1070.l.35.defenſionem,pag 1072.l.55. At. fac.2.l.49.Mox in tanti,p.1073.l.50.maturari,fac. 2.l. 54.Neq; ab hoc,p.1081.l. 60.ſibi promittere, p. 1083.l. 14.ſemilunarem, p.1086.l.8. contrâq;, l.35.properè venit,fac.2.l.12.Moſæ,p 1088.fac.2.l.23 viciniq;,p.1090 fac.2.l.23.cederet, l.28.peracta,p.1097.l.2.Adq;,l.47. tandem,p.1100.l.1.Hi ne nihil,fac.2.l.8.fit,p.1102.fac. 2.l.54.traducat,p.1104.fac.2.l.50.illas,aliasq;,p.1100. l.41 res verſetur,p.1108 l.3. cœlum utrinq; l.36. Neq;,p. 1111.l.35.temperare,p. 1114.fac.2.l.48. novum fuit, pag. 1115.fac.2.l.29.Vtq;.p.1117.fac.2.l.25.inſidiatrice.l.31. Aq; Regis,l.33.præriperet,p.1119 fac.2.l.20. Hunc ut è ceteris,p.1121.l.26.Cæſareani, l.48.conatibus,p.1123.l.5. tu velut.l.27.vulneribus,p.1027.l.52.dorſuarias,p.1128 l.49.pactis,ratiq; p.1130.fac.2.l.3.ac liberè, p.1132. fac. 2.l.21.glorioſam,p.1136.l.57.At hac,p.1139.l. proficiſcerer.p.1142.fac.2.l.1.dubitatur,l.12.ſtudiaq;,l. 42. calones,p.1144.l.39.Inter. Coſaggos,p.1147.l.46. Vt multa,p. 1148.fac.2.l.48.Palatinatum,p.1151.fac. 2.l.24. ſtudio meo,p. 1154.fac.2.l.40.ex intimis. Cætera leviora,benigne Lector, ſi non grave eſt, emendabis ipſe.

Pag.1. l.37.funeſtâ in belli ſocietatem,ac.p.6.l.6.ſucceſsibus aucti,l.23.ilicet à fundamentis,fac. 2.l. 28. montis,p.7.l.52.ponè montem,p.10.fac.2.l.penult. rogarent, obtinerentq;.

FINIS.

09-18

J646
L883r
2-SIZE